D. FRANCISCI

SALGADO

DE SOMOZA,

LABYRINTHUS

CREDITORUM.

CREDIDIMUS

R. 1318

D. FRANCISCI SALGADO DE SOMOZA,

IN REGALI CANCELLARIA VALLISOLETANA SENATORIS,

LABYRINTHUS CREDITORUM

CONCURRENTIUM AD LITEM

per debitorem communem inter illos causatam.

EDITIO NOVISSIMA, CÆTERIS AUCTIOR ET EMENDATIOR.

PARS PRIMA.

LUGDUNI,
Sumptibus J. B. DELAMOLLIERE.

1792.

ILLUSTRISSIMO
ET REVERENDISSIMO
DOMINO
DON FERDINANDINO
CAMAÑO, DE ANDRADE,
ET SOTOMAYOR PALENTIÆ
primùm Antiſtiti,

ARCHIEPISCOPO BURGENSI, EPISCOPO SAGUNTINO,

Beatiſſimo nunc Pontifici Compoſtellano; digniſſimo aliàs Regni Navarræ Proregi, & Duci generali, atque in Cantabricarum rerum Conſilio, (victoriæ tunc erat) graviſſimo Præſidi integerrimo; Toparcharum de Villa-Garcia ſpectabilium, domumque de Viſta-Alegre, de Barrantes, & de Rubianes clariſſimo Dynaſtarum filio, fratri, Patrono.

EGALIS pelagi horrendas ſyrtes (ILLUSTRISSIME PRINCEPS) biforme monſtrum, oblatrantemque charybdim, obſtruſiſſima quæque arcana diſſoluta, crebras inter miniſterii bellicationes ſtrenuo parta labore, publicæ jam expoſita luci, propria properat affectio haud ullo circumlita fuco glorioſæ tantæ nuncupationis imagine conveſtire; non ut meam in te obſervantiam deſignem, neve ut honorificentiſſimum tutelare obteſter ſtudium, abundè nota ea eſt, ne tu creperus pluſquam ſatis liberale hoc, neque ego in ſpe gratabunda deſes; ſed in Procerum, legitimorum ſtructuræ, iſtiuſce patrocinio creditorum, concurſu tibi primas jure optimo deferre noſtro ne animo excidiſſe reare. Impatienti ſanè amoris ardore poſſidebar jucundum aliquid perofficiosè devinctionis ſpecimen.

Hoc lege quod poſſis dicere jure meum eſt. *Martialis, lib. 10. ep. 4.*

Tenuis cæterùm antipelargeſis eucæria gratitudinis oſtendendæ votum accepta decrevit beneficia trabali clavo figere (faves enim mihi ac meis largè, cumulis beneficentiarum maximis) operoſum recognitionis monumentum tuo nomini tot nominibus debitum conſecrare, præclaro probitatum ſacello, perfectiſſimo viro, heroi undique, mirum in modum ſublimi, liberalitate, morum comitate, ſermonis lenitate, fide, integritate, pietate, juſtitiâ, religione, prudentiâ, animi tandem & corporis virtutibus ornatiſſimo;

Cui genus à proavis ingens, clarumque paternæ
Nomen erat virtutis, & ipſe acerrimus armis.

Virgil. lib. 2. Æneid.

At cùm in Majorum memoriam irrepſi præſtantiſſima ſimul cunctis gnara trophæa recordor, quibus te dignum facinorum tuorum magnitudine probas. Ecquidem præconio recoluntur æterno florentiſſimæ tuæ domus noſtratem condecorantes patriam celſi Megiſtanes, quippe qui altam diſpergunt lucem, arctari difficilem conjectamur. D. Rodericum de Mendoza & Sotomayor genitorem genuit D. Alvarus de Sotomayor & Mendoza, D. Garciæ de Camaño (*el alto*) filius, D. Garciæ de Camaño (*el hermoſſo*) nepos, & D. Agnetis de Mendoza Mariſcalis inclyti Suerii Gomez de Sotomayor illuſtris gnatæ, quorum laus unaquæque non paginarum brevibus erat præcludenda cancellis. Hæc tua virilis linea.

Romanæ ſtirpis origo
Sydereo flagrans clypeo, cœleſtibus armis.

Virg. lib. 12. Æneid.

Hæc, inquam, famigerata Camañorum familia, innumerabilium penè propagatrix, in Gallæciæ regno, potenti nobilitatem minario, copiosà retrò ſerie reſidens opulenter. *Vocaverunt nomina ſua in terris ſuis.* Sago ſanguis præſignis & togâ, *Suevis Regibus Gottis, ac Comitibus, Conſulibus, & Imperatoribus immixta Romanis, & à Troyæ (Hiſpanis verumtamen originariis) fundatoribus derivata Principibus.* Plura pulchra præter vulgataque prænotatorum teſtimonia Marcum obſervo Tullium de Caminiis, ſeu, quod idem, ut legitur, *Cominiis Equitibus Romanis honeſtiſſimis hominibus & diſertis* feciſſe mentionem.

Pſalm. 48.

D. Vaſcon. Epiſcopus Iuc. ſ. in Chron. de los linages de Galicia, & alii.

* *Partibus æquabat juſtis, aut ſorte trahebat.*

Cicer. in orat. pro A. Cluent. nu. mihi 80. Virg. lib. 1. Æneid.

Exactiſſima conſortii merita D. Urraca de Sotomayor Oſſorio mater, D. Ferdinandi de Andrade filia, & D. Thereſiæ de Sotomayor domus dominæ de Sotomayor, Excellentiſſimi Comitis illius de Andrade, qui Neapolitanum Seminaræ bellum parto profligavit triumpho, candida neptis. Summè ſuperius extat proſapiæ elogium,

Et genus immortale manet, multoſque per annos
Stat fortuna domus, & avi numerantur avorum.

Virgil. lib. 4. Georg.

Succedaneæ tuæ mortalium pectora mulcent raræ dotes, & veracem in orthogoniæ puritatis eudoxiam erumpere cucurrere. Exercitam ubique megaloprepeiam, utiliter inſertam diœceſibus diſciplinam, in Romana Curia Reipublicæ bona proſpectum ſignificativâ ſolùm involvimus echemythiâ. Magni gerens Monarchæ vices, ſtatus, bellique rationes, reliquarumque rerum, diverſarum universâ nationum acclamatione, exuperantiſſimè calluiſti. Grandia item ſi qui mandaverat expetivit, & expectavit, grandiora multò te conſpicit includentem. Ne tuam porrò exiſtimationem encomia mendicata ſugillent, Timanthis velo contegam quod verborum nequeo depingere penicillo. *Mutus quidem teſtis, ſed omnibus vocem habentibus evidentior.* Vendicaverunt tituli anguſtè perorati gradum antelationis hucuſque; vix (fatemur ingenuè) eorumpſe unico reſpondere pollemus; cui potiùs precor aptetur optes ſemper duraturum, præſens deſiderium; nam, *Quoties quis debitor ex pluribus cauſis unum debitum ſolvit, & in arbitrio ſolventis dicere quod potiùs debitum voluerit ſolutum, & quod dixerit, id erit ſolutum. Poſſumus enim certam legem dicere ei quod ſolvimus. Quoties verò non dicimus id quod ſolutum ſit, in arbitrio eſt accipientis cui potiùs debito acceptum fuerit. Vale.*

D. Chryſoſt. tom. homil. 2. de David & Samuele. Ulpianus, lib. 3. ad Sabinum.

Amplitudinis tuæ,

Millies devotus,

Don Franciscus Salgado
de Somoza.

VIR-

VIR CLARISSIMUS

D. D. D. MARTINUS
DE BONILLA

EXPRIMARIUS INTERPRES

SACRORUM CANONUM EMERITUS SALMANTINUS,

ET IN PINCIANA CURIA REGIUS CIVILIUM causarum Auditor, & aulæ Præses; nunc verò Senatus Regii patrimonii Consiliarius meritissimus, de Auctore & Scripto alloquitur.

AD LECTOREM.

REM gratissimam tibi, judiciose Lector, facturum scio, si in ipso operis vestibulo exhibuero; quis ejus Auctor; non quia metuam à te ignoratum; sed quia ut à me noveris, opto. Nomen illi D. D. D. FRANCISCUS SALGADO DE SOMOSA *primæ, veterisque Gallæciæ Nobilitatis: sanguinis puri, & ab omni externa illuvie defæcati: natalium integrorum. Parco tamen consultò his, qualia, licet natura multa indulserit, indulsit ei adhuc immerenti. Sed, quod minimum est, nec ipsas naturales dotes, dissimulabo; species enim corporis, simulachrum est mentis, figuraque probitatis. Aspectus gratus, lætusque, facies decore plena, membra integra, bene que compacta; statura procera, quam mediæ, propior, eaque quadrata, non obæsa: vultus candicans, nec decolor, obtutus gravis, incessus modestus, corporis reliqua positio inaffectata: denique in Viro Senatorem videas, nam virilis necdum senilis ætas, sparsique cani, commendationem augent, nullo decoris dispendio. Nec frustra hæc in eum natura contulisse existimandum est, quæ nescit ineptire; sanè quale corpus, talis animus: est eximius comitate, sed quæ nihil derogat majestati Senatoriæ quæ pollet admodum benignus, mansuetus, pervius, judicio valens, abundè doctus, incorruptus, vindex, assertorque Justitiæ, firmissimus rationis propugnator, disertus judex, certus, nec vacillans decisor, exactus, integerrimusque discussor, nec præjudiciis, nec exemplis facilè cedens, procul tamen ab æmulatione adversus collegas, & vincere inglorium, & atteri sordidum putat.* D. Ambr. 2. de Virg.

Succedit, ut Te de scripto moneam, quod est præcipuum munus hujus epistolii: & ut altiùs cœperim, cum decorem in celebratissimo consistorio illo litterarum, Salmantina Academia Hispaniæ nostræ magistra venerabili: cum, inquam, Pontificium jus docerem, non certè inglorius, sed publicis certaminibus bis, terque quaterque coronatus, & primariam adeptus palmam; quam tandem emeriti viginti continuis decursis stipendiis ex legibus Academiæ, patriisque: nullus mihi Auctor magis frequens, aut præ manibus fuit, quam SALGADUS *noster, in libris, quos pro tempore emittebat in publicum, sive de regia protectione ageret, sive de retentione Bullarum, sive pro doctrina sua ad apostolicam sedem supplicaret. Ex quibus, qualem, quantumque fructum doctrinæ collegissem, ut sum mihi conscius, ita & ab imo pectore grates reddo homini ad eruditionem meam nato. Crede non palpatori, in dies admirabar virum divini, humanique juris peritissimam. In arcanis Pontificum responsis expandendis, expendendisque solertem: Sedulum, & laboriosum in referendis aliorum sententiis, judiciosum in approbandis, aut reprobandis. Quid immorer in extollendis his libris, quos Europa cuncta anxiè perquirit, & evolvit. Quibus novitas nihil auctoritatis detraxit, gratiæ verò addidit multum.* Tacitus in vita Agr.

Præpotens, pariter & Justus Philippus Rex noster, quem Deus longum sospitet, in præmium & velut pretium tanti laboris pro sua, & litteraria Republica susceptæ, præsidere Monarchiæ Siculorum SALGADUM *jussit: sed mutato consilio piaculum putat, ad Siculos ablegare hominem Hispanum,*

qui Hispanicis tribunalibus posset esse ornamento, atque ut primam provinciam Imperii decet, præesse juri dicundo in præcipuis ejus conventibus. Ergo antequam Siciliam transfretaret, à Principe codicillos accipit, quibus hujus Cancellariæ AUDITOR creatur. Ego adhuc Salmanticæ detinebar, agebarque imò angebar desiderio videndi, & communicandi cum SALGADO meo jam propinquiore; cum ecce intercedit fors huic rei importuna (fausta aliàs, & felix) nam sub idem tempus invictissimus Rex noster Granatensis Cancellariæ me destinabat AUDITOREM, ut alter Astaganis populis jura redderet, alter Ulisseganis. Sed ô bono fato meo, Honos mihi permutatur, & antequam in Granatam properarem hujus Cancellariæ AUDITOR renuntior.

Siste, Lector, quoniam calamum cohibet sanctissimum Tribunal; ingratus sanè essem, aut ignavus, si insaluratum illud prætetirem. Salve Justitiæ arx, veritatis propugnaculum, Æquitatis sedes, conventus juris in primis Europæ venerabilis. In quo tot insignes viros pietate, justitia, & omni eruditione vidimus retrò sæculis, atque hoc nostro cernimus, quod est rarum, priscum splendorem nihil caducum. Quid hic plebeius metuat à magnate, pauper à divite, ovis à lupo, columba à milvo? Integritas, Veritas, Fides, vetusque simplicitas propriæ dotes tuæ sunt, Augustissimum Tribunal: Avaritia, Rapacitas, Gratia, Odium, aut cæteræ sordes, verius dicam nec de nomine notæ. O domus æternùm veneranda, quandiu sæculis Justitia non vilescat. Et Tu, Lector, jam pergas licet.

Accessi Cancellariam, sodales invisi, ô quales, si de illis singulis instituere sermonem liceret! & prosperè jam favente fortuna, parum erat, cum SALGADO meo in eodem conventu esse Honoris particeps: quin in eadem aula includimur, cui ille præerat, ego aderam earundem causarum Auditores, decisoresque: itaque quod anxiè optabam, plenissimè Deus præstitit, ut quem è libris eduxeram, ex ore, & confessione litteraria medullitùs haurirem, sæpè in perscrutando, sæpè in decernendo expertus nihil à vivi effigie mortuam imaginem aberrare: denique illum ipsum loquentem, cum persona in suis libris picta compone, & utrumque putabis esse verum, aut utrumque putabis esse pictum, ut sit jam similis sibimetipse.

Sed amplam stadiorum supellectilem, in unum judicandi munus impendere ægrè fert, & latrunculus otii, quietisque, ubi à publica, aut privata AUDITIONE vacat, semper aliquid cogitat, quod eum aliquando vixisse posteritati testetur, meliori sui parte superstite. Cogitat, inquam, aliquid suo nomine dignum, quale est hoc opus, quod nunc in manus tuas, Lector. In eo format concursum creditorum, sive ad debitoris instantiam, ut dicunt; sive creditores extorqueant. Informatum dirigit, & usque ad finem ex ordine perducit: cujus causa varia est, prout debitores, qui in manu curiæ derelinquunt bona, sunt varii; variique juris. Ecclesiæ, Cœnobia, Respublicæ, Minores, Magnates, & alii, in quibus non omnia eadem sunt, sive exordium, sive processum, sive exitum species, vel si ipsam aliorum concessionem. Quid si bona libera non sint, sed restitutioni subjecta? Quid si unus, idemque debitor, utriusque qualitatis bona habeat? Quid si unita, multaque primogenia possideat, ad quæ fiat concursus? Quid si creditores ipsi diverso jure concurrant, privilegiarii, hypothecarii, Chirographarii? accedit bonis curatorem dandum esse, quandiu sunt in manu curiæ: perge igitur, & curatoris munus exquire: si locat, si exigit, si colit, si reficit, si ex decreto Curiæ creditoribus satisfacit, si expensa, latisque reddit rationes. Ne tamen hæreas, neque monstri aspectu deterrearis: ecce opus, cui licet, & ipsi horribile fit nomen LABERYNTHUS.

Verum si laberis intus,
Non laberinthus erit, sed labor intus erit.

Erit potius aureus filus Ariadnæ, quem si solerter sequaris, plusquam Minotauri monstra superabis feliciter: tenta, & expromissor adsum: sed quid eges expromissore, qui Auctorem nosti facilem, diligentem, expeditum, omnia suo distribuentem loco, & ordine: & tibi jam olim gratum: sed fere gratiorem ex hoc opere facilè mihi promitto, invio adhuc, & à doctis inauso potius, quàm omisso: præsertim hoc infelici tempore, quo nullæ aliæ causæ frequentiores sunt, quam creditorum concurrentium ad bona fracti debitoris; quod in omnibus Europæ tribunalibus accidere, quia scio, vehementer doleo. Mœrent debitores, non tam quod debeant, quam quod cum illis ex juris ordine non agitur. Mœrent & creditores, quod plus, quàm inopia rei ignorantia judicum, seu advocatorum suum servare non possunt. Ecce utrosque instituit noster Auctor, postremo hoc opere, sed non desinente, ita voveo, Lector, tua interest, ut ad aliam juris nostri partem calamum destinet. Tu ergo urge, sive Hispanus es, ut de patria pergat bene mereri, sive alienigena, ut Rempublicam litterariam ditet, & exornet. Vale, longumque ævum, firmamque valetudinem SALGADO nostro adprecare, ut diu vivat, floreat, & tandem æternam felicitatem consequatur ex nostro Vallisoletano Musæo, &c.

ILLUS-

ILLUSTRISSIMO

ET NOBILISSIMO VIRO,

CELEBRIORIS LITTERATURÆ SIMULACRO,

ſpecioſo boni & æqui luminari, Juriſprudentiæ magno Sacerdoti, ſacro juſtitiæ adminiſtro, hujus ætatis facilè Principi, cariſſimo, & colendiſſimo Patruo, ac merito Patrono meo, Domino DON FRANCISCO SALGADO DE SOMOZA; creato olim Senatori Canarienſi; pro Sereniſſimo Infante Cardinali Archiepiſcopatus Toletani Vicario Generali; Monarchiæ Siculis provecto Judici; nunc in Regali Valliſoletano foro Conſiliario Regio; inibi digniſſimo Aulæ Præſidi, & pro meritis ad majora honorum faſtigia evehendo: mittit, & in vulgus jactat Laconicam panegyrim, panegyricam anacephalæoſim ſinu diatheſis toto, titulis mille ſuus, & primus ex fratre nepos, divinarum atque humanarum rerum notitiæ cupidus, juſti, atque injuſti ſcientiæ ſtudioſus, juris utriuſque Profeſſor; & ſancti Inquiſitionis Officii Conſultor, dudùmque apud Tudenſes in ſpiritualibus & temporalibus utrâque manu Gubernator.

Don Franciſcus Salgado de Somoza.

TAUSTAM animoſitatem panegyrim hanc buccina tuba canat; parùm enim verò noſtram reſonare vocem pro dignitate crediderim, ineffabili prorsùs quæ dignatione clangoris ſuſpicatur ſtabiliri cœleſtis, & alienigenioribus blandiri merebatur encomiis. Ignorat jam mea muſa modum: ſed quid ſi ſanguis exclamat affectum? Hinc fateor amorem amore pulſare mentem, & inde vereor metum metu retrahere jactantiam, licètque inter fluctus præliaturum cor æſtuet anceps, lex naturæ ſubvenit (AMANTISSIME PATRUE) & PANEGYRIS LACONICA.

a *Eſſe ſalutatum te vult mea litera primùm.*

a Ovid. lib. 2. de Pont. eleg. 7. in princ.

Placuit intereà gratitudinis rimari monumenta, ne dum laudem tentare daturam auderet ſtylus, nimietate (ſi quæ foret) periclitetur affectus, & meritis obligatio conjectetur otioſa. b *Iſtæ præfationes & libentiùs nos ad lectionem propoſitæ materiæ producunt, & cum ibi venerimus evidentiorem præſtant intellectum.* Adhuc ruſtico gratulantur arva cum carpit ceſpite tellus, quod pignora gratulationis gratulatione compenſat. Indiſſolubili illaqueatu etiam implicatur hedera muro, & neuter alterius ligamina ſolvit: hic amicabili viridatur contubernio, illa vicinitate alitur, intimitate patrocinii ſpatioſa protenditur, & mutuus affectus mutus utrumque ſuccenditur inter. Si talia tellus, arator, hedera, murus beneficia, ſilentiosâ barbarie, compenſatione demonſtrant; quid non rationalis animus ſtrictiori ſanguinitatis coagulatus ligaturâ firmabit benevolentiæ? Tum ergo neceſſitudo, tùm incomparabilis amor.

b Caius lib. 1. ad leg. 12. tab. in l. 1. ff. de origin. jur.

a *Hanc habere orationem mecum à principio inſtitit.*

a Terent. in Hecyra, act. 3. ſcen. 3.

Neque aliam rationem capi, niſi quod tibi, legum colende conditor, bene ex animo volo; & b *non creditorem mutarem, ſed nomen.* Adſit jam torvum ingratitudinis ſupercilium, dum inſenſibilia etiam eſſe grata lætantur, ut tuam erga me meis laribus notam affectionem affectione rependam. Si tu nos tutela extruis, & modulamine inſtruis, (*quoniam & cum patre meo ſemper fuiſti, & me eloquentiâ & diligentiâ tuâ meliorem reddidiſti,*) non modò noſtrî, cunctorum quinimò egregium tutelare te conſtruam, d *humani generis pædagogum;* ut e *laudemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua.* Quo feror?

b Senec. de benefic. lib. 4. c. 8.

c Papin. lib. 29. qq. in l. 27. D. de don.

d Senec. epiſt. 89. in med.

e Eccleſ. c. 44. n. 1.

f *Majus erat noſtris viribus illud onus;*

f Ovid. lib. 4. Triſt. eleg. 10.

petit arduum aſtra hilari ſanè, ſed tetricitate decorum, ingens mihi egomet impoſuiſſe videbor, cùm quid valeant humeri, quid ferre recuſent non abundè norim. g *Aptari onus viribus debet, nec plus occupari, quàm cui ſufficere poſſumus.* Haud ibo inficias, ſed ſolùm bacchari famam, & in orbe loquacem conatus fuiſſe narrabit; ſydera ferit aurea clamor. h *Regionem cùm ſuperavit animus, naturamque ſui ſimilem contigit & agnovit, junctus ex anima tenus, & ex ardore Solis temperato, ignibus inſiſtit, & finem altiùs ſe efferendi facit.* Conſtantis eſt non perturbari in arduis, nec tumultuantem de gradu dejeci, ſed præſenti uti conſilio, nec à ratione diſcedere. i *Natura non fert ut præclaris, & ſplendidis negotiis dediti animos puſillos habeant & abjectos.* k *Turpe eſt cedere oneri, luctare cum officio quod ſemel recepi. Non eſt vir fortis & ſtrenuus qui laborem fugit; verùm ubi creſcit illi animus ipsâ rerum difficultate.* Nec ſycophanticam vereor calumniam, calumnioſam neque vereor ſycophantiam in ſuſpicione vernaculus quòd inſurrexerim encomiaſtes, l *nam gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ*, & in

g Senec. ep. 108. in princ.

h Cic. Tuſculan. quæſt. lib. 1. n. 36.

i Demoſt. in orat. de Rep. ornand. ex Uvolf.

k Senec. ep. 22. juxta mod.

l D. Paul. epiſt. 2. ad Cor. c. 2.

m Terent. in Heautont. in prolog.

m *Meâ causâ causam hanc justam esse in animum inducite;*
Ut aliqua pars laboris minuatur mihi.

Illa, scio, hîc sibi locum nequit usurpare, cùm ejus fomes invidia (nemo, Stoïco docente, invidet quod se facere posse desperat) aut quia n *nimium boni est cui nihil est mali;* quoniam vel o *evellere ex animis hominum tantam opinionem, tam penitus insitam, tam vetustam non est nostri ingenii.* Non eia remoretur digressio quod audet anhelitus; est

n Ennius apud Cic. lib. 2. de fin. bon. & mal. ad M. Br. n. 35.
o Cic. in orat. pro A. Cluent. 2.

p *Unde exordiar narrare quæ nec opinanti accidunt,*
Partim quæ perspexi his oculis, partim quæ accepi auribus.

p Ter. in Hecyra act. 3. sce. 3
q Plutarch. de fort. Alex. 1. Artif. r Rhetor. ad Her. (sive is sit Cic. sive Cornif.) l. 3. n. 102. f Ov. in Ibin. vers. 103. a Sen. contr. l. 2. controv. 2. b Cic. de inv. Rhet. l. 1. n. 37. c Lat. Pac. in Pan. Th. Aug. d Hor. de Arte Poët. prop. princ. e Phil. lib. de sacr. Abel. & Cain. f Ov. in Ibin. v. 197. g Pl. 2. l. 3. natur. hist. c. 1. h Vulp. l. 1. D. de cens. & Vell. Pat. vid. l. 2. Histor. i Tit. L. lib. 28. ab urb. cond. aliàs d. 3. l. 8. c. 6. Sext. Rer. gest. po. Repit. Cusp. ejusdem scholia. k Plin. Jun. l. 2. in ep. ad Priscum. l Thom. Boz. de sig. Ec. Dei, l. 8. m Gilb. Genebr. in Chron. l 4. ann. Chr. 1484. p. 705. n Don. Luc. Episc. Tud. l. 1. o D. Th. p. 3. q. 36. a. 3. p Erasm. in pan. ad Phil. 1. q Pl. 2. n. 8. r Luc. Flor. gest. Rom. c. 6. f Pac. in pan. in Theo. Aug. t Virg. lib. 1. & 3. Æn. u Ber. Chal. l. 5. ant. c. de 13. Reg. Assyr. & ib. Annius Viterb. x D. Isi. l. 14. Etym. c. 4. aliter Plut. l. de flum. y Raph. Vol. comm. Urb. in Geor. l. 2. c. 3. z Pomp. Mel. de situ orb. l. 3. c. 1. a C. l. 2. de l. n. 2. b Virg. l. 3. Æn. c Strab. Cappac. de situ orb. lib. 3. d Alb. Crant. lib. 4. hist. Aquil. c. 40. e Pac. in paneg. Th. Aug. de provincia Gallæciæ auctore Zoz. l. 4. a Paulus lib. 2. ad Sab. in l. 163. D. de V. S. b Ps. 147. n. 20. c Ps. 35. n. 7. d Prov. c. 25. n. 27. e Pont. Leo in ep. de transl. R. Jacob. f Pont. Calix. Ii. in prol. transl. S. Jac.

Ferat ansam Pacatus & opem; jurarem medius fidius appellitationis hujusce hominem; te insignientium præclararum dotium, ut qualis arriderer pronuncianda priùs perplexam invicem concertatione pacaturum (pensantur adeò trutinæ examine pares, ut melior cognominari possit nulla, & earum viget qualibet tam sublimis, q *ut unumquodque tum facinus ex universis concretum virtutibus, videatur*) Dextrè describerem utinam, r *ut omnes commemorare debeant velle quod rectum sit.* Proh dolor! Non ego sum satis ad tantæ præconia laudis.

f *Nec mala voce mea poterunt tua cuncta referri,*
Ora licet tribuas multiplicata mihi.

Nullis cæterùm juvat calamistis disponere plectrum, verus colorem nam equidem fortè nescivit amor, a *Facilius in amore finem impetres quàm modum:* b *propterea quod ex his suspicio quædam apparitionis, atque artificiosæ diligentiæ nascitur, quæ maximè orationi fidem, oratori adimit auctoritatem.*

c *Nonne is*, ait ille, *omnium suffragiis hominum tributim, centuriatimque legeretur, cui felix Patria, Domus clara, cui Forma divina, cui Ætas integra, cui Militarium, Civiliumque rerum usus contigisset? cuncta igitur à capite proposito ordine prosequamur.*

d *Singula quæque locum teneant sortita decenter.*

Et dum pro voto non exequor plenè in reticentia, perque parasiopesim succincta digito veluti monstrabit panegyris quod communis obloquitur sententia. e *Vera bona ex seipsis naturaliter vocem mittunt, etiamsi sileant.*

f *Inde ego pauca canam, frondes ut si quis in Ida,*
Et summam Lybico de mare carpat aquam.

Primum in g *Prima Hispania terrarum, nobilis regionibus, serie sæculorum antiquissima, armipotentis fœderis, quod cum Romanis percussit tenacissima* i (itaque Hispania) *prima Romanis inita provinciarum, postrema omnium nostrâ demum ætate, ductu auspicioque Cæsaris Augusti perdomita est?* k *scis quod judicium provinciæ illius, scis quanta gravitas*, omnium Regionum nascentis occidentisque solis dominatrice (*nullus unquam populus, aut Rex ab orbis fabricatione terrarum tenuit ut Hispanicus qui nunc terrarum tertiam partem imperio suo coercet;* m *quasi Hispanorum opus sit expugnare infideles, & paganos*) quâ n *in Hispania, hora nativitatis Domini, circa noctis medium quædam nubes adeò splenduit, ut Meridiani caloris fervorem, ac splendorem daret terris*, quâque o *in Hispania apparuerunt tres Soles paulatim in unum coeuntes* (eampse liquet) p *Hispaniam fatalem fidei nostræ murum, & Christianæ Religionis unicum propugnaculum esse;* præcipuum Jesu Christi Domini majoratum à Patre promissum Æterno: q *Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* r *Bellatricem illam viris, armisque nobilem Hispaniam, illam seminarium hostilis exercitus, illam Annibalis eruditricem; ut* s *dum Hispaniæ uni quidquid laudatur assurgat, hæc durissimos milites, hæc expertissimos duces, hæc facundissimos oratores, hæc clarissimos vates parit; hæc judicum mater, hæc principum est;*

g Isai. c. 2. n. 3. h Marius Aret. in Dial. Hispanica descriptio c. 4.

t *Est locus* u *Hesperiam Graii cognomine dicunt,*
Terra antiqua potens armis, atque ubere glebæ,
Œnotrii coluere viri: nunc fama minores
x *Hispanam dixisse Ducis de nomine gentem.*

Regnum tibi Gallæciæ y (*igitur primum Gallæci, Lucenses, & Brachari cognominati inferiora tenent littora usque ad Nerium promontorium*, z *Cætera super Tamarici, Neriique incolunt in eo tractu, ultimi*) pro origine panditur glorioſa, a *hîc enim orti stirpe antiquissima sumus, hîc sacra, hîc genus, hîc majorum multa vestigia.*

b *Hæ nobis propriæ sedes; hinc Dardanus ortus,*
Iasiusque pater, genus à quo principe nostrum.

c *Gallaici famæ majoris populi*, d *hæc est quæ nunc Gallicia dicitur, genus hominum invictissimum*, e *terris omnibus terra felicior, cui excolendæ, atque adeò ditandæ impensius quàm cæteris gentibus supremus ille rerum fabricator indulsit.* Ostentanter significant, & quasi in symbolum significanter ostentant nobilissimum veritatis testimonium sacræ Hostiæ super Calicem speciosissimi candores, ipsius tam unicè Dei a *Optimi maximi* propria, ut, & alia certè ignorata, scienter dignoscantur insignia, hanc quibus orbis particulam in singulare scutatum sertum, & decorum diadema, inque affectionis exemplar, sed sine exemplo peculiariter honoravit. b *Non fecit taliter omni nationi.* (Quis operum arcana divinorum, judiciorumque scrutinium attingit? c *Judicia Dei abyssus multa* & in illis d *Qui scrutator est majestatis opprimetur à gloria.*) Necnon, Redemptoris optione, unici Hispaniarum patroni invictissimi Ducis, Arctici, & Antarctici, triumphatoris testor e *qualiter in Hispaniam integrum corpus beatissimi Jacobi Apostoli territorio Gallæciæ translatum est* f (*beatus Hieronymus, sicut didicit à beato Chrematio, scripsit, quòd sepulto in Gallæcia beati Jacobi corpore*, &c.) Cujus gazophylacium miraculosâ prodigiorum copiâ celeberrimo stellæ campo cælestis destinavit Spiritus. g *Præparatus mons Domus Domini in vertice montium, & elevabitur super colles, & fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi.* Bellissimum in super h. *Caput finis terræ istud* (ut rei nomen aptè conveniat) undique

undique myſteriis redundat almis, breve poſt dierum interſurium (ſignanter aſpirat aura promiſſis) diligentiſſimâ particulari Hiſtoriâ novè recenſendis; ubi (toto cardine ſupra) Chriſtianæ Religionis primâ jacta fuere fundamenta. i *Hiſpania prima provinciarum mundi poſt Galilæam, Judæam, & Samariam in partibus Occidentalibus Chriſti fidem amplexa eſt, ejuſque gentilitas ad fidem converſa fuit, veræ primitiæ cæterorum gentilium.*

Et tibi k *ſuaviſſima Patria* patritiè condonatur inſignis Coruna civitas, l *& propter inclytam nobilitatem civitatis, & propter conjunctionem originis.*

m *Claſſibus hic locus, hic acies certare ſolebant.*

n *Callaicorum Lucenſium in magno portu Flavium Brigantium Lupatia Corv. Promontorium, quod & Trileucum dicitur.* Unde fortaſsè titulus Coruna, ut cum ipſa nominatur civitas Turris, vulgò Herculeæ, exoche deſignetur, o *Marti Auguſt. Sacroſ. Cod. Sævius Lupus, Architectus, Elnenſis Luſitanus exul.* p *Secundus angelus Circium tendit, ubi Brigantia Gallæciæ civitas ſita, altiſſimum Pharum, & inter pauca memorandi operis in ſpeculam Britanniæ exit.*

q *Hinc ſenior pater, hinc juvenum diademata fratrum.*

r *Patrem certè habuiſti illum juris, & æqui, non interpretem ſolùm, ſed arbitrium, & adminiſtrum virum, quo nec juſtitia juſtior, nec integritas integrior, nec amor penè dicam amabilior fuit in illa comitate, & candore morum.*

f *Multa viri virtus animo, multuſque recurſat*
Gentis honos.

Homo galacti tui de amantiſſimi fratris tantum nomen (quo etiam cohoneſtaris) encomiis nolo caricare juſtiſſimis.

t *Frater frater, quid ego nunc te laudem? ſatis certe ſcio.*
Nunquam ita magnificè quidquam dicam, id virtus quin ſuperet tua.
Itaque unam hanc rem præter alios præcipuam arbitror,
Fratrem homini neminem eſſe cunctarum artium magis principem.

Magnus audivit Philippus, grandis à Pro regibus vox eſt in ſupremo decantata conſilio, ibique recordanda poſteris honorificè reconditur Eudoxia. u *Sic ſapientiæ, eloquentiæ, & diſciplinæ dotibus approbatus*, Corunenſis urbis *decus, populorum exemplum factus es.* x *O generoſam ſtirpem, & tanquam in unam arborem plura genera, ſic in iſtam domum multorum inſitam, atque illuminatam ſapientiam?* a *Tam frequens eſt familiæ veſtræ feliciſſimus provectus, tàm in multis perſonis declarata prudentia, ut licèt aliquis vos eligat ad ſubitum, nihil feciſſe videatur incertum. Similitudinem ſuorum felix vena cuſtodit, quando pudet delinquere, qui ſimilia nequeunt in ſuo genere reperire. Hinc eſt quòd meliùs agnoſcitur elegiſſe, quàm feciſſe felicem, quia iſte communitus per veterum facta ſe cuſtodit, ille exemplum non habet niſi quod fecerit. Quapropter ſecurè tibi credimus quod toties tuo generi commiſſum fuiſſe gaudemus. Pater* his literariis *faſcibus præfuit, ſed & frater eâdem reſplenduit claritate. Ipſa quodammodo dignitas in penatibus veſtris larem poſuit, & domeſticum factum eſt publicum decus.* b *O quàm pulchra eſt caſta generatio cum claritate!*

c *Fortes creantur fortibus, & bonis*
Eſt in juvencis, eſt in equis patrum
Virtus; nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

O inauditam tantæ patriæ celſitudinem pro tanti filii majeſtate venerandam! Supereſt tibi hoc victrice lauro triumphalis honos, ſi priùs factis clarioribus deſtituta clamares. Non ſolùm Regni clavem vox mea te vocitet, ſed etiam Regnorum exterorum te meus inſtauratricem contemplavit affectus. Sapientiam optaſti ſapiens, & datus eſt tibi ſenſus. Similem partu & exemplo peperiſti conceptum; recens hoc ſiquidem opus, cæteroſque labores, & promulgatione conſpicuos, & deſideratione expectandos, te comite matre ſociiſque fratribus minabatur filius, nec fugere officii filius moleſtias poterat, qui materno ſtimulabatur uſu, & fraterno invitabatur exercitio. O noſtræ Corunæ nomen nullo ævo ex hominum memoriâ obliterandum, ô virtus productiva digna marmore, ære, & alio ſi quid aliud eſt diuturniori injuriâ temporis inconcuſſum! ô animum è cœlo genitum non ex limo tenuitatis humanæ figulatum?

d *Te clari proceres, te bello exercita pubes*
Æmulatæ latriæ decorat facundia linguæ.
Quin etiam mores, & lætum fronte ſerena
Ingenium natura tuis conceſſit alumnis.
At nec ſola antiqua oſtentat Roma Catones.

II. Libens prætereo, & præteriens libo Regia Hiſpania, & Gallica hujus noſtræ, imò tuæ tantum, fulgidiſſima ſtemmata *Domus*, in qua

e *Per faces numerantur avi, ſemperque renata*
Nobilitate virent, & prolem facta ſequuntur,
Continuum ſimili ſervantia lege tenorem.

Gravi namque verborum cataclyſmo, lato calamo, altoque dicendi genere prædicent chronici, & placido ſermocinationis periſtromate reboant Hiſtoriographi:

f *Regia ſolis erat ſublimus alta columnis,*
Clara micante auro, flammaſque imitante Pyropo;
Cujus ebur nitidum faſtigia ſumma tenebat.

g *Eritque cognomen id tibi per te partum quod habes ex nobis adhuc hæreditarium;* h *dum coruſcantem germinis tui lampadem adluum ſerenitate tranſcendis, & factus es ſtemmatis victor tui, per quod pleroſque mortalium naſcendo ſuperaſti.*

i Flavius dexter in Chron. ommimod. hiſt. an. Chriſti 36. Romæ cond. 787
k Scævol. lib. 16 ff. in l. 201. D. de leg. 3.
l Calliſtr. lib. 4. de cognit. in l. 17. §. 1. D. de excuſ. tut.
m Virgil. 2. Æn.
n Claud. Ptolom. Geograph. enarr. l. 2. tab. 2. Europæ. cap. 6.
o Inſcriptio in rupe prope Turrim, vulgò Herculeam.
p Paul. Oroſius in lib. 1. ex fæpè D. Aug. dicat.
q Claud. de laud. Serenæ.
r Juſt. Lipſ. cent. 1. ad Eug. ep. 75.
s Virgil. lib. 4. Æn. in pr.
t Terentius in Adel. act. 2. Scen. 3.
u Nicol. D. Bernardino tertius, epiſt. 51.
x Cic. in li. de Claris oratoribus qui inſcr. Brutus, n. 112.
a Caſſiod. l. 8. var. epiſt. 16.
b Sapientiæ. c. 4. in Princip.
c Horat. Carm. l. 4. od. 4.
d Auſon. in Moſel.
e Claud. in Paneg. ad Probum p. 264.
f Ovid. lib. 2 Metamorph. in princ.
g Cic. in Somn. Scip. ex lib. 6. de Rep.
h Ennod. in vita Antonii.
i Plin. Secundus li. 35. nat. hiſt. c. 3.
k Pac. in Paneg. Theod. Aug.
a D. Greg. Nyſſ. de epiſc. homin.
b Cic. in li. de Clar. orator. qui inſcrib. Br. n. 46.
c Hor. lib. 1. od. 22. in princ.
d Cic. in Orat. pro A. Cæcin. n. 57.
e Cic. in li. de Clar. orator. qui inſcrib. Br. c. 65.
f Cic. in lib. de Clar. orat. qui inſcrib. Br. n. 129.
g Hor. lib. Epod. ad Canid. od. 17.
h D. Ambr. lib. 2. Virg.

j Callist. lib. 1. de cog. in l. 19. §. 1. D. de offic. Præs.
k Mor. lib. 2. de judic. publicis in l. 11. D. de pœn.
l Cic. in orat. pro A. Cæcin. n. 48.
m Paul. lib. 17. ad Plaut. in l. 91. §. 3. D. de V. O.

Tu *Formaj (origo plena virtutis faciem reddit in scuto cujusque qui fuerit usus illo)* fusissima descriptione digna, obiter ersi, memoranda nihilo seciùs est planèque k *in ambiguo est utrùm te magis nostris mentibus, quàm obtutibus vultus insinuet.* Manuum profectò profectionis instar meâ absque osculatione non eundæ præter) mirè commolitum præstat, & exaratum eatenus, intendant ut arrogare sibi quod mentis, & oris; aliquibus enim l *manus datæ sunt hominibus, ut meliùs loquerentur;* m *nulla autem res tantum ad dicendum proficit quantum scriptio.* Accedunt tui excellentes animi virtutes, suavissimi mores, alacre ingenium, singulare judicium, acre, solers intellectus, facundia diserta, incredibilis modestia, gravitas humanitate permixta; queis tuæ dum consessui præses satrapes aulæ, exhibes juris, & æquitatis prudentiam, æqua reddens, & sana consulta, profecta à sapiente capite, mente provida, viro integro; palàm certè es III.

n Plin. in Pan. ad Trajan.
o Ovid. lib. 1. de Ponto. eleg. 2.
p Tit. Liv. lib. 9. ab urb. cond.
q Imp. Zen. An. Arc. Præf. Præt. in l. 3. cap. ubi sen. V. claris.
r Paulus lib. 3. q. in l. 25. §. 1. D. de probat.

n *Integer vitæ scelerisque purus.*

o *Ita justus & bonus vir es, ut natura, non disciplina Consultus esse videaris; ita peritus ac prudens, ut ex jure civili, non scientia solùm quædam, verùm etiam bonitas nata videatur; cujus tantum est ingenium, ita prompta fides, ut quidquid inde hauriatur, purum, liquidumque hauriri sentiatur.* p *Grandis es verbis, sapiens sententiis, genere toto gravis;* & comis alloquio; q *elegans in dicendo, in existimando admodum prudens, in omnibus perurbanus.* Territat cunctos cura tua vigilans, vigilantia sedula, sedulitas laboriosa, labor continens, quo & Reipublicæ prospicis, & negotiis distenderis singulorum.

r *Nullum à labore te reclinat otium,*
Urget diem nox, & dies noctem, neque est
Levare tenta spiritu præcordia.

s Imp. Just. A. Jul. PP. in l. 8. juxta princ. C. de bonis quæ liber.
t Idem ibid. in fin. principii.
u Imp. Just. A. ad Sen. in l. 4. de his qui ven. ætat. impetr.
x Ulp. lib 23. ad Sab. in l. 50. §. ult. D. de l. 3.
y Idem ibidem.
z Pomp. lib. sing. Enchir. in l. 2. in fin. de v. ergo Sab. D. de orig. jur.

Eodem cælo quo corpus etiam animus exprimitur. Qui legens divinam formam tua gesta ei hæsitaret responsura? s *Corporis species simulacrum est mentis, figuraque probitatis.* Præterea in cognoscendo neque adversus quos cernis malos excandescis, neque calamitosorum illachrymaris precibus (t *id enim non est constantis, & recti judicis, cujus animi motum vultus detegit;* u *nec enim, aut severitatis, aut clementiæ gloria affectanda est, sed perpenso judicio, prout quæque res expostulat, statuendum est,* x *ex æquo & bono, non ex callido, versutoque jure rem judicari oportet;* y *plerumque sub auctoritate juris scientia perniciosè erratur*) ita jus reddis, tuo ut ingenio dignitatis augeas auctoritatem. z *Ornat hæc magnitudo animi, quæ nihil ostentationem, omnia ad conscientiam refert.*

a *Maxime qui tanti mensuram nominis imples,*
Et geminas animi nobilitate genus,
Clarus genere, & factis reluces & magisteriæ potestatis sudoribus factus clarus.

a Ulp. l. 6. ad edict. in l. 1. §. 3. D. de postuland.
b Et c. 47. n. 15.
c Ennod. lib. 1. ep. 6. ad Faust.
d Cassiod. l. 2. var. epist. 15.
e Et c. 47. n. 17.

Quid *de Ætate?* b *vir quidem perfectæ ætatis, integræ, plenæ, legitimæ, justæ, maturæ, & grandis natu,* ac vix natura faciem fimbriarat lanugine, plusque paulò quàm decimus septimus tuus dinumeratur annus, cùm vel alter c *Nerva*, jam de jure responsitasti. d *Eruditus es in juventute tuâ, & impletus es quasi flumen sapientia, quod grandævus de impetratione nunquam certus optavit, hoc tibi adolescenti supernum munus ingessit.* Rarò quo isagoge, seu puro de fonte, haud humanè, exiliter uberta, clarum energiæ fundentia nitorem, scripta scaturiere tua (e *quia bona certa sunt quæ fidem ab exordio trahunt; dum origo nescit deficere, quæ consuevit radicitùs pullulare,*) quæ stuporem inter, & demirationem à doctis evolvuntur universè *ad insulas longè divulgatum est nomen tuum, & dilectus es in pace tua, in cantilenis; & proverbiis & comparationibus, & interpretationibus miratæ sunt terræ,* jure sanè, cultioris cùm eruditè genii, ac delicatioris pennæ truculentus terror tuum volentiis occursum, obviumque holographum diagramma (paralogum procul dubio) multifariam diacotomema, intuenter aspicitur, aspicienter reveretur encyclios; a *ex multâ eruditione, ex pluribus artibus, & omnium rerum scientiâ exundat, & exuberat;* b *negotium plenum vigiliarum, & sudoris.* IV.

a Corn. Tacit. sive Quint. in Dial. de causis corrup. eloq.
b Machabæor. l. 2. c. 2. n. 27.
c Horat. lib. 1. epistol. epist. 18.
d Plinius, lib. 2. epist. 9.
e Martial. lib. 6. epigram. 88.
f Senec. epist. 48. in fine.
g Cassiod. super Ps. 73.
h Plin. secundus in præfat. nat. hist. n. 40.
i Cicer. lib. 1. de Oratore, n. 17.
k Ulpian. lib 3. opinion. in l. 2. §. 15. D. de mun. & honor.
l Virgil. lib. 6. Æn.

c *Romanis solenne viris opus, uti famæ,*
Vitæque, & membris,
d *Quo nihil verius, nihil simplicius, nihil fidelius novi,*
e *Nihil exactius, eruditiusque est,*
Sed nec candidius, benigniusque,
f *Aperta decent, & simplicia bonitatem.* g *Proœmiaris aptè, narras apertè, arguis acriter, colligis fortiter, ornas excelsè, doces, delectas, & afficis.* Intactum fregisti iter, subegistique montes, & virgineam calamo calcasti humum, h. *Non trita auctoribus via, nec qua peregrinari animus expetat.* Antea tunc erat vix sibi nota libertas, exigui limes tunc erat imperii, nunc tu legem construis, & sine limite triumphas. Quid felicius te pietate motum hoc mortalibus immortalitati paratum communicasse bonum, & tantæ debellationis hoplomacum incessisse primipilum? i *Quid porrò tam regium tam liberale, tam munificum, quàm opem ferre supplicibus, excitare afflictos, dare salutem, liberare periculis, retinere homines in civitate?* k *Ne fine discrimine, & frequenter iisdem oppressis simul viris & viribus Respublicæ destituantur.* Levamine vi oppressi non modo justo carebant, quin etiam

l *Ibant obscuri sola sub nocte per umbras,*
Perque domos Ditis vacuas, & inania regna.

m Modest. lib. 2. excusat. in l. 6. §. 7. D. de excusat. tut.

Ni tu m (*quia rari sunt qui philosophantur*) quis tot nubecularum irrueret intrepidè, strenuè irrumperet obstacula, tetras fugaret tenebras, tenebrosas exularet caligines, dumosam viam, salebrisque plenam explanando transiret, tantam sedaret diaphoniam, tot juris enuclearet ænigmata? De te videtur ceciniſſe Vatem:

n Juvenal. Satyr. 8.
o Plin. secundus in præfat. natur. hist. n. 65.
p Terent. in Eunuch.

n *Veniet de gente togata*
Qui juris nodos, & legum Ænigmata solvat.

o *Quorum pauca admodum studiosi attingunt propter secretum materiæ.* Atque, ut unicâ voce referam, p *Quis habet salem qui in te est?*

Loquantur tot ingeniorum lineæ quot de te post te venerantur auctores, diversa quorum condimenta saporasti

ſaporaſti doctrinâ. Sapientum ita divitiis infudaſti non pauper, ut nulla ſit ferè in orbe remota provincia, ubi aliquid non refulgeat expeditæ tuæ ſuavitatis donum, vel, ut meliùs dicam, ubi non ſplendeat tua omni ſplendidior gemma literarum. Duce te, inquam, & auſpice

q *Hærent parietibus ſcalæ, poſteſque ſub ipſos*
Nituntur gradibus, clypeoſque ad tela ſiniſtris
Protecti objiciunt, prenſant veſtigia dextris.

Mutavit quàm ſubitas concordia terras proſpicitur; ac tua alma quies, laborque dives, (ſat fuêre) ſe latè numine mixto indulxêre campis. Victor ades, & feſto cultu pax cingitur aurea.

r *Vade ô celeri victoria greſſu,*
Sudantemque tua lauro deterge laborem,
Vade lubens, meritoque para ſubvecta triumpho
Te ſimul, & magnos populis oſtendere Reges.

Eſt ſequens hoccinè facinus majoris abollæ. Opus coronare fine, curabas & editis prætexere cœptum; quandiuque, non dicam occupabaris, ſed gloriabaris exceſſu, inhians mandare typis (robur hîc facundiæ coruſcat, nec ullâ ætate uberior fœtus fuit, a *Quippè res parvas tantum ingenium attingere nequit*) volumen de REGIA PROTECTIONE tertium, & de BULLARUM RETENTIONE ſecundum, Eccleſiaſticæ docilitatis, violentiarumque ſimul continuaberis paraphraſtes (addis namque tempori quod otio detrahis; nihil ſomno, nihil epulis, nihil otio tribuis; ipſa te naturalium, neceſſariarumque rerum uſurpatione defraudas; Majeſtas te Regia ſemper, Regia cura, Regia juſtitiæ movet ſollicitudo; totus commodis publicis, quâ docendo, quâ dicendo jus, vacas. b *Nullum tempus tibi unquam vacat, aut à forenſi dictioni, aut à commentatione domeſticâ, aut à ſcribendo, aut à cogitando.* c *Non Auguſtum privilegium exerces, ſed quod communiter omnibus prodeſt: hoc rei privatæ tuæ utilitati præferendum eſſe cenſes;* d *& ſyderum modo, quæ irrequieta ſemper curſus ſuos explicant, nunquam tibi libet nec jubſiſtere*) erumpentes quacumque vaſtos jurgiorum fluctus calamo extinxiſti ita plauſu repetito creditus, ut creditorum concurſum abſorberes apud ſedem ſenatoriam litigiis occupatam hujuſmodi, & fatigatam circulis laborioſis; quæ tuam experta credulitatem, tuæ ſuum laborem conſultationi reliquit, & optavit. e *Vir in multis expertus cogitabit multa, & qui multa didicit enarrabit intellectum.*

f *Pulchrum eſt eminere inter illuſtres viros.*

At qui lucem antea ſatagens ruminarat maturè g *Princeps, id eſt magiſtratus:* h *(nam & ipſe pars corporis Regii)* i *quis ſapiens & intelliget iſta, intelligens, & ſciet hæc?* k *tempus & reſponſionem cor ſapientis intelligit;* atque ſtatim l *eorum contentio magnam tibi affert ignominiam, & non illis imputantur quæ fiunt, ſed in te transfertur quod reprehendendum;* duriſſimo ideò, & potentiſſimo imperandi genere

m *Scribere te Auguſtus jubet, & tua carmina poſſit,*
Plenè rogans, blando vis latet imperio.

n *Et pleniùs rogat quæ ad hæc ſpectant attingas, quotidiana enim ſunt.* Tibi hic diſſolvendus nodus, tibi hæc acerbitas diluenda, lævigandа, & pro dignitate tractanda commendatur; tibi hæc tam difficultatum irretita laqueis, quàm interpretum circumvallata dubiis procerè explananda materia rogatur, rogatu digna, poſtulandaque tractatio.

o *Fortibus conceſſa viris, ſoliſque gerenda patribus.*

Cuncta moderamine tenes, cuncti te obſervant patrem, & cuncti magiſtrum, ac denique perioris juriſprudentiæ obſervatores æternum te patronum venerantur, & pro lege certa tua dictamina firmant. Creſcant hujus tantæ rei firmitudines, nam ſi quidem p *Facultati legiſlatoriæ quatuor hæc ſunt conjunctiſſima: caritas erga proximos, juſtitia, amor virtutum, & vitiorum odium;* q *quoniam vitiorum emendatricem legem eſſe oportet, commendatricemque virtutum*, inſunt legiſlatori hæc omnia noſtro maximè r *cum fides atque induſtria*, ad miniſterium electi *tam laude, quàm honeſtate, ac pariter pietate non careat*, ut in lucem veritas, inque publicas deducatur auras; s *quod enim ab unoquoque ſuſcipitur Senatus eſt qui meretur*, t *& non ambigitur Senatum jus facere poſſe.*

Militarium rerum uſum dedit fortuna loci, ubi u *Herculi cum Muſis delubrum*, x *& Muſis ad Martem ſacrificium: præterquam quòd*

a *Hæc militia eſt, gerimus quæ poſſumus arma,*
Dextraque non omni munere noſtra vacat.

b *Hanc urbanam militiam reſpondendi, ſcribendi, canendi plenam ſolicitudinis, ac ſtomachi ſequutus es.* c *Vir ſapiens fortis eſt, & vir doctus, robuſtus & validus?* & quia d *togæ quoque fortitudo militaribus operibus inſerenda eſt, quia eandem laudem foro atque caſtris edita meretur*, generalis cauſarum de la Artilleria Regni Gallæciæ, atque cunctarum noſtri Regis claſſium ad portus ejuſdem Regni appellentium Auditor fuiſti primitus laudabiliter ſelectus.

e *Ecce meus ferrum patruus molitur in illos.*

Et tunc horrentia Martis Arma libroſque canis, Saturni, & Palladis artes; f *tanquam in aciem omnibus armis inſtructus, ſic in forem omnibus amatus exiſtis.*

g *Et tamen ante omnes Martem coluere priores,*
Hoc dederat ſtudiis bellica turba ſuis.

Sed h *melior eſt ſapientia, quàm arma bellica*, & i *& melior eſt ſcientia, quàm vires, & vir prudens, quàm fortis*; & illuſtriora, & majora intellectu, quàm gladio conficiuntur. k *Pleraque in ſummâ fortunâ auſpiciis ac conſiliis, quàm telis ac manibus geri*, pluſque agere qui ſapientiâ, & conſilio Rempublicam dirigunt, quam qui jaculis hoſtium corpora exponunt verè docemur. l *Expetenda quidem magis eſt decernendi ratio, quàm decertandi fortitudo.* m *Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ.*

Itaque *Civilium* rerum exercitium majora nactum excelſiora reperiit; teque poſtquam conſpexit orbis

q Virgil. lib. 2. Æn.
r Joan. Barclai. Argen. lib. 3. pag. 201.
a C. Salluſtius Criſpus in fragmentis prope finem.
b Cic. in l. de Clarisoratorib. qui inſcribitur Brutus, n. 147.
c Imp. Juſtin. Aug. Senatui Urb. Conſtantinopolitanæ, in l. unic. in fin. C. decad. coll.
d Senec. de conſol. ad Polyb. c. 6.
e Eccleſiaſt. c. 34. n. 9.
f Sen. aut quiſquis ille fuit auctor Oct.
g Modeſtinus, lib. 6. excuſationum in l. 15. §. 9. D. de excuſ. tut.
h Impp. Arcad. & Honor. AA. Eutych. P. P. in l. 5. C. ad leg. Jud. majeſt.
i Oſeæ, c. 14. n. 10.
k Eccleſia. c. 8. n. 5.
l D. Chryſoſt. in Geneſ. hom. 34.
m Auſon. Gall. ad Theog. Aug. in quadam ad Paulum, aliàs Pacilum ep. epig. 3.
n Paul. lib. 10. quæſtionum in l. 25. D. deliberat. legat.
o Claudian. in Conſul Manlii Theod. conſ. 265.
p Phil. lib. 2. de vita Moyſis.
q Cic. lib. 1. de legib. n. 44. circa fin.
r Impp. Leo & Anthem. AA. Nicoſtrato P. P. in l. 28. in fine C. de Epiſc. & Cler.
s Caſſiod. l. 1. var. epiſt. 43.
t Ulpian. lib. 16. ad edictum in l. 9. D. de legib.
u Suet. in Aug. c. 29.
x Plutar. in vita Lycurg.
a Ovid. l. 2. Faſtor. in princ.
b Cicer. in Orat. pro l. Muræna, n. 16.
c Prov. c. 24. n. 5.
d Valer. Maxim. lib. 3. c. 2.
e Ovid. lib. 3. Faſt. verſ. 35.
f Corn. Tacit. ſive Quintil. in Dial. de cauſ. corrupt. eloq.
g Ovid. lib. 3. Faſt. verſ. 89.
h Eccl. c. 9. n. 18.
i Sapientia c. 6. in princ.
k Cornel. Tac. l. 10. Annal. c. 6.
l Cic. lib. 1. Offic. n. 113.
m Cic. in orat. in Luc. Piſon. n. 57. & ſeq.

h Homer. Iliad. 1. 4. 43.

h *Ore loqui docto, & virtutem oſtendere factis.*

Tuam ſapidè fructuoſam flagitare frugalitatem honores agunt, & angunt, præfecturæ te cupiunt, & ſocium præfecti te ambiunt. Hoc unum hac re opportunè dicam, ut cœlo te laudibus æquem, quòd, etſi tanto illuſtrareris decore, neque te mundanarum rerum unquam lucri inſultavit cupido furoris, neque unquam dignitatum argumentoſa ſitis, importunave te tenuit fames; imò potiùs muneris munus expoſcit principatum, & graduum gradus exclamavit aſcenſum, o *prout quiſque eorum in ordinem venit* p *Nati ſunt faſces ex faſcibus, & naturam retinentes fœtus arborei pullularunt iterum decenter abſciſſi:* q *Quia honoris augmentum non ambitione, ſed labore ad unumquemque convenit devenire;*

o Ulpian. lib. 3. de officio Proconſulis in lib. 1. D de alb. ſcrib.

p Caſſiod. l. 1. var. epiſt. 12.

q Impp. Arcad. & Honor. AA. Stilichoni Magiſtro militum i. 14. C. de re milit. lib. 12.

r *Ipſa tibi trabeas ultrò dedit, ipſa curulem*
Obtulit, hæc ultrò faſtos ornare coegit.

Verùm enimverò in noſtro viæ, & eremigationis gyro expertus quos non fuiſti plauſus! Sum ſanè ego teſtis, dum beneficiorum aderam particeps. Plauſibili plauſibiliorum heroum proſperitate proſperus, & proſperè navigabaris. Te laudat procerum fama ſuper æthera notum.

r Claud. lib. 3. de laudib. Stilichonis.

s Mart. lib. 8. epigram. 8.

s *Purpura te felix, te colit omnis honos.*

Etſi cui tua gravitas modeſtè delituit, pro tanto magiſtro cognoſcendo tabeſcebat internè, carmine perpetuo celebrare deſiderans. Hoſpes eras notis lætitiâ placidus & ignotis aderas notitiâ lætus.

t Ovid. l. 1. de Pont. eleg. 4.

t *Quod tua fecerunt ſcripta retexit opus.*

u Caſſiod. l. 4. var. epiſt. 1.

x Proverb. cap. 16. n. 20. & 21.

u *Dignum eſt ut qui eſt ſcientiâ præditus reddatur honore reverendus.* x *Eruditus in verbo reperiet bona, & qui ſperat in Domino beatus eſt. Qui ſapiens eſt corde appellabitur prudens, & qui dulcis eloquio majora reperiet.* At Hiſpani

a Ovid. ad Liviam circa med.

a *Te clamore vocant iterùmque ſupremo;*

b Prov. c. 25. n. 25.

b *E nuntius bonus de terra longinqua.* Quid mirum, ſi merita tua te ipſo eminentiora dum cenſet Hiſpania, potiùs te orbandam ſore triſtatur, quàm de te in ſua viſcera tunc retenta lætetur? & quid mirum, ſi ipſa genitrix ſibi repetat quod injuriâ dolet ereptum? c *Tum verò tanta ſum cupiditate incenſus ad reditum, ut mihi nulli, neque remi, neque venti ſatisfacerent; non quò me ad tempus occurſum putarem, ſed ne tardiùs, quàm cuperem Reipublicæ gratularer.* Quis non ſtupeat Catholici, & Auguſtiſſimi Principis noſtri Philippi IV. Monarchiæ & Religione Magni pietate, gloriâ, dominatione ſummi, providam curam, imò anxiam providentiam, jubentem propriùs te devenire propitium, qui ſcripta ſervanda Regius miniſter gubernares imperio?

c Cic. orat. 43. Philippic. 1.

d Horat. lib. 1. epiſtol. epig. 16.

d *Qui conſulta patrum, qui leges, juraque ſervas;*
Quo multæ magnæque ſecantur judice lites;
Quo reſponſore, & quo cauſæ teſte tenentur.

e Caſſiod. l. 5. var. epiſt. 25.

f Calliſtratus, l. 5. decognitionibus, in l. 5. §. 3. de jure immun.

e *Majora de conſpectu Principis populi ſumunt, quàm de largitate beneficia conſequantur.* f *Nam remuneranda pericula eorum, quin etiam, & hortanda præmiis meritò placuit.*

Eminentium epigraphicâ ex iſthac tuarum dotium epitome, conſequens dilapsè excidit illatio, quòd licèt ampliſſimum ſis in Republica locum aſſequutus verè nihilominus dictum ſit: g *Tu decoratus ex illo es, ille honoratus ex te eſt.* Gaude ergo, gaudiumve excipe, ô rationalis hujus ævi Phœnix! ô heros ſcientifice! vel deſtinatorum numerum ſigilles, vel facias cœptuum; h *neque enim magna & excedentia ſolitum ac vulgarem modum crebrò gignuntur;* haud omnes quippè poſſunt hæc tanta facere, niſi

Anacephalæoſis Panegyrica.

g Caſſiod l. 5. var. epiſt. 4.

h Senec. in lib. cui titulus, in ſap. non cad. injur. c. 7.

i Virg. lib. 6. Æn.

i *Quos æquus amavit*
Jupiter, aut ardens evexit ad æthera virtus;

k D. Paulus 2. ad Timoth. 3.

l Juſt. Lipſ. cent. ad Italos, & Hiſpanos, epiſt. 51.

m Zach. c. 6. n. 14.

n Machab. lib. 1. c. 2. n. 5.

o Tert. in Scorp. adverſùs Gnoſticos, c 6.

p Claud. in Paneg. ad Probum

q Cic in orat. pro l. Muræna, n. 17.

r Daniel c. 12. n. 3.

s Ovid. lib. ult. Metamorph. in fine.

t Sic in Somn. Scip. ex lib. 6. de Rep. n. 8.

u Plin. ſecundus in epiſt. ad Tacitum ſuum.

x Prov. c. n. 13.

a Plin. in Pan. ad Trajan.

b Henr. Spond. in Auctuario ad Annales Baron. ann. à Chriſto nato 1639.

Solùm enim k *omnis ſcriptura divinitùs inſpirata utilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in juſtitia, ut perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus.* l *Tu is es, eximie patrue, quem virtus, eruditio, & eloquentia commendant;* & ſuper columna arma, m *& coronæ* n *ad gloriam magnam, & nomen æternum;* & qui negotiatus o *coronam, & gloriam, & qualem poteſt præſtare ſæculum, de fama æternitatem, de memoriâ reſurrectionem.*

p *Omni nobilior luſtro tibi gloria ſoli*
Contigit, exactum nunquam memorata per ævum.

O valde pulchram mentem! ô indolem excelſam, quæ poſteros cogitas, quæ audes aliquid ultra cineres, ut quatenùs tibi denegatur diutiſſimè degere, relinquas aliquid, quod lumen vitale te vidiſſe teſte! q *Magna laus & grata hominibus unum hominem elaborare in eâ ſcientiâ, quæ ſit multis profutura.* r *Qui autem docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad juſtitiam erudiunt multos quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.*

s *Nec Jovis, ira, nec ignis,*
Nec poterit ferrum nec edax abolere vetuſtas;

Et quod præponderantius eſt, t *omnibus patriam conſervarint, adjuverint, auxerint, certus in cœlo, ac definitus locus, ubi beati ſempiterno fruantur ævo.* O benè beatum iſtud hominum genus, quod Deorum illud præſumit æmulari, & hianti immortalitatis amore caduca hæc temporum antevertit! u *Equidem beatus puto, quibus Deorum munere datum eſt, aut facere ſcribenda, aut ſcribere legenda; beatiſſimos verò, quibus utrumque.* x *Beatus homo qui invenit ſapientiam, & qui affluit prudentiâ; melior eſt acquiſitio ejus negotiatione argenti & auri, primi & puriſſimi fructus ejus, pretioſior eſt cunctis opibus: & omnia quæ deſiderantur, huic non valent comparari. Longitudo dierum in dexterâ ejus & in ſiniſtrâ illius divitiæ, & gloria. Viæ ejus viæ pulchræ, & omnes ſemitæ illius pacificæ. Lignum vitæ his eſt qui apprehenderint eam: & qui tenuerit eam beatus.* Planè quidem ſitam fati normam effugis, & perennaturam famam annalium volumina mulgant. a *te fama, te gloria, ad ſydera tollit humus,* & b *Grandis* tandem grandi vociferatione prædicaris in Auctuario ad Annales Baronii. En patet in laudes arca latu tuas, illud magis

c *Quid*

c *Quid dignum memorare tuis Hiſpania terris*
Vox humana valet?

c Claud. de laudib. Serenæ.

d Quis, ô noſtræ celebratiſſimæ Heſperiæ decus, *comparari tibi non reformidet?* e *Quid, non modò nos, ſed omnino vita hominum ſine te potuiſſet? Tu urbes perperiſti, tu diſſipatos homines in ſocietatem vitæ convocaſti, tu eos inter ſe, primò domiciliis, deinde foris, tum litterarum, & vocum communione junxiſti.*

d Plin. in Pan. ad Trajan.
e Cic. in exclamat. de Philoſ. Tuſcul. q. lib. 5. n. 3.

f *Tu mihi quodcunque hoc regni, tu ſceptra, Jovemque*
Concilias, tu das epulis accumbere Divum,
Nimborumque facis tempeſtatumque potentem.

f Virgil. lib. 1. Æn.

Id propter te oppreſſorum protectorem acerrimum, firmiſſimumque tutamen venerantur reverenter omnes, te patrem patriæ audio nuncupare ſecundè, g *te omnes ordines, te univerſa civitas, non priùs tabellâ, quàm voce priorem Conſulem declaravit*, te ducem obſervant utroque jure periti, te jure magnum jubar ſchola cuncta colit, h *hominem providum, æquum, humanum, magnanimum, dominantem voluptatibus, acri judicio, perſpicacem, circumſpectum Religionis cultorem, induſtrium, confectorem negotiorum, ſemper attentum ad id, quod Principis in gloriam cedit.* Verè egregia facta velut digno te demonſtrant,

g Cic. in orat. in L. Piſon.
h Julius Pollux l. 1. Onomaſt. 2. n. 1.

i *Illa tamen laudant omnes, mirantur, adorant.*

i Martial. l. 4. epigram. 49.

Per te omnibus audimur terris, mundique per auras ibimus, ignotâ haud rapiet ſub nube vetuſtas, & dum rotat aſtra polus, & dum ſæcla volabunt, ſemper honos, nomenque tuum, laudeſque manebunt.

k *Nomina per titulos ingrediemurque tuos.*

k Ovid. lib. 5. Faſt. in princ.

Hac etſi fruantur cuncti Hiſpani populi gloriâ, Gallæcique gaudeant ſuæ merito cognomine gentis, tamen (ſeriis ne tramite deliret à ſuo)

l *Eſt quod præcipuum debeat iſta domus,*

l Ovid. ad Liv. circa fin.

m *Et qui ex his primo gradu procreati ſunt,* & n *qui rectè dixerit ordinem Scripturæ ſequendum,* tuæque juxta dilectionis prærogativam o *perſonæ ſuccurritur quæ meruit præcipuum favorem.*

m Modeſt. l. 6. Reg. in l. 32. §. 6. D. de leg. 3.
n Ulpian. l. 5. fideicom. in l. 24. §. 17. D. de fideic. libert.
o Papin. l. 1. defin. in l. 42. p. de adminiſtr. tut.

Ad Lectores interloquium.

Patere, mi Patrue, ut arctis antequam compagibus claudatur excurſus, ad anagnoſtites me vertam paululùm.

p *Orator ad vos venio ornatu prologi:*
Sinite orator fiam.

p Terent. in Hecyra, act. 1.

En igitur de CONCURSU CREDITORUM perfectiſſimum tractatum ab illo magni nominis viro mirè fabricatum, & fabrè digeſtum, q *ita verbis aptum, & preſſum, ut neſcias utrùm res oratione, an verba ſententiis illuſtrentur*, ad quem ſuo more, r *quæſivit verba utilia, & conſcripſit ſermones rectiſſimos, ac veritate plenos*, & ſui s *officii eſt obſcura differere, manifeſta perſtringere, in dubiis immorari, unde & pleriſque commentarium opus explanatio nominatur.*

q Cic. lib. 2. de oratore, n. 30.
r Eccleſ. c. 12. n. 10.
s D. Hieronym. in procem. lib. 2. ep. ad Galat.

a *Favete, adeſte æquo animo, & rem cognoſcite,*
Ut pernoſcatis quid ſpei ſit reliquum;
Poſthac quas facit de integro comœdias
Expectandæ, an exigendæ ſint ubi priùs.

a Terent. in Andria. act. 1.

Plures item & alias cognôſtis ejus, quæſo hanc noſcite. Agnoſcetis, b *ut hi qui facere ſolent, qui amicorum liberos ex ſimilitudine in eis conſpicuâ agnoſcunt.* In ipſo limine probatur opus. Fama, quòd ſatis eſt, habet.

b D. Baſil. magnus de D. Gregor. Naz. ſcript.

c *Credita res Auctore ſuo eſt.*
d *Ejus tamen commendatio præcurrere videtur, cui nomen ex ipſo homine quæſitum eſt.*
e (*Magne tuum nomen eſt menſura tuarum.*)
f *Quoſdam ſolet commendare materia, & aliquoties fortaſsè lectorem ſolùm lemna ſolicitat tituli;* g *materiam ex titulo cognoſces, cætera liber explicabit, quem jam nunc oportet ibi conſueſcere, ut ſine præfatione intelligatur;* haud immoror ideò, utilitate quod quippè eſt, laudatione refertum nulla requirit commendationis argumenta? h *non eget commendatione, ipſa enim ſe oſtendit.*

c Ovid. lib. 12. Met. circa fin.
d Valer. Max. lib. 5. c. 1. in pr.
e Ovid. lib. 2. Faſt.
f Auſon. in præfat. parent.
g Plin. 5. epiſt. ad Scaurum.
h Ulpian. lib. 11. ad edictum. in l. 1. D. de integr. reſtit.

i *Simplex eſt oratio veritatis,*
Nec variis eget interpretationibus bifariam.
Eſt enim opportuna per ſe; contra ſermo injuſtus,
Cùm æger in ſeipſo ſit, pharmacis indiget aſtutis.

i Eurip. in Phœnicis apud Stobæum ſerm. 9.

Veſtri quare probationem, plauſumque non admirabor (grates etſi gratis mente dicam inoblitâ ſemper) k *fides* namque *non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum.* Æſtimatoribus, ſi quid venerationis ſupereſt quod priores non imbibiſſent novos hoſce commentarios clamoribus arbitror excipiendos; nam l *quemadmodum aliquando umbra antecedit, aliquando ſequitur; gloria aliquando ante nos eſt, viſendamque ſe præbet, aliquando in averſo eſt, majorque quò ſerior.*

k D. Greg. hom. 26. in Evang.
l Senec. epiſt. 79. prope fin.

m *Iſte quidem veteres interponetur honeſtè,*
Qui vel menſe brevi, vel toto eſt junior anno.

m Horat. lib. 2. epiſt. 1.

Cironis. Vicinâ demum potiamur arenâ feſtinat occaſio, receptui igitur canendo contrahere; impetumque cohibere liceat oratiunculæ. Hunc meum, n *juris ſacer* o *Antiſtes*, in te amoris aprimè fabricatum, & fabrè digeſtum, q *ita verbis aptum, & preſſum, ut neſcias utrùm res oratione, an verba ſententiis illuſtrentur*, ad quem ſuo more, r *quæſivit verba utilia, & conſcripſit ſermones rectiſſimos, ac veritate plenos*, & ſui s *officii eſt obſcura differere, manifeſta perſtringere, in dubiis immorari, unde & pleriſque commentarium opus explanatio nominatur.*

n Ulpian. lib. 1. inſt. in l. 1. §. 1. D. de juſt. & jur.
o Quintil. lib. 2. cap. 1.
p Jacob epiſt. cap. 1.
q Senec. ep. 81. circa princ.
r Caſſiod. lib. 2. variar. epiſt. 30.
s Virgil. lib. 8. Æn.

a *Favete, adeſte æquo animo, & rem cognoſcite,*
Ut pernoſcatis quid ſpei ſit reliquum;
Poſthac quas facit de integro comœdias
Expectandæ, an exigendæ ſint ubi priùs.

Plures item & alias cognôſtis ejus, quæſo hanc noſcite. Agnoſcetis, b *ut hi qui facere ſolent, qui amicorum liberos ex ſimilitudine in eis conſpicuâ agnoſcunt.* In ipſo limine probatur opus. Fama, quòd ſatis eſt, habet.

c *Credita res Auctore ſuo eſt.*
d *Ejus tamen commendatio præcurrere videtur, cui nomen ex ipſo homine quæſitum eſt.*
e (*Magne tuum nomen eſt menſura tuarum.*)
f *Quoſdam ſolet commendare materia, & aliquoties fortaſsè lectorem ſolùm lemna ſolicitat tituli;* g *materiam ex titulo cognoſces, cætera liber explicabit, quem jam nunc oportet ibi conſueſcere, ut ſine præfatione intelligatur;* haud immoror ideò, utilitate quod quippè eſt, laudatione refertum nulla requirit commendationis argumenta? h *non eget commendatione, ipſa enim ſe oſtendit.*

i *Simplex eſt oratio veritatis,*
Nec variis eget interpretationibus bifariam.
Eſt enim opportuna per ſe; contra ſermo injuſtus,
Cùm æger in ſeipſo ſit, pharmacis indiget aſtutis.

Veſtri quare probationem, plauſumque non admirabor (grates etſi gratis mente dicam inoblitâ ſemper) k *fides* namque *non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum.* Æſtimatoribus, ſi quid venerationis ſupereſt quod priores non imbibiſſent novos hoſce commentarios clamoribus arbitror excipiendos; nam l *quemadmodum aliquando umbra antecedit, aliquando ſequitur; gloria aliquando ante nos eſt, viſendamque ſe præbet, aliquando in averſo eſt, majorque quò ſerior.*

m *Iſte quidem veteres interponetur honeſtè,*
Qui vel menſe brevi, vel toto eſt junior anno.

Cironis. Vicinâ demum potiamur arenâ feſtinat occaſio, receptui igitur canendo contrahere; impetumque cohibere liceat oratiunculæ. Hunc meum, n *juris ſacer* o *Antiſtes*, in te amoris aprimè ſuſcipe, & tanquam *affluenter*, hoc quantulumcunque addictiſſimi animi monumentum æqui bonique conſule; q *quantum, ſed à quali profectum ſit voluntate perpenditur;* r *clementia non habet legem, nec debet ſub angustis terminis benigna ſequi, quem decet ſine fine laudari.*

f *Accipe, daque fidem, ſunt nobis fortia bello*
Pectora, ſunt animi, & rebus ſpectata juventus.

Benè vale, vir clariſſime, mihique diu felix, & incolumis vive.

s Virgil. lib 1. Æn.

s *Sis felix, noſtrumque leves quemcumque laborem:*
Et quo ſub cœlo tandem, quibus orbis in oris
Jactemur, doceas.

u Plin. in Pan. ad Trajan.

u *Dies omnis ſummâ cum utilitate noſtrâ, & tua laude condatur. Dent tibi ætatem Dii quam mereris, ſerventque animum quem dederunt.*

x Terent. in Andr. Act. 1. Scen. 4.

x *Dii date facultatem obſecro.*

Ex librario penetrali meo, Corunæ, quinto Nonas Octobris; anno reparatæ Salutis MDCXLVIII.

DOCTI DOCTORIS PETRI TORRADO MARINO DE LOBERA, S. Jacobi de Sigras meritiſſimi Abbatis, olim apud Compoſtellanos, & in Fonſecæo Divi Hieronymi Collegio Rectoris, & in ejuſdem Univerſitate Rhetorices moderatoris eximii,

EPISTOLA PANEGYRIM COMMENDANS.

ET meritò, quis enim ſpectatiſſimum ſingulariter, dignèque celebret virum, in quo uno omnes enitent virtutes, quæ à Theoſophicis dimanare noſcuntur, nempe prudentia ſolers, juſtitia conſtans, fortitudo valens, temperantia mitis, niſi qui ſanguine conjunctiſſimus bene nota, beneque nata ſingula quæque candido percurrit ſtylo, & duplicem perenniter juventutis hominis iconem non ſimulato delinit auro, non mendaci inaurat fuco? Et meritò quidem, cùm laus par ſit à laudatis laudari, cui parili (tibi nempe) calamo reciprocat decantatio, & patrui laudes ſentiat eſſe ſuas, qui ad unguem, ut fertur, feliciter, aptèque, & appoſitè limatiſſimâ, ne Pliniana dixerim, panegyri, cuncta quaſi per ſyntheſim ſcitu digniſſima encomiaſticè comprehendis. Tu Patriam beas, patruum extollis, genus nobilitas, progeniem decoras, majores rememoras, poſteros excitas, præſentes perficis, remotos afficis, cunctos exhilaras, & clariſſimo genio, ingenii vires, animique dotes peſſundatâ calcibus invidiâ, linguâ fœcundâ, facundoque ore, animosè dexter, imo dexterrimè animoſus percurris, Teque dum uris alterum aurigam Autumedonem, legum navarchum, Tiphim, æqui bonique coryphæum, Lycurgum noſtrum Salgadum (neque jam tuum tantùm auſim dicere) provehis; teque dum in Palatinum Minervæ phanum, immortalitatis ergo, longum ſuſpendere pergis in ævum, mortales effugis, lividas protundis, luridas prætervolas obliviones, & ad æternitatis aras te, dum ſacraturus illum affers. Vale.

Juſſis, Domine, tuis obſequentiſſimus, deditusque tanto opere allectus

Doctor PETRUS TORRADO MARINUS DE LOBERA.

OPTIMO DOCTORI

PETRO TORRADO MARINO DE LOBERA,

PANEGYRIS AUCTOR ILLICO RESPONDET.

EN hiſce Paſchatis diebus feſtivitas accrevit feſtivitati, queis tuas cùm mihi fraterculus attuliſſet litteras (tuæ ſpectra litteraturæ ſolidæ, ſolitæ eruditionis omnigenæ) illuxit aurora ſolemnior, gaudia pertentant mentem, & ingenti celebro nova gaudia plauſu. Noſtram ex conatu felicem, ex inſcriptionis pondere celſam panegyrim, calculum dum albentem adjicis, & perexiguè delineata ſpontè ſublimare contendis, videre contigiſſe ſupponis. Suave fuit, imò mehercle dulciſſimum, tuis noſtro de patruo jucundari ſermonibus. Pauca (pro viribus etſi) indigna voce decantavimus, *ut non quid dicatur à nobis, ſed quid oporteat dici conſideretur*; tu penitus perficis encomia, incumbis toto pectore ad laudem; omnium gentium conſenſum, & incredibilem conſpirationem adjuva, atque, ut queamus cuncti jurare in verba magiſtri.

Cic. in orat. pro A. Cluen. n. 1.

Hæc quoque, ne noſtrum poſſint urgere pudorem,
Tu recita, & verè poterunt tua dicta videri.

Auſon. in ep. prior. ad Th.

Opuſculum ſupra merita commendationibus extollere magno molimine tentas, & *plerumque plus eſt in manus pretio, quàm in re.* Nullum inſuper eſt verbum, quod non ſingulariſſimæ propenſionis, & amoris erga me tui præclarum contineat indicium, decorum inſuperatum non occludat ornamentum. *Quid homini poteſt dari majus quàm gloria, laus, & æternitas?* Tam ampliſſimam indulgentiam, favorem, honorem, beneficium, quod denique de tanti prædicas iconiſmo haud fuſque deque fero, totum id facio plurimi, & maximas tibi pro laudibus ago gratias utriuſque, ſed

Ulp. lic. 7. ad edict. in l. 23. §. 1. D. de V. S.

Plin. epiſtol. lib. 3. ep. 21.

Virgil. lib. 12. Æn.

Quam pro me curam geris hanc precor optime pro me
Deponas, lethumque ſinas pro laude paciſci.

VALE.

Juſſorum, gratitudinis ergo, tuorum cupidus, illiſque parere paratus tui ex animi ſententiâ, obſervantiſſimus.

DON FRANC. SALGADO DE SOMOZA.

D. D.

D.D. FRANCISCO,

SALGADO DE SOMOZA,

IN HAC PINCIANA CURIA

MAXIMI HISPANIARUM PHILIPPI IV.

Senatori Regio, & unius Aulæ Præfidi.

Gratulatur operi, & amico ſuus Conſenator Dominus Joann. Franciſcus Fernandez ab Heredia, Eques Alcantarenſis Ordinis in eodem Prætorio Concollega.

PRODIS iterum, atque iterum in arenam, & præ omnibus ſtudioſa curricula figis! ô Deus iterum, iterumque annuat labori creditorum, & Labyrintho tuo, imò doctiſſimo aureo filo, quo ambages eludis, quo cæcas tenebras diſſolvis latens, & remotum jus via pateſcit; nec tibi profuit ſolum ſtudium, non intermiſſo Agone, credo uti juriſconſultis, quibus gentilitium jus, hoc ubi hæreditarium (ſi fratrem, ſi patrem intuearis) veri inter tuos doctior, & nullus inter totos utilior jamjam intentus operi huic veneratione vocor, ad protectionem illam verendam oppreſſorum, ad retentionem bullarum confugientium, & ex illis diligentiam probo, quod infatiabilem pariat laborem labor, nam & alia æqualia promittis edenda, & impetum tibi dabit actionum honeſtarum commonſtratio; poſt hæc & alia invenies & inveniſti, Seneca docet, *ſemper enim ſapienti reſtabat quod inveniat & quod animus jus excurrat*; & ſacra buccina detonuit, *da occaſionem ſapienti, & ſapientior erit*; parentheſim Labyrinthus hic fecit, ingenii tui levamen, per tam ardua diverteris; ſapientes fuiſſe, qui ferri metalla, & æris invenerant ait ipſe: at tu ferrum, & æs, aut aurum, & gemmas, tyronum quæſtiunculas, aut obſtruſa falſebroſa, aut placida; nonne utiliora fori & utriuſque fori ſeveriora digeris, & ignotiora exponis? ſapientis ſocii, & amiciſſimi Franciſci laudes nec effugio, nec cano; nam tui præconis voce labores non filebunt, me tuæ modeſtiæ voces balbutiunt, ſed apage illos invaſores ſi irrumpent doctrinæ tuæ ſedem cum venerint ſalutare in ſecretum, aut penetrale, hos nullum limen, nullum ſactum amovet, & per omnes rimas involant importunæ muſcæ ſtillantes, mero jure volumina guſtant, derodunt, ſi non illa, aut nihil in illis pretium laudis detractionis efficiunt laboraſſe; ſapientis apud Stobæum Chryſippi imago te ſpectat omnino, *& beatos eſſe homines, qui ſunt ſapientes, & fælicitatem hanc, & ſecuritatem nihilum à divinâ differre*, Chryſippus ait. *Et nulla parte optabiliorem, meliorem auguſtiorem illam jovis fælicitatem hac humana eſſe: tunc ſi Epicteti memineris erroris humani labem, miſerere homines*, lequitur: *Dei animum*, inquit, *qui nulla re fruſtretur, aut lædatur, qui non iraſcatur, non invideat, non æmuletur.* Majora quidem & quod pejus eſt à majoribus invideri; ſed quid non digna ſcripſeras invidiæ? Ergò tui ſolatium cum ſcripſeris, æmulari, ſedeat ingenio voluptas, quæ læditur, & quæ noxiæ locum non dat, lætari debes in ipſo, & ego teſtari apud te publicam lætitiam ex ingenti opere, quod Regis, Patriæ, curiæ miniſterio abſolviſti, uti civis bonus, peritus obſequioſus, egregiuſque Senator, ingentibus en obtrepimur curis hoc emporio uti literarum; & juſtitiæ ſedibus, Hiſpaniæ Regnorum maximæ parti fervent lites, unum noſtrum inter procellas humanas inſtructum tribunal, quod ſi homines fervida calliditate prætereant in undoſis virgiis errabunt, vide quantum publica, quantum nos ſtudiorum officia diſtringant, quam parva in foro pax, in clientulis concordia, in judicis moderatio, delibata ſuperiorum reverentia, nec per formam magiſtratuum moderari, ſed ne paterentur aulæ luxurioſas herbas, uni jam præeſſe, uti moderatorem, quos domeſtica diſcordia agitat, vexatque: Lætari te quæri, quam per illam judicari cum de juſtitia non imperiti, & multi deliberent, ſed ſapientiſſimi, & pauci: nocentibus, & ſeditioſis in contrarium accingeris, & benè facta laudas potius, quàm malè admiſſa defendunt, uſu ſanguinanti eloquentiæ. Amavi te, priuſquàm cognoverim, cum imaginem tui ferrent libri, & te potius, quàm illos cum introſpicerem, & ſeriam mentem, & ſenſus meræ juſtitiæ; fax publicè, & privatim accenderis, nec ulla requie componi, ſed cum ſecedit animus impura, & penetralia illa, ſic noſtri antiſtites conſulti ferre reſponſa ſolebant, meditatæ dictionis impetu, nec ex tribunali remiſſus, nec ex labore defixus laxaris ad ſomnum ferè inducias permittis, nec ante oſtium, litigatore vexato ſuccumbis, nec alterius diſcrimine parta, hæc ſunt opera à te, non ab illo, à requie, non à lacrymoſo reorum ſingultu fugis, interrogare ſoleo, qua hora acceperis diem, qua ſtudium, quaſi ſuit intermiſſio; actu perire omne tempus arbitraris, quod vigiliis non imputetur, ante diem ſurgis, noctis nec aſperitas ullum ſtudio tempus eripuit inter inſtantis, *& deferentis intervalla publicum munus amplifice excipitur.* Pliniani calamo totum totus, & vita depingitur; *Miraris quod tot volumina, multaque in his tam ſcrupuloſa homo occupatus abſolverit, magis miraberis, ſi ſciris illum aliquando cauſas actitaſſe, ſederat acre ingenium, incredibile ſtudium, ſumma vigilantia lucubrare, à Vulcano*

Plin. lib. 6. epiſt. 15.

Epiſt. 111. Proverb. epiſt. 9. cap. vides in fin. 23. quæſt. 6. Epiſt. 79.

Epiſt. 99.

11. differt. c. 12.

Caſſiod.

Quintil.

Vulcanalibus incipiebat, non auſpicandi cauſa, ſed ſtudendi, æſtate ſtatim à nocte multa, hyeme verò ab hora ſeptima, vel cum tardiſſimè octava, ſæpè ſexta erat ſanè ſomni parciſſimi; nam nunc quam etiam inter ſtudia inſtantis, & deſerentis, ante lucem ibat, & Veſpaſianum Imperatorem (imò tu ad Deum;) *nam ille quoque noctibus utebatur, inde ad delegatum ſibi officium reverſus domum, quod reliquum erat temporis ſtudiis reddebat: poſt cibum ſæpè (quem interdum levem, & facilem, veterum more ſumebat) æſtate ſi quid otii jacebat in ſole liber legebatur, adnotabat, excerpebat, nihil enim legerit, quod non excerperit.* Neç doctrinam mollem, & animam aptas, ſed virilem, & robuſtam, quæ ſe ſecurum præſtent inter hos creditorum, errantes fluctus, componantquè in ambitioſo jurgio cupidinis novas tempeſtates tranquillitatem foro nunciantem. Scribis non de privata re, valere cupis, & publicam ſalutem; contemptus divinarum, tum humanarum rerum creberrimus ſi creſcit, ſi quæ violatio juſti eſt, ſi celeris impietatis genus redundat propinquo, & neceſſario opere abſolvitur, & legum trangreſſores propter ignorantiam non errabunt, cæleſtis, & ira ſedebit affixa Aſtrææ numini reverentia, verè ſi auſpicatur vox ſectalarii Egenolphi, his verbis melius *mutatam Europæ faciem videbimus, quando juſtitiam rebus gerendis Præſidentes ita adminiſtrent, ut nullis injuria fiat, nulli in republica, ut agere permittant. Pro tribunali ita judicium vigeat, quo non minus infimi, quàm ſummi juſſuum obtineant, ſed lætati pœnarum metu deterreantur, boni verò ad promerenda virtutum præmia inſtigentur, ut honor alios provocet, alios metus coerceat.* Heu heu toto orbe hæc procella inſana detonuit, & Ethnici ipſi medelam calamitatum probè noverunt, & venerati ſunt, *juſtitiæ contemptores condignè puniantur, violatores legum impuniti non maneant*, ſanitas apud te læta, & plena firma, & erudita eſt, & quantum auctum ex codice, & homine ex te, & tuo utroque vivo flumine, & fonte. Vale.

DOCTISSIMO VIRO

Hiſpanicæque litteraturæ facilè Principi, & Regio in Curia Valliſoletana ex primatibus Senatori,

D. D. FRANCISCO SALGADO DE SOMOZA,
Auctori hujus legalis Labyrinthi,

D. MARTINUS SARAULA, *in inclyta Pinciana Academia J. C. & Decretalium Cathedræ poſt Veſperas anteceſſor, & in eadem Curia Advocatus.*

HOC LABYRINTHIACUM CARMEN

D.V.C.Q.A.

Seu libet ingenium, vel avorum	*Stemma parentum*
Aſſerere id referunt dignius	*Arma, Liber*
Laus tua, quod mentes Hominum	*Labyrinthus oberret*
Gratia, ſed major, tot	*Geminaſſe vias.*
Ardua, quæ monſtri vox profert	*Antra per orbem*
Dædaleæ mentis nobile	*Dixit opus*
Ordine ob ancipiti, ſtatio gravis.	*Orta viarum*
Solvere dat tricas Theſea	*Poſſe domus*
Ars artem potuit, tenui vel	*Vincere filo.*
Libram nulla, niſi menſtrua	*Digna valet:*
Itque, reditque vias, ſi creditor	*Invius arcta*
Eſto liber filum, qui labyrinthus	*Errat:*
Ridebis Theſeum, melior dum	*Redditur orbi,*
Et genere, & literis, ceu liber	*Eſſe docet.*

AFFECTUS

AFFECTUS ANIMI UNIVERSIS, SED MIHI PRÆSERTIM, colendiſſimo viro, utraque eruditione pollenti, nobilitate conſpicuo, doctrinâ egregio, cujus famam ſcivit ille ultimam,

D.D. FRANCISCO SALGADO, DE SOMOZA;
in Vallifoletana curia Conſiliario Regio offerebat

D. JOANNES REMIEREZ D'ARRELLANO;
ejuſdem curiæ Relator.

ACROSTICHON AD LABYRINTHUM CREDITORUM.

Debitor exſolvi te errore, aut creditor optas?
Fidus ades; fidi valet hic Labyrinthus amici,
Rem miram! præſtare vices: quid mira ſtupeſcis?
Auſculta eruditam qui mira adjungere veris
Nil obſtat: valuit vulnus, quod fecit Achilles,
Curare idem: & ne valeat Labyrinthius error
Ignotus latitare diu. Labyrinthus eundem
Sub lucem promit, validâ & ratione refellit:
Cuſpidis ille acie morbum intulit atque medelam;
Vulnera diſſecuit bene gnaro hic enſe Minervæ
Suffecêre animos, queis ardua tanta patraret.
Strenuus, in Regem pietas, patriamque; quod aureum
Atteſtatur opus quo Res ſua jura tuetur;
Lugentum aut cauſa, quo Bulla haud æqua retenta eſt.
Grandi igitur virtute tua macte eſto; paterni
Auxiſti generis famam dum principis exit
Defenſum imperium per te dum mite levamen
Obtigit oppreſſis, legumque abſtruſa repandis.
Diximus hæc tenui, grandi dicenda camœna.
Exin lingentes: & fortè potentior olim
Somoçæ decus extollet; cui fata dedêre
Optatis res ferre modis melioreque niſu.
Mente tamen paucis meliori: tu quod amice
Obtulimus pignus bonus accipe; deindè, quod opto,
Cœlo fac vivas, juvat & Labyrinthus hic orbi,
Auxilium Momi dente haud rodendus edaci.

APPROBATIÒ.

EL Doctor Dom Pedro Galuez Colegial del Colegio de ſanta Cruz del gran Cardenal, Cathedratico de Viſperas de Canones de la Univerſidad Real deſta Ciudad de Valladolid, y Rector della, Governador deſte Obiſpado, por ſu Señoria el Señor D. Fr. Gregorio de Pedroſa Obiſpo de dicha Ciudad y Obiſpado, del Conſejo de ſu Majeſtad, &c. Por la preſente damos licencia a qualquier Impreſor de libros deſte Obiſpado paraque guardando las leyes y pragmaticas del Reyno pueda imprimir un libro intitulado, *Labyrinthus creditorum concurrentium*, que en dos tomos a eſcrito el Señor Doctor Don Franciſco Salgado de Somoza del Conſejo de ſu Majeſtad y ſu Oydor en eſta Real Chancilleria attento por nueſtra miſma perſona eſta viſto y examinado, y no ſolo no contiene coſa contra nueſtra ſancta Fee Catholica y buenas coſtumbres, ſino que el auctor ſaca en el a luz muchas queſtiones y doctrinas que haſta aora no ſe abian manifeſtado continuando en eſte trabajo el grand fruto que en todos tiempos a dado a los Tribunales con la erudicion y doctrina de ſus eſcritos. Dada en eſta Ciudad de Valladolid a ſeis de Setiembre de mil y ſeiſcientos y quarenta y ſeis años.

El Doctor D. Pedro Galuez.

Por mandado del Señor Governador

DE MARDONES.

LICENTIA

LICENTIA ORDINARII.

LUDOVICUS DE VILLE, in ſacra Theologia Magiſter, in Eccleſia S. Crucis Cuſtos, &c. D. D. ALPHONSI LUDOVICI DU PLESSIS DE RICHELIEU Eminentiſſimi Cardinalis, ac Reverendiſſimi Archiepiſcopi Lugdunenſis Provicarius Generalis : Librum cui titulus eſt, *D. Franciſci Salgado de Somoza Labyrinthus Creditorum concurrentium ad litem per debitorem communem inter illos cauſatam*, in lucem edi facultatem concedimus. Lugduni 18. Maii 1651.

DEVILLE.

Summa Privilegii.

CAUTUM eſt authoritate Regis, ne quis in Provinciis ſuæ ditioni ſubjectis intra quinque proximos annos, Librum qui ſic inſcribitur, D. FRANCISCI SALGADO, *Labyrinthus Creditorum ad litem concurrentium*, &c. Abſque LAURENTII ANISSON, Bibliopolæ Lugdunenſis permiſſu imprimat, aut divendat, à die publicationis horum exemplarium ; qui ſecus fecerit, mulctâ indictâ, prout ampliùs in diplomate Regio continetur, mulctabitur. Datum Pariſiis die 22. Maii 1651.

De Mandato Regis.

Signatum

LECOQ.

ARGU-

ARGUMENTA
CAPITUM & PARAGRAPHORUM
HUJUS LABYRINTHI CREDITORUM.

EX PRIMA PARTE,

CAPUT PRIMUM.

JUDICIUM in concursu creditorum per debitorem communem causatum, ut legitimum dicatur, quibus requisitis, & quomodo formandum.

Et quando fictum, & simulatum (nec prosit) dignoscatur.

Et quot à simplici cessione bonorum distet. Pag. 1.

§. I.

Decimam executionis an judex concursus percipiat juxta mensuram creditorum concurrentium, vel quo jure sibi sit denegata omnino.

§. II.

Minor, Respublica, Ecclesia, aliave quævis Communitas, an possit absque judicis decreto, aut Principis licentia judicium concursus inter suos creditores liberè formare. 7

CAP. II.

Judicium concursus creditorum coram quo judice movendum, ut qualis sit competens cognoscatur.

Et an rei vices debitor communis, vel actoris suos creditores provocans, sustineat.

Et an sola concursus introductio casum curiæ præbeat, ut prima ejus instantia in cancellaria proponatur.

Et nunquid concursus ad hæreditatem clerici jacentem coram Ecclesiastico sit judice movendus. 12

§. Unic.

An Hæreditati (cujus ususfructus alicui fuit titulo legati, vel institutionis relictus, & post ejus mortem alius hæres institutus) curator tanquam jacenti sit ad instantiam creditorum dandus, ut judicium concursus inter omnes legitimè introducatur. 18

CAP. III.

De individuitate judicii concursus creditorum, & ex quo individuitas hæc causetur.

Et an sit universale, vel particulare judicium. 21

CAP. IV.

Judicium concursus an ad se trahat omnes alias lites coram diversis judicibus (aliàs competentibus) pendentes, sive ante, sive post concursum formatum. p. 23

§. I.

Et quid quando concursus formatur non per debitorem ipsum, sed inter creditores tantum, illum convenientes in diversis tribunalibus, & de utriusque concursus clara differentia. 27

§. II.

Et quid, quando omissa fuit harum causarum alibi pendentium ad concursum avocatio, an sententiæ illic obtentæ statim exequantur, vel ad concursum remittendæ pro graduatione, & exactione consequenda. 28

§. III.

Exceptio concursus pendentis ad effectum attrahendi, sive accumulandi processus contra debitorem communem alibi pendentes, an termino aliis dilatoriis lege Regia præscripto circumscribatur. 30

CAP. V.

Judex concursus, an per inhibitionem & litteras requisitorias ad se trahat lites coram diversis judicibus pendentes, quibus non obtemperantibus pro remedio utatur.

Et quæ sit justa causa ad non parendum nec supersedendum. 32

CAP. VI.

Ecclesia, clerici, cæterique exempti, & privilegiati creditores citati ad concursum per judicem sæcularem, an comparere adstringantur, vel an declinantes audiendi. 34

CAP. VII.

Fiscus pro suo credito an ad judicium concursus citetur, vel an ad se totum judicium trahat.

Nec non de remedio, quo uti solent creditores, ad sepa-

Index Capitum

ſeparandum fiſcum à concurſu, ut evitetur proceſſus attractio.

Atque etiam ſemel dimiſſo, ac ſoluto fiſco, an lis ipſa ad priorem judicem iterum revertatur.

Et an ſcholaris creditor concurſum alibi à debitore formatum ad ſuum forum trahere valeat.

Ubi valde utilia plura (ex quibus taxatur privilegium fori ſcholarium) annotantur. p. 37

CAP. VIII.

Creditor qui inter cæteros citatus ad concurſum, intra terminum non comparuit, an ſui crediti ſolutionem & privilegium amittat.

Et an ſi comparuit, ſed tardiùs, & quando congruo tempore comparere dicatur.

Et nunquid creditores ſub die vel conditione citari debeant, vel an comparentes in concurſum admittantur.

Et quemadmodum interim per ſententiam graduationis indemnitati eorum conſulatur. 50

CAP. IX.

De ſingulis creditoribus ſingulas negotiationes, adminiſtrationes, aut ſingula patrimonia, ſive libera, ſive partim vinculata in uno, & eodem communi debitore concurrentia, proſequentibus.

Et de eorum ſeparatione (& à quibus poſtulari poſſit) tam quoad diſtinctionem adminiſtrationis, quàm quoad extinctionem concurſus, ipſo mortuo debitore. 56

CAP. X.

Creditor cui à ſuo debitore conſignati ſunt annui reditus, vel bona, ex quorum fructibus ſibi ſolvat, quale jus adquirat, & an cogatur illa in concurſum conferre.

Vel an cæteri creditores etiam hypothecarii cum eo prælativè concurrere, vel reditus exactos, & conſumptos avocare poſſint. 63

CAP. XI.

Is cui jus retentionis in re debitoris competit, an eandem ſeparare volens à concurſu, ac adminiſtratione audiatur, ita ut cætoris creditoribus, etiam hypothecariis præferatur.

Et quid ſi titulo venditionis, donationis, aut in ſolutum tertius poſſideat.

Vel etiam quando res aliena in bonis debitoris reperta, & dominus vendicet, an interim retinenda in concurſu, aut quando reſtituenda domino vincenti.

Et an dominus ad eam vindicandum cogatur judicium adire concurſus. 73

§. Unic.

Succeſſor rei titulo particulari, ſeu univerſali, an contra creditorem agentem hypothecaria retentione, pro melioramentis non à ſeipſo, ſed ab auctore ſuo, aliove in hypotheca factis, uti valeat, & an ei poſſidenti, a quo facta fuerint, probare incumbat. 85

CAP. XII.

Debitor dum mutuum ab uno debitore recipiens concurſum non cauſaturum, aut fortè cauſatum bona ſibi conſignata extra illum manſura promiſit, an inſuper creditor citatus conferre teneatur bona conſignata, vel interim penes ſe retinere permittatur. 90

CAP. XIII.

Concurſu legitimè formato, adminiſtrator competenti ſalario per judicem creatus quam poteſtatem (& an juriſdictionem) erga bona debitoris recipiat, & quas actiones movere valeat.

Et an unus ex eiſdem creditoribus adminiſtrator nominari poſſit.

Et quando, & quo loco adminiſtrator aſſiſtere cogatur ut minus moleſta ſit cum eo creditoribus negotiatio. p. 93

§. I.

Adminiſtrator bonorum concurſus à judice nominatus, an ſimplex ſit adminiſtrator.

Vel an ſimul ſit depoſitarius, & ſequeſter.

§. II.

Adminiſtratori concurſus an bona ipſius emere ſit prohibitum.

Et an nomen debitoris, vel cenſus ceſſionem contra concurſum emere prohibeatur.

Et an creditores jus habeant impediendi redemptionem cenſus pretio integro; ſed viliori, quo adminiſtrator emit. 105

CAP. XIV.

Concurſu ſemel cauſato, an debitor communis in tantum adminiſtrationem ſuorum bonorum à ſe abdicet (& quid poſſeſſionem, & dominium) ut de cætero contractus à ſe geſti nulli ſint, inutiles, ac inefficaces reddantur.

Et an actiones activas & paſſivas amittat, ita ut nec ab eo, nec in eum dirigantur.

Et an debitor adminiſtrationi, & exactioni interim ſe inferens criminaliter puniatur. 220

CAP. XV.

Adminiſtrator ad bona concurſus ſemel nominatus interim legitimè remotus, vel ſua ſponte facta, & admiſſa dimiſſione, vel alio accedente, qui meliorem conditionem attulerit; an, & quando nomina di facultas ad præſidem Cancellarii libera vel præciſa devolvatur. 118

CAP. XVI.

Judicium concurſus inter creditores partim agentes pro inſtrumentis exequibilibus, partim illis carentes; an totum reddatur executivum, vel totum ordinaria via, aut diviſim, & ſeorſum peragendum.

Et an ſententia graduationis, quoad omnes lata per appellationem in totum ſuſpendatur, vel quando quoad omnes ſit indiſtinctè exequenda. 120

CAP. XVII.

Creditor citatus ad judicium formatum per unum ex correis obligatis, ſive confidejuſſoribus, an poſſit concurſum deferens noviter convenire alterum correum, vel confidejuſſorem, tertiumve hypothecatæ poſſeſſorem, litis pendentis exceptione minimè obſtante.

Et quid ſi in lite concurſus, ſententiam graduationis jam obtinuit ipſe creditor. 129

CAP. XVIII.

Creditor, cui in concurſu creditorum unius ex correis bona per ſententiam graduationis fuere conſignata; an, & quando inſuper alium correum, vel fidejuſſorem poſſit pro eodem credito convenire. 133

CAP.

& Paragraphorum.

CAP. XIX.

Creditor cenſuarius ad judicium concurſus citatus an poſſit ſortem, & redditus decurſos in creditum deducere; & pro ipſius ſortis principalis redemptione inſtare, & juſtè conſequi. 137

CAP. XX.

Creditor pro ſuo cenſu vitalitio in concurſu comparens, an valeat conſequi integram ſortem principalem, qua olim cenſum à debitore emit.

Vel quomodo eidem conſulatur in bonis debitoris, in indemne ſuum creditum moneat in futurum. 152

CAP. XXI.

Bona concurſus ſubhaſtata cum onere cenſus vitalitii, ab emptore annuatim perſolvendi creditori anteriori: an hujus morte extinctio ſubſequuta cedat in commodum emptoris; an potius aliorum creditorum concurſus, ita ut pars illa rei venditæ, cenſus extinctioni correſpondens ad corpus concurſus redire teneatur. 147

CAP. XXII.

Creditor cenſuarius ad concurſum citatus, an & quando cogatur bona concurſus juſtè taxata, pro ſortis principalis extinctione, ac decurſorum ſolutione recipere. 152

CAP. XXIII.

Creditores, qui prius ad excuſſionem oppoſitam tenentur, dum fidejuſſores, aut tertios conveniunt; an docentes de concurſu debitoris principalis pendente ab ea liberentur.

Et de aliis notabilibus quæ ab excuſſione creditores relevant.

Et nunquid excuſſio debitoris cum conventione tertii ſimultanea concurrat in eodem judicio, ut utraque pari paſſu ambulet, ac terminari valeat. 156

CAP. XXIV.

Quibus debitoribus concurſum cauſantibus alimenta præſtanda ſint ex bonis concurſus, & quando taxanda.

Et an priorem gradum inter ſuos creditores obtineant.

Et an quilibet creditor alimentarius, hypothecarius, & privilegiatus dici poſſit.

Et nunquid aliquo in caſu dici poſſint onus reale majoratus, vel ſemper merè perſonale, reſpectivè tantùm ad obligationem poſſeſſoris, nec habito reſpectu ad majoratum.

Et nunquid res judicata pro alimentis fratris contra poſſeſſorem majoratus obtenta exequi valeat contra hujus (etiam filium) majoratus ſucceſſorem. 164

CAP. XXV.

Creſcentibus, vel decreſcentibus bonis concurſus ita ut quandocumque conſtet de falſa relatione circa eorum valorem creſcant, vel decreſcant alimenta per rem judicatam taxata. 182

CAP. XXVI.

Debitor, cui in concurſu à ſe formato conſignata fuere alimenta, ſi ſuper eiſdem poſtmodum debita contraxit, & novum cauſet concurſum, an ex eis inſuper per alimenta poſtulans audiatur.

Et quid generaliter de quolibet alimentario concurſum formante ſuper alimentis.

§. Unic.

Duplici concurſu judicio pendente, ab eodem majoratus poſſeſſore formato, altero inter creditores ad bona majoratus, altero ad alimenta ſibi conſignata, ſi alia quævis bona ipſe poſſeſſor habeat, qualium creditorum concurſui erunt applicanda. 192

CAP. XXVII.

Uſufructuario, & proprietario patre, & filio, cedente, & ceſſionario, hæredi, & fideicommiſſario Monacho, & Monaſterio concurrentibus in judicio concurſus pro eodem credito cui eorum ſolutio (ut legitima ſit) erit facienda.

Atque etiam concurrentibus domino directi dominii, & domino utili vendicantibus rem penes debitorem & concurſum exiſtentem, quis in agendo, & exigendo præferatur. 195

CAP. XXVIII.

Per judicium concurſus ſubſequutum, an extinguatur mandatum ad exigendum, adminiſtrandum, alienandum, ſeu tranſigendum per eundem debitorem, antea alteri conſtitutum.

Et an ſolutio tali mandatario vel conſtituenti poſtmodum facta, liberet debitorem. 206

CAP. XXIX.

Creditor cui res fructifera tradita fuit, ut ex fructibus ſatisfiat; ſed pro tempore rem debitor reddat, an ſolutus præſumatur, ne in concurſu graduetur.

Et an etiam partem crediti non ſolutam ipſe remiſiſſe dicatur. 209

CAP. XXX.

Ad prælationem & graduationem, an attendatur tempus mandati, vel tempus contractus ſub hypotheca mandati virtute celebrati, ita ut creditores medio tempore contrahentes præferantur. 212

CAP. XXXI.

Creditor ex inſtrumento (quo poſſeſſor majoratus obligavit omnia bona ſua) poſtmodum exhibito & confirmato per regem, an graductur in bonis majoratus in concurſum deductis. 214

CAP. XXXII.

Concurſus formatus cum curatore dato hæreditati, tanquam tacenti, quia poſtmodum apparet jam ex tunc adita, an nullus reddatur.

Et an adverſus geſta in concurſu moto hæreditati tacenti, pupillo hæredi poſtea adeunti in integrum reſtitutio competat.

CAP. XXXIII.

Ad majoratus bona pro dotis reſtitutione à poſſeſſore obligata ſub pacto impetrandæ facultatis, an uxor, quæ ipſo poſſeſſore mortuo, facultatem impetravit, poſſit in concurſu uti creditrix graduari. 222

CAP. XXXIV.

Ad concurſum fidejuſſoris dati ſuper contractu tempore limi-

Index Capitum

limitato cum facultate tamen illud prorogandi, creditor an sit graduandus pro utroque tempore tam assignato quàm postmodum juxta facultatem concessam prorogato. p. 224

CAP. XXXV.

Creditum census creati super pretio officii renuntiati, cum reservatione proprietatis, donec redimatur, an graduetur in concursu, antequam titulus emptori concessus, & expeditus sit à principe.
Et an officio interim perempto, vel legitimè consumpto, census duret, & redditus annui currant.
Et quid si ob defectum objectum personæ emptoris dilatio, & mora causata fuerit. 228

CAP. XXXVI.

Redemptio census facta possessori majoratus habenti clausulam, ne ei fiat; sed sors redimenda deponatur, an liberet debitorem, ita ut successor prorsus à concursu creditorum excludatur. 236

CAP. XXXVII.

De creditoribus concurrentibus ad bona majoratus ex facultate Regia vitio subreptionis subjecta, excludendis.
Et an facultas ob non factam omnium clausularum fundationis pœnalium infringentium principis, vel successorum potestatem specificam principi relationem vitietur.
Ubi accuratè examinatur doctrina Ludovici Molinæ, lib. 2. c. 3. ex n. 28. 240

CAP. XXXVIII.

Creditor, qui cum possessore majoratus contraxit cum facultate Regia, non facta relatione pacti præcedentis inter possessorem, & successorem de non alienando cum clausula irritante, ac de non impetrando ad id facultatem, nec impetrata utendo; an excludendus à concursu, vel etiam jam graduatus delendus à sententia. 247

CAP. XXXIX.

Creditor, qui contraxit ex facultate Regia, asserente ad instantiam possessoris majoratus fuisse impetratam, de cujus tamen assertionis veritate aliter non apparet; an sit excludendus à concursu ad majoratum formato. p. 256

CAP. XL.

Lis quælibet movenda contra debitorem concursu universali pendente, an præcisè cum creditoribus ei assistentibus sit simul tractanda ut præjudicet.
Et an creditores possint uti exceptionibus debitori competentibus etiam invito.
Et an concursu pendente, præscriptio possit inchoari contra debitorem.
Vel an semel legitimè inceptas ante concursum possit prosequi, perfici post concursum causatum. 260

CAP. XLI.

Administrator concursus, qui reddita ratione fuit reliquatus, si nobilis sit, an pro reliquorum solutione carcerari possit. 267

CAP. XLII.

Concursu per clericum formato inter suos creditores, an pensionarius etiam posterior quoad fructus beneficii omnibus, & quibuslibet præferatur.
Et de concursu plurium creditorum pro diversis pensionibus ad idem beneficium concurrentium. 272

CAP. XLIII.

Pensionarius, qui creditori suo consignavit etiam cùm mandato in rem propriam annuam pensionem, ut ex ea satisfiat, vel etiam hypothecavit, an possit in creditoris præjudicium pensionem extinguere, cassare, vel remittere. 277

CAP. Final.

Debitor concursu à se formato, qui in diversa causa condemnatus secundam supplicationem ad principem interposuit, an tanquam pauper à fidejussionis præstatione per legem Regiam requisitæ relevetur: ita ut formæ legis per juratoriam cautionem satisfeciisse dicatur. 282

EX SECUNDA PARTE,

CAPUT PRIMUM.

CConcursu pendente, debitore mortuo, an hæres, qui absque inventario adduxit, possit eandem concursus litem continuare; vel an potius ex proprio patrimonio creditoribus concursus teneatur. p. 306

CAP. II.

Naturæ judicii concursus quæ specialia præter, aut contra juris regulas inesse detegantur.
Et an inter ea illud numeretur, ut novus licitator ad bona concursus, jam per subhastationem adjecta si meliorem conditionem attulerit, admittatur.
Et an coram eodem judice concursus, tam novus, quàm antiquus licitator, & possessor comparere cogantur. 312

CAP. III.

Creditores anteriores, an cogi possint ab aliis inferioris gradus, ut fructus concursus, (qui novum emptotem non reperiunt) aut taxatos in solutum recipiant, vel ut patiantur inferioribus pro suo credito plus offerentibus assignari.
Et an debitor communis solus impugnare possit, & prælationem anteriorum contra posteriorem agentem opponere. 320

CAP. IV.

Qui ex facultate Regia ad mille mutuo accipienda, & bona majoratus obligandum obtenta, à pluribus successivè duo millia recepit, eisque tandem in concursum

& Paragraphorum.

cursum comparentibus, an priores intra summam permissam excludant posteriores ultra illam mutuantes.

Vel an omnes pro rata ad summam permissam admittantur.

Et quid si in eodem instrumento, ac momento omnes simul mutuaverint, ultra tamen summam facultatis. 325

CAP. V.

Creditor ad bona majoratus cum facultate Regia, & simul ad libera debitoris, an cogatur per posteriores creditores ad sola libera, in concursus judicio, prius excutere majoratum, ne liberis bonis consumptis, credita sua amittant, sed imo omnibus consulatur.

Et an bona majoratus sic hypothecata ad instar fidejussoris indemnitatis habeantur. 340

CAP. VI.

Creditor posterior ante, vel post sententiam graduationis exigens judicis decreto habente clausulam (sine alterius præjudicio; vel simplici obligatione) an & quando teneatur insuper anterioribus restituere.

Et quando fidejussor datus à creditore, sub hac clausula exigente conveniri possit a quolibet creditore anteriori noviter comparente, vel tantùm ad tunc existente in concursu sua restringatur obligatio.

Et nunquid coram eodem judice concursus creditor ipse, etiam si clericus sit cogatur respondere, & ad restitutionem compelli. 345

CAP. VII.

Possessor majoratus, qui censum super eo impositum propria pecunia redemit, an uti creditor ad concursum citatus, vel sponte comparens sit excludendus, & an tertius cujus pecunia ad redimendum possessori mutuavit, prioris creditoris locum subintret.

Et nunquid in utroque casu nova regis facultas requiratur vel prior sufficiat. 355

CAP. VIII.

Possessor majoratus, qui olim ex facultate regia (ad mille simpliciter obtenta) eadem tamen in argentea aureave pecunia mutuò recepit, & pro eadem specie reddenda bona hypothecata subjecit, an tunc creditor concursus poterit eandem monetæ speciem novo successore impugnante consequi. 357

CAP. IX.

Facultate Regia ad imponendum censum super bonis majoratus impetrata per eum qui duos, pluresve distinctos possidebat; singulique pro tempore in singulos possessores separatim devenerunt: an insuper omnes ad censum teneantur, vel an pro rata inter omnes majoratus distribuatur, vel an, & quando uno eisdem duntaxat gravato manente, cæteri prorsus liberi transire valeant. 364

CAP. X.

Esto quod hypotheca in bonis majoratus (postmodum per tertium evicti) imposita per possessorem putativum ex facultate Regia non subsistat, an verus successor evincens possit illam expeditè, vel tacitè per continuationem solutionis ratam habere. 389

CAP. XI.

Census impositus super duobus majoratibus ex facultate Regia per possessorem utriusque obtenta, an uno per legitimum successorem evicto extinguatur pro rata, vel an integra census quantitas alteri remanenti oneretur.

Vel an partis deficientibus damnum sit inter omnes creditores pro rata communicandum, & distribuendum, vel an posteriores à prioribus excludantur, arrha remanente. 399

CAP. XII.

Divisa per provincias hæreditate inter duos hæredes à debitore institutos, & uno vel etiam utroque concursum formante: an creditores unius provinciæ ad concursum alterius admittantur, vel moniti adire cogantur.

Atque generaliter an creditores ad negotiationem, vel merces unius provinciæ etiam posterioribus aliis creditoribus alterius provinciæ, quoad illam negotiationem præferantur. 407

CAP. XIII.

Res empta per debitorem pro persona nominanda, an concursum emptoris, an concursum nominandi, seu nominati sequatur, ut cujus creditoribus sit affecta dignoscatur. 413

CAP. XIV.

Debitor concursus judicio pendente an possit majoratum, legatum, hæreditatem, seu donationem sibi delatam repudiare in præjudicium creditorum, vel an in alterius favorem renunciare, & quid inter repudiationem, & renuntiationem distet.

Vel an insuper bona ipsa ad corpus concursus instantiribus redire debeant. 417

CAP. XV.

Creditores possessoris majoratus patris hæredis gravati, vel donatarii præmaturè & ante tempus restituentis majoratum, usumfructum (patri debitum in filii adventitiis) seu hæreditatem, aut donationem, an concursu super eisdem bonis causato jus habeant ad interusurium medii illius temporis saltim. 428

CAP. XVI.

Creditores filii consentientis vinculi gravamini per patrem impositi in sua legitima, an insuper ad ejusdem vinculi bona in concursum deducta, jus aliquod prætendere valeant.

CAP. XVII.

Census absque facultate Regia noviter impositus super majoratu in concursum deducto pro extinctione alterius ejusdem quantitatis, tam in sorte, quam in reditibus, an vitietur.

Et quid si census sit subrogatus æqualis sit in sorte, minor tamen in reditibus, an pereat ex defectu novæ facultatis Regiæ.

Et an census sic subrogatus cum facultate Regia in locum prioris absque ea ab initio creati sit nullus, ita ut in judicio concursus contemnatur. 443

CAP. XVIII.

Creditores debitoris qui facultatem sibi reservatam, vel aliter datam habent disponendi de certa re, aut quantitate, an in concursus judicio sua credita exigere valeant.

Index Capitum

leant ex illo jure reservato, sive debitor reservationis facultate usus fuerit, sive non. p. 449

CAP. XIX.

Ex bonis debitoris per viam melioritionis, vel aliter revocabiliter tamen donatis, & insuper in concursus judicium deductis, an creditores sua consequi credita valeant, accedente tacita, vel expressa revocatione donantis.

Et an per generalem suorum bonorum dispositionem, seu obligationem, aut specialem revocationem creditorum donatarii exclusionem inducatur. 455

CAP. XX.

Procuratore ad exigendum pecunias constitato (quas exactas alteri sub lucro dedit) nec non domino constituente concurrentibus, ad hujusmodi lucri exactionem, quis eorum graduetur.

Ubi etiam de procuratore ad rem certo vendendam, & pluris vendente; an hoc plus sibi & suis creditoribus excluso domino quæsivit. 458

CAP. XXI.

Prior creditor cui sub conditione impetranda facultatis Regiæ hypothecata fuere bona majoratus; an præferatur ei, qui postea ante facultatem priori obtentam contraxit cum facultate Regia.

Et quid in generali obligatione bonorum sub conditione qua pendente res fuit acquisita per debitorem, & iterum per eum alienata, an hypothecæ subjecta remaneat purificata postmodum conditione.

Et an à creditoribus, quibus, majoratus diversis temporibus obligata, facultas superveniens omnibus simul possit, vel an inter eos sit retinenda temporis anterioritas, absque facultate Regia bona fuerunt. 461

CAP. XXII.

Successor majoratus, qui in tenuta tantum evicit, & concursum formavit; an impugnare valeat, & evertere censum super eodem majoratu impositum per detentorem postea victum, cum facultate regia à se impetrata.

Quæ addenda resolutioni, de qua suprà cap. 9. 10. & 11. 469

CAP. XXIII.

Creditores simpliciter mutuantes possessori majoratus, habenti duas regias facultates ad certas quantitates (altera tamen jam consumpta vel aliàs inefficaci) cujusnam intuitu contraxisse intelligantur, ut eis gradus in concursu assignetur, vel prorsus excludatur.

Et quid si inter contrahendum possessor ipse ad unam, jam tamen conscriptam facultatem se restrinxit; an ex alia nondum plena, aut valida, census impositio sustineatur. 486

CAP. XXIV.

Ad bona empta per possessorem majoratus, gravatum à fundatore, ut certa pars redituum emptionis prædiorum in majoratus augmentum deponatur, & applicetur, an majoratus ipse an creditores ementis sint præferendi. p. 491

CAP. XXV.

Ex hæreditate avi delata nepoti, patre præmortuo, an creditores patris sua credita exigere valeant; sive nepos ex propria persona, sive repræsentivè patris gradum subintrans avi hæreditatem acquirat.

Et quid in hæreditate non adita, sed in hæredem adeunda transmissa; an creditores transmittentis creditoribus hæredis cui transmissio fit, præferantur. 497

CAP. XXVI.

Creditores debitoris sua bona donantis seu hæreditatem vendentis cum pacto, ut donatarius, aut emptor creditoribus solvat; An ad concursus judicium motum per donatarium, vel emptorem, seu etiam debitorem ipsum admittendi sint.

Et an principales sic contrahentes liberè discedere valeant à contractu, præjudicio creditorum (quibus ex eo jus jam quæsitum videtur) minimè obstante. 507

CAP. XXVII.

Officium vitalitium, seu annui proventus ad vitam concessi per Regem, seu privatum cum facultate alium nominandi post mortem; an & quando nominati ve nominantis concursum sequatur, ut ex emolumentis vita debitoris durante creditores satisfiant.

Et an officio renuntiabili hypothecato; & ob defectum renuntiationis amisso à rege alteri, seu etiam eidem debitori concesso, jus daret creditorum, vel potius extincta maneat hypotheca.

Vel quando ad tempus officium fuit concessum, ulterius prorogetur, an jus hypotheca continuatum intelligatur. 516

CAP. XXVIII.

Nomen debitoris, an per creditorem debitori ipsi (ex diversa causa simul creditori) hypothecari valeat.

Et an ipse debitor in nomine à se debito (sibique hypothecato) aliis omnibus hypothecantis creditoribus præferatur, etiam in eodem nomine anteriorem hypothecam habentibus. 523

CAP. XXIX.

Creditor censuarius cum pacto ne valeat redemptio, nisi ipsam per bimestre præcedat monitio, an graduari valeat, si circa terminum capitalis fors cum decursis, nec non decurrendis per illud bimestre ei obtulit, ac deposuit debitor, inde instans in concursu à se peracto, pro census extinctione, ac legitimo depositio. 527

CAP. XXX.

Moratoria à rege per debitorem concursus pendente impetrata, quos creditores comprehendat, & quales ab ea de jure excepti intelligantur.

Et nunquid ipsius impetrantis fidejussoribus prosit.

Et an impediat cursum usurarum, seu annuorum reddituum.

Quid etiam de dilatione remissioneve à majori parte creditorum debitori concessa. 535

EX TERTIA

& Paragraphorum.

EX TERTIA PARTE,

CAPUT PRIMUM.

Graduationis ſententia ſemel in rem judicatam tranſlata, an debitor, vel creditor aliquid noviter opponere valeat. quod vel jus creditorum infringat, vel graduum ordinem, ſeu prælationem ſubvertat, rei judicatæ exceptione minimè obſtante. p. 541

§. Unic.

Creditor plures debitores in ſolidum obligatos per rem judicatam ſimpliciter condemnavit; poſtea ad concurſum formatum per unum, comparens pro integra quantitate conſequenda; an exceptione rei judicatæ repellatur, ne pro tota quantitate, ſed pro rata debitoris tangente dumtaxat graduetur. 559

CAP. II.

In ſubhaſtatione bonorum concurſus licitator pretium offerens, ſub conditione, & qualitatibus, an ſit, & qualiter admittendus.

Et quid quando loco pretii offert ſe recogniturum cenſus, & credita debitoris.

Et an per conſignationem à judice factam creditoribus in hanc recognitionem ſic oblatam, obligatio extinguatur, & debitor liberetur.

Et an emptor pro tempore rem ſic emptam poſſit creditoribus cenſualibus à ſe recognitis dimittere; nec non creditores in primum debitorem habere recurſum. Adde cap 12. infrà.

CAP. III.

Bona emphyteutica, & cenſualia, an corpus concurſus ingredi debeant, ut ſubhaſtentur, atque emphyteutæ creditoribus ſatisfiat, aut eis in ſolutum denur.

Vel an potius in pignus creditoribus aſſignanda, ut ex fructibus, vita debitoris durante, ſua credita conſequantur.

Et an dominus directi dominii, vel cenſuarius, ſive tanquam talis, ſive tanquam creditor ad concurſum comparens, ſit in prædictis bonis creditoribus cunctis præferendus. 577

CAP. IV.

Bona majoratus ex facultate Regia creditoribus hypothecata, an abſque nova facultate in concurſus judicio ſubhaſtari valeant.

Et an ſemel iſta diſtracta poſſint per bonorum liberorum ſupervenientiam recuperari, ac venditionem reſcindi.

Et quia ſi tempore ſubhaſtationis, revera libera bona aderant, quæ tamen poſtmodum reperta fuere, an poſſeſſor majoratus poſſit illa ſemel diſtracta vendicare.

Et an caput majoratus ſubhaſtari poſſit per judicium concurſus. 585

CAP. V.

Jus patronus competens debitori, an in concurſus judicium ſub ceſſione univerſi patrominii à ſe facta veniat.

Et an in creditores, quibus bona ceduntur, vel impoſterum adjudicantur, tranſeat.

Et an jus ſepulcrorum, ſeu Capellæ debitori pertinens pro ſatisfactione creditorum ſubhaſtari valeat. 591

CAP. VI.

De adminiſtratore non ſoluturo abſque judicis ſpeciali decreto, ac de legatione, vulgò, **libramiento.**

Et an delegationem hanc adminiſtratori directam (interim mortuo, vel remoto) adminiſtrator ſucceſſor adimplere teneatur, & ejus virtute ſolvere. p. 596

§. Unic.

Et nunquid adminiſtrator delegationem adimplere dicatur, compenſando quod ſibi, aut debitori communi per creditorem debetur.

Vel quando creditoris ceſſionario exigenti eandem compenſationem opponere intendit. 597

CAP. VII.

Adminiſtrator coactus pro complemento delegationis per creditorem à judice concurſus obtentæ; an compulſionem evitet, adminiſtrationis rationem offerendo. 602

CAP. VIII.

Adminiſtrator concurſus, qui alterata ſententiæ gradus prærogativa poſteriori ſolvit creditori; an de ſuo prioribus ſatisfaciat.

Et an adminiſtrator regreſſum habeat contra creditorem à ſe nequaquam dimiſſum, & ab eo ſolutum repetere.

Vel an creditoris ſoluti gradum, & privilegium ſubintret adminiſtrator. 605

CAP. IX.

Adminiſtrator concurſus, qui dimiſit adminiſtrationem, vel ab ea fuit dimiſſus, & reddita ratione creditor remanſit, an poſſit concurſus bona retinere, donec ſibi de reliquis ſatisfaciat. 610

CAP. X.

Emptores rerum concurſus in ſubhaſtatione quando tuti ſint à Moleſtiis debitoris creditorum, nec non tertii dominium in iſtis prætendentis. 614

CAP. XI.

Diminutio monetæ & onera intrinſeca, ſive extrinſeca bonorum concurſus, ſalaria, gabellæ & expenſæ ex illis deducendæ; an cedant in damnum creditorum poſteriorum dumtaxat, vel potius etiam anteriorum pro rata.

Et quando adminiſtrationis ſeu adminiſtratoris periculo diminutio cedat. 617

CAP. XII.

Emptor ſub haſta bonorum concurſus ſub conditione recognoſcendi (loco pretii) cenſus ſuper eis impoſitos; an ſatisfaciat, ſi recognoverit, dum poſſederit, ita ut à ſe facta poſtmodum hypothecæ dimiſſione, prorſus, à recognoſcendi obligatione liberetur. 630

CAP. XIII.

Debitor contrahendo, donando, legando, majoratum inſtituendo, aut dividendo ſua bona, vel patiendo præ-

Index Capitum & Paragraphorum.

præscriptionem, nec non sententiam contra se latam; an, & quando suis præjudicet creditoribus. p. 634

§. Unic.

Prior creditor qui passus est, & consensit alium inferioris gradus suum creditum plus exigere, vel rem sibi hypothecam ei obligari, an creditoribus intermediis præjudicet, vel an prorsus jus suum reale, & prælationem amittat, quoad omnes creditores.

Et de uno, & eodem creditore pro diversis creditis diversimodè, & interpolatè graduando. 640

CAP. XIV.

De creditoribus præmaturè solutis gradatim descendentibus ob revocatoriam contra eorum primum à priori, & potiori creditore motam.

Et an prior creditor cogatur revocatoriam prius intentare, & incipere à posterioribus solutis, vel an potius possit suo arbitrio quamlibet ex jam satisfactis convenire.

Et an res judicata contra primum sic lata ad istius favorem, aliis inferioris gradus non citatis, gradatim præjudicet. p. 650

CAP. XV.

Mortuo debitore concursus judicio pendente, an bona majoratus ipso jure à nexibus concursus, & administratoris liberentur.

Ubi de fructibus feudatarii, usufructuarii, emphyteutæ, aut beneficiati debitoris, an cedant in concursum, & morte debitoris dissolvantur.

Et quid pro rata fructuum ipsi debitori tangente; an ejus respectu saltim omnium recollectio, ad administratorem pertineat, successore excluso. 555

CAP. XVI.

De vita, & interitu judicii concursus, quandiu pendeat, & qualiter extinguatur.

Et an in potestate debitoris sit judicium semel à se inter creditores formatum dissolvere.

Ac quemadmodum administratio, & administratoris munus dissolvatur. 658

FINIS.



LABY-



LABYRINTHUS CREDITORUM CONCURRENTIUM AD LITEM

Per Debitorem Communem inter illos cauſatam.

PARS PRIMA.

CAPUT PRIMUM.

Judicium in concurſu creditorum per debitorem communem cauſatum, ut legitimum dicatur, quibus requiſitis & quomodo formandum.

Et quando fictum, & ſimulatum (ne profit) dignoſcatur.

Et quot à ſimplici ceſſione bonorum diſtet.

SUMMARIUM.

Num. 1. *Operis inductio.*

2 *Concurſus creditorum judicium cum miſerabili ſimplicis ceſſionis bonorum remedio, in nonnullis convenit.*

3 *Concurſus creditorum in quatuor genera dividitur: primum, quando creditores concurrunt ad effectum concedendi moratoriam communi debitori.*

4 *Secundum, quando creditores inter ſe conveniunt, ad dimittendum aliquam partem crediti.*

5 *Tertium, quando debitores ab uno conveniuntur, ac cæteri creditores ſe opponunt, & inter ſe de antelatione & privilegio contendunt.*

6 *Quartum, (de quo verſatur ſermo) quando debitor ipſe ad concurſum vocat ſuos creditores, ut bonis ab ipſo ceſſis, dimiſſis, unuſquiſque juxta prælationem & gradus prærogativam, creditum accipiat.*

Ut judicium concurſus inter debitorem communem & creditores legitimè formetur, ſex requiruntur. De primo. De ſecundo, ex n. 3. *De tertio, ex n.* 2. *De quarto, ex n.* 22. *de quinto, ex n.* 27. *De ſexto, ex n.* 41. *verſ.* aliud.

7 & 8. *Debitor communis debet coram ſuo judice comparere dicens à ſuis creditoribus moleſtari, quod ut evitet, cedit omnibus bonis contentis in liſta, ſeu memoriali, ab ipſo ſubſcripto & jurato, & ex illis creditoribus ſatisfiat, juxta gradûs prærogativam*

9 *Omnia requiſita in formando concurſu, tendunt ad finem, ne creditores defraudentur, ut in ſimplici ceſſione bonorum.*

14 *Ad ſimplicem ceſſionem bonorum debitor non admittitur, niſi prius in carcerem ſe conſtituat: præcipuè quando aliquis inſtat creditor.*

11 *Contra in noſtro genere concurſus, quem extra carcerem format debitor.*

12 *Exceptione aliqua tutus, futuras moleſtias timens, poteſt illam in judicio debitor deducere, ut ſilentium judex creditori imponat.*

13 *Competens Judex in hoc novo concurſu eſt ille, cui debitor ſubeſt.*

Ceſſio nullius momenti eſt, ſi cedens etiam unam donationem reſervavit. Ibid.

14 & 32. *Libellus, ſeu memoriale juratum & ſubſcriptum, omnium bonorum fidelem deſcriptionem continens, debitor tenetur ſimul dimiſſione & ceſſione offerre, ut ad concurſus beneficium admittatur.*

15 *Deponere debet Judex omnia bona à debitore, & dimiſſa, apud fidelem adminiſtratorem, vel ſequeſtrum.*

15 & 16. *Depoſitum debet eſſe integrum, aliàs nullum declaratur.*

17 *Simulatus concurſus præſumitur, ſi debitor, poſtquam dimiſit bona citatis creditoribus adhuc ea penes ſe retinet.*

18 & 9. *Simulationis indicium eſt, ſi rem donans, aut cedens, adhuc in ſua poſſeſſione eam retinet, maximè ubi concurrit cauſa ad ſimulationem præſumendam.*

20 *Depoſitum ut legitimum ſit, & effectus operetur, debet cum effectu fieri, & oblatio ſola non ſufficit.*

21 *In libello ſeu memoriali bonorum debet etiam debitor nominare omnes creditores, eorum credita, & quantitates.*

22 *Libellus, deſcriptionem bonorum & creditorum continens, debet eſſe juramento debitoris firmatus.*

23 *Expreſſio affirmativa creditorum, & quantitatis debitæ non eſt neceſſaria in extraordinario judicio concurſus, ſed ſufficit relativa.*

24 & 27. *Citari debent omnes creditores in extraordinario concurſus judicio, cauſato à debitore.*

28 *Creditores in hoc concurſus judicio ſunt partes formales, cùm inter eos univerſum debitoris patrimonium diſtribuatur.*

L. 3. C. qui bon. cedere poſſ. l. qui autem §. apud Labeonem, D. quæ in fraud. credit. l. 2. n. 15. part. 5. *explicantur ibid.*

29 *Diſtributio bonorum facta à judice abſque omnium creditorum concurſu, nulla eſt.*

30 *Concurſus judicium eſt inſeparabile, & individuum, & ideo omnium creditorum præſentiam requirit.*

31 *Citatio creditorum facta per edicta, aut proclama ſufficit in judicio concurſus.*

33 *Affirmativa ſententia ex pluribus probatur, num. 32. & ex authoritate Cancerii, & aliorum.*

Expenditur textus in l. ſi eo tempore. C. de diſtract. pignor. *ibid.*

34 *Contraria ſententia, quod omnes creditores nominatim & ſpecialiter debent citari, verior eſt.*

35, 36, 37 & 38. *Citatio per proclama, ſolùm locum habebat quando incerti, & incogniti ſunt creditores, non vero quando certi, & determinati.*

39 *Citatio per Edicta, & proclama, in Hiſpania in deſuetudinem abit.*

40 *Ex praxi Hiſpaniæ, creditores noti, qui vel in initio judicii, vel in progreſſu apparent, nominatim citantur, ignoti verò per edicta.*

41 *Idem in Sicilia obſervari probatur.*

Explicatur Cancerius n. 33. adductus ibidem.

Debitorem ad formandum concurſum cum uno aut altero creditore, non admitti: ſed cum tribus ſaltem, traditur remiſſivè. Ibidem.

42 *Concurſus judicio pendente, moleſtiæ creditorum exequentium quieſcunt, donec per ſententiam uniuſcujusque prærogativa terminetur.*

43 *Lites omnes, ante & poſt judicium formatum per creditores motæ, ad concurſum trahuntur.*

44 *Judex pet litteras requiſitus, & ſi legitimè introductum concurſum concipiat, tenetur illis obedire, & cauſam remittere.*

Decimam exigere non poteſt Judex concurſus. Ibid.

45 *Concurſus, in quo relata requiſita deficiunt, redolet malitiam & facilè à Senatoribus contemnitur.*

46 *De differentiis inter ſimplicem ceſſionem bonorum, & judicium concurſus, & ſequentibus.*

47 *Concurſus judicium non requirit præambulam, & actualem moleſtiam judicialem creditorum: ſecus, ſimplex ceſſio.*

48 *Niſi aliud ſimulationis judicium concurrat.*

49 *Populus, Univerſitas, ſeu Eccleſia ære alieno oppreſſa, poſſunt inter creditores concurſum cauſare.*

50 *Differentia alia inter concurſum, & ſimplicem ceſſionem, remiſſivè.*

51 & 53. *Ad ſimplicem ceſſionem bonorum non admittuntur debitores decocti, & falliti: in noſtro concurſu admittuntur.*

Falliti debitoris fuga habetur pro dimiſſione bonorum creditoribus facta, et in eorum abſentia concurſus formatur, ibid.

53 & 54. *Citatio creditorum, qui ad præſens cum debitore inſtant, ſolum requiritur in ſimplici ceſſione bonorum, in noſtro concurſu, omnium.*

55 *Simplex bonorum ceſſio poteſt fieri in judicio: & extra judicium, per epiſtolam, & per nuntium, & in abſentia creditorum.*

56 *Concurſus judicium non poteſt fieri niſi coram Judice competenti, & ſolemnitatibus ſervatis.*

57 *Licet ſimplex ceſſio & concurſus conveniant in principio, & fine, in mediis multùm differunt.*

IN hiſce noſtris Commentariis nihil ferè principaliter 1
tractandum de privilegiis creditorum concurrentium ad bona debitoris communis, ſciens varios, & copioſos tractatus præ manibus haberi, necnon fecundiſſima loca apud varios DD. adeſſe. Noſtra quippe occupatio, & intentio eò tendit duntaxat, novum & ſterile aſſumptum aggredi, penitus à Juriſconſultis, & Doctoribus ferè incognitum (licèt per aliquos obiter quandoque nuntiatum) noviter à malitia, & miſeria hominum aberrantium & ignominioſam ceſſionem bonorum fugientium inventum, & praxi frequentiſſima admiſſum, & introductum.

Quod quidem licet in nonnullis cum miſerabili ceſſione 2
bonorum (de qua in titulis *ff. & C. de ceſſione bonorum*) conveniat, & aſſimiletur, ut ſentit Felicianus de Solis, *de cenſibus, tom. 2. lib. 2. c. 3. n. 11.* eò quod ceſſio bonorum cum hac noſtra lite creditorum involvitur, & ſimul commiſceatur quoad aliquot Juris effectus, atque ex utraque componatur, ut aliud diverſum genus, & novum judicium introductum, & inventum appareat: in multis tamen diſplicet & diſcriminat, prout in diſcurſu hujus tractatus clarius apparebit.

Concurſus igitur creditorum in quatuor genera diſtin- 3
guitur: Primum, quando creditores concurrunt ad effectum concedendi dilationem, ſeu moratoriam ſuo debitori communi, ne intra illam moleſtetur. Secundum, quando creditores inter ſe conveniunt ad dimittendam debitoris aliquam partem ſuorum creditorum, ut minus 4
illis teneatur, & virtute remiſſionis facilior ſit ſolutio: de his duobus non eſt ſermo noſter; licèt de illis quantum attineat ad noſtrum inſtitutum, erit agendum *infrà 2. p. c. fin.*

Tertium genus concurſus reperitur quoties debitore 5
communi ab uno ex creditoribus in judicio convento, ſeu executato, cæteri comparent ſe opponentes, & inter ſe ipsos duntaxat de antelatione, & prælatione, & privilegio ſuorum creditorum contendunt, & certant, de quo adhuc non eſt noſtrum inſtitutum. De eo tamen ejuſque natura, & effectibus agendum infra *cap. 4. per totum*, & ſignanter ex *n. 30 verſ. 5. ad ſecundum accedamus.* Et iterum, *in cap. 16. ex num. 20 & ſeqq. ante fin.* in quibus locis, latè, & non inelegantèr tractatur de diſcrimine, & differentia inter hoc genus concurſus ordinem habentis ab ipſis creditoribus, & per eos tantum introducti, & noſtram item concurſus introducti, & originem habentis ab ipso debitore communi.

Quartum, & ultimum genus concurſus creditorum 6
illud eſt, quando nempe cauſatur ab ipso debitore communi, convocando ſuos creditores per dimiſſionem & ceſſionem ſuorum bonorum, ut unuſquiſque juxta ſui crediti prælationem, & gradus prærogativam, de illis ſatisfiat. Et circa hoc concurſus, & judicii genus noſter verſatur tractatus, ingentes, utiles & mirabiles, phyſicas tamen difficultates continens, quæ vix vinci poſſunt, ſi naturam hujus judicii per ſua principia non agnoſcimus, & ejus conditiones ac formalitem ignoramus.

Ut igitur hoc judicium inter debitorem communem, 7
& ſuos creditores legitimè formatum dicatur, ne deinceps ab illis moleſtetur, debet nonnulla requiſita obſervare, quibus quidem deficientibus concurſus pro illegitimo, fictitio, & ſimulato habebitur. In primis itaque debet debitor coram judice ſuo competente comparere (ut qualis iſte ſit dicendum infra latius *c. ſeq.*) & dato libello dicat, à ſuis creditoribus moleſtari quotidie, quod ut evitet, dimittit, cedítque omnibus ſuis bonis contentis in liſta, memoriali, ſeu inven-

inventario à se confecto, subscripto atque jurato, ut de illis sui creditores satisfiant, servata uniuscujusque gradus, & privilegii prærogativa, quos simul nominare tenetur eodem memoriali, & petere, ut omnes citentur pro suo interesse ad effectum prædictum, & ut jura sua in hoc judicium deducant, ubi de eisdem & singulorum antelatione, & prioritate discutietur.

8 Hæc omnia, & alia sunt de forma & substantia hujus judicii creditorum (prout de singulis specialiter erit agendum) quam noviter induxit praxis, & stylus universalis omnium tribunalium, & judiciorum Hispaniæ in hoc genere concursus. Nam sicut in simplici cessione (inter alia) prædicta requiruntur pro forma ut cessio legitima dicatur juxta doctrinam Vivii *decis.* 629. *nu.* 5. Muscatellus *de appellation.* 3. *part. glossa verb. detinebitur*, *n.* 113. Magon. *Lucens.* 88. Natta *cons.* 361. Afflictis *decis.* 71. *& in decis.* 296. *in fin. & decis.* 379. *in princ.* Marius Giurba *decis.* 41. *num.* 2. Parladorius *lib.* 2. *rer. quot cap. fin. part.* 5. §. 7 *n.* 7.

Eodem modo, & ad ejusdem similitudinem illa omnia repetit stylus in hoc novo judicio concursus, cum pariter tendant ad eundem finem, & effectum, quo, & cessio simplex, nempe ne creditores fraudentur, &
9 sub judicis authoritate incautè decipiantur, immo efficacius requiritur prædicta forma in hoc genere concursus, quam in simplici cessione bonorum. Ad quam non auditur, nec admittitur debitor, quin prius se carceratum constituat, instante præsertim creditore aliquo,
10 out post Jacob. de Aretin. firmant Albericus *in rub. C. de cess. bonorum*, *col.* 2. *in fi. vers. item quæritur nunquid debitor.* Cynus *in l.* 1. *quæst.* 8. *C. qui bon. ced. possunt.* Bellarm. *in §. fin. num.* 14. *instit. de action.* Et ibid. latè Jason, Covarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 1. *n.* 4. *&c.* Henriq. *in cap. Odoardus de solution.* Giurba *decis.* 41. *num.* 5. Cancerius 1. *part. resolution. cap.* 9. *decision. bon. n.* 24. Roland. à Valle *cons.* 7. *num.* 9. *vol.* 2. Matthæus Brunus *de cessione bonorum*, *q.* 7. *quæst.* 4. *princip.* communem dicit Trentacin. *var. resol. lib.* 3. *tit. de solut. resol.* 27. *nu.* 4. Boër. *decis.* 8 *nu.* 8. 9. & 10. Bruno à Sole *q.* 9. *n.* 21. Intrigliol. *singular.* 2. *lib.* 3.

11 Quod quidem non observatur in hoc novo genere concursus, immo extra carcerem illum format debitor inter suos creditores, & eo tutus est, ne carceretur, nec aliter ab illis molestetur, quando se hoc miserabili remedio munivit & ante omnia prævenit, juxta textum *in l. si pater. C. qui bonis cedere possunt*, qui enim tutus est exceptione, si futuras timet molestias, & inquietationes, implorato judicis officio, potest illam in judicium deducere ut silentium creditori suo imponatur, ad textum *in l. si contendat*, ubi Bart. Castrensis, & reliqui *ff. de fidejussoribus.* Glossa *in l. Aurelius.* §. *si centum ff. de liberatione legata.* Cæsar Contardus *in l. si diffamari. n.* 106. ubi etiam Cagnolus, *C. de ingenuis, & manumissis* Padilla *in l.* 1. *num.* 17. *C. de transactionibus.* Azevedo *in l.* 10. *num.* 33. *tit.* 13. *lib.* 8. *Recopilat.* Covarr. *lib.* 1. *variarum. cap.* 16. *num.* 3. Pinellus *in l.* 1. *part.* 2. *n.* 50. *C. de bonor. mater.* Zaccard. *cons.* 68. Raudens. *cons.* 21. *vol.* 1. Anton. Gabriel. *commun. opinion. tit. de actionibus*, *conclus.* 5. *per totam.* Ozascus *decis. Pedemon.* 151. *nu.* 39. & 104. *& decis.* 130. Gaill. *lib.* 1. *observat. quæst.* 11. & 12. Costa *de remediis subsidiar. remed.* 1. *num.* 2. Franchis 256. *& decis.* 341. *n.* 5. *& decis.* 385. *n.* 2. *& decis.* 657. Flam. Cartari. *decis.* 20. *n.* 1. & 2 Benintend. *decis.* 66. Capitius, *decis.* 18. *num.* 3. & 4. Binius *consil.* 4. *n* 49. *volum.* 1. Decianus *cons.* 118. *n.* 19. *vol.* 3. Peregrin. *consil.* 82. *vol.* 1. *de fideicommiss. art.* 41. *nu.* 7. communem dicunt Albanus *consil.* 251. *n.* 6. *ubi Apostilla vol.* 2. Cavalcan. *decis.* 25. *n.* 23. & 24. *part.* Decius *cons.* 3. & *in capit. in præsentia n.* 15. *de probationibus*, *& in cap. sollicitudinem nu.* 2 *de Appellation.* Nevizan. *consil.* 41. *num.* 41. Castrens. *in Authent. quæ supplicio num.* 3. *C. de Precibus Imperator. offeren.* Alexand. *cons.* 70. *volum.* 7. *& consil.* 103. *volum.* 8. Roman. *consil.* 42. Ponte *decis.* 31. *lib.* 3. *resolut.* 1. *de actionibus & obligat. num.* 13. Igitur prædicta forma, & requisita in hoc nostro genere concursus præventivo molestiarum multo fortiùs debent adesse & intervenire forma, & requisita suprà scripta pro securitate creditorum, quia ubi majus periculum imminet, ibi cautius agendum, juxta juris regulam.

Ut igitur discurramus per singula requisita essentialia 12
hujus concursus præventivi, & præservativi ut legitimus appareat, & suos juris operetur affectus, primum est, ut debitor qui eo uti vult, compareat coram suo judice competenti, quia si competens judex non sit, nullum judicium legitimè formatur, imò nullum redditur ex defectu jurisdictionis: *ad totum tit. ff. & C. de judiciis*, *& in decretalib. & tit. de foro competenti*; at is in hoc judicio concursus competens dicitur judex, cui debitor ipse subest; reus etenim est, cujus forum creditores convocati sequi debent, prout evidenter monstratur, & invincibilibus fundamentis efficaciter apparebit in toto *cap. seq. & cap.* 6. *&* 8. *hac* 1. *part.*

Secundum requisitum erit, quod ipse debitor com- 13
munis cum dimissione, & cessione omnium bonorum, simul offerat listam, & memoriale fideliter à se subscriptum, ita ut nihil eorum occultet, jurejurando munitum omnia dicta bona à se possessa esse, & nihil aliud apud se remanere affirmans, Glossa & Doctores *in leg.* 1. *C. qui bonis cedere possunt.* Bart. *in l. penult. per illum textum*, *ff. eodem tit.* Angel. Aretin. *in §. fin. instit. de action.* ubi etiam Jason. *n.* 8. Afflictis *decis.* 296. *in fin. & decis.* 379. *in princ.* Muscatellus *de appellat. glossa detinebatur*, *n.* 82. Giurba *decis.* 41. *n.* 19. Trentacinq. *variar. resolut lib.* 3. *tit. de solution. resolut.* 27. *n.* 9. & 10. Brunus *in tractat. de cess. bonorum quæst.* 5. *in princip. per totam*, Paz *in prax.* 1. *part. tom.* 1. *cap* 6. *à n.* 9. Felician. de Solis *in tract. de censib. tom.* 2 *lib.* 3. Parlador. *lib.* 2. *rerum quotidianarum* 2. *part cap. fin.* §. 7. *num.* 7. Roland. à Valle *cons.* 7. *volum* 2. Rebuffus *cons.* 384. *in princ.* Natta *cons.* 861. *num.* 8. Cancer. *variar. resolution. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 15. *&* 16. Brunum à Sole *in quæstionibus legalibus quæst.* 9. *n.* 31. Firmat, non esse legitimum concursum creditorum, nec cessionem, si debitor dolosè aliquid de his bonis occultavit, idem post Baldum Aretin. Matth. Brunum, & alios probat Carol. de Grassis *de exem.* 15. *num.* 48. & 49. & quod cedens bonis, si etiam unum sibi reservarit denarium, cessio nullius sit momenti probat ex Bal. *in lib. fin. num.* 8. *C. qui bonis cedere possunt*, & per Tiraquel. *in tit. de judiciis in reb exiguis. vers.* 45. *si cedens.* Narbon. *ad lib.* 30. *titul.* 7. *lib.* 1. *recopil. gloss.* 8. *fol.* 80.

Quæ doctrina ex eo comprobatur fundamento, 14
nam cum debitor communis teneatur bona omnia sic fideliter indicata deponere, & relinquere sub protectione, & protestate curiæ, inde distribuenda inter creditores, & expendenda servata inter eos gradus prærogativa, ut per eandem curiam nominetur curator, apud quem deponatur, vel interim deponantur apud sequestrarium. Cancer. statim referendus; Amator Rodriguez *de privileg. credito.* 1. *part. sub nu.* 25. ubi *Y el juez manda poner en deposito todos los bienes del deudor*; Villadiego *in politica cap.* 2. *vers* 5. *pleito de cession de bienes n.* 173. ibi. Y el juez manda poner en deposito todos los bienes del deudor. *Curia Philippica* 1. *part. ff.* 25. de cession de bienes, *num.* 12. ibi hecha la cession de bienes por el deudor, siendo avido por hecha, el juez manda poner en deposito todos sus bienes terminada la causa, &c. Et ex quampluribus juribus & Doctoribus probavimus 3. *part. cap.* 6. *post principium ex n.* 5. *vers. deinde quoniam cum isto administrator*, &c. juxta ea quæ dicuntur hac 1. *capit* 13. & 14. *per totam*, & signanter quod administrator concursus sit sequester, & depositarius longam disceptationem, & plurimorum Doctorum

relationem resolvimus infrà hac. 1. *par. d. cap.* 13. §. *unic. per totum.* Ubi ad longum videbis: sequitur quod ut depositum legitimum dicatur, sit integrum, aliàs nullum, inutile & illegitimum dicetur ad textum, & glossam *in l. si ventri*, §. *in bonis*, ubi Ripa *n.* 4. *ff. de privil. cred. l. si hominum.* §. *quoties ff. depositi.* Bal-
15 dus, Salicet. & Castro *in l. fin. cap. eodem*, *idem* Baldus *cons.* 172. *vol.* 5. Castro *cons.* 285. *n.* 14. *vol.* 1. Felinus *in cap. cum ordinem n.* 2. *de refeript.* Mantic. *de tacitis & ambiguis lib.* 10. *titul.* 10. *num.* 38. Cuch. *de morat. præscriptionem. num.* 86. Roderic. *lib.* 3. *de annu. reddi. quæst.* 11. *n.* 40. Intrigol *decis.* 1. *num.* 6. Carot *de depositi. p. quæst.* 2. *n.* 28. Ugolin. *de usuris cap.* 62. *n.* 1. Craveta *cons.* 94 *num.* 16. Decian. *cons.* 109. *n.* 81. *vol.* 2. Bertazola *cons. crim.* 255. *num.* 14. Tuschus *lit. V. concl.* 357. *n.* 105 Stracha, *decoct. part. ultim. n.* 4. plene Lupus *de usur.* §. 3. *num.* 61. Giurba *decis.* 98. *n.* 9.

16 Et in terminis nostris, quod hæc cessio bonorum, & judicium creditorum, causatum à debitore communi sit illegitimum, & nullum declaratum in Senatu Cathaloniæ, eo quod omnia bona non indicavit, nec deposuisset in posse Curiæ: probat cum Michael Fere Cancer. *var. resol.* 2. *part. d. cap.* 9. *num.* 26. & 27. aliàs enim facilè foret debitori, tuto per concursum à molestiis suos fraudare creditores, si partem bonorum sibi liceret, & occultare, & reservare contra omnia jura, finem & intentionem hujus remedii.

17 Immò & ex hac doctrina alia non levis inducitur præsumptio, & suspicio fraudulenti, & simulati concursus: quando nempe debitor post illum causarum dimissionem bonorum, & cessionem in judicio profitetur, & citatus creditoribus adhuc penes se retinet bona, & cum
18 effectu non dimisit, prout tenetur, ut deponantur apud fidum sequestrum, & administratorem ex paulò antè dictis; & latiùs dicendis ibi *capite* 13. quoniam quando cedens, donans, aut vendens rem, si insuper in possessione ejusdem remanet cessante justa causa, simulationis judicium, & præsumptio urget ad copiosè tradita per Farinacium *de simulatione quæst.* 162. *part.*
19 6. *à num.* 228. *cum multis seq.* maximè ubi concurrit causa ad simulationem præsumendam, prout in isto casu verè adest, ut solum debitor evitet vel hoc medio suspendere possit, & differre solutionem suis creditoribus hoc judicio concursus impeditis exigere, ut post plures alios probant Cæpola *de simula. contra. n.* 77. Decian. *concil.* 62. *n.* 89. *lib.* 8. Ludovicus à Peseger. *decis. crimin.* 50. *num.* 24. *in fine.* Peregrin. *de jure fisci. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 160. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *casu* 39. *num.* 7. & *num.* 25. & *de præsumption. lib.* 3. *præsumpt.* 124. *nu.* 31. Mantic. *de contract. lib.* 13. *tit.* 36. *num.* 2. & *tit.* 39. *à n.* 20. plures alii laudati à Farinac. *d. qu.* 162. *à n.* 139. *cum seqq.* Et hæc simulati, & ficti concursus præsumptio multum attenditur in hoc senatu ad denegandum debitori effectus legitimo concursui attributos, de quibus ad finem hujus capitis, & per totum tractatus discursum.

20 Fulcitur hæc simulati concursus præsumptio, quoniam depositum, ut legitimum sit, & suos effectus operetur, debet esse cum effectu, & non sola sufficiat oblatio. Immò quod si deponens adhuc re deposita utitur, & fructus percipit, fictum dicitur, & illegitimum, ut quampluribus Doctoribus citatis probat Giurba *decis.* 98. *n.* 8. & *seq.*

21 Tertium requisitum est, ut in eodem memoriali debitor simul indicet, & nominet omnes suos creditores ac simul singulorum credita, & quantitates, ut cognoscatur facta computatione cum valore bonorum, an sit solvendo debitor, vel non ut ex hoc excludi possit præsumptio malitiosi, fraudulenti, & simulati concursus. Cancer. *variar. d. cap.* 9. *n.* 10. Felician. *de censib. tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 5. *n.* 5. ad finem & *lib.* 2. *cap.* 3. *nu.* 11. *eodem tom.* 1. Cencius *de censib. quæst.* 80. *num.* 14.

22 Quartum requisitum erit, ut utrumque in lista contentum, tàm fidelem indicationem bonorum, quam creditorum juramento suo debitor confirmet, ad exclusionem malitiæ, simulati concursus, optimè Cancer. *d. cap.* 9. *à nu.* 29. Afflictis *decis.* 296. *in fin. decis.* 379. *in princ.* Muscatellus *de appellation. glossa*, & *verb. detinebatur n.* 82. Trentacinq. *variar. lib.* 3. *tit. de solution. resolut.* 7. *n.* 9. & 10. Giurba *decis.* 41. *n.* 19.

23 Obiter tamen circa hoc quartum requisitum unum utile te admoneo, quod præstat notabilem differentiam inter nostrum concursum, & simplicem cessionem, ut in illo non sit necessaria certa, & affirmativa expressio creditorum, & quantitatis debitæ, sed sufficiet, quod debitor utrumque exprimat relativè tantum ad prætensionem creditorum, non affirmativè, & confitendo, quod verè tales sint & quod tot eis debeatur juxtà naturam hujus nostri judicii concursus, quod est

24 præventivum, & provocativum non ad immediatam, & effectivam solutionem, sed causativè dumtaxat, postquam scilicet, de creditorum viribus, & juribus, & prærogativa gradus, simul fuerit discussum, & per sententiam graduationis terminatum, ad utrumque enim effectum ipsi creditores citantur, & provocantur in hoc extraordinario judicio concursus causato ab ipso debitore communi inter se & creditores ut nempe accedant ad illud petentes, & deducenti jura sua, habent, prout statim in sequenti requisito apparebit, & infra, *cap.* 2. & juxta doctrinam scriptam supra, *à n.* 11. *vers. quod quidem non observatur*, ut observat Amator Rodriguez *de privilegiis creditorum* 1. *part. num.* 25. & 26. Afflictis *decis.* 280. *à num.* Rolandus à Valle *cons.* 29. *resp.* 2. *tom.* . . D Garcia Mastrillus *decis. Siciliæ* 97. *per totam.* Hieron. de Cevallos *communium contra comm. l.* 4. *q. num.* 924. *in fin. & in tract. de cognit. violent* 5. *tom.* 2. *quæst.* 72. *n.* 2. & *n.* 7. & 10. dicentes quod in hoc judicio concursus, hoc est *pleito de Acrehedores.* Debitor cedens bonis convocat suos creditores, ut jura sua deducant in judicium, & sibi petant credita, ac simul inter se contendant de suis antelationibus, & privilegio, plurimos ad idem citat Antonin. Amato. *variar. resolut.* 111. *à n.* 1. *seqq.* & 17. Cencius *de censibus quæst.* 60. *n.* 14. & idem Cencius *in quæst.* 108. *nu.* 13. Felicianus de Solis *de censib. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 15. Villadiego *in sua politica*, & *praxi judicia. cap.* 1. *ex num.* 13. & *seqq.*

25 Ad differentiam simplicis cessionis bonorum, ad quam debitor nullo modo admittatur, nisi priùs, vel adsit res judicata vel confiteatur debitum, ita ut dumtaxat creditores citentur ad sua credita consequenda & effectivè exigenda, ita quod præfatum miserabile, & lamentabile refugium tendat dumtaxat ad solutionem, & satisfactionem creditorum juxta eorum prælationem, prout probant Panormit. *in cap Odoardus de solut. in fine.* & ibi Butrius *num.* 28. Henriq. Boic. *num* 55. *de solut.* facit textus *in l. penult. ubi Glossa ff. de cessione bonorum.* Rebuffus *cons.* 184. *circa medium. vers. ad hæc certum est* Parlador. *lib.* 2. *rerum quotidianarum*, *cap. fin. p.* §. 7. *n.* 7. Rolandus à Valle *consil.* 7. Brunor. à Sole *in quæst. legalibus quæst.* 9. *n.* 17. Glossa *in l.* 1. ubi Baldus *in* 2. *oppositi. C. qui bon. cedere possunt.* Matthæus Brunus *de cessione bonorum q.* 2. *n.* 6. Cancer. *lib.* 2. *variar. resolut. cap.* . *num.* 17. & *seq.* Gondiz. de Paz. *in praxi* 4. *p. tom.* 1. *cap.* 5. *num.* 8. Guttierrez *de juram. confirmatorio* 2. *p. c* 17. *num.* 3. de Grassis *de exceptionibus except* 17. *à nu.* 16. *cum seqq.* & *à num.* 22. & *seqq.* quod provenit ex communi, & veriori littera text. *in. l penult. & fin. ff. de cessione bonorum* & *est l.* 1. *tit* 15. *p.* 5.

26 Atque ideo, cum hæc duo remedia in fine, & effectu quoad hoc requisitum differant, certè diversimodè in utroque erit sentiendum, ut in nostro judicio concursus non

non astringatur debitor communis assertivè confiteri, tales esse creditores, nec certam & determinam quantitatem, cùm penitùs totum huic judicio concursus, & examini creditorum sit reservatum, in quo non solùm inter ipsum debitorem, & creditores, verùm & inter istos dumtaxat, solet contendi, & controverti non solum de prælatione, sed & de juribus, & veritate jurium deductorum per eosdem, maximè ii, qui inferioris gradus sunt, quotidie certant penitus excludere privilegiatos, & anteriores hypothecarios, ne consumant bona debitoris, prout praxi quotidie experimur, & apparebit ex iis, quæ infra *cap.* 3. dicenda erunt.

27 Quintum requisitum, ut nostrum judicium creditorum legitimum dicatur, non omittamus, nempe citatio, seu convocatio omnium creditorum, sine qua penitus informe dicetur, nihili interim profuturum: citantur igitur, seu potius admonentur, & provocantur omnes creditores, ut accedant ad hoc judicium concursus causatum, & introductum per debitorem communem, ut jura deducant, si quæ habent ad bona cessa, & suis creditoribus dimissa per debitorem, utque si sua putaverint interesse, ad hoc compareant: Et qui inde verè creditores appareant in judicio, & per sententiam graduationis qualificati fuerint, sua debita consequi, & ex bonis cessis exigere valeant, & hanc praxim, & formam firmant Gundisalvus de Paz *in praxi* 1. *tom.* 4 *p. cap.* 5. *n.* 9. Amato Rodriguez *de concursu creditor.* 1. *p. n.* 25. *&* 26. Villadiego *in politica cap.* 2. *vers. quinto pleito de cession de bienes. num.* 273. de Grassis *de exception. except.* 17. optimè Antonius Amato *variar. resolut. c.* 11. *per totum. maximè à num.* 17. *&* Antonii Fabri *doctrinam in suo C. lib.* 7. *titul.* 31. *de bon. author. Judic. & cap.* 14. *in ordine.* Bene Fontanella *de pactis nuptialibus clausul.* 5. *glossa* 8. *à num.* 40. *&* Pacificus *de Sylvia, interd. inspection.* 3. *c.* 2. *n.* 134. *&* 135. & in noviori impressione n. 405. qui ad idem citat Rotæ decisionem quæ post ejus tract. est in ordine 87. & Seraphinus *decis.* 12. 33. Cancer. *variar. resolut.* 2. *p. c.* 7. *de restitutione spoliatorum. à n.* 14. Idem Cancerius *lib.* 2. *c.* 9. *à n.* 33.

28 Sunt etenim creditores in hoc judicio concursus partes formales, cum in eo agatur de quodam judicio universali, & quasi divisorio universi patrimonii debitoris communis, ut inter creditores omnes dividatur, & distribuatur pro rato juxta uniuscujusque quantitatem, privilegium, & prærogativam, Molina *de justit. & jure, tract.* 2. *disp.* 592. *in princ. & in vers. cedere quempiam bonis, col* 2093. & ex Romano *cons.* 89. *ad finem* Joan. Baptista Costa *de ratione datæ, quæst.* 186. *nu.* 2 Cancer. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 9. *à n.* 26. Solis *de censibus lib.* 2. *cap* 3. *à n.* 11. *tom.* 2. *& ibid. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 5. Cencius *de censibus, q.* 198. *d. nu.* 13. *cum seqq.* ubi plures allegat, & post alios, & Rotæ decisiones ita expresè etiam tenet Fontanella *de pact. nuptial. clausula* 7. *glossa* 8. *part.* 8. *à n.* 41. *multis seqq.* Et iterum *à n.* 33. *tom.* 2. mirabiliter etiam Tiberius Decianus, *in cons.* 11. *à n.* 152. ibi. *Quando plures sunt creditores, & inter eos sunt bona dividenda debitoris, fit divisio æqualiter, &c.* vel, prout etiam eodem loquendi modo utuntur communiter cæteri Doctores allegati, ad quod facit textus, *in leg.* 3. ibi: *ut cessio bonorum admittatur, notum est, non tamen creditoribus sua authoritate dividere hæc bona, &c. C. qui bonis cedere possunt,* id est, Judice non interveniente, & est *l. qui autem.* §. *apud Labeonem. ff. quæ in fraudem creditorum l.* 2. *tit.* 5. *part.* 5. ibi: *Las deudas que a de pagar aquel que desampara todos sus bienes, entonce debe el jusgador partir entre ellos los maravedis por que fueron vendidos los bienes del dando a cada uno dellos segun la quantitad, que debra aver, mas o menos,* &c. ita ut absque omnium concursu, &

29 præsentia nulla sit divisio, & distributio facta à judice concursus, deficiente citatione, & monitione omnium sua interesse putantium, ad *l. si cum fratre. C. res inter alios acta, l. dico fratres, ff. de acquir. hæreditate, l. dudum. C. de contrah. emptione. l.* cohæredibus, *C. familiæ erciscundæ, l.* 2. *ff. eodem tit.* Ayora *de partitio.* 1. *part. cap.* 5. *num.* 17. *&* 18. Morquecho. *de divisio. bonor. cap.* 2. *num.* 42. *& seqq.* quia judicium communi dividundo sua natura individuum est, & nonnisi inter omnes terminandum, diximus abundè *in tract. de suppl. ad Sanctiss.* 2. *part. cap.* 14. *à princ.*

30 Tum etiam quia judicium concursus est inseparabile & individuum, & sic præcisè omnium creditorum concursus, & præsentia requiritur ex iis, quæ abundè probantur infrà *cap.* 3. *per totum,* quare creditorum citatio de essentiali forma hujus judicii erit.

31 Sed major stat difficultas, an citatio hæc creditorum in hoc judicio concursus sufficiat per proclama, aut per edicta, & sufficere asserit Amator Rodriguez *de privilegiis creditorum* 1. *part. sub. n.* 15. ibi. *Y notificado assi a los acrehedores, como les seda sus bienes que tiene, i que tubiere, sedan tres pregones, y se ponen tres edictos de nueve en nueve dias, y paresciendo los acrehedores,*

32 *y con lo que responden o no, se concluye, y se resciue à prueva en el articulo, y se procede hasta sententia difinitiva, y el juez manda poner en depositto todos los bienes del deudor, ya aviendose determinado la causa, y con la presentacion de los titulos, y derecho de los acrehedores, y sus graduaciones se venden en la moneda publica, y se haça pago a los acrehedores sin que le quede al deudor mas que el vestido ordinario, y los materiales de su officio,* &c. ad quam praxim, allegat Gundisalvum de Paz, & Villadiego.

33 Eandem opinionem, quod creditores ad concursum non sint citandi per citationem particularem, sed quod sufficiat citatio per publicum proclama, tenuerunt B. *in l. si quis uxori,* §. *si fugitivum ff. de furtis,* Brunor. à Sole, *in quæstio. legali, quæst.* 9. *n.* 25. *&* 26. Practica Papiens. *in forma inquisition. sub. num.* 26. Alberic. *in Rubric. ff. de cession. bon. colum. penult.* Guido Papa *cons.* 124. *colum. penult.* Salicet. *in l.* 1. *in princ. cap. qui bonis cedere possunt.* Ex quo in Cathalonia, facta cessione bonorum, fit publicum proclama in loco, ubi creditor cessit bonis, per quod omnibus fit notum, talem cessisse bonis, ut in posterum à contrahendo cum eo caveant. Testatur Cancer. *variar. resolut.* 2. *c.* 9. *num.* 33. pro quibus facit textus *in l. si eo tempore, cap. de distract. pignoris;* ubi ad distrahendum pignus per creditorem jure suo uti volentem, per proclama tenetur citare cæteros creditores, ut intra terminum compareant, jus suum & anterioritiatem deducere, ad impediendam distractionem fac endam.

34 Sed contrarium verius est de jure, & praxi quotidiana receptius, ut immo omnes creditores in hoc judicio concursus nominatim, & specialiter citentur (forma ordinaria servata) tum quia isti creditores sunt certi, quorum certitudo ignorari non valet, cum ex natura, & formalitate judicii omnes judicandi sunt per debitorem in lista bonorum, ut hactenus latè diximus, ex *n.* 21. ergo non potest sufficere citatio per dicta. Ita in iis terminis argumentatur Cancer. *in* 2. *part. variar. resol. cap.* 7, *de restitutione spoliat. nu.* 24. dicens quod proclamata generalia non sufficiunt, nec sunt apta ad prejudicium alicui nominatim, quia tunc necessaria est specialis citatio ex aliis Doctoribus, qui longa serie referuntur; & est elegans definitio Antonii Fabri *in suo C. lib.* 7. *tit* 22. *de bonis authoritate jud. & cap.* 14. *in*

35 *ordine,* ubi dicitur, venditionem pignorum, quantumvis publicè factam, iis nocere non posse, qui cum essent certi creditores, & cogniti nominatim, tamen citati non fuerunt. *Generale enim* (inquit) *proclama non nisi ad incertos incognitosque creditores pertinere,* quod idem in effectu antea dixerat Beccius *in consil.* 12. *num.* 9. *& ejus additio. n.* 10. quos etiam referens sequitur Fontanella *de pactis nuptialib. clausula* 1. *glossa* 6. *à n.* 42.

n. 42. *& ſeqq. part.* 8. *tom.* 2. Fachineus *controverſ. jur. lib.* 11. *cap.* 9. *ſub. verſ. poſterioris ſententiæ fundamentum.* Et quod, ut creditoribus præjudicium in ſuis antelationibus inducat, debent ſpecialiter citari, probat
36 poſt alios Antonin. Amato. *variar. reſol. c.* 11. *à n.* 2. *& n.* 3. *ſeq.* qui *n.* 5. poſt plurimos alios firmat, quod idem erit, quando perſona creditoris eſt incerta, quæ tamen difficile certificari poteſt, ut tunc citatio debet fieri ſpecialis, aliter atque, ſi creditores incerti ſint, per proclama ſufficit citatio.

37 Et quod non ſufficiat citatio per proclamata, ubi creditores, (quorum intereſt) ſunt certi, nec tollat jus eorum, ſi nominatim non fuerint citati, probant Bald. *in l. fin.* 41. *C. de edict. D. Adr. tollen.* Alexandr. *ad Bar. in d. l. ſi eo tempore.* Guido Pancirol. *conſ.* 50. *n.* 4. Beccius *conſ.* 12. *n.* 9. Guzman. *de eviction. quæſt.* 33. *à n.* 44. qui ita intelligunt. *d. l. ſi eo tempore C. de diſtract. pignoris.*

38 Nec valere hujuſmodi proclamata, quæ ſolent fieri per judices, ut creditores compareant in tempore quo elapſo non audientur, nec illis præjudicare, ſi certi ſunt omiſſa ſpeciali citatione, probant Angel. & Caſtrensis *in l. ſi pars literarum, ff. de judiciis.* Affinius *de executionib.* §. 6. *de ſubhaſtationibus cap.* 32. *nu.* 10. *&* 24. *& cap.* 191. *n.* 10. Rodericus Suarez *in l. poſtrem. ff. de re judicata, in declarat. l. Regni verſ. circa judicem. n.* 31. *fol.* 679. Steph. Gratian. *diſcept. for. tom.* 1. *c.* 157. *n.* 28. *& tom.* 2. *cap.* 238. *n.* 71. *& diſcept.* 339. *n.* 27. Surdus *conſ.* 173. *n.* 97. *lib.* 2. *& conſ.* 181. *num.* 6. Gratian. *tom.* 3. *diſcept.* 489. *n.* 12. *&* 13. Guzman. *d. quæſt.* 34. *à n.* 48.

39 Tunc etiam, quia in noſtra Hiſpania citatio per edicta in deſuetudinem abiit teſte Greg. Lopez *in l.* 42. *tit.* 13. *part.* 5. *gloſſa verb. o tenia* Parlador. *lib.* 2. *rerum quotidian. cap. fin. part.* 5. §. 16. Rodriguez *de annuis redit. lib.* 2. *quæſt.* 17. *ſub nu.* 19. Ant. Amato *variar. reſolut.* 9. *cap.* 11. *nu.* 5.

40 Et quidem praxis univerſalis tribunalium Hiſpaniæ hanc amplexa eſt doctrinam, ut creditores omnes, qui vel judicati ſunt per creditorem cauſantem inter eos judicium hoc concurſus, vel ii etiam, qui poſt modum in progreſſu judicii creditores apparent, nominatim, & ſpecialiter citentur, immo ad quodlibet actum judicii intentatum per unum ex creditoribus, cæteris omnibus, vel talem ſuis procuratoribus intimatur, quæ praxis inconcuſſa eſt, ita ut ſimul citatio ſpecialis fiat quoad certos, edicta autem publicè aſſignantur pro notitia incertorum creditorum, atque ita utraquè forma ſimul obſervatur in hoc judicio concurſus.

Quam etiam obſervari in Regno Siciliæ firmat Car.
41 de Graſſis *de exceptionibus, excep.* 17. *n.* 52. Amador. Rodriguez ſupra citatus *n.* 31. *verſ. ſed major ſtat difficultàs*, non negat citationem ſpecialem, ſed immo eam expreſsè ſupponit in principio, ſed & ulterius ſimul requirit citationem per edictum generale, puta quoad incertos creditores, ut notitiam habeant judicii concurſus, juxta ea quæ hactenus dicta ſunt ad textum *in d. cap. de electione lib.* 6. ut probant multi citati per Antoninum Amatum ubi ſupra. Bartol. & Bald. & alii plures *in d. l. ſi eo tempore. cap. de diſtractionibus pign.* Surdus *conſ.* 181. *n.* 32. *lib.* 2. *late* Guzman. *de evictionib. quæſt.* 34. *à n.* 44. *& ſignanter à n.* 49. ubi belliſſimam vocat diſtinctionem hanc inter certos, & incertos creditores.

Nec Cancerius pro contraria parte citatus ſupra *nu.* 33. contradicit, quia ſolum teſtatur de praxi Cathaloniæ, fieri poſt ceſſionem proclamata publica, non ad citandos creditores, & convocandos ad concurſum, ſed tantum ad monendos omnes, ne de cætero contrahant cum tali debitore fallito, ne ignari, credentes ſolvendo eſſe, fallantur, & decipiantur.

Aliud, & non contemnendum requiſitum erit, ut concurſus judicium legitimum ſit, & non fraudulentum, & fictum ut fiat inter tres ſaltem nominatos à debitore creditores, ita ut non admittatur ad hoc judicium concurſus formandum cum uno, & altero creditore, prout ſubtiliter multis doctrinis comprobabimus *in* 4. *part. c.* 16. *ex nu.* 50. *cum ſeqq. verſ. ex quibus omnibus infertur, & ſignanter num.* 58. *verſ. ex iis unum obiter*, &c.

His igitur requiſitis obſervatis legitimum dicetur 42 univerſale concurſus judicium, ut ſuos juris praxis effectus conſequatur, & ille unus, ut interim eo pendente conquieſcant moleſtiæ creditorum, à quibus nec exequi debitor nec conveniri poteſt, ita notanter dixit Gondiſal. de Paz *in praxi.* 4. *part. tom.* 1. *cap.* 7. *fin. in hæc. Y lo miſmo ſe pratica en el proceſſo y pleito que ſe hace de Acrehedores, quando un deudor los llama, y les quiere pagar por ſus anterioridades : el qual en entre tanto no puede ſer executado por ningun acrehedor, porque la via executiva eſta ſuſpendida, haſta tanto que ſe determina el pleito de acrehedores, y ſe ſententia en que lugar, y quando ha de ſer pagado cada uno dellos, y eſta practica eſta recidiva por los tribunales ſupremos de las Chancillerias.* Quæ quidem certiſſima eſt, & in viridi eſt obſervantia, prout quotidie practicatur, &c. Et idem dicit Petrus Gregorius *de cenſib. quæſt.* 6. *privileg.* 8. Intriglol. *de cenſib. quæſt.* 54. *n.* 16. *alias* 16 *num.* 5. Giurba. *deciſ.* 44. *nu.* 6. *&* 10. quod debitor qui præ- 43 veniendo judicium ceſſionis bonorum, non poteſt interim moleſtari, nec executionem patitur, videndus *à n.* 2. *& ſeqq.*

Alius effectus oritur ex legitimo judicio hoc univerſali 44 concurſus cauſato à debitore, ut omnes lites contra eum motæ per creditores coram aliis, & diverſis judicibus ad hoc concurſus, tanquam ad caput principale multo fortius poſtea moræ trahantur; caput ſequatur prout ex ſex *cap. ſeq.* maximè *ex* 4. dilucidius apparebit.

Alter effectus proveniet ex legitimitate concurſus hujus, ut judex, coram quo pendet lis antè, vel poſt concurſum cauſarum contra debitum, ad quem judex concurſus dirigit ſuas requiſitorias litteras, ut ſibi litem remittat, ſi ex eiſdem legitimum concurſum introductum eſſe concipiat, tenetur omnino illis obtemperare, ſin minus illa reſpuere, & non adimplere tenetur, ad tradita *in cap.* 5. *& cap.* 4. ubi de hoc latè agitur alium, & utilem effectum producit, concurſus legitimè formatur, ne patiatur decimam, nec eam exigere poſſe judicem, coram quo hoc judicium concurſus introducitur ac pendet ex rationibus, & fundamentis conſideratis latius infra hoc eodem *cap. ex n.* 5. *cum ſeq.* ubi commodiùs tractatur articulus iſte §. 1.

Quod ſi in hoc judicio requiſita relata, aut eorum 45 quodlibet defecerit, ut informe, & inefficax ſuos amittit effectus, præſumitur etenim ſimulatum, doloſum, & fictum, ſolo animo fraudandi creditores à debitore introductum, ad impediendam ſeu differendam exactionem, & ſolutionem creditorum, quod redolens malitiam ſimulatam facile contemnitur à Senatoribus vigilantibus in ea exſcrutanda, & detegenda.

Inſuper non omittam nonnullas alias differentias 46 inter ſimplicem ceſſionem, & concurſum creditorum, quod licet hoc judicium concurſus univerſale de quo loquimur, tanquam præventivum non petat de neceſſitate formali, quod debitor ab aliquo ex ſuis creditoribus moleſtetur, judicialiter ex his quæ ſuprà ſcripta manent *à n.* 9. *verſ. eodem modo*, prout requiritur 47 in ceſſione ſimplici bonorum, ex DD. ibidem citatis, & ex Cancerio *variar. reſolut.* 2 *part. cap.* 9. *n.* 24. de Graffis *de exceptionib. except.* 17. 155. *&* 56. qui plures referunt; *tamen concurrente alio judicio*, ſuffi- 48 ciens mihi videbitur cauſa ad præſumendum fictum & ſimulatum judicium à ſe intentatum.

Pro coronide hujus cap. illud ſciendum, quod qui- 49 libet populus, & univerſitas, ſeu Eccleſia ære alieno oppreſſa,

oppreſſa, creditoribus gravata poſſunt liberè cauſare in eos hoc noſtrum judicium concurſus, credendo propria bona ſuæ univerſitatis, prout quotidie fit, ac multæ pendent hujus generis lites in hac Regali Cancellaria Valliſoletana, & alibi paſſim prout latius diſputando quæſtionem hanc videbis inferius in eodem *cap.* 1. §. 2. *per totum.* Sicque etiam reſolvit Felician. de Bolis, *de cenſib. in* 2. *tom. lib.* 2. *cap.* 3. *à n.* 11. &
50 *ſeqq. fol.* 101. ubi alios citat, ex quorum lectura concipies aliam differentiam in hoc caſu inter ſimplicem bonorum ceſſionem, & hoc noſtrum judicium concurſus ob rationis diſparitatem.

51 Altera etiam differentia inter ſimplicem ceſſionem bonorum, & judicium concurſus reperitur, nam licet ad illam non admittantur debitores decocti, & falliti, tanquam publici fures, ut latè probant poſt plurimos Doctores Giurba *acc.* 41. *n. à n.* 9. *& ſeqq.* Antoninus Amat. qui plures etiam allegat *in reſolut.* 22. *à princip.* quam plures etiam laudat Cancer. *variar. reſo-*
52 *lut. lib.* 2. *c.* 9. *à num.* 43. *cum multis ſeqq.* tamen apud nos concurſus hoc judicium non impeditur, quia debitoris decocti fuga habetur pro dimiſſione bonorum creditoribus, quæ à judice ſequeſtrantur, & apud adminiſtratorem deponuntur, & curator ad litem abſenti, & fugitivo nominatur, cum quo acta geruntur, & creditores certi citantur, & quoad incertos publica proclamata fiunt, & inter omnes *el pleito de acrehedores* formatur & uſque ad finem proſequitur, ac ſi fallitus præſens foret, prout communiter, & quotidie practicatur. Ut etiam videre eſt apud Gaſp. Ant. Theſaurum *in quæſt. forenſib.* 16 *ferè per totam, & à n.* 12. *& ſeq.* Fontanellam *de pactis nuptial. tom.* 2. *clauſul.* 5. *gloſſ.* 8. *art.* 8. *à n.* 30. *& ſeqq.* latè tractantes de hoc concurſu creditorum, & ad bona falliti, & decocti, & Noguerol. *in allegat.* 19. *n.* 131.

53 Illa etiam, & non levis differentia inter utrumque remedium reperitur, quod in ſimplici ceſſione bonorum non requiritur citatio omnium creditorum, ſed dumtaxat illius, qui inſtat, & cum debitore ad præſens litigat, ad latè tradita per Marth. Brunum *in tract. de ceſſ. bonorum quæſt.* 9. *princip. à n.* 4. at hoc in judicio
54 concurſus tanquam univerſali, & individuo omnium citatio requiritur, quia omnibus cedit bona debitor communis, ut latiſſimè probavimus ſuprà *in* 5. *requiſit. à n.* 27. *& plurimis ſeqq. & cap.* 3. *à n.* 7. *ſed omnium illa.*

55 His adjungo aliam differentiam, nam quamvis ſimplex ceſſio bonorum poſſit fieri, debito in judicio, & extra judicium per epiſtolam, & per nuncium, & etiam abſente creditore, juxta textum ſingularem in *l. in omn. C. qui bonis cedere poſſunt*, ubi Salicetus, & Bartol. *in l. fin. ff. eod. DD. in l.* 1. *C. qui bona cedere poſſunt.*
56 Cancer. *l.* 2. *cap.* 9. *num.* 31. Tamen iſte noſter concurſus nullatenus fieri poteſt aliter quàm in judicio, & coram judice competente, & ſervatis omnibus judicii ordinarii ſolemnitatibus & forma: prout etiam arguendo ab ipſa denunciatione colligitur, dicitur quippe: *Pleito de acrehedores*; quæ ultra judicium cadere, & tractari non poteſt. Alias plures differentias deduces ex toto diſcurſu hujus capitis à principio.

57 Et tandem unam univerſalem non omittam: quod quamvis hæc duo remedia conveniant in ſuo priori principio, hoc eſt, in primo actu, & libello: aliquibus requiſitis ceſſionis, ac etiam in ultimo utrorumque fine: hoc eſt in illa actuali ſolutione, & ſatisfactione creditoris, ſeu creditorum ex bonis ceſſis à debitore: tamen in mediis & modo penitùs differunt, & diſſentiunt, ut ex jam dictis, & per diſcurſum hujus tractatus dicendis clarè patet.

§. I.

Decimarum executionis an Judex concurſus percipiat juxta menſuram creditorum concurrentium, vel quo jure ſibi ſit denegata omnino.

SUMMARIUM.

58 *Decimam deducere non poteſt Judex ex concurſu univerſali creditorum, & de ratione iſtius praxis.*
59 *Adducitur, & applicatur doctrina Parladorii. Ad fundandam juriſdictionem, ſolùm attenditur quantitas principalis petita, non quantitates petitæ à tertiis, qui ſe oppoſuerint. ibid.*
60 *Univerſale concurſus judicium originem trahit ab ipſo debitore communi independenter ab aliqua executione.*
61 *Debitor intra* 72. *horas offerens, & deponens debitum à decima relevatur.*
62 *Debitor univerſalem concurſum inter creditores formans ab omnimoda decima liberatur, & quare?*

SURSUM hoc cap. *ex n.* 42. *& ſeqq.* aliquod juris effectus, ex legitimo judicio concurſus ductos annotavimus, alium adhuc ſpeciali nota dignum negligere non licebit. Diſcutiamus igitur, quo jure ſuſtineatur praxis uſitata, qua fuit obtentum, ac prorſus denegata judici executionis decima, in concurſus creditor. judicio. Et quamvis Parladorius *lib.* 2. *ter. quotid. cap. fin.* 6. *p.* 59
§. *unico, nu.* 10. affirmet, quod in concurſu creditorum decima ex totis creditis non debeatur, ſed tantum ex ſumma & quantitate, pro qua fuit executio ab uno creditore principaliter petita, & ex qua cauſata fuit cæterorum creditorum incidenter oppoſito, atque inter eos concurſus ſuper prælatione formatur, ut ibidem comprobat: adhuc tamen Parladorii aſſertio noſtram non omnino evincit difficultatem, nec ex illo genere concurſus particularis ad noſtrum univerſale argui poteſt juxta diſcrimen, inter utrumque dilucide conſideratum, infra *hac* 1. *p. c.* 4. §. *ex n.* 30. *cum ſeqq.* ubi ſcilicet judicium particulare, ab ipſis creditoribus ſe ad invicem opponentibus pro prælationibus, incipiat & incidenter ad unius creditoris executionem petitam: atque ideo nihil mirum, ut decima debeatur ex illa quantitate, pro qua principaliter fuit petita executio, licet non ex creditis incidenter deductis per alios creditores, ſicut videmus in juriſdictione limitata ad certam quantitatem: in qua fundanda ſufficit quod quantitas principalis, & quæ petitur, ſummam illam non excedat, licèt concurrant tertii oppoſitores, creditores pro quantitatibus exceſſivis, aliàs impedientibus juriſdictionem, quæ nullo modo attenduntur, ſed quantitas principalis, pro qua fuit introductum judicium, ut per *l.* 1. *princ. ff. de author. tut. l. qui id quod* 34. *ff. de donat. l.* 2. §. *parvique refert. ff. de privileg. cred.* tenent Angel. *per text.* 161. *in l. navis* 2. *ff. ad l. Rhodi. de jactu* latè Jaſ. *in l. ſi quis ne cauſam. cap.* 2. *n.* 3. & ferè per totam litteram. *ff. certum pet.* Hypolit. *ſingul.* 247. D. Mieres *de major.* 2. *p. q.* 8. *illatio.* 8. Roland. *conſ.* 11. *n.* 61. *n. ſeqq. vol.* 3. *conſ.* 41. *n.* 17. *cum ſeqq. vol.* 4. optimè comprobat Bobadilla *in polit. lib.* 3. *c.* 8. *n.* 241. *tom.* 2.

Ad judicium univerſale concurſus originem trahit ab ipſo debitore communi, ſuos convocans creditores, 60
ut illis facta ceſſione ſatisfiat principaliter, & independenter ab aliqua executione particulari, ſed ſeparatim, in quo, cùm non adſit aliqua principalis, et particularis executio, ſed ſolus creditorum concurſus, non inepte poterit adaptari doctrina Parladorii ad omnimodam decimæ excluſionem, per argumentum à ratione ceſſante, nam ſi in hoc univerſali judicio nulla attenditur particularis petita executio, ex cujus ſumma deduci poſſit decima; ergo in totum juſtè denegabitur, & hoc fundamentum fortiùs redditur ex eo, quod ju-

dicium concurſus univerſale ad ſe trahit omnes, & quaſlibet cauſas alibi pendentes, ſive motas ante concurſum, ſive poſtea motas. Diximus, *hac 1. p. cap. 4. & c. 5. per tot.* quæ cauſæ omnes incorporantur in concurſum univerſalem, cujus natura veſtiuntur propria mutata, & alterata, ita ut prorſus amittant viam executivam, et omnes efficiantur ordinariæ, et in judicio ordinatio ſimul tractentur juxta naturam concurſus, qui ordinarium judicium requirit, prout abundè probatum eſt infra hac 1. *part. cap.* 16. *per totam*, & ſignanter ex *n.* 9. *cum multis ſeqq.* atque ideo ſi viæ executivæ ingredientes concurſum univerſalem ſuffocantur & in judicium ordinarium omnes ſimul convertuntur, nihil mirum quod ceſſet decimæ exactio, quæ ſolum executionibus debetur, & non ex judiciis ordinariis, quæ ratio ingenua eſt, & cunctis efficacior. Comprobatur hoc fundamentum; nam cum tertii oppoſitoris jura in via ordinaria tractentur, et interim via executiva principalis ſuſpendatur, merito ex tertii juribus decima non debetur: quæ eſt vera ratio doctrinæ Parladorii relati ſuprà *n.* 59.

61 Sed revera non minus efficax mihi videtur illa ratio; nam cum jure noſtro patrio, ex *l.* 8. 9. *&* 21. *tit.* 21. *lib.* 4. *recopilat.* denegetur judici decima, quando debitor intra viginti quatuor horas, (hodie ex nova pragmatica intra ſeptuaginta duas) offert, & deponit debitam quantitatem, quo qua exequitur, eodem modo & ratione debitor formans inter ſuos creditores univer-
62 ſale concurſus judicium merito ab omnimoda decima relevatur; his namque hoc fine, & intentione ſuis ſatisfaciendi creditoribus judicium hoc cauſat inter eos, & ad hunc effectum omnibus ſuis cedit bonis, & apud curiam eorum exutus adminiſtratione quam à ſe prorſus abdicat, offert, & deponit, ut ex illis venditis creditores ſolvantur, prout ſæpè diximus: Et ideo cum à principio hanc libenter faciat oblationem, non debet decimæ onere gravari, ſed excuſari potiùs.

63 Deinde, quia ſi debitor ob inopiam ære alieno gravatus adſtringitur bonis ſuis cedere, fortè & ut plurimum non ſufficientibus creditorum omnium ſolutioni, & ſatisfactioni, ſi decimæ onere bona ipſa gravarentur, & diminuerentur; non debitor ſed creditores ipſi decimam hanc indebitam ſolvere cogerentur contra juris regulas, atque ideò à juſtiſſimis rationibus originem traxiſſe conſuetudinem & ſtylum tribunalium, denegantem decimam in univerſali concurſu creditorum, ac proinde legitimè ſuſtineri, affirmandum erit.

§. II.

Minor, Reſpublica, Eccleſia, aliave quævis communitas an poſſit abſque judicis decreto, aut Principis licentia judicium concurſus inter ſuos creditores liberè formare.

SUMMARIUM.

1 *Minor, Reſpublica, Eccleſia, aliave quævis communitas poteſt concurſus judicium formare inter ſuos creditores.*
Authentica, ut determinatus ſit n. clericor. §. ſi quis autem adjecerit, exornatur. ibid.
2 *Civitas, & quævis alia communitas admittitur ad concurſum formandum, quantum ad ſatisfactionem creditorum, non tamen quantum ad ignominiam, & formalitatem ſtatutorum.*
3 *&* 4. *Univerſitas facilius admittitur ad concurſum peragendum, quam ad ceſſionem bonorum.*
5 *Minor ſine decreto, Eccleſia ſine ſolemnitate, populus abſque facultate Regia an poſſint Judicium concurſus formare? Diſceptatur.*
6 *Per concurſum minor, populus, & Eccleſia non alienant bona ſua; quia retinent dominium, & poſſeſſionem.*
7 *Alienatio neceſſaria, ex judicis authoritate, & coactione facta, non dicitur propriè alienatio.*
8 *&* 9. *Nec in ea decreto, aut licentia opus eſt.*
10 *In concurſus bonis diſtrahendis procedit juſſus, & decretum judicis cum plena cauſæ cognitione.*
11 *Hypothecata ſemel bona minoris cum decreto, & majoratus cum Regia facultate, poſſunt ad inſtantiam creditorum liberè diſtrahi, & abſque nova facultate, aut decreto.*
12 *Concurſus utilis eſt minori, Eccleſiæ, & ſimilibus ære aliena gravatis.*
13 *Concurſum debitor movens liberatur à moleſtiis creditorum; & à decima executionum.*
14 *Minores juris beneficio, etiam majoribus deſtinato privari non debent.*
15 *Contractus utilis minori ſuſtinetur ſine decreto.*
Minorem, populum, & ſimiles, ut admittantur ad concurſum cauſandum, decretum, & Regiam facultatem præcedere debere, multa urgent ex n. 16 *cum ſeqq.*
17 *Ceſſio bonorum licèt non propriè alienatio, eſt tamen actus voluntarius; per quem facilè devenitur ad alienationem.*
18 *Ad actum per quem deveniri poteſt ad alienationem bonorum minoris, pupilli, & ſimilium, requiritur decretum, aut facultas Regia.*
19 *Ceſſio bonorum dicitur univerſorum bonorum alienatio.*
20 *Civitatis, aut populi bona non alienantur, nec hypothecæ ſubjiciuntur abſque Regis licentia.*
21 *Quod procedit etiam in populis dominorum, ut horum licentia contractu celebrato nulli ſint poſt legem Regiam.*
22 *Pro executione rei judicatæ poſſunt bona minoris, aut populi condemnati alienari, & diſtrahi, alia non præcedente facultate, aut decreto.*
23 *Alienatio ſpontanea abſque juris ſolemnitatibus non permittitur minori, populo, aut Eccleſiæ.*
Nec in ſolutum bona ſua dare creditoribus, ibid.
24 *&* 25. *Minor, & ſimiles non poſſunt bona diſtrahere, ut ex pretio dimittant creditores ſuos.*
26 *&* 27. *Ad ceſſionem bonorum non admitti minorem, non præcedente decreto judicis, plurimi dixerunt; & ſeqq.*
28 *Ceſſio eſt univerſorum alienatio.*
29 *Minor* 25. *annorum poteſt cedere bonis, niſi præcedente decreto judicis.*
30, 31 *&* 32. *Minorem* 25. *annorum admitti ad ceſſionem bonorum duobus concurrentibus, inſtantia creditorum, & decreto judicis.*
33 *Populus, & Eccleſia, licet carcerari non poſſint, admittuntur ad ceſſionem.*
34 *Opinio tenentium, minore...* 14. *annorum non admitti ad ceſſionem bonorum, non habet locum in concurſu creditorum.*
35 *Concurſus judicium inventum fuit ad evitandas moleſtias, carcerem, & ignominiam.*
36 *Ad judicium concurſus introducendum omnes indiſtinctè creditores admittuntur in Hiſpania.*
37 *Ad ſimplicem ceſſionem bonorum requiritur judicis decretum, atque licentia Regis.*
38 *Ad concurſum noviter inventum minores, aut populi, & ſimiles nec egent decreto, nec principis licentia.*
39 *&* 40. *Ceſſio ſimplex bonorum cum fiat poſt æris alieni confeſſionem, magis reſpicit dationem in ſolutum.*
41 *Concurſus judicium ante diſtractionem bonorum requirit plenam cauſæ, & jurium cognitionem.*
42 *In concurſu præcedit cauſæ cognitio, & judicis decretum ad diſtrahenda bona minoris, aut Eccleſiæ.*
43 *In concurſu creditorum procedunt omnia requiſita ad alienandum bona minoris, & Eccleſiæ.*
44 *Et fit alienatio neceſſaria pro executione rei judicatæ, quæ aliam juris ſolemnitatem non requirit.*
45 *Praxis communis omnium Hiſpaniæ tribunalium admittit quoslibet, minorem, populum, Eccleſiam, & ſimiles ad concurſum paragendum abſque aliquo decreto, aut Regia facultate.*

46 Conſue-

46, 47 & 48. *Consuetudo vetustissima fuit efficax ad tollendum solemnitates, à jure in alienatione minorum, & similium requisitas.*

49 *Consuetudo habilem reddit eum, qui de jure inhabilis erat.*

50 *Et minorem majorem facit.*

51 *Consuetudo potest contractum approbare, vel reprobare.*

52 *Consuetudo minuit solemnitates à jure requisitas ad actum.*
In solemnitatibus testamenti. ibid.

53 *Inventarii.*
Et instrumenti. ibid.

54 *Consuetudo potest tollere solemnitatem decreti requisitam in alienatione bonorum minoris, & aliorum.*

55 & 56. *Consuetudo potest introducere ut bona feudalia, & emphyteuticaria alienentur absque assensu Domini.*

57 *Consuetudo potuit introducere, ut minor, respublica, vel Ecclesia possint concursum formare absque decreto, & Regia facultate.*

58 & 59. *Consuetudo non requirit actus judiciales, sed extrajudiciales sufficiunt.*

60 *Nec contradictorium judicium, ut contra Mascardum tenent alii. & fin.*

1 HOC *cap.* 1. *n.* 49. obiter diximus, posse minorem, Ecclesiam, rempublicam, & quamlibet universitatem concursus judicium hoc inter suos creditores formare, quam conclusionem probarunt ex textu *in §. si quis adjecerit, in authentico. Ut determinatus sit numerus Clericorum.* Quem dicit peregrinum Benedictus Canophilus *in repetit. Extravag. ambit. num.* 87. *de rebus Eccles. non alien.* docet Aufrerius *ad Capell. Tholosan. quæst.* 136. *n.* 4. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *cas.* 183. *nu.* 11. *cum seqq.* Lancellot. Robert. *de attent.* 2. *part. cap.* 4. *limitat.* 11. *num.* 4. Martin. Montier à Cueva *in decis. Regni Aragon. num.* 14. Matthæus Brunus. *in tract. de cession. bonor. quæst.* 2. *& quæst.* 3. 4. *quæst. princip.* Felician. de Solis *in tract. de censib. tom.* 2. *lib.* 2. *num.* 11. Trentacinq. *variar. resolut. lib.* 3. *resolut.* 27. *titul. de solutionib. num.* 3. & alii plures ab istis laudati, & omnes, nec non Baëza *de inope debitor. cap.* 13. *ex num.* 1. probant civitatem,
2 populum, Ecclesiam, Collegium, aliamve quamlibet universitatem, scilicet fabrorum, pelipariorum, scholarium, & similium posse, & admitti ad cessionem bonorum, quantum ad effectum, & satisfactionem creditorum suorum; licet non quantum ad formalitatem legum, & statutorum, ut carcerentur, & adjiciantur creditoribus, quoniam hujus formalitatis, & ignominiæ capaces non sunt.

3 Quæ doctrina multo magis procedit in nostro judicio creditorum, noviter invento, & introducto pro evitando carcere, & ignominia, quæ simplici cessioni bonorum descripta est à legibus Regiis, & consuetudine: prout sæpè diximus superiùs *in hoc cap.* 1. *à princip.*
4 7. *num.* 9. Atque ideo facilè admitti debet civitas, populus, collegium, universitas, seu minor ad hujusmodi litem creditorum, noviter introductam, formandam inter suos creditores; & licet in ea fit imbibita cessio bonorum, alio tamen fine, & respectu, non ut debitor ignominiam patiatur, & carcerem, sed potius ad utrumque vitandum; ut diximus, & communiter practicamus in hisce Hispaniæ Regnis; quapropter jam in nostro judicio creditorum cessat impedimentum, seu difficultas, quod in simplici cessione bonorum urgebat, ut contenderetur inter Doctores, an civitas, &c. possit admitti ad cessionem bonorum.

5 Esto igitur, quod minor, civitas, Ecclesia, aut collegium possint concursus judicium inter suos formare creditores; ingens insurgit difficultas, quam prorsus omiserunt præfati Doctores. An scilicet minor, & Ecclesia sine decreto judicis, & prælati, civitas, & populus absque licentia principis, & aliæ universitates absque debitis solemnitatibus alienationi suorum bonorum descriptis a jure, vel statuto possint liberè hoc concursus judicium in suos creditores causare.

Partem affirmativam, ut liberè, & absque alia 6
juris solemnitate possit minor, civitas, Ecclesia, vel universitas judicium hoc introducere; multa sustinent fundamenta. Primum, quia per hanc bonorum cessionem minor, & cæteræ personæ bona sua non alienant, non amittunt dominium, nec possessionem eorum, sed retinent actiones activas, & passivas, quas movere, pati possunt prout nos ex juribus, & auctoritatibus probavimus *infra hac* 1. *part. cap.* 13. *per totam.* Ergo concursus introductio, decreto judicis, aut facultate, & licentia principis, nec aliis solemnitatibus alienationi bonorum minoris, Ecclesiæ universitatis, aut collegii requisitis non indiget.

Secundò, quoniam licet ex hac cessione bonorum 7
imbibita in concursus judicio perveniatur ad alienationem, & bonorum distractionem, est tamen alienatio necessaria pro satisfaciendis creditoribus instantibus, ad quam pervenitur judicis decreto præcedente, ac re judicata, quæ cum dicatur alienatio necessaria, judicis auctoritate facta, non ob id dicitur propriè alienatio, nec alienationis nomine continetur, ut tradunt Curtius Senior *in cons.* 27. Parisius, *cons.* 98. *nu.* 79. *lib.* 1. Paul. Montan. *in tract. de tutel. & cur. cap.* 33. *n.* 449. ubi quod in hoc casu decreto judicis opus non est, *ex l.* 3. *in princip. vers. pignor. cum vers. sed & in possession. & §. item quæri de rebus eorum lib.* 1 & 2. 2. *C. de prædiis minor.* Et quod in bonis aliàs alienari 8
prohibitis absque facultate Regia, & licentia, aut consensu alterius, ut in executione rei judicatæ liberè alienari permittantur absque dicta facultate, & assensu ampliſſimè probavimus *infra* 3. *part c.* 3. *per totum.* Ergo minor, Ecclesia, civitas, & similes liberè 9
possunt inter suos creditores concursum formare in quo de eis solvendis dumtaxat agitur; absque aliquo decreto, aut assensu: & quatenus foret necessarium in hoc casu: interpositum intelligitur à jure, & à judice, 10
& qui causa cognita super æris alieni veritate, & juribus creditorum plenario judicio recognitis, bona minoris, civitatis, & similium pro eorum satisfactione distrahi jubet, atque ideo decretum, (quatenus requiratur) non deficit.

Tertiò, Roboratur hæc pars, etenim bona mino- 11
ris Ecclesiæ, civitatis, & similium à principio hypothecæ subjecta pro ære alieno, præcedente judicis decreto, aut regio assensu postmodum pro eorum bonorum distractione, & venditione ad instantiam ipsorum creditorum novum decretum, aut solemnitas non requiritur, sed liberè distrahi permittuntur, ad latè tradita *infrà* 3. *c.* 5. *per totum.* Ergo ipsis liberum erit cessionem bonorum introducere absque aliqua solemnitate, cùm ad aliud non tendat, nec dirigatur concursus, & cessio, quàm ut æs alienum solvatur, creditores sua credita consequantur ex bonis debitoris.

Quartò, Fulcitur, quia hæc cessio bonorum utilis 12
est minoribus, Ecclesiis, populis, & universitatibus ære alieno gravatis, tum quia à molestiis creditorum liberantur, ut *in hoc cap.* 1. diximus ex *n.* 9. & 11. & ideo dicitur juris beneficium. Tum etiam, quia per 13
hoc præventivum concursus judicium, præfatæ personæ liberantur à solutione decimæ Judicibus exequentibus debitæ, ut alibi exactè probavimus, *supra hoc c.* 1. §. 1. *ex n* 58. *per totum.* Ergo præfatæ personæ nec 14
Juris beneficio, etiam majoribus destinato, nec utilitate decimæ non solvendæ, introducto concursu privari debent deficientibus solemnitatibus aliàs requisitis, eo 15
quod quando alienatio, & contractus utilis est minori, & cæteris & non damnosus: absque decreto, & solemnitatibus sustinetur ad latè tradita per Paulum Montan. *de tutel. &c.* 33. *ex n.* 450. *cum seqq.*

Pro

16 Pro contraria opinione, imò quod minor, Ecclesia, populus, aut quælibet alia communitas, quæ absque decreto, seu principis licentia sua bona alienare non potest, nequeat judicium concursus inter suos creditores causare, non præcedentibus solemnitatibus alienationi requisitis, multa probant juris fundamenta.

17 Primum, quia licèt verum sit, quod cessio bonorum (quæ imbibita est in lite concursus) facta per debitorem non sit non propriè alienatio, nec distractio effectiva, quia dum bona non distrahuntur, debitor dominium, & possessionem retineat, ut diximus *suprà c.* 5. est tamen actus quidam voluntarius, ad quem debitor non cogitur, nec adstringitur juris beneficio uti per quem devenitur ad alienationem, distractionem, & venditionem, seu in solutum creditoribus dationem. De quo, ad effectum interponendi decre-
18 tum Judicis cum causæ cognitione, nec non in bonis civitatis, & universitatis impetrandi licentiam principis, idem judicatur quod de ipsa alienatione, prout videmus in obligatione, & hypotheca bonorum minoris, civitatis, aut Ecclesiæ, quæ non fit absque decreto Judicis, aut facultate Regis, quia is actus, per quem perveniri potest ad alienationem, sub alienatio-
19 nis prohibitione pariter continetur. *l. magis puto §. si pupillus. l. si pupillorum, §. si pupillus. l. pen. §. quamquam, ff. de reb. eorum. l. si ad resolvendum. C. de præd. min. l. fin. C de reb. alien. non alienand.* cum vulgaribus, quo sensu accipiendus erit Brunus *de cessione bonor. quæst.* 3. & 4. *princip. sub num.* 14. dicens quod *cessio hæc est universorum bonorum alienatio*, quatenus nempe ex ea alienatio sequatur.

20 Et quod bona civitatis, aut populi, non possint hypothecari, nec alienari, absque Principis licentia, & facultate, absque qua nullam esse obligationem, aut alienationem, probat *textus in l.* 11. *lib.* 7. *recopilat.* & ibi Azeved. 4. Mexia *in. l. Toleti.* 9. *fundamento* 2. *p.* 45. *fol.* 86. Bobadilla *in polit. lib.* 3. *cap.* 8. *nu.* 82. Gaspar. Rodrig. *de annuis redit. lib.* 5. *quæst.* 24. *ex n.* 67. Avendan. *de censibus cap.* 68. *n.* 3. *& per totum.* Mantica, *de tacit. convent. lib.* 4 *titul.* 8. *num.* 3. Mieres *de majorat.* 4. *p. quæst.* 2. *num.* 110. Castillo *lib.* 1 *de usufr. cap.* 54. *nu.* 49. *cum multis seqq.* Ahumada *in scholiis ad Greg. Lopez in gloss.* 5. & 6. *l.* 5. *tit.* 26. *p.* 2. Idem Bobadilla *lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 153. Guttier. *lib.* 4. *qu.* 60. *n* 9. Cavellos *tom.* 3. *qu.* 749. *num.* 35. Valenzuela *conf.* 20. *num.* 43. & alii
21 laudati ab Hermosilla *in l.* 15. *tit.* 5. *p.* 6. *gloss.* 2. *ex num.* 32. *cum seqq. & nu.* 9. *tom.* 2. *fol.* 81. ubi etiam post plurimos Doctores asserit, procedere in oppidis Dominorum, quorum licentia celebratos contractus hujusmodi post dispositionem *d. l.* 11. *titul.* 7. *lib.* 7. *recopil.* nullos esse, & invalidos, prout quotidie practicatur in Regalibus cancellariis. Ergo minor, Ecclesia, civitas, seu communitas ad hanc cessionem bonorum admitti non debent, non præcedentibus juris solemnitatibus alienationi voluntariæ requisitis.

22 Secundò probatur; nam licèt quando præfatæ personæ à suis creditoribus sint conventæ, & condemnatæ ad solutionem æris alieni; possint in exequutionem rei judicatæ alienari, & distrahi bona absque alio de-
23 creto; cum sit alienatio necessaria, juxta ea quæ diximus suprà ex *n.* 6. *& seqq.* tamen sua sponte non possunt decreto, & juris solemnitatibus suis creditoribus bona immobilia in solutum dare, pro ære alieno solvendo, cùm sit alienatio voluntaria. Textus est *in l. si minor. C. prædiis minor.* cum aliis, per Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *cent.* 2. *casu* 171. *ex n.* 50 Hieron. Gabr. *conf.* 30. *ex num.* 43. *volum.* 1. & post Oldrad. Roman. Decium, & plurimos alios constanter probat Simoncellus *de decretis, tit.* 16. *inspectione* 15. *per totam, lib.* 2. Ergo nec admitti debent ad cessionem bonorum, decreto non præcedente.

24 Tertio fulcitur hæc pars, quoniam, & si minor, & similes præcisè cogantur ad æris alieni solutionem; & pro ea liberè distrahantur sua bona judicis authoritate, & sententia, hac tamen cessante, minor vendere non potest, nec alienare bona sua ad æs alienum ex pretio persolvendum, non præcedente decreto judicis cum causæ cognitione, quæ omnino requiruntur, ut voluntaria distractio, & alienatio pro ære alieno persolvendo valida sit, textus est *in l. si urgentis D. de minor. l. magis puto. §. non passim. D. de rebus eorum.* Debet
25 enim in actis constare verè creditores adesse, & assiduè instare pro suis creditis, ut decretum interponatur pro distrahendis bonis minoris, ut satisfiant creditores, aliàs alienatio erit nulla ex dictis juribus, & probant Parisius *conf.* 98. *num.* 2. *n.* 9. *& 11. lib.* 1. *conf.* 99. *nu.* 2. *lib.* 2. Afflict. *decis.* 249. *n.* 2. Roland. à Valle *conf.* 33. *n.* 2. *& 3 lib.* 1. Decius *conf.* 60. *n.* 2. per *l. si forte*, ubi Bartol. *D. de Castrensi peculio.* Gloss. & DD. *in l. si donatione C. de collatione.* Copiosè, & optimè per Paulum Montan. *de tutel. & curat. cap.* 33. *ex n.* 1. *cum seqq. & ex n.* 19. 20. & 21. latissimè Simoncellus *de decretis lib.* 1. *tit.* 2. *per totum.* Ergo nec hæc bonorum cessio voluntaria, & nullo jure cogente facta debet admitti minoribus, & aliis, non præcedente solemnitate à jure requisita in alienatione eorum.

Et hæc pars plurimorum Doctorum authoritate fulcitur, Brunus *de cessione bonor. quæst.* 1. 4. *quæst. princip. n.* 24. *& n. fin.* post alios, quos allegat, probat, quod
26 minor, post 14. annos usque ad 25. potest admitti ad cessionem bonorum duobus concurrentibus, instantia creditorum, & decretum judicis, quod requiritur in alienatione minoris, cum cessio sit universorum bonorum alienatio, *ex l. magis puto. §. nec passim. D. de rebus eorum*, intellige prout superiùs *n.* 15. *& seqq.*

Idem tenet Lucas Matthæus de Apizella *in tractatu, tutamen pauper. tit.* 4. *de cessione bonor. n.* 63. ubi ita
27 ait. *Videndum est modò, an minor cedere possit bonis, dic, aut loquimur de infante, contra quem nullo modo captura decerni potest, nec etiam verbaliter citari, ut in l. nec impuberes. D. de in jus vocando, ideo bonis cedere non valet; aut loquimur de pupillo usque ad* 14. *annos, & iste minimè cedere potest, quia carcerari non valet, secundum Alexandr. in d. l. nec impuberes, aut loquimur de adulto post* 14. *annos usque ad* 25. &c. *Et iste nec valet cedere bonis, nisi ad creditoris petitio-*
28 *nem, & cum judicis decreto, cum cessio sit universorum bonorum alienatio. l. magis puto. §. nec passim. D. de rebus eorum; nec carcerabitur, quia per eum non stat quominus solvat, sed per beneficium*, &c.

Eandem distinctionem admisit Borgninus Cavalcan. *in tract. de tutore, n.* 317. ubi dicit, minorem 14. an-
29 norum non posse cedere bonis, quia non potest carcerari, adultus tamen, & sic minor 25. annorum, quia potest carcerari; valet cessio bonorum, cum decreto judicis, allegat Roderic. Xuar. *tit. d. los goviernos, in* 5. *quæst. num.* 16. *& seq. vers. limita sexto.*

Præ cæteris tamen hanc quæstionem accuratiùs trac-
30 tavit Simoncellus *de decretis, lib.* 2. *tit.* 6. *inspect.* 15. *per totam, ex num.* 126. *cum seqq.* ubi imprimis constanter tenet, minorem usque ad 14 annos non admittendum ad cessionem bonorum, quia carcerari ne-
31 quit: adultum autem usque ad 25. annos admittendum, duobus concurrentibus; instantia, & molestia creditorum, atque simul judicis decreto. Eo quod cessio-
32 ista bonorum sit alienatio, seu alienationis species, hoc tamen addito præ cæteris, ut si minor habeat duntaxat bona mobilia, jura, & actiones, quorum quarumve facit cessionem, decreto judicis opus non est. Si tamen habeat etiam bona immobilia, decretum requiri, ut admittatur ad cessionem hanc. Eandem opinionem sequi videtur Valasco *de privileg. miserabil. cap.* 5. *n.* 60. dum tangens quæstionem, an minor ce-
33 dere possit bonis absque decreto judicis, se remittit ad Simoncellum, & Apizellam, locis proximè citatis.

Sed priusquam ad resolutionem nostræ quæstionis perve-

perveniamus; duo te admonere licebit, ut disceptatio præfata Doctorum, dicentium minores 14. annorum non posse admitti ad cessionem bonorum, eo quod carcerari non possunt, non transit sine scrupulo, cum Ecclesia, populus, & quælibet communitas, etiam de jure licet incarcerari non possint, adhuc admittantur ad cessionem bonorum, ut *ad principium hujus §. per jura*, & commuuem doctorum plurimorum resolutionem probavimus, atque ideo rigorosa opinio videtur: minorem 14. annorum non admittere præcedente decreto, saltem ut evitent molestias suorum creditorum, licet carcerari nequeant.

34 Alterum ut prædictorum Doctorum opinio licet vera sit, & admittenda in pura, & simplici cessione bonorum facta per pupillum, non tamen admittenda erit in nostro judicio concursus, in quo cessat ratio carceris exclusiva cessionis bonorum in minore 14. annorum, quæ de jure requiritur in ea, ut probavimus suprà hoc *c. 1. n. 9. & 10.* At concursus illud judicium noviter fuit inventum hisce Hispaniæ Regnis, & introductum à debitoribus
35 ære alieno oppressis ad evitandum, & excludendum carcerem atque etiam ignominiam; & ideo praxis universalis admisit, ut extra carcerem hoc præventivo remedio uti valeant debitores pro evitandis molestiis creditorum, interim, quod de eorum juribus, et prælationibus
36 in hoc judicio tractatur, prout annotavimus *in d. c. 1. n. 11.* Et ideo hodie in nostra Hispania omnes indistinctè admitti possunt ad hoc judicium concursus peragendum, & causandum; sed an minor, Ecclesia, civitas, populus aut communitas sine decreto, aut Regia licentia, & facultate admitti debeant, pendet ex resolutione nostræ quæstioni principalis.

37 In qua distincte procedendum arbitramur; aut enim loquimur, (prout loquuntur præfati DD. hujus secundæ partis negativæ) in simplici, mera ac pura cessione bonorum, et puto decretum judicis, atque principis licentiam præcedere debere juxta ea quæ diximus *num.* 4. prout expresse loquuntur Doctores ex *n.* 26. *cum seqq.* laudati.

38 Aut loquimur in hoc judicio creditorum universali noviter invento in nostra Hispania, & decreto opus non esse, nec Regis assensu, viriliter erit affirmandum.

39 Ratio differentiæ in hoc versatur; nam cum simplex bonorum cessio fiat post æris alieni confessionem debitoris absque alia causæ cognitione, cessio ipsa immediatè causat solutionem; & ad hoc debitor dimittit bona sua universa, ut creditores statim satisfiant, sua credita consequantur ex illis bonis, ad latè tradita superiùs *c. 1. ex n. 25. & ex n. 23.* qui quidem cessionis modus magis est
40 voluntaria quædam in solutum datio, absque alia causæ cognitione, & per consequens alienatio, quæ decreto præcisè eget, ad latè comprobata superius ex *num. 22. vers. secundo probatur*, *nam licet*, &c. At hæc cessio
41 imbibita, & involuta cum nostro judicio creditorum diversimodè judicanda, & aliter attendenda erit, cum facta non sit, nec introducta ad immediatè solvendos creditores, sed ut prius de viribus jurium ordinario judicio plenariè cognoscantur an debeantur, vel non, & an verè sint creditores, et quousque per rem judicatam creditores certæ quantitatis declarentur, et graduentur inter seipsos; bona non distrahuntur, nec in solutum dantur, prout latiùs comprobavimus, & hanc inter utramque cessionem differentiam annotavimus *hac p. c. 1. ex n. 23. cum sequentibus.*

42 Ex qua infertur, quod in nostro concursu, & cessione priusquam perveniantur ad distractionem bonorum, quæ debitor cessit, & ad eorum adjudicationem faciendam à judice creditoribus, præcedit pleniissima causæ cognitio (aliàs à jure requisita alienationi minorum, & Ecclesiæ,) nec non virtualiter subsequutum decretum, quod judex per sententiam præcipit bona cessa distrahi; & ex eis satisfieri creditoribus, ex quo sufficienter satisfit iis, quæ diximus *suprà ex num.* 15. nec aliàs juris solemnitas necessaria erit, roboratur ex eo fundamento; nam, licet donatio excedens quingentos solidos ad sui validitatem requirat insinuationis solemnitatem, tamen si apud acta judicii donatio excessiva fiat, alia non requiritur insinuatio, ut *in l. omnium*, & ibi DD. *l. de testam. & in l. sancimus l. de donationib. & in l. acta & in l. sive apud acta. C. de transact.* tenent Bartol. *in. l. Modestin ff. de donat.* & Greg. Lopez *in l. 9. tit. 4. par. 5. in gloss. magn. in vers. dicendum est tamen.* Dueñas *cap. 7. num.* 10. & 11. ubi ad idem ponderat *d. l. 9. partitæ.*

Infertur secundo, ad illam doctrinam de qua *ex n. 6.* 43 *cum. seqq.* juncto modo procedendi in nostro concursus judicio, in eo siquidem cognoscitur de juribus creditorum, ac de veritate æris alieni, super quo feruntur sententiæ condemnatoriæ contra debitorem, quarum executio fieri jubetur in eius bonis. Ergo aliud 44 decretum nec requiritur, quia cum alienatio reddatur necessaria & pro executione rei judicatæ præter condemnationem, rem judicatam, & auctoritatem judicis, aliam solemnitatem jus non ambiat, ut probavimus *in d. 6. & seqq.*

Discursus iste roboratur ex praxi quotidiana, inducta 45 in Hispaniæ cunctis tribunalibus, ut quilibet minor, civitas, populus, collegium, aliave quævis universitas, aut communitas liberè introducat hoc concursus judicium imbibita universorum bonorum cessione, absque ullo decreto, aut Principis licentia & facultate, quod nec à creditoribus ob ejus solemnitatis defectum unquam impeditur, nec opponitur, nec à judicibus postulatur, sed liberè judicium hoc concursus absque ullo impedimento currit, dempta omni controversia, in quo nullum dubium est. Et ita praxis, & usitatus stylus mirificè roboratur ex nostra theorica, & ex discrimine inter utramque cessionem bonorum, simplicem, puram, & inter cessionem imbibitam & involutam sub lite creditorum, qua utimur.

Et quatenus aliqua fortè solemnitas foret ac jure ne- 46 cessaria in hac nostra cessione bonorum facta per minorem, Ecclesiam, civitatem, populum, collegium, aliamve universitatem, ipse longævus usus, atque vetustissima consuetudo apta fuit, & potens eam adimere, & absque ea licitam, & permissam facere; & quemadmodum potuit hoc extraordinarium, & irregulare genus cessionis 47 introducere, expurgando alia plurima essentialia jure, & consuetudine requisita simplici bonorum cessioni, ut legitima dici possit, nempe ignominiam, carcerem, addictionem creditori, & alia similia tangentia ordinatoria judicii juxta differentias per nos annotatas *sup.* 48 *hoc cap. 1.* pariter & potuit minuere solemnitatem requisitam alienationi bonorum minoris, & similium personarum, ac meritò contentari loco causæ cognitionis, & decreti, cum plenaria causæ cognitione, ac sententia judicis, & re judicata, cujus executio fit in bonis minoris & Ecclesiæ, civitatis, & universitatis, absque alio decreto juris solemnitatibus.

Consuetudo siquidem habilem reddit eum, qui de 49 jure inhabilis: Rebuffus *in tract. de consuet. num* 86. per notata *in cap. Raynutius, de testamentis.* Et minorem majorem facit Bald. *cons.* 103. *incipit. quæritur, lib.* 4. Anchanarus *in repetit. cap. 1. num.* 14. *q. princip. vers. ultimo hic refero quæstionem*, Castrens. *cons.* 106. 50 *n. 2. lib. 2.* & idem *in 2. C. de his qui veniam ætatis impetr.* Curt. Senior. *cons.* 44. *colum.* 10. *vers. minor jurando*, Decius *cons.* 402. *num.* 10. Tiraquellus *de nobilitat. cap.* 20. *n.* 41 & 42. & facit licittum quod aliàs erat illicitum, & potest actum, vel contractum approbare, vel reprobare argument. *l. certi condictio §. si nummos*, ibi *cum quotidie*, *D. si certum petatur.* Et per Cæpol. Oldradum, Bertrandum, & alios, Tiraquell. *de retractu* 51 *conventional. ad finem n.* 130. *cum seqq.* Rolandus à Valle *cons.* 58. *n.* 19. *lib.* 4. Joseph. Ludovicus Perusin. *decis. 61. num.* 14.

n. 14. Seraphinus *de privileg. juramen. privileg.* 83. *num.* 56. Mexia, *de taxa pœnis concluſ.* 13. *n.* 25. Gutier. *practicar. lib.* 3. *quæſt.* 29. *n.* 22. Barboſ. *in cap. cum dilect.* 8. *n.* 10 *&* 11. *de conſuetud.*

52 Atque etiam conſuetudo minuit ſolemnitates à jure in actu requiſitas, latè Burgos de Paz *in l.* 3. *taceri n.* 575. Azevedus, Orozius. & alii ſequuti à Flores de Mena *variar. quæſt.* 1. *n.* 58. qui agunt de ſolemnitatibus teſtamenti. Abb. *in cap. ex part. n.* 6. *de appellationib.* Armilla Aurea in *ſum. verb. tutor. num.* 4. Anton. Piag. *de tutor. & curat. quæſt.* 7. *n.* 11. Crotus *conſ.* 131. *num.* 51. Maſcarad. *de probat. concluſ.* 1392. *n.* 5. & poſt Speculator. Cinus *in l. fin. C. arbitr. tutel.* & ſequitur Bald. *in authent. ſed cum teſtator col.* 2. *verſ. alii dicunt. Cod. ad leg. falcid.* Ayora *de partition.* 2. *part. cap.* 2. *num.* 11. Gutier. *de tutel.* 2. *part. cap.* 1. *n.* 32. qui loquuntur de inventario per conſuetudinem ſublato, vel ſolemnitates minuentem, ubi aliàs lex illud illaſve requirit, Bart.
53 *in l. ſi prius* §. 1. D. *de aqua pluvia arcenda.* Alexand. *in l. de pupil.* §. *qui nunciat. n.* 10. *D. nov. oper. nunciat.* Andreas Siculus *in rub. de fide inſtrument. Cart.* 9 Felin. *in cap.* 1. *eod. tit. num.* 6. Ruin. conſ. 134. *n.* 13. *vol.* 5. & per alios Bertayolus *de clauſulis, clauſul.* 2 *gloſſ.* 1. *num.* 4. dicentes quod conſuetudo poteſt addere, vel detrahere ſolemnitates à jure requiſitas in inſtrumentorum confectione.

54 Hinc conſuetudo poteſt tollere ſolemnitatem decreti à jure requiſiti in alienationibus bonorum minoris, & aliorum, & juri communi in hoc derogare poteſt, ut tenent Bald. *in cap. per textum* ibi: *per quos fiat inveſtitura*: commendat Jaſon. *in l.* 2. *n.* 8 *verſ.* 4. *notabiliter* D. *de officio ejus cui mand. eſt juriſ.* Pariſius *conſ.* 85. *in fin. volum.* 3. Caldas Pereira *in l. ſi curatorem habens verb. contractum feciſti n.* 24. *C. de integr. reſtitut. min.* Joan. Gutier. *de tutel.* 1 *part. cap.* 5. *n.* 73. & probatur *in cap.* 2. *de feud. & in cap.* 1. *in princip. de iis qui feud. dare poſſ. in uſib. feud.* Paul. Caſtrenſ. *in l. ſi voluptas. C. de fideicommiſ. col. penult.* Jacob. *in l. cum ii* §. *eam tranſactionem ff. de tranſactionibus* Covar. *lib.* 2. *variar. cap.* 17. *n.* 2. Garcia de Toled. *in dec.* 99. Nicius *in prax. fori Eccleſ. tom.* 1. *dec.* 27. *&* *dec.* 28. Auguſtin. Barboſ. *in Collectan. add. cap.* 2. *de feud. n.* Noguerol. *allegation. 6. ex n.* 31. ubi loquitur de aſſenſu requiſito ad alienationem, necnon de monaſterio contento dote renuntiante legitimis Monialis ut non requiratur aſſenſus & licentia ſui Superioris, ſtante conſuetudine ſimilium renunciationum, ſine ulla licentia, & ſuperiorum aſſenſu.

55 Ac pariter conſuetudo poteſt introducere, ut emphyteuta, ſeu feudatarius poſſit liberè, & abſque Domini licentia, & aſſenſu, rem feudalem, & emphyteuticalem alienare. Defendit Joan. Rainald. *in cap. Imperialem*, §. *habito. col.* 24. *de prohib. feud. aliena. per Federic.* quem refert, & ſequitur Rodoanus *de rebus Eccleſ. non alienand. tit. de caducitate ob rei alienationem. n.* 13. Rochus de Curte *in cap. fin. de conſuetud. ſect.* 6. *n.* 2. poſt. Bald. *in conſ.* 9. *n* 6. *col.* 1. Curtius Junior qui teſtatur hanc eſſe communem opinionem *conſ.* 558. *n.* 8. Decius *conſ.* 208. *n.* 4. & rurſus *conſ.* 686. *num.* 6. Joan. Baptiſta Ferrar. *conſ.* 178. *n.* 15. Ancharanus *conſ.* 437. *ſub n.* 4. Aurelius Corbulus *de jure emphyteutico c.* 14. *limit.* 32. *per totam, &c.* 15. *limit.* 2. & per Cuman. Corneum. Guid. Papæ Curtium Juniorem, Pariſium, & alios, Becius *conſ.* 88. *num.* 28. *& ſeq.* & poſt Ripam, Roland. à Valle, Natam, Joan. Fabrum, Zephalum, Menochium, & alios plures, Petrus Surdus
56 *conſ.* 105. *ex n.* 14. *cum ſeqq. tom.* 1. Gozadinus *conſ.* 26. *n.* 8. *& conſ.* 90. *n.* 9. Roland. à Valle *conſ.* 2. *num.* 17. *&* 18. *conſ.* 42. *n.* 21. 24. *&* 25. *vol.* 1. Brunus *conſ.* 6. *verſic.* 3. & quod in feudis attendatur conſuetudo Menoch. *conſ.* 191. *num.* 77 *&* 78. Jacobus Mandellus *conſ.* 61. *num.* 6. & ibi additio, *lit. E*, refert concordantes.

Et ideò cùm hæc vetuſtiſſima conſuetudo tam aſſi- 57
duè, & tot actibus, maximè judicialibus, fuerit introducta, ut minor, Eccleſia, Reſpublica cæteræve communitates liberè, & abſque alio præmiſſo decreto, aut juris ſolemnitate poſſint cauſare concurſus judicium inter ſuos creditores, eadem ulterius petenda non erit, 58
etiam dato caſu, quod aliàs requiratur. Cum ad conſuetudinem introducendam actus extrajudiciales ſufficiant, nec judiciales requirantur, nec etiam quod in contradictorio judicio obtineatur, ut contra Salazar accuratè poſt plurimos DD. interpretantes *l.* 5. *tit.* 2. *p.* 1. obſervant Molina *de primog. lib.* 2. *cap.* 6. *à n.* 17. Flores de Mena *variar. lib.* 1. *quæſt.* 1. *n.* 64 optimè Joan. Gutier. *de tutel.* 2. *p.* 1. *n.* 32 *&* 22. qui plures alios allegat. Et quod conſuetudo ad ſui validitatem non re- 59
quirat contradictorium judicium, plures allegat Auguſtinus Barboſa *in Abbate conſ.* 25. *num.* 2. *de verb. ſignificat.* & quatenus Maſcardus *concluſ.* 427. *n. fin.* per Crotum requirat contradictorium judicium in judicialibus, eoſdem reprobat plurimis citatis Gutier. *ubi proximè videndus. n.* 32. *in fin. & n.* 33. Sufficiunt etenim actus ipſi, etiam non obtenti in contradictorio 60
judicio, ut probant præfati Doctores, necnon pluri-mi relati, & ſequuti à Noguerol. *alleg.* 6. *num.* 31. *&* 32.

CAPUT II.

Judicium concurſus creditorum coram quo judice movendum, ut qualis ſit competens cognoſcatur.

Et an rei vices debitor communis, vel actoris ſuos creditores provocans, ſuſtineat.

Et an ſola concurſus introductio caſum curiæ præbeat, ut prima ejus inſtantia in cancellaria proponatur.

Et numquid concurſus ad hæreditatem clerici jacentem coram Eccleſiaſtico ſit Judice movendus.

SUMMARIUM.

1 *Forum creditorum in noſtro concurſu debitorem ſequi teneri videtur.*

2 *Judicio creditorum tanquam univerſali quilibet eſt actor & reus.*

3 *Individuitate cauſarum non attribuitur fori mutatio, ſed accumulatio.*

4 17. 19. *uſque* 26. *Contraria ſententia, quod debitor ut reus teneatur formare concurſum coram ſuo proprio Judice, verior eſt.*

5 14 *&* 15. *Debitor in hoc judicio nihil petit, ſed admonet ſuam ceſſionem, ut creditores ad petenda credita compareant*

6 *Exceptio dimiſſionis, aut ceſſionis bonorum legitima eſt approbata.*

7 *Exceptione aliqua tutus debitor, poteſt eam timens moleſtias ante tempus in judicium deducere.*
L. ſi contendat. D. de fidejuſſoribus *explicatur ibid.*

8 *Concurſus judicium non requirit quod debitor inquietetur, ſed ſufficit timere, ut Judicis officium implorare poſſit.*

9 *Debitor licet concurſum formans videatur, actor in effectu vere reus eſt.*

10 *&* 11. *Debitor qui remedium* d. l. ſi contendat, *proponit, non dicitur actor, ſed reus.*

12 *Actor regulariter dicitur, qui prius provocat ad judicium.*

13 *Fallit, quando obſtat originalis natura cauſæ, quia tunc*
non

non inspicitur citatio, sed petitionis intentio ex qua debitor rei partes in concursu obtinet.

Actor, aut reus ut quis dicatur; non inspicitur quis ad judicium vocat, sed causæ origo. ibid.

14 & 15. *Debitor in hoc judicio nihil à creditoribus petit, sed eos monet, & provocat concursum formando, ut ad petendum credita compareant.*

16 *Marta existimans reos esse in hoc judicio creditores, reprehenditur.*

17 *Debitor cum sit verè reus, & non actor, coram proprio Judice suo precisè debet formare concursum.*

18 *Judicium hoc præparativum est ad judicium contentiosum super juribus, & titulis creditorum.*

19 *Idem debet esse Judex causæ præparatæ, ac causæ præparantis.*

20 *Debitor potest petere in hoc judicio, ut instrumenta apud creditores existentia sibi credantur.*

21 *Quando verò id petere licet.*

23, 24 & 25. *Creditores provocati in hoc judicio concursus debent sequi forum provocantis.*

26 *Clericus concursum formans coram ecclesiastico judice debet creditores convenire, sive sint clerici, sive sæculares.*

27 *Negotiorum gestores possunt dominium coram ipsorum judice prævenire, ut tam ipsi, quam bona administratoris vinculo dissolvantur, non mutato rationum foro.*

An debitor censum redimere volens, teneatur deponere principale cum decursis coram judice ipsius debitoris, aut creditoris censuarii, & coram debitoris judice conveniendum, constanter firmat Felicianus. ibid.

Contraria sententia, scilicet coram judice creditoris consignationem esse faciendam verior est. ibid.

Debitor censum redimere volens, nec exceptionem movet, nec creditoris molestias prævenit, sed actionem ortam ex ipso contractu intentat. ibid.

Creditor censuarius non est creditor sortis, nec ad eam petendam ullam habet actionem. ibid.

Senatus Vallisoletani decisio. ibid.

28 *An debitor, volens formare concursum omissa prima ordinarii instantia, per causam curiæ possit illum introducere in Cancellariis.*

Negativa sententia probatur ex eo quod inter casus curiæ, iste connumeratur. ibid.

Cancellariæ Regiæ non nisi ex legitima causa, aut per legitimam appellationem, causas avocant. ibid.

29 *Alia sententia asserit saltim Magnates, & alios dominos temporales debitores ob eorum potentiam conveniendos esse in Cancellariis.*

30 *Superior ratio confutatur.*

31 *Alia superioris sententiæ ratio affertur.*

32 *Refutatur supradicta ratio.*

34 & 46. *Affirmativa sententia in hac contrarietate usu Cancellariæ recepta approbatur.*

35 & 37. *Sicut pauper, & miserabilis persona utitur casibus curiæ, ita debitor bonis cedens.*

36 *Nullus pauperior debitore, cuncta bona sita dimittente.*

37 L. 1. C. quando Imperator. inter pupil. & vid. *&c. verba referuntur.*

38 *Debitor bonis cedens miserabilis persona dicitur.*

39, 40 & 41. *Miserabilis persona quæ dicatur.*

42 *Debitoris bona, facta dimissione, statim traduntur curatori seu administratori*

Debitori concursum causare volenti competit privilegium d. l. 1. C. quando Imperat. *ibid.*

43 *Miserabiles personas solum posse adire curiam, quando actores sunt, probari videtur.*

44 *Miserabiles personæ utuntur privilegio d. l. tam in agendo, quam in se defendendo.*

45 *Miserabiles personæ, si in curia Regia conveniantur, liberè possunt eligere forum proprii domicilii.*

46 *Miserabilibus personis privilegium concessum facilius procedit quando sunt rei.*

An miserabilis persona, lite jam contestata coram ordinario, possit adire Principis curiam? ibidem remissivè.

47, 48, 49 & 56. *Si ad hæreditatem clerici jacentem, eo quod hæres sive clericus, sive laicus adire recusat, vel repudiat, instantibus creditoribus concursus formetur: coram ecclesiastico judicium agitandum est.*

48 *Hæreditate clerici jacente, quæ defuncti personam repræsentat, clericale privilegium bona retinet.*

49 *Publicatio, aut insinuatio testamenti clerici, vel inventarii bonorum confectio ad quem judicem pertineat, traditur remissivè.*

50, 52. *Gabellam non deberi ex bonis hæreditatis jacentis clerici, præcipuè quando repudiata ab hærede ad instantiam creditorum bona venduntur, existimavit Gutierez contra n. 53.*

51 *Hæreditas jacens defuncti personam, non hæredis postea adeuntis, repræsentat.*

53 *Gabellam deberi ex bonis venditis hæreditatis clerici jacentis ad instantiam creditorum.*

Privilegium clerici, ne solvat gabellam, cum personale sit, cum persona extinguitur. ibid.

54 *Refertur falsum fundamentum, quo superiorem doctrinam Guitierez fundabat, refutatur.* 55.

55 *Bona debitoris in concursu ad instantiam creditorum vendita non eorum nomine, sed debitoris venduntur.*

Creditor quando sua auctoritate privata pignus vendit, non nomine suo, sed debitoris vendit. ibid.

Ex hujus capitis resolutione multa pendent, & ingentia dubia assiduè contingentia in hoc judicio concursus dicto *pleito de Acreheadores*, causato à debitore communi dissolvenda.

In cujus resolutione si juris Regulas, & principia in abstracto attendamus, profecto omnes pro foro creditorum clamare reperiemus; cum debitor contra eos jus suum in judicium deducat, & dirigat, eos provocat, eosdem citat, atque ideo illos reos facere necessariò fateri cogimur, quorum forum idcirco perneceſſe attendendum, ex *c. cum sit generale, de foro competenti, cap. si clericus laicum, eod. in 6. leg. juris ordinum, C. de jurisdictione omnium Judicum, l. in criminalibus, eod. l. actor. C. de probationib. l. fin. C. ubi in rem actio. l. quia etiam. C. de judiciis mutan. cauſ. fact. l. 32. tit. 2. part. 3.* 1

Nec dicatur, quod cum istud judicium creditorum sit universale, & individuum, juxta quæ probantur in cap. sequenti, quilibet sit actor, & reus ex *l. in tribus cum l. seq. ff. de judiciis.* cum adhuc in his judiciis, qui prius provocat actoris vices sustineat ex eisdem legibus. 2

Quoniam individuitati causarum, connexioni, & continentiæ earum hic effectus attribui non potest hæc etenim in cumulatione processum dumtaxat operatur, non in attribuendo forum, seu confundendo à principio virtus individuitatis attenditur nec versatur, prout inferiùs *c. 4. & c. 6. & 7.* latiùs comprobabitur: ergo debitor creditorum forum sequi tenetur, quoties causare voluerit litem creditorum. 3

Sed his omnibus minimè obstantibus, contrarium de jure firmiter tenendum, & practicandum prout inconcusse practicatur communiter in omnibus Hispaniæ tribunalibus, tam supremis, quàm inferioribus, ut debitor nempe formare teneatur hoc judicium concursus coram suo proprio judice, aliàs competenti, ac suo proprio foro, non tamen creditorum, si naturam intrinsecam hujus judicii attendimus, & intentius perpendamus; quia quidem attenta, ipse debitor non ut actor assistit, & formar hoc concursus judicium, sed uti reus verè & creditores moniti, & citati uti verè actores comparent, cujus forum per necesse sequi debent in dictis. 4

Quoniam debitor iste communis in hac formalitate judicii nihil petit à suis creditoribus, sed monet suam 5

ceſſionem, & dimiſſionem bonorum, ut compareant ad ſibi petendum ſua credita, & deducenda ſua jura, & titulos, ut ſtatim dicemus, prævenit etiam ſe debitor hac legitima ceſſionis bonorum exceptione adverſus moleſtias ſuorum creditorum futuras, vel etiam præſentes, ſicuti eadem uti poterat poſtquam conventus
6 fuit à creditore, ſeu creditoribus, ex iis quæ latiùs ſupra c. 1. dicta remanent, quod licitum ei eſt, & permiſſum, quia eſt exceptio legitima, & à jure approbata ad totum titulum, *ff. & C. de ceſſione bonorum*, quæ reſpicit executionem, prout latiùs videbis apud Carolum de Graſſis *de exceptionibus except.* 17. *à numer.* 2. *cum ſeqq.*

7 Debitor enim qui tutus eſt aliqua legitima exceptione, non impeditur eamdem in judicium adverſus ſuos creditores deducere timens eorum inquietationes, ut ibidem inter eos diſcutiatur, textus eſt formalis *in l. ſi contendat ff. de fidejuſſoribus*, ubi Bart. Caſtrenſ. & reliqui in his terminis firmant expreſsè, & *in l. ſi Pater. C. qui bonis cedere poſſunt* Gloſſa *in l. Aurelius, §. ſi centum, ff. de liberation. legata* Cagnol. & Cæſar. Contradus *in l. diffamari, nu.* 106. *C. de ingenuis & manumiſſ.* Padilla *in l.* 1. *n.* 17. *C. de tranſaction.* Azevedus *in l.* 10. *n.* 33. *tit.* 13. *lib.* 8. *recopilationis.* Covar. *in l.* 10. *n.* 33. *tit.* 23. *lib.* 8. *recopilationis.* Pinellus *in l.* 1. *par.* 2. *n.* 40. *C. de bon. maternis.* Zacard. *conſ.* 68. Alexand. Raudenſ. *conſ.* 21. *volum.* 1. Anton. Gabriel. *commun. opinion. tit. de action. concluſ.* 9. *per totam* Ozaſcus *deciſ. Pedemont.* 151. *n.* 3. 9. & 10. & iterum *in dec.* 130. Andreas Gail. 1. *obſervat.* 9. 11. & 12. Coſta *de jus. dar. remed.* 1. *remed. n.* 2. Franchis *dec.* 256. & *dec.* 341. *n.* 5. & *dec.* 365. *n.* 2. & *dec.* 657. Cartarius *dec.* 20. *tit.* 1. & 2. Benintend. *dec.* 66. Capicius *dec.* 56. *n.* 3. & 4. Bimius *conſ.* 4. *n.* 59. *volum.* 1. Decian. *conſ.* 116. *n.* 19. *volum.* 3. Peregrin. *conſ.* 82. *volum.* 1. & *in tract. de fideicommiſſ. art.* 51. *n.* 7. communem opi-
1 nionem dicit Albanus *conſ.* 251. *n.* 6. ubi Apoſtilla *volum.* 2. communem dixit etiam Cavalcan. *dec.* 75. *n.* 23. & 24. *part.* 2. & *dec.* 9. *n.* 3. *part.* 4. & Decius *in cap. in præſentia. n.* 15. *de probation.* & *in cap. ſollicitudinem, n.* 2. *de appelation.* Neviza *conſ.* 41. *n.* 41. Caſtrenſ. *in Authent. quæ ſupplicatio. nu.* 3. *C. de precib. imperat offerend.* Alexand. *conſ.* 70. *volum.* 7. & *conſil.* 103. *volum.* 6. Roman. *conſ.* 412. Marius Giurba *dec.* 44. *n.* 16. & 10. Ponte *dec.* 31. Jacob. Cancerius *lib.* 3. *variar. reſolut. cap.* 1. *tit. de actionibus & obligat. à nu.* 53. *late etiam* Intriglol. *ſuprà Bulla de cenſib. quæſt.* 65. *à n.* 1. plurimos alios recenſet Carolus de Graſſis *de except. in præludio, ex n.* 154. & *ſeq.* ubi optimum reddit fundamentum Antonin. Amat. *variar. reſol. tom.* 2. *reſol.* 52. *ex n.* 1. *cum. ſeqq.*

8 Et ad hoc judicium movendum ſatis eſt, quod inquietari debitor timeat, ut judicis officium imploret, ne inquietetur ad textum, *in d. leg. pater.* ubi notat Bartol. Cæſar. Contard. *in l. diffamari, nu.* 117. Cavalcan. *dec.* 9. *ſub. n.* 5. Cartarius *dec.* 20. *n.* 4. Roder. Suarez *allegat.* 4. *n.* 7. & 8 Roman. *in l.* 1. *n.* 6. *C. de Carbonian. edict.* quamplurimos alios laudat Giurba, *dec.* 44. *n.* 2.

9 Et tunc licet iſte debitor, quoad ſuam primam petitionem videtur actor; tamen in effectu quoad omnia vere reus eſt, ut in terminis tenet Bart. *in l. libertus ff. de injus vocando.* Covarruvias *lib.* 1. *variar. reſolut. cap.* 18. *n.* 4. Antonius Olivanus *de jure fiſci. cap.* 15. *n.* 23. Fabius de Anna, qui multos DD. ad idem refert *conſ.* 59. *n.* 9. & 10 Decius *conſ.* 3. *n.* 9. & 10. Ludovicus Roman. *conſ.* 217. Et ante eos dixerunt Innocent. & Anton. *in cap. cum inter. de exceptionib.* Bartol. *in l. cum mulier. n.* 5. *ff. ſol. matrim. & in l. de pupil. §. ſi procurator. ff. de novi operis nuntiat.* Jaſon *in l. fin nu.* 24. *C. de edicto D. Adrian. tol.* Felin *in d. cap cum inter*, ubi optimè loquitur, & multis relatis probat Franciſcus Marcus *dec.* 49. *n.* 9. *part.* 11. Latiſſimè multa cumulans proſequitur in noſtris terminis Cancer. *variar. reſolut. lib.* 5. *cap.* 1. *tit. de action. & obligat. à n.* 53. *cum multis ſeqq.*

Et quod debitor, qui præventivè ſe munivit adverſus ſuos creditores, & eorum moleſtationes remedio 10
d. l. ſi contendat. ff. de fidejuſſoribus, ut nec tunc in hoc judicio creditorum deſinat eſſe reus verè, & realiter, Probant Gratianus *in diſceptat. forenſ. cap.* 85. *nu.* 11. 12. & 13. Ponte *dec.* 31. *per totam.* Coſta *de ſubſidiar. remed.* 50. *à n.* 31. *cum ſequentib.* Bardelius *conſ.* 1. *n.* 1. de Franchis, *dec.* 657. *n.* 3. Giurba *dec.* 44. *ſub. n.* 1. latiſſimè proſequitur, & innumerabiles penè Doctores refert Antonin. Amat. *variar. reſol. tom.* 2. *reſol.* 52. *per totam.*

Qui enim ad exceptionem ſuam tuendam, & ad 11
evitandas moleſtias judicium movet; non ideo dicitur actor, ſed Reus. Bald. *in l. accepti n.* 24. *q.* 13. *cap. de uſur.* Butrius *in cap. quintavallis in verſ. venio ad quartum de jurejurando.* Aymond Craveta *conſ.* 287. *nu.* 2. Alexand. *conſ.* 103. *lib.* 5. Decius qui dicit multum notabile *in conſ.* 3. *n.* 9. Antonius Gabriel. *commun. concluſ. tit. de action. concl.* 6. *nu.* 9. poſt. Purpuratum, *in l. fin. colum.* 6. *cap. de edendo.* Cagnol. *in l. diffamari n.* 6. *cap. de ingen. & manumiſſ.* Capicius *in deciſ.* 18. Et quod iſte debitor in hoc judicio præventivo ad exceptionem tuendam, & moleſtias removendas ſit verè reus, & non actor, veriorem opinionem teſtatur Ozaſcus *deciſ. pedemont.* 151. *nu.* 4. contra afflictum contrariam ſectantem. Quam non ſervari, dicit Natta ad Alexand. *conſ.* 103. *in verb. debet. adiri lib.* 5. & defendit Socinus *conſ* 94. *col.* 2. *n.* 4. *l.* 2. Cagnol. Capicius & *alii per Urſinum. ad eund.* Afflictis *dec.* 268. *nu.* 2. *verſ. ſed. contrar.* Gratian. *diſcept.* 85. *à num.* 6. plures refert; de Graſſis *de exceptio. in prælud.* 155. & contra Afflictum, quamplurimos Doctores recenſet Antonin. *variar. reſol. tom.* 2. *D. reſol.* 52. *ſup. nu.* 2.

Et eſt ratio, quia licèt actor regulariter dicatur ille 12
qui prius provocat ad judicium; *ex l. intra duo. ff. de re judic. l. in trib. cum l. ſeq. de judic.* tamen in hoc fallit, quando obſtat originalis natura cauſæ, quæ 13
potius attenditur, quam accidentalis, & tunc non debet inſpici citatio, ſed petitionis intentio. Aymon Craveta *conſ.* 182. *num.* 2. *verſ. ſecundò cauſæ quæ petebat.* Alexand. *conſ.* 103. *conſideratis lib.* 5. Gratianus *d. cap.* 85. *nu.* 2. & 3. & idem probant *regula favorabilior. n.* 2. *de regul. jur.* Antonius de Butr. *c.* 1. *in præſentia de probationib.* Tiberius Decianus *conſ.* 118. *n.* 18 *vol. n.* 3. Fabius Anna *conſ.* 58. *per totum.* Cancer. *variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 1. *de action. & obligat. à. n.* 59. Amat. ubi proximè *n.* 2. dicente quod ut quis actor, an reus dicatur, non inſpicitur quis ad judicium vocatus ſit, ſed petitionis cauſa originaria eſt attendenda. Latiſſimè poſt plures Doctores tenet Ciarlinus *controverſ. cap.* 34. *per tot.* Et de ratione hac *ex nu.* 7. & *ſeqq.* dicens debitorem hunc non poſſe dici propriè actorem, ſed gaudere prærogativis rei, dicitur enim ſe defendere, non agere, unde judicari tanquam reum attenta principalis & originaria actione. Graſſis *ubi ſupra n.* 155.

Et in iſtis noſtris terminis quod debitor quando movet 14
judicium contra ſuos creditores, & petit, quoad citentur, ut exibeant ſua jura, & ut ex ſuis bonis ſolvantur, & ſatisfiant, quod dicitur *pleito de acrehedores*, non dicatur actor ſed potius reus neceſſarius, cum ipſe nihil petat in hoc judicio à creditoribus, ſed eos provocat, ſeu potius admonet, ut à ſe petant, expreſsè firmat Cevallos. 5. *c. de cognit. per viam violentiæ* 2. *part. quæſt.* 72. *p.* 1. *n.* 7. & *n.* 10. Licet ad id neminem alleget, nec rationem fundamentalem adducat, ejus tamen aſſertio veriſſima eſt ex ſupradictis.

Et quia natura hujus judicii non dirigitur ad peten- 15
dum aliquid à creditoribus, nec citatio eò tendit, ſed potius ut admoniti de ceſſione bonorum & concurſu formando

mando compareant creditores ad petendum ſua credita, & conſequendam ſolutionem, ſi exhibitis ſuis juribus, & titulis, ex quibus ſibi aliquid deberi conſtiterit, juxta uniuſcujuſque gradum ex bonis ceſſis, & dimiſſis à debitore ſibi ipſis per judicem concurſus ſatisfiat, prout probavimus *ſupra cap.* 1. *n.* 14. *&* 23.

16 Ex quibus manifeſtè convincitur Marta, dum *in tract. de jurisdiction.* 4. *part. centur.* 2. *c.* 123. *ſub nu.* 9. licet obiter, & minus attentè, vocat creditores ad concurſum vocatos, reos, & per conſequens debitorem illum formantem actorem. Facit ſine ullo fundamento, cujus inſuper falſam aſſertionem altius commodiori loco carpimus, *in cap.* 6. *infra hac* 1. *part.*

17 Quibus omnibus ſic præcognitis facilis patet aditus ad reſolutionem coram quo nempe judice ſit proponenda petitio, & formandum judicium creditorum; etenim cùm certum ſit, quis reus ſit, quiſve actor in hoc judicio, & quod debitor verè, & formaliter quoad omnia reus ſit juxta judicii naturam, & originem; ſequitur manifeſtè per juris principia inevitabilia, quod hoc concurſus judicium, non alibi, quam coram ſuomet judice, & ſuo debitoris ejuſdem foro competente introducendum ſit ex iiſdemmet juris regulis, de quibus ad principium hujus cap. cujus forum creditores admoniti ſequi tenentur, hoc ita natura judicii appetente.

Tum quia hoc judicium præventivum juxta terminos *l. ſi contendat. ff. de fidejuſſor.* dicitur præparati-
18 vum ad judicium contentioſum ſuper juribus & titulis, actionibuſque creditorum in hoc judicio ventilandis. Ergo idem debet eſſe Judex cauſæ præparantis, qui debet eſſe cauſæ præparatæ, & quemadmodum creditores, ſi voluerint convenire ſuum debitorem, & hujus forum ſequi tenebantur: pariter provocari ad hoc judicium concurſus eundem ſequi debent, cum ad hoc moneantur, ut petant quidquid ſibi debeatur, ita in his terminis argumentatur poſt alios plurimos Gratianus *in diſceptat.* 85. *n.* 6. *&* 7.

19 Et quod in hoc præventivo judicio creditores tenentur ſequi forum debitoris communis illos provocantis ad concurſum; probarunt Ozaſcus *dec. c.* 151. *num.* 4. Natta ad Alexand. *conſ.* 103. *in verb. debet adiri lib.* 5. defendit Socinus *conſ.* 94. *in cauſa vertente colum.* 2. *n.* 4. *lib.* 2. Cagnolus, Capicius *&* *alii Urſill. ad Afflictum dec.* 268. *n.* 2. Gratianus *d. cap.* 85. *n.* 8. *& ſeqq.* qui *nu.* 10. teſtatur, ita ſervaſſe Rotam *coram Cardinal. Lancellot. in una Barchinonenſi præceptoriarum* 17. *Februarii* 1578. Et iterum coram Sanctiſſ. *in una Romana à Burdeſſia* 18. *April.* 1575. & in alia *Villanenſ. bonor.* 19. *Martii* 1599. coram Lancellot. & in alia *Placentina præbendæ* 28. *Februar.* 1603. *coram eodem.* Et quod quando debitur vult prævenire creditores ſuos ſuper exceptionibus ſibi competentibus, ut tunc debitor non debeat adire judicem, & forum creditorum, ſed ſuum proprium: tenet poſt Roman. *conſ.* 412. *num.* 1. Abb. *in c. ſi quis contra n.* 2. *de foro competenti*, Cæſar Cont. *in l. diffamari*, *num.* 27. *cap. de ingenuis & manumiſſ.* Intriglol. *ſuper Bulla de cenſibus*, *quæſt.* 65. *n.* 3. Pand. *in tract. de præſent. inſtrument. part.* 4. *n.* 11. Boër. *dec.* 114. *fundat.* Car. de Graſſis *de exceptionib. in prælud. n.* 156.

20 Quia cùm debitor reus ſit, verè & origine cauſa attenta, non debet privari beneficio reis à jure conceſſo, & competente, ut ex Decio *conſ.* 3. *in fin. nu.* 9. *verſ. licet enim iſte*, *& conſ.* 43. *in princ.* Natta ad Alexand. *conſ.* 103. *in verbo debet adiri lib.* 5. Felinus, *in cap. ſi autem* 9. *in fin. de reſcriptis*, Gra-
21 tianus *d. c.* 85. *n.* 13. qui ideo *num.* 5. dicit quod iſte debitor, cùm ſit reus, poteſt petere, ut ſibi exhibeantur inſtrumenta exiſtentia penes conventum provocatum iis in caſibus quibus eis hoc petere libet, ex Antonio Gabriele, *tit. de actionibus conſ.* 5. *n.* 63. poſt Purpuratum *in l. fin. col.* 6. *C. de edendo.*

22 Idem affirmat poſt alios quam plurimos Cancer. *va-*

riar. reſol. lib. 1. *cap.* 1. *de actionibus & obligat.* iſtum debitorem ad judicium provocandum, (cum effectu & naturaliter reus ſit) non amittere commodum Regulæ, quod, actore non probante, reus abſolvatur, inde inferens ad plures alias ſimiles doctrinas, & quamplurimis Doctoribus aliis relatis latè proſequitur Joan. Baptiſta Ciarlinus *controverſ. cap.* 34. *per totum*, per varia fundamenta diſcurrens, & comprobans.

Cui Cancerius *nu.* 62. *&* 63. magis accedens ad noſtrum propoſitum firmat poſt alios, quod in hoc judicio præventivo provocati creditores debent ſequi forum provocantis debitoris, qui verè reus eſt.

Eandem doctrinam in iſtis noſtris terminis quando 23
ſcilicet debitor provocat ſuos creditores ad concurſum, quod iſti provocanti tenentur ſequi forum debitoris, tenent, & probant latius Maſtrillus *in deciſ. Siciliæ* 79. *per totam*, ubi eleganter diſſerit, quem referens ſequitur Hieron. de Cevallos *contra communem lib.* 4. *quæſt.* 1. *nu.* 924. *&* *in* 5. *tom. de cognit. violentiæ* 2. *p. q.* 72. *per totam*, doctè affirmans, quod in hoc concurſu (quem *pleito de acrehedores* Hiſpanicè dicimus) creditores debent ſequi forum debitoris provocantis & coram hujus Judice, qui verè competens eſt, omnes creditores indiſtinctè comparere tenentur, & coram eodem judice judicium hoc perficiendum, & finem accipere debet, & ita communiter obſervatur & inconcuſsè practicatur.

Ultra quos, & quod creditores citati per commu- 24
nem debitorem ad concurrendum in judicio concurſus motum per debitorem iſtius forum ſequi teneantur, tenet & de præxi in facti contingentia, teſtatur Alphonſus Guzman. *in tract. de evictio. quæſt.* 7. *ſub nu.* 60. poſt Urſill. ad Afflict. & Ulricum *dec.* 38. *n* 8. Maſtrillum, Cevallos, & Girondam *in tract. de privileg. n.* 958. & Aloyſ. de Leo *in l. cum ſolutio. n.* 11. *C. qui bonis cedere poſſunt.* non enim effectibus juris verius probandus erit debitor cauſans concurſum ex jam dictis.

Ex quibus rectè infertur, quod ſi clericus vult mo- 25
vere judicium hoc, *haciendo pleito de acrehedores ſeglares*, *y Eccleſiaſticos*; illud intentare tenetur coram ſuo Judice competente Eccleſiaſtico, & non coram ſeculari, cujus juriſdictionem ut incapacem ipſe tanquam verè reus prærogare non poteſt, ſed imò creditores etiam ſæculares clerici debitoris forum Eccleſiaſticum ſequi tenentur, ut clarè patet ex his quæ hactenus in diſcurſu hujus cap. evidenter oſtenduntur, & facit *cap. Odoardus de ſolutionibus*, *junctо textu in cap. ſit generale de foro competenti*, & ita quotidie practicatur.

Infertur etiam ad doctrinam Pauli de Caſtro *in l.* 26
vix certis n. 4. *ff. de judiciis*, dicentis, quod illi quia aliena negotia geſſerunt, poſſunt petere, & prævenire Dominum in judicio, ut ratione adminiſtrationis vinculo, ipſe ſuaque bona diſſolvantur. Quam ſententiam tenent etiam Aviles *in cap. Prætor*, *cap.* 30. *n.* 4. Jodocus Damanderius *in tr. de tutore & curatore fol.* 99. *n.* 2. *&* 3. *&* latius proſequitur Eſcobar *de ratiocin. cap.* 4. *nu.* 23. ut procedat non mutato foro competenti juxta terminos *l. & ſeq. C. ubi de ratiocin. agi oportet.* Eſcobar *c.* 7. *per totum.* quod ex ſupradictis clarè probatur.

Infertur etiam ad illam ſatis controverſam quæſtionem inter noſtros ventilatam, an debitor, qui cenſum redimere vult, teneatur deponere, & conſignare pretium cum decurſis coram Judice, & ipſius debitoris, an potius coram Judice creditoris cenſuarii in qua forum ipſius debitoris vices rei ſungentis in hac conſignatione, & depoſito ſequi teneatur creditor; conſtanter tuentur Felic. de Solis *in tract. de cenſibus tom.* 2. *lib.* 4. *cap. un. n.* 3. *in fin. verſ. ſed coram quo Judice.* ſequitur Cencius *de cenſibus quæſt.* 3. *n.* 6. ex Doctrina Bald. *in l. acceptam. quæſt.* 13. *n.* 24. *C. de uſuris*, & Alexandri *in con.* 103. *nu.* 4. *lib.* 5. ad quos in ſimili caſu ſe refert ſimpliciter Cagnol. *in l.* 2. §. 4. *num.* 14.

ſequitur Joan. Bapt. Lup. *in commentariis de uſuris* 2. §. 4. *n.* 14. cui opinioni videntur favere doctrinæ omnes hactenus cumulatæ in princip. hujus cap.

Contrariam partem conſtanter tuetur in his terminis Rodriguez *de annuis reddit. lib.* 2. *quæſt* 18. *numer.* 54. Avendanus *de cenſibus quæſt.* 102. *nu.* 15. Tiraquell. *de retract. lig.* §. 8. *gloſſ.* 7. *n.* 2. & hoc ſequutus contra Felicianum noviſſimè probavit Duardus *de cenſib. tom.* 2. §. 6. *quæſt.* 3. *num.* 3. *probat.* 2. *C. ubi & apud quem*, & ibi not. gloſſam. & DD. Signorol. *conſ.* 162. *n.* 4. ut ſcilicet debitor redimere volens deponendo actor ſit non reus, atque ideo creditoris forum, & judicem ſequi teneri, ſequitur etiam Larrea, loco ſtatim allegando.

Et huic opinioni ſemel ego proclivior fui, motus ex rationibus, fundamentis, & authoritatibus hactenus cumulatis à ratione ceſſante, ideo enim debitorem in hoc judicio conſiderarunt reum ex eo quod deducit in judicia præventiva ad moleſtias, exceptionem ſibi de jure competentem, & ex actu origo rei attenditur. Et quia nihil à creditoribus ſuis petit, ſed provocat potius, ut à ſe petant quo reſpectu ſemper reus originarius remanet debitor.

Sed hæ omnes rationes ceſſant penitus in debitore redimere volente, & conſignante, ac deponente ſortem cum uſuris; qui non exceptionem aliquam movet; ſed verè & realiter actionem, ſive ortam ex præambulo contractu ſive præſcriptis verbis, ut expreſsè tenet poſt Tiraquellum, & alios Avendan. *de cenſibus cap.* 101. *n.* 6. Cencius ipſe *de cenſibus qu.* 103. *n.* 4. Ergo præcisè actor eſt, cùm actor ab actione dicatur, & ſic ab etymologia vocabuli rectè argumentamur.

Tum etiam quia debitor redimere volens, & deponens non provocat creditorem, aut illam ab eo petat, quia creditor cenſuarius non eſt creditor ſortis; nec ullo pacto illam petere poteſt, nec ad id aliquam habet actionem. Sed potius juris prohibitionem, & reſiſtentiam naturæ contractus, prout abundè probavimus *in hac.* 1. *p. c.* 9. *&c.* 22. igitur uti actor forum creditoris ſequi tenetur, & cùm dudum accidiſſet caſus inter Collegium Jeſuitarum Salamantinum, & Dom. Alphonſum Parado. Civ. Burgenſ. civitatis; & ſeptem Senatores hujus regalis Cancellariæ viſus: ferè omnes huic opinioni procliviores fuêre, ut deponens debitor, & ſcholaris forum rei creditoris ſecularis ſequi tenebatur, & decretum ideo laicorum. *per nullo, y al ſeglar.* fuit datum, & quod deponens ſit actor, & debeat ſequi forum creditoris cenſuarii in his terminis probat, & hanc ſequitur opinionem Don. Joan Baptiſta de la Rea *deciſ.* 19. *nu.* 12. 13. *t.* 1. *&* nu. 43. & 44 & ab eo tamen cave, dum promiſcuè allegat pro hac opinione etiam eos, qui contrarium tuenter. Vide, etiam infrà *c.* 7. *ex nu.* 87. quod & ſcire convenit, quia oblatio, & depoſitum factum à debitore coram Judice incompetente nullum eſt; & nihil prodeſt deponenti, quia pro non facto habetur, *l. obſignatione. C. de ſolut.* Albericus Caſtr. & alii *in l. cum fundus.* §. *cum ſervum ff. ſi cert. pet.* Alb. *conſ.* 3. *n.* 4. Burſatus *conſ.* 112. *Cancer. variar. reſol.* 3. *p. reſol.* 8. *de depoſito. n.* 25. Rauden. *conſ.* 13. *n.* 69. & 97. Menoc. *conſ.* 756. *n.* 12. Tiraquell. *de retract.* §. 5. *gloſſa* 7. *c.* 11. Marius Giurba *dec.* 38. *ex n.* 6. *cum ſeqq.*

28 Major tamen difficultas erit, an debitor quilibet volens formare concurſum creditorum deferendo ſuum proprium forum, poſſit in prima inſtantia illum introducere in Cancellariam Regiam ob caſum curiæ, eo tantum fundamento motus in ſola qualitate judicii concurſus creditorum, quidam negant, quia hic inter caſus curiæ non connumeratur, & ſit fraus juriſdictioni ordinariæ, omni jure præſervatæ, à qua lites nonniſi juſtiſſima de cauſa, & per legitimam appellationem, per cancellarias Regias avocandæ non ſunt, ex latè per nos ſcripta *in tr. de ſupplicat. ad Sanctiſſ.* 2. *p. c.* 31. *à n.* 83. *& multis ſeqq.*

Alii verò affirmant ſaltem in Magnatibus, Comitibus, & aliis Dominis temporalibus uti petentibus, 29
quos creditores convenire timent in ſua propria juriſdictione, & coram ſuiſmet Judicibus, & ab eiſdem nominatis, perhorreſcunt enim eorum potentiam, ut ad curiam confugiant.

Sed hæc ratio evaneſcit, procedit enim quando ipſi actores, creditores judicium moræ intendunt indepen-
dens ab hoc concurſu contra eoſdem Dominos, quos ubi potentes poſſunt trahere ad Cancellarias Regias per legitimum caſum curiæ, & in noſtro caſu, qui movent litigium concurſus ſunt ipſi domini debitores, & tunc obtineret declaratoria creditorum, quando 30
Dominus formare voluiſſet concurſum coram ſuo judice à ſe nominato, tanquam in proprio foro ſuo, & creditores citati perhorreſcentes ejus potentiam comparent in curia Regia, ad effectum conveniendi illum, & deducendi ſua jura petendo concurſus moti avocationem, quiá uti actores caſu curiæ contra dominum debitorem habent ex vulgari obſervantia.

Confugere poſſunt, qui hanc partem affirmativam 31
tuentur ad aliam rationem, & fundamentum, nempe ad diverſitatem judicum, & juriſdictionum, ſub quibus degunt ut plurimum creditores convocandi ad concurſum, quo caſu omnium ſuperior competens judex efficitur, ad quem recurrere, & comparere tenentur, quando cauſa eſt individua, & inſeparabilis prout eſt judicium creditorum, ut in cap. ſequenti clarè oſtenditur prout latiſſimè poſt magnam doctorum allegationem reſolvimus *in noſtris commentariis de ſupplicat. ad Sanctiſſ.* 2. *p. c.* 14. *per totum.* Ergo cum curia Regia omnium creditorum ſuperior ſit, legitime poterit ad eam recurrere debitor pro concurſu creditorum promovendo prima inſtantia.

Sed adhuc nec hoc fundamentum evincit, nam licet 32
doctrina in ſe veriſſima & ſingularis, non tamen aptatur noſtræ quæſtioni; cum procedat, quando in cauſis individuis plures rei ab uno actore conveniendi ſunt, exiſtentes ſub diverſis juriſdictionibus, eo quod cauſæ continentia dividi non poteſt, ſed coram uno, & eodem judice ſit tractanda, & tunc unus omnium ſuperior judex efficitur competens, ſicuti affluenter declaratur *in d. c.* 14. ad quod te remittimus: 33
at in hoc judicio concurſus creditores non ſunt rei, ſed actores, qui non conveniuntur ſed conveniunt, nec eorum foros ſequitur debitor; ſed hujus unum dumtaxat debitoris forum ſequi debent omnes, in quo ceſſat penitus ratio, & doctrina illa diverſorum reorum, & judicum, & per conſequens refugium ad curiam Regiam ex hoc capite in prima inſtantia, cum nec periculum dividendæ continentiæ cauſæ adſit, cum tota ſimul contra unum debitorem, & coram uno judice tractatur.

In tanta varietate nihilominus partem affirmativam amplector, motus tum ex eo, quod à doctiſſimis conjudicibus meis practicatam jam fuiſſe audio, ut tempore caſus curiæ ſit ſufficiens, ut judicium concurſus coram Cancellaria in prima inſtantia dedu- 34
catur, tum etiam ex validiſſimis, & legitimis fundamentis, (ſi mens mea me non fallit) quibus hæc pars fulcitur.

Reperio etenim hunc debitorem comprehenſum, 35
ſub diſpoſitione jurium, & authoritatum loquentium de his caſibus curiæ, quibus quippe cum fruatur pauper ſolemnitatibus, quælibet miſerabilis perſona in agendo, & defendendo, ut inferiùs ex his duobus capitibus caſu curiæ uti poteſt debitor. De primo eſt *l.* 5. *tit.* 3. *part.* 3. ibi, *ô homo probe*, & latius agit Franciſcus Carraſcus *de caſibus curiæ, à n.* 44. *& à n.* 64. *& ſeqq.* 36
plures refert Caſtillo *controverſ. lib.* 3. *cap.* 25. *nu.* 16. Nos latiùs infrà hac 1. *part. cap. fin. ex n.* 110. *cum ſeqq. & ex n.* 182. quibus locis tractatur, quis dicatur pauper ſolemnitatis ut gaudere poſſit caſu curiæ, quis igitur hoc debitore concurſum creditorum peragente pauperior? Is enim cuncta bona ſua dimittit, & cedit creditoribus ſuis in tantum, quod nihil ſibi retinere

aut

aut reſervare permittitur, prout abundè diximus *cap.* 1. *n.* 7. 13. *cum ſeqq.* Ergo verè pauper eſt. Ex hoc capite gaudere juſtè poterit caſu curiæ.

De ſecundo nempe miſerabili perſona eſt textus *in*
37 *d. l. tit.* 3. *part.* 3. *omni ciutado*, qui fuit deductus ex *l.* 1. *C. quando imper. tot. inter. pupil. & vid.* ibi, *quod ſi pupilli, vel viduæ aliique fortunæ injuria miſerabiles judicium noſtræ ſerenitatis oraverint præſertiim cum alicujus potentiam perhorreſcunt, cogantur eorum adverſarii examini noſtro ſui copiam facere.*

38 Cujus textu verba de plano verificantur in hoc debitore, qui ad miſerabile, & calamitoſum remedium confugere cogitur fortunæ ictibus, & injuria dixit expreſsè Juſtinian. *in l. fin. C. qui bonis cedere poſſunt.* ibi. *Cum ſolito more à noſtra majeſtate petitur, ut ad miſerabile ceſſionis bonorum homines veniant auxilium*, &c. *l. cum, & filius familias*, ibi, *admittendus eſt propter injuriarum timorem ad ceſſionis flebile veniens adjutorium*, &c. *eodem tit.* Cancer. *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 9. *à nu.* 1. *& à nu.* 44. *&* 48. Giurba *dec.* 41. *in princip. & nu.* 4. *& nu.* 9. qui poſt multos Doctores dicunt quod is ſolus, qui fortunæ injuria incidit in paupertatem, admittitur ad ceſſionem bonorum, *& in n.* 4. quod ceſſionem per adverſam fortunam obæratis jus naturæ miſerationis cauſa indulget. Et in miſerabilium perſonarum favorem hoc remedium fuiſſe introductum, ut poſt alios Antonius Amat. *reſol.* 22. *n.* 1. *& alibi paſſim* Martha *de juriſdict.* 4. *p. centur.* 2. *caſu* 123. *nu.* 5. Cancer. *variar. reſolut. lib.* 2.
39 *cap.* 9. *à n.* 44. *& ſeqq.* qui plurimos allegant. Cui conſonat, quod ex plurimis Doctoribus dicit Caſtillo *controverſ. lib.* 3. *cap.* 25. *n.* 19. miſerabiles perſonas, eas eſſe, de quibus movetur natura ad miſerandum, ut iis competat hujus l. 1. privileg. igitur caſu Curiæ dignus erit debitor iſte *ex leg.* 20. *tit.* 23. *part.* 23. conducunt multa, quæ cumulat de hoc caſu Curiæ circa miſerabiles perſonas, Carraſc. *de caſibus Curiæ à nu.* 50. *cum multis ſeqq.* & Caſtillo *loco citato.*

Qui Carraſcus *nu.* 53. *& ſeq.* dicit, quod ille
40 dicitur miſerabilis, qui omnibus ſuis bonis per ſententiam fuit privatus, & tradere alteri coactus *ex d. l.* 20. ibi, *que ſon mui deſcaidos del eſtado, en que ſolianſer.* quæ doctrina procul dubio verificatur in debitore ad concurſum convocante ſuos debitores, quibus ob id omnia ſua bona tradit, & cedit, & ponit in manibus judicis, ut illa diſtribuat inter creditores juxta ſententiam graduationis, ut plenè probatum eſt *in cap.* 1. *à num.* 13. *cum multis ſeqq.*

41 Et denique miſerabilis dicitur perſona, quæ proprias cauſas, & bona adminiſtrare non poteſt, ut ex textu *in l. fin. ff. de poſtulan.* Rol. à Valle *conſ.* 75. *à nu.* 47. *lib.* 1. & poſt eum, & de Afflictis Tuſchus *conſ.* 273. *lit. M.* Carraſcus *de caſibus curiæ*, *n.* 55. *&* 57. prout contingit in debitore cauſante *pleito de acrehedores*, qui ſtatim facta admiſſione bonorum traduntur curatori, & adminiſtratori, & ille privatus remanet adminiſtratione per alium omnino peragenda, ut *in*
42 *cap.* 1. *à nu.* 14. & latiùs inferiùs *cap.* 14. hac, 1. *part. & cap.* 28.

Ex quibus omnibus manifeſtè ſequitur quod huic debitori concurſum creditorum cauſare volenti competat privilegium *l.* 1. *C. quando Imperat.* ut ſic ex ſolo quod vult cedere bonis, competat privilegium, & eo caſu curiæ tribunalia ſuprema regia adire in prima inſtantia.

43 Nec dicatur, quod privilegium *d. l.* 1. conceſſum miſerabilibus perſonis, ſolum procedat quando ipſæ actores ſunt, & poſſunt adire curiam Principis pro conveniendis reis, & extrahendis à ſuis domiciliis, & à ſuis Judicibus ordinariis *ex d. l.* 1. & ex latè traditis à Caſtillo *controverſ. lib.* 3. *cap.* 25. *a princ. & ſignanter à num.* 8. *& ſequentibus.* Novarius *noviſſimè in tract. de privileg. miſerab. perſona. privil.* 97. *per totum.* qui plurimos laudant, atque ideo cùm debitor, etſi miſerabilis perſona ſit, tamen in hoc judicio concurſus verè reus eſt, uti hactenus probavimus. Ergo caſu curiæ hoc uti non poteſt.

Quoniam indubitabilis inter omnes ſcriptores & à 44
nemine impugnata doctrina eſt, quod miſerabiles perſonæ utuntur privilegio *d. l.* 1. tam in agendo, quàm in defendendo, non ſolùm ut actrices, ſed ut rei à creditoribus ſuis conventi coram ſuo ipſarum Judice ordinario, cujus forum poſſunt indubiè declinare, & curiam Principis adire, & ad eam invitos trahere ſuos adverſarios actores, quod probatur ex generalitate ipſius *l.* 1. ut ex Trentacinquio *variar. reſol. lib.* 2. *tit. de citationibus reſol.* 2. *n.* 4. *&* 5. *tom.* 1. *poſt Afflictum D.* Juan del Caſtillo, *controverſ. l.* 3. *c.* 25. dicente, privilegium *d. l.* 1. conceſſum miſerabilibus perſonis procedere etiam quando hæ perſonæ conveniuntur ut rei coram ſuo Judice ordinario. Ut tunc in ipſarum electione ſit, curiam Princi- 45
pis adire; & eligere, foro proprio renunciando, ac declinando, prout etiam miſerabilibus perſonis liberum eſt, forum curiæ Regiæ declinare, ſi ibidem ab adverſariis conveniantur, & eligere forum proprium. Eandem concluſionem probant, & firmiter tenent alii plures: Amatus *deciſ. Marchiæ* 105. Cala *de modo articulandi:* & probat *in gloſſa* 1. Vincentius de Franchis *dec.* 541. *n.* 4. Urſil. *in concluſ. legalib. in verbo. Actor concl.* 44. *n.* 75. Cochier *de juriſdictione in exempt. q* 108. *p.* 4. *t.* 1. Carleval. *de judiciis, foro com. diſ.* 2. *q.* 6. *n.* 576. Novarius *de peivilegiis miſerab. perſonæ. privileg.* 96. *per totum.* Nos obiter *de ſupplicat. ad Sanctiſſ.* 2. *p. cap.* 31. *à n.* 22.

Quæ doctrina, & privilegium *d. l.* 1. miſerabilibus 46
conceſſum rectiùs, & faciliùs procedit, quando ii ſunt rei, quàm quando ſunt actores, ut eſt videre ex iis, quæ longo manu ſcripſit Caſtillo *d. c.* 25. *à n.* 34. *cum multis ſeq. & ſignanter à n.* 35. *& à n.* 40. dum diſputat, an miſerabilis perſona poſſit adire Principis curiam lite jam cœpta; & conteſtata coram Judice ordinario, dum ibidem faciliùs admittit, quando miſerabilis reus eſt, & conventus.

Ex quibus fundamentis huic parti proclivior ſum, & indubius, praxim hujus Cancellariæ Pincianæ admittere; & attribuere caſum curiæ uti validum, & legitimum debitori volenti judicium creditorum movere, & proponere in prima inſtantia in cancellaria, & ex eo ſolum caſum curiæ juſtificari.

Ex his, quæ à principio hujus capitis reſolvimus, 47
ut clericus debitor ſi inter ſuos creditores introducat concurſus judicium, tanquam reus ad ſuum Judicem Eccleſiaſticum trahat omnes ſuos quoſlibet creditores, & præcipuè *n.* 26. alia elegans deducitur quæſtio reſolvenda, ut ſi ad hæreditatem clerici jacentem, in qua ſive laicus, ſive clericus inſtitutus fuerit hæres, & iſte adire recuſans, vel repudiaverit, ſi creditores defuncti pro ſolutione inſtiterint, & concurſum formaverint, ut propterea detur à judice hæreditati jacenti curator, cum quo judicium hoc agitandum erit inſtantibus ipſis creditoribus, juxta *l.* 1. *&* 2. *ff. de curator. bonis dando l. ſi div. ff. ex quibus cauſis in poſſeſſ. eatur.* Parlador *lib.* 2. *rerum quotidian. c. fin.* 4. *p.* §. 1. *nu.* 5. Marta *de juriſdict. cent. caſu* 123. *ex n.* 1. *per legem juris gentium.* §. *hodie. l. majorem. reſcriptum. ff. de pactis*, cum aliis per nos latiùs in hac 1. *p. c.* 13. *ex n.* 3. *verſ. hoc enim ſemper*, &c.

Ut in hoc caſu concurſus iſte formandus ſit omnino 48
coram Judice Eccleſiaſtico; ad quem tanquam competentem defuncti clerici debitoris communis creditores, laici recurrere, & concurrere debent; nam hæreditas jacens defunctum repræſentat, quæ adhuc defuncti retineat privilegium, & propterea nec à foro Eccleſiæ bona ipſa exierunt, & defuncti privilegio frui, conſtanter probant communiter Doctores, quos refe-

rendo sequuntur Covart. *practicar. cap.* 31. *n.* 3. Lassarte *de Gabellis. cap.* 19. *n.* 44. Felinus *in cap. sanctæ Mariæ n.* 8. *de constitut.* Petrus Barbos. *in l. hæres absens. n.* 209. *ff. de judiciis.* Martha *de jurisd. casu* 122. *n.* 15. Gutier. *practic. lib.* 2. *q.* 49. quam veriorem defendit Pereira *de manu Regia tom.* 1. *cap.* 16. *n.* 20. *&* 21. *videndus ex n.* 18. (ubi latè, & per varios casus distinctè præ cæteris discurrit) quando, & quibus casibus insinuatio testamenti clerici defuncti, aut inventarium bonorum pertineat ad Judicem sæcularem, seu Eccle-
49 siasticum, circa quæ etiam videndus Cevallos, *de cognit. violent.* 2. *p. quæst.* 78. *per totam :* qua propter nihil est quod concursus creditorum formatus ad hæreditatem clerici defuncti jacentem nondum aditam, vel expressè repudiatam pertineat judicis Ecclesiastici cognitioni, cùm adhuc bona hæreditatis considerentur in patrimonio clerici defuncti, & sub ditione Ecclesiastica. Et hanc resolutionem expressè probarunt Gutier. *pract. l.* 2. *q.* 49. *n.* 3. Barbosa *in d. l. hæres absen. in prin. n.* 183. Pereira *de manu Reg. t.* 1. *c.* 16. *n.* 23. dum firmant, quod quando agitur de distributione, alienatione, vel adjudicatione bonorum hæreditatis jacentis clerici defuncti, semper recurrendum erit ad Judicem Ecclesiasticum. Quidquid circa inventarii confessionem, aut testamenti publicationem inter ipsos, & superiùs relatos controversum sit.

50 Hanc resolutionem verissimam conturbare videtur Gutier. *de Gabellis, quæst.* 88. dum disputat quæstionem, nostræ valde dissimilem, an gabella debeatur ex bonis hæreditatis jacentis clericis venditis, ut creditoribus satisfiat, & pro negativa *n.* 2. arguit *l. quid alieno servo.* 34. *in fin. ff. de adquir. rer. domin. & l. hæreditas. eod.* quod hæreditas jacens repræsentat personam defuncti,
51 imò nunquam repræsentet personam futuri hæredis ; etiam postea adeuntis §. *servus autem alienus, Instit. de hæred. instituend.* sed potius extraneus reputatur. *l. si ex re* §. *fin.* ibi. *quia is eo tempore extraneus est. ff. de stipulat. servor.* Lassarte *de gabellis, cap.* 19. *num.* 42. Ergo cum persona clerici sit exempta à gabella, pariter & hæreditas jacens.

52 Deinde *num.* 3. inquit quod hæc opinio (quæ secura est) à fortiori procederet, si hæreditas quæ repudiata ab hærede, & instantiam creditorum creatus esset defensor bonorum, & cum eo fulminato processu circa verificationem, & prælationem creditorum, sententia feratur, qua omnia defuncti clerici bona venire mandetur, creditoribusque satisfieri, juxta uniuscujusque graduationem. Et tunc non deberi gabellam, quasi & uti bona clerici defuncti, ejusque nomine veniant, ex textu *in* §. 1. *inst. qui, & à quibus causis manumitti possunt, &* §. 1. *inst. de hæred. qual. & different.*

53 Nihilominus ipse Gutierr. *ex n.* 4. *& seqq.* transcribens, & sequutus Lassartem *de decima vendit. d. quæst.* 16. *ex n.* 38. *cum. seqq.* longè elegantur tractantem hanc quæstionem, necnon Guirondam, hunc obiter referentem, contrarium defendit : ut hæreditate jacente, sive postea adita, sive repudiata ex pretio bonorum venditorum pro satisfactione creditorum gabellam deberi, ea moti ratione, quia privilegium cleri ne solvat gabellam, est merè personale, quoad hæreditatem, nec in hæredem transit, sed extinguitur cum persona.

Qui quidem ut evitent illam difficultatem, de qua
54 Nos *n.* 48. quod hæreditas clerici jacens gaudet foro ecclesiastico, respondent, quod quando bona hæreditatis jacentis venduntur ad instantiam creditorum, aut authoritate judicis creato legitimo defensore, hoc casu adhuc gabellam deberi firmant, quia verè tunc ab ipsis creditoribus, sibique ipsis bona hæreditaria venduntur, & non ab hæreditate nec à clerico per eam repræsentato prout respondent Lassarte *d. cap.* 1. *n.* 40. & Gutierrez *d. c.* 68. *n.* 8. nullo tamen fundamento adducto.

55 Sed nihilominus horum DD. responsio falsissima est, & contra juris principia notissima, cum creditores nunquam vendant bona creditoris nomine suo, sed nomine debitoris, maximè in concursu creditorum, quo ipsi bona non vendunt, sed judex in cujus manibus debitor sua bona dimittit vendenda pro satisfactione creditorum, & in hoc casu factum judicis ad instantiam creditorum, est factum debitoris ad jura vulgaria, & ideo nec ipse nec creditores, sed solus debitor de evictione tenetur, prout latissimè per jura, & auctores videre est infrà *cap.* 13. *d princip.* hac 1. *part.*

Imò quando creditor sua authoritate privata vendit pignus, adhuc non suo nomine proprio, sed nomine debitoris, & tanquam ejus procurator ex natura contractus, & facultate legis factus, & constitutus, vendere dicitur, ut per jura, & DD. plurimos probabimus infrà 2. *p c.* 26. *ex n.* 46. *vers. nec obstat tertium, ex l. si cum venderet*, &c.

Destruitur ulteriùs prædictorum Doctorum responsio, quoniam quamvis personam creditorum in venditione consideremus, isti quandoque sunt etiam clerici, Ecclesia, & aliæ personæ à Gabella exemptæ, & hæc ratio quando foret vera, jam non fuisset constans ad absolutè, & indistinctæ solvendam gabellam.

Sed quidquid sit quoad solutionem gabellæ ex bonis hæreditatis jacentis clerici, propter personale privilegium non transitorium ad hæreditatem ; prout autumant prælegati Doctores circa gabellam loquentes ; adhuc quoad forum non negant præfati Doctores, 56
quod ad judicem Ecclesiasticum recurrendum sit pro concursu formando, modo, hæreditate clerici jacente ; sed potiùs expressè fatentur, quod privilegium fori respicit etiam ejus bona clerici, & bonis ejus etiam datum, & sic nihil mirum, ut duret hæreditate jacente defunctum repræsentante, quod non reperitur in gabellæ exemptione, quia forum datur personæ propter ordinem personalem, ita eleganter latè prosequitur, & distinguit comprobans Lasarte *d. c.* 19. *ex n.* 44. *cum seqq.* quem sequitur Gutier. *d. quæst.* 88. *n.* 9. licet non explicitè, nec exactè, quare firmissima remanet nostra resolutio, ut semper quoad instantiam creditorum formetur concursus hæreditate clerici jacente, judex Ecclesiasticus, uti competens sit adeundus ; cum debitor per hæreditem jacentem repræsentatus, sit clericus, & reus, cujus forum sequi tenentur creditores ad latè comprobata *à principio hujus cap.* ut secus sit post aditam hæreditatem, prout in istis terminis profitentur Lasarte *ex n.* 44. Gutier. *ex n.* 4. *cum seqq. & n.* 7. Sed quæstionem gabellæ persolvendæ, vel non persolvendæ de bonis defuncti venditis pro satisfactione creditorum instantium hæreditate jacente latiùs disputat & examinat post hos, & alios Barbosa *in l. hæres absens, in princip. ex num.* 199. *cum seqq. ff. de judiciis* & alii quos in unum congessimus infrà hac 1. *part. c.* 32. *ex n.* 34. *cum seqq. & ex n.* 28. ubi negativa opinio contra Lasartem, & Gutierrez, ut verior fuit amplexa.

§. Unic.

Hæreditati (cujus ususfructus alicui fuit titulo legati vel institutionis relictus, & post ejus mortem alius hæres institutus) curator tanquam jacenti sit ad instantiam creditorum dandus, ut judicium concursus inter omnes legimè introducatur.

SUMMARIUM.

1 *Hæreditati jacenti dandus erit curator, cum quo formari possit concursus creditorum.*
2 *Hæreditas an jacens dicatur, cujus ususfructus alicui fuit relictus, & post hujus mortem datur hæres institutus.*
3 *Curatorem dandum esse hoc casu hæreditati, tanquam jacenti, tenet Matheslanus.*
4 *Usufructu relicto alicui, & post ejus mortem hærede instituto altero, usufructuarium uti merè legatarium, conve-*

conveniri non posse, nec hæredem die non adveniente, qui teneant.

5 *Creditores nequeunt convenire usufructuarium universalem, sed dumtaxat hæredem, in quem transeunt actiones activæ, & passivæ.*

6 *Quomodo autem sit facienda solutio æris alieni ex hæreditate, remissivè.*

7 *Hæres sub conditione, ante conditionem impletam adire non potest.*

8 *Hæreditati, cujus ususfructus alicui fuit relictus & post ejus mortem hæres institutus, curator ut jacenti non datur. & seqq.*

Quo casu hæres purè dicatur institutus, & statim adire potest. ibid.

9 *Usufructuarius relictus, & post mortem altero instituto hærede dicitur merè legatarius.*

10 *Hæres institutus post mortem usufructuarii, transmittit hæreditatem, si vivente usufructuario decedat.*

11 *Usufructu alicto alicui per viam legati, & post ejus mortem hæres institutus, illo dicitur legatarius, hæreditasque curatore non eget.*

12 *Usufructu relicto per viam institutionis, & post ejus mortem alius institutus sit hæres, priorem institutionem resolvi in legatum qui teneant.*

13. 14. 15. & 16. *Usufructuarium universalem esse verè hæredem, & post ejus mortem hæredem institutum esse fideicommissarium, verior tenet opinio.*

17 *Hæres institutus in re certa, alio non dato cohærede, intelligitur institutus in tota hæreditate, detracta fundi mentione.*

Lex si ex fundo l. si quis ita hæres institutus sit ex certo fundo. D. de hæredibus instituendis. l. quoties. eodem, exornantur. ibid.

18 *Quorum jurium disputationem etiam hodie procedere stante l. 1. tit. 4. lib. 5. recopilat.*

19 *Hispano jure potest quis decedere pro parte testatus & pro parte intestatus.*

20 *Usufructuarius institutus, tanquam hæres potest adire totam hæreditatem, licet post ejus mortem alius sit hæres datus.*

21 *Hæres institutus sua vita durante, verè hæres est, post ejus mortem succedunt hæredes ab intestato.*

22 *Verba directa quibus casibus obliquantur, & trahuntur ad fideicommissum. remissivè.*

23 *Hæres institutus in usufructu donec vixerit, alio non dato hærede aut substituto, hæres est, tenetur restituere hæredibus ab intestato.*

24 *Etiam de jure Regio remissivè.*

25 *Hærede instituto in usufructu vivente, si decedat institutus post ejus mortem, non transmittit hæreditatem.*

L. un. §. sin autem aliquid, C de caduc. toll. *exornatur. ibid.*

1 HÆreditati jacenti dandum esse curatorem, cum quo formari possit judicium creditorum instantium pro suorum creditorum exactione, diximus *hoc c. ex. n. 47. & inferius hac 1. par. c. 13. ex n. 2. vers. hoc enim semper*, &c.

2 Nunc de subtili quæstione tractandum, an dicatur hæreditas jacens, quando ususfructus omnium bonorum, relictus fuit alicui, sive per viam legati, sive institutionis, & post ejusdem usufructuarii mortem alius datur hæres institutus, an interim dandus sit curator eidem hæreditati, tanquam jacenti instantibus creditoribus defuncti.

3 Et partem affirmativam, ut scilicet curator sit nominandus à judice, asserveranter dixit Mathesilanus *singular. 4. n. 5. & 6.* eâ ratione motus, quoniam hæres post mortem ejus, cui legatus fuit ususfructus omnium bonorum, est institutus conditionaliter sub die incerta quod durante vita usufructuarii, adire hæreditatem non potest, & ideò creditores hæreditatis non debent tanto tempore expectare, sed quia talem hæredem actiones suas dirigere non possunt, nec conveniri, præcisè ad eorum instantiam nominari debere curatorem hæreditati jacenti.

Cui rationi (ut usufructus sic relictus, & post 4
mortem usufructuarii hæres institutus fuit, ille sit merè legatarius, & quod hæres impeditus in vita usufructuarii adire hæreditatem sic sub conditione, & die incerta datam, non possit) subscripsere alii permulti relati à Castillo *de usufruct. c. 8. ex n. 23. & seqq.*

Roboratur, quoniam contra usufructuarium uni- 5
versalem creditores hæreditatis suam actionem nec dirigere, nec intentare possunt. Ut contra Bart. tenuerunt communiter DD. docentes quod indistinctè hæres & non usufructuarius teneatur ad æs alienum testatoris nomine persolvendum, in quem dumtaxat transeunt actiones activæ, & passivæ, & ipse sit conveniendus; non autem usufructuarius. Paulus de Castro *in l. fin. sin autem C. de bonis quæ liberis.* Guillelmus Benedictus *in repetit. cap. Raynutius verb. cætera bona n. 43.* dicentes communem opinionem. Idem firmat Alexandr. *in l. si filio §. si vir. D. soluto matrim.* Barbacia *cons. 63. lib. 3.* Decius *cons. 485. & cons. 536. n. 13. & cons. 590.* communem dicit Joan. Dilectus *in tract. de arte testam. tit. legatis cautel. 43.* Bellonus *cons. 7. n. 1.* Decius *cons. 34.* Francisc. Turz *commun. opinion. quæst. 105.* Francisc. Vivius *commun. opin. lib. 1. vers. usufructuarius.* Eandemque quoque opinionem esse communiter omnibus approbatam enuntiat Covarr. *variar. resol. lib. 2. cap. 2. n. 4.* Petrus Pechius *de testament. conjugat. lib. 5. cap. 9. n. 6.* Cavalcan. *de usufructu mulieri relict. n. 211.* Andr. Gaill. *practicar. observat. lib. 2. observ. 149. per totam.* Hartman. Pistor. *lib. 1. quæst. jur. 46.* per textum *in. l. fin. D. de usufruct. legat.* Latius prosequitur Michaël. Grassus, *sententiarium recept. §. lega. 6. tum* 6
quæst. 35. ex n. 1. & se qui ex n. 2. post plures Doctores tractat, quomodo ex bonis ipsius hæreditatis sit facienda solutio æris alieni omnino videndus, qui eleganter differit, & resolvit. Si igitur usufructuarius conveniri non potest à creditoribus, nec hæres, quia interim adire non valet tanquam conditionalis, quousque purificatur conditio juxta *l. si cum hæres. D. quando dies legati cedat.* Ergo hæreditati, uti jacenti nominandus 7
erit curator, cum quo creditores hæreditatis (qui damnum ex dilatione pati non debent) agere, & experiri debeant.

Quid tamen minimè refragantibus, contraria opi- 8
nio, immò quod hoc casu curator non sit dandus hæreditati, cujus ususfructus alicui relictus fuit, & post ejus mortem alius hæres institutus, longè verior, & receptior est. Cum hæres isto casu purè sit institutus, & potest statim, adire non spectata morte legatarii usufructuarii, juxta longè veriorem opinionem, de qua statim dicemus, & ideo cum hæres adsit contra quem agere possunt creditores, hæreditas non valet considerari jacens, & per consequens curator denegandus erit, ut contra Mathesilanum pro contraria parte adductum tenent Socinus *cons. 131.* Covar. *variar. lib. 2. cap. 2. n. 4.* Cavalcan *de usufructu. n. 224.* Paulus de Monte Pico *in l. Titia §. fin. qu. 59. n. 150. D. de legat. 2.* Grassus *receptar. sententiar. §. legatum. quæst. 35. n. 7.* Rubeus, & Bellonus relati, & sequuti à Menoch. *lib. 4. præsump. 143. n. 5.* Castillo *de usufructu cap. 8. n. 33.*

Quæ resolutio fundatur contraria ac certiori ratione, 9
qui in contrarium motus fuit Mathesilanus qua longè veriorem admisit communis, & receptior sententia, ut scilicet hæres institutus post mortem usufructuarii omnium bonorum, purè sit institutus, & non sub tempore, aut conditione, & potest statim adire hæreditatem non spectata morte usufructuarii, qui vere est legatarius dumtaxat, ita ut præfatus hæres etiam si vivente usufructuario decedat transmittat hæreditatem:

quoniam in hac ſpecie tempus mortis uſufructuarii non debet cenſeri adjectum inſtitutionis, ut aditionem impediat, nec ut eam conditionalem reddat; ſed tantum differendi gratia, ut hæres non habeat commodum uſusfructus, quandiu vixerit uſufructuarius, & ne iſte interim perturbetur, non enim prædicta verba prolata fuerunt à teſtatore animo ſuſpendendi, nec limitandi inſtitutionem hæredis, ſed oſtendendi ſuam enixam voluntatem ſuper viribus legati, & ut liberè uſufructuarius potiri poſſit bonorum fructibus, & commoditatibus, hanc veriorem opinionem, & rationem reddiderunt infiniti penè Doctores relati, & ſequuti à Caſtillo *d. c.* 8. *ex. n.* 30. *cum ſeqq. & à n.* 23. necnon alii plures ſtatim referendi, latiſſimè, & accuratè tractavit, & reſolvit Mantica *de conject. ult. volunt. lib.* 4. *tit.* 5. *per totum.*

11 Hæc reſolutio, ut vides, procedit, quando uſusfructus relinquitur titulo legati. At verò quando relictus fuit titulo inſtitutionis, quando ſcilicet teſtator inſtituit aliquem hæredem in uſufructu omnium bonorum, & poſt ejus mortem alium hæredem inſtituit; tunc abſque controverſia procedit præfata reſolutio, ut nullo modo ad inſtantiam creditorum ſit dandus curator hæreditati, tanquam jacenti, cùm ſemper, & ab initio detur hæres qui ſtatim poſſit hæreditatem adire, nam licet inter DD. maxima fuerit controverſia orta: an inſtitutus in uſufructu ſit hæres univerſalis totius hæreditatis. An verò hæres inſtitutus poſt ejus mortem prout in caſu antecedenti, tamen qualibet prævalente opinione nunquam admittendus erit curator, cum nunquam hæreditas poſſit dici jacens, eo quod in terminis cujuſlibet opinionis hæres purè adeſt, qui ſtatim adire poteſt hæreditatem, & adverſus eum creditores agere.

12 Multi enim tenuere, quod quando quis fuit inſtitutus hæres in uſufructu hæreditatis, & poſt ejus mortem alius hæres univerſalis datus, prior inſtitutio reſolvatur in legatum uſusfructus, & ſecundus purè ſit inſtitutus hæres in proprietate, ita ut ſtatim poſſit adire, & hæreditatem tranſmittere, quantumvis decedat in vita uſufructuarii, cùm non ſit hæres conditionaliter inſtitutus. Veram aſſerunt hanc opinionem Angel. Alexand. Andr. Gaill. Caſtrenſ. Corneus. Petr. Pechius, Covar. *l.* 2. *variar. c.* 4. *n.* 5. Pariſius, Emanuel Suarez, Decius, Albanus, Simon de Prætis, Mandellus de Alba, quos refert, & ſequitur *de uſufructu. c.* 8. *n.* 3. ubi dicit libenter huic opinioni adhærere, quæ videtur magis conformis voluntati teſtatoris, qui velle cenſetur inſtitutum in uſufructu facere legatarium.

13 Contraria tamen opinio multo magis communior, receptior eſt, & juris fundamentis, ac teſtatoris voluntati nititur. Ut ſcilicet inſtitutus in uſufructu hæreditatis ſit verè hæres in tota hæreditate, & proprietate bonorum, inſtitutus autem poſt ejus mortem ſit fideicommiſſarius, inſtitutus in uſufructu poſt mortem reſtituere gravatus intelligatur. Hujus ſententiæ rationes adducit abundè Peregrinus *de fideicommiſſ. art.* 5. *ex n.* 21. Sequitur Michael Graſſis *receptar. ſentent.* §. *de legatum. q.* 23. *n.* 3. *& q.* 55. *n.* 7. Durans *de arte teſtandi. tit. de legatis. cautela* 39. *n.* 2. Bald. Angel. Jaſon Alexand. Decius, Cardin. Zaballa, Cornieus, Natta, Benonus, Berojus, Sylvanus, Bertrandus, & alii relati, & ſequuti à Menochio *conſ. ult. tom.* 1. *n.* 48. *& in conſ.* 273. *n.* 6. *lib.* 3. *& in tract. de præſump. lib.* 4. *præſump.* 141. *num.* 26. *&* 49. & alii quamplurimi relati à Caſtillo. *d. cap.* 8. *nu.* 31. *&* 42. qui fatetur hanc opinionem magis communiter receptam.

14 Eandem etiam opinionem, ut veriorem ſequuntur viginti & ſex Doctores relati, & ſequuti à Menochio *in conſ.* 1112. *a princip. lib.* 13. quam per totum conſilium utiliter tuetur, qui *ſub n.* 16. accuratè animadvertit, quod Baldus, Imola, Caſtrenſis, Picus, Ruinus, Zephalus, Emanuel Suarez, Pariſius, & Albanus, qui pro contraria opinione allegantur, non loqui in terminis hujus doctrinæ, quando quis fuit in uſufructu inſtitutus; ſed quando titulo legati ei fuit relictus, & poſt ejus mortem hæres alius inſtitutus, ut in priori caſu probavimus, & admiſimus.

15 Hanc eandem opinionem ampliſſimè tractat & defendit Mantica *de conject. ult. volunt. lib.* 4. *tit.* 5. *art.* 7. *per tot. & art.* 11. *per tot.* qui *art.* 2. *cum quinque ſeq.* aliud, & verè ſentit, quando uxor in uſufructu eſt inſtituta hæres, & poſt ejus mortem filius teſtatoris, & non extraneus eſt inſtitutus hæres.

16 Et ſequutus Manticam, & Menochium in pluribus conſiliis, & maximè *d. conſ.* 1112. Cavalcanus *de uſufruct. n.* 72. *& ſeqq.* Peregrinus *conſ.* 38. *& conſ.* 6. & alios plures. Idem affirmat Fuſarius *de fideicom. q.* 297. *n.* 41. *&* 42. aſſerens quod quando quis eſt inſtitutus in uſufructu hæreditatis, & poſt ejus mortem alter inſtituitur hæres, inſtitutus in uſufructu cenſetur per fideicommiſſum gravatus reſtituere inſtituto poſt mortem, ita ut iſte intelligatur vocatus per fideicommiſſum.

17 Fundamentum hujus opinionis validiſſimum eſt & deſumptum ex textu *in. l.* 1. §. *ſi ex fundo l. ſi quis ita hæres inſtitutus ſit ex certo fundo D. de hæredibus inſtituend. l. quoties, C. eodem.* quibus probatur, quod inſtituens in re certa, alio non dato cohærede; intelligitur inſtitutus in tota hæreditate, detracta uſusfructus mentione, quorum jurium materiam ampliſſimè exornavit Caſtillo *controverſ. lib.* 3. *cap.* 17. *per totum*, ubi etiam eorum jurium diſpoſitionem procedere etiam hodie ſtante *l.* 2. *tit.* 4. *de los teſtamentos lib.* 5. *recopil.* Ex

18 qua ſuſtinetur teſtamentum, quo nullus fuit hæres inſtitutus, ſive inſtitutus repudiaverit, aut capere non poſſit, tanquam inhabilis, aut incapax, & eſt locus hæredibus ab inteſtato. Et ſic noſtro jure Regio poteſt quis decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. Vide *ibidem* ampliſſimè *per totum cap.* 17.

19 Atque ideo cum in noſtro caſu datur hæres inſtitutus in uſufructu dumtaxat, & ſic in re certa, & alius non detur cohæres, cum datus poſt primi mortem dumtaxat

20 vocatur, primus adit totam hæreditatem, & ſecundus per fideicommiſſum poſt mortem vocatus cenſetur, ut probant præfati Doctores.

21 Comprobant, nam quando quis inſtitutus eſt hæres ſua vita durante tantum, verè hæres eſt, & intelligitur gravatus ut poſt mortem ſuccedant hæredes ab inteſtato per fideicommiſſum, qui cenſentur vocati, vel cohæres ſi datus fuerit. Plures per Vincentium Fuſarium

22 *de ſubſtitut. q.* 277. *nu.* 44. *& per totam.* Videndi ſunt caſus, quibus verba directa obliquantur, & trahuntur ad fideicommiſſum.

23 Quod & idem erit quando teſtator inſtituit aliquem hæredem in uſufructu omnium bonorum, donec vixerit, & poſt ejus mortem nullus alius vocetur ſubſtitutus, nec inſtitutus, quia tunc uſufructuarius iſte cenſetur hæres inſtitutus in tota hæreditate, detracta uſusfructus, & ſic rei certæ mentione, tenebitur tamen poſt mortem ſuam reſtituere venientibus ab inteſtato, qui caſu intelliguntur vocati à teſtatore. Sic poſt Manticam, Pechium, Caſtrenſem, Decium, Pariſium, Cephalum, & alios, bene fundat Menochius *lib.* 4. *præſumpt.* 141. *ex. n.* 2 *uſque ad* 8. & poſt Cavalcanum, Sforciam, Odumo, & Picum, Caſtillo *de uſufructu cap.* 8. *n.* 24

24 45. *&* 46. procedere etiam de jure Regio, ſtante *d. l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 5. *recopilat.*

25 Denique infertur ex hac reſolutione, quod quando quis inſtitutus eſt in uſufructu, & alius datur hæres poſt ejus mortem, ſi iſte vivo priori moriatur, non tranſmittit hæreditatem, cùm ſit vocatus conditionaliter, & poſt diem incertum, qui non potuit adire, nec tranſmittere, & gravatus remanet cum tota hæreditate, ſublato gravamine fideicommiſſi, per textum *in l. unica.* §. *ſin autem aliquibus, C. de caduc. tolend.*

ubi

ubi Doctores communiter, & plenissimè declarat Michael Grassus §. *fideicom. q.* 67. & 68. Gaillius *practicar. l.* 2. *observat.* 132. Rolandus, Parisius, Cephalus, Menochius, Cursatus, Deciarus, Riminaldus junior, Surdus, Crotus, & alii permulti, & sequuti à Perdrocha *in cons.* 40. *q.* 5. *à n.* 295. *usque ad* 363. Hondedeus *cons.* 70. *n.* 10. & *ex n.* 31. *cum seqq.* Castillo *d. cap.* 8. *ex n.* 37. *cum seqq.*

CAPUT III.

De individuitate judicii concursus Creditorum, & ex quo indivisibilitas hæc censetur. Et an sit universale, vel particulare judicium.

SUMMARIUM.

1 *In bonorum cessione, & dimissione universa bona mobilia, & immobilia, jura & actiones ad debitorem pertinentia comprehenduntur.*

2 *Judicium concursus universale esse traditur: & multis mediis probatur.*

3 *Judicium universale continet unum corpus sub se complectens plura jura.*

Discussio bonorum respicit totum debitoris patrimonium, & ideo ejus judicium dicitur universale. ibid.

Cessio facta à debitore definitur esse universorum bonorum alinationem. ibid.

4 *& seq. Creditores, cum de dividendo debitoris patrimonio inter se tractant, judicium communi dividundo certare videntur.*

6 *& seqq. Individuum est concursus judicium, & inseparabilem connexitatem inter creditores inducit.*

7 *Creditores ad hoc judicium non solum evocantur, ut jura sua deducant, sed etiam ut simul inter se discutiant ex eorum proprietate.*

Prælationem creditoris impossibile est judici agnoscere, nisi omnium creditorum simul juribus visis & recognitis. ibid.

8 *In provisione beneficii omnes oppositores concurrere debent, ut quis sit dignior referatur.*

9 & 10. *Dignior dici potest ille, qui cum alio non concurrit, cum prælatio non cadat in solo uno, & expenditur textus in l.* 2. *D. qui potior. & l. utrum* 2. *D. de assignat. libert. &.*

Comparativum non datur absque positivo. ibid.

In dispositione per quam quis alteri præfertur, eo ipso inclusus etiam censetur ob prælationem, quæ in uno solo cadit. ibid.

12 *Creditores in judicio concursus non solum certant ut aliis præferantur, sed ut eos etiam totaliter à judicio excludant.*

Expenditur titulus D. & C. qui potiores, &c. & 1. D. de separationibus.

13 *Individuitas judicii concursus comprobatur.*

14 *Expenduntur ad id textus in l. jurisgentium* 7. §. *fin. l. majorem.* 8. *D. de pactis cum aliis.*

15 *Commendantur in hoc tradita, & fin.*

1 CUm verum sit in hoc judicio creditorum omnia bona omneque patrimonium debitoris cedi, ut per judicem distribuatur inter suos creditores juxta uniuscujusque prælationem, & graduationem, nihil sibi reservato, ex his quæ longa serie scripsimus suprà *c.* 1. *à n.* 13. *cum seqq.* in quo patrimonio, & bonorum universitate omnia jura comprehenduntur mobilia, & immobilia, jura, & actiones ad ipsum debitorem pertinentes, ut pluries per discursum hujus Labyrinthi
2 latiùs apparebit; sequitur per necessariam consequentiam, quod hoc judicium concursus dicatur judicium universale, non particulare, prout de quolibet patrimonio, hæreditate legitima, & peculio, idem judicamus, *l. hæreditas. D. de petit. hæredit. l. Papinianus, D. de inofficioso testamento l.. D. de peculio.* Ut ex Bart. Rebello, Peregrino, Vallasco, Marescoto, Garcia & aliis, dicit Giurba *ad consul. Messanen. cap.* 15. *gloss.* 11. *num.* 19. *part.* 1. *fol.* 779. nam ubi corporalia, & incorporalia, uni nomini bonorum scilicet, subjecta sunt, judicium est universale. Bald. *in cap. conquerente. n.* 8. *de officio ordinarii, & cons.* 371. *vol.* 3. Natta *con.* 155. *nu.* 8. & 11. Menoch. *cons.* 147. *num.* 28. Tusebus *lit. L. conclus.* 204. *n.* 1. Peregrinus *de fideicommiss. art.* 36. *n.* 69. *Bald. in l. terminæto, n.* 4. *C. de fructib. & litium expens. & in l. cùm proponas. C. si quis alteri vel sibi.* Maranta *de ordine judicior. distinct.* 4. *nu.* 2. amplissimè tractat Petrus Barbosa *in rubr. D. solut. matrim.* 3. *part. à nu.* 7. *cum seqq. multis, & à n.* 61. *& seqq.* Marius Giurba *dec.* 65. *à n.* 3. Videndæ plures singulares doctrinæ ad propositum applicabiles per Burgos de Paz *in quæst.* 6. *ex n.* 40. *cum seqq.* Molina *de primogen. lib.* 1. *cap.* 26. *in fin. ex n.* 21. Castillo *in l.* 46. *Tauri, verbo, en todo ello suceda.* Garcia *de benefic.* 5. *part. cap.* 5. *n.* 15.

Et quod sub hac distinct. *cessio bonorum.* facta per debitorem in judicio concursus includatur universalitas juxta naturam judicii, latiùs probavimus *in* 3. *part. cap.* 5. *ex n.* 7. *& seqq.* ubi latissimè per varia, & singularia fundamenta, Doctorum authoritatibus roborata videbis. Ex aliis etiam comprobabis quæ iterum *ead.* 3. *part. in c.* 16. *ex n.* 52. *cum seqq. vers. & quia in illo uno creditore*, &c.

Bona enim omnia cedit debitor in hoc judicio concursus, ut dictum est, quibus comprehenduntur proculdubio immobilia, se moventia, nomina debitorum, jura, & actiones ut per plura probat Molina *de just. & jure tract.* 2. *disp.* 572. *ad princip. col.* 2091. quod facit judicium universale, *l. bonorum* 49. *l. rei appellatione. D. de verbor. signific l. si legat.* 30. §. 1. *D. ad trebellian. l. nomen, C. quæ res pignoris oblig.* latissimè prosequitur Augustinus Barbosa *in tract. de appellatione verbor. utriusque juris, significat. appellat.* 34. *per totam.* quæ, ut diximus, jus est, & judicium universale faciunt, nam judicium universale comprehendit unum corpus universum quod plura jura habet sub se, prout peculium, dos, hæreditas, & similia Maranta 4. *part. princip. distinct.* 4. *n.* 1. & 2. præfati Doctores id ipsum comprobant, quibus adjunge quæ diximus suprà *n.* 2. 3

Et ideo judicium executionis bonorum debitoris merito dicitur universale, quia omnia debitoris bona, omne patrimonium exscrutatur, & totum respicit, & 4
ut universale judicium ad se trahit quolibet aliud judicium particulare, juxta *l. per minorem, solemus, D. de judic. l.* 5. *D. de petit. hæredit.* optimè Guido Papa *quæst.* 428. Francisc. Marcus *decis. Delphina.* 549. *n.* 12. *part.* 1. quos referens sequitur Vincent. Carrocius *in tract. de excus. bonor.* 3. *part. quæst.* 15. quare merito definiunt Doctores cessionem bonorum factam à debitore, ut sit universorum bonorum alienatio; ut per *l. magis puto.* §. *nec passim. D. de reb. eor.* tenent Matthæus Brunus *de cessione bonor. quæst.* 3. *quæst. princip. sub. n.* 14. idem tenet Lucas Matthæus Apizella *in tract. tutamen pauper. tit.* 4. *de cessione bonor. sub. n.* 63. Simoncellus *de decretis tit.* 6. *inspect.* 15. *sub. n.* 28. intellige tamen, ut si alienatio non effectiva, ut statim producat alienationis effectus, sed præventiva, & dispositiva, quatenus est alienationis species, et actus, per quem facilè pervenitur ad alienationem, & distractionem bonorum, prout declaravimus supra *c.* 1. §. 2. *n.* 15. *& seqq.*

Atque etiam cum omnes creditores pro suo jure, quod in bonis debitoris communis habent, de dividendo patrimonio inter se tractent, cum ad id dirigatur 5
concursus judicium, & eo tendat, judicium quodam communi dividendo quasi certare videntur, *ad tit. D. & C. Communi dividundo*, quod universale est similiter, ex jam dictis.

Ex

Ex quibus sequitur, quod hoc judicium creditorum etiam individuum dicatur, quia ad prædictam divisionem, & distributionem inter se hujus patrimonii omnes simul creditores concurrere debent, & iis citatis, & præsentibus facienda est, prout figuranter hanc divisionem probavimus *in* c. 1. *n.* 29 & 30. atque superius.

Et quia judicium communi dividundo sui natura individuum est, & inseparabile, ad latè cumulata per nos *in commentariis de supplicat. ad Sanctissimum.* 2. *part.* c. 14. *à princip.* ubi multa in comprobationem videnda erunt.

6 Sed omnium illa ratio fortior est, & aptior ad reddendum hoc judicium creditorum individuum, & reducendam connexitatem inseparabilem inter ipsos creditores, & eorum jura, quoniam isti creditores, non solum convocantur, ut jura sua, quæ ad bona debitoris communis habent, & habere prætendunt, deducant, & controvertant, sed etiam, ut simul inter seipsos conferant, & discutiant, qui potiores sint, juxta quamplurimos Doctores citatos *in* c. *n.* 24.

7 Hoc autem impossibile est posse cognosci, ac detegi, nisi omnes simul in unum judicium creditores & concurrant, & in eodem jura omnium simul exhibita inspiciantur ab uno judice, ut certum, & securum judicium, & sententiam formare valeat circa omnium prælationem, & antelationem; quomodo enim potest unus judex unius, vel alterius creditoris jura præferre aliis creditoribus, quorum jura non vidit? non enim caret mysterio hoc judicium dici *concursum creditorum*, quasi absque concursu jurium, & titulorum omnium examen anterioritatis & prælationis dignosci non posset.

9 Sicuti & accidit in provisione beneficii, in qua tractatur de eo conferendo uni magis digno ex oppositoribus, quod fieri non potest, nisi omnes simul concurrant coram eisdem examinatoribus, ut ex omnium concursu, & examine, certè referre valeant, qui potior, doctior, aut dignior sit, ex dispositione sancti Concilii Trid. *sess.* 24. *de reformatione cap.* 18. & quæ abundè congerit Garcia *de beneficiis*, 2. *tom.* 9. *part. cap.* 2. *à n.* 1. *cum seqq.*

9 Potior enim, & dignior ubi non adest concursus aliorum, dici non potest; textus singulariis, licet vulgaris *in l.* 2. *ff. qui potiores in pignore habent:* ibi, *non tam potior, quam solus*, quasi dicat quod ad hoc, ut quis creditor valeat potior judicari in suo jure, non debet esse solus, sed requiritur concursus cum alio, aliisve
10 secum contendentibus; facit etiam textus *in l. utrum ff. de assignand. liber.* ubi quod prælatio non cadit in uno, sed inter plures textus *in* §. 2. *instit. de assignatio. libertor. l. unum ex familia per totam, ff. de legatis* 2. *l. cum Pater*, §. *à filia ff. eodem tit.* Palatius Rubius *l.* 24. *tauri. n.* 23 Bernard. Diaz *in regula* 141. Covarr. *lib.* 1. *variar. resolut. cap.* 19. *nu.* 3. Gregorius Lopez *in l.* 2. *tit.* 15. *part.* 3. *glossa.* 1. & iterum *in l.* 7. *tit.* 4. *part.* 5. *vers. actio.* Antonius Gomez *in l.* 17. *Tauri*, *nu.* 19 Gaspar. Baeza *de non meliorandis filiabus*, *cap.* 9. latissimè prosequitur Castillo *controvers. lib.* 2. *cap.* 13. *ex n.* 1. *cum multis seqq.* qui innumerabiles penè alios Doctores recenset, videndus. Ex quibus & ex Decio Didaco Perez Flami. Cartario, Tello Fernandez, & aliis Ludov. Molin. 16. *de primogeniis*, *l.* 2. *c.* 11. *n.* 4. Gutierrez *de juram. confirmat.* 1. *par. cap.* 9. *n.* 15. & *practic. lib.* 2. *quæst.* 62. *n.* 2. Angelo *de melioration. l.* 11. *glossa* 10. *n.* 1. Burgos de Paz *Junior. quæstion. civil.* 1. *part. quæst.* 1. *nu.* 19. (qui severè arguit contra Parladorium contra communem sectatorem. *l.* 1. *cap.* 13. *per totum.*) plura etiam congerit Fontanella *de pactis nuptialib. tom.* 2. *clausula* 4. *glossa* 6. *part.* 4. *ex n.* 131. *cum multis seqq.* ubi eruditè hoc fundamentum, & doctrinam exornat. *fol.* 177. & *seqq.*

Non enim damus comparativum absque positivo, ex dictis juribus, & Doctoribus citatis, nec concursus nisi inter duos aut plures, se ad invicem opponentes in uno eodemque judicio, ubi omnium jura examinantur, ut quis potior sit cognoscatur, & cæteris præferatur, non aliter, ex quo manifestè infertur ad præcisam connexitatem & individuitatem hanc judicii concursus creditorum.

Et propterea in dispositione, ex qua quis alteri præ- 11
fertur, ea ipse iste inclusus intelligitur, & admissus ex suppositione prælationis, quæ circa unum solum cadere non potest, probat textus *in l. cum filius* 78. §. *pater cum filia*, *ff. de legat.* 2. ubi dicitur, quod quando testator vult, unum alteri præferri, videtur omnibus legare, sub qualitate tamen præfationis in ipsos ut Bart. Decius *dec.* 184. *n.* 9. Alvarad. *de conject. mente test. lib.* 4. *cap.* 2. *nu.* 136. Additionat. ad Molinam *lib.* 2. *ad c* 17. *Thesaur. dec.* 36. *n.* 5. Socin. *in cons.* 19. *n.* 20. *lib.* 1. Bald. *in l. fratres nu.* 15.... *de inoffic. testam.* Ruin. *dec.* 154. *n.* 6. *vol.* 2.

Probatur insuper hæc judicii concursus connexitas, 12
& individuitas, quoniam creditores in illo non tantum concurrunt respectivè ad prælationem inter seipsos, sed etiam simul totalem exclusionem cæterorum a bonis concursus, contendentes ad invicem, & opponentes defectus adversus cæterorum jura, & credita in judicio per ostensa, maximè minus privilegiati, & Chirographarii adversus hypothecarios, & privilegiatos, ne isti suis creditis bona debitoris consumant, sed iis exclusis sibi sufficiant, *ad totum tit. ff. & C. qui potiores in pignore habeantur.* Pro qua doctrina facit *textus in l.* 1. *post. principium*, *ff. de separationib.* ibi. *admissis autem commixtisque creditoribus Titii*, *minus sunt consequuturi*, *quia ille non est solvendo*, *aut minus consequenter*, *quia plures sunt ii creditores*, &c. Et ideo eorum interest, se ad invicem excludere, & ad hoc ipsum inter se contendere, ut quotidie experimur, quæ omnia absque simultaneo creditorum concursu in eodem judicio, jurium inspectione, & sine eorum copia data adinvicem inter creditores ipsos minimè rectè peti possunt, habent enim in hoc concursus judicio singulorum prædictorum jura omnimodam dependentiam inter se inseparabilem, & indivisibilem attenta judicii natura quoad effectum prælationis, ut clarè patet ex rationibus fundamentalibus relatis hactenus.

Et in nostris terminis, quod hoc judicium con- 13
cursus creditorum sit individuum, & unum continens inter omnes creditores, propterea omnes in unum judicium, judicemque concurrere debere inseparaliter, ne causæ continentiadividatur, tenent Ursillus *in addit. ad Afflictum dec.* 280. *n.* 7. Mastrillus *in decis. Siciliæ* 79. *per totam* Cevallos *in* 5 *tom. de cognit. per viam violent.* 2. *part. quæst.* 72. *per totam.* Alphonsus Guzman. *de evictionib. quæst.* 7. *n.* 56. & *seq. junct. n.* 60 *vers. principalem conclusionem:* expressè etiam Marta *de jurisdict.* 4. *part. centur.* 2. *cap.* 123. *n.* 14. & *alii infrà citati*, *cap. sequentia n.* 21. *vers. quapropter*, *ne continentia causæ*; &c.

Pro hac connexitate judicii faciunt jura singularia *in* 14
l. majorem, *ff. de pactis l. juris gentium* §. *fin. ff. eodem in l. fin. C. qui bonis cedere possunt*, dum disponendo circa beneficium dilationis per creditores concedendæ debitori communi præmissa convocatione omnium asserunt, quod omnium creditorum fiat concursus, & coadunatio in unum locum ad conferendum inter seipsos, ut in illius verbis, *d. l. fin.* ibi, *ut omnibus in unum coadunatis.* Item etiam eodem casu disponit *l.* 5. *tit.* 25. *part.* 5. ibi, *juntaste en uno.* Et pluribus Doctoribus probant Gondisalvus de Paz *in prax.* 4. *part.* 1. *tom. c.* 6. *per totum.* Guzman, *de evictionib. d. quæst.* 7. *à num.* 47. Cevallos *loco citato*, & *in* 4. *tom. q.* 896. *n.* 623. & 624. Afflictis *decis.* 288. Rota *dec.* 87. *n.* 2. apud Pacific. *de Salviano interdict. ad calcem. tract. antiqua impress.* Fontanella *de pactis nuptialib. tom.* 2. *concluf.* 5. *glossa.* 8. *nu.* 42. *part.* 8. latius explicat Marta *de jurisdiction. p.* 4. *centur.* 2. *cas.* 23. *num.* 8. *sursum à n.* 1.

à n. 1. *& seqq.* & ex hac doctrina facile infertur ad unitatem connexionem, & individuitatem hujus judicii, & ad ejus simultaneum concursum quia si concursus, ergo connexio.

Quæ omnia diligenter annotabis ad veram cognitio-
15 nem intrinsecæ naturæ hujus judicii, *& pleito de acrehedores*, quia sic digesta apud neminem reperies, quoniam licet Doctores præcitati dicant, quod in hoc judicio omnes distinctè creditores, concurrere debent, reddunt pro ratione, ne continentia causæ dividatur, quo supponunt perneceſſe causarum continentiam, & individuitatem judicii, quæ ratio respicit dumtaxat effectum individuitatis, non tamen causam, nec rationem indicat, de qua nos quærimus, & effectum reddimus in hoc cap. validissimam, valde ad multas difficultates dissolvendas, & quarum resolutio ab ea pendet omnino.

Ex hucusque dilucidè consideratis facile percipies
16 singularem theoricam, quod judicium hoc concursus non sit universale, nec universalitatis qualitas hæc causatur ab ipso concursu creditorum concurrentium pro suis creditis ad bona debitoris; sed imò principaliter, & immediatè causatur ab ipsa debitoris cessione, & dimissione universi sui patrimonii, in quo dumtaxat verificantur doctrinæ, & fundamenta hactenus ponderata, inducentia judicium universale, quæ procul dubio adaptare non possunt, creditoribus singulis concurren-
17 tibus pro suis creditis juribus, & rebus particularibus, & non pro juribus universalibus, quapropter impossibile est, quod possint causare judicium universale, nec universalitatem; licèt aliàs causent judicii individuitatem prælationis inter seipsos, quæ individuitas rectè cadere potest in judiciis particularibus, & sic de una re particulari ad aliam rem similiter particularem ad *l.* 1. *&* 2. *ff. de quibus reb. ad eumdem jud. eatur*, & ad latè tradita *infra c. seqq.* 4. §. 1. *ex n.* 30. *cum seqq.* non tamen inducit universale judicium, nec de individuitate ad universitatem potest fieri illatio, cum quælibet de per se suos distinctos operetur effectus. & utraque simul commixta, & utraque simul concurrens in uno, & eodem judicio quælibet distinctè operatur, ac suos producit effectus juxta cujuslibet objecta, & ideo tunc judicium hoc commixtim dicetur judicium universale, individuum. Et videbis ulterius *in c. seq.* §. *per totum.*

CAPUT IV.

Judicium concursus an ad se trahat omnium alias lites coram diversis judicibus (aliàs competentibus) pendentes, sive ante sive post concursum formatum.

SUMMARIUM.

1 *Solent debitores plures habentes foros, (quos jure renuntiatione, aut submissione fortiuntur) in omnibus à creditoribus conveniri.*

2 *Quando reus habet plures foros, actor, vel ille qui prius ad judicium provocat potest quem velit ex iis eligere etiam adversario invito.*

3 *Debitor communis plures foros habens, utendo hoc præventivo judicio, in quo maluerit, concursum potest formare.*

4 *&* 5. *Creditor potest unum & idem creditum petere partim coram uno judice, partim coram alio; poterit tamen cogi à debitore ut in uno eodemque judicio petat, ne pluribus vexetur molestiis.*

6 *Creditores; quando omnium causarum concursus cumulationem petunt, ad quem Judicem cumulatio pertineat, difficile est.*

7 *Duo casus distinguendi ad perfectam hujus cap. cognitionem, primus, quando debitor, pendentibus contra se causis, format concursum coram competenti Judice, de quo ex n.* 8. *alter, quando absque interventu debitoris ad ipsius bona creditores inter se formant concursum, de quo ex n.* 30.

8 *Concursus causatus à debitore, est novum judicium super nova, & diversa lite independenter se habens ad alias, & si omnes ab illa tanquam à capite dependeant. Accessoria dependent à principali, non contra. ibid.*

10 *Cessio simplex bonorum, licet nequeat ad instantiam creditorum fieri, potest fieri à debitore de per se judicio, & extra judicium.*

Cessio bonorum, licet de per se stet, ut creditoribus noceat, intimanda illis est, & explicatur doctrina Car. de Grassis, ibid.

11 *Sententia lata ab aliis Judicibus universali concursui non præjudicat, nec exceptionem rei judicatæ inducit.*

12 *Et de ejus doctrinæ ratione.*

13 *Judicium universale concursus diversum esse à judiciis jam per creditores particulariter motis contra debitorem ex multis traditur.*

Judicium à creditoribus intentum, est particulare, concursus verò, quod à debitore movetur, universale. ibi.

14 *Debitor potest judicium concursus noviter introducere coram quolibet suo Judice competenti, sive sit ex jam electis à creditoribus, sive non.*

Jus noviter propositum, nova eget, & diversa instantia coram alio Judice competenti proponenda ib.

15 *Causæ omnes judicii individui concursus coram uno Judice sunt tractandæ, ne continentia dividatur.*

Expenditur textus in l. . & . D. de quibus rebus ad eund. judic. & in l. nulli. C. de judiciis cum aliis. ibi.

Concursus creditorem ubi adest, ibi continentiæ causæ exceptio locum habet, ibidem.

16 *In connexis idem est judicim.*

17 *Pater faciens vinculum tertii, & quinti bonorum, omissa forma l. 7. reducitur ad formam l. & utrumque pertinebit ei, quem forma legis vocat: nec vocato pertinet quintum, quod pater extraneo dare poterat, ratione unionis.*

18 *Connexa sunt individua.*

19 *Connexæ, aut mixtæ causæ, quæ divisionem absque partium dispendio recipere non possunt, coram uno judice sunt tractandæ.*

20 *Natura hujus judicii non patitur, ut coram diversis Judicibus tractetur, cùm ordinetur ad prælationem jurium omnium creditorum.*

21 *Creditores omnes citati tenentur simul coire ad hoc judicium, ob ejus indivisibilitatem.*

Et quod individuum sit, probatur. ibidem.

22 *Judicium concursus est corpus integrale compositum à jure debitoris, & juribus creditorum; quæ tanquam membra illius judicantur.*

23 *Membra à suo capite discedere, & separari non possunt.*

24 *Caput, ut pars corporis principalis, semper attenditur.*

25 *Causæ omnes contra debitorem coram diversis Judicibus etiam competentibus motæ, debent incorporari cum judicio principali concursus; & ad hoc, tanquam ad caput, trahi.*

Explicatur textus in l. cum in diversis 44. *D. de religios. & sumptib. funer. & in l.* 2. *tit.* 5. *lib.* 2. *compilat. ibidem.*

26 *Homicidii facti in confinio diversarum jurisdictionum, Judex competens est ille, in cujus territorio inventum est caput occisi.*

27 *Majoratus bona, si sunt in diversis locis aut provinciis, ad jurisdictionem districtus ille attenditur, in quo majoratus caput inest, ut principale.*

28 *Beneficia unita, quæ sub diversis diœcesibus sunt, ea Episcopus confert, in cujus diœcesi est caput eorum.*

29 *Causæ omnes motæ, aut movendæ per creditores contra debitorem communem coram uno, seu coram diversis Judi-*

Judicibus, trahendæ sunt ad universale concursus judicium, tanquam principale caput.

1 SOLET debitor communis à suis creditoribus convenitus per varia tribunalia vagare, & coram diversis judicibus conveniri, competentibus tamen, cùm multos foros quis fortiri valeat de jure, aut etiam mediante debitoris proprii fori renuntiatione, & submissione omnibus generali, vel speciali cancellariis, & supremis regiis tribunalibus, juxta ea quæ abundè tractavimus *in nostris commentariis, de retention. Bullar. 2. p. c. 27. per totum.*

2 Quo casu electio est actoris, vel ejus cui licitum est prius in judicium comparere, & provocare, qui jure permittente potest omnium, quem maluerit rei forum, eligere, etiam adversario invito, ut docent *glossa ultima in fin. in l. actor. fin C. ubi in rem actio*, & ibi Curtius *n.* 2. Baldus *n.* 5. Salicetus *n.* 2. Paulus *n.* 4. Panormitanus *in c. sane. n.* 4. & *in cap. fin. n.* 43. *de foro competenti.* Marianus Socin. *in d. cap. sane. n.* 11. *vers. decima declaratio*, & *in cap. cum sit generale, n.* 6. & *in cap. licèt ratione. n.* 90. vers. *ulterius quia supra, eodem tit.* ubi latissimè Felinus, & *in cap. dilectus, Secundo n.* 10. *de rescriptis.* Aretinus *in d. cap. cum sit generale. nu.* 7. Item Baldus *in l. fin. n.* 2. *si à non competente Judice.* Romanus *cons.* 197. *n.* 1. Tiraq. *de retractu lignagier* §. 3. *glossa* 5. *n.* 9. Carleval. *de judiciis lib.* 5. *tit.* 1. *disp.* 2. *quæst.* 3. *nu.* 152. *fol.* 74. Covarr. *lib.* 5. *variar. resolut. cap.* 18. *n.* 6. Franchis *dec.* 177. *per totum*, & est lex 32. *tit.* 2. *p.* 3. & ibidem Gregorius Lopez *glossa* 17. & diximus *in tract. de retentione Bullarum* 1. *p. cap.* 10 §. *unico, nu.* 21. *& sub nu.* 15. Sicque facilè accidit debitorem à suis creditoribus per diversa tribunalia molestari, & coram diversis Judicibus conveniri.

3 Hinc est quod debitor communis, utendo concursus judicio præventivo inter suos creditores, si plures Judices & foros habeat, coram quibus conveniri valeat, ad eum pertinet judicum suorum electionem, & coram quo maluerit concursus hoc judicium formare ex prædictis Doctoribus, & in terminis probant Scaccia *de judiciis civilibus, & crimina. lib.* 2. *c.* 34. *& seqq.* Ciarlinus *controversiar. c.* 36. *n.* 7. & 8.

4 Verùm unus, & idem creditor hoc facere potest scindendo unum, & idem creditum, partim coram uno Judice, partim coram alio petendo, nec ex hac divisione aliqua inducitur partis renunciatio, §. *si minus, instit. de action.* esto quod de pluris petitione protestatus non sit, nisi fortè pro residuo petat, docet Baldus *in l. si ex toto* §. *si ita n.* 3. *de legatis* 1. Mantica *de tacitis, & ambiguis convent. lib.* 15. *tit.* 5. *n.* 5. Sesse *dec.* 202. *n.* 23. *lib.* 2. Menochius *lib.* 3. *præsumpt* 45. *nu.* 11. Seraphinus *dec.* 1197. *n.* 2. Matheſilan. *notabil.* 115. Jason & Doctores *in l. quidam existimaverunt, ff. si certum petatur* Joseph. Ludovicus *in decis. Lucens.* 46. Carrocius *de oblatione part.* 2. *quæst.* 7. Surdus *cons.* 224. *n.* 4. & 13. Antonius Amat. *variar. resolut.* 43. *nu.* 14. & 15. Gomez *lib.* 2. *variar. cap.* 10. *n.* 6. Azevedo *in l.* 7. *an.* 18. *tit. lib.* 4. *recopilationis ubi alios.*

5 Verum tamen est, ut creditor ita dividens suum creditum cogi possit à debitore, ut simul, & semel coram uno judice totum petat, ne debitor ipse pluribus vexetur instantiis, & judicialibus expensis, ex Jasonis doctrina *in d. l. quidam existimaverunt n.* 8. Cornacan. *dec.* 389. qui judicium aliàs nullum reddi, stante contradictione debitoris concludit ex Bart. *in l. commodato* §. *si duobus. ff. commodat. & in l. non est novum ff. de actionibus empti.* Angelus, & Doctores *in d. l. cum quædam puella* §. *quoties de jurisdictione omnium judicum*, ubi Carolus *n.* 4. qui de communi testantur. Surdus *cons.* 224. *sub. n.* 4. Menochius *de arbitrariis casu* 371. *n.* 14. Asinius *de executione* §. 7. *c.* 9. *num.* 1. & 2. Anton. Amat. *variar. resolut. cap.* 43. *nu.* 16. juxta quam distinctionem intelligendum est, quod negativè dixit post aliquos Doctores Giurba *dec.* 112. *nu.* 6. *principio*, & præfatam dictionem verissimam sequuntur post alios Doctores Ant. Gomez, Azevedo, *paulo ante citati.*

His sic distributis causis in varios judices, & diversa 6
tribunalia contra unum debitorem communem, solent ipsi creditores ad invicem se opponere aliorum litibus, & eorum progressum impedire, & inanibus articulis confundere. Et tandem, vel ipse debitor causando novum hoc judicium concursus, vel ipsi creditores intricationibus jam defessi, petunt omnium causarum coadunationem, & accumulationem ad unum & eundem judicem, singuli certantes ad suum omnes trahendas, quisnam prævalere debeat, est quæstio non levis.

Ad ejus resolutionem duo sunt distinguendi 7
casus, primus est quando debitor pendentibus contra se causis, separatim, & seorsum format concursum, vel coram uno ex jam electis judicibus per creditores, vel coram pariter suo competente judice. Secundus casus, quando absque interventu debitoris ipsi creditores inter se formant concursum ad bona debitoris.

Circa priorem illud considerandum, quod concur- 8
sus causatus à debitore communi, est quoddam novum judicium super nova, & diversa re à litibus pendentibus independenter se habens ad illas, tametsi illæ omnes ab illo, velut à capite principali inseparabiliter dependeant, sunt enim membra illius capitis, & ab eo reguntur, ut contingit in accessoriis respectu sui 9
principalis, quæ ab isto dependent, & non istud ab illis juxta jura, & doctrinas vulgares.

Et sic videmus in simplici cessione bonorum quæ 10
licet nequeat fieri nisi instantibus creditoribus, tamen de per se in judicio, & extra judicium fieri potest à debitore, prout adnotavimus supra, *cap.* 1. *à n.* 57. de per se enim stat & in omnes influit creditores etiam absentes; quia dependet à sola mera voluntate debitoris. Cancerius *variar. resol. lib.* 2. *cap.* 9. *à nu.* 43. *& nu.* 51. Carolus de Grassis *de except. except.* 17. *n.* 56. quod intellige quoad illum primum actum facultativum deducendi in judicium hunc concursum; & cessionem bonorum, nam postmodum ut illa creditoribus præjudicet intimanda est, ad latè tradita per Carolum de Grassis *de exceptionib. except.* 17. *num.* 50. quem sic componendum esse censeo in sua manifesta contrarietate in istis duobus locis suis.

Et in hoc cognoscitur jus esse diversum, & sepa- 11
tum ab jam defunctis in judicium, quando scilicet sententia in istis lata illi non parat præjudicium, nec exceptionem rei judicatæ inducit. Bald. *in l. per hanc n.* 11. *vers. breviter, C. de temporibus appelat.* Philippus Francisc. *in cap. cum in Eccles.* 36. *sub num* 11. *de appellationibus*, Scaccia de appellat. *quæst.* 11. *n.* 29. Socinus *in cap. fraternitatis* 17. *art.* 5. *princip. n.* 63. *de testibus latius* Nos *in tract. de supplicat. ad Sanctiss.* 2. *part. c.* 8. *à nu.* 12. *& seqq.*

Quod de plano verificatur in hoc concursu per debi- 12
torem formato, quia juri, & exceptioni præventivæ, noviter, & principaliter per eum introductæ nihil officit res judicata, nec adhuc confessio facta à debitore, cum qua simul concurrit, & legitime stare potest, etenim tendit ad ejus modificationem, & respicit executionem, prout supra *cap. à n.* 23. *& cap.* 2. *n.* 2. *vers. nec dicatur, quod privilegium*, &c. ac ideo penitus diversum, & novum est hoc jus à cæteris controversis, jam deductis, quia alia res est.

Et quod hoc judicium concursus motum à debitore, 13
fit novum judicium inter creditores, diversum ab jam deducto, vel deductis per creditores contra debitorem petentes suum creditum, licet obiter, firmavit Doctor Martha *in tract. de jurisdiction.* 4. *part. centur.* 2.

casu

casu 123. *n.* 3. *& n.* 12. *& fin.* cujus assertio ex jam dictis, & mox dicendis fundamentum recipit. Et quia aliud tunc agitur, aliud nunc, juxta textum *in l. si mater. §. si quis ita, ff. de exceptione rei judicatæ*, tunc à singulis intentatur judicium particulare, nunc ex natura causæ judicium universale à debitore movetur, ut probavimus, supra *cap.* 3. *principio.* Et sic inter hæc judicia clara patet diversitas, & in terminis, quod judicium super credito intentatum per creditorem contra debitorem sit diversum, & separatum à judicio postea formato per debitorem ipsum super cessione bonorum; eleganter tenent Capella Tholos. *decis.* 28. *vers. item fuit*, & sequutus per Lancellotum Robert. *de attent. lite pend.* 2. *part. cap.* 4. *n.* 23.

14 Ex quibus infertur primò, quod iste debitor communis potest hoc judicium concursus noviter introducere coram quolibet suo judice competente, seu ille sit unus ex jam electis à creditoribus, sive iis omnibus omissis coram alio novo, vel etiam per casum curiæ, quo potitur ex natura causæ, coram regali Cancellaria juxta ea quæ affluenter dicta sunt supra *c.* 2. *per totum.*

Et quia quando jus novitèr propositum est separatum, & diversum ab jam deductis, novum est, & diversum judicium, nova eget, & diversa instantia coram Judice competente noviter introducenda, quia novis defensionibus, & novis terminis, & articulis eget, & vertitur, prout abundantissimè probavimus *in nostris Commentariis de retentione Bullarum* 2. *p. c.* 8. *per totum, præcipuè à n.* 18. *cum seqq.* probant latius & expresè Decius *in leg. edita per textum ibi num.* 28. *cap. de edendo.* Aymon Craveta *cons.* 84. *à n.* 9. *vol.* 5. Angelus *in l.* 1. *§. si stipulanti ff. de verb. oblig.* Alcatius *in l.* 1. *§. si quis simpliciter n.* 27. Purpuratus *in d. l. edita num.* 259. Urfillus ad Afflictum *decis.* 148. *num.* 5. Laudercus *cons.* 93. *sub num.* 2. Maranta *p.* 6. *art.* 3. *num* 9. *&* 10. Peregrinus *cons.* 92. *vol.* 2. Baldus *in cons.* 170. *volum.* 1. Tuscus *tom.* 3. *lit. E. cons.* 464. *num.* 12. Jason *in d. l. edita num.* 27. Corsetus *singul.* 58. *ver. Judex el segundo.* Intriglol. *lib. singular.* 156. *n.* 1. Ponte *cons.* 42. *num.* 2. & plenius Zacius *lib.* 1. *singular. repor. cap.* 2. Anton. Contius *lib.* 1. *disp. juris c.* 9. Cujacius *lib.* 4. *observationum.* 23. *& cons.* 14. hanc doctrinam mirabiliter exactè probat Giurba *decis.* 10. *per totum, maxime n.* 18. *& seqq.*

15 Secundò inferunt, quod cum hoc judicium concursus sit individum, in quod concurrere omnes creditores tenentur, quorum indubiè causæ sunt connexæ, inseparabiles, & indivisibiles juxta vim & efficaciam rationis huic articulo conducibilis & adaptabilis, de qua in capite antecedenti per totum, sequitur quod omnium causæ coram uno eodemque Judice dumtaxat, debent tractari, ne earum continentia dividatur. *textus est in l.* 1. *&* 2. *ff. quarum rerum ad eundem Judicem eatur. l. nulli, Cod. de judiciis, cap. per tuas de arbitriis cap. fin. de rescriptis. cap. dispendia. eodem tit. in* 6. *l. si idem cum eodem. §. quod si nuti. ff. de jurisdictione omnium Judicum. l.* 1. *C. de assertione tollenda. l. si de proprietate cap. si à non competenti Judice. l. cognitio, §. si plures ff. de libera legata. l. jam collectores, § penultimo, C. de re milit. l.* 12. *tit. lib.* 8. *recopilation.* qua propter ubi adest concursus creditorum, ibi exceptionem continentiæ causæ locum habere asserunt Villadiego *in politica cap.* 1. *n.* 13. *vers. y en concurso de acrehedores.* Carleval. *de judiciis, t.* 2. *lib.* 1. *disputat.* 2. *sub. nu.* 3. ubi *per totam* de cumulatione processuum tractat, de quo latiùs infra §. 3. *nu.* 6. *& seqq.*

16 Ex quibus deducitur vulgare axioma, quod in connexis idem est judicium. Castillo *controv. lib.* 5. *cap.* 165. *num.* 15. *& seqq.* Gratian. *disceptatione* 851. copiosè etiam Joan. Maria Novarius *in praxi electio, & variatio fori. quæst.* 46. *per totam sect.* 1. *& q.* 45. *n.* 11. *& 26. & q.* 195. *n.* 8. Mierez *de majorat.* 3. *p. q.* 8. *ex n.* 17. *cum multis seqq.* amplissimè ipse Castillus *in tom.* 5. *cap.* 100. *per totum & melius tom.* 6. *cap.* 128. *per totum.* præcipuè *ex nu.* 31. *eum seqq.* circa illam quæstionem vinculum tertii, & quinti factum à patre inter filios prætermisso ordine *l.* 27. *Tauri*, vocatum expresè à patre adveniente casu suæ vocationis, nec poterit petere quintum bonorum, de quo liberè poterat fundator disponere in extraneos, cùm sit unitum cum tertio uti principali, & de utroque unum sit judicium, & ideo exclusa expressa patris vocatione, tam tertium quàm quintum pertinebit ei, cui juxta formam *d. l. Tauri* pertinet, ac reducitur successio. Plures Doctores pro eo adducit, quibus adde Doctor. Perez de Lara, *de vita homin. c.* 30. *n.* 120. novissimè Noguerol. *allegatione* 25. *à num.* 111. *cum seqq.* quod ita fuit determinatum his diebus in hac Cancellaria Pintiana. 17

Quia connexa sunt indivua, Surdus *decis.* 199. *n.* 13. Castillo *d. c.* 165. *n.* 70. Novarius *loco cit. & quæst.* 46. *sect.* 1. & reputatur unum corpus, Scaccia *de appellatio. quæst.* 17. *limit.* 31. *sub. num.* 25. Castillo *d. c.* 165. *à n.* 20. *& seqq.* 18

Etenim quando causæ sunt mixtæ, communes, aut connexæ, ut in judiciis mixtis familiæ erciscundæ, communi dividundo, finium regundorum; admistrationis, tutelæ, & curæ, & aliis similibus, quæ commodam divisionem recipere non possunt absque partium dispendio; coram uno eodemque Judice simul omnes erunt tractandæ, & decidendæ ob jurium unitatem, & connexionem ne divisæ in diversos Judices absurdum producant, & periculum, ut singulæ diversas, aut contrarias sententias consequantur. Ita latè concludit Socinus *cons.* 12. *n.* 17. *l.* 1. *& cons.* 82. *col. ult. vers.* 9. *concluf. lib.* 3. post Bart. *in l. præcipimus* 32. *§. eodem observando in fin.* & ibi etiam Baldus in fine. *C. de appelation.* Idem Bart. *in l. si solent*, 3. *num.* 14. *in fin. ff. de alimentis & cibariis legatis.* Alexander. *cons.* 112. *num.* 26. *in fin. & ibi auditio. in verbo uterque, lib.* 4. Marsil. *singul.* 18. *& plura num.* 2. *cum seqq.* Bossius *de foro competenti num.* 146. Covarr. *pract. q.* 36. *num.* 1. *&* 2. & est conclusio ab omnibus approbata, quam multis exemplis comprobat Decianus *in praxi lib.* 4. *cap.* 9. *nu* 44. *fol.* 158. Prosperus Farinac. *quæst.* 8. *nu.* 151. Georgius Natta. *in cap. quamvis., à num.* 298. *usque ad num.* 311. *de pactis in* 6. *fol.* 622. Petrus Surdus, *cons.* 222. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 2. *& in tract. de alimentis, tit.* 9. *quæst.* 14. *n.* 2. & 3. Nevisanus *in Sylva Nuptiali. lib.* 16. *à num.* 38. *usque ad n.* 41. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 641. *per totum lib.* 4. ubi mirabiliter Mieres *de Majoratu* 1. *p. q.* 26. *num.* 109. *& videnda plura conducibilia à num.* 96. latè etiam Castellus *controvers. tom.* 6. *cap.* 165. *à num.* 47. *& seqq.* Mastrillus. *decis.* 269. *per totam.* Bobadilla *lib.* 2. *c.* 17. *nu.* 90. *cum seqq.* Gutierr. *practic. lib.* 1. *q.* 6. *num.* 9. Parlador. *lib.* 2. *rerum quotidian. lib.* 2. *cap.* 9. Azevedo *in l.* 12. *tit.* 1. *lib.* 8. *recopilat.* abundè Nos *in nostris commentariis de retent. Bullar.* 2. *cap.* 14. *per totum.* ubi multa in proposito scitu digniissima reperies.

Repugnat etenim natura causæ, ut coram diversis Judicibus tractetur, cùm hoc judicium concursus ordinetur ad prælationem inter jura creditorum, qui nisi omnes in uno judicio, & coram uno eodemque Judice concurrant, qui simul omnium jura examinet, quomodo, rogo, poterit certos juris gradus cuilibet assignare? nec singuli Judices, qui aliorum creditorum Jura sibi non exibita, nec coram eis præsentata, quomodo poterunt circa prælationem judicare? Et si fortè unusquisque creditum, de quo cognoscit, præfert, evidenti erroris periculo omnes se exponunt, & ipsimet creditores ob repugnantiam, & contrarietatem sententiarum ad invicem se impedient in exactione & executione contra naturam, & finem judicii concursus directi, & ordinati ad hoc solùm, ut unicuique solvatur, servata gradûs prærogativa suo loco, & ordine, pro relativa, & utiliter consideravimus supra capite antecedenti. 20

Quapropter ne continentia causæ dividatur, omnes credi- 21

creditores citatos indistinctè teneri coire simul ad hoc judicium concursus ob ejus indivisibilitatem, & individuitatem, tenent in terminis Ursillus *in addition. Matth. de afflictis decis.* 280. *num.* 7. Garcia Mastrillus *in decis. Siciliæ* 97. *per totam.* Hieronym. de Cevallos *in contr. commun. tom.* 4. *quæst.* 896. *n.* 623. & 624. Ancharanus *in cap. ea quæ, num.* 21. *vers. occurrit. tamen mihi dubium de regejuris in* 6. Vinius *decis.* 38. *n.* 8. Apicela *de dilatione quinquennali, tit.* 1. *num.* 97. Gironda *de privilegiis, n.* 949. Noguerol. *in allegatione* 29. *num.* 130. *n.* 131. Grassis *de effectibus clericatus effectu* 1. *num.* 475. Novarius *praxis variatio, & electio fori. sect.* 3. *q.* 24. *in* 2. *editione, pag.* 263. Christophor. de Paz *de tenuta.* 2. *part. cap.* 63. *num.* 17. 18. & 19. Alphonsus Guzman *de eviction. cap.* 2. *n.* 59. & *seq.* &

21 *sub num. vers. principalem conclusionem*, & præ cæteris, idem Hieron. de Cevallos *in* 15. *tom. cognition. violentiæ* 2. *part. quæst.* 72. *per totam*; & Martha *de jurisdictione* 4. *part. centuria* 2. *cap.* 123. *num.* 1. reddens rationem ibi, *Et quod causa sit individua, probari potest ex eo, quia creditor facit partem in numero cæterorum creditorum, & d. l. mancipium cum similibus, ff. de pactis.* Loquitur de omnibus, ac propterea concludit ibidem, quod hoc judicium concreditorum coram uno judice dumtaxat erit discurrendum.

22 Et eorum Doctorum assertio (quæ verissima est, & communiter observata,) ex eo fulcitur, quoniam hoc judicium concursus (de quo hucusque loquimur, nempe formatum, & causatum à debitore communi) unum est continens, & corpus integrale, compositum à jure debitoris, & cæteris juribus creditorum, quæ tanquam membra illius capitis, atque partis, & membri principalis judicantur, & in ipsum incorporata, à quo tanquam à suo capite principali trahuntur, & cum eo unum corpus efficiuntur, & inseparabiliter, juxta textum *in cap. recolentes, de statu Monachorum.* Mierez *de majorat.* 2. *part. quæst* 5. *n.* 48. & sursum, & 10. *part. quæst.* 10. *num.* 125. Tiraq. *in l. si unquam, C. de revocandis donation. num.* 192. Ojeda *de beneficio*

23 *incompatib.* 2. *part. cap.* 3. *num.* 3. quia membra à suo capite discedere, nec separari possunt. *c. cum non liceat à capite membra discedere* 12. *de præscription.* Molina *de primogen. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 17. Nicolosæus *de jure universitatis, part.* 3. *c.* 13. *n.* 7. Romanus *singulari* 500.

Ideo caput uti pars corporis principalis inter sua membra prævalet, & semper attenditur, ex doctrina singulari Glossæ *cap. si duo de officio delegati lib.* 6. ubi

24 ita scripsit. *Ex hoc infertur aliud notabile, quod ubi duo permiscentur, quorum unum sit potentius altero, potentius trahit ad se naturam minus potentis, etiam si minus potens in numero excedat potentius.* Sequitur Geminianus *ibid.* Abbas etiam *in cap. cum non sit in* 2. *notabili de decimis*, comprobatur etiam ex doctrina Bald. *l.* 2. *in principio. C. commun. de legatis*, quia ita inquit, *potentius trahit ad se illud quod minus potest, in iis quæ unita sunt adinvicem, quando unio facta est in unam essentiam, & virtutem.* Quod & idem dixit Baldus ipse *in cons.* 354 *vol.* 4. refert Fulvius Pacianus *de probat. lib.* 1. *cap.* 27. *n.* 57. Castillo *controversiar. tom.* 6. *cap.* 128. *ad finem.*

25 Ex quo sequitur, quod omnes causæ per creditores motæ contra debitorem, coram diversis judicibus quantocumque competentibus, debent incorporari cum judicio principali concursus noviter intentato per debitorem communem, & ad hoc tanquam ad caput trahi, juxta textum celebrem, *in l. cum in diversis*, 44. *de Religiosis & sumptib. funerum*, in hæc *cum in diversis locis sepultum est, uterque quidem locus religiosus non fit, qua una sepultura plura sepulcra efficere non potest; mihi autem videtur illum Religiosum esse, ubi quod est principale conditum est, id est caput.* Et magis in terminis est textus *in l.* 2. *tit.* 5. *lib.* 2. *recopilationis*, ibi, *tentier dase que las cuidades, villas, que est avieren, en una de las comarcas que aunque tengan lugares de su termino, y jurisdicion en la otra comarca que todos los lugares sigan la caveca de su jurisdicion.*

Et ex *l. cum in diversis*, inferunt plures Doctores 26
ad occisum in confinibus duarum jurisdictionum & duorum districtuum, pertinentium ad duos judices, aut Dominos, illum de causa cognoscere debere, in cujus jurisdictione & territorio caput occisi est inventum, licet membra in alio, aliisve separata reperiantur, Borcholten *in c. unic. num.* 26. *quæ sint Regalia. n.* Boërius *in disputation. de finibus regundis in corollario.* Zacius *in §. par feudali*, Marbesianus *in singulari* 73. *n.* 4. Affinius *in d. l. cum in diversis*, Medices *de sepulturis, quæst.* 19. *num.* 2. & 3. *part.* 1. Forcatulus *Dialog.* 1. *num.* 35. Chasianeus in *Catalogo glor. mundi, p.* 12. *consideratione* 46. Sebastian. Nevius *in cisterna selectorum juris ff. lib.* 12. *tit.* 7. *de Religiosis & sumptibus funerum, ad remissionem ejusdem l. cum in diversis*, 44. *tom.* 1.

Congruit resolutio illius singularis quæstionis, quan- 27
do scilicet bona majoratus vinculata existunt in diversis districtibus, Regnis aut provinciis, & sic sub diversis judicibus & jurisdictionibus, ut tunc attendatur ille districtus ad jurisdictionem, & forum in quo caput majoratus, cui cætera bona sunt unita, & incorporata, ut caput, tanquam principale ad se trahat omnia membra sibi accessoria; ita ut judex districtus, ubi caput majoratus adest, cognoscat de omnibus, quia ad se solum pertinet jurisdictio, & omnium cæterorum bonorum, etiam sub diversis aliis districtibus existentium privativa cognitio, ob unitatem rerum, & individuitatem judicii inseparabilem, ne continentia causæ dividatur, quam resolutionem probarunt rectè Molina *de primogeniis, lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 73. & 74. Nieres *de majoratu*, 1. *part. quæst.* 58. *à n.* 36. Parlador. *in resquicentur. differentia* 11. *à n.* 6. & *seqq.* & singulariter etiam resolvit, & fundat Acajus Anton. de Ripol. *variar. resolution. cap.* 1. *de jurisdictione omnium Judicum, à n.* 465. *cum seqq.* quam altius fundavimus, *in nostris commentariis de supplication. ad Sanctiss.* 2. *part. cap.* 5. §. 3. *à n.* 27. *usque ad* 36.

Illud singulare non omittam fundamentum, quod 28
si duo beneficia unita sub duabus sunt diœcesibus, & Episcopatibus, ut is Episcopus utrumque conferat, in cujus diœcesi sit caput eorum, cui alterum beneficium unitum est accessoriè, prout latiùs probant Hieronymus Gonzalez *in regula de alternativis, glossa* 5. §. 7. *à n.* 24. & Garcia *de beneficiis tom.* 2. *part.* 11. *cap.* 2. *n.* 47. *cum multis & seqq.* omnino videndus, qui plurimas doctrinas huic conducibiles congerit.

Ex quibus intrepidè resolvimus, omnes causas, & 29
lites motas, aut movendas per creditores contra debitorem communem in variis tribunalibus, & coram diversis judicibus competentibus trahendas esse omnino ad judicium universale concursus causarum ab ipso debitore communi, tanquam ad caput principale, à quo indivisibiliter dependent omnes aliæ lites, & jura creditorum; quod procedit, sive ad petitionem debitorum, aut cujuslibet eorum attractio, & inhibitio petatur, prout observat inconcussa praxis universalis omnium Hispaniæ tribunalium, sive majorum, sivè inferiorum illas avocantium, inhibentium ad suum judicium principale, & universale concursus, omnes lites alibi pendentes motas, & movendas; & hæc quoad prius distinctionis membrum pro nunc sufficient.

§. I. Et

§. I.

Et quid quando concurſus formatur non per debitorem ipſum, ſed inter creditores tantum, illum convenientes in diverſis tribunalibus, & de utriuſque concurſus clara differentia.

SUMMARIUM.

30 *& ſeqq. Concurſus judicium formatum à ſolis creditoribus ad executionem aliquam ſe invicem opponentibus, eſt particulare, & caret effectibus, & privilegiis concurſus univerſalis, formati à ſolo debitore.*

31 *Concurſus particularis per oppoſitionem inter creditores indicit cauſarum continentiam, limitatam tamen ad ſolos eos, qui ſe oppoſuerunt, non ad alios.*

32 *Aliud eſt lis creditorum* pleito de acrehedores, *vulgò dictum, aliud concurſus creditorum.*

Nec de uno ad aliud valet argumentum. ibid.

33 *Ad cognoſcendum, & diſtinguendum concurſum univerſalem à particulari, origo attenditur, an à debitore ipſo, vel an à creditoribus tantùm inter ſe ſit formatus.*

34 *Concurſus peculiaris licet alibi tractetur, & ſententiæ ferantur, pro executione tamen, & exactione ad univerſalem trahuntur.*

35 *Concurſus particularis ſicut provenit à diverſa cauſa, & natura, ita etiam diverſos effectus ab univerſali producit.*

36 *Concurſus inter ſolos creditores inducit omnium cauſarum continentiam, & coram eodem judice, per oppoſitionem tractatur.*

37 *Cauſæ omnes contra eundem debitorem motæ in diverſis tribunalibus ſimul cumulandæ coram primo judice, qui cognoſcere cœpit.*

38 *Cauſæ accumulandæ ſunt priori notario, qui primam habuit.*

39 *Quod quoad cumulationem diſponitur circa duos notarios ejuſdem tribunalis, idem intelligendum de duobus judicibus.*

40 *& ſeqq. Accumulationis regulæ, ſive de notario ad notarium, ſive de judice ad judicem.*

42 *Ad primum judicem, qui præoccupavit, cauſa continens remittitur.*

43 *Tres regulæ conſtituuntur, ut fiat proceſſuum accumulatio ad eundem judicem.*

44 *Cauſæ continentia convenit accumulationi proceſſuum in judicio concurſus.*

45 *Continentia cauſæ ideo dicitur, vel ratione ordinis.*

46 *Vel ratione actionis univerſalis, ſub ſe plures continentis cauſas.*

47 & 48. *Continentia cauſæ contingit, quando judicia ſe habent, ut genus, & ſpecies: ſub quo continentiæ genere etiam includitur judicium concurſus univerſale.*

49 *Continentes cauſæ dicuntur etiamſi adſit diverſitas perſonarum, identitas tamen ſit negotii, ut ad eundem judicem eatur.*

50 *Continentes cauſæ dicuntur, quæ ab una cauſa, & ratione procedunt.*

51 *Sub qua continentia complectitur etiam judicium concurſus creditorum.*

52 *Annotatur Parladorius, qui admodum confuſè regulas continentiæ cauſarum ſcripſit.*

53 *Inter concurſum particularem, & univerſalem originem trahentem à facto debitoris diſcrimen multi ignorarunt.*

30 AD ſecundum accedamus, quando nempe concurſus independenter à debitore communi fundatur, & movetur à ſolis creditoribus, & inter ipſos creditores, ſe ad invicem opponentes litibus à ſe ſeparatim motis contra debitorem eundem. Sit exemplum; quando unus creditor petit executionem contra debitorem, & pendente judicio alii creditores comparent, & petunt ſe potiori loco potiri debere, & inde inter omnes formatur concurſus, & controverſia, quod quidem concurſus genus diverſæ, & inferioris naturæ eſt, cum ſit judicium merè particulare (ad differentiam alterius univerſalis de quo nos agimus) quod 31
quamvis per oppoſitionem inducat cauſæ continentiam, non dividendam; tamen limitatam ad eos ſolos creditores, qui inter ſe concurrunt, nec ultra egreditur, nec extenditur ad alios creditores ſeorſum litigantes, & ſeparatim, qui nec aliis ſe oppoſuerunt; nec alii eis, quorum ideo lites ſine impedimento progrediuntur, finiuntur, & terminantur à ſingulis judicibus, coram quibus ſeparatim, & independenter ad alias pendent.

Quia aliud eſt lis creditorum, hoc eſt *pleito de* 32
acrehedores) aliud concurſus creditorum, nec valet argumentum, eſt concurſus creditorum, ergo lis creditorum, quia concurſus poteſt adeſſe ſine lite creditorum, formata ab ipſo debitore, è converſo autem benè currit argumentum; adeſt lis creditorum pendens, ergo & concurſus creditorum, illa quippe ſine iſto non poteſt ſtare, ex quo conterere potes vulgi, & cauſidicorum promiſcuam locutionem, quemlibet concurſum inter ipſos dumtaxat creditores formatum; vocantium *pleito de acrehedores*, terminos juris confundentium, utriuſque concurſuum generi eoſdem effectus promiſcuè attribuere contendentium.

Ideo ad utriuſque cognitionem origo, undè quili- 33
bet proveniat, attendenda eſt ſemper; undè ipſos debitore cedente bonis, an ab ipſis creditoribus ſe adinvicem opponentibus, & contendentibus. Ex quo facilè percepies, & diſtingues unum ab altero concurſu, univerſalem à particulari, ut iſte rectè procedat quoad cognitionem coram quolibet judice competenti, interim quod iſte non inhibeatur, nec ejus attractio poſtuletur ad judicium univerſale, ut ſecus ſit quum ad exactionem, & executionem ſententiæ latæ ab alio judice competente, quæ omnino remittenda ad judi- 34
cium concurſus univerſale, ut infrà latius: etenim cùm exactio, ſeu executio fit in bonis debitoris non tamen ſublato jure anterioris creditoris, de quo nec actum fuit, nec cognitum inter ipſos creditores, quibus inſuper jus avocandi, vel rem datam ei in ſolutum à Judice vel pretium, aut pecuniam ſibi ſolutam, reſervatum & intactum intelligitur, juxta ea quæ ampliſſimè tractantur *in. c.* 10. & ſolet his caſibus fieri ſolutio, aut in ſolutum datio ſub cautione & fidejuſſione; ut *in. d. c.* 6. *p.* 2. latè agitur, ex qua conſulitur anterioribus creditoribus jus avocandi habentibus.

Atque ideo hoc genus concurſus cauſarum inter ſo- 35
los creditores ſicuti provenit à diverſa cauſa, & natura, ita pariter ſeparatos, & diverſos habet effectus inter quos diverſam inſpectionem quoad cauſarum accumulationem, quoniam cum deficiat caput, in quod incorporari debeant, & congregari, ab illo uti parte principali attractæ, neutra cæteros recognoſcet, neutra aliis cedere vult, ſed imò ſingulæ principaliter diſperſæ ſubſiſtunt, & ſeparatim operantur, ſingulæ quæ ad ſe prætendunt alias oppoſitum creditorum trahere, & hoc ipſum ſingulis creditores, ſe aliis opponentibus certant & inſtant in ſuis oppoſitionibus.

Sed demum, cum ex oppoſitionibus efficiantur 36
cauſæ omnes unum continentes juxta poſt modum opponendas regulas: ſequitur quod unus Judex de omnibus cognoſcere debet cauſis, ne cauſæ continentia dividi contingat, ex traditis *in hoc cap. & cap. præced.* qui cùm ii tertii oppoſitores concurrant, ut ſibi ex bonis debitoris ſatisfiat; ſemper debent præſentare in judicio ſua jura & actiones ſeu inſtrumenta, quæ contra debitorem habent, contendentes inſuper

priori, & petiori loco frui debere & aliis in ſolutione anteferri, quæ ut rectè cognoſci, aut dijudicari valeat, præmitti debet præcisè omnium jurium, & cauſæ cognitio, juxta DD. plurimos quos congeſſimus, ſupra *c. 1. num.* 24. ac ideo non omnes Judices (coram quibus creditores ſeparatim ſuum creditum petiere) cognoſcere poſſint, obſtante individuitate, & connexitate cauſæ.

37 Qua propter cauſæ omnes accumulari debent, & ad illum Judicem remitti, qui prius cœpit cognoſcere, ex reg. *l. qui potior eſt tempore potior eſt jure, de reg. juris*, & ex doctrina Baldi *ex. l. ſi idem cum eodem, §. quod ſi mutuæ ff. de juriſd. omnium Judicum*, Probat latè Villadiego *in ſua politica c. 1. verſ. de accumulatione proceſſus ex n.* 13. Rodriguez *de privil. creditorum. 1. p. n.* 26. pro quo etiamſi allegari poteſt Parlador. *lib. 2. rerum quotid. c.* 9. qui licèt apertè non dicat, tamen non obſcurè colligitur ex ejus lectura, quod quoties datur cauſæ continentia, priori judicio faciendam eſſe accumulationem alterius cauſæ alibi deductæ oppoſita exceptione.

38 Colligitur etiam *ex n.* 6. ubi tractat de accumulatione proceſſuum de quibus idem Judex cognoſcit coram duobus tabellionibus diverſorum, ubi accumulationi locus, ut priori, qui priùs cœpit cauſam, ſecundus ſit accumulandus, *ex l. 1. de ſportulis*, & Avendano *in cap. prætor, 2. p. c. 15. n.* 3. & tenet Bobadilla *in politic. lib. cap.* 14. *num.* 65. in hæc. *no conſienta el corregidor de la cauſa ſe divida por induſtria de los eſcrivanos y por ſus intereſſes ſerio junteſſe toda ante quien pende la cauſa primera, de donde emanato de lo anejo, o acceſſario dependiente.*

39 Quoniam licet Parladorius ipſe loquatur in duobus tabellionibus ejuſdem tribunalis, idem fortius & præcisè intelligendum eſt in duobus Judicibus vel pluribus diverſis, ex jam dictis, & quia quando ex natura cauſæ facienda eſt accumulatio cauſarum, de uno Judice ad alium, pariter & tunc facienda erit remiſſio proceſſus de uno Notario ad alium, ad quem cauſa
40 accumulanda remittitur, ut expreſsè fieri debet accumulatio ad eundem, & priorem Judicem, continuò *in d. nu.* 5. eaſdem regulas obſervandas eſſe inter Notarios, quin in hunc modum ſcribit: *His autem omnibus in caſibus, quibus fieri debet accumulatio; debet Notarius acta authentica, ſeu originalia transferre ad*
41 *tabellionem, ad quem pertinet accumulatio, nec ullas quidem te nomini ſportulas deſiderare poteſt, ut eſt cautum in l. 1. tit.* 27. *lib.* 4. *recopilatio*, &c. ac poſtea ſtatim clarius ſic proſequitur. *Videamus nunc cuinam ex tabellionibus facta accumulatio attineat, & res ſic ſe habet, aut accumulatio ſit inter Notarios diverſi fori, & palam eſt, accumulationem attinere ad Notarium ipſius Judicis, qui de cauſa debet cognoſcere*, &c. Eiſdem quippe regulis regitur, & regulatur remiſſio de Notario ad Notarium; quibus & remiſſio de Judice ad Judicem, ne diverſi ſint Judices, & Notarii.

42 Et ſic ad priorem Judicem qui prius de cauſa cœpit cognoſcere ad prævention em, ad quam attenditur prioritas temporis & qui prius, Judex præoccupavit *ex. l. ſi pluribus. ff. de legatis.* 1. *l. ſi quis poſtea quam, ff. de judiciis. l. cogenda. C, qui accuſare non poſſunt*: latiſſimè Giurba *in conſ.* 46. *per totum*, maximè *à n.* 31. *& ſeqq.* prout communiter obſervat praxis tribunalium, ut quoties à diverſis creditoribus movetur lis contra unum debitorem coram diverſis Judicibus aliàs competentibus, & tractatur de accumulatione: ſemper ad Judicem primum ſit omnium remiſſio.

43 Et ex tribus regulis, quas conſtituit Parladorius *d. cap.* 9. *lib.* 2. ut fiat proceſſuum accumulatio ad eundem Judicem, nempe ob rem judicatam, litis pendentiam, & continentiam cauſæ non individendam, de quibus *in dict. cap.* 1. *à principio*, tamen hujus ul-
44 timæ circa continentiam cauſæ, (quæ magis congruit noſtro inſtituto,) regulas ad ejus clariorem cognitionem obiter conſtitutam, nam cauſæ continentes ideo dicuntur, vel quia connexitas ſit duorum judiciorum, quorum unum habet ſe ad reliquum ratione ordinis, ſicut eſt petitorium, & poſſeſſorium. *l. ordinarii, C. de re judicata l. ni. l. ſic. de judiciis. c.* 1. *de cauſa poſſeſſio. & proprietatis.* DD. *in capit. fin. de Judic.* Monochius 45
de arbitrariis, caſu 95. *num.* 8. *&.* 16. Natta *conſ.* 135. *n.* 1. dicuntur etiam cauſæ continentes, ſi aliqua moveatur actio generalis, quæ plures ſubcomplectitur cauſas, ut communi dividundo vel tutelæ, tunc enim omnes ad eundem Judicem ſint remittendæ, ne una eademque in re, & negotio diverſas proferri ſententias contingat, *l. omnes, C. de arbitrariis tutel. &* 2. 46
ff. de quibus rebus ad eumdem Judicem. Speculat. *tit. de incompet. jud. §.* 1. *verſ.* 36. Natta *d. conſ.* 135. *n.* 2. Gaill. *obſervat.* 32. *nu.* 5. Marius Giurba *con.* 480. *n.* 24. Parlador. *lib.* 2. *d. capit.* 9. *num.* 2. *in fin.* dum dicit quod 47
cauſæ continentia contingit, quando judicia ſe habent, ut genus, & ſpecies & ſub hac ſpecie, & in ſequenti complectitur noſter concurſus cauſatus per debitorem 48
inter ſuos creditores, ut *in c.* 13. latius diximus, dicuntur cauſæ continentes, quod licet ſit diverſitas perſonarum, eſt tamen identitas negotii, tunc enim reſ- 49
pectu omnium coram tribunali cauſa tractatur. Gaill. *d. obſervat.* 31. *num.* 6 Natta *conſ.* 135. *n.* 1. Giurba *d. conſil.* 50. *ſub num.* 24. Dicuntur etiam continentes, quæ ab una cauſa, & ratione procedunt, ad textum *in l. cum in ejuſdem, fin. ff. de ædilit. edicto.* Imola 50
conſ. 134. *in princ.* Decius *conſ.* 317. *d. ad fin. & conſ.* 425. Craveta *conſ.* 232. *n.* 5. Menochius *de arbitrariis, caſu.* 371. *num.* 15. Martha *de juriſdict.* 4. *part. centur.* 2. *caſu* 289. *num.* 1. Giurba *ſub d. n.* 24. Et in hoc genere 51
continentiæ complectitur etiam concurſus formatus à debitore communi, quia à ſuo facto, & ceſſione bonorum cauſantur ſolutiones, & ſatisfactiones omnium creditorum concurrentium, & licet Parlador, alias Re- 52
gulas conſtituat ex quibus oritur continentia cauſarum, tamen confusè, & intricatè & tali præciſione, quod vix aliquid utilitatis afferat, non tamen diſſentit in effectu ab iſtis quæ apertius hic explicantur, & majori claritate diſtinguuntur.

Ex quibus omnibus jam agnoſces manifeſtam diffe- 35
rentiam inter hæc duo genera concurſus, quæ nonnulli multoties naturam utriuſque minus adhuc tenentes confundunt, & eiſdem regulis, (quas vidiſti) utrumque gubernare volunt.

§. II.

Et quid, quando omiſſa fuit harum cauſarum alibi pendentium ad concurſum avocatio, an ſententiæ illic obtentæ ſtatim exequantur, vel ad concurſum remittendæ pro graduatione, & exactione conſequenda.

SUMMARIUM.

54 *Sententiæ extra judicium univerſale à creditoribus obtentæ, quando debitor attractionem litium non poſtulavit: an ſint exequendæ, non expectato fine judicii concurſus.*

55 *Exequendas eſſe ſtatim ſaltim ſub fidejuſſione traditur ibid. Contrarium verius.*

56 *Judicium coram judicibus competentibus intentatum validum eſt, non oppoſita exceptione litis concurſus alibi à debitore formati.*

57 *Exceptio continentiæ cauſæ ad inſtar exceptionis declinatoriæ opponenda ante litis conteſtationem aliàs ſi omittatur, judicium ſuſtinetur.*

58 *Exceptio litis pendentis, ſi non opponitur, ſecundum validatur judicium.*

59 *Geſta per judicem juriſdictionem eligibilem habentem valent, non oppoſita exceptione incompetentiæ.*

60 Cre-

60 *Creditores qui alibi ſententias obtinuerunt contra debitorem pendente concurſu, non poſſunt credita ſeorſum petere, ſed debent remitti ad judicium concurſus.*

61 *Concurſu univerſali pendente exactiones, & executiones contra debitorem petitæ ſuſpenduntur.*

62 *Concurſu univerſali pendente, nullus exigere poteſt creditum, quouſque de gradu, prælatione, & privilegiis diſceptetur de gradu, prælatione, & privilegiis diſceptetur.*

63 *Creditor, qui alibi debitorem vincit in credito, non ex eo vincit in prælatione, de qua ſolum in concurſu, inter ipſos creditores, quarum principaliter intereſt, diſceptatur.*

64 *Prælationis jus eſt privativè creditorum, non communicabile debitori, qui de ea opponere non poteſt contra aliquem creditorem exigere volentem.*

65 *Reſpondetur primo argumento pro contraria adducto.*

66 *Creditores potiores jus habent avocandi pecuniam poſterioribus ſolutam, remiſſivè.*

67 *Creditor, qui concurſu formato exigit, malam habet fidem.*

68 *Reſpondetur ſecundo argumento pro contraria remiſſivè.*

69 *Lites, quæ ob debitoris negligentiam extra concurſum finem acceperunt, quoad exactionem debent remitti ad concurſum.*

54 SEd quid dicendum eſt, quando ob negligentiam debitoris, qui judicium univerſele formavit, vel creditorum illic aſſiſtentium non perentium attractionem litum antea, vel poſtmodum motarum per alios creditores contra debitorem pendentium in diverſis tribunalibus ac diverſis judiciis, ibidem propterea finem acceperunt; an ſtatim ſint exequendæ ſententiæ hæ contra debitorem obtentæ, non ſpectato fine judicii concurſus formati per debitorem. Et videtur quod ſic,
55 ſaltim ſub fidejuſſione ad textum *in l. is à quo, ff. de rei vindicatione*, & ex aliis fundamentis in puncto conſideratis, in hac 1. *part. cap.* 16. *ex n.* 3. *cum ſequentibus.*

56 Tum etiam quia judicium alibi intentatum contra debitorem coram judicibus alias competentibus validum fiet, non oppoſita exceptione litis pendentis alibi formatæ contra debitorem, nec ab eo petita à cumulatione cauſarum ob earum continentiam, & connexitatem, prout peti debuerat, & opponere exceptionem, ut ex Parladorio *in citato n.* 3. *d. cap.* 16. *verſ. quare cauſæ omnes*, & ut obſtet, ita loquendo in exceptione litis pendentis & continentiæ cauſæ, probant Jaſ. *in l. nulli n.* 5. *C. de judiciis*, Felin. *in cap. ſignificaverunt, n.* 8. *de judiciis.* Afflictis *deciſ.* 554. *n.* 2. Menochius *de arbitrariis, cen.* 4. *caſu* 371. *n.* 20. Cravet. *conſ.* 60. *n.* 5. *& conſil.* 258. *n.* 7. *ſintagm. commun. opin. lib.* 3. *tit.* 5. *n.* 26. *verſ. quintò fallit.* Gail. *lib.* 1. *obſervat. pract. obſerv.* 32. *n.* 12. *&* 17. Trentacinq. *lib.* 2. *variar. reſolut. tit. de judiciis. reſolutio.* 3. *n.* 10. Carleval. *de judiciis, tom.* 2. *lib.* 1. *diſput.* 4. *n.* 7. *fol.* 22. ita ut non oppoſita præfata exceptione, accumulatio & proceſſuum attractio ceſſabit, & loquendo in exceptione præventionis non oppoſita plenè proſequitur Carleval. *de judiciis, tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 2. *quæſt.* 9. *ſectio.* 3. *n.* 900. *nam omnia, quæ in jure diſponuntur in favorem alicujus intelligendæ ſunt, habere locum parte petente, & opponente, non ſecus*, Menochius *de præſumption. lib.* 2. *præſumptio.* 46. *n.* 20. Anton. Gabriel *commun. opinion. tit. de judiciis, concluſ.* 1. *n.* 2. Giurba *deciſ.* 13. *n.* 8. *& deciſ.* 21. *ex n.* 8. *& ſeqq.* Caleval. *de judiciis, tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 2. *diſput.* 5. *n.* 24. *in fin.* & ideo oppoſitione neglecta, & exceptione ceſſante ſuſtinetur judicium. Jura ſunt expreſsè loquentia in cauſis connexis, & inſeparabilibus, *in l. nam etſi.* 15. *§. filius qui de inofficioſo teſtamento, & in l. cum filius diviſis Tribunalibus* 78. *ff. de legatis* 2. & nos latè *in* 2. *part. cap.* 22. *ex n.* 127. *cum multis ſequentibus verſ. nec denique obſtat, tertium*, &c.

57 Et quod exceptio continentiæ cauſæ ad inſtar exceptionis declinatoriæ ante litis conteſtationem opponi debet, alias ſi fuerit omiſſa utrumque judicium ſuſtineatur, dicit Bald. *in l. nulli n.* 73. *C. de judiciis* Alex. *ibidem n.* 4. & Jaſ. *n.* 6. Felin. *in cap. ex tenore, n.* 18. *de reſcriptis*, Minſinger. *centur.* 1. *obſervat.* 97. *n.* 3. *&* 4. 58 declara ut ſtatim, & quod litis pendentis exceptio ſi non opponatur, validi, & legitimè currit ſecundum judicium, eo quod ſi non opponat reus cenſetur ſecundo judicio conſentire, atque eidem non opponenti imputatur, Abb. & Joan. de Imola *in cap. cum M. Ferrarenſis colum. fin. de conſtitution.* Bald. *in leg. nulli circa fin. Cod. de judiciis*, & ibi. Jaſ. *col.* 2. Marantha 59 *de ordine judic.* 2. *part. princip. n.* 43. & quod exceptio continentiæ cauſæ dividatur, ſi non fuerit oppoſita, validum ſit utrumque judicium, docet poſt multos antiquos Jaſ. *in l. nulli n.* 5. *C. de judiciis.* Felin. *in cap. ſignificaverunt cap.* 21. *n.* 8. *de judic.* Afflictis *deciſ.* 354. *n.* 2. Menoch. *de arbitr. centur.* 4. *caſ.* 371. *n.* 10. Craveta *deciſ.* 60. *n.* 6. *&* 258. *n.* 7. Syntagma *commun. opinion. l.* 3. *tit.* 1. *n.* 26. *verſ.* 5. *fallit.* Gail. *lib.* 1. *obſerv.* 32. *n.* 12. *&* 1. Trentacinq. *lib.* 2. *variar. reſolut.* 3. *n.* 10. *tit. de judiciis.* Carleval. *de judiciis tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 2. *n.* 7. *fol.* 22. ſed an iſta exceptio continentiæ cauſæ ſit præciſè proponenda ante litem conteſtatam, prout ſuppoluerunt aliqui ex Doctoribus paulò antè citatis, *n.* 57. per leges inferius, *hoc eodem c.* 4. *§.* 3. *n.* 7. ut ſequuti veriorem, & receptiorem ſententiam, contra ium reſolvimus.

Deinde quia quando Judex mero jure habet juriſdic- 59 tionem in citatum, & conventum, licet elidibilem per exceptionem, quamdiu non opponitur exceptio, ſine litis pendentiæ valent geſta per judicem. Petrus Barboſa *in l. ſi quæ ex aliena ex n.* 81. *& ſuprà, ff. de judiciis, & in l.* 1. *art.* 4. *n.* 67. *eodem tit.* & eſt communis opinio juxta tot Doctores proximè citatos. Ergo creditores, qui pendente judicio univerſali creditorum, coram aliis judicibus, ſententias obtinuerunt contra debitorem, licitè poſſunt eas exequi in bonis debitoris, & ante cæteros creditores concurſui univerſali adſtantes ſua credita exigere, ne judicia ſua reddantur illuſoria.

Sed nihilominus contrarium verius eſt. Et communi- 60 ter practicatur, immo quod iſti tales creditores, qui alibi ſententias obtinuere contra debitorem, pendente concurſu univerſali, non poſſint ſua credita exigere ſeorſum, & ſeparatim, ſed omnino debeant pro exactione facienda ingredi concurſum, ad quem remitti 61 ſolent, ut ibi graduentur inter cæteros, ita ut ſuo loco, & gradu ſua credita conſequantur, & non antea duobus probatur efficacibus fundamentis, tum ex capite ipſius debitoris concurſum formantis, quo pendente exactio, & executionis ſuſpenduntur, nec poſſunt ullatenus vexari à creditoribus, ad latè tradita *in cap. ex n.* 11. *cum ſeqq.*

Tum etiam ex capite creditorum, qui liti concurſus 62 univerſali aſſiſtunt, in quorum præjudicium nullus exigere poteſt, quouſque diſceptentur omnium ſimul creditorum gradus, prælatio, & privilegia, ac denique 63 omnes gradatim ſolvantur, quoniam, etſi aliqui alibi vicerint debitorem pro ſuis creditis, non tamen vicerunt prælationem, nec ea deducta fuit, nec potuit in illis diverſis tribunalibus, ubi non adfuerunt cæteri creditores, cum quibus duntaxat cauſa prælationis tractanda eſt, quorum tantum intereſt, cum hoc jus prælationis privativè creditorum, non communicabile debitori, qui potius excluditur, nec admittitur ad excep- 64 tionem prælationis opponendam, contra alium creditorem poſteriorem, ad exactionem contra dibitorem agentem, prout latè diximus *infrà hac* 1. *p. c.* 16. *ex n.* 17. *cum multis ſeqq.* Et pluries *in hoc c.* multa in propoſito dicta fuerunt. *Et c.* 10. *ex n.* 42. *cum multis ſeqq. verſ. quoad primum illud firmiter*, &c.

Nec obſtant in contrarium adducta, quæ tendunt ad 65 validitatem judicii, & ſententiarum alibi latarum contra debitorem, non oppoſita exceptione incompetentiæ,

aut connexitatis, causarum, & litis concursus universalis pendentiæ. Quia omnia vera sunt in se, sed non percutiunt exactionem, & executionem omnino suspendendam propter concursum formatum, & ne fiat cæteris creditoribus, non citatis præjudicium in suis prælationibus, quibus hæ contra debitorem alibi obtentæ non præjudicant, ex regula vulgari, res inter alios acta aliis non præjudicat.

66 Tum quia ad evitandos circuitus, quoniam si alii per sententiam graduationis apparent potiores in jure, jus habent avocandi pecuniam solutam creditoribus inferioribus alibi vincentibus ut *in d. c. 10. infrà, hac 1. part.* latè diximus.

67 Et quia nullus creditor pendente concursu per debitorem formato, exigere potest, cum habeat malam fidem, ut *in eodem cap.* 10. latius comprobatur.

68 Ad aliud argumentum, quod ii creditores, qui prius sententiam obtinuere in judicio præferantur in executione, abundè respondimus, *in d. cap. 16. ex. n. 48. cum seqq. vers. his suppositis facile evacuari*, &c. atque

69 ideò constanter tenenda est praxis, qua utimur, ut si causæ pendentes coram aliis judicibus motæ ante, vel post judicium concursus formatum à debitore non fuerunt attractæ ad concursum, sed immo ob negligentiam debitoris, & cæterorum creditorum finem acceperunt, adhuc quoad exactionem ii creditores debent remitti ad concursum, & cum cæteris graduari, & non aliter, quam suo loco, & tempore, credita sua consequi.

§. III.

Exceptio concursus pendentis ad effectum attrahendi, sive accumulandi processus contra debitorem communem alibi pendentes; an termino aliis dilatoriis l. Regia præscripto circumscribatur.

SUMMARIUM.

1 *Exceptio concursus pendentis ad effectum attrahendi litis alibi pendentes, an termino nomen dierum præscribatur.*

2 *Affirmativa sententia proponitur, & pro ea expenditur textus.* in l. 1. tit. 5. lib. 4. *compilationis.*

3 *Exceptio pendentis concursus nihil aliud videtur, quam exceptio litis pendentis.*

4 *Judicium particulare tenet, non opposita à debitore exceptio concursus alibi pendentis.*

5 *Exceptio concursus pendentis publiciter consideranda, respectu debitoris, aut respectu creditorum judicio concursus adstantium.*

6 *Exceptio concursus pendentis opposita per debitorem coram judice concursus non adstringitur termino legis.*

7 *Lex Regia, loquens de exceptione litis pendentis, procedit in uno judicio particulari, ad aliud simul particulare.*

Continentiæ causæ, & concursus pendentis exceptio, in quacumque parte lis opponi potest, juxta communem opinionem.

Concursus creditorum ubi adest, ibi & continentiæ exceptio locum habet. ibid.

8 *Exceptio litis pendentis, dicitur declinatoria exceptio.*

9 *Concursus pendentis exceptio indistinctè opponi potest tam coram judice concursus, quam coram judice de causa particulari cognoscente contra debitorem.*

10 *Exceptio litis pendentis solum opponitur de lite pendente ad litem noviter intentum.*

11 *Exceptio concursu pendentis opponitur contra causas non solum postea motas, sed & ante concursum.*

12 *Concursus pendentis exceptio non subjicitur termino l. Regia.*

13 *Exceptio concursus pendentis in ipso actu illum formandi subintelligitur inclusa, juxta naturam judicii.*

14 *Naturalia actus in ipso veniunt, licet non exprimantur.*

15 *Quæ veniunt ex natura contractus debent suppleri, quamvis fuerint omissa.*

16 *Sufficit actum deducere, ex quo simul indicitur exceptio, & si expressè non opponatur.*

17 *L. 1. tit. 5. lib. 4. recopilat. non procedit in exceptione sui natura ipsi actioni inhærente.*

18 *Nec quando per rei evidentiam constat de justitia opponentis.*

19 *Vel quando esset talis, quod Index ex officio ad eam attendere debet.*

20 *Exceptio concursus pendentis quocumque litis statu opponi potest, juxta stylum tribunalium.*

21 *Concursus pendentis exceptione omissa sustinetur judicium particulare alibi pendens contra debitorem.*

22 *Exceptio concursus pendentis etiam in executione sententiæ contra debitorem alibi per unum creditorem obtentæ, opponi potest, ut vincens ingrediatur concursum graduandus.*

23 *Creditores concursui assistentes quandocumque, & ultra novem dies possunt opponere de concursu pendente.*

24 & 25. *Ad idem ponderantur verba d. l. Regiæ.*

26 *Non citatis non currit citationis terminus, & quandocumque compareat, intra illum comparere dicitur.*

27 *L. Regia, restringens exceptiones dilatorias intra nomen dies, non procedit contra tertium in litem comparentem.*

28 *Restitutio in integrum datur personæ privilegiatæ assistenti concursui creditorum contra transitum novem dierum, ad opponendas declinatorias.*

29 *Contraria opinione communiter explosa.*

30 *Restitutio concessa minori prodest consortibus majoribus non privilegiatis, & in causa individua.*

31 *Judicium concursus est individuum.*

EX resolutione, de qua in hoc capitulo, nempe 1
omnes lites coram diversis Judicibus contra debitorem communem pendentes, sive ante judicium universale concursus motas, sive post illud, debere omnino trahi ad judicium universale; nova nunc oritur disceptanda quæstio, an hæc causarum attractio, & attractionis exceptio circumscribatur termino.

Ex pro parte affirmativa fortiter pugnat. *l. 1. tit. 5.* 2
lib. 4. recopilationis ibi. ordenamos y mandamos, que si el reo quisiere oponer excepciones de incompetencia del juez, alegando pendencia, o orta qualquiera dilatoria, que la ponga, y prueve dentro de nueve dias contados desde el fin del termino de la carta de emplacamiento, &c. *ubi latissimè* Azevedus, necnon Joannes Gutierrez *practicar. lib. 1. quæst. 52. per totam.* Sed hæc exceptio 3
concursus alibi pendentis, nihil aliud videtur, quàm litis pendentiæ exceptio; ergo in ea debet verificari dispositio dictæ legis primæ, ibi: *alegando pendencia*, ut termino novem dierum circumscribatur, eoque transacto sit exclusa.

Secundo, quia si hæc exceptio concursus alibi pen- 4
dentis à debitore non opponitur, rectè procedit judicium particulare alibi motum per creditorem aliquem contra debitorem communem, & tale judicium tanquam legitimum valet, atque sententia tenet, prout abundè probavimus supra *hoc eodem cap. 4. ex n. 14. cum multis seqq. versic. sed quid dicendum erit, quando ob negligentiam debitoris*, &c. ubi quod negligentia debitoris, vel creditorum in opponenda hujusmodi exceptione concursus pendentis, non debet nocere, nec præjudicium generare creditori illi, qui alias legitimè coram alio diverso Judice competente tamen, vel jus suum deduxerit, aut executionem petiit contra debitorem. Ergo si intra terminum *d l. Regia* præscriptum, exceptio hæc concursus pendentis non opponatur, facultas ulterius opponendi denegata manet.

Quibus tamen minimè refragantibus, ut facilius reso- 5
lutio

lutio quæstionis nostræ precipi valeat; distinctè procedendum erit. Aut enim exceptio concursus pendentis consideratur opposita per debitorem communem ultra terminum novem dierum, aut per creditores judicio concursus adstantes.

5 Primo casu, quando scilicet debitor hanc exceptionem coram suo Judice, coram quo movit judicium universale concursu opponit, tunc procul dubio dicendum erit, ut nec adstringatur, nec coarcteur ad terminum legis Regiæ, sed immo quandocumque ea uti poterit, cum re vera in ea non verificatur dispositio
7 dictæ legis primæ, loquentis de exceptione litis pendentis, nempe de judicio particulari ad aliud judicium simul particulare, non verò de accumulationis petitione, quæ quocumque litis statu peti, ac proponi valet, ut contra Jason. contrarium asseverantem *in l. C. de judiciis. n.* 6. & tetigimus superius *hoc c.* 4 *n.* 7. *in princ.* 6. constanter veriorem dicunt, & comprobant Alberic. *in d. l. nulli*, *n.* 2. post Jacob. de Bello Viso quem refert & sequitur Alexand. *ibi n.* 6. Afflictis *decis.* 354. *n.* 8. & 9. Joan. Franc. de Ponte *cons.* 70. *n.* 13. Trentacinq. *variar. resol. lib.* 2. *tit. de judiciis. resolut.* 3. *n.* 10. Riccius Collectan. 368. Asinius *in praxi.* §. 13. *cap.* 2. *limitat.* 18. veriorem dicit, & comprobat Carleval. *de judiciis. tomo.* 2. *lib.* 1. *tit.* 2. *disputat* 2. *n.* 8. 9. 10. & 11. qui *n.* 12. testatur de universali praxi tam Italiæ quam Hispaniæ, ut hæc exceptio continentiæ causæ in qualibet parte judicii admittatur: quæ opinio proculdubio in cunctis Hispaniæ tribunalibus communiter observatur.

Et quod ubi adest concursus creditorum, ibi locum habeat exceptio continentiæ causæ, ex aliis probavimus *supra hoc cap.* 4. *sub. n.* 15. Et quod hæc exceptio, ne continentia causæ dividatur, licèt sit dilatoria, possit opponi post litis contestationem propter juris resistantiam, quam habet divisio causarum continentium, probat post Alber. & Alexan. Cardoso *in praxi judic. &*
8 *advocato. verbo, exceptio, n.* 12. *prope finem.*

Tum etiam quia litis pendentis exceptio, eo opponitur judicio, quod declinari prætenditur, & ideo dicitur declinatoria exceptio, ut per eamdem legem primam probat Azevedius ibidem *ex n.* 1. & Gutierrez
9 *in d. quæst.* 52. *in principio.* At hæc nostra exceptio indistinctè proponi potest coram Judice concursus, qui expedire solet requisitorias litteras ad attrahendos processus alibi pendentes, & inhibitionem, ne ulterius Judices particulares procedant: quam coram Judicibus ipsis particularibus de iisdem causis cognoscentibus, prout ex hoc *cap. abundè* resolutum est. Igitur dispositio dictæ legis primæ nostræ exceptioni concursus pendentis adaptari nequit.

10 Deinde quia litis pendentis exceptionis natura solum tendit, & proponi valet de lite jam pendente ad litem
11 noviter intentatam, at exceptio concursus pendentis talis est naturæ, ut non solum opponatur ad omnes lites jam motas, & pendentes ante judicium universale concursus formatum, sed etiam post illud pendens ortas, & motas, ut per totum hoc cap. & alia diximus: apertè patet differentia inter utramque exceptionem, & l. Regia circa illam disponere intelligitur, quæ verè litis pendentia est.

12 Deinde quoniam etsi dicamus (quod fateri non licet) hanc concursus pendentis exceptionem esse, ut dici litis
13 pendentis; adhuc subjecta non remanet periculo termini. *d. l. Regia cum à principio*, ut in ipso actu concursus formati inclusa simul intelligatur, deducta, & opposita præfata exceptio. ex propria natura ipsius judicii destinati, & moti ad evitandas molestias creditorum ortas tam ex litibus contra debitorem jam motis, quam desuper movendis, & ad effectum & finem, ut omnes simul in eodem judicio universali tractentur, ob ejus indivisibilitatem, & connexionem inseparabilem, prout
14 superiùs *in cap.* 1. diximus, & aliis sequentibus. Ergo licet expressè non opponatur, sed potius omittatur, nihilominus expressè subintelligitur opposita, eo quod naturalia actus in ipso veniunt, licet non exprimantur, & adhuc non tanquam tacita, sed tanquam expressa. Quia faciens actum conferur exprimere ea quæ sunt de natura actus, probatur ex *l. exemplo. in princ. ff. de actionib. empt.* in illis verbis: *Quod si mihi convenit, ea præstabuntur, quæ naturaliter in sunt nihil judicii potestate*, etiam *inf. cum quia*, *ff. si certum petat.* ubi 15
disponitur, quod quæ veniunt ex natura contractus, debent suppleri, quamvis fuerint prætermissa. Abundè exornant Selle *decis.* 36. *ea n.* 6. *cum sequentibus tom* 1. & fusius Cardinalis Mantica *de tacitis & ambiguis conventibus, lib.* 1. *tit.* 13. *ex n.* 13. *& lib.* 3. *tit.* 9. *n.* 15. Fontanella *decis.* 78. *ex n.* 14. *cum sequentib.* qui plura cumulat, maximè cum in nostro casu vix negligit debitor concursum formans expressè petere in primo libello omnium causarum attractionem.

Et quia sufficit actum deducere, ex quo simul inducatur exceptio, quam licet expressè pars non opponat, 16
judex tamen, ut oppositam habere potest in consideratione, prout copiosè diximus, *infra* 3. *part. cap.* 1. *ex n.* 18. *cum seqq.*

Et in expresso ita limitat dictum *leg.* 1. Azevedius 17
ibid. ex n. 50. in hæc: *Item & secundo non procedit textus noster, & ejus conclusio in exceptione, qui de sui natura inest ipsi actioni, ut in pactis incontinenti appositis, vel in aliis quæ tacitè intelliguntur, & insunt ex natura contractus. Nam licet in termino non allegentur, sufficit postea in allegationibus eas allegare, secundum Suarez in l. post rem, vers. sed pro evidentia, n.* 40. *pag.* 326. *col.* 2. *in medio. & Didacus Perey hic. colum.* 1010. *vers. quid autem; & iterum in d. column.* 1021. *Et idem si ex aperta, & rei evidentia constare posset de justitia opponentis ex traditis per Tiraquellum optimè de retractu linagier. gloss.* 1. §. 4. *à n.* 86. *cum seqq. Vel si ex* 18
processu resultaret, vel esset talis, quod quamvis non opponatur, tenetur judex ex officio ad eam attendere. Cum secundum veritatem jam sit sententia proferenda. Secundum Villalobos in aerario communium opinionum. litt. C. n. 160. & tene Tiraquellus *supra n.* 4. & 19
Messia, *in l. Foleti, n.* 20. *fundamento* 2. *partis* 1. *n.* 12. *cum sequentibus.*

Atque ideo hæc exceptio concursus pendentis, quocumque litis statu opposita sit, nunquam fuit exclusa. 20
Immo cum in facti contingentia contra civitatem Toleti, habentem concursum pendentem à se formatum & ideo oppositum coram alio judice (ad petitionem alterius creditoris super quadam re cognoscebat) ad effectum, ut causa hæc ad judicium concursus remitteretur, creditor remissionem impedire curabat, eo quod debitor communis exceptionem præponere, & ultra novem dies opposuerat. Nihilominus communi senatorum voto prorsus fuit repulsa hæc creditoris replicatio, nec in consideratione habuerunt senatores, licet ex alio capite, nempe quia apparebat rem petitam extra patrimonium civitatis esse, remissio ad concursum denegata fuit.

Ex quibus satisfactum remanet primo argumento deducto ex *l. Regia*, terminum 9. dierum præscribente exceptioni litis pendentis, cum hæc concursus pendentis diversæ sit naturæ, & omnino irregularis, ut dictum est.

Nec obstat secundum, quoniam licet verum sit, valere judicium particulare motum coram alio judice per 21
creditorem contra debitorem communem non oppositâ exceptione concursus pendentis, sicut videmus in exceptione litis pendentis, aut declinatoriæ: Id tamen rectè procedit quando judicium fuit finitum absque facta oppositione. Et ea prorsus othilla, non tamen ex hoc infertur non posse in qualibet parte judicii debitorem opponere, & ea uti, immo etiam in sententiæ ibidem 22
obtentæ executione opponere eam potest debitor, & liberè petere remissionem ad concursus judicium, & impedire exactionem, quo usque creditor ipse inter cæteros concursus creditores graduetur, ut suo loco, & gradu exigere valeat creditum suum, prout abundè

suprà *cap.* 4. *ex num.* 54. *cum multis seqq. verf. sed quid dicendum erit, quando ob negligentiam debitoris*, &c. Quod quidem inconcusè observatur, & practicatur in cunctis tribunalibus. Ergo multo magis admittenda erit ante sententiam, quocumque litis statu.

23 Quoad secundum distinctionis membrum, quando nempe hanc exceptionem concursus pendentis apponunt creditores adstantes in concursu, an sint audiendi, si eam opponant post 90 dierum terminum firmiter asseverandum erit, absque termini præfinitione admittendos esse, tanquam non comprehensos in dispositione, *d. l. Regiæ tit.* 5. *lib.* 4. *Recopilatio.* Tum ex iis, quæ consideravimus in debitore communi, quæ multo fortius militant in creditoribus.

24 Tum etiam, quia verba *d. l.* illis non adaptantur: sibi, *que si el Reo quisiere oponer excepciones de incompetencia de juez, Allegando pendencia*, &c., *Lao ponga. Y pruebe dentro de nueve dias contados desde el fin del termino de la carta de emplazamiento*, &c. creditores enim in concursu actores sunt rei prout abundè comprobavimus *suprà cap.* 2. *& in cap. seqq.*

25 Tum etiam, quia citatio super rebus petitis debitori, non creditoribus intimatur, & in eum dirigitur, eique tantum currit terminus citationis ad comparendum. Ergo terminus, *d. l.* illis currere non potest, quia eorum respectu principium, (nempe citatio) defecit, ex quo currere incipiat. Igitur cui non conveniunt verba dispositionis, nec ipsa convenit dispositio, &c.

26 Atque ideo quocumque tempore compareant, pro suo jure, & inseparabili præjudicio, & interesse, intra terminum comparere dicentur, quia ignoranti non currit terminus, & quocumque tempore compareat, intra terminum comparuisse dicetur. Quamplurimos Doctores laudat Scaccia *de appellationib. quæst.* 12. *n.* 34.

27 Et in nostris terminis, quod dispositio, *d. l.* 1. non procedat respectu tertii comparentis, expresse tenet post alios Azevedus *in d. l.* 1. *n.* 52. in hæc. *Item non procedit nostra conclusio respectu tertii alicujus pro suo interesse comparentis, nam ejus respectu lapsus termini* 20. *dierum nostrum textum nihil impedit, quin tertius ipse opponere possit exceptionem, quam habet nam equidem poterit*, secundum Felinum, & Barbat. *in cap. super eo de officio delegati*; Gomezium *in c. cum in multis, n.* 39. *relicentis in* 6. allegatos per Villalobos, *in Antinomia juris civilis, & Regu litter. F. num.* 9. &c.

28 Et tandem quoniam in hoc judicio creditorum universali vix defecit persona aliqua privilegiata, cui restitutionis beneficium competit, quo uti poterit adversus omissum terminum opponendi etiam declinatoriam, & litis pendentis exceptionem, cui procul dubio concederetur, attenta magna læsione, & intolerabili damno, quod persona illa privilegiata pateretur, si cogantur per diversa loca, & tribunalia jus suum persequi, ut probant Capicius *decis.* 13. *n.* 4. Molina de Primogenis *lib.* 3. *c.* 13. *n.* 61. Cancerius *variar. resolution. 2. part. cap.* 1. *n.* 272. optimè disputans sic resolvit. Joa. Gutierr. *lib.* 1. *practic. d. quæst.* 52. *n.* 4. Vincentius de Franchis *decis.* 489. *n.* 7. Perez de Lata, *de vita hominis, cap.* 25. *n.* 28. *& seqq.* Fontanella *decis.* 19. *n.* 5. *& 6. & idem de pactis nuptialib. clausul.* 3. *gloss.* 8. *n.* 59. *tom.* 1. *& iterum clauf.* 9. *gloss. unica part.* 2. *n.* 17. *tom.* 2. Mastrillus *decis.* 148. *n.* 134. & alii protinus referendi.

29 Quæ resolutio verissima est, & praxi recepta communiter, licit aliqui non desint, qui contrariam sectentur. Covarr. *practic. cap.* 26. *n.* 4. Sforcia Oddus *de restit. 2. part. quæst.* 64. *artic.* 7. *n.* 46. Paz de Tenuta *cap.* 7. *n.* 26. *videndus d. n.* 25. (*licet n.* 27. *relinquat judicis arbitrio*) & Caldas Pereira *in l. si curatorem, verb. vel adversari dolo, num.* 11. quorum opinio communiter refellitur in Tribunalibus.

Quod restitutionis beneficium concessum super declinatoria fori minori prodest etiam omnibus aliis creditoribus majoribus, & non privilegiatis, Rictius *Collectan.* 639. Capitius *decis.* 173. Gregorius Lopez *in l.* 5. *tit.* 8. *part.* 3. *verb. Huerfano. Decis. Genuens.* 20. *n.* 3. Lata *de vita hominis c.* 25. *n.* 50. 30

Quoniam in individuis (prout est judicium concursus creditorum ut fæpè diximus præsertim *hac* 1. *part. cap.* 3. *per totum, & hoc cap.* 4.) beneficium restitutionis in integrum concessum minori, prodest majoribus, & ejus consortibus, *gloss. in verb.* patrocinari, & ibi Paulus de Castro, & Bart. *sub num.* 7. *Cod. si in communi, eademque causa restitutio in integrum postulet.* Jason. *in l. si Mater num.* 10. *C. de inofficioso testamento, cum multis aliis, quos latè congerit* Oddo *in tract. de restitution. in integrum, quæst.* 46. *num.* 4. *verf. in contrarium & verf. pluries tit. de communi, & magis communi opinio.* Covarr. *practicar. cap.* 24. *num.* 2. Zephalus *conf.* 661. *cum* 76. *lib.* 5. Muscatellus *in practic. cum l. in verb. in integrum restitutio num.* 8. Grassis *de effectibus clericat. effectu* 2. *n.* 57. *& supra, & nos copiosè in nostris commentariis de supplicatione ad Sanctiss.* 2. *part. cap.* 11. *ex n.* 63. *& sursum.*

CAPUT V.

Judex concursus, an per inhibitionem, & litteras requisitorias ad se trahat lites coram diversis judicibus pendentes, quibus non obtemperantibus quo remedio utatur.

Et quæ sit justa causa ad non parendum, nec superfedendum.

SUMMARIUM.

1 *Judex coram quo concursum debitor format, privative cognoscit de omnibus causis ab eo dependentibus.*

2 *In concursu inter solos creditores formare, Judex privativus est qui prius fuit in cognoscenda ad petitionem unius ex creditoribus.*

3 *Judex concursus ad se trahere potest omnes causas coram aliis pendentes, per viam inhibitionis, & litterarum requisitoriarum.*

4 *Competentia formata inter duos judices adinvicem se inhibentes, prævalet inhibitio expedita ab illo, qui jurisdictionem habet.*

5 *Judex jurisdictionem habens inhibere potest etiam parem habentem.*

6 & 7 *Judex, qui alium inhibet, etiam expedit litteras requisitorias, ut sibi remittantur acta originalia: quibus statim parere tenetur requisitus.*

8, 9 & 10 *Si requisitus Judex obedire noluerit litteris requisitoriis, recurritur ad superiorem per viam appellationis, aut querelæ, qui compellere debet ad complementum, summaria cognitione adhibita.*

11 *Competentia formata inter duos Judices de Jurisdictione contendentes dirimitur per superiorem amborum.*

12 *Ut litteræ requisitoriæ sint legitimæ, requiritur quod Judex requirens sit competens, & quod ritè, & rectè requirat.*

13 & 14 *Si ex inspectione harum litterarum apparuerit concursum minus legitimè fuisse formatum, Judex requisitus eis non obtemperat.*

15 *Judex requirens tenetur saltim summariè actorum fidem in litteris facere, ut requisitus intelligat an teneatur parere, vel non.*

16 *Si requisitus, & requirens possunt aliàs de causa cognoscere, tunc requisitus habet aliquam causæ cogni-*

tionem directam ad obtemperandum : & solent partem certiorare , ut contra litteras opponat.

17 *Si judex concursus non inhibuerit Judici , coram quo causa pendet vel non opposita fuerit exceptio litis concursus alibi pendentis , judicium validum erit.*

Exceptio litis pendentis inducit nullitatem , & attentatum de cætero. ibid.

18 *Licet debitor sit condemnatus omissa inhibitione , vel exceptionis oppositione , pro effectiva executione recurrendum est ad concursum , & suspenditur rei judicatæ executio.*

1 EX duobus capitibus antecedentibus apertè monstravimus in hoc genere concursus , nempe quando à debitore communi inhibita cessione bonorum formatus est inter suos creditores , ut is sit Judex competens privativè omnium ex continentia causæ inseparabilis , coram quo lis ipsa creditorum formata ,
2 & deducta fuit , nec non in altero genere concursus inter ipsos creditores dumtaxat formati absque interventu debitoris communis eundem dici judicem omnium causarum , qui prior fuerit in cognoscendo ad petitionem unius ex creditoribus petentis contra debitorem.

3 Qui quidem ad se trahere potest omnes alias prædictas causas coram aliis Judicibus pendentes per viam inhibitionis & litterarum requisitoriarum ; nam cùm ex natura causæ sit Judex competens , & ad omnium cognitionem habeat jurisdictionem , sequitur posse inhibere quibuslibet aliis Judicibus , ad latè tradita per Nos *in nostris comment. de protect. Regia 2. p. c. 10. per*
4 *totum , & signanter à num. 38. cum multis seqq.* ubi de duobus Judicibus in eadem causa formantibus competentiam & ad invicem se inhibentibus , illam prævalere inhibitionem , quæ fuerit expedita à Judice jurisdictionem habente. Igitur cùm Judex concursus sit Judex competens ratione connexitatis negotii , licitè & liberè poterit per viam inhibitionis ad se trahere causas alibi pendentes contra debitorem communem.

5 Deinde quia judex , qui habet jurisdictionem , inhibere potest judici etiam pari , Cavalcanus *decis.* 4. *num.* 37. & 42. *part.* 2. Lancellotus *de attentatis* 2. *part. cap.* 30. *in præfatione , num.* 100. Berovio *cons.* 117. *n.* 4. *tom.* 3. Maceratens. *variar. resolut. lib.* 1. *resol.* 17. *nu.* 3. & 4. Farinacius *quæst.* 7. *n.* 52. Giurba *consil.* 48. *sub. n.* 41.

6 Ac insuper litteras suas requisitorias simul expedit, ad effectum ut sibi remittat acta & processum originalem , quibus statim petere tenetur , juxta *leg. à Divo Pio , §. sententiam Romæ dictam ff. de re judicata. Authent. de exhib. reis , §. si verò , & Auth. ut differentes sint Judic. §.* 1. *Regia. l.* 2. *tit.* 27. *part.* 3. latissimè Covar. *practicarum quæst.* 10. *à n.* 3. *vers. sed & apud Judices sæculares.* Parladorius *lib.* 2. *rerum quotid. cap. fin. part.* 1. *§.* 2. *per totum.* Cancerius *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 29. *de litteris requisitoriis , à princ.*

7 Et in his terminis , quod judex concursus , qui competens dicitur ad omnium creditorum causarum alibi pendentium cognitionem individuitatis ratione , trahat ad se prædictas causas , & acta per litteras requisitorias à se expediendas probant Villadiego *in sua política , & practica judiciali. c.* 1. *vers. de accumulatione processus ex nu.* 13. Rodriguez *de privil. credit.* 1. *part. sub. n.* 26.

8 Quas litteras requisitorias solemniter expeditas si Judex requisitus adimplere noluerit , nec cum effectu remittere processum ad Judicem concursus , prout tenetur , compellendus erit per Judicem superiorem ; nam sive viam appellationis (ut communiter observatur) ab injusto gravamine illato , per Judicem requisitum , aut per vim querelæ interpositæ per Judicem requirentem , vel partem ipsam negatam , recurritur ad superiorem requisiti , qui omnino illum compellere debet ad complementem cum effectu , quamobrem passim ad Regia Hispaniarum Prætoria appellationes & querelæ deferuntur , judicum inferiorum negligentiam , aut contumaciam incusantes , ex eo quod illorum Judicum requirentium litteras complere & exequi recusant , quibus tandem querelis examinatis , ac visis litteris requisitoriis ac responsione Judicis requisiti , statim summaria cognitione adhibita , expeditur provisio Regia , ut illis obediat , & adimpleat. Hanc praxim testatur Præsul Covarr. *practic. quæst.* 10. *n.* 2 & 7.

9 Et quod Judex requisitus , si nolit adimplere mandatum requirentis , nec ejus precibus consentire , sit compellendus per ejus superiorem omnium communis est sententia *d. §. sentent. Romæ* , & optimo textu *in c. nullus de jure Patronatus. l. si tutor pupillo , ff. de authoritate tutor.* Notat Felin. *in fin. colum.* 3. & 4. *de foro competenti glossa in clement. Pastoralis , in verb. de morte , & ibi.* Imola , & alii *de sentent. & re judicat.* Salicetus *in authent. si verò C. de adulteriis.* Anama *in c.* 1. *n.* 6. *de raptoribus* , Socin. *in c. postulasti. n.* 14. *de foro compet.* Boërius *decis.* 29. Cancer. *variar. resol. lib.* 2. *c.* 15. *à num.* 5. & post Rebuf. Azeved. Bobadilla , Cened. & alios plurimos diximus *in nostris comment. de protect. Regia , 3. p. c.* 13. *n.* 65. *& seq.* ubi de duobus istis remediis appellationis , & querelæ & 1. *p. cap.* 6. *n.* 33. Et loquendo in istis requisitoriis expeditis per judicem concursus , directis aliis judicibus , coram quibus pendent acta contra debitorem , qui si non obtemperaverint , sint compellendi per Cancellariam Regiam , tenent Villadiego *in polit. cap.* 1. *à n.* 13. sequitur Rodriguez *de priv. creditor.* 1. *part. n.* 26. *in fin.* quæ doctrina communiter practicatur.

12 Semper enim quod inter duos judices ordinarios de jurisdictione contendatur , quia quilibet ad se pertinere contendit superior amborum , de dicta prætensione , controversia cognoscit ; ad quem ad hoc recurrendum erit , textus *in l. de jure , ff. ad municipalem.* notat plures Angelus *in l.* 2. *num.* 7. *ff. si quis in jus vocatus non ierit* Felinus *in cap. super litteris , n.* 35. *de rescriptis.* Portoles ad Molinam *tit. de competen. jurisdict. num.* 3. Michaël Ferret. 3. *part. observat. cap.* 166. Cancer. *variar. resolut. lib.* 3. *cap.* 10. *de contentione jurisdictionis , n.* 1.

13 At in hac resolutione subsistendum , quia non procedit indistinctè & absolutè , sed requiritur ut de plano procedat , litteras ipsas requisitorias esse legitimè , & solemniter expeditas , quæ , ut tales dicantur , duo præcisè requiruntur. Primum quod in casu , & negotio , quo expediuntur , judex requirens sit competens ad ipsius causæ cognitionem. Secundum , an is judex ritè , & rectè requisierit, quod apparere debet ex relatione , & actuum insertione in eisdem litteris requisitoriis signo notarii munitis , prout eleganter annotavit Doctiss. Covar. *d. pact.* 10. *n. fin. in fi.*

14 Ex qua doctrina infertur , quod si ex inspectione litterarum expeditarum per judicem concursus , apparuerit ipsum concursum minus legitimè formatum , deficientibus nempe aliquibus ex requisitis , quæ de necessitate juris appetit concursus , ut legitimus dici possit , & nos longa serie annotavimus suprà *c. per totum* , tunc judex requisitus illas adimplere justè recusabit : ac merito causæ , & actorem coram se pendentium ad requirentem remittere denegabit , prout etiam annotavimus *in d. c.* 1. *n.* 45. quoniam si concursus informiter gestus appareat : cessat in judice requirentem jurisdictio ad cognoscendum de causis alibi pendentibus , & omnes speciales , & privilegiati effectus causati à concursu aliàs legitimo , quos amplissimè in omnibus cap. antecedentibus descripsimus cessant , quare si justè negat judex requisitus istis litteris informibus obedientiam , non esse audiendam contra eum querelam , nec aliud remedium in Senatu firmat Covar. ibi proximè , *& sup. n.* 2.

15 Id enim generaliter receptum est , non aliter judicem requisi-

requisitum parere debere, quam si ille judex requirens actorum saltem summariè fidem fecerit, ut intelligere possit, & cognoscere, an paritionis teneatur necne, prout profitentur Bart. Paulus & Jason. *in l. Magistri. ff. de jurisd. omnium Judicum.* Abb. *in c. de offic. ordinarii.* Steph. Aufrer. *de potest. sæculari, regula* 4. *n.* 32. Parlador. *lib.* 2. *rerum quotidian. c. fin.* 2. *p.* §. 2. *nu.* 3. & 4. Aviles *in cap. Prætæ, c.* 20. *in gloss. usurpan. n.* 19. & 20. latissimè prosequitur Cancer. *variar. resol. lib.* 1. *c.* 15. *à n.* 8. *cum seqq.* qui *ibid. à n.* 13. ex
9 hoc infert; & asserit, quod quando uterque judex requirens, & requisitus potest aliàs cognoscere de illa causa, tunc judicem requisitum habere aliquam causæ cognitionem directam ad obtemperandum, vel retinendum, praxim hanc observare judicem requisitum citare solere partem ad opponendum, contra dictas litteras requisitorias defectum aliquem si patiantur, & quare adimplendæ non sint ex Bart. Inno. Oldrado. Bocio. & aliis observat ipse Cancer, prout ubilibet observatur communiter.

16 Ulterius etiam animadversione illud dignum, quod si Judex concursus non inhibuerit judicibus aliis, coram quibus separatim pendent contra debitorem, vel ille, seu creditores non opposuerint coram ipsis de litis & concursus pendentis alibi exceptione, judicium illorum validum erit, latissimè videndus erit Lancelotus. Robertus *de attentatis* 2. *part. cap.* 3. *lite pendente, à n.* 45. & *n.* 48. 58. ubi quando Judex concursus inhibet, quia sufficit etiam sine oppositione partis de litis pendentia, ut judicium inhibiti corruat *à num.* 59. *cum seqq.* de oppositione exceptionis litis pendentis, ut inducat nullitatem, attentatam de cætero, quia continentiæ, litis pendentis, aut declinatoriæ exceptio tunc operatur, si fuerit opposita, ut videre est ex iis quæ latè *c. antecedenti* §. 3. *ex n.* 1. & *per totum*, &c. *quia semper quoad datur à jure exceptio, nihil operatur, si non opponatur*, latè Giurba *decis.* 77. *n.* 10. & 11. ubi de exceprione præscriptionis & *decis.* 13. *n.* 5. de exceptione rei judicatæ omissa. *Ea etenim, quæ in favorem alicujus à jure introducta sunt, subintelliguntur si pars opponat, & petat.* Rebuffus *tom.* 1. *const. regen. tit. de rescriptis, in præfat. n.* 97. Monochius *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 46. *n.* 20. Cravata *dec.* 159. *n.* 2. Anton. Gabr. *lib.* 2. *commun. tit. de judiciis, conclus.* 1. *n.* 20. Cacheran, *decis.* 94. *c.* 24. Azeved. *in l.* 10.
17 *n.* 94. & 95. *tit.* 27. *d.* 4. *recept.* Baeça *de non meliorand. cap.* 10. *nu.* 67. Surdus *decis.* 57. *ex n.* 2. idem Giurba *decis.* 21. *n.* 8. 9. & 10. & *decis.* 103. *n.* 13. Franchis *decis.* 487. Caseval. *de judiciis, tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 2. *disp.* 5. *n.* 29. de exceptione litis pendentis, continentiæ causæ, declinatoriæ, & similium dilatoriarum, quæ non oppositæ nihil impedit.

18 Illud tamen advertendum, quod licet validè currat lis contra debitorem coram alio judice, ob omissam inhibitionem, aut exceptionis oppositionem coram eo, & debitor fuerit condemnatus, adhuc tamen pro actuali, & effectiva executione recurrendum erit ad concursus universale judicium instantibus creditoribus, in quo graduandus erit creditor vincens inter cæteros creditores, & interim suæ rei judicatæ executio suspendenda erit, ut communiter observatur, & practicatur. Uti de ratione fundamentali, *in c. à n.* 22. *vers. deinde quæritur in hoc judicio*, &c. & latiùs supra *antecedenti, ex n.* 54. *cum multis sequentibus, vers. sed quid dicendum erit quando ex negligentia*, &c.

CAPUT VI.

Ecclesia, Clerici, cæterique exempti, & privilegiati creditores, citati ad concursum per judicem sæcularem, an comparere adstringantur, vel, an declinantes audiendi.

SUMMARIUM.

1 *Difficultas quæstionis propositæ commendatur.*
2 *Clericum ad concursum creditorum non posse citari à judice laico existimavit Martha, contrarium verius, n.* 8. *respondetur argumento.*
3 *Clericum in judicio concursus reum esse existimavit Martha.*
4 *Concursus judicium est individuum remissivè.*
5 *In individuis, & connexis, in quibus clerici, & laici insunt, Judex Ecclesiasticus ut dignior competens est.*
6 *Debitor in multis casibus ad concursum admitti non debet, quoniam discussionem ad judicem Ecclesiasticum, (quando clericus adest) pertinere, existimavit Martha.*
7 *Expenduntur Carpio, Duardus, & Diana pro opinione Marthæ.*
8 & 15. *Clericum creditorem, ad concursum creditorum per laicum motum vocatum, à judice debere citari, verius est.*
9 *Comprobatur superior sententia aliquorum decisionibus.*
10 *Judex Ecclesiasticus sæcularem, clericum ad concursum citantem inhibens vim facit.*
Idem servatur in dilatione quinquennali per creditores præstanda.
11 *Refertur, & refellitur fundamentum, quo Doctores moventur.*
12 *In judiciis inseparabilibus, in quibus adsunt laici & clerici, Ecclesiasticus, ut dignior, cognoscit.*
13 *Traditur vera ratio superioris conclusionis.*
Exceptione aliqua tutus, timens creditorum molestiam, potest eam in judicium deducere, ibid. remissivè.
14 *Debitor intento præventivo concursus remedio adversus suos creditores, licet prima facie videatur actor, in effectu reus est.*
Clericus creditor in judicio concursus, sequi tenetur forum debitoris. ibid. & n. 15.
15 *Debitor dum concursum format nihil à creditoribus petit, sed illos movet ut petant, iaeo sive laici, sive Clerici, coram debitoris judice comparere tenentur.*
16 *Clericus creditor, à debitore laico admonitus, ut in concursu compareat, non potest judicis laici jurisdictionem declinare.*
17 *Clericus creditor ad concursum vocatus, cum non possideat, sed ratione interesse, vel alterius juris citetur, dicitur actor voluntarius, non reus necessarius.*
Clericus rem non possidens, si quatenus sua interest citetur, non offenditur jurisdictio Ecclesiastica. ibid.
18 *Clericus, aut alius qui rem possidet, etiamsi citetur quatenus sua putaverit interesse, reus necessarius dicitur, & coram suo judice est conveniendus.*
Fallit, quando lite pendente adeptus est quis possessionem. ibid.
Clericus ad impediendam executionem sententiæ latæ à judice laico, ratione suæ possessionis debet coram eo oppositionem facere, & declinare. ibid. remissivè.
19 *Respondetur primo argumento Marthæ. n.* 2. *adducto.*
20 *Clericus ad concursum vocatus non convenitur ut reus, sed provocatur ut actor ad comparendum.*
21 & 22. *Respondetur secundo argumento.*
23 *Respondetur tertio argumento, n.* 6. *adducto.*
24 *Judex causæ præparatæ, Judex etiam est causæ præparantis.*
25 *Respondetur auctoritati Carpii & aliorum; n.* 7. *adductæ.*
26 *Clericus debitor concursum inter creditores formans, sive laicos, sive clericos, sive permixtim, coram ecclesiastico debet formari, sive eo quod laici possint illius jurisdictionem declinare.*
27 *Expenditur ad id textus in cap. Odoardus de solutionib.*

28 De-

28 *Debitor cedens bonis, liberatur à moleſtia carceris, & ab excommunicatione.*

29 *Hoc intelligi debet, quando formans concurſum Clericus eſt.*

30 *Clericus cui in judicio concurſus per ſententiam graduationis bona fuerunt contignata, & creditoribus antecedentibus conventis coram quo judice debeat convenire, traditur remiſſive.*

31 *Concurſus ad hæreditatem Clerici jacentem, coram quo Judice debeat formari remiſſivè.*

1 QUÆSTIO hæc ingentes patitur difficultates, quam licet nonnulli Doctores inferius laudandi obiter attigerint, illorum reſolutio illas non abſolvit, non enim calluere ipſi hujus judicii concurſus naturam, & qualitatem, idcirco nihil mirum, ſi veram & efficacem rationem, atque invincibile fundamentum neglexerint.

2 Negativam partem conatur defendere Martha *de jurisdict. 4. part. cent. 2. caſu* 123. nempe ad concurſum creditorum Clericum non poſſe citari à judice laico, uti incompetente, & incapace, pro qua nonnulla exagitat fundamenta à quorum examine veritas noſtræ reſolutionis clarebit. Primum fundamentum eſt ratione incompetentiæ, quia in hoc judicio concurſus Clericus eſt reus, & ideo citatus à debitore, qui eſt actor, non coram judice ſæculari comparere debet, ſed coram ſuo judice Eccleſiaſtico, cum actor ſequi forum rei adſtringatur, *cap. cum ſit generale, de foro competenti, cum vulgaribus.*

4 Secundum quoniam nec ratione individuitatis judicii, hæc juriſdictio attribui poteſt judici ſæculari contra clericum; etenim, eſto quod concurſus judicium ſit individuum, prout verè individuum eſſe affirmat ipſe Martha *d. caſu 12. n.* 13. *&* 14. & nos abundè probavimus ſuperius *c. 2. cum duobus ſeqq.* Adhuc tamen in judiciis individuis, connexis & inſeparabilibus, in quibus adeſt clericus & laicus, non ad judicem laicum, qui de clerico cognoſcere non poteſt, ſed ad judicem Eccleſiaſticum, uti digniorem recurrendum eſt, qui de omnium cauſa ſimul cognoſcere debet ex iis, quæ ipſe Martha eadem 4. *p. cent. 2. caſ.* 118. dixerat, plenius tamen nos probabimus inferius, quando hoc fundamentum repetemus.

6 Tertium & ultimum fundamentum Martha metipſe ſic format, ad concurſum creditorum multi in jure reperiuntur caſus, in quibus debitor admitti non debet, qui quidem diſcuſſionem requirunt, an ſive impedimentum ad concurſum, & ceſſionem faciendam per debitorem communem, & à judice admittendam, quæ diſcuſſio fieri non debet in clericum per judicem ſecularem, cujus juriſdictio etiam conſentiendo ſubmitti non poteſt.

7 Hæc ſunt fundamenta Doctoris Marthæ ad tuendam partem negativam moti, cujus reſolutionem noviſſimè licet obiter. & relativè, ſequutus fuit Carpio *de executor. teſtam. 3. p. c.* 10. *num.* 37. *juncta n. fin.* qui dum aliam quæſtionem tractans à principio cap. pro fundamento contrario ſuæ reſolutioni aliquorum Doctorum attulit doctrinam, ad concurſum creditorum citandum eſſe clericum creditorem à judice laico, & dum *in d. num. fin.* conatur huic fundamento ſatisfacere, plures adducit Doctores aſſerens contrarium tenuiſſe, nempe Martham in loco ſupra citato, Duardum *in Bulla Cœnæ, lib. 2. can.* 15. *quæſt.* 11. *n.* 53. & Ant. Dianam *variar. reſolut. 1. tom. de immunitate eccleſiaſt. reſolut.* 22.

8 Sed his non obſtantibus, prout verè, nec obſtat, contraria ſententia, & de jure, & de univerſali tribunalium praxi & veriſſimâ, tutiſſima, & recepta eſt, qæque impenetrabili fundamento nititur, immo in hoc judicio concurſus judicem ſæcularem eſſe competentem, ut inter cæteros creditores liberè citare poſſit clericum ſimiliter creditorem, ideo ut comparens, & opponens fori declinatoriam, & petens, ut ad ſuum judicem Eccleſiaſticum remittatur, non ſit audiendus, quam plurimi Doctores & communiter obſervat 9
Urſillus *in additio. ad Afflictis in deciſ.* 280. *nu.* 7. qui teſtatur ita fuiſſe judicatum in concurſu creditorum in prætorio Neapolitano contra clericum etiam expreſsè petentem remiſſionem ad ſuum judicem Eccleſiaſticum, & nihilominus coram ſæculari judice citante coactus fuit directè jura ſua deducere, & litigare: idem teſtatur Vinius *deciſ.* 38. *num.* 8. latiùs Garcia Maſtrillus *in deciſ. Siciliæ* 79. *per totam*, aſſerens *n. fin.* ita fuiſſe deciſum 31. *Januarii anni* 1604. tenent etiam Hieronymus de Cevallos *in communi contra comm. tom.* 4. *quæſt.* 896. *num.* 923. *&* *num.* 624. Ancharanus *in cap. ea quæ, num.* 21. *verſ.* † *occurrit tamen mihi dubium, de Reg. juris in* 6. Chriſtoph. de Paz *de tenuta 2. part. cap.* 63. *num.* 17. 18. *&* 19. Alphonſus Guzman *de eviction. cap.* 7. *num.* 56. *& ſeq. ſub. num. verſ. principalem concluſionem.* Apizella *de dilatione quinquennali, tit.* 1. *n.* 97. & ibi addit *lit. C.* Gironda *de privilegiis, n.* 949. Noguerol. *allegatione* 19. *num.* 19. *&* *n.* 131. Novarius *in praxi electio, & variatio fori, ſect.* 3. *quæſt.* 24. *in 2. editione, fol* 163. Grallis *de effectu clericatus, eff.* 1. *n.* 475. & præ ceteris iterum idem de Cevallos *in* 5. *tom. de cognitione viol. quæſt.* 72. *per totam.* Ubi rectè infert judicem Eccleſiaſticum in- 10
hibentum judici ſæculari clericum citanti, ut ad concurſum creditorum motum, & formatum à debitore communi vim faceret, eo quod juriſdictione caret, nec ad eum, ſed ſæcularem hoc judicio cognitio in omnes indiſtinctè creditores pertineat, qui omnes loquuntur in citatione clericorum tam ad concurſum creditorum quam ad dilationem quinquennalem per creditores omnes præſtandam debitori.

Qui omnes Doctores licet veriſſimam, & juridicam 11
reſolutionem communiter affirment, falſa tamen moventur ratione, & falſo ut plurimum nituntur fundamento: ex eo enim ducuntur, quod, hoc judicium concurſus eſt individuum, & propterea clericus creditor ad eundem judicem, ſæcularem ſcilicet recurrere debet, & cum cæteris concreditoribus ſuis teneatur concurrere, ut omnium jura ſimul examinentur ad effectum prælationis detegendæ, ne continentia cauſæ dividi contingat contra juris Regulas & principia, ad latiſſimè comprobata per Nos *in c. 3. &* 4.

Sed iſta ratio tantum abeſt, quod concludat in juriſdictione judicis ſæcularis, ut potiùs eam attribuat judici Eccleſiaſtico, quoniam individuitati, connexioni, & continentiæ cauſarum hic effectus attribui non poteſt, hæc etenim in accumulatione proceſſuum tantum operatur, non autem in attribuendo foro ei, qui aliàs eſt incapax contra clericum, & Eccleſiam.

Verum eſt etenim quod quando in judiciis indivi- 12
duis, & inſeparabilibus contra plures motis inter quos unus ſit clericus ratione individuitatis ad unum, & eundem judicem erit recurrendum, Eccleſiaſticum ſcilicet, uti digniorem, ne cauſæ continentia dividatur: ita eſt communis ferè Doctorum opinio, de qua teſtatur Gratianus *in diſceptat. forenſ. tom.* 6. *cap.* 641. *per tot.* ubi *n.* 1. *&* 2. cum Deciano, Farinacio, Gregorio, Natta, Nevizano, & aliis opinionem ab omnibus receptam teſtatur, & iterum *tom.* 1. *cap.* 115. *n.* 6. & ex Covarr. *practicar. quæſt.* 34. *n.* 2. Gutierrez *lib.* 1. *quæſt.* 19. quem referens ſequitur Caſtillo *controverſiar. tom.* 6. *c.* 165. *ſub num.* 47. & ipſe Gutierrez *lib.* 5. *practicar. quæſtione* 30. *à n.* 48. Martha *de juriſdictione, part.* 4. *centuria* 2. *caſu* 118. *per totum*, & iterum 2. *part. cap.* 1. *à n.* 20. Surdus *de alimentis, tit.* 9. *num.* 3. Et pene alii infiniti Doctores quos in unum ad id cumulavimus, in noſtris comment. *De ſupplicat. ad Sanctiſſ.* 2. *part. cap.* 14. *à principio*, & ſignanter *à n.* 5. *cum ſeqq.* ubi ad ſaturitatem hanc doctrinam comprobatam videbis:

debis:

debis : ergo ratio connexitatis, qua nituntur præfati Doctores insufficiens est de per se.

13 Vera igitur ratio, & infallibile, & impenetrabile fundamentum, quoad omnes in hac nostra controversia difficultates evanescit, illud est nobis libenter oblatum, & suaviter deductum à natura negotii, & judicii concursus creditorum; est enim quoddam præventivum judicium inductum à debitore communi ad evitandas molestias creditorum, etenim qui totus est aliqua legitima exceptione non impeditur eamdem in judicium deducere adversus suos creditores, eorum timens inquietationes; prò cujus remedii præventivi justificatione, infinitos penè Doctores congessimus superiùs *c. 2. à. n. 5. cum multis seqq.* ubi copiosè reperies, non repeto.

14 Ex quo ad nostrum propositum infertur, quod debitor utendo hoc præventivo remedio adversus suos creditores, licet in illo priori actu, & libello videatur actor; tamen in effectu quoad omnia verè reus est, in terminis tenent Bart. *in l. libertus ff. de in jus vocando.* Covar. *lib. 1. variar. resolut. cap. 18. nu. 4.* Anton. Olivanus *cap. 15. num. 23.* Fabius de Anna, qui multos allegat *consil. 58. num. 9. & 10.* Decius *consil. 3. num. 9. & 10.* Ludovicus Roman. *consil. 217.* Franciscus Marcus, *decis. 49. num 9. part. 1.* latissimè Cancerius, *variar. resolut. lib. 1. cap. 1. tit. de actionibus, & obligationibus, à n. 53. cum multis seqq.* Gratian. *disceptat. forens. 85. n. 11. & 12. & 31.* Ponte *decisione 71. per totam* Costa *de subsidiar. remed. 50. à nu. 13. cum. seq.* Borellus *cons. 1. num. 1.* Vincentius de Franchis *decis. 657. num. 3.* Giurba *decis. 44. sub. num. 1.* Amato *variar. resolut. 31. num. fin.* in fine latissimè post innumerabiles penè Doctores tenet Ciarlinus *controversiar. c. 4. per totum.* ubi signanter hoc ipsum defendit post communem Doctorum in clerico creditore, ut iste sequi teneatur forum debitoris laici in hoc judicio præventivo. Item licet obiter nullo fundamento adducto, nec Doctoris alicujus authoritate, firmat Cevallos *in 5. tom. de cognitione violentiæ. 2. p. quæst. 72. num. 7. & 10.* quam verissimam resolutionem post magnam Doctorum allegationem, & juris fundamenta abundè probavimus *in d. cap. 2. à num. 7. usque ad. n. 16.*

15 Igitur naturaliter, & absque ulla juris violentia nec artificio, sed notissimis ejusdem regulis attentis, Judex secularis est Judex competens in hoc concursu formato à debitore laico, verè & realiter reo, cujus forum præcisè, & necessariò tenentur sequi omnes creditores, tanquam verè actores indistinctè, sivè laici, sive clerici sint, prout sequi tenebantur, si simpliciter cessante concursu à suo debitore sua credita petere voluerint, nihil innovare concursus judicio per debitorem moto; cùm ad id ipsum sit ordinatum, directum, & destinatum, ut certiorentur creditores de cessione bonorum debitoris, & compareant, ut virtute jurium & titulorum suorum petant sua credita, & ut sibi de bonis debitoris cessis, & dimissis, satisfiat, servata inter omnes gradus prærogativa, quia debitor nihil à creditoribus suis petit, sed illos monet, ut in concursu petat.

16 Et in terminis, quod in hoc judicio creditorum, *pleito de acrehedores* vulgò dicto creditores clerici teneantur sequi forum debitoris communis, probant Ozascus *decis. 151. num. 4.* Natta de Alexand. *cons. 303.* verbo. *debet adiri lib. 5.* Socinus *cons. 9. in causa vertente, col. 2. n. 4. lib. 4.* Cagnolus, Capicius, & alii per Ursillum ad Afflictum *decis. 268. num. 2.* Amato. *variar. resolut. 32. num. fin. in fin. & n. 7. & 8.* Gratianus *disceptat. 85. num. 8. & seqq. post. plures Rotæ decisiones.* Cancer. *variar. resolut. lib. 1. cap. 1. num. 61. & 63.* cum multis citatis, & alibi comprobavimus *in d. cap. 2. à n. 7. cum multis seqq.* quo fundamento, & ratione securè currit assertio tantorum Doctorum dicentium communiter quod in hoc judicio concursus clericus creditor tenetur comparere admonitus coram Judice seculari, & simul cum cæteris concreditoribus concurrere, ita ut opponens exceptionem declaratoriam, & petens remissionem ad suum Judicem, non sit audiendus; quorum nomenclaturam in unum congessimus ibi *n. 8. & 9.*

Et quod clericus citatus ad concursum creditorum formatum per debitorem laicum, sit actor, & ut talis debeat sequi forum debitoris, ita ut non admittatur ad declinatoriam, novissimè dixit Pereira, *in tract. de universa instrum. editio. tit. 1. resolut. 3. §. 5. num. 107.* post Afflictum, Cevallos, Grassum, & Noguerol. *allegat. 29. n. 131.* Rollandus à Valle *cons. 28. per totum volum. 2. maximè ex n. 7.* nec non Gratiosus Ulbertus *de citationibus. cap. 5. n. 130.*

17 Deinde, & ex superabundanti probatur clericum creditorem citatum ad judicium creditorum, non dici reum necessarium, sed actorem voluntarium, quia non possidet; sed ratione hypothecæ, vel alterius juris citatur ad deducenda jura sua, quia tunc citatur quatenus sua putaverit interesse, & tunc quatenus non possidet, actor est. Et non admittitur ejus declinatoria. Grammaticus *decis. 61.* Tuschus *concl. 239. nu. 11. lit. C.* ubi quod quoties laicus possidet, & contra eum est judicium principaliter fundatum, potest clericus citari, quatenus sua putaverit interesse, nec turbatur jurisdictio Ecclesiastica. Ex quo clericus non possidens, pro interesse, quod habet, semper debet esse actor, & per consequens forum rei, & hic secularis sequi tenetur, si vult jura sua experiri contra laicum possessorem, & declinatoriam non opponit, sequitur Castillo *decis. Siciliæ 2. & sub num. 25.* qui testatur decisum in Consistorio. Rota Genuens. *decis. 143. nu. 7. & 8.* Natta *cons. 99. n. 8.* qui alios refert. Giurba *decis. 1 sub. nu. 34. & 35.* Marius Murta *Ritu 97. sub. n. 34. n. 35.* Muscatellus *in praxi lib. 2. p. 2. glos. intimato n. 34.* Antonius Amato *variar. resolut. 32. à n. 7. & 8.*

18 At secus si tertius ille, qui possidet, citetur etiam quatenus sua putaverit interesse, indubitabile est de jure, quod non actor voluntarius, sed verè reus necessarius sit, & ejus declinatoria admittenda, & remissio facienda ad suum Judicem competentem. Capicius *decis. 8.* Decius *cons. 187.* Craveta *cons. 13. ad finem* Grammaticus *decis. 61. n. 2. & 3.* Ancharanus *in regula ea quæ de regulis juris in 6. quæst. 28. vel. 17.* Rollandus à Valle *cons. 29. num. 18. lib. 1.* Mastrillus ad Capicium *decis. 8. in 8.* Alexand. *in l. de pupillo in fin. ff. de novi operis nunciat. & cons. 86. num. 5. lib. 2.* Farinac. *q. 8. n. 88. & decis. 56. sub. num. 4. p. 2. tom. 3. & decis. 185. num. 2. tom. 1.* Castillo *decis. 2. n. 8. 9. 10. & 11.* Tuschus *concluf. 239. n. 55. lit. C. tom. 1.* Marius Mutta *ritu 97. sub. num. 47.* Vincentius de Franchis *decis. 523. num. 15. & 16. & decis. 524. num. 3.* Amato *decis. 48. num. 8. & 25.* Martha *de jurisdictione 4. p. centur. 1. casu. 37. num. 16.* Giurba *decis. 1. num. 51. in fin.* Antonin. Amato. *variar. resolut. 31. à n. 4. & seqq. qui num. 5.* post. plurimos limitat, quando iste tertius lite pendente adeptus est possessionem. Vide de his, quæ latiùs diximus *in comm. de protect. Regia 4. p. cap. 8. à n. 32. cum seqq. & à n. 80. cum multis seqq.* & signanter de clerico tertio possessore se opponente executioni sententiæ inter laicos latæ ad effectum declinatoriæ admittendæ. Vide latissimè *d. 4. p. cap. 14. à n. 70. cum multis seqq.* ubi quod si possessor est, licet sua declinatoria sit admittenda; ipse tamen clericus se liti & executioni opponere debet, & comparere coram Judice seculari. Nos & alios novissimè sequitur Noguerol. *in allegat. 19. à num. 122. & seqq. & superius* legendus.

19 Quibus ita dilucidè præmissis, non obstant argumenta contra tam fundatam resolutionem, communiter per Doctores receptam, & praxi universali admissam, per Martham considerare, quorum vigorem nostrum primum penitus fundamentum destruxit, & enervavit; & non obstat primum de quo supra *num. 2.* cui respondetur illud per Martham fuisse formatum sub falso

falso suppositio, ac incerto fundamento; supponit etenim quod in hoc judicio concursus creditorum clericus citatus sit reus, nulla ratione nec authoritate. sed obiter minus cautè asserit quod quàm falsa assertio sit, clarè, & indubitanter monstravimus; hoc *c. à n. 13. & seq.* prout & contra ipsum Martam consideravit, & rectè Cevallos *in 5. tom. de cognit. violentiæ. quæst. 72. sub n. 7.* dum dixit, quod in hoc judicio creditorum clericus actor citatus ad concurrendum inter cæteros creditores non convenitur ut reus, sed provocatur, ut actor, ad comparendum, & docendum de suo jure, quamvis in comprobationem neminem alleget, nec aliquo fundamento comprobet, sed ejus assertio ex hactenus dictis certissima redditur. 20

Nec obstat secundum quod apparenter magis urget, de quo supra *à n. 43.* quod fortius fulcitur ex doctrina per nos scripta suprà *n. 11. & 12.* nempe, quando in judiciis mixtis, connexis, & individuis inter plures reos conveniendo unus adest Clericus, unus Judex adeundus, & sic Ecclesiasticus ut dignior. Quia respondetur hanc doctrinam, & communem opinionem veram in se esse, sed non adaptabilem nostræ controversiæ, cum loquantur, quando plures rei conveniendi sunt, sed non quando plures actores unum reum conveniunt, quia tunc sive mixtim agant sive separatim, sive omnes laici sint, sive omnes Cleri, omnes, & singuli sequi tenentur forum rei indivisibilem. In quo non datur, nec reperitur diversitas fororum, & judiciorum, sicut inter reos plures diversi fori conveniendos, ut tunc quando causa est individua, ad unum judicem omnium reorum superiorum pertinet cognitio ratione indivisibilis materiæ; at cum in judicio concursus debitor sit reus verè & realiter cujus judex competens laicus est, & coram eo formari debet judicium hoc creditores uti actores in eodem concurrere debent, ad latè tradita supra *c. 2. per totum, & capitibus seqq.* 21 22

Nec obstat tertium, & ultimum, de quo supra *n. 6.* quod in concursu creditorum aliqui sunt casus in quibus non admittitur debitor ad cessionem, & Clericus creditor de eodem impedimento potest comparens opponere, & super hac discussione Judex sæcularis non competens est, hoc argumentum ubi vigorem suum habeat prorsus ignoro. Certè indignum est responso. Si enim Judex sæcularis in origine judicii Judex est competens causæ principalis, cur non et de omnibus exceptionibus in judicium incidentibus (dempta spirituali) non cognoscet? Quia Judex causæ præparatæ, Judex etiam est causæ præparantis, quia valet argumentum de præparata ad causam præparantem, aut unde potest Marta deducere, & inferre consequentiam, aut quo jure illa fundat, ut satisfactione digna efficiatur; impertinens enim est, transeat. 23 24

Nec obstat Carpius supra citatus *n. 7.* qui sequutus Marthæ opinionem manifestè, ut ipse, erravit contra tot principia juris, & fundamenta hactenus relata, & contra communem opinionem tantorum Doctorum communiter receptam, & praxi usitatam in toto orbe Christiano, immo cæteri Doctores à se allegati minimè loquuntur in concursu creditorum, sed in confectione inventarii, contra quos adhuc communis est observantia, & praxis à nullo jurisprudentiæ DD. impugnata, & sic nec Diana, nec Duardus sunt in consideratione tanquam Theologi juris principiis destituti. 25

Ex resolutione verissima nostræ quæstionis principalis illud deducitur, quod cum concursus debeat fieri coram judice competenti debitoris tanquam rei à creditoribus conveniendi, & coram eodem judice formandus, coram quo concursu cessante, debitorem tenebantur convenire, & petere: pariformiter & ex identitate rationis Clericus debitor, qui vult concursus judicium formare inter suos creditores laicos, aut Clericos, sive etiam permixtim clericos, & laicos hujus concursus judex erit competens privativè Judex Ecclesiasticus ipsius Clerici debitoris bonis cedentis, ita ut ad ipsum concursum concurrere teneantur laici creditores, nec audientur, si citati per judicem concursus Ecclesiasticum comparentes declinatoriam, & incompetentiæ exceptionem opponere voluerint, quoniam ipsi actores sunt, & Clericus debitor reus, cujus forum sequi tenentur præcisè, & necessario, quia ad hoc vocati sunt ad judicium concursus, ut eundem Clericum debitorem conveniant, & ab eo petant quidquid eisdem debere monstraverint per legitimas probationes, prout manifestè probavimus *supra cap. 2. per tot.* Quia fundamenta, & authoritates ibidem longa manu ascriptæ communes sunt omnibus debitoribus concursum creditorum formantibus, sive ipsi sint laici sive Clerici, cum semper natura hujusmodi judicii attentata, semper debitor est reus verè, & realiter, & ejus forum sequi tenentur creditores, uti actores veri, in quo nullum dubium est, nec genus differentiæ. 26

Et ultra ea, quæ dicta sunt *in d. c. 2. & in hoc c. à principio.* Probat expresè hanc conclusionem textus vulgaris *in cap. Odoardus de solutionibus.* Ubi debitor Clericus, qui cessionem bonorum fecit in casu illius textus, & coram judice competente Ecclesiastico, & coram eodem fuit conventus à suis creditoribus Clericis, & laicis ut patet ex eodem textu ibi, *Odoardus Clericus proposuit, quod cum P. Clericus, & D. laicus quidam, & alii coram officiali, Archid. Remensi super quibusdam debitis,* &c. 27

Hoc idem deducitur ex aliquorum Doctorum doctrina dicentium debitorem cedentem bonis, & moventem judicium concursus liberari à molestia carceris, & excommunicationis, & ejus absolutionem obtinere, & consequi debere. Federicus de Senis *cons.* 188. & communiter Doctores *in de c. Odoardus.* Brunus à Sole *in suis quæstionibus legalibus, quæst. 6. per totam.* Matthæus Brunus *de cess. bonorum quæst. 21. à principio nu. 12. & seqq.* Cancerius *variar. resolutio. lib. 2. c. 9. de cess. bonor. n. 2. & n. 12.* alibi passim. Quæ doctrina non potest verificari quando debitor formans concursum laicus est, quia ut diximus, vel reus debet judicium hoc formare coram suo judice competente laico, scilicet, qui tanquam incapax jurisdictionis spiritualis excommunicare non potest, atque ideo perneceſſe istorum doctorum doctrina debet intelligi de Clerico debitore coram suo judice Ecclesiastico competente concursus judicium formante, non aliter, ne Doctores damnemus absurdo. Et ita communiter servatur, & quotidiana praxis ostendit. 28 29

Et an Clericus, cui in judicio concursus per sententiam graduationis bona fuere consignata, & tradita in solutum pro sui crediti extinctione sub fidejussione, vel absque illa, si à creditoribus anterioribus, vel alio tertio lis moveatur, an comparere debeat coram judice concursus, à quo bona ipsa consequutus fuit, vel an declinans hunc forum ad suum competentem, sit remittendus, aptiori loco disceptavimus, *infra 2. part. c. 6.* ubi latiùs videre poteris. 30

Et concursus ad hæreditatem clerici jacentem, an coram judice sæculari, vel judice Ecclesiastico sit formandus, & decidendus, vide latissimè *in c. 2. ex n. 47. usque ad fin. hac 1. p.* 31

CAPUT VII.

Fiscus pro suo credito an ad judicem concursus citetur, vel an ad se totum judicium trahat.

Necnon de remedio, quo uti solent creditores ad separandum fiscum à concursu, ut evitetur processus attractio.

Atque etiam semel dimisso, ac soluto fisco, an lis ipsa ad priorem judicem revertatur.

Et an scholaris creditor concursum alibi à debitore formatum ad suum forum trahere valeat.

Ubi valdè utilia plura (ex quibus taxatur privilegium fori scholarium) annotantur.

SUMMARIUM.

1 *Fiscus creditor considerator, vel quando creditum procedit ex delicto, vel quasi; vel quando procedit ex contractu, vel ratione bonorum patrimonialium.*

2 *Fisci debitor ratione delicti, vel quasi, non admittitur ad cessionem, & concursum formandum.*

3 *Quid dicendum, quando debitum procedit ex pœna pecuniaria parti applicata, remissivè.*

4 *Delinquens condemnatus ad pœnam pecuniariam partim parti, & partim fisco applicatam, si debitor non est solvendo, pars fisco præfertur.*

5 *Textus* l. unica. C. de pœnis fiscalibus creditoribus præfer. *cum multis explicatur.*

6 *Ex duobus instrumentis à fisco, & ab alio creditore præsentatis, si non appareat de anterioritate, quale eorum præferatur.*

7 *Creditores delinquentes ex contractu præferuntur fisco agenti pro pœna pecuniaria: secus si creditores pro pœna simul agant.*

8 *Creditor pro pœna pecuniaria sibi applicata, non tanquam pœna, sed tanquam interesse, & pro damni recompensa præfertur fisco pro pœna pecuniaria ex eadem sententia concurrenti.*

9 *Quando creditum fisci, provenit ex causis mere civilibus, & bonis patrimonii, debitor admittitur ad concursum peragendum, ad quem fiscus tenetur concurrere.*

10 *Conductores reddituum regalium, & eorum fidejussores à cessionis remedio repelluntur.*

11 *An quando fiscus creditor comparet in judicio concursus declinans, possit ad se trahere totum hoc judicium? negativa sententia proponitur. verior ex n.* 14. *& contrariis satisfit. n.* 18.

Fiscus habet suos judices privatos, qui de suis causis privative cognoscunt. ibid.

Fiscus semper utitur jure privato, in causis ubi non reperitur à jure specialiter privilegiatus. ibid.

12 *Clericus creditor tenetur in concursu coram judice debitoris comparere.*

13 *Fiscus in judicio concursus actor est, & debitoris forum sequi tenetur.*

14 *& seqq. Fiscus comparens ad concursum formatum, potest trahere ad suum judicem privatum totum hoc judicium, tanquam individuum.*

Procurator fiscalis, exemplo antiqui procuratoris Cæsaris non tenetur pro juribus ad fiscum pertinentibus, coram aliis judicibus comparere, quàm iis quibus ipse assidet. ibid.

15. 16. & 18. *Fiscus, sive sit actor, sive reus quascumque causas alibi pendentes sive tangant clericos, sive laicos, nulla habita ratione fori ad suum tribunal trahit.*

17 *Jus avocandi causas fiscales omnibus tribunalibus supremis, quæ de juribus fiscalibus cognoscere solent, competit.*

18 *Ad evitandas molestias avocationis fisci, solet major pars creditorum consentire ut ex corpore bonorum dismembretur quantitas credito fisci correspondens ad ejus satisfactionem, & ita extincto interesse fisci, liber remanet concursus.*

Ponderatur ad id textus in l. cum unus 12. §. *plane. D. de bonis autor. Jud. possid. cum aliis. ibid.*

20 *Separatorum natura est inducere diversitatem.*

21 *Cessante causa privilegii, privilegium cessat.*

22 *Major pars creditorum, quibus major summa debetur, prævalet majori parti personarum, quibus minor summa debetur.*

23 *Prælatio cessa fisco per creditorem concursus, nullam patitur controversiam, creditum tamen ipsum illam admittit coram Judice fisci, an verè debeatur, vel non.*

24 *Excipiens de solutione, debitum non fatetur.*

25 L. pecuniam. C. de jure fisci, *non continet speciale privilegium fisci, sed procedit in quocumque creditore.*

26 *Fiscus ex consensu creditorum circa prælationem sui crediti consequitur multas utilitates.*

Fiscus tutus est per creditorum consensum, ne ab anterioribus creditoribus ipsi solutum avocetur. ibid.

27 *Fiscus per consensum creditorum excusatur à mala fide, quæ ex posterioritate sui crediti poterat provenire.*

28 *Consensus creditorum circa fisci prælationem, creditorem fiscum non efficit, si aliàs nihil ei debebatur.*

Hæc prælationis cessio facta fisco coarctatur ad solos terminos prælationis. ibid.

Renuntiatio strictè est interpretanda, ut minus lædat renunciantem. ibid.

Renuntiatio debet restringi ad potestatem renuntiantis. ibid.

Creditores, solum de creditis, & antelationibus suis possunt disponere; non de bonis communis debitoris. ibid.

29 *Qui confitetur appellationem, non fatetur eam esse validam ex decisione Rotæ.*

Confitens valorem instrumenti, quod nullum erat, sibi non præjudicat. ibid.

30 *Resignatarius recognoscens beneficii pensionem, in supplicatione potest contra eam legitimam exceptionem opponere.*

Hæres qui fatetur testatorem disposuisse, potest dicere de nullitate dispositionis. ibid.

31 *Avocata causa ad tribunal fisci, ibi tantum debet permanere, donec de suo credito satisfiat, exindeque remitti debet ad primum Judicem.*

32 *Textus* in l. ubi cœptum, D. de judiciis *opponitur, & explicatur.*

34 *Origo semper attenditur.*

35 *Præjudicium ne inferatur creditoribus, lex semper curat.*

36 *Privilegium semper interpretandum est, ut minus lædat.*

Mutatio judicii, quæ fit favore fisci, maximum affert creditoribus præjudicium. ibid.

37 *Avocatio jurisdictionis ordinariæ ex aliqua causa facta ea cessante, cessat, & redit jurisdictio in suum principium.*

Jurisdictio ordinaria naturalis dicitur. ibid. remissivè.

38 *Actus, sublato obstaculo, facilius convalescit, quàm de nova inducitur.*

39 *Scholaris ad concursum vocatus si compareat, & petat totius causæ remissionem ad suum Judicem, an sit audiendus.*

40 *Scholaris gaudet privilegio, sive ipse conveniat, sive conveniat, & explicatur l.* 18. & 20. *tit.* 7. *lib.* 1. *compilat. remissivè.*

41 *Scholaris in hoc judicio concursus ex identitate rationis debet gaudere privilegiis, quibus utitur fiscus. solvitur. n.* 55

42 *Scholares habent privilegium, ut eorum causæ remittantur ad suum scholæ Judicem.*

43 *Debitor bonis cedens, utitur privilegio miserabilibus personis concesso.*

44. & seqq. *Scholaris ad concursum vocatus coram Judice concursus tenetur comparere, nec hoc casu habet causæ remissionem.*

45 *Scholaris in concursu concurrit cum debitore communi, & creditoribus, qui ut plurimum sunt pupilli, & viduæ.*

Miserabiles personæ habent privilegium avocandi causas, & ut ultra suum territorium non conveniantur ibidem & ponderantur verba l. 1. C. quando imper. &c.

46 *Privilegiatus contra pariter privilegiatum, non utitur suo privilegio.*

47 & 49. *Privilegium miserabilibus personis concessum, ut clausum in corpore juris, fortius est privilegio scholarium.*

48 *Privilegium miserabilibus personis concessum in d. l. unica, specialem, & nominatam derogationem requirit.*

49 *Privi-*

49 *Privilegium d. l. unicæ, expresè, & litteraliter non est derogatum per Bullas Apostolicas, nec leges Regias, circa scholarum privilegia latas.*

50 *Miserabiles personæ dum instant pro conservando concursum in foro quo pendet, tractant de damno vitando.*

Mutatio judicii magnum damnum affert, ibid. remissivè.

51 *Scholaris plerumque in judicio agit cessione patris, miserabilis verò persona ex proprio jure, quod illi prævalet.*

52 *Scholaribus conventis per pupillum, & alios habentes privilegium clausum in corpore juris pluries denegatam fuisse causarum remissionem, traditur ex decisione Franchis.*

53 *Privilegium civitatibus concessum, ut earum causæ non alibi, quam in proprio foro proponantur; non censetur derogatum miserabilibus personis specialiter concessum.*

54 *Concursus judicium omnia privilegia mutationis subvertit, & ad eum quotidie miserabiles personæ invitæ trahuntur.*

55 *Fisci privilegium uberius est, & præstantius privilegio scholasticorum.*

56 *Scholaris, tam in concursu creditorum, quàm in cæteris causis, non potest uti suo privilegio contra miserabiles personas.*

57 *Scholaris, qui in augendo, sive in defendendo passus fuit litem tractari coram judice ordinario, & competenti, censetur privilegio tacitè renunciare.*

Expenditur doctrina Clarevallis. ibid.

58 & 72. *Scholaris liberè potest privilegio fori tacitè, vel expresè renunciare, & jurisdictionem ordinariam prorogare.*

59 L. in sacris l. 2. C. de proxim. sacror. scrinior. *ponderatur.*

Miles, & familiaris, scilicet officii possunt alienam jurisdictionem prorogare. ibid.

60 *Princeps quando aliqui certos Judices privatos concedit, non tollit ei facultatem prorogandi alterius Judicis jurisdictionem, si velit.*

Argumentis, quibus probatur scholarem non posse prorogare jurisdictionem, satisfit remissivè. ibid.

61 *Scholaris exemptio est odiosa, & contra jurisdictionis ordinariæ naturam, & sic facilè revertitur ad suam naturam.*

62 *Scholaris, qui citatus à Judice ordinario, declinatoriam omisit, & errando litem coram eo fuit contestatus, amplius exceptionem opponere non potest.*

63 *Rebuffi, & aliorum contraria sententia solvitur remissivè.*

64 *Administrator, licet non cogatur rationes reddere nisi in loco in quo administravit, si expresè vel tacitè patiatur alibi conveniri, non poterit reclamare.*

65 *Miserabilis persona comparens coram Judice ordinario, potest variare, & petere remissionem causæ ad curiam Principis.*

66 *Contraria sententia verior, & in praxi admissa.*

67 *Scholaris conventus coram Judice ordinario, si non compareat in tempore, quo proponere debuit exceptionem declinatoriam, vel eam præsens non proposuit elapso tempore non auditur.*

68 & 69. *Contumax comparens non potest opponere exceptionem declinatoriam, nisi intra id tempus, in quo si fuisset præsens eam opponere debuisset.*

Contumax non debet esse melioris conditionis, quam obediens. ibid.

70 *Contumax, qui amisit privilegium declinandi, etiamsi compareat ultra terminum in quo illud proponere debuit, auditur & super declinatoria est pronunciandum.*

71 *Citatus à Judice jurisdictionem licèt declinabilem habente, tenetur coram eo comparere; aliàs contumax reputatur, jecus quando Judex nullam jurisdictionem habet.*

72 *Scholaris citatus à Judice ordinario tenetur comparere & de suo privilegio docere: aliàs in eum tanquam in contumacem proceditur.*

Scholaris potest prorogare Judicis ordinarii jurisdictionem tacite, vel expresè. ibid.

73 *Contra contumacem jure Regio proceditur in civilibus usque ad definitivam.*

74 *Contumax in criminalibus auditur intra annum ad pœnam pecuniariam, corporalem semper; & solutis expensis ad declinandum admittitur.*

75 *Contumax amittit electionem fore, & etiamsi purget contumaciam non admittitur ad declinandum.*

76 *Scholari, qui post cœptum judicium coram ordinario descriptus fuit in matricula, denegatur remissionis petitio; maximè in concursu creditorum.*

77 *Traditur doctrina Barbosæ, & aliorum contrarium asserentium, & solvitur.*

78 *& seq. & n.* 85. *Confutatur superior doctrina, & explicatur textus* in l. ubi cœptum. D. de judiciis, *remissivè.*

79 *Forus prioris judicis non mutatur per privilegium superveniens, & explicatur textus* in l. cum quadam puella, D. de judiciis, *cum aliis.*

80 *Viduitas superveniens non prodest ad remissionem causæ pendentis ante viduitatem.*

81 *Pupillus, qui successit majori lite jam cœpta, pupilli privilegio non juvatur.*

82 *Clericatus lite jam cœpta superveniens non prodest ad judicii mutationem.*

83 *Forus non mutatur, si lite mota, & pendente pupillus adultus fiat, vel vidua nubat.*

84 & 85. *Distinctio privilegii supervenientis lite jam mota, motu proprio, vel ad instantiam privilegiati quoad mutationem fori, rejicitur.*

87 *Scholaris, & universitas in matricula descripta volens redimere censum, sortem cum usuris decursis consignare tenetur coram judice domini census.*

88 *Scholaris redimens censum cum actoris vices sustineat, non potest convenire dominum census ad receptionem coram judice scholæ ultra duas diætas, & traditur ibi decisio Senatus Pinciani.*

89 *In distractu, debitor forum rei creditoris sequi tenetur.*

90 *Actio quam debitor intendit, ut assignatione pecuniæ liber maneat à census obligatione, personalis est: & in ea forum Domini sequi tenetur debitor.*

Decisiones Senatus Pinciani. ibid.

91 *Scholares alii gaudentes privilegio universitatis, eo uti prohibentur in reddendis rationibus administrationis, tutelæ, & similium.*

93 L. 1. & tit. C. ubi de ratiociniis, *explicatur remissivè.*

Rationes eo in loco, in quo bona administrantur, reddi debent: non obstante quocumque privilegio fori. ibid.

Agricolæ, non obstante pragmatica in eorum favore lata, si aliena bona administraverint, ubi rationem reddere tenentur. ibid.

94 *Scholarium privilegium cessat, quando eo uti volunt in juribus creditis, & actionibns cessis per extraneos, & consanguineos: ob fraudis judicii mutandi suspicionem.*

95 L. 18. tit. 1. lib. 1. *compilationis explicatur cum aliis.*

96 *Cessio facta scholari prohibetur, quia semper in fraudem fori fieri intelligitur.*

97 *Cessio facta cæteris personis privilegiatis cessante fraude permittitur, & ex ea coram suo proprio judice privilegiato agere possunt.*

98 *Cessio facta scholari à patre sub conditionibus positis* in d. l. 18. tit. 7. lib. 1. *compilationis sustinetur, & potest ad exactionem debitoris coram suo privilegiato judice convenire.*

99 *Conditiones omnes* d. l. 18. *compilationis, in litibus definiendis servandæ sunt, quia dantur pro forma.*

100 *Ceſſio facta à patre filio, ob perſonarum conjunctionem magnam habet fraudis ſuſpicionem.*

101 *Juramentum requiſitum in* d. l. 18. *debet ante omnia præſtari à patre, & filio coram ipſo judice, aliàs non poteſt citationem expedire.*

102 *Juramentum requiſitum à lege debet præſtari coram judice, & non ſufficit coram notario, niſi habeat ſpecialem commiſſionem.*

103 *Juramentum omne debet præſtari in judicis manibus, nec ſufficit præſentia actuarii.*

104 *Juramentum, de quo* d. l. 18. *non reſpicit validitatem ceſſionis, ſed fundamentum, & exercitium juriſdictionis.*

105 *Per juramentum præſtitum in contractu ceſſionis judice abſente non ſatisfit formæ* d. l. 17. *cum requirat præcisè, ut coram judice fiat.*

106 *Quando natura verbi perſonalitatem requirit, à perſona non poteſt recedi.*

107 *Affertur deciſio Senatus Pinciani.*

108 *Ceſſio, ex quibus conjecturis fraudulenta detegatur, remiſſivè.*

109 *Magiſter ſcholæ non poteſt virtute ceſſionis citationem expedire, antequam plenariè conſtet ſcholarem jura dicetas eſſe, & explicantur verba* d. l. 10.

110 *Quando juriſdictio fundatur ratione loci, ad ejus exercitium ſufficit, quod loci qualitas deducatur in libello, quousque comparens contradicendo de veritate doceat.*

111 *Limitationes plures ad privilegia ſcholarium traduntur remiſſivè.*

1 AD primam hujus capitis partem dupliciter fiſcum creditorem conſideramus, aliter circa bona confiſcata, vel pecuniariam pœnam fiſco ipſi applicatam, & ſic quando debitum procedit ex delicto, vel quaſi, aliter verò ratione contractus, vel bonorum ſuorum Patrimonialium. Primo caſu, debitor fiſci non admittitur ad concurſum creditorum, & ceſſionem bonorum, formandum. Probat, & pro regula conſtanti firmat Brunus *deciſ. bonorum quæſt.* 4. *principal.* Nata *conſil.* 361. *lib.* 2. Clarus *in praxi §. fin. q.* 65. Covarr. *variar. reſolut. c.* 1. *num.* 8. Menoch. *de arbitrariis lib.* 2. *cent.* 5. *caſ.* 447. *in fin.* Ludovicus à Peguera *dec. crimin.* 6. *per totam, præcipuè num.* 8. innumerabiles alios congerit Farinac. *de pœnis, q.* 26. *à num.* 3. Ultra quos tenet Theſaurus *dec.* 182. *num.* 1. & 3. Seraphin. *in tract. de privileg. jurament. privilegio* 91. *num.* 8. Tiraquel. *in leg. ſi unquam verb. bona, num.* 5. *C. de revocandis donationibus*, quamplurimos alios laudat. Jacob. de Graſſis *de exception. excep.* 17. *à n.* 26.

2 Sed an idem ſit dicendum in pœna pecuniaria parti applicata? Vide latè Graſſis, *ibidem*, & Farinacium *ſupra citatum d. quæſt.* 26. *num.* 23. & *n.* 32. & 33. qui latiſſimè proſequuntur, & Theſaurum *deciſ.* 182. *à n.* 4. & *ſeqq.* & plurimos alios ab eiſdem citatos, diſtinguentes inter pœnam parti applicatam in vindictam delicti, & inter pœnam eidem applicatam pro damno paſſo, & intereſſe, ut in primo caſu non admittatur ad ceſſionem, & concurſum faciendum invito creditore, in ſecundo autem ſic.

3 Sed illa quæſtio obiter diſſolvenda, quando delinquens condemnatus fuit ad pœnam pecuniariam partim parti applicatam, partim verò fiſco, ſi debitor non ſit ſolvendo, quis eorum præferatur, quoniam inter hæc creditorum jura non datur temporis anterioritas, cum utrius fiſci ſcilicet, & partis ſimul oriantur eadem ſententia, & eodem inſtanti, ac momento. Videtur quod pars ſit potior ex *l. unica, cum rubric. C. de pœnis fiſcalibus, creditores præfer.* Ubi quod ſi aliquis
4 fuerit condemnatus à judice in pœna pecuniaria, & fiſco applicanda, ſi creditores anteriores condemnati debitoris concurrant cum fiſco, præferendi ſunt; quod & idem determinatur expreſsè *in l. non poſſunt*, 11. *l. in ſumma.* 17. *l. res.* 22. §. 1. *l. quod placuit*, 37. *l. Arianus*, 42. *ff. de jure fiſci, facit lex, ſi Marito.* 32. & 38. *ſoluto matrim. l.* 2. *C. in quibus cauſis pignus, leg.* 1. *C. de petitione hæreditatis, leg.* 9. *tit.* 3. *part.* 5. *leg.* 2. *tit.* 15. *lib.* 8. *recopilat.* exornant poſt alios Covar. *lib.* 1. *variarum. cap.* 16. Gomez *in leg.* 78. *Tauri num.* 5. & 6. Peregrinus *de jure fiſci. lib.* 4. *tit.* 8. *nu.* 12. Barboſa *in l. ſi conſtante*, 25 §. *ff. ſol. matrim. & in leg.* 1. *part.* 2. *nu.* 12. & *ſeqq. eodem tit.* Sixtinus *de regularibus, lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 85. Azevedus *in d. l.* 8. *recopilat.* Paz *in l.* 105. *ſtyli ſcholio* 2. Bobadilla *in polit. lib.* 5. *cap.* 6. *n.* 7. & 8. latiſſimè, & doctè exornat D. Franciſcus de Amaya, conſenator noſter in hac Valliſoletana Cancellaria *in d. l. un. C. pœnic. fiſcalibus, credit. præſ. à princ.* quibus adde Gratianum *diſceptat.* 304. *à num.* 9. & 17. Manticam *de tacitis & ambig. lib.* 11. *tit.* 19. *à n.* 30. ſuprà obiter cum Flores de Mena, Caſtillo *controverſ. lib.* 4. *cap.* 40. *num.* 64. Farinac. *tom.* 1. *quæſt.* 25. *à num.* 169. *cum multis ſeqq.* Amator Rodrig. *de privil. credit.* 1. *p. art.* 2. *n.* 12. & infiniti alii per hos relati.

Nec reſolutioni hujus quæſt. adplicari poteſt alia ferè ſimilis, quam acutè, & eleganter cum multis DD. diſputat D. Franciſcus de Amaya *in d. leg.* 1. *C. de jure fiſci, lib.* 10. *à num.* 39. *cum ſeqq.* Nos infrà 2. *part. cap* 4. *n.* 165. & *ex n.* 166. *cum ſeqq.* quando ſcilicet inter duo inſtrumenta, præſentatum à fiſco pro ſuo credito, & præſentatum ab alio creditore, non apparet de anterioritate temporis, diei, nec horæ, quale anterius præſumatur; quoniam hæc quæſtio longè abeſt à noſtra, in qua de tempore, hora, & momento utriuſque crediti conſtat, cum ſimul & ſemel in eadem ſententia utrumque creditum ſit utrique applicatum parti, & fiſco. 6

In qua quidem quæſtione licet contrarium obiter dixerit abſolutè D. Franciſcus de Amaya. *in d. l. unica. n.* 6. tamen omnium Doctorum eſt receptiſſima reſolutio in favorem fiſci nempe in bonis debitoris condemnati ad pœnam pecuniariam partim fiſco, partim parti applicatam; fiſcum præferendum parti, cui pœnæ pars ſimul, & in eadem ſententia fuit applicata, & ſic quod fiſcus creditoribus debitoris delinquentis tunc pro ſuis creditis præfertur pro debito pœnali, & originato à delicto, vel quaſi; at verò quando illorum credita proveniunt ex contractu, tunc fiſco præferuntur creditores quo caſu loquitur *d. l un. C. pœnis fiſcalibus*, ut ſecus ſit quando creditores, ſimul tum fiſco ex eodem delicto commodum reportarunt; hoc fiſci privilegium, ut creditoribus præferatur; quam opinionem ſequuntur Covarr. *lib.* 1. *variar. cap.* 16. *num.* 8. Mantica *de tacitis & ambig. lib.* 11. *tit.* 19. *num.* 31. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 304. *num* 9. & 10. & *num.* 17. *tom.* 2. Claudius Bertrand. *regul. crimin.* 140. *n.* 1. qui teſtatur de communi, Julius Clarus *in praxi, quæſt* 79. *verſ. vidi quandoque.* Proſper Farinacius *in tract. crimin. quæſt.* 25. *à nu.* 118. quam quæſtionem noviter ad partes diſputat, & pro fiſco reſolvit Carleval. *de judiciis, tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 2. *diſput.* 1. *tit.* 2. *ex n.* 32. *cum ſeqq. folio* 12. 7

Quæ tamen doctrina intelligenda erit, ut non procedat, quando ex eodem delicto, pro quo bona confiſcantur, aut pœna parti applicatur, ex eadem ſententia condemnatur delinquens, ad intereſſe partis, aut pro damno; ita, ut pœna pecuniaria parti applicata non tendat in pœnam delicti, aut vindictam publicam; ſed expreſsè dicatur pro damno recepto, ſeu intereſſe, tunc iſte creditor præfertur fiſco in bonis debitoris; probant Claudius, Julius Clarus, & Farinacius in locis citatis, & conducunt DD. citati ſuprà *verſ. ſed an idem. n.* 3. 8

Quando verò tam fiſci, quàm cæterorum creditorum jura, & credita proveniunt ex cauſis merè civilibus, puta ex contractibus, gabellis, & aliis bonis patrimonii fiſcalis, tunc ab omnibus recepta eſt opinio debitorem communem admittendum fore ad concurſum peragendum, & ceſſionem ſuorum bonorum, ad quem fiſcus 9

citatus

citatus concurrere tenetur cum cæteris creditoribus, & tenent Aufrer. *decis. Tholosana* 134. qui alios multos allegat Brun. à Sole *in suis qq. legalibus : quæst.* 9. *n.* 7. Jacob. Calic. *in margarita fisci*, 3. *dubio n.* 26. Cancer. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 9. *nu.* 12. & est textus *in* §. *item si quis*, ibi, *ideo propter bona publica aut privata debita*, &c. ubi Glossa *in verb. debita*, *inst. de societate per l. verum*, §. 1. *ff. pro socio*. Guisselm. de Lugdun. *singulari* 14. *incipit glossa est*. Aretinus *in* §. *solvitur*, *inst. eodem*. Cæpola *consil. crimin.* 9. *a n.* 1. *& seqq.* Brunus *de cession. bonorum*, *in* 9. *quæst.* 4. *part. princip. q. nu.* 5. Joseph. Ludovis. *in decis. Perus.* 31. *n.* 4. Farinacius *in praxi criminal. quæst.* 26. *n.* 2. *& n.* 8. plurimis relatis, idem esse affirmat ex creditis procedentibus ex gabella, aut collectis subditis impositis, quod fallit hodie nostro jure Regio in conductoribus reditum Regalium, qui ab hoc beneficio concursus sunt excluſi, ex *l.* 5. *tit.* 9. *lib.* 9. *recopilationis*, ibi, *que por evitar esta, se entiende da que las nuestras rentas se arriendan con condicion, que ningun arrendador ni sus fiadores, ni abonadores, ni alguno dellos, no puedan hacer, ni hagan la dicha cession de bienes, y juren de no la hacer.*

Sub hoc suppositio accedamus ad quæstionem secundo loco motam, supponentes in casibus, quibus debitori fisci licet concursus judicium movere, & citare facit inter cæteros simul fiscum creditorum; an fiscus facit inter cæteros simul fiscum creditorum; an fiscus comparens, & declinans possit ad se trahere totum hoc judicium. Videtur quod non, quoniam licèt fiscus habeat suos judices privativos qui de suis causis omnibus cognoscere possunt, ex text. *in leg.* 1. *& 3. cum glossa*, *C. de jure fisci*, *l. ad fiscum. C. ubi causæ fiscali*, *leg.* 1. *C. si adversus fiscum*, *l. si constante.* 25. §. *fin. ff. soluto matrim.* & per doctores post modum referendos. Tamen semper fiscus utitur jure privati in omnibus causis, & casibus, in quibus non reperitur à jure specialiter privilegiatus, & exemptus, *l. qui placuit*, *de jure fisci*, Glossa *in l. item veniunt.* §. *in privatarum ff. de petit. hereditat. l. in fraudem* §. *fin. ff. de milit. testam. l. cum quidam*, 17. §. *fiscus*, *ff. de usuris*, *l. ex imperfecto. C. de testam.* ubi Bald. *in l. digna vox. C. de legibus. l. in legatis*, 4. *Cod. ad legem falcidiam. l. constans*, *Cod. de jure fisci*, *lib.* 10. Martinus Laudens. *de fisco*, *quæst.* 10. Joan. de Plate *in l. fiscum. Cod. de usuris fiscalib.* Decius *in l. justum*, *Cod. de edendo. n.* 21. *& in consil.* 531. *n.* 31. Aymon Craveta *consil.* 168. *n.* 10. Padilla *in leg. manifeste. Cod. de servitutib. & aqua*, Menchaca *controvers. qq. illustr. cap.* 38. *n.* 14. Everardus *in centur. lega. cap.* 26. Tiraquell. *de retractu lignagier.* §. 1. *glos.* 14. *n.* 180. Peregrinus *de jure fisci lib.* 6. *tit.* 1. *n.* 13. Aviles *in cap.* 1. *prætor. gloss. donatio. nu.* 81. Petrus Belluga *in specul. princ. Rubrica* 8. *n.* 1. ubi Camillus Borellus, Fulgosius *consil.* 73. *fol. fin.* Ripa *in l.* 1. *n.* 4. *ff. soluto matrim.* Cavallinus *de evictionum.* §. 3. *a n.* 106. 107. & 124. Roderic. Suarez *in proœmio lib. fori n.* 28. Surdus *decis.* 18. *n.* 1. & 2. Calvacan. *de tutor. n.* 337. Guido Papæ *decis.* 536. Alpharo *de officio fiscal gloss.* 16. *a nu.* 10. Gaspar Ant. Thesaurus *lib.* 9. *quæst. forens. quæst.* 53. *n.* 4. D. Franciscus de Amaya *in l.* 1. *n.* 25. & 26. *C. de jure fisci*, plures refert Præceptor noster, Solorzano *de jure Indiarum tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 28. *nu.* 31. & 32. Surdus *cons.* 519. *n.* 20. Novarius *quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 14. *n.* 10. Sed in isto casu concursus creditorum non reperimus per aliquem tex. fiscum specialiter privilegiatum, ergo jure communi, & privato, sicuti cæteri creditores forum debitoris sequi tenetur, nec ad suum judicem concursum trahere poterit.

12 Secundo quoniam licet Clericus particularem habeat à jure judicem Ecclesiasticum qui de suis causis cognoscit, & in hoc reperitur à jure communi privilegiatus: tamen ad hoc non extenditur privilegium suum, ut judicium creditorum ad suum trahere possit judicem, prout latissimè probavimus *supra cap. anteced.* Ergo nec fiscus quantumcumque privilegiatus sit.

Tertio, quoniam fiscus, & quilibet alii creditores 13
in hoc judicio concursus vere actor est, ergo forum debitoris cautantis concursum sequi tenetur, qui vere reus est quia privilegiatus habens judicem particularem sequitur forum rei ordinarium ad latissimè tradita *in cap. 2. supra*, & *cap. antecedi.*

Quibus minimè obstantibus contrarium tenendum 14
est, fiscum nempe creditorem quatum, vel aliàs comparentem ad concursum formatum, posse trahere ad suum judicem privativum totum hoc judicium, tanquam individuum & inseparabile, quia fiscalis regius pro juribus & causis ad fiscum pertinentibus, & ab eisdem dependentibus, non tenetur comparere coram aliis judicibus, quàm ius quibus ipse assistet, qui privativè de causis fiscalibus cognoscendi, & vindicandi jus habet, atque adeo possit ad ipsos causas omnes alibi pendentes attrahere, adinstar antiqui Procuratoris Cæsaris, & rationalis, ad quod plura jura, & Doctores adducit Afflictis *decis.* 41. *in fin.* Alciatus *cons.* 12. *n.* 11. *n.* 8. Peregrinus *de jure fisci lib.* 7. *tit.* 1. *use ; ad finem.* Mastrillus *de Magistratibus lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 12. Alfaro *de officio fiscalis gloss.* 11. *n.* 1. & *fin. & glo.* 25. & 29. *per tot. & melius in gloss.* 16. *privileg.* 1. *nu.* 1. *cum sequentibus.* Solorzan. *tom.* 2. *de jure Indiarum lib.* 4. *cap.* 6. Carleval. *de judiciis disput.* 2. *nu.* 340. latè prosequitur Guzman *de evictionib. quæst.* 8. *a n.* 1. *cum multis seq.* Et omnes casus relatos à Peregrino *d. lib.* 7. *tit.* 1. ipse repetit Doctor Perez de Lara *in tract. de vita homin. cap.* 32. *nu.* 62. Valenzuela Velasquez *cons.* 200. *nu.* 57. Carrascus *de causibus Curiæ a n.* 166. *cum seqq.*

Quæ resolutio procedit, sive fiscus sit actor, sive 15
reus, causas quascumque alibi pendentes ad suum tribunal attrahit. Ubicumque enim fisco intereri, sive agens, sive patiens, respondens, sive assistens, vel quoquomodo causa sibi attingant, nulla habita ratione fori eosdem ad tribunalia sua, & ubi assistit trahere potest, Peregrinus ibi proximè citatus *d. tit. n.* 9. Ancharanus *in ea quæ de reg. juris lib.* 6. Castrens. & Cagnol. *in leg. venditor. ff. de judiciis.* Matthesilan. *in l. cum eorum. C. de sentent. & interlocut. omn. judic. nu.* 9: *tom.* 1. Singular. Doctorum, & Franciscus de Claperis *decis.* 53. Cavedo *decis.* 112. *n.* 7. *lib.* 1. Decius *cons.* 700. Bossius *in praxi tit. de fisco, & privilegiis ejus n.* 43. ibi *fiscus habet suos judices, non habita ratione fori, ex leg.* 1. & *per totum, C. ubi causæ fiscales leg.* 2. *C. si adversus fiscum* : quamplurimos alios laudat Guzman, ut proximè *d. cap.* 8. *nu.* 10. *& seqq.* tenent enim Padilla *in leg. manifeste, nu.* 4. *de servitutibus, & aqua.* Matthæus de Afflictis *dec.* 2. ubi Angelus Pisarellus, Capicius *decis.* 187. Alexand. Ambrosinus *de immunitate Ecclesiastic. c.* 20. *n.* 43. Elegantèr Didacus Perez *in leg.* 6. *tit.* 4. *lib.* 2. *ordinament. glossa salvo en aquellas.* Alpharo *de officio fiscal. gloss.* 16. *n.* 23. Afflictis *decis.* 41. *n. fin.* Alciatus *cons.* 12. *n.* 11. Mastrillus *de magistratibus lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 14. cum quo, Peregrino & Alpharo tradit Solorzan. *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *c.* 6. *num.* 28.

Quod indistinctè procedere, sive causæ alibi pen- 16
dentes tangant Clericos aut laicos, quomodolibet jus fiscale attingant, omnes ad suum tribunal avocat, & attrahit, probant Marta *de jurisdict. part.* 4. *cas.* 44. *n.* 18. & 19. qui ex numeratione Doctorum colligit hanc esse communem opinionem, & post alios Guzman *de evictionib. d. c.* 8. *a n.* 15. Capicius *decis.* 197. Costa de Rota *q.* 227. *in fin.* Joan. Bapt. Toro *in compendio decisiv. verb. advocatus Regis Patrimonii* Calvacanus *decis.* 8. *n.* 13. *lib.* 1. Cancerius *variar. resolut. tom.* 2. *c.* 16. *n.* 42. & 45. & Guzman. *d. c.* 8. *n.* 19. qui tres ultimi testantur sic decidisse tribunalia Regia in facti contingentia, ultra quos DD. plurimos alios allegans, idem probat Solorzano *de jure Indiar. d. tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 2. *n.* 50.

Et hoc ipsum privilegium ad fiscum trahendi omnes 17
causas

causas alibi pendentes competere omnibus tribunalibus ſupremis, quæ de hoc jure fiſcali cognoſcere ſolent, firmat Alpharo *de officib fiſcali gloſſ. 16. à n. 25.* ubi ſpecialiter etiam tractat de judicibus bonorum confiſcatorum 5. Inquiſitionis, circa quos de aliquibus exemplaribus ibidem teſtatur.

18 Igitur ſi novus cauſas ad ſuum intereſſe, & patrimonium tangentes ad ſe attrahit ob ſpeciale privilegium, ſequitur quod concurſum creditorum; alibi pendentem, ubi tanquam creditor citatur, jus ad ſe illum vocandi habere, in confeſſo eſt, abſque impedimento ſuperius propoſito, *n.* 13. quod ſit actor, cum ut vidiſti, ſive actor ſit, ſive reus, ſive defenſo, ſive aſſiſtens, ſemper attractio hæc ad ſuum tribunal ſibi fiet, cum quibus ceſſat hoc, & alia argumenta ſuperius adducta *à n.* 11. *& ſeqq.* quibus omnibus ſatisfacit ſpecialis prærogativa, & privilegium fiſci, quod facit ſilere omnes juris regulas.

Non demum annotare remedium ſingulare, quo ſe munire ſolent creditores concurſui aſſiſtentes ad evitandas moleſtias, & impediendum hanc attractionem concurſus pendentis ad fiſcum: loquor, quando literæ ſupplicatoriæ mittuntur à fiſci miniſtris in forma probanti verum creditum. Etenim ſi ex eiſdem detegitur ſimulatum, aut fraudulentum, malitioſa iſta ſupplantatio præſumitur proceſſus concurſus, & ideo facile contemnitur à ſupremis Cancellariis, & Magiſtratibus, literas ſupplicatorias non admittentibus, prout aliquando fit, & obſervatur ob evitandum notabile damnum ex hac avocatione illatis creditoribus, & debitori ipſi illatum.

19 Ceſſante igitur ſimulationis, & fraudis ſuſpicione ſolent creditores (& quibus avocatio decreto tribunalis intimatur) intereſſe convenire, ſive inter eorum majorem partem, & conſentire, quod ex corpore bonorum concurſus dismembretur quantitas pecuniæ, credito fiſci correſpondens, & illi ſatisfacere, & ſolvere: quia ſolutione omne extinguitur jus, & intereſſe fiſci de cætero ad bona debitoris, qui amplius prætendere non poteſt ingredi concurſum, nec ad ſe advocare, quia omni jure caret jam ad concurrendum cum cæteris creditoribus, inter quos tantum ut antea liberè proſequitur judicium concurſus pendens, uſquequò quilibet conſequatur ex bonis concurſus ſuum creditum, juxta textum celebrem *l. cum unus ex creditoribus*, 12. §. *plane ff. de bonis auth. jud. poſſid.* ibi, *aliter atque ſi creditor, cui permiſſum eſt poſſidere poſtea receperit debitum ſuum, cæteri enim poterunt peragere bonorum venditionem l. ff. qui potior, in pig. hab. l. fin. C. ſi antiquior creditor pignus vendidet. l. ſi priori fin. C. de his qui in locum prior. credit. ſucceſſ. l. potior. §. ſi paratus. 1. qui potiores ff. credito. ſi iterum. ff. eod.* & quia & per jus offerendi competens poſterioribus creditoribus, vel quibuſvis aliis, penitus excluditur, & reſolvitur ejus cui ſuum creditum offertur, 1. *C. qui potior. in pig. habeantur. l. potior. §. fin. ff. eodem tit. l. fin. de iis qui in prior. locum ſucceſſor. gloſſa in l Ariſto ff. quæ res pign. obligari poſſunt. gloſſa* 21 *in l 1. C. de his qui in prior.* Neguſantius *de pignoribus in 3. membro 5. p. n. 16.* Intrigolus *ſinguları 202. n. 13. lib. 2.* Franchis *deciſ. 134. n.* Barboſ. *in l. poſt. dotem n. 41. & 61. ff. ſoluto matrim.* Craveta *conſ. 582. n. 2.* Ponte *conſ. 87. n. 2. lib. 1.* Caſtaſſius *dec. 61. n. 11. 12. & 13.* Rodrig. *de annuis reditibus lib. 1. q. 14. n. 21. & q. 27. n. 11. lib. 2.* Afflictis *dec. 259. n. 1.* Molina *de contractibus, diſp. 336. n. 17.* Greg. Lopez *in l. 34. tit. 13. p. 5.* Farinac *deciſ. 293. n. 1. to. 4.* Ant. Fab. *in c. lib. 8. tit. 9. definit. 2.* Mantica *de tacit. convent. lib. 11. tit. 28. n. 5. & 9.* Amato *variar. reſolut. 7. à n. 1. & ſeqq.*

20 Poſtquam enim per oblationem, & ſolutionem ſeparatus eſt fiſcus à bonis concurſus, ejus ratio habenda ampliùs non eſt in ipſo concurſu, quia ſeparatorum natura eſt diverſitatem inducere *l. Papinianus ff. de pignorib. l. fin. de calumniatorib. l. cum neceſſitatem. C. de fideicom.* Decianus *tr. crim. tom. 1. l. 1. c. 17. à n. 4.* Marcus Anton. *variar. reſolut. lib. 1. reſol. 3. n. 4.* Menochius, *conſ. 436. num. 7.* ſicque concurſus proſequi debet inter omnes cæteros creditores prout antea fiſco jam dimiſſo.

Et inſuper, quia fiſci privilegium attrahendi ad 21
ſuum Judicem, & tribunal omnes cauſas alibi pendentes cauſatur à ſuo jure & intereſſe, quo ceſſante, & privilegium ceſſat ad *c. cum ceſſante de appellationib. l. agere, §. quamvis ff. de jure patronat. l. ſi pater. D. de hæred. inſtit. l. generaliter C. de Epiſcopis & cleric. l. cum te. practic. magnæ, de voto.* Alichar. *con.* 394. *n.* 3. Roman. *con.* 204. *n.* 5. *& 6. & conſ.* 180. *n.* 7. Card. Tuſch. *to. 1. litt. C. concluſ.* 202. *n.* 27. *& concluſ.* 137. *n.* 8. *&* 9. Auguſtinus Barboſa *axiomate* 40. *à n.* 4. *&* 9. Tiraquel. *in tract. cauſa ceſſante f. p. n.* 210. Menoch. *conſ.* 727. *n.* 1. Monaldus *conſ.* 149. *nu.* 1. *& per totum.* Giurba *deciſ. 92. n.* 12. qui ſignanter loquuntur in privilegii cauſa ceſſante.

Diximus, creditores concurſus potentis hanc ſeparationem, ſolutionem de bonis concurſus facere poſſe, ad fiſci ſatisfactionem, & evitandas moleſtias, quia, de ſuo jure, intereſſe, & præjudicio agunt, in quibus major eorum pars minori præjudicat non habito reſpectu ad numerum perſonarum, ſed potius ad cujuſlibet ſummam, & quantitatem, quia minor pars perſonarum, quibus ex bonis debitoris communis major ſumma, & quantitas debetur, prævalet alteri majori parti perſonarum, quibus minor ſumma debita eſt *l. fin. verſ. ſi quidem. C. qui bon. ceder. poſſ. l. ſuum hæredem §. fin. cum l. ſequenti. 11. de pact. l. 5. tit. 15. p. 5.* Cevallos *to. 5. p. 2. q. 72. à princ. & n.* 8. Marta *de juriſd. 4. p. cent. 2. c. 223.* Chriſtophorus de Paz *de tenutæ 2. p. c. 63. à n. 17. & ſeqq.* Guzman. *de evictio. c. 7. à n. 461. cum ſeqq.* optimè Paz *in praxi 4. p. tom. 3. c. 6. per totum* Rodriguez *de privileg. creditor. 1. p. n. 7. & ſeq.* & diximus infrà 2. *p. c. fin.* 22

Illud tamen fiſcus qui hac via ſui crediti ſolutionem & ſatisfactionem conſequitur, attendere debet 23
quod non omnino turus eſſe dicetur, quin inſuper coram ſuo judice controverſiam patiatur creditum illud, non quoad prælationem reſpectu cæterorum creditorum, qui eandem jam amiſerunt, & renuntiarunt eo ipſo, quod primo loco, & abſque concurſu in ſolutione fiſci conſenſerunt creditores, ſed reſpectu inquirendi, & controvertendi juſtitiam crediti fiſcalis, an verè & integrè debeatur, necne: quoniam quamvis ſolutum fuit fiſco, indebiti tamen condictione tenebitur, ac repeti ab eo poteſt, ad totum *tit. D. de cond. ind.* ſolum etenim ad evitandam vexationem, & moleſtiam, ortam ex mutuatione judicii, avocationem, attractione proceſſus ad ſuum tribunal, ſolvitur fiſcus, indebiti tamen non impeditur condictio, & repetitio, ut per Alex. *conſ.* 80. *n.* 11. *&* 12. *vol.* 8. probat Pirrus Maurus *in tract. de ſolut. cap.* 60. quia per ſolutionem factam non concluditur ad verè debitum, *l. ſi cum dot.* ubi Bart. *D. rer. amotar.* Bart. Bald. & Salicet. *in l. ſi quidem C. de tranſact.* Natta *conſ.* 358. *n.* 13. *vol.* 2. Pirrus Maurus *de ſolut. cap.* 23. *&* 75. ubi etiam poſt alios, quod excipiens de ſolutione, aut debiti præſcriptione, non ideo fatetur 24
ſe debitorem, plures allegat utrobique videndus, ſicque nihil impedit, quominus ab eodem fiſco ſolutam pecuniam poſſint debitores & creditores concurſus tanquam indebitè, vel plus debito ſolutam, avocare. Romanus *conſ.* 227. *n.* 2. Socinus *in l. debitori. n. 7. C. de pact.* & poſt alios Avendanus *de cenſib. cap.* 95. *n.* 8. *ad fin.* Oldradus *conſ.* 150. *ad fin.* & cum aliis Cyriacus *controverſ.* 227. *n.* 20. *& ſeqq.* Noguerol. *allegat.* 2. *n.* 97. *& ſupra l. imponenda l. irritum, D. ad leg. falcid.* ibi. *integram hæreditatem ſolvat ſuo debito non deducto, poterit ex capite conditionis indebiti illud repetere*, textus *in l. meſ.* 22. *D. de jure fiſci*, ibi, *permittitur*

procu-

procuratori vendere ea lege, ut in primis creditoribus satisfaciat, & si quid superfluum est, fisco imperatur, aut si acceperit totum fiscus solvat ipse. Vel simpliciter si vendit procurator, debebit pecuniam, quam deberi creditori privato fuerit probatum, exolvi ei; qui rectus loquitur in fortioribus terminis quando fiscus solutionem accepit in præjudicium anteriorum creditorum, atque etiam quando plus debitor recepit, ut in utroque casu creditoribus ipsis petitio, & revocatio detur, ut latissime & eleganter explicat illum textum contra Alpharum D. Franciscus de Amaya *in l. un. à n. 9. cum multis seqq. C. pœnis fisca.* Et sic multò fortius, quando penitus fiscus indebitum creditum recepit.

25 Est enim verior & receptior sententia quod dispositio *l. pecuniam, C. de jure fisci*, concedentis priori hypothecario avocatoriam pecuniæ solutæ posteriori creditori, non esse jus speciale, nec privilegium fisci, sed generalis, procedens in quocunque creditore privilegiario anteriori, uti usque ad refectionem longa serie tractat & resolvit Castill. *controvers.* 4. *p. c.* 61. *per totum, maxime n.* 82. *cum seq. multis.* Ergo multò magis eis danda erit avocatio, quando indebitum, vel plus debito fuit solutum, atque ideo sive creditoribus, sive debitori jus illæsum viderit reservatum, ad controvertendum debitorem fisci, hoc modo solutum, coram judice fisci.

26 Deinde quia consensus creditorum non egreditur terminos subjectæ materiæ, nec ultra eorum intentionem operatur, ex eo enim solum excusatur fiscus ad concurrendum cum cæteris creditoribus, judicio concursus de destinato principaliter ad graduationem, & prælationem, cui dumtaxat creditores renunciant, ad evitandum judicii mutationem, ex qua commodum, et maximam utilitatem fiscum consequi, non est dubium, præfertur enim omnibus creditoribus quantumcunque privilegiatis, & etiam anterioribus, absque lite, & controversia & absque immortali dilatione, quam secum fert hoc judicium concursus, & tutus est, ne ab anterioribus creditoribus consentientibus solutum avocetur ex causa prælationis, cui renunciarunt, assecurantes creditum suum per solutionem; seu depositum, ita ut ab eo possidente pecuniam si indebita dicatur, repeti debet, & coram suo judice,
27 & tribunali, ad textum *in l. is destinavit, D. de rei vendicat.* item excitatur à mala fide, in qua aliàs deficiente hoc creditorum consensu, perstiteret, exigendo suum creditum, sciens alios esse anteriores creditores. Josephus Ludovicus *decis. Perus.* 15. *n.* 10. Novarius *quæst. forens. p.* 1. *q.* 139. *n.* 11. & 22. Gaito *de credito, c.* 3 *quæst.* 12. *n.* 13. 21. & *seqq.* Noguerol. *allegatione* 7. *n.* 9. & Nos alibi late diximus in hac 1. *part. c.* 10. *ex n.* 42. *cum seqq. vers. quoad primum illud firmiter*, quibus commodis contentus esse debet fiscus.

28 Non tamen debet prædicta renunciatio creditorum extendi ad remissionem juris sui, & debitoris, fiscum creditorum faciendo, qui verè non est; tum quia renunciatio ac cessio prælationis facta per creditorem anteriorem ad aliud non extenditur, sed limitatur, & coarctatur ad terminos prælationis duntaxat, cæteris juribus in suo statu permanentibus, prout ad interpretationem *l. creditor, qui potior*, 12. *§. si reeum, ff. qui potior, in pig. habean. & l. Paulus.* 12. *ff. quib. mod. pign. vel. hypoth solvit. l. jubemus, C. ad Velleianum*, abundè diximus infrà 3. *p. c.* 13. *§. un. per totum:* tum quia renunciatio non præsumitur, sed est strictè interpretenda, ut minus lædat renunciantem, quam fieri potest; *l. si domus, ff. de servitutib. urbanor. prædior.* Becius *cons.* 111. *sub. n.* 31. Surdus *cons.* 446. *n.* 22. Rolandus *cons.* 86. *n.* 31. nec juri quod quis ignorabat renunciare videtur, *l. mater decedens, C. de inofficioso testam. leg. eum qui in principio, ff. eod. l. fin. C. de furtis, l. nec ignorans. C. de damnationib.* Joan. Bapt. Costa *de facti & scien. ignorantia inspection.* 86. *per tot. & centur.* 1. *inspect. n.* 6. Surdus *cons.* 52. *n.* 80. & *cons.* 137. *n.* 112. & *cons.* 337 *n.* 31. Et debet restringi ad terminos potestatis gerentis, quam excederent creditores qui tantùm de creditis suis, & prælationibus possunt disponere, & consentire; non tamen de bonis debitoris, nullam enim ad id potestatem habent, ac propterea reservat intelligitur controversia super veritate crediti fiscalis, & jure creditorum atque debitoris communis judicio, & tribunali fisci, quo si reperiatur, nihil, aut non tantum eidem deberi, restituere faciet solutum, & ad corpus bonorum concursus applicandum, ut inde sol-29 vantur creditores juxta suam graduationem.

Comprobatur ex variis, & similibus doctrinis Rotæ, ut per Farinac. *postum. tom.* 1. *decis.* 504. *n.* 8. ubi, quod qui confitetur, appellationem, non censetur confiteri eam esse validam. Farinacius *in pract. crimin. tom.* 2. *quæst.* 81. *cap.* 1. *à n.* 62. ubi latissimè, quod qui fatetur instrumentum validum, 30 quod revera de jure est nullum, non sibi præjudicat; quia talis confessio est juris, non facti. Gratian. *discept.* 535. *à princip. & n.* 20. & 21. quod licèt resignatarius in supplicatione agnoscat pensionem existentem super beneficio, non tamen dicitur fateri validam, nec impeditur contra eam opponere exceptionem legitimam, quod & latissimè post plures alios comprobat Post. *de manutent. resolution.* 228. *per totam.* Idem Gratianus tom. 1. *c.* 426. *à n.* 12. ubi quod etsi resignatarius consenserit pensioni jam impositæ super beneficio intelligitur cum sua conditione, quia fuit reservata, quam in ventre habet consensus iste Surdus *cons.* 147. *n.* 16. *tom.* 1. ubi hæres, qui fatetur testatorem disposuisse, potest adhuc dicere dispositionem esse nullam, qui omnes plurimos alios allegant, ideoque nihil impedit, quo-31 minus debitor ipse, vel ejus creditores etiam consentientes in exactione fisci, ut possint tanquam indebitum à fisco repetere exactum, cum consensus ad istum finem fuisset præstitus, nec incomparabilis sit cum repetitione propter injustam exactionem.

Illud insuper constans est, & in praxi receptum, 31 quod quoties contingit litem concursus quomodolibet pendentem alibi attrahi ad fiscum, ibidem tantum permanere, donec fiscus de suo credito satisfiat, ita ut exinde ad primum judicem, & tribunal à quo fuit adempta devolvatur pro cæterorum creditorum satisfactione, & ut ibidem prosequatur, & finem accipiat; ad quod applica omnes rationes, & fundamenta superius adducta *à n.* 18. *ver. non desinam adnotare. &c. Et multis n. seqq.*

Nec huic reversioni, & praxi obstat regula *leg. Ubi* 32 *cæptum est judicium, ibi finem accipere debet, ff. de judiciis*, quoniam eadem regula potius pro reversione urget, quia judicium concursus (ut supponitur) in tribunali fisci cœptum non fuit, sed coram judice ordinario, & juxta naturam judiciorum à quo per accidens, & privilegium fisci alias odiosum, & strictæ interpretationis, ut dictum est, ablatum fuit, & avocatum ad tribunal fisci ex vi sui proprii juris, & interesse, tamen semel cessante facilis patet aditus reversioni, omnis quippe res de facili revertitur ad suam naturam, & ad suum principium attractivum *l. si unus, §. pactus ne peteret, ff. de pactis.* Menochius *de præsumptione. lib.* 2. *præsump.* 26. *n.* 21. Mangnel. *de imputation. q.* 45. *n.* 12. Greg. Lopez *in leg.* 5. *tit.* 11. *part.* 4. *glos.* 3. *post.* 33 *princ.* inde Seneca *de tranqill. c.* 11. ait, *reverti, unde veneris, quid grave est?* Immo ubi concurrunt causa naturalis, & accidentalis, illa semper prævalet, *l. qui habent ff. de tutelis, l. filio quem Pater, ff. de liber. & posthum. & præsenti, §. idem de præbendis, lib.* 6. Gomez. *to.* 1. *variar. c.* 5. *d.* 4. *& c.* 6. *n* 6. Menoc. *consil.* 1. *n.* 6. Cevallos *in contra. communi, tom. quæst.* 905. *n.* 53. Mendez de Castro *in praxi Lusit. lib.* 1. *c.* 3. *n.* 20. Gratian. *to.* 5. *cap.* 882. *n.* 2. Novarius *quæst. forens.* 1. *part. quæst.* 243. *n.* 18. Ergo multo magis cessante accidentali.

34 Et quia principium, & origo ſemper attenditur *d. l. Ubi cœptum. ff. de judiciis. l. nam origo ff. quod vi aut clam. l. filiusfamilias, verſ. origo enim, ff. ad Macedonia. l. clam poſſidere, in princ. ff. de adquirenda*
35 *poſſeſſione, l. 2. §. parvique refert, ff. de privile. creditorum. l. id. quod, ff. de donatio.* & mille alius. Et lex ſemper curat, omnique conatu providet, ne ullum præjudicium, licet minimum fiat creditoribus. *l. fin. §. fin. autem C. de jure deliberandi*, Vivius
36 *deciſ. 28. n. 35.* Giurba *deciſ. 13. n. 3. & 7.* loquentes in privilegio, quod interpretandum ſit ſemper, ut minus lædat, atque ideo cum prior judicii concurſus mutatio ad finem maximi fuerit præjudicii creditorum. Ex communi reſolutione Alexand. *in l. 3. §. ſi is a quo ff. quod quisque juris.* Jaſon. *in l. quæ autem ff. ſi quis caution.* & *in l. 2. ut lite pendente*, Sapia *in l. cum quæſtum puella. ff. de judiciis.* Giurba *deciſ. 23. n. 50.* ita ut minus lædat reverſio faciendæ eſt ceſſante cauſa avocationis, ex quadam juris conſolidatione ad ſuum primum principium.

37 Nam quoties a jurisdictione ordinaria (quæ naturalis dicitur ad late tradita per Nos *in tr. de retent. Bullar. 1. part. cap. 25. n. 49.*) ex aliqua cauſa, & privilegio lis aliqua avocatur, ſtatim quod ceſſet cauſa, & impedimentum, ipſo jure jurisdictio redit ad ſuam primitivam naturam, & jurisdictionem ordinariam, quamplurimas doctrinas in propoſito con-
38 gerimus, *c. 25. à n. 35. cum multis ſeqq.* Et quia facilius convalescit actus ſublato obſtaculo, quam de novo inducatur, tradit Panormit. *in cap. 1. n. 27. verſ. etiam & melius de judiciis.* Alciatus *in l. 1. n. 56. verb. obligatio.* Barboſa *in l. 1. art. 1. n. 32. ff. de judiciis.*

39 Quoad ultimam hujus cap. partem, nempe de ſcholari creditore citato ad concurſum inter cæteros creditores, an comparens, ut opponens declinatoriæ exceptionem, & petat ad ſuum Magiſtrum ſcholarum, & judicem ſtudii remiſſionem totius cauſæ uti individuæ, & inſeparabilis, ſit audiendus? Pro brevi reſolutione illud præmittendum, quod per privilegium ſcholaribus conceſſum eximuntur à jurisdictione ordinaria ſæculares, ſive actores ſint, ſive rei, quia etiam quando tanquam rei conveniuntur coram judice ordinario, poſſunt declinare, & petere remiſſionem ad ſuum Magiſtrum ſcholæ, ſive etiam quando uti actores alium conveniunt, quia poſſunt reum ſæcularem ad ſuum judicem univerſitatis trahere; juxa *l. 18. & 20. tit. 7. lib. recopilat.* Et quæ abundè diximus *in comment. de Regia protect. 1. part. c. 2. §. 5. à num. 42. cum multis ſeqq.*

41 Præterea idem videtur affirmandum ex identitate rationis, in privilegio ſcholari, quod & in privilegio fiſci hactenus reſolvimus, cum jam nihil ſcholari obſtare videtur, ſiquidem privilegium operatur ſive actor ſit, ſive reus ſcholaris atque in utroque caſu remiſſionem ad judicium ſtudii conſequi debere ſcholarem videtur in judicio concurſum alibi pendente, ex eiſdem regulis, & identitate rationis, de qua in fiſco, cum omnibus ſuis limitationibus hactenus deſcriptis ſuperius *à n. 11. verſ. ſub. hoc ſuppoſito, cum multis ſeqq.* quæ omnia applicare poteris huic articulo ſcholaris.

reſp. ut infrà n. 35.

42 In cujus reſolutione nihilominus ſubſiſtendum. Etenim licet creditum ſcholaris immediatè reſidat in ejus perſona juſtis titulis hæreditariis, vel adquiſitione, & negotiatione propria, tunc licet regulariter quoad alias cauſas admittatur remiſſionis petitio ad ſuum judicem ſcholaſticum ex jam dictis.

43 Tamen attenta natura concurſus creditorum, in quo concurrunt tam ipſe debitor communis illum formans ſui natura privilegiatus à jure, uti miſerabilis perſona, prout evidenter monſtravimus ſuprà *c. 2. à n. 26. cum multis ſeqq.* viduæque, pupilli, monaſteria, & alii pariter privilegiati, contrarium omnino affirmandum erit? ut nullo modo judicium concurſus legitimè introductum coram judice ordinario, aut cancellaria introductum, & pendens mutandum, nec permittenda, nec admittenda erit ejus remiſſio ad judicem ſcholaſticum ad petitionem ſcholaris creditoris comparentis. Moveor validiſſimis fundamentis.

Etenim privilegium ſcholaris concurrit cum debitore 44
communi, ſeu creditoribus, quandoque, & ut plurimum pupillo, vidua, & miſerabili perſona, quæ non ſolum privilegium habent avocandi cauſam; verum etiam ut nullus ealdem vocare, & conveniri poſſit extra ſuum forum, & territorium, text. expreſſus, & vulgariſſimus *in l. unica, C. quando Imperator inter pupill. & vid.* ibi, *Memorati a nullo noſtrorum judicum compellantur comitatui noſtro ſui copiam facere, quin immo intra provinciam in qua litigatur, & teſtes, vel inſtrumenta ſunt, excipiantur jurgandi fortunam, atque omnis cautela ſervetur, ne terminos provinciarum ſuarum cogantur excedere*, &c. exornant omnes Doctores laudati ſuprà *cap. 1. à n. 43. & ſeqq.* Et pro omnibus unus Caſtillo *controverſiarum lib. 3. c. 25. à princip.* ampliſſimè exornat *d. l. unica.*

Scholaris privilegium ergo ſilere debet, quia pri- 45
vilegiatus contra pariter privilegiatum (imo magis, ut ſtatim) non gaudet privilegio ſuo ſed uterque utitur jure communi *l. ſed & mulieres, 8. ff. de excuſation. tutorum, l. aſſiduis, verſ. in duobus, C. qui potiores in pign. habeant. l. ſcire*, ubi Gloſſa *Cod. privilegiis dotium.* Covarr. *in regula poſſeſſor. part. §. 2. n. 4. & practicar. cap. 7. n. 4.* Surdus *de alimentis. tit. 8. privileg. 18. n. 5. & 7. & privilegio 51. n. 11. & in conſ. 335. n. 70. & conſ. 423. n. 11.* Peregrinus *de fideicommiſſ. art. 3. n. 30.* Azevedus *in l. 19. tit. 13. n. 15. & 18. lib. 5. recopilat.* Mauritius *de reſtitutione cap. 218.* Sforzia Oddus *de reſtitutione, quæſt. 18. art. 4. n. 31. & art. 5.* Trentacinq. *variar. reſolut. lib. 1. tit. de reſcriptis reſolutione 1.* Caldea Pereira *in l. fin. curatorem, verb. læſis, nu. 169. C. de in integr. reſtitutione*, Cevallos *commun. contra comm. quæſt. 758. n. 45. & queſt. 821. n. 46.* Gratian. *diſceptat. 674. n. 3. to. 4. & diſceptat. 796. n. 21.* Caſtillo *controv. lib. 3. c. 15. n. 27.* Barboſa *in l. 2. §. legatis n. 252. ff. de judiciis.* Cardoſo *in praxi judicum, & advocato. verb. privileg. n. 46.* Marius Antonin. *variar. reſolut. lib. 2. reſolut. 8. n. 46.* Novarius *in prax. electio, & variatio fori quæſt. 21. n. 2.* Manguilus *de imputatio. quæſt. 118. n. 13.*

Tum etiam, quia privilegium miſerabilium perſo- 46
narum fortius eſt privilegio ſcholaris, cum ſit incorporatum in corpore juris, cui nec derogatum cenſetur per aliud quodlibet privilegium emanatum à Principe, quantocumque ampliſſimas, & prægnantes clauſulas derogatorias, quorumcumque privilegiorum continens, dummodo (prout requiritur) nominatim, & ſpecialem derogationem privilegii non contineat, *d. l. un. C. quando Imper.* &c. Nec exprimat Cyn. Bad. Angel. & Fulgoſ. *in d. l. & ibi* Aloyſius Leo *num. 17.* Roman. *conſ. 69.* Grammat. *deciſ. 20. n. 1.* latè Boſcus *tit. de Principe Rubric. 38. §. conqueruntur.* Campus *in R. N. C. quando decretum n. 14.* Grat. *diſceptat. 182. n. 10.* Rolandus *conſ. 38. volum. 1.* Theſaurus *deciſ. 177. n. 9. & ibi addit. n. 40.* Gonzal. *ad reg. Cancellar. gloſſ. 36. n. 71.* Capiblanc de Baron. *pact. 8. n. 154.* Enriquez *conſ. 30. n. 3. 4. & 5.* Petra ad Capica *deciſ. 160. lit. B.* Peregrinus *dec. 129. n. 7. & de jurisdiction. ordin. n. 18.* Milan. *deciſ. 5. n. 14.* ibi Francus *deciſ. 80. & 192.* Giurba *deciſ. 82. n. 4. & ſeqq.*

Ad privilegium miſerabilibus perſonis datum per 47
d. l. un. expreſsè & litteraliter non legitur derogatum per bullas Apoſt. nec leges Regias de privilegio fori, & exemptione ſcholaribus indulta, tractantes, ergo prælibatum, & illæſum remanet, & per conſequens prævalere miſerabilium privilegium uti fortius, & ſcholarium privilegio potentius juxta tex. *in d. ſed, & milites*, ibi *fortior. ff. de excuſat. tutorum*, ponderat Novarius *de election. & variatio fori quæſt. 21. nu. 20.* Gratian. *diſceptatio. forenſ. tom. 4. cap. 661. n. 13. uſque*

ad num. 26. Sfortia Oddus *de reſtitut.* 1. *quæſt.* 18. *n.* 32. & cum Vincentio de Franchis, Theſauro, Trentacinquio, Azevedo, Antonio Fabro, & aliis probat Caſtro *controverſiar. lib.* 3. *c.* 24. *n.* 17. & 28.

50 Deinde quia miſerabiles perſonæ, dum inſtant pro conſervando, & retinendo concurſu creditorum in foro, quo pendet, tractant indubiè de damno vitando, intolerabile quippè eſt judicii mutatio, ut probavimus ſupra *à n.* 34. *verſ. & quia in primo.* Ergo earumdem privilegium prævalere debet ſcholaribus. *textus eſt in l. fin. ff. ex quibus cauſis major. l. verum* §. *ult. verſ. proinde ff. de minoribus.* Baldus *in l.* 4. *n.* 5. *C. de petitione hæreditatis.* Sfortia *de reſtitut. quæſt.* 4. *n.* 4. *& quæſt.* 18. *art.* 5. Marcus Anton. *reſolut.* 8. *n.* 59. Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 72. *n.* 7. Polidor Ripa *obſervat.* 7. *n.* 4. & 5. ubi plenè. Et ideo penitus deneganda erit remiſſio litis concurſus alibi coram judice ordinario pendentis, & legitimè per miſerabilem perſonam debitorem communem introductæ inſtante ſcholari creditore.

51 Item, & ex alio capite fortius redditur privilegium miſerabilium, quia, ut plurimum ſemper ferè ſcholaris tunc agit ex ceſſione patris, & ideo privilegiatus agens ex proprio jure concurrens cum privilegiato agente ex jure ſibi ceſſo illc huic prævalet. Marchesanus *de commiſ. part.* 2. *de commiſ. avocatar.* §. 2. *n.* 79. Alvarez Valaſco *de privileg. pauper. quæſt.* 52. *n.* 60.

52 Et in propriis terminis, quod Doctori vel ſcholari, qui virtute ſui privilegii petit remiſſionem ad ſuum forum privilegiatum, fuit pluries denegata remiſſio convento per pupillum, vel Eccleſiam habentes privilegium incorporatum corpore juris elegendi forum, & à proprio non extradendi, teſtantur Vincentius de Franchis *deciſ.* 234. & ibi Riccius *in additio. idem* Riccius *in Collectan.* 300. *ante finem* Carol. de Tapia *in conſtitut. ſtatuimus ut M. C. num.* 29. *in Ritu.* 834. Item ubi pupillus Aloyſius de Leo *in l* 4. *n.* 10. *C. de ſacroſ. Eccleſiis.* Quæ deciſiones, & Doctorum aſſertio verum fundamentum aſſument ex hactenus relatis.

Et ulterius in noſtris terminis, quod quando ſcholaris convenitur à vidua, ſeu pupillo miſerabilibus perſonis, non habeat, nec gaudeat ſuo fori privilegio, Authent. *habita. C. n. filius pro patre*, tenuerunt expreſsè Bald. *ibid. n.* 33. ſequutus à Trentacinquio *varia. reſolut. tit. de reſcriptis, & privilegiis reſolut.* 1. *num.* 7. *lib.* 1. *fol.* 91. ea moti ratione, quia privilegium miſerabilis perſonæ favorabilius eſt, & major ratio ſpecialitatis adeſt in miſerabili perſona, quàm in ſcholaribus, quam rationem multis comprobat Trentacinq. *ibid. ex n.* 6. *cum ſeqq.*

53 Hinc etiam fit, quod etſi oppido, aut civitati conceſſum ſit privilegium per principem, ut eorum cauſæ non alibi proponantur, quoad primam cognitionem, & inſtantiam niſi in proprio foro: tamen adhuc poterit miſerabilis perſona ſuo uti privilegio, quod ſublatum non cenſetur generali illa conceſſione civitati, vel oppido facta: ita Theſaurus *deciſ.* 177. *n.* 9. Vincentius de Franchis *deciſ.* 192. *num.* 2. ductus authoritate *d. l. unic.* Bald. Angel. & Fulgoſii *in d. leg. unic. Cod. quod Imperator*, &c. in his terminis probarunt Alexand. *conſ.* 122. *num.* 5. *lib.* 4. Ricinus *conſ.* 226. *num.* 9. *lib.* 1. & Decius *conſ.* 165. *num.* 5. Crotus *in cap.* 1. *n.* 49. *de conſtitutionib. in* 6. Menochius *de arbitrar. lib.* 2. *centur.* 1. *n.* 32. & *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 40. *n.* 6.

54 Deinde quoniam judicium concurſus adeò fortè ſit, ut penitus ſubvertat quarumcumque miſerabilium perſonarum privilegium mutationis, aut variationis fori, prout quotidie in tribunalibus experimur, ut viduæ, pupilli, monaſteria, Eccleſiæ creditrices trahantur inviti ad judicium, & judicem, coram quo debitor concurſum formavit, earumdem miſerabilium perſonarum privilegio neglecto, & penitus contempto, ergo multo magis contemni debet privilegium ſcholaris, per regulam ſi vinco vincentem te, à fortiori vincam te.

Nec obſtat ſimilitudo privilegii ſcholaris cum privilegio fiſci, ſuperius conſiderata *à n.* 41. quoniam nec vera nec certa eſt, hoc enim illo privilegio longè uberius, & præſtantius, & fortius eſt, & longius extenſum ad innumerabilia, gaudet privilegio minoris fiſcus, caſu curiæ & plurimis ſimilibus cumulatis per D. Alpharo. *in peculiar. tract. de officio fiſcali*, & per Peregrinum *de jure fiſci*, quæ omnia recenſere, foret, illos, & alios Doctores tranſcribere.

Reſp. ulterius, quoniam privilegium fiſci trahendi 55
reos ad ſuum forum eſt incorporatum in corpore juris ad latè tradita *ſup. ex n.* 14. & ideo non eget ſpeciali derogatione *d. l. unicæ*, at privilegium ſcholarium licet quoad ſpecialem Judicem quando reus eſt, ſi incorporatum in corpore juris *ex d. Auth. habita:* Attamen hoc quod eſt ut ſcholaris ut actor trahat reum à ſe conventum ad ſuum Judicem ſcholarem; ſpeciale & novum privilegium eſt ex Bullis Ap. *d. l. regia*, quod cum non contineat ſpecificam derogationem. *d. l. unicæ*, hoc illi prævalet, ut ex *nu.* 43. cum ſeqq. quod verificatur in noſtro caſu, cum ſcholaris creditor ſit actor ex ſæpè dictis.

Ex quibus facilè deduces ſingularem limitationem, 56
& etiam generalem ad privilegium ſcholaris ut neutro caſu concurrant cum privilegio *d. l. unicæ. C. quando imperator.* ut ſcilicet neutro caſu, & negotio ſive agendo, ſive defendendo ſcholaris non poteſt uti ſuo privilegio contra miſerabiles perſonas habentes uberius, & fortius privilegium, minimè incluſum in Bullarum Apoſtolicarum, aut legum Regni derogationibus, prout requiritur nominatim, & ſepecificè, ut adverſus illud novum aliud privilegium operetur ex ſupra dictis, quæ omnia pariter influunt generaliter in quibuſcumque cauſis ſcholaris, tam in concurſu creditorum, quam in cæteris abſque ulla differentia, quam vigore ſui privilegii perſonas miſerabiles invitas, ex ſuo foro, vel à foro Principis ab ipſis electo extrahere non poteſt.

Minus etiam præfatum ſcholaris privilegium opera- 57
bitur in cauſis, quas tacitè vel expreſsè ſcholaris ipſe agendo, aut defendendo paſſus fuerit coram alio judice ordinario aliàs competente, tractari, (& ſit ſecunda limitatio privilegii ſcholaris) quia amplius ſuo fori privilegio uti non poteſt, nec eo juravi, ut in terminis probat in ſcholari Carleval. *de judiciis lib.* 1. *tit.* 1. *diſput.* 2. *qu.* 6. *ſect.* 7 *n.* 604. *uſque ad n.* 608. qui abundè tractat de hac limitatione ad privilegium ſcholaris, ubi quod per hunc conſenſum conſumitur facultas eligendi ſuum forum privilegiatum ſtudii, quem obiter ſequuti ſumus *in noſtris comment. de retent. Bullar.* 1 *p. c.* 10. §. *unic. ſub n.* 25. & probant in terminis alii quamplures Doctores infra citati; atque ideo ſi ſcholaris creditor ad concurſum citatus coram ordinario Judice comparuerit abſque ſui privilegii fori oppoſitione, ei renunciare intelligitur, & ibidem de cætero cogitur litigare, quia amplius eo uti non potèrit, quo ſtante tacito ſcholaris conſenſu multo fortiùs procedet noſtra reſolutio hactenus deſcripta, cum limitatio hæc univerſalis ſit in omnibus litibus, in quibus etiam ceſſat uberrimum privilegium. *d. l. unicæ.*

Comprobatur, quoniam ſcholaris poteſt ſuo propriis 58
fori privilegio tacitè, & expreſsè renuntiare, & cogitur coram ordinario, ſive tanquam actor, ſive uti reus reſpondere, & litigare, quia liberum eſt ſcholari juriſdictionem ordinariam prorogare, ut per textum *in l. penult. C. de pactis* quem ſic in ſcholari exemplificant ibidem Bartol. Gozadinus, & alii & idem probat ipſe Bartolus *in l. ſi convenerit, num.* 1. *ff. de juriſdictione omn. Judicum.* Baldus *in l. ſi quis in conſcribendo. n.* 2. *C. de Epiſcopis, & clericis.* per quos, & per textum *in l.* 1. *cum gloſſa. C. ad legem Juliam de ſicariis*, abunde probat, & proſequitur tam in ſcholari, quam in milite,

milite, Barboſa *in l.* 1. *art.* 4. *à n.* 42. *cum multis ſeqq. ff. de judiciis*, arguendo de renunciatione permiſſa ſcholari, & militi ſuorum Judicum etiam privativè ad alios datos, ad tacitam renunciationem, per prorogationem juriſdictionis ordinariæ, prout latè apud eundem videre eſt, qui inter alia fundamenta, & doctrinas arguit, & ponderat *à num.* 53. ſingularem textum *in l. in ſacris* 2. *juncta gloſſa. verb. eos* 59 *C. de proximis ſacrorum ſcrinior.* dum in princip. l. d. dictum fuerat, quod Magiſter officiorum tantum cognoſcat de cauſis militantium in ſacro palatio, & familiarum eorum; & ſic privativè ad alios Judices, & tamen hoc poſſe aliorum juriſdictionem Judicum prorogare, prout probant ibid. Bart. *n.* 1. Aretinus *in conſ.* 102. *nu.* 3. probatur etiam à majoritate rationis; nam ſi miles (cujus privilegium procul dubio fortius eſt) poteſt ſuo militaris fori privilegio renunciare; & tacitè prorogare alieni Judicis juriſdictionem, ut per textum expreſſum *in l. ſi quis conſcribendo*, *C. de pactis l. penult. de Epiſcop. & cleric.* tenent communiter Doctores Ayala *de jure Belli lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 3. Scipion Rovitus. *pragmat.* 16. *de militibus. num.* 44. Claudius Coterus *de jur. milit. lib.* 2. *c.* 6. *in princ.* & noviſſimè Pereja *de inſtrum. edit. tit.* 2. *reſol.* 6. *ſpecial.* 2. *n.* 203. qui *n.* 204. idem procedit in familiari ſanctæ inquiſitionis ex Cenedo. *canonic. quæſ.* 12. *nu.* 6. quantò magis debet hæc doctrina admitti in ſcholari tacitè, vel expreſsè prorogare volenti alieni Judicis juriſdictionem. Urget etiam notabilis theorica Gall. *lib.* 1. *obſervat.* 50. *nu.* 9. *cum ſeqq.* quod quando privilegium fori reſpicit favorem ſuperioris, vel etiam utrorumque ſuperioris & ſubditorum; non valet renunciatio, at quando reſpicit favorem ſubditorum tantùm, ut militibus, ſcholatibus, ac ſimilibus, valet renunciatio, ubi plurimos allegat.

60 Et ipſe Barboſa *in d. art.* 4. *ex nu.* 59. *cum ſeqq.* elegantem reddit rationem, & ex ea ſatisfactionem ad contrarium fundamentum, ut ſcilicet, quando Princeps concedit certos aliquos Judices privative, videtur quidem prohibuiſſe, ne alii Judices propria authoritate in illis cauſis ſe intromittant; non videtur autem tollere facultatem, & poteſtatem partibus, ut ſi velint, non poſſint prorogare alterius Judicis juriſdictionem, ex *l. in ſacra* 2. *juncta gloſſa verbo eos*, *C. & de proximit. ſacror. ſcrinior.* & poſt Iſern. ferè in terminis tradit Afflictis *lib.* 1. *conſtitut. rubr.* 37. §. 1. *n.* 36. & tradit Immola *in cap.* P. & G. *de officio delegat. num.* 47. *ad finem*, & Salicetus *in. l. certa. nu.* 2. *C. quando provocat. non eſt neceſſ.* Aretinus *in cap. quoniam contra. n.* 61. *de probation.* Cabedo *deciſ.* 22. *nu.* 5. alia plurima fundamenta contrariis reſpondens, ut ſcholaris prorogare valeat Judicis ordinarii juriſdictionem, adducit omnino videndus Barboſa *d. art. d. ex n.* 52. *cum multis ſeqq.*

61 Et quod ſcholaris tacitè, & expreſsè valeat ſuo privilegio fori renunciare, quia ſuum privilegium eſt odioſum, & reſtringendum inductum contra juriſdictionem ordinariam & naturalem, quia facilè revertitur quis ad ſuam primordialem naturam & originem, latè diſputat & reſolvit Did. Perez *in l.* 3. *tit.* 1. *lib.* 3. *ordinam. verſ. ex quo infertur quod ſi ſcholaris depoſuerit. t.* 1. *fol.* 470.

62 Quod magis in expreſſo probarunt multi Doctores, quod ſi ſcholaris citatus à Judice ordinario exceptionem declinatoriam, aut privilegium ſui Magiſtri omiſit, ſed errando paſſus eſt in ſe litem conteſtari, ut amplius de eo opponere non poſſit, tenet gloſſa *in l.* 2. *verbo conſenſus ff. de judiciis*, cujus opinionem ſequuntur Angelus, & Salicetus *in l.* 1. *de judiciis*, & Jaſ. *l. ſi per errorem. col.* 2. *ff. de juriſdictione omn. Judic.* qui dicit communem, quam etiam ſequitur Gutier. *pract. lib.* 1. *q.* 52. *n.* 2.

63 Et contra Rebuffum, Horatium, & Decium contrarium tenentes latius probat Barboſa *in l. ſi quis poſteaquam in princ. num.* 43. & 30. *ff. de judiciis* ibi: *hoc enim ex ſupradictis confunditur, nam ſcholaris oportet excipere de ſuo privilegio*: gloſſa *in l.* 2. *verbo conſenſu, de judiciis*, Et ideo mero jure valebit citatio juxta ſupra dicta.

Facit etiam quod Eſcobar *de ratiociniis. cap.* 7. *à* 64 *n.* 5. *& ſeqq.* quod licet adminiſtrator teneatur rationem reddere in loco & foro, quo adminiſtravit, ita ut alibi eam reddere non cogatur *ad. l.* 1. *& toto cit. C. ubi de ratiociniis agi oporteat*; tamen ſi patiatur tacitè, vel expreſsè alibi conveniri, non poterit amplius reclamare, nec petere remiſſionem ad locum adminiſtrationis.

Comprobatur à majoritate rationis, & ab uberiori, 65 & fortiori privilegio *d. l. unicæ*, *C. quando imperator*, in quo licet valdè inter noſtros controverſum fuerit, an miſerabiles perſonæ ejuſdem legis privilegio uti valeant, poſt cœptum judicium, agendo, aut defendendo coram Judice ordinario; & ſic variando petere remiſſionem ad Curiam Principis, aut latiſſimè videre eſt per Caſtillum *controverſiar. tom.* 3. *cap.* 25. *num.* 66 35. *uſque ad finem cap.* tamen opinionem Covarr. *in practic. quæſt. cap.* 7. *ad finem*, & Azeved. *in. l.* 8. *tit.* 3. *lib.* 4. *num.* 5. *per totum.* latius Carleval. *de judiciis lib.* 1. *tit.* 1. *diſput.* 2. *quæſt.* 6. *ſect.* 7. *à num.* 604. *cum ſeqq.* qui plures recenſet ſequuti fuimus *in tract. de retent. Bullar.* 2. *p. cap.* 10. §. *un. ſub num.* 25. & prout in vidua, & pupillo, Barboſa *in. l.* 1. *art* 4. *n.* 67. *de judiciis*, praxis tribunalium admiſit, nempe ſemel miſerabilem perſonam prorogantem juriſdictionem judicis ordinarii inferioris, & coram eo lite pendente per litis conteſtationem ſub tacito conſenſu amplius non poſſe reclamare; nec ſuo uti privilegio petendo remiſſionem ad curiam Principis, prout comuniter obſervatur, & de hac praxi teſtamur & teſtatur Azeved. *ubi proximè*, licèt contraria opinio communior videatur, ergo multò minus admittetur ſcholaris ſuo debiliori privilegio uti volens petendo remiſſionem ſemel facta judicis ordinarii prorogatione, quam facere eidem libet ex ſupra probatis.

Et hinc alia & tertia proxima deducitur limitatio 67 juriſdictionis Magiſtri ſcholæ, ut ſcholaris fuerit citatus à judice ordinario, & non comparuerit, & in ejus contumaciam proſequatur, ſi tempore congruo, quo debet opponere declinatoriam, & alias dilatorias non comparet, vel comparens intra illud illam non oppoſuerit, poſtmodum præcluſa erit eidem comparenti via declinatoria opponendi, quia contumax comparens non poteſt opponere exceptionem declinatoriam, niſi eo tempore, quo ſi fuiſſet præſens eam 68 opponere debuiſſet, ne aliàs melioris conditionis ſit contumax quàm obediens, contra textum *in l. Servius. ff. quod vi aut clam*, & tradit gloſſa *in c.* 1. §. *fin. verbo abſentia de elect. lib.* 6. quam doctrinam probat Panormit. *in l. ſi duobus. n.* 12. *de appellat. & in c.* 2. *n. penult. de dilationibus.* Alexand. *in l.* 2. *n.* 12. *ff. ſi quis in jus voc. non ierit*, ſequitur Barboſa *in l. ſi quis ex alien. n.* 76. 77. & 96. *ff. de judiciis* Ancharan *conſ.* 192. *in auxilium. n.* 1. *alias conſ.* 134. Romanus *conſ.* 252. *n.* 4. ubi Mendoſ. *in addit.* plures congerit Alciatus *in cap. cum non ab homine*, 73. *de judiciis.*

Et ſub hac diſtinctione, & declaratione intelligendi 69 ſunt Decius *in conſ.* 107. Rebuff. 3. *conſtitut. Franciæ. tit. de contumac. art.* 8. *per totum. & n.* 10. quos ſequitur Azevedus *in. l.* 2. *n.* 37. *tit.* 5. *lib.* 4. *recopilat.* dum abſolutè dicunt, quod contumax non poteſt declinare quia propter contumaciam amittit privilegium declinandi, latiſſimè proſequitur Pereja *de inſtrum. editione*, *tit.* 2. *reſolut.* 6. *ſpeciali* 2 *per totam.* 197. *cum ſeqq. fol.* 228. ut intelligatur niſi congruo tempore comparuerit contumax, & opponat declinatoriam.

Declarant etiam ipſi Doctores ſuam Doctrinam, quod 7 licet

licet contumax amittat ſuum privilegium declinandi; tamen ſi comparens ultra terminum ad opponendum, opponat, ſuper ſua oppoſitione erit pronunciandum, & per interlocutoriam idipſum declarandum, non habere locum ſuam declinatoriam: de qua declaratione tamen ego multùm dubito cùm notoriè appareat, ultra terminum comparuiſſe.

71 Certiſſima etenim eſt illa Doctorum communiter recepta diſtinctio, quod aut judex mero jure habet juriſdictionem in citatum, ſed elidibilem oppoſita exceptione, ut in iſto caſu teneatur comparere citatus, aliàs proceditur in eum tanquam contumacem, & valet judicium, aut in citatum ipſo jure non habet juriſdictionem ut in clericum, & hoc caſu nec tenetur comparere, nec poteſt procedere contra ipſum, ſed quandocunque compareat contumax, & opponat, admittendus erit. Hanc diſtinctionem latiſſimè proſequitur, & probat Barboſa *in l. ſi quis ex aliena num.* 4. *& ſeqq. & à n.* 15. *à n.* 34. *cum ſeqq.*

72 Qui quidem *nu.* 43. *&* 44. rectè contra alios affirmat, ſcholarem comprehendi in primo membro, ita ut citatus à judice ordinario teneatur comparere & de ſuo privilegio opponere, alter in eum tanquam contumacem procedi poſſe, ad latè tradita in limitatione antecedente, ubi quod poteſt ſcholaris prorogare ordinarii juriſdictionem, & ſuum privilegiatum forum renunciare tacitè, expreſsè. Atque ideo ſi citatus diſtulit comparere tempore congruo, & adversùs eum procedatur, & concuſſetur contumacia, firmiter tenendum erit amiſiſſe omnino fori declinatoriam ex jam dictis.

73 Quæ omnia procedunt in civilibus, in quibus jure Regio proceditur ad diffinitivam contra contumacem ad tradita per Barboſam *ubi ſupra n.* 59. ſecus in criminalibus, in quibus contumax auditur intra annum
74 ad pœnam pecuniariam, ſemper ad corporalem ac ideo purgata mora, & expenſis, ad declinandum admittitur, ut per Afflictum *in conſt. Siciliæ lib.* 1. *Rubr.* 97. §. 1. *num.* 11. Azevedus *in d. l.* 1. *n.* 27. *&* 28. *tit.* 5. *lib.* 4. *recop.*

75 Supra dictis adde, quod etiam privilegium electionis fori amittat contumax. Afflictis *deciſ.* 113. ſequitur Riccius *in collectanea* 300. *ad medium*, & quod contumax etiam ſi comparens purget contumaciam, nequeat declinare, tenent Felinus *in c.* 1. *inter Monaſterium colum.* 6. *verſ. quinta declaratio de re judicata*, Bart. *in l. ſi pupillus ff. de privileg. creditorum.* Apicella *in tutam. pauper. jur. diſpoſitio. official. n.* 30. *in fin.* 156. pariformiter contumax litis pendentis exceptionem allegare non poteſt, ut tradunt Maria Socin. *in cap. propoſuiſti. nu.* 13. Felin. *nu.* 2. *de foro competenti*, Barboſa *in l. ſi quis poſteaquam ex n.* 182. *ff. de judiciis.* Declara *de vita hominis, cap.* 27. *n.* 42. Hercul. Mareſcotus *lib.* 1. *variar. cap.* 38. *num.* 7. Carleval. *de judiciis lib.* 1. *diſput.* 2. *q.* 7. *ſect.* 3. *n.* 98. Chriſtineus *deciſ.* 90. *n.* 5. Sigiſmund. Scaccia *de judiciis lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 68. *& ſeqq.* Pareja *de editione inſtrum. tit.* 2. *reſol.* 6. *ſpecial.* 2. *n.* 198. qui *n.* 199. *& ſeqq.* quod contumax recuſare non poteſt judicem, plurimos ad rem allegat.

76 Quarta limitatio privilegii ſcholaris, (pariformiter generalis ad omnes ſui cau as, & multo fortius in concurſu creditorum, cujus abſolutè eidem negatur remiſſionis petitio) ſit: quando poſt cœptum judicium coram judice ordinario, deſcriptus eſt ſcholaris in matricula, & novùm hoc privilegium ſupervenit lite pendente, in quo articulo licet Petrus Barboſa poſt Bald. Bolognetum, & Rebuffum *de privileg. ſcholar. privil.* 153. *id l. ſi quis poſteaquam, n.* 113. *ff. de judiciis.*

77 obiter tamen, & abique examine aliquo dixerit contrarium, nempe ſcholarem factum poſt cœptum Judicem poſſe uti ſuo privilegio, & petere remiſſionem ad ſuum judicem, nec tum procedere, *l. ubi cœptum, ff. de judiciis.*

78 Tamen horum Doctorum doctrina falſa eſt, & contra omnia juris principia, & elementa, tum quia, ubi cœptum eſt judicium, ibi finem accipere debet, *d. l. Ubi cœptum, l. nulli prorſus, C. eodem tit.* §. *quoniam Authent. de teſtibus.* exornant Felinus *in cap. ex tenore, col.* 7. *& ſeq. de reſcriptis.* Afflictis *deciſ.* 34. Bernard Diaz *in regul.* 382. Portoles *concluſ.* 2. Alexand. Trentacinq. *lib.* 2. *reſolut. tit. de judiciis reſolut.* 10. Anton. Gabriel. *commun. opinion. tit. de judiciis, concluſ.* 1. Tuſchus *lib.* 4. *lit. I, concluſ.* 487. Ponte *conſ.* 70. *nu.* 1. *&* 2. Bimius *conſ.* 387. *n.* 14. Lancellotus Galial. *conſ.* 112. *n.* 29. Surdus *conſ.* 57. *num.* 2. *& conſ.* 542. *num.* 1. Malvaſ. 69. *nu.* 30. *&* 40. *& conſ.* 92. *n.* 5. Vivius *deciſ.* 459. *num.* 11. Menochius *conſ.* 892. *num.* 6. Decianus *conſil.* 118. *num.* 4. *volum.* 3. *& conſ.* 47. *num.* 23. *vol.* 5. Marcabrun. *conſ.* 69. *num.* 30. Fachineus *controverſ. juris lib.* 11. *cap.* 78. *fol.* 79.

79 Deinde quia ſuperveniens privilegium, lite pendente, non immutat forum prioris judicis coram quo pendet, *l. cum quadam puella, ff. de juriſdict. omn. jud. l. fin. C. de veteranis, l. ſi quis poſteaquam*, (quæ loquitur in privilegio ſuperveniente,) *ff. de judiciis*, Hondedeus *conſ.* 81. *n.* 61. *vol.* 1. pluribus exornat exemplis Lancellotus *de attentatis. part. c.* 4. *in præfatione, num.* 631. *& cap.* 12. *limitat.* 5. *nu.* 19. Bart. & Alexand. *in l.* 1. *ff. de pœnis* Maxol. *conſ.* 22. *n.* 25. Ponte *de poteſtate Proregis, tit. de ſenatu Reg.* §. 7. *n.* 14. Graſſis *de exception. cap.* 3. *num.* 38. latè Franchis *deciſ.* 544. Cancerius *lib.* 2. *reſolut. cap.* 1. *de juriſdictio. nu.* 225. Anna *conſ.* 140. *num.* 3. Marcab. *conſ.* 69. *num.* 87. *cum ſeqq.* Velaſcus *pract. concluſ.* 57. Covar. *pract. q.* 8. nec privilegium viduæ ſuperveniens ad mutationem fori, nec remiſſio cauſæ pendentis ante viduitatem, illi prodeſt ex Gloſſa *in d. l. ſi quis poſteaquam.* Cagnol. Caſtrenſ. Decius Jaſ. & reliqui, *in l. cum quædam puella, ff. de juriſdict. omnium judicum.* Idem Cagnol. *in l.* 2. *n.* 249. *C. de pactis inter emptorem & venditor.* alios citat Trentacinq. *conſ.* 48. *n.* 2. *vol.* 2. Giurba *conſ.* 8. *n.* 2. & lis cœpta cum maritata, quæ inde effecta eſt vidua, non mutatur virtute privilegii, *l. unic. C. quando Imperator.* Surdus *conſ.* 222. *num.* 19. Afflictis *deciſ.* 210. Marius Mutà *ritu* 133. *n.* 28.

80 Quod & idem procedit in pupillo, qui ſucceſſit majori lite cœpta: ut nec ſuo privilegio utatur. Franchis *deciſ.* 234. *& deciſ.* 364. *n.* 3. Car. de Tapia. *de jure Neapolit. lib.* 2. *rubric.* 12. *de officio Magiſtri Juſtic. ad conſtitutionem ſtatuimus, n.* 29. Giurba *deciſ.* 81. *ſub n.* 2.

81 Nec clericatus privilegium ſuperveniens, lite jam cœpta prodeſt ad judicii mutationem, nec remiſſionem ad ſuum judicem, Gaill. *lib.* 1. *obſerv.* 37. *num.* 8. Farinacius *quæſt.* 8. *num.* 46. Gregorius Lopez *in l.* 57. *tit.* 6. *part.* 1. Avendan. *de exequend. mand. cap.* 1. *n.* 33. Olanus *in autinomia juris; litera C. num.* 36. Cevallos *quæſt.* 36. *num.* 6 *&* 10 *&* 11. Tuſchus *lit. I, concluſ.* 551. *num.* 37. 38. *&* 39. Aviles *in cap. prax.* 10. Gloſſa *in executio. num.* 66. Spino *de teſtium gloſſa* 36 *n.* 79. Villalobos *in commun. opinion. verb. clericus, nu.* 40. Covar. *practic. cap.* 8. *n.* 3. Didacus Perez *in l.* 3. *tit.* 13. *lib.* 3. *ordin. n.* 26. Parlador. *lib.* 2. *quot. cap. fin.* §. 1. *num.* 10. Paz *in praxi in prælud.* 2. *tom. n.* 41. Surdus *deciſ.* 110. *&* 112. Queſſada *quæſt.* 4. *num.* 4. Peregrin. *de fideicomiſſ. art.* 53. *num.* 20.

83 Sicuti nec à converſo, quia ſemel cœpta lite per pupillum, vel viduam utentibus ſuo privilegio, licet ea pendente major fiat, vel vidua nubat, non mutatur forus, nec litis fit remiſſio, quia in judicio initium attenditur, & ideo origo, & natura judicii ex cauſa ſuperveniente non mutatur, Giurba *deciſ.* 14. *nu.* 13. Franchis *deciſ.* 262. *n.* 7. latiſſimè proſequitur idem Giurba *deciſ.* 82. *à n.* 11. & ſuperiùs. Sicuti de hac ratione de exemplis appoſitis ex *n.* 79. *cum ſeqq.* abundè tractat Antonin. Amato. *variar. tom.* 2. *reſolut.* 65. *ex n.* 51. *cum ſeq.*

84 Et licet in privilegio ſuperveniente lite cœpta, & pendente, nonnulli velint diſtinguere inter privilegium noviter ſuperveniens motu proprio principis, & inter ſuperveniens ad privilegiati inſtantiam, & procurationem, merito contrarium probat Giurba *deciſ.* 23. *&* *deciſ.* 82. videndus, ut neutro caſu ſuperveniens proſit, & quomodocunque ſit, privilegium ſcholaris ſemper eſt procuratum ab eo, qui ex ſua voluntate matriculatur.

85 Ex quibus manifeſtè convincuntur Petrus Barboſa, & cæteri Doctores ſuperiùs citati *n.* 76. dum gaudere ſcholarem privilegio lite pendente ſuperveniente aſſerunt, cum contra jura expreſſa & communem omnium obſervantiam loquantur.

86 Nec te conturbet, quod ratio, quæ movet ad attribuendum privilegium fori ſcholaribus, ſcilicet, ne diſtrahantur ab exercitio ſtudendi, eadem militat poſt cœptum judicium, quia proſequendo litem cœptam eodem modo cogitur vacari, & diverti, cui ſatisfit, quod eadem ratio militat in vidua, & pupillo, & ſimilibus antea, & poſt litem, & tamen à jure non admittitur, nec habetur pro ſufficienti, quando illis ſupervenit privilegium lite pendente ex hactenus probatis.

87 Quinta limitatio erit, quando ſcholaris, vel collegium univerſitatis matriculatum vult redimere cenſum, & ſortem cum uſuris concurſis conſignare, & deponere, ut ad receptionem citetur creditor cenſus extra duas diætas degens, quia hoc depoſitum fieri non poteſt coram ſuo judice ſcholaſtico, cum deponens vices
88 actoris non rei ſuſtineat, & ut talis nequit reum extra duas diætas commorantem ad ſuum judicem privilegiatum trahere, ut in terminis determinavit Senatus hic noſter Pintianus, qui hanc opinionem ex duabus contrariis, uti veriorem & majori Doctorum numero exornatam, validioribuſque juris fundamentis fulcitam amplexus fuit, quam ad longum ſcripſimus ſuprà *c.* 2. *n.* 27. *cum ſeqq.* ad quem locum te remitto pro majori ſecuritate hujus veriſſimæ limitationis, quoniam ex hac conſignatione intendit debitor cenſus extinctionem, & contractuum reſolutionem vel diſtractum inducere, argumento *l. ſi ſuſpect.* 29. §. *in ea provincia. ff. de inoffi-*
89 *cio. teſtamento.* Et quod diſtractum debitor forum rei creditoris ſequi tenetur, ut ex Signor. Saliceto, Angelo, & aliis annotavit Tiraquel. *de retractu lignagier*, §. 8. *gloſ.* 9. *n.* 2. niſi aliter à contrahentibus conventum fuerit tenent De la Rea *deciſ.* 19. *num.* 12. *&* 13. quod etiam ex eo comprobat quia cum hæc actio, quam debitor intendit, ut ex obligatione pecuniæ liber
90 maneat à cenſus obligatione, perſonalis ſit, forum per conſequens rei ſequi debet, ex Carolo Ruino *conſ.* 79. *n.* 9. *lib.* 1. & perſonalem eſſe, notavit Tiraquellus, ubi proximè, de quo nos altius *in d. cap.* 2. Et hanc opinionem ſemel, & iterum amplexus eſt Senatus in una cauſa Salmantina contra Collegium Societatis Jeſu, & ejus debitorem deponentem coram judice univerſitatis, & in alia cauſa Collegii S. Gregorii creditoris hujus civitatis, contra quod debitor quidem depoſuit pecuniam coram judice laico, & communi calculo Senatus depoſitum, uti legitimè factum contempſit.

93 Sexta limitatio ſit in ſcholaribus, ſeu Doctoribus, aliiſve gaudentibus hoc univerſitatis privilegio, ut eo uti non poſſint, in reddenda ratione adminiſtrationis tutelæ, curæ, vel ſimilium, quam omnino reddere tenentur eo in loco, quo adminiſtrarunt *ex leg.* 1. *& toto tit. C. ubi de ratiociniis agi oportet*, quam latè exornavit Eſcobar *de ratiociniis cap.* 7. *per totum*, quorum jurium diſpoſitionem nullus quantumvis fori privilegiatus ſubvertere poteſt, ſuo uti volens privilegio. Prout in Agricola ex nova pragmatica privilegiato ne ultra ſuum proprium forum, & domicilium trahatur, etiamſi ipſe hujus pragmaticæ privilegio expreſsè renunciaverit, adhuc tamen eo non obſtante, ſi adminiſtraverit aliena bona, extra ſuum domicilium, ibi reddere tenetur rationem, ubi adminiſtravit. Collarres latè probat *in pragmatic. frumentar. lib.* 8. *cap.* 7. *n.* 2. & ita communiter etiam quotidie practicatur in ſupremis Tribunalibus circa ſcholares, & Doctores univerſitatum.

Septima limitatio generalis ad juriſdictionem, & 94
privilegium ſcholarium illa eſt, quando illo uti vult ſcholaris in juribus creditis, & actionibus ſibi ceſſis per extraneos, (vel conſanguineos pro patre, ut ſtatim) quia tunc ceſſat privilegium ſtudii ob notiſſimam fraudis præſumptionem, ſolo animo facta ceſſione ficta, vel vera per creditorem extraneum vexandi reos ſuos debitores, & eos moleſtandi, & exigendi quod ſibi debebatur, vel etiam indebitum, formalis diſpoſitio eſt Catholicorum Regum D. Ferdinandi, & D. Eliſabethæ Sanctæ Fidei anno 1492. 17. *Maii quæ l.* 18. *tit.* 7. *lib.* 1. *recopilationis, & ſub* §. 1. *in hæc fatur. Pero por quanto muchas perſonas legas* 95
por fatigar à los que algo les devian, y aun por cobrar lo que no les devian, hacian ceſſiones en ſus hijos, y en ſus parientes que tenian el eſtudio, y aunque no los tenian los hacian ir al dicho eſtudio, y matricular ſolamente por eſta cauſa. De lo qual nueſtros ſubditos, y naturales eran muy fatigados, y ſacados fuera de ſus caſas, para litigar en juriſdiciones eſtrañas. Mandamos que ninguna ceſſion, que ſe hiciere à ningun cathedratico, ni eſtudiante del dicho eſtudio no ſea recivida, &c. concordat ratio *l.* 2. & *l.* 4. ibi. *litem ad alium transfert, ut moleſtum adverſarium pro ſe ſubjiciat, ff. de alienati. judic. mutant cauſa facta, & l.* 30. *tit.* 2. *part.* 3. *leg.* 5. *tit.* 17. *eadem partita, leg. cum miles poſtulabat ſuo nomine litigare de poſſeſſionibus, quas ſibi donatas eſſe dicebat, reſponſum eſt, ſi judicii mutandi cauſa donatio facta fuerit priorem Dominum experiri oportere ut rem magis quam litem in mulierem tranſtuliſſe credatur, ff. de alienat. judic. cap. fin. eodem titul.*

Et tanta eſt fraudis, & vehemens præſumptio, & 96
merito contra ceſſionem factam ſcholari, ut abſolutè adempta ſit, & prohibita, quoad fori privilegium *in d. l. Regia*, cum pueris iſtis factæ ceſſiones fraudis manifeſtæ judicium redoleant, vexandi debitores, & judicii mutandi cauſa dumtaxat. Atque ideo eis facta 97
ceſſio radicitus aboletur, licet aliis perſonis fori privilegiatis ſit de jure permiſſa ceſſio ceſſante fraude, ut ex illa agere poſſint coram ſuo judice privilegiato, ad latè tradita per Rodriguez *de annuis redditibus l.* 3. *quæſt.* 4. *à num.* 41. & *ſeqq.* quem referens ſequitur Caſtillo *controverſiar. cap.* 25. *num.* 31. *tom.* 3.

Sed ab hac generali prohibitione excipitur ceſſio 98
facta per patrem filio, ſcholari, non ſimpliciter permiſſa; ſed ſub aliqua forma, & certis conditionibus, quibus in ſpecifica forma ſervatis, poteſt filius ſcholaris ex hac ceſſione agere, & convenire, trahere debitorem ad ſuum judicem ſtudii (ſervata tamen dictarum diſpoſitione ll. Regni,) ſic diſpoſuit prædicta *l.* 18. *tit.* 7. *lib.* 1. *recopilat. ſub* §. 2. *verſ. pero por quanto* ibi. *Salvo de padre a hijo y no de otra perſona alguna. Y que el Maeſtro d'eſcuela, o ſu lugarteniente, antes que conozcan deſta cauſa, ni den cartas para ello recivan juramento aſſi del Padre, como del hijo, que la deuda es verdadera, y que no lo haçen fraudaloſamente, ni por fatigar, ni moleſtar a aquel, contra quien la haçen y que la dicha ceſſion la haçe realmente para el dicho ſu hijo, y para ſu ſuſtentamiento y que el Padre no abra dello coſa alguna, ni los otros ſus hijos directe, ni indirecte, y que allende deſto el hijo jure, que no recive la dicha ceſſion con intencion de volver lo contenido en alla a ſu Padre, ni a ſus Hermanos, Y que el Padre jure, que no le envia al dicho eſtudio principalmente para haçer la dicha ceſſion.*

Singulæ formalitates, & conditiones hujus legis 99
Regiæ ad valorem ceſſionis factæ filio ſcholari per

Patrem, attendendæ erunt in controverſiis hujuſmodi diffiniendis, quia dantur pro forma, quarum altera deficiente, ceſſat privilegium fori, ad jura, & Doctrinas vulgatiſſimas. Quia tota hac cautela, qua utitur *l. Regia*, negotium indiget, quoniam fraudis eſt maximo ſuſpicio contra Patrem in fraudem cedere filio tam conjunctæ perſonæ, juxta textum *l. data*, 27. *C.*
100 *donationibus l. penult. verſ. faciliorque ſuſpicio, ff. de bonis libertor. notat.* Bartol. *in l. poſt contractum. n.* 3. *ff. de donat.* & relati à Mario Mutta *deciſ.* 49. *num.* 23. Antonius Maceratenſ. *lib.* 3. *variar. reſolut.* 40. *ex num.* 1. *& ſeqq.* D. Franc. de Amaya *in leg.* 1. *nu.* 50. *C. de jure fiſci lib.* 10. latè Maſcard. *de probationibus conſ.* 815. *n.* 10. Peguera *deciſ.* 5. *n.* 3. Menochius *conſ.* 334. *n.* 47. *vol.* 4. *præſumptio. lib.* 3. *præſumpt.* 124. *n.* 26. latè Farinacius *conſ.* 42. *&* 31. *& in additio. lit.* D. plures citat Fontanella *de pactis nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 2. *part.* 5. *n.* 102. *tom.* 1.

101 Unam tamen ponderabo conditionem, & formam contentam in hac *l. Regia* ad quam non omnes video attentos, in illis verbis. *Y que el Maeſtre de eſcuela, o ſu lugarteniente antes que*, &c. *reciban juramento aſi al Padre como ad hijo*, &c. quæ manifeſtè, & ſine ulla cavillatione indicat, juramentum hoc à lege requiſitum non aliter valere, nec formæ legis ſatisfacere, quàm ab eodem, & coram illo judice ſcholaſtico præſtetur; nempe à judice, uti judice, & in judicio poſt libellum porrectum, & ante exercitium juriſdictionis, cauſæ cognitionem principalis, & expeditionem citationis, eſt enim actus præparatorius ad judicium principale, ut ſimile habemus *in c. ut circa de electione, lib.* 6. *C. qui contra, & C. is qui eodem tit. & l. clement. conſtitutionem de electione*, & quæ abundè in eorum jurium exornationem tradidimus *in comment. de Regia protectione*
102 1. *p. cap.* 13. *à n.* 237. *cum ſeqq. Reciva el juramento*, inquit lex, ita ut non ſufficiat, ſi aliter coram Notario de ſcriptura ceſſionis rogato extrajudicialiter præſtetur
Idem poſt alios probat Tiraquellus in trad. de ſcript. zib. §. 1. gl. ff. 3. n. 20. à patre; & filio abſente ipſo judice ſcholaſtico, quia juramentum requiſitum à lege debet præſtari coram Judice, & non ſufficit coram Notario, niſi ejuſdem Judicis commiſſionem habente, ita eleganter poſt alios Doctores probant Gratian. *in diſceptation. forenſ. c.* 697. *&* 18. *tom.* 4. in hæc, *nec debet attendi proteſtatio ex adverſo facta per conſanguinem denuncianitem, quod citatus mutavit domicilium habitando in alia civitate, quia nihil relevat, cum non ſit jurata, ita ut juramentum requiratur etiam in caſibus in quibus per legem, vel ſtatutum daretur fides ſimilia denuncianti, quaſi ſemper intelligatur, ſi denunciator juraverit ita eſſe verum.* Angeles *in repetitio. l. ſi vacantia. C. de bonis vacant.* Alexand. *conſ.* 71. *nu.* 9. *&* 10. *lib.* 3. juxta notata per Bart. *in l. Theopompus, de dote prælegata.* Butrius *in cap. veniens de teſtibus* (ſequitur, & facit) *adeo ut tale juramen-*
103 *tum debeat præſtari coram Judice, vel coram Notario habente commiſſionem Judicis, nam ſi coram alio præſtetur, nihil operabitur.* Baldus *in l.* 3. *in princip. verſ. circa quintum ff. de jurejurando.* Alexand. *conſ.* 71. *n.* 10. *in fin. verſ. fortius dicit. lib.* 3. *per textum in l. hac conſultiſſima. §. penult. ff. de teſtamentis. l. jubemus C. de liberali cauſa*, &c. hactenus de ſingulari doctrina in propoſito.

104 Roboratur, quia quodlibet juramentum præſtandum eſt in judicis manibus. Cravet. *conſ.* 169. per textum, & Doctores ibidem citatos, nec ſufficit præſentia actuarii ſecundùm Jaſon. *in l. videamus §. 1. n.* 2. *ff. de in litem jurando:* latè Ant. Theſaurus *deciſ.* 68. *per totam.*

Deinde, quia iſta ſolemnitas & forma juramenti requiſita à lege Regia non reſpicit contractum ceſſionis, nec ejus validitatem: ſed judicium, & juriſdictionis fundamentum, & ejus exercitium attribuendum Magiſtro ſcholari, ſuper qua illam fundat, prædicta lex, quæ non intervenit in ipſo contractu, nec illum tangit, ſed poſtmodum ſubſequenda tempore, quo ceſſionè uti vult filius, & agere ex ea, ut conſtat, ex ipſius legis verbis, ibi, *antes que conoſcan deſta cauſa* 105 *y den letras para ella*, atque ideo per juramentum præſtitum, in ipſo ceſſionis contractum, Judice non præſente formæ legis non ſatisfit quatumvis de eo atteſtetur Notarius, cujus officium ad hoc non eſt deſtinatum, ſed ipſa Judicis perſona ad hoc per legem electa, de qua ſola confidit, ad evitandam fraudem, à qua perſona non eſt recedendum; juxta textum in *l. fin. ff. de contrahenda emptione.* ad latè tradita per Nos *de retent. Bull.* 2. *part cap.* 6. *à n.* 36. *cum multis ſeqq.* quo loci ampliſſime probatur, quod ſi natura verbi in diſpoſitione appoſiti donat perſonalitatem, à perſona nullo modo receditur, dicit enim lex Regia 106 *el Maeſtro d'eſcuela reciva jumento*, tunc quando in contractu præſtatur, non recipitur à Judice, ſed à tabellione, ac ideo contra formam legis, tam reſpectu perſonæ, à qua ſit recipiendum quam reſpectu temporis, quo requiritur, atque reſpectu loci, cùm debeat fieri in judicio, non extra judicium, prout fit in contractu ipſo ceſſionis. *Tempus legis qui non ſervat, formam non obſervaſſe dicitur.*

Et ita in hoc Senatu Pinciano determinatum fuit 26. *Nov. anni* 1642. in quadam cauſa per viam violentia adducta ex tribunali Magiſtri ſcholæ Salmantino, in qua ob id quod juramentum patris cedentis nomen debitoris filio ſuo, non fuit præſtitum in judicio, nec receptam ab ipſo Judice, quantumvis præſtitum fuerit ab utroque in Scriptura ceſſionis, per hoc non fuiſſe ſatisfactum legis conditioni, & formæ, decrevit Senatus *por ninguno y al ſeglar* juxta litteralem diſpoſitionem l. Regiæ, & in aliis pluribus cauſis. Et hac ratione, Senatus ſolet juriſdictionem Judicis Eccleſiaſtici ſubvertere, ex hoc defectu *& por nullo, y al ſeglar* declarare. Idem pariter determinavit ipſe 107 Senatus alia cauſa Salmantina, *anno* 1648. 27. *Oct.* atque jam in omnibus cauſis, habentibus hunc defectum, & carentibus hac legis ſolemnitate indubitanter quotidie utitur præfato decreto. *Plura infra, hac. 1. p. c. fin. n.* 46. *&* 47. *&* 75.

Et ex quibus conjecturis ceſſio fraudulenter facta de- 108 tegatur, & præſumatur, optimè tractat Menochius *de præſumptionibus, l.* 3. *præſumpt.* 129. Anton. Gabriel. *tit. de actione concluſ.* 5. *per totam* inter communes opiniones, quos conſule in caſu urgenti.

Aliud requiſitum ad limitationem privilegii ſcholaris, juriſdictionis Magiſtri ſcholæ, nec omittam, deductum *ex d. l. Regia* 1. *tit.* 7. *lib.* 1. *recopilationis, in* 109 *§.* 2. ibi. *ordenamos, y mandamos, que el dicho Maeſtro d'eſcuela por virtud de la dicha conſervatoria no pueda levar ante ſi perſona alguna demas de las dichas quatro dietas, contandolas deſde la ciudad de Salamanca haſta el fin de la dieceſi del que fuere convenido y que eſtas dietas ſean de diez leguas y no mas*, &c. *y que el dicho Maeſtro d'eſcuela, o ſu lugar teniente antes que ſe den las cartas ayan informacion plenaria de las dichas dietas y leguas, y que no eſten al dicho do les eſcrivos procuradores:* quæ lex in ſua determinatione ſingularis eſt, & notabilis, noviter diſponit à jure communi, vel ſaltem Doctorum authoritate dictante quod juriſdictio 110 fundata ratione loci, ſufficit, quod loci qualitas deducatur in libello ad ejus exercitium, quouſque comparens citatus contradicendo de veritate cognoſcatur, prout abundè probavimus *de retent. Bullar.* 2. *p. cap.* 10. *§.* 7. *à num.* 36. *cum ſeqq.* adde Farinacium *tom.* 1. *quæſt.* 8. *nu* 86. Moneta *de conſervatoribus. cap.* 8. *nu.* 59. ubi latè Gamam, *deciſ.* 279. *nu.* 2. *& deciſ.* 281. Cabedum *deciſ.* 1. *p.* 1. Cevallos *in contra commun. quæſt.* 7. *ex num.* 3. latè etiam Narbonam. *in l.* 20. *concordiæ inquiſitor gloſſa* 19. *per totam.* At noſtra l. hoc ſolo non contentatur, ſed potius ad evitandas vexationes expreſsè vult, quod ante omnia, & ante juriſdictionis exercitium plenè probetur qualitas, & diſtantia dietarum, loci rei conveniendi, atque ideò hac forma omiſſa, ejus acta cuncta nulla erunt deficiente juriſdictione.

111 Alias plures conditiones limitativas jurisdictionis Magistri scholæ reperies *in d. l. Regia*, 18. *tit.* 7. *lib.* 1. *recopilat.* quas exornat Didacus Perez *in l.* 3. *tit.* 3. *lib. ordinament.* licet nullius ex his scriptis meminerit, nec tetigerit, quas omnes nota ad evitandas fraudes & molestias, quotidie gestas miseris debitoribus indebitè extractis à suis foris, & domiciliis coactis longè venire ad forum studii maximis ærumnis & expensis, & litigare in universitatibus fraude & malitia creditorum.

CAPUT VII.

Creditor qui inter cæteros citatus ad concursum, intra terminum non comparuit; an sui crediti solutionem & privilegium amittat.

Et an si comparuit, sed tardiùs, & quando congruo tempore comparere dicatur.

Et nunquid creditores sub die vel conditione citari debeant, vel an comparentes in concursum admittantur.

Et quemadmodum interim per sententiam graduationis indemnitati eorum consulatur.

SUMMARIUM.

1 *Citari debent omnes creditores, ut intra certum tempus in judicio concursus compareant, de creditis, & antelationibus disceptaturi.*

2 *Citari debent creditores certi specialiter, & nominatim, & in eorum persona.*

3 *Citari debent incerti creditores per proclama, & edicta in loco publico affixa.*

4 *Creditores specialiter citati, si intra terminum assignatum non comparent, inter præsentes judicium consummatur usque ad effectum.*

5. *& seqq. Creditores, qui specialiter citati non comparent, nec de juribus docent, jus quod in pignore habent omittunt: & cæteri, inter quos legitima facta est bonorum distributio, tuti sunt ab eorum molestiis.*

6. 7 & 8. *& seqq. Textus in l. si eo tempore, C. de remiss. pignor. & in l. cum pro patre, C. de his qui in locum prior. Creditor successerunt, expenduntur.*

11 *Creditores non comparentes, non solum obligationem pignorum, & hypothecarum amittunt, sed etiam à jure offerendi repelluntur.*

12 *Creditores posteriores, prioribus non comparentibus, in re, pecunia ipsis soluta, tuti sunt.*

13 *Divisio bonorum, seu pecuniarum, inter creditores comparentes facta, non officit creditoribus absentibus notis, per edicta, aut proclama citatis, quin possint pecunias avocare.*

14 *Negligens non debet esse melioris conditionis, quàm obediens.*

Creditor, qui legitimè citatus in tempore non comparens, amisit in rebus pro satisfactione creditorum venditis jus hypothecæ, an etiam amittat creditorum ipsum principale. num. 15. *affirmativa sententia proponitur. ibid. contraria verior. n.* 16. *solvuntur fundamenta. num.* 18.

15 *Creditores debitores condemnati, qui intra certum tempus illis per publica proclama præfinitum ad petenda debita non comparent, comparentes postea excluduntur: etiamsi debitor bannitus postea sit restitutus.*

16 *Creditor, qui intra tempus assignatum non comparuit, solutum amittit jus prælationis, & hypothecæ in rebus distractis, non creditum ipsum principale.*

17 *Concursus judicium principaliter intendit cognoscere de creditorum prælatione, & graduatione.*

In concursu creditorum, licet eorum jura, & tituli discutiantur, id fit incidenter. ibid.

18 *Renuncians juri hypothecæ, non intelligitur credito renunciare. ibid.*

Respondetur fundamentis adductis suprà. n. 15. *&* 18.

19 *Creditor citatus, tardius tamen comparens, an jus prælationis amittat.*

20 *Creditor tardius comparens, si ante sententiam graduationis per indubitata instrumenta doceat, admittitur, & jus prælationis conservat.*

21 *Creditor tardius comparens, qui de suo jure per probationes, aut instrumenta quæ controversiam patiuntur, vult docere; si compareat post litem contestatam, dummodo ante ejus conclusionem, auditur; alias non.*

22. *&* 23. *Idem in tertio oppositore & in reconventione servatur.*

24 *Citari ad concursus judicium an debeat creditor in diem, vel sub conditione.*

25 *Creditorum in diem, vel sub conditione jus incertum est, nec in judicio possunt agere, antequam dies solutionis veniat.*

26 *Creditor sub die vel conditione admittitur ad concursum & per sententiam graduatur, sub conditione adveniente.*

27 *Creditor conditionalis admittitur ad judicium separationis bonorum.*

28 *Prior creditor in diem, vel sub conditione casuali, vel mixta, præfertur adveniente conditione, posteriori interim ea pendente contrahenti.*

Creditorem conditionalem admittendum esse ad concursum creditorum, determinavit Senatus Pedemontanus. ibid.

29 *Creditor in diem, vel sub conditione, non impeditur agere ante eventum diei vel conditionis, justa causa interveniente.*

30 *Creditor ante diem solutionis potest agere, quando pignora, vel hypothecæ ex aliquo accidente periclitantur.*

Mulier non potest in vita mariti petere dotem, nisi sit dilapiditus: potest tamen quando adest concursus creditorum, qui licet posteriores possunt omnia bona consumere. ibid.

31 *Creditor in diem, vel sub conditione potest ante diem, vel cognitionem agere, si de fuga, inopia, aut futuro dolo suspectus sit debitor.*

32 *Cautio, licet à debitore ob debitum conditionale peti non possit, si probabilis subest contra eum suspicio, ad cavendum potest compelli.*

33 *Suspicio inopiæ, & æris alieni, nulla urgentior quam ipsum judicium, quo debitor bonis omnibus exuitur.*

34 *Creditor in diem, aut sub conditione ad concursus judicium debet citari.*

35 *Creditor in diem, vel sub conditione quando consideratur ut jus pendens, appellatione creditoris venit.*

36 *Creditor in diem, vel sub conditione, & si propriè creditor non sit, largo tamen modo creditor dicitur.*

37 *Regula non valenti agere, non currit præscriptio, explicatur.*

38 *& seqq. Habentes jus dominii de præsenti in re, quæ à debitore possidetur vel detinetur, ad concursum non sunt vocandi.*

Creditores solum admittuntur ad bona debitoris, non ad aliena ab eo possessa, vel detenta. ibid.

39 *Debitor bona sua, non aliena, cedere potest, & explicatur textus* in l. 1. *C. de privilegiis creditor, cum aliis.*

40 *Venditor, in re vendita debitori communi non habita fide de pretio si extat, præfertur omnibus creditoribus.*

41. & 42.

41. & 42. *Dominus rei, quæ penes debitorem existit, præfertur omnibus creditoribus hypothecariis, & privilegiariis.*

43 *Creditori conditionali quibus remediis in concursu consolatur, cum difficile sit miserabilem debitorem invenire fidejussorem & seqq. &. n.* 51. *& seqq.*

44 *Creditori conditionali post sententiam graduationis possunt in suo gradu consignari bona sua credito proportionata, ut in pignus habeat, data fidejussione de restituendo; non adveniente conditione.*

Expenditur ad id l. 17. tit. 13. part. 5. *ibid.*

45 *Pignus, & fidejussio æquiparantur juri.*

46 *Fidejussionis onus gravius est debitori, quam pignoris præstatio. ibid.*

47 *Fidejussorem, qui tenetur dare pro securitate in futurum, invito creditore non potest pignus, seu hypothecam offerre.*

48 *Figus subrogatur in locum fidejussionis debitæ, & promissæ.*

49 *Absentis bona, de cujus vita dubitatur, adjudicantur proximiori in custodiam, & administrationem, sub fidejussione de restituendis cum fructibus domino venienti: vel alteri, qui ad ea jus habeat.*

50 *Debitor in diem potest in consequentiam condemnari ut solvat adveniente die, vel conditione.*

51 *Fidejussores accipere prohibitus non prohibetur pignora recipere.*

52 *Creditori conditionali anteriori succurritur per solutionem faciendam posteriori creditori concursus, sub fidejussione de restituendo adveniente conditione.*

53 *Sententia, quando non potest exequi in specifica forma qua disponit, debet exequi eo modo, quo possit indemnitati creditorum consuli.*

54 *In concursu creditorum, quando de aliquo futuro creditore timetur, solvitur creditoribus sub fidejussione restituendi, si creditum anterius de novo emerserit.*

1 INtroducto per debitorem communem judicio concursus, servatis omnibus requisitis ad ejus legitimitatem, citantur judicis authoritate omnes creditores tam certi, & nominati à debitore in lista cum juramento: quàm etiam incerti, ut compareant sua jura, & titulos deducturi, ut illic examinentur, quid cuilibet debeatur, & qui majori gradus prærogativa frui debeat, ut cæteris posterioribus in exactione, & solutione præferantur, adeò ut ad hanc comparitionem per illos fiendam certus terminus in
2 citatione assignetur. Hac tamen inter hos adhibita differentia, ut illi omnino citari debeant nominatim, specialiter, & in eorum persona tanquam certi, & manifestè cogniti per eandem nominationem exhibitam in judicio præsentatam à debitore cedente, probant in terminis Cancerius *lib.* 2. *variar. resolut. cap.* 7. *de restitution. spoliator. num.* 14. Ant. Faber *in suo C. lib.* 7. *tit.* 32. *de bon. authorit. judic. & cap.* 14. *in ordine* Gundisalv. de Paz *in praxi tom.* 1. *part.* 4. *cap.* 5. *num.* 9. Rodriguez *de privileg. creditor.* 1. *part. nu* 25. *&* 26. Villadiego *in politic. cap.* 2. *vers.* 5. *pleito de cession de bienes num.* 173. de Grassis *de exceptionib. exceptione* 17. Ant. Amat. *variar resolut. cap.* 11. *à princ. præsertim à num.* 27. Fontanella *de pactis nuptial. clausul.* 5. *gloss.* 8. *à num.* 40. *& seqq. part.* 8. Pacificus *de Salviano interdict. inspectio.* 3. *cap.* 2. *num.* 134. *&* 135. *& in novissori impressio. num* 405. Seraphinus *decis.* 1233 Baldus *in l. fin. num.* 41. *C. de edicto D. Adriani tollendo.* Iexander ad Bartol. *in l. si eo tempore. C. de distractio. pignor.* Guidus Pancirolus *cons.* 50. *n.* 4. Becius *cons.* 12. *n.* 9. Guzman. *de evictionib. q.* 34. *à num.* 44. Asinius *de executione §.* 6. *de subhastationibus, cap.* 32. *num.* 10. *& cap.* 51. *n.* 9. Steph. Gratian. *disceptat. tom.* 1. *cap.* 57. *n.* 28. *& tom.* 2. *c.* 238. *n.* 72. Surdus *cons.* 173. *n.* 97. *lib.* 2. qui asserunt creditoribus certis, nominatis, non aliter citatis quàm per specialem monitionem, & citationem, aliàs eis non præjudicare citationem per edictum, & per proclamata, ut abundè resolvimus superius *cap.* 1. *à n.* 27. *cum multis seqq.* ubi latissimè videre poteris.

Cæterum incertos creditores per edicta, & proclamata plublica ritè citari posse, immo ultra citationem 3
specialem creditorum, qui certi sunt, simul pro incertis edicta affiguntur publico loco, ut ad eorum notitiam veniat judicium concursus, & compareant sua jura deducentes, ut cum cæteris graduentur in sententia, prout latissimè scripsimus disputantes *in d. cap.* 1. *à n.* 31. *cum multis seq.*

Nunc quærendum, quid si creditor aliquis intra si- 4
bi in citatione præfixum terminum non comparuerit, an gradus privilegium & prærogativam amittat, vel etiam suum creditum, ita ut amplius illud petere nequeat, à debitore, & ejus bonis. In quo breviter est dicendum, quod illi creditores ita specialiter citati si intra terminum sibi assignatum non comparent, inter cæteros præsentes judicium concursus continuatur concussata absentium contumacia, usque ad 5
finem judicii, ad hunc enim effectum citantur creditores, excludendi eos à juribus, vel, hypothecis in bonis debitoris distrahendis vel adjudicandis in concursu, si jus suum super pignora, vel hypotheca, vel non docent, vel persequuti non sunt, cum tunc videamur ipsi obligationem pignoris amisisse, & contemnere, ac de cætero alteri creditores distrahentes bona concursus, vel sibi in solutum assignata, tuti sunt à molestia futura talium creditorum, negligentium impugnare hujusmodi consignationem, & applicationem posterioribus creditoribus juxta captialem, & singularem textum *in leg. si eo tempore. C. de remissione pignoris.* Cujus verba sunt, *si eo tempore* 6
quo prædiam distrahebatur, programmate admoniti creditores cum præsentes essent jus suum exequuti non sunt possunt videri obligationem pignoris amisisse. Ubi glossa, Bartol. & Bald. dicunt, quod creditor negligens intra tempus statutum à jure, videtur jus hypothecarum renunciasse. Idem probat textus *in leg. cum pro Patre, in cujus potestate non erat, pecuniam fisco inuleris, & jure privilegio ejus successisti: & ejus locum, cui pecuniam numerasti consecutus es; nec ii creditoris patris tui, qui personalem habuerunt actionem, vel cum eo postea sub pignoribus contraxerunt, pignora tua, te ignorante, distrahendo, juri tuo aliquid derogaverunt. C. de his qui in priorum creditorum locum succeff.* ponderatis illis verbis, *te ignorante*, ut aliud sit, quando citatus ad distractionem jus suum persequi, & deducere in judicium creditorum neglexerit.

Et hoc idem per textum *in d. leg. si eo tempore, Cod.* 7
de remiss. pignor. probarunt ibidem Faber. Bald. & Angel. Intrigol. *de censibus, quæst.* 51. *n.* 6. Cavalcan. *decis.* 17. *num.* 36. *& seqq* 1. *part.* Mutta *decis.* 26. *num.* 1. Maranta *de ordin. judicio part.* 6. *membro* 1. *de citatione, num.* 89. Milanens. *decis.* 1. *num.* 174. *& num.* 179. *lib.* 2. Rodriguez *de annuis reddit lib.* 2. *quæst.* 17 *sub. num.* 19. Peregrinus *de jure fisci lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 199. Ant. Faber *in Cod. lib.* 8. *tit.* 15. *definitione* 2. Asini *de execution. §.* 9. *cap.* 51. Seraphin. *decis.* 994. *n.* 2 *& seqq.* qui ex Butrigario. Odofredo, Azone, Salicèto, & Annelo, exornat text. *in d. leg. si eo tempore.* Antonius de Ballis *l.* 5. *ad pragmatic de censib. q.* 2. *n.* 1. Marius Mutta *in ritu* 110. *num.* 9. *in fin.*

Exornat etiam *d. leg. si eo tempore.* Antonius Amat. 8
variar. resolut. 11. *à num.* 1. *& num.* 17. dicens hoc servari solere in adjudicationibus, & distractionibus bonorum debitoris communis pro satisfactione & solutione creditorum, ut nedum ipse principalis debitor, contra quem hoc judicium creditores movent, sed & creditores, quatenus eorum putaverint interesse, ad hunc finem, & effectum excludendi non

comparentes intra terminum ſibi aſſignatum, nec congruo tempore venientes ad concurſum, ad deducendum jus ſuum ſuper bonis debitoris, cum tunc videantur jus ſuum dimiſiſſe, atque remiſiſſe, ita ut amplius ad eadem bona ſemel data in ſolutum creditoribus comparentibus, vel emptoribus pro creditorum ſolutione regreſſum aliquod non habere, nec in futurum eaſdem moleſtare poſſe. Romanus etiam *conſ.* 63. *viſo Themat. n.* 2. Aſinius *de executione* §. 6. *cap.* 37. & 51. Craveta *conſ.* 216. *n.* 21. Peregrinus *de jure fiſci lib.* 3. *tit.* 1. *n.* 199. Mandellus *conſ.* 585. *n.* 36. Anton. Faber *in Codice lib.* 7. *tit.* 32. *diffinit.* 14.

9 Et in hunc ſenſum accipi debet, quod dicit Centius *de cenſib. cap.* 208. *num.* 1. *in illis verbis. Prout quotidie fieri videamus in judiciis ſeparationis, & diſcuſſionis bonorum, in quibus dantur, & aſſignantur loca creditoribus, ad judicium venientibus*, &c. ut ſit ſenſus, quod inter ſolos comparentes facienda ſit bonorum diſtributio, dimiſſis aliis non venientibus, nec citatis competentibus in concurſu.

10 Et quod in eadem tela judicii omnes citati creditores tenentur jus ſuum deducere, & opponere negligentes amittant jus hypothecæ, & pignoris, tenent Ant. de Ballis *lib.* 5. *ad pragmatic. de cenſibus quæſt.* 2. *nu.* 1. Mutta *ritu* 110. *n.* 29. *in fin.* Antonin. Amat. *d. reſolut.* 11. *ſub num.* 2. Cephalus *conſ.* 550. *à num.* 2. *& ſeqq.* tum ut litium finis aliquis ſit, tum etiam ne dominia rerum ſint incerta, & creditores, vel emptores judicis authoritate tuti de cætero ſint a moleſtiis creditorum.

11 Et in tantum creditores hujuſmodi citati omnimodam obligationem pignorum & hypothecarum amiſiſſe dicuntur, ut etiam à jure offerendi (quod regulariter eſt, effectum hypothecæ) excludantur Amato *ubi ſuprà num.* 3. Fachineus *controverſiar. juris lib.* 11. *cap.* 9. *ſub verſ. poſterioris ſententiæ fundamentum.*

12 Et hoc in favorem dirigitur poſteriorum creditorum ut ſi citati fuere anteriores, & jus ſuum deducere intra præfixum terminum negligentes appareant, jus ſuum hypothecæ amittant omnino, & ipſi poſteriores creditores in re ſibi ſoluta, aut pecunia tuti ſunt, contra quos anteriores amplius agere non poſſunt revocatoria. Probant Fachineus, & Amato, proximè citati, gloſſa, *in verb. diſtrahebantur.* Bald. & Angel. *in princ. in d. leg. ſi eo tempore*, quæ expreſſa eſt, & loquitur in amiſſione juris hypothecæ anteriorum creditorum, ſic eandem legem intellexerunt omnes Doctores hactenus citati in exornationem *à num.* 6. & etiam *d. l. cum pro Patre. Cod. de iis, qui in prior. locum ſucceſſ.* quas aliter intelligere foret abſonum, quoniam priores creditores ad venditionem, & adjudicationem pignoris non citant poſteriores, juxta *leg. ſi vendidiſſet, qui ante pignus accepit, perſecutio tibi hypothecaria ſupereſſe non poſſet, dic. leg. & leg. obligata pignora, & leg. fin. Cod. ſi antiquior creditor pignus vendiderit.*

13 Prædictis rectè conſonant, quæ Fontanella *de pactis nuptialibus, clauſul.* 5. *gloſſ.* 8. *part.* 8. *à num.* 41. *& ſeqq.* aſſerit, quod quamvis in publicis ſubhaſtationibus ad inſtantiam creditorum fuerunt venditæ res debitoris communis, & poſtea pretium deponatur juſſu judicis, ut ex eo ſatisfieret creditoribus, qui poſtmodum per publica edicta fuerint convocati, ut compareant, ſi velint ſatisfieri de ſuis creditis juxta ſuam cujuſque prioritatem, & antelationem, atque ita ſit revera; & cum effectu facta inter creditores, qui congruo tempore comparuerunt, pecuniarum diſtributio: nihilominus ſi aliqui creditores omiſerint comparere, cum ſint anteriores, vel etiam poſteriores rerum hypothecam: eis non fuit per dicta procedimenta modo aliquo præjudicatum, nec jus hypothecæ eorum reſpectu extinctum, quando non fuerint ad hoc judicium citati, prout debebant citari, nominatim ſcilicet per ſpecialem citationem, & non per proclamata, ſi quidem certi ſint creditores prout etiam ad principium hujus cap. diximus, ac ideo nullum præjudicium ſuo juri fuit illatum, nec jus hypothecæ extinctum, allegat *l. cum. notiſſimis* §. 1. *de præſcript.* 30. *annor.* melius tamen allegaret text. *in leg. cum pro Patre*, ibi. *te ignorante. Cod. de iis qui in prior. creditorum locum ſucceſſ.* textus etiam celebris *in leg. Claudius Felix ff. qui potior. in pignor. habeant*, ibi, *ſi poſt primum judicium in quo prima creditrix ſeparata eſt à tertio creditore; ſecundus creditor à tertio obtinuerit poſteriori uti exceptione rei judicatæ adverſus primam creditricem nullo modo, ut opinor. Igitur nec tertius creditor ſucceſſit in ejus locum, quem excluſit, nec inter alios res judicata aliis prodeſſe, aut nocere ſolet, ſed ſive præjudicia priora ſententiæ totum jus alii creditori integrum relinquitur.* Pulchrè Pacificus *de Salviano interdict. inſpect.* 3. *cap.* 2. *num.* 135. *in antiqua impreſſione, & in noviori, eſt num.* 405. citans Rotæ Romanæ deciſionem factam *anno* 1567. quam ad litteram refert poſt *tract. in ordine* 87. *in priori impreſſione*, quæ eſt expreſſiſſima ad caſum, & eſt *deciſ. Seraphin.* 1233. id ipſum repetit ipſe Fontanella loco citato *à nu.* 33. Videndus, ut ſecus ſit, ut prædiximus, ſi citatus creditor ſpecialiter comparere in concurſum neglexerit.

14 Non enim debet eſſe melioris conditionis negligens, quam comparens, & vigilans, qui ſuis expenſis, & corporis moleſtiis litem proſecutus fuit, ex *l. ſervus, ff. quod vi aut clam. l. qui autem*, 6. ibi, *ſi lis enim vigilavit, ff. quæ in fraudem creditorum, l. Pupillus. ff. eodem tit. l. non enim, ff. ex quibus cauſis majores. l. ult. ff. de edendo, l. quod ſorte, l. ſi finita.* §. *ſi quis metu, ff. de damno infecto*, Surdus *conſ.* 4. *num.* 11. Bobadilla *in polit. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 54. *&* 83. Seſſe *deciſ.* 206. *n.* 19. *&* 44. Cardoſo *in praxi jud. & advocator. verb. jus, n.* 12. Cæſar Argell. Deligoti. *contradicto quæſt.* 2. *n.* 109. nec contumax, quam comparens, *d. l. ſervus*, & poſt alios, Barboſa *in l. ſi quis ex aliena. num.* 76. *& 77. ff. de judiciis.*

15 Nunc quærendum, an creditor, qui legitimè citatus ad concurſum creditorum non comparuit in tempore, ſicut amiſit jus prælationis, & in rebus jam in ſolutum cæteris creditoribus datis vel aliàs pro eorum ſatisfactione venditis jus hypothecæ fuit extinctum, ita pariter extinctum & amiſſum ſi creditum ipſum principale. Videtur quod ſic, ut probant Petrus Anton. Anguiſola *in conſ.* 10. *n.* 17. *cum ſeqq. lib.* 3. & contra Boſſium *in praxi criminal. in tit. de proclamat. quod fit bonor. Publica. num.* 15. *in fin.* tenet Sforzia Odus *de reſtitutio. in integr.* 2. *part. quæ.* 97. *art.* 3. *per totum.* Farinacius *in pract. crimin. quæſt.* 25. *n.* 181. dicentes, quod quando fiſcus, ex forma ſtatuti ſic dictantis, vel conſtitutionis ſpecialis, emiſiſſet proclamata publica, ut creditores ejus qui condemnatus fuit intra certum tempus comparerent, & docerent de ſuis creditis, quo elapſo, & de credito non dicto nec comparentes amplius ad aliquid petendum non admitterentur creditores ipſi negligentes, quia eis obſtat præſcriptio prædicta ex ſua negligentia. Immò plus dicunt Doctores præcitati, quod licet poſtmodum debitor bannitus fuerit per Principem etiam ad bona reſtitutus non poterit amplius, ab eiſdem creditoribus, (qui ſuo facto, culpa, & negligentia à ſuo jure, & credito ceciderunt) moleſtari, rationem reddentes DD. citati, quia per præſcriptionem prædictum jus iſtorum creditorum fuit extinctum, & ſemel extinctum amplius non reviviſcit.

16 Contrarium tamen verius eſt, & apparet ex juribus, & Doctoribus hactenus in hoc cap. laudatis, qui expreſsè loquuntur in amiſſione prælationis, & antelationis, necnon juris hypothecæ in venditis jam bonis concurſus, dumtaxat, ut apertè apparet ex eorum lectura; & Jurium diſpoſitione ſcilicet, *d. l. ſi tempore; C. de remiſſ. pignor. & l. cum pro patre, C. de iis qui in prior. cred. locum ſucceſſ.*

Tum

17 Tum etiam quia hoc judicium concurſus principaliter ad hoc ordinatur, & deſtinatur, ut agnoſcatur creditorum prælatio, ut ſic graduentur ad ſolutionem, & ſatisfactionem ex bonis debitoris communis. Et licet ſimul controvertantur tituli, jura ipſa, & ſubſtantia crediti in ipſos creditores concurrentes veluti proximus ſuprà *cap.* 3. *num.* 12. tamen id fit incidenter, & in conſequentiam judicii, at ſi iſte negligens nec comparuit, nec jura ſua deduxit, nec ſuper eis adhibita fuit cauſæ cognitio, illa amittere non debet in totum, ſed ſibi reſervata ſunt ad bona debitoris, ſi & quatenus ſuperfint, poſtquam concurrentes, & comparentes de ſuis creditis etiam aliàs poſterioribus ſatisfiat.

Quod juridico fundamento comprobatur: nam ſi creditores citantur in judicio concurſus, ut impugnare velint ſubhaſtionem, ſeu adjudicationem bonorum debitoris, ſi forte aliquis prætendat pro ſuo jure hypothecario, & prælativo in ejus præjudicium non eſſe diſtrahenda, ut probant dicta jura, negligentia & contumelia ſua ultra id jus prælationis extendi non debet, nec ultra puniri, ſatis enim eſt, ut jus hypothecæ renunciare præſumatur. Non tamen creditum principale; nam is qui renunciat hypothecæ juri, debitum ipſum renunciare non intelligitur, ſed penes ſe remanet exigendum à debitore, text. *in l.* 3. *ff. de pactis: poſtquam pignus* (inquit Conſultus) *vero debitori reddatur, ſi pecunia ſoluta non fuerit, debitum peti poſſe, dubium non eſt, niſi ſpecialiter contrarium actum eſſe probetur. l* 1. §. 1. *ff. de liberat. legata. optimè l.* 40. *tit.* 13. *part.* 5. exornat *in d. l.* 3. Bald. *num.* 1. Alberic. *in princ.* Anton. Faber *in rationali.* Jacob. Cujac. *in prælectione ad eandem l.* Decius *in l. creditor.* 28. *num.* 6. *ff. ſi certum pet.* Bart. *in l.* 2. §. *ſed & tacito num.* 2. *ff. de pactis.* ubi Jaſ. *num.* 12. Panormit. *in cap. Eccleſia ſ. Mari. num.* 20. *ut lite pend.* Innocent. *in cap. ſcriptura. num.* 4. *de fide inſtrum.* Hieron Pontoles *in ſcholiis ad Molinum, juris Regni Arago* §. *inſtrumentis, num.* 22. Menoch. *de præſumptio. lib.* 3. *præſumpt.* 140. *à num.* 24. *cum ſeqq.* Franciſc. Conan. *lib.* 5. *commentar. cap.* 4. *num.* 2. D. Fernand. de Mendoza *lib.* 2. *diſp. jur. civil. cap.* 2. *à num.* 2. Petr. Gregor. *lib.* 2. *ſyntagm. cap.* 6. *num.* 3. Maria *in emporio tit. fidejuſſor. quæſt.* 8. *ex num.* 1. conſenator noſter D. Franc. Amaya *lib.* 2. *obſerv. cap.* 14. *num.* 7. *faciunt etiam l. jubemus, C. ad ſenat. conſ. Villejan. ſi probaveris. C. de remiſſio. pign. l. Paulus. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolvetur. l. Creditor, qui prior, ſi tecum, ff. qui potior. in pign. hab. & toto tit. ff. quib. mod. pign & C. de remiſſio. pignor.*

18 Nec huic veriſſimæ reſolutioni obſtat doctrina Anguiſolæ, & ſequacium, quoniam eorum aſſertio huic nullatenus opponitur, loquuntur enim, quando ita diſponitur expreſsè per ſpeciale ſtatutum, ut facta proclamata per fiſcum, credita non comparentium intra terminum præfixum præſcribantur, & amittantur, ita ut obſtante ſtatuti præſcriptione, amplius ea petere non valeant negligentes, quo ſtatuto caremus in hoc judicio concurſus, nec ullo jure talis diſpoſitio reperitur, nec juſta foret, ut latius defendit Boſſius *in d. tit. de proclamat. n.* 15. & ſentit Sforcia Odus *loco citato.*

19 Sed quid dicendum de creditore citato, ſed comparente, tardius tamen, an audiatur, ut jus prælationis non amittat; in quo diſtinctè procedendum: aut enim iſte creditor comparens docet de ſuo jure indubitabili
20 per inſtrumentum contra quod nihil opponitur, nec alia extrinſeca probatione eget, & tunc videtur, quod quandocumque compareat ante ſententiam graduationis, & etiam ante ultimam per agentem judicii controverſiam admittendus erit, & conſervat ſuam prælationis jus quod per evidentiam conſtat, deque re integra, & tempore congruo docuit, & ita practicatur.

21 Aut de ſuo jure vult docere per teſtes, & probationes, ſive etiam per inſtrumenta, quæ tamen controverſiam patiuntur, eo quod vel de falſitate, ſimulatione, fraude aut ſolutione, nullitateve opponitur, ſive per debitorem, ſive ipſos creditores, ita ut cauſa ad extrinſecas probationes, & jurgia redacta ſit, & tunc compareat poſt litem conteſtatam, & ante ejus concluſionem, procul dubio admittendus erit, & lis, ſimultaneè cum eo tractanda & proſequenda, attamen ſi latius, & multò poſt conteſtationem, concluſa jam cauſa inter cæteros creditores, cum ſimultaneè, nec pari paſſu, poſſit noviter comparentis cauſa tractari, non debet ſuſpendi lis jam pendens, quia afferret eis graviſſimum damnum iſta ſuſpenſio, prout aliàs dicimus de tertio oppoſi- 22
tore comparente pro ſuo jure, & intereſſe proprio lite jam pendente excluſive ad alios inter quos movetur, ut ſi tardius veniat modo prædicto; non ſuſpenditur lis morâ, atque etiam de reconventione multo 23
poſt litis pendentis conteſtationem, ut minimè differatur lis, nec ſimultaneè tractetur cum conventione, abunde diximus *in noſtris comm. de ſupplic. ad Sanctiſſ. 2. part. cap.* 13. *à num.* 34. *cum multis ſeqq.* ac ideo in noſtro caſu iſte cum incongruo tempore compareat, nec ſimultaneè, prout requirebatur, tractari jam poteſt ſuum jus ad effectum prælationis, cum lis pendens ſuſpendi, nec differri poteſt, ideo ſuam anterioritatem amittet, & ſibi imputet qui monitus, & citatus congruo tempore non comparuerit, & culpa ſua aliis non debet eſſe damnoſa, & ſi iſte rigor jure fundatus habetur in tertio oppoſitore, qui non fuit citatus ad litem pendentem inter alios, quid poteſt ſpectare creditor qui citatus diſtulit comparere.

Nunc tractandum, an creditores in diem, vel ſub 24
conditione citari debeant ad concurſus judicium, ita ut non comparentes jus prælationis ſui crediti amittant adveniente die, vel conditione, & videtur quod non, quia jus ſuum eſt conditionale, & incertum, quod poteſt eſſe, & non eſſe, & agere in judicio impeditur, cui nec ob id currit tempus, *l.* 1. §. *fin. C. de annali exceptione, l.* 1. *in fin. C. de bon. quæ liber. l. in rebus.* 39. §. *C. de jure dotium. l.* 1. *ff. de perpetuis & annal. exceptio. Authent. niſi tricenale. C. de bonis maternis. C. quia diverſitatem.* 5. *de conceſſione præbendæ*, nec an-
teaquam veniat dies ſolutionis poterit agere. *l.* 1. *de* 25
conditione ex lege, ſi mandavero, in principio. l. cum qui calendis. ff. de verb. obligat l. cedere diem ff. de verb. ſignificat. ergo nec citari debet nec citatus compare adſtringitur, cùm ſua comparitio inanis ſit, & ſine effectu, & per conſequens nec puniri debet in ſua prælationis amiſſione.

Nihilominus contrarium verius eſt, immò quod ci- 26
tari debeat ad concurſum creditorum is, qui ſub die, aut conditione creditor eſt quia ſua intereſt, jus ſuum futurum inter cæteros deducere, & ſe ſaltem cautione fidejuſſoria præcavere, ne adveniente die, vel conditione bona ſint conſumpta debitoris, & inter creditores inferioris gradus diſtributa, ut iſti videlicet ſua credita interim recipiant, & ſecum habeant ſub fidejuſſione, tamen de reſtituendo creditori conditionali anteriori conditione completa, quoniam ad finem ſaltem, ut graduetur creditor ſub conditione, & in ſententia deſcribatur, & judicio concurſu admittatur, ſufficiens jus oſtendit, ex quo manifeſtè detegitur, quem gradum occupet conditione impleta, aut die adveniente, licet quoad executionem preciſè differatur, tum quia iſte credi- 27
tor in diem, vel ſub conditione ex hac ratione, rectè admittatur ad judicium ſeparationis, quam ſimul poſtulare poteſt, probat textus elegans *in l. creditoribus, quibus ex die, vel ſub conditione debetur, & propter hoc nondum pecuniam petere poſſunt, atque ſeparatio dabitur, quoniam, & ipſis cautione communi conſuletur.* 4. *ff. de ſeparationibus:* tum etiam quia prior 28
creditor in diem, vel ſub conditione caſuali, vel mixta præfertur poſteriori contrahenti interim, etiam ante diem, vel conditionis eventum & rectè jus ſuum

in judicium deducit, pendente conditione, & adhuc non impleta, ad obtinendam prælationem per viam retrotractionis purificata conditione. *l.* 1. *l. qui balneum.* §. 1. *l. potior.* §. *videamus. l. Nantius. ff. qui potiores in pignor. habeant.* Rodericus Suarez *in l. post rem judicatam. limitat.* 7. *num.* 4. Negusantius *de pignoribus.* 4 *p. num.* 15. Joann. Gutierrez *allegatio* 4. *num.* 17. Gundisalv. de Paz *in praxi* 4. *p.* 1. *tom.* 1. *cap.* 4. *num.* 5. 6. *&* 7. latè optimè Solis *de censibus. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 19. & signanter *num.* 21. de quo latiùs Nos egimus *infrà* 2. *p. cap.* 21. *per totum.* & ita in judicio concursus creditorum determinasse Senatum, testatur Gaspar Ant. Thesaur. *q. forens. lib.* 3. *cap.* 51. *per totum.* in quo creditor conditionalis admissus fuit. Idem etiam quod creditor conditionalis comparens in judicio concursus sit admittendus, ita ut bona debitoris vendantur & emptori tradantur, creditori posteriori adjudicanda, sub cautione tamen de solvendo credito creditori conditionali adveniente conditione, ex eo quod licet sua comparitio non prosit ad exactionem statim, prodest tamen ad cautionem postulandam eo quod debitor per concursum à se factum appareat non solvendo. Tenet Castillo *in l.* 64. *Tauri. ad fin. vers. ulteriùs quær. maximè vers. Isto casu pronunciabitur*, &c. Allegat. Afflict. *decis.* 279. *infrà* de quo dicemus inferiùs *ex num.* 43. *cum seqq.*

29 Tum etiam quia creditor in diem, vel sub conditione pendente non impeditur agere, ex justa causa interveniente, ac superveniente, ut puta quia debitor erat suspectus de fuga, vel quando debitor formet concursum creditorum, & creditor iste prævidit universum patrimonium debitoris consumi inter posteriores creditores in notabile juris sui præjudicium, & detrimentum, tunc potest ante diem agere, & jus in judicium deducere ad concurrendum cum cæteris juxta textum *in l. quæsitum, ff de Pignoribus*, & in terminis sic affirmat Solis *d. cap.* 5. *num.* 21. *ad finem*, latissimè, & pulchrè discurrit Fontanella *de pactis, clausula* 4. *glossa* 9. *p.* 5. *à*
30 *num.* 27. *cum multis seqq.* Castillo paulò ante citatus *cujus est farinæ*, quia semper quod pignora, vel hypothecæ ex aliquo accidenti periclitantur, & dissolvuntur, & potest creditor statim etiam si dies solutionis nondum venerit, agere ad debitoris actionem, pro cujus solutione, & securitate res hypothecata erat, probat *leg.* 67. *tit.* 5. *part.* 5. & ibi Hermosilla *gloss.* 1. *n. fin. in fin. tom.* 2. *fol.* 360. à tergo, quæ doctrina certè verificatur in concursu & bonorum cessione facta per debitorem, cujus bona distrahuntur, & consumuntur in satisfactionem creditorum posteriorum comparentium, quo quidem aperitur via creditori conditionali, aut in diem, ut agere possit ante illum, ne suum creditum periclitetur.

Ad hæc mirabiliter adducitur limitatio Doctorum *ad leg.* 29. *tit.* 11. *part.* 4. quia disponitur, quod mulier, durante matrimonio, non potest petere dotem à viro, etiam ipso vergente ad inopiam non culpa sua, sed casu, & nisi sit dilapidator, ac dissipator bonorum, de quo latissimè per Castellum, *controvers. lib.* 4. *cap.* 26. *in addit. post. n.* 34. qui quidem *in n.* 5. ejusdem additionis ita ait. *Rursus admonendum lectorem duxi (quod supra hoc eodem cap. misi) pragmaticos communiter explicasse, sive restrinxisse decis. d. leg. part.* 29. *ut scilicet ipsa non procedat, quando alii creditores mariti instarent, & pro debitis suis contra maritum ipsum agerent; tunc namque posset uxor constante matrimonio, pro conservatione dotis se opponere, & jura sua ostendere, ut aliis creditoribus satisfieri, solvique prius contingat, qui posteriora jura obtineant, sive eisdem solutis nihil remanere ex quo dos solvatur, atque in tuto remaneat*, &c. Pro qua doctrina plures Doctores Regnicolas allegat videndus, qui iterum *n.* 38. ita ait. *Si tamen plures instarent creditores, ita quod lis, & concursus eorum fieret; tunc equidem posse ipsa agere pro dote, & se opponere, quamvis maritus ad dissipationem non devenisset, sit temporata decis. d. leg.* 29. *tit.* 11. *part.* 2. *ex aliis auctoribus observavi suprà n.* 5. &c.

Quorum doctrina ex eo certa redditur, quoniam 31
debitor in diem etiam incertam, vel sub conditione, si de fuga, aut futura inopia, futuroque dolo debitoris valde suspectus sit, atque de magno ære alieno, & de ingenti paupertate in eum timeatur, potest interim, donec dies vel conditio cesserit, & purificetur ad fidejussionem præstandam jus suum in judicium deducere & agere, ut ea adveniente, & purificata sibi cum effectu solvatur; *leg. in omnibus ff. de judiciis leg. in omnes. ff. qui satis cogan.* Romanus *singular.* 646. *num.* 1. Caccialupus *de debitore suspecto, quæst.* 3. *num.* 2. Afflictis *decis.* 179. *num.* 4. Bursatus *cons.* 83. *num.* 3. *vol.* 1. Cephalus *cons.* 381. *n.* 9. *vol.* 3. Tobias Nonius *in* §. *sub. condit. num.* 7. *instit. de verborum obligatio.* Barnab. Cornacius *decis. Lucens.* 59. *num.* 4. *cum seqq.* Antonius Enrigius *de fidejussoribus cap.* 5. *num.* 45. *&* 46. Areti. *in eodem tract. cap.* 38. *per totum, qui bene loquitur in* 2. *impressione fol.* 276. optimè etiam *cap.* 1. *per totum fol.* 156.

Tum etiam, quia licet ob creditum conditionale 32
cautio à debitore peti nequeat, quia sibi imputet, qui cum eo contraxit, de bonis suis, seu inopia confidit *ex d. leg. in omnibus, ff. de judiciis:* tamen si probabilis subest suspicio contra debitorem ante diem, vel conditionem ex justa hac de causa cavere eum oportet. Bald. & Angel. *in l. quæsitum. ff. de pignoribus.* Costa *remedio subsidiar.* 68. *n.* 5. Petrus Pechius *de jure sistend. cap.* 4. *n.* 6. Anton. Tremol. *ad practic. Ulbert. Bonacur. titul. quibus modis suo nomin. civil. fol.* 29. latè Ozascus *decis. Pedemon.* 130. Palatius Rub. *in cap. per vestras* §. 9. *per totum.* Menoch. *de arbitrar. casul.* 88. Antonius Gomez *tom.* 2. *variar. cap.* 11. *de qualitate contract. n.* 57. Gutierrez *de juram. confirmato.* 1. *p. cap.* 16. *n.* 22. *&* 23. Valascus *consult.* 66. *à n.* 33. Molina *de primogen. lib.* 1. *cap.* 15. *n.* 11. Barbosa *in l.* 2. *p.* 2. *à n.* 28. *ff. soluto matrim.* Suardus *de alimen. tit.* 8. *privileg.* 77. *& cons.* 63. *n.* 9. Pelaez à Mierez *de majoratu, quarta part. quæst.* 34. *per totam.* Asinius *de executione* §. 7. *cap.* 126. Giurba *decis.* 4. *à n.* 28. *cum seqq.* Castillo *de usufructu, cap.* 19. *n.* 11. qui plures alios allegat *in* 4. *tom. controv.* 59. *n.* 24. nulla 33
ergo urgentior suspicio inopiæ, & æris alieni, quam ipsum judicium concursus, quo debitor omnibus bonis exuitur, nec in creditore conditionali nulla major, & justior causa, quàm divisio, & distributio universi patrimonii consumpti, aut consumendi, inter cæteros creditores posteriores, etsi fortè inferioris gradus.

Et in terminis, quod isti creditores conditionales ad 34
concursum debeant citari, probant Faber *in l. si eo tempore. C. de remissione pignoris.* Joannes de Prato veteri *in leg.* 1. *n.* 8. *ff. si certum petat.* Socinus *in leg. si in diem, n.* 77. *ff. de conditio. & demonstratio.* Curtius Junior *in d. leg.* 1. *n.* 76. 77. *&* 78. *ff. si certum petatur.* Cumanus *in leg. si stipulatus fuerim,* §. *cum stipulamur, ff. de verb. obligat.* Quem ibidem sequitur Jason. *col.* 1. Intrigol. *de censibus, quæst.* 47. *sub n.* 4. *&* 5. *& q.* 5. *n.* 7. Cephalus *cons.* 228. *n.* 27. 38. *&* 39. Cavalcan. *decis.* 17. *n.* 43. *lib.* 1. plenè Asinius *de executione* §. 6. *cap.* 59. *à n.* 2. *& seq. & à n.* 15. *ad fin.* Mandellus *cons.* 115. *n.* 1. *& cons.* 385. *n.* 36. Bossius *in tit. de proclamat. n.* 11. abundè Peregrinus *de jure fisci lib.* 5. *tit.* 1. *à n.* 200. *cum multis seqq.* Alciatus *cons.* 35. *lib.* 2. *& cons.* 138. *n.* 19. *lib.* 5. Petra *de fideicommiss. quæst.* 11. *à n.* 681. *usque ad* 624. idem licet nullis ex istis relatis tenet D. Pichardus *in* §. *cum eo quoque* 40. *n.* 43. *Instit. de actionibus.*

Nam creditor in diem, vel conditionem, quando 35
consideratur, uti jus prætendens, non uti exigere volens, appellatione creditoris venire testatur Thesaurus *in decis. Pedemont.* 235. *sub. n.* 7. Surdus *decis.* 151.

sub

ſub n. 10. *& n.* 5. *&* 9. Joan. An. Manguilius *de evictionibus quæſt.* 9. *n.* 66. *&* 67. optimè etiam Caſtillo *in l.* 64. *tauri. quæſt. ſi. verſ. ſecundo caſu ſubdiſtingue*, &c.

36 Tum etiam, quia conditionalis creditor quamvis propriè non largè tamen creditor eſt, Albert. Salicet. Fulgo. Roman. Alexand. & alii *in leg.* 1. *ff. ſi certum petatur, & eſt textus in leg. conditionalis, & leg. ſeq. ff. de verb. ſignificat. leg. his qui ff. de actionibus & obligat.* latiſſimè proſequitur Caſtillo *controverſiarum tom.* 6. *cap.* 153. *ex n.* 30. *cum ſeq.* prout abundè conſiderat in noſtris terminis Peregrinus *ubi proximè à n.* 101. *& ſub n.* 205. dicit non obſtare
37 regulam quod non valenti agere non currat tempus: quia regula procedit in præſcriptione, quæ currit adverſus illum, qui non agit, ſed in noſtro caſu adverſus illum, qui de jure ſuo non opponit, quæ inter ſe differunt. Sed hæc reſponſio non aptatur noſtro concurſui, nec ad materiam *d. leg. ſi eo tempore. Cod. de remiſſione pignor.* in quibus terminis creditores citantur, ut à debitore petant, ac ideo ut agant, non excipiant, ut perperam putavit Peregrinus, juxta ea quæ abundè probavimus, *ſuprà cap.* 2. *& tribus, ſeu quatuor ſequentibus*, qua propter vera ſolutio illa eſt, quam hactenus probavimus, d. regulam non habere locum, ubi adeſt juſta cauſa petendi in creditore conditionali, prout eſt judicium ipſum concurſus formatum à debitore communi, conducit doctrina Caſtill. loco citato *ſub d. n.* 30. *verſ. deinde in materia indifferenti*, &c. Sed quomodo hujus creditoris conditionalis indemnitati conſulatur per ſententiam graduationis. Vide latiſſimè infra, *ex num.* 53. *cum ſeqq.*

38 A regula tamen hujus cap. excipiuntur illi, qui habent jus dominii de præſenti in aliqua re quam debitor habet detentam alienam, nam iſti præcisè non citantur, nec ſpecialiter, nec per proclamata publica, prout latiſſimè, & valdè eleganter probat Peregrinus *de jure fiſci, lib.* 5. *d. tit.* 1. *à n.* 102. *cum multis ſeqq.* Etenim creditores ſolum admittuntur ad bona hæc debitoris, inter quos bona per eum tenta, vel poſſeſſa connumerari non poſſunt, quantumvis inter bona debitoris reperiantur, *l.* 1. *ff. de de privileg. creditor. l. ſi non expedierit, in princ. ff. de bon. authorit. judic. poſſiden. l. à Divo Pio §. ſi ſuper rebus, ff. de re judicata.* Manguilius *de evictionibus, quæſt.* 31. *n.* 3. *cum n. ſeqq. & quæſt.* 40. *n.* 3. *&* 4. ubi quamplurimos refert, ubi quod Dominus ſi compareat pro re ſua præfertur omnibus quibuſlibet creditoribus, plures congeſſimus *in* 2. *part. cap.* 24. *ex n.* 12. *cum ſeqq. verſ.* 4. *quod Domino pecunia*, &c. in re namque aliena nullum jus habent creditores, cum, ut diximus, debitor cedat bonis ſuis, non alienis, nec ad id facultatem habet, quam rationem ſubtiliter etiam reperio apud Muret. *lib.* 2. *de privileg. credito. tit.* 11. *ex n.* 11. ſequitur Amat. Rodrig. *de concur. credit.* 1. *part. art.* 2. *n.* 50. *& n.* 126. *& ſeqq.* videndus, *ex n.* 1. idem Muret. *d. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 81. *& ſeq.*

39 Et quod debitor de ſuis tantum bonis non de alienis ceſſionem feciſſe dicatur probat tex. expreſſus *l. ſi Pater tuus bonis ceſſit, propter onera civilia, ipſius facultates oportet inquirere non patrimonium, quod tibi emancipato quæſitum dicis, inquietari, quod ut fiat implorare æquitatem præſidis debet, C. de ceſſione bonorum*, quoniam domini iſti quandocumque, & à quocumque poſſeſſore poſſunt rem ſuam vindicare, & conſequi, & voluntariè
40 comparentes in concurſu præferri quibuſlibet creditoribus, ut de re aut merce vendita debitori communi non habita fide de pretio, & ſtante, cum re dominium retineat venditor, nec in emptorem ſit translatum, ampliſſimè pluribus relatis, Hermoſilla *in l.* 28.
41 *gloſſa* 2. *per totum, tit.* 5. *part.* 5. *tom.* 2. *fol.* 120. *& ſeqq.* Vel quoties res aliena apud debitorem ſit ſemper in ea Dominus præfertur creditoribus omnibus, Flores de Mena *practicar. quæſt. art.* 3. *n.* 40. ita ut ſi compareat in concurſu petendo rem ſuam, audiri debet omnino & ſine concurſu cæterorum quorumlibet creditorum eidem tradendo obtenta re judicata. De quo latiùs infrà *c.* 11. agendum erit, & per varios caſus diſtinguendum 2. *cap.* 24. *ex nu.* 12. *verſ. quarto, quia Domino pecunia.*

Et inſuper, quod Dominus rei præferatur omni- 42
bus creditoribus debitoris eam poſſidentis probant Gomez *variar. reſolut. tom.* 2. *tit. de empt. & vendit. num.* 22. *ubi additio. lit. R.* latè de Franchis *deciſ.* 106. *per totam.* Flores de Mena *variar. quæſt.* 6. *n.* 4. ubi latè de re aliena exiſtente inter bona debitoris, cujus dominium ad alium pertinet, ut iſte ante omnes hypothecarios, & privilegiatos ſuam rem conſequatur, & præferatur. Semper enim, qui rem ſtantem vendicat omnibus quibuſlibet creditoribus præfertur, *l. ſi ventri, §. in bonis ff. de privil. credit.* Amat. Rodriguez *de privileg. creditor.* 2. *p. art.* 2. *ſub num.* 2. Callantes *in pragm. frument. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 8. *ex d. §. in bonis.*

Sed, eſto quod creditor conditionalis, vel in diem 43
incertum, citetur ad concurſum, vel aliàs ipſe pro ſuo intereſſe comparuerit, juxta latè reſoluta ſupra *ex nu.* 24. *cum multis ſeqq. uſque ad nu.* 58. quomodo, quæritur, in concurſu erit ſatisfaciendus, cum remedium datum per tot Doctores hactenus laudatos *ex d. n.* 24. ſit fidejuſſio, quam, ſtante coucurſu, impoſſibile videtur poſſe reperire miſerabilem debitorem, quia ſua bona creditoribus ſolvendis ceſſit, & univerſum patrimonium dimiſit, quo in caſu duo remedia ſe offerunt; alterum, quod hujuſmodi debitori per ſententiam graduationis, ſuo loco, & gradu conſignentur bona pro- 44
portionata, & taxata ſuo credito, ut illa in pignus habere poſſit, & ſub tuta fidejuſſione de illis cum fructibus reſtituendis, deficiente conditione, argumento textus *in l. ſub conditione debitum, & l. quod ſi ea conditione debetur, ff. de condictione indebiti.* textus expreſſus *in l.* 17. *tit.* 13 *p.* 5. ibid. *Tomado un hombre de otro alguna coſa empeños, ſo condicion o dia cierto, no puede demandar que ſe la den por peſo haſta que ſe compla la condicion, o que benga el dia que ſe ſialaron. Pero ſi aquel, que tomo la coſa empeños, ſe temiere del que ſe la empeño, que ſe ira de aquella tierra à otra, bien lo puede demandar que ſe la de, o que le de tal ſeguraça, de que ſea ſeguro, que a la ſazon que ſe compliere la condicion, o viniere el dia cierto, que ſe la de.* Concordat. *l. quæſitum eſt, ſi nondum dies perſonis venit an & medio tempore per ſeqq. pignora permittendum ſit, & pacto dandam pignoris perſecutionem, quia intereſt mea, ff. de pign.*

Comprobatur, quia pignus, & fidejuſſio à pari judi- 45
cantur, *l.* 4. *§. qui eſt idoneè, ff. de fideicommiſſariis libertatibus, §. venditæ. Inſtit. de rerum diviſione. l. promiſſor. §. fin. ff. de conſtitut. pecunia*, Jo. Andreas *de dote poſt. diver. reſt. §.* 2. *n.* 8. *&* 9. *verſ. ſecundum.* Goffredum, Bald. Novell. *de dote, part.* 6. *privilegio* 20. *nu.* 10. Aretinus *de fidejuſſor.* 2. *part. principal. ſect.* 8. *cap.* 49. *nu.* 42. *& ſeqq. fol.* 821. Et cum eidem creditori danda ſit fidejuſſio, quæ eſt multò magis gravius onus debitori, quàm pignoris præſtatio, ut ipſi Doctores probant, in ejus locum ſubrogandum erit, tum ne detrimentum patiatur, & periclitetur jus creditoris conditionalis; tum etiam ne judicium illuſorium reddatur contra tot jura vulgaria, ut ex dicendis apparebit.

Et qui tenetur ad fidejuſſorem præſtandum pro ſecu- 46
ritate in futurum, invita parte non admittitur pignus, & hypotheca, ea tamen conſentiente non eſt dubium, niſi dives ſit obligatus; quia tunc ad pignus, & hypothecam cogitur, quia ſubrogatur loco fidejuſſionis. Alexand. *conſil.* 65. *in fin. volum.* 5. Natta *conſil.* 267. *nu.* 4. Hondedeus *conſil.* 30 *nu.* 33. Giurba *deciſ.* 113. *nu.* 19. Ergo ſi creditor conſentiat in pignore debitoris falliti, & concurſum formantis, ei non erit denegan- 47
da pignoris præſtatio à judice. Etenim magis grava-

tum illum dicimus, qui fidejussorem dare, quam qui pignora, seu hypothecam constituere, obligatus est, *l. omnes, §. in hoc, C. de Episc. & Clericis, §. si quis autem, Authent. de sacrosanct. Ecclesiis, l. filio, ff. ut legat. nomine caveatur.* Enrigius *de fidejussoribus, cap. 6. nu. 141.* omnino videndus Giurba *decisione 4. à num. 9. 10. & 11.* qui plura congerit ad propositum convenientia.

48 Quia pignus subrogetur in locum fidejussionis debitæ, & promissæ, *l. plus cautionis, ff. de reg. juris,* Bart. *in l. prætoris, 3. ff. de prætor. stipulatio.* Doctores *in leg. 1. ff. qui satisd. cogantur.* Francisc. Becius *consil. 14. nu. 36.* Cancer. *variar. resolut. lib. 2. cap. 5. nu. 132.* qui *nu. 133.* cum eodem Becio dicit admittendum esse id, per quod in omnem casum, & eventum satisfit desiderio creditoris, qui jus prætendit.

49 Nec in nostro jure nova hæc inventio est, nec nova formula sententiæ in casibus similibus: prout idem videmus in bonis absentis in longinquis, de cujus vita, & morte dubitatur, dandus à jure proximiori, qui ab intestato successurus est, in custodiam, & administrationem sub fidejussione de illis restituendis cum fructibus, vel absenti si veniat, vel alteri, qui ex ejus testamento jus habeat, vel fortè tempore mortis, de quo postmodum constiterit alter proximior supervenerit, etiam post adjudicatam semel custodiam, & administrationem. De quo testatur latissimè Parlador. *in quæst. 1. cum suis §§.* Escobar. *de ratiociniis. cap. 6. ferè per totum.* Perez de Lara *de Capellaniis, lib. 1. cap. 22. ex num. 16. & seqq.* latissimè Fontanella *de pactis nuptial. tom. 2. clausula 7. glos. 3. p. 1. à num. 30. cum multis seqq.* Gutier. *practic. quæst. lib. 2. per totum* qui plurimos alios laudant.

50 Et quod debitorem in diem possit judex in consequentiam condemnare, ut solvat adveniente die vel conditione ex textu *in l. quod si in diem, ff. de petition. hæredit.* Et quam plurima alia jura adducit, & eleganter probat Gomez *variar. tom. 2. cap. 11. num. 47.* per aliquot columnas omnino videndus pro intellectu, & limitatione, *l. quemadmodum, ff. de judiciis.*

51 Tum etiam, quia aliàs vidimus, quod prohibitus accipere fidejussores, non est prohibitus pignora recipere, prout latè probant Baldus, Novellus, & Aretinus *in locis citatis.*

52 Alterum remedium se offert, & suavis, quo omnibus consulitur, erit illud quod posteriori seu posterioribus creditoribus tradantur sua credita; sive in solutum bona aliqua debitoris taxata dentur, sub fidejussione tamen, vel cautione de restituendo, quantitatem debitam creditori conditionali casu, quo adveniat, & purificata fuerit conditio, dico posterioribus creditoribus hanc esse faciendam solutionem, vel adjudicationem, & ab istis tantum postulandam fore hanc cautionem, ut evitentur circuitus & extinguantur jurgia, & nè novæ lites suscitentur ex avocatione successivè, & gradatim facienda per creditorem advenienti conditione ab anterioribus creditoribus, qui fortè antelationem adquirit, latè tradita per Solis *de censibus, lib. 3. cap. 5. à n. 19. cum seqq.* qui ad hanc prælationem plura jura, & Doctores allegat (cum gradatim de prioribus ad posteriores descenderet evocatio pecuniæ vel rei eis traditæ in concursu, de quo abundè infrà 4. *part. cap. 14. per totum.*) & idcirco istis posterioribus creditoribus, suum creditum solvatur sub fidejussione de illo restituendo creditori conditionali impleta conditione, aut adveniente die: quare sive ab uno posteriori, sive à duobus, aut pluribus posterioribus, hæc cautio postulanda erit tantùm juxta mensuram quantitatis à se receptæ, & non amplius, ac pariter non amplius quàm usque ad sufficientem, concurrentem quantitatem crediti conditionalis, cæterum si hæc quantitas non sufficiet, quod minus agitur à posteriori, præstetur ab ejus immediato antecessore, juxta ea quæ dicta sunt infrà 3. *part. d. cap. 14. per totum*; quia gradatim potest anterior revocare solutiones factas posterioribus se, quando inceperit à posterioribus præmaturè solutis, cum revera in suo sit arbitrio revocatoriam intentare graduum ordine non servato, sed eligere ex creditoribus ante solutis, quam maluerit, prout amplissimè videbis *in d. cap. 14. part. 3. per totum*, quod quidem remedium, juri, rationi, & æquitati valdè congruum, & conducibile est, & pro utroque mirabiles urgent doctrinæ de quibus *in nostris comment. de Regia protectione 4. part. cap. 11. à 290. cum seqq.* ubi quod quando sententia non potest exequi in specifica forma, quia disponit, exequi debet eo modo quo possit consuli indemnitati creditoris. Vide etiam *in tract. de retentione Bullar. 1. part. cap. 10. à n. 16.* 53

Tum etiam, quia semper, quod in concursu creditorum, suspicatur de futuro aliquo creditore, fidejussio præstari jubetur à creditore, cui pecunia, vel bona debitoris in solutum dantur; ad latè tradita infrà 4. *part. cap. 6.* & in terminis de creditore conditionali adest text. expressus *in l. 7. illud quoque cavere debet, si quod aliud Domini debitum emerserit, refusurum se ei pro rata; finge enim conditionale debitum imminere, vel in occulto esse, hoc quoque admittendum est, nam injuriam Dominus pati non debet. ff. de tributaria actione, juncta l. procur. §. fin. & 1. seq. 6. ff. eod.* Et hoc remedium optimè allucinatur Castillo post Afflictum, quos adduximus superius *num. 28.* 54

CAPUT IX.

De singulis creditoribus singulas negotiationes, administrationes, aut singula patrimonia, sive libera sive partim vinculata in uno, & eodem communi debitore concurrentia, persequentibus.

Et de eorum separatione (& à quibus postulari possit) tam quoad distinctionem administrationis, quàm quoad extinctionem concursus, ipso mortuo debitore.

SUMMARIUM.

1 *Separatorum separata est ratio.*

2 *Jura plurium in eadem persona concurrentia distincta, & separata judicantur.*

3 *& seq. Plures hæreditates, aut patrimonia in una persona concurrentia, & ideo vel à creditoribus, vel à debitore separatio postulatur.*

5 *Creditores hæredis non concurrunt cum creditoribus hæreditatis, quantumvis posterioribus, & etiam chirographariis: sed isti illis præferuntur in bonis defuncti.*

6 & 7. *Expenditur textus, in l. 1. §. sciendum; D. de separationibus.*

8 *Creditores hæreditatis sive hypothecarii sint, sive chirographarii, præferuntur quibuslibet creditoribus hæredis anterioribus, & hypothecariis, seu privilegiatis.*

9 *Separatio plurium majoratuum hæreditatum, aut societatum postulatur per singulos creditores facto concursu à debitore simul possidente, ne omnium jura confundantur.*

10 *Hæreditate semel edita an separatio postuletur per creditores hæreditatis.*

11 *Hæreditatis semel aditæ bona conducuntur cum bonis hæredis, & omnium fit unum patrimonium hæredis.*

12 *Aditio per necesse supponitur ex alienatione, hypotheca, aliave dispositio bonorum hæreditatis facta per hæredem.*

Sive

Sive per depoſitionem inter vivos, ſive in ultima voluntate, ibid.

13 *Etiam ſi ipſa diſpoſitio nulla fiat, aut revocetur.*

14 *Inter renuntiationem & repudiationem hæreditatis, qualis ſit differentia.*

15 *Bona hæreditaria poſtquam commixta ſint cum bonis hæredis ſeparatio denegatur.*

16 *& ſeqq. Separatio bonorum rectè poſtulatur, etiam poſt aditam hæreditatem.*

17 *L. 1. § ex contrario in illis verbis*: Creditoris ſui facere deteriorem conditionem, *interpretatur remiſſivè.*

18 *Separatio bonorum admittitur hæreditate adita.*

19 *Obligationis extinctio inter defunctum & hæredem, inducitur per aditionem, non antea.*

20 *L. 1. §. præterea ſciendum, D. de ſeparationibus interpretatur ut loquatur ſeparationem admittendam poſt commixtionem bonorum, & aditionem.*

21 *Per commixtionem bonorum aditio inducitur.*

22 *Separatio bonorum non admittitur, ubi impoſſibile eſt ſeparari.*

23 *Ex commixtione inſeparabili alienatio inducitur.*

24 *Alienatio hæredis impedit ſeparationem, poſt illam à creditoribus poſtulata.*

25 *Secus in conſtitutione pignoris.*

26 *Inventarium impedit bonorum commixtionem, imo ea conſervat ſeparata.*

27 *Inventarii confectio quoad hæredem creditorum idem operatur, quod ſeparatio per extraneos creditores poſtulata.*

28 *Petrus Surdus aliud ſentiens damnatur.*

29 *Hæres virtute inventarii ſuum creditum, & ſeparationem tanquam extraneus poſtulare poteſt.*

30 *Separatio peti non poteſt per hæredem adeuntem hæreditatem abſque beneficio inventarii.*

31 *Hæres creditor hæreditatis cum beneficio inventarii poteſt ſuum creditum in concurſu conſequi.*

32 *Inventarii confectio reddit hæredem tutum ab omni damno, in quod incidiſſet adeundo abſque illo.*

33 *Inventarium conſtituit hæredem, ac ſi non adiviſſet.*

34 *Hæreditas non adita fingitur, ex beneficio inventarii.*

35 *Hæres cum inventario poteſt citatis creditoribus, ac legatariis ſeparationem petere bonorum, pro ſuo credito conſequendo.*

36 *Hæres duas repræſentat perſonas, ſuam, & teſtatoris.*

37 *Creditor hæres ſui debitoris poteſt vendita hæreditate conſequi ſuum creditorem, & uti retentione.*

38 *Hæres, ut conſequatur ſuum creditum, debet poſtulare defenſorem, cum quo, & aliis hæreditatis creditoribus debet agere.*

39 *Teſtator, licet pro ſolutione legati obliget bona hæredis; ſi adivit cum inventario, obligata non remanent.*

40 *Separationem amittunt creditores, qui noviter cum hærede contraxerunt, accipientes cautionem, aut pignora pro ſecuritate ſui crediti.*

41. 42. & 43. *Separationem poſtulantes creditores excluduntur amplius à bonis propriis hæredis, creditores tamen iſtius jus habent ad reſiduum hæreditatis ſolutis ejus creditoribus.*

44 *Separatione non poſtulata, creditores hæreditatis concurrunt cum creditoribus hæreditatis, ſervata gradus prærogativa.*

45 *Separationis poſtulandæ terminus ſolum currit hæredi, non creditoribus hæreditatis.*

L. 1. §. quod autem, D. de ſeparationibus declaratur.

46 *Quod maximè procedit, ſi in vita debitor formavit concurſum, vel dum cum hærede lis ſuper creditis pendet.*

47 *Concurſus lite cœpta, alienata bona hæreditatis ad concurſum reddere coguntur emptores.*

48 *Adminiſtrator, vel ſocius formantes concurſum inter ſuos creditores ſeparantur bona adminiſtrationis à ſuis.*

49 *Adminiſtrator duas perſonas repræſentat, ſuum, & adminiſtrationis.*

50 *Creditores unius negotiationis non confunduntur cum creditoribus adminiſtratoris, aut alterius negotiationis.*

51 & 52. *Debitum ſocietati à debito proprio differt.*

53 *& ſeqq. Ex adminiſtrationum diverſitate reſultat diverſitas creditorum, & obligationum.*

54 *Creditores Cambii præferuntur aliis creditoribus extra Cambium contrahentibus.*

55 *Creditores ſocii non concurrunt cum creditoribus ſocietatis in bonis pertinentibus ad ſocietatem.*

56 *Creditores ſocietatis præferuntur creditoribus ſocii.*

57 *Etiamſi creditores ſocii ſint hypothecarii.*

58 *Et etiamſi contraxerint cum ſocio ante initam ſocietatem.*

59 *Diverſitas perſonarum arguit diverſitatem negotiationum, & adminiſtrationum. Et unius adminiſtrationis creditores dici poſſunt creditores alterius.*

60 *Creditores ſocii, etiam anterioris, plus prætendere non poſſunt ex bonis ſocietatis, quam id quod tangit ſuo debitori.*

61 *Debitum, & creditum ſocietatis eſt diverſum à debito & credito ſocii.*

62 *Debitum unius negotiationis non poteſt compenſari cum debito alterius.*

63 *Nec debitum adminiſtrantis compenſatur cum debito adminiſtrationis.*

64 *Compenſatio debiti alieni ad debitum proprium denegatur.*

65 *Tutori, curatori, adminiſtratori agendi pro debito adminiſtrationis, non opponitur compenſatio ejus debiti, quod adminiſtrator debet.*

66 & 67. *De debito alieno ceſſo ad commodum debitoris compenſantis, admittitur compenſatio.*

68 *Debitum alienum ceſſum ad commodum ceſſionarii, jam non dicitur alienum, ſed proprium.*

69 *Majoratus poſſeſſore formante concurſum ad bona majoratus, & ad libera, fit bonorum ſeparatio ad petitionem creditorum utriuſque patrimonii.*

70 *Satisfactis creditoribus antiqui majoratus, creditores ad bona libera habentes poſſeſſorem obligatum, ſunt ſolvendi ex fructibus majoratus.*

71 *Creditores antiqui majoratus, cujus bona non ſufficiunt, non habent recurſum ad libera poſſeſſoris, & infra hac 1. p. c. 16. verſ. unico per totum.*

72 *Poſſeſſore duorum majoratuum formante concurſum, utriuſque bona ſeparantur, & quilibet majoratus agnoſcit ſuos creditores, ne confundantur illorum jura.*

73 *Concurſu ad diverſa patrimonia per unum debitorem formato, delegationes nominatim, & diſtincte expediendæ ſuper illo patrimonio, quod creditor habet obligatum.*

74 *Eadem diſtinctio facienda erit in ſententia graduationis.*

75 *Creditoribus unius patrimonii, aut majoratus integrè ſolutis, concurſus pro ea parte diſſolvitur.*

76 *Fidejuſſor obligatus ad unum genus negotiationis, non tenetur pro alio negotiationis genere.*

77 *Fidejuſſio reſtricta ad cauſam certam, non extenditur ad aliam.*

78 *Fidejuſſor pro aliqua arte, vel genere negotiationis non tenetur pro contractibus extra artem.*

79 *Fidejuſſor pro fidelitate campſerii ſi campſor efficiatur fallitus, non tenetur ad debita mercantilia campſerii, extra illam autem contracta.*

80 *Fidejuſſor pro pecuniis mercium, non tenetur pro pecuniis cambii;*

81 *Fide-*

81 *Fidejussor obigatus pro mercibus habendis, non obligatur pro jam habitis.*

82 *Fidejussio ad certum genus sub amplis, & generalibus verbis, restringitur ad illud genus, contra Noguerol.*

Declara tamen ut ibid.

83 *Præpositus ad certum genus negotiationis, vel artis, non obligat dominum contrahens ultra negociationem vel artem.*

84 *Mandatarius, & præpositus negotiationi non tenetur administratione finita, & quando secus.*

85 *Administrator quando, & ex quibus conjecturis appareat contrahere nomine administrationis, vel proprio remissivè.*

86 *Institor quando finito officio teneatur, per regulas, & limitationes remissivè.*

87 *Administrator nomine proprio contrahens tenetur, eique, & in eum datur actio.*

88 *De variis dubiis inter præpositum, & præponentem remissivè.*

1 SEparatorum separata est ratio *leg. fin. ff. de calumniatoribus. l. Papinianus ff. de minoribus.* Baldus *in l. cum necessitatem. C. de fideicommiss.* Decianus *in tr. crimin. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 4. *tom.* 1. Parisius *cons.* 101. *num.* 33. *volum.* 1. Marius Antonius *variar. lib.* 1. *resolut.* 111. *n.* 4. Ovidius de Amicis *de jure emphyteut. q.* 42. *num.* 9. Gratianus *disceptat.* 515. *nu.* 6. Surdus *cons.* 111. *n.* 91. Novarius *quæst. forens.*
2 *lib.* 1. *quæst.* 15. *n.* 6. atque ideo distincta, & separata considerantur plurium jura in una eademque persona concurrentia, & devenientia, ita ut actus, & contractus gesti ex uno capite, & unius qualitatis intuitu non influant in alio capite, & ejus bonis, & uti distincti judicentur; ad amplissimè tradita *in nostris comment. de supplicat. ad Sanctiss.* 2. *p. cap.* 15. *per totum.*

3 Hinc confundi non permittitur diversa patrimonia, & hæreditates, in unius personam devenienta, ne damnum singuli creditores ad singula patrimonia &
4 hæreditates jus habentes patiantur, qua propter separatio postulatur sive per creditores ipsos, sive per hæredem (adita vel non adita hæreditate cum beneficio inventarii aut eo omisso) adhibita tamen inter ipsos distinctione, de qua statim.

5 Certi namque juris est hæredis creditores non concurrere cum creditoribus defuncti ad bona hæreditaria, quia isti quantumvis posteriores sint & chirographarii simpliciter; semper ad bona defuncti præferuntur quibuslibet creditoribus hæredis, etiam tempore anterioribus, hypothecariis & privilegiatis, id est, illi, qui antea habebant hæredem obligatum, ejusque bona præsentia, atque futura hypothecæ subjecta, & anteaquam creditores defuncti ipsum defunctum, & bona ejus obligassent, probant Salicetus *in l.* 1. *sub n.* 2. *vers. alias si bona ff. de bonis authorit. Judic. possid.* Tiberius Decianus *cons.* 11. *n.* 193. *& num.* 198. Surdus *tota decis.* 310. Franchis *decis.* 374. *n.* 57. *& 11. & decis.* 146. Pacific. *de Salviano interdicto, inspectione* 3. *cap.* 2. *nu.* 528. *& seqq.* Fontanella *de pactis nuptial. tom.* 2. *claus.* 6. *glossa* 2. *p.* 8. *num.* 68. *& num.* 48. *&* 49. An. Thesaurus *quæst. forens. lib.* 3. *quæst.* 55. *nu.* 3. licet neminem alleget, *& n.* 9.

6 Pro qua verissima doctrina expendo textum, in *l.* 1. *§. sciendum est autem, etiam si res obligata esse proponatur ab hærede pignoris jure, vel hypothecæ; attamen si hæreditaria fuerit jure separationis hypothecario creditore priorem esse eum, qui separationem impetraverit, & ita Severus & Antonius rescripserunt, & etiam adversus fiscum, & municipes impetratum separatio, ff. de separationibus.* quam ita intelligunt etiam in creditoribus defuncti chi-
7 rographariis, Glossa *ib.* verbo *impetraverint*, & Surdus *d. decis.* 310. *n.* 3. quod in re hæreditaria, præfertur creditor hæreditarius creditori, qui cum hærede contraxerit, licet iste haberet hypothecam in eadem re, & hoc idem probat glossa 2. *in l. eos C. qui potiores in pign. habeantur*, quod & si creditor hypothecarius regulariter præferatur ei, qui habet solam personalem; tamen fallit in eo qui contrahit cum defuncto, quia in re hæreditaria præfertur quilibet creditor defuncti habenti hypothecam ex contractu hæredis, prout probant etiam præcitati Doctores.

Ac iterum Fontanella *de pactis tom.* 1. *clausul.* 4. 8
glossa 9. *p.* 2. *num.* 51. ibi *per d. §. Sciendum, & d. glossa* 21. Atque per Surdum & Cavalcan. *in decis.* 28. *n.* 40. *&* 41. affirmat, quod facta divisione inter donatarios, & alios quoscumque hæredes, & si adsint creditores hæreditatis, qui cum defuncto contraxere, sive anteriores, sive posteriores, sive hypothecarii, sive chirographarii, & adsint etiam alii, qui sint creditores hæredis, vel condonatarii semper in bonis hæreditatis vel donantis præferuntur creditores hæreditatis, vel donantis.

Hoc supposito si hæres introduxerit judicium credi- 9
torum, vel socius diversas societates habens vel possessor duorum pluriumve majoratuum, & à creditoribus postulatur separatio bonorum, omnino facienda est, ne bona hæreditatis cum bonis hæredis confundantur, sed separatim creditores, utriu que patrimonii debitum à singulis exigere possint, ut de singulis divisim apparebit.

Et quantum attinet ad bona hæreditaria, adita 10
hæreditate multa urgent, quæ separationem penitus excludere videantur. Primum quia post semel hæ- 11
reditatem aditam bona defuncti, & bona hæredis ita confunduntur, ut efficiantur unum, & idem matrimonium hæredis, ita ut hæreditas semel adita desinat esse hæreditas, nomenque hæreditatis amittat, *leg. debitor.* Ubi Doctores, *Cod. de pactis leg. Stichum §. aditio. ff. aditio. ff. de solutionib. leg. cum secundum, in fine Cod. de fideicommissis, leg. si creditori creditor. ff. de fidejussoribus. leg. si plures §.* 1. *ff. de vulgari, & pupillari l.* 1. *§. veteres, ff. de adquirenda possession.* Ergo jam omnes creditores tam defuncti, quam hæredis considerandi sunt sine distinctione, creditores unius patrimonii dumtaxat, inter quos omnes juxta suorum antelationem exigere debent, & hypothecarios personalibus tantum præferendos, nulla deinceps habita patrimoniorum distinctione, ac differentia nec separatione.

Maximè, quia, quamvis hæredis aditio non pro- 12
cesserit tempore, quo bona defuncti hypothecavit suo hæres creditori, adhuc tamen ex hoc solo actu supponitur per necesse aditio quoniam ex venditione, donatione, cessione, vel hypotheca, vel qualibet alia dispositione, sive inter vivos, sive in ultima voluntate rei hæreditatis delatæ facta per hæredem, inducitur atque supponitur per necesse tacita præcedens acceptatio, quo casu unus actus brevi manu occultatur, scilicet aditio, ut per jura singularia *in leg.* 3. *fin ff. de donatio. inter virum, & uxorem, leg. in Gallia, Cod. si certum petatur leg. licet* 3. *quoties ff. de jure dotium, meliorem text. in l. si avia C. de jure de liberand.* amplissimè, Sanchez *de Matrimon. lib.* 6. *disput.* 4. *per totam*, plenè Casanate *in cons.* 10. *à num.* 186. *& seqq.* Etiamsi ipse contractus, & 13
dispositio nulla sit aut evocetur, quia animus, & voluntas adeundi, (quæ dumtaxat attenditur in aditione hæreditatis) satis apertè colligitur ex ipso actu, & dispositione, amplissimè per plures Doctores, Fontanella *decis.* 87. *cum tribus seqq.* & de resolutione *in decis.* 89. & 14
juxta differentiam inter repudiationem hæreditatis, & renunciationem in sequentem, vel alium, ut hæc supponat tacitam aditionem, latè videndus Gutierrez *in cap. quamvis pactum, num.* 29. *de pactis.* Ergo cum per hypothecam rei hæreditariæ factam per hæredem suo creditori supponatur aditio, & per hanc simul confusio bonorum, & unitas utriusque patrim[illegible];

sequi-

sequitur, quod nec distinctio, & separatio bonorum concedenda, nec creditores utriusque, patrimonii separatim considerandi sunt.

15 Et in expresso, quod postquam bona hæreditaria commixta, & confusa sunt, cum bonis hæredis cesset separationis postulatio, probat textus *in l. 1. §. præterea sciendum; ff. de separationibus.* Cujus verba sunt, *præterea sciendum est, postea quam bona hæreditaria bonis hæredis mixta sunt, non posse impetrari separationem: confusis enim bonis, & mistis separatio impetrari non poterit, quid ergo si prædia extent, vel mancipia, vel pecora, vel aliud quod separari potest. Hic utique poterit impetrari separatio, nec deferendus est qui causatur bona contributa, cum prædia contribui non possint, nisi ita conjunctæ possessionis sint, & permistæ propriis, ut possibilem separationem efficerent, quod raro contingere potest*: igitur post aditam hæreditatem, cum hæreditaria bona commixta sint cum bonis hæredis ex supra dictis, nec separatio postulata admittenda, nec creditorum utriusque patrimonii discretio permittenda erit.

16 Sed nihilominus defende communem, ut procedat, & habeat locum in separatione bonorum hæreditariorum, etiam post aditam hæreditatem pro quo allego textum expressum, *in leg. 1. §. quod dictum, post multum temporis separationem impetrari non posse. Ita erit accipiendum, ut ultra quinquennium post aditionem numerandum separatio non postuletur, ff. de separationibus.* Expressior textus *in leg. 1. §. ex contrario autem creditores Titii separationem non impetrabunt, nam licet alicui adjiciendo sibi creditores, creditoris sui facere deteriorem conditionem. At qui igitur adit hæreditatem debitoris mei non faciet meam deteriorem conditionem adeundo: quia licet mihi separationem impetrare; suos verò creditores oneravit, dum adiit hæreditatem, quæ solvendo non est, nec poterunt creditores ejus separationem impetrare, ff. de separationibus*, quem textum
17 in illis verbis (*creditoris sui facere deteriorem conditionem*, &c.) mirabiliter declaravimus *infrà 3. part. cap. 13. propè fin. ex nu. 65. vers. denique pro coronide & §. quæsitum*, ibi. *sibi enim imputant, qui cum tali contraxerunt, textum in leg. debitor. 3. ff. tit.* ibi, *debitor, fidejussori hæres extitit, ejusque bona venierunt, quamvis obligatio fidejussoribus extincta sit, nihilominus separatio impetrabitur; petente eo, cui fidejussor fuerat obli-*
18 *gatus*, &c. Ubi post aditam hæreditatem impetratio admittitur, ut patet ex illis verbis. *Hæres extitit*, & iterum, ibi *obligatio fidejussoris extincta sit.* Quia obligatio inter debitorem, & creditorem non extin-
19 guitur aliter, quam per aditionem, non per solam delationem hæreditatis, *leg. Uranius 72. ff. de fidejussoribus, ibi, & puto aditione hæreditatis, confusione obligationibus eximi personam, leg. Stichum §. aditio, ff. de solutionibus, cum aliis plurimis, ad latè tradita per* Avendañum *de censib. cap. 95. à n. 4. cum multis seqq.*

20 Et tantum abest. quod. *d. §.* præterea sciendum huic opituletur veritati, quinimo eam toto juris conatu assistat, attentè lecta & ponderata, in illis verbis. *Bona hæreditaria bonis hæredis mixta sunt, juncto vers. quid vero.* ex quibus supponit textus aditionem hære-
21 dis qui per commixtionem apprehendit possessionem hæreditatis, per quam aditio præsumitur, & probatur, *leg. 1. & 2. Cod. de repudian. hæred. ibi.* Doctores infinitos alios congerit Mascardus *de probat. con. l. 45. à n. 1. & seqq.* Menoch. *de præsumptionib. lib. 4. præsumpt. 99.* Gratian. *disceptation. forens. 78. à n. 5. l. 1.* Mantica *decis. 245. n. 11.* Rota per Alexand. Ludovic. *decis. 89. n. 1. & decis. 371. n. 8.* Fontanella *decis. 87. n. 6.* itaque text. *in. d. §. præterea sciendum*, licet loquatur in aditionem hæreditatis; non negat sepa-
22 rationem ob illam commixtionem, quæ simpliciter, & generaliter inducitur ex hæreditatis aditione: sed tantum ex impossibilitate, quando triticum hæreditatis commixtum fuit cum tritico hæredis, ut benè explicat glossa ibidem, *quia bonorum similium vera commixtio non admittit separationem granorum*, quem text. ita intelligit licet obiter. *Thesaur. quæst. forens. lib. 3. quæst. 55. num. 5.*

Et ex hac commixtione inducitur consumptio & alie- 23
natio ex latè traditis per Fontanellam *de pactis nup-*
tial. clausi. 5. gloss. 8. part. 7. à n. 5. tom. 2. Petrus Surdus *in cons.* 439. *n.* 10. *&* 11. *lib.* 3. Castillo *tom.* 4. *cap.* 61. *num.* 88. Et alienatio facta per hæredem, seu con- 24
sumptio bona fide interim, & anteaquam postuletur separatio per creditores hereditatis valet, & impedit separationem in re alienata, text. est expressus *in leg 2. ff. de separationibus*, quæ ita ait, *ab hærede vendita hæreditate separatio frustra desideratur, utique si nulla fraudi incurratur suspicio; nam quæ bona fide medio tempore per hæredem gesta sunt, ratæ conservari solent:* consonat *l. si non expedierit, §. 1. ff. de bonis authorit.* 25
Judic. possid. quod procedit alienatio, vel solvendo creditoribus, secus si constituat pignus in re hæreditaria, quia tunc in suo remanet domino, suoque nomine possidetur à creditore, ut probat *textus expressus, in l. 1. §. 2. sciendum ff. de separat.* prout exponit glossa *in d. 2. verbo ab hærede:* & probant Doctores supra citati ad principium hujus cap. atq; ideo in aliis rebus commixtis per hæredem, quæ tamen separari possunt post ejus aditionem separatio permittitur in eodem §. *præterea sciendum, vers. quid ergo.*

Quæ doctrina multò magis procedit quando hæ- 26
res adivit, sed cum beneficio inventarii, quia tunc bona non dicuntur commixta, sed de jure considerantur separata à bonis hæredis, etenim inventarium præservat, ne commixtio fiat, & ipsa hæreditas adhuc habetur pro jacente, tanquam si non fuisset adita per *l. fin. in computatione. C. de jure deliber.* ut per Baldum, Curtium, Jun Decium, Jas. Ruin. Paris. tenet Roland. à Valle *in tract. de confectione inventarii. §. decima utilitas, à n. 1. cum seqq. fol.* 131. Phanuncius *in tract. de inventario d. 5. 13. 14. n 16. & seqq.* Pedemon *decis.* 181. *n.* 18. *& seqq.* Surdus *decis.* 310. *à nu.* 13. *& seqq.* Tiberius Decianus, *cons. decis.* 310. *à nu.* 13. *& seqq.* Thesaurus *quæst. forens. lib. 3. quæst.* 55. *nu.* 4. &c. innumerabiles penè Doctores congerit Antonin. Amato. *variar resolut tom. 2. resol.* 56. *n.* 5. *& à n.* 3. qui etiam *n.* 6. dicit, quod virtute inventarii hæreditaria loco unius personæ, & hæres loco alterius distinctæ, & diversæ separatæ habeantur ex Mantica *de tacit. & ambiguis lib.* 16. *tit.* 20. *n.* 31. *volum. 2.*

Ex quo infert Franchis *in decis.* 246. *à nu.* 9. *cum* 27
seqq. post plures alios Doctores, quod quoad hæredem, qui simul est creditor hæreditatis, idem oparatur inventarii confectio, quod separatio quoad creditores hæreditatis, & quod hæres confecto inventario loco alterius personæ distinctæ ab hæreditate habetur; at respectu creditorum separatio non prodest nisi petentibus separationem. *ex l. §. quæsitum est ff. de separat.* imò omnia jura illius tituli *ff. & C.* dùm tractant de effectibus separationis loquuntur conditionaliter, si separatio postuletur. Quæ doctrina verissima est licet nullo citato contrarium voluit Surdus *de decis.* 310. *à n.* 12. putans 28
quod ubi adest beneficium inventarii, nec hæres, nec creditores indigere postulatione, & impetratione separationis, arguendo de hærede ad creditores cùm sit diversa ratio, quia respectu hæredis per inventarium separatio inducatur à jure, & in ejus favorem tantùm, non defuncti, nec ejus creditorum ut latiùs videre est per Franchis *loc. tit.* at creditoribus jura sunt expressa postulantia expressam separationis petitionem.

Et quod hæres conficiens inventarium possit petere 29
suum creditum, quia consideratur persona extranea ab hæreditate, & petere separationem, licet ea petitione non egeat, probat late Surdus *d. decis.* 310. *à numero* 23. *cum multis seqq.* & alii plures mox citandi, *& decis.* 92. *n.* 7. *cum seq. n.* pro quo est *textus expressus*, *cujus*

cujus ipſe non memini in l. 1. §. fin. 26. ff. de ſeparationibus, ibi, *Etenim ſciendum eſt, neceſſarium hæredem ſervum cum libertate inſtitutum ſperare poſſe ſeparationem: ſcilicet ut ſi non attigerit bona patroni, in ea cauſa ſit, ut quidquid poſtea adquiſierit ſeparetur, ſed & ſi quid ei à teſtatore debetur, ubi ante aditionem, commixtionem permittitur hæredi ſeparationem poſtulare, & ſuum creditum recipere*, quod procedit in hærede adeunte tamen cum beneficio inventarii repræſentante hæreditatem jacentem, ex hactenus comprobatis: vide plurimas doctrinas omnino conducibiles per Antonin. Amatum, *variar. reſol. tom. 2. reſol. 56. ex n. 2.*
30 *cum ſeqq.* Ex quibus conſtat ſine inventario hæreditate adita ſeparationem peti non poſſe ab hærede, cum eo tamen libere ad ſeparanda bona, quæ de facto fuerunt commixta cum bonis hæredis, licet de jure ſeparata intelligantur, ut optimè probat Surdus *d. deciſ. 103. à n. 6. & ſeq.*

31 Et in noſtris terminis quod ſi hæres ex alia cauſa ſit creditor hæreditatis per aditionem cum beneficio inventarii, quamvis non ſit hypothecarius, ſed perſonalis; petere ſuum creditum in concurſu creditorum ad bona defuncti formatum: probat expreſsè Avend. *de cenſib. quæſt. 95. n. 7.* ex eo quod beneficium in-
32 ventarii reddit hæredem tutum ab omnibus damnis, in quæ incidiſſet, ſi ſimpliciter adiviſſet. *in l. fin. §. & ſi præfatam. C. de jure deliberand.* & latiſſimè tra-
33 ditis per Rolandum *in tract. de confectio. inventarii in 4. p. §. 1. eſt utilitas fol. 96.* quia conſtituit hæredem, ac ſi hæreditatem non adiviſſet. *ex d. l. fin. §. in computatione.* hereditas enim adita cum beneficio
34 inventarii fingitur non adita. Fabius Turretus, *conſ. 8. n. 10. lib. 1.* Bartazolus *conſ. civil. 5. num. 22.* Manguill. *de evictionibus, quæſt. 50. n. 8. & à num.*
35 6. ex doctrina Baldi *ibidem colum. 2. nu. 3.* quam allegat Rolandus, quod hæres poterit citatis creditoribus, & legatariis hæreditatis ſeparationem bonorum implorare pro ſuo credito, quod & idem dixit *in l. debitori, n. 3.* ubi Alexand. *n. 4. C. de pactis.* & ibidem etiam tenuere Jaſon, & Decius *n. 17.* & Curtius Sen. *num. 11.* dicens quod hæres duas
36 repræſentat perſonas, ſuam nempe, & teſtatoris, latiſſimè proſequitur Rolandus *ubi ſupra in 10. utilitate, per totam. fol. 131.* plures referens, & Becius *conſ. 113. num. 89.* Pedemont. *deciſ. 181.* videndus Avendanus *loco cit.*

37 Et quod creditor qui hæres eſt debitoris ſui, vendita hæreditate, poſſit ab emptore conſequi ſuum creditum, & uti retentione pro ſui ſatisfactione, latiſſimè comprobat ad partes diſputans videndus Manguil. *de eviction. quæſt. 49. per totam.* ubi etiam agit, quando hæreditas ipſa fuit evicta, & vide eundem *in quæſt. ſeq.*

38 Et quod ad hoc, hæres adiens cum inventario poſſit ſuum creditum conſequi ab hæreditate, debet ejuſdem creari defenſor, & contra eum dirigere libellum, citando creditores hæreditatis, plures dixerunt ex theorica Baldi *in l. debitori. C. de pactis, n. 2. verſ. ſed contra iſtos, & in l. fin. §. in computatione. 4. C. de jure deliberandi.* Rolando à Valle *de inventario. quæſt. 170. inter diverſos. incipit decima eſt utilitas. n. 8. & 9. pag. 86.* Sebaſtian. Monticul. *de inventario, quæſt. 234. n. 130. inter diverſos, pag. 256.* Surdus *conſ. 7. n. 32. & conſ. 138. n. 25. lib. 2.* Virgilius *de legitim. cap. 11. n. 17. verſ. ſecunda via, & verſ. tertia via*, optimè Gratianus *to. 5. diſceptat. 932. n. 13. & 14.* Trentacinq. *variar. reſolut. lib. 3. reſol. 5. de ſolution. n. 7.* Amat. *variar. reſolut. 56. n. 21. cum ſeqq.* Noguerol. *allegat. 36. n. 31. qui in al-*
39 *legat. 1. n. 75.* poſt Manticam *de tacit. convent. lib. 11. tit. 17. ſub n. 8.* & Bolognet. *in leg. 1. n. 329. ff. de legat. 1.* aſſerit, quod licet teſtatore pro ſolutione legati obligat bona hæredis, adhuc eo conficiente inventario, bona non remanent hypothecata, vide eundem *n. 103.*
40 Illi tamen creditores defuncti, qui novandi animo noviter contraxerunt cum hærede ſequenti ejus fidem, vel accipiendo cautiones, aut pignora, impetrationis beneficium amiſerunt. *leg. 1. §. 8. illud ſciendum, cum multis aliis §. ſeqq. ff. de ſeparationibus.*

Item ſciendum eſt, (inquit Conſultus, *in §. item ſci-* 41
endum 15. ejuſdem leg. 1.) *vulgo placere, creditores quidem hæredis, ſi quid ſuperfuerit ex bonis teſtatoris, poſſe habere in ſuum debitum, creditores vero teſtatoris ex bonis hæredis nihil. Cujus rei ratio illa eſt* (inquit Conſultus) *quod qui impetraverint ſeparationem, ibi debent imputare ſuam facilitatem, ſi cum eſſent bona idonea hæredis, illi maluerint bona potius defuncti ſibi ſeparari, hæredis autem creditoribus, hoc imputari non poſſit, ac ſi creditores defuncti deſiderent, ut etiam in bonis hæres ſubſtituatur, audiendi non ſunt, ſeparationem, quam ipſi petierunt, eos ab iſtis bonis ſeparavit,* 42
&c. conducit etiam *l. 3. §. fin. ff. de ſeparationibus*, ubi
hæc *Sed in quolibet alio creditore, qui ſeparationem impetraverit, probari commodius eſt, ut ſi ſibi dum ex hæreditate ſervari non poſſit. Ita demum aliquid ex bonis hæredis ferat, ſi proprii creditores hæredis fuerint dimiſſi, quod ſine dubio admittendum eſt, circa creditores hæredis, dimiſſis hæreditariis, leg. ſi creditores 5.* ibi, *ſed ſi illis ſatisfactum fuerit, quod ſupereſt tribuetur propriis hæredis creditoribus.* Ex quibus, & aliis illius ti- 43
tuli juribus hæc correlativa diſpoſitio deducitur, quod petita per creditores defuncti ſeparatione non habent recurſum ad bona hæredis, qui adivit ſine inventario, quouſque ex iſtis ſatisfiant hæredis creditores, nec è converſo creditores hæredis non habent recurſum ad bona defuncti, niſi prius dimiſſis, & ſolutis 44
iſtis creditoribus, qui ſeparationem poſtularunt, ceſſante autem ſeparationibus poſtulatione creditores defuncti cum creditoribus hæredis concurrunt ad omnia patrimonia ſervata gradus, & privilegii prærogativa *ex l. 1. §. 14. quæ tum.* ibi, *hos enim cum creditoribus hæredis numerandos.*

Inſuper animadvertendum erit, quod licet ſeparatio 45
non poſſit peti niſi intra quinquennium à die aditæ hæreditatis, uti expreſsè determinant text. *in leg. 1. §. quod autem. ff. de ſeparationibus*, quem textum intellexit Theſaurus *lib. 3. quæſtionum forenſ. quæſt. 55. ſub n. 7.* obiter tamen quod procedat in hærede petente ſeparationem; (non reſpectu creditorum, quibus debitum eſſe dicit, taxare tempus ſui juris) quamvis tex. diſpoſitio generalis videatur, & univerſalis cunctos comprehendens ſeparationis poſtulandæ jus habentes, tamen juri conſonum mihi videtur intellectum ad *d. §.* quod autem traditus à Theſauro qui maximè procedit, prout ibidem ipſe Theſaurus affirmat, quinquennium non currere creditoribus 46
debitoris quando in vita ſua debitor litem concurſus formavit, nec etiam dum litem proſequuntur cum hærede, vel ab eo poſtularunt ſua credita, quia quo usque determinetur, ſeparationis tempus debet ſuſpendi, cum recipiat potius executionem, & exactionem, quam doctrinam poteſt fundare ex iis, quæ abundè diximus *in noſtris comment. de Retentione Bullarum 2. part. c. 5. per totum.*

Eodem loco refert ipſe Theſaurus, quod cœpta lite 47
concurſus creditorum, ut contineant cum hærede interim multa bona hæreditatis alienata, & virtute ſeparationis fuerunt tertii poſſeſſores condemnati ad relationem bonorum in cauſa concurſus, & bis fuiſſe per Senatum determinatum teſtatur.

His, & proxima cauſa eſt illi, qui habet adminiſ- 48
trationem, vel diverſas adminiſtrationes, ſeu ſocietates, aut diverſas negotiationes; etenim ſi formaverit concurſum inter ſuos creditores, ſeparandi ſunt à creditoribus adminiſtrationis, quam gerit, & ſocietatis, iſte namque debitor duas repræſentat perſonas, ſuam ſcilicet, & adminiſtrationis, & ideo contrahens 49
intuitu, & contemplatione ſuæ propriæ perſonæ, contractus nihil influunt in adminiſtrationem, nec ſocietatem, ſed unumquodque, ſicut procedit à diverſa, &

ſepara-

ſeparata cauſa, ita ſeparatam, & diſtinctam habet rationem, & diſtinctos libros, & contractus atque creditores unius negotiationis non confundentur cum creditoribus & contractibus alterius negotiationis, ſocietatis, adminiſtrationis, ſed indicantur, ac ſi
50 à diverſis perſonis celebrarentur. Ita Alexand. *conſ.* 139. *inſpectis ſcripturis num.* 2. *&* 3. *lib.* 5. Ancharanus *conſ.* 400. Cumanus *conſ.* 72. Petrus de Ubaldis *de duob. fratrib. part.* 14. *num.* 3. Petrus Cavalinus *conſ.* 121. *num.* 9 *&* 10. *lib.* 2. & cum aliis Giurba *de ſtatut. Meſſanenſ. cap.* 9. *gloſſ.* 9. *num.* 12. & Cavalinus *d. conſ.* 121. *num.* 16. *&* 17. ubi propterea ſubdit, eſſe differentiam inter debitum
51 ſociale, & debitum proprium alicujus ſocii, Novarius *deciſ.* 159. *num.* 2. *& ſeqq.* Salicetus *in l. ejus in fin. C. de compenſationib.* Coſta *de remed. ſubſidiar. remed.* 119. *à num.* 12. *cum ſeqq.* Fontanella *de pactis clauſul.* 4. *gloſſ.* 9. *part.* 2. *à num.* 53. Gratianus *in diſceptat.* 964. *à num.* 1. *& ſeqq. tom.* 5. *& melius in diſcept.* 948. *per totam.* Ubi loquitur de debitore ex propria perſona, & ex jure hæreditario, ut non compenſentur credita, de quo tamen vide Amat. *variar. reſol.* 17. *ex n.* 1. *cum ſeqq.* & alii mox citati.

52 Hinc Magonius *deciſ. Lucen.* L. *num.* 26 *&* 27. in hæc inquit, *nos autem verſamur extra hanc difficultatem, quoniam hæ ſocietates non habebant eadem nomina, nec comprehendebant eaſdem perſonas, & propterea cenſetur diverſa, nam licet quis ſocius ſit in una, atque altera ſocietate, ſi tamen in una ex ea adſit alter, qui non ſit in alia, facit differri unam ſocietatem ab alia:* Idem probat Ancharanus, Ubaldus. Cavalinus, & Giurba jam citati, ſequitur Noguerol. *alleg.* 11. n. 148.

53 Atque ideo ex diverſitate negotiationum, adminiſtrationum, & ſocietatum reſultat, quod unius creditores, alterius negotiationis creditores eſſe non poſſint, nec ſocii unius ſint obligati ad debitum alterius, *l. procurator.* 5. §. *ſi plures, ff. de tributoria.* Cujus ſunt verba, *ſi plures habuit ſervus creditores, ſed quoſdam in mercibus certis: an omnes in eiſdem confundendi erunt, & omnes in tributum vocandi, ut puta duas negotiationes exercebat, (nempe ſagariam, & lintheariam) & ſeparatos habuit creditores puto ſeparatos eos in tributum vocari, unuſquiſque eorum merci magis, quam ipſi credidit, ſed etſi duas tabernas ejuſdem negotiationis exercuit, & ego fui tabernæ, (verbi gratia) quam ad Bucinum habuit, ratiocinator, alius ejus, qui trans Tyberim, æquiſſimum puto, ſeparatim tributionem faciendam, nec ex alterius ære merceve alii indemnes fiunt, alii damnum ſentiant.* ubi hæc idem notant Paulus, Angelus, & Albericus, cæterive Doctores, Paulus *conſ.* 285. *num.* 3. *lib.* 3. ibi, *Cùm*
54 *enim creditores cambii in his quæ reperiuntur in Bancho præferendi ſint aliis extraneis creditoribus, d.* §. *ſi plures, cum ſequentibus, magnum eſſet præjudicium alicui, ſi contraheret occaſione negotiationis Banchi, & tamen in chartulario Banchi, non deſcriberetur,* Romanus *ſingulari.* 575. Straca *de decoctoribus, p. ult. num* 20 *&* 21. *ubi num.* 22. recedit à Raphaele *conſ.* 72 *Titius, & ſecus dicente,* §. *ſi plures loqui in ſervo, & non in homine libero.* Decianus *conſ.* 108. *num* 24. 29. 30. *&* 31. *&* 52. *lib.* 2. Magonius *deciſ. Lucenſ.* 1. *per totam.* Toro *in compendio deciſ. tom.* 2. *lit. C. ſi verſ. creditor licet, poſterior. col.* 5. *& verſ.* 3. *præferendi ſunt, pag.* 119. ubi ponderat *d.* §. *ſi plures,* Giurba *ad ſtatut. Meſſanenſ. c.* 9. *gloſſ.* 9.
55 *nu.* 11. *&* 12. Cavallus *conſ.* 21. *num.* 9. *&* 10 *volum.* 2. Tuſchus *lib.* 3. *lit. C. concl.* 296. *num.* 24. legendus *à num.* 23. ubi probat, creditores ſocii non poſſe concurrere cum creditoribus ſocietatis in rebus ad ſocietatem pertinentibus, quod etiam reſolvit Paulus de Caſtro *conſ.* 345. *lib.* 2. ubi quod creditores ſocieta-
56 tis præferuntur in bonis illius creditoribus ſocii. Felicius *de ſocietate officior. c.* 31. *num.* 24. Coſta Siculus *conſ.* 55. *num.* 2. *&* 4. *cum ſeqq.* latè Fontanella *de pactis nupt. tom.* 1. *clauſul.* 4. *gloſſa* 9. *p.* 2. *ex num.* 52. ubi, quod creditores hypothecarii ſocii non profe- 57
runtur in bonis ſocietatis creditoribus perſonalibus. Rota *deciſ.* 193 *n.* 18 *&* 29. *tom. unico diverſorum edito Venet. anno* 1556. *vel* 5. *in recent.* Gratianus *tom.* 5. *diſceptar.* 964. *n.* 1. *uſque ad* 5. ubi poſt alios Doctores af- 58
firmat, tam in creditoribus ſocii ante ſocietatem contractam, ſicut poſt eam Buratus *deciſ.* 514 *per totam.* Noguerol. *allegatione* 11. *à n.* 148. *& ſeqq.* ubi, quod 59
diverſitas perſonarum arguit diverſitatem negotiationum, adminiſtrationum, & ſocietatum, & quod unius creditores, alterius negotiationis creditores eſſe non poſſunt, nec unius ſocii obligati ſunt ad debitum alterius.

Hermoſilla *ad l.* 49. *tit.* 5. *p.* 5. *gloſſa* 6. *ſub num.* 9. 60
fol. 223. *col. ad medium, tom.* 2. dicens quod creditores unius ex ſociis anteriores ſocietati ex ea plures prætendere non poſſunt quàm illam partem quæ ad ſuum debitorem ſpectat & capitale, & quod ſocius è principio habuit, nec jus habent ad capitale aliorum ſociorum, nec ad partem lucri ad eos ſpectantem; ut in fortioribus terminis de creditore particulari unius ſocii, qui præferri potiori creditori contendebat; qui merces credita pecunia ſociis vendidit, reſpondit Magonius *Lucenſ. deciſ.* 1. Fontanella 61
de pactis nupt. clauſula 4. *gloſſa* 9. *p.* 3. *ex n.* 51. *uſque ad n.* 63. ubi cum Magonio, Ronchegalo, & Borgnino dicit, debitum & creditum ſocietatis eſſe diverſum à debito, & credito ſocii particularis, ex eo, quia quod eſt debitum, & creditum in communi, non eſt debitum, & creditum in particulari alicujus: & latiſſimè progreditur videndus *à n.* 52. *cum multis ſeqq.* Et ex hac diverſitate negotiationum, 62
& adminiſtrationum illud quoque fluit, quod debitum ex una non poteſt compenſari cum debito ex alia negotiatione. Caval. *conſ.* 121. *n.* 16. *&* 17. *l.* 2. Novarr. *deciſ.* 15. *n.* 2. *per tot.* Noguerol. *allegat. n.* 63
138. ubi etiam, quod non admittitur compenſatio per debitorem ſocietatis oppoſita de credito particulari, quod habent adverſus aliquem ex ſociis, ibidem probat Ronchegalus *in l. ff duo, nu.* 6. *ff. de duobus reis.* Borgninus *de tutore & curatore. n.* 220. Fontanella *de pactis, ubi proximè n.* 63.

Veriſſima eſt etenim concluſio, quod non poteſt 64
fieri compenſatio de debito unius negotiationis vel adminiſtrationis cum debito nomine proprio, vel alterius diverſæ negotiationis; quia fieret compenſatio de debito alieno ad debitum proprium, Socinus *in l. in ea in fin. C. de compenſatio.* ex Bald. *in l. ejus n.* 5. Bart. Salicet. & alii *eodem tit.* Ubald. *de ſocietate p.* 5. *qu.* 32. *num.* 36. Rota Genuenſ. *deciſ.* 26. *num.* 3. Martianenſis *conſ.* 49. *num.* 21. Ancharanus *conſ.* 400. Laurent de Pinei *in conſ.* 156. *num.* 4. Papienſis *in forma libelli reſponſ. rei, in gloſſa. Salvis aliis, num.* 15. *&* 16. Graſſis *de exceptionibus* 16. *num.* 5. Sebaſtian de Medices *in tract. de compenſatio. quæſt.* 14. *num.* 1. *&* 2. *p.* 2. *p.* 1. *tom.* 3. Pedrocha *conſ.* 28. *num.* 14. *&* 15. Burſatus *conſ.* 106. *num.* 2. Magonius *deciſ.* 1. *Lucenſ. nu* 21. *&* 32 *& per totam.* Socinus Senior. *conſ.* 65. *in fin. lib.* 4. Riminaldus *conſ.* 69. *poſt lit.* 10. Eſcobar. *de ratiocinits cap.* 36. *n.* 6. Turret. *conſ.* 10. *num.* 15. *&* 16. *lib.* 2. Bardellon. *conſ.* 166. *num.* 2. *volum.* 2. Scaccia *de commerc. & cambiis* §. 1. *q* 1. *num.* 450. *fol.* 115. *&* §. 6. *gloſſa* 1. *num.* 95. *fol.* 654. Ponte *conſ.* 70. *num.* 29. *&* 30. *lib.* 1. Felicius *de ſocietate cap.* 30. *nu.* 67. Schenard. *conſ.* 62. *nu.* 153. Menochius *conſ.* 746. *num.* 4. Card. Tuſchus *conſ.* 490. *nu.* 73. *lit C.* Felicianus de Solis *de cenſibus, tom.* 2. *l.* 4. *cap. unico. nu.* 13. Seraphinus *deciſ.* 1214 Riccius *collectanea* 2445. *verſ. ſed nota,* Anton. Faber *C. de compenſatio. lib.* 4. *tit.* 23 *definit.* 8. *&* 17. Ludoviſius *deciſ.* 66. *num.* 1. 2. *&* 7. plenè Antonin. Amato. *variar. reſolut.* 17. *à principio. & num.* 4. plurimos alios allegat, & benè tractat articulum hunc. Optimè etiam Gratianus *diſceptatio.* 948. *in princ. tom.* 5. qui licet loquantur,

quantur omnes, quando compensatio fit de credito
65 nomine alieno ad creditum nomine proprio puta quando tutor, socius, administrator, aut curator agit pro credito nomine proprio, debitor vult compensare illi creditum, quod actor debet nomine alieno tanquam tutor, socius, curator, & administrator, ut non admittatur compensatio; tamen videndus est Ama-
66 to, *d. resolut. 17. ex num. 2. & seqq.* contendens, compensationem debiti alieni ad commodum compensare volentis esse admittendam, putà quo hæres petit debitum nomine proprio, ut ei objiciatur compensatio crediti, quod sibi debet nomine hæreditario, & quod agens debet tanquam hæres: adde Gratian. *d. c.* 948. *à princ.*

67 Constans tamen resolutio est, debitorem conventum posse creditori agenti opponere compensationem debiti alieni, si tamen habeat jura cessa in sui commodum contra debitorem agentem per *l. cui C. de compensation.* ubi communiter Doctores Castrens. *num.* 2. de communi testatur Medices *de compensat. 1. p. quæst. 11. num. 2. d. quæst. 43. n. 1. & seqq.* Socin. Junior. *cons.* 147. *num. 4. vol. 3.* Natta *cons.* 101. *num.* 16. Rota Genuens. *decis.* 28. *num.* 5. Tindarus *de compensatione num.* 53. *& seqq.* Rota *cons.* 85. *n.* 20. Amato ex aliis *d. resolut. 17. ex n. 6.* ubi de ratione quia sequuto titulo cessionis, de-
68 bitum non dicitur jam alienum, sed proprium, & ad proprium commodum compensatur, licèt non proprio, sed diverso nomine, nempe cessionario debitori compensationem opponenti pertineat, de quibus, nos latius *infrà 3. part. c. 6. §. unic.*

69 Ex hactenus abunde comprobatis rectè infertur ad possessorem majoratus judicium concursus formantem tam de bonis vinculatis, quàm de liberis à se possessis inter creditores, quorum aliqui obligatum habent majoratum, Regia licentia tempore antecessorum possessoris; aliqui vero bona libera, ut inter hos bonorum separatio, & distinctio facienda sit, ut illi bona majoratus persequantur, & inde sua credita tantum
70 exigant: isti vero bona libera, quæ dumtaxat habet obligata, hac tamen distinctione, ut semel dimissis, & satisfactis creditoribus majoratus, ex ejus fructibus posterum satisfiant etiam creditores ad bona libera possessoris majoratus, cujus fructus ad eumdem uti bona libera pertinent, si alia bona libera non sufficiant eorum creditorum satisfactioni, at vero creditores majoratus, etiam dimissis creditoribus bonorum libero-
71 rum ad hæc non recurrent, quia majoratus possessorem obligatum non habent; nec hujusmodi bona, & patrimonium ejus, ut constat ex juribus citatis suprà *à num. 41. vers. item sciendum est*, iste discursus cum pendeat à notissimis juris regulis, & principiis, de quibus abundè *in 3. p. cap. 15. per totum*, & quæ in toto, *hoc c. à principio* comprobavimus. Et in terminis videnda plura infra *hac 1. p. cap. 26. §. unic. per totum*, longiori non eget comprobatione.

72 Et ex identitate rationis idem erit dicendum, quando creditor concursum formans habet plures majoratus distinctos, & separatos, & singuli singulos separatim habent suos creditores ex facultate Regia, ut exactionem, & solutionem non sint confundendi, sed separandi, ut singuli majoratus suos proprios creditores agnoscant, & ne quod ab uno majoratu debetur, alter gravetur, nec ab eo exigatur, qui obligatus non est, ex celebri text. *in leg. procuratoris 5. §. si plures, ff. de tributoria actione*, ibi, *ne alterius re merceve alii indemnes fiant, alii damnum sentiant.* Et quæ in ejus exornationem, & comprobationem diximus supra *à n. 53. cum seqq. vers. atque ideo ex diversitate*, &c. quia omnia rectè applicentur huic nostræ resolutioni.

73 Infertur etiam ex diversitate patrimoniorum, & separatione bonorum, per necessariam consequentiam, quod licet unus ad omnia dandus sit administrator per judicem concursus, liberationes, delegationesve (vulgo *Libranças*) sunt adeo expediendæ, & saparatim dandæ creditori respectivè ad ea bona, & majoratum tantum, quæ quemve habet ipse creditor obligatum, juxta tenorem sententiæ graduationis, in qua distinctè, & separatim unusquisque creditor graduandus erit signanter ad singula patrimonia, aut majoratum, quam sententiam præ oculis semper habere tenetur Adminis- 74
trator, ut hac distinctione attenta, solvat creditoribus, tametsi liberatio creditoribus expedita non distinguat, sed generaliter fit expedita, ad hunc enim finem separatio postulatur, ne credita confundantur, ex hactenus abundè consideratis à principio hujus cap.

Insuper infertur ex hac separatione, & diversitate 75
patrimoniorum, & majoratuum, quod dimissis jam, & integrè satisfactis creditoribus, unius patrimonii, aut majoratus, pro ea parte extinctum manet judicium concursus, separatam enim causam habet. Et quia creditores alterius patrimonii, aut majoratus ad illud, illumve non habent regressum, nec recursum, ac ideo nihil est, quod ejus respectu saltem impedire possit concursus extinctionem, & dissolutionem, ad latè tradita *inferius C. fin. per totum 3. part. & cap. 1.*

Ex omnibus supradictis illud utilissimum, & assiduè 76
contingens in judicio concursus adnotandum, quod obligatus fidejussor pro alio ad unum genus negotiationis, vel mercantiæ, & ad certam causam non tenetur pro debito contracto à principali ex alia causa seu genere negotiationis, extra illud, ad quod fuit obligatus, nec aliud negotiationis genus si fidejussio (sui natura restricta) extendi potest, quia diversarum negotiationum diversi sunt fines, & diversæ obligationes, *l. cuicumque §. non tamen, ff. de institoria actio. leg. Titianus, ff. quod cum eo.* Pro quo est celebre *cons. Baldi* 142. *à n. 1. lib. 5. & cons. 187. lib. 4.* Noguerol. *allegat. 16. à n. 19. 25.* Raudens. *decis. Pissana 4. num.* 156. *cum multis seqq.* optimè Card. Mantica *de contractibus lib. 16. tit. 14. num. 4. & 5. tom 2.* & ad hoc videnda est elegans, & singularis *decis.* 88. Marii Giurbæ *n. 5. & 8.* ad plurima hujus materiæ conducibilis.

Quam resolutionem latius prosequitur Maurus Are- 77
tinus *de fidejussorib. 2. part. principal. sect. 5. c. 2. à n.* 34. *cum seqq. fol. mihi* 512. *& seqq.* qui *ex n.* 34. *usque ad* 36. tractat, quod fidejussio, restricta ad certam, & limitatam rem & causam, non possit ad aliam extendi, ex Surdo *dec.* 212. *n.* 2. Enrigio *de fidejussorib. cap.* 20. §. 25. *à n.* 30. & aliis pluribus, *& in n.* 37. *& seqq.* quod fidejussor 78
pro aliqua arte, puta cambii, non dicitur fidejussor pro debitis lanæ, piperis, pannorum, & similium extra artem cambii, ex Petro de Ubaldo *in tract. de duobus fratribus, in* 8. *part. quæ.* 4. Felinus *in cap. cum ordinem n.* 12. *de rescriptis.* Castrens. *cons.* 285. *ad medium. col.* 3. *lib.* 1. Bald. *cons.* 142. *quidam Odoris sub lib.* 5. *& cons.* 187. Gentilitas *lib.* 4. ubi vult quod qui simpliciter fidejussit pro campserio, quod fideliter exercebit artem suam, sibi campsor efficiatur fallitus, 79
& instent creditores in concursu, non tenebitur fidejussor ad debita mercantilia campserii extra illam artem. Etiamsi fecerit debitorem in libro campserii, nam fidejussio restricta ad certum genus negotiationis, ad aliud genus non extenditur, etiamsi causa sit permixti generis, quia non censetur inducta obligatio *leg. Titiæ textores, ff. de legatis 1. leg. hoc legatum, ff. de legatis* 3. Baldus *d. cons.* 42. *n.* 1 Petrus Ubaldus *de duobus fratribus part.* 8. *n.* 41. Mantica *d. lib.* 16. *tit.* 14. *n.* 15. Jason *in leg. age cum Geminiano, nu.* 10. *C. de transactionibus*, & idem Maurus Aretinus, 80
ubi supra ex n. 41. quod fidejussor pro pecuniis debitis exemptione mercium non tenetur pro pecuniis, quas principalis debet ex cambiis, licet cambia fuerint respectu debitoris ex exemptionibus mercium, *& ex* 81
n. 45. quod obligatus fidejussor pro mercibus habendis, non obligatur pro jam habitis.

Et quamvis Noguerol. *in d. allegat. 16. à num.* 19. vo- 82
luerit limitare hanc conclusionem, quando fidejussio

ad

ad certum & limitatum genus negotiationis, ut extendatur ad aliud diverſum, quando verba fidejuſſionis ſunt multum prægnantia, ut puta ex quacumque cauſa, & quomodocumque, & qualitercumque tamen Doctores omnes, quos allegare hæc verba generalia non trahunt ad genus diverſum; ſed ad dependentia, & connexa, ſeu aliter tangentia illud genus negotiationis contentum in fidejuſſione, prout latiſſimè probat ipſe Maurus Aretinus *à n.* 81. quem allegat ipſe Noguerol, ac pariter, Bobadilla, Gutierrez, & Maſtrillus de Magiſtratibus *lib. 6. cap.* 11. *n.* 34. *& à n.* 31. qui loquuntur quando verba generalia expreſsè contineant aliam cauſam quamlibet diverſam, & ſeparatam ab illa, pro qua principaliter obligatur fidejuſſor; & videndus Caſtillo *tom.* 4. *cap.* 42. *per totum, & cap.* 41. *à n.* 44. *&* 76. qui plurimas congerit ſimiles doctrinas.

83 Quibus finitimum eſt, quod ſicut Dominus, qui aliquem præpoſuit ad certum genus negotiationis, vel artis, aut tabernæ, non tenetur pro contractibus geſtis à Præpoſito extra genus tabernæ & negotiationis, textus eſt optimus *in l. cuicumque* 5. §. *non tamen omne, ff. inſtitoria actione*, ibi, *Si ejus gratia, cui præpoſitus fuerit, contractum eſt, id eſt dumtaxat ad id ad quod eum præpoſuit*, &c. cujus rei proſequitur varia exempla textus *in l.* 1. §. *non autem ex omni cauſa prætor dat in exercitium actionem, ſed ejus vel nomine, cujus ibi præpoſitus fuerit, id eſt, ſi in eam rem cui præpoſitus fuit, ut puta ſi ad onus vehendum, locatum ſit, aut aliquas res emerit utiles naviganti. ff. eodem tit. l. ſed etſi pupillus*, 11. §. *conditio autem præpoſitionis ſervanda eſt, ff. eodem.*

84 Ita etiam ipſe mandatarius Præpoſitus, & adminiſtrator finita adminiſtratione, vel mortuo, non tenetur pro contractibus adminiſtrationis nomine, & contemplatione à ſe geſtis, & quando ſecus vide latiſſimè de regula, & limitationibus per Genuenſem *deciſ.* 14. *per totam*, plurima per Guzman *de evictionibus, quæſt.* 5. *à n.* 85. *& ſeqq.* Mangnillam *eod. tr. quæſt.* 186. *&* 187. *per totas.* Parlador. *lib.* 2. *cap. fin.* 5. *part. à n.* 2. *&* 3. & text. *in l. fin. ff. de inſtitor. actio. l. ſi non ſubſcripſiſti, Cod. de adminiſtrat. tut.* pro cujus exornatione, vide Bobadillam *lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 60. & Parlador. *de cap. fin.* 4. *part.* §. 3. *n.* 3. Amator Rodriguez *de executione, cap.* 4. *à n.* 30. & latè proſequitur Caldas Pereira *de extinctione emphyteu. cap.* 15. *à n.* 50. *& ſeqq.* Gutierrez *de tutelis, n.* 22. Baio *in praxi tom.* 2. *lib.* 7. *quæſt.* 121. *n.* 4. *& per totam.*

85 Et quando adminiſtrator videtur intuitu, & contemplatione adminiſtrationis, vel ſuæ perſonæ contrahere, & ex quibus conjecturis unum ab alio diſtinguatur, & cognoſcatur, vide latiſſimè per Hermoſillam *tom.* 1. *lib.* 7. *tit.* 1. *p.* 5. *gloſſa* 4. *per totam, ex fol.* 66. ubi etiam copiosè per regulas, & limitationes, quando inſtitor, vel adminiſtrator teneatur finito officio ex contractibus à ſe geſtis durante adminiſtratione vel inſ-
86 titutione, & per Nos *de Regia protectione*, 4. *part. cap.* 8. *à n.* 285. *uſque ad n.* 300. & ultra ibi allegatos Doctores vide Menochium *lib.* 3. *præſumpt.* 46. Caſtillo *tom* 6. *cap.* 150. *n.* 4. Hermoſilla *ad l.* 49. *gloſſa* 1. *per tot.* maximè *n.* 4. *tit.* 5. *part.* 5. *tom.* 2. *fol.* 219. Giurba *d. dec.* 89. *à n.* 11. *& ſeqq.* latiſſimè Pereira *de emptione & venditione, cap.* 7. *per tot.* præcipuè *n.* 19. à Menoch. *lib.* 5. *præſumpt.* 39. *à n.* 18. Alexand. Ludov. *deciſ.* 172. *à n.* 4. *& ſeq. & ibi.* Oliveri, Beltrami, Surdus
87 *conſil.* 19. *n.* 29. & Noguerol. *allegat.* 20. *à n.* 33. *cum ſeq. & à n.* 59. *& ſeq.* latè etiam Guzman *de evict. q.* 53. *per tot.* & præ oculis ſemper habebit ſingularem textum *in l. ſi pupillus*, §. 1. *ff. de negotiis geſtis*, & multum intereſt hoc cognoſcere, qui a ſi nomine proprio contrahit adminiſtrator, ei, & in eum competunt actiones directè, ſi verò contemplatione adminiſtrationis, vel alterius, iſti & in iſtos creditores dirigunt actiones abſolutè ex *d.* §. 1. ex Doctoribus citatis.

88 Et quod Dominus obligatur ex facto inſtitoris, ſi in his verſemur in quibus fuit inſtitutus, & quod contraxiſſet nomine præponentis maxime ſi præponentis nomine credidiſſet, & quod ſi pecunias depoſitas non conſumpſit inſtitor in negotiationem ad quam fuit præpoſitus teneatur Dominus; & etiamſi eas non appoſuiſſet in libris cambii, & etiamſi in ſuos uſus converterit inſtitor, quod non imputavit creditoribus, ſed Domino præponenti, & de jus facto, & dolo commiſſo Dominus creditoribus teneatur, & circa plurima alia, & de diverſitate librorum cambii, & de fide eis danda; latiſſimè videndus Giurba *deciſ.* 88. *à princ. & à num.* 9. *& ſeqq.*

CAPUT X.

Creditor, cui à ſuo debitore conſignati ſunt annui redditus, vel bona, ex quorum fructibus ſibi ſolvat, quale jus adquiratur, & an cogatur illa in concurſum conferre.

Vel an cæteri creditores etiam hypothecarii cum eo prælativè concurrere, vel redditus exactos, & conſumptos avocare poſſint.

SUMMARIUM.

1 *Conſignatio alicujus rei in ſolutum, ad quod contractus genus referatur.*

2 *Conſignatio contractus emptionis & venditionis videtur.*

3 *Conſignatione facta alicujus rei in ſolutum, extinguitur prior obligatio.*

4 *&* 6. *Conſignationis verbum, an tranſlationem importet dominii.*

5 *Conſignatio ſolum importat adminiſtrationem, quando in conſignatione nulla ſubeſt cauſa ad transferendum dominium. n.* 5.

7 *Annuum legatum præſtandum ex fundi redditibus non inducit jus hypothecæ, nec afficit tertium fundi poſſeſſorem.*

8 *Niſi fundus ipſe conſignetur pro alimentis legatis.*

9 *&* 21. *Quando cauſa demonſtrationis conſignantur certi fundi redditus pro annua penſione perſolvenda, ſola perſonalis actio naſcitur, quæ in tertios poſſeſſores non tranſit, & explicatur l. fin. § fin. D. de contrah. empt.*

10 *Secus quando fundus conſignatus fuit cauſa diſpoſitionis & taxationis; quia tunc hypotheca in fundo contrahitur, explicatur textus, in l. nihil proponi*, 129. *D. de legatis* 1.

11 *Onus reddituale ſuper fructibus alicujus fundi, abſque expreſſa hypothecæ ſubrogatione impoſitum, (quæ in dubio non præſumitur) in tertium poſſeſſorem non tranſit.*

12 *&* 18. *Conſignatum cenſum creditori, ut ex ejus redditibus ſatisfiat, in pignus accepit ipſe creditor.*

13 *Secus quando jus cenſus datur creditori in ſolutum, quia tunc extinguitur debitum.*

14 *Conſignata res à judice capta pro executione creditori, vel alteri ab eo ſuppoſiti ſemper in pignus data videtur: & oblata pecunia cum uſuris, debitor rem cum fructibus recuperat.*

15 *Pignus eſt reſtituendum debitori offerenti pecuniam debitam cum uſuris.*

16 *Conſignatio creditori plus offerenti in ſubhaſtatione publica facta, vera venditio eſt.*

17 *Creditor, qui tanquam extraneus in publica ſubhaſtatione plus offerens licitaverit etiam per ſuppoſitam perſonam, tutus eſt, niſi enormiſſima adſit læſio.*

18 *Quando res ipsa, vel jus principale cum instrumentis census actualiter traditur creditori, facto procuratori in rem suam, ut ex redditibus, vel fructibus de credito satisfiat : pignus in ipsa re, aut hypotheca contrahitur.*

19 *Pignoris datio, præsumptionibus inducentibus voluntatem contrahentium, deducitur, & expenditur textus in l. si quis, & in l. 2. D. quæ res pignor.*

Instrumento tradito, jus, & res in eo contenta traditum intelligitur, ibid.

Instrumentum quo titulo, & animo traditur, eodem jus, & res in eo contenta intelligitur, ibid.

20 *Pignus tacitè contrahi intelligitur, quando licet verbis contrahentium non exprimatur, ex mente totum colligitur.*

21 *Si res, aut instrumenta census non traduntur creditori ; sed penes debitorem remanent, & solum jus ad exactionem fructuum, & pensionem creditur, ut ex his creditor satisfiat : consignatio hæc demonstratio, & simplex solutionis destinatio est, quæ pignus non inducit.*

22 *Decisio Franciſci de Leo traditur, & explicatur textus in l. Codicillis, aliàs Lucius. 88. D. de legat. 1. §. instituto.*

23 *Afferuntur decisiones Fontanellæ.*

24 *Nominis periculum in cessionarium non transit, quando solutionis gratiæ fuit consignatio : & datur cessionario regressus si in partem, vel in totum non exegerit. Contrarium accidit in datione in solutum.*

Possessor majoratus cedendo, aut locando fructus majoratus, nullum jus aliud in cessionarium transfert quam merè personale, duraturum dumtaxat per vitam possessoris, ibid.

25 *Nominis dominium, solutionis gratia cessi, semper remanet penes debitorem, & nullum in eo creditor adquirit reale.*

26 *Consignatio, aut nominis cessio non extinguit debitum, nisi quando facta est titulo veræ, & realis dationis in solutum, & referuntur decisiones Rotæ.*

27 *Consignatio, aut nominis debitoris cessio solutionis commodioris gratia facta, non inducit liberationem, quousque cum effectu creditor exigat.*

28 *Nomen debitoris accipiens creditor titulo veræ, & realis solutionis, debitor liberatur ipso jure, nec de periculo tenetur.*

29 *Acceptans creditor mercatorem, aut cambium loco debitoris delegantis, tunc debitor liberatur ipso jure, & nominis periculum in creditorem transit.*

30 *Novandi priorem debitum animus inducitur, per dationem in solutum.*

31 *Cessio nominis simplex debitorem non liberat : datio vero in solutum, statim.*

32 *Delegatione facta ante actualem exactionem, periculum est delegantis, etiamsi fateatur creditor tempore acceptatæ delegationis se recepisse pecuniam.*

L. litterarum, C. de solutionibus, ex plurimis Doctoribus exornatur, ibid.

Delegationis materia, vulgò, Librança aceptada, *traditur remissivè, ibid.*

Explicatur textus in l. insulam. 14. D. qui potio. in pign. habeant, ibid.

33 *Cessio nominis nullum jus cessionario tribuit, præter personale.*

34 *Cessio nominis jus reale cessionario tribuit, quando in consignatione res ipsa specialiter est hypothecata, vel res, cujus fructus consignantur, quæ alias erit hypothecæ subjecta.*

35 *Mutuum receptum super introitibus, & gabellis, aut quando fit assignatio super illis, obligatio hypothecaria contrahitur.*

36 *Consignatio redituum tantum distat à datione in solutum de præsenti, quantum venditio de præsenti à venditione de futuro.*

37 *Venditio facta de præsenti cum cessione, aut traditione perfecta est, facta verò de futuro nullum jus, reale vel hypothecarium ementi tribuit, nec illi contra tertium eamdem rem postea evincentem datur avocatio.*

38 *Consignatio redituum, fructuum solutio est de futuro, & ficta : & jus hypothecæ ideò non tribuit.*

39 *Tacita hypotheca non inducitur, nisi à lege expresse sit concessa.*

Consignationem reddituum, & fructuum nullibi reperitur, hypothecam tacitam habere, ibid.

40 *Creditor, cui facta est redituum consignatio, efficitur de puro conditionalis, qui ante excussionem non potest iterum à debitore consignante suum creditum petere.*

41 *& seqq. Creditor consignatarius an teneatur in concursum conferre fructus, & reditus à debitore consignatos, non solum jam perceptos, sed etiam percipiendos & an cæteris omnibus præferatur creditoribus.*

42 *& 45. Consignatarius tenetur ad concursum pendentem trahere omnia bona, & jura sibi à debitore consignata.*

43 *Debitor consignando, hypothecando, vendendo, in solutum dando, aut aliter alienando, anteriorum creditorum juri quæsito detrahere non potest.*

44 *Res quolibet modo alienata semper transit cum suo hypothecæ onere.*

45 *Consignati reditus solutioni alicujus creditoris bona sunt debitoris, & ideo concursum à se factum sequi tenentur.*

46 *Consignatarius primus concurrens cum alio, cui postea eadem bona fuerunt consignata præfertur.*

47 *& 48. Cedens sua jura, non potest illa postea alteri iterum cedere, maximè quando procurator in rem suam primus consignatarius constitutus fuit.*

49 *Etiamsi secundo cessio, aut consignatio fiat ex causa necessaria.*

50 *Si res consignata adhuc extat, quia nondum facta est secundo solutio, prior creditur consignatarius præfertur secundo.*

51 *Consignatarius, qui se munivit speciali hypotheca, vel generali, si concurrit cum aliis creditoribus, ad prælationem attenditur temporis prioritas, & privilegium.*

52 *Consignatario, qui simpliciter facultatem exigendi creditum suum ex redditibus, vel nominibus debitorum consignatis accepit, priores creditores hypothecarii præferunt.*

53 *Etiamsi in solutum nomina debitorum, & reditus dati sint, & cum mandato in rem suam, & obtinuerit consignatarius sententiam contra debitorem cessum.*

54 *Executionem, & distractionem nominis hypothecati factam à posteriori creditore impedit, & præfertur anterior, ne jus istius fiat deterius, ob solutionem illi factam per quam extinguitur hypotheca anterioris.*

55 *Creditor anterior hypothecarius potest avocare, & impedire exactionem consignatario cui debitum fuit datum in solutum, & cessum aut delegatum.*

56 *Nomen debitoris si à pluribus creditoribus authoritate judicis sequestretur diversis temporibus, prius sequestrum non præfertur posteriori facto per creditores habentes priorem hypothecam.*

58 *Consignatarius reditus extantes, & nondum exactos tenetur in concursum conferre.*

58 *Creditor hypothecarius etiam posterior in redditibus alteri*

alteri ſimpliciter conſignatis, præfertur conſignatario nullam hypothecam habenti.

59 *Avocatio rei, & pecuniæ in ſolutum datæ ſi adhuc extat datur creditoribus hypothecariis anterioribus, contra poſteriores etiam hypothecarios.*

60 *Extare dicitur aut pecunia etiam in ſolutum data ſi nondum exacta eſt.*

61 *Extare dicitur pecunia ad effectum avocationis, quando ſoluta poſteriori creditori, inventa fuit in ejus arca vel ſacculo poſita cum cedula, continente nomen debitoris, qui eam ſolvit*

62 *Extare dicitur pecunia, quando in creditore poſteriori adeſt mala fides in receptione, & conſumptione.*

63 *Extare dicitur pecunia, quando ab anteriori creditore fuit exigens interpellatus, ne in ejus præjudicium exigeret, ſi interpellans fidem interpellatio fecit de ſuo jure.*

64 *Extare dicitur pecunia, quando debitor poſt litem motam, vel concurſum formatum poſteriori creditori inſtanti ſolvit in prioris præjudicium.*

65 *Per omnium creditorum diligentiam in exigendo ubi adeſt ſolutio uni facta, avocatur per anteriores etiam pecunia conſumpta, aut commixta.*

66 *Creditor poſterior concurſu creditorum pendente, non poteſt prævenire exactionem, & dicitur eſſe in fide, dolo & fraude præſumpta.*

Pecunia exacta concurſu pendente refunditur in corpus concurſus, ut priores creditores exigant; propter dolum, fraudem, & malam fidem poſterioris exigentis. ibid.

67 *Extare dicitur pecunia, quando ſolutio fuit facta procuratori, qui pecuniam, quam nomine creditoris recepit adhuc penes ſe habet.*

68 *Extare dicitur pecunia etiam ſoluta, quando creditor eam recipiens præmiſit ipſam reſtituere, cauſu quo alter creditor appareat.*

69 *Creditor promittens pecuniam habere in depoſito, anteriori creditori reſtituendam, adhuc in bonis debitoris dicitur extare.*

70 *Extare dicitur pecunia ſi judex eam dedit cum qualitate, ut penes recipientem eſſe depoſita.*

71 *Etiamſi per creditorem recipientem non ſit præſtita cautio, ſed quod eam teneat donec per ipſum judicem aliud provideatur.*

72 *Extare dicitur pecunia, quando adjudicatur creditori ſub cautione.*

73 *Extare dicitur pecunia, ſi data fuit creditori cum onere fidejuſſionis.*

74 *Extare verè, vel fictè ſemper dicitur pecunia quando data fuit in ſolutum, vel nomen debitori, adjudicatum poſteriori creditori, ut per priorem poſſit avocari.*

75 *Avocandi jus non competit contra tertium, niſi prius excuſſo principali debitore.*

76 *Conſignatorius, vel ceſſionarius tanquam tertius, via ordinaria in avocatione pecuniæ convenitur.*

77 *& ſeqq. Pecunia, quando non extat, ſed fuit bona fide conſumpta, & commixta an eam poſſint avocare indiſtinctè creditores hypothecarii anteriores, etiamſi privilegiati non ſint.*

78 *Negativa ſententia proponitur, & adducitur textus in l. unica, C. de privileg. fiſci, contraria verior. nu. 80. cum ſeqq.*

79 *Creditor hypothecarius anterior poteſt impedire creditori ceſſionario exactionem ſui nominis, quia exactione facta periclitatur ſuum creditum.*

80 & 81. *Contraria ſententia, quod creditor prior, ſolam hypothecam ſpecialem ſive generalem etiam ſine prælationis privilegio, habent, avocare poſſit pecuniam poſteriori ſolutam, & bona fide conſumptam, præponitur.*

82 *Auctoris judicium in hac contrarietate proponitur.*

83 *Fiſcus, & creditores hypothecarii privilegiati ſoli, poſſunt avocare pecuniam ſolutam, ceſſam, vel in ſolutum datam, & bona fide conſumptam.*

84 *Creditor hypothecarius ſine privilegio poteſt avocare pecuniam quando verè vel fictè extat.*

85 *Creditores hypothecarii cum privilegio, qui ſunt, & quando cæteris præferantur, traditur remiſſivè.*

86 *Creditores hypothecarii anteriores, an poſſint avocare pecuniam quando debitori carcerato, vel incarcerando pro ejus relatione amicus vel ſolvit, vel depoſuit eam, remiſſivè.*

87 *Creditor recipiens ſolutionem à debitore communi, quando res, vel pecunia (concurſu formato) per cæteros avocari poteſt tenetur ſemper pecuniam aut rem in concurſum conferre.*

88 *Expenditur textus in l. 9. tit. 13. part. 5.*

89 *Majoratus poſſeſſor ſuo creditori conſignans fructus, aut reditus majoratus, ſi decedat, extinguitur conſignatio pro rata fructuum ad ſucceſſorem ſpectantium.*

In beneficio quolibet Eccleſiaſtico idem obſervatur. ibid.

90 *Reſoluto jure dantis, reſolvitur jus accipientis.*

91 *Conſignatarius, qui anticipatas ſolutiones à majoratus poſſeſſore recipit, reddere eas tenetur.*

92 *Majoratus poſſeſſor, majoratus bona in feudum, vel emphyteuſim dare non poteſt ſub conditione, quando vacaverint, ſi vacatio contingat poſt mortem poſſeſſoris.*

93 *& fin. Poſſeſſor majoratus non poteſt ſupplantare ſucceſſorem conferendo officium, quando vacavit, ſi in vita ſua non vacat.*

FAteor in hoc dubio plus diſcere me velle, quàm docere, ſiquidem hujuſmodi conſignationis naturam, & quod ſit contractus genus, difficillimum eſt cognoſcere; namque emptionem & venditionem ex hac conſignatione inter debitorem & creditorem contrahi videtur; pro ſui crediti enim ſolutione, & ſatisfactione creditor annuum reditum recipit, & ſic in ſolutum reditus, & fructus rei conſignatæ accipere videtur, quo caſu emptionem contrahit. 1 2

Quia in creditorem transfertur dominium, & ex ea extinguitur totaliter prior obligatio, ut de nomine debitoris dato in ſolutum creditori probant textus *in l. inter cauſas, §. abeſſe, §. mandati, l. ſi rem, in fine, ff. de novationibus*, latiſſime proſequitur Guzman *de evictionibus quæſt.* 28. *per totam.* ubi de abſoluta materia, qui *n.* 14. vocat hanc dationem in ſolutum conſignationem. 3

Fulcitur hæc pars, quia quando per debitorem res aliqua conſignatur creditori pro ſatisfactione ſui crediti, hoc verbum *conſignare*, potius ſignificat translationem dominii, quam pignus ipſa re, ut per text. *in l. dotis fructus. §. ultimo cum l. ſeq. ff. de jure dotium, l. 1. ff. pro dote*, ſcribunt Gloſſa, Bart. & Baldus *in l. ubi adhuc. C. de jure dotium.* Bart. *in l. ſi conſtante n.* 93. *ff. ſoluto matrim.* & in ſpecie Aretinus *in conſ.* 159. *n.* 15. Corneus *in conſ.* 185. *n.* 6. *lib.* 3. Socinus Senior *conſ.* 9. *n.* 3. & *in conſ.* 6. *n.* 3. *lib.* 5. Jaſon *in conſ.* 92. *col.* 1. *lib.* 1. Ruinus *in conſ.* 222. *n.* 7. *lib.* 1. & *in conſ.* 81. *n.* 18. *lib.* 2. optimè tractat Natta *in conſ.* 456. *n.* 5. *lib.* 3. plenè & doctè probat Menochius *in conſ.* 229. *a n.* 5. *cum multis ſeqq. tom.* 3. & cum Cephalo *in conſ.* 135. *n.* 7. & 8. & *conſ.* 399. *nu.* 26. & Menoch. *in conſ.* 201. *n.* 6. & *conſ.* 663. *nu.* 7. idem tenet Marius Giurba. *in deciſ.* 24. *ſub. n.* 19. ubi de verbis *aſſignare* & *conſignare*. 4

Et licet *conſignatio*, verbum quandoque ſignificet, & ſonet, in adminiſtrationem, potius, quàm tranſlationem dominii, prout affirmat Abbas *conſ.* 74. *lib.* 2. & ſequitur Tuſcus *tom.* 2. *lit.* C. *concl.* 761. *n.* 3. hoc 5

verissimum est, ubi opponitur nulla subsistente causa ad dominii translationem, ex Bart. ex *d. l. si constante*, *n.* 92. & 93. Baldus *in l.* 2. *n.* 7. *Commun. de legatis*, Rota Genuens. *decis.* 54. *n.* 3. Giurba *d. decis.* 14. *sub n.* 19. ante *fin.* qui dicit, causam subsistere ubi adest crediti satisfactio, & solutio.

6 Quò tendit, quod aliàs dixit Aretinus *cons.* 159. *n.* 15. quòd verbum, *consigno*, potest significare translationem dominii, sic etiam dixere Jason *in cons.* 92. *in princ.* Socinus *cons.* 9. *n.* 30. *volum.* 1. Natta *cons.* 496. *n.* 5. Menochius *cons.* 201. *num.* 8. Petrus Surdus *in cons.* 243. *n.* 21. ut intelligatur quando subest causa ad dominii translationem.

7 E converso autem, quod in hac consignatione jurium reditualium, aut rei creditor ex eorum redditibus annuis, vel fructibus satisfiat de suo credito; nec adhuc jus pignoris, aut hypothecæ adquiratur creditori in juribus ipsis; vel re, innumerabilia penè probant jura, & Doctores, dicentes quòd si alicui legatum fuerit centum, annuatim eidem præstandum ex fructibus, talis fundi nullum jus reale pignoris, vel hypothecæ ei adquiratur in re sibi consignata, ut ex
8 ejus fructibus annuatim solvatur annua præstatio nec tertium possessorem sequitur, in quem res ipsa alienata fuerit ab hærede nisi bona ipsa consignentur pro alimentis probant Felicianus *de censibus lib.* 2. *cap.* 5. *à num.* 7. Garcia *de expensis*, *cap.* 4. *à num.* 30. *cum multis seqq.* latissimè Avendanus *de censibus*, *c.* 25. *per totum*, & *cap.* 24. Surdus *de alimentis*, *titul.* 8. *privileg.* 51. & 52. *fol.* 510. & *sequenti.* Comes noster Senator D. Franciscus de Amaya *in l.* 2. *à n.* 18. & *seqq. C. de annonis*, *lib.* 10. ubi innumerabiles alios allegat C. Perez de Lara *de Capellaniis. cap.* 2. *à princip.* Flores Diaz de Mena *practic. quæst. lib.* 1. *cap.* 17. *per totum.* Giurba *decis.* 5. *n.* 13. *n.* 43. Otero *de pascuis*, *cap.* 18. *à n.* 50. Guzman *de evic-*
9 *tionibus*, *quæst.* 11. *à n.* 16. Alvar. Valascus *de jure emphyteus. quæst.* 32. *à n.* 17. latè per Castellum *controversiar. tom.* 4. *cap.* 54. *à n.* 16. & *seqq.*

9 Quos consule pro latiori articuli cognitione rectè motos per textum *in l. fin.* §. *ff. de contrahenda emptione*, qui expressus est, ut tunc, quando causa demonstrationis tantùm fundus, ex cujus redditibus annua præstatio solvenda promittitur, sola personalis actio ad tertios possessores non transitura contrahatur, ex textu *in l. quidam testamento*, 99. *ff. de legatis* 1. *l. Paulo Gallinico* §. *fin. de legatis*, 3. Secus si fundus ex
10 cujus redditibus solvenda sit annua præstatio, consignatus fuerit causâ limitationis, & taxationis, quia tunc hypothecam in fundo contrahi, firmat textus expressus, & difficilis *in l. nihil proponi*, *n.* 120. *ff. de legatis* 1. quod consignationis genus in dubio non præsumitur, quæ jura sic componunt Doctores præcitati, maximè Perez de Lara, Joan. Garcia, & Velascus,
11 post alios à se citatos Doctores; nam quando onus redituale imponitur super fructibus alicujus fundi fructiferi, absque expressa hypotheca, subjugatione, & subjectione ipsius fundi, tunc onus solvendi non transit in tertium, cùm non sit reale, sed personale, nec oritur realis obligatio, sed personalis, plurimos allegat Cencius *de censibus*, *quæst.* 78. *n.* 1. *cum seqq.* Surdus *decis.* 28. *n.* 6. Avendanus *etiam de censibus*, *d. cap.* 25.

12 Sed adhuc in contrarium præcedentis opinionis communis alia pungit fortissimè, insinuans, quod quando jus census datur creditori, ut ejus redditibus satisfiat, in pignus accepisse videtur censum ipse creditor, ut probat Cencius *de censibus quæst.* 107. *à n.* 16. in hæc. *Quod tamen recipiendum esse existimo, si hujusmodi assignamenta fuerunt data domino census titulo veræ & realis*
13 *dationis in solutum, ad extinctionem dicti census, & sui crediti: secus autem si fuerint data pro majori ipsius cautela, & securitate, & talis assignatio sonat potius in hypothecam, quàm in veram dationem in solutum, & ideo non censetur facta novatio, sed est in arbitrio ejus (ad cujus favorem facta cautela) uti vel non uti prout sibi magis videbitur.* Afflictis *dec.* 397. *n.* 5. facit Surdus *cons.* 365. *num.* 2. & *seqq. lib.* 3. & dixit Rotta *coram R. P. D. Sacrato* 6. *Junii* 1603. *in illa Romanæ census*, *quæ est post tractatum*, *decis.* 289. *num.* 1. & *rursus in alia Romana census eorum eodem*, 12. *Dec.* 1608. *quæ est post tractatum*, 288. *num.* 1. &c. Vides quod res consignata, quæ creditori non datur in veram solutionem, saltim sonet, & contrahatur in pignus, & hypothecam.

Item ferè probant quamplurimi Doctores affir- 14
mantes, quod quando res est capta pro executione, si consignetur à judice creditori, vel alteri tertio per eum suppositio, sive cum beneficio *de traspasso à la parte*, sive sine illo, semper hæc adjudicatio judicetur pignus prætorium, ita ut quandocumque debitor creditori offerat pecuniam debitam cum usuris, & expensis, sibi restituitur res consignata cum fructibus perceptis, Cephalus *cons.* 467. *n.* 12. *lib.* 4. Joannes Barta *cons.* 86. *n.* 30. Flores de Mena *in addit. ad Gamam decis.* 40. quia tunc semper pignus est restituendum debitori 15
offerenti debitum, cum usuris. *leg. mandato.* §. *Paulus. mandati* Gabriel Mudecur. *de pignoribus*, *n.* 11. Neguzantius *de pignoribus*, 1. *membro* 16. *p. nu.* 13. Parlador. *lib.* 2. *rerum quotid. cap. fin.* §. 16. *p.* 5. Felicianus *de censibus. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 5. Cevallos *quæst.* 633. *n.* 6. & *q.* 763. *n.* 46. Escobar. *de Ratiocin. computatio.* 14. *n.* 1. Guzman. *de evictionibus. c.* 22. *à n.* 49. & *seqq.* & plurimi alii statim citandi.

Secus si res adjudicetur creditori, tanquam plus of- 16
ferenti in subhastatione publica, & uti extraneo ementi, quia tunc non pignus, sed vera venditio contracta censetur, latissimè post alios tradit Felicianus de Solis *de censibus. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 3. *per totum.* maximè *à num.* 3. & *seqq.* Avendanus *de censibus*, *cap.* 108. *per totum*, *præcipuè à nu.* 7. & *seqq.* abundè Hermosilla multis citatis *tom.* 2. *ad leg.* 52. *glossa* 7. *per totam*, signanter *à nu* 16. *tit.* 5. *p.* 5. *fol.* 233. ubi etiam, quod creditor, si tanquam extraneus rem licitatam in 17
subhastatione emerit tutus est, nisi adsit enormissima læsio. D. Valenzuela *cons.* 289 *à n.* 62. & *cons.* 156. *à n.* 13. & 75. ubi si creditor emit in subhastatione etiam per suppositam personam, tutus est, Caldas Pereira *de emptione & venditione*, *cap.* 17. *à n.* 19. & 20. Scaccia *de judiciis. lib.* 1. *c.* 96. *nu* 40. Surdus *cons.* 246. *ex n.* 5. vide etiam Parlador. *lib.* 2. *cap. fin.* 5. *p.* §. 13. *n.* 13. Franchis *dec.* 64. *n.* 9. & 10. *ubi addition.* & *dec.* 439. *n.* 3. Carrocius *de obligatione* 2. *p. qu.* 11. & 12. Seraphin. *dec.* 147. Amatis *dec.* 67. *n.* 12. Alexand. Ludovis. *dec.* 12. *n.* 1. 2. & 3. ergo saltim in re tradita, & consignata pignus contrahitur, quando verè in solutum non fuit creditori adjudicata.

Vides igitur, quàm intricata sit, & ardua hæc 18
quæstio, in cujus resolutione distinctè procedendum arbitror, aut enim res ipsa, vel jus principale census, actualiter traditur creditori, vel ceditur, & traduntur instrumenta juris & census principalis, ut ex rei, vel census fructibus, redditibus, præfataque instrumenta retinet creditor donec de eis sibi satisfiat, eundem ad exigendum constituens procuratorem in rem propriam, & tunc pignus, & hypothecam contrahi in ipsa re, censu principali, mihi procul dubio videtur, nam si debitor rem creditori tradat, in pignus tradidisse videtur. Mascard. *de probat. conclus.* 870. *n.* 2. non enim traditur alia intentione, nec inter partes tunc aliud agi censetur, quàm indemnitati, & severitati creditoris consulere, & pro majori ejus cautela, & securitate sibi creditur census principalis, ac res, & instrumenta traduntur, quo casu contrahi pignus & hypothecam dixerunt DD. & Rotæ decisiones paulò ante citatæ *à n.* 8. *& seqq.* quorum opinio huic distinctionis 19
membro adaptatur & ulterius ex his, quæ in sequenti dicuntur, clarius apparebit.

Quoniam cum pignoris datio ex præsumptionibus indu-

inducentibus voluntatem contrahentium deducitur, ex textu singulari, ubi communiter Doctores, *in l. si quis in cujuscumque C. quæ res pignor. obligari poss. & l.* 2. in hæc: *cùm constet pignus consensu contrahi, non dubitamus, eum qui emptiones*, (id est instrumenta emptionum, exponunt ibi glossa Bald. Bart. & Salicet.) *agrorum suorum pignori posuit, de ipsis agris obligandis cogitasse. C. eodem. tit.* ubi glossa dat plures concordantes, nam tradito instrumento, jus in eo contentum traditum intelligitur, nam appellatione instrumenti, non solum tabulæ ipsæ, quibus jus probatum, sed jus ipsum in eo contentum continetur *l. C. de donationibus l. si mulier ff. de condit. ob causam. l. si sponsalibus. §.* 1. *ff. de jure dotium l. sub prætextu. C. de transactio. l. qui chirographum ff. de legatis* 3. *l. servum §. penult. l. hujusmodi §. si ita ff. de legatis.* 1. plenè per Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 140. *ex n.* 1. *cum seqq.* & ideo eo titulo & animo, quo traditur instrumentum, eo animo etiam ad eundem effectum traditum intelligitur jus, & res in eo contenta pulchrè, copiosè Menoch. *loco citato* & signanter ex *num.* 18. 19. *&* 20. latè Gomez *in c.* 45. *tauri n.* 95. Castillo *controvers. tom.* 2. *c.* 23. *num.* 20. *&* 24. idcirco tacitum
20 pignus intelligitur quando licet verbis contrahentium non exprimatur, ex mente tamen eorum inducitur, *l. certi juris. C. locati l. item quia in principio. ff. de pactis. §. item Serviana, institut. de actionibus. glossa in §. interdictum*, verbo *pepigissent, institut. de interdictis.* Mantica *de ambiguis convent. tom.* 1. *lib.* 11. *tit.* 2. *n.* 9. pro quo adest textus formalis, per eum omissus in *l. fin. C. quæ res pignori*, ibi, *cum sit justum, voluntates contrahentium magis, quàm verborum conceptionem inspicere.*

21 Aut enim in consignatione hac nulla sit rei principalis tractio, nec census principalis cessio pro directarum actionum exercitio, quo usque creditor satisfiat, quia utrumque remanet penes debitorem; solum ceditur jus ad exactionem fructuum, & pensionem, & annui reditus, ut ex iis solvatur, & satisfiat creditor usque ad concurrentem quantitatem sui crediti, & pro illo tempore, & annis, qui ad solutionem, & ejus extinctionem sufficiant. Et tunc consignatio hæc quædam est demonstratio, & simplex destinatio solutionis, non est quædam solutio imperfecta & non consummata, ita in re principali nullum jus reale pignoris aut hypothecæ adquiratur creditori, quo casu procedit doctrina, de qua supra *n.* 4. 5. 6. *&* 7. in qua jura, & Doctores dicentes, quod ex consignatione fructuum rei ad solutionem annui reditus promissa non contrahitur hypotheca in ipsa re, expresè probant, rem ipsam demonstratam penes dominum, & hæredem permanere, & non esse traditam creditori, sed de manu domini, & hæredis solutio ex ipsa re facienda erit, vel eorum mandato, dato creditori, quod si res demonstrata, non pro severitate, & cautela creditoris apponitur, sed pro demonstratione solutionis, cùm exactionem dumtaxat respiciat, hypotheca non contrahitur, ultra quæ in istis terminis probant D. Franciscus de Leo *decis. Valentiæ* 70. *tom.* 1. *per totam*, ubi expresè tractat, quando debitor consignavit solutionem suo creditori in an-
22 nuis præstationibus sibi solvendis annuatim per arrendatorios terrarum, ut nihil cessio hæc, & consignatio afficiat rem principalem; sed tantum consignatio quæratur actio personalis ad exigendum annuas illas præstationes consignatas pro solutione: videndus *à n.* 10. pro quo est textus formalis, & expressus *in l. codicill. aliàs Lucius.* 88. *§. instituto de legatis.* 2. cujus verba sunt: *instituto filio hærede, & ex eo nepotibus emancipatis testator ita cavit. C. volo meas ædes non vendi ab hæredibus meis, nec fœnerari super eis, sed manere eas formas, simplices meis filiis, & nepotibus per universum tempus. Si autem aliquis eorum voluerit vendere partem suam, vel fœnerari super ea, potestatem habeat vendere cohæredi suo. Si autem aliquis præter hæc fecerit, erit quod obligatur inutile, atque irritum, quæritur, cum Felicis defuncti mutuam pecuniam à Flavia Dionysia acceperit, & locatis ædibus pro parte sua, pensiones sibi debitas creditrici delegaverit, an conditio testamenti extitisse videatur, ne filiis suis fideicommissi nomine teneatur? respondi secundum ea, quæ proponerentur, non extitisse*, qui textus celebris est in proposito.

Videndus erit etiam latè Fontanella *in dec.* 166. 23
à principio. Ubi quando debitor, qui locaverat quosdam fundos Agricolæ, certa mercede, pretio annuo colendos, quod deinde cessit, & consignavit suo creditori percipiendum in extinctionem sui crediti per tot annos, quot erant necessarii ad crediti extinctionem, & solutionem, cum debitor esset obnoxius alteri restituere, quia bona essent fideicommisso subjecta; decessit consignans perceptis per creditorem aliquibus pensionibus, nondum tamen finita consignatione, & cessione, fideicommissario impediente progressum consignationis, instabat creditor sibi adhuc durasse; de cujus fundamentis agit ipse Fontanella per totam dictam decisionem, in sequenti autem *decis.* 67. deinde pro contraria parte fideicommissarii fundanda, tractat, & pro extinctione consignationis certat; & naturam hujus consignationis indicat, dicens *à n.* 1. *& seqq.* quod hæc consignatio, & cessio solum importat mandatum simplex de exigendo, quia non est in solutum datio nec venditio, sed sola cessio facta ad commodum cedentis creditori, ad effectum exigendi dumtaxat ex reditibus consignantis, ut sibi creditor satisfieret, quæ non habetur loco solutionis, per *leg. si mandavero, §. interdum ff. mandati*, & Cancerium *variar. 2. part. cap.* 6. *de solutionibus n.* 183. & ipsum Fontanellam *de pactis tom.* 1. *clausul.* 4. *gloss.* 9. *part.* 5. *n.* 31. ita ut periculum nominis, & 24
consignationis in creditorem non transeat, quando sit hujus solutionis gratia, in qua datur regressus contra cedentem, si cessionarius in partem, vel in totum consequi à debitore cessio, & consignato non potest (quod non adest in datione in solutum) atque ideò semper dominium remanet penes debitorem cedentem, & citra omnem rei alienationem, qui solum immittit creditorem in commoditates rei consignatæ, in qua nullum creditor acquirit jus reale, ut probant Rosental *de feudis cap.* 7. *concl.* 22. *n.* 18. *& c.* 9. *concluf.* 16. *num.* 18. Molin. *de primogeniis lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 11. *in fin.* & per Rotam apud Alexand. Ludovis. *decis.* 440. *n.* 7. quos referens latius prosequitur Fontanella *in eadem decis.* 267. atque ideo in hac consignationis specie nullum jus reale acquiri, dicendum est creditori in ipsa re, nec in censu consignato ad solutionem.

Et quod possessor majoratus cedendo, aut locando fructus, commoditates sui majoratus, dumtaxat transferat in cessionarium, vel locatorem solam actionem merè personalem, probant Molina *de primogen. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 25. & Castillo *controversiar. tom.* 3. *cap.* 12. *num.* 9. *post medium*, ubi etiam negat ex hac cessione in ipsa re jus aliquod præstari. Ita ut jus cessionarii, aut locatoris tandiu duret, quantum dumtaxat vita possessoris cedentis, vel locantis, in statim quod moriatur, & cesset jus cessionarii, quod non durat in præjudicium successoris, sed per mortem extinguitur, & resolvitur, ita cum Molina, Velasquez de Avendano Gutierrez, & Flores de Mena, tenet ipse Castillo *num.* 109, 110 *& seqq.*

Quod totum probat elegans Rotæ decisio in una Ro- 26
mana præsenti *Canonis* 16. *Martii* coram Manzanedo, quam adducit Postius, post tractatum, *de manutentione decis.* 332. *num.* 4. *cum duobus seq.* Ubi benè deducit, quod non dicatur extingui debitum per consignationem, & cessionem nominis debitum, nisi aliud fuerit datum titulo veræ, & realis dationis in solutum, aliàs censeatur dumtaxat data facultas exigendi

ad commodum creditoris, ita ut periculum dicti nominis, sit consignati, & cessi ad cedentem, non ad cessionarium spectet, sequitur plures referens Censius *de censibus quæst.* 107. *num.* 107. *cum seqq.* & per hanc
27 consignationem, & cessiones nominis debitoris, non inducatur solutio, quo usque cum effectu creditor exigat, probat etiam Guzman post alios *in tract. de evictionibus quæst.* 35. *à n.* 6. *& à num.* 89. *& sequentibus, & à num.* 61. *&* 69. ubi post Surdum *decis.* 23. *num.* 7. *&* *decis.* 326. *num.* 42. Felicianus de Solis *tom. cap. nu.* 15. *lib.* 2. *de censibus*, Ro-
28 driguez *de redditibus lib.* 2. *quæst.* 21. *num.* 5. & plurimos alios, quod quando in solutum recepit creditor nomen debitoris, liberatur debitor ipso jure, nec tenetur de periculo, quia ea solutione se creditor acceptans contentavit. Et per Parisium, Socinum, Cartarium sequitur, & explicat D. Joan. de Castillo *controversiar. tom.* 4. *cap.* 61. *à num.* 88. & melius ipse Castillo *eodem. tom.* 4. *cap.* 59. *à num.* 30. *& seqq.* cum Surdo *in cons.* 145. *lib.* 1. *per*
29 *totum*, quod acceptans mercatorem, aut cambium loco debitoris delegantis, ipse debitor liberatur, quia acceptando nummularium, videtur sibi satisfactum esse. Et quod periculum nominis dati in solutum spectat ad creditorem, quia acceptavit,
30 & debitor statim liberatur, licèt debitor nominis decoxerit inscio delegante, quia per dationem in solutum inducitur animus nominandi priorem debitorem ex Surdo ibidem, *& dec.* 74. *à n.* 1. *cum pluribus seqq.*

31 Et pro declaratione supponit ipse Surdus *d. cons.* 145. *à num.* 28. & Castillus *d. cap.* 59. *à n.* 31. & distinguunt inter cessionem nominis simplicem, & cessionem cum datione in solutum, ut illa non liberet debitorem cedentem statim. Latissimè prosequuntur Surdus, & Castillo post plurimorum allegationem, omnino videndi pro latiori explicatione, & latius, & melius de his omnibus, & aliis plurimis materiam tangentibus delegationis (vulgò *Libranca acetada*)
32 quod ante actualem exactionem, periculum sit delegantis, etiamsi ei fateatur creditor tempore acceptæ delegationis se recepisse pecuniam, quia videtur sub spe futuræ delegationis. Vide Castillum *tom.* 5. *cap.* 77. *per totum.* Antonin. Amat. *variar. resolut.* 47. *per totam*, & vide *resolut.* 50. *per leg. Litterarum*, *C. de solutionibus*, cujus materiam latissimè exornant prædicti Doctores.

Pro qua doctrina pondero celebrem text. *in leg. insulam.* 14. *ff. qui potiores in pignore habeantur.* Ubi sic Paulus I. C. scribit. *Insulam tibi vendidi, & dixi prioris anni pensionem mihi, sequentem tibi accessuram, pignoraque ab inquilino datorum illius utrumque consequuturum: Nerva Proculus nisi ad utramque pensionem pignora sufficerent, jus omnium pignorum primum ad me pertinere, quia, nihil apertum dictum esset, an communiter ex omnibus pignoribus summa pro rata serventur, si quid superesset, ad te: Pauli dicti quæstio est, sed verius illi esse ad actionem ut primam quamque pensionem pignorum causa sequantur.* In quo textu cum tractaretur de insufficientia pignorum, hoc est pensionum inquilini, nihil tamen agatur de re principali (cujus reditus, & pensiones consignantur) quod sit hypotheca subjecta, nec quod secundus ad eam, tanquam ad hypothecam habere possit regressum; quem textum late extrnat Solis *de censibus tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 5. *nu.* 2. *& seqq.* ubi intelligit hunc textum, & bene, quando creditor non cessit jus principale redditus, sed annuas ejus pensiones pluribus creditoribus pro futuris annis alternatim, priorum annorum pensiones unius, & sequentium aliis.

33 Et quod per cessionem nullum jus adquiratur præter jus personale tantum, probat textus *in l. penultimam*, & ibi Baldus *C. de hæreditate vel actione vendita*, *l. Lucius* 18. *§. instituto ff. de legatis* 2. Bertazola *de clauf.* 49. *gloss.* 4. *num.* 3. Hieronym. de Leon. *decis.* 70. *num.* 10. *&* 11. Qui plures decisiones Senatus Valentiæ cumulat, Alphonsus Guzman *de evictionibus. cap.* 35. *num.* 66. & videndus omnino Leo *d. decis.* 70. *per totam.* qui expressè loquitur in cessione, & consignatione annui redditus, & pensionis per arrendatarios solvendæ, ut consignatario tantum actio personalis adquiratur.

Quod procedit, nisi aliter expressè in consignatione 34
pensionum res ipsa specialiter sit hypothecata, ad *l. si debitor.* 10. *& in l. fundum*, 16. *§. duo, ff. de pignoribus*, Solis ubi suprà *à num.* 1. & signanter *sub num.* 2 *vers. quo in loco Paulus*, vel nisi in fructibus, & redditibus, rei, vel nominis aliàs hypothecati consignatio fiat creditori, ut ex annuatim perceptis sibi satisfiat, & solvat, quia tunc regulatur hæc consignatio, juxta suæ hypothecæ anterioritatem. Ita in terminis per Rotæ decisiones, probat Cencius *de censibus quæst.* 98. *sub. n.* 45. *vers. secundo debet intelligi*, & per textum *in l.* 1. 2. *& fin. ff. de pignoratitia actione*, & videndum in proposito, *à num.* 42. *& seqq.* Leon. *in d. decis.* 70. *tom.* 1.

Sicut etiam, quando dicitur mutua mihi decem, 35
super introitibus, aut gabellis talis loci, & quando fit assignatio super gabellis, aut redditibus talis loci, quia tunc contrahitur obligatio & hypotheca super his gabellis, sic per dictionem *super* consignatis, latè post plurimos comprobat Gratianus *cap.* 256. *ex num.* 49. *usque ad num.* 55. quem vide, Card. Mant. post plures Rotæ decisiones *de tacit. & ambig. convent. lib.* 11. *tit.* 3. *n.* 9. Joan. Anton. Mangilli *in tract. de evictionib. q.* 101. *n.* 17. 18. *&* 20. & latissimè prosequitur Avendanus *de censibus cap.* 25. *à n.* 3. *& seqq.* ubi differentia inter consignationem *in fundo*, seu *de fundo*, vel *super fundo*, ut in illa actio sola personalis, in ista autem etiam hypotheca contrahatur, vide Cencium *de censibus*, *quæst.* 78. *per totam.* In tantum quod si hæc dictio, *super*, adjiciatur generaliter super bonis, erit contracta hypotheca generalis, si verò posita fuerit super certis bonis, intelligitur contracta hypotheca specialis, ut per Rotæ decisiones tenet Mantica, ubi proximè *n.* 10. Manguillius *d. quæst.* 101. *n.* 18.

Et de illo simili res hæc clara patebit, tantum distat 36
datio in solutum de præsenti, per quam statim extinguitur debitum, ex hactenus dictis & in principio hujus cap. & latissimè Cencius *de censibus quæst.* 107. *à num.* 13. *cum multis seqq.* à consignatione reddituum, de quibus, vel ex quibus solvatur creditor, (quia ex hac consignationis specie, non statim subsequitur liberatio, & extinctio debiti; sed conditionaliter, si 37
demum creditor exigat redditus consignatos, ex suprà adductis, & statim dicendis) quantum venditio de præsenti cum cessione seu traditione à venditione de futuro, atque promissione sola de præsenti, quia illa est perfecta venditio: hæc autem minimè (quousque sequatur venditio cum effectu) in quæ nullam jus reale hypothecarium, vel pignoratitium adquirit emens de futuro, adeo ut si alteri eandem rem Dominus vendat, ille eam avocare non potest, quia solum contra promittentem habet jus personale quod tertium non sequitur; quam plurimos referens sequitur Hermosilla *tom.* 2. *ad legem* 10. *tit.* 5. *part.* 5. *gloss.* 1. *ex. n.* 4. *cum seqq. fol.* 60. *à tergo*; Castillo *lib.* 4. *cap.* 67. *n.* 48. Fontanella *de pactis*, *claus.* 4. *part. ex n.* 20. ideoque expressa hypotheca requiritur in promissione super ipsa re, ut à tertio possit avocari, ut latiùs videre est per Gurbam *decis.* 79. *num.* 31. plurimos refert Hermosilla *ad l.* 50. *tit.* 5. *part. tom.* 2. *ex num.* 32. *cum seqq. fol.* 228. melius Hermosilla ipse ubi proximè *d. l.* 10. *n.* 7. post Boer. Roland. à Valle. Felicianum de Solis. Hieron. Laurent. Cancer. & alios.

Ergo eodem modo in ista consignatione fructuum, 38
& reddituum, cum sit solutio de futuro, tacita hypotheca inducta non intelligitur. Et adhuc non

vera,

vera, sed ficta solutio est. Surdus *in cons.* 436. *nu.* 10. & 11. *lib.* 3. Castillo *controversiar. tom.* 4. *cap.* 61. *nu.* 88. *ad finem.* Maximè quia tacita hypo- 39
theca non inducitur, nisi à lege expresè sit concessa, infinitos penè Doctores ad id refert Castillo *tom.* 4. *cap.* 61. *ex nu.* 60. *cum seqq. quia* glossæ, & doctores non illam habent auctoritatem inducendi tacitam hypothecam, ut tradit Glossa *in l.* 2. *verb. privilegio ff. de privilegiis creditor.* Ripa *in l.* 4. §. 1. *nu.* 9. *ff. eod.* Surdus *decis.* 30. *nu.* 9. & *decis.* 171. *nu.* 10. Vivius *decis.* 451. *nu.* 6. Mantica *de tacitis & ambig. lib* 11. *tit.* 12. Grivellus *decis. Dolana* 27. *nu.* 12. & 13. Gaito *de credit. cap.* 4. *quæsit.* 5. *nu.* 52. & *seqq.* latissimè Noguerol. *allegatione* 1. *ex nu.* 2. *cum seqq.* Hac autem consignationis specie hypotheca tacita nullibi reperitur expressa, idcircò ei attribuenda non est, nec nobis data facultas absque legis authoritate, nisi vel expresè à partibus vel tacitè (juxta terminos paulò ante scriptos) inducta intelligatur.

Et tantum abest, quod iste creditor ex consigna- 40
tione novum aliquod jus consequatur, quin potius respectu debitoris consignantis sibi diminuatur quod habebat, cum ex puro efficiatur conditionale creditum suum, quia quousq; faciat excussionem in bonis aut in nominibus debitoris sibi consignatis, non habent regressum contra debitorem consignantem, quia non tenetur nisi in quantum minus creditor ex consignatione jam excussa consequutus fuerit, ex textu *in l. si mandavero* §. *interdum ff. mandati*, probant Ozascus *decis.* 62. Becius *cons.* 105. Surdus *cons.* 22. *nu.* 11. Cancer. *variar. resol. lib.* 2. *cap.* 6. *de solutionib. nu.* 168. plenè Fontanella *de pactis, tom.* 1. *clausul.* 4. *tom.* 1. *gloss.* 9. *part.* 5. *à nu.* 31. *cum multis seq.* ubi abundè probat, quod istè creditor ex consignatione sibi facta ex puro efficitur conditionalis, quia ante excussionem non potest iterum à debitore consignante suum creditum petere: probat etiam post alios Rodriguez *de annuis redditibus lib.* 2. *quæst.* 17. *nu.* 33. Guzman. *de evictionibus cap.* 35. *à nu.* 6. & *seqq.* ubi etiam quod efficitur creditor conditionalis, *à nu.* 89. & latissimè *à nu.* 62.

His suppositis, quoad nostrum judicium con- 41
cursus plura, & valde utilia investiganda sunt, primum an iste creditor consignatarius cogatur ad concursum pendentem inter creditores trahere, & conferre redditus, & bona sibi à debitore consignata anteriori, vel anterioribus creditoribus instantibus.

Secundum, an consignatarius cæteris præferatur in bonis, & juribus consignatis saltim.

Tertium, an conferre teneatur in concursum non solum reditus, & fructus nondum perceptos, & exactos, sed etiam perceptos, & annuis antecedentibus exactos jam.

Quoad primum illud firmiter asservandum est, quod 42
iste consignatarius tenetur conferre, & ad concursum pendentem trahere jura, reditus, & bona quælibet sibi à debitore consignata, à qua collatione nulla arte se poterit excusare, probat in terminis Guzman. *de evictionibus. cap.* 35. *à num.* 113. *cum multis seqq.* ubi agit de consignatione facta per Episcopum suo creditori, in quem cessit, & mandavit omnia jura sua utilia & directa absque ulla reservatione, ut tribus annis sequentibus creditor exigat suum creditum ex fructibus decimalibus, & à conductoribus eorum; quam quæstionem latissimè ipse Guzman examinans pro utraque *in num.* 123. concludit, istum creditum consignararium cogendum trahere judicium concursus pendens inter creditores, & istis instantibus consignationem hanc & *num.* 123. & tenent Alexand. *in cons.* 17. *lib.* 1. & *cons.* 15. *lib.* 6. Tuschus *lib.* 2. *lit. C. concl.* 183. *num.* 31. Ozascus *decis.* 62. *num.* 17. Cartarius *decis.* 19. Giurba *decis.* 104. *num.* 5.

Quia cùm in hoc judicio tractatur de prælatione inter creditores, debitor sive cedendo sive hypothecando, sive vendendo, aut in solutum creditori dando, aut aliter trahendo, & alienando priorum juri quæsito nihil detrahere potest, sed semper eorum jus intactum, & illæsum manet ad eadem bona, & jura alienata contra quoslibet persequendam. *l. debitorem nec venditorem, nec donantem*, &c. *posse deteriorem facere conditionem creditoris, certissimum est*, &c. *C. de pignoribus. l. distractis & authentica, hoc ita. C. eod. textus etiam in l. qui solidam.* §. *ultimo. ff. de legatis.* 2. *l. si prior* §. *fin. ff. qui potiores l. debito. C. de pignoribus. l. sicut* §. *non videtur ff. quibus mod. pign. vel hypoth. solvitur. l. pignoribus. C. de pignor. l.* 1. *c. debitorem venditionem pignor. impedire non posse.* Guzman *de actionibus quæst.* 34. *n.* 45. & 49. latè Fontanella *de pactis, claus.* 5. *glossa.* 8. *p.* 7. *n.* 19. & *à n.* 57. *tom.* 2. de Solis *tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 2. *à n.* 14. Giurba *decis.* 24. *n.* 4. & *decis.* 61. *n.* 21. & *decis.* 104. *n.* 5. & plurimi alii infra adducti. 2. *p. cap.* 12. *ex n.* 17. *cum multis seqq. vers. sed adhuc illis* & 3. *p. c.* 13. *per totum.*

Res enim semper transit cum suo hypothecæ onere. 44
l. pignoris, ff. de pignoribus. l. si convenerit. §. *si fundus. ff. de pignoratitia actione. alienatio. l. aquæ ductus.* cum similibus *ff. de contrahenda emptione: l. si debitor. Cod. de distract. pignor. Cod. ex litteris de pignoribus.* plurimos congerit Doctores Giurba *decis.* 61. *n.* 3. & 4. & 45
ideo cum hi reditus consignati sint bona debitoris, in concursum conferri debent indistinctè, an sint hypothecati, an non; ut alibi latiùs diximus, & probavimus, præcipuè *in c. sequenti* & 3. *p. c.* 9.

Quoad secundum duo casus sunt distinguendi, unus 46
quando ipse consignatarius concurrit in eisdem bonis consignatis cum alio consignatario, cui eadem bona debitor iterum, & postea consignavit, & in hoc casu prior consignatarius præfertur secundo, quia cedens 47
sua jura non potest iterum illa alteri cedere. Baldus *cons.* 216. *num.* 4. *vol.* 2. Tuschus *lit. C. concl.* 183. *num.* 1. Bertazola, *de instrum. clausula* 29. *glossa* 2. *n.* 6. Guzman *de evictionibus. quæst.* 39. *à num.* 130. Giurbæ *decis.* 104. *à num.* 1. de Franchis. *decis.* 75. *n.* 1. *p.* 1. Solis *de censibus, tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 5. *à num.* 1. Grassis *de cessione juris.* §. 4. *vers. annotatio. num.* 7. Pedemontan. *decis.* 62. Cencius *de censibus quæst.* 68. *per totam.* Neguerol. *allegat.* 35. *num.* 5. Carleval *de judiciis tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 5. qui omnes prælationem concedunt primo cessionario, & Grassis *tit. de cessione juris.* §. 4. *num.* 7.

Maximè si directarum exercitio procurator in rem 48
suam primus creditor consignatarius constitutus sit cum clausula ponens eum in locum proprium. Jason. *in l. non quocumque.* §. *qui Caium, ff. de legatis.* 1. Angelus *in l. cum emptore ff. de pactis*, Thesaurus, *dec.* 402. Intrigol. *lib.* 3. *singulari* 86. *num.* 10. Bott. *cons.* 62. *nu.* 13. Anguissola *cons.* 60. & *cons.* 185. Riminald. Jun. *cons.* 451. *num.* 41. Surdus *cons.* 22. *num.* 36. Mantica *de contractib. lib.* 4. *tit.* 13. *num.* 4. Guzman ubi proximè & Giurba *d. decis.* 104. *à n.* 1. & *seqq.* qui idem affirmant, etiam si secundo cessio, & consig- 48
natio fiat ex causa necessaria, pro pretio nempe, ex causa dotis; vel alia non dissimili. Thesaurus *quæst. forens. lib.* 4. *quæst.* 12.

Ideo si res configna adhuc extat, quia nondum 50
secundo facta fuit solutio; prior creditor consignatarius præfertur posteriori. Bart. *in l.* 1. *C. de act. & obligat.* melius Baldus *in l. si delegatio. n.* 6. *C. de novatio.* Craveta *cons.* 127. *n.* 2. Ludovis. *commun. opin. tit. de cedente, & cessio. vers. declara tertio.* Intrigol. *lib.* 3. *singula.* 86. *n.* 13. & 14.

Secundus casus, quando iste consignatarius con- 51
currit cum aliis creditoribus, & tunc si iste se munierit hypotheca speciali, vel generali, attenditur temporis prioritas, & privilegium: ut qui prior sit tempore potior sit jure, *l. qui prior, & l. quoties, utriusque. ff. de reg. juris l. qui Balneum in princ. l. qui prior*

in

in prin. ff. qui potiores. in pignus habean. l. diſtractis. & l. ſeq. C. de pignoribus, & totis tit. *ff. & C. qui potior. in pignore hab. l. 27. & 29. tit. 13. p. 5.* quod vulgare eſt, & ſignanter de hoc conſignatorio, qui ſe munivit ſpeciali, vel generali hypotheca. Legendus Solis *de cenſib. lib. 3 c. 5. n. 2. tom. 2.*

52 Si tamen ſimpliciter contraxit, & conſignationem, atque ceſſionem recepit, cum nullam hypothecam in bonis conſignatis habeat, ſed facultatem ad exigendum creditum ſuum ex redditibus conſignatis, & nominibus debitum receperit, prout à principio *hujus*
53 *cap.* latius fuit probatum, tunc nullum dubium eſt priores creditores hypothecarios, ei in conſignatione præferendos, etiam ſi in ſolutum nomina debitorum, & reditus dati ſint, & eum delegatione, mandato in rem ſuam ſemper etiam præfertur creditor hypothecarius, etiamſi conſignatarius obtinuerit ſententiam contra debitorem, ſibi ceſſum, & conſignatum, adhuc ſemper creditores hypothecarii inſtantes pro ſuis creditis præferuntur in conſignatione, Alexand. *conſ. 17. vol. 1. & conſ. 15. vol. 6.* Carpanus *ad ſtat. Mediolanenſ. 447. num. 31. tom. 1.* Theſaurus *lit. C. concluſ. 183. n. 5. 8. 14. & 15. & concluſ. 123. n. 18.* Ozaſcus *deciſ. 62. n. 17.* Giurba *deciſ. 104. n. 5.* Guzman, *de evictionibus, quæſt. 35. num. 123. & 139.* ad finem, Cartarius *deciſ. 19.* ſingulare etiam conſilium Surdi 436. *n. 10. 11. & per totum, lib. 3.* & idem Surdus *conſ. 145. n. 6. & ex n. 28. lib. 3.* Garzia Maſtrillus *deciſ. 179.* Anton. Faber *conjecturar. lib. 12. cap. 6.* Caſtillo *controverſiar. tom. 4. cap. 61. à n. 88. & à n. 72. 73. & 74.* Giurba *iterum deciſ. 61. n. 9. 11. 21. & 22.*

54 Qui *in d. n. 21.* ita conſideravit, *in diſtractione, ſeu exactione nominis debitoris hypothecati creditori anterior poſteriorís executionem expedit: ſolutione namque tollitur obligatio; & ideo creditoris hypothecarii jus fit deterius, ſi ab anteriori creditore impediri non poſſit executio, irreparabile namque eo in caſu eſſe tertii opponentis periculum, quod verum, nedum ſi nomen debiti ab ipſo debitore exigatur, ſed ſit à quovis alio, in quem jus nominis ceſſione, adjudicatione, aut aliter eſſet translatum, ad textum in leg. à Divo Pio §. ſed illud ff. de re judicata.* Alexand. *conſ. 17. num. 4. vol. 1. & communem dixit, conſ. 15. num. 4. & 5. vol. 6.* Thuſcus *tom. 5. lit. N. concluſion. 63. num. 57. & 8. & lit. T. concluſ. 86. num. 25.* Natta *conſ. 300. ſub num. 2.* poſt. Bald. Novell. ſequuntur Cartarius *deciſ. 19. num. 4.* Ambroſius *deciſ. Peruſina. 2. num. 42.* Suarez *receptar. ſentent. in verbo, creditor relatus lib. 7. commun. opin. tit. 33. de revocatione iis, quæ in fraudem creditor. num. 7.* Carpan. *de ſtatu Mediolanenſ. 116. num. 28. & cap. 447. num. 31. tom. 1.* dicit communem ex multis. Scaccia *de appellation. lib. 3. cap. 2. quæſt. 17. limitat. 6. membr. 4. num. 85.* Felinus *in cap. veniens, num. 9. de teſtibus, & in cap. cum ſuper n. 17.* de re judicata, Socinus *conſ. 258. col. penult. vol. 2.* Neguſantius *de pignorib. part. 2. membr. 3. n. 24.* Craveta *conſ. 109. n. 33.* Goffredus *conſ. 6. n. 17.* Ozaſcus *deciſ. 62. n. 17.* Trentacinq. *lib. 3. variar. tit. de ſolutionib. concl. 29. n. 4. & 8.*

55 Et quod creditor anterior hypothecarius poſſit avocare, & impedire conſignatario, cui debitum fuit datum in ſolutum, ſeu delegatum, ne exigat, latiſſimè, & utiliter plura congerens tractat, & defendit Noguerol. *allegat. 35. à principio*, contra Manentem *conſ. 18. lib. 1.* contrarium perperam ſectantem Caſtillo *controv. tom. 4. cap. 61. n. 81. & à n.*

56 Quibus & illud conſonat, quod ſi nomen debitoris à pluribus creditoribus ſequeſtretur authoritate judicis diverſis temporibus; prius ſequeſtrum non attenditur, nec præfertur ſecundo ſequeſtro facto per creditorem habentem priorem hypothecam in bonis debitoris, quia nullus actus poſterioris creditoris poteſt præjudicare priori, per *leg. creditor. ff. qui potior. in pign. hab.* Et cum Joannes Bolognet. *in conſ. 30. n. 7.* ita ſingulariter Cancer. *lib. 2. cap. 4. de ſequeſtr. n. 36. & n. 44.* quos ſequimur *in noſtris comment. de protect. Reg. 4 part. p. 7. n. 169.*

Quoad tertium principalem articulum, an creditor 57
conſignatarius teneatur in concurſum formatum à debitore communi conferre, & trahere non ſolum reditus, & fructus ſibi ad ſolutionem conſignatos nondum perceptos, & exactos, ſed etiam jam exactos, diſcutiamus. Quoad extantes, & nundum exactos nulli dubium eſt, eum conferre teneri, quia in eis præferun- 58
tur creditores hypothecarii anteriores, immo, & quilibet hypothecarius, etiam poſterior eidem nullam hypothecam habenti ex ſola conſignatione, ceſſione & mandato in rem propriam, aut etiam datione in ſolutum; ut hactenus probavimus *in antecedenti articulo à num. 46. verſ. quoad ſecundum duo caſus*, &c.

Quoniam quibuſlibet anterioribus creditoribus hypothecariis jus datur avocandi rem, & pecuniam in ſolutum datam, (ſi adhuc extat, & nondum ſit con- 59
ſumpta) creditori etiam hypothecario poſteriori, in quo omnes conveniunt, tam citati jam in præcedenti articulo, quàm mox citandi, quia ante exactionem 60
extare dicitur res, aut pecunia, etiam in ſolutum data, probant *ex leg. fin. §. ſi præfatam in verſ. ſi vero. Cod. de jure deliberandi leg. ſi ſecundum §. in vindication. ff. de pignoribus. leg. 1. ff. de diſtract. pignor.* Scatillus Pacificus *de Salviano, inſpect. 4. cap. 2. n. 88.* Gaſpar Antonius Theſaurus *quæſt. forenſ. capit. 16. per totum* Thomas Grammat. *q. 1. nu. 6. &c.* Menoch. *conſ. 25. n. 15. & 16. volum. 1.* Surdus, *conſ. 4. per totum.* Gutierrez *practicar. quæſt. 101.* Marcus Antonius Eurgen. *conſ. 9. n. 29.* Marcus Anton. *varia. reſolut. lib. 2. reſolut. 60. caſ. 15.* Flores de Mena *quæſt. 6. §. 2. per totum*, & quamplurimi citati à Fontanella *de pactis, clauſ. gloſſ. 8. p. 6. num. 18. cum multis ſeqq.*

Pecunia primo dicitur extare, quando ſoluta poſte- 61
riori creditori inventa fuit in ejus arca in ſacculo poſita, cum cedula continente nomen debitoris qui eam ſolverat. Alexand. Ambroſius *deciſ. vol. 2.* Fontanella, ubi proximè *n. 57.* Secundo fingitur extare pecunia, quando in creditore adeſt mala fides in receptione, & con- 62
ſumptione, puta quando creditor ſciebat alios adeſſe creditores potiores, & priores ſe, & nihilominus procuravit exigere pecuniam à debitore, dicitur in mala fide; etiamſi conſumpſiſſet, haberet locum repetitio, & avocatio, quaſi dolo deſierit poſſidere *ex leg. ſi fundus, §. in vendicatione, ff. de pignoribus. melior. text. in leg. differre §. fin. de jure fiſci.* Ludovicus *deciſ. Peruſ. 45. n. 20.* Theſaurus *quæſt. forenſ. 16. n. 13 in 2. p.* Surdus *conſ. 4. n. 45.* Carrocius *deciſ. 109. nu. 49.* & plurimi alii per Gaitum *de credito. 4. part. quæſit. 11. ex n. 13. 19. cum multis ſeqq.*

Item in tertio, mala fide ſoluto dicitur exacta, & 63
conſideratur extans pecunia ad effectum avocationis, quando ab alio anteriori creditore fuit exigens denunciatus, & interpellatus ne exigat in ſui præjudicium, quia hæc denunciato conſtituit in mala fide nunciatum creditorem. Coſta *de remediis ſubſidiariis, remed. 37. illation. 2. n. 6.* Fontanella *de pactis clauſul. 5. gloſſ. 8. part. 8. n. 26.* Gaſpar Antonius *quæſt. forenſ. 16. n. 13. in 2. part.* qui duo, & benè intelligunt verum eſſe quando creditor denuncians fidem fecit denunciato, de ſuo jure, & creditor, aliàs denunciatus credere denuncianti non tenetur. Idem affirmat poſt alios Alphonſus Guzman. *de evictionib. cap. 35. à n. 138. & plenius à n. 146.* ubi proſequitur requiſita ad validitatem denunciationi factæ per creditorem debitori vel cedenti, & creditoribus, ne ille aliis ſolvat, nec iſti exigant in ſui præjudicium.

Quartò etiam fingitur pecunia conſumpta ſtare, & 64
fide mala exacta per poſteriorem creditorem à debitore, qui jam concurſum formavit inter creditores

(cum

(cum jam facultate, & poteſtate bona diſtribuendi careat, & ſic exutus / vel aliter inter ipſos lis erat ſuper exactione pendens, qui nihilominus poſſeſſor procuravit ſibi prius fieri ſolutionem; in mala fide eſſe dicitur, atque ideo ab eo avocanda erit per priorem hypothecariam: Urſillus ad Afflictum *deciſ.* 190. *num.* 5. *& ſeq.* Gutierrez *practic. lib.* 3. *quæſt.* 10. *nu.* 6. *& nu.* 11. Barboſa 6. *p. l.* 1. *ff. ſolut. matrim. nu.* 22. Fachineus *controverſ. lib.* 12. *cap.* 53. *verſ. iſtis non obſtantibus.* Carocius *deciſ.* 109. *ex n.* 23. Matienzo *in l.* 7. *tit.* 16. *lib.* 5. *gloſſa* 5. *à n.* 15. Alpharus *de officio fiſcali. gloſſa* 16. *privilegio* 40. Schifos Genſeles ad Ant. Fabrum *lib.* 1. *tractat.* 8. *quæſt* 5. *per totam.* Florez de Mena *quæſt.* 6. §. 1. *n.* 2. 3. 4. *&* 5. Ceſtillo *controverſiar. tom.* 4. *cap.* 61. *nu.* 69. plures per Gaitum *de credito cap* 4. *quæſito* 11. *ex nu.* 1319. *cum ſeqq. & ex n.* 1325. Coſta *ubi ſupra nu.* 5. eleganter proſequitur Pacificus *deſalvi. interdicto, inſpectio.* 3. *cap.* 2. *nu.* 100. ubi ſignanter allegat Rotæ *deciſionem,*
65 *quæ poſt ejus tractat. eſt in ordine* 29. *n.* 40. *&* 5. qua dicitur, quod quando tempore ſolutionis particularis par fuit omnium creditorum diligentia, ſi nihilominus poſterior fuit à debitore gratificatus: per anteriores avocatur ſolutio, etiam conſumpta pecunia commixta, & non extante. Sequitur Fontanella *de pactis clauſ.* 5. *gloſſa* 8. *p.* 8. *n.* 28. *& ſeqq.* Theſaurus *quæſt. forenſ.* 16. *nu.* 14. Surdus omnino videndus *conſ.* 4. *n.* 11. *tom.* 1. Larata *conſ.* 64. *per totum.*

66 Et quando adeſt concurſus creditorum ad bona debitoris communis, creditor gradus inferioris non poteſt prævenire exactionem in præjudicium creditorum anteriorum, propter malam fidem in exigendo, fraudemque, & dolum præſumptum, ita ut priores creditores pecuniam ſic exactam poſſint liberè ab eo avocare, optimè probat Larata *conſ.* 46. *per totum*, ubi dicit, quod ſi poſt graduationem factam inter creditores concurrentes creditor poſterioris gradus diligens fuerit in exigendo, etiamſi pecuniam cumſumpſiſſet, debet eam refundere in corpus concurſus pro ſatisfactione anteriorum creditorum, cum ei obſtet mala fides proveniens ex ſententia graduationis & etiam colluſio, quæ præſumitur ex actione, & receptione extra gradum ſuum. Laratam refert, & ſequitur Novarius *quæſt. forenſ.* 1. *p. quæſt.* 139. *in fin. per totum*, maximè *ex n.* 16. ſequitur etiam Noguerol. *allegat.* 7. *n.* 11. *& ſeqq.*

67 Item, & quinto pecuniam dicitur extare quando ſolutio fuit facta procuratori, qui nomine creditoris recipit, & adhuc penes ſe habet, necdum reddit ſuo principali. Surdus *conſ.* 4. *nu.* 58. Gutierrez *practicar. quæſt.* 100. *n.* 13. Fontanella *ubi proximè n.* 32.

68 Sextò dicitur extare pecuniam ſolutam, ex eo ſolo, quod tempore ſolutionis, vel quandocumque creditor recipiens promiſit, eam reſtituere in caſu, quo aliter creditor prout appareat, & pro ea inſtaret, probant Fontanella *loco citato n.* 36. *fol.* 153. & poſt multos Theſaurus *lib.* 3. *qu. forenſ. quæſt.* 16. *ex n.* 7. quem refert ad id Caſtillo *controverſ. tom.* 3. *cap.* 78. *verſ. quartum caſum eſſe*, ſequuti Theſaurus, *& fol.* 133. *col.* 4. Marius Ant. Marceratenſ. *variar. reſolut. lib.* 2. *reſol.* 60. *caſu* 25. *in fine* Coſta *de remediis ſubſidiariis remed.* 37. *illatio.* 2. *n.* 2. *in fin.* Pacificus *de ſalv. interdicto, inſpectio.* 3. *c.* 2. 96.

69 Item quando promiſit pecuniam habere penes ſe in depoſito, reſtituendam anteriori, vel mandato judicis; fingitur penes ipſum debitorem, & in ejus bonis adhuc ſtare. *l. ex facto, ff. de peculio, l.* 1. *ff. de uſufructu earum rerum quæ uſu conſumuntur.* Salicetus *in l. pecunia. n.* 3. *C. de privilegiis fiſci.* Franchis *deciſ.* 75. *nu.* 9. *deciſ.* 635. *n.* 3. Rota per Farinacium *deciſ.* 48 *n.* 5. *tom.* 1. *in poſthum.* Caſtillo *tom.* 4. *cap.* 61. *n.* 74. Noguerol. *allegatione* 36. *n.* 23. *&* 24. Gaitus *de credito, quæſt.* 11. *n.* 1318. Novarius *quæſt. forenſ.* 1. *p. quæſt.* 139. *nu.* 16. qui etiam loquuntur quando Judex dediſſet pecunias
70 creditori cum iſta qualitate, ut illa haberet in depoſito, ut dicantur extare, & etiam ad ſolam promiſſionem recipientis, & ſine alia fidejuſſione, de quibus omnibus ampliſſimè agitur *infra* 2. *p. cap. per tot.* quo plurima utiliſſima ac ſcitu digniſſima congeſſimus.

Quæ doctrina extenditur etiam, ſi per creditorem 71
recipientem pecuniam, nequaquam ſit præſtita cautio, ſed tantum per Judicem eidem fuerit liberata, ſeu delegata pendente lite, donec aliter provideatur, ut ſingulariter probat Michaël Paſtor *in deciſ.* 206. *inſerta in* 2. *vol. deciſ.* Seſſe *nu.* 34. *cum multis ſeqq.* ſequitur Gaito *de credito cap.* 4. *quæſt.* 11. *nu.* 1317. *in fin.* qui 72
eod. n. multos Doctores refert dicentes, pecuniam extare dicit, quando creditori adjudicatur ſub cautione.

Septimò pecunia fingitur ſtare multò magis per fi- 73
dejuſſionem datam à creditore, eam recipiente, latiſſimè probant Fontanella *de pactis clauſula* 5. *gloſſa* 8. *p.* 8. *à num.* 33. *cum multis ſeqq.* videndus Franchis *deciſ.* 64. *& deciſ.* 755. *num.* 9. *& deciſ.* 200. *num.* 5. *& deciſ.* 714. *num.* 2. Ponte *de poteſtate proregis. tit. de aſſenſu Regis.* §. 9. *num* 16. *&* 17. Rota *diverſorum*, 370. *num.* 2 *p.* 3. *lib.* 3. Trentacinq. *lib.* 1. *tit. de jure fiſci. reſolut.* 7. *num.* 10. Henrigius *de fidejuſſoribus. cap.* 15. *num.* 127. Muſcatellus *de fidejuſſoribus* 1. *p. modo* 16. *n.* 3. *&* 4. Lenarius *conſ.* 56. *n.* 4. Montier. *deciſ.* 4. *n.* 18. Ludoviſ. *deciſ. Peruſina* 45. *n.* 20. Straca *de Mercatura tit. de decoctoribus. n.* 37. Urſil. ad Afflictum *deciſ.* 190. *ſub. num.* 5. Veralli *deciſ.* 150 *nu.* 1. *p.* 3. Giurba *deciſ.* 40. *num.* 40. Caſtillo *controverſiar. lib.* 5. *c.* 61. *num.* 74.

Et tandem unum attende, ut ſemper quod pecu- 74
nia, vel res data fuit in ſolutum uni ex creditoribus poſterioribus, vel jus, & nomen debitoris ceſſum, ſeu adjudicatum extat verè, fictè ſeu interpretativè, juxta ſeptem doctrinas hactenus deſcriptas, quilibet indiſtinctè anterior creditor hypothecarius poteſt illas avocare à poſteriore, in quo nemo dubitavit, ut ex tot Doctorum copia apparet, quibus adde Gaitum *de credito c.* 4. *quæſito* 11. *per totum*, qui omnes ferè doctrinas ſupradictas latè proſequitur, videndus.

Sed cum hac limitatione, ut is qui habet jus avocandi 75
à tertio, illud exercere non poteſt, niſi prius excuſſo principali debitore, quo reperto, non ſolvendo, tunc recurrit ad conſignatarium, vel ceſſionarium, 76
contra quem tanquam contra tertium agit via ordinaria, cum hoc remedium avocationis ſit ſubſidiarium, infinitos penè Doctores congerit & benè probat Fontanella *de pactis clauſul.* 5. *gloſſ.* 8. *part.* 8. *à nu.* 66. *cum ſeq.* & uberius per Caſtellum *controverſiar. cap.* 61. *à num.* 78. *& ſeq.* Videndi omnino pro latiori explicatione, & ſub *num.* 81. & idem affirmat Noguerol. *allegat* 7. *num.* 64. cum Gratiano tantum *deciſ.* 13. *num.* 14. *&* 15. Idem Caſtillus poſt alios *controverſ. tom.* 5. *cap.* 78. *verſ. Stephanus vero*, Gratianus *col.* 3. *ad medium.*

Sed difficultas, vel altercatio inter DD. maxima 77
eſt quando res vel pecunia non extat, ſed fuit bona fide conſumpta, & commixta: an omnes creditores hypothecarii anteriores indiſtinctè poſſint eam avocare etiamſi privilegiati non ſint: negarunt plures dicentes, quod diſpoſitio text. *in leg. pecunia, Cod. de privileg. fiſci*, procedit ſpeciali fiſci privilegio, atque ita 78
illi hypothecarii creditores, qui hypothecam non habent cum privilegio prælationis, non poſſunt avocare pecuniam conſumptam vel jam commixtam, & non extantem aut rem datam in ſolutum poſteriori creditori bona fide conſumptam, quem tuentur ex variis juris fundamentis. Joſeph de Seſſ. *deciſ.* 206. *part.* 2. *per totam.* Marius Mutta *deciſ.* 28. *num.* 16. Grammaticus *quæſt.* 1. Capicius *deciſ.* 78. *tota.* Surdus *conſ.* 528. *à n.* 16. 29. *&* 30. Eandem etiam tenet Giurba 79
deciſ. 61. *nu.* 21. poſt multos Doctores, quos allegat,

dum

dum dicens quod creditor hypothecarius anterior potest impedire creditori cessionario exactionem nominis cessi, quia post exactionem factam periclitatur suum creditum, supponit esse non privilegiatum, qui ante exactionem potest agere, prout eundem suprà retulimus *n.* 54. *vers. qui in d. n.* 1. Sylva *respons. lib.* 2. *resp.* 16. *cap.* 3, *à n.* 20. *cum seq.* Parladorus sequutus Covarr. Gregorium Lopez, & alios *lib.* 2. *rerum quotidian. cap. fin.* 5. *part.* 3. *num.* 45. & 46. Parisius, Bossius, Grammatic. Joseph Ludovis. Phanutius Covar. *practicar. quæst.* 29. & alii quos refert, (sed non sequitur Barbosa *in* 6. *par. leg.* 1. *n.* 20. *ff. soluto matr.*) Gutierrez *lib.* 3. *quæst.* 101. *ex num.* 5. *usque ad* 11. Trentacinq. *variar. lib.* 1. *tit. de jure fisci resolut.* 7. *num.* 10. Menochius *cons.* 25 *n.*2. & 10. *lib.* 1. Cevallos *quæst.* 75. *part.* 3. Flores Diaz de Mena *variar. lib.* 1. *quæst.* 6. §. 9. Afflictis *decis.* 109. *num.* 6. & 7. Cartar. *decis.* 109. *num.* 6. Marcus Antonius Eugenius *cons.* 89. *n.* 9. & cum Bossio Gaillo, & Peregrino, Aloys. I. eo Rolando, Carroccio, Emmanuel à Costa, Mario Anton. Ambrosino. Hieronym. Laurent. Joan. Baptista Costa, Seraphino, Francis. à Ponte, Georgio Marescoto Molfer. Bapt. Thoro, Riccio, Grassis, Scaccia, Patre Molina, Gratiano, Pirro, Mari. Antonin. & innumerabilibus aliis Doctoribus defendit Joan. Dominic. Gaito, *de credito cap.* 4. *quæst.* 11. *per totum. ex num.* 1296. & novissimè cum Fontanella, Thesauro, & aliis sequitur Virgilius *de legitim. pers. cap.* 12. *num.* 26. quam opinionem nervosè defendunt Thesaurus *quæst. forens.* 16. *à num.* 8. Fontanella *de pactis clausul.* 5. *gloss.* 3. *part.* 7. *à num.* 58. *cum multis seq.* videndus *à. n.* 64. qui duo ultimi eleganter, & latissimè materiam tractant, & plurimos alios allegant.

80 Verùm contrariam omnino sententiam videlicet quod creditor prior solam hypothecam absque prælationis privilegio, sive specialem, sive generalem habens, condicere, & avocare possit pecuniam posteriori creditori solutam, & bona fide ab eo consumptam, apertè tenuerunt, & defendunt inter alios Benvenut. Straca. *de decoctoribus ultima particula. tit. qui potiores in bonis decoctoris habentur à n.* 31. *& seq.* Joan Cephalus *cons.* 88. *n.* 7. & 8. *l.* 1. Velasque de Avendaño *in leg.* 31. *tauri glossa. num.* 8. Joan. Matienzo *in l.* 7. *tit.* 16. *gloss.* 5. *num.* 16. Gomez de Leon *in respons.* 36. *num.* 1. & in puncto juris veriorem agnoscit illam opinionem, Peregrinus *de jure fisci lib.* 6. *tit.* 6. *num.* 8. & Cartar. *decis.* 19. Martha *decis.* 42. *num.* 4. Monticulus *in tract. de inventario super* §. *& si præfatam leg. fin. cap. de jure deliberandi, ver. posteriore*, & nervosè tuetur hanc opinionem Felicianus de Solis *de censibus lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 17. Ursillus *in additionibus ad Afflictum, decis.* 190. *num.* 6. & 7. Barbosa *in* 6. *part. leg.* 1. *ff. soluto matrim. num.* 23. 24. & 25 *& sub num.* 20. Aloysius de Leo. *in repetitioned. leg. pecunia num.* 3. Surdus *in cons.* 4. *num.* 25. & 49. Fachineus *controvers. juris lib.* 12. *cap.* 53. qui hanc communionem vocat, constantissimè etiam & ingeniosè defendit Schifor ad Antonium Fabrum *lib.* 1. *tract.* 8. *q.* 7. *per totam, ex fol.* 61. latissimè, & constanter defendit multis juris fundamentis, & omnibus contrariis, respondens Castellus *controvers. tom.* 4. *cap.* 61. *à num.* 83. *cum multis seq.* pro qua solida illa ratio urget, quia privilegium hypothecæ solùm prodest ad prælationem, non ad alium juris effectum efficacius est: sed qui hanc sententiam tuentur, supponunt in creditore eam simplici hypotheca, hanc eandem prælationem creditori, à quo avocatur res in solutum data, etiam bona fide consumpta, & non stantes immò difficultates, quæ huic sententiæ opponuntur, privilegium hypothecæ nullatenus infringunt, sed eodem modo urgent privilegio stante, sicut eo deficiente. Sicque Doctores superius citati pro contraria opinione vel tollant, & negent totaliter & absolutè avocandi jus à privilegiato hypothecario: (ultra fiscum habentem jus clarum *ex d. leg. pecunia*) vel fateantur cuilibet creditori hypothecario anteriori, etiam non privilegiato jus conducendi, & avocandi pecuniam bona fide consumptam, & non stantem posteriori traditam.

Quid dicendum in hac Doctorum varietate, hanc 82
secundam opinionem juris rigore veram, priorem autem æquiorem, multo magis communem, & multorum Hispanorum, & exteriorum Tribunalium praxi, & usu receptiorem & libentius amplexam, prout Doctores in ea citati affirmant, itaque ab ea non recedam, quia æquitati, & reipublicæ quieti nititur, & consulit, ut scilicet non nisi fiscus, & hypothecarii privilegium habentes valeant pecuniam solutam, & 83
rem cessam, vel in solutum datam consumptam bona fide avocare: cæteri verò hypothecarii privilegio carente nullatenus, nisi in duobus casibus, quando res extet verè vel fictè juxta regulas superius scriptas, aut quando cum mala fide solutio exacta fuit, aut ma- 74
la fide consumpta, prout affirmant Doctores omnes tum prioris opinionis negativæ quàm hujus secundæ affirmativæ, in quo omnes conveniunt, quos omnes consule pro latiore hujus materiæ cognitione.

Quales autem sint creditores hypothecarii cum 85
privilegio copiosè singulas enumerat Florez Diaz de Mena *practicar. lib.* 1. *cap.* 6. §. 3. *d. n* 9. *cum multis seqq.* ubi etiam de prælatione inter ipsos, & hypothecarios tacitè, vel expressè anteriores, vel posteriores, & Solis *de censibus tom.* 1. *cap.* 5. *per totum* amplissimè Gaito *de credito. cap.* 4. *quæsito & per totam append. compositum post idem cap.* 4.

Sed quid dicendum, quando debitore carcerato, 86
vel carcerando ad instantiam unius creditoris pro ejus relaxatione, & liberatione amicus quidam solvit, vel deponit pecuniam, an cæteri creditores anteriores hypothecarii possunt eam avocare & in illis præferri, videndus erit Thesaurus *quæst. forens. lib.* 2. *quæst.* 16. *n.* 5. *& seqq.* latissimè plures casus distinguens. Videndus Gaitus *de credito cap* 4. *quæsito* 11. *ex n.* 1330. *cum multis seqq. pag.* 390. *& seqq.* quo consule, & referens Thesaurum aliud sensit Castillo *tom. c.* 78. *vers. sextum casum esse inquit*, &c.

Igitur ex hactenus satis comprobatis illud resolu- 87
tivè tenendum erit, ut semper quod creditor solutionem recepit à debitore communi, & per cæteros creditores, aut creditorem potest avocari concursus judicio formato, & pendente, semper credito ille cogendus erit, ut pecuniam aut rem debitoris in solutum receptam conferat in concursum & cum cæteris bonis concursus incorporetur, & postmodum juxta graduationis sententiam inter omnes creditores distribuatur juxta supra dicta, & est textus formalis *in* 88
l. 9. *tit.* 15. *p.* 5. *in* 2. *p.* cujus verba sunt: *ama alas regardas el que es deudor de muchos mas el por de uno que de los otros. E por en de ecace que ante juez hastan entrega de los bienes del que paga su debdo, a aquel a quien bien queria e tal raçon como esta decimo, que maguer los otros vienis que fincan no cumplan à pagar las debdas de los otros que no le pueden apremiar, que torne aquello que recivio en paga, de mano de su deudor. El mismo seria si la paga fuesse otro si antes que desamparasse los bienes.* Quando, & quomodo hoc procedat 89
latius diximus, *hac* 1. *p. cap.* 16. *ex num.* 1. & 3. *& à nu.* 9. sequitur, & facit ipsa lex 9. *mas si la paga se ficiesse despues que fuesse fecha la entrega, o que desamparasse sus bienes, quierlo ficiesse de su voluntad, quier por premiar del juzgador, enonce bien la podria mandar los otros debdores* (hoc est creditores) *al que la obiesse recivido, e debe ser tornada, e ajuntada con los otros bienes, que desamparo, e otros i debenlo repartir todo entre los debdores en la manera que diximos* scilicet in *l. ejusdem tituli.*

Et tandem pro complemento hujus cap. illud ani- 89
madver-

madvertandum, quòd ſi poſſeſſor majoratus ſuo creditori gratia ſolutionis conſignet fructus, redditus, aut proventus ipſius majoratus, poſſeſſore decedente, extinguitur conſignatio, licet duret pro rata fructuum ſpectantium ad hæredes poſſeſſoris defuncti, idem in quolibet beneficio Eccleſiaſtico, ita noſtris terminis probat Fontanella *deciſ.* 167. *per totam* maximè *à num.* 8. & *ſeqq.& deciſ.* 166. *per totam.* ex Roſenthal. *de feudis. cap.* 9. *nu.* 19. Molina *de primogen. lib.* 1. *cap.* 21. *an.* 25. & 26. tenent Petra, *de fideicommiſſ. quæſt.* 8. *num.* 103. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 40. *num.* 117. Fuſarius *de ſubſtitut. quæſt.* 525. *à n.* 6. *& ipſe q.* 527. *num.* 5. Molina *lib.* 4. *cap.* 11. *nu.* 13. quia reſoluto jure dantis reſolvitur jus accipientis *l. lex vectigali, de pignor.* adeo ut ſi anti-
90 cipatas ſolutiones conſignatarius recipit, reddere tenetur, quas percipere non potuit in præjudicium ſucceſſoris majoratus, vel beneficii. Surdus *deciſ.* 326. *n.* 78. & 79. Amato *variar. reſolut.* 29. *num.* 5. Molina *d. cap.* 21. *n.*
91 10. & ibidem Additio ad Molina *ſub. n.* 1. & facit Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *de reformatione cap.* 11. ubi Aug. Barboſa *n.* 2. & 3. & vide *ſuprà n.* 24. *& ſeqq.*.

92 Sicuti nec bona dare in feudum, aut emphyteuſim ſub conditione, quando vacaverit, ſi vacario in vita ſua contingit, ſed ſucceſſoris in cujus præjudicium conceſſio non valet. Corbulus *de jure emphyteut. c.* 14. *n.* 4. *ampliatione* 6. Caldas Pereira *de extinct. c.* 15. *n.* 43. *lib.* 4. Mareſcotus *variar. lib.* 5. *c.* 39. *per totum.*

93 Sicuti nec in collatione feudi, aut officiorum poteſt ſupplantare ſucceſſorem, nec poſſeſſor poteſt illa conferre ante vacationem in vita ſua, nec promittere ſub conditione, quando vacabunt, ſi vacent tempore ſucceſſoris, Maſtrillus *de Magiſtratibus c.* 16. *nu.* 22. *cum ſeq. & lib.* 1. *c.* 25. *per totum.* Gamma *deciſ.* 353. Cabedo 2. *p. deciſ.* 21. *à n.* 3. *& ſeqq.* Gonzalez *de alienat. gloſſa* 5. 11. *n.* 22. Molina *de primogen. lib.* 2. *cap.* 25. Mieres 4. *p. quæſt.* 10. *num.* 4. Surdus *deciſ.* 326. *à n.* 80. & 87. de Franchis *deciſ.* 393. Pereira *de renovatio. q.* 5 *n.* 4. Gratian. *diſceptatio.* 167. *à princip.* Anton. Gabriel. *titul. de jure quæſito, concluſ.* 5. *à n.* 14. *& ſeqq.* Giurba *conſ.* 65. *à num.* 4. Joſeph. Ludoviſ. *deciſ. Lucenſ.* 68. *per totam.* & eſt textus expreſſus *in prælato. cap.* 1. *qui ſucceſſores teneantur, in uſib. feud.* apud quos plurima utiliſſima percipies legendo. Franchis *deciſ.* 407. *n.* 5.

CAPUT XI.

Is, cui jus rationis in re debitoris competit, an eandem ſeparare volens à concurſu, ac adminiſtratione audiatur, ita ut cæteris creditoribus, etiam hypothecariis præferatur.

Et quid ſi titulo venditionis, donationis, aut in ſolutum tertius poſſideat.

Vel etiam quando res aliena in bonis debitoris reperta, & dominus vendicet, an interim retinenda in concurſu, aut quando reſtituenda Domino vincenti.

Et an Dominus ad eam vendicandam cogatur judicium adire concurſus.

SUMMARIUM.

1 *Tertius, qui debitoris rem habet in pignus aut conſignationis jure vt in depoſitum, non poteſt eam retinere, ſed potius concurſum conferre.*

2 *Creditor in judiciis particularibus pignus retinet pro ſecuritate ſui crediti, nec tenetur demittere poſterioribus creditoribus.*

3 *In univerſali judicio concurſus omnia debitoris bona penes adminiſtratorem deponenda ſunt, ut unicuique juxta gradus prærogativam ſolvatur.*

4 *Bona in concurſu collata præſervata manent cum ſua cauſa, ut unicuique juxta qualitatem crediti conferat.*

5 *Pignorata res cum ſua qualitate concurſum ingreditur.*

6 *Rem pignoratam tenetur creditor exigere ad effectum conferendi etiam in concurſum, ut ſibi, & aliis ex ea ſatisfiat. n.* 7. & 9.
Expenditur textus in l. a D. Pio §. quod ſi res, D. de re judicata. ibid.

8 *Vidua tenutam habens in bonis mariti, tenetur ea exhibere, ut ſibi, & aliis creditoribus juxta gradus prærogativam ſatisfiat.*

9 *Debitori permittitur pignus vendere, ut ex eo creditoribus ſatisfiat, nec id creditor retinens illis venditionem poteſt impedire.*

10 *Expenduntur ad id doctrinæ Bartoli, & Fontanellæ.*
Creditor pignus habens nullum damnum patitur ex venditione; cùm ad ejus ſatisfactionem ordinetur. ibid.

12 *Uxor cui bona viri ad inopiam vergentis tradita ſunt, ipſa ſatisfacta tenetur reſiduum creditoribus dimittere.*

13 *Expenduntur Giurbæ & aliorum deciſiones.*

14 *Creditor rem debitoris jure, & comtemplatione creditoris retinens, tenetur eam in concurſum conferre.*

15 *Pignorata bona penes creditorem retenta, remanent adhuc in dominio debitoris.*

16 *Creditor rem pignoratam poſſidens, non ſui, ſed nomine pignorantis poſſidet.*

17 *Creditorem nullum dominium, nec poſſeſſionem in re pignorata, ſed nudam tantum habere detentionem conſtat. n.* 17.
Creditor anterior in re pluribus hypothecata præfertur poſteriori, cui res fuit tradita. ibid.
Annotatur Gaitus miſerè lapſus contrarium firmans, ibidem.

18 *Depoſitarius tenetur rem depoſitam in concurſum conferre.*

19 *Depoſitarius in re depoſita non habet dominium, nec poſſeſſionem, ſed nudam detentionem.*

20 *Depoſita res in dominio, & poſſeſſione debitoris ſemper manet.*

21 *Expenditur textus in leg. depoſui* 39. *D. de peculio.*

22 *&* 26 *Sequeſter ſequeſtratam rem tenetur in concurſum conferre ad petitionem creditorum.*

23 *Sequeſtratæ rei poſſeſſio licet in ſequeſtrum tranſeat, dominium illius remanet penes debitorem.*

24 *Executio pendens coram judice ſequeſtrante ad judicium concurſus eſt trahenda, ut per ſententiam graduationis, cui debetur, tradatur.*

25 *Sequeſtri prioritas non attenditur, ſed prioritas, & privilegium creditorum.*

26 *Sequeſtrum rei debitoris alibi factam ad judicium univerſale concurſus reduci debet.*

27 *Creditor, qui pendente concurſu rem vel pecuniam exegit, malam fidem habet: & ab eo etiam conſumpta avocari poteſt.*

29 *Res debitoris à tertio poſſeſſa ſi pereum, vel creditores vendicetur, an ſtatim ingrediatur concurſus judicium, & reus poſſeſſor an illud ſequi teneatur. cum ſeqq.*
Actione reali hpothecaria creditores avocant rem debitoris, à tertio poſſeſſam. ibid.

30 *Tertius poſſidens rem debitoris à quo vendicatur, non eſt privandus poſſeſſione, quouſque vincatur.*

31 *Lite pendente nemo ſua poſſeſſione privatur.*

32 *Lite pendente nemo adminiſtratione rei ſuæ privatur.*

33 *Possessore victo per rem judicatam, res evicta restituenda est corpori concursus.*

34 *Res aliena inter bona debitoris reperta, si tertius comparet, & ut suam vendicet, non relaxabitur, quousque rem judicatam pro relaxatione obtineat &* 94.

35 *Expenditur textus in l. si pater, C. de cessione bonorum.*

36 *Tertius rei dominium apud debitorem repertæ eam vendicare volens audiri debet, etiamsi debitor eam hypothecaverit suis creditoribus.*

37 *Pignus vel hypotheca rei alienæ non tenet.*

38 *Tertius possidens rem, à quo judicio concursus vendicatur eam retinet, quousque victus sit per rem judicatam.*

39 *Res in dubio possidentis esse præsumitur.*

40 *Contra tertium possessorem, à quo res debitoris avocantur, via ordinaria, non executiva est agendum.*

41 *Depositi restitutio summaria est, & non obstante appellatione exequitur.*

42 *Sequestrum à judice particulari ad instantiam alicujus creditoris appositum, cessat per inhibitionem judicis concursus, & apud concursus administratorem res sequestrata deponitur, alterata causa sequestri.*

43 *Quando pecunia, aut res, solvitur à debitore creditori inferioris gradus pendente concursu, si de eo apparet statim, cogendus est creditor restituere.*

Debitor concursu formato non est legitima persona ad solvendum creditoribus. ibid.

44 *In notoriis ordo est ordinem non servare.*

45 *& seqq. Tertius rei possessor à quo per creditores hypothecarios avocatur, an eam possit pro expensis retinere vel retentionis jure non obstante, res sit ad concursum trahenda.*

46 *Litè pendente, possessor re privari non debet, quousque via ordinaria vincatur.*

47 *& seqq. Victus, an pro expensis in re factis præferatur anterioribus creditoribus etiam hypothecam habentibus in ipsa re, & adversus eos retentione uti possit, latè discutitur.*

48 *Jurisconsultorum Pauli, & Africani affertur circa supra dicta dissensus.*

49 *Adducitur pro Paulo textus in l. Paulus, §. domus pignori C. de pignoribus.*

50 *Expenditur pro Africano textus in leg. cum postulassem 44. §. dum infecti D. de damno infecto.*

51 *Glossæ interpretatio ad supra dicta jura refertur.*

52 *Bartoli interpretatio proponitur.*

53 *Adducitur, & refutatur interpretatio Jo. Garciæ.*

54 *Quid in supra dictis juribus senserit Covarruvias.*

55 *Veram concordiam horum jurium proponit author.*

56. 64. 65. 66. 69. & 67. *Possessor conventus rem hypothecariam retinet pro expensis necessariis, præferturque creditori hypothecario, & anteriori.*

57. 70. *Prælatio, & retentio cessat, quando possessor expendit utiliter, aut voluptariè, & aliis.*

58 & 59. *Interpretatur text. in d. l. Paulus §. domus C. de pignoribus, & l. cum postulassem 44. §. damni infecti D. de damno infecto.*

60 *Damni infecti natura efficit ut vicinus mittatur in possessionem domus minantis ruinam, & periculum.*

61 *Impensæ factæ in refectionem domus ruinam minantis, quoad prælationem, & retentionem necessariæ dicuntur.*

62 *Retentio non competit creditori, cui res pro suo credito fuit adjudicata, nisi pro expensis necessariis.*

63 *Refertur judicium Accursii, & aliorum circa interpretationem prædictarum legum.*

64 *Traditur ratio, ob quam expendens in conservationem alicujus rei, præfertur omnibus anterioribus creditoribus etiam hypothecariis.*

Tertius retinet animalia aliena, & in eis aliis creditoribus præfertur pro pascuis, & alimentis eorum. ibid.

65 *Referuntur DD. de materia d. leg. Paulus, §. domus, & leg. cum postulassem §. damni, intelligentes loqui distinctè de necessariis expensis, & voluntariis.*

66 & 67. *& seqq. Tertio expendenti ne essariè in re debitoris datur hypotheca cum privilegio, & prælativè ad alios creditores hypothecarios.*

68 & 69 *Mutuans pro refectione rei hypothecatæ præfertur creditoribus anterioribus hypothecariis.*

70 *Expendenti voluptariè nec retentio, nec prælatio cæteris creditoribus conceditur.*

71. & 72. *Ponderantur ad id l. Paulus §. domus, & l. cum postulassem §. damni, quibus aperte docetur nullam inter easdem leges adesse repugnantiam.*

73 *Praxis circa supra dicta servanda.*

74 *Expendens in rem, etiamsi hypothecam habeat creditor est pretii expensarum, non vero proprietatis ipsius rei.*

75. & 82. *Expendens in rem, si eam teneat, debet ipsam in corpus concursus immittere, ut subhastetur, & ex pretio creditoribus satisfiat, servata gradus prærogativa.*

76 *Expendens in rem simpliciter, aut voluptariè, creditor Chirographarius, & personalis est, eique sine prælatione solvitur, & ratio.*

77 *Deponens rem, si res extet, omnibus creditoribus in ea præfertur: quia non extante, privilegiarii creditores ei præferuntur.*

78 *Vendens rem, & tradens habita fide de pretio creditor dumtaxat personalis remanet.*

79 *Vendens habita fide de pretio etiamsi res extet, hypothecam in ea non habet.*

80 *Expendens necessariè, & in rei conservationem habet in ea hypothecam, & prælationis privilegium.*

81 *Expensæ factæ à tertio possessore rei hypothecatæ solvendæ sunt ante omnes creditores, quando adest concursus & reipsa ad eundem effectum subhastatur.*

83 *Retentio rei pro expensis non competit expendenti adversus creditores habentes privilegium anterioritatis.*

84 *Expensæ factæ in re hypothecata per tertium, an etiam sint hypothecatæ, & pars affirmativa proponitur.*

85 *Refertur, & refellitur Bartol. & aliorum distinctio.*

86 *Possessor rei hypothecatæ liberatur à creditoribus hypothecariis solvendo valorem rei, attento tempore, antequam factæ essent expensæ.*

87 *Res meliorata, si ad instantiam creditorum vendatur solum eis præstatur valor quem habebat ipsa res ante meliorationem.*

88 *Retentio pro necessariis expensis, licet competat possessori hypothecatæ, ipse tamen non potest evitare ejusdem rei venditionem, instantibus creditoribus.*

89 *Retentionem ob impensas habens, non potest impedire venditionem rei, ad cujus effectum tenetur eam exhibere.*

90 *Emptor hypothecam meliorans, illius retentionem habet, si offerat valorem, quem ante meliorationem habebat.*

91. & 92. *Affertur doctrina Gregorii Lopez, & Joannis Antonii Manguilii, & aliorum idem comprobantium.*

Ad valorem rei hypothecatæ, & à tertio meliorata attenditur tempus ante meliorationem, & non tempus præsens, juxta magis communem. ibid.

83 *Mutuans pro refectione, aut reparatione alicujus rei, an in ea acquirat hypothecam cum privilegio & an*

teneatur: & an convertatur: & an convetſio conjecturis probetur. n. 93. remiſſivè.

94 *Dominus rei penes debitorem repertæ à concurſus corpore diſmembrare non poteſt, ante rem judicatam.*

95. *Dominus volens rem vindicare an cogatur actionem realem in judicio concurſus proponere.*

96 & *ſeqq. Negativa ſententia proponitur, verior proponitur.* 100.

97 *Creditor is dicitur, qui debitorem habet obligatum ad aliquid dandum, vel faciendum.*

98 *Res aliena, quæ penes debitorem concurſum formantem reperitur, non eſt de ejus patrimonio.*

99 *Debitor de bonis ſuis, non de alienis, concurſum format.*

100. 105. & 111. *Dominus rem vendicare volens in bonis debitoris repertam, cogitur concurſus judicium ſubire.*

101 *Æs alienum non eſt bonis debitoris, ſed creditorum.*

102 *Ad concurſus judicium admittuntur non ſolum perſonalem actionem habentes, ſed omnes aliquod quomodolibet ad bona debitoris prætendentes.*

103 *Res illius eſſe præſumitur, apud quem invenitur, quouſque per rem judicatam evincatur.*

104 *Poſſeſſor rei, illius dominus præſumitur, donec contrarium probetur.*

Bona noſtra appellantur, quæ bona fide poſſidemus, etiamſi aliena ſint, ibid.

Intellige quoad movendam actionem, & præſtandam cauſam præſcriptionis, & ſimilia, ibid.

Declara etiam, interim, dum à Domino non vendicatur, ibid.

106 & 107. *Expenduntur pro hac opinione l. ſi ventri 8. §. in bonis, & l. ſi hominem §. quoties, D. depoſiti, & l. ſi pater. C. de ceſſione bonorum.*

108 *Depoſitarius, qui rem, aut pecuniam depoſitam, & extantem vendicat, tenetur in judicio concurſus comparere.*

Depoſitario pro re depoſita competit rei vendicatio, ibid.

109 *Expenditur doctrina Baldi.*

110 & 112. *Rem ſuam vendicans omnibus creditoribus indiſtinctè præfertur.*

111 *Expenduntur textus in l. rebus, C. de jure dotium, cum aliis, & textus in l. 11. tit. 14. part. 5.*

113 *Debitor concurſum formans, nec ipſi creditores nullam jus prætendere poſſunt in re depoſita.*

114 *Vendens rem, & ſimpliciter eam tradens habita fide de pretio, dominium transfert, qui tanquam creditor chirographarius ſi concurrat cum aliis creditoribus hypothecariis, nullam anterioritatem habet.*

115 *Secus ſi tradat tum præſervatione dominii, vel non habita fide de pretio, vel cum pacto, quod donec pretium ſit ſolutum precario, vel in lacato habeat, qui retinet dominium, & cunctis præfertur.*

116 *Prælatio abſque concurſu dari non poteſt, quia prælatio concurſum ſupponit.*

117 *Actio realis deducta in judicio concurſus tendit ad prælationem, & eundem judicem requirit, ne continentia cauſæ dividatur.*

118 *Judex, qui tractat de executione contra debitorem in judicio particulari, cognoſcit de domino rei repertæ in bonis debitoris deducto per tertium.*

119 *Majoratus ſucceſſor dicitur potior, & antiquior creditor reſpectu bonorum ipſius majoratus.*

120 *Poſſeſſor majoratus ratione dominii potior eſt quibuſlibet creditoribus ſui prædeceſſoris, exigere volentibus ſua credita ex bonis majoratus, abſq; facultate Regia, vel cum illa inutili, aut conditionali.*

121 *Creditores anteceſſoris poſſeſſoris majoratus cum facultate Regia an poſſint prius exigere ex bonis majoratus, quam ex liberis.*

122 *Poſſeſſori majoratus cujuſlibet concurſum formanti an alimenta conſignanda ſint, eo quod prior, & potior creditor ſit ad majoratus bona.*

123 *Prior, & potior creditor eſt, ergo ei alimenta debentur ex bonis concurſus, arguere abſurdum eſt.*

124 *Debitori concurſum formanti, non creditori priori præſtantur alimenta.*

125 *Alimenta non omnibus quorumlibet majoratuum poſſeſſoribus indiſtinctè præſtantur in judicio concurſus.*

126 *Creditor propriè is dicitur, qui ab alio invito exigere poteſt.*

127 *Debitor is propriè dicitur, qui obligatus eſt actione perſonali.*

128 *Debitor propriè non eſt, qui actione reali tenetur, ac rei vendicatione conveniri poteſt.*

129 *In ſtatuto de creditore loquente, non comprehenditur qui actionem realem habet.*

130 *Creditor large dicitur, qui actionem realem habet.*

131 *Creditores dicuntur habentes actionem realem juxta ſubjectam materiam, & naturam concurſus creditorum.*

132 *Creditores veri, & improprii in unum judicium creditorum concurrunt, ut quorumlibet jura examinentur, & quilibet quod ſuum eſt, ex bonis debitoris conſequatur.*

IN reſolutione hujus difficultatis diſtinctè procedendum erit, & caſus ſupponendi. Primus, quando tertius poſſidet rem debitoris jure creditoris, ut puta, quando rem habet in pignus pro ſuo credito, ſeu jure conſignationis ſimplicis, aut jam cum ceſſione jurium, & etiam procurator in rem ſuam conſtitutus, ut ex ejus fructibus annuatim percipiendis ſibi ſatisfaciat, aut tertius in depoſitum, vel ſequeſtrum rem detineat; & hoc caſu res debitoris omnino in concurſum, & adminiſtrationem curatoris dati, trahenda erit, nec eam retinere poterit creditor, nec penes ſe habere; quia licet aliàs in judiciis particularibus, creditor pignus retineat pro ſecuritate ſui crediti, & quouſque ſibi ſatisfiat, & ſolvatur, quia ad hoc deſtinatur pignorum datio, & traditio, nec debet interim dimittere debitori, nec poſterioribus creditoribus, ad latiſſimè tradita per Cencium *de cenſibus, quæſt.* 98. *à nu.* 42. & *ſeqq.* 1 2

Tamen cum hoc univerſale judicium ad hunc finem, & effectum dumtaxat formetur indiviſibiliter, (ut ſæpè diximus) ad ſolvendum, & ſatisfaciendum creditoribus, juxta uniuſcujuſque gradum, & prælationem, in unum corpus omnia debitoris communis bona deponenda ſunt, ut ex eis venditis quilibet ſolvatur attenta gradus prærogativa, quæ in nihilo creditoribus diminuitur ex hac collatione in concurſum, immo omninò integra præſervata, & illæſa manet, ſed potiùs eam retinet; & cum ſua cauſa, & qualitate corpus bonorum, & concurſum res pignorata ingreditur, & ad hunc effectum creditor tenetur exhibere pignus debitori per rationem textus celebris in ſui diſpoſitione, *in l. à Divo Pio, §. quod ſi res, 5. ff. de re judicata;* cujus verba ſunt; *quod ſi res ſit pignorata, quæ pignori capta eſt, videndum eſt, an ſic diſtrahi poſſint, ut dimiſſo creditore, ſuperfluum in cauſam judicati convertatur, & quamvis non cogatur creditor rem quam pignori accepit, diſtrahere, tamen in judicati executione ſervatur, ut ſi emptorem invenerit res, quæ cæpta eſt, qui dimiſſo priore creditore, ſuperfluum ſolvere paratus ſit admittenda ſit hujuſmodi quoque rei diſtractio, nec videtur deterior conditio creditoris fieri, conſequuturi,* 3 4 5 6

turi, nec prius jus pignoris dimissuri suum, quam si ei fuerit satisfactum, qui textus in intentione sui elegans est in proposito, cujus nemo ex citandis Doctoribus meminit.

7 Corroboratur insuper ex illis celebri doctrina Mieres *in constitutio. hac nostra, tit. de soluto matrim. &c. num.* 58. *&* 59. Ludovicus de Peguera, *super constitut. Item ne super Laudemio, vers.* 8. *en tenen tempero, num.* 12. Antonius Olivanus *in §. fuerat, in* 2. *resolutione. num.* 41. *instit. de actionibus.* Cancerius *variar. resolut.* 3. *part. cap.* 17. *de sentent. & earum executione, ex num.* 417. Negusantius *de pignoribus*, 6. *part. membro* 1. *num.* 23. Molina Theologus *de contractibus, disput.* 538. *num.* 5. Bartol. *num.* 2. & post eum notat. Josan. *ad* 1. *notavi in l. à Divo Pio, §. sed & illud ff. de re judicata*, latissime Fontanella *de pactis nupt. tom.* 2. *clausula* 7. *glossa* 3. *part.* 8. *per totam*, & signanter, *à num.* 10.

8 dum probans, quod quando ex dispositione, & forma statuti mulieri viduæ datur tenuta, & retentio in bonis viri sui, nihilominus stantibus creditoribus, potest cogi ipsa mulier, ut exhibeat, & relaxet bona juris dispositione pignorata; ut distracta sibi & aliis satisfiat, & eis solvantur juxta uniuscujusque prælationem, privilegium, & anteriorratem, nec tunc mulier potest bona pignorata retinere, nec exhibitionem excusare ad prædictum effectum, reddentes rationem prædicti Doctores, quia generaliter permissum est debitori ipsi vendere pignus ad hoc, ut ex eo satisfaciat cre-

9 toribus, etiam hoc creditore nolente, sed retinere volente, qui nec potest venditionem impedire, sed suo debitori volenti vendere, tenetur consentire, & illud omnino exhibere, ex textu *in l. quamvis. ff. de pignoratitia actione: & d. Authent. hoc ita, C. de pignorat. actione.*

10 Et dicit Bart. *in d. l. à Divo Pio, §. sed & illud, n.* 2. *ff. de judic.* quod licet non sit cogendus creditor ad vendendum pignus, benè tamen cogendus, & compellendus erit illud exhibere, & ostendere ut per debitorem vendi possit, sequitur Fontanella *claus.* 7. *glossa* 3. *part.* 9. *n.* 17. quia per hanc exhibitionem, & venditionem nullum damnum dicitur sentire creditor, cum ordinetur ad ejus & aliorum utilitatem & satisfactionem, Fontanella *ibid. n.* 12. *in fin.* per textum, *in l.* 3. *ff. de damno infecto.*

11 Hinc etiam oritur, quod bona, quæ vergente viro ad inopiam, uxori restituta sint, vel pro sua dote tradita, seu data in solutum, si plus valeant, quam esset uxoris creditum dotis, licet restitutio pro concur-

12 renti dotis quantitate in creditorum præjudicium sustineatur: adhuc tamen illi residuum dimittere tenetur, (bonis aliis deficientibus) ut ex illis cæteri creditores satisfiant. Alexand. *in l. si constante, num.* 34. *ff. soluto matrim.* Grammaticus *decis.* 92. *num.* 19. Muscatellus *in pract. civili part.* 3. *glossa adjudicantur. num.* 76. Franchis *decis.* 54. *sub num.* 4. *&* 5. Ozascus *decis.* 135. *in fin.* Mantica *de contract. lib.* 11. *tit.* 30. *n.* 24. Rolandus à Valle, *cons.* 9. *num.* 4. *volum.* 1. Fachineus *lib.* 11. *controvers. cap.* 14. Costa *subsidiar. remed.* 1. *n.* 12. *in fin.* Negusantius *de pignor. part. memb.* 1. *n.* 33. plene Vivius *decis.* 413. *à n.* 2. *usque ad finem*, Fabius Anna. *cons.* 63. *n.* 1. *&* 3. Tuschus *lit. D. concl.* 762. *n.* 5. Mororo *de jure offeren. n.* 9. Carrocius *decis.* 21. Cavalc. *decis.* 13. *n.* 17. *p.* 4. Asinius *de executio §.* 7. *cap.* 109. Novel. *de dote. part.* 7. *privilegio.* 47. Thesaur. *decis.* 207. Giurba *decis. ex n.* 17. ubi non plurimos firmat in excessu esse nullam dotis assignationem propter creditorum præjudicium,

13 & quod excessus fructus cedunt in utilitatem creditorum, plurimos ad utrumque DD. allegans *à n.* 18. *& seq. ex n.* 20. & in fine dictæ decisionis testatur, fuisse decisum, vendenda esse bona uxori tradita, & adjudicata pro satisfactione suæ dotis, & aliorum creditorum.

14 Et quod creditor, qui rem jure & contemplatione creditoris detinet teneatur in concursum illum conferre, & corpus bonorum ingredi, probatur, quoniam debitor judicium concursus formans omnia bona quæ possidet, tenetur cedere, & indicare; ut supra diximus *in cap.* 1. *à n.* 13. *& seqq.* sed bona pignorata apud creditorem detenta remanent in bonis, & dominio debitoris pignorantis, ut expresse probat textus *in l. si dominium. C. de pignoribus*, textus etiam *in l. non est novum. ff. de acquir. rer. dominio.* Decius 15
in l. nemo plus juris, n. 3. *ff. de reg. juris.* Petrus Surdus *in cons.* 243. *n.* 8. *&* 9. Rota *decis.* 77. *n.* 4. *&* 5. inter recollectas per Ludovis. Postium post tract. *de manutentio.* & licet creditor juste rem pignoratam possideat, non sibi possidet, sed nomine debi- 16
toris possidet, *l. si servus depositus*, 22. §. 1. *ff. de noxalibus, l. si pignus* 37. *ff. de pignorat. actione*, textus *in l.* 1. §. *per servum*, 2. *ff. de adquirenda possessione*, probant Caldas Pereira *de emptione & venditione, cap.* 8. *sub n.* 37. Gregorius Lopez *in l.* 9. *verb. empefiado, tit.* 15. *part.* Rochus de Curte *de jure patron. verb. ipse, vel. l.* 15. *n.* 6. Lambertin. *eod. tract. lib.* 1. *part.* 2. *quæst. art.* 2. *n.* 3. Spino *in spec. testament. gloss.* 4. *n.* 118. Barbosa *in l. divort.* §. *si vir. n.* 57. *ff. solutio.* Cenedus *ad decreta si,* 17
collectan. 5. *n.* 15. *& pract. canon. quæst. lib.* 1. *quæst.* 10. *n. fin.* Aug. Barbosa *de jure Ecclesiast. lib.* 3. *cap.* 12. *à n.* 236. *& seq.* dicentes quod creditor nullum dominium, nec possessionem habet in re sibi pignorata & detenta, sed nudam tantùm detentionem.

Non enim hæc creditoris detentio, & occupatio 18
pignoris aliis anterioribus creditoribus præjudicare potest, in sua prælatione; quamvis enim debitor posteriori pignus tradat, cæteri adhuc anteriores, quibus absque traditione bona fuerunt prius obligata præferuntur posteriori, cui res fuit tradita, jura sunt expressa, quia solo titulo, & conventione perficitur ju. hypothecæ sine aliqua traditione, *l.* 1. *ff. de pignor. actio l. contrahitur ff. de pignor. l. si tibi decem, §. de pignore, ff. de pactis. l.* 4. *ff. de fide instrum. l. justo, §. non mutat. ff. de usucapio. l.* 2. *C. quæ res pign. oblig. poss. l.* 13. *titul.* 13. *part.* 5. & est text. apertissimus *in l. si prior. §. fin.* 75. *vers. ff. qui potior. in pign. habeant.* ibi, *nam in pignore, traditur, adhuc potiorem esse priorem*, ubi expresse notant Glossa, Bart. Angel. Salv. & communiter Doctores & per illum text. tenent. Cinus Jacob. Butr. Alber. Bald. Paul. Salv. & communiter Doctores, *quoties, C. de rei vendic.* & præ cæteris Gomez *tom.* 2. *variar. cap.* 2. *de emptione, sub n.* 20. *vers. nunc vero limita illatione.* 2. plurimos etiam referens sequitur Ant. Gabr. *commun. opinion. lib.* 3. *tit. de empt. & vendit. concluf.* 3. *n.* 36. quamplures refert Tiraquell. *de retract. invent.* §. 3. *glossa* 1. *& unic. n.* 4. *&* 5. & per eum Castillo *controvers. tom.* 5. *cap.* 80. *n.* 82. hinc cavendum à Gaito, cum *in tract. de credito. cap.* 4. *quæst.* 8. *num.* 1067. *& quæsit* 11. *n.* 1033. miserè lapsus contrarium asserat, dicens quod posterior creditor, cui pignus fuit traditum cæteris anterioribus præfertur; atque ideò creditor, qui bona debitoris detenta habet, omnino tenetur in concursum conferre; ut ibidem de jure omnium creditorum contendatur; & gradus ad exactionem cuilibet assignetur.

Et ex identitate rationis idem venit dicendum in 19
re debitoris concursum causantis, per eum deposita apud aliquem tertium, tenentem eandem qui omnino cogendus erit eam concursui, & corpori bonorum statim restituere, ut & ea satisfiat creditoribus, quia depositarius nullum jus habet in re deposita, nec dominium, aut possessionem, sed nudam detentionem, nec a bonis, & dominio, ac possessione debitoris, unquam exivit, juxta glossam 3. *in cap. bona fides.* 20
de depos. Gomez *in l.* 48. *tauri n.* 8. *& tom.* 2. *variar. cap. n.* 2. Emanuel Costa *in l. si ex cautione, fallentiæ*, 1. *n.* 7. Aug. Barbosa *de jure Ecclesiastico lib.* 3. *n.* 12. *n.* 236.

Cum

21 Cum re vera in bonis debitoris ſemper permanſerit, textus eſt ad propoſitum noſtrum ſingularis; *in l. depoſui. 39. ff. de peculio* cujus verba ſunt, *Depoſui apud filium familias decem, & ago depoſiti de peculio, quamvis nihil patri filius debeat, & hæc decem teneat: nihilo magis tamen patrem damnandum exiſtimavit, ſi nullum præterea peculium ſit: ne hanc enim pecuniam cum mea remaneat, non eſſe peculii, denique quolibet alio agente de peculio minimè dubitandum, ait, computari non oportere; itaque ad exhibendum agere me, & exhibitam vendicare debere.*

22 Pariformiter ſicut ad petitionem creditoris, & authoritate Judicis res debitoris ſit ſequeſtrata apud ſequeſtrum indubiè ad concurſum trahenda erit,
23 tum quia eo caſu poſſeſſio non tranſit in eum, ſed penes debitorem dominium remanet, infinitos pene Doctores laudat Barboſa, *ubi proximè à nu. 233. & ſeqq.*

24 Tum, quia cum creditoris principalis cauſa, ſeu executio pendens coram Judice ſequeſtrante ad Judicem concurſus ſit omnino trahenda, prout abundè probavimus *ſup. c. 4. per totum*: & per Judicem concurſus inhibitus, vel inhibendus erit Judex ſequeſtrans, ne in cauſa ulterius procedat, ſed remittat ad concurſum univerſale, ſequitur manifeſtè, quod in conſequentiam etiam ipſa res ſequeſtrata ad corpus bonorum trahi debeat, & ingredi, quouſque per ſententiam graduationis locus aſſignetur illi creditori, (ad cujus inſtantiam alibi ſequeſtrum fuit appoſitum) exigere ſuum creditum non poteſt in præjudicium cæterorum credi-
25 torum, non etenim prioritas ſequeſtri attenditur, ſed prioritas, & privilegium creditorum, ita ut quamvis aliquis ex creditoribus prævenerit in ſequeſtranda re debitoris communis, adhuc tamen non præfertur aliis creditoribus potiora jura habentibus, ut per textum *in l. creditor, ff. qui potior. in pign. habean.* & cum Joanne Bologneto *in conſ. 30. n. 7.* ita ſingulariter tenet Cancer. *variar. reſol. lib. 3. cap. 4. de ſeqaeſtro. n. 36. & n. 34.* quod ſequimur *in noſtris comment. de protectione Regia 4. p. cap. 7. n. 69.*

26 Ac propterea ad judicium concurſus univerſale debet trahi ſequeſtrum alibi, vel à quolibet petitum & appoſitum, ut ibidem inter omnes de prælatione agatur, maximè cùm jam pendeat judicium concurſus, &
26 illum creditorem exigentem malam fidem habere notum ſit, à quo creditum etiam exactum per quemlibet anteriorem creditorem indiſtinctè avocari poteſt, ut latius probavimus *c. antecedenti, à num. 46. verſ. quoad ſecundum, cum mult. ſeqq.*

28 Ex quibus manifeſtè conſtat, quod quælibet res debitoris apud alium exiſtens & nomine ipſius debitoris commnnis detenta, nullo modo retineri debet, ſed ad concurſus corpus trahenda, & reſtituenda tanquam res propria debitoris, & in ejus dominio exiſtens, & ſemper permanens, ſed an interim quod ſuper hoc contenditur, res debeat remanere penes detinentem, ſtatim in ſequenti membro per diſtinctionem apparebit.

29 Quoad ſecundum principale membrum; nempe, quando res debitoris, quæ ad eum pertinet jure dominii, vel juſto alio titulo; tamen ab aliquo tertio poſſidetur jure proprio, & tanquam ſua, puta, titulo emptionis, legati, aut donationis, ſive ab ipſo debitore nacta, ſive ab alio tertio, an trahi debeat ad concurſum, tunc maturiùs procedendum: nam ſi per debitorem vendicatur, (virtute ceſſionis bonorum à debitore ipſo factæ inter formandum judicium concurſus) vel etiam per ipſos creditores ſuam actionem hypothecariam realem experientes *ex l. pignoris, vel hypothecæ perſecutio in rem eſt C. de pignoribus, & toto tit. de pignoratitia actione l. ſi fundus §. in vendicatione. ff. de pignoribus, l. ſi cum venditor 66. ff. de evictionibus l. fin. §. & ſi præfatam. C. de jure deliberandi.* res vendicatur, & poſſeſſor convenitur, in concurſum comparere debet, quia eſt Judicium univerſale, & agitur de univerſo patrimonio debitoris dividendo inter creditores, ut diximus ſuprà *c. 1. num. 28. & 29. & c. 3. à n. 1.* quia cauſæ continentia non eſt dividenda; ut *in eodem cap. 3.* abundè probavimus.

Et tunc quouſque per ſententiam, tranſactam in rem 30
judicatam, res vincetur, poſſeſſor non eſt amovendus à poſſeſſione, ſed rem lite pendente retinere debet, quia lite pendente nemo ſua poſſeſſione privatur, ut vulgare 31
eſt *ex l. 1. & toto tit. ff. nihil novari appelatione pendente* nec lite pendente rei ſuæ adminiſtratione privari quis debet, ut per Roder. Suarez *in l. 2. fori titulo de los emplaciamentos. verſ. de attende, n. 10.* tenet Can- 32
cerius *veriar. reſol. lib. 2. cap. 4. n. 45.* & eſt textus optimus *in l. 2. §. Divus 1. de petitione hæreditatis.* ſed tandem poſtquam per rem judicatam vencatur poſſeſſor, 33
tunc in ejus executionem reſtituenda erit corpori bonorum concurſus: ita in terminis firmat deciſum in Senatu Theſaurus *quæſt. forenſ. lib. 3. quæſt. 58. num. 7. ad fin.*

Nam quemadmodum quando inter bona debitoris 34
communis reperitur res aliena poſſeſſa, vel per eum detenta, cujus dominium, aut jus ad tertiam aliquam perſonam verè pertinet, ſi comparet, & prætendit à corpore concurſus extrahere, rei vindicationem intentet, non ſibi ſtatim relaxatur, ſed interim in concurſus adminiſtratione retinetur, quouſque hinc inde auditis partibus actor rem judicatam obtineat pro rei relaxatione, ut diximus ſuprà *cap. 8. à num. 38. verſ. à regula tamen hujus*, latiſſimè *in 2. p. cap. 24. ex num. 13. cum ſeqq. verſ. quarto, quia domino pecuniæ*, &c. atque pleniſſimè videbis *hoc eodem cap. ex nu. 94. cum multis ſeqq.* & eſt textus expreſſus *in* 35
l. ſi pater. C. de ceſſione bonorum ibi: *ſi pater tuus bonis ceſſit propter onera civilia: ipſius facultates oportet inquiri, non patrimonium, quod tibi emancipato quæſitum dicis inquietari, quod ut fiat, implorare æquitatem præſidis debes*, ubi tertius, qui bona ſua à debitore cedente detenta vult recuperare, ad eundem judicem debet recurrere.

Qui quidem tertius rei Dominus apud debitorem 36
repertæ, vindicare eam volens audiri debet, etiam ſi ipſe debitor poſſidens rem ipſam pignori, vel hypothecæ ſubjecerit creditoribus ſuis, quia nihil detrahit juri veri Domini, quominus illud liberè exercere poſſit, rei namque alienæ pignus vel hypotheca non tenet, 37
l. 1. & toto tit. C. ſi res aliena pignori data ſit, & toto tit. C. ſi communis res pign. data ſit, prout abundè probavimus *in 2. p. c. 9. ex n. 59. cum multis ſeqq. &c. 10. nec non 11. 2. p.*

Ita pariter, & ex identitate rationis, quando ter- 38
tius, à quo debitoris in judicio concurſus vindicantur, poſſidet; ab eo non eſt res adjudicanda interim lite pendente, ſed penes ſe retinenda, quouſque per rem judicatam vincat debitor Dominus, qui ſuam eſſe prætendit, nam interim in dubio poſſidentis 39
eſſe præſumitur, ut abundè diximus *in 2. p. c. 22. ex n. 47. cum ſeqq.*

Deinde probatur, quoniam quando per creditores 40
res poſſeſſa, aut in ſolutum data, revocatur, non via executiva, ſed via ordinaria contra eum agendum eſt, & juris ordine ſervato, quia cùm ſit tertius poſſeſſor via ordinaria contra eum erit agendum, ut probant multi Doctores laudati per Fontanellam *de pactis nuptial. clauſula 5. gloſſa 8. p. 8. à nu. 66. & ſeq.* Trentacinquius *variar. lib. 2. tit. de jure fiſci reſol. 7. nu. 15. 16. & 17.* Caſtillo *controverſiar. tom. 4. cap. 61. ſub. num. 81.* Parlardor *lib. 2. rerum quotid. cap. fin. 5. p. §. 3. nu. 46.* qui etiam loquuntur in pecunia non exacta, ſed extante, adhuc nomine debitoris, aut ſpecie, data in ſolutum per debitorem alicui poſteriori creditori, & ideo multo magis procedit, quando alio titulo tertius rem poſſidet, à quo ut res avocetur, debet expectari res judicata contra eum.

Sed hæc veriſſima reſolutio tripliciter fallit, primo 41
in depoſitario, cujus cauſa dum agitur contra eum

ad reſtitutionem, & redditionem depoſiti eſt ſummaria; & celeri er agitatur, & prima reſtiturionis ſententia ſtatim exequitur appellatione non obſtante; ex latè traditis *in noſtris comment. de Regia protectione 2. part. cap. 16. à nu. 66. & multis ſeqq.*

42. Secundo limitatur in ſequeſtro per alium judicem ad inſtantiam alicujus creditoris oppoſito, juxta terminos ſuperius ſuppoſitos *n. 22. verſ. pariformiter, ſi ad petitionem*, &c. Qui ſtatim, quod Judex concurſus univerſalis inhibet alteri judici, & ad ſe trahit cauſam coram eo motam per aliquem creditorum, quæ veſtitur natura judicis concurſus, jam ceſſat ſequeſtri impedimentum, & res ſequeſtrare in corpus bonorum concurſus ingreditur, & applicatur, ut ibidem diximus; quia ſub una & eadem adminiſtratione, & adminiſtratore cæterorum bonorum concurſus de cætero rediguntur, & computantur, atque ideo remotus remanet ille potior ſequeſter, & bona deponuntur apud ſequeſtrum, & adminiſtrationem concurſus, & mutata, & reſoluta altera cauſa prioris ſequeſtri, quia de particulari, hoc eſt ad petitionem unius creditoris, transfunditur in univerſalem, hoc eſt ad dimiſſionem, & ceſſionem bonorum factam per debitorem communem, & ab eo petitum ſequeſtrum; ſeu à creditoribus concurrentibus, alteratur prius ſequeſtrum particulare, eo quod cæteris creditoribus nihil officit, prout ſuprà *ex num. 22.* diximus, & probavimus.

43. Tertio fallit, quando pendente concurſu res, vel nomen debitoris, aut pecunias dedit debitor uni creditori inferioris gradus, quia debitor non eſt, (jam concurſu formato, & introducto) perſona legitima ad ſolvendum, ſed adminiſtratione bonorum ſuorum privatus, ut infrà *cap. 14. per totum latiùs comprobatur, & cap. fin. hac 1. part.* quia ſi de hoc apparet per datam ſolutionis, evidenterque per inſpectionem oculorum, res eſt notaria, & ſic aliter non erit audiendus, ſed protinus cogendus creditor ad reſtitutionem, & incorporationem cum aliis bonis concurſus, & conducunt quæ diximus *cap. anteced. à num. 64. verſ.* 4. etiam fingitur. Quia in notariis ordo eſt ordinem non ſervare,

44. & quæ de facto fiunt, de facto reſcindere jus eſt, juxta jura, & doctrinas vulgares.

45. Sed major extat difficultas, quando tertius rei poſſeſſor à quo per creditores hypothecarios res avocatur, ſuam exactionem hypothecariam deducentes, & rem poſſeſſor retinere conatur pro expenſis in eadem re à ſe factis, in qua difficultate duo inveſtiganda ſunt, primum, an jure retentionis deducto non obſtante, res interim in concurſum trahenda ſit, & à poſſeſſore revocanda. Sed hanc difficul-

46. tatem facile reſolves; ex iis, quæ hactenus ſcripſimus, & probavimus, interim poſſeſſorem re privari non debere lite pendente, quouſque per rem judicatam

47. vincatur, & via ordinaria juriſque ordine ſervato; condemnetur, in quo amplius non licet hic immorari, cum plurima alia videnda erunt per diſcurſum hujus operis. Secundum an victus pro ſuis expenſis præferatur anterioribus, & potioribus creditoribus, hypothecam habentibus, in ipſa re principali, ita ut dum ſibi expenſæ non ſolvantur, adverſus eoſdem retentione uti valeat, res eſt ardua, & valde difficilis; in qua non tantum inter Doctores diverſimodè, & variè ſentientes, verum & inter ipſos Juriſconſultos noram, & apertam repugnantiam reperies.

48. In reſolutione duo viri famoſi pugnant, Paulus *J. C.* & Africanus, ille *in leg. Paulus §. domus, ff. de pignoribus*, contra creditorem pignoratitia agentem ad rem obligatam, retentionem, & prælationem melioranti attribuit, donec ſibi de melirationibus ſatisfiat, clarè

49. patent verba *Domus pignori* (inquit Paulus) *data exuſta eſt; eamque aream emit Lucius Titius, & extruxit, quæſtum eſt de jure pignoris. Paulus reſpondit pignori, perſecutionem perſeverare, & ideo jus ſoli ſuperficiem*

ſecutam videri, id, cum jure pignoris: ſed bonæ fidei poſſeſſores non aliter cogendos creditoribus ædificium reſtituere, quam ſi ſumptus in extractionem erogatos, quatenus pretioſior res facta eſſet, reciperent. Africanus vero *in leg.* 50
cum poſtulaſſent 44. *§. damni infecti, ff. de damno infecto in 2. reſponſo* contrarium omnino determinaſſe, putant quamplurimi Doctores; quod ut faciliùs agnoſcatur, ejus verba ſic ſe habent, *damni infecti nomine* (inquit Africanus) *in poſſeſſionem miſſus, ſi poſſidendo dominium habere cœpit, deinde creditor eas ædes ſibi pignori obligatas perſequi velit, non ſine ratione dicitur, niſi impenſas, quas in refectionem fecerint, mihi præſtare ſit paratus inhibendam adverſus me perſecutionem*, (& licèt hactenus conveniat cum diſpoſitione Pauli, in ſequenti determinatione protinus contrarium determinat) ſequitur, & facit. *Cur ergo non emptori quoque id tribuendum eſt, ſi forte quis inſulam pignoratam emerit? Non rectè hæc inter ſe comparabuntur: quando is, qui emit ſua voluntate negotium gerat, ideoque diligentius à venditore ſibi caveri, & poſſit, & debeat, quod non æque de eo, cui damni infecti non promittatur dici poteſt.*

Hæc Juriſconſultorum repugnantia Doctorum inge- 51
nia torquet, in earum intelligentia variantium, indeq; incertitudo occaſionem præbuit diverſimode ſentiendi, & diverſos intellectus prædictis juribus adaptandi: gloſſa igitur *in d. §. damni infecti, verb. tribuendam*, varios intellectus aſſignat. Diſtinguens inter bonam, & malam fidem melioramentis, deinde, quod alibi facta erat res melior, alibi vero non: tertio, quod alter Jureconſultus de juris rigore loquitur: alter de æquitate: quarto, quod miſſus in poſſeſſionem refecerat neceſſario, emptor ex voluntate, ſed adhuc iis intelligentiis Accurſius ipſe non acquieſcit.

Bartol. alios ſuccinctè tradit ad confœderationem 52
horum jurium intellectus, ait enim aliud in domino, aliud in creditore, aliud in voluntaria, aliud in neceſſaria refectione, aliud in eo qui miſſus eſt in poſſeſſionem reficiente, aliud in emptore reſpectu creditoris.

Noſtras Joan. Garzia *in tract. de expenſ. & meliora-* 53
tionibus cap. 18. à num. 55. cum multis ſeq. admodum fatigatur in concordia horum jurium, & referens aliorum Doctorum intellectus, nulli acquieſcit, & ſuum interponit longè pejorem omnibus, ſubvertendo orthographiam textus. Et negativa verba in affirmativa transformando otioſus quidem labor, & periculoſa explanatio, & omnimoda litteræ ſubverſio, prout & ipſe tandem agnoſcit, *n. 61. ad finem.*

Doctiſſimus inſuper Covarr. *variarum reſolutio. lib.* 54
1. cap. 6. à principio, metu horum jurium trepidè ſe gerit in reſolutione aliquarum quæſtionum, tangentium materiam hanc, quando poſſeſſori rei hypothecatæ, competit retentio pro melioramentis adverſus creditorem ſua agentem hypothecaria actione contra ipſum poſſeſſorem. Et tamen concordiam inter Juriſconſultos aſſignare aufugit, ex qua penitus vera & juridica multa quidem pendeant.

Sed non poſſum non mirari tantorum virorum ve- 55
rum, & litteralem ſenſum Juriſconſultorum præ oculis habendum, deſerere, & per incultas, & periculoſas vias alium quærere. Igitur cum diſtinctione illa jura conciliabis, aut enim poſſeſſor convenus hypothecaria 56
actione rem retinere certat pro expenſis neceſſariis, factis in rei conſervationem, ex quibus res pretioſior redditur, & tunc pro ejus æſtimatione, & valore præferatur cuilibet hypothecario creditori anteriori, aut enim poſſeſſor expendit utiliter, & voluptarie, & tunc 57
ceſſat prælatio, & per conſequens retentio. Hanc diſtinctionem jure ſtatim faciendam non obſcurè deducis ex utriuſque Juriſconſulti determinationibus, nam *d.* 58
l. Paulus, §. domus ff. de pignoribus, aperte loquitur in primo noſtræ diſtinctionis membro, ibi, *Domus pignori data exuſta eſt, eamque aream emit Lucius Titius,*

& extruxit. Vides ex nova conſtructione pignus in ſuperficie extinctum, ex neceſſariis omnino impenſis non ſolum utiliter conſervatum, ſed reviviſcens, imò magis neceſſariis, ſumptus dicendi ſunt qui ad domum penitus dirutam ædificandam erogantur, quàm qui in ejus ruinoſæ reparatione expenduntur.

59 Non minus clarè hoc primum noſtræ diſtinctionis membrum patet ex Africani reſponſo, *in d. l. cum poſtulaſſem*, 44. §. *damni infecti nomine in poſſeſſionem miſſas. ff. de damno infecto*; qui manifeſtè loquitur in expenſis neceſſariis, ex quibus res pignorata pretioſior redditur; ſi naturam judicii damni infecti con-
60 ſideres, quo vicinus mittitur in poſſeſſionem domus ruinoſæ minantis ruinam, & periculum, *l. 1. & 2. l evenit, l. prætor ait, hoc edictum, & toto tit. ff. de damno infecto*, melior textus *in l. hoc amplius, in fine, cum l. bona fide*, §. *inter ædes eodem tit.* in quibus igitur caſibus uterque Juriſconſultus emptori, & immiſſo conventis hypothecaria, retentionem, & prælationem privilegiatam, recte, & juridicè attribuit, quouſque æſtimationem hujuſmodi impenſarum integrè conſequantur, ut mox latiùs probabimus.

61 Et neceſſaria judicantur molioramenta, & impenſæ quoad prælationis privilegium, & hypothecam in re meliorata, quæ in ipſius rei refectionem fiunt, ruinam minantis, vel ſi deterior aliàs fieret: Guido Papæ *deciſ.* 169. *num.* 1. Seraphinus *deciſ.* 898. *num.* 1. Peregrinus *conſ.* 42. *num.* 14. *lib.* 1. Tuſchus *lit. M. concluſ.* 179. *num.* 10. Carrocius *de locato*, 4. *tit. de expenſis q.* 1. *ſub num.* 5. Binius *conſ.* 123. *nu.* 5. Alciatus *conſ.* 69. *n.* 19. *lib.* 9. Mareſcotus *variar. reſolut. lib.* 2. *reſolutione* 09 *num.* 9. Mandellus *conſ.* 210. *ſub. num.* 5. Hypolit. Riminal. *conſ.* 800. *nu.* 10. Roſental. *de feudis p.* 2. *cap.* 10. *concluſ.* 43. *nu.* 51. Schrader. *de feudis p.* 2. *p.* 9. *principio ſectio.* 2. *nu.* 21. Mangonius *deciſ.* 33. *n.* 24. Peruſin. *deciſ.* 44. *num* 6. Antonin. Amato. *variar. reſo-*
6 *lutio.* 3. *n.* 56. & loquendo in creditore, cui res debitoris ſint pro ſuo credito adjudicata, ut ejus non ſibi comperat retentio niſi pro expenſis neceſſariis, ſine quibus res fuiſſet peritura, vel non potuiſſet conſervari
2 tenent Ant. Faber *in C. l.* 8. *tit.* 18. *etiam ob chirographa. pecun. pign. retin. poſſe definitio.* 1. *n.* 1. & 2. ex Alberico *in l. intra utile.* §. *vendentibus in fin. ff. de minoribus*, latiſſimè *ipſe* Amatus *reſol.* 44. *ex num.* 3. *cum ſeqq.* ubi *n.* 4. & 5. quod pro utilibus expenſis, & meliorationibus rei retentio non datur.

63 Hanc eandem interpretationem licet ut vidiſti ſub tanta præciſione inſinuarunt Accurſius *in d. l. cum poſtulaſſem*, §. *damni infecti*, verbo *tribuendum*, *in* 2. *conciliatione.* ibi *alibi facta erat melior, alibi verò non*, & iterum *in* 4. *conciliatione* ibi: *quod miſſus in poſſeſſionem refecerit neceſſario*, emptor ex voluntate, ac ſimiliter Bar. *ibidem* dicens, *aliud in voluntaria, aliud in neceſſaria refectione*, & licet Garzia *de expenſis d. cap.* 18. *ſub n.* 59. increpet Bar. conciliationes ex eo quod illud aliud Bar. non explicet, cur aliud in uno, aliud alio caſu dixerit, nec diverſitatis rationem reddat: nihilominus ratione juridica, & fundamentali non caret.

64 Nam ille qui expendit ad rem hypothecatam conſervandam, vel reficiendam, præfertur anterioribus creditoribus, etiam hypothecariis cum prælationis privilegio, quia ſalvam fecit totius pignoris cauſam, textus *in l. interdum poſterior creditor, prior eſt potiore, cum l. hujus enim pecunia ſalvam fecit totius pignoris cauſam* proximèque *ff. qui potiores in pign. habean.* & *l. licet, eodem tit.* exornat Amato. *variar. reſolut.* 44. *à num.* 23. Surdus *de alimentis tit.* 1. *q.* 70 *à num.* 10. *& ſeqq.* Flores de Mena *queſt. practic.* 6. §. 3. *num.* 5. idem tenent gloſſa, & Azon. *in d. l. interdum*, ſequitur ibidem B. & Salicetus, Neguſantius *de pignor. in* 2. *membro* 5. *p. num.* 15. Aſinius *de executione* §. 7. *cap.* 13. *num.* 1. Decianus *conſ.* 109. *ſub. nu.* 23. *l.* 2. Tuſchus *lit. H. concluſ.* 131. *num.* 30. *tom.* 4. Cevallos *commun. contra comm. quæſt.* 744. *num.* 2. Mantica *de tacit. & ambig. lib.* 11. *tit.* 23. *num.* 19. *vol.* Antonin. Amato. *variar. reſolut.* 3. *num.* 20. *& limitat. nu.* 21. poſt Rodiguez *de annuis redditibus lib.* 2. *q.* 20. *num.* 13. *& alios*, & videndus ipſe Amato. *num.* 13. & 14. & Giurbam *deciſ.* 40. ubi de expenſis factis pro paſcendis, pro alimentandis animalibus, ut in is habeat hypothecam tacitam cum privilegio, & omnibus aliis creditoribus prælatione, cum dicatur expendere neceſſario, pro conſervatione rei, & in expendente neceſſariò, pro rei reparatione, aut recuperatione, probant infiniti Doctores, quos referens ſequitur Antonin. Amato. *d. cap.* 3. *à num.* 23. vide tamen *à num.* 27. *& ſeq.* pro ſolutionis veritate, & Caſtillo *controverſiar. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 27. Cancerius *variar. reſolut. tit.* 9. *de dote*, & *donat. propter nuptias num.* 4. *tom.* 1. Gutierrez *practicar. quæſt.* 99. *lib.* 4. Gratian. *diſceptatio.* 257. *num.* 33. *lib.* 2. & *diſcept.* 670. *lib.* 4. Pontanella *de pactis nuptial. clauſul.* 7. *gloſſ.* 2. *num.* 19. ubi an præferatur doti, & fiſco anterioribus. Idcirco non eſt mirum textus *in d l. Paulus* §. *domus & in d. l. cum poſtulaſſem in d.* §. *damni infecti* in prima parte concedere prælationem, & jus potius tertio poſſidenti pro melioramentis neceſſariis, & ad rei hypothecatæ conſervationem, & extinctionem, cum de jure iſte talis hypothecam cum privilegio habere noſcatur, & ex dictis juribus, & doctrinis.

Ita intelligendi ſunt quamplurimi Doctores, qui 56
materiam harum legum, ſcilicet *d. leg. Paulus*, §. *domus*, & *d. l. cum poſtulaſſem*, §. *damni infecti*, tractant, & concedunt retentionem, & prælationem poſſeſſori pro melioramentis, & impenſis, omnes ferè ſignanter loquuntur de expenſis neceſſariis, & ex quibus res facta eſt pretioſior, ampliſſimè Covarr. *variar. cap.* 8. *à nu.* 2. *& ſeqq.* Garzia *de expenſis d. cap.* 18 *à n.* 66. *& ſeqq.* Theſaurus *q. forenſ. lib.* 1. *quæſt.* 71. *per totam* de Franchis *deciſ.* 38. *& deciſ.* 112. *& dec.* 456. & *deciſ.* 506. Muſcatellus *de appellationib.* 3. *part. gloſſ. ſervata*, *num.* 51. *verſ.* 3. Guirba *deciſ.* 63. *n.* 26. Hercules Mareſcotus *variarum reſolut. lib.* 1. *cap.* 12. *à. n.* 14. qui plurimos alios allegant loquentes ſpecifice de neceſſariis expenſis, ex quibus res facta fuit pretioſior, ad dandam prælationem, & retentionem contra creditorem hypothecam habentem in re meliorata, pro quo etiam eſt expreſſus *d.* §. *domus*. qui dum loquitur de his expenſis neceſſariis ad rei extinctionem, & conſervationem, ulterius requirit, quod eis res facta ſit pretioſior, ibi. *Sed bona fidei poſſeſſores non aliter cogendos creditoribus ædificium reſtituere, inquam, ſi ſumptus in extructionem erogatos, quatenus pretioſior res facta eſſet reciperent.*

Et quod ob expenſas neceſſarias factas in bonis de- 66
bitoris hypotheca, cum privilegio, ita ut aliis præferatur creditor, expendens aliis privilegiatis creditoribus; probat expreſsè Amado Rodriguez *de privilegiis creditorum* 2. *part. art.* 2. *num.* 9. *per textum in l. leg. qui hominem*, §. *quoties ff. depoſiti*, ibi, *ante privilegia juncta leg. ſequenti in fin.* ibi, *planè ſumptus cauſa qui neceſſario factus eſt ſemper præcedit, nam deducto eo bonorum calculus ſubduci ſolum*, per *leg. at autem, Cod. de bonis auctorit. judicis poſſidendis*, præciquè quia conſtat expenſarum rationem ſæpè haberi etiam contra hypothecarios, *ex leg. interdum, juncta leg. hujus, ff. qui potiores in pignor. hab.* ex quibus ipſe Rodriguez apertè firmat expenſas neceſſarias factas in re debitoris prælationem, & privilegium habere contra alios creditores quoſlibet.

Quod etiam non obcurè ſentit Theſaur. *in quæſt.* 67
forenſ. lib. 1. *q.* 71. dum de retentione rei poſſeſſori danda pro expenſis in ea factis contra creditores hypothecarios, *ex d. leg. cum poſtulaſſem* §. *fin. de damno infecto*, inquit, *num.* 6. poſſe firmat applicari regulam, *leg. creditor ff. ſi certum petatur*, Ubi mutuans pro refectione

rei hypothecatæ, eſt privilegiatus, & omnibus præfertur etiam anterioribus hypothecariis, ex quibus ſatis comprobatur primum noſtræ diſtinctionis membrum quod *d. leg. Paulus paragraph. domus, ff. qui*
68 *potiores in pignor. habean. & d. leg. cùm poſtulaſſem §. damni infecti in 1. part. ff. damno infecto*, procedant in expenſis neceſſariis ad conſtructionem & reparationem rei pignoratæ, ex quibus ipſa pretioſior fit, præfataque jura habere fundamentum in regula *d. leg. interdum, & leg. licet, & ſimilium.*

96 Et quod tertio pro expenſis factis in re pignorata detur retentio adverſus creditores hypothecarios, quando expenſæ fuerunt neceſſariæ juxta terminos *d. l. licet, & l. interdum*, & non aliàs, latè probat Gait. *de credito. c. 4. quæſit. 11. ex n. 1975. & ſeq.* Et ſignanter *ex n. 1973. & ſeq.* atque ſic de illis expenſis, quæ erogata fuere ad pignoris conſervationem; quæ dicuntur neceſſariæ, ne pignus pereat.

70 Quoad ſecundum autem diſtinctionis membrum, de quo ſupra *num.* 57. ut licet prædicta jura non procedant in expenſis, quæ neceſſariæ non ſunt ad conſervationem rei hypothecatæ, licèt aliàs ſint utiles, & voluptariæ, ſatis evidenter apparet ex dictis juribus, dum ſe arctant ad prædictum expenſarum genus, in quibus retentionem & prælationem expendenti concedunt adverſus creditores in reipſa hypothecarios, & ex Doctoribus hactenus laudatis, qui de hujuſmodi expenſis neceſſariis & pretioſis loquuntur dumtaxat.

71 Et in hunc ſenſum accipiendus eſt textus *in d. l. cum poſtulaſſem, §. damni infecti in 2. part.* dum negat emptori retentionem, & prælationem in re pro expenſi in ea factis contra creditorem hypothecarium, qui alias videbatur ex diametro repugnare ſibi ipſimet *§. damni infecti in 1. part.* concedenti miſſo ex cauſa damni infecti retentionem, & prælationem adverſus hypothecarium creditorem, *& d. leg. Paulus §. domus ff. d. pignorbus*; qui idem diſponit in emptores rei hypothecatæ meliorante, atque ideo advertendum erit, *d. §. damni infecti in 2. par.* procedat in expenſis voluptariis, & aliàs utilibus, ſed non neceſſariis ad conſervationem rei pignoratæ, prout clarè indicant ejuſdem *§. verba*, ibi, *cur ergo non emptori quoque id tribuendum eſt, ſi forte quis inſulam pignoratam emerit, non recte hæc inter ſe comparabuntur: quando is qui emit ſua voluntate negotium gerat*, &c. id eſt, non currit inter hæc, ſcilicet miſſum cauſâ damni infecti, & emptorem quoad expenſas abſoluta comparatio; quia ille ſemper indiſtinctè neceſſario ad rei conſervationem expendit, prout ſupra probavimus *à num.* 61. *& ſeqq.* emptor verò non ſemper, ſed accidentaliter, quia modò neceſſario extendit, modò voluntariè pro ſui utilitate, & commoditate, & idcirco inquit textus, *Non æque comparabuntur, quando ſua voluntate negotium gerat.* Quo caſu dumtaxat non rectè, uterque comparabitur: ſed non negat textus comparationem inter iſtos, quando emptor neceſſario expendit, immo, & hoc ipſum argumentum à contrario ſenſu ex iſto textu dicitur, quoniam qui unum ex duobus negat, alterum fateri videtur, *C. de probationibus*, & quia comparationis denegatio, non eſt abſoluta ibidem, ſed tantum reſtricta ad caſum, quod emptor voluntariè expendat, non tamen quando neceſſario, quia tunc idem in emptore rei pignoratæ expendente diſpoſitum eſt per textum *in d. l. Paulus §. domus, ff. de pignoribus*, qui loquitur in expenſis neceſſariis, factis ab emptore, ut ſuperius clarè oſtendimus ad ejus interpretationem, & declarationem.

72 Hanc igitur hæc jura conciliationem annotabis, quia veriſſima eſt, & Juriſconſultorum ſenſui abſque ulla literæ violentia adaptabilis. Qua ſtante tantum abeſt, quod inter ſe adſit antinomia aliqua, prout putarunt noſtri omnes, quod immo juris regulas ſequutus fuit uterque Juriſconſultus, Paulus & Africanus per caſuum & expenſarum diſtinctionem, ut pro neceſſariis detur retentio, & prælatio adverſus creditores hypothecarios, quam habet expendens, & hypothecam tacitam in re pro eiſdem exigendis ex *d. l. interdum, l. ſequenti. ff. qui potiores, & d. l. licet, C. eodem tit.* at in voluntariis, licet aliàs utilibus expendens tanquam creditor perſonalis ad cætum æſtimationem, & valorem caret hypotheca, & per conſequens nihil mirum, quod eidem quilibet creditor hypothecarius præferatur ex notiſſimis juris regulis.

Hac igitur diſtinctione attenta, hæc jura quoad cur- 73
ſus Judicium ita erunt practicanda, quod ſi conventus ſit tertius poſſeſſor rei per hypothecarios creditores in judicio concurſus, prius vincendus erit, interim lite pendente re penes retenta & tandem per rem judicatam evicta, & poſſeſſore condemnato, tunc indiſtinctè res in concurſum & corpus bonorum mittetur, quia 74
expendens, etiam hypothecam habens creditor eſt æſtimationis & pretii expenſarum; & pecuniæ, non tamen proprietatis rei. Bald. *in Authen. excipitur. Cod. de bonis quæ liberis.* Decius *conſ.* 519. *& conſ.* 19. Guido Papæ *deciſ.* 196. *n.* 1. Anton. Faber. *in C. Fabriano lib. 4. tit.* 42. *diffinitio. vol.* 1. Gamma *deciſ.* 4. *& deciſ.* 22. *& 99. in fin.* Alvar. Valaſcus *de jure emphyt. quæſt.* 26. *num.* 6. *& quæſt.* 18. *nnm.* 8. Garcia. *de expenſ. cap.* 15. *& cap.* 16. *num.* 14. Gutierrez *lib.* 3. *practicar. quæſt.* 89. Vincentius de Franchis *deciſ.* 261. *part.* 1. *deciſ.* 112. Joſeph. Ludoviſ. *deciſ. Peruſina* 37. *num.* 9. *& deciſ.* 24. plures relati à Flores de Mena *in addit. ad Guzman deciſ.* 422. *& 75.* Caldas *de nomine. q.* 16. *nu.* 30. Anton. Amato. *variar. reſolut.* 14. *per totum.*

Et ſic quilibet expendens in ſententia concurſus, 75
pro ſuo credito, pretio expenſarum ſolvendus erit, & graduandus, quia cum jure creditoris pro expenſis rem teneat etiam hypothecarius exhibere tenetur pignus, ut ex eo ſubhaſtato creditoribus ſatisfiat, & immittere in corpus concurſus ſalva gradus prærogativa, prout latiùs probavimus in principio hujus cap.

Sed inter expendentes hæc diſtinctio ſupradicta erit 76
obſervanda, ut qui ſimpliciter expendi, & voluntariè, cum creditor chirographarius ſit, & perſonalis, inter perſonale ſolvatur ſine prælatione de bonis debitoris, quia cum in hoc caſu creditor hypothecarius ei præfertur, contra quem non habet retentionem; habet tamen jus & regreſſum ad bona debitoris vendendis pro expenſis, & ſic de illis in concurſu debitoris ſatisfieri debet ſuo loco, & gradu, nempe inter creditores 77
perſonales: ita Joan. Garcia, *de expenſis c.* 8. 67 & 68. & videmus in deponente rem, in qua deponens cunctis præfertur creditoribus; ea tamen non ſtante, ad æſtimationem, & valorem jus habet, & tunc cæteri privilegiati præferuntur, ut ex Amato Rodriguez *de privileg. creditorum, 2. part. art. 2. n. 2.* tenet Gaitus *de credito, in appendice, cap. 4. n. 16.*

Et idem ſimile habemus in rem, vel merces ven- 78
dente, & tradente habita fide de pretio, pro quo vendens remanet creditor perſonalis dumtaxat, & inter creditores perſonales ſine privilegio graduatur, & ſimul cum illis creditum ſuum exigit in tributum, quia re vendita etiam ſtante, hypothecam non habet, ſed in ea præferuntur creditores hy- 79
pothecarii *l. procuratoris, §. ſi plures, verſ. plane. ff. de tributoria actione, l. quidam fundum* 16. *ff. de in rem verſo*, & poſt Dinum Bart. & Bald. Salicet. Alexandr. Caſſaneum, Navarrum, Cæpolam, Ripam, Neguſantium, Covar. Stracham, Fanuntium, Novellum, Matienzum, & alios ſequitur 10. Gutierrez *practicarum lib.* 3. *quæſt.* 98. *num.* 6. & 7. *& allegatione* 5. *nu.* 1. & cum Barboſa Flores de Mena, Cevallos *practicar. contra commun. q.* 744. *n.* 3. & plures alios Caſtillo *controverſiar. tom.* 3. *cap.* 8. *à n.* 9. *& ſeqq.* Parlador. *lib.* 1. *rerum quotidian. cap.* 8. *num.* 1. Franchis *deciſ.* 714. *nu.* 3. *part.* 4. Valenſuela Velaſquez *conſil.*

consil. 56. *n.* 32. *& 33. & ex num.* 35. *cum seqq.* Casanate *consil.* 9. *à n.* 45. *cum seqq.* Mastrillus *decis.* 143. *n.* 17. Surdus *consil.* 52. quamplurimos refert Amato *variar. resolut. resol.* 3. *n.* 40. *&* 41. *&* 43. vide infrà *in* 2. *part. cap.* 24. *ex n.* 13. *vers. quarto, quia Dominio*, &c.

80 At expendens necessariò, & in rei conservationem cum habeat in tota re hypothecam, & prælationis privilegium inter alios hujus generis creditores, solvendus erit, & graduandus pro suo expensarum credito, & pretio, ante omnes creditores, ut decisum

81 refert Anna *singul.* 186. dicens, quod hæ expensæ factæ à tertio possessore rei hypothecatæ (quando adest concursus creditorum, & res ipsa subhastatur, & appreciatur pro eorum solutione (sunt solvendæ ante omnes creditores. Sequitur Amendula *in addit. ad*

82 *Franchis decis.* 112. *num.* 6. quibus apertè insuper colligunt, rem ipsam melioratam ad concursum trahendam ad effectum subhastandi, & solvendi cunctis creditoribus servata gradus prærogativa.

83 Quo sensu accipiendi sunt Thesaurus *quæstionum forens. lib.* 1. *quæst.* 8. & Riccius *in addit. ad Franchis, decis.* 38. dum dicunt, quod retentio rei pro expensis in ea factis, non competit possessori expendenti adversus creditores antériores habentes hypothecam, & privilegium anterioritatis, ut in muliere, & fisco quod examinant plures Doctores superiùs remissivè laudati, *n.* 64. *vers. nam ille qui expendit*, &c.

84 Sed an etiam expensæ factæ in re hypothecata per tertium, sint etiam hypothecatæ aliis creditoribus, vide latissimè per Covar. *variar. cap.* 8. *à principio.* Joannem Garzia *de expensis, d. cap.* 18. *à n.* 76. Vincentius de Franchis *in decis.* 906. *à n.* 7. *usque ad* 11. *& in decis.* 38. *in fin. & in decis.* 456. *per totam*, qui Negusantium, & alios allegat, qui constanter affirmativam tuentur, & rectè, quia pro se habent text. expressum, qui cavillari non potest *in d. Paulus*, §. *domus, ff. de pignoribus*, ibi *Paulus respondit pignoris*

85 *persecutionem perseverare, & ideo jus solis superficiem sequutam, id est cum jure pignoris*; non admissa Bart. distinctione, quem ipsi Doctores referunt, & Giurba *in decis.* 63. *num.* 28. inter debitorem ipsum expendentem, & meliorantem pignus & tertium expendentem, *in l.* 2. *C. de prædiis, & omni re navicular.* per textum ibi, qui nihil ad rem facit, quo tantùm fuit tractatum, an pensio crescat pro modo meliramentorum factorum in re, & dictum quod non; sed si qui habet pensionem in re meliorata, & hypothecam ipsam habeat etiam in melioràtionibus, vel non, nihil fuit actum, & una quæstio ab alia longè diversa est.

86 Apud eosdem Doctores videbis etiam & Hermosillam *tom.* 2. *ad l.* 36. *glossa* 6. *tit.* 5. *num.* 7. infinitos penè Doctores laudat Manguillius *de evectionibus, quæst.* 40. *ex n.* 23. *cum seqq.* Hercules Marescotus *varia. resolut. lib.* 2. *d. cap.* 112. *à num.* 4. *cum seqq.* Fontanella *de pactis nuptial. tom.* 1. *clausul.* 4. *glossa* 18. *p.* 90. de Franchis *decis.* 38. *n.* 2. ubi addit. Petrus Cavallus *consil. civil.* 14. *num.* 1. *lib.* 1. Magonius *decis. Florentina* 51. *num.* 4. Cencius *de censibus, q.* 98. *num.* 81. qui plurimos alios laudant. Costa *de portione ratæ, q.* 81. *nu.* 7. Franc. Leo *decis. Valentiæ*, 79. *nu.* 13. *to.* 1. affirmativè resolventes, quod possessor hypothecariæ liberetur à creditoribus hypothecariis, solvendo valorem rei, attento tempore antequam fuerint impensæ, & sic illis deductis rei valor attendatur, quod amplius infra comprobatur ex *n. seqq.*

87 Et quando ad instantiam creditorum, res sic meliorata vendatur quod eis solum præstandus sit valor rei quem habebat ante melioràtionem. Vide latè per Francisc. Hier. Leo *in d. decis.* 79. *per totam, n.* 1. & quod facta oblatione supradicta per possessorem meliorantem possit ipse contra creditores retinere totam rem communem quam plurimorum Doctorum refert, & sequitur Mancillus *d.* 4. 40. *n.* 24.

88 Ex quibus utiliter annotabis, quod licet possessori rei hypothecatæ competat retentio pro melioramentis necessariis, non tamen evitare potest ejusdem rei venditionem instantibus creditoribus hypothecariis, tum quia creditores jus habent in re pro valore & æstimatione ipsius dempris melioramentis, possessor autem solum habet jus, & pro eisdem retentionem habere potest prout hactenus diximus, is

89 autem, cui retentio competit, nullatenus impedire potest venditionem ipsius rei postulantibus aliis creditoribus, ut ex pretio tam ipse quam isti satisfiant, & ad hunc effectum compellitur retinens rem ipsam exhibere, & remittere prout ad principium *hujus cap. ex num.* 3. *cum multis seq. diximus*, in creditore possidente pignus cui facilius retentio competit Cencius *de censibus, quæst.* 46. *n.* 1. *& q.* 144. *n.* 15.

90 Tum etiam, quia quamplurimi Doctores emptori melioranti rem hypothecatam retentionem concedunt in ipsa re conditionaliter, si ipse obtulerit valorem rei detractis melioràtionibus, ut ultra Hieronymum de Leon. *d. decis.* 79. probarunt Fontanella *de pactis tom.* 1. *de clausul.* 4. *glossa* 18. *p.* 2. *d. num.* 49. post Socin. Senior. *cons.* 224. *num.* 2. *circa medium lib.* 2. de Franchis *decis.* 38. *num.* 2. & ibi addit. Petrus Caval. *cons. decis. civil.* 14. *n.* 1. *lib.* 1. Magon. *decis. Florent.* 51. *num.* 1. ubi multos congerit, *& num.* 2. Negusantius *de pignoribus p.* 5. *membro* 4. *num.* 31. quos sequitur Cencius *de censibus d. q.* 98. *num.* 81. quamplurimos congessit Marius Giurba *in consuetudine Messanens. cap.* 15. *&* 9. *ex num.* 8. *cum sequentibus fol.* 768.

91 Probatur etiam ex Greg. Lopez *in l.* 15. *tit.* 13. *p.* 5. *glossa* 3. verbo *à buena fec.* in illis verbis, *nota quod si non vellet reddere rem, sed ejus solvere æstimationem habito respectu ad valorem, qui erat tempore, quo ipso rem habuit, liberabitur solvendo talem æstimationem, ut dixit notabiliter Barbosa*, &c. ergo sequitur quod non offerat æstimationem possessor non liberabitur, atque ideo pati debet venditionem, probarunt hanc conclusionem omnes Doctores hactenus laudati, *num.* 86. *&* 87. *& num.* 99.

92 Et idem quod Gregorius Lopez, dixit multis citatis Doctoribus, Joan. Antonius Manguillus *in tractatu de evictionibus, q.* 40. *ex n.* 23. ibi, *Sed adhuc insurgit dubitatio, an ubi ab emptore factæ sunt melioràtiones, possessor offerendo æstimationem liberatur ab ejus traditione? & ita offerendo eum liberari censeo, etiam quod æstimatio dicta non ascendat ad id quod debetur*, sic Bartol. *in l.* 1. *Cod. de præd. nav.* ubi Bart. *dicit unam conclusionem, quam dicit memorabilem: nempe, quod si aliquis emit aliquam domum alteri hypothecatam, & eam suis sumptibus melioravit, si ab eo evincatur per hypothecariam, liberatur præstando primam æstimationem, hoc est solvendo valorem rei ante factas melioràtiones, ita ut non solùm utatur retentione pro melioràtionibus, sed etiam totius rei consequatur retentionem, quæ Cart. traditio communiter recipitur, ut ibidem habetur per omnes Doctores*, & sequitur Paulus de Castro *in l. si convenerit.* §. *fructus, n.* 2. *ff. de pign. actione glossa in l. cum postulassem.* §. *fin. ff. damno infecto.* Jason. *in l. creditor.* 25. *n.* 6. *ff. si certum petatur*, Socinus Senior. *cons.* 224. *colum.* 2. *lib.* 2. Corcett. *in singulari*, in verb. *melioratio.* Modern. Parisi. *in consuetud. Parisiens. tit.* 1. §. 1. *glossa* 5. *n.* 80. *&* 81. Bruno *de augment. concl.* 14. *fallent.* 2. *n.* 6. Garcia *de expens. & melior. cap.* 18. *n.* 55. *& seqq.* comprobat Thesaur. Junior. *quæstion. forens. lib.* 1. *q.* 71. & prius Negusantius *in qaarto memb.* 5. *p. n.* 18. *de pignor.* Covarr. *variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 18. *n.* 2. *&* 3. & plenè apud quos videbis etiam an malæ fidei possessor pro impensis rem retinere possit contra creditorem hypothecarium, quæ communis tantorum Doctorum, quorum memininus ex *n.* 86. *cum seqq.* ut retentio rei

melio-

melioratæ concedatur tertio possidenti, si offerat valorem rei quem habebat ante factam meliorationem & expensas; verior est, & in judicando, & consulendo amplectenda, prout in facti contingentia amplexus fuit Senatus noster Vallisoletanus, quidquid aliquid Doctores asseverent, valorem hunc & rei æstimationem attendendam esse nunc deductis expensis, & meliorationibus, ut quanti vendi possit res illis deductis, ut ex Franchis *decis.* 38. Marescoto. *d. resol.* 112. *num.* 17. Lancellot. Galiac. *cons.* 13. *num.* 2. & Mago. *decis. Florent.* 51. *num.* 3. dixit Giurba *ad consuetud. Messanens. cap.* 15. *gloss.* 9. *num.* 13. *p. fol.* 769.

93 Et an quando mutuans pro rei refectione, constructione, reparatione, adquirat hypothecam, cum privilegio in ipsa re, & an teneatur, & quibus casibus, esse sollicitus de conversione, cum effectu in id ad quod mutuavit, & quod hæc conversio in refectionem, aut reædificationem probetur conjecturis, & specialiter, quales conjecturæ sint probabiles, & legitimæ, ut cognoscatur ex pecuniis mutuatis factam fuisse constructionem, & reparationem copiosè, singulariter tractat Amato *variar. resolut. cap.* 3. *per totum*, & *signanter de singulis conjecturis*, *num.* 57. *cum multis seqq.*

94 Sursum *ex num.* 38. *vers. nam quemadmodum*, asseveranter resolvimus, tertium dominum rei repertæ in bonis debitoris concursum formantis, & illam vindicantem, non antea ei tradendam, nec à concursus corpore dismembrandam, nisi post in eodem concursu legitimè obtentam rem judicatam, idem latius *sup. cap.* 8. *ex num.* 38. *cum seqq. vers. à regula tamen hujus*, &c. exactè etiam *infrà* 2. *part. cap.* 24. *ex num.*
95 13. *cum seqq. vers. quarto quia domino pecuniæ.* &c. Nunc autem quæritur: an dominus ipse volens rem præfatam vendicare, cogi possit, actionem suam realem ipso in judicio universali deducere, atque proponere, & non alibi.

96 Quam difficultatem quandoque excitare solent Advocati, contendentes coram alio judice debitoris alias competenti domino licere rem à debitore vendicare, & actionem suam realem movere, etiam debitore, & creditoribus invitis nervosè impugnantes causæ hujusmodi attractionem ad concursum pendentem.

Quo autem juris colore, aut fundamento moveantur, qui dubium suscitant; non eructant. Et propterea operæ pretium duximus nebulas amovendo, evidentiorem resolutionem reddere, ne deinceps aliqua dubitandi occasio maneat.

97 Prima sit difficultas, hoc judicium universale, dicitur concursus creditorum, creditor is tantum dicitur, qui debitorem habet obligatum, aliquid dandum, vel faciendum, & sic qui habet actionem personalem, Dominus rei non habet debitorem obligatum, nec ullam adversus eum actionem personalem, sed realem ad rei vendicationem sui intuitu dominii movendam, de quo latius plura videbis ad calcem hujus *c. ex n.* 26. *vers. obstat supra dictis*, &c. Ergo cogi non potest, ut ad concursum, creditoribus tantùm destinatum venire debeat; sed ei sufficit seorsum coram alio judice aliàs competente rem suam vendicare, & à debitore petere.

98 Quæ difficultas augetur ex eo quod res aliena, quæ penes debitorem reperitur, non est de ejus patrimonio, nec in ejus bonis computatur, sed extra suum patrimonium est omnino; *leg. depositi* 39. ibi *Hanc enim pecuniam cum mea maneat, non esse peculii*, *ff. de peculio.* Et ideo creditores ad bona sui debitoris admittuntur, non ad bona aliena, text. *singulari; in leg. Divo Pio*, §. *si super rebus vers. si forte. ff. de re judicata*, *leg. veniunt*, *ff. de privilegiis creditor. leg. si non expedierit. ff. de bonis authorit. jud. possid.* Castillo *con-*
99 *troversi. tom* 3. *cap.* 16. *sub n.* 75. Et quia debitor de bonis suis, non de alienis concursum, & cessionem facit. Prout abundè diximus *supra cap.* 8. *ex n.* 38. *vers. à regula tamen hujus*, &c. Ergo pariter controversia super eadem re, & vindicatio debet extra concursum tractari.

Quibus minimè refragantibus, verius est, dominum 100
rem suam in bonis debitoris repertam vendicare volentem omnino cogi posse, ut judicium concursus adeat, & coram eodem judice litem moveat, & prosequatur, ut rem suam consequi valeat. Non enim est bona consequentia, res non est in bonis debitoris, sed aliena; ergo ad concursum dominus pro ea consequenda recurrere non cogitur. Nam æs alienum non est in bonis debitoris, sed in bonis creditorum, prout latius probavimus *infrà* 2. *part. cap.* 24. *ex n.* 122. *vers. pro fundamenti comprobatione*, &c. & *cap.* 28. *n.* 4. *vers. secundo Rem*, &c. quibus locis multa videbis utilia & tamen omnes cogantur, concursum adire ut sua credita consequantur ob indivisibilitatem judicii, & interesse.

Nec etiam valet consequentia, Dominus rei repertæ 101
inter bona debitoris non est creditor, nec actionem personalem adversus eum habet, sed realem, & rei vendicationem: ergo pro ea consequenda, & sibi restituenda ad concursus judicium venire non cogitur. Non enim est vera propositio, quod soli 102
creditores personalem actionem habentes admittuntur ad concursum, cum omnes indistinctè, jus aliquod quomolibet prætendentes ad bona debitoris sive jure, & actione personali, sive reali admitti omnino debeant, & cogi possunt, prout per jura expressa, & Doctorum assertiones plusquam manifestè statim monstrabimus.

Tum, quia debitor de omnibus suis bonis con- 103
cursum formavit, inter quæ hæc res (scilicet aliena) reperitur. Non tamen statim, quod aliquis comparet, & dicit, suam esse, illius simplici assertioni deferendum est, & credendum: nam interim, quod debitor victus non sit per rem judicatam, res ipsa ejus esse præsumitur, qui possidet, & in cujus bonis reperitur: quia possessor dominus rei præsumitur, donec contrarium probetur: ut latissimè dicemus *infrà* 2. *part. cap.* 22. *ex num.* 74. *cum seqq.*

Imò plus est, quia bona appellantur, quæ bona fide 104
possidemus, quamvis aliena sint, & inter bona possidentis computantur, anteaquam evincantur, *leg. bonorum appellat.* 49. *ff. de verb. signific.* ibi, *in bonis autem nostris computari; sciendum est, non solum quæ dominii nostri sunt, sed si bona fide à nobis possideantur*, quam exornat Rebuffus ibidem *in vers. in bonis autem*, & Gutierrez *pract. lib.* 3. *quæst.* 45. *n.* 35. & *ex n.* 12. *cum seqq.* cujus fundamenta recenset Castillo *controv. tom.* 4. *cap.* 59. *n.* 23. Azor. *de partition.* 1. *part. cap.* 7. *ex n.* 22. Anton. Gomez *in leg.* 50. *Tauri n.* 13. Bacca *de non meliorandis filiab. cap.* 28. *ex n.* 4. & *cap.* 31. *n.* 12. Matienzo *ad leg.* 2. *cap.* 2. *n.* 4. *tit.* 2. *lib.* 5. *recopilat.* ubi Azeved. *n.* 23. Molina *de just. & jure lib.* 2. *disput.* 431. §. *illud est observandum.* Latè etiam Th. Sanchez de Matrimonio *lib.* 6. *disput.* 30. *per tot.* qui *n.* 4. post Gutierrez *d. n.* 35. & Rebuffum loco citato explicat procedente quoad habendam actionem, & exceptionem pro jis & ad præscribendum, dum res à Domino fuerit evicta, nam iterim ut diximus, pro possessore præsumit lex, & ideo asserenti rem esse suam incumbit onus probandi, ita ut si actor quod asseverat, non probat, possessor enim nihil probans ultra possessionem absolvitur *leg. actor. C. de probationib. l. extat.* 25. *ff de jure fisci leg. fin. C. de rei vendicatione*, *leg. qui accusare. C. edendo*, *leg.* 1. *C. de alienat. judicii mutan. causa fact.* §. *retinenda Institut. de interdictis*, quia tunc postquam probaverit & evicerit dominus, præsumptio cessat, & cedit veritati.

Atque ideo interim ad ea, sicut ad cætera bona 105
cessa per debitorem jus habent creditores, & à judicio indivisibili extrahi noc debent, sed cum omnibus,

(quorum

(quorum interest, procul dubio opulentum esse debitori patrimonium) lis agitanda erit. Si enim hæc causa dominii alibi, & seorsum tractari permitteretur, facilè foret debitori cum eo, qui de dominum rei dicit, colludere, & suos creditores fundare, & fingendo istum, & alios dominos, seu etiam creditores, pati se ab illis vinci, superari ut nihil ex suis bonis veri creditores consequantur contra text. *in leg.* 2. *ff. quæ in fraud. credit.* de quo abunde diximus *infrà* 3. *part. cap.* 13. *per totum.*

106 Et quod is qui se dominum rei repertæ in bonis debitoris, asserit, teneatur adire concursus judicium, & inter creditores graduari, ut rem suam, quam vendicat, consequi valeat, jura sunt apertissima text. *in leg. si ventri* 8. §. *in bonis*, *ff. de privileg. cred.* ubi text. agens de bonis nummularii debitoris, qui decoxit, vendendis pro satisfactione creditorum concurrentium, & circa eorum prælationem. Ita ait. *In bonis Mensularii vendendis post privilegia potiorem eorum causam esse, placuit qui pecuniam apud mensam fidem publicam sequuti, deposuerunt. Sed enim qui depositis nummis usuras à Mensulariis acceperunt, à cæteris creditoribus non separantur, & merito. Aliud enim est credere, aliud deponere* (sequitur & facit) *si tamen nummi extent, vendicari posse puto eos à depositariis, & futurum eum, qui vendicat, ante privilegia*, quò tendit etiam text. *in l. si hominem*, §. *quoties ff. depositi*, *quoties* (inquit Consultus) *foro cedunt nummularii, solet primo loco ratio haberi depositariorum: hoc est eorum, qui depositas pecunias habuerunt, quas non fœnore apud nummularios vel cum nummulariis, vel per ipsos exercebant; & ante privilegia; igitur si bona venierint, depositariorum ratio habebitur: dummodo eorum, qui postea usuras acceperunt, ratio non habeatur, quasi renunciaverint depositio*, &c.

107 Elegans etiam text. *in l. si pater*, *C. de cessione bon.* Cujus sunt verba. *Si pater tuus bonis cessit propter onera civilia, ipsius facultates oportet inquiri; quod si tibi emancipato quæsitum dicit, inquietari, quod ut fiat, implorare æquitatem Præsidis debebis*, &c. Ubi tertius qui bona sua à debitore cedente detenta vult, ut sua recuperaret, ad eundem judicem concursus cogitur recurrere.

108 Vides igitur ex his tribus legibus, depositarium, qui rem, aut pecuniam depositam, & stantem (pro qua ei competit rei vendicatio ob dominium quod in re retinet, nec in depositarium fuit translatum per text. expressum, *in l. si ventri* 8. §. *in bonis*, *ff. de privileg. creditor. l. licet cum suis*, §§. *ff. depositi*, *l. cum fundus*, 31. §. *finem*, *ff. si certum petat. l.* 2. *tit.* 3. *part.* 5. & latè Castillo *tom.* 3. *cap.* 16. *ex nu.* 23. *cum multis seqq.*) posse rei vendicare, & in concursus judicio inter creditores dominium suum, & actionem realem deducere, teneri, ut gradum inter eos recipiat, & rem suam prælativè consequatur.

109 Hinc Bald. *in cons.* 400. *nu.* 8. *lib.* 5. *& in cons.* 432. *lib.* 1. *& in l. pro debito*, *Cod. de bonis Auth. jud. possid.* eleganter tractans de concursu creditorum ad bona mercatoris decocti, ubi ad concursum vocat simul omnes creditores, sive habentes actionem personalem, sive realem, & hypothecariam, sivè dominium ad certa bona, eisdem assignat gradus, & ordinem prælationis; dicens primo loco habendam rationem dominorum rerum, & ponit exemplum in deponente, si extat depositum, quia ei competit rei vendicatio, tanquam vero domino rei, refert & sequitur Castillo *d. c.* 16. *num.* 49.

110 Hanc eandem resolutionem tenuerunt, & supposuerunt plurima jura, & Doctores attribuentes prælationem domino rei, eam petenti rei vendicationes inter creditores, & asseverantes, ante omnes indistinctè esse solvendum, profitentes certam esse, & generalem regulam in materia concursus creditorum, quod is qui rem aliquam vendicat, præfertur omnibus, & quibuslibet aliis creditoribus per text. expressum, *in l. in rebus*, *& ibi Bald.* 2. *lectura*, *C. de jure dotium. l. ubi adhuc*, *C. eodem l. ex facto*, *in princip. ff. de pecul. l.* 11. *tit.* 14. *part.* 5. *vers. Mas si todos los otros*, *o parte dellos de mandas sensu debdo otro si por ivizio, o fuesse dada sentencia*, &c. *Pero si entre los bienes de tal debdor como este fuesse fallanda alguna causa agena, que le objesse dado alguno enguarda, en salvo decimos que le sin que a su sefior, e que los debdores no se lo puedan en bargar.* Ad idem l. 9. tit. 13. part. 5. ibi. *Mas las otras cosas, que fuessen dadas en condesizo, non por quento nin pro peso, nin por medida, si fueron falladas entre los bienes del finado, debenser entragadas en todas guisas a sus duenos, que se pagen las otras debdas de qual manera quier quescant.* Carrocius *de depositio part.* 2. *quæst.* 47. *nu.* 1. ubi ponit pro regula, quod ubicunque res mea reperitur penes te, & non est translatum dominium, præferor omnibus creditoribus, tam ex personali, quàm ex reali actione jus habentibus; sequitur Castillo *controv. tom.* 3. *cap.* 16. *sub. n.* 75. Et quod is, qui dominium habet in re, in concursu creditorum præferatur omnibus quibuslibet ipsius rei respectu, quia ei competit rei venditio: ex pluribus probavit Matienzo *in l.* 7. *glossa* 4. *num.* 1. *& seqq.* ubi ponit creditorum omnium gradus, & solutionis ordinem, *tit.* 16. *lib.* 5. *recopil. fol.* 328. Flores Diaz de Mena *variar. lib.* 1. *quæst.* 6. *num.* 40. & alii plurimi mox allegandi, plura alia jura, & 112
Doctores reperies suprà *cap.* 8. *ex nu.* 38. *cum seqq. vers. à regula tamen hujus cap.* & aliis in locis diximus, de quibus suprà *n.* 94. Et ex hac regula generaliter vera multi descendunt ad casus speciales, sub ipsa comprehensos, ab ipsa resolutionem trahente; quidam in depositata re, aut quantitate stante, loquentes, ut deponens verè dominus rei aut quantitatis, & qui in depositarium dominium non transtulit, cui rei vendicatio competit actio realis in creditorum concursu primum locum obtinet, ante omnes creditores quoslibet, res restituenda, & tradenda, postquam constiterit rem fuisse ab eo penes debitorem depositam, ut inquit *d. l.* 9. *tit.* 3. *part.* 5. quia sicut de- 113
bitori nullum jus competit in tali re, pariter nec jus creditores aliquid prætendere valent, qui solum ad bona debitoris sui, non ad aliena jus habent, ut per plura jura post alios probant Matienzus *in l.* 7. *tit.* 16. *glossa* 4. *num.* 1. *cum seq. tit.* 5. *recopil.* Vincentius Carrocius *de depositio part.* 2. *quæst.* 47. *ex num.* 1. Stracha *de decoctorib. p. ult. num.* 2. & 3. Castillo *controver. lib.* 3. *d. c.* 16. *n.* 75. *& plurimis seqq.* & ferè per totum cap. qui plurimos alios allegant.

Alii etiam hinc inferunt ad res, vel merces venditas, & traditas emptori, & distinguentes inter traditionem animo transferendi dominium in emptorem, & traditionem cum præservatione, & retentione dominii penes venditorem. Nam si simpliciter tradatur habita fide de pretio, tunc procul dubio dominium transferatur in emportem: & hoc casu venditor, si concurrat cum aliis emptoris creditoribus, ad pretium consequendum, creditor chirographarius, personalis simplex dicitur, & nullum privilegium, aut prælationem habet, sed potiùs ei cæteri creditores hypothecarii, aut aliàs privilegiati præferuntur, ex Doctoribus statim referendis. 114

At si penes se insuper venditor retinuit dominium, 115
quia vel tradidit rem non habita fide de pretio, vel sibi cavit pacto, quod dominium non transferatur, donec sibi integrè de pretio sit satisfactum, vel quod interim emptor precario, vel in locato habeat, tunc quia non transfert dominium, sed retinet emptor, ut antea potest, si reperiantur res, aut merces in bonis debitoris, procul dubio vendicare eandem potest, & præfertur in ea omnibus quibuslibet creditoribus ratione sui dominii, ex quo eadem potest re judicare. Has conclusiones probarunt innumerabiles Doctores relati à

Matienzo

Matienzo *in leg. 7. gloss. 4. ex n. 6. & seqq.* Florez Diaz de Mena *variar. resolut. lib. 1. cap. 6. nu. 4.* qui benè loquitur, Castillo *tom. 3. controv. cap. 16. n. 73. & cap. 8. & n. 8.* Fontanella *de pact. nupt. 2. part. claus. 7. gloss. 2. part. 9. n. 21. & 22.* Gratianus *disceptat. cap. 325. n. 11.* Hermosilla *ad leg. 28. tit. 5. part. 5. gloss. 2. ex n. 35. & 29. & seqq. tom. 2. fol. 122. & seqq.*

116 Vides, quàm apertè loquantur illi Doctores de concursu creditorum, cui adesse debet depositarius dominus rei repertæ penes debitorem, nec non venditor dominium rei venditæ retinens, & vendicare volens,

117 ut sint cæteris quibuslibet creditoribus præferendi, qui quidem quando ita apertè non loquerentur, eo ipso, quod asseverant prælationem illis competere, per necesse supponerent concursum creditorum: nam prælatio absque concursu dari non potest. Ut feliciter probavimus *sub hac 1. p. c. 3. ex n. 7. cum seqq.*

118 Deinde quia cum hæc actio realis, deducta per dominium rei, omnino tendat ad prælationem inter cæteros creditores, (ut expresse probant jura, & Doctores hactenus laudati) per necesse recurrendum erit ad judicium concursus, ne causæ continentia dividatur, sicuti abundè diximus *sup. cap. 2. c. 3. & seqq. hac. 1. part.* & in terminis tenet Sylva *respons. lib. respons. 16. cap. 4. sub. n. 20.*

119 Deinde quia Judex ipse, qui tractat de executione contra debitorem, etiam in judicio particulari cognoscit de dominio rei repertæ in bonis debitoris deducto per tertium, dicentem rem illam suam esse, non autem debitoris, text. expressus *in leg. à Divo Pio §. si super rebus, ff. de re judic. leg. 3. tit. 27. part. 3.* Et ex aliis ipse Sylva *ubi proximè d. cap. 20. & d. respons. 16. n. 58.* Ergo multo fortius cognoscere debet Judex, qui de Judicio universali concursus cognoscit, facultatem habens trahendi ad se omnes causas alibi pendentes, prout *sup. c. 4. per totum*, & hoc jure utimur.

120 Ex iis rectè infertur ad doctrinam Sarmienti *l. 7. selectarum cap. 5.* dum in hæc inquit ad medium, *Nec me moverit, creditoribus fraudi esse videri: quia successor majoratus est potior, & antiquior creditor, cum in rebus majoratus (rectè constituti) nullum possit esse antiquius debitum, vel potius, quam successoris in ipso, qui à primo titulum habet, non à debitore istius dotis; ad hoc faciunt verba elegantia text. in leg. in liberto, ff. de solutionibus, optimus text. in leg. 1. C. de bonis author. jud. possiden. ubi hoc probatur, si rectè ponderetur*, &c. Idem & per eadem verba, atque in eodem casu, & terminis refert, & firmat Castillo, *controv. tom. 4. cap. 26. n. 32. vers. denique, & quinto loco*, ad medium.

121 Qui quidem Doctores rectè, ac juridicè loquuntur, & procedunt in iis eisdem terminis, quibus & nos hucusque, quando scilicet creditores prædecessoris majoratus volunt ex bonis ipsius sua exigere credita absque Regia facultate, vel cum ea, minus legitimè obtenta, vel obtenta sub quibusdam qualitatibus, & conditionibus, nondum impletis, & verificatis, quia tunc possessor majoratus ratione sui dominii, ac tituli in eisdem bonis potior dicitur creditor, & quibuslibet præfertur creditoribus sui prædecessoris, juxta jura, & Doctores hactenus, & per longum discursum laudatos. *num. 94. cum seqq.*

122 Hanc etenim doctrinam adducunt præfati Doctores Sarmient. & Castillo, ad illam quæstionem, an creditores antecessoris possessoris majoratus habentes facultatem regiam, possint prius exigere ex bonis majoratus, sibi obligatis antequam excutiant bona libera prædecessoris, cum quo contraxerunt, in qua juste resolvunt, ex liberis enim exigere debere, cum obligatio majoratus sit subsidiaria, & conditionalis, bonis liberis non existentibus, & ideo antequam fiat eorum excussio, possessor, qui se non obligavit, ratione sui tituli legitimi, & præambuli, atque ratione & intuitu sui dominii legitimè impedit exactionem ex bonis majoratus, in quibus procul dubio ratione dominii cunctis præfertur creditoribus, quam etiam quæstionem altius examinavimus *infra 2. part. c. 2.*

Hinc facilè percipies quàm perperam abutatur 123
vulgus hac Sarmienti doctrina, eam accommodare volens quibuslibet casibus, præcipuè ut cujuslibet indistinctè majoratus possessori, concursum firmanti assignari debeant alimenta, eo quod in bonis majoratus sit prior, & potior creditor. Cum contrarium regulariter verius sit, & sub distinctione, de qua nos ad longum *infra hac 1. part. c. 24.*

Hæc etenim doctrina prorsus inapplicabilis est huic casui, in quo nulla arte, aut ingenii dexteritate verificari potest, nec extra terminos, quibus Doctores loquuti fuerunt, adaptari, ex hac siquidem applicatione falsum inducitur argumentum, est prior creditor, ergo eidem debentur alimenta: quis enim sanæ mentis affirmare audebit, creditori potiori deberi alimenta ex bonis concursus, quando igitur possessor 124
majoratus potior sit in bonis majoratus, sui intuitu dominii, ei applicabuntur bona sua, quod solum opetare potest illa possessoris prælatio, quæ ad hanc bonorum adjudicationem dumtaxat potest se extendere, aliàs foret contra omnia juris principia à separatis illationem facere.

Debitori quippè concursum formavit, non verò 125
creditoribus quibuslibet alimenta assignantur ex corpore bonorum, nec equidem effectus iste præstandorum alimentorum causatur ex privilegio anterioritatis, sed dumtaxat ex privilegio & beneficio legis quibusdam personalis concesso debitoribus, quo indulgetur, ne conveniantur ultra quam facere possint, sed deducto, ne egeant, quo quidem legis beneficio non omnes majoratus possessores indistinctè gaudere possunt, sed illud dumtaxat, quorum majoratus inest dignitas, prout abundè, & concludenter ostendimus *infra hac 1. part.* 126
d. c. 24. à principio, atque ideo deinceps hujus doctrinæ applicatio omnino delenda erit.

Nec obstat supra dictis per discursum nostræ reso- 127
lutionis *ex num. 94.* quod in contrarium consideravimus ibidem *num. 97.* illum nempe, qui rem vendicat, non esse creditorem, & ideo nec ad creditorum concursum vocandum, nec cogendum esse, cum propriè creditoris sit, qui ab alio invito exigere potest, *leg. fideicommissa, §. si rem., ff. de legatis 3. leg. si ex cautione*, ubi gloss. & Doctores *Cod. de num. pecun. leg. debitor. ff. de verbor. signific.* Alexand. *consil. 12. n. 14. vol. 2. & consil. 2. num. 17. vol. 4.* Costa *decis. 9. num. 19.* Decian. *decis. 21. num. 4. vol. 4. & decis. 55. num. 14. vol. 5.* Annæ *allegat. 145. num. 4.* Bacca *de inope debitor. cap. 6. num. 4.* Magon. *Lucensi decis. 13. num. 22.* Tuschus *lit. Q. conclus. 34. num. 7. & concl. 35. num. 6.* sicut & propriè is dicitur debitor, qui obligatus est actione personali, Lanarius *consil. 78. num. 2.* Giurba *in consuetud. Messanens. cap. 9. gloss. 1. num. 4. p. 1. fol. 563.* qui autem tenetur actione 128
reali propriè debitor non est, nec qui rei vendicatione conveniri potest, textus *in §. omnium. Institut. de actionibus.* ibi: *aut cum illo aget, qui nullo jure sibi obligatus est, movet tamen ei de re aliqua quæstionem.* Alexan. *cons. 46. n. 4. vol. 1. & cons. 170. nu. 6. in 2.* Bald. *cons. 133. in 2.* Decianus *cons. 21. num. 1. vol. 4.* Carpentes *ad stat. Mediolan. 112. n. 26. p. 1.* Rota Avenionen. *decis. 134. nu. 2.* Duenas *in regula 6.* Tuschus *lit. D. concl. 35. n. 11.* Rebuffus Mascardus *de statuto in-* 129
terpret. conclus. 5. n. 172. Afinius *de executione §. 4. cap.* 130
91. n. 24. & ideo in statutis loquentibus de creditore, non comprehendi, qui actionem realem habet, Cornazan. *decis. 54. n. 34.* Giurba proxime *n. 7. & 8.*

Cui respondetur, quod licet debitoris nomine propriè non contineatur, nisi qui actione personali tenetur; largè tamen eos etiam contineri, qui personali, vel reali tenentur actione, docent Alexand. *cons. 102. nu. 11.*

num. 11. *volum.* 6. Tuſchus *d. concl.* 35. *num.* 15. & 16. *per l. pecuniæ verbum, ff. de verbor. ſignific.* Rota Avenion. *deciſ.* 134. *num.* 8. Hieron. Fabri. *conſ.* 8. *volum.* 1. Maſcard. *de ſtatuto interpr. concluſ.* 5. *num.* 172. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 139. *num.* 17. Marius Giurba *d. gloſſ.* 1. *ex num.* 9. *cum ſeqq.* cùm, ut ipſi affirmant
131 Doctores, nulla ſit inter eos differentia, maximè juxta ſubjectam materiam concurſus creditorum, in quo omnes tam creditores actionis perſonalis, quàm actionis realis tendunt ad eundem finem conſequendi, & recuperandi ex patrimonio debitoris, quod ſuum eſt, quando agitur de eo diſtribuendo, vel diſtrahendo, & illi qui jus habent ad recuperandam rem ſuam in patrimonio debitoris detentam juſtè comparent, legitimè certant, ne aliis vendatur, aut per varias manus diſtrahatur; & ideo rectè inter creditores computantur, eiſdemque prior, & potior inter alios locus & gradus aſſignatur, per jura & Doctores hactenus
132 laudatos, ex *n.* 94. *uſque adhuc:* atque ideo omnes veri, proprii, & improprii creditores in unum concurrere debent judicium, ob omnium & ſingulorum intereſſe, & ob ejus indiviſibilitatem, ut illic omnium examinentur jura, & quilibet ex debitoris patrimonio conſequatur, ſive quod ſuum eſſe apparuerit, ſive quod ſibi debetur, conſtet: accedente præſentia, & defenſione omnium, qui legitimè contradicere poſſunt ſingulorum prætentiones, & jura.

§. Unic.

Succeſſor rei titulo particulari, ſeu univerſali an contra creditorem agentem hypothecaria retentione pro melioramentis non à ſe ipſo, ſed ab Autore ſuo oliove in hypotheca factis uti valeat, & an ei poſſidenti, à quo facta fuerit, probare incumbat.

SUMMARIUM,

1 *Tertius hypothecarius per creditorem conventus reſtituere condemnatus, hypothecam retinet, quouſque de melioramentis à ſe factis ſatisfiat.*
2 *Tertio pro melioramentis ab authore ſuo factis, an hypothecæ retentio competat.*
3 *Negativè reſolvit Paul. de Caſtro.*
Niſi à ſuo authore ceſſionem habeat. ibid.
4 *Pro melioramentis poſſeſſori bonæ fidei non actio, ſed ſola retentio datur.*
Quia meliorans rem, putans ſuam eſſe non habet animum obligandi alium. ibid.
5 *Melioranti rem ſcienti eſſe alienam, retentio, & actio datur, etiam poſt rem domino reſtitutam.*
Quia habuit animum obligandi dominum. ibid.
6 *Re ſemel tradita, retentionis jus evaneſcit.*
7 *Tertium rei poſſeſſorem non poſſe à domino evincente melioramenta conſequi, niſi probet à ſe, vel ab authore ſuo facta eſſe, cum poſſit ab alio fieri, tenuit Paul. de Caſtro, & ſequaces.*
8 *& ſeqq. Poſſeſſori rei melioratæ competit retentio abſq; ceſſione ſive melioraverit ipſe, ſive ſuus author.*
9 *L. in hoc judicium. §. impedia. verſ. ſed. & is qui à me emit, ff. communi divid. exornatur.*
10 *Retentionis jus pro melioramentis ab authore factis, tranſit in ſingularem ſucceſſorem ſine ceſſione.*
11 *Exceptiones ex perſona venditoris tranſeunt in emptorem.*
12 *Condemnatus emptor ad rei reſtitutionem poterit in executione opponere de melioramentis factis à venditore.*
13. 14. 15. 16. & 17. *Retentionis jus tranſit in ſingularem ſucceſſorem abſque alia ceſſione.*
18 *Contra creditorem hypothecarium agentem contra tertium poſſeſſorem competit retentio pro melioramentis tam à ſe factis, ſive à ſuo authore, ſive ceſſione.*
19 *Contra Paul. de Caſtro, qui idem expreſsè teneant.*
20. & 21. *Emptor primus pro centum, vendens ſecundo pro quinquaginta: iſte à vero Domino conventus poteſt pro aliis* 50. *rem retinere, etiam ceſſante ceſſione.*
22 & 23. *Emphyteuta locans rem emphyteuſis agricolæ illum melioranti conventus à Domino, & condemnatur ad reſtitutionem, poteſt illam pro melioramentis retinere, abſque agricolæ ceſſione.*
24 *Rem melioratam tranſlatam in tertium titulo univerſali, vel particulari poſſe contra dominum vendicantem retineri.*
25 *D. l. in hoc judicium ff. communi divid. ponderatur.*
26 *De evictione an teneatur venditor rei melioratæ, ſi emptor de meliorationibus domino eam vendicanti non oppoſuit.*
27. 28. & 29. *Retentio competit ſingulari ſucceſſori pro jure perſonali penes authorem ſuum remanente, etiam ſine ceſſione.*
30 *Jus perſonale, pro quo prætenditur retentio, ſi ſit pars rei, & cum ea tranſeat in ſucceſſorem, iſti jure proprio retentio competit pro eo.*
31 *Res ſimpliciter vendita vel donata, intelligitur vendita vel donata eo modo, & jure, quo venditor eam detinebat.*
32 *Et venit quod intrinſecè, vel extrinſecè rei cohæret vel fuerit acceſſorium, aut quidquid ipſius rei pars conſiderari poteſt.*
33 *Retentio datur poſſidenti rem melioratam pro meliorationibus, cum quibus ad eum res pervenit.*
34 *D. l. in hoc judicium verſ. ſed ſi is qui à me. ff. communi divid. iterum ponderatur.*
35 *Examinatur doctrina Pauli de Caſtro dicentis, poſſeſſorem rei melioratæ teneri probare melioramenta eſſe à ſe, vel ab auctore ſuo facta, aliàs adverſus dominum evincentem non habere retentionem.*
Et falſam eſſe monſtratur ex n. 36. *cum ſeqq.*
36 *Poſſeſſori rei melioratæ contendenti cum vero Domino ſuper melioramentis ſufficit probare rem eſſe melioratam.*
37 *Melioramenta à quovis facta lucrari dominum vendicantem ſuam iniquiſſimum foret.*
38 *Poſſeſſor juſtus rei dominus præſumitur.*
39 *Poſſeſſor fundat in rei proprietate.*
40 *Poſſeſſor non tenetur de jure ſuo docere, nec cauſam, nec titulum ſuæ poſſeſſionis monſtrare.*
41 *Poſſeſſor etſi nihil probet, nec actore probante abſolutus retinet rem.*
42 *Et etiam ſi poſſeſſor aſſumpſiſſet in ſe onus probandi, & nihil probaverit.*
43 *Poſſeſſori ſufficit vincere per non jus actoris.*
44 *Poſſeſſor fundi præſumitur dominus omnium, quæ intra illum continentur.*
45 *Et eo titulo, quo rem principalem acquirit, eodem & omnia intra fundum contenta tranſeunt in poſſeſſorem.*
46 *Poſſeſſori legitimo pro ſe juris præſumptionem habenti, rectè ſolvitur, & debitor liberatur.*
Qui ſolvit creditori putativo, etiam judicis authoritate non interveniente, liberatur. ibid.
47 *Dominus rem melioratam vendicans, & opponens, non à poſſeſſore ſed ab alio potuiſſe rem meliorari, non auditur.*
48 *Opponens de jure tertii ſine mandato, non auditur.*
49 *Dominus licet probet, melioramenta non à poſſeſſore, ſed ab alio facta fuiſſe obtinere non poteſt, nec retentionem evitat, donec ea ſolvat.*
50 *Rem ſi nec ad poſſeſſorem, nec ad vendicantem in judicio conſtiterit, pertinet, poſſeſſor abſolvitur, & rem retinet ſalvo jure tertii.*

51 *Dominus rem vendicans nequit fundari in jure tertii, ſicuti nec in defectu juris poſſeſſoris.*

52 *In pari juris & tituli defectu melior eſt conditio poſſidentis.*

53 *Poſſeſſor cæteris paribus ſemper habet intentionem ſuam fundatam in poſſeſſione.*

54 *Poſſidenti rem melioratam evictam à vero domino, melioramenta (cujus eſſe præſumuntur) præſtanda ſunt.*

55 *Sum in poſſeſſione rei melioratæ; ergo mea ſunt melioramenta juris præſumptione, valet argumentum.*

56 *Idem determinavit Senatus Vallisoletanus.*

57 *Poſſeſſor non vincitur, ſi ſpecificè conſtet, rem alterius, in judicio non exiſtentis, ergo multo minus vincetur per exemptionem gènericam, & incertam rem poſſe alterius eſſe.*

58 *Lite pendente ſuper meliorамentis inter poſſeſſorem, dominum vendicantem rem, & tertium ſimul comparentem, ei erunt ſolvenda per dominum, qui melius probaverit.*

59 *Contendentibus duobus ſuper meliorамentis poteſt dominus retentionem rei evitare, & recuperare; & ſi ea texata deponet, reſtituenda ei qui poſtea vincat.*

1 Ex reſolutione hujus *cap.* 11. poſſe nempe tertium rei hypothecæ poſſeſſorem uti retentione pro meliorамentis neceſſariis à ſe factis adverſus creditorem agentem actione hypothecaria de quo multa videnda erunt ſuperiùs hoc eodem *c.* 11. *ex num.* 5. *multis ſeqq.* ubi tractavimus accuratè de conciliatione *text. in l. Paulus §. domus ff. de pignoribus l. cum poſtulaſſem* 43. *§. damni infecti ff. de damno infecto.*

2 Nunc tractandum de meliorамentis non ab ipſo tertio rei hypothecatæ poſſeſſore facti; ſed ab ejus authore, à quo cauſam & titulum habet, particularem, ſeu univerſalem; an iſte conventus à creditore actione hypothecaria poſſit rem retinere, donec de meliorамentis in re factis a quovis alio ſibi ſatisfiat.

3 Hanc quæſtionem tetigit Paul. de Caſtro *in conſ.* 270. *nn.* 4. in noviori impreſſione, *tom.* 2. *&* 326. in antiqua impreſſione, quod firmat, quod ſi dominus directi dominii vendicaverit rem, à colono, & per ſententiam vicerit ſolutis prius meliorамentis in re ipſa factis, ut iſti non ſint reſtituenda à ſuis authoribus facta, ſi ſit ſucceſſor ex titulo particulari, niſi à ſuo authore oſtenderit ceſſionem eorum, ſecus ſi fuerit ſucceſſor univerſalis, qui ceſſione non eget, ad meliorамenta conſequenda, ea ratione motus, quoniam jus excipiendi, & retinendi competens venditori tanquam perſonale, non tranſit in emptorem, & ſucceſſorem particularem, niſi ei fuerit ceſſum, in hujus rationis comprobationem allegat Gloſſ. Cynum. & Bartol. *in l.* 3. *C. quod metus cauſa*, nec non Bald. *ibidem.*

4 Sed efficaciorem aliam rationem potuit adducere Paul. de Caſtro; ne jus excipiendi, & retinendi tranſiret in ſucceſſorem particularem, nempe poſſeſſor bonæ fidei rem poſſidens meliorando, nullam regulariter pro meliorationibus actionem habet, ſed dumtaxat retentionem, quam amiſit, & uti nequit, poſſeſſione ſemel dimiſſa, textus eſt expreſſus *in l. ſi in area, in fin. ff. de cond. indebiti.* Ratio eſt, quoniam iſte bonæ fidei poſſeſſor, qui alienam rem poſſidet putans ſuam eſſe, meliorando non habet animum obligandi alium, atque ideo ei, dum poſſidet, datur jus retentionis dumtaxat, & poſſeſſione ceſſante, jus ſuum extinguitur, & evaneſcit *d. l. ſi in area*, & hoc ad differentiam ejus poſ-
5 ſeſſoris, qui ſcit rem alienam eſſe, & à ſe reſtituendam, tumiſti non ſolùm pro meliorамentis detur reſtitutio; verum reſtituta re, & amiſſa poſſeſſione detur actio ad conſequenda meliorамenta, cùm ſciens rem eſſe alienam expendendo neceſſario & utiliter habet animum obligandi dominum rei, ut in colono, emphyteuta, uſufructuario, feudatario, hærede gravato, & ſimilibus, per textum *in l. dominus horreorum §. 1. locati, l. ſi ſervus, ff. de pignoratitia actio.* & poſt plurimos Doctores ita communiter diſtinguentes probatur Alvar. Valaſc. *de jure emphyteu. q.* 25. *ex n.* 25. innumerabiles penè congerit pro præfata diſtinctione Caſtillo *controverſ. tom.* 5. *cap.* 65. *ex n.* 83. plurimos recen. Antonius Amato, *variar. reſol. cap.* 14. *ex n.* 54. *&* 55. *& ſeqq.* Manguillus *de evictionibus q.* 154. *ex n.* 13. *& n.* 24. *cum ſeqq.*

6 Sed quando poſſeſſor bonæ fidei tradit poſſeſſori particulari immelioratam ſine retentionis ceſſione, nihil poteſt in ſucceſſorem transferre, cùm dimittendo poſſeſſionem jus retentionis ſublatum & extinctum ſit, probat textus *in l. hoc judicium, ff. communi divid.* ibi *ſed hoc ita ſi mecum agatur, cæterum ſi partem meam alienavero, non erit unde retinere poſſim.* Ergo impoſſibile videtur, ut in ſucceſſorem tranſire poſſit *l. Modeſtinus* cum materia *ff. de ſolutionibus*, atque ideo ceſſio juris retinendi debet intervenire, ut ſucceſſor particularis poſſit pro meliorамentis ab autore ſuo factis rem retinere, & opponere contra verum dominum vendicantem rem.

7 Ex hac doctrina infert ipſe Paul. de Caſtro, loco ſuperius citato, quod ſucceſſor titulo univerſali, hæreditario, vel titulo particulari, non poterit à domino rem vendicante conſequi meliorамenta, niſi ſpecificè probet, a quibus titulum, & cauſam habet: reddit rationem, quia potuerunt fieri ab alio à quo poſſeſſor cauſam non habeat; nec ad eum meliorамenta pertinebunt, ſed illi tertio, qui impenſas fecerit, cum non valet conſequentia; requiritur in poſſeſſione rei melioratæ; ergo ab ipſo facta ſunt, & ſibi reſtitui debent, ita ut ſola meliorамentorum poſſeſſio non ſit ſufficiens, ut illi meliorамenta reſtituantur à domino rei vindicatæ, allegat ad id Bald. *in d. l.* 3. *C. quod met. cauſa.* qui id non dixit. Paulum de Caſtro tamen alii ſequuntur, Burſatus *conſ.* 330. *n.* 96. *lib.* 3. Hondedeus *conſil.* 98. *n.* 41. *lib.* 1. Menochius *de recuper. poſſeſſio. remedio* 15. *n.* 567. Rolandus *conſil.* 28. *col. ult. lib.* 1. Gratian. *diſceptat. forenſ. tom.* 1. *cap.* 193. *num.* 1. *&* 2. adde Manguillum *de evictionibus, quæſt.* 153. *num.* 1. qui tamen, nec ipſe Paulus aliquod fundamentum pro ſua opinione adducunt.

8 Sed nihilominus contraria opinio longè verior, & probabilior eſt lege, ratione, & communi Doctorum opinione roborata, ut ſcilicet ſucceſſor & poſſeſſor rei melioratæ ſive univerſalis, ſive particularis non egeat ceſſione ſui auctoris, ut poſſit rem retinere pro meliorамentis ſive à ſe factis, ſive à ſuis authoribus factis contra verum dominum rem vendicantem, ita ut hoc jus retinendi competat poſſeſſori duplici ex capite, tam ex jure ſibi ab auctore ſuo tranſmiſſo, à quo titulum, & cauſam habet, quàm ex ſuo proprio ipſius poſſeſſoris; ita ut ſola poſſeſſio rei melioratæ ſufficiat ad hanc retentionem cauſandum contra Dominum eam vendicantem, ita poſſeſſori ſufficiat rem eſſe melioratam probare abſque eo quod arctaretur probare, an à ſe, vel ab auctore ſuo facta fuerint meliorамenta.

9 Probatur hæc reſolutio ex text. expreſſo, qui nulla arte aut ingenio cavillari poteſt *in leg. in hoc judicium, §. impendia. verſ. ſed & is, ff. commun. divid. Sed & is* (inquit Conſultus) *qui à me emit, an retinere poſſit, videndum eſt. Nam ſi vendicatur ab eo pars impendiorum nomine, quæ ego feciſſem, ita ut ergo, poterit ipſe retentionem facere, & verius eſt, ut in hac ſpecie retineatur.* Quem textum allegavit Paulus de Caſtro, nec ejus ſequaces, cujus ſi meminiſſet, non ita facilè contra eum determinaſſet, vel ut verius puto, ipſum ex propoſito omiſiſſe, ne ſuo clientulo, pro quo conſulebat, damnum afferret, agnoſcens nullam reſponſionem aptam ei accommodari poſſe, quod apertiùs colligitur ex eo quod ipſe Paul. de Caſtro pro ſuæ opinionis comprobatione adducit Cynum, Bartol. & Bald. cum dempto

Bart.

Bart. cæteri contrariam teneant expresè, ut jus rationis transeat in singularem successorem pro melioramentis absque ulla cessione à suo auctore factis.

10 Eandem etiam opinionem post. Bald. & alios probavit Tiraquellus *de retract. lignagier.* §. 12. *gl.* 1. *ex n.* 18. *cum seqq.* dicens veriorem opinionem, quia jus retentionis pro melioramentis ab auctore factis sapit de-
11 fensionem, jus autem defensionis transit in singularem successorem sine ulla cessione ex plenè notatis à Dino *in l. fluminum*, §. *adjicitur*, *ff. de damno infecto*, & probari dicit, *in d. l. in hoc judicium*, *vers. cæterum si partem ff. commun. dividun. & in n.* 19. quod exceptiones ex persona venditoris transeunt in emptorem, ex *l. si à te*, *in fin. & l. si mater*, §. *ult. ff. de exceptione rei judicatæ*, & per text. *in d. l. in hoc judicium*, §. 1. *vers. sed is*, *qui à me*, dicens singularem, & unicum
12 post Ripam *in d. l. ubi purè.* §. *qui in distrahen. ff. ad Trebellianum*, & Romanum *in singula.* 174. *tu scis*, *quod faciens*, idem firmat ipse Tiraquel. *de tract. conventio.* §. 7. *ad fin. tit. n.* 15. quod si emptor alteri tertio vendiderit, & hic tertius conventus, & condemnatus fuit ad rei restitutionem, poterit in executione sententiæ opponere de melioramentis, ac expensis à primo emptore factis.

13 Et per dictam *l. in hoc judicium*, §. *impendia*, *vers. sed is.* Et per Alexand. *in l. qui exceptionem*, §. *si pars*, *ff. de conditione indeb.* idem probat Neguf. *de pignorib.* 5. *p.* 4. *membr. n.* 23. quod jus retentionis, quod competit possessori ratione melioramentorum transit etiam in singularem successorem illius sine alia cessione, hinc etiam dicit Hercules Marescotus *var. resol. lib.* 2. *cap.* 212. *n.* 7. quod in singulares successores transit jus retinendi pro melioratis à primo emptore factis per text. *in d. vers. sed is qui*, Ripam, Neguf. Tiraq. &
14 Boërium *in decis.* 44. *num.* 14. *& num.* 19. & Galesium *ad form. obligat. Cameral.* 4. *p. q.* 2. *num.* 15. & quod jus retentionis pro expensis transit sine cessione in
15 singularem successorem, probarunt Cepal. *cons.* 299. *n.* 35. Becius *cons.* 97. *n.* 21. Sebast. Medicis *de compensationib.* 2. *p. q.* 16. *nu.* 18. post quos & plures alios affirmat. Surdus *de aliment. tit.* 8. *princ.* 62. *n.* 11. quamplures etiam allegat; & sequitur Manguil. *de evictionib. q.* 154. *n.* 3. 4. 5. *& n.* 6.

16 Idem etiam tenet post plures Doctores, veriorem opinionem affirmans Gratian. *discep. forens. tom.* 2. *cap.* 20. *n.* 13. *&* 14. ibi. *Eo magis quia concurrit cum jure excipiendis jus retentionis*, *& detentionis*, *quod transit in singularem successorem ob commodum*, *quod affert retentio*, Gomez *de contract. tom.* 2. *tit. de locato*, *& conduc. cap.* 3. *nu.* 9. *vers. tertio limita.* Socinus *cons.* 121. *ad fin. num.* 16. *lib.* 1. per text. *in l. hoc judicium*, *in princ. ff. communi dividun. & ista est verior opinio*, *quidquid in contrarium* dicat Cynus *in l. emptorem*, *C. locati*, *nu.* 4. *& ibi* Salicet. *nu.* 8. *qui volunt quod conductor non possit contra emptorem excipere de hujusmodi pacto venditoris*, *cum sit personale*, *licet possit agere*, *ut venditor sibi cedat dictam exceptionem & tunc juvabitur jure cesso*; *quia eorum sententia non approbatur*, ut latè concludit Surdus *dec.* 264. *per tot. prout regulare est*, *ut in translatione exceptionis nulla requirat cessio*, *l. rescriptum*, §. *fin. de pactis.* Aymon. *cons.* 148. *in princ. ubi loquitur de quolibet successore.* sequitur Ber-
17 tazola *claus.* 29. *gl.* 6. *in fi.* &c. Et lequendo, in tertio possessore rei melioratæ singulare successore coloni, ut in eum tranfeat jus retentionis absque ulla cessione per *d. l. in hoc judicium*, §. *impendia*, tenent Magon. *decis. Florent.* 59. *à num.* 3. Thesaur. Jun. *l.* 2. *forens. q.* 56. *n.* 8. Surdus. *cons.* 4. *n.* 8. *& cons.* 183. *n.* 5. *& n.* 19. Costa *de scientia*, *& ignor. centur.* 2. *dist.* 73. *n.* 9. Rodoanus *de reb. Eccl. non alien. q.* 72. *c.* 12. *num.* 6. *&* 7. Trentacinq. *var. resolut.* 3. *de pign. resol.* 1. *num.* 1. *vers. istud jus.* Bimius *cons.* 179. *nu.* 14. *vol.* 2. post quos, & plures alios tenet Giurba *decis.* 73. *n.* 17. & per text. *in d. leg. in hoc judicium.* Idem tenet Joseph. Ludovis. *decis. Peruf.* 109. *n. p.* 2. Francis. Marcus *dec.* 181. *p.* 1. Cavalcan.

de usufruct. n. 201. Grammatic. *decis.* 92. *n.* 20. & post alios tenet Guzman *de evictionib. q.* 20. *n.* 29. & quod jus retentionis transeat in singularem quemlibet successorem, tenet post Greg. Lopez, & *d. l. in hoc judicium.* Ricium in *dec. Curiæ Archiepisc. Neapol.* 176. Carroc. *decis.* 21. *n.* 11. & per quamplurimos alios ex relatis tenet Hermosilla *ad. l.* 9. *tit.* 2. *p.* 5. *gloss.* 4. *n.* 115. *tom.* 1. *fol.* 175. discentes successorum singularem posse rem retinere pro melioramentis factis à suo auctore, tenet etiam Aretin. *de retentione n. fin.*

Quæ doctrina non solum locum habet contra domi- 18
num vendicantem rem à tertio possessore; verum etiam contra veri domini creditorem agentem actione hypothecaria ex dominio debitoris, & tunc tertius iste possessor possit opponere de retentione pro melioramentis factis à possessore, verùm & pro factis ab auctoribus à quibus causam habet; probant expresè Gutierrez *pract. quæst. canon. l.* 2. *q.* 8. *n.* 61. Petr. Surd. *cons.* 4. *n.* 8. & idem Sur. post plures alios *de aliment. tit.* 8. *priv.* 62. *n.* 11. Giurba *decis.* 63. *n.* 17. *in fin.* & post Bart. Alexand. Jode Platea, Angel. & Castrens. *in l. si convenerit*, §. *si fundus*, *ff. de pignor. act.* Socin. Sen. Brunum Alver. & Negusant. idem probat Manguilius *de evictionib. q.* 154. *n.* 3. *&* 4. *&* *n.* 6.

Et expresè probando Paul. de Castro *in d. cons.* 19
270. *n.* tenet Boër. *decis.* 44. *n.* 19. dicens suam opinionem esse contra text. expressum *in d. l. in hoc judicium* §. *imped. vers. sed si is*, *ff. comm. divid.* expresè determinantem retentione uti posse secundum emptorem, rei melioratæ possessorem pro melioramentis factis à venditore contra verum dominum eam vendicantem.

Contra Paul. de Castro *d. cons.* 170. *n.* 4. elegan- 20
ter insurgit noster Joan. Garcia *in tr. de expens. & meliorat. cap.* 7. *n.* 13. per text. *in d.* §. *sed & is*, qui loqui dicit, quando emptor rei melioratæ vult eam retinere pro expensis à venditore factis, quas ipse emptor nec fecit, nec venditori solvit ut nihilominus retinendi jus habeat, sibi transiatum absque cessione; quia jus retentionis, quæ sapit defensionem transit in quemlibet singularem successorem per jura & Doctores à se allegatos, quo etiam casu loquuntur Bart. Bald. & Cynus, allegati à Paulo de Castro, qui
in l. 3. *C. quòd metus causa*, dicunt quod quando res 21
vendita fuit à Domino pro centum, & iste alteri vendat pro quinquaginta; si dominus è secundo emptore metus causa avocaverit rem, poterit emptor rem ipsam retinere pro pretio, quo eam emit primus emptor, juxta magis communem, ad latissimè tradita per Tiraquellum *de retractu lignag.* §. 12. *glos.* 1. *ex n.* 18. *cum seq. & ex num.* 6. *cum seq.* probant etiam omnes Doctores hactenus laudati *ex n.* 8. *cum seq.*

Ex hac Theorica infert ipse Joan. Garcia *d. c.* 7. *sub* 22
n. 13. ad casum practicum, quando emphyteuta fundum *Idem quod Garcia post alios sequitur Olea de cess. Jur. & act. tit. 4. q. 8. ex n. 20. cum seq.*
emphyteuticum locavit cuidam Agricolæ, quem fundum iste suis expensis melioravit; postea dominus fundi vindicavit ab emphyteuta possessore restituere condemnato, iste oppositi de melioramentis, quæ in fundo facta reperiebantur, dominus replicat; & ei opponit, hæc melioramenta ipsum emphyteutam non fecisse, sed colonum, cujus cessionem non habebat, & propterea melioramenta ad eum non pertinere, sed ad colonum, pro quibus emphyteutæ possessori jus retentionis competere non poterat, quia ipsi restituenda melioramenta non erant, cùm sua non sint, nec ad ea jus habeat emphyteuta, pro domino impediente retentionem allegat *d. cons.* Pauli de Castro 270. *n.* 4. tandem hinc inde plura exagitans Joan. Garcia, cum gloss. Parisiensi resolvit, domino rem melioratam vendicanti non prodesse hujusmodi objectionem, emphyteutam non melioràsse, nec ad se pertinere aliquo titulo melioramenta ipsa alio facta; cum in ipsum emphyteutam possidentem transierit defensionis jus & retentionis, ipsum verò dominum non posse vendicare rem melioratam, cùm ad eum melioramenta non pertineant,

niſi prius ea ſolvat, nec antea dominum habiturum eſſe fundum, quia ditari non debet cum jactura aliena nec alienum conſequi, jus patitur.

23 Jo. Garciam referens ſequitur Hermoſilla *in l.* 36. *tit.* 5. *p.* 5. *gloſſ.* 7. *n.* 6. *tom.* 2. *fol.* 181. In hæc. *Et emptor non ſolum pro expenſis à ſe factis contra verum dominum vendicantem poterit retentione uti, ſed etiam pro factis à venditore, à quo caſum habet, vel ab alio, nec ei obſtabit exceptio, quod ipſe expenſas non fecerit, qui verus dominus non aliter, quam ſi expenſas ſolverit, rem vendicare poterit, ut tradit Garcia ubi proximè*, &c.

24 Infertur ſecundò, quod quando res jam meliorata transfertur in quemlibet ſucceſſorem titulo univerſali, veluti ex teſtamento; vel titulo particulari emptionis, donationis, legati, & ſimilium, ita ut tota res, prout eſt meliorata, tranſeat in tertium, ille jure proprio poterit rem retinere contra verum dominum eam vendicantem, nam ex quo melioramenta ſua ſint effecta ſimul cum re principali ex alio juſto titulo; nemo dubitat ſibi competere retentionem pro melioramentis repertis in ipſa abſque alia ceſſione, imò Doctores, qui melioramentorum ceſſionem oppetunt, ad hunc dumtaxat effectum illam requirunt, ut jure proprio ſingularis ſucceſſor valeat retinere rem pro melioramentis ab alio factis, negantes ſine ceſſione non tranſire, quod probat optimè Garcia *d. cap.* 7. *n.* 13. *ante fin.*

25 Quod deinde probatur argumento text. *in d. l. in hoc. judic. nu.* §. *ſed & is qui*, quo juxta intellectum Joan. Garciæ, datur retentio ſecundo emptori poſſidenti pro melioramentis factis ab auctore, quæ nec ipſe poſſeſſor emit, nec pro eis pretium ſolvit, ſed propterea pertinent venditori, annotavimus ſuprà *nu.* 20. quanto magis dabitur poſſeſſori ſingulari ſucceſſori, qui rem melioratam, & ſic meliorationum pretium ſolvit, & ſua facit juſto titulo emptionis, vel donationis, juxta Pinell. *in leg.* 2. *part.* 2. *c.* 3. *à n.* 2. *C. de reſcind. vend.* Cavallinus *de evictio.* §. 3. *n.* 169. Trentacinq. *variar. reſol. tit. de intereſſe reſolut.* 1. *nu.* 88. *c.* 17. *nu.* 9. Gutier. *practic. l.* 3. *q.* 68. *nu.* 15. Franchiſ. *deciſ.* 552. Valaſcus *de jure emphyt. q.* 25. *verſ. quid autem* Caſtillo *in l.* 50. *Tauri verb. Las coſtas*, *n.* 4. Mieres *de majorat.* 4. *p. q.* 32. *n.* 8. Guzman. *de evictionib. q.* 13. *n.* 73. *&* 20. *à n.* 1. *& q.*

26 95. *n.* 5. Hermoſillam. *ad. l.* 36. *tit.* 5. *p. gloſſ.* 7. *n.* 4. *& n.* 1. *& 2. & n.* 5. *tom.* 2. *fol.* 180. qui agunt, quando venditor rei melioratæ evictæ ad emptore per dominum non tenetur de evictione pro melioramentis, quæ emptor poſſidens condemnatus neglexit opponere, per *l. idemque Julianus*, §. *illud expeditius. ff. de actione empti.* qui duo vera ſupponunt, unum venditionem melioramentorum ſimul cum ipſa re quam ſupponit evictio. Secundum, quod iſti emptori rei meliorat. competit retentio jure proprio pro melioramentis factis à venditore contra verum dominum vendicare volentem melioratam.

27 Sed ut in re hac clariùs procedamus, & ut ea, quæ hactenus dicta ſunt, faciliùs percipiantur, advertere debemus, quod duplici ex cauſa poteſt jus retentionis tranſire in ſingularem ſucceſſorem, & ei competere; ex cauſa nempe juris perſonalis in ſucceſſorem nec tranſmiſſi, nec ceſſit, ſed remanenti penes ſuum auctorem, vendentem, quod quidem jus conſideratur extra rem principalem, quod nec ſit rei pars, ut exemplo, & quæſtione mota per gloſſ. Doctores *in d. l.* 3. *C. quod met. cauſa*, de qua abundè per Tiraquell. *de retractu linag. d.* §. 12. *gloſſ.* 1. *ex. n.* 6. *cum multis ſeqq.*

28 quando nempe primus emptor à domino rem pro centum, & ſecundus à primo emit pro quinquaginta tantùm, etſi ab iſto rem Dominus vendicet actione quod metus cauſa, dubitatur an iſte ſecundus emptor condemnatus poſſit rem retinere pro illo majori pretio, quo primus emit, ac Dominus recepit, & reſtituat: vel an ſufficiat præſtare illud minus pretium, quo ſecundus emit. Gloſ. Bart. & Paul. *in conſ.* 270. *n.* 4. negant pro majori pretio retentionem competere poſſeſſori, non habenti ceſſionem à ſuo auctore illius juris perſonalis, quod penes remanſit cum ad ſecundum emptorem ille pretii exceſſus non pertineat, nec jus habeat. Communis tamen Doctorum contrarium tenet, ut *ex n.* 8. vidiſti, quantumvis jus illud perſonale extra rem conſideretur, ut adhuc jus retentionis transferatur in ſingularem abſque ulla ceſſione.

Secunda cauſa ex qua jus retentionis tranſit in ſin- 29
gularem ſucceſſorem, illa erit, quando jus rei, pro quo retentio prætenditur, ſit rei pars, & cum illa ſimul tranſeat in ſucceſſorem particularem, vel uni- 30
verſalem, ut puta, quando quis emit rem jam melioratam, quia ſimul emit melioramenta; & ſibi acquiſivit eodem titulo, quo & rem principalem. Nam res ſim- 31
pliciter vendita, aut donata intelligitur vendita eo modo & jure, quo autor eam detinebat tempore venditionis, ſeu donationis, ut poſt plurimos probat Bertazola *clauſ.* 19. *gl.* 10. *n.* 7. Neguſant. & alii per Surdum *conſil.* 183. *n.* 18. & non ſolùm venit quod in- 32
trinſecè ineſt, verum & quod intrinſecè rei cohæret, aut ſit acceſſorium, aut quidquid pars ipſius rei conſiderari poteſt, plura cumulat Bertazola *d. gloſſ.* 18. *per totam.* Gomez *variar. reſol. tom.* 2. *cap.* 2. *ex n.* 11. per plures colum. Mantica *de contract. tom.* 1. *lib.* 4. *tit.* 8. *n.* 1. *cum ſeqq. & ex n.* 15. *cum ſeqq.*

Et tunc pro iis melioramentis jure proprio, & 33
ad ſui commodum retentio competit rem melioratam poſſidenti qui aliter tradere non tenetur, niſi prius ſibi melioramenta Dominus ſolvat. Nam quemadmodum auctor ſuus, qui melioramenta fecit in re aliena, eam retinere potuit, dum ſua erant & ad ſe pertinebant, ita pariter ſucceſſor quilibet, qui juſto titulo melioramentorum Dominus effectus fuit, ſive verè, juris præſumptione, (de quo latiùs protinus erit tractandum) poteſt poſſeſſor jure proprio, rem retinere donec melioramenta ipſa ſibi à Domino vendicante reſtituantur, quod expreſsè probat text. *in d. l. in hoc judicium*, *d. verſ. ſed is qui à me*, *ff. communi divid.* qui loquitur de eo, qui emit rem melioratam, & ſic reſpondit quoad jus rerentionis. *Sed is, qui à me emit, an retinere poſſit, videndum eſt. Nam ſi vendicaretur ab eo pars impendiorum nomine, quæ ego feciſſem, ita ut ego, poterat ipſe retentionem facere;* qui eſt verus & litteralis ſenſus *d.* §. & non 34
traditus à Garcia, ſupra relato *nu.* 20. ut iſte text. loquatur, quando emptor non ſolvit melioramenta, ſed remanſerunt penes venditorem, qui intellectus divinatorius eſt, quamvis doctrina in ſe vera ſit, ſed convenit priori diſtinctionis membro juxta Doctores innumerabiles relatos ſup. *ex num.* 8. *cum. ſeqq.* non verò quando res meliorata emitur, vel donatur ſimpliciter, quæ tota prout jacet in ſucceſſorem transfertur, & jure ac titulo proprio poſſidet, qui ſunt caſus omninò diſtincti, & diverſis procedentes ex diſtinctis regulis, atque perperam confundi ſolent ab aliquibus Doctoribus maximè citatis *n.* 7. qui promiſcuè eis utuntur.

Infertur denique ad examen illius illationis quam 35
deduxit. Paul. de Caſtro *d. conſ.* 270. *ſub nu.* 4. Ex ſua opinione ab omnibus reprobata, (de qua ſuprà *ex n.* 8. *cum ſeqq.*) ut ſcilicet tertius rei melioratæ poſſeſſor, ut poſſit obtinere retentionem pro melioramentis in ea factis ab auctore, vel ab auctoribus ſuis; debet præcisè probare melioramenta facta fuiſſe ab illis, cum potuiſſent ab alio fieri, a quo ipſe poſſeſſor nec cauſam, nec titulum habet, cum ex ſola poſſeſſione non inferatur ad melioramenta ſibi reſtituenda, cum Paulo ſimpliciter tranſeunt plures DD. ſuperius relati *nu.* 7. quorum neuter aliquam rationem, aut fundamentum adducit, ex quo ſua aſſertio ſuſtineri poſſit.

Quæ tamen opinio ſic abſolutè, & ſimpliciter ſumpta 36
falſa eſt, & prorſus improbabilis, & contra omnia

juris

juris præcepta, juxta quæ, ut veritas luceſcat, tres caſus diſtinguendi erunt: primus quando controverſia melioramentorum verſatur inter poſſeſſorem rei melioratæ, & dominum verum eam vendicantem; & tunc poſſeſſori opponenti de melioramentis ſufficit probare rem eſſe melioratam, & melioramentorum valorem oſtendere, nec in hoc caſu poſſeſſor gravatur ſpecificè probare, à quo facta fuerint melioramenta ipſa, nec dimittere vel tradere rem malioratam cogi poteſt poſſeſſor, donec ſibi à domino melioramenta ſolvantur: tum
37 quia hæc melioramenta, à quolibet facta nullo modo ſunt nec pertinent ad dominum vendicantem, nec rem melioratam conſequi poteſt, donec cum effectu illa ſolvat, cum iniquiſſimum ſit melioramenta Dominum lucrari cum jactura aliena, ut in iſtis, & fortioribus terminis conſiderant Joan. Garcia *de expenſis, c. 7. ſub n.* 13. Hermoſilla *in l. 36. tit.* 5. *p.* 5. *gloſſ.* 7. *n.* 6. *fol.* 181. & generaliter conſiderant DD. communiter Valaſcus *de jure emphyt. q.* 25. *ſub. n.* 25. ideo à quovis facta ſint, ſemper melioramentorum verus Dominus debitor eſt, & ſolvere tenetur.

38 Ergo poſſeſſori, à quo Dominus rem melioratam recipere vult tenetur melioramenta ſolvere, cujus eſſe in dubio præſumuntur, & juſto titulo acquiſiviſſe, cum ipſa re ſive titulo univerſali, ſive titulo particulari ad ſe res meliorata pervenerit. Dominus etenim præſumitur is qui in rei juſta poſſeſſione reperitur, *l. ob maritorum, ne uxor pro marito l. cum res, C. de probat. l. fin. C. de rei vendic. l. ſive poſſidetis. C. de probat.* Menoch. *conſ.* 90. *n.* 59. *& conſ.* 576. *n.* 8. *& conſ.* 187. *num.* 15. *&* 1252. *num.* 23. *&* 4. idem Menoch. *de præſumpt. l.* 3. *præſumpt.* 109. *num.* 4. *& ſeqq.* qui ubique plurimos alios allegat, Chriſtopho. de Paz. *in tract. de tenuta. cap.* 6. *n.* 20. *&* 21. Colerius *de proceſſ. execut. p.* 2. *cap.* 3. *n.* 261. Cancerius *variar. reſol. p.* 2. *cap.* 4. *num.* 29. Anton. Faber *in ſuo C. Fabriano. lib.* 4. *tit.* 14. *definit.* 40. Ludoviſ. Poſt. *in tract. de manutentione. obſervat.* 1. *ex n.* 21. *cum ſeqq.* & quemad-
39 modum poſſeſſor præſumitur dominus rei poſſeſſor; ita pariter fundare dicitur in proprietate, multa cumulavimus 2. *part. cap.* 22. *ex n.* 75. *cum multis ſeqq.*

40 Poſſeſſor enim non tenetur de jure ſuo docere, nec cauſam, nec titulum ſuæ poſſeſſionis monſtrare. *l. cogi. C. de petitio. hæreditat.* & ibi communiter Doctores, Mazolus *conſ.* 91. *n.* 7. Tuſchus in verbo *poſſeſſor. concl.* 439. *per totam.* Seraphinus *deciſ.* 670. *n.* 2.
41 Rota *diverſ. deciſ.* 441. *num.* 6. *part.* 4. Ludoviſ. Poſt. *d. obſervatio.* 1. *num.* 8. *&* 9. contra quem ſi non ſit probatum ab actore abſolvitur, & remanet res penes ipſum etiamſi nihil de jure ſuo probaverit, Caballinus *ad conſtitut. Marchiæ. lib.* 5. *cap.* 14. *gloſſa uni.* Cyriacus *controverſ. forenſ. lib.* 2. *controverſ.* 244. *n.* 2. Gutierrez *practicar. quæſtio. lib.* 3. *p.* 19. *num.* 3. *l. liberis. §. ſi ff. de liberandi cauſa.* optima *l.* 28. *tit.* 2. *p.* 3. *pro muy grande nace a los tenedores de las coſas, quierlas tengan con derecho, o non, ca maguer los queſelas demandaſen, dixeſen que eran ſuyas, ſi lo non pudieſen probar que les perteneſcia el ſeñorio dellas: ſiempre finca la tenencia en aquellos que las tienen, maguer*
42 *non mueſtren non ningun derecho, que ampara tenerlas.* etiam ſi ipſe poſſeſſor aſſumpſiſſet in ſe onus probandi, & nihil probaverit, *gloſſ. ult. in l. circa ff. de probationibus* addit. *ad gloſſ. in §. retinendæ.* in verbo *remanet. inſtitut. de interdictis.* Cæſar Bartinus *deciſ.* 47 *ſub. num.* 17. Ludoviſ. Poſt. *de manutentio. obſervat.* 1. *num.* 13. 14. *&* 15.

Poſſeſſori etenim ſufficit vincere per non jus actoris,
43 abſque eo quod doceat de jure ſuo, cum ſola poſſeſſio ei ſufficiat ad defenſionem. Monachus *deciſ. florenti.* 61. *in fi. l. qui accuſare. C. de edendo, l fi. C. de rei vindicatio.* Melchior Loterius *de re benefic. tom.* 1. *lib.* 2. *quæſt.* 46. *numer.* 27. Triviſan. *deciſ.* 25. *numer.* 3. *lib.* 1. Seraphinus *deciſ.* 871. *num.* 5. Mantica *deciſ.* 366. *num.* 11. Rota *in recent. deciſ.* 21. *num.* 6. *& deciſ.* 284. *num.* 4. *& deciſ.* 293. *num.* 9. *& deciſ.* 708. *n.* 10. *p.* 1. Coccinus *deciſ.* 385. *num.* 1. Cavaler. *deciſ.* 630. *n.* 1. *&* 2. Rota *in Romana reſtitutio.* quæ eſt poſt tractat. *de manutentio.* 249. *n.* 8. *& deciſ.* 302. *num.* 2. Ludoviſ. Poſt. *d. obſervatio.* 1. *n.* 16. *& ſeqq.*

Igitur ſi poſſeſſor ex eo ſolo, quod, reperiatur in poſſeſſione rei melioratæ, & per conſequens meliora- 44
mentorum præſumitur dominus, nullo modo arctari poterit, ut doceat, à quo facta ſint melioramenta, ſed dumtaxat, quod res ſit meliorata, ut melioramenta conſequatur à domino rem vendicante, cum fundi poſſeſſor omnium intra illum contentorum dominus præſumatur, multa cumulat Hermoſilla. *d. l.* 15. *tit.* 5. *p.* 5. *gloſſ.* 3. *ex n.* 9. *& n.* 11. *cum ſeqq. tom.* 2. *fol.* 88. 45
& ex titulo acquiſitionis ſive univerſali, ſive particulari, omnia intra fundum contenta in poſſeſſorem tranſeant, Pereira *de emp. & vendit. cap.* 22. *n.* 15. *&* 16. ubi plures laudat, diximus etiam ſuprà *ex n.* 30. quia 46
legitimo poſſeſſori, pro ſe habenti juris præſumptionem rectè ſolvitur, & debitor liberatur, licet verè non ſit dominus, plures adduximus *infrà* 2. *p. c.* 22. *n.* 77. *& ſeqq.* quia qui ſolvit creditori putativo etiam judicis authoritate non interveniente liberatur. *l.* 1. *§. ſi rem à ſervo. ff. depoſiti.* & Alberic. *in l. urbana ff. de condictio. indebiti.* Bald. *in l. extat. C. quod metus cauſa.* Gratianus *diſceptatio* 37. *num.* 36. Peregrin. *conſ.* 88. *n.* 2. *volum.* 1. Giurba *deciſ.* 99. *num.* 20. ubi etiam qui ſolvit poſſeſſori hæreditatis putativo, inde privato liberatur, ex Bar. *in l. filiæ inteſtatæ. ff. de ſolutionibus, & in l. cum fundum. §. ſervum. verſ. venio ad ſecundum. ff. ſi certum petat & in l. falſus num.* 4. *ff. de furtis.* Caſtrenſis *in l. ſi procuratori. nota.* 2. *&* 3. *ff. de conditione ob cauſam. & in l. cum quis. §.* 2. *ff. de ſolutio.* Aretinus *conſ.* 35. *per totum.* Riminald. Senior. *conſ.* 64. *n.* 4. Ruinus *conſ.* 171. *num.* 4. *vol.* 4. Alberic. *conſ.* 462. *num.* 3. *&* 6. Briſon. *de ſolutioni. lib.* 1. *fol.* 325. Caſanat. *conſ.* 2. *num.* 32. ergo rei melioratæ poſſeſſori, pro quo adeſt juris præſumptio interim, quod non apparet alius melioramentorum dominus, eorum ei à vendicante rem ſolvenda erunt melioramenta.

Secundus caſus ſit, quando melioramentorum controverſia ſimiliter verſatur inter poſſeſſorem rei me- 47
lioratæ, verum & dominum, & ab iſto opponatur, melioramenta ab alio tertio facta fuiſſe, è quo poſſeſſor, nec titulum nec cauſam habet, ſive iſte tertius in genere enuncietur, ſive ſpecificè nominetur: & hoc caſu dominus in hac oppoſitione audiri non debet, ſed cogitur melioramenta præſtare, ſi rem avocare vellet à poſſeſſore; nam ſi in genere opponat, tanquam exceptio vaga, & incerta non relevat, nec admittitur. Et quoniam non ſit bona conſequentia, fuerunt melioramenta ab alio facta; ergo mihi poſſideriti non pertinent; tum etiam quia hæc generica, & incerta oppoſitio, cui jus nullo modo aſſiſtit, concurrit cum juris præſumptione, quæ facit poſſeſſorem dominum melioramentorum, ut in primo caſu oſtendimus.

Deinde quia quando dominus in ſua oppoſitione no- 48
minet ſpecificè tertium, qui melioramenta fecit, à quo poſſeſſor cauſam non habet adhuc audiri non debet, quia ſua non intereſt: tum quia opponit de jure tertii, ſuper quo abſque mandato audiri, nec obtinere quis debet, ad latè per Nos tradita infrà 2. *p. c.* 22. *n.* 62. *& ſeqq.*

Tum etiam, quia quando audiretur, & probaret 49
(prout tenebatur) hæc melioramenta ab alio facta fuiſſe, cuique & non poſſeſſori pertinere, adhuc ſibi objectio hæc nihil prodeſſe poterat; quoniam ex hac probatione ſolùm docere poteſt defectum juris poſſeſſoris, melioramenta nempe ad alium pertinere, ſed non docet dominus de jure ſuo melioramenta hæc ſua eſſe, & ad ſe pertinere ex aliquo juſto titulo aliunde quæſito, quo caſu nullatenus evitat dominus rei retentionem, quæ penes poſſeſſorem ſemper remanet, donec tertius, cujus ſunt melioramenta, illa petierit, & à poſſeſſore vindicaverit; nam quando apparet, rem, ſuper qua contenditur inter duos, nec ad actorem, nec ad poſſeſſorem pertinere, ſed ad alium, qui in lite non ſit; interim res remanet pene poſſeſſorem, à quo

50 non avocatur, ſed potius abſolvitur, quia poſſeſſori ſufficit vincere per non jus actoris, reſervato jure tertii, quod ſemper illæſum remanet, ut novo judicio rem vindicare poſſit à poſſeſſore, prout latè ex aliis comprobat Anton. de Virgillo. *in tr. de legitima. perſon. in præludio. num.* 157. *& num.* 159. & eſt textus *in l. fin. C. de rei vendicatio. res alienas poſſidens*, ibique textus, *licet juſtam tenendi cauſam nullam habeat, non niſi ſuam intentionem implenti reſtituere cogitur.* plura alia jura, & Doctores citantur ad idem ſuperius, *ex numer.* 38. *cum ſequentibus.*

51 Et quia dominus rem vendicans non poteſt fundari in jure tertii, ſicuti nec in non jure poſſeſſoris Scaccia *de judiciis lib.* 2. *cap.* 7. *caſu* 3. *fol.* 187. Virgil. *in præludio. n.* 157. *in princ.* & probatur *in l. utifrui ff. ſi uſufruct petat. l loci corpus* §. *competit. ff. ſi ſervit. vindic.* ubi, ſi quis prætendens ſervitutem in aliquo loco prohibeat dominum ibidem ædificantem altius tollere, & opponat de ſervitute, quam illud ædificium debet ædibus alicujus tertii vicini, non tamen ſuis; objectio non relevat, quia ſatis eſt ædificanti, ſuum ædificium liberum eſſe quoad prohibentem, & opponentem, & eſt textus *in d. l. fi. C. de rei vendicatio.* cum ſimilibus.

52 Quapropter ſi nec poſſeſſor, nec actor jus in re controverſa aliquid habere conſtiterit, poſſeſſor in ſua poſſeſſione toleratur abſolutus, quia jus magis abhorret quod carens titulo poſſeſſionem ingrediatur; quam poſſidens etiam jure carens ejiciatur, & ſpolietur, & idcirco in pari juris, & tituli defectu, parique turpitudinis cauſa, & etiam in pari titulo, aut pari præſumptione melior conditio eſt poſſidentis. *l. in pari ff. de reg. tur. cap. in pari. eodem tit. in* 6. Peregrinus *de jur. fiſci. lib.* 6. *tit.* 6. *n.* 25. Menoch. *conſ.* 51. *n.* 41. Chaquerian. *deciſ. Pedemon.* 108. *n.* 18. Cyriacus. *controverſ. forenſ.*
53 *lib.* 1. *controverſ.* 176. *num.* 7. *& controverſ.* 176. *num.* 9. *& lib.* 2. *contro.* 328. *num.* 22. Ludoviſ. Poſt. *de manutentio. obſervatio.* 1. *num.* 23. qui *num.* 24. dicit, quod poſſeſſor cæteris paribus ſemper habet intentionem ſuam fundatam in poſſeſſione. Cæſar Argilius *de acquirend. poſſeſſio. q.* 8. *art.* 34. *num.* 883. etiam ſi res, de qua agitur ſua non ſit, ſed aliena, ne in ea jus aliquod habere conſtiterit, *d. l. fi. C. de re. vendic.* §. *retinendæ verſ. commodum. inſtit. de interdictis.* Cyriacus *lib.* 2. *controverſ.* 244. *num.* 1. Cæſar Bartius *deciſ.* 47. *num.* 16. Caputaquenſ. *deciſ.* 11. *num.* 2. *p.* 1. Rota *in noviſ. deciſ.* 4. aliàs 160. *num.* 1. *de re judicata* & in recentior. *deciſ.* 331. *num.* 2. *p.* 2. Poſtius ubi proximè
54 *n.* 25. atque ideo poſſeſſori rei melioratæ convento, & condemnato per verum dominum ad rei reſtitutionem, per dominum melioramenta ſolvi, tanquam eorum domino juris præſumptione, ſi illa in re facta utilia, & permanentia probaverit, etiam ſi non probet à ſe, vel ab authoribus ſuis, à quibus cauſam habet, facta fuiſſe, ſed etiam ſi à domino oppoſitum fuerit, & probatum, non à poſſeſſore, nec à ſuis authoribus, ſed ab alio tertio, à quo poſſeſſor cauſam, nec titulum habeat, probatum fuerit, dummodo iſte tertius non comparuerit, & melioramenta petierit (ſecus ſi compareat, & ſimul ſit in lite, ut ſtatim dicemus) & ideo falſa, & prorſus improbabilis redditur aſſertio Pauli de Caſtro, in ſæpe citato *conſ.* 270. *n.* 4. *tom.* 2. & ſequacium, dicentis, quod non valet conſequentia, & in poſſeſſione rei melioratæ, ergo ab ipſo facta ſunt melioramenta, & ei ſunt reſtituenda, & propterea
55 poſſeſſorem teneri probare, rem à ſe, vel authoribus ſuis fuiſſe melioratam; cùm veriùs, & apertiſſimè hactenus fuiſſet oſtenſum, utrumque falſum eſſe, imò valere conſequentiam, ſum in poſſeſſione rei melioratæ; ergo mihi reſtituenda ſunt à domino vindicante meliramenta facta, cum ex ſola poſſeſſione arguatur ad eorum dominium juris præſumptione à quovis facta fuerint, cùm poſſeſſori ſufficiat docere dumtaxat, rem, quæ à domino petitur, eſſe melioratam, & quantitatem ſeu valorem melioramentorum liquidare, prout
56 manifeſtis juris rationibus hactenus ex *n.* 8. oſtendimus; & propterea Paulum & ſequaces audiendos non eſſe, nullum pro ſua opinione habentes fundamentum, nec ullum adducentes, cum Doctorum opinioni nec credendum, nec deferendum ſit, niſi quatenus juri ſit conſonans; non quando manifeſtè convincitur, & hanc noſtram, ac Joan. Garciæ, & aliorum opinionem in terminis contra Paulum, & ſequaces juridicè amplexus fuit Senatus noſter Valliſoletanus, & pro ea poſt longam inter doctiſſimos Senatores controverſiam determinavit, ut poſſeſſori rei melioratæ condemnato ad ejus reſtitutionem ſufficiat probare valorem melioramentorum abſque eo, quod arctetur probare an à ſe, an à ſuis authoribus facta fuerint melioramenta, cum juris præſumptione ſua ſint, & eidem reſtituenda.

Si quis enim non vincitur ex eo ſolo quod probetur, & 57
verè conſtiterit rem, quam poſſidet, eſſe alienam, atque ad alium in lite non exiſtentem pertinere, quomodo quæſo, poterit poſſeſſor vinci ac privari re, nec jus ſuum conturbari ex ſola oppoſitione, & objectione generica, dubia, & incerta? quod res à ſe poſſeſſa poſſit eſſe aliena, prout perperam aſſerit Paul. de Caſtro, & ſequaces contra omnes juris regulas, dictantes, quod in dubio res ſit poſſidentis, etiam ſi alienam eſſe probetur, dummodo vindicans manifeſtè ſuam eſſe non probaverit, imò in hoc utriuſque partis defectu juris prævalet poſſeſſio, & poſſeſſor re interim non privatur, nec ſpoliatur, ſed abſolvitur.

Tertius caſus erit, quando contentio ſuper meliora- 58
mentis verſatur non ſolùm inter poſſeſſorem, ac dominum vendicantem; verùm & ſimul inter eos & alium tertium (à quo poſſeſſor cauſam non habet) comparentem & contendentem ad ſe pertinere melioramenta, & non ad poſſeſſorem: & hoc caſu re melioratæ interim retenta penes poſſeſſorem, melioramentorum valor, & æſtimatio illi præſtanda, & ſolvenda erunt à domino, qui ſua eſſe probaverit, & qui melius de jure ſuo docuerit, cum dominus ſemper eorum debitor ſit, & cui ſit ſolvenda inter poſſeſſorem, & tertium ſit orta controverſia per judicem inter eos dirimenda ad latiſſimè tradita infra hac 1. *p. cap.* 27. *per totum*, quo quidem dumtaxat caſu poteſt procedere doctrina Pauli de Caſtro, & ſequacium, in cæteris verò prorſus falſa eſt, ut clarè oſtendimus apertiſſimis juris fundamentis.

Ac deniquè circa hunc tertium caſum illud ſingulare 59
adnotandum erit, quod dominus poterit evitare retentionem rei victæ, & ejus conſequi poſſeſſionem, anteaquam dirimatur lis, & controverſia inter poſſeſſorem, & tertium comparentem: ſi compareat coram Judice, & ejus authoritate deponat pretium melioramentorum, ſi ſint liquidata, reſtituenda poſtea ei, qui vicerit: ex quo remedio evitabit dominus dilationem, atque damnum, quod ſibi ex ea inferri poſſet, prout latè probavimus infrà, hac 1. *part. cap.* 27. *numero* 125 *&* 126. jura & doctrinas adduximus.

CAPUT XII.

Debitor dum mutuum ab uno debitore recipiens concurſum non cauſaturum, aut fortè cauſatum, bona ſibi conſignata extra illum, manſura promiſit, an inſuper creditor citatus conferre teneatur bona conſignata, vel interim penes ſe retinere permittatur.

SUMMARIUM.

1 *Pacta ſervari naturali æquitati convenit.*
Pactum inter creditorem & debitorem, quod bona conſignata erunt præſervata à concurſu, vel quod cum

debitor non formavit, ſervandum eſt. ibid. contrarium verius. n. 8.

2 *Pactum initum in initio contractus inter creditorem, & debitorem poteſt cæteris creditoribus anterioribus præjudicare.*

3 *Materia mutuantis ad emendum & vendentis debitori, circa prælationem mutuantis, & vendentis, traditur remiſſivè.*

4 & 15. *Debitor rem emens habita fide de pretio, poteſt in præjudicium creditorum anteriorum in initio contractus ſpecialem hypothecam concedere venditori, ut in re vendita omnibus præferatur.*

5 *Pactum, in quo apponitur hypotheca ſpecialis in re vendita, vel in mutuante debitori ad emendum, requiritur ut in continenti fiat, juxta veriorem ſententiam.*

6 & 20. *Explicatur text. in l. licet C. qui potiores, &c. ibid.*

Creditor prior hypothecam poſſidens, ſi deducto ſuo credito aliquid ſupereſt, tenetur rem dimittere poſterioribus creditoribus.

7 & 20. *Conſignatarius prior, cui pro ſatisfactione conſignata, & hypothecata fuit res fructifera, ut eam poſſideat, non poteſt cogi ad relaxandam partem, etſi redditus ſint uberrimi, donec integrè de ſuo credito ſatisfiat.*

8. 22. & 23. *Pactum initum inter debitorem, & creditorem, quod bona conſignata erunt præſervata à concurſu, vel quod debitor eum non formabit, ſervandum non eſt.*

9 *Ceſſionis bonorum beneficio renuntiari non poteſt à debitore, imò ea non obſtante formare poteſt concurſum.*

10 *Etiam interveniente juramento.*

11 *Pactum renuntiationem ceſſionis bonorum continens, eſt contra bonos mores, & charitatem, jure naturali nitentem.*

12 *Pactum oppoſitum in conſignatione, ut conſignatarius non teneatur ad concurſum venire, nec bona conſignata, & hypothecata conferre, tendit in præjudicium creditorum anteriorum.*

13 *Debitor non poteſt vendere, in ſolutum dare, & alia facere, per quæ creditorum jus lædatur.*

14 *Pactum, quod ineſt in ipſa acquiſitionis origine, in rebus de novo per debitorem acquiſitis, creditoribus officit.*

15 *Explicatur textus in l. patrem* 19. *& in l. debitorem* 20. *D. quæ in fraud. credit.*

16 *Prælatus poteſt renunciare hæreditatem, vel legatum ſine ulla ſolemnitate.*

17 *Prælatus in acquirendis poteſt Eccleſiæ præjudicare, non in jam quæſitis.*

18 *Pactum, quod creditor poſterior in re acquirenda per debitorem præferatur anterioribus, valet.*

19 *Debitor in bonis acquiſitis non poteſt præjudicare ſuis creditoribus.*

20 *Reſpondetur argumento n. 6: & 7. adducto.*

21 *Creditor accipiens nomen debitoris in ſolutum, vel in conſignatione cum ceſſione jurium, ſemper id tenetur conferre in concurſum, ad inſtantiam aliorum creditorum.*

22 *Adducitur in terminis ſupradictorum deciſio Senatus Pintiani.*

1 NAturali juri, & æquitati conveniens eſt, inter partes pacta, & conventiones ſervari *leg.* 1. §. *ſi convenerit, ff. depoſiti leg.* 1. *ff. de pactis leg. juris gentium* §. *prætor ait, ff. eodem tit. cum multis ſimilibus.* Ergo pactum iſtud inter debitorem, & creditorem, quod bona conſignata præſervata intelligantur à concurſu, vel quod concurſum non formabit debitor, ſervandum erit, cùm non contraveniat juris diſpoſitioni.

2 Secundo, quia nec alii creditores aliquid in pacto habent, de quo conqueri poſſunt, cum appoſitum ſit ab initio contractus celebrati inter debitorem & creditorem, quo caſu poteſt debitor liberè ſuis anterioribus creditoribus præjudicare, ut per text. *in leg. licet Cod. qui potiores in pignore habeantur.* Latè Neguzantius *de pignoribus. 4. p. principali à num.* 33. *& ſequentibus, & n.* 36. Urſillus *deciſ.* 306. *num.* 1. *& ſequentibus.* Latiſſimè materiam examinat tam in mutuante ad emendum, quam in vendente debitori. Caſtillo *controverſiar. tom.* 3. *cap.* 8. *per totum*, maximè *à num.* 5. *& à n.* 12. Velenzuela, Velaſcus *conſ.* 56. *num.* 36. *& 37. cum ſequentibus.* Gaſpar Rodriguez *de annuis redditibus lib.* 2. *quæſt.* 20. *ſub num.* 6. Vincent. de Franchis, *deciſ.* 369. *num.* 2. & 3. Maſtrillus ad Petrum de Gregor. *de cenſib. quæſt.* 5. *num.* 56. Campegius *de dote.* 4. *part. quæſt.* 8. *ſub num.* 3. Grivellius *in deciſ. Sena. Dolani.* 56. *n.* 4. Joſeph de Seſſe *dec.* 42. *n.* 8. *& ſequentibus lib.* 1. Gratianus *diſceptat.* 270. *num.* 2. *lib.* 4. Anton. Faber *in ſuo. C. lib.* 8. *tit.* 8. *qui potior. pignor. habean. definit.* 10. Surdus *deciſ.* 177. Statilius Pacificus *de Salviano interdicto, inſpectio.* 3. *cap.* 3. *à num.* 24. *& ſequentibus*, Fontanella *de pactis nuptialib. clauſul.* 7. *gloſſ.* 2. *part.* 8. *num.* 72. *volum.* 2. dicentes, quod debitor, qui rem emit habita fide de pretio, poteſt in præjudicium creditorum anteriorum cum hypotheca, tempore emptionis, & ab initio contractus, & traditionis concedere venditori hypothecam ſpecialem in ipſa re, ut in illa aliis omnibus præferatur, & de abſoluta materia, & pactis, quibus impediatur dominii rei venditæ tranſlatio habita fide de pretio in emptorem, ne venditori præferantur anteriores creditores, videndus Hermoſilla *in leg.* 28. *tit.* 5. *p.* 5. *gloſſ. per totam. tom.* 2.

Et licet aliqui videantur tenere quod ad acquirendum privilegium, & hypothecam in re vendita, vel in mutuante debitori ad rem emendam ſufficiat, quod ſive tempore contractus, aut mutui, vel poſt illum etiam ex intervallo vendens, vel mutuans ſibi præcaveat hypotheca, ut obiter per Caſtillo *d. cap.* 8. *ſub num.* 5. *in fin.* & relati ab Antonin. Amato *de reſol.* 3. *n.* 30. tamen communi eſt in contrarium, ut requiratur ſtatim, & in continenti obligatio hypothecæ apponi ex ſupradictis Doctoribus, & eſt textus expreſſus, qui cavillari non poteſt *in d. l. licet*, ibi: *quod ei pignori eſſe ſpecialiter obligatum ſtatim convenit. C. qui potiores in pign. habean.* ergo licet ex hac convenitur, facta tamen in continenti inter debitorem, & novum creditorem reſultet aliis anterioribus hypothecariis præjudicium, licitum eſt, & à jure permiſſum, & ideo non attendendum.

Tertiò, quia licet verum ſit, quod quando prior creditor rem ſibi hypothecatam poſſidet, ſi res ſit idonea, & ſufficiens pro ſolutione, & ſatisfactione non ſolum ipſius creditoris poſſeſſoris, ſed etiam poſterioris, etiam hypothecarii; teneatur rem huic dimittere, & poſſeſſionem pro ea parte, quæ ſupereſt, deducto ſuo credito anteriori ad latè tradita per Cencium *de cenſibus quæſt.* 98. *à n.* 42. *cum ſeqq.* & ſignanter *à n.* 45.

Tamen ſpeciale eſt in creditore conſignatario, cui ſi pro ſatisfactione ſui crediti conſignata fuit, & hypothecata res aliqua fructifera, & rem poſſidet, ut ſibi ſolvat ex fructibus ejuſdem juxta textum *in l.* 1. 2. *& fin. ff. de pignoratitia actione.* quia tunc quantumvis fructus, & redditus ſint uberrimi, non debet creditor poſſidens cogi ad relaxandam rem, nec ejus partem, ſed permittitur retinere donec de ſuo credito integrè ſatisfiat, ex eo, quod quanto fructus ſunt ubiores, citius ſibi satisfiet, & ſatisfactus citius rem dimittet, ut per duas Rotæ deciſiones probat Cencius *de cenſibus, d. q.* 98. *ſub. num.* 45. *verſ. ſecundo.* debet intelligi. Ergo creditor conſignatarius rem conſignatam retinet, nec cogi debet in concurſum conferre, ſtante pacto, ne conferre teneatur etiam concurſu per debitorem cauſato.

8 Quibus, & aliis minimè obstantibus, contrarium verius est de jure, immo non obstante pacto, teneatur creditor bona sic consignata conferre, & debitorem concursum liberè formare, quandocumque invito consignatario; nam cum cessionis bonorum beneficium pars juris sit, quæ per fortunam adversam ætatis cessionem indulget, ex naturæ jure desumpta, cum contra carceris injuriam pro libertate corporum pugnetur. Berous *q.* 133. *n.* 1. ideo nullo
9 modo valet hujus beneficii renunciatio, imò ea non obstante, debitor ad concursum formandum inter suos creditores admittendus erit; probant Cinc. Bart. Angel. & Immola. *in l. alia. §. eleganter. ff. solut. matrim.* Faber *in l. fin. Cod. qui bonis cedere possunt.* Alexand. *cons.* 87. *n.* 6. *vol.* 2. Capella Tholosa. *q.* 61. veriorem opinionem dixerunt, ac receptionem Covarr. *lib.* 2. *variar. resolut. cap.* 1. *num.* 7. Baeça *de inope debito. cap.* 1. *num.* 41. Rodriguez *de annuis redditibus. lib.* 2. *q.* 10. *num.* 12. magis communem dixit Trentacinquius *variar. resolut. lib.* 3. *tit. de solutionibus. resolut.* 17. *num.* 35. Gaill. *de pace publica. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 23. Tuschus *tom.* 1. *littera D. conclus.* 218. *num.* 7. Gutierrez *de juramento confirmatorio.* 1. *p. c.* 18. *num.* 1. Marius Giurba *decis.* 31. *num.* 3. & marius communem esse hodie testatur Jacobus Cancerius *variar. resolut. lib.* 2.
10 *cap.* 9. *n.* 34. *& seqq.* & etiam interveniente juramento super ipsam renunciationem factam per debitorem, prout de magis communi, & veriori testatur Cancerius ibidem, Cynus, & Salicetus *num.* 19. *in l.* 1. *Cod. qui bon. cedere possunt.* Petrus Gregorius *in tract. de censibus. quæst.* 6. *privileg.* 8. Cumia *in Ritu* 95. *sub num.* 7. Seraphinus *de jurament. privileg.* 91. *num.* 3. Intrigol. *de censibus quæst.* 54. *num.* 7. Guido Papæ *decis.* 211. *num.* 1. Abbas *in cap.* 2. *de pignoribus.* Covarr. *lib.* 2. *variar. resolut. cap.* 1. *num.* 7. Thesaurus *decis.* 36. *num.* 4. Costa *de remed. subsidiar. Remedio.* 27. *numer.* 10. magis communem dicit Vivius *opinio.* 183. *num.* 2. Ludovis. *decis. Perusina*, 64. *num.* 21. Trentacinquius *d. resolut.* 27. *num.* 36. Cavall. *milleloq.* 325. Tuschus *d. conclus.* 219. *num.* 2. Gaspar Rodriguez *d. quæst.* 10. *num.* 12. Menochius *de arbitrariis. casu* 183. *num.* 8. Bruno à Sole *quæst.* 8. *num.* 13. *&. num.* 17. Muscatellus *de appellationibus p.* 3. *glossa detinebatur. num.* 108. *&* 109. Cevallos *commun. contra commun. quæst.* 702. *num.* 7. Medchaca *de succes. creatio. lib.* 3. §. 22. *num.* 8. & alii quos ipsi referunt, & Baeça *de inope debito. cap.* 1. *num* 42. Giurba *decis.* 4. *n.* 3. & 4.

11 Ex quo sequitur, quod primum pactum renunciationem continens evanescit, & tanquam contra bonos mores, & charitatem, nitentem jure naturali non tenet, nec adstringit debitorem ad observantiam, sed liberè eo non obstante, potest causare judicium inter creditores, & bonis cedere, ut ex illis satisfiant, ex qua doctrina simul respondetur primo argumento ad principium hujus cap. appositum, quod, ut vides, nihil obstat.

12 Quoad secundum pactum conditionaliter appositum in contractu consignationis inter debitorem, & novum creditorem gesto, quod iste non teneatur facto concursu ad eum venire, nec bona sibi consignata, & etiam hypothecata conferre, sed retinere interim penes se; minus securum esse judicandum, cùm tendat in præjudicium creditorum anteriorum jus
13 firmum habentium, jam quæsitum, cui nullo modo nec ulla arte detrahi potest per factum debitoris, qui in eorum præjudicium vendere, donare in solutum, aut in pignus rem suam non potest, quominus creditorum jus salvum, & illæsum remaneat; textus est in *l. debitorem, nec vendentem nec donantem, &c. C. de pignoribus. l. distractis, & authent. hoc ita Cod. eodem tit. l. debitor, & l. pignoris. Cod. de pignoribus. l. sicut. §. non videtur. ff. quibus modis pign. vel hypoth. solvi. l.* 1. *Cod. debitorem vendit. pign. imped. non poss.* Guzman *de evictionib. q.* 34. *n.* 45. *&* 49. copiosè Fontanella *de pactis nuptial. claus.* 5. *glossa* 8. *p.* 7. *n.* 29. *& à n.* 57. *tom.* 2. Felican. de Solis *in tract. de censibus. tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 2. *n.* 14. Marius Giurba *decis.* 24. *n.* 4. *& decis.* 61. *n.* 21. *& decis.* 104. *n.* 5. Nos latiùs suprà *c.* 10. *à n.* 43. *vers. quia cum. in hoc judicio.* & abundè infra 2. *p.c.* 13. *per totum.* Igitur, cùm ex hoc pacto evidens resultet, & manifestè redundet præjudicium, & detrimentum anteriorum creditorum, nullo modo servari debet.

Nec huic veræ resolutioni obstat doctrina in se 14
certissima, de qua suprà *à n.* 2. *& seq.* in secundo argumento, quia procedit in longè diverso casu, nec ad nostrum trahenda, quando scilicet in bonis adquirendis per debitorem pactum in continenti apponitur, quod inest in ipsa adquisitionis origine, & cum suo onere, & gravamine tunc appositio res venit in potestatem debitoris, & anteaquam creditoribus fit in reipsa jus adquisitum, mediante sua hypotheca ad bona futura debitoris, ut ampliss imè videre est per Doctores ibidem laudatos, maximè per Castellum, & Anton. Amatum, & ad intellectum *l.* 1. §. *fi. cum. l. seq. ff. de rebus eorum.* in comprobationem hujus doctrinæ videnda erunt quæ scripsimus infra. 2. *part. cap.* 14. *ex num.* 113. *& seqq. & ex num.* 108. *cum. seq.* cui doctrinæ addere poteris aliam deductam ex celebri 15
textu *in l. patrem* 19. *& leg. debitorem* 20. *ff. quæ in fraudem creditorum.* ubi quod debitor in acquirendis, & nondum acquisitis potest præjudicare creditoribus hypothecariis, cum in his nondum jus habeant quæsitum, antequam bona incorporentur in bonis debitoris, quæ jura latissimè exornant Castillo *controvers. tom.* 5. *c.* 112. *à num.* 42. *cum seqq.* Molin. *de ritu nuptiarum c.* 99. *à n.* 17. Cevallos *q* 66. 1. Cerventes *in l.* 6. *Tauri n.* 79. plurimos congerit Barbos *in cap. nonnulli n.* 9. *de reb. Ecclesiæ, & de jure Ecclesiast. lib.* 3. *c.* 50. *à n.* 42. *& seqq.* eleganter tractat Thom. Sanch. de Matrimon. *lib.* 6. *disp.* 4. *à n.* 10. & in optimo casu 16
per Noguerol. *allegat.* 6. *à n.* 10. *& seqq.* qui omnes etiam tractant, quod Prælatus Religionis potest repudiare hæreditatem sua sponte, vel legatum sine solemnitate, quia agitur de monasterii præjudicio in acquirendis, & Noguerol. quod solemnitas requisita, per Trident. *sess.* 25. *tit. de regularib. c.* 16. in renunciatione novitii, non habet locum in renunciatione facta per prælatum, & conventum de hæreditate de- 17
ferenda novitio, & Monacho ex prædicta ratione, quia in acquirendis præjudicat Monasterio, non in acquisitis jam, apud quos Doctores plurima alia similia reperies utilissima.

Et quod pactum, quod creditor posterior præ- 18
feratur anterioribus in re acquirenda, valet; quia cum adhuc in debitoris dominio non sit, nec jus, nec hypothecam habere dicantur anteriores creditores. Et sic acquiri potest per debitorem cum pacto prælationis, ex ratione supradicta, quod in acquirendis potest debitor suis creditoribus præjudicare, quam reddunt in puncto Fanus *de pignorib.* 4. *part. principali in principio, vers. quarto quæro. n.* 33. *&* 34. qui allegat Socinum *cons.* 75. *l.* 4. Tuschus *tom.* 4. *littera H. conclus.* 128. *per totam.* Franchis. *decis.* 97. Parlador. *in sesqui cent. different.* 57. *n.* 9. Pacificus *de Salviano interdicto, inspectio.* 3. *c.* 2. *n.* 510. *&* 512. Fontanella *de pactis nuptialibus, tom.* 2. *clausul.* 7. *gloss.* 2. *part.* 8. *n.* 77. *&* 78. Rota apud Burattum *decis.* 774. *n.* 14. *&* 15. Noguerol. *allegat.* 11. *num.* 78. alias similes, & singulares doctrinas videbis *infrà* 2. *part. cap.* 14. *ex n.* 108. *vers. quæ doctrinæ in tantum*, &c. & superius.

Quæ quidem omnia nullo modo applicari possunt huic 19
consignationi, quam de suis propriis bonis debitor noviter facit uni ex creditoribus, in præjudicium aliorum anteriorum in dictis bonis jus hypothecæ radicatum, & acquisitum habentium, prout modo dicebamus, & ex eisdem doctrinis comprobatur, nec

recognoscendo,

recognoſcendo, aut confitendo creditoribus præjudicat debitor, plures per Noguerol. *allegat.* 26. *n.* 37.

20 Nec obſtat tertium argumentum de quo ſupra *n.* 6. & 7. circa ſpecialitatem rei creditori conſignatæ pro ſatisfactione, & ſolutione ſui crediti ex ejuſdem fructibus, ut eam retinere poſſit, quouſque integrè ſatisfiat, nec noſtro caſui adaptatur, nec naturæ judicii concurſus cauſati per debitorem. Tum quia loquitur in priore creditore, cui tradita fuit res hypothecata, ut ex ejus fructibus ſolvatur, quia tunc ſecundus creditor juſtè à primo repellitur, nos autem loquimur, quando conſignatio ſit poſteriori creditori, quæ in præjudicium anteriorum non tenet.

Tum etiam quia præfata doctrina procedit in judicio, & concurſu particulari inter unum, & alterum creditorem, ſive inter plus inter ſe formatum ad latè tradita ſupra *cap.* 4 *per totum*, qui longè diſtat à noſtro univerſali cauſato per debitorem convocantem omnes creditores ſuos, ut ibidem apertè probavimus.

21 Et inter alicujus concurſus effectus ille unus ut quoties creditor jure creditoris, & ad ſuam ſatisfactionem accipit à debitore rem, vel nomen debitoris, ſive in ſolutum: ſive in conſignationem cum ceſſione jurium, & factus procurator in rem propriam, ſemper ad inſtantiam creditorum conferre tenetur in judicium, quidquid ſic acceptum habeat, ut inter omnes convertatur de prælatione, & valore jurium, & ex eiſdem & aliis bonis omnes ſatisfiant, ſervata gradus, & privilegii prærogativa, ad latiſſimè ſcripta *c.* 10. *per totum*, & 11. quibus locis fundamentaliter de hac retentione tractatur, ut aliàs competens creditori non evitet bonorum conſigatorum collationem in concurſum, ad ibidem abundè dicta te remitto pro latiori explicatione hujus articuli.

22 Et cùm hæc quæſtio poſt hæc ſcripta in facti contingentia vertatur in hac noſtra Cancellaria Valliſoletana, ubi creditor conſignatarius in redditibus, & fructibus debitoris communis cum pacto expreſſo quod debitor non poſſet interim, quod ex ipſis redditibus nondum ſolutus fuerit creditor, formare concurſus judicium inter ſuos creditores, quod ſi forte formaverit inſuper, ipſum creditorem minimè teneri bona, & redditus ſibi ad ſolutionem conſignatos in corpus concurſus conferre aut ſubmittere, ſed quouſque integrè ex eiſdem ſatisfiat, retinere poſſe. At cum debitor communis nihilominus ære alieno, & multis creditoribus gravatus, atque vexatus concurſus judicium formaverit, ipſe creditor ad illud citatus acriter inſtaret pro conſignatione retinenda, & pacti obſervatione per primam, & ſecundam ſententiam in gradu ſupplicationis à ſe æmiſſæ fuit concorditer per Senatum condemnatus, bona prædicta conſignata concurſus corpori ſubmitteret, & inter cæteros creditores ipſum adſcribi, pacto penitus contempto.

CAPUT XIII.

Concurſu legitimè formato, adminiſtrator competenti ſalario per judicem creatus quam poteſtatem (& an juriſdictionem) erga bona debitoris recipiat, & quas actiones movere valeat.

Et an unus ex eiſdem creditoribus adminiſtrator nominari poſſit.

Et quando, & quo loco adminiſtrator aſſiſtere cogatur ut minus moleſta ſit cum eo creditoribus negotiatio.

SUMMARIUM.

1 & 20. *Debitor communis deliberans concurſum inter creditores movere ſtatim (ceſſione attenta) ſuorum bonorum adminiſtrationem dimittit, ut judex inter ipſos juxta gradus prærogativam diſtribuat.*

Expenditur Auth. qui jurat, l. legis 4. C. de bonis auctoritate jud. poſſid. ibid.

2 *Bona, quæ ex aliquo accidenti adminiſtratore, vel minus idoneo carent, in protectionem judicis incidunt, ut in his fidelem adminiſtratorem ponat. Bonis abſentis judex competens adminiſtratorem dare debet, ne diſſipentur, ibid.*

3 *Bonis abſentis, vel hæreditati jacenti, judex officio adminiſtratorem conſtituere tenetur.*

4 *Hæreditati jacenti, interim quod deliberat hæres inſtitutus curator à prætore datur.*

5 *Prodigo bona dilapidanti adminiſtrator datur, interdicta ei bonorum adminiſtratione.*

6 *Bonis debitoris, inſtantibus creditoribus, per judicem curator datur.*

7 & *ſeqq. Curator datur bonis debitoris concurſum formantis cum careant adminiſtratione, quæ exuitur debitor.*

8 *Creditoribus intereſt, ut bonis debitoris cedentis, detur curator, qui ea rectè, & diligenter miniſtret.*

9 *Bonis falliti adminiſtrator pro indemnitate creditorum per judicem creatur, & ſub. n.* 7.

10 *Debitor concurſum formans, omnia ſua bona ponere debet in manibus curiæ, ex cujus mandato venduntur, ut ex pretio creditores ſolvantur.*

Ceſſionem bonorum illegitimam eſſe, non dimiſſis bonis omnibus in manibus Curiæ, Senatus Cathaloniæ declaravit. ibid.

11 *Adminiſtratio bonorum concurſus penes curiam reſidet, cui debitor principaliter admittit bona, ut creditores tuti ſint, concurſum non eſſe ſimulatum.*

12 *Adminiſtrator bonorum concurſus nominatus à curia, ejus nomine, non debitoris, nec creditorum bona adminiſtrat.*

13 *Depoſitio bonorum concurſus principaliter cedit in utilitatem creditorum, cum ſub fideli ſint cuſtodia, donec, an debeatur, & in quo gradu ſolvi unicuique debeat, cognoſcatur.*

14 & 17. *Adminiſtratorem illum debet judex approbare, in quem major pars creditorum (ceſſante colluſione) conſenſerit.*

15 *Conventio partium ſemper debet eſſe grata judici.*

16 *Conventionem partium, & voluntatem intereſſe putantium, debet judex ſequi in pronunciando.*

18 *Adminiſtrator bonorum concurſus poteſt eſſe unus ex creditoribus, in quem omnes, vel major pars conſenſerit.*

19 *Major pars creditorum in hoc caſu non reſpectu numeri perſonarum, ſed quantitatis debitæ, debet regulari, & explicantur text. in l. fin. C. qui bonis cedere poſſunt, & in l. morem 8. D. de pactis, & in l.* 5. *tit.* 15. *part.* 5.

20 *Adminiſtratorem, ſi creditores negligant, judex eligit idoneum.*

21 *Depoſitarii, aut ſequeſtri nominatio ad judicem ſpectat.*

Adminiſtratorem ad bona debitoris ille judex nominat, coram quo lis creditorum mota fuit. ibid.

22 *Adminiſtratorem eum nominare judex debet, à quo facilis ſit exactio & negotiatio.*

23 *Adminiſtratores non debent nominari officiales; & miniſtri curiæ, quod optimis rationibus oſtenditur.*

24 *Officiales, & miniſtri curiæ prohibentur depoſitum & adminiſtrationem recipere, traditur ratio.*

25 *Fœmina*

25 *Fœmina non debet eligi ad hanc concursus administrationem.*

26 *Administrator nominatus non admittitur ad exercitium, quousque fidejussores det de fidei administratione, & reddenda ratione.*

27 *Curator ad litem datus, non ante admittitur, quam satis detenta.*

28 *Administratoris, & negotiorum gestorum bona an & unde sint obligata, negativa traditur, & adducitur.*

29 *In rationibus reddendis ab administratore, debent creditores citari, ut adsint.*

30 *Salarium competens debet à judice administratori concursus assignari.*

31 *Salarium etiam non conventum debetur sequestro depositario.*

32 *Administrator bonorum concursus cum certo salario dominatus, non potest petere salarium, quod ipse præstitisse aliis asserit, quia suo nomine debita exigunt.*

33 *Administratoris officium, quale est, in quo consistat, & quæ ad id pertineant. n. 57. & seqq.*

34 *Administrator qui coadjutorem ad bonorum curam assumpsit de suo salario illi satisfacere debet.*

35 *Salarium semper assignatur administratori concursus pro laboribus, & oneribus personalibus.*

36 *Aliud in expensis, quas administrator erogavit pro litibus, cura & cultura bonorum concursus.*

38 *Administrator, quam potestatem recipiat in bonorum concursu.*

39 *Administratoris, & sequestri officium est, colere, colligere, & conservare bona.*

40 *Administrator lites exactionem bonorum tangentes prosequi tenetur, nominando procuratorem, & advocatum cum salario sub approbatione senatus.*

41 *Salarium procuratoris, advocati & administratoris habet hypothecam cum prælatione in bonis concursus.*

42 & 43. *Salaria, patrocinia, & aliæ necessariæ expensæ adeò bonis sunt annexa, & cohærentia, ut tanto minus valere videantur, quantum pro his solvendum sit.*

44 *usque ad 49. & n. 53. Administrator actiones, quæ jus & proprietatem bonorum concursus respiciunt, movere non potest: nec in eum diriguntur: sed cum debitore, & creditoribus sunt intentandæ, & prosequendæ.*

45 *In administratorem nullum jus in proprietate, nec in possessione transit.*

49 *Curatori bonorum solum commissa videtur rerum custodia.*

50 *Curator bonorum actiones movere potest in rebus tempore perituris.*

51 *Administrator concursus creditoribus solvere non potest propria, sed solius judicis auctoritate.*

52 *Administrator, qui potestatem sibi datam excedit, dignus est pœna.*

52 *Lite mota contra bona debitoris, in ipsum citatis creditoribus diriguntur actiones, & eidem dantur contra alios.*

Lite concursus pendente ad litem motam contra bona debitoris creditores sunt citandi, & cum eis pro suo interesse prosequenda erit. ibid.

Actio mota contra tertium rem debitoris detinentem hujus nomine exercenda erit, ac etiam creditorum concursus adstantium. ibid.

54 *Administrator concursus à Senatu nominatus vel confirmatus simul cum administratione jurisdictionem à Senatu delegatam accipit, ut possit exigere debita administrationis, & traditur ratio.*

55 *Administrator concursus à judice ordinario nominatus, vel confirmatus non habet talem jurisdictionem, & traditur ratio.*

56 *Senatus supremus adstringere solet administratores, vel ut ipsi in loco solutionis assistant, vel substitutum habeant præsentem, quem adire possint creditores ad delegationum solutionem, ni alias molestiis afficiantur.*

57 *Administratores cunctanter solent detinere solutiones ut pecuniis interim ad negotiationem uti possint, vel ut creditores pro redimenda sua vexatione partem crediti amittant.*

58 *Explicantur text. in l. 9. l. 11. leg. 16. tit. 16. & l. 17. eodem tit. lib. 9. recopilat.*

59 *Quibus legibus gravibus pœnis plectantur administratores recipientes partem debito creditoribus solvendi.*

Quæ forma servanda erit in removendo administratore; dando administrationem debitori ipsi, vel creditori alicui gratis administrare offerentibus, refertur expressa Regia schedula. id. n. 59.

EO. ipso, quod debitor communis deliberat, litem, & concursum inter creditores movere, statim cessione attenta, suorum bonorum administrationem dimittit, & à se tacitè ex natura actus abdicat, ut ex eis sui valeant creditores satisfieri, non propria tamen authoritate, sed judicis dumtaxat; in cujus manibus illa debitor ponit, ut inter eos illa distribuat, & dividat pro rata juxa uniuscujusque graduum prærogativam, & privilegium, tunc demum causa cognita super omnium jure simul interim tamen sub ejusdem judicis protectione, & tutela bona debitoris consignata sunt, *Authent. & qui jurat.* ibi. *Judex ipse si administrator sit,* &c. ibi. *juxta mensuram declarati debiti. C. de bonis authorit. jud. possiden. juncta l. legis Juliæ* 4. ibi, *ut cessio bonorum admittatur, notum est non tamen creditoribus sua authoritate dividere hæc bona & jure dominii detinere, sed venditionis remedio, quatenus substantia patitur indemnitati suæ consulere permissum est. Cod. qui bonis cedere possunt,* cum aliis statim citandis, *leg.* 1. *tit.* 15. *part.* 5. ibi. *Y develos desemper ante el juzgador, & entonces el juzgador deve tomar todos los bienes del deudor, que desampara lo suyo por esta raçon,* &c. *E lo otro todo deve mandar vender en al manedano entregar el precio destos bienes à los acrehedores sobre dichos. & l. 2. eod. tit.* vide inferius *à n.* 10. *vers. eleganter tractavit.*

Semper etenim, quod bona ex aliquo accidenti 2
administratore carent, vel minus legitimum habentia in protectionem judicis competentis reincidunt, quia curam de eis habere debet, & sub tuto deponere, ne perdantur, aut dissipentur & ad hunc finem fidum custodem, administratorem & curatorem bonis ipsis dare, ut illa fideliter interim administret. Latissimè Parladorius *in quæst.* 1. *cum suis §§.* Perez de Lara *de capellanis l.* 1. *cap.* 22. *ex n.* 16. *& seqq.* Paulus Montanus *de tutoribus, & curatoribus c.* 28. *à n.* 72. *& multis seqq.* Etcobar. *de ratiociniis c.* 6. Gutier. *practic. quæst. lib.* 2. *quæst. per totam* abundè etiam Fontanella, *de pactis nuptial. tom.* 2. *clausul.* 7. *gloss.* 3. *part.* 1. *à n.* 39. *cum multis seqq.* qui post plures alios quos allegant loquuntur in bonis absentis, quibus Judex competens administratorem dare debet, & in tuto ponere, ne dissipentur.

Hoc enim semper ad curam judicis pertinet, cu- 3
ratorem bonis absentis, vel hæreditatis jacentis dare ne dissipentur, aut perdantur, etiam ex officio suo, & nemine petente; si dissipatio ad suam notitiam perveniat, *leg. de curatore, ff. de bonis authoritate judicis possid. leg.* 1. *§. quoties, ff. de ventre in possessionem mitten. leg.* 2. *§. si quidem, ff. qui petant tutores, vel curator. leg. ergo §. creditori ff. de fideicommissar. libertatib. leg si mandavero, §. si curator. ff. mandati.*

Bonis etiam hæreditatis jacentis, quoad deliberant 4
hæredes instituti adire, curator & administrator à prætore

tore datur : *leg. cum deliberant heredes instituti adire, bonis à prætore curator datur, cum l. curator*, ibi, *nam ut honestius ex bonis ejus, quantum potest creditoribus solvatur, curator constituitur distrahendorum bonorum gratia, vel à prætore in urbe, vel in provinciis à præside, ff. de curatorib. furioso, & prodigo.* &c. *l. 1. ff. de curatore bonis dando, leg. cum in diem ff. de privilegiis creditorum l. si dici, ff. ex quibus causis in possessionem eatur.* Paul. Montan. *de tutor. & curat. cap. 20. ex nu. 56.* alia singularia vide supra *c. 2. 47. cum seqq.*

5 Pariter etiam, prodigo, qui bona sua dilapidat & dissipat, illis administrator, & curator à judice dabitur, ut de illis curam habeat, interdicta prodigo administratione, *l. 1. & toto tit. ff. de curatore furioso, & prodigo dando, &c. l. 10 & tot. tit. C. eodem.* Latissimè Montanus, *de tutore & curat. c. 28. à num. 26. cum multis seqq.* omninò videndus, *& à n. 56. cum seqq.* de administratore, & curatore dando hæreditati jacenti, *per totum cap.* & de aliis pluribus similibus.

6 Hinc etiam fit, quod bonis debitoris instantibus creditoribus per judicem curator datur, text. *in leg. venditione §. si unus, leg. penult. & in leg. fi. ff. de bonis authoritate judicis possid. leg. 2. ff. de curatore bonis*
7 *dando, leg. si quis instituatur, §. sub conditione, ff. de hæredibus instituendis*, quare ex identitate rationis, & ad similitudinem casuum, quos hactenus scripsimus, bonis debitoris communis formantis litem, & judicium creditorum, quibus simul bona credit, & dimittit, ut authoritate judicis satisfiant de suis creditis, cum statim ab eorum administratione se abstinere profiteatur, & suomet facto & concursu eadem privetur: per necesse, à judice concursus creandus erit administrator, apud quem deponantur, sequestrentur, & maxima cura custodiantur, & diligenter administrentur, interim quod lite pendente disceptatur inter creditores, & etiam debitorem ipsum super juribus cujuslibet, & super prælatione, & privatione, & quo ordine sit cuilibet ex bonis ipsis solvendum, ne lite pendente dissipentur, & amittantur, concursu quippe formato bona administratore careant, ideo eisdem dandum esse curatorem, & administratorem in terminis probant, post Angelum *in conf. 93. vers. dari etiam potest* & Baldum *conf. 347. visa serie, lib. 5.* tenet Montanus *in tract. de tutor. & curator. cap. 28. num. 69.* dicentes, quod datur curator bonis debitoris, qui bonis cessit, per tex. *in l. actor ff. rem ratam haberi.* & quod ad bona falliti, & Bancharroti detur curator, tenet Gail. *lib. 2. observ. 130. n. 11. cum seqq.* Garcia *de expensis, cap. 20. sub n. 6.* & infrà *n. 9.*

8 Menochius *de arbitrariis, judic. lib. 2. centur. 2. casu 150. n. 2.* dicens, quod quando aliquis suis bonis cessit, curator à judice datur eis, ob interesse creditorum, qui ex eisdem bonis sunt satisfaciendi, ideo eorum interest, ut curator detur bonis, qui diligenter animadvertat, ut bona rectè distrahantur, & æquè creditoribus satisfiat, ex Angelo *consil. 193. colum. 1. vers. dari etiam potest*, ex Baldo *conf. 117. visa serie, lib. 5.* Baeza *de decima tutoris, & curatoris. cap. 16. n. 1.* dicit, quod bonis defuncti, & ejus qui bonis cessit, datur curator, qui eadem bona custodiet, & rectè ministret, per text. *in l. qui instituatur, ff. de hæredibus instituendis* & per Baldum *in conf. 499.* incipit *in liberis thesaurariæ. n. 3. & 4. volum. 5.* Vincens. de Franchis *decis. Neapolit. 55. nu. 2. & 5.* Martam *voto 78. n. 10.* Idem firmat Valençuela Velasques *in consil. 189. n. 14.* quod bonis falliti creatur admi-
9 nistrator per judicium pro indemnitate creditorum, & quod ita servant omnia tribunalia; per textum *in l. si unus, ff. de arbitris.*

10 Eleganter tractavit Cancerius *variarum resolution. lib. 2. cap. 9. à num. 26.* dum firmat, quod debitor, qui judicium creditorum intentare vult, debet omnia bona creditoribus cedere, & relaxare, ponendo dicta bona in manibus, & potestate curiæ, distribuenda inter ipsos creditores eò quod creditores sua propria autoritate non possunt ea occupare nec possessionem apprehendere bonorum, & quibus ipse debitor cessit: sed debens curare quod judicis authoritate vendantur, & exponantur, & plus offerenti tradantur, & pretium inter creditores juxta eorum jura per judicem distribuatur; ex *l. legis Juliæ, C. qui bonis cedere possint*, & tradit Cravetta *in conf. 213. n. 1.* Jason. *in l. si pacto, quo, num. 11. C. de pactis*, Nata *conf. 440. num. 1.* ac etiam Cancerius *num. 27.* post Michael. Ferretum, testatur, Senatum Cathaloniæ pronunciasse, quandam cessionem bonorum nullam illegitimam: eo quod debitor non posuisset in posse curiæ bona sua, *& n. 28.* quod formato judicio creditorum mediante cessione bonorum, dictis bonis datur per judicem curator, seu administrator, per *l. fin. ff. de curat. bonis dando, & l. creditore in principio. ff. de bonis authorit. judic. possidendis*, & de praxi testatur, post Speculator *de curator. §. fin. num. 14.* Cravetam *conf. 213. n. 1.* Natam *d. conf. 44. num. 3.* & ante eos Angelus *conf. 193. mortuo debitore, n. 1.*

Unum tamen animadvertendum erit, quod curator datus bonis debitoris quandoque dicitur defensor, quandoque administrator, & ad hoc inter istos nulla datur differentia, quia Doctores iis nominibus promiscuè utuntur, ut annotarunt Gratian. *discept. forens. tom. 5. c. 850. n. 1.* A Costa *de privileg. creditor. regula 5. ampliatio 6. n. 12.* Unde in Hispaniarum Regnis communiter nominatur administrator, & non immerito, cum ad bona concursus nominatus injunctam recipit administrationem eorum bonorum, quæ penes se sequestrantur, & deponuntur, ad latè tradita infrà *in §. unic.* hujus cap.

Et ex hactenus dictis unum notabile in hoc judicio 11
concursus deducendum erit, quod cura, & administratio bonorum debitoris principaliter, & originaliter residet, & in curia radicata, cui principaliter tradit, & dimittit illa debitor communis ad securitatem creditorum, & ut tuti sint; verum esse concur- 12
sum, non fictum, nec simulatum, nec animo illos fraudandi. Et ideo administratorem nominatum per curiam, quantum attinet ad administrationem suum esse ministrum, & ejus nomine (senatus scilicet) administrare, non nomine creditorum, nec etiam debitoris, qui jam administrationem dimisit, & à se abdicavit, & transfudit in curiam, atque ideo cura, protectio, & administratio principaliter residet penes curiam, quam per suum ministrum exercere censetur, cum ipsa curia per seipsam facilè non possit expedire.

Infertur etiam, cum hæc administrationis depo- 13
sitio in curia fiat principaliter ad utilitatem creditorum, ut ex bonis satisfiant, hæc bona interim justè per curiam sequestrantur, & deponuntur apud suum ministrum fidelem, ut ex Amato Rodrig. Curia Philippica, & Villadiego diximus, supra *c. 1. nu. 14.* ratione incertitudinis, anteaquam cognoscatur, quis sit verè creditor, & pro quanta summa, & quantitate, non statim creditoribus bona tradi possunt, & ob id interim propter incertitudinem hanc creditorum, & quantitatum rectè in sequestro ponuntur bona concursus, ex doctrina Aretini, *in l. interesse puto, n. 2. ff. de acquir. possess.* quem sequitur D. Christoph. de Paz *in tract. de tenuta, cap. 12. num. 13.*

Illud tamen circa hanc curiæ nominationem admi- 14
nistrationis, ad bona concursus adnotandum quod semper præ oculis habere debet judex, & sequi voluntatem & consensum creditorum, qui si omnes, vel eorum major pars unum administratorem elegerit, illum approbare, & confirmare debet, quoniam ad eorum commodum, utilitatem, indemnitatemque administrator bonis sibi cessis per debitorem, eligitur & nominatur, quibus principaliter interest, bona in tuto esse, & ut fideliter administrentur, & sibi interim conserventur,

ſerventur, ut omnibus fideliter ſatisfieri poſſit de ſuis creditis, probant jura expreſſa *in l. in vendit. §. ſi unus, l. peniult. & l. fin. ff. de bonis authorit. judic. poſſidend. l. 2. ff. curat bonis dando*, cum aliis probantibus, quod quando creditores conſentiunt in aliquem adminiſtratorem judex eligat, quem magis aptum reperierit, ita ut accedente electione creditorum eorum fidem ſequi, con-
15 ſenſum & electionem approbare, & confirmare debet judex colluſione ceſſante; conventio quippe partium ſemper debet eſſe grata judici, *l. 1. §. iterum quæritur, ff. de novi operis nunciatione*, & eſt generaliter vera
16 concluſio, quod judex in pronunciando debet ſequi volintatem & conventionem partium inter ſe contendentium, & ſecundum eam ferre ſententiam, *l. ſi convenerit ff. de re. jud.* quia nihil aliud quærit judex, quam ut partes ſint concordes, & ſecundum earum concordiam dirimit controverſiam, *l. 1. §. poſt operis, ff. de novi operis nunciatione*. Surdus *de alim. tit. 8. prin. per tot.* & ſignanter *à n. 4.*

17 Quod pariter per *l. fin. ff. de curat. bonis dando*, dixit Noſter Garcia *de expenſis, & meliorationibus, cap. 10. ſub num. 6.* quod in ceſſione bonorum detur curator ex conſenſu creditorum.

18 Sed an unus ex ipſis creditoribus eligi, & nominari ad adminiſtrationem bonorum concurſus valeat, jura expreſſa affirmant, id relinquentia conſenſui creditorum, vel eorum majori parti, *l. fin. ff. de bonis authorit. judiciis poſſidendis*, ibi. *Ne corrumpantur rationes, uni hoc negatum à creditoribus eſſe dandum, quem major pars creditorum elegerit, l. curatore, eodem tit. l. de curatore conſtituendo hoc jure utimur, ut prætor adeatur, ſive curatorem curatoreſve conſtituat ex conſenſu majoris partis creditorum, & in §. quæritur*, ibi. *Nec omnino creditorem eſſe oportet eum, qui curator conſtituitur: ſed poſſunt etiam non creditores, ff. de curatore bonis dando, cum aliis*, latè Andreas Gaill. *obſerv. 130. ex n. 11. cum ſeqq. lib. 2.*

19 Obiter tamen notandum, quod ad ea, quæ tangunt creditores, intuitu, & contemplatione patrimonii debitoris communis; major pars creditorum non dicitur, reſpectu numeri perſonarum, nec ad eas attenditur: ſed potius ad quantitatem, & credita eiſdem debita: etenim ſi ſunt decem creditores, licèt ſex conſentiant in unum, non ideo dicetur major pars; at verò ſi ſex, aut ſeptem creditoribus debent duo millia, aliis autem duobus tria millia, iſti duo prævalent aliis ſex, quia dicuntur major pars reſpectivè ad quantitatem, & totum æs alienum, text. eſt formalis, & ſingularis, ubi plurima dubia decidunntur *in l. fin. C. qui bonis cedere poſſunt*, concordat *l. 5. tit. 15. part. 5.* ibi. *Que otorgare la major parte dellos, maguer los otros no ſelo quiſieſen otorgar e aquellos decimos que ſebe entender, que ſon la major parte, que en major quantia en los debdos. l. juris gentium, §. fin. & l. majorem, ff. de pactis, l. quoties, C. de precibus Imperat. offeren.* in cujus exornationem, vide Doctores citatos ſuprà *cap. 3. à n. 13.*

20 Si autem creditores neminem eligent, tunc judex eligere debet adminiſtratorem idoneum, prout expreſsè probant jura, & Doctores hactenus allegati, & qui
21 idem videmus etiam in depoſitarii, ſeu ſequeſtri electione, quæ ad judicem ſpectat, *l. ſi ſoluturus*, ubi Bartol. & Alexand. *de ſolutionibus*. Baldus *in l. ſi reus paratus, ff. de procuratoribus*, poſt text. illum, quem ibidem notabilem dixit Caſtrenſis. Afflictis *in cap. 1. n. 21. tit. ex quibus cauſis feudum amittatur*, Menochius *de arbitrariis caſu 232. n. 9.* Rolandus à Valle *conſil. 63. n. 32. vol. 1.* Curtius Jun. *conſil. 27. in princ.* Tuſchus *lit. D. concluſ. 203. n. 30.* Carrocius *de depoſito, part. 2. qu 5. n. 8.* Avileſius *in cap. prætor. cap. 10.* Gloſſa *verbo, nombrare, n.* Speculator *tit. de locato, § nunc, aliquæ verſ. 34.* Alexand. *conſil. 75. vol. 3.* Tiraquel. *lib. 2. de retractu. 4. gloſſa 7. n. 11*, & de eo judice loquimur, coram quo lis creditorum vertitur, & movetur, Cancerius *lib. 2. varia. reſolut. cap. de ſequeſtro n. 33.* Giurba *deciſ. 38. n. 3.*

Sed in hac adminiſtratoris nominatione curia, & 22
judex prudentis eum nominare debet, à quo facilis ſit creditoribus exactio, & negotiatio, Bald. *in l. acceptam. n. 2. C. de uſuris*. Menochius *dicto caſu 232. n. 9.* Carrocius *de depoſito, l. part. 2. quæſt. 69.* Alexand. *conſil. 75. vol. 7.* Tiraquellus *de retract. lib. 2. §. 4. gloſſa 7. num. 11.* Giurba *d. deciſ. 38. num. 4. & 5.*

Hinc eſt, quod miniſtri ejuſdem curiæ, numquam 23
in jure reputati ſunt idonei ad has adminiſtrationes, omnes quippe ejuſdem ſenatus officiales maxima inter ſe quadam fraternitate ſocietatis, & amicitiæ vinculo (prout decet) ſunt adſtricti, ut extraneus cum aliquo ex eis litigans vix apud alios patrocinium reperit, reciproca inter ipſos dependentia obſtante, quapropter eos ad has adminiſtrationes nominare non decet, tum etiam, quia valde moleſti ſunt creditoribus, quos quotidie vexant, intricationibus fatigant, cavillationibus & ſubterfugiis ſolutiones differunt, & tandem à talibus miniſtris pluſquam difficillima eſt exactio, cum eis namque miſeri creditores litigare non audent, & cum creditorum procuratoribus facilè colludunt, impediendo negotiorum concurſum, & querelas, ne in notitiam ſenatus clamatus, & afflictionis cognitio perveniat. Tum etiam quia iſti miniſtri neceſſarii quotidiano ſervitio curiæ, & ſuis officiis, negotiorum expeditioni, cui continuo aſſiſtere tenentur, deficiunt, & eorum abſentia defraudat litigantes, & curſum litium detinet, non ſine eorum maximo incommodo, & expenſis, quod ſi hæc damna vitare cupiunt curiæ & officiis ſuis aſſiſtendo, perneceſſe, adminiſtrationis ſibi commodatæ curam negligunt, & deficiunt, in perniciem, & detrimentum bonorum concurſus, & in notabile damnum debitoris, & creditorum, contra finem præcipuum quo creari adminiſtratorem bonis debitoris jura jubent. Hæc omnia quotidie experimur ſenatores, qui aſſiduè ærumnis tantis, vexationibus lamentamur, & intenſo cordis dolore affligimur, & dolemus.

Quapropter non immeritò officiales, & miniſtri 24
curiæ prohibentur depoſitum, & adminiſtrationem recipere, eo quod non audebunt patres juſtitiam poſtulare, quæ juſtè verentur vexationes, & inſeparatam exactionem, ex *l. 23. tit. 9. lib. 3. recopilatio. & leg. 28. tit. 15. lib. recopilationis*. Didacus Perez *in leg. 1. lib. 3. tit. 10. quæſtione 9. ordinam.* Azevedus *in d. leg. 13. nu. 5. & num. 15.* Tiraquellus *de retract. lignag. §. 4. gloſſa 7. num. 2.* Molina Theolog. *diſput. 525.* Hermoſilla *in addit. ad l. 23. tit. 3. part. 5. gloſſa 2. à nu. 4. & ſeqq. tom. 1. fol. 190. à tergo.*

Fœminæ etiam non debent eligi ad hanc adminiſtra- 25
tionem tanquam incapaces ex *l. cum bonis. ff. de curatore furioſo prodigo, &* ibi. *Vel propter ſexus, vel ætatis infirmitatem*, ita reſpondit Alexander *conſil. 575. n. 4.* per quem, & alios Eſcobar *de ratiociniis, cap. 6. à num. 51.* & per eundem Alexandrum *in conſil. 221. n. 7. lib. 6.* & Decium *in conſil. 575. num. 4.* tenet Montanus, *de tutor. & curator. c. 18. à num. 73.* qualiter ſentiunt de matre, & quoad bonorum abſentis adminiſtrationem.

Nominatus tamen ad adminiſtrationis munus nullo 26
modo admittitur ad exercitium, quouſque fidejuſſores dederit de fideli adminiſtratione, & reddenda ratione, probant Doctores omnes ſuperiùs citati *num. 2. verſ. ſemper enim*, & plures alii, & Nos *in tract. de Regia protectione 2. part. cap. 6. num. 67. & ex leg. cognatos, C. de capt. & poſtlimin. reverſis.* tenet Alexand. *in conſil. 221. num. 8. lib. 6.* poſt Speculat. Angelum *in conſil. 203.* Decius *conſil. 575. num. 2. in fin.* Rollandus à Valle *conſil. 48. num. 16. lib. 1.* Capicius *deciſ. 87.* Nevizan. *conſil. 17. num. 64.* Menochius *de arbitrariis, lib. 2. centuria 2. caſu 130. num. 25.* qui ex Nevizan. & Bart. *in l. etſi ſpecies, ff. rem pupill. ſalv. fore*, ita argumentatur: Si curator ſimplex ad litem datus

27 datus tenetur satisdare, quanto magis curator administrationi bonorum, atque ita communiter practicatur apud omnia tribunalia, ut administrator bonis concursus datus nullatenus admittatur, nec permittatur ad bonorum administrationem accedere, quousque legitimè satisfdet, & sua bona obliget similiter.

28 Sed an bona administratoris, & negotiorum gestorum sint tacitè obligata de jure, verè negativè post plurimos Doctores resolvit Noguerol. *allegat.* 1. *ex n.* 30. *cum multis seqq.* omnino videndus, qui accuratè per plura fundamenta, & Doctores negativam partem tuetur contra Thesaurum, & alios affirmativam sectantes, vide eundem Noguerol etiam à principio allegationis, ubi multa & mirabilia congerit, hanc quæstionem exornantia.

29 Item tenetur administrator rationem administrationis reddere cui absunt creditores, & ad eam citantur, & ad impugnandas partitas nequaquam receptas, qui sunt formales partes, & quibus æque principaliter interest. Escobar. *de ratiociniis, cap.* 3. *per totum, & n. fin.*

30 Eidem etiam administrationi bonorum concursus tanquam depositario, & sequestrario à judice nominato ad curam, custodiam, atque gubernationem assignatur salarium arbitrio judicis, aut curiæ pro suo labore in colendo, locando, exigendo, & custodiendo, vendendo fructus, & solvendo creditoribus prout latè probant Gutierrez *de tutelis.* 3. *p.* 3. *cap.* 7. *n.* 15. *& à n.* 13. *& cap.* 45. *à n.* 9. Garcia *de expensis, cap.* 20. *sub n.* 14. *vers. quibus autem constitut. possunt salaria.* Escobar. *de ratiociniis cap.* 26. *à n.* 44 *& seqq.* optimè Baeça *de decima tuto-*
31 *rum. cap.* 16. *n.* 20. *& cap.* 2. *n.* 16. apud quos, & alios ibidem citatos, latius videbis, & quod sequestro & depositario salarium etiam non conventum debeatur, probat ex Avendano, & Baeça, nec non Rebuffo, in 3. *tom. ad ll. gallica. tit. de sequestris. art.* 1. *glossa* 1. *n.* 18. *art.* 4. *gl. unic.* & Anton. Gravat. *in annot. ad praxim Vestri lib.* 7. *n.* 16. Azevedus *in l.* 1. *n.* 29. *tit.* 12. *lib.* 4. *recopilationis* tenet Flores de Mena *variar quæst. lib.* 1. *quæst.* 8. §. 1. *n.* 20. & loquendo in administratore ad bona debitoris remissivè, ad Flores & alios. Gratianus *tom.* 2. *discept.* 257. *in. fin.* & de ratione quare administratori, & depositario debeantur salaria abundè diximus *in* 3. *cap.* 11. *ex n.* 14. *cum seq. vers. maximè cum ex natura*, &c. *& in eodem cap. inferius n.* 19. *vers. nec etiam obstat, quod depositario.* &c. quibus locis accurate agitur articulus iste, & quare administratori huic debeatur salarium, contrariis argumentis dissolutis.

32 Illud tamen non omittam, quod administrator cum certo salario nominatus ad bona concursus gubernanda, non potest petere salarium, quod & ipse præstitisse asserit, aliis, qui suo nomine, & mandato nomina debitoria exegerunt, vel in partem laboris, & auxilium sibi ipse assumpsit, quia cum ad id, & alia omnia administrationem tangentia sit assumptus, & ob ea omnia onera personalia subeunda sibi salarium consignetur, eo contentus esse debet, nam officium ejus est, & debita
33 exigere, fundum colere, vel locare, fructus colligere vel pensiones, pecuniam collocare, & debitoribus jussu judicis solvere; & iis similia facere, ideo si actorem,
34 aut coadjutorem, vel ad omnia prædicta, vel ad singula sibi assumpsit, & constituit, de suo salario illis satisfacere tenetur & non de corpore bonorum concursus, latissimè comprobat Baeça *de decima tutor. cap.* 21. *à n.* 26. *usque ad finem*, omnino videndus, Guid. Papæ *decis.* 65. & Innocent. *in cap.* 21. *de dolo & contumacia.* Rupellam, *l.* 2. *forens. institutio fol.* 153. quam quæstionem, licet pro, & contra aliqua deducat Garcia *de expens. c.* 20. *n.* 14. præcipuè dispositione textus *in l.* §. *idemque* §. *idem Labeo. ff. mandati.* tamen quando competens salarium administratori assignatum est, æquiorem Doctorum opinionem sequitur ipse Garcia.

35 Nec enim negari potest, quin hoc salarium administratori bonorum concursus semper assignatur pro iis laboribus, & oneribus suis personalibus, prout praxis communiter tribunalium admisit, atque indubie subintelligitur, etsi expresè non dicatur, quo casu indubitabilis est prædictorum Doctorum resolutio, probatur *in d.* §. *idem Labeo.* ibi *etsi ad vecturas suas, dum excurrit prædia, sumptum fecit, nisi salarium fuerit datum, & hoc convenit, & sumptus de suo faceret, ad hæc itinera non est de salario*, &c. quare cùm hæc conditio, & tacita conventio subintelligatur communiter in constituendo administratore bonorum concursus & consignando eidem salario, cessat hæc ratio atque scrupulus Garciæ, cum pacta subintelligantur, interpretentur, & suppleantur ex consuetudine locorum.

Licet aliud sit de illis expensis, quas administrator 36
erogavit, pro cura, & cultura rerum, & litium, quas omnes onerabit corpori bonorum concursus, prout latissimè videbis per eundum Baeçam *dict. cap.* 21. *à principio, & per totum.* Garciam *ut suprà ex n.* 37
16. 17. *& seq.* quoad cætera tamen, quæ tangunt officium administratoris, bonam, aut malam administrationem, & rationum redditionem habes integrum tractatum apud Escobar. *de ratiociniis*, quem consulere poteris.

Quam autem potestatem iste administrator recipiat 38
in bonis concursus, discutiamus breviter: limitatam, & restrictam recipit ad solam, & nudam administrationem, custodiam, & conservationem, & locationem bonorum, Gutierrez *de tutelis*, 3. *part. cap.* 7. 39
n. 5. dicens, quod officium nudi administratoris, & sequestri est: colere, colligere, & conservare, ex textu *in l. postquam* §. *princeps, ff. ut in possess. legator.* ubi etiam, quod hoc est præcipuum officium curatoris bonorum, & quod sequester sit propriè curator bonorum, & ad talem administratorem spectet exactio, venditio fructuum collectorum, & solutio creditorum mandato, & delegatione curiæ, vulgò *para accepta, y* 40
cumplier las liberancas. creditoribus expeditas, & horum respectu lites, exactionem tangentes movere, & prosequi non suis, sed bonorum expensis, & ad idem procuratores, & advocatos eligere, & salarium consignare sub approbatione tamen Senatus, quia sunt sumptus necessarii ad bonorum conservationem, & pro quibus idcirco salaria hæc, atque etiam ipsi administratori consignata habeat bona concursus hypothecata: & privilegium antelationis adquirunt, & ante omnes creditores solvi debent, lite concursus, sequestroque minimè obstantibus, quia isti advocati, procu- 41
ratores, & administratores sunt in causa, ut res penes concursum, & debitorem persistat, vèl debitori adquiratur, vel conservetur & salva sit totius pignoris causa, utilitatem creditorum non minus, quàm exemplo eorum quæ ad rem adquirendam, vel conservandam mutuarunt, labores enim, patrocinia, & servitia pro rei recuperatione, aut defensione, & conservatione 42
sunt eidem rei adeo annexa, & cohærentia, ut tanto minus in illa esse videatur, quantum pro dicto salario, & mercede solvendum sit, Bart. *in l. interdum, n.* 4? *cum l. seq. ff. qui potior. in pign. habean.* Alexand. *cons.* 2
167. *n.* 2. *lib.* 2. Ripa *in l. privilegia n.* 32. *ff. de privilegiis creditor.* Gratian. *disceptatio* 257. *n.* 26. *cum seq. t.* 2. Giurba *decis.* 108. *n.* 10. *in fin.* Antonin. *var. resolut. c.* 3. *n.* 10.

Sicuti omnes alias litium expensas pro rei tutela, & 43
conservatione necessarias existimaverunt Doctores. Molina *de primogeniis, lib.* 2. *cap.* 27. *n.* 11. Pinellus *C. de bonis mater. in l.* 1. *part.* 2. *num.* 70. Garcia *de expens. cap.* 6. *num.* 19. Pelaes a Mieres *de majo-*
ratu 4. *part. quæst.* 2. *num.* 2. Surdus *consil.* 333. 2
num. 26. *consil.* 514. *num.* 13. Petra *de fideicommiss. quæst.* 15. *sub num.* 240. 216. & 238. Pereira *de emptione & venditione cap.* 27. *num.* 41. Giurba. *decis.* 109. Amato *variar. resolut. cap.* 3. *num.* 11. qui plures alios laudant.

44 Attamen actiones, quæ non ſimpliciter tangunt adminiſtrationem, ſed intus jus & proprietatem rerum, aut dominium debitoris ipſe adminiſtrator nec movere poteſt, nec in eum rectè diriguntur : ſed præcisè intentandæ ſunt & proſequendæ cum debitore principali in judicio concurſus, atque etiam cum creditoribus aſſiſtentibus in eo de quorum intereſſe æquæ principaliter tractantur, ne bona concurſus in aliquo minuan-
45 tur, vel fraudentur ad late comprobata infrà hac 1. *cap.* 16. *ex num.* 20. *cum ſeqq.* & alibi ſæpè & *num.* 53. & cum in adminiſtratorem nullum jus in proprietate, nec in poſſeſſione tranſit, ut *in cap. ſeq.* apparebit, non eſt legitima perſona ad lites ſuſcipiendas, nec movendas, nudam adminiſtrationem excedentes, *l. ab agnato*, ibi. *Non uſquequaque competit rerum ejus alienatio, ſed quatenus negotiorum exigit adminiſtratio, ff. de curatoribus furioſo. & prod.* ita in terminis probant Angelus
46 *conſ.* 327. *viſa ſerie*, *lib.* 5. Paulus Montanus *de tuto. & curato. cap.* 28. *num.* 69. dicentes quod curator datus bonis concurſus creditorum nullam actionem movere poteſt, cum ad id datus non ſit, nec ejus officium ad id deſtinetur, ſe ſolum ad adminiſtrationem rerum, & cuſtodiam & ſatisfactionem creditorum, delegationis per curiam, aut
2 judicem concurſus expeditæ virtute, & ex Angelo *in conſil* 193. ſtatim citando, atque Baldo *in d. conſ.* 327. *viſa ſerie lib.* 5. firmat Menochius *de arbi-*
47 *trar. judic. lib.* 2. *centur.* 2. *caſu* 150. *num.* 13. ubi dicit, quod curator datus bonis debitoris cedentis nullam actionem movere poterit, cum hac de cauſa datus non ſit, ſed ſolum ad bonorum diſtractionem, pro creditorum ſatisfactione, atque pariter per Angelum *conſ.* 19. §. *mortuo debitore*, *num.* 1. idem affir-
48 mat in noſtris terminis Cancer. *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 9 .*num.* 28. dicens poteſtatem hujus adminiſtratoris ad bona concurſus dati verſari ſolum circa diſtractionem bonorum, & ſolutionem creditorum, & circa ea, ſine quibus id fieri non poteſt, nullam tamen actionem ipſum ſuſcipere poſſe, cum ad id non ſit ordinatum ejus officium, qui talis adminiſtratoris poteſtas præcipuè verſatur in cuſtodia, exactione, & conſervatione bonorum ne deciperetur, ita ex Angelo *in d. conſil.* 193. *mortuo debitore.* Barb. *conſil.* 28. *lib.* 1. & Alexand. *conſ.* 4. Angel. *in l.* 2. *Col. de*
49 *curat. furioſo.* obſervat Montanus *de tutor. & curator. c.* 28. *à num.* 80. 83.

Hinc ſimiliter dicit Baëza *de decima curator. cap.* 16. *num.* 15. quod curatori bonorum ſola videtur commiſſa rerum cuſtodia per text. *in l. poſtquam* §. *prin-*
50 *ceps*, *ff. ut poſſeſſio legator. & in l.* 1. §. *penult. ff. de collatio. bonorum. l. unus*, & *l. cum legati*, *ff. quibus cauſis in poſſeſſionem eatur.* ideo curatorem bonorum, nec actiones movere, nec adverſus quemquam agere poſſe, niſi in rebus tempore perituris, *ex l. creditor.* ubi notant Bart. & Albericus *ff. de bonis authorit. judic. poſſiden.* Bart. Angelus, & Immola *col.* 4. *in l. ſi quis inſtituatur*, §. *ſi conditioni. ff. de hæredibus inſtit.* Angelus *in l.* 2. *ff. curatore bonis dando.*

51 Et ulterius inquit Baëza loco citato, quod hujus adminiſtratoris, & curatoris bonis dati poteſtas adeo eſt reſtricta, & limitata, ut nec creditoribus bonorum ſolvere poſſit authoritate propria, *ex d. l. ſi quis inſtituatur*, §. *penult. ff. de hæredibus inſtituendis*, & *l.* 1. *ff. de curat. bonis dando*, ita ut ſi ultra permiſſionem poteſtatem datam adminiſtret, puni-
52 tione magis dignus ſit quàm præmio ex *d. l. diligenter. C. mandati.* quas quidem doctrinas, communiter practicamus nullatenus permittentes his adminiſtratoribus,
53 poteſtatis receptæ limites excedere, ſed quoties contingit aliquam litem moveri contra bona debitoris, in ipſum dirigere actiones, & citatis etiam creditoribus, qui concurſui interſunt, quorum æqualiter intereſt, bona concurſus non minui, nec ſeparari, ad quæ jus habent quæſitum pro ſuorum creditorum integra ſatisfactione, & quod lis mota contra debitorem communem pendente concurſu creditorum, non ſit ſolum cum ipſo principali debitore tractanda, ſed etiam cum creditoribus concurſui aſſiſtentibus, eo quod eorum prejudicio, & intereſſe ſimul tractetur, habentium ex ceſſione, & dimiſſione jus quæſitum ad bona debitoris, tenet ex Joan. Baptiſta Coſta *in tract. de portion.* Rotæ *quæſt.* 121 *nu.* 5. Gaitus *de credito*, *cap.* 4. *quæſito* 11. *nu.* 1535. & *ſeqq. fol. mihi* 407. ac etiam ſimiliter è converſo, quando eſt movenda actio contra aliquem injuſtè detinentem rem debitori pertinentem, hujus nomine movetur, vel etiam creditorem vigore hypothecariæ, quam habent actionis, alibi latiùs diximus in tribus capitibus antecedentibus.

Sed an adminiſtrator iſte aliquam recipiat juriſdic- 54
tionem ad exigenda nomina debitorum concurſui pertinentium, diſtinguendum erit inter curiam, ſeu ſenatum ſupremum, & judices ordinarios inferiores, coram quibus formavit debitor judicium hoc concurſus. Etenim adminiſtrator ad bona concurſus à ſenatu nominatus, vel per creditorum majorem partem, & à ſenatu confirmatus & approbatus, Juriſdictionem ab eodem ſenatu recipere ſimul aſſolet, quî eidem cum adminiſtratione juriſdictionem delegat, ad exigenda nomina debitorum, & alia neceſſaria gerenda, tangentia ipſam adminiſtrationem commiſſam, prout communiter obſervat ſtylus Cancellariarum, & Conſiliorum ſupremorum : nam cùm concurſus bona ſub ſenatus protectione ſint, & debitor in curiæ proteſtatem dimittat & deponat ea, utilius & commodius viſum fuit faciliori adminiſtrationi, & bonorum conſervationi juriſdictionem ſimul dare adminiſtratori, ipſius curiæ (tot continuis occupationibus involutæ) nomine adminiſtrantis, pro ſumptibus & moleſtiis, & dilationibus evitandis, cum difficilior ſit ad curiam aditus qualibet exactione, maximè, quod ut plurimum exactiones longe ab ea ſint faciendæ, & valdè moleſtum foret creditoribus debitoris pro parvis quantitatibus, è ſuis domiciliis ad ſenatum venire litigaturis, & novos alios executores cum ſalario, & expenſis debitorum ad exigendum, mittere, ac ideo pro faciliori exitu adminiſtratori datur juriſdictio ad exigenda debita ſine novo ſalario, aut expenſis, à cujus tamen gravamine appellatur ad eundem ſenatum illud revocaturum.

At judicibus ordinariis, quorum reſpectu omnia 55
præfata ceſſant, adminiſtratorem cum juriſdictione nominare non permittitur, nec licet, cum præ manibus bona concurſus habeant, & faciliùs adire poſſunt à ſubditis debitoribus concurſus, & quia in illis ceſſat illa graviſſima ſenatus ſuprema authoritas, & majeſtas, qua in hac parte utitur ex jam dictis, & hoc jure utimur, & quotidiano ſtylo.

Ex eadem ratione ſenatus ſupremus motus adſtringit 56
multoties adminiſtratorem, vel aſſiſtere penes ipſum, vel campſerium nominatum habere præſentem, cum quo faciliè negotiari poſſint creditores, qui à ſenatu ipſo delegationes, vulgo *librancas* in adminiſtratorem obtinet, ut ſibi ſolvat, & ſatisfaciat qui ſi abſens eſt, moleſtiſſima eſſe ſolet cum eo creditoribus negotiatio, qui occaſione ipſius adminiſtrationis ſolet latitare, ne ſibi delegationes intimentur, & aſſiduè cunctatur in ſolutione, & earum complemento, frivolas excuſationes dando, & Regiis delegationibus reſpondere, ſolo animo, creditores vexandi, & ſolutiones differendi, qui ſemel & iterum coguntur adire ſenatum, pro ſecundis, & tertiis compulſionibus, & quælibet magna cum difficultate intimari ſolet adminiſtrari ſubterfugienti, & tandem plus quandoque expendere ſolent creditores, quàm exigant.

Et hoc remedio, quo ſenatus ad inſtantiam credito- 57
rum uti ſolet, ut vel adminiſtrator aſſiſtat, vel nominet campſerium, qui præſens ſolvat & cui facilè intimentur

 delega-

delegationes, aliud, & intolerabile damnum, & facinus evitatur, nec non temperatur, punibilis fraus, frequentiſſima tamen inter hujus generis adminiſtratores qui exburſare pecunias cunctantur, detinendo ſolutiones, ut interim cum pecuniis, in ſui tantum utilitatem, negociare valeant, vel ſi occaſionem habent aliquam vexandi creditores, & procraſtinandi ſolutiones, facilis eis patet via, & occaſio furandi præſtatur, cogunt enim miſeros creditores, pro redimenda ſua vexatione remittere partem crediti ad commodum particulare ipſius adminiſtratoris contra juſtitiam peccantium.

58 Hoc utile remedium deducitur ex ſimilitudine, & ex identitate rationis, quarumdam legum regiarum. *l. 9. tit. 16. lib. 9. recopilationis, & in l. 11.* ibi. *Mandamos, que los nueſtros arrendadores maiores ſean tenudos de aſtar a los tiempos de las pagas, y nueve dias deſpues en la ciudad o villa, o lugar que fuera caveza de ſu arrendamiento cada uno en ſu partido. O dexar, facedor, que accepte y pague los libramientos, que en el fueren librandos, &c. y ſi el dicho arrendador, o recandador, y ſu facedor, no eſtubiere en la caveça del dicho arrendamiento o en la nueſtra corte, on puede ſen avido, para ſer requerido,* &c. *& in l. 16. Mandamos, que los recaudadores, & theſoreros, que fueren pueſtos en algunas ciudades, y villas, y lugares, aunde no ſean vecinos, ni vibieren en la comarca ſean tenudos de eſtar accidentemente, per ſu perſona en la caveça de Recaudamiento, o per ſu oficial, con ſu poderio baſtante para acceptar los libramientos, y los recivir, y pagar o librar a los que en el fueren librados, eodem tit. 16. lib. 9. recopilationis & in l. 17.* latiſſimè ſub multis pœnis damnatur barataria, ſeu pactum inter adminiſtratorem, & creditores ſuper remiſſione partis crediti, quod creditoribus ſolvere debent virtute delegationis, *y libranças ſobre ellos* & ad harum legum imitationem, & identitatem rationis ſenatus pro evitandis vexationibus ſalubriter adhibere ſolet hoc ſanctiſſimum remedium ad inſtantiam creditorum, quibus ex eo facilius conſulitur.

59 Superius *ex nu.* 18. diximus conſenſu majoris partis creditorum poſſe unum ex eis admniſtratorem nominari ad bona creditoris peragentis concurſum, ſuper quo expedita fuit regia cedula directa huic ſenatui Valliſoletano juri communi conformis, in qua hæc & alia multum utilia, & ſcitu digna continetur ad evitandas fraudes, quæ circa hæc contingere experimur. Regium præfatum decretum ita eſt.

EL REY

GObernador y Oydores de la audienzia y chancilleria de ciudad de Valladolid, bien ſabeis como el nombramiento de todos los adminiſtradores de los eſtados, y mayoraſgos, en que eſta echo pleyto de acrehedores; y dende en eſa audiençia por cedula mia toca y perrinece privativamente a vos el gobernador de ella, y a los que de aqui adelante feren y e ſido informado, que los dueños de los eſtados y mayorazgos no ſe contentando con ſus alimentos pagados en ſu tiempo, no ſe pudiendo ſubſtantar con ellos, juzgan que pleyto de acrehedores ſolo ſit ve para impedir embargos, y execuciones en ſus bienes, para goçarlos por eſſe medio libremente ſin pagar ſus deudas, moleſtando a los adminiſtradores a que les paguen los alimentos adelantados a las medidas de ſus neceſſidades, aunque ſe conſuma en ellos todos los frutos y recetas de los dichos mayorazgos y eſtados, y no ſe puede pagar à los acrehedores, y ſiendo el adminiſtrador legal y a juſtado y deſeando cumplir con todos, y no queriendo dar al dueño del mayorazgo mas de lo que le toca ni haçer la pagas adanetetas en prejuileçio de los acrehedores, el dueño de mayorazgoo eſtado le priva de la adminiſtracion ſolo pareçer en la ſala a donde paſa el pleyto de acrehedores, y pedir ſole de a ella adminiſtracion, ofreçiendo la adminiſtracion debalde, y que dara Fianças de pagar a los acrehedores, y eſte pedimento ſe notifica y ſubſtancia ſolamente con los procuradores de los acrehedores, por que las ſalas ſe ſuelen contentar con ello, leſquales ordinariamente reſponden que lo oyen, que con ellos es facil la inteligençia, y unos con otros coren deſta manera en eſtas materias, con lo qual la ſalare muebe al adminiſtrador nonbrado por vos el governador de eſa audiencia, y de la adminiſtracion al dueño del mayoraſgo eſtado con las calidades referidas, que adminiſtre debalde y de fianças de pagar à los acrehedores, el qua buſca un criado o amigo que geſtas fiancas, y le de la adminiſtracion, con lo qual conſigue ſu intento, quo es goçar toda la ren'a cobrando ſus alimentos como quieren en perjuicio de los acrehedores, que no pueden cobrar maraved. al unos, ſi no es deſpues de grand tiempo y dilaçiones y muchos geſtos o contentando al adminiſtrador para que les pague remitiendole por ello mucha parte de ſu credito de lo qual redunda, lo uno que no ſe puede nombrar para eſtas adminiſtraciones hombre honrado Chriſtiano y legal, por que ſiendolo, ſelo quitan por el meda dicho, lo otro por que los acrehedores eſtan auſentes y en ſu caſa padeçen el detrimento dicho con la alteracion del adminiſtrador y del nombramiento de procuradores, ſolo para efecto de pedir libramente de ſus creditos, y les redunda la impoſſibilidad de cobrarlos, lo otro potque la facultad que tienen los gobernadores de eſa audiencia de haçer eſtos nombramientos viene por el medio dicho año conſeguirſe lo que tengo mandado por cedulas mias. Loqual viſto por los del nueſtro conſejo para obrar, y que ceſſen los inconvenientes referidos: fue acordado, *que deviamos demandar dar eſta nueſtra cedula en la dicha raçon, e yo tuelo por bien, por laqual mandamos, que ninguna ſala des eſſa audiencia pueda dar ni remover eſtos adminiſtradores à los duennos de los oſtade y mayoraſgos, ni alguno de los acrehedores, aunque ſe ofrezcan a adminiſtrar debalde, y de dar las fianças y de pagar a los acrehedores; ſino fuere veniendo en ello, y conſintiendolo expreſſamente todos los acrehedores, o la mayor parte de ellos à que en ſe los ha de notificar en perſona y no a de ſer baſtante la acetacion ni conſentimiento de los procuradores, ſino es aviendo poder eſpecial para haçer el dicho conſentimiento.* Dada en Madrid a diez y ſiete dial del mes de março de mil y ſeiſcientos y treinta y cinco años. Yo el Rey, por mandato de Rey nueſtro Señor. Franciſco Gomez de Eſperilla.

§. I.

Adminiſtrator bonorum concurſus à Judice nominatus, an ſimplex ſit adminiſtrator. Vel an ſimul ſit depoſitarius, & ſequeſter.

SUMMARIUM.

1 *Adminiſtrator bonorum concurſus, an ſit ſequeſter & depoſitarius ad multarum, & ſingularium quæſtionum tractatur.*

2 *Adminiſtrator ſimplex, non ſequeſter, depoſitarius reputatur, quia adminiſtrator non poſſidet bona concurſus.*

3 *Poſſeſſio rei ſequeſtratæ, an in ſequeſtrem tranſit, expenditur textus in l. licet. §. rei depoſitæ, ff. depoſiti.*

4 *Depoſitum diffinitur ut ſit conventio gratis cuſtodiendæ rei traditur ſub fide reſtituendi.*

5 *Adminiſtrator recipit ſalarium pro ſua adminiſtratione.*

6 *Depoſitarius non recipit pretium nec mercedem pro*

custodienda re, aliàs transit depositum contractum locationis & conductionis. n. 33.

7 *Sequester dicitur apud quem res deponitur lite pendente, ut restituatur vincenti in judicio.*

8 *Bonæ concursus semper dicuntur remanere apud debitorem, quoad possessionem, & proprietatem.*

Creditores in prædictis bonis solum habent contra prædicta bona, jus sive actionem ratione suæ obligationis. ibid.

Nec talia bona litigiosa contra Noguerol. probatur. ibid.

6 *Administrator recipit bona, quæ numero, pondere, & mensura consistunt, & talium rerum dominium in administratorem transit.*

Depositum in his rebus non consistit. ibid.

10 *Nomen cujusque rei qualitatem probat, & essentia rei ex nomine colligitur.*

11 *Administratorem concursus verè & realiter esse sequestrem, & per consequens depositarium defenditur.*

In administratore concurrunt omnia, & singula quæ in sequestri. ibid.

Debitor postquam vexatus est à suis creditoribus format concursum ad carcerem evitandum, in quo judicio dimittit & cedit omnia bona sua in manus Judicis, ut illa distribuat, creditoribusque satisfaciat. ibid.

Bona prædicta convenit, ut administratori tradantur, ut ea custodiat, donec de Judicis mandato, & cum liberat ea inter creditores distribuat. ibid.

12 *Sequestrum in triplici est differentia.*

Extrajudiciale, & conventionale sequestrum dicitur quod per conventionem inter partes litigiosas super aliqua re, ipse apud fidelem personam deponitur, quousque lis finiatur. ibid.

13 *Administrator bonorum concursus, intelligitur ex conventione partium, sed arbitrio & electione Judicis.*

14 *Sequestrum necessarium dicitur, quod Judicis decreto fit, veluti quando res de qua est controversia, deponitur apud fidelem sequestrum, donec lis finiatur.*

Quod fit etiam quando timetur de dilapidatione possidentis. ibid.

15 *Sequestrum necessarium privat sua possessione dominum, & transfertur in sequestrum.*

16 *Sequestrum mixtum dicitur quod fit magistratus imperio, & legis authoritate ad partis petitionem, vel sine illa, & ponitur exemplum.*

17 *Quod genus sequestri multum convenit administrationi bonorum concursus, & ratio redditur.*

18 *Debitor cedens bonis debet omnia bona sua dimittere in manus curiæ.*

Depositum dicitur à pono, *&* de, *quæ præpositio vim auget, & quasi in alterius manu positum. ibid.*

19 *Concursu facto per debitorem bona ejus per judicem sequestrantur.*

Qui dicit sequestrum, dicit etiam depositum. ibid.

20 *Sequestrum dicitur depositum judiciale.*

Depositum à sequestro differt, tanquam genus ab specie. ibid.

21 *Administrator cui commendantur bona pia, vel profana ad certum finem distribuenda, dicitur depositarius, quasi in fiduciam, & custodiam bona ei tradantur non ut dissipet, sed ut adimpleatur finis, in quem distribuenda sunt.*

22 *Thesaurarii & receptores bonorum regalium sunt depositarii, & ut tales executivè compelluntur restituere pecunias, & adimplere liberationes Senatus, ex Carleval.*

23 *Administrator positi panis est depositarius, & ut talis cogendus ad restitutionem depositi.*

24 *Administrator bonorum civitatis debet de prompto habere pecunias ad urgentes populi necessitates, nec illas consumere, nec in usus proprios convertere, sed quasi depositarius illas restituere cogitur, etiam si nobilis sit, per carcerem, ex Bob. & Escob.*

25 & 26. *Panetarius qui ab aliquo triticum in grano accepit, ut sibi reddat tot panes coctos, dicitur depositarius ex veriori, & communi auctoris resolut.*

Remanet auctor cum hac secunda opinione, nempe administratorem in simplicem sed sequestræ, & depositarium esse, & respondet, & satisfacit argumentis pro prima opinione adductis. n. 25. cum sequentibus.

Solvitur difficultas text. in l. licet §. rei depositæ, ff. depositi. ibid.

29 *Ex sequestro necessario transit possessio rei judicio pendentis depositæ quando Judex habuit animum, & intentionem illam transferendi in sequestrem, expenditur text. in l. interesse puto, ff. de acquir. possess. & conciliatur text. in d. l. licet, §. rei depositæ, ff. depositi.*

30 *Possessio rei depositæ an transeat, vel non in sequestrem, totum pendet à voluntate judicis deponentis vel sequestrantis rem litigiosam.*

31 *Possessio vel dominium non transit in sequestrem, sed intacta manet penes debitorem, & dominum rerum quando causa custodiæ & ob assecurationem bonorum ne dissipentur, & apud sequestrem administratorem reponuntur per judicem.*

32 *Etiam in 1. & 2. sequestri specie in quibus adnotatum remanet possessionem in sequestrem transire, non procedit quando sequestrum fuit factum ex causa custodiæ, quia tunc transit possessio in sequestrem, sed remanet penes antiquuum possessorem: expenduntur verba text. in d. l. interesse puto, ff. de adquir.*

33 *Depositarius desinit esse quando pro custodia (quæ gratuita debet esse) recepit mercedem, & pretium.*

34 *Administratori universi patrimonii debitoris formantis concursum, quod præcisè eget administratione, & labore, pro ea, etsi pro custodia bonorum, ei assignetur salarium rebus remanentibus in sua natura depositi.*

35 *Ex natura actus, & rei gestæ potest fieri sequestrum ex officio judicis justa, & legitima dilapidationis, & dissipationis causa existente, etsi bona non sint in litigio, & absque partium petitione.*

36 *Licet intrinsecè, & strictè non detur litigium super illis bonis debitoris, quæ posita sunt in concursum, non tamen deficit super illis qualis controversia inter creditores ipsos contendentes superiori divisione, adjudicatione, & distributione.*

Hæc prædicta controversia inter ipsos creditores justa causa erit ultra cæteras, dilapidationis, & dissipationis ad sequestrum apponendum. ibid.

37 *& seqq. Satisfit argumento relato supra n. 9. & auctor se remittit ad ea quæ dixit lato calamo 3. part. c. 11. ex n. 37.*

38 *Administratoris appellatione continentur sequester & depositarius.*

39 *Administratoris nomen in Hispania generale est, & conveniens aliena bona ministranti.*

40 *Nomen nunquam attenditur, nec curatur de eo, quando constat de natura rei.*

41 *Administrator concursus, etiam si nobilis sit, potest pro reliquo peracto calculo, carcerari.*

42 *Monetæ diminutio repertæ penes administratorem concursus, tempore mutationis, non imputatur ei cessante ejus mora, culpa, & dolo vel fraude.*

Res perit periculo domini. ibid.

43 *Administrator nominatus à judice se obligari & adstringi intelligitur legibus omnibus de sequestro loquentibus.*

44 *Qui actum facit censetur se obligare, & adstringi legibus de eodem actu loquentibus.*

45 *Actus omnis secundum naturam rei gestæ intelligitur.*

Verba

46 *Verba ſimpliciter prolata, ſecundum ſubjectam materiam, & naturam contractus explicantur, & intelliguntur.*

47 *Quando traditur alicui res, qui ratione officii eam in cuſtodiam ſeu depoſitum tenetur conſervare, ſufficit ut talis obligetur ad cuſtodiam, & legem depoſiti.*

48 *Quod idem procedit ſi ſimpliciter res in cuſtodiam recipiatur, in depoſitum recepiſſe intelligitur.*

1 AD multarum, & ſingularium quæſtionum reſolutionem ſcire convenit naturam, & qualitatem hujus adminiſtratoris nominati per judicium ad cuſtodiendum, & adminiſtrandum bona debitoris communis formantis concurſus judicium inter ſuos creditores, an ſimplex ſit adminiſtrator; an ſit ſequeſter, & depoſitarius, cum in jure ſequeſter depoſitarius ſit ex juribus expreſſis, & Doctoribus quamplurimis poſtmodum referendis.

2 Et quod ſit ſimplex adminiſtrator, non ſequeſter, & depoſitarius, plura ſuadent fortiſſima fundamenta. Primum, quia adminiſtrator nullo modo poſſidet bona concurſus ſibi miniſtranda tradita, prout abundè probavimus *infrà hac 1. part. cap. 14. ex num. 75. uſque ad num. 92.* ſed ſic eſt, quod in ſequeſtrum tranſit rei ſequeſtratæ poſſeſſio, ut probat text. ex-
3 preſſus *in leg. licet. §. rei depoſitæ ff. depoſiti*, cujus ſunt verba, *rei depoſitæ proprietas apud deponentem manet, ſed & poſſeſſio, niſi apud ſequeſtrem depoſita eſt; nam tunc demum ſequeſter poſſidet.* Ergo cum adminiſtratori bonorum concurſus non conveniat qualitas ſequeſtri, debet ſimplex adminiſtrator judicari.

4 Secundo, quia diffinitio depoſiti nullo modo convenit adminiſtrationi bonorum concurſus, nam depoſitum definitur, ut ſit conventio gratis cuſtodiendæ rei, quæ traditur ſub fide reſtituendi *leg. 1. & per totum, tit. ff. depoſiti l. 1. tit. 3. part. 5.* Mantica *de tacit. & ambig. lib. 1. tit. 1. num. 4. & 6.* Gregor. Syntagma *juris lib. 23. cap. 3. num 4.* Did. Perez. *in l. 2. tit. 1. lib. 5. ordin.* Galganet. *de jure publ. lib. 2. tit. 15. n. 3.* Carrocius *de depoſita. 1. part. quæſt. 1. in princ.* Caſtillo *controverſiar. lib. 3. cap. 16. n. 2.* Rodriguez *de privileg. credit. art. 6. n. 5.* ſed adminiſtrator recipit ſalarium pro ſua cuſtodia, & adminiſtratione, ut plenè probavimus *infrà, 3. part. cap. 11. ex n. 28. cum ſeqq. & ex n. 19.*

5 6 Ergo jam definit eſſe depoſitum, & ſequeſtrum, quia ſi pretium, aut mercedem pro cuſtodia recepit depoſitarius depoſitum tranſit in contractum locationis, & conductionis *l. 1. §. ſi veſtimenta*, ibi ſiquidem nullam mercedem ſervandorum veſtimentorum accipit depoſiti eum teneri, &c. & ibi quod ſi accepit ex conducto, & ibi DD. *§. 1. de locato, §. fin. inſtitut. de mandato l. 2. tit. 3. part. 5.* Carrocius *de depoſito 1. part. quæſt. nu. 5.* Mantica *de tacitis & ambiguis lib. 1. tit. 1. n. 6.* Petrus Gregorius, Syntagma *lib. 23. cap. 3.* Gaſpar. Rodrig. *de annuis redditib. lib. 6. quæſt. 11. n. 39.* Amador. Rodriguez. *de privileg. credit. art. 6. n.* Pichard. *in §. præterea n. 7. inſtitut. quibus mediis re contrahitur obligat.* Azor. *inſtitut. moral. part. 3. lib. 7. tit. de depoſito cap. 5.* & Bonacina *de contractibus diſp. 3. quæſt. 15. punct. 3. n. 5.* Ergo adminiſtrator concurſus ſequeſter, & depoſitarius appellari non poteſt.

7 Tertio facit, quia ſequeſter is dicitur, apud quem deponitur res ſuper qua in judicio inter litigantes contenditur, ut lite pendente reſtituatur vincenti, *l. licet §. 1. depoſiti, l. intereſſe puto, ff. de acquirenda poſſeſſio. leg. propriè, ff. depoſiti, leg. 1. tit. 3. part. 5.* ibi, *La tercera, quando algunos omnes contiendes en razon de algu-*
8 *nas coſſas, el ameten en mano del Rey en comandando gela, faſta que la contienda ſe a librada por juicio.* Sed ſuper bonis concurſus quæ commendantur, & traduntur adminiſtratori à judice nominato nulla eſt contentio quia ſunt bona propria debitoris, ad quæ nec in poſſeſſione, nec in proprietate, jus aliquod creditores non habent, ſed ſolum ratione juris, & obligationis perſonalis contendunt ex eorum diſtractione ſolvi & ſatisfieri, ut ſæpè diximus, in tantum quod bona illa nullo modo dicantur litigioſa, ut contra Noguerol. probavimus *infra cap. 14. ex nu. 14. cum multis ſeqq.* ergo adminiſtrator concurſus ſequeſter dici non poteſt.

9 Quanto fulcitur hæc pars, quia adminiſtrator recipit bona quæ pondere, numero, & menſura conſiſtunt, quia exigit, recipit pecunias, numerat triticum, vinum, & oleum ad menſuram, ergo depoſitarius, & ſequeſter dici non poteſt, cum harum rerum in adminiſtrationem dominium tranſeat contra naturam & ſubſtantiam depoſiti, & ſic depoſitum non remanet ad latè tradita *infrà 3. part. cap. 11. ex n. 17. & ex n. 21.* ergo ſimplex erit adminiſtrator, & non ſequeſter, & depoſitarius.

10 Quinto, quia nomen qualitatem rei probat, *cap. Michael de filiis presbyter. cap. per tuas de probationib. & eſſentia rei ex nomine probatur.* Aymon. Craveta *conſil. 4. num. 33.* Surdus *conſil. 311. num. 28.* igitur ſi communiter adminiſtrator nominatur, & non ſequeſter, nec depoſitarius, diverſa natura inter ipſos conſideranda eſt, quia ſi adminiſtrator concurſus, & ſequeſter idem foret, non nuncuparentur diverſis nominibus, prout argumentatur text. *in leg. ſi idem. C. de codicillis.*

11 Quibus tamen, & aliis minimè refragantibus contrariam ſententiam, imò adminiſtratorem concurſus vere, & realiter eſſe ſequeſtrem, & per conſequens depoſitarium, firmiter & indubitanter tenendum erit, quia in hoc adminiſtratore concurrunt omnia, & ſingula requiſita ſequeſtri nihilo reluctante, nam poſtquam debitor communis vexatus debitis, & creditoribus deliberat concurſus judicium inter eos formare ad carcerem, & vexationes evitandum, dimittit, & cedit creditoribus omnia bona ſua, & ponit in manibus judicis, ut illa diſtribuat inter omnes creditores diſtrahenda ad eorum pro rata, & juxta uniuſcujuſque gradum & privilegium, ſolutionem, & ſatisfactionem; ut ad longum videre eſt, *ſuprà cap. 1. ex n. 5. cum ſeqq. & hoc eodem cap. 13.* à principio, & alibi ſæpius; neceſſe eſt, ut hæc bona, quæ prorſus adminiſtratore carent adminiſtratori tradantur pro omnimoda ſecuritate creditorum: nam ſi manerent in poteſtate debitoris communis penitus ipſi ſuis creditis fraudarentur, cum ipſe jam fallitus extra ſuam ceſſionem illam diſparet, & diſtraheret, alienaret in notiſſimum ſuorum creditorum damnum, detrimentum, qui bonis diſſipatis non haberent unde credita ſua conſequi poſſint, ac ideo juſtè Judex, & attenta natura judicii debitores credentis, & concurſum formantis eligit adminiſtratorem, & ſequeſtrem fidelem, apud quem bona illa diſponat, & ſequeſtret, ut in tuto ſint, & cuſtodiat, nec non adminiſtret, exigat, colat, locet, & de promptû, & de manifeſto habeat, tam ipſa bona quam pecunias exactas, & quæ ex fructuum venditione procedunt, & ne de iis diſponere poſſit, niſi accedente judicis ſpeciali decreto, & liberatione. Cum hæc ſequeſtratio, & depoſitum penes ipſum adminiſtratorem non fiat alio fine juris, & judicis intentione, quam ut creditores ex eiſdem bonis ſatisfiant, ut notum eſt, & ſæpè diximus *hoc cap. 13. & infrà c. 14. & 3. part. cap. 13.* igitur adminiſtrator concurſus in quem hæ qualitates concurrunt, 12
perneceſſe debet judicari ſequeſter, & depoſitarius judicialis; nam ſequeſtrum in triplici eſt differentia, extrajudiciale, & conventionale, quod per conventionem inter partes litigantes ſuper aliqua re, ipſa apud fidelem perſonam deponitur, quoad uſque lis finiatur, de hac ſermo non eſt, quia ſuper bonis debitoris non adeſt controverſia inter eum, & debitores, ut diximus ſupra in argumento noſtro, nec per conventionem inter creditores, & debitorem communem non

sit hoc depositum, & bonorum sequestratio in aliquam
13 à se nominatam personam, sed arbitrio, & electione judicis, ut diximus *hoc cap.* 13. *ex n.* 1. de hoc primo sequestri membro, & natura videbis perplures relatos ab Hermosilla, *ad leg.* 2. *tit. part.* 5. Gloss. *gloss.* 4. *ex n.* 1. *& signanter ex n.* 1.

14 Aliud est sequestrum necessarium, quando judicis decreto res, de qua est controversia deponitur apud fidelem sequestrum, vel aliam publicam personam donec lis finiatur *leg. sequester* 116. *ff. de reb. signif. leg. ff. fidejuss. §. fin. ff. qui satisd. cogant. leg. Senatus in fin. ff. de officio præsidis, l. æquissimum, ff. de usufruct.* & hæc sit etiam ex judicis officio, quando timetur de dilapidatione possidentis, ut latè videre est per Hermosillam *loco proximè citato ex n.* 7. *cum seqq.* hoc etiam mem-
15 brum non congruit nostro concursus sequestro, quia privat possessorem sua possessione, & in sequestrem transfertur, ut ex juribus & D. D. per Hermosillam *ibid. n.* 10.

16 Aliud, & tertium sequestrum est, quod dicitur mixtum, quod fit magistratus imperio, & legis autoritate ad partis petitionem vel sine illa quando bona, quæ non sunt litigiosa, nec super illis est orta controversia inter partes dilapidari consumi, & destrui, timetur in detrimentum alicujus, pro cujus securitate Judex in sequestrum deponere decrevit, ne illius jus pereat ex difficili exactione: de hoc tertio distinctionis membro, plurima sunt jura ex quibus Doctoribus illud deducunt *leg. si fidejussor. qui satisd. cogantur, leg. Senatus consulto. §. fin. ff. de officio præsidis*, optimus text. *in l. litibus. Cod. de agricol. & censit. lib.* 11. text. etiam *in leg. si vero dotem ita. ff. soluto matrim. leg. imperatores. §. ultimo ff. de appellation.* hanc tertiam sequestri speciem quamplurimi probant Doctores, optimè Pater Ludovis. *de justit. & jure tract.* 2. *disp.* 522. *per totam, & signanter ex vers. depositum regulariter fit, & lit. C. ex vers. in seqq. tamen eventibus fol.* 17010. *omnino videndus.* Menochius *de arbitrar. cas.* 78. Rebuffus 3. *tom. tract. de sequestro num.* 2. Pichardus *in §. præterea n.* 20. *cum seqq.* Craveta *cons.* 272. *num.* 15. Bal. Novel. *de dote privileg.* 70. *par.* 6. *& privileg.* 25. *part.* 7. I. Barbosa *in leg. si constante* 25. *n.* 1. *ff. soluto matrim.* Amad. Rodriguez. *de privileg. credit. cap.* 6. *nu.* 30. *& ex n.* 21. *videndus etiam ex n.* 14. qui multos casus, & exempla cumulat.. Carrocius *de sequestro part.* 2. *quæst.* 2. *n.* 1. & alii relati ab Hermosilla *ad leg.* 1. *tit.* 3. *part.* 5. *gloss.* 3. *&* 4. *n.* 21. *& n.* 22. qui omnes in variis exemplis loquuntur, vide quamplurimos alios ad idem *in c. seq. n.* 10.

17 Et hoc genus sequestri magis proprium est, & consonans nostræ concursus administrationi, cujus bona ob timorem, & suspicionem dilapidationis & dissipationis deponuntur à judice penes sequestrum qui habeat sub tuta, & fida custodia de promptu, & de manifesto ad solam creditorum satisfactionem, & solutionem, ne ipsi creditores defraudentur, non inveniendo, unde satisfieri possint, atque ideo Doctores nostri practici, qui agnoverunt hoc nostrum concursus judicium legitimè loquuti fuere dum asserunt, qui facta per debitorem cessione bonorum, & formantem hoc judicium concursus, statim Judex ponit in depositum bona omnia debitoris, alii vero quod debitoris bona sequestrantur, utrique utentes terminis Jurisconsultorum sequestrum appellantes depositum; ut protinus dicemus, ideo Villadiego *in politica c.* 2. *vers. quinto, de cession de bienes n.* 173. *ubi: Y el juez manda poner in depositio todos los bienes de el deudor.* Eodem modo loquitur Evia Bolan. *in curia Philippica* 2. *part. §.* 25. *de cession de bienes, num.* 11. illic. *hecha la cession de bienes por el deudor o siendo havida por hecha; el juez manda poner en depositio todos sus bienes; y terminada la causa*, &c. Amador Rodriguez *de privilegiis creditor.* 1. *part. sub nu* 24. *ibi, Y el juez manda poner en depositio todos los bienes de el deudor.* Nos suprà *hac* 1. *p. cap.* 1. *ex n.* 14. & alibi sæpè, tenet etiam Cancerius *variar. resolut.* 2. *part.* 18
cap. 9. *n.* 26. *&* 27. dum dicit, quod debitor cedens bonis debet omnia sua bona ponere, & dimittere in manibus curiæ quod idem significat, quod depositum ut juxta Ulpian. *in leg.* 1. *ff. depositi*, rectè consideravit Pat. Ludovis. Molina *de just. & jure tract.* 2. *disp.* 522. *propè principium*, quod depositum dicitur à pono, & de, quæ præpositio vim auget, & quasi in alterius manu positum, ita ut recipiens custodiam illius suscipiat, vel eidem dicatur, trado tibi hanc rem in custodiam, vel illam servo, ut depositum judicatur, *ex leg. si ergo, §. ult. ff. de jure dotium*, & notant cum aliis Gregor. Lopez *in leg.* 1. *tit.* 3. *part.* 5. Gomez 2. *tom. variar. cap.* 7. *nu.* 2.

Valenzuela Valesquez *in consil.* 19. *nu.* 43. *tom.* 1. & 19
Noguerol. *alleg.* 19. *n.* 138. asserunt quod facto concursu per debitorem, bona ejus per judicem sequestrantur, quos retulimus nos *infrà c.* 14. *n.* 12. *hac* 1. *part.* & quod formato concursu per debitorem inter creditores bona debitoris sequestrantur, pariter dixit Carleval. *de judiciis tom.* 2. *tit.* 3. *disp.* 24. *n.* 26.

Et erit annotandum, quod qui dicit sequestrum di- 20
cit etiam depositum, quia sequestrum est depositum judiciale, quia inter se differunt tanquam genus, & species, & passim Jurisconsulti sequestrum vocant depositum, & utrumque iisdem depositi regulis judicantur, *leg. ejus apud quem, ff. depositi leg. Senatus in fin ff. de officio proconsul. leg. si fidejussor. §. fin. qui satisd. cogantur leg.* 1. *§. penult. ff. de liber. exhibit. leg. interesse puto* 39. *ff. de acquirend. possessio. leg. sequester.* 109. *ff. de verbor. signific. cap. examinata* 5. *de judiciis cap.* 1. *&* 2. *de sequestratio. possess. & fruct. cap.* 2. *de dolo, & contuma. Clementi unic. de sequestrat. poss. & fruct.* Petrus Gregor. Syntagma. *juris lib.* 23. *cap.* 3. *à nu.* 12. Rebuffus *de sequestro art.* 1. *gloss.* 1. *n.* 35. *lib.* 5. Galganet. *de jure publ. lib.* 12. *tit.* 15. Carrocius *in tract. de depositi. in principio nu.* 1. Gundizal. de Paz *in prax.* 3. *tom. c.* 6. *§.* 6. Brisonius *de verborum signific. lib.* 4. *verb. depositum*, Didac. Perez *in leg.* 1. *tit.* 10. *lib.* 3. *ordinam.* Azeved. *in Rubric. tit.* 2. *lib.* 4. *recopilat. n.* 1. D. Pichardus *in §. præterea nu.* 17. *in titul. quibus modis re contra obligat.* Rodriguez *de privilegiis creditor. art.* 6. *n.* 1. Pater Molina *ad leg.* 1. *tit.* 3. *part.* 5. *gloss.* 3. *nu.* 4. *tom.* 1. *fol.* 176. & alii plures per nos ad idem conducti *in comm. de Regia protect.* 2. *part. cap.* 16. *ex n.* 52. *cum seqq.* & ulterius in hoc Labyrintho 3. *p. cap.* 6. *n.* 2. *&* 6. qua propter nullum dubium erit, quod administrator concursus, in quem bona debitoris deponuntur in custodiam, & administrationem ob periculum dilapidationis, ac dissipationis fit sequester, & depositarius.

Comprobatur insuperista verissima resolutio, qua qui- 21
libet administrator, cui commendantur bona pia, vel prophana ad certum finem, & distributionem destinata, ut exigat, administret, & solvat, dicitur depositarius, quasi in fiduciam, & custodiam illa bona ei tradantur, ne dissipentur, & finis, atque distributio non fraudentur, sic Gratinus *in disceptatione forens. cap.* 665. *n.* 1. 15. 16. *&* 17. *& nu.* 21. loquendo de administratore nominato ad exigendum pecunias, & ministranda bona destinata ad dotandas, seu monachandas puellas paupere, dicit hunc pii operis administratorem esse depositarium, & tanquam talem regulis depositi conveniri, & adstringi.

Carleval *de judiciis tom.* 1. *lib.* 1. *titul.* 3. *disputat.* 6. 22
nu. 3. affirmat, quod thesaurii, & receptores bonorum regalium sunt depositarii, & ut tales executivè compelluntur restituere pecunias, & adimplere liberationes Senatus.

Bobadilla *in politic. lib.* 3. *cap.* 3. *ex n.* 5. Escob. *de ra-* 23
tiociniis, firmat administratorem positi panis esse depositarium, & ut talem cogendum ad restitutionem depositi.

Et

24 Et per eundem Bobadillam *in politic. lib. 5. cap. 4. ex n. 79.* Escobar *de ratiociniis c. 35. c. 17.* dicit, quod administrator bonorum civitatis, de promptu debet habere pecunias ad urgentes populi necessitates, illasve nec consumere, nec in usus suos convertere, sit quasi depositarius, & ad instar depositarii illas restituere cogitur, etiamsi nobilis sit per carcerem.

25 Hinc panetarius, cui ab aliquo triticum in grano datum, ut sibi reddat tot panes coctos dicitur depositarius. Bobadilla, *in polit. lib. 4. cap. 3. n. 69. & 70.* Escobar. *de ratiociniis cap. 35. ex n. 18. & seqq.* Montalvus *in l. 7. glossa magna tit. 15. lib. 3. fori.* Didacus Perez *in l. 7. glossa fin. tit. lib. 8. ordinamenti.* Lasarte *de decima vendit. cap. 20. ex nu. 10.* Alphonsi. de Narbon. *in 3. tom. recopilatio. in l. 14. gl. 1. ex num. 31. cum seqq. tit. 2. lib. 9. recopil. fol. 703.* & licet isti duo ultimi con-
26 tendat, an panetarius iste sit dupositarius, & in depositum recipiat triticum. Narbona tamen ex *n. 38.* resolvit tunc dici depositarium quando recipit triticum in grano ut ex eo tradenti reddantur panes cocti, igitur administrator concursus multò magis dicendus erit depositarius, quia verè sequester est à Judice nominatus pro custodia bonorum, ut de promptu, & de manifesto teneat ad effectum solvendi creditoribus, suo loco, & tempore, ex hactenuus comprobatis & ulterius ad responsionem argumentorum clarius ac evidentius apparebit.

27 Quibus suppositis non obstant argumenta in contrarium adducta *à princ. hujus §. ex nu. 2. cum seq.* ad id tendentia, ut administrator concursus non possit dici sequester, & depositarius, sed simplex administrator, nec obstat primum *n. 2. & 3. ex l. licet, §. in depositæ ff. depositi.* quo dicitur quod depositum non transfert possessionem in depositarium, sequestrum autem, sic, apud ideo cum in administratorem concursus possessio bonorum non transeat, ergo sequester esse nequit, fatemur minorem ex adductis, infrà *hac 1. p. c. 14. ex n. 75. cum seqq.*

28 Quia respondetur, quod sequestri tres sunt species de quibus supra *ex n. 12. cum seqq.* de sequestro voluntario, quod transeat possessio ibidem diximus de necessario; quod provenit ex officio judicis ad petitionem partis super re, de qua controvertitur in judicio (de quo non est sermo noster, advertimus, suprà *num. 14. & 15.*

29 Tunc maxima est controversia inter Doctores an in sequestrum transeat possessio rei in judicio pendentis deposita, quando Judex habuit animum & intentionem illam transferendi in sequestris à se nominatis *ex l. interesse puta, ff. de acquir. possess.* quæ probat, quod rei depositæ possessio, nec in sequestrum transire, nisi dimittendæ possessionis gratia depositum à judice fiat, at verò quando Judex habuit animum, & intentionem transferendi possessionem rei depositæ in sequestrum, ut tunc transeat, prout conciliari solet, & intelligi textus *in d. l. licet. §. rei depositæ ff. depositi*, quam concordiam scribunt. Bald. & Salicetus *in l. unica. C. de prohibita sequestr possess. & fruct.* Bartol. *in d. l. interesse puto. n. 1.* Abb. *in c. 2. n. 4. de sequestrat. possess.* & est recepta interpretatio secundum Corrasium *lib. 2. miscellanearum. lib. 2. c. 12.* Mathiam Collerium *de processib. executivis. 1. p. cap. 2. nu. 64.* Videndus *ex nu. 58.* & post Pichard. *in §. præterea, ex num. 1. institut. quibus mod. re contrah obligat.* Tenet Rodriguez *de privileg. creditor. 1 p. art. 6. ex n. 10. cum seqq.* ubi quod an sequestro necessario, judiciali nunquam transeat possessio, nisi evidens sit judicis animus illa transferendi; idem affirmant, & bene Pater Ludov. Molina *de just. & jure tract. disputat. 1223. lit. D. vers. quod vero ad ultimum attinet, per totum.*

30 Et insuper quod in hac sequestri specie an possessio rei depositæ transeat, vel non transeat sequestrum, totum pendet à voluntate Judicis deponentis, sequestrantis rem litigiosam, ita ut, ad hoc ut transeat, debeat constare de mente, & animo Judicis sequestrantis, tenent Mandellus *in cons. 75. n. 2. cons. 78. n. 3.* & ex Menochio, & aliis observat Paz *de tenuta, cap. 10. n. 41. 42.* Noguerol. Alexand. Ludovis. *dec. 9.* Noguerol. *de allegat. 25. n. 199.* eandem resolutionem probat *per gloss.* Practic. Papiens. & Bartol. Trentacinq. *variar. resolut. lib. 3. resolut. 12. vers. in hoc sequestro, & vers. seqq. tit. de solutionibus fol. 108.* ubi dicit, quod ex sequestro judiciali non perditur possessio nisi Judex hac intentione apponat sequestrum, ut velit transfere possessionem.

Et ad hos terminos reducendi sunt quamplures Doc- 31
tores citati infrà *cap. 14. ex n. 72. cum seqq.* dum simpliciter tenent quod in depositarium judicialem non transit possessio, quoad tertiam verò speciem sequestri, de quo superius *n. 16.* ad quod non devenit superre litigiosa, sed ad alicujus securitatem, ea bona deponentur in sequestrum ex causa custodiæ, & ob assecurationem bonorum ne dissipentur, & amittantur in damnum jus aliquod habentis, prout accidit ut in concursu creditorum, in quo ad hunc dumtaxat finem, & juris intentionem bona debitoris apud sequestrum administratorem, deponuntur per judicem, ut *in d. num. 16. cum seqq.* tunc inter omnes Doctores concors est, & una sententia ut in sequestrum non transeat, nec dominium, nec possessio, sed intacta maneat, penes debitorem, & dominum rerum ita *per d. l. interesse puto.* & ibi Bart. & Alexand. tenet Noguerol. *allegat 27. ex num. 50. cum seqq.* Menochius *de retin. possess. remedio 3. num. 87.* Grammatic. *dis. 61. n. 2.* Tuscus *lit. S. conclus. 206. n. 7. & seqq.* dicentes, quod quando unus possidet, propter debita judex bona ejus oppositi in sequestrum non privatur debitor possessione, nec in sequestrum transfertur, optimè etiam P. Molina *de justit. & jure tract. 1. disput. 523. colum. 1715. à principio.* in hæc. Ceterum, quando res ponitur in sequestrum solum custodiæ causa, quia possidens suspectus erat de fuga, vel ne rem consumeret, & postea non haberet unde solveret, & alioquin de potestate ejus non eriperet juxta *l. si fidejussor. §. ult. ff. qui satisd. cogan. l. Senatusconsulto. §. de officio præsidis. l. litibus, C. de agricol. & censitis.* tunc non transit possessio in sequestrum, sed manet apud antiquum possessorem, qui per se possidet civiliter, & per sequestrum naturaliter, sequesterque solum habet rationem detentionis, &c.

Roboratur, quia etiam in 1. & 2. specie sequestri in 32
quibus possessionem transire in sequestrum annotavimus adhuc non procedit, quando constat, quod sequestrum fuit factum ex causa custodiæ, quia tunc in sequestrum non transit possessio, sed remanet penes antiquum possessorem. Sic illas regulas limitarunt Bartol. Rebuffus, & Carrocius sequuti per Hermosillam *ad l. 1. tit. 3. p. 5. glossa 3. & 4. n. 7. juncto n. 6. & 7. tom. 1. fol. 178. à tergo*, pro quo faciunt verba expressa textus *interesse puto, ff. de acquir. possessio. juncto text. in l. licet. §. rei depositæ ff. depositi.* quem textum in contrariis adduximus suprà *num. 2. & 3.* qui tamen in *vers. ultimo*, ita ait, *id enim agitur ea depositione, ut neutrius possessione, id tempus procedat;* quibus adjungi debent ad eorum declarationem verba textus *in d. interesse puto*, ibi: *nam si omittenda possessionis causa hoc apertè fuerit probatum, ad usucapionem possessionis partibus non procederet; at si custodiæ causa res deponatur ad usucapionem eam possessionem victori procedere constat cum penes eum mansisset, nec in sequestris tradita sit*, quem jure optimè interpretatur Rodriguez *in privileg. creditor. 1. part. 6. n. 12.* Videndus *à n. 10.*

Secundo argumento (de quo superius ex *n. 4. &* 32
seqq.) ex quo colligitur administratorem concursus non posse esse sequestrum, & depositarium, eo quod pro

cuſtodia recipit mercedem & ſalarium, & ideo depoſitum transfunditur in locatum & conductum, facile reſpondetur ex juribus eiſdem, Doctoribus in argumento allegatis unanimiter dicentibus, depoſitarium quando pro cuſtodia (quæ gratuita debet eſſe) recipit mercedem, pretium deſinit eſſe depoſitum: at Nos loquimur in adminiſtratorem univerſi patrimonii debito-
34 ris formantis concurſum, quæ præcisè egent adminiſtratione & labore, pro qua, non pro cuſtodia bonorum ei aſſignatur ſalarium, & ſic jura & Doctores loquuntur, quando in depoſitum datur aliqua res notabilis, de qua expreſsè loquuntur *l.* 1. *&* 2. *tit.* 3. *p.* 5. at quando bona, quæ in ſequeſtrum, & adminiſtratorem deponuntur, egent adminiſtratione, & labore pro eo, adminiſtratori aſſignari ſolet ſalarium rebus manentibus in ſua natura depoſiti, prout ad longum diſceptantes, poſt plurimorum Doctorum allegationem reſolvimus infrà 3. *p. cap.* 11. *ex num.* 23. *cum ſeqq.* & vide *num* 19. & Doctoribus ibi allegatis, adde Bobadillam *in politic. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 69. *&* 70. Valenzuela *in conſ.* 179.
35 *tom.* 2. *fol.* 512. tertio argumento de quo ſuperius *n.* 7. *&* 8. ut ſuper bonis concurſus, quæ deponuntur ad adminiſtratorem non adeſt inter creditores, & debitorem litigium, controverſia, quæ eſt qualitas neceſſaria, primo quia jura illa non loquuntur reſtrictè ut excludat alias ſpecies ſequeſtri faciendi per Judicis officium, juſta, & legitima dilapidationis, & diſſipationis cauſa exiſtente, & ſi bona non ſint litigioſa, & abſque partium petitione, ſed ex natura actus, & rei geſtæ, ut probant alia innumerabilia jura, & Doctores allegati ſupra *ex nu.* 26. *cum ſeqq.* & ideo optimè dicit Pater Molina *de juſt. & jure tract.* 2. *diſput.* 522. *poſt princip.* quod non obſtat *l. ſequeſter*, *ff. de verbo. ſignifi. cum ſimilibus.* Sequeſtrum latius patet, quia judicis officio apponi ſolet ſuper rebus non litigioſis nec petentibus partibus, ſed aliis juſtis de cauſis, quas ipſe ibidem ad longum recenſet.

36 Secundo reſpondetur, quod licet intrinſecè, & ſtrictè non detur litigium ſuper bonis debitoris, ut in argumento probavimus, non tamen deficit ſuper illis qualis controverſia inter creditores ipſos contendentes ſuper eorum diviſione & adjudicatione, ſeu diſtributione. Juxta ea quæ altius conſideravimus ſupr. *hac* 1. *p. c.* 3. *ex num.* 5. *& ſeqq.* controverſia juxta cauſa erit ultra cæteras dilapidationis & diſſipationis ad ſequeſtrum apponendum ex jam dictis.

37 Nec obſtat quartum argumentum appoſitum ſupra *n.* 9. ut depoſitum non conſiſtat in iis rebus quæ ponderantur, numerantur, & menſurantur, ex quibus componitur patrimonium debitoris, quod traditur adminiſtratori concurſus & per conſequens depoſitarius dici poteſt, quod argumentum ad hoc idem conſideravimus infra 3. *p. c.* 11. *ex n. cum multis ſeqq.* cui ibidem planè, & concludenter ſatisfecimus ad illum fecundiſſimum locum te remittimus ne ulterius repetamus.

38 Nec obſtat quintum, & ultimum argumentum, quod ſi adminiſtrator concurſus, & ſequeſter idem forent, non adminiſtrator, ſed ſequeſter, aut depoſitarius nominaretur, quia reſpondetur, tum quia nomen adminiſtratoris bene convenit ſequeſtri concurſus, cùm non tantum bonorum recipiat cuſtodiam & depoſitum, quin imò adminiſtrationem eorum, ut paulò ante diximus *ex n.* 33. *verſ. ſecundo argumento.* & ſic nomine rebus convenit juxta §. *eſt & aliud inſtitut. de donationib. l. cum multa* 20. *C. de donat. ante nup. cum ſimilibus.*

Deinde quia in Hiſpania, ubi hoc genus concurſus,
39 & judicii fuit noviter inventum, ut annotavimus ſupra *hac* 1. *p. cap.* 1. *poſt princ.* adaptabile viſum fuit hoc nomen adminiſtratoris generale conveniens cuilibet aliena bona miniſtranti: quia nunquam depoſitarium judicialem vocamus ſequeſtrum, ſed variis nominibus, & nunquam nomen attenditur, nec de eo curatur quando conſtat de natura rei *l. quæ extrinſecus*, *ff. de verb. obligat. l. Jubeo. ff. de ſuppellect. legata.* plene Ca- 40
millus Gallomis *de verb. ſignific. l.* 2. *c. per totum.* & cum conſtet apertè de natura, qualitate, ſubſtantia, effectibus hujus ſequeſtri, & depoſiti judicialis, nihil obſtat nomen à vulgo introductum, ſed debemus attendere ad Doctores Hiſpanos, qui de hac materia tractarunt, & adminiſtratorem vocant depoſitarium, & ſequeſtrum attenta juris prudentia, & hujus ſequeſtri effectibus, ut DD. retulimus ſuprà ex *n.* 11. *cum ſeqq.*

Ex quibus primò infertur ad illam celebrem quæſ- 41
tionem an adminiſtrator concurſus ſi nobilis ſit poſſit pro reliquo peracto calculo reſtituendo carcerari, quam ad longum diſceptabimus infra *hac* 1. *p. cap.* 41. *per totum.* ubi quod tanquam ſequeſter, & depoſitarius non gaudeat privilegio notabilibus conceſſo, ut pro debito civili nequeat carcerari per plura fundamenta, & authoritates reſolvimus.

Infertur ſecundò ad diminutionem monetæ repertæ 42
penes adminiſtratorem concurſus tempore mutationis, ut eidem tanquam depoſitario non adſcribatur ceſſante ejus mora, culpa, dolo, fraude, quia cùm in eum tanquam depoſitarium non tranſierit poſſeſſio, nec dominium, periculum mutationis, non ad eum, ſed ad dominum ſpectat, quia res perit periculo domini, prout ad longum reſolvimus infrà 3. *p. c.* 11. *per totum* & ſignanter ex *n.* 18. *ſeqq. & n.* 13. *cum ſeqq.*

Et ut perfectius agamus, ultimo notandum erit, quod 43
licet quando Judex concurſus nominat, & eligit ad officium adminiſtratoris aliquem, ut debitoris concurſum formantis teneat, & adminiſtret bona, licet aliud ſpecificè non explicet, tamen ipſe adminiſtrator ex natura actus, & qualitate rei geſtæ, eo ipſo quod recipit bona concurſus, & acceptat ſequeſtrum intelligitur ſe obligare, adſtringi legibus omnibus de ſequeſtro loquenti- 44
bus, & diſponentibus: bene P. Molin. *de juſtitia & de jure, tract.* 2. *diſput.* 522. *in princip.* ubi alios allegat, *colum.* 1709. nam qui actum facit cenſetur ſe obligare, & adſtringere legibus eodem actu loquentibus. Natta *conſ.* 49. *num.* 22. Becius *conſ.* 35. *num.* 11. Petrus Surdus *conſ.* 49. *n.* 24. Valaſcus *axiomate juris*, *lit. A. n.* 110. & quia actus ſecundum na- 45
turam rei geſtæ intelligi debet geſtus *leg. inſulam. l. de præſcriptis verbis leg. damni infecti*, *ff. de damno infecto leg. ſi uno*, *ff. locati.* Et cum agatur de ſequeſtro, 46
& depoſito juxta ſubjectam materiam concurſus judicii, ex hactenus dictis, & ampliſſimè comprobatis, ſequitur, quod licet adminiſtrator concurſu, ſimpliciter ad cuſtodienda bona ſit electus, manere debet obligatus juxta leges de ſequeſtro & depoſito judiciali loquentes, nam verba ſimpliciter prolata ſecundum ſubjectam materiam, & naturam contractus intelligi debent, *leg. cum Pater* §. *donatum*, *ff. de legatis* 2. *leg. ſi uno*, & ibi Bartol. *ff. locati leg. ſed & ſi poſſeſſori verſ.* §. *item ſi juraverit ff. de jurejurand. leg. fin. Cod. de non num. pecunia leg. cum manu ſata in ff. de contrahenda empt. leg. damni infecti in princip. ff. de damno infecto leg. fluminum* §. *hæc ſtipulatio*, *ff. eodem titulo leg. Proculus. ff. de uſufructu leg. ſtipulatus*, *ff. de uſuris leg. ubi ita donatur*, *de donat. cauſa mort. leg. inſulam*, *ff. de præſcript. verbis*, *leg. ſi olei*, *C. locati. cap. conſtitutus de religioſ. dom. leg. cap. ſolitæ de majori. & obedient.* Maſcard. *de probation. concluſ.* 1131. *n.* 20. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *quæſt.* 104. *n.* 28. Surdus *dec.* 2. *n.* 13. *& dec.* 43. *n.* 16. idem Surdus *de alimentis tit.* 1. *quæſt.* 42. *n.* 24. *& tit.* 5. *quæſt.* 1. *n.* 26. Pichard. *in diſputat. de mor. n.* 127. Cald. Pereira *de extinctio. emphyt. cap.* 1. *n.* 35. Gonzalez *ad Regul.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 48. *n.* 53. Cardoſo *in prax. Judic. verbo verbum. n.* 4. Caſtillo *controv. lib.* 5. *c.* 87. *n.* 7. *& ſeqq.* ubi plenè.

Hinc etiam provenit, quod quando ſimpliciter alicui 47
traditur res, qui ratione officii eam cuſtodiam aut depoſitum tenetur conſervare, ſufficit, ut talis obligetur

ad

ad cuſtodiam ut legem depoſiti. Gomez 2. *tom. variar. cap.* 7. *n.* 2. Molina *de juſt. & jure tract.* 2. *diſput.* 122. *paulo poſt princip. col* 1709. Caroccius *de depoſit. quæſt.* 1. *n.* 6. Hermoſilla *ad leg.* 1. *tit. part.* 5. *gloſſa* 1. *n.* 3. *tom.* 1. *fol.* 117. ergo & cum adminiſtrator concurſus ratione ſui officii teneatur ad cuſtodiam bona concurſus recipiendo ſimpliciter in ſequeſtrum, & depoſitum recipiſſe intelligitur.

48 Tum etiam quia quando res ſimpliciter in cuſtodiam recipitur, in depoſitum recepiſſe intelligitur, *leg.* 1. §. *quod ſi rem. ff. depoſiti. leg.* 1. *ff. de præſcriptis verbis leg. ſi ego* §. *fin. ff. de jure dotium.* Anton. Gomez. *tom.* 2. *variar. cap.* 7. *n.* 2. Mantica *de contractib. lib,* 10. *tit.* 13. *n.* 2 *& ſeqq.* Maceratenſ. *variar. reſolut. lib.* 2. *reſolut.* 41. *n.* 22. Caroccius *de depoſit.* 1. *part. quæſt.* 1. *n.* 6. Azeved. *in l.* 4. *tit.* 2. *n.* 23. *lib.* 4. *recopil.* & poſt alios Hermoſilla ibi proximè *n.* 2. & propterea adminiſtrator concurſus poſtquam nominatus à judice recipiat bona debitoris, ſubintelligitur in cuſtodiam, & depoſitum juxta naturam officii, & rei geſtæ alio ſpecificè non explicito juxta legem ſequeſtri tenetur ex ſupra dictis.

§. II.

Adminiſtratori concurſus an bona ipſius emere ſit prohibitum.

Et an nomen debitoris, vel cenſus ceſſionem contra concurſum emere prohibeatur.

Et an creditores jus habeant impediendi redemptionem cenſus pretio integro, ſed viliori, quo adminiſtrator emit.

SUMMARIUM.

1 *Adminiſtrator, & omnis, qui aliena negotia adminiſtrat, prohibetur emere rem adminiſtrationis.*
Leg. ſi in emptione §. *fin. de contrah. empt. cum aliis exornatur. ibid. & n. ſeqq.*
2 *Tutores & curatores rem minoris emere prohibentur.*
3 *Curatores mente capti prohibentur emere bona illius.*
4 *Executores teſtamentarii habentes facultatem vendendi prohibentur emere bona defuncti.*
5 *Adminiſtratores non poſſunt etiam per interpoſitam perſonam emere bona adminiſtrationis.*
6 *Perſona cui acquiritur, non per quam acquiritur attenditur.*
7 *Adminiſtrator concurſus non recipit poteſtatem diſtrahendi bona ipſius.*
8 *Adminiſtrator ad pretium fructuum rigoroſum illius anni oneratur.*
9 *In adminiſtratore emente à debitore bona concurſus reperitur duplex prohibitio ex ſua perſona, & debitoris.*
10. & 11. *Adminiſtrator palam, & bona fide, hoc eſt auctoritate judicis in ſubhaſtatione non prohibetur emere bona concurſus.*
12. *L.* 23. *tit.* 11. *lib. recopilat. interpretatur.*
13 *Adminiſtrator, & œconomus Eccleſiæ etiam palam, & bona fide non poſſunt ejus bona emere.*
14. & 15. *Adminiſtrator emens à creditore nomen debitoris nihil de bonis debitoris emiſſe dicitur.*
16 *Prohibitio reſtricta ad certos caſus & perſonas, illas non egreditur.*
17 *Prohibitum quod non reperitur, permiſſum cenſetur.*
18 *Interpretatio facienda, ut actus ſit promiſſus quando non reperitur expreſſe prohibitus.*
Fidejuſſor prohibetur emere hypothecam debitoris non tamen adverſus eum recipere ceſſionem, ibid.
19 *Adminiſtrator concurſus non prohibetur emere cenſum à creditore contra debitorem.*
20 *Adminiſtrator non prohibetur emere juſto pretio cenſum concurſus.*
21 & 22. *Emptio actionis minori pretio animo vexandi debitorem prohibita eſt per leg. Anaſtaſio, & l. per diverſas.*
23 *Nec debitor tenetur hujuſmodi ceſſionario ſolvere, niſi pretium, quo actio empta fuit.*
24 *Creditores concurſus poſſunt opponere de jure, & exceptionibus debitori competentibus contra alios.*
25 & 26. *Intellectus ad l. per diverſas, & l. ab Anaſtaſio, C. mandati traditor.*
27 & 28. *Nomen debitoris minore pretio licitè emi poteſt propter periculum exactionis, & expenſas.*
29. 30. & 31. *In exceptione nominis, & cenſus, creati non habere locum l. ab Anaſtaſio, & l. per diverſas, communis opinio tenet.*
32 *Adminiſtratori concurſus ementi cenſum à creditore minori pretio non reſiſtit prohibitio l. ab Anaſtaſio.*
Actionis, & nominis in judicium deducti emptioni non reſiſtit l. ab Anaſtaſio, ibid.
33 *Pretium congruum nominis, vel actionis dicitur habito reſpectu ad expenſas, & vexationes futuri judicii.*
34 *Et non quantum profuturum erit ceſſionario, ſed quantum proficeret credenti.*
35 *Emptionis nominis in judicium deducti, vel confeſſati, per debitorem leg. ab Anaſtaſio, non habet locum.*
36 *Cenſum jam creatum, an minori pretio emi poſſit, duæ ſunt contrariæ opiniones.*
Negativa refertur, ibid,
37 *Affirmativa, ut licitè emi poſſit cenſus jam creatus refertur.*
Hanc affirmativam opinionem approbavit declaratio Clement. VIII, ibid.
38 *Et eſſe in Hiſpania toleratas emptiones cenſuum minori pretio, quam à principio creatorum teſtantur plures.*
39 & 40. *Cenſus non tutus, vel litigioſus, aut difficilis actionis licitè emi poteſt minori pretio.*
41. 42. & 44. *Contra adminiſtratorem ementem cenſum à creditore nullum jus prætendere poſſunt debitor, & cæteri creditores.*
45 *Cenſus litigioſus, & in concurſum deductus minori pretio emi poteſt.*
46 *Per concurſum pendentem debitor dicitur non eſſe ſolvendo.*
47. & 48. *Cenſu empto minori pretio, quod ſupereſt, uſque ad rigoroſum, & juſtum pertinet venditori, non cedit in commodum debitoris.*
49 *Cenſum minori pretio emptum, ſi debitor redimat, tenetur præſtare integrum pretium, quo ipſe à principio vendidit.*
50 *Et jus petendi ſupplementum pretii, eſt venditoris, non debitoris, vel ſuorum creditorum.*
51 *Creditores de jure tertii, non excluſivo juris agentis, opponere nequeunt.*

EX regula *l. ſi in emptione* 34. §. *fin. ff. de contrahenda emptione*, omnis adminiſtrator, & qui negotia aliena gerit prohibetur emere rem aliquam ejus, cujus bona adminiſtraverit, ita ut prohibitio facta in tutore extendatur, & porrigatur ad ſimiles, id eſt, alienam adminiſtrationem gerentes ejuſdem §. *fin.* verba hæc ſunt. *Tutorem pupilli emere non poteſt, idemque porrigendum eſt ad procuratores, & qui negotia aliena gerunt, leg. non licet.* 46. *ff. eodem tit. de contrahenda emptione*, ibi, *non licet ex officio, quod adminiſtrat quis, emere quid, vel per ſe vel per aliam perſonam, alioquin non tantum rem amittit, ſed in quadruplum convenitur ſecundum conſtitutionem Divorum Veri, & Antonini.* Cum aliis, per diſcurſum allegandis *l.* 4. *tit.* 5. *part.* 5. ibi. *pero decimos que ninguno de los guardadores no pueden comprar ninguna coſa de las qui fueren de aquel que tienen en guarda. l.* 23. *tit.* 11. *lib.* 5. *recopilatio.* In hæc. *Todo hombre que es cabecalero, o guarda de*

Hiurſa-

Hiurfanos, otro hombreo muger qualquier que ſea no puedo ni deva comprar ninguna cauſa de jus biennes de aquel, o aquellos que adminiſtrare, y la comprare publica o ſcretamente pudiendo ſe probar la compra que a ſi fue hecha novala, y ſea des ſecha y torbe el quatro de los que valia lo que compro, y ſeu para nueſta camara. Sub horum jurium regula videtur includſus adminiſtrator bonorum concurſus cui univerſi patrimonii debitoris illum formantis adminiſtratio à judice commendata, & tradita eſt, ut in hoc *c.* & §. *antecedenti*, nec non *in cap. ſeqq.* 14. ampliſſimè dictum fuit hanc prohibitionem generalem factam à jure adminiſtratoribus, exornarunt Duennas *in reg.* 31. *concluſ.* 2. Matienzo *in d.* 43. *gloſſ.* 2. Surdus *conſil.* 9. *num.* 5. 6. & 34. & 33. *lib.* 1. Molina *de juſt. & jure tract.* 2. *diſput.* 225. *num.* 15. & 16. Azevedus *in d. l.* 2. Gutierrez *de tutel. & cur.* 2. *p. cap.* 15. *num.* 22. & *ex num.* 1. Pereira *de empt. & venditio. cap.* 17. *ex num.* 8. Carpio *executor. teſtament. lib.* 3. *cap.* 2. *ex num.* 43. Cavalcan. *de tutore & curat. num.* 177. Cevallos *commun. contra comm. quæſt.* 334. *ex num.* 1. Hermoſilla *ad l.* 4. *tit.* 5. *part.* 5. *glo.* 9. *ex num.* 1. *tom* 2. *fol.* 35. à tergo.

2 Ex hac regula inferunt præfati Doctores ad tutores, & curatores, ut rem pupilli, & minoris emere non poſſint, in quo præfata jura expreſsè loquuntur.

3 Inferunt etiam ad curatores mente capti, ut cum pariter intelligatur juris prohibitio ſicuti ad alios, qui curatorum ope juvantur, & ad omnes adminiſtratores, Rebuffus 2. *tom. tract. de donationibus gloſſ.* 9. *n.* 14. *in fin. ut l. Fulcinus* §. *planè ff. quibus ex cauſ. in poſſeſſionem eatur. l.* 1. *de curator. jur. & ibi gloſſa verb. ad agnatos.* Gutierrez *conſil.* 14. *n.* 17. ubi alios refert Hermoſilla, ubi proximè *d. gloſſ.* 9. *n.* 2.

4 Inferunt inſuper ad executores teſtamentarios habentes facultatem vendendi, ut ipſis præcisè prohibitum ſit emere bona, quæ adminiſtrant, Duennas, Matienzo, Surdus, Molina, Carpio, Pereira, & Joannes Gutierrez *in locis citatis n.* 1. & eſt expreſſa *d. l.* 23. *tit.* 11. *lib.* 5. *recopilat.* Hujus prohibitionis quatuor rationes reddit Matienzo *in d. l.* 23. *gloſſ.* 1. *n.* 1. qua ſtante vix ratio efficax reddi poteſt, quæ ab hac regula prohi-

5 bitiva poſſit exceptare adminiſtratorem bonorum concurſus. Hæc regula prohibitiva pariter procedit ſive adminiſtratores hujuſmodi emant bona adminiſtrationis per ſeipſos, vel interpoſitam perſonam, quia fraus ſemper præſumitur, quando id, quod à lege prohibetur per ſuppoſitam perſonam agitur, imò tunc mala fide emiſſe præſumitur ex eo quo emptionem occultatè intentat *l. pupillus* §. *item ipſe tutor. verſi.* ſed ſi per interpoſitam, ubi notat Bartol. *n.* 3. *ff. de authorit. tutor.* Menochius *de arbitrar. def.* 459. *n.* 2. *cum* 6. *ſeqq.* ubi tradit caſus, in quibus per interpoſitam perſonam quis præſumitur, Peregrinus *de jure fiſci lib.* 4. *tit.* 3. *n.* 7. & 8. Mantica *de contract. lib.* 4. *tit.* 23. *n.* 4. *cum ſeqq.* plures ex antiquioribus in noſtris terminis allegat Pereira *de empt. & vend. cap.* 17. *n.* 8. Carpio *de execut. teſtament. lib.* 3. *d. cap.* 3. *n.* 44. Hermoſilla *ad. d. l.* 4. *tit.* 5. *part.* 5. *gloſſ.* 9. *n.* 3. *tom.* 2. *fol.* 35. à tergo.

6 Quoniam in iis attendi debet perſona cui acquiritur, non perſona per quam acquiritur, *l. cum dotem, ff. ad legem falcidiam*, facit *l. cum ei qui* 42. *ff. de legatis* 2. *gloſ. in l. eam quam cap. de fideicommiſſis*, ut in terminis conſiderat Fabian. à Monte *de empt. & vendit. lib.* 1. *diverſor.* Doctores *nu.* 10. Pereira *de empt. vendit. d. c.* 17. *nu.* 8. dicentes etiam, quod per interpoſitam perſonam magis quis prohibetur emere, quoniam, qui ita emit magis clam, & fraudulenter emere videtur *ex d. l.* 5. §. *item ſi ipſe, ff. de author. tutor. l. ſi is bonis, ff. de adquir. hæreditat.*

7 Sed quibus in caſibus practicanda erit horum jurium prohibitio in adminiſtratore concurſus; cum non detur ad bonorum diſtractionem, & venditionem, ſed ad cuſtodiam, depoſitum, ſeu ſequeſtrum exigendum annuos redditus, penſiones locandum fundos, & domos, colendos agros & fructus recolendos, & vendendos, & ex pecunia redacta ſolvendum creditoribus, non aliter, quam decreto, juſſu judicis, ut videre eſt hoc *cap.* 13. *ex n.* 33. *& ſeqq.* & infrà *cap.* 14. & ideo, ut diſtinctè procedamus tres caſus diſtinguendi ſunt.

Primus quando fructus à ſe recollectos, annuos red- 8
ditus, & penſiones in ſpecie, & tunc ipſe, vel de ipſius ſpeciebus, vel de pecunia ex eis redacta reddere rationem tenetur, ſi illas conſumpſit, de earum valore, & rigoroſo pretio illo annuo currenti oneratur. Quo caſu nulla fraus conſiderari poteſt, & ſic communiter obſervatur, nulla attenta prohibitione an ſibi emerit, vel alteri vendiderit hos fructus.

Secundus caſus erit quando emerit à debitore aliqua 9
bona concurſus, & adminiſtrationis, & tunc duplici ex capite oritur prohibitio, tam ex perſona adminiſtratoris ementis bona concurſus, ut hactenus prolatum eſt, ex *num.* 1. *cum ſeqq.* quam ex parte debitoris vendentis, qui cum privatus ſit adminiſtratione ſuorum bonorum, quam à ſe ipſo per actum ipſum formati concurſus abdicaverit, & in curiam tranſtulerit, privatus, & prohibitus inde remanſit contrahendi, & alienandi bona concurſus ad quod non eſt legitima perſona, de quo abundè diximus, & probavimus hac 1. *par. cap.* 14. *per totum*, ubi quod iſti contractus geſti per debitorem poſt formatum judicium concurſus inter ſuos creditores ſunt nulli ipſo jure ex defectu poteſtatis.

Tertius caſus erit, quando in ſubhaſtatione, & diſ- 10
tractione bonorum facta à judice concurſus, ut ex pecuniis redactis ſolvantur creditores, ipſe adminiſtrator tanquam licitator emit aliquam rem, ſeu bona concurſus, & tunc dicendum erit ceſſare juris prohibitionem, cum judicis authoritate, & permiſſione palam, & bona fide emiſſe dicatur, quod non eſt prohibitum, ſed permiſſum omnibus, & quibuſlibet adminiſtratoribus quibus aliàs leges reſiſtunt, de quo eſt text. expreſſus *in l. cum ipſe, C. de contrahenda emptione, cum ipſe tutor* (inquit text.) *nihil ex bonis pupilli, quæ diſtrahi poſſunt comparare palam, & bona fide prohibetur, multo magis uxor ejus hoc facere poteſt. l. pupillus, in principio, & in* §. *item ipſe tutor, & in* §. *ſane. ff. de authorit. tutor. d. l.* 4. *tit.* 5. *part.* 5. ibi *Fueras ende ſi loficieſſe con otorgamiento de el juez de el lugar.* plurimos ad id allegat Doctores Caldas Pereira *de emptione & vendit. cap.* 17. *n.* 9. & 10. 12. & 13. Molina *de juſt. & jure, tract.* 2. *diſput.* 124. *n.* 15. Gutierrez *de tutelis & curis, part. cap.* 15. *n.* 6. & 8. & *n.* 12. Carpio *de executor. teſtament. lib.* 3. *cap.* 3. *ex n.* 46. *& ſeqq.* Capicius *deciſ.* 156. *n.* 11. idem Pereira *in l. ſi curatorem habens, ſuper verbo, contractum feciſti, n.* 31. & 32. *C. de in integr. reſtitut. minor.* Padilla *in l. tranſactionem, in princip. C. de tranſactionibus*, Menochius *de arbitrariis, caſu* 459. *n.* 9. & 10. *& in tract. de præſumptionibus, lib.* 5. *præſumpt.* 80. *n.* 1 & 2. Surdus *conſ.* 9. *n.* 7. ipſe Surdus *de alimentis tit.* 8. *privilegio* 37. *n.* 7. Cevallos *commun. contra commun. quæſt.* 234. *n.* 2. Peregrinus *de jure fiſci, tit.* 7. *n.* 7. *verſ. fallit tertio.* Matienzo *in lib.* 23. *tit.* 11. *lib.* 5. *recopilat. gloſſa* 3. *n.* 2. & *ibid.* Azevedus *n.* 3. *in principio.* Hermoſilla *in l.* 4. *tit.* 5. *part.* 5. *gloſſa* 9. *n.* 6. *tom.* 2. *fol.* 36. qui plurimos alios allegant.

Et quod adminiſtratores, quibus aliàs eſt prohibitum 11
emere bona adminiſtrationis ſuæ, poſſint in ſubhaſtatione facta judicis auctoritate emere, cum tunc palam publicè, & bona fide emere dicantur, dixerunt in terminis Decius *con.* 410. *n.* 11. *lib.* 2. quem ſequitur Menoch. *loco* proximè *cit. n.* 11. Cevallos ubi proximè *n.* 11. Hermoſilla *d. gloſſ.* 9. *n.* 15. *quintò quando*, pro que eſt bona text. cujus ipſi non meminere *in l. pupillus*; §. *ſanè, in fin.* ibi. *Sed etſi creditor pupilli diſtrahat æqui emere bona fide poteris, ff. de authorit. tut. & curator.*

Nec

12 Nec legem partitæ asserentem tutorem, & curatorem ementem bona fide, & palam interveniente authoritate judicis corrigi, per *d. l.* 23. *tit.* 11. *lib.* 5. *recopilat.* in illis verbis. *Y si la comprare publicato secretamente*, &c. ut veriorem firmant contra alios Gregorius Lopez *in d. l.* 9. Didacus Perez *in l.* 1. *tit.* 5. *lib.* 5. *ordinamen. glossa unic. in princ.* Matienzo *in Dialogo Relator.* 3. *part. cap.* 20. *n.* 16. *& in d. l.* 23. *glossa* 2. *n.* 3. *&* 4. Gutierrez *de juram. confirmat. cap.* 40. *& de tutelis* 2. *par. cap.* 15. *n.* 11. *versiculo, nihilominus tamen, & n.* 12. *& seqq.* Spino *in speculo testam. glossa* 20. *n.* 59. *in vers. quæ sententia.* Cevallos *commun. contra com. quæst.* 234. *n.* 10. Molina *de just. & jure* 2. *tom. disput.* 224. *col.* 185. *vers. eam verò.* Azeved. *in d.* 23. 23. *n.* 3. *&* 5. Hermosilla *in d. l.* 4. *tit.* 5. *glossa* 15. *&* 16. & Carpio *de executor. testamen. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 49.

13 Ista tamen resolutio fallit in œconomo, & administratore Ecclesiæ, qui etiam palam, & bona fide emere bona Ecclesiæ non potest *ex Auth. quibuscumque, in principio, C. de sacros. Eccles.* ubi Paul Bald. & alii idem *in l.* 1. *n.* 30. *C. de sacros. Eccles.* & alii plures relati, & sequuti à Pereira *de empt. & vend. cap.* 17. *num.* 11.

14 Quartus casus erit, quando administrator concursus emit à creditore nomen, quod habebat contra bona concursus, an id eidem administratori sit prohibitum, verius affirmandum; hanc emptionem minimè comprehendi in prohibitione emendi bona administrationis,
15 de qua *ex n.* 1. *cum seqq.* nam iste administrator nihil emit ex bonis debitoris, seu concursus, sed enim jus alterius tertii, nam nomen debitoris non est in bonis concursus, & debitoris, sed in bonis & patrimonio creditoris, sicuti per plurimos probabimus infrà hac 1. *p.*
16 *c.* 14. *n.* 122. *&* 124. *&* 2. *part. c.* 28. *n.* 4.

Et ideo prohibitio restricta ad certas personas, & casus non egreditur illos casus, & personas, quia prohibitum in uno, in aliis intelligitur permissum, *C. cum prætor. ff. de judiciis. l. qui accusare. ff. de accusatio.* Barbosa *in d. cum prætor, in princip. n.* 36. Ugolinus *de officio & potest. Episcopis cap.* 14. §. 9. *n.* 1. Joan. Anton. Manguillus *de imputationib. quæst.* 84. *n.* 1. & quod prohibitum non reperitur per legem, permissum censetur *l. necnon.* 28. ibi, *Sed si lex non prohibet, & in §. quod eis cum glossa verbo prohibeant. ff. ex quibus caus. major l.* 1. *ff. de testibus l. mutus, §. quæritur ff. de procuratoribus. l. ab ea parte. ff. de probation. l. statuas. C. de Religios. & sumpt. fun.* Gomes 3. *distinct. cap.* 1. *de translatio. Prælatio.* Burgos de Paz. *cons.* 8. *n.* 3. Bertazola *de claus. instrum. claus.* 2. *glossa* 1. *n.* 5. Bobadilla *in polit. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 44. P. Barbosa *in l. cum Prætor. §.* 1. *n.* 95. Marcus Antonin. *variar. resol. lib.* 1. *resol.* 41. *n.* 6. Scaccia *de commer. §.* 1. *qu.* 1. *n.* 45. Gratian. *disceptatio. forens. tom.* 5. *cap.* 870. *n.* 36. Menoch. *de præsump. lib.* 6. *præs.* 6. *n.* 2. *& plene per totam.*

18 Imò in dubio facienda est interpretatio, ut actus permissus censeatur potius, quando prohibitus non reperitur. Ancharan. *cons.* 244. Aymon. Craveta *cons.* 203. *n.* 2. *lib.* 1. Menoch. *de præsump. d. q.* 16. *n.* 2. Mascard. *de probat. conc.* 1237. *n.* 2. Cevallos *commun. contra comm. q.* 227. Ergo cum administrator nullus in hoc casu reperiatur prohibitus emere nomen à creditoribus concursus, permissus intelligitur, nam per hanc nominis emptionem, & cessionem, quod bona concursus debent, nulla fraus, nullum præjudicium concursui infertur, nec in aliquo debitori detrahitur, cùm cessionarius eumdem locum, & gradum, quam habebat cedens ingreditur, & non amplius, nec antea consequitur à bonis concursus, nec sibi satisfacere potest absque judicis decreto, quod si ante alios anteriores sibi solverit restituere cogeretur, eodem modo ac si alteri inferioris gradus creditori solvisset, subvertendo gradus prærogativam ad latissimè scripta infrà 3. *part. cap.* 8. per id quod clarum exemplum habemus in fidejussore, qui est prohibitus emere hypothecas debitoris ad *l.* 1. *C. de dolo*, & tamen non prohibetur accipere cessionem contra ipsum debitorem juxta *l. Modestinus. cum sua materia, ff. de solutionibus.*

Quintus casus erit, quando administrator emit à 19 creditore censuario deductum in concursus judicium, & tunc idem dicendum erit de hujus census emptione, quod de nomine diximus tn casu antecedenti *ex n.* 15. *cum seqq.* quod administrator ratione administrationis, non reperitur prohibitus emere jus adversus eam.

Sed an ex alio capite administrator sit prohibitus 20 emere censum deductum in concursum, videamus: in cujus difficultatis inspectione distinguendum erit, an administrator justo pretio emit census, & eodem, quo à lege taxatum est: & dicendum erit nullo jure prohiberi emere prout in secundo distinctionis membro latius comprobabitur ex quamplurimorum Doctorum relatione.

Aut enim minori pretio, quàm à lege vel consue- 21 tudine taxatum sit administrator emit census à creditore, & tunc duæ prohibitiones detegi videntur, ne valeat emptio prima ex determinatione *l. per diversas*, & *l. ab Anastasio. C. mandati.* Secunda quod census jam creatus minori pretio, quàm à principio fuit venditus, emi non possit.

De prima prohibitione videamus, & certum est per 22 illas leges *per diversas*, & *l. ab Anastasio.* esse prohibitum minori pretio animo vexandi debitorem, ita ut emptor ampliùs à debitore exigere non possit ultra quantitatem, quàm verè, & realiter persolvit pro illius nominis, & actionis cessione, de harum legum interpretatione ampliss imè per ampliationes, & limitationes tractavit Antonin. Gabriel. *comm. concl. lib.* 2. *tit. de actionib. concl.* 5. *per totam.* Parlad. *lib.* 2. *rer. quot. c. fin.* 3. *p.* §. 4. *ex n.* 6. *cum seq.* Gregor. Lopez *in l.* 64. *tit.* 18. *p.* 3. Matienzo *in l.* 6. *tit.* 8. *lib. recop. glossa* 7. *n.* 6. & alii plures statim citandi.

Et ex hac probatione, tam debitori concursum for- 23 manti, quàm ejus creditoribus commodum, & utilitas oritur debitori, ne emptor census possit exigere in redditibus, & redemptione ultra pretium, quo verè & realiter emit, cùm id quod supersit remanet penes debitorem, & ei per illas leges adquiritur in pœnam mentis animo illum vexandi.

Creditoribus etiam accrescit utilitas, quoniam quanto 24 minus exigat emptor nominis, tantò magis habent, unde se ex bonis debitoris satisfieri possint, deinde quia ratione sui juris, & interesse possunt se juvare eadem exceptione competente debitori suo ad latè per nos comprobata infra *hac* 1. *p. c.* 40. *ex n.* 40. *cum multis seqq.*

Sed revera istarum legum prohibitio continenda erit 25 intra cancellos suos, & non extrahenda ad alios terminos quibus ratio suæ prohibitionis non reperitur, procedit etenim, quando tertium emit nomen & actionem dubitatam, & incertam viliori, & infimo pretio, eo solo animo vexandi debitorem, & mala fide, & ob hanc malitiam 26 punitur emptor, cum aliàs ubi hæc ratio & animus emptoris cessat, omni jure permissa est nominis emptio ad titulum. *ff. de hæred. & actione vendita l.* 3. *cap. eodem tit. l.* 1. *in* 2. *responso. C. de novationib.* Alexand. *in l.* 2. *n.* 23. *ff. solut. matrim.* Angel Aretin. *cons.* 92. *n.* 5. Natta. *cons.* 532. *n.* 1. Mantica *de tacitis, & ambig. lib.* 4. *tit.* 13. *n.* 1. Gratian. *discept. forens. tom.* 3. *cap.* 607. 27 *n.* 22. Giurba *dec.* 112. *n.* 2. Anton. Gabriel. *cons.* 68. *n.* 1. *&* 2. *lib.* 1. Cencius *de censibus. quæst.* 72. *sub. n.* 12. *vers. quibus tamen non obstantibus;* nam ubi cessat fraus, & emptoris intentio vexandi debitorem, cessat etiam prohibitio *dictarum legum ab Anastasio, & per diversas*, ut firmant Joan. de Amicis *cons.* 24. *n.* 23. Riminald. Junior *cons.* 171. *n.* 36. *&* 37. *lib.* 2. de Prætis *cons.* 93. *n.* 20. *lib.* 1. qui alios allegant. Crescentius *dec.* 10. *n.* 3. *de sent. & re jud.* Cencius *ubi proximè.*

Imò

28 Imò propter periculum exactionis nomen minori pretio, quam in ipſum debitum, licitè emi poſſe tenuerunt Didacus Perez *in l. 2. tit. 23. lib. 3. ordinamen. verſ. illud.* Soto *de juſt. & jur. lib. 6. quæſt. 12. art. 2. col. 4. verſ. facti enim*, ſequuntur Franciſci. Garcia *de contract. cap. 19. ſub n. 1.* Azor. *inſtit. moral. lib. 8. de emptione cap. 10. quæſt. 3. verſ. cæterum.* Lopez *de contractibus. lib. 1. cap. 3. verſ. igitur concluſi.* Scaccia *de commerciis §. 1. quæſt. 1. à n. 131. & 430.* ubi alios plures Doctores adducit, & in *q. 7. §. 1. p. 2. ampliat. 10. à n. 75. verſ. nomen*, Gutierrez *canonic. quæ. lib. 1. cap. 39. n. 33. & quæſt. civilium. lib. 2. q. 173. n. 3.* Molina *diſputat. 362.* Leſſius *de juſtit. & jur. lib. 2. tit. 21. dubitat. 8. n. 65.* & quando eſt difficilis, vel ambigua ſolutio propter periculum, & expenſas omnes conveniunt minori pretio nomen emi poſſe, aliàs non licere, teſtatur Hermoſilla *ad l. 23. tit. 4. p. 5. gloſſ. 4. n. 25. tom. 2. fol.* 110. & præter hos Doctores immemorabiles penè alios refert Giurba *dec. 117. n. 1. 2. & n. 13.* & hæ ceſſiones præter animum vexandi debitoris emptæ ſeeurè quotidie, & abſque ſcrupulo aliquo ſeu controverſia currunt in tribunalibus omnibus, & in judiciis, quoniam ſi juſtum pretium (dummodo non excedat dimidiam, vel attingat enormiſſimam læſionem) attenderetur, nullus nominis debitoris emptor reperiretur, qui vellet pecunias ſuas jactare, exponendo ſe periculo expenſarum, & litium ad nominis exactionem, & hoc non ſine magno detrimento creditoris, qui in ſuis privatis neceſſitatibus occurrat, illud nomen venderet, ſicut venderet fundum, domum, & aliam rem, ſi haberet, vel non foret magis commodiùs nomen illud vendere, & vellet integrum pretium, imò major fraus argueretur contra ementem, qui eum tanto diſpendio juſto pretio emit, plures per Giurbam *dec. 11. n. 9.*

29 Et in noſtris terminis, quod *l. per diverſas, & l. ab Anaſtaſio*, non habeat locum in emptore nominis, vel cenſus, quando emptor illum non emit mala fide fraudulenter, & ſolo animo vexandi debitorem, ſed ſimpliciter contrahendi proſpiciens utilitati ſuæ, ſicuti in cæteris contractibus, dixerunt ultra ſuprà relatos *ex n. 25.* Cancerius *variar. reſolut. part. 3. cap. 1. de action. & obligat. n. 263. & ſeq.* Rodrig. *de annuis reditibus, lib. 1. cap. 8. n. 26. in fin.* Giurba *dec. 117. n. 4.* Cencius *quæſt. 72. ſub n. 12. verſ. quibus tamen non obſtantibus*, & iterum *ſub n. 23. verſ. verum enim vero*, ultrà quos notaverunt etiam Gloſſa *in d. l. per diverſas, in verb. venditionis*, & *ibi* Bart. *in 1. oppoſit.* ubi Cynus, & Joan. Faber, & idem Cynus *in l. cap. ne liceat potentix* Innocent. *in cap. fin. de alien. jud. mut. cauſa fact.* Azor. *in ſumma in tit. de ceſſione actio.* Socin. *conſ. 170. colum. 3.* & ex aliis Anton. Gabriel. *commun. concluſ. lib. 2. tit. de actionibus, num. 15.* alios referens pro harum legum hujuſmodi intellectu, ſequitur Avendannus *de cenſibus, cap. 34. n. 12. & n. 30.* ubi quod non habeat locum in emptione, & ceſſione cenſus jam creati.

30 Ad hanc etiam opinionem trahendi ſunt illi omnes DD. de quibus infrà *ex n. 36.* qui diſceptarunt, an cenſus vendi poſſit minori pretio, quam à principio fuit conſtitutus, dum ſolum inter ipſos controvertatur, an lex vel conſuetudo taxans cenſus pretium in creatione porrigatur ad venditionem & ceſſionem factam tertio per creditores nihil inſiſtentes in prohibitione *d. l. per diverſas, & d. l. ab Anaſt.* imò ſupponentes non procedere, ubi ceſſat fraus, mala fides, & animus vexandi debitorem, ſed liberè ceſſionem cenſus emptionem fieri poſſe; nam ſi cenſus ceſſioni, & venditioni viliori pretio factæ leges prædictæ reſiſterent, otioſa, & inanis foret eorumdem Doctorum diſputatio ſuper pretio minori & inæquali.

31 Probant etiam hanc leg. ab Anaſtaſio, & per diverſas intelligentiam, & omnes illi, quamplurimi Doctores *ex n. 47.* relati tenentes, quod quando cenſus jam creatus emitur à tertio viliori pretio, debitor violens redimere teneatur offerre integrum pretium quo ipſe vendidit à principio, nam ſi in hujuſmodi emptione haberet locum prohibitio *dictæ l. per diverſas & l. ab Anaſtaſio, C. mandati*, certum eſt quod emptor conſequi non poterat à debitore aliquid ultra illud infimum pretium quo cenſum emit à creditore.

Quibus ſuppoſitis vera reſolutio, aſſumenda erit, 32
quod adminiſtratori concurſus ementi cenſum à creditore minori pretio, quam à lege ſit taxatum non reſiſtat prohibitio, non probata fraude, mala fide, animo vexandi, maximè cum ſupponatur lite concurſus pendente ceſſionem cenſus, & nominis factas eſſe, quod caſu, etiam ubi locum habet prohibitio, *d. l. ab Anaſtaſio, l. per diverſas*, procedit in emptione actionis, ſeu nominis injudicati, hoc eſt in judicium non deducti, nam ſi actiones & nomina debitorum ſint jam in judicium deducta, in iſtis non procedere diſpoſitionem dictarum legum, teſtantur Gloſſa *in d. l. per diverſas*, per text. *ibi in verb. pro indubitatis, gloſſa fin. in fin. l. 1. cap. ne liceat potent.* Innocentius *in cap. fin. de alienat. judic. mut. cauſa fact.* Alberic. & Joan. Faber. *in l. per diverſas.* Azor. *in ſumma ne liceat potentiori.* Caſtrenſ. *in ſumma de ceſſio. actio.* Abb. *in cap. fin. de alien. judic. mut. cauſa facta.* Odofredus *in l. 2. cap. ne liceat potent.* Gabriel. *commun. concluſ. lib. 2. tit. de actionib. concluſ. 5. n. 51.*

Et propterea ipſe Gabriel *n. 36. cum ſeqq.* poſt 33
plurimos Doctores aſſerit, etiam in terminis *d. l. per diverſas, & l. ab Anaſt.* ubi locus eſt prohibitioni ceſſionis futuri judicii, ut pretium congruum intelligatur, habito reſpectu ad expenſas & vexationes futuri judicii, & *ex num. 38.* quod quantum ad congruentiam pretii conſiderandum eſſe, quantum eſſet valitura actio ipſi credenti, non quantum valitura erit ipſi ceſſionario, quantumvis plus ceſſionario 34
valitura eſſet, quantum cedenti, plurimos Doctores ad id allegat, & poſt alios Avendannus *de cenſibus, cap. 34. num. 37.* quæ comprobatur ex ſuperiùs adductis *ex num. 26.* & ex inferiùs adducendis, *ex n.*

Quæ doctrina multo magis locum habet, quando 35
jam ſententia graduationis lata eſt, & actio creditoris cedentis qualificata, & admiſſa, quoniam quantum ad ſui veritatem certa, & indubitata quo caſu ceſſat prohibitio *d. l. per diverſas, & d. l. ab Anaſtaſio*, quia quando actio eſt in judicium deducta, & reus non inficiatur ſed fatetur, non habet locum diſpoſitio dictarum legum, ut ex Angelo probat Anton. Gabriel, ubi proximè *num. 53.* Giurba *deciſ. 117. n. 4.*

De ſecunda prohibitione, de qua ſuperiùs *n. 21* 36
tractandum erit, an ſcilicet lege ſit prohibitum, ut cenſus jam creatus & conſtitutus poſſit emi minori pretio quam fuit à principio venditus, juxta legem, vel conſuetudinem taxatus, in quo duæ ſunt opiniones contrariæ. Prima tenet, quod eſt injuſtus contractus, licet non fœneratitius, & uſurarius, nec de per ſe nullus, ſed quod ob diminutionem pretii injuſtus, ad juſtitiam pretii conventi, & ſoluti reducendis, hujus opinionis Doctores referunt, & ſequuntur Rodriguez *de annuis reditibus, lib. 1. quæſt. 8. ex num. 16. cum ſeqq.* cujus motiva, & fundamenta ponit *ex n. 8. & ſeqq.* plurimos refert Giurba *dec. 117. n. 10.* & ante eos diſceptavit de Solis *de cenſibus, lib. 2. cap. 1. n. 43. verſ. contrarium vero*; ſcilicet eam venditionem injuſtam eſſe, ubi ponit fundamenta, & Doctores hujus negativæ opinionis, ſimiliter tranſcripſit illa, & Doctores recenſet Cenedus *in quæſt. canon. 7. ex n. 6. cum ſeqq.* nec non Advend. *de cenſibus, cap. 34. ex n. 19. cum ſeqq.* iſti omnes Doctores eam opinionem ſequuntur licet cum temperamento, & limitatione, de qua protinus Doctores & fundamenta pariter recenſet Cencius *de cenſibus, quæſt. 72. ex n. 19. cum ſeq.*

Secun-

37 Secunda fuit opinio contraria, ut census semel creatus indistinctè licitè possit minori pretio emi : hæc opinio pro se validissima fundamenta habet, quibus apparenter, & minus efficaciter conantur respondere Doctores relati in negativa opinione : fundamenta, & Doctores referunt, licet non sequantur Rodriguez *d. q. 8. n. 1. usque ad. 8* Felicianus *d. quæst. 1. ex n. 43. & seqq.* Giurba *de cons. 117. ex n. 1.* Cenedus. *de decis. 7. ex n. 1.* Cancerius *variar. resolut. p. 3. cap. 1. de actionibus ex n. 162.* plurimos recenset alios Cencius *de censibus. d. q. 72. n. 17. & seqq.* & licet contraria cum sua distinctione, & limitatione receptior sit à numero Doctorum ; tamen hodie de ista affirmativa dubitandum non erit attenta declaratione Clementis VIII. summi Pontificis, qui eam approbavit, ut testatur Cencius *de censibus, d. q. 72. sub. n. 20.* in hæc : *cæterum licet hæc posterior sententia fuerit communioribus calculis à scriptoribus recepta, quando tamen de anno 1596. die 21. Maii in signatura Sanctissimi properante Illustrissimo D. Dominico Marino (nunc Januæ meritissimo Archiepiscopo) Clemens felic. record. Papa VIII. declaravit censum hoc casu vendi posse minori, vel majori pretio alteri personæ, quàm illius impositori : non esse tutum recedere à priore opinione, quàm communis usus recipit, & servat,* &c. & iterum inferiùs sub n. 23 *vers. verum enim vero stante declaratione Clementis VIII. de qua in tract. hac eodem art. cessante dolo, & fraude emptoris hujusmodi census venditione esse simpliciter, & indistinctè permissam & licitam existimo,* &c.

38 Et esse in Hispania hanc affirmativam opinionem usitatam, & emptiones censuum minori pretio, quàm à principio creatorum toleratas, & permissas à lege, & senatibus testantur Olanus, & Gutierrez, & Rodriguez *de annuis reditibus, l. 1. d. q. 8. num. 7.* Giurba *d. decis. 17 num. 8. & 9.* idem Cencius. *de quæst. 72. sub. n. 12. vers. & eo libentius transeo cum hac sententia, quo illam video receptum ex communi totius orbis observantia, argumento l. si quis fugitivus, ff. apud Labeonem, de ædilitio edicto, nam propter consuetudinem contractus, etiamsi ex se esset illicitus, reputari debet licitus, & validus.* Quis enim tam stultus erit, qui dum possit sua pecunia emere alias merces, vel fundos statim, eorum tutè apprehendere possessionem, quod vellet nomen debitoris, vel censum suo justo, & rigoroso pretio emere exigendum, cum tot expensis, & periculis, & longissimis dilationibus, ac laboribus, prout ex plurimis probavimus superiùs *ex num. 25. cum seq.*

39 Et hanc opinionem affirmativam tutiorem reddi, inquit Cencius *d. quæst. 72.* si concurrat, quod ipse census vendendus non esset admodum certus, sed vel litibus involutus, difficilis exactionis, vel aliàs minus tutus, & securus ex eo fortè, quod creditor vendens, esset pauper, & fidejussores non inveniret pro census venditi evictione, & securitate : & sic emens suo periculo emat, ut tenet etiam Avendañus *de censibus cap. 34. 36. & seqq.* Giurba *decis. 117. n. 14.* vel aliis de causis consideratis per Noguerol. *alleg. 37. ex n. 62. 63. 64. 6. & 70.* qui plures Doctores allegat, *n. 60.* quia tunc cum re vera minus valeat census, licitè minori pretio etiam emi potest.

40 In quo conveniunt omnes ferè illi Doctores tenentes negativam opinionem afferentes, & distinguentes, ut census in tuto collocatus, & liquidus jam creatus, non possit emi minori pretio, quàm à principio fuit venditus : at verò, quando census jam creatus non sit in tuto collocatus, vel sit litigiosus, vel venditor sit ære alieno gravatus, & sic ob periculum cui se exponit emptor, & ob difficilem exactionem minori pretio emi possit, quia tunc minus valet, ad longum probant Cencius *ad. q. 72. ex num. 21.* innumerabiles penè DD. refert, & sequitur Giurba *d. decis. 117. n. 13. & n. 3.* Cenedus *d. quæst. 7. ex num. 9.* Rodrig. *lib. 1. d. q. 1. n. 22.* Avendañus *d cap. 34. ex n.* 34. Hermosilla *ad. l. 13. tit. 5. p. 5. glossa 4. n. 26. tom. 2. fol. 110.* Noguerol. *loco sup. citato*, qui plurimos alios allegant, & comprobant.

Iis igitur suppositis restat judicare, an debitor qui 41
concursum formavit inter suos creditores, & ab uno administratore emit censum in concursum deductum minori pretio, quàm à principio creatus, & constitutus fuit possit prætendere, nec non, cæteri creditores, quod census minori pretio emptio sit nulla, & proptera emptorem nihil percipere posse ex bonis concursus, vel saltim quod administratori pro redemptione census empti solum danda sit quantitas illi pro qua emit, & non aliud, ita ut reliquum quod supereest ex vero census pretio cedere debeat in commodum, & utilitatem debitoris, & per consequens creditorum, qui ex augmento patrimonii debitoris commodum consequuntur, & in eorum favorem redundat.

In difficultate, ut distinctè procedamus, & certam 42
resolutionem consequamur, præ oculis habere debemus illas duas contrarias opiniones relatas à *n. 36.* nam si sequamur affirmativam, ut scilicet census jam creatus emi possit indistinctè minori pretio, quàm à principio fuit emptus, & creatus (à qua recedere stante declaratione Clementis VIII. de qua supra *n. 37. &* 38. temerarium fore recedere in judicando & consulendo) nullum jus nec via remanet debitori, & creditoribus concursus ex qua possint subvertere dictam emptionem, cùm etiam minori pretio emptus census subsistat.

Aut enim attendimus opinionem negativam conten- 43
dentem censum semel creatum non posse emi minori pretio, quàm à principio creatus fuit & venditus, idem omnino dicendum erit ut nec debitor, nec creditores concursui assistentes possint aliquod jus, commodum aut utilitatem prætendere, vel expectare ex hujusmodi census venditione minori pretio facta.

Tum quoniam eadem opinio negativa procedit, 44
quando census est in tuto constitutus, securus, & certus ; non tamen quando est dubius, incertus, controversus, vel litigiosus, vel aliàs difficilis exactionis, vel debitor ære alieno gravatus, ut probant ferè omnes Doctores ; nam tunc minori pretio emi potest justè, & licitè, ut tenent omnes ferè Doctores negativam opinionem sectantes prout annotavimus supra *n. 39. & 40.*

Sed hæ omnes difficultates & pericula concurrunt 45
in creditis exigendis à concursu creditorum, quorum exactio difficillima est, valde longa, ut quotidie experimur, & credita sunt in lite & controversia, tam respectu debitoris, quàm creditorum, ut sæpe diximus in hoc Labyrintho : & propterea tam ex affirmativa opinione quam sequimur, quàm ex negativa restricta ad indubitatum, & tutum censum, & limitata in censu litigioso minus exigibile, aut aliter periculoso affirmant hoc casu licitam esse, & permissam emptionem census minori pretio : non video, qua arte debitor, vel creditores possint aliquod jus prætendere contra administratorem, vel alium emptorem census in concursum deducti.

Deinde, quia per concursum pendentem debitor 46
dicitur non solvendo, ita ut quolibet excusetur ab excussione, ad quam aliàs præcisè tenebatur, quando docet pendentiam concursus factam per debitorem plurimi tenent Doctores per nos adducti infrà 2. *p. c. 5. n. 8. & 30.*

Tum etiam quoniam, quando census in tuto collo- 47
catus est, indubitatus, & securus absque aliquo periculo, si minori pretio emptus sit, Doctores, qui in hoc casu negativam tenuerunt, unanimiter fatentur id quod supereest ex pretio minori, usque ad rigorosum quo à principio creatus fuit, pertinere, & restitui debere emptorem creditori cedenti, vendenti, & ad istum pertinere, quia venditio non fuit nulla, nec fœneratitia, vel usuraria, sicuti præter citatos tenet post alios Hermosilla *ad l. 23. tit. 5. part. 5. glossa 4. num. 26. tom. 2.*

fol. 109. Sed dicunt ex ea injusta respectu pretii dumtaxat, & sic debet emptor supplere justum pretium, & ad pretii solutum reducendam in favorem creditoris cedentis & vendentis, non tamen ad favorem debitoris, qui ex illa venditione præjudicium recepit, cum ab eo non exigatur ultra pretium à se receptum, nec ipse ad amplius adstringi potest, plures per Rodrig. *de annuis reditibus, lib.* 1. *quæst.* 8. *n.* 24. 25. & 26. Molina. 1. *part. instruct. de confessore, cap.* 14. §. 26. Lopez *lib.* 1. *instituto negotiant. cap.* 58. Felicianus *de censibus, cap.* 1. *num.* 43. *vers. in hac tamen.* Alfonsus. Vega *in Sylva casu. conscien. casu* 43. & 45. *lib.* 3. *casu* 359. Marius Giurba *decis.* 117. *n.* 15. & videndus *n.* 6. & 7. Avendañus *de censibus cap.* 101. *sub. n.* 7. *vers. infertur etiam, ex supra dicta resolutione, & cap.* 36. *n.* 32. ubi plurimos allegat, & *num.* 36. quem ad idem referens *in d. n.* 7. Cencius *de censibus, quæst.* 108. *num.* 22. reprehendit, dicens quod cum hæc census venditio minori pretio facta sit licita, & de jure non reprobata, emptorem totam quantitatem sortis principalis census retinere posse, & nihil restituere creditori emptori, cui favet nostra resolutio, de qua *ex num.* 37.

48 Nam cùm in hac census emptione minori pretio facta non habere locum dispositionem *l. per diversas, & l. ab Anastasio*, innumerabiles penè Doctores suprà relati *n.* 29. affirment, remanere debemus in juris communis regulis quæ quando cessio juris non acquiritur, nec transfertur in cessionarium ob aliquod juris impedimentum, vel prohibitionem, remanet penes cedentem, & ab eo non addicatur, plurimos Doctores, & jura adduximus hac 1. *part. c.* 14. *n.* 45. & ideo, quod supereſt ex pretio minori pertinere debet creditori cedenti censum, & non alteri.

49 Comprobatur hæc resolutio ex alia vera, & receptissima sententia, quæ est, quando non debitoris, vel census emptus est minori pretio, quàm à principio creatus fuit, si debitor solvere, vel redimere vult, tenetur emptori restituere integrum census pretium, quod à principio à suo creditore cedente recepit, quia nullum habet jus opponendi nomen vel census minori pretio ab isto tertio fuisse emptum, quia sua non interest, qui nullum detrimentum ex ea venditione recipit, cùm ipse verè debitor sit justi pretii, quod realiter recipit, & sua non interest unimagis illud solvere, quàm alteri, & ideo nec ipse debitor, & per consequens, nec ejus creditores jus aliquod habent ad impediendam integram redemptionem, ad quam debitor tenetur, hanc resolutionem tenent quamplures Azor. *instit. moral. part.* 3. *lib.* 10. *cap.* 8. *quæst.* 5. *vers. si roges.* Avendañus *de censibus, cap.* 101. *n.* 7. Cencius *de censibus, quæst.* 108. *ex num.* 20. *cum seqq.* Filliucius *in opere moral. tom.* 2. *tractat.* 15. *part.* 2. *cap.* 3. *num.* 324. sequitur Bonacina *tom.* 2. *de contractibus, disput.* 3. *quæst.* 4. *punct. un. num.* 44. Sanchez *in opusc. Mor. lib.* 1. *c.* 7. *dub.* 120. *pag.* 38. Noguerol. *alleg.* 37. *num.* 59. & 60. ubi comprobationem adducit doctrinam Morer. *de jure offerendi, num.* 25. *n.* 13. & 14. *vol.* 2. Nos hac. 1. *p. c.* 27. *n.* 79. & *seqq.* eandem etiam resolutionem probarunt omnes citati *n.* 46. & signanter Rodrig. *de an. redit. lib.* 1. *q.* 8. *n.* 25. & 26.

50 Si igitur hæc quantitas, quæ ex infirmo census pretio supereſt pertinet non ad debitorem, sed ad creditorem cedentem, & vendentem, attenta negativa opinione, ut suprà *n.* 47. non reperio viam qua debitor, vel creditores concursus possint impedire adminiſtratorem emptorem, ut integram sortem consequatur, quando deveniatur ad ipsius census venditi redemptionem; nam si aliquod jus adest contra ipsum spectat ad creditorem cedentem, & versatur inter istum, & cessionarium pro residuo restituendo, & dum cedens non comparet, vel illud petit cessionarius, qui titulum validum habet recipere potest integram redemptionem, & sortem principalem, debitor verò, & creditores nullum jus proprium habent, quod contra cedentem in judicium deducere possit ex suo, vel debitoris capite, nec equidem de jure creditoris cedentis, tanquam de jure tertii, opponere non possunt, maximè cùm non sit ipso jure exclusivum juris agentis, 51
nec sua interſit, cùm integrum pretium ex bonis concursus sive cessionario, sive cedenti & agenti solvi debeat ad latè per nos tradita, infrà 2. *par. c.* 22. *ex n.* 64. & *ex n.* 11. *cum multis seqq.*

CAPUT XIV.

Concursu semel causato, an debitor communis in tantum administrationem suorum bonorum à se abdicet (& quid possessionem, & dominium) ut de cætero contractus à se gesti nulli sint, inutiles, ac inefficaces reddantur.

Et en actiones activas, & positivas amittat, ita ut nec ab eo, nec in eum dirigantur.

Et an debitor administrationi, & exactioni interim se inferens criminaliter puniatur.

SUMMARIUM.

1 *Debitor communis bonis cedendo eorum administrationem à se abdicat, & sub potestate senatus ea ponit, ut fidum sequestrum eligat, qui bona conservet, donec de antelationibus creditorum discepte tur.*

2 *Dimissio. & abdicatio bonorum debet esse effectiva, ne creditores decipiantur.*

3 *Decoctus debitor similis est ei, qui bonis cessit.*

4 *Debitor concursum formans, cum sua voluntate bonis privatur, non est deinde legitima persona ad contrahendum super ipsis bonis.*

5 *Cui bonorum administratio prohibita est à lege, vel à judice contrahere non potest.*

6 *Debitor facta cessione, non habet facultatem disponendi de bonis, etiam inter ipsos creditores.*

7 *Debitor, bonis cedens, privatur facultate solvendi suis creditoribus.*

8 *Sequestratis, & depositis bonis debitori prohibita alienatio censetur, & si de facto fiat, contractus invalidus est.*

9 *Sequestratio bonorum quoad necessitatem alienationis, idem operatur ac judicis interdictio.*

10 *Solutio facta creditori, vel alii post judicis interdictum nihil operatur.*

11 *Debitor pendente concursu, & ex sequestro prohibitus alienare nec in emptorem proprietatem, & possessionem transfert.*

Decoctus privatur administratione suorum bonorum, quæ alteri dantur. ibid

12 *Dominium, nec possessio rei alienatæ per debitorem formantem concursum in contrahentem non transfertur.*

Sed ea bona adhuc corpus concursus exire non censentur. ibid.

13 *Alienationis prohibitio ex sequestro factis in bonis debitoris concursum formantis causatur, non verò quod bona concursus sint litigiosa.*

Res litigiosa non causatur ex actione personali, sed reali. ibid.

14 *Litis pendentia non inducitur super bonis debitoris per dationem administratoris, aut sequestrum appositum super illis, nec ea fiunt litigiosa.*

Lis mota per creditorem ex actione hypothecaria non facit rem ipsam litigiosam. ibid.

15 *Concursu pendente alienatio bonorum impeditur, tanquam*

tanquam facta in fraudem paratæ executionis.

16 & 17. *Inhibitio expressa Judicis prohibentis alienationem bonorum concursus, non requiritur, sed ex ipsa cessione, & admissione bonorum necessario inducitur.*

18 *Debitor fallitus, incarceratus cedens bonis, eo ipso administratione facta sequestratione adeo privatur, ut nullum circa ea contractum gerere possit.*

19 *Pacta, & transactiones tangentes bonorum administrationem à debitore facta nihil prosunt.*

20 *Decoratus post decoctionem non potest agere, nec cedere.*

21 *Confessio falliti concursum formantis in præjudicium creditorum facta, nihil valet.*

22 *Debitor qui concursum formavit, an amittat actiones, & dominium in bonis cessis, affirmativa sententia proponitur, contraria verior. n. 29.*

23 *Debitor bonis cessis, actiones activas, & passivas an amittat, & adducitur textus in l. item si unus 27. D. de recept. arbitr. & in l. 4. D. de cessione bonorum. solvitur. n. 50.*

24 *Cedens bonis caret actione ad agendum, remissive.*

25 *Debitor dum alienandi potestate privatur, quod est dominii attributum, etiam dominio privatus videtur. respondetur. n. 58.*

26 *Cessionis verbum, ex sua propria natura, & significatione, dominii translationem in alium importat.*

27 *Verba dedit, tradidit, dimisit, remisit, transtulit, consignavit, relaxavit, & restituit, singula translationem dominii significant. respondetur. n. 61.*

28 *Alienare prohibitus, nec actiones potest movere, nec rem in judicium deducere, & expenditur textus in l. ait prætor. §. quid si tantum, D. de jure deliberandi. respondetur. n. 62.*

29 *Debitorem concursum formantem retinere actiones activas, & passivas, & ei, & in eum posse exerceri verius est.*

30 *Debitor dominium & proprietatem bonorum suorum retinet pendente concursu quo usque cum effectu ex eorum pretio creditoribus satisfiat.*

31 & 32. *Expenditur ad id textus in l. is qui bonis. 3. D. de cessione bonorum, & in l. 1. tit. 19. part. 5.*

33 *Debitor cedens bonis non definit esse dominus ante illorum distractionem.*

34 *Cessio facta per debitorem communem non est absoluta, nec effectum sortitur donec bona vendantur, vel in solutum dentur creditoribus legitimè ad concursum citatis.*

35 *Cessio bonorum sub conditione fit, si creditores tales in judicio se esse ostenderint.*

36 *Creditores per solam cessionem non adquirunt jus dominii in bonis debitoris, sed jus quoddam personale ut vendantur, & explicatur textus in l. legis Juliæ 4. C. qui cedere possunt.*

37 *Administratio bonorum solum prohibetur debitori cedenti.*

Administratio quæ alterius nomine fit, magis ejus dominium confirmat. ibid.

38 *Dominium perfectum absque alienandi facultate consistere potest.*

39 *Curatoribus minoris, prodigi, furiosi, & aliorum dominium bonorum non quæritur, sed penes minores, prodigos, &c. remanet.*

40 *Curatores bonorum, & sequestri non habentur loco domini, sed loco simplicium custodum.*

41 *Dominium bonorum concursus non transit in curiam & Senatum.*

42 *Protectio & submissio non arguit dominium.*

43 *Dominium bonorum concursus penes debitorem remanere probatur à sufficienti partium enunciatione.*

44 *Dominium rerum sub incerto esse nunquam potest.*

45 *Quando jus in aliquem transfertur, dum ei ob aliquod impedimentum non adquiritur, remanet penes transferentem.*

46 *Debitor, formante concursu movet omnes actiones, & in eum diriguntur.*

47 *Creditores vocati ad concursum principaliter in debitorem actiones dirigunt.*

48 & n. 54. & 55. *Debitor, concursu causato actiones an possit movere adversus debitores.*

49 & 64. *Debitor, qui actiones movendo aliquid exegerit, in corpus concursus conferre tenetur.*

50 & seqq. *Respondetur argumentis contrariæ sententiæ adductis, & explicatur latè textus in l. item si unus 17. D. de recept. arbitr.*

51 *D. l. item si unus, intelligenda est de cessione facta cum effectu per traditionem rei, vel datione in solutum.*

52 *Datio in solutum regulariter transfert dominium in cessionarium, & procuratorem in rem suam.*

53 *Actiones directæ, licèt remaneant penes cedentem inutiles sunt, & sine exercitio.*

54 & 55. *Dominium bonorum non censetur avocatum à debitore, donec cessio sit confirmata per distractionem & ideo ei & in eum dantur actiones.*

56 *Debitor, qui contra se actiones à creditoribus vel ab aliis motas patitur, eodem modo contra alios suas movere potest.*

57 *In æquiparatis, dispositum in uno, dispositum intelligitur & in alio.*

58 *Alienationis prohibitio non inducit dominii privationem.*

59 *Majoritus possessor, etsi prohibeatur bona alienare, eorum verum & integrum dominium habet.*

60 *Pupillus, prodigus, & furiosus licet alienandi potestate priventur, dominium suorum bonorum retinent.*

61 *Cessionis verbum simpliciter prolatum secuta traditione, dominii translationem importat, aliàs non.*

62 *Decisio textus in d. l. ait prætor, §. quid si tantùm, D. de jure deliberandi procedit, quando absolutè prohibetur alienatio, non quando causativè.*

63 *Debitori prohibetur bonorum suorum administratio, & alienatio intuitu, & favore creditorum, & ideò si actionum commotio in eorum utilitatem vergat, debet ei permitti.*

64 *Debitor exigens à suis creditoribus, exactum tenetur omnino in concursum conferre.*

65 *Acquisitio bonorum non prohibetur ei, cui administratio interdicta est.*

66 *Contractus favore alicujus prohibitus potest ab eo fieri, si ei utilis sit.*

67 *Alienatio rei prohibitæ absque solemnitate facta subsistetur si utilis sit personæ prohibitæ.*

68 & seqq. *Debitor bonis cedens an amittat possessionem bonorum suorum, eamque in creditores, vel administratorem transferat.*

69 *Creditores bona concursu possidere non possunt, cum bona dimittat debitor, ut post sententiam graduationis ex his creditoribus satisfiat, & interim apud sequestrum remaneat.*

70 *Possessio rei pignoratæ penes dominium remanet.*

71 *Sequestrum in jure promiscuè appellatur depositum.*

72 *In sequestrum, apud quem ex voluntate partium res deponitur, possessio transit.*

73 *C. licet 17. §. rei depositæ, D. depositi, explicatur.*

74 *In sequestrum, apud quem jussu judicis res deponitur, non transit possessio, nisi evidens appareat animus dimittendi.*

D. licet, §. rei depositæ, conciliatur cum l. interesse, 39. C. de usucapionibus, ibid.

75 *Possessio*

75 *Poſſeſſio bonorum concurſus an in adminiſtratorem, ſequeſtrum, & depoſitarium tranſeat.*

76 *Debitorem poſſeſſionem bonorum concurſus, ſicut & proprietatem retinere, verius eſt.*

77 *Debitor, bonis cedendo, ſolum dimittit ea ad cuſtodiam & adminiſtrationem, donec creditoribus ſatisfiat, ſolaque adminiſtratio in adminiſtratorem tranſit.*

78 *Conſenſus & voluntas quæ inducitur ex facto alicujus non extenditur ultra id quod ex neceſſitate inducitur, ex ipſo facto.*

79 *Poſſeſſio non tranſit in ſequeſtrum, & depoſitarium, quando fit ad ſolam cuſtodiam.*

80 *Sequeſtrum bonorum concurſus non fit ex voluntate debitoris, ſed judicis officio ad id debitorem adſtrangentis.*

81 *Actus, ut dicatur involuntarius, ſufficit ut quis poſſit compelli, etſi actualis compulſio interveniat.*

82 *Expenditur textus in l. quod eſt, §. qui armati, 3. D. de vi, & vi armata.*
Actus ea neceſſitate factus non inducit conſenſum. ib.

83 *Dimiſſio bonorum, licet ſit de eſſentia, ex natura judicis concurſus, tendit ſolum ad eorum cuſtodiam, & adminiſtrationem.*

84 *Debitor concurſum formans ſolum litigatur legibus illius actus, & non ultra.*

85 *Faciens id ad quod ex juris diſpoſitione præciſè tenetur, ſponte, & voluntariè feciſſe non dicitur.*

86 *Facere aliquid coactè, vel metu coactionis, quando quis ſciebat cogi poſſe, paria ſunt.*

87 *Actus geſtus ex neceſſitate juris, & judicii, non nocet gerenti, ex defectu conſenſus.*
Actus ex neceſſitate geſtus non inducit concenſum. ibid.

88 *Sequeſter poſſeſſionem bonorum habens poteſt judices nominare, & ad beneficia vacantia præſentare, & omne jus honorificum exercere.*

89 *Adminiſtrator bonorum concurſus non poteſt judices nominare, nec beneficia vacantia præſentare, nec aliquid honorificum exercere, cum id omne penes debitorem remaneat.*

90 *Curator hæreditati jacenti datus poteſt præſentare ad beneficium vacans, cujus patronatus hæreditati adhæret.*

91 *Debitor qui formato concurſu, & adminiſtratore dato, ſi poſtea ſe ingerat in adminiſtrationem bonorum debita exigendo, fundos locando, criminaliter poteſt puniri.*

92 *Debitor in adminiſtrationem ſe ingerens fraudem, & dolum ſtellionatui & falſitati proximum, committit.*

93 *Violans ſequeſtrum à ſenatu, juſtitiæ miniſtris appoſitum, graviter punitur, remiſſivè.*
Violans ſequeſtrum à judice appoſitum privatione beneficii poteſt puniri. ibid.

94 *Impoſito decreto ſequeſtri, parti non licet attingere bona ſequeſtrata.*

95 *Debitor, qui bona creditorum ſolutioni dimiſſa, & deſtinata contra ipſorum voluntatem attigit, quaſi furtivè ſubtrahit, & fidem frangit.*

96 *Ceſſionis remedium, pro debitorum miſeriis ſublevandis introductum, non debet eſſe vinculum iniquitatis.*

97 *Debitor demiſſa bona attingens, & eorum adminiſtrationi ſe ingerens, decipit, & fraudat contrahentes, exiſtimantes eſſe perſonam legitimam ad contrahendum.*

98 *Stellionatus pœna ſemper habet locum in quolibet actu geſto, quo quis dolum commiſit in alterius præjudicium, & pœna arbitraria punitur.*

99 *Stellionatus pœna locum habet, quando materia contractus ordinatur potius ad dolum committendum, quam ad naturaliter contrahendum.*

100. *& fin. Senatus Pintianius ſeverè punit audaciam debitorum, adminiſtrationi bonorum, poſt concurſum formatum ſe ingerentium.*

DEbitor communis, ſtatim atque judicium concurſus inter ſuos creditores movere intendit, bonis ſuis omnibus cedendo, à ſe eorum adminiſtrationem abdicat, & in manibus, poteſtateque & protectione Senatus ponit, ad effectum ut illa in tutam cuſtodiam ſequeſtrem deponat, tùm ut in tuto ſint, ne diſſipentur, & deſtruantur, interim quod de juribus, & antelationibus creditorum diſceptatur, ad quorum commodum, & utilitatem deponi apud fidum ſequeſtrum, & adminiſtratorem jubet ſenatus, ut ex eis demum authoritate ſenatus, & judicis ſatisfiant creditores, & inter eos diſtribuentur, ſervata gradus prærogativa, prout vidimus *antecedenti cap. per totum.* 1

Tum etiam hæc adminiſtrationis dimiſſio, & abdicatio effectiva fit per debitorem cauſarum concurſum, nec tanquam fictum & ſimulatum judicium concurſus à ſe formatum contemnatur, & ne fraudulentum judicetur, ac per conſequens fraudetur à deſiderio ſuo, ac etiam ne creditores fraudentur, & decipiantur, ſed ut ex utraque parte æquè, & fideliter impleatur judicii effectus, nam cum debitor ideo cedat, ne eum creditores moleſtent, nec cogant carceres & cenſuras ſubire, quod cum effectu ex parte ſua adimplent ad latè tradita ſupra *c. 1. à num. 7. cum ſeqq.* ratio poſtulat, & judicii æqualitas, ut à ſe debitor abdicet adminiſtrationem, & bona dimittat, quæ deſtinata jam ſunt ad creditorum ſatisfactionem. Facile enim foret debitori ipſa bona (ſi adhuc penes ſe remanerent) diſſipare, & alios videntes eum poſſidere, noviter contrahendo decipere, putantes illum eſſe ſolvendo, & non fallitum, in maximam contrahentium, & reipublicæ perniciem & præjudicium, ex iis, quæ *ſupra cap. 1. num. 33. & 41.* diximus: aliter enim ſi penes ſe debitor adhuc concurſus judicio pendente, bona retineret, & poſſideret, illegitimum, fictum, & fraudulentum reputari judicium hoc concurſus abundè probavimus *in d. cap. 1. à n. 13. cum multis ſeqq.* 2

Quod bene conſideravit Philippus Paſchalis *de viribus patr. poteſt. 2. p. cap. 9. n. 97.* in hæc: *Ex iis ergo infertur, quod dum debitor eſt decoctus, ſimilis eſt ei, qui bonis ceſſit, poſtquam omnia ejus bona ſunt in concurſu creditorum, & per eum eſt relicta adminiſtratio*, &c. 3

Ex quo primum infertur quod cum debitor ſua voluntate, & conſenſu privatur ſuorum bonorum adminiſtratione ac etiam ex ſpeciali natura hujus judicii, ex quo oritur quidam quaſi contractus inter ipſum, & creditores ſuos, do, ut facias, per neceſſariam conſequentiam ſequitur, ipſum debitorem non eſſe legitimam perſonam ad ulterius contrahendum ſuper ipſis bonis, quorum adminiſtratio ex ſuo facto, & natura judicii ſibi interdicta cenſetur, & in curiam principaliter tranſlata, penes ipſam depoſita, & ſequeſtrata (miniſtrantem interim per ſuos adminiſtratores, à ſe nominatos, ut in *cap. anteced. per tot.* latius dicitur) quapropter ſuccedit regula, quod is, cui bonorum ſuorum adminiſtratio prohibita eſt à jure vel à judice, contrahere non poteſt, quia jam legitima perſona eſſe deſinit, textus eſt *in l. Julianus, 10. ff. de curatore furioſo l. 19. ff. de reg. juris. l. cui bonis, 6. ff. de verbor. obligat.* bonus etiam textus *in l. furioſi de reg. juris*, ubique gloſſa, & Doctores communiter probant. 4 5

Et quod facta ceſſione debitor careat facultate diſponendi de bonis, etiam inter ipſos ſuos creditores, *ex l. 9. tit. 15. p. 5.* & ibi Gregorius Lopez expreſsè, plurimos Doctores congeſſimus *ſupra. c. 10. numer. 64. verſ. 4. etiam fingitur*, &c. quia re vera jam facultate diſponendi, & adminiſtrandi penitus eſt exutus, atque ideo quantum 6

ad

ad hoc legitima perſona ex tunc jam ad contrahendum dici non poteſt debitor.

7 Adeo ut privatus ſit facultate ſolvendi ſuis creditoribus. Stracha *de decoctoribus p. ult. tit. qui potior, in bon. decoctor. habent. n.* 34. Cephalus *conſ.* 86. *n.* 8. & 12. & reſolutum fuiſſe per Rotam Roman. *anno* 1593. refert Pacificus, *poſt tract. de Salvian. interdicto. deciſ.* 90. *n.* 6. quæ eſt Seraph. *deciſ.* 1074. ſequitur Fontanella *de pactis nup. tom.* 2. *clauſ.* 5. *gloſſa* 8. *p.* 8. *n.* 38. & *num.* 31. Theſaurus *q. forenſ.* 16. *n.* 14.

8 Deinde, quia, cùm bona debitoris ſequeſtrentur, & apud adminiſtratorem deponantur, debitori alienatio prohibita cenſetur: quia ad hunc eundem effectum ſequeſtratio hæc dirigitur, & deſtinatur, ut ulterius debitor ſe ingerat in eorum adminiſtrationem, alienationem, & diſſipationem, & diſtractionem & alienationem contra finem ſequeſtri, ideo alienatio debitori interdicta eſt, & ſuper bonis ulterius contrahere, quod ſi de facto fecerit, contractus invalidus eſt, tanquam actus à non legitima perſona obſtante interdictione, & prohibitione judicis, ſeu ſequeſtro, quia in hac materia quoad alienationis invaliditatem idem importat ſequeſtratio bonorum, quod judicis,
9 aut juris interdictio, prohibitio, aut inhibitio, per *l.* 8. & ibi: Bart. *ff. de pollicitationibus, l.* 6. *creditores. in fin. ff. de privilegiis creditorum.* Baldus *in l. per diverſas. in quæſt.* 6. *C. mandati.* Jaſon. *in l. ſi fidejuſſor.* §. *& ſatis datum ff. qui ſatis dare cogantur, n.* 31. *& n.* 8. Rod. Suarez *in l.* 2. *tit. de los emplaçamientos. in fin. n.* 10. Carrocius *de ſequeſtro p.* 4. *in fin.* Guido Papæ *deciſ.* 210. & Bart. *de alimentis. n.* 44. Cancerius *variar. reſol. lib.* 2. *tit.* 4. *de ſequeſtro. à n.* 40. *cum ſeqq.* ubi latè, quod ſtante ſequeſtro, aut judicis prohibitione alienatio facta nulla eſt, diximus *in comment. de protect. Regia* 4. *p. c.* 7. *n.* 170.

10 Hinc fit, quod ſi nomen debitoris pertinentis debitori ad inſtantiam ſui creditoris per Judicem ſequeſtretur, inhibentem debitori ne ſolvat ſuo creditori, ſolutio nihilominus per eum facta ſuo creditori, vel alteri non relevat, nec tanquam facta contra judicis prohibitionem, tenent Florez de Mena *in addit.* ad Gamm. *deciſ.* 285. Joan Gutierrez *practicar. lib. qu.* 113. *nu.* 5. Bart. *in l. mulier. ff. de lege commiſſo.* Andreas *ad ſpecula. de ſequeſt. poſſ. & fruct.* Guid. Papæ *deciſ.* 340. *n.* 3. Practi. Ferrarius, *in forma ſequeſt. nu.* 2. *verſ. audeat.* Manſuer. *in praxi, in rubr. de ſequeſtro.* §. *item creditor.* Rebuffus *de litteris obligator. art.* 6. *gloſſa* 3. *n.* 64. Galleſius *ad formam camer. p.* 2. *q.* 3. *ad* 4. *p. Camer. obliga. n.* 3. & 4. Guid. Papæ *deciſ.* 210. Ciofius *conſ.* 61. *n.* 2. *vol.* 2. Cancerius *d. cap.* 4 *à n.* 19. *& ſeqq.* abundè Nos *in tractatu, de Regia protect.* 4. *part. cap.* 7. *à num.* 151. *cum multis ſeqq.* quibus adde Menoch. *de arbitrariis, lib.* 2. *caſu.* 127. *ex n.* 19. *& ſeqq.* Matthæum de Afflictis *deciſ.* 350. *num.* 23. & 27. Azeved. *in l.* 13. *tit.* 9. *lib.* 3. *recopil. n.* 18. & 19. Parladorium *lib.* 2. *rerum quotidian. cap. fin.* 5. *part.* §. 17. *& ſeqq.* benè per Amador. Rodriguez *de privilegiis creditorum* 1. *part. art.* 6. *n.* 33. *& ſeqq.*

11 Et in iſtis terminis, quod formato concurſu per debitorem communem, & bona ſub ſequeſtro vel adminiſtratore nominato poſita, debitor, qui adminiſtratore privatus eſt, mediante ſequeſtro inhibitus, & prohibitus alienare, nullo modo poſſit contrahere, nec alienatio valeat, nec quoad dominium, nec poſſeſſionem, quæ non tranſeunt in emptorem cum debitore eo tempore contrahentem, probat latè D. Valençuela Velaſq. *in conſ.* 111. *num.* 7. *tom.* 2. Vincentius de Franchis 55. *n.* 2. & 3. ubi dicit, quod decoctus privatur adminiſtratione ſuorum bonorum, & alteri tertio datur, ut exigat, & conſervet bona decocti in utilitatem & commodum decocti, ſicut fit in bonis cedentis debitoris, & ex hac adminiſtrationis interdictione tacita induci nullitatem, & inefficaciam contractuum interim à debitore geſtorum, per text. *in l. item ſi unus ff. de receptis arbitris, & ſingulari conſ.* Bald. 390. *in libris Theſaurariæ, n.* 3. & 4. *vol.* 4. reſolvit Marta *in voto ſeu deciſ.* 78. *num.* 10. quem ſequitur D. Valençuela *in conſ.* 189. *n.* 24 & per Valençuelam *in conſil.* 19. *ex n.* 43 *volum.* 1. hoc ipſum probat noviſſimè Noguerol. *allegatione* 19. *num.* 138. dicens, quod debitor, qui formavit concurſum inter creditores ſuos, peten- 12
do de ſuis bonis alimenta, & adminiſtratorem ob ſequeſtrationem interdictus & privatus remanet adminiſtratione, & per conſequens alienandi facultate, quem ſi inſuper arripuerit, contractus, & alienatio nullo modo tenet, nec in alium transferri dominium, nec pro poſſeſſore haberi emptorem, quoad juris effectus, ſed adhuc ea bona inter cetera bona concurſus cenſenda fore, ad latè tradita per Valençuel. *d. conſ.* 16. *num.* 43.

Et quamvis ipſe Noguerol. *d. num.* 38. *& num.* 39. 13
putet, hanc alienationis prohibitionem non tantum provenire ex ſequeſtro facto ad bona debitoris formantis concurſum, & ob adminiſtrationem amiſſam, & à ſe ipſo debitore proprio facto, & conſenſu abdicatam: ſed etiam, qui bona debitoris formato concurſu litigioſa ſunt, & lite pendente rei litigioſæ alienatio tanquam prohibita non tenet, tamen hæc ratio ultima minus tuta eſt, nec adaptabilis ad judicium creditorum, in quo creditores agunt, jure & actione perſonali ad quantitatem, quo caſu bona debitoris non dicuntur litigioſa, nec litigii vitio ſubjiciunt, ſed dumtaxat quando jure reali res aliquæ petuntur, & revindicantur, ut ipſe D. Valençuela, per eundem ad hoc citatus rectè, & juridicè diſtinguit, *in d. conſ.* 111. *ex num.* 7. & latiſſimè diximus *in noſtris comment. de Regia protect.* 4. *part. cap.* 8. *à n.* 123. *cum multis ſeqq. & c.* 14. *à n.* 112. *& ſeqq.*

Nec adminiſtratoris ad bona datio, & ſequeſtrum 14
ſuper eis appoſitum per judicem inducere poteſt litis pendentiam, nec reddunt bona ipſa litigioſa, Carrocius *de ſequeſtro, part.* 3. *q.* 10. *in fine*, & iterum. *p.* 4. *quæſt.* 13. qui alios allegat, ſequitur Cancer. *l.* 1. *var. reſolut. cap.* 4. *de ſequeſtro num.* 45. optimè Lancellotus *de attenta.* 2. *part. cap.* 4. *in præfatione, à n.* 208. prout etiam, nec lis per creditorem mota ſuper re hypothecata, & actione hypothecaria intenta non dicitur litigioſa ipſa res, Lancellotus, *de attentatis*, 2. *part. cap.* 4. *de attent. lite pendente, limitat.* 2. *n.* 31. *& ſeqq.*

Poteſt tamen ex alio cap. & fundamento, ſaltim 15
quoad eundem effectum conſequendum, ſuſtineri aſſertio Noguerol. Quod pendente judicio concurſus, jam creditores, vel citati ſunt, vel jam comparere parentes ſua credita & ſolvi ex bonis ſequeſtratis, & ceſſis per debitorem ad hunc eumdem ſolutionis effectum, . quo caſu alienatio per debitorem jam facta dicitur in fraudem paratæ executionis, quæ non tenet, ſed directè in emptorem ſit executio, non expectato reſciſſionis judicio, non quia res alienata fuerit litigioſa, quia actio perſonalis intenta per creditorem pro quantitate ſibi debita nullo modo facit res debitoris litigioſas, ſed quia in fraudem paratæ executionis jam poſtulatæ alienatio non tenet, prout copiosè, & diſtinctè probavimus *in d. cap.* 8. *à nu.* 73. *cum multis ſeqq. & in d. cap.* 14. *num.* 112. *& ſeqq.* poſt plurimorum Doctorum allegationem, prout per te latiùs videre poteris.

Et in hoc articulo unum notabile non omittam, 16
quod ſupra obiter tetigi, nempe in noſtro judicio concurſus, ejus peculiari natura attenta, non eſt neceſſaria expreſſa judicis inhibitio, prohibitio, & interdictio alienationis facienda debitori, ut de cætero impediantur bona concurſus alienare, quia ſufficit inhibitio, quam ſibi debitor imponit, eo ipſo, quod forma concurſum, & ſimul bonis cedit ac ſua bona ponit in poſſe & manibus curiæ, tacitè dimittendo, à ſe abdicando adminiſtrationem ſuorum bonorum. Et eam transferendo in Senatum petendoque admi-

niſtratorem nominandum ut fieri aſſolet, quare ſtante ſuo proprio conſenſu abdicativo adminiſtrationis, alia judicis inhibitione, & prohibitione non egemus, ad eundem judicandum non legitimam perſonam quod alienandi effectum, & contrahendi ſuper bonis concurſus, quia hæc omnia veniunt ex natura judicii inter alios ad hunc finem formatum, & deſtinatum, ſibi enim ipſi debitor ex ſuo facto legem impoſuit, & adſtrinxit.

17 Quod & hoc ipſum ponderavit Noguerol. *allegat.* 19. dum loquendo de alienatione facta per debitorem poſt formatum concurſum, & ejus invaliditate, rectè dicit, quod major, & præcipua inhibitio ad hoc illa eſt, quam ipſe debitor ipſi impoſuit formando concurſum, & petendo bona ſui ſtatus; per alium adminiſtrari, & ſequeſtrari, & quod ipſemet debitor formando concurſum inter ſuos creditores ex ſuo facto cenſeatur à ſe abdicare adminiſtrationem ſuorum bonorum, probat in terminis Paſchalis *de viribus patr. pot.* 2. *c.* 9. *num.* 9.

18 Hactenus omnia ſcripta, mirahiliter comprobantur, nam decoctus debitor, ille ſcilicet, qui ob fallimentum, & non ſolvendo effectus incarceratus ceſſit bonis, & judicis authoritate ſequeſtrantur in tantum perdit ſuorum bonorum adminiſtrationem, ut nullum circa ea contractum gerere poſſit, quia jam, nec habet nolle, nec velle, & pro mortuo ad id habetur, per text. *in d. l. is cui bonis, ff. de verb. obligat.* Probant in terminis Scaccia *de commerciis*, §. 2. *gloſſa* 5. *n.* 329. & 330. Stracha *de decoctoribus p.* 3. *nu.* 28. Gait. *de credit. cap.* 2. *tit.* 7. *num.* 2399. 2409. 2411. ideo quod pacta, tranſactiones, & alii contractus tangentes ſuo-
19 rum bonorum adminiſtrationem, ſeu alienationem geſti à debitore bonis cedente nihil proſunt, nec tenent, tanquam facti in fraudem creditorum ſuorum, Stracha *d. p.* 3. *num* 24. Scaccia *de commerciis* §. 2. *gloſſa* 5. *num* 445. *verſ. exemplific.* Gait. *de credit. cap.* 2. *ad tit.* 7. *num.* 2049. ſequitur Noguerol. *allegatione* 16. *n.* 101. qui eruditè loquitur, & refert Cathalan. *de indulto*
20 *cap.* 55. *num.* 83. ita loquentem: *Decimum & ultimum ſpeciale erit, quod decoctus poſt decoctionem ſequutam non poſſit nec agere, nec cedere*, textus eſt in *l. ſi unus, ff. de receptis arbitris.* notantur *in l. is, qui bonis, ff. de ceſſione bonorum.* Franchis *deciſ.* 55. *num.* 5. allegat Baldum. *d. conſ.* 400. *volum.* 5. & annotavit Stracha *in d.* 3. *part. num.* 14. *& ratio eſt*, (inquit ipſe Cathalan.) *quia nec habet velle, nec nolle, ut ex ſupra deductis facile colligi poterit, & ob id pacta facta cum fallitis ſuper pecunia oblata non valent, prout placuit* Boerio *in dicta deciſ.* 203. *n.* 8. *quia imo inibi affirmavit, quod pactis quibuſcumque non obſtantibus, creditores poterunt totum exigere*, &c.

21 Hinc enim eſt quod confeſſio falliti, & concurſum formantis in præjudicium creditorum nihil valeat, ut ex Scaccia *ubi proximè num.* 331. & 445. Stracha & Gaito, locis relatis, & ex *ſingulari conſ.* Burſati 119. *num.* 27. & 28. *lib.* 1. tenet Noguerol. *allegatioae* 7. *n.* 24. ubi etiam cum Covarr. *lib.* 7. *variar. cap.* 11. *num.* 4. Gutierrez *lib.* 1. *pact. quæſt.* 125. *num.* 4. Flores de Mena *lib.* 1. *var. quæſt.* 6. §. 2. *num.* 24. *ad finem.* Giurba *deciſ.* 88. *num.* 3. firmat generaliter quod recognitio ſcripturæ privatæ facta per debitorem non præjudicat creditoribus.

22 Sed an debitor formando concurſum, & bonis cedendo amittat actiones aut dominium in bonis conceſſis videamus: & certè res inter Juriſconſultos, & Doctores, (quantum ſaltim attinet ad actiones movendas) difficillima, etenim textus *in l. item ſi unus*, 19. *ff. de arbitris*, expreſsè determinat, debitorem cedentem bonis ſuis actiones activas, & paſſivas amiſiſſe: verba textus ſunt hæc: *Item ſi unus ex litigatoribus bonis ſuis cedat*, Julianus *lib.* 4. *digeſtorum*, *ſcribit non eſſe cogendum arbitrum, ſententiam dicere, cum nec agere, nec conveniri poſſit:* id ipſum probatum *in l.* 4. *ff. de ceſſione bonorum*, & per eadem jura idem deciſum fuit in Capella Tholoſ. *quæſt.* 249. & *quæſt.* 136. Brunus *de ceſſione bonorum*, *quæſt.* 17. affirmantes quod qui bonis ceſſit, nec agere, nec conveniri poſſe. Theſaurus etiam *in deciſ.* 201. *ſub. t.* 7. Bald. *d. l. ſi unus princip. ff. de arbitris.* Joan. de Platea *in* §. *fin. inſtit. de actionibus.* Natta *conſ.* 440. *lib.* 2. & generaliter, quod cedens bonis careat actione ad 24
agendum, videndus latiſſimè Guzman. *de evictionibus. quæſt.* 39. *a nu.* 131. *cum ſeqq.* Ergo ſi debitor cauſans concurſum, & bonis cedens dominium bonorum amiſiſſe dicetur, cum ad ea actione careat, nec in eam dirigi ab alio poteſt, jam Dominus eorum non eſt, & à dominio per conſequens ex facto ſuo cecidit.

Urget difficultas ex hactenus dictis, quoniam hic 25
debitor alienandi poteſtate privatur, formato jam à ſe concurſu, cum ſit dominii attributum liberè de re ſua quemque diſponere, *l. in re mandata*, *C. mandat.* & ex definitione dominii hoc ipſum probatur, ergo per concurſum & ceſſionem dominium amiſiſſe, & proprietatem bonorum ſuorum, dicendum eſt.

Fulcitur ulterius quia hoc verbum *ceſſio*, juxta 26
ſuam propriam ſignificationem, dominii tranſlationem ſignificat, cum ſit verbum quod ex ſua proprietate tranſitum juris, vel actionis de uno in alium denotat, Ulpianus *in fragment. verbo*, *à jure ceſſio*, Briſſonius *de verbis juris*, *verſ. ceſſio.* & ipſe *in lib. ſelectar. cap.* 7. Othomanus *verb. alienare. & leg. duodecim tabular. cap.* 16. *tit.* 19. Guevara *in Topica Ciceronis* §. 16. *nu.* 26. Caſſanate, *conſ.* 10. *num.* 4. Marius Giurba *deciſ.* 14. *ante finem.* ubi idem dicit de verbo *dedit*, *admiſit*, *remiſit*, *tranſtulit*, *conſignavit*, *relaxavit*, 27
& *reſtituit*, ut ſingula dominii tranſlationem deſignent, poſt plurimorum Doctorum allegationem. Igitur videtur non hæſitandum, cedentem bonis in concurſu creditorum, dominium eorum, ac proprietatem amittere ex facto ſuo, ac voluntate propria.

Et potius comprobatur, quoniam fallitus, & cedens 28
bonis non poteſt bona ſua alienare prout abunde hactenus probatum eſt; at is qui alienare non poteſt nec actionem movere, nec rem in judicium deducere poteſt textus *in l. ait Prætor.* §. *quid ſit autem. ff. de jure deliberandi*, ibi: *eſt etenim abſurdum, ei cui alienatio interdicitur, permitti actiones exercere*, Phebus *deciſ.* 62. *nu.* 5. Cancer. *variar. reſol.* 2. *p. c.* 16. *nu.* 104. Perez Delara *de vita homin. cap.* 28. *n.* 31. & 32. reddentes rationem, ne talis prohibitus alienare, doloſè, & fraudulenter colludendo permittat contra ſe ferri ſententiam, & foret alia via admittere, quod una ſibi prohibetur, & facilè ei foret, hac cautela fraudare ſuos creditores.

Contrarium tamen verius dicendum, & tenendum, 29
immo debitorem cauſantem concurſum, & bonis cedentem, nec actiones activas, vel paſſivas amiſiſſe, ſed ei & in eum dirigi & liberè exerceri, & agi poſſe, ac ſi non ceſſiſſet, & per conſequens, nec dominium, aut proprietatem bonorum ſuorum interim pendente judicio concurſus & quouſque cum 30
effectu juxta ſententiam graduationis bona ſua, vel diſtrahantur, ut ex pretio creditoribus ſatisfiat, vel inter eoſdem, juxta debiti menſuram dividantur, diſtribuantur, & finaliter adjudicentur Judicis ſententia & determinatione finali.

Moveor ad ſic ſentiendum per textum ſingularem, 31
& unicum, in *l. is qui bonis* 3. *ff. de ceſſione bonorum*, qui utramque concluſionem probat, nempe interim debitorem cedentem dominio, & proprietate ſuorum bonorum non carere, nec actionibus ad ea competentibus, textus verba ſic ſe habent. *Is qui bonis ceſſit ante rerum venditionem, utique bonis ſuis non caret, quare ſi paratus ſit defendere, bona non veneunt.* textus etiam *in l. quem pœnitet bonis ceſſiſſe, poteſt defendendo ſe conſequi, ne ejus bona veneant ff. eodem tit.*

Concor-

32 Concordat *l.* 2. *tit.* 15. *part.* 5. ubi, *pero si el decedor, que huviesse assi desamparado lo suio, dijese antes que fuessen vendidos todos sus bienes, que los querra cobrar para façer paga a sus deudores, o para defenderse luego con derecho contra ellos, entonce non deben vender ninguna cosa de lo suio, ante decimos, que debe ser oido.*

33 Et in terminis, quod debitor cedens bonis, non desinat esse dominus ante illorum distractionem tenent ex *d. l.* 3. *ibid.* Bart. & Angelus, & ex *l.* 2. *C. eodem tit. de cessione bonorum*, Bart. Salicet. & Castrens. & *ibid.* Capella Tholos. *quæst.* 134. Brunus *de cessione bonorum*, *quæst.* 15. *principali per totam.* Cancer. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 50. Idem probant Gregorius *in Syntagm. juris. lib.* 22. *cap.* 11. *n.* 2. *part.* 2. Wesembecius *in paratitlis*, *d. l. is qui bonis*, *n.* 6. Gasparus Mansinus *in patrocinio debitor. decade* 2. *quæst.* 9. *n.* 60.

34 Cujus rei, & textus ratio est, quoniam in hoc judicio concursus, cessio facta per debitorem non est absoluta, nec talis, ut illico effectum sortitura sit; sed quædam permissio, & debitoris concursus ut sua bona vel vendantur, vel in solutum dentur creditoribus, non statim: sed postquam citati compareant,

35 & jura sua deducentes in judicium formatum vera esse probent, & sic conditionaliter cessio sit credi-

36 toribus, iis nempe, qui verè tales se esse ostenderint, interim enim incerta est cessio, & acquisitio creditoribus, qui jus dominii ad ea bona prætendere non possunt, nisi jus quoddam personale ad hoc ut vendantur & ex pretio sibi satisfiat juxta text. formalem, *in l. India.* 4. ibi. *Ut cessio bonorum admittatur notum est, non tamen creditoribus sua authoritate dividere hæc bona, & jure dominii detineri, sed venditionis remedio, quatenus substantia, patitur indemnitati suæ consulere permissum est, C. qui bonis ced. possunt*, prout latiùs diximus *cap. anteced. à principio*, *& n.* 10. *vers. eleganter tractavit*, & probatur *toto tit. ff. & C. de cessione bonorum.*

37 Sola enim administratio prohibetur debitori cedenti, imò, & ab ipsa abstinet, & abdicat. Paschas. *de virib. patr. potest.* 2. *par. cap.* 5. *sub.* 97. ex qua inferri non potest ad privationem dominii, sed imò ut suo nomine is qui bona administrat, exigat, colat, ex quo dominium debitoris cedentis magis confirmatur; non enim illud alienandi jus, & facultas ad dominii per-

38 fectionem necessaria est, cùm dominium perfectum absque alienandi facultate constare possit, ut inquit Baldus *in l. voluntas*, *n.* 10. *C. de fideicommiss.* sequitur Jaso *in l. si stipulatus fuero.* §. 1. *n.* 7. *ff. de verborum obligat.* Et plura in idem adducit Tiraquellus *de retractu convent.* §. 2. *glossa* 1. *ex n.* 41. *usque ad* 47. Molina *de primogen. lib.* 1. *c.* 16. *n.* 12. *& à princ.*

39 Ut videmus in aliis omnibus curatoribus minoris, absentis, prodigi & hæreditatis jacentis, de quibus latiùs *in cap. anteced.* quibus dominium rerum administratarum non quæritur, sed minoribus, prodigis, & omnino conservatur, & sua esse nullo modo desinunt, & signanter, quod in administratorem, non

40 transit dominium rerum probat post Rotæ decisiones Cencius *de censibus*, *quæst.* 67. *sub. n.* 30. *& n.* 31. immo plus dicit Gutierrez *de tutelis*, 3. *part. cap.* 7. *nu.* 7. quod isti sequestri & curatores bonorum non habentur loco domini, nec ejus personam repræsentant, sed habentur, loco simplicium custodum, & gestorum per *l. ei apud*, *l. licet ff. depositi*, & per Doctor. Parisiens. quem allegat.

41 Nec in curiam, & senatum, sub cujus protectione bona debitoris sunt, & ipsemet submisit custodienda, ut latius probavimus suprà *cap.* 19. *à principio*, & signanter *à n.* 10. *vers. eleganter tractavit.* &c. dominium

42 subintrat, quia protectio, & submissio, non arguit minium, ut latissimè probavimus *in tract. de supplicat. de Sanctiss.* 1. *p. cap.* 1. *à n.* 154. *cum seqq.*

43 Et hujus dominii retentio penes debitorem probatur per argumentum à sufficienti partium enumeratione: non acquiritur nec transit in creditores, ad quorum favorem, & commodum destinatur cessio, non transit in administratorem, non transit in senatum, & curiam: ergo penes debitorem remanet; quia dominia rerum in suspenso esse non possunt, nec sub incerto, 44 latissimè Molina *de primogeniis*, *lib.* 1. *cap.* 19. *à n.* 10. *& lib.* 1. *c.* 19. *per totum*, *l. fin. in fin. ff. commun. prædior. l. si ex duobus*, §. *sed. & Marcellus*, *ff. de in diem addictio.* Franch. Molinus, *de ritu nuptiar. lib.* 3. *quæst.* 17. *nu.* 6. Fusarius *de substitut. quæst.* 317. *n.* 66.

Et quia, quando jus in alium ceditur, & transfer- 45
tur, interim dum ei non acquiritur, pura juris impedimento, vel prohibitione, remanet penes transferen- 87
tem, *l. nec utilem*, *ff. ex quibus caus. majores*, *l. cum quis*, §. 1. *ff. de solution.* exornant latè Gomez *in l.* 45. *Tauri*, *n.* 24. Barbosa *de jure Ecclesiast. lib.* 1. *cap.* 39. § 3. *à num.* 40. *& seqq.* Giurba *decis.* 63. *num.* 5. Castillo *de usufructu*, *cap.* 69. *n.* 24. plura per Nos 57
supplicat. ad Sanctiss. 2. *part. cap.* 5. §. 4. *à n.* 18. *usque ad n.* 21.

Et ita communiter observari quotidie videmus de- 46
bitorem formato concursu, agere, & movere omnes actiones reales, & personales, & contra eum ab aliis motas dirigi, & cum eo principaliter lites prosequi, & substantiari, imo, & ipsimet creditores vocati ad concursum in eum principaliter dirigunt actiones, & jura sua, & quia ad hoc ipsum citantur, ut pluries di- 47
ximus *cap.* 1. *& seqq.* quam resolutionem veram firmat de Amatis *in decis.* 93. *per totam*, ubi ad partes disputat, & debitorem judicio concursus à se causato pen- 48
dente, posse actiones movere adversus suos debitores affirmat, sequitur Paschalis *de viribus patriæ potest.* 2. *par. cap.* 9. *n.* 57. cujus statim specialiter mentionem faciemus.

Hac tamen declaratione, ut quidquid debitor ipse 49
per hanc viam exegerit ab aliis, & consequutus fuerit, non tantum in sui utilitatem converteretur, sed ad commodum creditorum suorum, cùm ad ipsum actiones movere debitori permittatur, ita ut quidquid quæsierit in corpus bonorum concursus conferatur ad utilitatem, & satisfactionem creditorum, in quo praxis nullum dubium recepit unquam.

Nec huic verissimæ, & constanti resolutioni obstant 50
argumenta in contrarium adducta, non primum de quo suprà *num.* 24. *& seqq. & ex d. l. item si unus*, *ff. receptis arbitris*, quia procedit in cessione facta cum effectu, & in datione in solutum & traditione rei, vel 51
jam venditæ, & traditæ emptori; quia tunc cum amiserit debitor dominium, per consequens actionem activam & passivam, quæ in emptorem, & translatarium dirigi debent, & clarè colligitur ex eadem *l. cum seqq.* distinguentibus inter bona jam cessa per debitorem, & postmodum quæsita; & generaliter procedit in ces- 52
sione per dationem in solutum, quæ transfert dominium regulariter in cessionarium, & procuratorem in rem propriam, manentibus actionibus directis penes cedentem inutilibus, tamen ad exercitium, prout videre est usque ad refectionem per conclusiones, & limitationes apud Guzman *de evictionibus*, *cap.* 35. *à n.* 131. *cum multis seq.*

Et ita singulariter etiam respondet ad *d. l. si unus*, 53
Marcus Ant. Amato, *d. decis.* 93. & Paschal. *d.* 2. *part. cap.* 9. *num.* 57. quos post hæc scripta videmus si cui in hæc iste inquit: *& an cedens bonis possit actiones exercere contra suos debitores*; Vide Mar. Anton. Amato 54
decis. 93. *per totum* qui primo arguit, quod non *per text. in l. item si unus*, *si ex litigatoribus*, *D. de receptis arbitris.* Sed demum concludit, *quod si adhuc* 55
actus cessionis non est consummatus, *& bona nondum sunt vendita*, *nec occupata per creditores*; *dominium non censetur avocatum à debitore cedente*, *& per consequens non prohibetur interim agere*, *& actione experiri contra ejus debitores?* &c. Vides, quanta consonantia nostræ considerationi, & resolutioni isti Doctores loquuntur.

56 Roboratur ex eò, nam *ex d. l. ſi unus*, æqualiter diſponitur circa actiones activas & paſſivas, ſed videmus pendente concurſu debitorem contra ſe pati actiones motas à creditoribus, & ab aliis, qui ad bona à ſe poſſeſſa prætendunt: ergo pariter, & eodem modo ipſe contra alios ſuas actiones movere poterit, per argumentum à correlativis, & quia quando duo
57 caſus ſunt æq ipàrati à jure (prout in *d. l. ſi unus.*) diſpoſitum in uno, idem diſpoſitum intelligitur & in alio, ad latè per Nos tradita *in tract. de retent. Bullar.* 2. *p. cap.* 42. *n.* 8. *& cap.* 27. *n.* 44. *& cap.* 31. *ex n.* 21. *& ſeqq.*

58 Nec obſtat ſecundùm argumentum ſupra *n.* 25. quia non eſt concludens, nec applicabile, debitori cauſanti concurſum, prohibetur alienatio, ergo caret dominio: videmus enim in majoratus poſſeſſore cui rerum prohibita eſt alienatio, & tamen dominium habet inte-
59 grum in rebus majoratus, ad latè tradita per Molina *de primogen. l.* 1. *cap.* 19. *à nu.* 10. & ejus Additio. ibidem, *& lib.* 3. *cap.* 10 *num.* 6. *& lib.* 1. *cap.* 19. *nu.* 4. *& per totum*; quibus in locis varias applicat ſimiles doctrinas, plurimos laudat Doctores, Giurba *deciſ.* 79. *à n.* 37. *& ſeqq*; Gutierrez *lib.* 2. *practic. quæſt.* 17. *n.* 3. *& lib.* 3. *quæſt.* 89. *num.* 7. poſt Greg. Lopez, Peralt. Gomez, Covarr. Pinellum Velaſquez de Avendan. Pe-
60 laez à Mieres, & Padillante. Barboſa *in l. divortio* 1. *p. n.* 6. *ff. ſol. matrim.* Caſtillo *de uſufructu. cap.* 4. *num.* 3. Idem videmus in pupillo, furioſo, & prodigo, quibus licet alienatio prohibita ſit, & dominium tamen detinent, ex integris titulis.

61 Nec obſtat tertium, de quo ſupra *n.* 26. de ſignificatione verbi *ceſſio*, quod ſit tranſlativum dominii, cui facilis patet reſponſio ex jam dictis, & ex Doctoribus in argumento citatis, ut ſit verum; quando ſequuta fuit *ceſſio*, &c. quia tunc magis adaptari dicunt Doctores, ad dominii tranſlationem, quam ad dationem in pignus, ut & latius videre eſt ſupra *cap.* 10. *à n.* 3. *& inferius ibidem à n.* 18. *verſ. vides igitur quam*, &c.

62 Nec obſtat ultimum de textu in *l. ait. Prætor*, §. *quid ſit autem. ff. de jure deliberandi*, de qua ſupra *n.* 28. *verſ. fortius comprobatur*, quia procedit ubi abſolutè prohibetur alienatio: non tamen quando cauſativè, & reſpectivè ad favorem tantum alicujus, ut in noſtro caſu in
63 quo debitori concurſum formanti inter ſuos creditores, non prohibetur bonorum ſuorum adminiſtratio, nec alienatio niſi intuitu, reſpectu, & favore creditorum, atque ideo quando actionum commotio vergit in favorem, utilitatem, atque commodum eorum, prohibitio ceſſat ex doctrina gloſſ. & DD. *in l. quoniam in prioribus. C. de inofficioſo teſt.* Angelus *in l. fin. ff. de petitione hæreditatis*, & eſt textus *in l. filiis matrem C. de inofficioſo teſt. l. cum ex filio*, ibi Bar. & omnes *D. de vulgari.* cum latè traditis à Suarez *in d. l. quoniam fallentia.* 1. *in princip. & num.* 5. *gloſſa in auth. ut licet matri. & Aviæ verb. particip.* ſequutam à Jacobo de Belloviſo. *ibidem* Angelus. Idem Angelus *in auth. excipitur, C. de bonis quæ liberis*, Bald. *in l filiæ in fin. C. familiæ erciſcund.* Boerius *deciſ.* 194. *num.* 2. & 6. & alii *per* Gual. *de arte teſtam. tit.* 6. *cautela* 16. & ex pluribus, quos referunt Coſta *in* §. *& quid ſi tantum*, 5. *p. num.* 90. Menchaca *de ſucceſſ. creatio. lib.* 1. §. 19. *ex num.* 234. Caldas Pereira *in l. ſi curatorem*, *C. de in integrum reſtitut. de verſ. læſis. nu.* 146. conducunt plurimæ ſimiles doctrinæ cumulatæ per Doctor. Perez Delara *de vita hominis*, *cap.* 28. *ex num.* 26. *cum mul-*
64 *tis ſeqq.* videndus: etenim quidquid exigit debitor à ſuis debitoribus, vel recuperat de bonis ſibi pertinentibus, ab alio detentis, vergere in utilitatem ſuorum creditorum, non eſt dubium, cum omnia ſubintrent in corpus concurſus ut ex eis ipſi commodius creditores ſatisfiant, quod non obſcurè colligitur ex doctrina tenentium indiſtinctè debitorem cedentem bonis non poſſe movere actiones directas penes remanentes tanquam inutiles, ut ſupra *ex n.* 22. *cum ſeqq.* qui tamen dicunt, poſſe creditores denuntiare debitoribus cedentis, ne ſolvant debitori ſuo etiam poſt rem judicatam ante exactionem actualem, & rei judicatæ executionem, prout plures refert Trentacinq. *variar reſol. lib.* 3. *reſolut.* 27. *de reſolut. n.* 12. ergo jam ſupponunt duo præcisè: primum quod ad agendum habet actionem, quaſi careret debitore cedens, quocumque tempore poſſent creditores impugnare rem judicatam, ſive ante, ſive poſt executionem ſecundum quod hæc actionum interdictio quoad uſum ſolum tendit in favorem creditorum; ne agendo debitor in judicio colludat, ſive exactum conſumat, & diſperdat in eorum detrimentum; & palam, & bona fide; atque cùm creditorum interventum (quorum intereſt aſſiſtere liti motæ à debitore, vel in debitorem, & cùm eis ſimul tractandæ, ut in *antecedenti* 13. *num.* 53. *& 3. p. cap.* 13. *n.* 57.) & ad hunc effectum, ut in utilitatem creditorum credita exacta convertantur, & in corpus concurſus reponantur; non poſſunt impedire debitori cedenti bonis actionum ſuarum exercitium, aliàs exactionis dilatio ipſi, & creditoribus cauſaret detrimentum, quod foret incivile & abſurdum.

Non enim adquirere prohibetur is, cui ſuorum 65
bonorum adminiſtratio prohibita eſt, textus eſt ſingularis *in l. is cui bonis interdictum eſt, ſtipulando ſibi acquirere, tradere verò non poteſt, vel promittendo obligari; & ideo nec fidejuſſor pro eo intervenire poterit: ſicuti nec pro furioſo, ff. de verb. obligat.*

Et contractus prohibitus favore alicujus poteſt fieri, 66
ſi ei utilius ſit prout ex juribus & Doctoribus, probat Molina *de primogen. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 4. latiſſimè plurimos referens tenet Matienzo, *in l.* 2. *tit.* 13. *gloſſa.* 1. *ex n.* 13. *& ſeqq. lib.* 4. *recop.* idem etiam eſt in iis quibus prohibetur alienatio abſque ſolemnitatibus, ut alienatio abſque ea ſuſtineatur, ſi ſit utilis per onæ prohibi- 67
tæ, plurima, ſingularia jura, atque Doctores congerit Caſtillo, *controv. tom.* 4. *cap.* 61. *ex num.* 2. omnino videndus, qui omnes loquuntur in minore, Ecclefia, muliere uxorata, & majoratu.

Sed eſto, quod actiones, nec dominium debitor 68
cauſans concurſum amittit: an ſaltim poſſeſſionem ſuorum bonorum amittere dicatur, & in creditores, vel adminiſtratorem tranſtuliſſe, res eſt ſummæ difficultatis, quantum ad creditores vera eſt reſolutio, quod bona concurſus poſſidere creditores non dicantur, cum 69
licet ad eorum commodum, & utilitatem dimittat, & conſignet debitor omnia bona ſua, hoc tamen non ſit, ut illis tradantur, ſed ut ex illis ſolvantur, vel in ſolutum dentur poſt ſententiam graduationis, non tamen interim bona eiſdem traduntur, ſed pro eorum ſecuritate deponuntur, & ſequeſtrantur, immo licet eiſdem ſtatim traderentur, adhuc lite concurſus pendente, jure creditoris poſſiderent, & haberent in pignus non ſibi, nec jure proprio; ſed nomine debitoris qui 70
verè dominus eſt, & poſſeſſor rei pignoratæ traditæ creditori, *l. ſi dominium. C. de pignoribus*, *l. ſi ſervus depoſitus.* 22. §. 1. *de noxalibus*, textus *in l.* 1. §. *per ſervum. el* 2. *ff. de acquir. poſſeſſ.* quod & plurimi exornant Doctores, citati ſuprà *c.* 11. *à n.* 14. *verſ. & quod creditor qui rem*, &c. ideo certiſſimum eſt, quod reſpectu creditorum qui nullo modo rerum pignoratarum poſſeſſionem propriam habent, nec ſibi poſſideant, debitor non amittit poſſeſſionem intuitu concurſus à ſe cauſati.

Difficultas tamen, & non levis verſatur circa ad- 71
miniſtratorem, in quem bona debitoris deponuntur à judice, & ſequeſtrantur de voluntate, & concurſu debitoris illis cedentis; ſupponendo, quod in jure promiſcuè ſequeſtrum appellatur depoſitum judiciale, & per plura jura notat D. Pichar. *in* §. *præterea*, *ex num.* 27. *inſtit. quibus modis re contrahen. obligatio.* & probatur *in l. licet*, §. *rei depoſitæ*, *ff. depoſiti*, *& in l. intereſſe puto*, *ff. de acquir. poſſeſſ. cap. examinata de judiciis*,

judiciis, cap. 1. & 2. de sequestratione possess. & fruct. & est videre ex iis, quæ Hermosilla *ad d. l. 2. tit. 5. glossa 1. n. 9. part. 5. & n. 7. tom. 2. fol. 180.*

72 Sed an in sequestrum transeat possessio rei sequestratæ: illa est communis inter omnes distinctio, inter sequestrum, apud quem res deponitur, possessio transeat; juxta textum *in l. licet, §. rei depositæ, ff. depositi*, ibi *Rei depositæ proprietas apud deponentem manet, sed & possessio nisi apud sequestrum deposita sit*, (quæ ultima verba non ad rem ipsam, sed ad verbum *possessio*, quod immediatè præcessit referri debent,) *nam tunc demum sequester possidet, id enim agitur ea depositione, ut neutrius possessioni id tempus procedat*, id est profit, quia habuit animum dimittendi, & in sequestrum transferendi.

74 At quando sequestrum est necessarium, hoc est, cogente judicio, non transeat possessio in sequestrum, apud quem judex deponi jubet, sed penes deponentem remanet, nisi evidens sit animus, eam simul dimittendi, quo casu procedit *interesse puto, quod mente apud sequestrum res deponatur, nam si dimittendæ possessionis causa hoc apertè fuerit approbatum, ad usucapionem ejus possessio ejus partibus non procedat, at si custodiæ causa deponatur, ad usucapionem eam possessionem procedere constat.* Atque adeò utrumque distinctionis membrum probatur apertè *d. c. licet, §. re deposita.* Sicut hæc duo jura communiter conciliant plures Doctores relati Castillo *controvers. lib. 3. cap. 16. à num. 15. cum seq.* à quo tamen cave qui extra communem alium, & absonum intellectum juris regularis regnantem attribuit latè Amador Rodriguez *de privileg. credito. 1. part. artic. 5. à num. 9. cum seqq.* Doctor Pichard. *in §. præterea instit. quibus modis re contrah. obligat.* Menochius *de retinend. possessione remedio 3. à n. 86.* Carocius *de sequestro, part. 1. quæst. 4. à n. 4.* Gamma *decis. 277. n. 3. & decis 321. n. 3.* Azeved. *ad rubricam tit. 12. n. 7 num. seqq. lib. 4. recopilationis.* Caldas Pereira *quæstionum forens. lib. 4. quæst. 21. num. 3.* plures alios hanc sequentes distinctionem referens sequitur Augustin. Barbosa *de jure Ecclesiastico l. 3. cap. 12. à n. 233. cum seqq.* quos omnes consule pro latiori articuli cognitione; de hac quæstione per varias distinctiones videbis suprà *c. 13. §. unio ex n. 27. cum multis seqq. vers. quibus suppositis non obstant*, &c, ubi per plura resolvimus administratorem concursus non possidere.

Ex qua resolutione sequi videtur, quod in administratorem sequestrum, & depositarium bonorum 75 concursus, omnis transeat possessio, cum sua propria voluntate cedendo bonis à se abdicat debitor, & non cogente judice, nec jubente, ipse deprobat, ex quo sequestrum, & depositum voluntarium dicitur ex juribus, & Doctoribus citatis.

Sed nihilo minus contrarium verius est, immo ipsum debitorem retinere possessionem, sicut & pro- 76 prietatem bonorum suorum concursus; nec in administrationem transire, tum quia ipse debitor, ni- 77 hil expressè de deponenda possessione dicit; ut jura requirunt, ut transeat in sequestrum sed solùm ad custodiam dimittit res, & ejus administrationem, qua sola transit in administratorem, nec actus ad aliud destinatur, nisi, ut eis venditis satisfiant creditores, nec super ipsis bonis, nec in possessione, aut proprietate his vertitur, ut superiùs diximus. 78 *Et ideo consensus, & voluntas, quæ inducitur ex facto alicujus, non extenditur ultra id, quod de necessitate inducitur ex ipso facto*, Nos *de supplic. ad Sanctiss. 2. part. cap. 13. num 75*, & semper, quod ad solam custodiam fit sequestrum, & depo- 79 situm in sequestrum non transit possessio, ut ex Bart. *in d. l. interesse, num. 1.* Rebuffo *in constit. Gallic. 3. tom. tit. de sequestro, num. 19.* Carrocio *de sequestro. 1. part. quæst. 14. numer. 11.* tenet Hermosilla *ad l. 51. tit. 3. part. 5. glossa 4. n. 7.* & est expressa pro hac limitatione *d. l. interesse puto, in fine.*

Nec ex eo, quod sua debitoris voluntate etiam ex- 80 pressa sequestratio fiat, desint esse præcisa, & necessaria, cum statim, quod formetur concursus, sequestrum apponitur judicis officio, & ad id astringitur debitor, & sufficit posse quem compelli ad actum, 81 ut dicatur involuntarius, etiamsi sine actuali compulsione fecerit, ut per Innocent. & Abbat. *in c. cum in jure de officio delegati*, tenet Aufrer. *in decis. Tholosa quæst. 42. requisitus.* Rebuffus *in commentar. 2. part. de tit. inquisitor.* Glossa 3. *num. 10. Nos in comment. de Regia protect. 3. part. cap. 13. à num. 64. l. 3. §. qui armati, ff. de vi, & vi armata*, 82 ibi. *Sufficit enim terror armorum, ut videatur armis dejecisse.* latissimè Nos. *in comment. de supplicat. ad Sanct. 1. part. cap. 19. à num. 13. & seqq.* & actus ex necessitate factus, non judicis consensum, plures per Mierez *de majoratu 4. part quæst. 26. num. 27.*

Et quia licet sequestrum, & administrationis di- 83 missio, & abdicatio sit de essentia, & natura intrinseca judicii concursus, & legis ipsius præcisa, hæc tamen solum retendit ad custodiam, & administra- 84 tionem bonorum, & ad hoc limitata, ut sæpè diximus. Igitur debitor concursum formans solùm ligatur legibus ejusdem actus, & non ultra, Ruinus *cons. 86. n. 6. & cons. 145. n. 9. lib. 3.* Cravetta *cons. 75. n. 5. lib. 1. & cum aliis*, Surdus *cons. 42. n. 6. lib. 1.* Cencius *de censib. quæst. 109. n. 29.* ergo debitoris concursus restringi debet ad naturam & leges actus quem gerit, non ultra.

Nec quod quis facit, ad quod juris dispositione 85 cogitur præcisè, sponte, & voluntarie fecisse dicetur, sed coactè. Aldovinus *cons. 15. n. 7. & cons. 70. n. 122.* Peregr. *cons. 12. n. 19. vol. 2.* Menochius *cons. 415. n. 18.* Tiraquel. *lib. 1. retract. §. 1. gloss. 1. n. 11. & lib. 2. §. 3. glossa 1. §. 12.* Negusant. *de pignor. memb. 1. p. 5. sup. n. 44.* Piner. *in l. 2. cap. 3. n. 13. C. de rescind. vendit.* Surdus *de alimentis, tit. 8. qu. 42. n. 53. & 24.* Giurba *dec. 76. num. 18.*

Qui enim sponte facit, id ad quod cogi poterat, di- 86 cit compulsus fecisse, quasi paria sint, facere coactè, vel metu coactionis, qui sciebat se cogi posse *l. novissime. D. quod falso tuto authore.* ibi comprobat Bald. Bar. *in l. creditor. vers. 3. quæro. D. de solutionibus* Abbas *in cons. 88. n. 4. l. 1. Decius cons. 25. col. 3. vers. & ib. in ista quæst.* latè Felinus *in cap. cum M. Ferramens. n. 21. de constitutionibus*, Magillius *de evictionib. quæst. 28. n. 7.* Rodrig. *de creditor. lib. 2. quæst. 16. n. 4. ad fin.*

Tum etiam, quia actus gestus ex necessitate juris, 87 & judicii non nocet generali, cui deficit consensus, & voluntas latissimè Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. glossa 18. à n. 39. & seqq.* & iterum §. 29. *gloss 2. num 2.* Hinc actus gestus juris necessitate non inducit concursum, latissimè Ripol. *variar. resolut. cap. 2. de recusation. à n. 95. cum multis seqq.* plura etiam per Mierez *de majoratu*, 4. *p. quæst. 26. n. 27.* Scaccia *de appellationibus, q. 17. limit. 2. n. 41. & 36.* ergo cum in debi- 88 tore deficiat animus, consensus, & voluntas dimittendi, & transferendi possessionem, nullatenus adquiritur administratori, qui dumtaxat, datus est custodiam, exactionem, locationes, & solutionem.

Quod & ab effectibus deduci potest, quoniam si 89 possessio bonorum concursus in administratorem transiret, posset jurisdictionem exercere, judices nominare, & rectores populorum, qui sequestrantur, ac etiam præsentare ad beneficia vacantia juris patronatus, annexi villis, & castris, seu fortalitiis sequestratis. Ex multis D. satis per Barbos. *de jure Ecclesiastico. d. 3. c. 12. num. 123. & seq.* horum tamen nihil transit in 90 sequestrum, & administratorem concursus, nec unquam exercere prætendit, sed horum jus honorificum, dominium, possessio & exercitium remanet integrè

grè penes ipsos dominos, debitores formantes concursum in creditores, prout quotidie experimur sine illa contradictione, cùm administrator non possideat ad latè tradita per Barbosam *loco cit.* quod indubiè tenendum est firmiter.

91 Sed hoc fallit in administratore, & curatore hæreditati jacenti dato, de quo superiùs curatore *post principium. n.* 3. *&* 4. qui potest præsentare ad beneficium vacans, cujus patronatus adhæret hæreditati, Vivianus *de jure Patronatus, lib.* 4. *cap.* 5. *n.* 6. *& lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 44. qui alios allegat, & post Campanill. & Riccium, Barbosa *de jure Ecclesiast. lib.* 3. *cap* 12. *n.* 230.

92 Quoad ultimum, an debitor, qui pendente concursu, à se formato, & administratore dato puniri possit criminaliter, si se ulterius ingerat in administrationem bonorum, semel dimissam, & abdicatam locando fundos, & domus: exigendo debita & fructus, seu pensiones, affirmativè dicendum est, non enim leve delictum, fraudem, dolum proximum stellionatui, &
93 falsitari committit, tum violando sequestrum à Senatu, & justitiæ ministris oppositum, in contemptum decus eorum.

Quod graviter punitur in jure. Mohedanus *decis.* 2. *de sequestrat. possess. & fructuum.* Petrus Gregorius Tholosan. *de beneficiis, cap.* 45. *n.* 22. Pavinus *de offic. & potest. capituli, prælud.* 7. *n.* 10. *vers.* 11. Hieron. Gonzalez *in regula de mensibus & al-*
94 *ternatio. glossa* 15. *n.* 59. Lancellot. Robert. *de attenta.* 3. *p. cap.* 28. *n.* 243. dicentes, violantem sequestrum appositum puniri pœna privationis beneficii ipso jure.

95 Nam post impositum decretum prohibitivum sequestri, parti non licet ingredi, nec attingere bona sequestrata tradunt Jason. *in l. si per possessionem. n.* 7. *C. de transact.* Menoch. *in præludiis de recuper. possess. n.* 24. Bald. *in l. nullus n.* 2. *C. de summa Trinit.* Felin. *in cap. cum super num.* 11. *de re judicata.* Bellamer. *decis.* 92. Rota *decis.* 5. *de restitut. spoliat. in decis. n.* 10. *ut lite pendente.* Lancellotus *de attentatis, cap* 31. *de pœnis attentato. num.* 51. *&* 67. Paz. *de tenut.* 1. *cap.* 10. *n. fin.*

96 Tum, quia bona destinata creditorum solutionibus, & à debitore ad ipsum dimissa & cæsa, quasi furtivè subtrahi contra creditorum voluntatem fidem eis præstitam frangendo qui tuti authoritate & protectione Senatus, in cujus manibus bona concursus apposita sint, vel potius deposita ad securitatem ipsorum, sub fide publica decepti reperiuntur contra tot juris dispositiones l. *Imperatorem, ff. de hæredibus instituend.*
97 ibi. *nec enim calumniæ facultatem ex principalis majestate capi oportet,* &c. nec enim hoc beneficium cessionis, & concursus concessum à jure pro miseris debitoribus sublevandis debet esse captiosum, & vinculum iniquitatis *l. Paulus* 8. ibi: *Prætor enim beneficium suum non vult esse captiosum ff. de Prætor. stipulatio. l.* 1. *C. de his qui ven. ætatis impetr.* nec remedium ad præsidium innocentium inventum debet esse vinculum iniquitatis. *C. suspectum, de appellationibus.*

98 Tum quia dolosè decipit, & fraudat secum contrahentes, putantes personam esse legitimam ad contrahendum & exigendum, cujus dolus refunditur in damnum solventium ei, minus legitimæ personæ, & ideo
99 iterum ad ipsum ab eis exigitur, tum quia est species stellionatus, dum bona, ut libera locet, cum aliis sint destinata, & sequestri vinculo affecta.

99 Pœna enim stellionatûs genericè habet locum in quolibet actu, gesto, in quo quis dolum commisit in alterius præjudicium, & pœna arbitraria punitur, abundè differit Prosper Farinacius *de delictis, tom.* 1. *quæst.* 19. *à n.* 33. *cum multis seqq.* & signanter *à n.* 35.
100 *qui num.* 37. eleganter dicit, quod quando materia contractûs est ordinata potiùs ad crimen, seu dolum committendum, quam ad nulliter contrahendum: tunc semper ex eo contractu agitur criminaliter ad pœnam stellionatûs: ubi etiam *à n.* 35. quod dolus de per se est delictum criminaliter puniendum.

Atque ita Senatus severè punire solet audaciam tantam debitoris, qui se inserit in administrationem, aut alienationem bonorum concursus, prout, dum hæc scribo, carceribus detentum habet quemdam nobilem virum, qui de hoc crimine accusatus fuit per creditores.

CAPUT XV.

Administrator ad bona concursus semel nominatus interim legitimè remotus vel sua sponte facta, & admissa demissione, vel alio accedente, qui meliorem conditionem attulerit; an & quando nominandi facultas ad Præsidem Cancellariæ libera vel præcisa devolvatur.

SUMMARIUM.

1 *Curator invitus nisi ex magna necessitate, nullus creari potest.*

2 *Administrator, qui semel bona concursus in sequestrum, aut depositum admisit, nisi causa superveniente judicis authoritate approbata, officium dimittere non potest.*

3 *Administrator munus administrationis assumendo, quasi contrahit, remissivè.*

4 *Sequestrum, & depositum acceptare quilibet cogi potest nisi habeat legitimam causam se excusandi.*

5 *Administrator semel electus ad bonorum concursus administrationem, non potest ab eo munere, nisi justa interveniente causa moveri.*

6 *Justæ causæ quæ sint ad removendum administratorem judicis arbitrio relinquitur.*

7 *Administratoris nominandi facultas, privativè penes Præsidem Cancellariæ residet, & quid quando vocat. vide num. seqq.*

8 *Si administrator antequam exerceat munus, mortuus est, vel dimittit officium, vel non invenit fidejussores, cum tunc nova non detur vacatio, ad Præsidem devolvitur administratoris electio.*

9 *Per solam nominationem sine exercitio, non acquiritur jus in re, sed jus ad rem tantum.*

10 *Per mortem vel dimissionem habentis ad rem, non dicitur officium de novo vacare, sed priorem vacantem continuari.*

11 *Si administrator, justa interveniente causa administratione privetur, vel ipse cum causa à Senatoribus probata eam dimiserit, ad Præsidem nominatio pertinet.*

12 *Facta administratoris nominatione, si territus comparet administrationem appetens, & meliorem conditionem offerens, in contradictorio judicio vincat, electio præcisa ad præsidem devolvitur.*

13 *Prælatus, qui liberè alicui contulit beneficium, si alius per sententiam evicerit illud, tenetur præcisè beneficium vincenti conferre.*

14 *Prælatus certæ personæ vocatæ, vel ex certo genere personarum tenetur beneficium conferre, cum non sit collatio libera.*

15 *De beneficiis Ecclesiasticis ad officia temporalia, & contra valet argumentum: quando non est contrarium in jure dispositum.*

16 *Præses Cancellariæ precisè tenetur expedire titulum administrationis, qui in contradictorio judicio munus administrationis ejicit.*

17 *Nominandi administratorem ad bona concursus qui potest, semper consensum omnium creditorum, vel majoris partis sequi tenetur.*

Admi-

48 *Administratio non datur debitori ipsi, vel cui creditorum, offerentibus gratis administrare in omnibus specialiter citatis, ac omnibus vel eorum majori parte expresse consentientibus.*

QUæritur, *an invitus curator fieri potest? Cassius scribit neminem invitum cogendum fieri bonorum curatorem, quod verius est, voluntarius itaque quærendus est, nisi ex magna necessitate, & Imperatoris arbitrio hoc procedat, ut invitus curator creetur.* verba sunt Ulpiani *in l. 2. §. quæritur ff. de curatore bonis dando*, concordat *l. in civili C. de bonis author. jud. possid. l. filius fam. ff. de peccatoribus*, & Glossa *verb. necessitati*, inquit, compellendum administratorem bonis nominatus, si voluntarius deficit, ne bona destruantur, dissipentur, ut statim dicemus.

2 Tamen administrator qui semel bona concursus in sequestrum, aut depositum acceptavit, non potest sponte sua officium dimittere & deponere, nisi justa causa superveniente allegata, & judicis authoritate interveniente, probant per *l. fin. §. sint autem, vers. per suam interlocutoriam, C. de bonis authorit. judicis possidendis.* Bart. *in l. si velit.* Jason *in l. si fidejussor, 7. §. fin. num. 4. & 5. qui satisdare cogantur*, Bald. *in rubric. depositi*, Curtius *in. l. un. C. de sequestratio. pecun.* Cardin. *in Clem. 1. q. 21. de sequestratio. pecun.* Cardin. *in Clem. 1. q. 21. de sequestratio. possess. & fructus*, Matthias Collerius *de processibus executivis, cap. 11. part. 3. n. 9.* Tiraquel. *de retract. convent. §. glossa 7. n. 5.* Carrocius *de sequestro 1. part. quæst. 55. quæst. principali.* Hermosilla *in l. 2. tit. 3. part. 5. glossa 6. à principio, tom. 1. fol. 191.* Molina *de just. & jure, tract. 2. disput. 522. ad finem* Trentacinq. *variar. resolut. lib. 3. resolut. 12. de solution. sub. n. 6.*

3 *vers. tertio modo sit ad petitionem sequestri*, &c. *fol.* 103. Gratianus *discept. forens. cap. 127. num. 19.* reddentes rationem, quia dictum munus assumendo, censetur quasi contrahere, Nos *in nostris comment de Regia protect. 2. part. cap. 16. n. 69.* per textum *in l. ei apud quem, §. fin. ff. deposito.*

4 Et quamvis sequestrum acceptare quemlibet cogi posse juxta Baldi doctrinam *in l. 1. in fin. ff. ubi pupill educari debet.* Curtius Junior. *in l. 1. C. de prohibita sequestra. pecuniæ. quæst. 2.* Gregorius *syntagm. juris lib. 23. cap. 3. n. 30.* Tiraquellus *de retractu. 2. part. §. 4 glossa. 7. n. 4. in fin.* Carrocius *de sequestro. 1. part. 4. q. 5. q. principali.* Joseph Ludovicus *decis. 52. n. 8.* Baëza *de decima tutor. cap. 10. n. 23.* Didacus Perez *in l. . tit. 10. quæst. 6 lib. 5. ordinam.* tamen id debet intelligi, deficiente causa legitima excusandi, quia tunc indistinctè cogendus erit acceptare sequestrum, & depositum, ut expressè limitant Azevedus *in l. 1 tit. 12. lib. 4. recopilat. n. 16.* Gutier. *de tutelis, lib. 2. cap. 8. n. 6.* Hermosilla *in d. l. 2. d. glossa 6 n. 6.* & probatur *in d. l. 2. §. quæritur. ff. de curat. bonis dando*, suprà citato *n. 1.* quæ juxta hanc distinctionem intelligenda erit.

5 Ita pariter administrator semel electus ad bonorum concursus administrationem, non potest, nec solet mutari, nec ab eo munere amoveri sine justa & legitima causa. Latè probant Petrus Surdus *in cons. 411. in fin.* Gratianus *discept. forens. tom. 1. cap. 167. n. 28.* Nos *de regia protectione, 2. p. c. 16. n. 68.*

6 Quæ autem justæ causæ sint, ex quibus Judex moveri debet, ad removendum ab administratione ejus justo arbitrio relinquuntur, argumento *l. 3. §. fi tutor. ff. de excusat. tut.* ibi: *generaliter, si qua justa causa.* latè Paulus Montanus *de tut. & curat. cap. 26. à princip.* & per regulas sequentes *ejusdem cap.* ubi sigillatim scribit causas legitimas, ad removendum administratorem à munere administrationis, & quando officialis officii administratione privari, aut removeri debet, vide multa per Giurbam *in cons. 44. numer. 4. 14. & 15.*

His suppositis, qui dicendum, quando vacet munus administratoris jam nominati, an ad regulam Senatus, in qua lis concursus pendet, an ad dominum Præsidem ejusdem Senatus, & Cancellariæ devolvatur alium eligendi facultas, certum est enim apud Nos quod nominatio administratorum ad dominum Præsidem privativè pertinet regulariter, prout expressè cavetur in schedula Regia quam ad litteram adduximus supra *c. 13. n. 59.* quæ de hoc stylo, & praxi testatur: quod igitur in dubio proposito, quando semel nominavi, & vacavit munus dicendum erit, tres casus distinguendi sunt ad certam cognitionem.

Primus est, quando administrator nominatus à præ- 8
side, anteaquam exerceret munus, vel mortuus, vel dimittit officium, vel fidejussiones non invenit, nec præstitit, & ad Præsidem devolvitur iterum facultas alium nominandi, quia vacat, ut prius, nec administrationis 9
novæ tunc datur vacatio, sed eadem est cum prima quia per nominationem, sine exercitio non adquiritur jus in re in officio, sed jus ad rem dumtaxat, & per 10
mortem, vel demissionem habentis, jus ad rem, non vacat officium, sed continuatur prior vacatura, quæ adhuc extincta non est, ita latissime videre est per Gonzalez. *in regula demensi, & alienati, glossa 15. §. 2. à n 1. & seqq. & per totum §.* abundè etiam per Garciam *de beneficiis. 4. p. c. 3. à n. 6. cum seqq. & n. 22. & à num. 41.*

Secundus casus est, quando administrator privatur 11
administratione, ex aliqua justa causa, quæ talis apparuit Senatoribus coram quibus lis concursus pendet, vel aliter ipse administrator justam causam deduxit coram Senatoribus prædictis ad demittendam administrationem, & fuit admissa, juxta superiora præmissis *hujus cap.* proposita: & tunc nova datur vacatio, quæ simul devolvitur ad illum qui jus nominandi habet, & sic ad Dominum Præsidem Cancellariæ, ut probant Gonzalez; & Garcia *in locis cit.* & iterum Gorcia *de 4. p. c. 2. à princip.* quia est nova vacatio, & sic non pertinet ad Senatores illius aulæ, in qua pendet lis creditorum.

Tertius casus erit, quando inter administratorem 12
jam nominatum, & alium contenditur super ipsa administratione, ad quem debeat pertinere, & pro alio ex iis declarant Senatores, ad unum pertinere, vel quando etiam jam exercente administratore nominato, tertius accedat meliorem conditionem afferens, puta quod vult administrare, vel cum minori salario, vel forte absque eo, vel quod vult assistere in curia, vel in ea apponere personam, quæ suo nomine solvat creditoribus, ut istis facilis sit cùm sit negotiatio ad evitandas molestias, juxta latè tradita suprà *c. 13. à n. 59. vers. ex eadem ratione Senatus*, &c. cui prætentioni vel assistunt creditores vel eorum major pars, vel non resistunt, nec citati contradicunt suum commodum, & utilitatem agnoscentes; & tunc si Senatores causa cognita, ad quos cognitio præcisè pertinet, declarent, priorem removendum, & secundum admittendum, illis præcisè per Præsidem facienda est collatio, & titulus dandus, nec potest alium nominare, ad sui libitum, & arbitrium, quia mediante justitia nominatio ad eum non devolvitur libera, sed præcisa, & taxata, seu restrictè ad hunc qui sententia in contradictorio 13
judicio pro se obtinuit prout videmus in prælato, qui libere contulit beneficium alicui; quod alius postea cum possessore litigans evicit per sententiam, rem judicatam, ut tunc hujus vincenti prælatus teneatur titulum, & collationem præstare, quia præcisa, & non libera ad eum devolvitur conferendi potestas, vulgere est.

Vel quando ex fundatione, statuto, aut consuetudi- 14
ne, certa persona, aut certum genus personarum ad beneficium vocatur, quia tunc huic præcisè, non alteri, prælatus tenetur conferre, cum sit præcisa non libera conferendi potestas, sed immò dicitur collatio necessaria, latissimè

latissimè tractat, & resolvit post magnam Doctorum catervam, & Rotæ decis. Nicolaus Garcia *de beneficiis, 7. p. cap. 15. per totum.*

15 Nec mireris doctrinas loquentibus in beneficiorum collatione Nos uti, & trahere ad collationem officiorum, cùm de beneficiis ad officia temporalia, & è contra valet argumentum, & promiscuè utimur, quando in aliquo casu specialiter non sit contrarium in jure depositum: probant multi Doctores Baldus *in decis. 29.* Riccius *in collectan. 498. p. 5.* Castillo *controversiar. tom. 6. c. 178. sub. n. 16. vers. & quamvis Palatius Rubius*, &c. Cabedo *decis. 20. à principio.* ipse Cabedo, qui plures Doctores ad id laudat. in *1. p. decis. 31. n. 2.* Mastrillus *de Magistratibus lib. 1. cap. 25. à n. 10. & supra tom. 1.* Barbosa *in locis localibus, loco 14. & loco 77. & de appellativa verb. signific. appellatio 17.* qui alios plures allegat.

16 Arque ideo concludendum erit in hoc tertio, & ultimo casu, Præsidem præcisè teneri, expedire titulum administrationis ei qui per justitiam in contradictorio judicio evicit minus administrationis ex causis superius relatis, aliisve similibus prout quotidie observatur, & practicatur in hac regula cancellaria Vallisoletana; maximè stante consensu creditorum, vel majoris partis eorum, quem omnino semper tanquam præcipuum is
17 (ad quem nominandi administratorem ad banna concursus pertinet) sequi debet, juxta jura expressa per Nos adducta supra *c. 13. vers. unum tamen circa hanc, &c. à n. 14. cum seqq.* ubi ad propositum multa scitu dignissima reperies.

18 Quartus casus erit, quando debitor vel aliquis creditor petit removendum administratorem jam administrantem, vel jam nominatum à Præside, eo quod ipse vult administrare bona concursus absque salario; imò gratis, fidejussionem idoneam dare solvendi creditores, quia tunc Senatores non possunt removere præfatum administratorem jam nominatum, & debitorem, & vel aliquem ex creditoribus admittere sic offerentem, nisi prius personaliter citatis omnibus creditoribus, ita ut non sufficiat citatio facta procuratoribus creditorum astantibus in judicio concursus, ac simul tunc accedat expressus consensus creditorum, vel majoris partis eorum, nec sufficere consensum expressum procuratorum, non habentium speciale mandatum ad sic consentiendum: prout expresè determinavit Regia schedula, quam ad litteram adduximus supra *cap. 13. n. 59.* ubi ad finem ita ait. *Que ninguna sala de esta Audiencia pueda dar ni remover estos administradores o los dueños de los estados y majorazgos, ni alguno de los acreedores, aunque se ofrescan a administrar dehalde, y de las dar Fiancas, y de pagar a so acrehedores sino fuere veniendo en ello, y consentiendo expresamente todos los acrehedores, o la major parte dellos, quien se les ha de notificar en persona, y no ha de ser bastante le acetacion consentimiento de los procuradores, sino es teniendo poder special para kaçer el dicho consentimento*, &c. dicta communiter, & quotidie practicatur.

CAPUT XVI.

Judicium concursus inter creditores partim agentes ex instrumentis exequibilibus, partim illis carentes; an totum reddatur executivum, vel totum ordinaria via, ut divisim, & seorsum peragendum.

Et an sententia graduationis, quoad omnes lata per appellationem in totum suspendatur, vel quando quoad omnes sit indistinctè exequenda.

SUMMARIUM.

1 *Creditoribus concurrentibus in concursu, aliis viam executivam habentibus, aliis via ordinaria agentibus; an totum judicium separatim in eos sit agendum.*

2 *Vel, an omnium creditorum causæ, amissa natura viæ ordinariæ, natura vestiantur judicii executivi, ut pari passu ambulent.*

3 *Prioritas sententiæ, quando inter creditores præferatur prioritati emptoris.*
L. 11. tit. 14. part. 5. ponderatur ibid. respondetur. n. 48. & seqq.

4 *Creditorum personalium causæ ad petendum credita concurrentium, separatim debent tractari, nec earum una alterius definitivam impedit.*

5 *Creditor, qui prius sententiam contra debitorem obtinuit, in exactione præfertur aliis ejusdem generis creditoribus, quorum causæ nondum sunt finitæ, attenta solum prioritate sententiæ.*

6 *Creditores personales, qui eodem tempore sententiam obtinuerunt, æqualem habent exactionem in bonis debitoris.*

7 & 8. *Creditor, qui prævenit in exequendo sententiam etiam simul in aliorum creditorum favorem latam, an istis, qui executionem non petierunt, præferatur.*
Attentè, & cautè legendus Castillo circa hunc articulum. ibid.

9 *Executiva causa differri non debet ob causam ordinariam, vel ab aliis præpositam, concurrentem, respondetur. n. 43.*

10 *Executiva causa non retardatur per reconventionem in eodem judicio deductam.*

11 *Nullitas contractus in judicio deducta non impedit executionem instrumenti, de cujus nullitate tractatur, respondetur. n. 46.*

12 *Argumentum valet de corpore mystico, ad corpus naturale, remissivè respondetur. n. 47.*

13 *Quando qualitates diversæ, & plurium personarum jura in una persona concurrunt, actiones unius qualitatis non confunduntur cum actionibus alterius.*

14 & 16. *Si propter individuitatem judicii concursus via executiva, & ordinaria separari nequeant, an eo casu via executiva, ut privilegiata prævalere debeat, & ad se trahere ordinariam. respondetur. num. 48.*

15 *In individuis causa, & persona privilegiata trahit ad se causam, & personam non privilegiatam.*

16 *Si judex causam ordinariam executivæ proponat, gravamen hoc appellabile est.*

17 & 18. *Creditores partim habentes viam executivam, partim ordinariam in judicio concursus concurrunt, totum judicium efficitur ordinarium, & ordinaria via est peragendum.*
Eandem litem simul tractari via ordinaria, & executiva impossibile est. ibid. & 34.

18 *In judicio concursus uti individuo omnes creditores concurrere debent.*

19 *Judicium concursus habet se ad lites motas, & movendas, sicut caput respectu membrorum.*

20 *Via executiva in concursu universali nihil prodest creditoribus, cum universali jure eorum in proprietate agatur ad credita consequenda.*

21 *Via executiva non convenit concursus judicio, in quo nihil remanet, quod alteri judicio possit reservari.*

22 *In judicio concursus disceptatur an creditoribus debeatur, vel non, & quis eorum sit præferendus, atque ideo de totali jure, & proprietate debiti.*

23 *Prælationis judicium inter creditores requirit viam ordina-*

ordinariam, quæ possibilis non est ei via executiva, nec adest instrumentum ex quo censetur.

Debitor jus prælationis nec agendo, nec excipiendo potest in judicium deducere, quod creditoribus inter seipsos, non sibi competere potest, nec in eo aliquod habet in esse, ibid.

Concursus creditorum ubi adest, duæ oriuntur lites, altera respiciens jus debiti, altera prælationem requirentem ordinariam cognitionem, ibid.

24 *Prælationis jus creditoribus inter ipsos, non debitori pertinet.*

Debitor non potest creditori opponere quod sit posterior in hypotheca, nisi prior creditor debitori inhibeat, ne solvat, ibid.

Debitor nullum interesse habet in prælatione creditorum, ad quem solum omnibus solvere spectat, ibid.

L. 2. C. de pignoribus dispositio, in favorem secundi creditoris fuit introducta, quia uti non potest debitor, ibid.

Debitor intromittere se non potest jure privativo creditorum, ibid.

Prælationis privilegium in favorem creditorum, non debitoris, introductum fuit, ibid.

Possessio translativa de qua in l. 45. tauri fuit inducta in favorem legitimi successoris contra quem eo uti non potest tertius, ibid.

Sententia per unum creditorem contra debitorem obtenta, potest à cæteris creditoribus impugnari, & fraudem ac collusionem opponere, ibid.

Sententia obtenta ab uno creditore contra debitorem cæteris non citatis præjudicat, ibid.

Concursu pendente omnes aliæ lites motæ contra debitorem, non solum cum eo, sed etiam cum creditoribus sunt tractandæ, ibid.

Judicium universale concursus diversum, & separatum est à judiciis particularibus alibi à creditoribus intentatis, ibid.

In judicio universali agitur de totali jure creditorum, & de proprietate crediti, ibid.

25 *Creditor qui in via executiva extra concursum agens obtinuit contra debitorem, ut exactio actualis fiat remittendus est ad concursum.*

In via executiva extra concursum non contenditur de creditorum prælatione.

26 *Creditori conditionali, quomodo, & qua forma satisfieri debet de bonis concursus & qua ratione, ibid.*

27 *Creditor censuarius qua ratione potest pro sorte, & decursis in judicio concursus comparere remissivè.*

28 *Judicium concursus, in quo concurrunt creditores, alii habentes viam executivam, alii ordinariam, totum efficitur ordinarium.*

Judicium creditorum ex omnium juribus componitur, & unum continens indivisibile conficitur, ideo omnium una debet esse natura, ibid.

29 *Una, eademque res non debet diverso jure censeri, nec è contrario.*

Textus in l. cum qui ædes. D. de usucapionibus, cum aliis, exornatur remissivè, ibid.

30 *Unitorum unum est judicium, una instantia, pari casu ambulant, & una sententia terminantur.*

31 *Creditorum jura cum incorporentur in judicium concursus, illius naturam assumere debent.*

32 *Unitum alteri tanquam principali, illius naturam assumit propria amissa.*

33 *Quod accedit alteri, illius pars dicitur verè, vel fictè, & illius sequi debet judicium, & naturam.*

34 *Unum idemque judicium eodem tempore non potest esse ordinarium, & executivum.*

Qualitates diversæ concurrentes, altera cedit potentiori, & sic via executiva ordinariæ, ibid.

35 *Causa executiva facilè convertitur in ordinariam, non verò contra.*

Omnium causarum judicium regulariter est ordinarium, ob favorem plenariæ cognitionis, ibid.

36 *Executiva causa, quæ semel amisit suam qualitatem privilegiatam, nunquam eam recuperat.*

Causa executiva semel effecta ordinaria, semper remanet ordinaria, & appellabilis, ibid.

37 *Judicium concursus formatum à debitore, est pars principalis, quæ ad se trahit omnia cujuscumque qualitatis sint.*

38 *Reconventionis causa, conventionis naturam assumit; licet illa sit summaria, & executiva: si conventio est ordinaria de utraque plenariè cognoscitur.*

39 *Causæ, quæ simul in uno judicio ordinario tractantur, omnes principalis natura & privilegiis vestiuntur.*

40 *Creditorum jura in judicium principale concursus corporantur, & simultaneo processu ratione individuitatis, terminantur.*

41 *Debitor commnnis legitimè causans concursum inter creditores, cum omnibus eandem litem indistinctè format, & in via ordinaria prosequitur, & æqualiter terminatur, ex praxi omnium tribunalium.*

42 *Traditur doctrina Gundisalvi de Paz.*

43 & 44. *Explicatur Gundisalvus & traditur differentia inter concursum particularem formatum, inter ipsos creditores absque debitoris interventu & concursum universalem causatum ab ipso communi debitore. 72. & 73.*

45 *Concursus judicium universale plenariam exigit causæ cognitionem in via, & terminis ordinariis, ut testatur Villadiego.*

46 & 47. *Joannes Parladorius, Pareja, & alii ab eis relati debent intelligi in judicio particulari creditorum, non in universali concursu à debitore formato.*

48 *Respondetur argumentis contrariæ sententiæ à n. 3. adductis & explicatur textus in d. l. 11. tit. 14. part. 5. n. 48. & seqq.*

49 *Prælatio non datur inter creditores personales, sed ille præfertur in solutione, qui primus obtinuit sententiam. Vigilantibus, non dormientibus jura subveniunt, ibid.*

50 *In universali concursu creditorum non datur anterioritas sententiæ, sed in sententia graduationis simul omnes causæ terminantur.*

51 *Creditores personales, ex sententia graduationis non præferuntur aliis ejusdem gradus, etiam si prius exegerint; sed pro rata dividitur inter omnes.*

52 *L. 11. tit. 14. part. 5. & si intelligamus de creditoribus inter se concurrentibus, adhuc distinctio viæ ordinariæ, & executivæ habenda esset, non de simultaneo processu omnium causæ tractandæ.*

53 *Reconventio opposita viæ executivæ seorsum tractatur, ne fiat injuria actori habenti executionem.*

54 *Reconventio, quæ est summaria concurrens cum ordinaria istius natura vestitur, & in ordinariam convertitur.*

55 *Viæ executivæ incidentes in concursum universalem, quo plenariè agitur, hujus naturam assumunt, propria amissa, & suffocata.*

56 *Instrumenti habentis executionem paratam effectus non impediuntur ab rescissionem illius, in via ordinaria motam.*

57 *Qualitates separatæ in una persona concurrente, non confunduntur.*

58 *Respondetur ultimo argumento.*

59 *Quando privilegiatus concurrens æquè cum non privilegiato, si subsistere possunt, privilegiatus trahit ad se non privilegiatum: contra quando privilegium concurrit accessoriè ad principalem, ejus naturam sequitur.*

60 *Qualitas viæ executivæ accidentalis est, quæ potest adesse, & abesse sine principalis substantiæ corruptione.*

61 *Via ordinaria in omnibus negotiis, ob plenam causæ cognitionem est naturalis, & sic prævalet viæ executivæ, accidentali.*

62 *Causa semel effecta ordinaria, etsi antea fuerit executiva, semper permanet ordinaria.*

63 *Duabus qualitatibus ad invicem pugnantibus potentior vincit.*

Via ordinaria totaliter finem imposuit omni controversiæ, ibid.

64 *Sententia graduationis, an sit exequenda quoad omnes, non obstante appellatione per aliquos creditores emissa, & quando prima sententia potest exequi.*

65 *Explicatur late l. 12. tit. 16. los contractos, y obligaciones lib. 1. recopilat.*

66 *Graduationis sententia lata à judice inferiori in concursus judicio, per appellationem suspenditur.*

67 *Appellatio in causis ordinariis regulariter admittitur.*

Causa, quæ semel facta fuit ordinaria, semper remanet ordinaria, & appellabilis, ibid.

68 *Graduationis prima sententia in tribunalibus supremis lata exequitur non obstante supplicatione cum fidejussione depositaria, de restituendo soluto revocata sententia.*

69 *Supra dicta procedunt, sive tribunal supremum cognoscat in prima instantia, sive per viam appellationis, semper prima sententia ab eo lata exequitur, & explicatur text. in d. l. 12. recopil.*

70 *Una determinatio recipiens plura determinabilia, debet pariformiter terminari.*

71 *Practici nondum hactenus verum d. l. 12. sensum perceperunt, allegantes eam solum in servando ejus casu.*

72 & 73. *Dispositio d. l. 12. solum habet locum in lite creditorum, & traditur differentia inter litem creditorum, & concursum creditorum.*

73 *Explicantur iterum verba d. l. 12.*

74 *Analogum per se sumptum stat semper pro potiori, & famosiori significatu.*

75 *Concursus simplex creditorum incidens in executionem ab uno petitam, diversam habet inspectionem quoad appellationem, & sententiam additionis.*

76 *Sententia lata in judicio concursus casu quo suspendatur per appellationem interjectam, quoad omnes suspensa remanet, quando vero supplicatione non obstante exequitur, quoad omnes creditores æqualiter executioni mandatur.*

1 SUbtilem physicam, & valdè ancipitem quæstionem aggredimur, utrique parti fortia assistunt fundamenta pro ea, quod concurrentibus, in hoc judicio creditoribus, habentibus viam executivam, & aliis agentibus via ordinaria, & suum creditum probantibus per testes, vel quod separatim sit judicium inter eos tractandum via executiva, scilicet, & via ordinaria (ita ut per istius tarditatem, cursus, & effectus illius non suspendatur, nec detineatur, sed potius is creditor, qui prius sententiam pro se obtinuit, prius exigere possit) vel quod totum concursus assumat naturam viæ executivæ, ita ut omnium creditorum causæ indistinctè amissa propria natura judicii ordinarii, executivi judicii naturâ vestiantur, ut æqualiter pari passu progrediantur, & terminentur; probatur.

2

3 Primò ex plurimorum jurium, atque Doctorum assertione, quod si debitor communis à pluribus creditoribus suis conveniatur, aut exequatur, is creditor, qui prius sententiam pro se obtinuit, prius exigere potest, etiamsi posterior in tempore creditor fuerit, cùm potiùs in hoc casu attendatur prioritas sententiarum, quàm obligationis tempus ita expressè determinat *l. 11. tit. 14. part. 5. ibi e por ende decimos, que si alguno uviesse a dar a muchos debdos, que fuessen desta natura que qualquier dellos, que mandasse su debdo por juicio, o por quien fuesse dada sentencia primeramente contra debdor, à quel debe ante ser pagado, que ninguno de los otros, maguer el su debdo fuesse el postrimero, ò los otros, à quien debia algo este debdor sobre dicho, no han demanda ninguna contra quel que veuçe su debda mas si todos los otros, o parte dellos de mandassen su debdo otro si por juicio, y fuesse dada sentencia contra el debdor en un tiempo por todos, o por alguna partida dellos; entonce si de los bienes del debdor no pudiessen ser pagadas las debdas, deben los compartir entre aquellos por quien fue dada la sentencia, dando a cada uno dellos mas o menos segun la quantitad que deve aver*, &c.

Ecce igitur text. apertum, & singularem duo probantem, primum quod inter creditores personales concurrentes ad petendum in judicio sua credita contra debitorem communem, causæ omnium separatim tractantur, & in eis terminatio judicii & sententiæ, vel prius, vel posterius fertur, prout quælibet prius, ad statum definiendi pervenerit, ita ut non precisè omnium creditorum causæ simul tractentur, nec pari passu ambulent, nec quod una alterius terminationem, & diffinitionem impediat. 4

Secundum, quod ex hujus legis petitæ singulari determinatione colligitur, illud erit quod personalis creditor, qui prius sententiam obtinuit contra debitorem præferatur, in executione, & exactione illis aliis ejusdem generis creditoribus, qui vel non petierunt in judicio, vel etiam aliis jam petentibus, nondum tamen eorum causæ fuerunt per sententiam determinatæ, & finitæ; non attenta prioritate temporis crediti principalis, sed sententiæ, ut secus sit, quando eodem tempore plures creditores sententiam obtinuerunt, quia tunc in exactione, & executione, æqualiter satisfiunt de bonis debitoris, & aliis creditoribus personalibus, etiam tempore anterioribus, negligentibus credita sua deducere in judicium, præferuntur. 5

Et per hujus legis dispositionem, ita expressè id ipsum determinans Matienzus *in l. 6. tit. 16. gloss. 5. n. 15. vers. & similiter, lib. 5. recopilationis*, dicens, quod si plures sint creditores, & bona debitoris non sufficiant, debitumque sit personale, tunc ex pluribus creditoribus personalibus primo satisfieri qui prius pro se sententiam reportavit, licet tempore fuerit posterior, qui tamen addidit, idem esse, si prius petierit executionem sententiæ, quæ pro omnibus creditoribus lata fuerit, ut tunc aliis præferri, atque sententiæ, vel executionis tempus inspici debere, prout ibidem latius comprobat ipse Matienzus. Sed in hoc ultimo Matienzus apertè decipitur, & loquitur contra expressam determinationem, *d. l. part.* clarè dicentis, quod inter ipsos qui eodem tempore sententiam obtinuerit, non detur prælatio, sed pro rata inter eos distribuuntur bona debitoris, ita ut ad impediendam prælationem inter eos sola temporis identitas in sententia consideratur non in præventione executionis ex eadem ut sentit Castillo, loco proximè citando, & declarando. 6 7

Et idem in primo casu sequutus Matienzum firmat Castillus *quotidianar. controv. tom. 4. c. 61. sub n. 69.* prædictis insuper addens, quod si plures creditores uno tempore sententiam reportaverunt, dividitur inter eos confiderata cujuslibet quantitate, nec tenetur aliis etiam anterioribus communicare; quod intelligere debes, & declarare de anterioribus qui vel non petierunt, vel tardius sententiam obtinuere; at inter ipsos in eadem sententia comprehensos, nullus quantumvis prius pro suo credito sententiæ executionem postulavit, aliis eadem sententia comprehensis præferatur; prout expressè probatur *d. l. partitæ*, attribuente omnibus istis solutionem pro rata; quod quidem, licet tardius, rectè agnovit Castillo metipse, quapropter cautè lege istum Auctorem, qui simpliciter retulerat paulò anteà doctrinam contrariam Matienzi absque impugnatione, si bene statim ipse sequitur tenorem 8

litte-

litteralem *d. l. partitæ*, rectè negavit antelationem inter ipsos personales creditores, qui eodem tempore sententiam obtinuerunt, sed æqualitatem, & divisionem pro mensura debiti omnibus attribuit & rectè, igitur clarè ex his patet quod ex causa unius creditoris, qui seperatim, & seorsum prævenit in judicio, non debet retardari, per alium alioſve, qui via ordinaria sua credita persequuntur.

9 Secundò probatur, quia quando cum causa summaria, & executiva concurrit alia ordinaria; illa retardari non debet, ne nimis gravetur actor, cujus causa cum citò sit expedienda, differri nec debet per causam ordinariam, per alium propositam, sic enim illi fieret injuria, ut causa brevior per aliam quæ altiorem requirit indaginem differatur, contra communem, quam firmant Canonistæ, *in c. 1. de mutuis petitionibus*, ubi Socinus *n. 58. limita 7.* Abbas *n. 18.* Innocent. *in fin.* Bart. & Legistæ *in Auth. & consequenter, n. 13. C. de sent. & interlocutio. omn. judic.* Bald. *n. 10.* Castrens. *n. 6.* Angel. *n. 9.* Salicetus, Bart. & Angel. *in l. sed & hac, §. non solum. ff. de procuratoribus.* Speculator *in tit. de reconventio. §. nunc dicamus, n. 11.* Maranta *de judiciis distinctio. 6. num. 28.* Muscatellus *in praxi civili, part. 3. gloss. actorem, num. 12.* Tuschus *lit. R. conclus. 60. num. 2. & consil. 61. num. 190. & lit. E. conclus. 47. num. 5.* Hondedeus *consil. 21. num. 27.* Ozascus *decis. Pedemont. 1. num. 11. in fine*; Marius Mutta *ritu 9). num. 8.* Roman. *cons. 323. num. 5.* Thepatus *tit. de reconventio. col.* Peregrin. *decis. 42. nu. 59.* Carpan. *ad statum Mediolan. cap. 44. n. 109. part. 1.* Giurba *decis. 74. n. 5.* dicentes; quod via executiva, aut summa-
10 ria, non retardatur per reconventionem, in eodem judicio deductam, quando viam ordinariam requirit, sed unaquæque causa seorsum, & non pari passu tractatur; ergo idem fatendum erit, quando in judicio concursus concurrunt via executiva, & via ordinaria, ut per hanc illa non retardetur, sed seorsum, & seperatim de utraque cognoscatur.

11 Tertiò comprobatur hæc eadem pars, quoniam quando via executiva concurrit cum via ordinaria, utraque seorsum, & seperatim tractatur, & hæc illam non impedit, ut videmus in nullitate contractus deducta per debitorem in judicium, vel rescissione intentata; nihilominùs creditor interim non impeditur executionem petere ex eodem instrumento, super cujus nullitate, aut rescissione lis pendet in via ordinaria, prout latè videre est, per Giurbam *decis. 109. per totam*; ergo idem in judicio concursus dicendum erit, concur-
12 rentibus via executiva, & ordinaria, ut ad invicem nec se impediant, nec via ordinaria processum viæ executivæ detineat nec privilegium ejus adimat.

Quartò fulcitur, quoniam de corpore mystico ad
13 corpus individuum, & naturale rectè, & judiricè argumentatur, Nos *in nostris comment. de supplicatione ad Sanctiss. 2. part. car. 5. §. 3. n. 34. & 35.* Sed quando in eadem persona concurrunt plurimarum personarum jura, & diversæ qualitatis, utraque de per se independenter operatur, nec actiones ejusdem personæ intuitu unius qualitatis gestæ, cum actionibus alterius confunduntur; sicuti per Nos abundè videre est, *in d. tract. 2. part. 15. per totum*; igitur pariter dicendum erit de via executiva, & via ordinaria concurrentibus in eodem judicio concursus creditorum, ut utraque seperatim operetur juxta uniuscujusque naturam, & effectum.

14 Et dato casu, quod propter individuitatem judicii concursus, de qua suprà *cap. 3. cum seqq.* seperari nequeant via ordinaria, & executiva, sed simul sint tractandæ; tamen cum inter se sint hæ duæ formulæ contrariæ, quia eadem causa, aut executivè, aut ordinariè peragenda erit, nec potest eodem tempore esse ordinaria, & executiva, ad latè per Nos tradita *in tract. de Regia protectione 2. p. cap. 13. à nu. 38. & à nu. 97. cum multis seqq. à nu. 34.* tamen hoc casu debet prævalere via executiva uti privilegiata, & ad se trahere viam ordinariam privilegio carentem, ita ut totum judicium debeat esse executivum, & non ordinarium, ut statim, quoniam in individuis causa, & persona privilegiata trahit ad causam, & personam non privilegiatam secum concurrentes, ut & tota causa efficiatur privilegiata, plura cumulavimus *in tract de retentione Bullarum, 2. part. c. 35. à n. 72.* & latiùs *2. part. 14. à n. 7.*

Sed causam executivam privilegium, & beneficium 15
à jure recipere, certum est, ut post Rodericum Suar. firmant Gutierrez *practic. lib. 3. qu. 39. nu. 3.* ita ut sit gravamen considerabile, & appellabile, si eo privile- 16
gio, & juris beneficio creditor privetur, abundè Nos *in tract. de Regia protectione 3. part. cap. 13. à nu. 47. & cap. 18. à num. 35.* & iterum *4. part. cap. 7. num. 10.* Ergo de primo ad ultimum sequitur, quod cum judicium concursus creditorum sit individuum, & inserapabile, & omnium creditorum causæ sint simul tractandæ; quod debeat prævalere via executiva, viæ ordinariæ, & hanc illa ad se trahere, ita ut totum judicium concursus efficiatur executivum ratione mixturæ, & propter participationem adjuncti, & sit causæ privilegiatæ, & executivæ, vel saltem quod unaquæque causa seperatim tractetur, & operetur juxta suam propriam naturam, ex superiùs adductis fundamentis.

Quibus tamen, & aliis minimè obstantibus contra- 17
rium verius est de jure, & sequendum attenta natura judicii concursus causati per debitorem communem inter suos creditores, ut imò quod licet in id concur- 18
rant creditores partim habentes pro suis creditis viam executivam, partim autem viam ordinariam, totum judicium omnes inseparabiliter complectens sit ordinarium, & ordinaria via peragendum indistinctè quoad omnes, cùm ridiculum foret, idem corpus, seu eandem litem uno & eodem tempore simultaneè tractari ut ordinariam, & uti executivam, contra textum in *l. Titia si non nupserit ff. de cond. & demonstrat.* ibi *ridiculum est enim, eandem, ut viduam, & ut nuptam admitti l. jam hoc jure ff. de vulgari & pupill. l. 1. C. de dotis promissione.* Menoch. *cons. 803. n. 36. lib. 9.* Peregrinus *cons. 64. n. 4. lib. 2.* Alexander Rodens. *variar. resolut. cap. 43. num. 12.* Cornacan. *decis. 122. n. 29. & 30.* Sesse *decis. 37. n. 7. l. si cum dies, §. penult. ff. de receptis arbitr.* ibi *absurdum enim esse jussum in alterius personam ratum esse, in alterius non*, Solorzano *de jure Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 78. 3.* & ad sic sentiendum indissolubilibus moveor fundamentis.

Primo ex natura judicii, & ejus individuitate, in 19
quod omnes creditores concurrere debent, ad latè tradita sup. *c. 3. & seq.* tum etiam quia judicium concursus formatum à debitore communi judicatur inter cæteras lites motas adversus eum seperatim, vel in futurum movendas tanquam caput respectu membrorum, quod uti membrum corporis principale in cætera influit, & omnes ad se trahit, & in principale caput omnes aliæ causæ incorporantur & accessoriæ cum illa uniuntur, & unum omnes efficiuntur continens inseparabile, ad tradita sup. *c. 4. per totum.* ubi abundè de hac videbis.

Deinde jis annectitur, quod in hoc judicio concur- 20
sus nihil potest operari via executiva competens creditoribus pro suis creditis, atque de nihilo servire potest, cum de necessitate super creditis agatur de universo jure proprietatis ipsius crediti perpetuo & irrevocabiliter consequendo, & de hoc contenditur dumtaxat & de ejus prælatione, nam cùm debitor communis cedat bonis suis ut ex eis satisfiant creditores pro suis crediris, & sic de totali extinctione creditorum, & finali satisfactione, de omnimodo jure crediti debet controverti, an debeatur, vel non debeatur, quod respicit 21
viam ordinariam, ad quam omnes exceptiones altiorem requirentes indaginem reservantur debitori executato, & victo in via executiva, sed etiam creditori in ea non obtinenti; & sic frustra reservaretur jus

proprietatis : quando agitur juxta naturam judicii de consumendis omnibus bonis debitoris, contra quem amplius creditores nec agunt, nec agere possunt, cessis, & venditis bonis ejus, seu in solutum illis datis, prout amplissimè disputando resolvimus supr. *c.* 14. *à n.* 22. *cum multis seqq. vers. sed an debitor formando*, &c. & idem dicit de Villadiego *in politica c.* 2. *n.* 182.

22 Deinde, quia in hoc judicio concursus duo discertantur inter debitorem & creditores, & inter hos omnes metipsos, unum scilicet jus ipsum principale uniuscujusque creditoris, an debeatur vel non, an sit solutum creditum, an juste prætendatur debitum, vel non, tam inter debitorem, & creditores, quàm inter ipsosmet, & sic ad effectum perpetuò illos excludendi à jure præsenso, vel illos perpetuò & irrevocabiliter admittendi ad credita postulata, cùm creditorum interfit paucos creditores adesse ad bona debitoris ne per priores consumpta, aliis non sufficiant, secundum, quis eorum præferendus aliis, prout notavimus hæc duo suprà *c.* 3. *n.* 12. super quibus impossibile est, quod cadere, & agi possit via executiva.

23 Tum quia super prælatione, nec instrumentum guarentigiatum debiti cantat, nec cantare potest, licet sit super hypotheca, cum prælato sit jus quoddam externum ab ipsa obligatione inter debitorem principalem & creditorem contracta, tangens, non debitorem, sed privativè specialiter cæteros creditores, contra quos tanquam tertios non procedit executiva via instrumento contenta ad diversum, & separatum finem, nempe ad exactionem debiti à principali debitore apposita, nec idcirco tale jus prælationis in instrumento guarentigiato potuit deduci, nec dari, aut promitti à debitore, cujus nunquam fuit nec esse potuit, sed creditorum inter ipsos extrinsecè ortum quibus debitor præjudicare in nihilo potest, ut sæpè diximus, & quod quando adest concursus creditorum, duæ tunc oriuntur lites, altera respiciens jus crediti inter creditorem, & debitorem; altera respiciens prælationem, quæ versatur inter creditores ipsos dumtaxat & hæc lis super prælatione semper tractatur, & requirit viam ordinariam, eleganter considerat Carleval. *de judiciis tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 3. *disp.* 12. *ex n.* 6. & signanter *n.* 7. ubi propterea postquam plurimos DD. probat, in particulari concursu suspendendam esse viam executivam petiram per unum creditorem, dum tractatur de via ordinaria super prælatione inter creditores comparentes, & se opponentes executioni ab uno postulatæ, eo quod hæc contentio super prælatione non agitur inter creditorem, & debitorem, sed inter creditores ipsos, & ideo via ordinaria hæc prælatio diffinienda erit, non via executiva, cum unus creditor alium creditorem obligatum non habeat, ita Bald. *Novell. de dote.* 7. *p. privil.* 18. *n.* 2. *& privileg.* 24. *n.* 2. Negusantius *de pignor.* 5. *p. mem.* 1. *ex n.* 29. Afflictis *decis.* 199. & ibi addentes Thesaurus *decis.* 207. Franchis *decis.* Grammat. *decis.* 92. *ex. n.* 17. Cacheria *decis.* 132. *n* 12. Cartarius *decis.* 8. Giurba *decis.* 16. *& decis.* 61. *ex n.* 15. Gaill. *lib.* 2. *observatio* 92. Stracha *de decoctoribus.* 5. *p. n.* 12. Vincent. de Anna *singulari.* 598. Fabius de Anna *cons.* 63. Thesaurus *quæst. forens. lib.* 2. *quæst.* 65. *n.* 9. Marescot. *variar. resol. lib.* 2. *cap.* 121. *n.* 21. *& seqq.* Petrus Barbos. *in l. si constante* 25. *in princ. n.* 61. *ff. solut. matrim.* Rodrig. *de executione. cap.* 8. *n.* 10. Collerus *de proceff. execut.* 2. *p. cap.* 3. *n.* 264. quod ad id referens sequitur Carleval. *loc. cit. n.* 7.

24 Et quamvis unum ex eis duobus, super quibus formatur judicium concursus universale, fortè potuit creditor aliquis controvertere contra suum debitorem, puta judicium ordinarium, & illum in eo vincere quoad veritatem crediti; tamen alterum nullo modo scilicet jus prælationis, quo jure careat debitor, nec est legitima persona illud deducendi in judicium, aut controvertendi, cum sit speciale, aut singulare jus creditorum inter seipsos, super ea contendentes, quò tendit Baldi doctrina *in cons.* 327. *n.* 10. *lib.* 1. docentis quod debitor non potest creditori opponere, quod sit posteriori in hypotheca, nisi prior creditor ipsi inhibuerit debitori ne solvat, aut tradat possessionem posteriori, sequitur Mantica *de contract. tom.* 1. *lib.* 11. *tit.* 22. *n.* 19. quia debitor nullum jus aut interesse prætendere potest in prælationibus, ad quem solum spectat, suis omnibus creditoribus satisfacere, quia omnium debitor est, & foret tunc opponere de jure tertii contra juris regulas, ad latè per nos alibi tradita.

Ex quo principio, & ratione, effluxit intellectus communis *ad. l.* 2. *C. de pignoribus*, disponentem, creditorem habentem rem specialiter pignoratam, & generaliter etiam omnia debitoris bona teneri prius excutere specialem, anteaquam deveniat ad generalem obligationem, petente secundo creditore, in cujus commodum fuit illa lex introducta, & pro ejus dumtaxat interesse, à qua exceptione prælationis, & ordinis excluditur debitor ipse, contra quem si agat prior creditor, liberè potest suum creditum exigere ab speciali hypotheca, vel à generali, prout voluerit, debitore etiam renuente, ejusque non obstante exceptione, quia creditori secundo jus illud, & privilegium attributum fuit, sed non debitori, nec in ejus favorem introductum : ita post Covar. & alios declarat Surd. *decis.* 44. *n.* 10. Guttierrez *lib.* 3. *pract. quæst.* 93. *num.* 3. Trentacinq. *variar. resol. lib.* 3. *tit. de pignoribus resolut.* 5. *num.* 8. & post Molinam *de primogen. lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 41. Cujacium, & alios observat Castillo, *controv. tom.* 4. *cap.* 26. *num.* 23. quia in jure particulari, & speciali creditoris debitor se intromittere non potest.

Deinde quia hoc jus, & privilegium prælationis conceditur à jure in favorem unius creditoris contra alium creditorem, quo debitor uti non potest (quia sua non interest) cui convenit singularis intellectus ad *l.* 45. comprobatur per Mierez *de majoratu* 4. *p. cap.* 23. *ex n.* 142. *cum seqq.* ut ita[illegible] legis dispositio transferendi possessionem majoratus in successorem, sit huic favorabilis, quia uti potest contra alios si vellet; tertius autem contra eum uti non potest, Mierez & alios plures congressimus infra 2. *p. cap.* 14. *ex num.* 27. *vers. igitur majoratus, d. l. latus*, &c. mirabiliter etiam conducit, quod si Vassallus feudum alienet, aut cedat remotiori in gradu, dominus feudi nullum jus habet ad illius recuperationem, quia cùm ex investitura concesserit feudum omni familiæ, nullum interesse habet, an proximiori, an remotiori cedatur, & alienetur, cum hoc jus sit privatum proximiorum de familia, qui si velint, possunt à remotiore recuperare feudum, probant Bald. *in cap.* 1. §. *etsi clientulus. de alien. feudi.* ubi Alvar. *n.* 4. Præpositi. *num.* 3. Afflictis *num.* 22. textus est etiam *cap. Titius filius, si de feudo fuer. controver.* & ibi Glossa *verb. annum.* & Bald. *num.* 2. Laudens. *num.* 10. Alvaret. *num.* 2. Præpositi. *num.* 3. *& seqq.* Petr. Raven. Afflict. *num.* 18. Escobar. *num.* 4. Bald. *in cap. imperialem, in princ. num.* 8. *de prohib. feud. aliena. per Federic.* Joann. de Annoni. *de revoc. feud. q.* 1. Jacob. de Ardijen. *tit. ex quibus laus feud. amittit.* Rubr. *Utrum Vassal. poss. transmi. feud. in agnat. cap.* 109. Joan. Blanc. *in summa. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 77. Hotman. *in disp. feu. cap.* 18. quamplurimos alios allegat Rosental. *de feudis tom.* 1. *cap.* 9. *membro* 1. *concluf.* 52. *num.* 13. *in addition. liti.* S. *& seqq.*

Imò, & super veritate ipsius crediti, super quo creditor unus in judicio particulari obtinuit contra debitorem; adhuc remanet cœteris creditoribus jus illæsum ad opponendum, & probandum simulationem, fictionem, vel collusionem inter ipsum, & debitorem communem, causa fraudandi cæteros creditores, vel quia debitor confessus fuit debitum vel per schedulam privatam cum antidata victus fuit, quibus casibus juri cæterorum creditorum nihil detrahit, prout sunt jura & doctrinæ

doctrinæ vulgariſſimæ, & inſuper Noguerol. *allegatione* 36. *num.* 17. ubi plures Doctores allegat; atque ideo in iis judiciis particularibus ſemper remanet quid in judicio concurſus principaliter formato controvertatur, ex quo cogatur ipſe creditor præcisè concurſum ſubire, quod ſententia obtenta per unum creditorem contra debitorem communem non præjudicet aliis creditoribus non citatis, quominus illam impugnare poſſit, poſt plurimos Doctores probat Anton. de Virgilio *in tr. de legitimatione perſon. cap.* 12. *num.* 28. & 29. nam poſtquam judicium univerſale concurſus eſt motum, & pendens, omnes controverſiæ motæ contra debitorem non ſunt contra debitorem ſolum tractandæ, ſed ſimul cum cæteris creditoribus, cùm in iis intereſſe habeant, & ſunt partes legitimæ, & ideo ad tale judicium citandi ſunt, & audiendi ſuper ſuis exceptionibus & oppoſitionibus, ut per Joan. Baptiſt. Coſtam *de petitione ratæ quæſt.* 21. *n.* 5. & alios tenet Gait. *de credito, cap.* 4. *quæſito* 11. *n.* 153. & *duobus ſeqq.* quibus non citatis jus ſuum remanet illæſum ut eo utantur, quandocumque velint.

Propterea judicium hoc univerſale aut aliis particulariter intentatis per creditores ſemper eſt dverſum, & ſeparatum, ad latè tradita ſuprà *cap.* 4. *à num.* 14. *verſ. ex quibus infertur primo* &c. & *in* §. 2. *ex num.* 54. *cum ſeqq. verſ. ſed quid dicendum erit*, &c. quo abundè tractatur de harum cauſarum accumulatione ad judicium concurſus quantum ad exactionem: agitur enim in hoc judicio univerſali de totali jure creditorum, & de proprietate jurium, nihil ad aliud judicium reſervato, quia talem finem recipiunt, ad effectum, ut debitor per ſolutionem liberationem recipiat, ideoque neceſſe eſt, ut de his creditis, & juribus creditorum via ordinaria cognoſcatur, contempta prorſus via executiva aliquibus creditoribus competente, cujus judicium univerſale concurſus capax jam non eſt.

25 Quod in tantum procedit, quia, etſi creditor in via executiva alibi agens, & obtinuerit contra debitorem ſuum (vel quia Judex coram quo pendebat executio, non fuit inhibitus per judicem concurſus; vel nihil fuit oppoſitum coram eo de concurſu pendente alibi ad tradita ſuperius *c.* 5. *per totum, & à n.* 17.) tamen ad executionem & exactionem actualem perveniri non poteſt, cæteris invitis creditoribus, potentius jus prætendentibus, ſed ad concurſus corpus, & judicium remittendus eſt creditor iſte, ut in eo de viribus ſui juris contendatur inter creditores, illud impugnare volentes, quia adhùc de eo nondum fuit controverſum coram judice viæ executivæ; ſed tantum de ea ad exactionem, & ideo reſervatum jus prælationis, atque debitori ipſi, & creditoribus ſimul jus proprietatis, & ordinarium, reſervatum remanet, quo mediante poſſunt ſententiæ executionem impedire creditores, ut tradidimus ſuprà *cap.* 10. *à n.* 52. *verſ. ſi tamen ſimpliciter contraxit*, &c. ubi plurimos Doctores congeſſimus, & *d. cap.* 4. §. 2. *ex nu.* 54. *verſ. ſed quid dicendum*, &c. ubi plenè de hoc videbis.

26 Item ex eadem ratione etiam creditores conditionales ad concurſum comparentes, ſatisfiunt de bonis debitoris eo modo, & forma, quam ſcripſimus ſupra *cap.* 8. *à num.* 24. & *multis ſeqq. verſ. nunc tractandum an creditores*, &c. quia cùm agatur in hoc judicio de extinguendis omnino debitis, & conſumendis univerſis bonis debitoris, ſi in tempore non compareant creditores Jus prætendentes; regreſſum poſtmodum aliud ſibi contra debitorem non remanet, & ex identitate rationis hoc idem ſervatur in creditore
27 conſualiſta, qui poteſt pro recurſis, & forte principali concurrere, & petere, licet aliàs ſit contra naturam contractus creditorem petere redemptionem; ut inferiùs dicitur *cap.* 19. *per tot.* & *c.* 20.

28 Quibus omnibus ſic ſuppoſitis, faciliùs perveniemus ad veram reſolutionem noſtræ quæſtionis, nam cùm judicium concurſus ſit ſui natura ordinarium, & omnes terori ordinarii judicii in eo ſerventur, ut quotidie experimur, cum (ut diximus) in eo agatur de totali jure creditorum quoad proprietatem, & hoc judicium componatur ex omnium creditorum juribus, & omnium cauſæ efficiantur unum continens inſeparabile, & individuum; ſequitur perneceſſe, quod omnium 29 detur eſſe una & eadem natura, & ſic totum judicium ordinarium; tum quia una, & eadem res non detur diverſo jure cenſeri (& multò minus contrario, prout foret, ſi idem judicium foret ordinarium, & executivum, ut ſuperiùs tetigimus, & ſtatim probabimus) *eum qui ædes. ff. de uſucapionibus, cap. cognovimus*, 12. *quæſt.* 2. *cap. quia circa*, 22. *de privilegiis. cap. cum tua de decimis*. Tiraq. *de retract. lignager.* §. 1. *gloſſa* 18. *num.* 25. Cevalbs *commun. tom* 4. *quæſt.* 899. *num.* 36. Gonzalez *de alternat.* §. 6. *proœmiali. num.* 64. & *à num.* 69. & *ſeqq.* Caſtillo *controverſ. lib.* 5. *part.* 2. *cap.* 97. & *à num.* 97. *cum ſeqq.* Gratian. *diſcept. tom.* 5. *cap.* 940. *nu.* 8. & 25. Et omnium unitorum unum eſt judi- 30 cium, una & eadem inſtantia, iidem termini in omnibus ſervantur, & omnibus ſimultaneè proſunt, omnes æqualiter pari paſſu ambulant: Una ſententia terminantur, juxta naturam unitorum, *ſed ſi plures* 10 §. *filio impuberi ff de vulgari. & pupil.* Caſtillo *controverſ. lib.* 5. *c.* 100. *n.* 19. & *c.* 128. *n.* 22. & 23.

Et cùm omnium creditorum jura, uti membra 31 incorporentur in judicio concurſus, illius naturam omnino aſſumere debent, & ſequi tanquam partem principalem, & potentiorem, multa diximus & probavimus in propoſito, ſuprà *cap.* 4. *per totum*, & ſignanter *à num.* 22. *verſ. & horum Doctorum* 32 *aſſertionem*, &c. Et quia quando unum alteri unitur tanquam principali, hujus naturam ſequitur, propria amiſſa, latiſſimè Garcia *de beneficiis, part.* 12. *cap.* 2. *per totum*, maximè *ex n.* 12. *cum ſeqq.*

Et quod accedit alteri illius pars dicitur verè vel 33 fictè, & illius ſequi debet naturam, quia nulla eſt pars, quæ non convenit ſuo univerſo text. *in l. Paulus.* §. 1. *ff. de pignoribus. ff. l. ſi. convenerit*, §. 1. *ff. de pignorat. actio.* Garcia *de expenſis, cap.* 22. *num.* 35. Neguſantius *de pignoribus, part.* 5. *membr.* 1. *per totum.* Giurba *dec.* 63. *nu.* 16. Vincent. de Franch. *deciſ.* 38. & *dec.* 456. & *dec.* 506. *n.* 11. latiſſimè plura applicabilia congerit Surdus *dec.* 78. *n.* 10. *cum multis ſeqq.*

Corroboratur hæc pars, quoniam cùm unum & idem 34 judicium non poſſit eſſe ordinarium, & executivum ſimul & eodem tempore, prout abundè videre eſt *in noſtris comment. de Regia protect.* 2. *part.* 13. *à n.* 38. & *à num.* 99. *cum multis ſeqq.* & *à n.* 114. neceſſe eſt, ut quando ſimul concurrunt, una qualitas alteri cedat potentiori, quapropter via executiva debet amittere ſuam qualitatem, & veſtiri natura judicii ordinarii, non tamen è converſo, quoniam cauſa executiva facilè convertitur in ordinariam, ordinaria autem non poteſt dimittere ſuam propriam naturam, 35 & effici executiva, aut ſummaria, plurima congeſſimus *in tract. de Regia protect.* 2. *part. cap.* 13. *à num.* 134. Giurba *deciſ.* 74. *à n.* 12. quia omnium cauſarum judicium regulariter, & naturaliter ordinarium eſt propter favorem plenariæ cognitionis, & ſic cùm via executiva ſit qualitas accidentalis, facillimè amitti poteſt, & cauſa reverti ad ſuam propriam naturam ordinariam, juxta doctrinam *l. ſi unus*, §. *pactum ne peteret, ff. de pactis cum vulgaribus.* Et idcircò ſequi debet naturam judicii principalis, cui adhæret, ne diverſo jure cenſeatur, cum duo contraria in eodem ſubjecto concurrere non poſſint.

Ex quo fit ut quando cauſa executiva ſemel amiſit 36 ſuam qualitatem privilegiatam, nunquam eam recuperet, quia cauſa executiva ſemel facta ordinaria, ſemper remanet ordinaria, & appellabilis, ſi tamen cœpit executivè tractari, facilè fit ordinaria, plurimas

doctrinas in propoſito cumulavimus *in tract. de Regia protect. 2. part. c. 13. à n. 110. cum ſeqq. n. 34.*

37 Deinde vera noſtra detegitur reſolutio, quia concurſus judicium cauſatum per debitorem communem eſt pars principalis, quæ ad ſe trahit omnes alias cauſas per creditores, quomodolibet motas anquam ab illo dependentes; ejus natura veſtiri debent omnes, propria qualitate exuta, ita ut ſit pars principalis ſit ordinario judicio terminanda; pariter ejus membra (quantumvis aliàs ſint ſui natura ſummaria, aut executiva) efficiantur ordinaria cum pari paſſu de omnibus ſimul ſit cognoſcendum Antonius de Butrio *in cap. Quintavallis*, 23. *ſub. n.* 48. *verſ. ſed eſt dubium de jurejurando*, Alexand. *in l. Patris, ſub. num.* 3 *ff. de vulgari.* Voſſius *in tract. crimen. tit. de appellationibus, num.* 10. Cæſar. Contar *in l. un. limitatione* 1. *num.* 24. *C. ſi de momen. poſſeſſio.* & multæ cumulat Ruginellus *de appellatio.* §. 12. *gloſſa* 2. *cap.* 3. *& limitatio.* 1. *num.* 25. Marſillus *ſingulari* 17. *acceſſor. num.* 12. Bart. *in l. ſolent. n.* 16. *ff. de aliment. & cibar. legatis*, Caſtrenſ. *conſ.* 21. *volum.* 1. Ripa *in l. damnum, nu.* 4. *de damno infecto*, Surdus *deciſ.* 27. *num.* 2. Natta *conſ.* 121. *num.* 12. *lib.* 1. Carpanus *ad ſtatut. Mediolanenſ. cap.* 25. *num.* 18. Nos *de Regia protect. 2. part. cap. 7. à nu.* 113. *cum ſeqq.*

38 Pugnat fortiter pro hac parte, quod quando reconventio ſimultaneo proceſſu tractari debet cum cauſa conventionis, iſtius naturam aſſumit, propriam amittens, ita ut licet ſit ſui natura ſummaria, & executiva: ſi cauſa conventionis ſit ordinaria, pariter, & reconventio via ordinaria peragenda erit, & cùm illa pari paſſu, ſub iiſdem terminis, & formulis ambulabit, Gloſſa *in Clement. ſæpè* §. *non ſi quid, de verb. ſignific.* ubi Zabarella *declarat num.* 9. comprobat Abbas *in. cap.* 1. *num.* 18. Felinus *num.* 3. Socinus Mantua, & cæteri, *de mutuis petitionibus.* Anna *conſ.* 93. *num.* 5. Minſinger. *centur.* 4. *n.* 3. Trentacinq. *variar. reſol. lib.* 2. *tit. de mutuis petit. reſolut.* 1. *num.* 65. Muſcatellus *in praxi civil. part.* 3. *gloſſa actorem, n.* 13. 14. 15. 16. & 17. Nizol. *allegatio.* 50. *nu.* 20. Tuſcus *tom.* 6. *lit. R. concluſ.* 50. *num.* 8. Giurba *deciſ. num.* 2.

39 Semper enim, quod unum judicium principale componitur ex pluribus cauſis, quæ ſimultaneo proceſſu cum eo omnes ſunt tractandæ, proſequendæ, & terminandæ, omnes principalis natura, & privilegiis veſtiuntur, qui diviſionem, & diverſitatem non admittunt, Giurba ubi proximè *num.* 3. Cancerius *variar. reſolutio. lib.* 2. *reſolut.* 13. *reconventio. num.* 40. Coſta *de ſubſidiar. remed.* 120. *num.* 35. Bolognin. *ad conſil. Annan.* 93. *num.* 8. Menochius *de arbitrariis. quæſt.* 44. *num.* 7. Muſcatellus *d. gloſſa actorem, num.* 16.

40 Nizol. *allegatio.* 50. *nu.* 21. Tepatus *lib.* 1. *variar. tit. de conventio. colum.* 3. *circa finem*, quapropter cùm omnium creditorum jura in judicium concurſus principale incorporentur, & ſimultaneo proceſſu progrediantur, & terminentur ratione individuitatis inſeparabilis, & indiviſibilis, perneceſſe omnium debet eſſe una, & eadem natura, ſicuti omnes faciunt inter ſe unum, & idem continens, non admittens in ſe ipſe repugnantiam, contrarietatem, aut diverſitatem, quia foret corpus monſtruoſum, ex hactenus probatis abundè.

41 Ex quibus dilucidè conſideratis fortiter tuetur, & juſtiſſima redditur praxis omnium tribunalium ſupremorum frequentiſſima, ut ſemper quod debitor communis legitiſſimè cauſat concurſum inter ſuos creditores cum ceſſione bonorum ſervatis requiſitis, de quibus ſuprà *in cap.* 1. *per totum*, & convocat ſuos creditores; ſemper cum omnibus una, & eadem lis indiſtinctè formatur, & proſequitur in via ordinaria, ita ut omnium jura ſive habentium guarentigiam, ſive non, pari paſſu ambulent, eiſdem terminis communiter utuntur, eodem tempore concluduntur, & ad probationem ſimultaneè recipiuntur, & æqualiter termini currunt, atque tandem omnium creditorum cauſæ ſic complicatæ ob naturam judicii ſimultaneo proceſſu progrediuntur, & eadem ſententia graduationi terminantur atque exequuntur, ſervata uniuſcujuſque gradus prærogativa, & communiter, atque juridicè practicatur.

Et hanc praxim ſenſit etiam practicus Gundiſalvus 42
de Paz *in praxi 4. part tom.* 1. *cap.* 7. *à nu* 16. *fol.* 112. qui *num.* 20. ita ait *Y eſto in ſmo ſe practica en el proceſſo, y pleyto, que ſe haze de acreedores; quando un deudor los llama, y los quiere pagar por ſus anterioridades, el qual en el entretanto no puede ſer executado por ningun acreedor, por que la via executiva eſta ſuſpenſa; haſta tanto que ſe determina el pleyto de acreedores, y ſentencia en que lugar, y grado ha de ſer pagado cada uno dellos eſta practica eſta recivida por los tribunales ſupremos de las chancillerias* plurimos alios ad id refert Carleval. *de judiciis, tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 3. *diſput.* 12. *ex n.* 6. *cum multis ſeqq. & per totam diſputat.*

(Sed adhuc caute legendi ſunt iſti Auctores, Paz in 43
illis verbis, *Por que la via executiva eſta ſuſpenſa* ex quibus videtur confundere hoc judicium univerſale creditorum habens originem à debitore communi (de quo loquimur) cum concurſu particulari formato inter ſolos creditores abſque debitoris communis interventu, quando ſcilicet comparent ad executionem petitam per unum creditorem contra debitorem communem pro ſuo credito, cui cæteri ſe opponunt, quia tunc diverſa inſpectio eſt. Etenim inter creditores licèt lis ordinaria via tractetur, ſuſpenditur tamen interim via executiva petita, donec concurſus iſte terminetur, & tunc ſimul datur, & declaratur ſuper via executiva interim ſuſpenſa, juxta terminos *l.* 41. *tit.* 4. *lib.* 3. *recopilationis*; in iſtiſmet terminis loquens; ut ipſe de Paz dixerat antea, *num.* 18. ibi. *Y conforme a eſto tenor ſea de ordenar la opoſicion de otro qualquier tercero, mutatis mutandis, preſentada la dicha opoſicion, el juez manda dar copia della a los demas acreedores y el executado, y ha de recivir luego las partes a prueva con termino ordinario; ſin mandar, que den primero, y ante todas coſas informacion ſummaria de ſus derechos, y anſi la via executiva ſe haze ordinaria, ſe procede en ella como diximos en la via ordinaria, haſta que el juez biene a dar ſu ſentencia definitiva, aun que manda pagar à los acreedores, por ſus anterioridades, y haſta tanto via executiva queda ſuſpenſa;* nam quando tertii creditores ad executionem unius ſe opponunt, agunt de prælatione, & ſunt audiendi in via ordinaria, de qua uti præjudiciali viæ executivæ prius agendum erit & ſuſpendenda executiva latiſſime comprobat Carleval, *de judiciis, tom.* 2. *lib.* 1. *d. tit.* 3. *per totum*, maximè *ex n.* 6. *cum ſeqq.*

At verò quando concurſus formatur per ipſum debi- 44
torem principaliter, & independenter ab aliis executionibus: ſed potiùs judicium ceſſionis noviter creatur, tunc omnes viæ executivæ non ſolum non ſuſpenduntur, ſed confunduntur cum ipſo judicio creditorum, & æqualiter omnium cauſæ in via ordinaria ſimultaneo progreſſu terminantur per ſententiam graduationis, ex qua omnibus æqualiter oritur via executiva, ſeu jus exequendi in bonis debitoris juxta graduum prærogativam, nec poſt cauſatum concurſum principalem per debitorem amplius attenduntur viæ executivæ, antea, vel poſt ſeparatim petitæ per creditores contra debitorem, nec inſuper in conſideratione habentur, quia ad hunc finem attrahuntur, & cumulantur cum judicio concurſus principalis, ut confundantur, & aſſumant naturam judicis ordinarii, cui adhærent, & uniuntur, ut ſimultaneè tractentur, ad latè hactenus tradita, & ſuprà *c.* 4. *per totum*, & *ſeqq. cap.* 3.

Idem etiamſi tenet Villadiego *in politica, cap.* 2. 45
num. 75. ibi. *Y ſi parecen los acreedores con lo que reſponden; o no, ſe concluye, y ſe recive à prueva, y ſe procede haſta la ſentencia definitiva; y el juez manda poner*

en

en depoſito todos los bienes del deudor, y aviendoſe determinando la cauſa, ſe venden en almoneda, y ſe pagan los acreedores conforme à ſus derechos; ſin quel quedo al deudor mas que es reſtido ordinario, y las erramientas de ſu officio.

46 Et ad hos terminos reducendus eſt Parladorius dum *in l. . rer. quotidian. 5. part. §. 11. num. 61. & 62.* ita ait, *Sed nec illud erit obliviſcendum, quando exceptiones aliorum requirunt indaginem in executiva cauſa (ut diximus ſuprà, cap. 40.) non admittuntur, conſequens eſſe dicere, ſi in concurſu creditorum ſunt aliqui, qui guarentigium non habeant inſtrumentum, ſed neceſſe habeant via ordinaria experiri, vel ſi habeant inſtrumentum guarentigium, quod tamen non ſit liquidum, nec brevi liquidum fieri poſſit, etſi priores ſint tempore minimè aliorum creditorum publica, & liquida habentium inſtrumenta, jus retardare, ſed ad dicenda iſta bona in cauſam executionis capta data ab eis cautione indemnitatis*; &c. cùm, ut clarè vides, aptè loquatur iſte Auctor in particulari concurſu creditorum ſe opponentium ad aliquam executionem petitam contra debitorem communem, quo caſu rectè loquitur Gutierrez *practic. lib. 1. quæſt. 114. per totam*, & alli per Nos citat. *in noſtris comment. de Regia protect. 2. part. cap. 7. à num. 127.* nec
47 non Caſtillo, Covar. Gutierrez, Joannes Gratianus, Azevedus, Villadiego, Rodriguez, & alii citati noviſſimè per Parejam. *de univerſ. inſtrument. edictione. tit. 1. reſolutio. 3. §. 5. num. 124.* & ſuprà *num. 113.* licet iſte Author aliquantulum æquivocationem patiatur, terminos utriuſque concurſus confundens, dum *in dicto num. 124.* ita loquitur ibi: *Quod licet verum ſit, ut creditores intereſſe judicio ordinario & non executivo de prælatione contendant: non exinde ſequitur, quod cauſa communis debitoris efficiatur ordinaria*; &c. Non ideo eum intelligas loqui velle in judicio creditorum univerſali, formato principaliter per debitorem communem: ſed de concurſu formato per, & inter ipſos creditores, ſe ad invicem opponentes executioni poſtulatæ, per aliquem ex eis contra debitorem communem, & quo caſu dumtaxat loquuntur omnes Doctores ad eo citati, prout & ipſe illos, ipſum ſtatim declarat, ibi. *Qui quidem Doctores abſque dubio ſtatuunt, quod etſi ſuperſedendum ſit in cauſa executionis adverſus communem debitorem intentatæ, donec de prælatione aliorum creditorum diſceptatur, tamen hæc cognitio juris executivi terminos non egreditur, & ideo ſententia additionis, vulgo* de remate, *profertur, ſicut in aliis cauſis executivis*, &c. Quare indubiè omnes præfati D. procedunt, & apertè loquuntur in particulari judicio concurſus formato ab ipſis ſolis, & inter ipſos creditores dumtaxat; ut ſecus foret, quando concurſus fuiſſet univerſalis originem trahens à facto debitoris communis ex hucuſque latè comprobatis, & ex praxi quotidiana ſic communiter obſervata, & validiſſima, invincibilia fundamenta aſſiſtunt.

48 His ſuppoſitis, facilè evacuari vidiſti vires argumentorum, quæ in contrarium conſideravimus à principio hujus cap. quibus inſuper, ut ſpecialiter ſatisfacias, non obſtat Primum de quo *ex num. 3. d. leg. 11. tit. 14. part. 5.* Et Doctorum aſſertiones in ejus exornationem, quoniam licet in ſe veræ ſint, ultra concurſum tamen noſtrum loqui, manifeſtè patet, ſed dumtaxat,
49 quando creditores perſonales, inter quos nulla eſt prælatio ſed uno & eodem gradu exigunt ſua credita, ita ut ſi ſeparatim quilibet petierit ſuum creditum in judicio, ille præferatur exactione, & ſolutione, qui prius obtinuerit ſententiam contra debitorem, & alius qui vel tardiùs petierunt, vel tardiùs obtinuere ſententiam, præferatur in ſolutione, quod veriſſimum eſt, juxta juris Regulas, ut inter habentes æqualem gradum is qui prævenit, præferatur ſine contributione aliis facienda, quia vigilantibus, & non dormientibus jura ſubveniunt, ut latiùs videre eſt per Doctores in argumento *ex n. 2. cum ſeqq.*

Noſtra autem reſolutio verſatur circa judicium con- 50
curſus univerſale, & individuum, in quo determinationis, ſententiæ non datur anterioritas, nec temporis prioritas, ſed uno, & eodem contextu eadem inſtantia, & ſententia graduationis omnes creditorum cauſæ ſimul terminantur, eodem modo quo ſimultaneè cognoſcuntur; & pari paſſu ambulant ob unitatem 51
judicii, & adhuc hoc caſu diſpoſitio *d. l. partitæ*, ſervabitur inter creditores perſonales ejuſdem gradus, ut nullus, etſamſi prius ex ſententia graduationis prævenerit in exigendo, aliis ejuſdem qualitatis, & gradus creditoribus præferatur; ſed obligatur aliis contribuere ejuſdem gradus pro rata, juxta determinationem, *d. l. partitæ*, ut advertimus ſuprà *à num. 6. & ſeqq.* contra Matienzum, quæ revera in ſui parte loquitur de concurſu creditorum univerſali, nes particulari inter ipſos creditores dumtaxat formatum, ſed quando, vel omnes, vel aliqui ſeparatim petierunt ſua credita perſonalia, licet eodem tempore omnes obtinuiſſe ſententiam contigerit, ut ex ead. l. clarè apparet.

Et quamvis velles intelligere illam legem in cre- 52
ditoribus inter ſe concurrentibus ad executionem alterius creditoris, prout indicare videntur ejuſdem *l. partitæ* illa verba, ibi: *Mas ſi todos los otros, o parte dellos demandaſſen ſu debdo otro ſi por juicio, e fueſſe dada ſentencia contra el debdor en un tiempo*; adhuc non poſſet inferri ex iiſdem ad unitatem judicii quoad ordinem procedendi, quia eſſet habenda diſtinctio inter creditores habentes viam executivam, & experientes via ordinaria, ut ſuperiùs ex Parladorio, & aliis vidiſti. *num. 46. & ſeqq.* annotavimus. & tunc cum creditores habentes inſtrumenta guarentigiatæ non ſint retardandi per alios concurrentes ex via ordinaria, ne illis fieret injuria, ſi prius ſententiam addictionis, hoc eſt, *de remate*, obtinuerint, præferrentur in exactione ſub fidejuſſione.

Nec obſtat ſecundum *à num. 9.* quia ſibi ipſi reſ- 53
pondit, cùm loquatur in reconventione, quando ſimultaneè poteſt tractari cum conventione, quando iſta ſummaria, & illa ordinaria via peragenda, & ſic ſeparatim utraque tractatur, ne fiat injuria actori ob retardationem ſui juris ſummarii, & executivè, atque ita cùm inter has cauſas detur de jure ſeparabilitas, & ſeorſum quælibet tractetur abſque concurſu neutra prævalet: quo caſu vel reconventio non admittitur, vel ſi admittatur propriam qualitatem amittere tenetur.

Ut ſecus ſit, quando reconventio, quæ ſit ſum- 54
maria concurrit cum conventione ordinaria judicio agitata, ut tunc in hujus naturam convertitur & veſtitur, ad quam ipſi facilis eſt tranſitus, ut ſuprà *à n. 38. & ſeq.*

At noſtra verſatur controverſia circa judicium 55
individuum, & à quo ſeparari non poſſunt cætera jura creditorum comparentium, quæ illius naturam uti capitis principalis aſſumere debent, propria qualitate viæ executivæ amiſſa, quam non patitur natura judicii concurſus, ideo facilè confunditur, ſuffocatur à ſuo principali, ut probatum fuit latiùs.

Nec obſtat tertiò ſuprà *à nu. 11.* cui eodem modo 56
reſpondetur ut procedat inter judicia ſeparata, inter ſe diviſibilia, nullam unitatem, aut individuitatem appetentia: prout fit, quando debitor movit in via ordinaria reſciſſionem contractus, quia dum non obtinet rem judicatam ſuper ea minimè interim impediuntur effectus, nec enervantur vires inſtrumenti, habentis executionem paratam, quam ſeparatim, & ſeorſum abſque ulla dependentia judicii reſciſſorii ordinarii, creditor movere poteſt, non obſtante litis pendentis exceptione, atq; de judiciis, & articulis ſeparatis ad unitatem, & continentiam judicii non rectè argumentari poteſt.

57 Similiter quarto argumento de quo *à num.* 12. reſpondetur, ut loquatur, quando in eadem perſona concurrunt duæ qualitates ſeparatæ, quia ut tales non confundunfur, ſed utraque de per ſe operatur, quod non eſt caſus noſter.

58 Nec obſtat ultimum magis difficile, de quo à *nu.* 14. *cum ſeqq.* ad id tendens, quod via executiva uti privilegiata ad ſe trahat viam ordinariam, utriſque concurrentibus ſuper judicio individuo, ita ut totum 17 judicium concurſus efficiatur executivum ratione adjuncti privilegiati, & participationis, ne privilegiatus ex communione cum non privilegiato amittendo privilegium ſuum, damnum recipiat.

59 Quia reſpondetur, ut procedat, quando uterque privilegiatus, & non privilegiatus concurrit æquè principaliter, & ſimul ſtare poſſunt, ſed non quando privilegium concurrit acceſſoriè ad principale, quia tunc ejus qualitas ſuffocatur & extinguitur, cum amiſſa propria qualitate, ſequi debeat qualitatem, & naturam ſui principalis, prout latiſſimè videre eſt *in noſtris comment. de Regia protect.* 2. *part. cap.* 7. *à num.* 101. *cum multis ſeqq.*

60 Deinde reſpondetur; quod qualitas executivæ viæ eſt accidentalis, quia poteſt eſſe, & abeſſe ſine principalis ſubſtantiæ corruptione. Giurba *dec.* 60.
61 *n.* 1. Sed via ordinaria in omnibus negotiis ob plenam cauſæ cognitionem eſt naturalis; quibus in uno concurrentibus, naturalis prævalet accidentali, Nos
62 *in d. c.* 8. *à n.* 31. ita ut erit cauſa cœpta fuerit via executiva, ſi contingat proſequi in via ordinaria, executiva ſuffocatur, & extinguitur; ita ut amplius non reviviſcat, quia cauſa ſemel effecta ordinaria, ſemper manet ordinaria, ut ſuperiùs latiùs probavimus *à n.* 34. *cum ſeqq.*

63 Deinde quia in concurſu duarum qualitatum ad invicem repugnantium, potentior vincit debiliorem, & hæc illi cedit, abundè *in d. cap.* 7. *à num.* 52. *& à n.* 90. *& ſeqq. & num.* 11. quam longè potentior, & fortior ſit via ordinaria, nemo eſt qui neſciat, per eam finis totaliter imponitur omni controverſiæ, ut de ea amplius, ac de eadem re id judicio alio non contendatur. Nos *d. cap.* 7. *à num.* 88. *& ſeqq.* & ſic via executiva concurrens tanquam debilior meritò cedit viæ ordinariæ tanquam potentiori.

64 Nunc tractandum de alia quæſtione ſecunda noſtri cap. parte appoſita an ſententia graduationis lata in hoc judicio univerſali concurſus ſit exequenda quoad omnes, non obſtante appellatione, per aliquos creditores emiſſa; atque etiam quando prima ſententia valeat exequi, hanc quæſtionem abſolvi noviter *l.*
65 *Regia*, 12. *tit.* 19. *de los contractos, y obligaciones, lib.* 5. *recopilat. addita in tertio tom. fol.* 64. quam (ut clariùs percipiantur, quæ ſubtiliter in ejus interpretationem ſcribenda ſunt) ad litteram referre congruit. *En los pleytos de acreedores, que en el mi conſejo, y cancillerias y audiençias ſe trataren en primera inſtancia; o en ſegunda, vel confirmando, o revocando la ſentencia, o ſentencias per los jueçes ordinarios inferiores; que en tal caſo ſin eſperar tercera ſentencia de graduacion y ſin embargo de la ſupplicacion, que dellas ſe interpuſiere; ſe anpagados los acreedores por ſu antelacion, dando fianças depoſitarias de reſtituir lo que aſi cobraren, ſi la tal ſentencia ſe revocare en grado de reviſta.*

66 Ex cujus legis determinatione plura practicabilia inferuntur. Primum, quod ſententia graduationis lata, ſeu latæ per judices inferiores in concurſus judicio univerſali, nunquam ſit exequenda, ſed per appellationem ſuſpendenda, quod juris regulis adæquatur,
67 quoniam cùm hoc judicium ſit ordinarium, & in via ordinaria diſcutiantur jura omnium creditorum, ut hactenus à principio hujus capitis latiſſimè comprobavimus, & praxis quotidiana obſervat; regula vulgaris ſubſequimur quod appellatio regulariter locum habet ex *l.* 1. *cum ſeq. ff. de appellationibus recipiendis*, infinitos Doctores congerit Giurba *deciſ.* 49. *n.* 1. qui *nu.* 7. dicit quod cauſa ordinaria, vel quæ ſemel facta fuit ordinaria ſemper remanet ordinaria & appellabilis ex Lancelloto *de attentatis*, 2. *part.* 14. *in præfat. n.* 572. & *cap.* 12. *limit.* 24. *num.* 18. Rota *diverſor. dec.* 132. *n.* 1. *part.* 1. Pontanus *de alimentis*, *c.* 19. *n.* 7.

Secundum notabile infertur: prima ſententia gra- 68
duationis in tribunalibus ſupremis lata, mediante appellatione, confirmatoria, vel revocatoria inferioris, exequitur ſtatim, non obſtante ſupplicatione ab ea interpoſita, ſub fidejuſſione tamen depoſitaria de reſtituendo ſoluto, revocata ſententia in gradu ſupplicationis, & in hoc verſatur auctoritas ſupremorum Tribunalium, cui Rex merito defert, & confidit, attribuens ejus juſtificationi hoc privilegium exequendi primam ſententiam, quod non tantum cauſæ datur, quantum horum tribunalium auctoritati.

Tertium notabile, (ad quod vulgariter non atten- 69
ditur) eſt, quod ſemper prima graduationis ſententia lata in tribunalibus ſupremis, ſive additis per appellationem; ſive ſit lata in prima inſtantia (quando ibidem cœptum fuit judicium hoc univerſale concurſus, cauſatum à debitore communi) exequatur appellatione non obſtante, quod apertiſſimè apparet ex ejuſdem *verbis*, ibi: *En primera inſtancia, o en ſegunda confirmando o revocando la ſentencia, o ſentencias dadas por los jueçes inferiores.* Duos caſus ſeparatos dividens, alterum, quando in prima inſtantia fertur ſententia graduationis in Senatu; alterum quando in ſecunda fertur confirmatoria vel revocatoria judicis ordinarii, nam illa verba confirmando, revocando referuntur ad verba, *o en ſecunda*; tanquam ad proxima Bart. & Bald. *in l. talis ſcriptura §. requiris de appellationibus*, Galganetus *de conditionibus part.* 2. *cap.* 6. *q.* 5. *c.* 23. *pag.* 254. Noguerol. *allegatione.* 23. *ex n.* 45. *&* 46. Mantica *de conject. ult. volun. lib.* 10. *tit.* 6. *n.* 30. *ad finem.*

Quæ verba clarè demonſtrant, quod in utroque caſu ſemper prima ſententia tribunalium ſupremorum exequatur, etenim ultima ejus determinatio executionis permiſſivæ hos duos caſus præcedentes complectitur, & uno, & eodem modo eos decidit, nihil ſeparatim, aut diversè inter illos diſponens, ſed æqualiter determinat, etſi eodem modo judicandi ſunt utrique caſus, ex vulgari juris regula dicantis, quod una determinatio recipiens plura determinabilia, ea debet pariformiter determinare *l. cum hoc jure*, *l. Lucius*, *ff. de vulgari & pupillari*, *l. legatarius.* 81. §. *de reg. juris*, *l. quamvis C. de impub. & aliis ſubſtitut.* Caſſanate *conſ.* 67. *nu.* 28. Gratian. *diſceptat.* 70. *n.* 70
39. *tom.* 1. pleniſſimè Caſtillo *controverſ. lib.* 5. *cap.* 97. *à num.* 4. *cum multis ſeqq.* Fuſſarius *de ſubſtitut. quæſt.* 217. *nu.* 8. Et quamvis hactenus practici ad hanc 72
legis particulam non attenderint, ſed ſolùm contenti eam allegare pro ſecundo caſu, quando nempe in ſecunda inſtantia per gradum appellationis fertur in Senatu ſententia graduationis confirmatoria, vel revocatoria, ſit exequenda; tamen quod idem æqualiter ſit diſpoſitum claris & expreſſis verbis ejuſdem legis in prima ſententia Tribunalium lata in prima inſtantia nullum dubium recipit, ſed expreſsè deciditur eadem lege, ut vidiſti.

Quartum notabile, quod ex verbis hujus legis de- 72
ducitur, illud eſt, ut ejus diſpoſitio non ſit univerſaliter accipienda in quolibet concurſu creditorum, ſed in lite creditorum dumtaxat, quoniam illud eſt lis creditorum, aliud verò concurſus creditorum, illa habet originem à facto debitoris, hic à ſolo facto creditorum, quia licet lis, & judicium creditorum non poſſit eſſe ſine concurſu creditorum, quia ei ineſt; tamen concurſus creditorum poteſt eſſe, & ſtare de per ſe ſine lite, judicio univerſali creditorum, quia formatur inter ipſos abſque facto, & interventu debitoris communis, & abſque ejus dependentia, & inter iſta duo genera concurſuum magna eſt differentia, &

diverſus

diverſus effectus ex utroque oritur, & de uno ad aliud non rectè argumentatur: ut ad longum probavimus ſuperiùs *cap. 4. per totum, & ſignanter, à n. 8. & c. 30. & ſeqq. verſ. ad ſecundum accedamus, & ſupra hoc eodem cap. à num. 20. cum ſeqq.*

73 Quam interpretationem apertiùs deducere poteris ex verbis ejuſdem legis Regiæ, ibi. *En los pleytos de los acreedores, que en el mi conſejo, y chancillerias, y audiencia ſe tractaren*, &c. ſic non dixit ſimpliciter. *En los concurſos de acreedores, ſino en los pleytos de acreedores*, & ſuper litibus creditorum dumtaxat determi-
74 nant, quia, ut diximus, aliud eſt lis creditorum, aliud concurſus creditorum ſimpliciter, & analogum per ſe ſumptum ſtat pro potiori, & famoſiori ſignificato, §. *ſed jus quidem civile, inſtit. de jure nat. gentium, & civili, cap. pudor. in fine. 32. quæſt. 2. l. 1. qui in perpetuum. ff. ſi ager vectigal. l. 1. §. ſi is, qui navem ff. de exercitoria actione, cap. penult. de ſentent. excommunicat.*

75 At concurſus ſimplex creditorum, incidens in executionem ab uno petitam contra debitorem diverſam quoad appellationem à ſententia additionis habet inſpectionem, ut latiùs videre eſt ex Parladorio, Joan. Guttierrez, Avendaño, & aliis per Nos *adductis in commentar. de Regia protect. 2. p. c. 7. à n. 127.* & tetigimus hoc *c. à n. 4. 6. verſ. & hos terminos*, &c. & ſuperiùs.

76 Quintum & ultimum deduces ex hujus legis Regiæ determinatione, quod ſententia graduationis, lata in judicio univerſali concurſus, quoad omnes creditorum cauſas, & jura, ſive ſuſpendenda erit nempe quando fertur ab inferiori judice à quo appellatur, ſive quoad omnes exequenda erit, caſu quo exequatur, nempe ſemper prima ſupremi Tribunalis; quoniam judicium hoc ordinarium æqualiter & indiſtinctè cum omnibus verſatur, & ſimultaneè deciditur, & una omnium jurium eſt natura, in omnes cauſas æqualiter influens, nullo attento viæ executivæ privilegio, cum ſupprimatur, & ſuffocetur, ſeu extinguatur eo ipſo, quod judicium univerſale concurſus ingreditur, & ad latè diſputata, & reſoluta in hujus *cap. priori parte*; atque ideo ſententia graduationis pariformiter operatur quoad omnes indiſtinctè.

CAPUT XVII.

Creditor citatus ad judicium formatum per unum ex correis formatis ſivè confidejuſſoribus, an poſſit concurſum deferens noviter convenire alterum correum, vel confidejuſſorem, tertiumve hypothecæ poſſeſſorem, litis pendentis exceptione minimè obſtante. Et quid ſi in lite concurſus ſententiam graduationis jam obtinuit creditor.

SUMMARIUM.

1 *Negativa ſententia creditorem ſcilicet, qui ſemel unum ex correis debendi in judicio convenit, minimè poſſe lite pendente ad alios correos, ſeu fidejuſſores redire quouſque primus conventus non eſſe ſolvendo reperiatur: proponitur num. 1. contraria verior.*

2. 3. & 4. *L. ſi libertum 16. l. reos principales, C. de fidejuſſoribus, l. . D. de duobus reis, adducuntur in confirmationem ſuperioris ſententiæ.*

5 *Creditor, concurſus judicium cauſatum ab uno ex correis, aut fidejuſſoribus, deferere non poteſt, quouſque terminetur.*

6 *Viam, quam ſibi eligit, ſequi tenetur.*

7 *Via una electa, ad aliam recurri non poteſt.*

8 *Via una electa, alteri renunciari videtur.*

9 *Litis pendentis exceptio opponi poteſt, quoties ſententia in uno judicio alteri nocet.*

Creditor, ſive agendo contra principalem ſive contra correum, aut fidejuſſorem, idem jus, & creditum deducit in judicio. ibid.

10 *Creditor poteſt convenire quemlibet ex correis debendi, aut fidejuſſores, & uno convento poteſt liberè ad alium redire quandiu integrum creditum non exegerit.*

11 *Unius ex correis electio non præjudicat creditori, quominùs actiones ſive perſonales, ſive hypothecarias (quia penes ipſum remanent) contra alios movere poſſit: & ponderatur textus in l. reus, l. generaliter, C. de fidejuſſoribus.*

12 *Creditor, etiamſi ſententiam condemnatoriam contra unum ex correis obtinuerit, poteſt eo judicio deſerto alios noviter convenire, quouſque integrè ſibi fuerit ſatisfactum, quin ei obſtet litis pendentis exceptio.*

13 *Text. in l. 2. ff. de duobus reis intelligendus eſt de actuali, & effectiva ſolutione, ex qua tollitur obligatio.*

14 *Per ſolam petitionem etiam ſequuta ſententia condemnatoria contra unum ex correis, cæteri non liberantur, ſed neceſſaria eſt integra debiti ſolutio.*

15 *Creditori non obeſſe exceptionem litis pendentis cum uno ex correis oppoſitam per alium noviter conventum, comprobatur ex multorum authoritatibus.*

16 *Creditor electionem, & arbitrium habet eligendi, & variandi, inter correos debendi, fidejuſſores, & eorum bona, adeò ut creditor poſterior non poſſit ei opponere quod exigat ex aliis.*

17. 19. *Creditor in revocatoria arbitrium habet ad revocandam ſolutionem poſteriori factam, quamvis alii adſint creditores poſterioris gradus quibus pariter fuit ſolutum.*

18 *Creditor, licet ſequeſtrari fecerit debitoris aliqua bona, poterit nihilominus ea dimittere, & creditum ex aliis bonis exigere.*

20 *Depoſita re apud duos, adverſus unumquemque agi poterit, nec unius electione, ſed ſolutione alter liberatur, & expenditur textus in l. 1. ff. ſi apud §. ſi depoſiti.*

21 *Electio unius ex debitoribus, vel poſſeſſoribus rei cenſui ſubjectæ, non præjudicat creditori, quin etiam contra alios poſſit de ſuis juribus experiri.*

22 *Id procedit, etiamſi creditor ſententiam favorabilem contra unum obtinuerit.*

23 *Creditor fidejuſſorem poteſt convenire, etiamſi ſententia lata ſit contra eum agentem adverſus debitorem principalem.*

24 *Lite pendente cum debitore principali, adhuc poteſt fidejuſſor conveniri.*

25 *Lite pendente cantra unum ex fidejuſſoribus, vel principalem debitorem, vel unum ex correis, non obſtante litis pendentia poteſt creditor contra alium agere.*

26 *Lite pendente contra principalem, non impenditur executio contra fidejuſſorem; nec contra.*

27 *Creditor, plures reos debendi habens obligatos ſi in concurſu ab uno formato comparuerit, etſi in ſententia graduationis locum obtinuerit, poterit nihilominus alios convenire, quo uſque ſibi integrè ſatisfiat.*

28 & 29. *Creditor, cui ſententia concurſus bona fuerunt pro ſuo adjudicato adjudicata, adhuc habet recurſum contra correos, vel fidejuſſores, aut tertios poſſeſſores.*

29 *Creditor, qui ordinariè, vel executivè cœpit agere contra unum ex correis, ad alium ſine metu litis pendentiæ poteſt accedere.*

30. 31. 32 & 33. *Affertur doctrina Cencii, & plurium deciſionum Rotæ.*

32 *Cenſus non dicitur extinctus per conſignationem factam*

factam in sententia graduationis, non sequuta effectiva litis traditione.

34 *Creditor plures correos, seu fidejussores habens in solidum obligatos, ad unius concursum vocatus comparens, potest lite concursus pendente etiam post sententiam graduationis concursum deserere, & alios noviter convenire.*

35 *Fidejussor indemnitatis, qui ante executionem principalis non potest conveniri si principalis concursum causavit, non potest conventus opponere exceptionem excussionis, aut ordinis.*

36 *Creditor, qui citra concursum cœpit debitorem, aut unum ex correis convenire virtute instrumenti guarentigii, judicium deserere potest, & aliud eligere, non obstante exceptione litis pendentiæ.*

37 *Litis pendentis exceptio in executivis locum non habet.*

38 L. ubi cœptum *doctrina non habet locum in executivis.*

39 *Creditor, qui unum ex correis executus fuit, libere potest vel eundem, vel alterum ex correis, aut fidejussoribus noviter etiam coram alio judice convenire.*

40 *Missus in possessionem ex primo decreto non impeditur, quin contra fidejussorem, & ejus bona possit redire.*

41 *Electio unius remedii executivi non præjudicat, nec præcludit viam aliis, quando creditum non est satisfactum.*

42 *In executivis non obstante litis pendentia, potest creditor variare de una persona ad aliam, & de una re ad aliam.*

43 *Refutatur doctrina Joannis Parladorii.*

44 *Creditor deserens judicium concursus, formatum per debitorem, fidejussorem aut correum, potest tertium hypothecæ possessorem alibi coram suo judice competente convenire.*

Respondetur primo, secundo & tertio argumento relatis, n. 2. 3, & 4. remissivè. n. 45. quarto, & quinto argumento, n. 46. sexto argumento, n. 47.

48 *Sententia contra unum ex correis non præjudicat aliis non citatis.*

49 *Confidejussor noviter conventus à creditore non opponit de lite pendente contra alium fidejussorem aut principalem.*

1 DUbia semper visa fuit apud practicos hæc quæstio, pro negativa resolutione minimè posse creditorem, qui semel unum ex correis convenit in judicio, lite pendente ad alium, seu alios correos, & fidejussores redire, & prima deserta novam adversus istos instaurare, & movere, quousque primus conventus, & condemnatus solvendo non esse reperiatur: multa jura & fundamenta pug-
2 nant. Primum ex *l. si liberum, 16. C. de fidejussoribus. Liberum* (inquit Imperator) *fuit antequam lis adversus omnes fidejussores contestaretur, unum eorum eligere, creditori, si modo cæteros minus idoneos existimaret. A tunc post litis contestationem petitionem divisam redintegrari, juris ratio non patitur.* Ergo quousque verè constet de executione sententiæ, correum conventum solvendo non esse, ad alios creditorem redire non posse post litem contra unum semel contestatam.

3 Secundo ad idem videtur etiam determinare, text. *in l. principales, C. eodem.* ubi demum creditori datur facultas revertendi adversus alios confidejussores, nondum conventos; si satis non fecerit, & ille unus ex confidejussoribus, primo solus conventus in hæc; *reos principales; vel mandatores simpliciter acceptos elige, vel pro parte convenire, vel satis non faciente, contra quem egeras primo post illum ad alium reverti (cum nullus de his electione liberetur) licet.*

4 Tertio hocclariùs patet ex *l. 2. ff. de duobus reis*, ex quo expresè colligitur, ex sola petitione creditoris contra unum correum in judicium deducta, adversus alios regressum habere nullum, in hæc. *Cum duo eamdem pecuniam aut promiserunt, aut stipulati sunt: ipso jure, & singulis in solidum debetur, & singuli in solidum debent: ideòque petitione, & acceptilatione unius sola solvitur obligatio.* Ergo creditori adversùs unum petitionem dirigenti obstabit litis pendentis exceptio, si noviter alios convenire velit correos, aut confidejussores.

Quarto, quoniam judicium concursus causati ab 5
uno ex correis, aut confidejussoribus, quo creditor semel comparuit, & suum creditum postulavit; deserere non potest, quousque terminetur, ex regula textus in *l. ubi cœptum est judicium, ibi finem accipere debet ff. de judiciis.*

Deinde, & quinto probatur, nam viam, quam 6
quis sibi eligit, sequi tenetur *l. si mulieri, l. fin. ff. quod metus causa, cap. cum omnes.* circa finem *de constitutionibus. C. quod semel placuit, amplius displicere non debet; de reg. juris in 6.* Surdus *cons.* 377. *n.* 3. Farinacius *in praxi crim. p. 6. quæst.* 175. *n.* 196. Marius Anton. *variar. resolut. lib. 2. resolutio.* 17. *n.* 8. Scaccia *de appellationibus quæst.* 17. *limitatio* 9. *n.* 45. Novarius *quæst. forens. lib.* 7
1. *quæst.* 44. *num.* 5. & ideo una via electa, ad aliam recurri non potest. Gratianus *decis.* 4. *num.* 72. plenè per Scacciam *loco citato, à num* 45. *cum* 8
seqq. usque ad num. 50. *& in tr. de commerciis, §.* 7. *glossa* 5. *à num.* 11. *cum seqq.* unius quippe electione alteri renunciatum videtur, *l. post diem* 7. *ff. de lege commissar.* Gratian. *discept. forens. tom.* 1. *cap.* 252. *n.* 12. plenè per Anton. Gabriel *communi. conclusio. lib. 2. tit. de action. concl. 2. per totam:* ergo semel eligenti creditori unum ex reis conveniendum, & conventum, ad cæteros regressus non patet.

Sexto, quoniam litis pendentis exceptio objici po- 9
test, quando sententia in uno judicio lata alteri præjudicialis est Parlador. *lib. 2. rerum quotidian. lib. 2. cap.* 9. nempe quando eadem res, & jus in utroque judicio controvertitur *suprà c.* 4. *à num.* 14. *vers. ex quibus infertur.* sed in hoc judicio noviter contra reum intentatum per creditorem, idem creditum controvertitur, super quo sententia lata in priori judicio creditori præjudiciat, cùm per unius solutionem cæteri è creditoris obligatione liberantur ex *d. l. 2. ff. de duobus reis, cum similibus*, ergo litis pendentis exceptio obstabit creditori noviter convenire volenti alios correos, aut confidejussores.

Quibus tamen minimè obstantibus, contraria sen- 10
tentia est verior de jure, & communi omnium opinione indistinctè Doctorum recepta, immò quod obligatis in solidum pluribus reis debendi, aut fidejussoribus, ut creditor ita liberam electionem habeat, quemlibet ex eis convenire, ut uno convento, contra quem primò in judicio agere cœpisset, possit liberè ad alium revertere, quamdiu integrum suum creditum 11
non exegerit, nec sibi ab aliquo ex eis solutum, remanent enim ipsi creditori omnes actiones integrè personales, & hypothecariæ adversus alios correos, aut confidejussores, ita ut ex unius electione præjudicium aliquod creditori adversùs alios non generetur, nec fiat. Jura sunt expressa *in d. l. reus. C. de fidejussoribus l. generaliter, C. eodem tit.* ibi: *& ideo generaliter sancimus nullo modo electione unius ex fidejussoribus vel ipsius rei alterum liberari, vel ipsum reum fidejussoribus, vel uno ex eis electo, liberationem mereri, nisi satisfiat creditori, sed manere jus integrum, donec in solidum ei pecuniâ persolvatur, vel alio modo eis satisfiat. Idemque in duobus reis promittendi constituimus, ex unius electione præjudicium creditori, adversus alium fieri concedentes: sed remanere ipsi creditori actiones integras, & personales hypothecarias, donec per omnia ei satisfiat.*

Quæ jura & alia superius pro contraria parte alle- 12
gata, ita communiter intelligunt, & declarant omnes ferè

ferè Doctores, de hac tractantes, & plus utiliterque tenentes hoc creditori licere, etiam sententia obtenta contra unum correum, nam si creditor unum ex pluribus reis debendi convenerit in solidum, & adversus eundem sit sententia condemnatoria pro solido lata: poterit creditor nihilominùs judicium ipsum deserere, & alios correos noviter convenire, quousque sibi integrè, & per omnia sibi fuerit satisfactum, ita ut creditori alios noviter convenienti, non obstet litis pendentis exceptio, nec quando prius alium eligendo convenerit, & condemnaverit, tenent Glossa, Rayner. Bart. Alberic. Angel. Immola, &
13 Paulus de Castro *in d. l. 2. ff. de duobus reis*, quam ita intelligunt, & declarant, ut petitio, de qua in eodem textu sit subintelligenda, cum actuali, & effectiva solutione, ex qua non aliter tollitur obligatio, & expressè indicant illa verba, *petitione, & acceptilatione unius tota solvitur obligatio*, sic post plurimos Doctores interpretatur Caldas Pereira *de emptione & vendit. c. 32. ex n. 55.* latissimè etiam Ronchegallus *ibidem n. 90. 91. & 92.* sequitur Phi-
14 lippus Corneus *in cons. 61. colum. 2. & 3. vol. 3.* ubi asserit commune Doctorum placitum esse, per solam petitionem, etiam sequuta sententia condemnatio contra unum ex pluribus reis debendi porrectam, alios non liberari, sed necessariam esse solutionem integri debiti, Panormitan *cons. 72. n. 3. volum. 2.* Bartol. *in l. ex duobus num. 11. & 17. ff. de duobus reis.* Alciatus *in l. 2. §. si tamen hominem n. 9. ff. de verb. obligat.* Alexand. Riminald. Jason, Decius, & Curtius Junior *in l. si creditores.* per textum ibi: quem sic explicant, *C. de pactis*, & Ronchegal. *in d. l. ex duobus, n. 2. 4. & 6.* Fulgent. *in l. si per imprudentiam §. si plures ff. de evict.* quos sequutos eleganter differit, & comprobat Felician. de Solis *de censibus, lib. 3. cap. 2. ex n. 5. & seq. & tom. 2. lib. 3. cap. 2. n. 5.*

15 Et per eadem jura, & Bart. idem tenet Parladorius *lib. 2. rer. quotidian. cap. 5. p. §. 11. n. 12.* Pirrus Maurus *in tract. de fidejussor. 2. p. principal. sect. 10. §. 19. per totum, fol. mihi* 1049. & per Cencium idem probat Noguerol. *allegat. 4. n. 27.* ubi quod creditor potest variare, & quod ei non obstat litis pendentis cum uno ex correis exceptio opposita per alium noviter conventum: eleganter etiam Lancellotus Robertus omnino videndus *de attentatis. 1. part. cap. 3. de attentat. à tertio. à n. 147. usque ad n. 151.* & iterum copiosè *2. p. cap. 20. de attentatis post inhibitio. limitat. 6. per totam.* & plurimi alii per discursum hujus
? *cap.* laudandi, & quod litis pendentis cum quo ex correis aut fidejussoribus exceptio aliis non profit, sive etiam pendentis cum principali, cæteros opponere non posse, comprobant Francisc. Marcus *qu. 313. p. 1.* Aretinus *fidejussoribus, sect. 9. p. 2. princip. §. 37. fol. 911.*

16 Certè namque dubitari non potest creditorem electionem, & arbitrium habere eligendi, & variandi inter debitores correos, & fidejussores, atque eorum bona, ita ut possit eligere pro exactione quælibet bona, quæipsi placuerint, adeo ut creditor posterior nequeat ei opponere, quod exigat ex aliis bonis, seu effectibus. *l. credit. arbitrio. ff. de distract. pignor.* cujus decisio etiam expli-
17 catur per Cæsar. Manent. *decis. 45. n. 18.* dicentem, creditorem in revocatoria arbitrium habere ad revocandam solutionem posteriori factam, quamvis alii adsint creditores inferioris gradus, quibus pariter fuit solutum, cùm inter eos libera sit facultas, & arbitrium creditoris anterioris eligendi, quem voluerit ad revocatoriam movendum. Sequitur Noguerol. *allegat. 7. n. 48.* qui ex eodem Manent. *dec. 62. n. 1. & 2.* & Cartario *dec. 105.*

18 Costa *de re integra, distinct. 56. n. 2.* rectè, inquit, quod creditor licet sequestrari fuerit bona aliqua debitoris; poterit nihilominus ea dimittere, & ad alia pervenire, ex quibus exigat suum debitum, sequestro sibi non obstante.

Quæ doctrina, ut si in facultate & libera electione 19
creditoris anterioris intentare revocatoriam contra quemlibet creditorem, ad avocandam ab eo pecuniam sibi solutam, nullo ordine attento nec servato, nempe, incipere à posterioribus antequam conveniat anteriores inter eos, sed quem maluerit ex eis eligere, & convenire possit longè verior est, licèt aliqui Doctores contrarium tenuerint, quos retulimus infra *2. p. c. 4. ex n. 84. vers. pro qua doctrina rectè conducit*, &c. ubi etiam alios plures Doctores pro hac nostra opinione per leges, & latiùs infra *3. p. c. 14. à princ.*

Pro quorum omnium resolutione textus est expres- 20
sus *in l. 1. §. si apud duos, ff. depositi*, ubi Ulpianus Jurisconsultus, sic scribit: *si apud duos sit deposita res, adversus unumquemque agi poterit, nec liberabitur alter, si cum altero agatur, non enim electione, sed solutione liberantur, textus in l. si ut certo, §. si duobus vehiculum ff. commodat.* in illis verbis: *quare duo quodammodo rei habebuntur, etsi alter conventus præstiterit, liberabit alterum*, cui consonat *d. l. 2. ff. de duobus reis. 1.* in *3.* argument. contrariæ partis citata ibi, *ideoque petitione, & acceptilatione unius tota solvitur obligatio*, ut dum petitionem, & acceptilationibus æquiparat, perneceſſe de petitione cum solutione intelligenda erit, ut solvatur obligatio, juxta *d. §. si duobus. & l. si per imprudentiam. 31. §. ultim. ff. de evictionibus.* prout etiam per communem Doctorum sic intelligitur & interpretatur.

Eandem resolutionem probat Cencius *de censibus*, 21
quæst. 80. à n. 11. dicens, quod ob unius debitoris, vel possessoris rei censui suppositæ electionem, non est creditori factum præjudicium quoad alios, quin etiam contra illos possit de suis juribus experiri ex *d. l. reos, & d. l. generaliter* & communem Doctorum & per Scapuc. *in suo tract. de Salviano interdicto. lib. 2. quæst. 5.* & Pacificum *eodem simili tract. inspect. 3. cap. 2. nu. 53. & seqq.* juxta posteriorem impressionem.

Qui insuper ipse Cencius, *ibidem n. 13.* ait: *nec ex eo* 22
repellendum esse à sua petitione dominum census, quod pro toto suo credito, contra unum ex pluribus debitoribus, etiam in solidum obligatis sententiam favorabilem reportasset, sed opus esse, ut realiter, & cum effectu de toto credito integraliter sit satisfactus, & solutus, ex Bart. & Ronchegallos, Alexand. Abbate, Alciato, Decio, Curtio Junio, & aliis ab eo citatis, & iterum ipse Cencius *quæst. 107. sub n. 29. vers. ultra quod beneficium*, ubi post Solis & Gutierrez asserit, creditorem 23
contra fidejussorem agere posse, etiamsi sententia fuisset lata contra creditorem agentem adversus suum debitorem principalem, Guzman, (licet obiter) *de* 24
evictio. qu. 10. n. 20. dicens, quod lite pendente cum principali debitore, iterum potest nihilominus fidejussor conveniri; allegat Surdum *in consil. 327. n. 23. vol. 3.* qui tamen id non dixit.

Rectè loquutus fuit Cancer. in hoc articulo, *variant.* 25
resolut. lib. 2. tit. 5. de fidejussoribus, n. 23. firmans, quod lite pendente inter creditorem, & unum ex fidejussoribus, vel principalem debitorem, unum vel ex correis debendi, potest creditor ipse contra alium fidejussorem, seu correum agere, non obstante dicta 15
litis pendentia, per Bart. *in Auth. hoc ita, n. 22. C. de duobus reis*, & ibidem Bald. ad ipsum dicentem, & asserentem lite pendente contra principalem, non 26
impediri executionem contra fidejussorem; nec è converso, ad quam doctrinam refert etiam Antonium Colum. *in singul. obstant. persona. n. 16.* & Guido Pap. *decis. 348.* Vivium *decis. 269.* & Paulum Castrens. *cons. 87. in causa quæ vertitur. volum. 1.* Idem expressè tenentes.

Ex qua verissima resolutione à nemine (quem viderim) impugnata plures Doctores uniter inferunt ad nostrum concursum causatum per debitorem communem, aut unum ex correis, aut confidejussoribus, & in primis singulariter D. Felicianus de Solis

de

27 *de cenſibus lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 8. ita loquutus fuit: *ex qua reſolutione infertur in facto reſpondendum, quod ſi debitor ſuos nominaverit creditores in judicio, petieritque ex ſuis bonis illis ſatisfieri pro crediti quantitate, & privilegio, & unus, qui alios quoque habet obligatos in ſolidum comparuerit, & inſtrumentum debiti præſentaverit, & per ſententiam quartum, vel quintum locum obtinuerit, poterit liberè habere recurſum adverſus alios correos obligatos in ſolidum, quouſque ſibi integrè ſatisfiat, quoniam nec petitio, nec ſententia adverſus unum ex pluribus reis debendi liberat alios d. l. fin. §. idemque C. de fi ejuſſoribus*, & Authores relati ſuperiùs, & qui juridicè calluit fundamentum hujus articuli.

28 Id ipſum poſt Gutierrez, quem allegat, repetit ipſemet Felicianus *in* 2. *tom. de cenſibus, lib.* 3. *cap.* 2. *ſub n.* 6. *verſ. in n.* 8. *ejuſdem cap.* qui ita ait *in n.* 8. *ejuſdem c. poſt longam diſputationem reſolvit creditorem (cui locus fuit præfixus in ſententiam proceſſus accreedores, cuique facere adjudicata bona pro ſuo debito) adhuc habere recurſum vel contra fidejuſſores, aut tertios poſſeſſores. Idem hoc eleganter poſt longam diſcuſſionem amplectitur, me relato Doctiſſimus Joannes Gutierrez lib.* 1. *practicar. quæſt.* 46. *à n.* 60. *uſque ad n.* 64 *& ſeqq.* &c. erit tamen obiter annotandum, quod licèt iſte Author, & alii laudandi expreſsè faciant mentionem Gutierrez *hac quæſt.* 46. ſignanter eum referant in pluribus ejuſdem quæſtionis numeris: tamen fateor nunquam eam quæſtionem in meis potuiſſe reperire, prout & aliis doctiſſimis Conſenatoribus meis contigit, licet accuratè quæſiverimus, ſed nihil mirum, quoniam in antiquiori impreſſione deficit *hæc q.* 46. adeſt tamen addita in noviori impreſſione.

Et cum eodem de Solis, & Gutierrez *locis proximè citatis*, hoc ipſum ſequutus fuit Avendanus, *in tract. de cenſibus, c.* 94. *n.* 11. ibi, *quæ quidem omnino adeo vera ſunt reſpectu correorum, atque bonorum cen-*
29 *ſualium, ut quamvis creditor cœpiſſet agere ordinariè, vel executivè contra unum; ad alios ſine metu litis pendentiæ accedere poſſet l. reos. l. fin. C. de duobus reis, imò, & ſecundum plures, etiamſi in proceſſu, creditorem bona pro ſuo credito alicui fuiſſent adjudicata; adhuc contra alios correos haberet recurſum*, ut notat Felician. *de cenſibus lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 9. qui poſt Gutierrez *lib.* 1. *practic. qu.* 47. *ex nu.* 60. iterum, &c.

30 Cencius etiam *in tract. de cenſibus quæſt.* 80. *nu.* 14. ex doctrina de Solis, hoc ipſum firmiter tenet & infert, ad concurſum judicium, dicens, quod tunc quando debitor nominat ſuos creditores in judicio, petitque illis de ſuis bonis ſatisfieri pro crediti prioritate, & poſterioritate; nam ſi unus ex dictis creditoribus qui alios quoque, puta fidejuſſores, habet obligatos in ſolidum, comparuerit, & inſtrumentum ſui crediti in hoc judicio diſcuſſionis, & graduationis præſentaverit, & per ſententiam aliquem inutilem locum obtinuerit; poterit liberè adverſus alios obligatos in ſolidum agere, quouſque ſibi integrè ſatisfiat, eam reddens rationem poſt Felicianum, quia nec petitio, nec ſententia adverſus unum ex pluribus obligatis liberat alios.

31 Idem dixit Rota *in una Roman. Salviani interdicti.* 11. *Januarii* 1616. *coram Manzanedo n.* 12. qua ita fuit dictum, *& licet Domini de Fabiis, & Petroniis coram D. Raymundo curaverint ſe deſcribi inter alios creditores, D. Marci Antonii fidejuſſoris cenſus, non tamen ſibi propterea præjudicarunt, quin coram alio judice competenti agere poſſint contra Dominum Olympiam principalem debitricem, cùm nemo præſumatur renunciare juri ſuo, niſi id expreſsè faciat*, &c. in ordine 32. inter recollectas per Cencium *poſt tract. de cenſibus tom.* 2. eamdem rationem in propoſito in hac Rotæ deciſione, & ex Gutierr. *in practic. lib.* 1. *cap.* 148. *num.* 14. quem allegat, reddit Cencius d. *tract. de cenſibus d. qu.* 82. *ſub d. num.* 14. qui ulterius ibidem aliam reddit, nempe, quia per ſen- 32
tentiam iſtam graduationis non ſequuta effectuali traditione, non poteſt dici, quod cenſus ſit extinctus, per expreſſam Rotæ *deciſionem, in una Romana de Guraghis.* 27. *Januarii* 1620. *quæ eſt poſt tract. de cenſibus, tom.* 2. *ordine* 495. *nu.* 2. & 3. ibi: *non obſtare viſum fuit, quod dicebatur; cenſum fuiſſe extinctum propter ſequutam decoctionem Cinthii: nam reſpondebatur hunc non eſſe verum modum extinguendi cenſum, ut in Rom. de Danzanii* 28. *Maii* 1614. *coram R. P. D. meo Burato nec etiam ex ſententia ſubſequuta graduationis ſuper eodem Caſſali uſum fuit, poſſe dici cenſum extinctum non ſequuta reali traditione, ut dictum fuit in Rom. cenſus* 27. *Jan.* 1603. *coram*, &c. *& in alia Rom. fructuum cenſus* 22. *Jan.* 1609. *coram me.* &c.

Ad idem tendit alia Rotæ *deciſ.* 247. *n.* 2. *inter recol-* 33
lectas per Cencium poſt tract. de cenſibus, in hæc: *nec viſum fuit Dominis, quod iſte cenſus poteſt dici extinctus per aſſignationem creditorum pro illius extinctione factam in congregationem Baronum, quia non conſtat, talem aſſignationem effectuatam fuiſſe mediante ſolutione creditorum, à congregatione aſſignatorum, prout requirebatur ad hoc, ut cenſus dici poſſit extinctus, nam mens congregationis Dominæ Citarellæ, & Dominorum de Sabellis ea fuit; ut tunc demum cenſus eſſet extinctus, quando aſſignamenta fuiſſent vera, & realia, & exigibilia, & Dominus Citarella ex eis fuiſſet conſequutus integram ſatisfactionem, & extinctionem ſortis principalis, ut in eiſdem terminis aſſignamentis facta à congregatione eadem extinctione alterius cenſus, debiti ab eiſdem Dominis de Sabellis; videtur cenſus ſic fuiſſe deciſus in una Romana cenſus* 26. *Novembris* 1604. *coram Illuſtriſſ. Card. Mellino*

Ex quibus omnibus reſultat firmiſſima; & in jure 34
conſtans concluſio, qua creditor, qui plures correos, ſeu fidejuſſores habet in ſolidum obligatos, ad unius concurſum vocatus, aut aliàs comparens petendo ſuum creditum, & inter cæteros graduari poteſt. nihilominus lite concurſus pendente, & etiam poſt quam per ſententiam fuit graduatus vim illam concurſus deſerere & redire ad alios fidejuſſores correos qui litis pendentis exceptione juvari non poſſint; ex jam ſcriptis, & dicendis ad reſponſionem 6. *argum. l. d. n.* 47. & hæc reſolutio minorem continet difficultatem, quando comparitio creditoris fuit facta in concurſu creditorum peracto per debitorem principalem, aut unum ex correis, aut fidejuſſoribus, quo caſu, libere, & ſine impedimento poteſt concurſum deſerere, & ad cæteros obligatos in ſolutum redire creditor. Nam etiam quando fidejuſſor ſit indemnitatis, qui 35
juxta juris notiſſimas regulas nequit conveniri niſi prius facta excuſſione contra bona principali debitoris: attamen quando iſte cauſavit concurſum creditorum, fidejuſſor indemnitatis non poteſt opponere exceptionem diſcuſſionis, aut ordinis, ut ex Ludov. Molin. *de primogeniis lib.* 4. *c.* 7. *num.* 31. *&* 38. Gratian. *in additionibus ad dec.* 25. *num.* 11. Rota Genuenſis *de mercatura dec.* 158. *nu.* 7. *&* 8. Noguerol. *alleg.* 2 *n.* 113. *& alleg.* 4. *n.* 41. & poſt alios longius tractavimus *infrà c.* 13.

Secundò, principalis reſolutio multò magis tuta 36
procedet, quando creditor ante concurſus judicium formatum, & ſic concurſu ceſſante, cœpit debitorem, aut unum ex correis exequi virtute inſtrumenti guarentigiati, & ſic via executiva, quia eandem deſerens poterit convenire alios correos, aut fidejuſſores, non obſtante litis pendentis exceptione, quia in executivis litis pendentis exceptio locum non habet, immò ea non obſtante alia executio, ſeu conventio pro eadem quantitate coram alio judice poteſt proponi ex doctrina Jaſonis *in l. nulli, C. de judiciis n.* 8. *& conſ.* 9. *n.* 7. 41. *&* 42. *lib.* 1. Trentacinq. *variar. reſol. tit. de judiciis reſol.* 10. Scaccia *de appellationibus, quæſt.* 17. *limit.* 9. *n.* 45. *ad finem.* Cevallos 3. *p. quæſt.* 815. *ex n.* 24.

cum

cum seqq. Zachias *in addit. ad Gallesium quæst.* 11. *n.* 10. 11. *&* 12. & cum eisdem Noguerol. *alleg.* 4. *num.* 26.

38 qui omnes probant *l. ubi cœptum* non habere locum in via executiva, ultra quos id ipsum plurimi alii tenent Doctores, Germinian. *in rubrica, de eo qui mittit in possess. causa rei servand. in* 6. Gargiar. *patrocin.* 100. *numer.* 14. Cavalcan. *decis.* 1. *num.* 15. *p.* .. Beccius *cons.* 17. *num.* 3. Berous *cons.* 85. *vol.* 1. Nevizan. *cons.* 3. *in fin.* Gratianus *discept.* 118. *num.* 44. Lancellotus *de attentatis p.* 2. *cap.* 4. *limitatio.* 2. *nu.* 50. *&* 76. Anton. Gabriel. *commun. concl. tit. de judiciis conclus.* 1. *num.* 31. Capicius *decis.* 33. *nu.* 3. Cartarius *decis.* 2. *nu.* 9. *&* 14. Anguisola *cons.* 253. *n.* 4. Giurba *decis.* 100. *nu.* 16. & in istis terminis, quando

39 creditor unum ex correis exequutus fuit via executiva, ut liberè possit, vel contra eundem, vel alterum ex correis, aut confidejussoribus noviter agere, & convenire, & exequi, etiam coram alio judice, probant post Anton. Massam, Gallesi. Suarez de Paz, Lancellotum, Mattam, & alios, Felician. de Solis *de censibus lib.* 3. *cap.* 2. *sub n.* 9.

40 Probat insuper Pirrus Maurus *in tract. de fidejussoribus* 2. *p. sect.* 10. §. 79. *fol. mihi* 1059. ubi dicit quod creditor, missus in possessionem ex primo decreto non per hoc impeditur ut contra fidejussorem, & ejus bona redire

41 possit ea ratione, quia electio unius remedii executivi non præjudicat, nec præcludit viam aliis, quando per primum creditori non est satisfactum, *ex l. hæres*, §. *quod si stipulor. ff. de fidejussoribus*, & per Angelum Aretin. *in* §. *fin. n.* 10. *instit. de action.* Rebuff. *de literis oblig. art.*

42 11. *glossa* 3. *n.* 25. quia (ut ipse Maurus inquit *n.* 3. 4. & 5.) in executivis non obstante exceptione litis pendentiæ, potest creditor variare, & facere transitum de principali ad fidejussores de una re ad aliam, & de persona ad rem, ex *l. mutuum*, *ff. mandati*, & Corneo *cons.* 108. *lit. F. volum.* 1. Negusantius *de pignoribus*, *in* 8. *p. membro* 3. *num.* 27. Jas. *in l.* 1. *num.* 22. *ff. si quis jus dic. non obtemper.* Gallesio *de oblig. in forma camera*, *quæst.* 2. Sylvano *cons.* 23. *num.* 6. Berojus *cons.* 107. *num.* 3. Caputaquens. *decis.* 50. *n.* 4. *p.* 1. *de censibus*, quod in executivis potest quis una via electa ad aliam redire, & diversos judices adire, & quomodolibet variare.

43 Ex iis cavendum est à Parladorio dum ex proprio marte, nullo fundamento, nec authoritate adducta *in l.* 2. *rerum quotidian. cap. fin.* 5. *p.* §. 11. *num.* 19. *ad fin. ex l. ubi cæptum. ff. de judiciis*, *& l. si quis postea quam*, *ff. eodem* dixit quod actor ubi cœpit executionem proponere, & coram eodem judice prosequi tenetur, nec possit redire ad aliam qui contra communem omnium Doctorum opinionem loquutus fuit, quos si perlegisset, non ita resolveret.

44 Sed hæc omnia, quæ hactenus dicta sunt pariter procedunt, atque intelligere debes respectu tertii hypothecæ possessoris contra quem creditor, deferendo concursum formatum per debitorem principalem correum, aut fidejussorem: potest tertium rei hypothecatæ possessorem alibi coram suo judice competente convenire, prout expresè tenent Felicianus de Solis *de censibus. l.* 3. *c.* 2. *num.* 8. *&* 9. Gutierrez *practic. lib.* 1. *quæst.* 46. *ex num.* 60. Avendan. *de censibus*, *quæst.* 94. *numer.* 11. & hoc ex identitate, & majore rationis, quia hæc bona hypothecaria, & in tertium alienata, & in tertii dominium deventa non sunt, nec adesse possunt in concursu per debitorem, seu alium creatum, & ideo tam ratione rei, quam personarum, aliud est diversum judicium, cui litis concursus pendentis exceptio obesse non potest, ex iis que diximus, & inferius dicemus.

45 Quibus sic receptis, non obstant in contrarium adducta fundamenta ad principium hujus *c. nu.* 1. 2. *&* 3. quia leges in eis allegatè communiter sunt intellectæ, & à Doctoribus explicatæ, quod etiam lite pendente contra unum ex correis, aut fidejussoribus possit creditor ad alios redire, sibi non obstante litis pendentia, ut amplissi-

mè vidisti in toto discursu nostræ veræ solutionis.

Nec obstat quartum & quintum ejusdem inspec- 46
tionis, quia procedunt in electione unius actionis, ex pluribus competentibus creditori, aut actori quam semel electam prosequi tenentur, an quando eligitur unum ex contrariis, at casus noster circa ea non versatur, sed eadem, actione semper experitur, & ex eodem instrumento & obligatione, contra plus in solidum obligatos agit; quo casu creditori hæc datur variandi facultas, sibi nihil præjudicante electione, ex tot juribus, & Doctoribus, jus & facultatem liberam creditori præservantibus, cum specialiter cautum sit quod eligendi facultas non præcludatur creditori, donec ex integro non fit satisfactus de suo credito.

Nec obstat sextum & ultimum magis difficile, 47
cui eodem modo potuisset responderi, sed magis in specie copiosè & eleganter satisfacit Lancellotus Robert. *in tract. de attentatis.* 2. *p. c.* 13. *de attentatis à tertio à n.* 147. *usque ad num.* 151. quo loci movet dubium nostri argumenti, & hoc modo dissolvit, quando exceptio litis pendentis non potest opponi per tertium, qui non fuit in lite, reddit exemplum in correis, seu fidejussoribus noviter conventis a creditore lite pendente contra unum ex eis, quod quamvis adsit eadem actio, eadem res, & idem jus & judex, & per consequens videatur eadem 48
lis; tamen non adest eadem persona, sed diversa, quia sententia lata contra unum ex correis conventum, non nocet aliis correis, & fidejussoribus contra quos nova lis erit movenda, prout latius plurimis citatis ibidem comprobat, & per conseqens noviter conventus lite pendente contra alium tertius est, qui de litis pendentia opponere non potest, & sic non eadem, sed diversa 49
lis, latissimè prosequitur, & eleganter valdè hunc discursum ipse Lancellot. *loco citato*, & ulterius copiosè etiam videndus 2. *p. c.* 20. *de attestatis post inhibitionem limitatione* 6. *per totam.*

CAPUT XVIII.

Creditor, cui in concursu creditorum unius ex correis bona per sententiam graduationis fuere consignata; an, & quando insuper alium correum, vel fidejussorem possit pro eodem credito convenire.

SUMMARIUM.

1 & 2. *Creditori, cui per sententiam graduationis facta fuit consignatio, in bonis concursus pro sui crediti satisfactione, amplius non posse fidejussores, aut correos molestare, traditur.*

2 *Per consignationem, & dationem in solutum prior tollitur obligatio.*

3 *Per consignationem, & dationem in solutum inducitur novus contractus, & extinguitur primus, & qua ratione id fiat.*

4 *Novatur prior obligatio, & contractus extinguitur, quando illius causa transfunditur in alium.*

5 *Consignatio in sententia graduationis per viam dationis in solutum creditori facta extinguit obligationem, & etiam censum in concursum deductum.*

6 *Per consignationem pro solutione creditoris factam recedit a priori contractu, & inducitur novatio.*

7 *Consignatio pro solutione crediti facta magis inducit liberationem, quàm pignus.*

8 *Solutione ejus quod debetur, extinguitur principalis fidejussorum, & correorum obligatio.*

9 *Idem operatur datio in solutum.*

10 *Per novationem extinguitur obligatio fidejussorum prioris contractus cessante protestatione creditoris novantis.*

1 *Protestatio ad excludendum fidejussionis extinctionem debet apponi in ipso contractu novante, & eodem tempore.*

2 *Consignatione bonorum in sententia graduationis in solutum pro extinctione crediti facta, creditor non habet recursum contra fidejussores.*

3 & 18. *Per consignationem in bona concursus creditori factam extinguitur obligatio, si bona consignata verè, & actualiter tradita fuerunt creditori, in quem tunc transfertur dominium & periculum.*

14 & 15. *Per solam consignationem in sententia graduationis factam, non sequuta actuali traditione, debitor non privatur dominio, & possessione bonorum.*

16 *Per solum mandatum de adjudicando, dominium & possessio non quæritur creditori.*

17 *Ex solo secundo decreto ante realem traditionem, non quæritur creditori dominium corporale.*

18 *Ex sola consignatione bonorum ante realem traditionem non extinguitur obligatio, & creditor potest noviter unum ex correis, aut fidejussoribus, aut principalem ipsum debitorem convenire.*

19 & seqq. *Lis concursus non aliter quàm per actualem traditionem bonorum consignatorum finitur, & explicatur textus in l. à Divo Pio. §. si post edictum, D. de re judicata.*

20 *Adducitur circa supra dicta in terminis doctrina Feliciani de Solis.*

21 & 22. *Expenditur doctrina Cencii, & aliquarum decisionum Rotæ.*

23 *Per consignationem factam creditori censuali, tunc extinguitur census quando irrevocabiliter adquiruntur res consignatæ creditori.*

24 *Res consignatæ, si vendantur, ut pretium earum deponatur ad finem extinguendi censum, non extinguitur quousque cum effectu pretium solvatur.*

25 *Per consignationem bonorum realiter non traditorum creditori, non tollitur obligatio principalis, nec fidejussoria.*

26 *Si per creditorem, cui bona consignata sunt in sententiam graduationis, steterit quominus ea cum effectu accipiat, extinguitur prior obligatio & census.*

27 *Ad idem expenduntur decisiones Rotæ.*

28 *Si fors consignata non restituitur ob moram, & negligentiam creditoris, cessat cursus fructuum, & interesse.*

29 *Si post consignationem factam aliquod emergat legitimum impedimentum propter quod creditor census non possit realiter, & cum effectu sortem consequi. non extinguitur census obligatio.*

30 & 31. *Census ut extinguatur, sufficit quod creditor absque ullo impedimento possit creditum consignatum exigere.*

32 *Datio in solutum extinguit priorem obligationem, nisi detur creditori impedimentum exigendi bona consignata, & in solutum data.*

33 *Creditor, qui habens plures correos, aut fidejussores obligatos, fit post sententiam graduationis creditum ab uno fit consequutus, cæteri creditores non amittunt totum quod creditor ille à debitore exegit, cùm ille jus habeat repetendi à cæteris correis quidquid creditori solvit, dempta sua rata.*

34 *Correus, vel fidejussor qui in concursu creditorum à se causato totum solvit creditori, & cessionem obtinuit, potest id à cæteris dempta rata vel integrum à debitore repetere, quod cedit in utilitatem concursus.*

35 *Correus tantum solvens, an adstringatur dispositione legis Modestinus, D. de fidejussoribus, traditur remissivè.*

36 *Cessio jurium juxta formam d. l. Modestinus, debet fieri per creditorem in ipso actu solutionis.*

37 *Creditor cedens si fateatur habuisse & recepisse à fidejussore, an hæc verba intelligantur de receptione ante cessionem, ita ut cessio sit inutilis propter intervallum, & inutilem esse asserit uterque Socinus.*

38 & 39. *Contraria sententia cessionem eo casu utilem esse, verior est: & latè comprobatur.*

40 *Quam resolutionem amplexus fuit Senatus Vallisoletanus.*

ABsolutè videtur dicendum in hac quæstione, semel facta creditori consignatione per sententiam graduationis in bonis concursus pro sui crediti satisfactione, & solutione, amplius non posse fidejussores, aut correos molestare, nec petere. Etenim per hanc consignationem, & dationem in solutum prior tollitur obligatio, & penitus extinguitur, quia solutio vera est, ac si pecunia debita solveretur, & debitorem dantem totaliter liberat à prima obligatione, *l. .. ff. pro solut. l. inter causas, §. abesse, ff. mandati l. in rem in fin. ff. de novationibus l. fin. ff. quibus cautis in possess. datur l. 4. §. authoris, ff. de doli mal. & met. exceptio l. si prædium, C. de evictionibus. l. si secundum, D. mandati.* Franchis *decis.* 50. *num.* 2. Cartarius *decis.* 19. *n.* 9. Surdus *decis.* 74. *à num.* 1. Natta *cons.* 207. *num.* Cephal. *cons.* 68. *num.* 1. Tiraquell. *de retract. lignag. §.* 1. *gloss.* 14. *à num.* 1. Honded. *cons.* 34. *num.* 43. *lib.* 2. Gamma *decis.* 195. Petrus Maurus Aret. *in fidejussor. sect.* 10. §. 6. *in fin.* Anton. Amat. *var. resol.* 50. *n.* 9. 1

Et per hanc consignationem, & in solutum dationem inducitur novus contractus, penitus extinctivus prioris obligationis, fingitur enim per eam debitorem prius solvisse suo creditori, deinde creditorem eadem pecunia emisse rem à debitore, *d. l. si præsidium*, ubi annotarunt Cujac. & Aloys. de Leo *n.* 2. & 3. plurimis citatis Doctoribus annotarunt Fabius de Anna *cons.* 35. *n.* 71. P. Surdus *cons.* 45. & *decis.* 266. *ex n.* melius *in cons.* 145. *n.* 24. Trentacinq. *var. resol. lib.* 3. *tit. de solutionib. resolut.* 28. *n.* 4. & supra Avendan. *de censib. c.* 108. *n.* 8. Guzman *de evictionibus, quæst.* 28. *n.* 18. *n.* 2. & *seqq.* 2 3

Super enim, quod causa unius contractus, & obligationis transfunditur in alium, tunc novatione prior obligatio, & contractus extinguitur, ut puta, quando debitum ex causa mutui convertitur in pretium rei emptæ, vel in causam depositi, & alias similes, tradunt Molina de *contractibus, disp.* 559. *num.* 12. 13. & 18. Bertrand. *cons.* 291. *l.* 3. Lanarius *cons.* 23. *per tot* Hieron. Gabriel. *cons.* 81. *n.* 3. & 4. *lib.* 1. & *cons.* 170. *n.* 3. *l.* 2. Medicis *de compensationibus, quæst.* 9. *in fin.* Surdus *de aliment. tit.* 5. *q.* 1. *n.* 37. & *tit.* 3. *quæst.* 1. *n.* 70. & *cons.* 145. *n.* 24. & 25. Anton. Gabriel. *de novatio. cons.* 1. *n.* 63. & 71. Ronchegallus *in l.* 3. *n.* 19. *de duobus reis.* Millanens. *decis.* 9. *n.* 110. *lib.* 2. & *dedis.* 23. *n.* 22. *lib.* 1. Mastrillus *decis.* 40. Marius Mutta *decis.* 33 *n.* 1. Menochius *cons.* 907. *n.* 26. & 27. Gutierrez *de juramento.* 1. *cap.* 63. *n.* 8. Cevallos *comm. contra comm. quæst.* 754. *n.* 1. & *quæst.* 755. *n.* 13. & 14. Sesse *decis.* 133. *n.* 2. Barcius *decis.* 20. *n.* 8. Ponte *cons.* 131. *n.* 134. *lib.* 2. Antonius Amato. *variar. resolut. cap.* 50. *à n.* 5. & *per totum C. multa de novatione contractus videnda.* 4

Quando enim assignamenta fiunt in sententia graduationis per viam dationis in solutum, clara resultat extinctio obligationis, & etiam census principalis in concursum deducti, ut expresè animadvertit Rota, in una Romana anterioritatis, quæ inter recollectas per Cencium *post tract. de censibus decis.* 290. *n.* 1. & in Romana census apud ipsum *decis.* 106. *c.* 1. quas sequitur Cencius *q.* 107. *n.* 16. & *seqq.* dicens etiam, quod per hujusmodi assignationem pro solutione, & satisfactione creditoris, dicitur recedi à priore contractu, & induci novationem; ubi allegat plures Doctores, & Rotæ *decisiones*, & *in n.* 17. quod quando fit assignatio pro solutione, & satisfactione debiti, ea importat dationem in solutum, ex, Menochio *cons.* 201. *n.* 6. & *de præsum. lib.* 2. *præsumpt.* 93. *in fin.* Surdus *cons.* 243. *n.* 21. *lib.* 2. 5 6

ex

ex quo detegitur voluntas, & animus contrahentium quod creditor cenſuarius loco illius velit fieri creditor aſſignamentorum, ut per Rotæ deciſiones refert ipſe Cencius *de quæſt.* 107. *n.* 19. & 20.

7 Et in dubio quando agitur de ſatisfaciendo, & ſolvendo creditori, conſignatio rei potius attribuitur dationi in ſolutum, quàm in pignus, abundè diximus *ſub. c.* 10. *ex n.* 2. *& ſeq.* atque etiam quando conſignatio contineat qualitates & pacta diverſa quæ oſtendant diverſos contractus, judicandus eſt contractus, qualem partes appellant, & nominant, ita poſt plurimos eleganter probat Surdus *conſ.* 243. *ex n.* 3. *tom.* 2.

8 Quare ſolutione ejus quod debetur, tollitur obligatio, qua inſuper ſemel extincta, penitus extinguitur fidejuſſorum, & correorum obligatio, ut in ſolutione
9 per dationem in ſolutum probant Borgnin. Cavalca. *deciſ.* 10. *n.* 11. *part.* 4. Farinacius *conſ.* 59. *n.* 13. Antonius Faber *ad tit. C. de fidejuſſoribus*, *definitio.* 5. Fulvius Pacianus *conſ.* 152. *à n.* 3. Gratianus *diſceptat.* 104. *n.* 25. *& cap.* 130. *à num.* 10. Flaminius Cartarius *deciſ.* 13. *num.* 6. Maſtrillus *deciſ.* 126. *ex n.* 6. ſic quando principalis obligatio in aliqua ſui parte novatur, mutatur, aut alteratur fidejuſſorum obligatio extincta, & perempta intelligitur ex eiſdem Doctoribus, & Berojus *conſ.* 144. *l.* 1. Burſatus *conſ.* 193. *num.* 7. &
10 49. Gutierrez *de juramento confirmat. 1. p. cap.* 49. *num.* 12. Surdus *conſ.* 145. *n.* 13. *lib.* 1. Guzman *deciſ. quæſt.* 28. *nu.* 6. & quod per novationem prioris contractus & obligationis, & transfuſionem in aliam, aliumve fidejuſſorem, obligatio extinguatur, ceſſante proteſtatione creditoris novantis, probant Turrecius *conſ.* 41. *lib.* 2. Rota *conſ.* 21. Theſaurus *deciſ.* 125. *à num.* 4. & 5. ubi Gaſpar Ant. Theſaurus *in additionibus.* Annellus de Amatis *conſ.* 45. *num.* 8. Gratus *conſ.* 126. *num.* 8. *lib.* 1. Cavalcan. *dec.* 18. *num.* 7. *lib.* 1. Cancerius *variar. reſolut. lib.* 3. *cap.* 4. *de actio. & obligat. num.* 106. *&* 107. *& ſeqq.* Surdus *conſ.* 136. *num.* 49. plura congerit Anton. Amato *variar. reſolut.*
11 50. *à num.* 11. *& nu.* 6. & 24. quòad excludendam fidejuſſionis extinctionem teſtatio debet apponi in ipſo contractu novante, & eodem tempore, ita ut ex poſt facto illo apponatur, nullatenus impeditur extinctio fidejuſſionis, cùm nec etiam impediatur novatio præcedens, & ſemel cauſata. Idem poſt plurimos Doctores Guzman *d. l.* 28. *n.* 9.

22 Igitur concludendum firmiter videtur quod per adjudicationem, & conſignationem bonorum creditori factam in ſententia graduationis in ſolutionem, & extinctionem ſui crediti, nullo modo poteſt jam regreſſum & recurſum creditor aliquem habere adverſus fidejuſſores, aut correos, cùm totaliter per adjudicationem, & dationem, in ſolutum principalis obligatio extincta ſit, per conſequens fidejuſſio, quæ ſine illa conſiſtere non poteſt, ex juribus & doctrinis valdè notis.

13 Quæ omnia ita demum vera erunt, ſi juxta ſententiam graduationis, & in ejus executionem bona conſignata verè, & actualiter tradita fuerunt creditori cui fuere adjudicata, quia tunc in eum transfertur eorum dominium, & periculum, & diſſolvitur prior obligatio, cæteroſque juris effectus relatos operatur, ut probant Doctores omnes laudati à princ. hujus cap.

14 At ante hanc actualem & effectivam executionem ſententiæ graduationis, & antequam bona conſignata & adjudicata creditori tradantur, & ipſe in eorum poſſeſſionem realem mittatur, nec dominium acquirit, nec prior obligatio innovatur, nec extinguitur, ſed adhuc vivit, quia ſola per ſententiam adjudicatione, non ſequuta poſſeſſione, dominium, & poſſeſſio adhuc remanet penes debitorem condemnatum, quia per ſolam ſententiam & judicis adjudicationem non privatur debitor condemnatus; latiſſimè comprobavimus ex innumerabilibus pene doctrinis valdè ſingularibus, *in Noſtris comment. de ſupplicat. ad Sanctiſſ.* 2. *part. cap.* 18. *per totum*, & ſignanter *à num.* 9. *uſque ad nu.* 20. & Nos ſequutus noviſſimè tenet Noguerol. *alleg.* 20. *à nu.* 14. Pichardus benè explicans *in fin. à n.* 6. *& ſeqq. inſtit. de officio judicis*, Anton. Amato *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 95. *num.* 17. Caſtillo *deciſ. Siciliæ* 229. *c.* 2. *part.* 3. Matius Cutellus *deciſ.* 5. *num.* 78. & per Gloſſam *in §.* Matius Cutellus *deciſ.* 5. *num.* 78. & per Gloſſam *in §. fin. de officio judicis.* Bart. *in l. ex hoc jure ff. de juſt. & jure* Alexand. *conſ. num.* 4. *lib.* 5. *& conſ.* 50. *num.* 9. *lib.* 2. Gratian. *diſceptat. forenſ.* 545. *num.* 38. 39. & 40. Surdum *conſil.* 168. *num.* 31. & Pichard. *in d. §. fin inſtit. de judiciis num.* 3. tenet in iis terminis adjudicationis, & dationis in ſolutum factæ creditori per ſententiam, Hermoſilla *in l.* 52. *gloſſa* 7. *num.* 15. *tit.* 3. *part.* 5. *fol.* 233. *tom.* 2.

Et inſuper, quod per adjudicationem bonorum 15
factam creditori per judicem, illi nec dominium, nec poſſeſſio acquiratur, niſi ſequatur actualis traditio in executionem ſententiæ, quia aliter ex ſola ſententia & mandato judicis, adjudicando etiam poteſt adjudicationem & ſententiam emanatio, condemnatum non privat poſſeſſione, aut dominio; probant Cœcinus *deciſ.* 185. *nu.* 3. *& à princip.* Alexand. Ludovicius *deciſ.* 546. *num.* 9. & 10. & idem Cocc. *deciſ.* 213. *nu.* 3. Seraphinus *deciſ.* 379. *num* 2. Caſſiodor. *deciſ.* 7. *de cauſa poſſeſſion. & proprietatis*, Paleotus *deciſ.* 215. Nos *in d. cap.* 20. *num.* 11. & 12. quibus adde 16
Hermoſillam *loco* proximè *citato.* Rotam per Buratum *deciſ.* 124. *per totam.* ubi quod dominium, nec poſſeſſio non quæritur ex mandato de adjudicando, per quam Caſtellum, & Marium Cutellum locis citatis tenet Noguerol *d. alleg.* 20. *n.* 15. & per Antonium Amatum. *d. reſolutione* 95. qui *nu.* 6. ita ait. *Quæ omnia diſpoſita ante traditionem bonorum adjudi-* 17
catorum non conveniunt, nam ex ſolo ſecundo decreto abſque reali traditione dominium corporale non transfertur, & ita quotidie adverſus creditores replicatur, de poſſeſſione non capta infra annum, ex Gloſſa *in §. fin. verb. ejus fit*, *Inſt. de officio judic.* Immola *in rubr. ff. de re judic.* Cummia. *ritu.* 17. *n.* 16. *ad quod adduci ſolet*, Jaſon. *in l. ex hoc jure*, *n.* 44. *ff. de juſt. & jure.* Decius, & Montier. *in l. traditionibus*, *num.* 1. *& 2. C. de pactis.* Intriglolius *conſ.* 1. *num.* 48. Theſaurus *quæſt. forenſ. lib.* 1. *q.* 7. *num.* 5. Alexand. *conſ.* 1. *col.* 2. *verſ. & quod*, *vol.* 5. Simon de Prætis *conſ.* 132. *d.* 48. Morla *in emporio juris*, *tit.* 4. *de tranſact. n.* 5. &c. Imò ut nec per pecuniæ aut rei in ſolutum datæ traditionem liberatur debitor, nec obligatio extinguitur, niſi perfectè ſit creditori quæſita, & ejus dominium perfectè acquiſitum, ita ut ſi ex poſt facto pecunia aut res in ſolutum data evicta fuerit, nec debitor, nec fidejuſſores liberantur, nec hypothecæ extinguuntur, quia adverſus eos poteſt creditor agere primæva actione, & utili etiam agere *l. ſed revocata*, *juncta l. deferre. §. fin. l. antecedenti. ff. de jure fiſci l. ex ſextante. §. latinus. ff. de excep. rei jud. l. debitor ff. de Trebellian. l. qui concubinam §. ſi hæres ff. de legatis.* 3. *l. ſi quis aliar. l. ſi rem. l. qui res ff. de ſolutionibus. l. reſcriptum. §. fin. ff. de diſtract. pignor. l. eleganter eodem. tit. l. ſi prædium. C. de evictionibus*: de quorum jurium conciliatione & confœderatione latiſſimè poſt alios tractat, & ſic reſolvit videndus Caſtillo *controv. tom.* 4. *c.* 59. *ex num.* 41. *uſque ad fin.* cui opinioni ut certiori, & conformi jurium prædictorum diſpoſitioni variæ proclivior ſum, & libenter adhæreo. Latè etiam per Anton. Theſaur. *quæſt. forenſ. l.* 2. *q.* 88. *per totam.* & vide infrà *ex n.* 22. & alios Doctores *n.* 31. conſtanter hanc opinionem contra Avendanum, & alios tenet pluribus Doctoribus relatis, & Rotæ deciſionibus, Cencius *de cenſibus q.* 117. *ex num.* 12. *cum ſeqq.* & antea *in q.* 107. *ex num.* 21. *cum ſeqq.*

Urget etenim pro hac opinione conſtans & perpetua regula, quod ad hoc, & ut ex ſecundo contractu inducatur novatio, confuſio, aut extinctio prioris obligationis, requiritur ut res data irrevocabiliter efficiatur creditoris

ditoris, non aliàs, plura cumulabimus infrà 2. *p. c.* 7. *ex n.* 35. *cum multis seqq.*

Nec credas Guzman. *de evictionibus, cap.* 28. *ex nu.* 15. dicenti hoc fundamentum non procedere in re data in solutum evicta : sed rationem differentiæ, veram nec reddit, nec reddi potest.

18 Igitur perneceſſe fatendum erit, quod ex ſola ſententiæ adjudicatione, & conſignatione bonorum ante realem traditionem obligatio non extinguatur, quia ſolutione actuali, non verbali tollitur obligatio, & quouſque integrè ſatisfactus ſit creditor, ſemper durat, & perſequens etiam obligatio fidejuſſoris ad quem recurrere poſſe creditorem, etiam lata ſententia condemnante unum ex correis, aut principalem debitorem per plura jura, & innumeros DD. comprobavimus *in cap. anteced. per tot.* maximè, quia per ſolam judicis adjudicationem non ſequuta executione reali adhuc litem pendere, & non finiri, abundè probavimus *in comment. de retent. Bullarum.* 2. *p. cap.* 18. *à n.* 9. *cum ſeqq.*

19 Et in terminis noſtris, quod per ſententiam graduationis in concurſu creditorum, ex qua bona creditori adjudicantur, & in ſolutum conſignantur facta actuali traditione, & ſententiæ executione, & in bonorum poſſeſſionis remiſſione, lis concurſus finiatur, non aliter, poſt Alphonſum Guzm. *de evictionibus. q.* 7. *à num.* 64. & alios probavimus *in d. c.* 18. *à nu.* 4. *cum ſeqq.* & ſignanter *à n.* 9. pro quo ex textu *in l. à D. Pio, §. ſi poſt addictum. ff. de re judic.* in his verbis : *ſi poſt addictum pignus aliqua controverſia emptori moveatur, an ſit cognitio ejuſdem judicis qui ſententiam exequutus fuit, videndum eſt & cùm ſemel emptio perfecta ſit ejuſque, qui ſic comparuit, periculum vereatur, non puto locum eſſe cognitioni certe poſtquam inductus emptor in poſſeſſionem, nonne ceſſabunt partes eorumdem judicum, idemque etſi ipſi, cui quis judicatus eſt, res fuerit addicta*, &c. quæ ſingularis eſt ad propoſitum, & exornavimus *in d. c.* 18. *à n.* 2. *cum ſeqq.*

20 Doctor Felicianus de Solis *in tract. de cenſibus. tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 2. *ſub. n.* 6. *ver. in nu.* 8. ſic eleganter valde ad propoſitum loquutus fuit *in n.* 8. *ejuſdem c.* poſt longam diſputationem reſolvi, *creditorem, cui locus fuit præfixus in ſententia proceſſus de acrehedores.* cuique fuere adjudicata bona pro ſuo debito, adhuc habere recurſum contra alios correos, vel contra fidejuſſores, aut tertios poſſeſſores : idem hodie eleganter poſt longam diſcuſſionem amplectitur me relato, Gutierrez *lib.* 1. *practic. q.* 46. *à num.* 60. *uſque ad n.* 64. *& ſeqq.* &c. qui bene noſtram abſolvunt quæſtionem ; & ejuſdem Doctoris aſſertio ex hactenus dictis, & longius dicendis fundamenta capiet, & juſtificationem, & in eiſdem terminis Feliciano & Gutier. relatis, tenet Avendanus *de cenſibus, c.* 93. *nu.* 11. ubi etiam ſi per ſententiam graduationis in concurſu creditorum bona debitoris ſint conſignata creditori, hujus licere adhuc ad cæteros in ſolidum obligatos redire, & convenire, in terminis etiam, quod etiam poſt ſententiam graduationis in judicio concurſus, unius ex correis, qua conſignata fuere bona creditori pro ſuo credito, adhuc ad ſui libitum poteſt ad alios

21 redire correos, aut fidejuſſores probat poſt plures Rotæ deciſiones Cencius *de cenſib. q.* 80. *ſub. n.* 14. reddens rationem ibi ; *quia per ſententiam iſtam graduationis, non ſequuta affectuali traditione, non poteſt dici quod cenſus ſit extinctus.*

22 Hinc inſuper in eiſdem terminis concurſus creditorum, & ſententia graduationis, iterum tenet poſt plures Rotæ deciſiones ipſemet Cencius *de cenſib. q.* 107. *à n.* 13. *& ſeqq.* ubi dicit quod ad hoc ut extinguatur obligatio per aſſignationem bonorum creditori factam in ſententia graduationis, requiritur, quod creditor conſequatur cum effectu plenam ſortis, & redituum ſatisfactionem realem, ut per *deciſionem* 247. *num.* 2. & 7. *poſt. tract.* & alias ibidem allegatas *num.* 14. & 20. latè etiam per Herculem Mareſcotum *variar. reſolut. lib.* 2. *c.* 61. *nu.* 6. *cum ſeqq.*

Et ulterius ipſe Cencius *loc. cit. num.* 12. ſic eleganter ad propoſitum loquitur : *Secundò intelligenda ſunt, ſi aſſignamenta ita ſint tradita, & irrevocabiliter adquiſita creditori domino cenſus, & proinde ſi in judicio diſcuſſionis bonorum debitoris cenſus in ſententia graduatoria aſſignetur domino cenſus aliquis certus locus tam pro ſolutione fructuum, quàm pro reſtitutione ſortis per iſtam aſſignationem non dici extinctum cenſum, niſi ſequatur realis reſtitutio ſortis*, voluit Rota *deciſ.* 60. *num.* 2. & 3. *p.* 1. & *deciſ.* 642. *p.* 2. recent. & coram Cardin. Cavallerio *dec.* 495. *n.* 3. & coram R. P. D. Ghiſlerio in illa Romana *cenſus* 2. *Maii* 1619. quæ poſt tract. eſt *deciſio* 530. *n.* 3. &c. qui latiſſimè proſequitur, & plurimis exornat, dicens per hujuſmodi aſſignamenta facta creditori per ſententiam graduationis in judicio concurſus, tunc demùm extingui cenſum, & primam obligationem, ſi illa irrevocabiliter acquirantur creditori, & 23
domino cenſus ; ſecus autem ſi revocabiliter, puta, quando bona debitoris publicè ſubhaſtata, ex pretio fuit creditor ſatisfactus, & poſtmodum in gradu appellationis fuit revocata ſubhaſtatio, & ſententia.

Quod & ſub *n.* 23. *verſ. intelligit*, ibi poſt Mareſcotum *variar. lib.* 2. *d. c.* 61. *numer.* idem intelligit quando 24
bona conſignata fuere in ſententia creditoris, non ut ei tradantur, ſed ut vendantur, & pretium deponatur ad finem ei reſolvendi, aut extinguendi cenſum, ut donec realiter ſibi pretium depoſitum reddatur, & reſtituatur, non extinguatur creditum ſuum, ut per Rotam per eundem Cencium recollectam 248. *numer.* 3. & plures alias ad idem allegat *in numer.* 44. videndus. Igitur quo uſque verè, & realiter extincta ſit obligatio, & quamdiu creditor non ſatisfactus integrè de ſuo credito, ſemper poterit redire ad fidejuſſores, aut correos ſibi in ſolidum obligatos, ſententia, & adjudicatione, ſeu etiam lite pendente non obſtanti- 25
bus, ad latiſſimè comprobata *ſup. c.* 17. *per tot.* quoniam per conſignationem bonorum realiter non traditorum creditori, reſoluta non dicitur obligatio principalis, & per conſequens, nec fidejuſſoria illi acceſſoria *ex l.* 1. *greg. §.* 1. *de fidejuſſorib.* & proinde dum principalis vivit, vivit etiam fidejuſſorum obligatio ; latè Cencius *de cenſib. quæſt.* 76. *num.* 5. & 6. qui in iſtis terminis noſtris ſic diſcurrit *in quæſt.* 107. *ſub. n.* 29. *verſ. non enim per ſimplicem.*

Ea autem omnia, quæ ſuprà *à nu.* 13. *v. quæ omnia* 26
vera, uſque nunc dicta fuere, nempe non aliter extingui obligationem per adjudicationem bonorum creditori, & in ſolutum conſignata pro ſuo credito, niſi reali traditione ſubſequuta, intelligenda ſunt, niſi bonæ ipſa conſignata ita in promptu ſint, & deſtinata creditori & omnia uta expedire per judicem concurſus, ut per eundem creditorem ſteterit illa conſequi, & cùm ſit in ejus mera, & libera facultate eadem exigere omni deficiente penitus impedimento, & difficultate, cùm prompta ſint conſignamenta prædicta, & ad ſuam nudam voluntatem exigendi, & apprehendendi pro ſui crediti integra ſatisfactione, & ſolutione, negligens tamen fuerit in exigendo, quia tunc eo ipſo quod per eundem creditorem ſteterit recipere bona conſignata extinguitur prior obligatio, & cenſus de cætero redditus non currunt, ſed potius ceſſant, ut in terminis per Rotam in una *Bononienſ. cenſus*, inter recollectas per Cencium *poſt tr. de cenſib. dec.* 182. *nu.* 4. & *in alia Romana cenſus, & fructuum.* ibid. *dec.* 448. *num.* 3. 27
ſequitur ipſe Cencius *in d. tract. de cenſib. q.* 107. *n.* 15. ubi inquit etiam, non poſſe ſtare ſimul, quod cenſus duret, & poſſe creditum arbitrio ſuo ſortem repetere, & tenere, & cunctetur, ut ſecus ſit, ex dictis aſſignamentis pretium cenſus ad ſui arbitrium recipere non poſſit, ita demum quis ex non exactis tenetur, ſi cum ceſſet obligatus exigere, volens non exegit, ut in puncto dicit Rota in *Romana cenſus, poſt tr. de cenſib. deciſ.* 288. *n.* 3.

Et idem Cencius *d. q.* 107. *num.* 13. eleganter iterum 28
dixit, qui in *verſ. quod ſi ſors*, ita ait, *quod ſi ſors non reſtituatur non ob moram debitoris, ſed ob negligentiam credi-*

creditoris, utique ceſſabit curſus fructuum, nec aliquod debetur intereſſe, quod abſque mora deberi non poteſt gl. 1. in l. quod ff. ſi certum petat. ubi Bart. *num.* 12. Joſan. *num.* 5. Ripa *num.* 34. Rota *quæ iſtos & alios allegat in una Romana pecuniæ, coram D. Dunozeto,* 10. *Julii* 113. quæ eſt *poſt tr. deciſ.* 370. *num.* 5. &c. qui, latius proſequitur, & iterum infe-
29 riùs *ſub num.* 24. dicit, quod ſi indicat caſus in quo, non obſtante hujuſmodi mandati relaxatione, aliquod emergat legitimum impedimentum, propter quod creditor cenſus non poſſit realiter, & cum effectu ſortem conſequi, ut tunc cenſus obligatio non intelligatur extincta per Rotam *in Romana cenſus poſt ejus tr.* 138. *num.* 5. & 6. dum in ea conſideratur, quod multa contingere poſſunt, ex quibus retardari ſolet mandati executio, ut ſecus ſit, dicit ipſe Cencius ibid. ſi nullum aliud impedimentum incidat, quàm mera ipſius creditoris mora, & negligentia: eo enim caſu, cùm ſit in facultate ejus repetere, & conſequi, quando velit, reſolvitur cenſus obligatio, & ceſſant redditus ex Rota *poſt. tr. dec.* 182. *n.* 4. & *deciſ.* 283. *n.* 6.
30 quod ſufficiat, quod creditor poſſit abſque legitimo impedimento creditum ſuum exigere, velle dici communem Doctorum Scholam Petr. Greg. *in tr. de cenſib. p.* 4. *n.* 3. & ibi ad Giurba *dec.* 55. *n.* 5. Marius Muta *dec. Siciliæ* 98. *n.* 92. *in fi. & n.* 33. Pacificus *de Salviano interdicto, inſpectione.* 4. *c.* 1. *n.* 165. Seraphin. *dec.* 133. *n.* 1. videndus ipſe Cencius *ibid. n.* 25. ubi loquitur in conſignatione per ſententiam, & dationem in ſolutum, ut debeat acquiri creditori realiter, & irrevocabiliter, aliàs debiti obligationem minimè extinguit per Rotæ deciſionem.

31 Qui tamen in *n.* 26. *cum duob. ſeqq.* concludit, & generalem regulam conſtituit, ceſſare fructus cenſus, quando eſt in mera facultate domini illius habere, & recuperare ſortem principalem per Rotæ *dec.* 248. *n.* 3. *& alia dec.* 106. *n.* 3. *& dec.* 291. *n.* 6. *ad fin.* poſt ejus *tract. de cenſibus :* quia eo caſu eſt imputandus creditori cenſus, ſi pretium non exigit cùm potuerit, ex Seraphino, *d. deciſ.* 1333. *n.* 94. Cencius *d. q.* 107. *n.* 27. & 28.

32 Quibus annotari poteſt, quod dicit Alphonſus Guzman *in tr. de evictionib. q.* 28. *n.* 23. quod datio in ſolutum extinguit priorem obligationem; & niſi detur creditori impedimentum exigendi bona conſignata, data in ſolutum. Idem dicit Antonin. Amato *variar. reſol. q.* 50. *n.* 25. poſt Burſat. *conſ.* 101. *n.* 16. & Minſingerum *obſervatio.* 53. *n.* 2. & 3. *centur.* 1. quod creditor redit ad primævam actionem, eo ſolo, quod ſecundus contractus, aliàs inducens novationem, non fuerit impletus. De hoc etiam vide quæ diximus ſuperiùs *n.* 18.

33 Unum tamen pro complemento hujus articuli valdè utile, & ſubtile non diſſimulabo, nempe quando creditor qui plures correos debendi, & fidejuſſores habet in ſolidum obligatos, & citatus fuerit ad judicium concurſus, cauſati per unum ex correis, vel unum ex fidejuſſoribus; poſtquam per ſententiam graduationis fuit conſequutus ſuum creditum, attendant cæteri creditores ejuſdem concurſus, quod non totum, quod creditor ille exigit, amittunt, nec alienant à corpore bonorum concurſus præfati, cùm debitor ipſe correus jus habeat exigendi, & repetendi ab aliis ſuis confidejuſſoribus & correis, quidquid creditori eorum ſolvit, dempta ſua rata, & parte, quæ ei contingit, ita ut ſi ſint quatuor correi, aut quatuor fidejuſſores, ſi unus, formandò concurſum, totum debitum ſolvat creditori concurrenti, à cæteris tres partes debiti exigere poteſt, prout plurimis DD. citatis pleniſſimè videre eſt per Ant. Amat. *var. reſolut.* 37. *per tot.* & ſignanter de rata deducenda, & minus exigenda per correum ſolventem *n.* 24. *n.* 42. & 43. Giurba *dec.* 57. *n.* 5. Coſta *de ratio. ratæ q.* 110. *n.* 1. Parlador. *rer. quotidian. lib.* 2. *c. fin. p.* §. 1. *in fi.* Rodrig. *de annuis redit. li.* 2. *quæſt.* 9. *n.* 62. Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gl.* 18 *p.* 2. *n.* 53. *& ſeqq. vol.* 1. Fel. *de conſ. to.* 1. *li.* 3. *c.* 2. *n.* 16 *& to.* 2. *lib.* 3. *c.* 2.

n. 9. & 17. Enrig. *de fidejuſſ. p.* 3. *c.* 27. *à n.* 28. *cum ſeqq.* Carroc. *dec.* 87. *tota.* Oliver Beltramin. *in addit. ad Alex. Ludov. d.* 290. *in fi.* Avend. *de cenſib. c.* 100. *à n.* 1. Cenc. *de cenſibus q.* 71. *n.* 6. & *q.* 73. *n.* 23. & *ſeqq.* & *q.* 100. *n.* 30. & poſt tract. *dec.* 447. *à n.* 1. & *ſeqq.* & *dec.* 413. *n.* 1. & 5. *dec.* 537. *n.* 8. & *deciſ.* 178. *num.* 8.

Atque ideo correus, vel fidejuſſor, qui in concurſu 34
creditorum à ſe cauſato ſolvit, & ceſſionem obtinuit, poteſt dempta rata, ut diximus, à cæteris, vel etiam à debitore principali petere: & hoc redundat, & refunditur in utilitatem creditorum illius concurſus, quoniam quod ſic ab aliis exigitur, ſubintrat concurſus corpus, & ſimul incorporatur, ut ex omnibus ſatisfiant creditores concurrentes.

Sed an unus ex correis in ſolidum obligatis totum ſol- 35
vens aſtringatur diſpoſitione *l. Modeſtinus ff. de ſolutionib.* in actu ſolutionis ceſſionem à creditore exigente petere, vel pacto de cedendo ſe muniri, & quid in fidejuſſores, & an deficiente ceſſione habeant actionem mandati ad repetendum à debitore principali, & correis, ſeu confidejuſſoribus, vide latiſſimè per Anton. Amatum *var. reſol.* 38. *à n.* 31. *cum multis ſeqq. & à n.* 40. *cum ſeqq.* ubi de fidejuſſore ſolvente, qui iis locis, & per totum cap. ampliſſimè de tota materia videbis.

Illud tamen frequenter contingens advertere licet, 36
quod ex *d. l. Modeſtinus*, requiritur, ut in actu ſolutionis fiat per creditorem ceſſio jurium ſolventi, Amato ſupra *d. reſol.* 37. *à n.* 11. quod ſi creditor cedens fate- 37
tur habuiſſe, & recepiſſe, an intelligantur hæc verba, de receptione ante ſolutionem, & non ipſo actu ſolvendi, ſed antea ex intervallo, & ſic ceſſionem eſſe nullam & inutilem, nec ex ea ſolventem poſſe agere adverſus correos, & confidejuſſores cæteros, affirmativè reſolvit uterque Socin. Senior *in conſ.* 81. *col.* 3. *lib.* & Junior, *conſ.* 27. *lib.* 2.

Sed adverſus Socinum ponderandum eſt, quod quam- 38
vis verba habuiſſe, & recepiſſe ſonare videantur in tempus præteritum, tamen capienda ſunt, ut præteritum immodica præteritione ſit intelligendum & numeratio in continenti non ex intervallo præteriti temporis facta credatur, ex Bart. doctrina communiter recepta *in l. per dotem, n.* 20. *ff. ſol. matrim.* Jaſon. *n.* 84. & 85. Alex. *n.* 18. Bart. *in l. ſi ita ſtipulatus, §. Chriſogonus, ff. de verb. oblig.* Barzius *deciſ.* 126. *n.* 30. Campegius *de dote p.* 3. *quæſt.* 156. Alciat. *de præſumptionib. reg.* 3. *præſum.* 35. *n.* 10. Angel. *conſ.* 136. Menoch. *conſ* 1151. *n.* 3. *lib.* 12. Surdus *deciſ.* 243. *n.* 13. & *deciſ.* 284. *n.* 6. & 10. Grammatic. *conſ.* 263. *in civili.* Amato *d. reſol.* 37. *n.* 13. Eandem opinionem hujuſmodi numerationem intelligendam factam fuiſſe tunc tempus contractus, 39
tenent poſt Baldum *in l. ſi ex cautione, n.* 10. *C. de non numerata pecunia,* & Alex. *conſ.* 279. *n.* 6. Emanuel Coſta *in d. l. ſi ex cautione, limit.* 19. *n.* 8. (licet perperam pro contraria opinione allegarit eum Amato,) Petr. Surdus *dec.* 284. *n.* 11. Cencius *de cenſib. c.* 51. *n.* 3. 5. & 6. licet reluctet Emanuel Coſta per Amatum 40
relatus *d. reſol.* 37. *n.* 14. Et ſecundum communem ita in propriis terminis vidi in hac Pinciana Cancellaria determinatum me præſente.

CAPUT XIX.

Creditor cenſuarius ad judicium concurſus citatus, an poſſit ſortem, & redditus decurſos in creditum deducere; & pro ipſius ſortis principalis redemptione inſtare, & juſtè conſequi.

SUMMARIUM.

1 *Creditor cenſuarius citatus ad concurſum an valeat ſortem principalem in illum deducere, & pro ejus redemptione inſtare.*

Negativa ſententia in quæſtione propoſita traditur. ibid.

2 *Concurſus judicium formatur inter creditores.*

3 *Cenſus Dominus non eſt creditor ſortis principalis, ſed redituum, ſolvitur. n. 34.*

4 *Cenſus debitor, non eſt debitor ſortis principalis.*

5 *Cenſus creditor non poteſt debitorem cogere ad redimendum.*

6 *Redimendi cenſum facultas, in ſola voluntate venditoris cenſus conſiſtit, nec pacto effici poteſt ut in poteſtate creditoris ſit.*

7 *Creditor cenſus petens in concurſu aſſignari ſibi locum pro decurſis, & ſorte principali ſtatim reddituum curſum ceſſare qui dixerint.*

8 *Deciſio Franciſci Millanenſis, & Cencii affertur.*

9 *Si judex proprio motu per ſententiam graduationis creditori cenſus pro ſorte & uſuris locum aſſignet, debitor cenſus non potiſt arctari ad redemptionem.*

10 *Debitor per ſententiam condemnatus ad ſortis principalis reſtitutionem, adhuc compelli non poteſt, ad redemptionem ex deciſione Rotæ.*

11 *Fallimentum debitoris, & natura concurſus an concedere poteſt creditori facultatem, redemptionem poſtulandi.*

12 *Pactum appoſitum in creatione cenſus, ut creditor poſſit ſortem repetere ob debitoris fallimentum ſupervenientem, non eſt ſervandum.*

Expenduntur deciſiones Rotæ ibid.

13 *Cenſus creditor non tenetur hypothecam in ſolutum ſortis principalis accipere, licet non repertis emptoribus bona cæteris creditoribus in ſolutum dentur taxata ut ſentit Gaſpar Rodriguez.*

14 *Redditus uſurarius, quamvis depoſitione pecuniæ extinguatur, depoſitione bonorum non extinguitur.*

15 *Contraria ſententia, ſcilicet creditorum cenſus ad concurſum vocatum poſſe ſimul pro ſorte, & decurſis graduationem inter cæteros petere, & ſaltim tacitè pro redemptione cenſus inſtare, verior eſt, & ſeqq. & 3 .*

16 *In concurſus judicio ſpecialia aliqua occurrunt, quæ juſtam cauſam præbent creditori cenſuali ad extinctionem ſortis principalis poſtulandum.*

17 *Debitor, creditorem cenſuarium ad concurſum vocans, cenſetur velle cenſum extinguere, & redimere.*

18 *Creditor cenſuarius ad concurſum per debitorem denunciatus, poteſt inſtare pro redemptione ſortis principalis, ex conſtitutione Pii V.*

19 *Afferuntur plures deciſiones Rotæ, in ſuperioris doctrinæ confirmationem.*

20 *Debitor cenſus, ſi creditori denunciaverit ſe velle cenſum redimere, poteſt ſaltim intra annum cogi ad redimendum.*

21 *Per denunciationem factam à debitore dicente ſe velle redimere, vel formare judicium concurſus, jus creditoribus quæritur invariabile, ut deinceps debitorem cogere poſſint ad redimendum, quæ compulſio ex facto ipſo debitoris provenit.*

22 *Quod à principio fuit voluntarium, ex poſt facto fit neceſſarium.*

23 *Oblatio ſortis cenſualis, ſeu depoſitum factum, & intimatum creditori & ab ipſo acceptatum, amplius per debitorem non poteſt revocari.*

24 & 25. *Depoſitum poteſt à deponente revocari quando res eſt integra: ſecus quando jam per creditorem eſt acceptatum, vel depoſitario denunciatum, & præcipuè quando auctoritas judicis ineſt.*

26 *Creditor cenſuarius, pro redemptione cenſus in concurſu non comparens, exponitur periculo ut debitori patrimonium inter poſteriores creditores conſumatur.*

27 *Creditor conditionalis, & in tempus incertum, poteſt in concurſu petere, ut creditum ſuum tutum ſit, remiſſivè.*

28 *Creditor cenſuarius dicitur creditor conditionalis.*

29 *Creditor cenſuarius poteſt repetere ſortem principalem quando timetur ne ſors periclitetur.*

30 *Creditor cenſuarius poteſt agere ad petitionem ſortis principalis, quando eo inſcio cenſus conſtitutus eſt ſuper re feudali, aut fideicommiſſo ſubjecta.*

31 *Afferuntur Doctores affirmantes, creditorem cenſuarium in judicio concurſus comparentem licere poſſe graduationem, & probationem poſtulare pro ſorte principali, & 33.*

32 *Creditor cenſuarius ad concurſum vocatus, an pro ſorte principali, & decurſis cogatur recipere debitoris bona taxata in ſolutum.*

33 *Cenſuarium creditorem poſſe in concurſu petere graduationem pro ſorte principali, & decurſis ſimul multi Doctores ſupponunt.*

34 *Cenſualiſtam non dici creditorem in terminis Authenticæ, hoc ſi debitor, C. de ſolutionibus, qui dicunt, non negant quando in pecunia fiat redemptio in concurſu creditorum.*

35 *Dominus cenſus licet non dicatur creditor ſortis principalis, provocatus tamen ad concurſum ſortis creditor eſt, & poteſt ad redemptionem debitorem adſtringere.*

36 *Creditor cenſualis, licet reſpectu ſortis conditionalis dicatur, poteſt tamen concurſu formato comparere pro ſorte.*

37 *Venditur rei non habita fide de pretio, licet creditor non dicatur, poteſt tamen in concurſu comparere pro ea vindicanda.*

38 *Diponens licet creditor non ſit, comparens tamen in concurſu formato per depoſitarium pro re ſua vindicanda, admittitur.*

39 *Facultas petendi redemptionem cenſus in aliquibus caſibus permittitur creditori.*

40 *Concurſus formatus à debitore mutuante ſtatum, legitima cauſa eſt petendi redemptionem cenſus.*

41 *Debitor concurſum cauſans inſtat pro cenſus redemptione, non creditor provocatus, & laceſſitus petendo graduationem.*

42 *Creditor, qui de præſenti agere non poteſt, ſi tamen videat creditum ſuum periclitari per diſtributionem patrimonii debitoris inter creditores poſteriores, admittitur ad concurſum.*

43 *Diverſimodè judicandum erit de creditore voluntariè petente redemptionem cenſus, ac de eo, qui coactè venit ad evitandum periculum amittendi jus ſuum.*

44 *Millanenſis doctrina falſa oſtenditur, remiſſivè.*

45 & 46. *Conſignatio bonorum pro ſorte, & redditibus facta per ſententiam graduationis non extinguit cenſum niſi cum effectu exequatur, & creditori bona tradantur.*

47 *Millanenſis fatetur creditorem in judicio concurſus poſſe ſortem deducere principalem.*

48 & 49. *Judex ſimpliciter in judicio particulari non poteſt arctare debitorem cenſus, ad ejus redemptionem, ſecus in judicio concurſus univerſali,*

Ad cenſus redemptionem dantur creditori in judicio concurſus bona debitoris taxata. ibid.

50 *Ad adjudicanda bona debitoris pro extinctione cenſus, requiritur ut creditor in concurſu petat ſortem cum redditibus decurſis.*

51 *Creditur cenſuarius ſi in concurſu petierit graduari pro decurſis debitoris, & non pro ſorte, pro hac nec graduabitur, nec ad ejus extinctionem pervenire debet judex.*

52 *Fallimentum debitoris nondum declaratum non eſt cauſa, ut creditor petat cenſus redemptionem, ſecus poſtquam declaratur per concurſum à ſe formatum.*

53 *Pro cenſus extinctione an creditori in concurſu danda ſint bona debitoris in ſolutum, dubitat Gaſpar Rodriguez.*

54 & 55.

54 & 55. *Doctores tenentes negativam opinionem, non negant posse sortem principalem in concursum deduci, nec pecunia redimi.*

56 *Creditorem posse in concursus judicium deducere sortem census principalem, & pro ea appetere prælationem, expresse tenuit Gaspar Rodriguez, alio in loco citatus.*

1 MOlesta quoniam mihi fuit hujus quæstionis resolutio, praxim cum intrinseca natura contractus pugnare sentienti, quo usque mihi ipsi intentius meditanti acquievi. Eandem ad partes disputabimus, & pro 2 negativa exagitanda, terminos naturæ census non egressura.

Primum, quia judicium concursus formatur inter creditores, prout ab etymologia vocabuli deducitur, dicitur enim, *pleyto de acrehedores*, ut *in c. 1. & seqq.* 3 latius tractatur, sed Dominus census creditor non est sortis principalis, sed in quantum concernit exactionem redituum decursorum, quoad futuros enim incertum est indebitum iri & deberi, atque ideo sortis principalis creditor dici non potest, sed tantum reliquorum præteritorum, ut plures firmavit Gaspar Rodrig. *de annuis redit. l. 2. quæst. 16. n. 201. & c. 9. sub n. 68. vers. ex quibus inferre licet. eodem. lib. 2.* Marta *voto. 53. n. 6.* Seraphinus *decis. 899. n. 3.* Cencius *de censibus q. 107. sub n. 29. vers. secundo confirmatur.* ubi etiam è 4 converso, quod debitor census non est verè debitor post Vincent. de Franch. *decis. 254. n. 9.* Surdus *decis. 204. n. 9.* ergo sortis principalis respectu, nec audiendus creditor erit, nec pro ea jus suum in concursus deducere potest.

5 Secundò, quia creditorem habere facultatem redimendi censum, est contra intrinsecam naturam, & substantiam formalem contractus censualis, cum iste quantum ad se perpetuo alienare pretium, & pecuniam, qua emit annuos reditus, intelligatur, & facultas redimendi in sola voluntate debitoris vendentis est posita, emptori tamen nullo modo licet, nec potest in pactum deducere facultatem cogendi debitorem ad census redemptionem, probant Covar. *variar. leg. 3. c. 7. n. 3. & cap. 9. n. 4.* Mantica *de contract. lib. 3. tit. 31. ex n. 8. & seqq.* Gratian. *discept. tom. 1. cap. 14. n. 1. & seqq.* Giurba *decis. 79. n. 2. & decis. 85.* 6 *n. 11.* Solis *de censib. quæst. 60. per tot.* ubi latè prosequitur, & per varias pactorum formulas discurrit; ergo creditor censuarius ex bonis concursus nequit petere, nec consequi pretium sortis principalis, sed tantum decursorum reddituum, pro quibus dumtaxat erit admittendus ad judicium concursus.

7 Tertiò, fortiter pro hac parte urget doctrina Franciſci Millanens. *dec. Siciliæ n. 2. 16. & 17. lib. 2.* dum firmat, quod si creditor compareat in judicio concursus, & cum cæteris creditoribus, concurrens expressè petierit assignari sibi locum per sententiam graduationis tam pro reditibus decursis, quàm pro sorte principali, statim cursus fructuum cessat, quia non compatiuntur inter se facultas petendi redemptionem census, & 8 currere usuras ejusdem contra substantiam, & naturam contractus censualis, eundem Millanens. refert Cenc. *de censib. q. 107. sub n. 29. vers. potest supra dictis addi alius casus, in quo cessat cursus fructuum census, licet non extinguatur per actum retro similem: si Dominus census in judicio discussionis bonorum sui debitoris compareat & concurrat cum aliis creditoribus, & petat assignari sibi locum inter dictos creditores tam pro fructibus, quam pro sorte principali, secus autem si non petat locum pro satisfactione sortis, sed tantum pro fructibus, ut refert Francis. Millan.* &c. Creditor ergo non potest comparere in judicio concursus pro sorte, vel si compareat, sub periculo tamen census extinctionis.

9 Quartò, & in roborationem præcedentis probatur, quod etiamsi creditor census comparens, nec petierit locum pro sorte sibi assignari inter cæteros creditores; sed judex suo proprio motu per sententiam graduationis locum ei assignet pro sorte, nihil operatur, quia debitor nullo modo compelli potest nec arctari ad redemptionem; adeò quòd si per judicis sententiam fuerit condemnatus ad restitutionem sortis principalis; 10 adhuc nec potest, ut declaravit Rota *coram Sacrato* 20. *Nov.* 1600. quem adducit Cencius *post tract. de censib. dec. 69. n. 1.* quam in eodem tract. sequutus fuit *in quæst. 106. n. 1. & 2.* ergo creditor censuarius, nec ex parte sua, nec judicis sententia, potest in concursu census redemptionem petere, nec consequi.

11 Quinto, & pro hac negativa parte fortior pungit, quod nec debitoris fallimentum, nec natura judicii concursus creditori facultatem attribuere potest redemptionem census postulandi, nec eidem præstat legitimam causam subvertendi naturam & substantiam contractus censualis, ita ut nec valeat pactum appositum in census creatione, quod creditor possit sortem repetere ob fallimentum, seu decoctionem debitoris contingentem, & supervenientem. 12 Ita tenet Cenc. *de censibus. q. 60. n. 5.* per Rot. *in una Romana de Panzanis*, 28. *Maii* 1614. à se adducta post tract. *tom. 2. dec. 418. n. 8.* ibi. *Dicebant Domini, agi non posse, quia nec Hannibal agere de jure potuisset pro extinctione censuum, quamvis debitor esset decoctus, ut fuit resolutum in Romana census, 27. Jan.* 1603. *coram R. D. meo Damascen.* &c. ergo creditor ullo ex capite potest in concursu creditorum consequi sortem principalem, ac census extinctionem.

Et hanc partem negativam in nostris terminis concursus videtur quodammodo tenere (licet non istis fundamentis, sed debilioribus aliis) Gaspar Rodrig. *de annuis* 13 *reditib. lib. 2. q. 6. sub n. 68.* propè finem dum sic ait, *ex quib. inferre licet, quod quamvis debitoris redditualis bona in creditorem concursus capiantur, ut creditis satisfiat, & non repertis emptorib. debeant creditorib. in solutum dari taxata justo pretio; juxta text. in Anthent. hoc, nisi debitor C. de solutionib. id tamen locum non habebit in creditore reditus, qui cum sortis creditor non sit, ut dicam infra hoc l. c. 26. n. 20. nec teneatur hypothecam in solutum redditus accipere; non tenebitur hanc bonorum addictionem pati,* &c. *igitur* (prosequitur iste auctor) *bona dabuntur aliis creditoribus cum onere solvendi creditum, huc usque redimatur, & ita observat hic Regius Vallisoletanus* 14 *conventus. Et meritò quidem, nam reditus usurarius quamvis depositione pecuniæ extinguatur juxta l. acceptam, C. de usuris, non tamen sufficiet debitori alia bona deponere, ut in solutum cedant,* &c. Hæc Rodrig.

Quibus tamen, & aliis minimè obstantibus contra- 15 riam sententiam, imo creditorem census vocatum ad concursum creditorum à communi debitore causatum; posse simul tam pro sorte principali, quàm pro discursis petere graduationem inter cæteros, & tacitè saltim pro redemptione, & extinctione census instare: procul dubio veriorem, probabilioremque esse & praxi universali tribunalium superiorem in dies receptam, quæ pluribus fundamentis fulcitur.

Primo ex natura, & fine hujus judicii concursus in 16 quibus singularia æqua, & specialia concurrunt quæ justam causam præbent creditori censuali ad extinctionem census, & sortem principalem postulandam; tum quia debitor communis convocat omnes suos creditores (in quorum commodum & utilitatem bonis simul cedit) ut integrè eis de illis satisfiat, ut de cætero à molestiis liberetur, quo casu eum citat, & provocat inter cæteros creditorem censuarium, illi intimare censetur velle extinguere censum, & ex bonis redimere, 17 qua facta intimatione & voluntatis declaratione licitum est creditori censuario de cætero à debitore petere, & 18 instare pro redemptione sortis principalis, sic expressè disposuit Pii V. *constitutio in forma creandi census*, quam in iis terminis sequuta fuit Rota *in Anconitana 11. bonorum*, quem *post tract. de censibus* reso[illegible] Cenc. *in* 19 *ordine 277. n. 8.* & per eam sic firmat ipse Cencius

in d. tr. q. 109. *n.* 3. poſt Joan. Baptiſt. Madium *in d. tr. de cenſuum requiſit. & inſtrument. form. 9. quæſt. n.* 3. & quod hoc caſu manifeſtante debitore cenſus ſuam voluntatem redimendi per intimationem factam creditori, quod per hunc cogi poſſit redimere, iterum ex eadem conſt. Pii V. tenet Cenſ. *de cenſib. q.* 107. *n.* 10. & per Rotæ *dec.* 247. *n.* 3. *dec.* 106. *n.* 3. & *dec.* 539. *n.* 8. & 9. & 362. *n.* 3. quas poſt tractatum ad litteram refert, & late proſequitur ipſe *ibid. n.* 10. omnino videndus: ergo cum ad plenariam ſatisfactionem creditor cenſus citetur ad concurſum, clare ſuam voluntatem cenſum extinguendi demonſtrat debitor, quæ idcirco præſtat juſtam cauſam creditori ad ſortem principalem cum redditib. reducendam in concurſum, & pro toto petendam graduationem.

20 Et juſtum eſſe unum & valde notabilem caſum, ut cenſualiſta debitor cogi poſſit ad reſtituendam ſortem principalem, quando ſcilicet debitor cenſus creditoribus denunciavit, ſe velle cenſum redimere, & reditum extinguere, ut tunc debitor intra annum ſaltem, cogi poſſit à creditore, ut illum redimat, ita per Navar. *in conſ.* 8. *n.* 3. *de cenſib. & ſuper motu proprio Pii V. gloſ.* 3. *n.* 93. tenet Gaſpar. Rodrig. *de annuis redditib. li.* 2. *q.* 1. *n.* 6. ibi *& nota iſtum caſum quo debitor cenſus compelli poteſt ad redimendam, ſeu reſtituendam ſortem, & pretium*, cui conſonat Motus proprius Pii V. *in clauſ.* 1. de qua *v.* 2. *c.* 29. *per tot.*

21 Iſta etenim compulſio ſortis reſtituendæ non provenit, nec cauſatur facto creditoris, nec ex ſua voluntate ſibi attribuere aut ſurripere volentis facultatem redimendi, quam non habet, ſed dumtaxat cauſatur ex facto debitoris, utentis ſuo arbitrio, & libertate quandocumque redimendi cenſum, & ideo per denunciationem ab eo factam creditori ſe velle redimere, vel formante judicium concurſus, & convocante ſuos creditores, quod ad idem tendit, ut diximus, jus eis acquiratur invariabile, ut deinceps debitorem cogere poſſint ad redimendum; nam quod à
22 principio fuit voluntarium, ex poſt facto fit neceſſarium. *l. ſicut ab initio. C. de actionibus & obligatio. l. in commodato ſicut ff. commodati l. de contractu, C. de reſcinden. venditi. l. quamvis. C. tranſactio. l. non idcirco in fin. ff. de contrah. emptio. l. eo quod, C. ſi certum pet. l. ſi mandavero, §. 2. ff. mandati*, cum mille ſimilibus.

23 Hinc fit, quod oblatio ſortis cenſualis, ſeu depoſitum factum & intimatum creditori per debitorem per creditoris acceptationem, ita jus huic acquiritur, ut amplius revocari non poſſit per debitorem; qui cogitur oblationi ſemel factæ, & depoſitio ſtare, ut ex *l. acceptam C. de uſuris.* Pet. Barboſa *in l. ſi mora.* 10. *ff. ſoluto matri. n.* 87. Bart. & Bald. *in d. l. acceptam*, Foller. *in praxi cenſuum, verb. inſtrumentum gratiæ. n.* 54. Felician. *de cenſibus. lib.* 4. *to.* 2. *cap. unic. n.* 4. *verſ. quæ reſolut.* ibi, *cum ex acceptatione creditori ſit jus quæſitum*
24 *ad ſortem depoſitam, debitor mutare voluntatem non poterit, nec depoſitum revocare.* Azevedus *in l.* 1. *tit.* 12. *recopil. n.* 12. 20. ibi. *Notandum tamen eſt quod ſi deponatur penes tertium, propter cauſam creditoris nolentis rem illam recipere, depoſitarius ille poteſt licitè reddere mihi deponenti depoſitum illud re integra, ſed ſi depoſitum per creditorem eſt acceptatum, & denunciatum depoſitario nullo modo poteſt ſequeſter deponere, & reddere ſequeſtrum abſque judicis licentia*, quos referens ſequitur Hermoſilla *in l.* 5. *tit.* 3. *part.* 5. *gloſſ.* 4 *n.* 5. *fol.* 200. *tom.* 2. idem tenet Cencius *de cenſibus. quæſt.* 111. *n.* 63.

25 Maximè ſi monitio, & oblatio, ſeu depoſitum fiat authoritate judicis, & in judicio, prout in caſu de quo agimus in judicio creditorum, quia tunc multo minus poteſt debitor mutare ſuam voluntatem, ut probant omnes Doctores citati, quia quod ab initio fuit voluntarium, ex poſt facto fuit effectum neceſſarium.

26 Secundò, ob periculum imminens, quod manifeſte patitur cenſus propter concurſus judicium per debitorem formatum, quo univerſum patrimonium ſuum exponit creditorum ſuorum diſtributioni, & exactioni, in quo ſi creditor cenſuarius non comparuerit, & pro ſorte, & decurſus non graduaretur, penitus cenſus periclitaretur, dum univerſum debitoris patrimonium inter cæteros poſteriores creditores conſumeretur, quo caſu 27
juſtiſſima cauſa cenſetur, ut etiam creditor conditionalis & in tempus incertum poſſit, etiam ante conditionis exiſtentiam in judicium concurſus comparere & creditum ſuum in poſterum ſalvum, & tutum facere, de quo copiosè egimus ſuprà *c.* 8. *à n.* 14. *cum ſeqq. non tractandum an creditores*, ubi plura ſingulariſſima ad propoſitum videnda erunt, & congruit argumentatio hæc cre- 28
ditori cenſuario, qui verè & purus non dicitur creditor ſortis, ſed conditionalis ad voluntatem debitoris volentis redimere, aut poſtquam voluntatem redimendi intimavit creditori, ſi credimus Gaſpar. Rodrig. *de cenſibus, l.* 2. *q.* 16. *n.* 29. & 30. per quem ita aſſerit Cencius *de cenſibus, quæſt.* 107. *ſub n.* 29. *verſ. nam licet hæres beneficiatur.*

Cui accedit Maſtrillus *de ceſſ.* 279. dicens quod 29
quando periculum imminet, poſſe creditorem cenſuarium repetere ſortem principalem, ne cenſus periclitetur, quem referens ſequitur Cenc. *de cenſibus, q.* 160. *ſub n.* 12. *verſ. ſi verò pactum iſtud*, &c. nullo enim caſu, tertius poteſt hæc doctrina verificari, & periculum experiri, ſicut in concurſu creditorum formato per debitorem prout rectè & copiosè conſideravimus ſuprà *d. c.* 8. 30
à n. 29. *cum ſeqq.* & plurimæ doctrinæ conducunt, quas copiosè congerit Cencius *q.* 106. *per totam:* ubi de fundatione cenſus ſuper re ſubjecta fideicommiſſo, vel re feudali, aut emphiteuticaria inſcio creditore, ut ob periculum cenſus, ne amittatur, poſſit creditor agere ad repetitionem ſortis principalis, innumerabiles penè Doctores, & Rotæ deciſiones ad idem cumulat per te videndas, alias plures doctrinas videbis inferiùs *ex n.* 39. *verſ. nec obſtat ſecundum argumentum.*

Et hanc partem, nempe creditorem cenſuarium, 31
citatum, vel comparentem in judicio concurſus formati per debitorem communem, liberè & abſque difficultate poſſe petere graduationem, & prælationem pro ſorte principali, & decurſis: infiniti penès probant Doctores, & Rotæ deciſiones, qui omnes ſignanter loquuntur in hoc judicio concurſus, diſcuſſionis, & ſeparationis bonorum debitoris; Bocacius *in tr. de cenſib. p.* 2. *n.* 97. Franc. Millanenſ. *dec.* 4. *n.* 16. & 17. *tit.* 1. Avendan. *de cenſib. q.* 102. *n.* 7. Felic. *de cenſib. tom.* 2. *tit.* 3. *c.* 5. *n.* 15. Foller. *in pract. cenſuali in verbo tanquam n.* 9. Tiraq. *de retract. lignag. §.* 2. *gloſſa* 6. *n.* 21. Intrigliol. *ſuper Bulla de cenſib* idem Felician. *tom.* 2. *tit.* 1. *c.* 1. *n.* 6. *verſ. tertio infero.* Rodriguez *de annuis reditibus. tit.* 2. *q.* 9. *n.* 68. & *tit.* 1. *q.* 18. *n.* 42. & *n.* 50. Azevedus *ad l. fin. tit.* 21. *l.* 4. & *recopil. n.* 133. latè Cyriacus *controverſ. forenſ. lib.* 1. *contr.* 24. *per totam:* præ cæteris ampliſſimè Cenc. *de cenſib.* in pluribus locis repetens *in q.* 108. *ſub n.* 29. *v. poſt ſupra dicta & in verſ. ſeq. & inferius in verſ. cui declarationi & in verſ. & in dicta declaratione* & iterum etiam abundè *id q.* 108. *n.* 113. *per quatuor columnas maximè in princ. & ſub verſ. advertendum itaque eſt cum propriè ſeqq. & inferius in verſ. & quod creditori comparenti in judicio diſcuſſionis, & ſeparationis vel verſ. bonorum, & in vel ſi quando creditor ex cauſa cenſus vocatus ad judicium diſcuſſionis bonorum ſui debitoris*, & deinceps latè proſequitur.

Qui quidem Doctores omnes, dum tractant, & inter 32
ſe controvertunt illam quæſtionem, quando creditor cenſus vocatus ad judicium, ſeu litem creditorum cauſatum à debitore communi compareat, & petat graduationem, & prælationem, potioremque locum inter cæteros creditores in concurſu concurrentes pro ſorte principali, & decurſis, an ſit cogendus recipere bona debitoris in ſolutum pro ſatisfactione ſui crediri, & extinctione cenſus, inter quos maxima eſt diſſenſio, alii probant abſolutè, alii repugnant, alii verò diſtinguunt inter creditorem

cenſus

census petentem graduationem pro sorte principali, & usuris simul, & eundem dumtaxat petentem graduari pro decursis reditibus, cujus quæstionis resolutionem altiùs examinavimus infrà. *c.* 22. *per tot.*

33 Tamen nullus ex iisdem Doctoribus negat, creditorem census peracto concursu creditorum posse petere graduationem tam pro sorte principali, quam pro decursis simul; sed imò potius hoc expresè supponunt, & totò corde fatentur, prout statim clarius monstrabimus, quod absque dubio, & difficultate in dies practicatur, & indistinctè observatur ob naturam, & finem judicii concursus, ne creditoris censualis jus periclitetur, ut superiùs probavimus.

34 Et hac sententia verissima, praxi munita, firmiter retenta, non obstant argumenta pro contrariâ parte considerata, ad principium hujus *cap.* 1. *n.* 12. Creditorem censûs non esse creditorem sortis principalis, & sic nec concurrere in judicio graduationis, nec sors extinctione instare posse: cui multæ insurgunt responsiones, tum quia Doctores in eo citati id non asserunt ad finem negandi redemptionem census, nec comparitionem in judicio concursus pro sorte, sed ad alium finem diversum, nempe ad excludendum istum censuarium à rigore dispositionis *Authent. hoc si debitor, Cod. de solutionibus*, (quam de creditoribus loqui dicunt.) ad effectum, ut teneantur inviti bona debitoris in solutum recipere, concurrentibus requisitis ejusdem *Authenticæ*, sed non negant, quod in pecunia fiat redemptio, imò super hoc ipso inter Doctores contentio non est, sed tantum an creditor cogi possit invitus, solutionem, & census redemptionem recipere in bonis taxatis, omnes tamen utriusque opinionis expresè fatentur, & necessario supponunt, censum in judicium concursus deductum pati extinctionem, sive per consignationem bonorum in solutum datorum, sive per pecuniam numeratam, atque ideo inter eos discrimen solum versatur in qualitate solutionis. Secundò, & aliter respondetur; Quod licet interim, 35 quod perduravit census, Dominus non dicatur verus creditor sortis principalis, sed conditionis; tamen post factam per debitorem declarationem velle redimere, quæ deducitur ex formato à se concursu, & intimatione, & citatione creditorum ad hunc finem destinato; verè creditor ille sit sortis, & potest debitorem adstringere ad redemptionem, ita post alios eleganter respondet huic objectioni Cencius *de censib. qu.* 108. *sub n.* 14. *vers. nec obstant*, &c.

36 Tertiò respondetur quia etiam stante argumento ex eo nequit inferri ad comparitionem creditoris pro sorte & ejus redemptione stante, & considerata natura, & fine judicii concursus pleni periculis, ob quem etiam creditor conditionalis ante conditionem completam habet facultatem comparendi, juxta pri- 37 mum fundamentum hujus partis affirmativæ, de quo *suprà num.* 16. Quod idem videmus in venditione rei, & traditæ emptori, non habitâ fide de pretio; qui quamvis non sit creditor ad pretium, nec respectu rei; potest tamen ad concursum emptoris comparere, 38 & ratione sui dominii præcæteris creditoribus vindicare. Idem etiam in deponente Domino rei existentis depositæ, qui ad concursum comparet pro re suâ evocandâ, quamvis creditor non sit, sed Dominus, prout ex plurimis diximus *supra cap.* 11. *à num.* 34. *vers. ut in simili videmus.* Atque ideo non est bonum argumentum; non est creditor, ergo non potest in 39 judicio concursus comparere: nec obstat secundum argumentum de quo *suprà à numer.* 5. de facultate negata à jure creditori petendi redemptionem census; 40 quoniam id regulariter verum est, at in aliquibus casibus fallit, ut superiùs vidimus, inter quosnus est noster ob concursum formatum à debitore, ex quo ejus status mutatur, & quæ de novo emergunt novo indigent auxilio, & sic ex novo hoc accidenti variatur, & temperatur juris dispositio, & rigor. Cui & ulterius eleganter respondit Cencius *de censibus quæst.* 107. *sub. num.* 29. *vers. cui declarationi.* In hæc; *Cui declarationi, ut supra confirmatæ, non obstant ea, quæ objiciuntur. Primo quod repugnet constitutioni Pii V. abhorrenti extinctionem census pendere ab arbitrio Domini, & creditoris illius. Quoniam cum simus in judicio* 41 *graduationis motæ ad instantiam hæredis debitoris, satagentis extinguere censum per traditionem bonorum, non petit Dominus census bona pro dicta extinctione, quod per dictam Pianam constitutionem prohibetur; sed hæres debitoris instat pro extinctione, & sic juxta formam Bullæ, & non contra illius dispositionem. Et in dicta declaratione, dum dicitur de petitione Domini census, non accipitur pro petitione & instantia, quod extinguatur census per restitutionem pretii, quod à dicta constitutione prohibetur; sed pro petitione, & instantia, quam vocatus in judicio graduatorio moto ad instantiam hæredis debitoris facit, ut pro extinctione sui census assignentur bona, & sic non sponte, sed lacessitus, petit, quod non prohibetur per dictam constitutionem Pianam.* Hactenus de singulari doctrina in judicio concursus creditorum, & signanter ad punctum nostræ quæstionis.

Et quod is creditor, & qui aliàs non potest agere, 42 nec jus offerendi habet, vel sit creditor conditionalis, ut tunc admittatur, quando suum creditum periclitatur, eo quod omnia bona debitoris consumuntur inter priores, & potiores creditores, quia non merè voluntariè venit iste creditor ad hanc obligationem; sed potius necessitate compelsus, & coactus, ne creditum suum amittat, & omninò perdat, nec certet de lucro, sed de damno vitando; optimè solvit Rodriguez *de annuis reditibus. l.* 2. *quæst.* 16. *num.* 44. & 45. Quare merito diversimodè judicandum erit de creditore 43 voluntariè petente redemptionem census, ac de eo, qui coactè, & necessitate cogente, periculoque imminente id petit, videns quod aliter sui crediti, & juris conservationi consuli nequeat in concursu creditorum, tendente ad consumptionem universi patrimonii sui debitoris, præcipuè instante debitore ipso pro redemptione eo ipso, quod cedit cunctis suis bonis ad effectum dumtaxat se liberandi à suis creditoribus, dimittendo illis omnia bona sua, ut sibi satisfiant, & ipse liber de cætero remaneat.

Nec obstat tertium ex doctrina Millanensis de qua 44 *suprà numer.* 7. quia falsa est, & latiùs eam declarat Cencius in argumento citatus, *numer.* 8. & in terminis in contrarium est *decis.* 104. inter recollectas per eundem Cencium, post tractat. quæ singulariissima est, & *in numer.* 3. sic ait. *Nec obstat, quod census de cujus fructibus agitur, fuerit extinctus, unde nec principalis, nec fidejussor amplius teneatur, tanquam cessante causâ obligationis ex deductis in causa nullitatis obligationis* 20. *Jan.* 1602. *coram R. P. D. Pamphilio; & me. Quia negatur hujusmodi extinctio, & quatenus illa* 45 *deducitur ex eo, quod actor una cum aliis creditoribus ex Salviano interdicto institerit pro immissione bonorum censatorum, & fuerit per sententiam judicis, tam pro sorte quàm pro fructibus graduatus, & realiter missus,* &c. *respondetur quod etiamsi res ita se haberet ut narratur; nihilo minus non restaret extinctio census, nam aut hoc deducitur ex iis, quæ gesta sunt, antea quam Sanctissimus mandaret bona deliberari post immissionem. Et cum usque ad illud tempus non fuisset satisfactum creditori de sua sorte non cessavit census, quia ad hunc effectum requiritur actualis restitutio.* Verall. *decis.* 103. *p.* 1. *& fuit dictum in causâ Romana, Salviani interdicti* 23. *Junii* 1600. &c.

Et quod nec per petitionem extinctionis, nec per 46 adjudicationem bonorum in sententia graduationis census, obligatio extinguitur, nisi demum sequuta actuali traditione, & executione cum effectu; amplissimè probatum fuit *suprà cap. anteced. ferè per totum, & signanter à nu.* 13. *& multis seqq. quæ vera omnia sunt.*

Imò ipse Franciscus Millanensis expresè fatetur posse

posse creditorem ad concursum citatum deducere sortem principalem, & eam repetere, ad tradita *suprà ad* 1. & 2. *argumentum ex n.* 16. *& seq.* & juxta declarationem Cencii *locis citatis, in responsione ad secundum argumentum suprà ex n.* 39.

48 Respondetur ad quarum argumentum *ex n.* 9. judicem simpliciter judicio particulari non posse arctare debitorem census ad ejus redemptionem, quo casu argumentum procedit. At in judicio creditorum ad quod citatur creditor census aliud ex ejus speciali, & peculiari natura, & fine dicendum erit, ut eleganter deducit Cencius *de censib. q.* 108. *num.* 13. in hæc. *Verum enim vero posset Judex ex justa, & legitimâ causa cogere Dominum census, ut pro illius*
49 *extinctione daret fundum censuatum, vel alia bona debitoris census, prout quotidie fieri videmus in judiciis separationis, & discussionis bonorum, in qq. dantur, & assignantur loca creditoribus ad judicium venientibus per gradus juxta prioritatem, & potioritatem eorum crediti cum consignatione bonorum sui debitoris juxta æstimationem à peritis faciendam etiam in extinctionem censuum, & hac sorte respexit.* Boscacius *in suo tr. de censib. part.* 1. *num.* 97. *dum ex mente* Menochii *de arbitrar. cas.* 183. *num.* 25. *& 28. asseruit, esse in*
50 *judicis arbitrio positum quando creditor census cogi possit ad recipiendum bona in solutum pro extinctione dicti census*, &c.

Sed hanc doctrinam ipse Cencius ibidem paulò post explicat, & limitat, ut hoc procedat, quando ad concursum comparens creditor petiit sortem cum reditibus, ut secus sit quando solum petiit reditus sibi debitos, in hæc. *Diximus, quod dicta facultas cogendi dominum census, tam tantum possit habere locum, quando Dominus census comparens in dicto judicio discussionis, & separationis bonorum petere*
51 *assignari sibi locum inter alios creditores non solùm pro fructibus census decursis, nondum solutis, sed etiam pro sorte principali ejusdem census, alias si illius petitio non comprehenderet etiam sortem principalem ejusdem census; non posset Judex ad instantiam hæredis debitoris, quantumvis beneficiati, illum cogere ad recipiendum bona in solutum pro extinctione sui census, repugnant enim duæ juris regulæ; una, quod Judex non petenti non potest officium suum impertiri*, &c. id ipsum expresse ipse Cencius *in quæst.* 107. *sub. num.* 29. *vers. & licet non desint;* & latè firmat Cyriacus *controvers. forensium lib.* 1. *controvers.* 24. *per tot.* sed an hæc limitatio vera sit, & admittenda, latius examinabimus *infrà cap.* 22. *num.* 36. *cum multis sequentibus. vers. non tamen omittam quandam limitationem*, &c. quam tamen veram esse ibidem resolvimus, & praxi receptam fuisse testamur.

Ad quintum argumentum de quo *suprà n.* 9. quod
52 etiam ob fallimentum debitoris non possit creditor petere census extinctionem, satis respondetur ex hactenus deductis, & in specie quod debeat intelligi de inopia, & fallimento debitoris nondum declarato, sed post concursum formatum ex quo declaratur fallimentum suum, aliud est dicendum, cum ex eo deducitur justa, & legitima causa ad sortem repetendam, prout latissimè in toto *hoc. cap.* probatum remanet, ad quæ trahenda est, & reducenda generalitas Rotæ *in decis. citata in d. quinto argum.* cum non aperiat, an fallimentum sit declaratum, deductum in concursum creditorum per debitorem causata, aliter dicta decisio procedere non posset contra tot juris principia, & Doctorum determinationes communes, de quibus *in hoc cap.*

Nec obstat Gaspar Rodriguez citatus *suprà à nu.* 13.
53 *vers. & hanc partem negativam.* Cujus resolutio pendet ab illa quæstione, an creditor censuarius comparens in concursu creditorum teneatur in solutum recipere bona debitoris justo pretio taxata pro extinctione census, & decursorum (quam inferiùs *cap.* 22. latius examinabimus) & cum ipse sequatur absolutivè negativam, & ideo bona dicit adjudicari cæteris creditoribus, non censuariis cum onere solvendi reditus creditori census donec redimatur, sed ex hoc ipso Rodriguez non negat, quod 54
in concursu posset redimi ex pretio venditionis bonorum, nec etiam negat, posse creditorem census pro sorte, & decursis concurrere, & jus suum in totum deducere formato judicio, & lite creditorum, imò manifestè fieri posse supponit, prout notavimus *suprà à num.* 31. *cum seqq. vers. & hanc partem nempe*, &c.

Nec huc pertinet, nec tendit quod ipse Rodriguez 55
ib. dicit, creditorem census non dici verè creditorem sortis principalis, ad effectum scilicet quod illum in cuncursum creditorum deducere possit censuarius, & petendi extinctionem, sed potius illud asserit ad diversum finem, nempe ad excludendum censuarium à dispositione *D. Authent. hoc in fi debit.* formans argumentum, quod illa loquatur de creditoribus; ergo censuarius, qui verè creditor sortis non est, includi non potest in ejus determinatione, & sic nec cogi ad recipienda bona debitoris in solutum eo invito, adhuc concurrentibus requisitis ejusdem Authent. (de quibus latius erit tractandum *infrà c.* 22.) ut notavimus suprà, ad responsionem primi argumenti *à n.* 34. non enim sequitur; censuarius creditor pecuniæ non cogitur bona recipere in solutum; ergo non potest in concursum deducere sortem, & usuras decursus.

Et quod creditor censuarius in concursus judicium 56
creditorum vocatus consequatur sortem principalem, non obscurè resolvit ipse Rodriguez *lib.* 2. *quæst.* 20. *in fin.* dum *à n.* 13. disputat, an creditor, qui mutuans pecuniam ad refectionem, & conservationem rei sub censu creato, & constituto super ipsa re meliorata; an iste talis habeat privilegium prælationis pro sorte principali, & reditibus decursis, prout haberet, si simpliciter mutuaret absque usuris, pro cujus quæstionis resolutione videndus erit Antonin. Amat. *variar resolut.* 3. *ex n.* 73. *& seq.* qui pro utraque parte plurimos congessit Doctores; ipse tamen Rodriguez postquam disputando negativam amplectitur, consequutivè sic limitat *in vers. hoc autem limitandum videtur quoad pensiones reditus, in quibus creditor, cujus pecunia fuit res refecta, merito non habet privilegium*, &c. *habebit tamen* (inquit ipse) *privilegium quoad sortem principalem, & pro ea in creditorum concursu præferendus erit prioribus creditoribus in re ipsius pecuniâ refecta, ut in creditore fœneratitio post Decium dicit* Alciatus *in d. l. creditor. n.* 8. *ff. si cert. pet.* &c. ex quo manifestè fatetur, posse creditorem census sortem principalem in judicium concursus deducere, prout verissimum est ex fundamentis, ac communi relata receptissima per praxim tribunalium.

CAPUT XX.

Creditor, pro suo censu vitilatio in concursu comparens, an valeat consequi integram sortem principalem, quia olim censum à debitore emit.

Vel quomodo eidem consulatur in bonis debitoris, ut indemne suum creditum maneat in futurum.

SUMMARIUM.

1 *Debitorem census vitalitii facultatem habere redimendi, etiam vita emptoris durante, proponitur.*

2 *Comprobatur superior assertio authoritate Avendani, cujus verba referuntur.*

3 *Affertur doctrina Noguerol. judicium Avendani sequentis, & asseverantis, censum vitalitium redimibilem esse eodem pretio.*

4 *Creditor censui vitalitii an possit illum in concursum deducere creditorum, & pro ejus redemptione instare*

cuti

ficuti cæteri creditores census redimibilis.

5 *Æquiparatorum eadem est juris dispositio, & dispositum in uno æqualiter in alio dispositum censetur.*

6 *Vitalitii census creditorem licet possit comparare, & debeat citari ad concursus judicium, tamen non posse instare pro census redemptione, nec sortem principalem consequi, opinio verior est.*

7 *In census vitalitii contractu à principio inest vera, & absoluta emptio, & venditio ultro, citroque obligatoria, sine ulla qualitate redemptionem tangente.*

8 *Ab emptione perfecta nemini ex contrahentibus licet resilire.*

9 *Census redimibilis pretium taliter ab emptore alienatur, & venditorem irrevocabiliter transit, ut nullam postea spem habeat creditor illud consequendi, etiam redemptionis intuitu.*

10 *Census vitalitii potior, & essentialis conditio est, ut redemptionis effectu, & facultate careat, juxta communem hujus census diffinitionem.*

11 & 12. *Census vitalitii contractum justissimum esse propter incertitudinem lucri & damni cum mortuo emptore nec ullo tempore sit sors restituenda: traditur ex doctrina Joannis Gutierrez, Cencii & aliorum.*

13 *Census vitalitii si à principio creationis ea lege venditur, ut lapso termino, seu vita restituenda sit ipsa sors principalis, illicitus erit contractus, & in fraudem usurarum factus.*

14, 15 & 17. *Expenduntur ad id doctrinæ Petri Surdi, Feliciani de Solis, & Gasparis Rodriguez, quorum verba referuntur.*

16 *Census vitalitii constitutio justificatur ex incertitudine humanæ vitæ.*

18 *Census vitalitius morte dementis in totum extinguitur.*

19 *Tria censuum genera referuntur.*

20 *Interpretantur Avendanus, & Noguerol. n. 3. relati asserentes censum vitalitium redimibilem esse.*

21 *Census vitalitius irredimibilis est & diversus à redimibili.*

22 *Constitutio Pii V. prohibens census personales solum loquitur in censu recimibili, non in irredimibili vitalitio.*

23 *Vitalitii census creditor comparens judicio concursus inter cæteros creditores, nullo modo potest instare pro ejus redemptione.*

24 *Doctrina Noguerol. dicentis, creditorem census vitalitii posse se ab exonerare, si id intelligat per viam facultatis redimendi, vera non est.*

25 *Redemptio non est nova emptio, sed prioris resolutio.*

26 *Contractus semel perfectus nullam resolutionem admittit absque utriusque partis consensu, ac per consequens nec census vitalitius.*

27 *Debitor census vitalitii potest à creditore illum emere non eodem pretio quo fuit ab initio venditus, sed minori attento temporis cursu.*

28 *Census redimibilis, aut perpetuus potest minori pretio emi, quàm principio fuit creatus.*

29 *Attenta distinctione, an sit tuto constitutus, vel non, seu litigiosus.*

Nisi per venditionem sit proxima evictio juris & facti. ibidem.

30 *Census vitalitius jam constitutus, & per tractum temporis deterioratus, & diminutus non potest vendi eodem pretio, quo à principio fuit creatus.*

Vitalitii census justitia pretii judicis arbitrio relinquitur ex doctorum authoritate, ibidem.

31 *Proprietas earum rerum, quæ tempore consumuntur quotidie alienari, & pedetentim consumi, necesse est.*

32 *Convincitur iterum Noguerol, asserens censum vitalitium redimi posse eodem pretio, quo creatus fuit à principio, cum verum sit vitæ cursu valorem illius quotidie minui.*

33 *Census vitalitii redemptio difficilis est, & magnam confusionem in republica causaret.*

34 *Avendani doctrina confutatur iterum.*

35 *Census vitalitii creditori in concursu comparenti non potest succurri per viam redemptionis.*

36 & seqq. *Vitalitii census creditori consulitur, trahendo bona taxata alicui inferioris creditori, cum onere solvendi annuatim redditus, creditoris vita durante.*

37 *Creditori census redimibilis ad concursum vocato, si non reperiantur emptores, qui emere velint bona debitoris, vel tam vili pretio quod vendi non liceat, modo consulatur.*

38 & 39. *Creditori census redimibilis invito an sint adjudicanda bona æstimata pro sorte redimenda, traditur remissivè.*

40 *Census vitalitii creditori consulitur per venditionem aliquorum bonorum concursus cum onere solvendi annuos redditus, vita creditoris durante.*

41 & seqq. *Vitalitii census valorem Judex potest taxare attenta temporis deterioritate, ætatis citandis, & ut tantum ex bonis concursu creditori consignare, & solvere possit.*

42 *Expenditur pro superiori remedio, textus in l. Titio 55. D. ad leg. falcid.*

43 *Si in taxatione, & æstimatione redituum partium concordia adsit, an Judex eam sequi teneatur.*

44 *Contractus alias illiciti ratione incertitudinis, & dubii eventus judicantur liciti.*

45 *Donans Monasterio mille, ut per tempus suæ vitæ alimenta percipiat, si statim moriatur, monasterium tenetur restituere mille hæredibus donantis, ob incertitudinem vitæ.*

46, 47, 48, 49. *Vitalitii census creditori assignari possunt bona fructifera, quorum fructus proportionabiliter correspondeant redditibus sui census, ut sua vita durante quasi in pignus habeat.*

PRomptissima foret hujus celebris quæstionis resolutio, si quorumdam scribentium doctrinæ acquiesceret intellectus Asserentium, in censibus creatis, & venditis ad vitam emptoris, facultatem adesse venditori quandocumque redimendi, ut debitor idem pretium, quod accepit reddere velit, enimguatur census vitalitius, etiam via emptoris durante. Hujus sententiæ primus fuit inventor contra Felicianum de Solis Avendanus *in tract. de censibus* 2
cap. 20. sub 5. vers. ad quintum, qui ita ait; *ad quintum argumentum respondet ipse* Felicianus *d. cap. 7. ad finem, quod facultas redimendi censum dumtaxat locum habet in censu redimibili, non vero in alia forma census, sentiens, (ut in argumento posuerat) quod in censu ad vitam ea facultas non datur, cujus satisfactio non concludit, neque sustinere potest, ut quia sit contra justitiam, atque contra naturam census, ad vitam, quod redimi non potest: cum enim sit verè census consignavitus atque in ea formetur vera emptio, & venditio juris percipiendi pensionem annuam, sicut in cæteris consignativis, fatendum est, quod in ejus creatione servanda sunt omnia, quæ formaliter requiruntur in censu consignativo in genere, & consequenter facultas redimendi; si enim regulariter* (addit ipse Avendannus in comprobationem) *videmus, quod similes census ad vitam, & redimuntur, & redimi valent, & pactum de redimendo ad libitum venditoris semper adjicitur, nisi forsan ex partium conventione, accedente justitia pretii absque pacto redimendi constituti sunt; quod fieri potest sicut in aliis consignativis, qui non ad vitam creantur, qui quidem redimibiles, & perpetui formari possunt.* Gactenus Avendannus, eundem referens 3
sequitur novissimè Noguerol. *allegat. 32. num. 46 &* 47. dicens quod census vitalitii ejusdem sunt naturæ cum redimibilibus, quia si venditor eos vult redimere, debet pretium receptum restituere, quod firmare conatur ex doctrina Zachiæ *decis. 28. num. 20.*

&

& *seqq. & decis.* 48. *n.* 15. & Novarii eaſdem referentis *ad pragmatic.* 2. *de cenſibus, Collectan.* 3. *n.* 7. *pag.* 151.
4 *in* 2. *editione*, dicentium, debitorem cenſus vitalitii poſſe ab eo ſe exonerare, quæ doctrina conſtans præbet fundamentum noſtri dubii reſolutioni; nam cum cenſus vitalis patiatur redemptionem, ſicuti cæteri redimibiles; liberum erit creditori, illud in concurſum creditorum reducere, & ejus redemptione inſtare, & ut ſibi reddatur de bonis debitoris integrum pretium, quo eundem ab initio emit, vel bona juſto pretio taxata ſibi in ſolutum tradantur; in crediti ſui integri ſatisfactionem & ſolutionem, prout in cæteris cenſibus redimibilibus contingit,
5 quotidie obſervari abundè probavimus *cap. anteced. per tot.* Quia ubi duo ſunt caſus à jure æquiparati, non ſunt à juris diſpoſitione ſeparandi, ſed potius diſpoſitum in uno æqualiter in altero diſpoſitum cenſetur, plurimos Doctores retulimus *in noſtris comment. de retentio. bullæ.* 2. *part. cap.* 21. *n.* 8. *& cap.* 27. *n.* 44. *& cap.* 31. *à n.* 31 *cum ſeq.*

6 Sed horum Doctorum aſſertione non obſtante, contrarium nihilo minus erit probandum, & firmiter tenendum, imò creditorem cenſus vitalitii licet poſſit comparere, debere citari ad concurſus judicium formatum per debitorem communem, & inter cœteros quoſlibet creditores deſcribi, non tamen pro ſui cenſus redemptione inſtare, nec ita eidem ex bonis debitoris pretium, quo cenſum hunc vitalitium emit ab initio, per judicem concurſus reddendum, nec aliter bona taxata adjudicanda, nec in ſolutum danda pro cenſus extinctione, nec ſui juris indemnitati hoc modo conſuli poſſe, manifeſtè probatur.

7 Tum quia pluſquam notum eſt, & per conſequens falſiſſima Avendani aſſeveratio, ut cenſus vitalitius talis ſit naturæ, ut in eo à principio vera emptio, & venditio contrahatur abſoluta ultrò citroque obligatoria, & abſque ulla qualitate, aut conditione, tacita vel ex reſſa redemptionem tangente, cum utraque ſit contra naturam, & ſubſtantiam intrinſecam hujus contractus; ſicuti quælibet alia venditio ſimplex, & abſoluta, quæ poſt eam perfectam nemini ex contrahentibus licet pœnitere, aut reſilire, ſed cogitur præcisè contractui ſtare, ad jura vulgariſſima non eo modo, quò
8 cenſus redimibiles, ſed ut pretium pleno jure tranſeat in venditorem; taliter ab emptore alienetur, ut nulla ſit ei ſpes illud ulterius conſequendi redemptionis intuitu (attenta loquor, primitiva natura hujus creationis, cum ex novo pacto, & ex nova revenditione, novo pretio convento, non antiquo, attento inferius dicam, poſſe à priori contractu partes licitè recedere,) cum hujus cenſus vitalitii potior, & eſſentialis ſit conditio, atque requiſitum in ſui diffinitione appoſitum, ut redemptionis effectu, & facultate careat, dicitur quippe
9 cenſus vitalitius, *reditus, qui ad vitam emptoris, vel alterius conſtituitur, qui morte finitur, nec ſors reſtituitur*, quam definitionem probant Innocentius, & DD. *in cap. in civitate de uſuris.* Oldradus *deciſ.* 207. Abbas *diſp.* 5. *colum. in penulti.* Florentinus 2. *part. ſuæ ſummæ lib.* 1. *cap.* 8. §. 11. Joan. à Medina *de reſtitut. cap. de cenſu temporali.* Conradus *de contractibus quæſt.* 8. ſequitur Romanus *in conſ.* 302. *verſ. quarto conſide-*
10 *randum*, & Capicius *deciſ. Neapolitana* 159. *n.* 16. & eſt communis ſecundum Covar. qui alios refert *l.* 3. *variar. reſolut. cap.* 7. *n.* 3. Rodriguez *de annuis redit. lib.* 1. *quæſt.* 5. *n.* 1. & 4. ubi hanc definitionem deſcribit poſt alios DD. optimè Gutierrez *practic. Can. lib.* 1. *quæſt.* 39. *n.* 84. ibi *hinc etiam deduci-*
11 *tur, licitam eſſe emptionem annuorum redituum ad vitam mentis, imo juſtiorem cæteris eſſe hunc contractum propter incertitudinem lucri, & damni, ut in dictis juribus, mortuo ſiquidem emptore, non eſt reddenda ſors ipſa quæ in pretium data fuit*, &c.

12 Hoc idem probat Cencius *de cenſib. quæſt.* 10. *n.* 7. dicens, hunc contractum cenſus vitalitii ex eo potiſſimum juſtificari, quod venditor hujuſmodi cenſus non tenetur, nec aliquo tempore cogi poteſt, ſortem & pretium illius reſtituere ex Covar. *var. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 4. *verſic. nam cum venditor* Boërius *deciſ.* 44. *num.* 47. Bonifig. *in tra. de cenſib. cap.* 1. *num* 8. & Manuel Rodriguez *in ſumma tit.* 1. *cap.* 44. *in principio, & in* 2. *concluſio.* & ex Feliciano de Solis *loco proximè citando*, qui propterea *in num.* 8. ipſe Cencius ex hac certiſſima concluſione infert, quod ſi hujuſmodi cenſus vitalitius à prin- 13
cipio creationis vendatur ea lege & pacto, ut lapſo termino, ſeu ultra reſtituanda ſit ſors ipſa principalis à principio data; erit illicitus contractus in fraudem uſurarum factus, & Fernandus de Rebello *de obligat. juſtit. lib.* 10. *q.* 4. *n.* 5.

Eleganter etiam differit, & pluribus fundamentis 14
comprobat Surdus *de alimentis tit.* 9. *quæſt.* 11. *cap.* 11. *per totam* & ſignanter *à num.* 3. qui poſtquam *num.* 10. arguit, non eſſe illicitum contractum reditus vitalitii, ubi pretium poſt mortem ementis ſit reſtituendum; inferius *num.* 19. ita ait. *Secundo intellige, hoc procedere, quando capitale non venit reſtituendum, quod ſi ex pacto deberet reſtitui, tunc contractus non eſſet licitus, ſecundum Decium in conſil.* 123. *colum.* 2. *verſic.* 3. *prædicto caſu, & ratio eſt quia tunc ceſſat ratio dubii eventus, cum ille cadere poſſit ſolum ſuper lucro, non ſuper ſorte atque ita ſolvens ſemper eſſet tutus*, Joannes Baptiſta Lupus *in capite naviganti, comment.* 3. §. 1. *n.* 67. *de uſuris*, cum Decio, Oldrado, Baldo, Romano, & Boërio. Felicianus de Solis, dum *lib.* 1. *de cenſibus cap.* 7. *à n.* 19. per multas columnas diſputat de valore & juſtitia cenſus vitalitii, *in argum.* 5. *& verſic.* 5. arguit contra juſtitiam cenſus vitalitii, format illud quintum argumentum ſuper vero fundamento, deducto ex natura hujus cenſus ad vitam, in hunc modum.

Quinto, ubi debitor non habet liberum arbitrium ex- 15
tinguendi cenſum, contractus cenſetur illicitus, ſed in vitalitio non eſt debitori liberum cenſum extinguere, quoniam aliàs contractus non eſſet ad vitam emptoris, ſed ad voluntatem venditoris. Ergo illicitus contractus eſt, &c. In cujus poſtmodum reſponſione ita ait. *Quodque poſtremum argumentum non obeſt, quoniam facultas redimendi, & extinguendi cenſum dumtaxat locum habet in redimibili, non verò in alia forma cenſus, ut eſt copioſe demonſtratum ſuperius.* Supponens, & verè, hunc contractum vitalitium diverſum eſſe à redimibili, eo quod vera in illo, & abſoluta incommutabiliſque emptio, & venditio 16
contrahitur, quæ juſtificatur ex incertitudine humanæ vitæ, in cujus generis venditione non cadit, nec poteſt læſio, ſicut emptio uſusfructus, jactus retis, alimentorum ad vitam, & in ſimilibus, ut ipſe, & cæteri relati Doctores abundè variis, & ſingularibus fundamentis probant. Id ipſum dixerat idem Solis *in dicto num r.* 19. *verſiculo, nec obſtant argumenta ad reſponſionem primi*, ibi, *quod à cenſu vitalitio eſt longe alienum, nam in eo pecunia abalienatur abſque ulla ſpe repetendi, nec in dante remanet exactio ad exigendam ſortem, ſed dumtaxat ad percipiendam, & petendam certam annuam penſionem, & præterea ſi emptor cenſus vitalitii moreretur, jus aliquod percipiendi reditum non tranſmitteret ad hæredes.*

Hoc idem doctè probat Rodiguez *de annuis reddi-* 17
tibus lib. 1. *cap.* 5. dum à principio pro, & contra arguit pro juſtitia hujus cenſus vitalitii, *ſub n.* 14. ſic ſolvit; *nec poteſt hic cadere uſura, ſi contractus limitibus contineatur, cum capitale ſeu ſors extinguatur, nec reſtitui unquam debeat, & argumenta, quæ in contrarium adduci ſolent, procedunt, quando reditus emitur, ut ſors ſalva ſit, prout vidi in quodam cenſu vitalitio ab N. Salmanticenſi, quem Senatus noſter uſurarium judicavit. Et quod cenſus vitalitii morte ementis ex-* 18
tinguantur, ſimul com ſorte principali, quæ nullo modo, nec jus percipiendi dictos reditus ad ejus hæredes

tranſ-

tranſmittatur, abundè probat Gutierrez *in tractu de tutelis quæſt.* 5. *per totam*, &c.

19 Eſt etenim certum in hac materia, cenſuum pretio, & pecunia emptorum tria genera ſunt, perpetui non redimibiles, quidam perpetui, & redimibiles, quidam verò nec redimibiles, nec perpetui, prout ſunt iſti temporales, & vitalitii, qui tantum durant, quantum tempus taxatum, in creatione, vel vita, ad quam conſtituuntur. Et quod importat quoad extinctionem in redimibilibus pretium & pecunia reſtituta; idem in iſtis tempus, vel mors qui modus eſt, quo extinguuntur penitus. Ex jam dictis, & ulterius dicendis clarè patet.

20 Ex quibus facile colliges, quam futilis ſit aſſertio Avendani, dum contra Felicianum de Solis, dicit pro conſtanti, dari redemptionis facultatem in hoc genere venditionis cenſus vitalitii, non attendes quod ſit perfectà, & incommutabilis emptio à principio à quo nullo modo receditur, nec pœnitentiæ locus datur, & non tantum miror, quod contra tantorum Doctorum communem ſententiam, ſuam novam & infelicem eructaſſet; quantum ex eo quod ipſemet *in d. cap.* 20. antea à principio poſt longam juſtificationem hujus contractus vitalitii; *ſub num.* 4. inter eſſentiales conditiones, & requiſita ad juſtitiam ejuſdem, ne detegatur uſurarius, hoc præciſum dixerit, quod ſors, in hoc contractu vitalitio, nunquam ſit reſtituenda. Si enim hoc eſt de natura, eſſentia, & juſtitia hujus contractus vitalitii, quo pacto in eo poteſt cadere facultas redimendi? miramur tamen docti viri Noguerol Avendannum ſequentis, quod potius attribui poteſt patrocinio clientis, & deſiderio advocatorum bonum exitum cupientium undique.

21 Et quod iſte cenſus vitalitius ſit diverſus à cenſu redimibili, dixit Cencius *de cenſib. q.* 10. *num.* 8. & quod ſit omni tempore irredimibilis expreſsè contrà Avendannum; poſt magnam Doctorum catervam eleganter profitetur ipſe Cencius *nu.* 9. ubi ita ait. *Ex alio etiam apparet licitus iſte contrahendi modus, quoniam iſte cenſus nullo unquam tempore redimi poteſt.*

22 Nec hoc repugnat *d. conſt. Pii V. qua reprobantur cenſus omnes perſonales, quia illa loquitur dumtaxat de cenſibus redimibilibus ad libitum venditoris; iſte autem cenſus temporalis, de quo agimus, eſt omnino irredimibilis, ita ut nullo unquam tempore redimi poſſit, & propterea licet perſonalis, non tamen comprehenditur ſub prohibitione d. Bullæ, ut animadvertit* Rodriguez *d. cap.* 4. *in* 2. *concluſ.* Federicus *in ſuo tract. de jure cenſuum cap.* 6. *num.* 214. poſt Ludovic. Molin. *de contract. part.* 2. *diſput.* 382. *num.* 4. & latè defendit Rota *in una Bononien. Saliviani coram R. P. D. Virili*, 26. *Junii* 1626. *poſt tract. deciſ.* 514. *num.* 4. & 5. (ſequitur, & facit) *quidquid contrarium defendere conetur* Avendannus *d. cap.* 19. *num.* 5. *vers. ad quintum argum.* &c. Hactenus Cencius.

23 Igitur iis ſuppoſitis, clarè patet, creditorem pro cenſu vitalitio comparentem in judicium concurſus, inter cæteros creditores, nullatenus poſſe inſtare pro ejus redemptione, cum certiſſimum ſit abſque labe ſimoniæ non poſſe appetere, conſequi, nec repetere ſortem principalem, ſemel à ſe ita penitus alienatam, ut nulla amplius ſibi ſpes recuperandi remaneat.

24 Nec obſtat quod ex Zachia, & Novario dixit Noguerol. *in allegatione* 32. *n.* 37. ſuprà *n.* 3. pro contraria parte citatus, quod debitor cenſus vitalitii poteſt ſe ab eo exonerare, quoniam ſi ipſi authores intelligunt per viam facultatis redimendi, non ſunt

25 audiendi, tanquam contrà naturam, & ſubſtantiam hujus contractus loquentes, & à communi omnium Doctorum veriſſima deviantes, quia redemptio non eſt nova emptio, ſed prioris reſolutio, per Gaſpar. Rodriguez *de annuis redit. lib.* 4. *quæſt.* 18. *nu.* 22. Felicianus *de cenſibus, tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 11. & plures alios relatos per Cencium *de cenſibus*, *quæſt.* 103. *n.* 5. quam reſolutionem nullus contractus purus, & perfectus admiſit abſque utriuſque partis conſenſu, ex juribus vulgaribus; ergo nec cenſus vitalitii creatio, & emptio abſolutè perfecta, quæ diſtractionem, reſolutionem, aut redemptionem non patitur ſua natura attenta, ex jam hactenus comprobatis. 26

Quod ſi Novarius, & Zachias intelligendi ſunt per viam novæ conventionis, & novi contractus inter debitorem, creditorem cenſus vitalitii, puta per viam emptionis à creditore, & tunc non eadem quantitas, nec idem & integrum pretium, quod debitor olim à principio recepit, reddere tenetur, ſed multo minus attento temporis curſu, ætate domini cenſus, ad cu- 28 jus vitam fuit à principio creatus, nam quamvis cenſus redimibilis, vel perpetuus poſſit minori pretio vendi, & emi quàm à principio creatus fuit, vel creari debuit, & ad latè tradita per Rodriguez *de annuis redit. lib.* 1. *quæſt.* 8. *per totum*, & Avend. *eodem tract. cap.* 34 *à princip.* ac Giurbam *deciſ.* 117. attenta 29 diſtinctione an cenſus ſit tuto conſtitutus, vel non, aut litigioſus, & non ſolvendo, niſi in hoc ultimo membro promittat venditor evictionem juris & facti 30 ſimul, nempè exigibilem eſſe, de qua evictione videndi præfati DD. atque etiam Guzman *de evictionibus, quæſt.* 35. *à princ. & n.* 25. Tamen hoc non licet in venditione cenſus vitalitii, quia communis eſt plurimorum Doctorum concluſio affirmantium, quod cenſus vitalitii, jam conſtituti, & per durationem deteriorati, & in parte conſumpti, ejuſque jus per tractum temporis diminutum, non poſſit vendi eodem pretio, quo conſtitutus fuerit à principio, ità eleganter & ſano judicio firmat Felicianus de Solis *de cenſibus, tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 10. ubi ſic ait. *Si verò cenſus vitalitius jam creatus venderetur eodem pretio, quo fuit à principio conſtitutus, injuſtitiam contractum continere exiſtimo, quia cum cenſus vitalitii valor vitæ tempore decurrente decreſcat plenè ut minoris ſemper valeat, neceſſum eſt: ideoque hinc juſtum pretium in emptionem cenſus vitalitii creati aliunde penſandum, et æſtimandum erit: perdifficilem tamen arbitror illius certam determinationem, ideoque relinquam arbitrio judicis qui ad id varias circumſtantias temporis, vitæ & perſonarum exquiret, atque ponderabit, idem affirmat*, &c. Avendannus *de cenſibus d. cap.* 34. *n.* 10. in hæc. *Quæ quidem omnia non proceduut in venditione veteris cenſus ad vitam: quia cum ejus pretium tempore currente decreſcat, minuſque ſemper valeat, proprius dubitaretur, è converſo an poſſit vendi pro legitimo pretio creationis, quam quod ſi minori vendatur; an venditio valida ſit, & reperio Felicianum* 2. *part. de cenſibus, lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 10. *dicentem, eo caſu ſuſpectam eſſe venditionem, & legitimum pretium pervenire debere, cujus quantitatem arbitrio judicis reliquit decidendum, quod mihi bene videtur*, &c. eamdem reſolutionem probant Molina Theologus *de juſtitia & jure tract.* 2. *diſp.* 327. *nu.* 8. Bonacina *tom.* 2. *de contractibus, inſpect.* 3. *quæſt.* 4. *verſ. ſerva tamen pag.* 779. & 780. quos referens ſequitur Noguerol. *allegat.* 19. *n.* 7. videndus *à nu.* 4. quod idem repetit *in allegat.* 7. *n.* 80.

Earum enim rerum, quæ tempore conſumuntur 31 proprietatem quotidie alienari, & pedetentim conſumi neceſſe, ut per *l.* 1. *&* 2. *ff. de uſufructu earum rerum quæ uſu conſumuntur, l. ſi ſibi, eod.* §. *conſtituitur, inſtitut. de uſufructu.* Caſtillo *de uſufructu, cap.* 17. *n.* 7. Roland. à Valle *conſ.* 37. *n.* 6. *tit.* 2. Gomez. *tom.* 1. *variar. cap.* 15. *n.* 3. *& ſeqq.* pulchrè Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 3. *cap.* 585. *n.* 13. idcirco hujus vitalitii valorem quotidie minui, certum eſt.

Ex quibus aliud reſultat & forte fundamentum ad- 32 verſus ipſum Noguerol. ſequentem Avendannum, ubi ſuperiùs *n.* 3. dicentem, cenſum vitalitium redimi poſſe eodem pretio, quo creatus fuit à principio, ſi enim tempore, & vitæ curſu valor ſit minutus & jus deterioratum, prout etiam ipſimet Doctores apertè fatentur,

quomodo igitur præter injuſtitiam eodem pretio redimendus erit, quo à principio emptus fuit, & creatus;
33 apertè propterea præfati Doctores ſibi ipſi repugnant, itaque redemptio huic contractui adaptari non poteſt, & maximam quidem confuſionem in Republica cauſaret hoc redemptionis genus, cum perdifficile valde foret tempore redemptionis valorem taxari verum, ut rectè præfati Doctores conſiderant in ejus nova venditione.

34 Hinc falſum detegitur, & quod ipſe Avendanus *d. cap.* 20. *ſub n.* 5. aſſeverat, hos cenſus quotidie redimi, & in inſtrumentis creationis pactum apponi ſuper ipſa expreſſum redemptionis facultate quia utrumque à vero deviat; nunquam enim vidi, nec audivi hos cenſus redimi, nec pactum tale apponi in inſtrumentis creationis, cum eundem cenſum manifeſtè redderent uſurarium, & illicitum, foreque contra propriam naturam hujus contractus vitalitii, prout ex eodem Avendano, plurimis aliis annotavimus ſuprà *à n.* 7. *& ſeqq. verſ. tum quia*, &c.

35 Hoc igitur remedium redimendi cum deficiat creditori cenſus vitalitii comparenti in concurſu cum ei per viam redemptionis non poſſit in pecunia pro ſorte principali ſuccurri, & tamen adhuc ſuum jus ad redditus annuos perduret, nullatenus amittendum; quomodo ei ergo conſuli poterit per judicem concurſus, ut id de cætero illæſum, & indemne remaneat? & nullum aptius, & juri naturæ quæ contractus magis
36 conſonans remedium reperi, quam illud, nempe, ut bona ſufficientia tradantur taxata aliis inferioris gradus creditoribus cum hoc onere, ut vita creditoris durante, illi reditus annuatim perſolvant, qua extincta, et morte creditoris ſuperveniente, extinctoque jure redditus vitalitii ex hactenus comprobatis, bona, libera illo onere, redeant, & remaneant cæteris proximi ſequentis gradus creditoribus, & in hoc caſu cenſus vitalitii, rectè admittam ſimile remedium, quod aliàs conſideravit Gaſpar Rodrig. *de annuis red. l.* 2. *q.* 68. prope finem pro cenſibus redimibilibus,
37 ut ſcilicet quando creditor cenſus redimibilis fuit citatus ad concurſum creditorum, & non reperiantur emptores, qui bona debitoris ſubhaſtatione appoſita emere velint, vel tam vili pretio, quod vendi non liceat abſque magno damno debitoris, & creditorum; ut tunc tradantur æſtimata aliis creditoribus, non cenſualibus, cum onere, ſolvendi cre-
38 ditori annuos reditus, donec cenſus extinguatur per redemptionem, cum ipſe Rodrig. eam ſectetur opinionem, ut invito creditori cenſuali non ſint adjudicanda bona concurſus per ſententiam graduationis pro extinguenda, & reducenda ſorte princi-
39 pali (quæ opinio an & quando vera ſit, examinamus inſtà *cap.* 22.) at vero reſpectu creditoris cenſus vitalitii, qui perpetuo non durat, ſed pro ejus vita dumtaxat nec ſors principalis eidem reddi poſſit, nec redemptio (prout in aliis redimibilibus) admittatur ex ſuprà latius comprobatis: ſequitur, quod hoc remedium ſit aptius, proprius, & conveniens naturæ contractus pro præſervando jure
40 creditoris, in quo juſtum non eſt, nec rationi congruit, aliquod damnum pati, idem etiam admittendum erit venditis bonis ſufficientibus alii cuilibet extraneo; hoc onere ſolvendi creditori cenſum vitalitium ſua vita durante, prout aliquando obſervatum vidimus in iſtis terminis.

41 Secundum remedium, quo uti poterit judex concurſus illud & non incongruum videtur, ut tantumdem ſtatim ſolvatur ipſi creditori, quantum cauſa cognita & præſentibus debitore communi, qui concurſum cauſavit, necnon creditoribus, qui comparuere, & eorum replicationibus, atque contradictionibus auditis, & examinatis, valor ipſius cenſus vitalitii taxetur, conſiderata temporis præteriti duratione, & vitæ ſtatu atque vitæ creditoris in futurum, juxta doctrinam multorum, quorum meminimus ſuprà *à num.* 30. *cum ſeqq. vers. tamen hoc non licet*, qui hoc totum judicis arbitrio relinquunt circa valorem pretii & pro cenſu vitalitio taxationem: ultra quos idem firmant Bald. *in l. ſi ea pro actione, n.* 1. *C. de uſuris.* Paulus *in l. ſi pater puellæ, C. de inoff. teſtam. n.* 2. & *ibi* Jaſon. *n.* 8. Cynus *in l. ſi iis adjecimus, C. de adminiſtrat. tutor.* Covar. *lib.* 3. *variar. cap.* 9. *ſub n.* 7. *vers. quam ob rem.* Pinellus *in l. C. de reſcind vendit.* 3. *p. cap.* 4. *n.* 31. Surdus *de alimentis tit. fin. quæſt.* 11. *ſub n.* 29. Cyriacus *tom.* 1. *controv. n.* 3. Scaccia *de judiciis, lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 476. *verſ. primus caſus eſt in emptione* Noguer. *allegat.* 37. *n.* 74.

Pro quo eſt text. expreſſus *in l. cum Titio* 55. *ff. ad* 42
legem falcid. ubi legatum annuum in judicio legis falcidiæ æſtimatur in quantum poteſt vendi, conſiderata vitæ Titii incertitudine, & Gloſ. *ubi verbo, victurus*, & quod taxatio valoris cenſus, vel redditus vitalitii ob ejus difficultatem ſit arbitrio prudentis judicis relinquenda, qui conſideratis circumſtantiis, debet pretium æſtimare, & taxare; dixerunt Molina *de primogeniis, lib.* 1. *cap.* 19. *nu.* 39. *verſ. ſed quamvis hæc opinio.* Eſcobar *de ratiociniis, computat.* 2. *n.* & ex Feliciano *de cenſibus, tom.* 2. *lib. cap.* 1. *n.* 10. Noguerol. *de allegatione* 37. *n.* 86. *&* 87. Et hoc maximè attendendum, 43
quod ſi per conventionem inter ipſas partes de certo pretio & æſtimatione concordia adſit, id per judicem concurſus ſequendum, & illi ſtandum, ut probat Bart. *in l. hæreditatum computatione, ff. ad legem falcid. n.* 3. Alexand. *n.* 7. *in gloſſa verb. computetur, vers. vel quando partes concordes fuerunt*, & iterum paulò inferius, ibi, *Mihi placet Herculanus, colum.* 3. *in fin.* Rovitus *conſ.* 38. *n.* 3. *vol.* 2. ſequitur Noguerol. *d. allegat.* 37. *n.* 75.

Hinc eſt quod hi contractus, etiam aliàs illiciti, 44
ratione incertitudinis, & dubii eventus, quem præ ſe ferunt in ſui principio, judicantur liciti, & non datur, nec conſideratur læſio, cum inter contrahentes adſit æqualitas lucri, & damni reciproca, quia quando emuntur reditus ad vitam alicujus duraturi, ex utraque parte adeſt incertitudo, quia poteſt confeſtim mori, & multum vivere: & ideo cum donantur mo- 45
naſterio mille, ut dans ab eo per tempus vitæ ſuæ alimentetur, quamvis ſtatim moriatur; monaſterium non reſtituit alimentarii hæredibus illa mille, nec etiam habetur conſideratio ad ratam temporis, quo vixit, & percepit alimenta, ſed penes ſe totum retinet integrè, nam licet ſtatim deceſſit alimentarius, potuit etiam tanto tempore vivere, quod multum in modum exceſſerit, & perceperit valorem quantitatis à ſe datæ, cum enim attendatur tempus contractus, non eventus, nulla ideo datur læſio, nec merito reſtitutionis auxilium ob probabilem dubitationem à ſui principio, per text. expreſſum *in l. cum fideicommiſſo. C. d. tranſactionibus, l. ſi pater, C. de inofficioſo teſtam. l.* 1. *de pactis*, latiſſimè plura ſimilia exempla conſtituentes, Mantica *de contractibus, lib.* 3. *tit.* 5. *à n.* 22. *cum ſeqq.* Carrocius *de except. except.* 21. *n.* 13. Caſtillo *controverſ. lib.* 4. *cap.* 60. *n.* 36. Parladorius *quæſt.* 12. *n.* 6. Trentacinq. *variar. reſolut. lib.* 1. *de legitima reſol. n.* 3. Gratianus planè *diſcept. forenſ. c.* 736. *per totum, & n.* 8. *&* 9. Noguerol. *allegat.* 37. *à n.* 72. *& n.* 82. *cum ſeqq.* Hermoſilla *in l.* 59. *gloſſ.* 1. *à n.* 51. *& ſeqq. ritu* 5. *part.* 5. *tom.* 2. *fol.* 285. Avendanus *de cenſibus, cap.* 20. *per totum.* Menochius *conſ.* 847. *n.* 34. *cum multis ſeqq. & conſ.* 844. *nu.* 43. *cum ſeq. vol.* 9. *& conſ.* 1121. *n.* 6. *&* 7. *& ſeqq. vol.* 12. Manguillus *de evictionibus, quæſt.* 79. *ex n.* 30. *cum ſeqq.* Cyriacus *controverſ. tom.* 1. *controv.* 1. *n.* 36. *&* 37. Scaccia *de commerciis, §.* 1. *quæſt.* 1. *n.* 292. 295. *cum ſeqq.* Ponte *conſ.* 53. *n.* 42. *& ſeqq.* Guzman. *de evictionibus*, multa cumulat *in q.* 21. *à n.* 17. *cum ſeqq.* latiſſimè & optimè comprobat Cencius *de cenſibus q.* 10. *ex* 12. *cum multis ſeq.* qui innumerabiles penè Doctores congerit. Gutierrez *pract. canon. lib.* 2. *quæſt.* 39. *à n.* 61. *cum multis ſeqq. &* conducunt quæ ipſe *in tract. de gabellis, quæſt.* 47. *à num.* 9. *cum multis ſeqq.* optimè etiam, & latè Surdus

de

de alimentis, tit. 9. q. 11. per totam, apud quos plurimas doctrinas reperies, & hujus assertionis exempla in variis casibus & materiis, latissimè pulchra videnda per Fontanel. *de pactis, claus. 4. glos. 18. p. 3. ex n. 98 cum multis seqq.*

46 Tertium, & non, meo sensu, contemnendum remedium quo consuli potest indemnitati & conservationi hujus census vitalitii, illud erit, ut res fructifera justo pretio per æstimatores taxato consignetur creditori, non in solutum, sed in quasi pignus sua vita durante, ut ex ejus fructibus, proportionari suo
47 reditui sibi satisfaciat annuatim, ita ut ejus vita extincta cedat fundus in utilitatem alterius creditoris, qui ex bonis concursus non potuit satisfieri servata gradus, & anterioritatis prærogativa, quod justè per-
48 mittitur à jure, ut nempe creditori res, vel pignus tradatur, ut ex ejus fructibus annuatim perceptis satisfiat de suo credito juxta text. *in l. 1. 2. & fin. ff. de pignoratitia act.* Rota *decis. 559. nu. 9. in recollect. per Farinac.* 1. & latè per Cencium *de censibus, quæst. 98. nu. 45. vers. secundo debet intelligi*; atque juxta ea quæ dicta fuerunt suprà *cap. 20. a n.*
49 8. *& cum seqq.* ut interim creditori censuario pendente conditione consulatur, per pignoris taxati dationem sub fidejussione, quod latius comprobavi, & multo magis applicabile videtur hoc remedium huic creditori censuario vitalitio, habenti jus perfectum, & de præsenti per totum tempus vitæ suæ.

CAPUT XXI.

Bona concursus subhastata cum onere census vitalitii, ab emptore annuatim persolvendi creditori anteriori, an hujus morte extinctio subsequuta cedat in commodum emptoris: an potius aliorum creditorum concursus, ita ut pars illa rei venditæ, census extinctioni correspondens ad concursus, redire teneatur.

SUMMARIUM.

1 *Vendito fundo censui vitalitio hypothecato, cujus respectu tanto minus empto, si morte debitoris sit extinctus census vitalitius, an in utilitatem emptoris cedit extinctio, vel aliorum concursus creditorum. & seqq.*

2 *Creditores non plus juris habent in re hypothecata, quam in rei æstimatione, dempto valore oneris, quia res minus valet, quanto magis onere sit gravata.*

3 *expenditur textus in l. generali 32. §. n. D. de usufruct. legat. cum aliis.*

4 *Valor oneris censualis quo res est gravata, minuit valorem ipsius rei principalis.*

5 *Res feudalis onere census affecta si legetur, laudemium solum debetur ex valore rei dempta æstimatione census.*

6 *Res feudalis censuata si ratione hujus oneris parvo pretio vendatur, laudemium debetur solum ex pretio, non ex valore in quo tota æstimata est.*

7 *Creditores posteriores hypothecarii non possunt in re hypothecata jus prætendere nisi in eo quod supereft, satisfacto principali creditore.*

8 *Emptor, qui tempore subhastationis numeravit valorem rei deducto onere fundi venditi, in plus creditoribus non tenetur, cum pretio soluto jus creditorum sit extinctum.*

9 *Emptor, qui totius fundi valorem persolvit, remanet cum onere census vitalitii: extincto onere in ejus commodum uti domini, utilitas cedit.*

Periculum, & utilitas rei venditæ superveniens, rei dominium sequitur, ibid.

10 *Valor oneris census vitalitii, in venditione fundi hypothecati, non æstimatur ut onus perpetuum, sed ut temporale, & sic minus taxatur onus, & magis augetur pretium.*

11 *Pretium census vitalitii ratione incertitudinis vitæ, semper est justum.*

12 *Sicut emens fundum cum onere census redimibilis redempto censu libertatem fundi sibi acquirit, ita qui emit cum onere census vitalitii mortuo creditore omnimodam fundi libertatem acquirere videtur.*

13 *Emens fundum cum onere census vitalitii pro parte pretii, si jus censuale emerit à creditore, libertatem fundi sibi acquirit.*

14 *Quod & idem videtur dicendum, quando per mortem creditoris census vitalitius fuerit extinctus.*

15 *Hypotheca vendita ad instantiam creditorum liberata transit in subhastantem.*

16 *Hypotheca ad solutionem prioris creditoris, emptor tutus est à molestiis cæterorum.*

17 *Pignoris jus semel extinctum, iterum non revivisci.*

18 *& seqq. Vitalitii census, quo fundus emptus gravatus erat, extinctionem cedere regulariter in utilitatem creditorum concursus, verius esse ostenditur.*

19 *& seqq. Ex vero valore hypothecæ venditæ deducitur æstimatio census vitalitii, quo erat gravata & ideo emptor plus recipit in re, quam solvit in pretio; ideoque ex fructibus illius partis rei, quam non emit, persolvit annuatim censum.*

20 *Emptor hypothecæ suscipiendo in se censum vitalitium solvendum, nihil solvit pro parte rei, censui proportionabilis.*

21 *& seqq. Exemplo hæc doctrina clarior redditur.*

22 & 23. *Emptor hypothecæ percipit fructus illius partis rei censui vitalitio proportionabilis, ex quibus solvit annuos reditus, & non de suo, quam nec emit nec pro ea aliquid exbursavit.*

24 *Fructus sunt a cessio dominii, dominiumque sequuntur.*

25 *Quod ex re mea nascitur, mihi acquiritur.*

26 *Census vitalitii æstimatio deducitur ex pretio, & vero valore rei oneratæ, & ratio minus solvit emptor in se suscipiens solutionem annui redditus.*

27 *Ejus partis hypothecæ correspondentis æstimationi census dominium in emptorem non transit, cum deficiat causa transferendi.*

28 *Hypothecæ censui redimibili gravatæ, emptor suscipiens in se census solutionem, si redimatur, libertas cedit in utilitatem emptoris, & non creditorum.*

29, 30, 31 & 32. *In censu vitalitio per mortem extincto non ita, & ratione differentiæ.*

33 *Emptor in recompensam oneris temporalis non debet recipere jus perpetuum, & sic cessante onere, debet cessare, & restitui recompensa.*

34 *Emptor, ut totius rei & fructuum fiat dominus tenetur totius rei pretium venditori solvere.*

35 *Emptor partem pretii solvens, fructuum partem pretio soluto correspondentem, acquirit, & non amplius.*

L. curavit, C. de actionibus empti, disponens circa fructus, & reditus recompensativos, exornatur. ib.

36 *Fructus recompensativos commensurabiles pretio soluto semper emptor consequitur, etiam data dilatione ad solvendum, aut habita fide de pretio, ac etiam emptore in mora non constituto.*

37 *Vendita re cum onere census vitalitii persolvendi ab emptore, valor oneris diminutus intelligitur à vero valore rei, & pars rei correspondens valori oneris. vitalitii vendita non dicitur, sed simul tradita emptori, ut ex ejus fructibus solvat pensionem annuam durante censu vitalitio.*

38, 39 & 40. *Et ideo extinctio census vitalitii cedit in utilitatem debitoris, & creditorum, non in utilitatem emptoris.*

41. *Creditore primo dimisso, quod supersit ex pignore tenetur tradere cæteris creditoribus inferioribus, ut ex eo solvatur.*

42 *Senatus Vallisoletanus determinavit semel & iterum census vitalitii extinctionem cedere in utilitatem aliorum creditorum, & non in commodum emptoris rei onere census gravatæ quem solvere annuatim in se susceperat emptor.*

43. 44. & 45. *Respondetur iis, quæ in contrarium opponebantur.*

46 *Vitalitium jus venditum ut puta commoditas usus-fructus, extinguitur morte debitoris.*

47 *Vitalitii census Dominus si religionem capacem ingrediatur non statim extinguitur, sed monasterium religiosi vita durante fruitur reditibus.*

48 *Census vitalitii extinctio tunc proderit emptori, si res empta non est fructifera, aut reditualis.*

49. 50. & 51. *Vitalitii census extinctio proderit emptori expressè à principio caverit ut in sui utilitatem, & non debitoris cedat.*

EX resolutione cap. antecedentis, maximè *num.* 35 *vers. hoc igitur remedium*, &c. se offert perdifficilis disceptanda quæstio, quæ sæpe in tribunalibus contingere potest, & nos jam paulo ante in facto habuimus; an scilicet vendito fundo ex bonis concursus, hypothecata censui vitalitio in favorem prioris creditoris, emptorque illum emat cum eodem onere annuatim creditori de cætero persolvenda, atque ideo respectu oneris, & quantum hoc fortè potest valere; tanto minus de toto valore, & justo pretio ipsius fundi, ipse emit, & persolvit, si pro temporis cursu morte creditoris sit extinctus census vitalitius; an fundus ita liber maneat, & in utilitatem emptoris cedat hæc extinctio, ut cæteri creditores concursus nullum jus hypotheca possint prætendere in ea parte, & fundi valore, quia melioratus, liber remansit fundus.

2 Et videtur quod nullum jus habere possint, sed quod potius extinctio, & resolutio census vitalitii cedat in utilitatem, & favorem emptoris primò, quia nec debitor ipse dominus fundi, nec creditores per consequens plus unquam jus hypothecarium potuerunt prætendere in eo, quam in illa parte, quæ remanet, soluto onere, ita ut valor oneris debitus priori creditori sit diminuendus de toto valore, & pretio, quo justè æstimatur fundus, cessante census vitalitii onere, sicque fundus tanto minus valet text. 3 est *in l. generali*, 22. §. *finali.* ibi. *Item quæsitum est, tributa præter ea, quæ pro prædiis aut moventibus debere, & reddi necesse est, an eximenda sint ex quantitate, ut reliqua dumtaxat pecunia (si hoc elegerit hæres) reddi debeat; respondi, reliquæ pecuniæ tertiam præstandam, ff. de usu, & usufruct. leg. legato l. mortis causa*, 18. §. *fin. ff. de mortis causa donatio.* ibi. *Qui hominem noxæ nomine, vel alias obligatum mortis causa deceperit tantum accepisse intelligendum est, quantum is homo venire potuisset, idem in fundo, qui obligatus est, observari poterit ut pretium executiatur, l. fideicommiss. §.* 4 *tractatum, ff. de judiciis.* Ex quibus gloss. & Doctores communiter deducunt, quod rem census subjectam habens, tantum videtur habere, quantum ultra 5 censum res ipsa valet, sequuntur Ludovicus de Peguera, *de feudis, vers.* 1. *limitatione* 22. *n.* 185. ubi 6 quod si legetur res feudalis, quæ esset censura, non debetur laudemium valoris totius rei, sed deducto onere census, Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 6. *gloss.* 1. *n.* 8. quod si vendatur res feudalis parvo pretio solvendo venditori, ut quia erat censurata, & emptor recipit eam cum suo onere, laudemium debetur ex solo illo pretio recepto dumtaxat; non verò ex toto valore, quo æstimata res est, quos refert, & sequitur Lasarte *de gabellis, cap.* 10. *n.* 8. & Molina *de just. & jure* 2. *tom. disputatione* 384. Gutierrez *de gabellis, quæst.* 54. *ex n.* 23. *& seq. & quæst.* 53. *ex num.* 3. *& quæst.* 25. *ex n.* 16. *& seqq.* & plures alii laudantur infrà *p.* 3. *c.* 11. *à princ.*

Et quia creditores hypothecarii posteriores non pos- 7
sunt in re hypothecata justè prætendere, nisi id, quod supersit, satisfacto priori creditore, jura sunt expressa, *l.* 1. *l. fin. C. si antiquior creditor pignus vend. l. quandiu, C. de distract. pignor. l. moschis, ff. de jure fisci, l. si prior, in princip. ff. qui potior. in pign. hab.* Sed sic est, quod emptor tempore subhastationis totam illam partem, & valorem rei justum, qui supersit ultra onus, numeravit creditoribus, ergo ultra eis 8
non tenetur, quia jus creditorum, illius fundi respectu, fuit extinctum pretio soluto.

Secundo, quoniam emptor totam rem emit, & to- 9
tius fundi integrum valorem persolvit, fingamus; fundi justum pretium considerati sine onere census erat mille; onus æstimatur inter centum, emptor numeravit septem centum, alia tercenta solvit in onere, quod annuatim solvere creditori se obligavit hujus vita durante, atque obligatione; ad quam debitor, & creditores pro oneris solutione annuatim tenebantur, ab illo emptor eos exoneravit, & in se suscepit, quod pars pretii est, fundi valorem diminuens, & sic jam integram rem emit, & respectu debitoris, & cæterorum creditorum integrum pretium persolvit: ergo ejus utilitati cedere debet extinctio postmodum contingens, uti Domini fundi, cum periculum, & utilitas rei venditæ superveniens sequatur rei dominium, ex vulgaribus.

Tertio, insuper forti fundamento probatur, quia 10
tempore venditionis valor oneris vitalitii non fuit æstimatus, uti oneris perpetui, sed habita consideratione ad naturam rei & onus temporale, duraturum tantum per vitam creditoris, & sic minus sibi taxatum fuit illud onus, & tanto magis accrevit pretium ipsius fundi; quod persolvit emptor, & verus valor reditus vitalitii ille est, quem contrahentes dederunt, ut ex Rovito, Noguerol & aliis firmavimus *cap. antecedenti, num.* 43. *vers. & hoc maximè attendendum*, &c. in 11
tantum quod etsi pretium conventum multum sit excessivum, vel nimis infimum; semper in emptione horum vitalitiorum reddituum pretium conventum consideravit justum ratione incertitudinis vitæ, ita ut nec ex eventu ex aliqua parte possit detegi injustum, cum æqualis lucri, & damni sit communis utrique parti, quia sicut mortuus fuit statim creditor census, potuit etiam vivere multo tempore; ad latè tradita supra *cap. anteced. à n.* 44. *vers. hinc quod is contractus*, post magnam Doctorum catervam, ergo in ejusdem emptoris utilitatem & non creditorum, qui integrum fundi pretium jam receperunt, cedere debet extinctio census vitalitii.

Quarto, quia quemadmodum emens fundum cum 12
onere census redimibilis penitus liberatus à creditoribus, quando ipse emptor loco pretii illum in se susceperit annuatim persolvendum, si redemerit; sibi fundus remanet liber à nexibus creditorum, & per redemptionem consequitur omnimodam fundi libertatem emptor.

Ita pariter & per hanc rationem emptor fundi cum 13
onere census vitalitii in se suscepto, qui per illam annuam solutionem paulatim redemit, & extinguit jus census principale, & ex solutione annua emit sui fundi libertatem accedente morte creditoris; ergo sibi credere debet, & non creditoribus, qui pretio fundi semel recepto contenti esse debent.

Fingamus casum, si iste emptor statim post emptio- 14
nem fundi, pacisceretur cum creditore census vitalitii, & ab eo emeret jus certo pretio inter eos convento, juxta ea quæ longa manu scripsimus superiùs *c. p. antecedenti, à num.* 27. *cum seqq. vers. quod si intelligendi sunt*, &c. nonne extingueretur census vitalitius? Et nonne cederet in ejusdem emptoris utilitatem, qui sua pecunia redemit? certè sic videtur, prout in casu superiori

ſuperiori de redemptione cenſus perpetui redimibilis diximus, ita & eodem modo dicendum videtur de redemptione, quæ annuatim ſit per annuas præſtationes in quibus dumtaxat conſiſtit jus cenſus vitalitii, cum accedente morte creditoris totaliter extinguatur, quippe alia ſors, quam in annuis perceptionibus non conſideratur in hiſce cenſibus vitalitiis ad latè tradita *in c. antecedenti à n. 6. cum multis, verſ. ſed horum Doctorum aſſertione*, &c.

14 Ergo emptor iſte per extinctionem cenſus vitalitii contingentem ſive morte creditoris, ſive nova emptione, & pactione inter ſe, & creditorem, ſibi, & non creditoribus, concurſus acquiſivit fundi libertatem, quibus rectè poteſt objicere, quoad te liberas ædes habeo; cum bona hæc concurſus ad
15 eorum inſtantiam ſubhaſtentur, & venditioni ſcientiam, & conſenſum præſtent, ex quorum altero fundus à pignoris nexibus liberatur, & jus hypothecæ penitus ſolvi probant expreſſa *l. 1. l. 2. cum te*, 34.
16 text. etiam celebris in ſui diſpoſitione. *in l. fin. C. de remiſſione pignoris*, maximè ſi ad ſatisfactionem prioris creditoris bona concurſus ſubhaſtentur, quia emptor penitus tutus eſt à moleſtia cæterorum creditorum *l. 1. 2. & 3. C. ſi antiquior creditor pignus vendiderit, l. cum prior, l. ſi creditor, ff. de diſtractione pignor.* idque jus pignoris ſemel extinctum iterum
17 non reviviſcit, *l. cum ex cauſa. C. de remiſſ. pignoris cum ſimilib.* quare cenſus vitalitii extinctio debet cedere in commodum emptoris, non verò creditorum quorum jus quoad hunc fundum extinctum jam remanſit, *à princ.*

18 Mehercle fortiſſima ſunt fundamenta hæc, & debilem intellectum meum quandoque allexere, & in aliorum partem, & opinionem traherent, ſi interius quid in hac venditione actum ſit non cogitaverim, & veritatem ulterius agnoviſſem, quæ re vera creditoribus poſterioribus regulariter aſſiſtit, & in eorum utilitatem ſubſequutam cenſus vitalitii extinctionem cedere, unico & ſolido fundamento probatur, quod omnia in contrarium conſiderata procul dubio diſſolvit.

19 In hac venditione fundi cum onere cenſus vitalitii nihil concurrit, ex quo, ſequuta per mortem creditoris extinctione, inferri poſſit ad commodum, & utilitatem emptoris, cum ipſe nihil de ſuo expenderit, nec de ſuo reditus annuatim perſolvit, ſed bonis debitoris, & de fructibus rei emptæ, cum quibus recompenſantur annuæ præſtationes, interim creditori à ſe præſtitæ; nam cum venditor in re vendita onere cenſus vitalitii gravata certum jus certamque, & indubitabilem ſpem habeat luendæ, & liberandæ rei à nexu illius oneris, cum nihil certius morte; quid, quæſo, pro hoc jure certiſſimo, eventuro poſt mortem creditoris, ſolvit
20 emptor creditori, aut quam æſtimationem recepit debitor pro eo? nullum quidem, imò potius è converſo contingit, nam de integrè liberæ rei valore diminuitur æſtimationi iſtius oneris temporalis, ne onus cedat in damnum emptoris, & nullum pati poſſit, diminuitur etenim certa pars pretii, juſti valoris ipſius rei venditæ habito reſpectu ad verum, & juſtum valorem rei liberæ, atque deficiente onere, ita ut ſit dicendum quod illa pars rei quam emptor emit, & pro qua pretium ſolvit, libera à vinculo oneris poteſt quodammodo conſiderari, cum ejus ex fructibus alterius partis quam nec emit, nec pretium ſolvit, (quæ in dominio debitoris adhuc remanet, licet rem totam recipiat) præſtet creditori annuos redditus, & ſic non de ſuo, ſed de alieno perſolvit annuos redditus, nondum hunc libenter diſſolvam, in cujus intelligentia tota dubii reſolutio conſiſtit & pendet; exemplo res fiet manifeſta.

21 Venditur res cum onere cenſus vitalitii quod in ſe aſſumit emptor annuatim perſolvendum, valor iſtius oneris æſtimatur tacitè à contrahentibus, & tantum demitur de juſto, integro valore fundi conſiderati ſine onere, itaque emptor tanto minus ſolvit de juſto fundi pretio, & illam partem fundi correſpondentem valori, & æſtimationi oneris temporalis recipit emptor; nihil pro ea præſtito, nec ſoluto, qui ideo pro tota re quam accipit valentem mille, ſolummodo ſolvit ſeptingenta, æſtimato, puta, valore oneris in recipis. Finge, tota res libera & abſque ullo onere valet mille; cum onere tamen tertiam partem minus valet; pretium duarum tertiarum partium quas emit, perſolvit emptor, pro alia tertia parte nihil ſolvit, & nihilominus totum fundum integrè recipit ſine ullo pretio, ex quo ſequitur, quod ex fructibus illius tertiæ par- 22
tis, à ſe inſuper perceptis (quos ſuos facere non potuit, quia illam tertiam partem non emit, nec pro ea aliquod exburſavit) ſolvit annuos reditus, qui cum fructibus tertiæ parti fundi correſpondentibus, compenſantur, imò ex illis (qui revera ad debitorem pertinent) perſolvit annuos reditus vitalitios; ex quo duo notabilia per neceſſariam conſequentiam inferuntur; 23
primum quod iſta tertia pars nunquam exivit à poteſtate debitoris, ſed potius ſemper remanſit in dominio ejus, quia nec eam vendidit, nec pro ea pretium aliquod recepit, cùm ſit de ſubſtantia venditionis pretium, & ejus ſolutio, ad jura vulgaria.

Et ſic ad debitorem tanquam dominum fructus qui- 24
dem tertiæ partis pertinent, fructus ſiquidem ſunt acceſſio dominii, & dominium ſequuntur *l. fructus, C. de fruct. & lit. expenſ. l. fructus, l. in fundo, ff. de rei vindic. l. Herennius. ff. de uſufruct. l. ſi dominium. C. de pignoribus, l. 2. c. de pignor. act. c. 1. & 2. de uſuris. l. ex diverſo. ff. de rei vendic.* Covarr. *lib. 5. variar. reſol. cap. 15. num. 6.* latè proſequitur D. Valenz. Velaſquez *conſ. 156. ex num. 26. lib. 2. & n. 156. ex n. 26.* Maſtrillus *deciſ. 148. n. 19.* Marius Giurba *in conſtitut. Meſſanenſ.* qui plures Doctores cumulat *c. 10. gloſſ. 7. p. 1. num 11.* idem Giurba *deciſ. 92. num. 10.* Caſtillo *controverſ. tom. 7. de tertiis. c. 18. ex num. 100.* Vincent. de Franchis *deciſ. 665. num. 6.* Franciſc. del Caſtillo *deciſ. 14. ex n. 19. lib. 1.* Gabriel Pereira *deciſ. Portugal. 66. 95 & 166.* Joannes Maria Novar. *quæſt. forenſ. 140. ex num. 6. num. ſeqq.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. q. 71. n. 18.* Fontanella *dec. 64. n. 11. & deciſ. 66. n. 21. & deciſ. 72. num. 3.* Mantica *de tacitis & ambiguis lib. 4. tit. 32. num. 2. cum ſeqq. & n. 99.* quia quod ex re mea 25
naſcitur, mihi adquiretur. *l. ſolum. §. meum de rei vendic.* cum aliis copioſè adductis per Manticam Covarr. Giurbam *locis proximè citatis.* & Fontanella *d. deciſ. 72. n. 3.* ideoque quidquid interim ſolvit emptor de annuis præſtationibus ante cenſus vitalitii extinctionem non ex ſuo ſolvit, nec expendit; ſed ex fructibus tertiæ partis fundi pertinentis jure dominii ad debitorem, quam nec alienavit, nec emptor emit; nec in emptione fuit comprehenſa. nec per ea aliquod pretium obtulit, ſed tanto minus ſolvit.

Nam eo ipſo quod valor cenſus vitalitii fuit in ven- 26
ditione facilè reſervatus & exceptus ob diminutionem veri, & juſti integrique valoris fundi venditi; non emptori adquiritur, ſed venditori præſervatur, aliàs ſequeretur, quod ordinata ad unum finem contrarium effectum operaretur contra juris regulam vulgatam, quare extincto cenſu non poteſt cedere in commodum & utilitatem temporis, qui de ſuo nihil præſtitit, nec extinxit cenſum per annuatas ſolutiones ex propria pecunia, ſed ex pecunia debitoris, & ejus expenſis; ideo extinctionis commodum ſentire debet, quia ſua pecunia redimit & incommodum ſentit.

Secundum notabile, quod ex ſupra dicta reſolutione 27
infertur, eo tendit quod licet hæc tertia pars fundi emptori tradatur, in eum dominium non transfertur, cum deficiat titulus & cauſa habilis ad illud transferendum ex allegatis ſupra *c. 10. n. 9.* ſola etenim in ſe tranſlata fuit cura, & diligentia adminiſtrandi, colendi, & recolendi fructus ad tertiam partem correſpondentes, & ex iis ſolvendum annuas præſtationes, & hæc cura & diligentia, quam in ſe ſuſcepit emptor,

magis suam utilitatem respicit, quàm debitoris, propter evitandam communitatis molestiam, & lites, & discordias inde oriundas; ac ideo eum tanquam negotii gestorem considerare debemus, rem alienam gerentem, ex qua sibi utilitate consequitur, quod quidem non est causa legitima, nec titulus habilis ad translationem dominii illius tertiæ partis fundi, *l. nunquam nuda traditio transfert dominium, sed ita si venditio, aut aliqua justa causa præcesserit, propter quam traditio sequeretur, ff. de acquir. rer. dom.* quam latiùs post plurimorum Doctorum allegationem exornat Gomez *in l.* 45. *tauri*, *n.* 7. *per totum*: quapropter si extinctio contingens in ejus commoditatem cederet, qui nihil de suo præstitit, jam jactaretur eum gaudere ruina aliena, contra juris naturalis præcepta.

28 Sed audio ingeniosum lectorem rectè replicantem, cur in hoc genere census vitalitii reservati in venditione rei concursus, extinctio cedere debeat in utilitatem debitoris & creditorum, in censu autem redimibili (sub cujus onere res concursus venditur) aliud verum esse diximus supra *à num.* 12. *vers. & ulterius quia*, &c. ubi diximus, quod quoties fundus emitur cum onere census redimibilis, sequuta census extinctione, & redemptione, totum cedit in utilitatem emptoris, qui ulterius à nullo creditore molestari valet, ubi etiam acutam æqualitatem consideravimus inter hæc duo censuum genera, ut amborum si æqualis determinatio: satisfaciam libenter, ausculta.

29 Inter hæc duo onera, cum quibus res concursus subhastatur, maxima, & notissima adest differentia; nam quando cum onere census redimibilis res venditur, tota res à principio emptori traditur, & venditur, etenim ultra annuos redditus ab eo persolvendos manet fors principalis census redimibilis ad quam ipse in se loco pretii censum suscipiens obligatus est: quapropter emptor iste interim quod non redimit, solvit annuos redditus non ex fructibus rei alienæ, sed ex suis, cum dominus factus fuerit à principio totius rei, quem rei fructus sequuntur, ut diximus ex num. 24.

30 Atque ideo totam interim suam rem habet censu gravatam, cujus libertatem, si consequi velit, debet censum redimere, & præstando creditori sortem census principalem, quam in partem pretii ipse assumpsit, & ad eandem tenetur, quemadmodum contingeret, si res non alienaretur; nam si debitor tantundem de suo patrimonio diminuit, necessium foret, & tanto minus creditores alii ex eo consequerentur.

31 At in re vendita cum onere census vitalitii, non est ita, sed longè oppositum, quia certum est quod pretio non redimitur, nec restituitur illud quod debitor à principio recepit, nec extinctio sequatur id requiritur, sed tempore, & morte ementis naturaliter periit, & extinguitur, tam fors principalis, quàm jus ipsum percipiendi redditus, ita ut dominus census vitalitii, ad suos hæredes nullum jus transferat, sed penitus totum morte extinguitur, prout latissimè probavimus suprà *in hac* 1. *part. c.* 20. *à suo principio usque ad finem*, ubi multa diligenter considerata recensentur.

32 Atque ideo cùm venditor rei onere vitalitio sciat hoc esse temporale, & morte unius creditoris resolubile & inde certum esse jure naturæ, rem suam liberam remanere; reservare sibi intelligitur partem rei fructiferæ proportionabilem solutioni annuarum pensionum, ut ex fructibus partis reservatæ ab emptore præstentur, ita ut accedentes naturaliter extinctione illam partem fundi sibi liberè reddat emptor, cùm in ejus commodum qui reditus persolvit de suo, cedere debet extinctio; non ejus, qui de suo nihil præstitit, sed industriam & diligentiam tantum annuatim solvendi de alieno patrimonio, & pecunia rogavit, & habere voluit.

33 Quod insuper evidenter monstratur, onus hoc ad quod oneratur emptor, sui natura est temporale, durarum dumtaxat per vitam creditoris, & si recompensa, & satisfactio pariter censenda erit temporalis, non perpetua, sed restricta ad illam vitam, cum ultra id tempus, & onus ad satisfactionem minimè teneatur venditor; quare merito fructus tertiæ partis fundi emptori reservantur in recompensam annuarum pensionum, à se creditori persolvendarum vita creditoris durante, qui propterea cessare debet, cessante onere; & tertia pars deinceps cum fructibus futuris, libera manere debet Domino debitori, & ejus creditoribus, quia recompensa & satisfactio non debet excedere metas & terminos limitatos oneris, quod in se suscepit emptor, sed cum eo debet mensurari, & ab eo regulari, quapropter cessante onere, cessare debet recompensa, quam de cætero liberam recuperat Dominus, & jus suum, quod habet in spe certa, & indubitabili recuperandi libertatem suæ tertiæ partis, quam in fundo habet affectam solutioni annuæ præstationi; redditur firmum, de præsenti enim valdè iniquum, emptorem velle retinere jus perpetuum in recompensationem juris, & oneris temporalis.

34 Ad hoc enim quod in emptoris commodum extinctio cederet, deberet totum integrum valorem rei cum ipso onere simul persolvere à principio, & ut sic totam rem integraliter emisse intelligeretur. At cum illius tertiæ partis rei venditæ pretium non solvat, contra omnem juris rationem foret, ejusdem partis dominium, aut fructus suos facere, prout videmus in emptore, cui tota res tradita fuit habita fide de pretio, qui non faciat fructus suos ex re perceptos, quousque totum pretium venditori tradat, & ex illo dumtaxat tempore, ita ut si partem pretii solvat, partem autem adhuc 35 retineat, pro illa dumtaxat parte fructus rei suos faciat emptor, cæteris pro rata restitutis venditori, juxta text. singularem *in leg. curavit*, *C. de actionib. empti.* quam in proposito uberrimè exornant Rodriguez *de annuis redit. lib.* 3. *quæst.* 7. *à num.* 71. *cum seq.* Avendannus, de censibus *cap.* 13. *à num.* 12. *cum seq. & per totum*, Fontanell. *decis.* 208. 209. & 210. Giurba *decis.* 1. *num.* 17. Gratianus *tom.* 3. *disceptat.* 588. *à num.* 16. *cum multis seqq. & sursum, & cap.* 524. *num.* 6. & 10. qui innumerabiles penè alios allegant, a ud quos videbis, 36 quod hos fructus recompensativos semper consequatur venditor pro parte pretii non recepti, etiam data dilatione ad solvendum, non limitata ad certum tempus, & habita fide pretio, & etiam non data mora in emptore, quæ licet excuset à mora solvendi, non tamen à præstatione fructuum recompensativorum, qui sine mora debentur, & etiamsi pretium solvendum incertum sit, quia non debet venditor usu pretii, & fructibus suæ rei simul privari, contra omnem juris rationem, & æquitatem, prout ampliſſimè apud eosdem Doctores videre poteris, *ut latissimè per Hermosillam ad sect.* 28. *tr.* 5. *q.* 2. *per totam maximè ex num.* 25. *cum multis seqq. tom.* 2. *fol.* 127. Alex. Leonard. *de usuris q.* 71. & 72. *v.* 1. *c.* 5. *ex n.* 40.

37 Ex quibus omnibus tres certissimæ conclusiones inferuntur, prima, quod vendita re concursus cum onere solvendi censum vitalitium, cujus respectu diminutum fuit verum, integrum, & justum pretium ipsius rei consideratæ absque onere aliquo, non tota res vendita intelligatur emptori, nec ejus causa, & titulo tota traditur; sed potius quod valor census vitalitii reservatur maneat venditor, ex cujus partis fructibus emptor annuatim solvit creditori ejusdem census, hujus vita durante.

Cùm illa diminutio pretii, & veri valoris, reique emptori facta fuit propter onus census temporale, tempus, & metas oneris non debet excedere, nec ultra perdurare, sed eo deficiente, cessare; prout superius subtiliter fuit consideratum, cum causa cessante, cesset effectus.

38 Secunda conclusio, quando contingit extingui censum

ſum vitalitium per mortem creditoris cenſus, ad cujus vitam fuit creatus, non cedit in utilitatem emptoris, qui dominium in parte correſpondente valori cenſus vitalitii, nec emit, nec pretium ſolvit, nec de ſuo præſtitit annuas penſiones; atque ideo ex iis non poteſt dicere ſe emiſſe pedetentim libertatem fundi, nec redemiſſe cenſum, prout in contrarium conſideravimus ſuperius *in* 4. *argumento à num.* 12. *& ſeqq. v. & ulterius quia*, &c. cum illa conſideratio penitus ceſſet, conſtituto, quod de ſuo non ſolvat annuas præſtationes, ſed ex fructibus partis alienæ, prout ſatis apertè demonſtravimus. 39

Tertia ſit concluſio firmiſſima, quod contingente extinctione cenſus vitalitii naturaliter, & ex natura rei per mortem Domini cenſuarii, libera remanet illa pars fundi venditi nexibus obligationis prioris, & potioris creditoris, ad cujus commodum, & ſatisfactionem fundus venditus fuit, in ſubhaſtatione liberatur & redit in dominium debitoris communis formantis concurſum, & per conſequens in utilitatem aliorum ejus creditorum jus ad illum habentium, tanquam propriam debitoris, qui nondum ſua credita ex concurſu conſequuti ſunt, vel non ex integro ſatisfacti. Cum diſmiſſo priore creditore ex re pignorata ſecundo, & aliis conſequutivè tenetur dimittere quod ex pignore ſupereſt, ut ex eo ſatisfiant, & ſolvantur ſua credita, *l.* 1. *l. ſi*, *C. ſi antiquior creditor pignus vend. leg. quandiu Cod. de diſtract. pignor. l. moſchis*, *ff. de jure fiſci*, *leg. ſi prior in princip.* ibi, *quod ſuperfluum ex anteriori credito accepit, hoc ſecundo reſtituat*, &c. *ff. qui potiores in pignor. haben.* latè Cencius *de cenſibus quæſt.* 68. *à num.* 42. *& ſeqq.* Et in caſu contingenti in his, in quibus verſamur terminis ita declaravit iſte celeberrimus toto terrarum orbe Senatus Pincianus ſemel, & iterum confirmando ſententiam unius ex Senatoribus criminum declarantis extinctionem futuram (ſuper qua nondum cauſata inter emptorem in concurſu cum creditoribus poſterioribus contendebatur) cenſus vitalitii cedere in utilitatem emptoris prætendentis ex tunc rem emptam penitus manere liberam, ſed potiùs in commodum cæterorum concurſus creditorum, & in gradu remiſſionis, & ſupplicationis, inter alios doctiſſimos Conſenatores meos ego ſimul Judex adfui. 40 41 42

Ex quibus omnibus facilis patet reſponſio ad cuncta fundamenta ſimul, & ſingula pro contraria parte conſiderata, cum omnia nitantur uni fundamento falſo, nempe emptorem totam rem emiſſe, in eum totius integraliter dominium fuiſſe tranſlatum cum dicto onere, cum contrarium verius eſſe clara demonſtratione, fuit oſtenſum. Atque inſuper ſingulis argumentis ſingulatim fuit reſponſum per rationes, & fundamenta contraria in corroborationem hujus partis quam ſequitur conſiderata. 43

Reſtat tantum reſpondere quarto fundamento contrariæ partis de quo *ſupra à num.* 12. *verſ. quarto*, *& ultrerius*, quod diximus, quando fundi emptor emit à creditore cenſus jus illud vitalitium percipiendi annuos reditus ſua vita durante, quod tunc extinguatur cenſus, & quod in ejuſdem emptoris utilitatem cedit, verum foret utrumque, dato, quod in emptorem licitantem transferretur totum & integrum jus fundi, prout in argumento ſupponitur; & ea conditione expreſſa licitaverit ipſum fundum, ita ut in emptione ſimul veniret jus illud certum, & ſpes firmiſſima quam habet debitor conſequendi libertatem ipſius fundi, prout pro cautela dicetur ſtatim. 44

At verò cum non totam rem ſeu fundum emerit, nec licitaverit, ſed duas, puta ex quibus partibus dumtaxat, prout fundamentum remanet, tunc iſto caſu licet ipſe emptor emat à creditore jus annui vitalitii, pro certo pretio inter convento; fatemur quod in iſtum emptorem ad ſui utilitatem tranſeat illud jus durante vita creditoris, ita ut amplius non teneatur ſolvere annuos reditus, & per conſequens fructus illius tertiæ partis fundi, quæ reſervata ſemper remanſit debitori, ſuos facit eo tempore, quia in eum fuit creditori jus tranſlatum, non tamen cenſus redemptus, qui uti tertia perſona extranea emit, cujus jus durat durante vita creditoris, non amplius, cum in eum non poſſit transferre plus juris quam habet, & reſolutio jure dantis, & cedentis, reſolvitur jus accipientis, prout de cenſu vitalitio vendito, vel ceſſo in tertium extinguendo per mortem cedentis, & vendentis probant in terminis plurimi Doctores laudati, ſuprà cap. antecedenti, *à n.* 27. *verſ. quod ſi intelligenda ſunt*, &c. 45

Quæ & generaliter veriſſima eſt reſolutio, ut emptor alicujus annuæ præſtationis vitalitiæ, quæ per mortem vendentis extinguitur, ut puta uſufructu per mortem iſtius penitus extinguatur jus emptoris, ut per plurima jura, & Doctores latiſſimè reſolvunt Bart. Bald. Alexand. Ant. Gomez. Covar. Fabian. & alii relati à Pinello, *in l.* 1. *C. de bonis mater.* 3. *part. num.* 38. *cum ſeqq.* Queſada *diverſo jur. C. ultimo*, *à num.* 26. ſuprà Joannes Garcia *de expenſ. cap.* 10. *ex num.* 28. & ſupra infinitos penè congerit, & latè diſputans reſolvit Caſtillo *uſufruct. cap.* 69. *per totum.* & ſignanter *à num.* 17. igitur accedente morte jus extinguitur, & cedit in commodum debitoris, & ſuorum creditorum, eodem modo atque ſi emptum non fuiſſet jus percipiendi annuum reditum, ſed adhuc rediret in poteſtate creditoris, cum ex ejus vita reguletur jus à ſe tranſlatum, in emptorem, & ceſſum, quibus adſtipulatur quæſtio illa, quam movet poſt Menchacam Spinum, Coſtam, & Pinellum, Parlad. *in ſeſquicen. differen.* 73. §. 1. *num.* 7. reſolvit, quod dominus cenſus vitalitii ſi ingrediatur religionem, non ſtatim expirat, cum ad hoc ſit expectanda mors naturalis, quapropter ſi ingreditur religionem bonorum capacem hæc vita religioſi durante, cenſus reliquis annuis fruitur; ſin minus religio bonorum ſit incapax, filii, aut cognati proximiores, vel hæredes inſtituti fruentur redditibus pro vita monachi, qua naturaliter extincta, & cenſus extinguetur. 46 47

Noſtra tamen reſolutio, ut extinctio cenſus vitalitii, quo affecta erat res debitoris in ſubhaſtatione vendita, cedat in utilitatem debitoris, & creditorum concurſus; dupliciter limitatur; primò quando res, quæ hoc modo venditur ſit fructifera, ita ut parte correſpondente æſtimationi cenſus, & ex fructibus ex ea perceptis emptor ſolviſſe intelligatur annuos reditus durante cenſu, ad ea quæ latiſſimè dicta fuerunt uſque adhuc *ex num.* 18. *& ſeqq.* at quando res vendita ſit infructifera & non redditualis, cum ceſſet ratio ſupra dicta; pariter & reſolutio; nam tunc ex propria pecunia ſolvit emptor annuos reditus, per quos ac temporis curſum extinguitur, & redimitur curſus vitalitius, & ejus proprietas; ad latè comprobata in *c. anteced.* 20. *ex n.* 20. *cum ſeq.* quapropter cenſus vitalitii extinctio, quem ex propria pecunia, & non aliena redemit emptor in ſui commodum debet cedere & non ad commodum debitoris, & jus creditorum. Secundò limitatur noſtra reſolutio, quando emptor totum jus libertatis pertinens ad debitorem ſimul emit, quia tunc per hanc expreſſam conventionem procul dubio extinctio ſubſequens ei proderit, & non debitori, & creditoribus, & totius fundi empti conſequetur libertatem. 48 49

Quare cautum ſe gerat emptor in re concurſus ſubhaſtanda, ſuſcepto in ſe onere vitalitio ut inter licitandam rem, & offerendum pretium, ipſius rei emptione exprimat hanc expreſſam conditionem & non aliàs aliter, & alio modo ſimul emere intendit illam ſpem, & jus libertatis futuræ competens debitori, ita ut extincto cenſu vitalitio per mortem creditoris in ejus cedat utilitatem, & commodum, ut nec amplius à ceteris creditoribus concurſus moleſtari valeat, quoniam cum hac expreſſa conditione utrumque emit, & utrumque venit in venditione ſub uno eodemque pretio comprehenſum, 50 51

henſum, ſi quidem totum jus quod debitor habet in re tam de præſenti, quam in ſpe certa ſimul venditum, & alienatum intelligantur, cum jam adſit juſta cauſa, & titulus habilis ad tranſlationem dominii totius rei integræ, ex quo ſemper tutus erit emptor omni tempore à nexibus, & moleſtiis creditorum, qui jam in illa re vendita ad eorum inſtantiam, & conſenſum ſub hac expreſſa conditione jus aliquod amplius habent, nec ullo tempore prætendere poſſunt, cum jus pignoris ſemel extinctum amplius revivíſcere non poſſit, *l. ex cauſa mandati, & l. fi. C. de remiſſione pignor. l. qui res, §. arcam. ff. de ſolutionibus, l. inter ſtipulantem, §. luc. ff. de verb. obligat. cum vulgaribus.*

CAPUT XXII.

Creditor cenſuarius ad concurſum citatus, an & quando cogatur, bona concurſus juſtè taxata, pro ſortis principalis extinctione, ac decurſorum ſolutione recipere?

SUMMARIUM.

1 *Authenticæ, hoc niſi debitor, C. de ſolutionibus, & l. 3. tit. 14. part. 5. materia traditur remiſſivè.*
2 *& 4. Quinque requiſita proponuntur, ut habeat locum diſpoſitio d. Authenticæ requiruntur.*
3 *Remedio d. Authenticæ, an juramento interveniente poſſit renuntiari, traditur remiſſivè.*
5 *Emptorem non reperiri, vel talem qui juſtum pretium non offerat, idem eſt, & explicatur textus in l. 4. C. ſi in cauſ. judicat pignus, &c.*
6 *Creditor cenſuarius ad concurſus litem vocatus, an bona debitoris æſtimata pro extinctione ſortis principalis cogatur accipere.*
7 *Negativam ſententiam amplexus fuit Parladorius, ſed non loquutus fuit in creditore litis concurſus, ſed quando creditor privatim obtulit ſua bona.*
8 *Debitor cenſus an ſatisfaciat dimittendo hypothecam pro ſolutione annui redditus, traditur remiſſivè.*
9 *Gaſparis Rodriguez judicium proponitur, exiſtimantis creditorem cenſuarium in lite concurſus non eſſe cogendum accipere bona, taxatæ pro redemptione ſortis, & ejus verba referuntur.*
10 *Alphonſus de Guzman exiſtimabat debitorem non liberari à ſolutione cenſus offerendo æſtimata creditori, ex eo quod dominus cenſus ſortis creditor non ſit.*
11 *Fontanella, eandem ſententiam ſequutus, aſſerit remedium D. auth. locum non habere in debitore cenſuali.*
12 *Fontanella in comprobationem ſuæ ſententiæ nihil dicit, quando remedium d. authenticæ accidit in judicio univerſali creditorum.*
13 *Remedium d. Authentic. fuit introductum ad evitandas moleſtias acerbiſſimas creditorum urgentium debitores.*
14 *Creditor cenſus conſignativè, nullo modo poteſt debitorem cogere ad redemptionem ſortis principalis.*
15 *Contrariam ſententiam ſcilicet d. authenticæ remedium, locum habere quando debitor cenſualis judicium concurſus formavit, amplectuntur plures.*
16 *Affertur ad id, & interpretatur authoritas Feliciani de Solis.*
17 *Eandem ſententiam comprobat Avendanus.*
18 *Sententia Avendani licet vera ſit, falſo nititur fundamento.*
19 *Comprobatur ſupra dicta authoritate Franciſci Millanenſis, & aliorum.*
20 *Traditur authoritas Cencii, cujus verba referuntur.*
21 *Harum opinionum contrarietas fœdere diſtinctionis componitur.*
22 *Debitor, ſi voluntariè offerat creditori bona ſtabilia in ſolutum ad effectum redimendi cenſum, creditor acceptare non cogitur.*
23 *& ſeqq. Creditor ad concurſum comparens tenetur recipere bona ſtabilia taxata in ſolutum ad effectum extinguendi cenſum ſi concurrant requiſita authentica, hoc niſi debitor.*
24 *& 25. Quod procedit ob ſpecialitatem judicii concurſus, & ceſſionis bonorum.*
26 *& ſeqq. Differentiæ ratio inter oblationem bonorum voluntariam ad extinctionem cenſus factam creditori, & neceſſariam per judicium concurſus redditur.*
27 *& 28. Cenſus dominus creditor ſortis non eſt, nec cogere poteſt regulariter debitorem ad redemptionem.*
29 *Cenſus creditor citatus ad concurſum à debitore introducto poteſt cogere debitorem ad redemptionem, quia ad hunc effectum creditorem citavit.*
30 *Oblatio bonorum in ſolutum ad extinctionem cenſus admittitur in judicio concurſus cum ſit neceſſaria, & non voluntaria.*
31 *Authentica, hoc niſi debitor, habet locum in concurſu creditorum cenſualium.*
32 *& 33. Creditor cenſuarius poſtquam ad concurſum citatur, poteſt liberè inſtare pro cenſus redemptione.*
34 *Cenſus an redimi poſſit per oblationem bonorum ſtabilium etiam conſentiente creditore.*
35 *Affirmativè reſolvitur.*
36 *Creditor citatus ad concurſum, ut cogatur bona in ſolutum recipere pro cenſus extinctione, debet in judicium deducere tam ſortem principalem, quàm reditus decurſos. cum ſeqq.*
37 *Judex non poteſt impertiri officium ſuum parte non petente.*
38, 39, 40, 41. *Creditorem citatum ad concurſum poſſe cogi ſtabilia in ſolutum recipere, etiam ſi ſortem cenſus principalem judicium non deduxerit, multa proponuntur argumenta. & n. 44.*
42 *Deductum in judicium, ſi ab adverſario non impugnetur, videtur fateri, conſentire, & approbare.*
43, 44. *Exceptio qualitatis, & inſtrumentum informe deductum in judicio citato adverſario non impugnante, cenſetur approbare.*
45 *Creditorem citatum ad concurſum, non deducentem ſortem principalem cenſus cogi non poſſe ad ejus redemptionem, verior opinio eſt.*
46 *Quam approbavit Senatus Valliſoletanus.*
47 *Reſpondetur contrariis argumentis.*
48 *Dationem ſtabilium in ſolutum debet præcedere taxatio, aliàs valebit, nec ex ea tranſibit dominium in creditorem.*

UT commodius quæ dicenda erunt, percipiantur, breviter præmittenda erunt requiſita *Authent. hoc niſi debitor, C. de ſolutionibus*, ut ejus determinatio locum habeat, ac regulæ juris, quod aliud pro alio ſolvi non poſſit, prævaleat, de qua, cum ampliationibus, & limitationibus ampliſſimè multa cumulavit videndus de Guzman. *de evictionibus cap. 22. per totum.* 1

Inter quas enumeratur diſpoſitio text. *in d. Auth. hoc niſi debitor, & l. tit. 14. p. 5.* nempe quando debitor non poteſt ſolvere in pecunia, quia tunc auditur volens dare bona in ſolutum creditori, quorum jurium determinata æquitas tunc procedit, quando neceſſario concurrunt hæc requiſita, quæ ponit Roman. *conſ. 163.* incipit *conſtitutio*, quæ reaſſumit Ripa *in l. 2 §. mutui datio, n. 25. ff. ſi certum petat.* primum, quod debitor probet, ſe fuiſſe diligentem pro pecunia reperienda; 2

ſecundum,

ſecundum, quod non potuerit reperire: tertium, quod offerat bona ſua ad arbitrium judicis (& non ad voluntatem creditoris; ut pro veriori obſervat Gutierrez loco mox citando) juxta novam diſpoſitionem d. regulæ; quartum, quod debitor caveat de evictione: quintum, quod debitor tradat inſtrumenta titulorum, argumento *l. Titius, ff. de action. empti.* & probatur *in l. quod Julianum. §. ſi Titius. ff. de legatis.* 1. quas con-
3 ditiones, & requiſita præciſa refert etiam Gutierrez *de juram. confirmat. cap.* 29. *per totum.* ubi *ex num.* 3. an valet renuntiatio hujus *authent.* & quid juramento intervenient, & plures per Guzman. *de evictio. d. c.* 22. *num.* 87. *cum ſeqq.* & quod niſi interveniant d. requiſita non procedat diſpoſitio *d. Authent. hoc niſi debitor*, ipſe Guzman. ibidem *n.* 7. qui *à n.* 71. *cum ſeqq.* ſigillatim refert requiſita Avendannus *de cenſibus cap.* 110. *n.* 8. Beneintend. *deciſ.* 38. Joſeph. Ludoviſ. *deciſ. Peruſian.* 6. 4. *part.* 2. Hieron. Laud. *deciſ. Avenion.* 132. Anton. Theſaur. & ejus Additio. Gaſpar. Theſaur. *deciſ.* 1. §. 3. Vincent. de Franch. *deciſ.* 81. P. Surdus *deciſ.* 30. & 318. Cæſar. Barrius *deciſ.* 40. Natta *deciſ.*
4 344. Fontanella *de pactis nuptial. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 18. *part.* 5. *à n.* 8. Parlador. *lib.* 4. *rerum quotid. l.* 2. *cap. fin.* 5. *part.* §. 17. *à n.* 22. & *ſeqq.* qui & rectè has conditiones ad quatuor reducit, primam, ut debitor pecuniam numeratam non habeat: Secundam quod creditor eligere valeat unam èx melioribus rebus debitoris (quod ſupple, & arbitrio judicis, ut dictum eſt verius,) Tertiam, Quod
5 debitor de evictione caveat; poſtremam, ut non reperiatur emptor, qui bona velit emere, qui rectè *num.* 24. advertit, emptorem non reperiri, intelligi debere, etſi talis reperiatur, qui juſtum tamen pretium, non offerat, *ex leg.* 2. & ibi Bald. *C. ſi in conſ. judic. pignor. cap. ſit.* Afflictis *deciſ.* 358. *n.* 6. *& leg. ſi de certa C. ſi propter publicas penſitat. l. non dubium §. fin. de legat.* 3. Vincentium de Franchis *deciſ.* 81. *num.* 1. nam in hoc articulo paria ſunt nullum reperiri emptorem, vel juſtum pretium non offerentem, ut per Bald. *in l.* 2. *C. ſi in cauſam judica.* Afflictis *deciſ.* 357. *n.* 6. tenet Hermoſilla *in l.* 52. *gloſſ.* 7. *n.* 4. ad medium *tit.* 5. *part.* 5. *tom.* 2. *fol.* 233.

6 Quibus præmiſſis, veniamus ad noſtram quæſtionem, an creditor cenſuarius citatus ad concurſum cogatur recipere bona debitoris æſtimata pro ſolutione ſortis principalis (de uſuris, & reditibus nemo dubitat, omnes fatentur) in qua varios reperio loquutos fuiſſe Doctores, imò adhuc inter concordes ex contrariis, & inter ſe pugnantibus fundamentis in unum finem convenire; in primis enim reperio Parladorium *in ſeſquicentur. differentia* 73. *num.* 6. *& ſeqq.* moventem
7 quæſtionem, an debitor cenſus liberetur ab ejus obligatione offerendo creditori invito bona taxata in ſolutum, dando pro cenſus extinctione, & contra Maſuerium, Tiraq. & alios, negativè reſolvit, & movetur ea ratione, cum ſit contra naturam contractus cenſuarii, in qua redemptio debet eſſe in pecunia numerata. Sed re vera iſte Auctor nihil ad rem facit, cum ſolum loquatur, quando debitor privatim hæc bona offert creditori invito, quia tunc ei non licere, non eſt dubium. Sed non loquitur in noſtro caſu, quando debitor ceſſit bonis, & judicium creditorum formavit, nec inveniuntur emptores, qui bona concurſus ſubhaſtent.

8 Eodem modo loquitur Felicianus *de cenſibus tom.* 1. *lib.* 1. *cap.*4 *ſub. num.* 1. *verſ. rurſus omnes auctores* &c. poſt Bald. Paul. Barboſa, Maſuer. Tiraquel. & Follerum, ſuſtinentes debitorem cenſus non ſatisfacere dimittendo rem pro ſolutione annui redditus obligatam, & hypothecatam, quorum aſſertio noſtræ non eſt inſpectionis, idem repetit in eodem *tom. cap.* 8. *ſub. n.* 51. *verſ. contrariam tamen*, cum Gutierrez *pract. lib.* 1. *quæſt.* 46. *à num.* 26. (quem locum plures alii allegant, ſed mendosè, cum ſit *quæſt.* 146. *in noviori impreſſione*, quæ deficit in priori: quare Gaſpar. Rodriguez *de annuis redditibus lib.* 1. *quæſt.* 18. *à n.* 42. & 50. in 9 terminis concurſus movet, & diſputat quæſtionem; & reſolvit dicens, quod ſi debitor non habet pecuniam, nec invenit emptores bonorum ſuorum, non poteſt bona dare æſtimata creditori, inferens inde ad judicium concurſus inter ſuos creditores motum à debitore id ipſum tenet, & clarius *in lib.* 2. *cap.* 9. *à num.* 98. ubi ulterius diſputat ſimiliterque reſolvit in his redditibus conſignativis, atque tandem concludit. *Ex quibus inferre licet, quod quamvis debitoris reditualis bona in creditorum concurſu capiantur, ut creditis ſatisfiat, & non repertis emptoribus, debeant creditoribus in ſolutum dari taxata juſto pretio, juxta text. in Authent. hoc niſi debitor. C. de ſolutionibus: Id tamen locum non habebit in creditore reditus; qui cum ſortis creditor non ſit, dicam infra hoc lib. quæſt.* 16. *num.* 20. *nec teneatur hypothecam in ſolutum redditibus recipere, nec tenebitur hanc bonorum additionem pati*, &c. Sequitur & facit. *Igitur bona dabuntur in ſolutum aliis creditoribus cum onere ſolvendi reditum, quouſque redimatur*, &c.

Ubi ſic fieri teſtatur in hac noſtra Pinciana Can- 10
cellaria, eundem ſequutus repetens Rodriguez fundamenta eadem, licet ſpecialiter de judicio concurſus non loquatur; probat Alphonſus de Guzman. *in tract. de evictionib. c.* 22. *à n.* 92. ubi dicit, quod debitor non liberabitur à ſolutione cenſus, offerendo bona ſua taxata creditori, eo potiſſimum fundamento, quod *Authent. hoc niſi debitor*, loquatur in datione in ſolutum creditoribus, & quod Dominus cenſus non eſt, nec dici poteſt creditor ſortis principalis, quapropter non teneri recipere bona debitoris data in ſolutum creditori pro extinctione cenſus principalis, ſed tantum quando ab ipſo debitore offeruntur.

Fontanella *de pactis nuptialibus in tom.* 1. *clauſ.* 4. 11
gloſſ. 18. *part.* 5. *à nu.* 8. *& ſeqq.* illam movet quæſtionem numquid quemadmodum debitori non habenti pecuniam, quia ſatisfaciat creditori Principis indulgeatur Clementia, quod ſervatis requiſitis, de quibus *in d. Authent.* poſſit rem aliquam immobilem æſtimatam pro debito creditori offerre, an idem dicendum ſit in debitore cenſus ad effectum illum redimendi, & extinguendi reſolvit cum ſolo Gutierrez *in lib.* 1. *pract. quæſt.* 146. *dictæ Authent.* diſpoſitionem non habere locum in debitore cenſus ad effectum redemptionis, ſed nihil meminit; quando hæc quæſtio acciderit in judi- 12
cio univerſali creditorum ut vides, pro ſuæ opinionis fundamento, & differentiæ ratione inter utrumque debitorem, ſimplicem ſcilicet, & cenſuarium, concludentem præ cæteris mehercle rationem adjecit, quia beneficium *d. Authent.* ſuis introductum ad evitandam 13
acerbiſſimam moleſtiam, & inſtantias creditorum urgentium debitorum ad carceres ſubeundos, & miſerabilem; nec ignominioſam ceſſionem bonorum faciendam, cum in eorum facultate ſit pro credi tis ſuis ad libitum agere, quæ ratio penitus ceſſat in creditore cenſus conſignativi, qui nullo modo poteſt cogere debitorem ad ſolvendam ſortem principalem, nec aliquo 14
modo petere ſortem principalem, nec aliquo modo petere ſortis principalis redemptionem, cum ſit contra naturam, & ſubſtantiam intrinſecam hujuſmodi contractus, quapropter debitor cenſus tutus eſt, ne à creditore pro hac cauſa moleſtari poſſit, atque ideo cum diverſa ratio ejuſdem Authent. militet in hoc creditore cenſus, quam in ſimplicibus creditoribus, de quibus loquitur *d. Authent.* debet per conſequens ceſſare ejuſdem diſpoſitio, ut debitor non audiatur, bona taxata offerens creditori pro extinctione cenſus, contrariam 15
ſententiam plurimi graves Doctores tenuere loquentes ſpecialiter in concurſu creditorum, qui licet ſpecialitatis, ac differentiæ rationem non adduxerint, tamen eadem abſolutè tenuere, nam quando debitor cedens bonis, & format judicium creditorum eos convocant,

ut

ut de illis satisfiant pro cujuscumque antelatione, & privilegio, ut tunc habeat locum. *d. Authent.* postquam bona concursus fuêre publicè subhastata, & nullus repertus est emptor licitans, vel talis reperiatur, qui infimum pretium rei offerat, in notabile damnum corporis concursus; ut tunc bona ipsè taxata justo valore, & pretio dentur in solutum creditori census pro sortis principalis extinctione, & decursorum solutione. Primus fuit, qui in specie puncti loquitur Azevedus *in leg. fin. tit.* 21. *l.* 2. *recopilat. nu.* 33. sequutus Pizarrum, quem allegat.

16 Similiter in concursu creditorum formato à debitore loquens id ipsum tenet Felicianus *de censibus* 2. *tom. lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 15. quem licet *suprà nu.* 8. in contrarium citavimus; tamen est advertendum, quod ibidem loquitur cum cæteris Doctoribus, quando debitor census sua sponte offert creditori bona pro extinctione census, nunc autem loquitur *in hoc c.* 5. *nu.* 25. quando per judicem concursus hæc fit datio in solutum, deficiente emptore bonorum concursus, ut & benè perpendit hanc distinctionem ejusdem Feliciani de Solis, Avendan. loco mox citando, & Azevedum, Felicianum, & Tiraquellum, sequutus contra Rodriguez, idem Avendannus, *in tract. de*
17 *censibus c.* 110. *à n.* 6. & signanter text. *num.* 12. & 13. Ubi intrepidè resolvit, quod quando Dominus census consignavit redimibilis concurrit cum aliis debitoris creditoribus, & certat de consequenda sorte cum decursis, debitor communis censuarius non habens pecuniam, conatur à suis creditoribus liberari, ut accipiant bona stabilia in solutum procedere hoc casu, à fortiori text. *in d. Authent.* dispositio, adeò ut pro extinctione sortis principalis teneatur creditor census bona in solutum accipere.

18 Et licet hanc constanter defendat opinionem; movetur tamen ipse Avendannus falso quodam fundamento, nempe in censu consignativo non posse constitui super sola actione personali, sed principaliter super re, & sic quod super ista datur quædam servitus realis, quæ rem afficit, & sequitur, quapropter debitorem dimittendo rem hypothecatam, liberari, & extingui censum, quæ opinio falsa est juxta omnes censualistas communiter receptos.

19 Apertius hanc quæstionem examinans Franciscus Millanens. *in decis. Siciliæ* 2. *n.* 16. *&* *n.* 17. *l.* 2. expressè determinat, quod quando creditor censuarius vocatur ad judicium concursus, petit potiorem locum inter cæteros creditores tam pro sorte principali, quam pro decursis, ut tunc nullo modo possit recusare recipere bona concursus, sibi assignata in solutum per sententiam graduationis pro extinctione sortis principalis & solutione decursorum.

In iisdem terminis loquutus est Bonac. *de censibus p.* 2. *n.* 9. ex Menochii doctrina *de arbitrariis jud. cas.* 183. *n.* 25. & 28.

Hanc eandem partem amplexus est Cencius *de censibus plurimis in locis*, *in quæst.* 108. *num.* 13. In
20 hæc. *Prout quotidie fieri videmus in judiciis discussionis, & separationis bonorum, in quibus dantur, & assignantur loca creditoribus, ad judicium venientibus per gradus: juxta prioritatem, & prioriratem eorum crediti, cum consignatione bonorum sui debitoris juxta æstimationem à peritis faciendam, etiam in extinctionem censuum.* Et sub eodem *n.* 13. multo inferiùs, *vers. vel si quando* sic ait. *Vel si quando creditor ex causa census vocatus ad judicium in causa discussionis bonorum sui debitoris; petat sibi assignari locum inter alios creditores, tam pro sorte principali, quam pro fructibus, tunc enim non potest recusare recipere bona stabilia in extinctionem sui census*, &c. qui in *vers. seqq.* latè probat, hoc procedere vigore beneficii *Authent. hoc nisi debitor.* dummodo interveniant requisita ipsius Authent. de quibus nos ad principalem hujus cap.

21 Quid igitur in tanta Doctorum varietate sit sequendum, facillimè percipies, si utriusque partis Doctores perpenderis, eos enim fœdere distinctionis compones; si dividas controversiam in oblationem bonorum voluntariam, & inter oblationem bonorum coactivam per judicium concursus formatum à debitore communi inter suos creditores à se vocatos. Ut inter 22
distinctionis membra, & metas contineantur omnes Doctores generaliter loquentes, pro prima negativa parte allegati (uno dempto Gaspar Rodriguez, qui specialiter se extendit ad oblationem coactivam per concursum creditorum,) & sic alios omnes loqui de voluntaria oblatione facta per ipsum debitorem ad effectum extinguendi sortem principalem, quo casu rectè loquuntur, ut scilicet creditor non adstringatur bona in solutum recipere ad effectum redimendi censum, ex ratione valde fundamentali, adducta per Fontanellam superius citatum *num.* 11. quam etiam hallucinavit Rodriguez, quam in hoc dumtaxat casu habere locum apertè ostendam protinus.

Secundo autem distinctionis nostræ membro conti- 23
nentur Doctores omnes hujus secundæ partis limitantes regulam generalem negativam, aliàs in se veram, ut non procedat in judicio concursus, in quo si creditor censuarius citatus, aut comparens deducat tam principalem sortem, quàm reditus decursus, & nec bona concursus vendi possint, omni facta & præcedente diligentia per publicam subhastationem; nec reperitur emptor, & justus licitator ut tum non possit creditor impugnare, aut recusare accipere bona juste taxata in solutum, prout tanti graves Doctores expressè probant sine alicujus contradictione, dempto Gaspar Rodriguez qui expressè loquutus fuit in concursus judicio, & ad illud extendit regulam generalem apparenti motus fundamento.

Hoc distinctionis membrum probatur ex specia- 24
litate judicii concursus adducta *ex Authent. de fidejussoribus* §. *quod autem*, ibi. *si enim non sit idoneus pecuniarum debitor, nec ullus emptor sit: nihil aliud facturus erat, quàm propriis bonis cedere, & rursus res ad creditorem merito veniret.* Et hoc text. post doctrinam Vincent. de Franch. *decis.* 81. *sub. n.* 7. & Anton. Thesaur. *decis.* 36. *per totam*, rectè firmat Philippus Paschalis *in tr. de viribus patriæ potest.* 2. *cap.* 9. *à n.* 96. quod quando debitor pervenit jam ad ultimum remedium concursus & cessionis bonorum, cogitur creditor bona concursus cessa in solutum recipere, qui *n.* 97. in hunc modum concludit. *ex his ergo infero, quod dum debitor est decoctus, similis est ei, qui bonis cessit, postquam omnia bona ejus* 25
sunt in concursu creditorum, & per eum est relicta administratio; ideo ergo sequitur, quod creditores tenentur omnino bona in solutum accipere, &c. qui ulterius procedit rationem reddens.

Sed adhuc nihil nos egisse rectè putabis, si differen- 26
tiæ rationem, quam inter utramque oblationem bonorum stabilium indicavimus, non reddamus, ea est efficax & invincibilis, nam in oblatione voluntaria procedente immediatè ab ipse debitore, sive extra judicium, sive in judicio, particulari tamen, cessat ratio *authent. hoc nisi debitor.* ut scilicet ejus indulgeatur beneficio debitor, qui a creditoribus suis acerbissimè 27
molestatur, quæ ratio adaptari nullatenus potest creditori censuario, cum ipse sortis creditor non dicatur, nec possit (regulariter loquendo) sortem principalem petere à debitore; nec exigere, nec eum compellere, restituat; aut redimat censum, & per consequens ejus- 28
dem *auth. hoc nisi.* dispositio debet cessare, quia cui non convenit legis ratio, pariter nec ejus dispositio ex vulgatissima juris regula, quam rationem rectè & singulariter consideravit Fontanella *de pactis nuptial. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 8. *p.* 5. *à num.* 8. *& seqq.* superius citatus *à num.* 11. *vers. Fontanella.* quam etiam licet sub involucro verborum, tradiderat Rodrig. *de annuis reddit. lib.* 1.

lib. 1. *c.* 18. *à n.* 92. *& lib.* 2. *c.* 9. *ſub num.* 68. Guſman *de evict. cap.* 2. *à num.* 92. dum dicunt quod *d. authent. hoc niſi.* non procedit in creditore cenſus, qui ſortis principalis creditor verè dici non poteſt, ut eorum aſſertio declaretur, prout ſingulariter declaravit Fontanella, cùm in ſubſtantia hoc idem voluerint dicere præfati DD. quæ quidem ratio rectè & mirè militat, & procedit in primo diſtinctionis noſtræ membro ſcilicet in obligatione voluntaria, facta per debitorem; at cum nec verificari, nec adaptari poſſit ad ſecundum, quando nempe hæc bonorum ſtabilium, quæ publicè fuere ſubhaſtata, & emptorem non invenere, adjudicatio fit in judicio concurſus formatum per debitorem communem inter ſuos creditores, ideo in eo rectè contrarium profitentur tanti Doctores, hacterus laudati, loquentes in judicio concurſus, ut creditor cenſus cogi poſſit recipere bona concurſus ſtabilia pro ſortis principalis redemptione, & decurſorum ſolutione.

29 Militat enim in hoc caſu ratio *d. Authent.* à Doctoribus paulò antè citatis adducta, ob ſpecialitatem hujus judicii univerſalis, in quo cùm creditor cenſus citetur à debitore, ut compareat, & ſuum creditum recipiat, declarat ſuam voluntatem velle redimere, & extinguere cenſum, ex bonis ſuis omnibus, quæ cedit & dimittit, ut inter ſuos creditores diſtribuantur, ut pluries diximus, & ideo jam tunc aperta via, & juris impedimentum adimitur ut de cætero liberè ipſe creditor poſſit inſtare pro redemptione, & cogere debitorem ad ſolutionem & reſtitutionem ſortis principalis, quo caſu jam creditor cenſus verè ſit creditor ſortis, ut locum habeat *d. auth.* diſpoſitio: ita eleganter conſideravit poſt alios Cencius *de cenſibus q.* 108. qui poſtquam *ſub num.* 13. *verſ. nec ex beneficio. l. finali.* attigit, oblationem voluntariam bonorum ſtabilium pro redemptione cenſus, & ſub eodem *n.* poſtea in *verſ. vel quando creditor ex cauſa cenſus vocatus ad*
30 *judicium*, &c. limitat in judicio concurſus, ob judicii ſpecialitatem & neceſſitatem poſtmodum ſub eodem *num.* 13. *vers. nec obſtant*: Reſpondeo contrario fundamento involvit rationem differentiæ in hæc: *nec obſtant rationes, & fundamenta contrarium ſentientium; nam ad illud quod creditor cenſus non eſt verè debitor, reſpondetur, quod licet donec vult perſiſtere, & perdurare ſub onere ſolvendi annuam penſionem, & ſic ante diſdictam cenſus non poſſit dici debitor ſortis, niſi ſub conditione* Rodericus *d. tract. quæſt.* 15. *num.* 37. *& quæſt.* 16. *num.* 20. *&* 30. *lib.* 2. Mohedanus *deciſ.* 226. *quæſt. quarta de præſcriptionibus infr.* & reſolvit Rota. *deciſ.* 230. *n.* 11. *& deciſ.* 303. *num.* 4. *poſt hunc tractatum* & nos diximus infrà *hoc cap.* 1. *quæſt.* 8 *auth.* 2. *quæ eſt nunc quæſt.* 118. *n.* 18. *attamen poſt diſdictam & factam declarationem, quod ipſe vult cenſum redimere & extinguere, efficitur verus & purus debitor, ut declarat Rodericus dict. n.* 27. *&* 30. *cum eo caſu poſſit creditor illum cogere ad reſtitutionem ſortis, maximè intra annum, ita diſponente Pio V. in ſua Bulla ſuper cenſibus, & conſiderat Roderic. d. quæſt.* 15. *n.* 51.
31 hæc ille antea ipſe Cencius inferebat exinde in *verſ. nihilominus*, quod hoc caſu hic debitor debet non excludi à beneficio *d. auth. hoc niſi.* quod cæteris debitoribus eſt conceſſum, ſervatis tamen iis requiſitis, quæ Imperator ſervari voluit, ut ejus diſpoſitio locum habeat, ut in noſtro ſecundo diſtinctionis membro ſupponuntur.

32 Et quod creditor poſtquam debitor cenſus formavit concurſus judicium, & ab eo citatus diſſolvatur impedimentum petendi ſortem; poſſit ſortem cùm diſcurſis judicium concurſus deducere, & pro redemptione ſortis principalis inſtare, poſt longam diſputationem, variis fundamentis ortis à natura & ſpecialitate judicii; feliciter reſolvimus ſuprà *cap.* 10. *per totum*, quod omne huic diſtinctionis membro efficaciter conducit, & mirabiliter roborat.

33 Non omittam inſuper aliud & ſingulariſſimum fundamentum, quo in propoſito utitur ipſemet Cencius in *q.* 107. quo rectè ſatisfaciat objectioni, quæ oriri videbatur ex generalitate conſtitutionis Pii V. abhorrentis, extinctionem cenſus pendere ab arbitrio creditoris; non procedat, nec locum habeat in concurſu & judicio creditoris per debitorem cauſato, in quo non ſua ſponte creditor petit redemptionem ſed coactè, compulſus, & citatus ab ipſo debitore, ut accedat ad judicium petiturus & obtenturus ſortem cum uſuris, quia debitor ex natura judicii eſt, qui pro redemptione inſtat, quod non ſolùm non excluditur à conſtitutione Pii V. ſed potius hic caſus includitur in ejus permiſſione, quin quando debitor laceſſitus petit, & compellitur à debitore cenſus petere ſortem, non prohibetur à dicta conſtitutione.

Alio fundamento utuntur Doctores ſuperius à prin- 34
cipio hujus *cap.* citati pro contraria parte ad impediendam voluntariam debitoris obligationem bonorum ſtabilium pro extinctione cenſus, nempe eſſe contra naturam contractus, & diſpoſitionem conſtitutionis Pianæ, cum diſponit, quod redemptio debet fieri in pecunia, ſupponentes fieri non poſſe per oblationem bonorum etiam conſentiente creditore, quod quidem fundamentum debile eſt, & inconſtans, cum 35
certiſſimum ſit apud ferè omnes cenſualiſtas redemptionem fieri poſſe validè data ſpecie pro pecunia volente creditore, cum ſolutionis loco verè habeantur, prout videre eſt ex Feliciano de Solis *in tr. de cenſibus.* 2. *p. lib.* 1. *c.* 4. *per totam*, & Cencio *eodem tract. quæſt.* 108. *per totam.* qui latiſſimè examinant per fortiſſima fundamenta, & poſt innumerabiles penè Doctores, & Rotæ deciſiones, in quo fundamento propterea amplius nobis inſiſtendum non licet, cum ſibi ipſi ſatisfaciat.

Non tamen omittam quandam limitationem quam 36
huic ſecundo diſtinctionis noſtræ membro adſcripsere, & annotare voluere Cyriacus *controverſiar. forenſium lib.* 1. *controv.* 24. *per totam*, & Cencius *de cenſibus in quæſt.* 107. *ſub n.* 29. *verſ. & licet non deſint. in fin.* & iterum *in quæſt.* 108. *ſub n.* 13. *ſub verſic. advertendum itaque eſt.* Nempe quod ad hoc ut creditor cenſus citatus ad judicium creditorum poſſit compelli recipere bona ſtabilia concurſus in ſolutum pro extinctione ſortis principalis; requiritur quod ipſe comparens expreſsè petat non ſolùm decurſos reditus præteritos, ſed & ipſam ſortem principalem, ita ut ſi petat dumtaxat reditus, & non ſortem, non poſſit cogi per judicium concurſus, & ſententiam graduationis, ad recipienda bona ſtabilia pro extinctione cenſus, ex duobus fundamentis moti. Primo quod 37
Judex non poteſt impertiri officium ſuum inter partes, parte non petente, & inſtante, ex regula *leg.* 4. §. *hoc judicium, ff. de damno infecto*, nec ultra petita proferre *leg. ult. C. de fideicommiſſ. liberat. leg. ut fundus, ff. commun. divid.* Valaſcus *conſulat.* 145. *num.* 8. Barboſa *in leg. ſi cum dotem, in princip. n.* 44. *ff. ſolut. matrim.* Azevedus *in leg.* 10. *n.* 115. *cum ſeqq. tit.* 17. *lib.* 3. *recopilat.* Marius Antonin. *variar. reſolut. lib.* 2. *reſol.* 57. *n.* 2. alterum, quod aliud pro alio invito creditore ſolvi non poteſt *ex leg.* 2. §. *mutui datio.*

Quæ limitatio ex multis impugnari videtur, tum 38
quia Doctorum fundamenta evincunt in quolibet alio judicio, ſed non aptari videntur naturæ & qualitati judicii concurſus. In quo bona concurſus in manibus judicis, & curiæ dimiſſa ſunt à debitore, ut illa diſtribuat inter creditores, & Judex officio ſuo curat de creditorum utilitate etiam abſentium, & nondum comparentium, adeò ut ſemper quod ſuſpicatur, aliquem eſſe creditorem, abſque hujus petitione cum nondum comparuerit, tradit bona, aut pecuniam creditoribus comparentibus, in executionem ſententiæ graduationis ſub fidejuſſione ad commodum, & utilitatem non comparentium, ut latè traditur *infrà* 1. *p. c.* 6.

Et etiam, quia diſpoſitio *d. Authen. hoc niſi.* ubi locum 39
habet;

habet ; effectum suum operatur parte non petente , & etiam eodem creditore invito renitente , & repugnante , ut probat expresè eadem *l.* & omnes Doctores in ejus exornationem laudati *supra ad princip. hujus cap.* cum venerit in limitationem regulæ generalis , quod aliud pro alio invito creditore solvi non possit. Et cum ob naturam , & specialitatem judicii ipsi Doctores , & plurimi alii superius citati consentiant
40 in limitatione , creditorem census comparentem ad judicium concursus cogi posse ad bona stabilia suscipienda , pro sortis extinctione , cùm ad hanc ipsam invitetur à debitore concursum formante , & signanter ut de bonis suis satisfiant ; impertinens videtur
41 limitatio , restrictio hæc. Ex quo enim Dominus census per citationem ad concursus judicium semel sit effectus creditor sortis , legib. de creditoribus loquentibus subjici debet , & sic dispositioni *d. Authent.*
42 *hoc nisi debitor* , maximè cum vix hæc creditoris negligentia contingat , nam omnes censuum creditores , imò & ipse debitor à principio , quo intendit judicium hoc formare per listam nominet sortis principalis quantitatem , & redditus decursos , licet istos in genere , & ipse creditor , qui comparens non impugnat , eo ipso consentire videatur approbare , *leg. si vas si hæredi decem , ff de statu liber l.* 1. *ff. familiæ ercis.* Azor. *de partitionibus. cap.* 5. *princip.* Farinacius *de testib. quæst.* 62. *à n.* 175. *cum seqq.* Jason. *in rubric. C. qui admitt. n.* 5. Boërius *decis.* 171. *sub n.* 19. Aretinus *in §. præjudicialis sub n.* 3. *institut. de actionibus.* Rotæ *decis.* 34. *n.* 8. *& decis.* 237. *n.* 1. *inter recollectas per* Cencium *post tract. de censib. & ipse in quæst.* 95. *nu.* 36. *& num.* 14. Parladorius *lib.* 2. *rerum quotid. cap. si* 4. *part. §.* 1. *nu.* 1. videndus *in* 5. *part. §.* 2. *n.* 14. Rodriguez *de creditorib. lib.* 2.
43 *quæst.* 17. *à n.* 34. Surdus *cons.* 25. *n.* 18. Felicianus *eodem tract. de censib. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 4. *nūm.* 8. *& seqq.* Gonzalez *de mensibus & alternativis gloss.* 64. *num.* 22. *& seqq.* plures Rotæ *decis.* per Oliverium Beltram. *in addit.* Alexand. Ludovis. *in decis.* 192. *n.* 6. Mascard. *de probationibus conclus.* 1300. *n.* 81. Marescotus *variar. resolut. l.* 1. *cap.* 81. *à n.* 9. *& seqq. & cap.* 79. *n.* 3. P. Surdus *dec.* 199. *n.* 8. *& cons.* 445. *n.* 4. Giurba *dec.* 203. *n.* 13. Cancer. *variar. resol.* 1. *part. cap.* 19. *n.* 14. Rotæ *decis.* 193. *d.* 10. per Farinac. in posthum. *tom.* 1.
44 Riccius *decis.* 198. *per totam* , qui in variis casibus , & materiis probant , quod qualitas , exceptio aut instrumentum informe deductum in judicio , quorum copia data fuit adversario , si non impugnaverit , videtur consentire , & approbare , ita ut pars deducens ad probationem eorum à se deductorum ulterius non cogatur , cùm per approbationem tacitam , probata remaneat , nec ulterius admittitur adversarius ad ea impugnanda.

Tum ex alio fundamento deducto ex natura , & fine hujus judicii concursus , in quo agitur de consumendis bonis universi debitoris inter creditores & oritur periculum imminens census nisi quoquomodo ex bonis debitoris satisfiat , & redimatur , quod latius exornavimus *supra c.* 19. *à nu.* 15. *cum seqq. vers. quibus tamen* , &c. ex quibus videtur minimè sustineri posse limitationem supradictam traditam à Cyriaco & Cencio , cum
8 incongruis ac debilibus nitantur fundamentis , & nec adaptabilibus naturæ , & specialitati hujus judicii concursus.

Sed adhuc iis argumentis minimè obstantibus opinionem Cyriaci & Cencii verissimam judico , ut minimè sit procedendum ad sortis principalis redemptionem , nisi creditor census expresse eam simul cum decursis sibi debitis , & nondum solutis in judicium concursus eam deducat , & pro eadem principali sorte petat se graduandum ; nam si dumtaxat pro decursis sibi
46 debitis comparuerit , & petierit , pro ipsis dumtaxat graduabitur , sorte principali aliter assecurata in posterum. Quam opinionem amplexam vidimus in hoc Senatu Vallisoletano , ita ut creditor graduatus pro decursis , solummodo deductis in concursu , coactus fuerit denùo petere graduationem pro sorte principali , non obstantibus fundamentis in contrarium per nos consi- 47
deratis , quibus facillime responderi per se poterit , ut omnia procedant , terminis habilibus datis , & sic omnia procedere si petierit creditor sortem , quia non sufficit quod eam petere possit , si tamen non petierit , nec in judicium concursus deduxerit.

Unum tamen erit animadvertendum in hac datione 48
in solutum necessaria , & invito creditore ; ut debeat rei æstimatio præcedere , aliàs nec datio in solutum valebit , nec etiam dominium in creditorem transibit , Paul. Castrens. *cons.* 138. *lib.* 2. *& in l. si quos* 16. *n.* 2. *C. de rescind. vendit.* Afflictis *dec.* 358. *n.* 5. Jodachin. Mander *de subhastat. cap.* 3. *num.* 11. *p. tom.* 6. *diversor.* Coler. *de process. executi. part.* 3. *cap.* 9. *n.* 97. Surdus *cons.* 256. *n.* 5. Gratian. *decis. cap.* 7. *n.* 19. *&* 20. *& in cap.* 545. *n.* 8. 9. *&* 22. Azevedus *in l.* 10. *tit.* 21. *lib.* 5. *recopil.* Amator Rodriguez *de executione sentent. c.* 6. *nu.* 45. Hermosilla *in l.* 52. *gloss.* 7. *sub n.* 14. & apud nos adest *l.* 6. *tit.* 11. *lib.* 5. *recopil.* quod & multi ex Doctoribus in discursu *hujus cap.* citati expresè probarunt.

CAPUT XXIII.

Creditores qui prius ad executionem oppositam tenentur, dum fidejussores, aut tertios conveniunt ; an docentes de concursu debitoris principalis pendente ab ea liberentur.

Et de aliis notabilibus quæ ab excussione creditores reservant.

Et nunquid excussio debitoris cum conventione tertii simultaneè concurrat in eodem judicio , ut utraque pari passu ambulet , ac terminari valeat.

SUMMARIUM.

1 *Creditor docendo de concursu causato à principali debitore an excusetur ab excussione , aut absque ea fidejussorem , aut tertium possessorem possit convenire.*
2 *Affirmativa sententia proponitur. Lud. Molinæ locus.*
3 *L. à Divo Pio. §. si super rebus , D. de re judicata , pro ea expenditur.*
4. 5. 6. 8. *&* n. 10. *Creditor per instrumentum authenticum docens de concursu inter creditores moto , excussionis exceptionem excludit.*
7 *Majoratus bona hypothecata excussionem patiuntur sine excussione in bonis liberis , quando super hoc notoriè constat litem concursus esse motam.*
9 *Creditor comparens in judicio concursus per debitorem principalem vel per unum ex correis , aut fidejussoribus causato , potest judicium deserere , & noviter fidejussores convenire.*
11 *Debitor pee cessionem bonorum vel concursum formatum , efficitur non solvendo.*
12 *Debitor non est solvendo , quando effectus fuit decoctus.*
13 *Inopia certa & notoria ; habetur pro excussione facta.*
14 *Concursus judicium multis intricationibus , & difficultatibus ex sui natura subjicitur.*
Excussionem excusat quælibet difficultas conveniendi principalem.
15 *Excussio est omittenda , quando principalis est absens , & in alieno territorio , etiam ubi judicium agitur , vel agitari potuit.*
16 *Excussio in quibus casibus cesset , traditur remissivè.*
17 *Excussio cessat , quando principalis est difficilis conventionis , vel quia potens , rixosus , cavillosus , aut in solvendo durior.*
18 *Principalem debitorem non esse solvendo , vel difficilem*

cilem conveniendi, paria sunt.

19 *Principalis si de facto, vel de jure non potest conveniri, cessat excussio.*

20 *Difficultas conveniendi arbitrio judicis relinquitur.*

21 *Fidejussor, qui ob difficultatem conveniendi principalem potest sine excussione conveniri, potest allegare quod principalis suis sumptibus conveniatur.*

22 *Excussio semel facta ad instantiam unius creditoris per judicem competentem, si rem non solvendo fuit repertus, id aliis creditoribus liti non assistentibus prodest. & 30.*

23 *Sententia declarata nulla ad instantiam unius ex consortibus, prodest aliis.*

24 *Dummodo non procedat à jure speciali nullitatem petentis.*

25 *Nullitas instrumenti ad instantiam unius declarata prodest aliis instrumento contentis.*

26 *Sententia nullitatem actus declarans præjudicat omnibus interesse habentibus.*

27 *Sententia inter aliquos obtenta super comprehensione, aut exclusione alicujus casus in privilegio aliis obstat, & prodest tunc non litigantibus.*

28 *Sententia semel lata super litigatione personæ procuratoris ad lites (de quo inter partes dubitatur) amplius de mandato disceptandum non est.*

29 *Sententia super legitimatione personæ ad unius partis instantiam in una una lite lata, prodest aliis partibus in alio, & diverso judicio & tanquam realis in favorem omnium facit jus.*

30 *Debitor ad instantiam unius creditoris semel declaratur fallitus, & non solvendo, in aliis prodest.*

31 *Acta super validitate testamenti in una causa facta plenè probant in alia, & inter diversas personas.*

32 *Excussio semel legitimè facta ad instantiam unius creditoris cæteris omnibus fidejussores convenire volentibus prodest.*

33 *Debitor principalis, quando dicitur notoriè non esse solvendo.*

34 *Excussio principalis quando præcisa sit, vel non, vide per limitationes & ampliationes remissivè.*

35 *Explicatur textus in l. si plures 28. §. præterea. 2. ff. de fidejussoribus, remissivè.*

36 *In conventione fidejussoris excussionis exceptio prius faciendæ in bonis principalis opposita, an simultaneo processu in concursu cognoscatur, terminetur.*

37 *& seqq. Excussionem debitoris principalis procedere debere, antequam ad fidejussores, & tertium perveniatur, qui teneant. contraria verior, n. 46.*

38 *Fidejussoris obligatio conditionem continet, si principalis solvendo non sit. respondetur. n. 72.*

Conditione pendente substantia obligationis in pendenti est, donec conditio adimpleatur. ibid.

39 *Obligatione deficiente, deficit actio sine qua nemo in judicio potest comparare.*

40 *Agentem sine actione Judex ex officio potest repellere etiam parte non opponente.*

41 *Fidejussor, nisi facta excussione cum principali, non potest conveniri.*

42 *Circuitus, & actus frustratorii sunt vitandi.*

43 *Exceptio non factæ excussionis adhuc in judicati executione opponi potest.*

44 *Excussionis exceptio anomala est, & quocumque tempore opponi potest, contrarium verius.*

45 *Comprobatur superior sententia Doctorum testimoniis.*

46 *& seqq. Contraria sententia scilicet, exceptionem excussionis non factæ in bonis principalis appositum à fidejussore convento, posse simul cum conventione in judicio deduci & simultaneè tractari proponitur.*

47 *Excussio adversus principalem debitorem potest fieri pendente judicio contra tertium possessorem, vel fidejussorem. & n. 66.*

48 *Comprobatur sententia Doctorum testimoniis, & num. 51.*

49 *Adversus exceptionem excussionis non factæ oppositam per fidejussorem prius conventum, admittitur explicatio, debitorem principalem non esse solvendo.*

50 *Jus superveniens pendente judicio ex causa de præterito validat judicium retrò nullum, & explicatur leg. si rem. 9. §. fin. D. de pignorat. action. n. 50. & 60.*

51 & 52. *Adducitur locus Fontanellæ, & explicatur.*

53 *Excussione non opposita, aut non probata simultanea cognitione, proceditur quoad condemnationem principalis, & fidejussoris, non quoad executionem, in qua excussionis ordo servatur.*

54 *Creditor, qui in discursu litis debitoris inopiam non probaverit, non potest obtinere contra fidejussorem.*

55 *Principalis, & fidejussor licet in eadem sententia condemnetur; suspendenda ex fidejussoris executio, quousque principalis exequatur.*

56, 57 & 58. *Adducitur doctrina Noguerol, & aliorum n. 63. & 66.*

59 *Refertur locus Negusantii, & sequentibus.*

61 *Minor potest restitui in integrum adversus non factam excussionem.*

62 & 63. *Exceptio excussionis opponi non potest, quando excipientis non interest.*

64 & 65. *Exceptio excussionis per viam præposterationis judicii oppositæ maximè, in supremis tribunalibus non admittitur.*

67 *Creditor agens contra fidessores, aut tertios possessores tenetur probare inopiam principalis debitoris sive ante judicium, sive in eodem actum sit.*

68 & 69. *Asserenti bona non esse solvendo, incumbit onus probandi.*

69 *Quilibet de jure præsumitur esse solvendo.*

70 *Hæreditas semper præsumitur esse solvendo, & hæredi contrarium asserenti incumbit onus probandi.*

71 *Posteriori creditori, (à quo per priorem creditorem negantem debitorem habere alia bona pecunia soluta avocatur) incumbit onus probandi debitorem habere bona.*

72 *Exceptio excussionis non tangit substantiam obligationis, sed respicit actionis exercitium.*

73 *Excussionis exceptio non objicitur ordini judicii, sed ordini excussionis & exactionis, ibid.*

74 *Exceptio excussionis non consideratur respectu judicii ad ejus præposterationem, sed ad interesse partis.*

75 *Respondetur ultimo argumento, & proponitur sententia asserentium excussionis exceptionem anomalam esse.*

76, 77, 78 & 79. *Excussionis exceptionem dilatoriam esse, & proponendam ante litis contestationem verius est.*

77 *Excepio ordinis judiciarii ante litis contestationem opponi debet, aliàs ei renunciatum videtur, & 78.*

80 *Excussionis exceptio jure nostro Regio debet opponi intra novem dies, & explicatur l. 1. tit. 5. lib. 4. recop.*

81 *Excussionis exceptio non potest opponi in secunda instantia.*

82 *Refutatur doctrina Sancerii.*

82 *Fidejussoris indemnitatis obligatio conditionalis est, & ante conditionem parificatam per excussionem debitoris, in judicio deduci non potest.*

84 *Fidejussor, & tertius tunc ad excussionem citari debent quando sunt conventi, vel aliàs lati motæ contra principalem assistunt.*

85 & 86. *Non tamen quando in lite mota principali non assistunt, quia tunc sufficit inopia probata judicio cum debitore principali.*

87 *Excussio ubi est necessaria an requirat sententiam declaratoriam.*

88 *Excuſſionem non eſſe diligenter factam ſi opponat fidejuſſor, aut tertius, ſi interpellati à creditore non oſtendant bona debitoris adeſſe, legitimè facta judicatur.*

89 *Sententia ſuper excuſſione bonorum debitoris non tranſit in rem judicatam, ſed quandocumque bona debitoris appareant, non fit excuſſio.*

90 *Excuſſio in bonis immobilibus ſuſtinetur, ſi non doceatur quod bona adſunt mobilia.*

91 *Excuſſio debitoris principalis ex eo probatur, quod intra terminum fidejuſſori præfixum bona debitoris non oſtenduntur.*

92 *Sententia lata ſuper excuſſione bonorum, nunquam tranſit in rem judicatam quominus condemnatus, vel tertius poſſint quandocumque de exiſtentia bonorum docere.*

1 SOlent creditores ſuî commodum & facilitatem in exigendo proſpicientes, convenire judicium ſuo debitore omiſſo, fidejuſſores prævenire, vel tertios hypothecæ poſſeſſores, qui quidem attento jure opponuntur de ordine, & excuſſionis nondum factæ exceptione ante omnia, ut priuſquam ad eos venire poſſint, bona debitoris principalis excutere teneantur creditores, quibus demum non ſolvendo inventis & legitimè per juridicam diligentiam bona ejus non reperta fidejuſſores conveniri non aliter, replicare ſolent creditores ad excuſſionem non teneri, cum notoriè conſtet, debitorem principalem feciſſe *pleito de acrehedores*, hoc eſt judicium concurſus ad hoc cauſatum pendere inter ſuos creditores, de hoc docentes per fidele & authenticum teſtimonium, quæritur an hoc ſufficiens ſit, cum debitor dicatur notoriè non eſſe ſolvendo. Ut nec ipſi creditores teneantur aliam excuſſionem facere.

2 Et ut diſputationem evitemus, affirmativè in his terminis primus omnium reſolvit Molina *de primogeniis lib* 4. *cap.* 7. *nu.* 1. qui in hunc modum locutus fuit. *Quæ omnia ex eo etiam comprobantur, quod cum bona libera pluribus hypothecis ſubjecta ſint; non poterit creditor antiquior in illis exactionem facere abſque pluribus litibus, & controverſiis, quæ inter ipſum, & creditores neceſſario tractari debent, ſicut in ſimilibus negotiis frequenter per longiſſimum temporis ſpatium tractari ſolent. Ideoque ſuccedit regula, quod quando aliquis tenetur facere excuſſionem in bonis alterius, ab excuſſione facienda liberatur, ſi ſuper eiſdem bonis æqualis inter ipſum, & alios creditores eſſe ſperatur, ideo in eo caſu poterit abſque excuſſione ad bona, quæ abſque lite, & controverſia ſibi debentur decurrere omiſſis bonis litigioſis, l. à*
3 *Divo Pio.* §. *ſi ſuper rebus, verb. ſed & illud, ff. de re judicata ibi ubi controverſia eſt de pignore: illud dimitti debere, & capiat illud ſi quod eſt ſive controverſia, per quem tex. id dicit gloſſa in d. l. à Divo Pio.* §. *ſic quoque verb. aliud, atque* Angel *in Authent. de fidejuſſoribus,* §. *ſed nec in fin.* Neguſantius *de pignoribus in* 1. *membr.* 8. *partis principalis num.* 44. Pariſius *conſil.* 50. *num.* 95. *lib.* 1. *hoc autem ultimum volente primo*
4 *creditore intelligendum eſt, non enim poterit ad hoc invitus compelli*, &c. quem locum meritò communiter ad ipſum omnes allegant, & intelligunt quod quando debitor principalis cedendo bonis movet concurſu judicium inter ſuos creditores, creditor de hoc docendo per Authenticum teſtimonium, certum reddens de litis concurſu pendentia, exceptionem excuſſionis per fidejuſſorem à ſe conventum oppoſitam excludit, ita ut judicium abſque præambula excuſſione contra fidejuſſorem motum progrediatur, cum tunc debitorem principalem non eſſe ſolvendo, manifeſtè appareat.

5 Et quando excuſſio non ſit neceſſaria quando debitor principalis ceſſit bonis, probavit ex Angel. Aretin. *in* §. *item ſi quis in fraudem, col.* 4. *Inſtit. de Action.* Neguſantius *de pignor.* 6. *princ. membr.* 1. *n.* 15. apud quem aliæ fallentiæ videri poſſunt per totum membrum.

Et quod ad hoc ut legitimè diſcuſſio contra principi- 6
palem facta dicatur, ſufficiat Authenticum teſtimonium citato fidejuſſore, vel tertio rei hypothecatæ poſſeſſore conventis à creditore, directè extractum, & exhibitum in judicio contra iſtos intentato, atteſtans de ſtatu litis creditorum pendentis inter principalem debitorem communem, & ſuos creditores à ſe convocatos, ad excludendam excuſſionis & ordinis exceptionem, probant expreſsè ex gloſſa *in leg. decem, ff. de verb. oblig. verb. excuſſum, leg. fin. ff. de rebus creditis*, Ubi Angelus *num.* 3. Decius *num.* 11. Carrocius *de excuſſione bonorum* 2. *part. quæſt.* 35. *per totum.* Gratianus *deciſ. Rotæ March.* 71. *num.* 15. Noguerol. *allegat.* 29. *num.* 163.

Et idem repetit ipſe Noguerol. *in allegat.* 2. *n.* 7.
112. & ſignanter *num.* 113. loquendo in iiſdem terminis, quibus Molina paulò antè citatus, dicens quod quando requiritur excuſſio in bonis liberis principalis debitoris, antequam perveniatur ad bona majoratus hypothecata, ab ea excuſat cauſa concurſus alibi pendentis ad bona libera inter principalem, & creditores ad ea: quando creditor docet de hoc per teſtimonium à ſe productum ex Molina *d. cap.* 7. *n.* 31. Gratiano *addition. ad dec.* 25. *num.* 11. Rota Genuenſis, *de mercatura, dec.* 156. *num.* 7. *verſ. fuit tamen hoc reſponſum, & num.* 8. *& pluribus ſeq.* contrarium tantum tenet Caſtillo *controverſ. tom.* 4. *cap.* 26. *num.* 32. poſt Avendannum, prout eos citavimus *infrà*, 2. *part. cap.* 5. *n.* 35. *verſ. imò per contrarium*, &c.

Et quod judicium concurſus pendens ad bona debito- 8
ris principalis ſit legitima cauſa ad excuſſionem aliàs neceſſariam omittendam, & abſque ea poſſe creditorem, vel ad fidejuſſores, ſeu tertios rei hypotecatæ poſſeſſores directè devenire, & conveniri; ulterius probat, ex Molina ipſe Noguerol. *allegat.* 4. *n.* 41.

Hanc eandem concluſionem in ſortioribus terminis
probarunt Felicianus *de cenſibus lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 8. *tom.* 1. & iterum poſt Joan. Gutierrez *in tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *ſub n.* 6. *& verſ. in n.* 8 *ejuſdem capituli* Avendannus *tr. de cenſibus, cap.* 94. *n.* 11. Cencius *in eod. quæſt.* 80. 9
n. 14. dum firmiter probant, creditorem etiam comparentem in judicio concurſus per debitorem principalem, vel per unum ex correis debendi, vel fidejuſſorem cauſato, poſſe liberè concurſus judicium deſerentem noviter fidejuſſores convenire, vel cæteros correos, litis pendentis exceptione minimè obſtante. Quoniam cum peracto concurſu per debitorem appareat manifeſtè ſolvendo non eſſe, idcirco ad fidejuſſores redire creditori liberum erit, de quo ampliſſimè tractavimus *ſup. c.* 17. *&* 18.

Eandem concluſionem probant quamplurimi Docto- 10
res, aſſerentes creditorem ad excuſſionem bonorum debitoris principalis non teneri; quando iſte uſus fuit beneficio ceſſionis bonorum ſui creditoris, & concurſum fecit, ſed potius tunc excuſſionis exceptione non obſtante, & debitore dimiſſo, poſſe fidejuſſores convenire, plurimos referens ſequitur Caldas Pereira, *de empt. & venditione cap.* 33. 18. Belonus *conſ.* 34. Valentin. Franc. *de fidejuſſoribus cap.* 5. *à n.* 320. *ad n.* 343. Maſcard. *de probationibus, concluſ.* 737. *n.* 5. Joſeph. Ludovi. *n. deciſ. Peruſin.* 45. *in* 16. *&* 17. *part.* 2. Muſcatellus *in praxi fidejuſſor. part.* 2. *q.* 10. *n.* 29. Cartharius *in deciſ. excut.* 45. Eurigius *de fidejuſſoribus cap.* 27. *n.* 226. Aretinus *de fidejuſſoribus, ſect.* 7. *de privileg. fidejuſſ. cap.* 3. *n.* 88. qui quidem inter alios modos juſtificandi
debitorem notoriè non eſſe ſolvendo, hanc ceſſionem 11
bonorum ſcribunt.

Eandem etiam probant plurimi Doctores dicentes, 12
tunc conſtare notoriè debitorem non eſſe ſolvendo, quando effectus fuit decoctus; Caſtrenſ. *conſil.* 324. *n.* 3. *lib.* 2. Bart. *in l. ſi ego ff. ſi cert. pet. & in Rubr. n.* 11.

& in

& in l. decem nu. 2. ff. de verb. obligat. Claudius à Scirello, & Alexander *in leg. si ego n.* 4. Gratus *respons.* 87. *n.* 23. *volum.* 1. *& respons.* 63. *n.* 43. *vol.* 2. Angel. post glossam, *in l. nisi hoc actum, ff. de pactis*, Bald. *in l.* 1. *C. de iis quæ in fraud. creditor. num.* 3. Felin. *in c. cum olim. n.* 11. *vers. sicut etiam dicunt de re judicata.* Jas. *in §. item si qui* 68. *institut. de actionibus.* Asinius *in praxi Judiciar. §.* 31. *cap.* 2. *ampliatio.* 21. *vers. amplia autem n.* 3. Marsillus *in rubric. de fidejussoribus, num.* 29. *&c. praxi crimin. §. aggredior, n.* 129. Valentinus Franc. *de fidejussoribus, cap.* 5. *n.* 326. Muscatellus *in praxi fidejussor. part.* 1. *quæst.* 10. *nu.* 6. Mantica *de tac. & ambig. part.* 2. *lib.* 16. *tit.* 17. *nu.* 20. *vers. novus casus est.* Decianus *consil.* 42. *nu.* 9. *vol.* 2. Pirrus *de fidejussorib. d. sect.* 6. *cap.* 3. *nu.* 187. *fol.* 193. reddentes rationem quod certa & notoria inopia habetur pro excussione, quæ omnia verificantur in debitore causante concursus judicium, cum in eo præcisè includatur cessio bonorum, à qua originem judicium sumit; ad latè tradita sup. *cap.* 1. *per totum*, & sæpe in discursu diximus. 13

Comprobatur præfata resolutio ex natura hujus judicii concursus creditorum multis intricationibus & difficultatibus involuti, atque longæ perdurationi affecti, ut benè annotavit Molin. *de majoratibus, lib.* 4. *quæst.* 7. *n.* 31. & quælibet difficultas creditorem excusat ab excussione præmittenda, Glossa *in l. decem, verb. excussum, ff. de verb. oblig.* Gratianus *in addit. ad dec.* 14. *n.* 11. *decis. Genuens.* 159. *n.* 9. ubi loquitur, quando bona debitoris sunt intricata, & minus commodè vendi possunt, ex doctrina Pauli de Castro *in l. inter eos, §. creditor. ff. de fidejussoribus*, & Hypol. de Marsillis *in rub. de fidejussor. num.* 18. Noguerol *alleg.* 4. *n.* 41. *in fin. & alleg.* 2. *nu.* 113. *fin. & per Authent. præsente, de fidejussoribus*, idem probant Cynus *ibid. n.* 3. Gratus *respons.* 28. *n.* 17. *vol.* 1. Alexand. *cons.* 10. *à nu.* 10 *&* 11. *vol.* 5. Hypolitus de Marsil. *in rubr. de fidejussor. n.* 14. Pirrus Maurus *de fidejussoribus sect.* 6. *de privilegiis fidejussor. cap.* 3. *n.* 158. *&* 159. *fol.* 591. Guido Papæ *dec.* 570. *nu.* 1. Bertazola *de clausulis caus.* 4. *gloss* 4. *n.* 1. *vers. & in proposito ille dicitur præsens;* qui plurimos Doctores cumulat, Antonius Gomez *lib.* 2. *varia. cap.* 13. *de fidejussoribus, nu.* 14. *princ.* per text. *in authent. de fidejussor. §.* 1. *collat.* 1. plurimos allegat Caldas Pereira *de empt. & vendit. cap.* 33. *nu.* 17. & omnes, quod quando principalis debitor est absens in alieno territorio, & non in eo ubi judicium agitatur, vel agitari potuit contra eum, tunc excussio principalis non sit necessaria; sed recto tramite posse agi contra fidejussorem, ex eo quod hoc casu dicitur difficilis debitoris conventio, nec de bonis creditoribus existentibus extra provinciam, & in remoto loco creditor tenetur facere excussionem, videndus latissimè Thesaurus *dec.* 4. *per totam*, ubi etiam de hypotheca. Et plures Doctores & casus in quibus cessat excussio per Fontanellam *dec.* 198. *& n.* 9. *& seqq.* Anton. Gabriel. *tit. de fidejussor. conclus. per totam*, & ex eadem ratione idem est, quando debitor latitaverit, Guid. Papæ *d. dec.* 570. *in princ.* Pirrus Maurus, ubi proximè *dicto cap.* 3. *n.* 161. Bertazola *clausul.* 40. *gloss.* 4. *n.* 6. *vers. solum tres casus*, comprobant etiam hanc doctrinam Marsill. *in d. rubric. d. nu.* 10. Guido *singul.* 717. Minsinger. *centur.* 2. *observat.* 15. Gaillus *observ.* 27. *n.* 25. Alexander *in l. si ego la* 2. *nu.* 7. *ff. si certum petat.* Cap. Tholos. *dec.* 197. *n.* 2. ubi addend. Gratus *respons.* 87. *nu.* 24. *vol.* 1. Jason. *in l. fidejussor. n.* 9. *ff. qui satisd. cog.* Pirrus ubi proximè *n.* 164. *cum seqq.* Mantica *de tacit. & ambig. part.* 2. *lib.* 16. *tit.* 17. *num* 24. Asinius *in praxi judiciali. §.* 31. *cap.* 2. *num.* 22. *vers. ampliatur, & num.* 5. Decianus, *respons.* 38. *nu.* 120. *vol.* 2. Muscatellus *in praxi fidejussor. part.* 1. *quæst.* 10. *numer.* 27. *&* 28. 14 15 16

Caranus *ad statuta Mediolanen. part.* 1. *cap.* 44. *nu.* 44. Valentinus Franch. *de fidejussoribus, cap.* 5. *nu.* 326. *cum seqq.* qui loquuntur quando debitor principalis est difficilis conventionis, quia vel est potens, rixosus, cavillosus, aut in solvendo durus, & inexorabilis, & ex qualibet alia causa, ex qua difficultas cum onere conveniendi inducatur, dicitur non solvendo debitor, & eo non excusso posse fidejussorem directè conveniri, per text. *in l. si quis stipulatus, §. fin. de fidejussor. l.* 1. *in fin. & l. seqq.* Antonius Gomez *var. resol. lib* 2. *cap.* 13. *sub n.* 14. *vers. vero quinto limita*, quia paria sunt, non esse solvendo facultatibus, vel difficilem conveniendi, Guill. Valentin. Franch. & Pirrus Maurus locis citatis, & est text. *l.* 2. *ff. qui satisd. cogantur*, ibi: *Fidejussor in judicio sistendi causa jubetur dari, non tantum ex facultatibus, sed etiam ex conveniendi facilitate*, text. *in d. l. si quis stipulatus, §. fin. & d. l.* 1. *in fin. cum l. seq.* 17 18

Et quia quando principalis de jure, vel de facto non potest conveniri, tunc eo dimisso, & absque excussione potest conveniri fidejuss. Bart. *in l. Marcellus, n.* 8. *ff. de fidejussor.* Capella Tholosa. *d. dec.* 97. Felinus *in cap. accepimus, n.* 5. *de fide instrument.* Guido Papæ *d. dec.* 170. Bertazola *clausul.* 40. *gloss.* 4. *n.* 6. *vers. solum tres casus* Pirrus Maurus 8. *cap.* 3. *n.* 173. *fol.* 593. qui *n.* 276. ex Menochio *de arbitrariis, casu* 171. *n.* 26. dicit arbitrio judicis relinqui, quanta esse debeat difficultas, rixositas, & potentia debitoris, prædictis duo notabilia sunt attendenda, quod quando fidejussor ob difficultatem conveniendi principalem absque præambula excussione conveniri, tamen potest dicere & allegare, quod principalis debitor suis sumptibus & expensis excutiatur. Bart. per text. ibi, *in l. cum in plures, §. vestimenta, n.* 1. *ff. locati, & in l. unde quæritur*, quam legit cum *l. sicut certo, §. si duobus vehiculum nu.* 12. *& ibi*, Paulus Castrens. *nu.* 17. *ff. commodati* Riminald. Jun. *cons.* 402. *n.* 13. Mantica, *de tacitis & ambig. lib.* 16. *tit.* 17. *n.* 45. Aretinus *de fidejussoribus sect.* 6. *de privilegiis fidejussor. c.* 3. *n.* 20. *fol.* 598. 19 20 21

Secundum, quod quando excussio semel facta fuit ad instantiam unius creditoris per judicem competentem, atque solvendo non esse fuit repertus quod prosit aliis creditorib. tunc in lite discussionis non assistentibus, probant Bald. *in l. is apud quem, de edendo, nu.* 19. *post medium, vers. primo casu* optimè Angelus *in §. item si quis in fraudem, institit. de actionibus, nu.* 10. Flaminius Cartarius *dec.* 45. *n.* 4. Carrocius *in tr. de excuss. bonor.* 2. *p. q.* 79. qui latè tractat sequitur Noguerol. *alleg.* 29. *n.* 165. cum sententia sit lata super statu personæ. 22

Hanc determinationem mirabiliter comprobat Negusantius *de pignoribus*, 8. *part. princ. membr.* 1. *n.* 38. ubi in comprobationem plures Doctores adducit videndus.

Confirmatur ex doctrina Vantii *de nullitat. ex defectu processus, n.* 100. §. quod sententia declarata nulla ad instantiam unius ex consortibus prodest etiam aliis non litigantibus, & est *l.* 6. *tit.* 23. *part.* 3. plures refert Caldas Pereira *de empt. & venditio. cap.* 10. *à n.* 46. *&* 47. ubi declarat, dummodo nullitas non proveniat à jure speciali puta ex defectu citationis, illius consortis litigantis, Noguerol. *allegat.* 9. *nu.* 19. quod quando instrumentum declaratur nullum ad instantiam unius debitoris dumtaxat, cæteris debitoribus prodest, & ex ea possunt se juvare. *var. resolut. tit.* 3. *cap.* 17. *n.* 401. quod sententia declarans nullitatem actus, præjudicat omnibus interesse habentibus ex ipso actu, latè etiam ipse Noguerol. *allegat.* 38. *à n.* 56. *cum seqq.* & Cancer. *loc. cit.* Ut quod sententia inter aliquos obtenta super comprehensione, aut exclusione alicujus casus in titulo aut privilegio aliis obstat & prodest, tunc non litigantibus, qui latiùs prosequuntur videndi. 23 24 25 26 27

Roboratur hæc doctrina, quoniam quando procurator 28

rator declaratur à Judice habere ſufficiens mandatum (de quo inter partes dubitabatur) ad continuandam litem, vel novè defendendam; ulterius de mandato hæſitandum non eſt, cùm pro vero procuratore habeatur ex re judicata, ut per Bart. *l.* 1. *C. de procuratoribus*, & ibidem Jaſon *nu.* 8. Speculat. *de exceptionibus §. nunc videndum ad fin.* Noguerol. *in alleg.* 36. *n.* 25. ubi de praxi ordinaria hujus Valliſoletanæ, & 29 Granatenſis Cancellariæ teſtatur, & teſtamur: hæc Judicis declaratio ad unius partis inſtantiam in una lite & judicio, prodeſt aliis partibus in alio & diverſo judicio, quia lata eſt ſententia ſuper legitimatione perſonæ procuratoria tanquam realis in favorem omnium, quoad omnes juris effectus facit jus, *ex l. ingenuum. ff. de ſtatu hominum.* Rota apud Ludoviſium *dec.* 498. *n.* 9. Mierez *de majoratu*, 3. *p. q.* 4. *illatione* 2. *n.* 13. Gait. *de credito*, *c.* 2. *tit.* 3. *nu.* 620. *cum ſeqq.* Noguerol. ubi proximè, *num.* 16. at cum in præſenti excuſſione omnino agatur de ſtatu, & con- 30 ditione debitoris, ſemel declaratus fallitus, & non ſolvendo ad inſtantiam unius creditoris, aliis debet prodeſſe.

Sicut etiam in actis fabricatis ſuper validitate aut nul- 31 litate teſtamenti, quæ plenè probant, etiam in alia cauſa, & inter diverſas perſonas, ad textum *in l. poſthum. §. ſi quis ex his ff. de inofficioſo teſtam. textus celeb. in l. cùm apud c. de bonis aut judic. poſſid.* Caſtrenſ. Fulgoſ. *in d. §. ſi quis ex his* & aliis citatis per Anel. Amat. *in conſ.* 76. *per totum* ſequitur Gait. *de creditorib. c.* 2. *tit.* 3. *quæſt.* 2. *n.* 354. *& ſeqq.*

Et inſuper quod excuſſio ſemel facta coram judice competenti ad inſtantiam unius creditoris, quod aliis cæteris creditoribus, poſtea fidejuſſores ſuos convenire 32 volentibus profit; poſt plurimos Doctores, probat Pirrus Maurus Aretinus *de fidejuſſor. ſect.* 6. *de privilegiis fide. c.* 3. *n.* 1. 188. *fol.* 595. ubi aſſerit debitorem non eſſe ſolvendo notoriè dici, primò, per famam vici- 33 norum, atteſtantium principalem nulla amplius bona habere: ſecundò, ex juramento debitoris, teſtantis nulla alia bona ſibi remanſiſſe, idque etiam comprobet uxoris, familiæ, & vicinorum dictis; quartò, ſi ſemel etiam ad inſtantiam alterius creditoris ipſe debitor excuſſus per judicem competentem repertus fuerit non idoneus: quintò, ſi fidejuſſor in judicio confiteatur, principalem non eſſe ſolvendo: ſextò, ſi publici miniſtri ad inquirendum miſſi, referant nulla, vel exigua bona debitoris extare, prout iſta omnia fuſius explicant Bellonus *conſ.* 34. Valentin. Franc. *de fidejuſſoribus cap.* 5. *à n.* 320. *uſque ad* 243. Maſcardus *de probationibus. conſ.* 737. *num.* 5. Joſeph. Ludoviſ. *deciſ. Peruſi.* 45. *n.* 16 & 17. *p.* 2. Muſcatellus *in praxi fidejuſſor. p.* 2. *quæſt.* 10. *num.* 26. Cartarius *dec.* 5. Anton. Enrigius *de fidejuſſoribus*, qui hos & alios plures allegat *c.* 27. *n.* 220.

Nonnullas ex his limitationibus, & alias quàm plu- 34 res cumulavit Caldas Pereira *de empt. & venditione c.* 33. ubi per totum cap. amplè tractavit, excuſſionis ampliationes, & plurimas limitationes quas per te videre poteris, atque denique ubi præcisè fieri debet excuſſio principalis debitoris præ oculis habenda erit determina- 35 tio, text. *in leg.* 6. *plures* 28. §. *præterea. ff. de fidejuſſoribus*, ibi, *præterea ſi quæratur, an ſolvendo ſit principalis, etiam vires ſecundi fidejuſſor. aggregandæ ſunt.* Et ibi notat gloſſa *verb. aggregandæ*, latè exornat Avendannus *de cenſibus c.* 97. *ex n.* 14. plures doctrinas, & Doctores congerit Aretin. *de fidejuſſoribus* 2. *p. ſect.* 7. *c.* 2. *ex n.* 26. *& ſeqq. fol.* 638.

Nunc tractandum, quando quis tenetur ad præam- 36 bulam excuſſionem anteaquam perveniat ad fidejuſſores, aut tertios rei hypothecatæ poſſeſſores, ſi compareat in concurſus judicio moto inter ſuos creditores per fidejuſſorem, aut tertium rei hypothecatæ poſſeſſorem, antequam excutiat bona principalis debitoris, an non obſtante excuſſionis exceptione ſibi oppoſita, ſufficiat, quod de ipſa excuſſione & non eſſe ſolvendo principalem debitorem, doceat in diſcurſu judicii, moti contra ipſum fidejuſſorem, aut tertium, ita ut excuſſio ſimultaneo proceſſu atque pari paſſu ambulet cum ipſa conventione, vel an præcisè requiratur præcedere, in 37 quo videbatur dicendum præambulam fore neceſſa- 38 riam, cum fidejuſſoris obligatio videatur conditionaliter contracta, ſi principalis ſolvendo non ſit, quia pendente conditione ſubſtantia obligationis in pendenti eſt, donec conditio impleatur, *l. cedere diem, ff. de verb. ſignific. l. bona*, §. *ſub conditione, ff. de ædilitio edicto. l. grege. §. fin. ff. de pignor. l. is cui, ff. de actio. & obligat. leg. id quod, ff. de conſtituta pecun. leg. fidejuſſor, obligat. §. ſtipulation. fidejuſſoribus, l. ſub conditione ff. de ſolution. l.* 12. *n.* 11. *part.* 5. latè 39 Gomez *lib.* 2. *variar. c.* 11. *ſub n.* 27. *verſ. quidam eſt contractus*, quare cum deficiat obligatio, actio non oritur, ſine qua nemo in judicio experiri poteſt *l. ſi pupilli. §. ſi videamus ff. & beneficiis geſtis l. quo-* 40 *ties*, §. *ſi temporali, de adminiſtratione tut.* adeo ut Judex ex officio ſine actione agentem repellere poſſit, parte etiam non opponente. Alexander *conſil.* 136. *n.* 9. *lib.* 2. Cravet. *conſ.* 191. *in princip.* plenè Menoch. *de arbitrar. quæſt.* 16. *per totam.* Decianus *conſil.* 2. *nu.* 47. *lib.* 1. Aldovinus *conſil.* 18. *nu.* 23. Merlin. *dec.* 24. *n.* 1. Peregrin. *conſil.* 53. *n.* 30. *lib.* 1. Giurba *in conſtit. Meſſanen. cap.* 7. *gloſſ.* 10. *num.* 1. *& ſeqq. & dec.* 17. *nu.* 14. *& deciſ.* 71. *num.* 2. Carroc. *ſingul.* 17.

Deinde quia jure cautum eſt, ne fidejuſſor poſſit 41 conveniri ante debitorem principalem, & niſi fiat prius excuſſio in bonis ejuſdem, text. eſt in Authent *de fidejuſſoribus & mandator.* §. 1. *collat.* 1. *Auth. præſente, C. de fidejuſſoribus*, & utrobique communiter DD. & alini paſſim. Ergo per præpoſterationem ordinis judicialis judicium contra fidejuſſorem ante excuſſionem præambulam debitoris erit nullum ipſo jure; nos abundè *in noſtris comment. de reten. Bull.*

Et inſuper quoniam actus fruſtratorios jus abhorret, 42 ex juribus vulgaribus, prout foret hoc judicium primitùs intentum contra fidejuſſorem, iſte quippe adhuc condemnatur, omiſſa præambula excuſſione hujus 43 exceptionem adhuc in rei judicatæ executione poteſt opponere, & quouſque excuſſio præcedat, non habet locum in fidejuſſorem executio, eo quod dicatur exceptio anomala, tenent Gloſſa *in l.* 3. *ad finem, ff. de* 44 *except.* Ubi Albericus, & Angel. & omnes *in l.* 2. *C. commun. divid.* Bald. *n.* 3. Salicetus *nu.* 6. Caſtrenſ. *nu.* 8. idem Caſtrenſ. *in l. decem n.* 6. *& in l. fin. n.* 9. *ad fin. ff. ſi cert. petat.* Benedic. de Plumbin. *de executione num.* 18. Jacob. de Aren. *eod. tract. nu.* 12. Guid. Papæ *deciſ.* 432. *n.* 10. Aymon. *conſil.* 263. Trentacinq. *variar. lib.* 2. *reſolut.* 1. *n.* 15. Bartol. *in conſil.* 99. *in fin. lib.* 2. qui hanc exceptionem anomalam dicit, qui omni tempore poteſt apponi, non ſubſcripta limitibus litis conteſtationis; Riminaldus Senior *concl.* 50. *nu.* 1. *vol.* 3. Bald. *concil.* 500. *n.* 3. *vol.* 6. Suarez *commun. opinion. lit. F. n.* 136. igitur cum nihil profit judicium primitus intentatum contra fidejuſſorem, quo adhuc condemnato, debet expectari excuſſio verſus principalem facienda, circuitus debent vitari, & judicii ordinem non præpoſterari.

Hanc partem in his terminis tenuerunt Bartol. *in l.* 45 *ſtipulatio*, §. *habet autem, n.* 4. *ff. de novi oper. nuntiat.* Cujus opinionem veriorem, & magis communem aſſerit Alexander, *in. d. l. decem nu.* 13. *ff. de verb. obligat.* quem ibi ſequitur Jaſ. *nu.* 18. idem Alexander *in leg. fin. n.* 3. *ff. ſi cert. petat.* ubi Decius *n.* 16. Pariſius *conſil.* 50. *n.* 45. *lib.* 1. dicentes, quod debet præcedere excuſſio citato fidejuſſore, aut tertio rei hypothecatæ poſſeſſore, nec non ſententia judicis competentis declaratoria ſuper ipſa excuſſione, & in hoc ultimo quod debet præcedere ſententia judicis declaratoria ſuper excuſſione, antequam deveniatur ad fidejuſſores, ex Alexandro loco citato, & Romano *conſil.* 211. *n.* 4. &

ibi

bi Mandoſ. Mantica *de tacit. & ambig. tit.* 17. *nu.* 11. aſſerit Aretin. *de fidejuſſor. ſect.* 6. *de privileg. fidejuſſor. c.* 3. *c.* 188. *fol.* 595.

46 Contrariam tamen ſententiam, imò creditorem comparentem in judicio concurſus per actum à fidejuſſore, poſſe creditum ſuum petere abſque præambula excuſſione in bonis principalis, ita ut nec eidem obſtet exceptio excuſſionis è fidejuſſore, vel ejus creditoribus oppoſita, ſed quod ſufficiat in diſcurſu ejuſdem judici conſtare, debitorem non eſſe ſolvendo, ita ut exceptio, & conventio pari paſſu ambulent, & ſimultaneo proceſſu terminentur, veriorem affirmant, & ſequuntur innumerabiles penè Doctores, Bald. *in l. cum teſtamento, verſ. item mota ff. de manum. teſtament.* ubi inquit pendente judicio
47 contra tertium poſſeſſorem, poſſe fieri execuſſionem adverſus principalem debitorem, cujus doctrinam ſequitur Alexander. *in l. exitus n.* 5. *& 6. ff. de acquir. poſſeſſ. & in fin. ff. ſi certum. petat. n.* 10. *&* 161. Decius *nu.* 30. Pariſius qui Baldi opinionem communem eſſe profitetur, *in d. conſil.* 50. *nu.* 46. *lib.* 1. quos omnes, & alios referens ſequitur, & veriorem dicit Molin. *de primogeniis l.* 4. *c.* 6. *n.* 37. *&* 38. *&* 39. ubi alios quamplures adducit comprobationem, & ita interdum obſervatum vidiſſe teſtatur.

48 Hanc eandem opinionem veriſſimam profitentur Didacus Perez *in l.* 4. *tit.* 8. *lib.* 3. *ordinament. Rel. col.* 1079. cum Bald. Saliceto, & aliis quos allegat Greg. Lopez *in leg.* 14. *gloſſa. primeramente : limitat.* 12. *tit.* 13. *part.* 5. quos referens ſequitur Gutierrez *de juram. confirmat.* 1. *part. c.* 23. *n.* 23. dicentes, quod non requiritur præambula excuſſio, ſed ſufficere quod de eo appareat durante executione contra fidejuſſionem poſtulatam, debitorem principalem non eſſe ſolvendo, idem ſentit Rollandus à Valle *conſ.* 9. *nu.* 37. *&* 38. *lib.* 1.

49 Idem ſingulariter tenet Gomez. *to.* 2. *variar. reſolut. cap.* 23. *ſub. n.* 24. *verſ. unum tamen eſt*, qui affirmat, quod ſi fidejuſſor opponat exceptionem excuſſionis ante litis conteſtationem, non per hoc exinde annullari procèſſum contra eum primitùs motum; cum poſſit replicare creditor, principalem debitorem non eſſe ſolvendo, & pendente judicio fieri poſſe diſcuſ-
50 ſionem, argumento text. cum materia *in l. ſi rem. §. fin. ff. de pignor. actio.* dicentis, jus ſuperveniens pendente judicio cauſa de præterito, validare judicium retrò nullum, & per gloſſ. *in l. niſi hoc actum eſt, ff. de fidejuſſoribus*, quam in expreſſo, ibi notant, & commendant DD. & reputat ſingularem Angel. de Peruſio *in l. decem ſtipulatus, n.* 6. *col.* 1. *ff. de fidejuſſoribus*, commendat etiam Bald. *in Authent. hoc ſi debitor. C. de pignoribus, col. fin.* & per eundem Bald. *in Authent. præſente C. de fidejuſſoribus col.* 1. Paul. de Caſtro *in fin. col.* 2. *ff. ſi cert. pet.*

51 Idem etiam probat Fontanella *de pactis nuptialibus clauſ.* 7. *part.* 23. *gloſſ. uni. à n.* 7. *& ſeqq.* poſt Molinam & Guido Papæ *dec.* 432. *n.* 11. atque etiam poſt Senatus Cataloniæ plures deciſiones, ut mulier ad dotem agens poſſit ſimul in eodem judicio agere contra principalem debitorem, & tertios rei hypothecatæ poſſeſſores, hac declaratione adhibita, quoad excluſionem, ut prius fiat in bonis principalis, & poſtea in bonis hypothecatis.

52 Quæ limitatio, vel declaratio intelligi debet, non oppoſita exceptione diſcuſſionis, vel ea oppoſita ſi non conſtaret de inopia principalis, quia ſi de ea doceatur, fruſtra attendenda ſi prioritas quoad executionem, prout & ipſe Fontanella ipſum declarare videtur ſtatim conſequutivè *n.* 8. ita docens, *Si vult mulier in eodem judicio probare, non eſſe neceſſariam excuſſionem, veluti quia principalis ſit inops, aut alias, poterit utique ut dicit* Molina *de primogen. l.* 4. *c.* 7. *n.* 38. ex quo manifeſtè appareat, ſuperiorem declarationem proximè, & immediatè traditam à Fontanella *n.* 7. *in fin.* eſſe veram, eamque ita etiam eum intellexiſſe, quòd excuſſio non fuit oppoſita, vel non fuit probata, quia tunc procedat ſimultanea cognitio, quoad determinationem, & condemnationem utriuſque dumtaxat, non tamen quoad executionem, in qua ſervandum fore excuſſionis ordinem libenter admitto.

Quoniam ſi in litis diſcurſu non probaverit inopiam 54
debitoris, non poteſt obtinere creditor in ſua petitione contra fidejuſſorem, ut ex mente Bartol. & Bald. *in l. decem ad 2. C. commun. divid.* & Paulo de Caſtro *in l. decem ad fin. ff. de verb. obligat.* Aymon. *conſil.* 77. *nu.* 17. Purpurator *conſil.* 277. *n.* 1. *vol.* 1. & *in l. ex conventione, C. de pactis*, Ant. Gabriel. *commun. concluſ. tit. de fidejuſſor. concl.* 1. *nu.* 13. Cancer. *variar. reſolut li.* 2. *c.* 5. *nu.* 48.
quare tunc licet uterque in eadem ſententia condemne- 55
tur, ſuſpendenda erit contra fidejuſſorem executio, quouſque exequatur principalis, atque ejus bona excutiantur, & demum pro reſiduo fidejuſſor ex eadem ſententia exequendus erit.

Ex prædictis Doctorib. citatis necnon Carrocio *de* 56
excuſſione bonorum 2. *part. quæſt.* 25. *n.* 3. *verſ. practicando tamen*, & Maſtrillo *dec.* 109. *n.* 11. *part.* 2. *& dec.* 118. *nu.* 11. & 12. *eadem part.* 2. eamdem opinionem ſequitur Noguerol *allegat.* 25. *nu.* 164. ubi loquitur in creditore agente prius contra tertios rei hypothecatæ poſſeſſores, ut ſufficiat, quod excuſſio contra principalem fiat in eadem cauſa, & judicio moto contra tertios, & quod non ſit neceſſaria alia præambula lis ſuper excuſſione contra principalem debitorem, quod & idem repetit & ex eiſdem authoribus *in allegat.* 55. *nu.* 26. ubi teſtatur ita fuiſſe determinatum.

Et pro conſtanti eamdem reſolutionem per Cor- 57
neum annotat Marius Antonius Engen. *conſil.* 19. *nu.* 85. poſt quem, & Michaëlem Ferrer. 3. *part. obſervat. cap.* 6. *obſervat.* Cancer. *variar. reſol.* 2. *part. c.* 5. *n.* 160. poſſe agi eodem judicio contra debitorem, & tertium poſſeſſorem atque eodem tempore de bonis utriuſque, ſimultaneè diſcuti, atque diſcuſſionis fieri.

Eamdem etiam reſolutionem pro conſtanti haben- 58
dam, firmat additio ad Molinam *de primogeniis, lib.* 4. *c.* 7. *ad num.* 37. cum Gregorio Lopez, Anton. Gomez, Joan. Gutierrez, Carrocio, Maſtrillo, & Fontanella.

Hanc quæſtionem etiam movet Neguſantius *in tr. de* 59
pignoribus, membr. 1. *n.* 37. (cujus nullus Doctor meminit) qui ſic ait: *Secundo quæritur in materia executionis, an in caſibus in quibus regulariter requiritur excuſſio, ſi de ea excipiatur, ſit dare remedium mota jam lite contra tertium poſſeſſorem pro validitate judicii; nam ſi de ea non exciperetur, judicium valeret, ut ſuprà proximè dictum fuit; & reſpondetur, quod duplici remedio poteſt ſuccurri creditori agenti pro validitate judicii moti: Primum eſt, quod pendente lite mota contra tertium poſſeſſorem, pariter & inſimul fiat excuſſio contra principalem debitorem;* ut per Bald. *in l. cum teſtamento, C. de teſtam. manum. ubi dicit, quod excuſſio facta pendente hypothecaria, fugit actum factum cum ordine, quia declarat retro ante litem conteſtatam bona debitori non fuiſſe ſolvendo*, item tenet Bald. *in l.* 2. *commun. dividundo*, & in Authent. *contra rogatus, in fine, ad Trebellianum, & in l.* 1. *C. in fraudem patr. & in l.* 1. *C. de revocandis iis quæ in fraud. credit.* & Angelus *in l.* 10. *ff. de verb. obligat.* & in Authent. *de fidejuſſoribus, §. ſed nec*, & etiam tenet Bar. & alii *in Authent. hoc ſi debitor. C. de pignoribus.* Et ratio iſtius deciſionis eſt (inquit ipſe Neguſant.) *quia jus ſuper-* 60
veniens actori pendente judicio, ex cauſa de præterito validat judicium, l. ſi rem, §. fin. & *ibi* Bar. *ff. de pignoratitia actio. & illum text. ad hoc in ſpecie notat ibi Bald. & ita etiam tenet Angel. de Aret. in §. item ſi quis in fraudem, in* 3. *colum. verſ. quæro, ergo revocatoria, inſtit. de actionibus, idem tenet Alexander in conſ.* 113. *viſo proceſſu, in fin. volum.* 6. *ubi ſubdit, quod ſi actor eſſet* 61
minor, poſſet reſtitui in integrum adverſus non fact. excuſ-

excuſſionem, per l. minor 25. annis, ff. de minoribus, ſed quod hoc non eſt neceſſarium; idem etiam tenet Aretinus in d. conſil. 126. in cauſa dom. Antonia ſolut.

62 *ultim. Secundum remedium* (ſequitur Neguſantius) *eſt quando debitor in veritate non eſſet ſolvendo, quod ſi tunc poſſeſſor excipiat de excuſſione non facta ante litem conteſtatam, quod agens replicet, tua non intereſt, nec debet audiri in hoc, quia alia bona debitoris non extant, & ita offero me in continenti probare, & iſta practica colligitur, ex gloſſ. ſingulari in l. niſi ff. de pactis, in 2. ſolutione, quæ ſolutio, l. ad illum text. reprobetur, ibi per Bart. & alios in Paul. ibi, & Angel. & Imola, in l. exitus, ff. de acquir. poſſeſſione, notant illam ad hoc, quod quando revera non intereſt excipientis, non poteſt opponi exceptio excuſſionis, ita refert, & ſequitur Jaſon in d. l. niſi, quam legit in l. tibi, §. in his, in fin. eodem titul. ita ibi tenet Angel. Aretinus, in d. item ſi quis in fraudem, 5. colum. in verſ. advertas tamen, dicens, hoc eſſe perpetuo tenendum menti*, &c. hactenus Neguſantius.

63 Notabilem dicit Mantica *de tacit. & ambig. lib. 16. tit. 17. n. 44.* ubi firmat praxim, dicens quod nulla facta excuſſione, poteſt agi contra fidejuſſorem, nam ſi excipiat, nondum eſſe factam excuſſionem principalis debitoris, creditorem poſſe replicare, nihil ejus intereſſe, cum debitor nihil habeat in bonis, ut in proceſſus diſcurſu apparebit ex ſua verificatione; atque ideo per hanc replicationem viam aperiri creditori agendi contra fidejuſſorem abſque dicuſſione præambula in alio diverſo judicio; per Gloſſam *l. niſi hoc*

64 *actum ſit, ff. de pactis*, & ex Bald. in Authent. *hoc ſi debitor, n. 5. in fin. & n. 6. C. de pignoribus*, dicente hoc perpetuo notandum & ex Angelo *in l. exitus. n. 2. ff. de acquir. poſſeſſ. & in l. decem, n. 6. ad n. 7. ff. de verb. obligat.* Et præcipuè locum habet, quando proceditur ſola facti veritate inſpecta, prout in ſupremis Senatoribus non eſſe attendendum excuſſionis ordinem, nec excuſſionem præceſſiſſe requiri, ſed ſufficere ſimul convenire debitorem principalem, ac fidejuſſorem ſeu tertium rei hypothecatæ poſſeſſorem, & ſimultaneè in eodem judicio de utroque tractari, & determinari, latè probat Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 304. ex n. 7. & ſeqq.*

65 Et ideo in ſupremis tribunalibus, in quibus proceditur ſola facti veritate inſpecta; juxta Doctores quamplures relatos à Rolando à Valle *conſ. 14. ex nu. 15.* non eſt locus excuſſioni, ſi excuſſionis exceptio opponatur per viam præpoſterationis judicii, item Angel. *in §. item ſi quis in fraudem, colum. antepenult. inſtitut. de actionibus.* Alexander. *in conſil. 114. colum. 2. in fin. volum. 6.* Corneus *conſil. 55. vol. 3.* Socinus *regula 133. in ult. fallentia, & in conſ. 24. colum. penultim. volum. 1. Barbac. in capite, pervenit colum. 2. verſ. quarto limita de fidejuſſoribus, & in conſil. 12. colum. 3. volum. 4.* Hipol. de Marſillis. *in rubr. de fidejuſſoribus, colum. 6. verſ. idem dicas*, Aretinus *conſil. 126. colum. penult.* Neguſantius *de pignoribus, 8. part. princ. membr. 1. nu. 28.* Roland. à Valle *d. conſ. 14. n. 16.*

66 Et ſufficiet excuſſionem fieri judicio intentato contra fidejuſſorem, aut tertium poſſeſſorem rei hypothecatæ, imò non eſſe neceſſariam declarationem præambulam, ſcilicet, debitorem principalem non eſſe ſolvendo; ſed conſtito in eodem judicio, ſolvendo non eſſe contra tertium pronunciandum eſſe probat Flores Diaz de Mena *in addit. deciſio Gammæ 99.* Barboſa *in l. ſi conſtante, n. 6. in fin. ff. ſol. matrim.* Caſtillo *controverſiar. tom. 4. cap. 40. ſub. n. 68.*

67 Unum tamen præ oculis ſemper habebis, creditorem agentem contra fidejuſſores, aut tertios poſſeſſores teneri oſtendere, & probare inopiam debitoris principalis ſive ante judicium motum contra ipſos, ſive ſi-

68 mul in eodem, ut diximus hactenus. Etenim afferenti bona non eſſe ſufficientia pro ſolutione creditorum incumbit onus probandi, cum præſumptio juris ſit contra 69
eum, eo quod quilibet de jure præſumitur eſſe ſolvendo, juxta ſententiam gloſſ. *in cap. bona 1. in verb. natura in fin. de electione*, & probatur *in l. ſi creditores, ff. de privileg. creditor.* Maſcardus *de probationibus, concluſ. 205. n. 4. & à princip.* Ubi quamplures allegat, 75
& quod creditori incumbat onus probandi, debitorem non eſſe ſolvendo; probant omnes hactenus à principio hujus c. laudati Doctores, dum controvertunt an ante, vel ſimul in eodem judicio per eum mota contra fidejuſſores, aut tertios debeat fieri excuſſio ut conſtet, debitorem non eſſe ſolvendo, & quod quilibet præſumatur eſſe ſolvendo interim, dum de contrario non doceatur; probatur inſuper per *l. libertus, qui ſolvendo, ac l. ſi creditores. C. de ſeparation. gloſſ. in l. unic. C. de imponendo lucr. deſcript. lib. 10.* Gloſſa *in l. ſi vero §. 1. ff. qui ſatiſ. cõg.* Brunus *conſ. 18.* Sebaſtian. Montic. *de inventario inter tractatus varios quæſt. 232. num. 600. & 601.* & de 70
hæreditate ut præſumatur eſſe ſolvendo, & contrarium hæredi afferenti probationis onus incumbat (ſi non confecit in contrarium) probat text. *in l. cum de lege, & ibi gloſſ. ff. de probationib.* Latiſſimè Alvarus Valaſcus *conſil. 117. ex num. 6. & ſeqq. & in tract. de partitionibus, cap. 8. ex nu. 44.* quibus locis pulchrè loquitur, & quod in dubio quilibet præſumitur eſſe ſolvendo, probat ex Cephalo *conſil. 719. nu. 58. & 59. vol. 5.* Aretinus *de ſolutionib. c. 82. n. 3.*

Quæ tamen reſolutio fallit in proprii creditore 71
avocante pecuniam ſolutam, & receptam à poſteriori: cum ſufficit negare, alia bona habere debitorem communem, ac ſolvendo non eſſe; ideò poſteriori afferenti contrarium, alia nempe bona creditorem habere, incumbit onus probandi, & illa oſtendendi, ut tenet Alexand. Ambroſin. *in deciſ. fori Epiſcopal. Peruſin. 2. n. 4.* refert & ſequitur Caſtillo *controverſ. tom. 5. cap. 78. colum. 2. ad medium.* 78

Qua reſolutione ab omnibus approbata, & communiter ſequuta retenta, nihil obſtant in contrarium ad- 72
ducta *ſupra à n. 36. 37. & ſeqq. verſ. nunc tractandum*, quibus facilè reſpondetur quod iſta exceptio, quod prius excutiatur debitor principalis, non tangit ſubſtantiam obligationis, ac propterea minus ordinatur ad impediendam nativitatem actionis, cum obligatio ipſa integra, & ſine conditione exiſtat, & ideo tantum reſpicit actionis exercitium, quod impediendum erit mediante exceptione excuſſionis oppoſita. Sic eleganter reſpondet Mantica *d. lib. 16. cap. 11. à num. 3. & ſeqq. & ſignanter nu. 4.* & iterum ex Bald. *in l. fin. §. cum antiquitas numer. 3. verſ. non enim hoc. caſ. ff. de uſuris rei judic.* & Ruino *conſil. 98. nu. 3. lib. 5.* quod hujuſmodi excuſſionis exceptio non reſpicit, nec objicitur ordini judicii & petitionis, ſed ordini executionis, & exactionis.

Id ipſum dicit Gomez *tom. 2. variar. cap. 13. ſub. n.* 73
39. verſ. tertio limita, quod iſta tertio excuſſionis non inducitur à jure contra ſubſtantiam obligationis, & actionis; ſed dumtaxat reſpectu ordinis procedendi, puta ad executionem, non judicii, quæ de neceſſitate opponi debet, ſtatim dicetur: quare nec actio impeditur nec obligatio eſt conditionalis, ſed pura. 79

Et quod hæc exceptio conſideratur non habito 74
reſpectu ad ordinem, & judicii præpoſterationem, ſed potius ad intereſſe partis, quod in eo conſiſtit, ut ſi debitor principalis, qui eſt ſolvendo, prius exigatur, anteaquam fidejuſſor, ſive tertius poſſeſſor moleſtetur, atque ideo fundatur in ſolo intereſſe partis, tradunt Corneus *conſil. 5. vol. 3.* Neguſantius *de pignorib. part. 8. membr. 1. n. 31.* Rolandus à Valle *conſil. 8. nu. 21. vol. 1.* Aretin. *conſil. 127. num. 2.* Menochius *de arbitr. quæſt. 51. nu. 8.* & Joſeph. Ludoviſ. quem vide *in deciſ. 45. nu 7.* atque ideo rectè ſatisfit qualitati exceptionis reſpicientis ordinem executionis ex adhibita clauſula

in

in ſententia, qua ſimul principalis, & fidejuſſor condemnantur, ut prius fiat executio in bonis debitoris principalis, & pro reſiduo in bonis fidejuſſoris juxta ea quæ dixit Fontanella *ſupra n.* 951. *ſeq. verſ. idem probat Fontanella.* &c.

75 Nec obſtat ultimum argumentum, de quo ſuperius, *n.* 42. *verſ. & inſuper quoniam.* Quo dicitur, hanc excuſſionis exceptionem poſſe opponi poſt rem judicatam, cujus ſatisfactio pendet ab ea quæſtione, an exceptio hæc ſit anomala, ita ut quandocumque & qualibet parte judicii poſſit opponi, vel an ſit merè dilatoria: quod ante litis conteſtationem teneatur fidejuſſor, aut tertius poſſeſſor eam opponere, ita ut non oppoſita prorſus excludatur ab ea opponenda, in qua difficultate diviſi fuerunt Doctores noſtri, quidam anomalam eſſe ſectantur, prout fuere illi omnes in argumento relati, inde inferentes, quod cum quandocumque poſſit opponi, licitum erit fidejuſſori eam deducere in executione rei judicatæ, ad impediendum, aut ſuſpendendum.

76 Sed indubiè ceſſat argumentum, cùm longè verior & receptior ſit ſententia, hanc excuſſionis exceptionem mere dilatoriam eſſe, & omnino de neceſſitate proponendam ante litis conteſtationem, cum ſit exceptio ordinis, quæ ante litis conteſtationem opponi debet, ut 77 *ex l. 2. §. ſi cum l. ſi quis ff. de exceptionibus, & l. Pomponius §. ratihabitionis; ff. de procuratoribus, l. ſi maritus, l. §. præſcriptionis, §. de adulteriis l. ita demum. C. de procuratorib. l. exceptionem, C. de probationib. l. fin. C. de exception.* Et per expreſſam doctrinam Barto. *in l. 3. nu. 6. ff. de exceptionibus* Petr. Cynum Salicetum, & communiter omnes *in authent. præſenti, C. de fidejuſſoribus*, & Paul. de Caſtr. *in l. fin. ſi cert. pet.* pulchrè probat Gomez *tom.* 78 *2. variar. reſolut. cap. 13. ſub num. 14. verſ. tertio limita.* Aliàs eidem exceptioni excuſſionis ante litis conteſtationem non oppoſitæ renunciatum videri, probant Bart. *in l. 2. de exceptionib. & in l. per latam in princip. C. de ſentent. & interloc. omn. jud.* ubi Cynus *in quæſt.* idem Bartol. *in l. fin. in princip. ut etiam DD. ff. ſi cert. pet. & in l. decem, ff. de verb. oblig.* Bald. *in l. cum eorum, num. 5. C. de ſentent. & interlo.* Alexander *conſil. 73. num. 1. & conſil. 78. nu. 9. vol. 1.* Afflictis *deciſ. 318. quidam debitor.* Cumanus, & omnes *in l. 1. ff. de exceptionib.* Socin. *numer. 9.* Zacius *numer. 17.* Capella Tholoſ. *deciſ. 81.* ubi addit. Felinus *in cap. exceptionem num. 42. de exceptionib.* Aymon *conſil. 77. num. 12.* Ozaſcus *deciſ. Pedem. 43. numer. 13.* Boerius *deciſ. 50. in fin.* & *deciſ. 221. num. 16.* Neguſ. *de pignoribus in 8. membr. 1. par. ex numer. 34. cum ſeqq.* Ant. Gabriel. *commun. opin. tit. de fidejuſſoribus, concl. 1.* Cæſar de Graſſis *deciſ. 143. alias 1. de fidejuſſoribus nu. 8.* qui dicit communem, Baverius *in ſingul. verb. exceptio, num. 6.* Maranta *de ordine cognitio. in 6. part. princip. in 9. membr. num. 7.* Jaſon *in §. item ſi quis, nu. 81. inſtit. de actionibus.* Burſatus *conſil. 228. num. 4.* Bertazola *de clauſulis, clauſ. 4. gloſſ. 4. num. 2.* Ferretus *conſ. 128. n. 4.* qui hanc opinionem magis communem aſſerit. Fachineus *controverſiar. lib. 8. cap. 52.* Antonius Enri-79 gius *de fidejuſſoribus, cap. 28. num. 16.* Et ratio eſt juxta prædictos Doctores, quia hujuſmodi excuſſionis exceptio eſt dilatoria, quæ non admittitur niſi ante litem conteſtatam opponatur, optimè Magonius *deciſ. Florent. 36. num. 5. & 6. & deciſ. 45. n. 5.* pulchrè diſputat, & ſic reſolvit Mantica *de tacitis & ambig. part. 2. lib 16. tit. 12. num. 5. tit. 16. nu. 9.* Pirrhus *de fidejuſſoribus, ſect de privi. fidejuſſor. cap. 3. ex 189. cum ſeqq. fol. 596.* & quod hæc exceptio excuſſionis nondum factæ ſit dilatoria, & ob id debet, ut obſtet, præcisè proponi ante litem conteſtatam, ita ut nec poſtea opponi poſſit, nec profit, poſt Ant. de Fano, & Padilla *in l. 1. num. 43. C. de juris & facti ignor.* Rol. à Valle *conſil. 79. n. lib. 1.* Gregorium Lopez, & Ferraram tenet Gutierrez *de juram. confirm. 1. part. cap. 23. n. 14.* qui *nu. 15.* advertit hodie ſtante *l. 1. tit. 8. lib. 3. ordin.* quæ eſt, *l. 1. tit. 5.* 80 *lib. 4. novæ recopil.* debeat proponi hæc exceptio intra novem dies, & non intra viginti dies, de quibus *in d. legibus regiis*, quia obtinent locum in exceptionibus peremptoriis, non autem in dilatoriis, adeò ut propterea hæc excuſſionis exceptio opponi non poſſit in 81 ſecunda inſtantia, quando in prima fuit omiſſa. Pirrhus ubi proximè *n.* 194. Bertazola poſt alios *de clauſulis, clauſ. 40. gloſſ. 4. n. 1.*

Hinc cavendum à Cancerio *variar. reſol. lib. 2. cap.* 82 *5. à n. 145. & ſeqq.* dum an ſit dilatoria, vel anomala hæc excuſſionis exceptio pro utraque parte Doctores referens, *n. 148.* fœdere diſtinctionis eoſdem componere conatur, quod ſi ante litis conteſtationem opponatur, ligat manus judicis, ut ulterius procedat in cauſa, donec de ea diſcutiatur; poſt litem autem conteſtatam oppoſitam ſimul cum cauſa principali procedendum, & cognoſcendum erit de ea, ita ut ſufficiat de inopia debitoris conſtare in diſcurſu litis, quæ diſtinctio improbabilis eſt, niſi dicas quod primum diſtinctionis membrum procedat, quando poſt oppoſitam nihil de inopia debitoris repleatur à creditore ad latè tradita ſuperius.

Ab hac regula excipitur fidejuſſor indemnitatis, 83 cujus obligationis ſubſtantia conditionalis eſt à principio, atque ideo actio ante conditionem purificatam nata non eſt, & ideo ſemper exceptio proponi poteſt etiam poſt ſententiam ad ejus executionem ſuſpendendam, donec prius excutiatur debitor principalis, ex Bald. *in cap. ex reſcripto de jurejur.* Marſillus *in rubric. de fidejuſſoribus, nu. 314.* Emanuel Suarez *receptar. ſentent. lit. F. num. 139.* Magonius *deciſ. Florent. 45. n. 139.* Pirrhus Maurus *de fidejuſſoribus, ſect. 6. de privilegiis fidejuſſor. cap. 3. n. 197. fol. 597.* plurimos Doctores referens ſequitur Gutierrez *de jurament. confirm. 1. part. cap. 23. n. 21. & n. 19.*

Ad id autem, quod ſuperiùs diximus *n. 45. verſ.* 84 *hanc partem in iis*, &c. excuſſionem in bonis principalis faciendam eſſe citato fidejuſſore probarunt alii plures relati, & ſequuti à Gutierrez, ubi proximè *n. 20.* ſed ego non indiſtinctè eam doctrinam accipiendam arbitror, & veram tunc indubiè agnoſco quando excuſſio incidit in judicium principaliter motum contra fidejuſſorem, vel tertium poſſeſſorem, ex iis quæ hactenus abundè ſcripſimus; vel quando alias ipſe 85 fidejuſſor, vel poſſeſſor eſt in lite, cùm principali debitore mota; at vero quando convenitur debitor dumtaxat per creditorem, & facta diligentia inventus eſt non ſolvendo; tunc non requiri citationem fidejuſſoris, rectius & verius cenſeo, cùm ſufficiat conſtare de inopia debitoris per acta cum eo geſta coram judice competenti: quam tenet opinionem Jaſon *in l. filius familias, §. divi. 2. in 1. lectura, n. 50. de legat. 1.* Ferrar. *in pract. in forma reſponſio. libelli, in actio. hypothec. in verſ. exceptionem excuſſionis*; licet contrarium dicat Petrus Duenas *in regul. 335. ampliatio. 1.* ſed Ferrariæ opinio manifeſtè comprobatur ex illa conſtanti doctrina ſuprà adducta *à n. 22. cum ſeqq. & ex n. 30.*

Plurimorum auctoritate fulcita; quod ad hoc ut cre- 86 ditor contra ſuum fidejuſſorem agere poſſit directè, ſufficit conſtare debitorem communem fuiſſe in aliquo judicio exceſſum, per alium ſuum creditorem, & inventum, ſeu declaratum non eſſe ſolvendo, in quo nec iſte creditor, nec fidejuſſor adſtiterunt, nec fuerunt citati; & nihilominus Doctores omnes ſufficienter apparere de excuſſione contra fidejuſſorem ab altero creditore immediatè conventum, affirmant; ergo citatio fidejuſſoris ad excuſſionem debitoris principalis, qui ſolus eſt in lite, non tamen fidejuſſor, non requiritur; quod jure certiſſimum apparet.

87 Hinc declaratur, quod dicit Fontanella *dec.* 199. *à n.* 12. ubi quærit, an ubi discussio est necessaria, requiratur judicis declaratoria, & partis citatio, hinc inde Doctores adducit, quibus nec acquiescit, relinquit judicis arbitrio, cum per Nuncii relationem solam solet fieri legitima discussio, prout etiam multis citatis diximus suprà *n.* 32. *vers. & insuper quod excussio*; & latè probat Mascardus *de probationibus*, *conclus.* 522. *ex nu.* 2. *cum seqq.*

88 Unum notabile in materia discussionis non omittam; quod quando præsumptivè appareat, debitorem non solvendo esse, & adhuc instet fidejussor conventus à creditore non perfectè constare, vel minus diligenter excussionem factam, fidejussor, aut tertius rei hypothecatæ possessor fuerit interpellatus per creditorem, ut sibi indicet bona debitoris principalis, nulla tamen indicaverit; satis sufficiens redditus discussio, & pro legitimè facta intelligenda erit, ita determinavit Rota Roman. *in una Forojulien sis census*, *quæ est* 544. *sub. num.* 4. infrà inter recollectas per Cencium *post tract. de censibus*, quam ipse sequitur *in quæst.* 98. *sub. nu.* 30. *ad fin.* ex doctrina Angeli Aretin. *in §. item si quis in fraudem*, *n.* 13. *instit. de actionibus*, Surdi *in cons.* 39. *n.* 17. & 18. *lib.* 1. atque ideo ultra non tenebitur creditor, novam excussionem facere, nec novam pati molestiam, & hanc cautelam notabis ad subvertendas molestias, quibus solent uti fidejussores, ac tertii possessores contendentes cum creditore super excussione facienda, aut minus legitimè facta, vide mirabiles doctrinas suprà hac 1. *part.* 25. *ex nu.* 26. *cum seqq. vers. hinc est*, *quod res judicata*, &c. ubi, quod sententia super excussione, non transit in rem judicatam, quo minus bonis debitoris postea apparentibus nihil operetur.

89 Quod & comprobari potest ex illa doctrina pro cautela data per Doctores laudandos, quod quando controvertitur per debitorem excussionem, & venditionem immobilium, stantibus mobilibus esse nul-
90 lam, certans ab istis esse prius incipiendam excussionem, ut sibi fiat requisitio, ut ostendat mobilia quibus insuper non indicatis, probabitur mobilia non extare, & idem operabitur ac si fuisset facta discussio in rebus mobilibus, tenet Bart. qui dicit multùm notandum *in l. à Divo Pio*, *§. in venditione*, *ff. de re judicata*, & ibi Jason *n.* 18. *col. fin. vers. in secunda parte*, Bald. *in authent. sed hodie. C. de action. & obligat. n.* 2. *in fin. vers. item probatur si dato termino* & multis comprobat Matthias Coller. *de proceff. execut. p.* 1. *c.* 6. *nu.* 159. *usque ad nu.* 161. sequitur Gratian. *discept at. forens. tom.* 1. *cap.* 7. *nu.* 27. probatur etiam ex doctrina *gloss. in l. à Divo Pio*, *§. in venditione*,
91 *verbo capiantur. ff. de re judicata* & ibi Bartol. & Bald. *in authent. hodie*, *nu.* 2. *vers. item probatur si dato termino*, *C. de actionib. & obligat.* quod sequitur Mascardus *de probationib. conclus.* 522. *n.* 6. dicentes quod discussio bonorum debitoris principalis probatur ex eo, quod fuerat præfixus terminus ad res exhibendas, & nihil intra terminum sit exhibitum argumento *l. in legem ff. de contrah. emptione.*

92 Annotabis etiam, quod sententia super excussione bonorum, bona nempe extare, vel non stare, non transit in rem judicatam, quominus creditor, vel tertius per eam condemnatus possit quandocunque docere bona apud debitorem stare, & verè & manifestè docere plura ad propositum congessimus infrà *cap.* 25. *ex nu.* 26. *cum seqq. vers. hinc est quod res judicata non facit jus*, &c. hac prima parte, ubi copiosè de hoc actum est.

CAPUT XXIV.

Quibus debitoribus concursum causantibus alimenta præstanda sint ex bonis concursus, & quomodo taxanda.

Et an priorem gradum inter suos creditores obtineant.

Et an quilibet creditor alimentarius, hypothecarius, & privilegiatus dici possit.

Et nunquid aliquo in casu dici possit onus reale majoratus vel semper merè personale, respectivè tantum ad obligationem possessoris; nec habito respectu ad majoratum.

Et nunquid res judicata pro alimentis fratris contra possessorem majoratus obtenta exequi valeat contra hujus (etiam filium) majoratus successorem.

SUMMARIUM.

1 *Debitores omnes, qui conveniri non possunt ultra quam facere possunt, in concursu à se formato ex suis bonis alimenta petere possunt, & c.*

2 *& seqq. Personæ quæ non possunt conveniri ultra quam facere possunt, referuntur, & expenditur textus in l. Miles 6. D. re judicata, cum aliis.*

3 *L.* 1. *tit.* 15. *part.* 5. *verba proponuntur.*

5 *Clerici, Doctores, & Advocati non possunt conveniri ultra quam facere possunt.*

5 *Doctores & Advocati tantum habere privilegium, ne ob debita incarcerentur, existimat Baeça.*

6 *Doctores & Advocati actu legentes non possunt conveniri ultra quam facere possunt, ex doctrina Cevallos & aliorum.*

7 *Clericus in concursu creditorum à se formato alendus est ex fructibus beneficii, remissivè.*

8 *Pater utrinque conjunctus conveniri non potest ultra quam facere potest.*

9 *Doctores referuntur de hoc privilegio agentes.*

10 *Alimenta à judice taxanda relinquenda sunt iis, qui ultra quam facere possunt, non conveniuntur.*

11 *Debitorem non posse conveniri ultra quam facere possit, & retinere ex bonis tantum quod sufficiat ad alimenta ne egeat; idem est, & diversa jura explicantur.*

12 *Judex concursus, quid præ oculis habere debet in taxatione alimentorum.*

13 *Alimenta præstanda sunt secundum dignitatem & qualitatem personæ sive judicis officio, sive testamento debeantur.*

14 & 15. *L.* 2. *tit.* 9. *part. verba referuntur, & plures Doctores etiam laudantur.*

15 *Patrimonium, & facultates ex quibus præstanda sint alimenta, judex etiam inspicere debet.*

16 *Valor fructuum, non valor patrimonii in proprietate in taxatione alimentorum attenditur.*

17 *L.* 20. *tit.* 16. *part.* 3. *verba referuntur.*

18 *Si ædificia adsint in bonis sumtuosa, & magni valoris, si redditibus sunt parvi; ii solùm æstimandi in taxatione alimentorum.*

19 *Alimenta præstanda iis qui ultra quam facere possunt non possunt conveniri, non sunt taxanda inspecta qualitate, & dignitate: sed juxta indigentiam pro vita sustentanda.*

20 *Alimenta ære alieno gravatis non debentur judicis officio, sed miserationis causa, ne egeant, & sic pro mera necessitate taxanda.*

21 *Tertia pars eorum alimentorum quæ aliàs non instantibus*

tibus creditoribus præſtarentur, conſignabitur in concurſu dumtaxat Equitibus ære alieno gravatis juxta deciſionem Franciſci de Leon.

22 *Senatus Valentinus dimidiam partem in ſuperiori caſu deberi, arbitratus eſt.*

23. *Expenditur pro hac parte textus in l. fin. tit. 1. p. 4.*

24 *Alimenta quando miſerationis cauſa præſtantur debitori, attendere debet judex ut nobilis non tam ampla habeat quantum haberet jure actionis, legati, aut officio judicis.*

25 *Alimenta, quæ debitores formantes concurſum beneficio legis deducunt, non bonis ſuis, ſed de bonis creditorum miſerationis, & eleemoſynæ causâ conſequuntur.*

26 *In alimentis conſignandis debitoris ex concurſu bonis miſerationis cauſa, non attenditur dignitas perſonæ.*

27 *Qui tenetur ad alimenta non cogitur vendere domum pretioſam, ad ſatisfaciendum autem creditoribus, & ſe ipſum alere, debitor vendere cogitur.*

28 *Beneficium deducendi alimenta ex bonis ſuis, debitoribus ære alieno gravatis, ne egeant conceſſum, an tuta conſcientia procedat, controvertitur inter Theologos.*

29 *Judicum attentio in taxatione bonorum alimentorum commendatur, & ut magis reſtrictionem, quàm ampliationem attendat, cum de alieno non ſit eleemoſyna eroganda.*

30 *Civitas, populus, Eccleſia, & alia quælibet univerſitas computantur inter perſonas, quæ ultra quam facere poſſunt non conveniantur.*

31 *Alimenta ex ſuis bonis ſupra dictis aſſignantur, ne utilitas publica pereat, quæ privatæ præferri debet.*

32 *Majoratus cujuſlibet poſſeſſor, Duces, Marchiones & Comites, aut aliæ nobiles, & potentes perſonæ ære alieno gravatæ & ſuos creditores ad concurſum vocantes, an ultra quam facere poſſunt, teneantur.*

33 *Comites, & cæteri magnates illuſtres, & potentes perſonæ habentes domos illuſtres ex praxi omnium tribunalium non conveniuntur ultra quam facere poſſunt, & alimenta, peracto ab illis concurſu, taxantur.*

34 *Excuſſio fieri poteſt in bonis majoratus, aut fideicommiſſo ſubjectis, ſi alia bona non extant, ut ex fructibus creditores ſatisfiant, donec credita extinguantur.*

35 *Majoratus, aut feudi poſſeſſores jure proprio fructus lucrantur.*

36 *Cedens bonis retinet proprietatem feudi, majoratus & emphyteuſis; fructus tamen, & commoditas ſuis applicantur creditoribus, & 55. cum ſeqq.*

37 *Uſufructuarius durante ejus vita poteſt uſumfructum creditori obligare, & hypothecare.*

38 & 39. *Magnatibus ære alieno prægravatis, redditus majoratus creditoribus applicatur, & habita ratione ne egeant.*

40 *Clerico ære alieno gravato fructus beneficiorum ſequeſtrantur pro creditorum ſatisfactione, data competenti parte ad ejus honeſtam ſuſtentationem ne mendicare cogatur.*

41 *Alimenta magnatibus, Ducibus & aliis illuſtribus perſonis ex univerſali conſuetudine debentur.*
Alimenta debitoribus debita ex redditibus majoratuum deducuntur. ibid.

42 *Differentiæ inter poſſeſſores majoratuum, habentium dignitatem, & juriſdictionem, ac alios poſſeſſores juriſdictione carentes remiſſivè.*

43 & *ſeqq. Poſſeſſores ſimplicium majoratuum aut vinculorum concurſum formantes an alimenta petere poſſint, affirmativa proponitur, contraria verior. n. 49. & ſeqq.*

44 *Majoratuum Hiſpanorum inſtitutiones in bonum publicum fuerunt introductæ, & in eorum conſervatione jus publicum verſatur.*

45 *Alimenta præſtanda ſunt majoratuum poſſeſſoribus ob favorem publicum, & honorem, & authoritatem conſervandum, reſpondetur. 55.*

46 *Majoratus per ſe eſt dignitas, contra n. 60.*

47 *Majoratus poſſeſſor concurſum cauſans propter dignitatem qua potiuntur, conſequi debent alimenta ne leegeant, in dedecus dignitatis & honoris.*

48 *Majoratus bona prohibita alienari, propter inopiam, & alimenta poſſeſſoris licitè alienari permittuntur, & explicatur Authent. res quæ, C. communia de legatis, reſpondetur. n. 67.*

49 *Majoratus ſimplicis poſſeſſor concurſum formans creditorum, alimenta petere, & conſequi non poteſt, etiamſi ſit nobilis, niſi ſit Dux, &c. aut habeat vaſſallos, & juriſdictionem. & n. 54.*

50 *Baronibus Equitibus habentibus Baroniam cum juriſdictione ex generali conſuetudine alimenta præſtantur.*

51 *Majoratus ſimplicis poſſeſſor nullibi reperitur privilegiatus in jure, ne conveniatur ultra quam facere poſſit.*

52 *Nobilitas licet nobilem liberet à carcere pro debito civili, non tamen ei tribuit privilegium ne conveniatur ultra quam facere poſſit.*

53 *Privilegium l. Miles, D. de re judicata, ſolum comprehendit milites armatæ militiæ.*

54 *Alimenta ratione nobilitatis, majoratus ſimplicis poſſeſſori non debentur.*

55 *Reſpondetur argumentis contrariæ ſententiæ. nu. 43. & ſeqq. adductis.*

56 *Creditores inſtantes pro vendendis bonis majoratus, nihil agunt quod tendat in vinculi deſtructionem, ſed curant ſatisfieri ex fructibus & redditibus majoratus.*

57 *In fructibus majoratus nulla cadit alienationis prohibitio.*

58 *Addictio fructuum majoratus creditoribus facta non eſt perpetua, ſed pro vita poſſeſſoris dumtaxat.*

59 *Poſſeſſor majoratus ſua vita durante poteſt alienare & hypothecare fructus majoratus, & in his poteſt fieri executio.*

60 *Majoratus ſive progenitura per ſe nullam continet dignitatem, niſi accidentaliter accedat. & n. 64.*

61 *Ducatus, Comitatus, Marchionatus, Vicecomitatus ſunt dignitates Regales.*

62 *Qui præeſt juriſdictioni villæ, vel caſtri, habere dicitur dignitatem.*

63 *Juriſdictionem habentes, in aliquibus dicuntur clariſſimi.*

64 *Majoratus ex propria natura nullam in ſe dignitatem publicam continent, quamvis ex accidenti eam poſſit habere.*

65 *Poſſeſſoribus majoratuum, quibus accidentaliter ineſt dignitas publica, debent conſignari alimenta in concurſu, qui ratione dignitatis non poſſunt conveniri ultra quam facere poſſunt.*

66 *Poſſeſſoribus majoratuum, quibus non ineſt aliqua dignitas beneficium ne conveniantur ultra quam facere poſſunt, non competit.*

67 & 68. *Diſpoſitio Auth. res quæ, C. commun. de legat. non habet locum in majoratibus Hiſpaniæ, ceſſante facultate Regia.*

68 *Referuntur verba Ludovici de Molina.*

69 *Facultas Regia ad alienanda bona majoratus, etiam ob cauſas dict. Auth. non niſi ex magna cauſa concedi debet.*

70 *Adducitur Mieres circa materiam d. Auth.*

71 *Fideicommiſſi bona non poſſunt alienari pro neceſſitatibus gravati, quando teſtator prohibuit alienationem vel juſſit, ut perpetuo manerent in familia.*

72 *Authentica res quæ permittens gravato deducere alimen-*

alimenta ex bonis fideicommissi, non opitulatur creditoribus gravati.

Possessorem majoratus esse priorem, ac potiorem creditorem in bonis vinculatis, quomodo intelligendum declaratur. ibid. remissivè.

73 *Si in concursus judicio adsint creditores quorum respectu debitor non potest conveniri ultra quam facere potest, & alii versus quos hoc non utitur privilegio, an respectu omnium debitor possit petere alimenta, vel in totum illa amittat.*

74 *Debitor non potest obtinere alimenta respectu creditorum quibus beneficium, non conveniatur ultra quam possit, apponere non valet.*

75 *Debitor, dum lis ante sententiam graduationis pendet, non potest petere alimenta respectu eorum, à quibus ultra quam facere potest, non valet conveniri, & quare.*

76 *Incertitudo, & confusio in superiori casu impedit alimentorum deductionem.*

77 *Uxor pro sua dote, aut alio credito filii gener, & similiter inter cæteros creditores in concursu comparentes lite pendente, debitori non præstant alimenta.*

78 *Debitor ab uxore, filiis, genere, & aliis quorum respectu ultra quam facere possit conveniri non valet, post sententiam graduationis potest hoc juris beneficio uti.*

79 *Spurius, qui jussu judicis fundum pignori accepit, ut ex fructibus perciperet alimenta à patre debita, non transmittit fundum ad hæredes, cum mortuo filio jus omne sit extinctum.*

80 *Alimenta, quæ miserationis causa dantur non transmittuntur ad hæredes: secus quæ subrogantur legitimæ.*

81 *Alimenta debitori in concursu assignata, an omnibus creditoribus præferantur.*

82 *Alimentarium pro alimentis tacitam habere hypothecam, & omnibus creditoribus anterioribus præferri, etiam expressam hypothecam habentibus, nimis generaliter asseruit Felicianus de Solis.*

83 *Doctores relati à Feliciano non loquuntur de hypotheca, & prælatione alimentarii; sed in tertio creditore expendente in conservatione alicui rei, & in mutuo dato ad alimenta institutorum negotiationis, ut in eis acquirant hypothecam cum privilegio.*

84 & 85. *Debitores omnes, qui ex eo quod conveniri non possunt ultra quam facere possint, in concursu alimenta percipiunt, & quibuslibet creditoribus etiam privilegiatis præferuntur, sive debitores sint possessores illustrium majoratuum, sive alii; qui hoc beneficio alimentorum potiuntur.*

Alimentorum portio ex bonis cessis, solutioni creditorum destinatis deducitur, cum debitores teneantur deducto prius ne egeant, ut tanto minus creditoribus solvant.

86 *Alimentorum prælatio debitoribus datur ob superiorem rationem, non ratione hypothecæ in bonis concursus, quæ cum dominio pugnat.*

87 *Dominium bonorum retinet debitor formans concursum: quo usque vendantur, aut in solutum cum effectu dentur.*

88 *Tertius, qui alimenta consequutus fuit ex bonis debitoris, & ut creditor in concursum comparuit non præfertur creditoribus hypothecariis, cum sit creditor personalis sine privilegio.*

89 *Doctores referuntur, quibus probatur superior assertio.*

90 *Creditores patris debitoris præferuntur filiis petentibus ex bonis patris alimenta.*

91 *Uxori pro alimentis retardatæ solutionis dotis debitis, competit hypotheca in bonis mariti.*

92 & 93. *Uxor habens hypothecam pro dote, eandem habet pro usuris, interesse dotis retardatæ, contra Surdum.*

94 *Creditori census hypothecaria quemadmodum competit hypotheca, & prælatio pro sorte principali, ita & pro decursis, etiamsi cæteri creditores contrahant antequam annui reditus sint causati, & expenditur l. Lucius, D. qui potior. in pignor. hab.*

95 *Uxoris bona, vel alterius qui dotem promisit, sunt obligata viro præ usuris dotis retardato, pro quibus sicut pro dote competit hypotheca viro.*

96 *Hypotheca pro alimentis dotis retardatæ competit viro, aut uxori, quia sunt usuræ, & accessiones dotis, quæ principalis sortis utuntur privilegio.*

Hypotheca pro alimentis à dote non dependentibus, alimentariis non competit, & referuntur verba Surdi. ibid.

97 *Bona debitoris alimentantis non sunt pro alimentis tacitè hypothecata, sed obligatio personalis privilegiata inter creditores personales, & Chirographarios alimentario competit.* & 104.

98 *Legatario, & fideicommissario pro alimentis super aliquo fundo, seu corpore bonorum consignatis competit actio personalis realis, & hypothecaria.*

99 *Pro alimentis consignatis per contractum ex aliquo fundo, vel bonis persolvendis, competit alimentario hypotheca in ipso fundo, vel bonis.*

100 *Expendens pro alimentis animalium habet hypothecam in illis cum prælatione.*

101 *Pascua locans nominatim pro alimentis animalium, habet in iis hypothecam cum prælatione.*

102 *Pascua locanti datur retentio animalium, & durat hypotheca, dum non exierint à pascuis de censu domini pascui.*

103 *Mutuanti, & expendenti in conservationem societatis negociationi, aut pro alimentandis institutionibus, pro his alimentis datur hypotheca, & prælatio in ipsa negotiatione, & corpore societatis.*

104 *Alimenta præstandi animalibus alienis, nautis, & similibus hypotheca datur in illam rem; ex quo regula negativa vera remanet.*

105 *Filii alimentis sibi à patre debitis hypothecam habere in bonis patris quasi onus reale, voluere multi.*

106 *Contraria sententia verior est, & comprobatur,* & 146.

107 *Interpretatur textus in l. 2. D. de aliment legat.*

108 *Hæres patris, vel donatarius omnium bonorum licet teneatur præstare alimenta filiis, & nepotibus, quatenus patitur bonorum substantia, id non procedit ex eo quod onus sit reale, vide numer.* 113. & 129.

109 *Alimentarius non potest agere contra tertium possessorem, & emptorem bonorum patris.*

110 *Pater, qui ex charitate sanguinis, & legis præcepto tenetur alimenta exhibere filiis, liberam insuper habet suorum bonorum administrationem, & potest bona vendere, & alienare cessante fraude.*

111 *Actio & obligatio personalis, etiamsi contracta sit respectu rei in singularem tertium possessorem non datur, nec rem sequitur.*

112 *Filius cui à patre debentur alimenta, non potest singularem rerum possessorem convenire.*

113 *Vera ratio ob quam hæres, vel donatarius universalis patris teneatur præstare alimenta filiis vel nepotibus.*

114 *Sicut successor majoratus, aut fideicommissi universalis tenentur ad debita contracta per fundatorem majoratus (qui prohibere non potest alienationem in præjudicium creditorum) ita etiam tenentur pro alimentis debitis, si institutor ad ea tenebatur.*

115 *Petenti alimenta à debitore formante concursum præferuntur omnes creditores, & quare.*

116 *In consignandis alimentis debet haberi respectus ad substantiam, & bona illius qui ea debet præstare, & juxta quantitatem eorum numerandæ.*

117 *Bona cujuscumque non dicuntur, nisi quæ deducto ære alieno supersunt.*

118 *In taxatione alimentorum fit computatio æris alieni debitoris, quo deducto ex eo quod supereſt fit taxatio.*

119 *Æs alienum totum patrimonium respicit.*

120 *Nemo tenetur coarctare sibi victum pro alimentis matris, vel alterius cujuscumque quem alere deberet.*

121 *Alimenta eorum, quos debitor tenetur alere, deducenda sunt ex eo quod supereſt; computatis debitis, & separatis à bonis debitoris.*

122 & 123. *Nomina debitorum, quibus debitor adstrictus eſt, non sunt in istius, sed in creditorum patrimonio.*

124 & 125. *Bona non habere, & habere ea ære alieno gravata, idem eſt.*

126 *Filius, aut quilibet alii pro alimentis, quæ debitor præstare tenetur, si cum cæteris creditoribus concurrit, eis non præfertur.*

Filius pro alimentis nullam habet hypothecam in bonis patris, ibid.

127 *Majoratus bona an sint effecta onere reali alendi successores, aut alios de familia etiamsi eis a possessore aliàs debeantur alimenta, quæstio celebris disceptatur, in qua vulgi error manifeste monstratur. cum seqq.*

128 *Ob alimenta, vel dotem præstandam bona fideicommissi prohibita alienari, distrahi possunt ex præsumpta voluntate testatoris.*

Authentica res quæ, *adducitur pro fundamento ibid.*

129 *Alimentorum præstatio regulariter non eſt onus reale, sed obligatio personalis, aut judicis officium.*

130 *Alimentario, etiam filio in bonis patris decedenti, testatoris, vel alterius qui ad alimenta tenetur, hypotheca, & actio realis non datur.*

131 *Auth* res quæ, *non procedit in majoratibus jure nostro Regio absque regia facultate.*

132 *Possessor majoratus tenetur ad alimenta, ad quæ fundator in sua vita tenebatur non actione reali, sed personali.*

133 *Nec tenetur ad alimenta eorum descendentium, qui nati fuerunt post mortem fundatoris.*

134 *Alimenta minimè debentur à patruo nepoti ex fratre.*

135 *Adducitur singularis doctrina Molinæ. ibid.*

136 *Obligatio alendi, quæ non reperitur in fundatore majoratus vivente, non transmittitur ad successores, in quos bona absque eo onere fuerunt quæsita.*

137 *Majoratus possessor ad alendum aliquem obligatus non tenetur tanquam possessor, nec habito respectu ad majoratum, sed ad propriam & personalem obligationem.*

138 *Mieres optimè loquutus fuit in hoc articulo.*

139 & 140. *Ad alimenta præstanda, quibus tenetur possessor majoratus, bona majoratus non attenduntur, sed fructus, qui mero jure pertinent possessori.*

141 & *seqq. Molinæ doctrina in proposito adducitur.*

142 *Possessor majoratus non solum alere tenetur fratres, & sorores descendentes à primo fundatore, sed etiam non descendentes, nec ejus consanguineos, quoniam non obligatio majoratus, sed personæ possessoris attenditur, tanquam divitis.*

144 *Majoratus jure bona ex consuetudine delata, simul poterit præscribi, ut possessor præstet alimenta descendentibus quibus alias cessante præscripticne non tenebatur.*

145 *Possessor majoratus licet teneatur alere sorores, fratres, & similes, intelligitur tanquam dives obligatione propria, & personali, non tanquam possessor majoratus.*

146 *Alimenta si petierit frater à possessore majoratus ex obligatione ipsius majoratus non obtinebit, nec etiam ex obligatione propria, qua tenetur possessor tanquam frater, & dives, quia hoc jus judicium non deduxit.*

147 & 148. *Frater si ex redditibus majoratus (qui sunt bona libera possessori) alimenta fuerit consequutus in judicio concursus, mortuo possessore extinguuntur.*

149 *Alimenta taxata fratri habito respectu ad bona libera, & fructus majoratus possessore mortuo fructuum respectu diminuuntur.*

150 & *seqq. Alimenta fratri, aut similibus taxata ex fructibus majoratus possessore mortuo successor qui ex propria obligatione eidem, qui similiter eſt frater, alimenta debet, noviter taxanda sunt.*

151 *Alimenta sunt præstanda ad mensuram patrimonii alimentantis.*

152 *Successor majoratus non tenetur præstare alimenta uxori prædecessoris sui.*

153 *Sententia contra fratrem possessorem majoratus ad alimenta præstanda fratri, mortuo fratre, an præjudicet ejus filio successori.*

154 *Alimenta non debentur patruo.*

155 *Possessor majoratus non tenetur alere filios aut filias fratris, nec patruos, vel amitas.*

156 *Alendi consanguineos eſt obligatio personalis possessionis majoratus, non onus reale ipsius: nam si foret, continuaretur in quemlibet successorem, etiam non fratrem.*

157 & *seqq. Res judicata obtenta contra fratrem possessorem majoratus pro alimentis, non obstat successori, etiamsi obligatione propria vincenti alere teneatur, contra Mieres clarè ostenditur.*

158 & 159. *Filius successor in majoratu non tenetur continuare alimenta, quæ pater ministrabat fratris filio, & sic patruo, nec è converso; nec tanquam consanguineus, nec tanquam possessor majoratus.*

160 & 161. *Nec rei judicatæ, obtenta per partum contra suum fratrem ad alimenta, exceptio obstabit consobrino succedenti in majoratu, cum omnes tres identitates ad hoc requisitæ deficiant.*

162 *Mortuo fratre, qui ad alimenta fratris tenebantur, extinguitur obligatio non transitura in filium successorem qui partum alere non tenetur.*

163 *Obligatio alendi consanguineos descendentes à fundatore majoratus, non eſt onus reale ipsius, sed merè personalis possessoris.*

164 *Circa quod plura noviter examinantur cum multis seqq.*

165 *Præfatam opinionem sequitur Franciscus de Leon relatus.*

166, 167, 168, 169, 170 & 171. *Doctor Larrea abundè comprobat, & sequitur opinionem Ludovici Molinæ.*

173 *Joannes Gutierrez transcripsit Molinam, & ejus opinionem, & fundamenta refert, sequitur &* 110.

174, 175, 176, 177, 178, 179, 180, 181 & 182. *Petrus Barbosa præ cæteris hunc articulum percepit & multis comprobat, & sequitur hanc opinionem: pro qua plurima mirabilia confiderat.*

184 *Possessor majoratus si ex fructibus majoratus tenetur alere fratrem, & dotare sororem, etiam non descendentem à primo institutore; manifestè sequitur obligationem suam esse personalem, non realem.*

185 *Possessor majoratus quantum ad alendos fratres, & sorores eodem modo consideratur, quo Clericus, qui ex fructibus beneficii suos alere, & dotare tenetur.*

187 & *seqq. Ludovicus de Avendano miserè lapsus carpitur.*

187 & 188. *Idem Avendano ex doctrina Molinæ firmat, possessorem majoratus teneri alere sorores & fratres, ita ut hæc obligatio proveniat à primo institutore; cum Molina ex diametro ei opponatur.*

189 *& seqq. Molinæ inconstantia notatur, recedentis in additionib. à sua verissima resolutione, à multis sequuta.*

199 *Molina in lib. 2. cap. 16. n. 58. & 59. viriliter probavit, fratrem antiquissimi majoratus teneri tanquam dives fratrem alere, & non tanquam possessor majoratus.*

200 *In additionibus addit aliam, ut etiam hæc obligatio alendi fratres originetur ab ipsa majoratus fundatione.*

In feudis filius primogenitus tenetur fratribus victum, & militiam præstare.

Primum fundamentum Molinæ, ut abligatio alendi fratres, sit lex majoratus; multis aliis verissimis destruitur, ex num. 193. usque ad num. 199. inclusivè.

Impugnatur aliud fundamentum Molinæ, argumentantis à vita, & militia feudorum ad majoratum Hispaniæ n. 209. cum sequentibus.

202, 203, 204 & 205. *Lex feudorum obligans primogenitum præstare vitam, & militiam fratribus non est universalis; sed limitata ad certum casum.*

1 OMnes illi debitores, qui à jure beneficiati sunt ne conveniantur, ultra quam facere possunt, si inter suos creditores judicium concursus formare intenderunt, licitè ex suis bonis alimenta petere permittuntur, atque à judice sibi taxanda, & consignanda sunt, ne egeant; horum numero sunt patres des-
2 cendentes, ascendentes, maritus, uxor, sacerdotes, donator, patronus, miles, socius omnium bonorum, *l. sunt*, 18. *lib. Patronus, leg. item miles, lib. inter eos*, 19. §. *is quoque qui ex causa donationis, leg. non*
3 *tantum (ubi de uxore, & marito pro quibuslibet contractibus,) leg. sicut*, §. *sed an si cum socero, cum l. seqq. leg. sed hoc ita*, §. *quod autem soceris, ff. de re judicati, lib. 1. tit. 15. part. 5.* ibi *Y deven los desamparar aquellos, aquien deve algo diciendo como no hay de que saga pagamiento y entonce el juſgador deve tomar todos los bienes del deudor que desampara lo suyo por esta raçon: sino los panos de lino que vestiere, no se deve otra cosa ninguna dexar; fueras ende si tal deudor fuesse padre, o abuelo, o alguno de los otros ascendientes: que huviessen algo dara algunos de aquellos, que descendiessen de ellos, o si fuessen fijo, o alguno de los otros descendientes; que huviessen algo a dar aquellos, de quen descendiessen, o si fuesse ome que deviesse algo a sumuger, o ella a su marido, o si fuesse ome que deviesse algo a quel, aquien avia aforrado el aforrado a el, o si fuesse compañero de aquellos que fiziam compania entre si, aviendo, o trahiendo sus bienes de suono, que deviesse algo altro, o el compañero a el: o si fuesse ome a quien demandasse en juicio sobre donandio, que huviesse fecho a otro, ca entonçe debe dexar el juſgador à cada uno destos sobredichos tanta parte de sus bienes, de que pueda vivir guisadamente: El otro boto deve mandar vender en almoneda y entragar el precio destos bienes a los deudores sobredichos.* Exornant hæc jura & singulas hujus beneficii personas distinctè prosequuntur Baëza *in tract. de inope debitore, cap* 17. *per totum* latissimè etiam Petrus Surdus *de alimentis. tit. 1. qu. 88. per totam*, Parladorius. *lib. 2. rerum quotidian. cap. fin. 5. part.* §. 6. *n. 16. cum multis seq.*

4 Hoc idem beneficium extenditur ad Clericos, ex *cap. Odoardus, de solutionibus*, & ad Doctores & Advocatos, argumento *d. l. miles*, & *l. si miles ff. de re judic.* prout latè videre est ex Baëza, Surdo, Parlador. Zevallos *commun. contra communes tom. 1. quæst. 329. per totam*, licet renuat Baëza, *d. cap. 17. n. 26.* restringens privilegium in advocatis & Doctoribus ad solum carceres evitandos; non tamen ad hoc privilegium 5
ne conveniantur ultra quam facere possint, sed Ze- 6
vallos, plurimos refert pro hoc privilegio *l. miles*, ut habeat locum in Advocatis, & Doctoribus legentibus, & post alios idem affirmat Surdus *c. q. 88. n. 22.* & de clerico & aliis Gutier. *de juram. confirm. 1. par. cap. 17. per tot.* & signanter de alimentis ducendis ex fructibus beneficii, & applicandis clerico 7
in concursu creditorum, videndus *n. 17.* ubi plures DD. allegat, & frater utrimque conjunctus convenitur ultra quam facere potest, Surdus *d. qu. 88. à n. 6.* quid tamen de jure regio sit tenendum videndus 8
Baëza *d. c. 17. à n. 82. cum seqq.*

Latissimè etiam de singulis, qui hoc juris beneficio 9
potiuntur, videndi sunt Paschalis *de viribus patriæ potest. 2. part. cap. 9. per totum*, & Barbosa *in l. maritum ff. sol. matrim.* qui omnes plurimos alios allegant, & Gutierrez *de juram. confirm. 1. p. cap. 16. & 17.*

His igitur qui hoc beneficio potiuntur, & non conve- 10
niantur, ultra quam facere possunt, alimenta ex suis bonis relinquenda sunt à judice taxanda, tex. expressus *in l. condemnatione. in principio. ff. de reg. juris*, ubi dicitur relinquendum esse tantum, ne egeant, ubi notant gloss. & DD. quippe inter jurisconsultos nihil aliud est dicere, debitorem non teneri ultra quam facere possit, quam si dicatur, quod debitor teneat sibi tantum quod sufficiat ad alimenta, ne egeat, sunt jura expressa *in l. qui bonis 7. ff. qui bonis ced. possunt*, juncta *l. is qui bonis, eod.* quibus dicitur, eum qui bonis cessit, si postea bona acquisierit, teneri creditoribus in quantum facere potest, deductis sibi alimentis necessariis ex ipsis bonis: text. etiam est formalis *in* §. *fin. instit. de actionibus l. ubi glossa, verb. promovere, C. de bonis author. jud. possid. l. in condemnatione, ff. de reg. juris, l. inter eos*, §. *fin. ff. de re judicata, l. tit. 15. part. 5. ibi Caestonce deve dexar el galgador acada uno destos sobredichos tanta parte de sus bienes, qua pueda vivir guisadamente*, ita explicant & declarant Bartol. *in l. maritum, n. 2. ff. sol.* 11
matrim. post glossam, Ruinus *in cons. 144. n. 12. vol. 5.* Crotus *in repert. l. si constante, n. 162. ff. sol. matr.* Bart. *in d. l. qui bon. ff. de cessi. bonorum.* Menochius *de arbitrariis, casu 183 n. 15.* Vitulitius & Gamb. *de clausul. tit. an possit renunciari benefic. cession. n. 36.* Imola *in l. si maritus*, ubi Jason. *n. 4. ff. sol. matr.* & post Bald. quem allegat, dixit Angel. *in* §. *fin. instit. de actionibus.* Covar. *lib. 2. variar. resol. cap. 1. n. 6.* Lara *in l. si quis à liberis*, §. *solent, n. 39. ff. de liber. agnoscend.* Baëza *de inop. debitore*, (nullo Doctore citato) *cap. 17. n. 33. & n. 67.* Surdus *de alimentis, tit. 11. quæst. 88. à principio, & n. 25.* Cancerius *var. resolut. lib. 2. c. 9. n. 4. & 5.*

Illud tamen utilissimum præ oculis habere debet judex 12
concursus in consignandis, seu taxandis alimentis debitori, concursus judicium formanti, ut non ita ampla ei
præstari arbitrabitur; sed tanta quanta sufficiant ad 17
vitæ sustentationem ne egeat, nam licet regulariter ali- 13
menta præstanda sint judicis arbitrio secundum dignitatem, & qualitatem personæ cui debentur judicis officio aut testamento, *l. si cui, ff. de annuis legatis, l. mela. l. penult. ff. de alimentis, & cibariis legatis, l. tutor, in princ. ff. de administr. tutor l. 1.* §. *mulier. habitatio. ff. de ventre inspicien. l. sed, & si quid,* §. *sufficienter* 14
ff. de usufructu, l. si instituta, §. *de inofficioso*, ibi *placuit interim propter inopiam pupilli alimenta pro modo facultatum, ff. de inoffic. tit. l. 2. tit. 9. part. 4.* ibi. 18
E este de ne cada non facer segun la riqueza, & el poder que huviere, catando lo todo via la persona de aquelque lo huviere de haver. Tiraquel. *de nobilitate, cap. 20. num. 143.* Sesse *decis. 26. num. 16. & 107.*

Decia-

Decianus *conſ.* 9. *num.* 7. *vol.* 1. Gratianus *diſceptat. for. cap.* 112. *n.* 1. Molina *de juſt. & jure, tom.* 1. *diſp.* 168. *col.* 608. *& tom.* 2. *diſputat.* 413. *n.* 7. Cancerius *lib.* 1. *variar. reſolut. cap.* 16. *de alimentis, n.* 18. Vivius *deciſ.* 223. *num.* 23. Tuſch. *tom.* 1. *lit. A conſ.* 285. *per totam*, Valaſcus *de partitionibus, c.* 18. *n.* 40. Marcus *deciſ.* 913. *num.* 20. *part.* 1. Verall. *deciſ.* 21. *lib.* 1. Gutierrez *de juram. confirmat.* 3. *part. cap.* 15. *n.* 1. Menochius *de arbitrariis, caſu* 159. *n.* 5. *& de præſumption. lib.* 1. *quæſt.* 18. *n.* 8. Cavalcanus *deciſ.* 18. *num* 13. *p.* 2. Reuſner. *deciſ.* 11. *num.* 11. *part.* 3. Pappon. *conſ.* 16. *ex n.* 8. Surdus *de alimentis, tit.* 4. *quæſt.* 18. *n.* 1. latiſſimè proſequitur Corduba à Lara *in l. ſi quis à libertis, §. etſi filius, n.* 43. *ff. de liberis agnoſcend.* ubi Bald. Angel. Roman. Aretin. Jaſon. Decium, Bertrand. Rochum de Curte, Covar. Pariſ. Carroc. Ripam, Cravetam, & alios citat atque ſimul inſpectis facultatibus, ex quibus præſtanda ſunt alimenta *d. l. ſi quis à liberis, ſi filius, & §. & alimentis, ibi, arbitraturus, quantum ſit in facultatibus.* Bartol. *in l. ſi libertis, §. manumiſſis. ff. de alimentis, & cibariis legatis, d. partitæ.* Alexander Decius & Jaſon. *in l. de alimentis, C. de tranſactionibus.* Vivis *deciſ.* 523. *n.* 20. Lancellot. Galliaula *ad conſuetud. Alexandriæ.* Gloſſ. ſolidos *q.* 6. *n.* 154. *uſque ad fin.* Natta *conſ.* 48. Burſatus *conſil.* 62. *n.* 19. *cum ſeqq.* Fachineus *controverſ. juris, lib.* 6. *cap.* 34. Riminaldus junior. *conſ.* 132. *n.* 16. Montanus *de tutelis, cap.* 32. *reg.* 9. *n.* 223. Cancerius *d. cap.* 16. *de alimentis, n.* 1. Tuſchus *tom.* 1. *lit. A conſ.* 284. *per totam*, Selle *deciſ.* 16. *n.* 101. Reuſner *d. deciſ.* 10. *n.* 8. & 9. Cumia *tit.* 38. *n.* 10. Gomez *in l.* 10. *Tauri, n.* 40. Gutierrez *de juram. confir.* 3. *part.* 15. *nu.* 10. Pater Molina *d. diſput.* 413. *n.* 7. Paponius *conſ.* 16. *n.* 13. Gregorius Lopez *in lib.* 15. *tit.* 10. *gloſſa Viven.*

16 *part.* Giurba *deciſ.* 6. *n.* 1. & 2. attento valore fructuum qui ex bonis annuatim percipiuntur, non tamen valore patrimonii, proprietatis rerum, *l. jus alimentor. §. modum, ff. ubi pupil. educari debeat*, ubi eſt bona gloſſa *verb. reditum* Bartol. *in l. cum alimenta, ff. de alim. & cibariis legatis*, idem Bartol. & Angel. *in l. imperator, ff. ad Trebell.* Craveta *conſ.* 199. *n.* 21. Gutierrez *pract. quæſt. lib.* 3. *quæſt.* 82. *n.* 22. Baëza. *de decima tutor. cap.* 10. Gomez *in l.* 10. *Tauri, nu.* 40. Tellus Fernand. *in d.* 10. *num.* 19. optimè Garcia *de expenſ. & meliorat. cap.* 4. *à n.* 17. *cum multis ſeqq.* Raudenſ. *deciſ.* 15. *n.* 29. Marcus *deciſ.* 323. *part.* 1. Cancerius *d. cap.* 26. *nu.* 29. Burgos de Paz *conſ.* 9. *n.* 17. Tuſchus *tom.* 1. *lit. A concluſ.* 283. *n.* 1. Barcius *deciſ.* 69. *n.* 45. Menochius *de arbitrar. caſu* 169. *nu.* 3. & 4. Gagonius *Lucenſ.* 73. *n.* 24. Reuſner, *deciſ.* 3. *n.* 44. *p.* 4. Anna *ſingula.* 23. Rol. à Valle *conſ.* 22. *volum.* 1. Cavalcan. *de uſufruct. n.* 36. *in fin.* Surdus *de alimentis, tit.* 4. *quæſt.* 9. *n.* 1. Petrus Gregor. *de dote parag. quæſt.* 28. *n.* 5. Anna Fabius *conſ.* 4. *n.* 67. & 68. Albanus *conſ.* 315. *n* 2. & 16. Simon de Pretis, *de interpretat. ult. volunt. lib.* 4. *dubio* 11. *n.* 86. Montan. *de regula* 9. *nu.* 224. Giurba *deciſ.* 6. *n.* 2. Tiraquell. *de retract. §.* 7. *gloſſ.* 2. *n.* 9. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *centur. caſu* 183. *num.* 25. Roxas *in epitome ſucceſſ. ab inteſtato. cap.* 21. *n.* 63. eleganter Burſatus

17 *conſ.* 8. *ex n.* 16. *cum ſeqq.* idem Gutierrez *allegat.* 14. *n.* 5. qui alia ad propoſitum ſcribit, infinitos penè alios refert Mierez *de majoratu* 4. *p. quæſt.* 28. *à nu.* 7. & facit *l.* 20. *tit.* 16. *p.* 6. ibi : *gobernados debe ſer los huerfanos de ſus bienes en eſta manera la debe el juſgador del lugar eſtablecer ſegun ſu albedrio la quantia del mozo, cierta quantia de pan, y vino, e de dinero que les den cada año para ſu gobierno, e para ſubeſtar del, e de ſu compañia, catando toda via, que de la renta de los eſquilmos de los bienes*

18 *del huerfano ſalgan eſtas deſpenſas, e que todo lo al ſinque en ſalvo, ſi lo pudiere facer*, adeo ut etſi adſint ædificia ſumptuoſiſſima magnique valoris; ſi redditus tamen ſint parvi, ii æſtimandi ſint; non proprietas, nec hæc vendenda ad alimenta præſtanda, Anton. Gomez in l. 10. *Tauri num.* 40. Gregorius Lopez *in l. n.* 19. *p.* 4. *verbo la Riqueza.* Tellus Fernandez *in d. l.* 10. *num.* 14. Garcia latiùs comprobat *in tr. de expenſ. cap.* 4. *num.* 18. *& ſeqq.* & eſt *l. imperator, ff. ad Trebellian.*

Tamen iis perſonis, quæ conveniuntur, ultra quam 19
facere poſſunt, non præſtabuntur ære alieno gravatis alimenta, inſpecta qualitate & indignitate ſed juxta indigentiam dumtaxat pro vitæ ſuſtentatione, & ſublevanda neceſſitate, ne egeant & pereant, cùm 20
non debeatur ſibi officio judicis, & juris naturalis intuitu, aut jure actionis : ſed tantum miſerationis cauſa, ne egeant, & ſi non ita ampla præſtanda ſunt, ſed pro mera & nuda neceſſitate, Marcus Anton. Cuchus, *de legitim. §. poteſt præterea; num.* 8. Jacob ab Arna *in l. Imperator ff. ad Trebellian.* Bald. *in l.* 1. *§. jus naturale n.* 7. *ff. de juſt. & jur. in l.* 2. *§. quod ſi in patris, ſuper gloſſa* 1. *D. ſol. matrim.* & in *authent ſi captivi. in fin. C. de epiſc. & cleric.* Caſtrenſ. *in l. ſi cum dotem. §.* 1. *nu.* 7. *D. ſoluto matrim.* Barbac. *in cap. ex p.* 3. *de conſuetudine Roman. authent. quod locum. C. de collationibus.* Bald. Novellus *in l.* 2. *§.* 1. *D. ſolut. matr.* & ibi Vincent. *num.* 19. Barcius *deciſ.* 129. *num.* 11. & 14. Guilelmus Benedic. *in c. Rainuntius. gloſſ. in eo teſtamento.* 1. *num.* 222. *de teſtamentis.* Carrocius *in l. ſi. q.* 13. *verſ. tenetur tamen. C. de dotis promiſſione.* Surdus *de alimentis tit.* 3. *q.* 18. *num.* 56. Molina *de primogen. lib.* 2. *c.* 16. *nu.* 22. Pater Molina *de majoratu, diſput.* 616. *colum.* 197. Tuſchus *tom.* 1. *tit. A conſ.* 284. *n.* 9. Palacius Rubeus *in cap. per veſtras, §.* 24. *n.* 3. *de donat. inter vir.* Benintendi *deciſ.* 22. *n.* 4. Matheſilan. *ſingulari* 148. Marſil. *ſingula.* 104. Anton. Gomez *in l.* 8. *Tauri.* 39. Caſtillo *in l.* 10. *Tauri* Cavalcan. *deciſ.* 8. *n.* 48. *cum ſeqq. p.* 3. Raven. *ſingula.* 44. Lancellot. Galliula *d. q.* 6. 136. Mant. *conſ.* 13. *n.* 4. Ruinus *conſ.* 144. *conſ.* 14. *& n.* 5. Menchaca *controverſ. illuſtr. lib.* 1. *c.* 35. *n.* 14. Giurba *deciſ.* 6. *à num.* 3. *cum ſeqq.* & poſt plures, quos allegat optimè tractat & reſolvit Garcia *de expenſis & maliorat.* 4. *n.* 23.

Et loquendo in Equitibus, Baroniam habentibus 21
cum juriſdictione ære alieno gravatis, ut ex ſuæ Baroniæ redditibus alimenta, non opulenta, ſed ſecundum neceſſitatem ſint taxanda & conſignanda, ita ut tertia pars alimentorum, quæ aliàs ei deberentur non 22
inſtantibus creditoribus, ſit hoc caſu præſtanda : latiſſimè dumtaxat probavit Franciſc. Leo *in deciſ. Valentiæ* 75. *ex n.* 4 *cum ſeqq.* licet Senatus Valentiæ in caſus contingentia, dimidiam partem taxarit eorum alimentorum, quæ aliàs ſecundùm qualitatem & dignitatem perſonæ officio judicis debita taxari debebant, determinavit, ut teſtatur ipſe Leo *de deciſ.* 75. *n.* 8. ita ut cum Baro probaret indigere pro alimentis ſexcentis libris, trecenta fuere taxata; habito reſpectu ad creditores, & æs alienum.

Et pro hac parte facit text. *in l. ſi. tit.* 11. *p.* 4. 23
ibi *le fin. que alguna coſa deque viva* & quamvis Baëça *de inope debitor. c.* 17. *a n.* 67. *& ſeqq.* conetur defendere, his perſonis, quæ non conveniuntur niſi in quantum facere poſſint, ſint aſſignanda alimen- 24
ta juxta qualitatem earum, dicens quod non eandem præſtanda ſunt nobili, ac ruſtico ex doctrinis generalibus; id Nos verum eſſe fatemur, illud tamen affirmans juxta receptiſſimam ſententiam hactenus relatam; nullis eſſe præſtanda ampla, ſicuti præſtarentur quando illa conſequuntur jure actionis legati, aut officio judicis, quoniam illo caſu ea petunt ab iis, qui jure tenentur præſtare & ad ea ſunt obligati, ſed multò longè mitiora, tantum quantum ſufficiant ad limitatam, & ſtrictam vitæ ſuſten-

tationem ne fame pereant : juxta veriſſimam , & communem relatam reſolutionem.

25 At tamen quando ii debitores formant judicium creditorum alimenta , quæ beneficio legis conſequuntur , non tam de bonis ſuis ea percipiunt , quam prius de bonis creditorum , qui nullo jure ad alimenta tenentur ſed potius miſerationis, & eleemoſynæ cauſa ſibi parantur à jure , prout & agnovit ipſe Baëça *d. cap.*
26 17. *num.* 73. dum quærit an præfata doctrina procedat in debitore , qui non tenetur ultra quam facere poſſit, qui bonis ceſſit , & inquit , quod licet habenda ſit ratio qualitatis perſonæ , tamen id debere intelligi magis ſtrictè reddens rationem , quia alimenta quæ debentur miſerationis cauſa , non debentur ſecundum dignitatem ex Jacob. de Arena , Bald. *in l. ſi maritus , ff. ſolut. matr.* & Palat. Rub. *in cap. per veſtras.* §. 65. *limitatio.* 3. *num.* 11. quibus adde Doctorum catervam ſupra citatam ex *n.* 10.

27 Urget etiam pro hac parte , quod & ipſe Baëça eodem *c.* 17. *n.* 74. *& ſeqq.* quod debitori qui habeat tantum valoris magni , teneri eam vendere ad ſatisfaciendum ſuos creditores ; nam licèt aliàs vendendæ non ſint proprietates rerum ad præſtanda alimenta : id procedere in alimentis , ad quæ quis tenetur jure naturæ , titulo donationis , aut legati , at verò quando miſerationis causâ præſtantur alimenta debitori habenti domum pretioſam & magni valoris , tenetur eam vendere ad ſolvendum creditoribus , & ſeipſum alendum ; quia inter utrumque caſum alia viget æquitas , & alia prorſus diverſa ratio verſatur , ut latius probat ex Tello Fernandez *in l.* 10. *Tauri , à n.* 14. *& aliis pluribus.*

28 Deinde quia hoc beneficium debitoribus aliquibus conceſſum deducendi ex ſuis bonis alimenta , ne egeant , maximè controverſum inter noſtros , & Theologos Doctores , aut tuta conſcientia procedere poſſit , cùm nemo teneatur vivere de alieno , cùm ſint bona creditorum ſuorum potius , quàm ſua , prout videre eſt ex multis Doctoribus partem negativam ſectantibus , & fortiter tuentibus , quos allegant Covar. *variar. reſol. l.* 2. *c.* 1. *n.* 6. Surdus de *alimentis. tit.* 8. *pr.* 28. *per totum.*

29 Quare attentè ſe gerere debent judices concurſus in taxandis alimentis debitori , concurſus judicium cauſanti , non abutendo arbitrio , ſcientes in reſtrictione eorum conſiſtere juſtitiam , non in ampla præſtatione , quoniam non tractant de præbendo alimento ex bonis debitoris ; ſed de bonis creditorum , qui ſuas pecunias dederunt debitori , cui nulla lege tenentur ad alimenta , & putent judices de alieno non eſſe eleemoſynam erogandam.

30 Iis merito adjungere vales civitatem , populum , Eccleſiam , ſeu univerſitates , quas pro ære alieno gravatas ad formandum concurſus judicium admitti diximus ſup. *cap.* 1. *num.* 49. *in §. per totum.* ut computentur inter perſonas , quæ ultra quam facere poſſunt non conve-
31 niantur ; atque ideo eiſdem univerſitatibus aſſignantur ex ſuis bonis concurſus alimenta pro ſuis publicis , & præciſis neceſſitatibus , ne contra publicam utilitatem egeſtatem patiantur , publiciſque functionibus deficiant , quia publica utilitas privatæ ſemper præfertur , & variis juris privilegiis decoratur , in quo ultra non progredior , cum conſtantiſſima , & indubitata praxis ſit omnium tribunalium & etiam inferiorum notiſſima , ſemper aſſignantium alimenta populis , & univerſitatibus judicium concurſus ex ſuis bonis propriis , & publicis formantibus.

32 Sed nunc quærendum an debitor majoratus cujuſlibet poſſeſſor , ſeu Duces , Marchiones , Comites , aut aliàs nobiles potentes perſonæ , quæ ære alieno gravatæ ſunt , & ad judicium concurſus provocant ſitos creditores , an iſtæ habeant beneficium , ne conveniantur ultrà quam facere poſſint , ita ut formato concurſu ex ipſius majoratus bonis ſibi præſtanda ſint alimenta.

33 In qua quæſtione quantum attinet ad Comites & cæteros magnates , atque alias illuſtres & potentes perſonas , quamvis titulo comitatus , & ſimilium carentes potiantur tamen domibus illuſtribus & inſignibus : praxis tribunalium Hiſpaniæ hoc admiſit , ut eiſdem competat hoc beneficium , ne conveniantur , ultra quam facere poſſint , & peracto per eos legitimè judicio concurſus , ſibi taxantur alimenta ex bonis ſuorum ſtatuum , atque majoratuum ex *l. miles de re judicata :* de qua etiam praxi teſtantur Parladorius *lib.* 2. *rer. quotid. cap. fin.* 5. *p.* 3. *n.* 31. *&* 32. ubi etiam dicit quod in bonis majoratus , aut alias fideicommiſſo ſubjectis fieri poſſit executio , ſi alia bona non extent , non ut perpetuo credito addicantur , ſed ut ex fructibus & reditibus ſibi ſolvant quouſque credita extinguantur , 34
juxta textum *in l. peto. §. prædium ff. de legatis* 2. quem Paulus ibidem unicum & ſingularem eſſe prædicat : tradit quoque Jaſon. *in l. commodis ff. de re judicata.* Rubeus *in cap. per veſtras amp ixt.* 17. *n.* 70. Molina *de primogen. lib.* 4. *cap.* 7. Martin Raude ſ. *de principibus , quæſt.* 290. & extat de ea re egregia Baldi doctrina in *authen. ei qui jurat , C. de bonis authorit. jud. poſſid.* in hæc verba : *ſed nunquid propter debita comitis fiet miſſio in comitatum ? reſpondeo , non quia Cæſaris eſt , ff. de legatis.* 1. *l. apud Julianum. §. fi.* ſed in redditibus ſic , *quia jure proprio fructus lucratur , ut ſint proprii , non feudales.* Idem ſcribit ipſe Bald. *in l.* 1. *totum. C.* 35
qui bonis cedere poſſ. cujus opinionem amplectitur Martinus Laudenſ. *de principibus , d. quæſt.* 290. Jaſon *in §. item Serviana inſtitut. de actionibus. num.* 100. probat latius Fontanella *deciſ.* 166. *& dec.* 167. *& Nos ſuprà cap.* 10 *num.* 23. *verſ. ultra quæ. & ex n.* 89. & in terminis noſtris idem probet Matthæus Brunus *de ceſſio. bonor. quæſt. princip. n.* 18. dum firmat , quod cedens bonis , ea bona quæ per teſtatorem ſunt 36
prohibita alienari , retinere poteſt item uſumfructum , feudum & emphyteuſim Eccleſiaſticam quam poſſidet , ita tamen , ut earum rerum commoditates , quæ ad debitorem cedentem pertinent pleno jure , creditoribus ſuis , pro eorum credito , dentur , & conſignentur per *l. neceſſario. §. fin. ff. de pericul. & comm. rei vend.* & eorum , quæ per Doctores notantur , præcipuè Alexand. *in l. ſi finita. §. ſi veſtigalibus. n.* 17. *ff. de damno infecto , & in conſ.* 19. *n.* 16. *vol.* 5. Ant. Rubeus *conſ.* 164. *col. fin. in princ. verſ. pro reſolutione ,* Ruinus *conſ.* 176. *col.* 2. *in fin. vol.* 1. Bald. *in l.* 1. *col.* 3. *verſ. quæro , nunquid ille , qui quieſcit ,* & Salicetus *col.* 1. *ad fin. ver. ſed dubitatur quod ſi poſſideat. C. de ceſſione bonorum.* Jaſon *in §. ſi col. penult. verſ. quid autem ſi in ceſſione bonorum , inſtit. de actionibus.* Noguerol *allegat.* 37. *ex n.* 37. *& ſeqq.* alios plures videbis *infrà ex n.* 55. *verſ. non obſtanti primum* &c.

Cujus eſt farinæ , quo uſusfructuarius poteſt uſum- 37
fructum creditori obligare , & hypothecari *l. ſi is qui* 11. *§. uſusfructus. ff. de pignoribus :* creditoris tamen jus durat durante uſufructu , ita ut morte debitoris extinguatur , ut argument. text. *in l. neceſſario. §. fid. de periculo & comm. rei vend.* Felicianus *de cenſibus lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 4. *ad fin.. & num.* 5. 38
Caſtillo *de uſufructu. cap.* 70. *num.* 9. *& ex num.* 1. ex qua doctrina infert Parlador. *loco citato num.* 32. in hæc. *Atque ita fieri quotidie videmus , ut magnatibus æris alieni mole prægravatis , redditus majoratus creditoribus addicantur ; cum ſua tamen prærogativa illorumque dignitate ſalva , id eſt , habita ratione ne egeant ; juxta text. in l. miles ff. de re judicata :* hac tamen diſtinctione , ut inquit Parladorius ubi ſupra *num.* 32. ibi : *atque ita fieri quotidie videmus , ut magnatibus ære alieno prægravatis redditus majoratus creditoribus addicantur , cum ſua tamen prærogativa illorumque dignitate ſalva , id eſt , habita ratione ne egeant juxta textum in l. miles ff. de re judicata ,* &c. quem frequenter ſequitur Curia Philippica 2. *p.* §. 16. *num.* 13. & Viladiego *in politica. c.* 2. *n.* 28.

Hoc idem (Parladorio tamen tacito) dixit Amador 39
Rodriguez *de privilegiis creditorum* 1. *part. ſub n.* 25. *verſ. illud tamen iis præmiſſis. fol.* 6. *à tergo.* frequenter

ter obſervari, & practicari ſolere, circa Duces, Marchiones, Comites, aut alios nobiles, & potentes perſonas, oppreſſas creditoribus, quæ ſuis ſolvere non valentes, facto concurſu, bona eorum libera, & fructus omnes ſtatus & majoratus per judicem concurſus ſequeſtrari ſolere, & taxatis reſervatiſ-
40 que alimentis Marchionibus, aut nobilibus prædictis perſonis, aliquibuſque bonis conſignatis, aut fructibus majoratus; quod comprobat ex ſimilitudine Clerici debitoris, cujus præbendæ aut beneficii redditus, aut fructus ſequeſtrantur pro ſatisfactione creditorum ſuorum, reſervata tamen eorum ipſis tanta parte, quæ ſufficiat ad ejus honeſtam ſuſtentationem, ne pereat, & mendicare cogatur, cum gaudeat beneficio, ne conveniatur ultra quàm facere poſſit, attenta qualitate, & quantitate reddituum, argumento text. ſingularis in ſui diſpoſitione, *in C. pervenit. de fidejuſſoribus*, juncto *cap. Odoardus de ſolutionibus* Aufrerius *in addit. ad Capellam Tholoſ. quæſt.* 245. Abb. *in d. cap. pervenit, n.* 12. *Ripa, in obligatione generali n.* 45. *ff. de pignoribus.* Amador Rodriguez *d. p.* 1. *n.* 25. *ante fin.* Cynus & Salicetus *in l. ſtipendia C. de executio. rei jud.* Boërius *deciſ.* 226. *ad finem*, Benincaſſus. *in tract. pauper. quæſt.* 8. *in quanta ſpecialita. contract. n.* 15. latè Decius *in cap. Epiſcopus. n.* 1. *de præbendis, ubi additio* Surdus *de alimentis. tit.* 1. *quæſt.* 8. *n.* 20. *&* 21. Menoch. *de arbitrariis, lib.* 2. *caſu* 183. *n.* 8. optime annotat Gutierrez *de juramento confirm.* 1. *part. cap.* 17. *n.*
41 5. *cum ſeqq.* Et omnia hæc latiſſimè comprobat Baëza de *inope debitore, c.* 16. *ex n.* 103. *per aliquas colum.* ubi affirmat non de jure, ſed de univerſali conſuetudine deberi alimenta magnatibus, ducibus & comitibus, & aliis illuſtribus perſonis, & majoratibus habentibus juriſdictionem & tunc ex redditibus deducuntur alimenta ipſis debitoribus, cæteris autem redditus, & fructus conſervantur ſuis creditoribus ut ex
42 eis æs alienum extinguatur, ubi multa cumulat omnino videnda in propoſito, & eundem Baëzam pro hac diſtinctione inter poſſeſſores majoratum habentes dignitatem, & juriſdictionem, ut eis debeantur alimenta, & alios poſſeſſores juriſdictione carentes refert Avendanus *de cenſib. c.* 53. *n.* 11.

43 Sed difficultas verſatur, circa cæteros debitores poſſeſſores ſimplicium majoratuum, aut vinculorum, an iſti concurſum formantes alimenta appetere poſſint, & videtur quod pariter beneficium habeant, ne conveniantur ultra quam facere poſſunt, primò quoniam Hiſpa-
44 norum majoratuum inſtitutiones, quæ ad familiarum conſervationem præſertim ordinantur, atque diriguntur in bonum publicum introductas fuiſſe, in earumque conſervatione, jus etiam publicum verſari, probant multi ex *l. quamvis de ventre inſpicien. text. in §. cæterum inſtit. de legit. agnat. ſucceſſio. l. pronunciato. §. familia, ubi perſcribentes, C. de verb. ſignific. l.* 2. *tit.* 15. *par.* 1. ibi. *acatando el pro communal. de todos.* Tiraquellus, qui plura congerit, *de primogenitura, quæſt.* 4. *n.* 13. quod nedum in principalibus, ſed etiam in cæteris primogeniis verum eſſe inquit idem Tiraq. *d. quæſt.* 4. *n.* 32. plurimi alii relati, & ſequuti à Molina *de primog. l.* 1. *cap.* 18. *n.* 1. *& ſeqq.* Covar. *lib.* 1. *variar. cap.* 5.
45 *n.* 5. ergo alimenta præſtanda ſunt propter favorem publicum & majoratuum honorem, & authoritatem conſervandum, quæ eſt ratio ob quam Sacerdotes & clerici hoc beneficio potiuntur, ex Doctoribus ſuperiùs relatis *n.* 4. *verſ. hoc idem beneficium.*

46 Secundo, quoniam majoratus per ſe eſt dignitas, ut teſtantur quamplures relati à Molina *de primogeniis. lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 1. 2. *&* 3. Mierez *de majoratu.* 1. *part. quæſt.* 1. *n.* 20. *& ſeqq.* Alvarado *de conjecturis. lib.* 2. *cap.* 3. §. 1. *n.* 16. Matienzo *in l.* 5. *tit.* 9. *gloſſ.* 2. *n.* 3. *lib.* 5. *recopil.* Pater Molina *tom.* 3. *diſput.* 620.
47 & plurimi alii citati à Caſtillo *controverſiar. lib.* 6. *cap.* 147. *n.* 8. ergo propter tantam dignitatem, qua potiuntur poſſeſſores majoratuum cauſantes concurſum creditorem conſequi debent alimenta & eorum fructibus ne egeant in dedecus dignitatis, & honoris, ut ut conſiderarunt in Magnatibus, Ducibus, & Comitibus ſuperiùs citati Doctores, & praxis admiſit.

Tertio, quoniam bona fideicommiſſi, quæ à teſta- 48
tore prohibentur alienari, tamen ſi poſſeſſor, & gravatus inopia ſit preſſus, ob ejus alimenta licitè alienari permittitur, ne egeat, text. expreſſus *in Authent. res quæ, C. communia de legatis;* quam latiſſimè exornant Ludovic. Molina *de primogeniis. lib.* 4. *cap.* 7. *per totum*, & Fuſſarius *de ſubſtitutionibus, q.* 806. qui innumerabiles alios referunt, & etiam, quando fideicommiſſo gravatus ære alieno ſit oppreſſus poteſt bona fideicommiſſi alienare; conſtanter poſt innumerabiles Doctores probat ipſe Fuſſarius *in quæſt.* 542. *per totam;* ergo multo magis quotam fructuum, & redituum retinebit, pro ſuis alimentis, & vitæ ſuſtentatione, ne pereat inopia.

Quibus tamen minimè obſtantibus, contrarium de 49
jure verius eſſe oſtendendum, imo quod quilibet, majoratus ſimplicis poſſeſſor, concurſus judicium formans alimenta petere, aut conſequi non poſſit ex fructibus ipſius vinculi aut majoratus etiamſi nobilis ſit, niſi ſit Dux, Comes, vel Marchio, ſeu etiam competant oppida, caſtra, vaſſallos, aut juriſdictionem habentia, quibus procul dubio, praxis admiſit jure optimo alimenta præſtanda, ære alieno oppreſſis, concurſum inter ſuos creditores cauſantibus, ut, ex Parladorio, Amatore Rodriguez, & Baëza, & aliis diximus ſuperius *à n.* 33. *verſ. in qua quæſtione quantam*, &c. ex cum ratione *l. miles ff. de re judicata*, beneficio potiuntur, ne ultra quam facere poſſint, ſuis teneantur creditoribus.

Et ita loquendo in Baronibus equitibus habentibus 50
Baroniam cum juriſdictione, idem introductum fuiſſe conſuetudine in Regno Valentiæ, iis ære alieno gravatis præſtantur alimenta ex redditibus ſuæ Baroniæ, latè probat Franciſc. de Leo *in deciſ. Valentiæ, tom.* 1. *deciſ.* 75. *per totam.*

Probatur inſuper, quia ſimplicis majoratus aut 51
vinculi poſſeſſor nullo ex capite privilegiatus reperitur in jure, nec conveniatur, ultra quam facere poſſit, nec in majoratu, & vinculo aliquid peculiare adeſt, quod integrè ſatisfacienda creditores impediri poſſit, ut ſtatim probavimus magis ſpecialiter, ergo jure communi uti debet, quantumvis nobilis poſſeſſor ſit, cum nobilitas ſola, licet liberet debitorem à carcere 52
pro debito civili, non tamen aliquod privilegium, & beneficium ei tribuit, ne conveniatur ultra quam facere poſſit; imo ex integro, & in ſolidum ex ſuis omnibus bonis creditores ſatisfiunt; nam licet miles habeat à jure privilegium, ne conveniatur ultra quam facere poſſit, *d. l. miles*, cum ſimilibus, hoc 53
tantum procedit in milite armatæ militiæ, & non in equitibus ſeu nobilibus, ut poſt Cuman. & alios communiter *in d. miles* dicit Covar. *lib.* 2. *variar. cap.* 1. *num.* 4. *quod* (inquit) *nec jure Cæſarum, nec jure regio hoc expreſſum eſt:* idem affirmat Gutierrez *de juramento confirmat. part.* 1. *cap.* 16. *num.* 36. Baëza *de inope debitore, c.* 16. *num.* 8. *&* 9. ſequitur Leo *in deciſ. Valent.* 77. *num.* 2. *&* 3. *tom.* 1. 54
ita ut nec intuitu majoratus ſimplicis ut ſtatim, nec ratione nobilitatis eis alimenta ullatenus debeantur, prout ex reſponſione ad argumenta clarius hæc omnia patebunt.

Non obſtat primum *ex n.* 34. quo jus publicum 55
verſatur in conſervatione majoratus. Quod licet verum ſit, nihil tamen ad rem facit, quoniam in concurſu creditorum nihil agitur, quod tendat, aut reſpiciat majoratus, & vinculi deſtructionem, nec creditores pro vendendis bonis majoratus urgent, ſcientes ad id nullum jus habere, cum ſint familiæ reſervata, & perpetuo 56
inalienabilia (regulariter regia facultate ceſſante) ſed tantum curant ſatisfieri de ſuis creditis ex fructibus, & redditibus majoratus, pleno jure pertinentibus debitori

ſuo, in quibus nulla cedit alienationis prohibitio ad
57 latè tradita ſuperiùs *n.* 33. *& ſeq. verſ. in qua quæſt. quantum attinet*, &c. Nec hæc fructuum creditoribus
58 addictio, & applicatio perpetua eſt; ſed temporalis pro vita dumtaxat poſſeſſoris debitoris, ita ut poſt eam ſucceſſor omnes liberè, & integrè deinceps conſequatur etiamſi creditores nondum integrè ſatisfacti ſunt. Fontanella deciſ. 166. & 167. Molina *de primogeniis lib.* 3. *c.* 13. *per totum*, & annotavimus *ſuprà cap.* 10. *à n.* 23. *verſ. ultra quæ in iſtis*, &c. Socinus Junior, *conſil.* 9. *num.* 93. *lib.* 1. Menochius *conſil.* 275. *dub.* 2. Surdus *conſil.* 194. *n.* 27. *lib.* 2. *& deciſ.* 254. *n.* 13. ubi Clarus *in pract. crimin.* §. *ult. quæſt.* 78. *verſ. item quæro.* Marcus Anguiſola *conſil.* 122. *nu.* 51. Cæphalus *conſil.* 707. *nu.* 11. Hieron. Gabriel. *conſil.* 184. *n.* 1. *lib.* 1. Molina *de primogeniis*, *lib.* 4. *cap.* 11. *nu.* 6. *&* 11. Petra *de fideicommiſſis*, *quæſt.* 3. *nu.* 11. Peregrinus *de jure fiſci*, *lib.* 5. *tit.* 1. *de publicatione bonor. nu.* 67. Intrigol. *de ſubſtitutionib. centur.* 3. *quæſt.* 73. *n.* 92. Fuſſarius *de fideicommiſſis*, *quæſt.* 529. *per totam*, *& quæſt.* 430. *per totam*, *& per l. peto*, §. *prædium. ff. de legat.* 1. Mieres 3. *part. quæſt.* 9. *ex nu.* 106. *uſque ad nu.* 112. Rodriguez *de redditibus lib.* 2. *q.* 9. *nu.* 74. plenè Duardus *ſuper Bull. de cenſib.* §. 1. *quæſt.* 7. *n.* 38. Tiraquell. *de retractu lign.* §. 1. *gloſſ.* 7. *n.* 47. optimè Peregrin. *de fideicommiſſis*, *art.* 40. *n.* 100. Fontanella *de pactis nuptial. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 9. *part.* 5. *n.* 24. *cum plurimis ſeq.* Cancerius *lib.* 1. *variar. c.* 8. *nu.* 99. *&* 200. Corbulus *tit. de cauſa privat. alienatio. irrequiſito Domino*, *limitat.* 19. Gramma *deciſ.* 5. *ubi optima additio*, & ex aliis Noguerol.
59 *alleg.* 37. *ex nu.* 37. Quod in fructibus bonorum majoratus pro debito poſſeſſoris fiat executio ejus vita durante, quod poteſt alienare, & hypothecæ ſubjicere & ex eis ſatisfieri creditores, durante vita poſſeſſoris majoratus, vide *infrà* 5. *p.* 3. *per totum.*

Nec obſtat ſecundum fundamentum contrarium *ſuprà*
60 *nu.* 36. quoniam verior eſt, & tenenda opinio, quod majoratus, ſive primogenitura nullam in ſe dignitatem publicam contineat, niſi aliter accidentaliter ei acceſſerit, & inſit, ut ſi jure majoratus competat Regnum, Ducatus, Comitatus, aut Marchionatus, ſeu etiam competant oppida, & Caſtra, Vaſſallos, & juriſdictionem habentia, de quibus erit tanquam de dignitatibus judicandum, ut veriſſimè reſolvit Molina *de primogen. l.* 1. *c.* 12. *nu.* 4. *& ſeqq.* Mieres *de majorat. part.* 1. *quæſt.* 1. *ex n.* 19. *& tribus ſeq.* ubi etiam multis comprobat, quod Ducatus, Comitatus, Marchionatus, & Vicecomitatus
61 ſunt dignitates regales, & quod omnis, qui præeſt
62 cognitioni villæ vel Caſtri dicitur habere dignitatem,
63 atque etiam quod habentes juriſdictionem in aliquibus dicuntur clariſſimi; prout latius ibi. Et quod majoratus
64 ex propria natura nullam in ſe dignitatem publicam contineat, quamvis ex accidenti poſſit dignitas ineſſe, latè probavit Petrus Barboſ. *in l. cum prætor*, §. *final. ff. de judiciis. nu.* 175. *uſque ad nu.* 254. alios quam-
65 plurimos in comprobationem ſequutus adduxit Caſtillo *controv. tom.* 6. *cap.* 147. *ex nu.* 8. quare iis debitoribus poſſeſſoribus majoratus, quibus accidentaliter ineſt dignitas publica, indubiè conſignanda ſunt alimenta, ex majoratuum redditibus & fructibus. Quia propter dignitatem inſitam non conveniuntur, ultra quàm facere poſſint, & illorum reſpectu rectè praxis
66 quotidiana procedit. At in cæteris majoratuum, & vinculorum ſimplicium poſſeſſoribus nullo modo praxis admittere debet, cum beneficium, ne conveniantur ultra quam facere poſſint, nullo juris fundamento eis competat.

67 Minus obſtat tertium *ſuprà n.* 48. quod magis urgere videbatur, ſed facilis patet reſponſio prima, quod diſpoſitio *Authentic. res quæ C. communia de legatis*, non procedit, nec locum habet in majoratibus Hiſpaniæ niſi ex cauſis *d. Authent.* regia licentia, & facultas obtenta ſit, & conceſſa, prout latiſſimè contra alios ex Gregorio Lopez *in l.* 6. *tit.* 11. *part.* 6. *gloſſ. verb. que no lo pudieſſe vender.* Et Covarruv. *variar. reſolut. lib.* 3. *cap.* 6. *nu.* 10. *in fin.* diſputando com- 68
probat Molina *de primogeniis*, *lib. d.* 4. *cap.* 6. *nu.* 7
16. *cum multis ſeq. & nu.* 25. ita concludit, *ex quibus* 7
infertur Hiſpaniarum primogenia nec ex cauſa conſtitutionis, *nec reſtitutionis dotis tam matrimonii carnalis*, *quam ſpiritualis*, *ſeu donationis propter nuptias*, *nec pro alendo ipſo majoratus poſſeſſore*, *nec ejus liberis*, *nec pro illis ab hoſtibus redimendis*, *nec ex alia cauſa ex iis quas Doctores in d. Auth. res quæ adducere ſolent*, *alienari poſſe abſque Regia facultate*, *niſi ad id efficiendum majoratus inſtitutus aſtrictus eſſet* (*de qua obligatione* dixerat ſuperius *nu.* 19.) *eademque*
ratione, *regias facultates ad id efficiendum raro &* 69
non niſi ex magna cauſa concedendas eſſe; cum majoratuum inſtitutorum voluntati adverſentur, *quos verſimile eſt*, *potius ipſorum majoratuum conſervationem*, 7
quam poſſeſſorum neceſſitatibus conſulere voluiſſe, &c. Hæc ille.

Idem poſt plurimos, quos refert, latè fundat 70
Mieres *de majoratu* 2. *part. quæſt.* 28. *à nu.* 6. *& ſequentib.* & videndus à principio quæſtionis multa in propoſitum deducens, & longè differens totam materiam.

Et inſuper, quod pro neceſſitatibus gravari non poſ- 71
ſunt bona fideicommiſſi alienati, quando teſtator prohibuiſſet bona quomodocumque alienari, vel dixiſſet, quod bona perpetuo, vel continuo manerent in familia, infinitos penè congerit, & ſequitur Fuſarius *de ſubſtitutionib. q.* 535. *n.* 16. *& à n.* 78. *cum ſeq. & q.* 5472. *à n.* 7. *cum ſeq.* quomodo limitat *d. Auth.* diſpoſitionem loquentem in fideicommiſſis ſimplicibus. 7

Sed adhùc dato caſu quod *d. Authent.* diſpoſitio pro- 72
cederet in majoratibus, argumentum non urgeret, nam ejus diſpoſitio procedit ex tacita voluntate teſtatoris, permittentis alienationem pro alimentis gravati ex bonis ſuis deducendis, quæ ratio nullo modo militat in creditoribus gravati contradicentibus, & renuentibus deductionem, atque conſignationem alimentorum debitori, cujus bona obligata ſunt ad ſolvenda debita ex integro, prout ſunt fructus omnes majoratus, imò potius iſta alienationis permiſſio inducta à jure pro neceſſitatibus & æris alieni gravati ſatisfactione, potiùs foret in creditorum commodum & favorem, & inducta ad augmentum non debent operari diminutionem, prout operaretur, ſi ex bonis, quæ teſtator permittit alienare pro ſatisfaciendis creditoribus gravati, iſte deduceret alimenta contra omnes juris regulas.

Nec denique obſtat, quod ex Sarmiento Selectar. 73
lib. 7. *c.* 5. quem ſequitur Caſtillo *controverſ. tom.* 4. *cap.* 26. *ſub n.* 32. *verſ. denique*, *& quinto loco* poſt medium, vulgo dici ſolet; quod poſſeſſor majoratus, cùm habeat titulum antecedentem à fundatore & ideo omnibus prædeceſſoris creditoribus eſſe præferendum in bonis majoratus: quæ quidem doctrina in terminis, quibus ipſi Doctores loquuntur, veriſſima eſt, quatenus eam tradere ſolent Advocati, & extendere ad hoc, ut omnibus majoratus poſſeſſoribus concurſum formantibus inter ſuos creditores, indiſtinctè debeantur alimenta, prorſus ut inapplicabilis, & nullo modo ad hoc conducibilis rejicienda erit, & delenda; prout altius videre eſt ſupra *cap.* 11. *ex n.* 119. *cum ſeqq. verſ. ex iis rectè infertur ad doctrinam Sarmienti*, &c. ubi apertiſſimè oſtendimus, quo caſu præfata doctrina procedat, & Doctores loquuti fuêre.

Sed juxta ſuperius à principio hujus capitis dictis ulterius inquirendum, quid quando in concurſus judicio adſunt inter cæteros creditores, aliqui, quorum dumtaxat reſpectu debitor poteſt alimenta deducere, & beneficio ne conveniatur ultra quam facere poſſit, potitur, prout in patre, filio, aſcendente vel deſcendente, uxore, viro, genero, & ſimilibus creditoribus, qui ad invicem inter ſeipſos beneficio juris ne conveniantur

ultra

ultra quam facere poſſint, & deducant ne egeant, utuntur, ut ſuperiùs diximus, quo caret beneficio debitor, adverſus cæteros creditores, ſimul concurrentes, an adverſus omnes beneficio utatur indiſtinctè, vel in totum illud amittat; in qua difficultate breviter & 74 reſolutivè dico, debitor nullo tempore uti poterit hoc beneficio contra creditores illos, quibus beneficii 75 exceptionem opponere non valet: at reſpectu cæterorum diſtinguendum inter judicium concurſus pendens, & eo finito per ſententiam graduationis: primo caſu, nullo modo detrahere poteſt debitor alimenta ne egeat, ratione incertitudinis; cum adhuc judicio pendente non appareat de juribus creditorum, nec de quantitate cuilibet debita, & cùm ceſſio bonorum ſit abſoluta, & judicium individuum, cæteri creditores, qui non tenentur ad alimenta gravari, grave detrimentum paterentur, ſi ex corpore bonorum concurſus alimenta debitori præſtarentur, ideoque antequam diſcutiantur, & liquidentur credita uniuſcujuſque, debitor prætendere non poteſt 76 ab initio alimenta, quia confuſio, & incertitudo impedit totaliter deductionem, *l. idem Pomponius §. ſi. ff. de rei vindicat. l. duo ſunt Titii ff. de teſtament. tutor incertus. ff. eodem tit. l. ita ſtipulatus. l. ubi autem non apparet. ff. de verborum oblig. l. ſi ſic. §. 1. ff. de legatis. 1. l. cum poſt. §. gener. ff. de jure dotium.*

77 Et ita communiter practicatur in omnibus judiciis concurſus, in quibus licet compareat uxor pro ſua dote, aut alio credito, filii, gener, & ſimiles inter cæteros creditores, nullo modo per debitorem poſtulatur hæc alimentorum deductio, nec unquam conſignantur. At verò poſtquam per ſententiam graduationis conſtat de certis, & liquidis creditis illorum credi-
78 torum, qui patiuntur alimenta, puta uxor, filius, gener & ſimiles, tempore exactionis in ſuo loco & gradu rectè poterit debitor poſtulare ab eiſdem ne cum effectu exigant, nec eis credita integrè tradantur, ſed potius ipſi debitoris quantum ſaltim ex eorum fructibus ſufficiat ad ſe alendum, cùm horum creditorum reſpectu minimè teneatur, niſi deducto ne egeat, reſervata proprietate creditoribus eiſdem juxta quæ latius probatum remanet à principio hujus cap.

79 Et concludit doctrina Cordubæ clara *in l. quis à liberis, § idem reſcripſit ff. de liber. agnoſcend.* quod ſi captis pignoribus pater compellatur à judice alere filium ſpurium; fundumque ſpurius pignori accipiat, pro ſe alendo ex fructibus, non tranſmittet eum ad hæredes ſuos, poſt ejus vitam fundus revertitur ad patrem, cùm jus alimentorum quod in fundo habebat, morte ſi extinctum argumento *l. cum ii. §. cauſa. ff. de tranſact.* per doctrinam Fald. *in l. ff. de juſticia & jure* Albert. Brun. *in tract. ſtatutor. art.* 11. *quæſt.* 9. *in princip. n.* 6.
80 & Palatii Rubei. *in cap. per veſtras nota.* 1. §. 24. *n.* 7. ubi declarat ſic *l.* 10. *Tauri*, & in terminis, quod hæc alimenta, quæ miſerationis cauſa dantur, non tranſmittantur ad hæredes alimentarii, probat ex Ant. Cucho *de legitima f.* 136. & Croto *in l. fin. quæſt.* 13. *verſ.*
81 *& licet, C. de dotis promiſſ.* Giurba *deciſ.* 6. *n.* 13. & *à n.* 19. ad differentiam alimentorum, quæ ſubrogantur loco legitimæ, ex eodem Giurba ibidem & Cordoba à Lara *loco citato.*

Sed denique tractandum an alimenta privilegium antelationis cæteris quibuſlibet creditoribus habeant, in qua difficultate nimis abſolutè & indiſtinctè dixit Felicianus *de cenſibus, tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 4. *n.* 12. quod
82 alimentarius pro alimentis tacitam habet hypothecam, & privilegium prælationis omnibus anterioribus creditoribus, etiam expreſſam hypothecam habentibus allegat ad id Bologninum Cavalcan. *deciſ.* 5. *num.* 9. 18. & 19. *in* 2. *p. & deciſ.* 44. *num.* 46. & 47. *p.* 1. Tiberium Decian. *conſ.* 108. *à num.* 23. *& ſeqq. vol.* 2. ſed adverte, quod eſt *conſ.* 109. & eundem Cavalcanum *in repertor. deciſ. verſ. alimentarium* ex qua doctrina vulgo communiter deducitur, alimenta præferri omnibus creditoribus, & ante omnes ſolvenda in concurſu creditorum.

Sed toto juſtitiæ zelo omnes decipiuntur, quoniam 83 licet Felicianus videatur inſinuare, non tamen ab eo citati Doctores, cùm in longè diverſo caſu loquantur, ſcilicet in tertio creditore expendente in conſervatione alicujus rei, vel corporis negotiationis, & pro mutuo dato ad alimenta inſtitorum ejuſdem negotiationis, ſocietatis, aut menſæ nummulariæ, ut in ea adquirat hypothecam cum privilegio ad *l. interdum. cum l. ſeqq. ff. qui potiores in pign. habeant.* de qua doctrina protinus agendum erit, eodem modo, & caſu hos Doctores loqui, & intelligit Carleval. *de judiciis tom.* 2. *lib.* 1. *tit. diſput.* 29. *à principio, per totum*, ſed non loquuntur præfati Doctores à Feliciano citati de ipſo alimentario, an pro ſuis alimentis conſequendis habeat hypothecam in bonis alimentantis, & prælationem aliis hujus creditoribus, in quo verſatur noſtra quæſtio, quam indiſcreta praxis difficillimam reddit ob caſuum, & terminorum confuſionem; quapropter ut clara reſolutione, ac certa capi poſſit deinceps, per caſuum diſtinctionem diſcretivè procedendum erit.

Primus caſus ſit, quando ii omnes (quos hactenus 84 à principio hujus cap. non teneri, nec conveniri, ultra quam facere poſſint, diximus) formant concurſum, & alimenta conſequuntur, quoniam in eis præferuntur omnibus ſuis quibuſlibet creditoribus quomodolibet privilegiatis: ſiquidem ex ſuis bonis ceſſis, & ſolutioni creditorum deſtinatis hæc alimentorum portio deducitur, & ſeparatur, nec corpus concurſus ingreſſa intelligitur, licet pendeant ab eadem adminiſtratione, & adminiſtratore, jura quippe, & Doctores eo loquendi modo utuntur, ut iſti tales debitores ſuis creditoribus teneantur deducto ne egeant; alii verò dicunt, 85 penes ſe retinere poſſe ex bonis ſuis quantum ſit neceſſarium pro ſe alendis, & tanto minus ſolvere ſuis creditoribus, *l. is qui, ff. de ceſſio. bonor.* Imola *in l. ſi maritus*, ubi Alexand. *num.* 4. Angelus *in §. fin. inſtit. de actionibus*, Covar. *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 6. Gloſſa *in c. cum tu. de uſuris.* Surdus *de alimentis; tit.* 8. *privileg.* 28. *num.* 1. Et inſuper apertiùs videbis ex tot juribus, doctrinis, & Doctoribus, à principio hujus cap. relatis, quapropter fatendum eſt, horum alimenta præcipua eſſe, & cunctis præferri, & præ cæteris creditis perſolvenda, cum nullum jus cæteri creditores ad hæc bona correſpondentia alimentis debitoris taxatis, & conſignatis prætendere poſſint, quod quidem recta ratione, & juris fundamento praxis quotidiana admiſit, & in dies obſervat, ſive debitores ſint poſſeſſores majoratuum illuſtrium, quibus dignitas inhæret, ex ſuperius comprobatis *à n.* 43. *& ſeqq. verſ. ſed difficultas verſatur*, &c. ſive alii ſint, qui hoc beneficio potiuntur, ne conveniantur ultra quam facere poſſint, in quo nullum dubium eſt.

Ex hac ſolida ratione iſtis debitoribus datur prælatio, ſed non ratione alicujus hypothecæ in bonis con- 86
curſus, cum impoſſibile ſit, eiſdem competere hypothecam in ſuis bonis; etenim dominium, & hypotheca inter ſe pugnant, & juribus vulgaribus, & cedens 87
bonis, quouſque vendantur, aut in ſolutum dentur, retinet eorum dominium, juxta text. *in l. is qui bonis, ff. de ceſſio. bonor.* & latius diximus *ſupra, c.* 14. *à n.* 29. *cum multis ſeqq. verſ. contrarium tamen verius*, &c. atque ideo hic prælationis effectus attribui nequit alicui generi hypothecæ quam debitor ipſe in ſuis bonis nunquam acquirere potuit, ſed illi ſeparationi portionis quam permittit lex debitori, habenti beneficium, ne conveniatur, ultra quam facere poſſit.

Secundus caſus erit in tertio, qui alimenta conſe- 88
quutus fuit ex bonis debitoris, & uti creditor in concurſum comparuit inter cæteros debitoris alimentantis creditores: an iſtis omnibus ille præferatur, tanquam creditor habens hypothecam, cum privilegio, quod

casu regula generalis constituenda erit, alimentarium non præferri creditoribus hypothecariis, cum non habeat hypothecam in bonis debitoris alimentantis, sed sit creditor merè personalis, etiam absque privilegio ullo prælationis inter cæteros chirographarios & personales creditores, prout manifestè probatur inferius *à num.* 11. *cum seq. vers. infertur deinceps quod quilibet*, &c. hanc conclusionem verissimam probarunt
89 quamplurimi Doctores, constanter affirmantes, alimentarium non habere hypothecam in bonis alimentantis; sed solam actionem personalem ad ea consequenda, Covar. *in* 4. *parti* 2. *cap.* 8. §. 6. *num.* 14. Negusantius *de pignoribus* 4. *membr.* 2. *part. sub num.* 164. Thesaurus *decis.* 311. *num.* 8. & 11. Barbosa *in l.* 1. *part.* 5. *num.* 29. & *part.* 4. *num.* 73. *ff. sol. matrim.* Corduba à Lara *in l. si quis à liberis.* §. *si quis ex his num.* 43. & *num.* 81. *ff. de liberis agnoscend.* eleganter disputat, & ita resolvit Surdus *de alimentis, tit.* 8. *privileg.* 52. *per totum*, omnino videndus Matienzo *in l.* 8. *tit.* 8. *lib.* 5. *recopilat. gloss. num.* 22. Gratianus *decis.* 124. *num.* 13. Pacificus de Salvian. *interdic. inspect.* 3. *cap.* 4. *num.* Sede *decis.* 26. *num.* 17. Cevallus *commun. contra commun. quæst.* 692. *num.* 5. & *seqq.* Massul. ad Capicium *decis.* 164. *num.* 6. Laderch. *consil.* 163. Vincent. de Franchis *decis.* 686. *num.* 5. Thesaurus junior *lib.* 2. *Forens. quæst.* 67. *num.* 17. Giurba *decis.* 5. *num.* 13. & *num.* 46. 47. & 48. latissimè Mantica *de tacitis & ambig. lib.* 11. *tit.* 13. *à num.* 1. *ad* 80. atque etiam elegan-
90 ter valdè Gratianus *tom.* 2. *disceptat.* 366. *à n.* 1. & *seqq.* ubi signanter per Surdum *de alimentis tit.* 1. *q.* 94. *n.* 14. & plurimos alios, quod creditores patris debitoris præferuntur filiis petentibus alimenta ex bonis patris debitoris; quod inferiùs latius erit probandum, qui quamplurimos alios allegant.

91 Hanc conclusionem verissimam infiniti alii agnoscunt, tenentes, pro alimentis uxori debitis ob retardatam solutionem dotis competere hypothecam in bonis mariti, tanquam usuris, & interesse ipsius dotis principalis, quæ dos, & sors principalis, cum habeat hypothecam, pariter, & pro usuris & interesse ejus, debet
92 similiter competere hypotheca pro alimentis mulieri debitis, ex juris dispositione, pro qua opinione infinitos refert Surdus *de alimentis, tit.* 7. *privileg.* 49. *per totum*, quam latè disputat, qui licèt verius censeat solam actionem personalem mulieri pro alimentis competere absque aliqua hypotheca, tamen contraria opi-
93 nio verior, & receptior est, ut pro alimentis, quæ causantur ex dote retardata, & non tradita uti ejus accessio, usuræ & interesse habeat similiter actionem hypothecariam in bonis mariti, ex multis probat Cancerius *var. resol. n.* 4. Gutierrez 1. *part. de juram. confirmat. cap.* 46. *n.* 5. Negusantius *de pignoribus.* 4. *membro* 2. *part. num.* 47. Gomez *in l.* 51. *Tauri, num.* 58. & *n.* 46. qui pro hac parte plurima adducit fundamenta, sequitur Rodriguez *de privileg. creditor.* 1. *part. art.* 1. *num.* 25. & generaliter quod creditori census
94 hypothecario, quemadmodum competit hypotheca, & prælatio pro sorte principali, ita pro decursis, atque annuis præstationibus cæteris debitoris creditoribus cum debitore contrahentibus anteaquam annui redditus fuissent causati, ac debiti innumerabiles penè Doctores laudavimus infrà 2. *part. cap.* 27. *ex n.* 68. *vers. quod probatur à contrario sensu*, &c. per text. capitalem *in l. Lucius ff qui potior. in pign. habean.* & in privilegio ipsemet Surdus 50. refert, & sequitur opinionem
95 multorum quos ibi allegat, quod ex eadem ratione bona uxoris, vel alterius, qui dotem promisit, esse obligata viro pro alimentis sibi debitis tanquam usuris, & interesse dotis ratardatæ, & non solutæ, pro quibus sibi competit hypotheca, ficuti pro dote, & sorte principali tanquam accessoriis ipsi doti, ex *l. un.* §. *sed ut plenius, C. de rei uxor. actio.* in qua opinione post multos quos refert videndos resident, ex eo quod in marito petente alimenta fortior militat ratio, quàm in uxore, quam ibidem latiùs comprobat omnino videndus, & melius *in tit.* 3. *q.* 9. *per totam.*

Igitur si uxori, vel viro ex eo sola competit hypo- 96
theca pro alimentis dotis retardatæ, qui sint usuræ dotis, & accessiones quæ sortis principalis utuntur privilegio, clarè patet, & sentiunt ii omnes Doctores quod pro alimentis à dote non dependentibus, hypotheca cessat, & competere non potest, hanc singularem, & concludentem considerationem, etiam feciisse reperio, ipsemet Surdus *in d. privileg.* 51. *sub num.* 2. dum impugnans opinionem aliquorum tenentium pro alimentis filii esse hypothecata bona patris, (de quo statim agendum,) ita ait. *Verum ex his quæ supra diximus privileg.* 49. *patet, errorem esse hanc opinionem, sive teneamus, bona mariti esse uxori obligata pro alimentis, sive non, quia tenentes primam partem moventur non ex aliqua obligatione principaliter inducta ratione alimentorum, sed ex ea quæ conceditur doti: si vero secundum ampledimur, tunc sic licet arguere: si uxor non habet hypothecam in bonis viri, dotem tradidit, pro qua bona sunt obligata, & quorum contemplatione alimenta sunt præstanda, quanto minus erunt obligata in aliis casibus minus favorabilibus, & in quibus non tanta ratio versatur*, &c. Quare constans est conclusio generalis, quod regulariter pro alimentis bona debitoris alimentantis non sunt tacitè hypothe- 97
cata, sed dumtaxat competat alimentario obligatio, & actio personalis, tamen, ut opinor, privilegiata inter ejusdem gradus creditores scilicet personales, & chirographarios.

Ab hac regula excipiuntur nonnulli casus, quando 98
scilicet eidem, cui de jure debentur alimenta, fuerint in testamento relicta, quia tunc legatario & fideicommissario competit actio personalis, realis, & hypothecaria pro alimentis consignatis in aliquo fundo, seu certis corporibus bonorum, prout latissimè probat pluribus relatis Gratianus *to.* 2. *disceptat.* 366. *ex n.* 6. & Surdus *de aliment. tit. quæst. per totum*, expressè observat Giurba *d. decis.* 5. *sub. n.* 13. qui ad id quamplurimos refert, fallit etiam, quando alimenta consig- 99
nata sunt per contractum ex aliquo fundo, vel ex donis persolvenda, nam tunc alimentario competit hypotheca super ipso, idem Giurba *d. n.* 31. post. alios, & pro limitatione regulæ idem firmat favore alimentorum Surdus *n.* 8. *de privileg.* 51. *à num.* 3. *& seqq. privileg.* 52. *per totum eodem tit.* & nos innumerabiles pene Doctores pro hac specialitate adduximus. *supra cap.* 10. *num.* 5. & 6. & circa præfatas limitationes videndi sunt plures DD. relati, & sequitur Castillo *controv. tom.* 5. *c.* 104. *n.* 45.

Tertio, taxatur nostra regula in expendente creditore 100
pro alimentis animalium, quoniam tunc eidem competit hypotheca super illis cum prælatione creditoribus, qui agit de conservatione rei, aliter petituræ; ad *l. interdum. cum leg. seqq. ff. qui potiores.* Ut in eo herbam vel pascua locavit sui territorii, aut fundi vendidit, habet hypothecam in iisdem animalibus, quæ 101
pascua sumpserunt, eod. text. *in l. hujus enim D. qui potiores in pignor. habe.* exornant Cavalcan. *decis.* 27. *num.* 31. & *decis.* 44. *num.* 47. & *decis.* 1. *sub num.* 28. *part.* 5. Costa *de retractione cap.* 1. *cas.* 1. *sub num.* 12. Garcia *de expens. cap.* 4. *num.* 31. Surdus *de alimentis, tit.* 8. *privileg.* 62. *num.* 19. Plotus *in leg. si quando num.* 874. *Cod. unde vi.* Menochius. *de recuper. poss. remed.* 11. *n.* 8. Carocius *de locat. part.* 5. *tit. de difform. circa prælat. quæst.* 5. *n.* 5. Decianus *consil.* 109. *num.* 3. *vol.* 1. Natta *consil.* 536. *num.* 89. & 90. idem Surdus *tit.* 1. *q.* 70. *n.* 10. & *tit.* 8. *privil.* 62. *n.* 19. Gutierrez *pract. quæst. Canon. lib.* 2. *q.* 8. *num.* 57. quomodo nominatim locata sint pascua in animalium 102
alimenta. Et datur retentio, & durat hypotheca, dum animalia eodem sint loco, non si exierint à Pascuis, nisi exierint absque consensu domini pascui: quia hoc

casu

casu non cessat, sed adhuc durat hypotheca, latissimè prosequitur Giurba *in decis.* 40. *per totam*, & nos detegimus superius *verb. nam ille qui expendit*, &c.

103 Videndus etiam Anton. Amat. *variar. resol.* 3. *nu.* 13. 14. qui quamplurimos refert, & declarat, vel quando expensum fuit, vel mutuatum in conservationem societatis, negotiationis aut montis nummularii,
104 & pro alimentandis institutoribus, ac societatis, seu negotiationis ministris, aut nautis, quo casu mutuanti in hac rei conservatione pro his alimentis datur hypotheca cum prælatione in ipsa negotiatione, & corpore societatis, quo casu loquuntur specificè Calvacan. Tiberius Decian. in locis citatis per Felicianum, *de censib.* 2. *tom. lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 12. perperam ex hac casus specialitate constituentem regulam generalem, alimentarium pro alimentis habere hypothecam cum prælatione, uti animadvertimus superius *à num.* 81. *vers. sed denique tractandum.* &c. Et hactenus ostendimus evidenter, & idem quod Decianus, & Cavalcan. latissimè tractat Anton. Amat. *variar. resol.* 3. *n.* 3. *& per totam resolutionem, &c.*

105 Ex quorum casuum exceptione major firmitas oritur regulæ negativæ præcedenti, nec alimentario regulariter competat hypotheca pro alimentis in bonis alimentantis, tum ex vulgari dicterio, quod exceptio firmat regulam in contrarium: tum etiam ex sublimitatione, quæ datur ipsis limitationibus; non enim conceditur alimentario, seu alimentanti hypotheca generalis in cæteris bonis debitoris, sed taxata, & limitata ad unam dumtaxat rem, scilicet ad ipsam quam alimentavit, quare clarè sentiunt Doctores limitationem comprobantes, regulam negativam, negantem hypothecam alimentis constantem, & firmissimam esse.

106 Alteram limitationem ad dictam regulam generalem voluere nonnulli tradere; scilicet filios pro alimentis à patre sibi debitis habere tacitam hypothecam in bonis patris. Atque etiam pro legitima, dicentes esse onus reale bonis patris inhærens, prout sunt Castrens. *consil.* 8. *vers. illud autem constat. vol* 1. Durand. *instit. de arte testan. tit.* 3. *de liberis instituend.* Becius *consil.* 378. *num.* 3. *& seq.* Palacius Rubeus *in cap. per vestros.* §. 23. *n.* 16. *de donat. inter vir. & uxor.* Becius *in consil.* 8. *n.* 7. 11. *& seq.* Sed contraria longe verior, quam tenent, & defendunt omnes illi Doctores superius citati in comprobationem regulæ *in casu à num.* 88. *vers. secundus casus erit.* Qui nominatim loquuntur contra hos Doctores in alimentis debitis filio, non habentibus hypothecam in bonis patris, latè disputant Cevallo *q.* 692. *per totum*, & Surdus *de alimentis d. tit.* 8. *privileg.* 15. *per totum.* Giurba *d. decis.* 5. *à n.* 13. *& n.* 46. eleganter gratianus *tom.* 2. *disceptat.* 366. *à n.* 1. *cum multis seq.* quamplurimos referens: sequitur Castillo *controvers. tom.* 5. *cap.* 204. *à n.* 45. *& seq.* qui innumerabiles alios referunt pro hac verissima resolutione, & regula constanti, & firmiter tenenda.

107 Et ad text. *in leg.* 2. *ff. de aliment. legatis*, pro contraria parte adducta, ibi, *& licet ad fiscum bona fuerint devoluta, ex quibus alimenta debeantur, præstanda sunt sicuti si ad quemlibet possessorem transissent;* optime respondet Cevallos *d. quæst.* 629. *à num.* 3. post Bart. Decium Covar. Fulgosium, Petrum Barbosa & Cordubam à Lara, ut procedat, quando alimenta erant nominatim consignata in dictis bonis, ut ex eorum fructibus solverentur, quia tunc favore alimentorum ipsa bona consignata tacitè manere hypotheca annotavimus *sup. in* 2. *limitatione n.* 99.

Ex qua resolutione primò infertur, quod licet hæres partis universalis, vel donatarius omnium bonorum
108 teneatur præstare alimenta filiis & ne potius ipsius testatoris, quatenus patiatur bonorum hæreditatis substantia: prout infinitos penè Doctores referens observat Giurba *d. decis.* 5. *à n.* 19. *& in* 43. & 44 hoc tamen non procedit ex eo, quod onus alendi filios sit reale, quia si hoc verum foret, sequeretur absur- 109
dum quod alimentarius posset agere contra tertium particularem possessorem, & emptorem bonorum patris, juxta textum *in cap. ex litteris de pignoribus* cum vulgaribus, sed hoc est falsum, tùm quia 110
pater qui alimenta filiis exhibere tenetur ex charitate sanguinis, & legis præcepto, liberam habet bonorum suorum administrationem, argumento *l. si arrogator, D. de adoptionibus*, potestque bona vendere, atque in quoscumque usus prodigere, dummodo in fraudem legis non prodigat: *l. Imperator. D. ad Trebell.* prout signanter animadvertunt Corduba à Lara *in l. si quis à liberis. §. idem rescripsit num.* 81. *D. de liber. agnoscend.* Surdus *de alimentis. tit.* 8. *privileg.* 51. *num.* 3. Cevallos *d. quæst.* 642. *num.* 7. Giurba *d. decis.* 5. *sub. num.* 46. *& num.* 13. ubi quamplures allegat, & eleganter etiam *n.* 43. ex Surdo *de alimentis d. tit.* 8. *privilegio* 56. Thesaur. *lib.* 1. *quæst forens.* 67. *num.* 20. atque 111
ideo tanquam actio, & obligatio personalis in singularem tertium possessorem non datur, nec rem sequitur *l. eum cui C. de act. & obligat. l. cogi. §. unde quæritur. D. ad Trebell. l. fin. C. de hæredit. action.* etiam quod obligatio sit contra respectivè ad rem *l. quædam. §. nihil interest. ubi* Jas. *D. de edendo l. si hæres institutus*, §. *fin. D. ad Trebell.* multos congerit Tiraquell. *de retractu conjang. §.* 8. *gloss.* 3. *ex d.* 6. Surdus *d. privileg.* 51. *num.* 2. quamplurimos referens sequitur Cas- 112
tillo *controvers. tom.* 5. *cap.* 10. *ex num.* 45. ubi quod filius, cui à patre debebantur alimenta, non potest singularem rerum possessorem pro illis præstandis convenire.

Sed illa est vera ratio, quod sicut pater erat perso- 113
naliter obligatus ad alendum, ita ejus hæres, & donatarius universalis, patris personam repræsentans eadem actione personali tenetur *ex l.* 1. *C. si certum pet. l.* 2 §. *ex his, D. de verb. obligat.* Abb. *in cons.* 155. *vol.* 2. Gomez *in l.* 9. *Tauri n.* 39. Gamma *decis.* 11. *num.* 9. Barbosa *in l.* 1. *p.* 4. *n.* 73. *D. fol. matrim.* Coler. *de alimentis lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 62. Giurba *d. decis.* 5. *sub d. n.* 46. *&* 47. Castillo *tom.* 5. *cap.* 104. *ex n.* 51. *& à n.* 48.

Hinc sicut successor in majoratu, & fideicommisso 114
universali tenetur ad debita, & æs alienum contractum per fundatorem majoratus, & ex ipsis bonis tenetur satisfacere creditoribus, in quorum præjudicium non valet alienationis prohibitio à debitore: in defectum bonorum liberorum, & non sufficientibus fructibus majoratus ut est videre latissimè per Molinam *lib.* 1. *cap.* 10. *à n.* 23. *&c. & lib.* 4. *cap.* 6. *à princip.* Fusarius *de fideicommissis q.* 541. qui innumerabiles penè Doctores congregat: pariter etiam & pro alimentis ad quæ tenebatur defunctus, fundatur majoratus, & eadem actione personalis tenebitur successor, sicut cætera credita personalia, Ludovic. Molina *lib.* 4. *d. cap.* 6. *à n.* 19. qui plures allegat, *& lib.* 2. *cap.* 15. *à num.* 52. *cum seqq.* quod (ut diximus) procedit quando tempore majoratus institutor ad hæc alimenta obligatus erat, ut statim dicemus, & altius comprobavimus.

Infertur deinceps, quod quilibet petens alimenta à 115
debitore formante judicium concursus, non potest præferri in consignandis, & exigendis alimentis cæteris debitoris creditoribus, sed ei omnes præferendi: ratio est evidens & manifesta, quia iste non habet hypothecam aliquam ex indubitabili resolutione Doctorum hactenus comprobata, tum etiam quoniam qui 117
alimenta postulat, debet habere respectum ad substantiam, & bona ejus qui ad alimenta tenetur, & secundum quantitatem eorum mensuranda, non aliter, ex abundè deductis superius *à num.* 12. *cum seqq. vers. illud tamen utilissimum*, &c.

Sed bona cujuscumque non dicuntur, nisi quæ de- 117
ducto ære alieno supersunt *l. mulier bona, ff. de jure*

dotium, l. non possunt, ff. de jure fisci l. subsignatum. §. bona ff. de verb. signific. l. fin. §. fin autem æs alienum. C. de bonis quæ liber. l. non amplius. §. fin. ff. de legatis. 1. l cum autem pars bonorum, ff. de legatis 2. l. fin. D. de usufruct. legato, l. ea de demum, C. de collat. l. si universa C. de legatis. nam ut ait Cassiodorus *lib. 7. variar. epist. ult. quid prodest, si quispiam videtur idoneus, & fieri non possit à contractis nexibus absolutus? egenti similis est, qui reddere nequit alienum, nec dici potest proprium, quod liberare dominum non videtur, addictum.* Ideò fructuum majoratus valor calculari debet, deductis oneribus, ære alieno, quo gravatur, & annuis redditibus, qui ex eisdem fructibus solvi solent, ex his quæ abundè tradit Sanchez *de matrim. lib. 6. disput. 30.* Noguerol *alleg. 40. n. 21.*

118 Atque ita in tribunalibus communiter practicatur; ut ad taxanda alimenta fiat computatio creditorum, & æris alieni debitoris, ut ex bonis quæ supersunt, fiat taxatio, & hoc fundamento idem tenet Alexander *in cons. 100. col. fin. lib. 1.* dicens quod in alimentis taxandis ex bonis alicujus obligat, prius sit deducendum æs alienum, sequitur Rolandus à Valle *cons. 22. num. 10. lib. 2.* Simon Prætis, *de interpretatione ultim. volunt. lib. 4. interpret. 1. dub. 11. à num. 64. fol. mihi. 428.* per Bald. *cons. 237.* Titius *in testamento. num. 2.* idem Bald. in *l. 1. cap. 1. in fi. D. de tutel. & rationibus distrahendis.* & post Salicet. Barbac. & Picum, citatos à Socino Jun. *cons. 97. in fin. lib. 1.* & Joseph. Assisiens. *in Perusina decis. 46. in fin.* Beneintendi *decis. 89. n. 5.* moti omnes eo, quia æs alienum totum patri-
119 monium respicit, & diminuit. *l. 1. fideicommiss. §. tractatum. D. judiciis, l. hæreditas, de reg. juris.* D. Va-
120 lenzuela *cons. 256. n. 12.* & quia non tenetur quis coarctare victum suum pro alimentis matris, vel alterius cujuscumque, qui ali deberet, cùm ad ea non teneatur, nisi habeat amplas facultates ad prius se, & postea alium alendum, & alimenta debita non sint exigenda, aut sint minuenda, quando bona debitoris ære alieno vel sint exhausta, vel gravata, dixit Surdus *de alimentis. tit. 9. q. 5. n. 26.*

121 Ergo in remanentibus, deductis, & computatis creditis creditorum, habet alimentandus, non in aliis, quæ sunt aliena, & non debitoris, à quo alimenta petuntur, quare cum prius deducenda sint credita, seperandaque à bonis debitoris, præcipua debent, & intacta manere ad creditorum priorem solutionem.

Pro fundamenti comprobatione valde urget ratio in simili casu considerata superius *à num. 84. verf. primus casus sit.* Per argumentum à correlativis vulgatissimum
122 in jure nostro, & quia nomina debitorum, quibus debitor adstrictus est, non sunt bona debitoris, nec in ejus patrimonio, sed in bonis creditorum, *leg. bonorum §. in bonis, ff. de verb. signific. notant* Aretinus *in consil. 147.* Chassaneus *in consuetud. Burgund. Rubric. 6. §. 6. verb. par. in vent. acre. num.* Cancer. *variar. resol. lib. 3. cap. 2. n. 52.* D. Valenzuela *in*
123 *consil. 156. ex n. 56.* Alexander *consil. 12. n. 2. & 3. lib. 2. ex l. mulier. princip. cum similibus, ff. de jure dot.* Escobar. *ratiociniis, cap. 31. num. 17.* quare rectè *ex d. §. subsignatam* inquit Molina *de primogeniis lib. 4. cap. 7. n. 17.* quod idem est non habere
124 bona, vel habere ære tamen alieno gravata, sequitur Castillo *controverf. tom. 4. cap. 26. sub num. 29.*
125 Azeved *consil. 38. n. 23. & 24.* Et quod nomen debitoris non sit in bonis debitoris, sed creditoris & aliis probavimus, *infra 2. part. cap. 16. num. 4. verf. ad primum respondetur*, &c. Et quod æs alienum non sit in bonis debitoris, sed extra bona ex Alexand. Bar. Jas. Ruino, Becio, Fabian. Beroio, Socino juniori, Nevizan. Capt. Natta, & aliis probavit P. Sur. *consil. 11. n. 82. & de alimentis tit. 8. quæst. 26. n. 32. & seq.*
126 Et istis terminis, quod filius, vel quilibet concurrens pro alimentis cum creditoribus quibuslibet patris debitoris, vel ejus qui ad alimenta tenetur: illis nullatenus præferatur, sed omnes prius solvendi sunt nulla habita consideratione ad prædicta alimenta, probat Bart. *il leg. creditor, qui prior. 12. ff. qui potiores in pignor.* Præpositus *in cap. cum haberet, col. penult. post medium num. 7. de eo qui dux. in matrim. quam pollu.* Surdus *de alimentis tit. 1. quæst. 94. in fin. 14.* Alexander *consil. 85. num. 1. lib. 3.* Ruinus *cons. 139. num. 4. lib. 4.* Gratianus *disceptat. forens. tom. 2. cap. 386. num. 1. & seqq.* ex eo fundamento etiam motus, quia filius pro alimentis nullam habeat hypothecam in bonis patris, ex Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 13. ex num. 1. usque ad num. 80. cum aliis quamplurimis Doctoribus.*

Et tandem utiliter ex supra dictis inferuntur ad indis- 127
cretam, & improbabilem vulgi assertionem circa alimenta ad quæ tenetur possessor majoratus distinguentis inter onus reale, & personale, hoc est descendentes fundatori pro alimentis habere jus ad alimenta reale; ita ut hæc obligatio sit insita in ipsis bonis majoratus ab initio fundationis, quæ consideratur uti onus reale, majoratum sequens quocumque vadat, & ad quemlibet transire successorem movetur vulgus ex ratione *Authentic. res quæ, C. ad Communia de legat.* Quod fidei- 128
commissi bona etiam prohibita alienari in favorem fideicommissarii posse alienari nihilominus ob dotem, & alimenta filii, aut descendentis testatoris, ex tacita ejus voluntate, quoniam licet testator ad ea alimenta præstanda adstrictus non esset, quia tempore suæ mortis hæc obligatio orta non fuisset, nec descendens alimentandus esset natus. Verisimile tamen est, quod si eo tempore viveret, iis necessitatibus subvenisset, proindeque ex præsumpta voluntate, non autem ex præcisa necessitate, eo mortuo, fieri debet. Quam rationem ad *d. authent. res quæ* dispositionem latius examinat, & probat post plures alios Ludovic. Molina *de primogen. lib. 4. c. 6. n. 5.* abundè cùm multis Doctoribus Fusarius *de substitutionibus q. 531. per totam*, & signanter. *num. 6. & 7. cum seq.* videndus etiam Gratianus *disceptat. forens. tom. 5. cap. 832. à n. 31. cum seq.* qui pro hac parte solet allegari, ex quo etiam inferri solet, hunc alimentarium præferri omnibus creditoribus possessoris majoratus; etiam cum hypotheca, & facultate Regia, quia cum sit onus inhærens ipsi majoratui ab origine, & fundatione obligationis, origo attendenda, & cæteris subsequendis præferenda, & sibi imputent creditores possessoris majoratus qui hoc sciunt vel scire debuerant, & insuper cum eo contraxerunt, ex juribus vulgaribus.

Sed me hercule tota hæc consideratio juris prin- 129
cipiis, & elementis adversatur, atque cunctis juris regulis opponitur. Primo, quia nunquam jus alimentorum regulariter est onus reale, sed obligatio merè personalis, seu potius judicis officium, ut manifestè ostensum est per Doctores *suprà citatos à n. 108. & seq. verf. ex qua restitutione primo infertur*, &c. Ergo jam destruitur prius, & præcipuum considerationis contrariæ fundamentum. Secundò, quia alimentario etiam filio in bonis patris ascendentis, testa- 130
roris vel alterius, qui ad alimenta tenetur, hypotheca, & actio realis non præstatur ad latissimè *tradita suprà à num. 88. verf. secundus casus est*, &c. Quæ sunt omnes propositiones indubitabiles. Igitur quo pacto potest alimentarius in bonis majoratus prætendere prælationem creditoribus possessoris formantis concursum?

Tertiò, præcipuum fundamentum adversæ partis 131
destruitur, quia licèt ratio reddita *ad Authent. quæ res.* vera sit, & communiter approbata, tamen non egreditur suos terminos fideicommissi simplicis, ac temporalis, & *de auth.* dispositio non habet locum in majoratibus Hispaniæ, cujus bona nullo modo alienari possunt pro cujuslibet alimentis, necessitate nec dote. Ut verius ex Molina, & aliis ostendimus, *supra à n. 67.*

nu. 67. *verſ. minus obſtat tertium*, &c. ubi etiam, quod nec in fideicommiſſis perpetuo familiæ relictis
132 *de Authent. res quæ.* Quarto, quia licet verum ſit, quod ſucceſſor majoratus teneatur ad alimenta ad quæ in ſua vita tenebatur fundator, & tunc non actione reali & hypothecaria, ſed actione & obligatione perſonali, ſicut cæteræ quælibet obligationes, ad quas
133 tenebatur fundator, optimè Molina *l.* 2. *c.* 15. *à n.* 43. *& ſeq.* ut ex jam dictis ſuperius. Tamen ad deſcendentium poſtmodum progredientium alimenta non tenetur, quatenus poſſeſſor ſit majoratus, licet ex propria perſona, & affectione ſanguinis poſſit teneri, puta fratri, uxori, ſorori, licet de nepotibus ex fratre merito
134 dubitent Doctores ad latè tradita per Giurbam *deciſ.* 5. *per totam*, & pro utraque parte plurimos Doctores congerit Mieres *de majoratu* 4. *part. q.* 28. *n.* 20. & latius *à n.* 30. *&* 31. & nos *ad finem hujus c. n.* 158. *n.* 162.

135 Quam diſtinctionem ſingularem in noſtris terminis eleganter firmavit doctiſſimus Molina *de primogeniis lib.* 4. *d. cap.* 6. *à n.* 18. *cum multis ſeq.* qui utriuſque dictionis membrum abundè, & ſubtiliter comprobat, omnino videndus.

136 Cujus veritas ad oculum patet, nam ex quo fundator majoratus à principio legitimè, & nullo juris impedimento obſtante, de bonis ſuis diſpoſuit, vel quia tempore mortis obligationem nullam alimenta præſtandi habeat, vel habens ſatisfecit, jam ſua alendi obligatio in poſterum fuit extincta. Et proinde bona majoratus ad vocatos per eum liberè tranſmittit, quæ in poſterum nullam ex perſona fundatoris obligationem tunc temporis non exiſtentem non agnoſcunt, nec agnoſcere tenentur, cum ſemel de eiſdem facta fuerit legitima diſpoſitio per inſtitutorem majoratus.

137 Quod ſi deinceps oriatur aliqua alendi obligatio, perſonalis erit, reſpiciens poſſeſſoris perſonam, non reſpectum habens ad majoratum, nec ad ipſum tanquam majoratus poſſeſſorem, ſed ad ipſum intuitu ſuæ perſonæ propriæ, tanquam conſanguineum, qui proximum ſuum juris præcepto tenetur alimentare. Puta filium, parentes, uxorem, fratrem & ſorores, & ſi qui ſunt, quibus obligatione propria alimenta exhibere cogatur, ſive ex fructibus majoratus, ſive
138 ex liberis, quia ad hoc ſola divitiæ debitoris alimenta attenduntur: plurima congerit Mieres *de majoratu* 4. *part. quæſt.* 28. *à n.* 2. *&* *à n.* 1. probat in terminis majoratus Surdus *de alimentis tit.* 1. *quæſt.* 27. *nu.* 8. ibi: *hæc omnia vera ſunt quoad hoc, nec teneatur tanquam primogenitus alere, etſi talis primogenitus ea ſit conjunctione ſanguinis obſtrictus, qua tenetur*
139 *conjunctum alere: erit locus aliis, quæ per nos dicta ſunt. Sat eſt autem quod non teneatur, uti primogenitus nec de bonis primogenituræ*, &c. Qui quidem ſingulariter loquitur (ut dixi,) ita ut ad hunc effectum bona majoratus non ſint attendenda, ſed fructus eorum, qui pleno jure ad poſſeſſorem ſpectant tanquam bona libera, ut ſuperiùs diximus. Et inter cætera bona libera per eum poſſeſſa hìc fructus computantur ad conſignanda alimenta eo debita, non ſecus ac ſi omnia bona ſua libera fuiſſent, & ab uno iſtorum conveniatur pro alimentis, cum ex perſona fundatoris
140 ad ſe nulla fuiſſet originata, nec tranſmiſſa obligatio, non enim attenditur qualitas bonorum, quatenus ſint majoratus, ſed quantitas quam ex eis percipit debitor alimentorum. & dives eſt effectus. Vide alias doctrinas & Doctores infra ad finem hujus *cap. ex n.* 164. *cum ſeqq. verſ. poſt hæc ſuprà.*

141 Hæc noſtra conſideratio clarè patet ex mente Molinæ *de primog. lib.* 2. *c.* 15. *ex n.* 57. *& ſeqq.* qui ſic fatur, *ſed iis non obſtantibus dicendum eſt, quemque antiquiſſimi majoratus poſſeſſorem teneri proprios fratres atque ſorores inopes ex primo inſtitutore deſcendentes alere, atque dotare, quod in hac ſpecie verum eſſe cenſuit* Roder. Xuar. *in repetit. d. cap. quoniam in prioribus ſuprà leg. fori.* 2. *limit. n.* 10. ubi inquit, *ſe ita vidiſſe judicare in Cancellaria ea ratione frater dives tenetur fratres, atque ſorores alere, atque dotare leg. mutus*, ibi, *ut egenum virum, fratrem, ſororemve ſuſtineat, ff. de jure dotium, leg. cum plures, §. fin. l. tutor ſecundum, §. fin. ff. de adminiſtr. tutor. leg. qui filium, ff. ubi pupill. educ. deb. leg. de nonnullis. ff. de tutel. & rationibus diſtrahendis, leg.* 28. *tit.* 16, *part.* 6. *non mirum igitur ſi id ipſum frater majoratus antiquiſſimi poſſeſſor facere tenetur.*

In quo animadvertendum eſt, (declarans proſequi- 142
tur ipſe Molina *n. ſeq.* 59.) *quod quamvis Rodericus Xuarez hoc ad fratres, & ſorores ex primo inſtitutore deſcendentes reſtringat, id ipſum dicendum videtur in quolibet fratre, ſeu ſorore majoratus poſſeſſoris, etiamſi ex primo majoratus inſtitutore non præſtentur ex obligatione, quam majoratus inſtitutor habebat, ad relinquenda alimenta fratribus, ſeu ſororibus majoratus poſſeſſoris: ſed ex ſola obligatione, quam habet frater dives ad alendum, & dotandum fratres, atque ſorores inopes (ut ſuperius oſtenſum eſt) conſequens* 143
eſt, ut majoratus poſſeſſor non ſolum ex fructibus majoratus teneatur alere & dotare fratres, aut ſorores inopes, &c. Et clarius ipſe Molina *nu.* 61. ibi *majoratus poſſeſſorem teneri fratres & ſorores inopes alere, ſive utrinque conjuncti, ſive ex eodem patre, aut ex eadem matre nati ſunt*, &c. *Sed utriſque à fratre divite alimenta neceſſaria præſtanda ſunt*, &c. *ideoque ſemper atque indiſtinctè majoratus poſſeſſor dives tenebitur ex fructibus majoratus fratres ſive ſorores inopes alere ſive conſanguinei ſive uterini ſint*, &c. quem locum in hunc (quo nos loquimur) ſenſum explicat, & declarans comprobat Corduba à Lara *in. l. ſi quis à liberis, §. idem reſcripſit ex nu.* 127. qui ſingulariter loquitur in propoſito noſtro, & Caſtillo *controv. tom.* 5. *cap.* 164. *ſub nu.* 51. *&* *nu.* 45. etiam plures alii Doctores *infrà ex nu.* 164. *cum ſeq. verſ. poſt hæc ſcripta*, &c. ubi etiam examinatur additio ejuſdem Molinæ, ubi leviter motus ab hac firmiſſima doctrina receſſit.

Ulterius comprobatur ex doctrina Greg. Lopez 144
gloſſ. verb. el hijo mayor. col. 4. *verſ. quæro etiam, & verſ. ſed an teneatur in l.* 2. *tit.* 15. *p.* 2. ſequutus à Corduba de Lara *ubi proximè nu.* 143. dum dicunt; quod quando bona per longam conſuetudinem jure primogenituræ ſunt delata, & ex præſcriptione vinculata; ſi ſimul fratres præſcripſerunt, habere in iis bonis alimenta, tunc omnes majoratus ſucceſſores ad hoc onus teneri, ex qua doctrina clarè infertur, quod ceſſante hac ſimultanea præſcriptione ab initio acquiſitionis, vel expreſſa fundatoris clauſula; bona majoratus hoc omnino carere onere.

Comprobatur ex doctrina Alphonſi Perez de Lara, 145
hujus noſtri Senatus Valliſoletani Senatoris, *in tr. de vita homin. c.* 18. *n.* 56. ſic ſequutus Molinam mirè ad noſtrum propoſitum teſtatur, *Ubi autem frater poſſeſſor majoratus tenetur alere, ſeu dotare ſorores non eſt reſtringenda obligatione ad ſorores deſcendentes ab inſtitutore (ut aliqui voluerunt) ſed ſolum conſiderabitur, quod ſint ſorores poſſeſſoris majoratus* ut tradit Molina *d. cap.* 15. *nu.* 59. *quia ſolum conſideratur obligatio, quam habet poſſeſſor majoratus tanquam frater dives*, &c. & ſic ad qualitates dumtaxat, ſanguinis, & divitiarum.

Et idcirco multum intereſt, an aliquis conſanguineus 146
alimenta petierit à poſſeſſore tanquam poſſeſſore majoratus, & intuitu majoratus dumtaxat; an ab eo tanquam proximiori conſanguineo, ut in primo caſu abſolveretur poſſeſſor uti poſſeſſor, contra quem nullum jus habet, & nec ipſe ut talis tenetur, ſed ut dives, & non condemnaretur ex qualitate conſanguinei ex propria obligatione, quia id in judicium deductum non fuit, nec ſuper ea qualitate actum, & controverſum

ad

ad latè tradita per nos *in tract. de Regia protect.* 4. *part. cap.* 8. *à n.* 259. *& multis seqq.* & singulariter in iis terminis considerarunt Coller. *de alimentis lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 62. *& c.* 9. *n.* 30. Petrus Barbosa *in l.* 1. *p.* 4. *n.* 73. *in fin.* videndus ad litteram infrà *n.* 178. *& ex n.* 174. Boërius *cons.* 186. *n.* 7. *vol.* 1. Tepatus *lib.* 2. *de alimentis in genere. col.* 8. *vers. hæres tenetur.* Vincent. de Franchis *decis.* 178. *n.* 9. Giurba *dec.* 5. *n. fin. & n.* 32. *&* 46.

147 Et ex iis tandem utiliter infertur, quod si possessor majoratus jure & obligatione propria, uti consanguineus præstitit alimenta in judicio concursus & consanguineo fuerunt consignata ex redditibus majoratus juxta thema prædictum. Si decesserit, extinguentur alimenta consignata, saltem respectivè ad ipsos fructus majoratus, cum alterius successoris de cætero efficiantur, & ad alium pertineant (si fortè uti proximus consanguineus alimentario non teneatur) quia cum ex fructibus majoratus pertinenti-
148 bus antecessori fuerint addicata & præstita, illis decrescentibus pariter & alimenta decrescunt, ad latè tradita *in cap. seqq.* quia resoluto jure dantis resolvitur jus accipientis, ex juribus vulgatis, adeo
149 ut si fortè alimenta fuerunt à principio præstita, & taxata habito respectu ad bona libera possessa per debitorem, & ad fructus simul & proventus majoratus, istis extinctis per mortem possessoris noviter alimenta taxanda & moderanda sunt ad limites, mensuram, & substantiam bonorum liberorum, quæ remanserunt, juxta ea quæ latissimè probabimus infra *cap.* 25. *proximè seq.*

150 Ac etiam idem dicendum erit in ultimo successore, & novo possessore majoratus, qui si proprio jure personali, & propria obligatione tenetur uti proximior consanguineus continuare & præstare alimenta eidem, qui pariter sit pater, frater, vel filius; non erit attendenda taxatio alimentorum facta tempore sui prædecessoris, quia potest esse pauperior eo, & habere vel nulla alia bona, vel multo minus prædecessore suo, vel è controverso; quoniam cum alimenta sint præstanda ad mensuram patrimonii alimen-
151 tantis, ut superiùs latiùs probavimus *à n.* 12. *vers. illud tamen utilissimum*, &c. sequitur manifestè quod non erit attendendum patrimonium prædecessoris, sed non successoris, qui de novo conveniri debet ex obligatione propria, & novum judicium adversus eum formandum erit, & noviter condemnari ad alimenta, noviter taxanda dato casu (ut superius diximus) quod iste novus successor pariter teneatur ex proprio jure, & propria obligatione præstare alimenta eidem alimentario, & hoc jure utimur, & communiter practicatur.

152 Conducunt plures doctrinæ adductæ per Mierez *de majorat. quæst.* 27. *per totam p.* 4. sequutus à Castillo *controvers. tom.* 6. *cap.* 161. *ex n.* 38. circa illam quæstionem, an successor in majoratu teneatur alimenta præstare uxori antecessoris inopi, quemadmodum & iste tenebatur, quam negativè resolvunt aliquibus ex fundamentis, hactenus relatis per nos.

153 Et hanc quæstionem movet Mierez *de majorat.* 4. *p. quæst.* 28. *n.* 30. circa patruum, & nepotem, vel potius circa nepotem succedentem, & patruum pro continuatione alimentorum instantem, in hæc: *Et an si frater primogenitus, condemnatus fuit ad dandum alimenta fratri; si mortuus sit, successor talis fratris in majoratu teneatur virtute sententiæ alimentare patruum, vel amitam, decidi potest ex scriptis per Cinum, Bald. & Paulum in l. alimenta C. de negotiis gestis.* Bartol. *in l.* 1. *de mulieribus, & in quo loco Doctores in l. placet. C. de sacros. Eccles.* Natta *in cons.* 149. Surdus *de alimentis tit.* 1. *quæst.* 16. *n.* 2. *fol.* 16. (puto voluisse citare *in tit.* 1. *quæst.* 28. *n.* 10.) & per regulam *l. excep. ff. de except. rei judic. cum concordantibus, quæ scribo hac parte quæst.* 14. *& quod in ista materia scribit Surdus d. tract. tit.* 1. *q.* 29. *n.* 8. *Lara in l. si quis à liberis. §. mater. n.* 53. *& pro illa opinione, quod* 154
alimenta non sunt danda patruo, & aliis similibus: facit bona lex 2. *tit.* 11. *p.* 4. *in qua materia practicabili* (prosequitur ipse Mierez *n.* 31.) *animadverto* 155
ultra prædicta, quod filius possessor majoratus non tenetur alimentare filios, vel filias fratris, nec patruos, vel amitas, ut declarat optimus auctor Matth. de Afflictis in constitutione Neapolitana libro 3. *rubrica* 19. *num.* 14. *fol.* 284. *& tradunt Angelus, Imola, Alexander in l.* 1. *ff. soluto matrim. ubi Barbosa part.* 4. *n.* 142. *Alexand. in cons.* 66. *n.* 3. *tit.* 4. *Rebuffus tomo* 1. *ad constitut. Regias tit. de sentent. provisional. art.* 1. *gloss.* 2. *n.* 31. *Boeri. decis.* 324. *n.* 4. *Lara in l. si quis à liberis, §. idem rescripsit. n.* 107. *fol.* 59. *Molina lib.* 2. *de primogeniis. cap.* 15. *n.* 67. &c. quod & idem dixerat ipsemet Mierez *eadem q.* 28. *n.* 20. & videndus Giurba latè disputans *in dec.* 5. *per totam.* & latissimè Molina *de primogen. lib.* 2. *quæst.* 15. *à n.* 67. *& seqq.* & alii plures infrà *n.* 162. & 166. ex quibus apparere videtur, ipsum Mierez manifestè sentire, alimentorum præstatio- 156
nem consanguineis non esse onus reale majoratus, sed esse obligationem merè personalem possessoris, quod ex supra dictis certissimum est. Nam si fuisset obligatio realis, transiret in successorem majoratus, quia semel constituta tempore antecessoris, mutatio- 157
nem non paterentur per ejus mortem nec attenderetur prout attenditur, ad alimenta eadem continuanda, obligatio personalis ejus, qui postea successit in majoratu, ex præfatis Doctoribus, quod verissimum & indubitabile est hactenus comprobatis, quatenus autem ipse Mierez *loco cit.* supponit exceptionem rei 158
judicatæ obtentæ pro alimentis contra possessorem majoratus, obesse ejus filio successori in majoratu eodem, si alimentarius eidem talis sit consanguineus, ut ab eo possit petere alimenta, manifestè decipitur, quoniam ex obligatione diversa quam habet adversus successorem, non potest inferri ad rem judicatam cum prædessore obtenta, cùm sint distinctæ & separatæ obligationes personales, quæ adversus singulos exercere tenetur, nec est bona consequentia: tenentur duo ad idem, ergo res judicata cum uno obstabit alteri. *l. sæpè vers. nam scientibus, ff. de re judicatâ.* qui ab eo causam non habet, nec ei est successor; sed primo institutori majoratus & uterque tenetur jure proprio, & ex propria obligatione, & persona, distincta & penitus diversa obligatione inter se, & uno modo & una quantitate tenetur unus, commensurata cum suis bonis & substantia; alius verò alio modo & majori vel minori quantitate restricta ad suum matrimonium & bona, prout clarè hactenus ostendimus.

Et possessore majoratûs (qui fratrem aluit prout tenetur pro suis opibus ratione sanguinis) defuncto, ut filius successor non teneatur alimenta continuare, cùm patruum alere non cogatur, nec jure sanguinis, & propria obligatione, nec uti possessor & successor in majoratu, quem à patre non capit, & quia ea obligatio, quæ patrem adstringit ad alendum suum fratrem, sit resoluta & prorsus extincta per ejus mortem, & successor nec etiam ex nova obligatione sanguinis teneatur ad alimenta patrui ficuti nec patruus ad alimenta consobrini, latissimè differit, & fundamentis comprobat Corduba à Lara *in l. si quis à liberis, §. idem rescripsit, à n.* 127. *cum multis seqq.* Videndus *à n.* 105. *cum seqq.* quamplurimi ad id citantur infrà *n.* 162. quare iste novus successor in majoratu nullo 159
ex capite tenetur alimenta continuare, non ex obligatione sua propria, cum patruum alere non tenetur: non ex obligatione patris prædecessoris, tum quia ejus morte fuit extincta tanquam personalissima, tum quia filius successor nihil capit à patre, nec ejus successor est.

Imò omnes tres identitates (quæ copulativè requi- 160
runtur ad hoc ut obstet rei judicatæ exceptio,) penitus in hac deficiunt, non idem jus & causa petendi, quo-

quoniam jus alimentorum habet respectum ad patrimonii quantitatem ejus, à quo petuntur & quia novum jus & nova obligatio oritur contra successorem : nova etiam persona independens ab antecessore, & obligatione, nova res, quia diversimodè judicantur, & considerantur alimenta tam ex bonis unius, quam
161 alterius, taxantur etenim mensuram cujuslibet patrimonii, in quo rarò, aut nunquam æqualitas reperitur.

Et licet ipse Mierez in principali intentione, & resolutione, nempe successorem in majoratu non teneri ad alimenta, ad quæ condemnatus fuit prædecessor, si alimentarius sit talis, qui aliàs de jure successorem obligatum non habeat, ad sibi præstanda alimenta, quasi dicat quod majoratus possessor ad ea non teneatur tanquam possessor majoratus, nec respectivè ad majoratum, sed ex obligatione propria personali uti dives, verissimum censeat, tamen idipsum debuit eum movere, ad cognoscendam differentiam quoad rem judicatam inter utrumque prædecessorem, & successorem in majoratu quæ quidem manifestissima est & ex notissimis juris principiis constans.

162 Et in terminis quod si frater habeat fratrem, & mortuus est relicto filio hærede ; ut hic non teneatur alere patruum, tenet post Franchis, Petrus Barbosa, Alvar. Valas. Joann. Garc. Hypolit. Riminal. Laram, Mierez, Patr. Molin. D. Franc. de Leon. & Costa tenuerunt Additio. ad Molin. *l. 2. cap. 15. num. 67. fol.* 190. qui alia est obligatio patris, alia filii successoris, nam cum inter eos omnes non detur eadem sanguinis conjunctio, & proximitas, diversimodè judicandi sunt ad alimentorum obligationem, cujuslibet etenim obligatio est restricta, & limitata ad certum & limitatum gradum à jure dispositum, & ideo mortuo eo, scilicet patre, simul cum extinctione gradus, extinguitur perneceſſe obligatio eisdem accessoriè cohærens, & conjuncta : illud tamen constans deducitur ex istorum omnium Doctorum resolutione, ut alere consanguineos descendentes ex fundatore, aut primo vocato, non sit onus reale majoratus, sed personale cujuslibet possessoris, non tanquam possessoris, sed tanquam consanguinei ; nam si onus reale majoratus judicaretur alimentorum præstatio, prorsus
163 fuisset otiosa, hæc Doctorum disceptatio, an res judicata pro alimentis obtenta per fratrem contra suum fratrem possessorem majoratus mortuum obstaret filio succedenti, cùm nulla hinc posset cadere difficultas, quo continuaretur in successorem, & successores fratris vita durante, cum sententia prædio daretur.

164 Post hæc scripta aliquos authores (præter cæteros plures superiùs adductos *ex n. 132. cum multis seqq.*) perlegi, pro & contra supra scripta, nonnulla adducentes, quos specialiter annotare utile mihi visum fuit, alios etiam juris censuræ aperte subjicere. & imprimis D. Franc. de Leon. *decis. Valent. 27. n. 18.* qui convenit iis quæ suprà diximus possessorem nempe majoratus non teneri alimenta præstare, nisi iis consanguineis, quibus fundator, & institutor tenebatur in vita sua. ibi, *cum tamen dictus Marchio ea possideret uti successor universalis, & tenetur ad præstandum ea alimenta, quæ tenebatur præstare fideicommissi institutor ejus descendentibus*, quem sequutus D. Larrea *decis. 47. nu. 10.* sic addit : *ut licet qui solum personalis*
165 *obligatione ad ea alimenta teneatur, inesse videtur in bonis ejus, qui obligatus est, ut ex decis. Guidonis Papæ prout Gratianus 2. tom. discept. forens. c. 422. num. 28. & 29. Giurba decis. 1. n. 48. & 2. p.* Lucubratio, *ad consuetudin. Messanens. c. 7. Gloss. 12. nu. 10.* &c. & ad hoc idem plura scripsimus supra.

166 Insuper adnotandus erit ipse Larrea, qui dum disputat illam quæstionem an patruus possessor majoratus teneatur alere nepotem ex fratre, vel è converso (quam negativè merito resolvit) plurimas doctrinas per totam illam decisionem adducit admodum solidi-
167 cibiles iis, quæ per discursum hujus cap. scripta reliquimus, atque ita *ex num. 21. cum duobus seqq.* sequutus doctrinam Molinæ, quod possessor majoratus non teneatur præstare alimenta ascendentibus, & descendentibus suis tanquam possessor majoratus, sed tanquam dives, & alias obligatus de jure, & sic quod hoc alendi onus non insit bonis majoratus, nec sit reale, sed merè personale, habita consideratione dumtaxat ad fructus, & proventus, quos suos facit ipse majoratus
168 possessor, ait : *nam tunc solùm possessor majoratus collateribus, & patruo poterit pro alimentis urgeri, quando communis omnium ascendens, qui primogenium instituit, deberet descendenti legitimam, nam ejus loco succedit alimentorum obligatio à tempore mortis institutoris primogenii, quæ in quemcumque successorem, etiam transversalem, tanquam onus reale quod ineſt bonis, hoc jus alimentorum transmittitur. Molina d. lib. 2. cap.*
169 *15. n. 21. 43. & 44. lib. 4. cap. 6. nu. 19. cùm verò patruus* (prosequitur ipse Larrea) *aut alter collateralis petit alimenta à possessore majoratus, cujus institutor ei legitimam non deberet, nec alimenta, quia post ejus mortem fuit procreatus ; tunc nulla est alendi obligatio, qui respectu ejus descendentis, qui tempore mortis in rerum natura non fuit qualitas hæc obligationis alimentorum considerari non potest, argumento l. ejus qui in provincia. ff. si certum petatur, nec in majoratu potest considerari obligatio realis, quæ non habeat originem ab institutore. Molina d. cap. 15. n. 59. &*
170 *verior sententia est, bona majoratus non esse obligata ad alimenta, nec dotem earum, qui tempore mortis institutoris majoratus non extabant : & ita limitandam esse decisionem authent. res quæ. Cod. communia de legat. notarunt. &c. & alimentorum obligatio admittitur in primogenito possessore, ut fratre, non ut primogenii successore, probat Gregorius Lopez in l. 6. verbo, que no la pudiesse*
171 *vender. tit. 11. par. 6. Covarr. lib. 3. variar. cap. 6. n. 10. ubi rationem tradit ; nam quemadmodum institutor majoratus non poterit compellere dotem, aut alimenta constituere illis, qui tunc non extabant, ita nec ejus successor, & in alimentis tenet Molina d. cap. 15. n. 8. lib. 4. cap. 6. n. 16. Mastrillus d. decis. 85. n. 29. Camillus Borell. ubi suprà, Mieres d. 4. part. quæst. 28.*
172 *n. 8.* &c. Hactenus D. Larrea, qui insuper prosequitur *num. 23. ex doctrina Molinæ.*

Eandem Molinæ opinionem sequutus fuit Gutierrez *in tr. de tutel. 2. part. cap. 3. n. 7. & 28.* In hæc. *Ex superioribus deducitur, quod quicumque antiquissimi majoratus possessor teneatur proprios fratres, atque sorores inopes ex primo majoratus institutore descendentes, alere, atque dotare : ut in specie probat Rodericus Xuar. in repetit. leg. quoniam in prioribus super legem fori in 1. limitatione, n. 10. C. de inofficios. testament. ubi inquit se vidisse judicatum in Regia Cancellaria, & est communis opinio secundum Palac. Rub. in repetit. cap. per vestras, §. 24. n. 4. & practicata secundum Padillam in Rubr. C. de fideicommiss. n. 5. in*
173 *fin. dicit etiam communionem Palaez de majoratu 4. part. quæst. 47. n. 5. communem etiam profitetur, eam sequutus, & alios citans, inter quos est Gregor. Lop. D. Molina, de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 15. n. 56. & 57.*

Sed quamvis ipse Xuarez hoc ad fratres, & sorores ex primo institutore descendentes, restringat, id ipsum dicendum videtur, in quolibet fratre, seu sorore majoratus possessoris, ex parte majoratus institutoris sibi attinentibus, etiamsi à primo majoratus institutore non descendat, ex dictis juribus : & ita pluries in forensibus controversiis observatum vidit Doctor Molina de Hispanor. primogen. lib. 2. c. 15. n. 59. ubi fatetur se nunquam vidisse fratrem divitem bona tantum libera possidentem, condemnatum fuisse ad alendos fratres vel dotandum sorores ; tenet si nulla ratione petentibus denegari possit. & merito, ut supra resolvimus, & jure probavimus, &c. Hactenus Gutierrez.

174 Præ cæteris etiam articulum hunc percepit Barbosa *in*

in leg. 1. *par.* 4. *D. ſolut. matrim. qui num.* 130. *&*
ſeq. ſic eleganter ait : *Amplia tertio, ut frater ſolum*
majoratum poſſidens, tamen ex illius fructibus teneatur
dotare ſorores inopes, Bald. cap. 1. *in princ. n.* 8. *de*
ſucceſſ. feud. Tiraquell. primog. quæſt. 62. *n.* 1. *Suar.*
175 *leg. quoniam in primoribus* 2. *limitat. ad ll. Regni n.*
10. *C. de inofficioſ. teſtam. & quamvis ipſi reſtringant*
ſequendo ſorores ſunt deſcendentes illius qui majoratum
inſtituit ; verius tamen eſt, hoc generaliter procedere :
ex juribus ſupra citatis, & in ſpecie Molina lib. 2. *de*
primogen. capit. 15. *n.* 59. *aſſerens, ita ſæpius fuiſſe*
176 *judicatum, & Baeza tract. de non meliorand. filiab. cap.*
12. *cap.* 39. *Unde ſubinfertur annotatio ad tradita per*
Lambertin. de jure patronat. lib. 3. *quæſt.* 3. *principali,*
artic. 6. *& per Laram. leg. ſi quis à liberis §. idem ſcrip-*
ſit, num. 182. *infrà de liber. agnoſc. dum dicunt, bona*
majoratus habiti non eſſe ſubjecta oneri alendi poſteros,
ſed tantum alendi filios illius qui majoratum inſtituit,
177 *& quibus ipſe legitimam debebat : nam ex ſuprà traditis*
verius dicendum eſt indiſtinctè ex fructibus majoratus
fratrem teneri dotare, & alere ſorores inopes, non qui-
dem ea ratione, quod bona majoratus ſint obnoxia huic
oneri, ſed quia ex charitate ſanguinis frater cogitur alere,
& dotare ſorores ex quibuſcumque bonis liberis. Atque
proinde hoc caſu non poterit conveniri à ſorore, quaſi hæ-
178 *res ultimi poſſeſſoris majoratus, ut frater non ſuccedat*
in eo majoratu tanquam hæres, ſed ex vocatione primi
inſtitutoris leg. 3. *in fin. de interdict. & re legat. leg.*
unum ex familia. §. 2. *infr. deleg.* 2. *Corneus conſil.* 37.
n. 19. *lib.* 3. *qua etiam ratione, alii filii ultimi majora-*
179 *tus poſſeſſoris in bonis majoratus legitimam prætendere*
non poſſunt ; Tiraquell. de primog. quæſt. 5. *Cephalus.*
conſil. 3. *num.* 62. *lib.* 1. *nec ipſe ultimus poſſeſſor ma-*
joratus poteſt ea onera de novo imponere, ex regula l.
180 *ſi arrogatur ſupr. de adoption. Auth. de nuptiis. §. ſed*
hæc quidem collat. 4. *Bald. conſil.* 360. *n.* 2. *lib.* 2.
Præpoſitus cap. per venerabilem, §. quod autem n. 45.
qui ſint legit. cæterum tanquam fratrem ſoror eum con-
181 *venire poteſt, ut ex propria perſona, & obligatione do-*
tem, & alimenta ſibi exhibeat, juxta ſuprà tradita,
ut docet Panormit. cap. licet n. 10. *de voto, &*
182 *conſil.* 12. *columna penult. lib.* 1. *ſi ſanè hæ ſorores*
ſint etiam filiæ primi inſtitutoris majoratus poſſunt
fratrem convenire, tanquam patris hæredem, ad ali-
mentum, & dotis præſtationem : nam cum bona patris
183 *inſtituentis majoratum obnoxia ſint his oneribus ad*
quemcumque tranſeant cum eodem onere, videntur tran-
ſire, l. Imperatores infra de publitionis : atque ita is
frater tanquam hæres patris cogetur, ſororibus aſſignare
bona, quibus congruè ſe alere & dotare poſſint. Suar. leg.
quoniam in prioribus 11. *limitatione ad legem Regni* 2.
dub. 22. *C. de inofficioſo teſtament. Gregor. leg.* 2.
tit. 15. *part.* 2. *gloſſ. ſi no el fio, col.* 5. *verſ. ſed an*
teneatur Lara d. §. idem reſcripſit. 138. &c. hactenus
Barboſa.

184 Deinde quaſi poſſeſſor majoratus ex ejus fructibus
tenetur alere ſororem, etiamſi non deſcendat ex primo
inſtitutore, ut contra Rodericum Xuar. probant Petr.
Barboſ. Gutierr. & Molina *locis citatis*, & alii ab eiſ-
dem laudati, necnon Additionator ad Molinam *l.* 2.
c. 15. *n.* 56. manifeſtè ſequitur, quod ea alimenta
præſtat tanquam frater dives ex charitate ſanguinis, &
non tanquam poſſeſſor majoratus nec huic hoc onus
ſit impoſitum.

185 Imò poſſeſſor majoratus quantum ad obligationem
alendi fratres, & ſorores ſuas, eodem modo conſide-
randus eſt quo clericus qui ex fructib. beneficii ſui te
netur alere, & dotare ſororem inopem, de quo latè
videndus Garc. *d. expenſ. c.* 3. *ex n.* 34. & ampliſſimè
Petr. Barboſ. *loco citat. in d. leg.* 1. *d.* 4. *part. ex n.*
132. abſurdum enim foret dicere obligationem hanc
alendi ſorores eſſe onus reale ipſius beneficii, cum merè
perſonalis ſit ratione ſanguinis beneficiati dumtaxat,
& obligatio merè perſonalis, reſtricta ad eas perſonas
divites, quæ ſecundum leges tenentur alios alere, in
quibus divitiæ indiſtinctè conſiderantur ſive proveniant
ex bonis liberis, an à majoratu, ſive beneficio Eccle-
ſiaſtico.

Ex his conterendus venit Ludovic. de Avendanno, 186
qui miſerè lapſus fuit *de cenſibus capite* 53. *ſub. n.* 11.
ubi poſtquam ex Baëza *de inope debit. cap.* 16. *n.* 103.
& 104. dixerat, poſſeſſorem majoratus habentis dig-
nitatem, & juriſdictionem debere pro alimentis ſuis
præferri quibuſlibet creditoribus, poſſeſſores autem
aliorum majoratuum quibus hæc qualitas deficit, non
præferri, diſtinctionem perperam impugnans, ita ait,
ut quia alimenta non ex ſola dignitate atque juriſdictione
eis debita ſunt ; ſed ex ea potiſſimum ratione, quia
ſi poſſeſſores ipſi majoratus tenentur præſtare alimenta
fratribus, atque ſororibus ex tacita inſtitutoris vo- 187
luntate, adeò ut prædicta alimenta reputentur debita
primi inſtitutoris, ut colligitur ex traditis à Molina de
primogeniis lib. 1. *cap.* 15. *n.* 44. &c. Hæc ille.

Certè iſte author inadvertenter loquutus fuit, tum 188
quia Molina, quem allegat, & cui tam ineptam aſſer-
tionem adaptat, in loco per eum citato, clariſſimis,
& explicitis verbis contrarium affirmat, ut hactenus
vidimus, & ejus verba ad litteram retulimus ſupra hoc
cap. ex num. 141. *verſ. hæc noſtra conſideratio clarè*
patet, &c. tum etiam, quia diſtinctionem Molinæ lo-
cis citatis, ut tunc ſucceſſor in majoratu teneatur ad
alimenta ratione, & intuitu majoratus, aperte expli-
cat, & limitat, quando fundator ad ea in vita ſua
tenebatur ; non verò quando fundator ita non tene-
batur, quia tunc ſucceſſor obligatione propria ſolùm
actione perſonali tenetur tanquam pater, filius, aut
frater, quamplurimi Doctores ſequuntur, quos recen-
ſuimus ſuprà ex *n.* 129. *cum multis ſeqq. verſ. ſed me*,
&c. & paulò ante ex Larrea & aliis.

Inſuper poſt hæc præſcripta vidimus Ludovicum 189
Molinam *in additio. ad l.* 2. *c.* 15. *d. n.* 58. *&* 59. re-
cedentem à ſua veriſſima & juridica opinione tot Docto-
rum authoritate ſequuta, & juris invincibilibus funda-
mentis ſuffulta ; ex debili quidem & commutabili
fundamento motum, prout manifeſtiſſimè monſtra-
bimus.

Igitur in d. additione poſita ad calcem ſui operis 190
ſic vir ille loquitur *n.* 14. & 15. *item in eodem lib.* 2.
c. 15. *n.* 58. *&* 59. *dixi fratrem antiquiſſimi majoratus*
poſſeſſorem teneri fratres alere, & ſorores dotare ; qua
in re animadvertendum eſt, non ex hac ſola ratione
hanc alendi, & dotandi obligationem originem du- 191
xiſſe ; ſed ea etiam, quod majoratus inſtitutio ex horum
regnorum conſuetudine ea lege facta fuiſſe videatur, ut
filius primogenitus familiæ caput, atque robur ſit,
fratreſque, & ſorores egentes alere, & dotare teneatur :
quæ obligatio in omnes primogenitos in infinitum trans-
funditur atque in ipſorum majoratuum propriam, atque
peculiarem naturam convertitur, prout in ſimili in
feudis, in quibus jure Francorum ſucceditur, dici
ſolitum eſt, in illis namque filius primogenitus, qui
in feudo ſuccedit, ſemper tenetur fratribus, & ſororibus
victum, & militiam præſtare, quo ſi feudum ipſum
hac lege & conditione eidem delegatum ſit, prout ha- 192
betur in conſtitutione regni Siciliæ, lib. 3. *Rubrica* 18.
Incipit Comitibus ubi Andr. del Sernia. atque Matthæus
de Afflictis plurima ad idem adducunt. Hactenus
Molina.

Hæc ſunt motiva tanti viri, certè miror tam falſo 193
fundamento niti, ut à ſua vera opinione, ab omnibus
communiter ſequuta diſcederet ; unde etenim hæc lex
majoratus quærenda eſt, in toto namque jure noſtro
patrio, aliquam reperiemus legem, quæ poſſeſſori
majoratus novam imponat obligationem alendi aliquem,
in hoc excedentem terminos juris communis : unam
invenio *l.* 7. *tit.* 7. *lib.* 5. *recopilat.* ibi : *conſumen-*
dioſe, y menos levandoſe las caſas principales, en las
quale muchos de ſus parientes, y criados, y otros hom-
bres hijos dalgo ſe acoſtunbravan mantener, y ſuſtener. 194
nihil tamen ex hac lege inferri poteſt ad intentionem
Molinæ ;

Molinæ; imò totum contrarium, nam ſi lex iſta prohibet concurſum duorum majoratuum in eadem perſona per viam matrimonii, & inter alias rationes hanc reddat, quod multi ex conſanguineis, & extraneis ſolebant ali, & per aggregationem, & concurſus ceſſet, jam lex ipſa expreſsè ſentit harum perſonarum alimenta non eſſe præciſa, nec onus reale ipſius majoratus; nam ſi foret, non ceſſaret per concurſum, & commixtionem, ſed præciſè tranſiret cum majoratu in quemlibet poſſeſſorem, *l. imperatores. C. ſine cenſ. vel reliq.*

195 Deinde quia ſi per viam obligationis alendi perſonas *in d. l. nominatas inſitæ in domo principali majoratus*, intelligeretur hæc lex: notabile abſurdum ſequeretur, ut hæc obligatio fuiſſet univerſalis tam quoad omnes conſanguineos, quam quoad extraneos, familiares, & alios quoſlibet nobiles; de quibus ſimul loquuta fuit lex, eo quòd uniformiter & ſimul omnes iſti in legis determinatione complectuntur quia una determinatio reſpiciens plura determinabilia, debet omnia pariformiter determinare, *l. jam hoc jure, ff. de vulgari.*

196 Fatemur inſtitutorem majoratus ea inter alias intentione, omnia ſua bona in unum unire, ut poſſeſſor dives inveniatur, ut ad eum tanquam ad caput familiæ cæteris conſanguineis egentibus recurrentibus poſſit ſubvenire, & habeat unde eis poſſit, ſi velit, ſuccurrere, non tamen ut ad id teneatur præter juris communis obligationem, cum qua in dubio, & alio à ſe non expreſſo, cenſetur ſe conformare majoratus inſtitutor, qui enixè unitatem ſucceſſionis bonorum, & indiviſibilitatem perpetuam potius deſiderant, & hæc majoratus ſit lex, natura, & conditio, ita ut nec pro
197 dotibus ſororum poſſeſſoris alienari poſſet, prout ex eodem Molina, & aliis probavimus ſupra *ex n. 97. verſ. minus obſtat tertium, & n. 131. verſ. tertio præcipuum fundamentum.* Si igitur ex fideicommiſſis (quibus magis accedit natura majoratuum Hiſpaniæ) non licet arguere pro alimentis præſtandis fideicommiſſario, & dotibus filiarum, prout de jure communi præſtantur, præfatis locis manifeſtè probavimus ad majoratuum poſſeſſores, & eorum filias: quanto minus erit arguendum de feudo ad majoratum Hiſpaniæ in eadem materia, & articulo, ut minus rectè argumentatur Molina ſtatim
198 convincendus, ſi enim ex eo quòd primogenitus facit caput familiæ, oritur obligatio alendi: ſequeretur abſurdum quod totam familiam, & ex ea deſcendentes, non tantum fratres, & ſorores teneatur poſſeſſor alere, ſed hoc eſt falſum, quia ſucceſſor majoratus ſolum tenetur alere eos, quos ex legis præcepto (ceſſante majoratu) tenebatur, ut hactenus, & ex dicendis probabitur, & ipſe agnoſcit Molina, dum rationem ſuam generalem, & univerſalem ad ſolam obligationem fratrum reſtringit: ergo ejus fundamentum falſum redditur manifeſtè.

199 Deinde convincitur, quia ſi ratio foret vera, tanquam generalis deberet omnes de familia comprehendere, pro quibus omnibus inſtitutus fuit majoratus, quia ratio legis generalis attenditur ad incluſionem omnium caſuum, & perſonarum ſub eadem ratione comprehenſarum; de quo abundè *in noſtris comment. de retent. bulla. 2. p. c. 9. num. 13. cum multis ſeqq.* ergo Molina vel debuit inutilem rationem agnoſcere, prout re vera agnovit *in d. c. 15. num. 67.* ſequutus à D. Larrea *d. deciſ. 47. num. 23.* vel eam non reſtringere, ſed ad omnes extendere, ſed potius omnes includere de familia cum ſucceſſionis, & vocationis reſpectu eos omnes conſideravit, & vocavit inſtitutor & pro omnibus de familia fundavit majoratum judex ſuam majoratus naturam.

200 Multò magis inefficax fundamentum, quo movetur ad ſuam rationem corroborandam, & ex quo illam deduxit, nempe à vitæ militia, quam fundi primogenitus ſucceſſor tenetur præſtare fratribus & ſoribus ſuis, tum quia hæc fundi lex, non eſt univerſalis omnium feudorum, ſed ſpecialis & peculiaris lex regni Siciliæ, quæ non eſt trahenda ad noſtra regna Hiſpaniæ, & præcipuè ad eorum majoratus à quibus ad feuda regularitet non argumentatur, niſi ubi in utroque militet eadem ratio, & ſit diſpoſitum, ut ipſe Molina profitetur *lib. 1. c. 7. per totum.*

Et quando de feudo ad majoratum valet arguere 201
ob identitatem rationis; tunc procedit, quando lex, & natura feudorum jure communi feudorum generalis attenta hoc dictaret; non tamen quando ejus natura mutatur, variatur, & alteratur per aliquam aliam legem provincialem particularem, pactum, vel ſtatutum alicujus provinciæ, quoniam quæ à jure communi exorbitant in conſequentiam trahi nequeunt, juxta juris regulam, deſuper invincibili fundamento convincitur æquiparatio Molinæ de feudo ad majoratum Hiſpaniæ. Etenim ratio propter quam vita, & militia præſtatur ſecundogenito in feudis Siciliæ, ea eſt vel propter legitimam, quam filius ſecundus habiturus erat in ipſo feudo juxta unam opinionem tentam à Petro Gregorio *in tract. de vita & militia. q. 1. & 2.* Camerario *in cap. ſi aliquem in verb. pati firmiter fol. 332.* Vincent. de Franchis, *deciſ. 525 n. 21.* Fabio Anna *in conſil. 6. lib. 1.* vel propter portionem in feudo debitam ſecundo genito, juxta aliam opinionem magis communiter receptam, per Andr. de Iſernia Camerar. Pari de Puteo Minado, Afflictum, Capicium, Franchi à Ponte, Surdum, Vincent. de Anna, Fabium de Anna, ſibi contrarium, Menoch. Martam, & alios à Maſtrillo *deciſ. 165. ex n. 11. n. ſeqq.*

Sed hæc ratio prorſus ceſſat & aliena eſt à majoratibus Hiſpaniæ, in quibus nec legitima, nec portio aliqua debetur ſecundogenitis fratribus, ſed totus majoratus integraliter, & indiviſibiliter defertur primogenito, niſi iſti fratres ſint filii ipſius fundatoris, ut ſuperius diximus *ex nu. 132. n. 164. ex n. 198. ex n. 176. ex n. 182.* ergo majoratus nullis alimentis gravatus intelligitur, cum nec ad legitimam, nec ad aliquam portionem teneatur, quarum loco ſuccedere poſſint alimenta, ſicut vita, & militia ſuccedit loco, vel legitimæ, vel portionis debitæ ab ipſo feudo, quia ne feudum diſmembretur, aſſignatur, & taxatur certa quantitas ex fructibus feudi præſtanda ſecundogenito pro ſua vita quæ vocatur vita, & militia ut probant Doctores jam allegati, & per conſequens æquiparatio Molinæ de vita, & militia ex feudo Siciliæ, præſtanda, ad alimenta deducenda ex majoratibus Hiſpaniæ prorſus evaneſcit propter diſſimilitudinem, & omnimodam diſparitatem rationis.

Tum etiam, quod vitæ militia adhuc in feudo præ- 202
dicto non habet locum univerſaliter in omnibus fratribus, & ſororibus primogeniti; ſed in caſu tantum particulari, puta quando primogenita excluſa eſt à ſucceſſione propter ſecundogenitum maſculum, vel quando filia primogeniti mortui in vita patris excluditur à patruo, ut in his tantum caſibus limitatis habeat locum vitæ militia præſtanda iis ſic excluſis, non vero aliis fratribus, nec ſororibus, quibus non tangebat ſucceſſio, & excluſio, ſic declarant prædictam conſtitutionem Siciliæ, ex qua hanc regulam deducunt Petrus Gregorius *de dote de paragio, quæſt. 4. & q. 1.* Lanarius *conſil. 70. num. 4.* Ponte *conſil. 65. n. 1.* Vincent. de Franchis *deciſ. 73. n. 16. & 17.* ubi allegat Capicium, Freciam, & Menado, Intrigliol. *de feudis cent. 2. art. 73. num. 19.* Vincent. de Anna *conſil. 6.* Lælius Caputus *in repetit. ad conſuetudinem Neapolitan. ſi moriatur part. 2. §. 2. n. 9. & 22.* Corſetus *conſil. 26.* & innumerabiles alii plurimi, quos recenſet & ſequitur Anton. Amat. *variar. reſolut. 2. per totam, à principio* videndus, qui multa congerit penitus ſubvertentia fundamentum, & ſimile Molinæ. Igitur minus rectè argumentaſſe Molinam de uno caſu particulari, etiam in terminis *d. l. Siciliæ* ad omnes fratres poſſeſſoris feudi in univerſum, imò de lege quadam provinciali ad leges majoratus Hiſpaniæ prorſus denegari, uti illegitimum argumentum fatendum erit. Unde firma

remanet juris, & Doctorum resolutio, majoratus possessorem teneri ad alimenta fratrum parentem utriusque sexus, sicut & uxoris suæ non ex qualitate inhærente majoratui, sed tanquam frater, ut pater dives, & ex eo divitias suppetens alimenta præstabit. Non quod hoc onus sit reale, afficiens majoratum, sed personale respiciens personam possessoris, uti fratris, & consanguinei cum adhuc nec ille, ad cujus alimenta tenebatur fundator in vita sua; potest prætendere jus reale ad bona majoratus, nec etiam ad libera, sed tanquam creditor merè personalis jus suum consequi pro alimentis sibi à fundatore debitis ex bonis à se relictis, etiam vinculatis, prout abunde in discursu hujus cap. manifestè comprobavimus.

Atque ideo firma, & verissima remanet resolutio Ludovici Molinæ *in lib. 2. cap. 15. ex num. 57. cum seqq.* Tot juris fundamentis, & Doctorum authoritate comprobata, dempta, & prorsus excluſa ejus additione, contrarium sentiente à nemine sequuta, sed ab omnibus contempta propter ejus inutile atque prorsus fallax fundamentum, ut clarè ostendimus.

CAPUT XXV.

Crescentibus, vel decrescentibus bonis concursus, ita ut quandocumque constet de falsa relatione circa eorum valorem crescant, vel decrescant alimenta per rem judicatam taxata.

SUMMARIUM.

1 *Quibus debitoribus concursum peragentibus alimenta debeantur remissivè.*
2 *Crescentibus, vel decrescentibus bonis concursus, taxata jam semel alimenta crescunt, vel decrescunt, non obstante re judicata. n. 37. & seqq.*
3 *Res judicata in taxatione alimentorum variabilis est, & mutabilis.*
4 *Alimentorum taxatio mensuranda est juxta facultates, & bona ejus, à quo sunt præstanda.*
5 *Alimentandi obligatio taxatur & regulatur arbitrio judicis, juxta inopiam unius, & divitias alterius.*
6 *Fortunæ ictibus valdè subjecta sunt divitiæ, quæ subito pauperem ditat, & divitem dimittit inanem.*
7 *Text. in l. peculium 41. D. de peculio, adducitur.*
8 *Alimentorum obligatio, & taxatio eidem varietati, & mutabili fortunæ subjicitur. n. 15. & 33.*
9 & 10. *Alimenta commensurari debent cum ætate alimentarii, & ætate crescente augmentum recipiunt.*
11 *Alimenta augeri debent propter augmentum intrinsecum bonorum.*
12 *Alimentorum legatum, quod semel evanuit propter alimentarii divitias revivisçit necessitate, & inopia superveniente.*
13 *Filius qui aliunde se aluit, eo quod à parte ali non potuit, patre facto divite consequi non potest alimenta præterita, futura autem sic.*
14 *Alimenta semel ob divitias alimentarii denegata revivisçunt, & debentur ob supervenientem ipsius inopiam.*
16 *Alimentorum causa finalis est necessitas, & inopia.*
17 *Necessitatis causa inducta tantum durat, quantum ipsa necessitas durat.*
18 *Paupertatis causa inducta tantum durat, quantum ipsa paupertas.*
19 *Alimentorum augmentum, & diminutio attenditur sive ex integro, sive ex parte alimentantis, sive alimentati bona crescant, vel decrescant.*
20 *Alimentans minimè tenetur alimenta præstare, quando sibi sufficiens victus non esset.*
21 *Conditiones, quæ ex natura actus, seu contractus insunt, semper intelliguntur rebus sic stantibus, & in eodem statu permanentibus.*
22 *Mutata qualitate status rerum, extinguitur omnis effectus prioris status, & secundum præsentem judicatur.*
23 *Mutatio qualitatis, & conditionis rerum aut personarum producit varios effectus, & diversa juris ministeria operatur.*
24 *Causa justa, & legitima superveniens inducit licitum recursum à dispositis.*
25 *Pactum relatum ad rem habentem naturam mutabilem, rei mutabilis natura vestitur.*
26 *Res judicata non facit jus in iis, quæ tempore mutantur.*
27 *Res judicata nihil operatur in his, quæ suapte natura mutationem recipiunt.*
28 *Acta unius judicii, quæ temporis cursu mutantur, non faciunt fidem in alio.*
29 *Sententia lata super excussione bonorum, quâ semel fuit declaratum bona debitoris extare, vel non extare, non transit in rem judicatam quominus bonis supervenientibus, vel deficientibus iterum possit refricari eadem excussionis exceptio.*
30 *Excussione facta contra principalem debitorem si tertius possessor conveniatur, & post litem contestatam, bona superveniant debitori adhuc poterit tertius excipere de excussione.*
31 *Excussionis exceptio est temporalis, & uno tempore potest prodesse debitori, & obesse creditori, & è contra.*
32 *Expenditur ad id doctrina Bartoli.*
33 & 34. *Alimentorum jus & taxatio regulatur ab inopia, & divitiis, & ab his immediatè pendet.*
35 *Cessante causa sententiæ ex nova superveniente causa etiam sententia in rem judicatam transacta debet cessare.*
36 *Cessante causa ob quam lata fuit sententia, non obstant identitates rei judicatæ.*
38. *Usque ad num. 44. Doctores referuntur tenentes alimenta semel per rem judicatam taxata augmentum, & diminutionem pati cum obstat exceptio rei judicatæ.*
39 *Vulgaris regula, habenti unde alat, semper esse deneganda alimenta; non est indistinctè vera.*
40 *Filius, qui ex officio, & artificio potest sibi ministrare, non potest petere à patre alimenta, & quando hoc casu sententia concipiatur.*
45 & 47. *Sententia, quæ fundatur in causa sui naturæ inconstanti, variabili & commutabili variatur, & commutatur.*
46 *Idem in cæteris dispositionem servatur.*
48 *Diminutio oneris, seu servitii in fundatione beneficii, seu capellaniæ impositi facta ob diminutionem reddituum cessat, redditibus postea auctis.*
49 *Alimenta præstita, & taxata pro litis expensis si ea durante alimentario superveniunt divitiæ per qualitatem possit sustinere, cessante.*
50 *Affertur in comprobationem supra dictorum decisio Rotæ apud Farinacium. & seqq.*
Alimenta semel taxata ex subjectis rationibus augentur, aut minuuntur. ibid.
Alimentorum obligatio semper intelligitur, rebus sic stantibus, ibid.
Statuta humana variantur, ob temporis varietatem. ibid.
Sententiam taxantem alimenta consentiens filius, adhuc ex nova causa augmentum potest petere, ibid.
Quod etiam obtinet in pacto super taxatione alimentorum, cum juramento firmato. ibid.
51 *Augendi alimenta justa causa est supervenientia filiorum.*
52 *In augmento alimentorum judex præ oculis habere debet*

debet ſervos, & ancillas, qui quæve liberis ſuſceptis deſervire debent.

53 *Aucta familiæ alimenta etiam augeri neceſſe eſt.*

54 *Augendi alimenta juſta cauſa eſt, augmentum pretii rerum.*

55 *In decernendis alimentis habenda eſt ratio patrimonii ejus, à quo petuntur.*

56 *Augmentum ſeu diminutio alimentorum non ipſo jure, ſed judicis miniſterio, cauſa cognita fieri debet.*

57 *Refertur Cancellaria praxis, in qua quotidie minuuntur debitoribus alimenta, qui dum liſtam bonorum offerunt, fraudulenter bona fingunt, vel valorem eorum augent.*

58 *Augmentum quod accidit ex quacumque cauſa in bonis concurſus conſolidari debet cum corpore illius ut creditoribus facilius de ſuis creditis ſatisfiat.*

59 *Semel ſublato impedimento res redit ad ſuum priſtinum ſtatum, cum primæva qualitate.*

60 *Expenditur doctrina Pauli, & Alexandri.*

61. *Certantibus debitore, & creditoribus ut in ſuum commodum augmentum cedat Senatus attente procedit utrique parti proſpiciendo.*

62 *Differentia inter alimenta quæ miſerationis cauſa præſtantur, & ea quæ judicis officio ratione ſanguinis, aut jure actionis aſſignari ſolent.*

63 *Creſcentibus bonis concurſus, an creſcere, & augeri debeant alimenta jam conſignata, & ſeqq.*

64 *Idem judicatur de parte, quoad partem, quod de toto quoad totum.*

65 *Jus accreſcendi inter alimentarios etiam re & verbis conjunctos non datur.*

66 *Alimenta cum vita alimentarii extinguuntur ipſo jure.*

67 *Agitur de alimentis quæ præſtantur pluribus ut ſingulis, & pluribus ut univerſis. remiſſivè.*

68 *Alimentorum legatum eſt naturaliter taxatum, tam ratione temporis, quam ratione rei ipſius.*

69 *Deciſio Senatus Valliſoletani traditur.*

70 *In taxatione alimentorum in bonis patris inter filios habetur ratio dignitatis, & primogenituræ.*

71 & 74. *Alimentorum taxatio non debet fieri ſtatim, ac concurſus formatur, ſed differri quouſque de viribus patrimonii debitoris per rationes primi anni apertiſſimè conſtet.*

72 *Et inſtrumentis indicantibus bona debitoris, capi non poteſt periculo bonorum, & quare.*

73 *Non probat hoc eſſe quod ab hoc contingit abeſſe.*

1 CApite antecedenti uberrimè diſcurſum fuit, quibus debitoribus judicium concurſus peragentibus inter ſuos creditores alimenta præſtari ſoleant; & inſuper de aliis tertiis, qui concurſui ſe opponentes, alimenta conſequantur ex bonis debitoris communis, qui ad ea præſtanda jure ſanguinis obligatus eſt. Et an iſti hypothecarii creditores dici valeant, & numquid cæteris debitoris creditoribus præferri præſumant, de quibus & aliis plurimis quæſtionibus, noſtrum tractatum tangentibus, & illuſtrantibus ſummè difficilibus, atque ſubtilibus accuratè diſceptabimus.

2 Nunc quærendum, an creſcentibus, vel decreſcentibus bonis concurſus, vel alimenti, debeant angeri, aut minui conſignata, & taxata jam alimenta, non obſtante rei judicatæ exceptione, in ejus reſolutione
3 affirmativè reſolvendum erit, rem judicatam ſuper taxatione alimentorum eſſe variabilem, & mirabilem, cum ſequi debeat naturam obligationis, & taxationis principalis, cui adhæret, quæ ſuaptè natura variabilis eſt, ad quod ſentiendum movemur; primo quoniam ali-
4 mentorum taxatio habet reſpectum ad facultates, & bona ejus à quo ſunt præſtanda, juxta ea plus aut minus taxanda, & aſſignanda ſunt alimentario, ita ut ad aliud nihil teneatur ille, quam ſuppetant facultates ſuæ, & juxta eas menſuranda, plurima jura, & innumerabiles penè Doctores hanc concluſionem probant quorum meminimus ſuprà capite antecedenti *à nu.* 12. *cum ſeqq. verſ. illud tamen utiliſſimum præ oculis*, &c. datur enim hæc obligatio propter inopiam unius, & 5
divitias alterius, & ab iis alimentandi obligatio regulatur, & taxatur arbitrio judicis, quoniam etſi quis cogi poſſit jure ſanguinis alimenta miniſtrare alicui, ceſſat hæc obligatio, ceſſantibus facultatibus.

Nihil enim humanæ, fragili, miſerabili, & inconſ- 6
tanti naturæ noſtræ tam conſonans, tamque ſubjectum fortunæ furori reperitur, divitiis, & inopia; ſubito quippe pauperem ditat, & divitem dimittit inanem, plures per Giurbam *deciſ.* 41. *n.* 1. 4. *à num.* 9. melius per Cordubam à Lara *de alimentis*, §. *parens*, *ex n.* 75. *& ſeqq.* eſt celebris textus *in l. pecuniam naſcitur*, 7
creſcit, decreſcit, ſi moritur; & ideo eleganter Papyrius Fronto dicebat, peculium homini ſimile eſſe, & cap. 41. *ff. de peculio*, & quod divitiæ acquirantur, & amittantur fortunæ impetu, probant expreſsè *l. ſi qui*, §. 1. *ff. de acquirend. rer. dominio*, & text. *in l. plenè ff. ut in poſſeſſio. legator.* Gutierrez *de tutelis*, *cap.* 46. *n.* 9. idcirco alimentorum taxatio, & obligatio eidem va- 8
rietati, & commutabilitati ſubjicitur, & variabilem ſtatum habere, dixit, pro modo virium, & facultatum Simon de Pretis *de interpr. ultim. volunt. lib.* 4. *interpr.* 1. *dub.* 11. *ſub. num.* 67. *& nu.* 58. ubi propterea 9
dicit; alimenta commenſurari debere ætate alimentarii, qui ſi eſt parvulus, præſtantur ut parvulo, & emptoris progreſſu variari ut ætate creſcente, augeantur pro ætatis incremento ex *l. cum unius*, *in fin.* & *ibi* Gloſſ. & *l. alimenta*, §. *Baſilicæ de alim. & cibariis legatis.* ubi gloſſa inquit; *prout ætas creſcit majora præſtantur alimenta*, & ex Speculatore *tit. qui filii ſint legit.* §. 1. *colum. penult. verſ. debet autem accipi modus.* Joan. de Lecirier. *de primogeniis*, *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 9. Caccialupus *in l. ſi qua illuſtris*, *n.* 93. *C. ad Orphicianum.* Palacius Rub. *in cap. per veſtras*, *in* 3. *nota.* §. 24. *nu.* 7. *verſ. & ſubdit. fortius*, quo tendit Corduba à Lara *in l. ſi quis ff. liberis*, §. *ſed filius. nu.* 10. *ff. de liber. agnoſc.* dum dicit, quod alimenta debent decerni pro incrementis ætatis, ut progreſſu temporis augeantur alimenta ex 10
d. l. cum unius, §. *fin. & l. jus alimentorum. in fin. ff. qui pupillus educari deb. l. ſed etſi quid modicaverit*, §. *mancipiorum*, *ff. de uſufruct.* ubi Florian. notavit. Tradunt DD. *in l ſi cum dotem ff. ſol. matrim.* Gozadinus *conſ.* 95. *n.* 4. & per *d. l. cum unus*, §. *fin. juncta gloſſ. ff. de alimentis & cibariis legatis*, & *l. alimenta.* §. *Baſilicæ*, *eodem tit. & l. alimenta*, §. *ſi is qui à liberis*, *ff de liber. agnoſcendis*; idem profitetur Angel. *in l. ſi ſervitus*, *in princ. in* 3. *colum. ff. de ſervitut. urban. prædio.* ſequitur per Albert. Brunum *in tr. de augm. & dimin. concluſ.* 10. *num.* 10. qui faciunt concluſionem per augmentum 11
intrinſecum bonorum alimentantis, augeri debere alimenta, Surdus *de alimentis*, *tit.* 5. *quæſt.* 7. *num. fin.* dicentes ſingulariter notandum, alimentorum legatum, quod ſemel evenit propter divitias ali- 12
mentarii, & defectum inopiæ, reſurgit atque reviviſcit, neceſſitate, & inopia ejus ſuperveniente, pro qua varietate, & communicabilitate facit doctrina ejuſdem Surdi *tit.* 5. *quæſt.* 1. quam latè poſt alios examinat *à num.* 46. *cum ſeq.* an filius aliunde ſe aluit eo quod à patre ali non poterat, quia non erat ſolvendo, & ſimul eo tempore indigebat, 13
poſtmodum pater ipſe factus eſt dives: teneatur ad alimenta præterita, ſicut tenetur deinceps advenientibus divitiis ad futura, id ipſum, prout Surdus ubi proximè, qui *& num.* 59. ita ait, *quod verò attinet ad ſecundum, teneo, quod pater qui non tenebatur ad alimenta, eo quod non pater qui non teneatur, quando devenit ad meliorem fortunam, quia obligatio ceſſat ex quo non eſt ſolvendo nec poteſt oriri poſtquam factus eſt*

eſt dives, nam quando eſt dives jam filius habuerat alimenta aliunde, &c. Qui omnes Doctores concludunt, & denotant naturam variabilem, atque inconſtantiam juris, & obligationis alimentorum activè, & paſſivè.

14 Et quod alimenta debita, ſemel denegata ob divitias alimentarii reviviſcant, & debeantur ob ſuperveniențiam inopiæ, probat inſuper poſt plures quos allegat Gratianus *diſcept. forenſ. tom.* 2. *cap.* 237. *n.* 5. ex qui-
15 bus manifeſtè conſtat, taxationem, & obligationem alimentorum eſſe variabilem, naturæ inſtabilis, & viciſſitudinariæ oriri & perimi, creſcere, & minui pro circumſtantiis & temporis varietate.

16 Deinde probatur, quoniam alimentorum cauſa finalis eſt neceſſitas, paupertas, & inopia, & cum hæc ſic quandoque inconſtans, & variabilis, pariter, & ejus effectus variabiles eſſe debent, quia quod inducitur ex cauſa neceſſitatis, eatenus durat, quamdiu,
17 & quatenus ſubeſt, & durat ipſa neceſſitas, *leg. Senatus, ff. de officio præfidis l.* 1. *in fin. ff. de feud.* & dicit Bartol. *in l.* 1. §. *nunciatio, col.* 3. *verſ. quandoque fit juris noſtri. ff. de oper. novi nunciat.* quod ubi aliquid contra juris communis regulas ſtatuitur favore neceſſitatis, illud habet locum, quatenus durat neceſſitas. Ancharan 1. *in clom.* 1. *col.* 1. *n.* 6. *notab. de ſtatu Monachor.* Surdus *de alimentis tit.* 9. *q.* 42. *n.* 3.

18 Et ſimiliter quod paupertatis causâ conceſſum eſt, non durat, ultra quam urgeat paupertas, text. eſt *in leg. non tantum*, §. ibi, *niſi facultates, eorum adductæ ſint. ff. de excuſat. tutor.* ubi Bartol. & Albericus, ad idem, eſt text. *in leg. cura.* §. *deficientium, de muner. & honoribus.* Tiraquell. qui multos allegat, *in tract. de cauſa ceſſante p.* 1. *cum.* 193. Dueñas *reg.* 365. *in* 1. *fallent.* Socinus Jun. *conſil.* 8. *n.* 13. *vol.* 3. Hieronymus Gabriel *conſil.* 25. *nu.* 10. & 14. Lancellotus Robert. *de attentatis in* 2. *part. cap.* 14. *limitat.* 11. Surdus *d. tit.* 7. *quæſt.* 42. *num.* 4. Videndus *num.* 11. & *ſeqq.* quod licet filio artifici, qui ex arte poſſit ſe alere, negentur alimenta, tamen ſuperveniente eidem impedimento alimenta aliquo, arte præciſa occupatione, ſeu infirmitate, ex quibus artem exercere non poteſt, alimenta ſunt à patre præſtanda.

19 Et hoc alimentorum argumentum, ſeu diminutio attenditur ſive ex integro, ſive ex parte creſcant, vel decreſcant bona alimentantis, ſeu alimentati, ut pro ea parte ſint diminuenda, vel augenda alimenta, ita ut quod alimentis deficit, augeatur, vel ex ea parte, qua bona decreſcant, ſuppleatur, vel adimatur, Corduba à Lara *in leg. ſi quis à liberis*, § *ſed ſi filius*, *num.* 131. & *n.* 132. *ff. de liber. agnoſcend.* Surdus *de aliment. tit.* 6. *quæſt.* 6. *à nu.* 6. & *ſeqq.* & *quæſt.* 8 *à principio*, & *tit.* 7. *q.* 28. & *quæſt.* 29. 30. & 31. quibus locis abundè tractat, patrem, et alios, qui ad alimenta tenentur, minimè cogi præſtat,
20 quando ſibi ſufficientia alimenta non habent, nec ſuperſunt, quia nemo debet arctare ſibi victum, ut alteri ſubveniat, nam charitas benè ordinata incipit à ſeipſo.

21 Et inſuper hæc noſtra reſolutio, quod creſcentibus, vel decreſcentibus bonis alimentantis, vel alimentarii, creſcant & decreſcant alimenta, ex eo probatur. Quoniam quando ex natura actus, ſeu contractus aliquæ conditiones inſunt, ſemper pacta, & contractus intelliguntur rebus ſic ſtantibus, & in eodem ſtatu permanentibus, abundè Caſanate *conſil.* 23. *à num* 24.
22 *cum multis ſeqq.* Caſtillo *controverſ. tom.* 4. *cap.* 59. *nu.* 3 & *ſeqq.* ubi quod quando mutatur qualitas, & ſtatus rerum, extinguitur omnis effectus prioris ſtatus,
23 atque res ipſæ ſecundum præſentem ſtatum judicantur, necnon mutationem qualitatis, & conditionis, rerum, aut perſonarum producere varios effectus, & diverſa juris miniſteria operari, poſt Tiraquell. *in præfatione leg. ſi denique num.* 167. Oſaſcus *deciſ.* 91. *nu.* 2. Tiber. Decian. *conſil.* 19. *lib.* 3. latè Surdus *deciſ.* 177. *num.* 10. & *deciſ.* 236. *num.* 13. *deciſ.* 289. *nu.* 12. & *tribus ſeqq.* Camil. Callinius *de verb. ſignific. lib.* 9. *c.* 72. *nu.* 2. & *ſequentibus.* Anton. Gomez *tom.* 1. *variar.* 24
cap. 12. *de legatis num.* 46. & ſic denique, quod quælibet juſta, & legitima cauſa ſuperveniens inducere valeat licitum receſſum à diſpoſitis, pactis, & conventis, Camil. Gallinius *lib.* 6. *cap.* 37. *n.* 22. Peregrinus *de fideicommiſſis, tit.* 4. *n.* 58. Caſtillo *d. cap.* 59. *n.* 8. ubi hoc procedere in qualibet diſpoſitione.

Et ideo pactum relatum ad rem, habentem natu- 25
ram commutabilem, & variabilem, non alterat nec interimit commutabilem provenientem ex natura rei, ſed natura commutabilis in diſpoſitionem ſeu contractum deductæ, ſed ea regulatur, & ejus natura veſtitur, ut pulchrè docuit Ancharan *in cap. Canonum ſtatuta, num.* 279. *de conſtitutio.* Natta *conſil.* 511. *n.* 4. & 5. Anton. Maria Galleaceus *in formula Camera. obliga.* 6. *part.* 9. *per totam, fol.* 150. Alexander Raudenſ. *lib.* 1. *de Analogis cap.* 13. *n.* 63. & 64. Loazes *ſuper oppido de Mola. dub.* 1. *reſponſ. ad* 5. *n.* 150. abundè Caſanate *conſil.* 24. *ex num.* 52. *cum ſeqq.*

Hinc eſt, quod res judicata non facit jus in iis, quæ 26
tempore mutantur *leg. ab arbitrio, ff. qui ſatisdare cogant. l. ſi rem meam; & l. ſeq. ff. de except. rei judicatæ cap. tum ex litteris de integr. reſtitutio.* Sarmiento, (qui hanc regulam generalem tradit) *lib.* 2. *ſelectarum interpretat. cap.* 12. *num.* 3. *fol.* 88. quam etiam tradit Tiraquell. *in tract. de cauſa ceſſante* 1. *part. n.* 232. Mierez *de majoratu* 4. *part. limit.* 1. *à num.* 74. & 75. ad quam allegat Alvarum Valaſcum *conſultat.* 51. *n.* 42. Ægidium Boſſium *in pract. criminal. tit. de remediis juſtitiæ, num.* 1. *cum ſeqq.* & Gamma *deciſ.* 110. *nu.* 38. pro qua eſt text. etiam elegans *Divi fratres, ff. de jure patronatus* diximus *in noſtris comment. de protect. Reg.* 4. *part. cap.* 7. *à nu.* 95. *cum ſequentibus* Ripol. *variar. reſolutio, cap.* 20. *num.* 141. Nos *de retent. Bulla.* 1. *part.* 27
cap. 10. *n.* 41. Ubi quod res judicata nihil operatur in his, quæ ſuaptè natura mutuationem recipiunt. Quorum exempla ibi redduntur, & plurimi Doctores allegantur, hinc eſt etiam quod actus unius judicii 28
quæ temporis curſu mutantur, non faciant fidem in alios, plurima jura per Maſcardum *de probationibus concluſ.* 33. *n.* 32.

Cujus farinæ eſt, quod ſententia lata ſuper excuſ- 29
ſione bonorum, quia fuit ſemel declaratum, bona debitoris extare, vel non extare; nunquam tranſit in rem judicatam, quominus bonis ſuperveniențibus, vel deficientibus ex aliquo accidenti, poſſit iterum refricari eadem excuſſionis exceptio; & judicium Marante *de ordine judic.* 6. *p. princ. actu* 2. *de ſententia n.* 137. Carrocius *de excuſſione* 3. *p. q.* 13. *per totam* & per Alexand. & Cynum optimè probat Neguſantius *de pignorib.* 8. *p. membr.* 1. *n.* 41. ubi etiam dicit, quod ſi facta excuſſione contra principalem debitorem, 30
tertius poſſeſſor conveniatur, & poſt litem cum eo conteſtatam ſuperveniant bona debitori: poterit tertius excipere etiam poſt litis conteſtationem *hoc Labyrint. infrà* 3. *part. cap.* 4. *num.* 58. *verſ. nec obſtat excuſſio præcedens*, &c. & per gloſſam *in* §. *appellatur inſtit. de exceptionibus*, & plures Doctores ſic ſingulariter ait Vincent. de Franchis *in deciſ.* 221. *tom.* 1. *ex n.* 11. ibi, *nec obſtare dicta per gloſſam in d.* §. *appellantur, dum hanc exceptionem dicit eſſe temporalem: quia* 31
gloſſa verum dicit, quia uno tempore, quando quis non eſt ſolvendo, poteſt prodeſſe debitori, & obeſſe creditori: alio vero tempore, quando eſſet ſolvendo, operabitur contrarium, & hoc voluit dicere Bartol. *in alleg.* 32
ſed etſi ex parte, §. *ſed amentiam. ff. quod cum eo, dum dicit, in hac actione ratio temporis habetur*, & *ſententia tempus inſpicitur*, & *voluit dicere Albericus, dum dicit, ex curſu temporis natura obligationis non mutatur, ſed exactio, ſic*, &c. *nec obſtat quod exceptio hæc ſit temporalis, ut dicebat gloſſ. in d.* §. *appellantur, quia erit temporalis hoc modo, ut eadem gloſſa dicit, quod uno tempore poteſt*

poteſt quis teneri in quantum facere poſſit, quia non eſt ſolvendo, & alio tempore, in quo provenerit ad
33 *meliorem fortunam, tenebitur in ſolidum*, &c. quapropter eum natura taxationis alimentorum ſit variabilis ob divitiarum, aut inopiæ varietatem, quid mirum ſi tempore varietur, & ad præſens ſtatutum res judicata rei variabili, & viciſſitudinariæ inhærens trahatur.

34 Deinceps quoniam alimentorum jus, & taxatio cauſatur, regulatur ab inopia, & divitiis, & ab iſtis immediatè pendet, ut ſuperius latè probavimus à *n.* 1. *& ſeqq.* ergo ceſſante cauſa debent ceſſare ejus effectus etiam in ſententia, quoniam ſententiæ cauſa ceſ-
35 ſante, puta quia ſupervenit nova cauſa, etiam ſententia in rem judicatam tranſacta ceſſare debet *l.* 3. *C. ad exhibendum. l. fullo*, *ut* notat Bald. *ff. de condict. ſine cauſa. l. ſi mater. §. eandem. l. ſi qui is qui hæreſ. in princip. ff. de exceptione rei jud.* notat Socin. *in conſ.* 80. *colum. ultim. lib.* 1. Robert. Maranta *de ordin. judicior.* 2. *p. verſ.* 16. *nu.* 5. *&* 6. Burgos de Paz. *conſ.* 39. *n.* 18. Tiraquell. *lib.* 1. *de retract. §.* 8. *gloſſa* 7. *n.* 4. Mierez *d. q.* 1. *limit.* 1. *à n.* 74. Nos *de Regia protect.* 4. *p. d. cap.* 7. *à n.* 91. *cum multis ſeqq. & à n.* 118. *cum ſeqq. & de ſupplicatione ad Sanctiſſ.* 1. *p. cap.* 10. *n.* 42. ubi plurimos Doctores congeſſimus, vide Surdum *conſ.* 168. *à n.* 16. & Avendanum *de cenſ. c.* 41. *à n.* 5. & eſt optima & ſingularis *l.* 25. *tit.* 2. *p.* 3.

36 Ex quo ceſſante cauſa, ob quam lata fuit ſententia non obſtant identitates rei judicatæ. Intrigol. *deciſ. ſiciliæ* 3. *ex num.* 157. Gratianus *diſceptat.* 445. *num.* 11. Leo *deciſ. Valentiæ* 78. *num.* 6. Fontanella *dec.* 126. *num.* 10.

37 Hinc plurimi Doctores in noſtris terminis tenuerunt, alimenta ſemel per rem judicatam taxata augmentum & diminutionem pati juxta augmentum, & diminutionem bonorum alimentati, vel alimentantis, rei judicatæ exceptione minimè obſtante, per textum *in l. jus alimentorum* dicit Tuſchus *practic. concluſio. tomo* 3. *lit. E. concluſ.* 382. *n.* 9.

38 Angel. *in l. ſi ſervitus. in princ. in* 3. *colum. ff. de ſervitut. urban. prædd.* ſequutus ab Alberto Bruno *in tract. de augment. & diminut. concluſ.* 10. *num.* 10. *&* 11. ubi quod creſcentibus, vel decreſcentibus auctis, vel diminutis bonis patrimonii, creſcunt ſicut decreſcunt alimenta ex quibus præſtantur per *d. l. jus alimentorum ff. ubi pupill. educere debet.*

39 Doctor Marta *in tract. de juriſdict.* 2. *p. cap.* 43. *num.* 77. qui poſt Aymonem Cravet. *in conſ.* 199. & Roman. *conſ.* 344. affirmat, non eſſe firmam regulam illam, quòd habenti unde ſe alat, ſemper ſint denegandæ alimenta, quia ſi hodiè habenti denegantur à judice, cras eidem carenti, & inopi effecto, ſi petierit, alimenta præſtabuntur, non obſtante exceptione rei judicatæ.

40 Eandem concluſionem ſequutus eſt Corduba à Lara *in l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi filius. n.* 133. *fol.* 92. qui poſtquam probavit, filium, qui ex officio & artificio poteſt ſibi miniſtrare, non conſequi alimenta à patre *d. n.* 133. ita ait: *quomodo autem concipi ſententia debeat, quando declaratur quem operi poſſe ſufficere, propterea quod in bona ut valetudine; ut alendi onere liberetur, qui teneatur ea exhibere*, Docet Aimon Cravata *conſ.* 199. *n.* qui ait: *ſententiam non obligare perpetuo, ſed per id tempus, quo quiſpiam ſanus & validus eſt, operibus ſufficere poteſt.*

41 Simon de Præris *de interpretatio. ultimar. lib.* 4. *interpretat.* 1. *dubitatione.* 11. *num.* 69. *in fin. verſ. poſt judicis taxationem, & declarationem ſi evenerit, facultatem eſſe auctas, vel diminutas, vel aliud accidit diverſum poterit judex ſuam taxationem augere, vel diminuere pro contingentia caſuum per textum in l. jus alimentorum in fin. ff. ubi pupillus educari debetur.*

42 Lancellotus Robertus, *de attentatis.* 2. *p. cap.* 4. *limitatio.* 11. *tenet num.* 32. quod ceſſante cauſa inopiæ, ceſſant alimenta, ad quæ pater tenebatur, etiam poſt decreta alimenta per judicis ſententiam, & facta proviſione ſupervenirent ipſi filio divitiæ, ut tunc ceſſet proviſio judicis, & ſententia.

Petrus Surdus *de alimentis, tit.* 7. *quæſt.* qui poſt 43
quam à principio abundè probavit, per ſupervenientiam divitiarum alimentario, ceſſare, & finiri obligationem alimentantis, dicit *n.* 6. (Lancelloto dumtaxat citato) hanc concluſionem fortius procedere, etiam poſt ſententiam judicis providere mandatis de certis alimentis, ut per ſupervenientiam divitiarum pater ulterius cogi non poſſit juxta menſuram bonorum, ſupervenientium alimentario filio.

Et poſt Thuſcum ac Martam locis ſuperius citatis, 44
idem diximus, & aliquibus mediis probavimus *in Noſtris comment. de Regia prot.* 4. *p. cap.* 7. *à n.* 88. quibus Doctores, & fundamenta hujus *cap.* addere poteris: diximus enim ibidem creſcentibus, vel decreſcentibus bonis alimentati, vel alimentantis creſcere, & decreſcere taxationem alimentorum, non obſtante re jam judicata ſuper certis, & determinatis alimentis præſtandis ab eo, qui de jure minus rare tenetur, & iterum *à n.* 97. innumerabiles pene Doctores congeſſimus firmantes, quòd alimenta creſcunt, & decreſcunt, creſcente, vel decreſcente patrimonio alimentati, vel alimentantis, etiam poſt rem judicatam, & per alia fundamenta idem in alimentis diximus *in tr. de Retent. bulla.* 1. 6. *n.* 12. *alios laudantes.*

Sententia etenim quæ fundatur in cauſa, ſuî natura 45
inconſtanti; variabili, & commutabili variatur, & commutatur, cùm non habeat perpetuam cauſam, ſed vitio fortunæ ſubjectam, nec perpetuo operatur, ſed dumtaxat rebus ſic ſtantibus, & in eodem ſtatu permanentibus, quibus mutatis, & variatis ſententiæ diſpoſitio mutatur, & variatur; atque hanc regulam etiam in ſententia, ſicuti in cæteris omnibus diſpoſi- 46
tionibus procedere, ſignanter probarunt Natta *in conſ.* 125. *nu.* 26. Riminald. Senior, *conſ.* 350. *nu.* 22. Surdus *deciſ.* 236. *n.* 40. Ozaſcus *deciſ. Pedemont.* 91. *n.* 2. Caſanate *conſ.* 44. *n.* 50. Caſtillo *controverſ. tom.* 4. *cap.* 59. *n.* 19. Vencentius Carrocius *deciſ.* 16. *n.* 4. Vincent. de Franchis *deciſ.* 304. Fachineus *conſ.* 89. *n.* 11. *l.* 2. Petegrinus *de fideicommiſſis, art.* 4. *n.* 58. *& in conſ.* 6. *n.* 5. *l.* 3. Calvacanus *deciſ.* 25. *n.* 9. *p.* 1. *& deciſ.* 25. *n.* 25. *p.* 3. Leander Galganet. *de conditionibus, & demonſtrat.* 1. *p. cap.* 14. *n.* 26. Antonin. Faber. *ad tit. C. de ſacroſ. Eccleſ. definit.* 62. *fol.* 58. Cevallos 3. *p. commun. quæſt.* 753. *n.* 23. *&* p. 4. *quæſt.* 906. *n.* 57. *& ſeqq.* Tuſch. *pract. concluſ. tom.* 2. *lit. D. conſ.* 502. *n.* 19. 21. 24. *&* 29.

Et quod ſententia, quæ nititur actu, & diſpoſitio- 47
ne, ſuî natura variabili & reſolubili, reddatur variabilis & reſolubilis, abundè plura congeſſimus *in comment. de ſupplicat. ad Sanctiſſ.* 2. *part. cap.* 17. *à num.* 37. *cum multis ſeq.*

Hinc derogatio alicujus oneris, ſeu ſervitii in fun- 48
datione beneficii, vel capellaniæ impoſiti facta ob diminutionem reddituum beneficii, ceſſat, redditibus poſtea auctis, ut ex Tiraquelli *de cauſa ceſſante, in princip. num.* 116. *& num.* 210. *uſque ad* 220. Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſput.* 30. *num.* 13. *&* 14. tenent Moneta *in tract. de commutation. ultim. volunt. cap.* 8. *qu.* 5. *col.* 1. *&* 6. Vivianus *de jure patronatus.* 3. *part. lib.* 15. *cap.* 3. *num.* 152.

Et loquendo in alimentis ſemel præſtitis, & taxatis 49
pro litis expenſis, & ea durante eſſe præſtanda limitat Fontanella *de pactis nuptial. clauſ.* 6. *gloſſ.* 2. *part.* 3. *n.* 72. quando ſuperveniunt actori alimentario divitiæ, per quas litem ſuſtinere valet, quia tunc ceſſant alimenta, ſibi per judicem conſignata & taxata, ex Caſſan. *conſ.* 25. Cavall. *conſ.* 12. *lib.* 1. *in civilibus*, quos referens noviſſimè ſequitur Marius Cutellus *in tract. de donationibus, tom.* 2. *tract.* 2. *diſcurſu* 1. *inſpectione* 23. *nu.* 35. *fol.* 354.

50 In comprobationem omnium ferè supradictorum elegans est decisio Rotæ, Farinacii, primo omnium tomo, *decis.* 341. *fol. mihi* 324. cujus argumentum generale tale est, *alimenta ex subjectis rationibus augenda esse filio, dicitur; licet is priorem taxationem eorum probaverit;* quam, quia multa scitu dignissima continet, libenter infero, ut quantum nostris congruant Rotæ motiva fundamenta appareat, ita ait.

Concluſum fuit D. Jacobo Cincio augeri debere alimenta, quia debitum alimentorum ſemper intelligitur rebus ſic ſtantibus, ut fuit dictum coram Domino meo Decano, in Cæſarauguſtana alimentorum die 12. dec. 1571. unde in hoc potiſſimum propoſito non debet reprehenſibile cenſeri, ſi ſecundum varietatem temporum ſtatuta varientur humana, ut gloſſa dicit, in capite non debet, de conſanguin. & affinitate, non obſtat, quod ſententia lata in quantitate ſcutor. 50. ſingulis menſibus præfanda, fuit ab ipſo Domino Jacobo acceptata; quia filius non poteſt renunciare alimentis, quæ ſibi jure naturali debentur. Specul. tit. qui filii ſint legit. §. 1. num. 12. de juſtitia & jure. Bart. l. ſi quis à liberis. §. parens. nu. 2. de liberis agnoſc. loquitur etiam ſi pactum fuerit juramento vallatum, quod ſcribit etiam Alexander in l. quia talis, eleganter, num. 12. ff. ſoluto matrim. l. Alciatus, l. pacta quæ contra. de pactis. Covar. in epitom. lib. 4. decretal. cap. 8. §. 6. n. 3. Craveta conſ. 116. n. 2. & conſ. 189. num. 3. & ideo ſi ratio dictat, ut pietate cogente propter ipſam naturam alimenta debeant augeri, ejus conſenſus nullum ei præjudicium facit, quia debet intelligi rebus in eodem ſtatu manentibus, l. quod ſervus, D. de cond. ob cauſam.

51 *Juſta autem cauſa augendi alimenta DD. videtur, quod etiam D. Jacobo nati ſunt filii ex legitima uxore, quos avus procul dubio tenetur etiam educare, ſi quis à liberis, §. l. non tantum, D. de agnoſcend. Bartol. in tractat. de alimentis, num. 16. Ruinus conſ. 45. n. 2. lib. 2.*

52 *Et quidem judex ante oculos habere etiam debet ſervos & ancillas, qui, quæve liberis ſuſceptis deſervire debent, l. jus alimentorum, poſt principium, verſ. ante oculos, &c. ff. ubi pupil. educ. deb. quibus & alimenta, & veſtimenta danda, & præſtanda ſunt, ut notat Torcatus, de S. Petro in l. ſed & ſi quid, §. mancip. n. 18. ff. de uſufruct. & quemadmodum quis, ubi aucta familia*

53 *etiam augeri neceſſe eſt. Angel. conſ. 357. num. 5. Gozad. conſil. 95. n. 4. & ſequitur ſummæ prudentiæ, & authoritatis D. Sylveſter Aldobran. conſ. 11. n. 9.*

Accedit etiam, quod aucta ſunt pretia non ſolum cibariorum, ſed etiam habitationis veſtiarii, & calcearii,

54 *ac aliarum rerum omnium, ex quibus vita hominis ſuſtentari debet, & experientia docet, quæ eſt efficax rerum magiſtra, C. quam ſit, de electione in 6.*

Nec dubium eſt, quin habitatio, veſtiarium & calcearium debeatur, l. cum eis, §. qui tranſigit. & de calceario, ff. de tranſact. l. cognovimus, §. ſed ne videamus de hæret. & Man.

55 *Unde cum in decernendis iis alimentis habenda ſit ratio ampliſſimi patrimonii, quod habet D. Franciſcus Pater Jacobo. l. jus alimentorum, D. ubi pupil. educar. debeat, & d. l. cognovimus §. ſed ne videamur. ibi ſecundum vim patrimonii, & l. cùm plures §. ultimo, ibi. pro facultate patrimonii, & ff. de adminiſtr. tutor. Bart. l. Imperator, num. 4. Alexandr. n. 5. ff. ad Trebell. Boerius deciſ. 19. n. 8. Natta conſ. 48. n. 1. item conditiones perſonarum Auth. res quæ, ibi, pro modo honeſtatis perſonarum congruo, C. communia, de legat. & d. l. cum plures, §. ult. ibi pro dignitate natalium, de adminiſtrat. tutor. Caputaq. deciſ. 21. num. 3. part. 1. copioſè ſcribit Tiraquell. de nobilitate, cap. 20. n. 236. & ſeqq. nu. 148. & ſeqq. necnon conſuetudinis regionis. Cravetæ conſil. 189. in fin. at totus denique modus alimentorum judicis arbitrio committatur, idem Craveta eodem conſil. 189. n. 10. omnibus circumſcriptis, quæ ex utroque letere deducantur, placuit dominis, eidem D. Jacobo augeri alimenta, ex quibus ipſe cum ſua familia commodè poſſit vitam ducere uſque ad menſtrua ſcuta centum.* Hactenus de mirabili deciſione.

Hæc tamen certiſſima reſolutio uno modo limita- 56
tur, ſeu declaratur, ut decreſcentibus aut creſcentibus bonis alimentati, vel alimentantis, non creſcant, vel decreſcant alimenta ipſo jure jam taxata: ſed judicis miniſterio, & cauſa cognita, creſcere, aut minui debent, probat ex doctrina Felini, *in cap. cum M. Ferrarienſis, col. 8. de conſtitutionibus*, Vivianus *de jure patronatus, 3. part. lib. 15. n. 152.*

Ex hactenus deductis, (quæ veriſſima ſunt) clara 57
detegitur comprobatio quotidianæ praxis hujus noſtræ Pincianæ Cancellariæ, minuendi alimenta debitoribus judicium concurſus formantibus, qui dum liſtam bonorum ſuorum à principio offerunt, (juxta Theoricam, & praxim; de qua ſuprà *c. 1. à n. 7. & ſeqq.*) fraudulenter aſſolent, bona aliqua fingere ſua, vel propriis ſummum, & ultra modum valorem dare, animo conſequendi exceſſiva alimenta, atque inde ſuos creditores fraudandi, quibus (ſeu eorum quolibet) poſtmodum reclamantibus, docentibus quod ex prioribus ratiociniis, per adminiſtratorem nominatum redditis, de falſa valoris relatione apparere, & certantibus pro alimentorum diminutione, atque moderatione, facile (ut juris eſt) eandem à Senatu conſequuntur; nova adhibita taxatione juxta bonorum concurſus reddituum verum, ac juſtum valorem.

Infertur inſuper, quod creſcentibus bonis concur- 58
ſus vel ex nova debitoris acquiſitione, vel onerum eorum diminutione, & creditorum pro tempore exſolutione, vel etiam alimentorum extinctione: totum hoc argumentum conſolidari cum corpore ipſo concurſus, & cum cæteris bonis, unde exivit, incorporari, ut cæteris creditoribus facilius, atque commodius de ſuis creditis fiat, quoniam revertitur res ad ſuum priorem illum ſtatum cum ſua qualitate primæva, ceſſionis ſcilicet facta à debitore Domino, atque deſtinatione ſatisfaciendi creditores, ad latè tradita per Palatium Rub. *in repetit. Rubric. §. 62. num. 13.* Anton. Gomez *tom. 2. variar. cap. 15. de ſervit. num. 19. & in l. 53. Tauri num. 78. & in l. 70. num. 28.* Covarr. *in 4. part. 2. cap. 7. §. . ex num. 9.* Gregor. Lopez *in l. 18. tit. 11. part. 4. verb. o æſtimandano fuere.* Ajora *de partit. cap. 8. part. 1. num. 21. & ſeqq.* Gutierrez *practica quæſt. 116. n. 1.* Joan. Garc. *de expenſ. cap. 22. per totum, & ex num. 10. & in tractat. de conjugali acqueſtu, à num 93. cum ſeqq.* conducunt etiam quæ abundè diximus *in comment. de Retent. Bullar. 2. part. cap. 25. ex num. 39. & ſeqq.* quod ſemel ſublato impedimento res redit ad ſuum 59
priorem ſtatum cum primæva qualitate, in cujus comprobationem plurimæ, & ſingulares doctrinæ congeruntur, quæ mirè conſonant huic reſolutioni. Vide ſuperius *c. 14. à num. 46. verſ. ita & communiter*, &c. Et *ex num. 22. cum ſeq. verſ. ſed an debitor formando*, &c.

Facit inſuper doctrina Pauli de Caſtro, & Alexan- 60
dri *in l. in ratione 2. in princip. ff. ad legem falcid.* quod ſi teſtator habuiſſet unum ſuum debitorem, qui tenebatur in centum, qui tamen non erat ſolvendo eo tempore, & ideo non computabatur in patrimonio: ſi poſtmodum, mortuo teſtatore, efficitur ſolvendo ex aliquo accidenti, & nova cauſa, auget patrimonium ad commodum creditorum, & legatariorum per text. *l. cum quo, ff. de peculio*, & quæ habentur *in l. ratione, §. quod vulgo, ff. ad leg. falcidiam*, ſequitur Afflictis *deciſ. 382. num. 4.*

Atque ideo hinc inde certantibus creditoribus & 61
debitore communi, iſte, ut ſua augeantur alimenta ob bonorum augmentum, illi vero, ut in ſui commodum dumtaxat ſit profuturum augmentum ſuper qua differentia attentè (ut aſſolet) Senatus procedit, utrique

parti

parti quandoque prospiciendo pro justo suo arbitrio. Non æqualiter dividendo, sed aliqua minima tamen augmenti parte debitori applicata; totum verò remanens pro creditorum satisfactione reservando, & eorum justæ prætentioni deferendo. Cum debitoris
61 alimenta, quæ miserationis causâ dumtaxat præstantur: debeant omnino limitata esse, attento dumtaxat ne egeat, ad differentiam aliorum alimentorum, quæ judicis officio, obligatione sanguinis, aut jure actionis assignari solent, prout abunde probavimus *suprà cap. præcedenti à num.* 19. *cum seqq. vers. tamen iis personis*, &c. Et superius *à num.* 1. *cum seqq.*

63 Eandem prætentionem, quam debitor ipse, solent habere cæteri alii tertii, quibus ex bonis concursus consignata sunt alimenta, nempe filii, fratres, & similes, ut ex incrementis, & bonis noviter auctis corpori concursus, sua etiam crescant alimenta, in quo multo magis attentè procedendum, ne hoc alimentorum augmentum in aliquo præjudicet juri creditorum. Nam si ad ea consignanda ab initio creditorum jus semper præservatur, ut non nisi præstentur, nec debeantur, quàm ære alieno prius deducto, & ex iis bonis, quæ satisfactis creditoribus cunctis supersunt, ut abundè, manifestè probavimus *suprà cap. antecedenti à n.* 115. *cum multis seq. vers. infertur deinceps, ferè per totum*
64 *cap.* sequitur, ut eadem ratio habenda sit de parte quoad partem, quæ de toto quoad totum. Et de augmento, quoad principale cum omnibus suis qualitatibus *l. etiam, C. de jure dotium l.* 3. *ff. eodem lib. inter socerum, ff. de pactis dotal. lib. si convenerit. §. si nuda, ff. de pignor. actio. l. cum fundus, ff. de legat.* Tiraquell. *de retract. lignag. §.* 1. *gloss.* 18. *n.* 51. Sesse *decis.* 124. *n.* 28. Fontanella *de pactis nuptial.* 2. *part. clausul.* 6. *gloss.* 2. *part.* 7. *n.* 69. Bertazol. *in repetit. leg. si quis major. quæst.* 1. *n.* 17. *C. de transactio.*

65 Tum etiam, quia inter alimentarios, etiam conjunctim datos re, & verbis jus accrescendi non admittitur, quia pro singulis intelliguntur distributæ portiones; ita ut portio deficientis cæteris non accrescat, sed potius diminuatur alendi onus, & in commodum, seu utilitatem ejus, qui illis alimenta præstat, cedere debet *l. Dominus, §. fin. ff. de*
66 *usufruct. l.* 3. *§. debet ff. de aliment. & cibariis, legatis, l. pecuniæ, ff. eodem.* Finiuntur enim alimenta, & extinguuntur ipso jure cum vita alimentarii, *l. cum in, §. constat. ff. de transact. l. in singulos, ff. de annuis legatis.* Latissimè prosequitur Corduba à Lara *in l. si quis à liberis, §. sed si filius à num.* 64. *cum multis seqq.* Videndus *à num.* 55. ubi abundè tractat
67 de alimentis, quæ præstantur pluribus ut singulis, & pluribus uti universis.

68 Tum etiam, quia legatum alimentorum est naturaliter taxatum. Tum ratione temporis, quam ratione rei ipsius, cum is, qui jam alitus est, iterum ali non debet, abundè prosequitur has rationes post magnam Doctorum copiam Surdus *de aliment. tit.* 9. *q.* 55. *per totam.* Quibus casibus ratione taxationis jus accrescendi semper cessat ex eod. Surdo latius comprobatis videndo.

69 Et paulò post hæc scripta sic causam in hoc regio Senatu Vallisoletano, determinavimus, in qua frater uterinus dives, (qui ad certam quantitatem pro alimentis quinque fratrum annuatim præstandam quondam fuerat condemnatus) minuendam esse qualitatem taxatam, eo quod duo fratres alimentarii decesserint, sicque pro rata alimenta decrescere debere certabat. Cæteri fratres superstites non minuenda contendebant, ex ea ratione, quoniam omnibus simul certa quantitas pro alimentis assignata fuit conjunctim re, & verbis, atque ideo portionem fratrum deficientium illis superstitibus accrescere. Sed nihilominus contrarium ex hac doctrina determinatum fuit, imò non accrescere, sed penitus deficientium portiones extinctas fuisse, & cedere in utilitatem alimentantis condemnati, & ex prædictis quinque portionibus duas diminuendas à condemnatione, & obligatione alendi, fuit determinatum unanimiter.

In taxandis; & consignandis alimentis ex bonis 70
patris filiis suis, præ oculis habendam inter istos rationem dignitatis, ut sint lautiora præstanda primogenito, quàm cæteris filiis, latè per Cordubam à Lara *in l. si qui à liberis, §. sed si filius à num.* 64. & signanter *num.* 166. & latiùs comprobat *in principio ejusdem leg. à num.* 20. *cum seqq.*

Et tandem pro evitandis injustis alimentorum taxa- 71
tionibus, prudentes atque attenti judices non statim, quod judicium concursus formatur, solent alimenta petita assignare pro futuro tempore, & annuatim præstanda, cum eo tempore incertum semper sit quod in redditibus præstare soleant bona concursus imo fraudandi judices, & creditores animo, solent debitores concursus judicium formantes amplissimum, falsum tamen valorem redditibus dare in memoriali, & lista bonorum à principio oblata, ut sibi lautiora præstentur alimenta & experimento cognovimus Senatores, fraudem notissimam quotidie contingentem.

Nec ad ea præstanda certitudo capi valet ex 72
quibuslibet instrumentis quantumvis authenticis indicantibus bona debitoris, per eum exhibitis, quæ re vera existentiam in dominio, & possessione ejus nullatenus probant, cùm nihilominus potuerunt postmodum alienari, vel aliter amitti, & ab aliis acquiri, vel esse infructifera, inculta sive deserta: quapropter eisdem instrumentis fides nulla adhibenda erit quoad prædictum effectum assignandi, & taxandi alimenta debitori, cæterisque quibus aliàs de jure debentur, quia non probat hoc esse, quando ab hoc con- 73
tingit abesse ex juribus vulgaribus: nam hoc genus probationis nimis fallax est, & non tutum ad effectum prædictum, in quo requiritur præsens, certa & individua fructuum, & emolumentorum probatio, ut certum judicium capi valeat in taxandis & assignandis alimentis.

Atque ideo solet alimentorum taxatio reservari 74
usquequo administrator concursus reddat prioris anni rationes, ut ex eis clarè appareat, quantum in redditu præstent bona concursus, ut certior absque creditorum injuria inde fiat taxatio per Senatum alimentorum in futurum præstandorum, interim tamen debitori ipsi solet aliqua certa quantitas pro una vice præstari pro litis, & alimentorum expensis, ne pereat, computanda inter alimenta, annuatim postmodum consignanda, & taxanda à tempore formati concursus & bonorum dimissione, & administrationis per debitorem ipsum: quo securissimo remedio uti solent prudentissimi Senatores, ne sub incerto præjudicium creditoribus irrogetur, atque sententiam proferant fallacem.

CAPUT XXVI.

Debitor cui in concursu à se formato consignata fuêre alimenta, si super eisdem postmodum debita contraxit, & novum causet concursum, an ex eis insuper alimenta postulans audiatur.

Et quid generaliter de quolibet alimentario concursum formante super suis alimentis.

SUMMARIUM.

1 *Commendatur hujus difficilis quæstionis contrarietas, & resolvitur. n.* 20.

2 *Qui semel concursum inter suos creditores causavit, iterum admittendus non est cessionem volens facere.*

3 *Et alimentis præcisis, quæ debitoribus miserationis causâ ne egeant, consignantur, creditores credita adipisci, impossibile est: & explicatur textus in l. qui bonis 6. D. cessionr bonorum. & n.* 14.

4 *Concursus formatus ex alimentis debitori consignatis illicitus est.*

5 *Frustra expectatur eventus illius rei, cujus nullus est effectus.*

6 *Alimenta, cùm naturaliter sint taxata quantum ad sustentationem corporis sunt necessaria, nova super his consignatio naturæ repugnat.*

7 *Concursus judicium ex sua natura incipit à sequestratione bonorum cedentis.*

8 *Sequestrationem non admittunt alimenta debitori consignata. respondetur. n.* 40.

9 *Sequestratis bonis, ex eisdem dominus eorum ali debet. respondetur n.* 41.

10 *Mercator, cui extra forum existenti fuerunt sequestratæ merces, ex his ali debet.*

11 *Alimentorum jus non cadit in confiscatione bonorum, cum sit merè personalissimum.*

12 *Super alimentis, executio ad instantiam creditorum facta, non cadit.*

13 *Concursus causato per debitorem, formaliter inest bonorum cessio.*

14 *Cedi non possit alimentorum jus. respondetur n.* 42. *cum seqq.*

15 *Alimentorum futurorum jus etiam expressè renuntiari non potest. respondetur n.* 43. *cum seqq.*

16 *Transactio, aut pactio super alimentis futuris non valet inconsulto prætore. respondetur n.* 44.

17 *Cedi, aut vendi alimenta non possunt.*

18 *Contrahens cum alimentario exponit se admissionis crediti periculo. respondetur n.* 43. *& seqq.*

19 *Qui cum alio contrahit, vel scit, vel scire debet conditionem ejus, cum quo contrahit.*

20 *Controversia hujus capitis, fœdere distinctionis componitur.*

21 *Debitor, cui alimenta miserationis causa fuerunt assignata, inter novos creditores post priorem cessionem creatos potest novum concursum formare.*

22 *Debitor contra creditores, qui cessionis tempore non adfuerunt, potest de novo concursum formare.*

Cessio bonorum est actus non iterabilis. ibid.

23 *Debitor, qui semel cessit bonis, in noviter acquisitis non tenetur creditoribus ultra quam facere potest.*

Debitor, qui cogi non potest ad cessionem bonorum, si sponte concursum formaverit, admittendus est. ibid.

24 *Expenditur textus in l. 1. tit. 15. p. 5. & l. is qui bonis, D. de cessione bonorum.*

25 *Creditores novi nihil possunt consequi à debitore alimentario cui alimenta miserationis causa fuerunt consignata.*

26 *Privilegium, quod debitor non conveniatur, ultra quam facere potest, personalissimum est, & illi profuit tam in primo, quam in secundo concursu.*

27 *Alimenta miserationis causa debitoribus consignata, sunt strictè taxata, & non recipiunt diminutionem, nec aliquid ex his creditores novi consequi possunt.*

28 *Explicatur textus in d. l. is qui bonis, D. de cessione bonorum.*

29 *Alimentarius jure actionis ex legato, aut contractu ampla habet alimenta, & concursum super formans, si sit persona, quæ ultra quam facere possit conveniri non potest, tunc alimenta reducenda sunt ad quantitatem, ne egeat, & quod supersit creditoribus relinquitur. n.* 34. *&* 39.

30 *&* 34. *Alimentarius, cui legis beneficium non competit, formans concursum super alimentis unicequalibet obtentis, in solidum tenetur creditoribus absque ulla alimentorum deductione.*

31 *Debitor qui juris beneficio caret, alimentorum auxilio destitutus est.*

32 *Cedens bonis semel, si iterum cedat in bonis noviter quæsitis, non tenetur creditoribus primi concursus, nisi in quantum facere potest.*

33 *Creditores novi, & post primum concursum formatum creati in solidum debitorem conveniunt, nullis alimentis reservatis.*

35 *Ponderatur textus in d. l. qui bonis 6. D. de cessione bonor.*

36 *Qui beneficio, ne ultra quam facere possit conveniatur, renunciavit, non consequitur alimenta, sed in solidum creditoribus tenetur.*

37 *Alimentarius tenetur indistinctè solvere ea omnia, quæ ipsi pro alimentis mutuata fuerunt.*

38 *Respondetur primo, & secundo argumento contrariæ sententiæ remissivè.*

39 *Respondetur tertio argumento.*

40 *Sequestrationem patiuntur alimenta, quando ex his satisfaciendi sunt creditores, respondetur quarto argumento.*

41 *Confiscari an, & quomodo possit jus alimentorum, & respondetur argumento.*

42 *Cessio, transactio, pactio, venditio, aut renunciatio alimentorum quomodo, & quando fieri possit, & respondetur sexto & septimo argumento.*

43. 44. 45. 46 *&* 47. *Jus alimentorum licèt cedi, aut in alium transferri non possit, commoditas tamen potest in executionem capi pro solvendis creditoribus.*

48 *Respondetur octavo argumento.*

49 *Creditores intuitu alimentorum noviter cum debitore contrahentes, & si ab alimentis repellantur, possunt in judicio universali comparere, & post omnes creditores illis in eo satisfit.*

50 *&* 51. *Creditores, cui concursu pendente mutuarunt, post omnes quoslibet concursu stantes exigunt.*

52 *Debitor post concursum formatum, & cessionem in favorem creditorum tunc existentium factam, non potuit in illorum præjudicium bona de novo gravare.*

MEritò inter omnes juris Professores, Senatores doctissimos, & Advocatos peritos assiduè dubitari, atque hæsitari agnovimus super hujus quæstionis vera resolutione, quæ (ut plenius detegatur) per ingentia contraria transire, aptius censuimus, plura enim sunt ad duo tendentia, unum penitus denegans impediens, & excludens alimentarium à limine concursus formandi: alterum verò etiam eo admisso, ad impediendum effectum, & concursus finem.

Primum igitur fundamentum sit, & impeditivum ingressus hujus concursus, quoniam is qui semel bonis cessit, & super eisdem inter suos creditores judicium causavit, iterum admittendus non erit, nec audiendus, novam aliam cessionem facere intendens, fraudis præsumptione sibi obstante; ita sentire videntur Alexander *in lege alia, §. eleganter. num.* 14. *D. soluto matrim.* Albanus *consil.* 710. *num.* 3. Graffis *de exceptionibus. except.* 17. *num. fin.* Ergo nihil videtur hæsitandum, an, ne alia alimenta ex alimentis jam consignatis nova consignatio debitori si facienda, cum totaliter & radicitus sit excluſus à concursu causando. 2

Secundum & valde fortissimum, quoniam etsi admitteretur alimentarius ad judicium concursus formandum super suis alimentis, judicium hoc foret inutile, inane, & sine effectu, ac spe aliquid operandi, cum alimenta ipsa sibi præcipua, & reservata intelligantur, ne egeat, nec ex eis credita sua deducere possunt creditores textus est formalis, & singularis *in l. qui bonis. 6. D. de cessione bonorum.* cujus mirabilia verba hæc sunt: *qui bonis suis cessit, iterum ejus bona non veneunt: unde ergo modum hunc æstimabimus,* 3

mabimus, utrum ex quantitate ejus, quod acquisitum est, an vero ex qualitate? & putem ex quantitate æstimandum esse ejus, quod quæsiit: dummodo illud sciamus, si quid misericordiæ causa tibi fuerit relictum, puta menstruum, vel annuum alimentorum nomine, non oportere propter hæc bona ejus iterato venundari, nec enim fraudandus est alimentis quotidianis: idem est, etsi ususfructus ei sit concessus, vel legatus, ex quo tantum percipitur, quantum ei alimentorum nomine satis est.

4 Igitur cum ex alimentis jam consignatis, nec satisfieri, nec solvi possunt creditores, frustra judicium non profuturum de illis formatur per alimentarium concursus, & meritò excluditur, quia frustra expectat id cujus eventus nullius est effectus. *l. si quando. §. fin* 5 *D. ad Velleian. l. si quis ita scripserit. D. de hæredibus instit. l. cum hæredes. §. 1. D. de acquirend. hæredit. l. non videtur D. de Judiciis. l. ad probationem. C. de probatione. lege 3. D. quando dies legati cedat. lege non oportet. D. de legatis. 2. l. 1. D. ne uxor pro marito.* Ruinus *consil. 6. vol. 4.* Surdus *cons.* 307. *n.* 15. *& decis.* 184. *n.* 8 & in singulari puncto multa similia scripsimus, *in nostris comment. de retent. Bullarum. 1. part. cap.* 16. *à n.* 51. *cum multis seq.*

6 Tertium, quia hæc nova taxatio, & ex alimentis nova consignatio alimentorum naturæ repugnat, cum naturaliter alimenta sint taxata, quantum ad sustentationem corporis sunt necessaria, ut ex aliis Doctoribus rectè dicit Surdus *de alimentis. tit. 8. quæst.* 5. Ergo diminutionem pati non possunt sine interitu, & periculo vitæ alimentarii debitoris.

7 Quartò, quoniam judicium concursus sui natura incipit è sequestratione bonorum debitoris cedentis, ut in tuto sint; & ut satisfiant creditores, prout abundè probavimus supra *cap.* 13. *cum §. un. & cap.* 14. sed alimenta debitoris sequestrationem, nec admittunt, 8 nec patiuntur, ut observat Colerus *de alimentis, tit. 1. c.* 13. *n.* 20. ductus ex his, quæ ad rem hanc expendit Gigas *consilio* 130. *n* 1. Aufrerius *ad Capell. Tholosan. decisione* 478. *nu.* 4. *&* 5. Marius Giurba *decis.* 4. *nu.* 49. Ergo nec in judicium concursus deduci possunt, cùm ex eisdem satisfieri non possunt creditores, quod est finis ad quem concursus judicium principaliter tendit.

9 Imò sequestratis bonis, semper dominus retum sub sequestro positarum ali debet ex eisdem, ut probat textus in *lege fin. C. de ordine cognitio. & augmento, l. si neget, D. de liberis agnoscendis. lege sed etsi, D. de Carbon. edicto*, expressè hoc dicit Baldus *in dicta lege fin. n.* 4. Albericus *n.* 1. qui ponit exemplum in mercatore, 10 cui extra forum suum existenti fuerunt sequestratæ merces. Bar. *de alimentis n.* 44. & Salicetus *in lege fidejussor. §. fin. D. qui satisd. cogantur, glossa in cap. ex parte de accusationibus*, ubi Felinus n. 4. Jasonius *dict. §. fin. n.* 39. Curcius *in tractatu de sequestro, n.* 20. Rebuffus *num. de sentent. provisionalibus in præfatio. nu.* 116. Corduba à Lara *in lege si quis à liberis, §. si vel parens, nu.* 45. *&* 51. *D. de liberis agnosc.* Menochius *de præsumpt. quæst.* 55. *n.* 28. Petrus Surdus *de alimentis tit. 1. quæst.* 133. *per totam.* Ergo alimenta semper sunt intacta, & præservata ab omni diminutione, & propterea super eis cadere concursus non potest.

11 Quintò, quia jus alimentorum non cadit in confiscatione bonorum, cùm sit jus personalissimum, cohærens personæ, & ab ea separari non possit, probant Albericus *de statutis 2. part. quæst.* 11. Nellus *de bannitis. in 1. part. 2. tempo. quæst.* 36. *n.* 36. Salicetus *in lege ademptis. C. de sentent. pass.* Baldus *in lege corruptionem. num.* 7. *C. de usuris.* Bossius *de bon. publica. n.* 72. Gigas *de crimin. læsæ majestatis. tit. de pœnis comit. crimin. quæst.* 9. *n.* 5. Corduba *in lege si quis à liberis, §. sed utrumque, n.* 6. Julius Clarus *in practic. criminal. quæst.* 78. *n.* 23. Cavalcan. *de usufructu mul. relicto, n.* 238. Francus Marcus *decis.* 833. *parte* 1. Ascan. Clemens *de patriæ potestat. effectu* 17. *n.* 69. Surdus *de alim. tit.* 8. *quæst.* 69. *per totam.* Ergo & eadem ratione nec in condemnatione & executione creditorum instantiam facta cadere possunt alimenta, cohærentia dumtaxat personæ debitoris alimentarii, & de hoc poterit videri inferius *n.* 42.

Sextò probatur, etenim in concursu peracto per de- 12 bitorem communem inest, & formaliter adhæret cessio bonorum, ut latè *in cap.* 1. & alibi sæpe diximus: sed cessionis alimenta sunt incapacia, quia jus alimen- 13 torum cedi non potest, tanquam cohærens personæ debitoris, & alia & diversa sunt alimenta in una per- 14 sona, alia in alia, ut ex Bald. Saliceto, Fabiano Socino Junio Tiraquel. & aliis hanc magis communem, & æquiorem testatur Surdus *cons.* 69. *n.* 12. *& in tr. de alimentis. tit. 7. quæst.* 3. *nu.* 14. *& lit 9. quæst.* 22. *n.* 13. *d. tit.* 8. *quæst.* 55. *per totam* Coler. *de alimentis lib. 1. cap. 8. n.* 63. Corduba *in l. si quis à liberis, §. parens, 59. ff. de liber. agnoscend.* latè Bimius *cons.* 152. Giurba *decis. 4. sum. num.* 49. ergo in concursu creditorum cadere non possunt alimenta debitoris, nec super eis formari, & introduci potest.

Septimò, quoniam super alimentis non videtur posse 15 cedere obligationem. cùm juri alimentorum futurorum renuntiari non possit, etiam expressè Gomez *in l.* 22. *Tauri, n.* 21. Arismi Thepatus *tit. de alimentis in genere. col.* 1. Craveta *cons.* 189. Cevallos *comm. contra comm. qu.* 38. *n.* 28. Barbosa *in lege* 1. *part.* 4. *n.* 73. *D. sol matrim.* Tuschus *tomo* 1. *lit. A. conclus.* 308. *n.* 2. Bartol. *in l. cum Titio nu.* 2. *ff. ad leg. falcid.* Abbas *in cap. præterea n.* 11. *de jure prot.* Corduba à Lara *in l. si quis à liberis, parens. nu.* 59. *D. de liber. agnosc.* Aldovinus *cons.* 104. *num.* 57. Brunus à Sole *in compend. resolutio. verb. alimentis nec tacitè* Tiraquell. *tit. 1. retractuum §. 26. gloss. 1. n.* 25. Marta *in rubr. D. tit. 1. retractuum §. 26. gloss. 1. n.* 25. Surdus *de alimentis, tit.* 8. *privileg.* 57. *n.* 49. Peregrin. *de fideicommissis art.* 36. *n.* 146. Carpanus *ad. statut. Mediolan.* 312. *nu.* 56. *& ad non. constitut. C. omnium glossa reservata nu.* 768. Covarr. *in cap. quamvis pactum p. 2. §. 6. n.* 4. *de pactis.* Et Joan. Gutierrez *in repetitio. ejusdem capite glossa. verbo omnino servari debebit. n.* 5. *& practicar. quæst. lib.* 5. *quæst.* 82. *num.* 10. 19. sicuti nec transactio, nec pactum super eisdem alimentis valet, inconsulto prætore *lib. cum is, cum suis §§. ff. de transactio.* Bartol. *in d.* 16 *l. si quis à liberis §. parens in fin.* Tuschus *tomo* 1. *lit. A. cons.* 387. *nu.* 7. *&* 8. Sesse *decis.* 26. *n.* 105. 106. *&* 107. Marius Giurba *decis.* 5. *ex n.* 35. Canc. *variar. resol. l.* 1. *c.* 16. *à n.* 5. *& seq.* nec cedi nec vendi ea ratione, quia alimenta personæ cohærent, quam in proposito red- 17 dunt Bartol. *in l. cum Titio. in lectura* 2. *D. ad l. falcid. ex l. cum his. §. modus, D. de transact. cap. fin. de officio deleg. l. dominus, §. fin. D de usufructu, l. usufructu, D. de jure dotium.* Abbas *in cap. præterea.* 2. *num. de jure patronatus.* Curtius Senior *cons.* 58. Jason. *in l. si constante, nu.* 234. *D. sol. matr.* Petrus Plaça *de delictis, cap. fin. n.* 6. Fabian. à Monte *de empt. & vendit. q.* 4. *princip. quæst.* 11. Tiraq. *de retract. tit. 1. §.* 26. *glossa 1. nu.* 73. Corduba à Lara *in dicta lege si quis à liberis, §. parens, n.* 59. Surdus *de alimentis tit.* 8. *privileg.* 36. *per totum.*

Octavò, quia nec curandum est de creditoris damno, 18 & crediti amissione, cùm id sua culpa sentiat, qui cum alimentario contraxit, sciens non solvendo esse, & huic periculo se submisit, propriaque voluntate supposuit, ad copiosè scripta infrà 2. *part. c.* 9. *ex n.* 120. 19 *cum multis seq.* quippe qui cum alio contrahit, vel scit vel scire debet conditionem ejus, & eam inquirere tenetur *l. qui cum alio, ff. de reg. juris*, Cancerius *variar. lib. 2. cap.* 5. *de fidejussor. n.* 129. Giurba *decis.* 79. *à. n.* 1. *l. si ex pluribus §.* 1. ubi Bartol. *notat. ff. de solutionibus. l. diligenter. ff. mandati.* Surdus *decis.* 265. *num.* 46. *& cons.* 150. *num.* 24. Bardellus *cons.* 85. *n.* 7. Franchis *decis.* 206. *n.* 4. Noguerol. *allegatione* 11. *nu.* 118. Surdus *de alimentis, tit. 7. q.* 37. *n.* 43.

Sed

20 Sed nihilominus pro tot difficultatibus effugiendis, controverſiam hanc cum fœdere diſtinctionis dirimendam fore cenſemus : aut enim quærimus de illo debitore, qui alimenta conſequutus fuit miſerationis cauſa, aut de illo cui jure actionis, vel officio judicis alimenta fuêre præſtita, circa quam diſtinctionem plura videnda ſuprà *c.* 24. *à n.* 12. *verſ. illud tamen utiliſſimum*, *& à n.* 19. *verſ. tamen iis perſonis*.

21 Primo igitur caſu, quando ſcilicet alimenta præſtita fuêre debitori judicium concurſus formanti inter ſuos creditores miſerationis cauſa, eo quod talis ſit perſona, quæ illis non tenetur ultra quam facere poteſt : de quibus abundè igitur *in d. c.* 24. *à princip.* tunc licet iſte admitti poſſit ad novum concurſum formandum inter ſuos creditores ſuper alimentis poſtmodum creatos non obſtante aſſertione Doctorum in primo argumento citatorum, quorum nullus firmiter negavit, ſemel bonis carentem, iterum admitti ad ceſſionem, cum contrarium firmiter teneant Cephalus *in conſ.* 193. *per totum vol.* 2. ex notatis à Joan. Fabro, *in §. fi. ſub n.* 8. *inſtit. de actionib.* quos ſequitur Paſchal. *de viribus patriæ poteſt.* 2. *p.* 4. 9. *nu.* 56. & quidquid ſit tamen in noſtro caſu, inter novos creditores poſt ceſſionem priorem creatos, nulli dubium eſt, poſſe novum concurſum formare pro debitis ſibi ſupervenientibus poſt illam, eſt textus *in l.* 3. *C. de bonis author. judic. poſſiden.* & per Matthæum Brunum. *in tract. de ceſſio. bonorum. quæſt.* 2. *princip. nu.* 9. & per Brunonem à Sole *quæſt. forenſ. quæſt.* 7. *n.* 9. tenet Graſſis *de exceptionibus d. except.* 17. *n.* 8. & dicit Brun. *d. quæſt.* 2. *princip. à*

22 *nu.* 8. 9. *&* 10. *& in quæſt. principia.* quod contra novos creditores, qui ceſſionis tempore non adfuerunt, poteſt debitor novum concurſum introducere ; eo quod ceſſio eſt actus reiterabilis *ex l. necnon. §. quod his, ex quibus cauſis majoratus.* prout in expreſſo tenet Salicetus *in l. ex contract. C. de bonis author. jud. poſſid.*

23 Tum etiam, quod non eſt ſufficiens ratio, debitor qui ſemel ceſſit bonis, in noviter adquiſitis non tenetur creditoribus ſuis ultra quam facere poteſt ; ergo non poteſt cedere bonis, quoniam licet iſte, & quilibet alius qui hoc beneficio potitur, non cogatur bonis cedere, prout coguntur cæteri, qui in ſolidum tenentur ; tamen in ſua ſponte concurſus judicium formaverit, admittendus erit, ita plurimi probant Doctores ſequuti à Baëza *de debitore c.* 3. *à n.* 2. *&* 3.

24 *cum ſeqq.* & expreſſa *l.* 1. *tit.* 35. *p.* 5. qua probatur eum qui non tenetur ultra quam facere poteſt, ſi bona ceſſerit, præſtantur alimenta, ne exeat, & textus *in l.* 17. *qui bonis, ff. de ceſſ. bonor.* & quotidie in tribunalibus experimur, Marchiones, Comites, Duces, & cæteros, qui hoc juris beneficio potiuntur, admitti ad concurſum formandum ſibi per judicem reſervatis alimentis, ne egeant, ut vidimus ſuprà *cap.* 24. *à princ.*

25 Tamen iſti tales ſi alia bona non habeant præter illa alimenta ſibi in priori concurſu reſervata & taxata miſerationis cauſa, creditores noviter ex eis nihil conſequi poſſunt, ſed ſibi integra relinquenda ſunt, ratio clara eſt promptu, quoniam cum iſte debitor ex pro-

26 prio privilegio, & juris beneficio non teneatur ſuis creditoribus ultra quam facere poſſit deducto ne egeat : hoc privilegium ſuæ perſonæ inhæret, & durat, & quemadmodum ſibi proficit primo concurſu ; ita pariter in ſecundo, cæteris à ſe formandis, quia durat perſona durante, & cùm perſona extinguitur, atque ideo cum alimenta quæ ex hoc beneficio ſibi præſtita fuêre, ſint, prout debent, multum limitata, & ad ſolam neceſſitatem evitandam reſtricta, & non ampla, ut probavimus abundè *in d. c.* 24. *à nu.* 19. *verſ. tamen iis perſonis.* ſequitur ut nec recipere poſſint diminutio-

27 nem, nec eis novi creditores ſua credita conſequi valeant; ſed ſibi debitori, ne egeat, intacta præſervanda ſunt, pro quo allego textum famoſum & expreſſum *in l. qui bonis. 6. ff. de ceſſione bonorum*, cujus verba ad literam 28
retulimus ſuprà *in* 2. *argum.* qua diſponitur, eum qui ſemel bonis ceſſit, & venditis pro ſatisfactione aliquorum creditorum, in noviter poſtea bonis quæſitis eis non teneri, niſi deducto ne egeat ; poſtmodum ita inquit : *dummodo illud ſciamus, ſi quid miſericordiæ cauſa ei fuerit relictum caput, menſtruum, vel annuum alimentorum nomine : non oportet propter hoc bona ejus iterato venundari, nec enim fraudandus eſt alimentis quotidianis, idem eſt etſi uſusfructus ei ſit conceſſus, vel locatus, ex quo tantum percipitur quantum ei alimentorum nomine ſatis eſt.* qui text. aperte noſtram ſolutionem confirmat, cùm iſti debitori, ob juris beneficium ſibi competens conceſſa fuêre alimenta in primo judicio concurſus miſerationis cauſa taxata, & limitata, igitur in ſecundo concurſu, cum adhuc prædictum beneficium ne exeat, & alimenta conſequendi ſibi perduret, & uti poſſit, eadem alimenta ſibi intacta & abſque ulla diminutione præſervanda ſunt, *ex quo tantum percipitur, quantum ei alimentorum nomine ſatis eſt*, prout mirificè inquit præfatus textus.

Quoad ſecundum diſtinctionis membrum, nempe 29
in debitore, qui alimenta, non miſerationi cauſa ſed actionis, ex legato, aut contractu, ſeu officio judicis conſequutus fuit, cui ampla alimenta configuari ſolent, habito reſpectu ad qualitatem & familiam, ut diximus *in dicto cap.* 24. *à num.* 12. *verſ. illud tamen utiliſſimum*, an iſti eadem alimenta relinquenda ſint, ſubdiſtinguendum erit, nam aut iſte debitor formans concurſum ſuper ſuis alimentis eſt perſona, quæ beneficio juris potitur, ne conveniatur ultra cum facere poteſt, ſibi reſervato ne egeat ; & tunc procul dubio cenſeo, reformanda eſſe alimenta ad eam quantitatem, quæ præcisè ſufficiat ad ſuſtentationem ne egeat, neque pereat dempta pompa, & apparatu, & reducenda ad ea alimenta, quæ ſolùm miſerationis cauſa præſtari ſolent & debent, juxta quæ copiosè probavimus *in dicto cap.* 42. *ex nu.* 19. *verſic. tameniſtis perſonis.* & ex iis quæ ſuperſunt, ſatisfaciendi ſunt creditores, prout à contrario ſenſu clarè probat *deciſ. leg. qui bonis.*

Aut iſte debitor eſſet perſona, cujus lex non miſere- 30
tur, nec conceſſit beneficium, ut conveniatur deducto ne egeat. Et tunc formans concurſum ſuper alimentis, undequalibet obtentis, nihil ſibi reſervare poteſt, cum in ſolidum teneatur ſatisfacere ſuis creditoribus, quantumvis egeat, & etiamſi nihil ſibi remaneat, ut regulare eſt in omnibus debitoribus, quorum bona omnia capiuntur pro ſolutione, & ſatisfactione creditorum : nullo habito reſpectu ; an inops, & pauperrimus maneat, an non, & ſibi imputet, qui contrahendo in neceſſitate, ſe poſuit, dictante juſtitia creditorum, ubi enim tractatur de horum ſatisfactione, omnia debitoris bona conſumenda ſunt. Maximè in judicio creditorum formato, quo tenetur debitor exhibere fidelirer liſtam omnium bonorum, quæ poſſidet uſque ad obolum, nihil ſibi reſervans, aut occultans, ut ex eis integrè ſatisfiant creditores, ut expreſsè diſponit *l.* 1. *tit.* 15. *part.* 5. & copiosè diximus *ſuprà cap.* 1. *à n.* 7. *cum multis ſeq.* cum eo 31
quippè debitore, qui juris beneficio caret, rigor juris amplectendus eſt & ſequendus, ne injuſtitia fiat, & injuria creditoribus, & hoc ipſum probant nonnulli Doctores affirmantes, quod debitor qui ſemel bonis ſuis ceſſit, ſi iterum cedat bonis, noviter quæſitis, 32
ut ex iſtis non teneatur creditoribus, qui in primo concurſu aderant, & nondum fuerunt ſatisfacti, niſi deducto ne egeat debitor, atque ſic reſervatis ſibi alimentis ; at vero creditores noviter poſt concur- 33
ſum priorem formatum creati in ſolidum debitorem conveniunt, nullis alimentis ei reſervatis. Ita diſtinguunt Joannes Faber, quem ſequitur Jaſ. *in §. fin. colum.* 2. *in princ. verſ. limitat tamen hunc text.* & ibi Aretinus *in penul. colum. verſ. advertas tamen ad id inſtit.*

inſtit. de actionibus. Matth. Brun. *de cenſibus bonor. quæſt.* 2. *princip. à n.* 8. Brun. à Sole *in quæſtionibus forenſ. qu.* 7. *n.* 9. Graſſis *de exception. except.* 17. *n.* 7. & 8. cum ex hoc neceſſariò ſequatur, quod alimentis,
34 quæ reſpectu priorum creditorum debitori ſunt reſervata, cogatur ſecundis ſolvere, quibus in ſolidum tenetur, nihil deductione egeat, & in horum reſpectu juris beneficio non utatur, ſic qui ex dictis alimentis ſatisfiunt novi creditores, quantumvis debitor egeat, ut ſecus ſit in debitoribus, quibus reverentia debentur alimenta hæc. Prout latiſſimè examinat de ſingulis Paſchalis *de patr. poteſt. p.* 2. *cap.* 8. *per totum.*

35 Hoc ſecundum ſubdiſtinctionis membrum de mente provenit ejuſdem ſingularis text. *in d. l. qui bonis*, quoniam, ideo in caſu illius text. reſervata fuere debitori alimenta, quæ miſerationis cauſâ habebat, quia debitor gaudebat beneficio juris, ut conveniatur, deducto ne egeat, prout gaudent ii omnes debitores, qui bonis ceſſerant, in bonis poſtea quæſitis, ut expreſsè probant text. *in leg. is qui bonis ceſſit, ſi quid poſteà quæſierit, in quantum facere poteſt, convenitur, ff. de ceſſione bonor. d. l. qui bonis.*

36 At ſecus foret, ſi hoc juris beneficio careret; quia tunc etiam de alimentis ſatisfiunt creditores, comprobatur ex eo quod is qui potitur beneficio, ne egeat, ſi illi renunciaverit, alimenta non conſequitur, ſed in ſolidum tenetur ſuis creditoribus, ut poſt plurimos probat Surdus *de aliment. tit* 1. *q.* 78. *à nu.* 48. & hæc ſit limitatio generalis ad ſupradictos caſus, in quibus diximus, alimenta reſervari integra, aut moderari debitori concurſum peragenti ſuper alimentis, eo quod habet beneficium juris deducto ne egeat, ut non procedat, quando alimentorum creditores ſibi proſpexerunt renunciatione hujus beneficii, quia tunc eo juvari non poteſt debitor, ſed in ſolidum tenetur ſuis creditoribus ex omnibus alimentis nihil ſibi reſervato.

37 Secunda limitatio erit quando credita ejus eſſe qualitatis detegantur, quæ pro alimentis debitoris alimentarii mutuata fuerunt, prout veſtes, triticum, habitatio, & ſimilia, quia tunc arbitror, ſolvenda eſſe indiſtinctè ex eiſdem alimentis, quia ad eas neceſſarias pro ſe alimentanda deſtinata ſunt alimenta, & conſignata debitori à principio, quibus frui non poſſet, ſi uſu, ad quem deſtinata fuere, privaretur alimentarius, conducunt quæ Surdus *de aliment. tit.* 5. *quæſt.* 1. *ex nu.* 46. *& à n.* 52. *cum ſeqq.*

38 Nec noſtræ veriſſimæ reſolutioni, ex intimo juris ſenſu deductæ, obſtant, nec in aliquo opitulantur argumenta pro contraria parte conſiderata, non primum, cui validè ſatisfecimus *ſuprà n.* 21. *verſ. primo igitur caſu, quando*, &c. Nec ſecundum ex *d. l. qui bonis* 6. quæ, ut vidiſti, clarè noſtræ reſolutioni favet; & utrumque diſtinctionis membrum determinat, prout *ex n.* 25. *cum ſeqq. verſ. tamen iſti tales*, &c. videre eſt.

39 Nec obſtat tertium, quod alimenta naturaliter ſunt taxata, nec aliam diminutionem pati; quia non procedit argumentum, quando agitur de ſatisfaciendis creditoribus alimentarii, quia tunc ſicut regulariter tenetur ex omnibus alimentis ſolvere: ita quando eſt perſona privilegiata, quæ juris beneficio potitur, conveniatur, deducto ne egeat; multo magis recipient diminutionem, non indiſtinctè omnia alimenta, ſed ea tantum quæ officio judicis, aut jure actionis præſtita fuêre à principio, prout latius probatum relinquimus.

40 Et eodem modo reſpondetur ad quartum, quo dicitur alimenta non pati ſequeſtrationem, quoniam aut eâ ſatisfaciendi ſunt creditores, aut non ut primo caſu ſequeſtrum admittant præcisè cum capi debeant pro crediti ſolutione, ad latè protinus tradenda *ex num.* 24. *cum ſeqq.* ſecundo autem caſu procedit argumentum, & Doctores in eo citati, ſed adhuc in caſu de quo ſermo noſter eſt, non poteſt diſtinctio hæc admitti, ſed abſolutè fatendum, indiſtinctè habere locum ſequeſtrum ex natura judicii concurſus, quod ſua ſponte movet alimentarius ſuper ſuis alimentis quæ interim ſub ſequeſtro deponenda ſunt, ad latiſſimè tradita *ſupra c.* 14. *& c.* 13. *per tota.*

Nec obſtat quintum, jus alimentorum non venire 41
ſub confiſcatione bonorum; quia Doctores in argumento citati ſatis ſibi ipſi reſpondent, generale eſſe, quod in confiſcatione non veniat quodlibet jus perſonale, & perſonæ condemnati cohærens, ac inſuper quia non agimus de transferendo jure alimentorum in creditores, ut ſtatim dicemus.

Minus obſtant 6. & 7. *argumenta*, quibus dicitur, 42
quod jus alimentorum cedi non poteſt, tranſigi, nec paciſci inconſulto prætore. Fatemur enim propoſitiones, cùm procedant, quando agitur de cedendo ipſomet jure alimentorum, quod cùm cohæreat perſonæ, ab ea non eradicatur. Quia quæ non ſunt tranſmiſſibilia ad hæredes, nec in alterius favorem renunciari, atque cedi poſſunt; at commoditates ipſius juris rectè ceduntur, venduntur, & locantur, jure retento principali, & remanente penes alimentarium, ut ex eis ſatisfiant creditores, quæ omnino ad hunc effectum capi poſſunt, & ſequeſtrantur, prout abundè conſiderant Doctores omnes in argumentis citatis, ultra quos id ipſum probat Carleval. *de judiciis tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 3. *diſput.* 20. *fol.* 279. *cum ſeqq.* ubi *à princ.* probat jus alimentorum capi non poſſe, in execu- 43
tionem debitoris, nec pro eadem in pignus capi, quia cedi non poteſt, nec in alium transferri, tanquam merè perſonale, quam regulam ipſe *nu.* 7. & 8. limitat dupliciter, primo in alimentis præteritis filio debitis, ut in eis liberè fiat executio pro ſolvendis creditoribus, quia cedi poſſunt, & in alium tranſferri, & ad hæredes tranſmitti, ex *l. uti frui*, §. *fin. ff. ſi uſusfructus pet. fructus.* 34. §. *hac ratione. in fin. D. de rei vindi.* Gigas *de penſion. quæſt.* 52. *n.* 5. Corduba à Lara *in l. ſi quis liberis*, §. *ſi quis ex his, ff. de liber. agnoſc. num.* 40. Surdus *de alimentis, tit.* 8. *privil.* 55. *n.* 10. *verſ. noſtra autem ſecundo modo*, & *magis conducibilis noſtræ quæſtioni*, limitat ipſe Carleval. *n.* 8. quando non ipſum jus alimentorum, ſed commoditas dumtaxat durante vita debitoris alimentarii, ut hæc poſſit capi, & pignorari pro executione, & 45
ſolutione creditorum eodem modo, quo hæc commoditas cedi poteſt, vendi, & alienari, ut ex pluribus ſimilibus comprobat Carleval. *d. num.* 8. & in terminis adducit Joan. Anton. Trigon *ſingulari* 50. *nu.* 6. at creditores in noſtro caſu non tractant, de ſibi cedendo jure ipſo alimentorum; ſed ex commoditate annuatim ſatisfieri, ac inde ſua conſequi credita, poſtquam annuæ penſiones ceciderint, quouſque ex integro ſatisfiant, in hujus reſponſionis corroboratione multa percipies, *cap. penult. infra* 3. *part. & etiam in cap.* 3. *per tota.*

Ulterius, & ſecundo modo efficaciter reſpondetur, 46
nam quando alimentarius cedit ſuo creditori alimenta ex quibus iſte ſuum creditum exigere poſſit, valet ceſſio, cùm fiat ad ſui ipſius cedentis commodum, ut in terminis probat Surdus *de alimentis, lib.* 6. *privileg.* 55. *ex n.* 13. & ſighanter *ex n.* 15. dicens quod quando alimentarius cedit etiam ad commodum ſui, valida eſt ceſſio cum retineat in alimentorum, & actiones directas, & ſolum transferat in creditorem earum exercitium, qui nomine cedentis agere poteſt, cum etiam in hoc caſu valeat confeſſio cedentis in præjudicium ceſſionarii habentis regreſſum contra cedentem, aliquos allegat in comprobationem videndos: 47
quæ doctrina comprobatur, quia quando debitor cedit nomen debitoris creditori ſuo hæc ceſſio facta dicitur ad commodum etiam cedentis & ſic loqui, & intelligi *l. C. de novationibus* probarunt Bart. *in l. facta.* §. *ſi hæres ff. ad trebellian. & in ff. cum tempore ff. de pactis*, quem ibidem ſequuntur Alex. Jaſon Angel & Paul. de Caſtro, & Bald. *in d. l.* 3. Aretin. *in* §. *præterea. inſtit.*

inſt. de action. Angel. & Imola *in d. l.* 3. Guido Papa *conſ.* 4. *n.* 7. *& in conſ.* 118. *n.* 3. Roman. *conſ.* 122. *in princ.* Ozaſcus *deciſ.* 62. *ſub n.* 3. Alexand. *in l. fin. D. de tranſact.* Guzman. *de evictionib. quæſt.* 35. *ſub n.* 131. *verſ. in ſecundo caſu*, & *n.* 132. latiſſimè examinat & reſolvit Gail. *de credit. c.* 2. *tit.* 3. *ex n.* 428. *cum ſeqq.* & ſignanter *ex n.* 435. *cum ſeqq. & ex n.* 444. *& ex n.* 491. *cum multis ſeqq.* omninò videndus.

48 Nec obſtat octavum & ultimum, quod rectè procedit in caſibus ſuperiùs per nos conſideratis quibus diximus: alimentando minùs, nec ex eis ſatisfieri poſſe creditores, quia tunc ſic impulsem qui in ruto credita ſua non collocarunt, nec conditionem alimentarii, cui crediderunt, conquirierunt, quando diminui ſciunt alimenta, vel ex eis ſine diminutione ſatisfaciendos eſſe, id quod poſſunt conſequuntur.

49 Unum tandem pro coronide utile animadvertendum eſſe duximus quod illis in caſibus, in quibus diximus hactenus, creditores, qui cum debitore noviter credita contraxerunt intuitu alimentorum & quibus ex eis, vel in totum, vel in partem ſolvi negavimus, non ideò impediti ſunt in priorem, & univerſalem concurſum comparere, & credita ſua deducere, hac tamen limitatione adhibita, ut iſtis quantumvis hypothecariis, & inſtrumentis cæteri omnes creditores etiam chirographarii, & perſonales præferri debeant, ita ut illi ad exactionem non admittantur, niſi ad bona concurſus; quæ ſuperſunt, ſatisfactis prius cunctis, & quibuſlibet creditoribus jus habentibus ad bona ejuſdem prioris concurſus, ratio manifeſta eſt, quia

50 debitor per concurſum formatum, & ceſſionem factam in favorem creditorum, tunc temporis exiſtentium per novos contractus non potuit bona illa gravare in præjudicium juris illis creditoribus jam quæſiti. Imò nec in eorum præjudicium non potuit

51 contrahere, cum bonorum ſuorum ad favorem creditorum ſit abdicata, & prohibita adminiſtratio, & omnes contractus bona concurſus tangentes reſpectu creditorum inefficaces eſſe, abundè probavimus ſupra *cap.* 14. *per totum*, & *cap.* 13. atque ideò licet ipſe debitor reſpectu ſuæ perſonæ remaneat obligatus noviter cum eo contrahentibus, & mutuantibus, tamen ea bona prioris concurſus ſatisfieri nec poſſunt niſi prius prioribus ſatisfactis, ita ut jus tantum habeant ad ea bona, quæ peracto concurſu inter creditores illi aſſiſtentes ſuperſunt, vel facta computatione apertè conſtiterit, bona aliqua ſupereſſe non aliter nec alio modo, quia ſolet detrahere juri priorum creditorum concurſus ad latiſſimè tradita infrà 3. *p. c.* 11. *per totum*, & in terminis infrà hoc *c.* 26. §. *unic. ex nu.* 26.

§. Unic.

Duplici concurſus judicio pendente, ab eodem majoratus poſſeſſore formato, altero inter creditores ad bona majoratus, altero ad alimenta ſibi conſignata, ſi alia quævis bona ipſe poſſeſſor habeat, qualium creditorum concurſui erunt applicanda.

SUMMARIUM.

1. *Alimenta ſemel in concurſu debitori aſſignata rectè poſſunt obligari, & conſignari creditoribus, pro eorum ſolutione.*
2. *Super alimentis inter creditores ad ea poteſt debitor ſecundum concurſum cauſare.*
3. *Bona noviter reperta apud debitorem, an concurſui pendenti inter creditores ad ſola bona majoratus, an concurſui ad ſola alimenta ſint applicanda.*
4. *Creditores ad alimenta, etiam poſteriores præferuntur aliis quibuſlibet anterioribus ad bona majoratus.*
5. *Quia per ceſſionem, & repræſentationem debitoris hujus locum, gradum, & prælationem ſubintrant.*
6. *Ceſſionarius cenſetur una & eadem perſona cum cedente, quem repræſentat.*
7. *Ceſſionarius conſequitur omnia jura, quæ cedens habebat.*
8. *Et ſubintrat gradum, ac prælationem cedentis.*
9. *Debitor ſicut alimentis ſibi in concurſu conſignatis præfertur omnibus ſuis creditoribus; pariter & ejus ceſſionarius.*
10. *Privilegium prælationis, datum perſonæ propter cauſam, tranſit in ceſſionarium.*

Ceſſionarium virtute ceſſionis omnium jurium tranſit nedum jus principaliter ceſſum, verum, & intereſſe legitimè debitum cedenti, currens ante & poſt ceſſionem. ibid.

11. *Prælatio creditorum ad alimenta eſt reſtricta, & coarctata ad ſolam alimentorum quantitatem, ad alia verò debitoris bona creditores concurſus ei præferuntur, ſicuti & debitori alimentario præferebantur.*
12. *Debitor ſi concurſum formavit inter ſuos & majoratus creditores, bona noviter reperta penes ipſum ad primum concurſum univerſalem, non ad ſecundum ſuper alimentis trahenda ſunt.*

Quomodo autem inter creditores primi concurſus horum bonorum diſtributio ſit facienda. ibid. remiſſivè.

13. *Poſſeſſor majoratus, ſi formavit concurſum ad ſola bona majoratus per prædeceſſores obligata; quælibet alia bona diverſa non applicantur hujus concurſui, ſed potius concurſui alimentorum.*
14. & 15. *Creditores ad ſola bona majoratus, qui cum prædeceſſore contraxerunt, obligatum non habent ſucceſſorem, nec ejus bona.*
16. *Majoratus ſucceſſor, qua bona majoratus non obligavit, nulla perſonali actione tenetur, ſed hypothecaria, tanquam tertius eorum poſſeſſor.*

Cavendum à Noguerol, indiſtinctè aſſerente, ſucceſſorem, ad debita majoratus obligati, teneri actione perſonali, & reali, non diſtinguente inter obligationem trahente originem a fundatore, vel ab aliquo intermedio ſucceſſore. ibid.

17. *Poſſeſſor per concurſum, & dimiſſionem bonorum majoratus hypothecatorum, amplius non tenetur, ſed omnia alia ſua bona libera & illæſa remanent.*

L. ſi fundus. §. in vendicatione, D. de pignoribus, exornatur. ibid.

18. *Creditores ad alimenta, pro eorum ſolutione, à debitore alimentario conſignata, eundem etiam habent perſonaliter obligatum, ad alia bona debitoris, ad majoratum non pertinentia regreſſum habeat, ſi alimenta hypothecata non ſufficiant.*

L. creditor qui non idoneum pignus accepit. 28. D. ſi certum petatur, cum alias, exornatur. ibid.

19. *Creditor, ſi bona ſibi conſignata pro integra ſolutione non ſufficiant, non prohibetur ad alia debitoris bona recurrere, facta prius excuſſione in bonis conſignatis.*

Ceſſionario, quando imputetur negligentia non exigendi à debitore ceſſo, interim facto fallito, ibid. remiſſivè.

20. *Creditores ad alimenta juſtè prætendunt ſuo concurſui, & non concurſui, ad ſola bona majoratus applicanda bona, noviter reperta, vel acquiſita poſſeſſori majoratus, quæ hic non pertinent.*
21. *Æs alienum univerſum debitoris patrimonium, ubique exiſtens, ſequitur.*
22. *Caſus de facto deciſus, quo bona noviter quæſita per debitorem, duplicem concurſum, alium ad ſola bona majoratus, alium ad alimenta ſibi conſignata, habentem fuerunt huic ſecundo concurſui applicata.*
23. & 24. *Bona noviter reperta, quando applicantur primo concurſui, formata per debitorem nedum inter creditores ad ſola bona majoratus, ſed & inter ſuos, quomodo inter omnes diſtribuenda erunt.*

Ad

25 & 26. *Ad hanc distributionem admittuntur etiam creditores ad sola alimenta, & quo ordine tam secundi quàm primi concursus creditores solvendi sint ex bonis noviter repertis.*

27 *Concurrentia creditorum utriusque concursus ad bona noviter reperta non sit pro toto credito debito creditoribus a imentorum, sed pro ea parte, quæ deficit ex alimentis.*

28, 29 & 30. *Creditores ad sola bona majoratus, an excludant creditores concursus ad sola alimenta à bonis noviter repertis, postulantes alimentorum reformationem ob argumentum patrimonii debitoris.*

31, 32 & 33. *Cautela hæc sub distinctione admittitur.*

1 NOn minus elegans & frequens est, quàm subtilis quæstio hæc. Possessor majoratus ære alieno ab antiquo gravati inter creditores, ejus bona ex facultate regia habentes obligata, & hypothecata, formavit concursum, pro quorum satisfactione cessit bonis ejusdem majoratus, postulata, & consignata eidem fuerunt alimenta, super quibus tempore contraxit debita, alimentis obligatis, & insuper consignatis, ut ex eis creditores ista sua exigant credita, præstito ad id mandato in rem propriam, cum speciali cessione ad effectum exigendi, quod legitimè fieri potest juxta abundè tradita supra *hoc eodem c. ex n.* 41. *cum multis seq.*

2 Post hæc novum, & secundum formavit concursum ad quantitatem alimentorum sibi taxatam, inter illos creditores, quibus alimenta obligata & consignata erant, juxta quæ *à principio hujus cap.* diximus, cùm frequens sit communiter receptum, & apud omnia Hispaniæ tribunalia permissum atque admissum hoc concursus judicium super alimentis in primo consignatis, & taxatis.

3 Compertus fuit postmodum utriusque consursus judicio pendente, ipsum majoratus possessorem alia bona distincta habere, & possidere creditores utriusque concursus ad suum esse trahenda, pertinere, & applicanda ad invicem contendunt, utrique pluribus & fortissimis nituntur fundamentis.

4 Pro creditoribus primi concursus ea urgent, ut alios secundi prorsus excludant, nam licèt verum sit, creditores secundi concursus, etiam prioris creditoribus posteriores, istis potiores sint & præferantur, quia per alimentorum obligationem, consignationem, & cessionem factam à debitore communi hujus locum subintrant, & subrogantur, & causæ privilegio potiuntur,

5 eo modo, quo ipse debitor alimentarius, cujus personam repræsentant, & cujus nomine, ad commodum tamen sui, exigunt sua credita ex alimentis consignatis. *l. si procurator. §. fin. D. mandati.* Bald. *in l. qui stipenda §. 1. C. de Procurator.* Gozadinus *cons.* 38. *n.* 11. Eugenius *cons.* 73. *n.* 6. Ancharan. *quæst.* 3. *num.* 20. Trosi *ritu* 166. *n.* 3. Cavalcan. *decis.* 22. *n.* 26. *lib.* 3. Joan. de Graffis *de cessione juris §.* 2. *n.* 12. Berojus *cons.* 187. *n.*

6 45. Milanens. *decis.* 1. *n.* 20. *lib.* 2. & cessionarius censetur una & eadem persona cum cedente quem repræsentat, *leg. si donare §. 1. de donat. inter vir. & uxor. cap. denique* 791. Surdus *consil.* 205. *n.* 4. *lib.* 2. & *cons.* 280. *num.* 14. *eodem lib. & consil.* 22. *num.* 16. *lib.* 1. Milanens. *d. decis. num.* 24. Jacob de Graffis *de exceptionibus in præludio num.* 121. *ex num.* 118 Tobias Nonius *consil.* 84. *in princip.* & post alios Cencius *de*

7 *censibus quæst.* 67. *num.* 4. & consequitur omnia jura quæ ipse cedens habeat, *leg. si ager in fin.* ubi Dinus, Bartol. & alii. *D. de re judicata.* Becius *cons.* 15. *num.* 17. Surdus *in locis citatis.* Gozadinus *d. consil.* 38. *n.* 11. Berojus *consil.* 43. *n.* 22. *lib.* 3. Joan. Botra *consil.* 62. *n.* 8. *& seq.* ubi allegat Baldum, Bartolum, Paulum de Castro, Alexandrum, Jasonem, Afflict. & alios. Riminaldus Junior *cons.* 451. *num.* 32. *& sequentibus lib.* 4. Simon de Prætis *cons.* 7. *num.* 10. Tiberius Decianus *consil. l.* 9. *n.* 38. *lib.* 1. *Turret. cons.* 46. *n.* 1. *lib.* 1. *& cons.* 55. *n.* 8. *lib.* 2. Portius *cons.* 172. *num.* 34. Milanens. *ubi suprà num.* 21. & 8 subintrat in locum, gradum, & prælationem cedentis, Gozadinus *ubi suprà num.* 12. Gratus *cons.* 83. *num.* 101. *lib.* 1. Berojus *d. num.* 22. Riminaldus Junior *ubi suprà num.* 33. Turretus *consil.* 87. *num.* 18. *lib.* 1. Eugenius *cons.* 72. *num.* 6. Surdus *consil.* 166. *num.* 13. *& cons.* 169. *num.* 1. *lib.* 2. *& in tract. de alimentis tit.* 8. *privileg.* 55. *num.* 8. Milanens. *decis.* 2. *lib.* 2. Jacob. de Graffis *de exception. in prælud. num.* 123. Riminald. Jun. *cons.* 291. *n.* 40. *lib.* 3. Surdus *cons.* 22. *n.* 16. *& cons.* 82. *n.* 13. *& seq. lib.* 1. Rodriguez *de redditibus lib.* 2. *quæst.* 17. *n.* 11. *& seq.* Censius *de censib. quæst.* 67. *n.* 5.

Ideoque quemadmodum debitor in alimentis sibi 9 consignatis præfertur omnibus suis creditoribus & ante omnes sibi solvi debent, cum illa quantitas ab aliis concursus bonis separata intelligatur tanquam privilegiata: eodem modo sui creditores, qui alimenta ipsa habent obligata, & pro solutione consignata præferendi sunt, eodem loco solvi quia hoc privilegium datur personæ debitoris propter causam alimentorum, & 10 sic datur principaliter ipsi causæ, ideo tranfit in cessionarium, ut latissimè videre est per Gaitum *de credito, cap.* 4. *quæst.* 11. *ex n.* 1693. *cum multis seqq.* Videndum *ex n.* 1669. *cum seqq.* Ubi hunc articulum pereruditè tractat, disputat, & sic resolvit.

Et cessionarius virtute cessionis omnium jurium sibi factæ potest agere non solum ad jus principale cessum, verùm ad interesse legitimè debitum cedenti, quod currit ante cessionem, & post cessionem, sive cessio facta fuerit ex causa onerosa, sive ex causa lucrativa, probant Cancerius *variar. resol. lib.* 3. *cap.* 7. *de pactis num.* 21, 22, 23 & 28. Joseph. Ludovicus *dec. Lucens.* 21. Valascus *consultat.* 8. *n.* 6. *part.* 1. Vivius *decis.* 414. *num.* 15. Montanus *in additionibus ad Olinum de actionib. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 21. ubi alios allegat. Rodrig. *de annuis redditib. lib.* 3. *qu.* 7. *n.* 59. Hermosill. *ad leg.* 28. *gloss.* 2. *n.* 56. *tit.* 5. *part.* 5. *tom.* 2. *fol.* 129.

Quamvis igitur isti creditores ad alimenta hac præ- 11 latione potiantur, & cæteris primi concursus præferantur, prout inconcussè, & communiter practicatur: attamen eorum jus, & privilegium seu antelatio limilata est, restricta, & coarctata ad solam alimentorum quantitatem, aliorum autem debitoris bonorum respectus omnes alii creditores primi concursus, tanquam anteriores præferri debent. Nam quemadmodum in illis præferuntur debitori principali, ita ejus creditoribus ad alimenta, qui eo plus juris prætendere non possunt, quia nemo plus juris in alium transfere potest, quàm ipse habet. Et is qui in jus succedit alterius, eodem jure, quo ipse uti debebit, non amplius, quia nemo dat quod non habet, ex notissimis juris regulis. Ergo de primo ad ultimum sequitur, quod alia quælibet bona noviter vel reperta, vel acquisita per debitorem debeant ingredi concursum primum, principale, & universale; non autem secundum, tanquam restrictum, & arctatum ad sola alimenta, cum his bonis noviter repertis penes debitorem hæc qualitas penitùs deficiat, nec ei pro alimentis sint consignata, ergo ad ea jus aliquod protendere non possunt creditores secundi concursus.

Pro resolutione hujus difficultatis, duo casus distin- 12 guendi sunt, primus, quando possessor majoratus formavit concursum inter suos creditores tam pro ære alieno à se contracto, quàm ab antecessoribus suis super ipso majoratu sub facultate Regia, quo casu nullum dubium esse potest, omnis alia bona noviter reperta sive libera, sive vinculata (respectu fructuum, & emolumentorum quorum indubiè dominus est, ut *alibi*, 3. *part. cap.* 15. *& cap.* 3. *latissimè* diximus) debeant ingredi concursum primum, & ad solutionem creditorum illius applicanda, tanquam priores, &

potiores : non autem ad creditores ſecundi habentes cauſam limitatam, & coarctatam ad ſola alimenta. Quibus tamen creditoribus ejuſdem primi concurſus hæc bona poſſint, ac ſint applicanda ; ſtatim in ſecundo membro dicemus, & in hoc caſu rectè, & juridicè procedunt, quæ hactenus in favorem creditorum primi concurſus ſcripſimus, ex ratione ſtatim reddenda.

13 Secundo caſu, quando poſſeſſor majoratus concurſus judicium, formavit ad ſui ſtatus, & majoratus bona (ex quibus conſignata ſibi fuerunt alimenta) tunc bona omnia, quæ non pertinent ad illum ſtatum, & majoratum, ſed alio titulo diverſo, & ſeparato poſſeſſori pertinet, ſive libera ſint ſive vinculata reſpectivè ad fructus omnino applicanda ſunt ſecundo concurſui, ut creditores alimentorum, (quæ ad ſuorum creditorum ſatisfactionem non ſufficiunt) ſolvi ex eis, & ſatisfieri poſſint ; non verò priori creditorum concurſui, qui quidem prorſus ab iſtis bonis excluſi ſunt.

14 Ratio differentiæ evidens eſt, nam creditores primi concurſus ad ſola bona majoratus qui ab antiquo, ſeu cum prædeceſſore contraxerunt, non cum ipſo ultimo poſſeſſore, qui prædeceſſoris contrahentis, & bona majoratus obligantis ſub facultate Regia, nec 15 hæres eſt, nec ab eo cauſam, & titulum habet, ſed à primo inſtitutore, & fundatore, non ipſum poſſeſſorem ultimum habent obligatum, nec ille aliqua actione perſonali illis tenetur.

16 Sed dumtaxat tanquam tertius hypothecarum poſſeſſor à creditoribus conveniri poteſt, quorum intuitu, & contemplatione eis tenetur, ita ut alia omnia quævis bona ſua propria ipſius poſſeſſoris libera quoad ipſos illibata remaneant, quia, ut diximus, ſucceſſor majoratus qui non contraxit, nec dona majoratus obligavit, nulla actione perſonali tenetur ; ſed tantum reali reſpectivè ad bona hypothecata à ſe poſſeſſa ; ut expreſsè tenent Menochius poſt alios *in conſ.* 124. *n.* 22. *& ſeqq. volum.* 2. Cephal. *conſ.* 245. *num.* 53. *volum.* 2. Maſtrillus *deciſ.* 122. *n.* 4. *volum.* 2.

Hinc cavendum erit à Noguerol. *allegatione* 2. *n.* 122. dicente indiſtinctè, ſucceſſorem in majoratu teneri ad debita majoratus perſolvenda, non ſolum reali, ſed actione perſonali : allegat ad idem Parlador. *lib.* 2. *rer. quotid.* 4. *cap. fin.* §. 2. *num.* 1. & 2. quia intelligendi ſunt de obligatione originem trahente à defuncto, & fundatore majoratus & fideicommiſſi, ſicuti expreſsè loquitur Parlador. quo caſu rectè conveniuntur ſucceſſores actione perſonali, ad latiſſimè per nos tradita infrà 3. *p. c.* 13. *per totum*, at quando obligatio bonorum majoratus procedit ab aliquo ſucceſſore intermedio, ſolus iſte, & ejus bona libera remanent obligata actione perſonali, ſucceſſores autem majoratus ſolum reali intuitu hypothecarum, quas poſſident ; & ideo per dimiſſionem hypothecarum iſte tertius poſſeſſor indemnis remaneat, & creditores ad illa aliud prætendere non poſſunt, ſive ſufficiant ſuorum creditorum ſolutioni, ſive non ; nam eo ipſo quo quod poſſeſſor ipſius 17 majoratus, tanquam tertius omnibus majoratus bonis ceſſit, & formare concurſum inter majoratus creditores amplius eis non tenetur *l. ſi fundus* 16. §. *in vindicatione.* ibi : *ſi verò poſſideat, & aut pecuniam ſolvat, aut rem reſtituat, æquè abſolvendus eſt. D. de pignoribus.* Rodrig. *de annuis reddit. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 56. *& ſuprà qu.* 7. *n.* 11. & 12. Covar. *variar. lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 6. Valenzuela *conſ.* 19. *num.* 52. Gutierrez *practicar. lib.* 2. *q.* 177. *n.* 7. Felicianus *de cenſibus, lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 7. Vincent. de Anna *allegatio.* 16. Baldus *in pragm. de cenſibus lib.* 5. *quæſt.* 1. Maſtrillus *ad Petr. Gregorium de cenſibus, quæſt.* 5. Avendaño *de cenſib. q.* 99. *n.* 3. latiſſimè per Ant. Amat. *var. ref.* 21. *per totam.* Manguilius *de evictionibus, qu.* 82. *ex n.* 12. ergo alia quævis bona ipſius poſſeſſoris quæ ejuſdem majoratus obligati non ſint, nec ad eum pertineant, libera & intacta remanent, quapropter talia bona eorum concurſui applicari non debent.

Et per contrarium, contraria militante ratione, de- 18
bent prætata bona ingredi concurſum creditorum ad alimenta ; nam licèt poſſeſſor formaverit concurſum ſecundum inter creditores, quibus alimenta obligaverat, & conſignaverat ad ſolutionem ; & propterea eorum jus & actio videantur reſtricta ad ſola alimenta, id verum eſt quantum ad bona majoratus, quibus creditores iſti aliud prætendere non poſſint : non tamen procedit aliorum bonorum reſpectu ad poſſeſſorem majoratus ſpectantium, cùm adhuc habeant eum obligatum, ſaltem actione perſonali, quoniam cum eo contraxerunt, & ipſe eis ſe obligavit pro creditis & pecuniis receptis ; cujus obligatio non reſtricta, nec limitata ad ſola alimenta, vel hypothecata, vel dumtaxat conſignata ad eorum ſatisfactionem, quin ad alia ejus debitoris bona recurrere poſſint, ſi alimenta non ſufficiant, quia remanet actio perſonalis intacta ad cætera bona. Text. eſt *in l. creditor qui non idoneum pignus accepit, non amittit exceptionem ejus debitæ quantitatis, in quam pignus non ſufficit.* 38. *D. ſi certum pet. l. quæſitum, D. de diſtractione pignorum. l. ſi provincia in fin. C. eod. l. adverſus. C. de actionib. & obligat. l. fin. C. de pactis conventis* & utrobique gloſſ. & Doctores communiter, Joan. Baptiſta Coſta *de ratione ratæ qu.* 83. *num.* 4. *& ſeqq.*

Et idem eſt, reſpectu ſolius conſignationis abſque 19
aliqua hypotheca ſpeciali, vel generali : nam ſi bona conſignata non ſufficiant ad integram crediti ſolutionem, vel aliàs inutilis efficiatur, vel inefficax, de quo conſtiterit facta prius executione in bonis conſignatis non prohibetur creditor ratione ſuæ actionis perſonalis, ſuum exigere debitum ex aliis bonis debitoris, & in eum actionem ſuam dirigere, ut per textum *in l. ſi mandavero.* §. *interdum. D. mandati.* probarunt Ozaſcus *deciſ.* 62. Decius *conſ.* 105. Surdus *conſ.* 22. *num.* 11. Cancerius *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 6. *de ſolutionib. num.* 68. Plenè Fontanella *de pactis nuptial. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 9. *qu.* 5. *n.* 31. *cum multis ſeqq.* & poſt alios Rodrig. *de annuis redditibus, lib.* 2. *q.* 16. *n.* 33. Alphonſus Guzman. *de evictionib. qu.* 35. *à n.* 6. *& ſequentibus & à n.* 89. & abundè *ex n.* 61. abundè etiam Joan. Anton. Manguilius *eodem tract. qu.* 78. *per totam.* ubi etiam quando ceſſionario imputatur culpa in negligentia exigendi debitorem cenſuum, qui tempore ceſſionis erat ſolvendo, & poſtea fit fallitus.

Ideoque creditores ad alimenta, qui cum ipſo poſ- 20
ſeſſore majoratus contraxerunt, eumque habent obligatum, ſaltem actione perſonali, & multò magis quando adeſt generalis bonorum obligatio, juſtè prætendunt ad ſuum concurſum trahere omnia alia bona, quæ debitor habet extra bona majoratus ſivè libera, ſivè vinculata, ut ex horum fructibus, ſua vita durante, exigere poſſint quidquid non conſequuntur ex alimentis, & hoc prorſus excluſis creditoribus antiquis majoratus, qui cum poſſeſſore concurſu formato, non contraxerunt, nec eum habent obligatum, ut ſecus ſi per rationem contrariam in creditoribus alimentorum, habentibus contra eum actionem perſonalem pro ſuo credito, atque ideo ex quibuſlibet bonis debitoris exigere poſſunt ; nam æs alienum univerſum debitoris patri- 21
monium exſpectat, ubique exiſtens, prout ex plurimorum jurium, & Doctorum auctoritate abundè probavimus infrà 2. *p. n.* 12. *ferè per totum.* & præcipuè *ex n.* 17. *cum ſeqq. verſ. ſed adhuc illis, atque aliis,* &c. 22

Et ita in facti contingentia hujus ſecundi caſus, Senatus noſter Valliſoletanus determinavit inter creditores antiquos primi concurſus ad ſtatum de la Mota, & inter creditores ſecundi concurſus ad alimenta ejuſdem poſſeſſoris utrumque formantis, ut fructus alterius diſtincti, & diverſi majoratus, noviter quæſiti ab ipſo poſſeſſore, debeant applicari ſecundo concurſui, ut ex eis ſolverentur creditores ad alimenta.

Ex iis duobus caſibus hactenus reſolutis, nonnulla 23
utilia

utilia in ferenda erunt ; primum verſatur circa primum caſum *num.* 12. quo reſolvimus, quod quando poſſeſſor majoratus formavit principalem concurſum tam reſpectu creditorum antiquorum ad ſola bona majoratus, quàm inter ſuos proprios, qui eundem debitorem tenent obligatum, ut omnino alia diverſa bona debeant ingredi ipſorum concurſum, excluſo
24 prorſus ſecundo ad alimenta. Declarabis, ut non in omnium creditorum indiſtinctè commodum aſtantium eidem primo concurſui applicata intelligantur bona noviter reperta, ſed in commodum dumtaxat eorum creditorum, qui cum poſſeſſore majoratus contraxerunt, & quem tenent obligatum, creditoribus antiquis ad ſola bona majoratus prorſus excluſis, qui nullum jus prætendere poſſint alia poſſeſſoris bona, cum ſuum ſit reſtrictum, & coarctatum ad ſola bona majoratus; utrumque manifeſtè probavimus ſuperiùs *ex num.* 13. *cum ſeqq.*

25 Quæ reſolutio limitatur ut procedat hæc applicatio primi concurſus creditoribus habentibus obligatum debitorem, quando iſti creditores ultra obligationem perſonalem habent ſimul obligationem bonorum, nam tunc tanquam anteriores præferuntur creditoribus ſecundi concurſus ad alimenta, etiam habentibus hypothecam omnium debitoris bonorum cum inter hypothecarios attendatur prioritas temporis ac prælationis, ita ut illi prius dimitti debeant, & in eo, quod ſupereſt ex ipſis bonis noviter repertis ſolvendi erunt creditores ſecundi concurſus, ſive ſint hypothecarii, ſive ſolum perſonales.

26 Quid tamen decidendum, quando primi concurſus creditores præfati ſint merè perſonales, concurrent ſimul cum creditoribus ſecundi concurſus habentibus ſolum obligationem perſonalem, in tributum & pro rata cujuſlibet crediti, & videtur quod ſic juxta ea quæ copiosè ſcripſimus infrà 2. *p. c.* 4. *ex n.* 140. *cum ſeqq. verſ. deveniamus ad ultimam partem, &c. uſque ad finem:* nam inter creditores & chirographarios non datur, nec attenditur temporis anterioritas, ſed ſimul pro rata concurrunt inter ſe, ut dicto loco altius explicavimus.

Sed contra ium verius eſt de jure, imò quod creditores ad alimenta licet poſſint, ut diximus, recurrere ad concurſum priorem pro integra ſui crediti ſatisfactione : nihilominus ſolvendi ſunt poſt omnes quoſcumque perſonales creditores illic concurrentes; cum alimentarii creditores contraxerint cum debitore communi poſtquam cunctis ſuis bonis ceſſit, & concurſum formavit, & ſic tempore inhabili, quo debitor privatus erat adminiſtratione, & non poterat contrahere ſuper ſuis bonis, nec contractus valet in præjudicium cujuſlibet creditoris, prout in terminis probavimus ſuprà *c.* 26. *num.* 49. *cum ſeqq.*

27 Circa quod unum notabile non prætermittam, quod horum ſecundi concurſus creditorum concurrentia cùm aliis primi concurſus non debet fieri pro toto credito, ſed pro ea dumtaxat quantitate, quæ ſibi deficiat ex alimentis, quoniam creditor, cui conſignata ſunt bona, ex quibus exigat ſuum creditum non poteſt habere regreſſum contra ſuum debitorem, ac ejus bona, niſi prius facta excuſſione in bonis conſignatis, & pro eo quod deficit regreſſus datur prout expreſsè probant jura, & Doctores ſuperiùs laudati, *n.* 16. & *n.* 17. intellige ſi excuſſionis exceptio opponatur, non aliàs, ut alibi probavimus ſuo loco.

28 Denique ex ſupra dictis infertur ad cautelam qua fortè uti poſſunt creditores primi concurſus ad ſola bona majoratus, (quos excluſimus ab aliis debitoris bonis, ſuprà *ex n.* 13. *cum ſeqq.*) ut per indirectum poſſint conſequi præfata bona noviter reperta, excluſis creditoribus ſecundi concurſus, nempe petendo reformationem alimentorum poſſeſſori majoratus conſignatorum in bonis ipſius majoratus, ex eo fundamento, quoniam ſi à principio conſtaret, ipſum poſſeſſorem alia bona ultra majoratum habere, ex quibus poſſet ſe alere, vel nulla ſibi conſignarentur alimenta ſuper eo, vel non tam ampla, habita conſideratione ad alia bona, ex quibus ſe alere poterat; in parte vel in totum, 29 juxta quæ diximus hac 1. *part. c.* 24. quod idem erit in bonis poſtea aliundè quæſitis, ut *ibid.* diximus, & *in cap.* 25.

Et ita per hanc viam creditores alimentorum nihil 30 ultra alimenta percipiunt, nec ex bonis noviter repertis aliquid conſequuntur; nam quando computantur in alimentis tanto minus præſtat majoratus, & quantitas computata vergit in commodum, & utilitatem creditorum majoratus, manentibus alimentis in eadem quantitate, ut antea noviter taxandis ex utrius generis bonis.

Sed hæc cautela, obſcurè ſumpta mihi non placet; 31 nam iſta bona non poſſidet poſſeſſor majoratus libera, ſed ære alieno gravata, nempe creditoribus ad alimenta, qui poſſeſſorem habent obligatum, ut ex illis ſua conſequantur credita, ad latè tradita ſuperius *ex n.* 13. & *ſeqq.*

At bona ex quibus præſtanda ſunt alimenta, non 32 conſiderantur ſimpliciter; ſed deducto ære alieno, quia bona dicuntur cujuſque, quæ deducto ære alieno ſuperſunt, ut in terminis copiosè probavimus ſuprà *cap.* 24. *ex num.* 116. *verſ. infertur deinceps, quod quilibet,* &c. atque ideo tunc illud computabitur in 33 alimentis aſſignatis ſuper majoratu, quod poſt ſolutos creditores alimentorum ſuperſit, non aliàs nec alio modo; hæc reſolutio mihi veriſſima, ac juris regulis conformis videtur.

CAPUT XXVII.

Uſufructuario, & proprietario patre, & filio, cedente, & ceſſionario, hæredi, & fideicommiſſario, Monacho & monaſterio concurrentibus in judicio concurſus pro eodem credito cui eorum ſolutio ut legitima ſit erit facienda.

Atque etiam concurrentibus domino directi dominii, & domino utilis vendicantibus rem penes debitorem, & concurſum exiſtentem, quis in agendo, & exigendo præferatur?

SUMMARIUM.

1 *Uſufructuarius debita exigere poteſt, & ſoli illi recte ſolvitur, non proprietario.*

2 & 9 *Uſufructuarius, ſive univerſalis, ſive particularis à jure, efficitur procurator in rem propriam, in quem exercitium omnium actionum tranſit.*

3 *Uſufructuarius ſolus in concurſu citari debet.*

4 *Proprietarius ſi velit comparere in concurſu, audiri debet, cum poſſit pecuniæ traditionem impedire, quouſque uſufructuarius caveat de ea reddenda finito uſufructu.*

5 *Uſufructuarius, an proprietarius citari debeat ad redemptionem cenſus in concurſu.*

6 *Uſufructuarium ſolum abſque proprietarii interventu poſſe recipere pecuniam redemptionis, debitoremque liberare exiſtimavit Rodriguez.*

7 *Redemptio cenſus eſt quædam reſolutio, quæ magis in voluntate abſoluta debitoris conſiſtit, quam creditoris, quo invito redemptio fieri poteſt.*

8 *Contraria ſententia, proprietarii ſolius interventu, non uſufructuarii faciendam eſſe redemptionem cenſus, ex Gratiano proponitur.*

9 *Uſufructuarius habet mandatum in rem propriam in his, quæ reſpiciunt uſumfructum, non proprietatem.*

10. & 17. *Debitorem cenſum redimere volentem, tum uſufructua-*

fructuarium, quàm proprietarium interpellare teneri, ut securus sit; verius est.

11 *Eandem sententiam amplecti videtur Gratianus sibi contrarius.*

12 *Usufructuarii consensus requiritur, quoties res agitur etiam proprietatem respiciens.*

13 *Sententia lata contra proprietarium usufructuario non citato, non nocet, nec e contra.*

14 *Census pretium debet tradi usufructuario, ut eo utatur, & fruatur.*

15 *Proprietarius potest petere ab usufructuario cautionem de restituendo pretio, finito usufructu.*

16 *Proprietarius potest sortem consequi, & solvere usufructuario redditus, quos ipse annuatim percipiebat, si idoneam cautionem offerat.*

17 *Usufructuarii nihil interest habere censum à proprietario, vel ab alio dum non turbetur in usufructu.*

19 *Pater legitimus administrator filii in bonis, in quibus habet usumfructum, cuncta potest peragere tam in judicio quam extra judicium.*

20 *Pater legitimus filii administrator expedit pro eo omnia, etiam requirentia speciale mandatum.*

21 *Pater in bonis filii in quibus usumfructum habet, majorem recipit potestatem quam cæteri administratores.*

22 *Filius familias sine consensu patris stare non potest in judicio, in his in quibus patris quæritur ususfructus.*

23 *Pater, non filius debet citari, in his quæ respiciunt bona adventitia, quantumvis ad filium spectantia.*

24 *Pater, in adventitiis potest agere, & conveniri absque filio.*

25 *Patri habenti administrationem in bonis filii adventitiis solutio est facienda, non filio.*

26 *Etiam census exactione, & redemptione pertinentis filio.*

27 *Solutio facta patri de rebus ac pecuniis spectantibus ad filium, nulla est; quando in eis non habet usumfructum, nec legitimam administrationem.*

28 *Conjunctio sola, sive paterna, sive materna absque qualitate administrationis legitimæ, non sufficit ad recipiendam solutionem.*

29 *Matri solutio facta ex defectu legitimæ administrationis nulla est.*

30 *Filius familias citandus est ad concursum, quando creditum procedit ex bonis, quorum ususfructus patri non quæritur.*

31 *Filius familias in his rebus, in quibus patri non quæritur ususfructus, absque patris consensu potest in judicio comparere.*

32 & 35. *Pater non habet usumfructum, nec legitimus dicitur administrator in bonis castrensibus, fructibus beneficii, pensionis, aut cujuslibet præbendæ Ecclesiasticæ nec in adventitiis, & aliis, in quibus prohibitio adest tacita, vel expressa.*

33 *Pater in supra dictis bonis legitimus est administrator (nec alius potest eo nolente curator dari) quando filius est minor quatuordecim annorum.*

34 *Expenditur text. in leg. fin. §. fin. autem. Cod. de bonis quæ liberis.*

36 *Adducitur in comprobationem locus Ludovici Portii.*

37 *Fideicommissario, & hærede in concursu debitori hæreditatis concurrentibus, qui eorum citandus est & cui facienda est resolutio crediti, & pretii provenientis ex redemptione census hæreditarii.*

38 *Pretium census redempti non est præstandum hæredi gravato, nisi accedat judicis authoritas.*

39 *Hæredi gravato rectè solvi creditum ex rebus hæreditariis proveniens, verius est.*

40 *Census redemptio est alienatio necessaria, & nullatenus inclusa in prohibitione alienationis.*

41 *Hæres gravatus tenetur præstare cautionem pro redemptione pretii census.*

42 *Hæres gravatus solus citandus est ad judicium concursus.*

43 *Hoc fallit, quando debitor ad instantiam fideicommissarii fuit inhibitus, ne censum redimat, nisi eo citato, aut quando hæres fuit gravatus ne redimeret, nisi fideicommissario citato.*

44 *Debitori, qui suo creditori hypothecavit annuum redditum, quem à tertio percipit, potest ab eo recipere redemptionis pretium, creditore invito.*

Nisi creditor hypothecarius inhibuerit debitori redditus, ne solvat. ibid.

45 *Majoratus possessori rectè solvit creditum, etiam proveniens ex extinctione census, non obstante prohibitione alienationis rerum majoratus.*

46 *Cedente & cessionario in judicio concursus comparentibus, qui præferendus sit in exactione, & quis eorum sit citandus.*

47 *Solutio facta per debitorem cedenti legitima est, si fiat ante litem contestatam, aut nondum cessionarius partem egerit, vel debitor requisitus non est, ne cedenti solvat.*

48 *Directæ actiones cessione facta adhuc apud cedentem remanent.*

49. *Expenditur text. in leg. 3. C. de novationibus.*

50 *Cessione facta ad commodum cedentis solutio eidem facta nocet cessionario, etiamsi scientia proveniat per litis contestationem, aut denuntiationem formaliter factam.*

51 *In cessione ad commodum cessionarii quælibet scientiæ aliundè provenientis sufficit.*

52 & 55. *Cessio dicitur facta in commodum cedentis, quando cessionario remanet recursus adversus cedentem, ut si nomen debitoris consignationis causa cedatur.*

53 *Periculum nominis hoc casu ad cedentem pertinet, cum cessio nominis, non sit solutio.*

54 *Cessio ad commodum cessionarii facta dicitur, quando cessionario præclusa est via agendi adversus cedentem, quia emit nomen, vel in solutum accepit.*

56 *Cessionarius non poterit habere regressum contra cedentem, nisi excussio prius debitore, licet cessio facta sit ad commodum cedentis.*

57 & 59. *Cessionarius non potest habere regressum contra cedentem, quando cessionarii negligentia debitor non solvendo factus est.*

58 *Nisi tempore cessionis solvendo debitor non erat.*

59 *Periculum decoctionis supervenientis quando cessionarii negligentia illi sit imputandum remissivè.*

60 *Scientia debitoris cessi, qualis esse debeat, ut certa dicatur, & ut ei solventi creditori cedenti noceat.*

61 *Intimatio cessionis factæ, ne debitor solvat cedenti, quomodo facienda.*

62 *Et cessione actionum utilium, & directarum, actiones remanentes penes creditorem cedentem sunt inutiles, & inefficaces ad agendum, & exigendum.*

63 *Debitor cedenti solvens tunc liberatur, quando aliter de solutione constat quàm per cedentis confessionem, quæ cessionario non præjudicat.*

Adjectus solutioni per solam confessionem de recepto non liberat debitorem, non præjudicat creditori. ibid. & n. 106. & seqq.

Procurator ad recipiendam solutionem nequit confitendo receptum liberare debitorem, nec domino præjudicare, ibid.

64 *Confessio patris administratoris filii de recepto, debitorem filii non liberat, nisi aliquibus conjecturis sit adminiculata.*

65 *Solutio facta Monacho, servo, filio familias, cum quibus est contractum, debet esse vera, & realis, non ficta nec per confessionem, ut debitor liber maneat.*

66 *Cessionario, & cedente concurrentibus simul in concursu per debitorem causato, quis eorum præferatur in solutione, & sententia graduationis.*

67 *Cedentem*

67 *Cedentem in superiori casu prætereundum esse in exactione, & solutione debiti traditur.*

68 *Cessionarius semper præfertur cedenti, si pro exactione in concursu concurrant, eo casu, quo debitor alias cedenti solvens plenam consequeretur liberationem.*

69 *Cedens agens in judicio contra debitorem, potest impediri à cessionario.*

70 *Procuratore in rem suam, & domino concurrentibus in petendo debitum, procurator in rem suam præfertur.*

71 *Solutio facta creditori à debitore cessionem ignorante favore liberationis sustinetur.*

72 *Debitor quando à cedente, & cessionario convenitur cum cessionis habeat notitiam si creditori solvat, non liberatur.*

73 *Cedens, si solutionem à debitore recipiat, (& si debitor liberetur) semper cessionario manet adstrictus ad observantiam, & complementum contractus cessionis.*

74 *Mandatum procuratoris in rem suam revocari à mandante non potest.*

75 *Mandatum in rem suam etiam re integra, per mortem non revocatur.*

76 *Doctrina Ugolini refutatur.*

77 *Cessionario cedente, & creditore cedentis concurrentibus in exactione debiti, creditor præfertur.*

78 *Cessionario in judicio concursus comparenti an possit opponi de injustitia cessionis sibi per creditorem factæ, saltem ne exigat majorem quantitatem, qua censum, aut nomen emit, quando viliori pretio comparavit.*

79 *Cessio juris pro minima quantitate facta præsumitur simulata, & is, contra quem ceditur jus potest simulationem opponere, ex sententia Gratiani.*

80 *Debitor census non potest opponere emptori nominis injustitiam cessionis, sed integrum pretium tenetur cessionario solvere, etiamsi viliori pretio emerit.*

81 *Offerens debet integrum pretium debiti possesso offerre, etiamsi possessor viliori pretio rem emerit.*

82 *Respondetur doctrinæ Gratiani. n. 79. adductæ.*

83 *Monacho, & Monasterio, servo, & domino concurrentibus in concursus judicio pro pecunia, quam Monachus, aut servus debitori mutuavit, quis eorum præferendus sit in exactione, & solutione.*

84 *Monacho, & servo mutuantibus, licet statim actio quæratur Monasterio, aut domino; rectè tamen solvitur Monacho aut servo.*

Expenditur text. in leg. si legis, C. de pactis cum aliis. ibid.

85 *Monacho, servo, & filio familias cum quo contrahitur, rectè solvitur, & plenam liberationem debitor acquirit.*

86 & 87. *Ei, cum quo quis contraxit, rectè solvitur, etiamsi non sit dominus, & alteri actio sit quæsita.*

88 *Depositarius rectè restituit pecuniam monacho, ab eo depositam, licet sit monasterii.*

89 *Solutio facta servo, vel cuilibet religioso sustinetur, si debitum nullo superiorum interveniente consensu fuerit contractum.*

90 *Refutatur decisio Capellæ Tholosanæ, & explicatur Tridentinum sess. 25. cap. 2. de regularibus.*

91 *Supradicta locum habent quando servo, vel Monacho debitor sponte solvit, aliter si in judicio concursus compareant dominus, & servus, Monachus, & Monasterium.*

92 & 96. *Facilius inducitur liberatio, quàm obligatio.*

93 *Expenditur text. in leg. Arrianus 46. D. de obligat. & actionib.*

94 *Magis favendum est solventi, quàm aliter contrahenti.*

95 *Minor curatorem habens sine curatoris authoritate potest solvere id, quod verè suo creditori debet, & expenditur text. in l. 1. §. fuit quæsitum ad SC. Trebell.*

97 & 100. *Monachus, & servus non possunt in judicio comparere in agendo, & defendendo absque superioris licentia.*

98 *Monachus ratione contractus non potest convenire nec conveniri, sed contra monasterium proponenda est conventio.*

100 *Monachus non potest agere in judicio sine superioris licentia.*

101 *Cedenti non fit solutio, quando concurrit cum cessionario.*

102 *Adjecto solutioni debitor potest solvere, cum in sua facultate sit illi, vel creditori solvere.*

103 *Debitor non potest inhiberi à creditore ne adjecto solvat, nisi creditor litem contraxerit, vel adjectus mutaverit statum, aut solus adjectus non ejus hæres sit electus solutioni recipiendæ.*

104 *Adjectus ad sui utilitatem, ut procurator in rem agere jure optimo potest.*

105 *Adjectus licet spontaneam solutionem possit recipere à debitore, eum tamen convenire non potest in judicio.*

106 *Adjectus, nec exigere, nec movere, nec acceptum facere potest, & explicatur text. in l. quod stipulatus. D. de solutionibus cum aliis.*

Nec per solam confessionem de recepto potest liberare debitorem, nec principali præjudicare, ib. & n. 65.

107 *Apparitori, vel judici exequenti licet rectè solvatur, ipsi tamen in judicio comparere non possunt.*

108 *Solutio facta procuratori revocato, cum quo debitor contraxit si revocationem ignorabat sustinetur.*

109 *Solvens ante scientiam revocationis sibi intimatam in bona fide exiftit, & rectè solvit.*

110 *Procurator revocatus non potest in judicio agere, cum patiatur exceptionem defectus mandati.*

111 *Solvens justam credulitatis causam habens ei, qui tempore solutionis jam privatus extiterat, liberatur.*

112 *Solutio facta possessori hæreditatis, deinde ea privato, & donatario cujus postea ob defectum conditionis donatio fuit resoluta, sustinetur.*

113 *Ad solutionis justificationem sufficit conditionem extrinsecam veram esse, nec debitor cogitur intrinsecam divinare.*

114 *Solutio, licet possit fieri ei, qui tempore solutionis privatus extiterat, ipse tamen non potest in judicio comparere ad p. tendum.*

115 *Monachus, si compareat absque licentia in judicio concursus, vel aliter conveniatur, & non opposita exceptione consequatur sententiam favorabilem sustinetur judicium.*

116 *Si Monachus agit, valet judicium, donec sibi opponatur defectus licentiæ.*

117 *Monachus, si absque licentia solus in judicio compareat, & non obstante oppositione debitoris aut creditorum Judex de facto solutionem decernat, legitima erit solutio.*

118 *Expenditur text. in leg. aut prætor 7. §. permittitur, D. minoribus.*

119 *Emphyteuta, & Dominus directi dominii ad petendam rem emphyteuticam penes debitorem, & concursum existentem, quis eorum in exactione præferatur.*

120 *Dominum directi dominii præferendum esse probatur.*

121 *Emphyteutam, & dominum directi dominii concurrere posse ad petendam rem emphyteuticam penes debitorem existentem, quilibet pro jure, quod in ea habet, verius est.*

122 *Quando utilis, & directa actio competunt ad diversa, tunc nulla præfertur in agendo.*

123 *Emphyteuta præferendus est domino directo in executione naturalis rei emphyteuticæ. n. 124.*

124 *Possessio naturalis rei emphyteuticæ competit Domino utili, civilis verò remanet penes dominum directum.*

125 *Duobus contendentibus ſuper pertinentia alicujus rei, vel nominis, interim quod lis pendet, debitor offerens debitum non eſt in mora, tutius tamen erit deponere.*

126 *Duobus contendentibus ſuper directo dominio, ſi Canonem emphyteuta deponat non cadit in commiſſum.*

SIngulæ hujus capitis particulæ quemadmodum à diverſis principiis originem trahunt, ita ſingulares, & diverſas habent inſpectiones; in primis quantum ad uſufructuarium, & proprietarium, illud inter omnes indubitabile videtur, ut quemad-
1 modum ſolutio debiti ſolo uſufructuario legitimè fit, & rectè exigit ex text. *in l. uxori meæ, ff. de uſufruct. legat.* probant Socinus *c.* 132. *n.* 38. *vol.* 1. Surd. *conſ.* 162. *num.* 24. Giurba *deciſ.* 79. *num.* 38. Mantica *de conjectur. ultim. volunt. lib.* 8. *tit.* 6. *n.* 2. *&* 3. Decius *conſ.* 419. *ex num.* 6. *uſque adeo in* 3. *dub.* Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 3. *cap.* 185. *num.* 21. 25. *&* 26. Rodriguez *de annuis redditibus lib.* 2. *q.* 19. *n.* 84. Felicianus de Solis *de cenſibus lib.* 4. *c. unic. à n.* 5. *tom.* 4. Avendannus *de cenſibus*
2 *cap.* 106. *n.* 67. qui omnes ex eo moventur, quoniam uſufructuarius ſive univerſalis, ſive particularis habet à jure mandatum, & efficitur procurator in rem propriam, in quem exercitium omnium actionum hæreditariarum ad exigendum, & ſolutum recipiendum tranſeat nullo alio hæredis proprietarii requiſito mandato, quos omnes conſule pro latiori explicatione.

3 Ita pariter mihi videtur, ſolum ipſum uſufructuarium citari ſufficere, niſi fortè hæres proprietarius
4 velit comparere in concurſu, qui ratione ſui juris debet audiri, non licet pecunia ſolvenda ſit uſufructuario tradenda, ex quo in ea durat adhuc, & ſit conſtitutus uſusfructus: tamen poteſt ille traditionem impedire, quouſque ſibi caveat, vel caverit de ea reſtituenda, & reddenda finito uſufructu, plures per Gratianum *d. c.* 285. *n.* 27. *& ſeqq.* Felicianus & Rodrig. *n.* 86. qui benè comprobat Avendannus *d. n.* 7. qui omnes alios allegat.

5 Sed major erit difficultas in cenſus redemptione, nam cùm creditor cenſus citatus ad concurſum, poſſit liberè in creditum deducere ſortem principalem cum decurſis, & pro extinctione inſtare, & juſtè conſequi, juxta feliciter reſoluta, & abundè comprobata *ſuprà c.* 19. *& c.* 20. imò juxta naturam & ſpecialitatem hujus judicii concurſus per debitorem communem formati, creditor ipſe bona concurſus in ſolutum recipere pro cenſus, & ſortis principalis extinctione cogatur, prout ſingulariter & validiſſimè probavimus *ſuprà c.* 22. *per totum.* juſtè dubitari poteſt an ſoli uſufructuario ſit facienda hæc ſortis principalis redemptio, & cenſus extinctio abſque proprietarii interventu, ita ut ſolus uſufructuarius ad concurſum citari ſufficiat, magna eſt inter Doctores controverſia, atque diſſenſio.

6 Gaſpar Rodriguez *de annuis redditib. lib.* 2. *d. qu.* 15. *ex n.* 84. *cum ſeqq.* conſtanter tuetur partem affirmativam, uſufructuarium ſolum abſque proprietarii interventu, opera vel mandato poſſe recipere pecuniam redempti cenſus, debitoremque ab eo redimentem tutum eſſe, & legitimè liberari, quia hæc non eſt propria redemptio, prout illa, quæ fit juxta pactum
7 redimendi rem venditam, ſed quædam ſimplex ſuppreſſio, & reſolutio redditus, quæ conſiſtit magis in voluntate mera, & abſoluta debitoris, quàm creditoris, à quo juxta contractus naturam invito redemptio fit, ſequuntur Avendannus *de cenſibus. c.* 106. *n.* 7. Giurba *deciſ.* 89. *n.* 39. Seſſe *dec.* 62. *n.* 3. *cum ſeqq.*

8 Contrariam ſententiam, imo quod à ſolo proprietario debeat obtineri redemptio, ita ut aliter cenſus extinctio non conſequatur, niſi ab ipſo proprietario revenditio tantum procedat, & obtineat debitor cenſus tenet abſolutè Gratianus *in tom.* 3. *d. diſceptatione* 585. *num.* 24 *&* 26. eo motus, quod quamvis 9
uſufructuarius dicatur procurator in rem propriam, & agere poſſit abſque mandato proprietarii, prout diximus ad principium hujus cap. tamen id intelligi in his, quæ reſpiciunt uſumfructum, cum in aliis reſpicientibus proprietatem, non habeat aliquod mandatum, niſi nomine proprietarii, & cum ejus mandato, prout fundare conatur ipſe Gratianus videndus *loco cit.* idem tenet Intrigliol. *q.* 71. *n.* 20.

Tertia fuit ſententia tenentium, utriuſque inter- 10
ventum uſufructuarii, & proprietarii ſimul concurrere debere in cenſus redemptione, ſcilicet debitorem cenſus volentem illum redimere, & extinguere, & debere requirere, & interpellare non ſolùm uſufructuarium, ſed etiam proprietarium, cum uterque uſufructuarius ratione ſui uſufructus, proprietarius ratione ſuæ proprietatis jus habeant in dicto cenſu, ita ut verſa vice, nec à ſolo proprietario, nec à ſolo uſufructuario redemptio hæc obtineri poſſit, ſed conjunctim, utroque concurrente, utriuſque intereſſe intuitu. Quam opinionem longè veriorem, & receptiorem cenſeo, quam etiam probant Hieronym. Cagnol. *in l.* 2. *nu.* 328. *C. de pactis inter empt. & vend.* Tiraquell. *de retract. convent.* §. 1. *gloſſ.* 6. *nu.* 29. Petrus Follerus *in pragm. de cenſibus. verb. inſtrumentum gratiæ pro conſimili pretio*, Felicianus *de cenſibus, to.* 1. *lib.* 4. *c.* 1. *n.* 7. Benedictus Bonis *de cenſibus, p.* 2. *n.* 105. Cencius *de cenſibus, quæſt.* 109. *ex nu.* 64. *& ſeqq.* quam opinionem dicit *num.* 76. recepiſſe Rotam in una Romana cenſus 11. *Decemb.* 1617. *coram Coccino*, quam adducit *poſt tractat.* 379. *nu.* 7.

Et quod magis eſt ipſe Gratianus, ſibi contrarius 11
in tomo 4. *diſceptatione* 630. *à nu.* 16. *& ſignanter nu.* 19. eandem probat, referendo Rotam tenentem, quod uſufructuarius ſolus non habet facultatem extinguendi cenſum, ita ut ſolutio illi facta, non liberet debitorem cenſus, in qua deciſione reprobatum eſſe Giurbam *d. dec.* 79. *n.* 39. cum aliis ibid. adductis contrarium tenentem, igitur clarè ſentit ipſe Gratianus, quod ſimul uterque requiratur ad extinctionem & redemptionem, cum in id alleget Felicianum de Solis *loco cit.* ita firmantem: juxta ejus doctrinam ſua declarari debet.

Ultra quæ, & quod uterque tam uſufructuarius, quam proprietarius debeat vocari ad concurſus judicium, cum in eo tractetur de redemptione cenſus, ut ſuperiùs diximus ex *n.* 5. movetur quia uſufructua- 12
rius neceſſario vocari debet; ſive illius conſenſus requiri: quoties res agitur etiam circa proprietatem, quæ ei obeſſe, ſive damnum aliquod conſiderabile afferre poteſt, quod ex aliis obſervat Tiraquell. *de retract. convent.* §. *gloſſ.* 6. *n.* 20. qui allegat bonum 13
textum *in l. is qui fundus*, 1. *ff. de uſufruct. legat.* Sfortia add. *in d. conſ.* 82. *n.* 14. *vol.* 1. Caſtillo *de uſufruct. c.* 34. *n.* 5. ideò fit, quod ſententia lata contra proprietarium non præjudicat uſufructuario in uſufructu non vocato, nec citato, ſicuti nec contra ſententia lata contra uſufructuarium præjudicat proprietario in proprietate, ut docet gloſſ. *is l. is cujus.* §. *fin. de uſufruct.* quam ſequuntur communiter omnes, ut conſtat ex Calcan. *de uſufruct. nu.* 125. Pinello 2. *part. l.* 1. *C. de bonis maternis, n.* 68. *verſic. ſimiliter eſt differentia.* qui meritò aſſerunt, hanc materiam involvi per ſcribentes *in l. ſæpè, ff. de re judicata.* Eandem ſententiam tenet videndus omnino Paulus Peruſius in repetitione *ad illum textum ex nu.* 10. *uſque ad nu.* 17. Flores de Mena *in addit. ad deciſ.* 266. Gomæ *part.* 2. Caſtillo *de uſufruct. dict. c.* 34. *nu.* 6. *&* 7.

Et ulterius utriuſque jus, & intereſſe in actu redemp- 14
tionis cenſus probari ex eo, quod pretium cenſus redempti debet tradi uſufructuario, & penes eum manere, ut eo fruatur, & utatur, ut per text. *in l. uxori meæ ff. de uſufruct. legat. & in l. fundi Trebatiani, ff. eodem tit.* & ex Tiraquell. Follerio & Decio, ſuprà citatis,

&

& ex aliis probat Felicianus *de cenſibus, tom.* 2. *cap.* 1. *& ex nu.* 25. Rodrig. *de annuis redditibus, lib.* 2. *qu.* 15. *ſub num.* 84. *verſ. pretium autem redempti cenſus*, probat etiam Cencius *de cenſibus, q.* 609. *n.* 68. *&* 69. ubi ita fuiſſe Rotam *in una Romanæ pecuniariæ impreſſa poſt tract.* 244. *n.* 3. *&* 4.

15 Ex parte verò proprietarii hoc apparet intereſſe in actu ipſo redemptionis, tum quia poteſt patere ab uſufructuario cautionem de reſtituendo pretio finito uſufructu. Felicianus ubi proximè *num.* 15. Cencius *de cenſibus dict. qu.* 109. *n.* 70. *qui n.* 71. adducit Rotam
16 *deciſ.* 294. *n.* 6. tum etiam, quia ſi ipſe proprietarius voluerit annuatim ſolvere illummet redditum, quem uſufructuarius ante redemptionem dicti cenſus percipiebat, poterit pecuniam conſequi, dummodo ſit idoneus, ac præſtiterit omnimodam cautionem uſufructuario, non aliàs Foller. *in dict. verb. inſtrumentum gratiæ pro conſimili pretio, n.* 26. Follerio, & Tiraquello, Rodriguez *dict. cap.* 15. *ſub n.* 86. *verſ. ubi exiſtimat.* latè probat Felicianus *dict. l. cap.* 1. *ſub n.* 15. *verſ. Foller. autem dicto verbo*; ſequitur Cencius *dicta qu.*
17 109. *n.* 72. *& ſeqq.* cum nihil interſit uſufructuario habere cenſum à proprietario, an ab alio, qui propterea cogitur hoc ipſum pati, & admittere argumento *tex. in l.* 3. *ff. ſoluto matrimonio*, & pro hac ratione conducunt citati Doctores per Caſtellum *de uſufruct. cap.* 34. *num.* 8. ergo liberam facultatem proprietarii alienandi ſuam proprietatem, cum nihil interſit uſufructuarii, quod iſte vel ille ſit proprietarius, dummodo ipſum non turbet in ſuo uſufructu.

18 Ex quibus manifeſtè ſequitur, quod ad judicium concurſus, quo de redemptione cenſus, imò & de ipſius viribus inter creditores controvertatur, uterque tam uſufructuarius, quàm proprietarius citari debent, & convocari, ut judicium legitimè formatum dicatur, & quod uterque vocandus ſit, tenet Rodriguez *dicto lib.* 2. *qu.* 15. *n.* 86. *ad finem*, ex Socino & Tiraquello.

19 Sed quid de patre, & filio ſimul concurrentibus in concurſu peracto à debitore filii, & pro credito ad filium pertinente; cui eorum ſolutio ſit facienda, & judicium concurſus proſequendum: diſtinguendum erit inter patrem legitimum adminiſtratorem filii bonorum, in quibus habet uſumfructum propter patriam poteſtatem, juxta innumerabiles Doctores adductos per Caſtellum *tom.* 1. *de uſufruct. cap.* 3. *per totum*, quia tunc in bonis adventitiis, in quibus habet pater uſumfructum, efficitur per legem legitimus adminiſtrator bonorum filii, & tam in judicio, quàm extra judicium cuncta poteſt gerere per text. *in l.* 1. *C. de bonis matern. & in l. cum oportet*, §. *ult. C. de bonis quæ liberis*, Ant. Gomez *in l.* 28. *Tauri, num.* 14. Arias Pinel. 2. *part. l.* 1. *C. de bonis matern. n.* 13. Caldas *in l.* 1. *ſi curatorem habens, ver. contractum feciſti. n.* 5. *& verb. læſis, n.* 133. Mendez de Caſtro *in repetit. dict. cum oportet.* 2. *part. n.* 121.
20 Caſtillo *d. c.* 3. *num.* 10. *qui num.* 11. quod expedit pro filio omnia, etiam mandatum ſpeciale exigentia *&*
21 *num* 12. quod habet majorem authoritatem, quam cæteri alii adminiſtratores, & *num.* 13. quod filius fam.
22 ſine conſenſu & voluntate patris ſtare non poteſt in judicio in iis, in quibus patris quæritur uſufructus *l. ne cæcitate, C. de bonis quæ liber. l.* 7. *tit.* 2. *part.* 3. & ibi Gregor. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. n.* 15 *&* 305. Joſeph. Ludov. *deciſ. Peruſ.* 13. *in princip.* Paz *in praxi* 1. *part.* 1. *tom.* 2. *temp. n.* 15. Mendez de Caſtro *in d. l.* 2. *cum oportet.* 2. *part. n.* 133. Barboſa *in l.* 2. §. *quod ſi in patris, n.* 2. *ff. ſoluto matrim.* Fabius Ferretus *in conſ.* 20. *n.* 1. latè Caballinus *Milleloquio* 146. *per to-*
23 *tum. p.* 2. ex quibus ſequitur quod quantumvis de rebus adventitiis agatur ad filium ſpectantibus; non filius, ſed pater legitimus adminiſtrator debeat citari, quia ſufficit facta fieri cum ſolo patre Gothofredus *in praxi tit.* 2. *n.* 4. *fol.* 295. *col.* 3 *&* 4. Azevedius *in l.* 10. *à n.* 2. *tit.* 17. *lib.* 4. *recopil.* Paz *in praxi* 1. *part.* 2. *tempor. à n.* 15. *tom.* 1. Aſinius *in praxi*, §. 2. *cap.* 13. *à princip.*

communem eſſe opinionem praxi receptam patrem in 24
adventitiis poſſe agere, & conveniri abſque filio & ejus concurſu, cui nocere acta affirmat Flores de Mena *in addit. ad Grammam deciſ.* 77. *& remiſſivè ad Flores de Mena*, Caſtillo *dicto c.* 3. *n.* 20

Infertur etiam, quod patri habenti adminiſtratio- 25
nem legitimam in bonis filii adventitiis & non filio ſolutio debiti ſit facienda ut legitima dicatur, cum ad illum ſpectat crediti exactio, atque debitores ſibi ſolventes liberare, Natta 543. *ex num.* 1. *cum ſeqq. tit.* 3. Paſchalis *de viribus patriæ poteſt.* 1. *part. tit.* 3. Carolus de Graſſis *de except.* 25. *cap.* 2. *num.* 10. Carolus de Graſſis *de except.* 25. *num.* 98. Cencius *de cenſibus, quæſt.* 109. *num.* 97. 26
qui etiam loquitur in cenſus exactione, & redemptione pertinentis filio familias, in quo pater ut legitimus adminiſtrator a lege habet uſumfructum, poteſt pecuniam ſortis principalis recipere, & redemptioni conſentire, prout tenuiſſe Rot. *de c.* 394. *per tot.* poſt ejus tractatum appoſitam.

At verò in adventitiis, & aliis filii fam. bonis in 27
quibus patri non quæritur uſusfructus, ſolutio patri legitimè non fit, nec filii debitorem liberat, ut tenet ipſe Cencius *de cenſibus, dict. qu.* 109. *ſub dicto num.* 67. *verſic. quod tamen intelligat.* Surdus *deciſ.* 229. *num.* 2. *&* 3. *ex l.* 2. *ubi gloſſ. ff. ut legator. nom. caveatur.* Natta *conſ.* 543. *n.* 1. Gratianus *tom.* 2. *diſceptat. forenſ. c.* 365. *à n.* 9. dicens, quod ſolutiones, quæ fiunt patri de rebus, & pecuniis ſpectantibus ad filium, ſunt nullæ & invalidæ, quando in eis pater non habet uſumfructum, nec legitimam adminiſtrationem ex Decio *in l. filius* 23. *num.* 9. *in princip. verſic. advertendum, C. de pactis*, Angel. *in l. qui alienam.* §. *quamquum, ante medium. ff. de negotiis geſtis.* Jaſ. *in l.* 3. *n.* 5. *ff. ſoluto matrim.* cum ſola con- 28
junctio ſive paterna, ſive materna abſque iſta qualitate legitimæ adminiſtrationis non ſufficiat ad recipiendam ſolutionem, Alexand. *conſ.* 4. *n.* 3. *in fin. verſ. tamen quia lib.* 2. Ripa *in cap. cum M. Ferrarienſi, col.* 16. *ad fin. verſ. ex iſtis modo de conſtitutionib.* & proſequitur ipſe Gratianus *ibid. ex. n.* 2. & Surdus *deciſ.* 226. *n.* 3. di- 29
cens, quod ex hac ratione defectus legitimæ adminiſtrationis matri non fit ſolutio, *ex l. quid alienam.* §. *qui quamquam, ff. de neg. geſt. l. filiæ de ſolutionibus* Bald. *in l. cum maritum, C. de ſolutionibus.*

Ex qua doctrina rectè infertur, quod cum patri legi- 30
timè, & validè non fiat ſolutio in iis bonis filiifam. in quibus nec habet uſumfructum, nec fit legitimus adminiſtrator; pariter non ipſe, ſed filius familias citandus erit ad concurſus judicium formatum à debitore filii, ea ratione; quia juxta veriorem, & tenendam opi- 31
nionem filius familias in iis, in quibus patri non quæritur uſusfructus, poſſit legitimè, & abſque patris conſenſu in judicio comparare, & extra judicium agere, & contractus celebrare; & de iis rebus ad libitum diſponere, juxta *in Auth. ut liceat matri, & quia, in princ. col.* 8. *& in cap. fin. ad fin. de judic. in* 6. quam defendunt Bart. *in l. fin.* §. *neceſſitate, n.* 2. *C. de bonis quæ liberis.* Gomez *in* §. *actionem, n.* 1. *inſtit. de actionib.* Palacius Rubeus *in repetit rubr. donat. inter* §. 49. *n.* 6. Afflictis *dec.* 180. *n.* 3. & alii relati per Mendez de Caſtro *in l. cum oportet.* 2. *p. n.* 133. *C. de bonis quæ liber.* Barboſa (qui in hac opinione firmiter reſidet) *in l.* 2. §. *quod ſi in patris, n.* 29. *& in l.* 3. *n.* 4. *& ſeqq. &* 7 *&* 8. *ff. ſolut. matrim.* Becius *in conſ.* 97. *n.* 12. *lib.* 1. Surdus *in conſ.* 216. *n.* 21. *l.* 1. tuetur etiam Caſtillo *de uſufruct. lib.* 1. *c.* 3. *ex n.* 14. *& ſeqq.*

Quæ tamen doctrina, de qua in hoc ſecundo diſtinc- 32
tionis membro, mirabilem & valdè ſingularem patitur limitationem; ut non procedat in filiofam. minore quatuordecim annorum; nam hac minori ætate ſtante, ſuccedit vera Doctorum concluſio, quod quamvis in bonis caſtrenſibus, ſeu quaſi, ut fructibus beneficii, perſonis, aut præbendæ Eccleſiaſticæ, vel aliis bonis adventitiis, in quib. vel juris diſpoſitione, aut donatoris, & teſtatoris probatione, tacita, vel expreſſa,

patri non acquiritur usufructus, nec aliqua consideratur legitima administratio, (de quibus abundè per Cast. *l. usufr. d. c.* 3. *ex num.* 49. *cum multis seq.* Grat. *d. c.* 367. *pert.*) & est text. *in Auth.* excipitur *quod eis datur, vel relinquitur ac aliquo parentum conditione hac adjecta, ne ad patrem perveniat ususfructus, C. de bon. quæ lib.*

33 Tamen aliud est, quando sumus in filio impubere, tunc enim pater semper præfertur in administratione, & talium bonorum etiam Ecclesiasticorum gubernatione, juxta dispositionem text. *in l. fin. C. de curat. furios.* Et per consequens pater tanquam eorumdem bonorum administrator potest filii negotia gerere, filio minori quatuordecim annorum per suum factum quærere possessionem, ut tenet Rota coram Penia *in una Cæsaraugustana pensionis* 21. *Junii* 1559. ubi allegatur gloss. *in l.* 1. *in verb. legitimis.* & ibi Pinell. *p.* 2. *n.* 63 & 64. *C. de bonis maternis.* testatur & legitimè prosequitur Gratianus *to.* 2. *discept. forens.* 365. *ex n.* 43. *cum seqq.* pro quo allegat
34 text. *in l.* §. *fi fin. autem in* 2. *casu C. de bon. quæ l.* ubi in casibus, in quibus pater non est legitimus administrator, quia ei non quæritur ususfructus; quando tamen filius est minor, poterit, si velit, administrare, nec tunc ei alius dabitur curator, quia pater omnibus præfertur, quod est multum notandum, quia ut plurimum diceretur contrarium, asserit Aretinus *in* §. *pupillus post med. n.* 6. *instit. de inutil. stip.* sequitur. Cagnol. *in l. frater à fratre, n.* 161. *cum seqq. ff. de cond. indeb.* Salicetus *in d. l.* §. *fin. autem in secunda*, & ibi Corneus *n.* 4. *C. de bon. quæ lib.* ibid. Corn. *in Auth. excipitur, ad fin. verb. ità generaliter. C. eod.*

35 Et ipse Gratianus iterum *loco cit.* 52. & 53. dicit contrarium esse servandum, quando filius, vel esset major 14. annorum, vel non esset absens, quia tunc pater in prædictis bonis non habebit exercitium actionum absque consensu filiifamilias: ex Cagnolo *in l. frater à fratre n.* 164. *de conditione indebiti.* Alias si minor non sit, & infans, aut sit præsens, ejus consensum ad agendum requirere debet
36 pater ad actionum exercitium ex Corneo. *in leg. fin.* §. *ubi autem num.* 2. *fin. post Baldum ibidem num.* 1. *C. de bonis quæ liber.*

Et pro supradicta limitatione sequutus Gratianum, Ludovis. Post. *de manutentione observatione* 55. *ex nu.* 131. ita ait. *Si etiam pater acquireret filio possessionem, vel quasi in iis rebus, in quibus habet usumfructum, & quoad filium minorem* 14. *annorum etiam in castrensibus, & quasi Castrensibus, & similibus, cum usque ad illam ætatem sit etiam iis legitimus administrator.* Gratianus *discept. forens. cap.* 365. *num.* 43. *& seqq. unde solutiones factæ patri pro filio in minori ætate* 14. *annorum suffragantur ipsi filio pro manutentione, secus verò factæ post illam ætatem*, Gratianus *d. c.* 365. *per totum.*

37 Sed quid dicendum de hærede, & fideicommissario comparentibus in concursu per debitorem hæreditatis causato, & concurrentibus pro debiti solutione, quis potius citandus & cui facienda sit solutio crediti, atque etiam cui eorum sit tradendum pretium proveniens ex extinctione census hæreditaris, valde controversum est inter Doctores. Nam Felicianus de Solis *in tr. de censibus tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 1. *nu.* 5. constanter tuetur, pretium census redempti non esse præstandum hæredi gravato, nisi accedat judicis authoritas, & per-
38 missio, cum hæres, stante prohibitione de non alienando censum ex redemptione, alienare non possit, sequitur Mastrillus *decis. Siciliæ* 47.

39 Tamen contraria opinio longè verior, & magis à Doctoribus recepta est, imò hæredi gravato rectè solvi *leg. ante restitutam; ubi glossa* Bald. Alberic. Angel. & Imol. *ff. de solutionibus*, per quod fundamentum, & quia
40 redemptio census sit alienatio necessaria, nullatenus inclusa in prohibitione alienationis facta hæredi: probarunt copiosè Marius Giurba *decis.* 70. *per totam, maxime n.* 16, 18 & 19. *& n.* 31. Gaspar Rodriguez *de annuis red. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 87. Avendannus *de censibus cap.* 106. *num.* 8. Fontanella *de pactis nuptial. clausul.* 4. *gloss.* 18. *part.* 5. *n.* 5. Cencius *de censibus. qu.* 109. *ex num.* 57. *& seqq.* qui allegat Rotæ *dec. quæ post tractat. sunt.* 351. *num.* 4. *& decis.* 363. *num.* 1. *decis.* 469. *num.* 12. qui ex aliis aliquas annotationes huic resolutioni apponit, *& num.* 63. post Rodriguez, & Avenda. quod hæres tene- 41
tur præstare cautionem pro receptione pretii census, qua stante resolutione hæres, qui primas defensionis causas habet, non fideicommissarius, nec substitutus, citandus sit ad judicium concursus ex juribus, 42
& doctrinis vulgaribus.

Quod tamen fallit in census redemptione, quando debitor census ad instandam fideicommissarii fuisset inhibitus, ne illum redimat; nisi prius eo citato, aut 43
enunciato ac similiter ipse hæres, gravatus fuisset inhibitus ne redemptionem admittat eo non vocato, nam tunc redemptio legitimè non fit, nec census fructus cessant, facta redemptione non vocato fideicommissario, abundè Gratianus *discept.at. 636. à num.* 1. *cum multis seq. & ferè per totam.* Giurba *decis. 79. num.* 45. post. Rodriguez *de redditibus quæst.* 15. *à num.* 59. & Mastrillum *dec.* 143. Cencius *de censibus quæst.* 109. *sub n.* 63. *vers. hæc autem quæ dicta sunt.*, quos pro latiori explicatione consule.

Cui doctrinæ consonat, quod quando debitor hy- 44
pothecavit suo creditori annuum redditum, quem à tertio percipit, potest ab isto recipere pretium redemptionis creditore inscio, nec citato ita ut census, & hypotheca super eo simul extinguantur, nisi creditor hypothecarius inhibuerit debitos reditus, ne redimat nec solvat suo debitori, quia tunc eo citato, redemptio nulla erit, videndus omnino Rodriguez *de an. redditibus lib.* 1. *qu.* 8. *num.* 53. qui post alios benè comprobat Joannes Garcia *de hypotheca post contract. à num.* 13. *usque ad num.* 21. Videndus Fontanella *decis.* 166. *à num.* 13. *& per totum*, nec est audiendus Cencius *de censibus quæst.* 72. *à num.* 6. qui contrarium defendere conatur, contra quem adest text. expressus *in leg. nomen quoque, Cod. quæ res pignor. obligar. poss.* & alia videnda infra, circa cessionarium & cedentem.

Quare infertur quod possessori majoratus rectè sol- 45
vitur, & fit per debitorem census redemptio, & eidem rectè tradit sortem census principalem non obstante prohibitione in fundatione majoratus, ne census alienetur cum proveniat ex natura causæ, ex qua resolutio, seu redemptio sit necessaria, ut per Rodriguez *de reditibus lib.* 2. *qu.* 15. *n.* 87. Sesse *dec.* 30. *per totam & dec.* 63. Mastrillum *dec.* 47 & 167. Barbatum *de divisione fructuum part.* 4. *cap.* 3. *n.* 82. *& sequentibus.* Et per Giurbam & Fontanellam, *locis supra citatis* firmat Noguerol. *allegat.* 14. *n.* 147.

Nec audiendus est Hermosilla *ad l.* 2. *titul.* 3. *part.* 5. *gloss.* 4. *n.* 92. *tom.* 1. *fol.* 189. dicens, quod debitor census, ex quo majoratus fuit institutus cum voluerit redimere, tenetur censum deponere authoritate judicis, pro quo allegat Molin. *de primog. lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 23. *& lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 6. & Rodriguez *de redditib. lib.* 2. *quæst.* 15. *num.* 89. qui contrarium tenent, sed consulunt fundatori, ut prohibeat census redemptionem absque depositio fiendo, ita ut si redimatur, sors deponatur, quod consilium, respectu successorum utile erit, tamen vanum est, & inutile respectu debitoris, qui absque hoc pacto à principio contraxit, nec sua libertas redimendi, prout de jure tenebatur gravari potuit à fundatore, optime post Cassanate *cons.* 7. *n.* 5. *& cons.* 9. *n.* 59. & ex Bald. *in cap.* 1. §. *rursus tit. quemad. feud. amittit.* Jas. *cons.* 128. *n.* 4. *vol.* 4. Boer. *dec.* 351. *n.* 6. tenent, & impugnantes Molin. Sesse *decis.* 30. *n.* 23. Cassanate *locis citat.* Giurba *decis.* 69. *num.* 26. *& num.* 42. quos contra dictam clausulam fundatoris omninò vide, quia hæc clausula solum operatur respectu successorum, ut per Giurbam, & benè explicat

Pat.

Pat. Molina *de just. & jure tract.* 2. *disput.* 606. *vers. quamvis soleres.* Non tamen præjudicat debitori censualistæ ex præfatis Doctoribus, sed quo casu adstringatur debitor ad observantiam *decis. clausulæ*, altius disceptatur *infrà cap.* 36. *per totum.*

46 Nunc tractandum de cedente, & cessionario concurrentibus in judicio concursus per debitorem formati; qui eorum in exactione, & solutione crediti præferatur, & quis ne sit citandus, & hujus difficultatis resolutio pendet ab alio, quando solutio legi-
47 timè facta dicatur per debitorem cedenti, non obstante cessione per eum facta alteri, in qua regula constans est generica, quod solutio facta per debitorem cedenti nomen debitoris alteri tertio legitima sit, atque debitor plenam consequatur liberationem dummodo tria concurrant simul, primum quod solutio contingat ante litem contestatam, hoc est, quando lis non sit contestata inter cessionarium super debito ipso cesso, contra debitorem cessum. Secundum quod cessionarius nondum partem debiti exegerit, aut receperit. Tertium quod fiat solutio antequam cessionarius denunciaverit debitori se habere cessionem à creditore, & illi inhibuerit, ne alteri quam sibi solvat, quoniam cum directæ actiones ossibus creditoris inhæreant indelebiles per solam cessionem, adhuc remanet creditor, cui rectè solvitur, anteaquam aliquod ex istis tributis requisitis adsit, ita ut post cujuslibet existentiam illegitimam dicatur solutio cedenti facta, nec debitor con-
48 sequitur liberationem, ita expressè determinat text. *in l.* 3. *C. de novationib.* quâ Imperator rescripsit, debitorem solventem creditori, qui jam cesserat actionem nominis prorsus liberari, nisi in tribus prædictis casibus, hujus text. regulam exornant innumerabiles penè Doc-
49 tores gloss. *in verb. doli in l. si cum emptore ff. de pactis*, quam communis scholæ ibidem probat & communiter sequitur prout ibidem testantur Alexand. & Jason. *nu.* 4. Orosius *n.* 3. Felician. de Solis *tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 2. *à num.* 9. *vers. cum igitur majorem*; & signanter *ex vers. sed omnem difficultatem* Guzman *de evictionibus*, *cap.* 35. *num.* 115. *& ex n.* 131. *&* 133. (licet multa involvat, & confundat omnia) Bart. Castrens. Jason & aliis *in l. fin. C. de transactionibus.* Vincentius de Franchis *dec.* 118. *n.* Surdus *cons.* 22. *num.* 8. *lib.* 1. Cephalus *cons.* 242. *n.* 7. Pirrus Maurus *de solutio. num. c.* 5. *ex num.* 53. *& seqq.* Carolus de Grassis *de exceptionibus*, *except.* 25. *ex nu.* 30. & alii plures per discursum recitandi.

50 Sed difficultas versatur circa scientiam debitoris, si illum habuerit cessionis factæ, alia via quàm altero ex prædictis tribus casibus, de quibus, *in d. l.* 3. *C. de novationibus*, communis resolutio est distinguentium inter cessionem factam ad commodum cedentis, ut tunc resolutio eidem facta haberet debitorem, & noceat cessionario, quando scientia provenit per litis contestationem denunciationemve formaliter factam, juxta
51 *d. l.* 3. aut enim cessio facta est ad commodum cessionarii, & tunc quælibet scientia debitoris aliunde & quomodolibet proveniens (cùm hoc casu non requiratur scientia per aliquod ex requisitis *d. l.* 3.) impedit solutionem, cedenti faciendam, nec facta nocet cessionario, nec debitorem ita solventem liberat tanquam illegitimè facta; quam distinctionem probant Bart. Bald. Salicet. Fulgos. Alexand. Jacob. & Jason. *num.* 6. *&* 7. & Orosius *num.* 4. *&* 5. *in l. si cum emptore ff. de pactis* Bart. & Imol. *in l. facta*, §. *si hæres*, *ff. ad Trebell.* Bald. *in l.* 1. *C. quando provocare non est necesse.* Angel. *in d. l.* 3. *C. de novationib.* Bald. *ibid. quæst.* 5. & Salicet. *qu.* 14. *in l.* 1. *C. de actionibus*; & *obligat.* Joan. Andr. & Imola *in cap. ultimo de alienat. judic.* Parisius *cons.* 19. *num.* 6. *vol.* 3. Afflictis *decis.* 1335. *num.* 21. ubi Ursill. *in annotat. num.* 18. Cavalinus *de evictionibus*, §. 3. *nu.* 11. Negusantius *de pignoribus*, *p.* 2. *memb.* 3. *n.* 26. Alciat. *respons.* 136. Ozascus *decis.* 45. *per totam*, qui latè examinat hanc distinctionem. Anna *singulari* 589. ubi Fabius Anna filius *in ejus adnotatio.* Ronchegallus *in l.* 3. *n.* 67. *de duobus reis.* Spannoh. *in quæst. de novi per. nuntia. lib.* 9. *à num.* 273. *usque ad num.* 282. Rolandus *cons.* 58. *num.* 15. Intrigol. *cons.* 26. *num.* 47. *& seqq. lib.* 1. Surdus copiosè tractans articulum istum *in cons.* 22. *per totum* Carolus de Grassis *de except.* 25. *ex n.* 33. Aretin. *de solutionibus*, *cap.* 5. *num.* 60. & post Bar. Castrens. Anna Romanum, & Joseph. Ludovic. tenet Alphons. Guzman *de eviction. qu.* 35. *n.* 136. *& n.* 137. Bertazola. *claus.* 29. *gloss.* 4. *n.* 9. Cencius *de censibus*, *qu.* 67. *sub n.* 6. *vers. aut demum deficit utrumque*, *& seqq.*

Et tunc dicitur, cessionem fieri ad commodum ce- 52
dentis; quando cessionario remanet jus & recursus adversùs cedentem, ut puta, cùm debitoris sui nomen creditoris cedit consignationis causa, quo casu periculum nominis ad cedentem spectat, quia tunc per ces- 53
sionem actionis, quis non dicatur solvisse, at verò cessio ad commodum cessionarii facta dicitur, quando cessionario præclusa est via, agendi adversus ceden- 54
tem; quia emit nomen, vel accepit in solutum, & ea solutione contentatur, notant DD. *in l. facta* §. *si hæres*, *ff. ad Trebell.* & præcipuè Imola *in* Alexander *cons.* 46. *num.* 5. *vol.* 4. Com. *cons.* 139. *colum.* 1. *vers. non obstat si dicatur*, *vol.* 3. Roland. à Valle *cons.* 58. *n.* 5. *vol.* 3. Cephal. *cons.* 21. *n.* 1. Surdus *cons.* 22. *n.* 10. ubi de magis communi testatur Felician. de Solis *tom.* 2. *de censibus*, *lib.* 4. *cap. unic. sub n.* 9. *vers. sed dubitari consuevit*, *fol.* 233. Guzman *de evictionibus*, *quæst.* 35. *num.* 145. ubi exemplificat, 55
quando cessio seu datio in solutum continet conditionem, quatenus cessionarius possit solutionem consequi à creditore, ut tunc dicatur cessio ad commodum cedentis, ex Decio *cons.* 99. & Surdo *n.* 2. Ozasco *decis.* 45. *num.* 4. Car. de Grassis *exception. except.* 25. *num.* 34. Aretin. *in tract. de solut. cap.* 5. *num.* 61. eandem explicationem sequutus fuit post alios Cenc. *de censibus quæst.* 67. *sub num.* 6. *vers. aut demum deficit*; *& seqq.* optimè hanc distinctionem explicat Cancer. 56
variar. resolut. lib. 2. *cap.* 6. *ex n.* 168. qui *num.* 169. *& seqq.* quo licet fiat cessio ad commodum cedentis, non possit cessionarius habere regressum contra cedentem, nisi prius excutiat debitorem cessum; vel 57
quando cessionarii negligentia in exigendo, debitor factus est non solvendo, ut tunc non habeat recursum adversus cedentem, secus si jam tempore cessionis debitor solvendo non erat, idem probat Manuillius 58
de eviction. qu. 78. *num.* 1. 2. *& seqq. & quæst.* 77. *ex num.* 7. *cum seqq.* & circa hoc ultimum, quando is, qui à suo debitore accepit delegationem, ut alios sol- 59
vat, & iste delegatus acceptavit, si cessionarius post acceptionem negligens fuit in exigendo, an periculum decoctionis supervenientis in delegato sibi fit imputandum, vel cedat damnum debitoris delegantis, videndi sunt Ruinus *cons.* 45. *ex n.* 3. *& seqq. lib.* 5. Parlador. *in sesquicentu. differentia* 5. §. 2. *num.* 8. Cæsar. Barz. *dec.* 72. *num.* 5. Gratianus *lib.* 1. *discept.* 64. *num.* 28. *& ex num.* 15. *cum seqq.* Maresotus *lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 51. *& num.* 8. Rota apud Farinacium *in novis.* 45. quam ad litteram refert Castillo *controvers.* 5. *tom.* 77. *col.* 4. Alexander Ludovis. *decis.* 217. *num.* 6. *& ibi* Oliver. Beltramin latè per Castellum *d. cap.* 77. *vers. quartus casus sit & vers. septimus sit*, *usque ad finem* & Surdus *decis.* 13. *ex num.* 6. Cancerius *variar. resolut. lib.* 2. *caput. ex num.* 168. *cum seq.* Antonin. Amato post Cald. *variar. resol.* 47. *sub num.* 13. Gaito *de credit. cap.* 2. *tit.* 7. *n.* 2413. quos omnes consule pro vera resolutione, nec non Guzman *de evictionibus*, *cap.* 35. *ex n.* 34. *cum seqq.* ut alios plures allegant.

Illud etiam annotandum erit, quod in casibus qui- 60
bus diximus, solutionem factam per debitorem cedenti scientem quomodolibet cessionem etiam extra requisita *d. l.* 3. *C. de novationibus*, ut ista debitoris scientia debeat esse certa cum omnibus suis qualitatibus, & non incerta, nec confusa, quia nisi veritas causæ sibi ostenda-

oſtendatur, denuncietur, & plenè intimetur, aut per dimiſſionem copiæ ceſſionis, aut ejus lecturam, vel alios quolibet ſimili modo per quem ipſe debitor notitiam ceſſionis habeat perfectam, cum omnibus ſuis qualitatibus, quia aliter cedere non tenetur, denunciantì, inhibenti, & proteſtanti, nec ſibi nocet ſolventi cedenti, ſed prodeſt ſolutio, ut per text. *in l. aut qui aliter*, §. 1. *ff. quod vi aut clam.* Gloſſa *in cap. concertationi*, *in verb. ſciverit de appell. in* 6. obſervant Beccius *conſ.* 36. *n.* 23. Albanus *conſ.* 28. *n.* 7. Surdus *d. conſ.* 22. *n.* 12. & 13. & poſt Socinum Rebuffum, & alios Pirrus Maurus *d. cap.* 5. *n.* 62. & 63. Carol de Graſſis *d. except.* 25. *n.* 35. *cum ſeqq.* Guzman. *de eviction. d. q.* 33. *ex n.* 146. Barboſa *in l. ſi alienum*, 12. *n.* 11, *ff. ſolut. matrim.* & ex text. *in l. nomen*, *C. quæ res pignori obligar. poſſ. l. ſi quis inficiar. ff. depoſiti*, *l. qui in alterius*, *de regul. jur.* apud quos præſertim, Guzman ibidem, & Surdum latiùs videbis, quomodo hæc intimatio, & proteſtatio, ne ſolvat debitor ſuo creditori, proſit vel inſuper debitorem ſolventem excuſet, & liberet, & Guzman *à num.* 168. poſt plu-
61 rimos DD. hoc limitat; quando debitor denunciat non petiit copiam inſtrumenti, nec illud ſibi edi, aut oſtendere, ut tunc ſufficiat ſimplex denunciatio, abſque copia, & oſtenſione.

62 Et tandem pro hujus articuli intelligentia ſcire debes quod quando ceſſio fit omnium actionum utilium, & directarum, tunc nullæ remaneant actiones penes cedentem, ſed directè inutiles, vel quando ceſſio fit ampla, ponendo ceſſionarium in locum cedentis: quibus quidem caſibus, cum directæ actiones penes cedentem remaneant inefficaces, nullo modo illis uti poterit, nec aliquid agere in præjudicium ceſſionarii, nec liberare debitorem: cui etiam ignoranti, ſolutio non ſufficit, etiam ceſſantibus requiſitis *d. l.* 3. *C. de novationibus*, ſed ſtatim hoc modo ceſſione facta, debitor etiam ignorans alteri, quam ceſſionario ſolvere non poteſt Jaſon. *in l. ſi cum emptore*, *numer.* 11. *ff. de pactis*. Cæp. la *cautela* 190. Anchar. *conſ.* 119. *num.* 11. Pariſius *conſ.* 19. *num.* 68. *lib.* 3. Ripa *in l.* 1. *n.* 13. *ff. ad Trebellian.* Theſaurus *deciſ.* 201. *num.* 7. Rota *conſ.* 62. *n.* 8. *& ſeqq.* Gratus *conſ.* 83. *lib.* 1. Gozadinus *conſ.* 38. Curtius jun. *conſ.* 103. Riminald. jun. *conſ.* 9. *num.* 13. *& conſ.* 65. *num.* 21. *lib.* 1. Grotus *conſ.* 1. *num.* 12. & 14. Natta *conſ.* 440. 8 *lib.* 2. Guzman *de eqictionibus*, *qu.* 35. *n.* 131. Oſaſcus *deciſ.* 45. *n.* 7. Beccius *deciſ.* 70. *num.* 28. Surdus *d. conſ.* 22. *num.* 34. & 35. Coſta ratione quotæ *quæſt.* 112. *n.* 6. latè Cenchus *de cenſibus*, *qu.* 109. *num.* 31. & 32. & *quæſt.* 67. *ex num.* 6. qui paulò poſt princip. *verſ. Rip. de mea ſententia in fine.* Poſt Rotam. *d. conſ.* 62. *n.* 16. & Surdum *d. conſ.* 22. *num.* 36. & Mantic. *de contractibus*, *lib.* 4. *tit.* 13. *n.* 4. & Caballum *conſ. deciſ.* 81. *num.* 51. *lib.* 2. dicit, non obſtare, quod hoc caſu debitor ignorans ceſſionem ſolverit cedenti, & maneret in damno, cum habeat conditionem indebiti contra cedentem.

63 Idem notandum erit, quod iis in caſibus in quibus diximus, debitorem ſolventem cedenti liberari, tunc procedere, quando de ſolutione aliter conſtat, quam per confeſſionem cedentis, nam iſtius ſola confeſſio, ſe accepiſſe debitum, nullo modo prodeſt debitori, nec eum liberat, nec præjudicat ceſſionario, nec in ejus præjudicium valeat talis confeſſio, niſi de vera ſolutione doceatur, & aliunde conſtiterit, Doctores omnes, & præcipuè Paul. de Caſtro *in l. facta*, §. *hæres*, *ff. ad trebell.* Autherius *in addit. ad Capell. Tholoſ. deciſ.* 119. Machal. *patrocinio* 29. *n.* 1. Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 2. *num.* 14. Carrocius *de excuſſio. part.* 1. *quæſt.* 21. *num.* 84. & 85. *deciſion. quæſt. principali* 64 Natta *conſ.* 152. *n.* 119. Beroius *conſ.* 197. *num.* 5. *lib.* 1. Surdus *conſ.* 82. *num.* 21. *l.* 2. & alios 102. *n.* 91. *lib.* 2. & ubique alios allegat Roland. *conſ.* 86. *numer.* 6. *& ſeq. vol.* 2. Carol. de Graſſis *excep.* 21. *num.* 39. & per Caſtrenſ. *in d.* §. *hæres*, & *conſ.* 110. *n.* 6. *lib.* 1. & *conſ.* 97. *nu.* 7. *lib.* 2. Aufrer. ad Capell. Tholoſ. *deciſ.* 115. Corneum *conſ.* 139. *col.* 1. *in fin.* Maſcard. *de probationibus*, *conſ.* 374. Tiraquellum *de retract. linag.* §. 2. *gloſſ.* 2. *num.* 41. Beroium *conſ.* 187. *num.* 5. *lib.* 5. & alios veriſſimam probat Aretinus *de ſolutionibus*, *c.* 5. *n.* 66. & 67.

Sicut diximus de ſolutione facta patri legitimo filii 64
adminiſtratori per debitorem filii conſequentem plenam liberationem, ut intelligatur de vera, & reali ſolutione, ita ut ſola patris confeſſio receptionis debiti, nec præjudicet filio, nec liberet debitorem ejus, niſi confeſſio aliquibus conjecturis ſit adminiculoſa, Natta *conſ.* 543. *n.* 19. *lib.* 3. Car. de Graſſis *de exceptionibus*, *except.* 25. *numer.* 88. ſequitur Aretinus *in tract. de ſolut. cap.* 9. *numer.* 100. & 101. Paſchalis *de viribus patr. poteſtat. part.* 1. 2. *l. numer.* 10. & 11. atque etiam 65
de ſolvente debitore monacho, ſervo, aut filio famil. cum quibus contraxit, ut liberetur, tamen id debet eſſe per veram, & realem ſolutionem, non per fictam, & confeſſionem, quia iſti tales circa mutuum ad ſe datum nec paciſci, nec remittere, nec novare poſſunt, per text. expreſſum *in l. ſi unus in princ. D. de pactis*, ubi notat expreſsè Jaſon, *n.* 3. & Curtius jun. *n.* 19. & ex aliis Surdus *deciſ.* 229. *n.* 34. & noviſſimè Virgilius *de legitimat. perſonar. num.* 21. *& n.* 22. *cap.* 16. idem dicimus de adjecto ſolutioni, ut nonniſi liberet debitorem, quam per realem pecuniæ ſolutionem infrà *n.* 106. *& ſeqq.* idem admittimus in procuratore habente mandatum ad recipiendam ſolutionem, ut non haberet debitorem per confeſſionem de recepto, ſed per realem numerationem, aliàs non præjudicat creditori mandati plura Benevent. Strach. *de adject.* 1. *part. ex num.* 49. *cum multis ſeqq. & in* 2. *part. num.* 125. ſed loquendo in procuratore habente mandatum ſpeciale ad recipiendam ſolutionem, ut ejus confeſſio de recepto non præjudicet Domino mandati, probant in uper Paul. de Caſtro Domino mandati, probant in uper Paul. de Caſtro *in l. debitorem. num.* 4. *ff. de novationibus*, Marſili. *ſingul.* 265. *num.* 2. Riminald. jun. *conſ.* 465. *num.* 9. *lib.* 4. Aretin. *de ſol. num.* 33. *cap.* 5. & in aliis ſimilibus caſibus per diſcurſum hujus Labyrinthi videndis.

Quibus neceſſariò ſuppoſitis, quid dicendum erit 66
in noſtra principali difficultate; an cedente & ceſſionario concurrentibus ſimul in concurſu per debitorem ceſſum cauſato, quis eorum præfertur in exactione, & ſolutione, atque in ſenteria graduationis: diſcutiamus, in qua qualibet fortè reſponderet, attenta diſtinctione, atque determinationibus hactenus traditis, ut nempe in illis caſibus, in quibus ſolutio facta cedenti non præjudicat ceſſionario; nec debitor conſequitur liberationem ut ceſſionarius cedenti, cum eo concurrenti, præferatur, atque per contrarium in his caſibus, in quibus rectè ſolvi cedenti, & debitor conſequitur liberationem, ſive ſciens, ſive ignorans, in iis etiam præferri debeat cedens ceſſionario concurrenti in concurſu creditorum cum eo.

Et in terminis abſolutè præferendum eſſe cedentem 67
cum quo in judicio concurrit ceſſionarius pro exactione, & ſolutione debiti contra debitorem firmarunt gloſſæ *in l.* 3. *verb. exigere*, *C. de novationibus*; eadem gloſſ. *in procuratorem in rem ſuam*, *ff. de procuratoribus.* cum quia tranſit Bald. *in d. hæc.* quod idem tenet poſt Jacob. *in l. ſi procurator. in l.* 1. *ff. de procuratoribus*, & *in l. cum emptore*, *ff. pactis*, *in ultima quæſt.*

Sed contrariam ſententiam, imò ſemper, quocum- 68
que caſu, quo debitor ſolvens cedenti conſequatur liberationem, ſi in judicio uterque concurrat pro exactione, & ſolutione, ſemper, & abſolutè ceſſionarium præferri cedenti, rectius, & verius dixerunt Bartol. *in d. l.* 3. *& in d. leg. procuratorem in rem ſuam*, *ad finem*, & ibid. Paul. de Caſtro, & id ipſum tenet ipſe Caſtrenſ. *in leg. fin. ad fin. ff. de donationibus*, ubi re et, quod ſi cedens agat in judicio contra debitorem, poteſt ceſſionarius eum impedire. Et quod præferatur ceſſionarius

tenet

tenet Ferrara *in praxi in forma libelli venditis in verbo, cessit num.* 10. Aymon Cravata *consil.* 227. *nu.* 2. Barrazola *clausul.* 2. *q. gloss.* 4. *n.* 7. Guzman *de evictionibus quæst.* 35. *num.* 139.

70 Et per Hostiens *in summa. tit. de transactionib. §. 2. in princip.* Guido Papæ *singular.* 911. *§. procurator.* Faber *in suo c. lib.* 4. *tit.* 10. *definit.* 5. *ubi addit. n.* 6. tenet contra glossam, Golin *de procuratorib.* 4. *part. cap.* 1. *n.* 16. quod concurrentibus Domino, & procuratore in rem propriam impetendo debitum cessum, procurator in rem suam præferatur, idem ex Bartol. *in leg. procuratore oppositi.* 1. *ff. de procuratorib.* Advertit Valascus *de jur. emphyt. quæst.* 14. *n.* 3. & quod procurator in rem suam præferatur Domino cedenti, tam in agendo, quàm in exigendo per *leg. procuratorem, ff. de procurator.* tenet novissimè Virgilius *de legitimatione persona. cap.* 16. *n.* 42.

71 Hujus opinionis verissimæ rationem præ cæteris reddam, quoniam quando debitor solvit ignoranter creditori, cum quo contraxit, toleratur solutio favore liberationis, ne damnum patiatur; plures congerit Cencius *de censib. quæst.* 67. *sub n.* 6. *vers. aut sumus in*

72 *solutione, & in vers.* qui ad id plurimos allegat; at quando ab utroque debitor convenitur, jam cessionis habet debitor ipse notitiam, & veram scientiam iuris cessi, ac propterea solutionem factam cedenti legitimam non esse, hactenus probavimus.

73 Deinde quoniam semper, & in cunctis casibus, in quibus legitimam esse solutionem factam cedenti diximus, hoc procedit respectu debitoris solventis, ut consequatur liberationem; non verò respectu cessionarii, inter ipsum & cedentem, eidem semper obligatum, & adstrictum ad observationem, & complementum contractus, & cessionis, quoniam non ideo cessionario infertur ex hoc aliquod præjudicium, cum omni casu jus habeat, & actionem ad petendum, & exigendum à cedente debitum à se exactum, sive solutum per debitorem ignorantem, ut cum judicio probat Paulus Parisius, alios allegans, *in consil.* 98. *num.* 14. & *seq. lib.* 1. sequitur Centius *de censib. quæst.* 67. *n.* 6. *in fin.* qui testatur in propriis terminis tenuisse Rotam, *in una fructuum dotis coram Manzanedo* 3. *Aprilis* 1607. quam adducit, & est post *tract.* 336. *n.* 3. ergo ut repetitio, & exinde circuitus vitentur, semper quod ante exactionem, & solutionem actualem compareat, & agat cessionarius, cedenti præferri debet.

74 Deinde quoniam cedens, semper est (ut diximus) obligatus cessionario, ad observantiam contractus, adeo ut cum factum procuratorem in rem suam revocare non potest cedens mandatum, text. est *in leg. illam, cap. de donationibus.* Bartol. *in. leg. procurator. n.* 2. *ff. de condict. causa data.* Bald. & Paulus de Castro *in leg. si pater. mandati.* Fulgosius, & Paulus *in leg. rem, ff. de compensationibus.* Paul. Castro *in reg. per diversas C. mandati, & in leg. fin. in fin. de donationibus.* Angel. *cons.* 258. *in quarto dubio.* Decius *in l. penult. num.* 7. *ff. si cert. pet.* Paul. & Bald. *in leg. quæ omnia, §. fin. ff. de compensatio.* Guzman *de evictionibus d. qu.* 35. *num.* 115. *cum seq.* quod quidem mandatum in rem propriam nec re integra per mortem revocatur, ut ex aliis &

75 optimis fundamentis probat Guzman *ibidem n.* 121. & sicut cedens alicui nomen, aut jus non potest alteri cedere; ita pariter nec cessionem & mandatum revocare: Guzman ibidem *ex num.* 120. *& num.* 130. Golinus *de procuratoribus* 4. *part. cap.* 1. *principio n.* 1. *& seq.*

76 Nec est audiendus ibidem Golinus *in* 3. *part. cap.* 4. *n.* 22. dum ex Barbosa *in clausul.* 32. *n.* 2. putat, mandatum in rem propriam posse per mandantem revocari, antequam sit deventum ad tria requisita *d. leg.* 3. *C. de novationibus*, quia communis est in contrarium, & quia licet in casu illius text. ratione directarum mandans habeat facultatem exigendi debitum cessum, adhuc tamen mandans remanet obligatus non esse verum, si potuisset revocare, & ab obligatione se eximere, quia aliud est posse cedentem exigere, ut solvat cessionario cui obligatus est, & aliud posse mandatum, & cessionem revocare, postquam inter ipsum, & cessionarium contractus cessionis fuit perfectus.

Sed adverte, ne decipiaris, quod tota hæc contro- 77
versia versatur dumtaxat inter cessionarium, & cedentem, inter quos cessionis contractus fuit celebratus; aliud autem erit judicandum inter ipsos & creditores cedentis; quibus per cessionem cedens etiam in solutum dando præjudicare non potest, sed possunt, si priores hypothecarii sint, cedenti, & cessionario impedire exactionem, & quando exactam per cessionarium pecuniam avocare, prout abundè probavimus. superius *cap.* 10. *& 11. per tota.*

Et in terminis, quod concurrentes ad exactionem in concursu creditorum cedentis, cessionarius, & creditores cedentis, ut isti præferatur cedenti, ac cessionario, probaverunt Alexand. *cons.* 17. *lib.* 1. *& cons.* 16. *lib.* 6. Raphael. Fulgos. *cons.* 17. *lib.* 1. *in §. item si quis in fraudem num.* 117. *institut. de actionibus*, Paris. *cons.* 107. *num.* 190. *& seqq. part.* 3. Tusch. *lit. C. concl.* 185. *num.* 14. *&* 15. *concl.* 15. *ex n.* 5. *& concl.* 213. *num.* 38. *& lit. H. n.* 129. *n.* 42. Anton. Faber. *lib.* 5. *tit.* 29. *definit.* 10. Bicard. *in l.* 3. *C. de novat. num.* 13. Trentacinq. *variar. resol. lib.* 3. *tit. de solutionib. resol.* 29. *n.* 8. Marescot. *variar. lib.* 2. *cap.* 126. Scaccia *de commerciis*, §. 2. *gloss.* 5. *quæst.* 17 *n.* 48. Carleval. *de judiciis*, *tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 3. *disput.* 26. *n.* 15.

Sed obiter illa se offert utilis quæstio, an cessiona- 78
rio in judicio creditorum per debitorem cessum formato, comparenti possit opponi de injustitia cessionis sibi per creditorem factæ, eo quod pro minima quantitate nomen debitoris seu censum annuum viliori pretio, quam à lege sit taxatum emit, ita ut ipse cessionarius vel excludi debeat à concursu, vel saltem, nec consequi nec exigere valeat ultra quantitatem qua nomen, 79
vel censum emit, in qua obiter affirmativè tenere videtur Gratianus *tom.* 6. *discept.* 826. *num.* 1. & 2. dicens, quod cessio juris facta pro minima quantitate præsumitur simulata, & is contra quem ceditur jus, potest de hoc opponere, quidquid (inquit ipse) alias talis exceptio allegari non possit, allegat Rotæ *decisionem*, & Tiraquell. *de retract. lign. §.* 1. *gloss.* 18. *n.* 72. *in fin.* qui tamen nihil ad propositum dicit.

Sed contraria sententia verior est, & communiter 80
recepta: ut debitor census à creditore suo non possit opponere emptori nominis injustitiam cessionis, sed potius integrum debitum cessionario solvere, licet iste viliori pretio emerit; nec non census sortem principalem, vult reddere, vel in concursus judicio redimatur à judice juxta alibi per nos dicta, integram restituere: ita probat Azor. *instit. moral. part.* 3. *lib.* 10. *cap.* 8. *quæst.* 5. *vers. si reges*, Avendan. *de censibus cap.* 101. *n.* qui multos allegat, latè etiam Cencius *de censibus qu.* 108. *ex num.* 20. *cum seqq.* Filliucius *in ope. moral. tom.* 2. *tract.* 15. *p.* 2. *c.* 3. *num.* 324. sequitur Bonac. *tom.* 2. *de contract. disp.* 3. *quæst.* 4. *puncto unic. n.* 44. Sanc. *in opusc. moral. lib.* 1. *cap.* 7. *dub.* 120. *pag.* 38. novissimè Noguerol. *alleg.* 37. *n.* 59. *&* 60. ubi in comprobationem adducit doctrinam Moreti *de jure offer. num.* 25. *cum seqq.* 81
dicentis quod offerens debet integrum pretium debiti possessori offerre etiamsi possessor viliori pretio rem emerit. Sequitur Cæsar Manent. *cons.* 123. *n.* 13. *&* 14. *vol.* 2. *ad* Gratian. respondetur procedere in redemp- 82
tore litis juxta *leg. per diversas, & leg. ab Anastasio. C. mandati* per quæ motus fuit ipse Gratianus ad sic sentiendum, quam nostram resolutionem etiam tenet ex Rodriguez *de annuis red. lib.* 1. *cap.* 8. *num* 26. ubi rectè respondet *leg. ab Anastasio & leg. per diversas* in diverso casu litium emptoris loquentibus idem respondit Solis *de cens. quæst.* 92. *numer.* 19.

ad

ad finem, & benè Giurba *dec.* 117. *num.* 4. videndus, qui plurimos Doctores allegat de quo nos latiùs, & plura diximus *suprà cap.* 13. §. 2. *ex n.* 10. *usque ad fin.*

83 Quoad ultimam partem noſtri capitis de Monacho & Monaſterio, ſervo, & Domino concurrentibus eodem tempore in judicio concurſus cauſam per debitorem, cui Monachus, aut ſervus mutuavit ſive de ſua pecunia, ſive de pecunia monaſterii aut Domini: quis eorum præferri debeat in exactione, & ſolutione, & quod Monachus vel ſervus præferri debeat in ſolu-
84 tione, probari videtur ex communi, & conſtanti multorum opinione conſtanter affirmantium; quod Monacho mutuanti vel ſervo licet ſtatim quæratur actio Monaſterio, aut Domino, tamen Monacho, & ſervo rectè ſolvitur, & debitor ex hac ſolutione plenam conſequatur liberationem, & eſt tutus adverſus Monaſterium, & Dominum ex ſua actione agentes ad exactionem per text. ſingularem loquentem in filio familias quando acquiſitum à filio familias ſtatim acquirebatur patri, *in leg. fine legis Cod. de pactis leg. ſi unus. ff. de pactis, leg. quod ſervus depoſiti*, loquendo tam in pecunia, quàm penes ſe habebat filius familias Monachus, & ſervus, vel quando quilibet horum ex pecunia Patris, Monaſterii, aut Domini mutuavit; quod licet ſtatim actio directè acquiſita fuerit patri, monaſterio, vel domino: tamen filio familias, Monacho, aut ſervo rectè ſolvatur, & debitor ſimiliter plenam conſequatur liberationem probarunt Bartol. *in d. leg. filius, & in d. leg. quod ſervus*, Alexand. Decius & Jaſon. *in d. leg. filius*, Afflictis *in deciſ.* 147. *& deciſ.* 338. *num.* 21. & communiter Doctores *in l. ſi verba, ff. de conditione indebiti.* Cancerius *lib.* 2. *variar. reſolutio. cap.* 6. *de ſolutionibus num.* 35. *&* 36. & reddens rationem probat Surdus *in deciſ.* 229. *ex numer.* 8. *cum ſeq.* poſt Bartol. Bald. Alexand. & Decium *in d. leg. filius*, atque Bald.
85 *in cap. in litteris, de reſtitutio. ſpoliato.* & quia Monacho, ſervo, & filio familias, cum quo contrahitur, rectè ſolvitur, & debitor plenam conſequitur liberationem ſolvendo ei cum quo contraxit, Becius *in conſ.* 19. *num.* 5. *uſque ad fin.* Crotus *conſ.* 24. *num.* 13. *& ſeqq.* plurimos alios Doctores in noſtris terminis, de Monacho, ſervo, & filio familias affert idem Surdus *in conſ.* 43. *à num.* 2. *cum multis ſequentibus*, latè Tiraquell. *de retract. convent.* §. 4. *gloſſ.* 9. *in fin.* Stracha *de adjectis in* 3. *part. num.* 42. Cavalcanus *de tutore, num.* 272. *& ſeqq.* Carol. de Graſſis *exception.* 25. *n.* 46. *& à n.* 44. omnes plenè, præſertim Surdus utrobique
86 citatus, reddunt rationem, quia ei cum quo quis contraxit, etſi alteri fuerit actio quæſita, rectè ſolvit debitor, ex prædictis juribus, qui latiùs proſequitur per varia fundamenta comprobans.

87 Regulariter enim rectè ſolvitur ei, cum quo fuit contractum, etiamſi ille non ſit Dominus, Surdus *dec.* 60. *n.* 8. *& d. deciſ.* 229. *n.* 7. *&* 8. *& in conſ.* 150. *n.* 104. *& ſeq.* Rota. *dec.* 288. *num.* 2. ut per Farinacium poſt. 2. *lib. conſilio.* Oliver. Beltramin. *in annotat.* ad
88 Alexand. Ludovi. *deciſ.* 511. *n.* 32. ubi per Rotam *in dec.* 487. *n.* 4. *part.* 1. *recent.* quod depoſitarius rectè reſtituit Monacho pecuniam, ab ipſo depoſitam, licet dicta pecunia ſit Monaſterii.

89 Et deditor Monachi, vel alterius religioſi ſolvendo ipſi ſine conſenſu ſui ſuperioris, liberetur, dummodo debitum nullo eorum interveniente conſenſu fuerit contractum; probat ex Bartol. Bald. Salicet. & Capella Tholoſ. *deciſ.* 122. *n.* 2. *& ejus Addit.* qui tamen
90 perperam putavit hæc hodie ceſſare *ex Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *cap.* 2. *de regularibus*, quo diſponitur, quod quæſita per regulas ſtatim incorporentur in Monaſterio; ſed re vera toto corde iſte Author erravit, cum idem decretum nihil novi diſponat, ſed diſpoſitum à jure communi excitet, & renovet, idem enim erat depoſitum ſemper de jure communi, ut quidquid acquirit Monachus, acquirat Monaſterio, & omnes Doctores præcitati, dum ſolutionem rectè fieri per debitorem Monacho, & ſervo cum quo contraxit, determinant ſub hoc eodem ſuppoſito expreſsè loquitur aliàs nec jura, nec illi quid ſpeciale determinarent.

Quibus tamen, quæ in ſe vera ſunt, non obſtanti- 91
bus aliud in noſtra particulari quæſtione reſolvendum erit, & diſtinguendum inter reſolutionem per debitorem ſponte factam Monacho, & ſervo, cum quo contraxit: & inter ſolutionem factam in judicio concurſus petente, & comparente Monacho, aut ſervo, & ſimul Monaſterio, & Domino; ut in primo caſu quando ſolutio fit ſponte per debitorem; rectè procedant, & communis tantorum Doctorum reſolutio, quæ in ſe veriſſima, atque tutiſſima eſt, procedit enim favore ſolutionis, & liberationis, ne debitor qui ſolvit ei, cum 92
quo contraxit, damnum patiatur, ut ſuperius conſideravimus *à n.* 66. *verſ. quibus ſic neceſſario*, &c.

Et eſt text. *in leg. Arrianus ait, multum intereſſe quæ-* 93
res, utrum aliquis obligetur; an aliquis liberetur, ubi de obligando quæritur, propenſiores eſſe debere nos, ſi habeamus occaſionem ad negandum, ubi de liberando ex diverſo ut faciliores ſimus ad liberationem. 46. *ff. de obligat. & actionibus.*

Atque ideo magis favendum eſt ſolventi, quàm ali- 94
ter contrahenti, qui voluntariè actum gerit ut per *leg. quod ſi minor.* §. *reſtitut. & ubi gloſſ. & omnes, & in leg. ait prætor*, §. *permittitur, & ubi gloſſ. ff. de minoribus.* Jaſon. *in l. à fidejuſſor.* §. *neceſſaria, ff. qui ſatisdare cogan.* Caldas Pereira *de emption. & vendit. cap.* 13. *num.* 30. Vide alia plura in comprobationem 1. *part.* 2. *cap.* 9. *ex n.* 114. *cum ſeqq.* & favore liberationis permitti- 95
tur minori habenti curatorem ſolvere id, quod verè debet ſuo creditori, abſque curatoris authoritate; & valet talis ſolutio, & in creditorem pecuniæ, & rei a minore ſolutæ transfertur dominium, ut probat celebris text. *in l.* 1. §. *curator.* 14. *ff. ad Trebellia.* ubi celebris Gloſſ. *verb. neceſſaria non eſt*, ibi *Sed certe ſimiles ſunt, cum agitur de eis obligandis, ſexus fide liberandis*, & prout *ex* §. *fuit quæſitum*, notarunt Socinus *ibidem* 96
num. 3. communem dicunt Jaſ. *ibidem num.* 39. Ripa *num.* 17. ſequitur Caldas Pereira *in leg. ſi curatorem habens verb. implora integr. reſtit. num.* 34. *&* 60. ubi latè qui allegat text. optimum *in leg. naturaliter.* §. *fin.* & ibi Jaſon. *num.* 3. *ff. de condit. indebiti.* Facilius enim inducitur liberatio quàm obligatio, ut *ex d. l. Arrianus.* Probat Videnda *deciſ.* 511. *num.* 12. *ſequentibus, quod Alexand. Ludoviſ.* atque ideo ex voluntaria, & extrajudiciali ſolutione facta per debitorem ſervo, Monacho, & ſimilibus liberatio admittitur.

An verò per viam juris, atque judicii contentioſi 97
ſervus, ſeu Monachus nullo modo poteſt petere nec in judicio comparere, nec agendo, nec defendendo, quia carent actione, nec ſint perſonæ legitimæ comparendi in judicio abſque licentia ſui ſuperioris, ita per legem *lis nulla, & leg. vir. ff. de judiciis l. ſervus, C. eodem* probant DD. communiter *in cap. cum dilecta, de reſcriptis, & in Authent. caſſa. quæ fit cum Monacho, C. de Epiſc. & cleric. Speculat. in tit. de actionibus.* §. *unic. num.* 48. *& in tit. de reo.* §. *unic. num.* 18. *& in tit. de ſtatu Monach. in princip. num.* 2. Navarrus *commentar.* 2. *de regularibus num.* 4, 5, 30. *&* 42. *&* 64. Everardus *in loco de ſervo ad monach. num.* 4. *Julius Clar. in* §. *teſtamentum qu.* 30. Caldas Pereira *de nominatione emphyt. qu.* 6. *n.* 1. Azor. *inſtitut. moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 10. *col.* 124. Phebus *dec. n.* 16. *& dec.* 63. *n.* 6. *tom.* 2. Scaccia *de appellat. qu.* 5. *n.* 54. Thomas Sanchez *in ſumma, tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 12. *à num.* 1.

Adeò ut quemadmodùm Monachus non poteſt 98
convenire, nec conveniri ratione contractus cum eo initi; ita nec libellum poponere, nec contra eum formandum, ſed contra Monaſterium, quod tantum convenit, & conveniri poteſt ratione talium contractuum. Sic tradunt gloſſ. *penult. in cap. non dicatis* 12. *quæſt.* 1.

D. Anto-

D. Antonius 3. *part. tit.* 16. *cap.* 6. §. 7. Abbas *in cap. in præsentia*, *n.* 78. *de probationibus.* Everardus *in loco de servo ad Monachum*, *nu.* 4. Navarrus *in commentar.* 2. *de regularibus*, *n.* 28. latissimè Sanchez *d. c.* 12. ubi aliquas limitationes congerit & *in cap. per tot.*

99 & quod Monachus non possit agere in judicio sine licentia sui superioris, est text. *in cap. Monacho*, *cl.* 2. *quæst.* 1. *Clemen. religiosus de procur. cap. cum dilecta de rescriptis.* de qua regula cum aliquibus limitationibus videndus est idem Th. Sanchez, & Petrus Barbosa *in leg. si long.* 18. §. *si filius fam. ex n.* 50. & *seq. ff. de judi-*

100 *cii*, ergo per viam juris Monachus, aut servus mutuantes non possunt exigere debitum, cum careant actione, nec sint legitimæ personæ standi in judicio, maximè si concurrat in judicio concursus Monasterium, cui jus, & actio acquisita fuit, uti in simili de ce-

101 dente, & cessionario diximus superiùs *à nu.* 66. & *seqq. vers. quibus sic necessario*, ut licet cedenti rectè fiat solutio: tamen non procedit, quando in judicio concurrit cum cessionario, cui actio ex cessione fuit quæsita, quia tunc iste præfertur.

102 Et hæc nostra distinctio in quæstione præsenti inter spontaneam, & facultativam solutionem factam per debitorem Monacho, servo, aut filiofamilias mutuantibus, & compulsivam per viam juris, & judicii certissima redditur, & variis juris argumentis comprobatur, ut ecce in adjecto solutioni, cui si solvat, rectè solvit, cum in sua facultate sit per contractum concessa adjuncto, an creditori solvere, ut probant text. *in leg. cum qui ita*, §. *si sibi*, *ff. de verb. oblig.*

103 Et alia jura statim alleganda adeò ut à creditore inhiberi debitor non possit, ne adjecto solvat cum jam ex contractu receperit hanc facultatem nec ipse adjectus etiam prohiberi potest, ne solutionem recipiat juxta text. *in leg. verò procurator.* §. 1. *ff. solutionibus*, *leg. illud eodem tit.* §. *planè institut. de inutil. stipulat.* Nisi in tribus casibus; primo, si creditor litem contestaverit cum debitore, petendo ab eo debitum text. *in leg. si quis stipulatus fuerit decem*, *ff. de solut. text. in ratione sui in leg. Titio*, *aut servo*, *ff. de leg.* 2. *leg. si Titius*, *ff de verb. oblig.* secundo casu, nisi adjectus solutioni mutuaverit statum, quia tunc censetur revocata facultas tertio, ut solus adjectus sit comprehensus, & electus solutioni recipiendæ, non ejus hæres, mirabiliter prosequitur Gomez *lib.* 2. *varia. cap.* 11. *ex n.* 20. *per aliquot columnas.* Cancerius *variar. resol. lib.* 2. *cap.*

104 6. *ex n.* 107. *cum seqq.* Latè etiam prosequitur Aretinus *de solutionib. cap.* 5. *ex n.* 68. *cum multis seqq.* ubi *n.* 77. & *seqq.* quod adjectus solutioni in rem suam, magis sit constitutus procurator in rem propriam, quam adjectus, nomine proprio agere potest, Fontanella *de pactis to.* 2. *clauf.* 6. *gloss.* 1. *part.* 1. *n.* 38. qui omnes post plures alios absolutam materiam adjecti solutioni tractant.

105 Et tamen ille adjectus licet spontaneam solutionem recipere valeat à debitore, hunc tamen in judicio convenire non potest, quia uti nudus minister nullam actionem, nec jus habet ad movendum judicium con-

106 tra debitorem, nec hac via exigere, nec novare, nec acceptum ferre, & confiteri recepisse potest, nec aliter aliquid circa debitum facere ultra veram, & realem solutionem sibi libenter factam, text. *est in leg. quod stipulatus*, *ita sum*, *mihi aut Titius nec petere*, *nec novare potest*, *nec acceptum facere*; *potest tantum*, *quod ei solvi potest*, *ff. de solutionibus text. in leg. Stichum*, *aut Pamphilum*, §. *quæsitum*, §. *usumfructum*, *text. in leg. qui hominem*, *ff. eodem tit. l. cum quis ita.* §. *si sibi l.* Julianus §. 1. *ff. de verb. oblig. leg. sed etsi filio*, §. *ff. de constitut. pecun. leg. cui rectè*, *ff. de novationibus leg.* 1. §. *si usufructuarius*, *ff. de stipulat. serv. l.* 7. *tit.* 5. *part.* 5. Fontanella *de pactis nupt. Clauf.* 6. *gloss.* 2. *p.* 1. *ex n.* 34. 35. & *num.* 40. *tom.* 2. exornant Anton. Gomez *d. cap.* 11. *n.* 1. *à principio.* Surdus *decis.* 229. *à num.* 27. Costa *de ratione quotæ quæst.* 20. Rota Januens. *dec.* 54.

n. 4. Magonius *Lucens. dec.* 34. *nu.* 1. & *seqq.* Aretinus *de solutionibus d. cap.* 5. *ex nu.* 81. *cap.* 49. *per totum.* plura similia videbis *suprà ex n.* 63. *cum seqq.* & quod adjectus solutioni per confessionem solam de recepto non possit liberare debitorem nec præjudicare creditori aliter, quam per realem pecuniæ solutionem, nec unum pro alio recipere, nec dilationem dare debitori, videndus erit latissimè per Benevent. Stracham *de adjecto* 1. *part. ex num.* 49. *cum seqq.* & 2. *part. ex numer.* 125.

Et licet judici, vel apparitori exequenti rectè debi- 107
tor solvat, & liberationem consequatur, Parlad. *rer. quotidian. lib.* 2. *cap. fin.* 5. *part.* §. 17. *n.* 10. Anton. Faber. *in suo Cod. lib.* 8. *tit.* 29. *de solutionibus definit.* 24. Fontanella *de pactis tom.* 2. *consul.* 5. *gloss.* 8. *part.* 8. *n.* 55. *fol.* 155. tamen ipsi judicio comparere non possunt, tanquam partes, & procuratores creditoris.

Ac similiter debitor sponte solvens procuratori re- 108
vocato, cum quo contraxit, cujus revocationem ignoravit, quærit liberationem, *leg. fidejussor*, §. *si cum debitor*, *ff. mandati leg. vero procuratori.* §. *sed & si quis leg. dispensatorem*, *leg. filiæ*, *de solutionibus*, §. *rectè institut. mandati*, Bald. *in l. invito*, *ff. de procuratoribus.* Cagnolus *in leg. qui cum alio de reg. jur.* Parladorius *l.* 2. *cap. fin.* 5. *p.* §. 17. *n.* 3. Enchirparium, & similium *verb. solvere per alium.* Casanate *consil.* 9. *n.* 31. cum solvens ante scientiam revocationis per intimationem sibi factam dicatur esse in 109
bona fide, & rectè solvit & liberatur Angel. *in l. si qui servo*, *nu.* 1. *ff. de solutionibus.* Abb. *in cap. ex parte Decani. nu.* 13. *de rescriptis cum aliis* per Pirrum Maurum *de solutionibus cap. ex nu.* 24. *usque ad. n.* 25. Car. de Grassis *de exceptionibus except.* 25. *ex n.* 53. *qui n.* 54. docet quomodo in proposito probetur scientia debitoris.

Et tamen videmus, quod iste procurator talis revo- 110
catus non potuisset in judicio agere, ad exigendum debitum, nec convenire debitum, cum careat mandato, nec sit legitima persona comparendi in judicio, à quo indubiè excluderetur per exceptionem defectus mandati, de quo prius docere tenetur, ex juribus vulgatis.

Prout etiam, quando quis solvit (qui justam cau- 111
sam credulitatis à principio habuit,) alicui, tempore tamen solutionis jam privato, liberatur ob justam ignorantiam Bald. *in l.* 2. *num.* 76. *C. de servitut. & aqua* Alexand. *consil.* 120. *n.* 7. *lib.* 5. Ruinus *consil.* 150. *nu.* 7. *lib.* 1. Mandellus de Alva *consil.* 542. *nu.* 3. Prætis *consil.* 152. *nu.* 44. Afflictis *decis.* 147. Corbulus *de jure emphyt. tit. de cauf. privat. ob non solut. Canon. limit.* 24. Casanate *consil.* 9. *n.* 30. & qui solvit 112
possessori hæreditatis; deinde privato, donatario, cujus postea ex defectu conditionis fuit donatio resoluta. Bartolus *in leg. filiæ institut. ff. de solutionibus*, & *in leg. cum fundum.* §. *servam*, *vers. venio ad secundum*, *ff. si certum pet. in leg. falsus*, *nu.* 4. *de furtis*, 113
Paulus *in leg. si procur. not.* 2. & 3. *ff. de conditione ob cauf.* & *in lege cum quis.* §. 1. *ff. de solutionib.* & præ cæteris Aretinus *conf.* 35. *per tot.* Riminaldus Senior, *consil.* 64. *n.* 4. Ruinus *consi.* 172. *n.* 4. *vol.* 4. Mandel. *conf.* 462. *n.* 3. & 6. Brison. *de solutionibus lib.* 1. *pag.* 325. Casanate *de consil.* 9. *n.* 32. *qui n.* 34. dixit sufficere ad excusationem, & justificationem solutionis conditionem extrinsecam veram esse, ita ut nec cogatur debitor intrinsecam, & latentem divinare, *ex leg. si hominem*, §. *si nullo*, *ff. de solutionibus*, & *leg. Barbarius*, *de offic. prætor.* Et tamen isti per 114
viam judicii non possent consequi solutionem à debitore, cum legitimam personam non habeant comparendi in judicio ob privationem, & revocationem, aut juris extinctionem, seu potius annihilationem; ergo 115
idem dicendum erit de Monacho, servo, & similibus, quibus licet rectè solvat sua sponte debitor, tamen ab eis conventus cogi non potest, maximè in concursu adstantibus Monasterio, & Domino.

115 At sic Monachus solus, & absque licentia sui superioris comparet in judicio concursus, vel aliter convenitur, & in sui favorem (non opposita exceptione) consequitur sententiam favorabilem, tunc sustinetur judicium, prout communiter concludunt Doctores *in caput causamque de judicii arg. leg. non eo minus, de procurat.* quos sequitur Virgilius *de leg. person. cap.* 23. *n.* 75. ex glossa ubi Bartolus, & alii *in leg. si tutor. C. ex quibus causis in integr. restitut.* non sit necessaria, & ex Parisio *consil.* 16. *n.* 100. *lib.* 2. quia si Mona-
116 chus agit, valet judicium, donec sibi opponatur defectus licentiæ, quia, tunc ope exceptionis excluditur. Federicus de Senis *consil.* 104. *n.* 4. Virgilius *ubi proximè n.* 75. *in fin.*

117 Sed quid si Monachus de facto solus compareat in judicio concursus, non obstante oppositione debitoris, aut cæterorum creditorum, de facto Judex ei solvere decernat; an legitima solutio erit, videtur quod sic, quoniam debitor, qui compulsus à judice solvere alteri, quam creditori, liberatur, si omnem diligentiam, contradictionem, & oppositionem fecerit, à compulsione appellavit, ac simul compulsionem creditori denuntiavit, Stephan. Gratian. *tom.* 3. *discept.* 485. *n.* 14. *& seqq. & tom.* 4. *discept.* 636. *nu.* 2. *& seqq. & per tot.* Menochius *de arbitr. cas.* 137. Aretinus *de solut. cap.* 21. *à n.* 10. *& per tot.* Guzman. *de eviction. quæst.* 35. *ex n.* 158. *cum seqq.* ubi debito sequestrato penes debitorem authoritate judicis, &
118 præ cæteris Gutierrez *practica. lib.* 1. *quæst.* 81. *à n.* 10. *usque ad* 16. Surdus *decis.* 265. *& decis.* 60. innumerabiles penè alios Doctores congessit Castillo *controvers. tom.* 4. *c.* 59. *ex n.* 40. *cum multis seqq.* probatur ex celebri text. *in leg. ait prætor.* 7. *permittitur, ff. de minoribus* ibi. *Sed etsi ei pecuniæ tandem à debitore paterno, & proprio soluta sit, & hanc perdidit; dicen-*
119 *dum est, ei subveniri quasi gestum sit cum eo. Et ideo si minor conveniat debitorem, adhibere debet curatorem, ut ei solvatur pecunia, cæterum non ei compellitur solvere, sed hodie solet pecunia in ædem sacram deponi, (ut Pomponius lib.* 28. *scribit) ne debitor ultra usuras oneretur, vel creditor minor perdat pecuniam, aut curatoribus solvit, si sint. Permittitur etiam ex constitutione principum debitori, compellere adolescentes ad petendos sibi curatores. Quid tamen si prætor decernat, solvendam pecuniam minori sine curatoribus, & solverit; an possit esse securus, dubitari potest: puto autem, si allegans minorem esse, compulsus sit ad solutionem, nihil ei imputandum, nisi forte quasi adversus injuriam appellandum quis ei putet. Sed credo Prætorem hunc minorem in integrum restitui volentem, auditurum non esse.* Quem text. exactissimè interpretatur, & exornat Caldas Pereira *in l. si curator. verb. læsis, ex n.* 55. *cum multis seqq. C. de integr. restitut.* ubi copiosè, quando minori adversus solutionem sibi factam detur restitutio. Ant. Gomez *in tom.* 2. *variar. c.* 14. *ex n.* 4. *& seqq.*

119 Sed denique quid dicendum, quando ad rem vendicandam existentem penes debitorem, & in corpore concursus ab eo peracti, quæ prætenditur emphyteuticam esse, si concurrant Dominus directi dominii, & emphyteuta, qui in vendicatione, & exactione præferatur, & videbatur in agendo Dominum directum præ-
11 ferendum, quasi primas partes in judicio obtineat,
120 arg. *l.* 2. *C. de novationib.* ubi cessis actionibus præfertur adhuc cedens, & potest adhuc ei solvi, nisi in tribus casibus: Sed ille text. nihil ad rem facit, quia non loquitur, quando in agendo, & in exigendo con-
11 curunt cedens, & cessionarius, quo casu cessionarius præfertur prout ex pluribus fundamentis superius comprobavimus *ex n.* 66. *cum seqq. vers. quibus sic necessario suppositis, &c.*

121 Sed in hac specie securius tenendum arbitror neminem eorum præferendum in agendo, & vendicando rem emphyteuticam, & existentem in corpore bonorum concursus creditorum, sed potius utrumque Dominum directum, & utilem pro suo jure agere, & admitti pos-
12 se; directum quidem Dominium pro suo directo dominio emphyteutam vero pro suo utili, & alterum directa, alterum utili rei vendicatione acturos, quia 122
quando utilis, & directa actione sibi adversantur, sed competunt ad diversa, quemadmodum contingit in feudatariis, & emphyteutis, qui recognoscunt directum dominium, & de suo tantum utili jure contendunt; tunc alter alteri non præfertur in agendo; sed quilibet potest super suo jure litigare. *l. si finita §. si de vectigalib. ff. de damno infect. l.* 1. *§. ult. ff. si ager vectigal. vel empheut. petatur*, & ita definiunt hanc quæstionem Bartol. & Paulus de Castro *in l. procurator in rem suam n.* 1. *ff. de procuratoribus* Francisc. Sonskebius *de feudis part.* 13. *n.* 35. *p.* 198. Guido Suzanaria *de jure emphyt. n.* 29. sequitur Alvarez Valasc. *de jure emphyt. q.* 14. *n.* 3.

Attamen quoad executionem, & traditionem ipsius rei puto præferendum esse emphyteutam, facta per sen- 123
tentiam declaratione, eam pertinere Domino ex dominio directo, & emphyteutæ tradendam, ut Domino utili, ad quem pertinet possessio naturalis, & actualis, 124
civili tantum remanente penes dominium directum, prout latè tradit Alvar. Valascus *de jure emphyt. quæst.* 18. *per tot.* Avendanus *de censib. cap.* 13. *tom.* 3. quo casu intelligendus erit Joan. de Blanasco *in tit. de actionibus sub rubric de utili rei vendic. fol.* 16. quos consule pro latiori explicatione, & articuli cognitione.

Tandem pro perfectione materiæ hujus cap. erit no- 125
tandum, quod duobus, pluribusve contendentibus super pertinentia rei aut nominis; interim quod lis inter eos pendet, quousque declaretur per judicem, ad quem pertineat; & debitor offerens debitum ei, qui legitima sit persona declarabitur; non dicitur esse mota solvendi, & tutius erit deponere, maximè si census redimere velit, ne usuræ ulterius currant, *l.* 1. *§. apud Julianum, ff. depositi.* Bald. *consil.* 250. *n.* 3. *vol.* 4. *& in l. Lucius, ff. famil. erciscun.* Boërius *dec.* 106. Cavallin. *n.* 6. *mille loquio* 648. 1. *part.* Surdus *dec.* 6. *n.* 6. Aretinus *de solut. cap.* 33. *n.* 64. *&c.* 82. *per tot.* & per Bart. Joan. de Platea, & Luca de Dena, Jacob. & Gloss. *in l. viribus, C. de agricol. & censit. lib.* 11. tenent Boërius *dec.* 106. Aurelius Corbul. *de jure emphyt. c.* 15. *de privat. ob non solv. Canon. limita.* 23. *fol.* 565. plures refert Caldas Pereira *de renovat. quæst.* 7. *n.* 11. *& n.* 8.

Quod idem est dicendum, quando lis pendet super 126
re emphyteutica inter duo contendentes esse directos dominos, & ad unum pertinere directum dominium, ut interim emphyteuta non solvens, noc sit in mora, nec cedat in commissum, sed prorsus sit excusatus, Boërius *d. dec.* 106. Corbulus *de jure emphyt. tit. de causa privationis ob non solut. Can. lim.* 23. Omidius de Amicis *de jure emphyt. ad repet. cap. potuit de locat. quæst.* 100. August. Barbosa *in remission; ad eund. cap. potuit. n.* 228.

CAPUT XXVIII.

Per judicium concursus subsequutum an extinguatur mandatum ad exigendum, administrandum, alienandum, seu transigendum per eundem debitorem, antea alteri constitutum.

Et an solutio tali mandatario vel constituenti postmodum facta, liberet debitorem.

SUMMARIUM.

1 *Mandatum à debitore constitutum ad administrandum, exigendum, & alienandum per judicium concursus subsequutum extinguitur.*

2 *Debitor sive mandans, sive mandatarius post concursum à se formatum priorem statum mutat.*

Debitor

3 *Debitor fallitus, aut decoctus mutat ſtatum, & pro mortuo habetur.*
4 *Quod in debitore fallito conſtituitur, majori ratione debet in eo, qui concurſum format verificari.*
5 *Concurſus judicio ex ſua natura adhæret bonorum ceſſio.*
6 & 7. *Debitor concurſum cauſans dicitur decoctus, & fallitus jam declaratus. Et explicatur tex. in l. 1. tit. 55. p. 5.*
8 *Laudatur Noguerol promiſcuè loquens de debitore decocto, judicium concurſus cauſante.*
9 *Sequeſtratio, quæ in bonis debitoris concurſum formantis fit, fallimenti proprium eſt argumentum.*
10 *Mandatum ipſo jure extinguitur per mutationem ſtatus mandantis, ſeu mandatarii.*
11 *Traduntur Doctores confirmantes per fallimentum, & ceſſionem bonorum factam à mandatario, vel mandante, mandatum ſive ad negotia, ſive ad adminiſtrationem extingui ex juris diſpoſitione.*
12 *Debitor formans concurſum ſtatim à ſe abdicat omnium bonorum adminiſtrationem, ita ut deinceps nec contrahere, nec diſponere valeat.*
13 *Debitor fallitus privatur adminiſtratione bonorum, & ſtatus mutationem patitur.*
14 *Mandatum ad adminiſtrandum expirat, dempta, finita, aut renunciata adminiſtratione.*
15 *Mandatum intuitu adminiſtrationis conſtitutum, ceſſante adminiſtratione per mortem, ceſſionem, renuntiationem, privationem, aut promotionem etiam re non integra, extinguitur.*
16 *Etiam domino litis jam effecto mandatario.*
17 *Procurator conſtitutus ab impubere cum patris conſenſu, propter advenientem pubertatem revocatus remanet.*
18 *Mandatum extinguitur etiamſi ratione rei, vel cauſæ mandans conditionem mutaverit, ut ſi liti ceſſerit, aut beneficio renuntiaverit.*
19 *In mandato cenſetur conditio deducta, ſi res & perſona in eodem ſtatu maneant.*
20 *Sicut debitor concurſum formans amittit bonorum adminiſtrationem, ita & ille, cui per eum fuerat commiſſa.*
21 *Nunc poteſt quis facere per alium, quod per ſe facere non poteſt.*
22 *Quod una via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti.*
23 *Reſoluto jure dantis, reſolvitur jus accipientis.*
24 & 27. *Procurator, & advocatus conſtitutus ab adminiſtratore concurſus ad defenſionem litium adminiſtrationis ſuæ: ſi ipſe ab adminiſtratione removeatur, etiam procurator, & advocatus remotus intelligitur.*
25 *Perſona agentis extincta, & annihilata, & lis extinguitur. Et expenditur textus in l. ſi conſtante, §. fin. D. ſolut. matrim.*
26 *Idem quando per mortem litigantis jus in judicium deductum extinguitur.*
28 *Mandatum ad negotia an per ſupervenientem concurſum debitoris cenſeatur revocatum; & an ſolutio poſt modum eidem facta, vel contractus cum eo geſti validi ſint.*
29 *Proponitur Baldi, & aliorum judicium, exiſtimantium ipſo jure mandatum extingui, & debitorem poſtea ſolventem mandatario non liberari.*
30 *Debitores ſolventes procuratori falliti, & decocti, ſi revocationem mandati ignorabant, liberantur, ex aliorum judicio traditur.*
31 & 35. *Contractus, aut diſtractus geſti per mandatarium debitoris concurſus validi ſunt, etiamſi contrahens ſtatus mutationem ignoraverit.*
32 *Qui cum alio contrahit, ſcire debet conditionem illius.*
33 & 35. *Solutio facta mandatario, ipſo jure, per ſtatus conſtituentis mutationem revocato, ſi ignoranter fiat, ſuſtinetur.*
34 *Idem in ſolutione facta adminiſtratori, finita adminiſtratione ſervatur.*
36 *Mandati extinctio per mutationem ſtatus conſtituentis non operatur in antea geſtis per mandatarium, ſed in poſtea geſtis.*

OMiſſa diſputatione in hac quæſtione, reſolutivè affirmandum eſſe cenſeo, per judicium concurſus ſubſequutum, & à debitore cauſatum inter ſuos creditores, extingui mandatum à ſe antea alteri conſtitutum ad adminiſtrandum, exigendum, vendendum, ſeu aliter alienandum, quoniam debitor ſive mandans, ſive mandatarius per concurſum, & bonorum ceſſionem ſubſequutam mutaſſe ſtatum priorem probant textus *in l. ſi cum Cornelius 72. ff. de ſolutionibus l. cum quis, ff. eodem l. rogaſtis, §. ſi fugitivus, ff. ſi certum pet. l. quod ſervus, ff. depoſito. l. liberto, §. largius, ff. de annuis legatis*, text. etiam *in l. libera, ff. de peculio.* Fabius Anna *conſil. 82. in addit. ex n. 26. cum multis ſeqq.* Gomez *in lib. 3. variar. cap. 11. ſub n. 20.* Caſtillo *controv. lib. 4. cap. 54. ſub n. 36.* Gratianus *diſcept. forenſ. tom. 4. cap. 708. n. 24.* Scaccia *de comm. §. 2. gloſſ. 5. n. 229. & 230.* Straca *de decoctoribus, part. 3. n. 28.* Gaito *de cred. d. cap. 2. tit. 7. n. 2388. & n. 2648. & 2421.* Catalonus *de indult. cap. 55. n. 243. ex celebri conſ. 400.* Bald. *vol. 5.* Anna *allegatione 95. n. 5.* Marta *voto 86. n. 6. & 8.* Golinus *de procuratorib. 3. part. cap. 5. n. 58.* & alii ab ipſis relati, qui omnes illud profitentur; debitorem fallitum, ſeu decoctum mutare ſtatum, & pro mortuo cenſeri atque nec velle, nec nolle habere. Fabius Anna *conſil. 82. per tot.* Gaitus ubi proximè vivendus. 1 2 3

Et quod ii Doctores loquuntur de fallito debitore, ſeu decocto; idem & majori cum ratione dictum intelligitur in debitore concurſus judicium inter ſuos creditores formante, in quod ceſſio bonorum adhæret imbibita ex natura judicii, prout abundè diximus *ſupr. hac 1. parte, cap. 1. per tot.* cui propterea ineſt fallimentum, & decoctio. Marcus Ant. *deciſ. 93.* Paſchalis *de viribus patriæ poteſt. 2. part. cap. 9. nu. 97.* ibi, *Ex iis ergo infertur, quod dum debitor eſt decoctus, ſimilis eſt ei, qui bonis ceſſit, poſtquam ejus bona ſunt in concurſu creditorum, & per eum eſt relicta adminiſtratio*, &c. Cujus ratio eſt, quia debitor concurſum cauſans dicitur decoctus, & fallitus jam declaratus, cum ſuo proprio ore confiteatur, ſe non eſſe ſolvendo, neque habere unde ſuis creditoribus ſatisfacere omnibus aſſeveret in ipſo ceſſionis actu, *l. 1. tit. 15. par.* ibi *deſamparar puede ſus bienes todo hombre*, &c. *no haviendo de que pagar lo que deva*, &c. *e deve los de deſamparar à aquellos, a quien deve algo; diciendo, como no ha de que ſaga pagamiento*, &c. atque ita rectè promiſcuè, utitur Noguerol. *in allegat. 16. ex n. 101.* Doctoribus & doctrinis loquentibus de fallito & decocto, trahitque merito ad debitorem, concurſum cauſantem, & quia cum ob ceſſionem debitoris omnia ejus bona ſequeſtrata ſunt, proprium fallimentum eſt. Stracha *de decoctoribus p. 1. n. 101.* Noguerol. *allegat. 16. n. 115.* 4 5 6 7 8 9

Ex qua doctrina infertur, quod per mutationem ſtatus in deterius ſive mandantis, ſive mandatarii, ſtatim, & ipſo juris miniſterio mandatum antea conſtitutum extingui, finiri & revocatum cenſeri ut *ex d.* juribus ſuperiùs *ex n. 1.* allegatis probant Socinus *conſil. 112. n. 14. vol. 1.* Pariſius *conſil. 96. n. 24. lib. 3.* Filliucius *de ſocietate, c. 34. nu. 35.* Rota Genuenſ. *deciſ. 2. num. 32.* Gaſpar Cavalinus *de evictione. §. 3. n. 158.* Plotus *in l. ſi quando §. 47. n. 743.* Eſcob. *de ratiociniis c. 10. à nu. 10.* Gomez, Arias *in leg. 64. Tauri, nu. 47.* Gironda *de privilegiis num. 1358.* Ancharanus *conſil. 394. nu. 5.* Tuſchus, Becius, & alii relati per Guiman *de evictionibus quæſt. 14. ex nu. 23. cum ſeqq.* Mozius *de contractibus tit. de mandat. col. 7. num. 11.* Golinus *de procuratoribus, part. 3. cap. 5. nu. 79. & 80.* Alexand. *in addit. ad Bartol. in d. leg. ſi cum* Cornelius Jaſ. *in d. leg. rogaſti §. ſi fugitivus n. 3. ff. ſi certum pet.* ubi optimè 10

mè Decius, & Purpura. latissimè *ex n.* 12. *cum multis seqq.* Stracha *de decoctoribus part.* 3. *num.* 50. optimè Gomez *tom.* 2. *variar. cap.* 11. *n.* 20. *vers. secundo limita.* ubi allegat *l.* 5. *tit.* 14. *part.* 5. concordantem Menchaca *usu freq. l.* 2. *cap.* 22. Vincentius de Franchis *decis.* 55. *n.* 15. Costa *de ratione Ratæ quæst.* 20. *n.* 20. Fabius de Anna *in consil.* 82. *n.* 11. & 12. Martha *voto* 84. *per tot.* Menochius *lib.* 6. *præsumpt.* 37. *ex n.* 37. *& lib. præsumpt.* 16. latè Menochius *de contract. tit. de mandat. n.* 78. & 10. Galeotus *controvers.* 60. *n.* 7. *lib.* 1. Ponte *consil.* 9. *nu.* 26. *part.* 2. Golinus *de procur.* 3. *part. cap.* 5. *n.* 46. *in fin.*

In tantum quod licet mandatum institoris non finiatur morte præponentis, ad jura & Doctores abundè *infrà* 2. *part. cap.* 9. *ex nu.* 111. *cum seqq.* fallit tamen, quando supervenit mutatio status domini, quia tunc extinguitur mandatum, Bartol. & Doctor. communiter *in leg.* 9. *qui in provincia per tex.* 16. *si cert. pet.* Cynus, & Salicetus *in l. mandat. C. mand.* Cardin. *in cap. quoniam de offic. de leg.* Ancharan. *in Clement.* 1. *in fin. vers. quon. aut. de renunt.* Roman. *in leg.* 2. §. *sed si quis ff. de donat.* Alexand. & Jas. *in d.* §. *fugitivus.* Bal. & Ang. Aretin. *in* §. *item si adhuc. instit. manda.* Trentacinq. *var. lib.* 2. *resol.* 10. *de procurator. n.* 5. *ad finem.*

11 Et in terminis, quod per fallimentum, & cessionem bonorum, sive concursus judicium subsequutum, & causatum à debitore mandante, seu mandatario ad negotia peragenda, ad administrandum exigendum, vel contrahendum, censeatur juris dispositione revocatum, & extinctum, probant Jas. *in d.* §. *si fugitivus.* Bart. *in leg. libertus*, §. *largius n.* 3. *ff. de annuis legatis.* Crotcius *in leg. & quia n.* 60. *ff. de jurisd. omn. jud.* Fab. Anna *in additione ad consil.* 82. ubi per totum latè tractat materiam, maximè *nu.* 12. & 13. Castillo *controv. lib.* 4. *cap.* 50. *sub n.* 36. Bartol. & Paul. *in d. leg. si cum Cornelius* p. text. ibi Bald. *in leg. mandatum n.* 14. *vers. modo venio ad quæstionem.* Mantica *de tacitis & ambig. to.* 1. *lib.* 3. *tit.* 22. *n.* 42. & *n.* 47. Gomez Arias *in leg.* 31. *Tauri ex n.* 1. *usq; ad nu.* 6. Scaccia *de commerciis*, §. 2. *gloss.* 5. *n.* 402. *p.* 391. Catalanus *de indulto c.* 45. *n.* 42. Stracha *de decoctor. part.* 3. *n.* 50. *& seqq.* Noguerol. *alleg.* 16. *n.* 102. & *n.* 103. & per Angel. *consil.* 262. *n.* 5. *vol.* 4. & plures alios Mascard. *de probation. consil.* 1016. *n.* 13. Martha *voto* 86. *n.* 6. & 8. Golinus *de procurator.* 3. *part. c.* 5. *ex n.* 57. & cum Bald. Socin. Stracha, Rota Genuens. Mantica, & Scaccia *de commerciis*, §. 2. *gloss.* 5. *ex n.* 402. observat Gaito *de creditor. cap.* 2. *tit.* 7. *ex nu.* 1298. *cum seqq.* & 2420.

12 Fulcitur hæc pars, quia debitor, formans concursum, statim à se abdicat omnium bonorum suorum administrationem, & ea statim privatur, ita ut super illis contrahere, nec disponere valeat, cum hæc omnia ad administrationem pertineant atque cohæreant, latissimè feliciterque comprobavimus *suprà cap.* 14. *per tot. &c.* 13. ubi multa scitu dignissima, & valde ad hunc
13 articulum conferentia reperies, & quod debitor fallitus privetur administratione bonorum, & simul status mutationem ex hoc patiatur; probat Fabianus Anna *in additio. consil.* 82. *ex n.* 36. refert Castillo *controv. to.* 4. *cap.* 59. *sub n.* 36. ante finem ergo procurator
14 ratione, & intuitu administrationis constitutus, & deputatus expirat, cessante, dempta, aut renunciata administratione, aut aliter extincta.

15 Consequentia probatur, nam mandatum constitutum ratione, intuitu, & contemplatione administrationis, quam quis in re habet, prout prælatus, parochus, possessior majoratus, usufructuarius & similes cessante administratione per mortem, cessionem, renunciationem, privationem, aut provisionem; statim indistinctè, etiam re non integra, extinguitur mandatum, etiam procuratore Domino litis effecto *Cle-*
16 *ment. fin. de procurator.* Ubi August. Barbos. plures allegat. Maresotus *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 61. Cancerius *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 14. *de procurat. à n.* 35. *& seqq. to.* 1. Mierez *de majorata* 4. *part. quæst.* 24. *nu.* 101. Nos *in comm. de Reg. protect.* 4. *part. cap.* 8. *nu.* 340. additionat. ad Molinam *de primog. lib.* 4. *cap.* 8. *ad nu.* 6. per ampliat. & limit. latè etiam per Vantium *de nullit. sentent. tit. ex def. mandat. ex n.* 171. *cum seqq.*

Mascardus post alios de probatione *consil.* 1016. 17
nu. 12. ubi de procuratore constituto ab impubere cum patris consensu, ut propter advenientem pubertatem, revocatus remaneat, per Decium, sic consulentem *in consil.* 460. *n.* ubi etiam si ratione rei, 18
vel causæ mandans conditionem mutaverit; ut quia causæ aut liti, in qua procuratorem constituerat, cesserit seu beneficio renuntiaverit, aut aliter quomodocumque amiserit, ex eo quod in mandato con- 19
ditio illa censetur adjecta, si res & persona in eodem statu maneant, ex Vantio ubi proximè *n.* 98.

Deinde quoniam cum à debitore concursum for- 20
mante fit statim ablata, & amissa administratio, & per eundem dimissa & renunciata, ita ut amplius ipsa lite concursus pendente, nec possit administrare bona concursus: protinus etiam per necesse debet cessare 21
administratio, alteri per eum commissa, non enim quis facere potest per alium, (qui constituentem repræsentat) quod per se ipsum facere non potest, argument. *Regul. potest quis per alium, de regul. jur. in* 6. quia quod una via prohibetur alicui, ad id alia 22
non debet admitti ex regula juris vulgari *l. oratio. ff. de sponsalibus.* & quia resoluto jure dantis, resolvitur jus accipientis, *l. lex vectigali, de pignorib. l. si ex duobus.* §. 1. *ff. de in diem adject. cap. nuper.* 23
de donat. inter virum & uxorem. Anton. Gomez *variar. tom.* 2. *c.* 3. *nu.* 8. *in fin.* Pedemont. *decis.* 156. *n.* 12. Marius Anton. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 59. *n.* 11. Bertazola *clauf.* 15. *gloss.* 2. *n.* 16. Barbosa *in l. quia tale, nu.* 86. *ad fin. ff. soluto matrim.* Manguillus *de imputa. qu.* 85. *n.* 3.

Ex quibus infertur ad administratorem à curia crea- 24
tum ab bona concursus; & (ut assolet) constituentem procuratorem, & advocatum ad defensionem litium administrationem suam attingentium, consignato salario per eum ex concursus bonis, & per curiam approbato; ut semper quod contingat dimittere, aut removeri ab administratione procuratoris officium, atque mandatum extinguatur; ita ut egeat novi administratoris, & curiæ confirmatione, cum primi administratoris constitutio fuerit extincta; deficiente & extincta in eo administratione, cujus intuitu, & contemplatione procuratorem constituit, ex supra dictis doctrinis, latissimè & eleganter post plures alios Trentacinq. *variar. resolut. lib.* 2. *resolut.* 4. *de procurat. ex n. c. f.* penes quem multas mirabiles personas in comprobationem reperies.

Et ex eo probatur, quia quando persona agentis est 25
annihilita instantia, & lis extinguitur, extincto ejus jure probatur *in l. si constante*, §. *fin. soluto matrim.* ubi instantia à muliere cœpta cujus dos confiscatur non transit in fiscum, quia per confiscationem persona mulieris est annihilata, Imola *in l. si eum hominem n.* 3. *ff. de fidejussorib.* Petrus Barbosa *d.* §. *fin. ex nu.* 19. *versic. tertia fuit opinio, & n.* 20. Anton. 26
Amato *variar. resol. tom.* 2. *resol.* 2. *n.* 13. ubi etiam ibidem procedere, quotiescumque per mortem litigantis jus deductum in judicium extinguitur, *ex l. si mulier, soluto matrim. l. si servus in princip. ff. de conditione furtiva lib. post finitam, ff. de suspectis tutoribus gloss. in l. tigni*, §. *fin. verb. absolvi ff. ad exhibendum*, tradunt Roman. *in dict. l. si constante* §. *fin. ff. sol. matrim.* & ibi Barbosa *n.* 15. Marius Muta *decis.* 9. *n.* 17. sequitur quia cumulans Noguerol, *allegat.* 25. *ex n.* 124. *cum seq.*

Quam opinionem praxis quotidiana rectè admisit, 27
sicque practicatur, procurator, seu advocatus constitutus per administratorem bonorum concursus ad defendendas

dendas lites ortas circa administrationem, statim, quod administrator nominatus removeatur ab administratione, ipsorum officium extinguatur.

28 Sed nunc tractandum, esto quod procurator ad negotia, & actionem, aut alienationem constitutus per debitorem, revocatus statim intelligatur per supervenientem concursum debitoris constituentis: solutio eidem facta, an liberet debitorem, vel an contractus validus sit, postmodum à tali procuratore gestus. Bald. *in l. rogasti, §. si fugitivus, ff. si certum pet.* & ibi Jas.
29 *n.* 3. dixerunt, ipso jure extingui mandatum, & propterea non requiri debitoris solventis certiorationem, nec scientiam decoctionis supervenientis, & cum Gomez Arias *in l.* 31. *Tauri n.* 6. Stracham *de decoctionibus, part.* 3. *n.* 70. *& seq.* Scaccia *de comm. §.* 2. *gloss.* 5. *n* 402. *&* 403. idem tenet Noguerol. *allegat.* 16. *nu.* 102. & per Scacciam *loco citato.* idem tenet Colinus *de procuratorib. part.* 3. *cap. n.* 43. *in fin.* eò quod talis revocatio inducitur à jure, & nulla indiget intimatione ad nullitatem actus gesti per realem procuratorem.

30 Contrarium, imò quòd si debitores falliti, & decocti ignorabant istam novam qualitatem, & revocationem mandati solutione liberentur; ita ut tam debitores solventes quàm cæteri alii cum hoc procuratore, sic revocato, contrahentes, certiorari debuerunt; ut contractus cum eo gesti annullentur, ita Felin. *in c. ex parte Decani, n.* 20. *vers. fallit. decimo, in fin. de rescript.* & per Strach. *de decoctorib. part.* 3. *n.* 52. tenet contra alios Mascard. *de probat. vers.* 1016. *in* 14. *&* 15.

31 Sed nihilominus distinguendum in hac controversia arbitror inter contractus, aut distractus noviter gestos per mandatarium debitoris, concursum causantis: & inter solutionem factam per ejus debitores tali mandatario: ut in primo casu non sit necessaria intimatio, nec ignorantia sic contrahentes cum eo excusat, sibi enim
32 imputent, qui cum eo ignari conditionis contraxerunt, *ad l. qui cum alio, ff. de regul. jur.* & ita loquuntur, & rectè procedunt Noguerol. & Doctores ab eo citati prout latè diximus *suprà c.* 13. *per tot.*

33 An secus erit debitoribus solventibus ignoranter tali huic procuratori à jure revocato per status constituentis mutationem, cum favore liberationis, hoc sit communiter per innumerabiles Doctores receptum, necnon jura singularia, & expressa, prout abundè congessimus *c. antecedenti* 27. *à nu.* 83. *cum multis seqq. & superius ex nu.* 108. *cum seqq.* quibus in locis probavimus procuratori, seu administratori revocato rectè solvi per debitorem, ignorantem revocationem, anteaquam isti intimetur revocatio, & insuper hanc distinctionem nostram probavit Decius *in d. §. si fugitivus, n.* 4. sequitur in terminis Cartarius *dec.* 30. *per*
34 *tot.* & relativè ad ipsum Castillo *controv. tom.* 4. *c.* 59. *n.* 38. *ad fin.* qui loquitur de administratore finita administratione, cui ignoranter per debitorem fuit facta solutio.

35 Hinc nostram verissimam distinctionem & differentiam inter contractus gestos per mandatarium etiam occultè revocatum, & solutiones ab eo receptas à debitoribus, revocationem ignorantibus fusius comprobavimus inferius 2. *par.* Garcia *c.* 9. *ex n.* 14. *cum multis seqq.* quam usque ad saturitatem exornatam videbis. Vide alios Doctores pro distinctione *suprà c.* 27. *n.* 94. *vers. atque ideo manendum est*, &c.

36 Deinde animadvertendum est, ut hæc debitoris per concursum status mutatio operetur in mandatario anteaquam impleat mandatum; non verò in iis, quæ mandatarius mandati virtute perfecit ante mutationem status; ita probat text. sic distinguens *in l. quis alicui ff. de acquir. hæreditate*, Fabius de Anna *in consil.* 82. *nu.* 11. *& nu.* 12. Sequitur Castillo *dicto c.* 59. *sub nu.* 36. *circa principium.*

CAPUT XXIX.

Creditor cui res fructifera tradita fuit, ut ex fructibus satisfiat, si pro tempore rem debitori reddat, an solutus præsumatur, ne concursu graduetur.

Et an etiam partem crediti non solutam ipse remisisse dicatur.

SUMMARIUM.

1 *Ex simplici consignatione rei, ut fructibus creditor satisfiat, hypotheca non contrahitur.*
2 *Ex consignatione rei traditæ, ut ex fructibus creditor satisfiat, hypotheca contrahitur.*
3 *Ex consignatione rei traditæ, ut ex fructibus creditor satisfiat redditione & restitutione an præsumatur integra solutio, ac partis non solutæ remissio. & seq.*
4 *Pignus reddens creditori, debitori jus pignoris remisisse intelligitur, non tamen creditum ipsum.*
5 *Pignus est quid accidentale crediti, quod potest adesse & abesse sine crediti corruptione.*
6 *Pignore & fidejussore sublato, obligatio principalis ad creditum durat.*
7 & 8. *Aliud est pignus dare ad securitatem, aliud tradere ut ejus fructibus creditor satisfiat.*
9 *Instrumento crediti reddito debitori, creditum ipsum remisisse censetur credito.*
10. *Instrumento crediti reddito debitori, creditum & hypothecam contenta remisisse credito censetur.*
11 *Instrumento crediti reddito debitori fidejussores eo contenti liberantur.*
12 & 13. *Ex instrumenti quo duo erant obligati, redditione uni an inducatur remissio debiti & simulationis cessio contra correum.*
14 & 15. *Pignore reddito principali debitori, an fidejussor liberetur.*
16 & 17. *Pignore alio fine, & intentione reddito, debitori quavis remittenti non operatur pignori remissionem.*
18 *Pignus redditum debitori ad certum usum non operatur remissionem pignoris.*
19. *Pignoris traditio, ut eo tandiu debitor utatur, quandiu creditor voluerit, non operatur pignoris remissionem.*
20 *Actus alias legitimi ad possidendum & præscribendum si operantur alio fine & intentione, amittunt sua attributa principalia.*
21 *Possessio restringitur ad metas actuum positivorum quo fine, & intentione gerantur.*
22 *Pignus traditum creditori, ut ex redditibus satisfiat si pro tempore redeat, præsumitur velle redditum remittere.*
23 *Vel jam integrè satisfactum esse.*
24 *Solvisse sibi qui totum potuit integraliter solutus præsumitur.*
25 *Quæ præsumptio tandiu durat quandiu creditor, qui administravit non reddat rationem administrationis.*
26 *Pignus quod recepit ut ex fructibus satisfiat præsumitur adhuc tenere donec probet se redaidisse.*
27 *Creditor quando præsumitur ex restitutione pignoris solutus non debet in concursu graduari.*

LIcet ex simplici rei consignatione facta debitorem 1
creditori, ut ex fructibus, redditibus aut emolumentis, satisfiat de suo credito, hypotheca in re ipsa contrahatur; tamen quando res ipsa ad solutionem crediti

2 diti creditori traditur contrahi hypothecam : Disputantes resolvimus *supra hac* 1. *part. cap.* 20. *per totam*, ubi abundè hanc distinctionem comprobavimus.

3 Sub quo supposito ardua quæstio se offert disceptanda, an reddita re debitori, tradita creditori, ut de ejus fructibus solvatur, & satisfiat de integro suo credito præsumatur integrè solutus, imò & quamvis integrè solutum non fuisse appareat, partem crediti insolutam ipse per pignoris ad solutionem consignati restitutionem remisisse creditor dicatur, ut prorsus eidem comparenti in concursu per eundem debitorem postea formato gradus in sententiam denegetur. Pro parte negativa fortissima jura urgent ; nam creditor qui pignus
4 accepit, & illud debitori reddidit, solum jus quod habet in ipso remisisse videtur, & sic solum jus pignoris, quod habebat, amittere, seu renunciare censetur ; ita ut jus aliud quodlibet quod extra & præter rem habet contra debitorem, & sic ipsum creditum retinere, conservare, & non remittere, nec renunciare præsumatur, nisi aliud expresse dixerit, text. est capitalis & expressus, *in l.* 3. *pactis*, illic : *post pignus verè debitori redditum, si pecunia soluta non fuerit ; debitum posse peti dubium non est ; nisi specialiter contrarium actum esse probetur, l. Julianus, in principio ff. de legatis* 3. *l. grege*, §. *cum pignus ff. de pignoribus, lib.* 3. *C. si pignus pignori datum sit, l.* 40. *tit.* 13. *part.* 5. ibi *Paladimente por palabras, o callando puede el ombre quitar el derecho, que ha sobre el peno, al que lo objesse empenado o a su personero, que el tonova el peno, o que le quitava el derecho, que havia sobre el peno con todo eso pose entiende, que le quita el debido que havia sobre el*, &c. ubi Gregor. Lopez, exornant prædicta jura Bald. *in d. l.* 3. *n.* 2. Alberic. *in princ.* Anton. Faber. *in ration. Ant. Cujacii, in prælectione ad eandem l.* Decius *in l. creditor* 28. *n.* 6. *ff. si certum petat.* Bartol. *l.* 2. §. *sed & tacito, n.* 2. *de pactis.* ubi Jason. *n.* 12. Panormit. *in capite Ecclesia S. Mariæ n.* 10. *ut lite pendente*, Innocent. *in capite scriptura, num.* 3. *de fide instrum.* Hieron. Portoles *in scholiis ad Molinam, for. Aragon.* 9. *instrumentum, n.* 22. Menochius *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 140. *n.* 24. Francisc. Canon. *lib.* 3. *commentar. cap.* 4. *n.* 2. D. Fernand. de Mendoza *lib.* 2. *disput. jur. civil. cap.* 2. *à n.* 2. Petrus Gregor. *lib.* 2. *syntagm. cap.* 6. *n.* 3. Morla *in emporio juris tit. de fidejussor. quæst.* 5. *ex nu.* 1. consenator noster D. Francis. de Amato *lib.* 2. *observ. cap.* 45. *n.* 7. Ferdin. Arias de Mesa *variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 33. *n.* 14. Nos supra *cap.* 8. *n.* 17. & infra 3. *part. cap.* 13. §. *un. n.* 32.

5 Ratio est, quoniam pignus est quid accidentale, non substantiale crediti, cùm pignus possit adesse & abesse sine crediti corruptione, quod nisi inter partes de pignore agatur, non subintelligitur regulariter, & creditum de per se subsistit, ut latius probavimus infrà 3. *part. cap.* 13. §. *un. n.* 44. 46. 48. *& ex n.* 49.

6 Et ideo sublato quomodolibet pignore, sicuti & fidejussore, obligatio principalis ad creditum durat *l. hæres* 21. *quod stipulator. ff. de fidejussoribus l. fin.* 5. *fidejussore, de jurejurand. l. si quis reum* 5. §. *quod si fidejussori. l. si damnatus* 10. *ff. de lib. leg.* Explicant Conanus *lib.* 5. *comm. cap.* 4. *n.* 2. Gregorius *lib.* 21. *syntag. cap.* 6. *n.* 3. Mantica *de contract.* 9. *tit.* 8. Henricius *de fidejussoribus cap.* 20. §. 8. *à n.* 2. Ferdinand. de Mesa *dict. cap.* 33. *nu.* 14. *&* 15. igitur licet creditor, qui rem fructiferam recepit, ut ex ejus fructibus solvatur ; rem reddendo debitori, nec præsumi debet solutus, & satisfactus, nec remisisse creditum, quod non probetur exactum, & perceptum ab ipsa re.

7 Non possum non agnoscere vim hujus argumenti, à cujus vinculo nec facilè dissolvi ; nec etiam possum facilè desistere à differentia, & discrimine, quod inter nostram quæstionem & dispositionem, *d. l.* 3. *ff. de pactis*, cum similibus versatur. Eadem enim jura disponunt circa redditum pignus simpliciter traditum creditori ad solam cautionem & securitatem crediti, & aliud quidem est pignus dare ad solam securitatem, & aliud pignus dare, ut creditor ex fructibus ejus, redditibus solvatur, ut satisfiat. Nam in simplicis pignoris redditione sola urbanitas creditoris confidentis de debitore suo versatur, & cum ipsa reversione totum jus quod habet in pignore reddito remittit.

At pignore tradito ultrà cautionem, & securitatem 8
creditoris aliud uberius jus consideratur, quod plus creditor recipit in ipso pignore, quod propterea remittere videtur per redditionem, & restitutionem ipsius pignoris, quod primo probatur argumento *d. l.* 3. *ff. de pactis*, ac cæterorum jurium, quibus probatur, quod omne jus quod creditor habet in pignore reddito debitori remittere & admittere intelligitur, ergo quidquid plus habeat, in eo simul remisisse censetur.

Secundò ulterius probatur ex alio simili instrumenti 9
continentis creditum redacti, & restituti debitori ex quo omne quod continetur in ipso instrumento debitori tradito à creditore remissum, renunciatum, & amissum intelligitur. Et ideo non solum creditum ipsum remissum censetur, ex quo & obligatio tollitur principalis *l. Labeo ff. de pactis* : ibi *Sed etiam tacito consensu convenire intelliguntur, & ideo si debitori meo reddiderim cautionem videtur inter nos conveniisse ne peterem : profuturamque ei conventionis exceptionem placuit.* Concordant *leg. servum* 44. §. *eum qui, & leg. hujusmodi* 84. §. *si cui, ita leg. ab omnibus* 104. §. *in testamento ff. de leg.* 1. *leg. qui chirogr.* 59. *ff. de leg.* 3. *l.* 3. 1. *& l.* 4. *ff. de liber. leg.* Concordat *d. l.* 40. *tit.* 15. *part.* 15. quæ jura exornant, abundè per ampliationes, & limitationes, Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 40. *per tot.* mirabiliter etiam Trentacinq. *var. resol. lib.* 3. *tit. solutionib. resol.* 17. *per tot.* Castillo plurimos referens *controv. tom.* 2. *cap.* 13. *à princip.* Mascard. *de probation. concl.* 376. *ex n.* 1. Bertazola *de clauss. clauss.* 34. *gloss.* 17. *n.* 2. *& seqq.* Aretin. *de solut. c.* 4. *ex n.* 2. & quamplurimi Doctores proximè referendi.

Verum etiam hypotheca in eadem cautione, & inst- 10
trumento redditio debitori simul hypotheca contenta, remissa intelligitur. Accursius & Antiquiores *in d. l.* 3. *de pact.* ubi Petrus Costalinus Duarenus Eguinarius, Bart. Cujacius & Antonius Faber *in rationalibus.* Fortun. *in lib.* 2. §. 1. *n.* 2. *ff. de pact.* Conanus *lib.* 5. *comm. cap.* 4. *n.* 2. Menchaca *lib.* 3. *illustr. quæst.* 96. Hotomanus *lib.* 7. *observ. cap.* 9. Menochius *lib.* 3. *præsumpt.* 140. *n.* 15. Mendoza *lib.* 2. *de pact. cap.* 2. *n.* 5. Morla *emporio, tit.* 11. *q.* 8. Oswaldus Hillegerus *in notis ad Donellum lib.* 22. *comm. cap.* 4. *litt. A.* Treuthlerus *vol.* 1. *disp. tit. de pactis, thesi* 3. *q.* 22. Ferdin. Arias de Mesa. *variar. resol. lib.* 1. *cap.* 23. *n.* 16. Mascardus *de probat. concl.* 1178. *ex n.* 43. Negusantius *de pignoribus membr. part.* 6. *princ. n.* 19. Balduinus *de pignor. tit. quibus modis pign. vel hypot. solvit. vers. si creditor chirograph.* Castillo *controv. tom.* 2. *cap.* 23. *n.* 3. per text. *in creditricem, C. de remiss. pign.* & etiam expressa est *d. l.* 40. *tit.* 13. *p.* 5. ibi : *Catornandole la carta de la debda principal, o concedala entiendese que le quita el debdo, e el derecho que havia sobre el peno.*

Dissolvuntur etiam fidejussores per traditionem inst- 11
trumenti, & aliæ quælibet actiones, obligationes contentæ in eodem instrumento reddito, *ex d. jurib. juncto text. in solvitur, ff. quibus modis pign. vel hypoth. solvitur* probant post plurimos alios à se citatos Mesa & Castillo *locis proximè annotatis.* Aretin. *de fidejusso.* 2. part. *princ. sect.* 10. *&* 12. *fol. mihi* 948. igitur si omne contentum instrumento & pignore redditis dimisisse intelligatur creditor, quid mirum si idem reputamus in pignore tradito non solùm ad cautionem, sed præcipuè ad solutionem, & satisfactionem & reddito vel jam soluto creditore, vel adhuc integrè non satisfacto.

Fulcitur hæc pars ex resolutione illius quæstionis 12
utrum idem dicendum sit, cum instrumentum in quo duo erant obligati, creditor reddidit uni eorum, ut

tunc

tunc non ſolùm præſumatur liberatio debitoris, cui tradidit inſtrumentum, atque etiam aſſumatur præſumptio, quod eidem donaverit jus & actionem, quæ adverſus alium debitorem creditori tradenti competebat. Quam quæſtionem ad partes plenè diſputarunt poſt antiquiores plurimos Menoch. *de præſ. lib.* 3. *præſ.* 140. *ex n.* 6. *cum ſeqq.* Trentacinq. *variar. reſol. lib.* 3. *tit. de ſol. reſol.* 17. *n.* 2. & ex profeſſo autem illam quæſtionem, hinc inde examinat Caſtillo *controverſ. tom.* 2. *c.* 23. *per tot. ex n.* 4. *uſque ad finem*, & reſolvit multis antiquis & modernis DD. ſequentibus Bart. opinionem ut donatio præſumatur actionis, quod creditor tradens uni debitori habebat contra illos *ex l. ſi is qui duos ff. de libert. leg.* & text. *in l.* 1. *C. de donat.*

13 Quoniam eo ipſo, quod creditor uni debitori reddidit inſtrumentum, omne id jus, quod inſtrumento continetur, & cedere & donare videtur. Atque ideo cum contineat jus contra alium debitorem, ei, cui inſtrumentum tradidit, ceſſiſſe & donaſſe videatur. Quæ doctrina pariter applicari poteſt noſtræ diffi ultati; ut creditor cui res fructifera tradita fuit, ut ex fructibus ſatisfiat de ſuo, creditor ſi eam iterum reſtituat, non ſolùm præſumatur ſolutus, verum & partem crediti non exactam remiſiſſe, cum hac intentione rem hanc ſic qualificatam reſtituiſſe debitori intelligatur, cum hoc jus ſolutionis ſimul habeat creditor in ipſa re.

14 Quod videtur eſſe intentionis Aretini *de fidejuſſorib.* 2. *part. princip. ſect.* 10. §. 12. *fol.* 348. dum dicit, quod quando creditor reſtituit pignus debitori principali; tollitur obligatio fidejuſſoris; quia talis exceptio reſtitutionis pignoris competens principali debitori, ſuffragatur etiam fidejuſſori; ita quod ex tali pignoris reſtitutione, fidejuſſor liberatus venit, ex Bart. *in lib. cum reus*, aliàs, *ſtipulatus* §. *ſi ex duobus n.* 5. *ff. de fidejuſ.* ibidem Bart. *in authent. de fidejuſ. in rubric. n.* 4.

15 Quæ quidem doctrina vel intelligenda eſt, & reducenda ad terminos noſtræ quæſtionis; quando pignus reſtitutum fuerit traditum creditori, ut ex ejus fructibus ſolvatur, ut tunc per reſtitutionem ſolutus præſumatur, vel remiſſum creditum, ex quo ſolvitur obligatio tam principalis, quàm fidejuſſoris, ad latè tradita hactenus: vel fatendum erit præfatam doctrinam falſam eſſe, & contra jura expreſſa ſuperiùs adducta, loquentia in pignore ad ſecuritatem ſimpliciter tradito, & reſtituto, ut per reſtitutionem nec remiſſum ſit debitum, nec obligatio principalis, & per conſequens, nec acceſſoria fidejuſſoris, quæ durat dum principalis obligatio non extinguitur.

16 Hæc opinio, quæ probabilis videtur, ut conſtituatur differentia inter redditionem pignoris ſimpliciter traditi ad ſolam cautionem; & pignoris ſub hac qualitate, ut illud teneat creditor, donec ex fructibus de ſuo credito integrè ſatisfiat: quo caſu nec jura, nec Doctores loquuntur; fallit quando alio fine & intentione reddita ſit res debitori, quam animo dimittendi aliquod jus quod in ea habet, nam hoc caſu ceſſabunt omnes juris præſumptiones ſupradictæ, ſicuti probat Menochius *de præſumpt.* 140. *n.* 18. ubi firmat, quòd hæc præſumptio facta doctorum jurium non habet locum, quando alia conjectura ſumi poteſt, quam remiſſionis pignoris, & ſolutionis debiti. Exempli gratia ſi litigares cum aliquo de venditione à me tibi facta, & darem tibi inſtrumentum, ut poſſes te ab illo defendere, non intelligitur traditum debitori ipſi inſtrumentum, ut te liberarem juxta Bart. doctrinam *in l.* 2. *n.* 4. *ff. de pactis*, & ibidem Jaſon. *n.* 11. Abbas *in cap. Eccleſia, el ſegundo. n.* 13. *ut lite pendente.* Socinus *in tract. fallentiar. lit.* 1. *reg.* 3. *fallent.* 1.

17 Aliud erit exemplum, ut ſi tibi fidejuſſori traditi inſtrumentum crediti quo experiri poſſes contra principalem, quia non præſumitur me illud tradidiſſe ad effectum te, vel principalem liberandi, cum alia & diverſa fuerit mea intentio, & finis tradendi, ita in ſpecie reſpondit Cravera *in conſil.* 590. *n.* 14. *lib.* 2. ſequitur Menochius *ubi proximè ſub dicto n.* 18. Et utrumque exemplum cum doctrina refert & ſequitur Trentacinquius *reſol. lib.* 3. *reſol.* 17. *n.* 11. poſt Guilelm. de Cun. Bart. Bald. Alexand. Paul. de Caſtro, & alios communiter *in dict. l.* 2. *ff. de pactis* dicentes, quando alia poteſt ſumi conjectura, & præſumptio, vel alia 18
cauſa tradendi pignus & inſtrumentum, nec remiſſio nec debiti ſolutio præſumitur; quamplures refert Caſtillo *controv. tom.* 2. *c.* 23. *n.* 10. & 11. Gregorius Lopez *in dict. l.* 400. *gloſſ.* 2. *in fin.* quòd quando pignus redditur ad certum uſum, non intelligitur remiſſum pignus.

Facit etiam, quoniam ſi hoc actum ſit inter credito- 19
rem & debitorem, ut re pignoris jure nexa tandiu debitor utatur, quandiu creditor voluerit, non extinguitur jus pignoris, ſed precarium potius reſultat: text. *in l. qui pignori.* 36. §. 1. *de acquir. poſſeſſ.* Ferdinand. Arias de Meſa, *var. reſol. lib.* 1. *c.* 33. *n.* 13.

Quibus conſonat, quod actus poſitivi, qui aliàs de 20
jure ſunt apti ad acquirendam poſſeſſionem, & cauſandam præſcriptionem, & acquiſitionem, ſi gerantur alio fine, alia intentione & cauſa, quàm acquirendi jus, & ſic non deſtinati ad acquirendum, nec eo animo ſed diverſo: nihil proſunt ad acquiſitionem, ſed tantum cauſæ, cui attribuuntur, & deſtinantur, ita laciſſimè per plura jura, doctrinas & Doctores comprobat Caſſanate *in conſil.* 41. *ex n.* 30. *cum multis ſeqq. & conſ.* 10. *n.* 39. Cancerius *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 3. *de privilegiis. n.* 288.

Hinc Garcia *de nobilitate, gl.* 7. *n.* 32. optimè in- 21
quit, quòd poſſeſſio tunc reſtringitur intra metas actuum poſitivorum, quando actus iſti geruntur ſolùm propter ſe, & ut ſuos juris effectus operentur, & non propter aliud, & ad alium finem, animum & intentionem, quia ſi non geruntur propter ſe, ſed propter aliud, tunc inſpiciendum id propter quod fiunt dumtaxat. Plurima jura recenſet ipſe Garcia, & explicat videndus, quapropter ſi pignus reddatur debito ob cauſam, finem diverſum, ceſſat præſumptio juris deſtinata ad admiſſionem juris pignoris, & inducendæ ſolutionis crediti.

Ac denique, & quod creditor qui rem debitoris rece- 22
pit ut teneat quouſque ex fructibus, & redditibus eorum ſolvatur, & de ſuo credito ſatisfiat; ſi pro tempore reddat debitori, oritur præſumptio ipſum integrè ſatisfactum manere de ſuo credito; nam ſi ei datur res ad hunc ſolutionis finem, ſimpliciter reddendo illam debitori, vel eſt præſumendum ipſum creditum remittere velle, alio finè, cauſa & intentione diverſa non apparente, ut hactenus dictum eſt.

Vel eſt præſumendum ipſum ſolutum, & ſatisfactum 23
manere de ſuo credito ex fructibus rei à ſe perceptis, quoniam creditor, qui bona debitoris adminiſtrat præſumitur ſibi ipſi ſolviſſe, & ſatisfeciſſe ex ipſis bonis quæ adminiſtrat, plurima jura & Doctores ad hoc idem allegavimus *inf.* 3. *part. c.* 7. *n.* 19. *& ſeqq.*

Nam qui totum ſibi ſolviſſe potuit, & partem crediti 24
tantum accepit, præſumitur generaliter ſolutus & ſatisfactus, Afflict. *deciſ.* 23. *n.* 20. & 21. tenet Aretinus *de ſolutionibus, c.* 14. quæ quidem præſumptio tandiu durabit interim, quod creditor adminiſtrans non reddat rationem fructuum à ſe perceptorum, ut plurimis citatis Doctoribus diximus *in d. c.* 7. *n.* 20. *cum ſeqq.* quod certum apparebit conſtito de valore fructuum ac reddituum & de tempore quo penes ſe non habuit creditor, & detinuit.

Illud non omittam, quod creditor qui recepit pignus 25
ad ſatisfactionem ſui crediti præſumitur illud tenere, donec probet ipſum reddidiſſe debitori Menochius. *lib.* 6. *præſ.* 64. *n.* 7. quia eſſe ſemper præſumitur, 26
quod in meo poſſe ſemel fuit. Afflictis *dec.* 13 *n.* 1.

Ex prædictis omnibus illud igitur infertur, quod cre- 27
ditor qui pignus accepit, ut ex ejus fructibus ſatisfiat, non ſit graduandus, vel ex eo quod reddens pignus præſumatur integrè ſatisfactus; vel quod miſerit jus pignoris, & jus crediti amiſerit; nam cum creditor non appareat, non debet in concurſus judicio graduari.

CAPUT XXX.

Ad prælationem & graduationem, an attendatur tempus mandati, vel tempus contractus ſub hypotheca mandati virtute celebrati, ita ut creditores medio tempore contrahentes præferantur.

SUMMARIUM.

1 & 2. *Mandati tempus ad hypothecæ prælationem, & non contractus attendendum, que tenuerint.*
3 *Ex mandato ad adeundam hæreditatem ipſo jure aditio inducitur.*
4 *Ex mandato ad contrahendum matrimonium inducitur ratificatio jam antea contracti nomine mandantis.*
5 *Conſus patroni requiſitus ad actum per viam ſimplicis conſenſus, probatur ex conſtitutione etiam invalida mandati.*
6 *Voluntas probatur etiam per inſtrumentum, & diſpoſitionem nullam, vel revocatam.*
7 *Electio pertinens alicui probatur ex ſola ſua petitione, etiam bulla.*
8 *Item nominatio facta teſtamento nullo, vel revocato.*
9 *Ad prælationem hypothecæ non tempus mandati, ſed tempus obligationis attenditur. & ſeqq.*
10 *Tempus contractus hypotheca non retrahitur ad tempus mandati.*
11 *Ex ſolo mandato ad contrahendum, non probatur contractus, ſed ex defectu, & executione mandati.*
12 *Mandatum ad diſpenſandum non eſt diſpenſatio.*
13 *Mandatum ad contrahendum matrimonium, non eſt contractus matrimonii.*
14 *Mandatum ad vendendum, non eſt ipſe venditionis contractus.*
15 *Mandatum habens ad obligandum alterum eum non obligatum, quouſque utatur mandato.*
16 *De poteſtate ad actum non valet argumentum.*
17 *Mandatum non probat, id quod fuit mandatum, niſi probetur affectuatio.*
18 *Contractus non cenſetur celebratus in loco mandati, ſed in loco quo procurator contraxit.*
19 *Et eo loco ſortitur forum mandans.*
20 *Mandati locus non attenditur, ſed locus quo fuit dictum mandatum commiſſum.*
21 *Beneficium eo in loco vacare dicitur, quo facta fuit reſignatio à procuratore.*
22 *Contractus executio quando confertur in futurum non attenditur tempus conventionis ſed executionis.*
23 *Mandatum ad contrahendum dirigit ſuam diſpoſitionem in futurum.*
24 *Facultas Regia ad contrahendum, dirigit ſuum affectum in futurum, ſi prohibitus ea utendo contrahat.*
25 *Facultas ad contrahendum diverſa eſt, ab ipſo contractu.*
26 *Aliud eſt facultas data ad contrahendum, aliud ipſe contractus.*
27 *Hypotheca contracta virrute mandati non retrahitur ad tempus mandati.*
28 & 29. *Fictio translativa nunquam admittitur in præjudicium tertii medio tempore ejus acquirentis.*
30 *Hypothecam contractam virtute mandati non retrotrahi ad tempus mandati, qui Doctores teneant.*
31 *Qui ſolvere promiſit, quod ſuus procurator recepit ad cambium, hypotheca non retrotrahitur ad tempus promiſſionis.*
32 *Ea quæ conſiſtunt in mera & nuda voluntate mandantis, probantur per mandatum.*
33 *Mandatum continens obligationem prout ex nunc, an attendatur, an tempus executionis.*

HAnc quæſtionem difficilem reddiderunt nonnulli 1
Doctores aſſerentes, creditorem contrahentem cum procuratore debitoris eſſe præferendum à tempore mandati, & non à tempore contractus, & poſtea mandati virtute celebrati, eo quod contractus retrotrahatur ad tempus, quo mandatum fuit fabricatum, ut ex Baldo *conſ.* 198. *n.* 1. *vol.* 1. tenet apertè Joan. Baptiſta Coſta *de retrot. cap.* 8. *caſu* 31. *n.* 3. ex eodem Baldo, & Card. Tuſcho *lit. H. concl.* 128. *n.* 14. & *n.* 18. idem tenet Noguerol. *allg.* 11. *n.* 100. ex quo præcisè infertur, quod is creditor, qui cum procuratore contraxit debitoris, præferatur quibuſlibet creditoribus medio tempore contrahentibus, hoc eſt poſt mandatum, & ante contractum ejus virtute executum, & celebratum, ad latè tradita 2. *p. c.* 13. *ex num.* 18. *c.* 21. *ex n.* 2. *cum ſeqq.*

Cui opinioni arridet reſolutio D. Larra *dec. Gra-* 2
natens. 78. *tom.* 2. ubi agit de mandato ad interponendam ſecundam ſupplicationem, & obligandum bona principalis, & fidejuſſoris cum clauſula ut ex tunc à tempore mandati bona utriuſque maneant obligata pro pœna mille & quingentarum duplarum, procurator autem poſt terminum à lege regia taxatum ad præſtandam fidejuſſionem in Senatu comparuit offerendo dictam obligationem, & fidejuſſionem juxta ſuum mandatum, controverſia orta ſuper admiſſione earum, fuit à Senatu reſolutum admittendas, eo quod licet poſt terminum præſtentur retrotrahuntur ad tempus mandati, quæ reſolutio aſſentire videtur proximæ relatæ Coſtæ.

Et ulterius probatur hæc retrotractio contractus; 3
nam ex ſolo mandato ad aliquem actus gerendum inducitur ipſe actus geſtus: etenim ex mandato ad adeundam hæreditatem ipſo jure probatur aditio, *l. ſi ergo* 26. *ff. de acquir. hæreditate*, ubi bona gloſſa *verb. Pomponius, gloſſ. in l. per procuratorem ff. de acquir. hæred.* Muſeus Valaſcus *de partitionibus, cap.* 7. *ex n.* 25. Rota, ut per Ludoviſ. Poſth. *poſt tract. de manutentione, deciſ.* 320. *n.* 11. vide Vincent. de Franchis *in deciſ.* 60. *n.* 5. & 15. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1. *n.* 11. Marta *conſ.* 34. *n.* 3. *vol.* 1. Riccius *in addit. ad Franch. & dec.* 6.

Et ex mandato ad contrahendum matrimonium ſta- 4
tim inducitur; & operatur ratificationem contractus matrimonii jam antea celebrati nomine mandantis, Surdus *conſil.* 462. *n.* 2. *verſ. per quem* Narbonam, & alios diximus *in noſtris comment. de Retent. Bullar.* 1. *part. cap.* 10. 13. & poſt Alexand. *conſil.* 146. *n.* 6. *vol.* 5. & *in conſil.* 95. *n.* 9. *vol.* 7.

Et ſimiliter conſenſus patroni requiſitus ad actum per 5
viam ſimplicis, & nudi conſenſus, colligitur ex ſolo mandato; conſtitutione procuratoris, etiam invalida. Sylveſter Aldobrandin. *conſil.* 32. *nu.* 24. & *à nu.* 19. Caſtillo *controver. l. tom.* 5. *cap.* 108. *nu.* 6. & *per tot.* tractat, quod voluntas probatur etiam per inſtru- 6
mentum nullum, conducit Gratian. *diſceptat.* 301. *ex num.* 40. *cum ſeqq.* ubi quod electio pertinens alicui 7
probatur per ſolam ſuam petitionem, etiam nulla, & inutili, idem de nominatione facta in teſtamento nullo, aut revocato tenet Caldas Pereira *de nominatione em-* 8
phyteut. quæſt. 10. *num.* 10. ex quibus videtur roborata opinio Coſtæ *de retractat. cap.* 8. *caſ.* 31. *nu.* 3. aſſerentis ad præfationem hypothecæ, non attendi tempus contractus, ſed tempus mandati, ad quod retrotrahitur contractus poſtea per procuratorem celebratus.

Sed revera hujus doctoris opinio falſa eſt, & pror- 9
ſus improbabilis, pro qua ipſe nullum fundamentum adducit, nec Noguerol. *citatus ſupra n.* 1. ſed dumtaxat auctoritate Bald. *in d. conſil.* 198. *n.* 10. *lib.* 1. moventur, ſed tantum abeſt quod Bald. tenuerit ſuam opinionem imò contrariam multis fundamentis confirmat, & tenet in hæc; *Aliud punctum, de quo quæri poteſt tale eſt, utrum hypotheca conſtituta à procuratore trahatur retrò ad diem mandati, & videtur quod ſic, quia*

quia ſubſtantia iſtius obligationis conſiſtit in mandato, item iſta obligatio fuit facta ex cauſa de præterito argument. ff. de pignor. actio. leg. ſi rem, §. fin. tum mandatum forte non poſſet revocari, quia neceſſarium, ut ff. de acquir. poſſeſſ. leg. fundum §. 1. item ad hoc facit pro, & contra, ff. de fidejuſſoribus leg. ſi ut proponitur. Hæc ſunt argumenta Baldi conducibilia facto ſuæ conſultationis, *ſequitur, & facit in contrarium*, quod non trahatur retrò. *Quia inſpicitur tempus contractus,* 10 *item quia tunc, & non prius intervenit conſus procuratoris, ut ff. de acquirend. poſſeſſ. leg. qui abſent. §. 1. iterum quia tractatur de præjudicio tertii, aut iterum erat facta venditio, & traditio, ut ff. de ſolutionibus, leg. cum decem, & leg. ſi offerentur; & leg. fin. ff. rem ratam haberi: idem quia iſta fictio non haberet extremam, à quo cum res tunc non ſit in bonis debitoris, ut ff. qui potior in pignore, l. potior, & leg. qui balneum, item ratihabitio, quæ æquiparatur mandato, traditur ad diem contractus: ergo & mandatum.* Hactenus Bald. qui omnibus juris fundamentis, quæ de jure adduci, & conſiderari poſſunt uſus fuit in comprobationem hujus contrariæ, & veriſſimæ reſolutionis Juſchus etiam adductus à Noguerol. nec ullum verbum adducit, quod tangat noſtram quæſtionem, imo noſtram reſolutionem etiam ſequuntur plures Doctores poſtmodum referendi.

11 Nam ſolum mandatum ad contrahendum nihil de per ſe operatur non ſecuta executione, ut ejus virtute actus, & contractus celebretur à procuratore, qui ex mandato ad contrahendum ſolum recipit poteſtatem, ut nomine domini poſſit actum celebrare, & præſtat conſenſum reciprocum, & ante conſenſum præſtitum in ipſo actu contrahendi, nullus adeſt contractus, ſicut contingit in domino principali, qui licèt habeat propriam poteſtatem, & perfectam voluntatem contrahendi, tamen uſquequo conſenſum præſtet cum alio contrahente, nihil exactum, quia multa tractantur, quæ non perficiuntur, & quouſque contractus inter partes contrahentes ſit omnino perfectus, pœnitentiæ locus eſt, ex vulgaribus.

12 Hinc videmus quod mandatum ad diſpenſandum non eſt diſpenſatio, quouſque per mandatarium hæc ſequatur, plures per Th. Sanchez *de matrim. tom.* 3. *lib.* 8. *diſput.* 30 *n.* 12. *fol.* 695.

13 Et mandatum ad contrahendum matrimonium, non eſt matrimonii contractus, Sanchez *de matr. to.* 5. *lib.* 2. *diſput.* 11. *n.* 13.

14 Mandatum ad vendendum non eſt ipſe venditionis contractus, Gratianus *diſcept.* 34. *num.* 26. Riccius *lib.* 3. *Collect. num.* 1719. *limitat.* 3. & 4. Hermoſilla *ad leg.* 52. *tit.* 5. *part.* 5. *gloſſ.* 7. *ſub num.* 15. *tom.* 2. *fol.* 233.

15 Et qui mandatum, & facultatem habet obligandi alterum, eum non obligat, quouſque mandato & poteſtate utatur, Caſanate *conſil.* 30. *nu.* 12. quia non ſufficit quem poteſtatem habere ad aliquod gerendum, niſi poteſtate utatur; & eam reducat ad actum, quia de poteſtate ad actum non valet argumentari. Alvares Valaſcus *in axiom. juris, argum.* 499. *fol.* 78.

16 Hinc eſt, ut per mandatum datum procuratori ſuo ad vendendum, alienandum bona feudalia, vel majoratus, aliave prohibita alienari ſine aſſenſu, vel facultate regia, poſſeſſor mandans, nec cadit in commiſſum nec incidit in pœnam, quia ſolum mandatum non eſt alienatio niſi cùm effecta ejus virtute bono alienentur, & in alium transferantur; ut ex Bald. *in leg.* 1. *col.* 7. *C. qui admit.* probat abundè Marius Frecia *de feud. lib.* 2. *tit. de authoritat.* Baro. *Reg. ſub feud. in limitationib. conſtit.* 22. *limitat. ex num.* 65. *cum ſeqq. fol.* 152.

17 Item mandatum non probat id quod per illud fuit mandatum, ſi non probatur effectuatio, & in actum redactum, Farinacius *in poſthum. to.* 1. *dec.* 660. *nu.* 2.

18 Cujus etiam eſt fariæ, quod contractus nunquàm dicitur celebratus, quouſque procurator utatur mandato, & conſenſum ſuum præſtet ſecum contrahenti, in tantum quod ſi detur mandatum alicui, ut in alio loco pro ſe contrahat, in quo cum effectu procurator contraxit, contractus ipſe non cenſetur factus in loco à quo emanavit mandatum; ſed in loco ubi procurator contraxit, & conſenſus contrahentium conjunguntur, & in eo loco contractus ſortitur forum mandans, ut 19
ex Petro Barboſa & Sigiſmundo Scaccia diximus *in noſtris comm. de reten. Bullar.* 2. *p. c.* 27. *n.* 49. & 50. nam ubi conſenſus contrahentium conjunguntur, ibi
dicitur perfectus contractus, non autem locus à quo 20
dirigitur mandatum, vel epiſtola ad contrahendum, mandans convenitur, prout utrumque probat Bald. *in leg. multum intereſt. nu.* 28. & Salicetus *nu.* 17. *C. ſi quis alteri, vel ſibi*, Rota Januenſ. *deciſ.* 161. *nu.* 4. Albericus *in l.* 2. 4. *ff. de procur.* Coccinus *deciſ. Rotæ Rom.* 116. *nu.* 1. eadem Rota *deciſ.* 531. *nu.* 4. inter recollectas per Ludoviſ. Poſt. poſt *tract. de manutentione.* Conſonat reſolutio mandatum præſtantis, ut quis in alio loco committat delictum, ut non
attendatur locus, quo fuit fundatum mandatum, ſed 21
locus quo executio ejus facta fuit, & procurator ejus virtute perpetravit delictum, ut per plures reſolvit Fachineus *controv. jur. lib.* 9. *cap.* 15. *per totum*, facit text. *in leg. hæres abſens §. apud Labeonem, ff. de judiciis, illic apud Labeonem quæritur, quid ſi homo provincialis ſervum inſtitorem, vendendarum mercium gratia Romæ habeat? Quod cum eo ſervo contractum eſt, ita habendum ac ſi cum Domino contractum ſit, quare ibi ſe debebit defendere leg. ſi ut proponis. ff. de fidejuſ.* in illis verbis. *Ita convenit ut in Italia ſolveretur, intelligendum mandatorem quoque ſimili modo contraxiſſe.*

Cui convenit quod beneficium ibidem vacare intelligitur, ubi ſit regnatio per procuratorem, licet alibi mandatum fuerit confectum ad regnandum, quoniam procurator Romæ præſtitit conſenſum reſignationi. Garcia *de beneficiis* 5. *p. c.* 1. *nu.* 75.

Nam quando executio negotii confertur in futurum 22
non attenditur tempus conventionis, ſed executionis Panormit. *in c. in civitat. nu.* 3. *de uſuris.* Antonius Rubeus *in leg. vinum* 132. *ff. ſi certum pet.* Pinellus *in leg.* 2. *C. de reſcind. vendit.* 3. *part. c.* 4. *nu.* 16. D. Larrea *in allegat. fiſca. lib.* 2. *tom. alleg.* 106. 23
nu. 8. mandatum etenim ad contrahendum dirigit diſpoſitionem in futurum, ut contractus ejus virtute celebretur, quia per mandatum ſolum procurator recipit poteſtatem ad alieno nomine contrahendum, quod quantum diſtet ab ipſo contractu, nemo eſt qui neſciat, prout hactenus fuſius probatum eſt.

Ex quo provenit, quod quando prohibitus alienare, 24
ut poſſeſſor majoratus, feudatarius, & ſimiles, impetrat facultatem à Principe; vel à Domino aſſenſum, ut poſſit alienare bona prohibita, ſolùm recipit poteſtatem, & habilitatem ad alienandum, & contrahendum, & ut ſublato impedimento prohibitionis, habilis maneat, & cum poteſtate ad peragendum, & celebrandum contractum, qui quidem in ipſa facultate celebratus non reperitur, ſed datur per eam facultas ut in poſterum, & in futurum illum facit prohibitus, in tantum quod dum facultate non utatur, nec ad effectum, & executionem contrahendo reducat; nihil actum intelligitur, nec facultas operatur, niſi à tempore ipſius contractus poſtmodum celebrati diximus 2. *part. c.* 4. *nu.* 36. *n.* 47. *cum ſeqq. & ex nu.* 50. *& ex nu.* 103. *& ex nu.* 113. & quod 25
facultas regia ad alienandum, vel aliter contrahendum diverſa ſit ab ipſo contractu, & non contineat contractum, niſi poſtmodum fiat, & celebretur, multas & ſingulares doctrinas videbis 2. *part. cap.* 5. *ex nu.* 52. *cum multis ſeqq.* & eadem 2. *part. cap.* 9. *nu* 70. *& 71. cum ſeqq.* Quod aliud eſt facultas, & poteſtas recepta 26
ad faciendum, aliud verò ipſum factum *d. cap.* 9. *ex d. nu.* 70. *cum ſeqq.* ubi multa ſingulariſſima reperies omnino videnda in propoſito.

Si igitur, mandatum ad contrahendum non conti- 27
neat

neat contractum, nec fit ipse contractus, hypotheca quæ postmodum ex contractu facto virtute mandati, quomodo possibile est quod possit retrotrahi ad mandatum, quod non sit contractus, nec aliquam obligationem contineat, cum deficiat extremum habile ad quem possit referri, & retrotrahi. Nam licet hypotheca conditionalis soleat referri, & post purificationem retrotrahi ad tempus, quo fuit contracta; ideo fit, quia præcessit contractus & obligatio ad quam potest retrotrahi ut videre est ex his quæ diximus 2. *part. cap.* 23. *nu.* 19. *cum seqq.*

28 Imò, & tunc fictio translativa nunquam admittitur in præjudicium tertii medio tempore jus acquirentis, prout de hypotheca probavimus *d. cap.* 13. *nu.* 17. maximè dato casu, quod mandatum contineret contractum hypothecæ, & adfuisset extremum habile, ad quod contractus sequens potuisset fieri, retrotractio adhuc non admitteretur, cum contractus pendeat
29 à voluntate contrahentium, quo casu non datur retrotractio in præjudicium tertii medio tempore contrahentis, prout plenè probavimus 2. *part. c.* 21. *ex n.* 1. 2. 3. 4. *& seqq.*

30 Et ideo verissima est opinio, quod hypotheca contracta per procuratorem non retrotrahatur ad tempus mandati in præjudicium tertii medio tempore contrahentis, sed operetur ex nunc à tempore contractus, quo ipsa hypotheca fuit constituta, & orta obligatio. Hæc opinio verissima est, communiter recepta quam probat Bald. *de consil.* 198. *nu.* 10. *l.* 1. quem nullus ex Doctoribns citandis allegat, ipse Bald. *in*
31 *consil.* 246. *vol.* 5. tenet etiam Carosco *ad aliquas leges Regn. cap.* 11. *nu.* 280. tenet Mantica *de tacitis & ambiguis l.* 11. *tit.* 22. *nu.* 16. Genuensis *decis.* 188. *nu.* 12. *usq; ad finem*, quæ loquitur in fortioribus terminis in eo, qui per publicum instrumentum promisit solvere, quod alius nomine suo acceperit ad cambium, quod non retrotrahatur hypotheca ad tempus mandati, sed habeat principium ex nunc à tempore receptionis cambii: & nostram opinionem quod hypotheca non retrotrahatur ad tempus mandati, sed quod operetur ex nunc à tempore contractus celebrati per procuratorem tenet in terminis ipse Noguerol, ex diametro sibi contrarius *in allegat.* 22. *n.* 8. nec non novissimè à Costa *de privilegiis creditorum reg.* 5. *ampliat.* 3. *fol.* 281. & ita tenendum erit contra Costam miserè lapsum, ejus autem nullus ex Doctoribus citatis meminit.

32 His suppositis non obstant, quæ in contrarium consideravimus *ex n.* 2. *& seqq.* Ubi multas doctrinas adducimus probantes, quod mandatum ad aliquid faciendum statim operatur, non expectato actu celebrando, qui procedunt omnes in eo, quod pendet ex mera, & sola voluntate constituentis mandatum absque alterius interventu, & dependentia. Nos loquimur in contractu, & actu pendente ex voluntate, & consensu duorum aut plurium contrahentium, & in præjudicium tertii medio tempore legitimè contrahentis. Quo casu nihil operatur mandatum, quousque consensu contrahentium conjungatur, ut probatum relinquimus.

33 Nec minus obstat determinatio D. Larrea *de decis. Granat.* 98. *tom.* 2. quia in mandato de quo ibi aderat obligatio perfecta cum clausula retrotractiva, in qua ipse Larrea fundat totam suam resolutionem, sed non perfectè nec concludenter, sed sub aliquorum jurium *violenta ponderatione, & inductione;* de hac doctrina Larrea efficaciter videbis *infrà hac* 1. *part. cap. fin. ex n.* 146. *cum seqq.* ubi melius examinatur, & facti ratio redditur vera.

CAPUT XXXI.

Creditor ex instrumento (quod possessor majoratus obligavit omnia bona sua) postmodum exhibito, & confirmato per Regem, an graduetur in bonis majoratus in concursum deductis.

SUMMARIUM.

1 & 2. *In generali bonorum obligatione non veniunt bona prohibita alienari.*

3 *Verbo universali*, omnia bona mea, *an veniant quæ debitor specialiter non obligaret. ex num.* 33. *& seqq.*

4 *In obligatione generali comprehenduntur ea bona, quæ verisimiliter debitor non obligaret, quando alia non habet. & vide n.* 35.

5 *Idem operatur Principis confirmatio alienationis jam factæ à possessore majoratus quod facultas ad alienandum.*

6 *Facultas Regia potest præcedere, & subsequi contractum in bonis majoratus.*

7 *Producens instrumentum, omnia & singula, in eo contenta approbare censetur, nihil excepto.*

8 *Facultas Regia ad alienandum debet referri ad casum magis necessarium.*
Actus debet interpretari ut censetur provisum causæ urgentiori. ibid.

9 *Solutio simpliciter facta, intelligitur facta in duriorem causam.*

10 *Facultas Regia debet in aliquo operari, ne reddatur frustratoria. vide n.* 36.

11 *In generali obligatione bonorum facta à possessore majoratus, nec comprehenduntur bona majoratus, cum seqq.*

12 *Facultas confirmans obligationem generalem bonorum non potest comprehendere bona majoratus in ea non contenta.*

13 *Confirmatio instrumenti comprehendit omnia in eo contenta.*

14 *Non tamen ea quæ in instrumento, nec leguntur, nec comprehenduntur.*

15 *Confirmatio non est actus de per se stans, sed alteri adhærens.*

16 *Confirmatio commensuratur cum illo, quod confirmatur, & ultra actum quo confirmatur non extenditur.*

17 *Facultas pro rei alienatione nihil operatur imperempta re, aut jure possessoris majoratus extincto.*

18 *Facultas Regia non extenditur ad id quod principi fuit incognitum nec facta relatio.*

19 *Facultatem impetrans tenetur omnia quæ vult specificè narrare Principi, aliàs præter casus expressos non extenditur.*

20 *Facultas Regia currit, si narratio non sit vera.*

21 *Confirmatio non intelligitur facta ab ignorante.*

22 *Facultas debet operari circa contenta & expressa in ea, non circa cætera nec expressa.*

23 *Quod in facultate non expresse concessum, censetur omissum.*

24 *Quidquid in contractibus est omissum, habetur pro omisso.*

25 *Facultas superveniens obligationi bonorum generali facta à possessore majoratus, comprehendit majoratus bona. cum seq.*

26 & 27. *Nisi accedat nobis contractus, & consensus possessoris majoratus.*

28 *Princeps præstando assensum nihil de suo dat, nec de suo jure agitur.*

29 *Contrahentes non obligantur ex facultate Regia, sed ex contractu, & consensu.*

30, 31 & 32. *Facultas super confirmanda generali bonorum obligatione facta à possessore majoratus, simpliciter postulata, sive specificè petatur ad bona majoratus, istorum respectu nihil operatur, quia deficit concensus partis.*

37 *Creditor virtute obligationis bonorum generalis facta à possessore majoratus confirmatæ postea à Rege non est gravandus in bonis majoratus.*

Hujus

1 HUjus quæſtionis reſolutio ex variis juris principiis pendet, quæ propterea variis caſibus deſervire poteſt poſſeſſor majoratus, dum mutuo quantitatem ab aliquo recepit abſque Regia facultate, obligavit creditori omnia bona ſua. Creditor poſtmodum agnoſcens inconſtantiam ſuæ obligationis ob defectum facultatis, compa. et coram principe, & exhibens inſtrumentum, confirmationem, & approbationem ejus obtinuit, ut defectus ſanaretur. Ex poſt facto vel ipſemet poſſeſſor majoratus obligatus, vel alter ſucceſſor formavit concurſum ſuper eodem majoratu: comparet inter cæteros iſte creditor, & virtute ſuæ obligationis & inſtrumenti confirmati, & à Principe approbati: creditum, & gradum poſtulat, cui ex diverſo opponitur defectu inſuper facultatis, & à bonis majoratus eſſe excludendum, tanquam non creditorem ad ea pro utraque parte multa urgent.

2 Et pro creditore admittendo facit, quoniam licèt in generali bonorum obligatione non veniant bona prohibita alienari, ad text. *in leg. obligatione generali, ff. de pignoribus*, ut poſtmodum dicetur latius *ex n.* 11.

3 tamen quando præcedit verbum univerſale, *omnia bona mea*, veniunt ea bona, quæ aliàs non venirent in obligatione, quæque veriſimiliter debitor ſpecialiter non obligaret, Decius *in conſil.* 30. quem commendat Neguſantius *de pignoribus part.* 2. *memb.* 2. *n.* 35. ergo cum bona majoratus comprehenſa videantur ſub obligatione, per verba univerſalia, *omnia bona mea*, ſub confirmatione, & approbatione principalis comprehendi debent, cum hæc approbatio, & confirmatio inſtru-

4 menti vim habeat facultati, ut ſtatim. Et hoc argumentum multo fortius procedit, quando debitor non habebat alia bona præter majoratum, quibus obligatio verificari poſſit. Nam tunc comprehenſa intelligitur in generali obligatione bona ea, quæ debitor veriſimiliter non obligaret, ad text. *in leg. peculis*, §. *item cum quæritur, ubi gloſſ. ff. de aur. & argent. Laga. Roman. ſimul.* 447. probant Bartol. Bald. Jaſ. & alii relati à Nicol. Pignorat. *in addit. ad Rom. loco citato.* Ludovic. Gomez *in* §. *item. Servian. n.* 19. *inſtitut. de actio.* Duennas *in reg.* 275. *limitat.* 1. Marſil. *in Rubric. de fidejuſſoribus*, Gerardus *ſingul.* 35. quos congerit Anton. Gabriel. *commun. concluſ. tit. de reg. jur. concl.* 12. *nu.* 0. Mandel. Covarr. Canal Mantica, & alii citati à Gaito *de credito. cap.* 4. *quæſt.* 5. *nu.* 76. & 77. & latius *ex n.* 104. *cum ſeqq.* Ergo bona majoratus ſub generali debitoris obligatione, & principis confirmatione, approbatione ſubſequuta comprehendi debent.

5 Secundo probatur, quoniam idem operatur confirmatio Principis, & approbatio contractus, & alienationis bonorum majoratus ſubſequuta; quod facultas Regia à principio emanata, ut ejus virtute alienatio & obligatio celebretur, quia facultas regia, & aſſenſus poteſt intervenire poſt contractum & obligationem jam factam & celebratam, Socinus Junior *conſil.* 97. *n.* 2. Everardus *conſil.* 8. Burſatus *conſil.* 32. *n.* 12. *lib.* Abb. *in cap. cum vos* §. *n.* 8. *de his quæ fiunt à prælatis ſine conſil. cap.* Mierez *de majorat.* 4. *part. quæſt.* 2. *n.* 268. Balzanarius *de feudis in cap. imperialem de prohib. feud. alien. per Feder. n.* 44. Franciſc. à Ponte *conſil.* 86. *n.* 44. Joan. de Saccarr. *in conſuetud. cathalon. fol.* 428. *n.* 12. Intrigliol. *de feudis centur.* 1. *art.* 6. *n.* 44. & *ſeqq.* Anton. Petr. *in Epitom. ad conſ.* 1. *Octaviani Corſeti n.* 2. Nam poſtquam principi exhibitum fuit inſtrumentum alienationis rei prohibitæ continens defectum, illudque confirmat & approbat, omnia in eo contenta approbaſſe dicitur, & confirmaſſe, ex quo deinceps creditor tutus redditur, ac ſi à principio ſub facultate regia contraxiſſet cum poſſeſſore majoratus, plurimos Doctores in comprobationem adduximus *infrà* 4. *part. cap.* 9. *n.* 19.

6 & *n.* 17. latius eadem 2. *part. cap.* 17. *n.* 69. 70. & 71. ſub alia etiam ſuppoſitione hæc doctrina procedit, quia aſſenſus & facultas regia poteſt ante contractum, & poſt contractum, jam abſque illa celebratum, impetrari, & ſupervenire; ut probatum eſt, & inſuper, probant ea quæ abundè diximus inferius 2. *part. cap.* 21. *ex n.* 34. *cum multis ſeqq. & ex n.* 55. *cum ſeqq.* & ideo licèt confirmatio principis de per ſe ſola non probet alienationem rei feudalis niſi contractus, qui confirmari prætenditur, oſtendatur, & principi exhibeatur, ut docuit *Specul. tit. de inſtr. editio.* §. *nunc autem* 2. *verſ. quid conceſſum comprobans ex leg. ſi quis in aliquo C. de edend. & cap.* 2. *de fide inſtr. cap. cum dilecta de fide inſtr.* plures relati à Maſcardo *de probat. concluſion.* 401. *n.* 1. Tamen quando in confirmatione inſeritur tenor contractus exhibiti principi, contractum alienationis probare dicunt per argumentum *d. Auth. quis in aliquo document. C. de edend.* Speculat. Matthæus de Afflictis & Maſcardus, ubi proximè *n.* 2.

Corroboratur hæc pars, quoniam approbatio inſ- 7
trumenti comprehendit omnia, & ſingula in ipſo inſtrumento contenta, & comprehenſa, multa mirabilia videnda erant in propoſito; quæ ſcripſimus *in noſtris comment. de ſupplicat. ad Sanctiſſ.* 2. *part. cap.* 30. §. 1. *ex n.* 85. *cum multis ſeqq.* & inſuper ampliſſimè probat Aponte *de poteſtat. proregis de aſſenſu regio. tit.* 6. *ex n.* 21. *cum multis ſeq.* ubi quod aſſenſus Regius ſimpliciter præſtitus ſuper inſtrumento comprehendit omnia contenta in ipſo inſtrumento, ut etiam dicimus de producente inſtrumentum in judicio, qui omnia in eo contento approbare, ratificare, & fateri dicitur nihil dempto aut excepto, abundè videbis *infrà* 2. *part. cap.* 6. *ex n.* 16. *cum multis ſeq.* Ergo princeps confirmando, & approbando contractum ſibi exhibitum, & obligationis inſtrumentum, omnem defectum ſupplere intelligitur, & cuncta in eo contenta, & comprehenſa approbare, & rata habere per confirmationem.

Tertio probatur, quoniam contractus confirmatio 8
facta à principe ſi non operatur in bonis majoratus, & prohibitis alienare, de nihilo ſerviret, cum ad hunc finem ab eo impetretur confirmatio & approbatio, non ad alium, cum ſuper bonis liberis non erat facultas neceſſaria, & ſic debet referri ad caſum neceſſarium. Nos 3. *part. cap.* 2. *n.* 154. & *ſeq.* & inſuper faciunt ea quæ in ſimilibus terminis diximus *infrà* 2. *part. cap.* 24. *n.* 4. & *ſeqq.* Quod actus ſic debet interpretari, ut cenſeatur promiſſum cauſæ magis neceſſariæ diximus iterum *in* 2. *part. d. cap.* 23. *nu.* 24. *& facit argumentum leg.* 2. *& leg & magis, leg. cum ex pluribus, & leg. in iis ff de ſolutionibus*, exornat Bartol. *& cæteri ibi* Corneus *conſil.* 128. *nu.* 1. *vol.* 4. Rimol. Sen. *conſil.* 597. *n.* 2. *vol.* 2. Berois *conſ.* 196. *n.* 24. *lib* 1. *& conſil.* 16. *lib.* 3. Gabriel. *conſil.* 75. *n.* 10. *part.* 2. Menochius *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 236. Vincent. de Franchis *deciſ.* 164. *n.* 15. *part.* 2. plurimi alii relati ab Aretin. *de ſolut. cap.* 6. *per tot.* Ubi quod ſolutio ſimpliciter facta creditori 9
habenti plures & diverſas obligationes contra debitorem, cenſetur facta in cauſam duriorem, ac urgentiorem.

Quartò & denique, quoniam facultas regia ad 10
alienanda, vel hypothecanda bona majoratus, debet in aliquo verificari & operari, ne reddatur fuſtratoria & illuſoria, & propterea verba facultatis ita ſunt interpretanda, ut habeant aliquem effectum, ut poſt alios probat Molina *de primogen. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 78. & *cap.* 11. *num.* 11. Marius Giurba *deciſ.* 23. *numer.* 7. & 8. Carleval *de judiciis* 2. *tom. lib.* 1. *tit. diſpoſ.* 23. *numer.* 41. & 42. Sed ſic eſt quod hæc Principis confirmatio, & approbatio hypothecæ in inſtrumento contentæ omnium bonorum debitoris, ſi non operatur, effectum ſortiatur in bonis majoratus poſſeſſoris obligati; in alio non poteſt operari, nec verificari, ergo ita debet interpretari, ut in aliquo operetur, nec illuſoria, & fruſtratoria remanet.

His tamen, & aliis minimè refragantibus, contraria 11
opinio,

opinio, & vera & certior est, ut scilicet facultas superveniens in approbationem, & confirmationem obligationis factæ bonorum suorum omnium à possessore majoratus non comprehendat bona ipsius, nec ad ea protrahi possit, quoniam bona majoratus in illo obligationis instrumento nominatim non erat obligata, & per consequens nec contenta, nec comprehensa in obligatione, quoniam sub obligatione generali omnium bonorum facta per debitorem non excluduntur, nec comprehensa intelliguntur bona majoratus feudi, seu alia quævis prohibita alienari: probant Alexand. *in consil. 2. nu. 1. lib. 4. & in consil. 24. n. 6. eodem lib.* 4. & iterum *in consil. 51. n. 2. lib. 6.* Tuschus *lit. F. concluf. 204. n. 3.* Menochius *consil. 126. n. 3. & 10.* Melius *in consil. 250. n. 50.* Aug. Barbosa *de appellat. argument. n. 21.* Gratian. *discept. forens. tom. 3. cap. 580. ex n 10. & seqq.* communis Doctorum ex Curtio Jun. *de feudis 4. part. in ult. causa privationis feud. in 3. regul. col. 6. Jul. Clar. recepta recept. sentent. lib.* 4. §. *feudum. nu. 10.* pro quo est text. *in c. 1. de Capit. qui Curiam vend.* Afflictis *in constit. Regni, rubr. 5. in princ. n. 81. & in verb. hac edictali, n. 9. lib.* 3. idem notat Jason. *in §. iterum Salviana, n. 114. cum addition. ibi n. 11. instit. de actionib.* Duenas *in Regula 320. feudum non potest.* Tiraquell. *in tract. le mort saisit, 4. part. declar. 5. nu. 16.* Julius Clarus *§. feudum quæst. 35.* Michaël Grassus *in commun. opin. lib. 1. feudum, quæst. 8.* Anton Gabriel. *commun. opin. tit. de reg. juris; concluf. 12. nu. 15. cum seqq.* Bursatus *cons. 31. nu. 18. vol. 1.* Horatius Carpanus *ad statum Mediolan. tomo 1. cap. 273. n. 18. fol. 401.* & ex Bart. Bald. & Natta idem firmavit Mierez *de majoratu 1. part. quæst. 1. num. 176.* & post alios *1. part. quæst. 40. n. 10.*

12 Ergo facultas regia superveniens approbativa, & confirmativa illius obligationis bonorum impossibile est comprehendere esse alia bona, quæ in instrumento, nec nominatim, nec virtualiter insunt, quia non reperit subjectum super quo possit figere pedes, & qualitas sine subjecto esse non potest, & non entis nullæ sunt qualitates, nec qualitas stare potest sine subjecto. *l. 4. §. ff. de actionibus empt. l. 2. ff. de collat. bonorum, l. nullam, §. si absentis ff. de petitione hæred. l. Pomponius, §. fin. ff. de acquirend. hæred. l. ejus, qui in provincia ff. si certum pet.*

13 Et quamvis verum sit, quod approbatio & confirmatio instrumenti comprehendat proculdubio omnia, & singula in eo contenta, nihil excepto etiam minimo, ut diximus *num. 5. & 7.* & ampliss imè probavimus *in nostris comment. de supplic. ad Sanctiss. 2. part. c. 30. §. 1. ex n. 15. cum multis seq.*

14 Tamen quoad ea quæ in instrumento non leguntur neque in corpore Scripturæ continentur, confirmationis & approbationis facultas non operatur, quia cadere non potest super non ente, quamplures ad idem citavimus *d. 2. part. cap. 31. nu. 56. & 57.* & iterum mirabiliter per Rotæ decisionem, & alias doctrinas *d. 2. part. d. cap. 30. §. n. 33. cum sent.*

15 Et est singularis doctrina Baldi *in l. falsus, n. 3. C. de furtis.* quatenus ait, quod confirmatio non est actus per se subsistens, sed præcisè adhærens alteri actui, dicitur enim confirmatio, quasi cum alio firmatio. Ubi enim non est quid confirmabile, confirmatio nihil operatur, quia per se sola non potest subsistere, nec esse in aëre, idem Bald. *in consil. 301. verb. Papæ, vol. 5.* Decius *in rubr. de confirm. utili vel inutil.* quos referens sequitur Bertazola *de clausulis, clausul. 4. gl. 14. nu. 3.* Bald. sequuntur Philippus Decius *in l. more, n. 3. ff. de jurisdict. omn. judic. & in rubr. de confirmat. utili vel inutil. n. 2.* Sforcia *in consil. 77. n. 19.* Corneus *cons. 199. n. 88. vol. 2.* Hyppolitus Riminald. *cons. 5. n. 137. vol. 1.* Caballinus *qu. 29.* Felinus *cons. 27. nu. 16.* Valencuela Valasquez *consil. 177. nu. 56. tom. 2. & à nu. 48. cum seqq.* Surdus *cons. 289. nu. 8. 9. & in cons. 47. n. 19. & in nostris comm. de Regia protect. 2. part. c. 14. n. 14. n. 19. & 20. & de retent. Bull. 2. part. c. 17. n. 39.* ergo ad bona majo- 16
ratus, quæ instrumento non nominantur, nec sub obligatione generali omnium bonorum comprehenduntur, protrahi non potest confirmatio principis, idem Bald. *in l. nominationis, circa fi. C. de appell.* dicens quod cum confirmatio semper supponat aliquid priùs esse quod confirmatur: ideò confirmatio commensuratur ad illud quod confirmatur, & quod non extenditur ultra, quam actus confirmativus se extendat, quia natura confirmationis est, dare robur actui confirmato, non autem extendere. Idem Bald. & Paulus de Castro *in l. adversus, in fin. C. si adverf. rem jud.* cum allegatis per Decium *de conf. utili. col. 2.* tenet etiam Crotus *in l. 2. §. si quis simpliciter. nu. 10. in 1. lectura, de ver. obl.* Bertazola *clauf. 4. dict. gloss. 14. n. 3.* & per hanc doctrinam Baldi dixit in nostris terminis Francisc. à Ponte *de potest. proreg. tit. 7. de assens. Regii. §. 9. n. 7.* quod assensus regius non est actus de per se stans; sed est confirmatio contractus rei feudalis, & non dato confirmabili, quod est contractus assensus non habet ubi figat pedes, quod & latiùs comprobaverat ipse Aponte *in conf. n. 49.*

Et ex hoc fonte fluit, quod assensus & facultas prin- 17
cipis in confirmationem alicujus contractus super rebus feudalibus, atque majoratus superveniens tempore, quo contractus erat dissolutus vel bonis peremptis, aut aliter jure possessori obligari resoluto, nihil operatur facultas & assensus confirmatorius, cum non reperiat subjectum, super quo subsistere possit, nec mareriam præexistentem super qua possit radicari Capicius *dec. 100. n. 5.* Afflictus *decis. 335. n. 11. & seqq.* Marius Frecia *de sub feudis lib. 2. comment. constitutionis, constitutionem divæ memoriæ nu. 86. & sub. tit. de assensu; lib. 2. quæst. 30. per tot.* Ponte *de potestate proregis, tit. 6. §. 1. nu. 22. & 25.* Francisc. de Amicis *in repet. tit. de iis quæ in feud. dare possunt, §. 17. sed quia in hypotheca, p. 21.* Paris de Puteo *de reintegrat. feudor. cap. 298.* Carleval. *de judic. tom. 2. lib. 1. tit. 3. disp. 23. & 28.* Nos infrà *1. part. cap. 20. n 109.* bene faciunt, quæ Molina *de primogen. lib. 2. part. cap. 7. ex nu. 20.* Castillo *controverf. tom. 5. cap. 67. ex n. 56. & 57.*

Nec enim facultas & assensus principis extendi posset 18
ad id quod principi fuit incognitum, nec ab impetrante in precibus suis relatum nec postulatum, ut plures probant citati infrà *2. part. cap. 30. n. 39. & cap. 9. n.* 61. ubi latissimè hæc doctrina exornatur, quapropter 19
dum facultas assensus sit stricti juris, qui facultatem petit claris, & expressis verbis uti debet in precibus, exprimendo specificè omnes casus ad quos vult assensum impetrare, alioquin non censetur velle impetrare ad alios casus, causas & effectus præter expressos principi, & ideo verba facultatis contra impetrantem interpretari debent, juxta text. *in l. quid adstringendæ 99. ff. de verb. obl.* prout optimè considerat Carleval *de judic. tom. 2. tit. 3. disp. 23. sub. n. 64. verf. 2. quoniam.* 20
& n. 9. ubi quod si narratio non sit vera, corruit facultas, & hypotheca ejus virtute constituta nulla est: quod confirmatio fieri non dicatur ab ignorante, ex 21
Socino *consil. 158. col. fin. verf. 4.* tenet Bertazola *clauf. 4. dict. gloss. 14. sub. n. 3.*

Nam licet facultas regia sit interpretanda, ut in ali- 22
quo operetur, ut suprà, *n. 10.* id tamen intelligitur inter metas & cancellos ejus, quod ipsa facultate est expressum, & contentum, verum quoad cætera non expressa anguste tur; & pati debet omnimodam restrictionem tanquam quid odiosum, & ita debet interpretari facultatem, ut minus lædat commune, ut ex *l. 2. C. de noxalib. action.* probat Camerarius *in cap. imperialem; de prohib. feud. alienan. fol. 44. art. 8.* Felinus *in cap. 1. n. 9.* & ibi Decius *n. 30. de reseriptis*, Molina *de primog. lib. 2. cap. 10. n. 77. & 78. & cap. 11. n. 11. verf. 3.* quia Giurba *dec. 23. nu. 7. & 8.* Carleval. *de judiciis to. 2. tit. 3. disput. 23. n. 41. & 42.* Nam quidquid in facultate non 23
fuit expressè petitum; sed omissum manet relictum sub

dispositione

diſpoſitione juris communis, ut per plures probat Carlevalius *d. c.* 23. *n.* 40. igitur de primo ad ultimum ſequitur, quod facultas confirmativa, & approbativa alicujus contractus geſti à poſſeſſore majoratus præſentato ad id principi inſtrumento, præcisè debet reſtringi ad ea ſola quæ inſtrumento leguntur & reperiuntur ſcripta, & contenta, ad alia verò extra illud nullatenus ſit extendenda.

24 Quidquid enim in contractibus eſt omiſſum, habetur pro omiſſo; *leg. quidquid adſtringenda. ff. de verb. obligat.* Pariſ. *conſil.* 117. *n.* 6. Surdus *de alimentis tit.* 8. *privileg.* 76. *& deciſ.* 28. *num.* 5. *& deciſ.* 195. *num.* 11. Franciſ. Molin. *de ritu nuptiar. quæſt.* 24. *num.* 277. *& quæſit.* 34. *nu.* 6 *&* 8. Rendina *in promptuario recept. ſentent. tom.* 1. *tit.* 100. *n.* 27.

25 Et in eiſdem, in quibus verſamur terminis, hanc eandem reſolutionem brevibus, & mirabiliter reſolvit Alexander *in conſil.* 2. *n.* 1. *lib.* 4. ubi aſſerit quod quando Vaſallus obligavit omnia bona ſua, conſenſus domini ſuperveniens non operatur circa bona feudalia, quia non erant comprehenſa in ipſa generali bonorum obligatione, & ideo debitorem ſe juvare non poſſe hac domini licentia & aſſenſu, non adhibito, & noviter accedente novo conſenſu, & nova obligatione ipſius vaſalli, ubi propoſita caſus ſpecie ita ait. *Stante licentia dicti domini feudi poſtea ſubſequuta eo modo, quo in inſtrumento dictæ licentiæ continetur, in quo breviter puto, quod non comprehendit bona feudalia, quod oſtenditur ſic. In generali obligatione bonorum non videbitur debitor voluiſſe obligare bona, quæ tenet feudum in Speculator. in tit. de pignoribus, §. 1. verſ. penul. &* Bald. *in cap imperialem in princip. de prohib. feud. alien. per Feder. per illum text. juncta leg. in obligatione generali ff. de pegnorib. idem ſentit Bald. in leg. voluntas, C. de fidejuſſor. per id quod habetur in cap. . de capita. qui curiam vend melius facit text. in cap. in generali. Si de feudo fuer. contro. inter dom. & agna. junct. d. cap. imperialem in princip. notat.* Bald. *in leg.* 1. *per illum text. cap. quæres pignor. oblig. poſſ. benefacit quod notat Bartol. in leg. codicillis, §. inſtitu. ff. delegat.* 2. *Angel. in Authent de reſtitut. & ea in princip. hoc etiam in ſpecie ſequutus fuit Paul. Caſtro in l. tutor. § fin. de pignor. ergo pro dictis nonaginta duobus ducatis fuerunt ſolum obligata generaliter bona antequam aliquis haberetur cenſus, vel licentia domini feudi, ideo non poteſt dici quod pro illa quantitate operetur conſenſus, ſeu licentia ſolius domini, quia non tractatur*

26 *de obligando jure domini feudi, ſed de jure vaſſalli, qui erat debitor*, & idem repetit ipſe Alexand. *in conſil* 124. *n.* 4. *eodem lib.* 4. repetit etiam *in conſil.* 40. *n.* 1. *lib.* 6. *& Apoſtilla in d. col. . verb. privationis :* mirabiliter dicit, quod aſſenſus ſuperveniens, non ſufficit ut feudalia bona maneant hypothecata, ſub obligatione generali præcedenti, niſi novus accedat vaſalli conſenſus, & denuo hypotheca contrahentur ſupet bonis feudalibus,

27 quibus dominus præſtat aſſenſum, ex doctrina Salicet. *in leg. fin. cap. remiſſione pign.* & utramque doctrinam ſequitur Tuſchus *practic. concluſ. litt. F. concluſ.* 204. *ex num.* 3. ubi dicit quod in generali bonorum obligatione non veniunt bona feudalia, *& in n.* 5 *&* 6. ſic explicat ibi. *Extende ut procedat etiamſi Dominus poſtea conſenſerit, quod bona feudalia cadant in obligatione prius facta ante conſenſum.* Alexand. *de conſil.* 2. *in principio lib.* 4. *ubi Apoſtilla in verbo privationis, dicit quod neceſſe eſt, ut denuo poſt conſenſum fiat obligatio, alias prima non valet.* Quod veriſſimum eſt; cum prior contrahentium conſenſus non fuerit applicatus ad bona feudalia, qui ſimultaneus utriuſque requiritur in quolibet contractu ad ſui ſubſtantiam, & eſſentiam, & quod omnium contrahentium conſenſus conjungatur, & in unum conveniat. Nec ſufficit ſubſequens aſſenſus domini, tum quia contractus, cum eo non celebratur.

28 Quia dominus præſtando aſſenſum de ſuo nihil dat, nec de jure ſuo agitur, ſed removet impedimentum à vaſallo; ut poſſit diſponere de jure proprio, quod in feudo, & ejus bonis habet. Ut plenè ſentit Iſernia 29
in cap. imperialem num. 11. *de prohib. feud. lib.* 2.
§. vigeſimo nono quæro. n. 3. Afflictus. *in conſtit. cum circa inſtitæ num.* 54. *lib.* 1. *Rubric.* 71. Roſental. *de feudis cap.* 9. *membr.* 1. *concluſ.* 38. *num.* 4. *& in litt. C.* Carleval. *de judiciis tom.* 2. *tit.* 3. *diſput.* 23. *num.* 64. *verſ.* 3. *quia cum utilis fol.* 309. tum etiam quia aſſenſus ſolum præſtat facultatem vaſſallo, ut poſſit contrahere, ſi velit, & ſi deſtinatus ad contractum futurum, & finiendum, nec contrahentes obligantur ex facultate, & aſſenſu Regis, ſed ex ſolo conſenſu, ad latiſſimè tradita *infrà* 2. *part. cap.* 6. *ex num.* 71. ubi multa & mirabilia videbis in propoſito, nam contractus ab ipſo contrahentium conſenſu, & voluntate dependet, non ab alio.

Ex hac quæſtionis reſolutione utiliter primo infertur, 30
quod licet ſivè à Rege ſimpliciter poſtuletur confirmatio contractus ſibi exhibiti, & præſentati, quo omnia bona ſua poſſeſſor majoratus obligavit, & princeps ſimpliciter confirmat, ſive ſimul poſtuletur, ut in eadem obligatione ſubintelligantur comprehenſa bona majoratus, non nominatim ſpecificata, neutro cauſſa prodeſt aſſenſus & facultas, prout expreſsè probant Doctores paulò ante citati *ex n.* 26. *verſ. & Apoſtilla in d. conſil.* 2. quoniam cùm ad bona majoratus non contenta in obligatione generali præcedente deficiat contractus, & partium 31
conſenſu à Principe ſuppleri non poteſt, probavimus 2. *part. cap.* 9. *n.* 71 *&* 72. quia conſenſus in contractibus provenit à jure naturali. Sive poſtuletur nova facultas ad obliganda bona majoratus, & ſemper appetendus erit novus conſenſus poſſeſſoris majoratus, ut novus celebretur contractus ſuper bonis majoratus, & feudi, quæ non erunt ſpecificata in inſtrumento, & obligatione confirmata per principem. Quapropter in libera eſt facultate, poteſtate, & voluntate cujuſliber ex contrahentibus, nolle noviter contrahere, nec creditor ad id cogere poteſt debitorem, cùm contrahere ſit voluntarium, & poteſt poſſeſſor uti vel non uti facultate ad alienandum, vel hypothecandum à ſe impetrata. Prout plenè 32
diximus 2. *part. cap.* 5. *ex num.* 49. *cum multis ſeq.* Ubi quod facultas ad alienandum non eſt alienatio, ſed poteſtas conceſſa ad contrahendum in futurum, ita ut neque ex ea cogatur impetrans ad contrahendum, ſi renuat; nec ad utendum facultate & poteſtate ſibi à principe conceſſa ſublato impedimento, & inhabilitate, quæ erat in poſſeſſore majoratus ob prohibitionem fundatoris & legis.

Quibus ſic ſuppoſitis, non obſtant argumenta, quæ 33
contra noſtram principalem ſolutionem conſideravimus ſuperius à principio hujus capitis *ex. n.* 2. *cum ſeqq.* Nam ad primum, quo diximus in generali, univerſali & obligatione omnium bonorum venire; quæ veriſimiliter debitor ſpecialiter non obligaret; reſpondetur, contrarium 34
verius eſſe & magis communiter receptum, prout videre eſt ex eo quod Gaito *de credit. c.* 4. *d. p.* 6. *ex n.* 68. *cum ſeqq.* Sed quatenus vera foret opinio contraria, procedit in iis quæ conſiſtunt in mera voluntate, & facultate debitoris, an velit ea obligare vel non, ut per Gaitum *ib. n.* 72. Et ſolum tractatur in quæſtione, veriſimiliter ea bona obligaſſet, at nos loquimur in bonis prohibitis alienari, & hypothecatæ ſubjicere, quæ alienare 35
non eſt in poteſtate debitoris, etiam ſi de facto alienarit & pignori dederit abſque facultate regia. Ex quo ſimiliter reſpondetur alteri doctrinæ *n.* 4. ut ſcilicet tunc videatur debitor hypothecare ea bona, quæ aliàs non obligaret veriſimiliter ſpecialiter, quando alia non habet bona; quia procedit, quando nullo juris impedimento 36
obſtante, poterat debitor liberè ea bona alienare. Et ſic in caſu ipſo ſolum tractatur de voluntate debitoris, non de ejus poteſtate, qua ſi ad hypothecandum caruiſſet, nulla caderet dubitandi ratio, quod etiam ſi expreſsè obligaret, non teneret hypotheca obſtante prohibitione juris vel hominis, ut in majoratu, & feudo, ac ſimilibus.

Ad ſecundum argumentum, de quo *n.* 5, 6 *&* 7. reſ- 37
pondetur; tunc confirmationem principis ſuper con-

tractu sibi exhibito operari facultatem circa ea nempe omnia, quæ continentur in instrumento confirmato; non vero aliquid operatur super cæteris in illo non comprehensis, juxta ea, quæ latius deduximus supra *ex. num.* 11. *cum seqq.* ubi specifice satisfecimus huic argumento: & eodem modo directè satisfit tertio, & quarto fundamento, de quibus suprà *n.* 6 & 10. quæ ad eundem finem tendunt.

87 Ex quibus infertur, quod creditor virtute obligationis omnium bonorum factæ à possessore majoratus confirmata postmodum per principem nullo modo potest esse creditor ad bona majoratus, in judicium concursus deducta, denegandaque ei erit graduatio inter cæteros; nisi obtenta nova facultate, & ejus virtute novus celebretur contractus, ac noviter obligetur possessor, sub hypotheca bonorum majoratus.

CAPUT XXXII.

Concursus formatus cum curatore dato hæreditati, tanquam jacenti, quæ postmodum apparet jam ex tunc adita: an nullus reddatur.

Et an adversus gesta in concursu moto hæreditati jacenti, pupillo hæredi postea adeunti in integrum restitutio competat.

SUMMARIUM.

1 *Hæreditati jacenti curator datur ad instantiam creditorum, cum quo formetur judicium concursus.*
2 *Judicium concursus cum curatore dato hæreditati tanquam jacenti, quæ jam adita erat, an reddatur nullum, cum seqq.*
3 *Hæreditas jacens est persona ficta repræsentans personam defuncti, non hæredis futuri.*
4 *Sicut hæreditas jacens repræsentat personam defuncti, non hæredis, ita adita repræsentat hæredem, & non defunctum.*
5 *Hæreditati personæ fictæ dum vivit datur à judice curator.*
6 *Curator datus hæreditate jam adita, curator nullus dicitur.*
7 *Curatore pupillo tanquam adulto datio nulla erit.*
8 *Concessio facta contemplatione nominis, puta hæredi, extinguitur, extincto nomine.*
9 *Datio sub qualitate cessante qualitate.*
10 *Si tutor detur alicui tanquam pupillo, qui vere pupillus jam non sit, datio nulla erit.*
11 *Mandati defectus ubi adest, deficit consensus partis nullo modo aliter supplendus.*
12 *Mandati defectus includit defectum citationis.*
13 *Curatoris officium dati hæreditati jacenti fruitur hæreditate.*
14 *Curator dari non potest hæreditate jam adita.*
15 *Dispositum sub aliquo supposito, quod detegetur falsum resolvitur, & nullum est.*
16 *Commissio impetrata super appellatione, quæ non extat, nulla est.*
17 *Curator datur tempore incongruo, & quod dari non debuit, vitiatur.*
18, 19 & 20. *Curatore dato hæreditati tanquam jacenti, quæ jam erat edita, judicium concursus an sit nullum.*
21 *Curatoris dari hæreditati aditæ nullitas non provenit ex scientia, aut ignorantia creditorum, sed ex supposito falso.*
22 *Bona, vel mala fides, scientia vel ignorantia contrahentium non officit juri tertii.*
23 *Hæres institutus perquirendus est à creditoribus hæreditatis, an velit adire, vel non.*
24 *Si ignoratur an hæreditas sit jacens, vel adita perquisitio fiat per proclama.*
25 *Hæres comparens post judicium cœptum cum curatore hæreditatis jacentis, illud assumit in eodem statu.*
26 *Qualitatis mutatio superveniens liti pendenti, non mutat Judicium legitimè cœptum.*
27 *Quemadmodum lis cœpta cum defuncto transit in hæredem; ita cœpta cum hæreditate jacente, defunctum repræsentat.*
28 *Minor hæres an restituatur adversus gesta per curatorem legitimè datum, hæreditati jacenti cum seqq.*
29 *Ætas tanquam personalissima ad hæredem non transit.*
30 *Hæreditas jacens efficacius repræsentat personam defuncti quàm hæres.*
31 *Hæreditas cum jacet ipse defunctus vivere fingitur, repræsentatus in persona ficta, hæreditatis jacentis.*
32 *Hæreditas jacens gaudet privilegio fori clerici defuncti.*
33 *Hæres autem ejus non gaudet fori privilegio.*
34 *Gabellæ exemptio communicatur hæreditati cleri jacenti, non tamen hæredi.*
35 *Bona hæreditatis clerici jacentis si distribuantur aut distrahantur, judex ecclesiasticus competens est, non facultatis.*
36 *Hæreditate clerici jacente bona distracta non debent gabellam, sicut nec defunctus, juxta magis communem.*
37 *In hæreditatem jacentem transit privilegium quodlibet personale defuncti clerici, pupilli, & minoris, quia repræsentat minorem defunctum, non hæredem majorem.*
38 *Hæreditas jacens fingitur ipse minor defunctus, & gaudere debet omnibus privilegiis defuncti.*
39 *Jura loquentia de causa vera extenduntur ad casum fictum, in quo militat eadem ratio.*
40 *Minor hæres non habet restitutionem adversus gesta à curatore dato hæreditati jacenti.*
L. nam, & Servus 22. §. qui negotia, ff. de negotiis gestis, adducitur.
41 *Gestum pro pupillo, illum non obligat, nisi quatenus fiat locupletior.*
42 *Gestum pro hæreditate majoris jacente, obligat pupillum hæredem futurum in solidum.*
43 & 44. *Absque spe restitutionis.*
45 *Persona ficta nullum per se præstare potest consensum in actionibus judicialibus, vel extrajudicialib.*
46 *Per curatorem, aut administrationem legitimè nominatum potest in negotiis ad personam fictam spectantibus, & illam obligat.*
47 *Gesta à curatore dato hæreditati tanquam jacenti quæ adita erat, nulla sunt ipso jure.*
48 *Gesta à curatore personæ fictæ legitimæ dato prosunt, & nocent personæ fictæ & jus habenti.*
49 *Curator datus prodigo qui prodigus non erat, sed surdus an sustineatur.*
50, 51 & 52. *Curator datus alicui tanquam prodigo, qui revera non erat, an sustineatur.*
53 *Aditio hæreditatis consistit in animo, & per quemlibet actum illum inducentem probatur tacitè.*

HÆreditati ære alieno gravatæ, nondum aditæ, 1
sed jacenti instantibus creditoribus pro solutione dandum esse curatorem, cum quo judicium concursus agi possit legitimè inter hæreditatem, & creditores: abundè diximus *supr. c.* 2. §. *unic. ex n.* 1. *cum seqq. & eodem c.* 2. *ex. n.* 47. *cum multis seqq.* & alibi passim, & 1. *p. cap.* 13. *n.* 3 & 4.

Et iste curator, & administrator hæreditati jacenti datus ad instantiam creditorum tenetur conficere inventarium apud acta judicii, tenent Bald. *in leg.* 2. *col. fin. C. si ut se ab hæredit. abst.* & Bertach. *in tract. de Episcop.* 4. *part. n.* 38. Plotus *in leg. si quando n.* 194. *C. unde vi. tractat. de inventario diversorum, quæst.* 61. & *quæst.* 62.

Nunc se offert non levis difficultas, si curator cum quo judicium concursus tractaretur, datus fuerit à ju- 2
dice

dice concurſus cum tali curatore proſequutus reddatur nullum, & invalidum, eo ipſo quod detegetur hæreditatem fuiſſe aditam, & de eo doceatur, & verè appareat.

3 Et quod hoc judicium fuerit ab initio nullum, tanquam agitatum cum perſona minus legitima manifeſtè probatur, nam hæreditas jacens eſt quædam perſona ficta, in qua repræſentatur perſona defuncti quoad omnes juris effectus, non vero repræſentat perſonam hæredis poſtea adeuntis, prout diximus *in d. cap.* 2. *n.* 51. ita ut illa perſona ficta ſtatim, atque hæreditas aditur, extinguatur, & reſolvatur, & hæreditas ſuum nomen amittat, & confunditur cum patrimonio, ac bonis hæredis, cum quibus unum officitur patrimonium ipſius, diximus 1. *part. cap.* 9. *n.* 11.

4 Nam ſicut hæreditas non adita repræſentat defunctum, & non hæredem, eodem modo adita repræſentat hæredem, non defunctum *l.* §. *Scævola. ff. ſi quis teſta. libert. eſſe juſſ. l. hæreditas in multis.* 61. *ff. de acquirend. rer. dom. l. cœptam ff. de uſucapio.* Joan. Lupus de Palat. Rub. *in Rubr. de donat. inter.* §. 39. *n.* 12. Guido Papæ *q.* 261. *n.* 2. Roland. à Valle *de invent.* 2. *part. q.* 17. *n.* 10. *in fin.* Gutierrez *l.* 2. *tract. quæſt.* 49. *n.* 2. Carleval. *de judiciis to.* 1. *tit.* 1. *diſput.* 1. *quæſt.* 5. *n.* 328. *fol.* 153.

5 Dum enim perſona illa ficta vivit, cum careat adminiſtratore, à judice datur curator inſtantibus creditoribus, qui illam defendat, ut dictum eſt, & ideo illi perſonæ fictæ tanquam exiſtenti, & viventi; quæ revera jam non exiſtit, nec eſt in rerum natura per 6 aditionem hæredis; curator, datus nullius momenti, quia dicitur curator, & procurator nullius, quem poſſit, prout debet, repræſentare. Ut tenet Angel. *in diſput.* quæ incipit, *Alcenſis miles in col.* 1. quem ſequitur Felin. *in c. relatum. col.* 2. *in fallent.* 5. *in c. quoniam frequens col.* 3. *in fin. ut lite non conteſt.* Angel. *in conſ.* 334. *mandatum, in princ.* Roman. *conſil.* 202. Socin. *conſ.* 60. *in prælen. n.* 10. *& conſ.* 86. *in princ. l.* 3. Vantius *de nullit. ſentent. ex defectu mandati n.* 174. *& ex n.* 171.

7 Si enim à Judice peteretur tutor, vel curator minori, & tempor dationis, mortuus reperiatur, clarum eſt, talem dationem eſſe nullam, & nullius momenti; facit doctrina Antonii Piagii *de tut. & cura. quæſt.* 8. *n.* 4. dum dicit, quod impuberi datur tutor, non curator; ſi curator detur tanquam adulto, datio irritatur. Ex qua inferri poteſt, quod ſi impuberi petatur tutor & tempore, quo datur reperiatur factus adultus, certe datio tutoris nulla erit, quia conceſſio facta contemplatione 8 nominis puta hæredi, hæreditati jacenti extinguitur extincto nomine, plura congeſſimus *in* 2. *part. cap.* 10. *ex n* 40. *uſque ad* 44.

9 Datus enim curator hæreditati ſub qualitate quod ſit jacens, ſi qualitas deficiat, deficit depoſit. *gl. in leg. mancip. verb. avocandum. Cod. de ſervis fugitivis*, Fulvius Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 8. Camillus Galenus *de verb. ſignific. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 9. Menoch. *de præſumpt. lib.* 6 *præſ.* 15. *n.* 47 Marius Anton. *variar. l.* 1. *reſolut.* 28. *n.* 1. Surdus *conſil.* 400. *n.* 6. *& conſil.* 514. *n.* 8. per errorem etenim datus fuit curator, in quo deficit intentio judicis, & conſenſus *l. ſi per errorem, ff. de juriſdic. omn. jud.* cum vulgaribus. Ergo datio curatoris non tenet.

10 Probatur expreſsè hæc ſententia per text. *in l. tutor, petitus & in l. Seiæ egreſſa ff. de tutor. & curat. dato ab iis*, &c. Quibus dicitur, ſi tutor detur alicui tanquam pupillo, qui verè pupillus non eſt, dationem non valere, idem probat. *leg. ſi putas, C. de petit. hæredit.* ubi communiter Bald. Odd. Cinus, & Alberic. & alii plures citati, & ſequuti ad Fachin. *controverſ. lib.* 2. *cap.* 6. *verſ. fundamentum eſt in leg.* &c. *fol.* 243. *&* 44.

11 Quapropter cum curator, & procurator nominatus non ſit conſtitutus à legitima perſona, mandatum eſt nullum, & ejus virtute lis & judicium moveri non poteſt circa bona hæreditatis jam aditæ; nec in aliquo præ-

judicat hæderi adeunti, qui dominus eſt bonorum hæreditatis, quo curator non recepit mandatum, & ubi adeſt defectus mandati deficit conſenſus partis principalis, qui nullo modo ſuppleri poteſt, cum ſit de jure naturali. *l. ex cauſa*, §. 1. *ff. de procuratorib. c.* 1. *de ſponſalibus lib.* 6. Bald. *in l. falſi col.* 2. *verſic. factum vero falſi, de furtis*, & poſt alios plures Vantius *ubi proximè, n.* 60. *& defectus in mandato*, 12 *& mandante includit defectum citationis*, citatur etenim curator nomine hæreditatis ſuper ejus bonis, quæ jam hæreditatis non ſunt, ſed hæredis adeuntis, cujus conſenſus deficit, & mandatum, & per conſequens citationis defectus incluſus in mandato illegitimè otto. Plures citat Vantius *de null. & defect. mandati. n.* 61. *& ſeqq.*

Deinde hæc curatoris nullitas, & inſanabilis judicii 13 defectus probatur, nam ſi curatoris dati hæreditati, quæ revera jacet, officium finitur ſtatim ac hæreditas adeatur per hæredem, & deſinat hæreditas eſſe jacens, prout probat *l.* 2. *C. de admin. tut.* Virgil. *de legitima perſona c.* 15. *n.* 29. *in fin.* & Nos infr. 3. *p. c.* 16. *n.* 74. quia cum detur & creetur curator hæreditati, quia & quando jacens eſt abſque adminiſtratore & defenſore, & propter hanc finalem & ſolam cauſam bonorum vacantium datur; ergo per aditionem, per quam hæreditas deſinit eſſe jacens & vacans, ceſſare debet curatoris officium, quia curatoris officium datum ob aliquam cauſam determinatam ceſſat, ceſſante cauſa; per innumerabilia penè exempla, & doctrinas adductas 3. *p. d. cap.* 16. *ex n.* 68. *cum multis ſeqq. uſque ad n.* 80. Ergo multo minus debuit creari curator tempore, quo hæreditas erat adita, & non jacens, ex 14 quo prorſus ceſſabat cauſa, & per conſequens facultas & poteſtas judici illum creandi, & creditoribus petendi, ac inſuper judicium concurſus cum eo proſequutum tanquam illegitima perſona, & mandato carente penitus nullum dicetur ex jam probatis. Cùm mandatum ſumpſerit originem & principium ab illo actu, qui mandatum conſumit, & prorſus perimit, & contrà naturam vult aſſumere vitam unde mors oriebatur, & lex imitatur naturam. §. *majorem natu. inſtit. de adept.*

Et ulterius hæc curatoris & judicii nullitas proba- 15 tur, quoniam omnis actus geſtus ſub aliquo ſuppoſito, quod ſupponitur exiſtens, & verum: ſemper tamen quod detegatur falſum & tunc non exiſtens, actus ipſe diſpoſitio reſolvitur & annullatur, tanquam fundatus in cauſa quæ detegitur falſa, plurimas doctrinas ad id cumulavimus in variis caſibus & materiis, infr. 3. *p. c.* 1. *n.* 99. *cum multis ſeqq.* Quare curatoris datio, ſuppoſito, quod hæreditas ſit jacens & vacua, atque judicium cum tali curatore fabricatum, nullum reddi debet, ſemper quod appareat eo tempore hæreditatem eſſe jam aditam, cum in præjudicium veri hæredis, partis formalis omnia corruant ex defectu mandati legitimi, atque curationis ad jura vulgaria.

Hinc eſt quod commiſſio impetrata ſuper appel- 16 latione, quæ ſupponitur interpoſita, nulla eſt, & inefficax, eo ipſo quod detegatur appellationem eo tempore interpoſitam non exigere; quia commiſſio ſuper non ente nullam tribuit juriſdictionem, plures per Marcheſanum *de commiſſ.* 1. *p. c.* 3. *num.* 220. *fol.* 170. Scaccia *de appell. q.* 3. *num.* 3. Gratian. *diſcept.* 17. *per tot.* qui plures allegant.

Facit etiam argum. *factum legitimum retractari non* 17 *debet, licet caſus poſtea exceſſerit, à quo non poſſit inchoari. de reg. jur. lib.* 6. ergo curator qui datus fuerit tempore illegitimo, & à quo initium ſumere non potuit, ſemper quod ſuperveniat illegitimitatis cognitio, vitiatur.

Hanc difficultatem in iis terminis tetigiſſe reperio 18 Scacciam *in tr. de commerc. & camb.* §. 7. *gl.* 7. *n.* 18. dicens, quòd ſi ad inſtantiam creditorum datus eſt curator hæreditati jacenti, quæ jam fuerat adita per hæredem, nunquid proceſſus factus cum hoc curatore ſit nullus, eo

quod datio curatoris proceſſit ex falſa cauſa, cum hæreditas adita amplius non dicatur hæreditas. Et quia datio curatoris fit per judicis decretum, quod ex falſa cauſa vitiatur, ex Fulgoſ. *conſ.* 190. *& ex l. tutor. C. ex quib. cauſ. reſtit. in integr. non eſt neceſſ.* Anton. de Butr. *conſ.* 18. latè Caballin. *milleloq. c.* 28. *lib.* 1. & Menoch. *conſ.* 314. *n.* 27.

19 Adhuc tamen ipſe Scaccia ſic diſtinguit, aut creditor ſciebat ſtare hæredem, & tunc datio curatoris non tenet, & conſequenter proceſſus eſt nullus: aut creditor ignorabat aditionem eſſe factam, & tunc ſub diſtinguendum eſſe ſentit Scaccia *loco cit.* vel creditor uſus fuit debita diligentia ad inquirendum hæredem & iſto caſu proceſſum cum curatore dato hæreditati tanquam jacenti eſſe validum, cum adſit ignorantia excuſabilis, cum paria ſint, non eſſe vel eſſe & non apparere. Quando præceſſit debita diligentia, vel creditor non eſt uſus debita diligentia, & tunc error, quia craſſus & ſupinus vitiat dationem curatoris, & proceſſum cum eo geſtum.

20 Hanc Scacciæ diſtinctionem referens ſequitur noviſſimè Anton. de Virgil. *d. legit. perſona curat. c.* 15. *n.* 30. addens, quod ipſe in datione curatoris, ſcilicet hæreditati jacenti, ut fieret publicum proclama, ut ſi quis eſſet, vel vellet eſſe hæres, compareat declaraturus apud acta judicii ex quo ceſſaret omnis ſuſpicio ſcientiæ, ac eſſet fortior præſumptio ignorantiæ. Quod prius annotaverat Scacciamet ipſe §. 7. *d. gloſſ.* 7. *n.* 130.

21 Sed revera non poſſum non mirari hos Doctores, cum primum diſtinctionis membrum ſcientiæ, vel ignorantiæ creditoris prorſus falſum ſit, & improbabile, & valde impertinens ad rem noſtram. Etenim validitas aut invaliditas curatoris hæreditati, tanquam jacenti, ac judici inter eum & creditores fabricati non provenit ex ſcientia vel ignorantia actoris, & creditorum, nec ex bona vel mala fide eorum; ſed præcipuè ex falſo ſuppoſito, ſuper quo etiam ignorantes à patribus utrumque fabricatur, quo ſtante ſemper & indiſtinctè actus reſolvitur & annullatur ad ea quæ hactenus fundata
22 ſunt, maximè *n.* 15. *v. & ulterius hæc curatoris*, &c. Atque inſuper nullitas, & invaliditas provenit ex jure tertii hæredis; cui ſcientia, vel ignorantia, bona vel mala fides contrahentium detrahere nulla arte poteſt, ad latiſſimè per Nos tradita 2. *p. c.* 9. *ex n.* 86. & iterum *c.* 22. *ex n.* 7. *cum ſeqq.* atque ideo inutilis eſt Scacciæ conſideratio, & inane fundamentum

23 Secundum autem diſtinctionis membrum dempta ſcientiæ vel ignorantiæ conſideratione, mihi arridet, & ideo ſemper quod non appareat hæres, qui adierit hæreditatem, ſed hæreditas vacans in ſui figura apparuerit, ſempur hæres perquirendus erit; nam ſi ſit certus quia in teſtamento fuit aliquis inſtitutus, iſte nominatim & ſpecialiter erit citandus, & requirendus pro declaratione, an adeat, vel repudiet hæreditatem intrà terminum ſibi à judice præfixum. Et de iis, & aliis diligentiis fiendis ad inquirendum hæredem ad hunc effectum ut poſſit dari curator hæreditati jacenti ad inſtantiam creditorum, videbis latius penes eundem Scacciam *de commer.* §. 7. *d. gl. ex n.* 4. *cum ſeqq.* Nam creditor, qui cum hæreditate contendere vult, & quaſi contrahere in judicio patrem legitimum, qualitatem, & conditionem ejus perquirere, & indagare tenetur, ne judicium reddatur illuſorium, & irritum, illa ſibi imputatur, ad latè comprobata 2. *p. c.* 4. *ex n.* 27. *cum multis ſeqq. & hac* 1. *p. c.* 20. *n.* 16. ut etiam videmus in eo qui litigat cum minore, tanquam majore, quo detecto nullum eſt judicium indiſtinctè, abundè Vantius *de null. ex defect. mand. ex n.* 28. *cum ſeqq.*

24 Si autem hæres ſit incertus, vel quia hæres ſcriptus repudiavit, vel quia teſtator deceſſit ab inteſtato, & neſciatur quis ſit hæres legetimus, tunc per proclama facienda erit indagatio cum termini aſſignatione, quo tranſacto, ſi nullus apparet hæres, qui hæreditatem velit adire, detur curator hæreditati jacenti cum quo deinceps legitimè formatur concurſus, & judicium ſecure abſque metu nullitatis proſequitur, quo caſu approbo doctrinam Scacciæ & Virgilii, quæ diligentia ſufficiens judicanda erit ut & curator legitimè conſtituatur, quia judex & pars, faciendo quod poſſunt, non 25
tenentur ad ampliorem obſervantiam juxta *l. ſi mulier. §. ſi quis hæreditatum. ff. de condition. inſtitutionum.* Cevallos, *de cognit. violentiæ* 2. *p. q.* 78. *n.* 6. ita ut poſtmodum comparens hæres, qui vel antea, vel poſtmodum adivit hæreditatem, aſſumit judicium in eodem ſtatu, & officium curatoris extinguitur. Ut & benè aſſerit Virgilius *d. c.* 15. *ſub d. n.* 30. tenet etiam Odoffred. *in tr. de curat. bonis dando, n.* 46. 62. & 101. *& ſeqq. tom.* 8 *p.* 2. *diverſor. fol.* 407. Scaccia *de commerc.* §. 7. *gloſſ.* 6. *n.* 15 *fol.* 484.

Et probatur ex regula, *Factum legitimè retractari non* 26
debet licet caſus poſtea eveniat, à quo non potuit inchoari, de reg. jur. in 6. Et quia mutatio qualitatis ſuperveniens lite pendente legitimè inchoata non mutat juſtitiam ad latiſſimè tradita ſuprà *cap.* 7. *ex n.* 79. *uſque ad n.* 83. & in noſtris terminis ſunt jura expreſſa *in l. in integrum* 25. *ff. de minorib. l. nam & Servius* 22. §. *qui negotia, ff. de negot. geſt.* quæ ſtatim exornantur *ex n. ſeqq. uſque ad fin. hujus cap.*

Nam quemadmodum in hæredem tranſit lis & inſtan- 27
tia cœpta cum defuncto, ita pariter debet tranſire lis & inſtantia legitimè cœpta cum hæreditate jacente, ejus curatore legitimè ab initio conſtituto, cum ab iſto geſta videantur facta à defuncto ipſo repræſentato in hæreditate dum fuerit jacens; juxta jam dicta, ac plurima, & ſingularia dicenda. Ex qua reſolutione alia & non con- 28
temnenda difficultas ſuboritur, Judicium concurſus tractatur cum curatore legitimè dato hæreditati jacenti, An minor hæres, qui poſtea adivit hæreditatem poſſit habere reſtitutionem in integrum adverſus geſta interim à curatore, ex quibus læſus minor dicatur; in quo duo caſus diſtinguendi ſunt, aut agimus de hæreditate defuncti minoris, cui major eſt hæres inſtitutus, & hoc 29
caſu tenendum erit, quod licet ætas tanquam perſonaliſſima ad hæredem non tranſeat *l. ea quæ* 4. *ſi quando* & ibi notat Paulus *n.* 6. *C. de tempor. in integr. reſtit.* tamen hæreditas jacens repræſentat defunctum, ita ut jus civile multo majorem vim & efficaciam repreſentandi defunctum tribuat perſonæ illi fictæ hæreditatis 30
jacentis, quàm hæredi. Ex quo hæreditati jacenti communicantur multa jura, quamtumvis perſonaliſſima defuncti quæ denegantur, & non communicantur hæredi, nec ad hæredem tranſeunt nec tranſire poſſunt. Nam dum hæreditas jacet, defunctus ipſe vivere intel- 31
ligitur, qui repræſentatur in illa perſona ficta hæreditatis jacentis, quod experimur in privilegio fori, quo gaudet hæreditas clerici dum jacet, & judex Eccleſiaſ- 32
ticus adeundus, tam quoad ſeipſum, quæ eſt perſonæ quædam ficta vice & loco defuncti privilegiati, quam quoad bona quæ cenſentur eſſe ſub ipſius perſonæ fictæ dominio *l. hæreditas* 61. *ff. de acquir. rer. dom. l. denique* §. *quæſitum ff. quod vi aut. clam.* quam doctrinam tradunt Petrus Barboſa *in l. hæres abſens, in prin. n.* 180. *& ſeqq. ff. de judic.* & colligitur ex traditis à Gutierrez *lib.* 2. *pract. p.* 49. *n.* 3. Flores de Mena *l.* 2, *varia. q.* 49. *n.* 3. apertè Laſarte *de decima vendit. cap.* 19. *n.* 44. Marta *de juriſd.* 4. *p. cent* 2. *caſu* 122. *n.* 14. 15. & ante eos Belluga *in ſpecul. princ. rubr.* 17. §. *fin. n.* 14. 15. multis probat Carleval *de judic. tom.* 1. *tit.* 1. *diſp.* 2. *q.* 5. *ex n.* 322. *cum ſeqq. fol.* 150. & 33
ſeqq. quod quidem privilegium fori non tranſit in hæredem adeuntem, ipſe Carleval. *ibid. ex n.* 319. *cum ſeqq.*

Id ipſum videndus in gabellæ exemptione, quæ licet 34
perſonalis ſit, communicatur hæreditati clerici jacenti, cum hæreditas clerici defuncti, antequam adeatur, repræſentet clericum, & ſit perſona ficta, ſub cujus umbra vivere dicitur defunctus cenſeri, quod libere bona hæreditatis eſſe bona & patrimonium clerici & eiſdem privilegiis gaudere, quibus gaudebant vivo clerico. Unde ſi aliqua bona diſtribuantur vel diſtrahantur ab

hære-

35 hæreditate jacente, adeundus erit judex Eccleſiaſticus. Ut apertè ſentiunt Gutierrez, & Laſarte *locis proximè cit.* & Carleval. *n.* 324. Petr. Barb. *d. l. hæres abſens, in princ. n.* 299. *&* 200. *&* 284. *&* 186. & eadem ratione quemadmodum ea bona vivo clerico erant exempta à gabella; ita dum ejus hæreditas jacet, ſi aliqua vendantur ad hæreditatem pertinentia exempta erunt à
36 gabellæ ſolutione, probant Flores *lib.* 2. *var. d. q.* 21. *n.* 201. teſtatur ſe id ſemper vidiſſe uſu receptum, ſequitur Petrus Barboſa *ubi ſupr. n.* 201. Molina *de juſt. & jur. tract.* 2. *diſp.* 663. *n.* 11. Riccius *in praxi fori Eccleſ. reſol.* 129. *p.* 3. Novarius *de elect. forenſ. q.* 27. *n.* 25. *ſect.* 2. *in ult. impreſſ. Neapol.* pluribus fundamentis tuetur, & contrariis validè reſpondet Carleval. *de judic. to.* 1. *tit.* 1. *diſp.* 2. *q.* 9. *ex n.* 324. *& ex n.* 322. *cum ſeqq.* contra Laſartem *de gabell. cap.* 19. *n.* 38. *&* 40. Gutierrez *eod. tract. q.* 88. *n.* 4. *& ſeqq.* Gironda *de gabell. p.* 11. *in princ. n.* 9.

37 Pariformiter & ex identitate rationis idem dicendum erit in hæreditate pupilli, & minoris jacentis, cujus major ſit hæres, iſte non tenebitur pro geſtis cum hæreditate dum erat jacens, niſi quatenus jacens hæreditas locupletior eſſet facta, quia dum jacet pupillus, & minorem repræſentat, non hæredem majorem, ita in terminis tenet Albericus *in l. nam & Servius* 22. §. *qui negotiat. n.* 4. *ff. de neg. geſt.* per illum textum à contrario ſenſu Fulgoſius *ibi n.* 1. Paul de Caſtro *n.* 2. *& in l. ſive hæreditaria* 23. *n.* 3. *ff. de negot. geſt.* quod ſequitur Carleval. *de judic. dict. quæſt.* 5. *ſub n.* 326. *verſic. & vice verſa, dict.* §. *qui negotia* ex eo, quia cum hæreditas jacens fingitur eſſe, idem defunctus minor in qua fictè iſte repræſentatur, gau-
38 dere debebit omnibus privilegiis conceſſis tali, cum jura loquentia de caſu vero extendantur ad caſum fictum, in quo militat eadem ratio *cap. ad audientiam,*
39 *de cleric. non reſident.* Imola *in l.* 1. §. *lex Falcidia, n.* 8. Alexand. *n.* 9. *ff. ad legem Falcid.* Gregor. Lopez *in l.* 4. *tit.* 24. *part.* 3. *gloſſ.* 1. Flores de Mena *lib. var. quæſt.* 21. *n.* 202.

40 Secundus caſus erit verſa vice, quando ſcilicet defunctus erat major, & hæres eſt minor etiam pupillus, tunc adverſus ea, quæ hæreditate jacente geſta ſunt à curatore dato, minor reſtitutionem in integrum non habet cùm hæreditas jacens defunctum majorem repræſenret, non pupillum hæredem, ut dictum eſt, quod probat textus celebris *in l. nam & Servius* 21. §. *qui negotia ff. de negotiis geſtis*, cujus ſunt verba, *qui negotia hæreditaria gerit, quodcumque ſibi hæreditatem, & ſeque ei obligat, ideoque nihil refert, an etiam pupillus*
41 *hæres exiſtat, quia id æs alienum cum cæteris hæreditariis oneribus ad eum tranſit:* nam licet geſtum pro pu-
42 pillo non obliget illum, niſi quatenus factus eſt locupletior, *l. pupill.* 6. *in princ. ff. de negotiis geſtis*, geſtum tamen pro hæreditate majoris jacente, cujus hæres pupillus futurus eſt, obligat pupillum in ſolidum, ut dicitur *d.* §. *negotia* tametſi poſt additionem retro fingatur hæres à tempore mortis defuncti dominus hæreditatis ex *l. hæres quandocumq. ff. de acquir. hæred.* attamen iſta fictio retrotractiva, non eſt in conſideratione, quando vertitur præjudicium tertii, qui jus habebat quæſitum anteaquam fictio locum haberet, ita docent in iis terminis Bart. *in d. l. nam & Servius* §. *qui negotia, n.* 1. Cumanus *in d. l. hæres quandoque, ante n. primum.* Paulus Caſtrenſ. *n.* 2. Decius *in l. omnia fere*, 153. *n.* 2. *ff. de reg. jur.*

43 Quod expreſſus in noſtris terminis facit *l. in integrum* 3. *ff. de minoribus*, ubi quæ facta ſunt à curatore bonorum jacente hæreditate, ſecundum juris formam rata habentur ſine auxilio reſtitutionis, quod minori futuro hæredi denegatur; verba text. hæc ſunt. *Quemadmodum per contrarium, cum reſtituitur adeundam hæreditatem, quæ antea geſta erant per curatorem bonorum decreto prætoris ad diſtrahenda bona ſecundum juris formam conſtitutum rata eſſe habenda*, prout ex eo text. docuit *Bart. in l. ſi quis inſtituatur*, 23. §. *& ideo*,

n. 1. *de hæred. inſtituend.* in hæc: *Lex in integrum*, 44 *de qua gloſſa facit mentionem, loquitur in pupillo, qui non reſtituitur de eo, quod factum eſt ante aditam hæreditatem, cum interim tunc non fiebat contra pupillum, ſed contra hæreditatem, quæ interim repræſentat perſonam defuncti majoris*, quem ſequitur Paul. *in d.* §. *& ideo, n.* 2. *&* 3. Carleval. *de judiciis, tom.* 1. *tit.* 1. *diſput.* 2. *quæſt.* 5. *nu.* 326. *verſ. quo fit, ut ſi quid hæreditate majoris.* latiſſimè ea jura interpretatur; & ſic intelligit & declarat Petrus Barboſa *in l. hæres abſens, in princ. ex n.* 199. *cum ſeqq.* & ſignanter *ex n.* 203. quem Carleval. tranſcripſit de verbo ad verbum, tacito tamen auctore, à quo mutuavit, & pro eadem doctrina faciunt, quæ cumulat Gratianus *diſceptat. forenſ. to.* 1. *cap.* 12. *eo num.* 32. & Afflictis *deciſ.* 211. *&* 212. & Franchis *deciſ.* 647.

Ex iſtis duobus juribus, nempe *l. nam Servius*, 21. 45 §. *qui negotia ff. de negotiis geſtis, & d. l. in integrum*, 23. *ff. de minoribus.* Mutabilis ponderatio fieri poteſt valde utilis ad ea quæ à principio hujus capitis ſcripta, ac reſoluta manent, ut ſcilicet, quod hæreditas jacens tanquam perſona ficta, ſicuti aliæ fictæ perſonæ univerſitas, populus, communitas, municipium, collegium ſodalitas, ſocietas & ſimiles nullum poſſit per ſe ipſam præſtare conſenſum in contractibus, & aliis negotiis judicialibus, & extrajudicialibus, ex *l. ſed & ex dolo* §. 1. *ff. de dolo.* Nihilominus procuratorem, ſyndicum 46 vel adminiſtratorem legitimè conſtitutos perſonam fictam repræſentantes, poſſe in contractibus, & aliis negotiis judicialibus, & extrajudicialibus conſenſum præſtare nomine perſonæ fictæ, quæ hoc modo obligatur, & ei contrahentes obligantur, *l. mortuo. ff. de fidejuſſor. l. metum* §. *animadvertendum. D. de eo quod metus cauſa, l. ſi quando. D. ut legato, non caveat. cap. quod quibuſdam de fidejuſſoribus. l. municeps. D. ad municipalem. l. municipibus, D. de condit. & demonſtr. l. tigni in* §. *item. D. ad exhibend. l.* 3. §. *à municipibus ff. de bonor. poſſeſſor. l. agitur.* §. *refertur. D. de reg. jur. ad quod noſtra jura expreſſa ſunt.*

Ex qua vera doctrina duo inferuntur, primum, 47 quod ſi curator ad hæreditatem jacentem non ſit legitimè conſtitutus, quia putà fuit datus hæreditati tanquam jacenti, quæ revera jam erat adita, & nulla perſona ficta jam aderat, & non fuit adhibita legitima diligentia ad perquirendum hæredem geſta per talem curatorem in judicio, & extra judicium nulla erunt in præjudicium hæredis, qui eo tempore aditam habebat hæreditatem, prout probatum remanet abundè à principio hujus capitis, & hanc defectus mandati exceptionem hæres quamdocumque, etiam poſt mille annos opponere poteſt.

Secundum infertur quod ſi curator perſonæ fictæ ſit 48 legitimè conſtitutus, prodeſt & nocet perſonæ fictæ in contractibus ejus nomine, aliàs legitimè geſtis, & in actibus judicialibus, ad jura & Doctores præallegatos, & abundè tractat Pirrus Aretinus *de fidejuſſoribus.* 2. *part. princip. ſect.* 8. *c.* 23. *per totum fol. mihi* 772. *ſeqq.*

An autem vitietur datio curatoris facta alicui ut fu- 49 rioſo, qui furioſus non erat, ſed prodigus, vel muto & ſurdo, qui erat ſurdus, vel mutus vel hujuſmodi, ſi erratum fuit in propriis curatorum præſtandorum cauſis, & ſpeciebus, vel an ſuſtineatur in illa cauſa & infirmitate, quæ verè ſtabat, diſtinguit Anton. Plagius *de tutor. & curator. qu.* 8. *n.* 4. de cujus diſtinctione, ſicet remiſsè dubitat Gutierrez *in tr. de tutel. & cur. cap.* 16. *n.* 162. *Noſtri non eſt examinare ſi erratum ſit in cauſa dationem non tenere dicit Fachinæus, controverſ. lib.* 2. *c.* 65. *lit. A. col.* 244.

Magis autem ad propoſitum conducit alia quæſtio, 50 nempe quando fuit datus curator alicui tanquam prodigo, qui revera non erat prodigus, an geſta a tali curatore valeant, quam eruditè diſputat Fachinæus, ubi proximè *d. cap.* 25. *per totum*, ubi à principio refert plures Doctores affirmativè tenentes, valere geſta ab

iſto tali curatore, contrariam ſententiam imò non valere, tenent plurimi ab eodem Fachinæo relati ibid. *verſ. contrariam ſententiam* tertiam autem ſententiam diſtinguentem, quæ re vera veriſſima eſt, & meritò ab eo ſequuta, refert ibidem, *verſ. tertia eſt ſententia*, & dicit, quod ſi in contradictorio judicio, & cum cauſæ cognitione, an prodigus quis ſit vel non, detur
51 talis curator, ut tunc propter auctoritatem rei judicatæ, ſuſtinentur geſta ab hoc curatore; ſecus ſi ſimpliciter abſque contradictione curator detur à judice tanquam prodigo, qui non eſſe detegitur, & tunc non tenetur geſta à tali curatore, ità nulliter dato quia objectum eſt prætori, prout latius ibidem videbis.

Primum diſtinctionis membrum nullo modo poteſt adaptari curatori dato hæreditati jacenti, quæ jacens non erat, nam eo ipſo quod daretur contradictor legi-
52 timus prout eſt hæres, affirmans non eſſe jacentem, eo ipſo deſineret hæreditas eſſe jacens, ſed adita, cum ſupponat per contradictionem eſſe jam aditam, aditio etenim conſiſtit in mera & nuda voluntate, & animo hæredis, quæ inducitur tacitè per quemcumque actum geſtum ab hærede, ex quo voluntas & animus adeundi
53 colligatur, ad latè per Nos tradita 1. *p c.* 9. *ex nu.* 12. *cum ſeqq.* & ideo in noſtra quæſtione obſervanda eſt diſtinctio tradita ſuprà *ex n.* 18. *v. hanc quæſtionem in iis terminis*, &c.

CAPUT XXXIII.

Ad majoratus bona pro dotis reſtitutione à poſſeſſore obligata ſub pacto impetrandæ facultatis, an uxor, quæ ipſo poſſeſſore mortuo, facultatem impetravit, poſſit in concurſu uti creditrix graduari.

SUMMARIUM.

1 *Facultas regia ſuper alienatione aut obligatione bonorum majoratus non poteſt impetrari ipſo poſſeſſore mortuo abſque conſenſu ſucceſſoris.*

2 *Facultas regia impetrata re non integra non revalidat obligationem præcedentem ſuper bonis majoratus; etiam principe ſciente mortem poſſeſſoris obligantis.*

3 *Facultas ſuperveniens non retrahitur ad tempus hypothecæ, ſed ſolùm operatur à tempore facultatis conceſſæ.*

4 *Actus non poteſt confirmari niſi eo tempore quo geri poteſt.*

5 *Princeps non intendit actum facere, ſed jam factum confirmare, prout ex nunc.*

6 *Contractus ſine aſſenſu, morte contrahentis extinguitur, ita ut nequeat à Principe confirmari.*

7 *Facultas non operatur in præjudicium tertii, cui medio tempore fuit jus quæſitum.*

8 *Sive facultates contractus in feudalibus eſt nullus, nec poteſt evalidari à Principe, mortuo poſſeſſore.*

9 *Contractus mulieris abſque viri licentia nullus eſt, nec poteſt ab eo præſtari, mortua uxore.*

10 *Idem in conſenſu patris requiſito in contractu filii, qui filio mortuo præſtitus non prodeſt.*

11 *& ſeqq. Facultas favore dotis an impetrari poſſit poſt mortem poſſeſſoris obligantis bona majoratus pro dotis reſtitutione.*

12 *Affirmativam opinionem plures tenent Doctores.*

13 *L. ſi ego*, 10. *§. ſi res ff. de jure dotium, exornatur & interpretatur. ibidem cum ſeqq.*

14 *Contractus conditionalis tranſit in hæredem activè & paſſivè, ſi conditio ſit cauſalis vel mixta.*

15. 16. 17. & 18. *In contractibus innominatis favore dotis, ſicut non admittitur pœnitentia contrahentis, ita nec ejus hæredis.*

19 *Contractus ſive nominatus ſive innominatus, tranſit in hæredem cum ſua cauſa & natura.*

20 *Contractus geſtus à poſſeſſore majoratus abſque facultate regia mortuo poſſeſſore extinguitur.*

21 *Poſſeſſor majoratus pendente conditione impetrandæ facultatis poteſt pœnitere, & diſcedere à contractu ſuper bonis majoratus.*

22 *Poſt beneplacitum, S. A. reſervatum & obtentum nullus ex eo attrahentibus poteſt pœnitere.*

23 *Facultas impetrari ne quis mortuo poſſeſſore majoratum obligante pro reſtitutione dotis.*

24 *Verus intellectus ad l. ſi ego §. ſi res. ff. de jure dotium.*

25 & 26. *Feudum obligatum pro reſtitutione dotis ſi ante impetrationem aſſenſus ſit ad regem devolutum nihil doti prodeſt.*

COnſtans regula eſt, & communis obſervantia inter 1
Doctores, quod contractus & hypothecæ ſuper bonis majoratus ſine facultate Regia, à poſſeſſore majoratus celebratæ etiam ſub conditione facultatis impetrandæ, ut iſta nullo modo impetrari poſſit poſſeſſore ipſo qui contraxit, mortuo: eo quod res jam non ſit integra, ſed rerum ſtatu mutato, & jure quæſito ſucceſſori; & vocato, cui bonorum majoratus dominium fuit ſtatim quæſitum, in cujus præjudicium facultas impetrari nequit ipſo ſucceſſore non conſen- 2
tiente, quam reſolutionem conſtanter tenet Andreas de Iſernia *in cap. imperialem in princip. nu* 22. *de prohib. feud. alien. per Feder.* Ubi ſingulariter dicit, quod aſſenſus Regius conceſſus re non integra, jam mortuo eo, qui contractum fecit ſuper bonis feudalibus, non validat alienationem præcedentem, etiam ſi Rex ſciret tempore quo facultatem conceſſit, illum eſſe mortuum, per ſingularem rationem, & fundamentum à ſe traditum. Idem Iſernia *in cap. 1. §. donàres, qualiter olim feud. alien. poteſt. in uſibus feudorum.* Cujus reſolutionem refert, & ſequitur Matthæus de Afflictis *in deciſ.* 335. *nu.* 12. *cum ſeqq.* Roland. à Valle *conſil.* 2. *nu.* 245. quos referens ſequitur Molina *de primogen. lib.* 2. *cap.* 7. *ex num.* 20. *& ſeqq.* tenent etiam Paris de Puteo *de reintegratione feudorum, cap.* 272. *An aſſenſus & cap.* 273. *&* 274. *&* 275. idem Iſernia *in dict. cap. imperialem. nu.* 15. Vincentius de Franchis *deciſ.* 86. *num.* 2. *& deciſ.* 116. *ex nu.* 7. *& deciſ.* 280. *ex nu.* 7. Capicius *deciſ.* 115. *n.* 4. Camerarius *in repetitione d. l. imperialem, fol.* 88. *ex lit. E.* Marius Frecia *de ſubfeudis, lib.* 2. *cap.* 3. *per notam.* 3
Carleval. *de judiciis, tom.* 2 *to.* 3. *diſput.* 23. 2. 28. à quo tamen cavendum erit ſectantem, aſſenſum ſubſequutum ſuper contractu, in quo fuit reſervatus, retrotrahatur ad tempus obligationis, cum re vera nunquam operetur, niſi à tempore aſſenſus præſtiti, & non tempore contractus, nec retrotrahatur in præjudicium tertii medio tempore jus quærentis, ad latiſſimè tradita contra ipſum Carleval. infr. 2. *part. cap.* 21. *ex nu.* 33. *cum multis ſeqq. & ex nu.* 35.

Hujus reſolutionis rationem reddit Molina *dicto* 4
cap. 7. *num.* 21. nam aut hæc contractus confirmatio regia vult valere prout nunc, & hoc eſt impoſſibile, cum jam is qui contraxit, non ſit in rerum natura, actus namque non poteſt confirmari, niſi eo tempore quo fieri poſſit, ex Bart. *in l. ſi is qui pro emptore, n.* 4. *ff. de uſucapionib. bonorum* ubi Bart. *ante n.* 1. *ff. rem ratam hab.* Nec princeps intendit actum facere 5
ſed jam factum prout ex nunc confirmare, & ideo actus contra ejus intentionem valere non debet ex *l. non omnis ff. ſi certum pet.* Explicat poſt Camerar. & additio ad Iſerniam Octav. Corſetus *conſ.* 2. *num.* 9. 6
contractum ſine aſſenſu, & ejus ſpem convaleſcentiæ morte contrahentis extingui, eo quod jam deficit conſenſus ejus, qui jam tempore regiæ facultatis, & aſſenſus non reperitur, ſuper quo cadere poſſit confirmatio, cùm ſolus Dominus non poſſit conſentire, nec contractus celebrare.

Aut

Aut enim prosequitur Molina ibidem *num.* 22. iste contractus per regum confirmationem vult valere prout ex tunc. & hoc etiam est impossibile de jure, cùm retrotractio non operetur in præjudicium tertii, cui medio tempore fuit jus quæsitum, quam rationem reddunt etiam omnes DD. à principio hujus cap. laudati.

8 Cui consonat Pet. Corset. filius *in add. ad Octa. Corset. Patrem in d. consil.* 1. qui *ex n.* 1. dicit quod consensus Regis in alienatione rei feudalis post mortem alienantis, ideo non valet præstari, quia tunc temporis res non dicitur illius alienantis; sed alterius, ea ratione quia statim mortuo alienante dominium illud utile, quod non potuit transferri in alium, stante nullitate alienationis, transit in agnatos, & filios; quorum jus Rex confirmando contractum præcedentem auferre non potest, quia contractus semper fuit nullus non sequuta principis confirmatione, vel sequuta invalidè puta post mortem alienantis, post Isern. Camer. Freciam. Menoch. *consil.* 89. *nu.* 6. & 75. & Surdum *consil.* 126. *n.* 19. Vincent. Anna *allegat.* 69. 56. Francisc. à Ponte *de potestate proregis tit.* 6. §. 1. *n.* 24. Balcard. *de feudis in d. cap. imperialem n.* 44. & plures alii ab eo citati *n.* 2. & 3.

9 Facit simile quod tradit Paul. de Castro *cap.* 438. *quantum ad primum. n.* 1. *vol.* 2. nempe quod stante statuto, quod contractus uxoris non valeat sine consensu, & licentia mariti, ante adeptum consensum mariti moriatur uxor contrahens absque illo non poterit maritus præstare consensum eo tempore, & idem de consensu patris requisito in contractu filii ut non valeat si præstetur post mortem filii, Paulum de
10 Castro sequuntur Tiraquell. *in legib. connubial. gloss.* 6. *n.* 18. Menochius *de arbitrariis lib.* 1. *quæst.* 69. *n.* 6. Gutierrez *lib.* 2. *practicarum quæst.* 23. Carleval. *de judiciis tom.* 2. *tit.* 3. *disput.* 22. *n.* 18. *prope finem.*

11 Quibus suppositis, videtur determinata nostra quæstio ut videatur nihil hæsitandum, quod uxor, cui possessor majoratus bona ejus obligavit pro restitutione dotis receptæ, ub facultate impetranda non possit mortuo marito, & facultatem impetrare, nec à principe concedi in præjudicium tertii successoris in eodem majoratu hujus consensus noviter non præstito, juxta doctrinas hactenus adductas, & verè communiter receptas.

12 Nihilominus non desunt plurimi Doctores tenentes assensum regium posse impetrari, & à principe concedi uxori, mortuo marito, super bonis feudalibus sibi obligatis à marito feudi possessore pro restitutione dotis. ob favorem ipsius dotis habentis hoc privilegium, propter quod frangitur rigor, & regula juris supradicta. Quam sic limitant Gofredus *in consil.* 31. *in princip.* Maurin. Freitia *de subfeud. in materiâ constitutionis, constitutionem divæ memoriæ, vers. novo non posset fol.* 111. idem tenet Afflictus *in decis.* 383. *novum dubium*, & hoc tenuisse Isernia *in cap. imperialem, in quadam parva additione*, quæ habetur in aliquibus libris, dixit Paris de Puteo *de reintegrat. feud. In cap. an consensus Regis fol.* 146. *col.* 3. qui subdit, sic etiam obtinuisse in sacro consilio, & multa allegat, & hanc limitationem perito Regn. Neapol. admisisse, firmat Capicius *in repet. d. cap. imperialem in* 4. *nu. tab. in* 2. *limita. col.* 40. *col.* 1. idem tenet Capicius *in investitur. feud. in verb. feudales assensus* 2. *col. vers. dotium tamen fol.* 77. & in hac opinione, & limitatione concurrere omnes Neapolitanos dicit Camerar. relatus, & sequutus à Vincentio de Franchis *decis.* 126. *nu.* 1. & 86. obiter tenet Riccius *Collect.* 1802. Anna Senior *allegat.* 66. *part.* 1. *decis.* & vide *allegat.* 115.

13 Hujus fundamentum opinionis assumunt DD. ex *leg. si ego* 10. §. *si res, ff. de jure dotium*, cujus verba sunt. *Si res alicui tradidero ut nuptiis sequutis dotis efficiantur; & ante nuptias decessero: an sequutis nuptiis dotis esse incipiant, & vereor ne non possint in dominio ejus effici, cui datæ sunt, quia post mortem incipit dominium discedere ab eo, qui decedit; quia pendet donatio in diem nuptiarum: & cum sequitur conditio nuptiarum, jam hæredis dominium est, à quo discedere non posse rerum dominium, invito eo fatendum est; sed benignius est favore dotium necessitatem imponi hæredi consentire ei, quod defunctum fecit: aut si distulerit: vel absit, etiam nolente, vel absente eo dominium ad maritum, ipso jure transferri, ne mulier indotata sit.* &c. Iste text. maximam patitur difficultatem, quatenus supponit, quod ille contractus conditionalis inter tradentem, & 14
sponsum futurum non transit in hæredem, nec hæredem purificata conditione obligari mero jure, sed solùm ex mero favore dotis cogi hæredem consentire, quod purificata conditione dominium acquiratur doti, siquidem de jure certissimum sit, quod contractus conditionalis, quando conditio non est merè potestativa ex voluntate creditoris solius. Sed sit conditio casualis seu mixta, quæ pendet ex voluntate utriusque, vel unius simul cum voluntate alterius tertii, ut his casibus semper transeat contractus activè, & passivè ad hæredes contrahentium, *juxta text. capitalem in §. ex conditionali stipulatione tantum spes est debitum iri, eamque ipsam in hæredem transmittimus si priusquam conditio extet, mors nobis contigerit, institut. de verbor obligat. leg. necessario. §. quod si pendente emptor, vel si venditor decesserit, constat si extiterit conditio hæredes quoque obligatos esse, quasi jam contracta emptione in præteritum, ff. de peric. & com. rei venditæ*, amplissimè exornat, & explicat Ant. Gomez *tom.* 1. *variar. cap.* 11. *de qualitatibus contract. ex num.* 36. *per* 4. *colum.* Tiraquell. *de retract. lign. §.* 1. *gloss.* 2. *num.* 27. Mantica *de contract. lib.* 14. *cap.* 41. *n.* 10. Covarr. *practic. cap.* 39. *nu.* 3. Matien. *in leg.* 2. *tit.* 10. *gloss.* 6. *n.* 39. *lib. recopilat.* Hermosilla *ad l.* 26. *tit.* 5. *p.* 5. *gloss.* 2. *n.* 4. *tom.* 2. *fol. l.* 118. à tergo.

Ut autem text. ille *in d. leg. si ego §. si res, ff. de jure* 15
dot. effugiat hanc juris repugnantiam, illum communiter interpretantur Doctores, (nimis tamen violenter,) ut loquatur non in donatione, & dotis promissione, & sic non in contractu nominato, sed in contractu innominato. In quo locus est pœnitentiæ ante complementum, ad latè tradita per Ant. Gomez *variar. tom.* 2. 8. *c. per totum.* Atque ideo in casu *d. leg. si* 16
ego. §. si res hæredi non permittitur pœnitere favore dotis, ne mulier maneat indotata, prout dotis favore cessante, pœnitere poterat permittente natura contractus innominati, quam interpretationem tenet Bald. *in leg. sicut. in fin. C. de action. & obligat.* dicens quod quando traditur res, ut sequutis nuptiis dotis fiat, videtur resultare quidem contractus innominatus, do ut facias, id est, ut convertas in causam dotis, tamen speciale esse favore dotis, ut in eo non admittatur pœnitentia, prout subscribunt Decius *in consil.* 35. *num.* 5. Lafred. *consil.* 31. *num.* 4. Menochius *consil.* 92. *n.* 79. *tit.* 1. & plures relati à Covar. *variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 13. Cavalcan. *consil.* 31. *ex n.* 21. Tiraquell. *de privilegiis piæ causæ, privil.* 133. abunde prosequitur hunc intellectum ad *d. §. si res.* Barbosa *in Rubric. ff. solut. matrim.* 4. *part. ex n.* 37. *cum multis seqq.*

Quo supposito utique desiderarem, scire veram in- 17
ductionem, & applicationem illius text. *in leg. si ego, §. si res, ff. de jure dotium*, ad nostram quæstionem, an uxor, cui à possessore majoratus fuere obligata bona ejus, vel feudi pro securitate dotis restituendæ, possit mortuo marito obligante, impetrare facultatem, & assensum invito successore majoratus, vel feudi. Cùm inter casum *d. §. si res*, & nostram quæstionem tanta sit differentia, & inverisimilitudo omnimoda, ut ulla arte aut ingenio fiat illatio, ex qua possit text. ille applicari, siquidem casus illius text. & resolutio versatur 18
circa contractum innominatum. Nos in contractu prorsus nominato; ille text. loquitur inter unum contrahentem, & hæredem alterius, qui quemadmodum

defunctus favore dotis pœnitere non poterat, ita nec ejus hæres, qui ad factum defuncti tenetur, prout abundè comprobat Barbosa *de Rubric. ff. d. solut. matrim.* 4. *part. ex n.* 42. *cum seqq.* Nos autem versamur inter defunctum obligantem bona majoratus, & successorem in eo, qui nec prædecessoris hæres est, nec ab eo jus aliquod habet, sed à primo majoratus fundatore, nec tenetur ad contractus antecessoris regia facultate cessante.

19 Deinde quoniam in casu *d.* §. *si res*, promissor sub conditione disponit super re propria, de qua liberè, & nulla lege prohibente poterat disponere, & se libere obligare, & suum hæredem, in quem contractus, & obligatio activè, & passivè, sive contractus sit nominatus, sive innominatus transit cum sua qualitate, ac
20 sua causa. At nos loquimur in una obligatione prorsus prohibita possessori majoratus, qui licèt alienet sub conditione facultatis impetrandæ, eo ipso quod decedat, resolvitur obligatio, & bona feudalia remanent libera, atque ideo assensus regius non habet contractum, quo nitatur, Ponte *de potest. Proregis tit.* 6.
21 §. 1. *n.* 6. & 21. *Thoro in compend. decis. verb. assensus super venditione facta.* Riccius *in addit.* ad Franchis *decis.* 620. imò interim non manet obligatus, sed potest pœnitere, & à contractu tanquam de jure nulliter gesto, & celebrato discedere, pendente illa conditione, juxta veriorem resolutionem, de qua infra per nos 2. *part.* 21. *ex num.* 36. & *seqq.* & *ex num.* 56. & *seqq.* Quibus adde Marc. Anton. Genuens. *in prax. cap.* 75. *n.* 16. *in annotatione*, *præter has Rotæ decisiones*, hic relatas plures alias novissimas refert, & sequitur Joan. Anton. Mangill. *de evictionib. quæst.* 125. *nu.* 20. Maresçotum *variar. resolut. lib.* 1. *quæst.* 14. *per totum.* Ubi plures Rotæ decisiones sic tenentes recenset; tenent quam-plures relati à Mieres *de majoratu.* 1. *part. quæst.* 2. *nu.* 48. idem etiam supponit Buratto *decis.* 15. *n.* 6. ubi aliæ decisiones recensentur, dum dicit quod beneplacito S. A. reservato, & obtento, nullus ex contrahentibus potest pœnitere, ergo ante illius obtentionem pœnitere poterit; & quod fieri non potest absque beneplacito S.
22 Apostol. est nullum, si sit reservatum, interim anteaquam sit obtentum sit nullum, ita ut quilibet ex contrahentibus possit liberè pœnitere, & à contractu resilire, pluries determinavit Rota, ut præter relatas decisiones sunt & aliæ decisiones Putei *decis.* 353. *nu.* 7. *lib.* 1. Achillis *decis.* 2 *pactis*, Farinac. *decis.* 337. *num.* 2. *part.* 2. *in noviss.* probantes pendente conditione beneplaciti obtinendi quilibet ex contrahentibus potest pœnitere etiam si contractus fuerit juramento vallatus; quia ante beneplacitum obtentum contractus, qui absque eo geri non potest, est nullus; Caputaq. *decis.* 12. *num.* 3. *part.* 3. ibidem Farin. *decis.* p. 55. *nu.* 2. *in recent. p.* 1. idem Farinacius *in posthum. tom.* 2. *decis.* 89. *n.* 2. Garcia *de beneficiis* 2. *part. cap.* 1. *n.* 36. Octavian. Corsetus *in consil.* 1. *n.* 9. ubi quod feudatarius sicut potest contractum à se factum revocare, & pœnitere ante beneplacitum
23 obtentum, sic & ejus hæres, ita ut assensus superveniens nihil operetur, quia non invenit contractum confirmabilem. Et quia ille prior consensus possessoris majoratus appositus illo contractu conditionali imperfecto extinctus fuit, resolutus ejus morte ante facultatem obtentam, ut nullum vestigium remaneat confirmabile, cum per mortem, ita jus possessoris majoratus sit resolutum, & annihilatum eo modo, ac si unquam defunctus successisset, imò ac si nunquam in mundo nasceretur, ut alibi latius diximus *infra* 3. *part. cap.* 15. *ex n.* 33. *cum seqq. & ex n.* 15. Ergo impossibile est quod principalis facultas & confirmatio possit aliquid operari, ac propterea ego non video fundamentum aliquod juridicum, quo honestari possit doctrina, & resolutio Doctorum Neapolitanorum, de qua *supra n.* 12. *vers. nihilominus non desunt*, &c. Ut causa dotis, pro cujus restitutione bona feudalia fuerunt obligata, sub conditione impetrandæ facultatis, ut privilegiata, vel possit impetrari facultas possessore mortuo, & hic casus a regula generali, & constanti, de qua ad principium hujus capitis exceptuari possit, cum, ut vidisti, fundamentum Doctorum *ex l. si ego*, §. *si res*, *ff. de jure dotium*, prorsus sit inefficax, & nullatenus applicabile.

Et propterea ego libenter sequor distinctionem Ca- 24
milli de Curto *in diversò juris feudor. cap.* 5. *num.* 88. *fol.* 223. sequutam ab Addition. ad Molin. *lib.* 8. *cap.* 5. *n.* 37. quod text. *in d. leg. si ergo* §. *si res* procedat quando feudum, quod obligatur pro dote, est hæreditarium, quod jure hæreditario in eo succedatur; secus quando est familiare, & generationis, quo casu procedere nequit *d. l. si res*, In terminis etiam nostris, quod si bona feudalia obligentur à marito pro dotis restitutione cum conditione si Princeps præstet consensum, ut si consensus Principis præstetur post mortem mariti non noceat successori in feudo, cui per mortem mariti jus fuit quæsitum, tenent expresè Alciatus *consil.* 100. *ad finem*; sequitur Carpanus *ad statuta Mediolan. cap.* 273. *num.* 38. *tom.* 1. quæ resolutio nihil certissima, & vera videtur ex hactenus à principio hujus cap. comprobatis; maximè cum in Hispania ego nunquam audivi, talem facultatem expeditam fuisse in concilio Cameræ.

His convenit quod dicit Naldus Liparuli *in additio.* 25
ad Iserniam *in cap. imperialem de prohib. feud. alien. per Feder.* post Camerar. & Afflictum *fol.* 256. à tergo *verb. & tunc præjudicat*, *col.* 4. *ad finem*; quod si maritus pro restitutione dotis obligavit feudum, & antequam impetraretur assensus, feudum sit apertum domino, & devolutum, uxor petat assensum, si Rex præstet assensum domino, non præjudicat; si enim Rex ipse, qui confirmat, & approbat obligationem, sibi non præjudicat in suo jure devoluto, multo minus præjudicabit juri alieno.

Quapropter resolvendum erit, quod uxor non dici- 26
tur creditrix ad bona majoratus, quæ vir ejus possidens obligaverat pro dotis receptæ restitutione absque facultate regali, sub conditione tamen ejus obtinendæ, quam tamen in sua vita non obtinuit ut mortuo eo, uxor ullo modo impetrare poterit, nec eidem concedenda in præjudicium successoris majoratus, cui rerum omnium dominium interim fuit quæsitum juris ministerio. Atque ideo uxor cum bona majoratus obligata non habeat legitimè, & congruo tempore; sed re jam non integra facultatem impetraverit; nihil ei proderit, nec dicetur creditrix ad bona ipsa deducta in concursum à successore, & possessore majoratus.

CAPUT XXXIV.

Ad concursum fidejussoris dati super contractu tempore limitato cum facultate tamen illud prorogandi; creditor an sit graduandus pro utroque tempore tam assignato, quàm postmodum juxta facultatem concessam prorogato?

SUMMARIUM.

1 *Tempus appositum obligationi finiendæ si prorogetur fidejussore non consentiente liberatur.*
2 *Non in totum, sed tempore prorogato, dumtaxat.*
3 *Ad tempus quando non est appositum substantiæ obligationis, sed executioni, est solutioni prorogatum, tenetur fidejussor.*
4 *Fidejussor an teneatur ad tempus prorogatum virtute pacti in eodem contractu appositi, quo datur facultas prorogandi cum seqq.*
5 *Negativam opinionem qui teneant.*
6 & 7. *Fidejussor primi compromissi limitati ad tempus non*

non tenetur pro tempore prorogato illi noviter non consentiens.

8 & 9. *Inter terminum prorogatum primo jam finito, & eo durante differentia traditur.*

10, 11 & 12. *In facultate prorogandi certa forma data si non servetur fidejussor non tenetur pro tempore prorogato.*

13 *Fidejussor pro contractu limitato cum facultate prorogandi tempus, tenetur tempore prorogat. cum seqq.*

14 *Contractus cum omnibus suis pactis, & conditionibus unus est divisus, & inseparabilis.*

15 *Ad pactum initum in contractum, cui fidejussor simpliciter accessit, pariter tenetur, ac principalis ex primo consensu.*

16 *Fidejussor æque obligari præsumitur principalis, ubi aliud expressè non apparet.*

17 *Contractum simpliciter approbans omnia pacta, & conditiones in eo contentas approbare intelligitur, nihil excepto.*

18 *Contractus cum pactis conventis cum sit unicus, & indivisus, scindi nequit.*

19 *Consensus præstitus ad actum fiendum sufficit ad ejus executionem alio novo acquisito.*

20 *In pensionis constitutione, continenti facultatem transferendi patroni consensus adhibito novus non requisitus, in pensionis translatione.*

21 *Assensus regius præstitus venditioni rei feudalis continenti pacto de retrovendendo informat pactum, & novus non requiritur in retrovenditione.*

22 *Super venditione rei feudalis, assensus præstitus an comprehendat etiam pactum de retrovendendo separatim conventum inter contrahentes de quo non fuit facta principi relatio.*

23 *Vel an sit assensus nullus in totum ob connexitatem, & individuitatem compacta.*

24, 25 & 26. *Leg. Labeo. §. fin. ff. de receptis arbit. interpretatur, & declaratur ex n.* 11. *cum seqq.*

27 *Fidejussor obligatus pro contractu tempore limitato, continente tamen facultatem prorogandi tenetur, etiam pro tempore prorogato, novo ejus non adhibito consensu.*

28 *Et in concursu ab eodem fidejussore firmato, creditor principalis graduabitur pro utroque tempore assignato, & prorogato.*

1 UT facilius percipiatur hujus quæstionis vera resolutio, unum supponendum erit necessarium, quod ad temporis prorogationem obligationis, nempe quod quando tempus apponitur obligationi finiendæ, postmodum quomodolibet prorogetur fidejussore non consentiente, iste liberatur, cum novus sit contractus inter partes principales, cui revera non inter-
2 venit fidejussor idem; & propterea non tenetur, sed liberatur non in totum, sed pro tempore prorogato dumtaxat. Hujus conclusionis exemplum habeamus, *in leg. cum Hermes. 6. locati leg. item quæritur, §. qui impleto. ff. locati. Labeo, §. fin. ff. de arbitriis*, nempe quando principalis conduxit domum usque ad annum, pro quo fidejussor intervenit, prorogatum fuit tempus tacitè vel expressè inter contrahentes, inscio fidejussore, iste pro tempore prorogato non tenetur.

3 Aut tempus fuit appositum non substantiæ contractus, & obligationis; sed solùm solutioni, & executioni, ut si debitor promisit solvere die Paschatis, & tunc licet terminus prorogetur, non liberatur fidejussor. Hæc distinctio in hoc articulo magis communiter recepta est, prout amplissimè tractat & resolvit Trentacinq. *variar. resolut. lib.* 3. *resolut.* 1. *de fidejussoribus, per totum.* Vachineus *controvers. lib.* 2. *cap.* 88. *per totum* Aretinus *de fidejussoribus, sect.* 10. §. 33. *ex n.* 1. maximè ex *n.* 16. *cum seq. fol.* 1006. *& seq.* qui innumerabiles alios allegant, Heringius (licet non ita explicitè) *de fidejussor. cap.* 20. §. 18.

Qua distinctione supposita, circa primum distinc- 4
tionis membrum mirabilis se offert dirimenda difficultas, an fidejussor teneatur etiam pro tempore prorogato, quando in principali contractu appositum fuit tempus obligationi finiendæ, data tamen facultate prorogandi, & cum effectu inter principales contrahentes facta fuit prorogatio, exemplo res sit manifesta. Principalis conduxit domum usque ad annum, & ampliùs, si habitet, vel pro tempore, quo habitare volet: aut etiam factum est compromissum inter partes, ut intra mensem arbiter definiat, data eidem arbitro facultate illum terminum prorogandi, hos contractus simpliciter intervenit fidejussor, facta fuit prorogatio intuitu facultatis concessæ, & reservatæ in eodem contractu; quæritur an iste fidejussor, sine cujus consensu fuit facta prorogatio, teneatur non solùm pro tempore assignato, sed etiam pro tempore prorogato?

Negativam opinionem, nempe fidejussorem non 5
teneri, tenuit Paulus de Castro *in l. diei cautionis, ff. de damno infecto, n.* 2. in hæc, *advertendum tamen quod in hac prorogatione debent consentire fidejussores in prima, alias non noceret eis, si damnum daretur in tempore prorogato, quia fidejussores non censentur se obligasse nisi ad damnum, quod daretur in primo tempore. Casus est singularis secundum unum intellectum, in l. Labeo, §. fin. ff. de arbitriis, juncto principio illius legis*, &c. Paulum licet obiter alii sequuntur Carrocius *de locato, tit. de obligatio. q.* 6. *de fidejussor. n.* 3. *fol.* 249. sed in meis *fol.* 296. Ruginellus *practic. quæst. cap.* 24. *num.* 2. Noguerol. *allegatione* 21. *n.* 26. qui allegat Heringium *de fidejussoribus, cap.* 20. §. 18. *n.* 8. qui tamen nihil 6
tractat de hac quæstione, sed simpliciter dicit, quod fidejussores primi compromissi, non comprehenduntur in prorogatione ipsius, nisi consenserint, quia compromissum prorogatum intelligitur quoad ipsas partes, non quoad fidejussores, per *d. l. Labeo, §. fin. ff.* 7
de arbitriis, & per plurimos Doctores ab eo citatos, nihil tamen tractat quando à principio ipsius compromissi fuit data facultas prorogandi terminum assignatum in eo: ipse Noguerol. allegat etiam Aretinum *de fidejussoribus* 2. *part. princip. sect.* 5. *cap.* 3. *n.* 13. *pag.* 307. in magnis, & in parvis. *fol.* 508 *ex n.* 9. *cum seqq.* qui tamen simpliciter & in eodem casu quo Heringius loquitur, nihil tamen tractat de facultate prorogandi, & data & apposita in eodem compromisso, cui se subscripsit, & obligavit fidejussor, imò Aretin. in duobus locis expressè contrarium tenet, ut inferius *ex n.* 27. ponderabimus.

In confirmationem opinionis Pauli de Castro ad- 8
ducit insuper Noguerol. Tiberium Decianum in *responsi.* 72. *n.* 14. *tom.* 2. qui licet verum sit loqui in casu, quando in eodem compromisso data fuit facultas prorogandi, & insuper dicat, quod fidejussores non tenentur pro tempore prorogato; tamen cautè legendus erit, quia loquitur quando jam finito primo termino assignato fuit facta prorogatio; quoniam ut ipse latissimè prosequitur *ex n.* 15. *cum seqq.* tunc prorogatio novus est contractus, & diversus à 9
primo, pro quo si deficiat consensus fidejussoris, non tenebitur, secus in prorogatione termini facta durante adhuc primo termino, quia tunc est unus, & idem contractus continuatus cum primo, abundè comprobat ipse Decianus *n.* 15. *&* 16. Aretin. ubi proximè *n.* 13.

Imò ipse Decian. *in eodem responso* 72. *ex n.* 24. 10
& signanter *ex n.* 32. insinuat contrariam dicens, quod si facultas prorogandi terminum compromissi aut conductionis data fuerit sub certa forma: si in prorogatione eadem forma non servetur, fidejussor non tenebitur pro tempore informiter, & contra clausulam prorogato: ergo si in prorogatione servaretur tenor facultatis datæ, tenebitur fidejussor.

Paul de Castro, ut vidisti, nec cæteri eundem 11
obiter

obiter sequentes, nullum adducunt juris fundamentum, nec aliquam rationem, quæ consonet juris principiis, nec, ut opinor, aliquam adducere poterunt; fundatur tamen in quadam ponderatione, & conjunctione duorum jurium, nempe *l. Labeo*, §. *fin.* juncto principio ipsius legis, ubi dicitur, quod arbiter à partibus nominatus pro certo tempore limitato, si insuper à contrahentibus data fuerit facultas prorogandi illum terminum, poterit in utroque pronunciare. In casu hujus text. nulla mentio facta fuit de fidejussore aliquo. Postea Jurisconsultus per diversa intermedia transiens, pervenit ad §. *fin.* in quo simpliciter dicitur, quod si terminus compromissi fuerit prorogatus, non consentiente fidejussore ad primum dato, non tenebitur. In hoc §. nihil agitur de facultate data ad prorogandum, cujus text. dispositio in se completa est, & perfecta absque alterius conjunctione, idem disponens, quod *l. cum Hermes*, *C. locati*, cum concordantibus, & si simpliciter eum §. allegant, & intelligunt omnes Doctores tractantes de fidejussore liberato à tempore prorogato, prout videbis infrà *n.* 25.

12 Ut igitur ad suam opinionem possit attrahere aliquod fundamentum, compulsus fuit Paul. de Castro conjungere illos duos casus distinctos, & diversos, ac quemlibet in sui dispositione juridicum supplendo factum unius ex facto alterius, nempe §. *fin. cum d. l. Labeo. in princ.* ex hac quidem jurium conjunctione monstrum, & absurdum maximum in jure orietur, & ex ea procul dubio juris regulæ turbarentur, prout evidenter ex sequenti apparebit.

13 Quod igitur ut evites, firmiter teneas conclusionem contra Paulum de Castro & sequaces, ut fidejussor teneatur pro tempore prorogato, quoties in eodem contractu, cui consensit, & intervenit, fuit data facultas prorogandi, cui ipse simul consentire intelligitur, quando aliter suam obligationem non restrinxit, nec limitavit, sed simpliciter contractui ipsi, cui 14 facultas eadem inerat, consensum suum accommodavit, quia omnibus & singulis clausulis, conditionibus & qualitatibus in contractu contentis, & comprehensis consentire, & se obligasse intelligitur, nihil dempto, nec excepto.

14 Manifestè probatur, quoniam contractus cum omnibus suis pactis, conditionibus, & qualitatibus unus est individuus, & inseparabilis, unicaque conventio, quæ scindi non potest, pactaque ipsa & conditiones sunt pars inseparabilis ipsius contractus, *in l.* 2. §. 1. *ff. locati. l. fin. ff. de condit. ob caus.* latè & optimè Surdus *decis.* 33. *ex n.* 4. *& seqq. & n.* 15. *& in cons.* 104. *ex n.* 4. *lib.* 1. *l. si quis aliam, ff. de solut. l. quod si uno pretio, D. de in diem adjectio.* Caldas Pereira *cons.* 39. Gratianus *disceptat. forens. cap.* 301. *n.* 57. abundè plura cumulans Barbosa *de pensionibus, quæst.* 1. *ex n.* 20. *cum seqq.* Surdus *consil.* 217. *n.* 1. *& à n.* 6. *& ex n.* 20. idem Gratianus *discept.* 742. Giurba *decis.* 85. *n.* 13. latissimè Tiraquel. *de retract. lign.* §. 23. *gloss.* 1. *per totam & de retract. conventio. ad finem tituli ex n.* 4. *usque ad n.* 10. ergo si fidejussor suum simpliciter apposuit consensum super ipso contractu limitato, qui facultatem extensivam simul continet ad totum inseparabiliter obligasse non est dubium.

15 Si igitur facultas prorogandi est pars ipsius contractus, cui toto simpliciter fidejussor consensum præstitit, sicut tenetur principalis, pariter & ad id tenetur fidejussor absque novo consensu, *l. grege*, §. *illud*, §. *si quis Stichum, ff. de fidejussor. l. si testamento*, §. *fin. & l. si adeo sub condit. ff. eodem.* quia fidejussor 16 æquè obligari præsumitur, ac principalis, quando aliud expressè non apparet, Jason. *in l. si cum procuratore*, *n.* 3. *de re judicata*, Ruinus *cons.* 99. *n.* 3. *volum.* 5. Marsillus *in rubr. de fidejussorib. quæ.* 38. *n.* 291. Aretinus *de fidejussor.* 2. *part. princip. n.* 7. *& à n.* 1. *fol. mihi* 292. atquè in dubio fidejussor censetur obligatus pro tempore, quo tenetur reus principalis Parisius *cons.* 48. *n.* 14. *vol.* 1. Cagnolus *in l. lect. n.* 99. *ff. si certum pet.* quos sequitur Bertazola *claus.* 51. *gloss.* 7. *sub n.* 5. sed principalis ab initio remansit obligatus pro tempore assignato in contractu, & pro prorogato postmodum virtute facultatis in eodem contractu datæ; ergo pariter fidejussor pro eodem termino prorogato obligatus manebit; ita argumentatur Menoc. *in cons.* 719. *n.* 9. *tom.* 8.

Qui enim simpliciter contractum approbat totum 17 cum suis qualitatibus, & singulis pactis, & conditionibus in eo contentis approbasse censetur, nihil dempto vel excepto ex causa individuitatis. Abundè probavi- 18 mus infrà 2. *part. cap.* 6. *ex n.* 16. *cum multis seqq.* quia contractus iste cum sit unicus & individuus scindi nequit, ut etiam probant omnes DD. & jura proximè allegata; ergo cum fidejussor à principio consenserit in pacto prorogationis permissæ, & fiendæ, novus alius consensus & approbatio ejus non requiritur in ipsa prorogatione facta in executionem facultatis datæ, & permissæ. Innumerabiles penè doctrinas, & valdè singulares conjecimus in proposito infrà 3. *part. c.* 4. *ex n.* 5. 19 *cum multis seqq.* ad hoc, quod quando consensus requiritur ad actum, si in eo semel fuit adhibitus, novus non requiritur in executione, & complemento ipsius actus. Ad saturitatem videbis ibidem.

Eleganter facit magis in specie, quod quando in 20 constitutione personis super beneficio juris patronatus laicalis continente facultatem transferendi, si patronus præstitit consensum suum, si postmodum pensionarius, utendo facultate, transtulerit pensionem in alium, novus non requiritur consensus patroni, qui semel constitutioni continenti facultatem transferendi consensit Rota *decis.* 505. *n.* 4. *part.* 1. *recent.* Barbos. *de universo jure Pontif. lib.* 3. *c.* 11. *n.* 103. *in fin.*

Comprobatur etiam, quoniam si assensus domini fuit 21 adhibitus & interpositus super venditione feudi continente pactum de retrovendendo, si in executionem pacti postea fiat retrovenditio, non requiritur alius novus assensus domini, cùm sufficiat simpliciter præstitus à principio in ipso contractu complectente principalem dispositionem cum omnibus suis pactis, qualitatibus & conditionibus in ea infitis, & contentis, quia non est novus actus, sed prioris executio, quæ non inducit novum actum, sed dicitur & habetur pro eodem contractu, & ideò pro ea non requiritur novus assensus, sed prior sufficit, ut per *l. si pupillorum*, §. *si pupillus*, *ff. de rebus eorum*, tenet & amplissimè discutit Marinus Freccia *de subfeudis Baron. lib.* 1. *quæst.* 2. *n.* 19. *& per totum*, quem sequitur Surdus *decis.* 321. *ex n.* 4. 5. *& 6. à princ.* Tiraquell. *de retract. convention.* §. 6. *glossa* 2. *n.* 19. Paris de Puteo *de reintegration. feud. cap.* 225. incipit, *& circa n.* 12. *fol.* 129. *& cap.* 236. *per totum.* Matthæus de Afflictis *in c. Imperialem, in princip. n.* 30. *de prohib. feud. alien.* per Frederic. Francisc. Buratum *in cons.* 30. *n.* 16. *& n.* 29. *volum.* 1. Riccius *in addition.* ad Vincent. de Franchis *decis.* 126. *vers. assensus tamen interpositus.*

Conducit doctrina de Franchis in ipsa *decis.* 126. 22 ubi tractans de venditione rei feudalis facta, & de pacto de retrovendendo seorsum postea apposita inter contrahentes; an assensus impetratus super sola venditione nulla facta mentione pacti de retrovendendo, ad illud se extendat assensus obtentus; & *n.* 1. ita ait; *quodque assensus non erat impetratus, nisi super venditione, unde assensus dicebatur corruere ex rationibus cumulatis per Freciam, in tract. de subfeud. in* 16. *q. ubi plenè, & per Camerarium, in cap. Imperialem, in* 16. *in conclusio lit. R. fol.* 58. *in magnis*, & contra quod postea arguit & *n.* 2. & 3. ita pro resolutione & nostro proposito ait. *Ex* 23 *adverso dicebatur rationes Doctores obtinere, vel quod venditor, vel quod emptor debuisset impetrare assensum, quia potissima ratio, qua moventur Doctores, est individuitatis contractus, & consensus, qui cum sit unus, & idem ex contrahentium voluntate; si corruit in uno,*

corruit

corruit in totum ex defectu assensus, licet pactum de retrovendendo fiat post absolutum contractum venditionis, nihilominus fuit primum in intentione, quamvis sit ultimum in executione, & sine quo alias venditor non esset venditurus, ita pulchrè Bald. in lib. avia, col. penult. cum seqq. vers. modo hic occurrit quædam subtilitas, C. de jure dotium, & quod dicit Frecciq in ultimis verbis suæ quæstionis; vult dicere in causa in qua judicatum concurrisse dolum emptoris: sed non per hoc recedit ab opinione, quod assensus sit in totum invalidus, nec recedere poterat stantibus validissimis rationibus pro invaliditate assensus, & sic etiam judicavit alius S. cons. &c. quæ opinio vera est, licèt eam turbare velit Riccius *in addit.* ad principium, ex fundamentis re vera non conducibilibus quæstioni.

Et quod contractus alienationis rei feudalis quo continetur pactum de retrovendendo, cui princeps simpliciter apposuit assensum, vel confirmavit, & approbavit, assensus ratione individuitatis contractus comprehendit simul pactum de retrovendendo contentum in contractu, ita ut retrovenditio postea facta nullo alio egeat regis consensu seu facultate, quoniam totum contractum indistinctè approbasse principem intelligitur, & pacto consensisse, tenent Afflictis *in cap. Imperialem. in princ. n. 7. & notab. n. 5. de prohibita feud. alien.* per Feder. *& ibidem in princip.* Balzanarius *n.* 35. pulchrè quoque, & multis comprobat Camerarius *pag.* 462. *& seqq.* Paris. de Puteo *de reintegra. feud. c.* 236. *num.* 12, 14. *& num.* 20. Afflictis *in c.* 1. *num.* 16. *quid jur. si post alienatio.* Marinus Frecia *de authoritat. Baronum. auctor.* 1. *quæst.* 16. *num.* 1 *&* 9. *lib.* 2. Capicius *in investitura feud. cap. feudalis assensus necessitas, col.* 4. §. *quæro quartò*, &c. *pag.* 81. Schraderus *de feud. pag.* 8. *de alienatio. feud. cap.* 2. *num.* 54. Corbulus *de jure emphyt. causæ amissio. ob alienatio. c.* 14. *amplia.* 27. *num.* 9. *& seqq.* Rosental. *de feudis, tom.* 1. *de feud. alienat. cap.* 9. *membr.* 1. *n.* 11. *& in addit. lit. l. & m.* ubi plurimos alios allegat: conducit doctrina Jason. *in l.* 1. *item acquirimus n.* 5 *&* 7. *ff. de acquir. possess.* Tiraquell. *de retract. consang.* §. 19. *gloss.* 2. *num.* 3. *&* Ripa *in l. in quartam, num.* 56. *ff. ad legem falcid.* Cagnol. *in l.* 2. *n.* 113. *quæst.* 35. *C. de pactis interemp. & vendit.* Pinellus *in l.* 1. *part.* 3. *n.* 52. *de bon. matern.*

24 Si igitur hæc omnia supra dicta proveniunt ex visceribus juris, quomodo possibile erit jurisconsultum in casu *à* §. *fin. l. Labeo, ff. de arbitriis* voluisse supplere facti speciem in re perfectam, & juridicam, trahendo factum *d. l. Labeo, in pricipio*, legendo & jungendo eam cum *d.* §. *fin.* cùm similis conjunctio, & lectura produceret absurdum magnum, & intolerabilem juris errorem; quælibet igitur lex de per se, & seperatim legenda erit, prout jacet, absque alterius in facto commixtione, & conjunctione, cum quælibet in sui dispositione perfecta sit, & juris principiis conformis, nam text. *in d. l. Labeo in princ.* ita loquitur. *Labeo ait si arbiter, cum in compromisso cautum esset, ut in eadem die de omnibus sententiam diceret, & ut posset diem proferre, de quibusdam rebus dicta alioquin sententia, de quibusdam non dicta, diem protulit, valere prolationem dico, sententiæque ejus posse impunè non pareri,* &c. In hac lege licèt de facultate & pacto prorogandi fit dictum, nihil tamen de fidejussore loquitur, nec mentionem facit aliquam Consultus; sed ad longè diversam difficultatem propositam in divisione determinandi, respondit; tandem pervenit Consultus ad §. *fin.* aliis diversis intermediis & ita ait. *Sed si per fidejussores fuerit cautum in primo compromisso, & sequens similiter proferendum Labeo dicit; sed Pomponius dubitat utrum iisdem, aut tam idoneis, quid enim (inquit) si idem fidejubere noluerint? Sed putò si fidejubere nolue-*
25 *rint tunc alios absimiles adhibendos.* In quo text. nihil tractatur de facultate concessa arbitro ad prorogandum terminum compromissi, licet de fidejussore loquatur simpliciter disponendo fidejussorem pro compromisso limitato ad certum tempus non teneri de tempore prorogato, nisi noviter consentiat, cum primus terminus sit appositus obligationi finiendæ, quo transacto contractus, & obligatio penitus dissolvatur, & extinguatur ad ea quæ in princip. hujus cap. diximus, atque ita hunc §. *fin.* simpliciter in casu quo loquitur absque aliqua conjunctione, & commixtione intelligunt & communiter legunt, omnes ferè Doctores communiter laudati, & sequuti ab Heringio *cit.* superius *n.* 6. & ab Ant. Gomez *tom.* 2. *variar. cap.* 3. *sub n.* 17. si igitur in casu hujus §. *fin.* suppleretur pactum, de quo *in d. Labeo in princ.* quo datur facultas prorogandi, & nihilominus pro tempore prorogato non teneri fidejussorem nisi noviter prorogationi consenserit, procul dubio incideremus in maximum absurdum dividendo pactum ab ipso contractu, cùm totius sit unica & individua dispositio, & quemadmodum principali dispositioni suum accommodavit fidejussor consensum, ita pariter & ipsi pacto, & aliis quibuslibet qualitatibus & conditionibus in contractu principali contentis; & ex eo à principio inseparabiliter manet obligatus ex permissione prorogationis faciendæ, in qua fidejussoris novus non consensus, cùm ipsa prorogationis executio contineatur in principali contractu, & pars sit ipsius inseparabilis & indivisibilis à suo toto; prout hactenus abundè probavimus.

Igitur cessante ponderatione, & conjunctione *d.* §. 26
fin. cum principio, *d. l. Labeo*, nec non absurdo ab ea manifestè sequuto, opinio Pauli de Castro, omni manet destituta auxilio, sine lege, & sine fundamento, quo niti possit, & nisi apertissima lex foret, quæ expressè determinasset lecturam, & opinionem Pauli de Castro; nullus Doctor interrogaretur de hac quæstione, qui contrarium non determinasset.

Et propterea contra eundem ac sequaces firmiter te- 27
nendum, fidejussorem pro contractu ad tempus limitato continente facultatem prorogandi, non solum teneri pro primo termino, sed & pro tempore prorogato, novo ejus consensu non interveniente, sed virtute prioris, qui procul dubio conplectitur utrumque tempus; quam doctrinam & opinionem tenet etiam Aretinus *de fidejussoribus.* 2. *part. per prin. sect.* 2. §. 33. *num.* 21. *fol. mihi* 10., 11. in parvis, ubi sic ait, *sed quid si in prima obligatione fuerit appositum pactum, & in eo data facultas de revocando omnes obligationes sequentes? Dic quod tali casu fidejussores non liberantur: nam tunc dicitur unus contractus, & una obligatio, quæ habet jus à primo contractu & obligatione.* Covar. *variar. resol. c.* 16. *n.* 5. *lib.* 3. &c.

Eandem resolutionem in terminis nostris tenet Hora- 28
tius Carpanus *ad statuta Mediolanens. tom.* 1. *c.* 111. *ex n.* 90. *cum seqq.* in hæc. *Quod tamen non haberet locum in compromisso de re sequestrata, super qua præstita fuisset fidejussio, quia si illud prorogaretur à partibus absque consensu fidejussoris, fidejussio expiraret, ut in his terminis notat Bald. in d. l. Labeo. ait* §. *idem protulit, ff. de receptis arbitris per l. si cum Hermes, C. locati latè notat Tiraquellus, de retract. conventio.* §. 1. *glossa* 7. *n.* 34. *cum seqq. ratio est in promptu, quia prorogatio compromissi dicitur nova obligatio, ut tradit Bald. cons.* 94. *num.* 1. *vol.* 1. *Ursill. ad Afflictum decis.* 144. *n.* 4. *fallit tamen, si in compromisso attributa esset facultas arbitro prorogandi, prout sibi debuerit, prout sibi fieri, & apponi solet, quia tunc ex consensu ejusdem fidejussoris diceretur facta prorogatio, & sic cessaret objectum prænarratum,* &c. quem in eisdem terminis referens sequitur Aretinus *de fidejussoribus*, 1. *part. sect.* 2. *c.* 6. *n.* 4. *&* 5. *fol. mihi* 147.

Hanc eandem opinionem, ut veram supponit Aretinus *in cons.* 78. *in fine*, quem sequitur Tuschus *litt. C. conclus.* 518. *ex nu.* 13. *cum seqq.* & signanter *ex n.* 16. dum asserunt, quod quando in compromisso data est arbitro potestas prorogandi terminum; & simul intervenit fidejussor, prorogatio debet intimari partibus, & fidejussori, aliàs neutri præjudicabit; ex quo clarè tenent quod fidejussor in prorogatione facta virtute

pote-

poteſtatis datæ manet obligatus, eo quod eidem intimari debet, ut ſibi pariat præjudicium ſua obligatio, quoniam ſi iſta per prorogationem fuiſſet extincta, & fruſtra ſibi intimatio fieret.

Quapropter ex noſtra veriſſima reſolutione viriliter comprobata infertur; quod ad concurſum formatum per fidejuſſorem, ſi creditor compareat, admitti & graduari debeat pro tempore & termino principaliter aſſignato, & ergo prorogato virtute pacti ejuſdem contractus, quo facultas prorogandi data fuit, cui indubitanter conſenſiſſe fidejuſſor intelligitur ratione individuitatis.

CAPUT XXXV.

Creditor cenſus creati ſuper pretio officii renunciati, cum reſervatione proprietatis; donec redimatur, an graduetur in concurſu, antequam titulus emptori conceſſus, & expeditus ſit à principe?

Et an officio interim perempto, vel legitimè conſumpto, cenſus duret, & reditus annui currant?

Et quid ſi ob defectum objectum perſonæ emptoris dilatio, & mora cauſa fuerit.

SUMMARIUM.

1 *Cenſus ſuper pretio officii renuntiatio, an producatur reditus ante aſſenſum principis. 1. p. c. 35. cum ſeqq.*

2 *Officium renuntiabile vendi, & obligari poteſt, principis licentia accedente. & 4.*

Et cadit ſub partitione & diviſione bonorum, ſicut quælibet alia res patrimonialis, ibid.

3 *Et cogitur debitor officium renuntiare in favorem emptoris pro titulo à principe conſequendo.*

5 *Officia Romanæ Curiæ renuntiari & alienari poſſunt ſub beneplacito Papæ.*

6 *Cenſus ſuper pretio rei juſto licitè promitti poteſt ab emptore.*

7 *Pactum ne dominium tranſeat in emptorem, eſt contra ſubſtantiam contractus.*

8 *Valet tamen ſi apponatur limitatè, donec pretium ſolvatur.*

Dominium rei venditæ & traditæ non habita fide de pretio, non tranſit in emptorem, donec pretium ſolvat. ibid.

9 *Pactum ne dominium tranſeat in emptorem, donec pretium ſolvatur dominii, tranſlationem impedit.*

10 *Officii venditor poteſt pactum apponere, ne dominium tranſeat in emptorem, donec pretium ſolvat.*

11 *Officii titulus poteſt eſſe apud unum, & dominium penes alium.*

12 *Cenſus conſtitui poteſt ſuper pretio rei venditæ, cum pacto ne tranſeat dominium, donec cenſus redimatur.*

13 *Periculum rei venditæ etiam ante traditionem regulariter pertinet ad emptorem.*

14 *Si venditor non ſit in mora vel culpa.*

15 *Culpa imputatur ei, qui ſe immiſcuit rei ad ſe non pertinenti.*

16 *Cenſus ſuper pretio officii creatus ante principis licentiam, & aſſenſum, non producit annuos reditus. cum ſeqq.*

17 & 18. *Officii venditor nequit titulum, poſſeſſionem vel exercitium in emptorem transferre.*

19 *Officii renunciati titulum, & exercitium confert Princeps.*

20 *Officii ſucceſſor virtute renunciationis non capit titulum, & poſſeſſorem à renunciante, ſed à ſolo principe.*

21 *Ad officium nominatus ab uno & à Rege confirmatus, à Rege proviſus intelligitur.*

Actus attribuitur confirmanti & approbanti, non gerenti. ibid.

22 *Officia renuntiata principis ſequuta licentia à principe tenentur.*

23 *De officiis temporalibus ad beneficia valet argumentum, & contra.*

24 *Renunciatio beneficii, in favorem, non confert titulum, nec poſſeſſionem, aut exercitium, ſed Papa illum admittens.*

25 *Renuntiatio officii & beneficii fieri debet per viginti dies ante mortem renuntiantis.*

26 *Officiorum dominium & proprietas reſidet penes principem.*

27 *Licentia petita, & conceſſa ad aliquid faciendum arguit dominium & jus concedentis.*

28 *Venditio dicitur imperfecta, & conditionalis, etiam ſi ſit de re, & pretio conventum, ſi aliquid remanet faciendum.*

Venditio eſt imperfecta, ſi inter partes ſit conventum de conficiendo inſtrumento, & interim eſt locus pœnitentiæ. ibid.

30 *Et ex tempore confecti inſtrumenti non antea contractus operatur effectus.*

31 *Renuntiatio Beneficii in favorem dicitur conditionalis, cum ejus eſſentia pendeat ab approbatione Papæ.*

32 *Officii renuntiatio, & venditio nil valet, nec operatur quouſque ſit à Rege admiſſa.*

33 *Factum quod eget approbatione, vel confirmatione ſuperioris caret effectu, donec per ſuperiorem confirmetur.*

34 *De officio ad feudum valet argumentum.*

35 *Ad perfectionem actus ſi duo requiruntur ex ultimo actus perficitur & conſummatur.*

36 *Actus non dicitur geſtus, ubi aliquid remanet faciendum.*

37 *Actum non incipere, & cœptum non perficere paria ſunt.*

38 *Ex venditione imperfecta & conditionali neutra agere poteſt.*

39 *Cenſus ut conſtitui poſſit ſuper pretio iſtud debet eſſe certum, verum, & exigibile.*

40 *Cenſus tunc poteſt formari ſuper pretio de quo fides habita fuit; quando res eſt tradita emptori, non aliter.*

41 & 42. *Ita tamen ut redditus non excedant valorem fructuum rei traditæ.*

43 *Officium renuncians nullum titulum, poſſeſſionem, aut exercitium poteſt in emptorem transferre.*

Ante officii renunciationem admiſſam à principe renuntians illud exercet, continuat & emolumentis fruitur. ibid.

44 *Officium renuncians titulum retinet, & exercitium continuat, quia non vacat, ante principis admiſſionem & novam collationem factam.*

45 *Et ad renuntiantem pertinent officii emolumenta interim.*

46 & 47. *Renuncians beneficium, ejus titulum, poſſeſſionem, aut fructus, non amittit ante ſuperioris admiſſionem.*

48 *Super pretio officii retenti à venditore, cenſus creari non poteſt.*

49 *Periculum rei venditæ pertinet venditori, ſi venditio ſit imperfecta & conditionalis, non ad emptorem.*

50 *Redemptio officii, & conceptio permiſſa populo, ineſt in ipſo officio à natura, & nemini culpa imputatur.*

51 *Impedimentum ne quis nanciſcatur poſſeſſionem officii renunciati cauſatum à tertio, non imputatur reſignatario.*

52 *Damnum proveniens ex facto principis nulli imputatur.*

53 *Ex*

53 *Ex culpa quis tenetur ad cauſam, quando culpa fuit deſtinata ad ipſum caſum, non aliter.*

54 *& 55. Renuncians officium debet eligere, & quærere perſonam habilem.*

56 *In ceſſum aut renuntiatum alicui, ſi ibi non quæratur ex juris impedimento non abdicatur à renunciante.*

57 *Moram debet præcedere culpa.*

58 *Mora non committitur ſine die, aut interpellatione. Et an iſta interpellatio debeat eſſe judicialis, vel extrajudicialis ſufficiat. ibid.*

59 *& 60. Officii renuntiatio debet principi præſentari intra triginta dies, alias annullatur.*

61 *Periculum rei non imputatur tenenti moroſo, ſi eodem modo eſſet peritura apud Dominum, tam in actionibus realibus, quem perſonalibus.*

62 *Officium publicum tenere prohibetur dardanarius victualium, non aliàs merces exercens.*

63 *Emptor ſemper tutus eſt exceptione rei non traditæ adverſus executionem etiam rei judicatæ.*

64 *Et hanc exceptionem rei non traditæ non oppoſitam aperte poteſt judex ex officio ſupplere.*

65 *Rotæ deciſio inſinuans ex officii renunciatione coram notario contractum eſſe perfectum, abunde declaratur. & ſeqq.*

66 *De venditione officiorum Romanæ curiæ ad officia Hiſpaniæ, non valet argumentum.*

67 *Facultas ad aſſenſus generalis ad alienandum præcedit, alia non aget alienatio ad ejus perfectionem.*

68 *De feudo ad officium, & contra, valet argumentum.*

69 *Facultas ad alienandum data inveſtitura feudi, etiam aditio, quod aſſenſus petatur, validat alienationem etiam ante aſſenſum.*

70 *Litteræ expediendæ pro officio Romanæ curiæ renuntiato, non tangunt ſubſtantiam contractus.*

71 *Per generalem aſſenſum regis ad alienandum perficitur alienatio, & ſi pro recognitione veri Domini præſentatio requiratur.*

72 *De renunciatione officii Rom. Cur. ad renunciationem beneficii, non rectè arguitur propter diverſitatem naturæ.*

73 *Qua ceſſante ad alia officia rectè arguitur ad renuntiationem beneficii.*

74 *Officiorum Hiſpaniæ natura multum diſtat à natura officiorum. Rom. Cur.*

75, 76 *& 77. In officii renunciatione, de qua in deciſione Seraphini multa ſpeciali reperiuntur, quæ officiorum renuntiationem naturam alterant.*

78 *Facultas regia ad alienandum, ſive præcedat, ſive ſequatur æqualiter operatur.*

1 AD multorum valde ſingularium cognitionem deſerviet diſceptatio, & reſolutio hujus quæſtionis admodùm difficilis. Finge quod poſſeſſor officii vendidit illud, & renunciavit alteri ſub certo pretio convento; quod cùm emptor in conſtanti non haberet, conſtituit annuum cenſum ſorti principali correſpondentem, cum pacto quod venditor retineret proprietatem, donec cenſum emptor redimeret. Hujus venditionis & renuntiationis virtute emptor poſtulavit à Principe admiſſionem, ac tituli expeditionem, ut officium exercere valeat; tertius ex tranſverſo admiſſionem contradixit opponendo defectum perſonæ emptoris, interimque populus conſumendum officium obtinuit ex viliori pretio, quo venditum fuit; quæritur nunc, an emptor exequi poſſit pro cenſus à ſe creati redditibus, ſuppoſita cenſus exiſtentia.

2 Et videtur quod ſic, cùm cenſus à principio legitimè creatus nullum paſſus fuerit accidens, ex quo alterari, aut variari potuiſſet, regulas juris certiſſimas attendamus ſub uno & vero ſuppoſito quod officium tabellionatus & decurionatus ſui natura eſt renuntiabile: licet intervenire debeat licentia, aſſenſus, & beneplacitum principis; nihilominus quia id facile obtinetur à principe, ex conſuetudine Hiſpaniæ, alienari, vendi, cedi, ac renunciari poteſt, nec non hypothecæ ſubjici; & in ſolutum creditoribus datur, & ad hæredes tranſit, & in diviſione, partitione bonorum cadit, ſicut quælibet alia res patrimonialis & libera: de quo ampliſſimè videre eſt per Covar. *lib.* 3. *var. c.* G. 9. *num.* 5. *& num.* 6. Gutierrez *lib.* 2. *practic. q.* 64. *num.* 4. *& n.* 5. Gomez de Leon. *allegat.* 100. Alvarum Valaſcum de *partitionib. c.* 13. *num* 52. *& ſeqq.* Pereira *ad tit. in officioſ. teſtument. poſt lecturam. c.* 2. *g.* 9. *&* 25. Noguerol. *allegat.* 19. *ex num.* 46. *& ſeqq.* optimè Gomez *in l.* 29. *Tauri n.* 21. & mirabiliter per Tellum Fernand. *in ead. lege* 29. *ex n.* 11. *per aliquot columnas*, Avendanus *de cenſibus, cap.* 55. *per totum*, Bobadilla *in politic. lib.* 3. *c.* 8. *ex n.* 285. *cum ſeq.* Ubi quod venditor, ſeu debitor cogitur per compulſionem, ut titulum generalem exhibeat, 3
& officium renunciet, & alteri conſtituat mandatum ad renunciandum, ut renuntiationis virtute ad principem pro titulo conſequendo ad favorem emptoris vel ſucceſſoris recurratur.

Alii etiam exteri, qui naturam officiorum renuntia- 4
bilium Hiſpaniæ agnoverunt, idem de eis determinant & tranſmiſſibilia, & alienabilia aſſerunt ſub beneplacito, & aſſenſu regio, ut videre eſt ex Rovito *conſil.* 106. *n.* 6 *&* 7. *vol.* 2. Capicio Galeota *de alien. officiorum. n.* 22, 23. *& ſeq.* Rota *deciſ.* 54. *n.* 6. *tom.* 5. *in recent.* anno 1636.

Sicuti etiam obſervatur in officiis Romanæ Curiæ, 5
quæ ex eo quod facile poſſunt vendi, renuntiari, & alienari accedente voluntate, & aſſenſu Pontificis, judicantur bona patrimonialia, cùm facilè beneplacitum hoc obtineri contingat; teſtatur Paulus de Caſtro *in l. omnimodo*, § *imputari*, *n.* 5. *C. de inoffic. teſtam.* quem ſequitur Jaſ. *ibid. num.* 2 *&* 3. per Rotam apud Seraphin. *deciſ.* 100. Farinac. *deciſ.* 495. *num.* 2. *tom. in recent. & deciſ.* 54. *num.* 7. *cum ſeqq. tom.* 5. *in recen.* Mareſcotus *lib.* 2. *variar. reſol. cap.* 86. *num.* 15. Gratianus *diſcept. forenſ. tom.* 1. *c.* 50. *num.* 15. *& num.* 16. *& tom.* 3. *cap.* 580. *& tom.* 4. *cap.* 670. *num.* 12. *cum ſeqq.* & idem Gratian. *c.* 730. *ex num.* 44. *cum ſeqq.* Pacificus *de Salviano interdict. inſpect.* 3. *cap.* 2. *num.* 643 *&* 644. Merlinus *de legitim. lib.* 2. *tit.* 2. *quæſt.* 24. *pag.* 199. Burato *deciſ.* 873. *per totam*, *tom.* 3.

Igitur ſi pretio æſtimabile eſt officium, & licitè vendi 6
permittitur, licitè etiam ſuper ejus juſto pretio cenſus creari poteſt, ut latiùs videre eſt per Rodriguez *de annuis redit. lib.* 1. *quæſt.* 13. *per totam*, & Avendanum *de cenſibus, cap.* 37. *per totum*, & meliùs *in cap.* 38. *ex n.* 2. *cum multis ſeq.* qui ex pluribus latiùs comprobat videndus.

Nec pactum, quod venditor officii retineat ejus pro- 7
prietatem, donec cenſus redimatur, reddit injuſtam cenſus creationem, nec reddituum curſum impedit, cum licet pactum abſolutum, ne dominium tranſeat in emptorem, ſit contra ſubſtantiam; & naturam contractus; ex *l. cum manu ſata ff. de contrah. emptione*, validum ta- 8
men eſt, quando opponitur limitatum, donec pretium integrè ſolvatur, quia tum nec eſt contra naturam venditionis ſed juxta illam, cum pretii ſolutio ſit de natura emptionis *l. quod vendidi, & tradidi.* 19. *l. ut res*, 53. *ff. de contrah. emptione*, *l. ex empto*, 11. *prin. ff. de action. empt.* §. *venditæ Inſtit. de rer. diviſione. l.* 36. *tit.* 2. *part.* 3. quæ probant quod rei venditæ & tra- 9
ditæ dominium non transfertur, donec pretium ſolvatur, non habita fide de pretio. Et ideò ex hoc pacto licito impedi tranſlationem dominii probant ex *l. procurator*, §. *plane ff. de tributoria actio. l. ea qua diſtracta de precario. l.* 3. *C. de pactis inter emptor. d. l. cum manu ſata*, Tiraquellus *de retract. lign.* §. 1. *gloſſ.* 2. *à n.* 36. *cum ſeq.* Gomez 3. *tom. variar. cap.* 2. *n.* 30 Parlador. *lib.* 1. *rerum quotidian. cap.* 8. *à n.* 3. Fontanella *de pactis nuptial.* 2. *part. clauſul.* 7. *gloſſ.* 3. *p.* 9. *n.* 12. *&* 22. Gratianus *diſceptat.* 325. *n.* 11. *& diſcept.* 525. *ex n.* 1. *tom.* 3. Surdus *deciſ.* 220. *n.* 13. *& deciſ.* 344. *n.* 11.

Caldas *de empt. & vendit. cap. 22. num. 31.* Franchis *dec. 506. ex num. 5.* Magonius *dec. Lucen. 31. & Flo-* *rent. 91. n. 9.* Marta *decis. 43. à num. 2.* Seſſe *decis. 42. à n. 13.* Mantica *de contractibus, lib. 4. tit. 27. n. 4. & 5.* Valenſuela Valaſquez *conſ. 59. n. 35.* Hermoſilla *l. 28. gloſſ. 1. tit. 5. p. 5. tom. 2. ex num. 39. cum ſeqq. fol. 123.*

10 Et in noſtris terminis, quod venditor officii poſſit apponere pactum reſervationis dominii, donec ſibi totum officii pretium ſolvatur; ampliſſimè reſolvit Gra-
11 tianus *diſcept. foreſt. tom. 4. c. 730. ex n. 117. & n. 49.* cum non ſit inconveniens, ut apud unum ſit titulus officii, & apud alium ſit dominium, juxta Rotam ab eodem Gratiano citatam.

12 Nec hoc pactum, quo venditor officii ſibi reſervat dominium, donec cenſus redimatur, impedit cenſus creationem, ſuper pretio officii convento, cum adhuc eo ſtante, cenſus conſtitui licitè poſſit ſuper pretio ipſius rei, ita ut annua præſtatio conventa interim licita ſit, & jure permiſſa, probarunt Carrocius *de locato & cond. rubric. de uſuris, q. 1. à n. 3.* Cagnolus *in l. curavit, num. 26. de actionibus empt.* Rodriguez *de annuis reddit. lib. 2. q. 3. num. 62.* cum aliis Avendanus *de cenſibus, cap. 9. num. fin.* Gratianus *diſcept. 3. tom. c. 523. num. 14. & cap. 206. num. 9.* Hondedeus *conſil. 30. num. 29. part. 1.* Claud. à Bartazol. *conſ. crimin. 540. l. 2.* Hermoſilla *ad l. 28. gloſſ. 1. n. 42 & 43. titul. 5. part. 5. tom. 2. fol. 123.* & valere pactum de ſolvenda aliqua penſione interim dum pretium rei venditæ non ſolvitur, Claudian. Hermoſilla *locis citatis.* Gratian. *dec.* Scaccia *de commerciis, §. 1. q. 7. p. 2. ampliat. 8. n. 164 & 165.* Mantica *de contractibus. lib. 4. tit. 24. à n. 19.* & eſt Rotæ *deciſ. 2. inter collectas*, per Cencium *poſt. tract. de cenſib.*

Cùm igitur hæc cenſus juſtitia creati ſuper pretio officii venditi, & renuntiati ex omnibus ſuis partibus integralibus juſtus appareat: nihil eſſe videtur quod huic contractui obſtare poſſit, quo minus redditus cenſus
13 currant, debeantur ac perſolvendi ſint.

Nec inſuper officii venditori obſtabit quod populus auctoritate regia interim officium illud conſumpſerit antequam emptor obtinuerit titulum & approbationem à Rege; tum quoniam cum præceſſerit perfecta officii venditio inter ipſos contrahentes, quia de re & pretio inter ipſos fuit conventum; periculum res contingens ante ejus traditionem ad emptorem, non ad venditorem regulariter ſpectat, *l. id quod poſt emptionem, l. neceſſarii 8. de peri. & com. rei vend. l. cum ſpeciem, 5. C. eod. l. ſcivit, 12. C. de action. empt. l. ſi ſoluturus. 36. in fin. ff. de ſolutio.* Abundè videndus per ampliationes & limitationes Hermoſilla *ad l. 23. gloſſa 1, 2 & 3. tit. 5. fol. 108. & ſeqq.*

14 Tum etiam, quia hoc periculum, & damnum non ſupervenit ex facto aut culpa venditoris; ſed potius fuit cauſatum à culpa emptoris, qui ſciens ſe pati defectum impeditivum officii, ac ejus uſus, & exercitii, illud emit, cujus objectio cauſavit dilationem, & moram admittendi renunciationem, & tituli expeditionem, culpa adſcribitur ea ei, qui ſe immiſcuit rei ad ſe non pertinenti, *l. culpa eſt, 37. ff. de reg. juris, l. utique*, & *ib.* Bart. *ff. de re judicata*, nec culpa caret qui ſe immiſcet rei alterius artis, vel profeſſionis, *l. idem juris, § ult. ff. ad leg. Aquil. l. illicitas, §. penult. §. ff. de offi. præſi l. c. ſine culpa de reg. jur. l. 6. c. tua, de homici-*
15 *dio*, & ideo damnum, quod quis ſua culpa ſentit, ſibi debet, & non aliis imputare, *de regul. jur. l. 6.* & ad pretium rei peremptæ poſt venditionem perfectam tenetur emptor ex juribus & Doctoribus paulo ante citatis, & per conſequens cenſus ſuper eo ſemel formatus durare debet, ac redditus currere, quorum creditor venditor eſt, & in concurſu formato ab emptore debet graduari pro ſorte principali, & decurſis.

16 Quibus tamen (quæ per ſe veriſſima ſunt & in jure certiſſima) minimè refragantibus, contrariam ſententiam, imò cenſus creationem in noſtro caſu attenta natura mercis venditæ hoc eſt officii renunciati & venditi, nullam à principio habuiſſe ſubſiſtentiam nec perfectionem, ex qua poſſint cauſari redditus annui, nec emptori officii ad pretium, & redditus manſiſſe obligatam; ex multis aperriſſimè oſtendemus.

Magna etenim verſatur differentia quoad venditionis 17
perfectionem inter rem quamlibet, cujus diſpoſitio & alienatio ad dominum liberè ſpectat abſque alterius interventu, licentia, aſſenſu, aut beneplacito, ita ut in domini ſit libera facultate, & voluntate ad ſui libitum venditionis contractum perficere, tradendo emptori dominium, titulum, poſſeſſionem, uſum & exercitium ipſius rei venditæ, contractum purum, & abſolutum celebrare prout regulare eſt in quolibet rei dominio, 22
argumento text. *in re mandata, C. mandati, & integris tit. ff. & C. de emptione & venditione.*

Et inter officium publicum decurionatus, & tabel- 18
lionatus renunciabile, quod quidem licet officialis poſſeſſor poſſit renunciare, & vendere; non tamen liberè & independenter, nec poteſt dominium officii, proprietatem, titulum, poſſeſſionem aut exercitium in 23
emptorem transferre, & tradere abſque licentia, aſſenſu, beneplacito, gratia, & conceſſione Regis; prout expreſsè probant Doctores ſuprà laudati ſuperiùs *n. 2.* Ad officii etenim ſimplicem renunciationem & nudam nominationem poſſeſſoris exhibitam principi, iſte con- 19
fert titulum & novam gratiam emptori, vel ſucceſſori cuilibet, cujus virtute, & non aliter poteſt ſucceſſor apprehendere officii poſſeſſionem, & illud exercere ſub certis qualitatibus & conditionibus facta renunciatione, *l. 3 & 4. tit. 4. lib. 7. recopilationis.* ibi. *Que quando algun hombre, que tiene oficio publico, ſe ve çercano a la muerte; y que no lo puede tener por ſi entonçes le renuncia: Y otros procuran con el tal que haga la renunçiaçion; y eſto tiende en por juiçio de nueſtra Real preeminençia, y en dato de la republica. Por ende ordenamos y mandamos que de aqui adelante la renunçiacion que alguno hiçiere de ſu oficio que tubiere, no valga, ſino viviere veinte dias deſpues que otorgare la tal renunçiacion, y otro guiſa que nos podamos proveher del dicho oficio ſin embargo de la tal renunçiaçion de la proviſion que por virtud de ella ſe diere, aſſi como proveyramos, ſi* 24
nunca la tal renunçiaçion interviniera. l. 5. ejuſd. tit. 25
ibi: *Como quiera que eſtava ordenado que la renunciacion de los oficios regimientos y juraduarias y eſcribanias de que ſe hacen renunçiaçiones, la preſentacion de ellas ſi hicieſſe dentro de veynte dias ante nos, para* 26
que proveyeſſemos çerca della lo que fueſſe nueſtro ſervicio, nos fue pedido que prorogaſſemos el termino de la dicha preſentaçion, mandamos que la perſona, en cuyo favor el tal oficio ſe renunçiare, baſte que ſe preſente ante nos con la tal renunciacion y ſupiicacion dentro de treynta dias: y que ſi dentro del dicho termino no ſe præſentare, la tal renunciacion ſea en ſi ninguna, &c.

Ex quibus juris ad noſtrum propoſitum mul a uti- 20
liſſima inferuntur: primum, quod ille ſucceſſor, cui fit officii publici renuntiatio, à ſolo Rege capit officium, & ejus titulum, ejuſque virtute poſſeſſionem, & exercitium, non à nominante, & renuntiante, 27
prout apertius apparet *ex l. 6. tit. 7. lib. 4. recopilat.* ibi: *Mandamos à qualquier perſona en quien ſe ha renunciado o renuntiare qualquier oficio de alcadia, alguaciz lago o regimiento o veinte y quatro, o juraduria, o eſcrivania, o otro qualquier oficio publico, dentro de ſeſenta dias deſpues que nos le ubieremos dado la proviſion de merced del dicho oficio, la preſente en el conſejo de la ciudad*, &c. *donde fuere el tal oficio, tome la poſſeſſion d. l.* &c. & iterum ibi: *Y los que haſta aqui de nos an havido merced de los dichos oficios por virtud de las renunciationes antes echas*, &c. *preſenten las tales mercedes en los dichos conſejos y uſen de ellas*, &c.

Nam ſi quis ad officium nominetur ab uno, & ſit à 21
Rege

Rege approbandus, & confirmandus, à Principe nominatus & provisus intelligitur, & à principe confirmante officium obtinere dicitur, probant per *l. item eorum*, §. *si decuriones. ff. quod cujusque universitatis nomine*, Joannes de platea, Alberic. Bald. Bart. Castrens. Abb. Padilla, Aviles, & plures alii citati per nos *in commentar. de retent. Bullar. 2. part. cap. 22. ex num. 3. cum seq.* Giurba *consil. 65. à n. 15. & seq.* Molina *de primogeniis, lib. 1. cap. 25. num. 10.* Valenzuela Valasquez *consil. 155. à num. 10. cum multis seq. tom. 2.* quia actus attribuitur confirmanti, & approbanti, non gerenti, Surdus *consil. 185. à n. 31. cum seq.* quamplurimos Doctores laudavimus *in eodem cap. 22. ex n. 3. per 2. columnas.*

22 Et in terminis quod officia, quæ renuntiantur de licentia & assensu principis, ab ipso principe teneantur, & ipse conferre intelligatur, abunde probat Tellus Fernand. *in l. 26. Tauri num. 30.* Valenzuela *cons. 155. tom. 1.* Grassis *de effectib. cler. effect. 2. à nu. 156. cum seqq.* facit Authent. *de exhibendis reis*, §. *optimum.* ibi *Et secundum jussionem nostram hoc habeant, non tanquam paternam hæreditatem, sed tanquam imperialem munificentiam.*

23 Deinde, quia officiorum provisio & collatio regulariter à provisione, & collatione beneficiorum, & de officiis ad beneficia, & è contra, valet argumentum: Bald. *decis. 29.* Riccius *in collectan. 1498. p.* Cavedo *decis. 20.* Barbosa *in locis commun. argument. juris, loco 14. & loco 77. & 176.* qui plurimos Doctores cumulat. Adde Mastrillum *de magistratibus, cap. 25. à n. 10* & suprà *tomo 1.* quamplurimos congerit Cavedo *decis. 12. n. 1. p. 1.* Castillo *controvers. tom. 6. cap. 178. sub n. 16. vers. & quamvis.*

Sed renunciatione beneficii facta in favorem alicu-
24 cus nullum jus, & titulum præstat ei, in cujus favorem fit, nec ejus virtute potest apprehendere possessionem, nec beneficii habere exercitium, quousque approbetur à Papa, & ab eo accipiat titulum & collationem: tenent quamplurimi Doctores adducti à Garcia *de benefic. 2. part. c. 1. ex num. 136. cum seq. & 6. part. cap. 2. num. 126.* Alexand. Ludovis. *decis. 138. à nu. 5. & in annot.* Oliver. Beltram. Marescotus *variarum resc. lib. 2. cap. 18. n. 2.* Gratianus *discept. c. 139. ex n. 24. & cap. 127. à num. 34.* atque in beneficiis,
25 sicut in officiis limitata est facultas renunciandi in favorem ad viginti dies ante mortem resignantis, juxta regulam Cancellariæ, ad latè tradita per Garciam *de beneficiis, part. 11. cap. 3. §. 1. ex n. 57.* ergo idem debet operari renuntiatio officii in favorem alicujus.

26 Nam cùm penes principem resideat dominium ac proprietas officiorum, & in officialem solum transit exercitium, ut probat Mastrillus *de magistratibus, 1. cap. 24. n. 37.* idem Mastrillus *lib. 5. c. 6. num. 140.* Bald. *in l. qui se patris, C. unde liberis, verific. idem in concessis.* Natta *consil. 580. n. 4.* Vasquez Menchaca *de success. creat. §. 18. à n. 88.* Surdus *consil. 152. n. 16.* Camillus de Curto *1. part. diverf. juris feudalis, §. potest n. 5. fol. 28.* Franchis. *decisione 517. nu. 2.* Ponte *dec. 2. num. 6.* Arias de Mesa *variar. resol. lib. 2. cap. 17. num. 8.* quod dominium etiam arguit licentiam assensus & beneplacitum principis requisitum ad valorem renuntiationis; cum ex licentia ad actum postu-
27 landa ab aliquo in dispositione alicujus rei, ejus dominium arguat, probant Bald. *in l. si permittente. num. 2. Cod. ad Velleianum.* Socinus *consil. 12. nu. 34. & 35*, ubi quod licentiæ petitio & præstatio inducit probationem dominii. Ozascus *decis. 164. n. 16. & 71.* Burgos de Paz, *consil. 16. n. 4. 5. & 6.* ubi quod licentia dominorum quod vassalli possint pasculari arguit dominium Pascuorum in domino Noguerol. *allegat. 28. ex nu. 86.* Natta *consil. 522. n. 9.* Rota *decis. 33. num. 3. & per totam part. 1. diversorum.* Hieronymus Gonçalez *ad reg. 8. Cancellar. gloss. 5. §. 6. nu. 37.* & ideo semper expectanda erit domini approbatio, licentia & assensus; ut virtute renunciationis jus officii

& exercitium transferri possit in successorem, ad cujus favorem facta fuit renuntiatio.

Quibus præcognitis, affirmandum erit, hujus censsus creationem super pretio officii venditi, & renunciati nunquam habere potuisse principium, à quo fortiri potuerit effectum, & ex quo redditus currere possint, cum ipsa venditio dependens à gratia, assensu, voluntate principis, præcisè requisita ad ejus valorem, & perfectionem, sit informis, imperfecta, & conditionalis, suspensa quousque accedat principis licentia, & ideo cum deficiat res quæ venditur præcisè deficere debet pretium super quo censsus constitui possit, cum imperfectio venditionis prorsus impediat omnes juris effectus, ex ea perfectè, aliàs existentes producendos.

Nam licet in venditione accedat res & pretium, 29
si tamen etiam ex voluntate contrahentium aliquid remanet faciendum, venditio dicitur imperfecta, & conditionalis, *l. contractus, C. de fide instrum.* Anton. Gomez. *2. tom. var. c. 2. n. 17.* Gutierrez *pract. lib. 3. q. 94. in 12. & in tract. de gabell. q. 17. n. 2. 3. & 8.* Girunda *de gabell. 6. p. in princ. n. 14. & 15.* Mantic. *de contract. lib. 1. tit. 10. n. 7. & 12.* Lasarte *de decima vend. cap. 3. n. 18.* Cancerius *var. resol. cap. 1. n. 13. de empt. & vend. n. 5.* Cevallos *q. 91. n. 3. & 4.* Parlador. *lib. 2. rer. quotid. cap. 3. n. 47. & 49.* Castillo *controv. lib. 3. c. 26. n. 8. & 9.* Bertazola *claus. 30. n. 10. & quinque seqq.* Pereira *de empt. & vend. c. 19. n. 21. & 22.* Avendanus *d. censib. c. 84. n. 13.* & quamplurimi alii congesti ab Hermosilla *ad l. 6. tit. 5. p. 5. gloss. 1. per tot. tom. 2. ex fol. 50. & seqq.* & maximè *ex n. 5.* tenentes, quod contractus dicitur imperfectus, conditionalis, & invalidus, & est locus pœnitentiæ, quando in contractu ipso, vel ante contractum de scriptura facienda inter contrahentes mentio simpliciter facta est; etiam si dictum non sit, quod aliter non valeat contractus, ad *l. contractus, C. de fide instrum. l. 6. tit. 5. p. 5.* saltem de jure regio.

Ita ut hujus contractus tempus ad nihil attendatur: 30
sed tempus confectæ scripturæ & ex nunc dumtaxat agi potest ex eo, nec antea ullos juris effectus produxit prout multis Doctoribus adductis comprobat Hermosilla *ibi, ex n. 21. 22. 23. & n. 24.* si enim imperfectio contractus producit hos effectus quando provenit ex iis quæ consistunt in voluntate & potestate contrahentium, multo magis imperfectus erit contractus in iis, quæ dependent à consensu, & voluntate, seu potestate alterius tertii, & sic principis, cujus licentia & concessio expectatur ad perfectionem & validitatem translationis officii venditi, & renuntiati in favorem alterius.

Prout idem in beneficii renunciatione in favorem 31
contingit, quæ ex eo dicitur conditionalis, quia per se nihil operatur, donec admissa fuerit, & approbata à Papa, à cujus voluntate & dispositione dependet renunciationis validitas, & effectus, ad latè tradita per Garciam *de benef. 2. p. c. 1. ex nu. 139. 147. & ex n. 125.* & iterum *11. p. c. 3. §. 4. à princ. ex n. 143. & seqq.*

Et in terminis nostris, quod renunciatio, & venditio 32
officii nihil valeat, nec operetur, quousque sit admissa à Rege, mirabiliter probat Tellus Fernandez *in l. 29. Tauri, sub n. 11. vers. secundo vero casu & sic*, dicens quod cum venditio officii fieri nequeat absque principis licentia & authoritate, ideo facta ante eam venditio, & renunciatio dicitur nulla, ex doctrina Iserniæ *in c. 1. de investitura de re aliena facta, 2. vers. quid si vasallus contraxit debito* & melius ex Afflict. *in c. imperialem. de prohib. feud. alien. per Federic. n. 38.* tenente venditionem & alienationem rei feudalis esse nullam factam sine consensu domini, *ex c. 1. de alim. feud.* & non valere quod factum est; quia ubicumque actus sine 33
consensu superioris fieri non potest, actus non habet effectum, donec consensus superioris superveniat, interim vero nullum effectum sortitur, ut declarat Bald.

in l. si incertos §. deportat. ff. d. legat. 3. ibi, *Factum, quod eget approbatione, vel confirmatione superioris, non trahit secum effectum, donec approbetur, & confirmetur à superiori.* Quod sequitur Afflictis in prohibitione alienandi, vel obligandi feudum absque assensu Regis *in d. c. imperialem, not.* 12. *n.* 2. maximè cum ex officio ad feudum valeat argumentum, ut diximus 2. 34 *p. cap.* 27. *n.* 54. concludit igitur Tellus *loco cit.* hanc renuntiationem officii, & venditionem esse nullam absque Principis licentia, procedereque hanc doctrinam sine alicujus Doctoris contradictione, quem in terminis, & per idem fundamentum sequutus fuit Avendan. *in tr. de censib. c.* 55. *n.* 618. *&* 9.

35 Ad perfectionem namque hujus venditionis, & renuntiationis officii duo requiruntur, renunciatio ex parte contrahentium, & licentia, assensus, atque approbatio ex parte principis, & quoties ad perfectionem actus duo requiruntur, utrumque præcisè debet concurrere, & ex ultimo dicitur actus perfici, & consummari, *l. quoties, C. de rei vend.* ita Alberic. *in l.* 2. *in fin. princ. ff. de procur. gloss. in Clem. unic. verb. collato. ad fin. ut lite pendente.* Tiraquell. *de retract. lign.* §. 1. *gloss. n.* 67. *&* 68. Lasarte *de decima vend. cap.* 4. *n.* 24. Molina *de justit. & jur. tom.* 2. *disp.* 337. *vers. dubium est, col.* 510. Gutierrez *de gabell. q.* 15. *ex n.* 11. *cum seqq.* Quo loco, & per totam quæstionem unum valde simile adducit; quod quando quis sine mandato vendit rem alienam sub spe approbationis domini; quod hæc venditio imperfecta & inanis erit, quousque accedat domini approbatio, & ratificatio, quod & idem accidit in venditione officii, quæ fit sub spe confirmationis & approbationis principis domini officiorum; & ideo quousque subsequatur renuntiatio; & venditio inefficax, imperfecta erit, & nulla.

36 Dum igitur in hac officii venditione deficit essentiale, substantiale, & præcipuum requisitum, assensus & licentia Regis, nulla adest certa venditio, nullum pretium certum ac verum, super quo possit formari, & creari census, & nulla certa res in venditionem deducta, nulla certa adest venditio, cum sit imperfecta, & conditionalis dependens à voluntate, & assensu Regis ex hactenus comprobatis.

37 Et quia actus non dicitur gestus, quando aliquid supereſt agendum *l. cum Syllanianum.* ubi Jas. *num.* 3. *C. de his quib. ut indign. l. Titia, ff. de verb. oblig. l. si oleum, §. fin. l. seq. ff. de dolo l. in rebus, §. possunt, ff. commod. l. res, ff. de contrah. empt.* Flamin. Paris *de resign. lib.* 8. *q.* 8. *n.* 42. *&* 97. Anton. Monac. *Lucens. decis.* 25. *n.* 7. & Florent. *decis.* 19. *n.* 5. Gironda *de privil. num.* 1133. Ricius *in collect.* 2497. Surdus *cons.* 168. *n.* 9. Mantic. *decis.* 186. *n.* 3. Castillo *de fact. & scient. ignor. inspect.* 6. *n.* 12. Joan. Maria Novarius *quæst. forens. lib.* 1. *q.* 1. *n.* 9. *&* 10. Gonzales *ad regul.* 8. *cancel. gloss.* 63. *n.* 31. & paria sunt actum non incœpisse, & cœptum non perficere *l. fin. §. illud, C. de codicillis, §. penult. institut. quibus modis testam. infirm.*

38 Deficit certum ac verum pretium, ex quo possit census constitui atque creari; nam cum deficiat venditionis contractus tanquam informis, imperfectus & conditionalis; pretii certitudinem ac veritatem deficere necesse est cum ex contractu informi, vel conditionali neuter contrahentium agere possit ad pretium, vel ad rem deductam in eo, cum nondum sit nata actio, nec obligatio, *leg. cedere diem ff. de verbor. oblgat.* Menoch. *concl.* 65. *n.* 28. *cum sequentibus.* Surdus *consil.* 186. *n.* 12. *& consil.* 238. *n.* 7. Castillo *controvers. lib.* 5. *cap.* 119. *n.* 7. Intrigliol. *decis.* 21. *num.* 7. Novar. *q. forens. lib.* 1. *quæst.* 27. *n.* 5. diximus *supra n.* 20. *& num.* 30.

39 Et ut possit census constituti validè super pretio rei venditæ, juxta Doctores laudatos *supra num.* 6. necessariò requiritur quod pretium ipsum sit verum, certum, & realiter veraciterque debitum, ita præcisè exigi possit, probat optimè Avendanus *de censibus quæst.* 39. *num.* 19. *& n.* 20. Gaspar Rodriguez plures referens *lib.* 1. *q.* 13. *ex n.* 3. *leg. si ex pretio, C. si certum pet.* sed sic est, quod pretium officii conventum ex contractu, & venditione informi, imperfecta, & conditionali nec debetur, nec exigi possit, nec certum fit; ergo census constitutio ex eo nulla erit, inefficax, & inutilis.

Deinde quoniam res etiam in venditionem deducta 40
prorsus abest ab emptore, qui ante perfectionem contractus officium renuntiatum tradi non possit, ut ejus emolumentis frui valeat, emptor enim quando res venditur habita fide de pretio, tunc ex pretio potest formari annuus census in favorem venditoris; quoties res cum effectu tradita fuit emptori, qui cum fructibus, & emolumentis ejusdem fruatur, licitè potest stipulari annua pensio correspondens fructibus rei traditæ, & pretio convento, non soluto, ne venditor damnum patiatur si fructibus, & pretio defraudetur, & ideo semper fructus recompensativi sunt liciti juxta *leg. curavit. C. de actionibus empti. probarunt* Covar. *lib.* 3. *variar. c.* 4. *n.* 6. Barbosa *in l. de dimissione n.* 71. *&* 72. *ff. sol. matrim.* Rodrig. *de annuis redit. lib.* 3. *quæst.* 7. *num.* 78. Felicianus *de censibus lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 38. *&* 2. *tom. lib.* 1. *cap. num.* 12. 13. *& seq.* Scaccia *de commerciis §.* 1. *quæst.* 7. *part.* 2. *ampliat.* 8. *ex num.* 152. *usque ad n.* 170. qui alios plures allegant, Fachineus *controvers. jur. lib.* 2. *cap.* 32. *colum* 2. *vers.* 3. *controvertitur* Mozius *de empt. & venditio. cap. de substantia empt. & vendit. num.* 30. Cancer. *variar. resolut. lib.* 3. *c.* 7. *de pactis, num.* 59. tamen ut interesse pro- 41
missum non excedat quantitatem fructuum rei traditæ, ut ex pluribus resolvit Hermosilla *ad leg.* 18. *tit.* 5. *part.* 5. *gloss.* 2. *ex n.* 25. *cum seqq. tom.* 2. *fol.* 128. *& seq.* Ubi *ex n.* 29. aliquas limitationes describit videndas.

Eodem modo procedit assertio Cagnoli, Carrocii, 42
Rodrig. Avendani Gratian. Bertazolæ, & aliorum, quos retulimus superius pro contraria parte, *num.* 12. dicentium valere pactum, ne transferatur dominium in emptorem, donec pretium integrè solvatur, esseque licitum pactum de solvendo aliquod annuum redditum, donec pretium solvatur, quando, scilicet, res vendita tradita fuit emptori, fructus ejus percipienti, ut apertè loquuntur Doctores ipsi, & latius est videre per Hermosillam *ad leg.* 28. *gloss.* 1. *ex num.* 40. *cum seqq. tit.* 5. *part.* 5. *tom.* 2. *fol.* 123. *&* 48
ead. leg. 28. *gloss.* 2. *ex n.* 37. *cum seq. & ad declarationem, l. curavit, C. de actionibus empti.* Vide eundem Hermosillam ibidem *ex num.* 14. *cum seq. & ex num.* 11.

Hæc autem doctrina nullo modo adaptari, nec veri- 43
ficari potest in officio decurionatus, aut tabellionatus vendito, & renuntiato in favorem alicujus, cui venditor illud tradere non potest nec in venditorem transferri valet possessio, & officii hujusmodi exercitium ante admissionem & licentiam Principis, à quo emanat gratia, collatio, & titulus officii, interim quæ ipse venditor illud retinet, exercet, & emolumentis fruitur, prout ultra abundè dicta *supra ex num.* 16. *cum seq.* probat in terminis, *l.* 6. *tit.* 4. *lib.* 7. *recopilat.* ibi; *Mandamos que qualquier persona en quien se ha renunciado o renunciare qualquier officio de o regimiento, o veinte y quatro, o juraduria, o escrivania, o otro qualquier officio, publico dentro de sesenta dias despues que nos le uvieremos dado la provision de merced de dicho oficio la presente en el consejo de la ciudad, villa, lugar donde fuere el tal oficio y tome la posseſſion del, y no de lugar à que use mas del dicho oficio, el que asi lo renuncio,* &c. Et iterum; *i los que hasta agora han hecho las tales renunciaciones de los tales oficios, y las hicieren de aqui en adelante, que dentro de sesenta dias despues que nos hicieremos merced de los dichos oficios por virtud de las dichas renunciaciones usen dellos, so pena que los usaren despues de los*

dichos

dichos oficios por el miſmo decho pierdan los dichos oficios que aſi huvieren renunciado, y caygan en las penas que caen los que uſan de oficios publicos ſin tener poder para uſar, &c. ibi *Y mandamos que al tiempo que ſe traxeren ante nos las tales renunciaciones trayan aſſi miſmo à raſgar los titulos originales que de los oficios tenian aquelos que les renunciaron*, &c. Et *l.* 17. *tit.* 22. *lib.* 22. *recopilat.*

44 Nam antequam princeps admittat officii renunciationem officialis utitur officio, & ejus exercitium continuat, quia non vacat per renunciationem, ante admiſſionem, & licentiam, ſeu aſſenſum Principis, ut argumento text. *in l. meminiſſe. ff. de officio præſidis*, tradunt Rebuffus *in prax.* 3. *part. tit. de Simon. in renuntiat. num.* 26. Imol. *in Clement. de renunciat.* Franchis Cald. Pereira *conſ.* 8. *n.* 7. 8. *& ſeq.* Maſtrillus *de magiſtratibus lib.* 1. *c.* 24. *ex n.* 21. *cum ſeq.* Interimque ad eum pertinent emolu-
45 menta officii, cujus adhuc titulum habet à ſe nondum abdicatum, nec in alium tranſlatum, ad text. *in §. fin. Authent. de adminiſtr.* Rebuffus, Caldas, & Maſtrillus *locis citatis.* Rota Roman. *deciſ.* 1. & 3. *de renunciat. reſignat. in antiquis.* Cavedo *deciſ.* 23. *n.* 5.

46 Probatur etiam ex renunciatione beneficiorum, (à quibus ad officia temporalia, & è contra valere argumentum, ex pluribus diximus ſuperius *n.* 22.) ex qua poſſeſſor beneficii ante ſuperioris licentiam, & admiſſionem, nec amittit poſſeſſionem, nec titulum, nec vacare dicitur *ex cap. admonet cap. quod in dubiis cap. niſi cum pridem, renunciation.* Tenent quamplurimi antiquiores, & moderniores Doctores laudati à Garcia *de beneficiis part.* 11. *c.* 3. §. 4. *ex num.* 219. & 222. *cum multis ſeq.*

47 Et ex hac ratione renuncians beneficii fructibus & emolumentis potitur, & ad eum pertinent, donec virtute renuntiationis ſuæ fiat gratia à Papa reſignatario, & iſta fiat collatio, & titulus beneficii quæratur. Quamplurimos Doctores adducit abunde controvertens ipſe Garcia *de beneficiis tom.* 1. 2. *part. cap.* 1. *ex num.* 125. *cum multis ſeq.*

48 Igitur ſi officialis renuncians, & vendens officium, nec tradat, nec tradendi poteſtatem, & facultatem habeat officium emptori, imò penes ipſum remaneat titulus, poſſeſſio, exercitium, & fructuum, atque emolumentorum perceptio; qua arte, quove colore poterit exigere annuos redditus ab emptore, & ex pretio convento cenſum creare, cum anteaquam princeps admittat renonciationem, & conferat officium ei, cui fiat renunciatio, nullum ipſe renuncians damnum patiatur emergens, ut loco intereſſe aliquid debeatur. Ideòque conventio, ut ex nunc à tempore renunciantis officii redditus cenſus conſtituti currant, & debeantur, prorſus uſuraria, & illicita erit ex hactenus abundè comprobatis.

Nec obſtat quod officium fuiſſet redemptum, & conſumptum auctoritate regia minori pretio quàm fuiſſet venditum, & quod ſaltem hæc diminutio deberet cedere in damnum emptoris; cum ejus culpa acciderit damnum illud, & cauſatum à ſua dilatione in conſequendo titulum à Rege, ad tradita ſuperius pro contraria parte *ex n.* 13. *& ſequentibus.*

49 Quia multis modis reſpondetur. Tum quoniam damnum, interitus, vel periculum rei venditæ tunc pertinet emptori, etiam ante traditionem, quando venditio fuit perfecta, non tamen quando imperfecta, vel conditionalis remanſit, quia tunc periculum ad venditorem ſpectat *l. neceſſario. §. quod ſi pendente verſ. ſi ita res ff. de per. & comm. rei vend. l.* 2. *Cod. eodem tit.* Gutierrez *lib.* 3. *part. quæſt.* 94. *n.* 14. & 15. Laſſarte de Gabellis *cap.* 5. *n.* 29. Parlador. *lib.* 1. *cap.* 3. §. 3. *n.* 26. Trantacinq. *varian reſolut. lib.* 3. *tit. de emptio. reſolut.* 5. *ex n.* 1. *cum ſeqq.* Hermoſilla *ad l.* 14. *tit.* 5. *part* 5. *gloſſ.* 1. *ex n.* 1. & *n.* 5. & *in l.* 23. *tit.* 5. *part.* 5. *gloſſ.* 4. *ex n.* 1. & *ex num.* 32. *cum ſeq. fol.* 111. *to.* 2.

at venditionem officii renunciabilis eſſe imperfectam, & conditionalem pendereque è voluntate, gratia, & titulo Regis, abundè probatum remanet *ex num.* 18. *cum multis ſeq.* ergo ad emptorem periculum, & damnum ſpectare non poteſt

Deinde quia iſta redemptio, & conſumptio officii 50
ineſt in ipſo officio, & ex natura rei, & ex cauſa de præterito quia populo pertinet jus redimendi, & conſumendi quandocumque apud quamlibet officium exiſtat. *l.* 11. *cum ſeq. tit.* 3. *lib.* 8. *recopilat. & l.* 14. *tit.* 3. *lib.* 7. *recopilat.* vel ſaltem ex facultate regia, atque ideo nemini poteſt applicari culpa, juxta text. *in ult. C. de per. & comm. rei vend.* Trigona. *ſingul.* 110. Boër. *deciſ.* 323. *num.* 12. Joſeph Ludovic. *deciſ. Jeruſ.* 118. *q. fin.* Cancer. *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 117. Hermoſilla *in d. leg.* 23. *d. gloſſ.* 4. *num.* 36. faciuntque loquendo in officio renuntiabili, & quæ inſunt in eo ex natura rei adducit Maſtrillus *de magiſtratibus lib.* 1. *cap.* 24. *ex num.* 33. *com. ſeq.* & vide *infra num.* 61. *& ſeq.* Nec emptori imputari poteſt culpa ex eo quod ei ſit objectum impeditivum uſus officii renunciati, & durante lite, & mora ſeu dila- 51
tione, ſucceſſit redemptio, & conſumptio officii; tum quia impedimentum, ne quis nanciſcatur poſſeſſionem officii ſibi renunciati, ſi provenit, & cauſatur à tertio, non imputatur officiali emptori, ut per *leg. qui operas ff. locat.* Farinacius *deciſ.* 839. *in novem centuriis, & deciſ.* 265. *num.* 3. *part.* 2. *in recentioribus.* Ponte *deciſ.* 25. *n.* 16. *& ſeq.* Reynoſo *obſervat.* 27. *num.* 22. probant in ſpecie Franchis *deciſ.* 49. *num.* 3. *& deciſ.* 451. Noguerol. *allegat.* 33. *num.* 65. & 64.

Deinde quia cum hoc damnum, & pretii dimi- 52
nutio proveniat ex facto Principis nulli imputatur culpa *ex l. Lucius ff. de evictionibus leg. ſi fundum. §. fin. ff. locat.* Alexand. *conſil.* 67. *col.* 2. *vol.* 2. & *conſil.* 17. *colum. penult.* Beroius *conſil.* 143. *num.* 4. *lib.* Craveta *conſil.* 65. Bertrand. *conſil.* 143. *num.* 3. *vol.* 1. Cavedo 2. *part. deciſ.* 114. *n.* 5. & plures alii adducti ab Hermoſilla *ad l.* 3. *tit.* 2. *p.* 5. *gl.* 4. *n.* 4. *to.* 1. *fol.* 156.

Et inſuper quia tunc ea culpa quis tenetur ad caſum 53
quando culpa eſt deſtinata ad ipſum caſum, ita ut ſi eadem culpa non præceſſiſſet, caſus non ſuccederet, *leg. qui inſulam. §. qui melius ff. locati*, & ibi Bartol. & Doctores idem Bart. *in leg ſi ut certo. §. interdum. ff. commoda*, Decius & Cagnol. *in lib. contractus de regul.* Roland. *conſil.* 86. *volum.* Surd. *conſil.* 12. *n.* 98. cum aliis Pinell. *in l.* 1. *Codice de reſcind. vend.* 1. *part. cap.* 3. *n.* 16. *& ſeq.* Anton. Gomez *variar. tom.* 2. *cap.* 3. *n.* 18. Mantic. *de contract. lib.* 5. *tit.* 8. *n.* 10. quamplurimi alii adducti ab Hermoſilla *ad leg.* 3. *tit.* 2. *gloſſ.* 7. *per totam, partic.* 5. *tom.* 1. *fol.* 157. *& ſeq.* Sed objectum, & impedimentum à tertio appoſitum emptori officii, & dilatio ex eo cauſata non deſtinatur ad interitum, ſeu conſumptionem officii, cum etiam ceſſante renunciatione, & quocumque tempore potuit peti à populo & à Rege concedi; ergo emptori imputari non debet.

Deinde quia objectio illa, an ſit habilis, vel in- 54
habilis emptor, potius imputanda erit renuncianti, cum debuerit quærere perſonam habilem, in cujus favorem renunciet. *tit.* 4. *lib.* 7. *recopilatio.* Videndus Bobadilla *in polit. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 288. & in electione perſonæ adeſt culpa, Hermoſilla, ubi proximè *n.* 12. & loquendo in renunciatione beneficii (à quo 55
ad officium temporale valere argumentum, diximus ſuperius *n.* 22.) plura mirabilia congerit Garcia *de beneficiis, part.* 11. *cap.* 3. *n.* 35. *cum multis ſeq.* videndus *ex n.* 29.

Cum etiam, quia renuncians officium, non reperto 56
habili, & idoneo reſignatario, nihil juris ſui amittit, ſed annullata, & caducata renunciatione, jus ſuum, titulum, & poſſeſſionem conſervat & continuat ut antea, ac ſi non renunciaſſet, ut probant omnes leges Regiæ ſuperius citatæ *ex n.* 43. *verſi hæc autem doctrina*;

& aliæ plurimæ *titul.* 4. *lib.* 7. *recopilat.* Jus etenim in alium renunciatum, ceſſum, aut tranſlatum, ſi iſti ex aliquo juris impedimento, vel prohibitione non acquiritur, nec transfertur; remanet penè renunciantem, & transferentem. *leg. nec utilem, ff. ex quibus cauſis majores, leg. cum quis, §. 1. ff. de ſolutionibus* exornat latè poſt plurimorum allegationem Gomez *in leg.* 45. *Tauri n.* 14. Barboſa *de jur. Eccleſiaſt. lib.* 1. *cap.* 36. §. 3. *à n.* 40. *& ſequentibus* Caſtillo *de uſufructu, cap.* 69. *n.* 24. Giurba *deciſ.* 64. *n.* qui plures alios allegant.

57 Quibus ſuppoſitis mora culpabilis in hoc caſu ceſſat, cum moram debeat præcedere culpa *l. pecuniæ fœnebris* 9. §. *fin. ff. de uſuris.* D Pichard. in *tract. de mora, n.* 23. *& n.* 29. Deinde Quia emptor nihil egit contra conventionem partium juxta text. *in leg. videamus* §. 1. *ff. de locat.* 1. §. 15. *vero, leg. item quæritur* §. *de actio. & obligat leg. in rebus, leg. ſit ut certo,* §. *nunc videndum. ff. commodati leg. qui juramenta. leg. ſi cui commendata, D. de furtis.* Surdus *conſil.* 22. *n.* 30. *lib.* 1. Molina *de juſt. & jur. diſput.* 295. *verſ. caſu fortuito.* Covarruv. *lib.* 3. *variar. cap.* 5. *in fin.* Cardoſo *in praxi judic. verb. commodatum,* & plurimi alii laudati per Hermoſillam *ad l.* 3. *tit.* 2. *part.* 5. *gloſ.* 7. *ex n.* 6. *tom. fol.* 258.

58 Nec eſt mora ob dilationem titulum à principe nanciſcendi argui poteſt, cum in contractu terminus ſibi non fuiſſet appoſitus, nec aliter fuiſſet à renunciante interpellatus, ſine quibus mora non committitur, *l. fideicommiſſ. ff. de uſuris, l. ſi ex legati cauſa, ff. de verb. obligat. l. mor.* 32. *ff. de uſuris leg. Titia* 89. §. *uſura ff. delegat.* 2. *l. cui Rom.* 122. §. *cohæredes de verb. obligat. l. quod te mihi* 5. *ff. ſi cert. pet. l.* 18. *tit.* 11. *part.* 5. Cardoſo. *in praxi jud. verb. mori, nu.* 9. Pichard. *ubi ſuprà ex num.* 20. *& ex n.* 43. *cum ſeq.* ubi
59 tractat, an iſta interpellatio debeat eſſe judicialis, vel ſufficiat extrajudicialis. Maſcard. *de probationibus conſil.* 1070. *ex n.* 7. *& per totum,* & uſque ad ſaturitatem videndus erit de hac materia Hermoſilla *ad l.* 8. *tit.* 1. *part.* 5. *gloſſ.* 5. *per totam. tom.* 1. *fol.* 72. *cum ſeq.* qua nec emptor officii arguitur ex non facta præſentatione
60 renunciationi, coram principe inter triginta dies; juxta *leg.* 5. *tit.* 4. *lib.* 7. *recopilat.* Et quando intra illum terminum ſe non præſentaverit, nihil ex hoc detraheretur juri renunciantis, qui ſemper jus ſuum integrum retinet, quia ſolum annullatur renunciatio in præjudicium, & pœnam ejus, cui facta fuit ibid. *Mandamos que la perſona en cuyo favor el tal officio ſe renunciare, baſte que ſe preſente ante nos con la tal renunciacion y ſuplicacion dentro de treinta dias. Y que ſi dentro del dicho termino no ſe preſentare, la tal renunciacion ſea en ſi ninguna.* Et quando emptor argueretur de hac negligentia, & culpa in omittenda præſentatione, adhuc ei nocere non poterat diminutio pretii contingentis ex redemptione, & conſumptione officii poſtulata per populum, cùm ad eam non deſtinetur, nec fuiſſet cauſata dilatio.

61 Imò adhuc data mora in eo, cui facta fuit renunciatio officii conſumptio, & redemptio facta à populo non cedit in ejus damnum, cum eodem modo apud unum, ſicut apud alium res peritura erat attento jure populi, quod nemo evitare poterat, ut *ſuprà n.* 50. & in actionibus perſonalibus (ſicut in realibus) interitus rei non imputatur tenenti moroſo, quando certum eſt eodem modo eſſe rem perituram apud dominum juxta magis communem receptam *ex l. ſi plures,* §. 2. *ff. depoſit. l. ſi cum exceptione,* §. *ſed etſi, non culpa, ff. quod metus cauſa, leg. ſi vehenda,* §. *ſi ex conditione, ff. ad leg. Rhod. de jactu. leg. cum res* 49. §. *fin. de legatis.* 1. *leg. illud.* 43. *ff. de petit. hæred. l. ſi pecuniam ff. de condit. cauſa data.* tenent Carrocius *de depoſit.* 1. *part. tit. de cauſan.* 3. *in* Tiraquellus. *de retract. lign.* §. 15. *gloſſ.* 2. Suarez *Theſaur. recept. ſentent. lite. d. n.* 91. *& 92.* Trentacinq. *lib.* 3. *reſol.* 11. *de ſolut. n.* 13. *verſ. ex ratione hujus legis;* & quamplurimi alii ſequuti ab Hermoſilla *ad l.* 9. *titu.* 2. *part.* 5. *gloſſ.* 6. *nu.* 7. *& à num.* 1. *cum ſeq. tom.* 1. *fol.* 176. maximè cum officium hoc nunquam exierit poteſtatem & poſſeſſionem renuntiantis, ut ſæpè diximus, & probavimus.

Ac denique, quia emptori non fuit objectus defec- 62
tus juris impeditivus officii decurionatus, quia Dardanarius, hoc eſt, *roguton. de baſtimentos,* prohibetur officia publica exercere: non aliud genus mercaturæ exercens *leg.* 10. *tit.* 5. *lib.* 7 *recopilat.* ibi. *Porque reſultan muchos inconvenientes y en careſcimento de los baſtimentos en lo pueblo deinde los veynte y quatros, Rigidores Y jurados, y eſcrivanos ſon regatones y trattantes en oficio de regutoneria de mantenimientos; mandamos que ninguno de los ſuſo dichos ſo pena de perdicion de ſus oficios no uſen del dichos oficio y trato. Y a las del nueſtro conſejo, que den ſobre eſto proviſiones ordinarias. Y en quanto a los otros tratos de mercadurias, mandamos que los del nueſtro conſejo, havida informacion provien lo que mas convenga.* Sicut contingit in caſu præſenti, in quod conſilium regium emptorem admiſit, non obſtante objectione mercantiæ, ex quo prorſus ceſſat in eo culpa omnis, & argumentum de quo ſuperius *ex n.* 14. *cum ſeq.* cui & cæteris in contrarium conſideratis ſufficienter ſatisfactum remanet.

Et per conſequens reſolvendum erit, renunciantem 63
officium ex pretio convento non poſſe creare cenſum currentem ab initio contractus, nec interim, quod princeps talem renunciationem admittat, & titulum officii, collationem, & poſſeſſionem permittat, nec pro redditibus interim decurſis exequi, aut aliter conveniri nequit emptor, cum venditionis informitas imperfectio, conditio ortum obligationis, & actionis impediant; juxta tradita *ſuprà nu.* 30. 38. tum etiam quia emptor ſemper tutus eſt exceptione rei non traditæ, qua uti poteſt etiam contra viam executivam ex inſtrumento, vel re judicata Carol. de Graſſis *de exceptio. excep.* 13. *n.* 37. *cum ſeq.* Maſcardus *concl.* 890. *& concluſ.* 1387. Surdus *conſ.* 101. *à num.* 1. *& deciſ.* 202. *num.* 70. Parlador. *rer. quotid. lib.* 2. *cap. fin.* 5. *part.* §. 11. *nu.* 26. Cevallos *q.* 756. *à nu.* 81. Fontanella *de pactis clauſ.* 4. *gloſſ.* 10. *p.* 1. *n.* 30. *& 40. & tom.* 2. *clauſ.* 7. *gloſſ.* 3. §. *n.* 23. Pereira *de emption. & vendit. cap.* 22. *n.* 31. Giurba *deciſ.* 200. *n.* 12. *&* 13. Gratian. *tom. diſceptat.* 301. *nu.* 9. *& diſcep.* 307. *n.* 2. *& tom.* 3. *cap.* 325. *à num.* 19. Surdus *deciſ.* 53. Mareſcotus *variar. lib.* 1. *cap.* 88. *n.* 3. & plurimi alii conducti ab Hermoſilla *tom.* 2. *ad leg.* 2. *gloſſ.* 1. *ex num.* 341. *& ſeq.* Qui poſt plurimos 64
Doctores *num.* 343. ampliat hanc exceptionem obſtare, & ſi non opponatur à parte, cum ſi de ea conſtat; poſſit Judex ſupplere, & venditorem condemnare: nec ad concurſum ab eo peractum venditor admitti debet, quia creditor non eſt cenſus, nec redituum, nec in poſterum etiamſi cum effectu officium non fuiſſet quæſitum eidem emptori, qui cenſum pro pretio convento conſtituerat; prout abundè probatum remanet.

Sed poſt hæc ſcripta vidi Seraphinum *dec.* 386. 65
qua videbatur probari venditionem officii ex ſola ceſſione, & renunciatione in favorem alterius coram notario factam manere perfectam, & ſuos operari effectus, cui multipliciter reſpondetur de venditione officiorum Romanæ Curiæ de renunciatione officiorum publicorum Hiſpaniæ non valere argumentum cum in illis ſit à Sede Apoſtolica permiſſa facul- 66
tas liberè diſponendi de officiis, prout affirmat Gratianus *diſcept. forenſ. t.* 3. *cap.* 380. *ex n.* 1. in fine: in reductione ad perpetuitatem officiorum, de quibus agimus, mandat ſummus Pontifex quod non ſolum illa non vacant per obitum alicujus ex notariis, ſed perpetuo liberè, & integrè ſpectent, ac pertineant ad hæredes, ſucceſſores quoſcumque ejuſdem notarii decedenti ſive ab inteſtato, ſive ex teſtamento venientes, tanquam bona ſtabilia; & quod abſque ullius contradictione, ſicut de

bonis

bonis ſtabilibus perpetuis totaliter, & integraliter poſſint diſponere, ipſaque reſignare, vendere, & alie are, & poſſeſſio dictorum officiorum in hæredes præfatos, & eorum ſingulos continuetur, ac ſi bona allodialia, & ſtabilia, ac propria ipſius defuncti eſſent, ac ſemper fuiſſent prout latius in dicta conſtitutione pontificia continetur, &c. Idem repetit ipſemet Gratianus *tom.* 4. *c.* 730. *n.* 8.

Quo ſuppoſito quoties præcedit generalis licentia, & aſſenſus Principis ad alienandum, liberè poteſt
67 officium alienari, & alia non ſpectata licentia, & aſſenſus alienatio, & venditio ipſa perfecta remanet, & abſoluta, Cannuet. *in volentes* 28. *ſub Rege Federico*, *in §. devenio n.* 4. *& ſeq. & in §. at non eſt omittendum n.* 9. *fol.* 189. *& in §. ſed præſtat quærere nu.* 10. *fol.* 169. Aloiſ. *de ſeptimo ſuper puella cenſus n.* 15. Maſtrillus *deciſ.* 18. *num.* 12 *& deciſ.* 87. *num.* 6. *& n.* 13. quos ſequitur Antonin. Amat. *variar. reſol. tom.* 2. *reſol.* 67. *ex num.* 1. dicentes, quod in Regno Siciliæ *ex d. cap. volentes.* feuda habent generalem Regis aſſenſum in eorum alienatione ex quo indulgetur feudatariis feudum ſuum pignorare, vendere, & donare, permutare, & quomodolibet alienare inter vivos, & per ultimas voluntates, ſive alia licentia, aut Regis novo aſſenſu, cum ex generali alienatione hujuſmodi validentur, quæ doctrina
68 revera conſignat naturam officiorum Romanæ Curiæ habentium à Papa eundem aſſenſum, & beneplacitum generalem: & de feudis ad officia valere argumentum ſæpè diximus præcipuè, *ſuprà num.* 4. *& 2. part. c.* 27. *n.* 54.

69 Imò etiam quando in ipſa officii conceſſione, & inveſtitura à principio datur officiali facultas alienandi: & addatur, ut fiat ſub aſſenſu, & beneplacito Principis adhuc venditio facta valida eſt, & perfecta ante beneplacitum. cum fiat ex permiſſione præcedente, aſſenſus tamen ſimul requiſitus nihil tangit ſubſtantiam venditionis; nec eam reddit conditionalem ſub conditione ſuſpenſiva, ſed ad alium finem petitur extrinſecum, & dicitur neceſſarius, qui à Principe denegari nequit, ita ut habeatur pro quæſito aſſenſu, ſi injuſtè à principe fuerit denegatus, Auguſt. Beroius *conſ.* 73. *num.* 14. *& ex num.* 27. *lib.* 1. Roland à Valle *conſil.* 97. *n.* 33. *lib.* 1. & per Alberic. *in leg. un. col. fin. C. de nov. Cod. compo.* Afflictis *in conſtitut. ſi quis poſt litem*, *col.* 3. & Lofred. quos refert, & ſequitur Vincent. de Anna *in conſtitut. conſtitutionem divinæ memoriæ n.* 46. Thomas de Minadou. *conſil.* 10. *num.* 43. Intrigliol. *de feudis centur.* 2. *art.* 6. *num.* 98. à Ponte *de poteſtate proregis tit.* 6. §. 1. *n.* 4. Surdus *conſil.* 422. *n.* 14. Octavian. Corſetus *conſil.* 1. *in fine*, *& à princip.* & latius per Anton. Petr. Corſetum §. *jus additionator. ibidem n.* 4. *& num.* 5. & ibidem Octav. Corſetus *in conſil.* 2. *per totum*, *& ex num.* 2. *& conſil.* 3. *n.* 10. 11. 12. 13. *&* 14.

70 Et quibus, & ex natura officiorum Romanæ Curiæ rectè infertur ad dicta per Seraphinum, quæ aliàs procul dubio forent falſa, juris diſpoſitione attenta; ut *n.* 3. quo dicit, per Motum proprium concedentem generalem facultatem renunciandi officia in favorem alicujus coram notario, & duobus teſtibus, non ſuſpendit eundem revocationis contractum ob id quo eodem motu proprio dicitur quod reſignatarius teneatur litteras patentes à Camerario recipere ſolutis vigenti ſcutis auri pro recognitione Cam. Apoſtol. ut hoc requiſitum non ſuſpendat effectum venditionis, & renunciationis præcedentis, quod verum eſt cum ex aſſenſu præcedente contractus inter partes fuerit perfectus, cujus ſubſtantiam non tangit actus ſubſequens extrinſecus, & petitus dumtaxat ad recognitionem S. Apoſt. independens ab ipſo contractu, prout probant Doctores omnes proximè citati, quod & in ſimilibus omnino terminis probarunt relati, & ſequuti ab Octav. Corſeto
71 *de conſil.* 3. *n.* 11. quod licet generalis à Rege detur facultas alienandi, addito quod præſtetur aſſenſus Regius, ut Regem recognoſcat; non per hoc diminuitur poteſtas alienandi jam conceſſa, quæ facit validam alienationem à principio, licet poſt contractum ſubſequatur, & interveniat aſſenſus ad effectum recognitionis, quia illud eſt onus quoddam conſequutivum contractum alienationis ex permiſſione generali præcedentem legitimum, & perfectum, Maſtrillus *deciſ.* 87. *n.* 6. & 13. Anton. Amat. *variar. reſolut. tom.* 3. *reſolut.* 97. *n.* 4. ſecundum quod dicitur in eadem *deciſ.* Seraphin. 389. *n.* 4. *& ſeq.* ibi, *& hæc ſententia dominis pro majori parte placuit; conſtituebant enim magnam differentiam inter reſignationes beneficiorum, & ceſſionis officiorum, nam in beneficialibus, quia nullum eſt commercium beneficiorum Eccleſiaſticorum, neceſſaria eſt omnino ſuperioris auctoritas, ut in c. cum in dubiis, & in cap. fin. de enunciation.* 72
Verum eſt attenta natura officiorum Romanæ Curiæ in quorum renunciatione præcedit ſubſtantiale requiſitum ad ejus validitatem, & perfectionem, prout eſt approbatio & admiſſio ipſius; quod non datur in renunciatione beneficiorum, quia ſequi debet, & quouſque ſubſequatur renunciatio tanquam informis, & imperfecta nihil operatur; at ceſſante natura officiorum Rom. Cur. falſa foret prorſus aſſertio *d. deciſionis* ne-
73 gantis juris identitatem inter renunciationem officiorum, & beneficiorum, cum utriuſque ſubſtantia, & perfectio dependeat ab approbatione, & aſſenſu Principis, ut in iis eiſdem terminis probarunt multi relati à Maſtrillo *de Magiſtratib. tom.* 1. *lib.* 1. *&* 25. *& n.* 10. & ſuperius imò generaliter verum eſt, & ab omnibus receptiſſimum valere argumentum de collatione Beneficiorum, & eorum renunciatione, ad renunciationem, & collationem officiorum, prout ſuprà *n.* 23. *& ſeqq.*

Cum igitur ea omnia quæ dicta ſunt circa officia 74
Romanæ Curiæ prorſus ceſſant in officiis renunciabilibus Hiſpaniæ omnino habentibus diverſam naturam, quorum renunciatio, venditio & contractus omnino dependeat à gratia, aſſenſu, & liberalitate principis, à quo titulum, & officium recipere dicitur ſucceſſor cui fit renunciatio prout ad longum videre eſt ex ſuperius ſcriptis *ex n.* 19. *cum multis ſequentibus.* Ergo falſa erit argumentatio de officiis Romanæ Curiæ ad officia Hiſpaniæ renunciabilia.

Sed etſi officia Romanæ Curiæ fuiſſent æqualis naturæ 75
quod ad officia Hiſpaniæ, adhuc in *d. deciſ.* Seraphin. *n.* 389. tot reperiuntur ſpecialitates, quæ procul dubio illam alterent, tunc motus proprius Pii V. attribuens facultatem renunciandi officia in favorem cujuſque perſonæ coram notario, & duobus teſtibus ut perfecta remaneat, prout legitur penes *deciſ. ante num.* 1. & omnino videndus *num.* 11. ubi notat, imputandum eſſe Principi, qui talem facultatem reſignandi coram notario, & teſtibus conceſſit, *& num.* 7. ita mirabiliter notatur differentia illius officii venditi, & renunciati ad cæterorum officiorum renunciationes, ſed licèt non acquirantur ceſſionario quando eſt in favorem certæ perſonæ ſine admiſſione hoc videtur introductum ſine intereſſe Principis, in cujus perſonam reincidat officium propter eam vacationem quæ con- 76
tingere poteſt per obitum, & propter alia emolumenta, quæ ex admiſſione proveniunt, ſed licet hoc ſit regulare in aliis officiis, tamen in eo de quo agitur, eſt ſpecialiter proviſum ut ceſſiones coram notario, & duobus teſtibus factæ teneant, & ideo ceſſet hujuſmodi objectio; quod jus non acquiratur ceſſionario niſi ſequuta admiſſione; redderetur enim hoc pacto eluſoria hujuſmodi facultas, & ideo.

Deinde quia ad dictam officii renunciationem ſimul 77
præceſſit facultas, & aſſenſus Papæ ad vendendum, & renunciandum pro ſatisfactione creditorum, ut appareret expreſsè in eadem *deciſ. ſub. d. num.* 11. ibi. *Cauſa autem adeo erat neceſſaria ut obtenta ſit facultas à Sanctiſſ. Domino noſtro ſubhastandi hujuſmodi*

officium, &c. Quo casu renunciatio, & alienatio officii alia non eget nova licentia, & beneplacito; nam in his quæ sine Principis licentia, assensu, facultate alienari sunt prohibita; facultas sive præcedat, sive se-
78 quatur, operatur firmitatem & validitatem contractus, ut ex pluribus diximus *hac. 1. part. cap. 31. ex n. 5. & seq.* Igitur sive attendamus diversitatem naturæ officiorum Romanæ Curiæ generalem, sive specialiter concurrentes in casu *d. decis.* 389. nullatenus trahenda erit ad renunciationes officiorum Hispaniæ, quæ & per se nullum jus, aut titulum tribuit, ne contractus admittit perfectionem quousque à Principe admittatur, & novum titulum & gratiam conferat ei, qui renunciantur, hactenus probatum remanet *ex n. 19. cum seqq.*

CAPUT XXXVI.

Redemptio census facta possessori majoratus habentis clausulam, ne ei fiat; sed fors redimenda deponatur: an liberet debitorem ita ut successor prorsus à concursu creditorum excludatur.

SUMMARIUM.

1 *Majoratus fundari potest super censu redimibili.*
2 *Novam formam redimendi censum an fundator majoratus possit imponere suo debitori. cum sequentibus.*
3 *Opinio Molinæ, & sequacium recensetur. ibidem & cum seqq.*
4 *Redemptio census vinculati rectè fiat possessori majoratus.*
5 & 6. *Hermosilla errore notatur, astringens debitorem census vinculati ut redimat per depositum authoritate judicis.*
7 *Fundamentum majoratus non posse noviter gravare debitorem census à se vinculati, ut sortem deponat authoritate judicis, ut verius ostenditur. cum sequentibus.*
8 & 9. *Redemptio census ut fiat per depositum coram judice licite in pactum deducitur in ipsa creatione census.*
10 *Cum hoc pactum non sit gravesam debitori.*
11 *Nova redimendi forma imposita per creditorem debitori census non astringit debitorem. cum sequentibus.*
12, 13, 14, 15, 22. *Et contrà Molinam contrarium sectantem.*
15 *Redemptio census facta à debitore contra novam formam, & conditionem appositam à fundatore majoratus invalida est, & debitorem liberat.*
14 & 15. *Forma redemptionis appositæ in initio contractus servatur.*
16 *Contractus semel perfectus non recipit ex intervallo conditionem, modum, vel gravamen ab uno imposito, altero invito.*
17 *Fundator majoratus potest circa redemptionem census suis successoribus imponere quascumque conditiones, & modos.*
18 *Non tamen tangere potest jus liberum redimendi justo contractus debitori pertinens.*
19 *Testatoris potestas quantumcumque amplissima non extenditur ad tertii præjudicium.*
20, 21, 22. *Leg. nomen, Cod. quæ res pignor. oblig. & l. 2. cap. de nova, procedunt, quando eodem modo faciendæ est solutio cessionario, quæ cedenti, non quando cessioni additur nova forma, & modus solvendi.*
23 & 24. *Fundator majoratus potest adimere potestatem à successoribus recipiendi consensu.*
25 & 26. *Actum qui potest in totum subvertere, potest eum modificare, & qualitatem apponere.*
27 *Solutio ut legitima sit, debet fieri creditori vel alteri habenti speciale, vel generale mandatum cum libera.*
28 *Solvens scienter vel ignoranter carenti mandato non liberatur.*
29 & 30. *Debitor si non adest persona cui solvat deponendo sortem cum usuris auctoritate judicis liberatur, & cessant redditus.*
31 *Potestas recipiendi redemptionem, adempta à possessore majoratus intimanda erit debitori, aliàs rectè ei solvat. & seqq.*
32 *Redemptio census rectè fit possessori majoratus tanquam legitimo administratori.*
33 *Debitor solvens alteri solutionis tempore jam privato ob justam ignorantiam liberatur.*
34 *Solvens procuratori revocato revocationem ignorans liberatur.*
35 *Revocatio mandati non præsumitur.*
36 *Revocatio mandati intimanda erit debitori.*
37 & 38. *Solvens ante sibi intimatam revocationem mandati dicitur esse in bona fide.*
39 *Ad solutionis justificationem sufficit conditionem extrinsecam ejus cui fit, esse veram nec cogitur debitor latentem divinare.*
40 *Denunciatio debitori, ne alicui solvat quomodo facienda, remissivè.*
41 *Ut ex scientia quis obligetur debet habere plenam, & perfectam scientiam totius negotii cum omnibus suis qualitatibus.*
42, 43. *Contractus perfectus recipere potest novam formam, & conditionem, si utroque contrahenti concurrat consensus.*

ANceps est ista quæstio; quam etsi Molina *de primogeniis lib. 2. cap. 10. n. 6.* aliter tetigerit, & resolverit, non tamen sustulit difficultates, dixit enim *ex n. 5.* posse fundari majoratum ex annuo censu redimibile constituto in favorem fundatoris, cum ante redemptionem pro re immobili indicetur: at considerato tempore redemptionis pecuniam ex ea provenientem prorsus rem mobilem, non immobilem esse, super qua majoratus constitui, & subsistere nequit, ex notatis per eundem *n. 4.* quapropter ut detur perpetua subrogatio, & majo- 2
ratus subsistentia ipse Molina *sub. d. n. 6.* ita majoratum feudatoris consuluit. *Ideoque semper majoratuum institutoribus, qui ex hujusmodi annuis redditibus primogenia instituent præcipi solet, ut pecunia ex redemptione proveniens apud idoneas personas, ex judicis præcepto deponatur, atque ex ejusdem authoritate sive in prædiorum, sive in aliorum bonorum immobilem emptionem convertatur, addentes insuper, ut redemptio, quæ aliter facta fuerit, nulla sit, quod annuorum reddituum debitoribus nuntiari solet, ne aliter redemptionem facere valeant. Idque sæpius in majoratuum institutionibus sic esse specificè providendum consuluimus.* Hactenus Molina, qui (ut videt) formam noviter impositam à creditore majoratus fundatore in census redemptione adstringere non solum majoratus successore, verum etiam debitorem clausulæ prohibitivæ conscium, ita ut redemptio ab eo aliter facta sit nulla, & debitorem aliter solventem non liberet. Idem ferè, licet per diversos terminos transcripsit alter Molina Theologus *de justit. & jure tract. 2. disput. 306. ad medium vers. quamvis solares perpetuæ.* Molinam sequutus fuit Rodriguez *de annuis redditibus lib. 2. q. 15. num.* 89. qui postquam 3
ut verum supposuerit solutionem, & redemptionem census rectè fieri possessori majoratus, tanquam legitimæ personæ, de quo nos altius 4
suprà cap. 27. num. 45. ubi plurimos alias ad idem laudavimus, asserit, quod cauti majoratuum institores solent præcipere, ut pecunia ex redemp-

redemptione redditus proveniens apud idoneas perſonas, & judicis decreto deponatur, & ejuſdem authoritate in emptionem prædiorum, vel aliorum immobilium convertatur, quod aliter facta redemptio ſit nulla idque debitoribus redditiuum nuntiatur, juxta *l. nomen quoque, C. quæ res pign. oblig. poſſ. & l.* 3. *C. de novationibus.* Ne aliter majoratus poſſeſſoribus offerre poſſint ſortem principalem, nec eis ſoluto pretio redimere valeant. Hermoſilla meo videri, dum Molinam, & Rodriguez allegat *locis citatis* idem voluit dicere, licet perperam illos percepiſſe appareat, *in l.* 2. *l.* 4. *n.* 92. *tit.* 3. *part.* 5. *tom.* 1. *fol.* 189. à tergo. Securè dicit, qued debitor cenſus, ex quo majoratus fuit inſtitutus, volens redimere cenſum; debet de mandato judicis ſortem deponere apud idoneam perſonam & poſſeſſorem majoratus citare, ut eadem authoritate in emptore bonorum immobilium convertatur, aliter redemptio eſt nulla, juxta *d. l. C. de novationibus & l. nomen, C. quæ res pignor. allegat.* Molina & Rodrig. *ubi proximè*, & Petrum Gregor. *de cenſib. q.* 5. *n.* 297.

6 Iſtum authorem ſi intelligimus litteraliter, & ſeclusa clauſula prohibitiva fundatoris, ſub qua loquuntur Doctores ab eo citati, prout ejus verba ſonant; miſere erraſſe fatendum erit, ſupponentem poſſeſſori majoratus non poſſe ſolvi, nec fieri redemptionem contra expreſſam determinationem Mol. & Rodrig. contrarium expreſsè tenentium & alios plurimos per nos adductos *ſuprà cap.* 27. *num.* 45. ſi autem ipſe ſuppoſuit clauſulam juxta Doctores à ſe citatos eandem difficultatem, quam ipſi, ejus aſſertio patitur.

7 Quæ procul dubio ingens eſt, & duriſſima ſemper viſa fuit, & improbabilis aſſertio Mol. quatenus attribuit poteſtatem fundatori majoratus directe gravandi non ſolum ſucceſſores, verum, & ſimul tertium cenſus debitorem in forma redimendi; tum quia redemptionis facultas adeo liberè à jure conceſſa eſt debitori cenſus, ut quodlibet pactum, gravamen, vel conditio ob hanc libertatem ſit nulla ipſo jure, & prorſus vitiatur, cum ſit contra formam ſubſtantialem, & naturalem contractus prout diximus *cap.* 2. *nu.* 1. *&* 2. *n.* 16. Sed clauſula fundatoris alterans formam juris redimendi, & novam gravoſam imponens debitori non poteſt non infringere ejus libertatem, ut in iſtis terminis conſiderat, & de ejus nullitate agens tradit acutè Giurba *deciſ.* 79. *n.* 6. *n.* 43. *verſ. proinde id de quo quæritur.* Ergo vitari debet, & à debitore contemni.

8 Et quatenus licita foret nova redimendi forma præter jus, ut ſcilicet ſors redimenda certæ perſonæ tradatur, vel judicis authoritate deponatur apud certum, & fidum depoſitarium, cum ſolum reſpicere videatur indemnitatem majoratus, ut ejus conſulatur perpetuitati, & non contineat gravamen conſiderabile debitoris, tunc permittenda foret quando in ipſa cenſus creatione fuiſſet in pactum deducta, juxta tradita per nos 2. *p. d. c.* 29. *ex. n.* 11. *cum ſeq. & ex n.* 25. *& ſeq.* Eo quod iſtud onus quod in caſu redemptionis quando-

9 cumque faciendæ deponi debeat ſors principalis ad effectum emendi alios reddius pro vocatis, & ſubſtitutis poſſit initio, & in actu ipſius creationis cenſus in pactum deduci: ita ut aliter redemptio cenſus facta à debitore nullu ſit; probarunt expreſsè Joſeph. Seſſe *deciſ.* 30. *num.* 26. *in fin.* latiſſimè comprobat Gratianus *diſceptat.* 45. *per totum*, & ita judicatam teſtatur Amat. *deciſ.* 50. *n.* 33. *verſ. non obſtat uſque ad finem.* Giurba *deciſ.* 76. *n.* 46. conſonat Exoohimus *in l. nec ex prætorio* ibi, *niſi tunc cum incohatur actio inter eos convenit, ff. de regi juris, l.* 4. *§. ſi ab initio* ibi, *ab initio hoc accidebat*, & iterum *in verſ. unde quæri pote-*

10 *rit*, ibi. *Si cum ab initio eſſet actum.* Et ibi, *in contract. exprimatur*, juncto notatis per Jacob. Arc. & Alberic. *ff. de manumiſſionib.* Cum redimendi facultatem hoc pactum directè nec indirectè infringat, ſed potius continet quid juſtum & honeſtum, ut expreſsè latius probant Doctores citati videndi.

At verò quando ab initio venditi fuerunt perfectè 11
annui redditus natura contractus ſervata, & non alterata nec expreſsè mutata, ſed cum ſimplici pacto redimendi: & citra illud onus & conditionem non poterit poſtea eſſe in facultate, & poteſtate creditoris, conditione, onere, aut qualitate aliqua extrinſeca gravare debitorem, quominus ſua libertate, & juris facultate in modo redimendi utatur, nec adſtringitur ad novi oneris, & conditionis obſervantiam, prout in iis propriis in quibus verſamur terminis probarunt Caſanate *in conſil.* 7. *n.* 5. apertius *in conſil.* 9. *n.* 56. 161. *quæ in redimente fortius procedunt, nam cum ab initio Caſtra vendita fuerunt cum pacto redimendi, & ſic emanaverit cum onere reverſionis, non potuit ab emptore difficultari reverſio, quoniam leutione ſubſequuta vincula omnia extinguantur, tanquam ſi nunquam facta fuiſſent.* allegat Bald. *in cap.* 1. §. *rurſus quemadmod. feuda amittant.* Jaſon. *conſil.* 128. *n.* 4. *vol.* 4. Boërium *deciſ.* 351. *n.* 6. ſequitur Giurba *deciſ.* 79. *num.* 29. ibi, *quia cura iſtud agendi ad redimentem debitorem non pertinet etiamſi rem majoratus redimat.* latè Decius *conſil.* 36. Rebu. *in leg.* 12. *qui bonis num.* 8. *ff. de pignor.* Caſanate *conſil.* 9. *num.* 55. Mol. *lib.* 4. *de primogen. cap.* 4. *num.* 20. *Idque hoc in caſu eo magis procedit quod ab initio venaiti fuerunt reditibus cum ſimplici pacto redimendi citra onus aliquod, ideo ab emptore difficultari, aut gravari non potuit quominus leutione ſubſequuta vincula omnia extinguantur tanquam ſi nunquam facta fuiſſent*, &c. Quod & latiùs ipſe Giurba comprobaverat *ibidem n.* 21. videndus.

Et contra Molinam *in lib.* 2. *d. cap.* 1°. *n.* 6. & 12
contra clauſulam fundatoris ab eodem approbatam acerrimè diſputavit, & fundavit Joſeph. de Seſſe, *deciſ.* 30. *per totam* omnino videndam, & circa hoc fundamentum noſtrum. n. 2. ita ait: *deinde quia potuit hoc onus fuiſſe injunctum à principio emptionis cenſus, quod tunc licuit, ſecus autem poſt abſolutam venditionem cenſus ſimpliciter factam; quo caſu non licuit in præjudicium debitorum tale gravamen apponere, & num.* 6. ibi. *& ſic iis contrariis non obſtantibus, fuit determinatum totum contrarium. Quod ſcilicet non valet tale onus adjectum cenſuali jam firmato, cùm id non liceat in præjudicium debitoris obligati in cenſuali; & hoc etiam nihil placuit, quia ſcilicet ex quo à principio fuit cenſuale liberum; ex poſt facto non potuit gravamen apponi, dicebatur ex adverſo quod non valebat ex quo non fuit ſervata in leutione conditio appoſita per dominum cenſualem, tamen fuit deliberatum, quod leutio erat bona*, &c.

Et iterùm quæſtionem eandem in alio ſimili caſu 13
diſputat, pro utraque parte ipſemet Seſſe, in eadem *deciſ.* 30. *ex num.* 6. *cum ſeq. num.* 19. ita ait. *Sed his non obſtantibus, contrarium, fuit judicatum in dicto proceſſu, ſcilicet; quod, dicta leutio non ſervata forma per Joannem appoſita, ſit valida ex quo illa conditio, & illa forma, Gratianus debitor fuit, appoſita poſt primum contractum, & formationem cenſus, & poſt jus quæſitum univerſitati debitori; quo caſu non potuit in jus præjudicium alterari, & cum illa redemptio fuit in vim primi contractus celebrati cum Joanne Algas, in quo conventum, ut jus luendi ſimpliciter: ſequitur. Idem quod leutio, & redemptio fieri potuit per actum neceſſarium abſque eo quod deponetur pecunia in poſſe judicis, juxta l. ait prætor. §. ff. de minorib* &c. *Idem dicit n.* 20. 21. *& 22.*

Et iterum contra ipſum Molinam *lib.* 2. *d. c.* 10. 14
num. 6. ita declarat *d. deciſ.* 30. *num.* 26. *per totum n.* legendus, & poſt *princ.* ita ait. *Ita in caſu noſtro tale onus non fuit impoſitum in prima venditione cenſus, ſed ſolum quod ſolvatur Domino vel ſucceſſori, quod ita fuit factum, ex quo appareat eadem eſſe ab eodem*, Molina *dum lib.* 2. *de primogen. cap.* 10. *n.* 6. *contra hæc ſcripſit, nam ejus opinio, vel ſequenda non eſt, vel intelligenda, quando hujuſmodi forma eſſet appoſita prime*

emptioni

emptioni census hactenus Sess. Hoc idem contra eandem
15 Mol. doctrinam format Giurba *decis.* 79. *n.* 41. & 42. in hæc : *Nec Molina opinio d. cap.* 1. *& n.* 8. *sequenda est, que si sequenda esset, intelligere eam oportet, quando onus hoc, prima census annui emptione fuisset oppositum : & non aliter :* ita Sesse *d. decis.* 30. *num.* 16. *sicuti hoc in casu loquitur* Maseratenas *d. lib.* 2. *resolut.* 99. *& aliis infrà*, &c.

16 Quorum Doctorum assertio iterum probatur, quantum quilibet contractus nominatus si semel perfectus sit, & absolutus inter contrahentes, nullam postmodum recipit conditionem, modum, vel gravamen ab uno impositum, altero contrahente invito vel non consentiente, cui etiam ex contractu perfecto fuit jus quæsitum ; & cui aliter solus detrahere nequit tex. capitalis *in l. perfecta donat. C. de donationibus, que sub modo, l. eo quod* 10. *C. si cert. pet. leg. sicut. C. de obligat. & actio. leg.* 2. *revocat. donat. leg. non idcirco. C. de contrah. empt. leg. quamvis C. de transaction. l. in commodato. §. sicut, ff. commodat. leg. illud in fin. C. de collat. l. item Labeo, vers. sed si pure, ff. familiæ, &c. cum l. licet. C. qui potior in pignore hab.* Exornat post plurimos alios Tiraquell. *de retract. convent. ad fin. tit. num.* 108. Pinel. 3. *part. l.* 1. *C. de bonis mater. ex num.* 62. & ibi Flores de Mena *in addition.* Gama *decis.* 262. *ad sess.* 117. Gomez *tom.* 1. *variar. cap.* 4. *n.* 11. *& in leg.* 17. *Tauri n.* 22. Mieres *de majorat.* 1. *p. quæst.* 26. *ex num.* 1. *cum seqq.* & *quæst.* 44. *ex num.* 11. *& 2. part. quæst.* 4. *illat.* 8. *n.* 14. Molina *de primog. lib.* 1. *cap.* 8. *ex n.* 21. *usque ad.* 30. Gutierrez *pract. lib.* 2. *quæst.* 53. *& lib.* 3. *quæst.* 101. *per totum cap.* 53. *ex n.* 46.

17 Deinde quia licet fundator majoratus possit quaslibet conditiones, & gravamina ad sui libitum apponere suis successoribus ; & vocatis ut notum est, & in specie hanc, de qua agimus, conditionem, ut fors census vinculo gravati redempta deponatur judicis authoritate, ut eandem in emptionem immobilium convertatur, prout asserit Sess. *d. decis.* 30. *n.* 21. & 22. prope finem, & Giurba *decis.* 79. *n.* 43.

18 At tamen respectu ipsius debitoris inviti hoc novum gravamem nullo modo admittitur ; nec ejus præjudicium operatur, ut expresè probat sub hac distinctione Sesse *d. n.* 22. ibi, *Nam alia forma tradita per Joan. de Algas, solum potuit afficere eum, cui fit redemptio, non vero redimentem qui juxta formam primi contractus redemptionem fecit, nec aliud investigare debuit*, & Giurba, Surd. *d. n.* 43. & est text. *in leg. cum pater, §. Titio fratri. ff. de legatis.* 2. *text. in leg. cum filius, ff. de milit. testam.* ibi, *quia hæreditati quidem suæ miles quamcumque substi-*
19 *tutionem facere potest ; veruntamen alienum jus tollere non potest.* Et quod potestas testatoris quamtumcumque disponendi, & gravandi amplissima non extendatur ad tertii præjudicium ; abundè comprobavimus *infra* 3. *part. c.* 13. *num.* 12. *& per totum.*

20 Nec huic resolutioni in aliquo opitulantur jura allegata à Gasp. Rodrig. *lib. d. quæst.* 5. *n.* 89. *nempe, leg. nomen quoque. C. quæ res pignor. obligat. & leg.* 3. *C. de novatio.* determinantia posse creditorem cedere nomen alteri, solvendum invito debitori qui legitimè per cessionarium denunciatus nequit cedenti, sed dumtaxat cessionario solvere, & redimere ; quibus respondetur ea jura rectè procedere, quando simpliciter mutatur persona cui possit fieri solutio ; quia tunc nil interest debitori, huic, vel alteri solvere, nec de eo potest conqueri, cum sol-
21 vere debeat creditori, vel alteri ab eo causam, vel mandatum habenti ad jura & Doctores inferius citatos *c.* 29. *vers. at debitor ut liberetur.* Verum quando cessioni additur nova solemnitas, forma, aut nova conditio solvendi, hæc non potest adstringere debitorem, nec gravamini noviter sibi impoposito acquiescere, nec eo casu loquuntur præallegata jura, nec ad nostrum trahenda ob manifestam rationis diversitatem, prout apertissimè hactenus fuit ostensum ad exornationem *d. leg. nomen quoque, & d. leg. tertia.* Videnda quæ diximus *hac prima part. cap.* 27. *ex n.* 43. *& multis seq.*

Quibus suppositis, verior longè est opinio tenen- 22
tium contra Molinam & Rodriguez, ut fundator majoratus super censu jam creato non possit imponere novum modum, aut conditionem, seu gravamen redimendi censum factum quod infringat libertatem debitoris, & formam juris aut contractus præcedentis ; qui semel perfectus, & consummatus mutatam alterationem, conditionem modum, vel gravamen, altero contrahente invito non patitur ; idcirco redemptio facta à debitore ipsi majoratus possessori tanquam legitimo administratori rectè, & validè fit, ex qua procul dubio liberatur debitor ; ita ut amplius molestari nequeat à successore aliquo ejusdem majoratus, reclamante contra redemptionem, & nulliter factam fuisse asseverante, ob non servatam novam formam traditam à fundatore, juxta præfatam clausulam depositi authoritate judicis fundi, ut ex eo bona stabilia comparentur, ac per consequens si ad debitoris concursum per actum successor compareat pro eodem censu sic redempto graduandus, nullo modo admittendus erit cum census extinctus sit legitimè, ac juridicè, ac majoratus desierit jam creditor esse ; & ita non semel, in hac Cancellaria Vallisoletana vidi judicatum, prorsus contempta opinione Molinæ tanquam improbabili.

Quæ resolutio in terminis de quibus loquuntur Doc- 23
tores omnes utriusque opinionis, nempe quando fundator ordinavit, quod redemptio census fiat per depositum authoritate judicis, & quod aliter non valeat, certissima est, & juridicè procedit : quia tunc permittitur solutio facienda possessori majoratus à quo debitor recipere debet liberationem, addito tamen gravamine debitori deponendi sortem redemptam posito citra propriam obligationem, & præcedentem contractum perfectum, & consummatum, ad quod non teneri satis probatum remanet.

At si fundator ultra progrediatur & simul addat, 24
quod redemptio non fiat ipsi majoratus possessori, & ei adimat potestatem recipiendi solutionem, & redemptionem ; aliud puto dicendum, ut debitor de hac clausula prohibitiva denuntiatus, monitus, & certioratus præcisè adstringatur voluntatem & intentionem fundatoris sequi ; non immediatè, nempe virtute ejusdem clausulæ, sed media causativè, & potius ex juris necessitate, ex quo debitor deponere sortem judicialiter adstringitur ; eo quod defecit persona legitima, cui solutio & redemptio fieri debeat, ut ipse redimens liberetur, & turus in posterum remaneat.

Ista declaratio, ac limitatio efficaciter probatur ; 25
nam cum successor majoratus omnem potestatem recipiat à fundatore, tam in succedendo quam in administrando : potuit procul dubio fundator illam potesta- 26
tem reformare, minuere, & limitare, seu aliter ad libitum qualificare, & modificare *leg. videamus, & penult. leg. in actionibus*, ubi Jason notat, *D. de in litem jur. leg. in traditionibus leg. quia absenti, §. si quis, D. de acquir. possess.* Surdus *consil.* 272. *num.* 2. Formol. *consil.* 42. *n.* 2. Morotus *consil.* 62. *n.* 7. Marta *voto* 13. *n.* 10. Gratianus *discept.* 175. *n.* 5. *Giurba decis.* 79. *n.* 46. nam qui actum potuit in totum subvertere, poterit & multò magis illum modificare, & limitare seu reformare, multa videnda infrà 2. *p. cap.* 16. *ex n.* 51. *cum seqq.*

At debitor ut liberetur, & legitimè solvisse dica- 27
tur, debet solvere creditori, vel ejus procuratori speciale mandatum vel generale, cum libera administratione habenti, aut administratori, vel aliter potestatem habenti recipiendi solutionem & redemptionem census, qui si alteri solvat non liberatur, sed iterum

solvere

solvere cogitur creditori, *leg. si ego, D. de negotiis gestis, leg.* 1. §. *ante omnia, D. de pactis, leg. non debet, D. de reg. juris, leg. solutam, leg. qui hominem, §. si nullo, D. de solutionibus, l. ejus qui in provincia, D. si certum pet. leg.* 1. §. *ante omnia, D. de pactis, leg.* 2. §. *ante omnia, D. ut legator. nomen. caveat. leg. vero procuratori, in principio, D. de solutionibus*, & utrobique Doctores Alexander *consil. c.* 20. *col.* 2. *lib.* 5. communiter glossæ & Doctores, & Cephalus *consil.* 24. *n.* 4. Decius *consil.* 19. *n.* 1 & 2. Torretus *consil.* 59. *n.* 6. Rota *Genuens. mercatu. decis.* 172. *num.* 6. Surdus
28 *dec.* 60. *n. primo*, Magonius *decis. Lucens.* 5. *num.* 321. Aretinus *de solutionibus, cap.* 6. *ex n.* 1. & *ex num.* 36. *cum seq.* ita ut solvens scienter vel carenti mandato non liberetur. Bartol. *in leg. si procuratori, D. de condit. ob causam.* Abbas *in cap. eam te.* per text. *ibi, de jurejur.* Magonius *decis. Florent.* 60. *num.* 15. Alexand. *consil.* 103. *n.* 16. *lib.* 2. Pirrus Maurus, *ubi proximè num.* 50 & 51. Tiraquel. *de retract. lig.* §. 9. *gloss.* 3. *n.* 45 & 7. Petrus Gregorius *de censibus quæst.* 5. *n.* 393. Avendanus *de censibus, cap.* 106. *n.* 1.

29 Igitur si debitor denuntiatus sciat possessorem majoratus carere potestate ad recipiendam solutionem, & redemptionem census, nec aliter inveniat cui legitimè solvat, debet ut solvere procedat, & ut cursus reddituum cessent, comparere coram judice, cujus authoritate deponit sortem census principalem cum decursis *leg. si eo tempore, C. de distract. pign.* Barberius *de mora*, 3. *part. col. antepen.* Bald. *in l. si res paratus, D. de verb. obligat.* Tiraquellus *de retract. lig.* §. 9. *gloss.* 3. *n.* 4. Rodriguez *de annuis reddit.* 162. *quæst.* 15. *n.* 55. Scaccia *de commerciis*, §. 2. *gloss.* 5. *n.* 264. Cencius *de censibus* 3. *part. cap.* 1. *quæst.* 3. *art.* 9. in antiquis & novè impressa *quæst.* 111. *n.* 9. Hermosilla *ad l.* 2. *tit.* 3. *par.* 5. *gloss.* 4. *num.* 90. & *ex n.* 88. *tom.* 1. *fol.* 189.

30 Qua cautela fundator majoratus per inderectum, ac juris necessitatem consequitur à suo census debitore, quod directè consequi non poterat cum novo gravamine adstringendo ad depositum sortis tempore redemptis præter suam antecedentem & perfectam obligationem, prout ex aliis comprobavimus superiùs *n.* 7. *cum multis seq. versic. quæ procul dubio ingens est.*

31 Adhuc tamen advertendum est etiam in terminis hujus redemptionis potestatis, quod necessaria erit denuntiatio facienda debitori, ut sciat possessorem majoratus carere mandato, & potestate recipiendi census redemptionem, cum aliàs ignorans redemptionem potestatis, si eidem solvat & redimat, debitor liberetur, cum justam habeat causam intelligendi eum esse ad id legitimam personam, & legitimum administratorem; in omnibus ad majoratum spectantibus, repræsentans personam sui creditoris Additionnator ad Molinam *de*
32 *primogeniis, lib.* 1. *c.* 10. *n.* 2. & in terminis redemptionis faciendæ possessori majoratus tanquam admniniſtratori & legitimæ personæ, altius egimus *hac par. cap.* 27. *ex n.* 45. & superius *ex n.* 49. *cum seq.* maximè cum ipsi possessori majoratus semper ipse debitor annuos redditus solvisset, rectè conducit in iis terminis, quod Sesse asserit *in decis.* 30. *n.* 22. in hæc: *Nullis obstant in contrarium adducta: nam primo cessat, quod dictum erat de forma data, quia hic nulla datur forma circa actum luitionis, nisi quæ reperitur in primo contractu formationis census, cui satisfactum fuit per luitionem: nam alia forma tradita per Joannem de Algas solum potuit efficere eum, cui fit redemptio, non verò redimentem, qui juxta formam primi contractus, redemptionem fecit, nec aliud investigare debuit, ex quo solvitur secundum argumentum, & tertium, ex his solvitur etiam quartum, quia cum Thomas esset verus successor in censu, & ex lege impositionis census, luitio potuit fieri coram primo creditore, vel successoribus suis, quidquid postea alteraverit Joannes, nocere debitori non potuit, & sic universitas luendo cum successore satisfecit primæ conventioni, & facultati luendi.*

Comprobatur, quia debitor, qui justam causam 33
credendi habuit à principio, si solvat alteri, solutionis tempore tam privato liberatur ob justam ignorantiam, ac bonam fidem, Bald. *in leg.* 2. *num.* 86. *C. de servitutibus & aqua*, Alexander *cons.* 120. *n.* 7: *vol.* 5. Ruinus *consil.* 150. *num.* 7. *vol.* 1. Albanus *consil.* 542. *num. tertio*, Afflictis *decis.* 147. Casanate *consil.* 9. *num.* 30. Prætis *consil.* 152. *num.* 44. Corbulus *de jure emphyteut. tit. de causa privat. ob non sol. canon limitat.* 24. Costa *de scientia & ignorantia, centur.* 2. *distinct.* 55. *num.* Mascardus *concluf.* 648. *num.* 28. *de probationibus.* Guido Papæ *decis.* 273. additio. ad Magonium *decis. Lucen.* 9. *lit.* Giurba *decis.* 79. *num.* 200. sicut excusatur debitor 34
solvens procuratori revocato, cujus revocationem ignorat. *leg. si fidejussor, D. mandati. leg. vero procuratori, §. sed & si quis leg. dispensatorem leg. filia, D. de solutionibus, §. rede institut. mandati.* Baldus *in leg. invito, D. de procuratoribus*, Cagnolus *in leg. qui cum alio, D. de reg. juris*, Enchiridium parvum, & simil. *verb. solvere pretium.* Cartarius *decis.* 30. *num.* 12. Joan. Bapt. Costa *dict. cent.* 2. *distinct.* 24. *num.* 6. Casanate *cons.* 9. *num.* 31. Parlador. *lib.* 2. *rerum quotidian. cap. fin.* 5. *part.* §. 17. *num.* 3 & 5. Giurba *decis.* 39. *sub num.* 20. cum nec revocatio præsumatur. Menochius 35
lib. 2. *præsumpt.* 36. *num.* 1. Thesaurus *decis.* 107. *num.* 4.

Et ideo revocatio procuratori intimanda erit de- 36
bitori, licèt publicè facta fuerit, Giurba *ubi proximè.* Casanate *consil.* 76. *n.* 3. Rota Avenionens. *decis.* 13. Bimius *consil.* 205. *n.* 5. quia solvens ante scientiam re- 37
vocationem per intimationem sibi factam dicatur esse in bona fide. Angelus *in leg. si quis servo, n.* 5. *D. de solutionibus.* Abbas *in cap. ex parte decani, num* 13. *de rescriptis*, cum aliis per Aretin. *de solutionibus, cap.* 5. *ex n.* 14. *usque ad n.* 25. Car. de Grassis *de exceptionibus, except.* 25. *ex n.* 53. *qui n.* 54. docet quomodo in principio probetur scientia debitoris. Plura cumulavimus Nos hac 1. *part. c.* 27. *ex n.* 108. *cum seq.* 38
& *secunda part. c.* 9. *cum seq.* latius *ex n.* 34. *cum seq.* nam ad justificationem solutionis, & excusationem solventis sufficit conditionem extrinsecam esse veram, nec cogitur debitor intrinsecam & latentem divinare, 39
ut ex *leg. si hominem* 8. *si nullo, D. de solutionibus, & leg. Barbarius Philippus. D. de officio prætoris.* probat Casanate *consil.* 9. *n.* 34.

Et de hac intimatione, & denuntiatione facienda 40
debitori, ne alteri solvat, & quomodo facienda, multa videnda erunt supra *c.* 27. *ex n.* 43. *cum multis seq.* necesse tamen erit, ut quis per sententiam obligetur quod plenam, & perfectam habuerit scientiam totius negotii cum omnibus suis qualitatibus. Baldellus *consil.* 1. *n.* 44. Surdus *consil.* 150. *n.* 136. *& ex n.* 133. Giurba *decis.* 79. *sub n.* 28. *versic. nec scientia partis.*

Secundo modo nostra principalis resolutio, scilicet 41
quod forma, modus, aut conditio noviter appositа redemptioni census jam perfecti, & creati per fundatorem majoratus non assistat debitori, limitatur, ut non procedat quando debitor eidem novæ formæ, & solemnitati consentit, & acquiescit; nam licet contractus ubi semel remansit perfectus, non recipiat novam formam; procedit quando ab utroque ex contrahentibus sit appositа; recipit tamen modum & formam novam ex consensu, & voluntate utriusque contrahentis. *l. juris gentium*, §. *adeo, & leg. ab emptione*, D. *de pactis, leg. prout quisque ff. de solutionibus.* juxta doctrinam Baldi *in leg. petens, num.* 8. *C. de pactis*, Angelus *in consil.* 374. *n.* 4. Aretinus *consil.* 128. plurimos refert Surdus *in consil.* 136. *num.* 23. *cum seq. lib.* 1. ut latius sequitur Castillo *contrav. tom.* 4. *c.* 53. *n.* 46.

Hanc etiam limitationem in terminis appositе reperio

43 reperio Sesse *dicta decis. 30. num. 7, 16. Verum ex alio fundamento ego contrarium tenui, quia ex quo illud onus fuit impositum præsente comite de debitore census, non potuit contravenire, quia remansit obligatus, ut per Jason, in leg. quæ dotis, digestis soluto matrimonio, qui enim præsens est, & non contradicit, consentit, & sibi præjudicat, & in leg. si fidejussor, D. qui satisd. cogant. Alexand. consil. 130. num. 19. vol. 1. Natta cons. 167. num. 9. vol. 3. visus est enim sibi, & suo juri renuntiare præsens, & tacens. Parisius con. 76. n. 4. vol. 4. Cas. de indemnitate mulier.* &c.

CAPUT XXXVII.

De creditoribus concurrentibus ad bona majoratus ex facultatè regia vitio subreptionis, subjecta excludendis.

Et an facultas ob non factam omnium clausularum fundationis pœnalium infringentium principis, vel successorum potestatem, specificam principi relationem vitietur?

Ubi accuratè examinatur doctrina Ludovici Molinæ *l. 4. c. 3. ex n. 28.*

SUMMARIUM.

1 *Creditores impetrantes ad concursum majoratus cum facultate subreptitia excluduntur.*
2 *Facultas ad alienandum bona majoratus est mera gratia, ut dispensatio, per quam habilitatur possessor.*
3 *Facultas ad alienandum eisdem regulis regitur, quibus alia scripta gratiosa.*
4 *Gratia principis nulla redditur propter vitium subreptionis, vel obreptionis.*
6, 7 & 8. *Facultas ad alienandum est subreptitia ob non factam principi relationem omnium quæ eum movere poterant ad non ita facilè concedendum.*
9 *Facultas est subreptitia, si principi non fiat integra relatio omnium qualitatum rei.*
10 *Facultatis regiæ subreptio an censeatur exclusa per clausulas, ex certa scientia non obstantibus, & ex plenitudine potestatis.*
11 *Creditor contrahens sub facultate regia obreptitia, antequam fuerit confirmata nihil agit, nec postea contractus confirmatur à principe.*
12 *Facultas regia eisdem causis redditur subreptitia, quibus & cæteræ gratiæ, & ideo facienda erit relatio principi eorum omnium quæ movere possunt ad difficulter concedendum.*
13 *Facultas impetrata à possessore majoratus, qui postea evictus fuit, resolvitur tanquam subreptitia.*
14 *Alienatio & hypotheca bonorum majoratus ex facultate subreptitia nulla est.*
15 *Facultas ut evitet subreptionem, debet principi fieri relatio specifica eorum quæ movere possunt, vel ad non concedendum, vel ad difficilius concedendum.*
16 *Nec sufficit facta relatio sub involucro verborum, quæ vitiant facultatem.*
17, 18 & 19. *Qualitatis quæ gravat, erit facienda principi relatio.*
20 *Facultas ad alienandum non facta mentione clausulæ prohibitivæ, & pœnalis ne valeat alienatio etiam cum facultate regia, an sit subreptitia, cum seqq.*
21 *In concedenda facultate potestas principis superat omnes clausulas quaslibet fundatoris prohibitivas & pœnales.*
22 *Fundatoris potestas quantumvis plenissima sit de jure, nunquam extenditur ad præjudicium juris tertii.*
23 *Clausulæ prohibitivæ, & pœnales fundatoris, licet non impediant potestatem principis, possunt tamen eum movere, ad non ita facilè concedendum facultatem.*
24 *De clausulis prohibitivis & pœnalibus tendentibus ad diminutionem potestatis principis tanquam nullis, non tenetur impetrans relationem facere.*
25 *Clausulæ fundatoris per quas infringitur potestas principis sunt nullæ, & invalidæ.*
26 *De dispositionibus nullis, vel aliqua exceptione eludibilibus, non est facienda principi relatio.*
27 *De clausulis prohibitivis & pœnalibus tendentibus ad infringendam potestatem, & voluntatem successorum, ne impetrent facultatem, vel ne ea utantur, tenetur facere relationem impetrans.*
28 *Opinio Molinæ contraria refertur.*
29 *Quando in dispositione unum exprimitur, & ad aliud effectus dirigitur, non verba, sed effectus considerandus.*
30 *Molinæ opinio refutatur, & seqq.*
31 *Prohibitio impetrandæ facultatis & ea utendi ducitur successoribus, nec directè, nec indirectè infringit potestatem principis.*
32, 33 & 34. *Facultate impetrata, potest impetrans uti, vel non uti, prout voluerit.*
35 *Inter clausulas prohibitivas & pœnales impetrandi vel utendi facultate, directas successoribus, & directas principis potestate multum distat, & seqq.*
38 *Facultatem ad alienandum bona majoratus impetrare nullus potest nisi possessor.*
39 *Fundator potest successorem inhabilem reddere, & potestate alienandi successorem.*
40 *Fundator ad libitum potest gravare successores, & quaslibet pœnales conditiones apponere.*
41 & 42. *Clausulæ prohibitivæ qualificatæ, possunt movere principem ad difficilius concedendam facultatem si eorum sit conscius.*
43 *Quando plura obstant impetranti nihil prodest super voto facultatem impetrare.*
44 *Facultas ad alienandum est stricti juris, non extendenda de uno casu ad alium.*
45 & 46. *Facultas non cadit super impedimentis ignotis principi, quia deficit intentio, & consensus.*
47. *De pacto non petendæ à principe moratoriæ, facienda est à debitore relatio, ne subreptitia sit.*
48 *In juramento contractus confirmatorio præservata est authoritas superioris, qui potest absolvere ad effectum agendi.*
49 *Tenetur tamen impetrans facere mentionem de pacto non petendi absolutionem appositio.*
50 *Clausulæ prohibitivæ impetrandæ facultatis, nec ea utendi, directæ successoribus, non minuunt authoritatem principis.*
51 *Clausulæ prohibitivæ directæ principi ejus minuunt potestatem, & ut nulla de eis non fiat principi relatio.*
52, 53 & 54. *Secus quando diriguntur successores majoratus, ut nisi de illis clausulis fiat principi relatio; facultas erit subreptitia.*
55 *Contraria opinio Molinæ periculum continet, quod ipsemet agnoscit.*
56 *Prohibitio alienationis cum facultate regia respicit diminutionem authoritatis principis.*
57 *Secus quando prohibitio impetrandæ facultatis, & ea utendi respicit successores tantùm.*
58 *Prohibitiones impetrandæ facultatis etiam si respiciant in diminutionem authoritatis principis, si ejus facultate fuerunt à principio confirmatæ, debent referri principi, ut facultas evitet subreptionem.*
59 *Quæ resolutio etiam provenit ex mente & suppositione Molinæ.*

SÆPE diximus per discursum totius tractatus, non aliter bona majoratus alienari, vel hypothecari posse, nisi accedente facultate regia legitimè impetrata, & nunc tractandum de creditoribus 1

bus, qui ad concurſum bonorum majoratus accedunt cum facultate regia, vitio tamen ſubreptionis ſubjecta, & irretita, & propterea omnino excludendi erunt, cum talis facultas nulla ſit ipſo jure, nec ejus virtute obligari potuerunt bona majoratus, nec ab ea dici poſſunt creditores illi, qui nituntur facultate regia aliquem juris patiente defectum, ad ampliſſimè tradita infrà 2. *part. c.* 4. *c.* 9. *&* *c.* 22. *per totam*, nec non alibi paſſim.

2 Facultas etenim ad alienandum, vel obligandum bona majoratus, impetrata à Rege eſt mera gratia, & diſpenſatio, per quam tollitur impedimentum juris, & fundator, & poſſeſſor redditur habilis ad contrahendum, Andreas de Iſernia, *in cap.* 1. *de prohib. feud. alien. per Lotharium*, Marinus Freſcia *de ſub feudis*, *lib.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 10. & aliis citatis à Surdo *deciſ.* 220. *num.* 37. Corbulus *de cauſa privatio. ob alien. quæſt.* 6. *num.* 10. de Affli&is *deciſ.* 398. *num.* 5. *&* 6. idem Iſernia *in cap.* 1. *num.* 2, 3. *&* 4. *de prohibita feud. alienat. per Federic.* Burſatus *conſil.* 22. *num.* 9 *lib.* 1. *&* *conſil.* 29. *num.* 3. Mieres *de majoratu*, 1. *part. quæſt.* 3. *ex n.* 98. *cum multis ſeqq.* Et quod facultas ad hypothecandum, vel alienandum bona majoratus ſic diſpenſatio, ut privilegium, & gratia, tradunt inſuper poſt Iſerniam Camerarius *in repetit. cap. imperialem. fol.* 44. *lit. l.* Scipio Theodorus *allegatione* 52. *n.* 7. Carleval. *de judiciis*, *tom.* 2. *tit.* 3. *diſp.* 23. *n.* 19. Noguerol. *allegatione* 32. *n.* 177. licet neminem alleget.

3 Et ideò facultas ad alienandum bona majoratus eiſdem juris regulis regitur, ſicuti cætera reſcripta gratioſa, & diſpenſationes, ut probant & ipſi Doctores, & quemadmodum gratia principis quælibet ſubreptitia, vel obreptitia, (quod idem in effectu importat, & promiſcuè accipi in jure rectius probavit Trentacinquius *variar. reſol. lib.* 1. *reſolut.* 5. *de reſcriptis*, *ex num.* 1.) nulla ipſo jure ob vitium ſubreptionis, aut obreptionis, ut ex innumerabilibus Doctoribus, & per *Clement.* 1. *de præbendis*, *cap.* 2. *de filiis presbyter. in* 6. *cap. ſi motu proprio*, *de præbendis*, *in* 6. *cap. ad audientiam*, *el* 2. *de reſcriptis. & in cap. quod ſuper his*, *de fide inſtrument.* probat Trentacinq. *ibidem*, *d. reſol.* 5. *ex num.* 2. *cum ſeqq.* Surdus *deciſ.* 308. *num.* 17. Mierez *de majorat.* 1. *p. q.* 3. *n.* 6. *&* *n.* 12.

6 Ita pariter nulla erit, & inefficax ad alienandum facultas impetrata à principe, & ſubreptitia, quia ei non fuerunt in ſupplicatione clarè, & ſpecificè narrata omnia, quæ illum poterant movere ad non concedendam facultatem, vel ad difficiliùs concedendum, vel non fuerunt vera facti natura, tacendo veritatem, vel narrando falſitatem, abundè Mierez *de majorat.* 4. *part. quæſt.* 11. *ex n.* 17. & meliùs 1. *part. quæſt.* 3. *ex*
7 *n.* 3. *cum multis ſeq.* quo loco ex juribus & Doctoribus, ampliſſimè probat, ad facultatem hujuſmodi obtinendam principi non ſolùm eſſe faciendam mentionem, & relationem de his, quæ ſi expreſſa fuiſſent, non conceſſiſſet id, quod conceſſit; ſed etiam de his quæ ſi principi nota fuiſſent, nihilominùs conceſſiſſet,
8 ſed non ita leviter *&* *n.* 9. quod principi eſt facienda mentio de omnibus, quæ ipſum movere poſſunt ad minimè concedendum, quod ab eo petitur, & impetratur, & quod aliàs principis facultas erit nulla, & ſubreptitia, ex text. *in l. ſi qua loca*, *C. de feudo*, *& falt. rei domi. lib.* 11. *l. ſi quis obrepſerit*, *D. de falſis*, *& in l. ſi legibus*, *C. ſi contra jus*, *vel utilit. public. leg.* 2. *C. de diverſ. appar tor. l.* 2. *tit. ſecundo*, *part.* 7. *l.* 5. *tit.* 13. *part.* 3. melior. *lib.* 36. *tit.* 18. *part.* 3. *& in n.* 10. &
9 11. dicit ipſe Mierez quod facultas principis dicitur ſubreptitia, quoties illi non fuit facta relatio de qualitatibus rei; ex Sigiſmodo *conſil.* 47. *ex n.* 1. *cum ſeqq.* Gozadino *conſil.* 26. *n.* 5. Carolus Ruinus *conſil.* 77. *n.* 84. 85. *lib.* 1. Nevizan. inter conſilia Bruni *conſil.* 12. *n.* 17. Ozaſcus *deciſ. Pedemont.* 166. *n.* 2. & an ſub-
10 reptio facultatis regiæ cenſeatur excluſa ex clauſulis *ex certa ſcientia*, *non obſtantibus*, *& ex plenitudine poteſtatis*, vide abundè per eundem Mierez *de majoratu*, 1. *p. quæſt.* 6. *ex n.* 8. *cum multis ſeq.* & per totam quæſtionem, & circa ſubreptionem facultatis regiæ, & ejus nullitatem multa iterum erunt videnda per eundem Mierez *dicta* 1. *part. quæſt.* 78. *& quæſt.* 9.

Pulchra eſt alia ejuſdem Mierez doctrina 1. *p. quæſt.* 11
6. *num.* 13. aſſerentis hæc ſcire convenire pro iis, qui impetrant facultates ad alienandum, vel hypothecandum bona majoratus, quæ ob aliquam cauſam obreptionis, vel ſubreptionis ſunt invalidæ, & antequam confirmentur, vel ratificentur tales facultates, faciunt aliquem contractum: nam ſi prima facultas fuit invalida, non poteſt contractus ratificari, aut confirmari in præjudicium tertii, cui jus quæſitum fuit, nec aſſenſus regius poteſt tertio præjudicare; ſecundum Affli&is *deciſ.* 286. Jacob. *n.* 4. pro quo facere dicit ſcripta per Paulum de Caſtro *in conſil.* 195. *viſis*, *lib.* 2. quem commendat Decius *in l. contract. num.* 16. *ff. de reg. juris.* Tiraquell. *de conſtituto. part.* 3. *limit.* 30. *in Princip.* Pedemont. *deciſ.* 106. *num.* 11. Burſatus *conſ.* 40. *n.* 13. *lib.* 1.

Avendanus *de cenſibus*, *cap.* 62. *ex n.* 21. *&* 22. *per* 12
aliquot columnas, precipuè *in verſ. illud omne*, dicit, & utiliter ex multis comprobat, quod facultas regia eiſdem cauſis redditur ſubreptitia, quibus & cæteræ gratiæ, & ideo in facultatis ad alienandum impetratione faciendam eſſe Principi ſpecificam relationem eorum omnium, quæ Principem movere poſſunt, vel ad negandum quod petitur, vel ad difficilius, ſeu acriter, & non tam leviter concedendum, aliàs ipſam facultatem eſſe ſubreptitiam, & nullam ipſo jure, plura cumulat videndus Chriſtoph. de Paz *de tenuta*, *cap.* 40. *num.* 22. Hanc facultatis regiæ ob ſubreptionem nulli- 13
tatem probat, dum aſſerit, facultatem impetratam à poſſeſſore majoratus, qui poſtea fuit declaratus injuſtus poſſeſſor, & per ſententiam condemnatus vero domino, & ſucceſſori reſtituere, eſſe ſubreptitiam, & nullam, eo quod in ſupplicatione aſſeveravit ſe eſſe dominum bonorum majoratus, ad quorum hypothecam à ſe faciendam ipſam facultatem impetravit, eamque eſſe nullam, & hypothecam ejus virtute non teneri, ex eo quod narrativa apparuit falſa, cum facultas implicitam habeat in ſe conditionem, ſi preces veritate nitantur, ex textu *in cap.* 2. *de reſcriptis*, nullaque efficiatur prædicta regia facultas, per textum *in cap. cum noſtris*, *de conceſſione præbendæ*, ibi: *Eo quod per falſi ſuggeſtionem*, *& veri ſuppreſſionem fuerunt impetratæ*, *haberetur irritum*, *& inane. leg. penult. C. ſi contra jus*, *vel utilitat. public.* illic: *Mendax precator careat penitus impetratis. cap. ad audientiam* 2. *de reſcriptis. Clement.* 1. *de præbendis*, *cap. ſi motu proprio*, *de reſcriptis*, *lib.* 6. ibi: *Veluti ſubreptitias vires nolumus obtinere. l.* 36. *tit.* 18. *part.* 3. propter quod, inquit ipſe Paz, Regius aſſenſus nullus fuit, & cenſus quoque ejus virtute impoſiti ſuper bonis majoratus idem vitium habuerunt, ex *l.* 38. *tit.* 8. *part.* 3. ubi Gregorius Lopez in individuo hoc idem affirmat, & Grammaticus *deciſ.* 103. *n.* 243. ibi: *Et etiam ex alio cauſatur ſubreptio*, *quia fuit expoſitum Regi Catholico quod præfatis D. Antonio*, *& D. Joanni ſpectabant feuda: quod fuit falſum*, *quia non ad ipſos*, *ſed ad Petrum ſpectabant*, *ut majorem natu*, *& ſucceſſorem*, *&c.* Et ad hoc quod obligatio bonorum majoratus ſit nulla, & quando facultas fuit ſureptitia, adducit Alexand. *conſil.* 23. *num.* 3. *lib.* 5. Ozaſcus *deciſ.* 171. *num* 22. Mierez *de majoratu*, *prima part. quæſt.* 9. *per totam* Suarez *conſil.* 7. *num.* 11. Rota *deciſ.* 41. *n.* 1. *lib.* 5. *part.* 2. Peregrinus *conſil.* 72. *n.* 2. *lib.* 1. & in comprobationem hujus doctrinæ Chriſtoph. de Paz, multa & ſingulariſſima valdè adduximus infrà 2. *part. cap.* 22. *per tot.* & etiam *c.* 9.

Ad hoc ipſum, quod facultas alienandi bona ma- 14
joratus, vel feudi, ſi patiatur vitium ſubreptionis, ſit nulla, & alienatio ſeu hypotheca ejus virtute facta

pariter irritetur, asseverat Carleval. *de judiciis, tom. 2. tit. 3. disputat. 23. n. 9. & n. 10.* dum firmat, quod ut valere possit pignus seu hypotheca in bonis feudalibus, necessarius sit assensus & facultas regia; quæ cum sit dispensatio, privilegium & gratia si in ejus obtentione, & impetratione non fiat principi vera narratio; erit facultas subreptitia, & effectu carebit, nisi preces veritate nitantur, juxta notata *in cap. dilecta, num. 22. de rescriptis*, & per Camerarium *in repetit. cap. imperialem, fol. 44. lit. C. & D.* & latiùs comprobat, & ideo ut cognoscas, quando facultas ad hypothecandum, vel alienandum bona majoratus sit subreptitia, & nulla inefficaxque, ad alienationem faciendam, & simul excludendo creditores ea nitentes, recurre ad regulas cæterarum gratiarum, cum eisdem hæc regatur, ut superius *ex n. 2.* diximus.

15 Illud tamen semper præ oculis erit habendum ad excludendam subreptionem facultatis impetratæ, ut principi fiat certa, vera, & specifica relatio omnium, quæ illum possent movere, vel ad non concedendum, vel ad difficiliùs concedendum, ut præter hactenus citatos Doctores, idem probarunt Suarez, Menochius, Mierez, Gutierrez, Nic. Garcia, & alii plures adducti à D. Larea *2. tomo allegat. fiscal. 91. n. 8. & à n. 5. &*
16 *per totam.* Nec sufficit relatio principi facta sub involucro verborum, quoniam idem est omninò tacere veritatem principi, vel eam obscurè, & sub involucro verborum eam narrare, & juxta singularem doctrinam Innocentii *in cap. cum dilecta, n. 3. de rescriptis*, dicentis, litteras subreptitias dici, quando per alicujus operam factum est, quod effugiat plenam intelligentiam principis, quod tenendum menti dicit Abbas *n. 7.* afferens id contingere, quando sub involucro verborum effugit impetrans deliberatam principi conscientiam, ubi Felinus *col. 2. versic. tene mentis*, Jason *in l. præscriptione, n. 1. C. si contractus, vel util. public.* Socinus Junior *consil. 77. & n. 97. versicul. & si dicatur vol. 1.* Curt. Sen. *cons. 85. num. 27. & 49. & 76. vers. nunquam esse.* ubi dixit, *quod ex involucro verborum*
17 *non potest apparere de voluntate deliberata principis.* Grammaticus *decis. 66. n. 48.* Menochius *de arbitrariis, casu 202. ex n. 69. & casu 203. ex n. 3.* Ripa *in cap. ad aures, de rescriptis*, asserit, quod expressio
18 facta principi sub involucro verborum vitiat rescriptum, sicut omnimoda taciturnitas, Mierez *de majoratù, 1. parte, quæst. 3. n. 4 & 5.* ubi quod qualitas quæ gravat sit exprimenda ex pluribus adductis ab Alvaro Velasco *consultat. 80. n. 3. 3.* quo optimè doctrina ipsius Mierez *num. 3.* & propterea dicit *dicto num. 5.* quod principi est facienda notabilis expressio, nec sufficit in genere fieri ut impetratio salvetur à subreptione, ex Romano *consil. 326. & in consil. 38.* & Grammat. *decis. 59. num. 58. & decis. 66. num. 19.* ubi etiam tradit quod non sufficit, generaliter exprimi factum, nisi exprimatur modus facti; de quibus plura adducit Peregrinus *de fideicommiss. artic. 23. ex n. 51. cum seqq.* & Th. Sanchez *de matrimonio, tom. 3. lib. 8. disput. 21. à n. 3.* ibi *obreptitiam verò, quando per verborum involutionem, aut cautam loquelam, puta ironicam, vel callidam, effugiunt deliberatam concedentis conscientiam, ac plenam ejus intelligentiam*, &c. ubi plures referuntur Doctores, ac paulo post ibi: *censetur subreptionem esse quoties veritas tacetur, vel per confusam, ac perplexam ejus narrationem occultatur*, &c. & iterum repetit: sic nos intelligimus illa verba, *lib. 36. tit. 18. part. 3.* ibi: *Si carta fuere ganada dizendo mentira, o encubriendo la verdad, no deve valer*, &c.

19 Conducit ad propositum doctrina Aymonis Cabritæ *consil. 68. n. 10.* ibi: *Iste impetrans similis fuit infirmo, seu vulnerato, qui Chirurgo vulnus detegere noluit, & ob id mortuus est; detegere enim debet impetrans vulnus omne principi, id est, omnia obstantia ipsi impetrationi, ita quod appareret de voluntate rescribentis eum intellexisse rem omnem, clarè, & specificè, aliàs non intelligitur dispensasse*, &c. & similiter argumentatur Bald. *in cons. 204. longum thema, in finalibus verbis, lib. 3.* de quibus etiam nos *in comment. de supplicat. ad sanctiss. 2. part. cap. 51. ex. n. 94. cum seq.*

Hinc pedetentim labimur in illam celebrem atque 20
frequentissimam quæstionem (quam authoritas sola Ludovici Molinæ ancipitem reddidit,) utrum facultas, à Rege impetrata pro alienando, vel hypothecando bona majoratus, reddatur nulla, & subreptitia, eo quod Principi non fuit facta mentio, & specifica prolatio clausularum prohibitivarum, pœnalium fundationis, utputà, quia fundator majoratus expressè inhibuisset, nec regia facultas ad alienandum concedi possit, vel quod non valeat impetrata facultas ad alienandum, quod alienatio ipsa nulla sit, etiam si cum facultate regia fiat, vel quando prohibuit sub pœna privationis majoratus ipso jure, ne successores impetrent facultatem ad alienandum, vel impetratâ nullatenùs utantur sub eisdem pœnis.

In qua quæstione non dubitamus, nec contendimus 21
de potestate Principis ad concedendam facultatem ad alienandum, vel obligandum bona majoratus, cùm constans sit inter omnes conclusio, ut hæc nullis quantumvis exuberantissimis fundatoris clausulis, prohibitivis, atque pœnalibus subjici possit, sed illis minimè obstantibus posse Principem ex justa causa publica, vel evidenter utili ipsi majoratui facultatem concedere, & ejus virtute valere alienationem, vel obligationem, cùm hæc sit regalia Principis, & summa ejus potestas quæ non patitur alterationem, nec diminutionem ex qualibet fundatoris dispositione, aut prohibitione, in qua semper authoritas superioris rèservara, & illæsa remanet, comprobant Molina *de primogeniis, lib. 4. t. 3. ex num. 28. cum multis seqq.* Pater Molina *tom. 3. disput. 650.* Pelaez à Mierez *de majorat. 4. part. quæst. 1. limit. 1. ex num. 139. cum multis seq.* & ex præcitatis Doctoribus, necnon Sarmiento, & Gutierrez tenet Castillo *controversiar. tom. 7. de tertiis cap. 41. ex n. 193. & seq. & num. 197. cum seq. & sub num. 20. versu ul. secundus casus est.*

Et quia potestas fundatoris quantumcumque ampliss- 22
ima ad gravamina, & conditiones apponendum inter suos successores; tamen nunquam extenditur ad præjudicium tertii, & maximè superioris, *l. cum filius, D. de militari testam. leg. cum pater, §. Titio fratri ff. de leg. 2.* abundè comprobavimus, suprà *cap. 36. ex n. 17. cum seqq.* 27

Sed de hoc duntaxat disceptatur, an supposita potes- 23
tate Principis in concedenda facultate ad hypothecandum, & alienandum, nihil refragantibus quibuslibet clausulis fundatoris prohibitivis, & pœnalibus, facultas ipsa sit subreptitia, & inefficax ad alienationem, eo quod de eisdem clausulis prohibitivis specialiter non fit facta relatio Principi in supplicatione, quia licet non impediant usum, & exercitium regalis potestatis, ut diximus, possunt tamen ob enixam fundatoris voluntatem Principem difficilem reddere ad concedendum: in qua difficultate distinctè procedere necesse est; 24
nam aut loquimur de clausulis prohibitivis, & pœnalibus inspicientibus, & infringentibus potestatem & auctoritatem Principis in concedendo facultatem ex justa & publica causa vel valde utili majoratui, ut putà quando fundator dixit, *ne valeat facultas ad alienandum impetrata*, vel quod *non possit Princeps concedere facultatem*, vel *quod non valeat alienatio, etiam cum facultate regia*, & in hoc casu doctrina Ludovici Molinæ, & sequacium admittenda erit, ipse enim in *lib. 4. de primogen. cap. 3. ex num. 28. & 29.* movet quæstionem, & in primis pro facultatis subreptione & nullitate arguit, quibus valdè satisfacit *ex numero 22.* & hac unica ratione difficultatem evincit, quia clausula fundatoris, per quam infringitur potestas Principis, & nulla, 25
&

& nullius effectus ; ergo impetrans de ea relationem facere in supplicatione non adstringitur & idem quando non sit nulla, sed sit saltem aliqua exceptione elidibilis quod allegat doctrinam Bartol. communiter receptam *in l. si quis in principio testamenti, n. 4. & 5. ff. de legatis 3.* hanc Molinæ rationem, & fundamentum agnoscunt omnes in iisdem terminis Mierez *de majoratibus, 4. part. quæst. 5. limit. 6. ex n. 61. cum seq.* Pater Molina Theolog. *de just. & jure tract. 2. disputat.* 650. *n.* 2. Ludovis. de Arendan *de censibus, cap.* 62. *n.* 12. Castillo *controv. tom.* 7. *de tertiis, cap.* 4. *n.* 200. & Molinam referens præcitato loco idem videt Sanchez *de matrimonio, tom.* 3. *lib.* 8. *disput.* 22. *n.* 21.

26 Vera namque juris conclusio est, quod de clausula nulla, vel de alia dispensatione, vel facultate aut rescripto nullo, vel saltem aliqua legitima exceptione elidibili relationem impetrans Principi facere non teneatur ; nec facultatem aut dispensationem ex ejus omissione subrepritiam censeri : quoniam cùm illæ clausulæ nullæ sint, & nullius momenti, sequitur regula, *ut non præstet impedimentum, quod de jure non sortitur effectum.* Regula *non præstat. de reg. juris, in 6.* quam extendi ad gratias, & privilegia docet *gloss. ibi, verb. non præstat. gloss. in cap. suggestum, verb. posterius, de jure patronat. & in cap. cum in nostris, verb. de facto, de concessione præbend. & in cap. ex tenore, verb negotia. in fin. de rescriptis*, ubi Abbas *n.* 6. Felinus *n.* 2. Decius *in nova editione, n.* 19. *& in cap. oblatæ, n.* 11. *notab. ult. de appellation.* Felinus *in c.* 1. *n.* 13. *de rescriptis.* Dominicus *in cap. quoniam, col.* 4. *versio. super tertio, n.* 18. Barbat. *consil.* 43. *n.* 5. *vol.* 5. Nevizan. *consil.* 36. *n.* 6. Rebuffus *de constitutionib. regiis, tom.* 2. *in præfatione n.* 95. Mascardus multos allegans *de probationibus, concluf.* 846. *n.* 20. *& seqq.* Flaminius Paris. *de confident. benefic. quæst.* 46. Jason. *in l.* 1. *n.* 1. *cap. si contra jus, vel util. public.* Gratianus *reg.* 239. *n.* 12. Pater Molina *tom.* 3. *de just. & jure, disp.* 656. *n.* 2. Sanchez *de matrimonio, lib.* 8. *disp.* 22. *n.* 21. *& seqq. tom.* 3. Atque ideo cum clausulæ supra dictæ tendant ad infringendam, minuendam, & irritandam potestatem Principis, prout manifestè patet ; & per consequens nullæ sint, & pro non scriptis habeantur, nulla de eis requiritur relatio facienda Principi in impetranda facultate ad alienandum vel obligandum bona majoratus, quæ nec ex hoc capite dici potest subreptitia, sed valida.

27 Secundus casus erit, quando clausulæ prohibitivæ, ac pœnales appositæ à fundatore non tendunt ad infringendam Principis potestatem ; sed directè ad reprimendam, ac refrænandam voluntatem, & potestatem successorum impetrandi facultatem, & sic quando prohibitiones, & pœnæ diriguntur ad successores à fundatore vocatos ad majoratum, ut puta, quando prohibuit alienationem, & inhibuerit successoribus in perpetuum, nec possint à Principe facultatem impetrare ad bona ejusdem majoratus alienanda, vel hypothecanda, nec impetrata uti possint, quòd si contrarium fuerit factum, illicò majoratu priventur, & successio in sequentem ipso jure transferatur. Et hoc casu Lud. Molina, (licèt non firmiter, & securè) idem putat dicendum quod in priori casu, quia saltem indirectè etiam in isto infringitur potestas, & authoritas Principis, & per consequens de hac clausula tanquam nulla, & invalida non adstringitur impetrans mentionem Principi facere.

28 Ipse igitur Molina *in lib.* 4. *d. cap.* 3. *ex nu.* 36. ad sic sentiendum, & introducendum connexionem hujus clausulæ directæ soli possessori cum Principis suprema potestate, & quod tendat in ejus derogationem, ea movetur ratione ; quia si fundator majoratus non potest directè quoad hæc amovere potes-
29 tatem Principis, pariter nec indirectè id facere juxta Regul. *cum quid prohibetur de regul. juris in 6. leg. si is qui ff. de vulgar.* & quia quando in dispositione unum exprimitur, & ad aliud effectus ejus dirigitur ; non verba dispositionis, sed effectus ejus considerandus erit, *leg.* 4. *nunc de effectu. §. de liberatione legata leg. si quis rerum 5. §.* 1. *ff. eodem tit. leg. cum dotem. ff. ad legem falcid.* nec est curandum, cum quo quis loquatur, sed in quem voluntatis intentio dirigatur, *leg. cum pater. §. donationis ff. de leg.* 2. Molinam sequutus est Castillo *in tract. de tertiis tom.* 7. *quæst.* 41. *ex n.* 193. *cum seq.*

Sed revera ista Molinæ opinio semper in tribunalibus dura visa fuit, & sæpe inter Doctores controversa, contra quam non semel vidimus judicatum in hac Pinciana Cancellaria, & contra eam multi Doctores tenent & multa urgent referenda clarè ostendentia nullitatem, & subreptionem facultatis impetratæ ad alienanda, vel hypothecanda bona majoratus non facta Principi specifica relatione habita prohibitionum pœnalium, quæ otantum dirigantur successoribus majoratus, ad horum voluntatem, & potestatem impetrandæ facultatis, atque ea utendi summovendam, & infringendam, tendentium.

In primis etenim acerrimè negamus, ut ex hac 31 clausula prohibitiva, pœnali directa successoribus induci aliquo modo possit directè, vel indirectè diminutio potestatis supremæ Principis, nec illam ullo modo tangat, nec à parte ante, nec à parte post, sed sit quid omninò, & prorsus separatum ab illa, quoniam hæc suprema Principis potestas solum versatur, & consistit in concessione, vel negatione facultatis postquam fuerit ab eo postulata ; non tamen consistit in deliberatione, & voluntate impetrandi facultatem, nec in ipso actu ea utendi, postquam jam fuerit impetrata, actum utrumque consistit in mera, libera, & absoluta voluntate possessoris majoratus. Nam si hæc successorum voluntas, & potestas impetrandi tangeret Principis potestatem, etiam inviti cogi poterant facultatem impetrare, sed hoc est falsum, quia eorum liberæ potestati, & voluntati relinquitur, ergo illud ex quo sequitur.

Ex iis etenim quæ consistunt in mera, & libera 32 facultate gerendi, vel utendi, nullum infertur, nec attenditur considerabile præjudicium tertii, juxta celebrem doctrinam Bald. *in leg. var. n.* 58. *C. de sentent. quæ pro eò quod interdum dicit.* quod quando duobus uni post alterum concessa fuit servitus aquæductus, si aqua sufficiens sit utrique ; poterit secundus ædificare molendinum, etiamsi primi molendini domino notabile commodum, & lucrum auferatur ex defectu concursus molentium ; quia istud non est in consideratione, cùm non sit damnum quod cohæreat rei, hoc est molendino, sed tantum consistat in merâ, & absolutâ facultate personarum, quæ si velint, possunt ire ad quodlibet molendinum, in quibus nullum erat jus quæsitum, sicut in ipsa aqua concessa, quòd in expresso tenuerat Bartol. *in leg. quominus col.* 5. *q.* 11. *in fin. ff. de fluminibus*, per bona jura, quæ allegat, tenet, etiam Jas. ibid. *num.* 84. Ripa ibid. *num.* 82. tenet etiam in fortioribus terminis Albericus *in leg. si manifestè. C. de servitut. & aqua.* Gomez *in leg.* 46. *Tauri sub n.* 12. pro qua allegat expressam *leg.* 18. *tit. fin. part.* 3.

Non enim potestas Principis consistit in exercitio plurium, vel paucorum casuum, cum eadem regalia semper illæsa permaneat quoties facultas postuletur, imo si postuletur, nec ex prohibitione fundatoris in minimo detrahitur, nec lædirur, & quando juxta Molinam aliquod damnum indirectè potestas pateretur, hoc foret per accidens, ortum ex actu licito, & omninò permisso fundatori ex adductis *infrà ex n.* 37. qaod non est in consideratione, cum principalis intentio fundatoris eò non tendat, sed sibi consulendi dumtaxat, & suæ posteritati, pro quo celebris est Baldi, & Calderini doctrina, quos, & alios referens sequitur Covarr. *in regul. possessor.* 2. *par.* §. 4. *sub n.* 9. ubi in hæc verba scripsit. *Hinc denique infero, non omnino falsum esse, quod*

inter consil. Ancharani, Bald. *scripsit*, & Calderin. *in d. consil. 21. tit. de constitutionibus*, *in his etenim Calderini, & Baldi responsis, non agitur de statuto directè prohibente, ne quis triticum deferat molendum ad alia, quàm ipsius communitatis, & reipublicæ molendina, nam hoc invalidum esse, maximè in præjudicium Ecclesiarum, ipse fateor, sed actum est de municipali lege, qua tempore publicæ inopiæ, cum respublica gravatur annonæ penuria, ne triticum ipsius civitatis ad exteros deferatur, vetitum fuerit, ne quis triticum molendum extra urbem deferat, nam etsi ex hoc statuto sequatur damnum Ecclesiis quoad earum inditus, qui ex earum molendinis extra urbem existentibus, percipiebantur, admittendum est statutum*, &c. Hæc Covar. meminit Menochius *in consil.* 1001. *n.* 4. & convenit Franc. Xuarez *de censuris disp.* 11. *sect. 1. n.* 91. *fol.* 315. in hæc verba; aliud explicandum erit, quando statutum aliquod censendum sit contra libertatem Ecclesiasticam, & ajetanus ait, tunc statutum esse hujusmodi, quando per se, & ex intentione attingit libertatem Ecclesiasticam, eamque lædit, rectè autem declarat, hoc intelligendum esse, non de intentione ferentis statutum, sed de intentione ipsius operis (ut sic dicam,) seu ex virtute, & directa materia ipsius status, nam si hæc talis sit, ut per se non respiciat res Ecclesiasticas, nec harum exemptionem diminuat, licèt ipse legislator intendat aliquod detrimentum, quod accidens potest deinde resultare in Ecclesiasticas personas, non tamen agit contra hanc prohibitionem, & censuram, quia statutum ex se non est contra libertatem Ecclesiasticam, & ea quæ sunt per accidens non considerantur, &c. Sequitur Castillo *in tract. de tertiis cap.* 9. *n.* 54. & alii citati *infrà n.* 40.

33 Et quod magis est, etiamsi facultas sit jam postulata, impetrata, consequuta, & obtenta cùm sit actus magis propinquus, & immediatus ipsi Regiæ supremæ potestati, adhuc tamen diversus, distinctus, & independens est ab ea, ut impetrans nullo modo cogatur ea facultate uti, sed in impetrantis libera & absoluta potestate sit, eadem uti, vel non uti, sive in parte, sive in toto, sive prorsus eam negligere, prout amplissimè videre est infrà 2 *part. cap.* 5. *ex n.* 49. *cum seqq.* quia nihil interest Principi nec ejus authoritati supremæ, postulari, vel non postulari facultatem: nec uti, vel non uti, postquam semel eam concessit, & sua usus fuit auctoritate ac potestate in concedendo, nam si usus & executio facultatis jam concessæ tangeret in aliquo ipsam Principis authoritatem supremam, procul dubio cogeretur impetrans eadem præcisè uti; sed hoc est falsum, ut probavimus *ex d. n.* 49. *in d. cap.* 5. *cum seq.* Dum liberè impetrans possit facultate non uti, ergo nil tangit supremam Principis potestatem, sed voluntatem successoris & successorum distinctè, & separatim ab ea.

34 Ex quo infertur, quòd cùm impetrare, vel non impetrare facultatem ad alienandum bona majoratus, uti vel non uti, eadem consistat, & dependeat à sola mera, & absoluta voluntate successorum, independenter à potestate Principis: liberè, & validè poterit fundator majoratus vel prorsus subvertere, vel minuere, & reformare, ut statim dicemus.

35 Minus urget consideratio illud Molinæ *in d. cap.* 3. *sub num.* 37. tanquam prorsus inapplicabilis ad casum, dum vult, quod quando fundator majoratus inhibet suis successoribus ne impetrare possint facultatem ad alienandum, vel ne illa impetrata utantur sub pœna privationis, ut hujus clausulæ verba licet dirigantur ad successores, intentio tamen fundatoris dirigitur ad Principis potestatem infringendam, & ideo non verba,
36 sed intentio attendenda, ut diximus *suprà n.* 28. & 29. Cui facillimè respondetur, tum ex diversitate, & discrimine inter clausulas directas ad Principem, & directas ad successores, ex omnibus nequit fieri illatio: tum etiam, quia quando fundator majoratus dirigit prohibitiones has pœnales ad successores, apertissimè, & clarè, dirigitur ejus finis solùm intendens consulere unitati, & perpetuitati bonorum, abhorrens dismembrationem, & separationem eorum, quod licitè, & libere permissum est fundatori majoratus; nam cùm 37
impetrare facultatem ad alienandum sit positum in successorum libera voluntate, & facto, liberè & licitè potest fundator, illam coarctare, minuere, & in totum prohibere. Hæc namque successorum voluntas, & potestas impetrandi omnino dependet, & causatur à potestate, dominio, & administratione majoratus data per ipsum fundatorem successoribus vocatis; cùm nullus alius nisi ipsemet possessor majoratus possit impetrare facultatem ad alienandum; ut optimè probat Molina *de primogen. lib.* 4. *cap.* 3. *in princip.* Avendannus *de censib cap.* 63. *ex n.* 1. *cum seq.* & Nos 38
2. *part. cap.* 9. *n.* 125. & latiùs *cap.* 20. *ex n.* 129. *cum seqq.* Imò, & per tot. *c.* 9 & 10. amplissimè videbis.

Quid igitur mirum, quod ipsemet fundator coarc- 39
tet, minuat vel in totum subvertat voluntatem, & potestatem successoris quam iste ab illo recipit, eum reddendo inhabilem, & incapacem ad contrahendum super bonis majoratus, prout pulchrè consideravimus *suprà cap.* 36. *ex n.* 13. *cum seq.*

Fundator namque potest ad libitum suum gravare 40
successores suos, & omnes, & quascumque illis apponere prohibitiones, conditiones alias honestas omnino servandas, & adimplendas, sub pœnis & privatione, prout maluerit, ut ad longum videre est ex Castillo *controvers. tom.* 5. *cap.* 94. *per totum*: & maximè *à n.* 9. *cum seq.*

Quapropter nihil refert, quod ex hac fundatoris dispositione aliquod inferatur præjudicium potestatis regiæ exercitio, & frequentioni usui suæ potestatis; cum hoc (quando aliquod foret, ut efficaciter contra Molinam negamus, & probavimus hactenus) veniret per quandam consequentiam valde remotissimam, & per accidens quod quidem nec est in consideratione, nec attenditur, ut *ex n.* 3. probavimus, quibus adde Menochium *de arbitrariis lib.* 2. *centur.* 6. *cas.* 562. *nu.* 46. Valascus *de jure emphyteut. quæst.* 17. Molina *de justit. & jure tom.* 3. *tractat.* 2. *disput.* 663. *n.* 5. *in fin.* Henriquez *in summ. lib.* 10. *c.* 15. *n.* 6. *in gloss. lit. V.* Manuel Rodriguez *in summ. lib.* 4. *c.* 166. *n.* 7. Mexia *in pragmat. tax. panis concluf.* 5. *n.* 39. Lafarte *de Gabellis c.* 39. *n.* 10. Idem Rodriguez *quæst. regular. tom.* 3. *quæst.* 74. *act.* 7. Diana *resolut. moral. tom.* 1. *tractat. de immun. Eccles. resolut.* 48. *vers. dicis lædi tur indirectè Ecclesia* dicentes, quod gabella imposita laicis generaliter, & ejus bonis, licet indirectè per accidens præjudicet clericis, non ex hoc infringitur immunitas Ecclesiastica, & propterea validè imponitur. Nam quando principales actus & dispositio est permissa inter principales contrahentes, non attenditur præjudicium, quod inde alteri provenit in consequentiam, *leg. si quis nec causam, ff. si cert. pet. leg. nullus* 6. *ff. de reg. jur.* plures Doctores per Hieronym. Gonzal. *de mensib. gloss.* 45. §. 1. *n.* 15. Garcia *de benefic.* 5. *part. cap.* 1. *ex n.* 76. qui pene tractant de concordia inita inter Episcopum, & capitulum super divisione simultaneæ provisionis, quæ est à jure permissa; non attenditur præjudicium, quod inde provenit Sedi Apost. proveniat in consequentiam actus principalis permissi, quæ doctrina admodum convenit nostræ resolutioni, & contra Molinam: conducunt optimè quæ abundè adducit Castillo *controv. tom.* 4. *cap.* 41. *ex n.* 10. *cum seqq.*

Igitur cùm hæ clausulæ prohibitivæ, & pœnales, 41
tendentes ad diminutionem potestatis, & voluntatis successorum dumtaxat, & non Principis (ut minùs rectè putabat Molina) & per consequens, validè ex hactenus probatis, & ulterius efficaciùs probandis; de eisdem omninò facienda erit Principi specifica relatio, ne facultas impetrata subreptitia efficiatur, & ut

impetrans

impetrans ad contrahendum habilis reddatur, ad tradita *infrà 2. part. cap.* 10. *ex n.* 11.

Nam cum hæ clauſulæ tot ſint notabiles debent ſpecificè referri Principi, qui poſtquam ex iis cognoverit enixam voluntatem, & ardens deſiderium fundatoris volentis bona majoratus perpetua eſſe, & unita ſemper; proculdubio difficilis reddetur ad concedendam facultatem, & diſpenſandum erga inhabilitatem, & pœnalem prohibitionem ſucceſſoris impetrantis; quod ſufficit, ut facultas, relatione omnium ceſſante, reddatur ſubreptitia, ad latè tradita ſuperius *ex n.* 2. *cum multis ſequentibus.*

42 Deinde quia iſtæ clauſulæ directæ ſucceſſoribus multa, & diverſa obſtantia complectuntur, prohibitionem generica alienandi, prohibitionem impetrandi ad id facultatem à Principe, nec non ea impetrata utendi, atque ex contraventione privationem ipſo facto majoratus, quæ ſingulæ amovent à ſucceſſore poteſtatem, & inhabilem eum reddunt ad contrahendum & alienandum, atque ideo de omnibus iſtis prohibitionibus ſpecifice erit facienda relatio Principi, ut ſuper omnibus cadere poſſit diſpenſatio, & facultas abſque vitio ſubreptionis.

43 Tot enim ſunt conditiones, & qualitates aggravantes, & qualificantes prohibitionem alienationis, & unitatem bonorum perpetuam indicantes, ideo de ſingulis debet fieri relatio, aliàs vitio ſubreptionis ſubjicitur facultas. Felin. *in cap. ſuper litteris de reſcript. num.* 8. & ibi Decius *num.* 9. idem Felin. *in cap. in noſtra, n.* 19. de reſcriptis, Socinus *lib.* 2. *conſil.* 164. *n.* 5. *& conſil.* 169. *n.* 10. *& ſæpius, quæſt.* 9. *n.* 6. Afflictis *deciſ.* 116. *num.* 4. Menoch. *caſ.* 201. *n.* 28. *&* 31. Mieres 1. *part. q.* 8. *n.* 9. Tuſch. *littera S. concluſ.* 720. *n.* 15. & alii, quod refert Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 21. *n.* 19. Larrea *allegatio. fiſca. part.* 1. *n.* 22. *tom.* 1. *n.* 19.

Quapropter quando feudatarius vult impetrare à Principe facultatem, & aſſenſum pro alienandis bonis feudalibus, tenetur præcisè facere Principi relationem ſpecificam de qualitatibus feudi, aliàs facultas, & aſſenſus erit ſubreptitius, & nullus, ut probant Ozaſcus *deciſ. Pedemonta.* 167. Sigiſmundus *conſil.* 41. *num.* 1. Gozadinus *in conſil.* 26. *n.* 41. Socinus Junior *conſil.* 77. *num.* 84. *volum.* 1. Ruinus *conſil.* 108. *n.* 25. *volum.* 2. Nevizan. *conſil.* 12. *n.* 17. *inter conſil.* Brun. Anton. Sol. *ad conſtitut. Sabaud. tit. de feudis* 2. *p. gloſſ.* 2. *n* 2. *&* 3. *fol.* 105.

Non enim ſufficit petere in genere facultatem alienandi, quoniam quando plura obſtant impetranti impedimenta, ſi ſuper uno poſtuletur facultas, & diſpenſatio, nullo modo ſuffragatur impetranti cum remaneant cætera obſtantia, ſuper quibus non cadit diſpenſatio ignotis Principi; plurima notatu digniſſima in iis terminis ſcripſimus *infrà* 2. *p. q.* 9. *ex num.* 60. *cum multis ſequentibus, & cap.* 10. *num.* 39. videndæ ſunt ſingulares doctrinæ *infrà c.* 38. *ex n.* 4.

44 Quia facultas eſt ſtrictiſſimi juris quæ non extenditur de caſu ad caſum, de re ad rem, nec de perſona ad perſonam, ſicuti abundè probavimus *infrà* 2. *part. cap.* 10. *ex num.* 73. *cum multis ſequentibus*, nam licet facultas operetur in caſu Principi expreſſo, & impedimento narrato, non tamen in aliis non narratis, ut latius videre eſt, *d. cap.* 9. *n* 65. *& d. c.* 10. *n.* 76. *&* 77.

45 Debet enim princeps ſcire impedimenta omnia, ut ſuper iis cenſeatur facta, & conceſſa facultas, & diſpenſatio, nam ſuper impedimentis, quæ ipſe Princeps ignorat, non poteſt cadere diſpenſatio, quia deficit in Principe conſenſus, & intentio, & facultas quæ conſiſtit in voluntate, & conſenſu, Principis ignorantia conſenſum excludit, multa ſcitu digniſſima congerit in propoſito Thomas Sanchez *de matrimon. lib.* 8. *diſp.* 4. *per totam*, & maximè *ex n.* 11. *cum ſequentibus* Mareſcotus *variar. reſolut. lib.* 2. *c.* 18. *ex n.* 40.

46 Et quod facultas ad alienandum non cadat ſuper ignoratis à Principe, plurimos referunt Petrus Surdus *deciſ.* 189. *n.* 33. *cum ſequentibus*, & Caſtillo *controverſ. tom.* 6. *cap.* 116. *ſub numero* & melius, ipſe Caſtillo *tom.* 5. *cap.* 89. *num.* 119. *per duas col.* ex Molina, & Paz *in tract. de tenua cap.* 57. *ex num.* 330. *& ſeqq. & ex n.* 324. *&* 340. & hæc Principis ſcientia debet apparere ex relatione gratiæ impetratæ, optimè Fachinus *controverſiar. lib.* 10. *cap.* 67. *pag.* 336. & quod aſſenſus Regis impetratus ad alienanda feudalia, non cadat, nec extendatur ad incognita Principi, & incogitata ex Iſernia, & aliis probat Franciſc. à Ponte *de poteſtat. proleg. tit.* 4. *de regalib. impoſition.* §. *num.* 38. *in fin. fol.* 145. *& titul.* 8. *de refutat. feudor.* §. 5. *numer.* 22. *fol.* 274. per text. *in leg. cui cum tutorib.* §. *fin. ff. de tranſactionib.* & iterum *d. tit.* 8. §. 11. *n.* 21. *fol.* 302. igitur ut ſucceſſor impetrans habilis ad contrahendum reddatur, & ut privationis pœnam poſſit effugere: tenetur de omnibus clauſulis pœnalibus prohibitivis, & privativis validè ſibi directi (cum ex qualibet inhabilis ſit effectus per fundatoris diſpoſitionem) relationem facere ſpecificam Principi; aliàs facultas generalis obtenta ad alienandum, nec ei, nec ſecum contrahentibus ſuffragatur, nec proderit, juxta text. *leg.* 2. §. *tractari ff. ad Trebellian.* ibi. *Aut hoc imputatur matri, cur non deſideravit à Principe conditionem remitti.* Singularem dicit Beroius *in cap. quæ in Eccleſiarum n.* 138. *de conſtitutionibus*, & facit, *leg. legatum municipio, ff. de adminiſtr. rerum ad civita. perti.*

47 Et magis individualiter ad noſtram reſolutionem contra Molinam urget, quod debitor, qui promiſit non impetrare à Principe moratoriam, licet Principis poteſtas ex hoc pacto non reſtringatur, quominus contra illud poſſit nihilominus moratoriam impetratam concedere; tamen ut moratoriæ facultas ſit valida, & non ſubreptitia, tenetur debitor ſpecificam facere Principi relationem de hoc Pacto prohibitivo moratoriæ poſtulandæ, mirabiliter probant Paulus Galeratus *in tr. de renunciatione tom.* 2. *centur.* 2. *q.* 196. & Antonius Faber *ad titul.* 6. *de precib. Imperat. offerend. definitione unic.* & Alexand. & Trentacinquio, & aliis obſervat Oſvaldus ad Donellum *lib.* 2. *commentar. cap.* 9. *littera M.* Idem, & de promittente non impetrare à Principe moratoriam ſub pacto, & pœna, tenetur de pacto, & pœna relationem Principi facere ut ex Saliceto tenet Jacob. de Graſſis *in tr. de exceptionibus except.* 31. *n.* 14.

48 Elegans eſt, & alia doctrina contra Molinæ reſolutionem, quod qui juramento firmavit contractum, abſolutionem ad effectum agendi, poteſt petere, & concedere ſuperior, cujus authoritas in omni diſpoſitione cenſetur excepta, ac præſervata, ut tenet Molina *lib.* 3. *d. cap.* 3. *n.* 28. *ex cap. quemadmodum de jurejurando, & leg. nemo poteſt, ff. de legatis* 1. tamen ſi ſimul promiſerit abſolutionem à juramento 49 non poſtulare, nec ea obtenta uti, ſi in impetratione abſolutionis ad effectum agendi, non fecerit ſpecificam relationem præfatæ clauſulæ, qua inhibetur impetrare, & abſolutione uti, abſolutio nulla erit, & ſubreptitia; tenet expreſsè Hermoſilla *in leg.* 56. *tit.* 5. *part.* 5. *gloſſ.* 11. *n.* 92. *t.* 2. *fol.* 329. qui alios allegat Intrigliol. *conſil.* 20. *num.* 29. Camill. Borell. *in ſumma omn. deciſ. tit.* 62. *de perjurii abſolutione num.* 39. alios allegat Joann. Baptiſta Thoro 5. *tom. compendii verb. abſolutio à juramento*, & latius, voto ſeu *deciſ.* 89. *per totam*, quod & ſentire videtur Ludovicus Molina *de primogen. lib.* 2. *c.* 3. *n.* 25.

50 Hæc doctrina fuit originalis Bald. *in repetitione leg.* 2. *ff. de jurejur. colum.* 35. *verſ. & quoad primam quæſtionem*, ſequuta per Roman. *in conſ.* 326. *col.* 3. ubi mirabiliter dixit, quod quando adeſt contractus, quem quis juravit, non contravenire, & quod non impetrabit abſolutionem à juramento, etſi impetraverit impetratione non uſurum: ſi tamen inſuper à Sede Apoſtolica, impetrare velit dictam abſolutionem tenetur in ſupplicatione ita exprimere: primum, juramentum contractus, ſecundum promiſſio-

nem de non impetrando abſolutionem, tertium quod abſolutione impetrata non uteretur, aliàs ſi ſolum ſuper juramento ſimpliciter appoſito peteret, & obtinuerit abſolutionem, reſcriptum eſt ſubreptitium, & nullum, & inefficax, quoniam cum adſint tria impedimenta diverſa, ſi aliquod ex iis omiſit exprimere; vitiatur reſcriptum tanquam ſubreptitium, cum ſi exprimeret, Pontifex difficilior redderetur ad concedendam abſolutionem. Hanc Romani doctrinam eleganter, & latè comprobat Rolandus à Valle *conſil.* 34. *vol.* 1. *ex n.* 5. *cum ſeqq.* omnino videndus, qui *n.* 9. allegat Felinum *in cap. conſtitutus colum.* 8. *verſ. amplius duas de reſcriptis*, ubi dicit, quod non ſolum in ſupplicatione debet fieri mentio de juramento confirmatorio contractus. Quinimo ſi impetrans promiſerit, nedum contractum obſervare ſed etiam abſolutionem non petere, non ſufficeret in ſupplicatione ſimpliciter dicere, ſe juraſſe, ſed debet etiam exprimere, ſe juraſſe non petere abſolutionem. Imò plus ſubdi, quod ſi juraſſet non ſolum abſolutionem non petere, ſed quod etiamſi peteret, & obtineret, non uteretur quod non ſufficit illas duas primas partes exprimere, niſi & tertiam de non utendo ſimul etiam exprimat, aliàs impetratio erit ſubreptitia, deciſum teſtatur Afflictis *dec.* 30. *in fin.* quam doctrinam veriſſimam profitentur Pariſ. *conſil.* 43. *num.* 15. *lib.* 1. Socinus *conſil.* 59. *col.* 3. & 4. *verſic. capio ſecundo vol.* 3. Franciſc. de Curtio *conſil.* 45. *col.* 8. & 9. Afflictis *dec.* 220. *in cauſa col.* 3. *verſ. tamen ſi ſummus Pontif.* Federic de Senis *conſil.* 301. Felin. *in cap.* 1. *de jurejurand. n.* 6. Alexan. *conſil.* 17. *volum.* 2. Corneus *conſil.* 6. *col. penult. in Princip. vol.* 1. Farinac. *in repertorio judiciali q.* 40. *n.* 17. Vide Rolandum à Valle mirabiliter loquentem.

50 Quæ doctrinæ prorſus evincunt incertam opinionem Molinæ; cum ex illis duo præcisè inferantur, primum, quod Clauſulæ prohibitivæ impetrandi facultatem à Principe, & ea impetrata utendi, directæ ſucceſſoribus, in nullo infringant, nec tangant authoritatem, & regaliam ipſius Principis: ſecundum, quod hujuſmodi clauſulæ directæ ſucceſſoribus, & contrahentibus ſint validæ, è jure permiſſæ. Nam ſi infringerent in aliquo authoritatem, & poteſtatem Principis, forent nullæ, & de eis non teneretur impetrans relationem Principi facere, ad latè tradita ex Molina, & aliis ſuperius *ex n.* 24. *cum ſequentib.* Sed iſti omnes Doctores requirunt præciſam relationem harum clauſularum, & pactorum fiendam Principi, ut impetratio evitet ſubreptitionem; ergo per neceſſe ſupponunt, quod ſint validæ, & quod non tangunt, nec minuunt nec in aliquo offendunt Principis ſupremam authoritatem.

51 Et magis in noſtris terminis contra reſolutionem Molinæ tenuerunt alii Doctores, Mieres *de majoratus* 4. *part. q.* 1. *limit.* 6. diſtinguens utramque clauſulam reſpicientem poteſtatem Principis, & poteſtatem ſucceſſoris, nam cum *infrà n.* 61. *cum ſequentibus*, loquatur, quando fundator prohibuit alienationem bonorum majoratus, & quod non valeat alienatio, etiam cum facultate Regia; rectè determinat non valere hanc clauſulam, quia nemo poteſt facere quin leges in ſuo teſtamento locum habeant, *ex leg. nemo poteſt. de legat.* 1. *& ex l. ultim. C. de legibus.* In illis verbis, *vel quis ſtante ſuperbiæ faſtidio tumidus eſt, ut regalem ſenſum contemnat.* Et de hac eadem prohibitione directa ad diminuendam Principis poteſtatem expreſsè loquutus fuit ipſe Mieres 4. *part. quæſt.* 1. *limitat.* 1. *ex num.* 139. *cum ſequentibus*, & in idipſum tendit ipſe Mieres *eadem* 4. *part. quæſt.* 9. *num.* 7. & 8. ubi ſimiliter loquitur de prohibitione alienationis etiam cum facultate Regia, maximè dum allegat ad id Molinam *lib.* 4. *d. cap.* 3. *num.* 29. ubi expreſsè loquitur de prohibitione directa ad infringendam Principis poteſtatem.

52 At vero ipſe Mieres *in* 4. *part. d. quæſt.* 1. *limit.* 6. *num.* 72. dum loquitur de prohibitione impetrandæ facultatis ad alienandum bona majoratus impoſita per fundatorem ſucceſſoribus, ut valida facultas ſit; expreſsè requirit relationem hujuſmodi prohibitionis faciendam Principi; ibi. *Ex quibus aliàs in practica inferebam, quod ſi fundator majoratus prohibuit poſſeſſorem majoratus alienare, & impetrare facultatem ad alienandum, & nihilominus poſſeſſor impetravit facultatem facta mentione de tali prohibitione excuſatur à pœna injuncta per fundatorem majoratus.* Id ipſum loquendo de hac clauſula prohibitiva impetrandæ facultatis ad alienandum bona majoratus, tanquam directa tantùm ad ſucceſſores, & non tendentem ad minuendam ſeu infringendam poteſtatem Principis, ut de ipſa ſit facienda Principi ſpecifica relatio ad evitandam ſubreptionem expreſsè ex Carolo Ruino, tenet ipſe Mieres *de majorat.* 1. *part. quæſt.* 3. *num.* 5. ibi, *ex quibus ſcribit.* Carolus Ruinus *in conſil.* 80. *n.* 5. *lib.* 3. *quod quando impetratur legitima à Principe, eſt illi facienda mentio, quod teſtator fecit ſubſtitutionem prohibendo impetrari legitimationem, aliàs eſt ſubreptitia.*

Hanc noſtram reſolutionem contra Molinam acer- 53
rimè ex aliis, licet non ex noſtris urgentiſſimis fundamentis tuetur Ludovic. de Avendanno *in tract. de cenſibus cap.* 62. *ex num.* 21. *qui ſub. num.* 22. *verſ. Imò firmiter*, ita ait. *Imò firmiter credo quod in caſu Molinæ, quando ſcilicet concurrunt duæ tantum prohibitiones non alienandi, & non petendi facultatem ad alienandum, etiam hæc reſolutio veriſſima ſit, & quod ſalva pace tanti viri nec ejus ratio procedit nec deciſio ſuſtineri poteſt, quod ex eo inconvincibiliter ſuadetur, quia Molina præſupponit quod quando teſtator prohibet facultatem concedi, reſtringitur poteſtas Principis, & quod ideo nulla eſt prohibitio, atque conſequenter quod de ea tanquam de nulla non eſt facienda mentio, quæ reſolutio ex eo convincitur, quod Regia poteſtas nullo caſu reſtringitur ne reſtringi poteſt, quia cauſa publica, & utilitas evidens majoratus ſi non intervenit nulla datur reſtrictio Regiæ poteſtatis: ut quia Reges nec velint, nec poſſint ſtante prohibitione teſtatoris ſine iis cauſis concedere facultatem, ut ipſe Molina pro regula conſtituit, d. c.* 3. *n.* 1. *& eodem n.* 28. *& per totum cap. ſin vero prædictæ cauſæ accedant non etiam reſtringitur poteſtas Regia, imò ex veriſimili teſtatoris mente conſenſus datur, ut ſupra diximus, ergo impoſſibile eſt quod in caſu Molina regiæ poteſtas reſtringatur, ut inde prohibitio nulla ſit, ad excuſandam ejus narrationem, ut Molina argumentatur, & reſultat certiſſimum, principem de dictis prohibitionibus atque clauſulis eſſe certiorandum, ut regia facultas ſubreptitia non ſit.*

Quod iterum inconvincibili conſideratione (proſequitur 54
ipſe Avendannus) *ſuadetur, ſcilicet, quia non facere principem certiorem de dictis prohibitionibus clauſulis, non eſt poſſibile, niſi quod ſit omiſſio cauſæ finalis, vel impulſivæ, ſi quidem principi propter eas prohibitiones, vel præcisè negaret facultatem, vel difficilius eam concederet; ergo utroque caſu omiſſio earum cauſarum redderet nullam facultatem, de omiſſione cauſæ finalis, nullus unquam dubitavit, quia ſemper eſt prima in Principis intentione, ut poſt Ariſtotelem reſolvit* Molina *lib.* 1. *cap.* 5. *numero* 15. *ideo ejus omiſſio vitiat gratiam, ut latiſſimè conſtituit pro regula* Gutier. *lib.* 2. *Canonicar. quæſt. cap.* 5. *n.* 15. *ubi fatetur eam eſſe communem, & indubitatam ſententiam*, &c.

Et quod de cauſa impulſiva ſit etiam facienda Principi relatio, cum poſſit reddere eum difficiliorem ad concedendam facultatem; optimè & latiſſimè comprobat ipſe Avendannus *ſub. d. num.* 22. *ex verſ. in omiſſione tamen cauſæ impulſivæ*, omnino videndus.

In noſtræ opinionis ſequela annumerari poſſunt additionatores ad Molin. *lib.* 4. *d. c.* 3. *num.* 28. dum ſe referentes ad Avendannum ita dicunt ibi, Avendannum qui optimè explicat *in tract de cenſibus, cap.* 62. *num.* 12. qui, ut vidiſti, acerrimè tuetur opinionem noſtram contra Molinam.

Molina

55 Molina vero *in d. cap.* 3. *num.* 38. 39. benè agnovit, duritiem, dubium, & periculum ſuæ opinionis, & propterea conſuluit *d. num.* 38. faciendam eſſe relationem Principi harum clauſularum continentium prohibitionem impetrationis facultatis; & privationem, *& in n.* 39. dat cautelam, inefficacem tamen, & multum fallacem ad impetrandam facultatem ſine periculo, cui nullus aſſentit.

56 Pro hac noſtra opinione rectè etiam diſtinguit Pater Molina *de juſtitia & jure, tract.* 2. *diſputat.* 50. *num.* 2. qui in principio, ponit caſum priorem Molinæ, in quo fundator prohibet ne ex Principis facultate fiat bonorum alienatio, & ſic quando minuitur poteſtas Principis, quo caſu ſequitur Molinam, & ejus rationem, poſtmodum vero ſub eodem *num.* 2. *verſ. ineunte autem.* Indicans caſum ſecundum, quando ex prohibitione impetrandæ facultatis non minuitur Principis poteſtas, & auctoritas, & relationem harum clauſularum eſſe faciendam Principi firmat. In hæc. *In eventu autem proximè à nobis explicato, quoniam ea clauſula retardare ac impedire deberet principem, ne in eo eventu facultatem concederet, ſanè non eſt nulla, arbitrorque ſi ſubjiciatur, cenſendum eſſe ſubreptitiam facultatem, quæ ea ſuppreſſa fuerit obtenta,* &c. Et *num.* 3. per totum inſiſtit ipſe Molina præcisè præcedere debere derogationem omnium clauſularum pœnalium, & prohibentium impetrationem facultatis ad alienandum bona majoratus, hactenus de ſecundo caſu.

57 Tertius caſus erit, quando clauſulæ prohibitivæ alienationis, & impetrationis facultatis ad alienandum bona majoratus, ſive tangant ſolam poteſtatem ſucceſſoris juxta ea quæ dicta ſunt *ex num.* 27. *cum ſeqq.* ſive etiam tangant, & infringant directè poteſtatem, & auctoritatem Principis ſint appoſitæ in fundatione majoratus confecti ex facultate Principis, cui hæ clauſulæ inſunt, vel cum illis confectum majoratum Principis confirmavit, & approbavit: an poſtmodum ad facultatem impetrandam debeat ſucceſſor facere ſpecificam mentionem Principi de prædictis clauſulis prohibitivis, & nullitatem, in qua difficultate reſolutivè procedendum erit, ut præcisè de his ſit facienda relatio, prout late probat Avendannus *de cenſibus d. c.* 60. quem ſequitur Caſtillo *in tract. de tertiis c.* 41. *n.* 199. *& iterum num.* 200. *ad finem.* in hæc *tertius caſus ſit, quando cum omnibus clauſulis, & conditionibus, ac prohibitionibus ab inſtitutore majoratus appoſitis de quibus caſu præcedenti concurrit ſimul prohibitio Principis, qui dum conceſſit facultatem ad majoratum inſtituendum, id ipſum expreſſit, & voluit prout terminos propoſui ſuprà num.* 199. *& in his ipſis quando inſtitutoris, & Regis ſimul qui facultatem conceſſit, prohibitio adeſt, non loquutus eſt Molina, nec ratio caſibus duabus præcedentibus adducta convenit, & tunc credo veram, & tenendam reſolutionem Avendanni, ut neceſſario debeat fieri mentio Principi, cum facultas ad alienandum petitur non obſtante Principis prohibitione, nam etſi poſſit ipſe non obſtante ea ex cauſa publica, & vera & quæ verè exiſtat, & appareat facultatem concedere, adhuc mentio requiretur præcisè, cum fortius moveatur forſan ad denegandam illam, aut non ita facile concedendam ex propria ſui ipſius, aut alterius anteceſſoris ſui prohibitione, quam ex ea quæ ab inſtitutore facta fuerit,* &c.

58 Et hæc reſolutio apertè fuit de mente Ludovic. Molinæ *lib.* 4 *d. cap.* 3. *num.* 29. ubi quærit an fundator poſſit apponere prohibitionem alienationis non obſtante facultate regia, & quod ea impetrata nec valeat, nec teneat, an de hac prohibitiva clauſula ſit facienda Principi relatio, & pro affirmativa parte arguit de lege *Si quis in principio teſtamenti, ff. de legat.* 3. *& leg.* 3. *leg. ſimili, & ſibi.* §. *in legatis, ff. de legat.* 1. quibus probatur, quod de clauſula derogatoria primi teſtamenti debet fieri relatio in ſecundo primum revocante, aliàs ſecundum non valebit, & dum contrariam opinionem tueatur, & nos tuemur *ſuprà ex n.* 24. *cum ſequentibus*, ipſe Molina *n.* 33. ſatisfacit dictis juribus, ut procedant quando unus ſibi ipſi impoſuit dictam prohibitionem, & clauſulam derogatoriam, atque ideo non comprehendere Principem, qui nec concedit majoratum, nec clauſulas appoſuit, ut ex Bartolo approbat, quæ reſponſio proculdubio comprobat noſtrum caſum, in quo verſatur diſpoſitio Principis concedentis facultatem cum prædictis clauſulis prohibitivis, & pœnalibus, & illas confirmat ex quibus ſibi ipſi legem ſimul imponit, ut ſaltem difficilior reddatur ad concedendum facultatem ad alienandum bona majoratus non facta ſibi relatione de dictis clauſulis à ſe, vel ab anteceſſore ſuo impoſitis, prout comprobavimus *infrà cap. ſequentib. n.* 38. *ex n.* 45.

CAPUT XXXVIII.

Creditor, qui cum poſſeſſore majoratus contraxit cum facultate Regia non facta relatione Pacti præcedentis inter poſſeſſorem, & ſucceſſorem de non alienando cum clauſula irritante, ac de non impetranda ad id facultate, nec impetrata utendo; an excludendus à concurſu, vel etiam jam graduatus delendus à ſententia.

SUMMARIUM.

1 *Pactum inter poſſeſſorem majoratus, & immediatum ſucceſſorem de non alienando bona majoratus, & non impetrando ad id facultatem Regiam nec ea uſurum, an vitiet facultatem deſuper impetratam pacti præcedentis, non facta Principi relatione diſceptatur ex n.* 1. *cum ſeqq.*

2 *In hoc impetrante tria concurrunt impedimenta, prohibitio alienationis, pactum de non alienando, & pactum de non impetrando facultatem.*

3 *De omnibus tribus impedimentis, an ſit neceſſaria relatio Principi.*

4 *Impedimenta, quando plura obſtant impetranti de omnibus eſt facienda relatio, ut ſuper omnibus facultas poſſit.*

5 *Quando impetranti plura obſtant impedimenta, nihil prodeſt pro ſingulis ſingulas facultates impetrare, ſed de omnibus in una eſt facienda relatio.*

6, 7. *Impedimentum narratum conjunctum cum tacito reddit difficiliorem impetrationem.*

8 *Pactum de non alienando non impedit tranſlationem dominii, nec irritat alienationem.*

Licet prohibitus alienare teneatur alteri ad intereſſe, ibidem.

9, 10, 11 & 62. *Pactum de non alienando decreto judicis confirmatum an impediat tranſlationem dominii.*

12 *Ex facultate Regia ad alienandum tacito pacto de non alienando nihil detrahitur juri contrahentis, quominus contra impetrantem poſſit jus ſuum perſonale proſequi.*

13 *Fruſtra precibus impetratur, quod à jure communi conceſſum eſt.*

14 *Pactum ſemel perfectum, non niſi utriuſque contrahentis conſenſu diſſolvi poteſt.*

15 *Conſenſus, qui eſt ad actum de jure naturali ſuppleri à Principe non poteſt, nec à Principe ſubverti.*

16 *Principis humanæ poteſtas non extenditur ad contractus initos inter partes.*

17 *Deus non ſubjicit Principi contractus, ibidem. Contractus à ſe geſtos cum ſubdito Princeps non habet poteſtatem infringendi.*

Ratione conſenſus, qui eſt de jure naturali, ibid.

Nec reſcripta ab ipſo Principe dimanata infringentia contractus inter partes valent, ibid.

Nec etiam de plenitudine poteſtatis poteſt Princeps contractus revocare, ibid.

Nec clauſula non obſtante pacto operatur derogationem contractus firmati conſenſu partium, ibid.

18 *Nihil imputatur ei, qui non fecit, quod factum non prodeſt.*

19 *In facultatis impetratione non tenetur impetrans facere relationem diſpoſitionis nullæ.*

20 *Pactum de non alienando operatur, ut contraveniens teneatur ad intereſſe, non ad aliud.*

21 *In facultatis impetratione an ſit facienda relatio de non impetrando facultatem.*

22 *Facultas ad alienandum eſt ſubreptitia non facta Principi relatione pacti de non alienando bona majoratus, & de non impetranda facultate, vel impetrata non utendo verius probatur ex n. 22. cum ſequentibus.*

23 *Pactum de non alienando cadens ſuper re alias de jure prohibita alienari, impedit tranſlationem dominii.*

24 *Pactum de non alienando cadens ſuper feudo de jure in alienabili impedit tranſlationem dominii etiam in caſibus in quibus alias feudatario permittitur alienare.*

25 *Pactum de non alienando res dotales factum à muliere de juramento irritat alienationem ſequentem, etiam juratam.*

Duplex impedimentum difficilius tollitur quàm unum, ibidem.

26 *Prohibitio alienationis majoratus veſtita cum pacto de non alienando vitiat facultatem non facta utriuſque prohibitionis Principi relatione.*

27 *Facultas impetrata ſuper ſpurietate, non facta relatione, quod ſpurietas procedit ex duplici cauſa, puta tam ex parte patris quam matris, eſt nulla, & ſubreptitia.*

28 *Pactum de non alienando præcedens, an præjudicet tertio contrahenti cum prohibitio ignoranti pactum.*

Contractus geſti cum inſtitore præpoſito ad negotiationem, renovato jam, ſunt validi ignorante contrahente revocationem, ibid.

29 *Geſta cum procuratore revocato valent non intimata revocatione alteri tertio.*

30 *Proteſtatio præcedens de non contrahendo, vel fidejubendo non irritat contractum geſtum cum ignorante & non conſentiente proteſtationi.*

31 *Poteſtas recepta à Domino ad contrahendum durat, non intimata revocatione ſecum contrahenti.*

32 *Promittens ſibi ipſi, etiam cum juramento non alienare ſua bona, alienatio tenet licet remaneat perjurus.*

33 & 34. *Niſi cum eo contrahens putat juramentum præcedens, quia tunc ſibi nocet.*

35 *Prohibitio alienationis ſibi ipſi impoſita facta cum tertio cujus intereſt, & cadens ſuper prohibitione juris, impedit alienationem, & tranſlationem dominii.*

36 & 37. *Pactum de non alienando factum à poſſeſſore majoratus redundat in favorem ipſius majoratus, perſonæ fictæ, cujus ſunt bona, & majoratus.*

38 *Qui cum alio contrahit ſibi imputet, ſi non perquiſivit qualitatem ejus, & poteſtatem.*

Ignorantia contrahentis cum muliere nupta tacente maritum, non excuſat quominus contractus ſit nullus, ibidem, ubi plura ſimilia recenſentur.

39 *Contrahens cum poſſeſſore majoratus, ſub facultate ſubreptitia, & ignorans ſubreptionem, non evitat nullitatem alienationis.*

Pactum de non alienando cum hypotheca ignoratum à contrahente, non impedit nullitatem alienationis ſubſecutæ ibid.

40 *Pactum ſimplex de non alienando, ut impediat alienationem requirit ſcientiam tertii contrahentis.*

41 *Pactum ſimplex de non alienando continens clauſulam irritantem impedit alienationem.*

42 *Clauſula irritans inficit poſſeſſionem, & titulum.*

43 *Et operatur contra ignorantes.*

44 *Diſpoſitio confirmata per principem ab ipſo cenſetur dimanata.*

45 *Per clauſulam*, non obſtantibus ſtatutis *non tolluntur ſtatuta à Principe confirmata, ſicuti, nec ab ipſo edita.*

46 *Clauſularum derogatoriarum, & pœnalium, quæ à Principe fuerunt confirmatæ ei eſt facienda relatio, ut facultas evitet ſubreptionem.*

47 *De clauſulis infringentibus poteſtatem Principis, tanquam nullis, non eſt facienda relatio, in facultatis impetratione.*

De clauſulis infringentibus poteſtatem ſucceſſorem majoratus, dumtaxat eſt facienda Principi relatio, ne facultas ſit ſubreptitia, ibid.

48 *De pacto de non impetrando facultatem, ſi ſpecifica non fiat Principi relatio, facultas eſt ſubreptitia, & nulla.*

49 *Principi eſt facienda relatio eorum omnium, quæ ipſum poſſunt dubium, & difficilem reddere ad concedendum, vel non ita facilè concedendum.*

50 *Princeps contra pacta, & conventiones contrahentium diſpenſare non poteſt.*

51 *Subreptionis facultatis regiæ exceptioni non deductæ in judicio graduationis, & naviter per ſucceſſorem oppoſitæ contra creditores majoratus, non obſtat res judicata.*

53 *Pactum ſimplex de non alienando initum cum tertio, cui intereſt, & veſtitum juris prohibitione impedit tranſlationem dominii.*

54 *Is cum quo geſtum fuit pactum de non alienando habet contra venientem jus ad intereſſe, & pœnam appoſitam.*

55 *Princeps caret poteſtate ad infringendum contractus initos inter partes, & ſuper illi, altera invita diſpenſandum.*

56 *De pacto de non alienando impediente tranſlationem dominii, eſt facienda Principi relatio, ne facultas ſit ſubreptitia.*

57 *Pactum ſimplex de non alienando tenet & operatur intereſſe partis, & pœnam commiſſam.*

58 *Præſens rei ſtatus attenditur, licet poſſit alterari ex futuro eventu.*

59 *De clauſula refringente ſolum poteſtatem ſucceſſorum majoratus debet fieri Principi relatio, ut facultas evitet ſubreptionem.*

60 *Tranſactio continens pactum de non alienando ſimplex confirmata per judicem an impediat tranſlationem dominii, ex diſceptat.*

61 & 64. *Referuntur plures Doctores affirmativam tenentes alienationem eſſe nullam, & per plura jura comprobantes ex n. uſque.*

65 *Reſpondetur Doctoribus tenentibus pactum ſimplex de non alienando confirmatum à judice, non impedire tranſlationem dominii.*

66 *Confirmatio pacti de non alienando, maximè cum clauſula irritante, non indiget alia prohibitione facienda per judicem confirmantem.*

QUæſtio celebris, & difficilis nobis ſe offert diſcutienda de poſſeſſore majoratus, conquerebatur immediatus ſucceſſor primogenitus dilapidatione bonorum majoratus, inter utrumque conventio facta fuit, qua poſſeſſor promiſit ſe amplius non alienaturum bona majoratus, alienationeſque eſſe nullas, & irritas ipſo facto; nec ad id impetraturum facultatem à Rege, & caſu, quo illam de facto impetret, promittit ea non uſurum.

Pro tempore non ſtando promiſſioni ipſemet poſſeſſor majoratus impetravit facultatem à Rege ad obliganda bona majoratus pro certa quantitate in cenſum redimibilem recipienda, obtenta cum effectu uſus fuit, & annuatim perſolvet annuos redditus ſua vita durante; tandem ſucceſſor quidam formavit concurſum ad bona majoratus,

majoratus, & inter cæteros ad illum creditores iſtum citavit cenſualiſtam, & omiſſa pacti exceptione, ſententia graduationis lata fuit, qua huic cenſualiſtæ aſſignatus fuit gradus: redditus per plures annos exegit.

Poſtmodum vel ipſe poſſeſſor, qui concurſum formaverat, vel alius ſucceſſor ſciens pactum de non alienando, nec facultatem impetrando geſtum ab eo poſſeſſore, qui eidem contraveniendo alienavit, & cenſum creavit; de nullitate ipſius in eodem concurſu, & de facultatis ſubreptione dixit, delendumque fore creditorem hujus cenſus a ſententia graduationis; quæritur, an facultas ſic impetrata, non facta Principi ſpecifica relatione pacti de non alienando, & de promiſſione, non impetrandi facultatem, nec ea impetrata utendo, ſit ſubreptitia, & nulla, ita ut cenſus impoſitio ſubſiſtere non poſſit.

2 Et pro parte negativa, quod facultas non fuerit ſubreptitia, ſed cenſus ex ea creatio fuerit legitima, plura urgent juris fundamenta. Primum, in hoc poſſeſſore majoratus paciſcente tria concurrebant impedimenta ſeparata, prohibitiva alienationis, unum natura majoratus continens tacitam, vel expreſſam, etiam ſimul prohibitionem fundatoris: ſecundum, ipſum pactum de non alienando initum inter poſſeſſorem majoratus & 3 immediatum ſucceſſorem. Tertium, pactum de non impetranda facultate regia ad alienandum, nec ea de facto, impetrata utendo, & horum trium impedimentorum, non niſi primum eget facultate regia ad validè alienandum, ſeu obligandum bona majoratus, quæ obtenta per poſſeſſorem majoratus ſola ſufficit ad validitatem alienationis, & obligationis, etiamſi de aliis duobus impedimentis nulla facta fuerit relatio Principi, quia eorum omiſſio non reddit ſubreptitiam facultatem ad alienanda bona majoratus, cùm poſſeſſori ſufficiat relationem facere bona eſſe majoratus, & à fundatore prohibito alienari, ut de ſingulis im- 4 pedimentis obſtantibus, & non obſtantibus ſpecialiter di curiendum erit; nam licèt in noſtro jure vera, & certiſſima regula ſit, quod quando obſtant impetranti plura impedimenta facultas impetrata ſuper uno non porrigitur ad alia, Principi incognita, ita ut eadem facultas ſic limitata nullatenus profit impetranti, nec ex ea validè poſſit pervenire ad alienationem, vel obligationem bonorum majoratus, cæteris obſtantibus impedimentis Principi non relatis, nec ab eo ſublatis, prout ad longum plurima cumulantes dicemus infr. 2. *p. c.* 6. *ex n.* 60. *cum multis ſeq. & ead.* 2. *part. c* 10. *nu.* 39. 76. & 77. & mirabiliter etiam ſuprà hac 1. *p. c.* 37. *ex n.* 42. *cum ſeqq.* 5 ubi hæc propoſitio benè roborata reperietur: quibus addere poteris illam aliam veriorem, probabiliorem, & certiorem ſententiam, qua dicitur, quod quando impetranti plura obſtant impedimenta, non ſufficit pro ſingulis ſingulas, & diverſas facultates impetrare; ſed præcisè tenetur de illis omnibus impedimentis in una, & eadem facultate, & diſpenſatione relationem Principi facere, quia licèt de ſingulis facilè ſit ſingulas, & diverſas facultates à Principe obtinere, tamen ſi Princeps cognoverit tot impedimenta adeſſe, & in eadem perſona impetrante concurrere, non ita facilè moveretur ad concedendam facultatem, cum hoc ſufficiat ad illam reddendam ſubreptitiam, prout abundè ex juribus, & communi obſervatione Doctorum diximus *ſuprà c.* 37. *ex n.* 3. *cum ſeqq.* 6 & in expreſſo quod quando plena obſtant impedimenta, non ſufficiant plures quod ſingulis facultates, ſed quod in eadem, ne ſubreptitia ſit, teneatur impetrans de omnibus relationem ſpecificam principi facere, quia impedimentum narratum conjunctum cum tacito efficitur vinculum longè ſtrictius, ac difficilioris diſpenſationis, juxta text. *in cap. ex tuarum, de authoritate & uſu pallii, c.* 1. *de treuga & pace, cap. paſtoralis, de privilegiis*; nam Princeps, qui ſuper uno impedimento narrato facultatem concedit, non intendit diſpenſare ſuper alio ſimul obſtante; ſed potius exiſtimat impetrantem nullo alio impedimento laborare, argumento *l. qui teſtamentorum, in princip. ff. de teſtamentis*, ibi *ſi aliud eos nihil impediat*, & text. *in c.* 1. *de ætat. & qualitate, lib.* 6. ibi: *ſi aliud non obſtat*, & expreſſo hanc veriſſimam ſententiam tenet Bald. *in l. ſi non lex. in princip. ff. de hæredibus inſtituendis*, ubi inquit non valere litteras, ſi per eas removeantur certa obſtacula; non tamen omnia, quæ ſequuntur, Dominicus *in conſ.* 33. *pro examinatione, à n.* 2. Decius *conſil.* 602. *viſo puncto, n.* 19. *dub.* 7. *vol.* 5. Cephal. *conſil.* 939. *à n.* 38. *uſque ad n.* 44. *vol.* 5. Mandoſius *de ſignatura gratiæ. tit. diſpenſationis matrim. ad fin. verſ. reliquum eſt.* Menoch. *de arbitr. l.* 2. *centur.* 3. *caſu* 203. *n.* 12. Callego *de cognat. ſpiritu. c.* 23. *n.* 6. *& c.* 24. *n.* 7. Petr. de Ledeſma *in ſumma ſacram. tit. de matr. cap.* 26. *poſt.* 6. *concl. difficult.* 1. *& q.* 56. *art.* 2. *dub.* 1. *in ſolut. ad* 2. Ludovic. Lopez 1. *p. inſtruct. c.* 296. *col.* 15. *verſ. pro expeditione*, & iterum 2. *part. ubi de matrim. c.* 46. *impedimento* 4. *fol.* 1110. *col.* 1. *in fin.* Covar. *in* 4. *decret.* 2. *part. cap.* 6. §. 4. *in fin.* optimè, & per plura fundamenta, nec non plures alios Doctores tenet Sanchez *de matr. tom.* 3. *lib.* 8. *diſp.* 23. *per totam.*

Nihilominus tamen hæc omnia vera ſunt, quando im- 7
pedimenta omnia ejus ſunt naturæ, ut ſingula impediant alienationem, & obligationem irritent, ut expreſsè firmant præfati Doctores, & doctrinæ omnes loquuntur; 8
ſed ſic eſt, quod pactum de non alienando initum inter poſſeſſorem majoratus, & immediatum ſucceſſorem non impedit, nec irritat alienationem factam in conventionem facti, nec impedit tranſlationem dominii, qua pactum ipſum non eſt reale, quo affici poſſit res, ſed merè perſonale, & ideo contra tertium, in quem res prohibita alienari per pactum fuit tranſlata, nulla actio reſciſſoria, vel avocatoria dirigitur, ſed ſolum alteri parti adverſus contravenientem datur actio perſonalis ad intereſſe dumtaxat *l. ſi quis ita*, §. *ea leg. ff. de verb. oblig.* ubi habetur, quod ſi quis vendidit, donavit, vel tradidit alteri rem eo pacto, & conditione, ut eam non poſſit alienare, liberè eam poterit alienare pacto prohibitivo non obſtante, licèt prohibitus teneatur ad intereſſe. Ubi Bart. Albert. Bald. Angel Paulus, Imola, Aretin. Alexand. Jaſ. & communiter Doctores omnes, probat etiam text. *in l. penult. ff de pact.* quia diſponitur, quia nemo poteſt per contractum obligari ſuam rem non alienaturum, & ibi notant Bart. & omnes, text. *in l. ſi ſterilis*, §. *ſi tibi, ff. de act. empt.* ubi dicitur, quod ſi vendo alicui fundum eo pacto, ut nulli alteri vendat niſi mihi, per hoc non impeditur libera in quemlibet alienatio; licèt prohibitus mihi teneatur ad intereſſe; quem text. commendat *ibi* Bart. Alb. Bald. Paul. Fulgoſ. & communiter Doctores, text. *in l. ea leg. C. de condict. ob cauſam*, ubi habetur, quod ſi quis donavit rem duobus, pacto appoſito, ut neuter alienet partem ſuam, quod aut nemo debet alienare, vel alienet, donatori, vel ejus hæredi competit condictio ob cauſam, contra alienantem ad intereſſe, per quæ, & alia quam plura jura, nec non mirabilia fundamenta hanc concluſionem ampliſſimè comprobat, & latè proſequitur Gomez *in l.* 40. *Tauri, ex n.* 13. *cum ſeqq.* obſervant Bernard. Diaz. *reg.* 208. & *ibi.* Salzedus Falcon. *reg.* 834. Villalobos *commun. opin. verb. alienationis probatio. nu.* 38. Curtius junior. *conſ.* 174. *n.* 19. Rolland. à Valle *conſ.* 6. *lib.* 2. Gutierrez *in l. nemo poteſt, nu.* 57. *& 58. ff. de legat.* 1. *& in tr. de juramento confir.* 1. *part. cap.* 45. *n.* 1. Menchaca *de ſucceſſion. creat.* §. 10. *lib.* 1. *n.* 82. *cum* 4. *ſeqq.* Matienzo *in l.* 3. *tit.* 10. *gloſſ.* 8. *nu.* 3. Azeved. *in l.* 11. *tit* 6. *n.* 10. *lib.* 5. *recopil.* Vincent. de Franchis *deciſ.* 355. *nu.* 1. & *ibi* Amendula. Surdus *deciſ.* 234. *num.* 11. Vivius *dec.* 471. *n.* 1. & 2. ubi rationem reddit. Flam. Curtarius *dec.* 104. *n.* 5. Lud. Peruſin. *deciſ.* 60. *n.* 1. Magonius Florent. *deciſ.* 112. Fontanella *de pactis nuptial. clauſ.* 4. *gloſſ.* 25. *n.* 56. Theſaurus *lib.* 2. *quæſt. forens.* 81. *n.* 1. quem vide *n.* 2. Caſtillo *controverſ. lib.* 5. *cap.* 80. *n.* 30. Giurba *deciſ.* 79. *n.* 31. 92. & *n.* 2. plura per

Manticam

Manticam *de contractibus*, *lib.* 4. *tit.* 30. Cevallos *commu. opin. quæst.* 673. *& quæst.* 756. *num.* 1. *&* 2. Molina *de ritu nuptiarum*, *quæst.* 25. *lib.* 3. Valascus *de privilegiis pauperum*, *quæst.* 22. *n.* 6. *part.* 1. Hermosilla *in lib.* 43. *tit.* 5. *part.* 5. *gloss.* 5. *per totam*, *tom.* 2. *ex fol.* 206. *& gloss.* 4. *per totum.*

9 Etiamsi pactum ipsum de non alienando fuisset decreto & sententia judicis confirmatum, quia adhuc non mutat suam naturam, & effectum, nec ex eo impeditur prohibitus liberè alienare, & transferre 10 dominium, prout expressè tenet Gomez *in l.* 40. *Tauri*, *ex num.* 23. *&* 24. ex eo fundamento; nam quemadmodum ex sola sententia, & decreto judicis non transfertur dominium rei absque traditione, ut notatur latè per omnes *in l. Pomponius*, *§. si visa ff. de acquirend. possession.* maximè per Aretinum *ibid. in* 3. *column. n.* 29. dicens communem opinionem, & ibi Roman. 3. *col. in princ.* Alexand. 4. *col. n.* 9. & in expressis tenet glossa notabilis *in §. fin. post. princip.* quam ibi notabilem dicit Angelus Aretinus 2. *col. n.* 2. & communiter Doctores tenent, etiam Bart. *in l. ex hoc jure*, *ff. de just. & jure*, 2. *col. nu.* 2. *& ibi.* Paulus de Castro *n.* 12. *col. pen.* latè *ibid.* Jason. *n.* 44. *col.* 6. Bald. *in lib.* 1. *nu.* 5. *C. commun. utriusque judicii*, ergo pariter, eodem modo dicendum videtur, prout argumentatur Gomez *loco citato*, quod sola judicis authoritas non potest impedire transla- 11 tionem dominii, & alienationem irritare, videbis latius de hoc articulo infrà *ex n.* 62. *cum seq.* ergo si ex pacto de alienando possessor majoratus non prohibetur liberè alienare, nec in alium validè transferre dominium, frustra de eo facienda erit relatio principi, cum semel sublato impedimento principali 12 proveniente ex natura majoratus, in mera voluntate possessoris erit bona majoratus ex sola facultate regia obligare, non facta relatione pacti de non alienando, cum ei impedimentum non sit; maximè, quia facultas impetrata tacito pacto præcedente, nihil impedit, nec detrahit juri ex pacto quæsito immediato successori, quominus suam actionem personalem ad interesse possit movere contra possessorem, qui pacto inter eos inito alienando contravenit, quia id jus sibi integrum, intactum, & illæsum remanet eo, quod facultas regia solum habilitavit possessorem majoratus ad alienandum respectivè, dumtaxat ad impedimentum fundationis, igitur de primo ad ultimum sequitur, quod facultas regia tacito pacto præcedente de non alienando non sit subreptitia, sed valida, cum impetranti ad alienandum nihil obstare possit.

13 Nulla namque indigeat facultate super tali prohibitione inducta per pactum, eo quod prohibitus iste à jure indulgeatur ad liberè alienandum, & pacto non obstante transferendum dominium, in quem voluerit, & ideò frustra precibus impetratur, quod à jure communi concessum est, *l.* 1. *ff. ad municipalem. l. Imperatores*, *ff. de privileg. creditorum*, *l.* 1. *C. de thesauris*, *lib.* 10. Surdus *dec.* 173. *n.* 18. *& cons.* 213. *nu.* 23. *& in cons.* 298. *n.* 26. Escobar *de ratiociniis*, *in c.* 6. *n.* 29. Steph. Gratianus *discept. forens. tom.* 4. *c.* 618. *n.* 23. ergo impossibile erit, quod facultas sit supreptitia ex solo hoc defectu, & omissione.

14 Secundò hæc pars mirabiliter fulcitur eo invincibili fundamento, quoniam etiam dato casu, quod pactum prædictum de non alienando irritaret alienationem, adhuc taciturnitas hujus pacti non potuisset reddere facultatem regiam subreptitiam, cum expressio ejus nihil potuisset operari nec effectum sortiri ex defectu potestatis Principis, quia impedimentum ortum ex pacto inito inter contrahentes, Princeps tollere, & infringere non potest, nam pactum semel legitimè initum & ex consensu contrahentium jam perfectum non nisi utriusque concurrente contrahentis consensu dissolvi potest, *leg. ab emptione*, *ff. de pactis*, *l.* 1. *&* 2. *quando liceat ab emptione discedere*, *text. inleg. cum empt. D. de rescind. vendit. text. in leg. juris gentium*, *§. adeo. d. de pactis.* Quia omnis res, per quascumque causas nascitur, per easdem dissolvitur, & solemnitas requisita ad actum, requiritur ad ejus distractum ex vulgaribus. 17

Sed licet ex parte impetrantis adsit consensus ad 15 dissolvendum pactum de non alienando, adhuc deficit consensus alterius contrahentis, quem Princeps nullo modo solvere potest, cùm consensus in contractu sit de jure naturali, & quod Deus non subjecit Principi contractus pacta; & conventiones partium cùm sint de jure gentium, atque proveniant, & earum consensu qui est de jure naturali, & propterea Principum pacta ac contrahentium conventiones non posse infringere, nec rescindere permulti alii tenuerunt præter jam relatos. Jason. *in leg.* 1. *nu.* 4. *ff. de pactis*, Burgos de Paz *in consil.* 25. *n.* 51. *cum seqq.* Antonius Galeatius Malvasia *in consil.* 1. *nu.* 6. *&* 7. Valenzuela Velasquez *in consil.* 2. *nu.* 7. 63. *&* 64. quamplurimos refert Anton. Gabriel. Ferdinand. Luazes *in allegatione de nulla dubitatio* 1. *fundament.* 5. *pro oppido ex fol.* 28. *cum seqq.* Roland. à Valle *consil.* 1. *ex n.* 26. *usque ad* 37. *lib.* 3. Tiberius Decianus *responf.* 25. *vol.* 1. *ferè per totam.* Peregrinus *de jure fisci lib.* 1. *tit.* 3. *nu.* 9. *&* 44. *& lib.* 6. *tit.* 1. *ex nu.* 7. Surdus *cons.* 419. *lib.* 3. *ferè per totum.* Ponte *consil.* 53. *ex. n.* 6. Joseph Ramon *consil.* 24. *n.* 73. 81. 108. *&* 110. Trentacinq. *variar. resolut. lib.* 3. *tit. de pactis resolut.* 1. *per totam*, & plurimi alii relati à Castillo *de tertiis c.* 19. *c.* 4. *& ex n.* 10. *cum seqq. & per totum c. videndus.* Nec ad id jura humana Principis potestas ex- 16 tenditur, prout ex multis probavimus *infrà* 2. *part. cap.* 9. *n.* 72. & probant etiam text. *in lib. perfecta donatio. C. d. donatio*, *quæ sub modo*, *& in leg. si donationem*, *C. de revocand. donat.* ubi etiam ex rescripto Principis donatio perfecta revocari non potest, text. *in cap. Abbate sanè*, *§. sed ad hæc de sententia*, *& re judicat. lib.* 6. *gloss. in l. si pecuniam*, *in princ. in verb. repetit. ff. de conditione ob causam*, *per tex. in §. alien. institut. de donationibus*, *& gloss. in leg.* 1. *in princip. in verbo agitur*, *post medium*, *ff. de actionibus empt.* sequitur Petra *dicto dubio* 2. *princip. ex num.* 173. *qui n.* 84. *&* 85. post Baldum & alios, quod Deus non subjicit Principi contractus; tenet etiam ex aliis Matienzo *in l.* 3. *gloss.* 2. *sub. n.* 5. *tit.* 10. *lib.* 5. *recopilationis*, videndus etiam per totam glossam, ubi latè comprobat, *leg. Stichum*, *§. naturalis*, *D. de solutionibus.* Curtius junior *in leg.* 2. *in principio*, *n.* 11. *D. quod quisque juris*, *& in l.* 3. *§. si is pro quo ff. eod. n.* 8. Bald. *in leg. qui se patris*, *n.* 13. *C. unde liberis*, *& in cap.* 1. *de natura feudi*, & latius *in consil.* 227. *col.* 5. *& consil.* 233. *colum.* 4. *volum.* 2. Parisius *in consil.* 82. *n.* 48. *cum seq.* idem Bald. *in consil.* 401. *super eo*, *quod quæritur n.* 2. *vol.* 4. Castrens. *consil.* 317. *viso*, *& examinato puncto*, *tomo* 1. Rubeus *consil.* 145. *n.* 7. *& in fin.* Curtius junior *in l. hæres absens*, *in principio*, *nu.* 9. *de judiciis*, & post plures Antonius de Petra *de potestate principis dubitatio. sive quæst.* 2. *princip. ex fol.* 509. *nu.* 57. 84. 88. *&* 89. *nu.* 101. quia pacta, & partium conventiones sint juris gentium, & ob id non subjiciuntur potestati Principis, ut præter relatos Doctores necnon communiter omnes *in cap. quæ in Ecclesiarum*, *de constitutionibus*, ubi latè Felinus *n.* 66. & Decius *nu.* 34. Afflictis *dec.* 391. *num.* 1. Craveta *consil.* 105. *nu.* 15. Menochius *in consil.* 156. *n.* 46. *&* 47. & esse indubitabile, Principem non posse infringere, aut rescindere pacta, & conventiones partium, sine utriusque contrahentis consensu, firmarunt Gozadinus *consil.* 9. *n.* 43. Socinus junior *consil. n.* 111. *lib.* 1. Alciatus *responso* 162. *n.* 6. Covar. *lib.* 3. *variarum*, *cap.* 6. *num.* 7. *versic. quinta ratio.* Menochius *consil.* 2. *num.* 394. *& in consil.* 382. *num.* 43. *& dicto consil.* 156. *num.* 47. & post alios Natta *consil.* 268. *num.* 8. *lib.* 2.

Roland.

Roland. *consil.* 66. *n.* 56. *lib.* 2. qui omnes, nec etiam de plenitudine poteſtatis poſſe principem pacta infringere partium affirmant.

17 Imò nec contractus à ſe geſtos cum ſubditis poteſt Princeps reſcindere, nec ab illis reſilire ratione conſenſus, qui eſt de jure naturali & gentium, ut ad longum per plurima jura, & fundamenta, necnon innumerabiles Doctores proſequitur, & defendit Petra *de poteſtate Principis, dicto dubio* 2. *principali, ex n.* 57. *cum multis ſeq.* ubi quod, nec valeant reſcripta ab eo emanata infringentia contractus ſuos, & ſunt jura aperta, textus *in leg. quicumque, C. de fide inſtrument.* ibi: *& ſi quid unquam ut à fiſco venditio facta poſſit infringi authoritate reſcripti fuerit impetratum; nullus obtemperet*, & *in leg. quicumque, C. de fund. patrimonialibus*, ubi conductores bonorum Principis non poſſunt in perpetuum moleſtari, nec bona ab eis avelli, etiam ſi contra eos Princeps reſcripſerit & clarior textus *in l. prædia, fin. C. de locat. prædio. civil.* ubi prædium Principis perpetuò ſemel conceſſum non poteſt Imperator in alterum transferre, vel exorari; etiamſi ſponte donaverit annotatione, vel pragmatica, quia perpetuò ſecurus eſt ex firmitate plublici contractus *l. fin. C. de diverſis prædiis, in fine.* ibi: *Nec judiciaria authoritas, nec Imperiale reſcriptum quacumque adjectione munitum ſæpè dictæ legis generalis poſſit vires infringere*, &c. nec etiam de plenitudine poteſtatis poteſt Princeps contractum initum cum ſubdito revocare, ut ex Socino, Cephalo, Berojo, Burſato, Grammat. Peregrino, Anton. Gabriel. Rudolphino, Menochio, Seſſe, & Alvaro Valaſco firmat Auguſtin. Barboſa *de clauſulis, clauſ.* 41. *ex num.* 26. *& ſeq.* nec clauſula, *non obſtante pacto* operatur derogationem diſpoſitionis firmatæ conſenſu partium, ut latè per Menochium *in conſil.* 1. *num.* 434. & melius *in conſ.* 39. *num.* 62. Barboſa *clauſula* 85. *num.* 2.

18 Si igitur pacti de non alienando relatio facta Principi nihil prodeſſe poteſt impetranti facultatem, cum pactum invito contrahente non poſſit Princeps ipſe reſcindere nec revocare: truſtra deſideratur mentio facienda ad validitatem facultatis, quia nihil imputatur ei, qui non fecit quod factum, non prodeſt, quia factum quod non relevat. fieri non debet, *l. ad probationem, C. de probationib. l. aliquando* 13. §. *fin. l. debitrix* 24. §. *ult. ff ad Senatusconſultum Trebellianum, leg. apud Julianum* 11. §. *fin. l. ille à quo* 13. *in princip. ff. ad Senatuſc. Trebellianum leg. hæc ſtipulatio* 14. §. *divus, ff. ut legatorum vel fideicomm. nomin. cauſa cap. per tuas* 32. *de ſimonia.* Surdus *deciſ.* 360. *num.* 5. *cum ſeqq.* Coſta *de facti & ſcientia ignor. inſpect.* 31. *per totam*, Aloyſius Riccius 7. *part. collectan.* 2497. *verſic. & factum quod non relevat.* ergo facultas regia tacito pacto præcedente obtenta dici non poteſt ſubreptitia.

19 Tertiò, hæc pars probatur, nam diſpoſitio, quæ ſi valida eſſet, ſoiflet impedimentum, de quo præcisè fieri debet relatio in facultatis impetratione, ut valida ſit, & non ſubreptitia: ſi tamen ex aliquo juris defectu nulla ſit, non tenetur impetrans de ea relationem Principi facere, nec omiſſa vitiare poteſt facultatem regiam, ut expreſsè probavimus *ſuprà cap.* 37. *ex n.* 24. *cum ſeqq.* ex Ludov. Molina, & Molina Theologo, Mierez, Caſtillo, Avendaño, Th. Sanchez, & pluribus aliis quia non præſtat impedimentum, quod de jure non fortitur effectum.

20 Sed pactum non alienando appoſitum inter contrahentes eſt nullum, & non valet, quoad hoc, ut dominii tranſlationem impediat, licet quoad hoc ut prohibitus contraveniens teneatur ad intereſſe validum ſit, ut ex *l. ea lege cum gloſſa, C. de condict. ob cauſam, l. ſi iſta quis.* §. *ea lege, ff. de verb. obligat. l. ult. de rebus alienis non alienandis*, & ex Bart. *opin.* 30. Croto Ferdinand. Leazes, Ripa. Federic. de Senis, Calderino, Fulgoſio, Alexandro, Ruino, & Rolando à Valle *conſil.* 62. *n.* 1. *lib.* 2. de aliis firmat Mantica *de contractibus, lib.* 4. *tit.* 30. *n.* 1. *tom.* 1. ergo de eo impetrans facere non tenetur Principi relationem nec ob ejus taciturnitatem facultas impetrata ad alienandum bona majoratus poterit dici ſubreptitia, ſed omninò valida.

21 Quartò, quoniam nec iſta facultas dicenda erit ſubreptitia, eò quod Principi teneatur aliud pactum, quo poſſeſſor majoratus ſimul promittit; non impetraturum facultatem regiam ad alienandum, nec de facto impetrata uſurum, quoniam hujuſmodi pactum, & clauſula licet directè non infringat Principis poteſtatem, & regulam, per indirectum tamen ei opponitur, & per conſequens pactum eſt nullum; & idcirco de eo, tanquam nullo & ineſficaci impetrans facultatem non tenetur Principi relationem facere, nec ejuſdem pacti taciturnitas reddit ſubreptitiam, & nullam facultatem obtentam; ita in iis terminis probavit Ludov. Molina *de primogeniis, lib.* 4. *cap.* 3. *ex n.* 36. *cum ſeqq.* quod ſequutus fuit Caſtillo *tomo* 7. *de tertiis quæſt.* 41. *ex num.* 193. *cum ſeqq.* ergo dicta facultas nec ex hoc capite poterit dici ſubreptitia, ſed omninò valida ad alienandum liberè bona majoratus, & per conſequens, & is, qui ejus virtute contraxerit cum poſſeſſore majoratus, ſemper tutus eſſe debet, & nullo modo pati controverſiam per ſententiam graduandus in concurſu, aut graduatus jam non delendus.

22 Quibus tamen & aliis minimè refragantibus, contraria ſententia verior, & de jure probabilior eſt, ut nempe facultas impetrata ad alienanda bona majoratus, non facta relatione Principi de pacto antea inito inter immediatum ſucceſſorem & poſſeſſorem promittentem, non alienaturum bona majoratus nec ad id impetraturum à Rege facultatem, & de facto impetrata non uſurum, ſit nulla, & ſubreptitia, ut ſecum ejus virtute contrahens nullum jus acquirat, nec tanquam creditor poſſit in concurſu ad bona majoratus firmato graduari; multis mediis probatur, reſpicientibus omnes clauſulas contractus tam pactum, de non alienando & clauſulam irritantem, quam clauſulam de non impetranda, nec utendo facultate regia.

23 Primò, quia hoc pactum de non alienando cadit ſuper bonis majoratus, ex cujus vi, & natura alienatio de jure Hiſpano prohibita eſt, etiam ſi fundator nihil aliud exprimat, nec alienationem expreſsè prohibeat, quia tacitè ſubintelligitur à jure, ut notum, & vulgare eſt, at quando prohibetur res alienari ex pacto, & diſpoſitione contrahentium, quæ tamen ex juris diſpoſitione alienari non poterat, tunc concurſus hujus duplicis prohibitionis impedit prorſus alienationem, nullam reddit & impedit tranſlationem dominii in tertium recipientem, etiam in caſibus à jure aliàs permiſſis, text. eſt *in Authent. de alienat. & emphyteuſi*, §. *ſanctiſſimus verò Eccleſias omnes, ſeu œconomos civivitatum præcipimus alienare res immobiles pro captivorum redemptione, niſi ſub hac conditione poſſeſſiones aliquas eis dederint ut nullo modo has alienent, collat.* 9. prout expreſsè firmat Bald. *in l. eâ lege num.* 5. *verſ. ſextò. C. de condict. ob cauſam*, quem communiter ſequuntur omnes, ut teſtatur Roderic. Suar. *allegatione* 9. *num.* 14. Ferdinand. Loazes *in l. filius familias*, §. *divi, el.* 2. *num.* 8. *verſ. limitatur ff. delegatis* 1. Ruinus *conſil* 23. *num.* 11. *volum.* 2. Salzedus *in reg.* 208. *verſ.* 7. *limita.* Mantica *de contractibus, tom.* 1. *lib.* 4. *tit.* 30. *nu.* 37. Hermoſilla *ad l.* 43. *tit.* 5. *part.* 5. *gloſſ.* 4. *num.* 8. *tom.* 2. *fol.* 205. à tergo, qui omnes ita limitant regulam generalem, de qua ſuperius *ex n.* 7. *cum ſeqq.* quod pactum de non alienando, non impedit alienationem faciendam, nec tranſlationem dominii, ut non procedat quando pactum cedit ſuper juris prohibitione rei alienationis.

24 Comprobatur iſta doctrina ex alia, quod pactum de non alienando bona feudalia appoſitum inveſtitura feudi auget prohibitionem alienationis ortam ex natura ipſius feudi, & duo annectuntur alienandi impedimenta,

menta, ita ut feudatarius non poſſit alienare, etiam in caſibus aliàs ſibi de jure permiſſis. Bald. *in d. c.* 1. *§. præterea. de capit. Conradi.* Decius *in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtitutionib. col. fin. verſ. fallit ſecunda*, ſequutus Seraphinus *de privileg. jurament. privileg.* 13. *n.* 19. *fol.* 70. *& privileg.* 18. *n.* 23. *fol.* 86. & iterum *in priv.* 49. *num.* 46. *fol.* 281.

25 Fulcitur etiam, quia ſi mulier juravit non alienaturam bona dotalia; ſi poſtea alienavit etiam cum juramento; iſta ſecunda alienatio non valet, nec tenet, cum primæ juris prohibitioni alia prohibitio per pactum adhærebat, atque ideò duo impedimenta ſimul concurrentia irritant alienationem ſequentem, prout voluerunt gloſſa communiter ab omnibus recepta *in cap. licet mulieres, & jurejurand. in* 6. Cepola *in cauſt.* 172. Natta *in conſ.* 480. *num.* 24. Covarr. *in cap. quamvis pactum*, 2. *p.* §. 2. *de pactis. lib.* 6. Anton Gabriel. *commun. concl. tit. de jurament. concluſ.* 1. *in princ.* innumerabiles penè alios allegat Seraphinus *de privil. jurament. privil.* 57. *ex num.* 44. *cum ſeqq.* Gutierrez *de jurament. confirmat. c.* 74. *n.* 3. *per totum*, audi verba Seraphin. *loco citato, ſub num.* 45. *Patet ergo ex prædictis, quod ideò mulier, quæ juraverat non alienare bona dotalia, poſtea alienando, & jurando nihil agit, quia duplici de cauſa ad alienationem non potuit procedere, primò propter juramentum prius præſtitum, ſecundò propter legis prohibitionem; conſtat autem, quod duplex impedimentum difficilius tollitur quàm unum, l. penult. §. ſi vero pater, C. de adoptionibus, l.* 1. *de raptu virginum. Paulus de Caſtr. in conſ.* 30. *colum.* 3. *in fin. vol.* 1. *& conſequenter ſecundum juramentum non obligat, quia concurrit duplex prohibitio, ſcilicet hominis, & legis, quæ efficacius operatur, quàm ſimplex, ut nuncupatum tradit Ruinus conſil.* 41. *col.* 11. *poſt num.* 27. *vol.* 1. *ad idem facit, quod ſcribit ipſemet Ruinus in conſ.* 212. *col.* 2. *in princip. eodem vol.* 1. *ubi dicitur, quod quando cum prohibitione legis concurrit prohibitio teſtatoris, tunc talis prohibitio ipſius ſcilicet teſtatoris valet, etiamſi ſit facta ſine cauſa, per textum in l.* 1. *C. de uſucap. pro emptore, quia concurrente duplici prohibitione efficacius prohibitio operatur, ut ſcilicet non poſſit alienari, etiam in illo caſu, in quo eſſet permiſſum alienare, quod & tradit in conſ.* 219. *n.* 8. *eod. lib.* 1. qui latius proſequitur per multos *n. ſeqq.* & declarat procedere, quando in hoc caſu pactum fit cum tertio, cui intereſſe poteſt, ut ex eodem, & aliis videbimus infrà *ex n.* 35.

26 Igitur cum in noſtro caſu propter concurſum duarum prohibitionum, concurrant duo impedimenta in poſſeſſore majoratus, ne poſſit alienare de omnibus deber facere relationem Principi, ut facultas evitet ſubreptionem & non ſufficit facultatem imputare ſuper ſolo impedimento orto ex juris & teſtatoris prohibitione, ſi remanet aliud, ex quo alienatio ſubſequens eſt nulla & non apta ad transferendum dominium, nec jus aliquod in recipientem, & ſecum contrahentem virtute facultatis ſubreptitiæ, eò quod omnia impedimenta, & obſtantia debuit exprimere eadem facultate, & gratia, ut valida ſit, & aliquid operetur, ad latè comprobata ſuperius in primo contrariæ partis argumento, *n.* 4, 5, 6, 7 & 8. Quod ex iis quæ in hoc primo fundamento dicta ſunt, deſtruitur: cùm noſtrum pactum de non alienando veſtiatur alia juris prohibitione alienationis bonorum majoratus, & per conſequens nulla redditur alienatio ſubſequens in contraventionem ipſius pacti facta per poſſeſſorem majoratus, juxta ea quæ dicta remanent *ex dict. n.* 4. *& ſeqq.*

27 Et inſuper probatur, quod facultas, ſeu gratia à Principe obtenta ſuper uno impedimento, quod provenit ex duplici cauſa, & defectu tanquam ſubreptitia nihil prodeſt, non facta relatione ejuſdem duplicis cauſæ, optimè probat Alexand. *in conſ.* 195. *à ſummo lib.* 2. *per totum*, dupliciter *lib.* 1. *conſ.* 62. ſequitur Tuſchus *pract. concluſ. lit. C. concluſ.* 342. *n.* 10. Barboſa *de clauſulis, clauſ.* 40. *n.* 37. dum dicunt, quod gratia impetrata ſuper ſpurietate ſimpliciter expreſſa, non ſuffragatur impetranti, ſi ſit ſpurius duplici ſpurietate non expreſſa ſpecificè, ut quia tam ex parte patris conjugati, quàm ex parte matris pariter conjugatæ natus fuerit, & quod talis gratia eſt nulla, & nihil operatur, etiam continens clauſulas non obſtante, & de plenitudine poteſtatis probat etiam ipſe Barboſa *clauſ.* 82. *num.* 9. ex Alexandro, Tuſcho, & Gratiano *diſcept. forenſ. cap.* 847. *n.* 20.

Sed hæc noſtra noviſſima reſolutio, de qua ex *num.* 28
23. *cum ſeqq.* ingentem patitur difficultatem cauſatam ex malitia, dolo, & fraude poſſeſſoris majoratus, occultantis ſecum contrahenti pactum præcedens de non alienando, oſtendendo ſolum, facultatem regiam in ſui prima figura validam cum revera intrinſecè nulla ſit, & ſubreptitia ob non factam Principi relationem pacti de non alienando præcedentis qua deceptus, & talis prohibitionis ignarus deliberat contrahere cum poſſeſſore majoratus, cui ſi doctrina ſuprà ſcripta fuiſſet vera facilè erit ſecreto, & occultè cum immediato fingere pactum de non alienando ad fraudandum, & illudendum ſecum contrahentibus ignorantibus pactum occultum, & interdum fictum; atque ideò ne hæc via fraudibus aperiatur, videmus dicendum nullo modo præjudicare hos contractus tertio ignoranti pactum, & validos eſſe in favorem eius, in quem ſit alienatio, ac bona fide contrahentem cum doloſo, pro quo eſt text. *in l. ſed & ſi pupillus* 11. §. *de quo palam ff. de inſtitoria actione*, ubi diſponitur, valere contractus geſtos cum inſtitore in loco præpoſito per Dominum, licet revocato, ſi ſecum contrahentes juſtam cauſam ignorantiæ revocationis habuerint; & ideò eo textu diſponitur quod ad evitandum fraudem, hujuſmodi revocatio, & inhibitio patentibus litteris apponatur ante apothecam, ſeu tabernam, cui inſtitor præpoſitus fuerat à Domino mercium, Parlador. *lib.* 6. *rerum quotid. cap. fin.* 5. *part. n.* 2. *&* 3.

Idem etiam videmus in procuratore ad negotium & 29
litem, cujus mandatum ſi Dominus revocaverit, valent geſta à tali procuratore revocato interim, quod revocatio non ſit nota, & intimata alteri parti, cujus ignorantia excuſat, *l. ſi mandaſſet, ff. mandati, cap. mandato, de procuratoribus, cap. ex parte decani, de reſcriptis. Clement. un. de renuntiatione.* Felinus *in dicto cap. ex parte n.* 7. *&* 8. Vantius *de nullitate ſentent. ex defectu mandati, ex n.* 159. *cum ſeq.* latè Hieron. Gonzalez *de menſ. & alternanti gloſſ.* 63. *ex n.* 48. *cum ſeqq.* videndus *à n.* 36. & iterum ipſe *gloſſ.* 56. *n.* 124.

Hinc ſi quis proteſtaverit, non fidejubere, nec con- 30
tractum aliquem facere, ſi inſuper poſtea contraxerit cum aliquo ignorante, & non conſentiente proteſtationi, valet contractus geſtus, quia in poteſtate fuit proteſtantis à ſua proteſtatione diſcedere per actum contrarium ſuæ proteſtationi cum contractus ſubſequens non dependeat à ſola voluntate proteſtantis, *l. ſi debitor.* §. 1. *ff. quibus modis pign. vel. hypoth. tacitè contrah. l. cum ii plures*, §. *locator horrei.* Garcia *de nobilit. gl.* 6. *n.* 65. Mierez *de majoratu.* 1. *part. q.* 11. *num.* 63. Gutierrez *de jurament. confirm.* 1. *part. cap.* 55. latè Mantica *de contractibus, lib.* 16. *tit.* 7. *per totum*, latè etiam multis laudatis Aretin. *de fidejuſſorib.* 2. *part. fact.* 3. *cap.* 12. *per totum, fol. mihi* 386. Gratianus *diſceptat. forenſ. c.* 751. *num.* 46. Hieronym. Gabriel. *conſil.* 47. *num.* 7. *lib.* 2. Maſcardus *de probationibus, conſ.* 1247. *num.* 12. Tuſchus *lit. P. concluſ.* 944. *n.* 9. *&* 10. optimè Gomez *in l.* 53. *Tauri, n.* 58. *per totum*, maximè *in verſic. Tertio principaliter facit.* Ergo idem videtur dicendum in caſu, ut contrahens cum poſſeſſore majoratus ignorans pactum præcedens, de non alienando, tutus eſſe debeat, & alienatio valida & irrevocabilis.

Quibus facilè occurres diſtinguendo inter poteſta- 31
tem ſuam alicui datam, ut aliquid cum aliis gerat, & poteſtatem à ſe abdicatam aliquid gerendi: primo caſu,

casu, cum is qui alteri dedit mandatum ad aliquid suo nomine gerendum semper maneat cum facultate ad libitum revocandi, ideò ista revocatio regulariter debet certiorari, & intimari iis, cum quibus est actus agendus, aliàs tenent contractus, & quasi-contractus juxta jura, & Doctores citatos *n.* 48. & 49.

32 Secundo casu, quando quis à seipso ademit potestatem contrahendi, seu alienandi, duo casus distinguendi sunt, prior quando quis simpliciter sibi ipsi (tertio, cui interest, non interveniente) promisit etiam cum juramento, & prohibuit non alienaturum bona sua, & tunc non obstante hac prohibitione sibi imposita, poterit validè alienare, quia nemo potest sibi legem imponere, à qua non liceat recedere, si tamen hanc prohibitionem simpliciter sibi impositam firmavit juramento, perjurus remanet, & tenet alienatio à se facta jurata. Hanc doctrinam probant multi communiter ex textu *in l. si quis repetendi. C. de condictione ob causam. l. si filius familias*, §. *divi*, *ff. de legatis* 1. quia quando actus, & dispositio pendet à mera voluntate, & facultate ipsius disponentis, non potest irrevocabiliter astringi, etiam cum juramento, taliter quod ab ea non possit recedere, sed valet, & tenet secundus actus contrarius, per quem intelligitur recessisse à primo etiam jurato, licet permaneat perjurus argum. *l. qui in aliena*, §. *fin. ff. de legatis* 3. *l. si mihi & tibi*, §. *in legatis, ff. de legatis* 2. eleganter per plura fundamenta, & Doctores probat Gomez *in l.* 73. *Tauri. ex n.* 58. plures etiam per Matienzum *in l.* 3. *glossa* 13. *n.* 8. *tit.* 10. *lib.* 5. *recopilationis*, Gutierrez *de juram. confirmat.* 1. *part. cap.* 1. *num.* 87. & iterum *cap.* 74. *sub. nu.* 3. *versic. supersit non modica difficultas*, qui optimè explicat, latè etiam Seraphinus *de privilegiis juramenti*, *privil.* 75. *n.* 7, & 8. & *n.* 43. & 44. & ideò hoc casu, nec intimatio prioris prohibitionis sibi ipsi independenter à tertio impositæ, nec scientia ejus erit necessaria in contrahente, cum in ejus favorem validus sit contractus, & alienatio subsequuta.

33 Imò potius, & poterit esse nociva scientia, quando hæc prior prohibitio fuit jurata, quia tunc sciens hanc prohibitionem juratam, si nihilominus contrahat, contractus non valet, ut ex quamplurimis Doctoribus probat Gomez *in dicta l.* 53. *n.* 58. *in fin. versic. secundo limita*, & Matienzo *d. gloss.* 13. vide alios *n.* 40. *n.* 9. & ita procedunt etiam jura, & Doctores citati suprà *n.* 60. pro contraria parte.

34 Aut enim qui à se ipso ademit potestatem alienandi per pactum initum cum tertio cui jus inesse poterat, & hinc regula generalis est, quod licet tale pactum valeat, non tamen regulariter impedit, nec irritat alienationem subsequentem, nec impedit translationem dominii, juxta jura, & Doctores adductos superius *ex n. & seqq.*

35 Attamen quando pactum hoc de non alienando, cadit & imponitur super alia prohibitione juris, ut super bonis majoratus, vel super bonis dotalibus, aut rebus immobilibus, minorum, vel super bonis majoratus, & similibus, tunc si istud pactum sit in favorem tertii, concurrente duplici hac prohibitione; certissimum est prorsus impedire alienationem, dominii translationem, & irritum reddere contractum subsequutum in pacti contraventionem, prout probarunt illi quamplures Doctores supra citati, *nu.* 23. & *seqq.* idem insuper tenent innumerabiles alii Doctures loquentes in muliere, & minore; laudati, & sequuti à Gomez *in dict. d. l.* 53. *Tauri*, *nu.* 58. *versic. limita quando primum* Matienzo *in d. l.* 3. *gloss.* 13. *n.* 8. Gutierrez *de juram. confirm.* 1. *part. d. cap.* 1. *n.* 81. & 79. & *cap.* 74. *n.* 3. *per totum*, & Seraphino *de privileg. juram. privil.* 75. *n.* 46. 47. & *seqq.* ubi optimè explicat, qui etiam loquuntur de contractibus juratis.

36 Quæ omnia requisita verificantur, & concurrunt in possessore majoratus, cum immediato successore contrahente, qui à se ademit potestatem alienandi bona majoratus quæ aliàs à jure, & fundatore erant alienari prohibita, & tale pactum in favorem tam ejusdem immediati successoris, cujus intererat pactum hoc de non alienando, quàm etiam & principaliter in favorem ipsius majoratus, cujus tanquam personæ fictæ sunt jura, & bona, potiùs quàm possessoris, ut per textum expressum *in cap. dilecto*, *de jurejur.* 37 dixerunt expresse Seraphin. *de privileg. juram. d. privil.* 75. *n.* 44. *ad fin. & n.* 45. ex Abb. Hostiens. Jas. & Rol. à Valle, & Martinus *ubi proximè n.* 11. dicentes principaliter hoc pactum de non alienando vergere in utilitatem ipsius fictam & repræsentatam, penes quam possessio, & majoratus, & quod jura, & bona vinculata pertineant ad ipsorum majoratum, tanquam personam proprietas bonorum residet, quod & amplissimè probavimus infra 2. *p. cap.* 22. *ex n.* 99. *cum multis seqq. ex n.* 88. *cum seqq.* atque ideo concurrente in pacto de non alienando duplici hac prohibitione, & jure tertii pacisentis, procul dubio prohibitus non potest alienare, nec alienatio valet.

Igitur cum ex vi, virtute, & efficacia hujus pacti 38 de non alienando possessor majoratus abdicaverit à se potestatem alienandi bona majoratus, inhabilis, & non legitima persona remanserit ad alienandum; alienatioque de facto facta erit nulla, quantumvis secum contrahens hanc inhabilitatem, & defectum ignoret, quia qui cum alio contrahit, vel scire debet conditionem ejus, cum quo contrahit, ita ut sibi imputet, si qualitatem & potestatem ejus non perquisivit; plura notabilia videbis *infra* 2. *part. cap.* 9. *n.* 120. & 2. *part. cap.* 4. *ex n.* 104. *cum seqq.* & 1. *part. cap.* 26. *ex n.* 19. ut per varia juris exempla apparet, in uxore alienante, & tacente se nuptam, ignorantia secum contrahentis non reddit validam alienationem, *infrà* 3. *part. c.* 1. *n.* 22. in possessore majoratus tacente in alienatione rem esse vinculatam, non ideò alienatio desinit esse nulla, ut *in d. cap.* 9. *ex n.* 129. *cum multis seqq. & c.* 22. *n.* 15. & *c.* 4. *n.* 27. 28. & *n.* 30. & *n.* 105. *cum seqq.* in emptore rei alienæ ignorante alienam esse, venditio nulla est respectu veri Domini, item in hypothecante rem alienam creditori ignoranti, ut sit nulla hypotheca, nos *d. cap.* 9. *ex n.* 73. & *ex n.* 59. *cum seqq.* idem in agricola contrahente non manifestata qualitate officii, ut nihilominus contractus sit nullus, & in minore contrahente, & tacente habere curatorem, ut insuper contractus sit nullus *leg. clarum*, *C. de auctor. præst. leg. si curatorem habens minor. C. de in integr. restitut.*

Item in contrahente cum possessore majoratus igno- 39 rante vitium obreptionis, & subreptionis facultatis Regiæ, ut nihilominus alienatio, & obligatio sit nulla ad tradita abundè *ad* 1. *part. c.* 37. *per totum*, & *infrà* 2. *part. c.* 9. 10. 11. & *c.* 22. per totum, sicuti in emptore rei prohibitæ alienari, cujus ignorantia prohibitionis non excusat, ut plurimis Doctoribus relatis dicit Manguill. *de evictionibus*, *q.* 59. *n.* 7. & *q.* 111. *n.* 9. & alibi passim, idem in pacto de non alienando quando impedit alienationem afficit tertium emptorem, sive scientem, sive ignorantem pactum de non alienando præcedens, juxta text. *in leg. si creditor*, §. *fin. ff. de distract. pignor.* & ex pluribus adductis Doctoribus, per Hermosillam *ad leg.* 43. *tit.* 5. *part.* 5. *gloss.* 4. *num.* 4. *vers. limito tertio*, si ille, qui prohibuit, & *in leg.* 14. *tit.* 13. *gloss.* 8. *tit.* 5. *p.* 5. & quod addit, requiratur hypotheca specialis contra plures contrarium tenentes multos congerit & sequitur ipse Hermosilla *in leg.* 67. *tit.* 5. *part.* 5. *gloss.* 2. *per totam*, *tom.* 2. *fol.* 360. à tergo, quem consule pro hac vera opinione, ac limitationibus, quod verificatur in pacto de non alienando bona majoratus inter possessorem, & immediatum successorem, quod impedire alienationem, & dominii translationem in tertium probavimus abundè *ex n.* 23. & *ex n.* 35. & sic etiam ignorantem, maximè stante pacto hoc, clausulam,

fidem, & decretum irritans quod operatur contra ignorantes prohibitionem, ut ſtatim videbimus.

40 Et comprobatur quoniam ſi pactum ſimplex de non alienando, (quod non impedit alienationem, nec dominii tranſlationem, ex juribus & Doctoribus *ſuprà ex n. 7. & ſeqq.*) ut impediat, & irritet alienationem; requiritur ſcientia emptoris pacti præcedentis, quia tunc ob malam fidem venditio irritatur, ut ex aliis Theſaurus *quæſt. forenſ. lib. 2. q. 71. n. 14.* Hermoſilla *ad lib. 43. tit. 5. p. 5. gloſſ. 5. nu. 6. & in leg. 7. tit. 1. part. 5. groſſ. 1.* & faciunt plures citati Doctores *ſuprà n. 33.* ergo quando pactum à principio irritat alienationem faciendam abſque ſcientia contrahentis, operatur ut inter eos caſus adſit differentia.

41 Secundum fundamentum quo detegitur facultas Regia ſubreptitia ob non factam Principi ſpecificam relationem hujus pacti de non alienando bona majoratus; illud eſt, quoniam in eo adſit clauſula, & decretum irritans alienationes futuras, quo caſu, quodlibet ſimplex pactum de non alienando operatur nullitatem alienationis, & impedit tranſlationem dominii ſtante clauſula quod res nullo modo poſſit alienari, & quod ſi de facto alienetur, alienatio ſit nulla, & nullius valoris, defectus, ut ex Imol. *in Clement. col. 8. de ſequeſtr. poſſeſſio. & fruct.* Felinus *in cap. at ſi cleric. §. de adulteriis, col. 3. de judiciis*, tradit Salcedo *in reg. 208. verſ. ſeptimo limit.* Mantica *de tacitis, & ambig. lib. 4. tit. 30 num. 39.* Hermoſilla *ad d. leg. 43. tit. 5. part. 4. gloſſ. 4. n. 7. tom. 2. fol. 205.* à tergo.

42 Quia hujus clauſulæ virtus, & effectus talis eſt, ut ſufficiat ipſo jure, non ſolum titulum, verum & poſſeſſionem, ut latè per Auguſt. Barboſ. *de clauſulis, clauſul. 40. à principio*, & tantæ eſt efficaciæ, ut etiam ſuos irritandi effectus operetur contra ignorantes, ut probat text. *in cap. ſi poſtquam, & in cap. dudum, &*
43 *in cap. ſi beneficia de præbendis, lib. 6.* innumerabiles penè Doctores, & Rotæ deciſiones, in comprobationem congerit Auguſt. Barboſa *dicta clauſ. 40. ex n. 7. cum ſeqq.* igitur ſi hoc pactum de non alienando bona majoratus, etiam per clauſulam irritantem in eo contentam impedit, & irritat quamlibet alienationem futuram, de eo præcisè facienda erit relatio Principi aliàs facultas ſimplex ad alienandum bona majoratus erit ſubreptitia, & nulla ad latiſſimè comprobata ſuperius *ex n. 4. cum ſeqq.*

44 Tertiò, & hæc pars comprobatur, nam & tranſactiones ſuper bonis majoratus ſemper ſolent à principe confirmari ad ejus firmitatem, prout ego in terminis, de quibus loquimur, vidi, & cum iſta tranſactio contineat pactum de non alienando, & de non impetranda facultate, nec ea de facto impetrata utendo, hæ clauſulæ derogatoriæ præcedentes cenſentur emanatæ ab ipſo Principe, cujus authoritate per confirmationem roboratæ indicantur, ac ſi ipſe Princeps illas oppoſuiſſet, ut ſunt jura expreſſa *in cap. ſi Apoſtolica de præbendis, lib. 6.* probant DD. *in cap. 1. in princip. num. 11. de filiis Presbyteror. lib. 6.* Boetius *de Synodo Epiſc. 2. part. 4. n. 12.* Sylveſter *verbo beneficium 3. q. 9. nu. 13.* Angelus *verb. beneficium nu. 22.* & ibi Armilla *nu. 27.* Tabiena *verb. benefic. 2. quæſt. 15. n. 17.* Sayrus *in Theſauro caſuum tom. 1. lib. 6. c. 11. nu. 11.* Azor. *lib. 5. inſtitut. moral. cap. 15. quæſt.* Sanchez *de matrim. tom. 3. lib. 8. diſp. 17. nu. 10.* & præter hos DD. innumerabiles penè alios adduximus *in tract. de reten. Bullar. 2. part. cap. 22. ſub num. 3. verſ. quia per hanc Principis*, &c. Vide optimum conſilium Surdi 185. *à num. 31. cum ſeqq.* adeò ut per clauſulam Principis *non obſtantibus ſtatutis*, non tollan-
45 tur ſtatuta ab ipſo Principe edita; ſeu ab ipſo confirmata, ut tenet Felinus *in cap. nonnulli in princ. n. 10. de reſcriptis, & in cap. conſtitutus, num. 21. verſ. conſ. ter. tertio eodem tit.* Romanus *ſingul. 8. & in conſ. 394. ad fin. & in conſ. 336. colum. 4. & conſ. 404. in fin.* Celſus Hugo *in tract. clauſul. pag. 480. colum. 1.* Brunor. à Sole *in locis commun. verb. clauſul. 31.* Moneta *de commutat. ultim. volunt cap. 7. n. 190. cum ſeqq.* Aug. Barboſ. *de clauſul. clauſ. 84. n. 1. clauſ 82. nu. 19.*

Et propterea quando clauſulæ deregatoriæ futuræ 46
alienationis, & pœnales fundationis fuerunt confirmatæ per Principem, ut illas derogare poſſit, præcisè de illis Principi facienda erit ſpecifica relatio, & notitiam deber habere, aliàs facultatem tacitis clauſulis derogatoriis, & pœnalibus à Principe confirmatis, & eſſe nullam & ſubreptitiam; latius ex Molina Avendanno, Caſtillo reſolvimus *in c. anteced. 37. ex. n. 59. cum ſeqq.*

Quartum fundamentum prorſus evincens facultatem 47
hujuſmodi impetratam, non facta ſpecifica relatione Principi de clauſula *de non impetrando facultatem, nec ea de facto impetrato utendo*, eſſe nullam & ſubreptitiam, oritur ex contrapoſitione quarti argumenti contrarii, de quo *n. 21.* nam quamvis verum ſit, quod de clauſulis infrengentibus poteſtatem Principis, tamquam nullis non ſit facienda relatio, nec ejus omiſſio vitiet facultatem, ut in eodem argumento diximus: tamen de clauſulis inficientibus, & reſpicientibus ſolam poteſtatem ſucceſſorem omnino fieri debet Principi relatio, ita ut non facta facultas ſit ſubreptitia, quia tales clauſulæ, nec ſunt nullæ, nec tangunt Principis poteſtatem, hanc diſtinctionem abundè comprobavimus *ſuprà c. 37. per totum*, & in terminis contra Molinam, quod hæ clauſulæ de non impetranda facultate, nec ea impetrata utendo ſit valida, & quod nec directè, nec indirectè tangat, nec reſpiciat Principis poteſtatem, & imò quando per quandam conſequentiam remotam in aliquo præjudicaret poteſtatem, & regaliam Principis, adhuc id non ſit attendendum, nec eſſe in conſideratione, & per conſequens non facta relatio Principi de ea vitiet, & annullet facultatem, latiſſimè & evidenter probavimus *in eodem c. 37. per totum*, & ſignanter *ex n. 27. uſque ad fin. cap.*

Et magis ſpecificè, quando in pacto inito inter par- 48
tes intervenit clauſula de non impetranda facultate, vel impetrata non utendo ſit de hac clauſula facienda Principi ſpecifica relatio, ita ut taciturnitas vitiet facultatem ipſam, eamque reddat ſubreptitiam, & nullam ex Baldo, & pulcherrimo *conſil.* Rolandi à Valle. Intrigliol. Joan. Baptiſta, Thoro, Borrel. Hermoſilla, & innumerabilibus penè aliis abundè, & latè probavimus *in cap. anteced. 37. ex n. 47. cum ſeqq.*

Quinto & ultimo, probatur hæc pars, quoniam prin- 49
cipi ad facultatis impetrationem non ſolum facienda erit relatio eorum omnium, quæ eum poſſunt omnino movere ad denegandum; verùm, & eorum omnium, quæ ipſum poſſunt dubium, & difficilem reddere ad concedendum. Vel ad non ita facilè, & lævitèr concedendum, in qua propoſitione nemo eſt, qui dubitet, omnes Doctores unanimiter conveniunt, ut ad longum eſt videre *ſuprà c. 37. à princip.* quis igitur ſanæ mentis poteſt dubitare, quod pactum hoc validè inter partes intereſſe habentes, initum, & præmeditatum, non redderet dubiam voluntatem Principis ad concedendam facultatem, & non ita facile concedere, attendens tertii præjudicium, hoc addito, quod quando de hoc pacto facta fuiſſet Principi 50
Chriſtiano ſpecifica relatio non uteretur, nec poſſet abſoluta ſua poteſtate ad ſubvertendum pactum inter contrahentes initum, quia Deus illi non ſubjecit contractus, qui propter conſenſum ſunt de jure naturali, quem Princeps ſupplere nequit, nec ſuper eo diſputare, ac latè comprobata ſuperius *ex nu. 14. cum ſeqq.* quæ de jure veriſſima ſunt; & non habent contradictorem, & ideò non dubito, quod omninò Princeps bene informatus denegaret facultatem impedimento talis qualitatis, & naturæ obſtante, cum contra partium conventionem venire, & diſponere nullo modo poſſit, & ita in terminis hujus quæſtionis propoſitæ Senatus noſter Valliſoletanus expreſsè determinavit ſuper lite verſa inter Comitem

de

de Alva de Aleſta debitorem concurſum creditorum habentem ad ſuum ſtatum, & Marchionem de Salinas creditorem graduatum per rem judicatam facultatem impetratam à poſſeſſore majoratus ad imponendum cenſum ſuper ejus bonis fuiſſe nullam & ſubreptitiam ob non factam Regi noſtro ſpecificam relationem pacti de non alienando initi inter tunc poſſeſſorem majoratus, & ejus filium primogenitum de non alienando, nec obligando bona majoratus, nec impetrando facultatem regiam ad id, nec ei impetrata utendo ſub ampliſſimis clauſulis irritantibus alienationes & obligationes de facto factas, accedente ſimul pacti præfati confirmatione Principis; & cùm hæc controverſia mota fuiſſet noviter ex hac nova cauſa non deducta
52 nec cognita in primo judicio concurſus creditorum, declaratum fuit, non obſtare rem judicatam per ſententias graduationis, quibus creditores qui virtute ejus ſubreptitiæ facultatis contraxerant, fuerant graduati, & à ſententia graduationis eſſe delendos, quæ determinatio juſtiſſima redditur ex fundamentis in iſtis terminis adductis *infrà* 3. *p. cap.* 1. *per tot. & in §. un.* & ita fuit in aliis ſimilibus caſibus determinatum, quibus ſic prælibatis feliciter, non obſtant argumenta in contrarium adducta, & non primum *ex n.* 3. *cum ſeqq. & ex n.* 8. deductum ex regula
53 generali, quod cum pactum ſimplex de non alienando non impedit alienationem ſubſequutam, nec dominii tranſlationem, de eo quod non debuit fieri relatio in facultate impetrata. Cui dupliciter reſpondetur, primo, quia iſta regula limitatur, quoties pactum hoc cum tertio intereſſe habente celebratum cadit ſuper re aliàs de re alienari prohibita; aſtringit præciſè & invalidat, ac irritat alienationem ſubſequutam, & impedit tranſlationem dominii, ut *ex n.* 21. *cum multis ſeqq.* oſtenſum fuit; ideò argumentum retorquetur, ut præciſè requiratur pacti hujuſmodi ſpecifica Principi relatio, ut facultas evitare poſſit ſubreptionem.

54 Secundò reſpondetur, quod quando hoc pactum remaneret in puris, & ſimplicibus terminis regulæ prædictæ; adhuc de eo requirebatur Principi facienda relatio, ob jus tertii contrahentis, quo habet intereſſe adverſus contravenientem, ut diximus *ſupra d. nu.* 8. *& ſeqq.* imò, & ad pœnam conventam, ut tenent plures ſequuti ab Hermoſilla *in leg.* 43. *tit.* 5. *p.* 5. *gloſſ.* 5. *n.* 7. *tom.* 2. *fol.* 107. à tergo, & quamvis hoc jus præſervatum ſit, & illæſum etiam Regia facultate ſtante, & ejus virtute facta alienatione, ut annotavimus ſuperius *n.* 12. adhuc tamen eidem poteſt Regia facultas eſſe nociva, cum, ut frequentius accidit, poſſeſſor majoratus contraveniens poteſt eſſe non ſolvendo, & ſic jus ſuum undique amittere, quod indubiè retardaret Principem notitiam habentem hujus pacti ad difficilius concedendam facultatem, vel ad prorſus denegandam, cum quodlibet ſufficiat ad reddendum facultatem ſubreptitiam, ut annotavimus *ſupra n.* 51. *&* 52.

55 Secundi fundamenti doctrinam de qua *n.* 14. *& ſeqq.* fatemur, & in eo ſum ſententia, Principem non poſſe diſpenſare, & ſubvertere contractus legitimè initos, & perfectos inter partes, ex iis quæ in prædicto ſecundo fundamento latiùs deduximus, & hoc magis redarguit negligentiam, vel malitiam poſſeſſoris majoratus tacentis in impetratione facultatis hoc pactum, & impedimentum vitians alienationem ipſo jure, & coarctans poteſtatem Principis ad aliud deſtruendum & diſpenſandum, prout agnovimus, & annotavimus *nu.* 52. & per conſequens ipſa facultas magis redargueretur ſubreptitia, & nulla, cum ſemper remaneat illæſum impedimentum pacti tam ex omiſſa Principi relatione, quàm ex defectu potentiæ Principis ad illum ſubvertendum, quando de illa facta fuiſſet ſpecifica relatio, nec obſtat tertium argumentum de quo *n.* 19. *& nu.* 20. quod pactum de non alienando ſit nullum, quod dominii tranſlationem, & ideò de eo tanquam de diſpoſitione nulla non eſt facienda Prin-56 cipi relatio: cui tripliciter reſpondemus, primò, quod loquimur de eo pacto, quod impedit tranſlationem dominii, & irritat alienationem faciendam, ex latè deductis *ex n.* 23. *cum ſeqq.* & in pacto habente decretum irritans, ut vidiſti *ex nu.* 41. & de pacto confirmato per Principem ex comprobatis *ex n.* 45. atque ideò argumentum retorquetur: ſecundò reſpondetur, quod pactum ſimplex, non de alienando valet, & tenet prout jura & DD. allegati *ex n.* 8. expreſsè affirmant, & in terminis quod hoc pactum ſit validum, & efficax plures firmat Manguil. *de evictionibus, qu.* III. *nu.* 11. & licet non noceat tertio contrahenti; poteſt tamen nocere, ſi ſciat pactum præcedens de non alienando, ut diximus *ſuprà n.* 40. *& n.* 33. quem effectum operari non poterat ſi nullum fuiſſet, quia quod à principio non valet, tractu temporis non convaleret ex regula juris vulgata. Tum etiam, quia ex eodem pacto contravento agitur ad intereſſe, & pœnam, ut dictum eſt, atque ideò Mantica in argumento ci-57 tatus abuſivè locutus fuit, vocans pactum de non alienando nullum quoad dominii tranſlationem, quia non ſequitur contractus, vel res judicata non præjudicat tertio, cum quo non fuit actum, nec celebratus, ergo eſt nullus, vel nulla.

Tertiò reſpondetur, quod dato caſu, quo illud 58 ſimplex pactum de non alienando diceretur nullum, adhuc tamen argumentum non curreret, quoniam hæc nullitas inducitur in favorem tertii poſtea contrahentis, quo caſu ante ejus declarationem pactum eſt validum, quia attendi debet præſens rei ſtatus, licet poſſit variari per aliquod accidens ex futuro eventu, ut per plurima jura, & Doctores comprobavimus *infrà* 2. *part. cap.* 22. *ex n.* 102. *cum multis ſeq. & ex n.* 112. *cum ſeq.* Ergo interim de eo debet fieri relatio Principi.

Nec obſtat quartum & ultimum, de quo *ex nu.* 59 21. ubi ex doctrina Molinæ dicitur, quod de clauſula impediente, & prohibente impetrari facultatem, & ea utendi, tanquam nulla, eo quod ſaltem indirectè infringit poteſtatem Principis, non eſſe faciendam relationem Principi, nec ejus omiſſionem vitiare facultatem, cui difficultati apertè ſatisfecimus *ſuprà ex n.* 48. relativè *ad c.* 37. maximè *ex n.* 27. *hac* 1. *p.* quo oſtendimus apertiſſimè falſam eſſe opinionem Molinæ, imò talem clauſulam prohibitivam directam ad ſubvertendum ſucceſſorum in majoratu poteſtatem, & arbitrium impetrandi facultatem ad alienandum, & ea utendi eſſe omnino validam, licitam, & undique à jure permiſſam, cum ea nec directè, nec indirectè infringat poteſtatem & regaliam Principis, & per conſequens; ſi de ea non fiat relatio ſpecifica, facultas ſit ſubreptitia, & inefficax, & invalida ad contrahendum ejus virtute.

Ac denique reſtat examinare illam difficultatem 60 ex tranſverſo tactam ſuperius *n.* 9. & 10. ſub primo contrariæ partis fundamento, quæ ſimul occurrebat in præfata lite relata ſurſum *n.* 43. ubi tranſactio inter poſſeſſorem majoratus, & ejus primogenitum ſucceſſorem continens præfatas clauſulas de non alienando bona majoratus cum decreto irritante quaſlibet alienationes & obligationes futuras, & de non impetranda à Principe facultate, nec ea impetrata utendo: fuit confirmata per Senatum per ſententiam, prout aſſolent quotidie confirmari per judicem tranſactiones ſuper litibus pendentibus, an hæc confirmatio, per decretum judicis operetur nullitatem alienationis, etiam in caſu, quo pactum de non alienando fuiſſet ſimplex, & non caderet ſuper re alias de jure prohibita alienari, ut ſæpè diximus, ſeu fuiſſet tale, quod de jure nec impediret alienationem fiendam nec tranſlationem dominii.

Negativam opinionem nempe confirmationem judicis pacti de non alienando ejus naturam, non mutare, nec impedire alienationem, nec dominii tranſlationem, 61

tenuerunt Baldus *in l. ea lege col. & quæſt. fin. C. de*
bon. ob cauſam, *col. penul. in fin.* Albericus *col.* 3. *in*
princip. Aretinus *in leg. ſi ita quis §. ea lege, ff. de verb.*
oblig. col. fin. in fine, teneat etiam expreſsè Bar-
61 tol. *in leg. filius familias d. §. divi n.* 16. *col. penult.*
tenet etiam Bald. (ſibi contrarius) *in l. fin. C. de pactis*
inter emptorem & vendit. in quæſt. & col. 1. *n.* 2. Aymon.
Cravet. *in conſ.* 201. *n.* 3. *Vivius dec.* 471. *n.* 8. & 9.
ubi rationem reddit, Vincentius de Franchis *dec.* 355.
n. 13. Salcedus *in reg.* 208. *num.* 13. *verſ. limita.* Mantica
de tacitis & ambig. lib. 4. *tit.* 30. *n.* 8. *& ſeq.* Covar. *in*
cap. Raynaldus n. 4. *de teſtamentis*, Hermoſilla *in l.*
43. *gloſſ.* 4. *n.* 33. *tit.* 5. *part.* 5. *fol.* 60. fundantur iſti
62 Doctores in multis juribus, qui in variis materiis hanc
poteſtatem, & authoritatem tribuere judici prohibendi
alienationem exiſtente juſta, & legitima cauſa, *leg.*
Julianus, ff. de curat. furio. ubi quando quis eſt pro-
digus, vel diſſipator bonorum ſuorum, *leg. ſciens, ff.*
de contrah. emptione, qui loquitur de emente ſcienter ab
eo, cui bonis eſt interdictum à judice, text. *in leg.*
divus, ff. de petit. hæredit. Quæ loquitur, quando hæ-
reditas controvertitur, poſſeſſor debeat à judice prohi-
beri, ne alicui ex ea poſſit alienare, niſi maluerit fa-
tisdare, *leg. ſervus hac lege, ff. de manumiſſio.* quæ
vult, ſervum à prætore poſſe prohiberi ob delictum, ne
ad libertatem perduci poſſit, ex quibus probatur, quod
licet Judex non transferat dominium per ſolam ſenten-
tiam, niſi ſequuta traditione; poteſt tamen illius tranſ-
lationem impedire contra rationem Antonii Gomez,
relatam *ſupra d. c.* 10. & eſt text. ſingularis *in leg. de*
pollicitationibus, in fin. ff. de pollicitationibus, Ibi,
63 *aut prohibebunt diſtrahi fundum, quem in territorio Ga-*
binorum habent, ubi quod propter ſuſpicionem de fuga
poteſt à judice fieri prohibitio alienationis bonorum
immobilium, quem text. dixerunt notabilem, & unicum
atque mirabilem Bartol. Alexand. *ibidem.* Bald. *in leg.*
per diverſas, C. mandati, col. 3. *quæſt.* 9. dicit unicum
Alexand. *in leg. filius familias, §. divi, ff. de legat.*
1. *n.* 20. & commendat notabilem Albericus, poſt an-
tiquos *in leg. ſi fidejuſſor, §. ſi ſatisdatum, ff. qui ſatisd.*
cogant. & *ibi* Jaſon. *n.* 8. & ipſe Jaſon *in §.* 1. *inſtit.*
de actionib. n. 80. eundem effectum etiam operatur
64 ſequeſtrum bonorum appoſitum per decretum Judicis,
ut alienatio eorum de facto facta ſit irrita, & nulla
ad latè tradita per nos *ſuprà c.* 14. *n.* 8. 9. 10. & 11.
ubi quod nec in emptorem transfertur dominium, nec
poſſeſſio.

65 Nec obſtat reſponſio reddita à Doctoribus contra-
riam opinionem tenentibus, citatis *nu.* 63. ut hæc jura
loquantur, quando ex juſta cauſa à jure approbata Ju-
dex prohibet alienationem: at in noſtro caſu & judicis
decreto confirmante pactum de non alienando initum
inter partes nulla ſubeſt cauſa juſta ad id decernendum;
quia reſpondetur, quòd cùm voluntas Domini volen-
tis à ſe abdicare poteſtatem alienandi accedat, deducta
in pactum inter contrahentes in unum ipſum confor-
mes, juſta & rationabilis cauſa dici poteſt, ut Judex
ſuam auctoritatem interponendo per decretum confir-
met hoc pactum, nam ratum haberi debet, quod &
contrahentibus placuit, & Judex decrevit, imo in eo,
quòd partes conveniunt Judex qui tenetur, & ſua ſen-
tentia confirmare, *leg. ſi convenerit, ff. de re judicata*,
l. 3. *inde quæritur ff. de novi operis nuntiat.* quam ra-
tionem, & reſponſum accommodat Mantica *lib.* 4. *d.*
tit. 30. *n.* 42. ſequutus ab Hermoſilla *in l.* 43. *d. gl.* 4.
n. 13. *tit.* 5. *part* 5.

Et quamvis Doctores hujus opinionis inſinuent, de-
66 cretum judicis confirmantis pactum de non alienando
deoeat continere decretum irritans & prohibitionem
alienationis juxta pactum; hoc non admitto fore neceſ-
ſarium, cum ſatis ſit confirmare pactum continens
prohibitionem alienationis in futurum, maximè, ſi ſi-
mul contineat decretum irritans, quia tunc confir-
matio continet & comprehendit omnia, & ſingula in
pacto contenta, ac ſi ſpecificè, & de verbo ad ver-
bum in confirmatione repeteretur, plura diximus *ſu-*
prà hac 1. *part. cap.* 31. *ex n.* 13. *cum ſeqq.*

CAPUT XXXIX.

Creditor, qui contraxit ex facultate Regia afferente ad inſtantiam poſſeſſoris majoratus fuiſſe impetratam, de cujus tamen aſſertionis veritate aliter non apparet, an ſit excludendus à concurſu ad majoratum formato.

SUMMARIUM.

1 *Ex ſtylo omnium curiarum, quo impetrantur facultas, & gratiæ, multæ oriri poſſunt fraudes, & præjudicia tertii.*
2 *Gratia à quoquam ſine mandato poſtulare permittitur.*
3 *Gratia impetratur ſuppoſito nomine ejus cui impetratur, qui forte ignorare poteſt an impetretur.*
4 & 5. *Res aliqua majoratus potuit alicui vendi tanquam libera, & impetrari facultas ab emptore nomine poſſeſſoris ignorantis.*
6 *Et poterit extraneus impetrare gratiam pro ſpurio, ut inſuper hac infamia ſit maculatus.*
7 *Vel pro nobili ignorante gratiam nobilitatis impetrare, ut poſtmodum ex gratia appareat ejus confeſſio plebis.*
8 & ſeqq. *An gratia afferens pro parte P. fuiſſe impetratam probet aliunde non conſtito per ipſum P. fuiſſe impetratam.*
9 *Aſſertionis Principis ſtandum erit ibidem. Mandatum probatur ex verbis narrativis Principis.*
10 *Aſſertioni Principis, quod quis ſit procurator alterius ſtatus, etiam quod de mandato aliter non appareat.*
11 *Aſſertionem Principis ignorantia pro parte tua P. poſſeſſoris talis majoratus, nihil probare pro ejus parte fuiſſe impetratam aliunde non conſtito, verius probatur cum ſeqq.*
12 *Aſſertio Principis in grave præjudicium tertii nihil probat.*
13 *Aſſertio Principis atteſtantis de facto alieno nihil probat.*
14 *Princeps non ſe fundans in aſſertione ſua, ſed per enuntiatum de illa loquitur, aſſertio non probat.*
15 *Clement.* 1. *de probationibus multas patitur fallentias. remiſſivè.*
16 *Facultas ad alienandum bona majoratus afferens pro parte P. poſſeſſoris fuit poſtulatum, nihil probare oſtenditur, cum ſequentibus.*
17 *Impenſa in actu facta facit præſumere mandatum, & ratihabitionem ejus, pro quo factus eſt actus.*
18 *Gratia legitimitatis afferens pro parte P. fuiſſe obtentam, nihil probat in præjudicium patris.*
19 *Non conſtito de expreſſo conſenſu patris. Reg. omnium in fin. C. de teſtamentis ad idem ponderatur. ibid.*
21 *Aſſertio gratiæ gratiam fuiſſe ab aliquo impetratam, non probat, niſi aliter probetur.*
22 *Principis verba aſſertiva non probant in iis, in quibus ipſe diſponere non poteſt, prout de alterius conſenſu.*
23 & 24. *Etiamſi adeſſent clauſulæ* de plenitudine poteſtatis ex certa ſcientia, & motu proprio.
25 *Aſſertio Principis* pro parte tua fuit poſtulatum, *non probat in præjudicium tertii, quod ipſe impetraverit gratiam.*
26 *Facultas ad alienandum bona majoratus afferens pro parte poſſeſſoris fuiſſe poſtulatam, non probat in ejus præjudicium.*

Credi-

27 *Creditores contrahentes cum facultate afferente pro parte poſſeſſoris fuiſſe impetratam nullum jus habere poſſunt in concurſu majoratus.*

28 *Facultas impetrata à non vero poſſeſſore majoratus, nihil prodeſt ſecum contrahentibus.*

29 *& ſeqq. Niſi aliter conſtet, & appareat gratiam fuiſſe impetratam ab eo, qui in ea ſupponitur, & aſſeritur.*

30 *Inſcriptio ſola abſque ſubſcriptione idem probat, ac ſubſcriptio.*

31 *& 32. Ratificatio, & approbatio gratiæ ejus, qui ſupponitur impetraſſe, validat gratiam, etiamſi ipſe ignoraverit impetrationem.*

33 *Actus quando corruit ex defectu conſenſus, ſive conſenſus procedat, ſive ſequatur, convaleſcit.*

34 *Ratificatio gratiæ impetratæ ſine mandato, ſive expreſſa, ſive tacita ex aliquibus actibus ad ratificationem tendentibus prodeſt.*

35 *Facultate à tertio impetrata ſi poſſeſſor majoratus uſus fuit, revalidatur, & idem operatur ac ſi ab ipſo fuiſſet impetrata.*

36 *Facultas ad alienandum impetrata ſine mandato poſſeſſoris nihil operatur.*

37 *Poſterius tamen uſum probat, & ratificatur.*

38 *Et per uſum facultatis operatur, ac ſi à principio ipſe poſſeſſor facultatem impetraſſet.*

39 *Creditor contrahens cum poſſeſſore majoratus virtutem facultatis à tertio impetratæ, ſine mandato, ſemper tutus eſt, ut in concurſu graduetur.*

40 *Facultatem Regiam impetratam à tertio nomine poſſeſſoris in ſua vita ea non utentis, non poteſt ratificari à ſucceſſore.*

41 *Facultas Regia, etiam valida ad alienandum bona majoratus qua in ſua vita impetrans non fuit, uſus non tranſit in ſucceſſorem.*

42 *& 43. Mandatum datum à poſſeſſore majoratus ſecum ſuper bonis ejus contrahendi ad impetrandam facultatem extinguitur ejus morte, & à ſucceſſore ratificari non poteſt.*

44 *Secus tamen quando contrahens cum prædefuncto, nomine ſucceſſoris facultatem impetravit, & à ſucceſſore fuerit ratificata.*

45 *Facultatem afferens nomine talis poſſeſſoris fuiſſe impetratam probat in antiquis etiamſi de tertii præjudicio agatur.*

46 *Antiquum tempus quod dicatur. remiſſivè.*

47 *Clem. 1. de probationibus, multas patitur limitationes. remiſſivè.*

48 *Aſſertio Principis aſſirentis talem eſſe procuratorem alterius, non probat.*

49 *Aſſertio Pontificis dicentis factam fuiſſe renunciationem in ſuis manibus per N. procuratorem patris, non probat verum eſſe procuratorem.*

1 EX incauto ſtylo omnium ferè curiarum erga modum impetrandæ gratiæ, & facultatis à Principe multæ oriri poſſunt fraudes, & intolerabilia præjudicia tertio (cui potius intereſt non impetrari) à quo gratiam eſſe poſtulatam, falsò, & facilè ſupponi poteſt, & fingi, etiam ipſo ignorante non conſentiente, nec mandante, ſupplicatio etenim fit per ſimplex memoriale in papyro, ut obiter in tract. *de ſupplicatione ad Sanctiſſ. 2. part. cap. 30. num. 3. & num. 14.* abſque ſubſcriptione ejus cui ſupponitur impetrare hoc modo. *P. poſſeſſor talis majoratus ſupplicat, ut ſibi concedatur facultas ad alienandum bona ipſius, vel hypothecandum in tanta ad alienandum ob tales rationes, vel ut confir-*
2 *metur talis alienatio facta jam, vel cenſus creatio*, &c. Et hoc memoriale nunquam ſubſcribitur ab eo, qui facultatem poſtulare ſonat, & ideò à quoquam facultas, ſeu gratia poſtulari, & impetrari permittitur abſque mandato ejus, in cujus favorem ſupponitur impetrata, probant Sanchez *de matrim. lib. 8. diſputat. 26. per totam.* Moneta *de commutat. ultim. vol. cap. 7. num.* 415. Melchior Lotherius *de re beneficii, lib. 3. quæſt. 1. num.* 32. Hieronym. Gonzal. *ad reg. 7. Cancellar. gloſſ. 93. n.* 16. Nogueroi. *allegat. 32. n.* 117. & diximus *infrà 2. part. c. 10. n. 25. 26. & 27.* per *leg. univerſi 6. C. de precibus impera. offeren. cap. ſi motu proprio de præbendis libro ſexto.*

Quo ſupplicationis modo non obſtante, ſemper prin- 3
ceps concedit facultatem, & gratiam ad ſupradicta, & cætera alia cum ſuppoſitione, quod contentus in memoriali, & ſupplicatione eſt qui poſtulat, & ſupplicat idem in eadem gratia expreſsè dicat *pro parte tui P. poſſeſſoris talis majoratus fuerit mihi ſupplicatum*, &c. Cum forſan ipſe P. poſſeſſor, de quo ſonat memoriale, & facultas ignarus ſit talis ſupplicationis, nec ad illam poſtulandam ſuum præſtiterit aſſenſum, vel juſſum ex quo ſi ſtetur Principis illi incertæ aſſertioni multa detrimenta, damna præjudicialia, & fraudes tertio ignoranti, poſſunt facilè machinari, ut ex exemplis ſubjiciendis clarè percipies, potuit namque res aliqua majoratus 4
alicui vendi a poſſeſſore ipſius abſque regia facultate, vel etiam tanquam libera, & abſque pacto impetrandæ facultatis, vel quando abſque ea ſuper bonis majoratus poſſeſſor impoſuit annuum cenſum, tunc ipſe emptor, vel creditor, ut tutus ſit, potuit abſque mandato, vel conſenſu poſſeſſoris alienantis confirmatoriam facultatem hujus nomine impetrare, ignorantis ad præjudicium majoratus, & ſucceſſorum.

Item quando poſſeſſor majoratus alienavit, vel cen- 5
ſum impoſuit dato conſenſu emptori, vel creditori impetrandæ facultatis, confirmationis à Principe, & re integra alienans deceſſit, tunc vel ejus nomine, vel ſucceſſoris non conſentientis poſtulat facultatem ad latè tradita *ſuprà 1. p. c. 33. per totum.*

Item filius ſpurius, ſeu naturalis nomine patris igno- 6
rantis, poterit ejus nomine ſuppoſito legitimitatis gratiam impetrare, & in ejus præjudicium: item tertius depravatæ intentionis poterit nomine filii naturalis ignorantis legitimitatem pro ſpurietate, ut deinceps ea nota maculetur, item poteſt tertius pro aliquo (qui nobilis ſit) impetrare nobilitatis indultum, & gratiam, 7
ut ex ea ſeipſum nobilem ſanguinis negaverit, & plebeium confeſſus ſit, cùm ut diximus memoriale licèt non ſubſcriptum ſonet ab eo datum, qui in eo nominatus fuit, & inſuper princeps in gratia aſſerat quod pro parte ejuſdem ſupplicatum fuerit.

Quæritur igitur an iſta Principis aſſertio ſola, & de per 8
ſe probet in prædictis, & aliis ſimilibus caſibus in præjudicium ejus cujus etiam ignorantis facultas, & gratia poſtulata & expedita fuit, aliter non probato, nec conſtito de conſenſu, & poſtulatione ipſius tertii, & videtur quod ſic, primo, quia Principis aſſertioni ſtandum erit, *Clement. 1. de probationibus*, text. *in cap. cum à nobis*, de textis cum vulgaribus.

Secundò, quia etiam ex verbis narrativis Principis 9
probatur mandatum, ſic per Ruinum in pluribus *conſ. per eum allegatis ſcribit.* Anton. Gabriel. *commun. concluſ. titul. de probationibus concluſ. 4. n. 19.* Farinac. *de teſtibus qu. 63. n. 116.*

Tertio aſſertioni Principis, quod quis ſit procura- 10
tor alterius, ut puta ſi diceret Papa, quem in ſui manibus renuntiaſſe beneficium per ſuum procuratorem, ſtandum erit, & creditor renunciantem fuiſſe procuratorem etiamſi de mandato non conſtet. Ruin. *conſ. 148. num. 7. lib. 4.* Boer. *dec. 281.* Ant. Gabriel. alios referens *d. concluſ. num. 46.* Farinac. ubi proximè *num. 117. & ſeqq.* ergo noſtra Principis aſſertio *pro parte fuit mihi ſupplicatum*, &c. plenè debet probare, quod iſte fuit, qui facultatem impetravit, nec cavillare potuit Principis aſſertionem.

Iis tamen, & aliis minimè refragantibus, contra- 11
riam ſententiam, imò ut illa aſſertio Principis facta in

litteris gratiæ, & facultatis, nempè pro parte tua P. poſſeſſoris talis majoratus nihil probare, nec præjudicare eidem in terminis terminantibus probarunt plurimi Doctores inferius referendi, quoniam illa aſſertio Principis, non continet factum proprium, ſed relationem ad memoriale ſupplicationis, ſibi exhibitum, quod cum fallax eſſe poſſit, & ſuppoſitum nomen illius, qui petere ſonat cum ignoret, quid à tertio in ejus præjudicium, & detrimentum fuerit hac via alienatum ex ſupradictis à principio hujus cap. minus propterea illa aſſertio Principis, qui non aliter, ſed juxta memorialis relationem incertam loquitur, & aſſerit; probare poterit in præjudicium ejus qui negat à ſe fuiſſe facultatem, & gratiam impetratam, tum quia in grave præjudicium tertii aſſertio Principis nunquam probat ſuper facto non ſuo,
12 ſed alieno, prout latiſſimè videre eſt per Farinac. *de teſtibus, quæſt.* 63. *ex n.* 148. *cum multis ſeq.*

13 Tum etiam, quia quando Princeps atteſtatur de facto alieno, licet non aſſerat ſibi ita narratum apertè, adhuc tamen ſupponendum erit de jure Principem ita aſſeruiſſe, juxta relationem partis, & ideò nullam inducit probationem, abundè Anton. Gabriel. *commun. opin. tit. de probationibus, concl.* 2. *ex n.* 49. & ſignanter *ex n.* 53. *cum ſeqq.* ubi bene explicat.

Deinde quoniam quando Princeps non fundat ſuam
14 gratiam in illa aſſertione, ſed enunciativè de ea loquitur, nunquam talis Principis aſſertio aliquid probat, prout contingit in facultate de qua loquimur. in qua illa Principis aſſertio *pro parte tua nobis fuit ſupplicatum*, non fundat gratiam, & facultatem ad alienandum in illa aſſertione, quia ad concedendam facultatem alienandi bona majoratus non attendit ad perſonam petentis, nec in ea ſe fundat Princeps, ſed in cauſis legitimis ad diſpenſandum, & alienandi facultatem concedendam, utpotè ſi Papa faciat gratiam beneficii à ſe per aliquem impetratam, licet in ea dicat, *facio tibi Petro Clerico, gratiam beneficii*, non ideò probatur clericatus illius impetrantis, quoniam Papa non ſe fundat in clericatu, probarunt Anton. de Butr. & Felin. *in cap. poſſeſſionem col.* 4. *de probat.* Ancharran. *in cap. ſi Judex laicus col.* 2. *verſ. ſed juxta præfata, de ſentent. excomm.* Abb. *in cap. dudum colum.* 2. *de præſumptionibus.* Felin. *in cap. nonnullo, verſ. ſunt, & alii, col.* 5. *de reſcriptis,* Alexander *in leg. ſi prius col.* 9. *verſ. ſed adde, ubi dicit communem, ff. de novi oper. nunciat.* Grammatic. *dec.* 81. *num.* 3. *& ſeqq.* Boër. *dec.* 171. *n.* 12. Ant. Gabriel *commun. opin. tit. de probationibus, n.* 55. *& n.* 56. videndus etiam Farinacius ubi proximè *n.* 196. *& n.* 199. *& n.*
15 202. quibus locis plurimos alios ad idem Doctores allegat, apud quos *per totam concluſ.* & quæſtionem plurimas alias doctrinas videbis conducibiles huic reſolutioni, & limitantes regulam generalem de qua *ſuprà n.* 8. *ex Clem.* 1. *de probationibus.*

16 Et in noſtris terminis, quod facultas ad alienandum bona feudi, ſeu majoratus, nec quælibet alia gratia, qua Princeps aſſerit fuiſſe poſtulatum, & ſupplicatum pro parte alicujus poſſeſſoris feudi, vel majoratus, nullo modo probet in præjudicium ipſius tertii, niſi aliunde oſtendatur, & probetur ipſum gratiam, & facultatem impetraſſe, probarunt multi Doctores Marinus Freſcia *de ſubfeudis lib.* 2. *quæſt.* 24. *per totam, fol. mihi* 178. In hæc. *Vigeſimo quarto quæro, ſi dicitur in privilegio aſſenſus, pro parte Petri fuiſſe ſibi ſupplicatum pro aſſenſu, an ex illis verbis probetur, Petrum Regi ſupplicaſſe? dicimus in conſilio, quod illa verba aſſertiva non probant contra tertium, niſi aliunde probetur ex notat. per Bartol. in leg. in hac ſcriptura de donationibus, & per Doctores in leg. iis ſolis. C. de teſtam. milit.* & per Geminian. *conſ.* 43. Oldrad. *conſ.* 136. *Sanderus in cap. nonnulli de reſcriptis, & in cap. ſicut de re judicata, aliàs poſſet de facili fraus committi in præjudicium tertii, & dum verteretur quæſtio his præteritis menſibus inter magnos dominos, quia dicebant in privilegio cæteris fuiſſe pro parte hæredis ſupplicatum aſſenſu ſuper teſtamento condito per quendam magnum Dominum: ex quo inducebatur novus conſenſus hæredis ſuper actu nullo juxta notata per Andr. Iſern. in d. cap. Imperialem col.* 6. *de prohib. feud. alien. per Federic. in collaterali conſilio judicatum fuit ex illis verbis non eſſe probatum conſenſum hæredis, & ideò pars aſſumpſit onus probandi novam voluntatem hæredis per teſtes,* &c. Hactenus Freſcia.

Aloyſius Riccius *in praxi fori Eccleſiaſt. tom.* 1. *dec.* 89. 17
quærit an aſſenſus Apoſtolici impetratio facta nomine Rectoris probet mandatum ejuſdem Rectoris, qui in hæc loquitur. *Reſpondetur, & dubium faciebat pro affirmativa ratio illa, quæ communiter traditur per Doctores, ſcilicet, quod impenſa in actu facta præſumit mandatum, & ratihabitionem, ut latè per omnes in leg. Cuſedulus, ff. de verb. obligat in Felin. in cap. ſicut num.* 35. *de re judicata.* Creſcentius *dec.* 1. *de præſumptionibus, & idem dec.* 2. *de cauſa poſſeſſ. & propriet.* Maſcard. *de probat. concl.* 106. *num.* 39. *Verum hoc non obſtante in contrarium eſt communis praxis; nam, & ſi alienatio rei Eccleſiæ fuerat facta ſimpliciter abſque aſſenſu, vel reſervatione Summi Pontificis, & poſtea fuit impetratus aſſenſus, & Rector alienans oſtendit revocationem alienationis, & pariter negat ejus voluntate fuiſſe impetratum aſſenſum, non per hoc probatur ejus mandatum, ex eo quod in præfato aſſenſu fuerat nuntiatum pro parte ejus fuiſſe ſupplicatum Summo Pontifici, & ratio eſt quoniam illa verba aſſertiva probant contra tertium* Barthol. *in leg. ex hac ſcriptura, ff. de donation.* Germinian. *conſ.* 44. Oldrad. *conſ.* 136. Verallus *dec.* 140. *part.* 2. *& ita fuit judicatum in leg. cap. Neapolit. in aſſenſu ſuper feudis, refert Freſcia de ſubfeudis, q.* 24. *& ita etiam fuit dictum in Rota Roman. in una Cortonen. bonorum* 26. *Jan.* 1590. *coram illuſtri Placa.*

Eandemmet reſolutionem ad longum tractavit, & 18
optimè poſt alios Doctores probavit Paſchalis *de virib. patr. poteſt.* 2. *p. cap.* 4. *ex n.* 272. *cum multis ſeqq. fol. mihi* 347. ubi tractat de gratia legitimationis filii, qua dicitur, & annuntiatur, quod pro parte patris fuit Principi ſupplicatum, an hæc verba probent in præjudicium patris non aliter conſtito de ejus conſenſu & voluntate impetrandi, qui *ex n.* 273. *& ſeqq.* probat quod legitimatio quælibet ſit invalida non interveniente expreſſo conſenſu patris, cum de reſcripti legitimationis eſſentia ſit ut obtineatur à Principe ad inſtantiam patris, & de ipſius 19
conſenſu, aliàs ei non præjudicat, ne patri paretur hæres; de quo non cogitavit, vel abhorruit.

Poſtmodum *ex num.* 277. *cum ſeqq.* ità ad noſtrum 20
propoſitum ait in hæc: *Nec obſtat ex eadem ſcriptura legitimationis apparere, fuiſſe prædictos filios legitimatos ad preces Baltazaris Patris, ibi (por parte de vos Baltazar Catano) & ex ſubſequentibus verbis, ibi (in os ſuplicaſteis) quoniam libellus vel reſcriptum in quo dicitur ſupplicatum fuiſſe pro parte talis, non probat talem ſupplicaſſe, niſi aliunde probetur ex traditis, per Bartol. in l. ex hac ſcriptura D. de donationibus, quoniam aliàs de facili fraus committi poſſet, agitur etiam de præjudicio patris, cum per talem legitimationem ſibi occultam potuiſſet habere neceſſarium hæredem talem filium præter ejus intentionem, ſicut dicimus in aſſenſu expedito in forma cancellariæ, ut non intelligatur conceſſus a Principe nomine illius pro cujus parte aſſeritur fuiſſe petitum, ut refert Freſcia ſolemniter deciſum lib.* 2. *de ſubfeudis. q.* 24. *per totam, & in individuo in terminis noſtris legitimationis notabiliter docuit Fulgoſius in conſ.* 23. *poſt n.* 2. *ubi allegat text. hoc decidentem in leg. omnium in fine. C. de teſtam. ibi, nec inſtitutus hæres pertimeſcat, cum oblatas preces ſecundum voluntatem defuncti ideneis teſtibus poſſit approbare ubi Gloſſa, & Alexand. clarè n.* 5. &c.

Et poſtmodum ipſe Paſchalis, *n.* 278. ita proſequitur. 21

Verba

Verba autem assertiva seu potius narrativa Principis, quamvis alias fidem faciant, juxta text. in leg. universis, C. de precibus imper. offeren. donec contrarium probetur ut per gloss. & Doctores in clement. unic. de probation. illud tamen procedit primo, ubi rescriptum non tendit in alterius præjudicium; veluti, quod quis restituatur ad famam, ut Bald. declarat in l. 1. num. 2. C. eodem secundo verba assertiva Principis non probant in iis, in quibus ipse Princeps disponere non potest, & sic de alterius consensu necessariò, cum non asserat factum proprium & à se gestum, sed alienum, nec testificetur de re sibi nota per sensum corporeum, sed ipsius concessio refertur ad memoriale exhibitum, quod potuit offerri sine dubio ab alio nomine Baltazaris, proinde quoad hoc assertioni non statur, nec creditur in præjudicium tertii, & aliunde constare debet si declarando, text. in clem. unic. de probationibus cum aliis ex adverso adductis posuit Jason in cons. 86. *in causa, volum. 3. & ante ipsum Aretin. consil.*
22 164. *latissimè Albert. Brunus inter cons. feudalia, cons.* 114. *à n.* 277. *cum seq. etiamsi adessent clausulæ de plenitudine potestatis ex certa scientia sive motu proprio, ut ibi per ipsum num.* 280. *Decius cons.* 202. *num.* 13. *&* 15. *& cons.* 603. *num.* 8. *Craveta cons.* 104. *num.* 8. *Cancerius variar. resolut. part.* 3. *cap.* 3. *num.* 75. *& antea Parisius cumulat. consil.* 15. *num.* 25. *& cons.* 68. *n.* 227. *vol.* 4. *cum factum aliter se habere possit, sicut in hac eadem causa produxit pars exemplum cujusdam supplicationis, ut asseritur porrectæ pro parte prædicti Steph. Catanei suæ majestati, & nihilominus per annos antea prædefunctus erat, & quamvis legitimatio sit donum Principis, non tamen invito Patre confertur, ut per Tellum in l.* 12.
23 *Tauri, n.* 9. *& quando sumus in verbis narrativis, quando Princeps simpliciter factum narrat absque attestatione, prout sunt verba Regis in legitimatione, tunc minus creditur verbis narrativis, ut in specie voluit Ruinus in consil.* 41. *n.* 17. *libro primo*, hactenus Paschalis cujus rationes, & fundamenta rectè quadrant iis qua per nos considerata sunt principio hujus *cap. & ex num.* 11. *cum seqq.*

24

25 Nostram resolutionem tenet Annel. Amatus *in cons.* 1. *n.* 18. 19. *& n.* 20. & per eundem, & alios sequitur Noguerol. *allegat.* 39. *n.* 34. *&* 35. ubi ita ait, *nec obstabit primo replicare prædicta privilegia præcipuè Clement. VIII. concessa fuisse ad instantiam D. Regis Philippi III. & si videre se velle comprehendere in exemptione decimarum sibi, & Regiæ coronæ debitarum, quia respondetur, quod ad hoc probandum solum ponderantur quædam verba enunciativa appositа in dicta concessione, quæ non probant in præjudicium tertii; & sic intelligitur Clement.* 1. *de probationibus, ut per Fresciam de subfeudis, lib.* 2. *q.* 24. *ubi in terminis dicit, quod quando Princeps asserit pro parte Titii fuisse supplicatum pro expeditione privilegii, non probatur in præjudicium Titii, quod ipse impetravit privilegium, Annel. Amatus cons.* 1. *n.* 18. 19. 20. *Paschalis de patr. potest. part.* 2. *c.* 4. *n.* 277. *qui loquitur in terminis legitimationis, quod non præsumatur concessa ad patris instantiam, licet exprimatur in gratia pro parte patris fuisse supplicatum*, &c.

26 Ex quibus communis resultat opinio, quod ex gratia, & facultate Regia asserente pro parte P. possessoris talis majoratus fuisse supplicatum, non probatur ipsum talem possessorem majoratus illam postulasse, nec impetrasse, cum facilè potuit ejus nomine supposito fingi ab eo petitam, & obtentam considerato modo, & stylo supplicandi, & impetrandi gratiam à Principe, nempe per simplex memoriale, quod nec requirit inscriptionem, vel subscriptionem petentis, & si aliter non apparet, & probetur ipsum possessorem majoratus supplicasse, & obtinuisse facultatem, facilè ei erit eam
27 negare & per consequens creditores, qui ejus virtute contraxerunt, excludi à concursus judicio, & sententia graduationis, cum facultas ad alienandum vel obligandum bona majoratus non impetrata ab ejus vero possessore, & Domino, vel ad ejus instantiam, & consensum nulla sit, & prorsus corruat, ur ex Molina *de primogen. lib.* 1. *c.* 9. *per totum*, Avendanno *de censibus*, 9. *cap.* 63. *ex n.* 2. *cum seqq.* diximus *infra* 3. *part. c.* 10. *ex n.* 129. *& à princ. & cap.* 22. *per tot.*

Hæc nostra communis resolutio primò limitatur, ut 28
non procedat quando aliter constat & probatur eum, in cujus nomine supponitur, & asseritur in gratia supplicasse, & facultatem obtinuisse, quia tunc benè probat gratia, & facultas Principis, ut supponunt, & probant DD. omnes suprà allegati de hoc articulo loquentes *ex n.* 16. quia probatur illud ipsum memoriale dedisse of- 29
ficiali seu officialibus curiæ, vel ad gratiam expediendam diligentias personales fecerit, vel alicui scripsisset, ut facultatem impetrasset, vel aliter probetur litteram memorialis fuisse propriæ manus ipsius possessoris majoratus, cùm eodem modo probet inscriptio sola abs- 30
que subscriptione quod ipsa subscriptio, ut per plures probat Hieronymus Gonzalez *de mens. & alternati. glossæ* 60. *à n.* 31. *& seqq.* & Nos *de retent. Bullar.* 2. *p. c.* 6. *n.* 28. 29 *&* 30.

Secundò limitatur communis resolutio, ut non pro- 31
cedat, quando is, in cujus nomine asseritur facultatem, & gratiam fuisse expeditam, & supplicatum, ipsam aliquo modo approbaverit, vel ratificaverit; puta, quia illa usus fuerit, nam licet ad facultatis essentiam requiratur consensus ejus in cujus nomine sit impetrata absque mandato, scientia, vel consensu; tamen bene suffi- 32
ciat consensum ejus subsequi, ita in istis terminis per Jacob. de Belluis *in §. generaliter, quibus modis natural. efficiant. sui*, Angelus *in cons.* 87. *pro decisione verfic. confirmatur hoc, & vers. nec etiam obstat.* Chassaneum *in consuetudine Burgund. rubric.* 8. §. 3. *post n.* 21. Burgatus *in cons.* 443. *n.* 1. *cum seq vol.* 4. dixit Paschal. *de viribus patr. potestat.* 2. *part. cap.* 4. *n.* 275. *ad finem*, & quia quando actus corruit ex defectu consensus ejus, 33
cujus interest, sive præcedat, sive sequatur, actus revalidatur. Plura adduximus infra 2. *part. cap.* 10. *n.* 3. *&* 4. *& ex d.* 33. *cum seq.* vel aliter potest expressè acceptare gratiam ille cujus nomine suppositо fuit impetrata. Paschalis *loco citat. n.* 276. Vel quando illam ratificavit, sive expressè, ut dictum est, vel tacitè ex aliquibus ac- 34
tibus tendentibus ad facultatis, & gratiæ approbationem, & consensum. Et qui compatibiles non sunt circa gratiam, non fieri possunt, nisi dispensatione existente, Molina latè *de justitia & jure. tom.* 1. *disp.* 173. *col.* 6. *lit. A.* Ruinus *cons.* 81. *num.* 12. *vol.* 3. Ozascus *dec.* 119. *num.* 22. Paschalis *ubi proximè, num.* 275. *& num.* 273. *supplicationem*, nomine absentis ex doctrina Baldi *in cons.* 146. *num.* 7. *vol.* 1. & Cagnolus *in l. si qua illustris, C. ad Orifician.* dantis cautelam, ut constet de mandato vel ex alio appareat ratificatio, seu approbatio gratiæ. Matiens. *ad leg.* 10. *gloss.* 1. *num.* 11. *tit.* 8. *lib.* 5. *recopilationis.*

Vel quando ipse possessor majoratus cujus nomine 35
sonat, & supponitur facultas impetrata, illa usus fuit, quia tunc idem operatur, ac si à principio verè, & realiter, & ab eo vel ab alio cum speciali mandato suo fuisset impetrata dispensatio, vel gratia, quia gratia, & facultate usus fuit, etiam si ab alio fuisset impetrata sine mandato, vel fuerit motu proprio concessa, ut *per reg. leg.* 3. *in princip. ff. quod quisque juris*, & per plura alta probat Carolus Ruinus *in cons.* 133. *num.* 1. *lib.* 1. quam doctrinam singularem, & notandam dicit Pelaez à Mierez *de majoratu*, 4. *parte, qu.* 1. *limitat.* 6. *num* 72. *&* 73. Noguerol. *allegat* 32. *n.* 177. *in fin.*

Probatur insuper quod licet facultas aut alia quæli- 36
bet gratia possit impetrari ab aliquo tertio in favorem alicujus ignorantis sine istius mandato speciali, vel generali, ut probant Doctores citati *ad principium* 37
hujus cap. numer. 2. tamen ante ejus ratificationem

per uſum ipſius gratiæ, vel alio quovis modo tacito, vel expreſſo non prodeſt: poſt uſum facultatis tamen, vel aliam ratificationem bene probat, ſuſtinetur, & operatur, juxta textum *in Authent. quibus modis natural. efficiant. ſui*, §. *illud tamen. verſ. generaliter autem. collat.* 7. ibi, *generaliter autem in omnibus, qui per prædictos modos deducuntur ad legitimum jus, tunc hoc volumus obtinere, dum, & filii hoc ratum habuerint.* Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 26. *num.* 14. *& num.* 15. & ex pluribus juribus & Doctoribus ipſe Sanchez *lib.* 3. *diſp.* 36. *ex n.* 2. Noguerol. *alleg.* 32. *n.* 177. ubi dicit, quod licet facultas impetrata ad alienandum, vel cenſui ſubjicien-
38 dum bona majoratus, impetretur à tertio abſque mandato & ſcientia poſſeſſoris majoratus; tamen ſi iſte uſus fuerit eadem facultate cenſum ſuper eo imponens, intelligitur facultatem ratificare, ac ſi à principio ipſemet impetraſſet eandem, quod & probavimus infrà 2. *part. cap.* 10. *n.* 127. *& n.* 128. & vide ſuperius *n.* 25. *cum ſeq. eod. cap.* 10.

39 Ex hac ſecunda ad regulam limitatione, de qua hactenus *ex n.* 31. *verſ. ſecundo limitatur*, &c. primò utiliter infertur, quod creditor quia contraxit cum poſſeſſore majoratus virtute facultatis regiæ à ſe non impetratæ; ſed ab alio quolibet abſque poſſeſſoris ejuſdem mandato, aut ſcientia ſemper tutus erit, & ſecurus, ne deinceps moleſtari poſſit, nec ab ipſo poſſeſſore majoratus nec à quolibet pro tempore ſucceſſore hac de cauſa, & defectu, quod ad inſtantiam & ſcientiam poſſeſſoris alienantis vel obligantis bona majoratus facultas non fuerit impetrata, eo quod quomodolibet eam ratam habuiſſet per uſum facultatis, ipſam impetraſſe, intelligitur ex hactenus viriliter comprobatis, & propterea iſte talis creditor præcisè graduandus erit in concurſu peracto ad bona majoratus per eundem poſſeſſorem, vel ejus ſucceſſores iſtam noſtræ veriſſimæ limitationis doctrinam declarabis, ut non tranſgrediatur terminos ſuos, & ſic ut in duobus caſibus non proce-
40 dat. Primus quando is poſſeſſor majoratus, cujus ignorantis nomina per tertium fuit facultas regia impetrata, & ad ejus inſtantiam ſupplicatum, & expedimenta, deceſſit, anteaquam illam ratificaret expreſsè, vel tacitè ea utendo; nam tunc ſucceſſor ejuſdem majoratus ea uti non poterit, nec ejus ratificatio valida erit; tum, quia non ſucceſſoris, ſed prædeceſſoris nomine fuit impetrata per tertium, & ratum quis habere non poteſt, quod ejus nomine non eſt geſtum ex regula juris.

41 Tum etiam, quia facultas Regia ad alienandum, vel obligandum bona majoratus per prædeceſſorem, etiam validè, & efficaciter impetrata, qua in vita ſua uſus non fuit, non tranſit in ejus ſucceſſorem, nec ejus virtute poterit iſte alienare, vel obligare bona ejuſdem majoratus, ut per plurima fundamenta ex Gregor. Lopez, utroque Molina, Mierez, & multis aliis Doctoribus manifeſtè probavimus infrà 2. *part. cap.* 20. *ex n.* 65. *cum multis ſeq.* ergo multo minus uti poterit ea regia facultate, quæ ex defectu ratificationis, ſui anteceſſoris manſit informis, & inefficax, & quæ non probatur verè ad inſtantiam prædeceſſoris in ea nominati, fuerit expedita, ad latè tradita ſuperiùs *ex n.* 11. *cum ſeq.*

42 Secundus caſus erit, quando prædeceſſor alienavit, vel obligavit bona majoratus cum clauſula impetrandæ facultatis, & etiam dato mandato creditori eidem ad impetrandum, & iſto mortuo obligante, & alienante, ejus nomine facultatem impetravit, quia tunc ſucceſſor illam non poterit ratificare, quia ejus nomine impetrata non fuit ex proximè dictis, & quia illud mandatum à prædeceſſore datum creditori ad impetrandum per mortem poſſeſſoris majoratus, cujus jus fuit annihilatum, ac ſi nunquam in mundo fuiſſet; remanſit extinctum, & reſolutum, abundè probatur *ſuprà hac* 1. *part. c.* 28. *ex n.* 12. *cum multis ſeq. & à princip.*

Ut ſecus tamen ſit, quando contrahens cum prædeceſſore nomine ſucceſſoris impetraverit facultatem, & confirmationem contractus, obligationes prædeceſſoris, 43 44
quia tunc ſucceſſor bene poterit approbare, & ratificare facultatem ſic impetratam, ad latiſſimà tradita ſuprà 1. *parte, c.* 33. *per totum.*

Tertiò noſtra prncipalis reſolutio, qua diximus fa- 45
cultatem regiam afferentem ad inſtantiam, *& pro parte Petri poſſeſſoris talis majoratus fuiſſe obtentam, & exhibitam ſupplicationem*; minimè probari ipſum impetraſſe, fallit in antiquis privilegiis, gratiis & facultatibus, in quibus indiſtinctè etiam quod contineant factum alienum, ac etiamſi tertii præjudicio agatur, Principis aſſertioni, & ejus verbis enunciativis omninò erit ſtandum, ac plenè probat. Scripſerunt Imola *in Clem.* 1. *de probation. n.* 9. Felinus *in cap. cum cauſam. n.* 5. *de probation.* Alexand. *conſ.* 6. *n.* 6. *lib.* 1. *& conſ.* 15. *poſt num.* 3. *lib.* 5. Aymon. Craveta *de antiquit. tempor. part.* 1. *in princ. num.* 8. *& ſect. non omitto num.* 25. *& ſeqq.* Anton Gabriel. qui alios refert *tit. de probation. concluſ.* 2. *num.* 54. Cephal. *conſ.* 202 *num.* 3. *& ſeqq. lib.* 5. Mandoſ. ad Lappum *allegat* 7. *litt. A. col* 3. *verſ. limita primo* Maſcard. *de probat. lib.* 1. *concl.* 139 *num.* 20. ubi declarat niſi hæc Principis aſſertio ſit fundata ſuper relatione partis, & iterum *concluſ.* 1257. *n.* 118. & poſt Maſcardum *concluſ.* 932. Vivium *commun. opin.* Tuſchum, Genuam, & Riccium idem probat Solorzano *de jure Indiar. lib.* 2. *cap.* 8. *ex n.* 48. *& ſeqq.* & per deciſionem Farinacii tenet Barboſa *in collect. ad Clem.* 2. *de probat. n.* 9. Farinac. *de teſtib. q.* 63. *ex n.* 106.

Et quod tempus dicatur antiquum, videndus Aymon 46
Craveta *de antiquit. tempor. part.* 1. *in princ. n.* 1. *& ſeqq. uſque ad n.* 8. abundè Maſcard. *de probat. concluſ.* 1063. *per totam, & concluſ.* 6[illegible]2. Farinacius *de teſtibus, quæſt.* 69. *ex n.* 142. Cevallos *commun. contra comm. quæſt.* 392. *per totam*, latiſſimè plures, & varias referens opiniones poſt plurimorum Doctorum antiquorum & modernorum relationem, videndus erit Garcia *de beneficiis, p.* 2. *cap.* 2. *de unione, ex n.* 261. *cum multis ſeqq.* quem conſule.

Quibus ſic ſuppoſitis non obſtant argumenta in con- 47
trarium adducta ſuperius *ex n.* 8. *& non primum, ex regula Clement.* 1. *de probationibus*, quod aſſertioni Principis ſemper ſit ſtandum, quia reſpondetur ad regulam: licet generaliter vera ſit, pati tamen omnes ultra alias limitationes ſcriptas *ex n.* 11. *cum ſeqq.* Nec obſtat ſecundum & tertium argumentum (quia ad idem tendit 48
utrumque) ut ex aſſertione Principis afferentis coram ſe, Petro renunciaſſe beneficium per procuratorem probari mandatum, & eſſe procuratorem, & ſi aliter de mandato non doceatur quia reſpondetur, contrarium verius eſſe, nam Doctores in eo allegati ſolum firmant mandatum non probari, quando dominus principalis negavit mandatum, ut latè videre eſt per Gabriel. *commun. opin. tit. de probation. concl.* 2. *n.* 7. 8. *& 9.*

Et ideò dicit Flaminius Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.* 49
8. *qu.* 11. *n.* 16. quod ſi Summ. Pont. aſſerat renunciationem talis beneficii eſſe factam coram ſe in ejus manibus per procuratorem, adhuc tamen licet iſta aſſertio probet renunciationem factam per aliquem tanquam procuratorem: non tamen probat illum fuiſſe verum procuratorem, nec habuiſſe legitimum mandatum. Sequitur Barboſa *in collectan. ad Clem.* 1. *de probat. n.* 23.

CAPUT XL.

Lis quælibet movenda contra debitorem concurſu univerſali pendente, an præcisè cum creditoribus ei aſſiſtentibus ſit ſimul retractanda, ut præjudicet.

Et

Et an creditores poſſint uti exceptionibus debitori competentibus etiam invito.

Et an concurſu pendente poſſit inchoari præſcriptio contra debitorem.

Et an ante concurſum inchoata præſcriptio poſſit perfici, & proſequi poſt concurſum cauſatum.

SUMMARIUM.

1 *Debitor formato concurſu, & dimiſſa adminiſtratione, retinet actiones activas, & paſſivas, ſicut poſſeſſionem, & dominium bonorum ſuorum.*

2 *Non tamen ad earum exercitium, ita amplam retinet poteſtatem quin ſubordinetur juri creditorum noviter acquiſito ex ceſſione bonorum.*

3 *Ex ſequeſtro appoſito in bonis concurſus prohibitio alienationis oritur ad favorem creditorum.*

4 *Lites motæ contra debitorem concurſu pendente ſimul, ſunt cum creditoribus tractandæ, ut utilis res judicata obſtet.*

5 *Lites omnes motæ contra debitorem, ſive ante concurſum cauſatum, ſive poſt trahuntur ad concurſum univerſalem.*

6 *Lites motæ, contra debitorem concurſu pendente, ſi cum debitoribus non tractarentur, ſimul facilè foret illos fraudare, & cum collitigantibus colludere.*

7 *Sententia obtenta contra debitorem non præjudicat creditoribus non citatis, quominus eam poſſint impugnare.*

8 & 9. *Tertius quilibet, ratione ſui intereſſe aſſiſtere poteſt liti inter alios motæ, ne colluſionem patiatur.*

10 *Contra debitores, vel tertios moventes litem verſus debitorem concurſu pendente ſive in rem, ſive in perſonam, poſſunt cæteri creditores opponere omnes exceptiones debitori communi competentes.*

11 *Jure meo me invito nemo poteſt uti ad ſui commodum.*

12 *Creditoribus mariti competit exceptio non numeratæ dotis, competens marito, etiam iſto invito.*

13 *Exceptionem non numeratæ pecuniæ competentem debitor contra alium, poſſunt opponere creditores ratione ſui intereſſe.*

14 *Præſcriptionis exceptionem poſſunt creditores opponere contra tertium vendicantem rem debitoris.*

15 *Exceptionem defectus tituli poſſunt uni creditores opponere contra alios prætendentes admitti ad graduationem.*

16 *Præſcriptionis exceptionem competentem debitori contra creditorem circa creditum, vel hypothecam, poſſunt cæteri creditores opponere.*

17 *De jure tertii nemo poteſt regulariter opponere.*

18 *Jus creditorum quæſitum ratione ceſſionis, & ſequeſtri eſt connexum cum jure debitoris ad effectum defendendi bona concurſus ſibi ceſſa.*

19 *Creditores ex perſona ſui debitoris poſſunt uti omnibus exceptionibus tendentibus in patrimonii conſervationem.*

20 *De jure tertii perimente ipſo jure, & excludente agentem, quilibet opponere poteſt.*

21 *De jure tertii, quilibet intereſſe habens opponere poteſt.*

22 *Creditor agens hypothecaria actione, poteſt contra poſſeſſorem opponere de dominio debitoris.*

23 *Majoratus immediatus ſucceſſor poteſt aſſiſtere liti contra poſſeſſorem motæ, & opponere omnes exceptiones ſibi & poſſeſſori competentes.*

24 *Exceptionem legitimam, ſi poſſeſſor majoratus omiſerit, poteſt immediatus ſucceſſor opponere ad infringendam rem judicatam.*

25 *Præſcriptio contra debitorem, an poſſit incipere pendente concurſu diſceptatur, cum ſeqq.*

Actionis activæ, & paſſivæ exercitio an privetur debitor concurſu à ſe formato. ibid.

26 *Præſcriptio non currit impedito agere.*

27 *Actiones activas, & paſſivas, retinet debitor concurſum cauſans, & ab eo, & in eum exercentur.*

28 *Præſcriptionem contra debitorem concurſu pendente initium aſſumere non poſſe offenditur, cum ſeqq.*

Concurſu formato ſtatim interdicta eſt debitori bonorum ſuorum adminiſtratio, & alienatio. ibid.

Cui prohibetur alienatio, prohibitum eſt præſcriptionem pati. ibid.

Alienationis verbo etiam præſcriptio continetur. ibid.

29 *Præſcriptio non poteſt incipere, nec currere contra eum, cui eſt prohibita alienatio.*

30 *Adminiſtrationem ſui patrimonii abdicat à ſe debitor concurſu formato.*

31 *Adminiſtrator negligens in non exigendo, vel minus debitor exigendo non præjudicat debitori.*

32 *Adminiſtrator non poſſidet bona concurſus, nec alienare poteſt, nec de eis aliquo modo diſponere ceſſante judicis decreto.*

33 *Gabellarum conductore minus debito per multos annos exigentes à debitoribus, iſti nullam poſſunt contra dominum allegare poſſeſſionem, nec præſcriptionem.*

Quia ſicuti illi conductores non poſſident, nec poterunt ob ſuam negligentiam conſtituere non ſolventem à quaſi-poſſeſſione in præjudicium domini. ibid.

34 *Conductores, & alii ſimiles, qui non poſſident, non poſſunt in alium poſſeſſionem transferre.*

35 *Annuos redditus per longum tempus exigens ab eo, qui alieno nomine poſſidebat, non conſtituitur in quaſi-poſſeſſione exigendi in præjudicium domini.*

36 *Penſionum ſolutiones factæ per multos annos à non habente titulum beneficii, non conſtituunt exigentem in quaſi-poſſeſſionem.*

37 *Creditor mandatum habens ad exigendam penſionem, ut ſibi ſolvat, ſi per multos annos exegit in pecunia eroſa, cum deberet exigere in argentea, non conſtituit ſolventem in quaſi-poſſeſſione ad præſcribendum.*

38 *Adminiſtrator cauſæ piæ exigens cenſum in eroſa moneta per plures annos, non præjudicat ipſæ cauſæ piæ, quominus in argentea moneta juxta cenſus conſtitutionem poſſit exigere.*

39 *Alieno nomine exigens in non exigendo, vel minus debito exigendo vel aliter, quàm debebat, non præjudicat domino, nec ſolventes conſtituit in quaſi-poſſeſſione.*

40 *Depoſitarius ſequeſter, & œconomus negligentes in exactione non conſtituunt non ſolventes, vel minus debito ſolventes in quaſi-poſſeſſione, niſi ſciente & patiente domino.*

Adminiſtrator, & œconomus minus debito cenſum exigens per 40. annos, non præjudicat domino. ibid.

41 *Sequeſter ſpolii Prælati mortui ſolvens penſiones alicui, non præjudicat dignitati, non exigens conſtituitur in quaſi-poſſeſſione.*

42 *Præſcriptio legitimæ cœpta contra debitorem ante concurſum cauſatum, an condemnari, & perfici poſſit concurſu pendente.*

Ex concurſu à ſe facto debitor prohibetur bona ſua alienare. ibid.

43 *Præſcriptio cœpta ante prohibitionem alienationis, perficitur prohibitione ſuperveniente.*

L. Si fundum ff. de fundo dot. exornatur. ibid.

44 *Contra poſſeſſorem majoratus præſcriptio longiſſima currit.*

45 *Præſcriptio immemorialis requiritur contra ſucceſſores omnes majoratus.*

46 *Præſcriptio legitimè inchoata, contra fundatorem majoratus, tempore ordinario perficitur contra omnes ſucceſſores, prohibitione alienationis interim ſuperveniente non obſtante.*

Ex

47 *Ex majoratu revocabili nihil obſtat præſcriptioni cœptæ tempore fundatoris.*

48 *Præſcriptio cœpta contra laicum, non perficitur contra Eccleſiam ſucceſſorem tempore ordinario, ſed quadragenaria requiritur.*

49 *Præſcriptionem cœptam ante concurſum non perfici concurſu pendente, verius oſtenditur.*

50 *Præſcriptio contra debitorem cœpta requirit ſcientiam creditorum, qui ex concurſu novum jus, & intereſſe quæſierunt, quibus ob probabilem ignorantiam reſtitutio datur.*

51 *Præſcriptio exceptionis non numeratæ pecuniæ contra debitorem, non præjudicat creditoribus ignorantibus vel abſentibus, quibus reſtitutio conceditur.*

52 *Etiam ſi creditores contraxerint, cœpta jam præſcriptione contra debitorem.*

53 & 54. *Præſcriptio rei hypothecatæ contra debitorem, non præjudicat creditori in ſua hypotheca, quæ tranſit in præſcribentem.*

55 *Bona, & jura debitoris, quæ à tertio poſſidentur, vendicantur, ut corpus concurſus ingrediantur.*

Creditores, & tertii poſſeſſores ad concurſum citati, non proſequuntur præſcriptionem per litem motam interruptam. ibid.

56 *Præſcriptio inchoata quomodo interrumpatur, & quod per actus judiciales non per extrajudiciales interrumpi poteſt, remiſſivè.*

57 *Præſcriptio viæ executivæ, per quem judicii actum interrumpatur.*

58 *De præſcriptione, etiam immemoriali deducitur tempus litis pendentis.*

59 *Præſcriptio interrupta per litis conteſtationem continuatur poſt rem judicatam in favorem præſcribentis.*

60 *Caſus de facto circa præſcriptionem continuatam pendente concurſu proponitur.*

61 *Præſcriptio quadragenaria cum titulo ſufficit ad reducendum bona libera ad majoratum.*

62 *Præſcriptio quadragenaria cum titulo, non ſufficit, quando agitur de extrahendis, & præſcribendis bonis majoratus.*

63 *In reducendis bonis liberis ad majoratus vinculum nulla adeſt juris, nec fundatoris prohibitio, nec is contra quem præſcribitur, impeditur rem alienare.*

64 *In reducendis bonis vinculatis ad libertatem adeſt prohibitio juris, & fundatoris præſcriptionis impeditiva.*

65 *Ad cenſus juſtitiam, non ſuper pecunia numerata impoſiti, ſed ſuper credito antecedente, iſtud debet eſſe certum, indubitabile, & exigibile.*

66 *Præſcriptio per mille annos excluditur à cenſu injuſtè creato, quia ſemper quod appareat de injuſto principio, præſcriptio etiam immemorialis excluditur.*

1 LIcet debitor communis concurſum formaverit per ceſſionem bonorum in eo imbibitam facta in favorem creditorum, ut inter ſe diſtribuantur, dividantur, & ſolvantur authoritate judicis, non ſolùm eorundem bonorum retineat dominium, & poſſeſſionem, ac per conſequens actiones omnes conſervet, eique, & in eundem debitorem dirigantur, & exerceat actiones activas, & paſſivas, tanquam legitima perſona prout de omnibus ad longum diſceptantes reſolvimus ſuprà hac 1. *p. c.* 14. *per tot.*

2 Adhuc tamen non ita liberam, & abſolutam retinet poteſtatem actiones ſuas movendi, & exercendi, quin ſubordinetur ſimul juri creditorum ſuorum habentium conſiderabile jus, & intereſſe in debitoris communis bonis & eorum conſervatione, ortum tunc ex ceſſione bonorum facta per debitorem communem in favorem, & utilitatem creditorum ſuorum, abdicata prorſus à ſe eorum adminiſtratione, ut ſecurè conſignata maneant ad creditorum ſolutionem & plenam ſatisfactionem, & ut inter ſe illa dividere poſſint judicis authoritate interveniente, prout ad longum plurimis Doctoribus citatis diximus 1. *hac parte,* 1. *n.* 28. & 13. *ex n.* 11. *cum ſeqq.*

Tum etiam ob ſequeſtrum bonorum debitoris appoſui ad favorem, & ſecuritatem creditorum, ut ſecurè ex illis iſti ſolvi, & ſatisfieri poſſint, per quod ad favorem ipſorum creditorum inducit ut prohibitio alienationis, & omiſſio adminiſtrationis, qua in ſuis eiſdem bonis caret dominus ipſe, prout ſuprà hac 1. *part. d. cap.* 14. *à n.* 1. *cum multis ſeqq.* latius videre eſt. 3

Tot igitur creditorum ejus, & intereſſe, cui debitor nulla arte detrahere poteſt, efficit, ut quælibet lis ſit movenda contra debitorem pendente concurſu ſive in rem, ſive in perſonam citari debeant creditores illi aſſiſtentes, ut eis poſſit res judicata contra ſolum debitorem obtentam præjudicium generare, aliter enim illis non præjudicat, eo quod de eorum intereſſe, jure, & præjudicio tractatur, cui cum ob ceſſionem eorum bonorum factam à debitore in eorum favorem, & ſequeſtrum appoſitum in bonis deſtinatis ad eorum ſolutionem jus, & intereſſe conſiderabile acquiſierint, ſi diminutionem bona patiantur inſoluti remanebunt, & unde ſe ſatisfaciant de ſuis creditis, non habebunt, ideò eis non citatis litem motam, & rem judicatam obtentam contra ſolum debitorem communem, præjudicare non poſſe ex Gaito *de credito. c.* 4. *quæſito* 11. *n.* 1535. *& ſeqq. fol. mihi* 407. poſt Joan. Bapt. Coſtam *de ratione ratæ q.* 121. *n.* 5. & per eas diximus ſuprà *c.* 13. *n.* 53. *& n.* 24. 4

Ex quo provenit, quod omnes lites motæ contra debitorem ſive ante concurſum formandum, ſive poſt, contra debitorem communem, ſive in rem, ſive in perſonam debent trahi ad concurſum univerſalem, ut ſimul creditoribus illi aſſiſtentibus ſimul tractetur, & diſcutiatur, & ut illi legitimè defendantur; & non patiantur bona à concurſu extrahi, & diſmembrari in eorum maximum detrimentum, & præjudicium ut ad longum diximus ſuprà *cap.* 4. *cum ſuis §§. & c.* 11. *ex nu.* 28. *cum ſeqq.* & plenius *ex n.* 94. 5

Si enim cum creditoribus in judicio concurſus univerſali hæ lites pro tertio contra debitorem motæ non tractarentur ſimul; facilè foret debitori iſtos fraudare, & ſuis juribus privare, cum poſſit debitor cum amico, vel conſanguineo ſuo colludere, ut ſibi moveat ſuper rebus ſuis litem fingendo, & falsò ſupponendo ſe creditorem, vel dominum bonorum, ipſumque debitorem pati ſe vinci per inſtrumenta, & inter collitigantes ficta, ac per ſchedulas ſuppoſitas in eodem judicio à debitore recognitas, ad fraudandum hac via creditorum jura, quod jus non patitur in tam grave præjudicium & detrimentum creditorum, prout obiter conſideravimus *d. c.* 11. *n.* 105. & ampliſſimè infrà 3. *p. c.* 13. *per tot.* maximè *ex n.* 13. *cum multis ſeqq.* pro quo pondero *l.* 3. §. *geſta*, ibi, *verum etiam ſi forte data opera ad judicium non adfuerit, vel litem mori patiatur ff. quæ in fraudem creditor.* & probant Vincent. de Franchis *deciſ.* 523. *numer.* 13. & *deciſ.* 524. Surd. *deciſ.* 256. Franciſc. Aponte *conſ.* 75. *& conſ.* 9. Molina *de primogen. lib.* 4. *c.* 8. Anton. de Virgilio *de legitima perſon. c.* 12. *n.* 28. *&* 29. dicentes, quod ſententia lata contra debitorem non præjudicat cæteris creditoribus non citatis, quominus illam poſſint impugnare, atque ulterius latè videre eſt ſuprà hac 1. *p. c.* 4. §. 2. maximè *ex n.* 60. *& c.* 17. *ex n.* 17. *cum ſeqq.* 6 7

Hinc tertius quilibet ratione ſui intereſſe aſſiſtere poteſt liti inter alios pendenti defenſurus unum ex illis, ne inter collitigantes colluſio interveniat in ejus terti præjudicium, & ne collitigans exceptiones, & defenſiones legitimas omittat, & vinci patiatur; ad late per Nos ſcripta *in comment. de ſupplicat. ad Sanctiſſ.* 2. *part. cap.* 23. *ex n.* 7. & ex *nu.* 45. ſi enim iſte tertius defenſurus actorem vel reum collitigantes inter ſe (cui 8 9

lis,

lis, & res judicata inter eos in consequentiam præjudicat, ut *ex d. n.* 45. *& n.* 50.) admittitur pro suo interesse: quanto magis admitti debent creditores ad litem inter debitorem communem, & tertium motam, cum illis ratione juris, & interesse sui independentis à jure collitigantium, & quibus nec acta, nec res judicata præjudicat ex proximè dictis à principio huius capitis, & ad tradita *d. c.* 13. *à princ.* 2. *p. de supplic. ad Sanctiss.*

10 Sed an creditores (qui concursu pendente non fuerunt citati ad litem motam per tertium contra debitorem communem, nec cum illis lis fuit controversa & agitata, vel ad illam citati comparentes (possint opponere eas omnes legitimas exceptiones, & defensiones quæ competunt debitori suo? Hanc difficultatem tetigit novissimè Acosta *in tract. de privilegiis creditorum, in præfatione ad reg.* 1. *ex n.* 94. *cum seqq.* ubi juridicè constanter tenet, creditores ratione proprii juris, & interesse posse opponere contra creditorem alterum jus prætendentem in concursu ad bona debitoris communis, omnes exceptiones competentes ipsi debitori, vel contra tertium volentem vindicare rem, ut suam positam tamen in concursu, & repertam in bonis debitoris, ita ut nec debitoris renunciatio, aut omissio possit nocere creditoribus, quia aliàs facilè foret debitori fraudare suos creditores, & eorum juribus, & interesse detrahere contra jura expressa ad latè tradita *infrà* 2. *part. c.* 13. *per totum.*

11 Probatur insuper hæc vera resolutio *ex l. pen. C. de non num. pecunia.* ubi probatur, quod licet regulariter non possit quis uti me invito jura in meum favorem, introducto ad suum proprium commodum; juxta *leg. si Judex, D. de minoribus*, tamen creditoribus mariti
12 propter eorum proprium interesse permittitur opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ debitori marito competenti, & etiam isto invito, & reluctante; ita post gloss. Bald. Paul. & Salicetum tradit Barbosa *in leg.* 1. *ff. soluto matrim.* 6. *p. n.* 37. latissimè plurimos referens tenet Gaitus *de credito. c* 4 *quæst.* 11. *n.* 1760. *cum seqq.* ubi latè prosequitur à Costa *de privil. credit.*
13 *ad reg.* 1. *in præfatione sub. n.* 98. *vers. idque clarius probatur, & n.* 94. optimè Cæsar Maneto *cons.* 124. *n.* 34. & quod creditores debitoris possunt opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ contra alios creditores ratione sui interesse, & ex persona debitoris communis est text. *in leg. sicuti. C. de non num. pecunia*, exornat post alios Gait. ubi proximè *ex n.* 1576.

14 Et quod contra tertium vendicantem tanquam Dominum rem in concursu existentem, quod creditores possunt eundem à concursu repellere, & excludere opponendo exceptionem præscriptionis competentem debitori communi, probat à Costa ubi proximè *sub. n.* 93. *ad finem, atque etiam nu.* 94. item etiam creditores possunt adversus Dominum vindicantem rem existentem in concursu opponere defectus tituli, & exceptiones illum infringentes ratione sui interesse, & ex persona sui debitoris ex pluribus probat ipse Acosta loco citato *ex n.* 100. *cum seqq.*

15 Atque pariter contra alios creditores comparentes in eodem concursu, & prætendentes graduari in sententia graduationis, vel ratione sui crediti, vel ratione suæ anterioris hypothecæ, possunt cæteri exceptionem defectus tituli, nullitatis, collusionis, simulationis, & quemlibet alium defectum; ex quo vel prorsus à concursu excludantur, vel ut in inferiori loco graduentur, latè probat Acosta in præfatione *ad reg.* 1. *ex n.* 100. *cum seqq.* faciunt quæ latissimè diximus *supr. hac.* 1. *p. c.* 16. *ex n.* 20. *cum seqq.*

16 Similiter etiam creditores concursus possunt opponere exceptionem præscriptionis competentem, & acquisitam à debitore communi contra aliquem suum creditorem sive circa ipsum creditorem, sive circa hypothecæ jus, quod in bonis debitoris habebat, ut ex Ant. Fabro *in suo C. lib.* 8. *t.* 61. *definit.* 8. tenet Acosta *de privilegiis credit. reg.* 3. *limit.* 3. *ex n.* 17. *cum seqq.*

Nec iis obstabit, quod nullus potest opponere de 17
jure tertii adversus vendicantem *ex leg. loci corpus, ff. si servit. vendicetur*, cum similibus ex latè per nos deductis *infrà* 2. *p. c.* 22. *ex n.* 62. *cum seqq.*

Quia respondetur multipliciter, tum quia jus credi- 18
torum, tam ratione contractus quam ratione cessionis bonorum, & sequestri ad eorum favorem, & utilitatem per judicem concursus appositi, est connexum cum jure debitoris ad defendendum bona concursus eidem cessa, & destinata ad solutionem, quorum interest, ne ab aliis consumantur, minuantur, & ne à concursu ipso extrahi possint, ut ad principium hujus cap. & sæpè dixi in hoc tractatu, ac propterea ex persona sui debitoris possunt uti hujusmodi exceptionibus tendentibus, ut debitoris patrimonium integrè conservetur, & à nemine diminuatur; prout etiam in iis terminis 19
considerat, licet obiter, Acosta *in dicta præfat. ad reg.* 5. *ex n.* 99. *& seqq. & in dicta reg.* 3. *limit.* 3. *ex n.* 17.

Tunc etiam, quia de jure tertii perimente ipse jure, 20
& excludente jus agentis, potest quilibet opponere ad latissimè comprobata *infrà* 2. *p. c.* 22. *ex n.* 63. ubi plurimos Docto es allegavimus.

Respondetur ulterius ex communi Doctorum opi- 21
nione, quod quilibet habens interesse proprium, potest opponere de jure tertii ad excludendam intentionem adversarii, quamplurimos Doctores ad idem allegavimus *d. c.* 22. *nu.* 64. de interesse igitur proprio creditorum in conservatione, & defensione bonorum concursus nemo dubitat ex supra dictis: ergo tam ratione sui interesse, quàm ex persona debitoris possunt indubiè creditores uti exceptionibus quibuslibet debitoris ad excludendum quemlibet vendicantem bona concursus, & creditorem ad illa jus quodlibet prætendentem.

Videmus insuper, quod creditor hypothecarius agens 22
contra tertium possessorem rei illam tenentem jure proprio, & contendentem suam esse, & non debitoris potest objicere, opponere, & probare dominium debitoris ad exclusionem possessoris; prout diximus 2. *p. c.* 22. *nu.* 61. *& ead.* 2. *p. c.* 9. *ex n.* 59. *& seqq.*

Quibus omnibus convenit, quod de immediato suc- 23
cessore majoratus diximus, cui res judicata contra possessorem legitimè defendentem obtenta nocet, at ipse successor pro suo proprio jure, & interesse potest liti ipsi assistere, & opponere omnes exceptiones competentes definitioni majoratus, ne possessor colludat, vel negligens sit in defensione, ita ut si legitimam excep- 24
tionem victus omiserit successor ipse immediatus potest infringere rem judicatam, plurimos Doctores retulimus *infra* 3. *p. c.* 1. *n.* 116. & ideò communiter in tribunalibus creditoris concursus admittitur opponentes de jure, & defensionibus, & exceptionibus competentibus debitori communi, tam contra quemlibet vendicantem rem concursus, quam contrà alios creditores, jus prætendentes ad concursus bona, quia creditores concursus sunt partes formales intuitu sui proprii interesse ad defendenda bona concursus, & ne debitor colludat.

Quoad secundam hujus cap. partem an pendente ju- 25
dicio concursus universali formato per debitorem communem inter suos creditores, possit incipere præscriptio contra eundem debitorem; in qua difficultate videtur dicendum, quod ex tunc initium assumere præscriptio non possit contra debitorem, ex ea ratione; nam debitor communis, eo ipso quod format concursum, non potest movere actionem contra aliquem, ut probare videtur *l. item si unus 29. ff de arbitr. item si unus* (inquit consultus) *ex litigatoribus bonis suis cedat. Julianus lib.* 4. *D. scribit, non esse cogendum arbitrum sententiam dicere, cum nec agere, nec conveniri possit.* text. *in l. ait prætor. ff. de jus deliberand.* ibi, *est enim absurdum ei cui alienatio interdicitur, permitti actiones exercere, ita Labeo scribit*,

ſcribit, ad ipſum probatur *in l. 4. ff. de ceſſione bonorum*, quæ jura adduximus ſupra *c. 13. ex n. 22.*

26 Sed ſic eſt, quod impedito agere non currit præſcriptio *ex l. 1. §. fin. C. de Annuali exceptione*, *leg. 1. in fin. C. de bonis quæ liberis*, *leg. in reb. 30. §. omnis*, *C. de jure dotium*, *leg. 2. ff. de perpetuis & temporar. præſcript. Authent. niſi tricennale*, *C. de bonis maternis*, *cap. quia diverſitatem 5. de conceſſion. præbend.* ergo contra debitorem formantem concurſum, & bonis ſuis cedentem currere præſcriptio non poteſt, cum eidem actiones movere ſit interdictum ex prædictis juribus.

27 Hoc fundamentum aliquibus viſum fuit conſtans, & concludens multoſque ſæpè decepit. Sed revera inane eſt, & in ſe falſum, dum verius ſit quòd debitori formanti concurſum non denegetur, actiones ſibi competentes adverſus alios movere, ſed prorſus illas retineat, eodem modo, quo retinet dominium, & poſſeſſionem ſuorum bonorum, quouſque cum effectu diſtrahantur, vel diſtribuantur, inter creditores in crediti ſatisfactionem & ſolutionem, & ſic intelligi & interpretari leges in contrarium adductas, denegantes actionem debitori bonis cedenti, ad longum probavimus, & diſputantes reſolvimus *ſupra hac 1. p. c. 13. ex nu. 46. cum multis ſeqq. & ex num. 22* quod & quotidie experimur in debitoribus formantibus concurſum agere, movere actiones ſuas, & in eum etiam dirigi, ex quo clarè patet hoc fundamentum nihil prodeſſe ad noſtræ quæſtionis reſolutionem.

28 Efficax tamen, & inevitabile illud erit, ut partem negativam teneamus, ſcilicet concurſu pendente inter creditores cauſato à debitore communi, præſcriptio contra eum initium recipere non poſſit nec currere, certum eſt etenim, ut ſæpiſſimè diximus, quòd ipſi debitori interdicta eſt prorſus ſuorum bonorum, tam adminiſtratio, quam alienatio in præjudicium creditorum. De iis pleniſſimè diximus *ſupra hac 1. p. c. 14. ex n. 1.* uſque ad finalem ubi plurima jura, fundamenta, & innumerabiles penè Doctores id ipſum comprobantes adduximus.

Sed ſic eſt, quod ei cui prohibitum eſt alienare, prohibitum ſimul ſit, & intelligatur præſcriptionem pati, quia per præſcriptionem alienatio inducitur. Ita ut alienationis verbo præſcriptio etiam contineatur, *leg. alienationis verbum 28. ff. de verb. ſignific.* Ibi, *verbum etiam alienationis uſucapionem continet, vix eſt enim, ut non videatur alienare qui patitur uſucapi: eum quoque alienare dicimus, qui non utendo amiſit ſervitutem*, &c. text. *in leg. ſi fundum 16. ff. de fundo dotali*, ibi *nam licet lex Julia, quæ vetat fundum dotalem alienari, pertineat etiam ad hujuſmodi acquiſitionem*, &c. Id eſt præſcriptionem de qua lex illa à principio loquitur, & ita etiam explicat gloſſa ibidem verbo ad hujuſmodi text. etiam *l. 3. geſta. ff. quæ in fraudem creditorum*, ibi, *verum etiamſi forte data opera, ad judicium non adfuerit, vel item moveri patiatur, vel à debitore non petit, ut tempore liberetur, aut uſumfructum, vel ſervitutem amittit, & omnino quale quid facit, ut deſinat habere quod habet, ad hoc edictum pertinet* text. etiam *in leg. 4. eod.* ibi, *in fraudem facere videtur, qui non facit, quod debet facere intelligendum eſt, id eſt, ſi non utatur ſervitutibus.* Ergo impoſſibile erit, quod præſcriptio contra debitorem communem poſſit incipere concurſu pendente per ipſum debitorem cauſato, cui à jure interdicta eſt alienatio, & ſuorum bonorum adminiſtratio.

29 Et quod contra eum, cui bonorum alienatio prohibita eſt, non poſſit currere, & incipere præſcriptio, probarunt Alberic. Angel. Imol. Cumanus, Paul. de Caſtro *in leg. ubi lex, ff. de uſucapionibus, & in l. fin. C. in qq. cauſ. integr. reſtitut. non eſt neceſſar.* ubi Bald. præ cæteris *n. 3.* Alexand. & omnes, *in leg. filius fam. §. divi, ff. de legat. 1.* Decius *conſ. 443. num. 28.* Afflictis *dec. 13. num. 5.* abundè Tiraquell. *de retract. lign. §. 1. gloſſ. 9. ex num. 246. cum multis ſeq.* Antonius Petr. *de fideicommiſſ. quæſt. 11. ex num. 596. & ſequentibus.* Gomez *in 40. Tauri*, *n. 90.* Matienzo *in leg. 8. tit. 7. gloſſ. 5. n. 11.* Pinellus *in Authent. niſi tricennal. ex n. 30. cum ſeqq. C. de bonis maternis* Quamplurimos Doctores alios refert, & pro hac opinione reſolvit Anton. Gabriel. *commun. opin. tit. de præſcription. concl. 3. per totam*, ergo impoſſibile eſt, quod contra debitorem pendente concurſu poſſit inchoari præſcriptio.

Hæc invincibilis pars, & reſolutio noſtra ulterius fulcitur, & fortior redditur, nam concurſu cauſato debitor 30
communis abdicat à ſe omnis patrimonii ſui adminiſtrationem, quæ inde transfunditur in adminiſtrationem, ſequeſtrum & depoſitarium à judice nominatum, ita ut debitor ipſe amplius ad bona ſua non accedat, prout abundè diximus *ſupra hac 1. part. cap. 13. cum ſuo §. unico, & ulterius cap. 14.*

Unde fit, quod ſi adminiſtrator concurſus negligens 31
fuerit in exigendo quod debetur debitori, vel minus debito exegerit, vel plus debito ſolvat nihil officit debitori domino, nec ejus debitorem conſtituit in poſſeſſionem vel quaſi, etſi per multos annos ipſe adminiſtrator negligens fuerit in exigendo ab eo, vel in minus exigendo, vel plus debito ſolvendo, quia adminiſtrator nec eſt bonorum Dominus, nec poteſt 32
aliena bona concurſus, nec de eis in aliquo diſponere ceſſante judicis decreto, & auctoritate; prout *in d. c. 13. & §. un.* copiosè dictum fuit, & reſolutum, & ideò etſi debitor debitoris non ſolverit per multos annos vel minus debito ſolvat negligente adminiſtratore, vel aliter, qui ejus rem teneat, non poterit præſcriptionem allegare, quia caret poſſeſſione, & præſcriptio ſine poſſeſſione nulla eſt, *cap. ſine poſſeſſione præſcriptio non procedit, de regul. jur. in 6. cum vulgar.*

Hanc doctrinam ex dictis rationibus, innumerabiles 33
penè Doctores tenent *ex leg. fin. ff. de acquirend. poſſeſſ.* facit etiam text. *in leg. licitatio, §. earum, ff. de publicanis, & vectigal.* ibi, *ſi præſtari conſuetum in diligentia publicani omiſſum.* Latiſſimè Surdus *in conſ. 454. à n. 45. cum ſeqq.* qui loquitur de conductoribus Gabellarum minus debito per multos annos exigentibus à debitoribus, ut iſti in præjudicium dominii nullam poſſint allegare poſſeſſionem, nec præſcriptionem. Idem probat Tiraquellus *de retractu convent. in fine, num. 18.* Menochius *de recuper. poſſeſſ. remed. 14. n. 2.* & alii plurimi à Surdo allegati Franciſc. Ripa *in reſponſ. 7. nu. 8.* ibi, *quod deſidia conductoris Tiragii, vel alterius juris vectigalis nolentis exigere, non nocet vero Domino nec conſtituit non ſolventem in quaſi poſſeſſione libertatis*, &c. idem dixit Franchis *dec. 397. n. 9.* ibi, *Noviſſimè dicebatur non obſtare, quod pro præterito non fuerit facta exactio; quia quod unus publicanus ex indulgentia, vel negligentia non exigit alterum, exigere non prohibetur.* Optima adeſt doctrina Farinacii *in dec. 508. n. 2. 3. 4. & ſeqq. tom.* 3, ubi reddit rationem, quia iſti, & alii ſimiles non 34
poſſident, & ideo poſſeſſionem transferre non poſſunt. Ludoviſius Poſt *de manutent. obſerv. 35. n. 64.* ubi quod arrendatarius Eccleſiæ in exactione, vel ſolutione facta tertio, hunc non conſtituit in quaſi poſſeſſione in præjudicium Eccleſiæ Dominæ, non data ſcientia, & conſenſu Domini allegat Seraphinum *dec. 1113. d. 2. & dec. 1463. nu. 3. & 5.* & Burattum *dec. 753. num. 1. & dec. 646. nu. 13. poſt tract. de manuten.*

Hinc Cencius *de cenſibus quæſt. 80. ex n. 15.* dicit 35
quod is, qui per longum tempus exigit annuos reditus, non conſtituitur in quaſi-poſſeſſione exigendi, quando exegit ab eo, qui non proprio, ſed alieno nomine poſſidebat, & ſolvebat, qui nullo modo poteſt conſtituere recipientem in quaſi-poſſeſſione, exigendi in præjudicium veri domini, & poſſeſſoris, allegat *dec. 433. n. 5. poſt tract. de cenſ.* qua fuit reſolutum, quod ſolutiones cenſuum factæ Epiſcopo per plures annos à Doctoribus, cujuſdam Eccleſiæ non

potue-

potuerunt constituere Episcopum in quasi possessione exigendi dictum censum ab Abbate, & Canonicis titularibus dictæ Ecclesiæ, quia Rectores solùm habebant exercitium, & administrationem, cùm essent amovibiles ad nutum Abbatis, & Canonicorum, & proprietas, atque possessio residebat penes illos, & Rectores nomine eorum possidebant; & ideò non potuerunt exigentes constituere in quasi possessione.

36 Unde etiam similiter provenit, quod solutiones pensionis factæ à non habente titulum beneficii, non operantur effectum quasi possessionis, Rota *decis.* 68. *nu.* 3. *part.* 4. *divers.* & apud Pacificum *de Salviano interd. dec.* 40. *n.* 4. Gratianus *discept. forens. cap.* 113. *num.* 52. Garcia *de benefic.* 1. *part. cap.* 5. *n.* 453. Lotterius *de re benefic. tom.* 2. *lib.* 1. *quæst.* 38. *n.* 130. *cum seqq.* Ludov. Post. *de manutent. observ.* 35. *n.* 75.

37 Et loquendo in creditore pensionarii, ab isto habente mandatum ad exigendam pensionem, ut ex eo satisfaceretur: si per plures annos exegit in pecuniis minutis, cùm deberet exigere in pecunia aurea juxta bullam pensionis; non potuit constituere solventem in quasi possessione solvendi in diversa specie monetæ in præjudicium Domini, nec assumere initium præscriptio, optima Rotæ decisio penes Marchesanum *in commissionib. tom.* 1. §. 1. *tit. de commiss. in can. pens. fol.* 549. *ex n.* 2. *cum seqq. & per tot.* & ad idem videndus Cencius *de censibus*, *qu.* 85. *ex n.* 31. *cum seqq.*

38 Quam decisionem addere poteris simili doctrinæ scriptæ per Noguerol. *allegat.* 2. *n.* 87. asserens quod exactio pensionum censu facta per administratores cujusdam causæ piæ per plures annos in pecunia erosa, non præjudicat ipsi causæ piæ, cujus erat census quominus possit, juxta formam census in pecunia argentea exigere; quia administratores illi non possidebant, nec poterant debitorem minus debito solventem constituere in quasi possessione: Allegat ad idem Surdum *cons.* 454. *n.* 45. & 46. *tom.* 4. Novarium *quæst. forens.* 2. *tom. q.* 91. *ex n.* 7. *cum seqq.* & Rotæ *dec.* 179. *vers. ulterius*, *pag.* 210.

39 Et de conductore, ac procuratore, ad exigendum pensionem, & aliis alieno nomine exigentibus, ut eorum negligentia in non exigendo, minus exigendo, aut alio modo, quo exigere debebant, non præjudicent Domino, nec constituant solventes in quasi possessione, videndus insuper erit Valenzuela *tom.* 2. *consil.* 185. *ex n.* 24. *cum seq.* & Surdus *dec.* 181. *ex n.* 9. *cum seqq.*

40 Et in nostris terminis, quod œconomus sequester, depositarius (prout utrumque administratorem concursus abundè probavimus, *hac* 1. *part. cap.* 13. §. *unic. per totum*,) negligentes in exactione vel minus exigendo non constituant solventes, vel non solventes in quasi possessione non solvendi, vel minus solvendi in præjudicium Domini, nisi sciente, patiente, & ratificante ipso Domino, probarunt expressè multi DD. Caputaquens. *decis.* 165. *part.* 3. Rota *divers. dec.* 184. *part.* 1. Rota R. *decis.* 518. *n. c. part.* 2. Alexand. Ludovis. *decis.* 275. *n.* 8. & ibidem latè plures alias decisiones Rotæ cumulans *ex n.* 22. omninò videndus Zacch. *post tract. de societ. offic. dec.* 77. *n.* 8. Baratus *dec.* 753. *n.* 1. Lotter. *de re benefic. tom. lib.* 1. *quæst.* 38. *ex n.* 134. *& seqq.* Post. *de manuten. observ.* 35. *n.* 761. tenet insuper Novarius *tom.* 2. *quæst. forens. q.* 91. *ex n.* 7. ubi probat quod administrator, & œconomus Domini qui recipit censum in minori quantitate per 40. annos, non præjudicat Domino; quia non constituit solventem in quasi possessione, quem referens sequitur Noguerol *allegat.* 2. *n.* 87. *ad finem.*

41 Cujus est farinæ, quod quando authoritate Principis sequestrantur bona spolii Episcopi decedentis, ut ex eis solvi facilè possint creditores defuncti solutiones factæ ab ipso sequestro & depositario, puta pensiones super Episcopatu, non constituunt recipientes in quasi possessione in præjudicium dignitatis; tenet ex Rotæ *decis.* Garcia *de benefic.* 1. *p. c.* 5. *n.* 453. Gratianus *disput. for. cap.* 113. *n.* 52. Lotterius *de re benefic. d. quæst.* 38. *n.* 136. Rota penes Pacificum *de Salviano interdic. dec.* 44. *n.* 2. Post. *de manutent. observ.* 35. *n.* 77. & 78. igitur ex hoc constanti fundamento impossibile est, ut concursu pendente per debitorem communem causato possit contra debitorem administratione suorum bonorum privatum incipere, & inchoare præscriptio aliqua cum negligentia administratoris sequestri, & depositarii bonorum concursus in non exigendo, vel minus debito exigendo possit constituere in quasi possessione debitores non solventes vel minus debito solventes in præjudicium debitoris communis veri Domini, & possessoris, quia sine possessione præscriptio non procedit, ad text. *in cap. sine possessione de regul. jur. in* 6. concordantibus, quod firmiter tenendum censetur ex duobus invincibilibus fundamentis fortiter roboratis *ex n.* 28. *cum seqq. vers. efficax tamen & irrevocabile*, &c.

42 Sed quid dicendum de præscriptione legitimè incœpta contra debitorem ante concursum formatum, an prosequi, & perfici possit post concursum à debitore ipso causatum, ac pedetentim, & videtur dicendum hujusmodi præscriptionem si legitimè incœpit ante concursum legitimè etiam prosequi, & perfici poterit concursu pendente, nam prohibitio alienationis bonorum concursus principium accepit à tempore concursus legitimè per debitorem causati inter suos creditores, atque ideò præscriptio, quæ ante prohibitionem alienationis initium habuit juridicè prosequi, & perfici poterit post prohibitionem subsequuram nihil ei obstante prohibitione alienationis superveniente textus est formalis, capitalis, & expressus *in leg. si fundum* 16. *ff. de fundo dotali*, cujus sunt verba. *Fundum quem Titius bona fide possidebat, & longi temporis possessione poterat sibi quærere; mulier, ut suum marito dederit in dotem, eumque petere neglexerit vir cum id facere posset; rem periculi sui fecit, nam licet lex Julia, quæ vetat fundum dotalem alienare, pertineat etiam ad hujusmodi acquisitionem: non tamen interpellat eam possessionem, quæ per longum tempus fit, si anteaquam constitueretur dotalis fundus, jam esse cœperat, planè si pauciſſimi dies ad perficiendam longi temporis possessionem superfuerunt, nihil erit quod imputabitur marito.* Ex hoc textu communiter deducunt Doctores, quod quando prohibitio alienationis rei supervenit postquam cœpta erat legitimè, & cum bona fide præscriptio continuari, & perfici potest post prohibitionem supervenientem, & inchoatam jam præscriptionem, non obstante prohibitione alienationis superveniente. Bartol. *in l. fin. col.* 3. *vers. ista non est bona responsio*, & ibi Salicetus *col.* 2. *C. in quibus causis in integr. restitut. non est necess.* Bald. *in l.* 1. *col.* 6. *vers. quædam sunt, quæ non possunt, C. de servis fugit.* Abb. *in cap. cum non liceat, num.* 7. *vers. pro solutione dico, & ibidem.* Imol. *col.* 2. *vers. in eadem gloss.* ibi, & *col. penult. vers. primo casu*, & ibidem Parisius *n.* 17. *de præscriptionibus.* Angel. *in l. in fin. C. de præscript. longi tempor* Joan. Crotus *in l. filius fam.* §. *divi*, *n.* 142. & ibi Fernand. Loazes *n.* 101. *ff. de legat.* Imol. *in l. ubi lex*, *ff. de usucapionibus in tractatu de præscriptionibus in* 5. *part. principal. quæst.* 4. Antonius Gabriel. *commun. concl. tit. de præscript. concl.* 13. *n.* 18. & plures alii statim citandi.

43

44 Idem procedit in præscriptione bonorum majoratus, *in qq.* licet contra possessorem ipsum alienantem præscriptio sufficiat longissimi temporis triginta, vel quadraginta annorum ex Molina *lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 4. & 45 abundè Castillo *controvers. tom.* 1. *cap.* 93. §. *ex n.* 1. Et signanter *ex n.* 6. licet contra omnes successores immemorialis præscriptio sit necessaria, ex Molina loco citato *ex n.* 7. abundè per Castillum *d.* §. 8. *ex nu.* 8. *cum sequentibus.*

46 Tamen quando præscriptio legitimè inchoata fuit cum fundatore majoratus: tempore ordinario contra omnes successores præscriptio continuatur; & perfici-

tur prohibitione alienationis interim ſuperveniente minimè obſtante Molina *d. cap.* 10. *n.* 4. plures allegant Peregrinus *de fideicommiſſis art.* 41. *n.* 18. Menochius *conſil.* 701. *n. fin.* Caldas Pereira *recept. ſentent. lib.* 1. *quæſt.* 23. *n.* 105. Anton. Gomez *tom.* 2. *cap. fin. colum. antepenult.* Spirio *in ſpecul. teſtament. gloſſ.* 19. *n.* 91. Matienzo *in leg.* 8. *tit.* 7. *gloſſ.* 5. *n.* 31. *in fin.* Gabriel Pereira *deciſ.* 52. *n.* 18. Caſtillo *controv. tom.* 5. *cap.* 93. *d.* §. 8. *n.* 23. Fuſarius *de ſubſtitutionibus quæſt.* 908. *n.* 2. *& ſeqq.* qui plurimos alios allegant.

47 Idem eſt quandò præſcriptio cœpit facto jam majoratu, ſed eſt revocabilis, cum eo tempore nihil adſit, quod obſtet inſtitutori majoratus, quominus poſſet bona talis majoratus alienare, nec ut adverſus ipſum poſſit præſcriptio inchoari, Molin. *d. c.* 10. *n.* 5. *ad finem*, & Caſtillo *d.* §. 8. *n.* 23.

48 Quod limitatur in Eccleſia, nam præſcriptio cœpta contra laicum, cui ſucceſſit Eccleſia non perficitur contra eam tempore ordinario, ſiquidem reſpectu temporis reſidui, quod defuit ad præſcriptionem complendam pro rata potitur Eccleſia ſuo privilegio quadragenario præſcriptionis quæ contra Eccleſiam eſt neceſſaria obſtante juris prohibitione ſuperveniente, ne bona Eccleſiæ poſſint alienari abſque debitis ſolemnitatibus, juxta doctrinam Bartol. Bald. & Jaſon. *n.* 36. *& commu. in Authent. quas actiones. C. de Sacroſ. Eccleſiis.* Abb. *in conſ.* 114. *n.* 2. *lib.* 2. *& in cap. de quarta de præſcriptionibus.* Baldus *de præſcrip.* 1. *part.* 5. *n.* 33. Barboſa *de jure Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 28. *n.* 20. per text. quem expendunt *in Authent. quod ſi. C. de longi temp. præſcript. & regulam leg. fiſcus* 6. *de jure fiſci.*

49 Sed adhuc ſubſiſtendum erit in noſtra reſolutione, cum doctrina *d. l. ſi fundum ff. de fundo dotali*, & tantorum Doctorum quos in ejus exornationem hactenus adduximus *ex d.* 42. *cum ſeqq.* videatur non poſſe adaptari circumſtantiis quibus veſtiuntur bona concurſus, quæ impedire videntur perfici præſcriptionem cœptam contra debitorem communem ante concurſum à ſe cauſatum. Etenim ultra prohibitionem alienationis ex eo reſultat novum jus, & intereſſe creditoribus valdè conſiderabile ad multa, prout à principio hujus cap. dixi-

50 mus & annotavimus, quorum ſcientia requiritur, ut præſcriptio perfici poſſit, aliàs eorum ignorantia, vel impediet præſcriptionis perfectionem, vel creditoribus dabitur reſtitutio in integrum ex juſta ignorantia probabili, prout quando præſcriptio procedit contra hæredem gravatum, & ejus fideicommiſſarium, intelligitur, ſi fideicommiſſarius non haberet probabilem ignorantiam, vel fuiſſet abſens, aliàs reſtitutio in integrum ex hac juſta cauſa illi conceditur, prout innumerabiles penè Doctores ad idem referens, ſequitur Fuſſarius *de ſubſtitutionibus d. quæſt.* 528. *n.* 22.

51 Et magis in noſtris terminis probatur, nam licet maritus patiatur labi tempus opponendi exceptionem non numeratæ pecuniæ, & dotis creditoribus ignorantibus, vel abſentibus non nocet, nec præjudicare hæc præſcriptio, & ideò creditores reſtituuntur adverſus hujuſmodi temporis lapſum Alexand. *in l.* 1. *nu.* 35. *ff. ſoluto matrimon.* & ibidem Socinus *n.* 90. *in fin.* Ruinus *conſil.* 185. *n.* 3. *l.* 1. Gozadinus *conſil.* 28. *n.* 20. Ancharan. Jun. *familiar. quæſt. q.* 32. *n.* 1. Peruſin. *deciſ.* 66. *n.* 40. Barboſa *in l.* 1. *part.* 6. *n.* 15. *&* 46. *ubi articulum doctè tract. ff. ſol. matrimon.* Mantic. *de tacitis, & ambiguis lib.* 11. *tit.* 20. *n.* 43. Mareſcotus *var. reſolut. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 26. *in fin. & nu.* 7. Surdus *conſil.* 489. *n.* 36. *in fin. & n.* 37. Gaito *de credito. cap.* 4. *quæſt.* 11. *ex n.* 1793. *& ſeqq. fol. mihi.* 429.

52 Etiamſi tales creditores contraxerint, & jus ſuum quæſierint, cœpta jam præſcriptione, & intra tempus opponendi exceptionem non numeratæ pecuniæ, ut latè probat Surdus *d. conſil.* 489. *ex n.* 35. uſque ad finem conſilii, ſequitur Gait. ubi proximè *n.* 1796.

53 Et hæc limitatio (quæ revera mihi legitima, & probabilis videtur) ulterius fulcitur ex alia doctrina, quia etiam ceſſante concurſus pendentia præſcriptioni hypothecatæ contra debitorem a tertio facta non poteſt præjudicare creditori in ſua hypotheca, cum cauſa dominii per tertium præſcripta ſeparata ſit à jure hypothecæ, & ideò licet debitor amittat dominium per ſuam alienationem patiendo præſcribi ab alio, iſtud tranſit cum ſua cauſa, & jure hypothecæ. Nam ſi de- 54
bitor expreſsè conſentiendo rem hypothecatam alienaverit abſque creditoris conſenſu, in emptorem tranſit jus hypothecæ, & adverſus eum poteſt creditor actione hypothecaria agere, multo magis hæc doctrina procedere debet, quando ob ſolam negligentiam debitoris quæ creditoribus nocere non debet, jus iſtis conſervari debet, prout per jura, & Doctores ampliſſimè probavimus *infrà* 4. *part. c.* 13. *ex n.* 45. *cum ſeqq.* Ergo concurſu pendente multo magis creditorum ignorantium jus illæſum à præſcriptione continuanda, erit præſervata quando bona adminiſtrantur per adminiſtratorem, cujus negligentiam, nec etiam Domino debitori præjudicare poſſe, abundè probavimus ſuperiùs *ex nu.* 30. *cum ſeqq. multis.*

Urget ulterius alia ſpecialitas circa præſcriptiones 55
continuandas concurſu pendente, nam hoc judicio citantur à principio omnes creditores, & cæteri alii, qui ad bona debitoris jus prætendunt nec non illi, qui bona, non legitimo titulo ad retinèndum, quæ propria ſunt debitoris, & tenent, & poſſident, quia cuncta pertinent ad concurſum & illius corpus ingredi debent, & à poſſeſſoribus ad id vindicantur, ut latè diximus, & ad longum eſt videre *ſuprà hac* 1. *part. cap.* 11. *ex n.* 1. *cum ſeqq. & ex n.* 34. *& ex n.* 94. uſque ad finem, atque ideò illi, qui fuerunt citati ad concurſum, vel conventi, non poterunt poſt litis conteſtationem continuare præſcriptionem, quæ jam interrupta manet concurſu pendente, ad latè tradita per Nos *in tract. de regia protect.* 2. *part. cap.* 3. *à nu.* 289. *& ſeqq.* Otero *de paſcuis cap.* 21. *per totum*, abundè Gutierrez *de juram. confir.* 3. *part. cap.* 1. *per tot.* Garcia *de nobilitat. gloſſ.* 6. *per tot.* Azevedus *in l.* 7. *lib.* 4. *tit.* 15. *recopilat.* Parladorius *lib.* 1. *quotidianar. cap.* 1. §. 14. *per tot.* Vivianus *de jure patron. lib.* 11. *cap.* 4. *à n.* 47. abundè etiam Fontanella *de pactis nupt.* 7. *clauſul.* 4. *gloſſ.* 18. *part.* 5. *à n.* 20. *cum ſeqq.* qui latè agunt de 56
abſoluta materia interruptionis præſcriptionis jam inchoatæ, & quod per actus judiciales, non verò extrajudiciales interrumpatur, Alehand. Ludovic. *deciſ.* 467. *n.* 1. & ibidem Oliver. Beltraminius *à n.* 15. ubi de limitationibus, quando etiam per litem præſcriptio non interrumpatur. De hac interruptione, & quando per ſolam citationem præſcriptio interrumpatur, vide latè per Carleval. *de judiciis tom.* 2. *tract.* 3. *diſp.* 4. *ex n.* 21. *cum multis ſeqq. fol.* 140. *ubi ex n.* 23. *cum ſeqq.* copioſè tractat, per quem actum interrumpatur præ- 57
ſcriptio viæ executivæ.

Etenim de tempore præſcriptionis, etiam imme- 58
morialis deducitur tempus litis pendentis, ita ut ſi tanto tempore duravit, quod teſtes qui debent eſſe 54. annorum, non poſſunt teſtificari de 40. annis de viſu, præſcriptio immemorialis improbabilis redditur, Oliver. Beltram. *in annotat. ad Alexand. Ludov. deciſ.* 205. *n.* 6. & eadem *deciſ. n.* 4. *& deciſ.* 435. *n.* 12. Seraphin. *deciſ.* 1456. Farinacius *deciſ.* 248. *n.* 4. *part.* 2. Garcia *de benefic. part.* 11. *cap.* 12. *de unione à n.* 267. *& ſeqq.* Noguerol. *allegat.* 26. *n.* 320.

At tamen ſi poſſeſſor, qui cœperat legitimè præſcrip- 59
tionem, per conventionem, & litem fuerit præſcriptio interrupta, poſtea obtineat, in lite concurſus continuatur præſcriptio inchoata, quia conjungitur tempus præcedens litem cum tempore futuro poſt ſententiam *leg.* 29. *tit.* 19. *part.* 3. partes Doctores congerit Otero *de paſcuis c.* 21. *n.* 13. quia per judicium, in quo Actor ſuccubuit, non intelligitur præſcriptio interrupta, plures per Tiraq. *de retractu lignag.* §. 8. *gloſſ.* 8. *num.* 27.

Rota

Rota apud Cencium *post tract. de cenſib. deciſ.* 264. *num.* 3.

60 Hinc controverſa fuit lis in hoc Senatu Valliſoletano, poſſeſſor majoratus, dum nuberet, ut ſecura poſſet ſemper eſſe dotis reſtitutio uxori ſuæ, à Rege impetravit facultatem, ut bona ſui majoratus obligare poſſet de ea dote reſtituenda, iſte poſſeſſor ſemper ad ſolutionem debiti principaliter obligatus eſt, & ita facultas ſemper intelligatur ſub hac tacita conditione, bonis poſſeſſoris liberis deficientibus, ut albi latius diximus, mortuus fuit poſſeſſor majoratus, & uxore relicta hærede orta controverſia inter eam, & ſucceſſorem in eodem majoratu, ut ex bonis hæreditariis deberet uxor ſatisfieri, & liberare majoratum ab obligatione dotis reſtituendæ. Tranſegerunt inter ſe, ut uxor ſederet hæreditatem in ſucceſſorem, & ex ea ſolveret dotem, & pro parte ejus non ſoluta conſtitueret cenſum cum facultate Regia ſuper ipſo majoratu, prout cum effectu in magna quantitate gravatus fuit majoratus, & conſtituto cenſu ſuper eo, & per ſucceſſores ſolutis redditibus annuis: unus ſucceſſor, & majoratus poſſeſſor formavit concurſum ad eundem majoratum, & hæredes uxoris graduati fuerunt pro eodem cenſu, poſt ſeptuaginta annos, & amplius, continuato, ac pendente concurſu, iſte ſucceſſor, & poſſeſſor reclamavit, & dixit cenſum fuiſſe indebitè conſtitutum, cum bona libere hæreditas poſſeſſoris imponentis cenſum, & impetrantis facultatem, eſſent valdè opulenta ex quibus primo loco debebat ſolvi, & redimi cenſus dotis impoſitæ ſuper majoratus, per ſcripturas conſtabat ex bonis hæreditatis potuiſſe redimi cenſum; ex parte creditoris allegabatur præſcriptio tanti temporis, & quod licet ageretur de præſcriptione bonorum majoratus, & aliàs requirebatur præſciptio immemorialis, ſufficere tamen quadraginta cum titulo cum Regia facultate, quam immemoriali æquiparari allegabat.

61 Ex parte poſſeſſoris majoratus, & creditorum concurſus dicebatur, præſcriptionem pendente concurſu currere non poſſe, & quod immemorialiter nec adeſſet, nec adeſſe poterat, quoniam licet quadraginta anni cum titulo æquiparentur regulariter immemorali præſcriptioni: id intelligi, quando agitur de reducendis 62 bonis liberis ad majoratum: at vero quando agitur de præſcribendis, & extrahendis bonis, quæ revera fuerunt majoratus, tunc non ſufficit quadragenaria præſcriptio cum titulo, ſed immemorialis præcisè requiritur. Molina *de primogeniis lib.* 2. *c.* 6. *n.* 51. & 52. idem. Molina *lib.* 4. *cap.* 20. *n.* 10. *addit. ad eundem lib.* 1. *cap.* 3. *ſub. n.* 22. *ad fin.* Caſtillo *controverſ. com.* 5. *cap.* 93. §. 8. *ex n.* 10. & *n.* 13. & *in* §. 2. & iterum *in tract. de tertiis*, *c.* 34. *n.* 4. & 13. Vela *diſſert. tom.* 2. *diſſertat.* 48. *n.* 12. 13. & 14. Acoſta *de privilegiis creditor. reg.* 1. *ampliat.* 3. *ex n.* 121. ubi alios.

63 Et ratio differentiæ, licèt ab iis Doctoribus non reddatur, clara eſt quia in reductione bonorum liberorum ad vinculum majoratus nulla adeſt, nec teſtatoris, nec juris prohibitio, tam ex parte poſſeſſoris majoratus, quàm ex parte eorum contra quos intentatur præſcriptio, quia iſti tanquam ſua, & libera prætendunt vindicare à poſſeſſore majoratus titulo hæreditario, vel pro donatione, vel aliter; at verò in 64 reducendis bonis vinculatis ad libertatem adeſt tam juris, quàm teſtatoris, & fundatoris majoratus prohibitio alienationis, ſub qua incluſa eſt præſcriptio, per quam etiam bona alienari, probat text. *in l. alienationis verbum*, *ff. de verb. ſignificat.* & alii latius adducti ſuperius *ex n.* 28. *cum ſeqq.* & iſta præſcriptio, ut operetur contra omnes ſucceſſores in futurum habentes jus independens ab alienante, ſed à fundatore, debet eſſe immemorialis, ut ſuprà diximus *ex n.* 44. *verſ. idem procedit in præſcriptione*, &c. Quæ ratio prorſus ceſſat in primo diſtinctionis membro, quando agitur de reducendis bonis liberis ad vinculum majoratus, cùm quilibet Dominus contra quem præſcribitur, habeat jus hæreditarium, & liberam poteſtatem alienandi rem ſuam.

Sed fortius fundamentum in hac facti ſpecie deduc- 65
tum fuit per Senatores, nam cum manifeſtè appareret ſuper majoratu fuiſſe hunc cenſum conſtitutum creditis incertis, & quæ ſupponebatur debere majoratum, cenſus creationem fuiſſe nullam, & illicitam, determinavit Senatus quoniam ad cenſus creationem, & juſtitiam ſuper debitis, & non ſuper pecunia numerata debitum antecedens debet eſſe verum, legitimum, indubitabile, exigibile, & ſuper quo nulla poſſit formari controverſia, nec dubium, ne cenſus creatio reddatur ſuſpecta, & cum labe uſurarum, ita latè probat Avendanno *de cenſibus*, *c.* 39. *ex n.* 19. & *à principio*, & *cap.* 43. *per totum*, & *cap.* 30. 37. & 38.

Ex quo ſequitur, quod in materia cenſus, & pericu- 66
loſa uſurarum, præſcriptio etiam per mille annos nullo modo admittitur, non currit, nec habere poteſt initium, ſed poſt illud tempus ſemper, & quandocumque appareat de injuſto principio creationis cenſus nullus redditur, & irritatur præſcriptione prorſus exploſa, ſed reduci debet ad quantitatem veram, certam, & indubitabilem. Latiſſimè probat per jura, & Doctores Rodriguez *de annuis reddit. leg.* 1. *cap.* 17. *à principio videndus*, & ita Senatus declaravit cenſum injuſtum, & illicitum pro ea parte, qua ſibi conſtitit majoratum non fuiſſe debitorem.

CAPUT XLI.

Adminiſtrator concurſus, qui reddita ratione fuit reliquatus, ſi nobilis ſit, an pro reliquorum ſolutione carcerari poſſit?

SUMMARIUM.

1 *Adminiſtrator ad concurſus bona nominatus ſi reddita ratione debiti exivit, an pro reliquorum ſolutione carceratus ſe nobilem probans liberetur, n.* 1. *cum ſeq. ad partes diſputatur.*

2 *Nobilis pro debito civili carcerari non debet, juxta tit. regium.*

3 *Nobilis pro debito civili præter duos caſus à lege regia exceptos non carceratur.*

4 *Adminiſtrator concurſus eſt depoſitarius, & ſequeſter.*
Depoſitarius depoſitum negans ad pœnam dupli non tenetur. ibid.
Negans depoſitum delictum committit, & pro ejus ſolutione carceratur, ibid.
Pro debito non deſcendente ex delicto vel quaſi delicto nobilis non carceratur, ibid.

5 *Depoſitarius pro depoſito quantitatis, ſi nobilis ſit, an carceretur,* 33. & 42.

6 *Per numerationem pecuniæ datæ in depoſitum, non depoſitum, ſed mutuum dicitur, & depoſitarius debitor generis, non ſpeciei dicitur.*

7 *Adminiſtrator concurſus pro reliquorum ſolutione facto calculo carceratur, quantumvis nobilis ſit, cum ſeqq.*
Et quilibet adminiſtrator rei alienæ pro ſolutione reliquorum carceratur, ut in tutore nobili, ibid.

8 *Adminiſtrator poſiti panis pro reliquorum ſolutione, etſi nobilis carceratur.*

9 *Adminiſtrator bonorum civitatis cui pro reliquorum ſolutione non prodeſt privilegium nobilitatis, carceratur.*

10 *Mater, & avia nutricis filii, vel nepotis ex ſpeciali prærogativa excipiuntur à regula, ut tutores pro reliquis titulæ carcerentur.*

Mulier de jure civili, & regio pro debito civili carcerari non poteſt, ibid.

Mulier obligata ratione adminiſtratæ tutelæ carceratur, ibid.

11 *Adminiſtrator, qui pecunias adminiſtrationis in promptu habere debet, ſi in uſu ſuo convertat, furtum, dolum, & fraudem committit.*

12 *Et poteſt tunc dici prædo.*

Adminiſtrator nobilis pro debito malæ adminiſtrationis carceratur, ibid.

L. 3. §. tutores, qui repertorium, ad idem adducitur expreſſa, & interpretatur, ibid.

Notabilis non publico carcere, ſed alio honeſtiori carcerari debet. ibid.

13 *Adminiſtrator, tutor, & curator ſubterfugiens rationem reddere, eſt in dolo, fraude, & colluſione, & ob id etiam nobilis carceratur.*

14 *Propter dolum & fraudem juratur in litem adverſus tutorem non reddentem rationem, nec ſolventem reliqua.*

15 *Adminiſtrator non dicitur rationem reddidiſſe, niſi & reliqua ſolviſſet.*

16 *Ex debito deſcendente ex delicto, vel quaſi, nobilis & mulier carcerantur.*

17 *In concurſus judicio univerſali vix deficit perſona miſerabilis, cui mala adminiſtratio præ cæteris officiat.*

18 *Adminiſtrator concurſus ſequeſter eſt, & depoſitarius, qui de promptu habere tenetur bona ad judicis juſſum.*

Adminiſtrator non ſervans quod ad officium ſuum pertinet, eſt in dolo, & in fraude culpabili, ibid.

19 *Sequeſtrum à judice factum eſt verè depoſitum.*

20 *Adminiſtrator concurſus ſequeſter, & depoſitarius ſequeſtrum non reddens delinquit.*

21 *Et eſt in dolo, fraude, colluſione.*

22 *Depoſitarius, qui juſſus depoſitum non reſtituit, delictum committit.*

23 *Nobilis pro debito civili deſcendente ex delicto, vel quaſi, poteſt tanquam plebeius carcerari.*

24 *Depoſitarius nobilis in uſus ſuos convertens depoſitum, pro reſtitutione carceratur.*

25 *Depoſitarius nobilis non reſtituens depoſitum committit delictum pro quo incarceratur.*

26 *Depoſitarius negans depoſitum ad duplum tenetur.*

27 *Depoſitarius nobilis pro reſtitutione depoſiti carceratur.*

28 *Nobilis panetarius recipiens triticum, ut in pane cocto reddat, non adimplens, carceratur.*

Quia debitum deſcendit ex delicto, ibid.

29 *Adminiſtrator concurſus, licèt recipiat ſalarium, non definit eſſe ſequeſter, & depoſitarius.*

30 *Panetarius propter perfidiam non reddendo panes coctos carceratur, etſi nobilitati non renuntiaverit.*

31 *Adminiſtrator bonorum civitatis habetur ad inſtar depoſitarii, & nobilis incarceratur pro reliquorum ſolutione.*

32 *Depoſitarius, quando non vult reddere depoſitum dicitur eſſe in dolo, fidem non ſervare, & in perfidia eſſe, & efficitur infamis.*

Panetarius recipiens triticum, ut tot panes coctos reddat, an dicatur depoſitarius dubitatur, nobilis tamen carceratur, ibid.

33 *Depoſitarius nobilis, non reſtituens depoſitum dicitur furtum committere, & carcerari poteſt.*

34 *Nobilis promittens dare fidejuſſorem pro obſervatione contractus, ſi non dederit nobilis, ſit carceratus.*

35 *In agricola, qui in certis anni menſibus non carceratur idem pro eo carceratur.*

36 *Condemnatus ad aliquid faciendum, vel obligatus per carcerem compellitur.*

37 *Nobilis, & clericus juſſus exhibere pro contumacia ad exhibendum coguntur.*

38 *Ob contumaciam nobilis, & quilibet privilegiatus carceratur.*

39 *Depoſitarius nobilis recuſans exhibere depoſitum, per carcerem eſt compellendus.*

40 *Ad depoſiti reſtitutionem, quando agitur, tractatur ſimul de ejus exhibitione.*

41 *Mater tutrix incarceratur ob contumaciam exhibendi inventarium, ac cætera inſtrumenta.*

42 *Nobilis pro occultatione bonorum ne ſolvantur ſui creditores, carceratur.*

43 *Pro debito civili admixto crimine nobilis ex legibus regiis carceratur.*

44 *Depoſitum neganti imponitur pœna dupli.*

45 *Nobilis depoſitarius, ut carceretur pro exhibendo depoſito nihil refert, an ſit in ſpecie, vel pecunia numerata.*

46 *In adminiſtratorum concurſu fit depoſitum eo animo, & intentione, ut cuſtodiat, & de manifeſto habeat ad ſolutionem creditorum.*

47 *Adminiſtratorem concurſus pro reliquis etiam nobilem carcerari firmiter tenendum.*

48 *Depoſitum, qui integrum non reſtituit, nihil reſtituere intelligitur.*

49 *Adminiſtratorem concurſus nobilem pro reliquis carcerandum determinavit Senatus Pincianus, in cauſa valdè controverſa.*

ACriter diſceptari vidimus hanc quæſtionem, an 1
adminiſtrator ad concurſum creditorum à judice nominatus, ſi rationem adminiſtrationis reddit, in quibus reliquatus debitor exivit, an carceris compulſione pro ſolvendis reliquis, hoc eſt, *el alcunçe*, liberetur, allegans, & probans ſe nobilem. In qua quæſtione pro parte negativa, ut carcerari non poſſit, plura urgent, & non contemnenda fundamenta.

Primò ex regula generali, *leg. 4. tit. 2. lib. 4. ordi-* 2
nam. quæ hodie eſt, *l. 4. tit. 2. lib. 6. novæ recopilation.* ut nobilis pro debito civili incarcerari non debeat, ibi: *Ordenamos que ningun hijo dalgo pueda eſſer preſo ni encarcerado por deuda que deva: ſalvo ſi no fuere arrendador, o cogedor de nueſtros pechos y derechos, por que en tal caſo el miſmo que branta ſu libertad.* Idem probat *l. 5. ſeq.* quam legem latè exornant Azeved. *in d. leg. 4.* Laſerte *de decima vendit. cap. 18. ex n. 64.* Gomez *in l. 79. Tauri, num. 1. & 3. cum ſeq.* Molina *de juſt. & jure diſput. 571. ex ver. verſ. hi nobiles per totam diſputationem.* Covarr. *lib. 2. variar. reſolut. cap. 1. num. 4.* Menchaca *de ſucceſſ. creatio. §. 22. n. 75.* Gomez *2. tom. variar. cap. 11. nu. 54.* & poſt Avendan. Gutierrez *de juram. confirmat. 1. part. cap. 16. ex n. 1. cum ſeqq.* idem Gutierrez *practic. lib. 3. quæſt. 13. ex num. 101. cum ſeq. & lib. 4. quæſt. 13. ex n. 3. & 4.* Parladorius *lib. 2. rer. quotidian. cap. fin. 5. part. §. 6. n. 9.* poſt Alexand. Jaſ. Bald. & Otaloram. Idem ſupponunt quamplures ſtatim referendi, ſed hæc reliqua debita deſcendunt ex debito civili, ergo pro eis ſolvendis nobilis adminiſtrator carcerari non poteſt.

Roboratur hoc fundamentum ex interpretatione, 3
& intellectu aſſignato *ad d. l. 4.* per Azeved. ibidem, *num. 25. & l. 14. & 15. tit. 7. lib. 9. recopil. num. 10.* Laſarte *de decima vendit. cap. 18. à num. 63.* & Gutierrez *lib. 3. practic. quæſt. 13. à num. 103.* ut nobilis pro debito civili præter illos caſus ab eadem *leg. 4.* exceptos non poſſit carcerari etiam ſi debita ſint fiſcalia. Ergo præter illos duos caſus exceptos in cæteris omnibus debitis, nobilis immunis erit à coactione carceris, & ſuo potietur nobilitatis privilegio.

Secundò, & hæc pars probatur, nam etſi fateamur ad- 4
miniſtratorem concurſus dici depoſitarium, & ſequeſtrum, adhuc pro reddendo depoſito nobilis carcerari non poteſt, quando depoſitum non negavit, quia tunc delictum committere non dicitur, ut ad pœnam dupli-

dupli teneatur, licèt negando delictum, & furtum commisisse dicatur, prout *ex leg.* 8. *tit.* 3. *part.* 5. distinguunt Gregorius Lopez ibidem *gloss.* 2. sequitur Ignatius de Villar in iis terminis *in sylva respons. lib.* 2. *respons.* 16. *cap.* 2. *n.* 36. 37. & 38. quia cùm debitum non descendat ex delicto, vel quasi delicto, nobilis carcerari non potest, argumento *leg.* 79. *Tauri* quæ hodie est *l.* 6. *d. tit.* 2. *lib.* 6. *recopilat.* Gutierrez *d. cap.* 6. *n.* 2. Ergo administrator concursus pro reliquis solvendis carcere cogi nequit.

5 Tertiò, & ex suppositione quod administrator concursus dicatur depositarius, & sequester, & pro depositio restituendo etiam nobilis carceretur, hæc doctrina tunc procedere poterit, quando depositum est speciei, non tamen quantitatis, ut ex aliis comprobat
6 Cancerius *variar. resolut. lib.* 3. *c.* 8. *n.* 97. & 98. Ergo cum contra hunc administratorem non agatur de restituendis bonis in depositum, & sequestrum sibi traditis; sed de reliquis, facto calculo, consistentibus in pecunia sibi tradita numerata proveniente ex fructuum, aut rerum concursus venditione; nam depositarius dici non potest, sed debitor generis, & non speciei, quia per numerationem pecuniæ traditæ in depositum transit in mutuum, & in depositarium transfertur pecuniæ dominium, abundè probabimus inferiùs 3. *part. cap.* 11. *ex n.* 21. *& seqq.* & faciunt quæ ibidem latè scribemus *ex n.* 64. *cum seqq.* ergo administrator pro reliquis peracto calculo suæ administrationis, si nobilis sit, nullo modo carcerari poterit.

7 Quibus tamen & aliis minimè refragantibus, contraria sententia receptior, & probabilior est, non solum in terminis strictis, & de quibus loquimur, de administratore concursus nobili, in quo specialissima ratio militat, exclusiva prorsus privilegii cujuslibet, & verum generaliter in omnibus administratoribus aliena bona administrantibus quos etiam nobiles pro solutione reliquorum, facto calculo capi, & carcerari posse, privilegio nobilitatis, vel quavis alia simili exemptione non obstante, tenuerunt plures, ut in nobili tutore seu curatore minoris reliquato scripsit Bartol. *in l.* 1.
8 §. 1. *vers. sic tutores, ff. de falsis*, quem referens sequitur Addit. Castell. *in l.* 79. *Tauri*, Escobar *de ratiociniis, cap.* 35. *ex n.* 1. Bobadilla *in Polit. lib.* 3. *c.* 3. *ex n.* 50. qui loquitur de administratore positi panis, ut etiam si sit nobilis incarcerari possit, pro debito administrationis, idem Bobadil. *in Politica, lib.* 5. *c.* 4. *n.* 80. qui loquitur in administratore bonorum civitatis, cui pro reliquorum solutione nihil prosit privilegium nobilitatis, aut exemptionis quominus cogi possit carcere ad eorum solutionem.

9 Hanc eandem doctrinam fortiorem reddunt illi omnes Doctores, qui contra alios plures contrarium sectantes magis communiter exceperunt matrem, &
10 aviam, tutrices filiorum, & nepotum suorum, ut ne pro reliquis tutelæ, & administrationis carcerentur ex specialissima ratione, orta ex naturali reverentia per descendentes, debita ascendentibus, juxta text. *in Authent. de nuptiis.* §. *sed quod sancitum, collat.* 4. ibi, *erubescit lex castigatores filios genitoribus statuere;* tenent Bart. *in Authent. matri & aviæ, n.* 13. *C. quando mulier officio tut. fungi possit, in l. si quis sub conditione, n.* 20. *D. de testam. tutel.* quam opinionem veriorem affirmat Covar. *lib.* 1. *variar. cap.* 2. *n.* 3. latius comprobat *in cap. quamvis pactum in initio* 2. *part. numer.* 7. *vers. adhuc verò.* Plaça *in epitome delictor. cap.* 34. *numer.* 3. Roderic. Suarez *in l.* 2. *tit. de los governos, nu.* 10. *vers. additio.* Matienzus *in l.* 9. *tit.* 3. *gloss.* 5. *nu.* 4. *lib.* 5. *recopilat.* Optimè Molina *de just. & de jure disput.* 571. *vers. dubium est.* Farinac. *in praxi crimin. titul. de carceribus, quæst.* 27. *num.* 61. & cum Bobadilla, & aliis tenet Escobar *de ratiociniis, cap.* 35. *ex num.* 2. ex quo limitat regulam generalem à se à principio positam, quod quilibet administrator rerum alienarum, pro reliquis etiam nobilis carcerari possit, eandem limitationem post alios tenet Perez de Lara *in tract. de vita homin. cap.* 19. *n.* 42. igitur à ratione cessante firma remanet conclusio generalis, quod administrator rei alienæ, nobilis pro reliquis suæ administrationis carceretur, quia exceptio firmat regulam in contrarium ex juribus gratis.

Et in expresso quod licet de jure communi, mulier pro debito civili non possit incarcerari, *ex l.* 1. *C. de offic. diversor. judic. Authent. sed novo jure. C. de custodia reor. & jure regio. l.* 62. *Tauri* & ex latè adductis per Grassum *de exception. in præludio. ex n.* 101. adhuc tamen quoties mulier obligata est ratione administratæ tutelæ pro debito ex ea resultante carcerari potest, Duennas *reg.* 312. *limit.* 2. ubi alios refert Marsilis *in practic.* §. *attingant, n.* 64. Romanus *cons.* 118. *nu.* 3. Matheselanus *sing.* 180. Cavalcanus *de tutore & curatore, n.* 320. Grassis ubi proximè *n.* 109. & 110.

Nam administrator, qui res & pecunias administra- 11
tionis habere tenetur de promptu, & de manifesto ad omnia necessaria administrationis, si in usus suos eas convertat, committit dolum, & fraudem, ex quibus nobilis amittit privilegium ne pro debito civili incarceretur, ut optimè probat Bobadilla *in Polit. lib. dict. cap.* 4. *n.* 80.

Imò administrator convertendo pecunias administra- 12
tionis in propriam utilitatem, & usus potest dici prædo, ut per Alexand. Imol. & Modernos *in l Pomponius*, §. *& facta, ff. de acquir. possession.* & eundem Alexand. *in leg. stipulatio, ff. de tutelis* Rolan. Menochium Anton. Galeat. Malvasia *consil.* 113. *n.* 8. & alios tenet Gutierrez *de tutelis*, 3. *p. c.* 1. *n.* 55.

Et in terminis etiam quod nobilis ob debitum proveniens ex mala, & fraudulenta tutela, vel alterius rei administratione jure optimo carcerari possit, tenet post alios Alphonsus de Narbona *de l.* 14. *glossa* 1. *ex n.* 25. *& seq. tit.* 2. *de los hijos dalgo lib.* 6. *recopilat.* pro quo adest text. expressus *in l.* 3. §. *tutores qui repertorium*, aliàs incipit, *qui pecuniam. ff. de suspectis tutoribus*, illic, *vinculis publicis jubentur contineri;* nec obstat quod textus ille potest intelligi in administratoribus plebeiis & non in nobilibus, qui pro se regulam in sui favorem habent, ut sequens ejusdem legis declaratio demonstrat, ibi: *Sed sciendum est non omnes hac severitate debere tractari, sed utique humiliores, cæterum eos, qui sunt in aliqua dignitate positi, non opinor vinculis publicis contineri oportere;* quia respondetur *in dict.* §. *tutores*, nobiles aut potentes in dignitate ob malam tutelæ administrationem non omnino à carcere excusari pro compulsione, sed duntaxat à vinculis, & carceribus publicis, de quibus *paragraph.* loquitur, ibi, *vinculis publicis contineri;* nam in casibus in quibus nobilis carcerari potest, non debet inter humiles Publico parcere detineri, sed in alio coco honesto, quem intellectum aliter conducentem ad *d.* §. tradit & exornat Narbona *in leg.* 14. *glossa* 1. *ex n.* 27. *cum seq. tit.* 2. *lib.* 6. *recopilat. fol.* 802. ubi licèt alium intellectum assignet ad *d.* §. *tutores*, revera iste magis consonat.

Deinde, quia tutor, curator, & administrator, 13
qui subterfugit rationes administrationis reddere, committit dolum, fraudem, & delictum, & ob id etiam nobilis carcerari potest, quia tenentur pœna quasi falsi, *leg.* 1. §. 1. *vers. tutores. & ibi* Bartol. *D. ad legem Cornel. de falsis.* Gregorius Lopez, *in leg. fin. glossa buena cuenta. tit.* 19. *part.* 5. & ob id propter 14
dolum, & fraudem juratur in litem adversus tutorem non reddentem rationem, vel non solventem debitum reliquatum, ut utrumque per jura, & Doctores probat Gutierrez *de tutelis*, 3. *part. cap.* 1. *nu.* 6. & 9. sed reliqua solvere est pars præcisa ipsius rationis, & in ea tacitè & virtualiter inclusa, ita ut 15
non dicatur administrator rationem reddidisse & si-

milia reliqua solvisset ; *l. non solum*, §. *is qui reddere*, *ff. de liberation. legata. l. cum servus*, *D. de condition. & demonstrat.* Angelus *consil.* 175. Jason *consil.* 253. *n.* 18. Baëca *de decima tutorum*, *cap.* 2. *n.* 178.
16 Gutierrez *de tutelis*, *dicto cap.* 1. *n.* 75. *& ex n.* 69. Et plura Nos *in comment. de Regia protect.* 4. *part. cap.* 9. *ex* 140. *cum seq.* Cum propter delictum, seu quasi-delictum nobilis debitor carceretur, & privilegium nobilitatis amittat ; ita regulam generalem limitat *l.* 79. Tauri, *Ordenamos y mandamos que las leyes destos Reynos que disponen que los hijos dalgo y otras personas por deuda no puedan ser presos, que no ayan lugar, ni se platiquen si là tal deuda descendiere de delicto o quasi delicto, antes mandamos que por las dichas deudas esten presos como sino fuesen hijos dalgo o exemptos*, transcripta *in l.* 6. *tit.* 2. *lib.* 6. *novæ recopilationis*, consonat *l.* 62. *Tauri*, quæ loquitur in muliere, quæ procul dubio verificatur in administratore reliqua non restituente ex hactenus comprobatis.

17 Quæ omnia multo magis, efficaciorique ratione procedunt in administratore concursus, de quo noster sermo est, in cujus judicio, cum universale sit, & cætus creditorum, ut sæpè diximus : ut plurimum nunquam deficiunt pupilli, viduæ, communitates monialium, & monachorum, populi, & respublicæ, vel aliæ miserabiles personæ, quæ ex suis creditis, concursus sua alimenta expectant, quæ indubiè deficient, si administrator bona, & pecunias ad id destinatas, in suos usus convertat, vel aliter consumat in maximum detrimentum harum miserabilium personarum, & communitatum.

18 Tum etiam, quia iste administrator non simpliciter administrator est, sed depositarius, & sequester, penes quem deponuntur à judice & sequestrantur bona concursus, ut sub fida custodia teneat, & administret, habeatque de promptu, & de manifesto, ut eisdem non aliter quàm jussu, & delegatione speciali ipsius judicis solvat creditoribus concursus, quibus dumtaxat destinata sunt & in eorum favorem deponuntur, & sequestrantur, de quibus ipse administrator propria authoritate disponere, solvere, aut distribuere non potest ; absque fraude, dolo, & culpa sua. De iis singulis latissimè diximus & probavimus suprà hac 1. *parte*, *cap.* 13. §. *un. per tot.* ubi post longam disputationem, varia fundamenta, & authoritates administratorem concursus esse sequestrum, & depositarium resolvimus, & eadem 1. *part. cap.* 14. & infrà *tom.* 2. *part.* 3. *cap.* 6. *à princip. cap.* 7. *ex n.* 1. *cum seq.* & quod iste administrator, qui non servavit ea quæ ad officium sunt depositarii, & sequestri, sit in dolo, culpa, fraude, & collusione, abundè probatur eadem 3. *part. cap.* 8. *ex nu.* 3. *cum multis seq.*

19 Et quia sequestrum per judicium factum, est depositum judiciale, *l. ejus apud quem*, *ff. depositi*, *l. Senatus*, *in fin. D. de officio proconsulis. l. si fidejussor*, §. *ultimo*, *ff. qui sadisdare cogantur. leg.* 1. §. *penultimo*, *ff. de liberis exhibendis. l. interesse puto* 39. *ff. de acquir. possessione*, *leg. sequester* 109. *ff. de verb. signific. cap. examinata* 5. *de judiciis*, *cap.* 1. *& 2. de sequestratione possess. & fruct. Clement. unica*, *eod. cap.* 2. *de dolo & contumacia.* Petrus Gregorius *syntagmate juris*, *lib.* 13. *cap.* 3. *à n.* 12. Rebuffus *de sequestr. articul.* 2. *gloss.* 1. *n.* 35. *lib.* 3. Galganetus *de jure public. lib.* 12. *titul.* 15. Carocius *de deposito*, *in princip. n.* 1. Gondisal. de Paz *in praxi*, 3. *tom. cap.* 6. §. 6. Brisonius *lib.* 4. *de verb. significat. verb. depositum.* Didacus Perez *in l.* 1. *titul.* 10. *lib.* 3. *ordinament.* Azevedus *in rubrica*, *tit.* 2. *lib.* 4. *recopilationis*, *n.* 1. D. Pichardus *in* §. *præterea*, *n.* 17. *institut. quibus modis re contrah. oblig.* Amator Rodriquez *de privilegiis creditorum*, *artic.* 6. *n.* 1. Molina *de just. & jure*, *disp.* 323. Hermosilla *ad legem* 1. *tit.* 3. *part.* 5. *gloss.* 3. *n.* 3. *tomo* 1. *fol.* 178. & alii plures. Nos ad idem conducti *in nostris comment. de Regia protectione*, 2. *parte*, *cap.* 16. *ex n.* 52. *cum seq.* & in hoc Labyrintho infrà 3. *part. cap.* 6. *n.* 5. *& 6.*

Unde provenit, quod administrator, depositarius, 20
& sequester qui depositum non restituit, delinquit, tum quia grave est fidem, & fiduciam fallere, *l.* 1. *in principio*, *D. de constituta pecunia. l.* 1. *D. de pactis*, ex quamplurimis Doctoribus exornat Aug. Barbosa *in Axioma.* 98. *à principio.*

Tum etiam, quia est in dolo, fraude, & collu- 21
sione, ut diximus *ex n.* 7. *cum seq. versic. quibus tamen*, & aliis & signanter *de administratore concursus*, *paulo ante nu.* 18. *versic. & quid administrator.*

Tum etiam, quia depositarius qui depositum jussus 22
non restituit, delictum committit, *l. qui depositum*, *C. depositi*, *l.* 1. §. *qui furti ff. de iis qui not. infam. l. si is cui*, *C. de furt.*

Unde sequitur dispositio text. *in l.* 79. *Tauri*, 23
& l. 6. *tit.* 2. *lib.* 6. *recopilationis*, quibus cavetur, quod nobilis pro debito civili descendente ex delicto, vel quasi-delicto potest incarcerari tanquam plebeius, ita ut tunc se tueri nequeat nobilitatis privilegio.

Et propterea in nostris terminis, quod deposita- 24
rius nobilis, qui depositum in usus suos convertit, & non restituit carcere ad restitutionem sit cogendus amisso privilegio nobililatis, tenent Ignatius de Villar. *in sylva responsor. lib.* 2. *responso* 16. *cap.* 2. *n.* 38. *ad finem.* Conducunt quæ ex Bobadilla, Gutierrez, & pluribus aliis diximus suprà *ex nu.* 11. *versic. nam administrator qui res*, &c.

Et generaliter quod nobilis depositarius non resti- 25
tuendo depositum committat delictum, & propterea possit carcerari, probat ipse Villar, ibidem *ex nu.* 36. *cum seqq.* post Gregorium Lopez *in l.* 8. *tit.* 3. *part.* 5. *glossa* 2. non reluctante terminis nostris distinctione à se tradita, an depositum sit negatum vel non. Quia ea- 26
dem distinctio procedit quoad pœnam dupli, qua tenetur depositarius depositum negans, ex eadem *l.* 8. *tit.* 3. *parte* 5. *& ex* §. *versic. sed ad furti*, *institut. de actionibus*, ut & Gregorius Lopez, & ipse Villar specificè declarant, & loquuntur, quod ad pœnam dupli requiratur negatio depositi.

Rursus etiam quod depositarius quantumvis nobilis 27
pro restitutione depositi carcerari possit, tenent Bobadilla *in politica lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 5. qui loquitur in administratore positi panis, qui verè depositarius 28
est, ut pro reliquis administrationis carceretur, Molina *de just. & jure*, *disputat.* 571. *versi. si tamen*, loquendo in administratoris nobilibus positorum, sive montis pietatis, quinimò, & idem servandum existimat ipse Bobadilla *d. cap.* 3. *n.* 69. & 70. quod si fidalgus recepisset triticum, ut in pane cocto alicui monasterio, vel particulari personæ reddat tanquam depositarius fraudulentus, & delinquens carcerari potest, non adimplens, in hæc, *Las panaderas à quienes se* 31
da trigo para que acudan con tantos panes por hanega a sus duennos, si dejaran de cumplir, pueden ser presas por ello, por que aunque la muger es privilegiada para no estar presa por deuda civil, (prout ipse *in lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 30. *& est lib.* 26. *Tauri*) *y aunque sera el panadero hidalgo, y tenga el mismo privilegio* (*l.* 79. *Tauri*, *& l.* 4. *& 6. tit.* 2. *lib.* 6. *recopilat.*) *est cessa en este caso, por que la deuda desciende de delicto en dos maneras. Una por ser la dicha panadera no contracto de empresiado, como impropriamente sellamo una ley, y lo censuro Cujacio, sino casi administracion y deposito, como lo que se da a guardar, dando precio por el beneficio, y administracion dello. Es a saver en el sequestro de vinas, olivares, linares, cannamares, y otras cosas que por industria del depositario se convierten en azeite, vino, lino, y cannamo, y mandan las especies y la forma, y al depositario se le pagan las expensas, que hace en la tal beneficiacion, y por la mala y dotosa administracion puede estar presa la muger como en otra parte diremos. d. cap.* 5. *n.* 31. *cum seq.* Hactenus Bobadilla, cujus 29
doctrina

doctrina bene quadrat administratori concursus, cui licet sit depositarius & sequester, ut diximus, datur salarium propter custodiam bonorum, quæ simul egent cura, administratione, & beneficio; & non ideo desinere esse vere depositum, ex pluribus probavimus infrà 3. *p. cap.* 11. *ex n.* 28. *& seqq.* & vide *ex n.* 19. *cum seq.*

30 Et Bobadillam sequendo idem dixit Escobar *de ratiociniis, cap.* 35. *ex n.* 18. addens quod id existimat verum, etiamsi talis panetarius juri nobilitatis sibi competenti non renunciaverit, propter delictum huic perfidiæ annexum, ut fuisse determinatum in hac Pinciana Cancellaria testatur post Bobadillam.

31 Ponderat ad id ulterius ipse Escobar *ibidem, n.* 19. aliam doctrinam Bobadillæ *lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 80. ubi loquitur in administratore bonorum civitatis, ut pro reliquis restituendis, etsi nobilis sit, carcerari possit; addendo rationem, quoniam isti administratores habentur instar depositarii, depositarius autem qui retardat depositum & illud celeriter non restituit, est in dolo, quinimò, & ut fur habetur, ut *in cap.* 1. *de*

32 *deposito*, & ex Ploto *de litem jurando, n.* 394. dicente, quod ubi depositarius non vult reddere depositum justa causa non interveniente, dicitur esse in dolo, & fidem non servare, & in perfidia esse, & si patiatur se ad restitutionem depositi condemnari; efficitur infamis, ut *in leg.* 1. *ff. de iis qui not. infamia*, hoc idem etiam tenent Montalvus *in l.* 7. *glossa magna, tit.* 15. *lib.* 3. *fori* Didac. Perez *in l.* 1. *glossa fin. tit.* 17. *lib.* 8. *ordinamenti.* Lasarte *de decima vendit. c.* 20. *ex n.* 10. Narbona *in l.* 15. *gloss.* 1. *ex n.* 31. *cum seqq. tit. lib.* 6. *recopilationis*, *fol.* 783. qui Narbona & Lasarte licet dubitent, & contendant in casu suo, an panetarius, cui aliquis triticum dedit in grano, ut ei tot panes coctos daret, sit, & dici possit depositarius, prout ex eisdem Doctoribus videre poteris; non tamen negant doctrinam generalem, sed fatentur veram esse, quod nobilis depositarius pro restituendo depositi carcerari possit, cum delinquat illud non restituens, & sit in dolo, & fraude: fatetur tamen Narbona panetarium dici depositarium quando cum eo convenitur; ut ex eodem grano reddat panes coctos. Vide eundem *ex n.* 38. *cum seqq.*

33 Hanc eandem opinionem, quod contra depositarium non restituentem depositum criminaliter agi possit, eo quia non restituendo furtum committit, tenent Mierez *de cessione bonorum, collat.* 4. *c.* 21. Capella Tholos. *quæst.* 168. quos & Escobar *de ratiociniis, dicto cap.* 34. *n.* 18. refert Cancer. *var. resol. lib.* 3. *cap.* 8. *ex nu.* 97. ubi movet quæstionem, an mulier, & nobilis pro commenda & depositi possint carcerari, distinguit inter depositum quantitatis, & speciei, ut pro illo non carcerentur. Pro isto verò sic, quia non restituendo mulier, & nobilis committunt furtum. Sed ne decipiaris attende, quoniam primum distinctionis membrum Cancerius probat ex expressa constitutione Cataloniæ, quam rotundam vocat, & sic de jure illius provinciæ. Pro secundo distinctionis membro, & sic quando depositum & in specie, vult accommodare Mierez Capellam Tolosanam, & Escobar, qui similis distinctionis non meminerunt; sed generaliter, & indistincte loquuti fuerunt de nobili, vel muliere non restituentibus depositum, ut propter dolum & fraudem, seu delictum hoc amittant suum sexûs, & nobilitatis privilegium, probatum est, nec talem distinctionem agnoverunt jura civilia, canonica, & regia hactenus allegata attribuentia delictum, fraudem & dolum depositario non restituenti depositum, & jura regia adimentia privilegium nobilitatis, & sexus debito descendenti ex delicto, vel quasi delicto & permittentia pro tali debito incarcerari, prout contingit, & verificatur in administratore quolibet, & præsertim concursus creditorum, non restituentibus reliqua, quia in eis tunc reperitur dolus, fraus, & delictum. Et ulterius ad primum distinctionis membrum Cancerii respondebimus infrà *ex n.* 42. in satisfactione tertii argumenti pro contraria parte considerati superius.

Ex nostra certissima resolutione primo utiliter in- 34
fertur, quod si nobilis permisit dare fidejussorem pro reo, qui observatione contractus, & non dederit, delinquit, & dolum ac fraudem committit, & poterit pro commissione carcerari non obstante nobilitatis privilegio, ut tenet Rodericus Suarez *in tit. de los emplaçamientos* 2. *§. ulterius, nu.* 6. relatus & sequutus à Parladorio *in* 35
sesquicenturia, differentia 79. *cap.* 2. *n.* 10. & 11. idem admittens in agricola, qui in certis anni mensibus carcerari non potest, pro debito civili non descendente ex delicto, vel quasi juxta Regiam pragmaticam, quam interpretatur *ex §.* 1. *cum cap. seq.* ut prædicto casu carcerari indistinctè possit excluso eo privilegio, & exemptione agriculturæ.

Comprobatur hæc doctrina, quia quoties quis con- 36
demnatus, nec obligatus ad aliquid faciendum recusat facere, non aliter compelli, & adstringi legitimè potest, quàm per carcerem, plurima mirabilia jura, & doctrinas congessimus *in comment. de Regia protect.* 4. *part. cap.* 5. *ex n.* 41. *usque ad n.* 64. ubi *n.* 37. ab hac facti compulsione per carcerem faciendam non excusari nobilem, & exemptum, qui ob contumaciam & delictum carcerari rectè potest.

Infertur etiam ad nobilem, vel clericum, qui licet 37
pro delicto civili non possint incarcerari, tamen quando jussi sunt aliquid exhibere, & non exhibent, possunt incarcerari pro contumacia, quæ est delictum, (sive verum, sive fictum) juxta *leg. omne delictum*, §. *contumacia*, *D. de re militari*, melior text. *in leg.* 3. §. *in bello. D. eodem tit.* & consonant *leg.* 3. *vers. pero si acaccieſſe tit.* 28. *part.* 3. & *leg.* 30. *propè fin. tit.* 9. *part.* 1. *bona*, *leg.* 20. *in fin. tit.* 2. *part.* 3. ad quod multa cumulat Burgos de Paz *quæst.* 5. *ex n.* 19. *cum seq.*

Et ob hanc contumaciam posse nobilem, & alium 38
quemlibet privilegiatum incarcerari, probant Bartol. *in leg. fin. col. fin. vers. si vero quæris, in fin. D. ad legem Jul. peculat.* Joan de Platea *in leg. nemo carcerem, col.* 8. *vers. tertio fallit, n.* 32. *C. de exactoribus*, *lib.* 10. Abbas *in c.* 1. per texrum *ibi col.* 2. *vers. item nota depositi*, Optimè Bald. *in cap. præterea, nu.* 5. & 6. *vers. dicit Innocen. & vers. sed nunc quæro, col.* 2. *de officio delegati*; mirabiliter & copiosè comprobat Burgos de Paz *in d. quæst.* 5. *ex n.* 18. *cum seq.* qui ad hoc idem ponderat, & applicat dispositionem *d. l.* 79. *Tauri*, & *l.* 6. *tit.* 2. *lib.* 6. *recopilat.* idem tenet Lasarte *de decima vendit. cap.* 18. *num.* 60. Lara *de vita hominis*, *c.* 19. *sub. n.* 43.

Et in nostris terminis, quod si depositarius recusat 39
exhibere depositum, sit compellendus per carcerem, cum ad factum teneatur, & pro contumacia delinquat, ex pluribus Doctoribus probavimus *in tr. de Regia protect.* 4. *part. cap.* 5. *n.* 50. & 51. à qua compulsione per carcerem nobilem non excusari, quia propter contumaciam delinquit, diximus *ibid. n.* 57. & 58.

Quæ doctrina ex eo magis accommodatur nostræ 40
resolutioni, quia quando agitur ad restitutionem depositi, & tractari de depositi exhibitione, asserunt Bald. Avendan. Montal. Amato Rodriguez *de executione*, *c.* 5. *n.* 13. & Parlador. *lib.* 2. *rer. quotidian. cap. fin. n.* 5. *part.* §. 2. *n.* 6. per Nos citati *in tr. de Regia protect.* 4. *part. cap.* 5. *n.* 51. pro quo text. est expressus *in l. penult. ff. depositi.* ibi, *Posse dici cum eo, apud quem deposita esset, incerti agere, id est, ad exhibendum*, &c.

Infertur etiam ad matrem tutricem quæ licet ob 41
reverentiam naturalem non incarceretur, pro reliquis administrationis, ut superiùs scripsimus *n.* 10. tamen pro contumacia exhibendi inventarium, & cætera instrumenta tangentia facultates minoris tanquam dolosa potest incarcerari. Ita distinguit Paulus Montanus *de tutelis*, *c.* 15. *n.* 66. sequitur Lara ubi proximè *ex n.* 42. & *n.* 44.

42 Infertur denique ad nobilem, qui licet pro debito merè civili, non possit incarcerari; tamen & facta executione in bonis suis, quæ omnia fideliter tenetur manifestare, ut creditor satisfiat, aliqua scienter occultaverit, committit dolum, fraudem, & crimen, ob quod potest eo ipso in carcerem detrudi pro eo debito, jam crimine, & dolo admixto, quia fraus, & dolus, crimen est, post plures comprobat Gutierrez *de juram. confirmat. cap.* 26. *ex n.* 14. Azevedus *in l. ult. tit.* 21. *lib.* 4. *recopilat. n.* 70. plurima, & mirabilia jura, & fundamenta ad id applicat & latè comprobat Molina *de just. & jure tract.* 2. *disput.* 171. *colum.* 2078. *littera C.* Gutierrez *cap.* 16. *citato*, idem Molina *disput.* 172. *col.* 2094. *ante finem*, *lit. D.* & Montano citato conducit Lara *d. c.* 19. *n.* 43. *in fine.*

43 His sic resolutis, non obstant in contrarium adducta fundamenta, & non primum *ex d. leg.* 4. *tit.* 2. *lib.* 4. *recopilat.* constituente regulam generalem, ne pro debito merè civili nobilis carceretur, nisi in casibus per eam exceptis, & cum non excipiat administratorem sub regula, iste comprehendatur, cui respondetur, regulam & limitationes procedere, & loqui in debito merè civili, at debitum cui est admixtum crimen, à regula semper fuit exemptum, per *leg.* 79. 62. *Tauri*, & *leg.* 6. *tit.* 2. *lib.* 6. *recopilat.* pro quo nobilis privilegio suo non gaudet, & probant Doctores *n.* 3. relati afferentes *in regula illius legis* 4. non comprehendi debitum, cui est admixtum delictum, dolus, aut fraus, at in administratoribus reliquatis, & præsertim in administratoribus concursus verificari clarè ostendimus *ex n.* 7. *cum seq.*

44 Nec obstat secundum, de quo supra *n.* 4. quod ut in depositario consideretur delictum, & furtum, requiratur negatio depositi; quoniam id procedit ad effectum incurrendi pœnam dupli ex juribus, & doctoribus eodem argumento relatis, & declaratis suprà *ex n.* 24.

45 Nec obstat tertium argumentum, quo dicitur, quod ut nobilis, mulier, & exemptus possit pro debito carcerari, debet esse depositum speciei, non quantitatis, juxta Cancerium in argumento citatum, cui verè satisfecimus suprà *n.* 33. ut ea distinctio procedat de jure, & constitutione expressa Cataloniæ; non tamen de jure communi, *ut ibid. d.* 33. probavimus.

46 Sed quando (quod negamus) de jure communi procederet; adhuc in nostris terminis administratoris concursus locum non haberet, secundum distinctionis membrum, quia in eum fit depositum, & sequestrum auctoritate judicis, & ideo semper uno eodemque animo, ut depositarius habeat pecunias sibi in depositum numeratas de promptu, & de manifesto ad finem, & effectum solvendi creditoribus, non autem ut eis aliquo modo utatur, quia numeratio fit ut quantitas sciatur dumtaxat, & propterea semper conservat, & retinet suam propriam naturam depositi, & consideratur talis pecunia numerata tanquam species, quia cessante animo deponentis ut ea utatur depositarius, semper remanet verum depositum; sed quia de hac doctrina plura & amplissimè scripsimus infrà 3. *p. c.* 11. *ex n.* 17. *cum multis seqq.* hic missam facimus, & lectorem remittimus ad illum copiosissimum locum, ubi pro utraque parte disceptatum reperies.

47 Ex quibus omnibus, certa, secura, & undequaque legitimè comprobata deducitur resolutio firmiter tenenda, quod administrator concursus creditorum, ratione reddita, pro reliquis solvendis potest juridicè carcerari, quantumvis nobilis sit, cum sit sequester, & depositarius judicialis, & reliqua sint pars depositi, quæ in suos usus convertit, & sua militia, & dolosè consumpsit, quia idem est judicium de parte quoad partem, quod de toto quoad totum, & qui totum depositum integrè
48 non restituit, sed diminutum, seu deterioratum, nihil restituisse videtur, & pro portione depositi diminuta eadem: textus elegans *in l.* 1. §. *si res. ff. depositi*, illic, *si res deposita deterior reddatur, quasi non reddatur, agi depositi potest; cum enim deterior redditur, potest dici dolo malo redditam non esse*, text. *in l.* 3. §. *si reddita ff. commodati*, ibi, *propriè enim dicitur res non reddita, quæ deterior redditur*, & quæ alia quamplurima ad idem adduximus *in nostris comment. de Regia protect.* 3. *p. c.* 9. *ex n.* 182. *cum seqq.*

Et cum iste casus accidisset in hac Cancellaria Vallisoletana anno 1649. dum administrator quidam concursus Marchionis de la Mota fuerit reliquatus, & pro reliquis magnæ summæ fuisset vinculis positus, allegavit se nobilem, & advocatum, ac etiam relatorem hujus Senatus; & ideo pro hoc debito tanquam merè civili non posse carcerari. Causa per septem Senatores visa dempto uno, cæteri uniformiter tenuerunt nobilem administratorem concursus creditorum pro reliquis exolvendis à carcere non excusari, nec nobilitatis privilegio gaudere, tum quia quilibet simplex administrator & tutor pro reliquis solvendis quamvis nobilis non evitat rigorem & compulsionem carceris, ex latissimè comprobatis *ex n.* 7. *cum seqq.* tum multò magis quia administrator concursus verè sequester est, & depositarius, & per consequens pro restitutione depositi, quantumvis nobilis, carceratur. Considerabant insuper præfati Senatores hanc hujusmodi administratoris allegationem esse insolitam, & nunquam visam, nec auditam in Senatu, qua quamplurimi administratores concursus nobiles carcere compulsi ad restitutionem reliquorum nunquam usi fuerunt, agnoscentes nihil eis profuturam. 49

CAPUT XLII.

Concursu per clericum formato inter creditores, an pensionarius etiam posterior, quoad fructus beneficii omnibus, & quibuslibet præferatur.

Et de concursu plurium creditorum pro diversis pensionibus ad idem beneficium concurrentium.

SUMMARIUM.

1 *Clericus ad fructus sui beneficii, & dignitatis potest formare concursum inter suos creditores.*

2 *Fructus beneficii sicut obligari, hypothecari, & consignari possunt creditoribus; ita corpus concursus ingrediuntur.*

Clerici vita durante dumtaxat, ibid.

3 *Fructus beneficii possunt pro executione capi, ut clerici creditores solvantur.*

Cap. pervenit, 2. de fidejussoribus exornatur., ibid.

4 *Ex fructibus beneficii tenetur clericus alimenta, & dotem præstare sorori.*

5 *Cap. pervenit, de arbitris, interpretatur ut procedat, quando consignatarius volebat retinere fructus beneficii consignati pro solutione dotis post mortem clerici.*

6 *Fructuum beneficii consignatio pro solutione creditorum, durat durante vita clerici dumtaxat.*

7 *Intellectus ad cap. pervenit, de arbitris, ab aliquibus traditus, repellitur.*

8 *Fructus majoratus, feudi, emphyteusis, & usufructuarii capti, vel consignati pro solutione creditorum durat tantum durante vita possessoris feudatarii, &c.*

Etiamsi creditores insoluti remaneant, vel ex integro non sint satisfacti de suis creditis, ibid.

9 *Fructuum beneficii consignatio solum durat per vitam clerici debitoris.*

10 *Fructuum beneficii consignatio facta creditoribus fit in subsidium bonis patrimonialibus clerici deficientibus.*

Alimenta de fructibus beneficii in concursum deductis clerico debitori assignantur, ibid.

11 *Fructus beneficii capiuntur pro executione, & consignantur creditoribus bonis patrimonialibus clerici deficientibus.*

12 *Pensionarius pro decursis, an in fructibus beneficii pensione gravatis præferatur omnibus debitoris clerici creditoribus hypothecariis, & anterioribus.*

14 *In creditores hypothecarios præferuntur tempore anteriores.*

15 *Pensionarius pro pensione habet hypothecam in fructibus beneficii, & actionem realem contra quoslibet illos percipientes.*

16 *Pensionarius mortuo Episcopo præfertur Ecclesiæ Cathedrali en Pontificialibus & ornamentis, quæ sua prætendit Ecclesia.*

17 *Pensio est onus reale inhærens fructibus beneficii.*

18 *Onus rei illam diminuit de valore, & tanto minus in ea creditores habent.*

19 *Dominus proprietatis, & censuarius præferuntur in ipsa re emphyteutica, aut censuata pro suis pensionibus decursis omnibus emphyteutæ, vel censualistæ creditoribus anterioribus.*

20 *Pensionarius an sit præferendus pro suis decursis duo Doctores tetigerunt, sed non resolverunt.*

21 *Resolvitur quæstio cum distinctione.*

22 *Pensio imposita eodem tempore, quo facta fuit gratia, & collatio beneficii clerico debitori præfertur omnibus creditoribus clerici.*

24 *In re per debitorem acquisita cum pacto, quod sit alteri tertio hypothecata, tertius præfertur omnibus anterioribus creditoribus debitoris, sic acquirentis.*

Debitor sicut potuit præjudicare suis creditoribus in non acquirenda re, multo magis poterit eam conditione gravatam acquirere, ibid.

25 & 26. *Debitor in actu, & initio acquisitionis potest consentire gravaminibus appositis in præjudicium creditorum.*

27 *Pensionarius pro sua pensione imposita in actu, & initio collati, & acquisiti beneficii præferri debet quibuslibet debitoris creditoribus prioribus.*

28 & 29. *Dominus proprietatis, & censuarius, ideò pro suis pensionibus præferuntur creditoribus emphyteutæ, & censualistæ, quia pensio fuit imposita ab initio, & in ipso actu acquirendi rem.*

30 *Pensionarius pro pensione obtenta super beneficio jam obtento per clericum debitorem, de cujus consensu, non præfertur creditoribus clerici anterioribus, & hypothecariis.*

Debitor in acquisitis nullo modo potest præjudicare suis creditoribus, secus in acquirendis, ibid.

31 *Debitor per factum suum non potest pervertere prælationem sui creditoris.*

32 *Pensionarius acquirit hypothecam in fructibus beneficii à tempore reservatæ pensionis.*

33 *Hypotheca ejusdem rei constituta duobus diversis temporibus habet tacitam conditionem, ut secundò sit pro residuo hypotheca primo integrè prius soluto.*

34 *Hypotheca orta in ipso actu acquirendi præfertur omnibus hypothecis anterioribus.*

35 *Secus quando imposita fuit ex intervallo, & re jam acquisita per debitorem.*

Pensio acquisita ex intervallo & beneficio jam obtento per clericum debitorem, non præfertur creditoribus debitoris anterioribus hypothecariis, ibid.

36 *Pensionarius pro diversis præfertur creditoribus clerici anterioribus chirographariis, & personalibus.*

37 *Nisi manifestè constet clericum debitorem consensisse in pensione constituenda super beneficio jam obtento causa fraudandi creditores.*

38 *Pensionariis duobus concurrentibus super fructibus beneficii prior potior erit.*

39 *Pro pensionibus super Episcopatu reservatis à Papa pro personis à Rege nominandis facta personarum nominatione, si pensionum distributione in concursu spolii, qualis pensionarius præferendus.*

40 *Pensionariorum nominatione facta à Rege in eodem decreto nullus alteri præfertur.*

41 *In eadem scriptura pluribus nominatis nullus etiam primo scriptus potest prætendere anterioritatem.*

42 *Quid quando diversis temporibus à Rege fuerunt pro pensione plures nominati, an anterior in tempore alii præferatur, disceptatur, & seqq.*

43 *Inter hypothecarios prior in tempore, potior est in jure.*

44 *Verius restituitur nulli alteri pensionario præferri.*

Nominationis factæ per Regem ad pensiones pro personis ab eo nominatis, retrahantur ad gratiam ex qua omnes simul jus obtinent, ibid.

45 *Gratia pensionis dubia, & obscura pro personis nominandis, declaratur per nominationes subsequutas.*

46 *Declaratio inest actui declarato, & retrotrahitur ad tempus dispositionis declaratæ.*

47 *Re empta pro persona nominanda, nominatio subsequuta retrotrahitur ad tempus emptionis, si persona nominata ab initio contraxisset.*

48 *Nomine debitoris duobus certo diversis temporibus, ambo æqualiter exigunt absque prælatione inter se.*

49 *Clerico beneficiato, & pensionario concurrentibus, ad exactionem fructuum beneficii clericus pensionario præfertur.*

AD fructus & redditus sui beneficii potest clericus causare concursum inter suos creditores, ad text. capitalem *in cap. Odoardus, de solutionibus* quem amplissimè exornat Gutierrez *de juram. confirmat. 1. part. cap. 27. per totum.* 1

Ii enim fructus beneficii intrant in concursum quemadmodum possunt ad libitum creditoribus clerici obligari, & hypothecari, aut aliter pro solutione consignari, sua vita clerici durante dumtaxat, ut tenent Foller. *in praxi censuali, in verb. hujusmodi census, nu.* 18. Rodoanus *de rebus Ecclesiæ, de constitut. annui reddit. n.* 17. & 18. Felicianus *de censibus. lib. 2. cap. 3. n.* 10. *prope fin.* Marcus Antonius de Marsillis Bono. *de Ecclesiar. reddituum, origin. & jure, 3. part. cap. 27. n.* 95. Avendannus *de censibus, cap.* 17. *ex n. 3. cum seqq.* & per Abbatem *in cap. pervenit, n. de fidejussoribus.* tenet Rota *decis.* 102. *n.* 18. inter recollectas per Farinacium *post cons. crimin.* & post Tiraquellum *de retract. consanguin. §. 1. gloss. 7. nu.* 52. tenet Lotterius *de re benefic. lib. 1. q. 42. n.* 25. *& seqq.* 2

Possuntque ii fructus beneficii, & præbendæ Ecclesiasticæ pro executione capi, ut ex eis solvi, & satisfieri possint creditores clerici, aut Prælati, aliis bonis patrimonialibus clerici deficientibus, vel non sufficientibus, ut per argumentum text. optimi *in cap. pervenit, 2. de fidejussoribus.* ibi, *Ut memorato R. pecuniam quam pro eis solvit, restituant, ipsumque servent indemnem; alioquin de redditibus eorum præscripta debita faciatis exsolvi, & damna etiam quæ propter hoc pertulit, resarciri; aut prædictos redditus sibi assignetis, tandiu sine molestia detinendos, donec ipsa damna resarcita fuerint, & debita sine diminutione soluta,* & ibi notant Abbas & Doctores, Collectarias *in cap. Odoardus* quem Rebuffum, & Capellam Tolosanam, hanc opinionem tenentes, sequitur Covarruvias *lib. 2. variarum, cap. 1. n.* 9. tenent etiam Bart. Paul. Alexand. *in l. commodis, D. de re judicata.* Petrus Duennas *in reg.* 275. *limit.* 11. *fol.* 68. ubi dicit approbari hodie per *l.* 23. *& l.* 45. *tit.* 6 *p.* 1. Joann. Baptista Caccia Lupus *de pensionibus* 11. *quæst. princ. n.* 4. *&* 5. Gutierrez *de juram. confirm. 1. part. cap.* 17. *n.* 17. & cum Duennas Gomez 2. *tom. variarum, cap.* 13. *& num.* 18. & Farinacio *praxi crimin. quæst.* 27. *num.* 66. Barbosa *in dict. cap. pervenit 2. de fidejussoribus, numer.* 12. Petrus Barbosa 3

in

in l. 1. part. 4. n. 132. & 133. ff. sol. matrim. tenent insuper Rota, & cæteri citati *n. 2.*

4 Hanc eandem conclusionem probant innumerabiles penè alii Doctores affirmantes, quod clericus frater tenetur de jure vel promittendo dotem sorori, hanc solvere ex redditibus sui beneficii, seu præbendæ, per textum *in cap. pervenit. 3. de arbitris*, ut post alios Navarr. Didac. Perez, Joan. Garcia, Matienze. Spino. Cened. Surdus, Menoch. Molin. Theolog. Pet. Barbosa *ubi proximè*. Mantica *de tacitis convent. tom. 2. lib. 13. tit. 12. n. 10. & tit. 16. n. 31.* & plurimi alii citati à Barbosa *in d. cap. pervenit, n. 2.*

5 Hinc interpetatur textus *in dicto cap. pervenit, de arbitris*, qui contrarium videtur probare, dum irritat consignationem dotis debitæ sorori clerici, quoniam iste text. eo tendit quod soror clerici fructus beneficii sibi ad solutionem dotis debitæ consignatos per arbitros, volebat retinere post clerici mortem, quod erat in præjudicium Ecclesiæ, ut annuit text. ibi, *pernicioſum exiſtere*, & ibi *Eccleſiæ*, prout interpretatur glossa ibid, *in verbo exiſtere.* quam sequitur ibidem Aug. Barbosa *n. 5.*

6 Ut secus sit, quando consignatio fructuum beneficii sit dumtaxat ad tempus pro resolutione creditorum durante vita clerici dumtaxat, per ejus mortem extinguatur consignatio, etiam si creditores integrè resoluti non maneant, quo casu nullum possunt Ecclesia, & successores detrimentum pati. At fructus, quos sua vita clerici durante perceptos, suos fecit, & ex eis solvi debent creditores, juxta text. *in cap. pervenit de fidejussoribus*, qui ab hoc est expressus, & apparentur contrarius text. *in d. cap. pervenit de arbitris.* Qui prædicta distinctione conciliandi sunt, prout glossa, & Barbosa *locis citatis*, & probant etiam Foller. Rodoanus, Marcus Anton. de Marsillis, Felicianus, & Avendanus citati *supra n. 2.*

7 Et licet text. *in de cap. pervenit de Arbitris* intelligit, quando creditor propria auctoritate vult sibi consignare fructus beneficii pro debiti satisfactione, ut dicunt Anton. ibi *n. 12.* Imol. *n. 5.* Petrus Barbosa

8 *in l. 4. part n. 133. ad fin.* à præmata tamen interpretatione recedendum non erit, quæ de jure verissima est, & constans, quod quando fructus, & redditus pro debitoris u ufructuarii possessoris majoratus feudatarii, seu emphyteutæ capiuntur, & consignantur, prout consignari, & capi possunt pro satisfactione, & solutione creditorum non durat consignatio, nisi durante vita debitoris, ita ut per ejus mortem extinguatur consignatio, ne fiat præjudicium successoribus, qui ad debita antecessoris nullo modo tenentur, nec in eorum præjudicium potest continuari consignatio, quantumvis creditores maneant insoluti: abundè de singulis diximus, & copiosè probavimus *suprà hac 1. part. cap. 10. ex n. 89. usque ad finem, & cap. 24. ex n. 32. & ex n. 55. & cap. 9. ex n. 59. & infrà 3. part. cap. 15. ex n. 55. cum multis seq. & à principio*, quibus locis de hac re ad longum videre poteris.

9 Et in specie quod consignatio fructuum beneficii pro satisfaciendis Clerici creditoribus non duret nisi durante vita Clerici debitoris, ultra citatos *suprà, n. 2.* ex aliis diximus 3. *part. dict. cap. 15. n 32.*

10 Hæc tamen fructuum, & redituum beneficii adjudicatio creditoribus duo temperamenta recipit, unum, ut fiat in subsidium deficientibus bonis patrimonialibus Clericis debitoris; alterum, ut ex fructibus, & proventibus ipsius beneficii debitori Clerico relinquatur congrua, & consignentur alimenta, ut decenter vivere possit, Abbas, & Doctores *in d. cap. pervenit de fidejussoribus*, & per Collectarium *in cap. Odoardus de solut.* & per Rebuffum, & Capellan. Tholosan. tenet Covarr. *lib. 2. variar. cap. 1. n. 9.* Bartol. Paul. & Alexand. *in leg. commodis, ff. de re judicata.* Duenas *in reg. 275. limitat. 11.* Caccia Lupus *de pensionib. 11. quæst. principal. n. 4. & 5.* Tiraquel. *de retract. lign. §. 1. gloss. 7. n. 50.* Guillelmus Bened. *in cap. Raynutius verb. & uxorem n. 136.* Romanus *consil. 379. n. 30.* Gigas *de pensionibus quæst. 39. n. 4.* Bellet. *disquisit. clerical. p. 1. tit. de clerico debitore, §. 1. n. 11.* Barbosa *in Collectan. ad cap. olim. 2. in ordin. 16. n. 3.* per text. ibi, *de restitut. spoliat.* latius Gutierrez *de juram. confirmat. 1. part. cap. 17. ex n. 17. cum seqq.* idem Barbosa *in cap. pervenit de fidejussoribus n. 22.* ex Ant. Gomez *tom. 2. variar. cap. 13. n. 18. in fin. vers. unum tamen est* & Farinac. *in praxi criminal. tom. 1. quæst. 27. num. 27. ex n. 66.* Et simpliciter loquendo ut fructus, & proventus præbendæ, & beneficii sint consignandi & capiendi pro executione, & solutione creditorum in subsidium defi- 11
cientibus bonis Clerici patrimonialibus, post plures alios observat Petrus Barbosa *in leg. 1. 4. part. numer. 132. in fin.*

Quibus sic utiliter prælibatis, non levis oritur dis- 12
ceptanda quæstio: an formato concursu per clericum debitorem, in quem ingrediuntur bona ejus omnia patrimonialia, verum, & fructus beneficii, & præbendæ, dempta sua congrua, & alimentis; An creditor pensionarius qui super fructibus beneficii habet à 13
Papa consignatam annuam quandam pensionem præferendus sit in fructibus omnibus, & quibuslibet Clerici creditoribus etiam anterioribus, habentibus simul hypothecam in eisdem fructibus?

In qua quæstione, si juris regulas ordinarias atten- 14
dimus, tempus ad prælationem inspiciendum erit inter creditores hypothecarios concurrentes, *ad leg. qui potior, ff. de reg. juris, & leg. potior. & toto tit. ff. qui potiores. in pignor. hab. cum vulgaribus.* Et cum certum sit in jure nostro pensionarium à tempore consti- 15
tutæ pensionis contrahere hypothecam in fructibus beneficii pensione gravatis, & eidem competit actio realis contra quoslibet percipientes fructus ipsius beneficii, Navarrus *de spoliis*, §. 8. Gutierrez *practic. lib. 2. quæst. 94. n. 4.* Emanuel Rodriguez *in summa 1. tom. cap. 23. col. 4. & quæst. regular. 1. tom. q. 30. art. 11.* Addit *summa Bullar.* Quarantæ *verb. spolio. clericor.* & per Covar. & plures Rotæ decis. tenet Garcia 16
de benefic. 1. part. cap. 5. n. 204. & 205. Ubi propterea pensionarium creditorem, mortuo Episcopo præferri Ecclesiæ Cathedrali, pro pontificali, & ornamentis, quæ sibi vult applicare Ecclesia, quia in eis præferri debet pensionarius habens hypothecam pro suis decursis in vita Prælati. Gigas *de pensionibus quæst. 39. & 43.* Crescent. *decis. 3. n. 1. de solutionib.* & ex aliis Hieronym. Gonzal. *ad reg. alternativis glos. 5 § 5. nu. 45. & 46.* Idem Gigas *qu. 51.* Caccia Lupus *de pensionib. quæst. 9. vers. aut quærimus.* Barbosa *de jure Eccleſiaſt. univ. lib. 3. c. 12. de pensionib. n 93.* & ex Gigante *de pensionibus quæst. 40. nu. quæst. 47. n. 2. & in consil. 35. sub nu. 9. vers. est enim pensio*, Jacob. Gallo *consil. 65. n. 1.* Bursat. *consil. 361. nu. 32.* Seraphin. *decis. 1351.* & Rota *in recent. decis. 176. n. 3. part. 3.* tenet Lotterius *de re benefic. lib. 1. qu. 39. n. 72. & seq.* & ideo pensionarius ratione suæ hypothecæ, quam habet super fructibus beneficii gravari potest pro executione, & solutione illos capere, ut ex Roman. *consil. 388. n. 1.* Everard. *consil. 147. n. 4.* Natta *consil. 141. n. 5. & consil. 469. lib. 8.* tenuit Rota, ut per Farinacium *decis. 103. n. 18. lib. 1. n. in antiq. post. 1. tom. consil.* Ergo tempus consignatæ pensionis attendi debet, ut pensionarius præferri possit aliis Clerici creditoribus hypothecariis simul concurrentibus.

Pro pensionario autem forte urget fundamentum, ut 17
aliis creditoribus hypothecariis etiam anterioribus, saltem in fructibus beneficii præferatur. Nam pensio est onus quoddam reale, quo gravati sunt fructus beneficii, super quibus authoritate Apostolica impositum est, & affixum, & illis inhæret, ut late probat Gigas *respons. 29. num. 4. vers. propterea quod.* Bursatus *consil. 361. nu. 19.* & ex aliis Augustin. Barbosa ubi proximè *n. 83. in principio.*

Sed

18 Sed fic eſt, quod onus rei diminuit valorem ipſius, ita ut tanto minus ex ea creditores habere dicantur in bonis debitoris, prout latiſſimè comprobatum fuit infrà 3. *part. cap.* 11. *per totum*, ubi multas doctrinas videre poteris valde conducibiles huic fundamento; igitur penſionarius præferri debet pro ſuis decurſis annuis penſionibus ſibi debitis omnibus beneficiatis debitoris creditoribus ſaltem ipſis fructibus beneficii.

19 Ad ſimilitudinem domini rei emphyteuticariæ, vel in cenſum perpetuum datæ, qui comparente in judicio concurſus cauſati ab emphyteuta, vel cenſuario debitore præferuntur pro ſuis penſionibus decurſis in ipſa re emphyteuticaria, vel cenſuaria omnibus, & quibuſlibet creditoribus debitoris, cum penſio ipſa ſit onus reale inhærens ipſi rei; prout ex pluribus probabimus infrà 3. *part. cap.* 3. *ex n.* 87. *cum ſeqq.*

20 Quid igitur tenendum in tanto conflictu, qui major apparet ex eo, quod Caccia Lupus *in tract. de penſionibus*, 11. *quæſt. princ. n.* 5. eandem quæſtionem ſuſcitaſſe, & moviſſe videtur, dum ſolum dicit, ſe dubitare, eo quod nullus præfatorum Doctorum ab eo allegatorum admiſiſſet, quod poſſit clericus ſuis privatis creditoribus ſatisfacere de redditibus Eccleſiæ obligatis, & hypothecatis pro penſione, & omittere debita Eccleſiæ, & ſatisfacere creditoribus ſuis privatis; nihil tamen ipſe Caccia Lupus *in quæſt.* hac à ſe mota reſolvit; ad idem eundem Caccia Lupum referens Gutierrez *de juram. confirmat.* 1. *part. c.* 17. *n.* 17. *in fine*, nihil pariter reſolvit; dicens pro nunc eam difficultatem non poſſe examinare.

21 Igitur ut eam diſſolvamus, diſtinctè procedendum erit, & per juris principia, atque conſtantes Doctorum reſolutiones diſcurrendum, aut enim debitor clericus beneficiatus eo tempore & momento ſimul quod obtinuit gratiam, & titulum ſeu collationem beneficii, injunctum fuit onus ſolvendæ penſionis annualis in favorem tertiæ perſonæ.

22 Aut enim poſt ſibi collatum, & obtentum beneficium penſio in favorem tertiæ perſonæ de ejus conſenſu interpoſita fuit Sedis Apoſtolicæ auctoritate interveniente.

23 Primo caſu, quando ſcilicet penſio impoſita fuit ſuper fructibus & redditibus beneficii tempore quo ſibi facta fuit beneficii gratia, tunc indubiè penſionarius ad cujus favorem penſio fuit conſtituta præferri debet in fructibus beneficii omnibus quibuſlibet creditoribus clerici beneficiati, quantumvis anterioribus, & privilegiatis, & hypothecariis, ſimul concurrentibus cum penſionario ad fructus beneficii; quæ reſolutio manifeſtè probatur; nam licet debitor habeat creditores,

24 etiam hypothecarios habentes jus ad bona futura, & noviter acquiſita per debitorem, ſi acquirat aliquam rem, ſub pacto, & conditione, ut alteri tertio res ipſa ſit hypothecata; tunc per hoc pactum in continenti, & in ipſo acquiſitionis initio, & origine, appoſitum debitor præjudicare poteſt quibuſlibet aliis creditoribus ſuis anterioribus, privilegiatis, & hypothecariis, cum res ipſa in eum tranſeat cum illo onere, qualitate, conditione, & cauſa ſine qua ipſam debitor non acquirit nec ſui creditores ad illam rem plus juris prætendere poſſunt, quàm debitor ipſe habeat qui in acquirendis illis poteſt præjudicare, & ſicut poteſt rem in totum non acquirere, in præjudicium creditorum, ita potuit multò magis gravatam aliquo pacto acquirere, quia tanto minus præjudicaret creditoribus, ſicuti per plurima jura expreſſa & Doctorum reſolutiones ad longum ſcripſimus infrà 2. *part. cap.* 14. *per totum.*

25 Ita poteſt gravamini & conditionibus appoſitis in actu, & initio acquiſitionis conſentire debitor in præjudicium ſuorum creditorum, prout copiosè diximus 2. *part. cap.* 16. *ex n.* 1. maximè *ex n.* 25. *cum multis ſeqq.* & ſignanter *ex n.* 48. *cum ſeq.*

26 Et quod in initio, & actu acquiſitionis debitor conſentiat in onere rei, & hypotheca in favorem tertii extranei appoſito, præjudicare poſſe prorſus ſuis creditoribus anterioribus hypothecariis, firmiter tenuerunt plurimi Doctores argumento *in l. qui autem, ff. quæ in fraud. creditor. & l. non fraudantur. ff. de reg. juris*, Neguſant. de Fano *de pignorib. lib.* 4. *part. in princip. verſ. quarto quæro, n.* 33. *&* 34. *cum ſeqq.* & eruditè ſatis hanc doctrinam diſputat, & reſolvit Vincentius de Franchis *deciſ.* 97. Tuſchus *pract. concl. tom.* 4. *lit. H. concl.* 128. *per tot.* Parladorius *in ſeſquicenturia differentia* 57. *n.* 9. Pacificus *de Salviano interdicto, inſpectione* 3. *cap.* 2. *n.* 510. *&* 511. *gloſſ.* 2. *part.* 8. *n.* 78. *&* 79. Noguerol. *alleg.* 9. *n.* 39. Mantica *de tacitis & ambig. lib.* 11. *tit.* 23. *n.* 30. *&* 31. & innumerabiles penè alii per Nos adducti infrà 2. *part. cap.* 14. *ex n.* 108. *cum multis ſeqq.* ubi per plurima abundè exornavimus hanc conſtantem, & valde ſingularem doctrinam.

Igitur ſi penſio ſuper fructibus beneficii fuit impoſita ab initio, quo debitor clericus obtinuit gratiam, & titulum beneficii puta quia in ejus favorem fuit facta beneficii renuntiatio per tertium, ſibi reſervata certa annua penſione; vel quando beneficii gratiam obtinuit à Papa cum onere penſionis annuæ alteri tertio per Papam reſervatæ; tunc iſte talis penſionarius pro ſuis decurſis ſemper præfertur quibuſlibet aliis debitoris clerici creditoribus jus in bonis debitoris & hypothecam habentibus, ante hujuſmodi beneficii collationem, & acquiſitionem ſaltem in fructibus ipſius beneficii, cum hæc penſio, & onus ſuper illis, fuerit orta, & impoſita ab initio acquiſitionis, & tempore, quo creditores ad ejus fructus non habebant, qui non poſſunt prætendere majus jus, quàm eorum debitor habebat, in quem cum hoc onere, & penſione, & cum ſua cauſa beneficium fuit tranſlatum, & ab eo non aliter acquiſitum ex præfata Doctorum communi opinione. 27

Et ex hoc fonte illud ſimile ſimul fluit, quod ſuperiùs *n.* 9. appoſuimus de domino proprietatis concurrente pro annua ſua penſione in concurſu per emphyteutam formato, ut in re emphyteutica præferatur omnibus aliis quibuſlibet emphyteutæ debitoris creditoribus anterioribus, & hypothecariis. Item in re ad cenſum perpetuum debitori data; ut pro ſuis decurſis penſionibus ſimiliter præferatur omnibus debitoris creditoribus anterioribus ſuper re ipſa cenſuaria, hos etenim effectus producit noſtræ doctrinæ efficacia à qua iſti caſus aſſumunt fundamentum. 28

Quoniam cum à principio, & in initio, & actu acquiſitionis rei datæ in cenſum perpetuum, vel in emphyteuſim dominus ſibi reſervaverit certam annuam penſionem, & emphyteutam, vel cenſuarium res tranſierit cum illo onere, & cauſa gravata, & ſimul cum tacita hypotheca: ideo nihil mirum ut penſio hæc habeat prælationem omnibus quibuſlibet anterioribus creditoribus, qui tanto minus debent habere, & jus prætendere in ipſa re emphyteutica, & cenſuaria, quæ cum hoc onere fuit acquiſita ab initio per debitorem, prout in iis terminis latiùs probavimus, *ſuprà n.* 18. *&* 19. 29

Quoad ſecundum diſtinctionis membrum, de quo ſuperius *n.* 22. quando ſcilicet clericus debitor habebat jam acquiſitum beneficium, nulla penſione gravatum, & ſimul creditores, tam perſonales, quàm hypothecarios, & præſtitit conſenſum, ut in favorem alicujus tertiæ perſonæ penſio ſuper fructibus ipſius beneficii apponatur Sedis Apoſt. authoritate. Tunc caſus iſte leviorem difficultatem continet in quo dicendum erit, quod creditores hypothecarii anteriores ad bona Clerici debitores præferuntur indubiè penſionario in fructibus beneficii, per jura plurima adducta *infrà* 2. *p. c.* 14. *n.* 138. 30

quia ſuper re jam acquiſita debitor ex facto ſuo voluntario nihil poteſt diſponere in præjudicium creditorum ſuorum, ſecus in acquirendis, prout abundè per plurima jura, & Doctores, ampliſſimè reſolvimus 31

diſceptantes

discrepantes *infra* 2. *part. c.* 14. *per tot.* & magis ad nostri casus terminos speciales videnda erunt quæ scripsimus *infra* 3. *p. cap.* 13. *per tot.* ubi *n.* 4. quod debitor per factum suum, non potest pervertere prælationem, & anteriorítatem suorum creditorum, nec posteriorem anteponere priori.

32 Et ideo licet pensionarius de consensu debitoris Clerici acquisierit hypothecam super fructibus beneficii jam obtenti juxta Doctores superius adductos *n.* 15. id tamen debet esse attento tempore consignatæ pensionis, & sine præjudicio juris, & hypothecæ anterioris; ad tot. tit. *ff. & C. qui potiores in pignore hab.* Quia inter hypothecarios creditores tempus attenditur ad prælationem.

33 Nam ejusdem rei hypotheca facta duobus creditoribus per debitorem diversis temporibus hanc habet tacitam, & implicitam conditionem, ut prior pro integro suo credito sit in ea solvendus, & secundo sit dumtaxat hypotheca pro residuo, si forte aliquid superfit ex valore ipsius hypothecæ, priore creditore integrè soluto, & dimisso. Prout sunt jura aperta *in leg. insulam.* 14. *ibi.* Nisi ad utramque pensionem pignora sufficerent, jus omnium pignorum ad me pertinere. *leg. qui balneum* 9. §. *Titia. ff. qui potior. in pignor. hab. leg. a Divo Pio.* §. *quod si res, ff. de re judicata l.* 2. *tit.* 5. *n.* 5. *l.* 18. *tit.* 13. *eadem part.* quæ & alia jura per plurimas, & singulares doctrinas exornavimus *infra* 3. *p. c.* 11. *ex n.* 7. *cum seq.* concurrentibus igitur pensionario, qui obtento jam beneficio à clerico debitore, pensionem, & hypothecam acquisivit super fructibus beneficii, & creditore anteriore habente hypothecam in illis (quia fructus beneficii hypothecari possunt, juxta tradita *supra n.* 2. *& seqq.*) ille prior procul dubio pensionario præferendus erit.

34 Comprobatur etiam ista verissima resolutio ex resolutione omnium Doctorum, quos superius adduximus *n.* 23. *cum seqq.* asseverantium, quod quando hypotheca oritur in ipso actu acquirendæ rei per debitorem, præferantur omnibus debitoris anterioribus creditoribus, qui eandem doctrinam limitant ut non procedat, quando ex intervallo, & sic quando res erat jam debitori quæsita, ut tunc hypotheca contracta,
35 & apposita nullo modo præjudicet creditoribus anterioribus ipsius debitoris, nec illis præferatur, qui in illo instanti acquisitionis jus suum perfectum, & irrevocabile in ipsa re acquisita per debitorem quæsierunt, ut per eosdem Doctores, & alios specificè annotavimus, & comprobavimus *infra* 4. *part. c.* 14. *ex n.* 108. *cum seq.* & propterea cum in isto secundo distinctionis nostræ membro, pensio fuerit de consensu debitoris apposita ex intervallo, & beneficio, jam quæsito, & possesso à debitore, nullo modo poterit præjudicare anterioribus Clerici creditoribus habentibus anteriorem hypothecam in fructibus, & bonis Clerici debitoris, sed prorsus deneganda erit pensionario prælario, qui tantum suo loco, & gradu post cæteros solvendus erit in fructibus beneficii.

35 Si verò creditores debitoris anteriores non sint hypothecarii, sed tantum chirographarii, & personales, tunc pensionarius tanquam hypothecarius creditor illis in fructibus beneficii præferendus erit, ad jura, & doctrinas vulgatissimas, quoniam chirographarii, & personales creditores nunquam concurrunt cum creditoribus hypothecariis,

37 Quod limitatur, quando manifestè constiterit clericum debitorem consentire pensionem super suo beneficio jam obtento & possesso, in favorem tertiæ personæ, solo animo fraudandi suos creditores, de qua fraude sit conscius vel particeps pensionarius, quia tunc pensionis illa constitutio non potest operari in præjudicium creditorum Clerici debitoris etiamsi sint chirographarii, & personales, qui omnino præferendi erunt tali pensionario, *leg.* 1. *cum seqq. ff. quæ in fraudem creditor.*

38 Si tamen duo concurrant pensionarii ad fructus beneficii gravati, cum uterque habeat æqualem hypothecæ causam, & similem titulum, inter eos attenditur tempus, & tituli anterioritas, ita ut ff fructus beneficii utrique pensionario non sufficiant prior pensio integrè solvenda erit, & ex residuo secunda persolvenda, si supereft aliquid ex fructibus, ad jura vulgaria, *leg. qui prior. ff. de reg. jur. l. quoties utriusque, ff. eod. qui balneum in principio, leg. potior. ff. qui potior. in pignor. habean. leg. distractis, & leg. seq. C. de pignoribus, leg.* 27. *&* 29. *lit.* 13. *part.* 5. *leg.* 1. *C. si antiquior credit. pignor. vendider. l. quamdiu. C. de distract. pignor. leg. si potior. in princip. D. de privileg. creditor.* 81

Nunc se offert anceps disceptanda quæstio: vacante 39
Episcopatu, Rex præsentat Sedi Apostolicæ benemeritum, & insuper gravare solet eandem dignitatem pro certa quantitate correspondente ejusdem dignitatis redditibus, & supplicat suam Sanctitatem, ut illam pensionem imponat distribuendam à Rege inter benemeritos, & sibi, coronæque gratos. Sua Sanctitas imponit præfatam pensionem pro persona, & personis à Rege nomi- 40
nandis, & inter eos distribuendam. Rex vel unico contexui, & in eodem decreto illam pensionis quantitatem inter plures pensionarios à se nominatos distribuit. Tunc non est dubium, quod quando causatur concursus ad bona, & spolium prælati mortui, omnes pensionarii isti habentes æqualem causam, & titulum absque antelatione tam in data gratia, quàm in nominatione debeant simul concurrere in pari, & eodem gradu, ita ut nullus alteri præferatur, sed simul pro rata sua admittantur. Quia in eadem scriptura plures nominati nullam inter se prætendere possunt antelationem, nec primus nominatus dici potest prior in tempore; Cum 41
in eadem scriptura non consideretur prius nec posterius, cum in eodem instanti omnium jus perficiatur, de hoc plurima diximus *infra* 1. *part. c.* 1. *ex n.* 130. *cum multis seq.*

Quid autem sit dicendum, quando Rex utendo fa- 42
cultate pontificia distribuit illam quantitatem pensionis inter diversas personas, non simul, & eodem decreto, sed diversis temporibus, modo pro una, modo pro alia, aliisve, an omnibus sic a Rege nominatis simul concurrentibus ad spolii concursum priores nominati præferantur posterioribus?

In qua quæstione, si juris regulas attendamus, vi- 43
debatur dicendum primo nominatum à Rege præferendum pro suis pensionibus decursis aliis postea nominatis, quia inter creditores hypothecarios ejusdem causæ, & paritatis titulorum, prior in tempore, potior sit in jure, ut per plura jura diximus paulo ante *n.* 38. *vers. si tamen duo, &c.*

Sed contrarium verius esse existimamus, quoniam 44
omnes isti pensionarii uno, & eodem tempore jus acquisierunt ex gratia pontificia, per quam fuit reservata pensio pro personis à Rege nominandis, ad quam postea à Rege nominationes factæ retrotrahuntur, & ita non attenditur tempus nominationis; sed tempus gratiæ, & facta nominatione idem operatur, ac si nominati fuissent in gratia specificè expressi, prout in iis terminis considerat, & probat Garcia *de benefic.* 1. *p. c.* 5. *ex n.* 16. Ergo nullus nominatorum poterit prætendere prælationem inter cæteros, & si diversis temporibus nominatos. Nam cum gratia sit jam facta pro personis à Rege nominandis, per nominationes 45
subsequutas declaratur, quæ personæ fuissent ab initio in ea comprehensæ, quia declaratio nihil novi 46
dat, inest etenim actui declarato, & retrotrahitur ad tempus dispositionis declaratæ, & censetur emanasse cum illa simul, & eodem tempore, quia solum quod obscurum, & coopertum erat, detegit, ut per plura jura, & Doctores probavimus *in comment. de Regia protect.* 4. *part. cap.* 12. *ex numer.* 17. *cum seqq.*

Habemus in jure simile expressum, nam res per ali- 47
quem empta pro persona à se nominanda, subsequuta nomi-

nominatione perſonæ per emptorem, iſta nominatio ita retrotrahitur ad tempus contractus emptionis, ut conſideretur perſona ipſa nominata contraxiſſe, & emiſſe, ad nihilum conſiderato, nec attento jure intermedio quæſito per emptorem; quod jure ſubtilitate, & virtute retrotractionis reſolvitur, & annihilatur. Sic per plurimos Doctores, & varia juris efficaciſſima fundamenta diſceptantes reſolvimus *infrà* 2. *p. c.* 13. *ex num.* 22. *cum multis ſeqq. & à principio ejuſdem cap.*

48 Alio etiam ſimili hæc pars fulcitur, nam licèt unus creditor habens nomen debitoris, illud duobus cedat diverſis temporibus, uni poſt alium, iſti duo ceſſionarii æqualiter exigunt à debitore ceſſo, unuſquiſque pro rata ſua, & nullus alteri præferrur, quia attenditur primordium tituli cedentis à quo ambo cauſam habent, de quo agimus latiùs, & ita reſolvimus *infrà* 3. *part. cap.* 13. §. *un ex n.* 84. *& ſeq.* ergo inter nominatos à Rege diverſis temporibus nulla dabitur prælatio, ſed æqualis diſtributio pro rata cujuſlibet.

49 Aliam huic materiæ concernentem quæſtionem reperio ab aliquibus tactam: an clericus beneficiatus, & penſionarius ſuper fructibus beneficii ejuſdem ſi concurrant in fructuum exactione, & vendicatione, quis præferatur, eſt indubitabile clericum beneficiatum præferri penſionario, ut probat Gigas *de penſionibus quæſt.* 39. *num.* 4. Surdus *de alimentis tit.* 8. *privileg.* 51. *num.* 6. Garcia *de benefic.* 1. *part. c.* 4. *num.* 129. Collantes *in pragmat. agricultor. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 8. noviſſimè à Coſta *de privileg. creditor. reg.* 1. *ampliat.* 12. *num.* 18.

CAPUT XLIII.

Penſionarius, qui creditori ſuo conſignavit, etiam cum mandato in rem propriam annuam penſionem, ut ex ea ſatisfiat; vel etiam hypothecavit, an poſſit in creditoris præjudicium penſionem extinguere, ceſſare, vel remittere.

SUMMARIUM.

1 *Penſionarius, qui commoditatem penſionis conſignavit ſuo creditori, an in iſtius præjudicium poſſit penſionem extinguere, vel caſſare, cum ſeq.*

2 *Penſionarium in præjudicium creditoris, cui penſionem conſignavit cum mandato in rem propriam, poſſe penſionem extinguere, determinavit Rota.*

3 *Penſio extinguitur ex natura rei per mortem, profeſſionem religionis, vel matrimonium.*

4 *Penſionarius uſufructuario comparatur, & aſſimilatur.*

5 *Uſusfructus eſt in commercio noſtro, & an poſſit vendi, cedi, & hypothecari.*

6 & 7. *Penſio licet poſſit gratis extingui, & remitti, non tamen cedi, & transferri abſque Papæ auctoritate.*

8 *Penſionis commoditas poteſt vendi, cedi, & in ſolutum dari creditoribus.*

9 *Item fructus beneficii.*

10 & 11. *Uſusfructus commoditas poteſt obligari, & in fraudem creditoris non poteſt extingui, vel remitti.*

12 *Contra Rotam tenentem poſſe penſionarium, qui commoditatem conſignavit ſuo creditori cum mandato in rem propriam extinguere penſionem, multum inſurgit author, cum ſeqq.*

13 *Penſionis caſſatio non provenit ex natura rei, ſed ex cauſa mere voluntaria penſionarii.*

14 *Hypotheca ſuper re extinguitur ipſa peremptæ ex rei natura.*

Multa exempla reddantur, ibid.

15 *Penſio ſicuti uſusfructus perit ex natura rei per mortem, matrimonium, & ſimilia.*

16 *Hypotheca perit extincto jure debitoris ex cauſa præambula, & neceſſaria.*

17 *Hypotheca rei non perit, quando jus debitoris extinguitur ex cauſa voluntaria.*

18 *Penſio extingui non poteſt ex cauſa voluntaria penſionarii in præjudicium creditoris habentis eam hypothecam.*

19 *Jus aut res hypothecata non poteſt remitti, vel alienari in præjudicium creditoris.*

20 *Uſusfructus hypothecatus non poteſt remitti, vel renuntiari per debitorem in præjudicium creditoris.*

21 *Penſionarius non poteſt remittere, vel extinguere penſionem, cujus commoditatem obligavit creditor.*

22 *Commoditas penſionis, ſicuti & uſusfructus obligari, cedi, vendi & in ſolutum dari poteſt.*

23 *Penſionis commoditas ingreditur corpus incurſus pro ſatisfactione creditorum vita penſionarii durante.*

24 *Uſusfructus commoditas ingreditur concurſus, ut ex ea ſatisfiant creditores, vita uſufructuarii durante.*

25 *Uſusfructus jus an poſſit vendi, cedi, vel hypothecari, magna eſt diſcordia inter Juriſconſultos & Doctores.*

26 *Multa jura expediuntur, ut jus uſusfructus cedi, & alienari non poſſit, & per alienationem factam in extraneum contingat conſolidatio cum proprietate.*

27 *Opinio Doctorum contraria refertur, tenens quod jus uſusfructus liberè vendi, hypothecari, & alienari poſſit abſque metu conſolidationis.*

28 & 29. *Quamplurima jura ad id recenſentur.*

30 *Tertia opinio diſtinguens inter alienationem, hypothecam, & venditionem ipſius juris uſusfructus principalis, & inter alienationem ſolius commoditatis certior, & verior eſt.*

Alienatio juris principalis uſusfructus, vel hypotheca, aut ceſſio non tenet, quia cohæret perſonæ, ibid.

Quod non eſt traſmiſſibile ad hæredes, non eſt ceſſibile. ibid.

31 *Commoditas uſusfructus poteſt cedi, vendi, & hypothecari, ſeu in ſolutum creditoribus dari durante vita uſufructuarii.*

32 *Doctores hanc diſtinctam opinionem tenentes recenſentur.*

33 *Vendito, vel hypothecato ſimpliciter uſufructu intelligitur de ſola commoditate, quæ eſt permiſſa uſufructuario.*

34 *Secus ſi uſufructuarius non ſimpliciter, ſed univerſum jus uſusfructus vendat.*

35 *In hoc articulo cavendum eſt à Caſtillo qui ſolus jutibus novum, & improbabilem intellectum conſiderarit.*

36 *Penſionarius ſicuti & uſufructuarius non poteſt cedere jus penſionis, commoditatem vero poteſt.*

37 *Penſionarius an poſſit in præjudicium creditorum extinguere, remittere vel caſſare penſionem, tres caſus diſtinguuntur.*

38 *Ex ſola penſionis conſignatione, ut inde creditor ſolvatur, non impeditur penſionarius extinguere, caſſare penſionem.*

Simplex conſignatio, ut creditor ex fructibus, vel redditibus ſolvatur, non cauſat hypothecam in illis, ibid.

39 *Debitor in præjudicium creditorum perſonalium, non impeditur bona ſua alienare, ceſſante fraude.*

Debitor, qui poſt mortem gravatus eſt reſtituere, & ſua vita durante fructus ex quibus ſatisfacit creditoribus; ſuos faciat, ſi ante mortem reſtituat, non fraudentur creditores perſonales. ibid.

40 *Hypothecatæ rei alienatio mitto jure tenet, licet res in tertium cum ſua cauſa tranſeat.*

41 *Pactum de non alienando ſine ſpeciali hypotheca non impe-*

impedit translationem dominii, nec annullat alienationem.

42 *Pensionis cassatio, & extinctio facta in fraudem creditorum personalium, & fraude probata illius non præjudicat.*

43 *Sicuti nec ususfructus remitti potest data opera & in fraudem creditorum facta remissione.*

44 & 45. *Pensionis commoditate consignata creditori cum mandato in rem propriam pensionario impedire, remissionem pensionis expresse determinavit Rota.*

46 *Mandato in rem propriam dato ad exigendum pensionem penes pensionarium solus titulus remanet.*

47 *Pensionis commoditas in commercio nostro est, sicut alia res temporalis quæ vendi, cedi, & hypothecari potest.*

48 *Pensionarius in præjudicium creditoris habentis jus quæsitum ex mandato in rem propriam, non potest pensionem extinguere, & cassare.*

49 *Ex mandato in rem propriam, ad exigendam pensionem creditor acquirit jus irrevocabile, quia mandatum revocari non potest.*

50 *Pensionis reservatæ in caput unius ad favorem alterius recipientis à fiduciario mandatum in rem propriam, tota utilitas in mandatarium transfertur, & penes fiduciarium solæ actiones directæ inefficaces remanent.*

51 *Fiduciarius in præjudicium ejus ad cujus commodum reservata fuit pensio habentis mandatum in rem propriam non potest consentire cassationi, & extensioni pensionis.*

52 *Pensionarius non potest remittere, vel cassare pensionem in præjudicium creditoris habentis hypothecam in pensionis commoditate.*

53 *Usufructuarius in præjudicium creditorum habentium obligatam commoditatem ususfructus, non potest ante mortem bona restituere, nec usumfructum extinguere.*

54 *Debitor gravatus bona post mortem restituere non potest in præjudicium creditorum habentium fructus obligatos ante mortem restituere.*

55 *Et restitutione non obstante ad fructus medii temporis à præmatura restitutione usque ad mortem debitoris jus habent creditores.*

56 *Pensionarius, qui pensionis commoditatem hypothecavit creditori sua vita durante, non poterit ante mortem extinguere, aut remittere pensionem in creditoris præjudicium.*

1 QUæstio difficillima se offert disputanda, an pensionarius debitor qui consignavit creditori suo pensionis annuos fructus, ut ex illis solvi, & satisfieri possit de suo credito, possit præjudicium sui creditoris pensionem extinguere, cassare, vel aliter renuntiare, ita ut creditor amplius ex illa pensione sibi satisfacere non valeat.

2 Hanc quæstionem difficiliorem reddidit Rota *decis.* 329. *per totam*, inter noviter recollectas per Farinacium in duas partes distributas, *part.* 1. *fol. mihi* 108. dum absolutè, & indistinctè determinavit licere pensionario cassare pensionem consignatam suo creditori eundum constituentem procuratorem in rem propriam, ita ut creditor amplius ex ea solvi non possit.

3 Hanc resolutionem fundavit Rota aliquibus mediis, primo *num.* 2. & 3. quia hæc pensionis extinctio provenit ex natura rei, & ideo de ea creditorem conquærere non posse, nam sicut pensio potest extingui per ingressum religionis, per matrimonium, vel mortem pensionarii in præjudicium creditorum, ita pariter, inquit Rota, poterit ei præjudicare pensionarius renuntiando, vel cassando pensionem, & ideo mandatum, & consignatio facta creditori hanc tacitam habet conditionem, ut creditor se satisfaciat ex pensione annua, quamdiu illa duraverit, & sic post legitimam, & naturalem ejus extinctionem amplius creditor exigere non potest.

Nec obstare inquit eadem Rotæ decis, *ex n.* 4. *leg.* 3. *ff. de his quæ in fraudem creditorum*, qua dicitur, quod ususfructus acquisitus à debitore non potest extingui data opera, & in fraudem suorum creditorum; ita etiam, nec pensionarius, qui usufructuario assimilatur, ut etiam probat insuper Barbosa *de jure Eccles. univer. l.* 3. 11. *num.* 3. Alexand. Ludov. *decis.* 440. *num.* 7. latè post alios Loterius *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 42. *ex num.* 14. *cum multis seq.* & quod pensio æquiparetur usufructui tenent Cardin. *in Clem.* 1. §. *eodem, num.* 4. *supplend. negligent. prælato.* Gigas *de pensionibus, quæst.* 38. *num.* 2. Methoda *decis.* 4. *num.* 7. *de locato* Rota *decis.* 401. *n.* 4. *part.* 1. *diversor.* Rota, ut per Farinacium, in posthumis *decis.* 520. *n.* 2. *tom.* . . . 4

Cui respondit Rota *d. n.* 4. quod ista æquiparatio non facit quod idem jus esse debeat quando adest rationis diversitas prout in isto casu, quia ususfructus est in commercio nostro, & potest donari, vendi, & 5 6 alienari sicut extingui, non sic pensio quæ solum est in commercio nostro ratione perceptionis fructuum, non autem ratione juris, ideòque licet possit extingui, non tamen transferri potest sine Papæ authoritate, prout etiam Hieronym Gonzal. *de alternativis gloss.* 5. §. 5. *num.* 37. 38. & *n.* 40. latissimè comprobat Garcia *de benefic.* 1. *part. cap.* 5. *ex* 23. *cum multis seqq.* quod pensio non cassari, nec transferri potest absque Papæ authoritate, & *ex num.* 20. *cum seqq.* Gratis tamen extingui pensionem, & remitti posse post alios probat ipse Gratian. *ex. n.* 39. commoditas tamen pensionis potest vendi, cedi, & in solutum dari creditoribus pensionarii, Navarrus *cons.* 11. *de reddit. Eccles. & cons.* 6. *& de Simonia*, & Garcia *d. c.* 5. *n.* 29. idem probat Loterius *de re benefic. lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 15. & nos *infrà d.* 81. prout de fructibus beneficii latius probavimus *cap.* 42. *à princip. hac.* 1. *part.* 7 8 9

At in usufructu emptor habet obligatum ipsum jus ususfructus. (prosequitur Rota *d. n.* 4.) & propterea ususfructus in ejus fraudem extingui non potest: in pensione autem creditor habet obligatos solos fructus, quibus per extinctionem deficientibus deficit etiam fructuum obligatio, sicuti contingit in fructibus beneficii obligatis, si dimitteretur, vel amitteretur. 10 11

Sed ista Rotæ resolutio nunquam mihi placere potuit, tum tanquam indigesta generica, & absoluta, tum ex fundamento, quo mota fuit, tanquam prorsus inadaptabili quæstioni propositæ, cujus punctum non percutit: tum denique ex rationis diversitate à se considerata inter pensionarium, & usufructuarium, quoad juris principalis obligationem. 12

Quatenus igitur Rota dixit, quod hæc pensionis cessatio, & extinctio proveniat ex natura rei, certè longè distat à juris principiis, cum prorsus prorveniat ex causa voluntaria ipsius pensionarii debitoriis qui jus percipiendi pensionem liberè habeat quæsitum, & in se radicatum, quæ absque suo consensu redimi, aut renuntiari non poterat ut patet manifestè, quia id quod nostrum est absque consensu & facto nostro tolli non potest, juxta juris regulam, & specificè protinus probavimus. 13

Hypotheca etenim aut petit ex natura rei ipsius prout est res emphyteutica, quæ petit per tempus vel generationem finitam, vel per commissum census hypothecatus perit per redemptionem, officium renuntiabili hypothecatum perit non facta intra tempus à lege Regia requisitum renuntiatione servi, & animalia hypothecata si decedant perit hypotheca. Molendino hypothecato radicitus diruto perit hypotheca. Et sic de similibus, quia iste rei interitus, & extinctio venit ex natura rei propria & insita, atque imbibita in reipsa, atque ideo peremptæ, aut resoluta re ex natura sua perit hypotheca: de hac juris resolutione, & extinctione ex natura rei, plurima congessimus *infrà* 2. *p. c.* 27. *ex n.* 36. *cum multis* 14

multis seq. & c. 28. ex n. 11. 46. 47. & n. 36. & cum seq. quia resolutio jure dantis, resolvitur jus accipientis, *ex l. lex vectigalis, ff. de pignoribus, cum similibus.*

Pensio sicut ususfructus ex natura rei perit per mortem pensionarii, per contractum matrimonium, ut inquit & benè *d. Rotæ decis. d. n. 2.* & per interitum rei, sicut usufructus §. 1. *institut. de usufructu*, ibi, *est autem jus in corpore, quo sublato ipsum tolli necesse est.* Et in §. *finitur, vers. eo autem*, constat si ædes incendio consumptæ fuerint, vel etiam terræ motu, vel vitio suo corruerint, extingui usumfructum, & ne areæ quidem usumfructum deberi, quod certissimum est, sed non applicabile casui nostro, ut statim.

16 Aut hypotheca perit ex facto, & causa debitoris, & tunc distinguitur inter causam necessariam præambulam, & antecedentem ante hypothecam, prout quando debitor acquisivit rem cum pacto resolutivo, si melior conditio accesserit, vel de retrovendendo, & similibus, tunc accedente resolutione juris debitoris quæsiti resolvitur hypotheca, quia resolutio rei provenit ex causa necessaria antecedente, inevitabili per debitorem.

17 Aut jus, & res hypothecata perit ex causa voluntaria ipsius debitoris, puta quia juri jam radicato, & quæsito renuntiavit vel remisit, vel aliter rem hypothecatam ex sua voluntate & consensu alienavit, & tunc in præjudicium creditoris non tenet abdicatio, aut renuntiatio, sed in recipientem transit jus, & res alienata cum sua causa, & hypotheca. De hac distinctione plura diximus, & plurimos retulimus *infrà 3. art. cap. 15. ex num 12. cum multis seq.*

18 Hinc detegitur dissonantia applicationis factæ per Rotam de pensione extincta ex natura rei per mortem, vel matrimonium, ad pensionem extinctam per renuntiationem, vel remissionem pensionarii, vel cessationem, quia nequit fieri in præjudicium creditoris hypothecarii, cùm egeat voluntate sua, quia aliter geri nequit.

19 Unde fit quod juris jam quæsiti, & radicati in persona debitoris, istius renuntiatio, aut remissio non admittitur in præjudicium creditorum, illùd hypothecarum habentium; nec habetur tunc in considerationem regula *leg. in conscribenda, C. de pactis*, ut pluribus Doctoribus exornavimus *infr. 2. part. cap. 15. num. 74. & 75. & à num. 18. cum multis seqq. & cap. 14. à princ.*

20 Infertur etiam ad nostrum propositum, quod usufructuarius post adquisitum & acceptatum jus ususfructus non potest illud renuntiare, aut remittere in præjudicium creditorum suorum, quibus fuit jam quæsitum ex illo instanti acquisitionis, & acceptationis, prout innumerabiles penè Doctores comprobant, quos in unum congessimus *infrà 2. p. c. 15. ex n. 50. cum quam-*
21 *plurimis seqq.* omnino videndis, igitur pariformiter dicendum erit in pensionario (qui in omnibus est similis usufructuario, ut *suprà n. 8. & n. 14.* non obstante dissimilitudine considerata per Rotam relatam superius *ex n. 4.* cam improbabilis sit, ut mox ostendam clarè) ut nullo modo possit pensionis jus jam quæsitum remittere, donare, renuntiare, cessare in præjudicium suorum creditorum obligatam habentium commoditatem pensionis.

22 Omnis igitur conformitas, & rationis paritas considerari debet inter pensionarium & usufructuarium in hoc casu tam respectu obligandi, cedendi, & alienandi jus ipsum principale; quàm respectu consignandi, hypothecandi, vendendi, & alienandi commoditates utriusque; nam sicuti pensionario prohibitum est vendere, cedere, transferre, vel cessare pensionem ex libera potestate, & consensu suo, non interveniente auctoritate Apostolica, ut ex eadem Rota, & aliis diximus *suprà ex n. 4.* ita usufructuario prohibitum est cedere in extraneum, vendere, vel hypothecare jus ipsum ususfructus, ut statim.

23 Et quemadmodum diximus *suprà n. 8.* quod commoditas pensionis potest cedi, vendi, hypothecari, consignari, vel in solutum dari creditoribus, & in concursum ipsa commoditas, & fructus venire, & pro solutione creditorum capi, & ex eis solvere durante vita beneficiarii, vel pensionarii, ut diximus superius, *n. 8.*

Ita pariter commoditas usufructus, seu fructuum 24
potest hypothecari, vendi, cedi, consignari vel in solutum dari creditoribus, ut statim latius apparebit, & potest fructuum commoditas in concursum peractum ab usufructuario debitore trahi, ut ex eisdem satisfiat, & exsolvantur creditores vita usufructuarii dumtaxat durante, probavimus *suprà hac 1. p. c. 24. num. 47. & num. 34.*

Ut igitur omnimoda æquiparatio & similitudo inter 25
usufructuarium & pensionarium respectu suorum creditorum appareat contra Rotæ futilem considerationem, præmittenda erit apparens concordia inter ipsos Jurisconsultos, & scriptores nostros dissentientes an jam usufructus cedi, vendi, & hypothecari possit, an sola commoditas; nam multa jura expressissimè probant per cessionem usufructus & alienationem fac- 26
tam in extraneum, non solum non valere, sed etiam causare devolutionem, & consolidationem cum proprietate, & per talem cessionem, & alienationem finiri usumfructum, text. est *in §. finitur, Instit. de usufruct.* ibi, *item finitur ususfructus si dominio proprietatis ab usufructuario cedatur; nam cedendo extraneo nihil agitur*, &c. *quæ res consolidatio appellatur*, &c. *l. si ususfructus 67. ff. de jure dotium*, ibi, *quominus dicimus usumfructum à fructuario cedi non posse, nisi domino proprietatis; & si extraneo cedatur, id est, ei qui proprietatem non habet: nihil ad eum transire, sed ad dominum proprietatis reversurum usumfructum, l. unica, §. sin autem usufructuarius. C. commun. de manumiss. l. usufructu 9. C. de usufruct.* ibi, *Usufruct. matri tuæ præditorum, & mancipiorum relicto, tam alienatio, quam manumissio interdicta est l. 24. tit. 22. p. 3.* in illis verbis. *Otro si decimos que si a quel a quien fue otorgado el usufrucio o el uso en alguna cosa, otorgase despues otro alguno el derecho que avia en ella que se desata por ende el usufructo, e torna se por ende al señor de la propriedad, e de alli adelante ne le deve aver ni el otro a quien la otorgo.* Et ita hæc jura, prout clarè disponunt, exornarunt, & sequuti fuere quamplurimi Doctores relati à Castillo *de usufruct. c. 69. ex n. 1. usque ad nu. 6.*

Ex diametro verò alii plures Doctores tenuerunt con- 28
trarium, quod usufructuarius liberè possit vendere, alienare, cedere, & hypothecare jus ususfructus, absque metu consolidationis cum proprietate. Hos omnes refert Castillo *d. 69. n. 6.*

Hujus secundæ opinionis Doctores moventur ex plu- 28
ribus juribus, quæ expresè videntur permittere usufructuario vendere, & liberè alienare usumfructum; *l. arboribus 13. §. usufructuarius, ff. de usufruct.* in hæc: *Usufructuarius, vel ipse frui ea re, vel locare, vel vendere, vel aliis fruendam concedere potest; nam, & qui locat, utitur, & qui vendit; sed & si alii precario concedat, vel donat, puto eum uti, atque ideo retinere usumfructum, l. non utitur 45. ff. de usufruct. Non utitur* (inquit Consultus) *usufructuarius si nec ipse utatur nec nomine ejus alius puta qui emit.* & *in §. planè, ejusdem l.* ibi, *planè illud interest, quod si vendidero usumfructum, etiam si emptor non utatur, videor usumfructum retinere, l. cui ususfructus 74. eod. tit. de usufruct.* ibi, *cui ususfructus legatus est, etiam invito hærede eum extraneo vendere potest*, text. *in l. si is, qui bona 11. §. ususfructus, ff. de pignoribus*, qui permittit usumfructum pignori, & hypo- 29
thecæ subjicere invito dominio proprietatis in hæc: *Ususfructus an possit pignori hypothecæve dari quæsitum est: & scribit Papinianus lib. 11. responsorum, sive dominus proprietatis convenit, sive ille qui solum usumfructum habet, tuendum creditorem, & si velit cum creditore proprietarius agere, non esse ei jus utifrui invito se, si non inter creditorem, & eum ad quem ususfruc-*

tus pertinet, convenerit, ut usufructus pignori sit; nam & cum emotorem ususfructus tenetur Prætor, cur non, & creditorem tuebitur eadem ratione, & debitori objicietur exceptio. probant insuper alia jura; *l. venditione, ff de bonis autor. jud. possid. l. ususfructus* 58. *ff. soluto matrim. l. fin. ff. de usuris, l. necessario, §. fin. ff. de peric. & commod. rei vend.*

30 Sed tertia opinio media inter istas contrarias, ut certior, verior, & magis jurium dispositionibus conformis, prævaluit, distinguens inter venditionem, alienationem, & hypothecam juris principalis, quod usufructuarius habet ad utendum & fruendum, & tunc jura, & Doctores relati in prima opinione *suprà num. 76.* procedant, ut non teneat, nec valeat alienatio, seu hypotheca, quia illud jus cohæret personæ usufructuarii sua vita durante tantummodo, cum ea finitur, & quod non est transmissibile cedi non potest, ad latè per tradita *hac 1. p. c. 26. n. 13.*

31 Si vero non jus ipsum principale utendi usufructuarius alienet, aut hypothecet, sed duntaxat commoditatem, & fructus manente jure utendi penes ipsum usufructuarium, & duratura alienatione, & hypotheca dumtaxat durante vita usufructuarii; tunc licitè potest facere usufructuarium, juxta jura secundæ opinionis *ex nu. 27.* quæ sic loqui, & intelligi debet, quia si dicunt penes ufructuarium vendentem, alienantem, & cedentem usumfructum, jus ipsum manere, & ipsum uti insuper usufructu, & quod per emptorem ipse usufructuarius usufructu utatur; quo juris colore vel arte possumus intelligere illa jura alienante jus ipsum utendi; nam qui cedit jus, vel alienat, totum & se illud abdicat, & in emptorem transfundit, aliàs alienatio non foret, *l. alienatam*, non propriè dicitur, quod adhuc in domino remanet *ff. de verb. signific.* & ideò ut præfata jura de quibus *n. 26. & seqq.* ne in se ipsius repugnantiam tam notam, & manifestam patiatur, & ne cum aliis apertissimis in prima opinione relatis ex diametro pugnent; hæc tertia opinio distinguens inter jus utendi, & commoditatem ususfructus merito sequenda, & ut verior receptior est.

Eam tuentur glossa, Bart. Bald. Alexand. Antonius Gomez, Covarruvias, Fabianus à Monte, & quamplurimi alii adducti à Pinello *in l. 1. part. 3. num 38. vers. alii distinguunt. C. de bonis maternis*, Lara *in l. si quis à liberis, §. parens, num. 60. & 61. ff. de liberis agnoscend.* sequitur Orosius *in l. si tibi decem. §. pactum, n. 2. ff. de pactis*, Cavalcanus *de usufructu, num. 66. in princip.* Matienzo *in leg. 13. tit. 11. lib. 5. recopilationis. gloss. 3. num. 35* Hieronymus Gabriel. *in cons. 162. ex num. 11. usque ad n. 17. volum 2.* Quesada *diverf. quæst. cap. ult. n. 16.* & post longam disputationem magis probat Garcia *de ex-*
32 *pens. & melioration. cap. 10. ex num. 28. usque ad num. 46.* Sarmiento *Selectarum lib. 3. c. 9. num. 2.* qui latè prosequitur interpretationem jurium secundæ opinionis; eandem distinctionem sequuntur Spino. *in speculo testament. gloss. 13. principali de legato ususfructus, num. 61.* Peregrinus *de fideicommissis, art. 40. num. 117.* Surdus. *de alimentis, tit. 9. quæst. 2. num. 9.* Barbosa *in l. usufructu, ff. sol. matrim. disputans, ex num. 1. usque ad num. 10.* & hanc insuper communem distinctionem constanter defendit Martinus Monter à Cueva *causarum civil. Arago. dec. 46. per totam*, maximè *ex num. 22. & 55.* & licet paucis relatis idem sequitur Pichardus *in §. finitur, instit. de usufruct. n. 14.*

33 Hæc communis, & verior resolutio roboratur ex alia communi opinione Doctorum firmiter asseverantium, quod quando simpliciter usufructuarius vendit, vel hypothecat usumfructum, vel ususfructus intelligatur de sola commoditate, & sic de eo jure, quod potest vendere, & alienare non de jure ipso principali utendi, & fruendi, quod sibi alienare est prohibitum à jure, ut actus magis valeat quàm pereat, quam post Baldum, Socinum, Curtium junior. & alios referunt Pinellus *dicta 2. part. l. 1. C. de bonis maternis. num.* 38
vers. alii autem ex proximis. Barbosa *in d. leg. usufructu. num. 5. in fine, ff. sol. matrim.* Pichardus *in §. finitur. num. 33. instit.* Garcia *de expensis & meliorationibus, cap. 18. num. 28.* Gomez *tom. 2. variarum, cap. 15. de servitutibus, num. 17.* Spino *de testamentis, gloss. 13. principali de legato usus-*
fructus, num. 61. ubi asserit secus esse si usufruc- 34
tuarius vendat, non simpliciter, sed universum jus ususfructus, quod habet, vel quidquid juris habet, quia dum simul in claris, & manifestè appareat voluisse à se abdicare, non solum commoditatem fructuum, verum & ipsum jus principale utendi, & fruendi, sicut habet in re erit locus dispositioni *dict. l. 24. tit. 21. part. 3.* & cæterorum jurium concordantium, de quibus in prima opinione, ut *in num 71.* eandem limitationem probarunt Bald. *in cons. 335. num. 1. vol. 1.* & cum Berolo, Vinio, & aliis securè probat Montier à Cueva *decis. 46. n. 16. & 17.*

Unde cavendum erit à D. Castillo *de usufructu, c. 69.* 35
qui neutri opinioni acquiescit, & novum præ cæteris vult assignari intellectum juribus utriusque opinionis, sed revera improbabilis, & futilis, & omni caret juris fomento, quem facilè foret subvertere & evanescere, si aliquam vim faceret; ideò à communi tantorum virorum distinctione recepta, & in praxi uti conveniente utriusque partis juribus, nec in judicando, nec in consulendo recedendum non erit, sed secure, & firmiter amplectanda.

Et in terminis, quod sicut usufructuarius non potest 36
jus ususfructus in alium transferre, commoditatem autem sicut dictum est, ita pariter pensionarius in alium transferre non potest sua authoritate jus cessionis, commoditatem tamen ejus liberè poterit, probat Poterius *de re benefic. lib. 1. d. 42. num. 14. & 15.* diximus *suprà num. 8.*

Dirutis igitur præcipuis Rotæ fundamentis *in d. decis.* 37
129. ex num. 4. in recent. recollectis per Farinacium *part. 1.* de qua *supra ex n. 2.* quibus mota fuit ad resolvendum, pensionarium, qui creditori suo consignavit cum mandato in rem propriam ad fructus pensionis de-
currendos, usquequo de suo credito satisfiat, posse in 42
creditoris præjudicium pensionem extinguere, renuntiare, vel cassare, ita ut amplius creditor exigere non possit, videndum nobis erit quid in hac difficultate verius sit, & de jure certius.

In cujus resolutione distinctè procedendum erit, & 38
tres casus distinguendi: primus erit, quando pensionarius simpliciter consignavit suo creditori fructus, & commoditatem pensionis, ut ex ea satisfiat, quo casu affirmandum erit posse pensionarium liberè remittere, renuntiare, seu cassare pensionem authoritate Papæ, in præjudicium hujus simplicis consignatarii, aliàs non habentis hypothecam in commoditate pensionis; nam simplex consignatio, ut ex fructibus vel redditibus possit creditor satisfieri, non causat hypothecam, nec afficit realiter ipsam rem simpliciter consignatam; quia sola est quædam destinatio, unde fit facienda solutio, prout ad longum ad partes disputantes resolvimus *suprà* 43
hac 1. p. c. 10. per totum, & de resolutione *ex n. 18. usque ad finem.*

Ideoque cum creditor remaneat merè personalis, ut 39
antea, eo quod per hujusmodi simplicem consignationem ei nulla actio realis sit quæsita, ut *in d. cap. 10.* latius est videre, sequitur quod pensionarius, sicuti & quilibet alius debitor potest liberè sua bona alienare nullo jure prohibente in præjudicium suorum personalium creditorum, nisi data opera, & causa fraudandi creditores debitor alienet, & fraus ipsa sit per creditores probata ad *totum tit. ff. quæ in fraudem credit. & C. de revocandis iis, quæ in fraudem creditor. l. 1. & per tot. ff. quæ in fraudem patron. §. item si quis in fraudem instit. de action.* & Nos *infrà 2. part. cap. 11. ex n. 4. & seqq.*

Et pro hac resolutione sunt jura fermè expressa *in l.* 40
Patrem.

Patrem. ff. de iis quæ in fraud. credit. ubi Pater rogatus reſtituere poſt ſuam mortem, cum ex fructibus, tua vita durante poſſint ſolvi ſui creditores, ſi ante mortem reſtituat, non habent jus creditores perſonales revocandi talem præmaturam reſtitutionem non probantes eam feciſſe animo, & cauſa illos fraudandi, ad idem etiam text. *in l. debitorem* 20. *ff. eod.* & quæ latiſſime in eorum jurium interpretatione diximus 2. *part. c.* 15. *ex n.* 7. *& ex n.* 18. *& ſeqq.* multis, & ideo penſionarius, qui ſua vita durante fruitur penſione ſi ante mortem illam à ſe abdicet, non ex hoc fraudantur creditores ſui perſonales, & licitè poterit ante mortem extinguere, non obſtante quod ex illo fructuum interusurio poterant ſui creditores exolvi.

41 Imò rei hypothecatæ alienatio facta per debitorem tenet mero jure, cujus dominium, & poſſeſſio tranſit in emptorem, licet tranſeat cum ſua cauſa, & hypothecæ onere in quemlibet tertium poſſeſſorem *infrà* 2. *part. cap.* 13. *ex num* 13. *cum ſeqq. &* 3. *p. c.* 3. *per totum*, nec pactum de non alienando abſque hypotheca ſpeciali impedit tranſlationem dominii nec annullat alienationem, ut per plurima jura, & Doctores abundè diximus *ſuprà hac* 1. *part. cap.* 38. *num.* 8. *& ex num.* 22. *cum ſeqq. & ex num.* 40. & ideò facta alienatione per debitorem hypotheca præſervat jus creditoris in ipſa re, & tranſit contra tertium in rem hypothecatam generaliter, vel ſpecialiter, tacitè, vel expreſsè obligatam, quod ceſſat in creditore mere perſonali, & chirographario non habente jus reale tranſlatorium in tertium poſſeſſorem, prout vulgatiſſimum eſt, & ideò data à jure facultate debitori alienandi, perſonalis creditor conqueri non poteſt, nec rem alienatam perſequi valet, quia caret jure reali, & ſibi imputet, qui cautius ſibi non conſuluit, & propterea ipſe creditor, cui penſionem habet conſignatam, ut ex ea ſolvatur de ſuo credito, non poteſt impedire remiſſionem, extinctionem, vel caſſationem, vel alienationem penſionis, cum ex illa conſignatione nullum novum jus fuerit acquiſitum, ut latius videre eſt *in d. p.* 10. *per totum*, *ſuprà hac* 1. *part.*

42 Iſte primus caſus limitatur, quando penſionarius data opera, & ſolo animo fraudandi ſuos creditores, alienavit, caſſavit, vel remiſit penſionem & de hac fraude clarè apparuit, tunc alienatio ipſa, ſeu penſionis ceſſatio vel remiſſio poterit præjudicare creditoribus perſonalibus, prout paulo ante diximus *n.* 39. *& in cap. anteced.* 42. *nu.* 37. & infrà 2. *p. cap.* 13. *nu.* 71. & 72. ubi de renuntiatione juris competentis debitori in fraudem creditorum non admittenda, & eſt text. expreſſus *in l.* 3. *ff. quæ in fraudem credit.* ibi, *rerum, etiamſi forte data opera ad judicium non adfuerit, vel litem mori patiatur, vel à debitore non petierit, ut tempore laberetur, aut uſumfructum, vel ſervitutem amittit*, qui text. dum prohibet debitori remittere uſumfructum, debet præcisè intelligi, quando hoc animo, & cauſa fraudandi creditores uſumfructum amiſit, vel remiſit ut probatur tùm ex eodem text. ibi, *data opera* tum juxta rubricam ſub qua citata *lex* 3. & eundem bene
43 intellexit d. Rotæ *deciſ.* 129. *ex num.* 4. *part.* 1. Farinacii, ſuper qua tota eſt noſtra controverſia *ex n.* 2. *cum ſeq.* ubi ſatisfacit, *d. l.* 3. quia penſionarius debito licet extinxerit, & caſſaverit penſionem creditori configaatam, non conſtitit, nec fuit à creditore probata fraus, & ſic valuiſſe penſionis extinctionem in creditoris conſignatarii præjudicium, nam data in propoſito omnimoda comparatione, & rationis identitate inter penſionarium, & uſufructuarium prout abundè à principio hujus capitis comprobavimus, idem jus ſtatuendum erit utroque, regulis uſufructuarii penſionarius muniendus erit, & penſionis materiam regulari ſecundum eoſdem terminos quibus regulatur uſusfructus in terminis ſpecificè dixerunt Hieron. Gabriel. *in conſil.* 191. *lib.* 3. Loterius *de re beneficiali, lib.* 1. *quæſt.* 42. *ex n.* 20. *cum pluribus ſeqq.*

Secundus caſus erit, quando penſionarius non ſim- 44
pliciter conſignavit commoditatem penſionis ſuo creditori, ut ex ea ſatisfieri poſſit de ſuo credito: ſed ſimul eundem fecit procuratorem in rem propriam ad hujuſmodi exactionem, & iſte eſt caſus *d. deciſ.* Farinacii 129. *part.* 2. *in recent.* in qua Rota, ut *ex nu.* 1. vidiſſi poſſe penſionarius debitorem remittere renuntiare, & extinguere penſionem in præjudicium creditoris habentis ad exactionem hujuſmodi mandatum in rem propriam, fundamenta Rotæ retulimus à principio hujus capitis *ex n.* 1. de illorum tamen ſubverſione egimus *ex n.* 12. *cum multis ſeq.*

Sed contrariam ſententiam reperio in eademmet 45
cauſa contrariis motam fundamentis, tenuiſſe Rotam eandem, & à præcedente deciſione expreſsè deceſſiſſe, prout in noſtris terminis, ut notavit Loterius (ejuſdem cauſæ advocatus) *de re beneficiali, lib.* 1. *quæſt.* 42. *ex num.* 19. in hæc. *Pariter ſi penſionarius debitorem ſuum conſtituerit procuratorem irrevocabilem ad exigendum penſionem, donec, & quouſque eſſet ſibi ſatisfactum non poſſet in illius præjudicium penſio extingui, quamvis contrarium ſemel fuerit viſum in cauſa Mediolanen. penſion. coram bon. mem. Card. Marco Montio*, quæ legitur *inter recent. deciſ.* 129. *num.* 4. *& per totam part.* 1. (& iſta deciſio eſt eadem Farinacii, de qua nos tractavimus *ex num.* 2. uſque adhuc) *nam ea deciſio, quam ego obtinueram poſtea, in dubium coram eodem revocata fuit, & ſuppoſita veritate crediti Rota ob ea deflexit, ut licet videre in libris poſitionum. Die* 11. *&* 28. *Januarii, &* 28. *Aprilis* 1608.

Et ipſe Loterius *ex n.* 20. *cum multis ſeqq.* ponit mo- 46
tiva omnia hujus novæ deciſionis revocatoriæ prioris, quæ in effectu ſunt eademque contra D. deciſionem Farinacii 129. p. 1. copiosè ſcripſimus *ex n.* 12. quod ſicut in uſufructu, à quo præcisè regulari debet penſio; prout etiam ex pluribus annotavimus *ſupra n.* 4. *& ſeqq.* datur dictio juris formalis à cauſali, & ſic de ipſo jure uſusfructus à commoditate, quæ vocatur uſusfructus cauſalis, ita pariter hæc diſtinctio, & ſeparatio conſideranda erit in penſione, qua data per mandatum in rem propriam, & durante cauſa penſionarius ſicuti uſufructuarius nullam ex ipſa penſione utilitatem conſequitur, cùm apud eum nihil aliud remanſerit, quàm nudus titulus, ut in terminis ex Hieron. Gabriel. *conſ.* 16. *ſum num.* 8. *verſic. tunc commoditas*, hujuſmodi *& num.* 10, 12, 15. & aliis comprobat Loterius *num.* 23. *&* 24. *&* 25 *&* 26. *& ſeqq.* quod penſionis commoditas eſt in commercio noſtro ſicut quæ- 47
libet alia res temporalis, & poteſt vendi, cedi, donari, & alienari, prout in fortioribus terminis de fructibus, & redditibus ipſius beneficii, quos titularis alienat, donat, & hypothecæ ſubjicit, ut *in cap. anteced.* 41. *num.* 2. probavimus, quia nulla lege, & jure commoditatis diſtractio, & alienatio prohibita eſt, ut *ex n.* 26. 27. *&* 28. videndus etiam ad idem *ex n.* 23. *& ſeq.*

Infert ipſe Loterius *d. quæſt.* 42. *ex n.* 29. quod pen- 48
ſionarius in præjudicium hujus creditoris ex mandato in rem propriam habentis jus quæſitum ſuper commoditate ad exigendum, maximè ex cauſa oneroſa non poterit in ejus præjudicium remittere, aut extinguere penſionem, ubi *ex n.* 32. *& ſeqq.* ſatisfacit aliis difficultatibus motis à præfata deciſione Farinacii 129. ut per te videre poterit.

Comprobatur iſta reſolutio, quoniam creditor per 49
mandatum in rem propriam in exactione commoditatis penſionis acquiſivit jus irrevocabile; quoniam licet controverſum fuerit an mandatum in rem ſuam poſſit per mandatum revocari, certior, & crebrior recepta eſt ſententia, ut ſimplex mandatum in rem propriam, etiam abſque ceſſione revocari non poterit, cùm jam mandatario jus quæſitum fuerit, & jure proprio abſque alia ceſſione habeat actiones utiles tranſlatas, quas procurator iſte ſuo nomine exercet, prout quamplurimis Doctoribus

utriuſque opinionis relatis ita reſolvimus hac 1. *part c.* 27. *ex n.* 74. *cum ſeqq.* & in iſtis noſtris terminis aliis Doctoribus pro utraque opinione adductis eleganter reſolvit Loterius *d. quæſt.* 2. *n.* 38. 39. 40. & ideo in præjudicium illius juris irrevocabiliter per creditorem quæſiti penſionarius non poterit penſionem extinguere, ut etiam probat Loterius *ibid.*

50 Roboratur hujus ſecundi caſus reſolutio, ex alio ſimili; ſnam quando penſio ſub confidentia fuit reſervata, & poſita in caput alicujus fiduciarii ad commodum alterius, qui ad exigendum penſionem à fiduciario recepit mandatum in rem propriam, licèt titulus, & jus penſionis reſideat penes illum fiduciarium; tota tamen penſionis utilitas tranſlata fuit in mandatarium irrevocabilem, & penes fiduciarium ſolæ actiones directæ inutiles, & inefficaces remanſerunt, ut latiùs comprobat ipſe Loterius *d. quæſt.* 42. *n.* 14. 15. 16. & 17.

51 Ex quo rectè infert ad noſtrum propoſitum, quod fiduciarius non poterit conſentire extinctioni penſionis in præjudicium illius, ad cujus commodum penſio fuit reſervata, poſtquam hunc conſtituit procuratorem in rem propriam acquirentem inde jus irrevocabile in penſionis commoditate, & ejus exactione, jam virtute mandati ſeparata à titulo principali, ac proinde non poterit tali ceſſationi validè conſentire ex *l.* 3. & *ibi notat. C. de novation.* Caſtrenſ. *in l. ſi cum emptore, num.* 4. *ff. de pactis*, Pariſio *conſ.* 19. *num.* 63. *lib.* 3. Surdo *conſ.* 20. *ſub num.* 28. *verſ. nec etiam adverſatur, cum ſeq.* & ita fuiſſe in terminis reſolutum per Rotam in una Valentin. penſionis 3. Dec. 1593. coram Cardin. Mellino, teſtatur Loterius ipſe *in d. quæſt.* 42. *num.* 18. conducunt, quæ Garcia *de benefic.* 2. *part. c.* 1. *num.* 38. & 1. *part. cap.* 5. *n.* 29.

52 Tertius, & ultimus caſus erit, quando commoditatem penſionis annuæ penſionarius debitor habet alicui creditori obligatam, & hypothecæ ſubjectam, quia tunc in præjudicium creditoris hypothecarii penſionem extinguere, vel caſſare non poteſt, quia nullum factum debitoris jus reale creditoris, quod in ipſa re habet ſubvertere non poteſt, imò alienatione per debitorem, vel extinctione facta non obſtante jus hypothecarium creditoris curat, & tranſit contra eum, in quem fuit facta alienatio, vel remiſſio, aut juris renuntiatio, quia creditoris hujuſmodi reſpectu alienatio non tenet, nec in aliquo ex ea præjudicatur. In hujus reſolutionem comprobationis trahendæ ſunt omnes doctrinæ quas adduximus ſuperius *n.* 17. 18. & 19. ubi quod alienatio, ſeu remiſſio, aut renuntiato juris, vel rei hypothecariæ, quominus perſequi illud poſſit contra quemlibet tertium, latiſſimè per plurima jura, & Doctores videre poteris *infrà* 3. *part. cap.* 3. *à principio, & per totum.*

53 Et ulterius in ſimilibus omnino terminis hæc reſolutio probatur, nam uſufructuarius poſtquam uſumfructum acquiſivit, qui morte extinguatur, finitur, non poterit in vita, & ante mortem renuntiare, remittere, vel extinguere uſumfructum in præjudicium creditorum ſuorum, qui ad commoditatem annuatam jus ex hypotheca tacita, vel expreſsè generali, vel ſpeciali habet quæſitum, imò adhuc facta remiſſione, vel rei fructuariæ reſtitutione jus habet ad illos fructus perceptos, & percipiendos per tertium, à tempore remiſſionis, & renuntiationis, uſque ad mortem debitoris quia illud interuſurium ſatisfactioni hujuſmodi creditorum deſtinatum eſt, ac ſi res non exierit debitoris poteſtatem. Hanc veriſſimam doctrinam ſequuti fuerunt innumerabiles penè Doctores, quos ad longum retulimus, & congeſſimus *infrà* 2. *parte, cap.* 15. *ex n.* 50. *cum quamplurimis ſeq.*

54 Ubi per totum caput à princip. diſceptavimus, & reſolvimus, quod debitor, quibus ex donatione, vel teſtamento, aliâve diſpoſitione tenetur bona aliqua, ſeu majoratum reſtituere poſt mortem ſuam, ex quorum fructibus vita debitoris durante, qui ad debitorem ipſum pertinent, & jus habet quæſitum, & radicatum, nullum modo poterit præveniendo tempus, præmaturè in vita, & ante mortem bona reſtituere in præjudicium ſuorum creditorum in illorum fructibus, & redditibus jus hypothecæ habentium, ſed potiùs contra eum in quem facta fuit hæc præmatura reſtitutio hypothecaria dirigitur ad fructus perceptos, percipiendos in illo medio tempore à reſtitutione nempe præmatura, uſque ad mortem debitoris ante 55
tempus reſtituentis, ut exactiſſimè per varia jura, & Doctores ſcripſimus & reſolvimus, *in d. cap.* 15. *per totum*, maximè *ex num.* 18. *cum mulis ſeqq.* ad quem fœcundiſſimum locum te remitto, quia ulteriùs repetenda non ſunt.

Quæ doctrinæ mirè conducunt noſtræ reſolutioni, 56
in qua penſionarius omninò adæquatur uſufructuario; ut ſuperiùs *num.* 4. & ſæpè diximus, qui ſuæ vita durante percipit penſionem, & mortę ejus extinguitur, & ideò poſtquam commoditatem fructuum annuatim creditori hypothecavit in ejus præjudicium ex cauſa voluntaria non poterit penſionem extinguere, caſſare, vel remittere ante mortem; & idcirco creditor extinctione, & remiſſione non obſtante poterit titularem, & proprietarium beneficii convenire, & exigere penſionem annuam, ac ſi facta non fuiſſet extinctio.

CAPUT Finale.

Debitor concurſu à ſe formato, qui in diverſa cauſa condemnatus ſecundam ſupplicationem ad principium interpoſuit, an tanquam pauper à fidejuſſionis præſtatione per legem Regiam requiſitæ relevetur: ita ut formæ legis per juratoriam cautionem ſatisfeciſſe dicatur.

SUMMARIUM.

1 *Supplicationem ſecundam cum pœna mille quingentarum omittens in diverſa cauſa debitor, qui concurſum inter ſuos creditores formaverat. An tanquam pauper excuſetur à fidejuſſione à lege Regia requiſita, & an illi ſatisfaciat cum juratoria cautione diſceptatur, cum ſeqq.*

2 *Quilibet pauper, quando a fidejuſſione mille quintarum duplarum ſupplicans relevatur.*

3, 4, 5 & 6. *Pauper ſupplicans de ſtylo Cancellariarum à fidejuſſione relevari ſolet.*

Et qui Doctores de eo teſtantur, ibid. & n. ſeqq.

7. & 8. *Pauper ſecundo ſupplicans conſtito de paupertate loco fidejuſſionis admittitur ad juratoriam cautionem.*

9 *Supplicans ſi pauper ſit, & fidejuſſionem non inveniat, admittitur ad juratoriam cautionem.*

10 *Ad fidejuſſionem præſtandam, qui tenetur, ſi pauper eſt, & fidejuſſionem non invenit, admittitur ad cautionem juratoriam.*

Plurima jura ad idem ponderantur & exornantur, ibid.

11 *Fidejuſſionem quando lex requirit intelligitur, ſi fidejuſſor reperiri poteſt.*

12 *Fidejuſſorem inveniri, in quolibet difficile eſt.*

13 *Fidejuſſorem reperiri in paupere penè impoſſibilitati comparatur.*

14 *Conditio impoſſibilis, vel rejicitur, & pro non ſcripta habetur, vel annullat, & vitiat diſpoſitionem.*

15 *Conditio formam inducit, ſpecificè adimpleri debet.*

16 *Ob fidejuſſionis defectum à lege vel ſtatuto requiſitæ, quis jure ſuo quæſito privari non debet.*

17 *Authent. quæ ſupplicatio, C. de precibus Imperatori offer. ut ſupplicatione pendente exequi poſſit ſententia, victrix præſtare tenetur fidejuſſorem.*

18 *Si tamen pauper ſit, & fidejuſſionem non inveniat, admittitur ad juratoriam cautionem.*

19 & 20. *Ubi agitur de aliquo recipiendo paupertas non excuſat à fidejuſſione, per legem requiſita.*

21 *Fidejuſſionem pro forma requirit lex Regia, in ſecundo ſupplicante, & ex n. 73. & ſeqq.*

22 *Fidejuſſorem, quando lex requirit ob paupertatem, & ob impoſſibilitatem contentatur juratoria cautione.*

Fidejuſſio requiſita ab Authent. quæ ſupplicatio, C. de precib. Imperat. offerend. eſt de forma ſubſtantiali.

23 *Forma inducitur, quando lex dicit,* ſub hac forma, *vel alias facit mentionem de forma.*

24 *Formam inducit verbum* non aliter.

25 *Supplicanti in terminis, Authent. quæ ſupplicatio, admittitur juratoria cautio loco fidejuſſionis.*

26 *Recuſans Senatorem non admittitur, niſi deponat certam quantitatem de jure Regio.*

Si tamen recuſans pauper ſit fidejuſſionis loco lex Regia cautione juratoria contentatur, n. 29. verſ. ex nu. 57. 124. & ex nu. 122.

28 & 29. *Forma per æquipollens ſuppletur, ſi ob maximam difficultatem, aut impoſſibilitatem ſpecificè adimpleri nequit.*

30 *Forma l. Regiæ requirens in ſecunda ſupplicatione fidejuſſionem, per æquipollens ſatisfit.*

31 *Cautio juratoria ob impotentiam, & paupertatem admittitur, ubi lex requirit fidejuſſionem.*

32 *Fidejuſſio quando à lege requiritur non ſemper, & indiſtinctè ſuppletur per cautionem juratoriam, & ex nu. 173. & ſeqq.*

33 *Fidejuſſionem, quando lex vel ſtatutum ſimpliciter requirit ad ſolam partis ſecuritatem; regulariter ob paupertatem & impoſſibilitatem admittitur jurata cautio.*

34 *Fidejuſſionem quando lex requirit pro forma tunc nullo modo admittitur juratoria cautio ob paupertatem, vel impoſſibilitatem reperiendi.*

Niſi per æquipollens, tunc fidejuſſio ſuppleatur, ibid. ex nu. 30. cum ſeqq.

Fidejuſſionis loco, quando lex difficultatem reperiendi ulterius procedat impoſſibilitatem caſuum præveniendo id ſemper ſequendum erit. d. n. 34. & ex n. 165. cum ſeqq.

35 *Fidejuſſionis loco quando lex admittat ob paupertatem, & impoſſibilitatem cautionem juratoriam confundi facilè quis poterit.*

36 *Fidejuſſio requiſita ad ſimplicem ſecuritatem partis ob paupertatem, & impoſſibilitatem ſuppletur cautione juratoria.*

37 *Forma non eſt omne id quod à lege in actu requiritur nec omiſſio illum vitiat.*

38 *Affirmativè vel negativè, ubi lex aliquid ſimpliciter diſponit formam non inducit, niſi ulterius progrediatur actum aliter geſtum annullando.*

39 *Forma per certa verba, & certa ſigna inducitur.*

40 *Fidejuſſioni ſimpliciter requiſitæ à lege in favorem partis iſta renuntiari poteſt, fidejuſſionem non petendo.*

41 & 42. *Fidejuſſio requiſita à lege in favorem partis intelligitur ſi à parte petatur etiamſi lex annullet actum abſque ea geſtum.*

43 *Fidejuſſionem requiſitam à lege pro forma, & ſubſtantia actus omittere non poſſunt partes.*

44 *Fidejuſſio requiſita à lege pro forma, etiam parte non petente præſtanda eſt, aliter actus corruit.*

45 *Pro forma requirit lex appetens aliquid ultra jus commune.*

46 *Fidejuſſio præſtanda intra certum tempus eſt forma.*

47 *Forma non dicitur ſervata ſi tempus à diſpoſitione præſtitum non ſervetur.*

48 *Si fidejuſſionis pro forma requiſita actus ſine ea annullatur, etiam à parte non petita.*

Fidejuſſio ſecundo ſupplicante requiſita niſi præſentetur intra terminum legis regiæ ſupplicatio corruit. ibid.

49 *Fidejuſſionis loco requiſitæ ad ſimplicem ſecuritatem partis admitti juratoriam cautionem ob impoſſibilitatem multas pati limitationes, remiſſivè.*

50, 51. & 52. *Regula, quod quando fidejuſſio requiritur pro forma, nunquam admittatur cautio juratoria conſtans eſt, & communiter per omnes ferè recepta.*

53 *Fidejuſſor requiſita à lege præſtanda ab uſufructuario, an requiratur pro forma ſubſtantiali, quidam affirmant.*

54 *Quidam non eſſe de forma, & ſubſtantia utendi uſufructu, & ideò paupertatem & impoſſibilitatem relevare uſufructuarium affirmant.*

55 *Utrius opinionis Doctores affirmant fidejuſſionem requiſitam pro forma non ſuppleri per cautionem juratoriam data paupertate vel impoſſibilitate.*

56 *Fidejuſſionem eſſe de forma uſumfructum acquirendi recentior eſt opinio.*

Quæ admittit loco fidejuſſionis remedium ipſi æquipollens, ibid. & n. 151. & ſeqq.

57 *Intellectus ad Auth. quæ ſupplicatio. Cod. de precib. Imper. offerend. & n. 148. cum ſeqq.*

Lex regia admittens paupertatem recuſantem Senatorem ad juratoriam cautionem loco pecuniæ deponendæ, nihil continet quod indicet formam. ibid.

Cui legi aliæ interpretationes ſingulariſſimæ aſſignantur, n. 124. & n. 172.

58 *Rolandi à Valle opinio aſſeverantis fidejuſſionis requiſitæ pro forma loco admittendam juratoriam cautionem ob paupertatem temeraria, & falſa eſt.*

Et ſibi contrarius Rolandus annotatur, ibid.

60 *Lex regia requirit pro forma fidejuſſionem pro exequenda ſententia arbitraria pendente appellatione.*

61 *A fidejuſſione itaque non relevat paupertas & impoſſibilitas petentem ſententiæ arbitrariæ executionem.*

Sententia de remate, ut exequatur fidejuſſio per creditorem præſtanda requiritur pro forma cum ſeqq.

62 *Lex loquens per ablativum abſolutum inducit conditionem & formam.*

63 & 64. *Gerundium* dando *finitum in* do *inducit conditionem & formam.*

65 *Paupertas non excuſat a fidejuſſione requiſita per legem pro forma, in executione ſententiæ de remate.*

66 & 67. *Reus conventus immobilia non poſſidens præſtat fidejuſſionem, à qua paupertas non excuſat.*

68 *Officialis, qui in principio officii ante exercitium tenetur præſtare fidejuſſionem ob paupertatem, non admittitur ad juratoriam cautionem.*

69 *Cum fidejuſſio requiratur pro forma.*

70 *Ob paupertatem naturalia actus non mutantur nec alterantur.*

71 *A formæ omiſſione non excuſat minor ætas, ruſticitas vel militia, quo minus corruat actus.*

72 *Fidejuſſio poſtulata per l. regiam, in ſecunda applicatione, an requiratur pro forma, an ad ſimplicem partis ſupplicatæ ſecuritatem, ut illi ſatisfaciat pauper per juratoriam cautionem.*

73 *Fidejuſſionem pœnæ mille quingentarum duplarum in ſecunda ſupplicatione requiri pro forma omnes Regnicolæ conveniunt.*

74 *Dictio ſi maximè juncta verbis futuri temporis, denotat conditionem.*

Conditio inducit formam ſpecificè adimplendam, ibid.

75 *Tempus intra quod aliquid eſt gerendum appoſitum, intelligitur à lege pro forma.*

76 *Verbum* no pueda, *inducit præciſam neceſſitatem, privat potentia, & continet decretum irritans.*

77 *Nullitas major, quàm defectus poteſtatis, nulla.*

78 *Lex poſt præceptum ulterius præceaens annullando formam inducere dicitur.*

79 *Clauſula prohibitiva perpetuam cauſam habens, inducit formam cujus omiſſio irritat actum.*

80 *Fidejuſſio ſecundæ ſupplicationis, tanquam de*

forma excludit cautionem juratoriam pauperis supplicantis.

81 *Cautio juratoria ubi alius ob paupertatem & impossibilitatem præstandi fidejussionem in causis arduis non admittitur.*

82 *Supplicatio secunda non admittitur, nisi causa sit ardua.*

83 *Secundæ supplicationis remedium est exorbitans à jure.*

84 *Remedium extraordinarium concessum à lege sub conditione præstandi fidejussionem non admittit cautionem juratoriam loco fidejussionis.*

85 *Fidejussio requisita ad aliquid consequendum, excludit juratoriam cautionem ob paupertatem, & impotentiam.*

86 *Nominatus ad officium tutelæ ab illo excluditur, si ob impotentiam non præstat fidejussionem requisitam.*

Procurator de cujus mandato dubitatur fidejussionem requisitam non præstet propter impossibilitatem ad exercitium non admittitur, ibid.

Officialis ad officium electus, qui ob impotentiam fidejussionem à lege requisitam non præstat, non admittitur ad ejus exercitium, ibid.

87 *Juratoria cautio, quando ob impotentiam loco fidejussionis admittitur, ea ratione ne quis suum radicatum, & quæsitum amittat.*

88 *Supplicatio secunda non est jus competens de jure condemnato, nisi illud sua pecunia, & periculo pœnæ comparaverit.*

89 *Ex dispositione conditionali ante purificatam conditionem nullum interim competit jus, nec actio, vel obligatio oritur.*

Paria sunt nihil fieri, vel fieri sub conditione non impleta.

90 *Secundam supplicationem omittenti minori non datur restitutio, quia de jure suo nihil amittit.*

91 *Supplicanti datur restitutio ex legitimo impedimento adversus lapsum termini se præsentandi coram Rege.*

92 *Possessor majoratus qui perrem judicatam condemnatus omisit secundam supplicationem, vel semel interpositam intra terminum renuntiavit nullum jus amisit, nec majoratus indefensus dicitur.*

93 *Pauper ob impotentiam præstandæ fidejussionis pro pœna mille quingentarum omittens secundam supplicationem nihil de suo amisisse dicitur.*

94 *Permissum, & concessum sub conditione, nemo liberatur conditione non completa.*

95 *Et si conditionis implementum impossibile videatur & sit.*

Quia deficit concessus, & animus in concedente, & si ob conditionem impossibilem promissio vitiatur. ibid.

96 *Conditio, aut est impossibilis natura, vel ob omnimodam difficultatem accidenter contingentem.*

97 *Impossibilis conditio à natura vitiatur in ultimis voluntatibus, & pro non apposita censetur.*

Et in matrimonio, ibid.

98 *Conditio impossibilis à natura in contractibus vitiat ipsum contractum, ita ut eo nulla actio vel obligatio quæratur.*

99 *Conditio impossibilis ob omnimodam difficultatem, nec in ultimis voluntatibus, nec in matrimonio rejicitur.*

100 *Impossibilis conditio ob omnimodam difficultatem contractum non vitiat, sed non adimpleta nihil consequitur gravatus.*

101 *Fidejussionem secundæ supplicationis si præstare est impossibile, nihil promissum intelligitur à lege regia, quia deficit consensus legislatoris.*

102 *Si fidejussorem præstare est impossibile ob omnimodam difficultatem supplicantis, nihil iste consequi lege regia potest.*

103 *Supplicationem secundam interponens ad paupertatem interveniendi fidejussionem, non admittitur ad cautionem juratoriam.*

104 *Doctores Regnicolæ admittentes ex stylo pauperum supplicationem ad cautionem juratoriam, declarantur.*

105 *In Francia ex speciali constitutione pauper secundo supplicans loco deponendæ pecuniæ admittitur ad juratoriam cautionem.*

106 *Fidejussionis loco requisitæ pro forma nunquam cautionem juratoriam admitti constanter tenet Rebuffus.*

107 *Azevedus sæpè idem constanter tenuit.*

108 *Alvarez Valascus negligens investigando Doctores à se allegatos, & naturam secundæ supplicationis, & asseverans pauperem loco fidejussionis admitti ad juratoriam cautionem manifestè convincitur.*

109, 110. & 111. *Pauper solemnitatis, qui secundam supplicationem interposuit, si fidejussionem non reperit admittitur ad cautionem juratoriam juxta Doctores regnicolas.*

112 *Pauper solemnitatis, ut habeat casum curiæ, & relevetur ab expensis officialium quis dicatur.*

113 *Pauper ex stylo curiarum is dicitur qui solemnitatem fecerit, & probaverit se in bonis non habere tria millia marapetina.*

114 *Pauper supplicans secundo, ut excusetur fidejussione pœnæ mille quingentarum duplarum debet allegare, & probare se pauperem solemnitatis, & in bonis non habere tria millia marapetina.*

Alias non admittitur pauper supplicans ad juratoriam cautionem. ibid.

Quatuor exempla styli hujusmodi adducuntur, in quibus controversus fuit articulus paupertatis ad excusandum supplicantem à fidejussione, & in quibus probata fuit paupertas solemnitatis, fuit supplicans admissus ad juratoriam cautionem in aliis simpliciter allegata, & probata paupertate, sive qualitate fuit rejectus ex d. n. 114. usque ad 16. inclusivè.

117 *Pauperes solemnitatis tenentur officiales gratis adjuvare.*

Item advocati. ibid.

118 *Tabelliones gratis pauperibus tenentur instrumenta, & acta conficere judicialia absque ulla mercede.*

119 *Item nuntii executores, & Alguacelli.*

120 & 121. *Cessat arbitrium quando lege, statuto, aut stylo taxatur patrimonium, ut quis pauper dicatur.*

122 *In iis, quæ ad judicium pertinent pauper, ut privilegietur, debet esse solemnitatis.*

123 *Innterpretatio debet fieri juxta subjectam materiam.*

124 *Pauper recusans Senatorem loco pecuniæ deponendæ admittitur ad juratoriam cautionem, ut intelligatur pauper solemnitatis.*

125 *Pauper solemnitatis secundo supplicans tenetur juratoriam cautionem præstare intra terminum l. regiæ.*

126 *Et simul duo præstare juramenta principale cautionis, & aliud quod fecit diligentias, & non invenit fidejussorem.*

Et impotentiam, ac paupertatem suam, ibid.

127 *Juratoria cautio, quando locus est requirit pro forma juramentum pauperis se non posse reperiri fidejussionem.*

128 *Quando lex requirit in aliquo actu juramentum adesse, inducit formam.*

129 *Pauper solemnitatis à principio litis, ut talis admissus, si condemnatus secundam supplicationem omittit, admititur ad juratoriam cautionem loco fidejussionis.*

130 *Secus si tempore supplicationis se pauperem solemnitatis alleget, & probet.*

Aliud juramentum pauper præstat de observando omnia ad quæ tenetur. ibid.

131 *Formæ fidejussionis requisitæ in secunda supplicatione per æquipollens satisfit.*

132 *Forma dat esse rei, & specifice est adimplenda.*

133 *For-*

133 *Forma per æquipollens adimpleri non potest.*
134 *Fidejussionem requisitam in supplicatione secunda non posse adimpleri per equipollens qui dixerint.*
135 *Formæ à lege requisitæ ad certum finem, dejectus satisfit per æquipollens sperans eundem effectum.*
136 *Specifica hæredis nominatio in testamento pro forma requiritur.*
137 *Si per æquipollens indubitanter apparet de nomine, & persona hæredis, legis formæ satisfit.*
138 *Conditioni satisfit per æquipollens, ex quo idem sequitur effectus.*
139 *Forma fidejussionis requisitæ in secunda supplicatione propter legis rationem potest supplicans satisfacere per æquipollens eosdem operans effectus.*
140 *Forma fidejussionis per æquipollens adimpleri dicitur facto depositio quantitatis.*
141 *Et per pignora sufficientia à supplicante præstita. Fidejussorem dare qui tenetur, liberetur, si pecuniam deponat à fidejussione promissa,* ibid.
142 *Pignora dare plus cautionis est, quàm fidejussionem.*
143 *Pignoris datio æquipollet fidejussioni.*
144 *Relaxatus à carcere sub fidejussione liberetur offerendo pignus, & se obligando sisti.*
145 *Enrigius arguitur sibi contrarius,* ibid.
146 *Senatus Granatensis admisit fidejussionem mille quingentarium duplarum per æquipollens eundem effectum operans.*
147 *Obligatio tacitè induci solet ex aliquo actu, extra id quod agitur. Pactum tacitum inducitur ex aliquibus actis externis,* ibid.
148 *Authent. quæ supplicatio. Cod. de precibus imperat. offerend. appetens fidejussionem pro forma in executione sententiæ pendente supplicatione mirè interpretatur, cum seqq.*
149 *Pauper victor in cas. d. Authent. quæ supplicatio, an loco fidejussionis admittatur ad juratoriam cautionem, duæ sunt contrariæ opiniones. Tertio opinio verior & receptior est, ut per æquipollens, nempe per sequestrum, & depositum rei, vel pecuniæ executatæ consulatur impossibilitati reperiendi fidejussionem,* ibid.
150 *Per æquipollens idem operans satisfit principali legis fini, effectui, & intentioni. Formæ Authent. quæ supplicatio non satisfit in casu impotentiæ per cautionem juratoriam, sed per depositum, & æquipollens,* ibid.
151 & 152. *Usufructuarius ob paupertatem, & impotentiam præstandi fidejussionem, an admittatur ad juratoriam cautionem, duæ sunt adversæ opiniones.*
153 *Tertia opinio verior, ut deponantur fructus pro securitate proprietarii, ex quo æquipollens satisfit formæ juris fidejussionem apponentis.*
154 *L. si constante. 25. §. quoties, ff. soluto matr. dum maritus, qui ob impotentiam non potest cavere, cogitur ante tempus dotem restituere hæredibus uxoris; reservato sibi interusurio. Ita ut per illud depositum satisfiat regis intentioni, & non per juratoriam cautionem.*
155 *Leg. litibus 19. §. fin autem. C. de agri. & censib. interpretatur, loco fidejussionis formaliter requisitæ admittatur rei depositum.*
156 *L. 1. §. fin. qui satisd. cogan. cum aliis juribus similibus interpretatur, ut loco fidejussionis deveniatur ad depositum rei: ut qui per æquipollens formæ satisfiat.*
157 *Juratoria cautio loco fidejussionis pro forma requisita in vita executivis, sententia arbitraria non admittitur.*
158 *Admittitur tamen depositum, & sequestrum rei, vel pecunia executata impotentiam præstandi fidejussionem.*
159 & *seqq. Cautio juratoria, an subrogetur loco fidejussionis ob impotentiam non præstitæ.*
160 *Per juratoriam cautionem non satisfit fidejussioni requisitæ in secunda supplicatione.*
161 *Aliud est subrogatio, aliud æquipollens, & non omne subrogatum dici potest æquipollens.*
162 *Fidejussio in supplicatione secunda debet exhiberi intra terminum legis postea, nec tanquam æquipollens admittitur.*
163 *Temporis taxati negligentia tacitam inducit renuntiationem.*
164 *Imputandum est ei, qui se nimium arctavit, & in necessitate posuit.*
165 & 166. *Fidejussionem lex requirens, etiam pro forma, si ultra procedat præveniendo casum impotentiæ, id sequendum præcisè.*
167 *Lex sicut habet potestatem ad inducendam formam in aliquo actu, eandem habet, ad illam minuendam.*
168 *Formas inductas in secunda supplicatione Rex potest informare. Consuetudo potest tollere, & reformare solemnitates juris, & formas,* ibid. *Lex prohibitiva inducens formam, & nullitatem actus, si ultra procedat apponendo pœnam contraventioni à forma nullitatis recedit,* ibid.
170 *Lex simpliciter ad securitatem partis requirens juratoriam cautionem trahitur ad leges simpliciter requirentes fidejussionem.*
171 & 172. *Leges loco fidejussionis requisitæ providentes casum impotentiæ non trahuntur ad leges simpliciter pro forma fidejussionem petentes.*
173 *Argumentis in contrarium adductis, ex nu. 4. ut ob impotentiam, & paupertatem admittatur juratoriæ cautio in secundo supplicante respondetur, usque ad nu. 180. inclusivè.*
175 *Fidejussionis loco pauper solemnitatis secundo supplicans dumtaxat admittitur ad juratoriam cautionem. Supplicans, qui fecit judicium concursus inter suos creditores, an pauper solemnitatis dici possit, ut à fidejussione reluctetur, & ad juratoriam cautionem admittatur,* ibid. & *nu. sequentibus.*
183 *Per cessionem bonorum cedens probatur pauper.*
184 *Cedenti bonis an denegetur cautio juratoria in casibus aliàs permissa.*
185 *Concursus formans eo modo, quo introductum est in Hispania, an pauper dici potest.*
186 *Et de differentia inter simplicem cessionem bonorum, & nostrum concursum,* ibid.
187 & 188. *Fidejussio, ubi requiritur pro forma, excluditur cautio juratoria.*
189 *Debitorem concursum formantem adeò pauperem solemnitatis esse, ut in secunda supplicatione admittatur ad juratoriam cautionem, ut verius resolvitur, cum seqq.*
190 *Debitore formante concursum, nullus pauperior, quia universum patrimonium dimittit.*
191 *Qui juxta naturam actus tria millia maravetina habere non potest in bonis.*
192 *Et quamquam pauper solemnitatis supplicans admitti debet ad juratoriam cautionem fidejussionis loco.*
193 *Debitor formans concursum, at relevetur supplicans secundo à fidejussione, concursus debet esse verus, & legitime formatus, non fictus; & simulatus.*
194 *Item concursus debet esse formatus ad universum ejus patrimonium, non ad partem.*
195 *Debitor supplicans, si in concursu ex suis bonis fuerunt assignata alimenta non excusatur à fidejussione. Alimenta habens, vel usumfructum seu annos reditus ad vitam pauper non est,* ibid.
196 *Alimenta percipiens non dicitur pauper solemnitatis, ut habeat casum curiæ in prima instantia.*

197 *Supplicans*

197 *Supplicans per concurſum affectatum non dicitur pauper, nec à fidejuſſione relevatur.*

Paupertas affectata non dicitur paupertas, ibid. plurimæ doctrinæ adducuntur.

198 *Actus aliàs licitus ſi propter malitiam affectatur, non prodeſt.*

199 *Prævention jurisdictionis ſi fuerit affectata nihil prodeſt prævenienti.*

200 *Affectatum privilegium lite pendente ad mutationem judicii nihil prodeſt affectanti.*

Concurſum affectatum proximum ſupplicationi ſecundæ non profuiſſe ſupplicanti paupertatem affectanti Senatus determinavit, ibid.

201 *Si affectata paupertas admitteretur, facilè foret ſupplicanti malitioſè ſe munire formando fictum concurſum, ut à fidejuſſione liberetur.*

202 *Cedens bonis ſua culpa, & dolo, non admittitur ad juratoriam cautionem.*

203 *Formans concurſum à principio abdicat à ſe omne patrimonium, & ejus adminiſtrationem, ita ut nihil retinere poſſit.*

204 *Fidejuſſio, quando requiritur pro forma non paupertas, nec impoſſibilitas ab ea excuſat.*

205 *Ex æquitate ſtylus Cancellariarum introduxit, quod pauper ſolemnitatis ſupplicans à fidejuſſione pœna mille quingentarum duplarum excuſetur, & ad juratoriam cautionem admittatur.*

1 DEbitor, qui omnium bonorum ſuorum concurſum formaverat inter ſuos creditores, litigabat ſeorſum ſuper alia re ardua, & fuit condemnatus in Regali Cancellaria, per rem judicatam, interpoſuit intra terminum viginti dierum juxta formam *legis regiæ* 1. *tit.* 20. *l.* 4. *recopilationis*, ſecundam ſupplicationem ad Principis perſonam, omiſit tamen fidejuſſinem requiſitam ab ipſa lege Regia, aſſeveravit intra terminum ſe eſſe pauperem, eo quod bonis ſuis ceſſit, & ad univerſum ſuum patrimonium formatum, & pendens habet concurſus judicium inter ſuos creditores, & non habere, nec inveniſſe fidejuſſorem. Præſtat tamen ejus loco cautionem juratoriam, ſe caſu quo res judicata in ſupremo Conſilio confirmetur, ſi perveniat ad pinguiorem fortunam, ſoluturum pœnam mille quingentarum duplarum, & ideò ſe admiſſurum ad ſecundam ſupplicationem à ſe legitimè interpoſitam.

2 Adverſarius replicat, hanc ſupplicationem eſſe prorſus tanquam nullam, illegitimè interpoſitam repellendam, cùm formæ à lege Regia requiſitæ non fuerit ſatisfactum ob defectum fidejuſſionis omiſſæ, à qua nec pauper quilibet ſe excuſare poteſt, ipſa legis diſpoſitione reluctante, an nihilominus ſupplicatio hæc ſit legitima, in controverſia eſt.

3 Et antequam ad noſtræ principalis quæſtionis reſolutionem deveniamus, prius præcisè alia examinanda erit, an & quando pauper ſecundam ſupplicationem proponens, relevari poſſit à fidejuſſione mille quingentarum duplarum, pro pœna temere ſupplicantium per legem regiam impoſita.

4 Et partem affirmativam, nempe pauperem quemlibet ſecundo ſupplicantem relevandum eſſe à tali fidejuſſione, & debere legem contentari cum cautione juratoria, ſtylo cancellariarum, & ex jurium diſpoſitione, ac fundamento manifeſtè probari videtur, & primò de ſtylo multi noſtri regnicolæ teſtantur Azevedus, relativè ad Rebuffum *in leg.* 2. *tit.* 20. *lib.* 2. *recopilat. n.* 11. ſuper illis verbis, *que ſe obligue y ſe fradores.* ibi, *ſed quid ſi pauper eſt, & non reperit fidejuſſores, ſufficietne juratoria cautio*, tradit in propoſitum Rebuffus 1. *tom. conſtitut. Franciæ tit. de ſec. ſupplicat. art.* 5. *gloſſ. unic. ver. quæro pone.*

5 Ex eodem Rebuffo, & Monterroſſo in ſua practica *tract.* 5. *cap.* 8. magis reſolutivè obſervavit Gundizal. de Paz *in praxi tom.* 1. *p.* 7. *c. unic. nu.* 95. *fol.* 198. *à tergo.* In hæc. *Advertendum tamen erit*, quod ſi ſupplicans ſit pauper, & de ejus paupertate conſtet, nec fidejuſſores habeat, ejus ſupplicatio admittenda erit, dummodo ſe obliget & cautionem juratoriam præſtet intra dictos viginti dies ſolvenda pœna 1095. duplarum, in eventum quod ſententia de reviſta confirmata fuerit, quæ interpretatio fulcitur ex notatis per Hypolitum *in leg.* 1. *præterea n.* 93. *ff. de quæſtionibus*, & ſuadetur ex eo, quod ſi ſecunda ſupplicatio inventa fuit ex æquitate ut rigor juſtitiæ temperetur juxta Gloſſ. *in ſumma tit.* 24. *art.* 3. fortius admittenda erit in favorem pauperum, quàm in favorem divitum; alioquin, nunquam pauperes poſſent gaudere auxilio hujus ſecundæ ſupplicationis, quorum pietate praxis recepit obligationem, & cautionem juratoriam, & ita tenet Rebuffus *ubi ſuprà art.* 5. *gloſſ.* 1. *in principio*, Monterroſſo *ubi ſuprà nu.* 8. 6

7 Doctorem Paz ſimpliciter referens ſequitur Villadiego *in politic. c.* 4. *n.* 240. *fol.* 95. à tergo ubi ex *n.* 226. tractat materiam ſecundæ ſupplicationis, & *in d. nu.* 240. ita ait: *Y ſi es pobre el ſupplicante y conſta de ſu pobreça, y no tiene frador cumple haciendo caucion juratoria dentro de el dicho termino de pagar la dicha pena ſi le ſentencia de reviſta ſe confirmare y el viniere à mayor fortuna.*

8 Curia Philippica per Gund. de Paz idem teſtatur *in* 5. *part. de la ſecunda inſtancia, §.* 5. *tit. ſecunda ſupplicacion, ſub. n.* 8. *fol.* 193. ibi, *ſalvo que el pobre baſta hacer caucion juratoria de pagar teniendo de que, ſegun Paz.*

9 Et licet iſti Doctores, tot ſuccinctè, ut vidiſti, & abſque aliqua diſceptatione, & juris examine, pauperem excuſari à fidejuſſione mille quingentarum duplarum, dixerint: tamen Alvar. Valaſcus *de privilegiis pauperum*, 1. *p. q.* 51. poſtquam generaliter diſputaverit, & indiſtinctè reſolverit per varia fundamenta, pauperem excuſari à fidejuſſione, poſtmodum *ex nu.* 25. illationem fecit *ad leg.* 2. *tit.* 20. *lib.* 4. *recopilat.* à petente fidejuſſionem in ſecunda ſupplicatione, & reſolvit, quod ſi ſupplicans pauper ſit, nec fidejuſſorem inveniat, erit admittendus ad ſecundam ſuppl catio em, allegat ad idem Azevedum *in d. l.* 2. *tit.* 20. *lib.* 4. *recopilat.* ſe remittente ad Rebuffum, ut ſupra annotavimus, atque ideo per argumentum ab authoritate, ſtylo Cancellariarum hæc pars affirmativa videtur tutè ſequenda.

10 Quæ quidem variis juris diſpoſitionibus, & fundamentis exornari poteſt, in quibus expreſsè determinatur, quod qui tenetur præſtare fidejuſſorem ſi pauper eſt, & fidejuſſorem non inveniat, ſit admittendus ad cautionem juratoriam, & per eam ſatisfacit obligationi, vel legi, aut ſtatuto, requirenti, & appetenti fidejuſſorem in aliquo caſu, textus eſt capitalis *in Auth. generaliter, C. de Epiſc. & Clericis:* ubi actor non admittitur volens offerre libellum reo, quouſque caveat de lite proſequenda, uſque ad finem litis, & expenſis ſolvendis, poſtmodum ſic limitat. *Aut fidejuſſorem dare non valeat, ſuper iiſdem juratoriam exponat cautionem, & tactis Sacroſ. Evangeliis, affirmet, fidejuſſorem dare non poſſe*, &c. *reg.* 1. *§. omnes verò, qui pro libertate periclitantur, ſiquidem poſſunt fidejuſſorem dare, eum exigi. Sin verò revera ſatisdatio ejus impoſſibilis eis ſit, hocque judici manifeſte oſtendatur, juratoriæ cautioni committi. C. de aſſertione tollenda*, ad idem eſt text. *in Authent. cui relictum. C. de indicta viduitate*, cujus ſunt verba. *Cui relictum quid fuerit à conjuge, vel à qualibet perſona, ne ſecundas ineat naptias; intra annum quidem non petat, niſi ſpes nuptiarum deficiat: poſt annum verò capiat, præſtita cautione rei cum fructibus reſtituendæ, ſi contra fecerit, pro re immobili juratoria cautio fiat cum hypothecis, pro mobili (ſi perſonali ſit idonea) eadem ſit cautio: alioquin & fidejuſſor exigitur, ſi præſta-*

præſtari poteſt. Authent. ut nulli judic. liceat habere loci ſervator. §. ſi verò mulier verſ. ſi verò crimen, ibi; *Si verò crimen ſit quod infertur mulieri in quo neceſſarium eſt ipſam cuſtodiri ſiquidem fidejuſſorem perſonæ præſtare poteſt ipſi credatur. Si verò juraverit non poſſe dare fidejuſſorem, juratoriam cautionem faciat, de obſervatione judicii, collat. 9. §. ſed hodie inſtitut. de ſatiſd. leg. cum non facilè, ff. ſi cui pluſquam per leg. falcid.* text. & ibi gloſſa verbo quam poteſt, *in cap. per veſtras de donat. inter virum, & uxorem.* Exornant hæc jura poſt plures alios Hypolit. de Marſil. *in l. 1. §. præterea, num. 83. ff. de quæſtionibus, & in l. repetitio, l. fin. num. 122. & num. 123. ff. de juriſdict. omn. judic.* Guido Papæ *quæſt. 5. num. 3. & quæſt. 184.* Cornelius Beninc. *de paupertat. ſpeciali 8. in judic. num. 34. & ſpecial. 7. in ultim. volunt. num. 12. & ſeqq.* Natta *conſil. 167. n. 7. & 8.* Bertrand. *conſil. 103. num. 15. lib.* Rol. à Vall. *conſil. 43. num. 21. lib. 2.* Decius *conſil. 1. num. 17. & ſeqq.* Seraphinus *de privileg. jurament. privileg. 18. num. 1. & 37.* Cevallos *contra commun. quæſt. 66. num. 7.* Didac. Perez *in l. 12. tit. 11. lib. 4. ordinamen. verbo confradores.* Petrus Pechius *de jure ſiſtendi, quæſt. 11. princip. num. 9.* Tiraquell. *de retract. lign. tit. 1. §. 1. gloſſ. 18. num. 36.* Tuſchus *lit. C. concluſ. 166. num. 5. & ex num. 10.* Surdus *deciſ. 141. ex num. 7. cum ſeq. & conſil. 68. num. 7.* Vincent. de Franchis *deciſ. 317. num. 8.* Marta *voto 158. n. 8.* Gutierrez *in l. nemo poteſt, num. 292. & ſeqq. ff. de legat. 1.* Giurba *deciſ. 4. per totam.* Fachineus *lib. 12. controverſ. jur. cap. 63.* Sebaſtian. Medic. *de caſibus fortuitis 2. p. quæſt.... num. 23.* Vincent. Manchius *de juramen. p. 4. effectu 149. n. 14.* de Graſſis *de except. except. 3. ex n. 118.* Farinac. *in pract. crimin. quæſt. 33. n. 43. & quæſt. 107. n. 38.* Aretin. *de fidejuſſoribus 1. p. princip. in prælud. ſect. 3. cap. 25. alias 34. n. 1. & ſeqq.* Anton. Enrigius *de fidejuſſionibus cap. 18. ex num. 87.* Anton. Faber *in ſuo Cod. lib. 2. tit. 30. diffinit. 4. num. 5.* & latius *lib. 3. tit. 2. diffinit. 2.* Aviles *in cap. 6. prætor. verbo pobres, n. 11.* Barboſa *in l. divortio. §. interdum. ex n. 26. cum ſeqq. ff. ſoluto matrim. & in leg. ſi conſtante 25. §. quoties, ff. eodem.* Trentacinq. *variar. reſo ut. lib. 1. tit. de verb. ſignific. reſolut. 3. n. 13.* & alii citati à Velaſco *de privileg. pauper. 1. part. quæſt. 53. n. 13.* qui omnes in variis caſibus, & materiis loquuntur.

11 Quia quando lex ſatiſdationem requirit, intelligitur, ſi fidejuſſor inveniri poſſit, Cephalus *conſil. 89. n. 10. lib. 1.* Alderan. Maſcardus *de gener. ſtatuto. interpretat. concluſ. 2. n. 53.* Carpan. *ad ſtatut. Mediolanen. 44. n. 51. p. 1.* Marcabrun. *conſil. 105. n. 134.* Bimius *conſil. 236. n. 21.* Fachineus *lib. 12. cap. 63. verſ. deinde, quia hæc promiſſio.* Barboſa *in d. §. interdum num. 26. in fin.* Giurba plures referens *deciſ. 4. n. 13.*

12 Et hujus generalis doctrinæ ratio redditur à Doctoribus, quia fidejuſſorem invenire in quolibet difficile eſt, Giurba *d. deciſ. 4. n. 9.*

13 In paupere verò penè impoſſibilitati comparatur, ut probat Tiraquell. *de retractu conſang. §. 1. gloſſ. 10. n. 120.* Surdus *deciſ. 141. n. 9. & 10.* Giurba *d. deciſ. 4. n. 10.*

14 Et ideò licet fidejuſſio apponatur à lege, & vel ſtatuto conditionaliter, ad jus aliquod conſequendum; rejici debet, ſi ob paupertatem ſit impoſſibilis, nec reperiri poſſit, quia impoſſibilis conditio vel rejicitur, & pro non ſcripta habetur, vel annullat, & vitiat diſpoſitionem, *l. impoſſibilis 7. ff. de verb. obligat. leg. ſervum meum. 50. & ſi in non faciendo, ff. de hæred. inſtituend. §. impoſſibilis 13. inſtitut. de hæred. inſtituend. §. impoſſibilis inſtitut. de inutilib. ſtipulat. leg. ſi Mævia 45. ff. de hæred. inſtituend. leg. ſi quis ita inſtitut. 6. l. mulier. 20. ff. de condit. inſtitut. l. ab omnibus 104. §. in teſtament. leg. ſi mihi, & tibi 12. ff. de legat. 1. leg. qui dotem 13. de dote prælegata. leg. obtinuit. 3. ff. de condit. & demonſtr. cap. fin. de condition. appoſitis l. 3. tit. 4. part. 6.* pro quo Valaſcus *de privileg. pauper. 1. p. quæſt. 53. n. 15. ponderat. leg. cum hæres 4. §. 1. de ſtatu liberis*, ibi, *Aut ſi tam difficilem imò penè impoſſibilem conditionem adjecerit, ut aliunde libertas ei obtingere non poſſit, veluti ſi hæredi mille dediſſet*, &c.

Et fortius redditur argumentum hoc cum conditio 15
inducat formam, quæ in forma ſpecifica adimpleri debet, *leg. quæ hæred. &c. Mivius, ff. condit. demonſt.* cum vulgaribus, & adhuc conditio impoſſibilis; vel vitiatur, vel vitiat, ut dictum eſt.

Secunda, & potior ratio, qua fundantur communis, 16
& jura ſuperius relata, ut admittatur ad juratoriam cautionem is qui fidejuſſorem à lege, & ſtatuto requiſitum invenire non poteſt, vel ob paupertatem, vel aliam rationem; ea eſt, ne ob defectum fidejuſſoris quis amittat jus ſuum jam quæſitum, neque tantum detrimentum, læſionem, & damnum patiatur, ut amittat quod ſibi debetur, quam reddunt Bald. *in l. 4. n. 8. C. de uſufruct.* idem Bald. *in cap. coram 9. de officio delegati.* Rolandus à Valle *conſ. 43. num. 46.* latius comprobat Surdus *deciſ. 141. num. 4. & 5. & ex num. 12.* Benincaſius *in tract. pauper. quæſt. 9. in 7. ſpeciali. ultim. volunt. num. 13.* optimè poſt alios Surdus *in deciſ. 141. num. 4. & num. 12. & 13.* & videbis inferius *ex num. 87. & ſeqq.* & eſt fundata in maxima æquitate ut tenent ferè omnes Doctores admittentes cautionem juratoriam loco fidejuſſionis, quæ præſtari non poteſt, ergo ſi ſupplicans tanquam pauper non poteſt præſtare fidejuſſionem pœnæ mille, & quingentarum duplarum, ſatisfacit legi Regiæ, præſtando juratoriam cautionem de eis ſolvendis in caſu ſuccumbentiæ, ſi pervenerit ad pinguiorem fortunam, cùm impoſſibilium nulla ſit obligatio.

Secundo & pro hac parte fortiter pugnat text. *in Au- 17
thent. quæ ſupplicatio. C. de precibus imperator. offerend.* Cujus verba hæc ſunt, *quæ ſupplicatio glorioſiſſimis præfectis, vel eorum conſiliariis, vel cauſas introducentibus intra decem dies poſt ſententiam offerenda eſt, quo ſubſecuto, ſententia non aliter executioni mandabitur, niſi victrix pars dignam fidejuſſionem præſtiterit tantum reſtituendi cum legitimis augmentis, quantum fuerit in condemnatione, ſi legitima retractatione ſententia ſolvatur.*

Et tamen in caſu illius text. pars victrix, quæ ſup- 18
plicatione per condemnatum pendente, petit executionem ſuæ rei judicatæ, ſi ob paupertatem, fidejuſſionem ab ea lege requiſitam præſtare non poteſt, admittitur ad juratoriam cautionem determinatum, aſſerit Guido Papæ *deciſ. 189. deciſ. 50. num. 3.* latè Roland. à Valle *conſ. 43. lib. 2. per totum* præcipuè *à num. 32. cum ſeqq.* Urſillus *in addit. ad Afflictum deciſ. 231. num. 3.* Andreas Claud. *de ſequeſtro cap. 10. num. 18.* Eringius *de fidejuſſoribus, cap. 18. num. 101.* quos & alios refert Giurba *deciſ. 4. num. 14. 15. & 16.* Trantacinq. *variar. reſolut. lib. 2. tit. de appellationib. reſolut. 1. num. 9.* Gall. *practic. obſerv. lib. 1. obſervat. 155. num. 4.* & expreſſius *lib. 2. obſervat. 47. n. 9.* quos & alios refert Valaſcus *de privileg. pauper. quæſt. 53. n. 26.* videbis latiùs infrà *ex n. 148.* ergo multo magis in terminis, *l. 1. tit. 20. lib. 4. recopilationis*, loco fidejuſſionis, admittenda erit cautio juratoria, cum in caſu *Authent. quæ ſupplicatio.* agatur de extorquendo à ſupplicante rem, vel 19
quantitatem, ad quam fuit condemnatus, quo caſu nec paupertas, nec impoſſibilitas excuſat à fidejuſſione, per legem requiſitam, ut pluribus comprobat Valaſcus *d. quæſt. 53. ex n. 27.* & Nos ſuo loco latiùs infrà, *ex. n. 85. & ex num. 87.* at in terminis *d. l. Regiæ*, ſuppli- 20
cans non tractat de exigendo aliquid à parte victrice, nec de eum arctando ad aliquid ſibi dandum, nec ex hac juratoria cautione reddi jus adverſarii deterius, quo caſu cautio juratoria multo magis ſupplere debet fidejuſſionem requiſitam, prout in his terminis argumentatur Valaſcus *de privilegiis pauper. 1. part. dict. quæſt. 53. n. 27.*

Tertiò,

21 Tertiò, invincibiliter hæc pars probari videtur, quoniam, etsi *d. l.* 1. *tit.* 27. *lib.* 4. *recopilat.* fidejussionem pœnæ mille quingentarum duplarum, in secundo supplicante requirat pro forma, de quo protinus latiùs tractandum erit *ex n.* 37.

22 Adhuc tamen paupertas, & impossibilitas reperiendi fidejussionem excusat supplicantem, & ab ea relevat, lexque ipsa cum cautione juratoria contentari debuerat, tenuerunt Angelus *in l. cum non facilè, ff. si cui plusquam per leg. falcid.* & *ibi* Imola quos sequitur Beninc asius *in tract. pauper. quæst.* 9. *in* 7. *in speciali, ult. volunt. n.* 12. Roland. à Valle *in cons.* 43. *n.* 45. *volum.* 2. Surdus *decis.* 141. *n.* 13. *in princip.* videbis inferiùs *ex n.* 50. *n.* 58.

23 Fulcitur hoc fundamentum, ex text. *in d. Auth. quæ supplication. C. de precib. Imper. offerend.* cujus dispositio fidejussionem pro forma, & substantia actus requirit prout expressè probat text. ibi, *sub hac forma*, nam forma censetur inducta si lex utitur verbis istis, puta, *juxta formam prædictam*, vel aliàs fit mentio formæ, Roland. à Valle *cons.* 72. *num.* 61. *volum.* 3. Bocacius *in constitut. Marchiæ, glos.* 6. *num.* 164. Farinacius *in repertorio de contractibus, quæst.* 7. *num.* 51. & in expresso tenet Giurba *d. decis.* 4. *num.* 32. & 38. Beccius *cons.* 1. *num.* 18. & ex aliis de Grassis *de exceptionib. except.* 32. *num.* 121. Seraphinus *de privileg. juram. privileg.* 18. *num.* 41. Surdus *in consil.* 124. *num.* 4. *& seqq. lib.* 10. Roland. *cons.* 43. *num.* 8. *cum seqq.* & signanter *ex num.* 10. *cum seqq.* ubi ut fidejussio requisita in casu, *d. Authent. quæ supplicatio*, fit de substantia, & forma sententiæ exequendæ pendente supplicatione ad principem, bene ponderat verba illius ibi. *Quo subsequuto sententia non aliter executioni mandabitur, quam si victrix pars fidejussionem condignam præbuerit;* nam verba, *non aliter*, solent importare formam ex text. & *ibi* Bart. *in l. de his, ff. de*
24 *transactionibus, cum seqq.* & ponderando dictum verbum, *non aliter*, atque etiam dictionem, nisi, positam orationi negativæ, ut inducant formam in *d. Authent. quæ supplicatio*, mirabiliter probat Trentacinq. *variar. resolut. lib.* 2. *resolutione* 1. *de appellationibus, n.* 8. post. Caravitam.

25 Sed in terminis *d. Auth.* loco fidejussionis requisitæ pro forma admittitur ob paupertatem, & impossibilitatem reperiendi fidejussionem juratoria cautio supplicanti, ut superius *in* 2. *argum. ex n.* 17. *vers. pro hac parte fortiter*, &c. igitur eodem modo, in terminis *d. l. tit.* 20. *lib.* 4. *recopilat.* cautio juratoria loco fidejussionis pœnæ mille quingentarum duplarum, admitti debet, si offeratur à supplicante paupere, cui impossibile sit fidejussorem invenire, vide inferiùs *n.* 57. *& ex n.* 73. *cum multis seqq. & ex n.* 148.

26 *Et ad ejusdem l.* 1. *tit.* 20. *lib.* 4. *recopil.* clariorum illuminationem, multum operatur *l.* 1. *& l.* 5. *tit.* 10. *lib.* 2. *recopilat.* cum per *d. l.* 2. nullus litigans admittatur ad
27 recusandum Senatorem, nisi prius deponat pro pœna certam pecuniæ quantitatem, prorsus admittendam, si causam recusationis expressam non probaverit, qui tamen litigans recusans, si pauper fuerit, excusatur omnino à pœnæ pecuniariæ deposito, & lex cautione juratoria contentatur, ut determinat *d. l.* 5. his verbis. *Mandamos que quando alguno que fuere pobre litigando pusiere*
Q1 *recusacion, por tal qual fuere obligado a depositar alguna pena conforme a las leyes y pragmaticas destos reynos cumpla con obligarse, que quando tubiere bienes pagara la pena si fuere determinado que la pague y fuere condenado en ella*, ergo ad omnimodam similitudinem, *d. l.*
02 *tit.* 2. *lib.* 4. *recopilat.* ita subintelligi, & interpretari debet, ut pro fidejussione pœnæ mille &quingentarum duplarum pauper supplicans per cautionem juratoriam satisfaciat, & hoc quod expressè *d. l.* 1. non limitavit, supplere debemus, videbis infrà *n.* 57. *& ex n.* 124. & rursus *ex n.* 172.

28 Quartò, eodem formæ & substantiæ themate retento, pars hæc indubitabilis reddi videtur; nam forma per æquipollens satisfieri potest, quando lex respexit certum finem, & effectum; sufficit enim quod per æquipollens compleatur legis finis & effectus, ut ex Parisio *cons.* 99. *n.* 16. *&* 17. *lib.* 3. *& cons.* 20. *num.* 14. *&* 17. *lib.* 4. Rota Genuens. *decis.* 210. 29
num. 2. *& seqq.* maximè stante difficultate & necessitate maxima, ne forma specifice, & formaliter adimpleri possit, quia tunc sufficit per æquipollens formam adimplere, si aliter fieri non possit, ut per *l.* 1. *ff. de verb. obligat.* probarunt Ripa *ibid. num.* 38. Franc. Molina *de ritu nuptiar. lib.* 1. *c.* 25. *n.* 45. Surdus *decis.* 268. *n.* 18. Alexand. Raudens. *de analog. cap.* 38. *n.* 82. Bernard. Grevæ. *in pract. concl. Camer. Imperia. lib.* 1. *concl.* 2. *consider.* 2. *n.* 3. Va- 30
lascus *in Axiomat. lit. F. n.* 162. *&* 163. *& ex. n.* 160. & in terminis quod forma *d. l.* 1. *tit.* 20. *lib.* 4. *recopilat.* ex qua, ut admittatur secunda supplicatio, detur præcisè fidejussio, ut valeat adimpleri per æquipollens, expressè probat Larrea *in decis. Granaten. tom.* 2. *decis* 78. *num.* ubi abundè comprobat.

Sed juratoria cautio in casu impotentiæ, & pauper- 31
tatis subrogatur in locum fidejussionis peritæ à lege, ut expressè videmus *in Authent. generaliter, C. de Episc. & cleric. l.* 1. §. *omnes vero, C. de assertione solvenda, Authent. cui relictum, C. de indicta viduitat. tollend. Authent. ut nulli judic. liceat habere loci servato.* §. *si vero mulier, vers. si vero crimen. collat.* 9. §. *sed hodie Institut. de satisdationib.* cum aliis quam pluribus per nos adductis superius *ex num.* 10. *vers. quæ quidem variis juris*, &c. Et probant *l.* 2. *&* 5. *tit.* 10. *lib.* 2. *recopilat.* quarum verba transcripta sunt *suprà n.* 26. *vers. ad ejusdem l.* 2. Ergo cum per juratoriam cautionem tanquam per æquipollens satisfiat fini, & intentioni *d. l.* 1. cùm per eam idem consequatur effectus, debet omnino admitti, quo supplicans propter paupertatem, & impotentiam nequit fidejussiorem præstare, ita etiam argumentatur Roland. à Valle *cons.* 43. *ex num.* 36. *lib.* 2. Barbosa *in l. divortio*, 3. *interdum n.* 29. *in fin. & n.* 30. §. *soluto matrim.* & Valascus *de privilegiis pauper.* 1. *p. quæst.* 53. *n.* 36. *&* 37. Surdus *decis.* 141. *n. fin. in fin.* Giurba *decis.* 4. *n.* 41.

Hæc sunt fundamenta, quæ urgent pro absoluta, & indistincta opinione, ut semper, & absque limitatione in quibuscumque casibus juratoria cautio sit admittenda loco fidejussionis, vel simpliciter vel formaliter petitæ, requisitæ à lege, statuto, & qualibet dispositione, quoties ob paupertatem & impossibilitatem fidejussio dari non potest.

Sed quia his fundamentis, ob eorum incertitudi- 32
nem, & aliquorum fallaciam, & inconstantiam, seu etiam fallentiam juxta casuum varietatem, plurima jura, & Doctorum communes resolutiones repugnant, & acriter resistunt, quæ suam generalem, absolutam, & indistinctam conclusionem destruunt, prout singulæ suis locis discretivè collocabuntur, & quibus in locis singula hæc fundamenta diruta, & annihilata manent; specialiter annotabimus inferiùs *ex n.* 173. ideo per singulas certas, & indubitatas procedendum, & deveniendum erit ad veram hujus materiæ cognitionem.

Sit igitur prima regula, & conclusio, quando lex, sta- 33
tutum vel dispositio requirit fidejussionem simpliciter, & ad solam partis securitatem, si fidejussio ob paupertatem, & impossibilitatem, præstari non potest, semper regulariter admittenda erit juratoria cautio.

Secunda regula sit, quando lex, statutum vel dispo- 34
sitio requirit fidejussionem, non simpliciter ad solam partis securitatem; sed simul pro forma, & substantia actus; tunc nunquam, & in nullo casu, (præter unum suo loco collocandum) admittitur juratoria cautio loco fidejussionis, quamvis paupertas, & impossibilitas præstandi fidejussionem allegetur. Nisi hoc casu per æquipollens à forma fidejussionis recedi contingat, de qua *ex n.* 50. *cum seqq.*

Tertia regula sit, quando lex requirit fidejussio- 35
nem
sive

sive forma, si ultra procedat impotentiæ casum præveniendo, ad hoc præventum à lege remedium erit præcisè recurrendum, de qua *ex n.* 156.

35 Ad has tres regulas reducuntur omnia jura, & Doctorum resolutiones, quæ aliter confusè, & mixtim perlectæ intricationem, & incertitudinem perplexam causant sub singulisque regulis, singula jura collocata verum suum, & certum intellectum agnoscunt omni prorsus cessante repugnantia.

36 Et ad singularum regularum comprobationem deveniendo, primam regulam, de qua *supra num.* 33. comprobant omnia jura, & Doctores relati sursum *ex n.* 10. *usque ad n.* 16. qui omnes loquuntur in fidejussione postulata à lege, vel homine ad solam, & simplicem securitatem partis, ut in fidejussione de non offendendo, de se præsentando, aut pro aliquo excarcerando, vel de judicio sisti, vel judicatum solvendo, & in aliis similibus in quibus profecto pauperias, & impossibilitas rei relevat à fidejussione, & cum juratoria cautione satisfacit.

37 Non enim omne id, quod à lege, vel statuto simpliciter requiritur, inducit formam, & per consequens, nec præcisum & specificum adimplementum, nec nullitatem actus sine requisito gesti, latissimè docet Jason *in l. patre furioso, col.* 3. 4. & 5. *ff. de iis qui sunt sui vel alieni jur.* refert, & sequitur Marcus Ant. Eugenius *in consil.* 19. *num.* 29. Gutierrez *de tutelis cap.* 11. *n.* 370.

38 Et ideò cum lex aliquid simpliciter affirmativè disponit, sive præcipiendo, sive permittendo, nullam formam, aut præcisam necessitatem inducit, nisi ulterius progrediatur, actum aliter factum annullando, *l. fin. vers. huic adjicimus functioni. C. de sentent. ex breviloq. recitand.* ubi notant Bald. *d. n.* 4. Albericus *ante num.* 1. *vers.* & sic potest notare *l.* 3. *vers. non aliter.* nisi imperiali authoritate vendantur, ubi notat Bartol. *num.* 5. *C. de venden. rebus ad civit. pertin.* & text. *in cap. dilecto vers. nisi forte hujusmodi clausula prohibitionis adjecta, ut si quidquam contra id fieret, non valeret, de præbendis, & dignitat.* melius docuit Bald. *in l.* 1. *num.* 2. *vers. in contrarium juncto vers. secus verò ff. de liberis & posthu.* receptus à Fulgosio *ibidem oppositi.* 2. *vers. & sic nota.* Imol. *n.* 2. Alexand. *n.* 5. 6. 7. & 9. & cæteri, magis communiter Jason latè disputans, & non esse recedendum ab hac Bald. magis recepta sententia, asserit *ibidem à n.* 5. *usque ad* 13. & Alciat. *num.* 27. *in de l.* 1. rursus Alexand. *consil.* 23. *num.* 3. *lib.* 4. Jason *in l.* 1. *lectura* 2. *n.* 77. & 78. *C. de summa Trinit. & in l. non dub.* 5. *num.* 18. *C. de legib.* Felin. *in cap. cum accessissent.* 8. *num.* 7. *de constitut. & in cap. cum dilecta* 22. *num.* 6. *in* 5. & 6. *signo & n.* 10. *ampliat.* 10. *de rescriptis*, Decius *consil.* 10. *n.* 2. *consil.* 455. *n.* 6. *vers. tertio cùm hoc statutum, consil.* 528. *n.* 11. & *consil.* 512. *num.* 1. *in fin.* Brunor. à Sole *in compendio variar. resolut. verbo decretum irritans*, & post plurimos alios Farinacius *in fragmen. criminal.* 2. *part. lit. L. n.* 180. & 203. *vers. quarto formâ*, Vela *in juris controvers. tom.* 1. *dissertat.* 21. *num.* 36. idem Farinacius *in repertor. contract. quæst.* 7. *num.* 20.

39 Nam forma per certa verba, & signa inducitur, & cognoscitur, & quando, videndi sunt Paul. Paris. *consil.* 47. *num.* 28. *vol.* 3. *fol.* 59. Neviza. *consil.* 2. *n.* 30. Socin. Junior, *consil.* 37. *n.* 6. *volum.* 2. Beroius *quæst.* 24. *per totam.* Ancharan. *quæst.* 141. *in fin.* Jason, *in leg.* 1. *n.* 10. *ff. de liberis, & posthum.* Æmilian. *consil.* 64. *per totum.* Farinacius qui hæc formæ signa latè prosequitur *in repertorio de contractibus quæst.* 7. *n.* 19. & *ex n.* 28. prout & nos aliquot signa assignabimus in secunda regula.

40 Et ideo quando lex requirit fidejussionem, ad simplicem cautionem, & securitatem partis ista huic requisito in sui favorem in principaliter inducto renunciare potest, ut tantum actus valeat, si à parte fidejussio non fuerit petita, probatur *in l. si quis filium, §. stipulatio.* ibi *cum interpellatus*, D. *de collat. honor. leg.* 2. §. *quod ait prætor. D. quorum legato.* ibi. *non ergo debet offerre satisdationem sed petenti moram non facere, leg.* 1. §. *non exigit.* ibi, *quare non fuit qui interpellet, D. ut legator. nomin. caveat. l. peto* §. *fratri, D. de legatis*, ibi *quod si cautio non fuit desiderata.* latè & per varia exempla comprobat Surdus *cons.* 124. *per totum. tom.* 1. & *decis.* 57. *n.* 17. amplissimè per varios, & distinctos casus hunc articulum progreditur de Grassis *de exceptionib. except.* 32. *ex n.* 100. *cum multis seq.* Gutierrez *in l. nemo potest n.* 432. *cum seqq. ff. de legatis* 1.

41 Etiamsi lex vel statutum annullet actum gestum absque illo fidejussionis requisito, quia adhuc utrumque intelligitur si à parte petatur, & parte volente. Surdus post alios *in d. consil.* 124. *n.* 1. & *seq.* & per plurimos Doctores & plurimos casus distinctos abundè comprobat, quoniam quando lex annullat actum in favorem partis, intelligitur ipsa petente, & volente, 42 prout amplissimè diximus *in nostris commentar. de retent. Bullar.* 2. *part. cap.* 57. *n.* 48. & *de Regia protect.* 2. *part. cap.* 18. *ex n.* 69. *cum sequentibus*, & in hoc Labyrintho *hac* 1. *part. cap.* 24. *ex n.* 62. & 66. & 2. *part. cap.* 17. *n.* 82.

43 At verò quando fidejussio requiritur à lege pro substantia, & forma, tunc nec est in voluntate, & consensu partium ipsam omittere, Farinacius *in consil. crimin.* 118. *num.* 11. *vol.* 1. Menochius *de arbitrii. quæst.* 50. *n.* 6. Rol. à Valle *consil.* 72. *num.* 57. *vol.* 3. & *in consil.* 60. *num.* 31. *vol.* 4. Virgil. Vocaci. *in constitution. gloss.* 6. *n.* 159. Farinacius *in repertor. de contractibus quæst.* 7. *n.* 13.

44 Imò quando fidejussio requiritur à lege, non ad simplicem partis cautionem, & securitatem, sed etiam pro forma, tunc etiam parte non petente, fidejussio præstanda erit; aliàs actus sine ipsa erit nullus, ita elegantèr præfatam conclusionem de qua *supra n.* 40. 41. & 42. limitat ipse Surdus *in d. consil.* 124. *ex n.* 3. *cum seqq.* ubi loquitur quando statutum requirit pro forma, quod appellans porrigat petitionem intra sex dies præstito juramento calumniæ, ac fidejussione refundendi expensas parti in casu succumbentiæ, dicens quod omnia hæc requisita sunt de forma, & substantia appellationis, quæ occurrit si 45 omittantur, quia quando statutum circa confectionem actus aliquid exprimit, aliter quàm de jure communi sit dispositum, censetur tunc formam inducere, plurimos ad id allegat Doctores *in eodem n.* 3. *qui nu.* 4. 46 asserit quod cum illud statutum apponat certum tempus, intra quod requisita sint facienda, fidejussio requiritur pro forma, plurimos ad id allegat, & *num. seqq. & num.* 6. & 7. quod non dicitur servata forma si 47 tempus appositum ab statuto non servetur, quod non minus servanda est forma in tempore, quàm in aliis, & quando statutum requirit tempus, servandum est tempus, & qui non servat tempus, statuti non servat formam ex Baldo, & Saliceto *in Authent. quæ supplicat. C. de precib. imperator. offerend. & in l. ordo, C. de execut. rei jud.* Curtius Jun. *in consil.* 166. *n.* 7. Fabia de Monte *de emption. & vendit. quæst.* 6. *n.* 88. Marsil. *consil.* 65. *n.* 4. Socin. Jun. *consil.* 37. *num.* 10. plura per Jason. *in consil.* 191. *col.* 2. *vol.* 2. ultra quos idem probant Felinus *in cap. cum dilecta de rescriptis col.* 8. *vers. octavum signum.* Roland. à Valle *consil.* 72. *num.* 7. *lib.* 3. Farinacius *in repertorio de contractibus quæst.* 7. *num.* 33. & est text. expressus *in Authent. quæ supplicatio. C. de precib. imperator. offerend.* junctis iis, quæ in ejus exornationem diximus *supra num.* 23. & *num.* 24. & singularis text. *in leg. scire oportet,* §. *consequens*, illic *non aliter audire, si non fuerit observatum constitutum tempus, ff. de excusat. tutor.*

48 Et hanc eandem limitationem, quod quando fidejussio requiritur pro forma, actus absque ea gestus sit nullus, etiamsi à parte non petatur, sequutus Surdum amplissimè comprobat de Grassis *de exceptionibus*

d. except. 32. *num.* 116. videndus *à num.* 107. *cum seqq.* Id ipsum expresse tenet Azeved. *in duobus locis* per hos ad litteram relatis inferius *n.* 60. & 64. Trentacinq. *variar. resolut. lib.* 2. *resolut.* 1. *num.* 8. & hæc observa ad enucleationem nostræ *leg.* 2. *tit.* 20. *lib.* 4. *recopilat.* requirentis supplicationem, obligationem, & fidejussionem interponendam, & præsentandam intra viginti dies de qua latius, protinus infrà in proxima sequenti regula de quo Larrea *decis.* 2. *Granaten.* 78. *num.* 25. *& seq.* & vide *inf. ex num.* 172.

49 Sed hæc nostra principalis regula, de qua *supra num.* 33. *& ex num.* 36. qua diximus juratoriam cautionem admittendam esse loco fidejussionis, quando ob paupertatem, & impossibilitatem præstari nequit fidejussio requisita ad simplicem securitatem partis, multas limitationes patitur, decem scripsit, & late comprobavit Enrigius *de fidejussoribus*, *c.* 18. *ex n.* 13. *cum multis seq.* undecim limitationes cumulavit Seraphinus *de privileg. juramen. privilegio* 13. *ex n.* 4. *usque ad finem*, viginti & tres limitationes cumulavit Aretin. *de fidejussor.* 3. *part. principal. cap.* 25. *alias* 34. *ex n.* 22. *cum multis seq. fol. mihi* 146. *& seqq.* quas videre poteris, illas tamen quæ nostro articulo sint conducibiles non omittemus in proximè sequentibus regulis, & hactenus de prima.

50 Secunda regula, de qua superius *n.* 34. quia diximus, quòd quando lex requirit fidejussionem pro forma, & ex necessitate, & substantia, nunquam admittitur juratoria cautio etiamsi evidenter constet, nec pignoribus, nec fidejussoribus caveri posse. Hanc regulam pro certa, infallibili, & universali in omni casu firmarunt jura, & innumerabiles penè Doctores, & omnes ferè, qui tractarunt de hac juratoria cautione *ex l. filius fam.* §. *idem Principes*, *D. de legat.* 1. text. *in l.* 2. *C. de tutor. & curator. quia satis non ded. eum tutorem* (inquit text.) *qui supereſt, si secundum præsidis provinciæ præceptum, & juris formam satis non dat removeri à tutela, si inopia hoc facit sine infamia; si fraude, etiam cum nota aditus provinciæ Rector jubebit*, text. *in leg. si constante* 25. §. *quoties. D. sol. matrim.* Illic. *quoties mulieri satisdandum est de solutione dotis, post certum tempus; si maritus satisdare non possit tunc deducto commodo medii temporis condemnatio residui præsentatur. Sed si cum maritus satisdare possit nollet, in solidum eum condemnandum, Male ait non habita ratione commodi temporis, judicis igitur officio convenit, ut aut satisdatione interposita absolvat maritum; aut habita ratione compensationis eum condemnet*, text. *leg.* 1. §. *fin. D. qui satisdare cogantur, si satisdatum pro re nobili* (inquit Consultus) *non sit, & persona suspecta sit, ex qua satisdatio desideratur, apud officium deponi debebit, si hoc judici dederit, donec vel satisdatio detur, vel lis finem accipiat;*

51 hanc regulam, & resolutionem firmarunt Alexand. *ibi num.* 6. Jason. *in leg.* 1. *num.* 22. *Dig. eodem tit.* Socinus *consil.* 120. *num.* 4. *volum.* 1. Rebuffus *ad constitutiones Gallicas, titul. de sentent. execut. artic.* 1. *glossa* 16. *num.* 6. ubi eleganter loquitur Barb. *consil.* 1. *num.* 20. Apostill. ad Guido. Papæ *decis.* 189. Bellonus *consil.* 54. *num.* 6. Raudens. *consil.* 61. *num.* 16. *volum.* 1. Tuschus *lit. C. conclus.* 175. *num.* 6. *&* 8. *& num.* 17. & ex Rebuffo, Socino, Staphileo, & aliis idem in fidejussione requisita pro forma tenet Barbosa *in l. divortio* 8. §. *interdum, num.* 27. *versic. est tamen advertendum ff. soluto matrim.* Leander, *consil.* 114. *num.* 7. Azevedus *in l.* 2. *tit.* 22. *lib.* 4. *recopilationis, ex nu.* 24. & rursus in terminis ipse Azeved. *in leg.* 11. *tit.* 11. *num.* 5. *lib.* 5. *recopilationis.* Gaspar Anton. Thesaur. *lib.* 1. *quæst. forens. quæst.* 87. *num.* 6. Joseph Ludov. *decisione Perusina* 63. *num.* 18. *part.* 2. optimè & iterum ipsemet Azeved. *in l.* 4. *ex num.* 188. *tit.* 31. *lib. recopilat.* cujus verba transcripsimus infrà *ex num.* 60. *usque ad num.* 66. Joseph. Ludov. *decisione Perus.* 63. *num.* 18. *&* 19. Giurba *decisione* 4. *num.* 35. Nicolaus Bellonus *consil.* 54. *nu.* 6. Ernest. Cothman. *responso* 18. *num.* 488. mirabiliter Enrigius *de fidejussorib. cap.* 18. *num.* 112. optimè Seraphinus *de privileg. juramen. privil.* 13. *num.* 34. videmus *ex num.* 32. & rursus *num.* 41. 42. *&* 43. pulchrè etiam de Grassis *de exception. except.* 32. *num.* 116.

Hanc eandem conclusionem, quod quando fidejussio 52
à lege, vel statuto requiritur pro forma, & substantia actus paupertas, & impotentia non relevet à fidejussione, formæ observantia, nec qui ad eam tenetur, admittatur ad cautionem juratoriam ex Jasone, & Bellono *consil.* 54. *num.* 6. & Joseph. Ludovic. *in decisione* 63. *nu.* 28. & ex aliis firmavit Anton. *in tract. de fidejussorib.* 3. *p. princ. c.* 25. aliàs *c.* 34. *num.* 29. *fol. mihi* 148. plures etiam probant relati per Valascum *de privil. pauper.* 1. *p. q.* 53. *nu.* 4. 57

Nostram regulam secundam fundarunt etiam innu- 53
merabiles penè Doctores inter se differentes, an paupertas, & impossibilitas præstandi fidejussionem admittat usufructuarium ad juratoriam cautionem, quidam negant ex eo quod fidejussio hæc requiritur à lege pro forma, & substantia adquirendi, & utendi usufructu, & de necessitate petitur à jure, tenent ex text. *in l.* 1. *& toto tit. ff. de usufruct. quemadm. cavet. & l.* 1. *&* 4. & ibi glossa, & Doctores *C. de usufruct. gloss. in cap. fin. verb. cautionem idoneam, & ibidem glossa fin. extr. de pignorib.* Alexand. *consil.* 58. *n.* 6. *&* 7. *lib.* 3. Jason *consil.* 40. *num.* 2. *lib.* 1. Carol. Ruin. *consil.* 51. *num.* 8. *lib.* Guido Papæ, *quæst.* 250. Paul. Paris. *consil.* 59. *num.* 8. *lib.* 2. Rol. à Valle *consil.* 92. *n.* 11. *lib.* 1. Arias Pinel. *in l.* 1. *part.* 2. *n.* 75. *C. de bonis matern.* Borgni. Cavalcan. *de usufruct. mulier. relict. n.* 146. *& ex n.* 150. *cum seqq.* Surdus *decis.* 141. *num.* 1. *& seqq.* Hieron. de Cevallos *commun. contra commun. quæst.* 408. *num* 5. alios referens Castillo *de usufruct. cap.* 8. *num.* 11. Ozascus *decisione Pedemont.* 152. *nu.* 1. Anton. Gabriel. *commun. conclus. lib.* 5. *tit. de usufruct. concl.* 1. *num.* 1. *& seqq.* Cornel. Benincasius *de paupert. speciali* 7. *in ultim. vol. num.* 12. Gallus *de exception. except.* 15. aliàs 2. *tit.* 4. *part.* 2. *n.* 93. *& seqq.* Tusch. *pract. conclus. litt. C. concl.* 166. *n.* 1. *& concl.* 164. *n.* 1. *& concl.* 176. *n.* 8.

Alii autem Doctores hanc opinionem ex diametro 54
negant, & firmant, quòd quando usufructuarius ob paupertatem vel impotentiam fidejussionem præstare non potest, admitti debet ad cautionem juratoriam; eo moti, & contrario fundamento, quod fidejussio in usufructuario non requiritur pro forma & substantia ususfructus acquirendi, horum numero sunt glossa *in leg.* 1. *verb. utendi versic. unde secundum eos quæritur, D. de usufruct. & quemadm. quis utatur.* Joan. Faber *in* §. 1. *n.* 2. *institut. de usufruct.* Azor. *in summa, C. eodem tit.* latè comprobat & defendit Arias Pinel. *in l.* 1. *part.* 2. *n.* 78. *C. de bonis matern.* Surdus *dicta decis.* 141. *n.* 16. Rota Bononien. *decisione* 24. *n.* 3. Tuschus *practicarum conclusionem. litt. V. conclus.* 306. *n.* 12. Surdus *de alimentis, quæst.* 19. *n.* 17. Stephan. Gratian. *in addit. decis.* 3. *num.* 2. Castillo *de usufruct. cap.* 16. *per totum.* Anton. Faber *in suo Cod. lib* 3. *tit.* 23. *definit.* 3. *& definit.* 9. & pro hac opinione quod hæc fidejussio non est de forma, & substantia actus, conatur defendere Alvarez Valasco *de privilegiis paup.* 1. *p. quæst.* 54. *ex num.* 33. *cum seq. & num.* 28. *&* 29.

Attamen quoad nos attinet, sive unam, sive alteram 55
opinionem sequamur, utriusque opinionis Doctores apertè fatentur, quod quando fidejussio est de forma & substantia actus, & à lege necessariò requisita, juratoria cautio non erit admittenda ei qui fidejussorem dare non potest; nam secundæ opinionis Doctores, ea tantùm fundantur ratione, ad admittendam juratoriam cautionem usufructuario, quia fidejussio hoc casu non requiritur pro forma ex quo volunt ab hac regula generali, de qua *ex num.* 50. hunc casum eximere.

Unum tamen verè scio circa hanc contrarietatem, 56
quod utriusque opinionis Doctorum major pars priori

sit

sit inclinata opinioni, et putet fidejussionem esse de forma usumfructum acquirendi, eo quod ad excludendam juratoriam cautionem, & consulendum impossibilitati usufructuarii, medium eligunt, quo per æquipollens satisfiat formæ, & principali fini, et intentioni legis, data impossibilitate reperiendi fidejussionem, & hæc media opinio ab omnibus ferè amplexa est ex æquitate, de qua latè erit agendum *in* 2. *limitatione*, tractante de formæ satisfactione per æquipollens, *ex n.* 131. & signanter *ex num.* 51. *cum multis seqq.* ex variis juris exemplis.

57 Eodem modo respondetur ad *Authent. quæ supplicatio, C. de precibus imper. offeren.* junctis iis, quæ in ejus exornationem diximus superius *ex n.*21.*cum seq.* sed quia ejusdem *Auth.* intellectus, & responsio pertinet ad materiam æquipollentium tractandam *in dicta* 2. *limit.* ad eam reservamus, ut altius dissolvamus signanter *ex n.* 148.

Minus obstat *l.* 5. *junctæ l.* 2. *tit.* 10. *lib.* 2. *recopilat.* in contrarium adducta suprà *num.* 26 & 27. qua dicitur, quo loco pecuniæ deponendæ pauper recusans Senatores admittitur ad juratoriam cautionem; cui respondetur, quod illud pecuniæ depositum à lege non requiritur pro forma, sed simpliciter disponitur faciendum per recusantem, quoniam in eisdem legibus Regiis ullum verbum, nec aliquod signum legitur, ex quo colligi possit, quod depositum illud requiratur pro forma substantiali, juxta abundè tractata *ex num.* 36. *cum seq. multis*, atque ideò nihil mirum, quod *dicta l.* 5. admittat pauperem recusantem juratoriam cautionem, loco depositi, & quod eadem lex adaptetur regulæ primæ, de qua suprà *ex dicto num.* 16. *cum multis seq.* aliæ duæ responsiones singulariſſimæ, & certæ præparatæ sunt huic legi videndæ *num.* 124 & 172.

58 Quibus suppositis falsa redditur, temeraria opinio Rolandi à Valle *cons.* 43. *num.* 43. *volum.* 2. sequuti à Benincassio, & Surdo, temerè asseverantis quod etsi fidejussio requiratur pro forma, et substantia actus, si impossibilis sit suppleatur per juratoriam cautionem, prout superius *n.* 21. & 22. pro contrario fundamento retulimus; tum quia contra se habet tot jura, & Doctores hactenus relati *ex n.* 50. & ulterius referendi, tum etiam quia ipsemet Rolandus nostræ opinionis veritatem agnoscens, *in consil.* 92. *num.* 11. *lib.* 2. expressè profitetur, quod quando fidejussio requiritur pro forma, nunquam juratoria cautio admittitur, etiam si constet de impossibilitate.

59 Nostram resolutionem communiter ab omnibus receptam comprobat ulterius *l.* 4. *tit.* 21. *lib.* 4. *novæ recopilationis*, quæ vonit formam exequendæ sententiæ arbitrariæ, non obstante appellatione, aut reclamatione; ibi: *Mandamos que luego que la tal sentencia arbitraria fuere dada, de que la parte pidiere execucion se execute libremente*, &c. *haciendo obligacion y dando fianças llamas abonadas ante el juez o jueçes ante quien se pidiere, o oviere de executar la sentencia, de tornar y restituir lo que hubiere recibido por virtud de la tal sentencia con los fructos y rentas segun que fuere condenado,*
60 *si la tal sentencia fuere revocada*,&c. quæ verba inducunt conditionem, & formam specificè adimplendam ibi: *haçiendo obligacion, y dando fianças, leg. qui hæredi plures, & leg. Mævius. D. de condit. & demonstration.* innumerabiles pene Doctores exornant relati à Vasco *in axiomat. lit. C. ex nu.* 103. *cum multis seq.* & de Grassis *de exception. except.* 33. *ex num.* 1. *cum seq.* ad quos te remitto & in terminis idem probavit Azeved. *ibidem ex n.* 188. super illis verbis: *haçiendo obligacion, y dando fianças*, in hæc, *ex iis verbis colligitur aliud requisitum*, &c. *ut ipse petens executionem se obliget, & præstet fidejussionem*, &c. *quæ quidem fidejussiones, quandoquidem in initio executionis faciendæ præstandæ sunt, quamvis per executandum non petatur, ut præstentur, per exequentem præstari debent, ut executio fieri possit. Tum quia text. noster, ut vides, loquitur per gerundium, in do, & in ablativo absoluto, quod gerundium conditionem importat, & formam inducit substantialem, ut dixi in leg.* 6. *tit.* 9. *n.* 16. *lib.* 3. *suprà. Nam secundum Rebuffum* 1. *tomo constitut. Franciæ, tit. l. de sententiarum execution. art.* 11. *gloss.* 15. *num.* 2. *gerundium illud dando, idem importat, quod si dederit, vel præstiterit, & sic prius debet impleri conditio, quàm petatur executio, vel saltem tempore petitionis, ipsius executionis, debent offerri fidejussiones hæ, & obligatio ipsius partis, idemque cum text. noster, novam formam & modum inducat, omnia in leg. nostra expressa censentur esse de forma substantiali, ex doctrina Decii relata per Tellum in leg.* 3. *Tauri.* 2. *per num.* 16. *omnisque qualitas à lege requisita substantialis formæ censetur ex Avendano*, &c. hactenus Azeved. qui benè enucleavit *d. l.* 4 quod & idem repetit ipse Azeved. *in l.* 2. *ex num.* 24. *ejusdem tit.* 21.

Et ideo paupertas, & impossibilitas fidejussionem 61
præstandi, non relevat petentem sententiæ executionem, nec admittit ad juratoriam cautionem; cum fidejussio hæc requiratur pro forma, tenet expressè Azevedus *in dict. l.* 4. *num.* 193. ex Avendano, Rebuffo, Craveta, & aliorum sententia, sequitur Alvarez Valascus *de privil. pauper.* 1. *p. q.* 53. *n.* 8. idem Azeved. *in d. l.* 2. *tit.* 21. *lib.* 4. *recopilat. n.* 26.

Fulcitur nostra principalis regula ex *dicto tit.* 21. 62
lib. 4. *recopilat.* quæ ad exequendam sententiam de remate in dubio executivo, exigit à creditore pro forma fidejussionem casu, quo in gradu appellationis retractetur ipsa sententia, & executio ibi: *que pague luego al mercader, o al acreedor, dando al tal mercader, o acreedor latego fianças que si el deudor probare la paga, o otra exerçion que la pueda excusar, que le tornará lo que asi pagare con el doblo por pena en nombre de interesse*, &c. ad idem *l.* 19. *ejusdem tituli, in fine*, ibi, *mande el juez haçer remate y pago a la parte, dando las fianças, la parte que piede execucion, que la ley de* 63
Toledo, y las otras leyes deslos reynos disponen. Quæ leges cum per ablativum absolutum, & conditionem loquantur, formam inducunt ex iis quæ in superiori casu diximus *n.* 59. & 60. & in terminis quod hæc fidejussio requiratur ab ista *l.* 2. pro forma substantiali expressè & abundè probavit Azeved. *ibidem n.* 24. ponderando illa legis verba, *dando al tal mercader o acreedor luego fianças*, quia gerundium illud *dando*, finitum in *do*, est ablativi absolutivi, importans conditionem, & formam, & ideo præstandam esse fide- 64
jussionem, quamvis ab adversario petita non fuerit, plura ad id allegat & idem repetit quod dixerat *in l.* 4. *ex n.* 88.

Quare idem Azevedus *in dicta l.* 1. *num.* 25. inde 65
movet quæstionem, ibi, *sed num si creditor ipse inops est, nec fidejussorem reperiat stabitur juratoriæ cautioni & dicendum quod cum pro forma text. hic fidejussionem hanc requirat, præsertim si per partem petatur præstari, nullo modo sufficiet juratoria cautio, quia per eam non satisfit menti & dispositioni nostræ legis, nisi realiter, & cum effectu præstetur fidejussio hæc prout in simili inquit Avendano hic n.* 36. *versic. item sequitur, quod ipse Rebuffus in* 1. *tomo constitut. Franc. tit. de sentent. execut. art.* 1. *glossa* 16. *num.* 12. *cum seqq. pluribus Aymon. Craveta cons.* 31. *num.* 4. &c. qui ulterius prosequitur comprobationem: idem in simili casu dixit Azevedus *in l.* 19. *ejusdem tit.* 21. *lib.* 4. *recopilat. n.* 77.

Pariformiter infertur *ad leg.* 2. *tit.* 3. *lib.* 2. *fori legum* 66
quia cavetur, quod reus conventus immobilia non possidens; tenetur satisdare, alias incarceratur, nec loco fidejussionis admittitur juratoria cautio ut ibidem notat Roderic. Suarez *n.* 7. refert Valascus *de privil. pauperum*, 1. *part. q.* 53. *num.* 11.

Nec prætatis legibus regiis relatis *ex n.* 59. *cum seqq.* 67
refragatur responsio ejusdem Valasci *loc. cit. ex n.* 40. *usque ad num.* 45. cum ejus responsio magis confirmet nostram invincibilem regulam, & resolutionem, de

qua *ex n.* 50. tot juribus, & authoritatibus roboratam. Sed quia ejusd. responsio pertinet ad materiam æquipollentium tractandam, *in limitat. 2. ex num.* 131. *cum seqq.* nunc missam facimus, & signanter annotabitur *n.* 157.

68 Roboratur denique nostra regula, ex dispositione *l. 6. tit.* 4. *part.* 2. *versic. e despues que los junes.* & *in l.* 23. *tit.* 7. *lib.* 3. *recopilat.* dum determinant, quod judices nominati in initio exercitii suorum officiorum, vel saltem intra 30. dies satisdare teneantur cum fidejussione testando in syndicatu. Quæ tamen fidejussio

69 non suppletur per juratoriam cautionem à se oblatam, cum formæ dictarum legum, non nisi per legitimos fidejussores satisfieri possit, tenent expresè Gregorius Lopez *in d. l. 6. glossa* 4. *verb. tomar fiadores*, quem referens; sequitur Azevedus *in d. l.* 23. *tit.* 7. *lib.* 3. *receptionis. n.* 11.

70 Quando igitur fidejussio requiritur pro forma, substantia, & natura actus non poterit illam paupertas, & impotentia mutare, quia ob paupertatem naturalia actus non alterantur; nec mutationem patiuntur, nec ejus ratione vel occasione potest à substantia rei, vel actionis recedi; ita eleganter in iis terminis docuit Bald. *in l.* 4. *num.* 5. *C. de usufruct.* & ex Menochio *de arbitriis*, *casu* 140. *&* 152. *lib.* 2. *centur.* 2. tenet Joseph. Ludovic. *decis. Perusina* 63. *num* 18. *&* 16. *n.* 20. optimè Surdus *decis.* 141. *num.* 4. quam non impugnat, nec ab ea recedit *num.* 16. sed tantùm dubitat, an fidejussio in casu sit de forma substantiali, & natura actus, atque ideo cum doctrina generali remanet semper quod fidejussio sit de natura, & substantia actus, eandem sequitur Gall. *de exception. quæ oriri poss. in subsectio. except.* 15. aliàs 2. *tit.* 4. *part. num.* 97. *&* 98. Alvarez Valasc. *de privileg. pauper.* 1. *part. quæst.* 53. *num.* 6. *&* *num.* 33. ubi similiter dubitat, an fidejussio sit de substantia & natura usus-fructus, ut doctrina Baldi, & sequacium adaptari, & applicari possit, qui & Surdus non dubitant de doctrinæ veritate, sed dumtaxat de applicatione ad suos casus, & ideo quando fidejussio est præstanda ex natura rei, juratoriam cautionem non esse admittendam, agnovit Seraphinus *de privileg. juram. privileg.* 13. *sub. n.* 34.

71 Hinc minor ætas, rusticitas, vel militia non excusat à nullitate propter omissionem alicujus formæ substantialis, post plures Doctores tenent Narbona *in l.* 25. *glossa* 20. *nu.* 8. *tit.* 21. *l.* 4. *recopilat. pag.* 694. Collante *de excep. panis*, *lib.* 3. *cap.* 12. *ex n.* 1. *cum seq.* Tiraquellus *de retract. lib.* 2. §. 4. *glos.* 7. *n.* 15. *&* 16.

72 Quibus sic feliciter, & accuratè enucleatis aperta jam est via dispositioni text. *in l.* 1. *tit.* 20. *lib.* 4. *recopilat.* cujus præcipuus noster sermo est, & disceptatio, an fidejussio, præcisè requisita à dicta lege, imposita condemnato per sententiam revisionis latam in Cancellariis regiis, & Consilio supremo, & secundam supplicationem interponenti ad personam Regis immediatam, si pauper sit, & nullo modo possit fidejussionem præstare, remittenda sit, & ab ea revelandus, ita ut ejus loco sufficiat intra terminum 20. dierum præstare cautionem juratoriam. Verba legis hæc sunt: *Pero es nuestra merced que por la malicia de aquellos que suplican por otorgar los pleitos no aya lugar que tal parte que suplicare de la dicha segunda sentencia dada por los dichos nuestros oydores con el prelado, que fuere presidente, que se obligue y de fiadores dentro de los dichos veinte dias, ante los dichos oydores, de pagar mil quinientas doblas, si por aquel, o aquellos a quien Nos lo encomendamos fuere hallado, que la dicha segunda sentencia de los dichos nuestros oydores fue bien y derechamente dada: y sino se obligaren, y los dichos fiadores no dieren en dicho termino que no pueden suplicar, ni les sea otorgada la dicha suplicacion.* Igitur ut juratoria cautio ob paupertatem, & impossibilitatem præstandi fidejussionem admitatur: solùm remanet inquirere, ac certò scire an illa fidejussio cadat sub dispositione, ac determinatione primæ, vel secundæ regulæ. An nempe *in dicta l.* 1. requiratur ad simplicem cautionem, & securitatem partis victricis: an ad securitatem partis & pro forma, & substantia supplicationis secundæ, quo præcognito, jam resolutio certa, determinatio verò præscripta manet in dictis duabus regulis, prima *ex num.* 36. *cum seq.* secunda *ex n.* 50. *usque ad num.* 71.

Et ne te detineam diutius, communis & indubitata 73
sententia est omnium Regnicolarum, ipsam fidejussionem pœnæ mille quingentarum duplarum, *à dicta l.* 1. impositam supplicanti, esse de forma & substantia ipsius secundæ supplicationis, adeo ut si ad unguem, & realiter fidejussio non præstetur, supplicatio corruit & non currit. Probarunt apertè Didac. Perez *in l.* 8. *tit.* 4. *lib.* 2. *ordinam.* Avendan. *de secunda supplication. n.* 10. *in fine*, Gundisalvus de Paz *in praxi* 7. *p. c. unic. n.* 98. 99. 100. 101. *&* *n.* 102. *tomo* 1. Gutierr. *practicarum q. lib.* 3. *q.* 38. *n.* 7. Azevedus *in ead. l.* 1. *tit.* 20. *lib.* 4. *recopilationis*, amplissimè comprobat D. Larrea *in decisione Granat. tom.* 2. *decis.* 78. *ex num.* 1. *cum seqq.* & variis in locis per discursum ejusdem decisionis affirmat Villadiego *in politica cap.* 4. *de la instrucion. num.* 226. (ex quo incipit tractatum de secunda supplicatione) *&* *n.* 240. *fol.* 95. *à tergo.* ait ita: *Y requiere se tanta puntualidad en estas diligencias, que aunque el supplicante aya otorgado la dicha obligacion y fiança dentro de los veinte dias; si a si mismo tambien dentro dellos no la huviere presentado no sea admittido despues: por que la forma dada por ley, o statuta se debe guardar efectivamente, y faltando en algo, es nulla todo lo que se hiciere. Y es de suerte, que dentro del mismo termino sean de dar por bastantes las fianças, y no lo haciendo aunque se diesse mas termino para dar mas fianças, y se diesen no sera valido, ni abra lugar la segunda suplicacion, porque el suplicante es obligado a dar las fianças necesarias, y no las dando en el debido tiempo, sera suyya la culpa, porque quando la ley requiere que se haga alguna cosa y lo pone por forma, no basta cumplir lo por equipolente, que es por echo semejante, sino que es necesario cumplirlo no especifica forma. Y de otra suerte sera nullo lo que se hiciere.* De hoc ultimo, an & quando possit hæc forma adimpleri per æquipollens, latius erit agendum infrà *in 2. limitatione*, *ex n.* 131. *cum seq.*

Ad quod insuper ponderanda sunt verba ipsius *leg.* 74
1. *titul.* 20. *lib.* 4. *recopilationis*, quia procul dubio signa aliqua proponuntur, ex quibus manifestè deducitur forma substantialis ibi: *Y si no se obligaren, y los dichos fiadores no dieren en el dicho termino:* quæ verba sunt conditionalia, ut indicat illa dictio *si*, quæ maximè juncta verbis futuri temporis denotat conditionem, abundè Barbosa *de dictionibus*, *dictione* 564. *à principio*, at conditio inducit formam præcisè, & specificè servandam, sub pœna nullitatis, prout abundè probavimus suprà *ex n.* 59. *cum multis seqq.*

Et ibi, *no dieren en el dicho termino*, quia quando 75
lex apponit tempus, intra quod aliquid sit faciendum, tempus apponitur pro forma substantiali, & ideo qui non servat tempus legis, formam non servare dicitur, plures doctrinas conjecimus suprà *ex n.* 44. *cum seqq.*

Et iterum ibi, *que no puedan suplicar*, verba multipli- 76
citer inducunt formam substantialem, tum quia dictio illa negativa *no* juncta verbo *puedan suplicar*, inducit præcisam necessitatem, privat potentia, & potestate gerendi, quia continet in se decretum irritans, annullativum, & actum in contrarium gestum reddit nullum, ut terminis de iis verbis *no pueda*, tenet Castillo *de usufruct. c.* 54. *n.* 36 *&* 37. per text. *in l. non potest*, *ff. de furtis*, & ex Peralta, Gutierrez, Aldobrandino, Alvaro Valasco, Fulvio Paciano, & pluribus aliis per eum ad id relatis. Et quia nulla major nullitas, quam 77
defectus potestatis, abundè Nos *in nostris* Comm. *de Regia potest.* 4. *p. c.* 6. *num.... & cap.* 3. *num.* 64.

& ex

78 & *ex nu.* 36. Atque ideo lex quæ poſt diſpoſitionem, ulterius procedit anuullando formam inducere dicetur, juxta plurimos Doctores citatos ſuperiùs *nu.* 38.

79 Item cum ſit clauſula prohibitiva perpetuam cauſam habens formam ſubſtantialem inducit, qua deficiente, actus corruit, etiam ſi deficeret clauſula annullativa, ſeu decretum irritans, ut voluit gloſſa, *verbo inhibentes, verſ. item non obſtat. Clement.* 1. *de jure patronat.* per text. primum *in l. non dubium, verſic. nullum, & verſic. quod omnes*, illic. *Licèt legiſlator fieri prohibuerit tantum, nec ſpecialiter dixerit, inutile eſſe debere, quod factum eſt*, ubi notant Bart. *notab.* 1. Bald. *notab.* 4. Fulgoſius *not.* 3. & Paulus Caſtrenſ. *n.* 2. *verſ. primo quod factum*, ac cæteri Doctores magis communiter, ſecundùm Jaſ. latè limitantem, & declarantem, *notab.* 8. *à n.* 16. *uſque ad n.* 22. optimè Trentacinq. *variarum reſolutionem, lib.* 1. *tit. de legibus, reſolut.* 2. *à n.* 3. *uſque ad n.* 16. *incluſivè.* Farinacius, qui latè profequitur *in fragment. crimin.* 2. *part. litt. L. à n.* 170. *& nu.* 103. *verſ. quartò forma.* Vela *juris controverſ. diſſertatione.* 21. *nu.* 37. *&* 38. & videndus etiam Caſtillo *de uſufruct. cap.* 54. *nu.* 36. qui plures refert.

80 Igitur cum indubitabile ſit, & conſtans, quod fidejuſſio pœnæ mille quingentarum duplarum impoſitæ ſecundam ſupplicationem interponenti per dict. *l. tit.* 20. *lib.* 4. *recopilationis*, ſit de ſubſtantiali forma ipſius ſecundæ ſupplicationis, invincibiliter infertur, quod fidejuſſionis loco nullo modo ſit admittenda juratoria cautio, quantumvis de paupertate, & impotentia fidejubendi doceatur, juxta tot jura civilia, & regia, necnon tantorum Doctorum reſolutionem, & juris fundamenta, de quibus in hac regula ſecunda *in n.* 50. *uſque ad n.* 71. *incluſivè* quæ omnia accommodantur, applicantur juridicè determinationi *d. l.* 1.

81 Adhuc tamen alia repetentur fundamenta invincibilia, quæ peculiaria ſunt noſtræ *l.* 1. & ſit ſecundum, quoniam juratoria cautio, etiam in terminis regulæ primæ, de qua *ex n.* 36. Et ſic quando aliàs ob impotentiam, & paupertatem permittitur, adhuc tamen in cauſa civili ardua nunquam admittitur quantumvis de paupertate, & impotentia fidejubendi doceretur, prout bene probant ita limitantes regulam generalem Seraphinus *de privil. jurament. privileg.* 18. *nu.* 46. & per Alexand. *in conſil.* 168. *nu.* 10. Cephalus *conſ.* 384. *nu.* 66. *lib.* 3. Ent. eſt Chormam. *reſponſ.* 18. *nu.* 493. Colet. *in deciſione German.* 135. *nu.* 14. & 15. Enrigius *de fidejuſſorib. cap.* 18. *n.* 113. & optimè antea *nu.* 91. ex Anton. Sola *ad conſtit. antiq. Sabaudiæ, rubr. de concluſ. in cauſa, part.* 3. *in gloſſ.* 1. *nu.* 14. & 15.

82 Sed ſecunda ſupplicatio ac fidejuſſio pœnæ mille quingentarum duplarum, non cadit, nec admittitur, niſi ſuper cauſa ardua & negotio magni valoris, & æſtimationis, ut probat *l.* 7. *tit.* 29. *l.* 4. *recopilationis*, ibi, *ſiendo tan ardua la cauſa y ſobre tan grande can-*
83 *tidad que ſea de tanto valor y eſtimacion*, &c. & *l.* 9. *ejuſdem tit. & lib.* & probat etiam eadem *l.* 1. & ex aliis latè agit Gund. de Paz *in praxi* 6. *p. tract.* 1. *cap. unic.* de ſecunda ſupplicatione *ex n.* 63. & 66. *cum ſeqq. fol.* 195. Curia Philippica *in politica de la ſegunda ſupplicacion. n.* 5. Villadiego *in politica*, cap. 5. *n.* 231. ergo in ea fruſtra etiam ob impotentiam præſtandæ fidejuſſionis requiſitæ poſtulabitur deneganda juratoria.

84 Tertiò probatur, quoniam hoc beneficium, & remedium ſecundæ ſupplicationis, eſt extraordinarium, exorbitans à jure, & contra jus commune, & regium, *tit. C. ne liceat tertio provocare*, abundè per jura & Doctores Roland. à Valle *conſil.* 43. *n.* 1. *lib.* 2. & proinde ſemper adſtringendum, & nunquam ampliandum tanquam exorbitans, & ſubvertens jus quæſitum per rem judicatam vincenti, ut adnotarunt Gundiſal. de Paz *in praxi* 7. *p. dict. c. unic. nu.* 103. Maranta *de ordine judic.* 6. *part. actu* 2. *nu.* 17. & ex aliis Larrea *in deciſ. Granatenſ.* 78. *nu.* 1.

Sed remedium extraordinarium præcipuè exorbitans à jure, & contra jus tertii conceſſum à principe & lege ſub qualitate & conditione præſtandi fidejuſſionem ad tertii ſecuritatem, & firmiorem cautelam nullo modo defertur, nec acquiritur, niſi cum effectu & realiter præſtetur fidejuſſio requiſita, ita ut nullo modo ſuppleri, nec ejus loco admitti juratoria cautio poſſit, quantumvis quis pauperrimus ſit, & ob impotentiam non poſſit præſtare fidejuſſionem, ita ut fidejuſſione non præſtita ad beneficium & remedium extraordinarium nullatenus admittatur. ſed illud prorſus amittat, probarunt Bald. *in leg. dedi, in princip. ff. de condit. ob cauſam*, Alexand. *in l. divortio, §. interdum, n.* 12. *ff. ſolut. matrim.* & rurſus *in l.* 1. *n.* 12. *ff. qui ſatisdare cog.* plenè Romanus *conſil.* 439. *nu.* 10. *verſic. contrarium verius.* Troitius *in ritu Siciliæ* 287. *num.* 5. & 7. Cravera *ſuper ritu* 173. *nu.* 9. de Graſſis *de exception. except.* 32. *nu.* 116. *& ſeq.* (licet dicat quod in Sicilia adeſt contrarius ſtylus) Tuſc. *practicarum concluſ. lit. C. concluſ.* 175. *nu.* 4. nonnullos alios referens, ſequitur Roland. à Valle *conſ.* 43. *n.* 9. *lib.* 2. Brunus *de ceſſione bonorum, quæſt.* 43. *n.* 9. *lib.* 2. Aretinus *de fidejuſſoribus*, 3. *part. princip. c.* 25. aliàs 34. *n.* 22. *fol. mihi* 246. dicente, quòd debitor qui obtinuit moratoriam à Principe miſerationis, & pietatis cauſa præſtita fidejuſſione, de creditoribus ſatisfaciendo dilatione finita; nullo modo ob paupertatem, & impoſſibilitatem præſtandi fidejuſſionem, admittitur ad tale beneficium, & remedium, offerendo juratoriam cautionem, loco fidejuſſionis, & quia eſt neceſſaria, & de forma, ergo pariter & eodem modo ſecundam ſupplicationem non poterit legis, & Principis beneficium & remedium hoc extraordinarium; imò exorbitans conſequi non præſtita cum effectu fidejuſſione requiſita, ſed ab eo prorſus excludendus, & à juratoria cautione ob paupertatem, & impotentiam, cum hoc beneficium, & extraordinarium remedium ſupplicationis non ſimpliciter ſit conceſſum à Principe, ſed ſub qualitate, & conditione præſtandi fidejuſſionem.

Deinde probatur diſcurſus iſte legitimus, quoniam iſte ſupplicans tractat de conſequendo hoc remedium, & beneficium extraordinarium & exorbitans, quod lex regia offert ſub conditione præſtandæ fidejuſſionis, & hoc in maximum detrimentum ſui adverſarii, amittentis ſuum jus acquiſitum ex re judicata, ut *ſuprà n.* 83. quo caſu præcisè tenetur præſtare fidejuſſionem, ut illud remedium, & beneficium conſequi poſſit, nec ab ea relevatur ob paupertatem, & impotentiam fidejubendi, doctrina fuit Bald. *in l.* 4. *nu.* 8. *C. de uſufructu*, ſequuntur Jaſ. *in l.* 1. *n.* 23. *limit.* 9. *ff. qui ſatisd. cogantur, & in l.* 1. *nu.* 1. *C. d. Carbonio edicto*, ubi etiam Decius *num.* 2. Molina *de primogen. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 44. Roland à Valle *conſil.* 43. *nu.* 18. & 19. *lib.* 2. Surdus *deciſ.* 141. *nu.* 5. & 6. Alexand. Raud. *conſil.* 61. *nu.* 12. *l.* 1. Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 58. *nu.* 15. Giurba *deciſ.* 4. *nu.* 36. Valaſcus *de privileg. pauper. quæſt.* 513. *nu.* 27. licet neget, quod iſte ſupplicans tractet de aliquo conſequendo, nec detrimento juris alterius vincentis, quod quam falſum ſit, ad oculum oſtendetur, quia ſolum curavit quomodolibet apparenter exire ab hoc fundamento contrario, prout in aliis plurimis ei contingit.

86 Pro quo ponderanda etiam erit diſpoſitio *leg.* 2. *C. de tutor. & curat. qui ſatis non ded.* ubi nominatus ad officium tutoris, & curatoris ob paupertatem, & impotentiam, fidejuſſionem (ad quam ex neceſſitate juris tenetur juxta *leg. dedic. §. tutor. & leg. fidejuſſor. §. neceſſaria, D. qui ſatisdare cogant.* (nullo modo ad munus admittitur, ſed repellitur prorſus, nec admittitur ad cautionem juratoriam, conſtanter affirmant Seraphinus *de jurament. privileg.* 18. *nu.* 39. Rol. à Valle *conſil.* 43. *nu.* 20. & 47. *lib.* 2. Barboſa plures allegans *in l. divortio.* 8. *§. interdum. n.* 28. *verſ. non obſtat*

ſecundum, *D. ſoluto matrim.* Velaſco *de privileg. pauper.* 1. *part. quæſt.* 53. *ſub. nu.* 1.

Idem eſt in procuratore, de cujus mandato dubitatur, qui ſi petat admitti ad agendum, debet præſtare fidejuſſionem, *l.* 1. *C. de procuratoribus*, qui tamen ſi ſatisdare non poteſt, non ſtabitur ejus juratoriæ cautioni, ſed prorſus repellitur. Bald. *in cap. coram col. fin. de officio delegati.* idem dixerunt. Bald. & Paulus de Caſtro *in leg. cum non facile. ff. ſi cui pluſquam per legem falc.* Rol. à Valle *conſil.* 43. *num.* 48. *vol.* 2. Barboſa *in d.* §. *interdum num.* 29. Brunus *de ceſſ. bonor. quæſt.* 7. *n.* 6. Aretinus *de fidejuſſorib.* 1. *part. princip. ſect.* 3. *in prælud. c.* 25. alias 34. *n.* 25 *&* 26. *fol.* 247.

Ponderantur etiam ad hanc eandem doctrinam *leg.* 6. *tit.* 4. *part.* 3. *verſ. e deſpues que los juezes*, *& leg.* 23. *tit.* 7. *lib.* 3. *recopilat.* quibus cavetur, quod Judex ad officium nominatus, tenetur ante omnia præſtare fidejuſſionem de bona adminiſtratione juſtitiæ, & de ſtando ſyndicatui, ita ut non data fidejuſſione, ad officium non admittatur, nec ſatisfacit per juratoriam cautionem, quando fidejuſſionem reperire non poteſt, ut ex aliis diximus *ſuprà num.* 98. *& num.* 69. Ergo eodem modo debet procedere diſpoſitio noſtræ *l.* 1. *tit.* 21. *lib.* 4. *recopilat.* quæ abſolute excludit ſupplicantem non præſtita fidejuſſione, ibi. *Y ſi no ſe obligaren y los dichos fiadores no dieren en el dicho termino, que no puedan ſuplicar, ni les ſe aſtorgada la dicha ſuplicacion.* ut intelligatur etiam data paupertate, & impotentia cum excluſione juratoriæ cautionis, juxta præfata fundamenta, jura, & doctrinas, admodum conducibiles.

87 Quarto, noſtra lex Regia fulcitur, quoniam ſi aliqua ratione juratoria cautio in defectum fidejuſſionis admittitur in caſibus in quibus de jure admitti ſolet juxta terminos primæ regulæ de qua *ex num.* 36. *cum ſeqq.* ea potiſſimum, ne ob impotentiam fidejuſſionis præſtandæ quis amittat jus ſuum legitimè quæſitum, & radicatum, neque tantum detrimentum, præjudicium, damnum, & læſionem patiatur amittendo quod ſuum eſt, & ſibi de jure debetur, prout ex pluribus probavimus ſuperius *n.* 16. in tantum quod juratoria cautio non admittitur loco fidejuſſionis, quando quis vult jus aliquod de novo acquirere, & conſequi, nec eum tunc inopia, & impoſſibilitatis excuſat, ſed tantùm eum excuſat, ne jure ſuo quæſito damnum patiatur, ut per *leg. continuus*, §. *illud. ff. de verb. obligat.* & Salicetum *ibidem col.* 2. & doctrina originalis Bald. *in cap. coram nu.* 9. *de offic. delegat.* Surdus *deciſ.* 141. *ſub. nu.* 12. *& nu.* 4. per Bald. *in leg.* 4. *nu.* 8. *C. de uſufructu*, & per alia fundamenta, videnda per eundem *ibid. nu.* 5. *& nu.* 6.

88 Sed iſta ratio nec militat, nec verificari poteſt in ſecunda ſupplicatione cum pœna mille quingentarum duplarum quoniam ad eam interponendam, nullum jus radicatum, nec acquiſitum habet condemnatus, nec de jure ſibi competit, niſi poſtquam ſua pecunia, & pœnæ periculo illud comparaverit, conceditur enim condemnato hoc remedium extraordinarium, & exorbitans ſub conditione ſe obligandi, & fidejuſſionem præſtandi de ſolvenda pœna mille quingentarum duplarum, ut *in d. leg.* 1. ibi *Y ſi no ſe obligaren, y los dichos fiadores no dieren en el dicho termino, que no puedan ſuplicar, ni les ſe aſtorgada la dicha ſuplicacion;* ad tradita ſuperius *ex nu.* 59. *cum ſeq. & n.* 74. & pluribus aliis locis; ex depoſi-
89 tione autem conditionali, quouſque purificatur conditio, nullum interim jus competit, nulla actio ſeu obligatio oritur. Imo non purificata conditione promiſſio habetur ac ſi à principio non fuiſſet facta, ampliſſimè videre eſt, de ſingulis per de Graffis *de exception. except.* 93. *ferè per totam*, & per Velaſco *in axioma*, *lit. C. ex n.* 102. *cum ſeq.* & conditio nihil ponit in eſſe, *leg. ſi ſub conditione*, *ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtmenti*; cum aliis per eundem *nu.* 103. & paria ſunt nihil fieri, aut fieri ſub conditione non purificata *ibid. nu.* 108.

90 Et ideo ex omiſſione, amiſſione, ſeu renunciatione hujus ſecundæ ſupplicationis nullum conſideratur, nec cauſatur præjudicium, detrimentum, ſeu læſio juris condemnati, & propterea non datur reſtitutio in integrum, de quo expreſſa eſt *l.* 4. *tit.* 20. *lib.* 4. *recopilat.* Illic. *Mandamos que no aya lugar, ni ſe pueda pedir reſtitucion para ſuplicar en el dicho grado de mill y quinientas, quando la parte no huviere ſuplicado y cumplido con la dicha ley dentro del termino en ella contenido*, quod & conſtanter tenent omnes Regnicolæ Azevedus *in d. l.* 1. *nu.* 9. *& in l.* 2. *in principio ejuſdem* 7. *part. tom. nu.* 92. Monterroſo *in practic. tract.* 5. *cap.* 8. *in princip.* Villadiego *in politic. cap.* 4. *n.* 240. Curia Philippica 1. *tom.* 5. *part.* §. 5. *nu.* 8. *&* 9. Larrea *deciſ. Granatenſ.* 78. *nu.* 6. videndus *n.* 15. *&* 16.

Et obiter nota quod licet contra terminum 40. die- 91
rum, datum ſupplicanti ad ſe præſentandum coram perſona Regis, ſub pœnæ deſertionis *ex l.* 4. *tit.* 20. *lib.* 4. *recopilat.* & adverſus hunc terminum omiſſum detur minori, vel majori reſtitutio in integrum, ex cauſa juſta, & probato legitimo impedimento, ut probat Paz ubi proximè *nu* 123. & Curia Philippica *loco cit. nu.* 13. non ideo refragatur *d. leg.* 4. in priori parte, quæ dumtaxat ſuſtulit reſtitutionem omnem minori, & majori limitativè in duobus caſibus, *quando la parte no huviere ſuplicado, y cumplido con la dicha ley dentro del termino en ella contenido*, quæ eſt *l.* 1. *ejuſdem tit.* in qua nihil tractatur de termino ad ſe præſentandum; & ideo prohibitio limitata ultra limitem ſuum non extenditur, & ſic re inquitur iſte caſus ſub diſpoſitione juris communis, ex quo in cunctis permittitur reſtitutio, nec in lege generali excludente omne privilegium comprehenditur reſtitutio in integrum niſi ſpecialiter exprimatur, ut *ſuprà* 1. *p. c.* 7. *nu.* 48. *&* 49.

Ac pariformiter poſſeſſor majoratus, qui agnoſcendo 92
bonam fidem acquie it rei judicatæ contra ſe obtentæ in conſilio regio, aut Regali Cancellaria omiſit ſecundam ſupplicationem, vel jam interpoſitæ intra tres menſes pœnitendo, ab ea diſceſſit juxta *leg.* 4. *tit.* 20. *lib.* 4. *recopilat.* ſucceſſor non poteſt reclamare, nec ob id ſolum allegare minus plenam defenſionem. nec colluſionem, prout notabiliter probat Molin. *poſt finem operis de primogeniis in annotat. ad lib.* 4. *c.* 8. *n.* 18. *& nu.* 19. ad longum ſequutus fuit Caſtil. *controv. tom.* 6. *nu.* 38. *ex verſ. quatenus verò*, limitat ipſe Molina *uſque ad fin. cap. per duas col.* videndus, cùm nemo temerè teneatur ſe ſubjicere periculo tantæ pœnæ, comparando jus novum, & extraodinarium remedium, non ſimpliciter, & abſolutè deſtinatum à jure, ſed contra ipſum, & ſub tanto gravamine quærendi fidejuſſores, quod omnibus valde difficile eſſe diximus ſuperius *ex n.* 12. nec omiſſio hæc culpabilis poſſeſſori majoratus poteſt eſſe, ſicut culpatur in omiſſione appellationis, aut primæ ſupplicationis interponendæ, cùm ſit remedium juris ordinarium cunctis permiſſum abſque alia pœna, vel 93
gravamine.

Stringitur cauſa, propter quam juratoria cautio admit- 93
titur ob paupertatem, & impoſſibilitatem, loco fidejuſſionis, ceſſat in terminis *d. leg.* 1. *tit.* 20. *lib.* 4. *recopil.* de cauſa ſecundæ ſupplicationis diſponentis, ut hactenus probavimus *ex num.* 97. *cum ſeq.* nihil mirum ut pauperi condemnato denegetur cautio juratoria, à ſe oblata loco fidejuſſionis cum nihil omittendo ſecun- 8
dam ſupplicationem, de ſuo jure admittere dicatur, ſed contentari debet, determinatione tanti Senatus ſupremi illum condemnatis, ſicut contentantur minor, Eccleſia, Reſpublica, & aliæ perſonæ privilegiatæ, miſerationis, & pietatis cauſa, necnon ſucceſſores majoratus, & alii qui legitimo impedimento detenti non potuerunt formæ legis ſatisfacere.

Quintò & ultimò, hæc noſtra vera reſolutio com- 94
probatur, quoniam ſecunda ſupplicatio, non ſimpliciter, & abſolutè conceditur condemnato, ſed ſub certis conditionibus, & formis, ut ſæpè diximus *ex n.* 59. 95

cum

cum seq. entibus, *nu.* 74. promissum, & concessum sub conditione, non acquirit, nec lucratur quis nisi prius adimpleat conditionem, & formam, adeò ut conditionis implementum impossibile videatur, & sic, nullo modo consequitur promissum, & concessum, quia in concedente sub conditione impossibili prorsus cessat consensus, & animus promittendi, aut concedendi, & ideo vitiatur dispositio, & contractus, plurima sunt jura id probantia text. *in leg. cum hæres* 4. §. 2. *D. de statu liber.* Non est statu liber (inquit Consultus) cui libertas in tam longum tempus collata est, ut eo tempore, is qui manumissus est, vivere non possit, ut si tam difficilem, imò pene impossibilem conditionem adjecerit, ut aliunde libertas ei obtingere non possit, veluti si hæredi mille dedisset, aut cum moreretur liberum esse jussisset, si enim libertas inutiliter datur, ut ita Julianus scribit, quia nec animus dandæ libertatis est.

96 Ad quod breviter notandum erit, quod conditio dupliciter consideratur, una impossibilis à natura, altera omnino difficilis, cujus impedimentum & defectus non dependet, nec causatur ab ipsa natura, sed ab accidenti particulari, ut puta quando quis conditionaliter gravatur dare, vel facere aliquid, quod quamvis de per se factibile sit, & ab aliquibus fieri possit, is autem cui conditio apponitur, dare, vel facere, nullo modo potest, ut latius videre est per Pichar. §. *impossibilis* 13. *instit. de hæredib. instit. ex nu.* 7. *cum seq.* Aug. Barbosa *in Collectan. ad regulam nemo potest 6 de regulis lib.* 6. *nu.* 2. & 4.

97 Impossibilis conditio à natura, & cui ipsa natura impedimento est, quominus existat, in dispositionibus apposita vel vitiatur, & pro non scripta habetur, ita ut is cui apponitur, statim consequatur sibi relictum, & hoc procedit in ultimis voluntatibus, §. *impossibilis* 13. *instit. de hæredibus instit. leg. Mœvia* 45. *D. eod. leg.* 1. *leg. si quis instit.* 6. *leg. mulier* 20. *ff. de condit. instit. l. si mihi & tibi* 12. *leg. ab omnibus* 104. §. *in testamento*, *ff. de legatis* 1. *leg. qui dotum* 13. *ff. de dote prælegata*, *l. obtinuit*, *l. ff. de condit. & demonstrat.* & in matrimonio idem probatur *in cap. fin. de condit. appositis*, consonat *l.* 3. *tit.* 4. *part.* 6. Pichard. *ubi supra ex nu.* 1. & *in* §. *si impossibilis* 12. *instit. de inutilib.* ex Mantica, Anton. Gomez, Covarr. Menchaca, Sarmiento, Costa, Spino, & aliis.

98 In contractibus verò, & in aliis dispositionibus viventium, hac conditio impossibilis à natura omnino vitiat ipsam dispositionem; ita ut ex ea nec promissor remaneat obligatus, nec is cui sub tali conditione aliquid promittitur, illud consequatur, nec aliquod jus, vel actionem prætendere possit, quia deficit consensus promittentis, & contrahentium, eo quod super impossibili à natura non cadit obligatio, *leg. impossibilis* 7. *ff. de verb. obligat. leg. servum meum* 50. §. *si in non faciendo*, *ff. de hæred. instit. leg. non solum*, *D. de obligat. & act. leg. si quis in gravi in princip. ff. ad Silianian. l. si stipuler*, *D. de verb. obligat. leg. Paulus*, *ff. quæ sentent. sine appellat. rescind. leg. impossibilium*, *D. de reg. juris cap. nemo potest*, *eod. in* 6. §. *si impossibilis conditio obligationibus adjiciatur*, *nihil valet stipulatis*, *impossibilis autem conditio habetur*; *cui natura impedimento est*, *quominus existat*; *veluti si quis ita dixerit*, *si digito cœlum tetigero*, *dare spondes*, &c. *Leg.* 17. *tit.* 11. *part.* 5. §. *si impossibilis instit. de inutilibus stipulat.* Pichard. *ibidem. & in d.* §. *impossibilis*, plures allegans Mantica *de contractibus lib.* 14. *tit.* 28. *num.* 6. & 14. Surdus *dec.* 289. *ex num.* 15. *cum seqq.*

99 Impossibilitas autem conditionis, quæ ex omnimoda difficultate gravati provenit, non à natura ab ultimis voluntatibus; & à matrimonio non rejicitur, quia cum jura loquantur de impossibili conditione à natura dumtaxat, ratio non patitur ut etiam ad has conditiones in se factibiles, licet difficillimas respectu personæ, trahantur, ut probant glossa communiter recepta *in d.* §. *impossibilis instit. de hæred. instit.* communis *in l.* 1. *ff. de condit. instit.* Costa *selectar. lib.* 1. *c.* 8. *num.* 14. Covarr. *de sponsalib. p.* 2. *c.* 382. Menochius *de arbitr. cas.* 89. *n.* 8. Molin. *d. lib.* 2. *cap.* 13. *à n.* 8. Augustin. Barbosa *in reg. nemo potest.* 6. *n.* 4. *juncto n.* 2. Pichard. *in d.* §. *impossibilis ex n.* 17. *cum seqq. instit. de hæred. institut.* ubi latè agit de intellectu *leg. cum hæres* 4. §. *ff. de statu liber.* de qua *supr.* 4. *n.* 95. 100

in dispositionibus viventium, in quibus sola impossibilitas à natura operatur, nihil immutatum reperitur, sed quasliber alias conditiones esse ad unguem, & in specifica forma adimplindas, quod si is cui apponuntur non adimpleverit; nihil consequitur, sed prorsus rejicitur à jure, & emolumento juxta juris vulgatissimas regulas, & dicta *supra n* 88. *& n.* 89.

Igitur non est dare medium, si non potest suppli- 101
cans præstare fidejussionem in conditionem deductam à nostra *l.* 1. *tit.* 20. *lib.* 4. *recopilat.* & dici potest conditio impossibilis, (ut opinatur Valascus relatus in contrarium superius *n.* 14.) quoad ipsum vitiatur legis prædictæ dispositio, ex qua nihil supplicanti concessum intelligitur, quia nihil ei promisisse, & obtulisse, censetur legislator, cum conditionis impossibilis respectu nullum consensum præstiterit; nec promissor manet obligatus ex jurium caterva hactenus relata: si autem 102
est difficilis conditio respectu alicujus personæ, cum in se impossibilis non sit, si non potest adimplere, ut specificè tenetur; nihil ex legis dispositione consequitur, sed emolumentum, & remedium ab ea oblatum prorsus amittit, quia deficiente, & non completa conditione, dispositio & oblatio ipsius legis quoad ipsum resoluta, & pro non scripta ac promulgata habetur, ut *supra ex n.* 88. quia princeps à sua promissione solutus est, per consequens argumentum in contrarium adductum *supra n.* 14. *& seqq.* prorsus retorquetur.

Ex quibus fundamentis consideratis *ex n.* 72. *cum* 103
seqq. & præcipuè *ex num.* 50. *& plurimis seqq.* tutissima, & indubitabilis remanet nostra resolutio, quod secundam supplicationem interponens nullomodo amitti debet, ad juratoriam cautionem loco fidejussionis, pro forma requisita à nostra, *leg.* 1. *tit.* 20. *l.* 4. *recopilat.* quantumvis ob paupertatem, & impotentiam præstare fidejussionem non posse, alleget.

Nec huic veræ resolutioni obstant Doctores omnes 104
in contrarium allegati superius *ex n.* 4. *usque ad n.* 10. testantes de contrario stylo tribunalium, quod pauper, qui præstare non potest fidejussionem pœnæ mille quingentarum duplarum, admittitur ad juratoriam cautionem, nempe Rebuffus, Azevedus, Alvarez, Valascus, Monterroso, Gund. de Paz, Villadiego, & Curia Philip. nam illi omnes Doctores in duas classes sunt dividendi, tres primi Rebuff. Azeved. & Alvarez, in unam, alii quatuor sequentes in aliam.

Rebuffus & Azevedus nullo modo possunt pro con- 105
traria parte allegari. Tum quia Rebuffus *in* 1. *tom. ad constituta Gallic. tit. de supplicati. artic.* 5. *gloss. unic. prope principium vers. quæro quid si sit*, ubi licet breviter movet quæstionem an supplicans si sit pauper teneatur consignare, & deponere quantitatem à constitutione Franciæ requisitam, & dicit quod, quia ita expressè revelatus reperitur in constitutionibus antiquis, ut hoc casu admittatur pauper ad juratoriam cautionem, hæc doctrina Rebuffi, ad nostram *leg.* 1. trahi non potest, cum in nostro jure regio nullibi reperiatur pauper, supplicans revelatus ab hac obligatione fidejussionis, nec admissus ad juratoriam cautionem loco fidejussionis, mille quingentarum, & si lex voluisset, expressisset, ut inferius dicetur.

Quatenus autem ipse Rebuffus ibidem in comproba- 106
tionem alleget *leg. generaliter*, *C. de Episc. & Clerc.* & Guid. Papam *in decis.* 189. vel dicendum id adducere ad solam exornationem suæ constitutionis, & antiquæ admittentis pauperem supplicantem ad juratoriam

cautionem ; vel quod ſuæ Gallicæ conſtitutiones illam conſignationem pecuniæ non requirant pro forma ſubſtantiali ſupplicationis , quoniam ſi pro forma requiratur , non eſt credendum id voluiſſe aſſerere , cum pluribus in locis , ipſe Rebuffus , conſtanter , & pro indubitata regula aſſeveraverit , juratoriam cautionem numquam ob pauperatem , & impoſſibilitatem , admittendam eſſe loco fidejuſſionis quando requiritur pro forma , *in tom. 1. ad conſtit. Gallicas tit. de ſentent. execution. artic. 1. gloſſ. 15. n. 2.* quem ad idem referentes ſequuntur Petrus Barboſa , Marius Giurba , & Azevedus relati *num. 51. & ex num. 90. uſque ad 65. incluſivè.*

107 Eodem modo reſpondendum erit Azevedo , qui dum movit hanc quæſtionem in noſtra *l. 1. tit. 20. lib. 4. recopilat. nu. 11.* ſuper legis verbis , *que ſe obligue y de fiadores :* ait ita : *ſed quid ſi pauper eſt , & non reperit eos , ſufficiet ne juratoria cautio , tradit in propoſitum Rebuffus 1. tom. conſtitut. Franciæ tit. de ſupplicationibus artic. 5. gloſſ. unic. verſ. quæro pone ;* aliud in puncto non dixit Azeved. de quo non eſt credendum voluiſſe ſequi Rebuffum , ad quem ſe remiſit , & quæſtionem determinantem ex antiqua ordinatione Franciæ expreſsè admittentem ſupplicantem pauperem ad cautionem juratoriam loco conſignatæ pecuniæ , ſciens quod ſimilis lex in ſecunda ſupplicatione Hiſpaniæ non adeſt. Maximè quia ſimiles alias leges noſtræ *1. tit. 20. lib. 4. recopilat.* pluries explicavit , & declaravit conſtanter , aſſeverando , quod cautio juratoria nunquam admittitur , ob paupertatem & impoſſibilitatem fidejuſſionis , quando illa requiritur pro forma , ut ex eodem Rebuffo , firmiter tenuit (prout de jure tenere debuit) locis citatis *nu. 106.* Ergo Açeved. ſolum Rebuffum retulit , non animo illum ſequendi , ſed ſolum locum , quo punctus tractatur , judicandi , atque ideo nec Rebuffus , nec Azeved. poteſt contra noſtram reſolutionem , & pro ea clarè allegare.

108 Nec de Valaſco in contrarium citatio *ſuprà num. 9.* curandum eſt , cùm ex doctrina Rebuffi & Azevedii , putans noſtram eos negaſſe opinionem , motus fuit , negligens in inveſtigando terminos utriuſque loquendi. Imò animo fabricandi novum hoc , & abſolutum privilegium pauperi innumerabiles difficultates digeſſit , & apparenter ſatisfecit confundendo materiæ terminos , & præcipuam regulam , & communem reſolutionem negligendo , contrariam temerè fuit ſequutus , nempè ut juratoria cautio , indiſtinctè & abſolutè ſit permittenda pauperi , ſi non poteſt fidejuſſorem dare , etſi fidejuſſio requiratur pro forma , ex eo quod impoſſibilium nulla eſt obligatio , & ex aliis riduculis , & apparentibus fundamentis , juridicè dirutis per diſcurſum hujus quæſtionis.

109 Cæteri verò quatuor Doctores Monterroſſo nempe Gundizal de Paz , Villadiego & Curia Philipp. dum omnes ex uno oro Monterroſſi biburt ſtylum Cancellariarum cum majori temperamento loquuti fuerunt , in hoc puncto , ex quorum aſſertione nobis deducenda venit ſingularis , vera , & uſitata limitatio ad regulam noſtram.

110 Noſtra regula , quod fidejuſſio pœnæ mille quingentarum duplarum tanquam requiſita pro forma ſubſtantiali à lege Regia *1. tit. 20. l. 4. recopilat.* non admittat juratoriam cautionem ob paupertatem , & impoſſibilitatem reperiendi fidejuſſionem , ad modum comprobata *ex n 72. cum multis ſeqq.* atque fortiter roborata *ex nu. 50. cum ſeqq.* unam recepit limitationem , quam de mera æquitate & pietate admiſit ſtylus Cancellariarum , ut non generaliter juxta regulam omnis , & quilibet excludatur à regula , ſed cum moderamine & juſto temperamento , ut ſolus pauper ſolemnitatis ſupplicans excuſetur ac relevetur à fidejuſſione penè mille quingentarum duplarum , ſed ejus loco admittatur ad cautionem juratoriam , hujus ſtyli , & praxis uſitatæ in tribunalibus ſupremis primus teſtis fuit Practicus ille Monterroſſo *ſua in praxi tract. 5. de Cancillerias , cap. 8. de la ſegunda ſuplicacion con la pena y fiança de las mill y quinientas doblas , nu. 7. fol. 67.* qui ita ait , *lo ſegundo que en las cauſas de los probres de ſolemnidad ay grado para ſuplicar ſegunda vez ſiendo el pleyto de las calidades ſobredichas y no ſon obligados a dar fiança , lo qual ſe platica aſi y es del ſtylo* , Paz , Villadiego , & Curia Philip. qui ex eodem Monterroſſo teſtantur de ſtylo , & ſimpliciter dicunt , quod pauperes ſupplicantes , qui fidejuſſionem invenire non poſſunt , admittuntur ad juratoriam cautionem , debent intelligi cum eadem qualitate , qua loquitur Monterroſſo , *pobre de ſolemnidad* , quia Doctores ſimpliciter loquentes debent intelligi ſecudùm alios , idem cum qualitate dicentes , quos allegant , & à quibus deſumunt doctrinam , juxta Bart. Doctrinam *in l. non ſolùm , 9. §. liberationis , in fin. ff. de liberat. legata* , Farinac. *conſ. 96. nu. 46.* & Vela *diſſertation. 13. num. 4. & diſſertation. 24. num. 66.* adſunt etiam exemplaria hujus Senatus , ut ſecundam ſupplicationem interponens ſi tanquam pauper & ob impotentiam relevetur à fidejuſſione debet eſſe , allegare , & probare ſe pauperem ſolemnitatis. 111

Pauper ſolemnitatis autem , apud nos , ut vel habeat caſum Curiæ , vel relevetur ad expenſis advocatorum , tabellionum , relatorum , & aliorum tribunalium miniſtrorum , vel ab expenſis cuſtodis carceris , alguazelorum , & ſimilium ; is dicitur qui facit ſolemnitatem , hoc eſt , qui ſolemniter juramentum præſtat , & inſuper teſtes adhibet , aſſerentes ſe eſſe pauperem , & non habere in bonis tria millia maravetina , juxta *l. 7. tit. 2. lib. 3. recopilationis* , ibi : *Ya los pobres que huvieren hecho ſolemnidad , eſcribanos , ni relatores , noſſeben derechos alguno , ſo pena de los volver con el quatro tanto para nueſtra Camera ; l. 25. tit. 12. lib. 1. recopilat.* ibi , *mandamos que quando alguno ſe dice pobre para ſe eſcuſar de pagar derechos a los oficiales de las audiencias , que baſte la informacion que de ſu pobreça truire de fuera parte , dando ut teſtigo en la Audiencia que concluya con tanto que le tome el eſcrivano de la cauſa , l. 20. eod. tit.* ibi , *jurando quæ ſon pobres y que no tienen de que pagar , no ſean detenidos por derechos de la juſticia , y eſcrivanos y Carceleros , l. 21. eod. tit. que haciendo juramento que ſon pobres y que no tienen de que pagar las coſtas y derechos de la juſticia y eſcrivanos y carceleros no ſean detenidos luego por ellos , & l. 13. eodem & lib.* 112

Et quamvis hæ leges non aperiant quam quantitatem ex qua quis dici poſſit pauper , tamen , *l. 20. tit. 23. part. 3.* loquendo de caſu Curiæ ob paupertatem , aſſignat quantitatem , ex qua ad id quis dicatur pauper , ibi , *eſſo miſmo decimos de los otros que ſon tan pobres , que no han valia de veinte maravedis ;* attamen ex communi , & univerſali omnium tribunalium uſu & ſtylo obſervato ad hoc , & ad ſupradictas leges regias , is pauper dicitur , qui fecerit ſolemnitatem , & probaverit non habere in bonis tria millia marapetina , ut reſtatur Covarr. *practicar. cap. 9. nu. 3.* Alvarez Velaſco *de privileg. pauper. 1. parte quæſt. 4. §. 1. num. 80.* & eſt omnibus pluſquam notiſſimum. 113

Et in individuo , quod ut ſecundum ſupplicationem interponens tanquam pauper relevetur à fidejuſſione mille quingentarum duplarum , & admittatur ad juratoriam cautionem ; talis debeat eſſe pauper , ne habeat in bonis tria millia marapetina , & hoc debeat allegare , & probare duo exempla teſtimonio roborata , diverſarum litium fuerunt reperta , & exhibita in alia ſimili cauſa per ſupplicantem , qui tanquam pauper deſiderabat relevari à fidejuſſione ; & ad juratoriam cautionem admitti , alia etiam duo exempla certiſſima habemus. Primum exemplum ex lite inter D. Ant. de Tabera & Ulloa pupillum civem de Ledeſma , & conventum monialium Spiritus civitatis Taurenſis , & alios litigantes ſuper ſucceſſione certi majoratus , monaſterium 114

tum obtinuit ſententiam reviſionis, à qua dictus D. Antonius interpoſuit ſecundam ſupplicationem ad Regis perſonam, & quatenus aſſerebat ſe eſſe pauperem ſolemnitatis, & non habere in bonis tria millia marapetina, & ideo ad juratoriam cautionem, quam ſimul fecit, & præſentavit, eſſe admittendum contendebat, monaſterium id firmiter negavit, & quod non erat pauper ſolemnitatis, ſenatus articulum ſuper paupertate ad probationem admiſit, ſupplicans conſtanter probavit ſe eſſe pauperem ſolemnitatis, & non habere bona valoris trium mille marapetinorum, monaſterium nihil in contrarium probavit, indeque ſupplicans fuit admiſſus ad juratoriam cautionem, & ſupplicationem ſecundam anno 1646. tabellione Matthæo Gonzalez de Rocas, relatore licentiato Laurentio Fernandez de Angulo.

115 Secundum exemplum pariter teſtimonio roboratum fuit adductum, alterius litis inter Dominic. Loviano & D. Antonium Loviano ſuper quodam majoratus Dominicus Loviano à principio dixit ſe pauperem ſolemnitatis, & non habere in bonis tria millia marapetina, probavit id ipſum, & fuit decretum tanquam pauperem ſolemnitatis eſſe ab officialibus omnibus ſine expenſis adjuvandam. Fuit poſtmodum per ſententiam reviſionis condemnatus interpoſuit ſecundam ſupplicationem, & ut pauper ſolemnitatis excuſandus fidejuſſione, mille quingentarium duplarum, & ſatisfacere legis formæ cùm cautione juratoria, adverſario contradicente. Octob. 1630. Senatus decrevit ſupplicantem ſatisfeciſſe cum cautione juratoria.

Tertium exemplum habemus in lite mota inter Franciſcum de Leo, & inter Licentiatum Antonium Velaſquez, atque Thomam de Leon, ad invicem litigantes ſuper quodam vinculo, & Capellaniis. Thomas de Leon obtinuit ſententiam reviſionis, à qua Franciſc. de Leon ſecundam ſupplicationem interponendo, ſimul exhibuit obligationem perſonalem & realem, non fidejuſſionem, ſed allegat ſe pauperem, & nullo modo poſſe fidejuſſionem præſtare, ideo admittendum ad juratoriam cautionem, quam ſimul obtulit, ex adverſo replicabatur non ſatisfeciſſe formæ *l.* 1. *tit.* 20. *lib.* 4. *recopilat.* hinc inde controverſo articulo, ſed quia non allegabat ſe pauperem ſolemnitatis, per duo decreta Senatus declaravit repellendam fore ſuam ſupplicationem; & non eſſe admittendum ſupplicantem ad cautionem juratoriam, & expedita fuit executoria vincenti.

116 Quartum exemplum me judice tanquam Aulæ præſide hoc anno 1649. in lite inter D. Didacum de Arançamendi, & Dominam Franciſcam de Sadornina, ſententia reviſionis contra D. Franciſc. lata, ſecundam ſupplicationem interpoſuit, & ſimul juratoriam cautionem, aſſerens, ſe eſſe pauperem, & non potuiſſe reperire fidejuſſionem; non tamen pauperem ſolemnitatis, & non habere in bonis tria mille marapetina ſpecificè allegavit, nec probavit, ſed generaliter eſſe pauperem, dumtaxat, articulo valde controverſo, tandem determinavit Senatus non eſſe ſatisfactum formæ *leg.* 1. *tit.* 20. *l.* 4. *recopilat.* & ideo ſecundam ſupplicationem eſſe repellendam, expediendam fore executoriam præfato D. Didaco de Arançamendi; atque ideo conſtanter tenenda erit noſtra limitatio de qua *ex n.* 110. *cum ſeqq.* ut ſolum pauperem ſolemnitatis admiſerit ſtylus, & praxis ſupremarum Cancellariarum ad juratoriam cautionem loco fidejuſſionis pœnæ mille quingentarum duplarum.

117 Et ad hanc taxam trahendæ ſunt multæ doctrinæ, quæ de jure communi ſimpliciter afferunt officiales gratis debere adjuvare litigatores pauperes, ut juxta prædicta, intelligantur de pauperibus ſolemnitatis, & non habentibus in bonis tria mille marapetina, ut de ſportulis, & ſalario judici non ſolvendo per pauperem plurimos allegat Valaſcus *de privil. pauper.* 1. *part. quæſt.* 28. *n.* 41. & 42. Item advocati pauperes gratis, & ſine ſalario adjuvare tenentur, &patrocinari ex ab eodem Valaſco *adductis ibid. num.* 43. *cum ſeq. multis* & ſimiliter tabelliones gratiis pauperibus ſcripturas, & actu conficere, tradere, & exhibere tenentur abſque ulla mercede, & expenſis, *leg. tam dementis* 21. *in fine*, *C. de Epiſc. & cleric. & leg.* 2. *tit.* 18. *lib.* 4. *recopilat.* ibi. *Y el eſcribano ſea a premiado de ledar el proceſſo del pleyto ſin dineros*, & plura alia jura ſuperius retu- 118
limus, & plurimos Doctores congerit Valaſcus *d. quæſt.* 28. *ex n.* 61. *& ſeqq.* de nuntiis executoribus, ſeu Alguazelis, ut abſque ſalario teneantur gerere, & 119
exequi cauſas pauperum litigantium ultra jura Regia ſuperius adducta ex Gaill. dixit Valaſcus *num.* 63. ut iſte omnes doctrinæ intelligantur de pauperibus ſolemnitatis juxta ſubjectam materiam.

Nam licet inter Doctores valde controverſum ſit 120
quis pauper dicatur, cum varii varia dixerint, ut videre eſt per Valaſcum *de privileg. pauper.* 1. *p. quæſt.* 4. *per totam.* Tandem quis pauper dicatur judicis arbitrio relinquendum eſſe, obtinuit crebrior & certior opinio, ut ex innumerabilibus Doctoribus congeſtis ab eodem Valaſco *ibid. ex n.* 75. *cum ſeqq.*

In eo tamen omnes conveniunt, ut ceſſet judicis 121
arbitrium in caſibus, quibus à lege vel ſtatuto, ſtylo, vel conſuetudine certa patrimonii quantitas determinata eſt, ut quis dici poſſit pauper ad illum non aſcendens, ita ut is ſit pauper, & non alius qui legis ſtatuti, & ſtylo quantitatem in bonis habuerit dumtaxat, & illam non exceſſerit, prout firmiter docent Bartol. *in leg. ſi conſtante num.* 13. *& ibidem* Jaſon. *num.* 145. *ff. ſoluto matrim.* Bald. *in Authent. præterea num.* 4. *C. unde vir & uxor.* communem dicit, *ibidem num.* 76. Cornel. Benincaſſ. *de paupert. quæſt.* 6. *princip. n.* 27. *& n.* 37. *& ſequentib.* Cartol. Ruin. *conſil.* 55. *n.* 5. *lib.* 1. Matthæus de Affli&is *deciſ.* 199. *n.* 9. Joſeph. Maſcard. *probat. concluſ.* 1159. *n.* 12. Petrus Roiz Maur. *deciſ. Lituana* 4. *num.* 282. Gregor. Lopez *in l.* 20. *tit.* 23. *part.* 3. *gloſſ.* 2. *verbo*, *veinte marabedis*, *& in leg.* 2. *tit.* 1. *part.* 7. *gloſſa verbo cinquenta marabedis.* Menochius *in additio. ad caſum.* 65. Farinacius *in deciſ. noviſſ.* Rotæ *deciſ.* 233. *num.* 6. *& deciſ.* 532. *n.* 2. *part.* 2. Rota Roman. *diverſor.* 2. *part. deciſ.* 48. *n.* 3. 4. Pacianus *de probationib. lib.* 1. *c.* 54. *n.* 73. *& ſeqq.* Giurba *deciſ.* 18. *n.* 6. Alvarez Valaſc. *de privil. pauper.* 1. *part. d. q.* 4. *ex n.* 78. *cum ſeqq.* ubi nonnulla jura adducit, in quibus hæc doctrina verificatur ob taxam paupertati per eas impoſitam.

Igitur cùm in iis Hiſpaniæ tribunalibus ad ea, quæ 122
in judicio geruntur ſolus privilegiatur, & admittitur pauper ſolemnitatis, ſcilicet, & qui tria mille marapetina non habet in bonis; nullo modo amplius erit hæſitandum, qualis dicitur pauper ut relevetur à fidejuſſione pœnæ mille quingentarum duplarum & admittatur ad cautionem juratoriam ſecundo ſupplicans, nec amplius erit judicum arbitrium cum tractemus de paupere in iis, quæ ad judicum pertinent, in quibus pauper ſimpliciter dictus intelligi debet de paupere ſolemnitatis, juxta ſubjectam materiam, ſecundum quam facienda erit interpretatio, cum aptior ſit naturæ actus *leg. quoties* 69. *ff. de reg. juris*, *leg. ſi uno* 123
in principio ff. locat. l. miles ad ſororem, *leg cum pauper §. bona ff. de legat.* 2. Natta *conſil.* 416. *n.* 3. Caſſanate *conſil.* 43. *n.* 79. Giurba *conſil.* 19. *n.* 58. Tiber. Decian. *vol.* 1. *reſp.* 32. *n.* 42. Mantica *de tacitis convent. lib.* 3. *tit.* 11. *num.* 4.

Ex quo venit interpretanda, & juridicè declaranda 124
5. *juncta leg.* 2. *tit.* 10. *lib. recopilat.* in contrarium ſuperius adducta *n.* 26. qua diſponitur, quod recuſans Senatorem ſi ſit pauper non teneatur deponere pecuniæ quantitatem petitam à lege 2. ſed ſatisfaciat ſe obligans eam ſolvere cum venerit ad pinguiorem fortunam, & ultra verum alium intellectum & reſponſum aſſignatum ſuperius *n.* 57. alius, & certiſſimus præſtandus erit, ut illa lex dum ſimpliciter loquitur de paupere intelligatur de paupere ſolemnitatis juxta ſubjectam mate-

materiam, juxta proximè relatas doctrinas, atque apertè demonstrant verba adjuncta, *in d. l.* 5. ibi, *aperte quando alguno que fuere pobre litigando pusiere recusacion.* Cum pauper litigans, ut excusetur ab expensis, & salariis debet esse solemnitatis, juxta supra dicta *ex num.* 110. *cum multis seq.* alius & tertius intellectus describendus erit huic *l.* 5. infra *in* 2. limitatione nostræ regulæ.

125 Et pro perfectione hujus limitationis positæ *ex n.* 110. ut pauper solemnitatis loco fidejussionis admittatur ad cautionem juratoriam; eam tenetur præmittere, nonnulla necessaria animadvertenda erunt, primum, quod pauper fidejussionem illam ad cautionem tenetur præstare intra terminum viginti dierum, intra quem fidejussionem præstare tenebatur supplicans, ut advertunt & juridicè Gund. de Paz & Villadiego citati ad litteram superiùs *n.* 5. *&* *n.* 7.

126 Et insuper non unum tantum juramentum, sed duo præstare debet is qui loco fidejussionis admittitur ad cautionem juratoriam, unum quod ob paupertatem se non posse fidejussorem dare, text expressus, *in Authent. generaliter, C. de Episc. & Cler.* ibi. *tactis evangeliis affirmabit se fidejussorem dare non posse*, melior text. *in l. n.* §. *omnes vero, C. de assertione tollenda*, ibi, *omnes verò qui pro libertate periclitantur, siquidem possunt fidejussorem dare, cum exigi, sin vero revera datio ejus impossibilis eis sit, hocque judici manifestè ostendatur; juratoriæ cautioni committit*, Bald. *in l.* 1. §. 1. *n.* 3. *C. de assertion. tollenda, in cons.* 178. *num.* 2. Natta *cons.* 116. *num.* 9. *&* 11. Cornel Benincass. *de paupertate, special.* 9. *in judiciis, n.* 15. Julius Clarus *receptar. sentent. lib.* 5. §. *fin. quæst.* 46. *n.* 15. Seraphin. *de privileg. juram. privileg.* 18. *in fin.* Surdus *decis.* 141. *n.* 11. Costa *de remed. subsidiar. remed.* 58. *n.* 11. Frec. *de præsent. instrument. part.* 9. *quæst.* 6. *nu.* 2. Ozascus *decis. Pedemont.* 70. *n.* 70. de Graffis *de except. exceptione.* 32. *nu.* 120. *cum seqq.* Giurba *decis.* 4. *num.* 34. Aretin. *de fidejussorib.* 1. *part. in prælud.* 2. *part. cap.* 25. *alias* 34. *nu.* 4. Sanchez *de matrim. lib.* 10. *disp.* 18. *quæst.* 2. *num.* 38. Valascus *de privil. pauper.* 1. *part. quæst.* 53. *n.* 17. optimè videndus Hering. *de fidejussoribus, c.* 18. *ex n.* 119. *cum multis seqq.* qui alios quamplurimos allegant.

127 Et non solum tenetur probare impotentiam hanc, verum etiam quod pauper facit exactam diligentiam inquirendo, & reperiendo fidejussionem, & invenire non potuit, voluerunt Bartol. *in leg. qui commeatus, ff. de re militari.* Felinus *in cap. transmissa de rescriptis.* Catalia Cotta *in memor. verb. juramentum*, Cæsar Contardus *in l. unic. quæst.* 23. *num.* 5. *&* 6. *C. si moment. possess. fuerit appellat.* Julius Clarus *in pract. criminal.* §. *fin. quæst.* 46. *n.* 15. Emanuel Suarez *commun. opin. lit. F. num.* 159. Carpanus *ad statuta Mediolanen. part.* 1. *cap.* 44. *n.* 56. 57. *&* 58. Roland. *con.* 53. *n.* 5. *vol.* 2. Surd *decis.* 141. *nu.* 2. & post alios, Aretin. *de fidejussorib.* 1. *part. princ. sect.* 3. *in præludiis, c. alias.* 34. *num.* 51. *&* 52. *fol.* 253.

128 Et hoc primum juramentum pauperis, se non posse fidejussorem dare est de forma juratoriæ cautionis admittendæ, tum quia *de Auth. generaliter & l.* §. *omnes verò*, sub conditione loquuntur, quam formam induci substantialem, abundè diximus *ex num.* 74. *& seqq.* tum etiam quia per juramentum inducitur forma, nam quando lex requirit in aliquo actu Juramentum intervenire, detegitur forma Virgil. Boccac. *in constitut. Marc. glossa* 6. *num.* 164. sequitur Farinacius *in repert. de contractibus quæst.* 8. *num.* 41. ex eo etiam quia juramentum in specifica forma adimpleri debet.

129 Unum tamen advertendum erit, quod quando quis ab initio litis, vel in ejus prosequutione fecit solemnitatem pauperis, & ut talis fuit admissus per decretum Senatus; si postmodum condemnatus secundam supplicationem interponat, sufficit docere ex decreto præcedenti se tanquam pauperem litigasse, ut ad juratoriam cautionem loco fidejussionis mille quingentarum duplarum admittatur; secus si tempore supplicationis se pauperem solemnitatis probare voluerit juxta exempla superiùs adducta *n.* 14. 15. *&* 16. prout stylus communiter obtinuit.

Post hoc juramentum præstitum, & declarante judi- 130
ce locum fore juratoriæ cautioni; secundum aliud præstat pauper juramentum de observando omnia ad quæ tenetur, aliàs privilegium hujusmodi juratoriæ cautionis pauper amittit, ut pluribus Doctoribus citatis tradit Petrus *dec.* 141. *nu.* 11. Aretin. *de fidejussoribus*, ubi proximè *num.* 5. Gaill. *practicar. observat. lib.* 2. *observat.* 47. *num.* 8. Valascus *de privil. pauper.* 1. *p. d. quæst.* 53. *num.* 28. *cum seqq. & num* 22. Joseph. Iudovic. *decis. Peruf.* 63. *n.* 13. *lib.* 2. Ozascus *decis. Pedemont.* 70. *num.* 2. de Marsill. *in rubric. de fidejussoribus, num.* 166. *& seqq.* Julius Clarus *recept. sententiar. lib.* 5. §. *fin. quæst.* 46. *num.* 14. & ferè omnes alii suprà citati *n.* 12.

Secunda limitatio signanter ad nostram legem Re- 131
giam, 1. *tit.* 20. *lib.* 4. *recopilat.* de qua supra *ex nu.* 72. *cum multis seqq.* nec non aliquibus in casibus ad regulam generalem de qua *ex n.* 50. *& seqq.* quibus diximus juratoriam cautionem nullarenus esse admittendam loco fidejussionis, quando fidejussio requiritur pro forma substantiali actus, ut limitetur, quando per æquipollens satisfit principali legis fini, & intentioni.

Nam licèt firmissima regula sit quod forma dat esse 132
rei, & ejus omissio etiam in minimo vitiet actum, & quod formæ nihil est detrahendum, sed specificè, & ad unguem servanda, ex *leg. cum ii*, §. *si prætor.* 17. *vers. sed etsi non de omnibus quæsierit, quæ oratio mandat. D. de transact. l. constitutionibus* 24. *in fine*, ibi, *cui consequens est, ut ne in futurum, à forma observata disceptatur, D. ad municipal. leg. fin.* §. *fin. verò postquam, C. de jure deliber. leg.* 1. illic, *infirma enim venditio est, si hæc fuerit forma neglecta C. de decurionibus lib.* 10. *l. Julianus.* 9. §. *sed si quis rem*, in *fin.* illic, *nam mutata forma prope interimit substantiam rei. D. ad exhibendum, l. si is quis quadraginta*, 80. §. *vers. sed etsi*, ibi, *propriam formam, quæ consummatione contingit. D. ad legem falcidiam, l. quidam decedens*, 6. ibi, *nec minuere formam antiquam, D. de administr. tutor.* & est vulgata, & brocardica regula ad quam innumerabiles penè Doctores congerunt Valascus, *in axioma. lit. F. ex n.* 154. *cum seqq.* D. Joseph. Vela *dissertat.* 21. *n.* 5.

Ita ut nec per æquipollens forma adimpleri possit, sed 133
specificè *l.* 3. *fin. cum duabus seqq. qui per salutem. ff. de jurejur.* Tiraquell. *de retract. lign.* §. 1. *glossa* 21. *n.* 11. Surdus *cons.* 318. *n.* 10. Bernard. Grævæ. *concluf. pract. Camer. Imper. lib.* 1. *concl.* 2. *confid.* 1. *n.* 2. Scaccia *de commerc.* §. 2. *gloss.* 5. *n.* 22. *&* §. 1. *q.* 1. *n.* 151. *& seqq.* Valascus ubi proximè *n.* 61. plurimos refert Castillo *de usufructu, c.* 54. *n.* 35.

Et in terminis nostris, quod forma *leg. tit.* 20. *lib.* 4. 134
recopilat. quæ pro forma substantiali requirit obligationem, & fidejussionem pœnæ mille quingentarum duplarum infra viginti dies non posse adimpleri per æquipollens, probarunt expressè Villadiego *in politic. c.* 4. *n.* 240. *fol.* 95. à tergo ad litteram relatus *suprà nu.* 73. & Gundizal. de Paz *in praxi* 7. *part. tom.* 1. *cap. unic. ex n.* 99. *cum seqq. & ex num.* 96.

Ista tamen regulæ ampliatio unam fallentiam com- 135
muniter patitur; ut non habeat locum, quando lex quæ inducit aliquid pro forma respexit ad certum effectum, & finem; nam tunc quando per æquipollens consequitur idem effectu integraliter, satisfactum dicitur legis, & effectui, & intentioni, sic expressè tenent Parisius *consil.* 99. *num.* 16. *&* 17. *lib.* 3. *consil.* 20. *n.* 14. *&* 17. *lib.* 4. Rota Genuens. *decis.* 210. *n.* 2. *& seq.* & plures alii allegati superius *n.* 28. 29. *&* *n.* 30. amplissimè D. Joseph. Vela *dissert.* 21. *ex n.* 39. *cum multis seq.* ubi hujus doctrinæ plurima reddit exempla; plures Doctores in terminis refert Larrea *decis. Granat.* 78. *num.* 7. *& seq.*

Et

136 Et inter alia *n.* 42. quod licet pro forma ſubſtantiali requiratur à lege hæredem nominatim eſſe inſtituendum, exhæredandum, *leg. hac conſultiſſima* 8. ibi *Deinde exprimat nomina ſpecialiter hæredum, & dignitates ſingulorum & indivia. C. qui teſtam. facere poſſ.* §. *1. inſtitut. de exhæred. liber. leg. jubemus* 29. *in princip. C. de teſtamentis.* Adhuc, tamen hæc forma, cùm reſpiciat certum finem, & effectum, ut certò conſtet de perſona hæredis, & ut evitetur confuſio contra teſtantis voluntatem, ut *ex d. leg. hac conſultiſſima* apparet ibi, *Ne ſola nominum commemoratio quidquam ambiguitatis pariat, & in d. leg.* jubemus, illic. *Ut ſit manifeſtum ſecundum illius voluntatem.* Si per æquipollens indubitanter appareat de nomine, & perſona hæredis, valet inſtitutio, & formæ legis ſatisfit, *leg. 2. & 3. D. de lib. & poſth. leg. quoties* 9. §. *ſi quis nomen* 8. *leg. nemo dubitat*, 8. *in princip. & in* §. 1. *& D. de hæredib. inſtitut. d. leg. hac conſultiſſima*, juncta *gloſſa verbo indicia*, & ubique communis, quam reſolvit Tiraquell. *ad leges connubial. gloſſ.* 7. *n.* 138. Anton. Gomez *variar. tom.* 1. *cap. n.* 6. *&* 7. & ad eum Emmanuel Suarez *lit. F.*

137 Idem & de conditione, quam ſui natura inducere formam, ſæpè diximus in hoc cap. ſi ad certum finem, & effectum fuerit directa, non minus impleta dicitur per alium caſum ſimilem, & æquipollentem per quem eoſdem conſequatur effectus, plura jura, & Doctores adducit Vela *d. diſſertat.* 21. *n.* 43. *&* 44.

138 Unde cùm noſtra *lex* 1. *tit.* 20. *lib.* 4. *recopilat.* requirat fidejuſſionem, pro forma, ne pœnæ mille quingentarum duplarum impoſita temerè ſupplicanti fruſtretur, ſed ut certa ſit ſemper, & ſecurè exigi poſſit, adveniente caſu poterit ſupplicans loco fidejuſſionis per æquipollens, ex quo iidem omnino & finis ſecuritatis, & exactionis promptæ conſequatur, admitti, & ſatisfacere legis fini, & intentioni per effectum, ut in terminis probavit Larrea *deciſ. Granat.* 78. *tom.* 7. *n.* 2. *& per totam* deciſionem, ubi ſic Senatus ille Granatenſis per æquipollens admiſit fidejuſſionem aliàs pro forma requiſitam per noſtram *leg. tit.* 20. *lib.* 4. *recopil.*

139 Noſtræ *leg.* finis & effectus tunc per æquipollens ſatisfactus dicetur, quando loco fidejuſſionis quantitas pœnæ, vel pignus ſufficiens, deponatur penes perſonam à ſenatu electam. Nam pecunia in depoſitum poſita patenter ſtare dicitur, plurimos adduximus *hac* 1. *part. cap.* 10. *n.* 69. *&* 70. & quoniam, qui tenetur dare

140 fidejuſſorem, liberatur, dando pignora ſufficientia invito creditore Bartol. *in leg. plus cautionis* ubi Decius *n.* 3. *ff. de reg. juris*, idem Bartol. *in leg. prætoriæ* 3. *de prætor. ſtipulat.* Bald. Cynus Alexand. & alii, *in leg.* 1. *C. de procuratoribus* Bartol. Alexand. & alii *in leg.* 1. *ff. qui ſatiſd. cogant.* Albanus *concil.* 338. *n.* 8. *Nepit. ſuper conſuetud. Cataniæ tit.* 1. *conſuet.* 4. *num.* 10. *&* 11. Joan. Andreas *ad ſpeculat. in tit. de ſatiſdatio.* §. *dicto in princip. & tit. de pignoribus in Rubr.* Alexand. *n.* 6. Jaſon. *n.* 17. *in leg.* 1. *ff. qui ſatiſd. cogant.* Neguſantius *de pignor. in* 5. *part. principali n.* 4. *&* 5. Marſil. *in Rubrica de fidejuſſoribus ex num.* 296. *cum ſeqq.* Aretinus *de fidejuſſoribus*, 2. *part. ſect.* 10. §. 11. *per totum*, *fol. mihi* 947. idem etiam quando quis tenetur dare fidejuſſionem ſi deponat pecuniam liberatur à fidejuſſione promiſſa idem *eadem ſect.* 10. §. 63. *fol.* 1050. & loco fidejuſſionis eſſe admittenda pignora, innegabile eſſe probat Joſeph. Ludovic. *in deciſ. Peruſ. in deciſ.* 63. *num.* 20 *& num.* 14. *&* 15. per Menoch. de Graſſis *de exceptionibus except.* 3. *n.* 122.

142 Imò plus cautonis eſt, dare pignora, quàm fidejuſſores *l. plus cautionis*, *D. de reg. juris*, §. *furti autem*, ibi, *quia expedit ei pignori potius incumbere*, *quàm in perſonam agere inſtitut. de obligat. ex delict. naſc.* a-

143 gnolus, & Decius *in d. leg. plus cautionis.* Jacob. de Graſſis *loco citato*, *n.* 23. Pirrus Maurus *d.* §. 10. *num.* 2. & dare pignora æquipollet datio fidejuſſionis, *leg. fin.* § *ſi legatarius*, *ff. quorum legatorum*, *leg* 1. *ſemper. D. ut legator nomine caveatur*, *leg.* §. *jubet. ff. de collat. bonor. leg.* 4. *D. de liberat. legata. promiſſor.* §. *ult. D. de conſtitut. pecun. Julius Pacius*, *Antinom. juris*, *centur.* 1. *quæſt.* 77. Henrigius *in quæſt. juris*, *quæſt.* 36. *n.* 34. *& ſeqq.* Hypolit. de Marſillis *in Rubr. de fidejuſſoribus.* 247. Alexand. *concil.* 65. *vol.* 5. Albanus *d. concil.* 338. *n.* 8. *vol.* 2. Joſeph. Ludovic. *in deciſ. Peruſin.* 63. *n.* 14. Hugo Donellus *de pignoribus in principio inter tract. de pignorib. diverſor.* Graſſis *de exceep.* 32. *n.* 124.

144 Quidquid in contrarium autumat Anton. Henrigius *de fidejuſſoribus. cap.* 18. *ex num.* 68. *& ſeq.* per paucos Doctores nec, *leg. ſolvitur*, §. 2. *leg. item liberatus*, *& leg. penult. ff. quibus mod. pign. vel hypothec. ſolv.* quibus ipſe nititur nihil ad rem pertinent, nec ſatisfacit ad innumerabiles pene Doctores quos *hum.* 69. in contrarium allegat, aſſeverantes, quod relaxatus à carcere ſub cautione fidejuſſoria ſatisfacit, & liberatur dando pignora, & ſe obligando judicio ſiſtere, adeo ut ſi Judex eum non relaxet ſub iſtis pignoribus teneatur actione injuriarum.

145 Imò ipſe Henrigius *in num.* 84. conſtanter tenet, quod ſi ſtatutum requirit fidejuſſionem præſtari, intelligitur ſi fidejuſſor haberi poſſit, aliàs per pignoris præſtationem, vel depoſitum ſatisfaciet ex Cephal. *conſil.* 89. *n.* 10. *lib.* 1. Horatio Carpano *ad ſtatut. Mediolanen. p.* 1. *c.* 44. *n.* 51. *&* 52. Alexand. Rebuffo, & M. Vivio, & M. Mantura *ſingulari* 324. *n.* 2. & ideo ipſe non erit audiendus contra tot Doctorum catervam, quos ſi vidiſſet, facilè à ſua opinione irrationabili receſſiſſet.

146 Hujus doctrinæ clarum adeſt exemplum in determinatione Senatus Granatenſis, teſte Larrea *in dicta deciſione Granatenſi* 78. iniqua intimata ſententia reviſionis minori condemnato, & jus tutori, ſtatim conſtituerunt mandatum ſpeciale ut procurator compareat, & interponeret ſecundam ſupplicationem in Senatu, & ut minoris bona, nec non tutoris tanquam fidejuſſoris obligaret ad pœnam mille quingentarum duplarum pro ſatisfactione legis regiæ, ita ut ex tunc illi maneant obligati, procurator intra terminum comparuit interponendo ſupplicationem, & ſimul præſentando mandatum illud obligationis, & fidejuſſionis tranſacto termino viginti dierum, adverſarius dixit, repellendam fore ſupplicationem eo quod procurator virtute mandati non ſe obligavit intra terminum; & juxta formam *d. l.* 1. *tit.* 20. *lib.* 4. *recopilat.* pro parte pupilli inter alia reſpondebatur ex integro fuiſſe legis formæ ſatisfactum, ſi non ſpecifica forma ſaltem per æquipollens, ut ex pluribus comprobat ipſe Larrea *ibidem*, *ex n.* 7. *cum ſeqq.*

147 Quia ex illa mandati præſentatione ſimul cum ſupplicatione, tacitè intelligebatur ſe uti voluiſſe mandato, ad obligandum principalem, & fidejuſſorem, cùm aliter non potuiſſet ſuſtineri actus ſupplicationis à ſe geſtus, eoque animo ſimul exhibuit mandatum, ex quo tacita oriebatur obligatio utriuſque; & ſi expreſſè de ea nihil actum fuiſſet juxta gloſſ. *verb. furioſi. in l.* 3. §. *& ſi furioſi*, *ff. de negotiis geſtis*, quæ adducit *l. at qui naturæ* 20. §. *ſi libero*, *ff. eodem*, facit *l. ſi is*, *cum quo* 20. *ff. communi dividundo l. igitur* §. *fin.* & ibi *gloſſa final. ff. de liberali cauſa*, *l. apud antiquos*, *C. de furtis. juncta gloſſa fin. eadem gloſſa*, *verb. agitur*, *in l. non omnes ff. ſi certum pet.* & licet non ageretur, ut in hoc caſu etiam ſolet tacitè oriri obligatio, *ſi is qui* 13. §. *ſi libero*, *ff. commodati.* in illis verbis, *plerumque enim accidit*, *ut ultra id quod agitur*, *tacita obligatio naſcatur*, & de effectu taciti Menchaca *controverſiar. illuſtr. c.* 33. *n.* 26. Tuſchus *lit. T. concl.* 8. Novarius *q. forenſ. lib.* 1. *q.* 95. *n.* 9. latiùs exornat de la Rea *d. deciſ.* 78. *ex n.* 10. *cum ſeqq.* mirabiliter etiam conducunt, quæ de pacto tacito ex aliquo actu externo, inducto per legem diximus *infra* 2. *p. c.* 26. *n.* 51. 52. *&* 53. per plura jura & Doctores, nam cum ex hac tacita obligatione orta ex facto procuratoris, fidejuſſor & principalis remaneant obligati,

& legati,

& ligari, & ex ea possint conveniri, & pœna exigi, ac si fuisset expressa, quia taciti & expressi, idem est judicium, ideò admittendam esse formam per æquipollens, cum ex eo idem effectus sequebatur, & æquè fini & intentioni legis satisfiat, per Senatum determinatum fuit, supplicationem esse admittendam, & illi deferendum.

148 Ex hac secunda limitatione, de qua *ex. n.* 131. *cum tot. seqq.* per quam admittimus fidejussionem pro forma requisitam per æquipollens, putà per pignora, vel depositum quantitatis, vel rei sequestrum, multæ leges juris communis, & regiæ recipiunt verum intellectum & interpretationem, multæque Doctorum affectiones rationem, & efficax fundamentum, quæ aliàs periclitari videbantur, & in primis infertur *d. Authent. quæ supplicatio, C. de precib. Imp. offer.* per quam determinatur, quod interposita supplicatione à Præfecto Prætore ad Principem per condemnatum, si victrix petierit rei judicatæ interim executionem; tenetur dare fidejussionem de restituendis rebus, vel pecuniis, sibi ex executione traditis in casu succumbentiæ in judicio supplicationis, & per illud retractetur res judicata, & executio præcedens, in tantum ut hæc fidejussio sit de forma substantiali requisita *ab. Authent. quæ supplicatio*, juxta magis veram & certam opinionem, de qua *supra num.* 23 *&* 24.

149 Propter quod maximè controversum fuit inter Doctores, an pauper victor, qui supplicatione pendente, postulat suæ rei judicatæ executionem, si nullo modo potest fidejussionem dare, an admittatur ad juratoriam cautionem, nonnulli ex relatis superius *n.* 17. *& seqq.* absolute admittendum esse tenuerunt: cæteri verò, nec non alii plures metu formæ requisitæ attentiùs considerarunt, & non juratoriam cautionem esse admittendam, sed remedium adhibuere, per quod & formæ & impossibilitati ejus, quia ad fidejussionem erat formaliter adstrictus, consuleretur, nempe quod res, vel pecuniæ non traderentur petenti executionem, sed manerent in depositro, aut sequestro, donec penderet judicium supplicationis, ut ei tradantur, qui in ea obtinuerit, cùm hoc modo per æquipollens satisfiat principali illius legis fini, intentioni, & effectui, cum per depositum, vel pignora satisfactum dicatur obligationi satisdandi, ut latius est videre *ex n.* 140. *cum multis seqq.* Hujus opinionis fuerunt Apostilla *ad Guid. Papæ, decisione* 189. Seraphinus *de privilegiis pauperum, privileg.* 18. *n.* 41. Gail. *lib.* 1. *observ.* 154. *n.* 2. Afflictis, & Ursilla *decisione* 79. *& decis.* 155. Petrus Gregorius *de judic. causar. feudal. q.* 52. *n.* 11. Riminal. senior. *cons.* 389. *nu.* 21. *volum.* 2. & ex aliis tenet Giurba *decis.* 24. *num.* 27. *&* 42. & signanter *num.* 43. pro quo allegat. Carol. de Tapia *l.* 2. *de jure Neapol. tit. de offic. sacr. consil. pragmat.* 5. Raudensis *consil.* 61. *n.* 13. Tuschus *practic. conclus. lit. C. conclus.* 175. *num.* 3. *&* 17. Costa *de subsid. remed.* 59. *nu.* 11. Rol. à Valle *cons.* 43. *à n.* 49. *vol.* 2. qui per totum concilium latè pro utraque parte articulum istum examinavit, & tandem *ex dicto n.* 49. ita concludit per plura fundamenta, & authoritates, ut loco fidejussionis fiat pecuniæ, vel rerum depositum, & sequestrum. Idipsum concludit Trentacinq. *lib.* 2. *tit. de appellationib. resolut.* 1. *n.* 9. Caravita *ritu* 252. hanc quæstionem ad partes disputavit abundè Giurba *d. decis.* 4. *per totam, & tandem* 27. 42. 43. & 44. ita resolvit, *& n.* 49. ita determinasse Senatum omnium communi voto, anno 1611. Decemb. eandem resolutionem contra Guido Papæ tenuerunt Anisius *in praxi judic.* §. 31. *c.* 2. *ampliat.* 9. *n.* 8. *versic. contrarium.* Aretinus *de fidejussoribus*, 3. *part. princip. in prælud. sect.* 3. *c.* 4. alias 13. *fol.* 160, & *c.* 25. aliàs 34. *n.* 54. *fol.* 254. idem expressè determinasse Senatum Pedemontanum testatur Thesaurus *quæstion. forens. lib.* 1. *quæstion.* 87. *n.* 7. per quem solum idem firmat Valascus *de privileg. pauperum, p.* 1. *q.* 53. *num. fin.*

150 Quæ opinio, & vera resolutio ad interpretationem *Authent. quæ supplicatio*, requirentis pro forma substantiali fidejussionem, non tantùm formæ prædictæ non refragatur, quin potius ei adhæret, dum ob pauperiatem, & impotentiam satisdandi admittit implementum per æquipollens; nempe depositum, & sequestrum, per quod locò fidejussionis satisfit principali Authenticæ fini & intentioni juxta supra scripta fundamenta *ex num.* 131. *cum seqq.* prorsus excludit juratoriam cautionem, quam in casu *d. Authent. quæ supplicatio*, prorsus explodunt Doctores omnes hactenus relati, obstante forma *dict. Authent.* quorum resolutio rationem & fundamentum in æquipollenti recipit, quam ipsi non considerarunt saltem explicitè; ex quibus clarè respondetur secundo fundamento in contrarium considerato superiùs *ex nu.* 17. *cum seq.* cum *forma dict. Authent.* non suppleatur per juratoriam cautionem, sed per æquipollens, prout etiam diximus *suprà.*

Secundò infertur *ad l.* 1. *& l.* 4. *C. de usufruct. l.* 1. 151
ff. de usufructuar. quemadm. cav. apperens fidejussionem de utendo, & fruendo, & restituendo proprietatem rerum absque diminutione aliqua. Sed an quando fidejussio hæc pro forma requiratur, ad hoc ut propter paupertatem, & impotentiam satisdandi admittatur, vel excludatur usufructuarius à juratoria cautione. Duæ sunt contrariæ opiniones, de quibus superiùs *ex num.* 53. *cum seq.* quidam negant & admittunt juratoriam cautionem, qui citantur *num.* 54. si hæc opinio fuisset vera, nihil nostræ suffragatur tractanti de fidejussione requisita per formam, sed subjicitur primæ regulæ, de qua surfum *ex num.* 36. *cum multis seq.*

Alii requiri pro forma firmiter tenuerunt relati 152
suprà num. 53. si horum opinio vera sit, juratoriam cautionem prorsus excludit forma requirens fidejussionem, ut tenent Doctores ibidem relati, imò omnia quæ dicta remanent *num.* 50. *cum multis seq.*

Si tertiam opinionem (quæ procul dubio verior, 153
æquior & receptior est) sequamur, medium inter has tenentium, quòd si propter inopiam & impotentiam usufructuarius præstare non possit fidejussionem, non admittatur ad cautionem juratoriam, cum per eam nullo modo satisfiat formæ legis: sed quod bona sequestrentur, & in depositum tradantur proprietaria ipso, ita tamen quod usufructuario caveat de præstandis annuis fructibus, seu redditibus, vel alteri personæ fideli & idoneæ, ut ea administret, & correspondeat annuatim de fructibus usufructuario, cujus sunt ejus vita, vel usufructu durante, quo finito restituat proprietario bona ipsa. Hæc opinio similiter non solum excludit juratoriam cautionem; verùm & adhæret formæ fidejussionis, cui licèt ob impotentiam satisfieri non possit specificè, admittit tamen satisfactionem formæ per æquipollens; nempe depositum, & sequestrum, ex abundè comprobatis *ex num.* 131. *&* signanter *ex n.* 140. *cum multis seq.* & per totam hanc secundam limitationem.

Hanc opinionem æquiorem dicentes tenent Salycet. *in l.* 4. *C. de usufruct. n.* 2. Angelus *in l. hac edictali* §. *his illud, n.* 6. *C. de secundis nuptiis.* Gulielm. de Cun. Ruinus, & alii quos sequitur Bellonus *in Concil.* 54. Cavalcanus *de usufr. mulier. relict. nu.* 150. Sylvanus *Concil.* 37. *num.* 8. citans Bald. Roman. & alios dicens magis communem, veriorem magis vicinam veritati dixit Surdus *decis.* 141. *n.* 13. *in fin. & num.* 14 *&* 15. veriorem & benigniorem dicit Andr. Gaill. *lib.* 2. *observat.* 47. *n.* 13. ubi quod hanc opinionem Senatus sequutus fuit, à qua in judicando recedendum non est Ruinus *in cons.* 51. *n.* 8. *& in cons.* 206. *n.* 25. *vol.* 2. Mising. *observat. centur.* 6. *observat.* 48. *num.* 8. veram dicit & æquiorem Castillo *de usufruct. cap.* 18. *n.* 19. *&* 20. licet *n.* 21. relinquere voluit arbitrio judicis; & per Gulielm. de Cun. Bart. Paul. de Castrens. Ruinum, & alios tenet Roland. à Valle *concil.* 43. *num.* 51. *vol.* 2.

sequitur

sequitur Barbosa *in divortio* 8. §. *interdum. n.* 28. *versic. nec obstant adducta in contrarium*, *ff. soluto matrim.* plures referens sequitur Seraphinus *de privileg. juramen. privileg.* 18. *n.* 41. Aretinus *in fidejussoribus*, 1. *part. princip. sect.* 3. *in præludiis ex n.* 31. *fol.* 221. allegat ad id Gabalin. *mille. loquio* 526. *dilectum*, *de arte tellandi*, *tit.* 8. *de variis tenuto. præcept. caut.* 1. *n.* 1. de Franchis *decis.* 497. *n.* 11. *&* *n.* 6. *part.* 2. Anton. Enrigius *de fidejussoribus*, *cap.* 5. *n.* 204. Cæsar Contard. *in l. unica quæst.* 23. *n.* 9. *&* 10. *C. de fide moment. possess.* & alios plures, & *nu.* 27.

154 Tertio infertur ad textum *in l. si constante* 25. §. *quoties ff. soluto mart.* cujus verba ad litteram adduximus *supra n.* 50. ex qua disponitur quòd si maritus bonis dotalibus frui velit per annum tenetur cavere hæredibus mariti de restituenda dote anno transacto, quia si fidejussionem hanc præstare vir non potest, in depositum & sequestrum deponuntur bona penes hæredes, cogiturque vir prætmaturè restituere pro securitate hæredum; ita tamen, ut fructus, & interusurium illius medii temporis reversetur marito, & ei annuatim præstentur: non tamen maritus ob impotentiam loco fidejussionis admittitur ad juratoriam cautionem, ut ex Franchis *dec.* 118. *nu.* 4. *&* 5. *p.* 1. tenet Aretinus *de fidejussoribus*, 1. *part. sect.* 3. *in prælud. cap.* 29. alias 29. *per totum*, *fol. mihi* 228. & in aliis Codicibus *fol.* 137. Valascus *de privilegiis pauperum*, *quæst.* 53. *nu.* 1. *&* *nu.* 40. *&* 24. Barbosa *in l. divortio*, §. *interdum*, *nu.* 30. *versic. nec etiam obstat*, *ff. soluto matr.* quoniam per hoc depositum & sequestrum consulitur utrique parti, & per æquipollens satisfit principali, *l.* intentioni, effectui, & formæ.

155 Infertur quartò, ad text. *in l. litibus* 19. §. *fin autem moris*, *C. agricolis & censitis*, *lib.* 11. ibi, *tunc si quidem fidejussor. d. colonis detur*, juncto §. sequenti, *si autem fidejussione cessante*, *ad sequestrationem rei veniant*, *& pecuniæ deponantur ex earum summa tanta judicis separare*, *quanta ad publicas sufficiat functiones*, &c. per quam loco fidejussionis, quæ præstari non potest, admittitur depositum, & sequestrum, per quod satisfit legis præcepto per æquipollens, non tamen admittitur cautio juratoria.

156 Infertur quintò, ad text. *in l.* 1. §. *fin. ff. qui satisdare cogantur*, ibi, *si satisdatum pro re mobili non sit*, *apud officium deponi debet*, *si hoc judici sederit*, *donec vel satisdatio detur*, *vel lis finem accipiat.* Et infertur pariter *ad l. filius fam.* 117. §. *idem Principes*, *ff. de legatis* 2. *&* *ad l. postquam.* §. *Imperator*, *in fin. ff. ut legator. seu fideic. nomine caveat.* quibus pariter idem intellectus, & ratio adaptatur.

157 Sextò infertur ad plures leges Regias de quibus superiùs *ex nu.* 59. *cum multis seqq.* nempè *l.* 4. *tit.* 21. *lib.* 4. *recopilationis*, ex qua pro forma requiritur fidejussio, nec ob impotentiam admittitur juratoria cautio, quando petitur executio sententiæ arbitrariæ; item etiam *l.* 2. *dicto tit.* 21. *lib.* 4. *recopilat.* ubi etiam ut in via executiva exequatur sententia addictionis, hoc est, *de remate*, requiritur pro forma fidejussio præstanda per creditorem, quæ nec ob impotentiam creditoris suppletur per cautionem juratoriam, ut ibidem abundè fuit probatum.

158 Fatemur tamen juxta stylum tribunalium frequens, de quo testamur & Nos, ut ne jus partis pereat, nec executionis suspensione detrimentum patiatur, fieri solet executio, res verò, vel pecuniæ non traduntur creditori, sed deponi, & sequestrari jubentur; donec lis finiatur, & vel executio confirmetur, vel revocetur in gradu appellationis, quod etiam asserit Valasc. *de privileg. pauperum*, 1. *p. d. q.* 53. *n.* 44. *&* 45. ex quo putavit exire à difficultate earundem legum, cum revera per hoc remedium magis confirmetur, ut quoties fidejussio requiritur pro forma, non admittatur juratoria cautio ob impotentiam & paupertatem, nisi saltem per æquipollens formæ satisfiat, nempe per depositum, vel sequestrum juxta latè comprobata *ex n.* 131. *cum seqq.* ut contra ipsum Valascum annotavimus sursum *num.* 67.

Sed quid respondebis quarto argumento superius ap- 159
posito *n.* 28. 29. 30. *&* 31. quo diximus supposito implemento formæ per æquipollens, juratoriam cautionem subrogari in locum fidejussionis, ut ex pluribus juribus ibidem relatis videmus, & subrogatum sapit naturam ejus in cujus locum subrogatur: ergo per juratoriam cautionem tanquam æquipollens suppleri debet fidejussio pro forma requisita.

Cui difficultati facillimè occurres, si consideres, 160
quod per cautionem juratoriam non satisfiat fini, & effectui *l.* 1. *tit.* 20. *lib.* 4. *recopilat.* licuti huic argumento respondet Giurba *dec.* 4. *n.* 41.

Sed ut evidentius respondebis, quod aliud est 161
subrogatio, aliud verò æquipollens; nam potest quid subrogari in locum alterius rei, & ei non æquipollere, nec æquivalere. Finge, promitto tibi equum, si habuero, vel asinum, asinus est subrogatus in locum equi deficientis, non tamen æquipollet, nec æquivalet valori equi, in cujus locum subrogatur: non est dubitabile, quod per aliqua jura lex contentatur juratoria cautione, quando fidejussio haberi non potest. Sed non dat ei æquivalentiam, nec facit æquipollens, quo solùm satisfit legis formæ, & fini. Si enim juratoria cautio suisset æquivalens, & æquipollens fidejussioni requisitæ sub forma admitteretur indubiè: at quantum eidem resistat forma, jura & doctrinæ hactenus *ex n.* 50. relatæ testentur, & æquipollens, per quod satisfiat fidejussioni formali, solum potest dici depositum, aut pignus, ut annotavimus superius *ex n.* 140. *cum multis seqq.*

Et tandem declarabis doctrinam Gundis. de Paz & 162
Villadiego, quos retulimus *supra. n* 134. dicentium in casu nostræ *l. tit.* 20. *lib.* 4. *recopilat.* non admitti formæ implementum per æquipollens: quoniam in casibus à se propositis, putà quando fidejussionem in termino post terminum præsentavit supplicans, obstante *d. l. regia*, id simul requirente pro forma, ut ad longum prosequitur Larrea *dec. Granatens.* 78. *ex nu.* 25. *&* *seqq.* & Nos sursum *à n.* 46. *cum seq.* non potest dici æquipollens, quod directò, & ex diametro opponitur formæ: tunc enim per æquipollens satisfit formæ, quando æquipollens æquivalet fini, & effectui formæ, & per æquipollens idem effectus sequatur, non aliter, ut expressè Larrea *d. dec.* 78. *nu.* 7. *&* *seqq.* & latiùs Nos *supra ex n.* 131. *&* *ex n.* 135. *&* *seqq.*

Nam cum terminus *in illa leg.* datus ad præsentandam 163
supplicationem, & fidejussionem sit forma ex dictis Doctoribus, negligentia taxati temporis tacitam inducit juris renunciationem, Riminald. junior, *concil.* 45. *n.* 64. *&* *cons.* 48. *n.* 12. *&* *consil.* 499. *n.* 21. Roman. *cons.* 431. Tuschus *lit. N. concl.* 33. *n.* 17. Carpanus *ad stat. Mediolan.* 417. *n.* 225. *tom.* 1. Giurba *dec.* 4. *n.* 1. *&* 2. imputandum namque est ei, qui sua negligentia & culpa se excluserit, & in tempore remedia apta non adhibuit, *l. veteres*, *in fin. ff. de itinere actuque priv. l. non enim ff. ex quibus causis major. l. qui repudiantis*, §. *cum contra ff. de inoffic. testam. l. rem hæreditariam ff. de quæstion. l. pupillus*, *ff. quæ in fraud. cred. l.* 4. §. *negligentia*, *ff. de fidejus. tutor.* innumerabiles penè Doctores congerit Giurba *dict. dec.* 4. *n.* 8. ubi etiam quod imputandum est ei, qui se nimium arctavit, & in necessitate posuit per plura 164
jura & Doctores, qui loquitur in terminis *dict. Authent. qui supplicatio*, *C. de precibus Imperatori offerendis.*

Tertia regula si quando lex requirit fidejussionem, 165
sive ad simplicem securitatem partis sive etiam pro forma substantiali, si ultra procedat, casum impotentiæ præveniendo ad remedium in lege præventum erit præcisè recurrendum; hujus regulæ exempla plurima habes, in quam pluribus legibus adductis superius *n.* 10. in quibus postulata fuit fidejussio, & in casu impotentiæ leges ulteriùs procedendo loco fidejussionis admiserunt juratoriam cautionem, & *ex n.* 148. *usque ad n.* 158. *inclusivè*, plura jura reperies, quæ appetentes fidejussionem,

in defectum admittuntur depositum seu sequestrum.

166 Atque ideò lex quæ loco fidejussionis (sive simpliciter requisitæ ad solam securitatem partis, juxta terminos regulæ primæ, *ex nu.* 36. sive requisitæ pro forma juxta regulam secundam, de qua *ex n.* 50.) contentatur cum juratoria cautione, vel depósito, sequestro, vel alio remedio indistinctè servanda erit, quam regulam ponit Barbos. *in l. divortio, §. interdum n.* 30. *verf. nec etiam obstat, ff. soluto matr.* ex Roderico Suarez sequitur Valasc. *de privileg. pauper. 1. p. q.* 33. *n.* 40.

167 Nam lex quæ requirit etiam pro forma fidejussionem, & potestatem habuit formam inducendi, ita & potuit eam minuere, & reformare, ad latè per Nos tradita *infra* 2. *part. cap.* 16. *n.* 48. 51. *& n.* 56. Imò & consuetudo ipsa potest tanquam lex tollere, vel diminuere, & reformare solemnitates, & formam inductam à lege, abundè Nos *supra hac* 1. *part. c. §. ex nu.* 46. *cum multis seqq.* Et Princeps potest reformare, & dispensare super requisitis formalibus nostræ *l.* 2. *tit.* 20. *lib.* 4. *recopilat.* ut tenet Paz *in prax. 7. part. tom.* 1. *cap. unic. nu.* 138. pluribus adjectis videndus.

169 Comprobatur, quia quamvis lex prohibitiva sui natura annullet actum, & inducat formam, ut latiùs probatum remanet superius *ex n.* 76. tamen si ipsa lex prohibitiva ultra progrediatur, & contra facienti pœnam imponat, à nullitate, & forma recessisse censetur, & actus validus remanet, optima Bartol. doctrina *in leg. prætor ait* 2. *n.* 4. *ff. de novi operis nuntiat.* & ibidem Paul. de Castro, & Alexand. & Jason. *n.* 11. Gregor. Lopez *in l.* 28. *gloss.* 7. *verbo contra nuestra leg. tit.* 11. *p.* 5. Molina *de primogen. lib.* 2. *cap.* 19. *à n.* 17. ubi Addition. plures congerunt Doctores, Anguan. *de legibus, lib.* 2. *controverf.* 7. *n.* 31. *cum seq. leg.* 14. *tit.* 25. *lib.* 4. *recopilat.* tradit Gutierrez *lib.* 1. *practicar. quæst.* 244. *n.* 2. ubi plures allegat.

170 Sed an possint istæ leges, quæ in aliquibus casibus ob aliquam rationem admiserunt loco fidejussionis, vel juratoriam cautionem, vel aliquod aliud remedium adhibuere, trahi ad alios casus, in quibus lex simpliciter requisivit fidejussionem, cum distinctione procedendum erit, sub qua reviviscunt duæ regulæ antecedentes. Si lex requirit fidejussionem ad simplicem partis securitatem, semper ad hanc legem trahi possunt, quæ ob impotentiam admittunt juratoriam cautionem; quia hæc conditio semper subintelligitur in legibus simpliciter apparentibus fidejussionem juxta latè comprobata in prima regula *ex n.* 10.

171 Aut lex fidejussionem requirit pro forma, & ultra procedit providendo casum impotentiæ, id omnino servandum juxta tradita *in hac* 3. *regula, ex n.* 165. & leges intra cancellos suæ dispositionis, & casus specialis sunt continendæ, & nullo modo sunt trahendæ ad alias, quæ absolutè pro forma requirunt fidejussionem, ultra non providentes casus impotentiæ, quia hæ leges absolutè loquentes absque aliqua qualitate, & modificatione semper remanent sub dispositione juris communis dicantis, quod fidejussio requisita pro forma sit specificè adimplenda, vel per æquipollens ad latissimè tradita *in* 2. *reg. ex num.* 50. in quibus si lex voluisset, ut loco formæ aliud fieret, dixisset, & expressisset, sicut in aliis in quibus voluit de remedio providere dixit, & expressit, & ex quo noluit ad ulteriora procedere, voluisse intelligitur, ut servaretur jus commune, & formæ rigor, juxta text. *in leg. unic. §. fin. autem ad deficientis, C. de caducis tollend. leg. si servus, §. prætor ait, verf. non dixit, ff. de acquirend. hæred. cap. ad audientiam* 12. *in fine de decimis cap. inter corporalia verf. unde si circa de translation. Episcop.* exornant Tiraquell. *in leg. si unquam verbo libertis, nu.* 3. *C. de revocand donatio.* Menoch. *consil.* 1. *num.* 78. *& concil.* 140. *num.* 40. Surd. *decis.* 88. *num.* 4. *& decis.* 322. *num.* 22. *& concil.* 245. *nu.* 45. Gutierrez *practic. lib.* 3. *quæst.* 22. *num.* 7. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 9. §. 1. *num.* 33. *& gloss.* 42. *nu.* 11. Cardoso *in praxi judic. verbo lex, nu.* 28. Valascus *de privileg. pauper. privil.* 9. *n.* 21. *part.* 1. & in istis, in quibus versamur terminis, expressè tenet Giurba *decis.* 4. *nu.* 52.

Ex qua doctrina infertur ad tertium intellectum 172
leg. 5. *tit.* 10. *lib.* 2. *recopilat.* de qua *suprà n.* 26. quæ in recusatione Senatoris loco pecuniæ deponendæ admittit pauperem ob impotentiam, ad juratoriam cautionem, huic legi alios duos juridicos intellectus applicuimus, unum *num.* 57. quo ostendimus, illud pecuniæ depositum non requiri pro forma, & juxta hunc intellectum non trahi potest, iste *ex* 5. ad casus sibi similes non requirentes fidejussionem pro forma ex assertione *suprà nu.* 170. secundus intellectus apponitur *suprà num.* 124. *&* 125. tertius noster intellectus ex hactenus dictis deducitur, quod etsi pro forma in casu illius *leg.* 5. requiratur depositum, & ejus loco ob paupertatem, admittitur juratoria cautio. Tamen ipsa lex sub suis limitibus contineri debet, & non trahi ad nostram *leg.* 1. *tit.* 20. *lib.* 4. *recopilat.* & alias leges absolutè requirentes pro forma fidejussionem, & ultra non procedunt, in quibus forma specificè est servanda, nam si ejus loco aliud voluerint, expressissent utique, sicut expressit quando voluit ipsa *lex* 5. quæ suis limitibus contineri debet jure communi intacto, & illæso in cæteris remanente.

Quibus sic utiliter prælibatis, non obstant argu- 173
menta in contrarium adducta superius *ex nu.* 40. *cum seqq.* quibus omnibus licet per discursum suis propriis locis abundè, & efficaciter satisfecimus: non desinam pro labore excusando hic breviter propria loca assignare, quibus latius argumenta destruuntur. Non obstant Doctores superiùs allegati *ex num.* 4. *cum seqq.* qui indistinctè loqui videbantur, ut juxta stylum supplicans, si est pauper relevetur à fidejussione mille quingentarum duplarum, & sit admittendus ad jurationem. Nam ut manifestè ostendimus *ex nu.* 104. *cum seqq.* quosdam ex Doctoribus nihil opitulari nostræ resolutioni verissimæ: cæteros verò loqui in paupere solemnitatis, ex quo regulam nostram generalem limitavimus ex vero, & certo stylo tribunalium, & qualis dicatur pauper solemnitatis declaravimus ibidem *ex n.* 109. *cum multis seqq.*

Ad primum argumentum de quo *ex num.* 10. & 174
seqq. indistinctè tendens ad probandam juratoriam cautionem concedendum loco fidejussionis, semper quod constet, quem esse pauperem, & non posse præstare fidejussionem. Respondetur procedere, quando fidejussio requiritur à lege, vel statuto, ad simplicem, & solam securitatem partis, ut per totam regulam primam *ex num.* 36. *cum seq.* secus si requiratur pro forma, ut per totam regulam secundam *ex num.* 50. & insuper ad impossibilem conditionem appositam 175
in dispositione quod vel vitiet, vel vitietur, & quod impossibilium nulla est obligatio, respondimus *ex num.* 94. *& seqq.* nullatenus posse applicari ad nostram *leg.* 1. *tit.* 20. *lib.* 4. *recopilat.* & quatenus applicetur argumentum clarè retorquetur.

Ad secundum argumentum de quo *ex n.* 17. 176
deductum ex *Authent. quæ supplicatio*, quæ licet pro forma requirat fidejussio in eo qui petit executionem suæ rei judicatæ pendente supplicatione, & nihilominus si est pauper admittitur ad cautionem juratoriam, quod reperitur *in* 3. *argumento ex n.* 23. *& seqq.* abundè respondendo, ostendimus *nu.* 57. *ex n.* 73. *& ex n.* 148. *cum seq.* veram esse propositionem, quod fidejussio in casu *d. Authent. quæ supplicatio*, requiritur pro forma, juxta ejus clara verba: *sed omnes ferè Doctores in argumento relatos, necnon alios quamplurimos prorsus excluisse juratoriam cautionem loco fidejussionis; & tertium adhibuisse remedium, nempe depositum, & sequestrum ex quo per æquipollens satisfactum sit formæ dictæ Authent.*

177 Quod

177 Quod diximus *in eodem 2. argumento num. 19. &* 20. in lege noſtra 1. *tit.* 20. *lib.* 4. *recopilat.* pauperem ſupplicantem ſolum tractare de ſe excuſando à fidejuſſione, non de aliquo jure conſequendo in damnum, & detrimentum ſui adverſarii falſum eſſe clarè oſtendimus *n.* 83. *&* *n.* 85.

178 Tertio argumento appoſito *num.* 21. *&* 22. aſſerenti quod fidejuſſio requiſita pro forma, ob paupertatem, & impoſſibilitatem ſuppleatur per cautionem juratoriam, temerariam, & falſam eſſe opinionem reſpondimus *n.* 58. eique refragari innumerabilia plenè jura expreſſa, & maximam Doctorum, atque fundamentorum catervam *ex n.* 50. & per totam regulam ſecundam.

179 Ad *leg.* 2. *& l.* 5. *tit.* 10. *lib.* 1. *recopilationis in eodem* 3. *argumento num.* 26. diſponentem, circa recuſationem Senatoris, & requirentem certæ pecuniæ quantitatis diſpoſitum, à quo pauperem excuſari ex eadem lege, & ſufficere cautionem juratoriam, tria ſcripſimus reſponſa, & intellectus variis in locis *num.* 57. 124. *&* 172. quorum quilibet deſtruit ejuſdem *leg.* ponderationem *in d. n.* 26.

18 Quarto denique, & ultimo argumento, quod formæ ſatisfiat per æquipollens, & quod cautio juratoria in caſu impotentiæ ſubrogatur in locum fidejuſſionis requiſitæ pro forma, & propterea cum ſit æquipollens per ea debet ſatisfieri formæ, prout latius continetur *ex n.* 28. *& ſeqq.* majorem argumenti fatemur, & probavimus abundè *ex n.* 131. *& cum ſeqq.* minorem vero, juratoriam cautionem æquipollere, & æquivalere fidejuſſioni requiſitæ pro forma: falſam eſſe oſtendimus *ex n.* 159. *cum ſeqq.*

181 Deſtructis igitur omnibus contrariis, prælibata, & conſtans remanet regula, quod ſecundam ſupplicationem interponens nullatenus excuſetur à fidejuſſione pro forma requiſita *in leg.* 1. *tit.* 20. *lib.* 4. *recopilat.* quantumvis conſtiterit de paupertate, & impoſſibilitate cavendi niſi talis pauper ſolemnitatis ſit, & probet tria millia marapetina in bonis non habere, ad latè tradita *in reg.* 2. *ex nu.* 50. & in ejus limitationem prima *ex nu.* 109. *cum multis ſeq.*

182 Hinc inde pedetentim labimur in noſtram principalem quæſtionem, an debitor, qui pendente concurſu à ſe formato inter ſuos creditores ſeorſum reportavit contra ſe ſententiam reviſionis in Cancellaria, vel conſilio, ſuper aliquo majoratu, vel re ardua, à qua ſecundam ſupplicationem ad perſonam Principis interpoſuit, & ſimul intra terminum cautionem juratoriam præſentavit allegans ſe pauperem, & non poſſe, ut talem dare, nec reperire fidejuſſionem, & ad paupertatem ſuam probandam exhibet teſtimonium concurſus pendentis inter ſuos creditores, an ſit relevandus à fidejuſſione per legem requiſita: ardua quæſtio eſt.

183 In qua pro parte negativa, non eſſe nempe relevandum debitorem tanquam pauperem ex concurſus pendentia, à fidejuſſione penè mille quingentarum duplarum, nec admittendum eſt ad juratoriam cautionem ob paupertatem, & impotentiam; probatur primò, quoniam licet cedens bonis pauper ſit, & miſerabilis perſona, ut mox dicemus, in tantum quod per ſolam ceſſionem bonorum cedens probetur pauper, ut per text. *in c. Odoardus; de ſolutionibus*, probarunt Innocent. & cæteri *ibid.* Alexand. *in l. ſi conſtante*, *num.* 13. *ff. ſoluto matrim.* Maſcard. *de probationib. conſ.* 1159. *nu.* 29. Didacus Perez *in l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 3. *ordin. in gloſſ. verb. pobres*, *col.* 3. *verſ. ex qualitate vero.* Sebaſtian. Medices *de caſibus fortuit.* 2. *p. q.* 4. *n.* 7. *verſ. ſextò*, idem Medices *in tract. mors omnia ſolvit* 1. *part. num.* 103. *pag.* 3. *verſ. nono ſi ceſſit bonis.* Velaſcus *de privileg. pauper.* 1. *part. quæſt.* 5. *n.* 41. Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. tom.* 4. *p.* 660. *num.* 10. *verſ. nec obſtabat.* Seraphinus Olivarius *deciſ.* 1098. *n.* 2.

184 Tamen cedens bonis, etiam in caſibus in quibus alias ceteri loco fidejuſſionis admittuntur ad juratoriam cautionem ipſi prorſus denegatur imploranti, tenet de Marſilis *in Rubrica, ff. de fidejuſſoribus*, *n.* 116. *cum ſeqq.* Jaſon. *in leg.* 1. *n.* 23. *ff. quis ſatis dare cogantur.* Becius *conſ.* 1. *num.* 18. 19. 20. 22. *&* 25. Sebaſt. Medices *de caſibus fortuitis*, *part.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 13. Millis *in repertor. in littera F. num.* 11. Aretinus *de fidejuſſoribus* 3. *part. princip. ſect.* 3. *in præludiis*, *cap.* 25. aliàs 34. *n.* 6. *fol. mihi.* 252. Ergo ſupplicans debitor concurſu à ſe formato pendente, quantumvis pauper dicatur, fruſtra poſtulat ad juratoriam cautionem admitti loco fidejuſſionis à lege Regia requiſitæ.

Secundò fortiter probatur, nam licèt debitor, eo 185
ipſo quod cedit bonis, pauper dicti poſſit, & verè pauper ſit, debitor tamen qui in noſtris Hiſpaniarum Regnis format concurſum creditorum pauper dici non poteſt, eodem concurſu pendente. Differentiæ ratio ea eſt, nam ſimplex ceſſio bonorum, nunquam fit niſi ſuper re jam judicata, vel confeſſione ipſius debitoris, qui debita fatetur, abundè nos *ſuprà hac* 1. *p. c.* 1. *nu.* 25. *&* 3. *p. cap.* 16. *n.* 31. *&* 32. & cùm fiat poſt rem judicatam vel debiti confeſſionem ipſa ceſſio magis dicitur dari in ſolutum, diximus *in d. c.* 1. §. 1. *n.* 39. *&* 40. & propterea in ſimplici cedente, ceſſio dicitur alienatio juxta ejus definitionem, prout annotavimus *d.* §. 2. *nu.* 27. 19. *&* *n.* 28. ita ut nec unum denarium penes ſe remanere poſſit 1. *p. c.* 1. *ex n.* 13. *cum ſeqq. & ex n.* 20. *&* 2. *p. cap.* 1. *n.* 14. ideò nihil mirum ut ceſſione facta pauper, & miſerabilis perſona dicatur.

At in formante concurſus judicium hæc ratio ceſſat, 186
cùm illud formetur ante rem judicatam, & debitorum confeſſionem, cùm potius concurſus deſtinetur, ut judicium plenarium, & cum plena cauſæ cognitione formetur, & proſequatur, quo diſceptatur de viribus jurium creditorum, & ideo quouſque ſententiæ graduationis ferantur, & bona pro ſatisfactione creditorum diſtrahantur, debitor ipſe retinet ſuorum bonorum dominium, & poſſeſſionem. Hanc differentiam inter concurſus judicium, & ſimplicem ceſſionem bonorum annotavimus *ſuprà hac* 1. *part. cap.* 1. *n.* 23. *& ſeq. & num.* 25. *&* 3. *part. cap.* 5. *num.* 31. *& ſeq. & cap.* 11. *num.* 16. & ſola adminiſtratione privatur, *d. cap.* 5. *num.* 32. *&* 1. *part. cap.* 14. *ex num.* 1. *& ex n.* 35. Ergo debitor litem creditorum formans dum bona ſua non diſtrahuntur, pauper dici non poteſt, & per conſequens ſecundam ſupplicationem interponens relevari nullo modo poteſt à fidejuſſione mille quingentarum duplarum, nec ejus loco admitti ad cautionem juratoriam.

Tertiò, & pro hac parte negativa fortiter urget tota 187
regula 2. de qua ſuperius *ex num.* 50. *cum multis ſeqq.* ubi per plurima jura, urgentiſſima fundamenta, & magnam Doctorum catervam evidentiſſimè probavimus, quod quando fidejuſſio requiritur à lege pro forma ſubſtantiali, quantumvis de paupertate, & impoſſibilitate præſtandi fidejuſſionem doceatur, & evidenter conſtiterit, cautio juratoria ejus loco non admittatur, & ſignanter hanc regulam de plano procedere in determinatione *leg.* 1. *tit.* 20. *lib.* 4. *recop.* requirentis fidejuſſionem pro forma aliter non poſſe admitti ſecundam ſupplicationem concludenter probavimus, abundè *ex nu.* 72. *cum multis ſeqq.* tam ex fundamento regulæ 188
generalis, quàm ex variis aliis, & peculiaribus fundamentis materiæ ejuſdem *leg.* 1. conducibilibus. Ergo quamvis fateamur debitorem formantem concurſum inter ſuos creditores eſſe pauperem, & ex concurſus 189
pendentia ſola probata dicatur ejus paupertas, adhuc ſecundam ſupplicationem emittens in aliqua cauſa nullo modo debet admitti ad juratoriam cautionem loco fidejuſſionis pro forma requiſitæ.

Sed adhuc iis admodum urgentibus fundamentis minimè refragantibus, contrariam ſententiam, imò debitorem bonis cedentem, vel concurſum formantem, & ſupplicantem ad perſonam Principis debere admitti

ad cautionem juratoriam loco fidejussionis à lege regia
t. tit. 20. *lib.* 4. *recopilat.* requisitæ veriorem regulari-
190 ter, & certiorem juxta stylum tribunalium saltem pro-
bavimus. Nam debitore formante judicium concursus
(quo inhibita cessio bonorum ex propria judicii, &
actus natura diximus *hac* 1. *p. c.* 28. *n.* 5. & alibi passim)
nullus pauperiora. Nam is eo ipso, quod format con-
cursum, universum patrimonium suum abdicat à se, &
in manibus curiæ ponit, absque unius denarii refer-
vatione; ut abunde diximus 1. *p. c.* 1. *n.* 13. *& cap.* 3.
191 *exnum.* 1. *& cap.* 13. *n.* 10. *&* 2. *p. cap.* 1. *n.* 14. qui
procul dubio juxta naturam actus, tria mille matapetina
habere non potest, & per consequens solemnitatis
pauper est, & ut talis attur casu curiæ, & relevatur
ab omnibus expensis, & salariis officialium, ad latis-
sime tradita *supra n.* 110. *& ex n.* 112. *cum seqq.* &
quod debitor formans concursum inter suos creditores,
tam quam pauper solemnitatis admittatur ad casum
curiæ, probavimus superius *hac* 1. *part. cap.* 2. *ex n.*
34. *cum seqq. n.* 28.

192 Igitur cum iste debitor verè pauper sit solemnita-
tis, eo ipso quod format concursum, meritò secundam
supplicationem interponens relevatur à fidejussione
requisita per legem regiam, & ejus loco admitti debet,
ad juratoriam cautionem, juxta stylum tribunalium
admodum comprobatum *ex n.* 210. *cum multis seqq.*
omnia etenim ibidem adducta indistinctè adaptantur,
& applicantur hujusmodi debitori, qui scienter ex con-
cursus pendentia de qua Senatui docetur, pauper so-
lemnitatis dicitur. Et tanquam talis secundò supplı-
cans relevari debet à fidejussione, & ad cautionem
juratoriam admitti.

193 Hæc tamen resolutio aliquibus modis temperanda,
& limitanda erit, & primò ut procedat dumtaxat quan-
do judicium concursus verè, & realiter, & cum omni-
bus suis requisitis sit universaliter formatum, & pen-
dens, non tamen quando ob defectum alicujus requi-
siti necessarii fuerit, & appareat fictum, fraudulentum,
& simulatum, quia istud nullo concursus universalis
privilegio, & prærogativa fruitur, nec ad aliquid
prodest, ad latissimè tradita *hac* 1. *part. cap.* 1. *ex*
n. 7. *cum multis seqq.*

194 Secundò, limitatur in debitore formante concur-
sum ad universum patrimonium suum, secus si ad
partem bonorum, utputa ad unum majoratum, alio
retento, vel etiam patrimonio salvo, vel è contrà
quando ad proprium patrimonium, vel unam hæredi-
tatem, & aliam liberam retinet, vel bona vinculata;
nam tunc iste non poterit dici pauper solemnitatis,
eo quod bona valentia tria mille maravetiva habeat,
& iustè, ac lege permittente retineat, ad tradita
ex d. n. 110. *& seq.*

195 Tertiò limitatur quando, ut diximus, debitor for-
mando concursum omnia bona sua dimisit nihil reten-
to, quod si illi ex suis bonis concursum deductis fue-
runt alimenta assignata: jam pauper solemnitatis dici
nequit, & ideò nec secundo supplicans relevari debet
à fidejussione mille quingentarum duplarum, nam
qui habet alimenta ad sui sustentationem pauper non
est ut bene probat Fontanella *de pactis tom.* 2. *clausul.*
5. *gloss.* 8. *ex n.* 2. *cum seqq. part.* 10. *fol.* 176. prout
etiam qui habet annuos redditus ad vitam, vel usum-
fructum, pauper non est; Valasco *de privileg. pauper.*
1. *part. q.* 4. §. 1. *per totum.*

196 Atque ideò pariter iste qui habet alimenta non di-
catur pauper solemnitatis ad hoc ut habeat casum
Curiæ in prima instantia suarum litium, ut ex Surdo
de alimentis tit. 7. *quæst.* 37. *nu.* 7. resolvit Carrascus in
opusculo de casibus Curiæ ex n. 47. *& n.* 39. ubi notat
non valere allegationem qua casus Curiæ formatur ex
eo quo actor vivit ex alimentis: cùm non sufficiat,
nisi probetur paupertas summariè tradita à Covar.
pract. quæst. 8. *num.*...

197 Quartò, limitatur quando concursus judicium fuit
affectatum, formatum dumtaxat animo illudendi. *leg.* 1.
tit. 20. *lib.* 4. *recopilat.* fidejussionem requisitam, ut
admittatur secunda supplicatio: utputa quando erat de-
bitor condemnatus per Senatum in revisionis instantia,
vel paulo ante, quia tunc ex vicinitate actuum præsu-
mi debet fraus, collusio, & affectatio ad exonerandum
à fidejussione, & pœna mille quingentarum du-
plarum, ex quo affectatur paupertas, & ideò paupertas
affectata, nec prodest, nec prodesse potest ut per text.
in l. 3. §. *si sic, ff. d. in rem verso.* Castrens. *consil.* 29.
& firmat Fontanella *de pactis nupt. lib. tom.* 2. *claus.* 5.
gloss. 8. *n.* 4. *&* 5. *part.* 10. *fol.* 176. & necessitas affectata
nihil prodest affectanti ut ex Riminaldo Corso *lib.* 1. *in-*
dagatio juris, cap. 24. *num.* 1. tenet Valenz. Velasquez
in consil. 17. *nu.* 37. *qui ex n.* 36. *cum multis seq.* varios
casus refert, in quibus affectatio non prodest, licet
aliàs cessante affectatione actus prodessent, probatur
insuper ex doctrina Imol. Castrens. Roman. Alexand.
& Jason *in leg. divortio in princip. ff. sol. matrim.* di-
centium, quod mulier pauper alimenta percipit ab hæ-
redibus mariti intra annum, quæ si mulier potest ali-
menta exigere à parentibus, vel fratribus, & aliun-
de, si non exigit non dicitur pauper, ex quo paupertа-
tem affectare dicitur, & ideò tanquam dives non con-
sequitur ab hæredibus mariti alimenta. Idem probant
plures à Fussario relati, & sequuti, *de fulcit. qu.* 537.
ex n. 1. Noguerol. *allegat.* 14. *n.* 41. ubi loquuntur de
fideicommissario cui concessa fuit alienatio pro suis
necessitatibus, ut non habeat locum, quando fingitur,
& affectatur paupertas.

Nam actus aliàs liciti, si sub aliqua malitia affecten- 198
tur, nihil prosunt affectanti, *l. spadonem*, §. *fin. ff. de*
excusatione tutor. leg. & qui data opera, ff. fin quibus
caus. majores. Ubi dicitur quod ille, qui sponte procu-
ravit legationem, non gaudet privilegio absentium pro
Republica, propter eius affectationem, plurima exem-
pla, & Doctores congerit de Marsillis *in Rubrica de*
fidejussoribus ex n. 153. *&* 154. text. etiam *in cap.*
pastoralis in principio de officio delegati. ibi, *dummodo*
ex genere seipsum malitiose non quærat. Chassaneus de
consuetud. Burgund. Rubric. 4. §. 40. *num.* 3. Ti-
raquell. *de utroque retract.* 1. *p.* §. 35. *gloss.* 4. *num.*
29. Jason. *in leg. si verò. n.* 8. *ff. qui satisdare cogant.*
Felinus *in cap. fin. n.* 5. *de censibus*, Menoch. *consil.*
100. *n.* 4. *lib.* 1. Ludovic. *decis. Perusin. lib.* 2. *decis.*
36. *num.* 3. lata Sfortia Oddi. *de restitut. in integr.*
quæst. 27. *articl.* 1. *per totum, inter tract. variar.*
fol. 134. qui loquuntur in impedimento affectato.

Hanc doctrinam probant etiam Angel. *in leg. si* 199
servus plurium. §. *penult. ff. de legat.* 1. Jason. *in*
leg. si vero nu. 8. *ff. qui satisd. cogant.* Guido Papæ
consil. 153. *n.* 2. Scaccia *de judiciis lib.* 1 *c.* 12. *n.*
63. Tuschus *lit. P. conclus.* 646. *num.* 7. *& conclus.*
647. *num.* 12. *conclus.* 649. *num.* 3. Boërius *decis.*
289. *num.* 10. Becius *consil.* 60. *num.* 7. *&* 8. Bossius
tit. de foro competent. num. 79. *&* 97. Farinac. *in*
pract. crimin. quæst. 7. *num.* 64. Cancer. *lib.* 2.
resolut. c. 2. *de jurisdictione*, *num.* 209. Guazinus *de*
defension. renun. c. 1. *c.* 8. *num.* 21. *& c.* 10. *num.*
18. Mascard. *de probationib. concl.* 226. *num.* 20.
Decian. *lib.* 4. *crimen. quæst.* 20. *num.* 24. Marceratens.
resolut. 38. *num.* 6. *lib.* 1. Bajard. *ad Julium Clarum*,
§. *fin. quæst.* 38. *num.* 34. qui loquuntur in juris-
dictione præventa, nam si ob aliquem malitiosum
finem præventio fuerit affectata, non prodest affec-
tanti, nec acquirit jurisdictionem ex tali præventione,
Jas. *ubi proximè.* Cepol. *cautel.* 19. Boërius *decis.*
28. *num.* 10. *in fin.* Mascardus *concl.* 1229. *n.* 20.
Bajar. *ad Clarum. d.* §. *fin. quæst.* 3. *num.* 8. Becius
consil. 69. *num.* 7. Guazin. *d. num.* 28. *d. c.* 8. *nu.*
22. Azeved. *in l.* 100. *nu.* 46. *tit.* 13. *lib.* 8. *recopilat.*
Giurba *in cons.* 48. *n.* 46. *&* 47. qui loquuntur de
reo qui malitiosè procuravit præveniri ab eo judice,
à quo mitiorem pœnam sperabat, ut affectata præ-
ventio illi non suffragetur, nec affectata provisio
beneficii tanquam fraudulenta, & malitiosa attenditur
per

per Hieronym. Gonzal. *ad Regulam Cancellar. gloss.* 5. §. 11. *n.* 23. & plures alios Giurba *cons.* 65. *n.* 4.

200 Idem in privilegio affectato lite pendente, ut nihil profit affectanti ad mutationem judicii, & qui quando motu proprio fuit emanatum à Principe copiosè Giurba *decis.* 23. *ex n.* 5. *cum multis seqq.* igitur eodem modo concursus creditorum affectatus eo animo solo, ut debitor excusari possit tanquam pauper à fidejussione pro forma requisita per *leg.* 1. *tit.* 10. *lib.* 4. *recopil.* ut admitti possit secunda supplicatio ab eo interposita, vel de proximo interponenda ab aliqua re judicata contra eum obtenta in Cancellaria, nihil affectanti prodesse potest, prout in facti contingentia consideratum fuit in simili causa in hac Pintiana Cancellaria me judice inter cæteros.

201 Si enim ista sic affectata, & dolosa paupertas admitteretur in secundo supplicante, facilis pateret via cuilibet supplicanti ad evitandam fidejussionem mille quingentarum duplarum, fraudandi, & subvertendi justam illam dispositionem *leg* 1. *tit.* 20. *lib.* 4. *recopil.* Cum facilè cuique foret expectanti contrariam sententiam revisionis in Consilio Regio, vel Cancellaria, muniri se concursus creditorum judicio, ut temerè, & sine pœnæ periculo posset secundam supplicationem interponere, cum tanto damno, & detrimento adversarii, & authoritatis tanti Senatus, contra legis intentionem, & ideò tantæ fraudi præcludenda est via, ex *leg. in fundo ff. de rescind. vendit. Clement.* 1. *de usuris Clement.* 1. §. *fin. de concess. præbendæ c. porrò de divortiis.* Mar. Anton. *vari. resolut. lib.* 1. *resol.* 50. *n.* 31. *& resolut.* 6. *n.* 5. Gratian. *discept.* 85. *n.* 12. *tom.* 5. *& discept* 675. *nu.* 5. Joan. Mar. Novar *quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 129. *n.* 5. Manguil. *de imputat. q.* 183. *n.* 6. de Grassis *de except.* 15. *n.* 36.

202 Quibus sic suppositis non obstant argumenta in contrarium adducta, non primum *n.* 183. & 184. dum diximus cedenti bonis denegari beneficium cautionis juratoriæ loco fidejussionis ad actum requisitæ, quando cessione cessante, ei erat permissa, cui respondetur, Doctores in eodem argumento citatos loqui in casu speciali in eo qui suo dolo, & culpa à bonis cecidit, & effectus est pauper, non quando adversa fortuna, casu & citra dolum, & malitiam suam.

Nec obstat 2. *ex n.* 175. & 186. circa discrimen ibi- 203
dem consideratum intercedentem bonis, & formantem concursus judicium, ut ille statim dicatur pauper; iste nonnisi distractis bonis quia usque ad id tempus retinet dominium, & possessionem bonorum suorum. Cui facilè respondetur, quod ad hoc inter utrumque nulla est differentia, cùm debitor concursum formans virtualiter cedit bonis, & cessio bonorum fit imbibita in ipso concursu, & eodem medio cedens simpliciter retinet dominium, & possessionem bonorum suorum quousque cum effectu distrahantur ad satisfactionem creditorum, & uterque à principio cedit omnibus bonis suis, nihilo retento, & à se abdicat omnimodam administrationem bonorum, & in curiam transfert, & utique denegatur eorum dispositio, atque super eis contrahere, ut probatur in locis per nos relatis in eodem 2. argumento, & propterea pariter dicitur pauper concursum formans ac simpliciter cedens bonis, cùm utriusque paupertas ex una, & eadem causa procedat.

Nec obstat tertium argumentum, de quo *suprà n.* 204
187. *& n.* 188. deductum *ex Regula* 2. de qua *ex n.* 50. *cum seqq.* determinante, quod quando fidejussio requiritur pro forma substantiali in aliqua lege, statuto, vel dispositione, paupertas quantumvis evidens, nec impossibilitas alia præstanti fidejussionem neminem relevat, nec ejus loco admittitur pauperrimus ad cautionem juratoriam. Cui argumento facilè satisfit, fatendo regulam generalem constanter ab omnibus tentam, & validissimè robor. t m *ex d. n.* 50. *cum seqq.*

At hanc regulam temperavit, & limitavit stylus 205
Cancellariarum, ut non procedat in paupere solemnitatis, eo scilicet, qui in bonis non habet tria millia maravetina: prout abundè ostensum fuit superiùs *ex n.* 110. *cum multis seqq.* quæ limitatio cum verè verificetur in debitore validè formante concursus judicium, inter suos creditores, prout ostendimus *ex n.* 189. *cum seqq.* nihil mirum, ut ei suffragetur paupertas, & supplicans admittatur ad cautionem juratoriam, loco fidejussionis requisitæ pro forma, à nostra *leg.* 1. *tit.* 20. *lib.* 4. *recopilat.* juxta stylum usitatum, & à pietate, & æquitate deductum.

FINIS PRIMÆ PARTIS.

LABYRINTHUS CREDITORUM CONCURRENTIUM AD LITEM

Per Debitorem Communem inter illos causatam.

PARS SECUNDA.

CAPUT PRIMUM.

Concursu pendente, debitore mortuo, an hæres, qui absque inventario adducit, possit eandem concursus litem continuare, vel an potiùs ex proprio matrimonio creditoribus concursus teneatur.

SUMMARIUM.

1 *Hæres debitoris concursum causantis potest eandem litem continuare, & prosequi.*

2 *Hæres repræsentat personam defuncti, & succedit in universum jus.*

3 *Judicium concursus dissolvere, non est in potestate debitoris illud formantis.*

4 *Hæres non potest infringere factum defuncti.*

5 *Instantia certa cum defuncto tranfit activè, & passivè in hæredem.*

6 *Hæres debitoris non conficiens inventarium sicut cogitur concursum continuare, an in solidum, & ultra vires hæreditatis creditoribus teneatur.*

7 *Hæres non conficiens inventarium tenetur creditoribus hæreditatis, & legatariis ultra vires hæreditatis.*

8 *Per aditionem hæreditatis quasi contrahit hæres cum creditoribus, & legatariis.*
Non ex nova obligatione, sed ex antiqua defuncti in hæredem transfusa, ibid.

9 *Cessione bonorum per defunctum debitorem facta, an hæres se juvare possit.*

10 *Beneficium ne quis conveniatur ultrà quàm facere possit, non transit ad hæredem tanquam merè personale.*

11 *Hæredem ejus, qui bonis cessit, si adivit absque inventario, non admitti ad prosequutionem concursus, qui tenuerunt.*

12 *Et an is ad longum concursum formandum admittatur.*

Hæres immiscens se hæreditati absque inventario, præsumitur dolosus, & bona surripuisse, ibid.

13 *Et est præsumptio juris, & de jure, non admittens probationem in contrarium.*

14 *Debitor non indicans omnia bona, sed aliqua occultans, non admittitur ad concursum formandum.*

15 *Hæredi non conficienti inventarium denegatur facultas formandi concursum.*

16 *Hæres debitoris decedentis concursu pendente, an sit adstrictus conficere inventarium.*

17 & 18. *Hæres, qui adivit absque inventario, an creditoribus in solidum teneatur, etiamsi aliàs appareat quanta bona in hæreditate mansisse.*

19 *Hæres an excusetur à pœna legis ob listam bonorum datam à debitore defuncto, tempore formati concursus.*

20 *Inventarii confectio personalissima est, ita ut confectum à tertio non prosit hæredi.*

21 *Inventarium à matre confectum filiis non prodesse qui teneant.*

22 *Inventarium à matre confectum, an filii possint ratificare.*
Inventarium confectum à legatario, an prosit hæredi, ibid.

23 *Confessio quorundam creditorum inventarium confectum ab hærede verum esse, cæteris creditoribus non nocet.*

24 *Hæredem defuncti succedere in litem concursus, etiam non conficientem inventarium, nec ultra vires hæreditatis creditoribus teneri verius est, & non obesse defenditur.*

25 *Inventarium ab alio legitimè confectum hæredi prodesse, receptior est opinio.*

26 *Per inventarium ab uno ex hæredibus confectum probatur, quod bona defunctus reliquerit.*

27 *Inventarium confectum à pupillo, prodest ejus substituto.*

28 *Inventarii beneficium transmittitur ab hærede in successorem, tanquam in rem scriptam.*

29 *Inventarium confectum à patre, vel matre prodest filiis, aliud non facientibus.*

30 *In-*

D. FRANCISCI
SALGADO
DE SOMOZA,
IN REGALI CANCELLARIA
VALLISOLETANA SENATORIS,
LABYRINTHUS
CREDITORUM
CONCURRENTIUM AD LITEM
per debitorem communem inter illos causatam.

EDITIO NOVISSIMA, CÆTERIS MULTO AUCTIOR ET EMENDATIOR.

PARS SECUNDA.

LUGDUNI,
Sumptibus J. B. DELAMOLLIERE.

1792.

30 *Inventarium fit, ut hæres bona defuncti non occultet.*
31 *Inventarium factum ab uxore de bonis mariti, ad effectum dividendi hæreditatem, prodeſt hæredibus mariti.*
32 *Inventarium factum ab eo cujus intererat bona non occultari prodeſt illi, qui aliàs conficere tenebatur.*
33 *Inventarium confectum à tutore prodeſt ſubſtituto, & fideicommiſſario.*
34 *Donatarius omnium bonorum reſervata donanti certa quantitate ad teſtandum, non tenetur facere inventarium.*
35 *Inventaria fieri conſueverunt, ne bona occultentur.*
36 *Hæres debitoris formantis concurſum, excuſatur inventario, & ob liſtam bonorum à debitore datam.*
37 & 38. *Inventarium factum à judice ex officio ſuo prodeſt hæredi abſenti.*
39 *Hæres debitoris formantis concurſum legitimo juris, & facti impedimento excuſatur novum conficiendo inventarium.*
40 *Tutoribus, curatoribus, & adminiſtratoribus, qui ratione officii tenentur conficere inventarium, non prodeſt aliud à tertio confectum.*
Hæres illius, qui bonis ceſſit, nulla inventarii confectione indiget, ibid.
41 *Penes debitorem defunctum, qui concurſum formavit nulla bona ſunt, ſed penes ſequeſtrum, & adminiſtratorem.*
42 *Hæredi non currit tempus ad conficiendum inventarium, durante impedimento juris vel facti.*
43 *Lite pendente ſuper bonis hæreditariis, quibus immiſceri non poteſt hæres, nec tenetur ad inventarii confectionem, nec ad proteſtationem.*
Adminiſtrator non tenetur conficere inventarium quandiu ad ejus manus bona non perveniunt. ibid.
Curator ab bona abſentis tenetur inventarium conficere cum fidejuſſore, quando ſcilicet bona ad ejus manus pervenerunt. ibid.
44 *Hæres debitoris mortui pendente concurſus lite illam proſequi tenetur, nec ab ea diſcedere poteſt invitis creditoribus.*
45. 46. 47. & 48. *Hæres ſuccedens lite creditorum pendente, non tenetur ad inventarium, nec ultra vires hæreditarias.*
49 *Bona concurſus ſunt affecta, & cum ſuis vitiis tranſeunt in hæredem, & cum onere ceſſionis impoſito per defunctum ad favorem creditorum.*
50 *Beneficium, ne quis conveniatur ultra quàm facere poſſit, continuatur in hæredem ſuccedentem in lite qua defunctus exceptionem oppoſuit.*
51 *Secus ſi defunctus non oppoſuerat, & hæres ex perſona defuncti velit opponere: ex ſua tamen opponere poteſt.*
52 *Hæres, qui ad inventarium tenetur, ſi omiſit, non admittitur ad ceſſionem bonorum ob doli præſumptionem.*
53 *Hæres excuſatur ab inventarii confectione, ſi factum ſit ab alio, qui ad conficiendum tenebatur.*
54 *Hæres debitoris, concurſu pendente, impedimento juris & facti excuſatur ab inventarii confectione.*
55 *Hæres à judicio concurſus formato per defunctum diſcedere non poteſt, niſi integrè ſolutis creditoribus.*
56 *Creditorum confeſſio, inventarium verum eſſe, confitentibus duntaxat nocet, & non aliis.*
57 & 58. *Hæres debitoris etiam conficiens inventarium, an teneatur ad fructus perceptos ante, vel poſt aditam hæreditatem, remiſſivè.*
59 *Hæres gravatus reſtituere poteſt deducere creditum ſuum, etiam non confecto inventario.*
60 *Et an fructus hæreditarios in creditum ſuum compenſare, teneatur remiſſivè.*
61 *Hæres, qui non confecto inventario ſolvit creditoribus, poteſt ex corpore bonorum credita deducere, & non in fructibus à ſe perceptis computare.*
62. 63. & 64. *Hæres non tenetur creditoribus reddere rationem fructuum à ſe perceptorum, ante factam ſtantiam creditorum.*
65 & 66. *Hæres gravatus, licet non conficiens inventatium poſſet ſuum creditum deducere, non tamen definit teneri creditoribus hæreditatis, ultra ejus vires.*

QUOAD primam hujus capitis partem perfunctoriè agendum, & affirmativè reſolvendum, hæredem debitoris concurſum inter ſuos creditores cauſantis poſſe eandem concurſus litem continuare & proſequi, cum hæres perſonam defuncti repræſentet, & una & eandem cum illo videatur, *leg. à matre, Cod. de rei vendic. leg.* 1. & 2. *C. de hæreditariis action. Authent. de jurejurand. à moriente præſtit.* §. 1. & ejuſdem eſt poteſtatis, cujus fuit defunctus, *leg. hæredem* 59. *ff. de reg. juris, lege hæres* 37. *ff. de acquirenda hæreditate lege nemo plus*, 54. *lege invitus* 156. §. *cum quis, & lege qui in jus ſuccedit alterius eodem jure, quo ille uti debebit* 177. *ff. de reg. juris*, quia ſuccedit in univerſum jus, quod defunctus habebat, *lege nihil aliud* 24. *ff. de verborum ſignificat. lege hæreditas* 62. *ff. de reg. juris*, nec ex ejus perſona qualitatis obligationis immutata, *leg.* 1. §. *& harum, ff. de verb. oblig.* 1 2

Hinc eſt, quod quemadmodum in defuncti facultate non fuerit, concurſus judicium ſemel à ſe cauſatum diſſolvere, aut in præjudcium creditorum, quibus jus quæſitum fuit, extinguere aliter quàm integrè ſolvendo, & dimittendo creditores ſuos judicio concurſus comparente, prout ex juribus, & Doctoribus abundè comprobabimus infrà *cap. fin. per totum*, 3. *part.* pariter nec hæres aliter judicium concurſus jam cœptum cum defuncto diſſolvere poterit, ſed præcisè continuare cogendus; tum quia factum defuncti infringere hæres non poteſt, *l. cum à matre, Cod. de rei vindicat. l. ex quæ perſona ff. de reg. juris, lege ſi uxor, ff. de bonis authorit. judic. poſſid. leg. ſi ad ea Cod. de negotiis geſtis*; tum etiam quia inſtantia cœpta cum defuncto tranſit activè, & in hæredem, quam cogitur continuare invitus. Covarr. *practic. cap.* 8. *n.* 3. abundè Jacob. de Graſſis *de effectibus cleric. effectu* 1. *ex num.* 248. *cum multis ſeqq.* & innumerabiles alios copiosè articulum tractantes, & retulimus *in tract. de regia protect.* 4. *part. cap.* 8. *ex n.* 302. & latius *in commentariis de ſupplicatione ad Sanctiſſ.* 2. *part. cap.* 12. *& n.* 29. *& ſeqq.* tenet inſuper in iis terminis Gratianus ad litteram citatus *in n.* 47. Idcirco non erit amplius inſiſtendum in hoc articulo, cum omnino hæres teneatur illud cœptum judicium concurſus continuare, & ad finem proſequi, eodem modo, quo & defunctus adſtrictus erat, ex perſona etenim hæredis qualitas obligationis non mutatur, ex jam citatis juribus vulgaribus. 3 4 5

Sed difficultas ingens verſatur circa hujus cap. ſecundam partem, an hæres qui adivit hæreditatem defuncti, non tamen confecit inventarium, ſicut tenetur proſequi judicium concurſus: ita ſimiliter teneatur de ſuo proprio patrimonio, & ultra vires hæreditarias creditoribus concurſus ſatisfacere; & pro parte affirmativa, quod non confecto inventario, non admittatur volens concurſum formare, & intentare, ita ut jam facto per defunctum ſe juvare non poſſit, ſed in ſolidum teneatur ſatisfacere creditoribus defuncti, multis mediis probatur. 6

Et pro omnium fundamento illud prius, quod hæres, qui adivit hæreditatem non conficiens inventarium, tenetur creditoribus hæreditariis, & legatariis in ſolidum, & de proprio patrimonio, etiam ultra vires hæreditatis, text. capitalis *in l. fin.* §. *cum igitur, &* §. *ſi vero poſt quam. C. de jure deliberandi*, & cum omnibus ſuis §§. *Auth. hæredibus, & falcidia* §. *ſi verò non fecerit inventarium; conſonat l.* 19. *tit.* 6. *part.* 6. plures refert Covarruvias *in cap.* 1. *n.* 13. *& de teſtament.* Menoſes *in lege* 1. *num.* 79. *& ſeq. Cod. de juris, & facti ignorantia* abundè per 7

Spinum, *de teſtamentis gloſſa* 35. *princip. ex n.* 50. ubi extendit ad clericos mulierem & ruſticum, *& ſub. n.* 35. *verſ. prædicta tamen ſententia.* Gomez *in lege* 3. *Tauri ex num.* 120. Covarr. *lib.* 3. *variar. cap.* 13. *ex num.* 7. Gregorius Lopez *in lege* 5. *tit.* 6. *parte* 6. Cancerius *variar. reſolut. lib.* 3. *cap.* 2. *de inventario ex nu.* 71. *& lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 6. Morquecho *de diviſione bonorum* 1. *part. cap.* 3. *n.* 1. 10. *&* 11. Azora
8 *de partitionibus cap.* 8. *n.* 15. quia per aditionem quaſi contrahitur cum creditoribus hæreditatis, & legatarii, §. *hæres inſtitut. de obligation. quæ ex quaſi contra.* non quod ex illa aditione illis incipiat obligari, ſed obligatio antiqua, qua defunctus tenebatur, in ipſum transferatur tanquam illius perſonam repræſentantem, *lege* 2. §. *ex his*, *ff. de verbor. obligat.* Cuman. *conſil.* 176. *n.* 3. Jaſ. *in lege cum res num.* 1. *ff. de legat.* 1. *fic.* intelligendum eſſe text. *in leg. qui cum alio*, *ff. de re judicat. lege ex maleficiis*, §. *hæres*, *ff. de action. & obligat.* §. *hæres inſtitut. de obligatio. quæ ex quaſi contra.* firmat Spino *de teſtam. d. gl.* 25. *ſub. n.* 15. *verſ. & pro hac opinione.*

9 Igitur nec ceſſione per defunctum facta ſe juvare poterit, nec ad aliam per ſe faciendam hæres admitti debet, non priori defuncti concurſu, quoniam illud eſt quoddam juris beneficium perſonale, nec tranſmiſſibile ad hæredem, argum. *l. maritum, cum lege ſeq. ff. ſoluto matrim.* melius *in leg. ſecundum. l. & ſi fidejuſſor, de re judicata. leg. ſed & ſi ex parte*, §. *ſoli autem*, *ff. quod cum eo. & in l. verum*, §. *ff. pro ſocio.*
10 quibus apertè probatur, quod beneficium ne quis conveniatur ultra quàm facere poteſt, non tranſit ad ejus hæredem aut ſucceſſorem tanquam merè perſonale. Et per hoc fundamentum tenet expreſsè Alexand. *in l. fin.* §. *& ſi præfatam*, *poſt principium*, *verſic. alius eſt caſus*, *n.* 4. *C. de jure deliberand.* quem ſequitur Jaſon. *n.* 2. & Rolandus *in tractatu de inventario*, *part.* 2. *quæſt.* 53. Matthæus Brunus *de ceſſione bono-*
11 *rum*, *quæſt.* 6. *quæſito* 4. *princip. ſub. n.* 7. *&* 8. dicentes, quod hæres ejus, qui bonis ceſſit, ſi adierit abſque beneficio inventarii, non admittitur ad ceſſionem bonorum, nec virtute præcedentis litis concurſus, cùm ſit privilegium perſonale defuncti ad hæredem non tranſmiſſibile, ſed in ſolidum creditoribus tenetur.

12 Nec ex ſua perſona ad ceſſionem & concurſum novum per ſe formandum admittendus erit, quoniam hæres, qui adivit non conficiens inventarium, juris præſumptione dolo'us habetur, & præſumitur bona hæreditatis occultaſſe, atque furripuiſſe. *Authent. de hæredit. & falcid.* §. *hinc nobis*, *& h. ſancimus*, ibi, *& non per ea quæ forte ſubripiunt, aut malignatur introducere per ſentent. Falcidiam. leg. ſi quis*, *C. de bonis proſcript. l. ad protegendum. C. de in litem dando tutore. leg. creationibus*, *C. de Epiſcopali audient.* Bart. *in Authen. ſed cum teſtator*, *col.* 2. *verſic. oppono de lege ſucceſſoris*, *Cod. ad legem Falcidiam*, Albericus *in l. ſi.* §. *ſin autem dubius*, *C. de jure deliberand.* Jaſ. *in dict. l. fin.* §. *& ſi præfatam*, *in l. limit.* & iterum *in* 4. *limit.* Angel. *in leg.* 1. §. *hæc autem ſtipulatio. verſic. in aliis.* & Corneus *in dict. lege ſi.* §. *ſi verò poſtquàm*, 2. *col. verſic. & eſt ratio*; quæ communiter dici ſolet ſubtractio bonorum Monticulus *in tract. de inventario*, *cap. incipit novo principaliter videndum*, *n.* 459. *& verſ. ſecundo hæres non conficiens inventarium*, *n.* 235. Romanus *in repetit. Authent. ſimiliter*, *col.* 35. *num.* 15. *verſic. ſed his addo in materia*, *C. ad legem Falcid.* D. Franc. de Leo *in deciſ. Valentiæ* 107. *n.* 27. *&* 28. poſt Mieres *in conſtitut.* 142. Vinc. de Franchis *deciſ.* 136. Mat. Brunus *conſil.* 128. *n.* 26. faciuntque Gratian. *diſcept. tom.* 3. *c.* 570. *n.* 23. Joan. Anton. Bellonus *conſil.* 8. *&* 9. *&* 89. *& ſeqq.* & *conſ.* 70. *n.* 12.

13 Hæc præſumptio eſt juris, & de jure, quæ non admittit probare in contrarium; abundè poſt plures probat Vincent. de Franchis *d. deciſ.* 136. *ex n.* 13. *& ſeqq.*

Sed ille debitor, qui omnia bona non indicat, nec 14
ponit in inventario, aut aliqua bona occultat, non admittitur ad faciendum concurſum, nec ceſſionem, ut notant gloſſa & Doctores *in l.* 1. *C. qui bonis cedere poſſunt.* Bart. *in l. penult. per illum*, *ff. de ceſſione bonorum* Angel. Aretin. *in* §. *fin. inſtitut. de actionib.* ubi etiam Jaſ. *n.* 8. Rol. à Valle *conſil.* 73. *vol.* 2. Rebuffus *conſil.* 184. *in princip.* Natta *conſil.* 361. *n.* 8. Mat. Brunus *de ceſſione bonorum*, *quæſt.* 5. *princ.* Bruno à Sole *q.* 9. *n.* 31. Cancer. *variarum reſolut. lib. cap.* 9. *num.* 15. *&* 16. igitur neutro concurſu poteſt ſe juvare hæres, quominus creditoribus omnibus teneatur de ſuo, in ſolidum, & ultra vires hæreditarias.

Et in noſtris terminis, quod hæres non conficiens 15
inventarium, nullo modo admittatur ad concurſum formandum, & ceſſionem bonorum; probant Thom. Trivizan. *deciſ.* 8. Riccius *in ſolut.* 21. *ante med. & deciſ.* 22. *per tot. tom.* 1.

Nec dicatur, quod hæres debitoris decedentis con- 16
curſus pendente non ſit adſtrictus ad conficiendum inventarium, cùm bona hæreditatis ſint apud ſequeſtrum, curiam, & adminiſtrationem prout latiſſimè diximus ſuprà 1. *p. c.* 13. *&* 14. *per tot.* nec propterea ſint in poteſtate defuncti debitoris tempore mortis: imò & quod plus eſt, eorum omnium confectum eſt præcedens inventarium tam ab ipſo debitore, qui dum voluit cauſare concurſum inter ſuos creditores, omnium bonorum ſuorum liſtam tradidit, & in judicium exhibuit prout abundè diximus ſuprà *dict. part.* 1. *c.* 1. *n.* 7. *& ex n.* 13. *& ſeqq.* ſed & ab ipſo adminiſtratore nominato, atque ideo ceſſet ratio legis, & præſumptio, timorque ſubtractionis, & occultationis bonorum hæreditatis, cum in tuto ſint, & eis ſe immiſcere prohibitum, & omnino impeditum, prout ſuperiùs ex multis probavimus *ex n.*...

Quoniam horum nihil excuſat hæredem à confectione 17
inventarii, à pœna legis propter omiſſionem, ut creditoribus teneatur ultra vires hæreditarias: tum quoniam leges de inventario loquentes, & indulgentes hæredi, non tantùm fundantur in præſumptione occultationis, verùm in hærede contemnente earum beneficium, atque ideo ſi occultationis ratio ceſſet, quando ſcilicet apparet quæ bona in hæreditate remanſere, non ideo pœna legum ceſſat, cùm alia remaneat ratio contempti beneficii, & auxilii; atque ideo hæredem ab inventario conficiendo non excuſari, ſed nihilominus in ſolidum de proprio patrimonio teneri, abundè probat Vincentius de Franchis *deciſ.* 536. *per totam*, & ſignanter, *ex n.* 8. *cum ſeqq.* ex Bald. *in leg. fin. C. de jure deliberandi in principio*, *col.* 2. *quæſt.* 6. & ibidem Corneus *col.* 5. *verſic. & Bald.* idem Bald. *in l. filiumque habentem*, *ff. de liberis & poſthumis. & in conſ.* 382. *in quæſtione col. fin.* idem fallit *vol.* 5. pulchrè etiam Ferdinandus Menohaca *de ſucceſſ. creat.* 1. *part.* 6. 1. *n.* 26. *per aliquot columnas.* Phanutius *in tract. de inventario*, 7. *part. n.* 68. *&* 313. *verſic. nam revera*, idem Phanutius *in d.* 7. *part. n.* 24. *&* 310. *verſ. in primis.*

Et quod hæres, qui abſque confectione inventarii, 18
adivit hæreditatem, teneatur creditoribus, ultra vires hæreditarias, etiam ſi conſtet alia bona non adeſſe, poſt Franchum, quem refert *in dicta deciſ.* 536. ſequitur Paſchalis *de viribus patr. poteſtat.* 1. *part. cap.* 2. *n.* 75.

Nec etiam à pœna legis excuſatur hæres ex inventa- 19
rio, ſeu bonorum liſta per defunctum cauſantem concurſum Curiæ tradita & exhibita, nec ex ſequeſtratione, & adminiſtratione bonorum ablata ſubſequuta, atque adhuc permanente, quoniam inventarium hoc nihil ei prodeſſe poteſt, tanquam ab alio non à ſe confectum, & ad alium finem diverſum; quam ſententiam probavit Bartol. *in l. in ratione*, *l.* 1. §. *quod vulgo*, *ff. ad legem Falcidiam*, dum tenet, quod inventarium confectum à tutore de bonis ſui pupilli non prodeſt ſubſtituto ejuſdem pupilli per fideicommiſſum ſuccedenti

eidem

eidem ita hoc exhibito inventario non poteſt gaudere beneficio inventarii, contra creditores, ſequitur Imola *in dicto §. quod vulgo, in fin.* Rolandus à Valle *de inventario, fol.* 116. *n.* 3. rationem reddentes, quia ubi à lege confectio inventarii exigitur, ejuſdem confectio perſonaliſſima eſt, ita ut ab alio confectum non relevet hæredem, aut adminiſtrationem ab ejus confectione. Bald. *in dicto §. cum igitur, n.* 18. dixit quod etiam ſi ipſe teſtator paulo ante ejus mortem ſuorum bonorum inventarium feciſſet adhuc ejus hæres eo non poſſet ſe tueri adverſus creditores & legatarios prætextu falſi inventarii.

21 Item latè comprobans per varia fundamenta firmavit Morchecus *in tract. de diviſione bonorum, cap.* 1. *ex n.* 19. *cum ſeqq.* ubi reſolvit inventarium à matre confectum non prodeſſe filiis hæredibus, quominus amittere debeant beneficium legis, ne conveniantur ultra vires hæreditarias, quia formæ legis per æqui-
22 pollens non ſatisfit, ſed in ſpecifica forma adimpleri debet, nec poſſunt inventarium à matre confectum ratum habere, cum eorum nomine non ſit confectum, & quia inventarium à matre factum ad unum finem, non poteſt ad alium prodeſſe qui *n.* 32. allegat Bald. *in conſil.* 221. *n.* 3. *vol.* 4. dicentem, quod inventarium à legataria factum non prodeſt hæredibus, licet eidem legatariæ noceat, ne contra factum ſuum audiatur.

23 Roboratur hæc doctrina, & opinio, quoniam etſi aliqui creditores fateantur hæreditatem non eſſe ſolvendo; imò quod nulla alia bona præter contenta in inventario confecto per hæredem, erant in bonis defuncti, nec tempore mortis; adhuc cæteris creditoribus non confitentibus, non nocet aliorum confeſſio, quam ſententiam refert, & ſequitur Gregorius Lopez *in l.* 10. *tit.* 6. *part.* 6. *verb. las mandas*; Eſcobar *de ratiociniis, cap.* 9. *n.* 19. ex quibus omnibus apparet hæredem defuncti pendente judicio concurſus, omiſſa inventarii confectione, nec admittendum ad judicii proſecutionem; cum, nec juvari poſſit ex beneficio debitoris defuncti ad hæredes non tranſmiſſibili, nec ad aliud novum judicium concurſus à ſe formandum ob dolum ex præſumpta bonorum occultatione deductum, prout hactenus probatum eſt.

24 Sed iis & aliis adhuc minimè obſtantibus (prout ex eorum reſponſione apparebit) contrarium in noſtro caſu admittendum erit: imò hæredem defuncti ſuccedere in litem concurſus & inſtantiam in eum transferri, cum ſibi nihil obſtet non confectio inventarii, legitimè excuſato ex tam confecto, & ob impedimentum legitimum ac probabile, nec non manifeſtum aliud ulterius conficiendi ob ſequeſtrationem bonorum apud Curiam, ex qua ſibi prohibita eſt, & adempta facultas ingrediendi bona, & aliud conficiendi, ſicuti & ipſi defuncto, prout ex fundamentis apparebit.

25 Primò ex magis communi, & recepta opinione Doctorum tenentium, inventarium ab alio legitimè confectum excuſare hæredem ab ejus confectione, & pœnæ juris incurſu, nec teneatur ultra vires hæreditarias creditoribus defuncti, legatariis, prout in variis ma-
26 teriis & caſibus probarunt Doctores, Imola *in l. cum hæreditate, ff. de acquir. hæredit.* quatenus dicit, quod per inventarium ab uno ex hæredibus confectum probari poteſt quot bona defunctus reliquerit, quem ſequitur Monticulus *in tract. de inventario, cap.* 10. *num.* 462. Bald. *in d l. fin. §. cum igitur, n.* 15. *de jur. delibe-*
27 *randi.* quatenus dicit, quod inventarium pupilli prodeſt ſubſtituto pupillari, quando convenitur per creditores patris defuncti, & ab ejus creditoribus; ex ratione ſecundùm eum, qui beneficium inventarii tranſmittitur
28 ab hærede in ſucceſſores, cum ſit in rem ſcriptam, afferens quod in hoc nulla alia ratio poteſt aſſignari, Eſcobar *de ratiociniis, cap.* 9. *n.* 20. ſequitur Noguerol. *allega-*
29 *tione* 19. *ſub. nu.* 103. & Monticulus ubi proximè, quod ſufficit exhiberi inventarium confectum à patre, vel matre, licet filii hæredes nullum aliud inventarium confecerint, & in omnibus iis caſibus, variis fundamentis exornat, & per diſputationem comprobat Ayora *de partitionibus, cap.* 2. *n.* 21. & 22. *per totum*: ſequitur Eſcobar *de ratiociniis, cap.* 9. *ex num.* 15. *uſque ad* n. 22. ſed præ cæteris Gutierrez *de tutelis, 2. part. cap.* 2. *ex num.* 49. *cum multis ſeq.* ubi pro utraque parte quæſtionem diſputat, & pro hac reſolvens contrariæ fundamentis ſatisfacit ſequutus Ayoræ reſolutionem, qui ſub *dicto num.* 2. *fundamento* commovetur quia inventarium fit, ut hæres bona defuncti & legata ſolvere teneatur ex *dict. Authent. de hæredibus, & Falcid. cum ſimilibus, collation.* 1. quæ ratio ex inventario jam aliunde confecta ceſſat, cum manifeſtè conſtet 30
hæredem nihil de hæreditate ſubtraxiſſe. Sed omnia bona hæreditaria, quæ defunctus reliquit tempore mortis, tutorem, vel curatorem hæredem inventario ſolemni deſcripſiſſe, atque ſic ceſſare debere diſpoſitionem *dictæ l. fin. cum ſuis §§. Cod. de jure deliber.* quod fundamentum aptius congruit hæredi debitoris mortui pendente judicio concurſus à ſe cauſato inter ſuos creditores. Et Ayoræ opinionem in omnibus ſupra dictis
ſequitur Noguerol. *dicta alleg.* 19. *ex num.* 103. *& in* 31
num. 51. ipſe Gutierrez ſequutus opinionem Ayoræ firmat ſufficere hæredi pro inventario id, quod uxor fecit de bonis mariti defuncti cum diviſione, & partitione facta cum hæredibus mariti, maximè (uterque inquit) ſi in capite, aut ſive ejuſdem inventarii dicatur quod illa bona ponebat & inventario minoris, vel hæredis, & idem eſſe in inventario facto per maritum de bonis mulieris, quamvis ejus filii non faciant aliud inventarium.

Ayoræ reſolutionem in omnibus, & per omnia cum declaratione prædicta ſequitur, & comprobat Alvarus Valaſcus *de partitionibus cap.* 8. *num.* 26. & 27. eleganter etiam probat Valaſcus *in conſultatione* 87. *à principio*, comprobant etiam plures alii egregiè innuit Rotæ *deciſion.* 800. *n.* 18. *part.* 1. *diverſorum.* Mieres *tit. de tutelis, p.* 1. *collat.* 6. *fol.* 132. *nu.* 29. *circa medium*, Pariſius *conſil.* 25. *n.* 52. *vol.* 2. Rebuffus *ad conſtitution. Regias, tit. de ſentent. proviſionalibus, artic.* 3. *gloſſ.* 3. *num.* 2. *tomo* 1. optimè Cancerius *variar. reſolut. tom.* 3. *cap.* 2. *de inventario, n.* 131. & 132. ubi ſequitur opinionem Ayoræ contra Morquechum *de diviſione bonorum, lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 24. quem ſuperiùs pro contraria parte citavimus, & contra Monaldum *conſ. fin. lib.* 2. dicentes inventarium ſolum ſpectare ad hæredem ejuſque perſonam repræſentantes, aliàs nihil prodeſſe. Quorum opinionem, licet in puncto juris veram eſſe fateatur (prout revera in diſputando verior apparet) tamen cùm inventarium factum eſſet ab eo, cujus intererat, ne bona occultarentur, cenſet ipſe Cancerius 32
poſt alios, prodeſſe illi, qui inventarium conficere tenebatur, ubi loquitur de executore teſtamentario conficiente inventarium, quod prodeſt hæredibus ne teneatur ultra quàm facere poſſint, ex quo jam ceſſat occultationis præſumptio atque periculum; atque etiam
ſub *d. num.* 131. *verſic. ſi qui etiam dicti executores*, 33
probat idem in inventario, confecto à tutore pupilli hæredis gravati, ut profit fideicommiſſario, & ſubſtituto, cum per hoc inventarium ceſſare faciat occultatio, & omnis fraudis ſuſpicio.

Conſonat reſolutio illius quæſtionis, quam poſt 34
alios diſputat D. Franciſcus de Leo *in deciſ. Valentiæ* 107. *ex n.* 19. *uſque ad n.* 29. an donatarius cui facta fuit donatio omnium bonorum præſentium & futurorum reſervata ſibi certa quantitate ad teſtandum, teneatur facere inventarium, & reſolvit poſt Tuſchum *lit. H. concluſ.* 50. *num.* 5. Cancerium *lib.* 3. *dicto cap.* 2. *num.* 113. *& ſeqq.* & varias illius Senatus deciſiones, non teneri ad aliud inventarium, nec creditoribus & legatariis ultra vires donationis, ex quo notoriè conſtabit in hæreditatem non poſſe recadere pluſquam illa certa quantitas reſervata etſi ceſſet fraudis & occultationis præſumptio; comprobat ex ratione tradita è Mieres

in

in *conſtitutione hâc noſtra*, *n.* 142. dum ita inquit, *quia hæreditas iſtius attenta forma donationis, non poteſt valere, nec eſſe ultra ipſa retenta, de quibus tantùm potuit teſtari; & ita ceſſat fraus, propter quam vitandam eſt inducta ſolemnitas inventarii per dict. leg.* 35 *ſcimus: & ceſſante cauſa finali legis, debet ceſſare & ejus diſpoſitio*, &c. & paulo poſt, & eſt ratio, quia inventarium & deſcriptiones bonorum fieri conſueverunt, ne ipſa bona valeant occultari *l. ſi quis, C. de bonis præſcript. l. ad protegendum. C. d. in litem dand. tutor. l. creationibus, C. de Epiſcopali audient. l. nulli, C. de Epiſcop. & cleric.* & ad comprobationem hujus rationis videndus Cancer. *dict. cap.* 2. *à n.* 34. & reddunt omnes Doctores ſuperiùs citati per Coſta Siculum *conſ.* 38. *n.* 31. idem dicit Noguerol. *allegat.* 19. *ſub. n.* 104.

Ex alio etiam capite excuſatur hæres debitoris mortui lite concurſus pendente ad inventarii confectionem, cùm bona omnia in tuto ſint, deſcripta, & inventariata ad relationem debitoris in judicio judiciſque authoritate, aſtantibus creditoribus, vigilantibus, ne fraus fiat & intereſſe habentibus, ne bona debitoris aliqua occultentur, ſed in corpus concurſus pateant, ſufficienter excuſatus redditur hæres 36 aliud inventarium conficiendi, ſemper enim quod cautio & præventio aliqua ſubeſt, qua bona defuncti in tuto ſint, ne occultentur, aut diſſipentur pro inventario ſufficit quoad omnes juris effectus, & aliud non requiritur; ita pro regula conſtituit Cancerius *variarum reſolut. lib.* 3. *c.* 2. *n.* 109. & 110. ſequitur Noguerol. *alleg.* 19. *n.* 108. quod & probatur ex doctrina Valaſci *in conſultat.* 87. *à n.* 1. ubi quærit, an inventarium factum à judice ex officio ſuo abſente hærede, huic profit, & excuſetur aliud conficere; poſt aliquot argumenta nihilominus *n.* 2. ita reſolvit. Reſpondi, quod cùm factum fuerit authoritate judicis, & in forma apud nos conſueta, & ex generali conſuetudine admiſſa valet, &c. Et paulò poſt: Nec refert quod ipſe hæres fecerit inventarium per ſe, vel aliàs factum ſit juſſa judicis, ab alio, ſi ipſe 37 hæres illius beneficio aderit, & ſic tacitè, vel expreſsè approbaverit, ex regul. qui per alium facit, & ita etiam vidi judicatum, quamvis *dicta l. fin.* hæredem ipſum conficere jubeat.

38 Id ipſum per ſolum Damauderium *in tract. de tutore, folio.* 19. *col.* 4. *n.* 19. tenet Eſcobar *in tractatu de ratiociniis cap.* 9. *n.* 22. dicens, quod ſi mortuo adminiſtratore, vel mercatore, Judex ex officio inventarium omnium bonorum fecit, abſente vel ignorante ſcripto hærede vel ſucceſſore ab inteſtato, hæredem poſtea venientem juvari prædicto inventario judicis authoritate confecto, nec teneri aliud conficere, nec creditoribus hæreditariis, aut legatariis, ultra vires hæreditarias, dummodo ipſe hæres illud coram judice ratificet, intra tempus datum ad conficiendum inventarium. Hoc tamen ultimum requiſitum praxis non admiſit; ſed quotidie videmus, & practicamus illo judicis inventario excuſari hæredem, & quando ita generaliter illud requiſitum ratificationis viget in praxi; adhuc tamen non vigeret in noſtro caſu quantum attinet ad hæ- 39 dem debitoris mortui pendente lite concurſus ab eo mota inter creditores, cum omnino excuſatus ſit aliud conficiendi inventarium ob legitimum juris, & facti impedimentum, ut ſtatim probavimus.

40 Quantum autem attinet ad curatores, tutores, & adminiſtratores, qui ratione officii tenentur conficere inventarium, nec illis profit aliud ab alio tertio confectum, ſed tantum à ſeipſis confectum, admittimus libenter opinionem Eſcobar *in d. cap.* 9. quam rectè probat *ex n.* 23. *cum ſeqq.*

Et in iis in quibus verſamur terminis, quod hæres illius qui ceſſit bonis, nulla inventarii confectione indigeat nec teneatur, cùm ſit notorium hæreditatem eſſe inutilem, probat Cancer, *d. cap.* 2. *n.* 111. & *n.* 112. Manguillius *de evictionib. qu.* 50. *n.* 20. Noguerol. *allegat.* 19. *n.* 104.

Ex alio inſuper cap. legitimè excuſatum reperio 41 hæredem debitoris mortui pendente judicio concurſus ab inventario conficiendo, ob impedimentum juris, & facti, cum penes defunctum nulla bona ſint, ſed penes curiam, ſequeſtrum, & adminiſtratorem; ita ut nec ei, ſicuti nec defuncto permiſſum ſit bona attingere, ingredi, nec adminiſtrare, ad latiſſimè per nos tradita *ſuprà* 2. *part. c.* 13. & *c.* 14. *per totam*, quibus multa mirabilia, & ſingularia ſcripta fuere ac feliciter conſiderata, & reſoluta.

Quare impedimento ſtante, tempus nullum currit 42 hæredi ad conficiendum inventarium, ita ſingulariter probat Cancerius *variar. reſolut. lib.* 3. *cap.* 2. *de inventario ex num.* 21. dicens, quod hæredi tempus inventarii conficiendi non currit, niſi à tempore, quo ipſe illud potuit facere, nam ſi forte vidua non poſſidebat bona, ut quia tempore mortis degeret extra domum viri, & cùm ingredi vellet domum ad conficiendum inventarium impediretur, ac ſimiliter quando lis mota ſit ſuper hæreditariis bonis, & ſic non poſſet eorum facere, inventarium, nec illis immiſceri, non currere præſignatum juris terminum durante lite, & impedimento, & ſic ex eo dumtaxat tempore currere incipit ex quo potuit illud conficere, & non confecit; ut in terminis declarat Guillelmus Benedic. *in cap. Raynutius, verb. mortuo teſtatore* 1. *n.* 393. Alvarus 43 (licèt non ſatis explicet) *conſil.* 52. *n.* 6. ſenſit Bald. *in leg. ſolemnibus in fin. C. de rei vindicatione* dicens debitori mihi imputari, quamdiu poſſeſſor contra me litigat, plures refert Borguinus Cavalcanus *deciſ.* 44. *n.* 13. *part.* 1. quos refert, & ſequitur Cancer. *loco citato*, & aliquibus fundamentis comprobat, ideoque non currente tempore huic hæredi, nec interim tenetur proteſtari, cum proteſtatio conficiendi inventarium nullo modo requiratur, ut poſt plures à ſe relatos firmat Cancerius *ib. ex n.* 31.

Roboratur ex ſingulari, & ſimili doctrina, quod licèt quod adminiſtrator quilibet teneatur conficere librum rationum, & edere, tamen concluſio ceſſat, quando ad manus adminiſtratoris, nihil adminiſtrationis cauſa pervenit, quia tunc omnino excuſatur à confectione inventarii, libri rationis, nec non ejus editione: probant Corneus *in conſ.* 81. *n.* 4. *l.* 4. Paul. de Monte Pico *in conſ.* 67. *n.* 4. & *n.* 28. *verſ ultima conjectura.* & ante eos firmavit Jacob Burricar. *in leg. nulli col. fi. verſ. item nota quod facit inventarium* & etiam Bald. *d. num.* 10. *Cod. de Epiſcop. & Cleric. & in Authent. ſed ſi teſtator in fin. n.* 13. *Cod. ad legem falcid.* Capra *de executor. teſtament. membr.* 5. *n.* 25. noviſſimè Pereja *de univerſ. inſtrum. edit. tit.* 5. *reſol.* 3. *n.* 35.

Et ſimiliter curator ad bona abſentis per judicem datus tenetur inventarium conficere, & fidejuſſionem dare. Ant. Amat. *reſol.* 34. *n.* 8. quod procedit, quando bona abſentis ad manus curatoris pervenerint, non aliàs, prout declarant Virgilius *de legitim. perſon. cap.* 10. *n.* 8. *in fin.* Gratianus *diſcept. forenſ. c.* 225. *n.* 34. & 35. Ant. Amat. *cit. n.* 50.

Quare tutiſſima remanet reſolutio noſtra, hæredem 44 debitoris mortui, pendente judicio concurſus per ſeipſum moto ſuccedere in ejus inſtantiam, & illud poſſe, imò teneri proſequi præcisè ob jus quæſitum, & intereſſe creditoribus quibus invitis à lite diſcedere non poſſit hæres, nec in ſui facultate eſt, judicium concurſus hoc diſſolvere, & extinguere aliter, quam integrè ſatisfactis creditoribus, prout probavimus ad principium hujus cap. nec ſit hæres adſtrictus ultra bona concurſus ob non confectum inventarium, cùm ad illud conficiendum non teneatur, nec currat tempus legitimo impedimento detentis.

Et in iis terminis quod hæres debitoris mortui lite, 45 & ceſſione bonorum facta, & pendente, quis abſque beneficio inventarii adivit hæreditatem, ultra vires hæreditatis non teneatur creditoribus concurſus, ſed bona in eum tranſeant cum illa qualitate, cauſa, & ſuis

vitiis

vitiis quæ penes defunctum erant tenuit Bald. *in leg. fin. num. 9. Cod. qui bonis cedere poss.* (licet medius à se scriptis sua assertio non efficiatur probabilis; læditur tamen talis ex hactenus à nobis consideratis: fundamenta autem Baldi impugnant Salicetus *in leg. 1. Cod. qui bon. ceder. poss.* Matthæus Brunus *de cess. bonor. quæst. 6. quæst. 4. princip.* dum disputantes resolvunt hæredem qui adivit absque beneficio inventarii, non posse cedere bonis, sed ultra vires hæreditarias creditoribus teneri; qua non est nostra quæstio.

46 Et Baldi opinionem sequuntur seriorem dicentes Marcellus Cala *de mod. articulan. §. 2. gloss. 1. num.* 1018. Vinius *dec.* 364. *num.* 20. Baeça *de debitore inope c. 6. num.* 12. Æmilius Gallus *de exceptionibus tit. 2. except. 5. part. 3. num.* 53. Mangilius *de evictionibus, quæst.* 50. *num.* 20. qui hanc tuentur contra aliorum Doctorum opionem, superius in contrarium adductam *ex nu.* 9. firmantes hæredem ejus, quibus cessit non teneri conficere inventarium, nec ultra vires hæreditaris solvere tenetur creditoribus debitoris mortui concursu à se formato pendente.

47 Et sequutus Baldi doctrinam idem firmiter asseverat Gratianus *disceptat. forens. tom. 2. cap. 222. nu.* 25. ibi: defuncto eo qui cessit bonis, hæres illius quamvis non fecerit inventarium, non tenetur in solidum; licet enim non habeat beneficium inventarii, tamen habet privilegium defuncti, & hæreditas transit ad hæredem cum sua causa, suisque vitiis, nec in plus tenetur hæres creditoribus, quàm defunctus; & beneficia, quæ acquisivit testator, transeunt ad hæredes, & competunt tam agendo, quàm excipiendo *leg. non solum, de in integr. restitut. leg. quæ doti, ff. soluto matr.* & in specie ita concludit Bald. *in leg. ult. in fin. vers. quæro C. qui bonis cedere poss. &c.*

48 His suppositis non obstant argumenta in contrarium adducta, quæ omnia cùm uno, & eodem fundamento nitantur, ipsoque verè sublato, omnia pariter dissolvuntur, omnia enim fundantur super non confecto inventario per hæredem debitoris: at cum apertè ostendatur variis ex juris rationibus, ad illud conficiendum non teneri hunc hæredem, atque ideo nec ultra vires hæreditarias creditoribus concursus, fas est nullum argumentum casum percurrere nostrum.

49 Sed signanter omnia dissolvamus; non obstat quod *ex num.* 9. diximus, hoc beneficium cessionis non transire ad hæredes, uti privilegium personale. Cui respondetur bona esse affecta, & cum suis vitiis transire in hæredem, in quem lis concursus transit, & sic durat adhuc onus impositum per defunctum ad favorem, & jus creditorum, quorum solutioni bona sua omnia destinavit debitor, quod quidem transmissibile est, nec separabile ab ipsa lite & bonis.

50 Nec jura quæ in argumento citantur aliquid ad propositum faciunt, disponunt etenim in beneficio personalissimo juris, ne quis conveniatur ultra quam facere possit; quod non transit ad hæredem, sed adhuc in casu illorum jurium affirmare auderem tunc transire, quando in lite pendente in vita defuncti ipsi de eo beneficio oppositum, quod cùm causæ inhæreat, & hæc cum sua
51 instantia transit in hæredem, simulque transire videtur; quo casu illa jura non loquuntur; sed quando hæres noviter conventus uti vult hoc beneficio ex persona defuncti, cui hoc privilegium de jure competebat; at verò quando ipse hæres ex propria persona privilegio hoc uti velit, quia sibi de jure competit; tunc jura illa non procedunt, quia hoc casu hæres qui habet privilegium, ne conveniatur ultra quam facere possit, rectè eo potitur, etiam quando defunctus illud non habebat, prout probant Cala *de modo articulandi, §. 2. gloss. 1. nu.* 10. & 16. Gallus *de exceptionibus tit. 2. except. 5. nu.* 51. Mangilius *de evictionibus quæst. 50. ex nu.* 23. qui sic intelligunt, & declarant d. jura in argumento deducta.

52 Non obstant quæ *ex num.* 12. in contrarium ponderantur, quæ omnia vera sunt in se, non tamen adaptantur, quia procedunt in hærede non conficiente inventarium ad quod tenebatur, quo casu ob dolì, fraudis, & substractionis bonorum præsumptionem juris, & de jure denegatur beneficium cessionis bonorum, cùm in solidum creditoribus teneatur, eo quod præsumitur hæreditas opulenta, & sufficiens, atque non auditur hæres cedere bonis ambiens. At nos loquimur in hærede debitoris mortui lite pendente super concursu, qui legitimo excusetur impe- 3
dimento illud non conficiendi, ad id tenetur, cùm in sua potestate non sit in bonis se immiscere hæreditatis, atque ideò omnis cessat substractionis præsumptio, & per consequens nec creditoribus ultra vires hæreditarias tenetur, quia cùm cessat ratio in nostro casu, non erit illud fundamentum ei adaptandum.

53 Nec obstant quæ *in nu.* 16. scripta sunt ex communi Doctorum opinione, cùm ex magis communi, & æqua opinione, atque receptiori, (ut vidisti *ex nu.* 24. *cum multis seq.*) quando notoriè constat per inventarium bonorum ab alio confectum, (qui de jure, & ratione officii ad ejus confectionem tenebatur) quæ bona hæreditatis; hæres alio non adstringitur, eo quod jam cessat substractionis præsumptio, & creditores in quorum favorem inventarium desideratur tuti sunt, & securi; atque ideo cùm cessat ratio legis, ejus cessat dispositio ex magis communi receptiorique opinione, quam ut æquiorem admittimus, tot patrum authoritate fulcitam.

54 Imò quando contraria admitteretur opinio, adhuc non procederet in nostro casu, de quo agimus quo hæres debitoris impedimento juris, & facti facultatem non habet bona hæreditatis describendi per inventarium, cùm penes curiam sint, nec ea ingredi atque attingere permittatur hæredi, eorumque sit administratio prohibita quæ per administratorem alium nominatum continuatur, eo quod durat adhuc causa primæva sequestri, quo usque creditores hæreditatis satisfiant ex eisdem bonis affectis & destinatis creditoribus prædictis ex quasi contractu defuncti venire ut *supra ex nu.* 1. videre est. Nec potest dissolvere judicium inter 55
creditores causarum à defuncto aliter, quàm ex integro satisfaciens creditoribus, & per solutionem dimissis ad latè tradita *infra 3. part. cap. fin.*

Nec obstat quod ultimo loco pro contraria parte diximus *nu.* 23. quoniam etsi propositio verissima sit 56
creditores confitentes inventarium confectum ab hærede verum, & certum esse, in hæreditate alia bona non remansisse sibi, & non aliis præjudicare; nam cùm in eorum favorem simul inducatur inventarium, confessio sua sibi præjudicare debet, quia juri pro se introducto cuilibet renuntiare libet, tamen non confitentibus præjudicat, nec juri tertii à suo nec dependenti detrahere potest.

Sed pro complemento hujus cap. illa se offert difficil- 57
lima, & singularis quæstio, an hæres, qui cum beneficio inventarii hæreditatem adivit, non solùm de bonis in inventario relatis teneatur instantibus creditoribus, sed etiam de fructibus, redditibus & emolumentis ex dictis bonis provenientibus, atque ab ipso hærede perceptis, tam ante quàm post aditam hæreditatem, & non solùm perceptis ante instantiam creditorum urgentium, quam postquam instarunt urgentes, atque de iis rationem reddere teneatur hæres, dum certat, hæreditatem solvendo non esse, quam quæstionem ad partes ampliissimè disputavit Escobar *de ratiociniis c. 9. ex nu. 76. usque ad num.* 85. quem omninò vide pro resolutione, vide etiam Surdum *dec.* 15. *num.* 3. *& in consil.* 128. *nu.* 7. pro contraria parte ipsum Surdum *consil.* 291. *num.* 6. & 7. qui allegat Roland. Phanutium, & alios 58
nonnullos Doctores; sed distinctionem Escobar, & ut hæres teneatur solvere creditoribus ex fructibus hæreditatis ab eo perceptis postquam creditores instarunt

pro

pro ſuis creditoribus; ſecus ex fructibus perceptis antea quam creditores inſtarent quos ſuos hæres facit, ſequitur Hermoſilla *in leg.* 8. *tit.* 4. *part.* 6. *glo.* 12. *n.* 8. *extenſa* 10. *fol.* 278. *tom.* 1. vide de hac difficultate infra *ex num.* 62.

59 Illud quoque finitimum eſt, quod hæres gravatus reſtituere poteſt deducere ex fideicommiſſi bonis ſi creditor ſui defuncti, creditum ſuum etiamſi adivit abſque beneficio inventarii, ſibi ſolvere poteſt, & pro hac parte profequitur innumera penè Doctorum allegatione Fuſarius *de fideicommiſſis latius q.*

60 *665.* qui *a n.* 7. *cum multis ſeq.* controvertit illam quæſtionem, an hoc caſu ipſe hæres teneatur in ſuum creditum fructus hæreditatis à ſe perceptos computare etiam adeundo ſine beneficio inventarii, in qua quæſtione licèt duas communes opiniones Doctorum contrarias referat, tamen ut certiorem ſequitur negativam, quam ampliat, limitat per totam quæſtionem videndus omnino, qui pro utraque magnam Doctorum catervam diligenter congeſſit. Idem etiam abundè tenet *in q.* 541. *ex num.* 5. *cum ſeqq.* quam doctrinam intellige ut procedat inter hæredem gravatum, & fideicommiſſarium, at ſecus erit reſpectu aliorum hæreditatis creditorum, nam tunc quando cum eis hæres concurrit, tenetur cum fructibus à ſe perceptis compenſare ſuum creditum, quando cum beneficio inventarii adivit, nam potius commodo creditorum omnium quam hæredis cedunt, ut per Surdum, & Covallum *conſil.* 145. *vol.* 2. abſolutè, & indiſtinctè tenet Amat. *variar. reſolut. tom.* 2. *reſol.* 56. *n.* 8. *ad fin.* Sed non recedas à diſtinctione Eſcobar de qua *ſuprà nu.* 57. & 58. & ſtatim *ex q.* 62. *cum. ſeqq.* ad quam iſti Doctores reduci debent.

61 Idem etiam reſolvit ipſe Fuſarius *in quæſt. ſeq.* 666. *num.* 3. & *num.* 4. & *in d. quæſt.* 541. & *num.* 5. & 6. & 7. *cum ſeq.* optimè etiam *in quæſt.* 665. *ex num.* 1. 2. & *ſeq.* & *ex num.* 7. *cum ſeq.* in ſolutione facta per hæredem creditoribus hæreditariis, quia etſi adivit non confecto inventario, non tenetur fructus à ſe perceptos ex bonis hæreditariis computare, & compenſare in ipſa credita, nec ex eis tenetur creditoribus hæreditatis ſolvere, ſed potius ea credita à ſe ſoluta poteſt detrahere in bonis hæreditatis, & ejus corpore principali.

62 Sed quidem hæ duæ doctrinæ *ex n.* 59. nihil influunt in illam quæſtionem, & reſolutionem Eſcobar *d. c.* 9. *num.* 76. ei inhærentis opinioni, ut hæres creditoribus hæreditarius non teneatur ſolvere ex fructibus à ſe perceptis ex bonis hæreditatis, quos jure dominii, juſto titulo, & bona fide ſuos fecit, & percepit, anteaquam inſtarent creditores, licèt non poſtquam inſtarent, & hæres dixit hæreditatem ſolvendo non eſſe, de quo diximus *ſuprà n.* 57 & 58. quam tamen diſtinctionem trepide dixit, & cogitandam reliquit, poſtquam pro veriori admiſerat opinionem Surdi, & aliorem abſolutè tenentium negativam, nempe hæredem non teneri fructus provenientes ex bonis hæreditatis creditoribus reſtituere.

63 Quam conſtanter ſequitur Hermoſilla loco proximè citato *ſuprà nu.* 58. eandem etiam opinionem, & diſtinctionem ſequitur Vinc. de Franchis *dec.* 179. *ex nu.* 6. ubi agit de hærede debitoris, cui viventi creditores conceſſerant dilationem quinquennalem, ut hæres ei teneatur reddere rationem fructuum à ſe perceptorum à tempore mortis debitoris, & ſic Franchis loquitur de fructibus perceptis poſt inſtantiam creditorum trahentem originem ante debitoris mortem.

64 Quæ verior mihi videtur, etenim illa communis opinio, & quæſtio ventilata per Fuſar. de qua *ſuprà ex nu.* 59. *& ſeq.* longè diverſa eſt ab hac quam tractat Eſcobar; loquitur enim Fuſarius reſpectu fideicommiſſarii, ut tunc fructus interim percepit per hæredem gravatum non debeat hæres compenſare in ſuum, vel aliorum creditorum creditum: at quæſtio Eſcobar verſatur, an fructus debeant cedere in utilitatem creditorum hæreditatis, quando ab eis conventus hæres dicit hæreditatem non eſſe ſolvendo, & ſic una quæſtio ab alia longe diſtat, ob rationem differentiæ inter fideicommiſſarium, & creditores, quam abundè plurimis citatis reddunt Petrus Surdus *conſil.* 7. *ex nu.* 13. & *ſeqq. & in conſil.* 281. *ex nu.* 6. & *ſeq.* Rolandus à Valle *conſ.* 65. *per totum*, præſertim *ex nu.* 13. *uſque ad fin. vol.* 2. & ex aliis relatis per nos *ſuprà nu.* 60. & innumerabiles penè alios ad idem congerit Amat. *variar. reſol. tom.* 2. *reſol.* 56. *nu.* 8.

65 Unum tamen notabile in hac materia inventarii non omittam, circa illud quod modo ex communi Doctorum recepta ſententia diximus, hæredem creditorum hæreditatis poſſe ſuum creditum deducere, etiam non confecto inventario, ut declares velim, ne confundaris quod licèt non confecto inventario teneatur de ſuo ultra vires hæreditarias creditoribus defuncti, non tamen ideo deſinit eſſe creditor hæreditatis, quia non ex eo quod debitor ſolvendo non ſit, creditores amittunt jus ſuum & ideo licet hæreditas ſolvendo non ſit, & hæres ſit creditor anterior ſuum in exigendo, obtinet primum locum, licèt poſtmodum de ſuo, & de illo credito exacto tanquam ſuo teneatur ſatisfacere iis creditoribus hæreditatis, quibus hæreditas ob inopiam non ſatisfecit.

66 Atque ideo rectè compatitur hæredem manere creditorem, & teneri de ſuo aliis creditoribus defuncti ultra vires hæreditatis, & hoc attende, quia nemo ex iis quos viderim Doctores clarè loquitur, nec rationem reddunt, quare hæres creditor etiam non conficiens inventarium ſuum exigat creditum ex bonis hæreditatis etiam prohibitis alienare, cum tunc teneatur de ſuo creditoribus ſatisfacere, & ſic etiam de illo quod prius ex hæreditate exegit pro ſui crediti ſatisfactione.

CAPUT II.

Naturæ judicii concurſus, quæ ſpecialia præter, aut contra juris regulas ineſſe detegantur?

Et an inter ea illud numeretur, ut novus licitator ad bona concurſus jam per ſubhaſtationem adjecta, ſi meliorem conditionem attulerit, admittatur?

Et an coram eodem judice concurſus, tam novus, quam antiquus licitator, & poſſeſſor comparere cogantur?

SUMMARIUM.

1 *Licitator novus, poſt bona concurſus addicta meliorem conditionem offerens, an admittatur.*
2 *Poſt ſubhaſtatam ſemel rem, & addictam licitanti novus non admittitur licitator, meliorem conditionem offerens.*
Et quæ dicatur melior conditio, ibid.
3 *Etiamſi ſtatim, & eodem momento poſt extinctam candelam, novus licitator accedat, non admittitur.*
4 *Subhaſtatione peracta, & extincta candela, emptio manet perfecta, in quo locus non eſt pœnitentiæ.*
5 *Minor reſpublica, nec fiſcus habent privilegium admittendi novum licitatorem, ſubhaſtatione perfecta.*
L. Lucius, §. fin. D. ad mucicipalem exornatur, ibid.
6 *In fiſci bonis licitandis ex noviori jure Regio, novus admittitur licitator.*
7 *Minor, reſpublica, vel Eccleſia reſtituuntur adverſus emptorem in ſubhaſtatione, ob læſionem pretii oblati.*
8 *Reſtitutio hæc non conceditur ex levi, & modica adjectione novi licitatoris.*
9 *Sed ſaltem in ſexta parte plus oblata.*

10 *Reſti-*

10 *Reſtitutio minori, & ſimilibus contra ſubhaſtationem peractam conceditur jure ſpeciali, non jure communi.*

11 *Ad concurſus bona ſemel ſubhaſtata, novum licitatorem plus offerentem non admittendum, tenet Hermoſilla.*

12 *Licitator novus ob ſpeciale privilegium ad concurſum admittitur, meliorem ſi attulerit conditionem, & ſeqq.*

13 *Ratio redditur, ex qua novus licitator admittatur in bonis concurſus ſubhaſtatis, & ſeq.*

14. & 15. *In bonis debitoris licitatis præfertur cognatus extraneo emptori, & iſtis ipſe creditor.*

16 *Creditor tanquam extraneus plus offerens tutus eſt, & rem debitoris ſubhaſtatam emptam recipit, non in pignus.*

17 *Creditoribus concurſus ſuccurritur per viam reſtitutionis ex clauſula generali, ut novus admittatur licitator.*

18 *Prodigo an competat in integrum reſtitutio, variant Doctores.*

19 *Prodigo poſt interdictam adminiſtrationem conceditur reſtitutio.*

20 *Prodigus poſt ſibi interdictam ſuorum bonorum adminiſtrationem æquiparatur minori.*

21 *Debitori cedenti bonis, ut miſerabili perſonæ, & cui ſuorum bonorum adminiſtratio eſt interdicta, competit reſtitutio.*

22 *Concurſus creditorum conſideratur univerſitas.*

23 *Concurſus creditorum habet effectus univerſitatis.*

24 *Concurſus bona per adminiſtratorem reguntur, interdicta debitori.*

25 *In concurſu creditorum vix aliqua perſona privilegiata deficit, cui reſtitutio competat.*

26 *In concurſu creditorum ſemper adeſt perſona miſerabilis, ipſe debitor bonis cedens.*

27 *In concurſu creditorum multa adſunt, quæ reſtitutionem in integrum appetunt.*

28 *Univerſitati, Villæ, & Caſtro, quæ per adminiſtratores reguntur, competit reſtitutio in integrum.*

29 *Univerſitati cui adſunt pupilli, viduæ, pauperes, vel ægroti competit reſtitutio.*

30 *Quid in collegio.*

31 *Univerſitas, licet per ſeipſam regatur, tamen cum in ea adſint pupilli, viduæ, & ſimiles perſonæ, habet beneficium reſtitutionis.*

32 *De miſerabilium perſonarum reſtitutione, qui tractent.*

33 *Licitatorem novum poſt ſubhaſtationem peractam in bonis concurſus praxis frequenter admittit.*

34 *Subhaſtationem ſemel factam ob juſtam cauſam fraudis, colluſionis, vel doli, poteſt Judex reiterare.*

35 *Licitator primus quando per ſecundum offerentem meliorum conditionem, liberatur, vel non, remiſſivè.*

36 *Duo licitatores ſimul, & eodem inſtanti concurrentes offerendo eandem quantitatem de quorum anterioritate non apparet, quis præferendus, remiſſivè.*

37 *Argumentis contra licitatorem novum admittendum in bonis concurſus reſpondetur, & ſeq.*

Hermoſilla probatur, ibid.

38 *Privilegium reſtitutionis conceſſæ minori pro admittendo novo licitatore, an extendatur ad bona ſui debitoris, & ſeqq.*

39 *Debitor formans concurſum ratione minoris ætatis habet reſtitutionem, ut novus admittatur licitator.*

40 *Minori comparenti concurſui intereſt uti creditori, augmentum bonorum debitoris.*

Cujus reſtitutio prodeſt aliis majoribus creditoribus in judicio concurſus ſtantibus, ibid.

41 & 42. *Major, ratione intereſſe commixti cum minore non litigante, poteſt reſtitutionem petere.*

43 *Plus licitanti an poſſit offerri præmium, hoc eſt,* promotido, *in ſubhaſtatione bonorum concurſus.*

44 *Debitor in concurſus bonorum ſubhaſtatione non poteſt plus licitanti offerre præmium.*

45 *Nec adminiſtrator bonorum concurſus.*

46 *Nec Judex aut apparitor ſubhaſtationi aſſiſtentes.*

47 *Nec creditoribus hoc licet.*

48 *Niſi accedat creditorum & debitoris conſenſus.*

49 *Speciale eſt in concurſu creditorum favore, & intereſſe creditorum novum admittere licitatorem, dummodo quod plus offert in magna ſit quantitate.*

50 *Concurſus ſola deſtinatio eſt caſus curiæ, ut in prima inſtantia adeatur Cancellaria.*

51 *In concurſu ſpeciali requiritur ut creditores provocati ſequantur forum debitoris provocantis.*

52 *Judicium concurſus alibi pendens ſemel avocatum à fiſco, hoc per ſolutionem dimiſſo, iterum redit ad priorem judicem.*

53 *Scholaris ſive ſit reus, ſive actor ad ſuum judicem trahit omnes cauſas: concurſum creditorum non poteſt.*

54 *Cauſæ individuæ, & connexæ ad unum, & priorem judicem remittuntur: concurſus autem non ita.*

55 *Debitor licet dominus ſit bonorum ſuorum, per concurſum à ſe cauſatum amittit facultatem alienandi, & diſponendi, nec non eorum adminiſtrationem.*

56 *Creditor conditionalis, licèt actione careat ad agendum, admittitur tamen in concurſu, & inter cæteros graduatur.*

57 *Creditor cenſualiſta pro ſorte, & uſuris in concurſu comparet, & conſequitur redemptionem.*

58 *Creditor, etiam cenſualiſta cogitur bona concurſus taxata in ſolutum recipere, etiam pro extinguenda ſorte principali.*

59 *Concurſus pendentia peracti per debitorem excuſat creditores ab excuſſione, ut liberè agat contra tertium.*

60 *Ad alimenta taxanda ex bonis concurſus, non qualitas, ſed neceſſitas dumtaxat inſpicitur.*

61 *Mandatum ad contrahendum, ſeu adminiſtrandum extinguitur ſtatim atque mandans format concurſum.*

62 *Venditione perfecta, nemini licet pœnitere.*

63 *Venditæ rei traditio quibus in caſibus dicatur facta habita, vel non habita fide pretio.*

64 *A venditione facta in ſubhaſtatione ob non ſolutum pretium recte diſcedi poteſt, & ulterius ſubhaſtari.*

65 *Minor, Reſpublica, Eccleſia, aliave quævis communitas concurſum inter ſuos creditores formare poteſt, abſque decreto, facultate Regia, & ſolemnitatibus.*

66 *Exceptio concurſus pendentis poteſt opponi in quacumque parte judicii.*

Adminiſtrator concurſus quantumvis nobilis ſit, pro reliquorum ſolutione incarceratur, ibid.

Debitor concurſu pendente ſi ſecundam ſupplicationem interponat, excuſatur à fidejuſſione, ibid.

Decimam executionum licet regulariter percipiat Judex, eam tamen non deducit ex bonis concurſus ſubhaſtatis, ibid.

67 *Negotium, ſi plures tangat ut ſingulos, non determinatur à majori parte, ſed omnium requirit conſenſum, & citationem; nec major pars præjudicat minori.*

68 *Secus quando tangit plures, uti univerſos.*

69. 70 & 71. *In concurſu creditorum major pars minori præjudicat, & in unum congregantur omnes.*

72 *In concurſu ſpeciale eſt, ut major pars creditorum præjudicet minori.*

73 *Et an hoc procedat in aliis caſibus ultra expreſſos, in certis legibus, & ſeq..*

74 *Affirmativè reſolvitur contra Vincentium de Franchis.*

75 *Leg. fin. D. de bonis authorit. judic. poſſidend. & aliæ adducuntur, in quibus major pars creditorum minori præjudicat. ibid.*

76. 77 & 78. *Verior, & communior opinio tenentium* cre-

creditorum majorem partem minori præjudicare, quoties agitur de consequutione suorum creditorum ex bonis falliti.

79 *Creditor inferioris gradus, etiam majoratus summa, non admittitur postulans, ut prior recipiat bona debitoris in solutum.*

80 *Creditorum major pars tunc attenditur in his, qua omnibus est communis, damnum, aut utilitas proportionabiliter ad singulorum credita.*

81 & 82. *Secus quando damnum, & utilitas omnibus non communicantur.*

83 *Pactum majoris partis creditorum in bonis debitoris, ut præjudicet minori parti, debet esse æqualis fortunæ.*

84 *Fisco creditore ad se trahere volente judicium concursus, solet creditorum minor pars consentire, ut fiscus primo loco solvatur, ad evitandum damnum omnibus creditoribus commune.*

85 *Licitator novus plus offerens subhastatione perfecta, an comparere debeat coram judice concursus, & an ad idem cogatur emptor possessor, cum seq.*

86 & 87. *Licitatoris forum sequi tenetur plus postea offerens, quando illi fuit rei subhastatæ possessio tradita.*

88 *Clerico emptori, & possessori rei subhastatæ, si peracto concursu controversia moveatur, forum Ecclesiæ sequi debet.*

89 *Licitatoris novi plus offerentis, non provenit jure ordinario, sed privilegiato restitutio in integrum.*

91 *Restitutio adversus subhastationem bonorum concursus pro admittendo novo licitatore, petitur vel à debitore, vel creditoribus.*

92 *Licitatoris novi admissio ad bona concursus, subhastata debet postulari coram Judice concursus, etiam adversus licitatorem possidentem, verius esse ostenditur.*

93 *Concursus bona subhasteta traduntur plus tunc licitanti sub tacita conditione, nisi alius meliorem conditionem attulerit.*

94 & 95. *Et alio licitatore comparente ad eundem judicem concursus recurrere tenentur omnes.*

96 *Contractus aliqui licèt purè appareant, adhuc ex natura rei recipiunt conditionem à jure.*

97 & 98. *Quæ conditiones tacitè subintellectæ, pro expressè appositis habentur.*

99 *Lex vel consuetudo quando subintelligit conditionem in actu, hæc operatur suos effectus resolutivos.*

100 *Conditio tacitè à jure subintellecta in actu, non minus operatur, quam expressa.*

101 *Conditione tacitè subintellecta pendente, rei subhastatæ venditio non est perfecta, sed cum ea tranfit affectata in emptorem.*

102 *Conditio sub qua res tacitè à judice subhastatur inducit prioris judicii continuationem, & termini subhastationis prorogationem.*

103 *Subhastationis terminus potest à judice ex justa causa prorogari.*

104 *Pro admittendo novo licitatore, & rescindenda prima subhastatione, ad judicem concursus recurrere debent omnes.*

105 *Respondetur argumentis in contrarium consideratis.*

106 & 107. *Novus licitator ad bona minoris, Ecclesiæ, & similium privatim subhastata, recurrere debet ad judicem possessoris, cui fuerunt tradita.*

108 *L. à Divo Pio, §. si post additum D. de re judicata, ponderata.*

109 *Possessor rei subhastatæ privatim si præmaturè conqueratur de capitulo, tutore, & similibus volentibus admittere novum licitatorem; debet tanquam Actor sequi forum rei.*

110 *Super quo ita determinavit Senatus Pintianus.*

SUB natura judicii concursus plura mysteria & specialia præter juris communis regulas occulta latent, quæ non nisi intensæ meditationi manifestantur, necnon continuo ingentique labore deteguntur, quæ omnia in unum congregare valde utile judicavimus, ut de cætero cunctis pateant. Igitur primitùs indaganda dum, an quid speciale in subhastatione bonorum con- 1
cursus inveniatur, quod licitatorem novum admittat, post eorum licitationem, & addictionem, quam vulgo *remate* appellamus; In qua difficultate si juris regulas attendimus, novum licitatorem non esse audiendum efficaciter probatur.

Primò, quoniam post subhastationem, licitatio- 2
nem, & addictionem rei subhastatæ finitam, perfectam, & temporis assignati transitum, aut candelam extinctam, licitator à futuris oblationibus, & licitationibus (etiam majoris summæ, & melioris conditionis, cum melior conditio etiam dicatur, tametsi in minori summa nihil fuerit additum, sed in faciliori etiam solutione, aut conditionum remissione, juxta text. expressum *in leg. eum qui, §. fin. ff. de in diem adjectione*) semper tutus & securus redditur, nec reiterari licitatio debet, nec alius admitti, *leg. eos, C. de diversis prædiis leg. si tempora. C. de fide instrument. leg. 1. Cod. de vendendis rebus civitat. leg. Lucius, §. fin. ff. ad municipalem gloss. in d. leg. si tempora.* Alberic. *in leg. etsi sine, §. quæsitum, ff. de minoribus.* Parlador. *lib. 2. vers. quotidian. cap. fin. 5. part. §. 13. num. 16.* Capicius *decis. 39. n. 5.* Asinius *de executione, §. 4. cap. 86. per totum.* Mastrillus *decis. 84.* etiamsi momento post extinctam candelam novus accedat licitator meliorem afferens conditionem Asi- 3
nius *loc. citato, nu. 12.* Francisc. Marius *decis. 566. nu. 1.* Riccius *Collectan. 1726.* Carrocius *de locato lib. 3. tit. de locatio. vectigal. quæst. 3. num. 9.* Afflictis *dec. 340. sub nu. 4.* Muscatellus *in prax. part. 3. gloss. venduntur nu. 52 & 53.* Menochius *consil. 1121. nu. 3. lib. 12.* Amat. *variar. resolut. cap. 38. sub num. 1.* Hermosilla *in addit. ad leg. 52. gloss. 7. tit. 5. part. 5. num. 40. fol. 235. col. 4.* Magon. Florin. *dec. 132. per totum.*

Cujus ratio est in promptu; quia tempore subhasta- 4
tionis finito, extincta jam candela, sicque perfecta semel subhastatione, venditio quoad ultimum licitatorem plus offerentem tempore congruo perfecta dicitur; & contractus celebratus, & omninò consummatus, ita ut pœnitentiæ amplius locus non sit. Boërius *decis. 249.* Alexander, *consil. 1114. sub nu. 2. vol. 6.* Asinius *de executione, §. 9. c. 10. nu. 20.* Riccius *Collectan. 1726. in princip.* Muscatellus *in prax. part. 3. gloss. venduntur, sub nu. 101.* Valascus *consultat. 37.* Scaccia *de judiciis cap. 97. nu. 41.* Rebuffus *ad constitut. Gallic. part. 2. tit. de præcon. art. 4. nu. 33.* Tuschus *lit. H. consil. 715. nu. 9. & lit. O. consil. 81.* Farinacius *decis. 55. nu. 2. part. 1. tom. 1.* Amat. *de resolut. 38. num. 2.* ergo nullo jure admitti debet, quantumvis meliorem conditionem attulerit novus licitator, perfecto jam contractu cum ultimo licitatore.

Secundò, fortius probatur, etenim nec minor, nec 5
Respublica, nec fiscus; tot juris privilegiis indulti, quorum bona subhastata fuere, & plus offerenti addicta, hac non gaudent prærogativa, ut iterum alius plus offerens, ad meliorem conditionem admitti debeat, si congruo tempore non compareat, text. optimus *in leg. Lucius, §. fin. ff. ad municipalem idem respondit* (inquit Consultus,) *si civitas, nullam propriam legem habet actionibus admittendis, non potest recedi à locatione, vel venditione prædiorum publicorum, jam perfecta: tempora enim adjectionibus præstituta ad causas fisci pertinere, leg. 1. Cod. de vendend. reb. civitat.* ut plurimis citatis Doctoribus probat Antonin. Amat. *variar. resolut. cap. 38. ex nu. 14. cum seq.* plures adducti per Hermosillam *nu. 40.* 6
loco statim citando, quidquid noviori jure regio fisci bonis sit admissum ex Parladorio videndo 2. *part. c. fin. §. 13. ex num. 14. & seq.* Gutierrez *de Gabellis quæst. 46. per totam.* Hermosilla *tom. 2. ad leg. 52. gloss. 6. ex nu. 41. tit. 5. part. 5. fol. 235.* à tergo; ergo multo

multo minus admittendus erit in bonis concursus, cum privati cujusdam, licet communis debitoris, sint.

7 Tertiò, quoniam licèt minor, Ecclesia, necnon Respublica restitutionem habeant contra ultimum licitatorem, cui bona, uti plus offerenti in pretio, aut in meliori conditione, ex *leg. & si fine, ff. de minoribus*, ibi, *quæsitum est ex eo, quod in lucro quoque minoribus subveniendum, dicitur, si res ejus venerit, & existat, qui plus licitatur; an in integrum propter lucrum restituendus sit, & quotidie prætores eos restituunt, ut rursus admittatur licitatio. Idem faciunt, & in iis rebus, quæ servari eis debent, quod circumspectè erit faciendum: cæterum nemo accedat ad emptionem rerum pupillarium.* Parlador. *lib. 2. rer. quotid. cap. fin. 5. part. §. 13. ex nu.*

8 18. (ubi post Avendannum, & contra Aviles, rectè probat, tunc restitutionem concedendam, non ex levi, & parva adjectione, sed ex magna, in qua læsio consistit (Guido Papæ *dec.* 536. Ponte,) qui plures refert *de potestate Proregis, tit. 4. §. 5. de regalibus impositio. à n.* 58. *& seq.* Muscatellus *in praxi part. 5. gloss. venduntur ex n.* 57. *&* 58. *& seq.* Tuschus *lit. H. conclus. 715. nu.* 11. Amat. *resolut.* 38. *n.* 18. (qui contrarium tuetur in fisco ex quamplurimis Doctoribus citatis *nu.* 19. *videndus nu.* 16.) Mauritius *de restitut. in integr. cap.* 219. Sforcia Oddus *de restitut. quæst* 57. *artic. 3. n.* 22. Afflictis *decis.* 340. & ubi Ursillus Aviles *in cap. prætor.* 31. *gloss. verb. depujas.* Mastrillus *decis.* 84. *n.* 6. Gutierrez *tit. 1. quæst.* 38. *& de Gabellis. q.* 144. Hermosilla *tom. 2. in addit. ad leg. 52. gloss. 7. n.* 43, *fol.* 235. *col.* 4. qui *n.*

9 44. cum Avendanno, Mastrillo, & Gutierrez *d. quæst.* 38. *n.* 40. *& de Gabellis ad quæst.* 140. *n.* 20. rectè dicit, quod ut restitutio hæc concedatur, utilitas minoris Ecclesiæ aut Reipublicæ debet esse magna saltem. *in* 6. *parte.*

10 Sed hæc restitutio iis conceditur, ex jure speciali, non ex jure communi, *leg. si judex ff. de minoribus*, latè Tiraquell. *de retract. lignag. ad fin. tit. n.* 24. *& seq.* Vincentius de Franchis *decis.* 340. Matiens. *in leg.* 12. *gloss. 2. à n. 8. & seq. tit. 1 lib 5. recopil. for.* 388. Gonzal. *in reg. Cancell. gloss.* 36. *n.* 9. Lara. *de vita hom. cap.* 18. *n.* 49. ergo adaptari nec potest bonis concursus, nec creditoribus concurrentibus qui non universim considerandi sunt, cum jus eis competat, & negotium pluribus ut singulis, non uti universis.

11 Et hanc partem negativam, licèt obiter contra Riccium, quem allegat, tenet Hermosilla *in leg.* 52. *gloss.* 7. *n.* 47. *tit.* 5. *part.* 5. *tom.* 236. dicens limitationem (quam tradit Riccius, ut addicta re subhastata plus offerenti in subhastatione ad instantiam creditorum, admittatur tertius noviter plus offerens) carere fundamento, & contrariam esse veriorem, cui assistit regula negativa; nam hoc privilegium de jure creditoribus, etsi minori sint, concessum non reperitur; nec quod specialiter in venditione rerum suarum eis concessum est, ad eorum debitores licet extendere.

12 Sed nihilominus à prædicta juris regula in subhastatione bonorum concursus receditur, quia speciale est in praxi admissum in concursus bonis subhastatis, ob favorem, & interesse creditorum, ut si novus licitator accedat, qui meliorem conditionem attulerit, etiam tempore subhastationis transacto, & candela extincta, audiatur, & admittatur, secundum Massulum, *in additio. ad Afflictum decis.* 36. *n.* 6. qui à sacro Consil. Neapolitano testatur fuisse decisum, quem referens sequitur Riccius *in Collectan.* 1726. *vers. limita tertio*, dicens quod juris regula exclusiva novi licitatoris perfecta venditione, & additione plus offerenti, limitatur, quando tractatur de interesse creditorum, quoniam tunc admittenda sit obligatio etiam contractu perfecto, & extincta candela, ex determinatione Senatus Neapolitani, & ex Magnesi *decis.* 132. idem tenet Torus *in compendio decisio. regni Neapolitan. verb. oblatio.* sequitur Amat. *variar. resolut. c.* 38. *n.* 3. qui ita limitandam esse regulam generalem, affirmant.

13 Sed ex qua ratione, & fundamento hæc procedat specialitas in bonis concursus subhastatis, etiam interveniente interesse creditorum, Doctorum præfati non aperiunt; ego autem nonnulla considerabam, quibus

14 justificari fortè posset Doctorum horum assertio, & praxis usitata. Primum ex alia non absimili specialitate, & prærogativa, qua uti possunt creditores in hac bonorum addictione, ut cognatus in pari obligatione præferatur extraneo emptori, & licitatori, & ambobus, creditor ipse, ad cujus instantiam bona subhastantur, sicuti bellissimè scribit Jurisconsult. *in leg. 1. ff. de privilegiis creditorum; cum bona* (inquit) *tendunt debitoris, in comparatione extranei, & ejus, qui creditor cognatus velit, prior habetur creditor, cognatusve, magis tamen creditor, quam cognatus, & inter creditores potior is est, cui major pecunia debetur.* Parlador. *lib. 2. rer. quotid. cap. fin. §. 23. n.* 10. & quod

15 creditor inæquali licitatione sit præferendus, probant Maranta *in disputat.* 8. *nu.* 29. Faber *de errorib. decad.* 56. *errore 1. vers. simile aliud.* Amador. Rodriguez *de execut. sentent. cap. 6. n. 3. in fin.* Curia Philippica *2. part. §. 12 n. 5.* Hermosilla *ad leg. 52. gloss. 7. sub n. 26. tom. 2. fol. 224. col. 1.* qui *ex n.* 16. rectè

16 tractat creditorem, cui, tanquam extraneo plus offerenti in licitatione bonorum sui debitoris fit addictio, semper tutum esse, & rem pleno jure acquirere, non in pignus, innumerabiles penè alios congessimus *supra 1. part. c.* 10. *ex n.* 10. *& seq.*

17 Secundò, virtute restitutionis, in integrum saltem ex causa generali prout colligi videtur ex mente prædictorum Doctorum *n.* 12. qui dum affingunt regulam novæ licitationis negativam, limitant ex restitutione minorum, Reipublicæ, & Ecclesiæ, & prosequuntur ob interesse, & favorem creditorum. Sicque ex causâ restitutionis censetur eis hoc beneficium competere voluisse.

18 Tertiò, per argumentum à prodigo, cui an concedenda sit in integrum restitutio, Doctores non conveniunt, Felicianus post multos *in tract. de censib. adm. 1. lib. 2. cap. 2. n.* 18. absolutè ei concedendam fore affirmat, etiam ante bonorum administrationis interdictionem. Oddus tamen *in tract. de restit. in integr. part. 1.*

19 *quæst. 11. ar. 4. n. 9.* post Paul. *in concil. 248. sub nu. 5. lib. 2.* verius distinguit ante, vel post interdictionem quam ut veriorem sequitur Censius *de censibus q. 16. ex n. 9.* ex illo validissimo fundamento: Quia antequam

20 prodigo fit interdicto administratio suorum bonorum, nec habetur loco minoris, nec illi æquiparatur, sed postquam fuit illi interdictum, ne sua bona administret, ex *leg. cert. conditio, §. quoniam in fin. ff. si certum pet.* conducunt quæ Gomez *variar. resolut. tom. 2. c. 14. n.* 31. Vinc. de Franchis *decis. 672. n. 1. & n. 3.* Solis loco citato, *n.* 8. & Cencius *d. quæst. 16. n. 7. &* 8. Igitur si in prodigo interdictio administrationis subse-

21 quuta, est causa legitima ad restitutionem concedendam, eandem habet restitutionem attribuere miserabili personæ debitoris, postquam bonis suis cessit, & inde interdictio administrationis suorum bonorum fuit subsequuta, & in administratorem nominatum translata, atque ideò ex identitate rationis restitutio idem deneganda non videtur.

22 Quæ consideratio adhuc non abs re esse videtur, cùm in hoc corpore concursus tot concurrant specialia, quæ singula, vel saltem simul juncta præstant causam restitutioni, vel ad instar minoris, vel ex clausula generali; etenim creditorum concursus formatus per debitorem communem, quodam modo potest considerari universitas concurrens ad bona universa debitoris, quorum negotium licèt pertineat singulis, ut singulis, non uti universis, ut post alios probat Franchis *decis.* 82. *n.* 4. *& à num. 1. cum seq.* tamen in aliquibus, ubi universi considerantur, congregantur, & major pars attenditur, prout annotavimus infra specialitate ultima,

23 habet enim concursus creditorum iste effectus universitatem, prout in specialitate ultima inferius probatur,

24 atque etiam corpus bonorum, quæ ad creditorum ſolutionem, & ſatisfactionem deſtinata ſunt, per adminiſtratorem regitur, ita ut nec debitori ipſi eorum domino, nec creditoribus ſit permiſſa, ſed ea attingere vetitum,
25 prout ſuperius 1. *p. cap.* 13. *ex n.* 1. *&* c. 14. atque ut plurimum vix in eo deficit perſona aliqua privilegiata, cui beneficium reſtitutionis competat, minor, pupillus, Eccleſia, monaſterium, vel loca pia, populus, aut
26 Reſpublica, & ſimiles privilegiatæ, atque ſemper miſerabilis adeſt perſona, ipſe nempe debitor, ad latè tradita 1. *part. c.* 2. *ex n.* 34. *& ſeq.*

27 Quorum ſingula, ut prædiximus, reſtitutionem appetunt poſt Jacob. de Aren. & Butrigar. firmat Bald. *in leg. Reſpublica. n.* 2. *Cod. ex quibus cauſis majores*, & ibi Angel. *n.* 1. Speculat. *tit. de reſtitut. in int. §.* 1. *num.* 20. Joann. Andr. *in cap. de in integr. reſtitut.* Paul. de Caſtro, & Fulgoſus *in d. leg. reſpublica.* Paulus de Caſtro, *in leg.* 1. *n.* 3. *C. etiam per procurator.* Albericus *in leg. ſi ab hoſtibus nu.* 17. *ff. ex quibus cauſis majores.* Alexand. *in leg. civitas. n.* 4. *ff. ſi certum pet.* & ibi Decius *n.* 8. Bald. *in leg. legatis ff. ex quibus cauſis major.* Cardinal. *in d. c. cap.* 1. *n.* 4. & ibi Abbas *nu.* 15. Maranta *in* 3. *part.* 6. *p. in actu* 2. *n.* 97. Corneus *conſil.* 284. *n.* 5. *tit.* 4. Socinus Senior. *conſil* 299. *nu.* 1. *lib.* 1. Alciatus *conſil.* 167. *n.* 2. 3. *&* 4. Socinus Jun. *conſil.* 51. *num.* 5. *lib.* 4. Natta *conſil.* 158. *nu.* 29. Neguzan. *conſil.* 43. *per totum.* Rolandus à Valle *conſil* 90. *n.* 27. *lib.* 1. *& conſil.* 68. *n.* 22. *lib.* 3. Riminal. Junior. *conſil.* 81. *n.* 31. *lib.* 1. Boſſius *in tit. ſi adverſ. rem judic. nu.* 20. Maurutius *de reſtit. in integr. c.* 417. Sfortius Oddus *eodem trac-*
28 *tatu, part.* 1. *q.* 3. *art.* 10. *ex n.* 66. *& art.* 11. *per tot.* qui loquuntur in Univerſitatibus, Villis, ſeu Caſtris, quæ per ſyndicos, ſeu adminiſtratores, & non per ſeipſa reguntur, probat etiam Rodriguez *de redditibus, lib.* 1. *quæſt.* 12. dum *ſub n.* 68. probat quod univerſitati, quæ alieno admi-
29 niſtratore, & regimine indiget, reſtitutio conceditur, quia in ea adſunt pupilli, viduæ, pauperes, & ægroti, non ſi ſit publicariorum, fabrorum, vel pictorum collegium poſt Alciatum *in l. ſi civitas, n.* 3. *&* 4. *ff. ſi certum pet.* & Sfortiam Odd. *in d. tract. de reſtitut.* 1. *part. quæſt.* 3. *art.* 13. ubi hoc ultimum de collegio
30 limitat, idem ex eadem ratione tenet Vincent. Carrocius *de exceptionibus. in except.* 49. *n.* 7. item etiam Bald. poſt Odofred. *in leg. Reſpublica. in fin.* & ibi Paulus de Caſtro *in fin.* Joann. Andreas *in addit. ad ſpeculat. d. tit. de reſtitut. in integr. verſ. reſpublica*, & ibi Bald. *column.* 1. in Alberic. *in dicta l. ac hoſtibus nu.* 7. Jaſ. *in leg. ut inter divinum n.* 16. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* Afflictis *ſuper conſtitut. regni in prælud. quæſt.* 5. *n.* 3. Mauritius *de reſtit. in integr. cap.* 417. *verſ. ſed ego ab hoc intellectu.* Hypolit. de Marſillis *ſing.* 699. Petrus Foller. *in addit. ad Marant. ubi ſupra n.* 99. *in fin.* Gravatius *in addit. ad Veſtrium in praxi Roman. Curiæ lib.* 8. *c.* 3. *n.* 22. Brunus *in conſil* 87. *n.* 33. Crotus *conſil* 145. *n.* 2. Natta *in conſil* 548. *n.* 19. & plures alii per Sfortiam Oddum *de reſtit. in integr.*
31 *part.* 1. *quæſt.* 3. *art.* 11. qui omnes loquuntur in communitatibus, villis, vel caſtris quæ licet per ſeipſos cogantur, & non per adminiſtratorem, reſtitutio datur, eo quod in illis adſunt minores, pupilli, furioſi, ſeu aliæ miſerabiles perſonæ; quæ in conſequentiam læduntur, atque ibidem plurimi citati per Sfortiam *dicta quæſt.* 3. *artic. per totum.* Novar. *de privilegiis miſe-*
32 *rab. perſonæ privileg.* 63. *per tot.* Amat. *variar. reſol.* 11. *ex n.* 11. qui poſt alios quamplurimos tractant de reſtitutione in integrum competente miſerabilibus perſonis.

Ex iis igitur probabilis redditur ſpecialitas hæc, &
33 aſſertio DD. quos pro ea citavimus *ſupra nu.* 12. *verſ. ſed nihilominus*, quam praxis tribunalium frequenter admiſit, ut poſt licitationem, & ſubhaſtationem peractam atque etiam addictionem, novus admittatur licitator, qui meliorem conditionem offerat, ob utilitatem & intereſſe tam debitoris, quàm creditorum, cùm ex juſta cauſa, dolo, fraude præſumpta, & ex aliis accidentibus poſſit Judex reiterare ſubhaſtationem, & novum terminum concedere, vel ſignatum prorogare, vel ultimo offerenti bona licitata non addicere, ut la- 34
tius videre eſt per Parlador. *l.* 2. *rerum quotidian.* 5. *part. lib.* 2. *cap. fin.* §. 13. *nu.* 1. abundè Gutierrez *de Gabellis quæſt.* 152 *&* 156. Amat. *variar. reſolut.* 38. *ex n.* 6. *& ſequentibus.* Hermoſilla *in leg.* 52. *gloſſ.* 1. *n.* 35
14. *& gloſſ.* 7. *tit.* 5. *ex num.* 36. *fol.* 235. *column.* 2. *& ſequentibus*, qui plurimos alios laudant, qui etiam *à n.* 31. *cum ſeq.* & Amat. *à num.* 9. Gutierrez *de Gabellis quæſt.* 134. abundè agunt, quando primus licitator liberetur, vel non per ſecundum plus offerentem.

Atque ex Amat. *ibidem ex n.* 11. videbis, quando 36
duo vel plures licitatores ſimul, & eodem tempore concurrunt ad licitandum eodem pretio, & de prioritate ignoratur; an ſit locus gratificationi, vel potius ob incertitudinem ſubhaſtatio reiteranda ſit, quamplurimos ad id allegat,

Ex quibus ſic præmiſſis fundamentis ſatis patet reſ- 37
ponſio ad argumenta in contrarium conſiderata, quæ omnia tendunt in corroborationem generalis regulæ negativæ, à qua tamen hunc caſum ſpecialem extrahere, fas eſſe videtur, ex Doctorum authoritate, fundamentis noſtris fulcita & ex praxi uſitata; reſtat tamen reſpondere opinioni contrariæ, quam tenuit Hermoſilla loco relato ſuprà *n.* 11. *verſ. & hanc part.* &c. qui nullum invenit fundamentum pro opinione Ricii, cùm tot urgeant, hactenus relata.

Et minus pro ſua facit illa conſideratio ejuſdem 38
Hermoſillæ, nempe privilegium minoris, ut admittatur novus licitator, eſſe ſpeciale in venditione rerum ſuarum, non propterea extendendum ad ejus debitores; quæ aſſertio ad duo tendit: alterum quando minor eſt ipſe debitor concurſum formans inter ſuos crediores, alterum verò, quando ipſe minor eſt creditor, & inter cæteros creditores citatus aſſiſtit concurſui, per debitorem communem, & majorem formato.

Sed adhuc in utroque caſu minori non deneganda 39
erit reſtitutio, & privilegium admittendi novum licitatorem, etenim in utroque caſu vetitur intereſſe, & utilitas minoris: primo non eſt dubium cùm agatur de vendendis bonis ipſius minoris, qui concurſum tanquam debitor formavit, quam conſequitur, ex augmento valoris oblato, cui aſſiſtunt doctrinæ hactenus relatæ, imò & ratio ipſius Hermoſillæ ceſſat in hoc caſu, quo tractatur de propriis bonis minoris.

Quoad ſecundum idem, quod diximus, erit affir- 40
mandum, quia cùm ſit creditor, ei intereſt augmentum valoris bonorum concurſus, ne creditum ſuum ob inopiam debitoris amittat; & licèt hoc redundet in favorem, & intereſſe cæterorum creditorum majorum ejus ex participatione de jure provenit: nam cùm ſimus in judicio individuo inter minorem, & cæteros creditores, necnon debitorem majoris, reſtitutio minori conceſſa, iſtis prodeſt, ex plurimis DD. citatis *in comment. de retentione Bullarum* 2. *part. cap.* 11. *n.* 63.

Tum etiam, quoniam adhuc ratione individuitatis, 41
& inſeparabilis intereſſe inter minorem, ac cæteros creditores, necnon debitorem principalem ex hac admiſſione novi licitatoris poſſunt ſive debitor, ſive cæteri creditores hanc reſtitutionem poſtulare intuitu, & contemplatione minoris, etiam non litigantis, habentis tamen inter ſe ius inſeparabile; ut ex Gama *deciſ.* 262. & Phœbo *deciſ.* 61. *tomo* 1. late comprobans
proſequitur Fontanella *in deciſ.* 111. *per totam* omnino 42
videndus, ergo multo magis, quando ipſe minor litigat, & ſimul aſſiſtit, tanquam creditor citatus huic judicio concurſus indiviſibili, & inſeparabili. Ex quibus quidem evacuatur clarè conſideratio Hermoſillæ non admittentis limitationem ad regulam, ut fallat in concurſu creditorum in quavis bonorum ſubhaſ-

ſubhaſtatione, & addictione facta emptori, admittatur novus alius licitator meliorem conditionem afferens.

43 Obiter dubium illud frequens diſſolvamus, an in ſubhaſtatione bonorum concurſus poſſit offerri præmium plus licitanti, hoc eſt pro methodo inſtandum licitationis calorem, & alliciendos licitatores, breviter dico, quod non moveor, quoniam in hac ſubhaſtatione nullus concurrit, qui eam promiſſionem, & donationem
44 licitè gerere valeat, non debitor qui licet bonorum concurſus dominus ſit, eorum adminiſtratione privatus eſt, ita ut donare, vendere, aut alias alienare nullo modo poſſit in præjudicium creditorum, ad latè tra-
45 dita ſuperius 1. *part. c.* 14. *per totum*, nec adminiſtrator qui generalem, & liberam adminiſtrandi facultatem non conſequitur, ſed particularem, & limitatam, prout
46 abundè 1. *p. c.* 13. *per totum*, nec per judicem, aut apparitorem, qui ſubhaſtationi aſſiſtant, de quibus omnibus videbis eleganter per Parladorium *lib.* 2. *rerum*
47 *quotidian. c. fin.* 5. *p.* §. 13. *ex n.* 3. *cum ſeqq.* nec creditoribus hoc licet, qui bonorum concurſus nec domini
48 ſunt, nec adminiſtrationem habent, ſed deſtinationem ad ſui crediti ſatisfactionem, ut ſæpe diximus. Fateor tamen debitorum, & creditorum conſenſu hanc promiſſionem plus licitanti offerri poſſe, cum tunc ceſſet omnium præjudicium ex Parlador. *loc. cit. n.* 3. & 4.

49 Igitur favore & intereſſe creditorum hoc ſpeciale adſcribatur, ut in ſubhaſtatione bonorum concurſus novus licitator, qui plus, & magna in quantitate offerat, admittatur, juxta hactenus comprobata. Et ſit prima concurſus judicii inter cæteras ſpecialitates præter, vel contra juris regulas.

50 Secunda ſit, quod attenta natura judicii concurſus cauſati per debitorem communem, ſola de per ſe ſit cauſa legitima, & caſus curiæ attendendus, ut prima inſtantia deducatur ad Cancellarias ſupremas, & Audientias Regias, prout abundè probavimus ſuperiùs 1. *part. cap.* 2. *ex n.* 28. *uſque ad finem.*

51 Tertia erit, quod licèt vulgare ſit juris axioma, quod actor ſequatur forum rei provocati, & citati, tamen fallit in judicio concurſus, ut creditores, ad illud provocari per debitorem communem illud moventem & cauſantem priuſquam ad judicium comparentem, debitoris forum ſequatur, diximus 1. *part. c.* 5. *per totum*, & *c.* 6.

52 Quarta, quod licet fiſcus ad ſe trahat omnes cauſas, & etiam judicium concurſus alibi coram judice ordinario, & competente pendens, & cœptum; tamen ipſo ſemel dimiſſo, & de ſuo credito ſatisfacto, judicium ipſum iterum redit ad priorem judicem, à quo fuit ſublatum, de quo *d.* 1. *part. c.* 7. *ex n.* 31. *verſ. illud inſuper conſtans eſt.*

53 Quinta erit ſpecialitas, quod licèt ſcholaris ad ſuum forum privilegiatum trahat omnes cauſas, ſive actor ſit, ſive reus; tamen judicium, & litem concurſus alibi cedentem ex peculiari hujus judicii natura trahere non poteſt, ſed cogitur ibidem comparere, copiosè & ſingulariter comprobavimus *d. c.* 7. *ex nu.* 39. *cum multis ſeqq. verſ. quoad ultimam hujus c. partem.*

54 Sexta ſit ſpecialitas, quod licèt de jure ſit, quod in individuis, & connexis cauſis, ne earum continentia dividatur, ad eundem & priorem judicem cæteræ conferant; adhuc tamen judicium concurſus ad ſe trahit omnes creditorum cauſas alibi procedentes, ſive antea, ſive poſt illud motas; probatur *d.* 1. *part. c.* 4. & 5.

55 Septima, quoniam licèt de jure dominus in re ſua ſit moderator, & arbiter, & poſſit diſponere, & adminiſtrare, quod pars dominii eſt integralis, nihilominus formato per debitorem concurſu inter ſuos creditores, ſtatim alienandi facultate privatur, & adminiſtrationem ſuorum bonorum à ſe abdicat judicii natura attenta, efficaciter oſtendimus 1. *part. c.* 13. & 14. *per tot.*

56 Octava, quòd etſi creditor in diem incertam, vel ſub conditione careat actione ad agendum in judicio; tamen ex peculiari natura judicii concurſus comparet, & admittitur; inter cæteros creditores graduatur, diximus 1. *part. c.* 8. *ex n.* 24. *cum multis ſeqq. verſic. nunc tractandum an creditores*, &c.

57 Nona ſpecialitas, & admirabilis erit, quod quamvis ſit contra naturam intrinſecam contractus cenſualis redimibilis, ut in poteſtate creditoris ſit, ſortem repetere, vel ad redemptionem debitorem cogere; nihilominus ſpecialitas judicii concurſus regulam hanc frangit, & ea attenta, creditor cenſuarius citatus per debitorem ad judicium hoc à debitore formatum comparet poſtulans non ſolùm redditus concurſus, verùm & ipſam ſortem cenſus principalem, & pro redemptione licitè inſtare valet, & juſtè conſequi, copiosè annotavimus 1. *p. c.* 19. *per tot.*

58 Decima ſpecialitas, quod licèt invito creditori pro pecunia ſpecies in ſolutum dari non poteſt, tamen hoc eſt ſpeciale judicii concurſus; ut ei invito bona concurſus in ſolutum dentur, & etiam ſi ſit creditor cenſuarius, cogendus ſit pro ſorte, & decurſis bona taxata pro redemptione cenſus accipere; probavimus manifeſtè 1. *p. c.* 12. *per tot.*

59 Undecima ſpecialitas, quod quando quis adverſus alium, fidejuſſorem nempe, agere non poteſt, niſi prius facta legitimè excuſſione in bonis principalis debitoris, tamen eo ſolo quod doceat de concurſu pendente peracto à debitore principali, excuſſio legitima cenſetur, & alia extrinſecus excuſatur creditor abundè videbis 1. *p. c.* 23. *per tot.*

60 Duodecima, licèt in præſtandis alimentis attendatur qualitas, & quantitas bonorum alimentantis, & alimentandi; tamen in judicio concurſus, quando præſtandæ ſunt, non ex toto qualitas attenditur ſed neceſſitas, & miſeratio, ne fame pereat, atque ideo longè minora taxantur alimenta ob præjudicium creditorum, diximus *c.* 24. *part.* 1.

61 Decima tertia ſpecialitas adeſt, quod licèt mandatum ad exigendum, negotiandum aut alienandum, nonniſi re integra morte finiatur, aut aliàs expreſſa mandantis ſuperveniente revocatione; adhuc tamen ſpeciale eſt, ut ſtatim formato judicio concurſus per mandantem inter ſuos creditores, ſtatim revocatum, & extinctum etiam re non integra, intelligitur prædictum mandatum, abundè reperies *d. part.* 1. *c.* 28.

62 Decima quarta ſpecialitas erit, quod licèt in aliis venditionibus privatos inter contrahentes perfecta venditione neutri liceat recedere, nec pœnitere, ſed quemlibet teneri, emptorem ad pretium, venditorem ad rem tradendam (licet ſi tradat non habita fide de pretio dominium rei empto, non tranſeat in emptorem, de quo,
63 & quibus caſibus dicatur fuiſſe habitam fidem de pretio, ut dominium in emptorem tranſlatum ſit, vide ampliſſimè per Hermoſillam *tom.* 2. *ad l.* 28. *gl.* 1. *per totam*, *tit.* 5. *part.* 5. *fol.* 120. & *ſeqq.*)

64 Tamen hoc fallit in venditione per ſubhaſtationem pro ſatisfaciendis creditoribus, quia propter pretium non ſolutum, licitum eſt à venditione recedere, rem retrahere, & aliis vendere; tradunt ex Alexandro, Jaſon & aliis, Urſillus ad Afflictum *dec.* 358. *n.* 4. Surdus *conſil.* 168. *n.* 14. Gratianus *dicept. cap.* 7. *n.* 4. & 321. *n.* 20. Hermoſilla *in l.* 52. *gloſſ.* 7. *n.* 12. *tit.* 5. *part.* 5. *tom.* 2. *fol.* 282. *à tergo*, *col.* 4. idem tenet Manguilius *in in tr. de evict. q.* 45. *n.* 13. ubi alios allegat.

65 Decima quinta ſpecialitas eſt; nam licèt minor, reſpublica, Eccleſia, vel alia communitas nequeat alienare bona ſua abſque decreto, regia facultate, vel juris ſolemnitatibus; poteſt tamen abſque eiſdem concurſum formare inter ſuos creditores, licet ceſſio bonorum hæc ſit ſpecies alienationis; abundè diſceptatur *ſuprà* 1. *p. c.* 1. §. *per tot.*

66 Decima ſexta ſpecialitas erit, etenim exceptio litis pendentis regulariter tanquam dilatoria debeat deduci, & proponi intra terminum à lege regia præſcriptum,

admitti debeat ; exceptio tamen concurſus alibi pendentis quacunque parte judicii proponi poteſt , admitti debet , prout manifeſtè *ſuprà 1. p. c. 4. §. 3. per tot.*

Deſcima ſeptima ſpecialitas erit , ut quamvis decima executionis debeatur judici ; eam tamen judex concurſus conſequi non poteſt ex bonis concurſus univerſalis ſubhaſtaris pro ſatisfactione , & ſolutione creditorum ; plenè probavimus *ſuprà 1. p. c. 1. §. 1. per tot.*

Decima octava ſpecialitas eſt, quod adminiſtrator concurſus quantumvis nobilis ſit, carceratur pro reliquorum ſolutione , ut *1. p. c. 41. per tot.*

Decima nona ſpecialitas erit, quod debitor ob concurſum formatum , ſi ſecundam ſupplicationem in aliqua cauſa interponat , tanquam pauper excuſatur à fidejuſſione præſtanda , & quando ſecus , videbis ampliſſimè *ſuprà. 1. part. c. fin. per tot.*

67 Ultima ſpecialitas ſit , quod licet corpus bonorum concurſus , & debitorum tangat omnes creditores ut ſingulos , & propterea nec debeant alias in unum congregari , prout abundè per Garciam *benef. 5. p. c. 9. à n. 222. cum multis ſeqq.* in quo omnium requiritur conſenſus , & approbatio , nec non citatio , nec factum majoris partis aliis etiam minoris partis præjudicat , ex regula juris , *quod omnes tangit , debet ab omnibus approbari , l. 6. l. 1. & ult. C. de author. præſtan. l. per*
68 *fund. 11. ff. de ſerv. ruſt. præd.* at quando negotium pertinet ad plures uti univerſos , vel in communi , veluti ad collegium , ſufficit major pars , & conſenſus majoris partis , *c. 1. de his quæ fiunt a major. part. c.* plures per Auguſtinũ Barboſam *in d. reg. quod omnes 19. de reg. jur. in 6. n. 2.*

69 Tamen ſpeciale eſt in concurſu creditorum , ut in iis quæ omnes tangunt major creditorum pars attendatur , & minori prævaleat in nonnullis , & omnes ſint in uno loco congregandi , ad ea tractanda , & transferenda ; juxta jura , & DD. citatos *ſuprà part. 1. c. 3. n. 13. & 14. & cap. 13. à. n. 18. verſic. ſed an unus ex ipſis creditoribus* , &c. & hoc modo interpretantur , & declarantur præfata jura , Abb. *in. c. 3. de jure patron. in fin.* ſequutus à Feſino *in cap. cum omnes , n. 29. de conſtitut.* Rochus de Curte *de jure patron. verb. honorificum. quæſt.* 60. ex regula B. quam ibi approbant communiter DD. *in l. omnes populi , n. 18. ff. de juſtit. & jur.* quod in iis
70 quibus conſenſus majoris partis præjudicat minori, etiam ſi pertineat ad plures , ut ſingulos requiritur , quod actus fiat ſimul , debeantque omnes convenire in caſibus dictorum jurium , loquentium de creditoribus ex Greg. Lopez *in dict. l. 5. tit. 15. p. 5.* Benev. Stracha *de decoctoribus , 6. part. n. 9.* Et ex citandis , & Lambertino , obſervat Garcia *de*
71 *benef. 5. p. c. 9. n. 223.* ut ſecus ſit , quando factum majoris partis non præjudicat minori ut inter patronos , qui in actu præſentationis in quo neuter alteri præjudicat ; ſed quilibet poteſt præſentare , quem maluerit , non debent congregari , & ſimul convenire.

In tantum quod diſpoſitio *leg. majorem , ff. de pact.*
72 *l. juriſgentium , §. fin, ff. eod. tit. l. fin. C. qui bonis cedere poſſ. leg. 5. tit. 25. p. 5.* hanc ſpecialitatem dictantium , ſi à jure exorbitans & ultra caſus per eoſdem titulos deciſos non trahi ; latiſſimè autumat Vincent. de Franchis *dec. 82. ex n. 1. cum ſeqq.*

Sed licèt veriſſimum ſit quod ſit ſpeciale in eis , quæ
73 tangunt creditores quoad bona debitoris , ut ſit major pars attendenda , & minori præjudicet ex tot juribus , nihilominus tamen in eo quod ex aliis contra gloſſ. *in l. 1. ff. de privil. creditorum* aſſeverat Vincent. de Franchis præfatas leges non habere locum , nec trahi per alios caſus extra expreſſos per eaſdem leges , ſubſiſtendum arbitror : etenim de jure inter creditores major pars attenditur , & minoribus præjudicare reperimus in
74 aliis diverſis caſibus , ultra expreſſos *in d. l. fin. qui bonis cedere poſſ. & d. l. juris gentium , paragraph. fin. & d. l. majorem ff. de pactis.* prout expreſsè habemus *in l. fin. ff. de bonis authorit. jud. poſſ.* ibi : *ne corrumpantur rationes , uni hoc negotium à creditoribus eſſe dandum , quem major pars creditorum elegerit , l. curatore , ff. eod. tit. l. de curatore conſtituendo hoc jure utimur , ut prætor adeatur , is ne curatorem : curatoreſve conſtituat ex conſenſu majoris partis creditorum , ff. de curatore bonis dando* , cum aliis *ſuprà 1. p. c. 13. n... cum ſeqq. verſ. unum tamen circa hanc* , &c. quæ determinant , 75
in curatore bonis debitoris dando , & nominando majorem partem creditorum attendendam , ita ejus conſenſus præjudicet minori eorum parti. Idem videmus in caſu *l. 1. ff. de privileg credit.* ut in emptione bonorum concurſus præferantur creditores extraneis emptoribus & inter creditores , qui debiti majorem partem habuerint.

Quorum quidem jurium ſi memor fuiſſet Franchis , 76
& ab eo citati , non temerè affirmarent contrarium , nempe *d. l. fin. & l. majorem* , ut major pars creditorum attendatur , non extendi ad alios caſus ultra ex- 77
preſſos in eiſdem. Cum etiam jus commune contrarium admiſerit, ſicque verior & probabilior mihi videtur opinio gloſſæ *in d. l. 1. ff. de privileg. credit.* quam expreſsè ſequitur ibidem Angelus , dicens legem prædictam eſſe notabilem , quia ſupplet diſpoſitionem *d. l. fin. leg. majorem* , ut non ſolùm habeant locum in caſibus per eas expreſſis , ſed etiam ubicunque eſt concertatio inter creditores , qualiter debeant conſequi debita ſuper bonis debitoris cedentis , aut ceſſantis in ſolutione , ſeu falliti , aut non ſufficientis. Angelum ſequitur Franc. Ripa *ibid. in ult. not. in fin.* Fulgoſius *in d. l. juris gentium , §. hodie* , tenet etiam Stracha *in tr. de decoctorib. part. 6. n. 21. verſ. ſed licet conſilii Neapol. authoritas.*

Et licet Vincentius de Franchis *dec. 28. in contrarium* 78
alleget Afflictum *in deciſ. 288.* dicentem *n. 4.* Senatores dixiſſe *d. l. fin. & ſequaces* , non extendi ultra caſus ab eo expreſſos ; nihilominus adhuc ipſi contrarium admiſerunt in ſuo caſu , etiam diverſo , de quo ibi , quando ſcilicet hæres debitoris communis nolebat adire , niſi per creditores ſibi fieret remiſſio partis debiti , prout videre eſt ex ipſa *deciſ. à princ. & ex reſolutione n. 5. & fin.* & ita tenendum firmiter aſſeveramus.

Quibus ſuppoſitis , non eſt mirum , quod in caſu deci- 79
ſionis Vincentii de Franchis non admitteretur poſtulatio creditoris inferioris gradus , etiam habentis creditum majoris ſummæ , ut prior creditor bona debitoris in ſolutum reciperet ; quoniam tunc attenditur major pars creditorum in præjudicium minoris partis , quando agi- 80
tur de modo , & forma exigendi à debitore fallito , & ex ejus bonis , quando damnum , ſeu utilitas communicabilis eſt omnibus creditoribus conſentientibus , & non conſentientibus ſimul , & æqualiter pro rata uniuſcujuſque crediti , & ſic quando damnum eſt univerſale , prout expreſsè monſtratur in caſibus tantorum jurium.

At verò quando utilitas ſit particularis , & damnum 81
tangens & pertinens aliquibus dumtaxat , & utilitas alteri, vel alterius ; tunc non admittitur diſpoſitum à majori parte , quia foret in poteſtate majoris partis ſuæ particulari utilitati , & intereſſe conſulere , ac proſpicere in damnum minoris partis , quod nec jus naturale , nec dictæ leges patiuntur : prout contingebat in caſu *dict. deciſ. de Franchis* , in qua , quod volebat creditor poſterior majoris ſummæ totaliter erat in præjudicium prioris creditoris non communicabile poſteriori petenti , ſed in ejus totalem utilitatem ; prout bene pon- 82
deravit Franchis *in d. deciſ. 82. num. 9.* ubi hoc damnum ex pluribus caſibus ponderabatur. Cujus reſolutio ex hoc fundamento rectè ſuſtinentur , non tamen ex principali , quo motus fuit Senatus , d. leges non trahi ad alios caſus diverſos , cùm minus ſit legitimum , ut apertè oſtendimus.

Et in terminis , quod pactum inæquale omnibus cre- 83
ditoribus appoſitum per majorem partem creditorum non admittatur in præjudicium minoris partis , cum debeat omnium creditorum par eſſe fortuna , mirabiliter

probat

probat de Franchis *in decis.* 189. *ex n.* 9. ubi tractat, quando major pars creditorum inter concedendam dilationem debitori respectu personæ dumtaxat, & non bonorum, cum minus præjudiciale sit hoc pactum posterioribus creditoribus, & in favorem anteriorum tantum, qui pendente dilatione, possunt ex eo vendere bona debitoris, & ea consumere, ita ut posterioribus nihil ramaneat ad eorum satisfactionem, contra finem & intentionem dilationis concessæ, quæ fit ob spem, ut ea pendente, de novo acquirat debitor. Vide eundem latius, ubi testatur bis ita determinasse Senatum.

84 Et pariformiter in alio casu, quem stylus usitatus introduxit intuitu prædictorum jurium, quando scilicet fiscus, uti creditor ad bona concursus attrahere vult ad se litem, & judicium concursus alibi pendens, creditorum major pars, ad evitandum tot commune damnum consentire assolet, ut fiscus præ cæteris exigat, solvatur, & dimittatur, ad excusandam mutationem judicii, prout latè diximus *suprà* 1. *part. cap.* 7. *ex n.* 18. *versic. non definam admotare*, &c.

85 Redeundo insuper ad primam specialitatem erga novum licitatorem admittendum, jam re subhastata, & addicta plus offerenti, & termino subhastationis transacto (à qua propter præcisam cæterarum specialitatum continuationem digressum fecimus & pro ejus complemento illa movenda erit quæstio, an esto, quod in bonis concursus subhastatis sit admittendus novus licitator, ad resolvendam priorem venditionem jam perfectam; an coram eodem judice concursus comparitio, & controversia inde orta tractari debet, vel an potius coram judice ordinario emptoris cui res addicta fuit?

86 Et quod ad judicem ordinarium recurrendum, probatur primò; quia hæc controversia præcisè dirigitur ad rescissionem, seu resolutionem venditionis antecedentis legitimæ & consummatæ, cujus titulo rei dominium, & possessionem acquisivit emptor, qui uti reus coram suo judice conveniri debet, & ejus forum sequi.

87 Deinde quia hæc controversia ei movetur tanquam noviter orta post perfectam venditionem, possessionem adeptam, ergo coram suo judice, & non coram judice concursus conveniri debet, ut in expresso probat *l. à Divo Pio*, §. *si post addictum pignus*, *ff. de re jud.* quem abunde & feliciter exornavimus *infra hac* 1. *part. c.* 6. *per totum*, ubi etiam, quod si Clericus fuerit emptor & possessor rei subhastatæ, & extincto concursu sibi su-
88 per eadem re moveatur controversia, ejus forum Ecclesiasticum sequi tenetur actor.

89 Tertio, eo potissimum, quia hæc novi licitatoris admissio in judicio concursus non de jure ordinario provenit. sed privilegiato, & extraordinario restitutioni in integrum, ut latius probatum relinquimus *ex nu.* 7. *cum seqq.* Sed eam petens jure actionis postulat principaliter, non incidenter, ergo tanquam actores sequi tenentur forum rei possessoris, maximè, quia non petitur hæc restitutio per licitatorem novum; sed debet peti per
90 creditores, seu debitorem communem, quibus competit, ut per Amatum *decis.* 97. *n.* 6. tenet Hermosilla *in l.* 52. *gloss.* 7. *n.* 6. *tit.* 5. *p. t.* 2. *fol.* 236.

91 Quibus tamen non obstantibus, contrarium (im-
quod hæc nova controversia sit tractanda coram judice concursus, qui rem subhastavit, & addixit plus offerenti possessori) verius probari videtur, sive hæc novi licitatoris admissio inter certum terminum proveniat à jure, consuetudine, vel restitutione in integrum; quo-
92 niam etsi dispositio text. *in dicto* §. *si post addictum*, simpliciter vera sit, & tenenda, tamen tunc fallit, quando res non libera, sed affecta, & conditionaliter addicta fuit, atque tradita per judicem concursus, puta cum clausula aliqua perseverativa, ut puta nisi alius comparuerit potentius jus habens, vel sine præjudicio alterius, & similibus; nam adveniente conditione, & comparente alio potius jus habente ad eundem judicem 93
concursus pro nova hæc quæstione rescissoria, & avocatoria recurrendum erit, & emptor possessor conveniendus ibidem respondere tenetur, excluſa prorsus ejus declinatoria, plura fundamenta, & innumerabiles penè DD. pro hac doctrina constantia, & indubitabili adduximus *infrà hac* 2. *part. c.* 6. *à princ.* & signanter *ex n.* 42. *cum multis seqq. vers. ad ult. part.* 94
suam. &c.

Sed hæc doctrina verificatur in casu, de quo agimus; 95
quoniam licèt absque expressa aliqua conditione plus offerenti fuit res in subhastatione per judicem concursus addicta, & tradita; tamen ex natura rei tacita inest conditio per legem, vel consuetudinem, nisi alius meliorem conditionem attulerit, juxta text. *ff. de in diem adject.* prout in terminis etiam firmat D. Larrea *alleg.* 106. *n.* 8. *t.* 2. dicens, quod in contractibus fiscalibus semper inest conditio quod adjectio sit admittenda, per *l. Lucius*, §. *idem respondetur*, & ibi Bart. *ff. ad municip. l.* 1. & 2. *C. de vend. reb. civ.* Rena. Chopin. *de doman. Franc. l.* 3. *c.* 29. *nu.* 29. & per *l.* 7. *tit.* 7. *p.* 5.

Quoniam multi contractus quamvis purè appareant 96
celebrati secundùm eorum verba, tamen natura rei recipiunt conditionem virtualiter insitam, text. est *in leg. interdum* 75. *ff. de verb. obligat. leg.* 1. *in fin. ff. de condit. & demonstr.* quæ tacitæ conditiones cum à jure sub- 97
intelligantur, pro expressè appositis habentur, *leg. licet Imperator. ff. de leg.* 1. *l.* 1. *C. de testam. milit.* Tiraquel. *in leg. si unquam*, *verb. donatione largitus*, *n.* 158. *C. de revocand. donat.*

Virtualiter quippe inest hæc conditio, nisi alius me- 98
liorem conditionem attulerit naturæ rei subhastatæ, & sic merito operatur, ac si expressè ejus traditione, & addictione apposita fuisset. Joseph. de Sesse *decis.* 65. *n.* 22. Ferrer. *in constit. Cathalan. gloss.* 4. *n.* 61. Craveta *cons.* 149. *n.* 11. Cephal. *cons.* 152. *nu.* 76. Surdus *cons.* 143. *n.* 20. Stephanus Gratianus *t.* 5. *discept.* 916. *n.* 38. *& discept.* 957. *n.* 25. ubi idem dicit in eo, quod ex natura actus venit.

Item ex Menochio *lib.* 4. *de præsump.* 175. *n.* 5. & ex 99
Galganeto *de condit. demonstrat.* 2. *part. cap.* 6. *quæst.* 2. *n.* 3 & 4. firmat Castillo *controversiar. tom.* 6. *cap.* 177. *n.* 6. & 7. quod quando lex, vel statutum subintelligit conditionem in actu, attendi debet, & suum effectum operatur resolutivum.

Et cum hæc conditio à jure, & ex natura rei gestæ 100
tacitè insita sit, & subintelligatur quamvis verbis non exprimeretur, plus expressa non operaretur, quàm tacitè subintellecta, *l.* 1. *ff. de leg.* 1. *l.* 3. *C. de fidejussorib.* Gratianus *tom.* 4. *c.* 738. *n.* 24. Fusarius *de substitutionibus*, *quæst.* 249. *n.* 8. ergo purificata conditione per comparitionem alterius licitatoris plus offerentis, ad eundem judicem concursus venire cogitur possessor, & respondere, & de resolutione venditionis tractari.

Durante etenim illa tacita conditione, interim ven- 101
ditio, & subhastatio imperfecta est, & sub eadem transit revocabiliter in emptorem, prout in simili habemus de re subhastata ad satisfaciendum creditorem, quæ plus offerenti traditur, pro cujus recuperatione de stylo & consuetudine Hispaniæ conceditur debitori ipsi terminus trium vel novem dierum pro mobilibus, aut immobilibus respectivè, & sub tacita conditione retractus in emptorem res transit, ita ut interim imperfecta dicatur venditio, & subhastatio. Nec ex ea gabella debetur, ut per Castellum *in l.* 70. *Tauri*, *verb. del remate*, ibi, *que interim venditio non est perfecta, cùm res vendita extrahi possit per debitorem*, plenè per Lasartem, *de gabellis*, *c.* 7. *n.* 57. ergo præcisè talis contractus
perfici debet ab eodem judice, & sub eodem judicio 102
Lasartem etiam sequitur Gutierrez *de gabell. q.* 23. 13.

Hæc enim tacita, & subintellecta conditio indicit termini præfixi subhastationi quandam prorogationem, & subhastationis, atque judicii continuationem ob juris connexitatem, prout in similibus considera-

103 vimus *in dicto cap. 6. ex n...* infra *hac 2. part.* ita operatur termini etiam præcluſi aperitionem prout à judice ex juſta cauſa fieri poſſe diximus ex aliis ſuprà *ex n. 34. verſic. ex his igitur probabilis*, &c. Bene conſonant quæ copiosè, & eruditè congeſſit circa prorogationem temporis officii, contractus, locationis, & ſimilium Noguerol *alleg. n. 21. per totam.*

104 Deinde, cum poteſtas rei ſubhaſtandæ reſideat ſolùm penes judicem concurſus; ad eum præcisè, & de neceſſitate; non ad alium recurrere debet, & comparere novus licitator, ut admiſſa ſua obligatione ſibi addicat illammet rem, ad quod citare facit creditores concurſus, debitorem communem & priorem licitatorem poſſeſſorem, quibus comparentibus, debitor, ſeu creditor, tum ut licitatio admittatur, & revocetur conditionalis illa præcedens adjudicatio, reſtitutionem poſtulans, & ſic incidenter, cum obligatio, & nova licitatio præcisè præcedere debeat reſtitutionem poſtulandam, cum abſque nova oblatione meliorem conditionem offerentis detegi non poteſt læſio, ex qua

105 prodit reſtitutio. Quo quidem ſatisfit tertio argumento in contrarium conſiderato; cætera verò duo apertè diluuntur ex limitatione ad textum *in l. à Divo Pio. §. ſi poſt addictum, ff de re judicata; de qua* ſuprà *ex n. 91. verſ. quibus tamen non obſtantibus.* quam reſolutionem uti legitimam, & jure conſtantem praxis quotidiana admiſit, à qua nec recedendum.

106 Sed hæc omnia indubitanter procedunt in re ſubhaſtata per viam judicii, & judicis authoritate, at in ſubhaſtatione privatim facta, puta per capitulum, ſeu ejus adminiſtratorem, ſeu in bonis Eccleſiæ minoris, & ſimilium, aliud erit dicendum; quoniam facta ſemel ſubhaſtatione in rei additione, & traditione plus licitanti, eidem fuit jus, dominium, & poſſeſſio acquiſita, unde ſi compareat juris, aut conſuetudinis, ſeu ſtatuti promiſſione tertius alius, novus licitator plus offerens, & fuerit admiſſus, reſque adjudicata, tunc ut recuperari, & effectivè avocari poſſit à primo emptore, debet fieri per viam judicii, & authoritate judicis qui tunc ille erit competens, qui de emptore reo cognoſ-

107 cere poteſt. Cum hæc licitatio fiat inter privatos contrahentes, non ſecus ac ſi res vendatur ab aliquo cum conditione, *de in diem adjectione. & niſi alius meliorem conditionem attulerit;* nam ſi adſit res tradita avocanda erit à primo emptore per ſuum judicem competentem, tanquam à reo neceſſario, non autem recurri poteſt ad capitulum ſeu Eccleſiam, minoremve, qui nec juriſdictionem habent, nec authoritate judicis, nec in forma judicii res ſubhaſtata fuit, pro quo facit text.

108 *in dicto §. poſt. addictum*, & quæ in ejus exornationem adduximus copiosè infrà *c. 6.* ut quando ſuper re addicta in ſubhaſtatione, & ſimpliciter tradita moveatur controverſia, inſpicitur an prioris judicii ſubhaſtantis judicium finitum ſit & extinctum, ut tunc ad judicem ordinarium poſſeſſoris ſit pro controverſia recurrendum; ergo multò magis debet procedere, ubi nullum unquam judicium in re ſubhaſtanda adfuit, nec judicis authoritas, quo caſu nulla potuit cadere dubitatio quoad judicii continuationem, ubi judicium non adfuit, & ſic præcisè ad judicem ordinarium poſſeſſoris pertinet quæſtio.

109 Uno modo limitabis quando ipſe emptor præmaturè agens conqueritur de capitulo, minore & ſimilibus admittere volentibus in ſui præjudicium novum licitatorem, quia tunc procul dubio quæſtio hæc, & querela tangens ac reſpiciens factum capituli, vel Eccleſiæ, hujus præcisè ſequi debet forum, & judicem Eccleſiaſticum; prout in iis terminis determinavit Senatus noſter Pincianus in facti contingentia, & declaravit judicem Eccleſiaſticum de hoc facto capituli Eccleſiaſtici cognoſcentem, vim non facere.

CAPUT III.

Creditores anteriores, an cogi poſſint ab aliis inferioris gradus, ut fructus concurſus (qui extraneum emptorem non reperiunt) aut ut taxatos in ſolutum recipiant, vel ut patiantur inferioribus pro ſuo credito plus offerentibus aſſignari?

Et an debitor communis ſolus impugnari poſſit, & prælationem anteriorem contra poſteriorem agentem opponere?

SUMMARIUM.

1 & 2. *Creditor inferior an poſſit cogere anteriorem, ut fructus bonorum concurſus detentos, aut in ſolutum recipiat, aut patiatur quod inferior ex eis ſolvatur.*

3. 4 & 5. *Ad quæſtionem non tetigiſſe Franchis in deciſ. 82. oſtenditur.*

6 *Pars affirmativa multis comprobatur, & ſeqq.*

7 *In concurſus judicio ſpeciale eſt, ut creditores cogantur bona taxata in ſolutum recipere.*

8 & 9. *Creditor inferior certans de utilitate bonorum concurſus, admitti debet.*

10 *Creditores inferiores plus offerentes pro bonis concurſus, præferuntur anterioribus pretium currens offerentibus.*

Sicuti etiam præfertur extraneum plus offerens. ibid.

11 *Inter ſocios agentes de re communi dividenda, plus offerens aliis conſociis, & cohæredibus præfertur.*

12 *Creditor poſterior appetens fructus in ſolutum recipere non videtur agere utilitatem communem, ſed ſuam dumtaxat.*

13 *Licitator extraneus cogitur ad pretii oblati ſolutionem.*

15 *Creditor licitator bonorum debitoris compenſat pretium cum ſuo credito, cujus partem retinere poteſt.*

16 *Creditores anteriores nec cogi poſſunt fructus bonorum concurſus in ſolutum recipere, nec inferiores in computum ſui crediti prout communis praxis decrevit.*

17 *Quod creditoris anterioris voluntati, & liberæ electioni reliquit inferior, recte poteſt recuſare, & contemnere.*

18 & 19. *Creditor licet bona concurſus in ſolutum recipere cogatur, id tamen fit ſervatis juris requiſitis.*

20 *Ad creditoris voluntatem, & appetitum, non poteſt creditor anterior cogi bona concurſus in ſolutum recipere.*

21 *Creditor anterior etiam minoris ſummæ, non poteſt cogi à creditore poſteriori, etiam majoris, ut bona concurſus recipiat in ſolutum.*

22 *Creditor prior non vult recipere bona in ſolutum, ergo poteſt ſuperior, non ſequitur.*

23 *In creditoris poſterioris intentione patentis ut prior vel recipiat bona concurſus in ſolutum, vel ſibi recipere patiatur, multa latent damna, cautelæ & fraudes.*

24 *Appetit enim primum gradum, non adhuc dimiſſo primo creditore, & hac via huic præferri vult in ſolutione.*

25 *Poſterior per adjudicationem bonorum concurſus nihil ſolvit anteriore, ſed vult compenſare cum ſuo creditore.*

26 *Creditor poſterior offerens priori, ut vel rem concurſus recipiat, vel patiatur ſibi dari, nullatenus certat de utilitate anteriorum, ſed de ſua dumtaxat.*

27 *Imo in notabile detrimentum cæterorum creditorum intentioni inferioris iſta vergit.*

28 & 29. *Creditorum anteriorum jus quandiu vivit, poſteriorum jus dormit, in cujus damnum redundat diminutio, & defectus bonorum concurſus.*

Cre-

30 *Creditor uti major licitator emens bona concursus respectu debitoris bene potest compensare pretium cum suo credito.*

31 *Respectu autem priorum creditorum, nullo modo compensare potest.*

32 *Et de ratione.*

33 *Compensatio inter debitorem & creditorem non admittitur in præjudicium creditorum anteriorum.*

34 *Gasparis Rodriguez locus insignis in proposito addicitur.*

35. & 36. *Rotæ Romanæ mirabilis ad literam adducitur decisio.*

37 *Compensatio regulariter non fit ipso jure, sed opponere necesse est.*

38 *Compensatione cessante debitum, & creditum hinc inde remanet in suo esse distincto.*

39. & 41. *Et tunc licitum erit ut iusque debitoris creditoribus ex illo nomine exigere.*

40. & 41. *Creditoribus debitoris habentis nomen debitoris, an possit opponi compensatio.*

42 *Quod ex una causa solvitur creditori, si ex alia sit debitor, potest ex ea statim repeti.*

43. & 44. *Creditor quando agit contra debitorem sui debitoris, non patitur compensationem.*

45 *Creditor emens rem debitoris, compensato credito cum pretio, dicitur rem in solutum recipere.*

46 *Rem in solutum datam posteriori creditori, potest anterior avocare.*

47 *Creditor idem & debitor duas personas repræsentat, ideò non potest apud seipsum compensare in præjudicium aliorum creditorum.*

48. & 49. *Respondetur contrariis argumentis.*

50. & 51. *Creditor inferior plus offerens pro bonis debitoris subhastandis, tunc præfertur anterioribus si pretium solvat, non quando compensat.*

52 *Creditor inferior tunc excluditur ab electione oblata anteriori, ut vel rem concursus recipiat, vel sibi recipere patiatur, quando creditor anterior contradicit.*

53 *Secus quando non contradicit, nec impugnat.*
Creditor prior potest suo juri prælationis renuntiare, & alteri cedere, ibid.

54 *Creditor posterior, scientibus, & non impugnantibus anterioribus, potest suum creditum exigere absque impedimento.*

55 *Actus quilibet in judicio factus præjudicialis creditoribus, si isti citati non contradicunt expresse, illi consentire & approbare censentur.*

56 *Debitor non potest opponere exceptionem prælationis alteri creditori pertinentis, contra inferiorem creditorem ab eo exigentem suum creditum.*

57 *Debitori solvendi præposterè, & ante tempus suo creditori posteriori, nulla datur conditio repetendi.*

58. & 59. *Prælationis jus non est debitoris, sed alienum nempe creditorum inter seipsos, & ideò de ea nequit opponere posteriori contra ipsum agenti.*

60 *De jure prælationis competente creditori debitor disponere non potest, nec subvertere alium præponendi.*

61 *Debitor communis jus habet reclamandi contra taxam infimam bonorum concursus.*

1 SOlent creditores inferioris gradus spem exigendi non habentes, vel tardius sua credita consequendi desperantes, aliquibus cautelis uti, & in litem concursus proponere inter alios, quod creditores superioris gradus pro suis creditis in solutum recipiant triticum, vinum, aliosve fructus productos ex bonis concursus, detentos penes administratorem, qui vel temporis abundantia, vel pecuniæ inopia vendi non possunt, & corruptioni sint subjecti, vel hoc non admisso patiantur vel etiam eis invitis, quod creditores ipsi posteriores possint illos taxatos, etiam pretio rigoroso, & juxta legis taxam recipere, & adjudicari pro suis creditis; creditores priores, quibus hæc petitio, & prætentio intimatur penitus contradicunt. Qui nec recipere ea 2
bona in solutum cogi valent, nec pati posterioribus ex illis satisfieri in sui crediti anterioris præjudicium.

Quam quæstionem licèt prima facie videatur tetigisse 3
Vincent. de Franch. *dec.* 82. & ad eum remissivè Gutier. *de juram. confirmat. c.* 29. *in fin.* adhuc tamen nihil in *d. decis.* refertur, quod in aliquo conducibile sit, nec adaptabile nostræ quæstioni; dubitatur in eadem, an creditor minoris quantitatis, sed anterior, cogi possit à creditore minoris summæ ad capienda bona debi- 4
toris in solutum pro justo pretio, & in tota decisione pro ejus resolutione illud tantum disceptatur, an major pars creditorum, & sic majoris summæ, possit disponere circa modum solvendi ex bonis debitoris in præjudicium minoris partis, & sic creditorum minorem summam habentium. Quæ disceptatio quàm aliena sit à nostra, nullus est qui non videat, cùm nostra versetur circa quemlibet creditorem appetentem, ut priores concursus in solutum recipiant, vel ut patiantur ipsas in solutum eis dari.

Imò, & quod magis est fundamentum, quo nisus 5
fuit d. decis. ad resolvendum negativè in suo casu; adhuc de jure non procedere, & contrarium imò *l. juris gentium*, §. *fini. & l. majorem, ff. de pactis, & l. fin. C. qui bonis credere poss. cum concordantibus*; non restringi ad solos casus in eisdem expressos; sed & ad omnes similes extendi, evidenter ostendimus *suprà hac* 2. *part. cap.* 2. *ex nu.* 75. *cum seqq. in ultima specialitate.* Quo loco resolutionem *dictæ decis.* in suo casu procedere rectè posse ex alia nostra consideratione, & fundamento diximus, quod nostræ quæstioni nullatenus adaptatur, hæc obiter volui advertere, ne quis decipiatur, & putet ex illius decisionis resolutione hanc nostram quæstionem evinci posse.

Et ad eam deveniendo pro parte affirmativa, nempe 6
posse liberè creditorem quemlibet posteriorem hac alternativa frui, ut vel priores in solutum recipiant, vel ipsi taxatæ in solutum dentur, probatur primò. Quia iste creditor inferioris gradus nihil intentat, quod præjudicet juri priorum creditorum cum eorum electioni dimittat, velint ne bona concursus in solutum, ita ut eis volentibus ipse ulterius nihil prætendit, nec sibi ultra locum, & gradum suum solvi desiderat, quo casu succedit regula, quod tibi non nocet, & mihi prodest, præstare teneris.

Deinde & secundò probatur ex singulari specialitate 7
judicii concursus, in quo creditor pecuniarum, & quantitatis cogi potest bona concursus in solutum recipere, prout abundè ex pluribus Doctoribus probavimus *suprà* 2. *p. c.* 22. *per tot. & hac* 2. *cap. anteced. n.* 58. *specialit.* ergo si priores creditores renuunt merces in solutum recipere prout tenentur, poterit inferiori, ad quem gradatim jus optandi devenit ob defectum priorum, imò & inferior cogi etiam poterit attenta specialitate anteriorum.

Tertiò, quia creditor iste licèt inferior certat de 8
beneficio & utilitate bonorum concursus, tum ex quo bona emptorem extraneum non inveniunt, possunt tempore corrumpi, & perire: quæ per acceptionem suam in solutum cæteris renuentibus, à pe- 9
riculo redimet; tum etiam quia rigoroso pretio accipit illa, ex quo exornantur bona concursus, & extinguitur illud creditum ex diminutione oneris.

Quartò, quoniam etsi priores creditores vellent 10
recipere bona in solutum juxta valorem currentem, adhuc inferiores plus offerentes deberent admitti, & præferri, sicuti admitteretur quilibet extraneus, text. est *in leg. falcidia, hoc esse servandum, ff. ad leg. falcid. l. à Divo Pio.* § *sed si emptor. ff. de re judicata*, optimus text. *in leg. ad officium, C. commun. divid.* ibi, *ad licitationem nonnunquam etiam extraneo licitatore admisso maximè si se non sufficere ad justa pretia, aliter ex sociis sua pecunia vilius licitantem profiteatur; l.* 1. *Cod. eod.* ibi, *aut universum prædium si licitatione*

tione viceris, exoluta socio parte pretii obtinebis ; aut pretii portionem, si alius meliorem conditionem attu-
11 *lerit, consequeris :* ex quibus juribus colligunt, & probant communiter Doctores, quod quando agitur inter socios de re communi dividenda, aut familiæ erciscundæ inter cohæredes, si uni ex eis sic res taxata adjudicetur ; poterit alter socius, & debebit admitti licitans, & ei plus offerenti adjudicari, imò aliis, & extraneo licitatori præferri. Nec cæteri hanc licitationem possunt impedire, nec conqueri, cùm agatur de beneficio corporis bonorum, quæ refunditur in utilitatem communem omnium creditorum, Bald. *in dicta leg. ad officium, nu.* 4. Salicet. *n.* 2. Paul. *n.* 6. Jason. *in §. quædam. nu.* 6. *Institut. de offic. judic.* Aretinus *consil.* 156. *col.* 2. *n.* 2. *vers. sed quia.* Idem Bald. *in leg.* 1. *C. de Metallariis, lib.* 11. Franciscus Marcus *dec.* 3. *p.* 2. latè Ayor. *de partit.* 1. *part. cap.* 3. *n.* 26. *& n.* 28. *vers. sexto, quæro & nu.* 29. *&* 30. Valascus *in tract. de partitionibus, cap.* 11. *ex nu.* 1. *cum multis seqq. & cap.* 22. *ex n.* 8. *cum seq.* Ergo cum iste creditor præ cæteris, tractet de beneficio, & utilitate bonorum concursus, atque etiam creditorum ; debet admitti ad justam hanc suam prætensionem.

12 Quintò, nec dicatur, quod creditores anteriores nullum beneficium, & utilitatem consequuntur exemptione bonorum, necnon obligatione majoris pretii facta per hunc creditorem posteriorem, cum bona
13 ipsa recipiat in solutum sui crediti, & ad ejus computum, & compensationem, sicque ad solam sui, non alterius utilitatem. Nam licet licitator extraneus possit cogi pretii oblati solutione. Rebuffus *de litteris obligator. art.* 5. *gloss.* 3. *nu.* 16. Foller. *super constitutione regni in Rubric. de Episcop. & Cleric. in constitut. si quis n.* 20. Carpan *ad statut. Mediolan. cap.* 167. *num.* 41. Decius *consil.* 558. *nu.* 12. Grassis *in præludio exceptionum, nu.* 149. Castillo *decisione* 3. *n.* 6. Cumia *in ritu* 17. *n.* 125. Asinius *de executione* §. 4. *cap.* 70. *n.* 1. *& cap.* 87. *&* §. 6. *cap.* 2. *n.* 1. *& seqq.*

14 Tamen quando creditor est licitator bonorum debitoris, non cogitur integrum pretium oblatum solvere, sed potest compensare cum suo credito, & retinere illam pecuniæ partem sibi debitam, Rebuffus *de præ coniis & licitat. art.* 5. *gl.* 4. *unic. n.* 19. & cum Masuerio intrigol. *decis.* 15. *n.* 758. *&* 59. Giurba *dec.* 53. *n.* 6. Hermosilla *in leg.* 52. *gloss.* 7. *n.* 8. *tit.* 5. *p.* 5. *fol.*
15 232. *tom.* 2. Castillo *decis.* 7. *l.* 1. Amat. *variar. resolut.* 38. *n.* 4. *&* 5. hoc igitur non obstat, cùm creditores anteriores juri suo renuntient, contemnentes electionem prius sibi oblatam per creditorem posteriorem, qui solus consideratur, & absque anterioribus aliis jam de medio hac de causa sublatis, & saltem sufficiet utilitas, quæ ex meliori conditione, & majori oblatione pretii, corpori bonorum concursus, necnon debitori ipsi causatur.

16 Nihilominus tantum in nostra quæstione proposita contrarium semper determinavit Senatus hic noster Pincianus, ut creditor pecuniæ anterior invitus nec teneatur ad petitionem creditoris posterioris triticum in solutum recipere, nec ut posterior illum possit ad computum recipere sui crediti. In cujus praxis justificationem duo consideranda sunt.

17 Primum ex parte creditoris anterioris, secundum ex parte creditoris inferioris gradus ; quoad primum animadvertendum erit, quod in hac quæstione non tractatur de compellendo priorem creditorem, ut in solutum recipiat fructus concursus, penes administratorem detentos. Sed imò potuit ejus voluntati & meræ electioni relinquit creditor posterior, quod justè ille potest recusare, tum ex regula juris vulgari, quod aliud pro vero invito creditori solvi non potest. Tum etiam, quia quod alicujus voluntati, potestati, & electioni relinquitur ; id non subjicitur juris necessitati, *leg. quod judicis potestati, ff. de judiciis* cum vulgaribus.

Deinde, quoniam licèt simus in judicio concursus, 18
in quo illud speciale sit, quod creditor possit cogi bona in solutum recipere, prout diximus in secundo argumento contrariæ partis *n.* 7. tantum id non ita absolutè accipiendum est ; sed terminis habilibus constitutis, nempe quando agitur de universo patrimonio debitoris distribuendo inter omnes creditores & ad commodum, & utilitatem omnium, & ipsius corporis bonorum & facta bonorum subhastatione legitimè, & adhibitis requisitis, de quibus *suprà part.* 1. *cap.* 22. *per* 19
totum, & ad petitionem debitoris, aut dispositionem judicis habentis à jure facultatem distribuendi bona concursus inter creditores, ut *cap.* 13. *&* 14. abundè diximus *suprà part.* 1.

Non tamen hæc compulsio potest procedere ad so- 20
lam voluptatem, appetitum, commodum, & utilitatem unius creditoris, maximè deterius jus habentis ad bona concursus, vel latius ostendemus protinus. Nec petitio, & intentio hujus creditoris ad coactionem destineatur ; ut diximus, sed solum ad electionem relictam voluntati prioris creditoris, ut hoc recusante recipere, ipse locum, gradum, & jus anterioritatis subingredi intendat, ad quod nec jus habet, nec pars legitima considerari potest.

Ad quod adaptari valet generalis determinatio & 21
decis. 82. Vincent. de Franchis, in qua determinatur, quod anterior creditor, etiam minoris summæ cogi non potest per creditorem posteriorem etiam majoris quantitatis bona debitoris in solutum recipere.

Quare prior creditor monitus, & citatus ad poste- 22
rioris instantiam justè respuit ejus intentionem, & jure contemnit utramque alternativæ partem, primam scilicet, ut ipse recipiat, quia nec cogitur, nec status rei coactionem patitur, quominus jure suo uti possit, ne speciem pro pecunia invitus recipiat : secundam etiam, quia non sequitur ; primus creditor non vult recipere bona debitoris in solutum ; ergo posterior potest sibi ea applicare, adhuc isto non dimisso, satisfacto, nec de medio sublato, ut statim.

Quoad secundum attinens partem creditoris poste- 23
rioris ambientis recipere in computum sui crediti bona concursus, quæ prior respicit ; multa consideranda sunt, ne audiatur, etenim sua intentio, & petitio licet externa & apparenti vestiatur utilitate corporis bono- 32
rum, dum vult bona, quæ vendi non possunt in solutum recipere, ne pereant ; tamen in ea plurima alia damna, & præjudicia latent contra omnes juris regulas, & solùm continet utilitatem propriam sui ipsius, qui dum ultimum gradum fuit consequutus in sententia graduationis, videns fortè, quod nullam spem habet exigendi suum creditum, vel fortè tardius, per hanc 33
viam & cautelam vult ingredi locum prioris creditoris, isto nondum dimisso, nec soluto, nec ipsi ei solvens nec 24
offerens creditum, cùm aliud eidem jus in bonis debitoris communis creditori posteriori contra anteriorem non competat, nisi offerendi debitum, nec aliter ejus locum subingredi potest, *leg. potior, §. fin. ff. qui potiores in pignore hab.* ibi, *& omnino secundus creditor nihil aliud juris habet, nisi ut solvat priori, & loco ejus succedat. leg.* 1. *C. eod. leg. penult. C. de iis qui in prior. locum succeff.* Rotæ *decis.* 451. *inter recollectas per Cencium, post. tract. de de censib.* abundè 34
Amat. *var. resolut.* 7. *ex n.* 4. *cum seqq.*

Sed iste creditor posterior licèt velit sibi adjudicare 25
rem concursus, etiam uti plus offerenti, nihil tamen offert priori creditori, anterius jus habenti sed solùm certat rei taxatæ pretium in computum & compensationem sui crediti recipere, nihil exbursando, latè tradita superius in fundamento quinto contrariæ partis *ex n.* 12. & ex mox dicendis ; ergo impossibile est, quod posterior prioris creditoris locum subintrare valeat ; hoc nondum prius dimisso, nec de medio sublato.

Et quod clarè infertur, quod nihil utilitatem cæte- 26
rum

rum creditorum posterior iste creditor certat, sed dumtaxat de suo commodo particulari, assecurando,
27 & exigendo suum creditum, fortè amissum, vel absque spe aliter consequendi illud. Imò potius in notissimum damnum, ac præjudicium anteriorum creditorum, quorum credita bonis concursus sic consumptis fortè periclitabunt, turbato juris, & sententiæ graduationis ordine, ad quorum potius commodum, & satisfactionem ipsa debeant bona vendi, *l. ordo, C. de executione rei judicat. l. à Divo Pio, §. in venditione, ff. de re judic.* abundè Valenzuel. *in consil.* 156.
28 *num.* 10. *& in consil.* 189. *nu.* 51. *cum seqq. & in consil.* 150. *nu.* 60. & quandiu priorum creditorum jus vivit, jus posteriorum dormit, & suspenditur quantum ad exactionem, imò horum periculo cedit consumptio, & defectus bonorum concursus, probat text. *in leg. quandiu. ff. de distract. pignor. leg. Moschis ff. de jure fisci, leg. si prior in princip. ff. de privil. creditor. leg.* 1. *Cod. si antiq. credit. pignor. vend.* latè Cencius *quæst.* 98. *ex nu.* 42. & nos inferiùs *c.* 14. 3. *p.* qui si admitterentur ad hanc prætensionem, certè defrauda-
29 retur apertè anterioritas priorum, & jura partium, totumque judicium concursus sub verteretur, & foret una via admittere ad id, quod alia posterioribus ipsis prohibetur, & posteriores & prioribus anteferre contra justitiam, & omnes juris regulas.

30 Deinde vana hæc posterioris creditoris prætensio, nec non priorum injuria, & damnum, & præjudicium ex eo manifestè detegitur. Quia licet posterior, uti major licitator, & emendo rem concursus, possit respectu debitoris sui compensare apud seipsum suum creditum, & tanto minus solvere ex plurimis Doctoribus superius citatis in quinto fundamento contrariæ partis.

31 Hanc tamen compensationem, nec crediti, quod contra debitorem habet retentionem facere potest in præjudicium priorum creditorum, jus potentius ad illud exigendum habentium, ideoque quando creditum, quod creditor posterior compensare vult apud seipsum est posterius, & minus privilegiatum, absque dubio non habet locum in præjudicium creditorum anteriorum, talis compensatio, quia foret ex bonis debitoris hac via posteriorem exigere deterius, & posterius creditum,
32 ideoque quando creditor ex alia causa diversa, & sperata efficitur debitor sui debitoris habentis alios creditores anteriores se: utrumque creditum retinet suam causam separatam absque ulla confusione aut compensatione, text. optimus *in l. cum eos, ff. rerum amota.* Bald. Salicet. & Modern. *in l. siquidem. Cod. de transactionib.* Cancerius *variar. resolut. p.* 2. *c.* 6. *nu.* 38.

33 At quando compensatio provenit ex facto debitoris, & creditoris, id non sustinetur in præjudicium creditorum, jus habentium anterius, & privilegium ad exigendum creditum illud anterius per debitorem communem quæsitum in bonis sui creditoris posterioris, ut per Angelum *consil.* 159. *nu.* 1. *ad fin.* de Franchis *dec.* 53. *nu.* 10. *& nu.* 5. Larata *consil.* 39. *nu.* 11. & 12. Rota Genuens. *de mercatura decis.* 190. *num.* 10. Vincentius Anna *allegat.* 80. *nu.* 8. Ziriaco *tom.* 2. *controv.* 224. *nu.* 13. & aliis probat Noguerol. *alleg.* 11. *nu.* 139. *& nu. anteced.* optimè loquitur Rodriguez *de*
34 *annuis reddit. lib.* 2. *quæst.* 19. *nu.* 2. in hæc compensatio fit ipso jure, ad impediendum cursum usurarum, & vitandum omissionem pœnæ, *leg. si constat. leg. etiam Cod. de compensation. leg. eum alter cum seq. ff. eod. leg. ejus de solution.* &c. *Hoc tamen verum est* (prosequitur Rodriguez) *inter ipsum creditorem, & debitorem: secus si sit alius creditor antiquior potius jam habens, quam volens compensare, quia in ejus præjudicium non fit compensatio, ut est decis. Neapolitan. Vincent. de Franchis* 53. *nu.* 10. *ubi dicit, contra naturam fictionis esse, quod fictio operatur in tertii præjudicium, idem decis. Genuens.* 190. *num.* 19. &c. idem tenet Delic. *in consuetud. Aversæ cap.* 7. *nu.* 166. Thorus *in compendio decis. in verb. compensatio.* Aloysius Riccius *in additio. ad Franchis d. decis.* 53. *in principio*, & Franco duntaxat citato, idem firmat Castillo *controversiar. tom.* 4. *c.* 4. *num.* 117. *& seq.* igitur ex nullo capite posterior creditor poterit admitti ad hanc emptionem, cùm tendat ad solum suum commodum, & in manifestum præjudicium creditorum, potentius habentium.

Et pro hac doctrina mirabilis adest Rotæ *decis. in* 35 *una Romana de Cangiis* 16. *Nov.* 1615. præ oculis semper habenda ob sua fundamenta quæ sic ait. *Quidam Blasius Cangius solvit proprium æs alienum, quod nepotes ipsius occasione donationis, ad eorum favorem emanatæ solvere tenebantur, & hoc pacto effectus fuit eorum creditor, ut illi negotiorum gestorum actione, ut aliàs in hac causa fuit decisum in Rota, postea detectum fuit eundem Blasium contraxisse nova debita cum D. Joan. Ant. Citarella, & consortibus, qui propterea mortuo eodem Blasio, egerunt contra dictos nepotes donatarios pro consequutione pecuniarum, quas Blasius solverat pro eisdem donatariis, & sic contra nomina debitorum ipsius Blasii post plures annos dicti nepotes donatarii se opposuerunt prædictis creditoribus Blasii, ex eo, quia ipsi deinde extinxerunt alia debita pro dicto Blasio, & ex quo Joannes Bap-*
tista alter ex dictis nepotibus, & donatariis repertus 36
fuit creditor Blasii ex aliis causis. Ideòque prætendebant ex hoc novo credito extinguere illud, quod Blasius contra seipsos habebat, & hoc modo excludere Citarellam, & consortes: propterea coram me dubitatum fuit, an id nepotibus liceret; & pro negativa tantum: 37
præmittendo, creditum Blasii cum nepotibus extinctum, eo ipso quod nepotes aliquid pro eo solverunt, vel aliàs effecti fuerunt illius creditores, sed ex illo tempore fuisse nepotes ex una causa debitores Blasii; ex alia verò creditores, etenim, exceptis quibusdam casibus privilegiatis, compensatio non fit ipso jure, sed qui vult compensare, debet opponere leg. 2. *leg. si quid à fidejussore, D. de compensat. gloss. in leg.* 4. *vel ipso jure. Cod. eod.* Tindar. *de compensat. artic.* 6. *num.* 23. 57. Parisius *consil.* 82. *num.* 83. *vers. propte-* 38
rea lib. 1. *propterea cum nepotes Blasii in vita ipsius Blasii nunquam dederint de compensatione; resultat, quod vivente Blasio debitum, & creditum hinc inde remansit in suo esse, & hinc sequitur, licuisse Citarellæ, & aliis creditoribus Blasii, qui invenerunt hoc nomen* 39
debitoris adhuc extans, super illo sibi satisfacere, juxta notata per Negusant. *in tract. de pignor. part.* 2. *membr.* 3. *num.* 22. & 23. & ponit in specie Francus *decis.* 77. *per totam.*

Non obstat, quod Citarella, & alii creditores Blasii 40
repræsentent ipsum Blasium, & proinde sicut compensatio posset per nepotes opponi ipsi Blasio; ita debebat posse opponi creditoribus, illum repræsentantibus; quia fuit responsum, non esse verum, quod creditores Blasii repræsentent ipsum Blasium, sed imò repræsentant personam propriam, quæ vult satisfieri in bonis sui debi- 41
toris: etenim debitor debitoris in hoc casu considerâtur tanquam res inanimata, reperta in bonis principalis debitoris, leg. bonorum. §. fin. ubi Alban. *ff. de verb. sign.* Surdus post alios *consil.* 4. *nu.* 18. *atque hinc appareat, non bene inferri de compensatione, quæ posset opponi Blasio, ad compensationem opponendam creditoribus, non ideo compensatio posset opponi Blasio,*
quia si Blasio solveretur ex una causa, statim ab illo 42
posset repeti ex alia: unde leges ad evitandum inanem circuitum, invenerunt remedium compensationis, quando agitur singulariter intra debitorem, & creditorem: at quando creditor agit contra debitorem sui debitoris, cessat ista ratio, quia creditor non tenetur 43
solvere debita sui debitoris: unde si exigat à debitore sui debitoris, non tenetur restituere; ergo non compensare, quia hæc duo pari passu ambulant leg. si debitor, ff. qui potiores in pignor. hab. Gabr. *in conf.* 329. *num.... lib.* 1.

Nec etiam obstat, quod donatarii de anno 1608. *petie-* 44
rint

rint dictam compensationem, quia non suffragatur, uti facta contra tertium, hoc est, creditores Blasii, qui non tenetur compensare : ut per Franchum *in supra allegata decis.* 53. *num.* 10. hactenus de singulari decisione, quæ est in posthumis Prosper. Farinacii *tom.* 1. 713.

45 Cujus resolutio, & doctrina invincibili alio nititur fundamento : nam re debitoris empta per creditorem compensando suum creditum cum pretio nihil aliud est, quàm receptio in solutum, ut per se patet, sed hæc fieri non potest in præjudicium anteriorum creditorum, quibus omnino competit jus impediendi exactionem, vel quandoque exactum, & consumptum avocare, ad latè scripta *suprà* 1. *p. c.* 10. *ex num.* 52. *cum seq. vers. quoad primum illud firmiter*, &c. *Et ex*
46 *nu.* 59. *cum multis seq. vers. ideo si res consignata*, & quod res data in solutum posteriori creditori possit per anteriores avocari per hypothecariam probat text. *in leg. fin. fundus*, §. *in vendit. ff. de pignoribus leg. si eum venditor.* 66. *ff. de evictionibus*, *leg. fin.* §. *etsi præfatam vers. sin verò hæredes*, *C. de jure deliberan.* latè Castillo *controversiar. tom.* 4. *cap.* 61. *num.* 72. ergo nullum jus posteriori creditori potest competere nec ad cogendum anteriorem, ut bona in solutum recipiat, & multo minus per electionem ei datam, nec isto renuente poterit ille in præjudicium anteriorum creditorum bona in solutum appetere, nec ejus gradum, & anterioritatem subintrare, nec surripere. Quæ resolutio verissima est, & pluries practicata in hac nostra regali Cancellaria Vallisoletana.

47 Et hoc eodem argumento utitur Vincentius de Franchis *in decis.* 53. *nu.* 10. ubi etiam dicit, quod debitor repræsentat duas personas, alteram debitoris, alteram creditoris, nec potest sibi ipsi solvere per compensationem in præjudicium anteriorum creditorum, potentius jus habentium in credito, quod ipse debet creditori communi, ita ut ficta solutio orta ex compensatione, etiam à jure inducta, non possit plus operari quàm vera solutio. Cum fictio nihil operetur in præjudicium tertii, cui jus fuit quæsitum.

48 Quibus suppositis non obstant argumenta in contrarium considerata, quibus per discursum satisfactum manifestè remanet : non insuper primum, quod nullum ex alternativa proposita per posteriorem creditorem præjudicium infertur cæteris anterioris gradus. Quod quam falsum sit evidenter ostendimus. Hactenus
49 secundo de specialitate judicii concursus satisfecimus *supra ex nu.* 18. *vers. deinde quoniam licet*, &c. Ad
50 tertium de creditore plus offerente in subhastatione rerum debitoris procedit inter ipsum, & debitorem, vel quando adsunt creditores anteriores soluta pecunia, ex qua ipsi possint satisfieri ; non tamen quando vult pretium rei emptæ compensare cum suo credito, & in solutum rem recipere, quod facere nullo modo potest in præjudicium, & damnum priorum creditorum, prout hactenus evidenter probavimus. Et eodem
51 modo respondetur quinto, & ultimo argumento contrariæ partis.

Hanc tamen nostram verissimam resolutionem, ut
52 posterior creditor nequeat cogere anteriorem, vel anteriores, ut bona concursus recipiant in solutum justo pretio taxata, vel ut renuentes permittant ut sibi idem pretium, vel plus offerenti adjudicetur, uno modo declarabis, ut procedat quando ipsi anteriores creditores impugnant & contradicunt intentionem hanc posterioris ; ut sicut sit quando nullus se illi opponit citatus. Nam cum hoc jus contradicendi
53 sit effectus prælationis, & huic possit prior creditor tacitè, vel expressè renuntiare, patiendo, & con-
54 sentiendo, ut posterior prius exigat, juxta *l. Paulus*, *ff. quibus mod. pignor. vel hypothec. solvit & leg. creditor. qui prior.* §. *si tecum*, *ff. qui posteriores in pignor. habean. leg. jubemus. C. ad Velleianum*, de quorum jurium intellectu latius *infrà*, 3. *p. c.* 13. §. *unic.*

Sequitur, ut deficiente omnium anteriorum creditorum contradictione, sit posterior admittendus ad hujusmodi exactionem, & oblationem, cum verè creditor sit ad bona debitoris, & ut talis graduatus per sententiam, & sibi licet quomodolibet suum
55 creditum consequi prioribus non refragantibus citatis, actus enim quilibet in judicio factus præjudicialis creditoribus, si isti citati, & moniti ad actum non contradicant expressè, aut actum impugnent, eo ipso illi censentur consentire, & approbare, & sibi ipsis præjudicant, ac si expressè consensissent, pro quo plura jura, & singularissimas doctrinas cumulavimus, *infrà* 3. *part. cap.* 2. *ex num.* 62. *cum multis seq. vers. sed an creditorum expressa debeat adesse approbatio.* &c. et *ex nu.* 136. *cum seq. vers. hinc prius revocamus*, &c.

Nec illum impedit debitor communis, opponendo
56 prælationem aliorum anteriorum creditorum, qui citati tacuerunt, & minimè impugnarunt, imò sua sola oppositione non obstante, poterit iste posterior hoc modo, & vix suum ab eo, & bonis concursus exigere creditum. Nam hoc jus prælationis est privativum, & speciale creditorum inter seipsos dumtaxat, non communicabile debitori, qui omnibus indistinctè obligatus est, & tenetur satisfacere & sua non interest, unum prius alteris dimitti aut solvi, sed solùm creditoribus inter seipsos hunc, vel illum prius exigere ; ad eum tamen pertinet omnibus solvere, non tamen exactionem inordinatam impedire. Nam tunc nulla debitori datur repetendi condictio, quia debitum solvit licet præposterè, & ante tempus, *ad tot. tit. ff. de condictione indebiti*, & plurima jura *infrà* 3. *p. c.* 8. *ex nu.* 32. *vers. & insuper quia iste creditor*, &c. Sed creditoribus ipsis anterioribus ratione sui peculiaris juris datur revocatoria actio, quando debitor ipse non est solvendo, nec satisfacere potest, ad latissimè tradita *in d. c.* 8. *per tot.*

Et idcirco cùm jus prælationis sit alienum, credi-
57 torum scilicet anteriorum, & non suum de ipso non potest debitor opponere posteriori creditori, ab eo,
58 & ex suis bonis exigere volenti, & creditum suum petenti, quia non est, nec dici potest persona legitima ad hujusmodi exceptionem opponendam quia foret opponere de jure tertii, nullo modo exclusivo juris agentis communes juris regulas, ut alibi diximus abundè *infrà hac* 2. *p. c.* 22. *ex num.* 61. *cum seqq.*

Et hanc doctrinam quod debitor communis nequeat
59 opponere, & in judicium deducere, aut controvertere jus prælationis alterius creditoris fuit singularis doctrina Bald. *in consil.* 327. *num.* 10. *lib.* 1. ubi dicit quod
60 debitor non potest creditori agenti contra eum pro suo credito ; quòd sit posterior in hypotheca, nisi eidem debitori prior creditor inhibuerit, ne solvat aut tradat possessionem posteriori, quem referens sequitur Mantica *de contractib. tom. lib.* 11. *tit.* 22. *nu.* 19. per quos, & alios, necnon validissima fundamenta latius idem scripsimus *suprà* 1. *p. c.* 16. *ex nu.* 22. *cum seqq.* ubi videre poteris, & ita per doctos Senatores communiter practicatur, nam prælatio, ut diximus, jus est alienum, creditorum scilicet, non suum, debitoris, & ideò debitor ipse disponere non potest, nec subvertere, juxta text. singularem *in l.* 2. *ff. quæ in fraud. creditor. idem* (inquit Consultus) *erit probandum, & si pignora liberet, vel quem alium in fraudem creditorum præponat.*

Poterit tamen iste debitor communis reclamare
61 adversus taxam bonorum, & pretium oblatum ab ipso creditore, modo prædicto contendente sibi fore adjudicanda in sui crediti satisfactionem, cum ad hoc pars sit formalis & legitima, cum sua principaliter interfit, bona esse sufficientia ad solutionem creditorum, ut à nexibus obligationum absolvantur, & plurimis subhastentur ad id faciliùs, & commodiùs consequendum.

CAP.

CAPUT IV.

Qui ex facultate regia ad mille mutuo accipienda, & bona majoratus obligandum obtenta, à pluribus ſucceſſivè duo millia recepit; eiſque tandem in concurſum comparentibus, an priores intra ſummam permiſſam excludant poſteriores ultra illam mutuantes.

Vel an omnes pro rata ad ſummam permiſſam admittantur.

Et quid ſi in eodem inſtrumento, ac momento omnes ſimul mutuaverunt, ultra tamen ſummam facultatis.

SUMMARIUM.

1 *Creditores mutuantes poſſeſſori majoratus intra ſummam permiſſam à facultate Regia, & mutuantes ultra ſummam, an pariter concurrant ad quantitatem permiſſam pro rata: vel an omnium contractus vitietur: cum ſeqq.*

2 *Legata diverſa excedentia vires hæreditatis, reducuntur ad eas pro rata cujuſlibet legati.*
Lex ſi quis in teſtamento, §. apud Julianum, D. de legatis, & aliæ plures exornantur, ibid.

3 *Si aliquis legatarius integrum legatum fuerit conſequutus ultra vires patrimonii, tenetur cæteris reſtituere exceſſum.*

4 *Hanc diminutionem & defalcationem pro rata ſimiliter procedit in contractibus, ſicut & in legatis.*

5 & 6. *Penſionarius habens facultatem transferendi penſionis certam quantitatem, ſi ultra eam tranſtulerit pluribus, & diverſis temporibus, omnes ſimul ad quantitatem permiſſam admittuntur pro rata.*

7 *Obligationes factæ ab uxore pro marito ſi excedant dimidiam partem dotis, ex quo uxor remanet indotata & læſa, annullantur.*

8 & 9. *Obligationes diverſis temporibus factæ per uxorem pro marito: & ſi priores non inducant læſionem, omnes ſimul annullari defendit Noguerol.*

10 *Mutua priora contenta intra metas facultatis Regiæ ſuſtineri, alia verò ultra illas eſſe irrita, verius oſtenditur, cum ſeqq.*

11 *Majoratus poſſeſſor licet in vita ſit dominus, alienandi tamen bona majoratus poteſtate caret, ceſſante facultate Regia.*

12 *Facultas ad alienandum bona majoratus, & feudi, ſtrictè interpretatur ultra verba ipſius.*

13 *Facultas conceſſa ad certam rem, quantitatem, cauſam, vel perſonam non extenditur ad aliam rem, cauſam, aut perſonam.*

14 *Et quod ultra facultatem ſit, non tenet ex defectu poteſtatis, qua poſſeſſor caret ultra facultatem.*

15 *Facultas ubi in aliquo poteſt operari, non extenditur ultra tanquam ſtricti juris.*

16 *Geſta ultra limites facultatis nulla ſunt, ex defectu notiſſimo gerentis.*
Lex ſi pupillorum, §. ſi prætor, ff. de rebus eorum, cum aliis ſimilibus exornatur, ibid.

17 *Poteſtatis defectus ſemper adeſt in exceſſu.*

18 *Proviſio juris, vel hominis facta determinato modo, excedenda non eſt.*

19 *Facultas conceſſa ad tranſlationem penſionis limitata ad certam quantitatem ultra quantitatem facta tranſlatio non ſuſtinetur.*

20 *Suſtinetur tamen in quantitate permiſſa, & in exceſſu vitiatur.*

21 *Facultas Pontificia ad transferendum certam penſionem, vitiatur, ſi alia penſio tranſlata fuerit.*

22 *Reſcripta Principis non extenduntur ultra ea, quæ verba patiuntur.*

23 *Facultas ad dividendum feudum inter filios, ſi ultra diviſionem ſubſtituat, quoad ſubſtitutionem facultas vitiatur.*

24 *Oppoſitores ad parochialem, qui intra terminum Concilii Tridentini ſe oppoſuerunt admittuntur, qui verò poſt terminum juris, etſi ſe opponant intra terminum exceſſivum præfixum à prælato, illegitimi ſunt.*

25 *Creditores mutuantes poſſeſſori majoratus intra ſummam contentam intra facultatem legitimè contraxerunt, & irrevocabiliter.*

26 *Cæteri verò ultra facultatis ſummam mutuantes nulliter contraxerunt, & cum perſona carente poteſtate.*

27 *Contrahens cum poſſeſſore majoratus, in culpa fuit, ſi facultatem Regiam non examinavit.*

28 *Contrahens cum poſſeſſore majoratus, ſibi imputet ſi non vidit facultatem, quam videre debuit.*

29 *Emens à procuratore non viſo mandato, in malâ fide eſt, nec præſcribit.*

30 *Contrahens cum alieno nomine alio eſt in culpa non petendo ſibi oſtendere mandati aut tutelæ inſtrumentum, & in mala fide, & in dolo eſt, nec lucratur fructus.*

31 *A mala fide tamen excuſatur, ſi probabiliter credidit mandatum adeſſe, & quomodo.*

32 *Plures contractus diverſis temporibus geſti cum poſſeſſore majoratus, inter ſe nullam connexionem, nec dependentiam habent.*

33 *Summa contenta in facultate Regia eſt dividua.*

34 *Donatio ultra quantitatem permiſſam vitiatur, in reliquo ſuſtinetur.*

35 *Contractus utiles, per inutiles non vitiantur.*

36 *Facultatem habens ad alienandam rem, ſi duobus vendat, primus præfertur, etiam ſecundo res tradita ſit.*

37 *Quia per primam alienationem facultas conſumpta, & extincta fuit, & ad ſecundam defecit poteſtas.*

38 *Contractus ille ſemper prævalet, quoad fuerunt prius ſolemnitates neceſſariæ.*

39 *Ex duobus emptoribus ille prævalet, qui prius obtinuit aſſenſum dominii directi, etſi alteri fuerit poſſeſſio tradita.*

40 *Inter creditores contrahentes ſuper re feudali poſterior cum aſſenſu præfertur priori, abſque illo mutuandi ſub hypotheca.*

41 *Ceſſionarius poſterior cum aſſenſu, præfertur priori, cui aſſenſus defuit.*

42 *Aſſenſus tempus, non tempus contractus, obligationis attenditur ad validitatem.*

43 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica, ſi ultra tertiam generationem fiat, ſuſtinetur uſque ad tertiam permiſſam.*

44 *Donatio abſque inſinuatione ſuſtinetur in quantitate permiſſa, vitiatur tamen in exceſſu.*
L. 1. §. ſed mihi. ff. de verb. obligationibus ponderatur, ib.

45 *Cenſus conſtitutio ex ſorte non correſpondente redditibus, eſt nulla, ſed ſuſtinetur in redditibus ſorti correſpondentibus.*

46 *Donatio aut legatum à parte factum ultra quintum vitiatur in exceſſu, & in quinto ſuſtinetur.*

47 *Arrharum promiſſio ultra decimam in exceſſu vitiatur, & ſuſtinetur in decima.*

48 *L. generaliter 24. §. proinde, ff. de fideicommiſſar. libert. ponderatur.*

49 *L. ſi quis 24. ff. qui, & à quibus adducitur.*

50 *Ex facultate Pontificia ad transferendum certam quantitatem penſionis ſi pluribus viciſſim ultra ſummam fuerit tranſlata penſio priores intra ſummam contenti præferuntur poſterioribus in ſummæ exceſſu.*

51 *Facultate ſemel completa in quantitate permiſſa, extinguitur poteſtas ad transferendum.*

52 *Caldas Pereira explicatur circa ſupra dicta.*
53 *Fideicommiſſarius prohibitus alienare, quod alienat computatur in ſuas detractiones.*
54 *Prohibitus alienare ſi plures alienationes fecerit, quæ ſummam detractionis permiſſæ excedant, priores intra ſummam contentæ ſuſtinentur, cæteræ excedentes vitiantur.*
55 56. & 57. *Alienationes priores factæ à prohibito alienare ſuſtinentur, uſque ad mutus detractionem, poſteriores autem vitiantur, quæ quantitatem permiſſam excedunt.*
58 & 59. *Emptores primi, qui intra metas detractionum tuti ſunt: poſteriores ultra detractionem permiſſam tenentur reſtituere majoratui.*
59 *Conſumpta quantitate facultatis, alienatione ſubſecutæ nullæ ſunt & inefficaces.*
Deciſio Rotæ ſingulariſſima in propoſito refertur, ibid.
60 *Mutua recepta per poſſeſſorem majoratus ultra ſummam permiſſam ex facultate Regia ſunt irrita, ex defectu poteſtatis: cætera autem ſub limitibus facultatis recepta, ſuſtinentur.*
61 *Facultas ſub conditione, (quæ tacitè etiam non expreſſa ſubintelligitur) ut prius obligentur bona libera ſi non obligentur, facultas ſuſtinetur in reſiduo excuſſis bonis liberis, non tamen in totum vitiatur.*
62 *Majoratus diſpoſitio cum facultate Regia ſub conditione de conſignando prius alimenta aliis filiis, ſuſtinetur etiamſi tunc non conſignata, dum poſtea conſignentur.*
63 *Creditor ſi pluribus correis in ſolidum obligatis plus debito exigit diverſis temporibus, poſteriori, & non anterioribus intra ſummam contentis, repetitio competit.*
L. cum duo 15. ff. de conditione indebiti, exornatur. ibid.
64 *Si pater ultra tertium & quintum plures meliorationes fecit diverſis temporibus, priores contentæ ſub tertio, & quinto ſuſtinentur, cæteræ in exceſſu vitiantur.*
65 *Donatio omnium bonorum valet, in aliquo reſervato ad teſtandum.*
66 & 67. *Si poſtmodum quod reſervavit, donavit, non ideò prior donatio permiſſa irritatur, ſed ſecunda excedens metas facultatis à jure datæ.*
68 *Uxor pro marito pluries, & ſucceſſivè ſe obligavit, quæ omnes obligationes ſimul juratæ reddunt uxorem indotatam, & læſam ultra dimidiam dotis, priores obligationes intra dimidiam ſuſtinentur, cæteræ læſionem inducentes reſcinduntur.*
69 *Contrarium aliquando tenuit Senatus Cathaloniæ, non diſtinguens inter priores, & poſteriores obligationes.*
70 71. & 72. *Contra quam deciſionem inſurgit Fontanella.*
73 *Noguerol perperam arguit Fontanellam de contrarietate, cum diverſos caſus definit.*
74 *Mulier ſi ſe creditori pro marito obligavit ultra dimidiam dotis, ex quo remanſit læſa, & indotata, an tota obligatio reſcindatur, vel pro parte.*
75 *Ex pluribus obligationibus mulieris pro marito ſucceſſivè factis, non priores intra dimidiam contentæ, ſed poſteriores ultra eam cauſarunt læſionem, ac dotationem.*
76 *Quæ verior eſt opinio, multoties practicata in Senatu Valleſoletano.*
77 & 78. *Ad læſionem indotationis, & quorumlibet contractuum attendi debet tempus contractus, non quod poſtea evenit.*
79 *Ad indotationem mulieris tempus obligationis attendi debet.*
80 *Indotationis exceptio quibus in caſibus denegetur mulieri, remiſſivè.*
81 *Ad indotationem conſiderandam non ſunt attendenda bona mulieris paraphernalia, nec patrimonialia, ſed dotalia tantum.*
De indotationis materia qui tractant, ibid. remiſſivè.
82 & 83. *Noguerol defendens omnes indiſtinctè obligationes factas à muliere pro marito eſſe reſcindendas ob indotationem, communiter à Senatu Pintiano contemnitur.*
84 & 85. *Creditor dum agit contra tertios poſſeſſores, an præcisè debet incipere à poſterioribus, & non à prioribus.*
86 *Ob exceſſum non tota executio, ſed dumtaxat exceſſus revocatur.*
87 *Exceſſus in executione eſt quid diverſum, & ſeparatum à re judicata quæ exequenda committitur.*
88 *Argumentum de tempore ad rem valet.*
89 *Permiſſum ad tempus, poſt tempus cenſetur prohibitum.*
90 *Facultas regia pro certa, & limitata quantitate, ultra eam cenſetur prohibere.*
91 *De facultate regia pro certo, & limitato tempore, ad facultatem pro certa, & limitata quantitate validè argumentatur, ut in utroque exceſſu in tempore, aut in quantitate vitietur.*
92 *Bona feudalia, aut fideicommiſſaria ob dotem permiſſam alienari, ſi obligentur in pluſquam neceſſitas patiatur, ſuſtinetur obligatio in parte permiſſa, & in exceſſu irritatur.*
93 *In exceſſu deficit poteſtas, & facultas à jure conceſſa hæredi gravato, taxata, & limitata ad certam cauſam.*
94 *Creditori mutuanti pro rei refectione, conſervatione datur hypotheca cum prælatione.*
95 *Pro mutuo tamen correſpondente neceſſitati rei, non pro exceſſu, pro quo & hypotheca, & prælatio creditori negatur.*
96 *Non dicitur utiliter quid geſtum, quando debitum modum quis excedit.*
97 *Obligatio ultra modum facultatis limitatæ eodem modo vitiatur in exceſſu, ſive ſit unica, ſive plures ſucceſſivè à diverſis perſonis.*
98 *Fidejuſſoris obligatio in pluſquam principalis non tenet.*
99 *Fidejuſſoris obligatio ſuſtinetur in quantitate principali, in exceſſu autem corruit.*
100 *Quando plus eſt promiſſum, quàm promitti oportuit, illud plus infirmatur.*
Superabundans vitiatur ſed non vitiat. ibid.
101 *Mulier quæ pro marito unica obligatione cauſante indotationem, an in totum reſcindatur, an ſolùm pro dimidia parte dotis contenditur inter aliquos.*
102 *Qui totam reſcindi volunt, fundantur in ratione externa, complectente totam obligationem.*
103 *Sive unus ſit creditor, qui unico contractu mutuavit ultra ſummam facultatis, aut ſucceſſivè pluries, ſive plures ſint creditores viciſſim mutuantes, quidam intra ſummam permiſſam, quidam ultra eam, nullus ad exceſſum jus, aut hypothecam habens.*
104 *Quo tamen ordine iſti omnes concurrere, & exigere debent ex bonis majoratus.*
105 *Qui cum poſſeſſore majoratus contrahit, tenetur accuratè inveſtigare ſuam poteſtatem, & facultatem.*
106 *Ignorantia ejus, qui inveſtigare tenetur illum non excuſat, ſed potius inducit ſcientiam.*
107 *Scire, & ſcire debet paria ſunt.*
108 *Alleganti, fuiſſe mutuatum ultra facultatis quantitatem, incumbit onus probandi.*
109 *Idem eſt in aſſerente facultatem fuiſſe conſumptam tempore mutui, de quo docere tenetur: & priores obligationes factas fuiſſe virtute hujus facultatis.*
110 *Secus quando ex eadem facultate, & contractu ſimul exhibitis apparet de exceſſu, vel non exceſſu.*
111 *Aſſerenti alienationes fuiſſe factas ultra modum, & quantitatem facultatis incumbit onus probandi, & non emptori, aut creditori.*
Aſſerentis bona libera ſtare, ut deveniatur ad majora-
tum

tum obligatum, an incumbat onus probandi, ibid.

112 *Legata relicta ultra vires hæreditatis, ad eas reducuntur omnia pro rata.*

113 & 114. *Creditores plures diversis temporibus mutuantes intra, & ultra summam facultatis, priores posteriores sunt & de ratione.*

115 *Creditores plures simul in eodem contractu mutuantes, intra summam facultatis, an omnes pro rata sint admittendi ad summam promissam. remissivè.*

116 *Facultas transferendi pensionem simpliciter concessa ad certam quantitatem, non prodest ultra eam.*

117 & 118. *De facultate Pontificia ad transferendum pensionem in vita, aut in morte.*

119 *Hæc clausula transit facultatem in diversam naturam.*

120 & 121. *Et an tunc si plures sint translatorii ultra quantitatem pensionis permissa, an omnes pro rata in ea concurrant.*

122 *Facultas Pontificia ad transferendum pensionem, regulatur ab actibus inter vivos.*

123 *Electione semel facta, re non tradita admittitur variatio.*

124 *Secus si tradita sit verè vel fictè, cum jam variandi potestas sit consumpta.*

125 *Ex facultate Pontificia ad transferendum pensionem in vita, vel morte, non arguitur ad facultatem regiam habentem certam, & limitatam quantitatem.*

126 & 127. *Obligationes plures successivè pro marito ab uxore factæ, si simul junctæ inducant læsionem ultra dimidiam dotis; an omnes rescindantur indistinctè.*

128 *Unitas causæ efficientis comprehendit omnes casus.*

129 *Defectus potestatis in possessione majoratus annullat contractus, & obligationes ultra quantitatem limitatam per facultatem regiam.*

130 *Creditores plures eodem tempore, & scriptura mutuantes possessori majoratus, ultra tamen summam in facultate limitatam, omnes admittuntur pro rata ad quantitatum permissam.*

131 *De contractu ad ultimam voluntatem valet argumentum, ubi non adest diversitatis ratio.*

132 *Obligatio si fiat pluribus eodem instrumento ultra quantitatem permissam, pro rata inter omnes fit diminutio, & defalcatio sicut in legatis.*

133 *Fidejussores plures simul supra debitum solventes creditori nullus alteri præfertur in repetitione, sed omnes pro rata admittuntur.*

134 *Ut secus fit quando diversis temporibus omnes supra modum solverunt ut tunc in repetendo posterior priori præferatur.*

135 *Simul contrahentes in eadem scriptura, & tempore non possunt ad invicem anterioritatem prætendere.*

Etiam is, qui prius nominatus fuit instrumento, ibid.

136 *Prius & posterius non datur in eodem instrumento, cum eodem momento omnium jus simul nascatur.*

137 *Creditores in tempore æquales simul pro rata admittuntur ad quantitatem permissam à facultate.*

L. in stipulationibus 54. §. operarum, D. de verb. obligat. ponderatur, ibid.

L. si servus communis 29. D. de donationib. inter, ibi.

138 *In pignore pluribus obligato is præfertur, qui prius contraxit.*

138 *Creditores simul mutuantes sub pignore, omnes ad illud simul admittuntur pro rata cujuslibet crediti.*

Idemque est, 7. qui potiores, ponderatur, ibid.

140 *Si omnibus non sufficit hypotheca, omnes pro rata diminutionem patiuntur.*

L. si fundus 16. §. si duo pariter, D. de pignoribus. Et l. si debitor 10. ff. eod. ponderantur, ibid.

141 *Creditor idem diversis temporis mutuans ex pretio reducto ex pignore solvitur servato ordine obligationum, secus si eodem tempore, quia tunc pro rata cujuslibet crediti solvitur.*

At id l. pupilli 96. §. cum eodem tempore, D. de solutionibus, ibid.

142 & seqq. *Antonius Faber reprehenditur putans simul mutuantes, etiam pro disparibus quantitatibus omnes, pro virili & æquali parte habere jus in hypotheca.*

Movetur ex l. aliena res 20. §. 1. D. de pignor. act. ibi.

143 *Verus sensus d. §. redditur.*

144 *Æqualis omnium creditorum causa, prout loquitur, dicto §. 1. tendunt ad æqualitatem tituli.*

145 *Causa pignoris, quâ utuntur Jurisconsulti, refertur ad anterioritatem.*

146 *Causa prælationis, & causa tituli eadem est.*

147 *Hæredes plures inæqualiter instituti æqualem causam & titulum habent ad petendum, non tamen exigunt æqualiter sed pro rata institutionis, & pro portionibus hæreditatis.*

148 *Creditores plures simul mutuantes possessori majoratus ultra quantitatem permissam à facultate, omnes simul admittuntur pro sua rata, pro qua omnes participant de damno, & diminutione.*

149 *Pignore simul à pluribus contracto, an potius nominatus præferatur.*

150 *Prius nominatus in instrumento non attenditur ad prælationem.*

151 *Contractus in ultimo verbo scriptura perficitur, ex quo nullus potest considerari scripturæ ordo.*

152 *Contractus conclusio semper attenditur.*

153 *Contractus consistit in ultimo instanti conclusionis, ex quo non antea perficitur.*

154 *Creditores ejusdem gradus simul exigunt pro rata.*

155 *Ad depositа plures creditores simul concurrentes admittuntur æqualiter pro rata, inter quos anterioritatis ratio non attenditur.*

156 *Limitata, nisi alter usuras rei depositæ percipiat.*

157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. & 164. *Distributio bonorum debitoris inter creditores ejusdem gradus, & prælationis pro rata, quomodo facienda.*

165 *Inter duos creditores eodem die contrahentes, de quorum anterioritate non apparet, non datur prælatio, sed pro rata simul omnes admittuntur.*

166 *Fallit in creditore habente instrumentum cum die, & hora, ut iste præferatur alieno horam non habenti.*

167 *Etiam contra dotem, cujus instrumentum caret hora.*

168 *Et in quocunque actu præfata sententia locum habet, juxta communem opinionem.*

169 *Et duobus instrumentis horam non continentibus præfertur instrumentum pro dote, etiam contra fiscum.*

170 *Dos, & fiscus habentes instrumenta eadem die confecta cum quibus alii creditores concurrunt habentes tacitam, vel expressam hypothecam, quis aliis præferendus, remissivè.*

171 *Præventione judicis Ecclesiastici, & præventione judicis sæcularis concurrentibus eodem die, de quarum anterioritate non apparet, præsumitur præcessisse præventionem sæcularis.*

ARdua res est, & multis juris ambagibus involuta hæc quæstio, eam ad partes disputabo. Et 1
pro affirmativa, quòd vel omnes creditores isti, qui diversis temporibus mutuaverunt majoratus (ultra tamen summam permissam à facultate regia) debeant in concursu sua credita consequi pro rata, ita ut quantitas facultatis sit pro rata distribuenda inter omnes, non obstante quod priores mutuaverint intra summam permissam, & nondum facultate consumpta, alii verò post summam completam. Vel, quod omnes contractus vitientur, & nulli reddantur. validissima urgent fundamenta.

Primum, quoniam quando testator pluribus diversa 2

inæqualia legata fecit, quorum omnium quantitas vires patrimonii sui, de quo tantum potuit disponere, excedit, reducuntur omnium legata ad vires patrimonii, facta singulorum diminutione pro rata, ita ut inter omnes distribuatur patrimonii quantitas, facta defalcatione pro ea parte, & quantitate cuilibet legata, & taxata; ita ut primo loco nominati non consequantur exclusis secundo, aut tertio loco nominatis, sed omnes æqualiter pro rata pati teneantur patrimonii diminutionem, text. est *in l. si quis in testamento, §. apud Julianum, lib. 32. Digestorum Marcellus notat, is qui sola triginta reliquerat, Titio triginta legavit. Seio viginti. Mævio decem. Masuerius Sabinus probat Titium quindecim, Seium decem, Mævium quinque consecuturos, ff. de legat. 1.* idem probat text. *in l. si vero composita, §. 1. ff. de militari testament. & in l. in quantitate, §. fin. ff. ad legem Falcidiam l. si pluribus, ff. de legat. text. in l. quærebatur ff. ad legem Falcidiam.* ibi: *Quare cum nomen minus solvendo est in hæreditate ejus, quod exigi potest, pro rata fiet distributio residui, venditio facienda est, & id demum in hæreditate computatur, quanti nomen distrahi potest.* Quæ jura latè exornant, & hanc computationem & diminutionem pro rata abundè comprobant Parlador. *lib. 1. rerum quotid. cap. 18.* Vincentius de Franchis *decisione* 336. Escobar *de ratiociniis, computat. 10. per totum.* Pereira *de nominatione emphyteut. quæst. 10. ex n. 45.* Castillo *controvers. lib. 4. cap. 51. per totum* maximè *ex num. 12. usque ad finem*, ita ut si aliquis ex legatariis partem integram fuit consequutus, aliis excessum restituere teneatur, est text. notabilis *in l. 2. §. 1. ff. de cond. indebiti*, ibi, *vel diminutionem per hoc, quod aliis quoque legata relicta sunt*, Caldas *ubi proximè.*

3 Et hanc doctrinam diminutionem, & defalcationem pro rata dijudicantem similiter procedere in contractibus, sicut in ultimis voluntatibus probat Jason *in lege si pluribus, nu. 20. ff. de legatis 1.* Felinus *in capite cum dilecta, ante nu. 6. declaratione 3. de rescriptis.* sequitur Pereira *in nominatione emphyteut. quæst. 10. sub n. 45.* Igitur idem pariter dicendum erit in credito-
4 ribus majoratus, mutuantibus ejus possessori ultra summam contentam, & permissam in facultate regia, sibi concessa ad certam & limitatam quantitatem, ubi ista inter omnes distribuatur pro rata, non attento, quod aliqui prius, alii verò posteriùs mutuaverint, cùm omnium debeat esse æqualis fortuna, & pro rata damnum & diminutionem pati.

Secundò, & pro hac parte fortiter pugnat resolutio illius celebris quæstionis, quam movet, & ad partes disputat Pereira *de nominatione & emphyteusi, quæst. 10. ex nu. 41. cum seqq.* quando pensionarius habet Apostolicam facultatem transferendi pensionem
5 usque ad certam quantitatem in vita, vel tempore mortis, si plures nominavit, distribuendo inter omnes ultra summam in facultate contentam, quæ erat mille aureorum quingentos uni, quingentos alteri, & quingentos alii, ut tunc translatio primo nominatorum intra quantitatem facultatis nihil eis prosit, quominus patiantur diminutionem pro rata inter illos, & novissimos, nec consequatur suam partem integram posterioribus exclusis: sed omnes pro rata partis sibi translatæ admittantur ad totam summam facultatis Apostolicæ, fiantque participes damni ex excessu illati. Quæ quæstio, resolutio & doctrina quam adaptabilis sit nostræ, nemo est, qui non videat. Ergo idem pariter in hac admittendum erit, ut priores creditores intra summam permis-
6 sam per facultatem regiam debeant integram summam mutuatam, penitus exclusis posterioribus ultra summam permissam mutuantibus, sed pro rata simul omnes pati debent diminutionem, & reductiones esse participes.

Tertiò, pro hac parte urget, quod quando præfatum fundamentum diminutionis pro rata inter omnes creditores anteriores, & novissimos ultra summam 7
permissam mutuantes, non admittatur, tamen fatendum videtur, omnium simul contractus esse inutiles, invalidos, annullandos. Ut vidimus in contractibus, & obligationibus cum diversis personis, successivè factis pro marito, ex quibus uxor remanet indotata, quia enormiter ultra dimidiam partem dotis excedunt obligationes, illæsa debet uxor remanere, ut apparet ex quadraginta Doctoribus accurate cumulatis per Noguerol. *allegat. 29. ex n. 107. cum multis seqq.* Et de materia superius abundè tractat.

Quo casu etsi plures obligationes pro marito fece- 8
rit uxor in favorem plurimum personarum diversis temporibus, non solùm annullantur posteriores, quæ simul cum anterioribus junctæ excedunt dimidiam partem, sed & priores etiam contentæ intra mediam partem ipsius dotis, quæ rescisioni, & nullitati solæ, & de per se non subjiciebantur, prout multis, & non contemnendis fundamentis conatur defendere Noguerol. *allegation. 29. ex num. 182. cum multis* 9
seqq. ergo idem in nostro casu admitti debet, cum diversitatis ratio nulla reddi possit, sed potius præfata doctrina eidem rectè quadrat, & congruit, ut tam priora credita, quàm posteriora annullentur propter excessum, & qui respectivè ad omnes obligationes considerantur.

Quibus tamen (quæ in se urgentissima sunt) aliis 10
minimè obstantibus, contrariam sententiam imò sola illa mutua quæ excedunt metam, & summam contentam in facultate regia, esse nulla, & irrita; ea verò priora usque ad permissam quantitatem omnino sustineri: verissimam esse, & tenendam; manifestè ostendemus. Primò supponendum erit, quod possessor majoratus, licet in vita dominium rerum habeat, 11
alienandi tamen potestate penitus caret, cum majoratus imbibitam ex sua perpetua natura prohibitionem habeat, & non nisi facultate regia potest alienationem validè facere, ut notum est. Quamplurimos cumulat Felicianus de Solis *in tr. de censibus, lib. 2. cap. 3. ex n. 15. cum seq.* Castillo *contr. tom 4. c. 35 n. 34 & 35.* Et probant omnes DD. de facultate regia ad alienandum bona majoratus aut feudi tractantes, statim citandi, & videndi, quæ abundè infrà hac 2. *part. c. 10. per totum.* Quæ licentia & facultas cùm sit, & habeat vim dispensationis, & in prohibito adimendi 12
impedimentum ad alienandum, ita ut liceat, quod antea non licebat: quia facultas strictissimæ naturæ est, & in strictiori sensu admittenda, & interpretanda quando aliter ex verbis, & mente concedentis non apparet ut notatur *in cap. fin. de simonia.* Abbas *in cap. cum ad hoc col. fin. de cleric. non resident.* Cardinalis *Clement. fin. de electione quæst. 5.* Bald. *in leg. si ut proponis. C. de servo pignor. dat. manu.* Corbulus *de jure emphyt. cap. 14. de privatio. ob alienatio. irrequis. domi ampliatio. 5. per totam.* & ante *n. 2.* & *ampliat. 6. n. 2.* & iterum *ampliat. 8.*

Nec limitata ad certam rem quantitatem, causam 13
aut personam potest extendi ad aliam rem, quantitatem, causam, aut personam; ut argumento *l. in agris ff. de acquir. rerum domin.* Corbulus *ubi proximè ampliat.* 34. *n. 5. & 6.* nec tenet quod ultra facultatem & licen- 14
tiam fit, dum gerens careat penitus potestate, quam non recipit, nisi ad id quod continetur expressè in dicta facultate, in cæteris verò adempta manet, ut antea cum nullam licentiam patiatur extinctionem, probant in terminis regiæ facultatis ad alienandum, seu mutuum accipiendum obtentæ per possessorem majoratus *ex cap. 1. §. profecto. de lege Contradi.* Bartol. *in l. sicut, 3. si pater. ff. quibus modis pignus, vel hypoth.* Paulus *in lege quicunque, §. fin. ff. de institor. action.* Molina *de primogenitis, lib. 4. cap. 5. per totum.* maximè *à n. 10.* & ibi Additionatores optimè loquuntur Frecia *de subfeud. lib. 2. quæst. 36. à n. 1. fol. 255.* Enric. Rosentatur. *de feud. cap. 9. conclus. 33. cum seq.* Rodriguez *de annuis redditibus, lib. 2. cap. 16. ex nu. 53.* abundè Felician. de Solis *de censi-*

cenſibus, tomo 2. lib. 2. cap. 3. à n. 1. cum ſeqq. & lib. 3. cap. 5. ſub. n. 16. verſic. jam jam, per aliquot columnas
15 *fol. 201.* Et ubi licentia alias in aliquo poteſt operari, non extenditur ulterius tanquam ſtricti juris. Ruinus *conſil. 10. n. 6. & 7. lib. 1.* Petr. Surdus *conſ. 220. n. 9. & conſ. 50. nu. 27.* Fontanella *deciſ. 263. nu. 9.*

16 Qui omnes pariter concludunt in nullitate actus geſti, excedentis limites facultatis regiæ, ex notiſſimo defectu poteſtatis gerentis pro quo facit text. (licet vulgaris) ſingularis *in l. ſi pupillorum, §. ſi prætor,* ibi, *& mea fert opinio eum; qui aliud fecit, quàm quod à prætore decretum eſt nihil geſſiſſe, ff. de rebus eorum,* & etiam *in l. diligenter.* ibi. *nam qui exceſſit, aliud quod facere videtur, ff. mandati, l. ſi itaque mandatum,* ibi. *aliud fecit, quam quod mandatum eſt, ff. de jure jurand. leg. ſed & ſi ante ff. ad Trebellianum lege parvi, in fin. ff. de recept. arbi.* Nam in
17 exceſſu ſemper adeſt defectus poteſtatis; & ideo nulla major datur nullitas, quam defectus poteſtatis. Ampliſſimè plura in propoſitio, ſcitu digniſſima congeſſimus *in noſtris comment. de regia protectione. 4. part. cap. 3.*
18 *ex nu. 62. cum multis ſeqq. & ex nu. 36. & ſeqq.* Nam permiſſio ſive juris, ſive hominis facta determinato modo excedenda non erit. Bald. *conſil. 61. lib. 5. per l. 1. §. ſi plures, ff. de exercitoria, l. qui aliena, §. libertos, ff. de negot. geſt.* latius proſequitur Cæſar. Ruginel. *præſt. quæſt. cap. 42. ex num. 9. & ſeqq.* Nos *loco proximè citato, nu. 47.*

19 Et comprobatur, quoniam facultas conceſſa per Papam habenti penſionem, ad eam transferendam; ſi fuerit limitata ad certam quantitatem, ſi ultra quantitatem permiſſam fiat tranſlatio; non ſuſtinetur niſi pro quantitate permiſſa, & per facultatem limitatè conceſſa. Prout expreſsè tenet Rota apud Mantica *in deciſ. 153. nu. 1. & 5. & per totam deciſ.* ubi dicitur, quod ſi virtute facultatis limitatæ ad certam quantitatem, fiat tranſlatio penſionis in majori quantitate, non propterea corruit tota tranſlatio, ſed ſuſtinetur, in quantitate permiſſa; & dumtaxat corruit reſpectu exceſſus. Cum ſumma ſemper ſit dividua, idem etiam tenuit ipſa Rota *deciſ. 733. nu. 10. verſ. quidquid enim fit, part. 2.* Quas referens ſequitur in terminis Lotherius *lib. 1. de re benefic. lib. 1. quæſt. 36. nu. 79. & 80.* & iterum *eodem lib. 1. quæſt. 40. ex nu. 64.* ubi allegat *deciſ. Placent. penſionis 27. Junii 1605.* coram Litta impreſſam, apud Marcheſan. *de commiſſionib. tom. 1. pag. 567. num. 2.*

20 Et hoc idem quod habens facultatem Apoſtolicam ad transferendum certam quantitatem penſionis, ſi ultra quantitatem limitatam transferat, ſuſtineatur tranſlatio pro quantitate permiſſa tenent inſuper ipſe Mantica *deciſ. 173. per totam*, & ex *deciſione 684. part. 4. diverſorum.* Marcheſanus *de commiſſionib. tom. 2. pag. 559. & deciſ. 199.* ut per Pacificum *poſt tract. de Salviano interdicto.* poſt Galeſ. *deciſ. 138.* & aliæ plures adductæ à Ferentil. *in annot. ad Buratum, deciſione 12. litt. E.*

21 Quæ doctrina pariter procedit, quando facultas transferendi penſionem eſt limitata ad certam penſionem, quæ non poteſt extendi ad aliam penſionem, ita ut virtute facultatis facta tranſlatio alterius, & diverſæ penſionis, corruat ex defectu facultatis ad certam limitatæ, ut in expreſſo tenuit Rota *in dicta*
22 *deciſione Placentina*, ex eo quia reſcripta Principis hanc ſortiuntur à iure naturam, ut non extendantur niſi ad ea, in quibus clarè & ſpecificè eorum verba verificari poſſunt; ſequitur Lother. *dict. quæſt. 40. nu. 71. & 72. & nu. 64.* alia quamplurima videnda erunt *in hac 2. p. cap. 9. & 10. per totum.*

23 Idem probat Marius Frecia *de ſubfeudis, lib. 2 quæſt. 36.* dum ait, matrem, quæ habuit facultatem dividendi feudum inter filios, ſed non ſubſtituendi & gravandi, quæ tamen de facto ſubſtituit, quod ſubſtitutione actum non valere, ſuſtineri verò intrà limites facultatis conceſſæ; ſequitur Paz *de tenuta, c. 34. ſub nu. 153.*

Fulcitur ex eo quod edicti ad parochialem vacantem 24 non poteſt ex Conc. Trident. terminus aſſignari ultra viginti dies; ſi tamen cum majori termino apponatur, edictum non erit nullum in totum, ſed quoad exceſſum, & ſic qui ſe oppoſuerunt intra viginti dies legitimi ſunt oppoſitores: qui verò in tempore exceſſivo ſe oppoſuerunt, illegitimi ſunt, & nec ad concurſum admittendi, ita Garcia *de benefic. 9. part. cap. nu. 49.* videndus *à nu. 44. & ſeqq.*

Igitur creditores majoratus, qui intra metas facul- 25 tatis Regiæ ejus poſſeſſori mutuaverunt, utiliter & legitimè, congruoque tempore contraxerunt, & cum legitima peſona ad id poteſtatem habente, quorum idcirco contractus ab initio, irrevocabiliter meritò ſuſtinetur uſque ad ſummam & quantitatem permiſſam: cæteri verò poſteriores ſupra modum facultatis, 26 & ea etiam jam conſumpta mutuantes nulliter contraxiſſe intelliguntur: contraxerunt enim cum minus legitima perſona carente penitus poteſtate, & prohibita alienare, & ſibi imputent, ſi pigri accurrate & *ſtrimine* non examinarunt facultatem, conditionem & poteſtatem ejus, cum quo contraxerunt, ad *l. qui cum alio contrahit vel ſcit, vel ſcire debet* 27 *conditionem ejus cum quo contrahit ff. de reg. juris*, & quæ abundè diximus infrà *hac 2. p. c. 9. nu. 120. cum multis ſeqq.* ubi latiſſimè examinatur hæc negligentia contrahentis cum poſſeſſore majoratus, ideo nihil mirum, ſi ſua credita, quæ in tuto collocarunt, amittant.

Et rectè adaptatur doctrina Cæſar. Manentæ, *in* 28 *deciſ. 63. nu. 8. & 9.* dum in hæc inquit: *Nec obſtat quod non videret primum reſcriptum, nec preces, quia ſibi imputet cùm illas videre debuiſſet, ex quo ſecundæ ad eas ſe referunt.* Decius *conſ. 201. nu. 17.* Rota 29 *Genuenſ. deciſ. 14. ſub nu. 105. & 112.* & ſic emens à procuratore, & non viſo illius mandato dicitur in mala fide, & non præſcribit, *l. fin. ff. pro emptore.* Bart. *in leg. qui fundum, §. procurator, ff. eodem, & in l. cum vir. nu. 16. verſ. præterea, ff. de uſucapion.* per text. & apertum *in l. qui fundum. §. procurator, de uſucap. pro empto.* Bald. *in leg. 1. nu. 2. C. de rebus alien. non l. & ibidem alios in fin.* Imola *in l. qui fundum.* Alexand. *in l. qui in aliena, in princ. nu. 11. in fin. de adquir. hæred. & in conſ. 35. nu. 9. lib. 7.* Felin. *in cap. ſi diligenti, nu. 5. de præſcript. & in cap. iſtud, nu. 31. verſ. 6. adverte, de re judic.* Socin. ſenior *conſil. 80. nu. 3. lib. 3.* Ruinus *conſil. 68. nu. 23. lib. 10.* Curtius junior *in l. 1. nu. 61. C. qui admitti.* Rabuſ. *de præſcript. 2. p. 3. p. princip. quæſt. 2. nu. 5.* Cravetæ *conſil. 160. num. 3.* Anton. Gabr. *compend. opin. tit. de procurator. concluſ. 1. nu. 17.* Menoch. *de præſumpt. lib. 2. conſ. 33. nu. 22.* Mantica *de tacitis & amb. convent. lib. 7. tit. 4. num. 18.* & quòd contrahens cum 30 procuratore, tutore, aut curatore; atque ſic contrahente nomine alieno ſit in culpa, ſi negligens ſit in petendo ſibi oſtendere, & exhibere mandatum tutelæ, aut curæ inſtrumentum ſit in dolo & mala fide, ut nec lucretur fructus; tenet poſt Aretinum *in §. actionum, nu. 50. inſtitut. de action.* Franciſc. Herculan. *de modo proban. negatur. num. 88. & ſeqq.* Rota Bononienſ. *deciſ. 18.* Franc. Marc. *deciſione 131. part. 1. & deciſ. 592. part. 2.* & per Decium *conſil. 255. ſub num. 3.* Afflict. *deciſ. 87. num. 5.* pulchrè Roland. à Valle *conſil. 18. nu. 86. verſ. 2.* Roman. *ſingul. 134.* Ruin. *conſ. 268. nu. 83. vol. 1.* Pariſ. *conſil. 100. num. 23. vol. 1.* Menochius *de recuper. remed. 15. quæſt. 40. nu. 580. cum ſeqq.* & poſt plures alios Cavalcanus *de tutore, ex nu. 32. cum ſeqq.* videre ulterius *infrà ex nu. 114. & in cap. 9. ex num. 120. cum multis ſeqq.* quos licet non alleget, idem tenet Pareja *de inſtr. edit. tit. 5. reſol. 10. ex nu. 28. fol. 558.* qui *num. 29.* poſt plures Doctores excuſat contrahentem à mala 31 fide, ſi probabiliter crediderit adeſſe mandatum & facultatem, quando ſcilicet ſibi ſic fuiſſet affirmatum à perſonis fide dignis.

32 Non enim priores à noviſſimis contractibus, nec è contra dependentiam aut connexionem aliquam habent, ſed penitùs ſeparabiles ſunt: tum ex diverſitate rerum & perſonarum, *l. ſi unus*, §. *ante omnia*, *ff. de pactis*, ibi, *ante omnia advertendum eſt, ne conventio in alia re facta, aut cum alia perſona, in aliare, aliave* 33 *perſona noceat*, &c. & facit *l.* 1. *cum ſeq. & toto tit. C. res inter alios actæ, aliis nec nocent, nec proſunt*, tum quia ſumma contenta in facultate ſit dividua. Probat Lotherius ex Rota proximè citatus *ſuprà nu.* 20. in ſimilibus ferè terminis probat etiam poſt plures alios Doctores Sanchez *de matrimonio*, *tom.* 1. *lib.* 6. *diſputat.* 4. *nu.* 25. & eſt text. expreſſus *in l. ſancimus*, *& in l. penult. Cod. de donation. ſi quid autem ſupra legitimam diffinitionem fuerit donatum, hoc quod ſuperfluum* 34 *eſt tantum modo non valere, reliquam verò quantitatem, quæ intra legis terminos conſtituta eſt, in ſuo robore perdurare*: ideò utiles per inutiles contractus vitiari non 35 poſſunt, ita ut utiles & legitimè facti ſuſtineantur inutiles verò vitientur, *leg. certi conditio* §. 1. *ff. ſi certum pet. l.* 1. §. *ſimiliter. l.* 1. §. *ſi is, qui duplam, ff. de verborum obligat. leg.* 3. §. *Trebatius, ff. de aqua quotid. & æſt. l.* 1. §. *publicani. ff. de publican. & vectigal. l. ſancimus* 5. *C. de donat.* Molina *de primogen. lib.* 1. *c.* 21. *nu.* 28. Covar. *lib.* 2. *variarum. cap.* 16. *nu.* 5. Sarmiento *lib.* 3. *ſelectar. c.* 5. *num.* Ugolin. *de offic. & poteſt. Epiſcop. cap.* 41. §. 2. *nu.* 2. Peregrinus *lib.* 3. *conſil.* 19. *nu.* 14. Surdus *conſil.* 380. *à nu.* 52. *& conſil.* 428. *à nu.* 20. Cabedus *diverſorum jurium lib.* 2. *cap.* 16. Pereira *de emption. & vendit. cap* 32. *nu.* 36. Mantica *de contractib. tom.* 2. *lib.* 16. *tit.* 36. *nu.* 3. Caſtillo *controverſ. lib.* 1. *cap.* 7. *nu.* 27. *& lib.* 5. *cap.* 100. *nu.* 6. *& ſeqq.*

36 Comprobatur ex illa celebri doctrina, quod quando in alienatione eſt neceſſaria licentia alterius, ſi licentiæ virtute quis duobus, pluribuſve alienet, etiam ſi ſecundis tradiderit rem ex licentia alienatam, adhuc 37 tamen primus cæteris præfertur; ea ratione (quam nos ſemper inſequimur) quoniam per primam alienationem conſumpta fuit facultas, & licentia expiravit; & ideò ſecunda alienatio non valet, nec tenet, cum facultas una vice perficiat curſum ſuum, & per eam extinguatur, & conſumatur. Andreas de Iſernia & alii *in c. imperialem, de prohibita feudi alien. per Federic.* & idem Andreas *in cap.* 1. *qui ſucceſſores teneant.* Lofredus *in conſ.* 9. *nu.* 18. *& ſeqq. & diverſor. conſ. Siculorum conſ.* 27. *ex nu.* 16. *fol.* 218. tenent etiam quamplurimi Doctores relati à Th. Sanch. *de matr. tom.* 3. *lib.* 8. *diſp.* 1. *nu.* 17. nam facultas conceſſa ad actum faciendum conſumitur in primo actu, ita ut ad ſecundum ex eadem facultate geſtum deficiat facultas, & primus prævaleat ſecundo inefficaci, & nulliter geſto ex defectu poteſtatis, & facultatis: quando nempe actus ille, ad quem facultas conceditur, non eſt ſuæ naturæ revocabilis, ſed irrevocabilis; ita hanc diſtinctionem probant Tiraquel. *in leg. boves*, §. *hoc ſermone, in princ. nu.* 128. *juncta limit.* 17. *ex nu.* 1. Navarrus *de redditib. q.* 3. *nu.* 22. *& 24. & in Apologia q.* 3. *monito* 9. *nu.* 3. Albanus *de Cardinal. q.* 48. Covar. *in cap. cum in officiis, nu.* 8. *de teſtam.* Peralta *in l. ſi quis in principio, nu.* 94. *de legat.* 3. Tello *in l.* 35. *Tauri, nu.* 4. *& in l.* 4. *à nu.* 6. *&* 13. Molina *lib.* 2. *primogen. p.* 11. *nu.* 45. latiſſimè Sarmiento *de redditibus Eccleſ. part.* 4. *c.* 4 *nu.* 3. Matienzo *in l.* 3. *gloſſ.* 3. *nu.* 5. *tit.* 4. *la* 5. *recopilat. & l.* 9. *gloſſ.* 1. Barboſa *in l. diverſio* 8. §. *quod in anno, nu.* 19. *ff. ſol. matrim.* Cervantes *in l.* 4. *Tauri, nu.* 80. præ cæteris mirabiliter dixit Sanchez plurimos alios referens *de matrim. tom* 3. *lib.* 8. *diſput.* 1. *ex nu.* 17. *cum ſeqq.* ubi etiam agit de facultate Epiſcopo conceſſa ad teſtandum; & ſic ad actum ſui natura revocabilem, ut non conſumatur ex primo teſtamento. Quam doctrinam ex hac certiſſima ratione tradiderunt, Gregorius Lopez *in leg.* 5. *tit.* 5. *p.* 5. *verſic. adverte. etiam* Valaſcus *de jure emphyt. q.* 14. *nu.* 9. Pereira *de extinct. emphyteut. lib.* 4. *cap.* 10. *nu.* 36. *&* 57. ubi latè corroborat, & ex Bald. & Jaſ. *in leg. quoties, C. de rei vendic. nu.* 33. *&* 39. tradit in omni materia illum 38 actum, ſeu contractum prævalere, in quo prius concurrunt omnes qualitates ad illius validitatem, & omni- 39 modam perfectionem neceſſariæ. Et quod ex duobus emptoribus ille prævalere debet, qui prius domini conſenſum fuit aſſequutus, quamvis alteri inutiliter tradita fuerit poſſeſſio, ſive is prius, ſive ſecundus fuerit emptor. Theſaurus *lib.* 4. *quæſt.* 64. *u.* 4. Nam præfertur ille, qui primus à domino ſit inveſtitus. Quas omnes doctrinas refert, & ſequitur per præfatam rationem conſumptæ & ſtrictæ licentiæ, Hermoſilla ad *l.* 50. *nu.* 29. *tom.* 2. *fol.* 228. vide etiam Capicium *deciſ.* 182. *nu. fin.* latiſſimè plurimis relatis Gratianus *tom.* 4. *diſcept.* 730. *ex nu.* 12. *uſque ad nu.* 17.

Et quod in feudo creditor poſterior, cum aſſenſu 40 præferatur creditori anteriori abſque illo contrahenti cum vaſallo ſub hypotheca, probat ex Afflictis *deciſ.* 286. *in princip.* ubi Urſillus *in addit.* Frecia *de ſubfeudis, lib.* 2. *quæſt.* 30. *nu.* 3. *&* 15. de Franch. *deciſ.* 64. *& deciſ.* 75. & Gregorio. *allegat.* 18. *in princip.* tenet Gaito *de credit. cap.* 4. *quæſito* 11. *nu.* 1852. qui *nu. ſeq.* idem extendit ad duos ceſſionarios diverſi temporis 41 inter quos licet aliàs præferatur anterior, ut alibi probavimus *ſuprà* 1. *part. cap.* 10. *ex num.* 46. *& ſeqq.* tamen quando jus cedi non poteſt abſque domini aſſenſu, poſterior qui prius illum obtinuit, & impetravit anterior ceſſionario præfertur, ex Vincentio de Franchis *d. deciſ.* 75. vide etiam in optimo caſu Annel. Amat. *conſ.* 95. & Gaitum *dict. quæſito* 11. *nu.* 1857. Semper enim attenditur inter hos creditores & emptores tempus aſſenſus, non tempus obligationis & contractus, 42 ad latè tradita & comprobata *ſuprà hac* 2. *p.* 21. *per totum*, & ſignanter *ex nu.* 55. *cum ſeqq. verſic. illud denique ſingulare*, &c.

Prout ſimile habemus in emphyteuſi Eccleſiaſtica, 43 quam concedere poteſt Prælatus uſque ad tertiam generationem, & ultra prohibetur, quam ſi exceſſerit, & uſque ad quartam conceſſerit, quoad exceſſum poteſtatis vitiatur & quoad metam permiſſam ſuſtinetur. Caldus *de nominatione*, *q.* 10. *ſub. nu.* 59. Covar. *variar. reſolut. l.* 2. *cap.* 16. *nu.* 5. Molina *de primogen. lib.* 1. *cap.* 21. *nu.* 28. Julius Clarus *recept. ſentent. lib.* 4. §. *emphyteuſis*; *q.* 6. *&* §. *fraudem*, *quæſt.* 13. Gamma *deciſ.* 387. *nu.* 3. Pater Lud. Molina *de juſt. & jure*, *& tom. tract.* 2. *diſp.* 467. *per tot.* ubi adducit ſimile de 44 donatione facto abſque inſinuatione ultra ſummam, quam abſque inſinuatione fas eſt donare. Quia licèt juris diſpoſitione nulla ſit talis donatio, id tamen intelligi quoad exceſſum ſolum: non tamen quoad ſummam, quam ſine inſinuatione permiſſum eſt donare. Quamplurimos citat Caſtillo *contr. cap.* 100. *ex nu.* 12. *tom.* 5. Sanchez *de matrimonio*, *tom* 1. *lib.* 6. *diſp. nu.* 25. qui plures allegat, & idem Sanchez *de matrim. tom.* 1. *diſp.* 14. *ex nu.* 2. & eſt text. notabilis *in l.* 1. §. *ſed mihi*, *ff. de verb. obligat.* ubi validam eſſe ſtipulationem, ſi ſtipulanti mihi Pamphilum, tu Pamphilum & Stichum promittas, quæ ſuſtinetur in Pamphilo, legitimè ſtipulato, licèt vitietur in Sticho inutiliter adjecto.

Conſonat quod de cenſus illegitimo pretio, & non 45 correſpondente quantitati redditus conventi & conſtituti ut ſit nullus in toto, ſed in ea parte, quæ excedit reddituum, ita redditus reducatur ad quantitatem ſortis principalis receptæ, pro qua tantum cenſus conſtitutio ſuſtinetur. Salas *de cenſib. dub.* 23. *num.* 4. *pag.* 498. Maſtrillus *deciſ.* 94. *nu.* 13. *&* 14. *dec.* 261. *nu.* 38. Muta *ad pragm. de cenſib. nu.* 151. & rurſus *nu.* 517. *uſque ad fin.* legendus *ex nu.* 516. Medina *contr.* 1. *cap.* 96. *nu.* 18. Duard. *ſuper Rulla de cenſib.* §. 2. *q.* 26. *ex nu.* 14. *cum ſeqq. pag.* 355. Novarius *ad pragm. de cenſib. collectanea* 2. *nu.* 9. *&* 10. ubi in hoc reprehendit de la Rea *deciſ. Granatenſ.* 24. *nu.* 3. contrarium tenentem. Cyriacus *tom.* 3. *contr.* 547. *ex nu.* 46. *uſque ad fin.* & noviſſimè Capicius Latro *deciſ. Neapol.* 116. *ex nu.* 22. *& ſeqq.* Noguerol. *allegat.* 32. *num.* 114. & Felicianus *de cenſib.*

cenſib. tom. 2. lib. 2. cap. 1. nu. 1. & ſeqq. ubi dicit contra ſuam opinionem praxi eſſe receptum, cenſum illegitimo pretio conſtitutum in totum non irritari, ſed ad juſtum pretium reducendum.

46 Hinc cùm pater à jure facultatem habeat legandi, aut donandi uſque ad quintum bonorum dumtaxat, ſi ultra quintum donaverit extraneo, donatio ipſa in legatum vitiatur in exceſſu, ſuſtinetur autem in quinto, *l. 8. tit. 4. p. 5.* Gomez *tom. 2. variar. cap. 4. ſub nu. 11.* Baëça *de non meliorand. cap. 9. ex nu. 32. cum ſeqq.* Matienzo *in l. 3. gloſſ. 3. nu. 3. tit. 6. lib. 5.* Azevedus *in l. 2. tit. 2. nu. 10. lib. 5. recopilat.* Fontanella *de pact. nuptial. clauſ. 1. gloſſ. 11. ex nu. 37. uſque ad nu. 42. p. 1.* Molina *de primogen. lib. 1. cap. 8. nu. 19.* plures ſimiles doctrinas cumulat Caſtillo *contr. tom.* 47 *5. cap. 100. ex nu. 6. cum multis ſeqq.* qui *nu. 21.* adducit ſimile de promiſſione arrharum ultra decimam, ut intra illam ſuſtineatur, urgent mirabilia jura *l. rogatus, ff. mandati, l. ſive generalis ff. de jure dotium. l. pecuniæ, & l. placuit ff. de uſuris, l. cum allegat. C. eodem, l. ſcimus. §. cum autem. Cod. de inoff. teſtam. l. qui quartam, ff. de legat. 1. l. 6. mihi & Titio* 50. *§. 1. de legat. 2. l. ſancimus, C. de donat. l. 7. tit. 12. lib. 3. fori.* ibi. *Y ſi mas diero no vale la donacion en aquello que es mas, e vala en aquello que puede valer.* Et multa jura, & varia exempla congerit Paz *de tenuta. c. 34. ex nu. 142. uſque ad finem*, videndus.

48 Fulcitur hæc pars ex celebri text. *in l. generaliter* 24. *§. proinde, verſ. quia ergo. ff. de fideicommiſſ. liber.* ubi diſponitur, quod ſi teſtator quinginta reliquit Titio, ut ſervos proprios legatarii manumitteret, qui multò pluris æſtimati ſunt, ita ut quantitas relicta omnium manumiſſioni ſufficere non poſſit, primos noviſſimis, & poſterioribus in manumiſſione præferendos, & ad quantitatem relictam admittendos, cæteris excluſis; reſpondet Conſultus ibi: *Quid ergo ſi plures ſit ſervos rogatus manumittere, & ad quorundam pretium ſufficiat ad quod relictum eſt, ad omnium verò non ſufficiat, cogendus ſit quoſdam manumittere; & putem debere eum cogi, vel eos quorum pretium patiatur manumittere.* Et paulò poſt inferiùs: *Et fortaſsè quis rectè dixerit, ordinem ſcripturæ ſequendum.*

49 Melior text. *in l. ſi quis* 24. *ff. qui & à quib.* ubi caſum ponit Juriſconſulti. quo debitor ære alieno gravatus plures ſervos manumiſit, ita ut tanta ſervorum manumiſſio in fraudem creditorum verſa reperiatur. Ideò ad ſervitutem revocare nonnullos ſervos oportebat, & Conſultus reſpondit, manumiſſiones priorum factas ſuſtineri, & poſteriorum revocandas, ſicque primos noviſſimis præferendos. Conſonat text. *in l. qui ſolvendo* 60. *ff. de hæred. reſtit.* Quæ jura ſingulariſſima ſunt, & noſtræ reſolutioni valdè adaptabilia.

50 Quæ etiam fulcitur ex ſimili doctrina, quam multis comprobans, & ad partes diſputans admittit Pereira *de jure empbyteut. tit. de nomination. q. 10. ex nu. 41.* & ſignanter *ex nu. 44.* de facultate Apoſtolica conceſſa penſionario, ut poſſit in quoſcunque voluerit, transferre penſionis partem, uſque ad certam quantitatem in facultate limitatam, cujus virtute in plures clericos diverſis temporibus excedendo metam, & ſummam, penſionem tranſtulit, & diſtribuit. In qua quæſtione primo loco arguit iſte author, priores non integram ſummam ſibi tranſlatam excluſis noviſſimis conſecuturos; ſed pro rata inter omnes eſſe diſtribuendam ſummam in facultate promiſſam. Poſtea verò *ex nu. 44.* rectiùs, veriùs & probabilius cenſet, priores integram quantitatem, & penſionis partem ſibi tranſlatam conſequi uſque ad permiſſam in facultate; cæteris verò, qui ad exceſſum, & ultra facultatem fue-
51 runt nominati, penitus excluſis. Eo quod in ſumma permiſſa prioribus tranſlata, conſumpta fuit, & omnino extincta poteſtas transferendi, & facultas Apoſtolica, qua jam carebat penſionarius ampliùs tranſferendi, atque ideò inutiliter & nulliter in poſteriores tranſtulit.

Et licèt ipſe Author *ex nu. 45.* in caſu ſuo reſpectu 52
facultatis ſpecialis eligendi, & nominandi uſque ad mortem, nec non per conſequens variandi vis continentis, aliud ſenſerit, ut inter omnes ſit facienda diſtributio ſummæ permiſſæ, & pro rata omnes admittendos tranſlatarios. Ita ut hac ceſſante ſpeciali facultate, prior reſolutio reſpectu ſimplicis transferendi facultatis ſit veriſſima, & admiſſa per ipſum Pereiram; adhuc tamen in ſuo caſu ſpeciali ſua reſolutio longiori indiget examine, de quo inferiùs ad reſponſionem ſecundi argumenti pro contraria parte conſiderato ſuperius.

Ex eo etiam noſtra reſolutio veriſſima detegitur. 53
Nam hæres rogatus reſtituere hæreditatem, & prohibitus alienare, adhuc tamen ei permittitur alienare irrevocabiliter uſque ad quantitatem, quam pro ſua Trebellianica, aut legitimè detrahere poteſt & pro aliis detractionibus, ita ut ſi contra prohibitionem de facto alienaſſet; bona ſic alienata imputentur in ſuam Trebellianicam, legitimam, & alias detractiones, quia ea alienando videtur eligere pro eiſdem. *l. Marcellus, §. res quæ, ff. de Trebellian.* Surdus *deciſ.* 316. Menochius *conſil.* 332. *ex nu. 14. & conſ.* 292. *nu. 6.* Graſſis *in §. Trebellianic. q. 9. nu. 7. & §. legitima quæſt. 4. & ſeqq.* Mangonius *deciſ. Floren.* 35. *nu. 11. cum ſeqq. & deciſ.* 92. *nu. 21.* Petra *de fideicommiſſ. quæſt. 15. nu. 148.* Peregrin. *de fideicom. art. 39. ex nu. 1.* innumerabiles penè alios refert Fuſſarius *de ſubſtitut. q. 543. ex nu. 1. & ſeq. & ex nu. 19.*

Si tamen ſic alienare prohibitus plures alienationes 54
fecit, quæ omnes ſimul junctæ excedunt detractiones ſuas, & ſic permiſſam facultatis quantitatem: non omnes infirmantur, reſcinduntur, nec annullantur; ſed illæ poſteriores dumtaxat, quæ excedunt metam detractionum permiſſam; priores verò alienationes contentæ intra limites quantitatis detractionibus permiſſæ ſuſtinentur, cùm legitimè, & irrevocabiliter factæ ſint. Quam ſententiam communiter tenent Doctores, nemine reluctante, Crotus *in leg. filiusfam. §. divi, nu. 15. & 20. ff. de legat. 1.* Aretinus *conſil. 18. col. ult. & in conſil. 19. col. penult.* Alexander *conſil. 173. col. 3. lib. 5.* Ruinus *conſil. 153. nu. 11. lib. 3.* Socinus Jun. *conſil. 137. nu. 15. lib. 1. & conſil. 28. col. 2. lib. 2.* Cephalus *conſil. 189. & conſil. 624. nu. 6. & 7.* Bertazol. *conſil. 27.* Hieron. Gabriel. *conſil. nu. 46. lib. 1.* Chriſtoph. Torniolus *conſil. 13. num. 50.* Peregrin. *conſil. 52. nu. 36. lib. 1. &* idem Peregrinus *de fideicommiſſ. artic. 39. nu. 4.* ubi dicit ita praxi ſervari, Simon de Prætis *de interpretat. ultim. volum. fol. 365. nu. 16.* Fuſſarius *de ſubſtitut. d. quæſt. 543. nu. 26. & 22.* qui ſic conſuluiſſe, teſtatur.

Et quod alienationes factæ per gravatum reſtituere 55
& prohibitum alienare, ſuſtineantur pro ea parte, & quantitate dumtaxat, quam patiuntur detractiones gravati, & pro ea emptores tuti ſint, cùm intra quantitatem permiſſam validè, & legitimè contraxerint, non aliàs: probant inſuper Rota per Farinacium *deciſ.* 152. *nu. 4. & per totum, part. 1. & deciſ.* 215. *part. 2. in recentioribus* Rota apud Martin. Andream, *dec. 80. nu 1.* Manguillus *de imputationib. quæſt.* 136. *nu. 49.* Cancerius *lib. 1. variar. cap. 2. ex* 56
nu. 52. cum ſeqq. ubi quod alienationes factæ à gravato ſuſtinentur pro ea parte, quam admittit, & capit legitima alienantis. Cyriacus *controverſ. tom. 2. controv. 284. & controverſ. 160. nu. 761 & 77.* Fontanella *de pactis nup. tom. 2. clauſ. 5. gloſſ. 1. part. 2. nu. 40. & 41.* Anellus Amatus *conſil. 8. num. 8.* Rota per Alexand. Ludov. *deciſ. 580.* ubi latè explicatur hæc materia, & ibidem Oliveri. Beltramin. *in annotat.* Fontanella *deciſ. 266. nu. 2.* Gratian. *deciſ. 54. nu. 4. & 5. & diſcept. forenſ. cap. 265. per totum.*

Et quod quando gravatus, & prohibitus alienare 57
feciſſet alienationes ultra legitimam, & detractiones ſuas, adeò ut fideicommiſſo, velvinculo præjudicium ſequatur, validæ ſint primæ alienationes, in quibus

non reperitur exceſſus facultatis permiſſæ, nec detractiones, ſed ſolum poſteriores reformationem recipiant, patique teneantur, & in exceſſu reſcindantur, ſeu annullentur, probant Manguillus *de imputationibus d. quæſt.* 136. *nu.* 5. *& de evictionib. d. quæſt.* 108. *ex num.* 10. *cum multis ſeq.* qui plures refert Cancer. *d. cap.* 2. *nu.* 52. ſequitur Noguerol. *allegat.* 73. *num.* 41. *&* 42.

58 Et quod primi emptores rerum, quæ generaliter alienari prohibentur, qui inſuper pro ære alieno defuncti alienari, ſint tuti reſpectu æris alieni, & pro eadem ſumma permiſſa; poſteriores verò, qui ultra eandem emerunt, debeant reſtituere probat *l. Marcellus*, §. *res quæ*, *ff. ad Trebellian.* & poſt Alexand. Socin. Jun. Ruin. Hieron. Gabriel Cephal. Peregrin. Decian. *conſil.* 27. *nu.* 8. *&* 41. *vol.* 3. & plurimos alios exactiſſimè probat Joan. Anton. Pellot. *in conſil.* 36. *ex num.* 3. *cum multis ſeqq.* Qui multa congerit tam pro ſecuritate priorum emptorum intra ſummam permiſſam contentorum; quam pro infirmitate, & reſtitutione facienda per poſteriores, qui jam ſumma completa emerunt.

59 Et quod in alienationibus primo loco factis conſumantur, & imputetur detractioni facultas, ita poſteriores alienationes factæ poſt conſumptam detractionum facultatem, retractioni, & nullitati ſint ſubjectæ dumtaxat, probat etiam *in d. deciſ.* 580. Alexand. Ludoviſ. *ex num.* 1. *&* 2. qui rectè argumentatur, quod ſi quantitas conſumitur in prioribus alienationibus, poſteriores inanes remanent, cùm nihil ſuperſit, quod eiſdem poſſit applicari, ibid. *Et clarum ſic prima alienata imputari in cauſam detractionum*, *l. Marcellus*, §. *res quæ*, *& ibi notatur per DD. D. ad Trebellian.* Alexand. *conſil.* 178. *num.* 4. *lib.* 5. Aretin. *conſil.* 18. *ſub. num.* 5. *verſ. ex hoc ſequitur.* Ruinus *conſil.* 135. *num.* 11. *lib.* 3. *alienans enim videtur bona alienata pro legitima, & aliis detractionibus elegiſſe.* Aretinus *d. conſil.* 18. *nu.* 5. Socinus *conſ.* 36. *ſub num.* 2. *verſ. & tunc etiam dando in ſolutum*, *lib.* 3. cum aliis per Caphalum *conſil.* 189. *num. Quod procedit etiam in eo invito.* Cephal ibi *nu.* 20. *unde ſi ſimul fuerunt habitæ detractiones in bonis alienatis, non potuerunt amplius prætendi ſuper aliis, leg. bona fides, D. de reg. jur.* Cephal ibi. *nu.* 24. *imò ſequentes alienationes poſt jam conſumptas detractiones veniunt à fideicommiſſario retractandæ* Alexander *d. conſil.* 178. *nu.* 4. *in fin. & nu. ſeqq. cum concordantibus.* per Peregr. *conſil.* 52. *num.* 37. *lib.* 1. &c. Et Oliver. Beltramin. ibi. *nu.* 7. allegat in comprobatione Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 39. *nu.* 4. Surdum *deciſ.* 170. *num.* 10. Hondedeum *conſil.* 59. *num.* 12. *lib.* 2. Aldovin. *conſil.* 76. *num.* 70. Rotæ deciſionem, & alios plures DD. quæ omnia mirè conveniunt, ut ex
60 mutuis contractibus per poſſeſſorem majoratus dumtaxat ſuſtineantur illi, qui intra ſummam contentam, & permiſſam per facultatem regiam fuerunt recepti; cætera verò, quæ poſt conſumptam facultatem contracta fuere, ſuſtineri non poſſe ex defectu poteſtatis, obſtante prohibitione perdurante reſpectu exceſſus.

61 Conducit reſolutio illius quæſtionis, quam movet Molina *de primogen. lib.* 4. *c.* 7. *num.* 6. ex facultate regia obtenta ad obliganda bona majoratus uſque ad certam quantitatem, obligatis prius bonis liberis, quæ clauſula etiam tacitè ſubintelligitur à jure etſi non exprimatur *Ut c. ſeqq. ex nu.....* latiùs dicitur, ut fiat bonorum majoratus obligatio, non præcedente bonorum allodialium obligatione, non idcirco obligatio in totum annullatur abſolutè; ſed dumtaxat nulla ſit uſque ad valorem bonorum liberorum, non obligatorum, ita ut reſiduo, ſubſiſtat, validaque ſit bonorum majoratus obligatio. Quam reſolutionem comprobat ipſe Molina ex iis fundamentis, quæ ſimili omninò quæſtioni rectè applicavit, *lib.* 2. *c.* 13. *nu.* 26. circa facultatem regiam ad faciendum majoratum, dummodo alimenta filiis relinquantur, quem licet conficiat abſque eorum aſſignatione, non ideo majoratus erit nullus 62
ſed aſſignatis poſtea alimentis, ſuſtinebitur, quem ſequitur, & comprobat Pater Molina *de juſtit. & jur.* 3. *tom. tract.* 2. *diſp.* 563. *ex nu.* 1.

Fulcitur opinio, & reſolutio noſtra ex text. ele- 63
ganti *in leg. cum duo* 25, *ff. de condit. indebit.* ubi, qui poteſt à pluribus ad eandem ſummam obligatis exigere, ſi à ſingulis diverſis temporibus ultra ſummam recepit, poſteriori, & non anterioribus ſolventi repetitio exceſſus competit. In hæc dicit Conſultus. *Cum duo pro eo fidejuſſiſſent in decem, deinde reus tria ſolviſſet, & poſtea fidejuſſores quina: placuit eum, qui poſterior ſolvit repetere tria poſſe: quia tribus à reo ſolutis ſeptem ſola debita ſupererant, quibus perſolutis, tria indebita ſoluta ſunt.* Qui text. admirabilis eſt ad propoſitum noſtrum, *juncta gloſſ. ibid. verb. quina, id eſt, uterque quinque, & in verb. poſterior*, dicit, quod fidejuſſores non pariter, & eodem tempore ſolverunt, quia ſi pariter, & ſimul ſolviſſent, non poſſe poſteriori repetitionem ſolidari, ſed utrique pro rata per *leg. ſi pœnæ cauſa*, §. *fin. & leg. ſi reus*, *ff. de conditio. indebiti*, *& leg. ſe & quis*, §. *quid ergo*, *ff. de uſufruct.* cui text. conſonat *l. fin.* §. *Titius*, *ff. de conditione indeb.*

Et quia pater, qui à lege facultatem habet melio- 64
randi in tertio, & quinto bonorum, ſi pluribus filiis diverſis temporibus fecerit meliorationes excedentes metam legis & facultatem, poſteriores meliorati tangentes exceſſum nihil conſequuntur, ſed priores contenti intra tertium, & quintum. *Ut per l.* 26. *Tauri*, *& l.* 10. *tit.* 6. *lib.* 5. *recopilat.* Azeved. Matienzum. Molinam, Angelum. D. Roderic. Suarez tenet, & benè comprobat D. Valenzuela Velaſquez *conſil.* 134. *ex num.* 25. *cum ſeqq.* ubi plura fundamenta applicabilia adducit.

Comprobatur vera reſolutio noſtra ex alia ſimili 65
doctrina, nam licet donatio omnium bonorum (cum privet libera facultate teſtandi) non valeat: valet tamen aliquo ad id reſervato: ſi poſtea ex intervallo ipſe donator reſervata eadem bona alteri donet etiam in vi- 66
ta, adeò ut tempore mortis non habeat, de quo teſtetur: non propterea annullatur donatio prima ſed nihilominus remanet, uti revocabiliter celebrata: ſed dumtaxat ſecunda irritatur: quia hæc, & non illa facultatem abſtulit teſtandi. Nec foret juſtum, quod quæ ab initio valuit, & vires habuit, legitimèque facta fuit, ex poſt facto revocari potuiſſet abſque culpa donatarii. Hoc 67
enim eſſet concedere donatori facultatem facilè ad libitum revocandi donationem quando vellet, faciendo alteri ſecundam de reſervatis donationem, ac propterea non prima legitimo modo, & intra juris permiſſionem celebrata, annullatur, ſed ſecunda ſub prohibitione comprehenſa. Sic reſolvit Bolognetus *in l. fin.* 133. *C. de pactis*, quam fuit amplexus Senatus Cathaloniæ, teſte Michael. Ferrer. *in ſuis obſervat. in* 3. *p. c.* 305. refert, & ſequitur Fontanella *de pactis nuptial. tom.* 1. *clauſul.* 4. *gl.* 23. *num.* 18. *fol.* 549.

Fulcitur etiam ex doctrina Gaſp. Anton. Theſaur. 68
additio. ad deciſ. Ant. Theſauri patris ſui in deciſ. 223. *ſuper num.* 15. ubi ſi mulier pro marito plures obligationes fecit, diverſis temporibus, quarum quælibet de per ſe eam non reddit indotatam, nec læſam ultra dimidiam dotis, omnes autem ſimul junctæ ſic, & reſolvit non omnes annullandas fore; ſed dumtaxat poſteriores quæ dimidiam dotis partem permiſſam excedunt: cùm ex eis læſio prohibita ſit orta, & cauſata, ſubſiſtentibus prioribus contentis intra dimidiam dotis partem à jure permiſſam, & non reddentibus mulierem indotatam, ſed poſteriores comprehenſæ in prohibitione legis, & ſic fuiſſe determinatum à Senatu Pedemontano, teſtatur ibidem ipſe Gaſpar. Theſaur. quam doctrinam referens amplectitur Fontanella *de pactis d. clauſ.* 4. *gloſſ.* 23. *nu.* 21. *d. fol.* 549. idem Gaſpar. Theſaur. iterum *lib.* 2. *q. forenſ. q.* 65. *num.* 4.

Et licet Senatus Cathaloniæ aliquando contrarium 69
deter-

determinarit, reſcindendo omnes obligationes mulieris, non diſtinguendo inter priores & poſteriores. Quem pro ſua opinione adducit Noguerol. *allegat.* 29. *ſub. n.* 192. de quo ſuperiùs in tertio argumento contrariæ partis *à nu.* 7. quam Senatus ſententiam refert Fon-
70 tanella alio in loco, nempe *de pactis nuptial. 2. tom. clauſ. 7. gloſſ. 2. p. 6.* quidquid contra eam inſurgat ipſemet Fontanella, audi *n. 19. & n. 20. notandum circa hæc eſt, & animadvertendum, quod ex additione Gaſpar. Ant. Theſaur. ad Patrem in deciſ. quod deinde repetit quæſt. forenſ. 65. n. 4. lib. 2. Ego dixi in 1. tom. clauſ. 5. gloſſ. 22. num. 15. in illo caſu qui ordinariè contingit, quando ſcilicet mulier, quæ habet ducenta in dote, primum ſe obligavit in centum favore unius creditoris, deinde in aliis centum favore alterius, dicit additio prædicta deciſum in Senatu fuiſſe poſt multa hinc inde deducta; primam obligationem non annullari ex eo, quia per eam non remanet mulier indotata, nec in majore parte dotis læſa, & ſic priores obligationes, quæ non excedunt dimidium dotis, non annullari, ſed ſequentes, & ideo diſtinguendum eſſe inter obligationes & obligationes.*

71 *Per quæ conſultius de anno 1620. ſuper quadam ſententia lata in Senatu, Relatore egregio Senatore Don Petro Soler, in cauſa Catharinæ Real, de qua ſupra, in qua nulla differentia facta inter obligationes, & obligationes, licet eſſent plures diverſis temporibus pro diverſis quantitatibus firmata; fuerunt omnes reciſæ: dixi, eam*
72 (ſalva pace) *gravatoriam primis creditoribus quatenus non aſcendebant obligationes eis firmatæ dimidium dotis uxoris: ſolùm enim juxta doctrinam ſupra enarratam poterant annullari, & reſcindi, quæ poſtea fuerunt factæ, quarum reſpectu dicebatur, & dici poterat mulier indotata.*

73 Et quamvis ipſe Noguerol. *ſub d. num. 192. in fin.* eundem Fontanellam notet de contraria ſententia in ipſamet *gloſſ. n. 30. & 31.* certe non jure eum increpat: quoniam Fontanella ibidem proſequitur *ex n. 21.* aliam longè diverſam movet quæſtionem, & partes diſputat, ſcilicet, quando obligatio mulieris unica ſit; læſionem continens ultra dimidiam partem dotis, an in totum ſit nulla, vel pro parte læſionis, ſicut quando obligationes ſunt plures ſucceſſivè factæ, ut in caſu præcedenti *ex d. n. 19.* quem ſemper uniformiter, & conſtanter reſolvit pluribus in locis ipſe Fontanella hactenus relatis.

74 Ideoque *in d. n. 21.* diverſam quæſtionem movet in hunc modum. *Sed an idem dicendum ſit, ubi unica alienatione, ſive obligatione mulier alienavit, ſeu obligavit totam pro marito dotem uni creditori,* &c. *Quæritur, an idem obſervandum eſſet, quod ſupra diximus in multis alienationibus diverſis creditoribus per mulierem factis,* &c. quam quæſtionem uti habentem diverſam inſpectionem, & diverſis fundamentis inſtrui, ad partes diſputat, atque ideo nihil mirum ſi diverſum cenſeat ab alio caſu, quando plures ſucceſſivè fiunt obligationes.

75 Quæ doctrina ex tot ſimilibus, & variis fundamentis hactenus adductis (ſcilicet quando adſunt plures obligationes, ſucceſſivè factæ pro marito in favorem plurium creditorum, poſteriores quæ excedunt dimidiam dotis partem, & læſionem enormem immediatè cauſantes annullandas: anteriores verò intra dimidiam contentas ſuſtineri, uti factas lege permittente) probabilior procul dubio, & verior eſt & judicando, & conſulendo omnino tenenda, quam etiam multories in hac Valliſoletana Cancellaria admiſſam communiter teſtamur & eam noviſſimè ſequitur D. Larrea *in alle-*
76 *gat. fiſcal. 35. n. 29.* ſequitur Gaſpar. Ant. Theſaur. atque Fontanella locis citatis, addit doctrinam Bartol. *in l. 1. C. de innofficioſ. donat. n. 5.* ubi Bald. *n. 8.* Salicetus *n. 1.* Caſtrenſ. *n. 6.* hoc idem probantes in remedio inofficioſæ dotis.

77 Quæ inſuper doctrinæ valido comprobantur fundamento. Nam in inducendam indotationem, & excluſionem obligationum & contractuum, attendi oportet tempus obligationis contractæ, etenim damnum illud, quod poſtea evenit, non eſt in conſideratione ad læſionem inducendam, *l. verum. §. ſciendum, ff. de minoribus*, ibi: *Non enim eventus damni reſtitutionem indulget, ſed inconſulta facultas:* Et omnibus contrac- 78
tibus ad læſionem tempus, quo celebrantur, inſpicitur, & dumtaxat attenditur; *cap. eum dilecti de empt. & vendit. l. ſi voluntate, C. de reſcind. vendit.* 79
& in terminis, quando uxor intendit reſcindere obligationem, ex eo prætextu, quia manet indotata, ut attendi debet tempus obligationis, & contractus, tenet Barboſa *in l. 1. p. 5. n. 52. & à n. 50. ff. ſoluto matrim.* ſequitur D. Larea *d. allegat. 35. n. 28.* (videndus *ex nu. 31. cum ſeqq.* ubi plures limitationes recenſet, quibus indotationis exceptio mulieri denegatur,) & pro Barboſæ opinione contra Noguerol. contrarium ſectantem rectius determinavit Senatus Valliſoletanus in facti contingentia.

Sed tempore priorum obligationum contentarum 80
intra dimidiam partem dotis nulla læſio conſiderari debet à jure, ergo illæ illæſæ manere debent, nec ullatenus reſcindendæ, ſed dumtaxat poſterioris dimidiam parem dotis excedentes, quæ læſionem cauſarunt, & indotationem.

Et adverte, quoad indotationem conſiderandam, 81
non ſunt attendenda bona paraphernalia, nec patrimonalia uxoris; ſed tantùm bona dotalia, probat Fontanella *de pactis nuptial. tom. 2. clauſ. 7. p. 6. n. 42.* ſequitur D. Larea ubi proximè *n. 30. in fin. qui n. 25.* innumerabiles penè modernos congerit de materia indotationis tractantes, nullo modo audito Noguerol. contrarium autumante.

Ex his communiter in hoc Senatu Valliſoletano con- 82
temni ſolet opinio Noguer. *in d. alleg. 29. ex nu. 182. cum ſeqq.* quam pro tertio contrario fundamento adduximus ſuperius *n. 7.* qui ſolus contendere conatur ob indotationem, & læſionem enormem uxoris omnes indiſtinctè obligationes, & contractus tam priores, quàm poſteriores eſſe nullos, & reſcindendos.

Sed adhuc, (quod prorſus negamus) quando ejuſdem 83
Noguerol. opinio forte admitteretur, nihil opitularetur noſtræ quæſtionis principalis reſolutioni veriſſimæ. Cum ex diverſa cauſa, & fundamento influente in omnes obligationes mulieris ſuam tueri reſolutionem, ipſe conetur Noguerol. Quod quidem nullo modo militat in caſu noſtræ quæſtionis principalis, prout clarè oſtendimus inferiùs reſponſionem ejuſdem tertii argumenti *ex n. 126.*

Pro qua doctrina rectè conducit communis illa 84
Doctorum opinio (ſi vera foret) quod licet creditor poſſit agendo contra debitorem eligere ſuper qua re per eum poſſeſſa velit: tamen alienatis omnibus bonis debitoris amittit hanc electionem, ſed tenetur contra poſteriorem emptorem experiri, & non contra primos, quaſi ex poſteriori alienatione cauſetur damnum creditori ipſi. Quam tuetur Hypolit. de Marſil. *conſil. 190.* Amanel. de Claris aquis *ſingul. 128.* Caſſaneus *in conſuetud. Burgun. tit. des rentes, rubric. 512. n. 35.* Bartol. *in leg. Moſchis, ff. de jure fiſci.* Ægid. Magon. *de ſubhaſtat. c. 41. inter deciſ. diverſ.* & Papon. *lib. 11. Arreſtor. tit. 3. arreſt. 1.* quibus acquieſcit Amendula *in addit. ad* Vincent. de Franchis *deciſ. 53. num. 4. & 5.* ceſſantibus clauſulis contrariis inſtrumenti tamen Guido Papæ *dec. 432.* Leo *deciſ. 17.* & Franciſc. Marcus *deciſ. 99. & 433. p. 1. & dec. 930. part. 2.* abſolutè, & regulariter 85
dicunt, creditori electionem dari contra quemlibet poſſeſſorem, & hanc ex plurimis aliis Doctoribus veriorem diximus *ſuprà 1. part. c. 17. ex n. 16. verſ. certè namque dubitari non poteſt*, &c. Et exactius diſputabimus *infrà 3. p. c. 14. per totum.*

Et ulterius vera noſtra reſolutio comprobatur ex 86
innumerabilibus, & valde ſingularibus doctrinis in unum cumulatis, *in comment. de Regia protect. 4. part.*

part. c. 14. *ex nu.* 195. *usque ad nu.* 217. in comprobationem illius quæstionis. An tota executio propter excessum revocanda sit. Ubi feliciter validissimis fundamentis, huic nostræ resolutioni omnino conducibilibus resolvimus, non totam executionem, sed excessum dumtaxat reponendum, cum excessus sit diversum, & separatum à re judicata, quæ exequenda
87 mandatur, & quod in ea continetur licitè, & jure permittente exequitur; quod autem ultra eam excessivè exequitur, deficit potestas concessa, & limitata ad metas rei judicatæ. Et sic excessus tanquam nullus, & separatus reponitur, altera executionis parte licitè gesta, in suo robore remanente.

88 Et amplius fulcitur hæc pars, quia valet argumentum de tempore ad rem, *leg. miles ita*, §. *quia dicimus*, *ff. de militar. testam.* Everard. *in topic. legal. loco* 39. Menoch. *consil.* 122. *n.* 62. Surdus *decis.* 460. *n.* 36. Mandos. *ad regul.* 30. *Cancellar. q.* 3. *n.* 7. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. tom.* 1. *lib.* 6. *tit.* 23. *n.* 2. Gratian. *disceptat.* 28. *n.* 8. Tusch. *lit. A. conc.* 504. *ex n.* 1. Ergo quemadmo-
89 dum permissum ad tempus, post tempus censetur prohibitum, *l. si unus*, §. 1. *ff. de pactis*, *l. Epistol.* §. *fin. eod. l. Imperator*, *ff. de postuland. leg. cum pater*, §. *à filia*, *ff. de legat.* 2. *leg. statum librum*, §. *Sthicum*, *& leg. Titia cum testament.* §. *ult. ff. eod. leg. pater filium*, §. *fundum ff. de legat.* 3. *l.* 2. *Cod. de jure emphyteut. cap. ult.* §. *in aliis: ut lite non contest.* eodem modo
90 facultas regia obtenta ad certam, & limitatam quantitatem, ultra eam bona majoratus alienare, aut obligare censetur prohibere, cum excessus respectu jam sit consumpta facultas & potestas per eam data possessori majoratus; qui ulterius ad mutuum recipiendum & contrahendum inhabilis est, & remanet sub generali alienandi prohibitione, & nisi sublata, & limitata ad illam certam & limitatam quantitatem, ad quam dumtaxat regia facultas restricta fuit.

91 Et ita in similibus omnino terminis post alios argumentatur, & rectè Pater Ludov. Molin. *tom.* 2. *disput.* 467. *per totam*, & signanter *in vers. communis opinio cum Bald. prope finem.* Ubi rectè distinguit de facultate permissa pro certo, & limitato tempore, ad facultatem permittentem certam, & limitatam quantitatem, ut in utroque casu vitietur contractus quoad excessum summæ, aut temporis permissi; sustineatur tamen quoad tempus, & summam permissam: cùm excessus temporis, aut summæ permissæ separari possit à tempore, vel summa permissa in quo utile per inutile non vitiatur, ut superius probavimus.

Atque denique nostra resolutio comprobatur. Quod
92 licèt bona fideicommisso subjecta, vel feudalia, & aliàs prohibita alienari, permittantur alienari, & obligari pro causa dotis, aut alia à jure permissa, tametsi ex eadem causa alienentur, & obligentur, excessivè tamen ultra modum, & magis quàm necessitatis ipsa causa expostulaverit, licet ipsa alienatio, & obligatio sustineatur, & quatenus patitur justa, & rationabilis causa; in excessu tamen non sustinetur, sed irritatur, & nulla redditur. Ita per *leg. Titius rogatus*, *D. ad Trebellian.* expressè probant Milanen. *dec.* 7. *n.* 72. 73. *& seqq. & nu.* 84. *& 85. & seqq. lib.* 1. Farinacius *dec.* 131. *n.* 7. Hieronym. Gabriel. *consil.* 118. *n.* 5. *& 6. lib.* 1. Molles. *in consuetud. Neapolit. part.* 3. *tom.* 1. *de success. ex testament. quæst.* 21. *num.* 12. *in fin.* Menoch. *consil.* 226. *n.* 100. *& lib.* 3. *& de arbitrariis, cas.* 182. *sub n.* 31. Marius Giurba
93 *decis.* 24. *n.* 5. 27. & 28. Raudensis *decis. Pisana*, 29. *n.* 175. *& decis.* 30. *n.* 127. Intrigol. *de feudis centur.* 2. *art.* 71. *nu.* 75. Peregrin. *de fideicommis. art.* 40. *num.* 26. Turretus *consil.* 92. *n.* 8. & 9. *lib.* 2. Amat. *variar. resolut.* 3. *n.* 64. Nam ut dicunt præcitati DD. in excessu deficit potestas, & facultas à jure con-
94 cessa hæredi gravato, aliàs foret in ejus potestate totum gravare fideicommissum, aut feudum in præjudicium vocatorum.

Cui singulari fundamento aliud tandem finitimum est, quod licèt mutuans pro rei aliàs hypothecatæ refectione, & conservatione consequatur hypothecam cum privilegio prælationis aliis anterioribus creditoribus, de quo abundè per Amatum *d. resol.* 3. *à princip.* & nos alibi diximus. Tamen ista doctrina procedit pro mutuo correspondenti necessitati,
95 secus tamen pro excessu, & quantitate mutui excedentis refectionis necessitatem, ut excessus hujusmodi respectu res refecta libera manet annexa hypothecæ. Ita argumento *leg. fin. in fin. principiis: D. de exercitoria actione*, firmarunt Jason *in leg. creditor. ff. si certum pet.* Negusantius *de pignoribus in* 2. *membr.* 5. *part. num.* 15. *vers.* 4. *restring.* Asinius *de execut.* §. 7. *cap.* 23. *sub. nu.* 1. *vers. quarto limitat.* Molina *de primogen. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 3. Greg. Lopez *in leg.* 6. *tit.* 13. *part.* 5. *gloss fin.* Pater Molina *de contractibus*, *disput.* 438. *sub num.* 7. *& disput.* 300. *num.* 3. Mantic. *de tacitis*, *& ambig. lib.* 8. *tit.* 15. *nu.* 7. Giurba *in consuetud. Mexanens. cap.* 9. *gloss.* 2. *part.* 1. *num.* 27. *&* 47. *in fin.* Toro *in compend. decis. verb. creditor. num.* 33. Gratian. *disceptat.* 25. *num.* 23. & 24. Rota Genuens. *decis.* 14. *nu.* 107. Paschalis *de viribus patriæ potest. part.* 4. *cap.* 6. *sub num.* 67. Bimius *consil.* 216. *num.* 83. *&* 85. Ozascus *dec.* 171. *num.* 14. Tuschus *lit. A. consil.* 535. Costa *de ratione quotæ quæst.* 67. *n.* 1. 2. *& seqq.* Menochius *de arbitrar. cas.* 332. *n.* 42. *& cas.* 182. *sub. n.* 32. Morot. *consil.* 85. *n.* 22. Non enim dicitur utiliter quid
96 gestum quando debitum modum excedit, Salicetus *in leg. alimant. n.* 4. *Cod. de neg. gestis.* Gratianus *d. disceptat.* 25. *n.* 24. Decian. *consil.* 20. *n.* 37. *vol.* 5. Amat. *& resolut.* 3. *n.* 63.

97 Ex quibus omnibus fundamentis pro hac parte hactenus consideratis, præsertim quatuor proximè antecedentibus, utiliter inferre poteris, quod nostra resolutio æqualiter procedat in mutuis receptis virtute facultatis regiæ, sive successivè à diversis credioribus, & à diversis contractibus, sive ab uno tantùm creditore semel, & unico contractu mutuante supra modum summæ permissæ in facultate, ut utroque casu dumtaxat rescindatur, & annulletur pro excessu, in quo deficit potestas, & habilitas possessori majoratus. Cùm ad principium hujus partis dictum sit, summus in contractu quantitatis, sui natura dividuæ, & separabilis.

98 Prout videmus insuper in fidejussore, qui in plus quàm principalis debitor se obligare non potest. Nec obligatio tenet ad jura, & DD. per Aretin. *de fidejussor.* 2. *p. c.* 3. *à princip. fol.* 292. adeo ut si in plus obligetur, sustinetur obligatio in quantitate principali, & in excessu corruat, & vitietur,
99 Azor. *in summa tit. fidejussor. nu.* 7. Cyn. & Alberic. *in l. fin. C. eodem.* Decius *in leg. in eo. quod plus est.* ubi *Adden. ff. de reg. jur. & in consil.* 7. *n.* 6. Galliac. Alciat. & Duaren. *in l.* 1. §. *si stipulant ff. de verb. obligat.* Balduin. Rodeus, & alii *in* §. *fidejussores*, *institut. de fidejussoribus.* Qui contra alios hanc dicunt æquiorem, & receptiorem opinionem sequitur Gomez *variar. c.* 13. *n.* 2. Ferdin. Valasquez *lib.* 1. *controvers. n.* 5. Emanuel Suarez *commun. opin. lit. F. n.* 129. *& in additio. ad Paul. in rubric. C. de rescind. vendit. part.* 1. *c.* 1. *n.* 20. veriorem & receptiorem dixerunt Rota Perus. *decis.* 57. *n.* 5. & 6. Anton. Enrigius & alii, quos cumulat *in tract. de fidejussor. cap.* 24. *nu.* 83. & post Magon. Franch. Natta. Covar. & alios
100 plurimos; idem affirmat Aretin. *d. cap.* 3. *ex n.* 18. *cum seq. fol.* 292. latè disputans *ex n.* 8. *fol.* 291. dicens *ex nu.* 20. Quia quando plus est promissum, quam promitti oportuit, tunc non tota obligatio, sed dumtaxat superfluum infirmatur, superabundans enim, cum pro non adjecto, & scripto habeatur, vitiatur, sed non vitiat. *ex leg. hactenus in fin. cum leg. ff. de constitut. pecun. l.* 3. *fin. cum tit. seq. leg. rogatus*, *ff. mandati l. quibus idem*, *ff. de verbor. obligat.* cum pluribus aliis ab eo allegatis.

Quod

101 Quod veriſſimum eſt quidquid in alio caſu particulari, nempe quando mulier pro marito ſe unica obligatione, alienatione obligavit, an tota obligatio, quæ læſionem ultra dimidiam partem dotis continet, reſcindatur, & annulletur. An pro ſola ea parte, quæ excedit dictam dimidiam cauſantem læſionem. Inter Gaſpar. Ant. Theſaur. *lib. 2. quæſt. forenſ. quæſt. 65. per totam.* & Fontanellam *de pactis tom. 2. clauſ. 7. gloſſ. 2. part. 6. ex n. 21. & ſequentibus*, nec non Noguerol. *allegatio. 29. ex nu. 182. cum ſequentibus*,
102 & ſignanter *à n. 186.* & ſuperius annotavimus. Quoniam qui totam obligationem hanc reſcindi tuentur, ſpeciali, & particulari ratione, ac fundamento moventur, quod nullatenus militare poteſt, nec adaptari noſtræ quæſtioni, nec aliis doctrinis ſimilibus hactenus conſideratis. Conſiderant enim in dicta mulieris alienatione, & obligatione illarum metum, & dolum mariti, qui influunt in tota obligatione: ac propterea, ubi adeſt metus, & dolus, etiam in minima parte, reſcindit quemlibet contractum, & obligationem. Hoc fundamentum, & ratio ceſſat penitus in noſtra quæſtione, & per conſequens nihil opitulari poteſt.

103 Infertur deinde, quod utroque caſu, ſive unus fuerit creditor, qui ſimul, & ſemel & unico contractu, vel ſucceſſivè pluries mutuavit ultra ſummam tamen permiſſam in facultate regia: ſive plures ſint creditores, ſucceſſivè mutuantes, quidam intra ſummam permiſſam, quidam ultra eam, & facultate regia jam conſumpta; bona majoratus minimè ſint obligata pro exceſſu, ſed intra limites facultatis & ad ſummam taxatam, & limitatam in ea. Nec creditores jus habent, nec exigere poſſunt ultra eam, quantumvis in plus mutuaſ-
104 ſent, hac ſub declaratione, ut primi creditores uſque ad facultatem durantem, mutuantes ſua credita conſequantur; cæteri verò qui facultate regia finita jam conſumpta, & extincta, mutuavere, inutiler contraxiſſe intelligantur, ita ut nihil exigere poſſint ex bonis majoratus, nullo modo obligatis, & ſibi imputent qui jam conſumpta facultate, & poteſtate conceſſa, cum inhabili contraxerunt, nulla facta diligentia conditionis ejus, cùm deberent certi prius eſſe, an duraret facultas, an ſit jam extincta, prout hactenus *ex n. 27. & ſeqq.* comprobavimus.

105 Cùm enim contrahat cum perſona aliàs inhabili, & ſuper bonis alienari prohibitis, quæ diſtrahi nequeunt abſque facultate, utrumque tenebatur creditor inveſtigare, ad latiſſimè comprobata *infrà hac 2. part. c. 9. ex n. 120. cum multis ſeqq.* Atque ideo
106 ignorantia ejus, qui inveſtigare tenetur, eum nullo modo excuſat, imò in eo præſumitur ſcientia, *cap. innotuit ubi gloſſ. de electione, leg. patruus, ubi Bartol. ff. de confirmat. tutor. text. in cap. penult.* ubi Abbas *de reg. jur. gloſſ. in cap. ad falſariorum.* Ubi Anania. *col. penult. de crimine falſi.* Pariſius *conſil. 39. n. 53. vol. 1.* Ripa *in cap. cum M. num. 136. de conſtitut.* Natta *conſil. 58 n. 9.* Alban. *conſil. 18. n. 4.* Cravet. *conſil. 186. n. 4.* Menoch. *de arbitr. caſ. 308. n. 5.* Roland. *conſ. 42. n. 3. vol. 3.* Cephalus *conſ. 218. n. 15. & conſ. 359. num. 7.* Decius *conſil. 96. n. 3.*

107 Paria enim ſunt, ſcire, & ſcire debere *ex l. quod te mihi 5. ff. ſi certum pet.* ubi omnes, *& in l. ſi duo, ff. de acquir. hær.* Tiraquell. *de retract. lignagier. §. 12. gloſſ. 1. n. 7. & n. 8.* Cephalus *conſil. 28. n. 14.* Surdus *conſil. 150. n. 25.* Tiraquell. *poſt leges connubiales, gloſſ. 6. n. 153. aliàs gloſſ. 8.*

108 Unum tamen notabile non omittam in hac materia, ut nempe ei qui allegat ultra facultatis quantitatem fuiſſe mutuatum, incumbat onus probandi, nec non is, qui
109 aſſerit illam facultatem eſſe conſumptam per alia credita prius ſumpta, & recepta, nihil agit, niſi probaverit priora etiam credita recepta fuiſſe virtute ejuſdem facultatis, & quod omnia excedant quantitatem per eandem facultatem limitatam, cùm potuiſſent priora credita fuiſſe contractu vigore alterius diverſæ facultatis impetratæ. Sic in terminis reſolvit Rota Romana teſte Puteo *deciſ. 396. lib. 1.* ſequitur & latius probat Lotherius *de re beneficial. lib. 1. q. 40. ex n. 64. cum ſeqq.* ad quod etiam adducit Rotæ deciſionem idem tenentem, quæ eſt apud Marcheſan. *de commiſſ. tom. 1. pag. 557. ſub. n. 2.* creditor enim fundat ſuam intentionem in facultate regia, ac ſua obligatione non excedente quantitatem permiſſam à facultate, & ideo qui dixerit ultra eam fuiſſe mutuatum, probare tenetur.

Quam limitationem intellige, quando ex eadem 111
facultate, & contractu ſimul exhibitis non apparet de exceſſu, ut puta, quia facultas fuit ad mille, & mutuum, ſeu cenſus contractus celebratus fuit ſuper eadem, vel minori quantitate. At verò quando ex contractu, & facultate apparet exceſſus, alia probatione non eget poſſeſſor majoratus, cum ſatis manifeſtè appareat de eo, & nullitate contractus reſpectu exceſſus ex ipſa facultatis & contractus inſpectione, faciente rem notoriam.

Et quod alleganti alienationes factas fuiſſe ultra 111
ſummam, & quantitatem à regia facultate permiſſam, facultatemque eſſe jam conſumptam, incumbat onus probandi, non verò emptori, aut mutuanti facultatis virtute, probant Caſtrenſ. *conſ. 215. primo videndus l. 2.* Peregrin. *in conſ. 52. num. 36. l. 1. & conſil. 39. n. 13. & 14. eodem l.* & idem Peregrin. *fideicommiſſ. artic. 39. num. 13.* Curtius Sen. *conſil. 27. n. 17.* ubi de communi Curtius Jun. *conſil. 150. n. 10.* Aretin. *conſil. 120. ſub. n. 1.* Decius *conſil. 100. n. 22.* Purpurat. *conſil. 104.* Hieron. Gabriel. *conſ. 138. per totum l. 2.* Hondedeus *conſil. 72. nu. 6. l. 2.* Ruinus *conſil. 91. n. 3. l. 5.* Rota *deciſ. 641. num. 18. part. 1. diverſor. & deciſ. 747. nu. 3. part. 1. & deciſ. 210. eadem part. 1. diverſor.* Cardinal. Seraphin. *deciſ. 609. nu. 7.* quampluribus ad id alias congerit deciſiones Manguil. *de eviction. quæſt. 108. ex n. 13. cum ſeq.* ut latè agit, & explicat Fontanella *de pactis nup. clauſ. 5. gloſ. 1. part. 2. n. 35.* & iterum ipſe Fontanell. *in deciſ. 166. n. 5.*

Quid autem ſit dicendum, cui incumbat onus probandi, quod bona libera deficiunt ut ad bona majoratus obligata recurrere poſſit creditor, an iſti, an poſſeſſori majoratus, vide latius *per Addition. ad Molinam de primogen. l. 4. cap. 7. num. 32. cum ſeqq.*

Quibus ſic ſuppoſitis non obſtant argumenta in con- 112
trarium adducta ad principium hujus cap. non primum *ex num. 2.* tendens ad reductionem omnium creditorum, tam primo loco contrahentium, quàm poſteriorum ultra metam mutuantium, ad ſummam permiſſam diſtribuendam inter omnes creditores pro rata. Cui reſpondetur, id rectè procedere in ultima voluntate, in qua primò nominati non poſſunt prætendere pinguius jus, quàm alii, qui in fine ejuſdem teſtamenti fuerant vocati; cùm ad omnes accommodetur voluntas teſtatoris. Idcirco ſi legata ſupra ſint relicta ultra vires hæreditatis, minuenda ſunt pro rata, ut omnes ſuam partem capiant, ne quis excludatur contra voluntatem teſtatoris, qui omnibus æquali voluntate providit, & prodeſſe voluit. Prout optimè explicat poſt alios Pereira *de jure emphyteut. tit. de nominat. emphyteut. q. 10. n. 45.* Eſcobar *poſt tr. de ratiociniis computat. 10. n. 4.*

Quæ ratio ceſſat omnino in noſtro caſu, in quo ta- 113
metſi à principio fuerit in voluntate poſſeſſoris majoratus virtute facultatis obtentæ prius contrahere cum uno, quàm cum alio creditore; poſtquam enim ab uno prius mutuum accepit, jus irrevocabile acquirente, congruo tempore, & legitimè contrahente, ei detrahere debitor non poteſt, nec tacitè, nec expreſsè, nec in ſua voluntate, facultate, aut poteſtate eſt jus prioris diminuere, atque prius hypothecam, & obligationem acquirentis in bonis majoratus *ex toto tit. ff. & C. qui potiores in pignor. hab.* Nec enim hi omnes

contra-

114 contractus dependent, & originantur ab una voluntate principali, ſed à voluntate uniuſcujuſque ex contrahentibus, ſibimetipſis ſingulariter eam accommodantibus, & proſpicientibus independenter ab aliis, ſique qui prior eſt tempore, potior eſt jure.

115 Ad aliud verò, quod in prædicto argumento *n.* 4. dictum fuit, quod diſtributio pro rata habeat etiam locum in contractibus, dependet à reſolutione alterius quæſtionis, an & quando plures creditores unico contractu ſimul, & eodem tempore mutuarunt ultra ſummam facultatis regiæ, an aliquis ſit præferendus, vel pro rata debeant diminutionem pati, quam inferiùs examinabimus.

116 Nec obſtat ſecundum *ſuprà n.* 5. de penſionario habente facultatem Apoſtolicam ad transferendam certam, & limitatam quantitatem, quam ſi exceſſerit, proculdubio exceſſus erit nullus, & tranſlatio reducenda ad quantitatem permiſſam in facultate Apoſtolica; ita ut ſi in plures ſucceſſivè tranſtulerit, primi uſque ad ſummam permiſſam præferendi ſint, & integrè admittendi excluſis penitus poſterioribus, & noviſſimis inutiliter, nulliterque nominatis ab inhabili, & perſona poteſtate carente, quando facultas ſimpliciter fuit conceſſa nullum permittens variandi jus. Ex his quæ abundè hactenus comprobata ſunt, & ſignanter *ex nu.* 50. *verſ. quæ etiam fulcitur ex ſimili*, &c. Et ſuperiùs *à n.* 19. *verſ. & comprobatur quoniam facultas*, &c. Ex Rotæ deciſionibus, & per Lotherium.

117 At verò quando facultas ipſa non ſimpliciter data fuerit ad transferendum penſionem, ſed potius ultra progrediatur dando facultatem nominandi & eligendi, in vita, ſeu in morte, prout aderat in caſu, de quo controvertit Pereira, *in tract. de denominatio. emphyteuſ. d.* 10. *ex d. n.* 41. quam clauſulam adducit *nu.* 42. ibi. *Etiam penſiones, & fructus hujuſmodi in alios quoſcumque per eum nominandos, & in eorum favorem jura deſuper conceſſam facultatem transferendi*, &c. Et paulo poſt, ibi, *Etiam in mortis art. in clericos, ſeu laicos non conjugatos per*
118 *reum eligendos ſeu nominandos*, &c. Ex qua clauſula facultatem nominandi, & eligendi datam fuiſſe, & ab ea regulandam dicunt in terminis Paulus Patiſius *conſil.* 46. *vol.* 2. & Caldas ubi proximè *n.* 42.

119 Quæ quidem clauſula alterat ſimplicem transferendi poteſtatem, & facultatem datam, eamque in diverſam naturam commutat, ut advertit ipſe Caldas *n.* 45. ubi ita ait. *Poſtquam prædicta ſcripſimus, matureſcentibus per ætatem liberis, ſuper hac quæſtione exactius deliberanti, prædicta opinio difficultatem pati videbatur. ſcrupulum injiciebant verba privilegii Paulo indulti, quod eidem facultatem largiebatur transferendi penſionem uſque ad ſummam centum ducatorum, diſtribuen-*
120 *dum in unum, vel plures ab eo eligendos, & nominandos. Quare cum plures nominaverit, illiſque majorem ſummam, quam potuerit, legaverit: ſatis probabile eſt omnes debere admitti pro concurrente quantitate, faciunt enim ſibi pares per concurſum, quemadmodum legatis jure conſtitutum eſt*, &c. Ad quam doctrinam animadverti debet, quòd penſionarius in caſu Pereiræ diſtribuit, & tranſtulit penſionem in ultima voluntate & in teſtamento, virtute clauſulæ facultatis, ibi. *Etiam in articulo mortis*, &c. Et videre eſt ex d. Pereira *n.* 41. ibi. *Cum jam in extremis.* Atque etiam in proximè relata reſolutione ſupponit dum facit mentionem nominationis per vitam legati, & ſic in ultima voluntate.

121 Qua propter, ut intentius cognoſcatur, quando habeat effectum nominatio, vel electio penſionarii habentis facultatem transferendi cum d. clauſula nominandi, & eligendi tam in vita, quàm in articulo mortis; nonnulli caſus ſunt diſtinguendi, & regulandi juxta terminos facultatis cujuſlibet conceſſæ alicui, ad nominandum, vel eligendum.

122 Et in primis præ oculis habendum, quòd cum facultas Apoſtolica ad transferendum, & nominandum ſimul ſit actus inter vivos, regulari debet ex facultate eligendi, & nominandi inter vivos, & ſic per contractum, ut in terminis probat Paulus Pariſius *d. conſ.* 46. *n.* 35. *& n.* 37. & quod aſſimiletur facultas penſionis potiùs contractui, quàm ultimæ voluntati ratione conſenſus, per plures tenet Loterius *de re beneficiali lib.* 1. *q.* 42. *ex n.* 7. Garcia *de benefic.* 1. *p. cap.* 5. *ex n.* 4. *& ſeqq.* Et tunc facta electione, ſeu nomi- 123
natione, re tamen non tradita, poteſt ſemel variare, & iterum eligere, & nominare alium, ſecus ſi res, ad quam fit electio, tradita fuerit verè, vel fictè, ut tunc variandi facultas ſit jam conſumpta, & adempta. Latè Alvarus Valaſcus *conſultatione* 102. *per totam.* Pereira *de poteſt. eligendi, & nominat. revocand.* 3. *part. cap.* 2. *per totum, & quæſt.* 10. *num.* 83. & 84. Cardoſus *in praxi judicial. & advocat. verb. emphyteuſis, num.* 18. Flores de Mena *variar. lib.* 3. *quæſt.* 22. *per totam.* Quam rectè explicat Caſtillo *controverſ. tom.* 5. *cap.* 80. *ſub num.* 18. *verſ. ſecundo deinde eadem reſolutio.* Molina *de majorib. lib.* 3. *cap.* 4. *per totum*, & ſignanter *nu.* 35. Paz *de tenuta cap.* 34. *ex nu.* 62. *& ſeqq.* Quod idem admittendum eſt, quando per 125
contractum datur facultas nominandi, ſive in vita, ſive in morte, ut tunc ſemel variari poſſit, ex plurimis relatis à Caſtillo *ubi proximè ſub n.* 18.

Ex quo infertur, quod habens hanc facultatem nominandi ſive in vita, ſive in morte, per teſtamentum utatur facultate, & plures nominet ultra ſummam permiſſam, omnes nominati pro rata admittuntur: juxta doctrinam Pereiræ *dict. n.* 25. Quod ſi penſionarius per contractum plures ſimul nominaverit, an idem obſervandum erit, protinus examinabimus.

Quare ex hac facultate Apoſtolica irregulariter 125
tranſlata, ut aliam diverſam naturam, & qualitatem rigore clauſulæ eligendi, & nominandi ſive in vita, ſive in morte, ſicut non arguimus ad ſimplicem facultatem transferendi penſionem in qualitate limitata: ita pariter nec ad noſtram regiam facultatem poſſeſſori majoratus limitatè conceſſam ad contrahendum, & obligandum bona majoratus multò longiùs diverſæ naturæ.

Nec obſtat tertium, & ultimum argumentum con- 126
trariæ partis, de quo *ſuprà n.* 7. circa plures obligationes pro marito ſucceſſivè factas per uxorem, quæ ſimul junctæ, ſi afferant læſionem ultra dimidiam partem dotis, non tantùm poſteriores, ſed etiam priores contentæ intra dimidiam & nec cauſantes læſionem, nec indotationem, eſſe irritas, & annullandas. Prout opinatur Noguerol. *dict. allegat.* 29. *n.* 82. *cum ſeq.* cujus opinionis veritatem abundè examinavimus *ſuprà n.* 68. *cum multis ſeq. verſ. fulcitur etiam ex doctrina Gaſpar.* &c.

Et quando opinio Noguerol. vera foret, & admit- 127
teretur; adhuc noſtræ reſolutioni (ut priores dumtaxat creditores admittantur ad ſummam limitatam per regiam facultatem, excluſis prioribus ultra eam mutuantibus) nihil officeret, ex diverſitate rationis. Cum ex læſione enormi quam patitur mulier ſuam dotem obligando pro marito, præſumatur mala adminiſtratio, fraus, dolus, qui influunt in omnes obligationes & propterea doloſa adminiſtratio omnes reddit inutiles, & invalidas: nam unitas cauſæ efficientis comprehen- 128
dit omnes caſus. *l. cum quæritur. ff. de adminiſtrat. tutor. l. ſed & cum aliqui ff. de negot. geſt.* ibi. *Sed & cum aliquis negotia mea gerit non plura negotia, ſed unus contractus eſt*, text. etiam *in l. novum, §. filio, juncta gloſſ. verbo omnis ſubſtantia, ff. de legat.* 3. & alia quamplura fundamenta in comprobationem adducta per Noguerol. *allegat.* 29. *ex n.* 188.

Quæ ratio nullo modo militat, nec adaptari poteſt 129
poſſeſſori majoratus mutuum accipienti extra ſummam contentum, & limitatam in facultate regia ab eo obtenta: ſed ſolida illa ratio defectus poteſtatis, legi-

legitimæ perſonæ ad obliganda bona majoratus ultra quant tatem ſibi permiſſam. Atque ideò cum ſimus in merè dividua, & omninò ſeparabili priores obligationes legitimè contractæ intra metam quantitatis permiſſæ validæ ſunt : poſteriores verò factæ jam conſumpta facultate regia, & extincta poteſtate ad mutuum accipiendum, nullæ ſunt, & inefficaces, ſunt enim contractus hi omninò diverſi, & inter ſe ſeparati, 123
1 nec alii in alio influunt, nec aliquam dependentiam habent, ex abundè comprobatis hactenus.

Deveniam ad ultimam partem hujus cap. quid dicendum, quando omnes creditores ſimul, & eodem tempore, atque ſcriptura mutuaverunt poſſeſſori majoratus, & habent facultatem ad certam ſummam, illi tamen ultra eam mutuantes, exceſſerunt. An omnes pro rata admittendi ſunt ad ſummam per facultatem permiſſam. Et omiſſa diſputatione, reſolvendum erit affirmativè : ita ut hoc caſu idem admittendum ſit, quod de pluribus legatariis, quibus ultra vires hæreditatis legavit teſtator in ſuo teſtamento, diximus ſuperiùs ad principium hujus cap. in primo argumento, *ex n.* 2.

125
131 Tum quia ubi non datur diverſitatis ratio, valet argumentum de contractibus ad ultimas voluntates & è contra, *l. pactum inter hæredem. ff. de pactis*, *l. quæ de legatis*, *l. ſervum filii* 46. §. *eum qui chirographum. ff. de l.* 1. *l. fin. C. de legat. in princ. inſtit. de leg. Fuſia Caninia toll. l. eum qui ita*, *in princ. ff. de verb. oblig.* Everardus *loc. cit.* Franciſc. Molina *de ritu nuptiarum*, *lib.* 3. *quæſt.* 18. *num.* 14. Mantica *de conject. ult. vol. lib.* 3. *tit.* 8 *per totum*, *& de ambiguis convent. tom.* 1. *lib.* 2. *tit* 15. *num.* 1. Petrus Moneta *de diſtribut. quotid. part.* 3. *quæſt.* 4. *num.* 14.

125
132 Et in his terminis quòd quando pluribus obligatio ſit eodem inſtrumento, ultra tamen quantitatem permiſſam, & vires patrimonii rei obligati, ut ſit pro rata inter omnes creditores facienda diminutio, & defalcatio : ſicut in legatariis. Probarunt Jaſ. *in l. ſi pluribus*, *num.* 20. *de legat.* 1. Felinus *in c. cum dilecta*, *ante n.* 6. *declarat.* 3. *de reſcrip.* & Pereira *de nominat. emphyteut. q.* 10. *ſub. n.* 45.

126
133 Quod, & idem dicimus de pluribus fidejuſſoribus, ſimul & eodem tempore ſupra modum ſolventibus, ut nullus in repetitione, & conditione præferatur, ſed omnibus ſimul pro rata condictio detur & repetitio, eo quod inter eos non adſit in ſolvendo temporum diverſitas, nec anterioritas. Sic eleganter declarat *l. cum duo* 25. *ff. de condict. indebit. gl. lib. verb. poſterior.* per text. *in l. ſi pœnæ cauſa* §. *fin. leg. ſi reus*, *ff. de condict. debit. leg. ſed & ſi quis*, §. *quid ergo*, *ff. de uſufruct.* quam gloſſ. adnotavimus *ſuprà n.* 163. *verſ. fulcitur opinio*, *& reſoiutio noſtra*, &c. Ut ſecus ſit, quando
127
134 diverſis temporibus omnes ſolverunt plus debito, ut in repetendo, tempus ſolventium attendatur, ex *d. l. cum duo*, *& in l. fin.* §. *Titius. ff. de condict. indeb.*

135 Et ratio eſt, quia cum in eadem ſcriptura omnes contraxerint, eodem tempore, & momento contraxiſſe intelliguntur, nec unus poteſt adverſus alium anterioritatem allégare, quantumvis is prius nominetur in inſtrumento : quia prius ac poſterius non datur in eadem ſcriptura, ex quo uno eodemque inſtanti inſtrumentum partium conſenſu perficiatur, & eodem momento æqualiter omnium contrahentium jus naſcitur, Bart. *in l. lecta. n.* 9. *& n.* 18. & Cagnolus *n.* 129. *ff. ſi certum petat.* idem Bart. *in leg. contractus*, *num.* 4.
128
136 Paulus de Caſtro *n.* 7. Salicetus *n.* 9. *C. de fide inſtrument.* & per Jaſonem Menochius *de præſumpt. lib.* 133. *n.* 23. Fonutius *de momento tempor. cap.* 17. *n.* 2. Rota *deciſ.* 756. *n. fin. part.* 1. *diverſ.* Caſanate *in conſil.* 10. *n.* 139. Gratianus *diſcept.* 175. *n.* 7. *tom.* 1. *& cap.* 146. *n.* 18. *& c.* 774. *n.* 17. Cancerius *variarum reſolut.* 2. *part. c.* 7. *tit. de pact. n.* 303.

129
Ergo cùm nullus in tempore alteri præferatur, omnes per partes ad concurſum admittendi ſunt pro rata, ita ut inter omnes hos creditores ſimul mutuantes quantitas per facultatem permiſſam diſtribuatur pro ea parte, pro qua unuſquiſque mutuavit juxta textum celebrem *in l. in ſtipulationibus* 55. §. *ff. operarum de verbor. oblig.* ibi, *quod ſi unam operam ſervus communis ſtipulatus fuerit, neceſſe eſt utrique dominorum partem operæ tantam* 137
quantam in ſervo habuerit, petere, *l. ſervus communis* 38. *ff. de donation. inter.* ibi *pro qua parte is ſervus, qui donaſſet, viri eſſet, pro ea parte munus non eſſe factum mulieris reſpondi.* Et ex aliis juribus probatur de quibus *infrà c.* 11. *ex n.* 48. *cum ſeqq. verſic. ſuppoſito igitur, quod pars deficiens.* Vide etiam ad finem hujus capitis. Ad differentiam creditorum ſucceſſivè & diverſis temporibus mutuantium, cum tunc priores tempore noviſſimis præferantur, prout latè probavimus, & reſolvimus *in hoc cap. à princip.*

Fulcitur hæc pars, quoniam licet in pignore pluribus 138
obligato debitoribus, is ſemper præferatur aliis, qui prius contraxit, ita ut ſi omnibus pignus non ſit ſufficiens, prius contrahentes debeant ex eo ſatisfieri, cæteris excluſis, *l. qui prior eſt tempore*, *de reg. jur. in* 6. *l. quoties utriuſque*, *ff. eod. tit. leg. qui balneum : in princ. leg. prior. ff. qui potiores in pign. hab. leg. diſtractis*, *leg. ſeq. C. de pignoribus*, *leg.* 27. *& 29. tit.* 13. *p.* 5. bonus textus, *in leg.* 1. *Cod. ſi antiq. credit. pignor. vendider. leg. quandiu. C. de diſtract. pignor. leg. ſi prior*, *in princ. ff. de privileg. credit.* & latiùs *infrà* 3. *part. c.* 11. *à princip.*

Tamen quando inter eoſdem creditores non datur 139
temporis anterioritas, quia ſimul mutuaverunt, vel in eadem ſcriptura contraxerunt, tunc nullus alteri præfertur in pignore, ſed ſimul omnes pro rata admittuntur ad ejuſdem pignoris valorem. Prout probat elegans textus *in leg. idemque eſt* 7. *qui potiores in pign. habea.* ibi, *ſi tutor rem ſibi emit ex pecunia duorum pupillorum. Quæritur, quemadmodum res empta ſit utrique hypothecata.* & reſpondit conſultus, *ita ambo in pignus concurrunt pro his portionibus, quæ in rei pretium fuerint expenſæ*, &c. Ita ut ſi omnibus non ſufficiat hypotheca, 140
diminutionem omnes pro rata ſui crediti pati teneantur, & eſt ſingularis *in leg. ſi feudum* 16. §. *ſi duo pariter in hypotheca paciſcantur*, *in quantum quiſque hypothecam obligatam habeat*, *utrum pro quantitate debiti, an pro partibus dimidiis, quæritur & magis eſt ut pro quantitate debiti pignus habeant obligatum*, *ff. de pignor.* text. etiam *in leg. ſi debitor* 10. *ff. eod.* exornat Felicianus de Solis *in tract. de cenſibus*, *tomo* 2. *lib.* 3. *c.* 5. *ſub nu.* 4. *verſic. ſecundo conſtituto*, *quod quando una & eadem res pluribus obligatur, concurrunt omnes in hypotheca*, &c.

Idem etiam evidenter probatur ex *lege pupilli* 96. §. 141
cum eodem tempore, *ff. de ſolutionibus*, quæ noſtram reſolutionem determinat in fortioribus terminis, in eodem nempe creditore pignus recipiente eodem tempore pro duobus, & diverſis creditis, ut expreſſio pignoris venditi utrumque ſolvatur pro rata cujuſlibet. Text. verba hæc ſunt : *Cum eodem tempore pignora duobus contractibus obligantur, tertium eorum pro modo pecuniæ* (pro rata explicant gloſſa, & Paulus Caſtrenſis ibidem) *cujuſque contractus creditor accepto ferre debet, nec in arbitrio ejus electio erit, cum debitor pretium pignoris ſorti omni ſubjecerit : quod ſi emptoribus decretis ſuperfluum pignorum obligare placuerit, prius debitum pretio pignorum jure ſolvitur, ſecundo ſuperfluum compenſabitur*, ubi gloſſ. Paul. *in ſummario*, & communiter Doctores.

Ex quo text. & *dicto* §. *ſi duo*, ac *d. leg. idemque* 142
aliiſque pluribus, manifeſtè convincitur Antonius Faber *de erroribus prag. decad.* 21. *errore* 9. dum tenet, unam rem pluribus obligatam ſimul, omnium æqualem cauſam eſſe, id eſt, unicuique pro virili eſſe obligatam, licet uni plus, alteri minus debeatur, per text. *in lege aliena res* 26. *ff. de pignor. action.* ibi, *ſi pluribus res ſimul pignori datur, æqualis omnium cauſa eſt.* Quem text. ſic intellexiſſe Ant. Faber *ubi proximè*, refert Joan. Baptiſta

Coſta *de ratione Kotæ*, *q.* 94. *n.* 4. Sed non poſſum non mirari Antonii Fabri aliorum errores corrigentis, quin à ſeipſo inceperit loquente contra apertiſſima jura, & eorum principia, debebat enim attendere text. *in d.* §. 143 1. loqui de æqualitate temporis, ut declarat, & rectè Bald. ibidem, non de æqualitate portionis, ſed pro rata ejus quòd cuique debetur ut poſt Caſtrenſ. expreſsè annotat Joan. Baptiſta Coſta *de ratione Rotæ*, *q.* 124. *n.* 8. quoniam id intelligere, foret abſurdum, tot juribus expreſsè contrarium decidentibus, apertiſſimè ſtantibus: illa enim verba *d.* §. 1. ibi *æqualis omnium cauſa eſt;* 144 tendunt ad titulum, & cauſam petendi, ut æqualis ſit text. expreſſus *in leg. privilegia*, *ff. de privileg. credit.* ibi, *ſed eiſdem tituli ſint, concurrunt*, ſicuti in aliis plurimis Juriſconſultorum reſponſis. *leg. ſi is qui*, *ff. de jure fiſci*, ibi, *prævenit enim caujam pignoris fiſcus*, *leg.* 1. ibi. *alia cauſa eſt ejus qui pignus accepit ad eam ſummam, quam infrà diem certum numeraſſet. l. debitor* 4. ibi, *nec enim intereſt exolverit, an penſaverit, & ideò poſterioris creditoris cauſa eſt potior, l. hujuſmodi enim pecunia ſalvam fecit totius pignoris cauſam lege qui balneum*, ibi, *potiorem ejus cauſam habendam omnes*, *ff. qui potior. in pign. habeant.* in quibus juribus cauſa pignoris refertur, & intelligitur reſpectu anterioritatis, & quo ordine unuſquiſque ſolvi debet, & quod titulus 145 prælationis de cauſa prælationis idem ſit; & promiſcuè uſurpetur ex dictis juribus, nec non Doctoribus videndum. Amat. Rodriguez *de privilegiis creditor.* 2. 146 *p. ſub n.* 126. *verſiculo prædicti autem*, &c. *c.* 4. *fol. mihi* 472.

147 Non verò ad modum exigendi, & quantitatem, quia tunc rata portionum attenditur ex ſuperius adductis juribus, prout videmus in pluribus hæredibus inſtitutis inæqualiter. Omnes, & ſinguli ad petendum habent coæqualem cauſam, titulum, & jus & æqualem gradum; ſed non ideò omnes exigere poſſunt æqualem portionem, ſed quilibet ſuam ratam partem juxta teſtamentum, prout probant Bald. & alii *in lege* 2. *Cod. quibus res jud. non* Felinus *in capite quamvis. de re judic.* Tiraquell. *de nobilit. cap.* 37. *num.* 7. Pinell. *de bon. matern. l.* 1. *part.* 3. *num.* 49. *limit.* 1. Gratian. *tom.* 3. *diſcept.* 456. *n.* 92. optimè Gait. *de credit. cap.* 2. *tit.* 3. *num.* 387. *folio* 27. Imò hæredi agendi in ſolidum obſtat exceptio, quod alii ſimul hæredes adſunt, *lege* 2. & 3. *ff. ſi pars hæred. petat. cum lege* 1. *eod.* diſputat, & ſic reſolvit Theſaurus *deciſione* 4. *ex n.* 8. quam etiam latè, & ad partes diſputat, & reſolvit Cæſar. Argel. *de acquir. poſſeſſ. quæſt.* 8. *artic.* 9. *per totum ex fol.* 470. *& ſeqq.*

148 Ex quibus rectè admittendum erit, quòd quando creditores eodem tempore, & eadem ſcriptura mutuarunt poſſeſſori majoratus ultra ſummam permiſſam in facultate regia per eum obtenta, ſit inter omnes diminutio facienda, ita ut ad ſummam promiſſam pro rata ſui crediti omnes ſint admittendi creditores, cùm inter eos aliqua non detur temporis anterioritas, ſed potius ſimul omnes in exceſſu fuerint participes, & ſimul in eo inutiliter, & cum illegitima perſona contraxerunt.

149 Et ulterius noſtra fulcitur reſolutio ex doctrina Manticæ *de tacit. & ambig. convent. tom.* 1. *lib.* 11. *tit.* 22. *n.* 3. & 4. ubi movet illam quæſtionem, de pignore à pluribus eodem tempore contracto. Et primò arguit 150 de priori nominato, ut is præferri videretur. Poſtmodum *dicto n.* 4. poſt Bartol. *in lege contractus*, *num.* 4. Baldus *n.* 12. *verſ. item dicit.* & Salicetum *n.* 9. *C. de fide inſtrument.* Jaſon *in lege* 2. §. *prius*, *n.* 22. *ff. de vulgar.* & Felinum *in cap. cum dilecta. n.* 19. *de reſcriptis*, dicit, quod ſi contractus fiat in ſcriptis, non attenditur 151 prioritas in nominando alterutrum: quia cùm contractus in ultimo verbo perficiatur, quando ipſi contrahentes eum habent pro perfecto, & abſoluto, nullus poteſt conſiderari ſcripturæ ordo, & contrahentium prælatio ex ſola prioritate nominationis, ex dictis authoribus. Semper enim contractus concluſio attendi- 152 tur, *lege ſi dominus*, *de præſcriptis verbis.* Gratianus *diſcept. forenſ. cap.* 115. *num.* 35. *tom.* 1. Surdus *conſil.* 217. *num.* 11. & conſiſtit in ultimo inſtanti concluſionis, latiſſimè Hieron. Gonzalez *in regula de alternativis*, *gloſſ.* 63. *ex n.* 31. *cum ſeqq. uſque ad n.* 35. Sed 153 miror tantum Doctorem Manticam immemorem fuiſſe tantorum jurium, quot in terminis allegavimus paulò ante, quæſtionem ſuam expreſsè terminantia.

Hæc enim eſt conſtans concluſio, quod in caſibus, 154 in quibus creditorum non datur hypotheca & prælatio, ſed potius debeant in æquali gradu exigere, ſemper inter eos cummunicatur pro rata diminutio bonorum debitoris, nam ſi iſtius bona non ſint ſolvendo, diſtribuuntur inter eoſdem creditores paris gradus, & æqualis privilegii, & ſolutio fit pro rata crediti, quod cuique debetur, prout contingit in creditoribus merè perſonalibus ſine hypotheca aut privilegio quos chirographarios appellamus, qui quidem omnes in uno, & pari gradu ſunt, omneſque admittuntur, & ſimul veniunt in tributum, nec unus alteri præfertur; imò ſi debitor ſolvendo omninò, & integrè non eſt, omnes faciunt inter ſe partes per concurſum, & exactio atque ſolutio fit non æqualiter, ſed pro rata ejus quod cuique debetur, *lege pro debito. C. de bonis author. judic. poſſid. lege ſi procuratores* 5. §. *ſi plures*, & §. *plane ff. de tributor. action. lege* 11. *tit.* 14. *parte* 5. ibi, *entonces ſi de los bienes del debdor no pudieſen ſer pagadas las deudas, debe los compartir entre aquellos, por quien fue dada la ſentencia, dando a cada uno dellos, mas, o menos, ſegun la quantia que debe aver*, &c. & cum multis ex communi ſententia tradiderunt Matienzo *in l.* 7. *tit.* 16. *gloſſ.* 5. *n.* 15. *lib.* 5. *recopilat.* Petr. Molina *de juſtitia & jure*, *diſput.* 536. Rodriguez *de concurſ. credit.* 2. *part. tit.* 3. *ex n.* 1. & *artic.* 4. *num.* 13. optimè Gaill. *obſervat.* 25. *lib.* 2. latè diſſerit Coſta *de ratione Kotæ*, *quæſt.* 74. *per totam*, & *quæſt.* 224. *ex num.* 8. D. Pichardus *in* §. *quædam actiones*, *inſtit. de actionibus*, *n.* 57. & 84. Gabriel. Pereira *deciſ. Portugal.* 16. *num.* 1. Gaito *de credit. in appendice cap.* 4. *num.* 127. *fol. mihi* 472. Flores Diaz de Mena *var. q. lib.* 1. *q. art.* 1. *ex num.* 1. *cum ſeqq.* Caſtillo *contr. lib.* 6. *cap.* 16. *n.* 77. juxta calculum, & computationem ſtatim per Nos faciendam.

Quod & idipſum in duobus, ſeu pluribus ad depoſi- 155 tum ſimul concurrentibus dixit Ulpian. *in l. ſi hominem* 7. §. *quoties*, *ff. depoſiti*, ubi ſcribit depoſitarios ſimul inter ſe concurrere æqualiter, nec habere inter ſe prælationem, ſeu proprietatem temporis non attendi, ſed ſimul ad exactionem, & ſolutionem admittendos. Satisfieri ergo pro rata debent, nec prioritatis ratio habenda eſt, ut poſt plurimos exornant Gaito *de credito. in appendice* 4. *part. ex n.* 124. & *n.* 126. Rodriguez *de privileg. credit.* 2. *art. ex num.* 7. & *part.* 1. *art.* 6. *ex num.* 50. Picardus *in* §. *actiones*, *num.* 41. 42. 43. & 44. *inſtit. de actionib.* Caſtillo *dicto cap.* 16. *num.* 78. & 79. ubi poſt plurimos Doc- 156 tores notanter limitat, quando alter uſuras pecuniæ depoſitæ recepit cùm iſte habeatur, & conſideretur, ac ſi depoſiti titulum non haberet, atque ideo cæteris deponentibus inferioris gradus eſſe, & nec ſimul cum eis concurrere, probarunt multi DD. ab eodem Caſtillo *loco proximè citato*, ad quem te remittimus videndum.

Sæpe hoc cap. & aliis diximus, damnum, & diminu- 157 tionem bonorum debitoris communis diſtribuendum eſſe pro rata inter eos creditores, qui æqualem cauſam, & parem titulum habent, & inter quos nulla invenitur prælatio, & quod hoc damnum inter eoſdem diſtribuitur pro ea parte pro qua unuſquiſque exigere debet ex bonis debitoris communis, quæ verè non ſufficiunt integræ omnium ſolutioni, utile propterea judicavimus verum calculum, & certam hanc computationem deſcribere.

Unus fiet cumulus omnium nominum, & credito- 153 rum

rum ſimul, & iſte dividitur in tot partes, quot ſunt credita, & nomina ipſa: ita ut quilibet creditor faciat partem in eo cumulo reſpectivè ad creditum ſuum, quodlibetque creditum reducatur ad certam, ſeu certas partes illius cumuli integralis, & tunc quantitas redacta ex bonis debitoris communis (quæ nec aſcendit ad quantitatem cumuli, nec ſufficit ad omnium creditorum integram ſatisfactionem;) pariter in tot partes diſtribuitur quot faciunt ſingula credita. Hinc unuſquiſque creditor conſequitur ex iſta quantitate, & pretio
159 redacto ex venditione, ſeu taxatione bonorum illam partem (tertiam, vel quartam) quam facit reſpectu totius cumuli, ita ut diminutio, & defectus pretii omnibus communicetur creditoribus, proportionabiliter ad ſuam partem, & ratam.

160 Exemplo res fiet manifeſta, adſunt tres creditores inæqualium ſummarum, unus pro 300. alter pro 200. alius pro 100. fit (ut diximus) omnium harum ſummarum unus cumulus, quæ ſimul junctæ, & coacervatæ aſcendunt de 600. in quo omnes non faciunt æquales partes; nam cumulo diviſo in ſex partes, primus habebit tres partes, ſecundus duas, & tertius unam.

161 Finge nunc quod in bonis debitoris communis, non niſi 300. reperiuntur, ex quibus impoſſibile eſt, ut quilibet creditor ſuum integrè conſequatur creditum, quando omnes pro rata ſimul abſque aliqua prælatione ſint ſolvendi, atque ideo trecenta ſimiliter dividuntur in alias ſex partes, & tunc ille creditor, qui habet tres partes exigit 150. quæ pariter reſpondent tribus partibus trecentorum, & qui habet duas partes 100. qui verò habet unam partem, conſequitur 50.

162 Singuli namque admittuntur ad exactionem pro eadem parte, quam facit in cumulo omnium ſummarum, non tamen pro eadem quantitate ſibi debita, quia damnum, diminutio, & defectus bonorum pro rata communicatur inter omnes creditores reſpectivè, ac proportionabiliter ad partem quam quilibet faciebat. Nam damnum pariter dividitur in alias ſex partes, quæ ſimiliter diſtribuuntur inter creditores juxta partes, quas quilibet facit in exactione, nam qui plus exigit, plus ex
163 damno, & diminutione participat, qui autem minus excipit, minus damni recipiet; & ſic proportionabili ad cujuſlibet partes: damnum namque pro eadem parte & rata dividi debet; pro qua lucrum dividitur, ut per
164 text. *in leg. ſecundum naturam. ff. de regulis juris l. cum duobus*, §. *quidam ſagariam. ff. pro ſocio.* tenet Petrus de Ubal. *in tract. de ſocietate*, *part.* 4. *quæſt.* 11. & Coſta *de ratione Rotæ*, *quæſt.* 40. *num.* 6. & pro rata honoris fit diſtributio oneris, *l. ſi quis ſervum*, §. *fin. fin. ff. de legatis* 2. ubi Bartolus, Paulus Raphaël. Cumanus & communiter omnes. Molina *de primogeniis*, *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 6. atque juxta hunc calculum, & computationem, in ſimilibus caſibus quibus contingat plus eſſe in ære alieno, quàm in bonis debitoris, facienda erit diſtributio damni correſpondens ſingulorum creditorum partibus, & ratæ ſui crediti.

165 Et ea omnia, quæ hactenus ſcripſimus *ex n.* 140. *cum ſeq. verſic. deveniamus ad ultimam partem*, &c. ut ſcilicet creditores ſimul & eodem tempore contrahentes cum poſſeſſore majoratus ultra ſummam permiſſam in facultate regia, ad eam admittantur pro rata, eò quod nullus præferatur, ſed potiùs habeat æqualem cauſam, & tempus: pariter ut extendas vellem, & omnia reperas in duobus, pluribuſve creditoribus ſeparatim cum poſſeſſore majoratus eodem die contrahentibus, in diverſis inſtrumentis, de quorum tamen anterioritate non apparet, ut nullus alterum excludat, ſed omnes occupent eundem locum, & gradum, ſimulque in exigendo admittantur, unuſquiſque pro ſua rata, ut dictum eſt hactenus. Ex quo enim non docetur anteriore tempore, unuſquiſque æquale privilegium temporis habere præſumitur, ut probant ferè omnes DD. protinus referendi.

Quæ certiſſima concluſio limitatur, ut non procedat 166
in creditore habente inſtrumentum cum die, & hora, quoniam iſte præfertur alteri creditori habenti inſtrumentum eodem die confectum, ſed abſque expreſſione, & appoſitione horæ. Eo quod is, qui certius probat hypothecam ſuam & tempus, præfertur ei qui ſine certo tempore probat, Baldus *in lege creditor qui*, *in principio*, *ff. qui potior. in pignor. hab.* Socinus ſenior *conſil.* 67. *num.* 2. *lib.* 3. *& in lege* 1. *ff. ſoluto matrim. num.* 12. *& ſeqq.* Jaſon. *n.* 10. & Decius *conſil.* 169. *n.* 6. probant Martinus Sil. Cynus, Bald. Salicet. Plat. Parpalia, Ripa, Ruin. Curt. junior. Dec. Marſil. Cartelli Corta Mart. Pa. Socin. Felin. & Alciat. quos congeſſit Tiraquellus *de retract. lignag.* §. 11. *gloſſa* 1. *num.* 10. Antonius Gomez *in lege* 50. *Taur*, *num.* 40. Caſſiodorus *de præbend. deciſ.* 20. Menoch. *de arbitrariis*, *caſu* 48. *num.* 28. Bald. *Novell. de dote*, *parte* 9. *privileg.* 2. *ad finem.* Peguera *dec. Cathalon.* 48. *num.* 4. quos probat Petrus Barboſa *in parte*, *lib.* 1. *num.* 8. *ff. ſolut. matrim.*

Imò major pars horum Doctorum loquuntur con- 167
tra dotem, ut ſi privatus habeat inſtrumentum cum appoſitione horæ, præferatur mulieri habenti ſine horæ expreſſione, & ſic in fortioribus terminis, ut contra alios contrarium tenentes veriorem, & communiorem probat Barboſa *loco citato*, dicitque communem hanc probare Afflictis *dec.* 387. Caravita *ritu* 186. *n.* 5. Adrianus Neguſant. *reſponſo* 250. *n.* 10. Comprobarunt inſuper Menochius *de adipiſc. remed.* 4. *n.* 792. Hieron. Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancellar. in proœmio*, §. 3. *n.* 100. *& gloſſ.* 2. *n.* 74. & 75. Gaitus *de credit. c.* 4. *quæſito* 11. *ex n.* 162. *cum ſeq.* & in quocunque actu hanc opinionem eſſe receptiſſimam, & per Rotam Roma- 168
niam approbatam, & teſtatur Stephanus Gratianus *diſceptat. forenſ. tom.* 4. *cap.* 742. *n.* 72. & 73. eandem probat multis citatis Muta Sicul. *dec.* 24. *in princip.* & noviſſimè Barbatius *in tractatu de aſſiſtent. præſt. gloſſa* 12. *n.* 64. Franchis *dec.* 649. vide D. Amayam ſuprà 1. *part. cap.* 7. *num.* 6.

Fallit etiam ſecundo favore dotis, ut non procedat 169
in duobus inſtrumentis eodem die confectis, uno ſcilicet dotis, alio alterius privati, vel etiam fiſci, non continente horam: nam illud doris antiquius reputabitur, & præceſſiſſe præſumendum, atque ideo habere prælationem dotalis aliis creditoribus, Bald. *in lege dotis tuæ*, *C. de jure dotium.* Nicolaus de Neapol. Alexand. uterque Socinus, Bulgarin. Ripa, & Alciat. *in lege* 1. *ſoluto ff. matr.* Boſſius *de fiſco*, *n.* 77. Alciatus *de præſumpt. regula* 3. *præſumpt.* 41. *n.* 2. & alii, quos probat Covarr. *variarum*, *l.* 1. *c.* 16. *n.* 6. Menochius *de præſumptionibus*, *l.* 2. *præſumpt.* 72. *n.* 18. Peregrinus *de jure fiſci*; *l.* 6. *tit.* 6. *n.* 33. Fab. Annius *conſ.* 123. *n.* 21. & 22. quam opinionem veriorem, & receptiorem dixit Neguſant. *de pignor. parte* 2. *membr.* 4. *n.* 108. & 109. Ruinus *in dicta l.* 1. *n.* 11. Pontanus *n.* 4. Socinus junior *conſil.* 10. *n.* 26. *lib.* 3. Baptiſta *de privilegiis dotal. centur.* 2. *n.* 19. Gutierrez *lib.* 3. *pract. quæſt.* 99. *n.* 15. latè diſcuſſo articulo probat Barboſa *in* 2. *parte dict. lege* 1. *n.* 21. & 22. Mantica *de tacitis convention. n.* 11. *tit.* 26. *n.* 32. latè & optimè Gaito *de credit. cap.* 4. *quæſito* 11. *ex n.* 183. qui *ex n.* 1887. *cum multis ſeq.* diſputat, quid quando concurreret dos, & fiſcus habentes inſtrumenta eodem die confecta, & ſic idem temporis privilegium, cum quibus 170
etiam aliis concurrant creditores tacitam, vel expreſſam hypothecam habentes quæ eorum præferatur.

His & ſimile eſt, quod præventione judicis Eccleſiaſ- 171
tici, & prævertione judicis ſæcularis concurrentibus eodem die (de quarum anterioritate non apparet) quia utraque prævention caret hora, in dubio præſumitur præceſſiſſe prævention judicis ſecularis, ſicuti ex Innocentio, Guido Papæ determinavit Senatus Luſitanus, teſte Cabedo *dec.* 38. *n.* 3. & quando duo judices concurrunt eadem hora recurritur ad ſuperiorem. Farinacius *tom.* 1. *quæſt.* 7. *n.* 63.

CAPUT V.

Creditor ad bona majoratus cum facultate regia & simul ad libera debitoris; an cogatur per posteriores creditores ad sola libera, in concursus judicio, prius excutere majoratum, ne liberis bonis consumptis, credita sua amittant, sed inò omnibus consulatur. Et an bona majoratus sic hypothecata ad instar fidejussoris indemnitatis habeantur.

SUMMARIUM.

1 *Inter creditores ad bona majoratus, & ad libera possessionis formantis concursum solet de separatione utriusque patrimonii contendi.*

2 *Creditores ad bona majoratus, & simul ad libera, an cogantur prius agere contra majoratum, ne creditores ad sola libera consumpta per anteriores, jus suum amittant. & seqq.*

3 *Affirmativam partem æquiorem tuetur Molina, tribus potissimum fundamentis.*

4 *Creditor habens specialem hypothecam, & generalem, cogitur ab habentibus generalem tantum, ut prius excutiat specialem.*

L. 2. C. de pignoribus, exornatur, ibid.

5 *Dictæ l. 2. dispositio inducta est in favorem creditorum posteriorum, & non in favorem debitoris, qui non potest contra anteriorem de ea opponere.*

6 *Majoratus bonorum hypothecam cum facultate regia esse specialem, & bonorum allodialium obligationem esse generalem, asserit Molina.*

7 *Majoratus bonorum hypotheca statim contrahitur, & non pendet ejus substantia ex existentia, vel defectu bonorum allodialium, secus quoad ordinem exigendi.*

8 *Excussio in aliis bonis non requiritur, quando ea ære alieno gravata ostenduntur, & adest lis creditorum.*

9 *Creditores qui majoratum, & bona allodialia habent hypothecata, æquius videtur ut prius contra majoratum exigant, ne consumptis liberis, creditores posteriores, & ad majoratum recursu carentes, jus suum amittant.*

10 & 11. *Quod tibi non nocet, & mihi prodest, præstare teneris, vide ex n. 42.*

12 & 13. *Creditores majoratus nullum damnum patiuntur, prius exigendo ex majoratu, cùm quod in illis defuit, exigere possunt ex allodialibus.*

14 *Creditoris ad bona majoratus, & libera teneri prius majoratum excutere, ne creditores ad sola libera damnum patiantur, æquiorem opinionem dicit Molina, cui inclinare videtur.*

Molinæ opinionem plurimi Doctores forenses sequuntur. ibid.

15 *Creditores ad bona majoratus, & ad allodialia non posse cogi à creditoribus solum ad liberam hypothecam habentibus, ut prius ex liberis exigant, verum esse ostenditur, & seqq.*

16 *Facultates ad bona majoratus obligandum, tacitam habent conditionem, bonis liberis, non existentibus, etiamsi amittatur in facultate.*

Creditor ex facultate regia non agi: adversus majoratum, nisi prius excussis bonis liberis, ibid.

17 *Obligatio majoratus ex facultate regia est subsidiaria, & nihil operatur, nisi in defectum bonorum liberorum, sive tempore obligationis, sive exactionis.*

18 *Majoratus obligatus ex facultate regia dici potest fidejussor indemnitatis, & subsidiarius, quia non nisi in subsidium tenetur.*

19 *Creditor anterior ad bona libera, & simul majoratus cogi nequit prius ad majoratum agere, cùm id sibi sit à jure, & facultate regia vetitum.*

20 *Hanc opinionem plurimi tenent, & defendunt contra Molinam, relati.*

21 *Et pluries pro ea determinasse Senatum, testantur aliqui DD.*

22 *Molina nunquam contrariam opinionem firmiter, sed dubio tenuit.*

23 *Respondetur l. 2. de pignorib. ponderatæ à Molina, & seqq.*

24 *L. 2. C. de pignorib. dispositio procedit, quando utraque hypotheca specialis, & generalis est pura, non conditionalis.*

25 *Creditor propter æs alienum, quo gravata sunt bona libera, pervenire an possit ad majoratum.*

26 *Creditor quemadmodum excusatur ab excussione bonorum liberorum ære alieno gravatorum, eodem modo excusabitur in bonis majoratus propter dominium possessoris.*

27 *Impugnatur præfata DD. responsio.*

28 *Molinæ fundamentum secundum, de quo num. 5. inefficax ostenditur, & seqq.*

29 *Creditorem posse excusari ab excussione bonorum liberorum; ergo potest cogi ut agat contra bona majoratus, sibi etiam hypothecata: non est bonum argumentum.*

30 *Ab excussione, quam quis facere prius tenetur, excusatur ob concursum pendentem, ex juris beneficio.*

31 *Non tamen eo uti, jus creditorum invitum non arctat.*

32 *Exceptione alicui competente potest uti, vel non uti, & tacitè, vel expresè renuntiare non opponendo.*

33 *Excussionis exceptio non opposita, nihil operatur.*

34 *In favorem alicujus dispositio per legem is solus uti potest; non tertius adversus eum.*

35 *Creditor ad bona majoratus, & ad libera ære alieno, & litibus gravata non insuper impeditur adversus ea agere.*

36 & 37. *Creditor prior cogitur prius excutere bona libera, & cum creditoribus ad ea litigare, anteaquam possit pervenire ad bona majoratus simul obligata in subsidium, conditionaliter.*

38 *Et sufficit quod bona libera extent, etiam litibus vexata, ut putant DD.*

39 *Sed de veritate opinionis dubitat Author.*

40 *Æquitas in hac quæstione considerata à Molina potius iniquitatem esse clarè ostenditur. & seqq.*

41 & 42. *Æquitatis prætextu fieri non potest, quod à jure fieri est prohibitum.*

43. 44 & 45. *Minus damnum est creditorem non exigere, quando debitor non est solvendo, quàm permittere, ut exigat ab alio, qui debitor non est.*

46 *Creditor ad bona majoratus, & ad libera cogi non potest, à creditoribus posterioribus ad sola libera, ut prius exigat à majoratu.*

47 *Creditores, qui virtute facultatis contentantur obligari bona majoratus, & omiserunt obligationem bonorum liberorum solum remanent horum respectu creditores personales, & seqq.*

48 *Nisi aliàs fuerint privilegiati, tacitam de jure habentes hypothecam.*

49 *Facultas regia licet permittat bona majoratus obligata deficientibus liberis, hæc non manent obligata tacitè nec expresè, & seqq.*

50 *Hypotheca bonorum omissa in instrumento nunquam subintelligitur, nisi in casibus à jure tacitam inducente.*

51 *Hypotheca auget obligationem, & personali addit realem, quæ nisi expresè apponatur, nunquam subintelligitur.*

52 *Per facultatem ad alienandum, vel obligandum bona majoratus, non inducitur alienatio, vel obligatio, sed debet sequi effectualis obligatio.*

Idem

53 *Idem in decreto judicis ad alienandum bona minoris & licentia viri data uxori.*

54 *facultate regia ad alienandum vel obligandum, potest uti possessor majoratus, vel non uti, in toto, aut in parte.*

55 *Advendannus, dum putat obligationem bonorum majoratus tantum virtute facultatis regiæ subintelligi, etiam prius bona libera manere obligata, refutatur.*

56 & 57. *Possessor majoratus, licet virtute facultatis teneatur prius obligare bona sua libera, si non obligavit, obligata non remanent.*

58 & 59. *Majoratus successor non habet bona antecessoris, censum ex facultate imponentis super majoratu obligata; nec hypothecata, ut majoratu liberet, sed actionem personalem tantum.*

1 CAusato concursus judicio per possessorem majoratus, cujus bona ex facultate regia simul, & ad libera obligata sunt, assiduè controverti solet inter creditores utrorumque bonorum super quodam separationis genere, etiam creditores ad sola bona
2 aliodialia certantes creditorem, seu creditores, anteriores cogendos fore sua credita prius exigere ex bonis majoratus, non ex liberis habentibus alios creditores posteriores, ne istis consumptis per creditores majoratus anteriores illi, qui aliunde sua credita consequi non valent, nec ad bona majoratus jus habent, excluſi, & insoluti remaneant, eaque contra omnem æquitatem amittant, asserentes nullum damnum pati anteriores creditores ex bonis majoratus sibi hypothecatis sua credita prius exigendo. Contra verò creditores isti anteriores nullo modo cogi posse bona majoratus prius excutere teneri, cum suo libero arbitrio, & electioni sit positum ex bonis sibi hypothecatis sive liberis, sive vinculatis, quod voluerint prosequi.

3 Hanc quæstionem movit doctissimus Lud. Mol. *de primogen. lib.* 4. *c.* 7. *ex n.* 17. & ad partes disputans resolvit; partem affirmativam æquiorem esse, nempe creditores anteriores ad bona majoratus, & libera cogi posse à posterioribus, bona libera obligata dumtaxat habentibus, ut prius excutiant bona majoratus, ne illis liberis nempe consumptis, sua credita posteriores amittant. Qui quidem doctissimus vir ex tribus potissimùm fundamentis ad hanc æquitatem tuendam moveri videtur.

4 Primò, *ex l.* 2. *C. de pignorib.* decisione, ubi creditor, qui habet specialem, & generalem hypothecam in bonis debitoris communis, tenetur prius ex bonis sibi specialiter obligatis creditum suum exigere, nec potest, creditoribus posterioribus contradicentibus, prius bona sibi generaliter obligata excutere; sed in subsidium tantum, bonis scilicet specialiter hypothecatis ad debiti exactionem non sufficientibus. Cujus textus dispositio specialis est in æquitate fundata in favorem posteriorum creditorum, ut omnibus tam anterioribus, quàm posterioribus consulatur, quam exornant Negusantius *de pignoribus* 1. *membr.* 5. *part. princip. n.* 51. *& in* 1. *membr.* 8. *part. princ. num.* 20. Covar. *lib.* 3. *var. c.* 18. Magon. *decis. Florentina* 124. Roland. à Valle *consil.* 36. *lib.* 4. Boërius *decis.* 332. Octavian. Cacheranus *decis. Pedemont.* 159. Vincent de Franchis *decis.* 5. Surd. *decis.* 44. *per totam, & in consil.* 495. *lib.* 4. Gutierrez *pract. l.* 3. *quæst.* 93. *n.* 13. & latius *cons.* 50. *per totum.* Sarmiento *selectarum, lib.* 7. *c.* 5. Velasquez de Avendanno *in l.* 46. *Tauri gl.* 9. *ex n.* 6. *cum seq.* Avendannus *de censib. c.* 46. *ex n.* 9. *& c.* 23. *n.* 5. Azevedus *cons.* 38. *à n.* 27. *usque ad fin.* Pater Mol. *lib.* 3. *& jure, disp.* 653. *n.* 6. *&* 7. Fontanella *de pactis nuptialib. clausula* 4. *glos.* 18. *part.* 2. *num.* 85. Trentacinquius *var. resolut.*
5 *lib.* 3. *tit. de pignorib. resol.* 5. *per totam.* Grat. *in addition. ad decis.* 25. *&* 42. *& in discept. forens. t.* 1. *c.* 38. non tamen inducta est *d. l.* 2. dispositio in favorem debitoris, nec hæredum ejus, qui non possunt exceptionem hanc contra creditorem anteriorem opponere. Joannes Grivel. *decisione Dolana* 79. & ex Covar. & aliis Surdus *dict. decis.* 44. *num.* 10. Gutierrez *d. q.* 93. *num.* 3. Trentacinq. *dicta resolut.* 5. *n.* 8. Molina *lib.* 4. *dict. cap.* 7. *num.* 21. *vers. quod ea ratione* & ex aliis Castillo *contr. lib.* 4. *cap.* 26. *ex n.* 20. *cum seqq.*

Ex qua *l.* 2. decisione infert Molina *in d. cap.* 7. *n.* 17. 6
quod cum bona majoratus ex facultate regia specificè hypothecata sunt, post bonorum liberorum generalem obligationem, non posse creditorem hunc anteriorem ad generalem bonorum allodialium exactionem procedere, quæ aliis creditoribus obligata sunt; nisi prius bonis majoratus excussis, atque idem affirmat, quando bona majoratus, ac bona libera genericè obligata sunt, & arbitratur hypothecam bonorum majoratus, quæ cum hypotheca bonorum liberorum concurrit, non generalem, sed potiùs specialem dicendam esse.

Et addit ipse Mol. *n.* 19. *& seqq.* huic fundamento, 7
quoad constituendam à principio hypothecam super bonis majoratus, sufficeret quod bona libera tempore obligationis contractæ non adsint, vel si adsint, obligationi subjiciantur; non enim obligatio bonorum majoratus debet pendere, usque ad tempus exactionis: sed illicò contrahitur. Licèt verum sit, quod tempore exactionis non simpliciter exequenda sit sed ita demum si alia bona non extent. Quod non ad substantiam ipsius obligationis, sed ad executionis, vel exactionis ordinem attinet. Quo casu respectu ordinis habere locum *d. l.* 2. æquitatem, dispositionem in hoc casu.

Secundum Molinæ fundamentum ex eo provenit, 8
quod cum bona libera sint ære alieno gravata, pluribusque hypothecis affecta, non poterit creditor anterior in illis exactionem facere absque pluribus litibus, & controversiis inter ipsum, & alios creditores. Ideoque succedit regula: quod quando creditor tenetur facere excussionem in bonis alterius, ab ea excusatur, si super eisdem lis inter ipsum, & alios separatur creditores. Quo casu absque excussione, & absque lite, & controversia ad alia bona recurrere omissis litigiosis *ex leg. à Divo Pio, si super rebus D. de re judic.* & ipse Molina, *d. c.* 7. *ex n.* 30. Ergo cogi poterunt creditores anteriores ad bona majoratus devenire, & agere, & exigere.

Tertium denique, & ultimum fundamentum Molinæ 9
ab æquitate deducitur, etenim si debitum pro quo bona majoratus hypothecata sunt ex bonis liberis exsolvendum permitteretur omnesque alii creditores posteriores, qui non nisi ad ea bona libera recursum habent, & ut plurimum pauperrimi esse solent; creditis suis facilè fraudarentur, quod nimium rigoris contineret, sicque majorem æquitatem habere hanc opinionem quam semel admissam in facti contingentia vidisse testatur ipse Molina *d. c.* 7. *n.* 3. *vers. quibus adjicitur.*

Cui æquitatis fundamento aliud addiderim *ex reg.* 10
leg. 2. §. *item Varus, ff. de aqua pluvia arcenda, leg.* 2. §. *locum, ff. de religios. & sum. funer. leg. in feudo. ff. de rei vend.* qua docemur, ut quod tibi nocet, & mihi prodest, præstare tenearis; quam exornant Vincent. Carrocius *decis.* 53. 1. *&* 2. *& decis.* 4. *n.* 4. qui plures recenset DD. Bald. etiam *in rubric. ff. de rerum divis.* 526. Joannes Cephal. *consil.* 130. *à n.* 13. *lib.* 1; Menochius *in consil.* 5. *n.* 4. *& in cons.* 62. *n.* 16. *lib.* 1. *& in tract. retinend. possessio. rem.* 5. *n.* 112. & post alios optimè exornat *dict.* §. *item Varus*, Petrus Barbos. *in l.* 2. *in princ. ff. soluto matrim.* 2. *p. ex n.* 39. Hondedeus *in cons.* 208. *n.* 2. 7. *& n.* 10. *& n.* 13. *lib.* 2. Castillo *controvers. tom.* 4. *c.* 10. *n.* 36. *& n.* 55. vide inferius *ex n.* 43. *& seqq.*

Quia regula omninò verificari videtur in prætentione 11
creditorum posteriorum certantium, priores ad bona libera, & majoratus, prius agere teneri ad bona majoratus, non enim ex hoc aliquod damnum recipiunt, nec eorum interest plus magis ex istis, quàm ex aliis bonis suum creditum consequi, nam si bona majoratus non sufficiunt ad eorum satisfactionem, semper jus

ſuum integrum permanet ad conſequendum quod deeſt ex bonis liberis, in quibus uti anteriores præferuntur cæteris creditoribus, in illis jus, & hypo-
12 thecam habentibus, *leg. hypothecis, vel pignoribus à creditoribus venundatis, in id quod deeſt adverſus reum; vel fidejuſſorem ejus actio competit. C. de diſtract. pignor. leg. quæ ſpecialiter* ibi: *Ita enim apparebit, an ex pretio pignoris debito ſatisfieri poſſit, quod ſi quid deerit, non prohibemini cætera etiam bona jure con-*
13 *ventionis conſequi, & leg. quamdiu, Cod. eod.* Creditoribus idcirco majoratus omnino prodeſt excuti prius bona majoratus, ut bona libera, quæ dumtaxat habent poſteriores obligata, non conſumantur, ſed permaneant ad ſuorum creditorum ſatisfactionem, quod ſi non patiantur creditores priores, damnum equidem maximum inferrent poſterioribus, conſumendo bona libera, ex quibus tantummodo iſti poſſunt ſolvi, nec ad bona majoratus (quæ obligata non habent, ſicut priores) recurſum aliquem habere, & ſuis creditis amiſſis defraudarentur. Quare æquitatem horum jurium, & *d. leg. 2. C. de pignor.* admittendam eſſe, ut omnibus, tam prioribus, quàm poſterioribus, ad ſola bona libera jus habentibus conſulatur.

14 Huic opinioni æquitate nitenti inclinari videtur peritiſſimus Lud. Molina *de primogen. lib. 4. d. cap. 7. ex num. 17. cum ſeqq.* quem nonnulli alii exteri Doctores ſequuntur, eadem æquitate moti. Annelus Amatus *conſ. 95. n. 10. & 11.* Manent. *dec. 62. n. 5.* Aloyſius Riccius *part. 4. Collectan. 2498.* & Novarii *allegat.* ibidem per eum in ſexta hodierna ad Surdum *deciſ. 44.* & Novarius *deciſ. 5.* Affirmantes cum eodem Molina, quod debitor anterior ex facultate regia ad bona majoratus debeat ſuam prius actionem, & exactionem dirigere ad eadem bona majoratus, bonis liberis relictis ad ſatisfactionem poſteriorum creditorum, eadem facultate carentium. Eandem etiam tenet Sforcia Peruſinus *in tractat. de fideicommiſſ. q. 44. num. 84.* Peregrinus, *eodem tract. art. 42. num. 18.* Franciſc. de Leo *deciſ. Valentiæ 176. ex num. 1.* qui quamvis *num. 5.* Molinæ ſententiam non eſſe ſatis tutam affirmet, tamen in eandem propenſior eſt. Tenent etiam Annel. Amat. *conſ. 95. n. 10.* uſque ad finem Conſilii Franciſc. à Ponte *de poteſt. Proregis tit. de aſſenſu ſuper dot. in princip. num. 38. fol. mihi 170.* aliàs 251.

15 Contrariam tamen, imò debitores anteriores ad bona majoratus ſimul & ad libera non poſſe cogi à poſterioribus ad ſola bona allodialia jus habentibus, prius agere, & exigere ex bonis majoratus, ſed imò teneri prius bona libera excutere, quantumvis ſuis creditis conſumantur, necnon creditores ad ea dumtaxat ſuis creditis defraudari contingat & inſoluti remaneant, longè certiorem, verioremque eſſe de jure, & à communi Doctorum, & praxi receptiorem, invincibili, & inevitabili (inter alia) fundamento (quo cuncta contrarium conſiderata penitùs convincuntur, atque enervantur) probatur.

16 Etenim facultates regiæ ad bona majoratus obligandа, etſi expreſsè (ut frequentiùs aſſolet) habeant illam clauſulam, quod ſcilicet, prius obligentur bona libera, vel quod obligatio fieri valeat bonis liberis deficientibus: ſive hæc clauſula in eis omittatur: ſemper tamen ſubintelligitur, & ſub ea conceſſæ facultates, non aliter intelliguntur, atque ideò creditor ad bona majoratus ex Regia facultate non poteſt ullo modo devenire, nec ex eis exigere; niſi prius excuſſionem fecerit, & exigat ex bonis exiſtentibus, ita per *l. pater filium, in princ. ff. de leg. 3. & Authen. res quæ C. communia de legat.* ibi. *Sed ſi liberis portio legitimæ non ſufficit.* Ubi communi D. D. abundè probavi, Molina *lib. 4. de primogen. c. 7. ex num. 1. & ſeq. & n. 8. & ferè per totum, & cap. 3. num 5. & lib. 4. cap. 9. nu. 15. & 29. & lib. 1. c. 10. n. 4.* Fuſſarius *de ſubſtitutionibus quæſt. 531. n. 119. & quæſt. 532. n. 33. 43. & 44.* Franchis *dec. 519. num. 3.* & ibi, Addit. Amendulæ Peregrin. *art. 42. n. 3. & n. 30.* Martha *voto 4. n. 1.* Surdus *deciſ. 62. n. 4.* Seraphinus *deciſ. 368. n. 1.* Joſephus Ludoviſ. *deciſ. Lucenſ. 28. n. 86. verſ. declaratur tamen.* Rota apud Alexand. Ludoviſium *deciſ. 269. n. 10.* ubi Oliver. Beltramin. citat Molinam, & *deciſ. 544. n. 3.* Milanenſ. *dec. 7. n. 37. lib. 1.* Manent. *deciſ. 68. n. 5. & deciſ. 28. n. 4. & 5.* Vivius *deciſ. 18. n. 27. lib. 1.* Fontanella *de pactis nuptial. tom. 1. clauſ. 4. gloſſ. 10. part. 2. n. 30. & tom. 2. clauſ. 5. gloſſ. 1. part. 2. n. 9. & n. 110.* Giurba *de conſuetud. Meſſan. part. 2. c. 1. gloſſ. 2. n. 106.* Cancerius *variarum reſolut. lib. 1 cap. 9. n. 73.* idem Giurba *deciſ. 31. n. 20.* Coſta Siculus *conſil. 89. n. 5. & lib. 1.* Merlinus *de legitima tit. 1. quæſt. 9. nu. 6.* Roman. *conſil. 1. n. 52.* Martha *in ſumma ſucceſſ. legal. 4. part. quæſt. 21. art. 10. n. 6. & art. 17. n. 79. cum ſeq.* Noguerol. *allegat. 40. nu. 38.* Avendanus *de cenſibus cap. 65. ſub nu. 9.* latè Felicianus de Solis *de cenſib. lib. 2. cap. 3. ex num. 15. cum multis ſeq. & in 2. tom. lib. 2. cap. 4. ſub n. 4. fol. 128.* Pater Molina *de juſtit. & jur. tractat. 2. diſp. 653. & n.* Vincentius Anna *allegat. 115.* Camillus de Curte *in diverſis jur feudal. c. 5. n. 91.* abundè Avendan. *in leg. 47. Tauri, gloſſ. 9. nu. 5. & ſeqq.* Azevedius *in conſil. 38. n. 16. cum ſeqq.* Sarmiento *ſelectar. lib. 7. cap. 5. per tot.* & per hos ultimos tres Doctores, Caſtillo *controverſ. tom. 4. c. 26. n. 26. ex num. 29. & 31. cum ſeqq. & cap. 35. n. 14.* Addit. ad Molinam *lib. 4. d. cap. 7. à princip.*

Ex qua doctrina rectè inferunt Doctores, quod obli- 17
gatio bonorum majoratus virtute facultatis regiæ ſit ſubſidiaria, ita ut nihil operetur, niſi in ſubſidium bonorum allodialium deficientium, atque niſi prius excutiantur bona libera exiſtentia tempore obligationis, vel poſtmodum tempore exactionis, ferè omnes firmant Doctores citati, & ſignanter Sarmiento *ſelectar. lib. 7. d. cap. 5.* quem ad id referens ſequitur Azevedius *conſ. 38. n. 29. in fine, & n. 30.* Pater Ludovic. Molina *tract. 2. tom. 3. d. diſp. 953. à princ.* Caſtillo *controverſ. l. 4. c. 26. ſub n. 42. verſ. denique, & quinto loco,* ad medium Addit. ad Molinam *lib. 4. c. 4. ſub n. 6.* Avendanus *de cenſibus c. 69. n. 9. poſt medium.*

Deducitur etiam, quod majoratus obligatus facul- 18
tate regia, quaſi indemnitatis fidejuſſor, & ſubſidiarius dici poteſt, qui non niſi excuſſis principalis debitoris bonis non tenetur, ſed in ſubſidium, quantum minus creditor conſequi poteſt facta excuſſione ex bonis debitoris, & non aliter juxta *leg. generalis, ff. qui potiores in pignor. hab. & leg. ſi certum pet. leg. 1. de magiſtrat. convent. Authent. hoc niſi debitor. C. de ſolutionibus, cum ſimilibus.* Probant in terminis Rodriguez *de annuis reddit. lib. 3. q. 7. n. 7. verſ. ſimiliter, & lib. 2. quæſt. 19. n. 19. verſ. primo quia, & n. 16 ad finem.* Noguerol. *allegat. 40. n. 41. & 42.* & iterum *n. 59.* tenent etiam expreſsè Addition. ad Molinam *lib. 4. cap. 7. ſub num. 6. ſub verſ. ex adductis ab Authore,* ante finem, quod etiam clarè inſinuavit Caſtillo *controverſiar. lib. 4. c. 26. ſub n. 32. verſ. denique, & quinto loco.*

Ex quo veriſſimo, & incommutabili fundamento 19
præcisè infertur per neceſſariam conſequentiam, creditores ad bona libera, & ſimul majoratus ex facultate Regia à nemine cogi poſſe prius excutere bona majoratus, cùm in ſua facultate, & poteſtate id non ſit; imo potius inhibitum, ne poſſit ante bonorum allodialium excuſſionem, ad bona majoratus devenire, ſed in ſubſidium tantùm deficientibus bonis liberis, ergo compelli nequeunt id facere, quod de jure ſibi vetitum eſt. ne facere poſſint, ut evidentius apparebit ex reſponſione argumentorum.

Et hanc partem negativam plurimi tenuerunt contra 20
Molinam, & in favorem majoratus ut ejus creditor ex facultate Regia debeat ſe opponere creditoribus eam non habentibus, ut debitum ſuum exigere poſſit prius ex bonis liberis, quantumvis ea conſumat, ita ut majo-

majoratus liber remanet, rectiùs & veriùs probarunt Sarmiento *lib. 7. selectar. cap. 5. per totum.* Avendannus *ad leg. 46. Tauri. gloss. 9. ex num. 9. usque ad num. 12.* Molina Theologus *de justit. & jur. 3. tom. §. 52. ex num. 6. & seqq. per totam. disputat.* Azevedius, *in consil. 38. n. 27. 28. 29. & 30.* Vincentius de Franchis *decis. 569.* Castillo *controvers. tom. 4. c. 29. ex n. 29. cum seqq.* Leo *decis. Valentiæ 176. tom. 2.* Cyriacus *tom. 2. controvers. 318.* sequutus Franch. reprobato Molina Maurius Cutel. Siculus *decis. 13. num. 15. vers. altera dubitat.* Noguerol. *allegat. 40. num. 69. & 70. & allegat. 4. num. 39.* veriorem contra Molinam probarunt ejus Additionat. *ad cap. 7. sub num. 17. lib. 4.*

21 Veriorem, & in praxi receptiorem, & non semel in supremo Regio consilio admissam vidisse dixerunt ipsi additionatores *ibidem, vers. quorum sententia* (salva tanti viri pace) Castillo *ubi proximè n. 31.* dixit ita contra Molinam terminatam, & praxi esse receptam tanquam nitentem verbis, & naturæ Regiæ facultatis, Noguerol. *d. allegat. 40. num. 70. ad finem*, & ita contra Molinam fuisse in facti contingentia determinatum restatur de Franchis *d. decis. 319.*

22 Nec revera ipse Molina pro contraria opinione secure saltem allegari potest, cum ipse nunquam in ea firmiter loquutus fuerit, sed semper trepidè, & sub dubio, dum *num. 18.* fatetur nostram veriorem de jure, ibi. *Quæ omnia juris rigore considerato vera esse videntur.* Et postmodum contrariæ ex æquitate motus adhærens, adhuc sic *sub n. 31. in fine*, concludit ibi: *Ideoque cum similis casus acciderit, de his liberandum erit*, & ita (ut vides) non audet firmare contrariam sententiam, nec ei firmiter adhærere; quæ revera non solum jure manifesto convincitur; verùm etiam, & æquitatis fortiori ratione, prout utrumque clarius ad responsionem argumentorum, quæ in contrarium Molina consideravit, ostendemus

23 Non igitur obstat primum *ex l. 2. C. de pignorib.* de quo *supr. ex n. 4.* quoniam etsi ponderatio, & applicatio (aliquantulum violenta) Molinæ ad nostram quæstionem foret vera, nempe obligationem bonorum liberorum, & majoratus ex facultate Regia simul factam considerari, obligationem liberorum generalem, & majoratus specialem, ut locus foret *d. leg. 2.* dispositioni dictantis, teneri priorem creditorem, & prius specialem excutere ad instantiam posteriorum creditorum, ut ex eodem Molinæ argumento diximus.

24 Adhuc tamen argumentum nihil urgeret, nec applicari poterat nostræ quæstioni majoratus, cum certum sit text. *in leg. 2.* tunc tantum procedere, quando utraque hypotheca generalis, & specialis est pura, sed non quando specialis sit subsidiaria, & conditionalis, prout est illa quæ ex facultate Regia in bonis majoratus contrahitur, ad quorum obligationem, sive exactionem, nequaquam, nisi bonis liberis deficientibus, utroque tempore attento, potest deveniri, ut in comperto est, & ex communi ostensum superiùs, quo casu omninò cessat ratio, & dispositio *d. leg. 2. C. de pignor.* & per consequens Molinæ imaginaria applicatio, tenent expressè Joan. Andr. *in addition. ad speculator. tit. de locat. §. jam decidam glossa magna*, Tiberius Decian. *respons. 2. n. 142.* Avendan. *in d. reg. 46. Tauri gloss. 9. n. 8.* ipse Molina *in d. c. 7. n. 31. lib. 4. primogen.* Negusantius *de pignoribus 2. membr. 5. part. n. 51. in principio.* Azevedius *in d. consil. 38. n. 29.* Castillo *controvers. lib. 4. d. cap. 26. n. 31.* per aliquot columnas. Pater Ludov. Molina *de justit. & jur. tractat. 2. tom. 3. n. 6. & 7. vers. quod verò non ad primum ventum.* Additiones ad Molinam *d. cap. 7. sub n. 17. & 32. vers. quorum sententia.* Qui omnes post alios communiter declarant, & interpretantur *d. leg. 2. Cod. de pignoribus.*

25 Nec obstat secundum argumentum Molinæ de quo *supra n. 8.* qui magis urgere videbatur, dum de jure excusetur prior creditor ad bona majoratus faciendi excussionem prius in bonis liberis, quando (ut in hac quæstione supponitur) multis creditoribus gravata sunt, atque tunc libere potest bona majoratus persequi, & ex eis exigere omissa excussione actuali, prout, & nos abunde diximus *suprà 1. part. cap. 23. per totum, & c. 17. & 18.* quibus in locis copiosè articulus iste fuit discussus, & abundè tractatus.

Quando hoc argumentum legitimè fuisset formatum à Molina (quod quidem punctum non percutere, apertè ostendendum statim) eidem respondent Doctores nempe multo gravioribus litibus bona majoratus esse gravata, quando creditor omissa prius excussione bonorum liberorum ad ea directè devenire elegerit pro sui crediti exactione, nam possessor majoratus ratione sui dominii impugnabit profecto hanc electionem, quapropter semper lites inveniet creditor in bonis majoratus, quam responsionem adducunt Pater Molina 2. *tract. d. disput. 653. ante finem vers. ad primam verò confirmationem.* Avendanus *in l. 46. Tauri d. gloss. 9 n. 9. in fine* Castillo *controvers. tom. 4. d. c. 26. sub n. 30. vers. iterum nec ista ratio quidquam concludit.* 26

Sed hæc responsio mihi non placet eo quod quando creditor eligat ex bonis majoratus exigere suum creditum, parum obstaret contradictio possessoris majoratus, cùm contra eam possit replicare creditor ipse se non teneri ad excussionem bonorum liberorum, quod litibus, & ære alieno sunt gravata, quæ exceptio de jure legitima est ad excusandum creditorem ab excussione, & ex ea facile posset creditor vincere possessorem majoratus. 27

Ideo alia verior, & efficacior responsio quærenda non est, & non tantum miror Doctissimi Molinæ, pro suæ opinionis comprobatione quoddam inutile, & inefficax argumentum considerantis, quantum Doctorum illam impugnantiam, putantium argumentum in aliquo urgere, & punctum percutere: cùm revera extra propositum sit quæstionis motæ per Molinam, quam & nos tractamus. In qua dumtaxat agitur an creditor anterior ad bona libera, & simul majoratus, possit cogi à creditoibus posterioribus habentibus obligata sola libera, ut prius agat ad bona majoratus, & non ad libera & Molina dicit cogi posse, quia potest excusari ab excussione bonorum liberorum, seu quam illegitima sit hæc argumentatio, atque extra rem, & propositum, nemo est, qui non videat. Non enim est rectum argumentum, potest creditor excusari antiquior ab excussione bonorum liberorum; ergo potest cogi per creditores, ne super eis agat, sed super rebus majoratus, luce reddam clarius. 28 29

Certum est in jure, quòd quando aliàs creditor tenetur facere prius excussionem in quibusdam bonis, anteaquam ad alia perveniat: excusetur, si illa bona sint in concursu, vel litigiosa, & controversa. Quia tunc hanc exceptionem, hoc jus, & beneficium sibi attribuit lex, non tamen lex ipsa cogit eo jure, & beneficio, atque exceptione uti si creditor non vult, quia invito beneficium non datur, ex juris regula vulgari, & quilibet juri pro se introducto potest renuntiare, & eo non uti, *l. si quis in conscribendo. Cod. de Episc. & Cleric. leg. pen. Cod. de pactis cap. si de terra. de privileg. cap. tuis, vers. nisi de testibus.* Cum aliis, & exceptione alicui competente uti, vel non uti in sua facultate est, & illi potest tacitè per non oppositionem vel expressè renuntiare ad libitum suum *l. si quis delegaverit 12. ff. de novationibus*, ibid. *Similis videtur ei qui donat, quoniam remittere exceptionem videtur, leg. si in fin. ff. de privilegiis veteranorum, leg. Campanus. D. de operis libertor. leg. 2. C. de tabulariis* Garcia *de nobilitate gloss. 6. n. 26.* Giurba *decis. 14. num. 5. & à num. 1.* Noguerol. *allegat. 26. num. 346.* Gutierrez *practic. lib. 1. quæst. 96. n. 11.* Carleval. *de judiciis tom. 2. lib. 1. tit. 2. disput. 5. n. 6.* plura per nos *in commentariis de retentione Bullar. 1. part. 10. ex n. 57.* plurimos Doctores ad 30 31 32

id congeſſimus *infrà*, 31. *c.* 1. *ex nu.* 192. *cum ſeq. verſ. quia reſpondetur. text. in d. leg.* &c. Sed cogi ad id extra omnem juriſprudentiam eſt, quia non quidquid alicujus poteſtati, & facultati relinquitur, id ſubjicitur juris neceſſitati, *leg. non. quid quia, ff. de judiciis.* Imò excuſſionis exceptio, ut effectum aliquod operetur debet omnino opponi contra creditorem, quæ ſi non opponatur nihil prodeſt: ut latè *infr. cap.* 23. *ex nu.* 75, *& ſeqq.*

33 Comprobatur, quia quando lex aliquid diſponit in favorem alicujus ipſe ſolus eo uti poteſt, ſi vult, non tamen cogitur, ita ut tertius eo remedio & juris favore adverſus eum uti non poſſit, mirabiles doctrinas in comprobationem congeſſit pleniſſimè Mieres *de majoratu* 4. *part. quæſt.* 23. *ex*
34 *num.* 142. *cum multis ſeqq.* tranſcripſit Caſtillo *controverſ. tom.* 5. *c.* 112. *ex n.* 45. quorum meminimus *in hac* 2. *part. c.* 14. *n.* 27. *verſ. belliſſimè etiam reſpondet ad d. leg.* 45. &c.

35 Si enim creditor ad bona libera ſimul, & ad bona majoratus, vult ad illa libera agere, quantumvis ſint ære alieno, creditoribus, & litibus infecta, & gravata, quis, quæſo poterit eum impedire, ſi uti non vult beneficio, & exceptione ſibi competente? nemo quidem. Quoniam ſi ea bona libera litibus ſint intricata, damnum creditoris hujus anterioris eſt, non alterius. Perperam ergo argumentatur Molina, volens creditorem hunc excludere à bonis liberis litigioſis, ad quæ vult agere, prout prius tenetur virtute exceptionis non faciendæ excuſſionis ſibi competentis, & ea uti nolentem, contra juris regulas, & principia.

36 Imò per contrarium, iſte talis creditor anterior præcisè tenetur, & à jure cogitur prius excutere, agere, & exigere ſuum creditum ex bonis liberis exigentibus, quantumvis ſint litigioſa, litibus aliorum creditorum involuta: antequam pervenire poſſit ad bona majoratus, pariter hypothecata, quæ non niſi in ſubſidium, & conditionaliter obligata habet, atque ideo cogitur pro liberis cum eorum aliis creditoribus litigare & exigere, ut majoratus liber remaneat, ut in terminis probarunt Sarmiento *ſelectar. lib.* 7. *c.* 5. Avendan. *ad l.* 46. *Tauri gloſſa* 9. *ex n.* 9. *uſque ad num.* 12. Molina Theolog. *de juſtit. & jur. tom.* 3. *diſput.* 653. *per totum*, maximè *n.* 6. *&* 7. Azevedius *conſ.* 38. *n.* 27. 28. 29. *&* 30. Franchis *deciſ.* 519. Caſtillo *tom* 4. *c.* 26. *ex n.* 29. *& ſeqq.* Leo *deciſ. Valentiæ* 176. *tom.* 2. Cyracius *controverſ.* 226. *tom* 1. Marius Cutel. *deciſ.* 23. *n.* 13. *n.* 15. Noguerol. *allegat.* 40. *n.* 70.

37 Quia hæc tacita, ſive expreſſa conditio, quæ ineſt obligationi bonorum majoratus à natura parpetuitatis, & individuitatis ob conſervationem primogeniorum neceſſariò, & juſtè deducta præciſam formam inducit à lege ipſa, vel ab homine datam, & in favorem poſſeſſoris majoratus dumtaxat, non creditorum poſterio-
38 rum inductam; ſequitur, ut neque etiam volente priori creditore nec etiam inſtantibus poſterioribus, poſſit is creditor qui bona majoratus ſpecialiter obligata habet, ſpecialem hypothecam attingere, ſed ex bonis liberis tenetur debitum exigere, non obſtantibus litibus, & controverſiis ſuper eiſdem bonis ortis, aut oriundis, quia ſufficit, quod quomodo extent, ita
39 poſt Avendanum latè diſcurrit Caſtillo *ubi proximè* 32. ſed in hoc ultimo ſubſiſtendum ex Doctoribus laudatis *ſupra* 1. *part.* 23. *n.*.... *verſ. & idem repetit ipſe*, affirmantibus concurſum ad bona libera pendentem excuſare creditorem majoratus ob eorum excuſſionem currit tamen præcedens noſter diſcurſus, ut in ſua creditoris anterioris libera ſit facultate, & poteſtate perſequi illa eadem bona libera, quantumvis litibus, & creditoribus gravata, & non uti excepione ſibi à jure indulta, ut poſſit ea bona relinquere, & ad alia non gravata devenire.

40 Nec obſtat tertium argumentum Molinæ, de quo *ſuprà ex n.* 9. deductum ab æquitate, ne conſumptis bonis liberis per creditores anteriores habentes etiam hypothecam in bonis majoratus poſteriores ad ſola bona libera ſuis creditis fraudentur, & inſoluti remaneant, cogi debent priores ad vinculata prius agere, cum eis id non noceat, & poſterioribus proſit. Quia reſpondetur ex æquitate id fieri non poteſt, quod de jure fieri 41
prohibetur, nec debet æquitas attendi, quæ veritati, & juris ſtrictæ rationi non nititur, ut in iis terminis contra Molinam rectè conſiderat Pater Ludovic. Molina *tom.* 3. *d. diſput.* 653. *ſub nu.* 6. *verſ. ad ſecundam verò confirmationem.* Imò æquitas ea, quæ pro credi- 42
toribus inſtantibus conſideratur à Molina, eſt iniquitas, & contra juſtitiam. Sequitur Sarmiento *ſelectar. ib.* 7. *c.* 5. *ad medium:* Caſtillo *d. c.* 26. *ſub n.* 30. *verſ. tertia denique*, *& ſeqq.* Etenim minus damnum eſt 43
creditores non exigere creditum ſuum, eo quod debitor non eſt ſolvendo, quàm id exigere valde ab eo, qui nihil debet, prout eſt majoratus, qui nunquam tenetur, niſi in ſubſidium, & in defectum bonorum liberorum, his omiſſis, & ſufficientibus, (propter quæ majoratus liber remanet) creditor majoratus ex ejus bonis exigat. Creditores poſteriores, qui ex liberis exigunt, per quandam neceſſariam conſequentiam exigere cenſetur ex bonis vinculatis, quæ ad eorum credita non tenentur, quoniam quan- 44
to magis creditor majoratus exigit à bonis liberis exiſtentibus, (prout prius facere, & excurere tenetur) tantò minus majoratus manet obligatus, & ideo creditor iſte ſi cogatur prius à bonis majoratus exigere, proculdubio majoratus ſolvere id, cujus debitor non eſt, quod omninò contra juſtitiam eſt, & iniquiſſimum, quare ceſſare regulam, *leg.* 2. §. *item Varus*, *D. de aqua pluvia arcen.* cum ſimilibus in prædicto tertio argumento adductis *n.* 10. *&* 11. quod tibi non nocet, & mihi prodeſt, præſtare teneris, quia licet non noceat creditori anteriori, nocet tamen majoratui, ejus perpetuitati, & individuitati, ac per conſequens bono publico, quod præfertur privato, prout altius conſideravimus validè comprobantes *in hac* 2. *part. cap.* 9. *ex num.* 124. *cum ſeqq.* Maximè cum in facultate, poteſtate, aut voluntate creditoris an- 45
terioris non ſit, id præſtare poſterioribus, obſtante juris reſiſtentia, quo caſu penitus ceſſat diſpoſitio *d.* §. *item Varus*, *& ſimilium.*

Ex quibus ſufficienter probatum habes, quod ſi in 46
concurſu creditorum ad bona majoratus, & libera creditores poſteriores non habentes bona majoratus obligata, ſi inſtent priores ad utraque bona, prius exigere debere ſua credita ex bonis majoratus, antea quam perveniant ad libera; nullatenus eſſe audiendos.

Unum tamen circa prædicta annotabis, ad quod 47
non attendunt Doctores, de hac quæſtione tractantes, quod ſi creditor virtute facultatis Regiæ mutuaverit, & contentatur obligatione bonorum majoratus, omiſerit tamen obligationem ſpecialem, aut generalem bonorum liberorum, tunc exiſtentium, creditores etiam poſteriores ad hæc bona generaliter aut ſpecialiter obligata priori præferuntur, qui ſolam ad ea habet 48
perſonalem actionem, niſi aliter de jure ſit privilegiatus tacita hypotheca, ut ex principiis juris deducitur vulgaribus, & ſibi imputet creditor ille, qui ſola hypotheca bonorum majoratus contentatur, cum ſit conditionalis, & ſubſidiaria bonis liberis deficientibus tantum, & vel non libera ſibi obligari fecit, nec fidejuſſores recepit, ad Molinam Theolog. *diſp.* 653. *ſub nu.* 7. *v. nec refert quod hoc dato;* & melius poſt Molinam *ſub n.* 1. *ad finem*, *verſ. ex dictis inter Molina*, & quod ut bona libera maneant hypothecata requiratur eorum expreſſa obligatio, plures manifeſtè ſuppoſuit Molina *de primogen. lib.* 4. *c.* 7. *n.* 5. *n.* 6. *&* 8.

Et quia licet facultas regia conditionaliter permittat 49
bona majoratus obligari & hypothecæ ſubjici deficientibus bonis liberis: non ideo ſequitur, quòd bona libera ita maneant obligata, ut in eiſdem ſit contracta

hypotheca,

hypotheca, non tacita, quia à jure inducta non reperi-
50 tur; nec indici debet ad latè tradita *sup. 1. p. c. 10. n. 39. & sub verſ. ergo eodem modo*, &c.

Nam ſi hypotheca bonorum omiſſa fuit in inſtrumento, nunquam ſubintelligitur, niſi in caſibus à jure
51 tacitam inducentibus, ea namque augent obligationem principalem, niſi expreſsè apponantur, non ſubintelliguntur, etiamſi ſolita ſint apponi per Notarium, & ideo cum obligationi perſonali addatur obligatio realis per hipothecam ſuppoſitam, & ſubintellectam, nullo modo admittitur, niſi de hypotheca expreſsè per contrahentes dicantur inſtrumento obligationis principalis, hanc quæſtionem latiſſimè ad partes diſputans ita reſolvit, & magis communem profitetur poſt plurimos Doctores Gaito *de credit. c. 4. quæſt. 1. ex num. 1072. cum multis ſeqq. fol. 453. & iterum eodem cap. 4. q. 6. ex num. 233. cum multis ſeqq. fol. 303.*

52 Nec etiam reperitur hypotheca expreſſa, quia non interfuit, quoniam ex facultate emanavit ſola permiſſio ad alienandum, ſeu hypothecandum: non tamen ex tunc hypothecam imponit, ſed tollit impedimentum à poſſeſſore majoratus, eamque reddit habilem, & capacem ad alienandum, obligandum, ſeu hypothecæ ſubiciendum bona major. aliàs prohibita alienari ex ordinatione fundatoris, circa quod multæ doctrinæ cumulantur *in hac 2. p. c. 9. ex n. 72. cum ſeqq.* & ſuperius, & etiam *in c. 10. ex num. 88. v. Doctiſſimus Molina.*

53 Ut in decreto judicis ad alienandum bona minoris, & licentia viri conceſſam mulieri ad vendendum, videmus, ut nihil importent ſi tutor, aut mulier, non alienent, &
54 contrahant. Et quia poſſeſſor majoratus, qui facultatem impetravit, ſicut potuit ea in totum non uti, ita potuit ea non uti, in parte; & ſic nec expreſsè, generaliter, nec ſpecialiter obligare, aut hypothecare ſua bona libera ad latiſſimè tradita *hæc 2. par. d. cap. 10. ex n. 88. cum multis ſeq. verſ. Doctiſſimus Molina*, &c. Atque ideò non video, quo jure maneant hypothecata, & ſibi (ut diximus) imputet creditor, qui incautè contraxit.

55 Hæc opinio certè mihi verior eſt, licèt contraria abſque fundamento niſus fuit Avendano *de cenſib. c. 65. ſub n. 9.* qui ita loquitur: *Nec obſtat, ſi replicetur, quod cum cenſus ex Regia licentia ſuper bonis majoratus nominatim ſit conſtitutus, alia bona libera præſentia, vel futura conſtituentis quæ ſub generali obligatione cenſuali non continentur, nec cætera bona libera ſuorum hæredum ad ejus cenſus ſolutionem tenebuntur; ſed tantum ſubjecta erant bona majoratus nominatim obligata: quia facile reſpondetur*, &c. *Hoc tamen facio in cenſu ſuper majoratus bonis regali ſcientia inſtituto: quia cùm in eis cenſus creatione ex natura ipſius contractus, & bonorum, ſuper quibus fit conſtitutio, ſubſit ea peculiaris conditio, ut deficientibus liberis bonis, ſuper aliis majoratus fiat conſignatio: juſtiſſimum eſt, quod ſi ex defectu bonorum liberorum majoratus cenſibus oneretur ſupervenientibus liberis bonis cenſibus ſolutioni, & redemptioni ſubjicientur, cum ſi principio ſupereſſent, conſignatio ſuper ipſis eſſet facienda, & inde conſtet, quod ex natura propria contractus, & peculiari lege majoratus, bona libera vel præſentia ſunt, quæ tam ex mente Principis concedentis facultatem, quàm ipſius majoratus conſtituentis cenſum remanent obligata, & cenſui ſubjecta, & bona majoratus acceſſoriè, & in ſubſidium, quaſi ſubſidiariè ſubjecta*
56 *fuiſſent*, &c. Hactenus ille, cujus ratio licet evincat, ut teneatur poſſeſſor majoratus prius bona libera obligare, & hypothecare; non tamen concludit, ut ſi id facere omiſit, remaneant hypothecata: altius cogitabis, pro nunc tamen priori opinioni ſum proclivior, quia fundamentum Avendani tantum reſpicit, ut exiſtentibus bonis liberis non intelligatur hypothecata bona majo-
57 ratus, & noſtræ opinioni adhærere videtur Noguerol, dum præfert creditores majoratus in bonis liberis, eo quòd expreſſam habeant hypothecam in eis, *allegat. 1. num. 3. & 4.*

58 Probatur etiam, quoniam ſi ſucceſſor majoratu obligato non habet tacitam hypothecam in bonis liberis prædeceſſoris conſtituentis cenſus, ut majoratum liberet, ſed ſolùm actionem perſonalem, ad cogendum hæredem, ut expreſſit Rodrig. *de redditibus, lib. 2. q. 19. n. 7. circa finem*, ſequutus à Noguerol. *ubi proximè n. 16.* & conducunt, quæ ipſe à *n. 9.* multo minus ipſi creditores in illis tacitam hypothecam habebunt, qui expreſſam neglexerunt. Et inter iſtos duos tanta eſt differen-
59 tia, ut ſucceſſor conſulat indemnitati, & conſervationi majoratus, cui aſſiſtit diſpoſitio legis, & fundatoris, creditoris autem utique repugnant, reſiſtente lege, & fundatore.

CAPUT VI.

Creditor poſterior ante, vel poſt ſententiam graduationis exigens judicis decreto habente clauſulam (ſine alterius præjudicio; vel ſimplici obligatione,) an & quando teneatur inſuper auterioribus reſtituere.

Et quando fidejuſſor datus à creditore, ſub hac clauſula exigente conveniri poſſit à quolibet creditore anteriori noviter comparente, vel tantum ad tunc exiſtentes in concurſu ſua reſtringatur obligatio.

Et nunquid coram eodem judice concurſus creditor ipſe, etiamſi clericus ſit, cogatur reſpondere, & ad reſtitutionem compelli.

SUMMARIUM.

1 *Creditor quando in concurſu ſolvatur ſub cautione, obligatione, aut fidejuſſione de reſtituendo alteri, comparenti, potentius jus monſtranti.*

2 *Et quibus ex cauſis Judex moveatur ad hanc clauſulam apponendam in decreto ſolutionis.*

3 *Judex creditori ſolvens, ſemper quod ſuſpicatur alium eſſe creditorem anteriorem, opponit clauſulam, ſine præjudicio alterius potius jus habentis.*

L. procuratoris 5. §. fin. l. illud. ff. de tributoria actione, l. ex facto, §. ſi dos, ff. de peculio, leg. 1. & leg. 2. ff. uſufruct. quemadmodum caveat; ponderantur, ibid.

4 *Solutio facta creditori ex decreto judicis ſub clauſula præſervativa juris tertii, non eſt ſtabili, & perpetua, ſed reſolubilis comparente alio potentius jus habente.*

5 *Creditor ſub cautione ſolutus conſideratur, ac ſi ſolutus non fuiſſet reſpectu effectus reſolubilis.*

6 *Pecunia ſoluta ſub cautione qualibet de reſtituendo potiori, fingitur ſtare, & non eſſe conſumpta.*

7 *Solutio recepta etiam ſub ſimplici cautione, aut obligatione, vel depoſitum habere promiſſione, facit pecuniam ſtare.*

8 *Qualitas, & idoneitas creditoris cum obligatione ſimplici fidejuſſoris præſtationem.*

9 & 10. *Decretum judicis cum clauſula, ſine præjudicio juris tertii, etiamſi cautio non ſequatur, idem operatur, quoad effectum retinendi pecuniam creditori veniant.*

11 *Creditor recipiens pecuniam ſub clauſula præſervativa, ſub conditione recepiſſe dicitur.*

12 *Solutio ſub clauſula præſervativa non eſt libera, nec irrevocabilis.*

Nec per eam reducitur cenſus extinctio, ſubſequuta conditione, & evictione, ibid.

13 *Clauſula ſine præjudicio tertii, reddit decretum conditionale.*

14 *Decretum hoc conditionale operatur non ſolum reſpectu rei principalis reſtituendæ, verum & fructuum.*

15 *Creditor*

15 *Creditor acceptans decretum judicis conditionale, & ejus virtute exigens, non plus prætendere potest, quàm suus titulus sibi confert.*

16 *Acceptans actum, & dispositionem eum censetur acceptare cum omnibus suis qualitatibus, conditionibus inhærentibus.*

17 *Decretum de facto acceptans visus & consentire omnibus in ea contentis.*

18 *Decretum acceptans, conditionem eo insitam acceptasse intelligitur.*

19 *Possessionem apprehendens virtute decreti cum clausula præservativa, eam apprehendisse videtur sub illa clausula resolutiva.*

20 *Decretum scindere, pro parte acceptare, & pro parte repudiare, non est in facultate acceptantis.*

21 *Decretum, & quælibet dispositio conditionata, & qualificata dicitur individua, & unica cum suis conditionibus, & qualitatibus.*

22 *Qualitates, & conditiones contractuum sunt individuæ, & inseparabiles ab eo.*

23 *Contractu utens nequit rejicere aliquam ejus conditionem, sed tenetur, vel totum recipere, vel totum repudiare.*

24 *Scriptura aliqua qui juvatur, totam suspicere tenetur, nihil repudiato.*

25 *Scripturam potens exhiberi totam approbare videtur.*

26 *Idem in libro exhibendo.*
Et qui juvatur aliqua partita libri existentis penes alium, ibid.

27 *Relationem juratam exhiberi potens debet vel totam approbare, vel totam rejicere.*

28 *Libro, quo reperitur una partita recepit, altera solutionis, an credito stare tenetur.*

29 *Scripturam producens videtur fateri omnia in ea contenta.*

30 *Etiamsi protestetur uno dumtaxat capitulo uti velle.*

31 *Et de pluribus hujus regulæ ampliationibus & limitationibus. remissivè.*

32 *Scripturam producens videtur fidem ejus approbare, etiamsi non sit solemnis.*
Nisi sit suspecta de falso, ibid.

33 *Contractum faciens videtur se submittere legibus de illo loquentibus.*

34 *Fidejussor datus creditore exigente virtute decreti cum clausula sine præjudicio tertii, an teneatur non solum creditoribus tunc in concursu existentibus, verum, & aliis quibuslibet postea comparentibus.*

35 *Decretum fidejussio limitata ad jus certi creditoris, non extenditur ad alium.*

36 *Sequestrum appositum ad instantiam certi creditoris, si relaxetur sub fidejussore, iste non tenetur aliis creditoribus.*

37 *Fidejussio ad plus, restringitur ad limites decreti judicis.*

38 *Judicis animus solventis sub cautione fuisse præsumitur consulere voluisse omnibus jus habentibus.*

39 *Decretum judicis præservantis jus tertii omnes comprehendit, atque etiam fidejussio.*

40 *Fidejussio in amplissima forma solvere judicatum semper durat, etiam variato tribunali.*

41 *Creditor recipiens pecuniam sub obligatione de restituendo potioribus creditoribus, à quolibet cogi potest via executiva.*

42 *Creditor diversi fori, etiam Ecclesiastici, cui in concursu sub cautione de restituendo, fuit solutum; an conventus revocatoria ab alio potiori creditore, debeat respondere coram judice concursus, & seqq.*

43 *Solutione facta simpliciter creditori pro revocatoria intentat per anteriorem creditorem revocatoriandus erit.*
Si lis creditorum sit jam extincta, ibid.

44 *Clerici forum sequi debet creditor pro revocatoria pecuniæ solutæ, vel rei adjudicatæ, si lis concursus sit jam extincta.*

45 & 46. *Intellige quando solutio fuit facta clerico simpliciter & non sub cautione, & conditione.*

47 *Judex concursus cognoscit de revocatoria intentata contra creditorem, etiam clericum, dum judicium extinctum non est.*

48 *Revocatoria causata ex adjudicatione, & solutione concursus adhuc pendentis, ad illum etiam contra clericum mota redire tenetur, ratione individuitatis.*

49 *Et de ratione.*

50 *Concursus judicium universale, ut ejus cessent effectus, quomodo, & quando extinctum dicatur remissivè.*

51 *Solutionis virtute non libera, sed conditionalis sub clausula juris tertii præservativa revocatoria mota, ad eundem judicem redire debet creditor, nec clericus declinat, etiamsi concursus judicium fuerit extinctum. & seqq.*
Solutio sub clausula juris tertii præservativa operatur ut judicium concursus non extinguatur. ibid.

52 *Clausula præservativa stante clericus submissus intelligitur eidem foro.*

53. 54. *Clericus comparens in concursu, cui res in solutum fuit tradita sub clausula præservativa alterius creditoris, si iste compareat, tenetur ille eundem concursum sequi, exclusiva declinatoria.*
Per actum nullum res non definit esse integra, ibid.
Per actum resolutum, & annihilatum res non definit esse integra. ibid.
Actus resolutus reddit rem ad suum priorem statum, ut si actus non fuisset. ibid.

55 *Tertium audiri super sua prælatione, ac meliori jure, non est nova lis, sed antiquæ continuatio.*

56 *Idem determinavit consilium in facti contingentia.*

57 *Solutio facta sub clausula præservativa conditionalis est & resolubilis, & tantum durat, dum creditor tertius non compareat.*

58 & 59. *Donatio facta in patre etiam irrevocabiliter ex clausula reservativa facultatem revocandi, efficitur revocabilis.*

60 *Solutio sub clausula præservativa juris aliorum est conditionalis, sub conditione resolutiva.*

61 *Decretum sub clausula præservativa alterius melioris creditoris, resolvitur per comparitionem ipsius.*

62 *Jus alterius reservatum in decreto, illæsum, & integrum permanet.*

63 *Jus reservatum non est comprehensum in condemnatione.*

64 *Reservationis natura est, nec tribuere, nec auferre jus.*

65 *Reservatio nihil operatur contra decisum in sententia.*

66 *Declara remissivè.*

67 *Lis creditorum extinguitur per omnium creditorum demissionem, durat, & pendet aliquo credito non soluto.*

68 *Etiamsi bona concursus sint consumpta inter cæteros creditores.*

69 *Clausula præservativa juris tertii facit ut res sit adhuc integra, ac si nihil factum fuerit per judicem.*

70 *Per clausulam*, salvo jure, *res remanet integra, & in eodem statu.*

71 *Creditor, cujus jus fuit præservatum in decreto, comparens eadem continuatur instantia.*

72 *Tertius comparens virtute clausulæ* (salvo jure tertii) *dicitur petere in eadem instantia eam continuare, & non novam incipere.*

73 *Marta contrarium sectans reprobatur, & ejus falsum ostenditur fundamentum, & sequentibus.*

74 & 75. *Clausula salvo jure posita per judicem in sententia, plus operatur, quam à jure inest.*

76 *Clausula salvo jure vestita cum cautione aut fidejussione de restituendo potiori creditori comparenti, veniente conditione resolvit.*

77 *Clericum semel immissum in possessionem rei tertium comparentem debere convenire coram suo judice Eccle-*

Ecclesiastico autumat Marta, convincitur.

78 *Possessio data clerico sub conditione resolutiva non mutat statum judicii sæcularis, nec res definit esse integra.*

79 *Jus per sententiam reservatum, tribuit jurisdictionem eidem judici reservanti.*

80 *Creditor novus intentans revocatoriam contra alium posteriorem cui fuit facta solutio sub cautione, aut clausula præservativa, omnino debet comparere coram judice concursus, continuando litem quæ sopita non est mediante solutione cum dicta clausula.*

1 SOlet aliquando, vel judicio concursus pendente, ex aliqua justa causa, vel post graduationis sententiam, vel venditis bonis debitoris concursus, ut ex pecunia ex eis redacta inter creditores comparentes distribuatur, ad petitionem alicujus judex discernere, ut ei solvatur, non simpliciter, sed addita clausula, *cum cautione, vel sub fidejussione*, aut *simplici obligatione de restituendo eandem pecuniam*, vel aliàs *sine præjudicio juris tertii, vel priorum creditorum in futurum compa-*
2 *rentium, & jus ad illam potentius habentium.* Et ut plurimum ita discerni assolet, quoties creditor aliquis adest conditionalis, ad latè tradita suprà *à parte, cap.* 8. *ex n.* 24. *cum multis seqq. versic. nunc tractandum an creditores*, &c. Vel quando cognitionis juris alicujus creditoris ex aliqua accedenti differtur juxta textum cum materia *in lege is à quo, ff. de rei vendicatione*, quam altiùs exornavimus *in nostris commentariis de supplicat. ad Sanctiss.* 1. *part. cap.* 13. *ex n.* 11. *multis seq.* Vel quando urgens adest aliqua creditoris necessitas, cui occurrere pium, & æquum judex concursus arbitratur, ut aliqua tritici, vel pecuniæ quantitas sibi solvatur, ad computum sui crediti indubitabilis postmodum suo gradu solvendi, vel quando prima sententia graduationis lata fuit in consilio, aliisve tribunalibus regiis, quæ non obstante supplicatione, ab ea interposita exequitur, & juxta ejus graduationem solvuntur creditores per eam graduati, debent isti priusquam solvantur, & exigant sua credita ex bonis concursus, præstare fidejussionem depositariam reddendæ, & restituendæ pecuniæ sibi solutæ in casu, quo ista prima sententia in gradu supplicationis fuerit revocata, juxta, expressam legem regiam, de qua & ejus intellectu egimus latè supra 1. *part. cap.* 16. *ex n.* 64. *cum seqq.*

3 Et generaliter decretum solutionis sub aliqua ex iis clausulis concipi solet, semper quod suspicatur, alios adesse creditores, quorum jus præservari debeat ne ei absolutè solutionis decreto fiat aliquando præjudicium, sed omnino tuti sint comparentes, & de suo potiori jure docentes. Jura sunt singularia, & expressa *in leg. si procuratoris* 5. §. *fin.* ibi, Tributio autem fit pro rata ejus, quod cuique debeatur, & ideo si unus creditor veniat desiderans tribui sibi integram portionem consequitur. Sed quoniam fieri potest, ut alius quoque, vel alii existere possint mercis peculiaris creditores, cavere debet creditor iste pro rata se reiturum, si fortè alii emerserint creditores, *ff. de tributor. action. leg.* illud quoque cavere debet, si quid aliud domini debitum emerserit, refusurum se ei pro rata: Finge enim conditionale debitum imminere, vel in occulto esse, hoc quoque admittendum est; nam injuriam Dominus pati non debet, licet in tributum vocetur, *ff. eodem leg. ex facto quæritur*, §. *si dos filiofamilias* sit data, vel tutelam administraverit, habenda erit ratio privilegiorum in actione de peculio, dilata interim cæterorum creditorum actione, vel interposita cautione si priores agant; qui privilegium non habent, restitui quod acceperant, si inferatur postea cum parte actio privilegii *ff. de peculio leg.* 1. *& 2. ff. usufruct. quemadm. caveat.*

4 Ex quorum jurium dispositione communiter deducunt Doctores, quòd solutio judicis decreto, quo aliàs creditor tutus, & securus esse poterat à molestiis, & avocatione aliorum quorumcumque creditorum, etiam potentioris, atque potioris juris: si tamen sub prædicta qualitate, & conditione insita in decreto fiat, non est solutio perpetua, nec stabilis, nex ex ea tutus est creditor, quominus cujuslibet creditoris postmodum comparentis juri potiori sit affecta, & ejus variationi, & avocationi subjicitur; ita ut creditor, qui hac conditione, obligatione, cautione, aut fidejussione seu juris alterius reservatione solutionem accepit, consideretur, ac si ei solutio facta non fuisset, cùm liberè, & absolutè non fiat, sed conditionaliter, ita ex pulchra Pauli Castrensis doctrina *in consilio* 28. *visis & ponderatis omnibus, in prima parte, & in versiculo, sed si plures, n.* 9. *& 7. de tributoria actione*, tenent, & sequuntur Stracha *de decoctoribus, part. ult. tit. qui potiores in bon. decoct. habean. n.* 34. *&* 35. Vincentius de Franchis *decis.* 75. *n.* 9. Petrus Barbosa post Salicetum, Castrensem, & Stracham *in lege* 1. *parte* 6. *sub n.* 23. *versic. & idem erit, si præstat cautionem, ff. soluto matrim.* Aloysius de Leo *in leg. pecunia, Cod. de privileg. fisci, n.* 2. *&* 3. Josephus Ludovisius *decisione Perusina* 45. *n.* 20. Vincentius de Anna *singul.* 535. *&* 538. Trentacinq. *variarum resolut. libro* 1. *tit. de jure fisci, resolut.* 7. *n.* 1. Thesaurus *decis. forens.* 16. *n.* 20. Castillo *controversiarum, tomo* 4. *cap.* 61. *n.* 74. Giurba *decis.* 4. *n.* 40. Gaito *de credito, cap.* 3. *quæst.* 11. *n.* 131. Noguerol. *allegatione* 7. *n.* 4. Franciscus Hieron. Leo *in decisione Valentiæ* 50. *n.* 10. *&* 21. de Franchis *decis.* 6. 4 *n.* 3. *& decis.* 6 5. *n* 3. aliunde Fontanella *de pactis nuptial. tom.* 2. *claus.* 5. *gloss.* 18. *part.* 6. *ex n.* 33. *cum multis seqq.*

Qui omnes communiter tenent, quod per hanc 6
solutionem sub cautione, obligatione, aut fidejussione de restituendo potiori creditori, fingitur pecuniam stare, & non esse consumptam, ita ut semper prior creditor eam possit avocare à creditore, qui eam recipit ex bonis debitoris communis. Quam resolutionem fatentur etiam illi Doctores, qui verius opinati fuerunt pecuniam solutam creditori posteriori, si sit consumpta, non posse per anteriores creditores avocari, prout abundè probavimus superius 1. *part. cap.* 10. *ex n.* 68. *cum multis seq. versic. quoniam quibuslibet anterioribus*, &c. *& ex num.* 67. *versic. sed difficultas & altercatio.*

Declaranda tamen erit hæc superior doctrina, quòd 7
ad hoc ut dicatur pecunia, etiam bona fide consumpta, stare sufficit simplex creditoris solutionem accipientis cautio, & simplex obligatio de restituendo aut de habenda in depositum absque alia fidejussione, quia hæc securitatem respicit non autem aget obligationem, & naturam rei, ut ex plurib. DD. probavimus *in d. cap.* 1. *nu.* 68. *& seq. vers. sexto dicitur extare*, &c. in quo dubium esse non potest.

Semper enim attenditur ad hujusmodi solutionem 8
faciendam qualitas, & idoneitas creditoris recipientis; nam propter indemnitatem, & divitias excusatur, & liberatur ab onere fidejussoris præstandi cum regulariter satisfaciat, se obligans ad restitutionem cum hypotheca suorum bonorum Alexand. *in l. si se non obtulit*, §. *ait. Prætor. n.* 2. *vers. sed istud.* & infrà. *ff. de re judicata*, & alii relati per Trentacinq. *variarum resolut. tomo* 1. *lib.* 3. *in tit. de oblig. resolut.* 1. *n.* 1. *versic. secunda resolutio.* Pirrus Maurus *de fidejussoribus, parte* 2. *sect.* 4. *quæst.* 20. Cencius *de censibus, quæst.* 111. *sub num.* 40. *versic. ego tamen consultius.*

Sed id ipsum etiam operatur solum decretum ju- 9
dicis præservantis jus tertii in eodem decreto per quod jubet solvi creditori sine præjudicio alterius creditoris, vel simpliciter sine præjudicio tertii, quoniam ad hunc obligationem restituendi pecuniam solutam, & exactam anteriori cuilibet creditori comparenti, & jus potius habenti, sufficit, quòd judex absolutè, & simpliciter non solvat, sed hac qualitate, & conditione orta ex clausula præservativa juris tertii, quâ stante creditor non recipit facultatem

ab

ab ipso judice solvente absolutam disponendi de ea,
10 & consumendi. Cum sit affecta receptio, & solutio clausulæ conditionali insitæ decreto, & solutioni ipsi probant expresse Josephus Ludovis. *decis.* 45. *n.* 20. ibi: Quia tunc temporis Perusiæ Gubernator in publica audientia decrevit, pecunias dictæ assecurationis exigi
11 per dictos Rodulphum, & Vincentium, easque retineri per eos, donec causa expediretur sine præjudicio jurium ambarum partium, adeo quod versamur citra dubitationem omnem, cum conditionaliter prædicti habuerunt dictas pecunias, &c. Rota *decisione* 247. inter recollectas per Cencium *post tract. de censibus*, quæ *n.* 3. & 4. sic ait: Nec visum fuit obstare, quod opponebant Domini de Sabellis, videlicet, D. Citarellam exegisse plures pecunias, ex assignamentis præfatis ad computum sortis principalis, unde stante affectuatione, census erat extinctus, saltem pro ea parte, quam D. Citarella ad computum sortis exegerat, ut firmatum fuit in supra dicta decisione Romana census, quia Domini dicebant, quod licèt de Citarella exegisset plures pecunias ad computum fructuum cum clausula, quod si quid ultra supererat, recipiebat ad computum sortis, nisi scuta mille ducenta in decem locis monitum fidei quæ ei non fuerunt tradita liberè, & irrevocabiliter, sed cum obligatione de restituendo prioribus, & potioribus creditoribus dominorum de Sabellis. Et anno sequenti fuerunt evicta à D. Mario Tutabilla anteriore creditore, & propterea non videtur posse dici census extinctus, præsertim cum non inter-
12 venerit actus retro similis, *leg.* 1. *C. quando non liceat ab emptione disced.* Et fuit dictum in una Romana anterioritatis 4. Februarii, coram R. P. D. Justo, &c. idem tenent Vincentius de Anna *in singulari* 537. *n.* 11. & *singulari* 538. Maceratensis *lib.* 2. *variarum resolutionum.* 60. *casu* 15. Costa *de remed. subsidiar. remedio* 37. *illatione* 2. *n.* 2. & *in tractatu de reintegrat. distinctione* 46. *n.* 6. Sesse *decisione* 206. *ex n.* 34. *vol.* 2. Pacificus *de Salviano interdicto, inspectione* 3. *cap.* 2. *n.* 245. Fontanella *de pactis, tomo* 2. *Clausula* 5. *glossa* 8. *parte* 6. *n.* 36. *fol.* 153. Gaito *de credito, cap.* 4. *quæst.* 11. *num.* 1318. Novarius *quæst. forens. parte* 1. *quæst.* 139. *n.* 6. Noguerol. *allegatione* 7. *n.* 6. & *allegat.* 35. *n.* 24. Castillo *controvers. tom.* 4. *cap.* 61. *sub nu.* 74. & post Rotæ decisionem & alios Doctores Gratian. *tom.* 4. *discept.*
13 732. *num.* 22. qui omnes unanimiter profitentur, creditorem recipientem solutionem non simpliciter, sed sub clausula sine præjudicio, aut sub cautione aut obligatione, seu fidejussione, ut tunc conditionaliter recepisse videatur, & quòd clausula (sine præjudicio) reddit actum, & decretum conditionale, & si quatenus præjudicium ex actu illo alicui non inferatur, probat Peregrinus *de fideicommiss. art.* 47. *sub nu.* 29. *versic. & ideo* Marta *de clausulis*, 1. *part. claus.* 157. *n.* 2. & ex Maresco tenet Oliverius Baltrammius *in annotat. ad Alexand. Ludovis. decis.* 332. *sub n.* 6. Hondedeus *consil.* 86. *n.* 44. *lib.* 2. Seraphinus *decis.* 87. *n.* 2. & 3. & per Bald. *in leg. fin. n.* 41. *Cod. de edicto D. Adriani toll. & in consil.* 104. & Nattam *consil.* 653. *n.* 5. & Salicet. *in dicta lege fin. col. fin.* Boërium,
14 & Puteum citatos à Peregrino *art.* 47. *n.* 29. *decis.* 6. *n.* 13. Nos id allegans per plures alios; nec non innumerabiles Rotæ decisiones referens sequitur Post. *de manutentione, observatione* 50. *per totam*, operatur non solùm in re principali sic conditionaliter per creditorem à judice recepta, sed & in ejus fructibus parirer restituendi Francisc. Hieron. de Leo *decis. Valentiæ* 50. *n.* 10. & 11. sequitur Fontanella *ubi proximè, n.* 35. *in fine.*

15 Quæ doctrina ex eo fortior redditur, & verissima apparet, quoniam judicis decretum, cujus virtute exigit creditor, non est absolutum, & simplex, sed qualificatum, limitatum & conditionatum, ex tot DD. authoritate dudum adducta; ergo creditor illud acceptans, & ejus virtute exigens, non plus juris prætendere potest, quàm id quod sibi suo titulo quæsit, & eo modo quo sibi decretum præstat; quia acceptans actum, & 16
dispositionem cum omnibus suis qualitatibus, insitis conditionibus & oneribus acceptare intelligitur; *l. cum ab uno, in principio, ff. de legatis* 2. *l. qui tutelam, ff de testam. tut. l. si compensandi, C. de hæred. instit l. neminem* 4. *cum l. seq. ff. de legat.* 2. *leg. si legatario* 22. *ff. de fideicommiss. liber. cap. officii de testamentis*, Decius *consil.* 209. *n.* 13. Alciatus *consil.* 545. *n.* 13. Cagnolus *in l. qui cum alio, n.* 9. *ff. de reg. juris* Graveta *cons.* 174. *n.* 9. & *consil.* 245. *n.* 4. Surdus *consil.* 60. *n.* 27. & *consil.* 150. *n.* 20. & *consil.* 7. *n.* 5. *consil.* 295. *n.* 3. & *consil.* 112. *n.* 29. & *consil.* 143. *n.* 10. & *cons.* 237. *n.* 26. & *consil.* 254. *n.* 16. Menochius *decis.* 160. *n.* 20. *lib.* 2. Tiraquell. *de retractu convent. in fine, ex n.* 8. *cum seqq.* Castillo *controvers. lib.* 5. *cap.* 107. *n.* 68. & 69. Burgos. de Paz. *cons.* 12. *n.* 23. Mieres *de majoratu*, 2. *part. quæst.* 4. *illat.* 8. *n.* 65, & *duobus seqq.* qui in variis materiis, & dispositionibus loquuntur.

Quia decretum de facto acceptans visus est consentire 17
in omnibus eo contentis: Puteus *decis.* 369. *alias* 359. incipit, *in una Hispalens.* & per Rotæ *decis.* tenet Barbosa *in tract. de pensionib. q.* 1. *n.* 21. quo argumento etiam utitur in iis terminis la Rea *in decis. Granatens.* 6. *n.* 14. & qui decretum contractum, aut dispositionem, 18
cui inest conditio revocationis, accepravit, qualitas illius semper viget, & cum eadem conditione revocationis acceptasse intelligitur, ut per *leg. contra juris*, §. *fin. cum l. seq. ff. de pactis.* Avendan. *in leg.* 44. *Tauri. gloss.* 19. *n.*... Mieres *de majoratu*, 2. *part. quæst.* 26. *à n.* 1. Molinus *de ritu nup. lib.* 3. *q.* 6. *sub. n.* 76.

Et in terminis, quod apprehendens possessionem virtute decreti, aut sententiæ judicis cum clausula sine 19
præjudicio juris alterius, seu habentium meliora, & potiora jura, & similibus, eam capere intelligatur sub illa conditione resolutiva eo ipso quod appareat de alio meliori jure, innumerabiles penè DD. refert videndus Post. *de manuten. observ.* 50. *ex nu.* 5. *usque ad num.* 8. *inclusivè.*

Non enim in facultate creditoris est decretum scinde- 20
re, pro parte acceptare, & pro parte repudiare. *leg. cum quæritur ff. de administrat. tutor. lege nam absurdum.* 7. *ff. de bonis liber. l. si ita stipulatio.* 39. *in fine, ff. de operis libert.* Surdus *cons.* 52. *n.* 4. & *cons.* 107. *n.* 1. latissimè Tiraquellus *loco proximè citato.*

Quia decretum judicis, seu quælibet dispositio, & 21
contractus qualificatus & conditionatus dicitur individuus, & unicus cum suis qualitatibus, & conditionibus non scindendus, quia aliter nec ju ex solvere juberet, sicuti nec contrahens aliter contraheret absque qualitatibus, & conditionibus appositis, quæ decreti pars est inseparabilis, *l. si quis alium* 46. *ff. de solut.* ibi *non accepisse rem integram, l. cum ejusdem* 34. *ff. de ædilit. edict.* ibi, *non nisi omnes venditurum fuisse, lege cum quæritur* 17. *ff. de administrat. tutor. leg. Caius ff. de manumiss. leg. fundi partem* 79. *de contrah. emp.* ibi, *nam hoc ipsum fundi pretium videtur, quòd eo pacto venditus fuerat.* latissimè Tiraquell. *de retractu lignag.* §. 23. *gloss.* 1. *per totam, & de retract. convention. in fine, ex n.* 1. & *seqq.* Pinellus *de bonis maternis, lib.* 1. *part.* 3. *ex n.* 52. & *seqq.* & *num.* 1. Surdus *cons.* 217. *num.* 1. & *à n.* 6. & *à* 20. Gratianus *discept. forens. cap.* 742. *n.* 61. Giurba *decis.* 85. *n.* 13. optimè idem Surdus. *in decis.* 33. *ex n.* 4. *ex n.* 13.

Et quod qualitates, & conditiones contractuum sunt 22
individuæ ab ipso, probat Surd. *cons.* 107. *n.* 1. *cum seqq. & in decis.* 288. *nu.* 7. Decius *consil.* 169. *nu.* 1. *lib.* 2. Caldas Pereira *q. forensi* 39 Fachineus *cons.* 69. *n.* 10. Gratian. *discept. forens. cap.* 301. *n.* 57. Barbosa *de pensionib. part. num.* 21. & *seqq.* Atque ideo, qui 23
utitur contractu non potest rejicere aliquam ejus conditionem, aut qualitatem; sed tenetur eam recipere, vel repudiare. *l. quidam eulogio. C. de jure deliber.* Surd. *dec.* 33. *n.* 6. Tiraquell. *de retract. convent. n.* 4. & 5. *cum plurib. seqq.* Amatus *resol.* 50. *n.* 26.

Et

24 Et qui juvatur aliqua ſcriptura, tenetur in totum eam recipere, nihil repudiare *l. quidam eulogio, C. de jure deliber.* Surdus *deciſione* 33. *num.* 6. Tiraquell. *de retract. convent. à n.* 4. *cum multis ſeqq.* Amat. *variarum reſolut.* 50. *num.* 26. abundè Barboſa *de penſionib. quæſt.* 1. *ex*
25 *n.* 20. *cum ſeqq.* Et qui petit, quòd aliqua ſcriptura exhibeatur, ad hoc ut juvari poſſit aliqua parte ejuſdem, videtur eam totam approbare, item in libro exhiben-
26 do, item in eo, qui juvatur aliqua partita libri exiſtentis penes alium, latiſſimè Noguerol. *alleg.* 38. *ex n.* 45. *cum ſeqq.* Surd. *dec.* 299. *à nu.* 6. & relationem juratam
27 exhiberi petens, eam dividere non poteſt, ſed debet totam approbare, aut totam rejicere, dicit Noguerol. *allegat.* 33. *n.* 35. *& ſeqq.* & de libro, quo reperitur una
28 partita recepti, & alia ſolutionis; an creditor pro omnibus ſtare debeat latiſſimè per Eſcobar. *in tr. de ratiociniis, cap.* 13. *per tot.* Atque etiam producens ſcripturam
29 videtur fateri, & approbare omnia in ea contenta *l. pluvia*, §. *fin. ff. depoſiti, c. cum olim, de cenſibus*, quamplures Doctores refert Pereira, *de inſtrument. edit. tit.* 1. *reſolut.* 3. §. 4. *n.* 26. Parlador. *rerum quotid. lib.* 2. *cap. fin.* § 5. *nu.* 21. poſt alios plures Doctores. Ubi
30 etiamſi proteſtetur illo dumtaxat capitulo uti velle, quod ſibi prodeſſet, quia in totum ſibi præjudicat, latiſſimè Genuæ, *de reſcript. privat. quæſt.* 4. *ex num.* 151. *uſque ad nu.* 160. Velaſquez *conſ.* 123. *n.* 76. *& conſ.* 179. *num.* 82. Pereira, *ubi proximè num.* 27. Auguſt.
31 Barboſa *in collect. ad cap. cum olim. num.* 4. ubi multos refert, plenius cæteris Pereira *de empt. & vend. cap.* 19. *ex n.* 44. *cum ſeqq.* ubi de regula, plurimis, & ſingularibus ampliationibus, & limitationibus omninò conſulendus, quamplures DD. referens ſequitur Surdus *deciſ.* 267. *ex n.* 1. *qui n.* 2 idem affirmat, quamvis ſcriptura non ſit ſolemnis, quia productio imponit illi fidem, & ſolemnitatem, & *num.* 3. limitat, niſi ſit ſuſpecta de falſo. Quam doctrinam latiſſimè per ampliationes, &
32 has, & alias limitationes proſequitur Oliv. Beltram. *ad Alex. Ludov. dec.* 338. *n.* 15. ubi quamplurimos Doctores, & Rotæ deciſiones accurate, & doctè congerit, nec non Pereira, *ubi proximè.*

33 Et quia cum pacta, & conditiones actus ſint lex ipſius ex juribus vulgaribus, actum faciens videtur ſe ſubmittere legibus loquentibus de ipſo actu, ad id quod ex actus natura dependet, *l. ſi duo, ff. de acquirend. hæred.* exornat latè Surd. *conſ.* 198. *ex n.* 10. *cum multis ſeqq.* Natta *conſ.* 49. *n.* 22. Riccius *conſ.* 53. *n.* 11. Surd. *conſ.*
34 247. *n.* 24. Caſtillo *cantrov. tom.* 5. *c.* 86. *n.* 28. & 29. Igitur creditor, cui per judicis decretum fit ſolutio conditionaliter, & qualificatè, ex quo eam recipit, videtur conditionibus reſolutivis, & abdicativis ſe ſubjicere, & conſentire. Et præterea creditor, qui virtute decreti qualificati, & conditionalis creditum ſuum exegit, etiamſi non caverit, nec obligaverit, nec fidejuſſorem præſtiterit de reſtituenda pecunia exactè: ex ipſo actu exigendi ex decreto judicis præſervante jus creditoribus anterioribus, tenetur poſtmodum comparentibus reſtituere ex ejuſdem decreti virtute.

35 Nunc tractandum ad quid, & quando teneatur fidejuſſor vigore decreti ſolurionis datus à creditore exigente, ſi conveniatur à quolibet creditore poſtmodum comparente anteriori; ut ſibi reſtituat quantitatem exactam per creditorem, pro quo fidejuſſit in diverſo judicio. In quo dicendum erit, quòd ſi decretum judicis fuit limitatum ad beneficium, & præſervationem juris aliquorum creditorum exiſtentium in aliquo judicio: atque etiam fidejuſſio ad decretum prædictum ſit reſtricta, prout in dubio intelligitur, quia non tenetur ultra principalem: tunc iſte fidejuſſor nullo modo tenetur, ſi conveniatur ab alio creditore etiam anteriori, non comprehenſo in reſervatione juris limitata per decretum. text. *in l. in conventionalibus ſtipulationibus contractus formam contrahentes dant. Enim verò prætoriæ ſtipulationes legem accipiunt ex mente prætoris. Deniquein prætoriis ſtipulationibus nihil immutare licet, nec addere, nec detrahere* 52. *ff. de verb. oblig. & in l. non à judice* §. *ſi quis alio, ff. de judiciis*, tenet Franchis *dec.* 601. Maſtrillus *dec.* 126. *part.* 2. quos ſic explicat & intelligit 36
Noguerol. *alleg.* 7. *n.* 5. & 14. ubi ex eodem Maſtrillo dicit, quòd ſi ſequeſtrum factum fuit de pecuniis debidito, ſenatus ſetoris ad inſtantiam quatuor creditorum & Senatus ſequeſtrum removit ſub fidejuſſoribus datis à debitore ipſo. Et poſteà alter creditor diverſus à primis compa-
ruit, & petit quòd ei ſolveret fidejuſſor; declaratum fuiſſe Senatum, teſtatur Maſtrillus *dec.* 226. fidejuſſorem non teneri, cùm non interveniſſet, niſi dumtaxat reſpectu & contemplatione illorum quatuor creditorum.

Comprobatur, quia fidejuſſio ampliari non poteſt 37
ultra decretum, quo dari fidejuſſio jubetur, quod ſi inſuper falſo fiat, adhuc tamen in eo, quod excedit, non valet, nec fidejuſſor ultra decreti tenorem remanet obligatus, *leg. ſed & ſi quis* 3. §. *item quæritur, ff. ſi quis cautionibus*, & eſt expreſſa *lex* 7. *tit.* 20. *lib.* 2. *recopilationis*, quæ diſponit, quod fidejuſſiones non amplientur, nec extendantur ad plus, quàm in decretis judicis continetur. Sequitur Noguerol. *allegat.* 15. *n.* 13. *& ſuperius*, & eſt text. *dicta lege in conventionalibus* 52.

At verò quando in decreto judex præſervavit genera- 38
liter, & abſolutè jus creditorum, (prout in dubio intelligitur talem animum habuiſſe, ſolvere nempe abſque præjudicio cujuſlibet, ſicuti expreſsè poſt alios DD. firmat Oliverius Beltraminius *in annotation. ad Alex. Ludoviſ. dec.* 332. *ſub nu.* 6. Et eo ipſo, quòd ſe judex 39
non reſtrinxit ad certos creditores tantum, tunc quomodocumque conſtet de antelatione cujuſlibet creditoris noviter comparentis omnino jus præſervatum intelligitur, & tenetur fidejuſſor, ut in terminis probat Rotæ *dec.* 134. quam adducit Pacificus *poſt tract. de Salviano*, ubi allegatum fuit à fidejuſſoribus interveniſſe non abſolutè, ſed reſpectu certorum creditorum, & nihilominus fuerunt condemnati, ſequitur Noguerol. *allegat.* 7. *n.* 12. 13. & 14. ubi etiam de fidejuſſore in 40
ampliſſima forma obligato ſolvere judicatum à quocumque tribunali, quamvis varietur inſtantia. Ex Franchis *deciſ.* 320. Theſaur. *deciſ.* 202. *num.* 4. & 5. *num.* 11. *verſic. primus igitur eſt caſus*, qui ſic intelligunt jura de hoc loquentia.

Ex his infertur, quod creditor, qui ſic recepit cre- 41
ditum, vel ſe obligavit reſtituere prioribus creditoribus poterit ab iſtis via executiva cogi ad reſtitutionem. Cum hæc obligatio in eorum favorem emanaverit, & ex ea jus, & intereſſe habeant, probarunt Seraphinus *dec.* 1233. *à n.* 2. *& dec.* 1396. Zechias *ad Galeſ. de oblig. Camerali qu.* 37. *à n.* 51. Gratianus *diſcept. forenſ. tom.* 1. *cap.* 34. *ex n.* 44. *cum ſeqq.* videndus *à n.* 34. qui plures allegat & *in c.* 115. *ex n.* 27. vide quæ copiosè ſcripſimus circa declarationem, *l.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. *recopil. in hac* 2. *part. cap.* 26. *per totum.*

Ad ultimam partem jam noſtri capitis accedamus, 42
an creditor diverſi fori, atque etiamſi clericus ſit, cui in concurſu creditorum facta fuit ſolutio, ſi ab alio creditore, jus potius pendente conveniatur actione revocatoria ad reſtitutionem pecuniæ receptæ: teneatur coram judice concurſus reſpondere etiam (ut diximus) ſi aliàs diverſi, aut etiam privilegiati fori ſit, ita ut declinatoria uti nequeat.

In quo per caſus diſtinctos procedendum, primus ſit, 43
quando creditori fuit facta ſolutio ſimpliciter, & abſque aliqua clauſula præſervativa, & tunc juridicè diſtinguendum erit; quòd ſi lis creditorum ſit jam extincta, tunc indubiè creditor ipſe actione revocatoria conveniri debet coram ſuo judice ordinario, aliàs competenti, ita ut omnino ſit ejus declinatoria admittenda, text. eſt expreſſus *in l. à Divo Pio*, §. *ſi poſt addictam, ff. de re judicata*, quam latiſſimè ſic in terminis interpretati ſuimus *in comment. de retentione Bullarum*, 2. *part. c.* 18. *ex n.* 1. *cum multis ſeqq.*

Et in terminis, quòd clericus creditor, cui in judicio 44
con-

concursus formato per debitorem communem, fuit facta solutio, aut rei concursus adjudicatio per judicem sæcularem, ut post ipsum judicium, & litem concursus extinctam, & finitam, sit conveniendus coram judice suo Ecclesiastico ordinario, si ab aliis anterioribus creditoribus super solutione, aut adjudicatione moveatur controversia aliqua, in terminis probarunt Franciscus Vivius *dec.* 527. *num.* 7. *lib.* 4. Guzman *de eviction. q.* 7. *à n.* 62. *cum seqq.* & nos abundè *in d. cap.* 18. *nu.* 6. *& seqq.* ubi de fundamentali ratione, ex magistrali doctrina Pauli de Castro *in dicto* §. *si post addictum.*

45 Eandem etiam opinionem probant Rovitus *decis. Neapol.* 44. quæ loquitur in istis terminis, quando solutio & adjudicatio simpliciter, & absque aliqua clausula facta fuit clerico in concursus judicio, quod in totum fuit extinctum, & lis finita, seu sopita, & nihil jam pendens coram judice sæculari, ut nova lis mota super solutione, & adjudicatione hac mota clerico debeat proponi coram suo judice Ecclesiastico, & ejus forum sequi creditor potentius jus prætendens prout etiam in hoc eodem casu loquitur Vivius *d. decis.* 526. *part.* 4.
46 ubi Monasterio Monialium facta solutio fuerat absolutè, & absque ulla reservatione, aut clausula præservativa. Et sic intelligunt & declarant Carleval. *in tr. de judic. disp.* 2. *qu.* 7. *sect.* 3. *n.* 961. *pag.* 402. & per doctrinam *in cap.* 18. novissimè Noguerol *alleg.* 19. *n.* 136. & idem ex Vivio *dec.* 527. *n.* & 7. & Caputaq. *dec.* 172. *num.* 4. Socin. *reg.* 10. *num.* 1. & 2. & Guzman. *loco citato*, tenet Hermosilla *in leg.* 52. *gloss.* 7. *num. fin. tit.* 5. *part.* 5. *tom.* 2. *fol.* 236. *à tergo.*

47 Secundus casus erit quando solutio simpliciter facta in judicio concursus avocatur per alterum creditorem, jus potentius habentem; & tunc si judicium concursus adhuc pendeat, nec dum sit extinctum, procul dubio coram judice concursus sæculari creditor iste, etiam clericus, respondere tenetur; quam conclusionem probarunt indubiè, & omnes præcitati DD. qui dum admittendam esse declinatoriam, & remissionem ad judicem ordinarium, resolvunt, loquuntur eo dumtaxat casu, quando lis graduationis, & judicium concursus sit jam extinctum, qui ob id verè sentiunt contrarium fore resolvendum, quando adhuc perdurat, nec non omnes rationes, & fundamenta per eos considerata, ob extinctionem judicii graduationis cessant, eo adhuc pendente.

48 Et quia cùm hæc controversia derivetur, & sit orta ex illo judicio concursus individuo inter creditores, ab eo causetur, ad illud adhuc pendens, & vivens redire tenetur, ratione individuitatis, quam nullus creditor, etiam clericus, effugere potest, ad latè tradita supr. 1.
49 *p. cap.* 3. 4. & 6. Cum ad ventilanda & discutienda jura creditorum omnium inter se ipsos hoc judicium graduationis destinatum, & hæc controversia ab illo sit dependens & cohærens; ideo judex concursus pendentis competens est omnium causarum alibi motarum, quas omnes, uti membra inseparabilia ad se trahit, tanquam ad caput, prout *in d. tribus capitibus*, *& c.* 5. copiosè, & subtiliter fuit consideratum, atque viriliter roboratum. Maximè cùm per revocatoriam intentatam contra unum superioris gradus, gradatim debeant cæteri descendere, & inter omnes controverti revocatoria, ad tradita infrà 3. *part. c.* 14. *per totum.*

50 Quando autem ad hos, & alios juris effectus judicium concursus dicatur extinctum, vel adhuc durare, & pendere etiam post sententiam graduationis, abundè investigandum erit, & disceptandum inferius *in cap. fin.* 3. *part.*

51 Tertius casus erit, quando creditor in judicio concursus solutionem ex judicis decreto recepit non simpliciter, & absolutè, prout in duobus casibus præcedentibus; sed conditionaliter, & sub clausula aliqua ex præservativis, de quibus à principio hujus capitis, puta sub cautione, fidejussione, aut obligatione de restituendo, aut sine præjudicio tertii potius jus habentis, aut sub depósito; & sic quando solutio non liberè facta fuit creditori, hoc casu procul dubio dicendum erit, quod creditor reus iste, etiam clericus conventus per creditores anteriores, noviter comparentes debeat respondere coram ipso judice concursus, etiamsi judicium hoc graduationis aliàs videatur extinctum, eo quod revera prædicta clausula stante finitum dici non potest, sed adhuc pendens, & per novi creditoris comparitionem continuatum, ut inferius latè probatur.

Cùm hac via creditor ipse etiam clericus jurisdictioni 52
sæculari se submiserit, juxta resolutionem Peregrini *in tr. de fideicommiss. art.* 48. *ex n.* 62. ubi latè disputat, & resolvit, quod quando clericus accepit possessionem à judice sæculari cum clausula sine præjudicio alterius tertii, remansit subjectus adstrictus respondere cujuslibet tertii oppositioni, & contradictioni coram eodem judice sæculari, à quo compellendus erit restituere possessionem adjudicatam. Sequuntur Grassis *in tr. de effectibus clèric. effectu* 1. *n.* 947. *pag.* 154. Argellus *de acquir. possess. qu.* 13. *n* 87. & 88. Marta *de successio. legat.* 4. *part. qu.* 16. *art.* 1. *n.* 41. & 42. *pag* 307. Paz *de tenuta c.* 64. *ex n.* 13. Novarius *in praxi election. & variation. fori in* 2. *edition. sect.* 3. *qu.* 56. *pag.* 313. Post. *de manutentione observ.* 50. *ex n.* 3. *usque ad n.* 9. Nos abundè *in comment. de regia protect.* 4. *part cap.* 14. *ex n.* 125. *& superius*, & nos referens sequuntur Noguerol. *alleg.* 19. *n* 134. & la Rea *in decisione Granatens. dec.* 6. *ex n.* 9. *cum seq.* quibus adde Carleval. *de judic. tom.* 1. *tit.* 1. *disput.* 2. *qu.* 7. *sect.* 3. *ex n* 550. loquentem in nostris terminis clerici creditoris soluti sub clausula præservativa.

Quod & ex identitate rationis procedere in concursu 53
creditorum, quo clericus, ut talis comparuit pro suo credito consequendo; nam si ei à judice sæculari concursus res aliqua in solutum fuerit assignata, sub cautione, aut clausula præservativa juris aliorum creditorum, melius jus habentium, ad horum instantiam teneri coram eodem judice sæculari comparere, respondere, & judicium prosequi tenuit Carleval *de judiciis*, *disp.* 2. *d. q.* 7. *sect.* 3. *n.* 950 & 951. ex prædicta solutione 54
Peregrini per argumentum de re ad quantitatem ut clericus possit coram judice sæculari conveniri pro restitutione rei, seu pecuniæ in solutum illi datæ, quem in iis terminis referens seguitur Noguerol. *d. allegat.* 19. *num.* 135. reddens rationem ex nostra doctrina *in dicta* 4. *parte*, *cap.* 14. *num.* 108. quia tertium audire super sua prælatione non sit nova lis, sed antiquæ continuatio, & prosequutio ratione juris reservati; & ita hunc articulum intelligit, & declarat Carleval. *d. q.* 7. 55
sect. 3. *num.* 961. quoniam per hoc judicis decretum conditionale, seu præservativum, res non definit esse integra; sed fingitur eundem litis statum perdurare, Carleval *ubi proximè*, *n.* 950.

Nam quemadmodum per actum nullum præcedentem res non definit esse integra, sicuti abundè probavimus ex variis doctrinis, & DD. *in comment. de supplicat. ad Sanctiss.* 1. *part. cap.* 10. *ex n.* 113. *cum multis seqq. & 2. part. cap.* 11. *ex n.* 58. *cum seqq.* pariter quando actus resolvitur, extinguitur, seu annihilatur, per quem res non definit esse integra, ut iisdem locis diximus; nam actus resolutus reddit rem ad suum priorem statum, ac si gestus non fuisset, ut *in dicto cap.* 10. *num.* 102. *& seq. & dicto cap.* 12. *n.* 71. abundè Giurba *dec.* 24. *num.* 9. 10. & 12. & mirabiliter conducit quod ex pluribus DD. adducit *n.* 12. ac propterea decretum conditionale per comparitionem novi creditoris, jus anterius prætendentis, statim resolvitur, & extinguitur, lisque creditorum redit ad suum priorem statum ante decretum prolatum, & ad eandem instantiam, quæ à comparente & revocatoriam proponente continuatur, ut antea, quia idem judicium permanet, & pendet, licet interim quod alius creditor non comparet, suspensum fuerit, ut statim *ex n.* 57. *& seq. usque ad finem hujus cap.* apparebit.

Pro

56 Pro qua ita in facti contingentia resolvisse Consilium supremum testatur ipse Noguerol. *dicta allegat.* 19. *n.* 137. ubi refert, revocatum fuisse contrarium decretum judicis inferioris, & per ipsum Senatum decisum processum hunc super revocatoria solutionis factæ clerico in concursu noviter coram alio judice mota per creditorum accumulandum esse judicio graduationis, & concursus priori.

57 Et comprobatur, quoniam cum judicis solutio facta creditori libera non fuerit, sed conditionalis & affecta variationi, & novæ comparitioni cujuslibet creditoris anterius jus habentis; & sine ejus præjudicio, quamdiu creditor potioris juris non apparuerit, quo demum comparente, ob defectum conditionis solvitur, ut probant *ex l.* 17. *Tauri*, *ex l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 5. *recopilat.* & ex doctrina Speculator *tit. qui filii sint legit. vers. sed nunquid.* & Innocent. *in c. verum*, *de foro compet.* & ibi Archidiac. & Didacus de Castillo *in d. l.* 17. *Tauri*, *n.* 70. & 71. Joan Matienz. *in d. l.* 1. *tit.* 6. *gloss.* 10. *n.* 3. & *leg.* 4. *tit.* 7. *gloss.* 8. *num.* 1. Castillo *controversiar. tom.* 4. *cap.* 16.
58 *num.* 26. dum firmant, quòd donatio facta filio per patrem, aliàs irrevocabiliter, sit revocabilis si pater reservaverit sibi facultatem revocandi: reddunt rationem, quoniam reservatio hujusmodi loco conditionis est, & principalis donatio non sit libera, & absoluta; sed conditionalis si pater reservata sibi facultate utatur, deficiente conditione & facultate non
59 utendo, donatio remanet perfecta quoad totum. Cancerius *lib.* 1. *c.* 8. *num.* 179. Fontanella *de pactis nupt. tomo* 1. *clausul.* 4. *gloss.* 26. *nu.* 1. & *per totam.* Fusarius *de substitut. quæst.* 45. *n.* 38. Menochius *cons.* 1186. *n.* 19. *lib.* 12. Costa Siculus *cons.* 12. *n.* 70. 71. & 72. & ex aliis, Noguerol. *allegat.* 19. *num.* 116.

60 Et in terminis, quod solutio facta ex decreto judicis sub clausula reservativa juris tertii, sit conditionalis, non sub conditione suspensiva, sed resolutiva, ut duret quandiu de alterius jure non apparet, eo tamen apparente, resolvatur, ac si à principio facta non fuisset, tenent expressè Peregrinus *de fideicomiss. art.* 47. *sub num.* 29. *vers. intellige* Hondedeus *consil.* 86. *nu.* 44. *lib.* 2. Seraphin. *decis.* 877. *num.* 2. & 3. Rota *in decisione* 513. *sub num* 3. *part.* 1. *in recent.* optimè prosequitur Oliverius Beltramin. *in annotat. ad Alexand. Ludovis. decis.* 332. *sub num.* 6. Ergo iste creditor etiam clericus, semper tenetur respondere coram eodem judice, eidem conditionaliter solvente, si moveatur lis super eadem solutione per creditorem quemlibet anteriorem, jus præservatum dicitur.

Et quòd semper quòd constet de præjudicio, & jure
61 alterius, resolvatur decretum quod facta fuit solutio, cum hac clausula, sine præjudicio alterius, aut sub cautione de restituendo, & quòd decretum tantum duret dumtaxat, quandiu non apparet alter jus potius habens, probant Pontanus *de spol. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 136. & *lib.* 3. *c.* 2. *n.* 53. Boccacius *de interdicto uti possit c.* 2. *n.* 62. Hondedeus *cons.* 86. *num.* 52. *lib.* 2. Gratianus *discept.* 313. *n.* 31. & *seqq.* Cyriacus *contr. lib.* 1. *cons.* 16. *ex n.* 7. & *ex n.* 12. & pluries tenuit Rota juxta decisionis adductas per Post. *de manutent. observat.* 50. *n.* 7. & *per totam observat.* videndus. Atque ideò per comparitionem novi creditoris lis continuatur, cùm hæc ex defectu conditionis reducatur ad priorem statum, quo erat ante decretum præservativum.

Etenim jus hoc reservatum cum illæsum sit, & integrum permaneat ex Bart. Doctrina *in lege. penult. C. depositi.* Oldradus *cons* 237. *in fin.* Riccius *cons.* 74. *n.* 17. Craveta *cons.* 974. *n.* 17. *cum seqq.* cùm jus reservatum non
63 sit comprehensum in condemnatione Surd. *cons.* 152. *n.* 30. & *dec.* 163. *n.* 16. & nos latè post alios *in comm. de Protect. Regia*, 4. *part c.* 7. *ex num.* 103. & *seqq.* Castillo *contr. tom.* 4. *c.* 16. *ex n.* 27. quia reservationis natura est, nec tribuere jus, nec auferre Bald. *in authent.* *interdicimus Cod. de sacrof. Eccles.* Franchis *dec.* 437. 64 *in fin.* Cravera *cons.* 144. *n.* 15. Cephalus *cons.* 44. *n.* 99. *vol.* 3. Capicius Galleotus *controv.* 6. *nu.* 37. & 38. & *in contr.* 30. *n.* 78. & *contr.* 46. *n.* 32. *part.* 2. Peregr. *cons.* 36. *n.* 9. & *in cons.* 45. *n.* 10. *vol.* 6. Noguerol. *allegat.* 25. *n.* 142. qui *nu.* 143. ex Cornazan. *decis.* 106. dicit, 65 quod reservatio nihil operatur contra decisum in sententia, quia aliàs nihil decideret, si permitteretur nova 66 controversia super decisio, quod & repetit *allegat.* 2. *n.* 20. quam Cornazii doctrinam optime explicat ipse Noguerol. *allegat.* 7. *n.* 26. adde Oldrad. *cons.* 230. Seraphin. dec. 756. *n.* 2. & *dec.* 1445. *n.* 4. Rota *dec.* 136. *n.* 3. *part.* 1. *diversor.* cum aliis per Hondedeum *cons.* 86. *num.* 46. & per Martam *clausul. part.* 1. *clausul.* 157. *n.* 3. qui ad id alias Rotæ decisiones allegat. Beltram. *in annotat. ad Alex. Ludovis. dec.* 332. *nu.* 7. & præ cæteris explicat Garz. *de nobilit. gl.* 42. *per tot.*

Igitur cùm adhuc adsit jus creditorum ex reserva- 67 tione, lis graduationis aliàs extincta, horum respectu perdurare dicetur, cum quoad omnes extinguatur creditores, per omnium dimissionem, solutionem, & satis actionem, judicium concursus adhuc pendere, aliquo ex eis non soluto, amplius probabimus infrà 3. *part. cap. fin.* etiamsi bona concursus sint consumpta, 68 prout ibidem abundè comprobatum reperies: ergo quælibet controversia contra posteriorem creditorem per anteriores mota coram eodem judice concursus à qua emanavit, proponenda & decidenda erit.

Quoniam juris decretum cum dicta clausula præ- 69 servativa juris, & præjudicii alterius, adeo rem integram præservat, & constituit, ut censeatur ac si nihil esset per judicem gestum, probat Peregrin. *de fideicomm. artic.* 48. *sub num.* 36. Beltram. *in annotat.* ad Alex. Ludovis. *dec.* 332. *sub n.* 9. & quod per hanc 70 clausulam (salvo jure) res maneat eodem statu, dixit, licet neminem alleget D. Larea *in decis.* 6. *num.* 14. & 71 15. quod per comparitionem tertii jus habentis, eadem sit instantia continuata. Quod verum est, quia hujus tertii respectu nec judicium extinctum intelligitur, nec decretum prolatum, in quo jus suum præservatur expressè, & sic semper quod compareat, re integra, & instantia pendente comparere censetur, & eam continuare tenetur. Optimè conducit doctrina Garziæ 4. *discept.* 732. *n.* 12. post alios probat etiam expressè Carleval. *de judic. tom.* 141. *disp.* 2. *q.* 7. *sect.* 3. *ex num.* 950. & *n.* 952.

Hanc etiam resolutionem probat expressè Angelus 72 *in l. fin. col. penult. C. de edicto D. Adr. tol.* ubi dicit, quod per clausulam *salvo jure tertii*, super immissione possessionis appositam, pars quæ comparens perit ejus revocationem, dicitur id petere in eadem instantia, atque eandem continuare, non verò novam incipere. Idem expressè tenet Peregrinus *in tract. de fideicom. art.* 48. *ex n.* 63. August. Barbos. *de clausul. clausul.* 139. *n.* 11. allegans ad id Martham *de jurisdict.* 4. *part. cent.* 2. *caus.* 9. *n.* 5. (sed mendosè, quia *vol.* 73 159. *n.* 5.) qui tamen Martha perperam ab opinione discedit falso (ut assolet) utens sophistico fundamento, inquit enim illam clausulam, *salvo jure tertii*, nihil operari, quia intelligitur à jure, quia expressio ejus quod tacitè inest, nihil operatur.

Quoniam cùm hanc clausulam, & similes exprimat 74 Judex in sua sententia, ad alium & diversum finem (hoc est) ad declarandam, & ostendendam suam voluntatem; non velle dare possessionem alio legitimo oppositore noviter comparente, non audito, reddit suam sententiam, aut decretum conditionale, & sub conditione apposita resolvendum: ut ex indubitabili Doctorum communi resolutione (à nemine hactenus, quàm ab ipso Martha impugnata) manifestè apparet, atque 75 ita sequuta resolutione per comparitionem res redditur integra, & instantia continuata, hanc siquidem intentionem manifestavit Judex per illam clausulam præservativam, & resolutivam, se velle gravamen, & præjudicium, quod generari potest alteri tertio non citato,

melius jus habenti, reponere, apertam ad id relinquendo instantiam, ad tertium comparentem audiendum per continuationem litis, atque ideo hæc clausula alio modo, fine, & intentione exprimitur, quàm inest à jure plus operatur, ex his quæ Barbos. *axiomate* 89. *in*
76 *fin.* maximè quando præfata clausula vallatur & vestitur cautione de restituendo, quia tunc indubiè decretum judicis conditionale redditur, & sub conditione resolvitur, prout juridicè omnes Doctores hactenus enumerati expresè profitentur.

77 Ex his facilè convinces Martham ipsum, dum *d. cap.* 159. *ex n.* 14. argumentatur, quod semel clerico immisso in possessionem rei, tertius comparens debet sequi ejus forum, eo quod illud primum judicium, & instantia sit finita per judicis sententiam, sive diffinitivam, sive interloquutoriam vocare eam velimus. Quo-
78 niam hoc argumentum tunc procederet, quando immissio pura foret, & absoluta: non tamen quando conceditur sub conditione resolutiva. Quoniam accedente conditione decretum, & immissio, seu solutio resolvuntur, & res redit ad sua principia attractiva æque ac si decretum, & immissio, aut solutio factæ non fuissent, ad latissimè tradita suprà, & per Giurbam *decis.* 24. *ex num.* 9. *cum seq. & dec.* 55. *num.* 19. *& seq.* Atque ideo, stante resolutione, res non definit esse integra, rediens ad priorem statum continuandum, ac si decretum, solutio, seu immissio non fieret, prout ex aliis mirificè comprobavimus.

79 Probatur tandem hæc pars, & vera resolutio ex natura juris reservati in sententia, & re judicata, ut jus ipsum reservatum tribuat jurisdictionem judici reservanti, & coram eo lis nova super jure reservato mota proponi legitimè potest, non obstante declinatoria rei conventi, petentis novam hanc instantiam ad suum forum, & judicem ordinarium domicilii remittendam. Cum prior ratione conventionis fiat competens, ut contra Martham contrarium tenentem resolvimus *in comment. de Regia 2. p. c.* 18. *n.* 60. *ex* Peregr. qui eam veram probant, *in tr. de fideicommissar.* 48. *num.* 66. quam etiam tenent, & veram
80 profitentur Cæsar Bartius *dec.* 53. Castillo *controv. tom.* 4. *c.* 10. *n.* 27. & eam amplectitur, & sequuta fuit praxis quotidiana omnium supremorum Tribunalium, idcirco revera concludendum erit, & firmiter tenendum, creditorem quemlibet, cui in concursus lite facta fuit solutio ex debitoris communis bonis, sed aliqua clausula præservativa creditorum, potiora jura habentium teneri respondere coram eodem judice, & judicio concursus postmodum creditoribus ipsis comparentibus, & avocationem, & pecuniæ solutæ restitutionem postulantibus. Nam cùm mediante clausula præservativa judicium concursus, & instantia perseveret, creditores omnes ad illud recurrere debent ratione individuitatis, ut inter eos de prælatione disceptetur. Atque pervenisse judicium illud, & instantiam prosequi, & continuare tenentur. Quippe nulla arte ista nova petitio, & comparitio novi creditoris contra creditorem sub clausula solutum inducere potest novæ litis judicium, sed antiquæ continuationem & prosequutionem.

CAPUT VII.

Possessor majoratus, qui censum super eo impositum propria pecunia redemit, an uti creditor ad concursum citatus, vel sponte comparens sit excludendus, & an tertius ex cujus pecunia ad redimendum possessori munuavit, prioris creditoris locum subintret. Et nunquid in utroque casu nova regis facultas requiratur vel prior sufficiat.

SUMMARIUM.

1 *Tertius creditor mutuans possessori majoratis ad redemptionem sensus super eo legitimè constituti, subintrat priorum creditorum locum, sub eisdem hypothecis.*
2 *Possessor majoratus propria pecunia redimens censum ab antiquo impositum super eo, an sibi acquirat jus, & annuos redditus super eodem majoratu.*
3 *Possessor majoratus propria pecunia potest redimendo censum super eo impositum, novum alium constituere absque nova facultate.*
4 *Sed an hæc nova census creatio possit fieri in favorem ipsius possessoris, sicut potest constituere in favorem tertii absque nova facultate, non aperiunt Doctores.*
L. patrem filium, D. de legatis 3. l. si pupillorum, §. fin. D. de rebus eorum, ponderantur. ibid.
5 *Censu impositio super bonis majoratus, civitatis, minoris, vel Ecclesiæ potest novus alius constitui super illis absque novâ solemnitate, aut facultate.*
9 *Cencius contrarium tenens reprehenditur.*
7 *Census nova constitutio pro antiquioris redemptione dicitur de uno in alium transfusio super eisdem redditibus.*
8 *Possessor majoratus an censum super eo impositum redimens propria pecunia possit locum dimissi creditoris subintrare, & sibi suisque hæredibus quærere.*
9 *Hypotheca super suis bonis creditoris cadere non potest.*
10 *Possessor majoratus non potest sui ipsius creditor, & debitor esse.*
11 *& seqq. Possessorem majoratus propria pecunia, vel industria redimentem censum super eo positum cum cessione dimissi creditoris locum ejus subintrare, & sibi censum suisque hæredibus acquirere, verius esse ostenditur.*
Molinæ doctrina ad id adducitur. ibid.
Possessor rem acquirens, nisi ea intentione ut majoratui acquiratur, sibi, & hæredibus suis quærit.
13 & 14. *Idem servatur in redemptione census impositi super majoratu, facta per possessorem, ex doctrina Molinæ.*
15 *Idem observatur in redemptione ususfructus, ut attendatur intentio possessoris majoratus redimentis.*
16 *Bona per possessorem majoratus quæsita non veniunt in restitutione ipsius, sed suis hæredibus reservata sunt.*
17 *Nisi aliud à possessore majoratus acquirente expressis verbis dictum fuerit.*
18 *Possessor majoratus potest redimendo censum alium denuo sub eisdem hypothecis tertio vel sibi creare. Refertur Avendannus ad idem, ibid.*
19 *& seqq. Locus Ludovici Cassanate, valde singularis in proposito refertur, ubi plura scitu dignissima cumulantur.*
25 *Possessor majoratus redimens censum, quantitas hæc non erit vincularia, nec ex bonis majoratus.*
26 *Possessor majoratus, quoad bona ipsius potest repræsentare duplicem, & diversam personam, suam propriam, & ipsius majoratus postessorem repræsentativam.*
27 *Quæ duo jura inter se non confunduntur, sed unumquodque de per se, & independenter ab alio operatur.*
28 *Feudum est persona ficta, quam feudatarius repræsentat, & in tangentibus feudum, magis attenditur persona intellectualis, quàm propria.*
29 *Feudi possessor repræsentat feudum, quod loqui nescit.*
30 *Majoratus est persona ficta diversa à possidente eum.*
31 *Possessor agens pro jure, & nomine majoratus, non tenetur compensare quod ipse debet ex persona propria.*

32 *Majo-*

32 *Majoratus poſſeſſor agendo nomine majoratus non attenditur; ſed ficta perſona majoratus, quam ipſe repræſentat.*

33 *Quidquid agit perſona repræſentans, videtur fieri à perſona repræſentata.*

34 *Poſſeſſor majoratus propria perſona redimens cenſum ſuper eo impoſitum, repræſentat perſonam creditoris dimiſſi, cujus locum ſubintrat.*

Quia non ut poſſeſſor ſed tanquam ipſe contrahit, ad quod plurima jura ponderantur, ibid.

35 *Creditore hærede debitoris facto, confunditur actio perſonalis, & hypothecaria.*

36 *Actio non confunditur per hereditatis aditionem, quando ex confeſſione induceretur damnum ipſi hæredi creditori, aut etiam tertio.*

37 *Hypothecaria actio non confunditur per actionem hæreditatis creditoris, quando alii ſunt creditores in hypotheca jus prætendentes.*

38 *Dominii acquiſitio ne noceat creditori, conſervatur jus anterioris hypothecæ, ut dominus ſe defendat ab aliis creditoribus poſterioribus.*

39 *Dominium ſucceſſoris majoratus non eſt perpetuum, ſed durat ſua vita durante.*

40 *Confuſio actionum ob dominii acquiſitionem, dominio extincto, reſoluto, reſtituuntur, & reviviſcunt.*

41 *Creditor hæres debitoris gravatus reſtituere hæreditatem, ſuum creditum retinet, & deducit.*

42 *Etiamſi non conficiat inventarium.*

43 *Bona prohibita alienari, alienantur, pro ſolvendis debitis ipſius teſtatoris.*

44 *Etiamſi creditor ſit ipſe hæres gravatus.*

45 *Dominium utile reverſum ad dominum ipſo jure conſolidatur cum directo, & reſolvitur.*

46 *Ab emphyteuta majoratus ſi poſſeſſor emat utile dominium, vel aliter acquirat, non conſolidatur cum ipſo majoratu, ſed ſibi, & ſuis acquirit hæredibus, durante jure emphyteutico.*

47 *Uſufructuarius rerum majoratus ſit poſſeſſori ipſius vendat, donet, aut renuntiet uſumfructum, ſibi acquirit poſſeſſor vita vendentis durante, & non conſolidatur cum majoratu.*

48 *Poſſeſſor majoratus propria pecunia redimens cenſum ſuper eo impoſitum, ſibi & ſuis acquirit hæredibus cenſum, exigendum ex bonis majoratus.*

49 *Poſſeſſor majoratus ut ſibi quærat jus cenſus propria pecunia redempti, & locum creditoris dimiſſi ſubintret; requiritur, ut à primo creditore ſibi ceduntur actiones, ante, vel in ipſa ſolutione, non aliàs.*

50 & 51. *Nam abſque hac ceſſione facta redemptio nihil acquirit poſſeſſori majoratus, cum apud creditorem dimiſſum nulla actio primæva remaneat, quæ cedi poſſit.*

52 *Subingreſſionis materia ampliſſimè tractatur, remiſſivè.*

53 *Tertio pro alio ſolvente quibus caſibus ceſſio ſit neceſſaria, vel non, remiſſivè.*

54 *Majoratus ut ſibi acquirat libertatem cenſus à poſſeſſore redempti, non ſolum requiritur expreſſa redimentis voluntas, ut in aliis modis acquirendi, verum, & ut poſſeſſori fiat ceſſio à creditore dimiſſo, non aliter.*

55 *Poſſeſſor majoratus redimendo cenſum propria pecunia deficiente ceſſione, & ſubingreſſione nullum jus habet ad bona majoratus, quæ per hoc libertatem acquiſierunt.*

56 & 57. *Poteſt tamen ſortem principalem exigere ex bonis liberis anteceſſoris ſui, qui ex Regia facultate cenſum impoſuit.*

58 *Poſſeſſor majoratus qui ex facultate Regiæ cenſum creavit ſuper bonis majoratus, ejuſque hæredes tenentur ad redemptionem ipſius.*

59 *Carreus ſolvens abſque ceſſione conſequitur ſolutum, dempta ſua rata à cæteris correis actione negotiorum geſtorum.*

60 *Poſſeſſor majoratus redimens cenſum ſuper eo impoſitum, in dubio cenſetur ex propria pecunia, & non ipſius majoratus ſolviſſe.*

61 *Ex quibus conjecturis inducatur potius ex pecunia majoratus, quàm ex propria poſſeſſorem ſolviſſe, remiſſivè.*

62 *Poſſeſſor majoratus propria pecunia redimens cenſum, & ſubintrans locum dimiſſi creditoris, eſt tanquam creditor ad concurſum formatum ſuper eodem majoratu.*

63 & 64. *Et in quibus caſibus hoc procedat declaratur.*

DISPUTATIONE omiſſa, quantum attinet ad tertium mutuantem illa veriſſima, & praxi recepta eſt concluſio, quòd ſi tertius mutuaverit pecuniam poſſeſſori majoratus, (ſuper cujus bonis vel à fundatore, vel per diſcurſum ſucceſſionis per aliquem ſucceſſorem Regia facultate præmiſſa, cenſus impoſitus fuerit) ad effectum illum, redimendi, & effectivè eadem pecunia redemerit. Tertium illum creditorem ſubintrare, & ſuccedere in jus illius prioris cenſus creditoris, & ſub eiſdem majoratus bonis hypothecatis, cum declarationibus pacti, aut ceſſionis poſtmodum inſerendis. Hanc concluſionem probant, & formant quamplurimi Doctores ſtatim laudandi. 1

Sed quantum attinet ad ipſum poſſeſſorem majoratus redimentem propria pecunia cenſum impoſitum ſuper bonis ipſius ex facultate Regia, an ipſe ſubintret in locum dimiſſi creditoris, ita ut de cætero ſibi ſit quæſitum jus redditus ſuper eiſdem majoratus bonis, & ſub eiſdem hypothecis, Doctores plurimi de hoc tractantes ſub aliqua confuſione, & minus clarè loquuntur. Dicunt enim majoratus poſſeſſorem, qui propria pecunia redemit cenſum, ſeu annuum redditum Regia facultate impoſitum ſuper ipſius majoratus bonis, poſſe alium cenſum ſuper eiſdem, ei jam nova alia facultate non obtenta, imponere. Hanc aſſertionem probant Molina *de primogen. lib. 1. cap. 10. ex nu. 25. & ſeqq.* quem ſequitur Peregrin. *de fideicommiſſ. artic. 40. nu. 31. verſ. 8. quæro.* Martinus Freccia *de ſubfeudis lib. 2. quæſt. 32. per totam.* Renatus Coppinus *de feudis Andegav. lib. 2. tit. 4. num. 3.* Rodrig. *de annuis redditibus lib. 2. cap. 16. à nu. 51.* Avendannus *de cenſib. cap. 65. num. fin.* & ſuperiùs Intrigliolus *de ſubſtitut. centur. quæſt. 73. à nu. 48.* Fuſſarius *de ſubſtitut. quæſt. 541. nu. 21. & quæſt. 702. num. 4.* Additionat. ad Molinam *d. cap. 10. ſubſt. 25. & 26.* 2 3

Sed non aperiunt, nec diſertè loquuntur, an hæc impoſitio nova, extincto, & redempto priori cenſu, poſſit fieri in favorem ipſiuſmet poſſeſſoris majoratus, an ſolùm in favorem tertii volentis illum cenſum emere ſuper bonis majoratus: Etenim in favorem novi tertii creditoris apud omnes in confeſſo eſt, ut nec nova licentia Regia ad idem ſit neceſſaria per text. ſingularem *in leg. patrem filium; in princip. ff. de legat. 3.* ibi: *Prædia alienare, ſeu pignori ponere prohibuerat, &* ibi: *Filius prædia, quæ pater obligata reliquerat, dimiſſo hæreditario creditore, nummis novi creditoris à priori in ſequentem creditorem pignoris, hypothecæve nomine tranſtulit: quæſitum eſt, an pignus recte contractum,* text. eſt etiam *in leg. ſi pupillorum, §. fin. ff. de rebus eorum,* ibi: *Item videndum eſt, & an obligare eorem poſſit, & dicendum eſt, ſi eandem ſortem acceperit, nec gravioribus uſuris, obligationem valere, ut jus prioris creditoris etiam ad ſequentem tranſeat,* &c. 4

Ex quibus juribus Molina, & ſequaces deducunt, quòd etiamſi cenſus cum Regia facultate ſuper bonis majoratus, aut civitatis, aut aliis alienari prohibitis, vel ſuper bonis minoris cum decreto judicis, aut ſuper bonis Eccleſiæ cum ſolemnitate debita, conſtitutus, ſi poſtmodum abſque alia Regia facultate, decreto judicis, aut debita ſolemnitate poſſe bona ipſa, primo debito ſoluto, & primo creditore dimiſſo, 5

novis creditoribus pro eadem facultate obligari. Cùm in isto casu minimè imponatur ; nec creetur novus redditus super ipsis bonis aliàs alienari prohibitis, sed potius census antiquus in novum creditorem transferatur, quod fieri posse, affirmant omnes absque nova Regia facultate decreto, aut solemnitate, ex doctrina Bartol. *in d. L. filium*, dicentis, quod cum bona fideicommissi à principio pro hoc debito à defuncto procedente hypothecata essent, non est mirum, si pro eadem quantitate, soluta prima, possint de novo hypothecæ subjici, cum ex hoc nullum præjudicium fideicommissario irrogetur, nec hæc res aliquid novi faciat, atque hæc nova hypotheca ex causa antiqua necessaria procedat.

6 Ex quibus manifestè convincitur Cencius *in tract. de censib. quæst.* 15. dum *ex num.* 32. autumans censum impositum super bonis minoris ad redimendum alium anteriorem pro eadem quantitate in sorte, & usuris, non valere, motus quod bona minoris pro sola ejus utilitate alienari non possunt absque decreto, allegat ad idem Rotam *in decis.* 27. *in fin.* inter recollectas
7 per eundem, idem dicentem obiter tamen, & absque aliquo fundamento. Sed miserè labuntur immemores tot jurium expressorum permittentium transfusionem de uno ad alium creditorem pro eadem summa & quantitate, eisdemque usuris, non majoribus. In quo nulla datur nova alienatio, quod est fundamentum debile ipsius Cencii, sed ejusdem obligationis transfusio, in quo nihil offenditur constitutio, de prædiis minorum sine decreto non alienandis, cum possit minor rigorosum creditorem dimittere. Vide de hoc latissimè Rodriguez *de redditibus lib.* 1. *quæst.* 14. *ex num.* 22. *& seqq.* superius *ex nu.* 20. *cum multis seqq.* & Doctores suprà hic relati.

8 Sed quantum ad ipsum possessorem majoratus propria pecunia redimentem censum jam impositum, an possit locum dimissi creditoris subintrare & eadem majoratus bona sibi obligata habere, ut sibi & hæredibus suis census ipse acquiratur, & redditibus annuis in posterum persolvatur, certè res majorem difficultatem habet. Cùm majoratus possessor dominus sit bo-
9 norum majoratus, quæ domino ipsi hypothecata esse non possunt, *leg. nec pignor. ff. de reg. jur. leg. hujusmodi*, §. *cum res de legat.* 1. *leg. ut pomum, ff. de servitutib. rusticor.* Nec possessor majoratus potest
10 sui ipsius esse creditor, & debitor, *leg. Stichum.* §. *additio ff. de solut. leg. Uran. leg. fidejussor. obligari, ff. de fidejuss. leg. qui hominum*, §. *quidam filium ff. de solut.* nec actio, & passio cadit in eodem subjecto.

11 Sed nihilominus iis non obstantibus verius est possessorem majoratus, qui propria pecunia & industria censum impositum super majoratus bonis redemit, & cessionem à creditore dimisso habuit sibi, & hæredibus suis in perpetuum, donec redimatur, eisdem hypothecis perstitentibus annui redditus acquirit, quemadmodum & aliis obligare potuit creditoribus absque nova Regia facultate. Prout expressè colligitur ex Molina *d. lib.* 1. *cap.* 16. *sub nu.* 27. *versi. quod etiam.* Dum sic loquitur : Quod etiam subintelligendum erit, nisi ante solutionem, vel in ipsa, vel in continenti post factam solutionem actiones majoratus possessori cessæ sint ; tunc namque idem jus, quod prior creditor habebat, expressa cessione conse-
quitur, *leg. Modestinus, ff. de solution. leg. Papinianus*, ubi gloss. & communiter scribentes, *ff. mandati, leg.* 11. *tit.* 12. *p.* 5. qui intellectus novus, atque *ad leg. natis filium* satis convenientes mihi videtur, sic etiam, cum de hac quæstione lis orta fuisset respondi. Et licet quando causa, ex qua debitum contractum est, ex debito defuncti procedit, observanda erunt, quæ in quolibet alia causa necessariò dicendum est, nisi majoratus clausulæ repugnent, &c.

12 Adhuc tamen, & apertius idem affirmat ipse Molina *eodem lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 19. qui postquàm à principio ejusdem cap. longè tractavit per regulam, & limitationes, an & quando possessor majoratus intelligatur rem acquirere ipsi majoratui ut nisi aperte ea intentione, ut majoratui non aggregetur non acquirat : 13
suis in dubio hæredibus acquisisse censeatur *d. nu.* 10. in hæc prorupit. " Idem etiam pari ratione dicendum » erit, in censibus annuisque redditibus, cæterisque » pensitationibus, quibus res majoratus ita subjectæ » sunt, ut ea obligatio perpetuò ad ejusdem successo- » res transiret. Nam si ea à majoratus possessore re- » dimatur, bona majoratus perpetuo eisdem censibus, » seu pensitationibus obnoxia erunt, ipsiusque majora- » tus possessoris hæredibus illa solvenda sunt. In quo » ex præcedentibus summè considerandum erit ; an » ea lege eorundem censuum, ac pensitationis re- 14
» demptio facta fuerit, ut majoratus ab eisdem liber » sit : an ut idem jus majoratus possessori ejusque hæ- » redibus remaneat. Primo namque casu majoratus » ab eisdem liber remanebit : secundo autem non. 15
» *Prout suprà isto lib. cap.* 10. *nu.* 25. *cum seqq. ostensum est.* Quæ omnia in hac parte repetenda erunt. » Quod etiam in redemprione ususfructus dicendum » est, &c. » Hactenus Doctiss. Molina, qui clarè censuum redemptionem acquiri possessori majoratus, ejusque hæredibus profitetur.

Quod ex alia doctrina comprobatur, quoniam in 16
restitutione majoratus jura, & bona per possessorem acquisita non transeunt in successorem, sed defuncti hæredibus reservantur. Ut ex Molina, loco citato, tenet Garcia *de expen. cap.* 22. *nu.* 3. & 7. Menoch. *lib.* 4. *præsum.* 196. *nu.* 4. Quesada *diverf. quæst. cap.* 32. *nu.* 36. Mantica *de conject. ultim. lib.* 7. *tit.* 8. *nu.* 18. Peregrin. *de fideicomm. art.* 6. *nu.* 7. 34. & 39. & *art.* 7. & *nu.* 5. & *art.* 10. *nu.* 16. nisi aliud à possessore majoratus expressis verbis dictum fuerit. Quesada *ubi proximè*, Garcia *nu.* 34. & 35. Avendannus *in leg.* 46. 17
Tauri gloss. 7. *nu.* 9. Gutierrez *lib.* 3. *pract. cap.* 90. *nu.* 12. Anton. Peregrin. *art.* 53. Joan. Franciscus de Ponte *cons.* 51. *nu.* 31. Amat. *variar. resol.* 14. *nu.* 27. Addition ad Molinam *d. cap.* 26. *nu.* 2. *in fin. & nu.* 26.

Eandem sententiam, quod possessor majoratus redi- 18
mens censum super majoratus bonis impositum, possit vel eadem bona aliis novis creditoribus pro eadem quantitate obligare, vel super eisdem novum sibi census creare sub eisdem hypothecis, absque nova Regis facultate, dixit ex Molina Avendan. *de censib. cap.* 65. *num. fin.* In hæc : Imò quod magis est, si fortè deficerent hæredes constituentis censum, poterit successor majoratus, qui censum redemit, sortem, & usuras eisdem rebus majoratus recuperare, obligando rem ipsam novis creditoribus, vel creando super ea absque nova facultate pro sorte, usuris redemptionis novum census. *Ut resolvit ipse* Molina *lib.* 1. *de primog. c.* 10. *nu.* 25. & 26. *cum præcedentibus, & seqq. quod in quibus casibus procedat ipse Molina explicavit*, &c.

Et Molinam sequutus, pulchrè hanc partem fundat 19
Ludovis. Cassanate *in cons.* 28. *ex num.* 1. In hæc : " Et primo videtur teneri D. Joannem de Guerra fra- » trem primogenitum majoratus successorem ad sol- » vendam Baltazari fratri hæredi D. Michaelis com- » munis parentis septem mille libras ratione septem » censualium ab antiquo super majoratum impositorum, quæ prædictus D. Michael ultimus majoratus » possessor redemit. Quia redemptio ista est quædam » melioratio, seu augmentum majoratus, quod debet » hæredi redimentis solvi, seu satisfieri : prout gene- » rale est in quolibet augmento majoratus. Peregrin. » *art.* 10. *num.* 1. *per totum*, Garcia *de expen. cap.* 22. » *nu.* 7. Molin. *lib.* 1. *cap.* 26. *nu.* 6. Paris. §. 1. *gloss.* » 5. *num.* 4. Mantic. *lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 19.

" Quæ conclusio nedum procedit in augmento pa- 20
» tenti, & separabili, sed in latenti, & inseparabili. » Quale est hoc augmentum libertatis acquisitæ ex » redemptione censualium. In quo augmento insepa- » rabili debet pretium, vel æstimatio liberationis » solvi à successore majoratus, *c.* 1. §. *ad hoc. si Vassallus*,

» *Vaſſallus, hic finitur lex.* Deinde conſuetudines
» Regni incipiunt, *ibi:* Vel ſolvit pretium meliora-
» tionis, ubi Bald. Iſernia, Alvarotus, & omnes, Pa-
» riſienſ. §. 1. *gloſſ.* 5. *num.* 72. Molina *lib.* 1. *cap.*
» 26. *num.* 11. & 14. Roland. *conſ.* 28. *num.* 13. *lib.*
» 1. Pereg. in *art.* 10. *num.* 13. & 26.

21 « Et ita in terminis tale augmentum concedunt hæ-
» redi Doctores, quandocumque poſſeſſor majoratus
» liberavit rem à ſervitute, jure luendi, uſufructu, an-
» nuo reddito, vel quacumque alia penſione, vel jure
» Iſernia *nu.* 9. Alretes *nu.* 3. *in cap.* 1. §. *contrario de*
» *inveſtitura de re aliena facta.* Bald. Iſernia, & Alva-
» rotus *in d.* §. *ad hoc verſ. ſi Vaſallus* Pariſienſ. §. 1.
» *gloſſ.* 3. *num.* 70. & §. 13. *gloſſ.* 1. *num.* 59. & 64.
22 » Cagnol. *in leg.* 2. *nu.* 191. *C. de pactis inter emptor.*
» pulchrè Molina *lib.* 1. *cap.* 26. *nu.* 9. 10. 11. & 14.
» punctualiter loquens in liberatione, luitione, vel re-
» demptione ab his annuis redditibus, vel penſionibus,
» quibus nunc, &c. » Hactenus Caſſanate, qui iterum
ex num. 5. *cum ſeqq.* ſic inſuper comprobat.

23 « Item reſpondeo, quod licèt non interveniſſet pre-
» tium, adhuc hæredi debetur æſtimatio hujus libera-
» tionis, ſeu æſtimationis provenientis ex facto D. Mi-
» chaëlis patris ultimi poſſeſſoris majoratus. Nam aug-
» mentum non ſolùm quando contingit pecunia inter-
» veniente, ſed etiam induſtria, labore, remunera-
» tione, donatione, meritis vel ex alio qualicumque
» facto poſſeſſoris. Ruinus *conſ.* 97. *n.* 13. *lib.* 5. Mantica
» *lib.* 7. *tit.* 8. *n.* 19. Craveta *conſ.* 295. *n.* 4. Pariſienſ.
» §. 1. *gloſſ.* 5. *n.* 4. Molina *lib.* 1. *c.* 26. *n.* 6. Garcia *de*
» *expenſ. c.* 22. *n.* 7. Palatius Rub. *in rub. de donat. inter*
» §. 61. *n.* 13. Peralta *in leg. Mævius*, §. *duorum n.* 29.
» *de leg.* 2. Peregrin. *art.* 6. *nu.* 6. *verſ. item donata*,
» *art.* 7. *num.* 7.

24 « Et commodum hujus liberationis, ſeu meliora-
» tionis ſibi ipſi, ſuiſque hæredibus adquirere cenſeatur
» D. Michael, non ſucceſſori in majoratus, cui non ali-
» ter acquiritur ex facto prædeceſſoris acquirentis,
» quam ſi expreſſa adſit acquirentis voluntas, in quo
» verba clara, aperta, & perſpicua eſſe debent. Nam
» in dubio majoratui non accreſcit, ſufficitque contra-
» rium non apparere. Ita Cumanus *in leg. ſi ſervi elec-*
» *tione*, §. *ultim. de leg.* 1. Pariſienſ. §. 1. *gloſſ.* 5. *nu.*
» 16. & 20. §. 17. *gloſſ.* 10. *nu.* 4. & *intellectu quatuor*
» *legum* 18. & 31. Molin. *lib.* 2. *c.* 26. *n.* 3. Queſadas *di-*
» *verſar. q. c.* 32. *n.* 36. Garcia *de expenſ. c.* 22. *nu.* 3. &
» 4. Gutierrez *lib.* 3. *pract. gloſſ.* 90. *nu.* 12. Avendan.
» 29. *in leg.* 46. *Tauri*, *gloſſ.* 7. *n.* 5. *cum ſeqq.* Franciſc.
» de Ponte *conſ.* 52. *à n.* 31. » Hactenus Caſſanate, qui
quidem valde eleganter hunc articulum pertractavit.

25 Sequutus Molinam locis citatis idem dixit Mieres
de majoratu 1. *part. quæſt.* 10. *nu.* 164. In hæc: Quibus
addere libet, quod ſi ſucceſſor in majoratu redimat ali-
quem cenſum impoſitum ſuper bonis majoratus, quan-
titas illa non erit vinculata, nec ex bonis majoratus,
quod ex ſuperioribus conſtat; & in iſta materia, &
puncto legenda ſunt, quæ ſcribit Molin. *lib.* 1. *c.* 10. *nu.*
25. *cum ſeqq. & c.* 26. *n.* 10. & in puncto multa allegat
Peregrin. *in tract. de fideicommiſſ. art.* 10. *nu.* 3. &c.
Cujus quidem Authoris nullus meminit ex relatis.

26 Hæc ſunt, quæ ſuccinctè, & reſolutivè dixerunt noſtri
in hac difficultate; non diſſolventes, quas in contra-
rium urgentes retigimus ſuperius *nu.* 2. *verſ. Sed quan-*
tum ad ipſum poſſeſſorem. Ut ſcilicet poſſeſſor majoratus
dominium habeat in rebus ipſius, atque ideò in eis ſub-
ſiſtere non poſſit hypotheça, & quia ipſe & debitor,
& creditor eſſe non poteſt, quibus ſubtiliter ſatisfit,
quòd poſſeſſor majoratus poteſt repræſentare quoad
bona ipſius duas, & diverſas perſonas, alteram tan-
quam ſucceſſor, & ex jure majoratus; alteram pro-
priam & jure ſuo proprio; & hæc duo jura non confun-
duntur, ſed unumquodque de per ſe, & independenter
27 ab alio operatur, ac ſi eſſent in diverſis, & diſtinctis per-
ſonis, ut in terminis poſt alios Doctores diximus *in com-*
ment. de retent. Bullar. 1. *p. c.* 12. *ex nu.* 11. *cum multis*
ſeqq. & 2. part. cap. 15. *ex nu.* 16. *cum ſeqq.* quæ omnia
ibidem dicta præſenti artic. repetere poteris, cum
omnia mirabiliter conducant, quibus adde Bartol. *lib.*
3. *conſ.* 159. ſuper eo Martin. Frecian *de feud. lib.* 1. §.
alia etiam, *n.* 22. *lib.* 2. *poſt quæſt.* 95. & poſt alios
Scipio Rovitus *conſ.* 82. *n.* 3. Mieres *de majoratu* 3. *p.* §.
19. *n.* 40. D. de Larrea *deciſ. Granat.* 10. *n.* 19. *tom.* 1.

Et præter hos alios plures ad idem refert Paz *de te-* 28
nuta, *c.* 65. *ex n.* 13. ubi quòd feudum eſt perſona ficta,
quam feudatarius repræſentat, & iſte fungitur vice dua-
rum perſonarum, propriæ, & intellectualis, & in tan-
gentibus feudum, magis attenditur perſona intellectua-
lis, quàm propria, Afflictis *deciſ.* 324. *num.* 16. dicens 29
quòd Baro repræſentat ipſum feudum, quod neſcit lo-
qui, & inquit Navar. *conſil.* 6. *de jurejur.*, quòd majora-
tus eſt dignitas, ſeu perſona ficta diverſa à poſſidente
eum. Sequitur Valenzuel. *in conſ.* 156. *ex nu.* 78. ubi 30
multa congerit in propoſito, & quod poſſeſſor agens
pro jure, & homine majoratus, non tenetur compen-
ſare, quod ipſe ex ſua propria perſona debet debitori
majoratus, cum ſit diverſa à majoratu, inter quas non
admittitur nec objicitur compenſatio, *& nu.* 82. *cum ſeqq.* 31
rectè inquit, quod quando poſſeſſor majoratus agit, &
litem movit tanquam poſſeſſor, nomine majoratus, at-
tenditur perſona ficta majoratus, quam agendo repræ-
ſentat, non tamen perſona poſſeſſoris agentis *ex leg. de-*
nique, §. *fin. ff. de minor.* Surdus *conſ.* 140. *num.* 16. *de*
alimentis, *titul.* 1. *quæſt.* 39. *num.* 6. Florianus *in leg.*
Titia, §. *ſi ea conditione num.* 3. *ff. de leg.* 2. dicens,
quòd quidquid facit perſona repræſentans, videtur fieri 32
à perſona repræſentata, nec inſpici debet per quem
actus expediatur, ſed in quem effectus dirigitur; & eſt
text. expreſſus *in leg. tutorem ff. de his quibus ut indig.*
ibi: Diſcreta ſunt enim jura, quamvis plura in eadem 33
perſona devenerint, aliud tutoris, aliud legatarii, &
cùm non ſuæ perſonæ jure, ſed pupilli accuſaverit,
propriam pœnam meriti non debet.

Idcircò cùm jus cenſus proprium ſit poſſeſſoris re- 34
præſentantis jus prioris creditoris propria pecunia di-
miſſi, cujus locum ſubingreditur, nihil mirum, ut ex
propria perſona, proprioque contractu conſervet omnia
jura, & hypothecas in bonis majoratus, quas jure
ipſius majoratus, & uti poſſeſſor conſervare non pote-
rat. Conducunt quamplurima, & ſingularia jura ad-
ducta *in d. c.* 15. *nu.* 30. quibus adde text. *in leg. de-* 35
bitor. §. *fin. ff. ad Treb.* ibi: *Quia non quaſi hæres, ſed*
quaſi mater ex pacto accepit, *leg. ſi pater*, §. *qui duos*,
ibi: *Facit etiam hoc quaſi quilibet, non quaſi avus*, *leg.*
tutor petitus, §. *quæ tutoribus*, *ff. de excuſat. tutor.* ibi:
Cum judicium patris, ut filius, non ut tutor prome-
ruerit, *leg. profecticia*, §. *Papinianus*, *ff. de jure do-*
tium, ibi: *Magis eum quaſi patrem, quam quaſi cura-*
torem feciſſe videri leg. qui duos, *ff. de conjungend. cum*
emancipat. liber. leg. ſi filius, *qui patri* 42. *ff. de bonis*
libert. adde noviſſimè Noguerol. *allegat.* 25. *num.* 258.
text. etiam *in leg. ſi mater*, §. *eandem ff. de except. rei*
jud. ibi: *Alia enim cauſa fuit prioris dominii, hæc nova*
nunc acceſſit, itaque acquiſitum poſtea dominium aliam
cauſam facit, text. etiam optimus *in leg. ſi filius* 42. §.
1. *ff. de bonis liber.*

Ex quo primum in comprobationem infertur, quòd 35
licèt creditore ſuccedente ſuo debitori regulariter con-
fundatur actio perſonalis, & extinguatur hypotheca, *l.*
debitori, *Cod. de pactis*, *leg. ſtichum* §. *additio. ff. de*
ſolut. l. cum ſecundum, *C. de fideicommiſſ.* tamen hæc
regula limitatur, quando ex actionum confuſione fieret 36
ipſi hæredi creditori, vel etiam tertio præjudicium, quia
tunc jus ſuum remanet præſervatum, & confuſio impe-
ditur aditione hæreditatis non obſtante, text. eſt *in*
leg. debitor. ff. de ſeparatio. leg. hæres. §. *quod ſi hic ſer-*
vus, *ff. de ſolutio.* ut poſt alios tenet Rodriguez *de an-*
nuis redditibus, *lib.* 2. *qu.* 19. *nu.* 1. *nu.* 20. *& nu.* 34.

Hinc fit, quòd licet aditione hæreditatis per credito- 37
rem hæredem confundantur hypothecæ quia rei ſuæ
nemo poteſt hypothecam habere; limitandum tamen

erit in concurſu creditorum, quando alius creditor, in eadem re habens hypothecam, ejus virtute cum hærede contendit, & eam avocare vult, quia tunc hæres rectè objicit de ſua hypotheca anteriori, quatenus enim alius teneat rem à creditore anteriore, uti hærede, avocare, licet eidem etiam domino ſe tueri anterioris hypothecæ exceptione, ne dominii acquiſitio ei noceat. Ut per Cravetam *conſ.* 248. *& conſ.* 202. Capicium *deciſ.*
38 43. Afflictum *deciſ.* 8. *& deciſ.* 16. & Boërium *deciſ.* 47. *nu.* 4. dicentem, quod ne acquiſito dominii ſit nociva creditori, conſervatur ei jus hypothecæ anterioris, quod defendat rem adverſus hypothecarios poſterioris *ex leg. ſi poſteriores, ubi gloſſ.* Bartol. & Salicetus *cap. ſi antiquior creditor.* & per Neguſantium *de pignor.* 1. *part. membr.* 1. *num.* 56. tenet Rodriguez *de annuis redditibus lib.* 2. *quæſt.* 15. *num.* 34. *& ſeqq.* text. optimus *in leg. ſextante, penult.* §. *Latinus Largus, ff. de except. rei judicatæ.* Vide latius *infrà* 3. *part. cap.* 2. *ex nu.* 129. *& ex num.* 124. *cum ſeqq. verſ. nec tandem intentionem emptoris*, &c. Plura etiam videnda per Guzman. *de evictionibus c.* 28. *ex nu.* 15. *cum ſeqq.* ubi latè agit de exornatione *d.* §. *Latinus Largus.* Ergo dominium poſſeſſoris majoratus non poteſt ei afferre damnum; quominus ipſo jure ſuo, & ſubintrans locum prioris creditoris, quem repræſentat, creditor dicatur ad bona majoratus, & hypothecas conſervet, pro ſuis, & ſuorum hæredum utilitate.

39 Probatur inſuper, quoniam dominium poſſeſſori majoratus non acquiritur perpetuò, & abſolutè, ſed revocabiliter tantum ad vitam, qua extincta, ſimul
40 extinguitur dominium. At actionum confuſiones, & conſolidationes hoc caſu non ſunt perpetuæ, ſed extincto dominio reſtituuntur, & reviviſcunt, ut in hypotheca per dominii acquiſitionem extincta, & aliis variis caſibus, latiſſimè comprobat, & innumerabiles Doctores laudans tenet Giurba *dec.* 63. *à princ.* Rodriguez *de redditib. lib.* 2. *q.* 3. *à num.* 8. Mantic. *de contract. lib.* 4. *tit.* 10. *nu.* 16. *& ſeqq.*

41 Hinc quando creditor ſuccedit debitori eum gravanti reſtituere hæreditatem, nullum jus amittit, ſed ſuum creditum deducere poteſt, innumerabiles Doctores congerit Fuſſar. *de ſubſtitutio. quæſt.* 665. *ex num.* 1.
42 etiam nullum conficiens inventarium, quam plurimos Doctores repetentes, & conſulentes congerit, & ſequitur ipſe Fuſſarius ibidem *ex num.* 2.

43 Atque etiam pro debitis teſtatoris ſolvendis bona majoratus, & prohibita alienari vendi poſſunt *leg. filius familias*, §. *Divi, ff. de legat.* 1. *l. peto*, §. *prædium. ff. de leg.* 2. *leg. pater filium, ff. de legat.* 3. *alienationes ff. famil. herciſ.* plures per Fuſſarium *quæſt.* 141. *per totam*, etiam quando creditor eſſet ipſemet hæres gravatus, ſeu ſucceſſor in majoratu Fuſgoſ.
44 *conſil.*... Ruinus *conſil.* 11. *nu.* 19. *lib.* 2. Pariſius *conſ.* 5. *lib.* 2. Natta *conſ.* 225. *num.* 6. *& ſeqq.* Rolandus à Valle *conſ.* 65. *nu.* 10. *lib.* 2. Cravet. *conſil.* 144. *nu.* 5. Menochius *conſil.* 183. *nu.* 35. *& ſeqq.* Honded. *conſ.* 58. *nu.* 27. *lib*... Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 40. *nu.* 18. Intrigliol. *de fideicommiſſ. centur.* 3. *q.* 73. *nu.* 417. Surdus *deciſ.* 62. *nu.* 22. Fuſſar. plenè *d. qu.* 141. *ex nu.* 5. *& q.* 665. *per totum.* Quia additione, & confuſione non obſtantibus, hæres nullum damnum in ſuo credito patitur, & ſe tuetur adverſus ſucceſſorem fideicommiſſarium, quia æs alienum non venit in reſtitutione hæreditatis, cùm potius eam minuat, & ſit in bonis creditorum, ut alibi latius diximus.

45 Quibus mirè conſonat, quod ex juris diſpoſitione dominium utile reverſum ad dominium conſolidetur cum dominio directo, & ipſo jure extinguatur: tamen ſi poſſeſſor bonorum majoratus dominium utile perſiſ-
46 tens penes emphyteutam, vel feudatarium majoratus, emat propria pecunia, vel ex donatione per emphyteutam eidem poſſeſſori facta, vel alteri induſtria perſonali acquirat, nullo modo conſolidatur cum bonis majoratus, ſed ſibi, & hæredibus ſuis privativè acquirit, durante jure conceſſionis. Latiſſimè poſt plurimos Doctores, variis in caſibus, & materiis, videndus Giurba *deciſ.* 92. *per totam.* Optimè explicat Peregrinus *de fideicommiſſ. art.* 10. *nu.* 1. plura congerit Caſſanate, *conſ.* 10. *per totum.*

Quod & idem eleganter dixit in uſufructu alicui 47
pertinente in re majoratus, quem poſſeſſor illius propria pecunia redemit, atque etiam in renunciatione, aut donatione uſusfructus facta per uſufructuarium ipſi poſſeſſori majoratus, ut non conſolidetur cum eo; ſed ſibi, & hæredibus ſuis, acquirat, durante vita, & jure uſufructuarii venditone cedentis, donantis, aut renuntiantis, omninò videndus Molina *de primogen. lib.* 1. *c.* 26. *nu.* 9. quia alio jure venit ex propria perſona, repræſentante uſufructuarium, emphyteutam, ſeu feudatarium quàm jure majoratus.

Ex quibus manifeſtè apparet poſſeſſorem majoratus 48
propria pecunia redimentem cenſum aliàs impoſitum, vel à fundatore, vel ab aliquo ſucceſſore ex facultate Regia ſuper bonis majoratus ſibi acquirere, ſuiſque hæredibus: non verò extingui, licet dominus ſit bonorum majoratus, in quibus adhuc conſervat hypothecam, quouſque ipſe cenſus ab aliquo redimatur, cùm dominium illud ſit non perpetuum, ſed revocabile & commutabile, & reſtitutioni poſt mortem ſubjectum.

Sed hæc vera reſolutio uno modo temperanda erit, 49
ut tunc procedat, quando ipſi poſſeſſori majoratus propria pecunia redimere volenti, vel tertio, ex cujus pecunia redimitur cenſus, ceſſæ ſunt actiones per primum cenſus creditorem, vel in ipſo redemptionis tempore, vel poſtea, in continenti, vel antea fiat pactum de ſubintrando in jus, locum & hypothecas prioris creditotis. Sic eleganter interpretatur, *d. l. patrem filium, ff. de leg.* 3. Doctiſſimus Molina *lib.* 2. *d. c.* 10. *nu.* 27. dicens, quòd licet *d. l.* indiſtinctè loquatur, tamen accipienda & intelligenda eſt eo in caſu dumtaxat, quo in ipſo actu ſolutionis factæ à poſſeſſore majoratus, vel ante ſolutionem, ea tamen lege, & pactione ſolvendam pecuniam, & redemptionem cenſus faciendam, ut res majoratus ei, à quo pecuniam mutuam accepit, vel alteri pro eadem quantitate obligata remaneat. Atque etiam quando ipſe poſſeſſor propria pecunia redemit, ut non aliter conſequatur ſubintrationem, & bonorum majoratus hypothecas, niſi ante ſolutionem, vel in ipſa, vel in continenti poſt factam actiones ipſi poſſeſſori majoratus cedantur à creditore dimiſſo ut ex *l. Modeſtinus, ff. de ſolutionibus, l. Papinianus, ff. mandati, & l.* 11. *tit.* 12. *part.* 5. obſervat ipſe Molina *ſub dicton.* 27. *verſic. quod etiam intelligendum*, quoniam aliàs, ſi poſſeſſor 50
majoratus ſimpliciter, & abſque hac pactione, aut ceſſione ſolvat & redimat, actio primæva penitus extinguitur; & per conſequens hypothecæ, & ob id nihil remanet, quod ſibi vel hæredibus ſui, acquirere poſſit; quoniam non remanſit jus, quod ei cedatur, prout in tertio mutuanti ad redimendum, ac propterea ad novam hanc obligationem inducendam, ſeu novum cenſum creandum ſuper ipſis bonis majoratus, nova alia requiritur Regis facultas.

Molinam plures Doctores ſequuntur, Rodriguez *de* 51
annuis redditibus, l. 2. *quæſt.* 16. *ex nu.* 47. ubi optimè tractat per hanc ceſſionem factam poſſeſſori majoratus, vel tertio mutuanti ad cenſus redemptionem, ante redemptionem, vel in ipſa ſolutione; vel incontinenti poſt ipſam redemptionem, & ſolutionem. Ut tunc poſſeſſor, vel tertius ſubintrat locum creditoris dimiſſi, & in ejus jus, & hypothecas ſubrogatur cum prælatione illorum creditorum qui poſt creditorem dimiſſum contraxerunt. Atque hoc caſu nova non indigere facultate regia, qui latè proſequitur articulum hunc.

Molinam etiam ſequuntur ejus Addition. *ad dict. c.* 10. *ſub nu.* 25. *& 26.* optimè etiam Avendanno *in tract. de cenſ. c.* 65. *nu.* 9. qui rectè loquitur, videndus.

Et ad hanc materiam ſubingreſſionis, vel nonnullas 52
regulas, & limitationes, quas eleganter & copiosè exor-

exornavit Amato *variarum resolut. 7. per totam*, atque etiam rectè prosequitur Additionator ad Molinam *d. c.*
53 10. *sub n.* 26. & 27. quas videre poteris, & an, & quibus casibus requiratur vel non cessio actionis facienda solventis pro alio, latissimè, & eleganter per eundem Amatum *resolut.* 37. *per tot.*

54 Ex qua verissima resolutione veniunt declarandi, & intelligendi Doctores omnes superius laudati *ex num.* 12. *cum seqq. versic. adhuc tamen*, & apertius affirmat ipse Molina, dum simpliciter afferunt, quòd ad hoc, ut bona majoratus libertatem acquirant ob redemptionem censuum, & pensionum super eis impositarum factam à possessore majoratus, requiratur expressa ejus voluntas non sibi, & suis hæredibus, sed majoratui ipsi acquirendi, quod verissimum est, ut procedat civiliter & juxta juris regulas; nempe, quando sibi, aut majoratui possessor redimendo acquirere potuit: at quando sibi acquirere non potest, deficiente cessione creditoris dimissi, aut facto præambulo de subintrando ejus locum, sibi acquirere non potest, & sic acquisitum intelligitur majoratui, qui ob solutionem in causam recuperavit libertatem. Et ideo possessor majoratus quando redimendo census sibi, & suis hæredibus potuit acquirere, in dubio præsumitur, sed non quando acquirere non potuit ob extinctionem actionis deficiente cessione aut pacto, ex jam dictis.

55 Unum tamen est constans in hac materia, quod licèt possessor majoratus qui propria pecunia redemit censum super eo impositum solverit absque cessione, nec pactione: atque adeò perempta sit actio primæva, quæ ad eum non fuit transfusa; imò bona majoratus libertatem acquirunt, & ab hypothecæ nexu redempta manserunt, contra quem ipse possessor jus aliquod prætendere non potest: adhuc tamen sortem solutam ipse
56 consequetur ab hærede possessoris majoratus, quia censum ex facultate regia super majoratus bonis imposuit, & vendidit, cujus bona libera, sive tunc temporis ab eo possessa, sive postmodum acquisita ad redemptionem ipsius census omnino tenentur, ac propterea possessor majoratus propriè pecunia redimens, & liberans bona libera, & hæredem possessoris imponentis censum istum, potest adversus eum actione negotiorum gestorum agere, & sortem à se solutam exigere, & recuperare. Hanc quæstionem doctè, & copiosè disputat, rectè fundat, & resolvit Avend. *dict. c.* 63. *per totum*, omninò videndus.

57 Eundem Avend. referendo sequuntur Addition. ad Molinam *dicto c.* 10. *sub n.* 25. & 26. *vers. quam receptam sententiam*, ubi conclusionem circa cessionem, vel pactum in solutionis actu requisitum limitant, quando extant hæredes constituentes censum super bonis majoratus, quo casu etiamsi simpliciter sine jurium cessione debitum à successore majoratus solutum fuerit, adhuc hæredes prædicti actione negotiorum gestorum convenire possunt, vel aliis juris remediis. Quasi utiliter possessor majoratus expenderit in exonerationem hæredum tenentium ad redemptionem, ex ipso Avend.
58 & ex doct ina Molin. *l.* 4. *cap.* 7. *num.* 16. ubi majoratus possessionem censum creantem, vel ejus hæredes ad redemptionem annui redditus faciendam manere obligatos & adstrictos (intelligendo ut per eum ibi) & ut rectè advertunt Doctores prædicti, hic casus longè diversus est ab eo, de quo loquuti fuimus respectu bonorum majoratus, quæ, deficiente cessione, aut pacto de subintrando libertatem, recuperarent propter extinctionem obligationis & actionis primævæ, ideò contrà bona libera possessoris constituentis census, & ejus hæredes datur regressus. Alias videbis doctrinas infrà 3. *part. cap.* 8. *ex num.* 44. *vers. benè tamen verum est*, &c.

59 Prout in simili videmus, quod licet correus integraliter solverit debitum absque pacto de cedendo, vel absque ulla cessione, nihilominus suo proprio jure, & actione negotiorum gestorum ab aliis correis potest repetere dempta sua rata, ut ex *l.* 2. *C. de duobus reis*, probarunt Molina *de contract. disp.* 544. *sub n.* 4. Ronchegal. *de duobus reis*, *in l. reos*, *n.* 40. & *in l. eadem*, §. *si quis*, *n.* 25. Rota Genuens. *dec.* 6. *n.* 60. & 7. & *dec.* 143. *n.* 2. Simon de Prætis *cons.* 78. *n.* 16. Mastrillus *decis.* 224. *lib.* 3. Cephal. *cons.* 374. *n.* 46. *lib...* Decianus *cons.* 25. *num.* 109. *lib.* 1. Cabal. *cons.* 121. *n.* 12. Grivel. *dec.* 8. *n.* 5. Fontanella *de pactis nuptial. clauf.* 5. *gloss.* 1. *part.* 3. *sub nu.* 1. *tom.* 2. Amato *variarum resolut.* 37. *n.* 36.

60 Obiter annotandum erit, quod possessor majoratus redimens, vel solvens debita, & censum majoratus in dubio præsumitur ex propria pecunia solvisse, non de pecunia majoratus, prout latissimè in hærede tractat
61 Fusarius *de subst it. qu.* 627. attamen ex quibus inducantur conjecturæ, ut potius ex hæreditatis quàm propria pecunia solverit hæres abundè prosequitur, & multas atque singulares præsumptiones congerit omnino videndus ipse Fusarius *d. q.* 617. *à n.* 35. *cum multis seqq.*

62 Igitur cum possessor majoratus ob census impositi super ejus bonis redemptionem propria pecunia sit verè, & legitimus creditor ad eadem majoratus bona, ut antea hypothecata potest, & debet in concursu formato super bonis majoratus recurrere, citari, & omnino audiri, quod dupliciter contingere potest, & practicari; uno modo, quando ipsemet possessor redimens formavit concursum ad bona majoratus dumtaxat, & inter creditores ejusdem majoratus. Nam tunc tanquam tertius alius creditor, & extraneus pro suo credito rectè concurrit, cui inter cæteras per sententiam graduationis assignatur gradus, & uti talis ex redditibus, seu bonis majoratus exigit.

63 Secundo modo potest contingere, quando scilicet ipso possessore, qui redemit, mortuo, & majoratus ad legitimum successorem devenit, & iste ære alieno gravatus format concursum, sive inter solos creditores majoratus, sive etiam inter eos, & suos simul, ut tunc hæres illius possessor, qui redemit, cui jus census redempti fuit quæsitum per successionem, omninò, & citandus, & admittendus erit ad judicium concursus, & inter cæteros majoratus creditores graduari debet, ad quem dumtaxat
64 creditor est, & ex cujus bonis exigere potest, eidem tamen licet separationem postulare, ne creditores debitoris communis ad bona libera confundantur cum creditoribus ad sola bona majoratus, juxta quæ abundè diximus *suprà* 1. *part. cap.* 9. & *hac.* 2. *part. cap.* 5.

CAPUT VIII.

Possessor majoratus, qui olim ex facultate regia (ad mille simpliciter obtenta) eadem tamen in argentea aureave pecunia mutuo recepit, & pro eadem specie reddenda bona hypothecæ subjicit; an nunc creditor in concursu poterit eandem monetæ speciem novo successore impugnante consequi.

SUMMARIUM.

1 *Ex facultate ad mille mutuo recipienda, si possessor majoratus in aurea, vel argentea pecunia recepit, an in concursu creditor hanc speciem consequatur, variè fuisse determinatum.*

2 *Et teneri bona majoratus ad hanc speciem reddendam & in eadem annuos redditus persolvere, nervosè tuetur Noguerol.*

3 *Facultatem simpliciter ad mille comprehendere monetam argenteam tuetur Noguerol.*

4 *Anno* 1602. *nullam esse differentiam inter valorem monetarum, atque ideo omnium genus in facultate comprehendi, sine majoratus detrimento.*

5 & 6. *Census in aurea moneta creatus, potest redimi in moneta æroſa, ubi in valore discrimen non adest.*

Manda-

7 *Mandatum ſpeciale ubi requiritur ad tranſigendum, non eſt neceſſe in eo exprimere tranſactionis modum.*

8 *Ex aſſenſu Regio ad donandum, poteſt donari in vita, aut in morte.*

9 *Ex facultate ad vendendum, poteſt quælibet alienatio celebrari.*

10 *Ex facultate ad conficiendum majoratum opponi poteſt conditio, quod per electionem ſuccedatur.*

11 *Facultas Regia ſemper intelligitur juxta naturam actus, cui accedit.*

12 *Facultas pro ſecuritate dotis reſtituendæ ſuper majoratu, aut feudo, comprehendit caſum reſtitutionis, ob vergentiam viri ad inopiam.*

13 & 14. *Facultas ad vendenda bona majoratus, operatur in creatione cenſus ſuper ipſis bonis.*

15 *Facultas ad obliganda bona majoratus pro ſorte principali, comprehendit obligationem pro intereſſe, & redditibus.*

16 *In qualibet diſpoſitione ſtrictæ interpretationis ſubintelliguntur comprehenſa, quæ veniunt ex natura actus.*

17 *Procurator ſimpliciter conſtitutus ad fidejubendum, poteſt renunciare beneficio cedendarum.*

18 *Procurator ad vendendum, poteſt dominum obligare ad evictionem.*

19 *Procurator ad mutuum accipiendum, poteſt ad cambium, & intereſſe mutuum accipere.*

20 *Facultas regis comprehendit conſequutivum, & acceſſorium.*

21 *Caſus deciſi referuntur remiſſivè, in quibus poſſeſſores majoratuum fuerunt condemnati ad reſtituendam ſortem in eadem ſpecie monetæ, & perſolvendos annuos redditus in argentea conventa.*

Vel æroſam, cum cambio decem pro centum juxtà pragmaticam. ibid.

22 & ſeqq. *Facultas ad mille non comprehendere mille in aurea & argentea moneta, multis aſtruitur fundamentis.*

Amaya eam tueri videtur opinionem. ibid.

23 *Æroſa pecunia non habet proportionabilem valorem cum argentea.*

24 *Ad cenſum impoſitum ſuper majoratu in argentea moneta, ex facultate non diſtinguente monetæ genus, tenetur imponens in exceſſu, non majoratus.*

25 *Nec conventionem imponentis poſſe nocere ſucceſſori, aſſerit Amaya.*

Qui ita in praxi receptum fuiſſe, teſtatur. ibid.

26 & ſeqq. *Noguerol opinionem, nec Amaya rejicit author, illam abſolutè relaxantem facultatem Regiam, hanc abſolutè, & indiſtinctè reſtringentem.*

27 & 28. *Facultas Regia limitata ad mille impoſſibile eſt, ut extendatur ad majorem quantitatem.*

29 *Nec poſſeſſor in exceſſu poteſt majoratum obligare.*

30 & 31. *Moneta argentea virtualiter ubi continetur in facultate ſimplici ad mille, redditus in eadem ſpecie rectè ſtipulantur ex natura contractus.*

32 *Amayæ opinio abſolutè negativa incluſionis monetæ argenteæ in facultate ſimpliciter ad mille, rigoroſa oſtenditur.*

33 *Facultas ſimpliciter ad mille, an comprehendat mille in argentea moneta; fœdere diſtinctionis juridica componitur opinionum diverſitas.*

34 *Monetarum omnium intrinſecus valor in Hiſpania conſervatus fuit uſque ad annum 1612.*

35 *Ab anno 1612. cœpit ob abundantiam monetæ æroſæ è regnis extraneis introductæ, vileſcere valor hujus monetæ, & in dies creſcere valor extrinſecus monetæ argenteæ.*

36 & 38. *Facultates obtentæ ad mille ſimpliciter tempore, quo monetarum intrinſecus valor, & æqualitas permanebat, procul dubio omne indiſtinctè monetæ genus comprehendebant.*

37 *Facultates impetratæ ſimpliciter ad mille tempore, quo inæqualitas valoris inter monetas fuit cognita, nullatenus comprehendunt argenteas monetas.*

39 *Facultates obtentæ ad mille eo tempore, quo æqualitas monetarum in valore permanebat, indiſtinctè de quolibet monetæ genere intelligendæ erunt.*

40 *Facultas generalis ad certam quantitatem comprehendebat eo tempore quodlibet genus pecuniæ proportionabile quantitati.*

Ad quod ſingularia jura ponderantur. ibid.

41 *Pecunia non tam ex ſubſtantia, quam ex quantitate, id eſt æſtimatione debet judicari.*

42 *Pecuniæ eſſentia ex valore, non ex metallo admittitur.*

Generalis diſpoſitio ad pecuniam relata quamlibet comprehendit, cum conſtet ex auro, argento, & ære. ibid.

43 & 44. *Facultatis terminos excedit qui conceſſa ad mille ſimpliciter, argenteam monetam recipit, tempore quo inæqualitas valoris adeſt.*

45 & 46. *Lex 6. tit. 21. lib. 6. recopil. & lex. 6. tit. 14. lib. 6. permittentes licere creditoribus debita ſolvere in qualibet moneta minuta, & æroſa, editæ fuerunt tempore, quo monetarum æqualitas aderat in valore, non tamen hodie procedunt.*

47 & 48. *Debitor, qui recepit pecuniam auream, poteſt in qualibet minuta, & æroſa ſolvere.*

L. Paulus D. de ſolutionibus exornatur, ibid. & num. ſeqq.

49 *Debitor obligatus ad quantitatem in genere, & non certam ſpeciem monetæ, poteſt in qualibet ſolvere.*

50 *Pro aurea pecunia poteſt ſolvi æroſa, & minutiſſima, dummodo idem ſit valor, & quantitas.*

51 *Doctores, qui in ſolutione admittunt quamlibet monetam etiam pro argentea, fundantur in qualitate valoris, non ſi in earum valore intrinſeco adſit inæqualitas.*

52 *Ante annum 1612. nulla erat differentia in valore utriuſque monetæ, atque ideo omnes continentur in facultatibus ſimplicibus ad certam quantitatem, aliter non expreſſa certa monetæ ſpecie.*

53 *Et in hoc caſu loquitum fuiſſe Noguerol circa facultatem obtentam, & executam anno 1602.*

54 & 55. *Nec poſſeſſor eo tempore argenteam monetam recipiens, & ad illam obligans majoratum excedit fines & quantitatem facultatis ad mille ſimpliciter obtentæ.*

56 *Poſſeſſor majoratus promittens in argentea ſolvere redditus, poterat uſque ad annum 1612. æroſam ſolvere, ob æqualitatem æſtimationis extrinſecæ.*

57 & 58. *Poſſeſſor cum ab initio contractus potuit licitè argenteam pecuniam recipere, abſque læſione majoratus, damnum ſuperveniens pati debet, non creditor.*

59 & 60. *Noguerol perperam allegatur, cùm limitatè loquatur in facultatibus obtentis tempore, quo monetarum valor coæqualis erat, non poſtea.*

60 & 61. *Temporum diſcrimen ante augmentum valoris monetæ argenteæ, & poſt illud, pro facultatibus impetratis; pluries attendit Senatus Pintianus.*

62 *Facultas poſt annum 1612. ſimpliciter conceſſa ad mille, præciſè intelligitur de mille in æroſa moneta.*

63 *Facultatem ad mille, ſi poſſeſſor majoratus recipiat mille in argentea moneta poſt annum 1612. procul dubio excedere dicitur.*

64 *Et pro exceſſu non manere obligata bona majoratus.*

65 *Sed ipſum poſſeſſorem dumtaxat ad exceſſum, à ſe receptum manere obligatum.*

66 *Creditor minutam monetam pro argentea minuta recipere tenetur, quando ex hac ſubrogatione damnum, vel incommodum aliquod non patiatur.*

67 *Secus ſi incommodum creditor, aut damnum patiatur ex monetarum ſubrogatione.*

Qui in Hiſpania pro argentea pecunia ſoluit æroſam minus ſolvit, ſicut qui recipit pro æroſa argenteam plus recipit. ibid.

Poſſeſſor,

68 *Poſſeſſor, qui hodie pro mille contentis in facultate, mille recipit in argentea moneta, tenetur pro exceſſu creditori, pro mille autem in æroſa moneta bona majoratus.*

65 *Hodie ſtante æqualitate valoris inter utramque monetam, mediante præmio à lege taxata, an poſſeſſor virtute facultatis ad mille poſſit liberè, in argentea moneta mille recipere.*

70 *Facultas limitata ad centum deficit in præmio quo plus eſtimatur centum in argentea moneta, cujus reſpectu majoratus non tenetur.*

71 *Niſi evidenter probetur illud plus verſum etiam fuiſſe in utilitatem majoratus, quo caſu tenebitur, etiam deficiente facultate.*

72 *An & quando debitor teneatur præcisè ſolvere in argentea moneta promiſſa & recepta, & excludatur à præmii oblatione.*

Et de variis quæſtionibus reſpicientibus pragmaticas taxantes præmium argenteæ monetæ, ibid.

73 & 74. *Ad certam ſpeciem monetæ, annuatim perſolvendam obligatus ſi pluribus annis in diversâ ſpecie ſolvi jubeatur.*

75 *Duæ ſingulariſſimæ Rotæ deciſiones in propoſito recenſentur, uſque ad n* 80.

81 *& ſeqq. Alia refertur.*

84 *Aliæ plurimæ Rotæ deciſiones recenſentur.*

85 *Species monetæ in obligatione deducta præcisè ſolvenda, vel ejus eſtimatio.*

86 *Et ad hoc pactum obligatur debitor præcisè.*

87 *Maximè ſi eadem monetæ ſpecies data fuerit debitori.*

88 *Pragmaticæ novæ taxantes valorem præmii argenteæ monetæ, & quis genere ſolvendi ſint annui redditus, & quando debitor admittatur ad præmii ſolutionem, vel præcisè cogatur in argentea moneta ſolvere, & de aliis, enucleantur uſque ad n.* 95.

1 INter alias penè innumerabiles controverſias, hanc infelicitas temporis, & injuria frequentiſſimè prodidit, quotidieque in tribunalibus ſupremis verſatam, varium, & quandoque contrarium exitum habuiſſe teſtamur, teſtanturque docti duo moderni authores ſtatim laudandi, dum unuſquiſque pro ſuæ opinionis ad invicem contrariæ fundamento tribunalium praxim offendere conetur.

2 In qua partem affirmativam nempe poſſeſſorem majoratus, qui facultatem regiam ad mille ſimpliciter, & indiſtinctè mutuo accipienda, & bona majoratus obliganda obtinuit, poſſe licitè, liberèque illam quantitatem in pecunia argentea, aureâve recipere, & ad reddenda in eadem ſpecie, annuoſque redditus interim argentea moneta perſolvendos bona majoratus hypothecæ ſubjicere ejusdem facultatis virtute: nervosè tuetur noviſſime Noguerol. *alleg.* 2. *ex num.* 27. *cum ſeqq.*

3 Qui *ex n.* 11. *& ſeqq.* ad ſuadendum hæc mille aurea, ſeu argentea ſub generalitate facultatis regiæ (non diſtinguentis monetæ ſpeciem, ſed ſimpliciter de mille ducatis, loquentis) comprehenſa eſſe, ac virtualiter contineri, poſſeſſoremque majoratus nullatenus quantitatem permiſſam & à facultate limitatam excedere, majoratumque in poſterum juſtè manere obligatum, & tam ad ſortem principalem, quam ad redditus annuos in eadem ſpecie promiſſos, & expreſsè ſtipulatos: variis juris fundamentis utitur.

4 Primo *num.* 42. ex notorietate anni 1602. nullam eſſe inter monetas, earumque valorem differentiam, atque ideo tunc poſſeſſorem accipientem argenteam monetam non gravare majoratum, nec ejus ſucceſſores, nec ſe obligantem in argentea reddere, & annuos cenſus ſolvere, cum eandem æſtimationem æroſa moneta, atque æqualiter in permutatione cum argentea, & aurea,

5 ſe communiter habere, in tantum, quod etſi in prædicta argentea moneta tunc acceperit ſortem, potuiſſet liberè eandem redimere, & annuos redditus perſolvere in æroſa, & minuta moneta, ob publicam æſtimationis æqualitatem inter utramque ſpeciem, pro quo nonnullos DD. allegat, nempe Bart. *in l. Paulus, num.* 3. *ff. de ſolut.* Theſaur. *dec.* 174. *num.* 5. Maſtrill. *dec.* 7. *n.* 1. Cencium *de cenſib. p.* 2. *c.* 2. *q.* 4. *art.* 4. *n.* 9. *pag.* 163. quæ in noviſſima impreſſione eſt, *qu.* 85. *n.* 9. ipſe Noguerol. *ex n.* 43. multas doctrinas conducit, & ſingulares caſus, circumſtantias, quas non repeto, cum comprehenſionem facultatis (cujus tantum noſter eſt ſermo) non pecutiant.

6 Tamen *ex num.* 58. redeundo ad comprehenſionem facultatis multis doctrinis contendit, poſſeſſorem majoratus nullatenus exceſſiſſe facultatis regiæ terminos, recipiendo pecuniam argenteam, & promittendo annuas præſtationes in eadem ſpecie, cum proveniat ex natura contractus, & rei permiſſæ, nec ex his mutetur natura contractus per regiam licentiam permiſſi, nec in naturam alterius convertatur, ſed potius in propria, ſit contentus, ex Dec. *conſ.* 20. *n.* 4. *& conſ.* 60. *n.* 1. *verſ. & dicitur ſpeciale mandatum*, dicente, quod ubi requiri-

7 tur ſpeciale mandatum ad tranſigendum, & promittendum, neceſſarium non ſit, quod in mandato exprimatur tranſactionem, vel compromiſſum hoc vel illo modo fieri, aut celebrari, quia mandati generalis virtute poterit procurator tranſire, vel compromittere, prout ſibi placuerit, clauſulas, & conditiones, quas voluerit, adhibere; ita ut nec per hoc dicatur mandatum exceſſiſſe, quod latè exornat *comm. contra commun. tom.* 1. *qu* 135. *n.* 1. 2. *& per tot.*

8 Quem diſcurſum magis in terminis proſequitur Noguerol. ipſe *ex n.* 59. ubi ex Camerario *in repet. cap. imperialem, de prohib. feud. alien. per Federic. fol.* 44. *col.* 4. *in magnis. n.* 5. *& fol.* 45. *ex lit. A, uſque ad lit. K. poſt.* Iſern. & alios, aſſerit aſſenſui regio ſatisfieri, quando contractus ejus verbis accommodatur, ita ut ſi aſ-

9 ſenſus ſit ad donandum, poteſt Baro illius virtute donare inter vivos, vel poſt mortem, ex *l. ubi ita donatur. ff. de donat. cauſ. mort.* & ex eadem Camera, quæ ſecurius eſt aſſenſum regium impetrare ad vendendum, cum illius virtute poſſit quælibet venditio, & alienatio cele-

10 brari, & ex latè adductis per Mol. *de primogen. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 7. dicentem, quod virtute facultatis ad conficiendum majoratum apponi poteſt conditio, quod ſuccedatur per electionem, *& c.* 12. *nu.* 51. atque etiam ex Ponte *de poteſt. proregis. tit.* 10. *de aſſenſu regio ſuper dotibus, in princip. n.* 22. *& 23. & tit.* 8. §. 10. *n.* 6. 7. *& ſeqq.* Rovito *ad pragm.* 1. *de privileg. un. verſ. conceſſ. nu.* 25. Niger. *contr. tom.* 1. *contr.* 188. *n.* 7. *& per tot. & contr.* 189. *n.* 27. *cum ſeqq.* latè probantibus regium aſſenſum

11 ſemper intelligi juxta naturam actus, cui accedit.

12 Aliis etiam, & non contemnendis ſimilibus comprobat ipſe Noguerol. *ex n.* 61. ubi de aſſenſu regio obtento ad ſecuritatem dotis ſuper feudo, ſeu majoratu in caſu reſtituendæ dotis, comprehendente caſum reſtitutionis propter vergentiam viri ad inopiam, ex latè traditis à Frecia *de ſubfeudis, lib.* 2. *q.* 2. Paſchal. *de virib. patr. poteſt. p.* 2. *cap.* 7. *n.* 44. Thoro *in compend. dec. p.* 1. *lit. A verſ. aſſenſus præſtitus pro reſtitutione dotium, pag.* 61.

13 Atque in eadem *alleg.* 2. *n.* 62. quod aſſenſus regius ad vendenda bona feudi operatur, quod ex pretio eorum poſſit creari aſſenſus ſuper feudi bonis, ex Guizarelo *deciſ.* 70. *per tot.* Thoro *tom.* 2. *lit. A. verſ. aſſenſus conceſſus venditioni rei feudalis p.* 30. quod in

14 majoratu dixit Mol. *lib.* 4. *c.* 5. *n.* 5. quod virtute regiæ facultatis ad alienandum, poſſe creditorem paciſci cum poſſeſſore majoratus, ut imponatur cenſus ſuper illius bonis ex pretio, quod pro re præſtare tenetur, cum excutiatur rei hypothecatæ venditio, ſitque alienatio hæc minus majoratui præjudicialis, Noguerol. *loc. tit. n.* 63. & 64.

15 Qui *n.* 65. *& 66.* aliud ſimile confert, de facultate regia ad obliganda bona feudi ſeu majoratus pro ſorte principali comprehendat obligationem pro intereſſe, & redditibus, argum. *leg. per retentionem*, ubi Paulus *C. de uſur.*

uſur. Blaſcus Lancea, *in recept. c. volenter, fol.* 8. Camerar. *in repet. c. imperialem, fol.* 51. *col.* 4. ex quibus Naldus *in addit. ad Iſern. in d. c. imperialem, ſub nu.* 5. *ſuper verſ. gravius, ad fin.* Ponte *conſ.* 76. *vol.* 1. Roſental *de feudis, c.* 9. *conſ.* 19. *n.* 3. Camill. de Curte *in diverſ. juris feudalis, 2. p. c.* 5. *ex n.* 51. *cum ſeqq.* Caſtillo *dec. Sicil.* 17. *n.* 31. *&* 32. Thoro *in compend. part.* 1. *lit. A. verſ. aſſenſus præſtitus ſuper capitali, pag.* 54. & pleniſſimè Paſchalis *de patria poteſt.* 2. *part. c.* 7. *n.* 44. *& n.* 51. Rodrig. *de annuis redditib. lib.* 5. *q.* 7. *n.* 70. *verſ. ex prædictis.* Felicianus de Solis *de cenſib. tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 1. *nu. fin. fol.* 202. *col.* 2. Mieres *de majoratu.* 4. *part. q.* 1. *limit.* 2. *num.* 39. *fol.* 131. cùm proveniat ex natura hypothecæ, quæ pro ſorte principali data comprehendit uſuras, & redditus cum horum prælatione aliis medio tempore contrahentibus, prout abundè videbis 1. *part. cap.* 24. *ex num.* 91. *cum ſeq.*

16 Atque adhuc ipſe Noguerol. *ex n.* 67. *cum. ſeqq.* plures alias doctrinas accuratè cumulat, ad hoc ut in qualibet diſpoſitione ſtrictæ interpretationis ſubintellecta intelligantur, & comprehenſa ea, quæ ex natura actus pro-
17 cedunt, ſicuti de procuratore ſimpliciter conſtituto ad fidejubendum, poſſe renunciare beneficio cedendarum, ac diviſionis ob conſuetudinem, *& n.* 68. quòd procu-
18 rator ſimpliciter conſtitutus ad vendendum, poteſt dominum de evictione obligare, & pro ea idoneè cavere, *& n.* 69. quod procurator ad mutuam pecuniam accipiendam, poteſt ad cambium cum intereſſe mutuum ac-
19 cipere, & ex Cyriaco *tom.* 1. *contr.* 189. *n.* 28. *&* 29. quòd aſſenſus regius comprehendit conſequutivum, & acceſſorium.

20 Atque denique ipſe Noguerol. *in d. alleg.* 2. *n.* 70. nonnulla exemplaria adducit in quibus ſimilis difficultas oppoſita fuit, & acerrimè controverſa; atque nihilomi-
21 nus poſſeſſores majoratuum fuiſſe condemnatos, ad perſolvendos redditus cenſus ſuper eo impoſiti in pecunia argentea juxta pactum ſtipulationem vel ſaltem pro cambio monetæ argenteæ in æroſa decem ſupra quolibet cenſu, juxta novam regiam pragmaticam.

22 Sed contrariam partem, imò facultatem regiam ſimpliciter loquentem de mille ducatis, non comprehendere, nec intelligi poſſe de ducatis in argentea moneta, vel aurea, imò poſſeſſorem majoratus, qui ejuſdem facultatis virtute mille in argentea, vel aurea pecunia mutuò accepit, ejus limites exceſſiſſe; nec majoratum pro exceſſu teneri, nèc pro eo bonorum hypothecam adſtringere, abſolutè videtur tenere D. Franciſc. de Amaya, Conſenator noſter, *in l.* 1. *C. de Collatio. æris, n.* 38. *verſ. ſolum reſtat dicere pag.* 342.

23 Qui poſtquam præmiſerat *n.* 20. æream pecuniam non habere proportionalem valorem, & æſtimationem cum argentea, vel aurea, cum noſtris temporibus ita valuerit, ut centum ærei nummi non æquivaleant centum argenteis, atque ita prout tempora tulerant, jam viginti, jam triginta, & ultra uſque ad ſeptuaginta, & amplius pro cambio æroſæ monetæ cum argentea præſtari ſoleant.

24 Idem Amaya ſub *d. n.* 38. infert ad facultatem regiam, cujus virtute aliqui cenſus impoſitum eſt ſuper bonis majoratus, & ſit conventum, ut penſionum ſolutio in argentea moneta fiat, majoratus poſſeſſorem, qui cenſum impoſuit, ad eandem conventionem teneri: ſucceſſorem verò non teneri, niſi in æroſa moneta redditus perſolvere. Ex eo obiter motus, quia cùm facultas regia ſit ſtricti juris, nec dicat in hac vel in illa moneta, ſed ſimpliciter, ac genericè, *que podais tomar que*
25 *ſobre vueſtro mayorazgo mille ducados.* illam conventionem non poſſe nocere ſucceſſori, nec gravari, ut in argentea moneta ſolvat, cum ex hoc majoratus deterioris fiat conditionis, & contra tenorem facultatis, & plus quam à facultate conceſſum, & permiſſum eſt, & ſic multoties in praxi receptum eſſe teſtatur ipſe D. Amaya.

26 Hæc ſunt, quæ pro ſua opinione unuſquiſque horum DD. in medium contulit, ſed earum neutram adhuc eligendam rectius arbitrantur, non primam Noguerol tanquam abſolute affirmantem, & regiam facultatem ſupra modum laxantem & extendentem, quam non comprobant fundamenta ab eo conſiderata. Omnia etenim dumtaxat reſpiciunt comprehenſionem eorum, quæ ex natura actus, ſuper quo regia facultas emanavit, veniunt, quæ etiam in actibus ſui natura ſtrictiſſimi juris, quantumvis non expreſſa, ſed tacitè ſubintellecta includi, certiſſimum eſt; ex DD. & exemplis, per eundem Noguerol abundè conſideratis, & copiosè Nos *de protect. regia*, 4. *part. cap.* 20. *ex num.* 92. *cum multis ſeqq.* ubi de ſententia, mandato, diſpenſatione, fidejuſſione, & aliis ſimilibus, quæ ſtrictæ interpretationis ſunt, egimus.

Sed hæc doctrina punctum noſtrum non percutit, 27
nec ullo modo eidem adaptari valet. Agimus enim de facultate limitata ad mille, quomodo igitur poſſibile erit, quod alia quingenta ſuperaddita ex facto facultatem obtinentis ſint, & proveniant ex natura actus, nec facultatis. Cum potiùs natura rei limitatæ limitatos producat effectus, & natura diminutionis ſit augmenti impeditiva, ſi enim ſupponimus juxta injuriam, & in 28
felicitatem temporis præſentis, mille ducata argentea valere mille, & quingenta æroſa monetæ; qua igitur induſtria, aut juris artificio poſſumus facultatem ad mille limitatam, ad mille & quingenta protrahere, & extendere? certè nullo.

Si enim ut ipſe Noguerol *dicta allegat.* 2. *ſub num.* 29
70. pro conſtanti ſuponit, poſſeſſorem majoratus mutuo recipientem mille in pecunia argentea, alia lucrare ſimul quingenta ex æroſa moneta, quo igitur titulo, quave facultate illa quingenta ſuperaddita ob valorem extrinſecum illius ſpeciei tutè poteſt recipere, nec bona majoratus pro eis validè obligare? Certi ſiquidem juris ſit facultatem regiam limitatam, & reſtrictam ad certam quantitatem, ultra eam nihil operari, & in exceſſu penitùs deficere poteſtatem in poſſeſſore majoratus, illam impetrante, illaque ultra modum utente, prout abundè præ cæteris diximus, & ſingulares doctrinas cumulantes ſuprà *hac* 2. *parte, cap.* 4. *per totum*, & præcipuè *ex num.* 10. *cum multis ſeqq. verſ. quibus, tamen*, &c. quas omnes huic articulo applicare, & trahere poteſt.

Sed adhuc ſalvando prædictum auctorem, certius 39
(ſi ante perlegas) eaſdem doctrinas nullatenus applicuit ad facultatem reſpectu ſortis principalis receptæ in pecunia argentea, ſed dumtaxat ad pactum, & ſtipulationem ſolvendi annuos redditus in moneta argentea, & ſub hoc vero ſuppoſito, de quo ibidem *num.* 41. *&* 42. juxta ſui facti ſpeciem (cujus doctrinæ ſpecialem mentionem faciemus inferiùs) rectè firmavit, pactum hoc provenire ex facultate conceſſa, ad cenſus impoſitionem ſuper majoratus bonis natura, & ſub eadem includi; nam ſi in moneta argentea ſortem principalem licitè recepit poſſeſſor, ex natura actus provenit redditus in eadem ſpecie perſolvendos ſtipulari, & in pactum 31
omnino obſervandum deducere, ut ex plurimis DD. quos ipſe laudat *in dicta allegat.* 2. *n.* 35. *&* 40. quibus adde plures alios citatos, & ſequutos per D. de la Rea *dec.* 21. *per totum*, & D. Amayam *in lege* 1. *C. de collation. æris, ex n.* 33. *& ſeq.* quare fundamenta, & juris exempla per Noguerol adducta rectè huic pacto, & conventioni adaptantur dato, & ſuppoſito, prout ipſe ſupponit, apto ſortis receptæ principio. Sed nihilominus adhuc difficultas ſubſiſtit, quomodo ex illa facultate ad mille poſſit comprehendere mille in aurea, vel argentea moneta, quia hoc eſt hoc quærimus in noſtra diſceptatione.

Nec inſuper opinionem D. Amayæ ſimpliciter am- 32
plectendam, nec ſequendam ſenſimus tanquam nimis arctantem, & abſolutè poſſibile facultatem regiam, cum factibile ſit & poſſibile, aliquando valorem, & æſtimationem æroſæ monetæ coæquari & æquivalere argenteis nummis

nummis. Quo casu rationem excessus, atque facultatis regiæ transgressionem, quibus ipse (licet obiter) nititur, penitus cessare certissimi juris est.

33 Quid igitur in tanta DD. & rerum judicatarum ex tribunalibus, & senatibus in dies emanatarum contrarietate tenendum? Arbitror illam veram certissimam, juri consonantem, mentibus utriusque Doctoris, Amayæ scilicet, & Noguerol (qui revera inter se non pugnant, ut vulgus cogitat, & apertissimè ostendimus) opinionem sequendam, & firmiter tenendam, quæ temporis distinctionem, & diversitatem respexerit, & insequatur.

34 Nam aut regiæ facultates, & earum executio ante annum 1612. vel paulo post emanarunt. Usque ad quem annum procul dubio æroſæ monetæ valor proportionabiliter coæquabat argenteis nummis, aut præfatæ facultatis, necnon earum executio post prædictum annum usque nunc expeditæ, & executæ fuerunt (quo quidem tempore ob abundantiam monetæ æroſæ tam
35 propter infelix valoris argenteæ, aureæque monetæ augmentum ad dimidiam partem, & plus, quàm propter æroſæ monetæ multitudinem, & desuper introductam ex regnis extraneis, Hispaniæ inimicis, qui paulatim innumerabilem quantitatem monetæ aureæ, & argenteæ auxerunt (cœpit vilescere æroſa moneta, indeque in tantum augeri extrinsecum aureæ, & argenteæ valorem, ut pro centum istius centum & quinquaginta, & usque ad septuaginta, & amplius offerri in cambium consueverit, prout notissimum est, neminique incognitum.

36 Et in primo casu, & tempore virtute regiæ facultatis licitum fuerit, & per eam verè permissum possessori majoratus quantitatem in ea simpliciter, & indistinctè contentam, & limitatam in argentea, aureave moneta mutuo accipere, & tam sortem principalem in eadem specie redemptionis tempore reddere, quàm annuos
37 redditus in ipsamet specie persolvere, pacisci, & promittere ex supra dictis. In secundo autem casu, & tempore, ex quo distinctio, æstimatio, atque extrinseci valoris inter utrumque monetæ genus supra modum prævalere cœpit, non ita, cùm excessus quantitatis limitatæ, & per easdem facultates permissæ notissimus sit, & nimis majoratui ejusque successoribus præjudicialis.

38 Et ad sic distinctè sentiendum viva juris, & naturalis æquitatis ratione movemur; etenim si in proprio tempore anno 12. & retrò nulla aderat distinctio valoris, & æstimationis inter utriusque generis monetas, sed unaquæque suum justum prætium, à Principe assignatum, retinebat, & coæqualiter conservabat, ita ut centum aureum, vel argenteum pro alio centum æroſæ monetæ duntaxat in cambium dabatur, & communiter absque aliqua differentia permutabatur. Quomodo igitur possibile est in facultatibus à Rege tunc concessis subintelligi, & introduci posse differentiam, & monetarum discrimen, quod nec tunc aderat, nec humana malitia invenerat, nec in imaginatione legis, hominumve ceciderit? igitur nec per Principem cogitari. Atque ideo foret absurdum non eos velle qualificare, & super non ente præsumere, contra naturam, & juris regulas.

39 Quapropter facultas tunc temporis emanata, & simpliciter atque indistinctè de ducatis loquens, generaliter & indistinctè de quovis genere monetæ intelligenda erit, quæ numerum, & quantitatem limitatam, & permissam non excedat, prout tunc verè non excedebat genus, & species aureas, vel argenteas, nec ex ea plus gravabantur majoratus bona, cum valore, pretio, & æstimatione omnes monetæ proportionabiliter essent coæquales, quia in quacumque moneta possessor majoratus receperit illa mille ducata, nullatenus plus nec in æstimatione, nec in quantitate recipiebat nec recipere poterat intrinsecè, vel extrinsecè, ergo quodlibet monetæ genus, ascendens quantitatem, inclusa censebatur in facultatibus regiis, tunc temporis expediti.

40 Comprobatur etenim generalitas facultatis non restricta ad certam speciem, sed ad certam quantitatem perneceſſe comprehendit tum quodlibet genus pecuniæ proportionabile ad quantitatem, juxta *l.* 1. ibi: *Quod ita verum est, si non certum genus argenti legatum sit, leg. cum certum 9. ff. de auro, & argent. l.* ibi: *Si non species designata sit, non materiam, sed pretium*, & text. etiam singularis *in lege si cui 94. §. 1. ff. de solut.* ibi: *Et pecuniam numeratam dando ipso jure liberetur, si ea pecunia eadem æstimatio fuerit.* Cujus dispositionis ratio belliſſima à Jurisconsulto redditur, *in §. 1. ejusdem leg.* ibi: *In pecunia non corpora cogitet, sed quantitatem.* Pecunia namque non tam ex substantia, scilicet, materia quàm ex quantitate, id est, æstimatione debet judicari, *l. 1. ff. de contrah. emptione.* At etiam ex notissima Imperatoris Leonis *Novella 52. & lege fin. Cod. de veterum numism. potestat.* quibus usus promiscuus monetarum probatur. Quia in nummis essentia ex qualitate, & valore, 41
non ex materia, & metallo admittitur, probatur etiam *ex lege Titia 83. de legat. 2. l. quisquis 95. de legat. 3. lege fin. ff. de adimend. legat. leg. si pœnæ 19. §. si falso, l. qui hæredes 46. ff. de condit. indeb. leg. Lucius 24. ff. depositi. lege planè 34. §. sed etsi ff. de legat. 1.*

Nam generalis dispositio ad pecuniam relata quam- 42
libet comprehendit, cum constet ex auro, argento, & ære, *ex l. Cornel. §. eadem, ff. ad l. Cornel. de fal. Quintus Mutius 27. §. fin. ff. de aur. & argen. l.* D. Larea *in dec. 21. n. 10. & 11.* videndus *per totam dec.* qua multa congerit valde conducibilia nostræ præsenti considerationi.

Quæ ulterius comprobatur ex vivo juris fundamen- 43
to, quoniam aliqua ratione potest in possessore majoratus recipiente quantitatem permissam in aurea, vel argentea pecunia considerari transgressio facultatis regiæ, & per consequens defectus potestatis; ea potissimum, quia excedit quantitatem sibi limitatam, attenta æstimatio extrinseca hujus generis monetæ, comparatione ad æroſam, quia tunc verè plus mutuo recipit quam sibi concessum, & permissum fuerit, ut constat ex D. Amaya *in dicta lege 1. ad fin. Cod. de collat. æris.* & ex his quæ circa excessum quantitatis per facultatem regiam limitatæ longa manu congessimus *supra hac. 2. part. c. 4. per totam.* Maximè *ex n. 10. versic. quibus tamen* &c. *usque ad fin.* sed hæc ratio eo tempore, quo impetrata fuit facultas, & executa, scilicet ante annum 12. 44
penitus cessabat, quo nulla differentia valoris, & æstimationis inter utramque monetam æroſam, & argenteam, sed potiùs omnimoda coæqualitas considerabatur. Ergo nullo modo considerari potest excessus aliquis, nec transgressio facultatis in possessore majoratus antè prædictum tempus recipiente quantitatem, ad certum monetarum genus non restrictam in aurea, vel argentea, qua plus non recepit, nec ad plus oneravit majoratum.

Quibus, & rectè conducit inter alias interpretationes 45
per scribentes tradita *ad leg. 6. tit. 21. lib. 5. recopilat.* ex qua Reges Catholici permiserunt creditum in minutis monetis solvere, & circa vectigalium solutionem expressiùs *in leg. 6. tit. 14. l. 9. recopil.* Castillo *controvers. lib. 4. c. 10. ex n. 59.* illa tradita à D. Larea *in decis. 21. nu. 40. & seqq.* noviter considerans, ea jure procedere, quando æroſi nummi vera constabant æstimatione, quæ illis à Principe data erat, qui aureos, vel argenteos rectè poterant sua proportione adæquare, & rarior usus monetæ æroſæ, & pretium majus non debeatur, nec in æstimatione inæqualitas aliqua reperiebatur, nec usus communis admittebat, ut secus hoc nostro tempore, quo ex multitudine, & superabundantia æroſæ monetæ ejus valorem, & æstimationem vilescente; & suprà modum argenteæ æstimationem augente. Vide eundem *in n. 31. & 42.* ac iterum *in n. 50.* qui nonnulla adducit mirabiliter conducentia nostræ temporum distinctioni.

Pro qua, & ulterius facit illa Doctorum communis 46
opinio *ex leg. Paulus, ff. de solutio.* deducta, posse quemlibet

47 libet debitorem, qui mutuo recepit pecuniam auream, vel argenteam, ſolvere pro ea in quacumque moneta, aliàs approbata, & currenti, ſive minuta, & æroſa, ſive aurea, vel argentea, prout ſibi placuerit. Tum quia pecunia non tam ex materia, quàm ex quantitate, & æſtimatione debet judicari, ut ſuperiùs diximus. Atque ideò datur de una ad alteram ſubrogatio, cùm ean-
48 dem afferat utilitatem pecunia æroſa pro portione ſua adæquans argenteam, & ex aliis fundamentis obſervat Caſtillo *controverſ. tom.* 4. *c.* 10. *ex n.* 25. *cum ſeqq.* Carrocius *deciſ.* 4. *n.* 4. *& deciſ.* 53. *n.* 1. *&* 2. Pinell. *in leg.* 2. *Cod. de reſcinden.* 2. *p. cap.* 1. *num.* 25. Franchis *deciſ.* 508. & ibi: Amendul. *in additio.* Alexand. Raudenſ. *tom.* 1. *variar. cap.* 64. *num.* 32. Gratian. *diſputat. forenſ. cap.* 55. *n.* 29. Molina *de juſtit. tom.* 2. *diſputat.* 312. Salas *de contract. tit. de cambiis dub.* 32. Parlador. *lib.* 2. *quotidian. cap. fin.* 5. *part.* §. 17. *n.* 16. *&* 17. Armendat. *ad leg. Navarr.* 1. *tit.* 29. *lib.* 4. Valenzuel. *conſil.* 30. Rodriguez *de annuis redditib. lib.* 2. *q.* 15. *n.* 92. Felician. *de cenſib. lib.* 4. *cap. unic. n.* 28. Theſaur. *de augment. monetæ* 2. *p. n.* 74. Chilchen. *in leg. incendium, n.* 35. *cum ſeqq. Cod. ſi cert. petat.* Scaccia *de commerc.* §. 2. *gloſſ.* 3. *q.* 6. *n.* 195. & cum aliorum allegatione Carranca *de monetis* 4. *part. cap.* 1. §. 7. D. Pichard. *in princip. quibus re contr. obligat.* Gutierrez *lib.* 2. *practicar. quæſt.* 179. D. Larea *deciſ. Granat.* 21. *à princip.* D. Amaya *in leg.* 1. *Cod. de collat. æris ex n.* 8. Cencius *de cenſib. quæſt.* 85. *nu.* 8. *& ſeqq.* qui omnes alios innumerabiles penè allegant & Faber *de numiſmat. ſolut. in tract. de commerc. quæſt.* 10. *num.*
49 19. in illis verbis: Cùm enim hæc minutiſſima moneta, quantumcumque viliſſima ſit publicè ad formam, & definitionem publicam facta, & approbata, eſt vera & proba moneta. Igitur in ea ſolutio fieri poteſt ſive in parva, ſive in magna ſumma, cum debitor non
50 ſit obligatus ad aliam certam ſpeciem monetæ, ſed ad quantitatem in genere, &c. Et Gilchen. Rutigel. *in leg. cum quid n.* 28. ibi infero unum generalius, ut pro pecunia aurea ſolvi poſſit argentea, & pro argentea ærea, dummodò idem ſit valet, nec creditor ſit paſſurus damnum, aliter quàm quia materia ſit diverſa, &c.

51 Qui omnes, & quamplurimi alii (dempto Carranza) loquuntur, & reſcripſerunt longè antè annum 12. quo nulla fuerat variatio æſtimationis inter argenteam, & æroſam monetam. Imò expreſsè ſupponunt qualitatem in valore, & æſtimatione extrinſeca. At Hiſpani Doctores, ſcilicet D. Larea, & Amaya, qui his temporibus ſcripſerunt, aliud, & rectè cenſuerunt, quorum inferius ad ſecundum tempus, ſeu diſtinctionis membrum ſpecialem mentionem faciemus.

52 Igitur evidenter apparet, quod facultas regia antè annum 1612. obtenta, & executa ſimpliciter de mille ducatis loquens, nec reſtricta ad certam ſpeciem monetæ, omnes quaſlibet comprehendit, cùm nulla tunc fuerit inter æroſam, & argenteam diſtinctio reperta, nec conſequens in nihil exceſſiſſe poſſeſſorem majoratus in pecunia argentea, vel aurea mutuum recipiendo.

53 Et in hoc primo temporis, & diſtinctionis membro expreſsè loquitur Noguerol *d. allegat.* 2. qui revera non loquitur in facultate Regia obtenta, & exequuta poſt annum 12. ſed antea, anno ſcilicet 1602. quo nulla diſtinctio monetæ æroſæ, & argenteæ quoad æſtimationem extrinſecam aderat, imò ſub hoc ſuppoſito quod tempore licito receperat poſſeſſor majoratus quantitatem in pecunia argentea totam ſuam fundat allegatio-
54 nem. Ut nec poſſeſſorem limites facultatis Regiæ exceſſiſſe demonſtrare, ut apparet ex caſus poſitione *ex num.* 27. *cum ſeqq. & n.* 39. ibi: *Et anno* 1603. *quando fuerunt redempti cenſus, quos Marchio impoſuerat, tunc nulla quoad æſtimationem erat differentia inter æream, & argenteam monetam*, &c.

55 *Ex num.* 41. 42. *&* 43. movet magis in ſpecie difficultatem, atque reſolvit in hunc modum: *Nec obſtat replicare, quod exceſſit Marchio fines facultatis, ſe obligando ſolvere redditus in argentea moneta: cùm adimpleret, ſi ſe in ærea ſolvere obligaſſet.*

Cui ſatisfit (inquit *nu.* 41. *ſeq.*) nam ut notum eſt, 56
dictis annis 602. & 603. nulla erat inter monetas differentia & ſic Marchio majoratum non gravavit, quando ſe obligavit argentea ſolvere, cum eandem æſtimationem haberet, tunc ex generali conſuetudine, ubique recepta ipſe, & ſucceſſores adimplerent, ſi in moneta ærea ſolviſſent, cum ejuſdem æſtimationis, & bonitatis eſſet, quàm argentea, & nullum cauſæ piæ creditrici damnum, & præjudicium ſequeretur: quia æqualem æſtimationem habebat, ex Bartolo, &c.

Proſequitur *nu.* 34. ibi: Secundo cum in principio 57
contractus licitus fuiſſet, & non gravoſus, non poteſt majoratus ſucceſſor conqueri ex eo, quòd eſt poſt factum ex anno 616. in variatione æreæ monetæ (quæ in argentea nulla fuit) eam hodie tandem, quam tunc, habent æſtimationem, &c. poſtea *n.* 46. ita concludit: Et ſic ſucceſſor majoratus dicere non poteſt, quòd fa- 58
cultas non poterat extendi ad ſolutionem reddituum in argentea moneta: nam tempore conceſſionis, & impoſitionis cenſus expreſsè, & virtualiter comprehendebat ſolutionem reddituum in qualibet moneta ex eo, quod inter eas nulla erat differentia.

Vides quam falsò ſoleat iſte Author communiter 59
allegari pro abſoluta comprehenſione facultatis, cum claris, & diſertis verbis limitatè loquatur de facultate dumtaxat, quæ obtenta, & executa fuit ante augmentùm, extrinſecum æſtimationis monetæ argenteæ, nempè annum 1619.

Et in eodem caſu intelligendas eſſe duas executorias 60
pro hoc obtentas in Regiis Senatibus nempè latas ſuper facultatibus ante annum 18. impetratis, & executis, quarum meminit ipſe Noguerol. *ibid. nu.* 70. & expreſsè declarat, ibi, *Cùm ſimiles facultates.* & ex eo quod *in fin.* ejuſdem *n.* 70. ibi. *Et ita deciſum fuit in hac cauſa*, & in deciſionibus allegatis *nu.* 70. &c. ob ſimilitudinem caſuum.

Atque etiam pariter in facti contingentia vidi per 61
plures Senatores ſic determinaſſe in hoc Senatu Pintiano, in cauſa omninò ſimili. In qua conventus Regius, & inſignis S. Benedicti hujus civitatis litem movit contra aliquos creditores, cenſum quendam ab eo ementes in pecunia argentea, & cum pacto expreſſo de ſolvendis redditibus in eadem ſpecie. Certabat, non niſi in pecunia æroſa eſſe ſolvendos, & redimendam ſortem principalem, cum Abbas, & conventus ipſe facultatis, & licentiæ præſtitæ à Generali limites exceſſerat. Cum ſimpliciter fuiſſet conceſſa ad mutuo recipienda octo mille ducata, & pro eis cenſum creare, & vendere, atque ideo non poterat Abbas, & conventus recipere eandem quantitatem in pecunia argentea. Sed cùm replicaretur quod eo tempore, multò ante annum 16. non adeſſet diſtinctio aliqua inter utramque monetam quoad æſtimationem, & quantitatem, facultatem indiſtinctè conceſſam, indiſtinctè, & abſque differentia conceſſam intelligi debere cujuſlibet monetæ comprehenſivam, & ita fuit deciſum, & determinatum per duas ſententias, atque rem judicatam, quod & idem pluries in variis cauſis fuit determinatum, & temporum diſcrimen habitum, & aſſiduè conſideratum.

Quoad ſecundum autem tempus, & diſtinctionis 62
membrum, de quo *ſuprà n.* 33. *verſ. quid igitur in tanta*, &c. conſiderandum erit omnes facultates Regias ad mille, puta ſimpliciter expeditas poſt dictum annum 12. procul dubio intelligi de mille in moneta æroſa; non verò de mille in aurea, vel argentea, ita ut ſi poſſeſſor majoratus prædictam quantitatem in moneta argentea recepit, indubiè excedit limites, & metas facultatis. Ratio eſt in promptu, longè deductis hactenus, in primo tempore, diſtinctionis membro, à contrario ſenſu, & ratione ceſſante ſumptis. Nam ſi ex ipſo anno uſque nunc, vileſcente moneta æroſa in tantum crevit

comparatione ad eandem moneta argentea ; plus uſque quinquaginta , & ſeptuaginta. Ut ex Noguerol. *d. allegat.* 2. *n.* 43. & 47. & 70. Carranza *de monetis* 4. *p. cap.* 1. §. 7. *punct.* 2. D. Larea *deciſ.* 21. *n.* 50. Amaya *in l.* 1. *de collat. æris n.* 20. & 35. pluſquam ma-
3 niſeſtum eſt , poſſeſſorem majoratus habentem facultatem ad ſola mille limitatam , ſi recipiat illa mille in argentea moneta ; eo ipſo recepiſſe conſtat ſupra mille alia quingenta , ſeu ſeptuaginta , & ad hæc quingenta , ſeu ſeptuaginta recepta carere penitus facultate , & poteſtate , & ſic excedere notiſſimos facultatis limites ;
64atque pro exceſſu nulliter , & inutiliter obligare bona majoratus , qui nullo modo ad ea tenetur, ſicuti abundè probavimus *ſuprà hac* 2. *p. c.* 4. *per totum.* Quo loco plures ſingulariſſimas doctrinas reperies , in hujus puncti corroborationem & exornationem , quas iterum repetere nobis non licet. Sed ad exceſſum ſolum teneri ip-
65ſum poſſeſſorem conſtituentem cenſum, ejus bona , atque hæredes dumtaxat. Prout rectè conſiderat D. Amaya *ubi proximè n. fin.* & conducunt quæ *ſuprà c.* 7. *nu.* 75. *& ſeqq. verſ. unum tamen eſt.* Atque adverſus conſtituentem poſſeſſorem , illud plus recipientem , ejus bona , & hæredes recurſum habere creditorem , qui incautè totam facultatis ſummam ei in moneta argentea mutuo dedit.

66 Hoc inſuper ſecundum diſtinctionis membrum ulterius comprobatur ex ratione communis opinionis , ab omnibus conſtanter receptæ , & expreſsè *ex leg. Paulus , ff. de ſolut.* Ut tunc non teneatur creditor in ærea, vel minuta moneta pro argentea recipere , ſi damnum, vel incommodum aliquod patiatur ex hac ſubrogatione monetarum. Quam aſſerunt illi omnes Doctores, & plurimi alii per eos conducti , quos laudavimus *ſuprà n.* 47. *verſ. pro qua ulterius facit* , &c. Nam ſi damnum aliquod ſentiat creditor ex pecunia æroſa (quamplurimas congerit , & doctè comprobat D. Larrea *en dec.* 21. *ex n.* 13. 14. *& ſeq.* quæ per te videre poteris , non omittimus, cum pluſquam nota ſint , prout in dies infeliciter experimur.) ideo ſolutionem , & ſubro-
67gationem non admittendam hodie in Hiſpania , quia plus in communi æſtimatione , & valore extrinſeco valet argentea pecunia , & penitus ceſſavit jam antiqua illa adæquatio , & ad maximam differentiam deventum eſt inter æroſam , & argenteam pecuniam , & qui ſolvit pro æroſa argenteam, plus ſolvit , atque è converſo, qui pro argentea recipit æroſam , longè minus recipit. Cùm centum æroſum ſine cambio triginta , quadraginta ſeptuaginta plus his temporibus in Hiſpania non æquivaleat æſtimatione alteri centum in moneta argentea , prout expreſsè conſiderarunt D. Larea locis proximè citatis , & D. Amaya *n.* 20. & 35. quos conſule pro latiori explicatione.

68 Et ad hoc ſecundum tempus , & diſtinctionis membrum rectè trahes , quæ circa facultatem Regiam dixit Amaya *ubi proximo ſub nu. fin.* ut ſi ad mille conceſſa, poſſeſſor in argentea moneta mille recipiat ; eum creditori teneri de exceſſu , ſucceſſores autem dumtaxat ad mille in æroſa moneta , cum limites facultatis exceſſerit ob inæqualitatem utriuſque monetæ his temporibus inventam in Hiſpania , de quo tempore loquutum fuiſſe , colligitur ex antea per eum conſideratis *n.* 20. & *ex n.* 35. ex quibus videtur derivari, quod *d. n.* 38. circa facultatem genericè dixit , quem etiam ita intelligit Noguerol *d. allegat.* 2. *ſub d. n.* 70. ſic loquentem in hoc ſecundo tempore , & diſtinctionis membro , juxta terminos caſus , de quo *num. ſeqq.* dicemus , ad quos ipſum traxit , & pro contrario allegavit.

69 Ex quibus valde ſcrupuloſa redditur , (ſi indiſtinctè accipiatur ,) nova quædam conſideratio facta à Noguerol. *d. allegat.* 2. *ſub d. n.* 70. dicente, quod in hoc puncto ceſſant omnes difficultates , conſiderando , quòd hodie quando tanta eſt differentia in valore monetæ argenteæ comparatæ ad æream , poteſt ſecurè affirmari, virtute Regiæ facultatis poſſe hodie majoratus poſſeſſorem ſuper bonis majoratus cenſum conſtituere ea conditione , quòd redditus ſolvantur in moneta argentea , quando ſors principalis recepta fuit in eadem ſpecie , abſque ullo majoratus gravamine , ex ea ratione , qua lege Regia præmium differentiæ monetarum taxatum eſt ad rationem 25. *pro* 100. atque ſic præmio mediante utriuſque monetæ ad æqualitatem redactus eſt. Et ideo , qui recepit centum ducata argentea , in effectu recipit 125. in ærea moneta , ſicque majoratum lucrare illa 25. in ejus utilitatem converſa ſupra alia 100. idcirco ipſum ad omnia teneri , & obligari poſſe.

Sed hæc opinio non ſimpliciter accipienda erit , quia 70
licèt verum ſit , quòd poſſeſſor recipiat illud plus propter præmium à lege taxatum : adhuc tamen pro illo plus recipiendo , caret facultate regia , quæ ſolùm ad centum mutuo accipiendum , & majoratus bona obligandum , ſibi permiſit , & limitatam conceſſit poteſtatem. Quapropter licet ex capite majoris utilitatis , ſeu quantitatis receptæ teneri majoratum : ex capite tamen limitatæ facultatis , & reſtrictæ poteſtatis ad 100 dumtaxat , obligatio non ſubſiſtit in exceſſu, quia illud plus , quod reſpectu præmii poſſeſſor recipit , non plus operatur quoad juris effectum , quàm 71
ſi totam quantitatem receperit abſque ulla regia facultate , prout hactenus in diſcurſu totius c. abundè probatum eſt ; niſi evidenter probetur , illud plus verſum fuiſſe in utilitatem majoratus ipſius , ad latè tradita per nos *in c. ſep.* 9. *ex n.* 138. *uſque ad n.* 144. ac magis in terminis *in hac* 2. *part. c.* 17. *ex n.* 58. *cum multis ſeq. verſ. quinto pro hac parte faciunt Doctores.* Quo caſu , atque ſub hac declaratione rectè procedit aſſertio Noguerol , quam (licet ſub involucro verborum) ſentire ipſe videtur , dum dicit , & ſupponit , majoratum ipſum lucrari illud præmium , & in ejus utilitatem fuiſſe verſum.

Circa pragmaticam taxantem præmium argenteæ 72
monetæ , & quando debitores teneantur præcisè ſolvere in argentea moneta recepta , & promiſſa abſque præmii admiſſione , & de aliis pluribus difficultatibus materiam pragmaticæ tangentibus , vide D. Larea *d. deciſ.* 21. *& deciſ.* 22. *& deciſ.* 24. D. Amaya *in d. leg.* 1. *Cod. de collat.* Noguerol. *d. allegat.* 2. vide etiam latiſſimè plura congerentem Cencium *de cenſibus q.* 85. *per totam.*

Sed an , & quando qui tenetur ad unum genus mo- 73
netæ annuatim perſolvere , ſi ſolvat ex alio per aliquod tempus creditore recipiente , & non contradicente , nec reclamante ; an & quando ſibi præjudicet in poſterum , vel an ; & quando debitor juvari poſſit præſcriptione , plures caſus diſtinguit Cencius *de cenſib. q.* 85. *ex* 74
n. 31. *cum ſeq.* & Noguerol omnino videndus *in d. allegat.* 1. *ex n.* 71. *cum multis ſeq.* ſemper tamen quoad præſcriptionem ſervanda , & attendenda erit diſtinctio Cencii *in d. q.* 85. *n.* 31. *cum ſeq.* quo loci juridicè loquitur , & ejus doctrina communiter practicatur in hac Regali Cancellaria Valliſoletana , ad quam reducendæ ſunt , & juxta eam intelligendæ Rotæ *deciſiones* ſequentes , quatenus de præſcriptione loquuntur.

Circa quod duæ adſunt ſingulariſſimæ Rotæ *deciſio-* 75
nes , quæ ad multa de hac materia prodeſſe ſolent , alteram adducit Marcheſanus *de commiſſ. tom.* 1. *part.* 1. *tit. de commiſſ. in cauſa penſio. fol* 549. quæ *ex n.* 2. in hunc modum loquitur : Quo vero ad ſecundam partem dubii ea moti ratione fuerunt Domini , quia licet regulariter ſolutio ſit facienda in illa ſpecie , decanit obligatio , ſi modo illa reperiatur. Ruinus *de monetis in* 2. *præſuppoſito n.* 8. cum aliis per Menoch. *conſil.* 138. *à n.* 1. *uſque ad* 9. *& fuit tentum in Cæſar auguſtana pen.* 11. *Martii* 1561. 76
coram Gyptio. Poteſt tamen debitor propter difficultatem illam ſpeciem , vel in tanta quantitate ſibi neceſſaria ſolvere juxta æſtimationem illius , ut per Sarner. in regula de valore , qu. 8. n. 7. qui refert ita pluries fuiſſe per Rotam reſolutum , quantum æſtimationem fieri de- 77
bere hoc in caſu cenſuerunt Domini habita ratione ſcutorum auri in auro , currentium in curia de quibus Papam reſervando hujuſmodi penſionem ſenſiſſe credendum

dum est, & non currentium alio in loco in bonitate, vel in pondere diminutorum, ad notata per Abb. cap. quanto col. fin de jurejur. & prout fuit tentum
78 in Cæsaraugustana, & prius in Conchensi pens. 28. Jun. 1585. coram Orano. Nec huic sententiæ obstant solutiones usque factæ. Si quidem pro interpreta-
79 tione hujus reservationis deservire non possunt, cum reservatio illa clarè loquatur de scutis auri, in auro ad leg. quod constitutum, ubi Baron. ff. de testam. milit. & in cap. significavit, ubi Bald. col. 2. de appellat.
80 Aretin conclus. 84. n. 5. non etiam obstat pro præscriptione, quia ad minus requiruntur 30. anni, ut aliàs fuit resolutum in d. Cæsaraugust. pens. maximè cum istæ solutiones fint factæ creditori Cardinalis, cui concessæ fuerunt, & qui non potuit sine speciali mandato præjudicare ipsi Cardinal. *ad leg. si quis mihi, §. sed si mandaverit, ff. de acquir. hæreditat. per* Crescent. *decis.* 8. *&* 9. *de renuntiatione in præcis.* &c.

81 Eadem Rota *in alia Corduben. pens.* ut per Marchesan. *in part.* §. 2. *de commun. in causa pensio. tom.* 1. *fol.* 631. *a nu.* 2. ibi: Respectu verò justitiæ, quia placuit dominis decis. Cæsaraugustan. pens. 11. Mai 1591. coram Gyptio, quod sæpè fuit sequuta Rota maximè
82 infrà dicendis decisionibus, cum pensio sit solvenda, vel in illa specie monetæ, quæ est in obligatione; vel in illa moneta juxta valorem in curia currentem, ut fuit dictum in Burgensis pensionibus 17. Jun. coram Gyptio. Et in Conchens. pens. 28. Junii 1585. coram Orano, & in Aretin. pens. 21. Febr. & 13. April. 1598. coram Litta. Et ita quoque ut attendatur valor monetæ, ubi est facta gratia, non autem ubi est collata, de communi testatur reprobando Oldradum *in consil.* 168. Surdus *decis.* 327. *n.* 4. *ut sit facienda*
83 *solutio in moneta, vel in tempore debita, vel in ejus æstimatione de tempore solutionis*, &c. Ubi aliàs comprobat, & consequutivè, ibi: Nec etiam obstare dicebant Domini exceptionem sive observantiæ, sive præscriptionis. Cum utrique satisfieret in d. Cæsar august. scilicet dum observantiam excludebant clara verba reservationis; præscriptio verò cessabat ex defectu animi præscribendi, &c. Adest, & alia decisio per eundem Marches. *ubi proximè, fol* 639. & alia, *fol.* 639 *in una Aretina.*

84 Videndæ sunt in comprobationem aliæ Rotæ *decis.* 214. *usque ad* 222. inclusivè inter recollectas per Cencium *post tract. de censib. tom.* 2. Farinac. *dec.* 683. *&* 686. *&* *dec.* 682. *&* *decis.* 909. *&* 999. Alex. Ludovis. *dec.* 42. & ibi Oliver. Beltramin. Seraphin. *dec.* 511. *&* 944. Farinac. *in novissimis secundi tom. & dec.* 145. *& tom.* 1. *dec.* 54. *&* 397. *& dec.* 140. idem Farinac. *decis.* 49. *tom.* 1. *in posthumis.* Loter. *de re beneficiar. tom.* 1. *quæst.* 39. *n.* 157.

85 At obiter circa prædictas duas decisiones notandum erit, quod quando certum genus, & species pecuniæ solvendæ in pactum expressè deductum fuit, præcisè tenetur, vel saltem ad æstimationem juxta proportionem, & valorem in qualibet provincia taxatam, innumerabiles congessit Larea *decis. Granat.* 22. *ex n.* 4.

86 Atque etiam cum in pactum expressum deducta fuit monetæ species in auro, vel argento persolvendæ, pactum omninò servandum erit, nec cogitur creditor in alia moneta diversi generis recipere, plurimi citati per Noguerol. *allegat.* 2. *n.* 40. quam plurimos Larea *dec.* 22. *ex n.* 8. *cum seqq.* D. Amaya *in leg. unic. de collat.*
87 *æris ex num.* 33. maximè si eadem monetæ species data fuerit, quia tunc præcisè cogitur debitor in eadem promissa specie solvere, infinitos penè Doctores congerit Noguerol. *d. allegat.* 2. *n.* 34. *cum seqq.*

88 Quo casu nova Pragmatica nostri Philipi IV. an. 1625. qua taxatum fuit præmium obligationum, & promissionum in pecunia aurea, vel argentea, distinxit inter promissam, non tamen receptam in eadem, ut tunc sufficiat debitori solvere in æroſa moneta cum præmio 25. pro quolibet centum. At verò in promissione
89 recepto mutuo in argentea moneta nihil disposuit. Sed intactum reliquit juris communis dispositioni, pro redditibus autem annuatis conventis in moneta aurea, vel argentea sufficere debitorem pro præmio decem solvere supra centum æroſæ monetæ. Vide latissimè Larea *disp.* 21. 22. *&* 24. quem sequitur Amaya *ubi proximè d. leg.* 1. *à princ.* & vide *ex num.* 33. *&* 34. *cum seqq.* & disposuisse expressè *d. pragmatic.* 1625. ubi data fuit realiter moneta argentea, vel 90
aurea, etiamsi de eadem reddenda, & solvenda non fit pactum expressum, ut in eadem specie sit facienda solutio affirmat Noguerol. *d. allegat.* 2. *n.* 37. & vide *ex n.* 5. quod tamen expressè *d. pragmatic.* 91
non dixit, sed virtualiter continetur, quare hunc casum omisit, ut rectius censuerunt Larea & Amaya locis citatis, atque apertè ex eadem pragmatica *anni* 1625. quæ hodie recopilata est in nova impressione, quæ est *l.* 19. *tit.* 21. *lib.* 5. *recopilat. quæ sub* §. 1. 92
sic ait: *Mandamos que de aqui adelante, por el tiempo que fuere nuestra voluntad, los premios del trueco destas monedas de vellon, oro o plata no puedan pasar, ni passan.* Et consequutivè §. 2. *Que en las obligaciones, o contratos ya hechos de pagar en oro, o plata: cumplan los que no huvieren recevido en las dichas monedas, o en pasta con pagarlo en moneda de vellon, a raçon de los dichos diez por ciento.* Et *in* §. 3. *que esto mismo se entienda en los* 93
censos, que tuvieren condicion de pagar los reditos en plata, porque han de cumplir los deudores, con pagarlos en vellon. Y el trueque de lo que montaren a raçon de los dichos 10. *por* 100. *oça como corriere, si pasare a menos al tiempo de la paga, y esto se entienda tambien en el cap. precedente, que trata de las obligaciones.*

Et iterum per *leg.* 22. *ejusd. tit. & libri*, quantum ad 54
cambium, & permutationem æroſæ monetæ cum aurea, vel argentea, & sic de moneta ad monetam *d. leg.* 19. *in princip.* innovata fuit: & permissum, quemlibet liberè posse permutare auream, vel argenteam monetam pro æroſa cum præmio 28. pro centum, & quod *d. leg.* 19. *in* §. 1. 2. *&* 3. supra dictis solùm loquatur, & disponat super obligationibus, & contractibus, quibus promissum fuit solvere in aurea, vel argentea moneta, quando debitor eadem speciem non 95
recepit, clarè constat ex eis, & apertius ex §. 4. proximè sequente, quo prohibetur, ne deinceps hæc promissio fiat, nec facta valeat, si in eadem specie debitor non recepit.

CAPUT IX.

Facultate Regia ad imponendum censum, super bonis majoratus impetrata per eum qui duos plureſve distinctos possidebat; singulique pro tempore in singulos possessores separatim devenerunt: an insuper omnes ad censum teneantur, vel an pro rata inter omnes majoratus distribuatur vel an & quando uno ex eisdem dumtaxat gravato manente, cæteri prorsus liberi transire valeant.

SUMMARIUM.

1 *Separantur duo, vel plures majoratus ab uno possessore tenti, duobus modis, aut per viam legitimæ successionis, aut per viam evictionis & vindicationis.*

2 *Facultate ad alienandum bona vinculata generali, & indefinita potest impetrans duos possidens majoratus u[n]i in bonis cujuslibet.*
Gregorius Lopez recensetur, ibid.

3 *Facultas ad alienandum obtenta per possessorem duorum majoratuum restricta ad unum, ad alium nullo modo extenditur.*

4 *Potestatem qui habet in duobus, si se restrinxit ad unum, ex alio non sustinetur actus.*

Facultas

Facultas concessa ad alienandum unam rem majoratus, non extenditur ad alias ejusdem majoratus, ibid.

Nec facultas extenditur de parte ad totum. ibid.

5 *Facultas ad vendendum unam rem ex majoria matris, non tenet venditio rei ex majoria patris.*

Facultas concessa à Papa habenti diversas pensiones, ad unam nominatim transferendum, aliorum translatio est nulla. ibid.

Ponderatur singularis text. in leg. 1. §. illud potest quæri D. de hæreditat. vel actio. vendit. ibid.

Senatus Pintiani determinatio in facti contingentia refertur. ibid.

6 *Facultas indifferens, super tuo majoratu, concessa ei qui plures, & distinctos possidet, vitiatur incertitudinis ratione.*

Incertum, & nullum æquiparantur, ibid.

Majoratus institutor si se referat ad unum majoratum, & plures adsint contrarii, neuter attenditur ratione incertitudinis.

Privilegium concessum Ecclesiæ sancti Francisci, si ibidem duæ sint Ecclesiæ sancti Francisci, vitiatur, si non apparet, de qua senserit Princeps, ibid

8 *Æquivocus actus, qui uni, & alteri potest adaptari, neutri prodest.*

9 *Incertitudo facultatis certificari potest ex judiciis & demonstrationibus legitimis ut appareat, de quo majoratu senserit princeps, & seq.*

10 *Impetrans facultatem possessorem plurium majoratuum, si se nominet possessor unius super eo, concessam fuisse facultatem intelligitur.*

11 *Habens duas dignitates diversas, duas etiam ipse repræsentat personas; ita ut gesta per eum intuitu unius non confundantur cum gestis nomine alterius.*

12 *Et tunc distinguitur cujus contemplatione actus fit, quando agens se nominat possessorem talis dignitatis, & à quo nomen assumpsit.*

Sicuti de possessore majoratus actum gerente optimè dixit Molina, relatus, ibid.

Contrahens cum aliquo sub certa qualitate expressa, non potest postmodum illam negare, ibid.

Denominatio ejus qui actum gerit, attenditur, ut cognoscatur cujus nomine actum gessit, ibid.

Creditor simpliciter vendens pignus, censetur vendere jure proprio, non jure creditoris, ibid.

Vendens tamen cum denominatione creditoris, ut talis vendidisse intelligitur, ibid.

Emens, vel vendens non simpliciter sed adjuncto nomine procuratorio, non nomine proprio, sed nomine alieni emisse censetur, ibid.

13 *Denominatio semper fit à digniori, & priori.*

14 & 15 *Facultas incerta, & æquivoca, seu generalis declaratur per causam in supplicatione appositam, quæ soli uni ex majoratus possessoribus convenit, & valet adaptari.*

16 *Causa limitata, & restricta ad unum solum majoratum, illum non egreditur.*

17 *Principis subscriptio, & concessio generalis regulatur à supplicatione limitata, & restricta, seu generali.*

18 *Ex pluribus in supplicatione petitis si aliqua Princeps concessit, cætera negare videtur.*

Facultas Regis ambigua, generalis, vel æquivoca declaratur à supplicatione, ibid.

19 *Facultas generalis super contractu Principi præsentato, concessa intelligitur super omnibus in eo contentis.*

Facultas Regis ad alienandum simpliciter concessa, præcisam habet relationem ad memoriale, & preces, ibid.

20 *Causa, negotium, & utilitas ad unum dumtaxat majoratum spectans, ad alios trahere facultatem impetrans nihil agit.*

Majoratus obligatus virtute facultatis, pro fidejussore habetur, ibid.

21 *Pluribus in solidum obligatis, si utilitas ad unum dumtaxat pertineat, iste dicitur principalis, cæteri fidejussores inter seipsos, non respectu creditoris.*

22 *Pluribus majoratibus obligatis ex facultate pro causa, & negotio ad unum dumtaxat tangente, iste solus tenetur, cæteri liberi remanent.*

23 *Facultas ad obligandum duos majoratus ab uno legitimè possessos, si legitimè dividantur, omnes tenentur pro rata.*

Census inter eos fiet computatio, & distributio juxta valorem fructuum, & reddituum uniuscujusque majoratus, ita ut quilibet pro ea parte fructuum, recipiat partem census, annuatim persolvendi, ibid. & num. seqq.

24 *Una pensio imposita super duobus beneficiis ab eodem uno beneficiato possessis, isto mortuo separentur; & duobus conferantur, quo modo pensio sit inter novos possessores dividenda, & viritim oneranda.*

Pluribus rebus eodem pretio venditis, pretium inter eas distribuitur, juxta cujuslibet valorem, ibid.

L. ædiles, §. fin. in fin. D. de ædilitio edicto ponderatur, ibid.

Ex duabus rebus uno pretio venditis, si una sit exempta gabella singularum valor taxatur, ut pars gabella uni oneretur, & exempta libera maneat, ibid.

Census unus impositus super duobus fundis juxta motum proprium, quilibet pro rata proportionabili, manebit obligatus pro redditibus census, ibid.

Quæ doctrina in Hispania non verificatur, sed in provinciis, quibus motus proprius fuit receptus, ibid.

25 *Facultas ad obligandum plures majoratus non intelligitur in solidum, sed pro rata proportionabiliter ad fructus, & proventus cujuslibet, quando ipsi in posterum dividuntur per legitimam successionem.*

26 *Censu imposito super duobus majoratibus ab uno possessore tentis: si onus evincatur, an iste prorsus liber in vincentem transeat absque census obligatione, cum seqq.*

27 *Et an saltem pro sua rata parte majoratus evictus censum super duobus impositum recognoscere teneatur.*

28 *Census ab initio legitimè impositus super duobus majoratibus, postmodum per legitimam successionem divisis ab unoquoque pro rata agnoscitur.*

29 *Facultate Regia mediante bona majoratus libera efficiuntur.*

30 *Bona nostra appellamus, & inter nostra computantur quæ bona fide possidemus.*

31 *Bona à viro bona fide possessa, computantur pro decima arrharum promissarum, licèt evincantur à vero domino.*

32 *Bona quæ sunt in bonis debitoris, obligari & hypothecari possunt.*

33 *Creditores tenentur indagare intrinsecam conditionem debitoris, & investigare titulum bonorum.*

Debitor solvens ei, qui communiter reputabatur procurator creditoris, liberatur, quamvis verè procurator non sit, ibid.

34 *Solvens hæredi putativo, qui fuit hæreditate privatus ut donatario, cujus donatio fuit resoluta, verè solvit.*

35 *L. statu liberi à cæteris, §. Quintus Mutius D. de statu liberis ponderatur.*

36 *Solutio facta prælato intruso liberat debitorem habentem justam causam credendi esse verum, & justum prælatum.*

Debitores, qui conduxerunt à prælato intruso ei solventes liberantur, ibid.

Secus si non conduxerunt, ibid.

Solutio facta tutori, qui solemnia contra facit, si tamen debitor cum eo contraxit, liberatur, etsi lis pendeat super nominatione, ibid.

37 & 38. *Prælato putativo, & intruso communiter tolerato, rectè fit solutio, & si debitor cum anteceſſore verò contraxeris, ubi de veriori opinione.*

Poſſeſſor beneficii poteſt cogere debitores beneficii ut ei ſolvant, qui poſſeſſori nequeunt movere quæſtionem veri tituli, ibid.

Solutio facta falſo prælato exiſtenti in poſſeſſione liberat ſolventem, ibid.

Solvens prælato intruſo in beneficium, aut prælataram, etiam injuſtè electo, & injuſtè confirmato, reputato legitimo poſſeſſori, liberatur, ſive cum eo debitor contraxerit, ſive cum anteceſſore, ibid.

Solvens poſſeſſori malæ fidei ignoranter liberatur, ſicut ſi ſcienter, ibid.

Solvens poſſeſſori intruſo juſtam habens cauſam credendi verum eſſe poſſeſſorem, liberatur, ibid.

Solvens canonem ei, qui publicè ſe gerebat uti procuratorem domini, liberatur, ibid.

Solvens injuſto poſſeſſori majoratus, juſtam habens credendi cauſam à principio, tempore ſolutionis jam realiter privato, liberatur.

Sufficit enim conditionem extrinſecam eſſe veram, nec cogitur debitor intrinſecam, & latentem divinare, ibid.

40 *Cum filio familias, communiter ſe gerenti pro patre familias, rectè contrahitur.*

41 *Idem in minori, communiter reputato pro majori.*

42 *Collatio, & electio facta ab injuſto & illegitimo prælato, communiter tamen legitimo judicato, ſuſtinetur.*

43 *Contrahens cum aliquo qualitatem perſonæ ſcire tuetur, non qualitatem rerum.*

44 *Cenſum conſtituens capitulum abſque juris ſolemnitate, ſi ad ejus redemptionem alium conſtituit minori pretio, ſolemnitate ſervata, validè ſecundus creatus dicitur.*

45 *Idem in cenſu prædicto modo creato ac univerſa; & populo, quando in ſecundo pro extinctione prioris accedit facultas.*

46 *Geſta per eum qui communiter reputabatur habilis, ſuſtinentur propter publicam utilitatem.*

L. Barbarius D. de officio prætoris exornatur, ibid.

47 *Contractus cum inſtitutore revocato à domino, non appoſita revocatione in apotheca ſuſtinentur.*

48 *Hæres putativus, ante hæreditatem evictam per verum hæredem poteſt alienare, & tranſigere ſuper bonis hæreditatis.*

49 *Hæreditatis poſſeſſorem putativum in reſtitutione teneri ad pretium rei venditæ, ſi ſit poſſeſſor bonæ fidei, non ad ipſas res alienatas.*

50 *Pretium rei venditæ qui exigit, approbare venditionem cenſetur.*

51 *Alienare cui licet, multò magis hypothecare.*

52 *Hæres putativus an poſſit cum debitoribus hæreditatis tranſigere.*

Leg. Imperator. 3. §. fin. D. de tranſactionibus, ibid.

53 *Leg. ſi tibi decem 18. §. fin. D. de pactis.*

54 *Cum quibus pugnat l. ſi poſt contractum 22. D. de conſtituta pecunia.*

55 *De horum jurium concordia anxiè torquentur Doctores, de qua vide ex n. 89. cum ſeqq.*

56 *Poſſeſſori dignitatis putativo ſit ſolutio fructuum, eique præſtanda erit obedientia, & non habens jus in proprietate.*

57 *Poſſeſſor beneficii ſola poſſeſſione probata, poteſt exigere debita beneficii.*

58 *Bona noſtra dicimus quæ bona fide poſſidemus, quoad aliquos juris effectus civiles.*

59 *Alienationes, & hypothecas factas à poſſeſſore majoratus putativo, etiam cum facultate regia, ab eo evicti, nullas eſſe, viriliter defendit Author, uſque ad finem capitis.*

60 *Impedimenta duo reperiuntur in poſſeſſore majoratus putativo ad effectum alienandi, alterum perſonæ, alterum reale.*

61 *Facultas ad alienandum ſolum tollit impedimentum reale, proveniens ex prohibitione alienationis bonorum majoratus.*

Facultas ad alienandum, ſeu obligandum bona majoratus, ea reddit libera, & tollit prohibitionem, ibidem.

62 *In verum ſucceſſorem majoratus dominium, poſſeſſio civilis, & naturalis ſtatim transferuntur miniſterio leg. 45. Tauri.*

Facultas ad obligandum conceſſa poſſeſſori majoratus putativo non tollit impedimentum dominii, nec poteſt, ibid.

63 *Facultas regis ad alienandum eſt ſtricti juris quæ non extenditur de re ad rem, de perſona ad perſonam, nec de caſu ad caſum.*

64 *Facultas ad alienandum petita ſolum tollit impedimentum ortum ex prohibitione alienationis, non aliud undecumque proveniens.*

Conſuetudo ut emphyteuta poſſit alienare ſolum tollit impedimentum alienationis prohibitæ, non aliud, ibid.

65 *Quando plura obſtant, uno ſublato aliud remanet.*

Facultas regis ſolum tollit illud impedimentum, ſuper quod fuit petita, & conceſſa, non tamen alia aliunde obſtantia, ibid.

Et ideo adverſus contractus geſtos virtute facultatis ad alienandum, apponi poſſunt omnes aliæ exceptiones aliunde provenientes, & obſtantes, ibid.

Facultas ſuper promiſſione arrharum ultra decimam, non comprehendit obligationem majoratus, niſi ſimul ſuper hoc impedimento diſpenſetur, ibid.

Facultas regia ad meliorandum filium, non extenditur ut poſſit ratione dotis filiam meliorare, ibid.

Diſpenſatio ad unum caſum, ſeu defectum, non intelligitur diſponere in alio, ibid.

Facultas ad alienandum bona prohibita non tollit aliæ impedimenta provenientia ex alio capite, & alia juris diſpoſitione, ibid.

Baldi ſingularis doctrina in propoſito adnonatur, ibid.

Poſſeſſor majoratus putativi alienando virtute facultatis, dominium, quod non habet, in emptorem transferre non poteſt, ibid.

Prohibitus alienare ſub pœna privationis ſi alienet ſub facultate, nihil agit, nec transfert jus, aut dominium, quod jam non habet, ibid.

66 *Hæres ſimpliciter gravatus, pendente conditione, poteſt alienare, cùm retineat dominium.*

67 *Secus poſt purificatam conditionem, ex qua translatum fuit dominium in fideicommiſſarium, etiam ignorantibus hærede & emptore.*

68 *Maximè quando dominium recta via tranſit in fideicommiſſarium, abſque reſtitutione.*

Poſſeſſor putativus nunquam habere poteſt dominium aut poſſeſſionem, in bonis majoratus, ibid.

Princeps per facultatem ad alienandum bona majoratus non vult ſupplere defectum dominii, quo caret poſſeſſor putativus, ibid.

Facultas ad alienandum, ſeu hypothecandum ſubintelligitur ſalvo jure partium, ibid.

Nec tollit jus tertio quæſitum, ibid.

69 *Facultates ad alienandum vel obligandum bona majoratus expreſsè requirunt dominium in poſſeſſore impetrante, ad excluſionem intruſionis.*

70 *Facultas ad alienandum conceditur ſub expreſſa conditione, & ſuppoſitione,* con tanto ſean vueſtros propios.

Quando unum diſponitur, & aliud ſupponitur, non poteſt verificari diſpoſitio, niſi prius verificetur ſuppoſitio, ibid.

Verba

Verba illa facultatis, con tanto, *conditionem præciſam inducunt, qua deficiente, facultas nihil operatur*, ibid.

Diſpoſitio quælibet loquendo de aliquo, non verificatur in putativo, ibid.

Etiam clauſula, juribus curiæ, & alienis ſemper ſalvis in facultate appoſita, aut Princeps jus ſuum videatur remittere, ibid.

Facultas ad alienandum ſub conditione nulla eſt, conditione deficiente, ibid.

Facultas ad faciendum majoratum in filio naturali, & dum legitimandum, ſi poſtea appareat non eſſe filium impetrantis, reſolvitur, ibid.

Facultas ad alienandum conceſſa poſſeſſori putativo, ſupponit eum verum dominum, ibid.

Diſpoſitio quæ aliquid ſupponit, nihil ſuper ſuppoſito diſponit, ibid.

Princeps non poteſt ſupplere defectum dominii impetrantis facultatem ad alienandum bona majoratus, ibid.

71 *Ad valorem hypothecæ requiritur conſenſus veri domini.*

72 *Conſenſus, cum proveniat à jure naturali, non poteſt ſuppleri à Principe.*

Ad penſionem conſtitutam de conſenſu prædeceſſoris conſentientis in penſione, non tenetur ſucceſſor beneficii docentis de non jure conſentientis ex defectu conſenſus, ibid.

Contrahentes non obligantur ex facultate Regis, ſed ex ſuo utriuſque conſenſu proprio, ibid.

Facultas ad alienandum ſolum tollit impedimentum prohibitæ alienationis, à qua non dependet contractus, ſed à contrahentium voluntate, ibid.

Facultas Principis ad tranſigendum, ſeu contrahendum non tollit impedimenta ad contrahendum aliunde provenientia; nec defectus contractus faciendi, ibid.

Facultas ad alienandum bona prohibita, ſolum habilitat perſonam ad alienandum, ibid.

Facultas ad alienandum bona prohibita, non reſpicit rem, ſed diſſolvit perſonam à vinculo, & eam habilitat, ibid.

Facultas ſolum tollit obſtaculum qualitatis feudalis, & majoratus; non tamen addit poteſtatem contrahenti, quando ei aliàs deficit, ibid.

Princeps concedendo facultatem ad alienandum, non alienat, nec diſponit, ſed contrahere permittit, ibidem.

Facultas ad alienandum bona majoratus, feudi, minoris, & ſimilium, eſt futura alienationis permiſſio, ibid.

Aliud eſt facultas, & licentia ad aliquid faciendum, aliud ipſum factum, ibid.

73 *Hypotheca rei alienæ abſque domini conſenſu non tenet.*

Creditor hypothecariam agens contra tertium, tenetur probare dominium debitoris, alias non obtinebit, ibid.

L. fin. C. de pactis, adducitur, ibid.

74 *Differentia inter rei alienæ venditionem & obligationem, ut illa mero jure teneat, hæc nulla eſt ipſo jure.*

75 *Rei alienæ venditio tenet contrahentium reſpectu dumtaxat, non domini ipſius rei.*

76 *Venditio rei alienæ non præjudicat vero domino*, ibid. & 77. *Poſſeſſor duorum majoratuum, quos ſimul ex facultate obligat, licet teneat reſpectu ſui; reſpectu tamen majoratus alieni, non tenet.*

78 *L. Bonorum* 49. *D. de verb. ſignific. interpretatur.*

79 *Bona aliena bona fide poſſeſſa, proſunt ad cauſam præſcribendi, exigendi debita, & percipiendi fructus.*

80 *Poſſeſſor rei alienæ non poteſt alienare in præjudicium veri domini, cui bona, vel mala fides poſſidentis nihil detrahit.*

Alienans non dominus in emptorem dominium transferre non poteſt, etiamſi empor credat alienatum eſſe dominium, ibid.

Bona fides contrahentium nihil prodeſt ad valorem hypothecæ, ibid.

Bona fides emptoris, ut venditoris non validat contractum, ab initio nullum ex defectu dominii venditoris, ibid.

Emens ſcienter rem prohibitam alienari etiam pretium amittit, quia bona fides creditoris, aut credulitas non nocet domino, ibid.

L. ſi extraneus 45. *D. de donat. inter, ponderatur*, ibid.

81 *Dominio debitoris reſoluto, reſolvitur hypotheca impoſita.*

82 *Emptor condemnatus ex l. 2. C. de reſcind. ut vel rem reddat, vel pretium ſuppleat, ſi rem eligat, ſuſtinentur hypothecæ ab eo impoſitæ, ſecus ſi rem reddere, eligat.*

83 *Res empta ex pecunia pupilli ei acquiritur, & inſuper pro pecunia & uſuris ſibi manet hypothecata.*

84 *Utrumque pendet ab electione pupilli, ut ſi rem eligat, ceſſet hypotheca; ſi pretium, hypotheca maneat.*

85 *Dominio deficiente in detentore majoratus hypothecæ interim per eum contractæ ex facultate Regia, nihil operantur, nec vero ſucceſſori evincenti nocent.*

86 *Alienationes factæ per poſſeſſorem majoratus putativum annullantur, nec nocent majoratui, nec vero ſucceſſori.*

87 *Cap. alienationes* 12. *quæſt* 2. *interpretatur, & declaratur.*

88 *Contractus & alienationes factæ ab intruſo in prælaturam, ſunt nullæ ipſo jure.*

Alienatio facta à poſſeſſore majoratus putativo ſub facultate Regia, non tenet, ibidem, & *n.* 127. *cum ſeqq.*

Sententia lata contra intruſum in prælaturam, non nocet vero prælato, ibid.

Alienationes, & in feudationes horum ſpectantium ducatui, ſeu majoratui factæ per illegitimum poſſeſſorem, nullæ ſunt, & per legitimum poſtea ſucceſſorem poſſunt recuperari, ibid.

89 *Contractus, & tranſactiones ab hærede putativo, non tenent in præjudicium legitimi hæredis, evincentis hæreditatem.*

90. 91. *Hæres legitimus, hæreditate evicta, an poſſit ratificare alienationes, & tranſactiones geſtas ab hærede putativo: maxima eſt controverſia inter Doctores, ubi apponitur negativa opinio.*

92 *Affirmativam ſemper ſequuta fuit Rota in tribus deciſionibus ſub diſtinctione.*

Nempe quando putativus tanquam hæres ſuper re hæreditatis contraxit, ut tunc hæres legitimus poſſit ratum habere, ibid.

93 *Secus ſi non ut hæres, ſed de re non pertinente ad hæreditatem, ut non poſſit ratificare legitimus hæres.*

94 & 95. *L. ſi tibi, decem, §. fin. D. de pactis probans pactum ab hærede putativo nec nocere, nec prodeſſe hæredi vero interpretatur, ut ex hoc non ſit impedita ratificatio iſtius.*

96 & 97. *Contractus geſtus à putativo hærede nunquam nocet legitimo poſtea evincenti, ſive admittamus negativam, ſive affirmativam, ut ei noceat poſt ratificationem.*

98 & 99. *In voluntate hæredis veri conſiſtit, vel pretium rei venditæ per putativum recipere, vel ipſam rem ab emptore avocare.*

Hæres verus recipiens pretium rei hæreditariæ venditæ à putativo, videtur venditionem approbare, ratamque habere, ibid.

Per receptionem pretii factam à domino rei venditæ, tacita inducitur ratificatio contractus, ad quem alias non tenebatur, ibid.

100 *In hæredis legitimi arbitrio est, vel pretium rei alienatæ ab hærede putativo recipere, vel rem vendicare ab emptore.*

Idem admittitur in fideicommissario, ibid.

Electio si datur fideicommissario petendi vel rem alienatam à vero hærede, vel pretium, multo magis dabitur vero hæredi in alienatis per putativum, cui nullum jus ad hæreditatem competebat, ibid.

101 *Contractus gesti ab hærede putativo nihil detrahunt juri veri hæredis, evicta hæreditate.*

102 *Contractus gestos ab hærede putativo, gestos tanquam ab hærede, potest verus hæreditate evicta ratificare.*

103 *Si quis contrahendo asserat se hæredem, præsumitur contractus sub æqualitate hæredis.*

104 *Contractus, & alienationes factæ à tutore putativo, non valent in præjudicium minoris.*

105 *Possunt tamen ex post facto ratificari à minore.*

106 *Aliud est putativum contrahere super suis, & seqq.*

107 *In bonis alienis contractus non valent, in bonis suis tenent.*

108 *Putativus in rebus alienis contrahendo tertio præjudicat, non sibi in rebus suis, solum sibi.*

109 *Fingens se habilem ad ignaros decipiendum, non potest ex sua malitia, & dolo commodum reportare.*

110 *Cum putativo contrahens, sciens defectum, participat de dolo, & sic valent contractus etiam in ejus damnum.*

Fallit in muliere contrahendo cum alienigena affirmante se solutam, aut viduam, ut adhuc non valeat contractus ob præjudicium mariti, ibid.

Contractus gesti ab uxore communiter reputata soluta, sunt nulli in præjudicium mariti, ibid.

L. Barbatius D. de officio prætoris procedit officiis publicis; non in negotiis privatis, ibid.

111 *L. si quis mancipiis 17. §. si impubes, de institor. action. disponens contractus cum institore ab eo qui scit mortem domini præponentis, valere in præjudicium hæredis, interpretatur.*

112 *Institoris mandatum non extinguitur morte domini præponentis, sed durat quousque ab hærede revocetur.*

113 *L. ejus qui in provincia, vers. placebat, D. si certum pet. contrarium supponens, interpretatur, ibidem.*

114 *Contractus gesti à prælato putativo post depositionem ignoratam non valent. Solutiones ei factæ liberant debitores.*

Solutio est actus necessarius, contractus autem actus voluntarius, ibid.

115 *In deliberatione favor, in obligatione rigor juris attenditur.*

Liberari ab obligatione quodammodo Reipublicæ interest, ibid.

Publica utilitas versatur in liberatione debitorum, ibidem.

Liberationis favore latior fit interpretatio, cùm reducat debitorem ad pristinam libertatem, & extinguat obligationem, ibid.

116 *Favorabilior causa est liberationis, quàm obligationis.*

In solvente si adsit bona fides ac justus error, præstat liberationem, ibid.

Contrarium versatur in contrahente cum putativo, ibid.

117 *Ex solutione facta putativo parum, aut nullum infertur præjudicium vero domino, cum possit solutum repetere.*

118 *Quilibet præsumitur esse solvendo, & qui contrarium affirmat, probare tenetur.*

119 *Lucri, & damni data paritate ob incertitudinem futuri contingentis, justificatur actus.*

Liberationis favor cessat quando ostenditur debitori mandatum falsum, licèt apparenter verum, ibid.

120 *Damnum quod contrahenti cum possessore majoratus putativo, sibi non investiganti conditionem ejus cum quo contrahit, imputatur.*

121 *Contrahentem teneri, indagare conditionem ejus cum quo contrahit, & bonorum, verior est opinio.*

Creditor tenetur investigare qualitatem rerum in hypothecam acceptarum, ibid.

122 *In contractu gesto cum possessore majoratus putativo sub facultate Regia, non dubitatur de qualitate rerum, sed de inhabilitate personæ.*

123 *Contrahens cum alio an teneatur indagare, vel non qualitatem personæ, aut rerum, solum attenditur inter ipsos contrahentes, non respectu tertii, cujus juri detrahi nequit.*

124 *Creditor confidens de bonis debitoris sibi obligatis, sæpè creditum amittit; evicta hypotheca per verum dominum.*

Periculis majoribus submittitur contrahens, super bonis majoratus ex facultate Regia, quàm super liberis, ibid.

125 *Creditor, qui accepit rem pignori debuit naturam, & qualitatem ejus prospicere, & sibi cautius cavere alio juris remedio.*

Imputet sibi, qui legitima cautela non se munivit, ibidem.

Negligentiâ arguitur is, qui opportunis remediis uti potuit, & non fecit, ibid.

Imperatores 3. ff. de transactionibus, ponderatur, ibidem.

Contrahens debet prospicere casuum contingentiam, quam si non prospexit, magis à seipso quam ab alio deceptus dicetur, ibid.

Contrahenti cum vassallo, vel possessore majoratus indaganti facultatem, nec sibi alio remedio præcaventi, imputatur, ibid.

Minus damnum est creditorem amittere creditum ob inopiam debitoris, & defectum bonorum, quàm illud exigere ab alio, qui debitor non est, ibid.

Singulares doctrinæ Avendani in proposito recensentur, ibidem.

126 *Possessorem majoratus putativum, aut intrusum, non posse alienare, aut obligare bona ipsius etiam cum facultate Regia, tenet expressè Gregorius Lopez. Tenet Noguerol, ibid.*

127 *Tenet Grammaticus relatus.*

Tenuit Alexander, ibid.

128 *Christophorus de Paz, relatus.*

Molina affirmans facultatem, ad alienandum bona majoratus, non posse impetrari, nisi à vero majoratus domino, & possessore, ibid.

Recensentur aliqui casus, in quibus ita declaratum fuit per Consilium, & Cancellarium Vallisoletanum, ibid.

Successor verus evincens majoratum in tenuta à putativo, imponente census ex facultate Regia si potest creditores evertere, multo magis poterit, qui in proprietate majoratum evicit, ibid.

129 *Inter separationem majoratuum ab uno possessore utrosque obligatos, factam per legitimam successionem, & contingentem per evictionem ex defectu tituli possessoris: magna versatur differentia.*

In separatione majoratuum per successionem sustinentur hypothecæ super utroque in separatione per evictionem nullo modo in evicto, ibid.

130 & 131. *In arrharum sponsæ promissarum æstimatione non computari bona aliena bona fide possessa à viro postea evicta, verius est.*

Libe-

132 *Liberationis favore admittuntur ſolutiones factæ poſſeſſori bonæ fidei putativo, ſecus in alienatione ab iſto facta.*

133 *Diſcrimen inter putativum contrahentem ſuper ſuis bonis, & contrahentem ſuper alienis, & ex n.* 106.

134 *Fructus pertinent poſſeſſori dignitatis putativo, communiter reputato legitimo.*

135 *Collatio, præſentatio, & electio ſunt fructus juris conferendi, quos percipit is prælatus, qui ſit in quaſi poſſeſſione juris conferendi.*

136 *Privatus dignitate per ſententiam lite pendente percipit fructus.*

137 *Poſſeſſori putativo non competit libera adminiſtratio reſpiciens ſubſtantiam rerum.*

Creditorum damnum, contrahentium indebitè cum poſſeſſore majoratus ſub facultate Regia, non attenditur, ibid. & ex n. 120.

138 & 139. *Creditores ſecundi cum legitima facultate mutuantes pro extinctione aliorum cenſuum, minus legitimè impoſitorum tuti ſunt.*

140 *Cenſus impoſiti à capitulo minus ſolemniter habent ſtatum implicitum, capitulo volente contractui ſtare, interim rectè ſolvuntur, & exiguntur reditus.*

141 *Minor, Eccleſia, vel reſpublica nulliter vendentes cenſum, ſi in earum utilitatem verſum eſſe pecuniam appareat, tenentur ad ſortem cum reditibus loco intereſſe, & ſeqq.*

Cenſus nulliter impoſitus ſuper majoratu, ſi evidenter probetur in ejus utilitatem verſam pecuniam fuiſſe, ſuſtinetur, ibid.

144 *L. Barbarius ff. de offic. prætor. procedit in officiis publicis, non in privatis negotiis.*

Geſta per eum qui ſe gerit pro Principe, qui verè non ſit, valebunt, & poteſt confiſcare bona, & aliis donare, ibid.

Geſta per poſſeſſorem majoratus putativum tangen-

145 *tia juriſdictionis adminiſtrationem, valent.*

Reſpondetur l. ſed ſi pupillus, §. ſi impubes, ff. de

146 *inſtit. act. & aliis, & ſeqq.*

149 *Hæres putativus non poteſt alienare in præjudicium legitimi hæredis. Vide ex n.* 86. & 98.

150 *Hypothecam ſuper bonis majoratus impoſitam à poſſeſſore putativo, etiam cum facultate Regia, nullam eſſe, invincibilis, & vera opinio eſt.*

151 & 152. *Succeſſor majoratus vincens in tenuta intruſum, an poſſit ſubvertere cenſus ab eo impoſitos.*

1 ARdua, & gravis eſt difficultate, & gravitate diſceptatio hæc, variis intricationibus involuta, paſſim in judicio concurſus per ſucceſſores in majoratibus mota, & valdè in dies controverſa; hactenus tamen ſemper indigeſta, quam ut clarius percipias, clariùſque diſſolvas, in duas partes diſtribuendam fore cenſemus. Aut enim iſti duo majoratus dividuntur, & ſeparantur per legitimam ſucceſſionem. Aut ſeparantur per juſtam & juridicam evictionem; puta, quando ab eodem poſſeſſore, vel alio poſſeſſore utroſque ſimul poſſidente per Tertium aliquem certantem ad ſe, non verò ad poſſeſſorem unum

2 ex eis legitimè pertinere, avocetur, de quo agendum *infrà ex n.* 26. *uſque ad fin. cap.*

Primo caſu, plures alii ſupponendi, & diſtinguendi ſunt, ut faciliùs pervenire valeamus ad veram & certam reſolutionem quæſtionis principalis. Nam aut facultas conceſſa poſſeſſori majoratus (qui duos poſſidebat) fuit generalis & indefinita ad alienandum uſque ad tantam quantitatem ex bonis vinculo ſubjectis, & abſque determinatione nec ſpeciali demonſtratione horum, vel illorum majoratuum: & tunc ſi diverſos, & diſtinctos majoratus poſſideat impetrans, licitè poterit eandem quantitatem ex quolibet deducere, & alienare. Sic in terminis determinavit Greg. Lopez *in l.* 3. *tit.* 11. *p.* 9. *col.* 10. *verſ. quid autem,* ibi, quid autem ſi habeat licentiam habendi rem ex majoria, ſic generaliter, iſte verò habebat duas majorias, unam ex parte patris, & aliam ex parte matris, vendidit rem ex majoria matris, tanquam ſi eſſet ex majoria patris: an teneat venditio? Et videtur quod ſic, ut notat gloſſa, & ibi Bartol. & Platea *in leg.* 1. *Cod. ne fiſcus rem, quam vendidit, evincat*, quam firmiter tene, licèt Lopez trepidè reſolvat. Explica tamen & declara ex his quæ *infrà n.* 6. *& ſeqq.* determinantur, ne terminos illius caſus cum iſto confundas.

Aut enim facultas expedita non fuit generalis, ab- 3
ſoluta, ut in caſu præcedenti; ſed potiùs fuit reſtricta ad unum & certum dumtaxat majoratum. Et tunc nullum dubium eſſe poteſt ſuper eo tantum imponi cenſum poſſe, altero, alteriſve indemnibus remanentibus, ex eadem facultate ſic reſtricta, & limitata: tum ex vulgari axiomate, quod mandatum, aut diſpoſitio quælibet limitata limitatum producit effectum. Et ex iis, quæ circa facultatem Regiam limitatam abundè diximus *ſupra hac* 2. *part. c.* 4. *per totum, & c.* 10. *& ſeq. per totum.*

Tum etiam, quia is qui habet poteſtatem in mul- 4
tis, ſi ſe reſtringat ad unum tantùm, actus nullo modo ſuſtinetur in aliis, nec ad alia extendi ultra illum expreſſè reſtrictum, quamplurimas doctrinas valdè ſingulares congeſſimus *in comment. de retentione Bullarum*, 1. *p. cap.* 22. *num* 25. *&* 2. *part. cap.* 12. §. *unico, ex num* 5. *cum ſeqq.* & iterum *eadem* 2. *part. cap.* 26. *n.* 82. quapropter licet potuiſſet facultatem concedere ad mutuum recipiendum, ſeu cenſum conſtituendum ſuper omnibus majoratibus per poſſeſſorem, vel detentis, vel poſſeſſis, ex quo tamen in facultate conceſſa, ſe ad unum tantum nominatim reſtrinxit: facultas ultra nihil operari poteſt, nec poſſeſſor abſque reatu exceſſus, & nullitatis vitio manifeſto alterum validè obligare valet majoratum: & ideò ſi facultas concedatur ad unam rem alienandam, vel hypothecæ ſubjiciendam, non extenditur ad aliam, aliaſve ejuſdem majoratus, & feudi, ita concludit Iſernia *in cap.* 1. *n.* 5. *in fin. qui ſucceſſ. teneant.* & ibi Affli&is *num* 6. ſequitur Camerarius *in cap. imperialem, de prohib. feud. alien. per Federic. pag.* 363. 365. *&* 377. & latiùs diſputat *pag.* 542. *& ſeqq. & pag.* 497. *eodem loco*, Balcarrend. *in cap* 1. *de feud. cognit. nu.* 35. Paris de Puteo *de feudor. reintegr. cap.* 98. *nu.* 5. Sigiſmund. Neapol. *conſ.* 7. *num.* 33. Schrader. *de feudis, part.* 8. *cap.* 4. *n.* 20. Roſent. *de feudis, cap.* 9. *de feud. alien. membr.* 1. *n.* 10. *tom.* 2. *fol.* 527. ergo idem dicendum erit de facultate limitata ad unum majoratum, ut ne extendatur ad alium etiam ſimul ab eodem poſſeſſum; & quia facultas non poteſt extendi de parte ad totum; latè Camerarius *in cap. imperialem, de prohib. feud. alien. per Federic. fol.* 43. *lit. G. & fol.* 44. *lit. E. cum ſeqq.* Carleval *de judiciis, tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 3. *diſputat.* 23. *n.* 40.

Sic etiam in terminis licet obiter, & nullo adducto adducto fundamento, reſolvit Lopez *in dict. l.* 6. *tit* 22. *part.* 6. *col.* 10. *d. verſ. quid autem*, ibi, contrarium tamen eſſet, ſi licentia fuiſſet ſpecialis ad rem ex majoria matris ſi vendidiſſet rem ex majoria patris ut vult ibi Platea in eo, quod dicit de re, quæ erat alterius Eccleſiæ, cujus rector non conſenſu; & adde Bald. *in d. l.* 1. *& in d. cap.* 1. *de his, qui feudum dare poſſunt, col.* 1. *verſ. ſed numquid ſuperius*, &c.

Et in expreſſo quod facultas conceſſa per Papam ha- 5
benti diverſas penſiones ſuper diverſis beneficiis, limitata ad transferendam unam, & certam penſionem, ut nullo modo valeat tranſlatio alterius diverſæ facta, imò quod hæc diverſæ penſionis tranſlatio corruat, & nulla ſit, tenuit expreſſè Rota in una deciſione Placentina adducta per Marcha an. *de commiſ. tom.* 1. *pag.* 557. *n.* 2. quam referens ſequitur Lotterius *de re benefic. lib* 1. *q.* 49. *n.* 64. 71. *&* 72.

Pro quibus omnibus pondero text. celebrem in ratione 6
ne ſui,

ne sui, *in l. 2. §. illud potest quæri, ff. de hæred. vel. act. vend.* cujus verba sunt: Illud potest quæri si etiam impuberi sit substitutus is, qui vendidit hæreditatem testatoris, an id etiam, quod ex impuberis hæreditate ad eum, qui vendidit hæreditatem testatoris pervenit, ex empto actioni locum faciat: & magis est, ne veniat, quia alia hæreditas est; licèt enim unum testamentum sit, alia tamen atque alia hæreditas est; planè si hoc actum sit, credendum erit etiam impuberis hæreditatem in venditionem venire, maximè si jam ei, delatâ impuberis hæreditate venierit hæreditatem. Et ita his diebus in terminis determinavit Senatus hic Vallisoletanus in controversia inter D. Hieronymi de Vera creditorem, & Comitem de Alva, cujus statum à censu imposito liberum esse declaravit, cum facultas limitata fuerit ad certa bona alterius majoratus, quem tunc Comes simul possidebat tempore impetratæ facultatis.

6 Aut facultas indifferenter, aut indistinctè concedatur ita dicendo simplicirer, *super tuo statu*, aut *super tuo majoratu*, in numero scilicet singulari, ita ut solum unum comprehendat, & de uno dumtaxat expressè loquatur facultas ad differentiam alterius diversi casus, de quo *suprà n.* 2. ex Gregorio Lopez; & tunc, cùm duos majoratus, aut status distinctos possideat impetrans, & legitimè habeat, facultas regulariter vitiatur ratione incertitudinis, cùm non appareat, sed potius incertum sit, de quo Princeps & facultas senserit. Jura sunt licet vulgaria ferè expressa *in leg. duo sunt Titii, ff. de testament. tutel. leg. idem Pomponius, §. fin. ff. de rei vend. l. tutor incertus, ff. de testament. tutel. l. ita stipulatus, l. ubi autem non apparet. ff. de verbor. oblig. l. si sic. §. 1. ff. de leg. 1. l. cum post, §. gener, ff de jure dotium, §. incertis*, ubi D. Pichar *instit, de legatis.* Mantica *de conject. ultim. volunt. lib. 8. tit. 4. ex nu. 4.* Thomas de Thomaseto *in reg. 146.* Gratianus *disceptat. tom. 4. cap. 640. num. 29. & 682. num. 6. & cap. 715. num. 7. &. 8 cap. 729. num. 61. & cap. 741. nu. 15.* ubi, quod incertum & nullum æquiparantur. Manguillus *de imputation. quæst. 82. num. 16.* Marescotus *variar. resol. lib. 1. cap. 11.* Calderinus *cons. 521.* aliàs *cons. 6. de privilegiis*, ubi de privilegio concesso Ecclesiæ S. Venantii talis loci, si ibi sunt duæ Ecclesiæ Venantii, nec appareat de qua senserit concedens, privilegium est nullum, maximè concessum ad petitionem partis, sequitur August. Barbosa *axiomate 119. sub. num. 1.* ideoque hujus facultatis omnimodam incertitudinem continentis virtute possessor majoratuum super neutro poterit imponere censum, nec mutuum recipere. Quia idem est incertum obtinuisse facultatem, vel omnino nullam impetrasse: hinc fit, quod late & singulariter comprobat Casanate *consil. 57. per totum ex num. 4.* de institutore majoratus dicente, *con los vinculos y restituciones*, &c. majoratus interceptoris, ut si plures sint majoratus antecessorum, & aliter non appareat, nec constet, qualis fuerit in relatione comprehensus, nullus attenditur, & relatio ex incertitudine vitiatur ex doctrina Socini junioris *consil. 2. num. 12. lib. 1.* ibi, quod etsi testator de certo fideicommisso senserit, & secundùm unam scripturam sit ejus voluntas, tamen cùm multæ incompatibiles producuntur, nullum testamentum, seu nulla scriptura attenditur, quasi deficiat non jus & veritas, sed probatio. *l. duo sunt Titii, ff. de testam. tutela*, &c.

7 Nam relatio generica ad alia vincula, si plura vincula concurrant, non constito de quo referens senserit, nulla est & incerta, docent Fabian. de Monte *cons. 149. n. 57. lib. 2. vol. ult.* Zileti sequitur Marcus Anton. Eugenius *cons. 54. per tot.* & ex Palo & Craveta Cacheran. *decis. 38. n. 4.* Craveta *consil. 143. n. 4. & 5. lib. 5. lib. 1.* Anton Natta 535. n. 138. & 139. *lib. 3.* in hæc, quia cum dictum sit generaliter de juribus, nec appareat, quæ & qualia sint ista jura, non potest adversarius ex ista declaratione se fundare nisi edoceat de certis suis juribus. Illa enim incertitudo jurium nullum eis tribuit titulum, aut usu capiendi conditionem, quod & idem docet Oldrad. *consil. 264. n. 2. & 3.* Bart. Angel. & Imola *in l. si sic, §. si mihi, ff. de legat.* Riminald *consil. 614. num. 2. cum seqq. lib. 6.* Tiraquell. *de jure primog. quæst. 17. ex nu. 1. usque ad fin.* alias plurimas speciales doctrinas ad hanc incertitudinis materiam videbis penes Casanate *dicto consil. 57. per tot.* ibi. *n. 10. quod incertitudo removet consensum à toto & à parte, & vitiat omnem dispositionem l. decem, ff. locati.* Petrus Bimius *cons. 69. ex n. 2. usque ad nu. 16.* & Surdus *cons. 235. ex n. 8. usque ad num. 11* Bimius *d. cons. 69. num. 11. & 12.* dicit, si quid obscurè actum & prolatum est pro non acto & prolato judicari, & hoc procedere in omni quacumque dispositione & sententia.

8 Et actus æquivocus, qui uni & alteri potest adaptari, neutri prodest, nec habetur in consideratione, *l. pro hærede 20. §. Papinianus, in fine*, ibi: *itaque tunc pro hærede geri dicendum esse, quoties accepit, quod citra nomen & jus hæredis accipere non poterat, ff. de acquir. hæred.* Mascard. *de probat. cons. 43. n. 7.* Mantica *de conject. ultim volunt. lib. 12. tit. 12. ex n. 6. cum seq.* latius Surdus multa congerens *decis. 267. ex n. 5.* post Menoch. & Tiraquel. & alios plures Gonzalez *de alternativis, gloss. 45. §. 2. ex num. 38.* abundè Ritius *de jure patron. resol. 116. ex num. 4.* Jacob. Cavallarius *decis. 326. ex num. 5.* Gratianus *disceptat. 706. ex n. 14.* Fontanella *dec. 87. cum tribus seqq.* plures alios citat Post. *de manutenent. observ. 49. num. 5. per tot.* qui omnes in variis actibus & materiis probant theoricam hanc, quod ex actu dubio & æquivoco, quod non præcisè uni tantùm, sed duobus potest convenire, & adaptari; neutrum concludere potest, & neutri prodest, atque ideo facultas obtenta *super tuo statu*, cum duos habeat, neutri potest prodesse, cum de uno loquatur, & utrique possit adaptari, si de quo senserit Princeps non appareat.

9 Non est omittenda celebris Bart. doctrina *in l. non solum, §. sed ut probavi, num. 2. ff. de novi operis nuntiat.* dicentis, quòd quando fundi pars est permissa ad pasculandum, lignandum, venandum, seu aliud quid faciendum; alia verò ejusdem fundi pars est vetita, & prohibita sub pœna; non sufficiet ad pœnam, quod probetur aliquem in alio fundo pasculavisse aut lignavisse, nisi specificè & in individuo probetur id fecisse in fundi parte vetita, ac prohibita; quia potuit in fundi parte permissa pasculare, lignare; atque ideò generica illa probatio, tanquam æquivoca non relevat, nec probat, cùm possit etiam pasculare loco & tempore permissis, & non vetitis. Bartol. sequuntur Alexand. *consil. 24. n. 2. & 23.* Parisius *in cap. in præsentia, n. 2. de probationib.* Alciatus *de præsumptionibus regul. 3. præsumpt. de nu. 10.* Craveta *consil. 205. n. 9.* Baldus *in l. 1. n. 15. Cod. de servis fugit.* Sesse *de inhibitionibus, c. 22. n. 12.* Guido Papa *singular. 958.* Valenzuela *tom. 1. cons. 39. n. 30. & 31.* optimè Mandosius *in reg. Cancellariæ 32. quæst. 14. ex n. 8. cum seqq.*

Quod & idem procedit, & ex eadem ratione respectu temporis; nam si in aliqua parte anni, vel mensis factum sit punibile; & in altera parte permissum, non sufficit in libello expressio anni, vel mensis; sed debet exprimi specificè pars anni, vel mensis vetita, aliàs tanquam incertum & æquivocum admitti non debet, ut ex *l. eum actum, in fine, ff. de negotiis gestis, & l. 1. in fin. ff. de incendio, ruina & naufrag.* & per Bart. & notata *in Clem. & fin. de rescript.* tenet Lanfranch. Bald. *decis. 20. censu 1.* & Mandosius *loco citato.*

Hæc tamen juris regula limitanda venit, quoties ex aliquibus præsumptionibus, judiciis legitimis, aut validis demonstrationibus apparere potest, de quo majoratu senserit Princeps, & Regia facultas, juxta *l. quem hæredem*, ibi, *si quibusdam argumentis apparebit. ff. de rebus dubiis, l. demonstratio falsa, in fin. princip. ff. de condit. &*

& demonſtr. l. cum in teſtamento, & l. ubi eſt ff. de rebus dubiis, Mantica *de conject. ult. volunt. lib.* 4. *tit.* 8. *num.* 5. Bald. *conſ.* 188. *per tot. lib.* 5. Barboſa *axiomate* 19. *n.* 6.

10 Et ad hoc agnoſcendum, ſcilicet, ſuper quo majoratu fuerit petita facultas, atque conceſſa intelligatur, illud in primis attendendum; ſi poſſeſſor utriuſque in ſupplicatione ſe nominaverit ſimpliciter poſſeſſorem, aut dominum talis majoratus, vel ſtatus, atque etiam facultas ſuper ea emanata ſic poſſeſſorem denominans, ſimpliciter concedat; ſufficiens videtur demonſtratio, Principem de poſſeſſore ut ſe nominante, & de eo ſtatu, ac majoratu ſenſiſſe, à quo poſſeſſor impetrans nomen in ſupplicatione aſſumpſit, hæc conjectura admodum legitima erit; nam is qui habet duos ſtatus,

11 aut dignitates, aut etiam diverſa officia, duas etiam ipſemet repræſentat perſonas, & diverſas, ac ſeparatas ænigmaticè, ita ut actus à ſe geſti intuitu, & contemplatione unius non confundantur cum geſtis intuitu alterius. De quo ampliſſimè loquuti ſumus *in comment. de retentione Bull.* 2. *part. c.* 15. *à princip.* & præcipuè *ex nu.* 16. *cum multis ſeq. uſque ad finem cap. &* 1. *part. cap.* 12. *ex n.* 11. *cum ſeqq.* Et quia actus ſui natura indifferens, & qui duobus poteſt applicari, ſemper tamen determinatur, & declaratur per denominationem, *gloſſa in l. pro hærede, §. ſervos, ff. de acquir. hæred.* Innocent. *in cap. ex parte* 14. *num.* 6. *de reſtit. ſpoliat.* Socinus *conſil.* 89. *num.* 4. *poſt medium, lib.* 4. Gratianus *diſcept. forenſ. c.* 562. *num.* 6. *cum ſeqq.* ubi etiam dicunt, actum perceptionis diſtributionem quotidianarum, qui licet ſit communis Canonico, & Capellano; tamen ſi percipiatur ab aliquo tanquam Canonico, conſtituitur quaſi poſſeſſio Canonicatus cùm actus æquivocus, & indifferens determinetur per denominationem.

12 Quia hoc caſu denominatio diſtinguit actum, ut illum quis egiſſe videatur contemplatione & intuitu illius majoratus, dignitatis, aut officii, à quo nomen dumtaxat poſſeſſor utriuſque aſſumpſit, latiſſimè Nos *de Regia protect.* 4. *part. cap.* 8. *num.* 246. 267. *& ſeqq.* & meliùs *num.* 277. *&* 278. optimè etiam *de retent. Bullar.* 2. *part. dict. cap.* 15. *num.* 25. *& ſeqq. & à nu.* 37. 46. *& ſeqq.*

Prout de majoratus poſſeſſore actum indifferentem gerente, dixit mirabiliter Molina *de primogen. c.* 21. *n.* 13. *&* 14. ibi: *Sufficit tamen, quod majoratus poſſeſſor in principio contractus appellet ſe talis majoratus poſſeſſorem, taliter enim quis contrahere videtur, qualiter per nomen appellativum profertur, l. qui tabernas, ff. de contrahent. empt.* Bald. *in c.* 1. *qui ſucceſſor. feud. dare.* tenet Bart. *in l.* 2. §. *nuntiatio. n.* 14. *ff. de novi oper. nunt. ubi etiam cæteri ſcribentes id notant*, &c. ita ut contrahens cum aliquo ſub certa qualitate expreſſa, non poſſit poſtea illam negare, latè Surdus *deciſ.* 104. *n.* 5. *cum ſeqq.* Alexand. Ludoviſ. *deciſ.* 227. *n.* 13. Quod denominatio ejus, qui actum facit, attendatur, ut cognoſcatur, cujus contemplatione illum egiſſe videatur, probant Salicetus *in l. penult. ff. de diſtract. pign.* motus *ex l. cum poſt*, §. 2. *ff. quando ex facto tutor.* & per gloſſ. *in l. ſciendum*, §. *tutores, ff. qui ſatisdare cogantur.* Trentacinquius *variarum reſolut. lib.* 3. *de empt. & vendit. reſolut.* 17. *n.* 8. Neguſant. *de pignoribus, membro* 1. *part.* 6. *princip. ſub n.* 40. Guſman *de evict. quæſt.* 34. *nu.* 10. ubi agunt de creditore ſimpliciter pignus vendente, ut intelligatur jure proprio, & non jure creditoris, & de vendente cum denominatione creditoris, putà Titius creditor, ut hoc caſu intelligatur vendere jure creditoris, & tanquam creditor, & de vendente, vel emente non ſimpliciter, ſed adjecto procuratorio nomine, putà Petrus, Procurator, intelligitur vendere nomine alterius, quia attenditur qualitas nominis, latè poſt Maſcardum, Tiraquellum, Menochium, plurimos alios proſequitur Pereira *de empt. & vend. cap.* 7. *ex num.* 19. maximè *n.* 21. notant etiam *in l. quacumque, ff. de procuratorib.* Bart. *in l. fin. ff. de inſtitutor. action.* Silvanus *conſ.* 8. *n.* 3. *& ſeqq.* Romanus *conſ.* 88. *in princ.* Alberic. *conſ.* 42. *nu.* 3. Alciatus *conſ.* 3. *n.* 13. *lib.* 2. Purpurat. *conſ.* 14. *n.* 11. Eguidus *deciſ.* 5. *& deciſ.* 423. Saravia *de juriſdict. adjunctor. ſub n.* 36. per deciſiones Rotæ in una Salmantina exemptionis, coram Pena ibidem adductam.

Quod & maximè procedit, quando poſſeſſor ab eo 13 majoratu, ſeu ſtatu nomen ſumat, quem à majoribus ſuis principaliter habet, & non ab eo, qui ex tranſverſo, & per accidens ſibi devenit, cùm denominatio fiat ſemper à digniori & potentiori, *l. cùm ex aliqui, ff. de acquir. rerum domin. l. quæritur, ff. de ſtatu homin. l.* 1. *in princ.* ubi gloſſ. DD. *ff. de verb. oblig.* Gonzal. *de reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 5. §. 3. *n.* 133. *& gloſſ.* 14. *n.* 66. Seſſe *de inhibitione, cap.* 1. §. 3. *n.* 3. Thoctas de Thorvaſet. *in florib. legum, reg.* 2.

Similiter & illa præſumptio, & conjectura urgens 14 erit ad indicandam intentionem Principis, qualem majoratum voluiſſe gravare, quæ ex qualitate actus deducitur; nam ſi impetretur facultas ad reparanda bona alicujus ex majoratibus, vel pro ſolvendis debitis alicujus, aut ex aliqua neceſſitate, unum tamen majoratum tangente; & tunc licèt facultas æquivocè, & ſub incertitudine, ut dictum eſt, expediatur, ex illa cauſa, quæ uni ex eis majoratibus convenit, declaratur, & ad eam reſtringitur, ut per textum ſingularem *in l. pupillus*, §. *ff.* 1. *de negotiis geſtis*, & ex pluribus DD. utiliter diximus *in comment. de Regia protect.* 4. *part. cap.* 8. *ex num.* 285. *cum multis ſeqq.* quibus ad idem adde Pereiram *de empt. & vend. c.* 7. *ex n.* 19. *uſque ad fin.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 49. *per tot. & à nu.* 6. *& præſ.* 39. *à num.* 18. Giurba *deciſ.* 98. *nu.* 15. *& n.* 11. Guzman *de evictionib. q.* 53. *nu.* 24. & idem erit, quando in uno majoratu 15 poteſt cauſa verificari, & non in alio, tunc pro illo incertitudo facultatis verificari debet dumtaxat, ut ex Craveta *conſ.* 162. *nu.* 4. firmat Barboſa *axiom.* 119. *ſub n.* 6.

Et quia cauſa limitata, & reſtricta ad unum majora- 16 tum, eum egredi non poteſt, ſed limitatum producit effectum, *l. in agris ff. de acquir. rerum domin. l. cancellaverat, ff. de his quæ in teſt. deten. l.* 2. *ff. de ſervis export. l. ex facto*, §. *item quæro, ff. de vulgar. & pupil. l. cum pater*, §. *dulciſſimis. de leg.* 1. *l. age cum Geminiano, C. de tranſact. cap. ea noſcitur, de ſent. excommun.*

Quæ omnia comprobantur, quia Principis ſubſcrip- 17 tio, atque conceſſio generalis regulatur à ſupplicatione & petitione limitata, & reſtricta, ſeu ab ejus generalitate. Plurima ſcitu digniſſima congeſſimus valdè hic conducibilia *in comment. de retent. Bullarum*, 2. *p. c.* 30. §. 1. *ex num.* 21. *cum multis ſeqq.* non repeto, facillimè applicabis; & ibi latiſſimè *ex nu.* 33. *& multis ſeqq.* quando plura fuere in ſupplicatione petita, & aliqua Princeps conceſſit, cætera videtur negaſſe & iterum *cap.* 31. *num.* 102. *& ſeqq.* & juribus ibidem adductis, adde ſingularem textum *l. cum hic ſtatus*, §. *ſi ambo, in fin. ff. de donat. inter virum & uxorem*, ibi, *qui quaſdam res, ex his, quas donaverat, legaſſet; quaſdam non videbitur cæteras res ad uxorem voluiſſe pertinere*, & ibi gloſſ. & Sanchez *de matrim. tom.* 1. *lib.* 6. *diſp.* 15. *ex n.* 5: text. etiam *in l. alumnæ* §. *qui filias, ff. de adimendis legat.* ibi, *reſpondi, non à tota voluntate receſſum videri; ſed ab iis tantum rebus quas reformaſſet*, &c. *l. tribunus*, §. *fin. de militari teſtam.* plures doctrinas congerit Eſcobar *de ratiocin.* 34. *ex n.* 28.

Et in terminis quod facultas, & aſſenſus Regis am- 18 bigua, generalis, aut æquivoca debeat intelligi, & declarari per ſupplicationem, & ad ejus tenorem reduci, notarunt Bald. *in cap. inter dilectos*, per text. ibi, *ex forma petitionis, de fide inſtrument. verſ. item nota:* ubi Abbas & alii, Anton. de Butrio *conſ.* 19. *quia hic agitur: idem* Abbas *in cap.* 2. *de treuga & pace.* Decius *conſ.* 378. & per *l.* 1. *C. de diverſis reſcript. & l. ſi defenſor*, §. *interrogatus, ff. de interrogator. action. &* §. *præterea. inſtit. de inutil. ſtipula-*

ſtipulation. ex Jaſ. & Abbate, dixit expreſsè Thomas Grammat. *deciſ.* 103. *n.* 201. *cum tribus ſeqq.*

19 Et ſimiliter, quando aſſenſus Regius opponitur generaliter ſuper aliquo contractu geſto, & Principi exhibito inſtrumento, intelligitur aſſenſus ſimpliciter appoſitus ſuper omnibus contentis in eodem inſtrumento; prout ex aliis affirmat Franciſc. de Ponte *de poteſt. Proregis, tit. 6. de aſſenſu Reg. ſuper dotibus, n. 27. &* 34. in cujus comprobationem plurima reperies *id dicto c. 30. §. 1. ex n. 21. de retent. Bullar. 2. part.*

Et quod aſſenſus, ſeu licentia Regis ſimpliciter ad alienandum conceſſa, habet de jure præciſam relationem ad memoriale, & preces, probat in terminis Petrus à Luna *conſil. 33. n. 12. inter conſil. diverſ. DD. Siculorum* poſt Menochium *conſil. 33. n. 14.* Bertazol. *conſil. civil. 55. n. 5. & 6.* Surdus *conſil. 59. nu. 24. & conſil. 104. n. 32.* Peregrinus *conſil. 5. nu. 2. & 4.* cum aliis per hoc allegatis. Idem ex aliis probat Cæſar Manent. *deciſ. 36. ex n. 20. cum ſeqq.*

20 Quapropter ſi cauſa, & negotium, ſeu utilitas unum dumtaxat tangat majoratum, licèt poſſeſſor virtute facultatis obtentæ, æquivocè loquentis, *ſuper tuo majoratu* duos poſſidens, voluerit utriuſque bona obligare, & hypothecæ ſubjicere, nihil agere intelligitur ejus majoratus reſpectu, ad quem negotium non tangebat, nec utilitatem conſequutus fuit; quoniam illum facultas non comprehendit, & quia majoratus ex facultate Regia obligatus habetur loco fidejuſſoris prout abundè probabimus ſuprà hac 2. *part. cap. 5. ex n. 16. cum ſeqq.*

21 Sed ſic eſt, quod quoties duo pluresve obligantur in ſolidum, ſi pecunia ad unum ſolum pervenit, ſeu negotii utilitas unum ex eis ſequatur, omnium reſpectu iſte ſolus tenetur, uti principalis: & cæteri uti fidejuſſores, licet reſpectu creditoris quibus uti principales in ſolidum omnes fuere obligati, nihil immutetur latiſſimè Scaccia *de ſentent. & re judic. gloſſ. 16. quæſt. 12. ex n. 20. & ſeqq. fol. 596.* plures congerit Graſſis *de effectibus amicitiæ, n. 259.* Surdus *conſil. 150. ex n. 57. tom. 1.* abundè Rodriguez *de redditibus, lib. 2. quæſt. 5. per totam*, Avendan *de cenſibus, cap. 94. & 95.* Amato, *variarum reſolut. n. 37. n. 33.* ubi plures allegat.

22 At in noſtro caſu alter majoratus, cui nec negotium, nec utilitas tangit, liber remanet ab obligatione, tam reſpectu alterius, quàm creditorum; cum ad illius bona obliganda defecit Regia facultas, & per conſequens poteſtas in poſſeſſore ad latè tradita ſuprà *cap. 4. hac 2. part. & cap. proximè anteced.* Quare in caſu præcedentis doctrinæ ideo reſpectu creditoris omnes tenentur, quia omnes (quibus nullum jus, nec prohibitio reſiſtit, ſed liberam ſuorum bonorum adminiſtrationem habentibus) fuerunt obligati in ſolidum, & ut principales; & ideo reſpectu creditoris ſua obligatio non immutatur, nec alteratur, quia non erat prohibita.

23 Quarto modo expediri poteſt Regia facultas, nominatim ſcilicet ſuper omnibus majoratibus, ſeu ſtatibus ab uno, & eodem poſſeſſore, nulla habita ratione ad cauſam particularem unum ex eis tangentem, ſed fortè ad perſonam poſſeſſoris ob belli, aut imbaſiatæ, nec non ſervitii Regi facti, vel faciendi in bello expenſas, & ſumptus: & ob id facultas expediatur expreſsè, & nominatim ſuper omnibus majoribus ſimul poſſeſſis. Et tunc ſi morte poſſeſſoris pro tempore ſeparentur, & ad ſingulos ſucceſſores diviſi pervenerint, cenſus ſic impoſitus ſuper omnibus pro rata diſtribuendus, dividendus erit. Attentis nempè redditibus uniuſcujuſque majoratus, ſeu ſtatus, hoc nempe modo, ſi ſors principalis cenſus aſcenderit ad triginta, & unus majoratus in redditibus, & fructus valeat viginti, & alius decem duæ ex tribus partes ſortis principalis onerabuntur majoratui opulentiori, & alia tertia pars alteri in redditibus minori, ut unuſquiſque ſolvat deinceps illam partem redditibus correſpondentem parti ſortis principalis, ſibi attingenti pro ſua rata.

Hanc reſolutionem probarunt in omninò ſimilibus terminis plurimi DD. dicentes, quòd ſi una, & eadem 24
penſio fuit a principe, à Papa impoſita ſuper duobus indiſtinctè beneficiis per unum clericum legitimè obtentis, & poſſeſſis; ſi poſtmodùm morte iſtius poſſeſſoris ſeparentur, & aliis duobus clericis conferantur, penſio prædicta inter eadem duo beneficia ſit pro rata proportionabiliter dividenda juxta uniuſcujuſque beneficii valorem in fructibus, & redditibus, ita ut unuſquiſque poſſeſſor teneatur de cætero recognoſcere, 25
& perſolvere illam ratam partem ſuo beneficio attingentem, facta uniuſcujuſque fructuum computatione, & rata. Hanc veram reſolutionem probant Antonius Auguſtin. *de ſolut. penſion. n. 2.* Sarner. *in compend. ſignaturæ, nu. 88. verſic. eſt & alius caſus*, Gigas *de penſion. quæſt. 85. nu. 5. & cap. conſtitutus*, & ibi Abbas & Innocent. *de religioſis domib.* concludit Rota adducta per Sarner. *ubi proxime.* Paleotus *deciſ. 304. manuſcriptis*, Paulus Pariſius *de reſignatione beneficiorum, lib. 6. quæſt. 4. n. 47.* Joan Hieronym. Campanill. *diverſo juris Canon. rubr. 11. cap. 13. n. 87. fol. 382.* Hercules Mareſcotus *variarum reſolut. lib. 1. cap. 21. n. 16.* ubi teſtatur fuiſſe reſolutum per Rotam *in una Segovienſi penſio.* coram Cardinali Seraphin. *ſub die 19. Aprilis* 1602. quos & libenter ſequuti fuimus *in comment. de Regia protect. 3. part. cap. 3. nu. 70 & 71.* quibus adde, quæ in puncto diximus infrà *cap. 11. ex nu. 24. cum ſeqq. verſic. tertiò ulterius fulcitur*, &c.

Et quod penſionis reſervatio facta à Papa ſuper duobus beneficiis, intelligatur à principio facta pro rata utriuſque, & in ſolidum per text. *in cap. conſtitutus, de religioſis domib.* expreſsè ibidem annotavit Abb. Panormitan. *nu. 8.* quem referens ſequitur Rota, ut refert Gomezius *in compendio ſignaturæ gratiæ, ad finem, verſic. poteſt & alius caſus*, Seraphinus *deciſ. 142. n. 7.* Lotterius *de re benefic. lib. 1. cap. 38. num. 19. 20. & 21.* Unde refert quòd ſi hæc duo beneficia unica penſione gravata mortuo poſſeſſore titulari duobus clericis conferantur; penſionarius non poteſt in ſolidum à quolibet beneficio penſionem integram petere; ſed dumtaxat pro rata, prout à principio de mente Papæ conſtituta intelligitur.

Etiam etſi penſio ſit reſervata ſuper duobus beneficiis vel principaliter unitis, vel ex diſpenſatione uti 27
clerico collatis, ſi pro tempore contingatur unio diſſolvatur, ſit facienda diviſio oneris & penſionis pro rata fructuum, ut ex Mantica *deciſ. 224. nu. 1. & 3.* & Rota *in recent. deciſ. 181. num.... 3. part.* tenet Loterius *dicto lib. 1. quæſt. 39. num. 84.*

Conducit doctrina Pauli de Caſtro *in l. ſi quod ex Pamphila, n. 1. ff. de legat. 2.* ubi tenet, quòd quando unum pretium ſolvitur pro duabus rebus, tantum pro qualibet cenſetur ſolutum, quantum cuique earum convenit ſecundùm valorem earum, facit *l. ædiles, §. fin. ff. de ædilit. edicto:* ubi pluribus hominibus uno pretio diſtractis, unus vitioſus adhiberi poteſt, facta ejus valoris computatione, ex quibus reſolvit Gutierrez *de gabellis, quæſt. 83.* quòd ſi duæ res ſimul unico pretio vendantur, quarum altera, fortè pretioſior libera eſt à gabellæ ſolutione, ut tunc quamlibet rem ſuo juſto pretio, & juſſu judicis æſtimandam fore, & ex pretio rei tributariæ diffinito ſolvendam eſſe gabellam, ita ut altera remaneat libera.

Et magis in propoſito facit, quòd ex motu proprio Pii V. ſuper conſtitutione cenſus, dixerunt quamplures relati à Cencio *de cenſibus, quæſt. 100. 89. & 41. per totas*, ubi data obſervantia dicti motus proprii, ut cenſus ſit præciſè conſtituendus ſuper re certa, & limitibus ſuis terminata, ſi ſuper duabus impoſitus fuerit. Sed quærit ipſe Cencius *d. quæſt. 41. ex num. 19.* quomodo iſti duo fundi manebunt obligati pro ſolutione cenſus. Et concludit omnes proportionabiliter ad fructus cujuſlibet, ita ut quilibet pro rata juxta uniuſcujuſque valo-

valorem reſpectivè ad fructus tenebuntur, ita ut ſi ſinguli dicti fundi æquales ſint in fructuum valore, quilibet fundus pro ſua æquali portione oneratus, & gravatus manebit. Quod etiam ex multis comprobat Cæſar Bartius *deciſ. Bononienſ.* 56. *nu.* 32. ſed adverte quòd hæc doctrina procedit, ut diximus, in terminis dicti motus proprii. Et ubi receptus fuit, & obſervatur: non tamen in Hiſpania, ubi non fuit admiſſus, ſed ab eo ſupplicatum ad Sanctum, ut advertimus *infrà hac* 2. *part. cap.* 11. *ex n.* 29.

25 Ex quo enim facultas fuit comprehenſivà omnium majoratuum, qui ab impetrante legitimo ſucceſſionis titulo poſſidentur, omnes & ſingulos in poſterum legitimos utriuſque ſucceſſores obligare voluit. Sed non quemlibet majoratum pro tota ſumma, & quantitate gravare, nec talis Principis fuit intentio, qui illam quantitatem recipere permiſit, habito reſpectu ad utriuſque ſimul majoratus, fructus, redditus, & proventus. Quapropter facta ſeparatione eorum rationi congruit quemlibet agnoſcere partem pro rata ſibi tangentem ad evitandum confuſiones & magnas lites in utriuſque majoratus poſſeſſores, nec non creditorum, & ad horum fraudes enervandas, qui facilè poſſunt eandem ſummam annuatim exigere ab utroque majoratu inſcio, & ignoranter exactionem ab alterutro jam factam per eos, & foret omnes litibus, & intricationibus involvere, quibus omnibus damnis diviſioni pro rata medela, rectè occurritur ex DD. ſuprà relatis; quem articulum altiùs comprobatum videbis *infrà cap.* 11. *ex n.* 13. *cum multis ſeqq. verſic. quibus tamen*, &c. *per tot.*

26 Nunc tractandum de ſecundo diſtinctionis membro, de quo *ad princip. hujus cap. n.* 1. quando ſcilicet duo majoratus tempore impetratæ facultatis ab uno poſſidentur, qui poſtmodum non per viam legitimæ ſucceſſionis ſeparantur, & in ſingulos ſucceſſores dividuntur, ut in caſu antecedenti diximus; ſed per viam evictionis, putà quando per alium legitimum ſucceſſorem mota fuit lis ſuper uno ex iis majoratu, & detentorem vicit, & avocavit: an inſuper cenſus ſuper eo ſimul impoſitus, virtute Regiæ facultatis ad utroſque nominatim conceſſæ, cum eo tranſeant in novum poſſeſſorem vincentem: vel an penitus liber remaneat in totum, vel ſaltem pro rata, ardua quidem & longè cæteris difficilior eſt quæſtio?

27 Et pro parte affirmativa ut ſaltem pro ſua rata parte gravatus tranſeat majoratus evictus; probari videtur ex identitate rationis ſimilis caſus in primo membro hujus diſtinctionis conſiderati *ſuprà ex n.* 23. *& ſeqq. verſic. quarto modo*, quo ex communi Doctorum probavimus, quòd quando impetrans poſſidebat duos majoratus, & facultas ſuper eiſdem nominatim fuit conceſſa, ſi poſtmodum morte poſſeſſoris ſeparati contingat, & in duos legitimos ſucceſſores ſinguli deveniant, credita, & cenſus pro rata inter utrumque majoratum dividendos eſſe, & cuilibet ſua pars contingens oneranda.

28 Primò, ſi aliqua ratione in prædicto caſu ſeparationis per legitimam ſucceſſionem pro rata admittitur deciſio: ea potiſſimum, quia fuerunt à principio cenſus legitimè impoſiti per verum dominum & poſſeſſo-
29 rem bonorum majoratus, à quo media facultate Regia ſublatum fuit impedimentum, prohibitionis alienationis per fundatorem majoratus appoſitæ, vel à lege ſubintellectæ, ita ut liberè tanquam verus, & abſolutus dominus ad alienandum, & alienationi conſentiendum intra limites facultatis remanſit, facultate Regia etenim mediante bona majoratuum libera, ut tanquam propria remanſerunt, Molin. *de primogen.* 4. *part. c.* 9. *à n.* 38. *& cap.* 5. *per tot.* & ibi Additionator. *n.* 1. Pater Molina *tractat.* 2. *diſp.* 652. *ex n.* 1. Mieres *de majorat.* 4. *part. qu.* 3. *ex n.* 1. Felicianus *de cenſibus, lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 20. D. Perez de Lara *de vita hominum, c.* 23. *ex n.* 24. Flores de Mena *lib.* 2. *variar. quæſt.* 21. *n.* 22. alios adducemus DD. infrà *num.* 60.

Sed hæc ratio militat in majoratus poſſeſſore per le- 30
gitimum ſucceſſorem, poſtea ab ipſo avocatum, evictum, & ademptum à poſſeſſore utriuſque, quem bona fide poſſidebat; atque ideo licèt alienus fuerit, interim tamen inter bona ſua computatur: quoniam bona noſtra appellantur, quæ bona fide poſſidemus, quamvis aliena ſint, text. eſt expreſſus *in l. bonorum appellatio.* 49. *ff. de verb. ſign.* ibi, *in bonis autem noſtris computari (ſciendum eſt) non ſolùm quæ dominii noſtri ſint, ſed & ſi bona fide à nobis poſſideantur*, quem textum exornarunt Roderic. Suarez *lib.* 3. *fori, tit.* 2. *de las Arras, l.* 1. *n.* 5. *verſic. tenet etenim menti.* Gomez *in l.* 50. *Tauri, n.* 13. Baëça *de non meliorand. cap.* 28. *n.* 4. *& cap.* 21. *nu.* 12. Matienzo *in l.* . *gloſſ.* 2. *n.* 4. *tit.* 2. *lib.* 5. *recopilat.* & ibi Azevedus *n.* 23. Molina *tom.* 2. 31
de juſtitia & jure, tract. 2. *diſput.* 431. §. *illud eſt obſervandum*, per quam probarunt, in decimam pro arrhis promiſſum computanda eſſe bona aliena, quæ vir tempore promiſſionis bona fide poſſidebat, & ſi ab eo poſtea fuerint evicta per verum dominum; vide infra *ex n.* 78. *cum ſeq. & ex n.* 130. Ergo hujuſmodi bona majoratus poſſeſſor liberè poterit obligare, & hypothecis ſubjicere, tanquam propria, ſublato prohibitionis impedimento virtute facultatis.

Quoniam ea bona per debitorem obligari, & hypo- 32
thecari poſſunt, quæ in ejus bonis ſunt. *l. quæ prædium*, ibi, *evidenter jure pignoris rem teneri non poſſe, niſi quæ obligantis in bonis fuerit, & aliena res pignor. data fuerit l. quæ nondum*, §. 1. *ff. de pign.* cum aliis. Igitur cùm hujus majoratus bona, poſtmodum evicti, bona fide poſſeſſa tempore obligationis in bonis debitoris fuerint; rectè obligari potuerunt, & cum hypotheca in novum & verum dominium tranſibunt.

Secundò, quoniam licèt poſſeſſor verus non fuerit ma- 33
joratus dominus; tamen communiter talis reputabatur, & publicè pro tali habebatur, & uti verus adminiſtrator negotia majoratus agebat, gubernabat, & publicè adminiſtrabat, quod ſufficit ad excuſandos creditores ad contrahendum cum ea ſuper rebus ad majoratum ipſum ſpectantibus, qui non coguntur indagare intrinſecam, & latentem conditionem ejus, an fuerit verus, vel injuſtus poſſeſſor, nec ad id ejus titulum inveſtigare, text. eſt capitalis *in leg. ejus qui in provincia* 41. *ff. ſi certum pet.* per quem communiter affirmant DD. quòd debitor ſolvens ei qui communiter tenebatur, & reputabatur procurator domini creditoris ad pecunias exigendas, liberatur, quamvis in rei veritate procurator non ſit, nec de mandato doceatur, *leg. ſi quis ſervus, ff. de ſolutionibus.* Socinus *conſil.* 32. *n.* 22. *lib.* 1. Menoch. *conſil.* 573. *n.* 41. *lib.* 6. Tiraquell. *de legibus connubial. gloſſ.* 8. *nu.* 148. Curtius Jun. *conſil.* 310. *nu.* 95 *lib.* 3. Maſcard. *de probationib. in evidentialibus lib.* 1. *concluſ.* 10. *n.* 28. Pirrus Maurus *de ſolutionib. c.* 15. *n.* 26. idem tenet Maſcard. *de probat. concluſ.* 649. *n.* 28.

Tertiò, quia ſolvens poſſeſſori hæreditatis, & ſic hæ- 34
redi putativo, qui verè hæres non erat, ſed poſtmodum hæreditate privatus, vel etiam donatario cujus poſtmodum ex defectu conditionis fuit donatio reſoluta: rectè ſolvit, & liber manet. Bartol. *in leg. filiæ inteſtatæ, ff. de ſolut. & in leg. cum fundum*, §. *ſervum, verſ. unico ad ſecundum ff. ſi certum pet. & in leg. falſus, n.* 4. *ff. de furtis.* Paulus de Caſtro *in leg. ſi procurator. notabil.* 2 *&* 3. *ff. de condit. ob cauſam, & leg. cum quis*, §. 1. *ff. de ſolut.* Aretinus melius omnibus *in conſil.* 35. *per tot.* Riminald. Senior. *conſil.* 64. *n.* 4. Ruinus *conſil.* 171. *n.* 4. *vol.* 4. Mandellus *conſil.* 462. *n.* 5. *&* 6. Briſonius *de ſolutionibus lib.* 1. *pag.* 325. Caſſanate *conſil.* 9. *n.* 32.

Pro quo eſt textus elegans, & expreſſus *in leg. ſtatu* 35
liberi à cæteris 29. §. *Quintus Mutius, ff. de ſtatu liberis.* Ubi data libertate ſub conditione, ſi ſervus decem dederit hæredi teſtatoris, cui ſuper hæreditate mota fuit lis per hæredem ab inteſtato venientem; dicit Conſultus, quòd ſervus, ſive dando decem hæredi vincenti, ſive hæredi ſcripto poſſeſſori, rectè reſolvere, reddens

text. rationem *in fin. d.* §. ibi : Nec interesse, quo genere quisque dominus fieret : & ideo hunc quoque ea lege contineri, secundum quem sententia dicta est : & liberum futurum eum, qui ei dedisset pecuniam, hunc autem possessorem hæreditatis cui data esset summa, si victus esset hæreditatis petitione, cum cæteris eam quoque pecuniam victori restituere debere text. celebris est.

36 Quartò, (& quod magis terminis nostris accedit) quoniam Prælato intruso in dignitatem, & ejus injusto possessori, tolerato tamen, solutio facta (quamvis nulliter) debitorem liberatur, habentem justam causam credendi eum esse verum Prælatum, Ruinus *consil.* 150. *n.* 7. *lib.* 1. ex Bartol. *in leg. si urban. n.* 4. *ff. de condit. indeb.* dum distinguit, quòd si emphyteutæ, vel conductores conduxerunt ab illo Prælato intruso, liberantur, aliàs secus. Quod & sequitur Alexand. *consil.* 120. *nu.* 7. *vol.* 5. nam solvens Prælato intruso ex contractu prius facto cum vero Prælato non liberatur. Alex. *consil.* 103. *n.* 17. *lib.* 1. Decius *consil.* 407. *n.* 1. Crotus *cons.* 24. *n.* 4. *vol.* 1. quod & advertunt Tuschus *practicar. conclusion. lit. S. consil.* 336. *n.* 6. *& infrà*, Graffis *de exceptionib. except.* 25 *n.* 92. qui *n.* 94. dicit rectè solvi tutori, qui non fecit solemnia, quando à principio contractus cum eo gestus fuit, etiamsi tempore solutionis verteretur lis super ejus electione & nominatione, quæ omnia refert, & sequitur Aretinus *in tract. de solut. cap.* 5. *n.* 27. *& seqq.*

37 In quo aliter dixit Ruinus *consil.* 150. *n.* 7. *vol.* 1. qui Bartolum declarat, ut solutio facta Prælato intruso, & tolerato rectè fiat ; si verò Prælato fuerit conductio facta, quando solvens justam habuit causam credendi eum esse verum, & legitimum Prælatum per *d. leg. si urbana ; & l. cum fundus*, §. *fervum tuum imprudens*, *ff. si certum pet.* Cum quo communiter transire omnes DD. testatur ipse Ruinus, & sequitur Corbulus *de jure emphyteutic. cap.* 13. *tit. de privat. ob non solut. Canon. limitat.* 24. *per totam fol.* 563.

38 Sequi videtur Mascardus *de probationib. concl.* 640. *n.* 11. dum dixit, Prælato intruso, qui diu in prælatura permansit, communi omnium opinione existimatus verus Prælatus, si exigat pensiones à colonis prælaturæ, & inquilinis eos solventes recte liberat, ex Jason. post Paul. de Castro, Jason. & ex Bald. *in cap. in litteris de restitut. expol.* & Tiraquell. *de retract. conventione* §. 4. *gloss.* 9. *in fin.* tenet Surdus *dec.* 129. *n.* 9. dicens, debitores solventes Prælato putativo non liberari, nisi solutio facta sit ex contractu cum eodem celebrato. Sed Tiraquellus ibidem simpliciter loquitur post alios, quos allegat, ut scilicet possessor beneficii possit exigere, & cogere debitores beneficii, ut sibi solvant, qui, solvendo ei, liberantur : ita ut debitores non possint Prælato existenti in possessione beneficii movere quæstionem dominii, & veri tituli, ex Feder. de Sen. Panormitan. & Ancharano, & hæc opinio simpliciter, & absque præfata distinctione verior mihi videtur, aliàs foret miseros debitores, & arrendatarios litibus involvere quod procedit ob favorem liberationis, de quo latius diximus inferius *hoc eodem cap. ex n.* 115. *cum seq.*

Quam etiam indistinctè probat ex Bald. ex Innocentio Jason. *in leg. si urbana, & de cond. indeb. n.* 10. ubi admittit solventem falso Prælato liberari, quando est in possessione authoritate superioris : quamvis ea non valeret, decipiatur debitor, & laqueus illi imponatur, qui communi judicio, & opinione non peccavit. Sequitur novissimè D. Larrea *in allegat. fiscal.* 22. *n.* 45. *in fin.*

Et quod solvens Prælato, Rectori, seu beneficiato intruso in beneficium, aut prælaturam, & injustè electo, & injustè confirmato, cum debitor habeat justam causam credendi, eum esse verum Prælatum, & legitimum possessorem, si solvat, liberatur, sive cum eo contraxerit, sive cum ejus antecessoribus veris dominis probat argument. text. *in leg. cum fundus*, §. *fervum tuum*, *ff. de rebus credit.* Bartol. ibidem, Innocent. *in cap. nihil de electio.* Bartol. Angel. Paulus de Castro, Jason *n.* 7. & alii *in leg. si urbana*, *ff de condict. indeb.* Sequitur Cardoso *in praxi judic. verb. solut. nu.* 5. & 6. *& iterum in verbo debitor. n.* 24. ubi de solvente possessori, sive bonæ fidei, sive malæ, si tempore solutionis ignorabat, quod esset possessor malæ fidei, omnino liberatur, *ex leg. si quis possessor.* §. *fin. ff. de petit. hæred.* & per *leg. si urban. ubi gloss. verb. solvend* & Bartol. Paul. de Castro, Bald. Fulgos. Jason, & omnes *ff. de condict. indeb. & leg. filiæ, & leg. si cum servus*, *ff. de solut. & leg. ejus qui, ubi*, DD. *ff. de reb. credit.* Secùs si debitor sciat possessorem esse malæ fidei.

Item etiam probant post Corbulum *tit. de caus. privat. ob non solut. canon. limitat.* 24. Ovidius de Amicis *in repetit. cap. potuit. q.* 100. *n. fin.* August. Barbos. *in eodem cap. n.* 125. *de locat.* dicentes, quòd quando emphyteuta solvit Canonem Prælato intruso ; habens verisimilem, & justam causam credendi esse Prælatum, excusatur à commisso ; quia quamvis nu liter sit Prælatus, rectè tamen ei solvit, & liberationem consequitur ; sicuti etiamsi solvat Canonem illi, qui publicè se gerebat pro procuratore domini, quia liberatur ex tali solutione. Ita Barbos. *ubi proximè n.* 153. post Surdum *decis.* 181. *n.* 7. & 9. Calvalcan. *decis.* 30. *n.* 20. *part.* 2. Baptista Costa *de facti, & scien. ignor. centur.* 2. *distinct.* 54. *nu.* 8. Castillo Borrillo *in Collecta decis. tit.* 33. *de jure emphyteut. n.* 103.

Quintò, quoniam solvens illegitimo possessori majoratus, qui justam causam credulitatis à principio habuit, licèt tempore solutionis jam realiter privato, liberatur ob justam ignorantiam, ut ex Bald. *in leg.* 2. *n.* 76. *C. de servitutib. & aqua.* Alexander *consil.* 120. *n.* 7. *lib.* 5. Ruino *cons.* 150. *n* 7. *lib.* 1. Mandello de Alva *consil.* 542. & 3. Prætis *consil.* 152. *n.* 4. Afflictis *decis.* 147. & Corbulo tenet Cassanate *consil.* 9. *n.* 30. & 31. sufficit enim conditionem extrinsecam, veram esse, nec cogitur debitor intrinsecam, & latentem divinare, *leg. si hominem* §. *si nullo*, *ff. de solutio. leg. Barbarius*, *ff. de officio prætoris.* Cassanate *ubi proximè n.* 34. 39

Sextò, quia filius familias, qui communiter reputatur paterfamil. sicque se publicè gessit, & ut talis plures actus gessit cum pluribus personis, qui cadere non possint nisi in eo, qui fuisset paterfamil. rectè contrahit, probat text. *in leg.* 3. *in princip.* ubi Bartol. *n.* 2. *ff. ad Macedonian. l.* 2. *Cod. eod.* latè Bald. *in leg.* 1. *n.* 2. 3. & 6. *Cod. ad Macedonian.* Ferron. *in consuetud. Burdegalens. tit. de statu & jure person.* §. 1. *in fin.* Rota ut per Alexand. Ludovis. *dispt.* 182. *n.* 5. prout etiam de minore, qui communi opinione reputabitur major, ut tradit Innocent. *in cap. consuluit. de procuratorib.* Bald. *in leg. Babarius ff. de officio Prætor.* & ibi Jas. *vers. secunda limitat.* Decius *consil.* 407. Panormitan. *in cap. scisitata de rescriptis, & in cap. si duobus, vers. ad hoc, de appellat.* Roman. *singular.* 763. latè Tiraquellus, *post leges connubiales*, *gloss.* 6. *q.* 17. Paulus Montan. *de tutelis*, *cap.* 33. *de requisitis in alienation. minor. n.* 478. *& seqq.* & per prædicta jura ita tenet Mascard. *de probat. consil.* 539. *n.* 27. 40 41

Septimò, quia collatio, & alii actus hujus generis, quos quis ratione officii & dignitatis, quam injustè, illegitimè, & per intrusionem tenet, qui tamen ab omnibus existimatur legitimus, & verus Prælatus : tenent, & sustinentur *ex cap. nonne* 8. *quæst.* 1. Mascard. *de probat. d. consil.* 649. *n.* 23. ubi alia similia congerit. 42

Octavò probatur, quoniam si per evictionem & avocationem unius majoratus sublata intelligeretur hypotheca in eo promissa ; magna injuria, & gravi damno afficerentur creditores, qui justo errore ducti, & bona fide ejus cum possessore, aliàs non illegitimo, occultè tamen, contraxerunt, qui licèt qualitatem personæ, cum qua contrahunt, scire tenentur *ex leg. qui cum alio*, *ff. de reg. jur.* id tamen non procedit in qualitate rerum, quam indagare non tenentur contrahentes, ut post

alios

alios tradit Giurba *decis.* 69 *n.* 28. Guzman *de evictionibus*, *q.* 23. *num.* 42. *& seqq.* Manguillus *eodem tract. q.* 151. *n.* 27. *&* 28. Noguerol *alleg.* 2. *n.* 55. videbis *infrà ex n.* 120. *cum seqq.* Ubi de hac doctrina plenius agitur.

44 Sufficit enim possessorem de facto possidere majoratum, absque alia creditorum indagatione. Prout in similibus terminis consideravit Rota apud Farinac. *decis.* 202. *in noviss. recent. n.* 3. qua fuit resolutum, quòd si capitulum Ecclesiæ constituit census absque debitis juris solemnitatibus ab eorum validitatem, ad quos redimendos alios de novo creavit minori pretio redemptos; quòd secundi validè creati censentur, priorum nullitate non obstante, cùm sufficiat, quod tempore subrogationis, & redemptionis validi judicarentur, & adversus eos non fuisset nullitas opposita. Quam doctrinam refert Noguerol. *d. allegat.* 2. *num.* 56. eamque intellige, quando pro secundis in redemptionem constituendis intervenit solemnitas à jure Canonico requisita, aliàs durissima foret resolutio, & foret error novissimus, pejor priori.

45 Prout in casu adducto per Capiblancum *in tract. de Baronib. tom.* 1. *pragmat.* 1. *n.* 299. *ex vers. alia quæst. mihi.* Quem referens sequitur Noguerol *ubi proximè n.* 57. dicens, quod assensus Regius ad census creationem causa solvendi creditores universitatis, & ejus debita extinguendi, quæ aliàs contracta fuerunt absque regia facultate, & debita solemnitate. Adhuc tamen census noviter creatus erit validus, qui sufficit ei qui dedit pecuniam, fuisse nunc facultatem concessam, & quòd priora credita de facto, licèt non de jure deberentur ab universitate, nec de alio tenetur novus creditor indagare.

46 Gesta namque ab eo, qui communiter reputabatur habilis, licet inhabilis foret, & intrusus fuerit in dignitate, sustinentur ob publicam utilitatem, & ad evitandum damnum publicum, ex text. *formalis in leg. Barbarius, ff. de officio Prætor.* quem exactissime per regulam ex eo deductam, communem, errorem jus facere, prævalere veritati, ampliationes, & limitationes exornarunt Mascard. *de probat. conclus.* 649. *per tot.* Ant. Gabriel. *commun. conclus. tit. de probat. in conclus.* 8. *per tot.* Baëça *de decima tuto. cap.* 12. Gutierrez *de tutelis c.* 8. Garcia *de benefic.* 5. *part. cap.* 4. *ex num.* 276. *cum multis seqq.*

47 Nonò, insuper hæc pars fulcitur, quia cum institore præposito à domino in aliquo loco ad artem, vel mercem exercendam, vel negotiandum, post domini revocationem, & prohibitionem rectè contrahitur, & contractus cum eo gesti sustinentur, & dominum obligant, & prosunt, si publico loco, & patenter in Apotheca, seu taberna prohibitionem administrationis exercendæ non apposuerit, ut de inhibitione cunctis pateat, & contrahentes, qui bona fide cum eo jam revocato negotia gesserunt, mutuarunt, aut quovis modo contraxerunt, ob probabilem errorem, & ignorantiam tuti sint, text. est *in leg. sed esti pupillus, §. de quo palàm ff. de institoria actione, leg. quoties* 48. *ff. de peculio leg. si quis mancipiis* 17. *§. si impubes, ff. de institor. actio.* ibi: *Non enim imputandum est ei, qui sciens dominum decessisse, cum institore exercente mercem contrahit.* Parlador. *lib.* 2. *quotidianar. cap. fin.* 5. *part. n.* 2. *&* 3. Genuens. *decis.* 14. *per tot.* Mascard. *de probat. conclus.* 1016. *ex. n.* 13. *cum seqq.* quæ omnia fundamenta viriliter influunt in contractus gestos per possessorem majoratus putativum, sustinendos evocatione, & evictione subsequuta, ob bonam fidem contrahentium cum eo, atque probabiliter ignorantium injustitiam possessionis, & possessoris.

48 Decimò denique, fortiter roboratur hæc pars, nam hæres putativus interim dum per verum, & legitimum hæredem non sit hæreditas evicta, & ab eo avocata; alienare potest bona hæreditatis, & super eis transigere, & contrahere. Quod apparet *ex leg. item veniant* 22. *§. simili modo si fundum hæreditarium distraxerit: siquidem sine causa, ipsum fundum, & fructus in hæreditatis petitionem venire: quod si æris exsolvendi gratia hæreditarii id fuerit, non amplius venire, quam pretium*, &c. *Et in §. cum antequam*, ibi: *Qui se hæredes esse existimabant, hæredit. distraxerint; placere, reductæ ex pretio rer. vendit. pecun. usuras non esse exigendas. Et in §. item placere: à quibus hæred. petita fuisset, si adversus eos judic. esset: pretia, quæ ad eos eorum ex hæredit. vendit pervenissent. ff. de petit. hæreditat. leg. si possess.* 23. *§. redactæ* [inquit] *pecun. ex pretio rer. vendit. redactam sic accipiemus, non solum jam exactam: verum & si exigi potuit, nec exacta est, & in §. quod si post petit. hæred. res distraxerit, hic ipsæ res veniunt, fruct. earum, ff. de petit. hæred. & d. leg. item ven. §. cæter. si quis, sciens ad se hær. non pertinere, distrahit sine dub. non pret. rer. sed. ipsæ res veniunt in petit. hær. & fruct. ear.* &c. *d. leg. si possessor. paragraph. post petitam, & paragraph. bonæ fidei possessoribus si vendiderit res hæred. sive exeger. pret. sive non, quia habet act. debebit pretium præstare, sed ubi hab. act. suffic. eam act. præst.* &c. *cum §§. seqq. & §. restit. aut. pret. debeb. possess.* Cum pluribus 49 aliis, in quibus apertè constat possess. hæred. putat. bona hæreditatis alienantem, evicta postmodum hæred. per verum possessorem, ad pretium solum teneri; non ad ipsas res distractas, nisi male fidei possessor fuerit. Ex pluribus *d. leg. & ex leg. sed etsi lege, § scire aut. ad se non pertinere.* Cum omnibus aliis *§§. ff de petit. hæred.*

Ex quibus sequitur, quod si ab hærede putativo vendente res hæreditarias verus emptor pretia exigere dumtaxat potest; ergo ipsæ res legitimè ab eo venduntur. Atque distractæ non avocantur ab emptoribus. Cum ex pretii exactione supponatur venditionum sub- 50 sistentia, validitas, & perseverantia, *leg. Julian. §. fin. cum leg. sequenti, ad Macedon. leg. quidam, ff. de evict. leg. si credit. §. illud ff. de distract. pign. leg. etiam, ff. de minoribus*, ibid. *Dicebam posse magis ea ratione restitui eam, quod venditor renuntiando post diem, quo placuerat esse commissum, & pretium petendo, recessisse à lege sua videatur.* Surdus *consil.* 60. *nu.* 12. *&* 13. *leg. Paulus respondit, ff. rem ratam haberi*, Fulgos. Jason, & alii post Mantic. *de contractibus lib.* 2. *tit.* 5. *num.* 1. DD. *in leg. Æmilius* 38. *ff. de minorib.* Balb. *de præscript.* 1. *p.* 9. *p. post n.* 32. Tiraquell. *lib de retract. §.* 1. *gloss.* 2 *nu.* 57. Caldas Pereira *in l. si curatorem. verb. sua facultate, n.* 49. *Cod. de in integrum restitut.* Bartol. *in d. l. quidam.* Roman. *consil.* 87. Socinus Junior. *consil* 84. *n.* 23. *lib.* 2. Aretin. *consil.* 128. *n.* 8. idem Tiraquell. *de retractu lignagier. §.* 1. *gloss.* 9. *nu.* 137. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 75. *n.* 2. Caldas Pereira *de emptione, & vendit. cap.* 22. *num.* 35. Ergo 51 multo magis poterit ipse hæres putativus eadem bona obligare, & hypothecis submittere, quia cui licet alienare, multò magis hypothecare, & pignorare, *leg. pupillorum, §. & Prætor. ff. d. reb. eorum.* 5. Molina *lib.* 4. *cap.* 5. *per totum*, maximè *ex num.* 10 *& sequentibus, leg. sicut, §. sed si permiserit, ff. in quibus cauf. pignor. vel hypothec.* Franchis *dec.* 105. *n.*... Molina *disput.* 652. *n.* 2. Paulus Christin. *dec. Belgic.* 185. *n.* 18. *tom.* 1. Fusarius *de substit. quæst.* 678. *ex num.* 25. *cum sequentibus*, quod quando permittitur venditio, & alienatio, multo magis hypotheca, & pignus. Caldas Pereira *de emption. & vendition. cap.* 8. *n.* 32. & per consequens majoratus possessor putivatus, antequam ab eo avocetur, & evincatur majoratus per verum, & legitimum successorem, poterit alienare, & hypothecare bona ipsius; sublato alienationis prohibitæ impedimento ex facultate Regia sibi concessa.

Et quod hæres putativus possit transigere super bonis 52 hæreditatis, interdum quòd per verum hæredem non evincatur hæreditas: plurima sunt jura (quæ licèt inter

se fortiter, & acriter pugnare videantur, ex Doctor. tamen intellectu temperantur) text. igitur Capitalis *in leg. imperatores* 3. §. *fin. ff. de transactio.* cujus verba sunt. Debitor. (inquit Ulpianus) cujus pignus creditor distraxerat, cum Mævio, qui se legitimum creditoris hæredem jactabat esse, minimo transegit, postea testamento prolato, Septitium hæredem esse apparuit: quæsitum est, si agat pignoratitia debitor cum Septitio, an is possit uti exceptione transactionis factæ cum Mævio, qui hæres eo tempore non fuerit, possitque Septitius pecuniam, quæ Mævio ut hæredi à debitore numerata fuit, conditione repetere, quasi sub prætextu hæreditatis acceptam. Respondi secundum ea, quæ proponerentur, non posse: quia nec cum eo ipse transegit, nec negotium Septicii Mævius gerens accepit.

53 Ad idem adest text. *in leg. si tibi decem* 18. §. *fin.* §. *de pactis.* In hæc: *Cùm possessor alienæ hæreditatis pactus est, hæredi si evicerit, neque nocere, neque prodesse plerique putant.*

54 Contrarium probat text. *in leg. si post constitutam* 22. *ff. de constituta pecun.* cujus verba ita se habent: Si post constitutam tibi pecuniam hæreditatem ex S. C. Trebellian. restitueris: quoniam fortem petitionis transtulisti ad alium, deneganda est tibi pecuniæ constitutæ actio. Idem est in hæreditatis possessore post evictam hæreditatem, sed magis est fideicommissario, vel ei, qui evincit decernendam esse actionem. Et quod in fideicommissarium actiones per hæredem interim quæsitæ non transeant, nisi per cessionem, est text. *in leg. si hæres pecuniam ff. ad Trebell.*

55 Pro concordia horum difficilium jurium anxiè torquentur ubique gloss. & DD. ampliſſimè tractarunt Francisc. de Ponte *in consil.* 38. *per totam*, & ex proposito Mantica *de tacit. & ambig. convent. tom.* 2. *lib.* 26. *tit.* 5. *per tot.* & Marescotus *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 17. *per tot.* Qui tandem authoritate Rotæ Romanæ in nonnullis decisionibus firmiter tenet, transactionem factam super bonis hæreditatis per hæredem putativum prodesse vero hæredi evincenti postea hæreditatem.

56 Atque tandem confirmantur omnia supra dicta ex eo, quòd possessori dignitatis, & prælato putativo est facienda solutio fructuum, & reddituum dignitatis, illique est præstanda obedientia, non autem habenti proprietatem, aut dominium possessione destituto, seu carenti, probant Bald. *in leg.* 2. *n.* 73. 76. *&* 77. *C de servitutib.* post Innocent. *in cap. in litteris, n.* 3. *&* 8. *de restit. spoliator.* Gaspar de Perusio *de reservatione*, §. *quæro primo n.* 2. Simoneta *de reservat. q.* 50. *n.* 19. Rota *decis.*
57 9. *de casu possess. in novis.* Ubi habetur, quòd possessor beneficii, probata sola possessione, potest exigere bona debita beneficio. Quos referens sequitur Gonzalez *de censib. & alternat. gloss.* 45. §. 2. *n.* 17. *&* 18.

58 Quibus rectè consonat, quod dicunt Rebuffus *in leg. bonorum appellat. ff. de verbor. sign. vers. in bonis autem.* Gutierrez *practicar. lib.* 3. *q.* 42. *nu.* 35. Sanchez *de matrimon. lib.* 6. *disput.* 31. *n.* 4. bona nostra dici, quæ bona fide possidemus, quoad aliquos effectus civiles, ut ad habendum actionem, & exceptionem pro eis, & ad præscribendum, licet aliena sint, & ab alterum eorum dominium pertineat, igitur idem dicendum erit in possessore majoratus; posse interim, adhibita Regia facultate, hypothecæ subjicere, & obligare bona ipsius validè, etiam postmodum majoratu evicto, avocato per legitimum successorem, ex tot doctrinis fortiter casum roborantibus.

59 Quibus tamen non obstantibus (quæ verè non obstant, prout ex eorum responsione apertè patebit) contrarium de jure verius esse existimo. Imò alienationem, seu obligationem bonorum majoratus factam per possessorem putativum, etiam adhibita regia facultate nominatim, non valere, nec adstringere verum & legitimum successorem, qui majoratum evincit. Ad quod sentiendum authoritate plurimorum Doctorum, (quorum meminimus *infrà ex n.* 126.) validissimisque ducor fundamentis.

Et sit primum tanquam fulcrum, & toties resolutionis præcipuus nervus: quod in majoratus possessore putativo ad affectum alienandi, & obligandi bona ipsius, duo distincta considerantur impedimenta; alterum personale respiciens defectum dominii: alterum verò reale ortum ex prohibitione alienationis à testatore, & à lege inducta. Et licèt ex obtenta Regia facultate (quæ circa hoc tantùm expeditur, & emanat) hoc secundum impedimentum prohibitæ alienationis tollatur, ita ut per Principem super hoc impedimento dispensetur, & per eam possessor majoratus, & bonorum dominus habilis, & capax reddatur ad alienandum ad latè tradita per Molin *de primogen. lib.* 4. *cap.* 5. *per tot* & vide *suprà hoc cap. n.* 28. *&* 29. nam tunc facultas tollendi prohibitionem alienationis reddit bona libera, quantum ad quantitatem in ea permissam, ut expressè apparet ex clausula ejusdem facultatis, ut inferius *n.* 69. & judicantur bona allodialia, quæ alienari & hypothecari possunt, & in causam judicati capi, ad instar allodialium, probant in assensu Regio ad hypothecanda, aut alienanda bona feudalia, seu aliàs prohibita alienari. Ripa *lib.* 1. *responsorum.* Idem Ripa *in leg. obligatione n.* 39. *vers. tertius casus, ff. pignoribus*, juxta doctrinam Saliceti *in Authent. & qui jurat. col.* 11. *in fin. Cod. de bonis auth. jud. poss.* per quos, & Afflictum *in cap.* 1. §. *in generali, si de feud. fuerit controvers. inter pomin. & agn.* Frecian. *de subfeudis lib.* 2. *q.* 3. *col.* 3. *ad medium, vers. & ideo si Rex dat licentiam n.* 6. *fol.* 127. & per alios voluit Gratian. *in disceptat. forens. tom.* 3. *cap.* 180. *ex n.* 11. *cum multis seqq.* videndus, & præ cæteris Molin. *de primogen. lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 43. ubi in proposito plures allegat, & plura notabilia adducit, & plures alios adduximus *suprà n.* 29.

60 61

Tamen impedimentum ad contrahendum proveniens ex defectu dominii, quod totum cum vera possessione remanet penes verum & legitimum successorem *ad leg.* 45. *Tauri juncta leg. cum hæredes, ff. de acquir. possess.* & vulgare est, prout probant communiter DD. *in d. leg.* 45. *Tauri* Matiez. *in leg.* 8. *tit.* 7. *gloss.* 1. *sub n.* 5. *& gloss.* 2. *n.* 4. *lib.* 5. *recopilat.* Gutierrez *practicar. lib.* 3. *quæst.* 71. *n.* 3. Molina *de primogen. p.* 13. *cap.* 12. *n.* 34. *&* 35. Castillo *controvers. tom.* 5. *cap.* 112. *n.* 17. qui affirmant, vero & legitimo successori majoratus acquiri à tempore mortis ultimi possessoris dominium, & possessionem civilem & naturalem, idem Castillo *ibid. sub n.* 45. *vers. hactenus & vers. rursus cum is, & tom.* 6. *cap.* 135. *n.* 33. *& seq.* Paz *de tenuta cap.* 8. *n.* 13. post alios, princeps igitur impedimentum dominii, nec abstulit per suam Regiam facultatem, nec amovere voluit, nec amovere potest. Non sustulit, quia facultas ad id non destinatur, nec petitur, sed solùm ad dispensandum super alienatione prohibita per fundatorem, & sic tanquam limitata, & stricti juris non extenditur de re ad rem, de persona ad personam, de tempore ad tempus, nec de contractu ad contractum. Plurimis singularibus doctrinis exornavimus *suprà hac* 2. *p. cap.* 4. *per tot.* & multa in his terminis videnda *infrà cap.* 10. *proximè seq. per tot.* 62 63

Et quia licentia ad alienandum non operatur, nec ad aliud juris impedimentum, ex alio capite proveniens, vel ex jure alterius extendi potest. Ita tenet Decius *consil.* 208. *nu.* 7. *& seqq.* Joan. Baptista Feretus *consil.* 178. *n.* 15. Ancharanus *consil.* 427. *sub num.* 4. Corbulus *de jure emphyteut. cap.* 14. *de privat. ob alien. limit.* 32. *per tot.* Maximè *n.* 2. dicentes, quod consuetudo inducta in favorem emphyteuticorum, ut liberè alienent irrequisito domino, solùm tollit prohibitionem & impedimentum inductum *ex leg. fin. C. de jure emphyteut.* & licentiæ loco subrogatur; non tamen aliud undecumque proveniens operatur, nec in præjudicium alterius jus ad rem, vel emphyteusim habentis extenditur. 64

65 tur. Ea moti ratione, quia quando plura obstant, uno sublato, aliud remanet ex Bald. *in leg.* 1. *Cod. de furtis*, & Bartol. per illum text. *in leg. si domus*, *ff. de servitut. urban. præd.* & in terminis Castrensis *consil.* 244. *viso*, *& examinato*, *sub nu.* 3. *in* 3. *dubio vol.* 2. Gozadin. *consil.* 75. *n.* 6. *vers. 7. videtur obstare.* Qui duo utrumque etiam probant, & Corbulus *d. limit.* 32. *n.* 4.

Id ipsum probarunt in terminis facultatis Regiæ Molina *de primogen.* 1. *p. cap.* 9. *nu.* 32. *&* 33. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 52. *nu.* 39. *vers. quod Principis rescript.* Fusarius *de substit. q.* 562. *n.* 11. *&* 12. dicentes, quod facultas Regis solum tollit impedimentum, super quod postulata fuit, & conceditur; non tamen alia ex juris dispositione alias existentia, & obstantia: atque ideo adversus contractus gestos ex Principis licentia, & facultate possunt nihilominus opponi omnes exceptiones, quæ aliàs de jure possunt opponi contra ipsum contractum; Novarius *lib.* 1. *forens. q.* 38. *n.* 12. *vers. nec obstat.* Laratta *consil.* 43. *n.* 3. Peregrin. *art.* 51. *n.* 89. Manent. *dec.* 7. *n.* 50. *usque ad fin.* Montan. *in c. imperialem. in princip. n.* 53. *fol.* 57. *de prohib. feud. alienat.*

Et in his terminis facultatis regiæ rectè faciunt, quæ Noguerol. *alleg.* 40. *n.* 22. *&* 23. qua sic loquitur: Nec obstabit, si secundo opponatur dictam regiam facultatem supplere defectum, qui potuit in arrharum excessu considerari: quia regia facultate dictæ obstantiæ, & duo defectus supplendi erant. Primus arrharum excessus; secundus earum constitutio super bonis majoratus in successorum præjudicium: & ut omnia firma remanerent, & supplerentur prædicti defectus, necessarium erat, facultatem utrumque defectum comprehendere, & eos dispensare, ut plenè Sanchez *de matrimonio*, *lib.* 8. *disp.* 83. Garcia *de beneficiis*, *part.* 8. *cap.* 3. *n.* 54. *&* 55. *&* Barbosa *de potestate Episcopi*, *alleg.* 45. *n.* 3. *& alleg.* 114. *n.* 24. & hæc dispensatio specialiter debebat providere, & non sufficiebat, quod facultas permitteret arrharum promissionem, quia hæc permissio debet intelligi prout de jure, & dummodo in promissione arrharum excessus non interveniret, ut probatur *in leg. si quando*, *C. de inoffic. test. & ibi notat.* Bald. & Salic. Mieres *part.* 1. *q.* 1. *n.* 147. *&* 148. ubi in terminis dicit, quod facultas regia ad meliorandum filium, non potest extendi ad hoc, ut possit ratione dotis filia meliorari, optimè Rota apud Farinac. *dec.* 653. *n.* 5. *&* 6. *tom.* 1. *in recent.* quæ loquitur in pulchro casu, &c.

Et quod dispensatum ad unum casum, seu defectum non intelligatur dispensatum ad alium probant in variis materiis, Grassis *de effectibus cleric. effectu* 4. *ex n.* 49. Barbosa *de canonicis*, *cap.* 19. *&* 37. *ex num.* 5. Gratianus *discept.* 270. *n.* 7. qui ex hoc ad plures singulares doctrinas in specie inferunt.

Et quod facultas ad alienandum bona prohibita, non tollat alia impedimenta provenientia ex alio capite, & juris dispositione, quia dispensatio super uno impedimento, nihil circa alia operetur, probarunt post Paris. Roland. à Valle, Surdum, & Cagnolum, Stephanus Gratianus *dec.* 131. *ex n.* 4. *cum seqq.* sequitur Castillo *contr. tom.* 4. *c.* 61. *n.* 43. & præ omnibus rectè firmat Bald. per text. ibi *in l. si non le* 83. *ff. de hæredibus instituendis*, in hæc, *Amotio unius impedimenti non firmat actum adversus aliud impedimentum. Et ista lex est multum allegabilis in litteris Papæ*, *quod si per litteras removentur certa obstantia*, *sed non omnia*, *non valent litteræ.* &c. sequitur Rota, *dec.* 32. *in tit. de rescript. in nov.* Molina *de primog. lib.* 2. *c.* 7. *n.* 27. & in nostris terminis doctrinam Baldi ponderat Paz *de tenuta*, *q.* 40. *n.* 24.

Ideoque possessor majoratus putativus, si alienet virtute facultatis, nihil secum contrahenti prodest, quia jus, & dominium (apud legitimum successorem existentia) quod non habet, in alium transferre non potest, ex reg. *nemo plus juris*, *de reg. juris* quæ doctrina robur recipit ex altera Mol. *de primog. l.* 4. *c.* 5. *ex nu.* 33. *& seqq.* & signanter *n.* 36. ubi firmat, & constanter asseverat, quod si fundator majoratus prohibuit alienationem sub expressa privationis pœna, & possessor alienat, & postmodum facultatem regiam impetret, non facta relatione alienationis jam factæ, non tenet alienatio, nec prodest facultas, cùm impetretur ab eo qui jam non erat legitimus possessor majoratus, cujus titulum amiserat per contraventionem; & qui eo tempore jam erat dominio privatus, translato in sequentem successorem, in cujus præjudicium alienatio non valet, nec per facultatem Princeps eidem præjudicasse, intelligitur, ubi bene comprobat videndus.

Et hoc ipsum probatur; nam in his casibus, in qui- 66
bus hæres fideicommisso simpliciter gravatus pendente conditione, possit rem alienare, ad tradita per Fusarium *de fideicom. qu.* 553. *cum seq.* tamen hoc non procedit in fideicommisso puro, vel conditionali, purificato jam tempore alienationis, etiam facta ab ignorante 67
ignoranti emptori, ea ratione; quia tunc dominium non est hæredis, sed fideicommissarii, in quem fuit recta via ministerio translatum, & potuit rem vendicare, sic ex hac ratione tenuerunt Imola *in l. quidam ita*, §. *ult. ff. ad Trebellianum*, Paulus Castrensis *in lege ult.* §. *sed quia nostra*, *n.* 4. *versic. intelligo*, *C. communia de leg. & in l. fin. col.* 1. & ibi Alciatus *n.* 5. *prope finem*, ubi testatur de communi opinione, *ff. de leg.* 2. Alexander *in lege Marcellus*, §. *res quæ*, *num.* 4. & ibi Claudius Aquens. *n.* 6. & Ruinus *n.* 5. *ff. ad Trabellianum.* Opiæ *in l. filius fam.* § *divi*, *n.* 24. *ff. de leg.* 1. Padilla *in Authent. res quæ*, *n.* 11. *C. communia de leg.* Corneus *consil.* 298. *n.* 6. *lib.* 3. Gratianus *consil.* 65. *nu.* 18. *& seq.* ubi latè defendit Anton. Trigon. *singul.* 54. *n.* 6. Socinus senior *reg.* 38. *versic. limita illum textum.* Petra *de fideicommissione*, *quæst.* 3. *n.* 40. Peregrinus *de fideicommissar.* 40. *nu.* 39. *versic. item cum tex.* Hieronymus Gabriel. *consil.* 118. *nu.* 2. *ad medium*, *lib.* 1. Surdus *consil.* 116. *n.* 17. *lib.* 1. Rota Romana *in noviss. dec.* 49. *n.* 56. *part.* 2. Fusarius *de substitut. quæst.* 556. *n.* 11. ubi de magis communi. Atque maximè procedere, 68
quando dominium recta via absque restitutione transit in fideicommissarium, juxta per eum dicta *in quæst.* 603. prout verificatur in majoratu, in cujus verum successorem omne jus, dominium & possessio ipso jure, *ex lege* 45. *Tauri* ministerio transfertur, prout suprà *num.* 62.

Quæ doctrinæ attentè ponderandæ erunt, quia loquuntur in fortioribus terminis, quando alienatio facta est ab eo qui fuit dominus, & legitimus possessor; sed ejus dominium tempore alienationis extinctum, & in alium translatum reperitur; ad ea quæ inferiùs latius dicenda erunt. At in nostro casu possessor majoratus putativus nunquam dominium habuit, nec etiam possessionem, quia utrumque juris ministerio à principio in verum successorem fuit translatum.

Diximus Principem per facultatem datam majoratus possessori putativo non voluisse adimere impedimentum ex defectu dominii, quod probatur ex tacita & subintellecta juris dispositione dictantis, nunquam Principem velle juri tertii præjudicare, ut vulgarissimum est. Et in specie facultatis regiæ ad alienandum, & hypothecæ subjiciendum bona majoratus vel feudalia, ut subintelligatur salvo jure partium; probarunt Isernia *in cap. imperialem*, *de prohibita feud. alienation. n.* 11. & ibi Camerarius *fol.* 79. *col.* 4. item Isernia *in cap.* 1. *qui succeff. ten. n.* 6. Paris de Puteo *de re integra feud. cap.* 267. Frecia *de feudis*, *lib.* 2. *quæst.* 29. *n.* 3. Contardus *in l. un. C. si de moment. possess. limit.* 258. *n.* 47. Franchis *decis.* 540. *nu.* 9. *&* 10. Valascus *de portionib. cap.* 13. *n.* 70. Novarius *quæst. forens.* 38. Lasarta *consil.* 43. *n.* 3. Manent. *dec.* 7. *n.* 50. & quod facultas regia ad alienandum non tollat jus tertio quæsitum,

plurimis DD. cit. dixit Mol. *de primogen. lib.* 4. *c.* 5. *num.* 36.

69 Tum etiam manifestè apparet ex verbis, & tenore solito ipsius facultatis, qua expresse deciditur, & facultas taxatur ad bona ipsius possessoris impetrantis, & pertinentia ipsi majoratui, per hæc verba: *Epara el efeto fuso dicho, e no para otro alguno, apartamos, è dividimos el dicho estado, y mayorazgo, y de las clausulas, vinculos, y condiciones dellos bienes, e rentas, sobreque impusieredes, y cituteredes el dicho censo, y los hacemos libres, ni obligados ni sujetos a vinculo ni restitucion alguna: contanto que sean vuestros propios, y del dicho estado, y mayorazgo: porque nuestra intencion, y voluntad no es de prejudicar en lo suso dicho a nuestra corona real, ni a otro tercero alguno.* Ex quibus verbis apertissimè constat, quod ad hoc, ut operetur, & concessa intelligatur facultas ad alienandum, seu obligandum bona majoratus, duo præcisè simul requiruntur, quod bona propria non solùm sint majoratus, sed etiam propria ipsius possessoris impetrantis, nempe ut ipse tanquam legitimus successor eorum sit dominus, quod verè tendit ad exclusionem intrusionis, & illegitimi possessoris; nec non præservationem juris veri & legitimi successoris appositum intelligitur.

70 Quare respectu hujus majoratus alieni facultas nihil operatur, nec ejus virtute ejus bona obligari possunt, cum fuerit concessa sub hac expressa qualitate, & conditione, & suppositione, *con tanto que sean vuestros propios.* Et quod unum disponitur, & aliud supponitur; non potest verificari dispositio, nisi prius verificetur suppositio ex glossa *in l. mancipia, verb. avocandum, Cod. de servis fugitivis* ubi Bart. Bald. & Paulus Mantica *de contractibus, tomo* 1. *lib.* 4. *tit.* 26. *nu.* 11. & Nos *de Protectione Regia, 1. part. cap.* 2. *nu.* 68. *& 2. part. cap.* 11. *n.* 35. quia illa verba, *con tanto*, quibus utitur facultas conditionem præcisam important, qua deficiente facultas nihil operatur, ita in terminis facultatis regiæ, quamplurimis citatis tenet Mieres *de major. part. q.* 11. *ex n.* 35. *& seqq.* & signanter de verbo facultatis *con tanto*, *ex n.* 38. qua propter uterque defectus reperitur adesse in putativo impetrante. Nempe dominii, & prohibitionis inductæ à fundatore, quæ per facultatem non adimitur, cessante principis intentione, qui putativo in bonis alienis dare non intelligitur conditione deficiente & quod illa verba *con tanto*, inducant conditionem in specifica forma adimplendam, bene Castillo *contr. c.* 125. *n.* 18.

Nec de tali possessore, & domino putativo putasse Principem probatur: quia dispositio quælibet loquens de aliquo non verificatur in putativo, ut de viro, aut uxore, & aliis similibus abundè probat Tiraquel. *post l. connubial. gloss.* 8. *n.* 134. *cum multis seqq.* Gutierr. obiter, *de tutelis. c.* 8. *n.* 18.

Et an Princeps jus suum censeatur remisisse, etiam præstito assensu sub hac clausula, *juribus Curiæ, & alienis semper salvis*, vide negativè per Molinam *de primogen. lib.* 4. *cap.* 4. *ex n.* 39. & ibi Addition. plures allegant. Et quod facultas regia ad alienandum seu hypothecandum bona majoratus sit nulla conditione non verificata, probat Mieres *de majoratu* 2. *part. qu.* 4. *illatio* 8. *nu.* 10. & 14. & 4. *part. quæst.* 11. *n.* 32. *cum seq.* hinc sit, quòd si quis impetret facultatem à rege ad faciendum majoratum in filio naturali, & eum legitimandum, si postea appareat non esse filium impetrantis, non tenet facultas. Plurimos refert Mieres *de majoratu* 2. *part. q.* 1. *n.* 71. Quæ omnia manifestam inducunt nullitatem facultatis impetratæ, ita ut alienationes ejus virtute gestæ inutiles, & inefficaces reddantur. Alia multa fundamenta in comprobationem nullitatis hujus facultatis videbis *in c.* 10. *& seq.* Maximè, quia princeps, quando concedit facultatem domino putativo ad hujus relationem, supponit eum dominum, & ideo eum dominum facere non intendit: quia dispositio, quæ aliquid supponit, super suppositio nihil disponit. *leg.* 1. *ff. de hæredib. instituendis. l. neque §. si serv. ff. de militar. test. leg. generaliter, §. si is, qui sub rem, ff. de fideicommiss. libert.* Surdus *dec.* 195. *n.* 8. est enim contrà principis intentionem id concedere, cum ad esse supponatur eidem. Hunc discursum latissimè ex aliis validissimis fundamentis efficaciùs comprobabimus infrà *in cap. seq. per tot.*

Addidimus suprà *n.* 62. (nec Princeps potest) nempe supplere defectum dominii, quem putativus majoratus detentor habet (non intendimus huic applicare potentiam principis Christiani saltem) in tollendo jure tertii tanquam obligatissimam: sed alio subtiliori fundamento nitimur, quia ad valorem hypothecæ, & obligationis 71
bonorum majoratus requiritur veri domini consensus (prout statim dicemus:) sed si daremus per facultatem sufficere consensum detentatoris dominio carentis, jam veri domini consensus suppleretur in his contractibus, qui quidem, cùm sit de jure naturali, nullo modo suppleri potest per Principem, nec ad 72
id sua humana potestas extenditur. Abbas *in cap. cum vigesimum, n.* 12. *de officio deleg.* Staphilius *de litteris justitiæ, §. postremo quoad hanc signaturam, nu.* 5. Gomezius *in compendio signaturæ, posito super regulis de infirmis resignand. sub n.* 71. *versic. & quod dictum est de citatione, idem de consensu.* Achilles *decis.* 8. *n.* 2. *de privilegiis.* Rota *decisione* 458. *lib.* 3. *part.* 3. *divers.* Gonzalez *in regul.* 8. *Cancellar. glossa* 47. *n.* 60. infinitos penè congessit. Sanchez *de matrimonio, to.* 1. *lib.* 2. *disput.* 27. *per tot.* ad quod quamplurimos Doctores congessimus suprà 1. *part. cap.* 38. *n.* 14. *cum multis seqq.* ubi amplissimè egimus de hoc defectu potestatis in principe circa destruendos contractus, vel supplementum consensus.

Fulcitur hoc fundamentum ex singurali doctrina Rotæ, quæ admodum convenit discursui nostro, pluries determinantis, ad pensionem impositam super beneficio de consensu illud possidentes, nullo modo teneri successorem probantem, prædecessorem consentientem non habere jus ad illud beneficum, quapropter pensio erat nulla ex defectu consensus, quem præstare non poterat ad gravamen beneficii, qui jure ad illud carebat. Rota *dec.* 666. *ex n.* 1. *in noviorib. part.* 2. & iterum *part.* 1. *dec.* 477. *per tot.* licèt Sedis Apostolicæ authoritate ex tali consensu pensio fuisset constituta, quod simile admodum conducibile nostræ resolutioni: Adest & alia Farinacii *dec.* 396. *in posthum.* 16. *tom.* 1. *& dec.* 337. *n.* 1. ubi alias allegat *& in* 2. *tom. dec.* 559. *n.* 2. *& 3.*

Et quia contrahentes non obligantur ex assensu, & facultate regia, sed suo proprio consensu, qui in contractu intervenire debet ad eius valorem. Franchis *dec.* 540. *n.* 9. *&* 10 Ric. *in praxi p.* 1. *decis.* 55. Additionat. ad Molinam *lib.* 14. *cap.* 9. *ad n.* 32. *versic. regula est, in fin.* facultas enim solum tollit impedimentum prohibitæ alienationis, & possessorem reddit habilem ad contrahendum: ideoque contractus postea gesti inter partes nullam ab ipsa facultate dependentiam habent, sed suammet naturam sequuntur, prout *suprà ex n.* 69. idem probat Peregrinus *de fideicommiss. art.* 52. *n.* 89. qui post Molin. Aret. *consil.* 14. *col* 9. Beret. *consil.* 144. *n.* 11. *&* 12. Bellamer. *dec.* 502. Grammat. *dec.* 66. *n.* 50. Fussarius *de fideicommiss.* 562. *n.* 11. *&* 12. dum dicunt, quòd facultas, *& authoritas Principis ad transigendum*, vel contrahendum, non validat, nec tollit defectus aliunde provenientes, & in ipso contractu contingentes. Pro quo facit text. *in l. authoritate. C. unde vi.* conducunt singulares doctrinæ, rem hanc rectè comprobantes, quas congerit Molin *de primogen. lib.* 4. *c.* 3. *ex n.* 23. *cum seqq.* sequitur Noguerol *alleg.* 19. *ex nu.* 72. *cum seqq.* & quia facultas non afficit rem, sed tantùm dissolvit personam, prohibitam alienare, ab eo vinculo, (quo ligata erat,) & ad alienandum habilitat. Ita post Bald. & Greg. Lopez tenet Noguerol *alleg.* 32. *n.* 134. nam assensus, & facultas regis solùm tollit obstaculum,

respectu

reſpectu qualitatis feudalis, & majoratus: non tamen addit poteſtatem contrahendi, ubi non adeſt, in eo, qui ad contrahendum ſuper feudo, & majoratu impetrat facultatem, nec facit verum Vaſallum, aut verum majoratus ſucceſſorem eum, qui verè non eſt. Ita ſecundum communem theoricam in terminis probat Jo. Faber. *in §. non ſolum, Inſtit. de legatis.* Pulchre Jo. Franciſc. de Ponte *conſ.* 36. *n.* 6.

Princeps etenim facultatem concedens ad alienandum, non alienat, nec diſponit, ſed dumtaxat alienanti permittit contrahere, tollendo impedimentum prohibitæ alienationis; prout latè probabimus *infrà c. ſeq. ex n.* 88. *verſ. doctiſſimus Molina*, &c. Nam facultas, decretum, & licentia ad alienandum bona feudalia, majoratus, minorum, & ſimilium, eſt futuræ alienationis permiſſio, ut ex Joan. de Platea *in l.* 1. *verſ. & debet iſtum decretum. C. de præd. decurion. ſine decreto non alien.* & ex Craveta *in reſponſo pro genero nu.* 129. *cum ſeqq.* firmat Ozaſcus *in dec. Pedemont.* 171. *ſub n.* 20. quoniam aliud eſt accipere licentiam, & facultatem ad aliquid gerendum, aliud ipſe actus, & diſpoſitio: nam facultas eſt quid diverſum ab ipſa diſpoſitione. Ut per plura jura probant Roland. à Valle *conſ.* 30. *num.* 9. *lib.* 4. Rota per Farinac. *in poſthum. tom.* 1. *dec.* 553. *n.* 13. igitur tam ex defectu ſubſtantiæ, quàm ex defectu formæ dominii, ſcilicet, & facultatis Regiæ obligatio bonorum majoratu facta per poſſeſſorem putativum non tenet.

73 Secundò, & hæc pars probatur, quia rei alienæ abſque domini conſenſu obligatio, & hypotheca non valet, quia debitor obligare poteſt creditori ſuas res non alienas, *l. ſi probaveris Præſidi prædia, vel hortos, de quibus agebatur, ſuos eſſe: intelligis obligari eos creditori ab alio non potuiſſe, ſi non ſciens hoc agi in fraudem creditoris ignorantis diſſimulas. C. ſi aliena res pignori data ſit, l.* 4. *quæ prædium in filios à ſe titulo donationis tranſlatum, creditori ſuo dat pignori, ſe magis contrario pignoratitio obligat judicio, quam quidquam dominis noceat: cum Serviana etiam actio declaret evidenter jure pignoris teneri non poſſe niſi quæ obligantis in bonis fuerint, & per alium rem alienam invito domino obligari pignori non poſſe certiſſimum eſt, l. nexum non facit prædiorum, niſi perſona, quæ jure potuit obligare, & toto tit. C. ſi aliena rei pign. data fuer. l.* 1. §. 1. *& toto tit. ff. quæ res pign. oblig. poſſ. l.* 1. §. 1. *l. quæ nondum.* §. 1. *&* §. *quod dicitur ff. de pignoribus, lege rem alienam, & leg.* 41. *ff. de pignor. action. l. ante omnia, ff. de probationib. leg.* 13. *tit.* 13. *p.* 5. *& l.* 18. *tit.* 13. *p.* 5. ibi: *La otra qui a las à con del empeñamiento, qui era aquella coſſa ſuya de aquel, que dixo que ſe la empeño.* Afflictis *dec.* 389. Rodriguez *de annuis redditib. lib.* 2. *q.* 9. *n.* 71. *&* 72. Noguerol. *alleg.* 22. *n.* 57. Rota apud Farinacium *dec.* 48. *n.* 3. *&* 5. *tom.* 1. *in poſthumis*, Manguilius *de evictionibus, q.* 37. *n.* 2. Afflictis *dec.* 383. *n.* 2. *&* 7. de Franch. *dec.* 101. *n.* 23. Paz *de tenut. c.* 40. *n.* 11. Neguſantius *de pignor.* 8. *part. princip. membr.* 3. *ex n.* 57. Bellonus *conſil.* 45. Pacificus *de Salviano interdict. inſpect. cap.* 2. *n.* 53. Qui omnes firmant, etiam creditorem, agentem hypothecaria contra tertium poſſeſſorem, teneri probare dominium debitoris, aliàs non obtinebit, text. etiam *in leg. fin. Cod. pactis*, ibi: Jubemus enim, nec donationes talium rerum, nec hypothecas penitus eſſe admittendas, nec alium quemquam contractum, cum in alienis rebus contra domini voluntatem aliquid fieri, vel paciſci ſecta temporum noſtrorum non patiatur.

74 Et hæc eſt differentia inter rei alienæ obligationem, ut nulla ſit; & inter rei alienæ venditionem, ut inter contrahentes mero jure valeat, eo quod illa afficiat, & obliget res, & ſic non tenet; hæc autem, & ſic venditio perſonam debitoris dumtaxat obligat. Quam ſingularem rationem reddit gloſſ. *in l.* 2. *verb. potuiſſe C. ſi aliena res, & in l. ſi ſine, C. ad Velleian.* & ex aliis exornat
75 Neguſant. *de pignor.* 2. *part. membr.* 3. *nu.* 58. *& ſeq.* & quamvis rei alienæ venditio teneat, intelligitur contrahentium reſpectu, & in præjudicium vendentis, non autem domini, qui liberè evincere rem ſuam poteſt. *Ad totum tit. ff. & C. de evictionib.* latè proſequitur Gom. *tom.* 2. *variar. c.* 2. *n.* 8. & Pereira *de empt. & vend. c.* 11. *per tot.* & quod valet reſpectu ipſorum contrahentium: ſecus autem reſpectu domini, cui per hoc in nihilo præjudicatur Bald. *in l.* 1. *in fin. C. de commun. rer. alien.* Gratianus *diſceptat. forenſ. tom.* 4. *c.* 730. *nu.* 26 *&* 28. urgent quæ Tiraquell. *de retractu lignag.* §. 32. *gl.* 1. *nu.* 42. & ſupra ibi poſtquam reſolvit, quòd pactum inter permutantes rem patrimonialem cum non patrimoniali, ut hæc in patrimonialis locum ſubrogetur, operatur inter ipſos contrahentes, & eorum hæredes; non verò in præjudicium tertii habentis jus ad rem alienatam retrahendum, cui pactum non impedit. Et annotamus *infrà c.* 22. *n.* 11. ubi efficacius valide hæc doctrina comprobatur, quam omnino vide ad totius articuli intelligentiam. Ergo bona obligata per detentorem majoratus ſua nunquam fuere; ſed aliena legitimi ſucceſſoris illum evincentis; nunquam per conſequens obligatio tenuit, atque ideo per ſeparationem in evincentem libera tranſibunt abſque pignoris, vel hypothecæ nexibus.

Nam licèt à principio poſſeſſor utrumque poſſideat, 76
& ſimul ſuum, & alienum obligaverit, tamen quantum ad hunc evictum nunquam tenuit hypotheca, ita ut, facta poſtmodum ſeparatione per evictionem liber tranſeat in verum ſucceſſorem. Argumento *leg. frater veſter ſicut vobis invitis portionem vobis competentem obligare non potuit; ita ſuam dando obligationem ſuo creditori quæſivit, unde intelligitur contractum ejus nullum præjudicium dominio veſtro facere potuiſſe. C. ſi communis res pign. dat. ſit leg. ſi probatum fuerit Præſidio provinciæ fratrem tuum vineas communes pignori dediſſe; cum partem tuam quam in vineis habes, creditori obligare non potuerit: præſes provinciæ reſtituet tibi eam jubebit, cum fructibus quos creditor de parte tua perceperit,* &c. *Cod. commun. dividun. l. fratres veſtri prædium pro indiviſo commune circa veſtram voluntatem, obligaverunt, & hoc ad vos ſecundum pactum diviſionis nullaque pignoris facta mentione prævenit: evictis partibus, quæ ante diviſionem ſociorum fuerunt, quibus obligatio tantum conſtitit,* &c. *Cod. commun. utriuſque judic.* Quæ jura ponderanda ſunt in fortioribus terminis loquentia, nempe in obligatione bonorum communium à debitore juſto titulo, & dominio pro indiviſo poſſeſſorum: ut pars ſocio pertinens 77
nunquam manſit obligata, ſed libera ad eum facta diviſione petranſit. Idem multo magis dicendum erit in noſtro caſu, quo obligantur duo majoratus omninò diſtincti, & ſeparati, quorum alterum eſt alienum abſque titulo poſſeſſum per debitorem, ut omnino in evincentem liber tranſire debeat.

Sed ut hoc fundamentum prorſus ſine ſcrupulo tran- 78
ſeat, removendum eſt obſtaculum deductum *ex l. bonorum appellat.* 49. *ff. de verb. ſignific.* in contrarium adducta ſuperiùs *ex n.* 30. 31. *&* 32. ubi inter noſtra bona computari ea, quæ bona fide poſſidemus. Ex quo conſequentiam deduximus ibidem; ergo obligare, & hypothecæ ſubjicere poſſumus. Cui ſatisfit ex juribus hactenus in hoc fundamento *ex n.* 73. allegatis, prohi- 79
bentibus obligationem in bonis alienis, & cujus dominium non habemus, abſque domini conſenſu, & illam legem intelligunt DD. quoad alios juris effectus præſtandi cauſam præſcribendi, exigendi fructus & ut poſſeſſori ſolutio rectè fiat, & ut fructus ſuos interim faciat, prout videre eſt ex Rebuffo, Gutier. & Th. Sanchez *ſuprà citatis n.* 58. & vide *n.* 56. *&* 57. & ulterius *infrà ex n.* 130. *cum ſeqq.* quoad alios verò effectus res, quæ poteſt evinci non cenſetur eſſe in bonis poſſeſſoris, ut eſt expreſſus text. *in l. quod evincitur* 190. *ff. de reg. jur.* & conducunt quæ latè congerit Arias de Meſa *var. reſol. lib.* 2. *c.* 39. *n.* 13. *cum ſeqq.*

Non tamen intelligenda erit quoad rei diſtractio- 80

nem, & pignorationem in præjudicium veri domini, cui bona, vel mala fides poſſidentis & alienantis nihil detrahit, quominus dominus ipſe ſuo jure liberè utatur, vendicet, & rem evincat, *leg. rem alien. ff. de contrah. emptio. l. bonæ fidei* 48. *ff. de acquir. rer. dom. l. qui ſcit.* 25. *& §. bonæ fidei, & §. porro ff. de uſuris l. certum. C. de rei vendicat. §. ſi quis à non domino, inſtit. de rer. diviſ. l.* 39. *t.* 28. *p.* 3. quia quando alienans non eſt dominus, non poteſt dominium, quod non habet, in emptorem transferre quamvis emptor credat, & pro certo habeat venditorem dominum eſſe, & poſſe vendere, ut ex *d. §. ſi quis à non domino*, obſervat Noguerol *allegat.* 13. *ſub n.* 22. & in terminis hypothecæ rei alienæ, ut bona fides contrahentium minimè præſtet creditori jus in ea. Probat Rota *dec.* 22. *n.* 1. *p.* 1. *in noviſſ.* prout efficaciter comprobatur *infrà c.* 22. *n.* 11. ubi exactius declaratur hæc doctrina.

Nec bona fides emptoris, aut venditoris ullo modo poteſt validare titulum ab initio nullum ex defectu dominii venditoris, ut tradit Gutierrez *Canonicar. lib.* 2. *cap.* 23. *nu.* 25. Scaccia *de commerc. §.* 1. *q.* 1. *nu.* 556. Pat. Azor. *p.* 3. *lib.* 8. *tit. de emptio. & vendit. c.* 5. *ex verſ. his præmiſſis*, Hermoſilla *in l.* 19. *tit.* 5. *p.* 4. *gloſſ.* 2. *n.* 2. *& per tot. tom.* 2. *fol.* 98. & vide eundem *in gloſſ.* 3. *per tot. maximè n.* 2. ubi de emente ſcienter rem prohibitam alienari, ut amittat pretium, quoniam bona fides creditoris, aut credulitas non debet nocere vero domino, juxta *l. §. ſi accepit, ff. de in rem verſo*, ibi, *ne credulitas creditoris domino obeſſet, vel calliditas ſervi noceret*, text. famoſus *in l. ſi extraneus rem viri* 45. *ff. de donat. inter.* Ubi bona fides utriuſque ſolùm transfert uſucapiendi conditionem; non tamen impedit rei vendicationem domino, quia ei non nocet alienatio.

81 Deinde quia quantumvis quis bona fide poſſideat, & juſto titulo, nec non dominium habeat, non tamen plenum, & abſolutum; ſed variabile, & revocabile ex cauſa originem trahente de præterito, & exiſtente tempore acquiſitionis; ſi interim eadem bona obliget ſuo creditori, & hypothecæ ſubjiciat, adhuc ſtatim quod ſuum reſolvatur; aut extinguatur dominium, & in alium transferatur, in tantum reſolvitur hypotheca, in dominum bona libera tranſeant, *l. ſi res diſt.* 3. *ff. quibus modis pign. vel hypothec. ſolu. l.* 6. *§. ſed & Marcell. ff. de in diem adject. l. ex vectigal.* 31. *ff. de pign. l. grege* 13. *§. ſtatu liberi ff. eod. leg. in diem* 19. *ff. de aqua pluvia arcen. text. in cap. Imperialem lege in princip. de prohibita feudi alienatio.* in quorum jurium exornationem videndus eſt Garcia *in opuſculo de hypotheca poſt contract. per tot.* appoſito poſt *tract. de expenſis.* Hermoſilla *in l.* 67. *tit.* 5. *parte* 5. *gloſſa* 1. *per tot. tomo* 2. *fol.* 358. *& ſeq.* qui plures allegant, & tam ipſi quàm jura citata in variis caſibus, & materiis loquentia hanc doctrinam conſtanter affingunt, vide DD. citatos *ſuprà n.* 67. innumerabiles alios congerit Amatus *variar. reſolut.* 4. *ex n.* 14. *cum ſeq.* & alii mox citandi.

82 Comprobatur ex illa receptiſſima ſententia, quod ſi emptor rei alternativè damnatus (in terminis *l.* 2. *C. de reſcinden. vendit.*) ut vel rem reſtituat, vel pretium ſuppleat; eligat rem reddere, & pretium recipere: reſolvuntur hypothecæ medio tempore contractæ per ipſum emptorem, non obſtante ſuo domino, & ſua legitima poſſeſſione juſto titulo, & bona fide roborata, quæ omnia non obſtant, quominus res ipſa libera, & abſque hypothecæ vinculo in venditorem vincentem tranſeat. Tradunt Bald. *in d.* 2. *q.* 13. *n.* 17. Paulus ibi, *n.* 11. Salicetus *q.* 15. *n.* 18. Fabius de Anna *conſ.* 81. *n.* 18. Finel. *in d. l.* 2. *p.* 2. *c.* 3. *n.* 11. *& ſeq. & n.* 13. Surd. *de aliment. tit.* 9. *q.* 42. *n.* 17. Aldovinus *conſ.* 15. *n.* 10. *vol.* 1. Anel. Amat. *conſ.* 10. *n.* 12. *&* 13. Mantic. *de contractib. leg.* 11. *tit.* 31. *nu.* 68. *&* 69. *pag.* 666. Caroccius *de locat.* 2. *p. Rubrica de uſufruct. q.* 52. *pag.* 83. Hermoſilla *in addition. ad Gregor. Lopez in l.* 67. *tit.* 5. *gloſſ.* 1. *nu... cum ſeqq. tom.* 2. *fol.* 358. Martha *conſ.* 143. *n.* 18. *verſic. item dicit Paulus de Caſtro.* Noguerol. *allegat.* 11. *n.* 96. & eruditè examinat, ita reſolvit Garcia *in opuſculo de hypotheca poſt contractum ex n.* 23. *cum ſeq.* & iterum ipſe Noguerol *alleg.* 14. *n.* 116.

Pendet etenim perſeverantia hypothecæ medio tem- 83
pore contractæ ex electione emptoris condemnati, ut ſi pretium ſupplere velit, & rem tenere continuatur hypotheca ſuper eadem, ut probant omnes Doctores citati, & etiam ex ſimili, quod quando res empta ex pecunia pupilli eidem acquiritur ex jure ſpeciali, & nihilominus intelligitur eidem pupillo hypothecata pro pretio & uſuris: *leg. in princip. ff. de reb. eorum, leg. tutor. qui §. ſi tut. pecun. l. cum quæritur, ff. de adminiſtr. tut. l. idemque*, cum gloſſa & Bartolus *n.* 2. *ff.* 84
qui potiores in pignore habeant. ut intelligatur non ſimpliciter pupillo rem acquiri, ſi eam eligat, ſed quando pretium elegit, tunc ſibi intelligitur obligata pro pretio, & uſuris, prout gloſſ. intellexit, & ſequitur Bart. *in d. l. idemque. n.* 2. & Bald. *in leg. ſi tutor. n.* 2. *C. de ſervo pign. dato manumiſſ.* Mantic. *de contract. tom.* 1. *lib.* 11. *tit.* 17. *n.* 13. Gaſpar Rodrig. *de redditib. lib.* 3. *q.* 10. *ex numer.* 8. *& ex numer.* 27. per aliquot numeros bene tractat de hac materia infinitos penè DD. pro hac electione congerit Ant. Amat. *var.* 85
reſol. 3. *n.* 57. videndus etiam *n.* 66. Ergo deficiente dominio in detentore majoratus evicti, non tenet obligatio, & hypotheca interim ab eo contracta, quacunque exiſtente Regia facultate, quia hæc facit bona majoratus libera, non tamen dominum eum, qui dominio caret in præjudicium majoratus, & veri ſucceſſoris evincentis. Ad latè tradita in primo fundamento *ex n.* 60. *cum multis ſequentibus.*

Tertium, & admirabile fundamentum, hanc noſtram 86
opinionem roborans, atque indubitabilem reddens, ex eo deduces, quòd contractus & alienationes factæ per poſſeſſorem majoratus putativum, ſeu intruſum non tenent in præjudicium ejuſdem majoratus, nec viri domini, illum evincentis. Jura ſunt expreſſa tam canonica quàm civilia, text. *in c. alienationes omnium per intruſionem, ſeu canonicè electorum ſub Epiſcopi nomine, aut Abbatis, qui ſecundum ſuæ Eccleſiæ uſum conſiderandus eſt: alienationes duo quocunque modo facta, nec non & ordinationes*, &c. *Sine communi conſenſu clericorum*, &c. *Eidem factas irritas judicamus* 12. *q.* 2. Jam video lectorem ponderantem hoc cap. pro contraria parte, ut de conſenſu capituli alienationes factæ per prælatum intruſum teneant, atque ideo accedente facultate Regis expreſſa poſſe poſſeſſorem intruſum, & putativum bona majoratus alienare Sed audi gl. celebrem *in d. c. alienationes, verb. alienationes*, in hæc: 87
Hoc ad canonicos electos refer as: quia intruſi, vel ſchiſmatici, nec etiam cum conſenſu capituli poſſunt aliquid alienare, &c. allegat jura expreſſa *c. precariæ, & commutationes tempore viduarum Eccleſiarum factæ ab his, qui loca Epiſcoporum occuperaverant, reſcindantur: & cum authoritate Eccleſiaſtica, vel civili, ſi faciendæ ſunt, fiant. Eadem cauſa, & q.* Probant etiam text. expreſſus *in c.* 1. ibi, *alienationes quoque, quæ per eoſdem ſchiſmaticos ſuper laicos factæ ſunt, omni careant firmitate, & ad Eccleſias ſine omni onere revertantur*, &c. *De ſchiſmaticis.* Ubi ſimiliter gloſſ. verbo *alienatione*, adducit pro concordanti text. *in d. c. alienat.* 12. *q.* 2. & eadem gloſſ. verbo, *firmitate*, firmiter tenet: hujuſmodi alienationes factas per prælatum intruſum, & ſchiſmaticum non valere in præjudicium dignitatis.

Et in expreſſo etiam, quòd contractus confecti ab 88
intruſo ſint nulli, tenuerunt per tex. *in c. alienation.* 12. *q.* 2. Sarner. *de publicandis reſign. q.* 3. *col.* 5 *verſic. quintò.* Caputaquenſ. *dec.* 319. *lib.* 1. Flaminius Pariſius *de reſign. benefic. lib.* 11. *q.* 1. *n.* 22. *&* 23. ſequitur Hieron. Gonzal. *in reg.* 8. *de alternativis, gloſſ.* 5. *§.* 2. *in fin.* Per text. inſuper *in d. c. alien.* ita intelligit Greg. Lop. *in l.* 10. *gl.* 1. *q.* 4. *tit.* 26. *de los feudos, p.* 4. quem in terminis noſtræ quæſtionis ita ponderavit, & per eum reſolvit, alienationem

tionem factam à putativo poſſeſſore majoratus cum facultate Regia, non valere, prout latiùs ejuſdem authoris mentionem fecimus, & ejuſdem doctrinam commemoravimus *infrà n.* 227.

Et per argumentum *leg. qui nec tutores, ff. de rebus eorum, & leg.* 2. *ff. de eo, qui pro tutore.* Sic *in hac l.* 2. dicit Bald. *& eſt bonum argumentum, quod licèt quis ſit in poſſeſſione prælaturæ, tamen etiam cum authoritate ſuperioris non poteſt alienare, ſi non ſit verus Prælatus.*

Et per prædicta jura firmat Innocentius *in cap. in litteris n.* 5. *de reſt. ſpol.* quòd ſententia lata contra intruſum in aliqua prælatura non nocet vero prælato, quem ſequitur ibidem Bald. *n.* 4. *verſ. idem ait.* Puteus *deciſ.* 375. *lib.* 1. quæ doctrina procedit in fortioribus terminis, loquens in alienatione neceſſaria, cum judicium reddatur in invitum; contractus autem, de quibus loquimur, ſint alienationes voluntariæ.

Et quod alienationes, & infeudationes bonorum ſpectantium ducatui, ſeu majoratui factæ per illegitimum ejus poſſeſſorem; nullæ ſint, & per legitimum poſtea ſucceſſorem recuperari poſſint, eleganter probat expreſſa gloſſa Salicet. Decius, & Brunus citati, & ſequuti per Jacobum Mandel. de Alvat. *in conſil.* 433 *tomo* 2. qui *n.* 11. ita ait, *deinde quoad privationem factam per Ducem Franciſcum, qui fuit verus, & legitimus Dux, cum hic fuerit inveſtitus à Cæſare, res videtur clara, nam viderat ipſe Dux Franciſcus, quod magiſter Ambroſius nullum penitus jus habebat in hoc feudo, quia habuerat conceſſionem à Duce Jo. Galeatio nepote Ducis Franciſci l. ex Galeatio filio, qui Dux Jo. Galeatius non fuerat legitimus Dux, ſicut nec ejus pater, nec avus, ita quod cum eſſet inveſtitus à non legitimis principibus, expeditum erat, quod poſtquam ſupervenit legitimus princeps inveſtituræ & conceſſiones factæ ipſi magiſtro Ambroſio erant nullius momenti, & nullæ ipſo jure,* ut per gl. Salicet. & alios *in l. decernimus, C. de Sacroſ. Eccleſ.* & Decius *conſ.* 191. *vol.* 93. *qui ut ſupra dictum eſt, loquitur in terminis de hoc feudo contra magiſtrum Ambroſium,* Brunus *d. conſil* 19. 20. & 21. *qui pariter conſuluit contra ipſum magiſtrum Ambroſium, ideoque valuit executio, & privatio facta per ipſum Ducem Franciſcum abſque aliqua citatione, vel declaratione,* ut per Bald: *in c.* 1. *de feud. ſine culpa.* & Brun. *de conſil.* 29. *col.* 2. &c. Hactenus Mandelius.

Pro hujus fundamenti firmitate jura ſunt expreſſa,
89 probantia contractus & tranſactiones factas ab hærede putativo non teneri in præjudicium veri hæredis hæreditatem evincentis, text. ſc. in *l. ſi tibi decem* 18. §. *fin. ff. Pactis.* Cujus verba ita ſe habent. *Cum poſſeſſor alienæ hæreditatis pactus eſt; hæredi (ſi evicerit) nec nocere, nec prodeſſe plerique putant.* expreſſior text. *in leg imperatores.* 3. §. *fin. ff. de tranſact.* cujus verba tranſcripſimus *ſuprà n.* 52. ubi hæc jura pro contraria parte perperam induximus. Sunt etenim clara, & apertiſſima pro hac probantia, tranſactionem factam à putativo hærede non tenere in præjudicium veri hæredis evincentis, nec eum adſtringere, nec ejus virtute conveniri poſſe, quod etiam probat. *l. ſi actionem, C. de pactis.* Ubi pactum geſtum ab hærede putativo non nocere vero hæredi Cyriacus *tom.* 2 *controv.* 236. *n.* 24. & 25. & in hac concluſione jura, gloſſæ & DD. conveniunt unanimiter, ſuper qua nulla unquam fuit inter eos dubitandi occaſio.

Sola etenim inter DD. controverſia verſatur dumta-
90 xat, an ex contractu geſto per hæredem putativum, & intruſum poſſit ſe juvare hæres verus evicta hæreditate, & illum ratificare expreſsè, vel tacitè agendo, vel excipiendo de eo. Et negativam opinionem viriliter tuetur Mantic. *de tacitis & ambig. convent. tom.* 2 *lib.* 26. *tit.* 5. *per totum*, dicens non valere contractum, & tranſactionem factam à putativo hærede, nec prodeſſe vero vincenti, qui nec ratam habere poteſt, cum hæres putativus tranſigens, contrahens ſuo proprio nomine contrahere intelligatur, non nomine veri hæredis, cujus negotium non geſſit, ſed ſuum dumtaxat, ex regula, *Ratum quis habere non poteſt, quod ſuo nomine non eſt geſtum: de reg. jur. in* 6. quam exornat, 91
& plures adjicit limitationes Hermoſilla *ad leg.* 47. *gloſſ.* 1. *per tot. tit.* 5. *part.* 5. *tom.* 1. *fol.* 115. *& in leg.* 44. *eod. tit. & part. gloſſ.* 1. *per tot. fol.* 246. *& ſeqq.* cui etiam nititur *d. l. Imperatores*, §. *fin. ff. de tranſact.* in illis verbis: *An is* (ſcilicet verus hæres) *uti poſſit exceptione tranſactionis factæ cum Mævio* (ſcilicet hærede putativo) *qui hæres eo tempore non fuerit, poſſitque Septitius* (nempe debitor, cum quo hæres contraxit) *pecuniam, quæ Mævio, ut hæredi à debitore numerata fuit condictione repetere, quaſi ſub prætextu hæreditatis acceptam; Reſpondi ſecundum quæ proponerentur, non poſſe: quia nec cum eo ipſe tranſegit, nec negotium Septitii Mævius gerens accepit.* Quibus verbis inhærens Mantica loco citato non immeritò hanc negativam opinionem defendit, quia ſi eorum rigorem & apparentiam attendimus, vera eſt iſta opinio.

At contrariam ſemper tenuit Rota in tribus deci- 92
ſionibus, una relata per Manticam loco citato *n.* 1. duabus per Mareſcotum *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 1. *& n. fin.* diſtinguens inter tranſactionem, contractumque per hæredem putativum factum ſuper re hæreditaria, & tanquam hæredem, licet putativum, juxta ea quæ latè cumulat Fontanella *de pactis nuptial. clauſul.* 7. *gloſſ.* 3. *part.* 3. *ex n.* 37. *cum ſeq. tom.* 2. Necnon ex aliis Doctoribus probat Gaito *de credit. cap.* 14. *q.* 11. *ex n.* 1430. *cum ſequentibus.* Et tunc mediante ratificatione tacita, vel expreſſa legitimi hæredis hæreditatem evincentis ſibi prodeſt. At quando hæres putativus contrahit, vel tranſigit ſuper re non hæreditaria, vel extra hæreditatem, tunc ſolùm prodeſt hæredi putativo, non tamen vero hæredi, cujus 93
negotium ille non geſſit, atque ideò contractum ratificare non poteſt, ex *dicta l. Imperatores*, §. *fin.* Hanc diſtinctionem poſt Rotam ſequuntur, aliis Doctoribus relatis, Mareſcotus *d. cap.* 17. *per tot.* Optimè etiam Franciſc. à Ponte *conſil.* 38. *per totum*, & hæc diſtinctio procul dubio magis conſtat juris principiis, & pro interpretatione *d.* §. *fin.* videndus omnino à Ponte. Et urgent alia jura ſtatim alleganda, & ponderanda.

Nec huic veræ diſtinctioni obſtat text. in *d. l. ſi tibi* 94
decem, §. *fin. ff. de pactis.* Probans pactum factum per hæredem putativum, nec nocere, nec prodeſſe vero hæredi evincenti; quia reſpondetur per hoc non impediri ratificationem, ex qua procul dubio adſtringitur hæres verus, eique prodeſt, & nocet pactum. Ante eam autem verius eſt, pactum nec nocere, nec prodeſſe; prout videmus generaliter, res inter alios actas, nec nocere, nec prodeſſe aliis. Non tamen impeditur ratificatio, conſenſus, & approbatio aliorum jus habentium, ut illis profit, & noceat. Videmus etiam in venditione rei alienæ nomine domini facta, abſque tamen ejus mandato, quæ nullo modo ei prodeſt, nec nocet, niſi ejus ſubſequatur ratificatio, à qua pendet utilitas, vel damnum. Ut eſt videre per Hermoſillam *ad leg.* 48. *gloſſ.* 1. 95
ex nu. 1. *tit.* 5. *part.* 5. *tom.* 2. *fol.* 215. Gomez *in l.* 45. *Tauri n.* 82. *&* 83. Mantic. *de contractib. lib.* 4. *tit.* 32. *n.* 13. qui alios allegant, & eſt text. *in leg. ſi pupillus*, §. *ſed ſi ego, ff. de negotiis geſtis.*

Sed utcunque ſit, quantum ad nos attinet, ſive 96
unam, ſive alteram amplecti velimus opinionem, utraque procul dubio noſtram reſolutionem efficacius roborat; etenim ſi negativam abſolutam, ut non poſſit hæres evincens hæreditatem contractum ratificare, habemus intentum contractum geſtum à putativo non ſubſiſtere in præjudicium veri hæredis & abſque ſpe convaleſcentiæ, & ſubſiſtentiæ. Si affirmativam ſequamur, nempe poſſe ratificari, pariter; & noſtra roboratur opinio, ut ipſe contractus de per ſe, & in ſuo primo ſtatu ſumptus non officiat hæredi, & ut officiat vel 97
proficiat,

proficiat, pendet à ſua voluntate, & conſenſu tacito, vel expreſſo, ex quo incipit vigorem aſſumere ille contractus, tanquam à vero hærede à principio celebratus: atque ideo jura præallegata text. *in d. l. ſi tibi decem*, §. *fin. ff. de pactis*, & *leg. Imperatores*. §. *fin. ff. de tranſactio.* abſolutè eſſe expreſſa, & apertiſſimè probare contractum factum ab hærede putativo (hæredite evicta) non nocere hæredi evincenti.

98 Suam veriſſimam concluſionem plura inſuper alia jura expreſsè comprobant, quæ in unum congeſſimus, & allegavimus pro contraria parte *ſuprà ex n.* 48. dum expreſsè probant in petitione hæreditatis evictæ contra hæredem putativum res hæreditatis, quam poſſidebat; diſtrahentem, pretium ad putativum perveniens reſtituendum eſſe, eo quod in petitione hæreditatis, ſicut in cæteris judiciis univerſalibus pretium ſuccedit loco rei, *ex l. rem*, & *pretium*, *ff. de petitio. hæreditat.* Non tamen ex hoc ſequitur, quod contractus, & alienationes factæ per hæredem putativum ante evictam hæreditatem profint, aut noceant vero hæredi, ſumptis contractibus in ſua ſimplici ſubſiſtentia, atque primo ſtatu, ſed dumtaxat ſubſequuta expreſſa, aut tacita appprobatione facta per hæredem evincentem, petentem, aut recipientem pretium receptum ab hærede putativo ven-
99 ditore. Atque ſic utilitas, vel damnum contractuum, & alienationum geſtarum per iſtum pendet à voluntate, conſenſu, aut ratificatione veri hæredis. Jura ſunt expreſſa *in lege at ubi* 27. §. 13. *ff. de petitione hæred.* In hæc: Certe ſi minori pretio res venierint, & pretium (quodcumque illud ſit) Actor conſequutus ſit, multo magis poterit dici exceptione eum ſubmoveri, ſed & id, quod à debitoribus exegit poſſeſſor, petitori hæreditatis ſolvit, liberari debitores, Julianus libro ff. ſcribit, ſive bonæ fidei poſſeſſor, ſive prædo fuit, qui debitum ab his exegerat: eo ipſo tunc eos liberari. Quod quidem provenire ex affectu ratihabitionis per receptionem factam ab hærede evincente, probant Bartolus & communiter Doctores, ibidem, & *gloſſa verb. multo magis*, & *verb. ſubmoveri*, textus etiam *in lege ſi paſſeſſ.* 34. §. *fin. ff. eod. tit.* probat etiam *gloſſ. fin. in leg.* 3. §. *fin. ff. de tranſact. in verſ. illud verum eſt, cum inſtitut. hæres ratum quod geſſit poſſeſſ.* Quam gloſſ. communiter ſequuntur ibid. Bartol. Albericus, Angelus, & communem teſtatur Jaſon *n.* 1. *verſic. in ead. gloſſa.* Etenim per receptionem pretii, aut ſolutionem factam domino rei tacita re ipſa inducitur ratificatio contractus. Paul Montanus *de tutelis c.* 33. *n.* 5037. Surdus *conſil.* 104. *n.* 1. *cum ſeq.* Menoch. *de recup. poſſeſſ. rem.* 15. *n.* 150. Trentacinq. *variar. reſolut. tit. de minorib. reſolut.* 10. *n.* 1. Lara *de vita homin. cap.* 22. *num.* 45. Hermoſilla *ad d. l.* 4. *gloſſ.* 12. *nu.* 53. *tit.* 5. *p* 5. *tom.* 2. *fol.* 44. Qui plures alios allegant, & eſt text. *in leg. Julianus*, §. *fin. ff. ad Macedon.* infinitos DD. refert Giurba *dec.* 100. *nu.* 42.

100 Attamen ceſſante ratihabitione, & approbatione veri hæredis, liberè poterit ipſe rem vindicare à poſſeſſore emptore res diſtractas per hæredem putativum ante evictam hæreditatem, quia in mera & libera poteſtate eſt veri hæredis, vel pretium à putativo conſequi, juxta jura præallegata dudum, & *in nu.* 48. & *ſeqq.* vel rem ab emptore vendicare, cùm per diſtractionem hujuſmodi nullum ſibi, tanquam vero domino illatum fuit præjudicium. Jura ſunt expreſſa, *leg. at ubi*, §. *item ſi hæres diſtraxit bonæ fidei poſſeſſor*, ibi. *An ſingulas res, ſi nondum uſucaptæ ſint vendicare petitor ab emptore poſſit*, &c. *Et puto poſſe res vendicare*, &c. *leg. quod in diem* 18. §. *fin.* ibi Sed pretia rerum quas diſtraxit ex cauſa fideicommiſſi, ſolvit; peti hæreditatem poſſe ab eo, quia repetere poteſt. Sed his caſibus actiones ſuas eum dumtaxat præſtaturum: cum & res extant: & poteſt petitor etiam per in rem actionem eas vendicare, *l. & non tantum* 21. §. *quod ſi pro emptore*, ibi. Quia hæres idemque petitor eam vendicare poteſt; nec ulla exceptio datur poſſeſſori omnia, *D. de petit. hæred. leg. ſi poſt moram in fin. C. eod.*

Prout in fortibus terminis probat Peregrin. *dec.* 2. *n.* 5. dum firmat, quod in poteſtate, & electione eſt fidei commiſſarii, vel pretium rei hæreditariæ venditæ per hæredem petere, vel ipſam rem alienatam vendicare. Sequitur Fuſſarius *de ſubſtitutionib. q.* 627. *nu.* 54. & 55. eo quod in univerſalibus pretium ſuccedit loco rei. Ergo multo magis concedenda erit hæc electio vero heredi, & domino in contractibus geſtis ab hærede putativo nullum jus, aut dominium ad hæreditatem habente. Prout in terminis conſequentiæ probat poſt Peregrin. *d. deciſ.* 2. *num.* 5. Gaito *de credit. c.* 4. *quæſt.* 11. *num.* 1426. indubitabilem dicens, & iterum poſt gloſſ. Tiraquell. Bened. Caſſan. Peregrin. *d. dec.* 2. *n.* 10. Gait. loco citato *n.* 1429 & 1430.

Ex quorum jurium diſpoſitione duo utiliter inferun- 101
tur, nempe contractus geſtos per poſſeſſorem hæreditatis hæredem putativum nihil opitulari vero hæredi evicta hæreditate, nec juri, ac dominio ſuo aliquid detrahi. Alterum, quòd ipſos contractus tanquam geſtos per intruſum uti hæredem, & hæreditatis intuitu, & nomine, poteſt verus ipſe hæres ratos habere, ut ſibi noceant, aut profint. Ex quo juri conformis apparet reſolutio Rotæ Romanæ atque Doctorum eam ſectantium, de qua ſurſum *ex nu.* 89. *verſic. pro hujus fundamenti firmitate*, & cum revera eo ipſo, quòd hæres ut hæres contrahit, vel quando
contrahit ſuper re ad hæreditatem, & non ad ſe per- 102
tinente, intuitu, & nomine hæreditatis contrahere intelligitur, ad latè tradita *ſuprà ex num. 9. cum ſeqq.* Nec ipſe debitor, aut creditor hæreditatis foret tam ſupinus velle contrahere cum eo, ſciens hæredem non eſſe, & non legitimam perſonam. Et quia ſi quis
in inſtrumento aſſerat ſe hæredem, præſumitur cum 103
eo contractum, tamquam cum hærede, & ſub ea qualitate celebrari, Angelus *in l. ſi perſonas*, §. 1. *per illum text. ff. de inofficioſ. teſtam. leg. fin. ff. de inſtitutor. actio. leg. in familia. C. familiæ erciſc. leg. ſi pater*, §. *qui duos*, *ff de adoptio.* Caldas *de emption. & vendition. c.* 7. *ex n.* 25.

Hoc tertium fundamentum inſuper roboratur, 104
quoniam contractus, & alienationes geſtæ authoritate tutoris putativi nec valent, nec tenent in præjudicium minorum, text. eſt *in l. ſi is qui*, & ibi Bartol. & Bald. *ff. de eo qui pro tutor. negot. geſ.* text. *in l. quinque tutores*, *ff. de reb. eor. l.* 2. *ff de eo qui pro tutore*, & *in l. qui in aliena*, §. *ſi ii qui putabat*, & ibi gloſſ. & Romanus *ff. de acquir. hæred.* & alios allegat plures Tiraquell. *poſt leges connubial. gloſſ.* 8. *num.* 250. Baëça *de decim. tutor. cap.* 12 *num.* 10. & 11. Gutierrez 105
de tutelis c. 8. *num.* 15. & licet geſta ſint valida, adhuc non valent in minorum præjudicium, niſi ex poſtfacto minores rata ea habeant. Ut notant Bartol. & communiter DD. *in l. ſi tutor. per gloſſ. ibi C. in quibus cauſ. in integ. reſtitut. non ſit neceſſ.* Quæ eſt vera, & magis communis opinio ſecundum Beroum *q.* 103. *num.* 2. Ex quo, & aliis communem, & magis communem profitetur Baeça *d. c.* 12. *num.* 12. ſequitur Gutierrez *d. cap.* 8. *num.* 6. ultra quos, & quòd geſta à tutore putativo, & communiter reputato pro tali non teneant, innumerabiles penè DD. referunt, & ſequuntur Anton. Gabriel. *commun. concluſ. tit. de probat. concl.* 8. *num.* 28. & Maſcard. *de probat. concl.* 699. *nu.* 88.

Quartum fundamentum (quod & claram præſtabit 106
intelligentiam ferè omnibus doctrinis pro hac, & contraria parte conſideratis) deducitur ex quadam ſingulariſſima theorica à nemine hactenus excogitata, quod aliud eſt putativum contrahere ſuper rebus alienis, aliud contrahere ſuper bonis ſuis. In primo caſu, non ſuſtinentur contractus in præjudicium veri domi-
ni, prout apertè conſtat ex tot juribus, & doctrinis 107
cumulatis pro hac parte *ex num.* 59. & ſignanter per to-

totum fundamentum tertium hujus partis negativæ *ex n. 86. cum omnibus seq.* & in putativo contrahente super propriis bonis contractus sustinentur; prout videmus in filiofamilias communiter reputato paterfam. ut *suprà n. 40.* & in minore communiter reputato majori, de quo *in n. 41.*

108 Et inter utrumque casum differentiæ ratio in eo consistit, quòd quando putativus hæres, Prælatus, possessor majoratus, tutor, & cæteri hujusmodi contrahunt, non possunt præjudicium afferre tertio vero domino, cujus consensus non adfuit. Cùm sit de substantia intrinseca contractus, ut sustineatur in ejus præjudicium, & commodum, de quo abundè in tota hac parte negativa *ex n. 59. cum seqq.* ex vulgari regula, quod nostrum est, ad alium sine consensu nostro transferri non potest; & ex alia, res inter alios acta aliis nec nocet, non prodest.

109 At quando putativus contrahit super rebus suis, solum ejus præjudicium versatur, quod sibi imputare debet, qui falsò se fingit habilem, majorem, patremfamilias ad contrahentes ignaros decipiendum; ideòque ne ex sua fictione, malitia, & dolo, commodum reportet contractus justissimè sustinentur. Ut probant Bald. *in l. Barbarius in 1. lectura, n. 7.* ubi Jasso. *col. penult. in repetitione, col. 5.* idem Bald. *in repetitione, col. 4.* Ant. Gabriel. *commun. concluf. tit. de probation. consil. 8. n. 12. & sub n. 30. versic. & propterea ad commodum contrahentium*
110 *cum tali valent ab eo gesta*, in tantum quòd si computativè contrahens sciat defectum, & verè non esse talem ob doli, & malitiæ participationem, sustinentur gesta etiam in ejus damnum. Infinitos penè Doctores ad idem cumulat Gabriel, ubi proximè *n. 32.* Mascard. *de probat. concluf. 649. n. 36. cum seqq.* & latè Garcia *de beneficiis, 5. p. c. 14. ex n. 310. cum seqq.* Quæ vera differentiæ ratio probatur ex doctrina Castelli *in l. 55. Tauri, n. 78. & 79.* Quam sequitur Azevedius *in l. 2. tit. 3. lib. 5. recopilat. n. 2.* Dicentes quòd si mulier conjugata contraxit cum alienigena, jurans se solutam, & maritum non habere, vel mortuum esse, adhuc contractum non valere, ad differentiam minoris affirmantis se majorem. Nam illa contrahit in tertii præjudicium, mariti, ad quem fructus bonorum uxoris pertinet pro oneribus matrimonii. Minor autem contrahit super rebus suis, à tertio independentibus, & suam rem gerit absque tertii præjudicio, cujus dolus eidem patrocinari non debet. Et toto tit. *C. si minor se majorem dixerit.*

111 Et idem Azevedius in eadem *l. 2. n. 85.* probat, quòd si mulier communiter reputabatur libera, & non nupta, adhuc contractus à se gestus absque viri sui licentia nulli sunt, quia communis reputatio in negotiis, & contractibus privatorum nihil relevat. Cùm text. *in l. Barbarius*, procedat in officiis publicis, quo casu propter publicam utilitatem sustinentur gesta per officialem, & judicem putativum, & quòd dispositio illius legis ad actus privatos trahi non possit in præjudicium tertii, post Tiraquell. *de leg. connubial. gloss. 8. ex num. 144. usque ad num. 162.* vide plurimos alios infrà *nu. 144. & seqq.*

Sed hanc secundam partem hujus theoricæ videtur destruere text. singularis *in l. si quis mancipiis 17. §. si impubes ff. de institor. action.* Quem pro contraria parte ponderavimus suprà *n. 47.* quo probatur contractum celebratum cum institore post mortem domini, & sic finito mandato, & adhuc contrahente conscio mortis, sustineri, & obligari hæredem. Verba text. hæc sunt: Si impubes patri, habenti institores, hæres extiterit, deinde cum his contractum fuerit, dicendum est in pupillum dari actionem, propter utilitatem promiscui usus, quemadmodum ubi post mortem tutoris, cujus authoritate, institor præpositus est, cum eo contrahitur. Certè ejus contractus nomine, qui ante aditam hæreditatem interceserit, etiam si furiosus hæres extiterit, dandam esse actionem Pomponius scripsit. Non enim imputandum est ei, qui sciens dominum decessisse, cum institore, exercente merces, contrahit. Ecce contractum cum institore super rebus alienis domini hæredis. *Ad l. cùm hæredes ff. de acquir. possess.* juncta regula, quod morte mandantis finitur mandatum. Imò & plus auget difficultatem, quòd in secunda parte *d. §.* extenditur etiam ad institorem non putativum, cùm contrahens sciverit mortem domini, & extinctionem mandati.

Facilius patet solutio, si attendas, quod institoris man- 112
datum talis est naturæ, ut non extinguatur per mortem domini eum præponentis, sed continuatur, donec expresse ab hærede revocetur, maxime quando mors re integra, non contingit. Per illum text. sic dicunt gloss. Bart. & communiter omnes ibidem. Et pleniùs hujus text. rationem examinant DD. Bart. Bald. Raphaël. Fulgosius, Paulus de Castro, & Jason. *in l. ejus qui in provincia, vers. placebat, ff. si certum pet.* communiter tenentes mandatum institoris per mortem domini non finiri eum præponentis. Qui varias solutiones assignant *ad d. l. ejus qui d. vers. placebat*, qui directè repugnare videbatur huic §. *si impubes*. Pro quorum concordia pleniissimè tractat Jason *in d. vers. placebat.* post cæteros DD. & quod per mortem domini non finiatur potes[illegible], & mandatum institoris, sui factoris per eundem §. probat Curia Philipp. *tom. 2. c. 4. de factores, n. 47. in fin.* & est similis text. *in leg. sed etsi pupill. 11. ff. de instit. action. sed etsi pupillus* (inquit Ulpianus) *hæres extiterat ei qui præposuerat, æquissimum erit pupillum teneri, quandiu præpositus remanet. Removendus enim fuit à tutoribus, si nollent ejus opera uti*, &c. & quod institoris mandatum morte domini eum proponentis non extinguatur, sed continuetur, ad gerenda, ad quæ obligatur, & tenetur hæres, etiamsi sit pupillus, aut furiosus; comprobat, & declarat Castrens. *in leg. si quis mancipiis 17. §. si impubes in princip. ff. de instit. action.* Socinus *consil. 112. n. 13. lib. 1.* explicat; & probat Gratianus *disceptat. forens. 342. ex n. 2. cum seqq. tom. 2.* ut intelligatur hæc vera conclusio quando vivo præponente institor præpositus cœpit agere, ut probant *gloss. fin. in 8. l. si quis mancipiis in principio, ff. de institutor.* Bart. *in leg. si per epistolam. vers. contra hoc facit*, & ibi Paul. *col. 1. ff. de acquir. hæred.* Bald. & Salicet. *in leg. mandatum C. mandat.* Ruinus *consil. 115. vol. 1.* Ant. Gabr. *commun. opin. lib. 2. tit. de procurator. concl. 2. n. 20.* per varia fundamenta comprobat Trentacinq. *var. resolut. lib. 2. resolut. 10. de procuratorib. per tot. fol. 391.*

Et sic cum eo rectè contrahitur continuante mercium 113
exercitium propter utilitatem promiscui usus, ut inquit *d. §. si impubes.* Quia usus institoris post mortem domini conjunctus est, & vicinus usui ante mortem, juxta *leg. cum actum, & leg. atqui, §. Scævol. ff. de negotiis gestis.* Ut benè explicat gloss. ibid. *verb. promiscui usus.* Quare nihil mirum contractum valere nomine hæredis per continuationem gestum, sive cognita sive ignorata morte domini; cùm ex ea non extinguatur institoris mandatum, ex quo ipsemet hæres super bonis suis contrahere intelligatur, quia per alium facit, est perinde, ac si faciat per se ipsum, *leg. hæres absens 19. §. apud Labeonem quæritur, quid si homo provincialis servum institorem reddendarum mercium gratia Romæ habebat, & ait quod cum eo servo contractum est, ita habendum esse, atque si cum domino contractum sit, quare ibi se debebat defendere, ff. de judiciis.* Atque ita benè dixisse Ulpianum ibidem, *in d. §. si impubes, non enim imputandum est ei, qui sciens dominum decessisse, cum institore exercente mercem contrahit*, &c. Cùm ejus potestas morte domini non finiatur. Et ad cætera jura in eod. 9. arg. pro contraria parte allegata *in d. n. 47.* facilè respondendum erit in suo loco.

Quintum fundamentum (ex quo tota hæc materia 114
illuminatur, & multa in contrarium adducta fundamenta dissolvuntur (pendet ex singulari distinctione

Felin

Felin. *in cap. fin. de accuſationib.* quam ſequitur Ant. Gabriel. *commun. concluſ. tit. de probat. concluſ.* 8. *n.* 6. *in fin.* loquens in prælato putativo firmat, quòd contractus geſti à prælato poſt ejus depoſitionem ignoratam non valent; ſolutiones autem ſic, & debitores liberari. Hanc eandem diſtinctionem deduces apertè ex conſideratis à Noguerol. *allegat.* 19. *n.* 12. *junct. n.* 24. dum dicit aliud eſſe mere rem alienam ab aliquo habente apparens mandatum, ut non transferatur dominium, nec poſſit domino præjudicium aliquod afferre, aliud verò, ſolvere bona fide alicui, credendo juſta de cauſa legitimum habere mandatum ad recipiendum, nam tunc ſolvendo tollit obligationem propriam, & penes ſe nihil alienum remanet. Quam inſuper diſtinctionem prius tenuere Bald. *in cap. nihil. n.* 2. *ad fin. de electione* Iſac. *in leg. ſi urbana præd. n.* 11. *verſic. ſed alienationes factæ per eum non valerent, ff. de condict. indebiti.* Eandem diſtinctionem facilè deduces ex text. *in leg.* 1. §. *fuit quæſitum, ff. ad Trebellian. juncta leg. ſi curatorem habens. Cod. de in integrum reſtitut. min.* & ex his, quæ in eorum ponderationem, & interpretationem congeſſit Pereira *ſuper ea, verbo, implorata in integrum reſtitut. ex n.* 34. *& ſeqq. & n.* 69. optimè etiam Oddus *de reſtitut.* 2. *p. quæſt.* 52. *art.* 3. *n.* 22. reddens differentiam inter ſolutionem debiti, & cæteros contractus, ut ſolutio ſit actus neceſſarius, contractus verò actus voluntarius *ex leg. quod ſi minor*, §. *reſtitut. ff. de minorib.* primum diſtinctionis membrum ſatis comprobatum remanet *in* 3. *&* 4. fundamento hujuſce partis affirmativæ *ex n.* 86. *cum omnibus ſeqq.* Imò, & ſuperius *ex n.* 59. hactenus, & pro hac ſingulari diſtinctione plures alios videbis Doctores *ſuprà* 1. *p. cap.* 28. *ex n.* 28. *cum ſeqq. verſic. ſed nunc tractandum eſt*, &c.

115 In ſecundo autem operatur favoris ſpecialitas deducta ex liberatione, ait differentiam obligationis, juxta *leg.* Arrianus ait, multum intereſſe, quæres utrum aliquis obligetur, an aliquis liberator. Ubi de obligando quæritur, propenſiores eſſe debere nos, ſi habeamus occaſionem ad negandum. Ubi deliberando, ex diverſo, ut faciliores ſimus ad liberationem 46. *ff. de oblig. & actio.* In quo favor etiam publicus attenditur, & ineſt. Quodammodo etenim intereſt Reipublicæ homines ab obligationibus liberari, prout conſiderarunt Seſſe *in deciſ. Aragon.* 204. *n.* 1. *&* 2. Mantier. à Cueva *deciſ. Aragon.* 2. *n.* 42. *& n.* 49. Decius *in leg. invito* 69. *n.* 2. *ff. de reg. jur.* ſequitur Valenzuela *conſil.* 179. *num.* 8. & ex Cyno, & aliis annotavit Caſtrenſis *conſil.* 144 *à princip. & num.* 3. publicam utilitatem verſari in debitorum liberatione, & Caſtrenſe relato idem tenet Larea *deciſ. Granatenſ.* 19. *ex nu.* 2. *tom.* 1.

Atque ideo cum liberatio ſit favorabilis, latior ejus admittenda eſt interpretatio, quia reducit ad priſtinam libertatem, & reſolvit obligationem, Socinus Jun. *conſil.* 40. *num.* 3. *vol.* 3. Decius *in conſil.* 178. *num.* 4. Cephalus *conſil.* 39. *n.* 26. *lib.* 1. Joan. Vincent. Honded. *in conſil.* 49. *num.* 18. *& ſeqq. lib.* 1. & poſt plurimos alios tenet Caſtillo *controv. tom.* 4. *cap.* 42. *nu.* 46. *&* 47.

Eſt enim favorabilior cauſa liberationis, quàm obligationis, ut per Bartol. *in leg. ejus qui in provincia, n.* 18. *ff. ſi certum petatur*, & Bald. *in l. contractib.* §. *ſuper cæteris*, *C. de non num. pecun.* Philippus Corne. *conſil.* 169. *n.* 20. *lib.* 2. tenet Valenzuel. *in conſil.* 78.
116 *n.* 18. *& ſeq.* Ex quo provenit, ut ſemper quod in ſolvente adeſt bona fides, & juſta ignorantiæ cauſa, juſtoque errore ſit ductus ad ſentiendum eum, cui ſolvit, habere legitimum mandatum ad recipiendum, vel quando aliquando habuit, fuerit tamen revocatum, de quo nulla adſit ſcientia, & notitia, vel quando cum eo contraxit, vel quia hæres legitimus reputetur, & de aliis legitimis cauſis longa ſerie cumulatis *ſuprà ex n.* 33. *uſque ad n.* 41. incluſivè conſequi liberationem. Ubi pro fundamento contrariæ partis plurimas doctrinas ponderavimus tendentes in ſolventis putativo hærede, ſeu ſucceſſore liberationis, prout Doctores ipſi expreſsè affirmant, & videre inſuper *eſt ſuprà* 1. *p. cap.* 27. *per totum maximè ex n.* 108. quæ doctrinæ ob favorem liberationis, & ſolutionis egredi ſuos terminos non poſſint, nec ad contractus alienationes, & obligationes trahendæ ſunt, cùm ſint termini omninò diſtincti ob manifeſtam differentiæ rationem, prout ampliſſimè vidiſti per totum diſcurſum hujus ſecundæ partis negativè *ex n.* 59. *cum multis ſeqq.* ubi apertè probavimus obligationes, hypothecas, tranſactiones, alienationes, & contractus quoſlibet celebratos per hæredem putativum, poſſeſſorem dignitatis, aut majoratus, tutores, & alios putativos ſuper bonis hæreditatis, dignitatis, majoratus, aut minorum non valere in præjudicium veri & ligitimi hæredis, aut ſucceſſoris.

Nam ex ſolutione facta putativo parum, aut nul- 117
lum infertur præjudicium vero ſucceſſori, & creditori, cùm poſſit ſolutum repetere, & exigere à putativo, per rationem celebris text. *in leg. ſtatu liberi à cæteris* 29. §. *Quintus Mutius, ff. de ſtatu liber.* pro contraria parte adducta ſuperius *n.* 35. in illis verbis: Et liberum futurum eum, qui ei dediſſet pecuniam. Hunc autem poſſeſſorem hæreditatis, cui data eſt ſumma, ſi victus eſſet hæreditatis petitione, cum cæteris eam quoque pecuniam victori reſtituere debere. Quam rationem ex aliis conſideravimus *ſuprà* 1. *p. cap.* 27. *ex num.* 71. *cum ſeqq. verſic. hujus opinionis veriſſimæ*, &c.

Nec dicatur, quòd hoc caſu poteſt ſupervenire 118
damnum vero creditori, cum putativus poſſit tempore exactionis, & repetitionis fieri, & eſſe non ſolvendo, & ex hoc ſuum amittere creditum verum ſucceſſorem. Quia reſponderur, tum quia quilibet præſumitur ſolvendo, adeò ut qui ſolvendo non eſſe dixerit probare teneatur, abundè *ſuprà* 1. *p. cap.* 23. *per tot.* & ſignanter *ex n.... verſic unum tamen præ oculis*, &c. Tum etiam quia hoc periculum utrique æquale eſt; poteſt etenim etiam cadere in debitore ſolvente, qui pariter poterat tempore, quo verus creditor ſucceſſit, & exigere vult, adeſſe, & factum fuiſſe non ſolvendo, 119
& penitus amittere creditum ſuum. Atque ideo data paritate damni & lucri, ob incertitudinem futuri contingentis, redditur diſpoſitio juſtificata, *d. l. ſtatu liberi à cæteris*, §. *Quintus Mutius*, ad latè tradita *ſuprà* 1. *p. cap.* 20. *ex n.* 44. *verſic. hinc eſt, quod hi contractus*, &c.

Hoc tamen diſtinctionis membrum deductum ex 121
ſpeciali favore liberationis, ut juſta erroris cauſa reputatio, & juxta credulitas excuſet debitorem; fallit quando reſpicient ſolutionem docet de mandato, quod revera falſum eſt, licèt apparenter verum; nam in hoc caſu uti falſa procuratori ſolutio facta debitorem non liberat; cùm nihil adſit quod poſſit domino imputari, ut ei præjudicet ſolutio Amat. *variar. reſolut. lib.* 1. *reſolut.* 20. *ex n.* 9. *& ſeqq.* Scaccia *de commerciis*, §. 2. *gloſſ.* 5. *n.* 24. *&* 25. Gratianus *tom.* 1. *cap.* 194. *n.* 10. abundè Noguerol *allegat.* 19. *n.* 27. videndus omnino *ex n.* 21. *cum multis ſeq.* ubi multa utilia congerit pro hujus limitationis comprobatione.

Sextum & ultimum fundamentum pro hac parte 120
erit excluſivum damni ponderandi contingentis creditoribus amittentibus credita ſua, dato, quod per ſeparationem majoratuum, ſuper quibus ex facultate expreſſa regis conſenſus emerunt, amittunt in majoratu evicto hypothecam. Sibi enim imputare debent damnum paſſum, & contingens, cùm tenerentur indagare, & perquirere conditionem, qualitatem poſſeſſoris, cum quo contraxerunt, *ex leg. qui cum alio contrahit, vel ſcit, vel ſcire debet conditionem ejus, cum quo contrahit. ff. de reg. jur. cap. innotuit de electione, leg. ſi patronus de confirmando tutore.* Et ex DD. *ſuprà citatis n.* 43.

Nec

121 Nec obſtat, quod ibidem diximus ex multis Doctoribus, hanc regulam procedere in qualitate, & conditione perſonæ, cùm qua contrahitur, non verò in conditione rerum, ſuper quibus contractus celebratur; Quia reſpondetur, tum quod hæc opinio ſemper mihi viſa fuit ſuſpecta. Sequeretur enim valere emptionem bonorum majoratus, vel alterius dominio pertinentium, eo quod ignorat emptor aliena eſſe, vel non teneri indagare, & ita contra Cephalum *conſil.* 393. *num.* 99. diſtinctionem inter rem & perſonam referentem, tenet, & rectè Surdus *conſil.* 150. *num.* 27. *l.* 1. ſequitur Gratianus *diſceptat. forenſ. tom.* 1. *cap.* 14. *n.* 20. & ſub dubio eandem diſtinctionem ponit Velaſcus *in axiomat. lit. c. n.* 204. vide Caſtillo *tom.* 4. *c.* 42. *n.* 64. 99. *& n.* 100. *& ſeqq.* Ex quo, & Tiraquell. Menoch. Montier. & Surd. tenet Hermoſilla *in leg.* 18. *gloſſ.* 1. *n.* 11. *tom.* 2. *fol.* 94. Et quòd creditor tenetur indagare qualitatem tam rerum quas in hypothecam accepit, an ſint majoratus vel feudalia, quàm perſonæ debitoris. Probat ex Baldo, Jo. Garcia, & aliis noviſſimè D. Larea *in allegat. fiſca. lib.* 22. *nu.* 28. optimè Gratian. *tom.* 5. *cap.* 855. *num.* 17. ubi quòd de hac nullitate poteſt tertius etiam opponere.

122 Tum etiam, quia quando præfata diſtinctio foret vera (quam prorſus negamus) in hoc caſu non agitur nec dubitatur de qualitate rerum, ſuper quibus contrahitur hypotheca, & obligatio, nec qualitati rerum attribuitur jus ad liberandum bona majoratus evicti ab obligatione, & hypotheca impoſita, ſed defectu dominii in imponente, ſic directè, & immediatè teſtatur de qualitate perſonæ, an fuerit dominus, vel non, & an habuerit poteſtatem alienandi. Ut in terminis probat Bald. *in §. rurſus n.* 1. *verſic. ſecundo quæritur, tit. quibus modis feud. amit.* Garcia, *in opuſculo de hypothec. poſt. contract. n.* 7. *& n.* 15.

123 Quod videmus ex tot exemplis *ex num.* 59. cum omnibus ſeqq. in quibus non dominus alienans, vel pignori ſubjiciens rem alienam ſive bona, ſive mala fide, nihil tranſit in emptorem ſcientem, vel ignorantem, quominus verus dominus poſſit rem ſuam vindicare, nec ſcientia vel ignorantia emptoris, vel aliter contrahentis illum excuſat à reſtitutione, vero domino liberè facienda juxta quæ diximus *ex num.* 78. *& ſeqq.* Atque ideo defectus in hoc caſu conſiſtit in perſona, non in rebus, & ſic ejus qualitatem, & conditionem debuit indagare, & perquirere juxta juris regulam. Et utcumque ſit, ſive conditio conſiſtat in perſona, ſive in rebus, ut contrahens teneatur, vel excuſetur indagare, vel non, habet locum dumtaxat inter ipſos contrahentes non reſpectu tertii, cujus juri nihil detrahitur; nec evictio impeditur, *ex tit. integris ff. & C. de evictionibus.* Vel ſaltem in majoratibus prohibitio alienationis utrumque reſpuit, tam perſonam poſſeſſoris, quàm ipſa bona, prout de utraque plures doctrinæ hactenus relatæ ſunt.

124 Hoc enim non novum eſt, ſed frequentiſſimum in jure, & praxi quotidie uſitatum, ut creditor, qui confidens de bonis debitoris ſibi per eum poſſeſſis & hypothecatis mutuavit, his poſt modum à vero domino evictis, amittat ſuum creditum; nulla enim excogitari poteſt circa hoc differentia inter creditores ad bona libera, vel ad bona majoratus, nec diverſis juris principiis regulari poſſunt ad latè tradita ſuprà *ex n.* 59. *cum omnibus ſeq. ſibi enim imputant; qui cum tali contraxerunt*, ut inquit text. *in l.* 1. *§. quæſitum* 3. *ff. de ſeparationib.* longè etenim majoribus periculis ſubjicitur contrahens ſuper bonis majoratus, etiam cum facultate regia, quàm ſuper liberis. Ut pluries conſideravit Ludovic. Molina, & per eum P. Molin. *de juſt. & jure* 3. *tomo diſp.* 651. *ſub verſic. Molina c.* 4. *ad fin.* &c.

125 Imputant etiam ſibi creditores qui incautè contraxerunt, nec ſe aliquo juris remedio præcaverunt, ut in ſimilibus terminis dixerunt Bald. *in d. §. rurſus*, & *in l. fin. §. ſed quia noſtra C. communia de legat.* Joan. Garcia ubi proximè *d. n.* 15. quia creditor, qui accepit rem pignori, debuit cautiùs proſpicere naturam, & quantitatem rei, & ſibi cavere alio juris remedio, & indemnitate juxta latè tradita per eundem Bald. & indemnitate juxta latè tradita per eundem Bald. *in l. fin. §. ſed quia noſtra C. communia de leg.* & ex Joan. Garcia ubi proximè *n.* 12. probat noviſſimè D. Larea *allegatio. fiſcali* 22. *nu.* 28. *& à n.* 26. alias ſi non fecerit, ſibi imputare debet ſuam negligentiam, *ex l. mulier. ff. de l. commiſſoria l. ſi delegatio* 3. *C. de novationibus*, *l. ſi quis domum*, *§. ſubjung. ff. locati.* Larea ubi proximè *d. n.* 26. imputat enim ſibi qui legitima cautela non ſe prævenit, & hoc damnum æquo animo pati debet creditor, qui ex propria culpa, atque negligentia actum ſecurum, atque conſtantem non fecit *leg. quod ejus, ff. de reg. jur. l. ſi communis familia ff. de noxalibus l.* 21. *tit. fin. p.* 7. *l. non enim ff. ex quibus cauſ. major.*

Arguitur enim negligentia in eo, qui cum remediis opportunis ad actum uti potuiſſet, id non fecit, *c. Epiſcopus de præbendis in* 6. notant Socinus, & Aymon relati à Mieres *de majoratu* 1. *p. q.* 23. *n.* Azeved. *in conſil.* 3. *n.* 5. *&* 6. & ex text. *in l. Imperatores* 3. *ff. de tranſact.* ubi facta tranſactione inter hæredem ſcriptum, & legitimum ab inteſtato, actionem dirigunt legatarii ad verſus hæredem ſcriptum negligentem in ſe præcavendo, ex illa ratione, ibi: Quare quidquid ex teſtamento petunt, hæredem ſcriptum convenerì debent, qui in tranſactione hæreditatis, aut cavit ſibi pro oneribus hæreditariis: aut ſi non cavit non debent negligentiam ſuam, ad alienam injuriam referre, *l. electio §. penult. ff. de noxalib. l.* 1. *§. item, ff. quando actio de pecul. & anna.* Contrahens enim hunc evenire poſſe caſum perſpicere ſi non proſpexit, & ſibi aliæ via, & juris remedio non cavit magis à ſeipſo deceptus, quam ab alio judicatur, ſeipſum etenim circumvenit, & ex ſua culpa damnum patitur non aliena, quam ſibi & non alteri imputare debet; optimè Paul. de Caſtro *conſ.* 143. *col.* 2. *in medio.* Corn. *conſ.* 159. *col.* 1. *lib.* 4. Alciat. *in l. licet C. de pactis, verſic. ſed quid ſi alterum pæniteat.* Salon de Pace *in leg.* 3. *Tauri*, 2. *p. conſil.* 6. *n.* 1218. *per totum, & in conſil.* 2. *n.* 41. *per totum.* Covar. *in rubric. de teſtament.* 2. *part. n.* 8. *verſic. nec incuria cuiquam.* Valaſcus *conſil.* 7. *nu.* 8. Molina *de juſt. & jur. tract.* 2. *diſput.* 252. *verſic. quando tamen.* Caſtillo *controv. lib.* 2. *c.* 18. *ex n.* 27. *cum ſeqq.* & in ſimilibus terminis loquendo in facultate ſuper bonis feudalibus; ut imputandum ſit contrahenti cum Vaſſallo, non habente facultatem, vel minus legitimam obtinente, ſi ſe non præcavit, & ſecurè contraxit, prout debebat, tenet Marius Frecia *de ſubfeudis, lib.* 2. *de authorit. baron. authorit.* 1. *q.* 30. *n.* 3. *folio* 158. & quod tertio quantumvis bonæ fidei poſſeſſori rei majoratus, minus legitimè contrahenti cum ejus poſſeſſore, imputetur negligentia inveſtigandi, cautè, & accuratè inquirendi naturam, & qualitatem rei, atque poteſtatem poſſeſſoris, cum quo contraxit, ita ut nihil ei proſit ſua bona fides quominus amittat ſuum creditum, vel expenſas in re majoratus à ſe factas, multa videnda cumulat Caſtillo *controverſ. lib.* 5. *cap.* 65. *ex n.* 91. 92. *& ex n.* 95. *& n.* 101. *& per totum cap. quibus in locis*, quamplurimos alios DD. allegat.

Atque tandem minus damnum eſt creditorem amittere creditum ob inopiam debitoris, & defectum bonorum, quàm ei permittere ut credita ſua exigat à tertio qui non eſt obligatus, & à bonis majoratus prohibitis alienari, hoc etenim ſumma foret injuſtitia, & abſurdum, quam æquitas introduxit contra jus ipſum naturale, prout expreſsè conſiderarunt Sarmient. *ſelectar. lib.* 7. *cap.* 5. & Caſtillo *controverſ. tom.* 4. *cap.* 26. *ſub n.* 32.

Pro quibus omnibus conſiderandæ ſint ſingulares doctrinæ adductæ per Avendan. *de cenſibus, cap.* 64. *ſub nu.* 10. *verſicul. fateor eum.* Qui dum per totum caput loquutus de invaliditate cenſus empti a creditoribus,

bus, non ſervata forma regiæ facultatis, in hunc modum ait: Fateor enim, quod creditores conſiderabile damnum ſentirent ex annullatione contractuum, ut quia perderent pretium: ſed etiam fatendum eſt, quod ſi majoratus ſucceſſor juſtè id petit, ab eo debet charitas incipere, ut non conſideretur damnum alterius. Vulgata lege præſes, Cod. de ſervitut. & aqua. Sibi enim imputent creditores, qui malè pecunias crediderunt, argumento: leg. civile, & eorum, quæ ibi tradùnt omnes. Cod. de furtis. Scire enim debebant creditores qualitatem perſonæ poſſeſſoris majoratus, cui pecunias debebat ex vulgata lege qui cum alio de reg. jur. & eorum, quæ tradit Tiraquell. de legibus connubial. gloſſ. 8. num. 152. cum ſequentibus, ubi eleganter reſolvit, quod quando aliquando error communis liberet errantem, hoc procedit in iis, quæ reſpiciunt officium perſonæ ex lege Barbarius ff. de officio prætor. non tamen in ignorantia qualitatis perſonæ, cum qua contrahitur, quia non excuſat, ex lege qui cum alio. Eſt enim receptiſſima ſententia paria eſſe, ſcire, & ſcire debere, lege quod te mihi in fin. ff. ſi cert. pet. & eorum, quæ latè tradit Tiraquel. de retract. lignag. §. 12. gloſſ. 1. n. 19. & antea n. 7. & in fin. ejuſdem tractatus n. 46. cum ſeq. ubi probat, idem eſſe ſcire qualitatem contrahentis, & ſcire poſſe, vel debere. Maximè quia in hac ſpecie creditores non ſolum ignorant qualitatem perſonæ majoratus poſſeſſoris, atque rerum ipſius, ſed eam cognoſcunt, ſiquidem cum eo ſuper ea re apertè contrahunt: ergo debent curare, ut pecunia convertatur in cauſam regiarum facultatum, &c.

Hæc ſunt fundamenta (aliis omiſſis,) quæ hanc partem negativam virilit r ſuſtinent, & ut arbitror indubitabilem reddunt, ut non ſuſtineantur alienationes, vel hypothecæ bonorum majoratus factæ, & impoſitæ per putativum majoratus poſſeſſorem, ſuperveniente evictione per verum & legitimum ſucceſſorem, etiam præcedente expreſſa regis facultate, cùm ex ea putativus majoratus poſſeſſor domino, & poteſtate carens expreſsè excludatur, vel quamvis non excludatur expreſsè, cùm ex defectu dominii ipſe de jure includi non poſſit ex hactenus dilucidè adductis fundamentis, procul dubio invincibilibus, & ex aliis etiam, quæ ex reſponſione argumentorum facilè percipientur, & noſtram reſolutionem indubitabilem reddunt.

126 Sed ne tam celebri quæſtioni tot exagitatæ hinc inde fundamentis, reſolutionique tam feliciter illuſtratæ, authoritas inſignium deficiat Doctorum, eam Gregorium Lopez retigiſſe, & pariter reſolviſſe, multo poſt hanc ſcriptam quæſtionem reperi, *in lege* 10. *tit.* 26. *de los feudos*, *parte* 4. *gloſſa* 1. 4. *quæſt.* tenentem poſſeſſorem majoratus putativum, ſeu intruſum, qui verus reputabatur, bona ipſius majoratus alienando, virtute regiæ facultatis à ſe obtentæ, minimè tranſire dominium in emptorem. Ubi ſic fatur iſte doctiſſimus vir: *Sed pone, quod poſſeſſor majoratus impetravit à rege facultatem alienandi rem majorem, & alienavit: poſtea apparet, quod ad alium pertinet majoria, & non ad alienantem, an valebit alienatio; & quod valeat facit lex fin. ff. de rebus eorum. Quod non valeat, facit l. quinque tutores, in principio ff. eod. & leg.* 2. *ff. de eo qui pro tutore, & quæ ibi dicit Baldus, &c. Alienationes* 12. *quæſtione* 2. *& hoc fortè verius*, &c. Et ad hoc ipſum, ut non valeat alienatio facta per poſſeſſorem majoratus putativum, qui verus reputatur, etiam adhibita regia facultate allegans Gregorium Lopez, ſequitur Noguerol *allegat.* 19. *num.* 22. *in fine*, ex textu *in dicto cap. alienationes*, quo meritò movetur noſter Lopez, almus in propoſito exornavimus *ſuprà ex num.* 86. *cum ſeqq.* ubi alia & ſimilia jura canonica adduximus.

127 Hanc eadem reſolutionem in individuo tenuerunt Gramm. *deciſ.* 103. *nu.* 243. In hæc: *Et etiam ex alio cauſatur ſubreptio, quia fuit expoſitum Regi Catholico, quòd præfatis Domino Antonio, & Domino Joanni ſpectabant feuda: quod fuit falſum, quia non ad ipſos ſed ad Petrum ſpectabat, ut majorem natu, & ſucceſſorem vigore dicti privilegii Regis Federici*, &c. Hoc idem in aſſenſu regio cum clauſula (quæ ad præſens tenes ſub ditione tua) ut hac conditione, & qualitate deficiente, facultas, & aſſenſus ſit nullus, & ſubreptitius; conſuluit Alexander *conſil.* 23. *n.* 13. *lib.* 5. quod & in terminis noſtris terminantibus idem conſideravit Paz *de tenuta*, *cap.* 40. *ex n.* 22. ubi etiam latè quod facultas regia ad alienandum bona majo- 128
ratus, ſeu hypothecanda ſit ob falſam narrationem dominii ſubreptitia, ita ut quidquid ejus virtute fit, ſit nullum, qui author (quatenus contrariam in noſtra quæſtione principali amplectitur, prout *in cap.* 22. *infrà hac* 2. *part.* altius examinabimus) adhuc tamen huic fundamento nullatenus reſpondet, quod ex aliis DD. ut veriſſimum, & innegabile comprobat videndus.

Et inſuper in terminis, quod facultas regia ad alienandum, vel hypothecandum bona majoratus impetrari non poſſit, niſi per poſſeſſorem, & verum dominum ipſius majoratus: latè probat ex Molin. *lib.* 4. *c.* 3. *in princip.* Avendan. *de cenſib. cap.* 63. *n.* 2. *n.* 3. & 7. cujus ſpecificam mentionem faciemus *infrà c.* 10. *ad fin.* Ergo clarè probant iſti DD. noſtram reſolutionem, poſſeſſorem majoratus putativum, qui verè vel fictè dominus non eſt, non poſſe facultatem validè impetrare ad alienandum bona majoratus.

Noſtram, & horum Doctorum reſolutionem qualificavit Rota Romana in quam plurimis deciſionibus quas adduximus *ſuprà num.* 72. determinans ſimile quod ad penſionem conſtitutam de conſenſu poſſeſſoris beneficii authoritate apoſtolica non teneri ſucceſſorem probantem nullum jus in beneficio habuiſſe anteceſſorem conſentientem penſioni impoſitæ ex defectu conſenſus, quem præſtare ad id non poſſe carentem juſto titulo ad beneficium, ſuper quo penſio gravata fuit, & impoſita. Nam ſi poſſeſſor majoratus, qui conſenſum impoſuit facultate regia ſuper majoratu, in quo jus non habebat, ſed victus fuit per legitimum ſucceſſorem conſenſus veri poſſeſſoris, & ſucceſſoris defecit in ipſa facultatis impetratione quem Princeps ſupplere nequit, ex defectu poteſtatis, ut diximus *in d. num.* 72. & latiùs *ſuprà* 2. *part. c.* 38. *ex n.* 14. *cum multis ſeqq.*

Et ita juxta hanc DD. communem opinionem declaravit pluries Senatus hic Valliſoletanus per duas ſententias in caſu Marchionis de Velada contra creditores cenſualiſtas ſuper majoratu de Velada, poſtquam illum evicerat à tertio illum de facto occupante, & ab eo impoſitos cenſus præfatos cum facultate regia nulliter fuiſſe conſtitutos, & ad illorum ſolutionem libera eſſe bona majoratus evicti Senatus declaravit.

Et pariter in conſilio regio ad favorem D. Antonii de Luna evincentis à tertio poſſeſſore majoratum, & ſtatum de la Adrada contra creditores cenſuum emptores ſuper ipſo ſtatu ex facultate regia, obtenta à poſſeſſore putativo, in ipſo conſilio regio ſemel, & iterum confirmata fuit ſententia lata per prætorem provinciæ, Alcalde de Corte dictum licentiatum Joan. de Aquileta, declarantem, cenſuum hujuſmodi conſtitutionem eſſe nullam, & ſtatus bona ad eos perſolvendos non teneri.

Iterum in fortioribus terminis noſter hic Senatus Valliſoletanus an. 1635. per duas ſententias declaravit, cenſus impoſitos à poſſeſſore putativo majoratus de Villalba cum facultate regia eſſe nullos, & majoratum ad ſolutionem non teneri, & hoc in favorem D. Gundiçalvi Enriquez, qui poſtquam in tenuta dumtaxat obtinuit ſententiam contra tertium detentatorem putativum ejuſdem majoratus, movit litem adverſus omnes prædictos creditores, illoſque vicit. Quam quæſtionem, an verus ſucceſſor obtinens in tenuta poſſit movere has lites, ampliſſimè diſputamus *infrà hac* 2. *part.*

part. c. 22. ex n. 45. usque ad fin. Etenim evincens in tenuta dumtaxat, jus habet ad avertendum censuum impositionem factam à possessore putativo, etiam cum facultate regia (ut post longam hinc inde disputationem secuti Christophor. de Paz ibidem resolvimus) quanto magis eam evertere poterit verus successor in proprietate majoratum evincens.

129 Non obstant igitur argumenta, quæ pro contraria parte consideravimus, et non primum, de quo *à num. 28.* tendens ad divisionem pro rata inter utrumque majoratum, accedente evictione unius, per argumentum à paritate rationis inter separationem majoratuum per legitimam successionem, de qua *ex nu. 23.* & per evictionem, *de qua ex nu. 26.* cui respondetur: multum distare unum ab alio. Nam in alienatione, & obligatione bonorum majoratus legitimo successore possessi adhibita regia facultate, cuncta concurrunt alienationem & obligationem justificantia. Dominium nempe verum, & regia facultas, removens impedimentum alienationis prohibitæ, qua bona majoratus libera redduntur, ut superius diximus; at in 2. casu, quando separatio contingit per evictionem, omnia deficiunt, dominium in possessore putativo, omnino essentiale ad valorem, & subsistentiam hypothecæ & alienationis, & amplissimè vidimus in primo fundamento hujus partis affirmativæ *ex n. 59. cum multis seq. & ex n. 73. cum seq.* deficit etiam facultas regia, quæ non extenditur ad possessorem putativum, dominio carentem. Imo ex eo apertè excluditur, ut probavimus *ex n. 64. & ex n. 69. & seqq.*

130 Ad legem *bonorum appellat. 49.* jam respondimus *suprà ex n. 78. cum seq.* Doctoribus autem in eodem argumento *ex n. 30.* allegans, tenentibus ex ea quod quantitatem arrharum computandam esse rem à marito bona fide possessam, satisfit ex eo, quod contraria opinio verior sit, & receptior. Ut ex Gutierrez, & aliis resolvit Sanch. *de matrim. lib. 8. disp. 30.* probatur, *in leg. quod evincitur 190. ff. de reg. jur.* dicente, quod res quæ potest evinci non censetur esse in bonis nostris, multa congerit Aria de Messa *var. resol. lib. 1. cap. 39. ex n. 13. cum seqq.*

131 Sed quando affirmativa vera foret, ut computaretur res aliena bonâ fide possessa inter bona mariti ad deducendum decimam arrharum promissam sponsæ; nihil adhuc detrahere posset nostræ resolutioni, quia id procedit inter virum & uxorem contrahentes, non verò in præjudicium tertii, veri domini rem suam vendicare, & evincere volentis, ad latè suprà tradita 2. & 3. fundamento, *& seqq. hujus 2. p.* quam tuemur, id ipsum expressè supponunt Doctores utriusque opinionis, dum movent quæstionem super re bona fide possessa per sponsum tempore arrhæ promissæ, quæ postmodum fuit à vero domino evicta & avocata, in cujus præjudicium, atque respectum nihil obest, computetur res illa, vel non computetur: cùm ex ipsa re aliena integrè restituenda domino non deducantur arrhæ.

132 Nec obstant 2. & 3. fundamenta *ex n. 33. usque ad finem, n. 39.* inclusivè, quibus jam satisfecimus *suprà ex n. 114. cum seqq.* loqui in casu speciali, & à jure favorabili, scilicet in solutione debiti, in qua favor liberationis viget. Et idcirco admittuntur solutiones bona fide factæ possessori putativo, atque procuratori, qui communiter talis reputabatur habere mandatum ad exigendum credita domini. Nos autem loquimur in alienatione bonorum facta à putativo possessore non domino, quæ non tenet in veri domini, & successoris legitimi præjudicium, ut ex theorica Felini, & aliorum distinguentium inter contractus gestos à possessore putativo, & inter solutionem eidem factam, de qua uberrimè *ex d. n. 114.*

133 Sexto fundamento, de quo *n. 40 & 41.* circa filiumfamilias, & minorem reputatos communiter patremfam. & majorem, satis accuratè fecimus *ex n. 106. cum*

multis seqq. ex illa singulari theorica distinguente inter putativum contrahentem super rebus suis, & inter putativum contrahentem super rebus alienis, ut illius respectu sustineantur contractus ob ejus dolum, & malitiam; istius tamen non ob tertii, & sic veri domini præjudicium, qui contractibus non interfuit.

Septimum argumentum de quo *n. 42.* valeant 134
collationes factæ à Prælato intruso in dignitatem, & communiter reputato vero, aliam, & diversam inspectionem habet. Siquidem respicit facultatem percipiendi fructus, quæ omnino competit ad rei, aut dignitatis possessionem, non tamen vero domino proprietatis, dum res, aut dignitatem à possessore non avocaverit, quia pro possessore præsumitur. Hinc enim competit illa nuda, & simplex administratio, quæ tangit fructuum perceptionem, & exactionem; ut probavimus ex multis *suprà num. 56. 57. & 58.* in ultimo argumento contrariæ partis, quod in se horum terminorum respectu, quo loquitur, verissimum est, & omninò tenendum.

Et hinc est, quod cùm collatio, præsentatio, & 135
electio sint fructus juris conferendi, & præsentandi, eos percipit, colligit, & præsentat, qui reperitur in possessione, seu quasi juris conferendi, seu præsentandi, non tamen is qui habet ejusdem juris proprietatem, & rerum dominium, donec jus à possessore non sit evictum. Latissimè plurimis DD. citatis, & decisionibus Rotæ per Garciam *de beneficiis, 5. part. cap. 5. ex n. 1. cum seqq.*

Probatur insuper, quod licet Prælatus sit accusatus 136
eo crimine quo de jure sit privatus dignitate, & si contra eum lata privationis sententia, à qua tamen appellavit, interim lite, & appellatione pendente fungitur honoribus suæ dignitatis, ejusque jura exercet. Ut ex Abbate, Franco, Felino, Corrasso, Joan. Gutierrez, & Scaccia tenet Nic. Garcia, *5. p. c. 4. n. 338. & sursum.*

Non tamen possessori putativo competit libera ad- 137
ministratio tangens rerum principalium substantiam, quæ respicit verum dominium, & ad eum solum pertinet de his disponere, qui proprietatem habet, & verus est dominus *ad leg. in re mandata. C. mandati.* ideoque putativus possessor obligando, vel alienando bona ipsa, nihil agit, tanquam disponens de re aliena, prout *ex n. 59.* amplissimè comprobavimus.

Octavo argumento superius *n. 43. & seqq.* respi- 138
ciens damnum, & præjudicium creditorum contrahentium bona fide, & sub facultate regia super majoratu postea evicto, ut debeant sustineri & transire hypothecæ cum eo in evincentem: sufficienter satisfecimus *suprà, n. 120. cum seqq.* ideo ulterius non repeto.

Non obstat doctrina Rotæ, Capiblanc. & Noguerol. in comprobationem adducta *in eodem 8. argumento n. 44. & 45.* de secunda facultate à Principe impetrata, ad imponendos, & creandos novos census pro exinctione antiquorum, quos constituerat capitulum Ecclesiæ, vel universitas absque debita solemnitate, ut sustineantur secundi virtute novæ facultatis, non obstante quod primi fuerint nulliter constituti. Quia hæc doctrina (quatenus in se vera sit) nihil ad rem facit; sufficit enim secundis creditoribus pecuniam realiter numerare, & observare facultatem regiam legitimè obtentam per majoratus possessorem, vel capitulum cum cæteris solemnitatibus, ut tuti sint, quia nullitas & defectus priorum creditorum nihil influit in hunc secundum legitimè constitutum. Nec quoad novos creditores dependentiam ullam habet iste contractus à priori, nec secundi à prioribus creditoribus, cùm diversi sint contractus, & separati inter diversas personas; 139
dependentia autem, quæ adest, versatur inter capitulum, & priores creditores. Secundi verò legitimè habent obligatum capitulum ex nova & valida facultate, qui propterea non tenentur indagare priorum creditorum

validitatem, sed dumtaxat tenorem facultatis, cujus virtute numerant pecuniam, quasi ad subrogandos redditus in locum priorum, & extinguenda credita majoratus: si numerent pecuniam, & subrogatio sequatur de facto, tuti remanent omninò; plurimos citant Addition. ad Molin. *lib.* 4. *c.* 4. *ex n.* 20. Nos autem agimus, quando quis tenetur indagare conditionem, & personam ejusdem qui contrahit, an habeat facultatem regiam, anne, an sit dominus vel non, de quibus in dicta decisione, & Doctorum doctrina nec agitur, nec dubitatur, an capitulum sit dominus.

140 Secundò, & magis in specie, & in terminis illius decisionis respondetur, quod licet ob defectus solemnitatis prior census impositus à capitulo sit nullus; hæc tamen nullitas habet statum implicitum, scilicet, Capitulo, & Ecclesia (in cujus favorem nullitas inducitur) volente contractui stare, & dum solverit, & expressè non declaraverit, nolle stare census contractui, licitè solvitur, & exigitur, latissimè per Cencium *de censib. in q.* 24. *ex n.* 15. *cum seq. & q.* 8. *n.* 15. quem vide. Atque ideo prior census legitimè debebatur, quia non solùm illum non impugnavit capitulum, sed expressè approbavit valens redimere, & secundus in illius extinctionem ex facultate Apostolica jure constitutus fuit.

141 Atque etiam licèt prior census absque solemnitate impositus ab Ecclesia, minore, seu republica, adhuc tamen fors principalis versa in earum utilitatem habetur, & est restituenda emptori cum redditibus, seu interesse, usque ad restitutionem realem: ut abundè videre est per Cencium *de censib.* 88. *ex num.* 14. *cum multis seq. usque ad fin. & in q.* 19. *ex n.* 39. *cum multis seqq.* qui *n.* 45. & 46. ex pluribus DD. & Rotæ decisionibus, in hujusmodi censibus interesse jam esse taxatum per ipsum instrumentum ejusdem census, aliàs nulliter constituendi, & juxta illius quantitatem esse liquidandum, imò liquidum jam esse.

142 Idem etiam procedit in censu imposito à minore super suis bonis absque juris solemnitatibus & decreto judicis, ut nihilominus teneatur minor restituere sortem principalem versam in ejus utilitatem, ut pluribus combrobat Cencius *q.* 15. *ex nu.* 40. *& seqq.* Ideò cùm prædictis casibus duret adhuc obligatio restituendæ secus cum interesse, nihil mirum, quòd secundus census pro prioris extinctione validus sit ex nova facultate, & adhibita nova solemnitate, quæ in primo defecit, ad latè tradita hac 2. *p. cap.* 7. *à princip.* Quæ quidem non militant in majoratu evicto, & ejus legitimo possessore, quia à principio ad nihil obligatus fuit ad censum impositum à non domino, nec vero possessore, nisi omninò probetur, & evidenter doceatur versum fuisse in ejusdem majoratus utilitatem. Prout de minore, & Ecclesia dictum est, vide quos latè congerit Hermosilla *ad l.* 4. *tit.* 5. *part.* 5. *gl.* 7. *ex n.* 21. *cum seq. tom.* 2. *fol.* 33. & ubi suprà *cap.* 8. *ex n.* 99. *versic. ex quibus valde scrupulosa*, &c.

143 Aliud autem quod in eodem 8. argumento dicitur *n.* 46. juxta terminos *l. Barbarius*, *ff. de officio prætor.* ut sustineantur gesta à publico officiali inhabili, communi tamen errore habili reputato, ob publicam negotiantium utilitatem. Verum est, & sic DD. intelligunt, & communiter interpretantur illam legem, ut procedat in jurisdictionibus, & aliis officiis publicis authoritate & utilitate, non tamen aliis officiis privatis, nec etiam publicis authoritate, si sint utilitate privati, prout in tutore, sic laissimè declarant illam legem Doctores omnes *in d. n.* 46. *citati.* & latè Azev. *ed. in l.* 2. *nu.* 85. *tit.* 3. *l.* 3. *recopilat. & in l.* 8. *tit.* 9. *n.* 15. *lib.* 3. *recopilat.* Mascard. *de probationibus consil.* 694. *num.* 88. & 96. & 101. ubi plurimos alios refert. Error autem communis tunc aliquando liberat errantem, hoc tamen procedit in his, quæ respiciunt officium personæ, non tamen in ignorantia qualitatis personæ, cum qua contrahitur, prout ita text. *in d. l. Barbarius*, *cum leg. qui cum alio contrahit*, *de reg. jur.* latè conciliat Tiraquell. *de legibus connubial. gl.* 8. *n.* 152. *cum seq.* Avendann. in iis terminis alienationis bonorum majoratus *in tract. de censibus*, *cap.* 64. *sub n.* 10. *versic. fateor enim*, &c.

Et hinc est, quod rectè inquit Corneus *consil.* 96. 144
vol. & Raphaël Cuman. *cons.* 154. quod gesta per eum, qui gerit se pro principe, firma & rata sunt; & ideo ille, qui se gerit pro principe, potest confiscare bona delinquentium, eaque alteri donare, & hujusmodi donationem valere, si bona habebat tanquam princeps, etiam gesta per eum valebunt, & firma erunt; etiamsi non esset verus princeps, sequitur Paul. Paris. *consil.* 1. *n.* 66. *vol.* 1. Pereira *de renovat. emphyt. q.* 7. *n.* 10. *in fin.*

Ex qua doctrina infertur, quod licet alienationes 145
factæ à possessore majoratus putativo, seu intruso non valeant; prout hactenus apertè probatum remanet; ea omnia, quæ tangunt jurisdictionis annexæ majoratui exercitium, & administrationem, sive per suam personam immediatè, sive per judices ab eo electos, & nominatos ordinariam, seu delegatam exercentes jurisdictionem, procul dubio omnia sustinentur ob bonum publicum, & communem utilitatem ex *d. l. Barbarius* ita communiter intellecta & declarata.

Nono argumento, de quo *nu.* 47. de institore pu- 146
tativo, non obstante mandati renovatione, ac extinctione, contrahente, quantum ad text. celebrem *in l. si quis mancipiis*, §. *si impubes*, *ff. de instit. actione*, satis ei fecimus suprà *ex nu.* 109. *cum seq.* text. vero *in l. sed si pupillus*, §. *de quo palam. ff. de institoria action. & l. quoties*, *ff. de peculio.* parum obstant, cùm in revocatione institoris præpositi non servaverit dominus revocationis & inhibitionis formulam à jure præscriptam, nempe ut in eadem apotheca, seu taberna, cui fuit præpositus palam literis præscripta pateat revocatio & prohibitio contrahendi cum institore, ut cunctis pateat, & notum sit. Aliter verò per occultam inhibitionem non fit contrahentibus præjudicium, qui ut ante vident institorem merces exercere, & tabernæ administratorem continuare. Idcirco de his contractibus tenetur dominus, ac si non revocasset, nec prohibuisset, cum in hac materia idem sit, non revocasse mandatum, vel occultè revocasse, & non publicè; & sic per eundem dominum gesti intelliguntur contractus; cui consonat quod superius diximus *ex n.* 109. *& seq.*

Sed utcumque sit, nihil obest nostræ resolutioni, 147
nam ipsi contractus gesti ab institore sustinentur in præjudicium domini, inter quem, & contrahentes celebrari censentur super rebus ipsius domini, non tamen præjudicabunt tertio super re aliena in apotheca existente, quominus verus dominus eam possit vendicare, & evincere, qui est casus noster, ut latè supra *ex n.* 106. *& seq.*

Decimo, & ultimo argumento, de quo *ex nu.* 48. 148
cum seq. tractanti de alienationibus rerum hæreditatis factis ab hærede putativo, ut sustineatur, satis abundè respondimus superiùs *ex nu.* 98. *cum seq.* & superiùs *ex n.* 86. ubi apertè ostendimus hæredem putativum nullo modo posse alienare, vel contrahere super bonis hæreditatis in præjudicium veri hæredis evincentis, qui nisi ratificet hæreditate evicta, revendicare potest liberè, & absque ullo impedimento alienata.

Quibus suppositis, invincibilis remanet resolutio 149
nostra, ut hypotheca super bonis majoratus, post modum à vero successore evicti per possessorem putativum etiam expressa adhibita regia facultate, non subsistat, nec transeat cum majoratu evicto in successorem verum evincentem, nec idcirco in concursus judicio creditores isti admittendi sint, saltem quoad graduationis sententiam respectu illius majoratus evicti.

Quid autem erit dicendum de vero successore ma- 150
joratus, qui in judicio tenutæ dumtaxat majoratum ab injusto detentore evicit, an poterit intentare nullitatem, & rescissionem censuum impositorum super bonis ejusdem majoratus ex facultate regia obtenta per eundem possess-

poſſeſſorem majoratus putativum ad excludendos creditores ei mutuantes. Tractabimus inferiùs hac 2.p. 2.c. 22. quo loci examinabimus etiam reſolutionem Chriſtophori de Paz *in tract. de tenut.* 40. *ex n.* 20. *& ſeq.* dum
152 longè poſt hæc ſcripta eum videmus tractantem illam quæſtionem, an alienationes factæ per poſſeſſorem majoratus putativum ex facultate regia valeant in præjudicium veri ſucceſſoris majoratum evincentis, qui videtur ſub dubio tamen, inclinari contrariæ reſolutioni, ut æquiori, ex aliquibus argumentis ex his, quæ nos conſideravimus *hoc c. ex n.* 26. *& ſeq.* quibus inſuper apertiſſimè ſatisfecimus hactenus. Adhuc autem quatenus ipſe contrariæ fortè ſententiæ adhærere viſus fuerit, ejus fundamenta examinanda erunt, & apertè convincenda *in d. c.* 22. ad quem locum te remitto, quoniam ut ibi oſtendemus, ipſe author non videtur contrariam noſtræ reſolutionem firmiter ſequi, ſed ſub dubio tantùm.

CAPUT X.

Eſto quod hypotheca in bonis majoratus (poſtmodum per tertium evicti) impoſita per poſſeſſorem putativum ex facultate regia non ſubſiſtat, an verus ſucceſſor evincens poſſit illam expreſsè vel tacitè per continuationem ſolutionis ratam habere.

SUMMARIUM.

1 *& ſeqq. Facultatem, in ſe nullam impetratam à poſſeſſore majoratus putativo ad imponendum cenſum, ſucceſſor legitimus, qui majoratum evicit, an poſſit tacitè, vel expreſsè ratificare, & approbare.*
2 *Hypothecam in bonis majoratus, duo ſubſtinent, regia facultas, & dominium ex parte poſſeſſoris impetrantis.*
3 *Actus quotiens corruit ex defectu conſenſus alicujus, quandocumque ſuperveniat actus revalidatur.*
4 *Defectus conſenſus veri domini in imponenda hypotheca, quandocumque ſuperveniat confirmatur, quoad omnes juris effectus.*
5 *Res aliena pignori obligata, ſi debitor conſequatur dominium, pignus convaleſcit.*
6 *Contractus & alienationes factæ ab hærede putativo, non teneri in præjudicium veri hæredis.*
7 *Hæres tamen legitimus poſt evictam hæreditatem poteſt contractus à putativo geſtos intuitu hæreditatis ratificare, & approbare.*
8 *Facultate regia ad alienandum bona majoratus, quia prædeceſſor uſus non fuit, poteſt ſucceſſor uti.*
9 *Per actum nullum facultas faciendi conceſſa non conſumitur, ſed durat, quouſque validè ea utatur.*
10 *Per actum nullum res non deſinit eſſe integra.*
11 *Prohibitus alienare ſub pœna privationis, ſi facultate, quam impetravit, uſus non fuerit, pœnam non incurrit.*
12 *Idem quando facultate uſus fuerit, ſed nulliter, & inutiliter.*
13 *Ratificatio actus admittitur dum res eſt integra, ſecus ſi integra non ſit.*
14 *Hærede putativo contrahendo nomine proprio, legitimus, qui hæreditatem evicit, ratificare nequit.*
15 *Ratum quis habere non poteſt, quod ſuo nomine non eſt geſtum.*
16 *Hæres putativus contrahens ſuper re ad hæreditatem pertinente, tanquam hæres contraxiſſe intelligitur.*
17 *Quod meo nomine non eſt geſtum, poſſum in mei præjudicium ratum habere.*
18 *Ratificatio non tantùm verbis, ſed fortius facto fieri poteſt.*
19 *Si factum ſit determinatum & concludens ad conſenſum inferendum, & præſumendum, ſecus ſi ſit indifferens, & non præcisè concludens.*
20 *Ratificans, ignorans nullitatem contractus etiam per mille actus approbativos à ſe geſtos illum ratificare non intelligitur, ex defectu conſenſus.*
21 *Solvens, vel faciens aliquam petitionem, credens ad id teneri, non præjudicat juri ſuo, quia erravit.*
22 *Idem de recognitione erronea.*
23 *Contractus geſtus ſub falſa cauſa, & ſub falſo ſuppoſito, quod detegitur falſum non tenet.*
24 *Partitio bonorum cum hærede putativo per errorem non tenet.*
25 *Facultas, & diſpenſatio tenet, etſi impetratur ſine mandato.*
26 *Secus in reſcriptis ad lites, quorum impetratio ſpeciale requirit mandatum.*
27 *Facultas ad alienandum bona majoratus poteſt à tertio pro poſſeſſore validè impetrari.*
28 *Cenſus impoſitio ſuper bonis minoris abſque decreto nulla ipſo jure.*
29 *Minor factus major poteſt cenſum nulliter impoſitum tacitè per continuationem ſolutionis, vel expreſsè per recognitionem ratificare.*
30 *Et cenſum tacitè, vel expreſsè ratificatum non poteſt quis ulterius impugnare.*
31 *In cenſus ratificatione debet concurrere ſcientia nullitatis, alias ratificatio non tenet.*
32 *Succeſſorem, qui à putativo poſſeſſore (cenſum ſuper Majoratu imponente ex regia facultate) majoratum evicit; non poſſe tacitè nec expreſsè contractum ratificare abſque nova facultate: verior, & certior opinio eſt.*
33 *Validitas alienationis bonorum majoratus ex duobus pendet, ex regia facultate & conſenſu legitimi poſſeſſoris ſimul concurrentibus.*
34 *Conſenſus, aut confeſſio nihil operantur, quando contractus validitas non dependet à ſola voluntate contrahentis.*
35 *Verba enuntiativa tunc diſpoſitionem inducunt, quando proferuntur ſuper iis, quæ dependent à ſola partium voluntate.*
36 *Alienatio bonorum majoratus ut valeat duo præcisè requiruntur, dominium ex parte impetrantis, & facultas regia, quorum altero deficiente, tota ſubvertitur alienatio, & obligatio.*
37 *& ſeqq. In legitimo ſucceſſore evincere majoratum à putativo, licet adſit dominium ad ratificandum geſta à putativo, deficit tamen regia facultas.*
38 *Facultas ad alienandum bona majoratus impetrata à poſſeſſore putativo ſit duabus qualitatibus, quæ in eo non verificantur.*
39 *Facultas non trahitur ad id, quod Principi eſt incognitum.*
40 *Diſpoſitio omnis facta ſub aliqua qualitate, reſtringitur ad qualitatem expreſſam.*
41 *Conceſſum ſub falſa credulitate non valet.*
42 *Commiſſum judici tanquam judici, ſi judex non ſit, extinguitur.*
43 *Conceſſio facta contemplatione nominis, puta Imperatori hæredi, & ſimiliter, extinguitur extincto nomine.*
44 *Facultas ad alienandum bona majoratus conceditur ſub expreſſa conditione,* con tanto que ſean vueſtros, y devueſtro mayorazgo, y eſtado.
45 *Sub conditione conceſſum, ſub contraria conditione cenſetur ademptum.*
46 *Idem operatur oppoſitum in oppoſito, quod propoſitum in propoſito.*
47 *Facultas ad alienandum bona majoratus conceſſa ſub aliqua qualitate, aut conditione, ſub contraria intelligitur negata.*
48 *Quia conditione, aut qualitate deficiente deficit intentio Principis concedentis.*

49 *Facultas ad alienandum ſub certa forma, qualitate, aut modo continet in ſe prohibitionem alienandi citra formam qualitatem, aut modum.*

50 *Alienatio facta à poſſeſſore majoratus putativo virtute facultatis à ſe obtentæ eſt nulla, ſi poſtea detegatur non ad eum, ſed alium pertinere majoratum.*

51 *Verus ſucceſſor in majoratu non poteſt uti facultate ad alienandum obtenta ab intruſo victo, cum nulla fuerit.*

52 *Nullitas contractus ſi pendeat ex defectu ſolemnitatis juris, conſenſus partis, aut ratificationis nihil operatur.*

53 *Aſſenſus Apoſtolicus ſuperveniens alienante mortuo, an valeat abſque conſenſu prælati.*

54 *Succeſſor in majoratu non poteſt ratificare alienationem factam à prædeceſſore nulliter, niſi accedat valida facultas.*

55 *Alienationes factæ virtute facultatis ſubreptitiæ, non poſſunt ratificari nova valida non impetrata.*

56 *Super alienatione facta à præceceſſore mortuo facultas impetrari non poteſt in præjudicium ſucceſſoris, nec iſtius ratificatio valet abſque nova facultate.*

57 *Alienante rem majoratus mortuo impetratio facultatis non tenet.*
Nec licentia, & conſenſus mariti in contractu ab uxore celebrato, ſuperveniens mortua uxore, ibid.
Nec conſenſus patris ſuperveniens mortuo filio, ratificat contractum, ibid.

58 *Actus nullus ex ſolo conſenſus defectu, convalidatur quandocumque accedente.*

59 & 60. *Actus nullus ex defectu conſenſus, & ſolemnitatis ſimul non validatur, niſi utrumque concurrat in ratificatione.*

61 *Facultas emanata in confirmationem alienationis abſque ea antea factæ, non trahitur retro ad tempus contractus, ſed operatur à tempore impetrationis.*

62 *Alienatio nulliter à prælato facta, ut ratificari valeat omnes juris ſolemnitates debent noviter adhiberi.*

63 *Penſio ſemel reſoluta, & conſolidata cum titulo beneficii ob defectum conditionis non revalidatur ex conſenſu partium, nec ex continuatione ſolutionis, niſi nova accedat gratia Papæ.*

64 *Ratificatio quatenus validet actum nullum, hypothecæ medio tempore contractæ, remanent infectæ.*

65 *Facultas ad alienandum bona majoratus non tranſit re integra in ſucceſſorem, etiam immediatum.*

66 *Permiſſio vendendi conceſſa uni, non porrigitur ad ſucceſſorem in illa re.*

67 *Conceſſio omnis, quæ ad factum refertur, in dubio cenſetur perſonalis.*

68 & ſeq. *Facultas ad alienandum eſt ſtricti juris, & propterea non extenditur ad ſucceſſorem impetrantis.*

73 *Facultates ad alienandum, & hypothecandum bona majoratus ſunt odioſæ, & reſtringendæ.*

74 *Habitationes ad alienandum ſunt ſtricti juris, quæ perſonam impetrantis non egrediuntur.*

75 *Facultates ad alienandum ſunt diſpenſationes.*

76 *Facultates ad alienandum, non extenduntur de una re ad aliam, de perſona ad perſonam, de tempore ad tempus, nec de caſu ad caſum.*

76 & 77. *Facultas ad alienandum eſt diſpenſatio, & ſolum habet locum in caſu expreſſo.*

78 & 79. *Facultas ad alienandum, non extenditur de perſona ad perſonam.*

80 *Facultas ad alienandum in uno caſu, ad alium non extenditur.*

81 *Facultas ad alienandum non extenditur de credito ad creditum, ſeu de debito ad debitum.*
Etiam ſi militet eadem, vel major ratio, ibid.

82 *Facultas ad alienandum pro ſolvendis decurſis, non extenditur ad redditus recurrendos.*

83 *Facultas ad alienandum propter æs alienum urgens, non intelligitur de ære alieno contracto poſt facultatem.*

84 & 85. *Facultas ſuper alienatione facta, non extenditur ad faciendum, nec è converſo.*

86 *Quod intellige ignorante Principe actum jam geſtum per veram, & ſpecificam relationem.*

87 *Facultas qua impetrans uſus non fuit, non transfertur ad ſucceſſores in feudo, emphyteuſi, & majoratu.*

88 *Conceſſio omnis ad aliquid faciendum in dubio cenſetur perſonalis, ad hæredes non tranſmiſſura.*

89 *Facultas ad alienandum eſt deſtinata ad faciendum.*

90 *Aliud eſt facultas ad contrahendum, aliud ipſe contractus.*

91 *Aliud eſt diſpenſatio ad contrahendum matrimonium, aliud ipſe matrimonii contractus.*

92 *Facultatem Princeps concedendo ad alienandum, non eſt qui alienat, ſed alienare permittit, & adimit impedimentum prohibitæ alienationis.*

93 *Facere aliud eſt, aliud permittere.*

94 *Facultatem ad alienandum obtinens, ſi non alienet, nihil actum, & impetratum intelligitur, cum in ſuo ſit libero arbitrio uti, vel non uti facultate.*

95 *Facultatis virtute alienans an teneatur alienare in publica ſubhaſtatione.*

96 *Aſſenſus, & facultas ad alienandum non eſt actus de per ſe ſtans, quæ deficiente contractu, nihil eſt, in quo figat pedes.*

97 *Facultate ad alienandum, vel hypothecandum bona majoratus, poteſt impetrans non uti, vel uti in toto, vel in parte.*

98 *Penſionarius obtinens à Papa facultatem transferendi penſionem, poteſt illam in toto, vel in parte transferre.*

99 *Facultas regia ad certam pecuniæ quantitatem mutuo accipientem, eſt dividua.*

100 *Doctores contendentes, an facultas, qua in vita ſua impetrans non fuit uſus, tranſeat in ſucceſſorem, ut ea utatur, clarè ſupponunt facultate uti vel non uti eſſe in arbitrio impetrantis.*

101 *Facultas ad alienandum non tranſit in ſucceſſorem, vel hæredem, cum conſiſtat in facto.*

102 *Privilegia conceſſa à Principe potius perſonalia, quàm realia præſumuntur, & ideo nec tranſibilia.*

103 *In facultate ad alienandum nihil adeſt, quod tranſmitti poſſit, cùm jus non ſit, ſed mera facultas, & perſonæ habilitas.*

104 *Jus adeundi hæreditatem non tranſit in creditores, cum in bonis debitoris non ſit, ſed merè perſonalis facultas non tranſmiſſibilis.*

105 *Jus adeundi facultativum nec eſt actio, nec petitio, nec officium judicis, nec aptum ad præſcriptionem.*

106 *Facultas ad alienandum quando contineret jus aliquod habile ad transmittendum tranſire in hæredem impetrantis, non in ſucceſſorem majoratus, qui hæres non eſt.*

107 *Facultas à legitimo poſſeſſore obtenta, ſit non tranſit in ſucceſſorem; multo magis tranſlatio denegabitur, quando fuit impetrata ab intruſo.*

108 *De non ente ad ens, non poteſt fieri tranſitus.*

109 *Facultas ſuperveniens poſt venditionem revocatam non reperit materiam exiſtentem, qua poſſit ratificari.*

110 *Vaſſallus ſi obligavit omnia bona ſua, conſenſus domini ſuperveniens non operatur ſuper bonis feudalibus, quæ in obligatione non comprehendebantur.*

111 *Ratificatio non cadit ſuper non ente, & ideo nova obligatio requiritur.*

112 *Confirmatio, & approbatio, vel ratificatio ſcripturæ plus non operatur, quàm in eo expreſsè, aut virtualiter contenta.*

113 *Facul-*

113 *Facultas realis, respiciens utilitatem majoratus, an transeat ad successorem.*

114 *Si facultas impetretur nomine ipsius majoratus, transit in successorem.*

115. 116. & 117. *Ad facultatis translationem in successorem certa regula dari non potest, sed attendi debent ejusdem verba & quo nomine sit impetrata, & aliæ circumstantiæ considerandæ.*

118. 119. & 120. *Facultas etiam realis, & nomine majoratus impetrata à possessore putativa, & tanquam nulla, & inefficax nequit in verum successorem, qui majoratum evicit, transire.*

121 *Verus successor, qui majoratum evicit, non potest uti facultate impetrata per intrusum, nec ejus virtute alienata de facto per eum, ratificare.*

122 *Reprobatur communiter Affictis, contrarium autumans.*

123 *Nullitas quando solum consistit in executione facultatis, non consumitur potestas, secus si nullitas versatur in eadem facultate, & sic in radice.*

124 *Gratiam potest pro alio quis impetrare, etiam sine mandato.*

125 *Si aliter gratia vitiosa non sit.*

126 *Gratia à tertio impetrata non habente jus, non pro alio, sed pro se, & nomine proprio, nec sibi, nec alteri prodest.*

127 *Gratia per tertium impetrata nomine alterius sine mandato non operatur, quousque sequatur ratificatio.*

128 *Facultas ad alienandum potest à tertio pro possessore majoratus impetrari absque mandato, debet tamen ab isto ratificari, tribus concurrentibus.*

129 *Facultas ad alienandum non potest impetrari nisi per verum dominum, & possessorem majoratus. Molinæ, & Ludovici de Avendanno doctrina singularis in proposito adducitur, ibid.*

130 *Declaratur si gratia à tertio impetrata pro vero domino, & legitimo majoratus possessore non sit ab isto ratificata.*

131 *Minor factus major absque ulla juris prohibitione potest ratum habere, quod in minori ætate inutiliter gessit.*

1 Difficillimam, celebrem tamen aggredimur controversiam, quæ in judicio concursus assiduè contingere potest; an creditor ad bona majoratus, quem legitimus successor post hypothecam impositam à possessore putativo, expressa adhibita regia facultate, evicit, excludatur ob invalidam impositionem, & nullam facultatem juxta nostram resolutionem manifestè comprobatam de qua *cap. anteced.* & ulterius infrà hac 2. *parte, cap.* 22. *per totum*, possit nihilominus creditor se tueri expressa, vel tacita approbatione, ratificatione, seu consensu superveniente ejus, qui tanquam verus, & legitimus successor, evicit majoratum, & ab intruso, seu putativo possessore avocavit, virtute illius facultatis per putativum impetratæ, alia nova non accedente?

2 Et partem affirmativam, posse nempè censum illum sic impositum ratificare, & expressè, vel tacitè approbare verum successorem evincentem, validissima sustinent juris fundamenta. Primum, quoniam ut bonorum majoratus alienatio, & hypotheca subsistat, duo requiruntur: facultas regia qua dissolvuntur vincula eorum orta ex prohibitione legis, & fundatoris: aliud dominium ex parte possessoris majoratus, quorum alterum si deficiat in hac bonorum obligatione corruit penitus alienatio, & hypotheca. De his duobus requisitis altius peregimus *in cap. anteced. ex n.* 59. *cum multis seqq.* Sed sic est, quòd in hac, de qua agimus, hypotheca, & obligatione defecit dumtaxat veri successoris consensus cum facultas expressa adfuerit. Ergo quotiescumque superveniet consensus tacitus, vel expressus, seu approbatio veri domini, contractus convalescent, & hypothecæ subsistunt.

Consequentia probatur, quia quoties actus corruit 3
ex defectu consensus alicujus requisiti ob ejus præjudicium, semper, & quandocumque superveniat, revalidatur, perinde ac si à principio in ipso actu concurret, ex Bart. doctrina *in l. si quis mihi bona, §. jussum,* n. 5. & ibidem Jas. post alios *n.* 41. *& seqq. ff. de acquir. hæred.* per *l. fin. C. ad Macedonian. cap. cura, cap. suggestum cum similibus de jure patron.* Rolandus à Valle *cons.* 97. *ex n.* 14. *cum multis seq. l.* 1. Hieronym. Gabriel. *cons.* 2. *n.* 1. *cum seqq. lib.* 2. Paul. Paris. *de resignat. lib.* 8. *quæst.* 10. *n.* 5. *cum seq. usque ad n.* 24. & plurimi alii Gonzalez *de alternativis, gloss.* 447. *n.* 33. & per consequens si per verum successorem, & dominium, postquam majoratum evicit, expressus, vel tacitus præstetur, debet convalidari, & confirmari jus creditorum, & per eum suppleri defectus à principio existens.

Secundum, quoniam licèt rei alienæ hypotheca non 4
valeat ob defectum consensus veri domini: tamen quandocumque supervenerit, hypotheca in illa re confirmatur, & convalescit quoad omnes juris effectus, jura sunt expressa *in lege si fundus, 6. §. si nesciente ff. de pignorib.* In hæc: Si nesciente domino res ejus hypothecæ data sit, deinde postea dominus ratum habuerit: dicendum est, hoc ipso quod ratum habet, voluisse eum retrò currere ratihabitionem ad illum tempus quo convenit; voluntas autem ferè eorum demum servabitur, qui, & pignori dare possunt, textus etiam *in lege* aliena res pignori voluntate domini dari potest. Sed etsi ignorante eo data sit, & ratum habuerit: pignus valebit 20. *ff. de pignor. actio. ubi gloss. verb. valebit*, Dicit, *ab initio, & ab eo tempore, quo convenit*, &c. textus *in lege si probaveris, C. si aliena res pignor. data sit, l.* 4. *leg. prædium, eod. lege in diem* 19. *ff. de aqua pluv. arcen. leg.* 1. §. 1. *ff. quæ res pignori oblig. poss. l.* 1. §. 1. *leg. quemadmodum*, §. 1. & §. *quod dicitur ff. de pignoribus, lege rem alienam, & leg.* 41. *ff. de pignorat. actio.* bonus textus *in lege frater vester. C. si communis res pignor. data sit, l. si probatum. C. communi divid. l. si frater vester. C. commun. utriusque judicii.* Cum aliis. Ergo cum ii contractus nulli fuerint ex solo defectu consensus veri domini, & majoratus successoris; suppleri, & convalescere debent per ejus consensum, & approbationem supervenientem, adeò ut si res aliena à non domino fuerit obligata creditori; sed debitor ejusdem rei postmodum dominium consequatur hypotheca convalescat, *leg. cum res quæ nondum Cod. si aliena res* 5
pignor. data sit, leg. in princip. ff. de pignor. l. rem alienam, ff. de pignorat. actione. Sed an actio directa, vel utilis acquiratur creditori, latè disputat Hugo Donell. *in tractatu de pignor. cap.* 7. *per totum.*

Tertium probatur, quia contractus quilibet, tran- 6
sactiones, distractiones, obligationes, & hypothecæ factæ ab hærede putativo tanquam hærede, intuitu, & contemplatione hæreditatis, seu de rebus ad eam pertinentibus, licèt vero hæredi non noceant, nec prosint. ex singulari text. *in leg. si tibi decem §. fin. ff. de pactis,* & *in lege Imperatores, §. fin. ff. de transactio.* Nihilominus 7
tamen eos contractus potest verus hæres post evictam hæreditatem ratificare, approbare, & in eos consentire, eidemque adstringitur ac si ipse à principio consensum præstiterit, *l. at ubi* 27. §. *certè, ff. de petit. hæreditat. l. si possessor, §. cum suis, ff. eodem.* Et est communis Doctorum sententia, quam adduximus, & resolvimus copiosè comprobantes *in cap. anteced. ex n.* 89. *cum multis seq.* Ergo per ratificationem veri successoris in majoratu evicto jure creditorum, qui cum putativo possessore contraxere confirmantur.

Quartum, quoniam in hac ratificatione concur- 8
runt omnia, quæ concurrere debent ad justitiam, & legitimitatem alienationis rerum majoratus, consensus, scilicet, veri domini, & successoris legitimi. Licentia & facultas regis, quæ licet concessa fuerit prædecessori

putativo, ea uti poterit succeſſor in eodem majoratu, ſive ea uſus non fuerit prædeceſſor, qui mortuus fuit ante ejus uſum. Ut tenet Afflictis *in c. imperialem in princip. n.* 35. *de prohibita feu. aliena.* & ex Bald *in cap.* 1. §. *Marchio n.* 4. *qui feuda dare poſſ.* Gregor. Lop. *in leg.* 6. *tit.* 11. *p.* 6. *verbo, que la pudieſſe vender, col.* 9 *verſ. item pone quod rex*, dicens quòd quando poſſeſſor majoratus impetravit facultatem à rege ad alienanda, ſeu hypothecæ ſubjicienda bona ipſius & ad majoratus utilitatem, ſi ea, morte præventus uſus non fuerit, ſucceſſor in majoratu eo uti poterit.

9 Sive etiam ipſe impetrans facultate uſus fuerit, nulliter tamen, & inutiliter, ita ut ob aliquem juris defectum alienatio non teneat, cùm per actum nullum poteſtas faciendi non conſumatur, ſed duret, uſque quo validè agatur. Ex Tiraquell. *in leg. boves*, §. *hoc ſermone*, 1. *limitat. ex n.* 1. *cum plurim. ſeqq.* Mol. *de primogen. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 38. ubi latiſſimè Paz *de tenuta, cap.* 34. *n.* 51. Giurba *conſ.* 33. *n.* 25. ex quibus, & aliis plurimis nos *de retent. Bull.* 2. *part. cap.* 12. §. *unic.* 46. quia non præſtat impedimentum, quod de jure non fortitur effectum. Ex juris regula.

10 Et quia per actum nullum res non definit eſſe integra, prout abundè diximus *in comment. de ſupplic. ad Sanctiſſ.* 1. *p. c.* 10. *ex n.* 113. *cum ſeqq.* & iterum 2. *p. c.* 12. *ex n.* 38. *cum ſeq.* quibus locis ſingulares videbis doctrinas, in propoſito. Atque ideo tempore evicti majoratus, & præſtiti conſenſus, & ratificationis veri domini, facultas regis reperitur in eodem, & primitivo ſtatu, quo erat tempore conceſſionis, cum per alienationem nullam conſumpta non fuerit. Idem etenim eſt aliquid non fieri, vel nulliter, & inutiliter fieri.

11 Et in ſimilibus terminis facultatis regiæ impetratæ ad alienandum, ſeu hypothecandum bona majoratus, quando per fundatorem prohibita fuit impetratio facultatis ſub pœna privationis ipſo jure, ut in eam non incidiſſe intelligatur poſſeſſor majoratus, quando facultate impetrata uſus non fuit, forte morte præventus, latè diſputat & reſolvit Mieres *de majoratu* 4. *part. quæſt.* 11. *ex n.* 18. *cum ſeq.* Vel quando licet ea uſus fuerit
12 nulliter tamen, & inutiliter: ut exactè examinat, & æquiorem dicit Mieres ipſe *eadem* 4. *part. q.* 13. *per totam.*

13 Comprobatur ex eo, quod ratificatio omninò admittitur, quando res adhuc eſt integra, prout hic; ſecus quando integra jam eſſe deſierit, Alex. *conſil.* 78. *n.* 23. *lib.* 5. Trentacinq. *var. reſolut. lib.* 2. *tit. de procuratorib. reſolut.* 9. *n.* 7. Tuſchus *lit. R. concluſ.* 21. *num.* 23. Polidor. Ripa *obſervat.* 124. *n.* 1. *& per totam obſervat.* qui, & Trentacinq. ad longum de hac diſtinctione tractarunt.

14 Quintum nec dicatur, quod poſſeſſor putativus nihil egit nomine veri & legitimi ſucceſſoris, qui majoratum eò eo evicit poſtmodum, imo ſuo proprio nomine alienaſſe, & contraxiſſe cum creditoribus, cum bona fide ductus putaſſet ad ſe, non ad alium veram ſucceſſionem ſpectaſſe. Ad celebrem, & valde difficilem *leg. Imperatores* 3. §. *fin ff. de tranſact.* ubi de hærede putativo contrahente, & tranſigente cum creditoribus hæreditatis, non nomine veri hæredis, qui poſtea eam evicit, contraxiſſe dicit Ulpianus, atque propterea ex eo contractu verum hæredem ſe juvare non poſſe, nec tacitè ratificare, agendo ex eo, nec excipiendo, ibi: *Reſpondit ſecundum ea quæ proponerentur, non poſſe, quia ne cum eo ipſe tranſegit, nec negotium Septitii* (ſcilicet veri hæredis evincentis) *Mævius gerens accepit.* Mævius namque in caſu illius textus hæres
15 putativus erat. Et quia ratum quis habere non poteſt, quod ſuo nomine non eſt geſtum, *ex capite ratum* 9. *de reg. jur. in* 6. *cap. cum quis, de ſentent. excomm. lib.* 6. *cap. cum ad ſedem, de reſtit. ſpoliat. l. ſi pupilli*, §. *ſed ſi ego, ff. de neg. geſt. l. ſi ſervus ff. de precar.*

16 Quia reſpondetur, ut ſemper quod quis, uti hæres, & poſſeſſor majoratus, & de re hæreditatis majoratus contrahit, hæreditatis, & majoratus intuitu contraxiſſe intelligitur, atque ideò verus ſucceſſor in hæreditatem, vel majoratum rectè ratificare poteſt contractus geſtos à putativo, & ex eo agendo, & excipiendo ſe juvare poteſt, cùm hoc modo tacitè eos approbare, & ratificare intelligatur. Sic latiſſimè comprobantes reſolvimus ex communi Doctorum *in cap. anteced. ex n.* 89. *cum multis ſeqq. & ex n.* 86. *& ſeqq.* ubi ex aliis Doctoribus, præcipuè Franciſc. à Ponte *conſil.* 38. reſpondimus, text. *in dict. l. imperatores*, §. *fin.* loqui in contractu facto extra rem hæreditatis, licèt ejus occaſione, latius per te *locis citatis* videre poteris.

Deinde, quia dicta regula, *ratum*, *de reg. juris*, non 17
procedit in præjudicium ratum habentis, quia etiamſi actus ſuo nomine geſtus non fuerit, eum in ſui præjudicium ratum quis habere poteſt. *l. ſi fundus*, § 1. *ff. de pignor. l. mater, ubi gloſſ. & Bald. C. de rei vendicat.* cum multis aliis apud Tiraquellum *de retractu lignag.* §. 1. *gloſſ.* 9. *n.* 255. Trentacinq. *variarum reſolut. lib.* 2. *tit. de procur. dict. reſolut.* 9. *n.* 10. Cavalcanus *deciſ.* 19. *n.* 4. *part.* 4. Ozaſcus *deciſione Pedemont.* 138. *n.* 18. Turrecius *conſil.* 52. *n.* 14. Giurba *in conſuetud. Meſſanenſ. cap.* 9 *gloſſ.* 5. *n.* 44. *part.* 1. Surdus *conſil.* 83. *n.* 14. Tuſchus *lit. R. deciſ.* 10. *n.* 10. Igitur verus ſucceſſor, qui majoratum à putativo hypothecæ ſubjiciente bona majoratus facultate regia, evicit; uti verus dominus ratificare poterit expreſsè, vel tacitè continuando ſolutiones annuorum reddituum, cum ratificatio, non tam verbis, quam, & multo magis, factis fieri poſſit, *l. Paulus, ff. rem rat.* 18
hab. l. reprehendenda, C. de inſtit. & ſubſt. l. pro hærede ff. de acquir. hæred. quando nempe factum eſt determinatum, & concludens ad conſenſum inferendum, & præſumendum, ut ſit ſecus, quando factum ſit indif- 19
ferens, & non præcisè concludens. Marius Antonius *variar. reſolut. l.* 2. *reſolut.* 11. *n.* 89. poſt Maſcard. *de probat. conſ.* 45. *n.* 5.

Ita tamen ut ratificans certus ſit de cauſa, ex qua nul- 20
litas contractus, & defectus proveniat, alias ſi conſcius, & certus non ſit, etiam per mille actus inducentes approbationem & ratificationem, ratificatio non inducereтur, nec actus convaleſceret, nec validatur; nihil enim volitum, quin præcognitum: atque ideò conſenſus deficit, deficiente certitudine, cùm hos actus feciſſe videatur intelligens: ad illos teneri multas & ſingulares doctrinas videbis *in comment. de retentione Bullar.* 1. *part. c.* 3. §. *unic. ex n.* 26. *& ſeqq.* & ſurſum.

Hinc qui ſolvit, vel facit aliquam partitionem, cre- 21
dens ad id teneri, non præjudicat ſuo juri, quia id per errorem feciſſe intelligitur, ſi re vera de jure non tenebatur, text. capitalis *in l. poſt diviſionem, C. de juris & facti ignor. l.* 3. §. *ſubtilius, ff. de condition. ob cauſam l. is qui putat, ff. de acquir. hæredit.* Gomez *in l.* 45. *Tauri, n.* 41. *circa princip. & ad finem*, latiſſimè Garcia *de beneficiis*, 3. *part. c.* 2. *n.* 241. *& ſeqq.* qui plurimos Doctores & Rotæ deciſ. ad id conducit, videndus abundè etiam Mieres *de majoratu* 4. *part. q.* 20. *n.* 69. *& quæſt.* 35. *n.* 45, *& ſeq.* ubi ſimul de recognitione erronea, de 22
qua etiam latiſſimè per Amatum *variarum reſolut.* 67. *ex n.* 62. *& ſeqq. & à n.* 97. Marta *conſil.* 96. *à n.* 40. ubi de contractu facto ſub cauſa falſa, falſoque ſuppoſito quod ſit nullus; contractus enim geſtus, & diſpoſitio facta ſub cauſa, quæ detegitur falſa, nullus, nullaque eſt ex defectu conſenſus: plures Doctores per Rotam *deciſ.* 373. *per totam. & deciſ.* 412. apud Cencium *poſt tract. de cenſibus*, Gutierrez *de juramen. confirm.* 3. *part. cap.* 7. *per totum*, ubi de partitione cum hærede putativo per errorem, ut non teneat, plurimis aliis 23
doctrinas videbis infrà 3. *part. cap.* 1. *ex n.* 88. *verſ. ſecundò hæc pars fulcitur*, &c.

Sextò probatur, quoniam etſi poſſeſſor putativus non 24
fuerit legitima perſona ad impetrandam facultatem, & diſpenſationem ad alienandum bona majoratus, tamen ex quo fuit conceſſa à principe ad ejus petitionem, id 25
ſufficit; ut ſuſtineatur text. eſt *in l. univerſi* 6. *Cod. de precib.*

precib. imperat. offerend. decidens, non referre à quo impetratum sit privilegium, dummodo à principio concessum sit. Quoniam ad impetrandam dispensationem, vel quamlibet aliam gratiam à principe, non requiritur mandatum ejus pro quo impetratur; sive sit ad beneficium, sive ad matrimonium, *c. si motu proprio, de præbendis in 6.* ibi, *secus ad petitionem illius, vel alterius pro eodem*, latissime plures Doctores congerens tenet, & disputans resolvit Sanchez *de matrimonio lib.*
26 8. *disp. 26. per totam*, ubi secus de impetratione rescripti ad lites, quæ speciale mandatum exigit, ut alteri pro quo impetratur prosit. Igitur in hac veri successoris approbantis alienationum ratificatione omnia concurrunt, quæ de jure requiruntur ad validam alienationem bonorum majoratus; consensus scilicet veri domini, & valida dispensatio, seu facultas regia.

27 Et quod facultas ad alienandum bona majoratus possit ab uno pro alio, nempe possessore impetrari absque mandato, probant ex Moneta *de commutat. ultim. voluntatum, cap. 7. n.* 415. & 416. Lotherius *de re benefic. lib. 3. q. n.* 32. Gonzales *ad reg. 8. Cancellar. gloss.* 63. *n.* 16. Noguerol. *alleg.* 32. *n.* 117.

28 Septimò, hæc pars concludenter probatur, nam licèt census oppositio, facta per minorem super suis bonis absque decreto judicis, & aliis juris solemnitatibus, sit nulla ipso jure, prout latè videre est per Cencium
29 *de censibus, quæst.* 15. *à princ. & ex n.* 17. tamen si ipse minor, postquam fuit factus major viginti quinque annis, censum præfatum solvit vel recognovit, convalidatur præcedens invalida impositio, prout ex nunc ex novo consensu, & tacita ratificatione, orta ex continuatione solutionis, *l. si præteritus ff de bonorum possess. contra tab. l. si proponas*, §. 1. *ff. de inoffic. testam.* per quæ jura Natta *consil* 45. *n.* 20. *lib.* 1. Menoch. *consil.* 561. *n.* 12. *& seqq. l.* 6. Boccacius *de censib. part.* 2. *nu.* 144. Decius *consil.* 665. *n.* 2. Craveta *consil.* 188. *nu.* 5. Mascard. *de probationib. consil.* 915. Cephalus *consil.* 51. *n.* 14. *& seq. l.* 1. Gabriel. *consil.* 13. *n.* 13. *l.* 10. latissimè per Cencium *de censib. dict. q.* 15. *ex n.* 21. *cum multis seqq.* dicentes
30 amplius præterea census hujusmodi impositionem non posse impugnari. Sequitur Hermosilla *ad lib.* 4. *gloss.* 12. *n.* 55. *tit.* 5. *partit.* 5. *tom.* 2. *fol.* 44. Saltem si in hac tacita ratificatione concurrat scientia imponentis, censum esse nullum ex defectu solemnitatum, ut paulo
31 ante diximus, *ex num.* 20. *vers. ita tamen*, &c. & in terminis plurimis citatis probat Cencius *ubi proximè sub nu.* 2. *vers. prout tacita ratificatio.* Ergo pariter dicendum erit in censu imposito nulliter ex defectu dominii, ex facultate regia per possessorem majoratus putativum, ut convalescat per tacitam aut expressam ratificationem subsequutam, & factam per verum successorem, postquam majoratum evicit, & possedit.

Quæ quidem omnia, & singula fundamenta in se verissima sunt de jure, & proculdubio evincunt, & efficaciter concludunt in ratificatione validè facienda per successorem legitimum eorum, quæ possessor putativus majoratus ante evictionem gessit & contraxit, sub hac suppositione, ut adhuc perduret, & valida fuerit à principio facultas regia ad alienandum seu hypothecæ subjiciendum bona majoratus à se impetrata.

32 Meherclè animum meum arriperent tot legitima fundamenta, si intensa cogitatio illum non præveniret ex alio longè potiori, illis tamen minimè obstantibus, contraria opinio probabilior mihi videtur, ut scilicet legitimus successor, qui majoratum evicit à possessore putativo alienante ex facultate regia, non possit approbare, & ratificare contractus, ejus virtute gestos absque nova facultate.

33 Ad quod sentiendum invincibilibus moveor (ut arbitror) fundamentis: quorum præcipuum est, quia validitas hujus alienationis nullo modo pendet a solo consensu successoris, & veri possessoris; sed simul à gratia, & facultate regis, ergo cum gratia deficiat (ut evidenter statim ostendemus) ipsius consensus, etiam expressus, nihil operari potest, nec eidem, nec majoratui præjudicare. Latè, & optimè Gratianus *disceptat. forens. tom.* 2. *c.* 782. *n.* 8. *& seqq. & tom.* 1. *c.* 116. *ex n.* 42. *usque ad n.* 57. Castillo *tom.* 5. *cap.* 111. *n.* 4. *in fin.* melius Surdus *decis.* 104. *nu.* 3. *& consil.* 403. *n.* 77. Joan. Anton. Bellonus *consil.* 12. *n.* 54. *& cons.* 81. *n.* 15. *& consil.* 18. *n.* 3. *& seq. & n.* 26. *cum seq.* qui loquuntur in quolibet consensu, & confessione, quando actus non 34
dependent à sola voluntate contrahentis, ut nihil operentur; qui plurimos alios allegant, & ulterius infrà comprobabimus, facit etiam, quod Castillo latè cumulans *controv. lib* 4. *cap.* 46. *ex num.* 28. *& ex num.* 41. quòd verba enunciativa tunc dispositionem inducunt, 35
quando proferuntur super his, quæ dependent à sola voluntate partium, & super quibus ipsæ liberè, & absque alterius interventu possunt disponere, quam doctrinam copiosè prosequitur, & roborat multis Doctoribus laudatis.

Ad valorem etenim alienationis bonorum majoratus 36
duo præcisè copulativè requiruntur, dominium scilicet ex parte possessoris impetrantis; & facultas regia ad submovendum prohibitæ alienationis impedimentum, quorum altero deficiente, tota subvertitur alienatio, 37
& obligatio bonorum majoratus. De iis duobus essentialibus requisitis abundè egimus *in cap. antecedenti, ex n.* 60. *cum multis seq.* & licet verum sit, quòd in vero successore adsit dominium ad ratificandum ex tot fundamentis consideratis à principio hujus cap. tamen omninò deficit regia facultas, tum quia prima à putativo impetrata nulla fuit, tum quia licèt valida fuisset, non transit in successorem, & esto, quòd casu aliquo aliàs transiret, non procedit in terminis nostræ quæstionis.

Et quòd facultas concessa à Principe possessori majo- 38
ratus putativo sit nulla, probatur. Tum quia ei fuit concessa sub duabus qualitatibus, & conditionibus, una præcisè subintellecta; altera expressa. De prima, quoniam ipse impetravit tanquam verus possessor majoratus, atque etiam à principe fuit concessa eidem, uti possessori vero majoratus, nec aliter concederet in bonis
alienis princeps, si id sciret, & ei rerum alienarum fie- 39
ret expressa mentio. Nam facultas, & assensus regius, non trahitur ad id, quod regi est incognitum, & sic nec ad verum successorem de cujus jure non fuit facta principi relatio, ut patet *in leg. cum Aquilan. ff. de transactio.* tenent Joan. Andreas *in cap. imperialem de prohib. feudi alien.* & Marinus Frecia *de subfeudis lib.* 2. *de author. Baron. authoritat.* 1. *quæst.* 4. *n.* 5. *& seq. fol.* 126. ubi *n.* 9. dicit quod rex in assensu non vult disponere de alieno, invito domino.

Omnis quippe contractus, & dispositio facta sub 40
aliqua qualitate, restringitur ad qualitatem expressam, & ejus terminos non egreditur, *leg. fin. ff. de instit. actio. leg. si non subscriptis. Cod. de administrat. tutor.* abundè nos *suprà* 1. *p. cap.* 9. *ex n.* 76. *versic. ita etiam ipse mandatarius*, &c. Et sursum, *& hac* 2. *p. cap.* 9. *ex num.* 3. *&. seqq.* & faciunt quæ *suprà n.* 20. *versic. ita tamen, ut ratificans, & n.* 6. *seq.* & quia consensum sub falsa credulitate non valet, sed vitiatur. Ita Socinus Ju- 41
nior *cons.* 89. *n.* 23. *volum.* 1. Beroius *consil.* 15. *n.* 52. *vol.* 3. Surdus *consil.* 107. *nu.* 15. facit optima doctrina Bartol. *in leg. si ita stipulatus, ff. de verb. obligat.* dicentis, quòd si judici tanquam judici aliquid committatur, 42
si non sit Judex, extinguitur. Sequitur Surdus *decis.* 30. *n.* 4. & quia concessio facta contemplatione nominis, puta, imperatori, tutori, hæredi, extinguitur extincto nomine. Plurima similia exempla, & doctrinas congerit Surdus *decis.* 74. *n.* 7. *cum seqq. & decis.* 322. *à n.* 7. 43
& decis. 39. *per totam*, & nos *de retent. Bullar.* 2. *part. cap.* 5. §. 4. *ex num.* 4. *& seq.* adde Surdum *consil.* 445. *ex num.* 18. *cum seqq.* ubi multa congerit proposita *lib.* 3.

De secunda qualitate, & conditione constat expressè 44
ex facultatibus hujusmodi, quæ expediri solent sub hac conditione. *Con tanto que sean vuestros proprios,*

del

del dicho vueſtro eſtado, y majorazgo. Et quod hæc facultas ſit conditionalis, ita ut hac conditione non verificata, penitùs redditur nulla, & omnes contractus ejus virtute geſtos pariter corruere, & ſubverti, validiſſimis fundamentis manifeſtè probavimus *in cap. anteced. n. 96. cum multis ſeq.* & ſurſum *ex n. 59.* quæ vide omninò.

45 Illis tamen & alia belliſſima addere poteris, quod conceſſum ſub conditione, ſub contraria conditione videtur ademptum, *leg. ſi legatum purè, l. legata inutiliter ff. de adimend. legat. aliquando, ff. de condit. & demonſtrat. l. quod purè, ff. quando dies legat. ced. leg. ſi pecunia ff. ſi certum pètat.* Franciſc. Molin. *de ritu nuptial. lib. 3. q. 51. n. 11. & 12.* Surdus *conſil. 129. nu. 36.* Matta *conſil. 200. num. 5.* Cephalus *conſil. 17. nu. 20.* Pedemontan. *deciſ. 166. n. 4.* idem Surdus *conſil. 133. num. 27. & conſil. 143. n. 44. & conſil. 236. n. 5. & conſil. 294. n. 8.* Mareſcotus *variar. lib. 2. cap. 103. n. 3. & num. 11.* & quia idem operatur oppoſitum in oppoſito, quod propoſitum in propoſito, *leg. fin. §. fin. de leg. 3.*
46 *l. quartam, leg. ſi ex toto, ff. de leg. 1. leg. Julianus, §. ſi venditor, & ſi procurator, ff. de actionib. empt. l. ſicut proponis, 2. C. de nuptiis.*

47 Et inſuper in terminis, quòd facultas, & licentia data ad alienandum, ſeu hypothecandum bona majoratus, vel feudalia ſub aliqua qualitate, aut conditione cenſeatur ſub contraria conditione adempta, & revocata; notanter tradit Pedemont. *deciſ. 164. n. 4. cum ſeq.* plurimis D. citatis Burſatus *conſil. 171. n. 26. lib. 2.* Pariſius *conſil. 57. n. 52. lib. 4.* & ex aliis notabile dictum aſſerit Mieres *de majoratu, 4. p. q. 11. nu. 32.* & ſurſum idem Mieres *2. p. q. 4. illat. 8. n. 10. & n. 14.* dicens quod tunc deficit intentio, & conſenſus Principis
48 facultatem concedentis.

Idem probat Rota *deciſ. 326. n. 6. p. 1. diverſor.* dum dicit, & quòd licentia ad alienandum ſub certa forma,
49 qualitate, aut modo, continet in ſe prohibitionem alienandi circa formam, qualitatem, aut modum. Quam deciſionem ſequitur Sforcia *de fideicommiſſ. per alien. prohib. inducend. q. 25. n. 53.* Cyriacus *controverſ. tom. 2. controv. 364. n. 21. & controv. 247.*

50 Et magis in ſpecie, atque terminis noſtris accedens reſolvit doctiſſimus Gregor. Lopez *in leg. 10. tit. 26. part. gloſſ. 1. quæſt. 4.* dicens, quòd alienatio facta per poſſeſſorem majoratus putativum, qui pro vero reputabatur, ex licentia regia ad idem à ſe obtenta, non valeat, poſt modum detegatur majoratum non ad ipſum, ſed ad alium verum ſucceſſorem pertinere; quam obiter referens ſequitur Noguerol *allegat. 19. n. 22. in fine*, & alii DD. quorum ſpecialem mentionem fecimus *in cap. anteced. n. 127. & 86. & ſeqq.*
51 ex quorum reſolutione manifeſtè concipitur facultatem à putativo poſſeſſore majoratus impetratam non tenere; & inſuper *infrà cap. 22. per totum*, ulterius comprobabitur.

52 Et quamvis ſuperveniat veri domini, qui majoratum evicit, conſenſus, deficit tamen habilitas conſentientis, obſtante prohibitione fundatoris, & legis, quam non adimit illa facultas præcedens cum nulla fuerit, ex omnibus fundamentis, etiam contrariæ partis hujus c. conſideratis. Atque ideo nudus remanet ejus conſenſus, qui nullus, & inefficax redditur, cùm alienatio non pendeat à ſola ſua voluntate probant Surdus *conſil. 128. ex n. 122. cum ſeq.* & idem Surdus *deciſ. 33. à n. 13.* & iterum *conſil. 128. n. 123. vol. 1.* Valenzuela *conſil. 177. à n. 53.* qui poſt plures alios probant, quod quando nullitas actus pendet ex defectu ſolemnitatis juris, conſenſus partis, aut ratificatio ſuperveniens nihil operatur; cum defectus non pendeat à ſolo partis conſenſu. Idem probant Joan. Andreas *in c. imperialem in principio, de prohibita feudi alien. per Federic.* Vincent. de Franchis *deciſ. 163. n. 9.* Roland. à Valle *conſil. 63. n. 52. vol. 4.* Fontanella *de pactis nuptial. tom. 1. clauſ. 4. gloſſ. 3. p. 1. ex nu. 23. cum ſeqq.* allegat in ſimili Gutierrez *practicar. l. 2. quæſt. 76.* Menach. *de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. n. 14.* Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 7. à n. 12. cum multis ſeq.* Sed quid 53
quando adeſt aſſenſus Apoſtolicus mortuo prælato alienante abſque conſenſu prælati, ſucceſſoris? Optimè diſputat Fontanella *ubi proximè ex d. n. 23. & ſeq.*

Eleganter probat conſiderationem noſtram Ludoviſ. 54
Molina *de primogen. lib. 4. cap. 4. n. 30.* In hæc: Cum enim res majoratus (ut infrà cap. 6. dicemus) non poſſint alienari, ut ex pretio illarum aliæ res in majoratus ſubrogentur, niſi regia facultate præcedente, atque per conſequens venditio rei majoratus nulla ſit, ſequentes ſucceſſores rem malè alienatam revocare poterunt, ad pretium autem, vel ad rem ex illo emptam jus aliquod non habebunt, nec etiam poterunt venditionem ratificare, niſi regia facultate præcedente, cum ea ratificatio vim alienationis obtineat, quam non poſſet facere ipſe majoratus poſſeſſor, &c.

Mieres etiam *de majoratu 1. parte quæſt. 6. n. 13.* ibi: 55
Quod convenit ſcire ad eos, qui impetrant facultates ad alienandum, vel hypothecandum bona majoratus, vel ad faciendum majoratum qui ob aliquam cauſam ſubreptionis, vel obreptonis ſunt invalidi, & anteaquam confirmentur, vel ratificentur tales facultates, faciunt aliquem contractum, vel aliam diſpoſitionem: nam ſi prima diſpenſatio, aut facultas fuit invalida, non poteſt ratificari, aut confirmari in præjudicium tertii, cui jus quæſitum fuit, nec aſſenſus regius poteſt tertio præjudicare, &c. Pro qua doctrina plurimos DD.

Et quod alienatio bonorum feudalium, facta abſque 56
conſenſu, & facultate regia, ſit nulla, ita ut mortuo alienante facultas impetrari non valeat in præjudicium ſucceſſoris, & quatenus conſenſus, & ratificatio ſubſequatur, non ſufficit, niſi ſimul cum hoc conſenſu nova impetretur facultas; probat Iſernia *in cap. imperialem in principio penultimo, & ult. col.* per quem, & alios tenet Anton. Capicius *deciſ. 115. n. 3. & 4.* & per Joannem Andream *in cap. 1. §. donare qualiter olim feud. pec. alien. & dicto capite imperialem, de prohibita feud. alien.* per Federicum tenet Thomas Grammaticus *deciſ. 103. n 120.* pulchrè comprobat Marinus Frecia *de ſubfeudis lib. 2. de authoritate Baronii, authorit. 1. quæſt. 30. n. 9. & ſeqq. & n. 144. folio 158.*

Et quod eo tempore, morte nempe alienantis bona 57
feudalia, impetratio aſſenſus non teneat, probant Pariſ. de Puteo *de reintegrat. feudor. c. 282. & cap. 273. 274. & 275.* Iſernia *in cap. imperialem, n. 15. de prohib. feudi aliena.* Franchis *deciſ. 87. n. 1. & deciſ. 126. ex n. 7. & deciſ. 120. ex n. 3.* Capicius *deciſ. 115. n. 4.* Cameranus *in cap. imperialem, fol. 88.* Carleval. *de judiciis tom. 2. lib. 1. tit. 3. diſp. 23. nu. 18.* Cephalus *conſil. 617. n. 168.* Manguillus *de eviction. q. 36. ſub num. 18.* optimè Pariſius *conſil. 18. per totum, lib. 1.* ubi multa congerit, quamplurimos alios Doctores cumulat Carleval *de judiciis tom. 2. lib. 1. tit. 3. diſput. 23. nu. 18.* ubi adducit ſimile de ſtatuto, quod contractus uxoris non valeat abſque conſenſu mariti, iſtum interveniri, & interponi validè non poſſe mortua jam uxore, ex doctrina Pauli de Caſtro *conſil. 438.* quantum ad primum *n. 1. vol. 2.* ſequitur Tiraquell. *ad leg. connubial. gloſſ. 6. n. 18.* Menoch. *de arbitrar. lib. 1. quæſt. 69. n. 6.* Gutierrez *lib. 2. practicar. q. 23.* quod ex alio ſimili comprobat, de patre, cujus conſenſus ſi requiritur ad contractum filii, ut nihil proſit mortuo filio ad valorem, & exiſtentiam contractus; alios allegat Carleval *loco citato d. n. 28.*

Et quia illi actus invalidi poſſunt ratificari per con- 58
ſenſum ſupervenientem, quando ex eo ſolo ſunt nulli ob defectum hujuſmodi conſenſus domini (quo caſu loquuntur omnes doctrinæ in contrarium adductæ à principio hujus cap.) at quando actus eſt nullus non ſolùm ex defectu conſenſus, ſed & ex defectu ſolemnitatis à jure requiſitæ, tunc ut novus operetur conſenſus, debent in hoc, & in ratificatione concurrere, & adhiberi illæ omnes ſolemnitates, & requiſita à jure, vel ab homi-

homine ordinata ad illum actum perficiendum, quia hoc casu iste actus non retrotrahitur, nec valet ex tunc,
59 sed ex nunc à tempore ratificationis solemniter factæ, *leg. nuptiæ*, 8. *ff. de ritu nuptiarum*, *leg. si ut proponis*, *leg.* 2. *C. de nuptiis.* Innocent. *in cap. dilect. de emption. & vendit.* Geminian. *consil.* 528. *n.* 4. Calcaneus *consil.* 57. *n.* 6. Roman. *consil.* 12. *colum.* 2. Cravet. *consil.* 871. *n.* 10. *vol.* 5. Decius *consil.* 532. *n.* 2. Socinus *vers. sic.* 92. *n.* 11. *volum.* 3. Hippolitus de Marsillis *in rubric. C. de probat. n.* 343. Tiraquell. *de retractu lignag.* §. 1. *gloss.* 10. *n.* 87. Valenzuela *consil.* 177. *nu.* 52. quos sequimur *in commentar. de Retent. Bullar.* 2. *p. cap.* 17. *sub. n.* 52. *versic. altera est ratificatio actus*, &c. Omninò videas superiùs *hoc cap. ex versic. tum etiam, nam etsi*, &c. *& ex n.* 51. *&* 53.

60 Quibus adde multa singularia valde per Mieres *de majoratu.* 4. *quæst. ex n.* 10. *usque ad n.* 15. *& ex nu.* 38. *usque ad n.* 50. inclusivè, quod bellissimè comprobat omnes hujus fundamenti particulas, omninò videndus, & Giurba *decis.* 55. *ex n.* 15. *& seqq.*

61 Et in terminis, quòd facultas regia emanata in confirmationem, & approbationem alienantis rerum majoratus præcedentis absque ea, & sic nulliter ipso jure, ut non trahatur retro ad tempus alienationis novæ facultatis, ut valida reddatur alienatio, probat ex aliis Mieres *ubi proximè n.* 106. *& seqq.*

62 Et quod in alienatione facta per prælatum absque solemnitate, ut capituli expressa, vel tacita ratificatio, & approbatio inducatur, sit necessaria nova solemnitas, & decretum validum, ita ut in ratificatione contractus nullius debeant intervenire omnes solemnitates, quæ de jure requiruntur, aliàs non tenent, plurimos refert, & sequitur Surdus *decis.* 189. *n.* 24. & latius *consil* 28. *ex n.* 120. *cum seq.* Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 1. *gloss.* 10. *n.* 87. *& decis. Pedemont.* 166. *n.* 13. Rolandus *cons.* 90. *n.* 50. *vol.* 1. & plures alii citati per Surdum *d. n.* 120. *&* 121.

63 Hinc venit illud simile, quòd pensio à Papa alicui concessa, si ex aliquo defectu sit nulla; vel ex post facto nulla reddatur, & resolvatur ob defectum conditionis, sub qua gratia ipsa fuit concessa, ita ut consolidetur cum titulo beneficii, quantumvis partes ipsæ in solvenda, & exigenda pensione perseverent, continuent, & consentiant; nullo modo revalidatur ipsa pensio ex defectu novæ gratiæ, quæ ad id præcisè requiritur authoritate Apostolica, cum convalidatio hæc non pendeat à sola voluntate, & consensu parrium, sed etiam à Papa: latissimè, & optimè per Joan. Anton. Bellonum *consil.* 27. *per totum.* Barbosa *de jure Ecclesiast. lib.* 3. *cap.* 11. *tit de pension. ex n.* 75. *cum seq.* & iterum *voto* 5. *a. n.* 19. *& seqq.* Flamin. Paris. *de resignat. lib.* 6. *q.* 2. *n.* 8. optima decisio Mohedani *de renunciatione*, Paulus Æmilius *decis.* 309. *p.* 2. conducunt, quæ in similibus terminis dixit Giurba *decis.* 55. *ex n.* 15.

64 Unde fit, quod ratificatio, quatenus validet actum nullum antecedentem; & quòd inducat novum contractum, & operetur ex nunc à tempore ratificationis; sequitur, quòd ea, quæ medio tempore fiunt, ut hypotheca, pignus, interesse, & interusurium sint omninò infecta, nec prosunt. Ut probant post Bartol. & Decium, Gratianus *in disceptat. forens. cap.* 124. *ex nu.* 22. Surdus *decis.* 246. *n.* 5. 10. *&* 13. & per doctrinam Bart. *in lege observare*, *ff de officio Proconsul.* Francisc. Manent. *in decis. Delphinal.* 166. *n.* 16. *p.* Martha *consil.* 79. *n.* 10. *&* 11. *&* 12. quos sequimur *ubi proximè de retent. Bullar.* 2. *p. cap.* 17. *sub n.* 52. *vers. altera est ratificatio actus*, &c. Surdus *dicto n.* 52. *versic. ultra quos, & quod*, &c. Igitur hæc ratificatio deficiente penitus facultate regia, non potest fieri à vero possessore, alia nova facultate ad id non impetrata.

65 Ex alio, & secundo capite defectu facultatis in hac veri successoris ratificatione, & approbatione manifestatur ex regula, quam uti constantem tradit Mol. *de primogen. lib.* 4. *cap.* 5. *ex. n.* 37. *& seqq.* quòd facultas regia concessa possessori majoratus ad alienandum, vel hypothecandum bona ipsius quæ si in vita sua ex aliqua causa, vel morte præventus usus non fuit, nullatenus transeat in filium vel alium successorem, etiam immediatum; motus, quia permissio vendendi concessa uni non porrigitur ad alium succedentem in illa re, *l. sicut* §. *fin. ff. quibus modis pignor. vel hypoth. fol.* In hæc: Si debitor fortè concessa venditione rem deserit possidere & novus possessor venderit: an duret pignus: quasi personæ permiserit creditori quod magis est, lege si marito, §. si voluntate, ff. soluto matrimonio, pro cujus textus exornatione videndus etiam Tiraquell. *de retractu lignag.* §. 1. *glossa unica*, *n.* 124. *& seq.* 66

67 Ateue etiam, quia omnis concessio, quæ ad factum refertur, in dubio censetur personalis, atque ideo ad hæredem non extenditur, nec transit, *lege locat. ff. locat. lege inter stipulantem*, §. 1. *& lege cum quis*, *& lege centesimis*, *& utrobique perscribentes*, *ff. de verb. oblig. lege apud Julianum*, (alias *idem Julianus*) §. *si quis alicui*, *ff. de legat.* 1. quibus adjicitur facultatem ad alienandum esse stricti juris, præcisè, atque strictè intelli-
68 gendum fore. Ex quibus rationibus hanc facultatem regiam concessam majoratus possessori, eo mortuo, antequam eadem usus fuerit, non transire ad successorem opinati fuerunt Celsus *consil.* 117. *n.* 4. *ad finem.* & Gregorius Lopez *in lege* 6. *tit* 11. *part.* 6. *verbo Que a no pudiesse vender. col.* 9. *vers. item pone*, *quod rex.* Per Baldum *in cap.* 1. §. *Marchio*, *n.* 4. *qui feuda dare poss.* & per eundem Mol. *ubi supra.*

69 Molinam in totum per eadem fundamenta sequitur Pater Molina *de justit. & jur. tr.* 2. *disp.* 652. *num* 5. affirmans, facultatem concessam possessori majoratus ad alienandum, vel hypothecæ subjiciendum bona majoratus, non transire in successorem, quando ille ea usus non fuit.

70 Eandem sententiam tenet Mieres *de majoratu* 4. *part. q.* 11. *per totam*, ubi hinc inde (indigestè tamen, ut assolet) plurima cumulavit, *& ex n.* 17. hunc sequitur ex Greg. Lopez. *ubi supra* & iterum *ex lege* 7. *titulo* 18. *part.* 3. Atque Bursatum, plura in proposito adducentem, *in consil.* 131. *n.* 34. *cum sequentibus*, & per Martam *consil.* 165. *n.* 3. dicentem, quòd licentia alienandi
71 feudum non transit ad hæredem, ex Ruino *consil.* 39. *libro* 1. & ex doctrina *Baldi in d.* § *Marchio col.* 1. *n.* 4. *fol.* 6. tractantis quæstionem de Papa concedente licentiam Abbati, & capitulo infeudandi aliquam terram,
72 quâ si usus non fuerit, licentia ad Abbatem successorem non transit, nec successorem infeudare posse absque nova licentia.

73 Et inter alias rationes illam *ex n.* 23. adducit ipse Mieres, quod hæ licentiæ ad alienandum, hypothecandum majoratus sunt odiosæ, & restringendæ, de quo ipse eandem 4. *p. q.* 1. *limitat.* 1. *& in d. q.* 11. *nu.* 25. quod hæ habilitationes ad alienandum sunt stricti juris,
74 & personam non egrediuntur ex Bald. *in consil* 112. *l.* 1. Thomas Menad. *in constitutione Regni Neapol. in text. n.* 35. *pag.* 45. adde quia hæ facultates sunt dispensationes, Mieres *ib. n.* 10. Noguerol *allegat.* 40. *n.* 23.
75 Pater Molina *de justit. & jur. tom.* 3. *disp.* 650. *n.* 4. Franchis *decis.* 105. Apicella *allegat.* 14. *n.* 8. *cum duobus seq.* Viscontus *in conclus. jur. lit. A. versic. assensus regius.* Ciriacus *tom.* 1. *controv.* 189. *n.* 5. *& tom.* 2. *controversiar.* 313. *n.* 22. *&* 23. quamplurimos refert Carleval *de judiciis tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 3. *disp.* 23. *nu.* 9. ubi etiam post multos Doctores ex hoc infert quod hæc facultas sit subreptitia, & nulla, si principi non fiat vera ratio omnium obstantium, qui *sub n.* 64. *versic. secundo quoniam*, rectè inquit quod cum facultas hæc sit gratia dispensationis, atque ideo stricti juris, qui illam impetraverit, tenetur exprimere omnes casus in quibus vult, quod operetur facultas, alioquin non censetur velle impetrare ad alios casus, & effectus, quam expressos, & verba adversus eum debent interpretari, cui liberum fuit verba

supplicationis

ba ſupplicationis latè concipere, ex *leg. quidquid adſtringenda ff. de verbo. obligat.* melius Molina *l.* 4. *c.* 5.
76 *n.* 26. *&* *n.* 30. *&* *ex n.* 14. quibus locis ex aliis pluribus probat, non eſſe extendendas facultates de perſona ad perſonam, de re ad rem, nec de tempore ad tempus, nec de caſu ad caſum, de una re ad aliam, nec de uno contractu ad alium Guizarel. *deciſ. Neapol.* 67. *per totam.* Molina *lib.* 4. *d. c.* 5. *n.* 10. *&* *ſeqq.* *&* *lib.* 2. *c.* 4. *n.* 49.

77 Et quòd licentia ad alienandum ſit quædam diſpenſatio ſtricti juris, & ſtrictæ interpretationis, & ſolum habet locum in caſu expreſſo, ut *n.* 75. antecedenti diximus, quæ ſolùm tollit impedimentum juris prohibitivi, & diſpenſatur ſuper jure prohibitivo, tenet ex Marino Frecia *de ſubfeudis Baron. lib.* 2. *quæſt.* 7. Corbulus *de jure emphyt. tit. de cauſa privat. ob alienat. cap.* 14. *quæſt.* 6. *ex num.* 9. ex quo firmat *in ampliat.*
78 8. *per totam ejuſdem q.* 14. quòd hujuſmodi licentia ad alienandum non extenditur ad perſonam, ex Joan. Andr. ad Speculator. *in §. nunc aliqua q.* 98. *in verbo, poſſit, nu.* 21. *tit. de locato.* Beroio *conſil.* 123. *n.* 9. *vol.* 1. & per Tiraquell. *de retractu lignag. §.* 32. *gloſſ.* 1. *& unic. n.* 49. Alvarotum *in cap. imperialem in princip. n.* 8. *verſic. quæro cum gloſſ. de prohibita feudi alien.* ex aliis idem di-
79 xit *eadem q.* 14. *ampliat.* 6. *num* 2. *&* *ampliat.* 11. *nu.* 2. & quod facultas ad alienandum non extendatur de perſonna ad perſonam, tenet Pinell. *in leg.* 1. *p.* 3. *num.* 52. *&* 53. *Cod. de bonis maternis.* Surdus *deciſ.* 220. *num.* 4. Idem Surdus *in deciſ.* 325. *nu.* 6. poſt gloſſ. *in d. cap. imperialem in principio, verſic. ſine permiſſion. de prohibita feudi alien.* ubi Iſernia *num.* 8. *verſic quæro cum gloſſ.* Alvarotus *n.* 8. qui tripliciter fundat, & Afflictum communem dicentem *in notat.* 12. *n.* 3. & Nard. *ad* Iſerniam,
80 Paris de Put. Corbul. Molin. Sicuti nec facultas ſtrictè conceſſa ad alienandum in uno caſu, ad alium extenditur, tanquam ad caſum limitata, *§. ſi libellum de aliena. feudi pater. c.* 1. *&* *§. ſi Clientulus de feudi alienat.* Afflictis *in cap.* 1. *§. donare n.* 2. *qualiter olim feudum poterat alienari, & lib.* 3. *conſtit. rubric.* 5. *n.* 17. Franch. *deciſ.* 71. *n.* 17. Noguerol. *allegat.* 19. *n.* 118. & in ſimili tradunt Cancer. *l.* 1. *variar. c.* 2. *num.* 116. *& c.* 8. *num.* 79. Sforcia *de fideicommiſſ. q.* 25. *n.* 47. *&* 49. Amat. *variar. reſol.* 76. *n.* 52. *lib.* 2. Mieres 1. *p. q.* 48. *n.* 153 Mar-
81 tian. *conſil.* 52. *n.* 3. & quod licentia ad alienandum, vel hypothecandum bona feudalia, vel majoratus ſit ſtricti juris, ita ut non extendatur de perſona ad perſonam, de caſu ad caſum, nec de debito ad debitum, etiam quod militaret eadem, vel major ratio, tenuerunt Corbul. *de jure emphyteut. tit. de cauſa privativa ab aliena irriguis dom. q.* 6. *n.* 9. *&* 10. Anton. de Ball. *ſuper Bulla cenſus quæſt.* 26. Beroyſ. *conſil* 127. *n.* 17. *lib.* 1, Tuſchus *verb. licentia conſil.* 352. *n.* 3. Marinus Frecia *de ſubfeud. lib.* 2. *q.* 9. Roſental, & alii ſequuti per Petrum à Luna
82 *conſ.* 33. *ex n.* 10. inter *conſil. diverſ. Siculo*, ubi etiam *n.* 8. *&* 9. quòd facultas ad alienandum pro ſolvendis decurſis, non extendatur ad decurrenda, ex Alexan. *conſil* 2. *n.* 14. *&* *ſeqq. lib* 4. Ozaſcus *deciſ. pedem.* 271. *in fin.* Roſental *de feud. tom.* 1. *cap.* 9. *n.* 1. *colum.* 19. *&* *n.* 33.

83 Ex ideo facultas conceſſa ad alienandum bona majoratus propter æs alienum urgens tempore conceſſionis, non trahitur ad debita poſtea contracta, & non urgentia tempore facultatis, Alexand. *conſil* 2. *num* 13. *l.* 4. Mieres *de majoratu* 1. *p. q.* 7. *n.* 7. *&* 4. *q.* 11.

84 Hinc eſt, quòd aſſenſus regius præſtitus ad alienationem factam rei feudalis, ſeu majoratus, non extenditur ad faciendam, nec è converſo, conceſſa facultas ad alienationem faciendam non extendatur ad jam factam, ex notabili deciſione Pauli de Caſtro *leg. hæc conditio §. ſi cauſa facta ff. de condit. & demonſtrat.* Joan. Andr. *in c. imperialem* quod deciſum in ſacro Conſ. teſtatur Afflictis *deciſ.* 355. & Mari. Freccia *in tract. de feudis lib.* 2. *de authorit. Baron. authorit.* 1. *per totam; q.* 11. idem Afflictis *in conſtit. regni conſtitutionem divæ memoriæ; in q. & in conſtitut. cum hæreditarium, in ult. quæſt.* & Capicius *in repetitione d. cap. imperialem col.* 172. in parvis, *in additione ad primam quæſtionem.* Andr. Camerar. *in repetitione ejuſdem cap. imperialem, fol.* 65. *lit. C.* Alexand. *conſil.* 146. quam veriorem opinionem dicit Molin. *de primog. lib.* 4. *t.* 5. *num.* 33. *verſic. ſimiliter etiam*, & pro clara habitam fuiſſe in ſenatu teſtatur Franch. *deciſ.* 105. *n.* 1. contra alios contrarium tenentes. Sequitur Riccius *in ejus additio.* ex Anna *allegat.* 36. & *allegat.* 142. & Grammat. *deciſ.* 79. *poſt n.* 22. *&* 30. idem Riccius *in Collect. à nu.* 50. *&* *deciſ.* 28. idem Franchis *in deciſ.* 113. *n.* 11. qui omnes affirmant aſſenſum regium non extendi de perſona ad perſonam, nec de re ad rem, nec de tempore ad tempus, cùm ſit ſtrictiſſimi juris.

Licet præcedens doctrina, nempe aſſenſu ſuper 85
re alienanda, vel facienda non extendatur ad jam factam, vel venditam, plures habeat contradictores, inter quos admodum eſt controverſia, ut videre eſt *in commentar. de ſupplicatio. ad ſanctiſſ.* 1. *part cap.* 10. *ex num* 6. *&* *à n.* 3. *&* *ſeqq.* attamen illa, ut non valeat ignorante principe alienationem jam fac- 86
tam, & ei, non facta ſpecifica relatione, in ſupplicatione, verior eſt & receptior, ut ultra ſupra citatos optimè comprobat Pereira *de extinct. emphyteut. c.* 13. *ex nu.* 2. & ita recordari debent opiniones data ſcientia principis per ſpecificam relationem, aut ea deficiente. Optimè Gomez *in lege* 42. *Tauri n.* 2. *per totum.* Graſſis *de effectu clericor. effectu* 4. *ex n.* 283. *&* *ſeqq.* & ſuprà Vantius *de nullitat. ex defectu juris delegat. ex n.* 51. *&* *ſeqq.* Ripol. *variar. reſol. c.* 2. *ex n.* 142. Giurba *conſil.* 99. *à n.* 5. *& n.* 37. Seſſe *deciſ.* 254. *n.* 8. *&* 9. *part.* 3. Barboſ. *de Canonicis c.* 19. *n.* 11. Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 21. *à n.* 12. *&* 15. qui omnes, & alii plures ſcientiam requirunt in principe, ut valeat gratia & diſpenſatio ſuper jam factis.

Et quod facultas alienandi emphyteuſim, vel fun- 87
dum non extendatur, nec tranſmittatur ad hæredem, quando poſſeſſor defunctus, cui fuit conceſſa, ea uſus non fuit, probant latiſſimè Marinus Frecia *de ſubfeudis Roman. lib.* 2. *quæſt.* 5. *per totam.* ubi plura fundamenta adducit. Tenet etiam Andreas *in cap. imperialem, de prohib. feud. alienat.* Curtius *in tract. de feud.* 4. *part. q.* 17. & Alvarotus, & copioſe multis doctrinis confirmans idem tenet Aurel. Corbul. *de jure emphyteut. cap.* 14. *tit. de cauſ. privat ob alien. ampliat.* 11. *per totam fol.* 217. *&* *ſeqq.* contra Afflictum, & Capicium contrarium tenentes, motos *ex lege ſicut, §. ſi debitor. ff. quibus modis pign. vel hypothec. ſolv.* cui ipſe *ex n.* 6. ſatisfeci.

Doctiſſimus Molina *in dicto cap.* 5. *nu.* 48. *lib.* 4. 88
in comprobationem hujus veriſſimæ opinionis alio ducitur fundamento, quia omnis conceſſio, quæ ad factum refertur, in dubio cenſetur perſonalis, atque ideo ad hæredes non tranſmittitur, text. eſt *in lege apud Julianum, §. ſi quis alicui, ff. de legat.* 2. & omnis facultas aliquid faciendi perſonalis cenſetur, quæ ideo ad hæredes non tranſit. *ex lege locatio, ff. locat. leg. inter ſtipulantem, §.* 1. *& l. cum quis, & leg. centeſimis; de verbor. oblig.* & quod hæc facultas alienandi ſit deſtinata ad faciendum, abundè 89
poſt plurimos Doctores probat Mieres *de majorat.* 4. *part. quæſt.* 2. *ex n.* 104. *cum ſeq.*

Aliud namque eſt facultas, licentia, & permiſſio ad 90
alienandum, vel contrahendum, aliud ipſa alienatio, & ipſe contractus dependens à voluntate contrahentis, ut diximus, & probavimus *in cap. anteced. à n.* 72. *& ſuperius.* Sicut aliud eſt diſpenſatio ad contrahendum matrimonium, aliud ipſe matrimonii contractus. Sanchez 91
de matrimonio, lib. 8. *diſput.* 30. *n.* 12. *&* 13. qui plures refert, & aliud eſt mandatum ad vendendum, aliud ipſe venditionis contractus gerendus per mandatarium.

Princeps namque concedendo facultatem ad alienan- 92
dum bona majoratus, nihil diſponit, nec alienat, ſed ſolum permittit alienare, tollendo impedimentum prohi-

prohibitæ alienationis latè probat Paz *de tenuta cap.* 34. *ſub num.* 155. *pag.* 436. *& ſeq.* ibi : Conſequens eſt, regem, cum nihil det, ſed ſolùm dare, diſponere, & donare permittat, nullatenus revocare, nec mutare diſpoſitionem poſſe. Aliud enim eſt facere, aliud verò permittere, lege ſi pater, §. ult. ff. manumiſſ. vendic. 93 ibi : Quia non tam manumittere, quàm non impedire manumittentem intelligitur, lege ſi liqueat. Cod. de inofficioſ. de donat. c. aliquibus de reſcriptis lib. 6. ibi : Si verò Canonicorum receptio aliàs pertinet ad eoſdem, non Apoſtolica, ſed recipientium cenſetur authoritate receptus. Baldus eleganter *in lege ex placito*, *n.* 7. *verſic. tum non*, *C. de rerum permutat.* &c. Et aliis comprobat ipſe Paz melior text. *in l. ſicut* 8. §. *ſi voluntate*, *ff. quibus modis pign. vel hypothec. ſolv.* Ubi jus pignoris per conſenſum alienandi præſtitum à creditore non tollitur, niſi ſequatur alienatio.

94 Et quia habet facultatem ad alienandum, ſi non alienaverit, nihil actum intelligatur, ac ſi facultas non concederetur, cùm in ſui arbitrio ſit, uti, vel non uti facultate à ſe impetrata. Probant Cancerius *lib.* 1. *variar. cap.* 8. *nu.* 117. Fontanella *de pactis*, *tom.* 1. *claus.* 4. *gloſſa* 26. *n.* 1. *per totam*, Fuſſarius *q.* 545. *n.* 35. Menoch. *conſil.* 1186. *n.* 19. *lib.* 2. Coſta Siculus *conſil.* 12. *ex n.* 70. Roſental. *de feudis cap.* 9. *concluſ.* 40. *n.* 22. *uſque ad n.* 26. Rota per Farinac. *deciſ.* 468. *tom.* 1. *in poſthumis*. Noguerol *allegat.* 19. *n.* 116. & probatur ex his quæ uterque Molina *de primogen. lib.* 3. *cap.* 95 3. *n.* 44. & alter Theologus *lib.* 3. *diſp.* 560. *n.* 5. an habens facultatem ad alienandum rem majoratus teneatur alienare in publica ſubhaſtatione, & an aliter teneat venditio ?

96 Rex namque, dum præſtat aſſenſum, vel facultatem ad alienandum bona feudalia, aut majoratus, nihil diſponit, ſed permittit contrahere, & abſque contractu ſequuto facultas nihil operatur, nam aſſenſus non eſt actus de per ſe ſtans, ſed eſt approbatio alienationis faciendæ, & confirmatio, & non dato, & deficiente contractu, non habet ubi figat pedes. Ita eleganter docuit Bald. *in lege falſus col. C. de furtis*, quem ſequitur Franciſc. à Ponte *de poteſt. Proregis*, *tit.* 6. *de aſſenſu regis n.* 7. & latius *in conſ.* 5. *n.* 49. *& tit.* 8. *de refutatio. feudor.* §. 11. *ex n.* 17.

97 Et ideo qui à Principe obtinuit facultatem ad vendendum, vel hypothecandum bona majoratus, vel certam ſuper ejus bonis quantitatem mutuo recipiendam, poteſt ea uti, ſive in parte, ſive in toto, vel prorſus ea non uti. Tenet Suarez *tract.* 3. *de religione*, 98 *lib.* 4. *c.* 26. *n.* 9. & poteſt alios Garcia *de beneficiis* 1. *part. cap.* 5. *n.* 55. ubi de penſionario habente à Papa facultatem transferendi penſionem, qui poteſt ea uti parte, & non in totum, partem transferendo, & partem ſibi reſervando, qui fundamenta reddunt 99 videndi; alios etiam DD. ad id, quod facultas regia ad certam quantitatem ſit dividua, videbis *infra hac* 2. *p. c.* 18. *n.* 12. *verſ. ſed nihilominus*, &c. Et apertè 100 conſtat ex tot DD. *ex n.* 65. *cum ſeqq.* hactenus laudaris; dum controvertendi facultatem alicui datam ad alienandum, qui ea uſus non fuit, dum viveret; an poſſit tranſmitti ad ſucceſſorem, ut ejus virtute poſſit alienare; clarè ſupponunt per facultatem non manere bona alienata, nec obligata, ſed in arbitrio liberè impetrantis eſſe, uti, vel non uti facultate à ſe impetrata.

101 Et eadem ratione, qua Molina loco citato *n.* 88. moti fuerunt etiam Ruinus *conſ.* 39. *n.* 12. & per eum & alios Corbulus *de jure emphyt. cap.* 14. *tit. de cauſa privat. ob alienat. ampliat.* 11. *n.* 4. dicentes quòd licentia alicui conceſſa ad alienandum non tranſit ad ſucceſſores, & hæredes, eo quod coexiſtit in facto, id eſt, in faciendo, atque ita perſonalis juxta Molinam.

102 Quò tendit, quod in confirmationem doctrinæ Gregor. Lopez, adducit Mieres *majorat.* 4. *p. d. quæſt.* 11. *ex n.* 2. 21. quod privilegia per Principem conceſſa potiùs præſumuntur perſonalia, quàm realia, & ſic non tranſmiſſibilia ad hæredes, & ſucceſſores, ex gloſſ. *in c. eum veniſſent*, *de inſtitution. c. tua*, *de his quæ fiunt à prælat.* notat Alexand. *in conſ.* 86. *in cauſa dationum*, *lib.* 1. ubi plura ad hoc refert, & ibi gl. Pariſienſ Decius *in l. in omnibus*, *de reg. jur. n.* 3. Ægidius Boſſius *de principe*, *n.* 171. & iterum 343. Boërius *deciſ.* 227. *n.* 18. Matth. de Afflict. *in conſtit. Neapol. lib.* 2. *rubr.* 9. *n.* 32. *fol.* 32. *& lib.* 2. *de excep.* Hoſt. *rub.* 19. *n.* 15. *fol.* 222. *lib.* 1. & eſt *l.* 27. *tit.* 9. *p.* 6.

Ego autem rem hanc altius conſiderabam, quod in 103 hac regia facultate nihil adſit, quòd tranſmitti poſſit, cùm jus aliquod non ſit, ſed quædam merà facultas, & perſonæ habilitas ad alienandum, quæ tanquam merè perſonalis non tranſmittitur, cum non ſit, nec conſideretur in bonis poſſeſſoris majoratus, ſic in ſimili conſiderat, & probat Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 2. *c.* 271. 104 *ex n.* 27. quòd jus adeundi hæreditatem delata debitori non tranſmittitur in ejus creditores, quia non eſt in bonis debitoris, ex *l. pretia rerum*, *ff. ad l. Falcid.* cum ſit potius facultas, & poteſtas adeundi, quam merum jus, & id merè perſonale; quod & idem repetit Gratian. *tom.* 1. *c.* 132. *n.* 5. Surd. *deciſ.* 40. *ex n.* 4. *ad n.* 9. Caſtillo *controv. tom.* 5. *c.* 112. *n.* 33. *&* 34. & ex Bald. Salicet. Caſtrenſ. Aretin. & aliorum ſententia obſervarunt Joan. Ceph. *conſ.* 521. *n.* 38. *lib.* 3. Surd. *d. dec.* 140. *n.* 6. Tellus Fernandez *in l.* 4. *Tauri*, *nu.* 58. Franch. *dec.* 101. *n.* 26. Jus enim hoc facultativum 105 nec eſt actio, nec petitio, nec officium judicis, nec præſcriptionem admittit, eleganter præ cæteris explicat Gom. *tom.* 1. *var. c.* 9. *n.* 27. *pertres col.* videndus omnino, & *ex n.* 1. ubi jura; & plures DD. cumulat. Vide omnino Cancer. *var. reſol.* 3. *p. c.* 21. *tit. de tranſmiſſionib. ex n.* 160. & quæ infrà hac 2. *part. c.* 15. *per totum*, maximè *ex n.* 66. *verſ. prædictis non abſimilis eſt*, &c.

Et dato falſo ſuppoſito, quod facultas ad alienan- 106 dum aliquod contineret jus conſiderabile, habileque ad tranſmittendum, cùm fuerit perſonæ poſſeſſoris conceſſum, quomodo quæſo, poteſt in ſucceſſorem in majoratu tranſmitti, qui prædeceſſoris hæres non eſt, nec ab eo cauſam habet, ſed à primo fundatore, ut ſæpe diximus; hæredi autem inutile foret, cùm in bonis majoratus ſe intromittere non poteſt; & ideo utroque caſu, & utriuſque perſonæ reſpectu facultas, qua impetrans in vita ſua uſus non fuit inutilis & inefficax remanet.

Igitur ſi facultas conceſſa vero poſſeſſori majoratus, 107 qui legitima fuit perſona ad impetrandum, & valide impetravit, ſi in vita ſua uſus ea non fuit, vel non potuit, vel morte præventus, vel occaſione deficiente, non tranſit in ſucceſſorem eodem jure, & titulo; multo magis dicendum erit, tranſire non poſſe facultatem impetratam à perſona aliena à majoratu, non legitima, & non domino, ſed inhabili, in verum ſucceſſorem alio jure venientem, & juſtè evincentem, & vindicantem majoratum.

Maximè, quia cum facultas illa nulla fuerit à princi- 108 pio, nihil eſt quod transferri poſſit, quia de non ente ens non poteſt fieri tranſitus. *l.* 2. *ff. de uſufruct. l. Seiæ*, *ff. de tutor. & curator. l. ejus*, *ff. ſi certum pet. l. ſi me tuæ*, *ff. de hæred. inſtituend. l. ſed & ſi manente*, *ff. de precario.* Ariſtot. *lib.* 1. *de generat. & corrupt.* Peireira *de empt. & vendit. c.* 3. *n.* 15. Giurba *in conſuet. Meſſanenſ. c.* 16. *gl.* 1. *n.* 8. *part.* 1. Tiraquel. *in tract. le mort ſaiſit*, 5. *part. declar.* 1. *n.* 7. Molin. *de primogen. lib.* 3. *c.* 14. *n.* 40. *& lib.* 4. *c.* 12. *à n.* 22. Paz *de tenuta c.* 33. *an.* 17. & 20. & plures alii per Nos *de retent. Bullar.* 2. *part. c.* 34. *n.* 8. quò tendit Capicius *deciſ.* 100. *n.* 5. dum dicit, 109 quod facultas & aſſenſus regius ſuperveniens poſt venditionem, & alienationem revocatam, nihil prodeſt, nec operatur, quia non reperit materiam præexiſtentem, qua poſſit radicari; plurimos congerit DD. Carleval *de judic. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 3. *diſp.* 23. *n.* 18. *& ex n.* 1. ideoque ad hanc ratificationem faciendam per verum ſucceſſorem evincentem nova præcisè requiritur facultas.

110 Quibus consonat notabilis doctrina Alexander *in conf. 2. n. 1. lib. 4. & consil. 124. n. 9. eodem lib.* & iterum *in conf. 41. n. 1. lib. 6.* dicentis, quod quia vassallus obligavit omnia bona sua, consensus domini superveniens non operatur circa bona feudalia, qui non erant comprehensa in ipsa generali bonorum obligatione, ut per plures comprobat, & Menoch. *conf. 129.*
111 *n. 3. & 10.* & melius *conf. 250. n. 50.* quia consensus, & ratificatio non cadit super non ente, ad latè per nos tradita *in comment. de supplicat. ad Sanctiss. 2. p. c. 31. n. 58.* & ideo dicit Alexand. *dictis loc.* quod debitor se juvare non potest hac damni licentia, & consensu, non adhibita nova obligatione ipsius vassalli, de quo obligando agitur, dominus autem suam proprietatem obligare non intendit, nec per suum assensum remanent obligata bona feudalia, & jus vassalli, eo se noviter non obligante; ad ea quæ copiosè dicta remanent suprà *hoc c. ex n. 90. cum seqq. vers. aliud namque est facultas*, &c.

112 Et quod confirmatio, approbatio, aut ratificatio obligationis, & scriptura non operatur ultra expressè, aut virtualiter contenta in ipsa scriptura, plura bellissima videbis *in d. tr. de supplicat. ad Sanctiss. 2. p. c. 30. §. 2. ex n. 15. cum multis seqq.*

113 Et hæc ratio æqualiter militat in facultate reali, hoc est, quæ in meram utilitatem ipsius majoratus vergit. Nam quamvis verissima sit limitatio per DD. considerata ad regulam negativam hactenus scriptam, ut tunc transeat facultas ad possessorem majoratus quando sit realis, & pro utilitate ipsius majoratus emanavit; prout expressè limitat Greg. Lopez *in dict. leg. 6. tit. 11. part. 6. verb. que la no pudiesse vender, col. 9. vers. item, pone quod rex*, dicens, quòd quando facultas alienandi in utilitatem, & augmentum majoratus concessa esset, veluti ad subrogandum in locum rei majoratus vendendæ, vel permutandæ aliam majoris valoris, vel ad aliud simile utile; ut tunc etiamsi impetrans in vita non uteretur facultate, possit filius, vel alius successor ea uti ex his quæ dixit Bald. *in cap. 1. §. Marchio, n. 4.*
114 *qui feud. dare poss.* Quod verum intelligit, & rectè Mol. *de primogen. lib. 4. c. 15. n. 39.* Quando facultas ipsa nomine dignitatis, & majoratus impetrata fuit, & non aliàs ex eodem Baldo hoc casu, & terminis loquente, & Molinam sequitur P. Mol. *de just. & jur. tract. 2. disp. 652. n. 5. ad fin. tom. 3.*

115 Et in effectu hoc ipsum resolvit Mieres *de majoratu 4. p. q. 11. ex n. 44. cum seqq.* dicens in his, quoad facultatem ad alienandum, vel hypothecandum bona majoratus transmissione in successorem, non posse certam constitui regulam; cùm sint verba facultatis contemplanda, & causa propter quam facultas fuit concessa, & an sub nomine dignitatis, vel personæ concedatur ex Natta *consil. 163. n. 7. & seqq.* Ruino *consil. 39. n. 12. lib. 1.* & ex ipso Gregor. Lopez, atque etiam ex deductis per Tiraquell. *in tr. de causa cessante p. 1. n. 104. & seqq.* atque Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 92. ex n. 1. fol. 150.*

116 Hoc ipsum sentire videtur Corbulus *in tract. de jure emphyt. cap. 14. tit. de privat. ob alien. ampliatio. 11.* dicens post plures alios, attendenda esse verba licentiæ, ut si sonent in personam impetrantis mortui re integra, non transeant ad hæredem ejus, pro quo mul-
117 ta cumulat, ut aliud sit, si realis appareat licentia; notanter dicens, quod si dominus dicat, permitto Sempronio vendere emphyteusim, quam ipse possidet, ut eo mortuo, non possit hæres in vim dictæ licentiæ vendere, cum jam dicatur emphyteusis Sempronii, sed emphyteusis hæredis, adnotata per Andr. Isernia *in d. c. imperialem, col. 6.* Quia verba licentiæ venditioni hæredis non congruunt, quæ ad tempus venditionis restringuntur, & quando hæres vendit. Sempronius non dicitur dominus, licet dominus fuerit, nec dicitur possidere, quamvis possederit; argumento text. *in leg. qui Romæ §. Augerius, secundum unam lectu-*
ram ff. de verb. obligat. quem singularem decidit Bald. *in c. ad nostram, 2. lectur. col. 2. de jurejur. & in c. significavit. col. 2. de rescriptis*; quem ad propositum refert Frecia *de subfeudis Baron. l. 2. q. 3. sub n. 7.*

Quæ quidem doctrina benè quadrat possessori majo- 118
ratus putativo, ex his quæ superiùs de facultate per eum impetrata, ut nulla sit, dicta remanent; nam cùm concedatur sub suppositione, quod ipse sit dominus, & possessor majoratus, qui nec dominus unquam fuit, nec possessor, cum utrumque jus fuerit semper penes verum successorem, etiam per alium tertium possessio- 119
ne occupata ad *d. l. 45. Tauri.* sequitur, ut eidem non intelligatur data facultas, tanquam per inhabilem, & non legitimam personam, impetrata, & præter intentionem principis; ad latè tradita superius. Et per consequens etiamsi facultas sit realis in successorem verum, evincentem majoratum non transire, tanquam 120
nullam à principio datum sub falso supposito, & conditione non verificata, atque ideo de non ente ad ens non potest fieri transitus, ex his quæ *n. 107. vers. igitur si facultas*, &c. cùm hæc ratio pariter mulier, sive facultas sit personalis, sive realis, & hanc distinctionem adducunt DD. quando facultas ipsa impetratur per verum & legitimum possessorem, & dominum majoratus uti legitimam personam, & sic quando à principio ipsa facultas valida fuit. Nam si in se nulliter fuisset impetrata, frustrà tractarent DD. quæstionem, an res integra mortuo impetrante transeat in successorem, cùm de non ente ad ens transitus non fiat; & cùm de uno disputamus, cætera supponuntur habilia.

Quibus sic suppositis una, & eadem responsione dis- 121
solvuntur omnia fundamenta pro contraria parte considerata, tendentia ad ratificationem, & approbationem alienationis factæ per possessorem putativum virtute facultatis à se impetratæ; quia cum facultas fuerit à principio nulla, ea uti non poterit verus successor, atque ideo cum alierationes fuerint nullæ, dato, quod velit illas iste approbare, requiritur nova facultas, quia ratificatio est actus novus, & vim recipit contractus à tempore approbationis, in qua intervenire debent omnes solemnitates, quas contractus requirit, ex suprà dictis *ex n. 50. cum seqq.*

Ad Afflictum relatum superiùs *n. 8.* in fundamento 122
4. contrariæ partis respondetur, ipsum communiter reprobari per Mol. & alios DD. de re hac tractantes suprà relatos *ex n. 50. cum seqq.*

Cætera, quæ de re integra diximus in eodem 4. fun- 123
damento *ex n. 9.* verissima sunt, sed procedunt, quando nullitas dumtaxat in ipso actu virtute potestatis validæ celebrato versatur; quia tunc non consumitur facultas, & potestas data, sed ut antea remanet firma, quousque validè exequatur. Quia per actum nullum res non definit esse integra, sed non procedit, quando defectus, & nullitas residet in visceribus ipsius facultatis, quia tunc omnes actus ejus virtute gesti semper erunt nulli, uti procedentis à radice infecta, cùm omnes actus humani vim recipiant à potestate gerentis.

Eodem etiam modo respondetur ad sextum argumen- 124
tum contrariæ partis ex *n. 25. cum seqq. d. l. universi 6. C. de precibus imper. offeren.* cum communi opinione probante ad impetrandam gratiam, & dispensationem pro aliqua persona non exigi mandatum, quia respon- 125
detur, tum id procedere, quando ex alio c. non peccaret vitio nullitatis dispensatio, & gratia; at cùm sit in seipsa nulla, ex defectu potestatis ex latè hactenus fulcitis *ex n. 32. & seqq.* nec impetranti, nec alteri potest prodesse.

Secundò respondetur, jura & communem opinio- 126
nem DD. procedere, quando extraneus sine mandato scienter, & apertè impetravit pro alio, ut expressè probat text. *in d. cap. si motu proprio, de prebendis, lib. 6.* ibi, *secus si ad petitionem illius, vel alterius pro eodem*, &c. At isto non pro vero successore, sed pro seipso impetravit; atque ideo nulliter, ut diximus, & terminis sunt distincti.

Tertiò

127 Tertiò reſpondetur, quia etiam quando gratia, ſeu diſpenſatio impetratur ab aliquo pro alio nominatim abſque mandato, non ſuſtinetur impetratio, quouſque ille, pro quo impetrata fuit, eam ratificet; ut ex aliis probat Th. Sanch. *lib.* 8. *d. diſp.* 26. *n.* 5. *&* 2. & iterum latiùs *lib.* 3. *diſp.* 36. in hoc autem caſu noſtro ratificationem impediunt omninò tot doctrinæ hactenus conſideratæ, quam facere non poteſt verus ſucceſſor in majoratu, etiam poſt evictionem, & rei venditionem, prout abundè probatum remanet.

128 Et quod facultas ad alienandum bona majoratus, ab extraneo impetrata pro majoratus poſſeſſore ſuſtineatur, ſi poſtmodum ipſe poſſeſſor ea utatur, & ſic ratificet, & approbet tacitè, utendo; tenet expreſsè Noguerol *alleg.* 32. *n.* 177. ex quibus duo requiruntur, quod facultas impetretur pro poſſeſſore, & ejus deinde ſequitur ratificatio & approbatio, tertio inſuper quòd adſit habilitas in ratificante.

129 Et juxta hanc veriſſimam tot DD. reſolutionem intelligenda erit, & non aliter Avendanni opinio, *de cenſib. c.* 63. *à princ.* ubi abſolutè reſolvit, impetrare minimè poſſe tertium extraneum facultatem ad alienandum, vel hypothecandum bona majoratus, niſi impetretur ab ipſo poſſeſſore vero domino ipſius majoratus. Qui *n.* 2. ita ait: Et primò pro reg. quæ clavis eſt totius materiæ, prænotandum erit, quod ſolus actualis majoratus poſſeſſor poterit ex juſta cauſa, petere ſimiles facultates ad bona ejuſdem majoratus alienanda, vel hypothecis, aut cenſibus ſubjicienda: quia, cùm ſolus ipſe ſit verus dominus ipſius majoratus, ut proſequitur latè Mol. *lib.* 1. *de primogen.* 2. 9. *per totum*, & de ejuſdem præjudicio principaliter in alienationibus agatur, ipſe ſolus interponere poterit ſupplicationem ad obtinendas prædictas facultates, & ita conſtituit pro regula Molin. *lib.* 4. *cap.* 3. *in princip.* dicens, quod ſolus actualis poſſeſſor, tanquam verus dominus, & de cujus præjudicio principaliter agitur, admittendus eſt ad petendas ſimiles facultates, &c. Eandem rationem ipſe reddit Avandann. *ibidem. n.* 3. *in fine*, & iterum *n.* 7. ex qua conſtat non valere facultatem impetratam à poſſeſſore, qui non ſit verus dominus majoratus, quod rectè convenit iis, quæ hoc cap. & antecedenti probavimus contra poſſeſſores majoratus putativos, & non veros dominos bonorum majoratus.

130 Hæc tamen principalis Avendanni & Molinæ reſolutio, ut non poſſit impetrari facultas ab extraneo, intelligenda erit, non ſequuta ratificatione ejuſdem poſſeſſoris veri domini, quando ejus nomine per extraneum impetrata non fuit, ex hactenus apertè probatis.

Nec obſtat ſeptimum, & ultimum argumentum, de quo ſuprà *ex n.* 28. quia reſpondeo, quod in minore facto majore nullum juris impedimentum reperitur, quo minus à ſe geſta in minori ætate poſſit liberè ratificare, & approbare, ſicut de novo alienare abſque juris prohibitione, *ex l.* 1. *&* 2. *C. ſi major fact. ratum habuerit.* At in majoratus ſucceſſore vero adhuc & ſemper durat juris prohibitio, ex hactenus abundè comprobatis, in quo propterea ceſſat poteſtas ratificandi nova non adhibita facultate regia.

CAPUT XI.

Cenſus impoſitus ſuper duobus majoratibus ex facultate regia per poſſeſſorem utriuſque obtenta, an uno per legitimum ſucceſſorem evicto extinguatur pro rata, vel an integra cenſus quantitas alteri remanenti oneretur? Vel an partis deficientis damnum ſit inter omnes creditores pro rata communicandum, & diſtribuendum: vel an poſteriores à prioribus excludantur arrhâ remanente?

SUMMARIUM.

1 *Facultas ad cenſum imponendum ſuper duobus majoratibus an impetrante legitimè poſſeſſis, ſuſtinetur in utroque, etiam ſi pro tempore ſeparentur & à duobus legitimis poſſeſſoribus poſſideantur.*

2 *Facultas ad cenſum imponendum ſuper duobus majoratibus, ab uno poſſeſſore tentis, quorum alter fuit evictus, hujus reſpectu eſt nulla à principio, & majoratus evictus liber tranſit in verum ſucceſſorem evincentem.*

3 *Et an majoratus non evictus, cenſus integra quantitate remaneat gravatus, cum ſeqq.*

4 *Hypotheca à principio conſtituta ſuper duobus fundis, uno poſtmodum evicto, aut perempto; alter totum obligationis pondus ſuſtinet.*

5 *Hypothecæ jus eſt individuum.*

6 *Jus hypothecæ eſt individuum, licèt res hypothecatæ dividuæ ſint.*

7 *Hypothecæ ſi fuerint plures res, aut plures fundi, quilibet in ſolidum obligatus intelligitur.*

8 *Soluta ſi ſit pars debiti, adhuc pro reſiduo etiam minimo, omnes manent obligatæ.*

9 *Et totum pignus pro debiti reſiduo vendi poteſt.*

10 *Hypothecæ obligatio eſt tota in tota re, & tota in qualibet re, & in qualibet rei parte; ac quælibet obligationis pars, in tota re.*

11 *Tertius poſſidens unam ex pluribus rebus hypothecatis, vel unius rei partem, ad integri cenſus redditus tenetur.*

12 *Cenſus impoſitus ſuper duobus fundis, ſi aliquis pereat, totus ſuper alio remanet.*

13 *Cenſus impoſitus ſuper duobus majoratibus ex facultate impetrata ab uno utrumque poſſidente, ſi unus evincatur liber tranſit in verum ſucceſſorem, alter remanet cenſus parte pro rata gravatus, & ſeqq.*

14 *Princeps, qui conceſſit facultatem ad certam quantitatem ſuper duobus majoratibus, non habuit intentionem totam cuilibet gravare, ſed ratam proportionabilem fructibus cujuſque.*

15 *Princeps ſi ſciret alium majoratum eſſe alienum, & injuſtè poſſeſſum ab impetrante, illud non gravaret in præjudicium veri ſucceſſoris.*

16 *In Principe concedente facultatem ad alienandæ bona majoratus, defuit intentio diſponendi de alieno invito domino.*

17 *Onus cenſus imponens princeps habito reſpectu ad duos majoratus, uno deficiente, iniquum foret alterum ſuſtinere totum pondus.*

L. ſi duobus 5. *D. de legatis* 2. *l. ſi legatario, D. de fideicommiſſar. libert. l. planè, §.* 1. *D. ad legem Falcidiam, l.* 36. *tit.* 9. *part.* 6. *ponderantur, ibid.*

18 *Plures fidejuſſores ſimul dati, ſinguli correſpectivè ad alios intelliguntur obligati, unus contemplatione alterius.*

19 *Creditor non poteſt liberare unum ex pluribus fidejuſſoribus ſimul obligatis, cùm unus aliorum contemplatione intelligatur ſe obligare.*

20 *Princeps onerando duos majoratus ab impetrante poſſeſſos, ſi ſciret unum pro tempore liberum manſurum, non concederet facultatem in tanta quantitate ſuper ſolo uno.*

21 *Facultates ad alienandum, ſeu hypothecandum regulantur ab intentione principis concedentis.*

22 *Venditis pluribus rebus ſimul pro pretiis cuique correſpondentibus, tot venditiones dicuntur ſeparatæ & ſuper qualibet ſeparatim poteſt intentari receptio.*

23 *Fallit quando una non venderetur ſine altera, & quando pretium unius eſſet infimum, licet in alia ſit exceſſivum; cum videantur omnes correſpectivè venditæ.*

24 *Penſio eadem ſuper duobus beneficiis ab uno poſſeſſis impoſita,*

impoſita, ſi beneficia ſeparentur & duobus conferantur, non cuilibet tota penſio in ſolidum oneratur, ſed dividitur pro rata fructuum uniuſcujuſque.

25 *Quia principis intentio à principio deficit, volente quemlibet in ſolidum, & pro tota penſione gravare.*

26 *Penſio reſervata ſuper pluribus, & diverſis redditibus pro rata diſtributa intelligitur, ita ut pro parte eorum diſmembrata, penſio quoque diminuenda ſit pro rata ſua.*

27 *Pro penſione beneficium gravatum competit penſionario actio hypothecaria, etiam contra tertium quemlibet poſſeſſorem.*

28 *Ponderatur l. in his, C. de præd. & omn. reb. navicul.*

29 *Plura prædia cenſualia diverſis dominis pertinentia ſi quis unico pretio emerit, ſingulis dominis debetur laudemium pro rata.*

30 *Majoratum unum plus debito gravare principem foret inhumanum, cùm onus debeat fructibus correſpondere.*

31 *Principi ſi fuiſſet facta narratio unum majoratum fore alienum, & liberum à cenſu manſurum, non concederet facultatem in tanta quantitate ſuper alio.*

32 *Et ideo facultas à principe ſuper duobus majoratibus conceſſa, uno evicto, & liberato, debet reſtringi ad quotam cenſus proportionabilem fructibus majoratus remanenti.*

33 & 34. *Eadem ratione, qua à principio non valuit facultas ſuper uno majoratu per impetrantem intruſum poſſeſſio, eodem etiam poſtmodum evicto, debet minus pars censûs correſpondens fructibus ejuſdem.*

35 *Intentionis defectus in principe, vitiat gratiam.*

36 *Intentionis defectum in principe clauſula motu proprio, non tollit, nec operatur contra præſumptam, aut veroſimilem intentionem principis.*

37 *Exceptio defectu intentionis, vel facti nunquam cenſetur excluſa à ſtatuto omnes excludente exceptiones.*

38 & 39. *Filius agens inofficioſo, contra duos hæredes inſtitutos unum vicit, & ab alio ſeparatus, pro ea parte, qua vicit, tenetur creditoribus, & legatariis.*

L. cum filius diviſ. tribunalibus 78. ff. de legatis 2. & l. nam ſi is, §. ff. de inoff. teſtam. ponderantur, ibid.

40 *Obligatio pro rata dividitur inter plures ſimul obligatos, etiam ſi in perſona unius deficiat obligatio, quia aliter ultra ſuam ratam non tenetur.*

41 *Obligatio ſuper duobus majoratibus, ſequuta diviſione juridica per evictionem unius, pars correſpondens evicto prorſus fuit extincta.*

42 *Obligatio orta ab uno defuncto, pro rata dividitur inter hæredes, quorum altero effecto non ſolvendo, cæteris non oneratur pars deficiens.*

43 *Si unus ex pluribus hæredibus deponentis pecuniam ſuam ratam exegerit, aliis non communicabit, etiamſi cæterorum partes perierint.*

44 *Plures in eadem ſententia ad quantitatem condemnati, pro rata tenentur, etiamſi aliquis efficiatur non ſolvendo.*

45 *Obligatio ad quantitatem dividitur inter hæredes, pro rata, nec alius ad ratam alterius deficientem tenetur.*

46 & 47. *Idem in pluribus in ſolidum obligatis per ſententiam ad quantitatem ſimpliciter condemnatis.*

48 *Pars cenſus deficiens, quæ tangebat majoratui evicto, quomodo computanda, ut ſciatur, quanto minus majoratus remanens ſolvere debeat.*

49 *Computationis exemplo clare monſtratur pars cenſus, qua gravatus remanet majoratus, non evictus.*

50 & 47. *Penſio ſuper duobus beneficiis conſtituta, poſtmodum ſeparatim collatis, diſtribuitur pro rata inter illa juxta quantitatem fructuum utriuſque beneficii.*

51 & 52. *Duabus rebus eodem pretio venditis altera exempta à gabella, altera non, fit utriuſque æſtimatio, ut ex pretio non exempta gabella ſolvatur dumtaxat.*

L. Si plures, §. fin. D. de ædilitio edicto, ponderatur, ibid.

53 *L. ſi fundus, D. mandati, ponderatur.*

54 *L. tutor. §. curator, D. de minoribus, ponderatur.*

55 *L. in ſtipulationibus 54. §. operarum, D. de verbor. oblig.*

56 *L. ſi ſervus communis 39. D. de donat. inter virum & uxorem.*

57 *Res patrimonialis ſimul vendita cum non patrimoniali, taxatur judicis arbitrio, ut retrahi poſſit ſola à conſanguineo.*

58 *Gabella debetur ex cenſu conſignativo redimibili, eo in loco quo bona ſpecialiter hypothecata ſita ſunt.*

59 *Quæ bona ſi in diverſis locis ſita ſint, ſingulorum fit æſtimatio, & pro rata ſors principalis diſtribuitur, & cuilibet gabellario ſolvitur illa pars gabellæ correſpondens fundo in ſuo diſtricto exiſtenti.*

60 *Quod ſi unus locus ſit exemptus, illam ratam partem gabellæ correſpondentem feudo, ibidem exiſtenti amittit gabellarius, ita ut aliis bonis non oneretur.*

61 *Filio, & extraneo hæredibus inſtitutis, & mater omnium bonorum relicta uſufructuaria, ex rata portione filii alimenta conſequetur, ex portione extranei uſumfructum ei correſpondentem.*

62 *Majoratus evictus licet à cenſus obligatione liberetur, ejus tamen fit taxatio, ut ſciatur quanta cenſus parte maneat gravatus alter majoratus.*

63 *Partem quis facere poteſt, licet non admittatur, ſed excludatur à parte.*

Ponderantur ad id mirabilia jura.

64 *Filius renuntiata hæreditate paterna, adhuc facit partem quoad hæreditatis diviſionem inter cohæredes, licet non admittatur ad partem.*

65. 66 & 67. *Rotæ deciſio ſingularis in propoſito, recenſetur.*

68 *Ratæ cenſus ſublatæ à majoratu evicto, &c. & damnum, quomodo communicandum erit inter creditores, & ſeqq.*

69 *Inter creditores eodem tempore, & inſtrumento contrahentes damnum ratæ ademptæ à majoratu evicto pro rata communicatur.*

70 *Damnum contingens in bonis debitoris, ita ut omnibus creditoribus non ſufficiant, in poſteriorum detrimentum vergit, prioribus prius ſolutis.*

71 *Reſpondetur argumentis, tendentibus ut pars deficiens correſpondens majoratui evicto, ſit onerandæ remanenti ſimul obligato.*

72 *Duabus rebus obligatis, una extincta, altera eo debito manet gravata.*

73 *Fallit quando ipſius crediti pars ſimul extinguitur cum ipſa re.*

74 *Obligationis facta diviſione, inter plures, quilibet agnoſcit ſuam ratam partem, & non partes aliorum, etiamſi efficiantur non ſolvendo.*

75 *Creditor recipiens ſolutionem pro rata ab eo, qui inter alios ſit in ſolidum obligatus, quod omnes correos ſibi præjudicat, qui deinceps ſolum pro rata tenentur.*

76 *Et facta ſic obligationis diviſione, unus reus pro alio etiam facto non ſolvendo, non tenetur.*

77 & 78. *Diviſioneque ſic facta à jure inter obligatos in ſolidum operatur, ac ſi à principio pro rata ſinguli fuiſſent obligati.*

79 *Obligationis parte peremptâ, & extincta ſimul cum fundo hypothecato, cæteræ hypothecæ non tenentur ad integram obligationem, num. 79. & ſeqq.*

80 *Societate contracta ſuper duobus officiis, uno reſoluto, etiam ſocietas extinguitur pro ea parte correſpondente fructibus, & emolumentis officii extincti.*

81 *Motus proprius Pii V. de forma creandi cenſus, in Hiſpania non fuit receptus, imò ab eo ſupplicatum.*

82 *In cenſus conſtitutione bona obligata habentur loco pignoris, & hypothecæ, & perſona principaliter obligata,*

obligata, ita ut hypothecis peremptis integra maneat obligatio personalis.

83 *Secus ex depositione motus proprii, & ubi servatur, ut in bonis obligatus pro censu hypothecæ contracta sit irregularis.*

84 *Perempta re, super qua census ex motu proprio impositus, periit census in totum, & perempta rei parte, pro parte proportionabili fructibus rei manentis census perdurat.*

85 86. *Quando pars obligationis, & quantitatis simul periit cum re hypothecata, cæteræ res hypothecatæ solum ad residuum obligationis tenentur.*

87 88. & 89. *Secus si una hypotheca pereat integra manente obligatione, ut tunc cæteræ hypothecæ pro tota manente obligatæ, ibid.*

EX duabus resolutionibus invincibiliter comprobatis in duobus capitibus antecedentibus 9. scilicet & 10. ex quibus manifeste colligitur differentia inter divisionem majoratuum per legitimam successionem, & inter eorum divisionem per evictionem, ac rem judicatam obtentam à tertio contra utriusque possessorem; Difficultates arduæ admodum (de quibus in 1 hoc capite erit disceptandum) inexcusabiliter dilabuntur; una igitur resolutio est, quod virtute facultatis regiæ impetratæ per possessorem legitimum duorum majoratuum, ut super utroque possit certam pecuniæ quantitatem in censum redimibilem possessor ipse recipere, valeat & teneat, & super utroque majoratu subsistat, hujusmodi facultas, tanquam à vero, & legitimo domino, & possessore majoratuum impetrata; etiamsi pro tempore ipsi duo majoratus separentur, & in duos legitimos successores deveniant, & dividantur. De qua resolutione abundè actum fuit *in dicto cap. 9. ex nu. 1. & seqq. & ex n. 23. cum seqq.*

2 Alia & secunda resolutio admodum certissima, quòd facultas impetrata à possessore duorum majoratuum super utroque nominatim, ut censum recipiat super utroque, quorum alter fuerit postmodum evictus per alium verum & legitimum successorem; Ad hunc indubiè transit majoratus evictus absque eo onere, nulliter à principio impositio. Quam resolutionem firmissimam longè disputavimus, resolvimus *dicto cap. 9. ex num. 26. cum multis seqq. & c. 10. per totum*, & insuper iterum de ea erit tractandum inferiùs *c. 22. hac 2. part.* Quo copiosè examinatur intentio Christophori de Paz erga eandem quæstionem.

3 Ex hac igitur suppositione, quòd bona majoratus evicti libera transeant in verum successorem evincentem, prior oritur difficultas, an majoratus remanens totum censum integraliter agnoscere, & solvere teneatur; ita ut creditores in concursu ejusdem majoratus prætendere valeant totum censum cum decursis exigere ab ejus remanentis majoratus bonis; ardua quæstio est.

4 Et parti affirmativæ fortissimæ juris communis regulæ assistunt, quoniam à principio super utriusque majoratus bonis fuit inducta hypotheca, & licet postmodum bona unius majoratus fuissent evicta per tertium; aliter remanens majoratus totum agnoscere debet debitum ac totum obligationis pondus sustinere; hæc enim vir-
5 tus est, & efficacia hypothecæ, cujus jus cùm sit individuum, ut probant *l. rem hæreditariam* 65. ibi, *idque placet propter indivisam pignoris causam, ff. de actionib. l. Moschis, ff. de jure fisci.* Fachin. *lib. 2. controvers. cap.* 47. Peregrin. *de jure fisc. l. 6. tit. 6. n.* 46. & ex aliis Costa *de portione ratæ, q. 9. n. 5.* novissimè Ludov. Sanchez *de judiciis debitor. cap. 8. num.* 14. &
6 quòd jus hypothecæ sit individuum, licèt res hypothecatæ sint dividuæ, tenet Afflict. *decis.* 213. *sub nu.* 3. Socius senior *conf.* 175. *n. 2. lib.* 1. Pedroch. *de resol. contract. n.* 309. Cencius *de censib. q. 98. lib.* 31. ita
7 ut si plures res, vel fundi fuerint hypothecati, quilibet in solidum obligatus intelligatur in favorem creditoris, *l. 1. & 2. C. si unus ex plurib. hæred. cred.* In tantum, quod etsi pars debiti soluta, nihilominus pro residuo, etiam minimo, omnes res manent obligatæ, & hypothecæ subjectæ, text. est *in l. quandiu, C. de distract. pign.* text. optimus *in l. qui pignori ff. de pignor.* ibi, 8 *qui pignori plures res accepit, non cogitur unam rem liberare, nisi integro, & universo debito soluto, l. item, §. omni, ff. qui potiores in pign. hab.* Gratian. *discept forens. tom. 4. cap.* 730. Cencius *ubi proximè, sub dicto num.* 31. Surdus *decis.* 44. *n.* 7. & totum pignus pro 9 debiti residuo vendi potest a creditore, *l. si necessarius 8. ff. de pig. act.*

Nam obligatio hypothecæ est tota in tota re, & 10 tota in qualibet re, & in qualibet rei parte, & qualibet obligationis pars in tota re. Post alios Covarr. *variar. resol. lib. 3. cap. 7. n. 5. vers. seb quia hypotheca*, sequitur Ferdinand. Rebell. *de obligat. justitiæ, lib. 10. q. 6.* Cencius *de censibus, q.* 100. *num. 4. & q. 80. num.* 18. ubi plures allegat Ludov. Molin. *de just. & jur. parte 2. disp.* 391. *n. 3. vers. posteriori vero.* Ergo licèt unus ex majoratibus hypothecatis evincatur, res aliàs pereat, aut evanescat, aut in eo non subsistat hypotheca; tamen ad alterum remanentem tota obligatio integraliter reconditur, redit, residet, & permanet uti individua.

Deinde, & secundò probatur. Quoniam adversus 11 eum, qui possidet, vel unam tantùm ex pluribus rebus censui suppositis, vel unam tantùm partem unius rei pro censu hypothecatæ, potest creditor agere hypothecaria pro integri census redditib. Mol. *de just. & jur. part. 2. disp.* 383. *n* 9. & post plures alios Surdus *decis.* 32. *n.* 7. *& seqq.* Navarrus *de usuris, quæst.* 17 *n.* 114. Alvarus Valascus *de jure emphyt. quæst.* 32. *n.* 5. alios allegat Intrigolus *super Bulla de censib. quæst.* 52. *n.* 7. *cum seqq.* Avendañus *de censib. cap.* 94. *n.* 8. & latius *cap.* 96. *n.* 14. & multos allegat, & verissimam profitetur sententiam Felicianus *de censib. tom. 2. lib. 3. cap. 4. n.* 17. *versic. sub n.* 11. Fontanella *de pactis nuptial. tom. 1. claus. 4. gloss.* 18. *p. 2. ex n.* 51. *& seq.* Cencius *de censib. quæst.* 98. *n.* 29. *&. quæst.* 80. *ex n.* 8. Bertrand. *consil.* 124. *n. 2. lib. 2.* Costa *de ratione Ratæ, quæst.* 72. *n.* 6. qui alios quamplures allegat. Paulus Merenda *cons.* 63. *n.* 8. Trentacinq. *variar. resolut vol. 1. lib. 3. tit. de censib. resolut. 1. versic. prima est, quod creditor.* Rodriguez. *de redditibus, lib. 2. c. 9. ex n.* 30. *cum seq. & n.* 61. Gaspar Anton. Thesaur. *quæst. forens. lib. 2. quæst.* 85. *per totam*, & signanter *n.* 3. sed in nostro casu per possessorem ex facultate regia utrumque majoratum census hypothecæ suppofuit, ergo licèt unus per evictionem dissolvatur à nexu pignoris, & liber transeat in evincentem, verum successorem; creditores utriusque nihilominus ex integro totam census, & integram quantitatem consequi debent ex bonis majoratus non evicti, super cujus concursu adsunt creditores; quia super eo totum integraliter hypothecæ jus fuit consolidatum, atque reconditum.

Tertio, & pro hac parte viriliter pugnat dispositio 12 motus proprii Pii V. ex qua quamplurimi Doctores constanter tenent, quod si ex duobus pluribusve fundis, super quibus impositus fuit census, aliqui pereant, vel infructiferi redacti fuerint; nihilominus totus integer census remanet super aliis rebus, & fundis, qui fructiferi subsistunt. Idem & una de re, quando non tota, sed ejus pars aliqua vel evicta fuit, vel peremit, aut infructifera fuit effecta, adhuc ex alia rei fructiferæ parte census exigitur, & solvi redditus debent, uti omninò obligata, & hypothecata. Prout ad longum prosequitur plurimis relatis Doctoribus Cencius *de censibus, q. 41. per totam.* ubi agit, quando census impositus fuit super pluribus diversis rebus, *& in q.* 100. *per totam.* ubi quando peremit pars fundi, super quo census fuit impositus, *& in q. 99.* ubi quando tota re perempta census extinguatur. Igitur manifestè probatur, majoratum remanentem integrè pro tota summa census gravatum existere, atque ideo creditores habentes

hypothecas ſuper utroque majoratu, licet ab ea eximatur unus; ab altero remanente in concurſu ſuper eo formato per poſſeſſorem integrè cenſus ſortem principalem cum omnibus decurſis exigere, & conſequi debere per ſententiam graduationis cum tota cenſus obligatio in majoratu manente recondatur.

13 Quibus tamen, & aliis non obſtantibus, adhuc ex alio diverſo, atque ſpecialiſſimo capite, rectius contrariæ ſententiæ inhærendum eſſe, opinamur. Imò quòd evicto uno majoratu ex duobus, ſuper quibus impoſitus fuit cenſus, vel quodlibet aliud creditum ex facultate regia; remanentem nullatenus gravari poſſe pro tota, & integra quantitate, ſed pro ſua rata portione reſpectivè ad fructus, redditus & proventus utriuſque majoratus, quantumvis unus evictus liber tranſeat in verum ſucceſſorem evincentem, ita ut ad nihil teneatur, prout reſolvimus in duobus *c. anteced. d. 9. & 10.* validiſſimis ducor fundamentis.

Primo ex defectu intentionis Principis concedentis facultatem expreſsè ſuper duobus majoratibus, ad quorum ſimul fructuum, redituum, & emolumentorum valorem habuit reſpectum, ut permitteret utrumque una magna ſumma pecuniæ, proportionabili tamen utriuſque emolumentis gravare, quam procul dubio integram uno eorum majoratui apponi minimè princeps pateretur, nec concederet à principio, ſi verè ſciret &
15 ei fieret relatio poſſeſſorem unum majoratum injuſtè poſſidere, alienum eſſe, & ad alium verum ſucceſſorem pertineret, ſciens facultatem ejus reſpectu non ſubſiſtere, nec eſſe ſuæ intentionis ſuper alieno majoratu facultatem concedere, nec velle gravare. Ad la-
16 tiſſimè tradita *in c. 10. anteced. per totum*, quia in principe concedente facultatem ad alienanda bona majoratus deficit intentio diſponendi de alieno invito domino, ut ibidem probavimus, & latè Marinus Frecia *de ſubfeudis lib. 2. de authorit. Baron. authoritate 1. q. 4. ex n. 9. cum ſeqq. fol. 129.*

17 Ideoque cùm princeps onus hoc impoſuerit habito reſpectu ad utrumque majoratum, uno eorum deficiente, atque evicto, iniquum foret, alterum totum pondus integrè ſuſtinere. Argumento *leg. ſi duobus, 5. ff. de legat. 2.* ubi teſtator, qui legatario reliquit duas res, & duo legata, & in uno appoſuit gravamen, non poteſt gravatum repudiare, acceptando alterum, cùm videatur à teſtatore gravamen fuiſſe tui appoſitum intuitu, & contemplatione emolumenti alterius, & legatum ſine onere fuiſſe relictum habito reſpectu ad oneratum text. ad id etiam *in leg. ſi legatario, ff. de fideicommiſſ. liberat. leg. plane, in princip. §. 1. ff. ad legem falcid.* concordat *l. 36. tit. 9. p. 6.* exornat. Mieres *1. part. q. 55. à principio.*

18 Secundò comprobatur iſte reſpectus correſpectivus ex alia doctrina, quod plures fidejuſſores à principio ſimul dati intelliguntur ſinguli reſpectivè ad alios ſe obligaſſe, & inter ſe facti ſocii, & unus contemplatione alterius ſeu aliorum intercedere ſub hac ſecuritate, ut inter omnes, & ſingulos diſtribuendum ſit creditum illud totum, & communicandum periculum, & damnum contingens, & quòd licèt unus ex eiſdem ſolverit totum debitum in ſolidum, ab aliis illud totum recuperabit dempta ſua rata, nec alias quilibet ſolus fidejuſſiſſet pro tota quantitate, ceſſante aliorum ſublevatione, & damni communicatione, Franchis *deciſ. 55.* Cardinal. Seraphin. *deciſ. 865. ſub. n. 1.* Coſta *de ratione Ratæ, q. 22. n. 6.* Gratianus *diſceptat. 409. n. 39. lib. 3.* Tuſchus *lit. F. conſil. 389. num. 4.* Roman. *conſil. 472. col. 2. circa fin. verſic. aliquando agit in unum.* Idem Gratianus *diſcept. 281. num. 14. & 286. n. 2.* Enrigius *de fidejuſſoribus cap. 27. part. 3. num. 27.* Aretinus *in eodem tract. ſect. 6. c. 5. n. 26.* Bertazola *de clauſ. inſtrument. clauſ. 40. gloſſ. 1. n. 11. &* poſt plures alios Amat. *variar. reſolut. 37. ex n. 56. & ſeqq.*

19 Qui omnes propterea firmant creditorem non poſſe dimittere, aut liberare unum ex duobus, aut pluribus fidejuſſoribus ſimul in eodem contractu obligatis, cùm inter eos dicatur celebrata tacitè reciproca, & correſpectiva obligatio, qua omnes ad invicem ſe adſtringunt, unus alterius contemplatione, & intuitu, inter quos eo caſu conſideratur quædam individuitas, & ſocietas ob mutuum periculum omnes tangens pro portione, & inter omnes communicabile.

Eo igitur modo ſi Princeps ſciret tempore conceſſio- 20
nis, unum majoratum liberum pro parte manſurum, non eſt credibile ſuper ſolo alio totam ſummam apponere voluiſſe, nec talem habuiſſe intentionem; ſed potius habuiſſe reſpectum ad utriuſque majoratus emolumenta, atque proventus.

Nam licentiæ, & facultatis conceſſæ ad alienandum, 21
vel hypothecandum bona majoratus debent regulari & interpretari, ſecundum intentionem Principis concedentis, ut voluerunt Innocent. *in cap. cum Eccleſiaſtica, de exceptionibus.* Bald. *in leg. reſcripta Cod. de precibus imperat. offerend.* ut per Decium *conſ. 409. 14.* ſequitur Mieres *de majoratu 1. p. q. 8. n. 28.*

Conſonat, quòd licet plures res eodem inſtrumento 22
ſimul vendantur, pretiis in ſingulas res diverſis, & dicantur propterea plures venditiones, ita ut ſi alter contrahentium ſit deceptus in una re ultra dimidiam, poterit uti remedio *leg. 2. Cod. de reſcindend.* pro illa ſola re, ex latè comprobatis per Tiraquell. *de retractu lign. §. 23. gloſſ. ex num. 19. cum ſeqq.* Tamen fallit, 23
quando in aliis rebus etiam ſingulariter æſtimatis tantum eſſet lucri, ut in ea non videatur eſſe deceptus; quia tunc compenſatio in contractibus admittitur, & videntur correſpectivè omnes venditæ. Item etiam quando venditor non venderet unam rem ſine aliis, quia tunc ob correſpectivitatem non admittitur ſeparatio Tiraquell. *ubi proximè* videndus, & Guſman *de evictionibus, q. 45. n. 9. in fine.*

Tertiò ulterius fulcitur, quoniam quando ſuper 24
duobus beneficiis, vel duobus majoribus ab uno legitimè poſſeſſis Papa imponit unam, & eandem penſionem in favorem alicujus, vel Princeps concedit facultatem ad mutuo accipiendam certam quantitatem, ſi poſtmodum hæc duo beneficia, aut duo majoratus deveniant ad duos ſucceſſores, non quodlibet beneficium, aut majoratus adſtrictus remanet ad totam integram penſionem, & credita in ſolidum, ſed pro rata, habito reſpectu ad cujuſlibet fructus & emolumen- 25
ta, ſcinditur, & diſtribuitur penſio, ſeu cenſus. Et hoc non alia ratione, quàm defectu intentionis Principis, ſeu Papæ principio conſtituentis penſionem, & concedentis facultatem regiam, non fuiſſe ſcilicet ſuæ intentionis, quemlibet pro toto gravare, ſed utrumque pro rata emolumentorum, prout ex communi Doctorum in iis terminis reſolvimus, *ſuprà cap. 9. ex n. 23. & ſeqq.* ergo multo magis, ſi Princeps ſciret unum ex majoribus eſſe alienum.

Fulcitur, quoniam quando penſio fuit reſervata 26
ſuper pluribus diverſis redditibus, pro rata diſtributa cenſetur, ita ut pro parte eorum diſmembrata, penſio quoque cenſeatur diminui pro rata, nempe quando reſpectivè redditus diſmembrantur. Ita pulchrè probant Abbas *in cap. conſtitutus, n. 8. de religioſis domibus.* Gomez *in Compendio utriuſque ſignaturæ, num. 87. verſ. & alius caſus.* Mantu. *deciſ. 224.* Mantica *deciſ. 137.* Seraphinus *deciſ. 1429. per totam, & n. 3. & 4.* Auguſt. Barboſa *de jure Eccleſiaſt. lib. 3. c. 11. de penſionib. n. 73.*

Et ut hæ doctrinæ omni paritate currant cum noſtro 27
caſu principali, cui adaptantur, attendere debes, beneficium, ſeu beneficia penſione gravata, in tantum eis eſſe affecta, ut penſionarius habeat actionem hypothecariam in eiſdem, & contra quemlibet tertium poſſeſſorem. Plurimos Doctores cumulat Barboſ. *ubi proximè, ex n. 70. cum ſeqq.* & Nos *ſuprà 1. part. cap. 42. ex n. 15. cum ſeqq.*

Facit *his, C. de prædiis, & omnibus rebus navic.* & ibi 28
Joan. de Platea *lib. 11.* ubi onus reale, vel patrimoniale navicu-

naviculorum dividitur inter poſſeſſores pro rata, juxta id, quod ad unumquemque pervenit. Hinc etiam eſt,
29 quòd ſi quis unico pretio plura prædia cenſualia à diverſis dominis diviſim pertinentia emerit, ſingulis debentur ſua laudemia pro rata prædii unicuique pertinentis, & facienda æſtimatio prædiorum, ut ſciatur, quantum cuique prædio correſpondeant. Ut poſt Pariſienſ. tenet Gutierrez *de gàbellis*, *q.* 55. *n.* 3, & mirabiliter explicat *ex n.* 6.

30 Inhumanum quidem foret, majoratum unum plus debito gravari, cum onus impoſitum debeat commenſurari cum fructibus, prout ex pluribus Doctoribus ſcripſimus *infra hac* 2. *part. cap.* 14. *ex num... verſic. ſemper etenim quoad omnes juris effectus*, &c. probatur etiam ex *l. ei qui amplius*, *ff. de donationibus*: ut bonis donatis cum onere, ſi pars bonorum evincatur, onus quoque minui pro rata debet. Eidem pertinet text. *in cap. quanto*, *de cenſib.* Parladorius *in ſeſquicentur. different.* 17. §. *unico*, *num.* 7. Perez de Lara *lib.* 1. *c.* 15. *n.* 11. & à principio vide Coſta *de ratione ratæ*, *quæſt.* 158. *n.* 3. 4. *&* 9. *& quæſt.* 45. *n.* 15. *& quæſt.* 151. *n.* 6. 7. *&* 14. & poſt Bart. & Peraltam, Mieres *de majoratu*, 1. *p. quæſt.* 55. *n.* 6. text. etiam optimus *in l. qui hæredi*, §. *ſi pars*, *ff. de condit. & demon.*

Mirabiliter conſonat, quod feudum eſt individuum, & onus ſervitii univerſati feudi incumbit à principio. Lanarius 40. *num.* 2. 3. 4. *&* 5. Camillus de Curte *diverſ. feud.* §. *declarata igitur*, *n.* 145. *&* 146. at feudo ipſo diſmembrato, diſmembratur etiam, & diminuitur domini ſervitium *gloſſ. in conſtitut. conſuetudinem pravam*, *rubr.* 31. *in fin.* Schrader *de feudis*, *part.* 8. *cap.* 4. *n.* 15. Georgius *allegat.* 14. *n.* 6. Marius Giurba poſt hos, & alios *in deciſ.* 50. *n.* 6. *& ex n.* 4.

31 Ideoque cum deficiat intentio Principis concedentis licentiam ad imponendum cenſum ſuper duobus majoratibus, quam nullo modo concederet ſuper uno eorum in tanta quantitate, ſi ei fuiſſet facta relatio, ex qua apertè percipere potuiſſet, unum majoratum ob defectum dominii impetrantis non manere gravatum, etiam reſpectivè ad quotam, & ratam cenſus; certè non concederet à principio facultatem pro tanta quantitate, quam pati non poterat ſolus unus; atque ſic gratia hæc, & facultas debet reſtringi ad quotam proportionabilem emolumentis majoratus remanentis, qui parte cenſus deficiente, atque tangente majoratui evicto liberè, & abſque onere tranſeunti in verum ſucceſſorem evincentem, gravari nullo modo poteſt.

Hæc Principis intentio nolentis majoratum plus debi-
32 to gravare, ultra vires & facultates reddituum, manifeſtè probatur, quoniam quando impetratur facultas ad alienandum, vel hypothecandum bona majoratus, tenetur impetrans facere Principi relationem alterius facultatis jam conceſſæ ad alienandum, vel hypothecandum, ut Princeps cognoſcat vires majoratus, an pati poſſit tot onera, cùm in dubio præſumatur nolle plus debito gravare majoratum in damnum ſucceſſorum, ut probant Caſſad. *deciſ.* 3. *&* 4. *de penſionib.* Caputaq. *deciſ.* 301. 312. *&* 322. *p.* 2. *deciſ.* 83. *pl.* 3. Gigas *de penſionibus quæſt.* 29. *& quæſt. fin. num.* 12. Mohedan. *deciſ.* 11. *de locat. aliàs* 259. Mandoſ. *regul.* 33. *quæſt.* 6. *à n.* 7. *& de ſignat. gratiæ*, *tit. de penſionib. verſic. ſuppoſuimus.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. lib.* 6. *q.* 2. *à n.* 40. Azor *inſtitut. moral.* 2. *p. lib.* 7. *c.* 9. *q.* 3. & plures alii relati à Garcio *de benefic.* 1. *part. cap.* 6. *ex nu.* 560. *cum ſeqq.* Leo *in Theſor. fori Eccleſiaſt. cap.* 22. *n.* 68. Mareſcotus *variar. reſol. lib.* 2. *cap.* 18. *ex. n.* 40. *cum ſeqq.* loquentes in impetratione ſecundæ penſionis non facta mentione alterius, qua extat gravatum beneficium, ut ſit nulla, & ſubreptitia ipſo jure, quæ doctrina, vera eſt abſolutè ſumpta, quidquid diſtinguere velit Molina *de primogeniis*, *lib.* 3. *n.* 42. videndus *à n.* 40. ubi dicit hanc doctrinam fortè non procedere, quando ſecunda facultas impetratur ex nova, & juſta cauſa, certè minus rectè; nam cauſa nova, & juſta ad alienandum iterum bona majoratus, non ſupplet defectum unius, & facultatum ipſius; nec ex nova cauſa ceſſat ratio fundamentalis, qua ejus deſiderat relationem, & ſcientiam alterius oneris, ne plus debito majoratus, & beneficium gravetur à Principe, præſumitur nolle ultra vires, & facultates gravare, & quod facultas ſit ſubreptitia non facta Principi relatione de alio onere, quo res antea erat gravata, reſolvit Oldrad. *in conſ.* 22. *n.* 4. quem ſequitur Mieres *de majoratu* 1. *p. quæſt.* 3. *n.* 30. cujus doctrina, & opinio procul dubio verior ex ſupra allegatis, & loquendo in penſione præter jam relatos idem probat, & latè proſequitur Lotherius *de benefic. lib.* 1. *q.* 38. *ex. n.* 56. *cum multis ſeqq.*

Nam eadem ratione, qua gratia hæc, & regia fa- 33
cultas nulla eſt à principio ex defectu intentionis Principis reſpectu majoratus alieni, & evicti in præjudicium veri ſucceſſoris, prout abunde *in c.* 10. *anteced.* videre eſt; eadem etiam ratione pro parte, quæ proportionabiliter tangebat majoratui evicto, & deficienti, non debet alter remanens majoratus gravari, nec eo ſuppleri, ſed potius pro ea parte deficiente deficere debet facultas regia, ac ſi eam quantitatem minus concederet; tum quia facultas regia ad alienandum, vel hypothecandum bona majoratus tanquam ſtrictiſſimi juris, ſtrictè interpretari debet, ut ex pluribus fœcundiſ- 34
ſimè probavimus *cap. anteced.* 10. *ex num.* 73. *cum ſeqq. verſic. & inter alias rationes.*

Tum etiam quoniam gratia ex defectu intentionis principis, corruit ipſo jure ab initio in iis, in qui- 35
bus intentio defecit, eo quod eorum ille notitiam non habuit, nec fuit ab impetrante facta relatio, ſuper quibus propterea gratia, & facultas cadere non potuit, ſingulariſſimæ adſunt ad hoc Rotæ deciſiones, ut per Seraphin. *deciſ.* 761. *per totam*, *& dec.* 341. *num.* 8. *&* 9. ibi: *Clarus eſt autem defectus intentionis, quia Papa noluiſſet inferre hoc præjudicium D. Julio*, &c. Et in deciſ. 1491. *n.* 1. *&* 3. *& in deciſ.* 338. ibi: *Ad hoc idem gratia motu proprio ſit nulla ex defectu intentionis ſemper tenuit Rota*, &c. Ubi in comprobationem quamplurimi adducuntur Doctores, & iterum ipſe Seraphinus *deciſ.* 351. *n.* 26. 29. *&* 30. Alexander Ludoviſ. *deciſ.* 164. *à n.* 7. plures refert Mareſcot. *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 18. *ex num.* 36
47. Et quod defectus intentionis vitiet gratiam, & quod clauſula, *motu proprio*, non tollat defectum intentionis, nec operetur contra præſumptam, aut veriſimilem voluntatem, & intentionem Principis, & quòd hæc exceptio defectu intentionis, vel facti non cenſeatur rejecta à ſtatuto rejiciente omnes exceptiones, atque de aliis plurimis doctrinis tangentibus defectum intentionis Principis, abundè videre eſt poſt longam Doctorum allegationem *in noſtris commentar. de ſupplicat. ad Sanctiſſ.* 1. *p. c.* 3. *ex n.* 30. *cum multis ſeqq.* Igitur 37
cum omnino ſit probabile Principem duos majoratus gravantem una quantitate, reſpectivè ad utriuſque fructus, & emolumenta, nullo modo intendiſſe gravare quemlibet in tota cenſus quantitate; ita poſtmodum altero evicto, & liberè exeunte abſque ullo gravamine, pars deficiens remanenti majoratui non erit accreſcenda, nec ipſe tenetur totum, & integrum cenſum recognoſcere.

Quarto pro hac reſolutione facit celebris text. *in leg.* 38
cum filius diverſis tribunalibus 78. *ff. de legat.* 2. cujus verba ſunt: *Cùm filius diverſis tribunalibus actionem inofficioſi teſtamenti protuliſſet, atque ideo variæ ſententiæ judicum extitiſſent, hæredem, quæ filium vicerat pro partibus, quas aliis cohæredibus abſtulit filius non habiturum præceptiones ſibi datas non magis, quàm cæteros legatarios actionis conſtituit*, &c. Melior text. *in leg. nam etſi* 15. §. *filius*, *ff. de inofficioſo teſtam. Filius* (inquit Conſultus) *qui de inofficioſa actione adverſus duos hæredes expertus, diverſas ſententias judicium tulit, & unum vicit, ab altero ſuperatus eſt: & debitores convenire,*

& ipſe à creditoribus pro parte conveniri poteſt, ſed & corpora vendicare. Verum enim eſt familiæ erciſcundæ judicium competere, quia credimus eum legitimum hæredem pro parte eſſe factum: & ideo pars hæreditatis in teſtamento remanſit. Nec abſurdum videtur pro parte inteſtatus videri, &c. Ex quibus juribus conſtat, quòd
39 licet à principio legatariis, & creditoribus integra fuerit quæſita obligatio adverſus ſcriptos hæredes, & omnia bona ſimul hypothecata legatariis quæſita; tamen poſt factam hæreditatis diviſionem pars hæreditati evicta per filium libera remanſit, & alia pars quæ penes hæredem vincentem remanet, pro parte dumtaxat creditoribus tenetur; attenta diverſarum ſententiarum diviſione, & ſeparatione, & hoc fundamentum ex ſequentibus roboratur.

Eſto igitur, quòd à Principis intentione, & legis
40 intellectu diviſio hæc ſit obligationis inter utrumque majoratum, & quod annullatur cenſus reſpectu unius evicti; ſequitur, ut pars deficiens non ſit oneranda alteri, prout videmus in debitoribus ſimul ad quantitatem obligatis, ut unuſquiſque pro rata teneatur. Ita quando pluribus creditoribus quis ſe obligat; *ad leg. reos*, §. *cum in tabulis*, *ff. de duobus reis*. Ut procedat hæc diviſio, etiamſi in perſona unius obligationis contractus non valeat; quia adhuc alteri ſola ſua pars acquiritur, *leg. ſi mihi, & Titio, ff. de verb. obligat. leg. ſtipulatio iſta*, § *alteri*, *verſic. eum qui eodem tit. leg. his verbis*, *ff. de duobus reis*, & per plurima alia jura idem tenet, & latè probat Gomez *tom. 2. variar. cap. 11. n. 1.* videndus.

Quintò probatur, quoniam licet à principio ſuper
41 utroque majoratu fuiſſet de facto contracta obligatio & hypotheca, poſtmodum nihilominus utriuſque facta fuit ſeparatio, & diviſio realis, & juridica, ita ut tam obligatio, quàm hypothecæ fuerint reſolutæ reſpectu majoratus evicti, quapropter alter remanens majoratus non tenetur de tota obligatione. Prout in ſimili probarunt Franciſc. Aretinus *in leg. 2. §. & harum n. 7. col. 2. ad fin. ff. de verb. obligat. & ex leg. fin. C. depoſit. & in leg. ff. de aliment. & cibar. legatis*, *leg. legatorum petit. ff. de legat. 2. in navi Sauphel ff. locat.* Angel. *conſil.* 230. Boërius *deciſ.* 57. Ant. Gomez *in commentar. de individuis n.* 3. Parladorius *rerum quotidian. cap. fin.* 4. *p.* §. 1. *n.* 13. Coſta *de ratione Ratæ q.* 23. *n.* 3. belliſſimè dicentes, quod quam-
42 vis obligatio oriatur ab uno defuncto, ejus hæredes pro rata portione tenentur dumtaxat, ita tantum, quòd ſi unus ex hæredibus efficiatur non ſolvendo, pars deficiens cæteris non oneratur, nec alteri tenentur, nec poterit à creditore conveniri, niſi pro ſua rata parte ſibi tangente dumtaxat, ita ut hæredis fallimentum cedat in damnum creditoris. Quæ eſt doctrina valde ſingularis, & adaptabilis caſui noſtro pro quo etiam urget *l. fin. C. depoſiti*. ubi, ſi unus ex pluribus hæredibus deponentis
43 pecuniam, vel aliud conſiſtens in pondere, numero, aut menſura, partem ſuam, & ſibi tangentem ſuſceperit, non tenetur aliis partem aliquam reſarcire, aut communicare, quamvis poſtea eorum partes petierint. Comprobat Mantic. *de ambig. convent. lib. 9. tit. 7. num.* 3. & 4. videndus *per totum tit.* text. etiam *in leg. Paulus* 43. *ff. de re jud.* ubi pluribus condemnatis in eadem ſumma, fit inter eos diviſio pro rata, ita ut ſi aliqui non reperiantur ſolvendo, cæteri pro eo non teneantur;
44 ibi *ex perſona cæterorum ex eadem ſententia conveniri eum non poſſe.*

Et quod obligatio ad quantitatem dividatur inter
45 hæredes pro rata, ita ut nullus teneatur ultra ſuam ratam, etiamſi alter eorum efficiatur non ſolvendo, per *d. leg. fin. Cod. depoſit. leg. Lucius*, *ff. familiæ erciſc. leg. filio*, *ff. de ineffi. teſtam. leg. in navi Sauphel. ff. locat.*
46 & *l. ſi filius*, *ff. pro ſocio.* & per plures Doctores idem optimè Gomez *variar. tom. 2. c. n.* 4. ubi etiam per plura jura, & Doctores, quod obligatio ſui principio, qua plures tenentur in ſolidum, ſi ſimpliciter condemnentur omnes per ſententiam, fit inter eos diviſio pro rata; & licèt aliqui fiant non ſolvendo, cæteri tamen ad ſolas ſuas ratas tenentur, ita ut hoc damnum ſolummodo tangat creditorem. Quod & idem repetit *in cap. 11. num.* 1. atque etiam licèt plures ſint in ſolidum à principio obligati, ſi poſtea con- 47
venti ſimpliciter omnes condemnentur, pro rata unuſquiſque intelligitur condemnatus, ita ut licet aliqui efficiantur non ſolvendo, cæteri non teneantur ultra ſuam ratam. Latiſſimè probavimus ex multis *in commentar. de Reg. prot.* 4. *p. cap.* 12. *ex nu.* 114. adde Cardoſum *in praxi judiciali*, *verbo debitor*, *num.* 37.

Qua reſolutione uti veriſſima ſtante, non obſtant argumenta, quæ in contrarium conſideravimus ad principium hujus cap. *ex n.* 4. *&. ſeqq. verſic. & parti affirmativæ*, &c. Quæ verè non obſtant, prout eiſdem ſatisfit ad calcem hujus cap. quæ modo omittimus, ne prorſus diſcurſus interrumpatur.

Suppoſito igitur, quod pars deficiens, quæ tan- 48
gebat majoratum evictum, evaneſcat, & prorſus deficiat, & pro ea parte extinguatur obligatio, ita ut nullo modo oneraretur majoratui remanenti; quomodo facienda erit computatio, ut ſciatur, quæ & quanta pars cenſus tangat majoratum obligatum. Eſto, quod alter liber remaneat ab omni pignoris, & hypothecæ nexu, videamus. In quo dicendum currit, quòd facienda erit computatio valoris fructuum & emolumentorum utriuſque majoratus, evicti ſcilicet & remanentis, & pro rata diſtribuenda erit tota cenſus quantitas, & partem, quæ proportionabiliter tangit majoratum remanentem, obligatum, recognoſcere, & ſolvere tenetur, non amplius (ut diximus) alia vero pars proportionabilis, & correſpondens majoratui libero, & evicto evaneſcit, penituſque deficit, ceditque periculo, & damno creditorum, cum nulliter fuerit conſtituta ex defectu facultatis regiæ, quæ ad eam quantitatem, ſicut nec ad majoratum evictum extendi potuit ab initio, prout diximus.

Sit exemplum: majoratus evictus valet in redditibus 49
mille, majoratus remanens valet duo millia, cenſus capitale conſtat ex tribus millibus, duo millia onerantur majoratui remanenti, & mille quæ tangebant & correſpondent redditibus majoratus evicti evaneſcunt, ac ſi à principio data non fuiſſent debitori; vide circa hanc computationem, quæ uberrimè ſcripſimus *hac 2. p. cap. 2. ex n. 167. cum multis ſeqq.*

Hoc genus computationis juridicum eſt, & multis 50
mediis probatur. Tum ex illa communi Doctorum ſententia in ſimilibus tenente penſionem conſtitutam ſuper duobus beneficiis ab uno clerico ſimul poſſeſſis, & in duos alios poſtmodum diviſis & collatis, dividendum eſſe inter utrumque beneficium pro rata, & menſura fructuum, & emolumentorum utriuſque, de qua latius egimus *ſupra cap. 9. ex n. 24. & ſeqq. hac 2. part.* & hoc eodem capite tetigimus in tertio hujus partis fundamento *ex n. 14. verſic. tertio ulterius fulcitur*, &c.

Tum etiam ex doctrina Gutierrez *in tract. de Gabellis* 51
q. 83. dum reſolvit, quod ſi duæ res vendantur unico pretio, quarum altera ſit exempta à Gabellæ tributo, ad ſciendum quanta gabella ſit, altera res non exempta gravanda; ait quamlibet rem ſuo juſto pretio ex præcepto judicis fore æſtimandam (niſi inter partes aliter convenerit) & tunc gabellam deberi ex pretio rei tributariæ juxta factam utriuſque computationem, & valorem, ita ut res alia exempta à ſua rata libera remaneat, nec gabellarii ab ea aliquid exigere poſſint. Quod Gutierrez probat ex doctrina Pauli Caſtrenſis *in leg. quod* 52
ex Pamphil. 2. ff. de legat. 1. tenentis, quod quando unum pretium ſolvitur pro duabus rebus, tantum pro qualibet cenſetur ſolutum, quantum cuique earum convenit, ac correſpondet ſecundum utriuſque rei valorem, ex *l. Si plura* §. *fin. ff. de ædilitio edicto.* ubi pluribus ſervis unico pretio diſtractis, unus vitioſus redhiberi poteſt, facta ejus æſtimatione pro rata pretii, ibi.

Ita

Ita demum pro bonitate ejus æſtimatio fiet, ſi confusè univerſis mancipiis conſtitutum pretium fuerit.

53 Comprobatur ex text. celebri *in leg. ſi fundum, ff. mandati*, ubi ſi fundum communem habebam cum Titio, & Seio, & tu mihi mandaveris, ut tibi fundum emam, ego, tibi emi partes Titii, & Seii pro diverſis pretiis, cogar ipſe partem quoque meam tibi vendere pro pretio, quod Judex æſtimaverit; *leg. ſuæ rei in fin. cum leg. ſeqq. ff. de contrahenda emptio. cum filius, in princip. ff. de legat. 2. l. ſi quod ex Pamphil. ff. eod. leg. non quodcunque §. fundus, ff. de legat. 1. l. in lege falcidia interveniente ff. ad legem falcid. leg. duobus, ff. de libera cauſa leg. judicatæ, ff. de except. rei judic. leg. 17. tit. 5. parte 5.*

54 Text. etiam *in leg. tutor. §. curator. ff. de minoribus*, ubi ſi curator ad adoleſcentium prædia communia ſibi, & iis minoribus, quorum curam adminiſtrat, vendidit, eatenus reſcinditur venditio, quatenus pro parte, & rata fundus communis fuit.

55 Text. etiam *in leg. in ſtipulationibus* 54. §. *operarum*, ibi: Quod ſi unam operam ſervus communis ſtipulatus fuerit, neceſſe eſt utrique dominorum partem operæ tantam, quantam in ſervo habuerit, petere, *ff. de* 56 *verbor. obligat. l. ſi ſervus communis* 39. *ff. de donatio. inter.* ibi: Pro qua parte is ſervus, qui donaſſet viri eſſet, pro ea parte munus non eſſe factum mulieris reſpondi. Et in verbis ſequentibus idem iterum probatur, *& lex cum eo, ff. de pactis.* Jaſon *in §. frequent. inſtit. de action. n.* 36. Alexand. *in leg. ſic ita quis §. Seia, n. 9. ff. de verb. obligat.* Pereira *de empt. & vendit. c.* 15. *n.* 26. Gratian. *diſceptat.* 160. *n. & c.* 207. *à n.* 31. *& deciſ.* 32. *in fine.* Hermoſilla *ad l.* 48. *tit.* 5. *p.* 5. *gloſſ. n.* 21. *tom.* 2. *fol.* 217.

57 Fulcitur ex alio ſimili, quod ſi res patrimonialis (in qua de jure cadit retractus) vendatur ſimul cum alia re non patrimoniali unico pretio, & eodem inſtrumento, conſanguineus admittitur ad retractum illius rei, quæ patrimonialis eſt, alia emptori relicta, & taxabitur pretium boni viri arbitrio. Ut per text. *in cap conſtitutis de in integr. reſtitut.* quem ad idem expendit ſolus Tiraquell. *lib.* 1. *de retractu lign.* §. 23. *gloſſ.* 2. *ex n.* 26. *& ſeqq.* voluit idem Matthæus de Afflictis *in tract. per tom.* 201. §. 6. *n.* 8. Ciſuentes *in leg.* 50. *Tauri, q.* 39. *& in leg.* 71. *Tauri*, & ibidem Anton. Gomez *n.* 15. per text. *in leg. domum, ff. de contrahend. emptio. & leg.* 14. *tit.* 5. *p.* 5. ſequitur Matienz. *in leg.* 7. *gloſſ.* 7. *ex n.* 31. *tit.* 11. *lib.* 5. *recopilat. fol.* 69. à tergo.

58 Mirabiliter reſolutioni noſtræ conducit, quòd ex cenſus conſignativo redimibili debetur gabella, eo in loco uti bona hypothecata ſpecialiter ſita ſint. Prout ex Lazarte Gironda, Azeved. Parlad. Molin. Solis, & aliis 59 probat Gutierr. *de gabell. q.* 55. *tota.* Quòd ſi bona ipſa cenſui ſuppoſita in diverſis locis ſint omnium, & ſingulorum bonorum ſit æſtimatio, & pro rata ſors principalis diſtribuitur, & cuilibet gabellario ſolvitur illa pars gabellæ correſpondens fundo in ſuo loco exiſtenti, ut latius ex aliis probat Gutierrez *ubi proximè* 60 *n.* 6. at ſi unus locus ſit exemptus à gabellæ ſolutione, tunc illam ratam partem correſpondentem fundo exiſtenti in loco exempto amittit gabellarius, & tanto minus ſolvitur gabella; quia hæc pars deficiens non oneratur cæteris fundis, ſed prorſus detrahitur à ſorte principali, ex qua debetur gabella. Sic tenet Parlador. *lib.* 1. *rerum quotidian. cap.* 3. §. 8. *quæſt. fin. in fin.* ſequitur Gutierrez *d. q.* 55. *n.* 7. quæ doctrina rectè adaptatur quæſtioni noſtræ pars deficiens correſpondens majoratui evicto prorſus pereat, & non oneretur alteri majoratui remanenti obligato tantum ad eam partem, & crediti ratam ſibi tangentem, & fructibus correſpondentem.

Conſonat ulteriùs, quod ſit teſtator filium, & extraneum ſimul hæredes univerſales inſtituit. & uxori ſuæ uſumfructum omnium bonorum reliquit hujuſmodi uxor ex quota portione, & rata hæreditatis pertinentis filio ſola alimenta conſequitur, reſpectu verò portionis ad hæredem extraneum expectantis integrum uſumfructum obtinebit, non tamen ei onerabitur pars 61 deficiens in portione filii, quæ evaneſcit, & amittit mater; reſolvunt Bartol. *in leg. Titia cum teſtamento, §. Titia cum nuberes, n.* 9. & ubi Fulgoſ. *& Picus, ff. de legat.* 2. Angelus *in tract. de teſtibus, verb. item reliquis.* Ruinus *conſil.* 3. *n.* 11. *&* 21. *vol.* 2. quos ſequitur Rol. à Valle *conſil.* 74. *n.* 6. *vol* 2. Rodric. Xuarez *in leg. quoniam in prioribus, ampliatio* 3. Anton. Gabr. *comm. opinio. tit. de uſufructu conſil.* 1. *&* 2. Maron. *in tract. de pace q.* 38. *n.* 4. Cavalcan. *de uſufruct. n.* 42. *fol.* 191. Otero *de jure paſcendi, cap.* 26. *num.* 15.

Hoc idem computationis genus in ſimilibus ſemper 62 jura amplexerunt expreſſa. Etenim licèt pars contingens majoratui evicto penitus evaneſcat, ita ut ad nullam cenſus quantitatem teneatur, adhuc tamen ejus rata pars attenditur, non ut pars illa ei adjiciatur, nec accreſcat, ſed ad faciendam computationem, ut ſciatur, quæ pars cenſus remaneat onerata alteri majoratui obligato, & affecto hypothecæ, ita ut majoratus liberatus, & hypotheca diſſolutus faciat partem pro ſua rata, licet non admittatur ad partem text. eſt admirabilis in *l. hujuſmodi* 86. §. *ſi Titiæ, & Mævio legatus fuerit Stichus, qui Titii erat, debita pars Stichi Mævio. Nam Titius,* 63 *quamvis ad legatum non dimittatur partem faciet, ff. de legat.* 1. text. *in leg. planè* 34. §. *ſi conjunctim res legetur conſtat partes ab initio fieri, nec ſolùm ii partem faciunt in quorum perſona legatum conſtituit: verum ii quinque in quorum perſona non conſtitui legatum, ff. eod.* text. etiam *in leg. ſi duobus res conjunctim legata ſit, quamvis alter in rerum natura non fuerit, alteri deberi ſolam partem, puto verum eſſe* 16. *ff. de legat. ubi gloſſ. verbo deberi.* Notat ex eodem text. facere partem etiam *in leg. ſi Titio, & ei, qui capere non poteſt, decem legata ſint, quia duobus hæres dare damnatur, & unus capere non poteſt, quinque ſola Titio dantur* 7. *ff. de legat.* 2.

Hinc fit, quòd etſi filius validè, & cum juramento 64 renunciaverit ſuæ legitimæ, & hæreditati paternæ; nihilominùs quoad hæreditatis diviſionem, & partium computationem, & applicationem cæteris hæredibus computatur, & ipſe in numero filiorum, ita ut excluſus faciat partem licèt non admittatur ad partem. Ex communi reſolutione Doctorum quòd quis excluſus à parte, faciat partem, licet ad eam minimè admittatur, Guido Papa *deciſ.* 599. *dec.* 295. Capicius *dec.* 158. Boërius 104. *n.* 6. *&* 10. Caſtrenſis *in d. leg. hujuſmodi, §. ſi Titio, ff. de leg.* 1. idem Caſtrenſis *conſil.* 287. *quoniam fundamentum, vol.* 1. & iterum *in leg.* 1. §. *inde Neratius n.* 2. ubi Rip. *n.* 8. *ff. ad Trebell.* pulchrè Socinus Jun. *conſil.* 26. *vol.* 1. eleganter Cancerius *variar. reſol.* 1. *part. cap.* 3. *de legitimâ, n.* 30. *&* 31. Theſaurus *deciſ.* 159. *n.* 15. Rota, ut per Farinacium 65 *in poſthum. tom.* 2. *deciſ.* 241. *quæ n.* 6. ita ait: Non enim relevat ex ſumma æris alieni teſtatoris eſſe detrahenda ſcuta 2200. ſoluta ab hæredibus pro dote Camillæ filiæ teſtatoris, quæ non uti æs alienum, ſed uti legitima venit deducenda ex corpore legitimæ omnium filiorum; cum illa faciat partem, & ad illam admittatur ex allegatis: quia de jure non eſt inconveniens, quòd quis 66 faciat partem, & non admittatur ad partem, ut ex *leg. hujuſmodi, §. ſi Titio, ff. de legat.* 1. & tradit in iſtis terminis Theſaur. *deciſ.* 159. *n.* 13. *circa medium, verſic. nec enim abſurdum eſt.* Unde ſtante excluſione fœminarum per ſtatutum Montis Bedii propter maſculos ipſa filia teſtatoris auget numerum filiorum, ita ut faciat tranſire legitimam de triente in ſemiſſem, & quod ab ea per ſtatum aufertur, accreſcit maſculis eorum legitimam impugnando. Ut art. bene diſcuſſo firmavit Rota in cauſa Romana de Tante eorum felic. record. Clem. VII. inter impreſſas diverſarum deciſ. 166. p. 1. quam poſtea fuit ſequuta in Anconitana legitimæ 28. Junii 1605. coram bon. mem. Penia, &c. Quibus ſic reſolutis, ad ultimam noſtri c. partem acce- 67

dendo

dendo indagare licebit, quomodo hoc damnum, quod ex rata parte census deficiente contingit ob resolutionem hypothecæ à principio de facto contractæ super majoratu evicto, communicandum sit inter plures creditores ejusdem unius, vel plurium censuum, certum est enim per necessariam consequen-
68 tiam, partem censuum, & obligationum deficientem in illorum damnum cedere. Etenim, si illa pars detrahitur à majoratu evicto, & penitus resolvitur, & adjicitur, nec augetur alteri majoratui remanenti obligato, & affecto, qui solùm tenetur agnoscere suam ratam partem, facta utriusque fructuum computatione, prout hactenus probatum, & resolutum manet, de primo ad ultimum sequitur hanc partem censuum, & æris alieni resolutam, & deficiente in ipsorum creditorum cedere debere, ad latè tradita *infrà c.* 11. *ex n.* 7. *cum multis seqq.*

69 Sed an hoc damnum sit inter eos creditores pro rata communicandum, vel dumtaxat in damnum posteriorum, breviter dicendum erit, adhibita distinctione, aut enim isti creditores uno, & eodem tempore, seu instrumento contraxerunt, & tunc pariter omnes comprehendit diminutio hypothecarum pro rata sortis creditorum.

70 Aut enim isti creditores successivè, & diversis temporibus contraxerunt, & tunc diminutio bonorum debitoris cedit in damnum posteriorum creditorum, qui priùs solutis creditoribus anterioribus ex bonis debitoris, amittunt sua credita si bona omnia consumpta fuere in solvendis prioribus. Hanc distinctionem ad longum comprobavimus, & resolvimus *suprà hac* 2. *p. c.* 4. *ex n.* 142. *cum multis seqq. versic. deveniamus ad ultimam*, &c. Ubi per te videre poteris, quia nostri non est iterum repetere; vide etiam *infrà* 3. *part.* 11. *per totum.*

71 Quibus omnibus sic viriliter corroboratis, restat satisfacere argumentis pro contraria parte à principio hujus cap. *ex n.* 3. *& seqq.* consideratis, ad hoc tendentibus, ut majoratus remanens obligatus non solùm teneatur de sua rata portione, sed etiam de ea quæ deficit, & resolvitur ob evictionem unius ex majoratibus ab impetrante facultatem regiam possessis tempore, quo super utroque impositi fuerunt cen-
72 sus. Et non obstat primum *ex n.* 4. de individuitate juris hypothecæ, ut sit totum in tota re hypothecata, & totum in parte, & pars in tota, atque ideo si pars bonorum hypothecatorum diminuta sit vel evicta, totum jus hypothecæ remanet in bonis remanentibus; quoniam hæc doctrina regulariter loquendo verissima est, & indubitabilis; sed non procedit,
73 quando ipsum creditum simul diminuitur, atque resolvitur, & dividitur pro rata ipsius rei; quia tunc bona remanentia dumtaxat remanent obligata pro sua rata crediti, *l. quandiu, C. de distractione pignor. l. si necessarias* 8. §. *unus, ff. de pignor. act.* ita ut facta separatione, & dimissione crediti consideretur, ac si alia pars solutione extincta sit, & solum durat hypo-
74 theca omnium bonorum remanentium pro illa rata parte, illis contingit post factam computationem, ex dictis juribus, & ideo non tenetur pro aliis, quæ sunt effecta non solvendo, & exempta, atque liberata ab obligatione. Prout vidimus ex doctrina Francisc. Arezin. & sequacium, de qua *suprà in* 4. fundamento hujus partis, *ex num.* 42. nempe de obligatione defuncti, ut pro rata dividatur inter debitoris hæredes pro portionibus hæreditariis, ita ut si quis eorum efficiatur non solvendo, alter non teneatur ultra suam portionem pro rata sibi tangentem. Vide latissimè *suprà ex n.* 32. *cum multis seqq.*

75 Quæ doctrina fulcitur ex alia, nam etsi controversum sit numquid creditor recipiens partem crediti ab uno ex correis in solidum obligatis, seu confidejussoribus, videatur scindere creditum, & amittere obligationem solidi, de qua ad partes disputat Cencius *de censib. q.* 119. *ex n.* 23. & sursum, constans tamen est inter omnes, quòd quando debitor, vel correus solvit suam partem, & pro sua rata tangentem inter solvendum dicat, & exprimat, sic solvere pro sua rata parte; & creditor simpliciter recipiat, absque aliqua protestatione; tunc dividitur pro rata correorum: ita ut singuli pro sua parte tantum teneantur, amissa obligatione in solidum. Ut ex plurimis per ipsum Cencium loco citato *ex num.* 25. *& seqq.* latissimè Pereira *de emptio. & vendit. cap.* 33. *ex num.* 58. *cum multis seq.*

Quod in tantum divisum remanet creditum inter 76
correos, aut fidejussores, ut quilibet rata dumtaxat teneatur deinceps, etiamsi aliqui eorum efficiantur non solvendo, nec ab eis possit creditor exigere, aut partes per eos debitas consequi, per text. *in l. inter eos*, §. *cum inter, ff. de fidejussor.* Alciatus *in l. si creditores C. de pactis*, Cencius *ubi proximè n.* 26.

Etenim post factam à jure divisionem crediti, judi- 77
catur, & consideratur, si fuissent plura credita distincta, & separata inter singulos. Prout in similibus terminis tenet glossa per text. ibi, *in l. nam satis* 6. *verbo respondit, ff. quemad. servitut. amitt.* Quare cum pars 78
crediti pertinens pro rata majoratui evicto à principio fuerit extincta, imò non contracta de jure ob defectum facultatis regis, non habentis intentionem gravandi alienum majoratum, prout hactenus probavimus, & *in cap. anteced.* abundè; sequitur quod majoratus remanens ad suam ratam portionem dumtaxat teneatur, & non pro alia deficiente.

Et eodem modo respondetur secundo argumento de 79
quo post principium hujus *cap. num.* 11. ut utrumque procedat, quando dumtaxat perit pars bonorum hypothecæ subjectorum, sed remanet obligatio quantitatis integra. Nos autem loquimur in casu speciali, & irregulari, quo non solùm periit pars bonorum hypothecatorum, sed etiam simul pars quædam obligationis quotitativa, & proportionabilis ipsis hypothecis peremptis, cum quibus simul pars debiti perit, & evanescit, quo casu ad quantitatem remanentem in obligatione tenetur dumtaxat majoratu hypothecatus remanens.

Prout in simili de societate contracta super duobus 80
officiis, quorum altero extincto, extinguitur etiam societas pro ea parte, & pro ea rata proportionabili fructibus, & emolumentis officii extincti, & remanet pro ea parte proportionata emolumentis officii remanentis, & quatenus ejus capacitas patitur, Rota *dec.* 91. *n.* 2. *& decis.* 424. *n.* 10. *& decis.* 90. *n.* 9. inter collectas per Cencium post *tract. de censibus*, quia etiam videndus *in quæst.* 36. *n.* 8. eadem Rota *decis.* 43. *n.* 4. per Farinacium *in posthum. tom.* 1.

Nec obstat tertium deductum ex dispositione motus 81
proprii *Pii V. de forma creandi census*, de quo *suprà n.* 12. cui dupliciter respondetur, primo, quod motus ipse proprius, atque ejus dispositio locum habet, ubi receptus fuit, & observatur. Attamen in Hispania nunquam à principio fuit receptus, sed potius ab eo supplicatum humiliter ad Sanctissimum; ut testantur innumerabiles penè DD. laudati *in nostris comm. de supplic. ad Sanct.* 1. *p. c.* 2. *sect.* 4. *à n.* 159. *& seqq.* adde Noguerol. *alleg.* 32. *n.* 41. Amat. *var. resol. tam.* 2. *resol.* 54. *n.* 21.

Atque ideo in Hispania communiter observatur in 82
constitutione census: res, & bona, quæ subjiciuntur, habentur loco pignoris, & hypothecæ; persona autem principaliter obligatur, ita ut deficientibus hypothecis, remaneat integra, & illæsa obligatio personalis, prout tenent Covarr. *var. resolut. lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 5. *per totum.* Soto *de just. & jure lib. q.* 5. *art.* 1. *in* 4. *&* 5. *concluf.* Azor. *institut. moral. p.* 3. *lib.* 10. *c.* 5. *q.* 1. *verf. secunda sententia.* Molina *de contractib. p.* 2. *disp.* 387. *n.* 6. Felician. de Solis *de censib. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 8. *ex n.* 4. *& seqq.* Rodriguez *de annuis redditibus, lib.* 1. *quæst.* 4. *n.* 25. *& seqq. & ex n.* 36. *& latius lib.* 1. *quæst.* 19. *n.* 29. iterum ipse Rodriguez *lib.* 2. *quæst.* 7. *ex n.* 13. quì

innu-

innumerabiles alios allegant, & quamplurimi congesti
a Cencio *de censib. quæst.* 34. *per totam*, qui tamen generaliter amplectens dispositionem Pii V. contrarium
83 ex eo tuetur, imò census præcisè constitui debere super re certa, & non super generali obligatione bonorum, & idcirco contrahi hypothecam irregularem affirmat, prout in locis *in d.* 3. *argumento* citatis. Et cavendum erit ab Avendaño *in tract. de censibus cap.* 25. qui cum Hispanus sit, deberet attendere communem, & universalem regionis observantiam, & ab ea non recedere, prout recessit, & idcirco communiter reprobatur in tribunalibus supremis, & inferioribus.

84 Qua motus proprii dispositione attenta, ipse Cencius observat in dictis quæstionibus citatus *suprà num.* 12. perempta re, super qua census fuit impositus perimi censum in totum, & perempta rei parte, pro parte perimi, & pro alia parte porportionabili ad fructus partis rei permanentis, & non aliter sustineri; quia nulla in census creatione datur obligatio personalis, sed realis tantùm, juxta dictum motum proprium. Quæ doctrina in Hispania, supra dictis non observatur ex præfatis Doctoribus.

85 Secundo respondetur, quod quando in Hispania hæc motus proprii dispositio observaretur, & per consequens doctrina Cencii, adhuc tamen pro nostra parte, quam tuemur, potuisset rectius allegari, ut peremptis & dissolutis bonis unius majoratus evicti hypothecatis, perimi partem census proportionabilem ad illum majoratum, & solùm remanere aliam partem quotitativam super altero majoratu remanentem, ad quam dumtaxat tenetur, & pro ea tantum sustinetur hypotheca super eo, & non amplius. Ex his quæ amplissimè tuetur ex dicto motu proprio Cencius locis in argumento citatis *dicto n.* 12.

86 Imo, & ego circa hæc considerabam hanc Cencii doctrinam rectè adaptari posse huic casui nostro speciali, & irregulari, quantumvis in Hispania (ut diximus) motus proprius non sit receptus; etenim cùm in nostro casu non solùm dissolvantur hypothecæ de facto contractæ super majoratu evicto, sed etiam simul sit pars census impositi super eo à principio extincta; bene sequitur majoratum remanentem solum gravari pro alia rata parte proportionabiliter sibi ex divisione, & æstimatione, atque computatione facta tangente. Quod nos tuemur, defendimus, & probatum relinquimus à principio hujus cap.

87 Atque tandem omnibus argumentis pro contraria parte consideratis unica responsione simul satisfacies, vera esse confitendo in casu quo loquuntur, nempe quando dumtaxat perit pars bonorum quæ hypothecæ fuerunt obnoxia, integra manente quantitate obligationis, ut tunc etiam pro tota bona omnia remanentia obligata manere pro tota, & integra quantitate. At nos
88 loquimur, & versamur in casu specialissimo & irregulari; quo non solum periit pars hypothecarum, verùm etiam cum ea simul pars quotitativa debiti, & obligationis correspondens proportionabiliter ipsis hypothecis peremptis, & dissolutis, periit, & resolvitur. Quare impossibile est, ut pars hypothecarum, quæ
89 remansit non dissoluta, sed obligata ad plus gravetur, quàm ad eam quantitatem quæ in obligatione remansit, facta computatione, juxta modum, & formam superius scriptam, & comprobatam, & sic ad ratam dumtaxat, quæ majoratui remanenti in obligatione contingit.

CAPUT XII.

Divisa per provincias hæreditate inter duos hæredes à debitores institutos, & uno vel etiam utroque concursum formante, an creditores unius provinciæ ad concursus alterius admittantur, vel moniti adire cogantur?

Atque generaliter an creditores ad negotiationem, vel merces unius provinciæ etiam posterioribus aliis creditoribus alterius provinciæ, quoad illam negotiationem præferantur?

SUMMARIUM.

1 *Divisa per provincias hæreditate inter duos hæredes, an creditores hæreditarii unius provinciæ admittantur ad concursum factum per hæredem alterius provinciæ, & seqq.*

2 *Jura, & actiones ejus loci esse, judicantur quo exigi possunt.*
Jura & actiones loco non circumscribuntur, ibid.

3 & 4. *Jura, & actiones quoad exactionem, an loco circumscribantur.*

5 *Quid in statutis prohibitionis, & pœnalibus.*

6 *Res mobiles an personam domini sequantur, an locum quo existunt.*

7, 8 & 9. *Miles per provincias distinctos hæredes instituit, nec isti tenentur creditoribus alterius provinciæ, quia duo patrimonia separata intelliguntur.*

10 *Duobus hæredibus institutis, alter bonorum unius provinciæ, alter ad bona alterius, creditoribus unius provinciæ hæres alterius solvere non cogitur.*

11 *Nomina debitorum ejus loci esse censentur, ubi de jure jure & de facto exigi possunt.*

12 *Aministratio bonorum pupilli inter tutores per diversas provincias divisa, quilibet agit, & convenitur pro rebus sui territorii.*

13 *Duorum peculia concurrentia in eadem persona, ex uno peculio non tenetur creditoribus alterius.*

14 *Bona debitoris confiscata & applicata duobus diversis fisci, unusquisque tenetur creditoribus sui territorii & non alterius.*

15 & 16. *Ne fraus fiat alteri fisco si in arbitrio creditorum foret, quamlibet rem persequi.*

17 *Hæreditate divisa à debitore per provincias in suos hæredes, creditores hæreditarios promiscuè concurrere ad concursum formatum per hæredem unius provinciæ, verius defenditur.*

18 *Æs alienum universum patrimonium spectat, & ad universa debitoris defuncti bona ubique existentia, creditores jus habent.*

19 *Æs alienum non respicit unius loci facultates tantum, sed universum patrimonium.*

20 *Ære alieno totum diminuitur patrimonium, quia totum comprehendit.*

21 *Æs alienum totum complectitur patrimonium, onus super una re impositum, rem ipsam dumtaxat.*

22 *Debitor per quamlibet suorum bonorum dispositionem, aut divisionem non potest impedire, ut sui creditores exigant à quibuslibet bonis, ubique existentibus.*

23 *Debitoris factum nullum potest creditoribus suis afferre præjudicium.*

24 *Ex prohibitione alienatis, nec ex bonorum institutione majoratus facta per debitorem nihil detrahitur juri creditorum, quo minus ad sui satisfactionem possint distrahere quælibet debitoris bona.*

25 *Creditor hæreditatis non cogitur eo loco petere, quo major hæreditatis pars sit, sed ubilibet.*
L. fideicommissum, 50. §. tractatum, D. de judiciis ponderatur, ibidem, & exornatur num. 17. *cum seqq.*

26 *Aministratio bonorum licet inter tutores, & curatores dividatur per provincias, intelligitur quoad aministrationem, non quoad juris effectus.*

27 *Tutor unius loci juxta tacitam inter eos divisionem si agat contra debitorem sui districtus, potest ei opponere compensationem de eo, quod debitor solvit alteri tutori alterius districtus.*

28 *Plures dati tutores an in litibus contra pupillum motis debeant omnes citari.*

29 *Admi-*

29 *Adminiſtrationis diviſio facta inter tutores per provincias operatur in actionibus realibus motis contra pupillum, tunc ille conveniendus ſit tutor ejus provinciæ, qua res reſidet.*

30 *Creditor actionem perſonalem poteſt movere contra quemlibet tutorem cujuſlibet provinciæ.*

31 *Adminiſtrationis diviſio inter tutores uniuſcujuſque poteſtatem arctat, non aliorum qui eos poſſunt convenire pro ære alieno alterius provinciæ.*

32 *Creditor diviſa adminiſtratione, poteſt quemlibet tutorem convenire, duumodo ſit in proprio foro cujuſlibet tutoris.*

33 *Et non cogatur unus tutor ad alienum regionem, extra propriam, tangentem ſuæ adminiſtrationi.*

34 *Creditor debitori, bona confiſcata, & diviſa per provincias inter duos fiſcos liberè poteſt perſequi, & quemlibet fiſcum convenire, & ſeqq.*

35 *Patrimonium debitoris totum eſt æſtimandum, & quilibet fiſcus tenetur pro rata creditoribus condemnati.*

36 *Statutum dividens hæreditatem, ut unus ſuccedat in patrimonio paterno, alter in materno, nihil immitat reſpectu creditorum.*

37 & 38. *Verior, & probabilior opinio eſt creditorem poſſe quemlibet fiſcum convenire, non obſtante inter eos diviſione.*

39 *Fiſcus ubi ſpecialiter non reperitur privilegiatus, utitur jure communi.*

40 *Fiſcus ubi ſpecialiter non reperitur privilegiatus, tenetur ſatisfacere creditoribus ut debitor tenebatur.*

41 & 42. *Doctores contrariam opinionem ſectantes, limitant, ut in ſubſidium deficientibus bonis unius territorii poſſint creditores recurrere ad bona fiſci alterius territorii.*

43 & 44. *Fiſcus unius territorii non poteſt remittere creditores debitoris, ad fiſcum alterius territorii inter quos diviſa ſint bona debitoris.*

45 *Quilibet fiſcus tenetur creditoribus gratificare pro rata bonorum confiſcatorum, non pro virili.*

46 & 47. *Duobus hæredibus à milite inſtitutis, altero in caſtrenſibus bonis, altero in patrimonialibus, ſpeciale eſt, ut creditores ad una bona, non exigant ab aliis.*

48 *In milite Caſtrenſia, & pagana bona faciunt diverſa & ſeparata patrimonia.*

49 *Et utriuſque patrimonii bona non confunduntur, ſed à creditoribus utriuſque ſeparatio poſtulatur.*

50 *Militibus permiſſum eſt hæredem inſtituere in bonis caſtrenſibus, nullo inſtituto in patrimonialibus.*

51 *Creditores unius, & diverſi patrimonii non confunduntur cum creditoribus alterius.*

52 *Duas artes, & negotiationes exercente diverſas, creditores unius non confunduntur cum creditoribus alterius.*

53 *Creditores ad bona libera, non confunduntur cum creditoribus ad bona majoratus.*

54 *Succeſſor in feudalibus tenetur ad debita contracta occaſione feudi: ſucceſſor in allodialibus ad debita illorum occaſione contracta.*

55 *Feudalia bona habent omnino naturam ſeparatam ab allodialibus.*

56 *Bona caſtrenſia, & bona pagana concurrentia in milite, ſicut ſunt diverſa patrimonia, pariter operantur diverſos effectus.*

57 *Diverſitas, ac diſtinctio patrimoniorum in milite procedit ex juris privilegio, effectus autem inde producti ex juris communis diſpoſitione.*

58 *Diverſitas patrimoniorum continuatur in hæredibus militis ſeparatim ad ſingula inſtitutis, deficit tamen quando jura accreſcendi in unum eorum deveniunt.*

59 *Et iſte indiſtinctè tenetur omnibus militis creditoribus.*

60 *Diviſione inter hæredes per provincias facta à debitore non obſtante, poſſunt creditores indiſtinctè agere adverſus quælibet bona ubique exiſtentia.*

61 *Non tamen poterunt ad concurſum ab uno hærede factum comparentes integra credita conſequi, ſed pro rata, & portione hæreditaria tantum.*

62 *Debitor etſi caverit, ne æs alienum deducatur ex certis bonis, vel unus hæres ſolvat, poſſunt creditores omnes convenire, & ab univerſo patrimonio exigere.*

63 *Etiamſi inter legitimum hæredem, & inſtitutum aliter tranſactum ſit, uterque proportionibus hæreditariis tenetur creditoribus.*

64 *Et unuſquiſque pro rata tenetur dumtaxat, etiamſi aliquis efficiatur non ſolvendo.*

65 *Creditores actionem hypothecariam intentare poſſunt contra quemlibet hæredem hypothecæ poſſeſſorem.*

66 *Hæres nomina debitorum tangentium ſuæ provinciæ exigere poteſt.*

67 *E converſo autem actiones paſſivas quilibet hæres pati tenetur, etiam diverſæ provinciæ.*

68 *Debitore habente plures negotiationes, apothecas, ſeu tabernas in diverſis provinciis, creditores intuitu unius contrahentes an præferantur in ea aliis creditoribus etiam anterioribus, aliarum apothecarum intuitu contrahentibus.*

Negativam opinionem qui teneant.

69 *Fundamenta pro ea referuntur ex Cardinali Mantica, & ſeqq.*

73 & 74. *Contraria opinio, ut creditores unius apothecæ præferantur creditoribus alterius, etiam anterioribus, & quod debeat fieri apothecarum & mercium ſeparatio, refertur.*

75 *Et hæc opinio in praxi ſequenda erit, & judicanda: licèt contraria in puncto juris verior ſit.*

DEbitor communis ad ſuam hæreditatem vocat, & inſtituit duos (pluresve nihil intereſt) hæredes facta inter eoſdem hæreditatis, ſeu ſui patrimonii diviſione, ut unus hæres ſit in bonis quæ habet in regno Caſtellæ, alter verò in regno Galiciæ. Unus ex his hæredibus puta ad bona Caſtellæ ſcriptus, ære alieno gravatus judicium concurſus formavit: vel ſignanter inter creditores hæreditatis, & ad ipſam hæreditatis quotam ſibi contingentem, vel inter omnes etiam ſuos creditores indiſtinctè (nihil intereſt ad caſum) volunt creditores exiſtentes in regno Caſtellæ concurrere in hoc judicio; an ſint admittendi; quæſtio eſt difficilis, & intricata valdè. 1

Et pro parte negativa, quod audiendi non ſint, plura & belliſſima fundamenta urgent. Primum, quoniam hæc hæreditas diviſa eſt inter inſtitutos per provincias, & loca diſtincta, atque ideo jura & actiones ejus loci eſſe judicantur, quo exigi poſſunt. Nam licet generaliter verum ſit, jura & actiones loco non circumſcribi. *lege quæſitum* 12. §. *Papinianus ff. de fundo inſtructo, lege uxorem* 39. §. *legaverat, lege quæſitum* 76. §. 1. *& lege ſimili Mævia* 90. *ff. de legatis* 3. *lege Caius Seius* 88. *ff. de leg.* 2. id verum eſt quoad ipſam corporalem circumſcriptionem. Cæterum quoad effectum exactionis verius videtur ea jura cenſeri de loco, ubi agi, & exigi poſſunt. Prout cenſuerunt Alexander, *conſilio* 16. *in fine, vol.* 1. Socinus ſenior *conſilio* 101. *n.* 5. *verſiculo puto hæc, vol.* 1. Tiraquellus *de retractu lignagier*, §. 36. *gloſſa* 3. *n.* 16. & 17. & ipſe Tiraquellus *de jure primogen. quæſt.* 49. *n.* 6. Ozaſcus *conſilio* 76. *n.* 20. Peregrinus *conſilio* 90. *n.* 29. *verſ. communes, vol.* 1. ubi teſtatur de communi reſolutione Theſaur. junior. *quæſt. forenſ. lib.* 2. *quæſt.* 5. *n.* 15. & 16. ubi ait Senatum in hanc opinionem inclinare Craveta *conſilio* 934. *n.* 11. & quod jura, & actiones circumſcribantur, & reputentur ejus loci ubi exigi debent, probavit Rota *deciſ.* 3. *num.* 19. & *deciſ.* 441. *num.* 5. inter recol- 2 3 4

recollectas per Cencium *post tract. de censibus* qui *quæst.*
5 30. *num.* 27. aliud censet in statutis prohibitivis, & pœnalibus, latè Joan. Antonius Bellonus *in consilio* 74. *ex num.* 111. *cum seqq.* ubi *num.* 116. dicit, non obstare, quod ab aliquibus asseveratur, hujusmodi credita sive actiones pro his competentes pro mobilibus reputari, eo quod ad pecuniam, & sic ad rem mobilem adap-
6 tatur. Cùm verius sit non personam domini sequi res mobiles, sed judicari ejus loci, quo sunt, ut plurimi tradunt Doctores per eundem Bellonum relati, *num.* 86. igitur cum sequantur locum, ubi exactio fieri debet, non debent de uno ad alium migrare, nec creditores mutare hæredem, ad quem ille locus, & provincia contingit ex divisione testatoris. Et ad concursum per alterum hæredem formatum recurrere, nec admitti debent in præjudicium creditorum, qui ad bona ipsius loci jus habent, & sequi tenentur.

7 Secundò probatur, quoniam facta per loca, & provincias distinctione, & divisione à debitore testante inter suos hæredes bona ipsa hæreditaria duo patrimonia diversa, & separata judicantur; ita ut creditores unius patrimonii nullo modo possint recurrere ad aliud, nec hæres unius ad debita alterius presolvenda tenetur, nec adstringi potest, pro quo jura sunt expressissima, textus *in l. si certarum* 18. *Julianus, ff. de militari testam.* cujus sunt verba: Julianus etiam ait, si quis alium castrensium rerum, alium cæterarum scripsisset hæredem, quasi duorum hominum duas hæreditates intelligi: ut etiam in æs alienum, quod in castris contractum esset, solus is teneatur, qui castrensium rerum hæres institutus esset; extra castra contracto ære alieno is solus obligetur, qui cæterarum rerum hæres scriptus esset, cui scilicet conveniens videtur respondisse, ut ex quacunque causa debeatur militi, vel huic hæredi, vel debeatur ipso jure. Quod si alterutra pars bonorum æri alieno, quod ex ea causa pendebit non deficiat, & propter hoc is, qui ex ea parte hæres institutus est, non audierit, alterum qui audisset, compellendum esse, aut defendere totam hæreditatem, aut totam creditoribus solvere.

8 Et hanc patrimoniorum, & hereditatum separationem, & distinctionem probat etiam *l. hæredes* 26. §. *si miles alium castrensium, alium cæterorum bonorum hæredem fecerit, non est locus familiæ erciscundæ judicio; divisum est enim per constitutiones inter eos patrimonium ff. famil. erciſc.*

9 Hanc conclusionem ex fortioribus terminis roborat *l. si cum multis* 16. *ff. de compensat.* ubi Papin. sic testatur. *Si cum militi castrensium bonorum alius hæres extiterit, debitor alteri hæredem obligatus velit compensare quod ab alio debetur, non auditur.* Et utrobique gloss. & Doctores hoc idem, profitentur in hoc casu duo esse patrimonia separata, ac si proveniissent à duabus personis defunctis, & distinctis; quæ quidem jura satis aperta esse videntur pro hac parte negativa.

10 Tertium urget fundamentum ex doctrina Bart. Socin. *in cons.* 175. *n.* 2. dum consuluit, quod si aliquis fuerit institutus hæres in bonis, & juribus existentibus in civitate Mutinæ, alius verò in bonis existentibus in civitate Centiationes, & nomina debitorum censeri ejus loci, in quo debitor, ac debitum exigi potest ratione contractus, aut destinatæ solutionis, atque ad eum hæredem pertinere, qui in bonis ejusdem loci fuerit institutus, per *l. Titium & Mævium* §. *tutores. ff de administrat. tutor.* Et quæ notant Bald. & Angel. *in l. ex facto, ff. de hæredib. instit.* quam meritò sequitur pere-
11 grin. *de jure fisci, lib.* 5. *tit.* 1. *sub n.* 152. *vers. contra verò.* Pro qua resolutione allegat etiam Lappum *in allegatio.* 91. *quidam Nicolaus.* Quod & idem reperitur *in consil.* 101. *tom.* 1. & istam opinionem quæ fuit originalis ejusdem Lappi, nempe nomina debitorum ejus loci censeri, ubi de jure, & de facto exigi possunt, communiter teneri firmat Peregrinus citato loco ex Baldo *consil* 357. *nulla mulier. col. fin. tom.* 1. Salicetus *in l.* 1. *col. ultim. vers. si autem essent jura, C. de summ. Trinit. & fid.* Romanus *in l. si constante*, §. *fin.* §. *soluto matrim.* Alexand. *cons.* 16. *col. fin. lib.* 1. Marian. Socin. Sen. *cons.* 36. *col.* 5. *tom.* 1. Steph. Bertran. *cons.* 74. *col. ult. vol.* 2. Albertus Brunus *de statut. excluden. fœmin. art.* 8. *num.* 134. Tiraquell. *de tract. lignag.* §. 36. *gloss.* 3. *nu.* 15. *& seq.* Et probant etiam alii Doctores citati supra in primo fundamento *ex n.* 2. Eandem opinionem sequuntur Lacenier *de primogen. lib.* 2. *quæst.* 9. *n.* 7. Pinellus *in rubricâ de bonis mater.* 1. *part. nu.* 12. Simanchas *de cathol. instit. cap.* 9. *nu.* 10. & quam plurimi alii non ducti per Joan. Matienz. *in l.* 2. *gloss.* 1. *to.* 83. *tit.* 9. *lib. recopil. fol* 255. à tergo videndus *n.* 84.

Quartò probatur, quoniam si pupilli patrimonii 12
administratio inter tutores fuerit divisa per loca, seu regiones, vel territoria; quilibet agit, & convenitur pro negotiis & rebus sui territorii tex. est *in l. inter tutores, ff. de administr. tutor. l. quæro, ff. de solutionib.* quibus non immeritò conducit *l. hinc quæritur.* §. *potest. ff. de peculio*, ubi de uno habente duo peculia diversarum personarum, ut ad debita 13
intuitu unius contractu non teneatur ex bonis alterius solvere, sed uniuscujusque peculii debita singula sua peculia sequi teneatur. Igitur in nostra quæstione, idem resolvendum apparet, ut divisa per loca, aut provincias hæreditate debitores inter duos hæredes quilibet creditor hæredem suæ provinciæ sequi teneatur, ita ut ad concursus judicium per alium hæredem causatum comparens non admittatur.

Quintò comprobatur; etenim si bona debitoris con- 14
fiscata duobus fiscis applicentur, & dividantur per regiones, & loca uniuscujusque fisci, licèt quilibet fiscus de bonis confiscatis in suo territorio teneatur satisfacere creditoribus debitoris condemnati: id tamen sanè intelligendum est, ut teneatur scilicet satisfacere creditoribus sui territorii, non autem creditoribus alterius territorii, ubi alia bona confiscata sunt, quoniam licèt creditor habeat præcipuè bona sui debitoris hypothecata, & possit contra illa agere ubicumque existentia, & quocumque territorio sita: cùm possit eligere in qua re velit sibi satisfacere, ex *l. creditoribus, ff. de distract. pignor.* ubi tamen 15
dicta bona sunt confiscata, & distributa in duos fiscos per diversa territoria, non potest uti illa regulari facultate; ea ratione, quia si admitteremus creditores unius territorii posse agere contra bona confiscata in alio territorio, facilè foret fraudare fiscum unius territorii, illumque omnibus bonis contingentibus in suo districtu exuere, altero fisco illæso remanente; ideoque ad hanc fraudem evitandam, æquius esse firmat communis opinio ut quilibet fiscus agnoscat, & solvat debita sui territorii, & non ultra. Quam sententiam tenent Cinus Petrus, Bald. & Angel. *in l. ex facto, ff. de hæredibus instituend.* Quorum opinionem (reprobata contraria Immolæ, quem etiam sequi videtur Ancharan. Jun. Regiens. *in quæst. familiar. quæst.* 25. *n.* 5. *part.* 2.) communem dixit August. ad Angel. *de maleficiis, verb. & ejus bona publicamus*, 16
nu. 9. refert, & sequitur Julius Clarus *in pract. crimin. quæst.* 79. *vers. sed quæro*, & hos Farinacius *in praxi crimin. tom.* 1. *quæst.* 25. *n.* 173.

Hæc sunt fundamenta valdè urgentia, quæ hanc partem negativam sustinent, ut scilicet creditores unius territorii divisa hæreditate, debitoris communis in duos hæredes per loca diversa, territoria, aut provincias, non possint in judicium concursus formatum ab uno hærede alterius territorii comparere, & pro suis creditis 17
alibi contractis concurrere, ne creditoribus hujus hæredis aliisque hæreditariis, quæ ad bona hujus territorii jus habent, præjudicium aliquod vel fraus fiat.

Sed adhuc illis atque aliis quibuslibet minimè obstantibus pro affirmativa plura alia evidentia urgent; imò quantumvis debitor suam dividit inter hæredes 18
hæreditatem cuilibet creditori licere liberè accedere ad concursum formatum per hæredem alterius territorii

ſuper bonis in eo ſibi tangentibus, mediante debitoris defuncti diſtributione, & applicatione. Primò quia æs alienum univerſum patrimonium ſpectat, & ad omnia bona defuncti debitoris ubique exiſtentia creditores jus habet, *l. ſi fideicommiſſus*, §. *tractatum*, *ff. de judicii*, *l. hæreditas*, *ff. de reg. jur. l.* §. *ſi hæres*, *ff. ad Trebell. l.* ubi gloſſ. & communiter ſcribentes, *C. ad Trebell. l. ſi quis ſervum*, *cum l. ſeqq. ff. de leg.* 2. *l. filius fam.* §. *divi*, 2. *ff. de leg.* 1. *alienationes*, *ff. familiæ*
19 *ercisc.* cum pluribus aliis adductis per Molinam *lib.* 1. *de primogen. cap.* 10. *num.* 3. *& num.* 2. Parladorius *quæſt.* 15. *num.* 3. qui plurimos allegat Valenzuela *conſ.* 56. *n.* 16. *tom.* 1. Quia æs alienum non reſpicit certi loci facultates tantùm, ſed patrimonium univerſum; ut ex §. *tractatum*, *& l. ex facto*, *ff. de hæred. inſtitut.* dixit Gratian. *in diſceptat. forenſ. tom.* 1. *cap.* 194. *nu.* 32. & per plura jura, & Molinam, nec non Parlador. *lib.* 1. *rer. quotid. cap.* 3. *n.* 6. item firmat Valenzuela
20 *conſ.* 150. *n.* 56. *tom.* 3. Et quod ære alieno totum diminuatur patrimonium debitoris, quia totum æs alienum comprehendit, & reſpicit, non patrimonium certi loci tantùm per *d.* §. *tractatum*, tenent Mangonius *Lucenſ. deciſ.* 2. *n.* 4. *q.* 12. *&* 33. Tuſchus *lit. F. deciſ.* 333. *n.* 6. Mieres *de majoratu*, 1. *part. quæſt.* 37. *nu.* 6. Schulteſ. *practic. q.* 14. *n.* 25. Coſta *de ſubſidiar. remed.* 119. *n.* 13. Aymon. Public. *ad conſuetud. Alverniæ tit.* 24. *art.* 3. *gloſſ.* 1. *n.* 2.

21 Et quod æs alienum reſpiciat omne patrimonium debitor, niſi ſuper aliqua re ſpecialiter ſit onus impoſitum ex *l. fideicommiſſum*, §. *tractatum*, ubi Bart. *ff. de judiciis*, & Doctores *in dicta* §. *ſi hæres*, *& imbuti frui. l. quantitas*, *ff. ad l. Falcidiam leg.* 2. & ibi Alexand. *C. de hæredit. actionib.* & per *l.* 1. *C. de annonis & tributis*, tenet Cardoſo *in praxi judic. verb. debitor. n.* 19.

22 Quod fit, ut nec per quamlibet diſpoſitionem, diſtributionem, ſeu prohibitionem debitor defunctus poſſit ſuis creditoribus nocere; nec aliqua arte, aut modo valet impedire, quominus illi jus ſuum integrum, & illæſum in ſuis bonis conſequantur. *l. ſi qui ſolidum* 80. §. *fin. ff. de leg.* 2. *dict. l. filius familias*, §. *divi* Angel. de Gambara *conſil.* 12. *nu.* 10. *& conſ.* 28. *n.* 12. Socinus junior *in dict.* §. *divi*,
23 *num.* 32. Natta *conſil.* 147. *num.* 22. *& conſil.* 528. *onum.* 30. Peguera *deciſione* 106. *nu.* 2. Joan. Anton. Bellon. *conſil.* 36. *nu.* 4. *&* 5 Cum factum debitoris nullum poſſit creditoribus ſuis afferre præjudicium, *l. debitoris* 25. *C. de pactis*, *debitorem* 15. *C. de pignoribus*, *l. diſtractis*, *& Authent. hoc ita*, *C. eod. l. ſi prior.* §. *fin. ff. qui potiores*, *l. ſicut*, §. *non videtur*, *ff. quibus modis pign. vel hypothec. ſolv. l.* 1. *C. debitorem evict. pign. imped. non poſſ.* Socinus Junior *dicto* §. *vivi. num.* 32. Velaſquez *conſil.* 56. *num.* 49. *tomo* 1. Guzman. *de evictionibus*, *quæſt.* 34. *n.* 45. *&* 49. latè Fontanella *de pactis nuptial. clauſul.* 5. *gloſſ.* 8. *part.* 7. *n.* 29. *& à n.* 57. *tom.* 2. Felicianus *de cenſibus*, *tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *à n.* 14. Giurba *deciſ.* 24. *n.* 4. *& deciſ.* 61. *n.* 21. *& deciſ.* 104. *num.* 5. Joan. Ant. Bellon. *conſil.* 46. *nu.* 6. Cum alias foret in poteſtate debitoris creditores ſuos fraudare, & eludere contra jus, *toto tit. ff. quæ in fraudem creditorum*, *& C. de revocand. iis quæ in fraudem credit.*

24 Hinc fluit, quod ex prohibitione alienationis, ſeu ex vinculo, & majoratu facto per debitorem in bonis ſuis nihil detrahit ſuorum creditorum juri, in quorum præjudicium prohibitiones, & diſpoſitiones hujuſmodi nihil impediunt, quominus creditores in eiſdem omnibus bonis jus ſuum conſequantur ad eo inſtantiam bona omnia diſtrahentur, & ex pretio ſatisfiant innumerabilia jura & Doctores conducunt, Molina *de primogeniis*, *lib.* 1. *cap.* 10. *ex nu.* 1. *cum ſeq.* ibidem Additionat. Joan. Ant. Bellon. *conſil.* 36. *ex num.* 1. & præ cæteris infinitos penè congerens Doctores Fuſar. *de ſubſtitutionib. quæſt.* 541. *& ſeq.* quibus copiosè tractat articulum hunc; multos etiam citavimus infrà hac 2. *part. cap.* 16. *ex num...*, *cum ſeqq. verſic. comprobatur ut ſuper ex iis*, &c. igitur creditores, minimè obſtante diviſione bonorum per provincias, facta per debitorem inter hæredes, liberè poſſunt perſequi jus ſuum contra univerſa bona hæreditatis ubique locorum exiſtentia, cum jus ſuum ſemper illæſum permanſit.

Secundò pro hac parte expendo text. ſingularem 25
in l. fideicommiſſum 50. §. *tractatum*, *ff. de judiciis*, ubi quæritur, an creditores adſtringi debent, ibi petere ſua credita, ubi major pars hæreditatis eſt, ſicut in fideicommiſſi petitione, & Ulpianus ſic reſpondit; Tractatum eſt de ære alieno, ſi in ea provincia, ubi fideicommiſſum petitur, plus eſſet æris alieni, an quaſi major pars alibi eſſet, præſcriptio locum haberet. Sed hic placuit nihil facere æris alieni nomen: cum non loci ſit æs alienum, ſed univerſarum facultatum, &c. quo mirificè probatur, quòd reſpectu creditorum nullo modo attenditur bonorum ſeparatio & diſtinctio per diverſa loca, atque provincias, nec magis ad bona unius loci debita ſpectant, quàm ad cætera aliorum locorum, cum æs alienum totum patrimonium reſpiciat ubique exiſtens, niſi fortè onus ſit reale ſuper certis bonis affixum, ut probat eleganter Conſultus *in eodem.* §. *tractandum*, *verſic. quid tamen fortè*, *ſi certis oneribus diſtinctum ſit id patrimonium.*

Tertiò probatur, quia licèt inter tutores, aut curato- 26
res per regiones diviſa fuerit adminiſtratio bonorum, in qualibet exiſtentium, juxta *l. inter tutores*, *ff. de adminiſtrat. tutor. l.* 1. *C. de divid. tutel. l. duo tutores ff. de magiſtratib. conveniend.* tamen id eſt, & operatur quoad factum, & adminiſtrationem; non tamen quoad jus. Quoniam adhuc jus illud univerſum, & individuum permanet, ex dictis juribus. Nec juri credi- 27
torum ad totum, & univerſum patrimonium habentium in aliquo detrahit, adeò ut ſi agatur per unum ex tutoribus, cui certi loci adminiſtratio aſſignata fuit, contra debitorem illius loci poſſit debitor opponere compenſationem de eo, quod ſibi debetur ex adminiſtratione alterius loci: quia quoad effectum juris, & jus creditorum, & debitorum nihil immutatur per dictam diviſionem adminiſtrationis, ut tradit Salicetus *in l. cunctos populos*, *C. de Summ. Trinit.* ſequitur Paul. Montanus *de tutel. & cur. cap.* 39. *n.* 109. *& à n.* 105. *& cap.* 32. *num.* 104. idem firmat Alexand. *in conſ.* 52. *col. fin.* optimè etiam Peregrin. *de jur. fiſci. lib.* 3. *tit.* 1. *ſub n.* 144. *verſic. ad contraria autem*, & probat eadem *l. quæro. ff. de ſolutionib. & l. inter tutores*, *ff. de adminiſtrat. tutor.* pro contraria parte adducta *in* 4. *fundamento*, *n.* 12. *&* 13.

Atque inſuper optimè dixit Gratianus *diſceptat. forenſ.* 28
tom. 1. *cap.* 94. *ex. n.* 31. *& ſeq.* ubi poſtquam à principio cap. diſputavit, an & quando omnes tutores dati debeant citari, vel an ſufficiat unum ex iis dumtaxat citare, inquit, *ex l.* 2. *C. ſi ex pluribus tutoribus*, intimandam eſſe petitionem omnibus tutoribus, inter 29
quos fuit diviſa adminiſtratio tutelæ, ſive à judice, ſive à teſtatore: nam illa diviſio operabitur, ut unus tutor non debeat conveniri pro rebus ſpectantibus ad alterius adminiſtrationem. Nempe quando actione reali ageretur ad rem à pupillo poſſeſſam, per *l. ſi duo ff. de adminiſtr. tutor.*

Secus autem ſi actione perſonali agatur, quia tunc 30
creditor contra quemlibet tutorem agere poterit, ex eo quia æs alienum non reſpicit, nec reſtringitur ad certi loci facultates, ſed patrimonium univerſum ex juribus ſuprà citatis. Quare (inquit ille) diviſio à quocunque, ſive judice, ſeu à teſtatore, ſive ab ipſiſmet tutoribus, 31
dumtaxat eis præjudicabit, & eorum reſpectu attenditur, ut non poſſint agere; non autem extraneis, qui eos poſſunt convenire non attenta locorum diviſione, adeò ut tutor unius provinciæ poſſit convenire pro eo contracto in illa provincia ex *l. Titia.* §. *fin. de admin. tut.* & ita etiam in ſpecie declarat Bart. *in l. inter tut.* 37. *col. n.*

col. n. 2. verſ. non obſtat ſuprà eodem ff. de admin. tutor.
32 ubi quòd iſta eſt verior opinio, & poſt Azorum ſequitur Salicetus *in d. l. 2. C. ſi ex plurib. tutor.* ubi etiam quod ſi omnes tutores ſunt ejuſdem fori, poteſt unus pro alio actione perſonali conveniri, ſi autem ſint diverſi fori: ſi volo unum conveniri in foro
33 adminiſtrationis ipſius conventi pro alio tutore, poſſum, ſecus ſi extra forum illius. Non enim potero, ſi ille, qui eſt in una regione, & cogatur ad aliam regionem ire non ſuæ adminiſtrationis. Bartol. *in l. inter tutores, col. 1. poſt medium, n. 2. verſ. tu dicas, quod ſi tutores*, ſequitur Gratianus *d. cap. 94. n. 34. & ex n. 31.*

34 Quartò hæc opinio, atque ſolutio noſtra probatur ex longè veriori, & probabiliori opinione, quod licèt bona debitoris confiſcata inter duos fiſcos per territoria dividantur; nihil obeſt creditoribus ad univerſum patrimonium debitoris ſui jus habentibus, ubique exiſtentium, quominus ſua credita indiſtinctè, & liberè poſſit petere, & exigere à quolibet fiſco etiam alterius territorii: quia illa diviſio inter fiſcos per territoria reſpicit jus inter ipſos dumtaxat, ut ſciatur quæ jura, & bona quemlibet fiſcum ſequantur, nihil tamen tangit creditores, qui jus ſuum integrum, & illæſum ſemper retinent in univerſo patrimonio, & à quolibet fiſco poſſunt petere, & bona ubique quærere; ut contra Julium Clarum, Auguſt. & Angel. contrarium ſentientes, rectiùs probarunt Alexand. *conſil. 32. n. 16. lib. 1.* Jacob. *in tract. de Roidis, n. 26.* Tiraquel. *de jure primogen. quæſt. 35. n. 31.* Imola *in l. ex facto, & ff. de hæredib. inſtit.* & Ulderic. Zaſius *in conſil. 17. n. 2. vol. fin.* quem ſequitur Anacharan. Jun. Regienſ. *in quæſtio. famil. quæſt. 25. n. 5. part. 2.* optimè diſputat, & veriorem reſolvit Peregrinus *de jure fiſci, lib. 5. tit. 1. nu.*
35 144. ubi concludunt patrimonium debitoris totum eſſe æſtimandum, & quemlibet fiſcum teneri pro rata patrimonii ad ſatisfactionem creditorum, juxta *l. ſi pro rata, ff. de relig. & ſump. funer. & l. ſi vir. uxoris, ff. ad legem falcid.* Ad quod inducunt etiam determinationem Gullelmi Cuman. *in l. 2. ff. de capit. diminut. & in l.*
36 *hinc quæritur, §. poteſt, ff. de peculio;* idem terminantis circa duos ſuccedentes ex diſpoſitione ſtatuti, altero in bonis paternis, altero in bonis maternis, ut omnium bonorum fiat coacervatio, & æſtimatio pro ſatisfactione creditorum defuncti, quorum reſpectu diviſio illa ſtatutaria nihil imputare intelligitur.

37 Quæ opinio veriſſima eſt, & multis juris fundamentis ornata, quibus omninò deſtituta eſt contraria, de qua ſuprà *ex num. 14. in. 5.* fundamento contrario quæ dumtaxat nititur æquitati, ut aiunt Doctores, qui eam ſectantur, quæ potius iniquitas cenſenda eſt, quæ tollit jus creditorum, nec enim in conſideratione aliqua eſſe poteſt, quod creditores ab uno fiſco petant, & agente de lucro captando. Maximè cùm ſe poſſit præcavere & coacervatione totius debitoris patrimonii, & facta æſtimatione pro rata ſatisfacere creditoribus, ut benè cavetur an hac, quam ſequimur, opinione; tum ex fundamentali ratione *ex n. 17. cum ſeq. verſ. ſed*
38 *adhuc illis*, &c. Tum etiam, quia nullo jure in hoc caſu ſpecialiter privilegiatus reperitur fiſcus, imò in jure contrarium determinatum eſt, ut creditores ſemper pœnis fiſcalibus præterantur ex quamplurimis juribus, & D.D. adductis ſuprà *1. part. cap. 7. ex n...*
39 *cum ſeq. verſ. ſed illa quæſtio obiter*, &c. & ideò quando expreſsè non reperitur fiſcus privilegiatus, jure ordinario uti debet tanquam privatus D. Franciſc. de Amayo Conſenator noſter *lib. 3. obſervat. cap. 2. n. 24. & in l. 1. n. 25. & ſeqq. & n. 28. C. de jure fiſci, lib.*
40 *19.* Farinacius *in fragmentis, 1. part. verb. fiſcus, n. 50.* Et quia fiſcus ſuccedens in bonis debitoris eodem modo tenetur ſatisfacere creditoribus, quod debitor tenebatur nihil immutato, prout concludit Farinacius *1. tom. d. q. 25. ex n. 174.*

41 Tum etiam ex eo, quod dicunt Doctores contrariam ſententiam ſuſtinentes, ut licèt creditores unius territorii non poſſint recurrere contra fiſcum alterius, limitant, quando bona unius territorii non ſufficiunt, eo caſu ne creditorum jura pereant, & ne in totum ſuis creditis fruſtrati remaneant, ſit eis ſatisfaciendum de bonis ſitis in alio territorio; ut ex Julio Claro, Aug. & Angel. dixit Farinacius *de dilectis, tom. 1. d. q. 25. ſub n. 173.* Agnoſcunt enim hi Doctores integrum, & illæſum remanere jus creditum, non obſ- 42
tante diviſione inter fiſcos per territoria. Ergo nullo juris colore debet per prædictos Doctores reſtringi, nec limitari.

Comprobatur etiam ut receptiſſima, & communi 43
Doctorum ſententia tenentium, quòd ſi debitor delinquens bona habuerit ſita in diverſis teritoriis diſtributa in tot fiſcos & creditores, pro ſuis creditis agant contra fiſcum illius territorii, quo ipſi creditores contraxerunt cum debitore, vel ibidem illis ſit deſtinata ſolutio; non poſſe eundem fiſcum illos remittere ad fiſcum alterius territorii, ubi alia bona confiſcata ſunt; prout ſingulariter cenſuit Imola *in l. ex facto de hæred. inſtituen. & in conſ. 25. col. 10. & ſeqq.* Caſtrenſ. *in conſ. 209. n 1. verſ.* ſi enim ubi cum bona cujuſdam Veneti, incolæ tamen Civitatis Ferrariæ, confiſcata fuerint in eadem civitate Ferriæ, tenetur dictus fiſcus Ferrarienſis creditoribus ſui incolæ delinquintis ſatisfacere, nec poteſt eos Venetias remittere. Quos refert, & ſequitur Ancharanus Junior Regienſ. *quæſtionibus familiar. quæſt. 25. n. 5. & n. 12. part 2.* Roland. *de lucro dotis, q. 20. n. 10.* & iterum *conſ. 78. n. 15. vol. 2.* firmant quod ſicut
44 quilibet fiſcus debet agere in ſuo territorio contra nomina debitorum ibidem exiſtentia, ita pariter, & quilibet fiſcus debet correſpondere & ſatisfacere creditoribus ejuſdem debitoris, in cujus locum ſucceſſit, ſecundum Legiſtarum, & Canoniſtarum communem, quam ſic aſſeruit, opinionem, quibus addendi ſunt Angel. *de malefic.* & ibid. Auguſt. *in addit. verb. & ejus bona publicamus, n. 9. in fin.* ubi poſt Guilielm. de Cunis, latiſſimè in hac materia loquentem *in l. 2. ff. de cap. diminut.* dixit, quòd quilibet fiſcus tenetur creditoribus gratificare pro rata bonorum, quæ quiſque habet, non pro virili. Quæ doctrina, ut vides, procedit, quando inviti cogi velint ad bona alterius
45 territorii concurrere, ut nec teneantur; at volentes creditores nullo jure impediri debent, ex hac eadem doctrina eiſdem præſervante ſuum jus reſpectu contractus initi eodem loco, & nullum conſtituente privilegium fiſco hoc caſu.

Quintò, & hæc pars probatur per argumentum ob 46
ſpeciale deductum, *ex l. ſi certarum 18. §. Julianus, de teſtam. milit. l. hæres, 26. §. ſi ſimiles, ff. familiæ erciſc. & in l. cum militi, 17. ff. de compenſationib.* quibus probatur duobus hæredibus inſtitutis à milite, altero in bonis caſtrenſibus, altero in bonis paganis, ſeu patrimonialibus, creditores caſtrenſium bonorum non poſſe agere contra hæredem bonorum paganorum, nec è contra. Quia concedit ex ſpeciali privilegio militum; prout 47
demonſtrat, *d. l. hæres, §. ſimiles*, ibi, *diviſum enim inter eos patrimonium per conſtitutiones, ex l. fin. C. de inofficioſ. teſtam. & l. penult. Cod. de bonis quæ liber.* Ex quibus & aliis juribus conſtitutum eſt ex privilegio mili- 48
tum, ut caſtrenſia bona faciant diverſum & ſeparatum patrimonium à bonis paganis; atque ideo debitores ad caſtrenſia nullatenus confundantur cum bonis paganis, ſed utriuſque patrimonii in perſona militis concur- 49
rentis creditoribus datur ſeparationis poſtulati, ne caſtrenſium, cum cæterorum bonorum creditoribus confundantur: de quo eſt text. expreſſus *in l. 1. §. ſi filii familias bona veneant, qui caſtrenſe peculium habent, an ſeparatio fiat inter caſtrenſes creditores, & cæteros, videamus, &c. ff. de ſeparationib.* ut ipſis militibus ſit ex juris privilegio permiſſum teſtamentum tantum condere, & 50
hæredem inſtituere in caſtrenſibus, etiam nullo alio inſtituto in paganis, in quibus hæredes ab inteſtato ſuccedunt, nec hi, qui inſtituti in eis non ſunt à milite,

possunt jure accrescendi habere bona castrensia repudiante hærede in eis dumtaxat instituto, text. *in l.* 1. *&* 2. *C. de testam. militis.*

51 Atque ideo cùm distincta, diversa sint, & separata patrimonia, jure speciali permittente, nihil mirum, ut creditores, qui unius intuitu contraxere cum milite, ad alterius patrimonii bona nequeant recurrere, etenim nullo modo confundi possint cum creditoribus contrahentibus intuitu paganorum bonorum, ex quo etenim duo patrimonia diversa, & à jure separata concurrunt in eadem persona hæc juris intellectu duas pariter diversas repræsentat, ita ut actus ab eadem gesti intuitu unius patrimonii nullo modo influant in gestis respectu alterius, jura sunt expressa *in l. hinc quæritur*, §. *potest*, *ff. de peculio*, ubi de duobus peculiis diversis, & à duabus personis provenientibus, concurrentibus in eadem persona, hæc non tenetur de bonis unius peculii satisfacere creditoribus alterius, *d. l.* 1. §. *filii familias* 7.

52 Hoc enim generale est in eo qui exercet duas negotiationes, vel administrationes distinctas, ut creditores respectu unius nequeant exigere credita ex bonis alterius negotiationes, proinde singulos creditores in negotiatione aliis præferendos, ex celebri doctrina Pauli de Castro *in consil.* 258. *col. ult. in princip. vol.* 1. Costa *de ratione ratæ*, *ad principium præmisso* 4. *ex n.* 3. *& seqq.* Sed quia de his, & aliis exemplis abundè reperies *suprà* 1. *p. cap.* 9. *per totum*, hic omittere licet.

53 Ubi etiam creditoribus bonorum majoratus, ut non confundantur cum creditoribus ad bona libera ultimi possessoris, cùm sint diversa patrimonia. Quibus addere poteris, quod successor in feudalibus tenetur ad debita
54 contracta occasione feudalium, successor verò in allodialibus ad debita illorum occasione; cum penitùs distincta sint, & separata patrimonia, ut tenet Isernia *in c. in agnat. vel filius.* Quem cæteri sequuntur, Brunus *consil.* 104. Mag. *de statuto exclud. in art.* 11. *n.* 69. Kohol. *exercitat. legal.* 1. *n.* 24. Franchis *decis.* 1. *n.* 24. *& decis.* 159. *part.* 1. Craveta *cons.* 19. Costa *de ratione ratæ*, *q.* 23. *n.* 5. *&* 6. Grammaticus *decis.* 105. *n.* 47. & post alios sequitur Peregrinus *de jure fisci lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 144. *in principio*, *& postmo-*
55 *dum in vers. ad contraria autem*, *prope finem.* Nam bona feudalia habent naturam omninò separatam ab allodialibus *cap.* 1. *de succes. feudi.* Et ita etiam ratione diversitatis patrimoniorum rectè respondet Peregrin. *ubi proximè ad dict. leg. si certarum*, *Julianus*, *ff. de testa. milit.*

56 Qua propter cum in milite concurrant duo diversa patrimonia Castrensium, & paganorum ex juris permissione, ac privilegio, juxta tot jurium dispositionem; nihil mirum, ut operentur diversos effectus, & distinctionem inter creditores utriusque, quando perveniunt ad diversos hæredes, ita ut hæres castrensium bonorum non agnoscat creditores paganorum, nec è contra. Prout tot jura clamant. Nam licèt diversitas, & dis-
57 tinctio patrimoniorum proveniat ex juris permissione, & privilegio; effectus tamen proveniunt ex juris communis dispositione, ut dictum est. Ergo non erit trahenda prædictorum jurium dispositio, tanquam specialis, ad cæteros hæredes testatoris pagani, qui etsi plures sint, in unum tamen defuncti debitoris patrimonium, & in unam tamen hæreditatem succedunt quæ tota destinatur æris alieni creditoribus, quibus de jure omnes hæredes satisfacere tenentur ex totius hæreditatis bonis, ad superiùs tradita.

58 Quæ in tantum vera sunt, ut respectu militis, atque suorum hæredum (inter quos divisit hæc duo patrimonia) eorum diversitas consideratur, & continuatur. At quando ipse unum hæredem instituit in utroque patrimonio, vel duos in singula; tamen quando ad unum hæredem per jus accrescendi, altero repudiante, utrumque patrimonium devenit, in hoc unum tantum patrimonium consideratur amissio jam juris privilegio, & qualitate per commixtionem, per *d. l. fin. in fin. Cod. de inoffic. testament.* ibi: Cum nec nomen peculii remanet, sed aliis rebus confunditur, & similem fortunam recepit, quemadmodum, & cæteræ res eorum, quæ ad unum congregantur ex omnibus patrimonium, &c. Et tunc concurrente in uno hærede utroque militis patrimonio, cum unum jam, & idem judicetur, atque 59
una eadem omnium hæreditas, hæres indistinctè omnibus utriusque patrimonii creditoribus promiscue ex omnibus bonis satisfacere tenetur. Ut probat expressè *d. l. si certarum.*

Iis igitur suppositis (ex quibus simul satisfit omnibus 60
fundamentis pro contraria parte consideratis) verior, & longè probabilior apparet nostra opinio, & resolutio, ut non obstante divisione per defunctum debitorem suorum bonorum per diversa loca, & territoria, posse creditores unius territorii concurrere, & comparare in judicio concursus peracto per hæredem alterius territorii, & ibi audiendi, & admittendi erunt omninò cum eorum respectu (qui ad universum patrimonium, & hæreditatem, ejusdem bonorum ubique existentium jus habuit) divisio, & dispositio quælibet debitoris nihil interest, cum creditores ex debitoris facto sive viventis, sive morientis prægravati, nec damnum aliquod pati possunt.

Quam tamen resolutionem ex aliis juris principiis 61
temperabis, ut non ita absolutè procedat, sed potius ille creditor, qui ad concursus judicium per hæredem alterius territorii causatum comparet, non poterit integrum suum debitum consequi per illius judicii graduationis sententiam; sed tantum pro rata, & pro ea dumtaxat parte, quâ fuit hæres, cùm non in solidum teneatur, sed pro portionibus hæreditariis uniusquisque conveniri debet, inter quos ipso jure actiones scinduntur, *leg.* 1. *C. si certum pet. pro hæreditariis. C. de hæreditar. act.* Adeò ut sive defunctus aut testamento, contractu- 62
ve caverit, sive etiam hæredes ipsi inter se convenerint, ut omnes æris alieni unus eorum dumtaxat sustineat: nihilominus creditor adversus hæredes omnes experiri debet pro toto credito, *leg. servo leg.* 72. §. *si testator. ff. de legat.* 1. *leg. si filiæ*, §. *si pater*, *ff. famil. ercis. leg. si cogitatio. C. eod. leg. pacto successorem tit. C. de pactis.* Parlador. *lib.* 1. *rerum quotidian. cap. fin.* 1. *part.* §. 1. *ex n.* 11. *& seq.* Costa *in tract. de ratione Ratæ q.* 23. *n.* 4. nos *infrà c.* 26. *per totum.*

Adeò ut si controversia inter legitimum hæredem, 63
& testamentarium exorta sit, mox sopita fœdere transactionis uterque de ære alieno pro rata, & portione hæreditatis sibi tangente, & velut ex transactione inter ipsos sit conventum, tenebitur, Parlador. *ubi proximè nu.* 14. quem sequitur Costa loco proximè citato, & est text. expressus *in l. controvers. ff. de transactionibus.*

Prius dicam, si unus ex hæredibus efficiatur non sol- 64
vendo, cæteros non onerat, nec adversus alios dabitur creditori regressus ultra ratam sibi tangentem. Sicuti bellissimè annotavit Francisc. Aretin. *in leg.* §. *& harum n.* 7. *col.* 2. *ad fin. ff. de verb. obligat.* & probatur benè *in leg. fin. C. depositi*, *& in leg.* 3. *ff. de alim. & cibar. legat. l. legatorum petitio*, *ff. de leg.* 2. *l. in navi Saupbel. ff. locati.* Angel. *consil.* 230. Beërius *decis.* 67. sequitur Gomez *de individ. n.* 3. Parlador. *d. cap. fin.* 4. *p.* §. 1. *n.* 13. Costa *de ratione Ratæ d. q.* 23. *n.* 3. vide *supra cap.* 12. *ex n.* 39. *versic. quinto probatur*, *quia licet*, &c.

At quando creditores habent pro suis redditibus bo- 65
na defuncti obligata, seu hypothecata, secus erit, quia actione hypothecaria agentes possunt in solidum convenire quemlibet hæredem possidentem bona defuncti debitoris, *l. si fundus* §. *in venditione. ff. de pignorib. l. pro hæreditariis*, *C. de hæreditar. act. l. si unus*, *ff. de pignorat. act. l. creditoris*, *ff. de distract. pignor. l. fin. C. si unus ex plurib. hæred.* Parlador. *n.* 1. & Costa. *n.* 4. *locis citatis.* Quibus quidem declarationibus tutissima transit resolutio nostra.

Et pro totius tandem materiæ comprehensione distin- 66
gues inter hæreditatis actiones activas, & passivas, ut in illis,

in illis hoc est, quando in hæreditate adsunt actiones adversus debitores defuncti, & tunc si hæreditas dividatur per regiones, aut loca inter hæredes hoc modo institutos, ad eum pertinebit nomen debitoris, cujus loco hæredi tangente exigi potest debitor, & ad hunc effectum attenditur exactionis locus. Prout probat communis opinio relata suprà in 1. fundamento contrariæ partis, *ex n.* 2. & latiùs in 3. fundamento, *ex n.* 10. *vers. tertium urget*, &c. quæ in hoc casu loquitur, & procedit.

67 At quando actiones sunt passivæ, de quibus egimus in tota hæc quæstione, puta quando creditores habent actiones personales, sive etiam simul hypothecarias adversus hæreditatem; tunc per quamlibet divisionem locorum inter hæredes institutos salvum, tutum, & illæsum remanet jus illorum, influens & onerans universum patrimonium, & omnia hæreditatis bona, ex quibus ubique existentibus satisfieri debent. Et tunc procedunt, quæ hactenus dicta fuere in confirmationem hujus partis affirmativæ, cum suis declarationibus, *ex n.* 17. *cum omnibus seq.* Quam distinctionem explicitè nullus (quem viderim) indicavit, dempto uno Peregrino *de jure fisci, lib.* 5. *tit.* 1. *ex nu.* 143. *& seq.* Quæ juridica, & constans est, & apertissima deducenda facilè deductis in hoc cap.

68 Nunc de celebri quæstione tractandum, quando debitor diversas negotiationes habet, apothecas, seu tabernas in diversis locis vel provinciis, an creditores unius provinciæ, ad merces ejus præferantur aliis alterius provinciæ, etiam anterioribus, qui in alia provincia contraxerunt, in qua quæstione quod anteriores debeant præferri, etiam in bonis alterius provinciæ, veriorem censuit Raphael Cumanus *in l. privilegia, nu.* 9. *& 10. ad finem, ff. de privileg. creditorum.* Qui asserit se unà cum Fulgosio, ita consuluisse, ea ratione quia æs alienum non est unius loci, sed respicit universum debitoris patrimonium, ex *l. fideicommissam, §. tractatum, ff. de judiciis*, quam abundè exornavimus superius *ex n.* 17. *cum seq. vers. sed adhuc illis, atque aliis*, &c. Et per discursum totius cap. hanc etiam opinionem veriorem contra Angelum, & sequaces dicit, & constanter defendit Mantic. *de contractib. lib.* 11. *tit.* 23. *ex n.* 32. *cum seq. tom.* 1.

69 Nec obstat (dicit Mantica) l. procuratur, §. si plures, ff. de tributor. action. cui Cumanus respondit, ut loquatur in servo, nec ad hominem liberum esse extendendam. Nam cum servus non teneretur, nisi deducto, eo quod domino deberetur, ex l. depositi, §. ult. ff. de peculio. §. cum autem instit. quod cum eo, Prætor proposuit edictum, ut si servus in aliqua merce contraxerit, sciente domino, ipse dominus non possit deducere quod sibi debetur, sed in tributum, simul cum creditoribus ipsius mercis vocari debeat, §. cæterum, vers. is quoque, instit. quod cum eo, atque toto tit. ff. de tributor. actio. Nam in tributoria actione domini conditio præcipua non est, sed ejusdem juris, cujus, & cæteri creditores, ut dicitur in d. vers. is quoque.

70 Unde nemini mirum videri debet, si alii creditores qui non possunt dominum tributoria convenire, non sint pares, cùm respectu alterius mercis contraxerint; sed si velint actione de peculio cum domino agere possunt concurrere, in qua, licèt deducatur imprimis, quod domino, & aliis, qui in ejus sunt potestate, debetur; tamen potius peculii ratio habetur, l. penult. ff. de tributor. act. d. §. cæterum, vers. rursus instit. quod cùm eo.

71 Sed si mercatores contraxerunt cum homine libero, qui potuit quomodocumque obligari, omnes creditores indistinctè cujuscumque regionis debent concurrere, & qui prior est pignoribus potior haberi debet: & juxta suam antelationem graduari in universo debitoris patrimonio, prout scribit Cumanus in d. l. privilegia, n. 9. ad fin. & n. 10. ff. de privil. creditor. licet Fulgosius contrariam sententiam sectetur in d. l. procuratoris, si plures, n. 2. ff. de tributor. actio. Quod ibi dicitur de servo extendit ad eum, qui contraxit cum homine libero, sed nihil respondit ad illud indissolubile fundamentum, quod æs alienum non est unius loci, sed universarum facultatum, totumque respiciat patrimonium prout elegantur annotavit Mantica *de tacitis convent. lib.* 11. *d. tit.* 23. *sub n.* 34. Quod sequitur Cumani intellectum ad d. §. *si plures.*

Qui quidem aliter argumento eruditè respondit, si 72
forte quis replicet, quòd unusquisque eum locum, eamque tabernam, mercem, aut negotiationem contrahendo respexit in qua contraxit; ut colligitur *ex d. §. si plures*; cui ipse Mantica acutè satisfacit, quia ex eo sequeretur, quòd si facultas unius loci, vel tabernæ non essent solvendo, & facultates alterius loci, seu tabernæ possint creditoribus alterius regionis satisfacere: debitor non tenetur. Quod quidem ratio naturalis non patitur, ut quis cum aliorum jactura locupletior fiat, *l. nam hoc natura, C. de condit. indebit. l. jure naturæ, ff. de reg. juris.*

Sed nihilominus contrariam sententiam plurimi 73
alii Doctores defendunt, imò quando debitor habet in diversis locis, aut provinciis diversas negotiationes apothecas, seu tabernas, nempe in regno Neapolis, Romæ, Hispania, & similibus, & in utraque negotiatione creditores ejusdem negotiationis intuitu contrahentes, ut tunc debeat fieri separatio mercium cujuslibet apothecæ, ut singulis creditoribus satisfiat, ita ut creditores unius apothecæ in mercibus ejusdem præferantur aliis creditoribus aliarum apothecarum etiam tempore anterioribus, & donec illi satisfiant alii diversæ provinciæ non admittantur nisi ad merces, quæ superfunt, qui non dicitur habuisse fidem per- 74
sonæ, sed mercis, & negotiationis. Quam resolutionem probant per *l. procurat. §. si plures, ff. de tributoria.* ubi Angel. *n.* 1. & Paulus *n.* 1. *& in concis.* 185. incipit *visis, & ponderatis, lib.* 1. latissimè contra Raphael Cuman. & paulatim omnibus contrariis satisfaciens defendit Stracha *de decoctor. part. ult. ex n.* 20. *cum seq.* omninò videndus. Sequitur Magonius *decis. Lucens.* 1. Scaccia *de commerciis, §. 6. gloss.* 1. *num.* 43. *fol.* 653. & novissimè Antonius de Virgilio *in tract. de legitim. person. c.* 12. *n.* 36. qui benè loquitur. Quæ omninò sequenda videtur in judicando, tot Doctorum authoritate suffulta. Quam 75
etiam defendit, & sequitur Tiberius Decianus *in cons.* 109. *n.* 29. *& seq.* sed in puncto juris certior mihi videtur opinio Cumani, cui adsunt omnia quæ à principio hujus cap. scripsimus.

CAPUT XIII.

Res empta per debitorem pro persona nominanda, an concursum emptoris, an concursum nominandi, seu nominati sequatur, ut cujus creditoribus sit affecta, dignoscatur.

SUMMARIUM.

1 & 2. *Ad rem emptam pro persona nominanda, an creditores emptoris, an creditores nominati, seu etiam nominanda præferantur.*

3 *Emptori pro persona nominanda ante factam nominationem dominium quæritur.*

4 *Qui si non nominet, totum jus in re acquisisse videtur.*

5 *Debitor potest ea bona obligare, quorum habet dominium.*

6 *Obligatio bonorum generalis bona præsentia, & futura comprehendit.*

7 *Hypotheca generalis ut operetur, sufficit quod dominium rei fuerit per momentum quæsitum debitori.*

8 *Prohibitio hypothecandi, eodem instanti, quo dominium rei sit quæsitum minori, operatur.*
L. 1. *§. si minor, D. de rebus eorum, exornatur, ibid.*

9 *Concurrentibus in eodem inſtanti diſpoſitione juris, & diſpoſitione hominis, illa ut velocior potius operatur.*

10 *Potentius eſt factum legis, quàm factum hominis.*

11 *Facta nominatio per emptorem ipſo jure transfertur in nominatum jus omne, ac ſi à principio ſolus nominatus contraxiſſet.*

12 *Reſolutio dominii debitoris extinguit hypothecam medio tempore impoſitam, quando fit ex cauſa de præterito.*

13 *Secus quando reſolutio contingit ex cauſa voluntaria debitoris.*

14 *Quia hoc caſu durat adhuc pignoris jus.*

15 & 16. *Alienatio rei hypothecatæ quando & quibus caſibus facta dicitur ex cauſa debitoris voluntaria, vel neceſſaria, & præambula.*

17 *Fictio tranſlativa non operatur in præjudicium tertii medio tempore jus quærentis.*

18 *Emptio pro perſona nominanda eſt conditionalis, ſi nominet.*

19 *Hypotheca contracta ſub conditione voluntariâ, aut poteſtativa, etiam purificata conditione, non retrotrahitur ad tempus contractus in præjudicium tertii, medio tempore jus quærentis.*

20 *Secus ſi conditio fuerit caſualis, ſeu mixta, ibid.*

21 *Nominationem perſonæ ſubjequutam (pro qua emptorem emit) non retrotrahi ad tempus emptionis, nec in præjudicium creditorum emptoris, nec eorum, qui cum eo medio tempore contraxerunt, qui affirment.*

22 *Contrariam ſententiam, ut creditores perſonæ nominatæ præferantur creditoribus emptoris, defendit Author.*

23 *Nominatione ſequuta dominium, & poſſeſſio rei emptæ pro perſona nominanda, ipſo facto transferuntur in nominatum reſolutio jure nominantis.*

24 *Facta nominatione acquiſitio retrotrahitur ad tempus emptionis.*

25 *Et ex eo tempore ita jus acquiritur perſonæ nominatæ, ut nec per momentum dominium rei emptæ permanſerit penes emptorem.*

26 & 27. *Creditores emptoris nominantis nullo tempore acquiſierunt jus hypothecæ jure empta.*

28 *Nominatione facta emptor conſideratur contraxiſſe, tanquam nudus miniſter contemplatione perſonæ nominandæ.*

Ita ut nominans à ſolutione pretii à ſe promiſſi liberetur, ibid.

29 *Emptio pro perſona nominanda, & ipſa nominatio unicus eſt contractus, & non diverſus.*

30 *Et ideo gabella ſola una debetur, non duæ.*

31 *Nominatus nihil recipit ab emptore nominante, ſed à venditore, cum quo perſona nominata, mediante perſona emptoris contraxiſſe intelligitur.*

32 *Hypotheca, & alia onera impoſita per emptorem ante nominationem, ea facta reſolvuntur, nec tranſeunt in nominatum.*

33 *Nominatio facta ab emptore non eſt voluntaria, ſed neceſſaria; cum ab initio ita celebrata fuerit emptio.*

34 *Ut actus involuntarius dicatur ſufficit, quod habeat originem anteriorem hypothecis medio tempore contractis.*

35 *Emptor condemnatus ut vel reddat, vel pretium ſuppleat, ſi rem reddat, omnes hypothecæ ab eo interim impoſitæ reſolvuntur.*

36 *Marthæ contrarium ſectanti reſpondetur.*

37 *Conducens rem pro perſona nominanda transfert in nominatum liberum ab hypothecis.*

38 *Acquiſitio nominantis eſt revocabilis, & facta nominatione reſolvitur, & in nominatum tranſfunditur.*

39 *Fructus rei emptæ pro perſona nominanda, facta nominatione, ſuos non facit emptor ante nominationem perceptos.*

40 *Fructuum acquiſitio ſequitur dominium.*

41 *Quando aliquid fit à lege ipſo jure, fructus ab eodem die debentur.*

42 & 43. *Super re empta pro perſona nominanda, cauſato concurſu, creditores emptoris jus non habent, ſed creditores perſonæ nominatæ.*

44 *Ad nominationem faciendam venditor non eſt citandus.*

45 *Nominandi facultas non tranſit in hæredes emptoris.*

46 *Nominationis approbatio requiritur, ut nominatus rem acquirat; alias penes emptorem reſidet.*

47 *Nominationem emptor intra quod tempus facere teneatur.*

48 *Emptor ſi intra tempus à jure deſtinatum non nominaverit, ſibi rem acquiſiſſe videtur, & à principio ſibi tantum emiſſe intelligitur.*

49 *Emptiones pro perſona nominanda frequenter uſitantur apud exteros in Hiſpania commorantes.*

50 *Emptio pro perſona nominanda de jure licita eſt, & à jure permiſſa.*

SUper rebus à debitore emptis pro perſona nomi- 1
nanda quandoque controverſia inter utriuſque, tam emptoris, quàm nominati, ſeu etiam nominandi creditores oritur, illius creditores prætendentes ſibi eſſe hypothecatas, ſtatim atque poſt emptionem emptori fuere tradita virtute generalis hypothecæ, vel quia emptione facta noviter ſibi hypothecæ fuerunt: contra verò nominati, vel nominandi creditores idem 2
jus in eis habere contendunt, cùm poſt emptionem, & non dum facta nominatione ſibi ſtetere ſubjectæ ob hypothecam anteriorem generalem, vel poſt modum facta per emptorem nominatione poſſe ſibi obligari excluſivè ad emptoris creditores.

Et pro parte creditorum emptoris, ut penitus 3
excludant creditores nominatim, fortiſſima urgent fundamenta. Primum, quia emptori totum rei emptæ pro perſona nominenda dominium ante factam nominationem fuit quæſitum, text. eſt *in ſecundum reſponſum. C. de contrah. & promittend. ſtipulat.* Alexand. *conſil.* 232. *ſub num.* 3. *lib.* 6. Rota ut per Alexand. Ludoviſ 227. *num.* 1. idem etiam probant Cephalus *conſil.* 325. *num.* 14. *lib.* 3. Magon. *deciſ. Florent.* 37. *num.* 16. Martha *voto* 127. *n.* 1. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 22. *n. in fine, & in deciſ.* 336. *n.* 1. Decius *conſil.* 543. *n.* 3. & 4. Cencius *de cenſibus q.* 67. Qui etiam dicunt, quod ſi non nominaſſet, ſibi in totum acquiſiſſe videtur.

Sed debitor obligare, & hypothecæ ſubjicere poteſt 4
ea bona, quorum dominium habet, atque in bonis ipſius ſunt, prout probant text. *in leg. quæ prædium, ſi aliena res pign. data ſit, l. quæ nondum,* §. 1. *ff. de pignorib.* cum aliis quamplurimis citatis *ſuprà, hac* 2. *p. cap.* 9. *ex n.* 73. *cum ſeqq.* Ergo poterit emptor iſte ante nominationem à ſe factam res ſic emptas hypothecæ ſuis creditoribus ſubjicere, vel illi 5
ex hypotheca generali anteriori, quæ præſentia, & futura bona denuò acquiſita comprehendit, *leg. ſi quis in cujuſcumque* 6. *quæ res in pignor. obligat. leg. ſi generaliter, C. qui potiores, leg. ſolite fin. C. de remiſſion. pignor. l.* 2. *ff. qui potiores in pignor. leg. ſi eis qui ff. de jure fiſc.* latè Caſtillo *controverſ. tom.* 4. *cap.* 61. *ex n.* 1. jus habent ad eadem bona.

Ad hoc enim ut hypotheca generalis ſtatim operetur 6
in bonis noviter acquiſitis per debitorem; ſufficit per momentum penes debitorem eorum jus intrare, remanare, aut tranſire. Ad notata *in leg. cum tabernam,* §. *fin. ff. de pignor.* Riminald. Junior. *in* §. 1. *n.* 125. *inſtitut. per quas perſon. nob. acquir.* Phanutius *de momento tempor. cap.* 31. *n.* 9. & *cap. fin. n.* 5. & *ſeq.* Gaito *de credit. cap.* 4. *quæſt.* 11. *nu.* 1331. & *ſeqq.* in iis etenim quæ momento temporis perficiuntur, momentum ſufficit,

ut

ut operentur, *leg. Thais*, §. *intra ff. de fideicommiſſ. libertat. leg. pecuniam quam*, *ff. ſi cert. petat.* Bald. *in cap. dilectus*, *nu.* 4. *ff. de fide inſtrument.* Neguſantius *de pignor.* 4. *principal. in princip. num.* 33. Montier à Cueva *deciſ.* 2. *nu.* 99. Gutier. *conſil.* 6.
7 *n.* 9. & 10. nam quando in aliquo actu vel diſpoſitione poteſt conſiderari prælatio, vel privilegium ex anterioritate, vel poſterioritate temporis, ſufficit conſtare de anterioritate etiam per momentum temporis, gloſſa ſingularis juncto text. *in leg. ſi ex pluribus*, §. *fin. gloſſ. fin. ff. de ſolut.* ubi Paul. de Caſtro, & communiter Doctores commendat Bald. *in leg. Imperator.* 1. *col.* 3. idem Bald. *in cap. ego enim de jurejurand. n.* 1. Socin. *in leg.* 1. *ff. de ſoluto matrimon. col.* 1. Barb. *in cap. conſuluit*, *de offic. de legat. nu.* 35. *ſimilis gloſſa*, & *expreſſa*, *in cap. duobus verbis*, *ſi non appareat de reſcriptis lib.* 6. *gloſſa in cap. ſi à Sede Apoſtolica*, *de præbend. lib.* 6. Gomez. *in lege* 40. *Tauri*, *ſub n.* 58. bonus text. *in leg. fundum*, §. *ſi duo*, *ff. de pignorib.* & ideo ad prælationem ſufficit prioritas in puncto temporis: probant inſuper Decianus *in conſil.* 29. *nu.* 54. *vol.* 2. 2. *additio.* ad Maurium Burgi. *in tract. de laudemiis* 3. *p. inſpectione* 39. *n.* 15. & 16.

8 Sicuti è converſo ad effectum operandi juris prohibitio, & impediendi ingreſſum hypothecæ, ut in minore, abſque judicis decreto non poteſt rem ſuam alienare: ſufficit, quod res minoris fiat, quoniam in eodem inſtanti operatur juris diſpoſitio prohibitiva, per *leg.* 1. §. *ſi minor. ff. de reb. eorum*, ibi: Si minor emerit prædia, ut quoad pretium ſolveret, eſſent obligata, non puto pignus valere; nam ubi dominium quæſitum eſt emptori, cœpit non poſſe obligari. De cujus intellectu vide latiſſimè Pinellum *in leg.* 1. 3. *p. ex n.* 52. *cum multis ſeqq. Cod. de bonis mater.* Valaſcum *de jure emphyt. quæſt.* 55. *ex n.* 3. *uſque ad fin.* Pereiram *de extinctio. emphyt. cap.* 15. *ex num.* 20. & ſupra ad cujus text. intellectum vide quos allegamus *infrà cap.* 14. *ex n.* 113. *& ſeqq.*

9 Et quando concurrunt in eodem acquiſitionis inſtanti juris diſpoſitio & hominis contraria, illa uti velocior prius operatur, & impedit ingreſſum facto, & diſpoſitioni hominis tanquam tardius operanti. Vide Paz *de tenuta* 1. *p. cap.* 10. *nu.* 21. & 22. Rodriguez *de annuis redditib. lib.* 2. *q.* 19. *ex nu.* 8. & *nu.* 20. & eſt optimum conſil. Bald. 454 *nu.* 2. & 3. vide Britium *de locato* 1. *p. rubr.* §. 1. *ſub n.* 31 *fol.* 22. Pacificus *de ſalvian. interd. inſpectio*
10 3. *cap.* 2. *n.* 452. dicens potentius eſſe factum legis, quàm factum hominis. Hondedeus *conſil.* 18. *per totum* quem ſequitur Poſt. *de manutent. obſervatio.* 55. *nu.* 62. videndus *ex nu.* 54. loquentes de lege, aut ſtatuto operante continuationem poſſeſſionis in hæredem, ut in concurſu donatarii habentis à defuncto clauſulam conſtituti cum reſervatione uſusfructus, ejus vita durante, ut lex tanquam velocior prius operetur in continuatione, quàm clauſula conſtituti contraria proveniens ex facto hominis.

11 Secundò, & pro creditoribus emptoris facit, quod licèt verum ſit, quòd facta nominatione per emptorem, jus quod erat apud iſtum reſolvatur, & transfundatur in nominatum ipſo jure, & à die initi contractus, ad quem retrotrahitur ipſa nominatio, ac ſi ipſe nominatus ſolus contraxiſſet, & non alius, ut poſtmodum dicitur: tamen medio tempore fuit creditoribus emptoris jus quæſitum ex hypotheca. Ergo in ejus præjudicium
12 retrotractio non operatur. Quoniam reſolutio dominii debitoris ipſo jure facta operatur reſolutionem hypothecæ medio tempore à debitore impoſitæ, quando reſolutio provenit ex cauſa neceſſaria antecedente, & originem trahente ab initio acquiſitionis, & quando dominium fuit tranſlatum in ipſum debitorem, ante hypothecam: non tamen quando ex cauſa voluntaria ipſius debitoris dominium fuit reſolutum, & in alium tranſlatum. Sic interpretatur communi plura jura de
13 hac re loquentia, de cauſa neceſſaria probant *leg. ſi res ff. quibus modis pignor. vel hypothec. ſol. leg. ſi ex duobus* 6. §. *ſed & Marcellus*, *ff. de in diem adjectio leg. vectigal.* 13. *ff. de pignor. leg. grege*, §. *ſtatu liber. ff eod. leg. in diem*, *ff. de aquâ pluv. arcen. leg. fin.* §. *ſed quia noſtra Cod. commun. de legatis*, *leg.* 67. *tit.* 5. *p.* 5. de merè voluntaria autem reſo- 14
lutione, ut duret adhuc, text. eſt *in leg. ſi debitor*, 14. *ff. quibus modi pign. vel. hypothec. ſol. leg. bovem* 43. §. *ſi quis cum & pignus*, *ff. de additio edict.* Et hanc receptiſſimam, & veram diſtinctionem originalem Bartol. *in d. leg. in diem*, *n.* 2. & 3. probarunt latiſſimè poſt plurimos alios Joan. Garcia *de hypothec. viven. vel morien. reſciſſ. contract. nu.* 6. & 7. & *per tot. tract.* ubi omnia jura ſigillatim ad hanc diſtinctionem trahuntur, Boërius *deciſ.* 181. *ex n.* 8. Tiraquell. *de retract. convent.* §. 3. *gloſſ. unic. num.* 10. Surdus *de aliment. tit.* 8. *quæſt.* 42. *num.* 16. & idem Surdus *in deciſ.* 286. *ex num.* 11. latiſſimè Hermoſilla *ad leg.* 67. *gloſſ.* 1. *per tot. tit.* 5. *p.* 5. *tom.* 1. *fol.* 358. Qui poſt
15 alios abundè proſequitur exemplo quando cauſa reſolutionis dicatur provenire ex cauſa neceſſaria vel merè voluntaria ipſius debitoris, innumerabiles penè congerit Noguerol. *allegat.* 22. *ex n.* 44. *cum ſeq. & allegat.* 14. *n.* 204. *& ſeq.*

16 Sed hujus emptoris jus reſolvitur ex mera voluntate ſua, in qua dumtaxat conſiſtit facultas nominandi perſonam, pro qua emit, vel non nominandi, ita ut ſi nominare nolit, continuet dominium rei à principio ſibi acquiſitæ. Ut probant Doctores ſuperius laudati in primo fundamento *n.* 4. Ergo hypothecæ medio tempore contractæ reſolvi nullo modo poſſunt. Quo argumento motus Martha *in voto* 127. *n.* 8. *& ſeqq.* reſolvit, etiam facta nominatione perſonæ, pro qua debitor à principio emit, durare hypothecam medio tempore impoſitam per emptorem.

17 Fulcitur hoc argumentum, quia fictio tranſlativa non operatur in præjudicium tertii medio tempore jus quærentis in ipſa re, latè diximus *de retentione Bull.* 2. *part. c.* 17. *n.* 52. per aliquot columnas. Ergo ſuſtineri debet hypotheca rei in favorem ſui creditoris impoſita per debitorem ante nominationem perſonæ à ſe factam, ita ut nec reſolutio ſuperveniens poſſit hypothecam medio tempore factam infringere, nec reſolvere.

18 Tertiò, & pro hac parte fortiter urget, nam hæc emptio pro perſona nominanda, eſt conditionalis videlicet, ſi emptior nominaverit perſonam, prout demonſtrat illud gerundium *nominanda*, ut tenet Riminald. Junior *con.* 163. *n.* 1. & *n.* 19. & 22. *lib.* 1. per *l.* 1. *ff. de pactis*, & *l.* 1. *de conſtit. pecunia:* ſequitur Cencius *de cenſib. q.* 67. *ſub num.* 11. ſed hypotheca contracta antecedens 19
ſub conditione voluntaria, & poteſtativa, etiam poſtea purificata non retrotrahitur ad tempus contractus in præjudicium alterius creditoris, cui medio tempore fuit hypothecata res ipſa ab eodem debitore; ſecus ſi conditio ſit caſualis, ſeu mixta, ut probat expreſſè *l.* 1. *ff. qui potiores in pignore hab.* ubi gloſſ. Bart. Angel. & Salicet. *l. Titius*, *& ibi* Bartol. & omnes *ff. quæ res pig. oblig. poſſ. l.* 32. *tit.* 13. *part.* 5. Bart. *in l. ſi quis pro emp. num.* 46. & 47. *ff. de uſucap. pro emptor.* dicit communem Gregorius Lopez *in dict. l.* 32. *verb. la condition.* Gutierrez *allegat.* 4. Felician. *de cenſib. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 5. *ex nu.* 19. Quam etiam diſtinctionem ſequutus fuit poſt alios Doctores, Joan. Bapt. à Coſta *in tract. de retrotract. cap.* 8. *caſu* 31. *ex n.* 6. & maximè *ex n.* 8. *cum ſeq.* latiſſimè eam proſequitur, ut benè explicat poſt plures alios Manguillus *de evict. q.* 37. *ex n.* 7. *cum ſeqq. & per totam;* qui præ cæteris hanc diſtinctionem comprobat, & *ex nu.* 13. rationem reddit. Ergo cùm hæc conditio pendeat à voluntate emptoris, an velit nominare perſonam, vel non, ſequitur, ut quandocumque purificetur, & retrotrahatur non poterit operari hæc fictio retrotractiva in præjudicium creditoris medio
tempore contrahentis & jus hypothecæ jure haben- 20
tis. Et circa conditionem caſualem, ſeu mixtam,

ut retrotrahatur etiam in præjudicium tertii creditoris, ea pendente, jus hypotecæ in eadem re acquirentis, probant *l. qui balneum*, §. 1. *potior. & §. ff. qui potior. in pignor. habeant.* Ripa *in l. privilegia, n. 17. ff. de privileg. cred.* Neguſant. *de pignoribus membr. 2. nu. 10. ampliat. 16.* & alii jam citati.

21 Quo etiam argumento in noſtris terminis uſus fuit Alexander *in conſil. 232. num. 36. & 7. lib. 6.* quo movetur, ut nominatio perſonæ (pro qua debitor à ſe nominanda emit) ſubſequuta non retrotrahatur ad tempus emptionis, & requiſitionis in præjudicium creditoris habentis jam hypothecam generalem in bonis emptoris, vel poſtea etiam contracta medio tempore ante nominationem factam, cum hæc ſit conditio voluntaria. Eodem etiam argumento utitur Rota apud Alex. Ludoviſium *deciſ. 227. ſub n. 1. & 2.* Hæc ſunt fundamenta quæ partem creditorum ementis pro perſona nonominando ſuſtinent.

22 Sed partem creditorum perſonæ nominatæ poſt factam nominationem communis Doctorum, & Rotæ indiſtinctè, & nervoſè defendit, penitus excludens creditores emptoris ab hypotheca rei per ſuum debitorem emptæ pro perſona nominanda, ſive hypothecam prætendentes ex generali obligatione antecedente, ſive ex ſpeciali poſtmodum medio tempore
23 ipſis quæſita ante nominationem. Quoniam in emptione pro perſona nominanda ſubſequuta nominatione, dominium, & poſſeſſio rei ipſo facto tranſferuntur in nominatum reſoluto jure, quod acquiſivit nominans per contractum, eo quòd fuerit cum qualitate inſita ab initio contractus. Ut per plura fundamenta tradit Rota Genuenſ. *deciſ. 14. num. 33.* Cephalus *conſil.*
24 325. *n. 15. vol. 3.* ubi quod facta nominatione acquiſitio retrotrahitur ad tempus contractus Farinacius *de falſitate, quæſt. 162. num. 186.* Tuſchus *lit. E. conſil. 133. num. 1.* Mantic. *de contractibus, lib. 4. tit. 22. nu. 9.* Cancerius *variarum reſol. tom. 1. cap. 8. de donationibus, num. 192. in 2. edito* qui omnes pro hujus opinionis authore allegant Ancharan. *conſil. 127.* Reginaldus Junior *in conſil. 591. per totum & conſil. 163. num. 23. & 24. lib. 2.* Decius *conſil. 43. num. 4.* Mangonius *deciſ. Florent. 17. n. 16.* Noguerol *allegat. 11. n. 89.* Gratianus *tom. 3. cap. 54. nu. 23.* Surdus *deciſ. 182. ad finem.* Idem Surdus *deciſ. 126. n. 1.* latè Cencius *de cenſibus, quæſt. 67. n. 13. & ſeq.* Hermoſilla *in lege 48. tit. 5. parte 5. gloſſa 1. n. 10. & 11. fol. 1. 5. tom. 2.* Mantica *deciſ. 336. nu. 1.* ſingularis Rotæ *deciſ.* apud Ludoviſium *deciſ. 127. per totam*, & ſignanter *à n. 7.* ubi eleganter Beltramin. *n. 24. & 25.* poſt Rotam *deciſ. 615. n. 1. & ſeq. part. 1. in recent.* & alias quas allegat.

25 Fit enim retrotractio ad initium contractus, & initæ ſtipulationis, ex quo tempore ita acquiritur nominatæ perſonæ, ut nec momento quidem temporis dominium dici poſſit fuiſſe penes ementem, quod quam nec veſtigium acquiſionis remanet, Hodierna *in additio. ad Surdum deciſ. 226. n. 1.* Idem Surdus *deciſ. 182. n. 13.* Gratianus *in addit. ad deciſ. March. 135. num. 1.* Cencius *dict. quæſt. 67. n. 15. & 19.*

26 Ex quo infert *nu. 16.* quod cùm acquiſitio ad favorem perſonæ nominatæ retrotrahatur ad principium tractus, & illi cenſeatur facta in ipſo actu emptionis, & ſtipulationis; ſequitur, quod ſuper ipſa re empta pro perſona nominanda ante factam nominationem creditoris ipſius emptoris non poſſint prætendere jus aliquod
27 ratione ſuæ anterioris hypothecæ. Si enim apud eum nullo momento temporis permanſerit dominium, nec poſſeſſio rei emptæ, ſed juris interpretatione ab ipſomet initio ſemper extitit penes perſonam nominatam, nihil eſt, in quod fundari, & radicari potuiſſet jus ad favorem dictorum creditorum, quod & probant Decius *conſil. 543. nu. 5. cum multis ſeqq.* Ludoviſius *deciſ. 227. ex n. 4.* Surdus *dicta deciſ. 182. ex. n. 16.* Hermoſilla *dicta lege 48. tit. 5. part. 5. gloſſa 1. nu. 11.* & Beltramin. ad Ludoviſium *deciſ. 157. n. 25. & 26.*

Et comprobatur, quoniam nominatione facta, emptor à principio contraxit contemplatione nominati, & tanquam quidam nudus miniſter, & nominatio nihil tangit contractum emptionis, ſed eſt illius executio, ita ut facta nominatione, emptor liberetur, nec teneatur, ſed ſolus nominatus ad precii ſolutionem obligatus remaneat, prout ſi à principio cum ipſo ſolo fuiſſet contractum, plura in propoſito cumulat Hermoſilla *ubi proximè n. 10. & 11.* poſt plures quos allegat videndus. 28

In tantum quod inter emptionem, & nominationem nulla ſit differentia, nec alius diverſus contractus, ſed ſemper unicus, & idem dumtaxat factus à principio cum eadem qualitate intelligitur. Mantica *dicta deciſ. 336. nu. 2.* Hodiern. *in additione ad deciſ. 326. num. 1.* Petri Surdi, Noguerol *allegat. 11. n. 90.* Hermoſilla *ſub dicto nu. 20.* ad medium, qui alios allegat. 29

Ex quo infertur ad gabellam ſolvendo de quolibet contractu, ut nullo modo ſit ſolvenda de hac nominatione, cum contractus non ſit diverſus, ſed unicus, & idem cum emptione, Hermoſilla & Noguerol, modo citati, Riminaldus *conſ. 136. lib. 2.* Surdus *deciſ. 184. ad fin. & dec. 226. n. 2.* Fachineus *conſ. 6. à n. 1. lib. 3.* Roman. *conſ. 85. n. 3. & 4.* 30

Nominatus autem nihil recipit à nominante, nec ab eo habet dependentiam, ſed à venditore, cum quo mediante perſona emptoris cenſetur principio contrahere, Decius *conſil. 544. in 1. dubio*, quem refert, & ſequitur Barthazola *de clauſ. 17. glauſſa 5. num. 1. ad finem, fol. 84.* Cagnolus *in lege 2. C. de pactis inter emptorem, num. 615.* Farinacius *de falſitate, quæſt. 126. num 80. &. 86.* Rota per eundem Farinacium deciſione *205. num. 24. & 25.* Noguerol. *allegatione 11. nu. 91.* & pro hac eadem doctrina celebris eſt *deciſio 126.* ejuſdem Ludoviſii, & Farinacii, *51. tom. 2. in poſthumis.* Quibus reſolutum fuit, quod hypotheca, & alia onera per nominantem impoſita ſuper re, quæ ſibi acquiritur, non tranſeunt in nominatum: quoniam facta nominatione intelligitur nominatum ipſum emiſſe à principio. 31 32

Cum quibus ſatisfit contrariis argumentis pro alia parte conſideratis, prout latè & optimè reſpondet Rota *in deciſione 227.* Ludoviſius *per totam*, & per Cenſium *de cenſibus, quæſt. 67. ex n. 11. cum ſeq.* maximè illi præcipuæ difficultati, nempe iſtam reſolutionem provenire licet ex cauſa antecedenti, voluntaria tamen, nam in præſenti cauſa neceſſaria extitit, ſi quidem contractus ab initio initus ſit pro perſona nominanda. Sequitur Noguerol *ubi proximè n. 59.* Ciriacus *controverſiar. tom. 3. controverſia 425. n. 1374.* 33

Reſpondetur ulterius, quod ad hoc, ut reſolutio ſuum juris operetur effectum, nihil intereſt, quod ſit in voluntate, & electione illius, qui facit medium opponere reſolutioni; nam ſufficit, quod id quod facit, habeat originem, & principium anterius hypothecis medio tempore contractis. Prout videmus in reſciſſione contractus ex remedio *leg. 2. C. de reſcind. venditio.* quo condemnatus emptor rem reddere, vel ſupplere pretium: nam ſi eligat rem reddere venditori, reſolvuntur omnes hypothecæ medio tempore impoſitæ per emptorem, & libera res reſtituitur venditori prout latè deduximus, & comprobavimus, exacta Doctorum authoritate ſuperius *hac 2. p. cap. 9. ex n. 81. & ſeqq.* & hanc conſiderationem in noſtris terminis acutè fecit Noguerol. *d. allegat. 11. ex n. 96.* 34 35

Et ex his quæ hactenus diximus, rectè reſpondetur Marthæ *conſil. 127. & conſil. 132.* contrarium reſolventi, quia loquitur, quando ex qualitate, & modo contrahendi apparet emptori ſibi dumtaxat voluiſſe ſtipulari, & contrahere, nec non acquirere, & non perſonæ nominandæ. Prout reſpondet eidem Cencius *in tract. de cenſibus, q. 67. ex n. 14. & ſeq.* Hermoſilla *in dicta lege 48. tit.* 36

48. *tit.* 5. *super gl.* 1. *n.* 11. *pag.* 216. Noguerol *dicta allegat.* 11. *n.* 93. qui latius videndi erunt.

37 Imo idem hoc modo declaravit ipse Martha *in consilio* 143. *vol.* 1. *ex n.* 15. dicens, conducentem non pro se sed persona nominanda, eam transferre in nominatum liberum ab hypothecis, *& n.* 16. *&* 20. hanc tan-
38 gens difficultatem eidem satisfaciens respondit, ut procedat, quando acquisitio fuit irrevocabilis; sed non quando fuit revocabilis, ut in acquisitione pro persona nominanda, quia facta nominatione jus nominantis resolvitur, & in nominatum transfunditur. Et ad hoc idem eundem Martham allegat Hodierna ad Surdum *decis.* 226. *n.* 2. *&* 5. ubi pariter idem resolvit cum prædicta *decis.* Ludovisi 227. quæ est magistralis in hac materia.

39 Ex his omnibus infert Cencius *de censibus quæst.* 67. *ex n.* 11. *cum multis seqq.* ubi latè disputat pro utraque parte. An emptor pro persona nominanda fructus rei faciat suos medio tempore à se perceptos ante nominationem. In qua tandem resolvit, nullos fructus suos facere, sed omnes teneri restituere, facta nominatione,
40 nominato, tanquam domino à principio emptionis: quia fructus sequuntur dominium, *l. si dominium Cod. de pignor. lege* 2. *&* 3. *Cod. de pignor. actio.* Cephalus *consil.* 3. *num.* 71. *lib* 1. Cencius *in dicta quæst* 77. *num.* 12. *lege fructus. Cod. de fructibus, & liti. expen. lege & ex diverso, ff. de rei vend.* lata Doctorum cumulatio per Marium Giurbam *in constitut. Messanens. cap.* 10. *glossa* 7. *part.* 1. *nu.* 11. Franch. *decisione* 665. *n.* 6. Castillo *decis. Siciliæ* 14. *ex n.* 19 *lib.* 1. Pereira *decis. Portugal.* 15. *n.* 3. Ant. Thesaur. *decis.* 165. *n.* 6. Gama 66. 95. *&* 206. Novar. *qu stionibus forens.* 140. *ex n.* 6. *& seqq.* Menochius *de arbitrar. lib.* 1. *q.* 71. *n.* Castillo *de tertiis c.* 18. *ex n.* 10. Fontanella *decis.* 64. *n.* 11. *&* *decis.* 96. *num.* 21. *&* *decis.* 73. *n.* 4. *&* *decis.* 86. *n.* 5. *&* *decis.* 99. *n.* 16 *&* 17. *&* *decis.* 208. *n.* 4. D. Præses Valenzuela *consil.* 196. *ex n.* 12. *cum seq. tom.* 2. *&* *in consil.* 150. *ex n.* 26. infinitos penè Docto-
41 res refert Amat. *resol.* 49. *nu* 9. Et quia quando aliquid fit à lege ipso jure; fructus ab eodem die debentur, latè Surdus *decis.* 25. *ex n.* 21. Paz *de tenuta cap.* 83. *ex nu.* 18. *cum seqq. c.* 13. *à n.* 42. quam plurimos refert Amaro *in loco* proximè *citato*, Cencium, & Hermosillam (*loco cit.*) poteris pro aliis dubiis hujus emptionis pro persona nominanda consulere.

42 Igitur in nostra quæstione principali concludendum erit cum communi Doctorum opinione, re empta pro persona nominanda, facta nominatione, nullatenus sequi concursum peractum ab emptore, nec ejus creditores jus aliquod ad eam habere; sed potius sequi debere concursum causarum à nominato, tanquam rei vero
43 domino, & in quem post factam nominationem res ipsa libera transit ab omni hypotheca, & onere medio tempore imposito per emptorem, apud quem nec remansit juris aliquod vestigium, cùm nudus minister in hoc contractu dumtaxat consideretur, à quo nominatus nihil capit, sed immediatè contraxisse dicatur cum veditore; prout expressè probant DD. hactenus laudati.

44 Sed an ad nominationem faciendam debeat citari venditor, utque idem facienda sit intimatio personæ nominandæ, vel nominatæ, negativè respondet Cencius *de censibus d. q.* 76. *n.* 17. per Rotæ *dec.* 162. ex impressis ab eo post tract. *de censibus*, & Gratianus *disceptat.*
45 *forens. tom.* 1. *cap.* 194. *n.* 10 licèt iste *ex decisione Martæ* 135. *n.* 15. contrarium dixerit, & quod hæc nominatio non sit facienda post mortem emptoris, nec ad hæredes ejus transeat, videndus ipse Cencius ibid *sub*
46 *n.* 17. *& seqq.* qui optimè tractat, quod requiritur approbatio, & ratificatio ipsius nominati, aliàs ei non acquiritur, sed remanet res penès emptorem.

47 Sed intra quod tempus fieri debeat hæc personæ nominatio, Doctores non conveniunt, circa quorumque opiniones refert Surdus *in decis.* 226. & tandem pro veriori tenet, ut is quam primum facere possit, ad faciendum sit adstrictus; ubi latissimè prosequitur; quem referens sequutus fuit Hermosilla ad Doctores lege 148. *tit.* 5. *part.* 5. *glossa* 1. *n.* 13. *tom.* 2. *fol.* 48
216. qui, & alii plures ab eisdem relati, & à Cencio *de censibus, d. q.* 61. *sub n.* 14 *vers. facta autem nominatione;* in unum conveniunt, quod si intra tempus à jure requisitum (juxta meliorem opinionem ex quinque relatis) emptor non nominaverit; sibi acquisisse videatur, ac si principio pro se solo cotraxisset.

Hæc notare potes, quæ possent in concursus judiciis 49
quandoque accidere maximè formatis per exteros Genuenses, & Italos mercatores, apud quos magis frequentatur hoc contractus genus, & inter Hispanos, maxime eos qui effugiunt propter aliquod regium munus, quod exercent, & in reddenda ratione paupertatem affectant, & est contractus in se (alio extrinseco 50
dolo cessante) licitus & à jure permissus, & frequens; ut probatur *in leg. secundum respons. Cod. de contrah. empt.* quod ibi notat Angelus, Raldus *in leg cum post, §. gener. in lectura antiqua, vers. extra quæro, ff. de jure dotium, & in leg.* 1. *ff. de pactis, in fine principii. versic. ultimo quæro.* Alexand. *cons.* 232. *n.* 4. *lib.* 6. Decius *cons.* 544. *n.* 2. Mantica *decis.* 336. *n.* 1. idem Mantica *de tacitis lib.* 5. *tit.* 22. *num.* 9. Gratianus *tom.* 3. *c.* 547. *n.* 31. Cencius *de censibus, quæst.* 67. *n.* 13. *in princip.*

CAPUT XIV.

Debitor concursus judicio pendente, an possit majoratum, legatum, hæreditatem, seu donationem sibi delatam repudiare in præjudicium creditorum.

Vel in alterius favorem renunciare, & quid inter repudiationem, & renuntiationem distet.

Vel an insuper bona ipsa ad corpus concursus instantibus creditoribus redire debeant.

SUMMARIUM.

1 *& seqq. Inter repudiationem hæreditatis delatæ, & renuntiationem, quæ sit differentia.*

2 *Debitor potest invitis creditoribus repudiare hæreditatem sibi delatam, legatum, & donationem.*

3 *Creditores non fraudantur quando debitor non vult acquirere; sed quando acquisitum alienat.*

4 *Fraudem prætendere non possunt creditores in acquirendis, sed in jam acquisitis alienatis per debitorem.*

5 *Facultas acquirendi sub alienationis verbo non continetur.*

6 *Non alienat, qui acquirere non vult.*
L. qui autem, 6 D. quæ in fraudem creditorum, l. non fraudantur, 177. D. de reg. juris, l. 1. *§. fin. D. de collatione bonorum, cum aliis similibus, ponderantur, ibid.*

7 *Etiamsi fiscus creditor sit.*

8 *Exornantur plurimorum authoritate præfata jura.*

9 *Debitor in acquirendis potest creditoribus præjudicare, cùm de suo non alienet.*

10 *Secus post additionem, & acquisitionem juris eidem delati.*

11 *Jus adeundi hæreditatem, legatum, & similia non est in bonis, nec de bonis debitoris.*

12 *Majoratum delatum debitori, an in præjudicium creditorum possit repudiare.*

13 *Juri semel incorporato in patrimonio debitoris, renunciari non potest in præjudicium creditorum.*

14 *Majoratus possessio statim mortuo possessore transfertur in successorem etiam ignorantem.*

15 *Dominium etiam bonorum majoratus sine apprehen-*
sione

sione transfertur, & ante acceptationem.

16 *Alienatio voluntaria non impedit hypothecam in quemcumque res transierit.*

17 *Debitor jus sibi delatum potest liberè repudiare in præjudicium creditorum.*

18 *Debitor nihil de suo patrimonio diminuit, non acquirendo jus delatum, sed repudiando jus jam quæsitum.*

19 *Majoratus delati acquisitio ante acceptationem jus est quoddam informe, variabile, & resolubile.*

20 *L. qui autem, 6. D. quæ in fraudem creditorum, cum aliis similibus ponderatur.*

21 *Dominium rei legatæ ipso jure transit in legatarium, etiam ignorantem, quod ante acceptationem potest debitor repudiare invitis creditoribus.*

22 *Dominium rei legatæ transit in legatarium ipso jure.*

23 *Etiam sine traditione.*

24 & 25. *Legati repudiatione sequuta fingitur retro nihil acquisisse.*

26 *Majoratus delati sequuta repudiatione nullus considerabatur status, quo creditorum jus possit subsistere.*

27 *Dispositio l. 45. Tauri inducta fuit in favorem successoris, qua uti potest in sui utilitatem, non in sui damnum alter.*

28 *Ita ut tertius quilibet contra successorem ea dispositione se juvare non possit.*

29 *Renunciatio hæreditatis, majoratus, legati, donationis, & similium ante acceptionem facta in favorem tertii, rescinditur ob præjudicium creditorum.*

30 *Juris delati renunciatio in tertium vera est proprii patrimonii alienatio, & renunciatio.*

31 *Renunciatio juris quærendi supponit antecedentem acceptationem, ac dominii acquisitionem.*

32 *Is qui de hæreditatis bonis sibi relictis ante aditionem testatur, eo ipso adire videtur.*

T. si avia, C. de jure deliberandi, l. Pannonius, §. fin. D. de acquir. hæreditate exornatur, ibid.

33 *Si hæres ante aditionem de hæreditate testetur, animum adeundi manifestat, etiamsi postea testamentum revocet.*

34 *Animus, & voluntas etiam ex actu nullo deprehenditur, atque inducitur.*

35 *In renuntiatione hæreditatis, donationis delatæ, & similium occultatur unus actus, nempe acceptatio, tanquam præcisa actui.*

L. 3. fin. D. de donationibus inter, l. in Gallia, C. si certum petatur, l. licet, §. quotiens, D. de jure dotium, exornantur ibid. & numeris seq.

36 *Aliud est absolutè repudiare, & abstinere, aliud verò cedere jus in alium, cum ipse gerere actum tanquam hæres videatur.*

37 *L. qui autem, D. quæ in fraudem credit. non procedit quando juris delati à debitore fit renuntiatio in tertium.*

38 *Renuntiatio hæreditatis delatæ debitori non admittitur in præjudicium creditorum.*

39 *Renuntiatio juris jam quæsiti mera est donatio.*

40 *& seqq. L. hæc ratio in fin. D. de donationibus inter, l. idemque, 4. D. eodem, concordantur cum l. sed si vir, 32. §. si vir D. eodem tit.*

42. *Aliud est repudiare legatum, aut donationem sibi delatam; aliud jubere, donationem sibi paratam, & oblatam uxori fieri.*

43 *Verbum* jubere, *importat necessitatem.*

44 *L. sed si vir, §. si vir, D. de donation. inter, loquitur quando vir rogavit, ut donatio sibi oblata fiat, uxori non jus sit.*

45 *Renuntiatio hæreditatis delatæ, & similium, tunc supponit acquisitionem præcedentem, quando sit extraneo, cui secluſa renunciatione, hæreditas non defertur.*

46 *Secus, si fiat ei qui stante debitoris repudiatione juris dispositione succederet, vel alio legitimo titulo hæreditas, vel majoratus ei defertur.*

47 *Renunciatio successionis delatæ factæ ei, qui aliàs ad eam sit revocatus, potius dicitur refutatio, & repudiatio, & non donatio, cum seqq.*

51 *& seqq. Reducuntur ad præfatam distinctionem plurimi Doctores, absolutè loquentes.*

56 *Simplex, & generica renunciatio hæreditatis, aut majoratus quædam est repudiatio, & refutatio, per quam locus sit proximiori.*

57 *Repudians, refutans, & simpliciter renuncians jus delatum, non est autor acquisitionis, quæ ex repudiatione alteri provenit.*

58 *Secus in renunciante aut cedente alteri, quia iste ab illo jus habet.*

59 *& seqq. Concursus judicio jam formato & pendente, an possit debitor repudiare hæreditatem, majoratum, donationem, & similia sibi delata, vel usumfructum sibi tanquam patri delatum.*

60 *L. qui autem, 6. D. quæ in fraudem credit, qua permittitur debitori repudiare jus quærendum, procedit alio juris impedimento non stante.*

61 *Concursu formato debitor in tantum suorum bonorum amittit administrationem, & statum mutat, ut nihil agere possit in præjudicium suorum creditorum.*

62 *Cui prohibetur contrahere, pariter prohibitum intelligitur hæreditatem repudiare.*

L. 55. Tauri, qua disponitur, mulierem sicut sine viri licentia nequit contrahere, ita nec distrahere. ibid.

63 *L. 44. Tauri, quæ prohibet, ne mulier absque viri licentia possit hæreditatem repudiare, exornatur.*

64 *Donationem mulieri absenti factam repudiare nequit absque viri licentia.*

65 *Per aditionem hæreditatis oritur quasi contractus inter hæredem, & creditores, nec non legatarios, ac fideicommissarios.*

66 *Contractus, & distractus à pari procedunt, de uno ad alium valet argumentum.*

67 *Concursu pendente illicita judicantur, quæ ante eum debitori permittuntur.*

L. qui autem, §. sciendum D. quæ in fraudem creditorum cum aliis antè ponderatur, ibid.

68 *L. ait prætor, 10. §. 12. D. quæ in fraudem cred. ponderatur.*

69 *Debitor cedens bonis, an miserabili paupertati statim reperitur.*

70 *Fallitus repudiando majoratum, hæreditatem aliudve utile, nulla alia intentione facere intelligitur, quàm fraudandi suos creditores.*

71 *Actus, qui sine fraude fieri potest, non sustinetur factus in alicujus fraudem.*

72 *Renunciatio, sicut & donatio facta in fraudem creditorum rescinditur.*

73 *Ubi contractus præcedit aut materia, quæ ex bona fide obliget ad acquirrendum, qui acquirere non vult, in fraude, & dolo esse dicitur, & tenetur.*

74 *Inter debitorem formantem concursum, & creditores ad illum convocatos quasi quidam contractus præcedit.*

75 76, & 77. *L. in fraudem D. de jure fisci, & l. cum quidem, D. eodem, conciliantur. & ex n. 121.*

78 *Debitori formanti concursum interdicta censetur ipsius bonorum administratio.*

79 *In condemnato ad pecuniæ quantitatem parti applicatam pro damno dato, repudiante hæreditatem sibi delatam, & fraudem considerabit Consilium Regium.*

80 *Concursu pendente, debitorem posse liberè repudiare hæreditatem sibi delatam, majoratum, legatum, aut usumfructum, ante acceptationem certius de jure defendit author.*

81 *Fraudati dicuntur creditores, quando debitor jus jam radicatum, & plenè quæsitum alienat.*

82 *Ex concursus pendentia nihil speciale infertur, quod*

possit

poſſit impedire debitorem jus quærendum repudiare ſicut antea.

38 *Pater poteſt reſtituere filio majoratum ante tempus, creditorum concurſu non obſtante.*

48 *Falliti & decocti poſſunt in præjudicium creditorum jus delatum, & quærendum repudiare.*

85 *Debitor concurſu formato licet adminiſtrare, & alienare prohibeatur, non ideo cogitur acquirere.*

86 *Per aditionem contrahitur, ergo per repudiationem diſtrahitur, non valet argumentum.*

87 *Non entis nullæ ſunt qualitates, & quod non eſt, rumpi non poteſt.*

88 *Oſualdi doctrina recenſetur.*

89 *Adeundi facultas, vel agnoſcendi legati, jus nondum quæſitum, non eſt in bonis noſtris.*

89 *Adire, vel non adire hæreditatem, vel legatum, liberum eſt.*

91 *Debitor obligatus non eſt acquirere.*

92 *Nulla juris ratio patitur, quem compelli adire, vel agnoſcere legatum, vel hæreditatem.*

93 *Sicut liberum eſt contrahere, ita & adire cum in alienando quæſitum, non in acquirendo præjudicium alteri fiat.*

94 *Repudians jus delatum nihil agit, ſed tollitur de medio, & removet obſtaculum, ut ſequens in gradu ingrediatur.*

95 *Debitor pendente concurſu, non probibetur abſolutè contrahere, ſed limitatè, & reſpectu ad jus quæſitum creditoribus.*

96 *Contrahere qui prohibetur abſque tertii interventu, non prohibetur repudiare hæreditatem.*

97 *L. 54. Tauri, dum prohibet mulieri repudiare abſque viri licentia, eſt ſpecialiſſima, quæ ad alios caſus trahi nequit.*

98 *& ſeqq. Qui prohibetur contrahere, jure communi attento, non prohibetur repudiare hæreditatem.*

101 *Prælatus quamvis non poſſit alienare ſine interventu conventus, poteſt tamen ipſe ſolus abſque eo hæreditatem, legatum, & jus delatum repudiare.*

102 *Conſenſus ſolus Abbatiſſæ in renuntiatione Monialis ſufficit ad præjudicium Monaſterii.*

103 *Concurſu pendente illicita judicantur, quæ ante eum debitori permittuntur, in iis quæ opponuntur fini concurſus, non in aliis.*

104 *&, ſeqq. L. qui autem, §. ſciendum, & l. ait prætor. §. debitorem, D. quæ in fraudem credit. interpretantur, ibid.*

108 *Debitor in initio acquiſitionis poteſt pactum admittere in præjudicium creditorum.*

109 *Pater in quærendis poteſt præjudicare filiis.*

110 *& 111. Inter emptorem, & venditorem valet pactum in continenti appoſitum, ut res empta ſit obligata pro credito alicujus præferendi quibuſlibet creditoribus anterioribus emptoris.*

112 *Venditor pro pretii ſecuritate poteſt ſibi cavere de hypotheca ſuper eadem re in continenti, ut aliis anterioribus præferatur.*

113 *In ipſo acquiſitionis initio poſſunt apponi pacta & conditiones, quæ poſt rei acquiſitionem, & traditionem non admitterentur ſine juris ſolemnitate.*

Leg. 7. §. fin. cum l. ſed C. de rebus eorum, diſpoſitionem exorbitantem eſſe, fatentur omnes, ibid.

114 *Miram interpretationem, & conciliationem prædictorum jurium tradunt Gutierrez, & Gaito.*

115 *Pactum in initio acquiſitionis, ut res ſit obligata alicui valet, & iſte tertius præfertur omnibus debitoris acquirentis creditoribus anterioribus.*

116 *Venditor poteſt in continenti dictum apponere, ut res vendita ſit hypothecata uni debitoris creditori poſteriori, ut aliis anterioribus præferatur.*

117 *De caſu legis ſpeciale non eſt deducenda regula generalis ad alios caſus.*

118 *Jura radicata in patrimonio debitoris alienata in fraudem revocantur, non quæ ſibi delata repudiavit ante acceptationem.*

119 *Contractus, vel cauſa ad acquirendum quando præceſſit, non poteſt quis non acquirere abſque fraude, & dolo.*

120 *Secus quando materia, quæ obliget ad acquirendum non adeſt; quia tunc liberum eſt acquirere, vel repudiare.*

121 *Condemnatus ad pecuniam fiſco applicatam, poteſt repudiare hæreditatem delatam.*

122 *Debitor pendente concurſu poteſt liberè repudiare jura ſibi delata, & non acquirere, etiam retinentibus creditoribus.*

123 *Fallit quando ex legitimis præſumptionibus deducitur fictam, & ſimulatam fuiſſe repudiationem.*

124 *Fraus in repudiatione arguitur ex eo quod debitor bona ſuo nomine locavit.*

125 *Vel prædia coluit.*

126 & 127. *Et ex fructuum perceptione.*

128 *Fraudis erit præſumptio in repudiatione, quando debitor ipſe facta repudiatione, remanſit in poſſeſſione.*

129 *Niſi alia extrinſecus ſubſit juſta retinendi cauſa, remiſſivè.*

130 *Fraudis præſumptio erit, ſi ob repudiationem debitoris bona deveniant ad uxorem, vel ad filios.*

131 *Simulatio requirit cauſam ad fingendum, & ſimulandum; qua deficiente, præſumptio ceſſat.*

132 *Sufficit tamen pro cauſa ſufficiente ſola partium opinio, etſi non appareat vera.*

ANnteaquam noſtræ quæſtionis principalis diſceptationem aggrediamur, nonnulla utilia, & valde neceſſaria præmittenda ſunt, ex quibus facilior percipiatur reſolutio, quæ omnia pendent ex differentia, quæ verſatur inter delatæ hæreditatis, donationis, legati, nec non majoratus repudiationem, renuntiationem in favorem alterius, ad quam differentiam pauci quidem ex tot Doctoribus, qui articulum hunc repudiandæ hæreditatis delatæ, & ſimilium licitè permittendæ debitori in damnum creditorum, attenderunt, imò multi incautè promiſcuè utuntur repudiationis, & renuntiationis verbis; ut igitur terminorum confuſio de cætero evitetur, quid inter utrumque diſtet utiliter præmittamus. 1

Et in primis de repudiatione hæreditatis, donationis, legati aut majoratus delati, qui operetur in præjudicium creditorum, agi oportebit: conſtans eſt enim inter Juriſconſultos, omneſque ferè Doctores, debitorem, cui hæreditas delata eſt, legatum, ſeu donatio (de majoratus delatione nunc non tractamus, ſed inferiùs, cum habeat ſpecialem inſpectionem) poſſe liberè repudiare, & non acceptare, nec acquirere, etiam renuentibus creditoribus, & in eorum damnum, & præjudicium, cùm non fraudentur, quando debitor non vult acquirere, ſed quando de ſuo, quod jam quæſitum jus habet in fraudem creditorum alienat, quia repudiatio juris quærendi non eſt alienatio, prout hæc omnia protinus conſtabunt. 2 3

Non enim creditores ex hac repudiatione hæreditatis delatæ poſſunt conqueri ex eo, quod in eorum fraudem fieri intelligitur: cùm ſi adeat debitor, efficiatur proprium debitoris patrimonium, ex quo ſicut de aliis bonis potuiſſent ſua conſequi credita: quoniam actionem illam ex *tit. ff. quæ in fraudem creditorum, & C. de revocandis his quæ in fraudem creditorum alienata ſunt*, intentare non poſſunt, quæ dumtaxat tendit ad revocandum ea, quæ debitori propria ſunt, atque in ſuis bonis eſſe dicuntur, & in ipſorum creditorum fraudem debitor alienaverit, vendendo ſcilicet bona ſua, aut ea donando, aut liberando hypothecas, ſeu debitores ſuos, ſive alio quocumque modo, alienando & diſtrahendo; ſiquidem voluntas acquirendi ſub alienationis verbo non continetur, niſi poſtquam ipſe debitor acquiſierit 4 5

irre-

irrevocabiliter, & acceptaverit delatam hæreditatem, & legatum, & donationem; pertinet enim hæc actio ad diminuentem patrimonium ſuum; non ad eum, qui acquirere non vult, ut probatur *in l.* 1. *& ſeq. ff. & C. quæ in fraudem credit. l. videamus*, §. *in. Fabiana ff. de uſuris*, *l.* 1. *& per totum ff. quæ in fraudem patron.* §. *item ſi quis in fraudem*, *inſtit. de actionibus*, ubi Pichardus *num.* 1. *& l.* 7. *cum ſequentib. tit.* 15. *p.* 5. Joannes Philippus *in ſumma utriuſque juris ad tit. quæ in fraud. crediti* Cujacius, & Weſembechus ibidem Paz *in praxi* 3. *tom. cap.* 2. §. 3. *fol.* 18. Flamin. Pariſius *de confidentia benefic. q.* 30. *n.* 7. Trentacinq. *variarum l.* 2. *tit. de exceptionibus*, *reſolutio* 4. *fol* 90. Hugo Donellus *commentarior. lib.* 23. *cap. fin. in princip.* Franchis *deciſ.* 101. *per totam.* Franciſc. Molinus *de pactis nuptialibus*, *lib.* 3. *cap.* 49. *n.* 36. facit *l. fin. C. de acquir. poſſeſſ.*

6 Atque ideo cuilibet debitori liberè permiſſum eſt, repudiare jus ſibi delatum in præjudicium creditorum ſuorum, qui de hoc conqueri nequeunt, cùm debitor nihil de ſuo proprio patrimonio diminuat, nec alienet; non enim alienat, qui acquirere non vult, ad quod plurima ſunt plus quàm notiſſima jura expreſſa, text. *in l. qui autem*, 6. *ff. quæ in fraud. creditor* ubi Jure conſul. ſic loquitur; qui autem poſſit aliquid quærere, non id agit, ut acquirat, ad hoc edictum non pertinet, pertinet enim hoc edictum ad diminuentes patrimonium ſuum, non ad eos qui id agunt, ne locupletentur, proinde & qui repudiavit hæreditatem vel legitimam, vel honorariam, vel teſtamentariam, nec eſt in cauſa, ut huic edicto locum faciat, noluit enim acquirere, non ſuum proprium patrimonium diminuere; ſed & illud probandum eſt, ſi legatum repudiavit ceſſare hoc edictum, text. etiam *in l. non fraudantur creditores*, *cum quid non acquiritur à debitore*, *ſed cum quid de bonis diminuitur* 134. *ff. de reg. juris*, *leg.* 1. §. *fin. verſic. confertur. ff. de collatione bonorum*, ibi, *ut hoc demum conferatur, quod ejus eſſe deſiit dolo malo; cæterum ſi id egerit ne acquireret; non venit in collationem* & *l.* 1. §. *utrum ff. ſi quid in fraudem patron.* ubi ſic deciditur: Utrum autem ad ea ſola revocanda Fabiana pertineat, qua quis libertus de bonis diminuit, an etiam ad ea quæ non acquiſivit, videndum eſt, & ait Julianus lib. 26. ff. ſi hæreditatem libertus non aderit, fraudandi patroni cauſa, vel legatum repudiaverit. Fabianam ceſſare, quod mihi videtur verum. text. celebris *in l. alienationis*, §. *qui occaſione*, *ff. de verb. ſignific.* ibi, qui occaſione acquirendi non utitur, non intelligitur alienari, veluti qui hæreditatem omittit, aut optionem intra certum tempus
7 datam non amplectitur. Quod & idem quoque reſpectu fiſci probatur *in l. cum quidam capitis*, *ff. de jure fiſci*, & de donatione, *in l. ſi ſponſus*, §. *ſi maritus*, *ff. de donat. inter. & in l. fin.* §. *licentia*, *ff. de jur. deliber.*

8 Id ipſum, & alia plura in eorum jurium exornationem innumerabiles penè DD. affirmarunt, ut poſt antiquos Petrus de Peralta *in l. ſi Titia cum teſtamento*, §. *ſi ea conditione*, *n.* 3. & §. *Lucia*, *n.* 6. *ff. de legatis* 2. latiſſimè & optimè Tellus Fernandez. *in l.* 4. *Tauri*, *ex n.* 52. *cum multis ſeqq.* abundè etiam per Mieres *de majoratu*, 4. *part. quæſt.* 23. *ex n.* 117. *cum multis ſeqq.* Palatius Rubeus *in rubr. de donat. inter virum & uxorem*, §. 47. *per totum.* Anton. de Padilla *in l. poſt mortem*, *ex n.* 4. *& ſeq. & n.* 22. *&* 23. *C. de fideicommiſſis* Gutierrez *in repetit. cap. quamvis pactum*, *de pactis in* 6. *ex n.* 14. *cum ſeqq.* idem Gutierrez *practic. quæſt. lib.* 2. *q.* 127. *per totam.* optimè Alvaradus *de conjectur. ultim. volunt. lib.* 1. *cap.* 3. §. 1. *quæſt.* 12. *per totam.* Corduba à Lara *in l. ſi quis à liberis*, §. *utrum ff. de liber. agnoſcend. ex n.* 60. *uſque ad* 74. Cavalcanus *de uſufruct. n.* 185. *& ſeq.* Franchis *deciſ.* 101. *ex n.* 1. *uſque ad n.* 9. Ozaſcus *deciſione Pedemont.* 95. *nu.* 42. Hieron. Magonius *deciſione Florent.* 132. *num.* 15. Gomez *tom.* 2. *variarum*, *cap.* 4. *num.* 16. & latius *cap.* 14. *num.* 14. Flores de Mena *ad Gammam deciſ.* 92. *&* 119. Surdus *deciſione* 116. *ex num.* 78. *uſque ad finem*, *tit.* 1. *& in conſil.* 300. *n.* 17. *cum ſeqq. lib.* 3. idem Surdus *deciſ.* 140. *n.* 8. Rolandus *de lucro dotis*, *q.* 40. Nellus *in tract. Bannitorum*, *quæſt.* 30. Boſſius *in tract. de publicatione bonorum*, *ex n.* 16. *&* 18. *& ſeqq.* optimè etiam Fabius de Anna *conſil.* 113. *per totum.* Adrovandinus *conſ.* 26. *ex nu.* 128. *cum ſeq.* latè Gratianus *in diſceptat. forenſ. deciſ.* 17. *per totam*, idem Gratianus *in diſcept. forenſ. lib.* 1. *cap.* 132. *ex n.* 1. *uſque ad n.* 25. *lib.* 2. *cap.* 271. *per totum.* Peregrinus *de privileg. fiſci lib.* 3. *titul.* 1. *de publicatione bonorum*, *n.* 190. *& duobus ſeq. & lib.* 6. *tit. de debitoribus fiſcalibus*, *ex n.* 38. *uſque ad fin.* idem Peregrinus *de fideicommiſſ. art.* 2. *n.* 51. *& artic.* 3. *ex n.* 125. *& ſeq.* Fernandez mirabiliter, & latè *in l. Tauri*, abunde multas congerens Sanchez *de matrimonio. tom.* 1. *lib.* 9. *diſp.* 4. *per totam.* Azevedius *in. l.* 1. *tit.* 8. *n.* 77. *& l.* 5. *tit.* 4. *ex n.* 6. *cum ſeq. lib.* 5. *recopilat.* Cervantes *in l.* 6. *Tauri*, *ex n.* 67. *uſque ad* 99. Cevallos *commun. opin. tom.* 3. *q.* 811. Menochius *conſil.* 77. *per totum* Fachineus *controverſiar. lib.* 13. *cap.* 46. Matienzo *in* 9. *tit.* 9. *gloſſ.* 1. *per totam*, *lib.* 5. *recopilat.* Cancer *variarum reſol. tom.* 1. *cap.* 2. *de legitima*, *ex n.* 41. *cum ſeq. & to.* 2. *cap.* 15. *renuntiatione*, *ex n.* 166. *uſque ad* 177. Franciſc. Molin. *de ritu nuptiarum*, *li.* 3. *quæſt.* 49. *ex n.* 11. *cum ſeqq.* Fontanella *de pactis nuptialib. clauſ.* 4. *gloſſ.* 4. *part.* 5. *ex n.* 74. *uſque ad num.* 129. Caſtillo *controv. tom.* 5. *cap.* 112. *per totum.* Franchis *deciſ.* 101. *per totam.*

Qui omnes unanimiter profitentur, in acquirendis 9
poſſe non acceptando debitorem creditoribus præjudicare, cum de ſuo alienat, cum adhuc eidem jus non ſit quæſitum: ſecus autem quando per aditionem, vel acceptationem tacitam, vel expreſſam jus fuerit, & do- 10
minium quæſitum debitori, & incorporatum jam cum ſuis bonis, quia tunc jam de ſuo alienare dicitur, quod in fraudem creditorum non admittitur ex juris diſpoſitione.

Et hæc doctrina, & jurium reſolutio procedit, ſive 11
creditores ſint chirographarii, ſive hæpothecarii, cum jus adeundi, & acceptandi legatum, hæreditatem, donationem, & ſimilia, non ſit in bonis, & dominio debitoris repudiantis, ut contra Ancharan. contrarium perperam ſectantem probat, & mirabiliter multis mediis defendit Fernandez *in dict. l.* 4. *Tauri*, *ex num.* 57. *& ſeqq.* Francis *deciſione* 101. *ex n.* 9. *cum ſeqq.* ex Alberico, Bohic. Ripa, Socino junior. & Hieronym. Zancho, & ibidem Addition. Amendulæ: optimè Peregrinus *de fideicommiſſ. artic.* 3. *n.* 130. Fontanella *de pactis*, *clauſul.* 4. *gloſſ.* 9. *part.* 5. *n.* 76. *fol.* 127. Sanchez *de matrimonio*, *lib.* 6. *diſput.* 4. *ſub num.* 8. *in princip.* Gratianus *deciſione* 17. *num.* 16. *& ſeqq.* idem Gratianus *diſceptat. forenſ. lib.* 1. *cap.* 132. *num.* 2. *&* 5. *uſque ad n.* 44. *& tom.* 2. *cap.* 271. *ex. n.* 27. latè etiam à Caſtillo *tom.* 4. *cap.* 112. *ex num.* 31. *cum ſeq. & ex num.* 51. *& ſeqq.* Manguilius *de imputationibus*, *quæſt.* 4. *ex n.* 5. *& ſeq. & quæſt.* 117. *num.* 3. Paſchalis *de viribus patriæ poteſt. part.* 2. *cap.* 4. *ex n.* 165. Marius Muta *deciſ. Siciliæ* 49. *n.* 20. *& ſeq.* Noguerol *allegat.* 19. *n.* 69.

Sed difficultas major verſatur circa majoratum de- 12
latum debitori, an illum poſſit in fraudem, & præjudicium creditorum (qui ex ejus fructibus vita debitoris durante poterant credita ſua exigere) repudiare, & non acceptare; quæ potiſſimum oritur ex dictis juribus, & Doctorum veriſſima reſolutione, ut in juribus quærendis repudiatis per debitorem non fiat fraus creditoribus, in quæſitis tamen, quorum dominium ſemel incorporatum eſt in patrimonium debitoris, 13
nullo modo in eiſdem præjudicium aliquod facere poterit alienando data opera in frudem creditorum etiam chirographariorum, & multo minus eorum, qui hypothecam habent generalem in bonis debitoris, quæ in illo inſtanti acquiſitionis operatur ut diximus, *cap. anteced. poſt princip. ex num.* 7. *verſic. ad hoc enim ut hypotheca*, *&c.*

Sed

14 Sed ſic eſt, quod majoratus mortuo ultimo poſſeſſore in debitorem legitimum ſucceſſorem, etiam ignorantem *legis* 45. *Tauri* miniſterio, ſtatim & ipſo jure transfertur poſſeſſio civilis & naturalis, nec non dominium abſ-
15 que alia apprehenſione actuali, vel acceptione juxta Doctores per nos citatos *in c.* 9. *nu.* 62. *hac* 2. *p.* quapropter reſpectu majoratus delati debitori non poteſt dici, quod jus non acquiſitum jam ante acceptationem,
16 quod per conſequens debitor ulterius repudiare non poterit in fraudem creditorum quorumlibet, imò reſpectu hypothecariorum nulla voluntaria alienatio debitori permittitur, ſed in quemcùmque tranſit hypothecæ onus, cum hæc ſit voluntaria debitoris alienatio, quæ nihil operatur in præjudicium creditorum, hypothecam generalem, vel ſpecialem habentium; prout abundè diximus ſuprà *cap.* 11. *ex num.* 17. *verſic. ſed adhuc illis*, &c. *hac* 2. *part.* ergo in creditorum præjudicium debitor majoratum ſibi delatum repudiare non poteſt, cùm de proprio ſuo patrimonio alienare dicatur, atque jus jam quæſitum diminuere, & dimittere.

17 Sed ne te detineam diutius, hanc quæſtionem movet in terminis & mirabiliter diſputavit hac & aliis difficultatibus adductis Mieres *de majoratu*, 4. *part. q.* 23. *ex n.* 17. *cum multis ſeq.* & poſtmodum eandem quæſtionem, ad partes pariter diſputavit Caſtillo *controv.* 5. *to. q.* 112. *per tot.* D. La Rea *dec. Granatenſ.* 55. *n.* 14. *tom.* 2. & Matienz. & alii per Flores de Mena *in addit. ad Gammam*, *dec.* 92. *circa finem*, qui ex ſingularibus, & concludentibus doctrinis rectè reſolverunt, debitorem, cui delatus eſt majoratus poſſe liberè eum repudiare, quantumvis creditores conquerantur, atque damnum patiantur in exactione ſuorum creditorum; quoniam
18 nihil de patrimonio ſuo alienat debitor, qui jus dumtaxat delatum repudiat, ſed tantùm quando alienat jus jam quæſitum, & radicatum, non jus quærendum, quia majoratus delati acquiſitio ante acceptaci-
19 tionem dicitur jus quoddam informe, variabile, & reſolubile, cùm ſequuta repudiatione, fingitur retro nihil acquiſitum fuiſſe debitori: ex quo fundamento (ſtatim comprobando) fatisfit *dictæ leg.* 45. *Tauri*, & aliis pluribus ejuſdem qualitatis, & facit ut leges, & Doctores ſuperius citati à principio hujus capitis, ſimiliter procedant in majoratus ſucceſſione, & lata debitori, quam in damnum creditorum repudiare poteſt.

20 Quæ reſolutio invincibili fundamento probatur ex *dict. l. qui autem* 6. *ff. quæ in fraudem credit.* ibi, *ſed & illud probandum eſt ſi legatum repudiavit, ceſſare hoc edictum*, etiam *leg.* 1. §. *utrum*, *ff. ſi quid in fraudem patronor.* ibi, & ait Julianus lib. 26. Digeſtorum, ſi hæreditatem libertus non adierit, fraudandi patroni cauſa, vel legatum repudiaverit, Favianam ceſſare, &c. quæ jura procedunt in eiſdem terminis, de quibus *in dicta leg.* 45. *Tauri*, cùm loquantur in legato delato debitori,
21 quod in præjudicium creditorum rectè poſſe repudiari cum certi juris ſit legati dominium recta via tranſire in legatarium, *l. à Titio*, *ff. de furtis*, etiam legatario ignorante, legatum ſibi relictum fuiſſe, *leg. ſi tibi hom.* §. *cum ſervus*, *ff. de legatis* 1. *l. cum pater*, §. *ſurdo ff. de leg* 2. & tranſit ipſo jure dominium in legatarium. Afflictis *deciſ.* 269. *n.* 3. Crotus *in conſil.* 119. *n.* 3. Alciatus *conſil.* 119. *n.* 7. Rubeus *in conſil.* 58. *n.*
22 4. ubi dicit, retro transferri ſine traditione, Cephalus *conſil.* 49. *n.* 7. Petrus Ricardus *in rubr. de legatis*, *n.* 21. Fabius Anna *conſil.* 113. *n.* 1. Surdus *conſil.* 300. *nu.* 1. 2. & 3. Pichardus *in* §. *ita demum*, *inſtitut. de hæredit. quæ ab inteſtat. defer. nu.* 28. & *in* §. *quos autem* 1. *inſtitut. de bonorum poſſeſſ. n.* 50. Gratianus *to.* 1. *cap.* 132. *nu.* 4. & *tom.* 2. *cap.* 271. *num.* 10. & 22. ac
23 proinde non jam eidem fuerit dominium, & jus quæſitum, nec non incorporatum in patrimonium debitoris; videbatur non poſſe repudiare in præjudicium creditorum, habentium jam hypothecam quæſitam in eo dem, juxta jura, & communem opinionem Doctorum, quorum hactenus mentionem fecimus.

At tamen cùm legatum poſſit repudiari, non dicitur 24
jus quæſitum, ſed jus quærendum, cùm illa acquiſitio
ſit imperfecta, commutabilis, & variabilis, atque ſub
conditione quæſita, niſi legatarius repudiaverit, quo-
niam ſequuta repudiatione, fingitur retro nihil acqui-
ſiviſſe legatarium, & conſideratur ut ſi nihil ei fuiſſet
legatum, juxta textum ſingularem *in leg.* 1. §. *utrum*
autem ad ea ſola, *ff. ſi quid in fraudem*: *patron.* ibi:
quamvis enim legatum retro noſtrum ſit, niſi repudie-
tur; at tamen cum repudietur, retro noſtrum non fuiſ-
ſe, palam eſt, pulchrè explicuit Oſualdus *in annotat.*
ad Donellum, *lib.* 23. *cap. ult. in princip. fol.* 320. quo 25
loco ſic ſcribit: quamvis autem legatum retro noſtrum
ſit, niſi repudietur, attamen aliud, cum repudiatur.
Et quamvis ignoranti id acquiratur, non tamen invi-
to, nec lex id vult, ut volenti liberalitas acquiratur.
Anton. Faber. 8. *conjecturarum cap.* 19. &c. optimè
etiam Sanchez *de matrimonio*, *lib.* 6. *diſp.* 4. *ſub. n.* 8.
tomo 1. *& in ſumma lib.* 2. *cap.* 14. *ex nu.* 59. & ex com-
muni ſententia tradiderunt Cuman. Decius, Anton.
Gomez, Sylveſter, Aldrovand. Hondedeus, & alii re-
lati per Fabium Anna *conſ.* 113. *n.* 8. 9. & 10. Fernan-
dez *in l.* 4. *Tauri*, *n.* 59. *verſic. ulterius videbantur in*
legato. Franchis *deciſ.* 101. *n.* 17. pulchrè Surdus *con-*
ſil. 300. *nu.* 8. 16. & 17. Gratianus *diſcept. tom.* 1. *cap.*
132. *num.* 5. & *tom.* 2. *cap.* 271. *num.* 10. 12. 37. &
38. & plurimi alii relati à Caſtillo *d. cap.* 112. *num.*
35. *& ſeqq.*

Igitur majoratus delatus, ſicuti & legatum ſe- 26
quuta repudiatione, mediante juris fictione retro-
tractiva, nunquam ullum potuit conſequi, nec ha-
bere ſtatum quantumvis momentaneum, quo poſ-
ſit jus hypothecæ apprehenſionem facere, nec ſubin-
gredi.

Belliſſimè etiam reſpondet ad *d. legem* 45. *Tauri*, 27
Mieres *de majoratu*, 4. *part. dicta q.* 23. *ex num.* 142.
cum ſeq. quod diſpoſitio illius legis inducta fuit in fa-
vorem ſucceſſoris in majoratum, qua uti poteſt in ſui
utilitatem, non alius in ſui damnum; ita ut tertius,
nec creditor ejus diſpoſitione contra ſucceſſorem ſe ju-
vare poſſit, nec ea uti, allegando poſſeſſionem & domi- 28
nium fuiſſe in ſucceſſorem tranſlatum ipſo jure, & legis
miniſterio, cujus effectus ſibi debet prodeſſe; quo-
niam hujus legis favore, & diſpoſitione ſolus ſucceſſor
adverſus alios uti poteſt volens; non verò alii adverſus
eum cui reſervata eſt, & conceſſa libera voluntas ac-
ceptandi majoratum, aut repudiandi; quod ſi hoc ele-
gerit, nihil quoad eum retro diſpoſitum intelligatur
in dict. l. 45. ſed reſpectu ſucceſſoris proximi, hanc
pulchram conſiderationem mirabilibus doctrinis, &
validiſſimis fundamentis exornat, & uberrimè com-
probat Mieres ipſe *in d. q.* 23. *n.* 142. *cum multis ſeq.*
omninò legendus, quæ omnia ferè etiam repetit eo
citato, Caſtillo *controverſ. lib.* 5. *dict. cap.* 112. *ex n.*
45. per aliquas columnas D. La Rea *in deciſ. Grana-*
tenſ. 55. *num.* 14. *tom.* 1. & hæc circa repudiationem
hæreditatis, legati, majoratus, aut donationis delatæ
debitori, permiſſam in damnum creditorum pro nunc
ſufficiant.

Nunc tractandum de renuntiatione hæreditatis, le-
gati, & majoratus delati & ſimilium ante acceptatio- 29
nem expreſſam vel tacitam facta an noceat creditoribus atque de ea pariter dicendum, quod de repudiatione hactenus à principio hujus cap. ſcripſimus: in quo negativè reſolvendum; nempe renuntiationem delatæ hæreditatis, & ſimilium factam in favorem tertii, & in fraudem creditorum quorumlibet etiam perſonalium reſcindendam juxta titulum *ff. & C. quæ in fraud. credit.* at in damnum creditorum, generalem bonorum debitoris obligationem habentium (etiam ceſſante fraude) non tenet, ſed in quemcumque eadem bona renuntiata tranſierint hypothecæ oneri affecta ſint omninò.

30 Etenim hæc ceſſio, & renuntiatio eſt vera donatio & alienatiio proprii patrimonii ipſius debitoris, cùm præcisè præſupponat aditionem, & acceptationem debitoris renuntiantis, & ſic acquiſitionem renunciatæ & ceſſæ antecedentem : ut poſſit effectum ſortiri ipſe renunciationis contractus, & contrahentium intentio, quæ tendit in tranſlationem dominii in recipientem, quod conſequi non poteſt, niſi renuntians jus haberet prius radicatum, quia nemo dat quod non habet, nec plus juris in alium quis transferre poteſt quàm ipſe habet, ex juris regulis vulgaribus. Et ideo, ut contractus ſit efficax, videtur velle prius adire, & acceptare
31 ad transferendum : qui enim vult aliquid, cenſetur velle omne id quod ad ejus efficaciam, & validitatem neceſſarium eſt, *l. 2. ff. de jur. omn. judic. C. de offic. delegat.*

32 Hæc concluſio expreſsè probatur *in l. ſi avia, C. de jure deliberandi*, ubi dicitur ; quod is qui de hæreditatis bonis ſibi relictis ante aditionem teſtatur, eo ipſe adire videtur, *l. Pannonius, §. ult. & ibi*, Bart. *ff. de acquirenda hæreditate.* Mantica *de conject. ultim. vol. lib.*
33 12. *tit.* 12. *ſub n.* 12. Gutierrez *de gabellis, q.* 63. *nu.* 3. in quorum jurium exornationem plura videnda per Fontanellam *deciſ.* 87. 88. & 89. ubi de reſolutione, quod is qui diſponit de re hæreditatis ſibi delatæ animum
34 adeundi cenſetur habere, etiamſi poſtmodum ipſe revocet teſtamentum, animus namque & voluntas etiam ex actu nullo deprehenditur, & colligitur *l. fin. ff. de rebus eorum, l. legatum ſub condit. §. ult. ff. de adimend. legatis, leg. qui à patre, ff. de confirmando tutore*, latiſſimè proſequitur Caſtillo *controv. tom.* 5. *cap.* 108. *& n.* 1. *uſque ad fin.*

35 Etenim in hac renunciatione hæreditatis, aut donationis delatæ occultatur unus actus, ſcilicet, acceptatio, quæ præcedere ſupponitur tanquam neceſſaria juxta textum ſingularem *in l.* 3. *§. fin. ff. de donat. inter, l. in Gallia, C. ſi certum pet. leg. licet, §. quoties, ff. de jure dotium.* Ripa *in l. ſi unquam, quæſt.* 11. *n.* 21. *C. de revocand. donat.* gloſſa Pariſienſis *in conſuetud.*
36 *Pariſienſ. tit.* 1. *§.* 9. *gloſſ.* 4. *n.* 4. ubi dicit, aliud eſſe abſolutè abſtinere, & repudiare ; aliud verò cedere jus ſuum in alium, quia tacitè ſe gerere intelligitur hic cedens pro hærede, ſic cedendo, ſive illa geſtio fiat tacitè, ſive expreſsè, *ex n.* 7. inquit perinde haberi cedens, ac ſi expreſsè adiret, & poſtea cederet, quia prior natura eſt aditio, & iterum §. 1. *gloſſ.* 3. *n.* 15. dicit *dict. l. qui autem, ff. quæ in fraud. credit.* comprehendere, quando quis renuntiat hæreditati, ut alii cedat, plura cumulat Caſanate *conſil.* 10. *ex n.*
37 186. *& ſeqq.* & de hac differentia inter repudiationem hæreditatis delatæ, & renuntiationem in favorem tertii, optimè agit Gutierrez *in repetitione cap. quamvis pactum, n.* 29. *de pactis, lib.* 6. abundè per Cancer. *variar. reſolut. n.* 3. *part. cap.* 15. *de renuntiatione, ex n.* 160. *cum ſeq.* & plurimis Doctoribus, quos refert ; abſolutè, & indiſtinctè tenet, & probat D. La Rea *deciſ. Granatenſ.* 55. *n.* 15. *tom.* 2. & plures alii in diſcurſu citandi innumerabiles penè Doctores pro hac vera reſolutione cumulat Mieres *de majoratu*, 1. *part. q.* 36. *ex n.* 57. *cum multis ſeqq.* & de hac occultatione vide ſingularem doctrinam Martæ *conſil.* 28. *à n.* 23. ubi plures Doctores cumulat.

38 Et inſuper in noſtris terminis, quod renuntiatio hæreditatis delatæ debitoris, non admittatur in præjudicium creditorum (intellige habentium hypothecam generalem, non de creditoribus merè perſonalibus, niſi renunciatio probetur facta in fraudem creditorum) cum mediante acquiſitione, virtute aditionis tacitæ, indutæ, & occultæ, & in patrimonium debitoris incorporatione dicatur alienatio, & donatio juris acquiſiti, eleganter probat Sanchez *de matrim. t.* 1. *lib.* 6. *diſp.* 4. *ex n.* 2. *&* 16. *cum ſeqq.* prout & iterum ipſe Sanchez *in ſumm. t.* 2. *lib.* 7. *cap.* 7. *ex n.* 42. ubi poſt Ripam *in l. ſi unquam q.* 11. *n.* 21. *C. de revocand. donat.* Rol. à Valle *conſil.* 11. *n.* 25. *vol.* 2. & Marchabrun *conſil.* 30. *ex n.* 399. eleganter reſpondet Barthol. Socino afferenti, illam tacitam acceptationem occultam, & inductam ex renunciatione non eſſe habendam in conſideratione, cùm ſit momentanea non ad finem retinendi, ſed ſtatim repudiandi, vide Sanchez *in utroque loco.*

Et quod renunciatio juris jam quæſiti debitori ſit 39
mera donatio, probatur ex text. *in l. in ædibus, in princ. ff. de donationibus, l. ſi mater, C. de tranſactionibus, & in l.* 6. *tit.* 7. *part.* 1. notat Decius *in l. ſi quis obligatione, ff. de reg. juris.* Covar. *lib.* 2. *variar. cap.* 4. *nu.* 8. & per Tiraquellum, Matienzum, & Gutierrez tenet in iis terminis Mieres *de majoratu*, 5. *part. q.* 23. *n.* 130. 131.

Hæc eadem reſolutio manifeſtè probata ex commu- 40
ni, & vera concordia, text. ſingularis *in l. hæc ratio, in fin.* 3. *ff. de donationib. inter*, ibi : Si donaturum mihi juſſero uxori meæ dari, nullius eſt momenti. Julianus ſcribit, perinde enim habendum, atque ſi ego acceptam rem meam factam uxori meæ dediſſem, cum quo concordat text. *in l. idemque* 4. *ff. eod. idemque eſt, & ſi mortis cauſa traditurum mihi juſſerim uxori meæ tradere*, cum *l. ſed ſi vir* 32. *§. ſi vir ff. de donat. inter.* quæ prædictis videtur repugnare in illis verbis, ibi, quod legaturus mihi, aut hæreditatis nomine relicturus eſt potes rogatus à me uxori meæ relinquere, & non videbitur ea eſſe donatio, quia nihil ex bonis meis diminuitur.

Varios intellectus attribuunt Doctores his juribus, 41
verior tamen, & receptior ille eſt, *in d. leg. hæc ratio. & in d. leg. idem quæſt.* eſſe unum actum occultatum, quo donatarius jubendo tacitè acceptat donationem, & iterum donat alteri conjugi, ita explicavit Odfredus *in leg.* 1. *in fin. ff. eod.* & Bald. in eadem *leg. in fine*, dicunt illa procedere, quando eſt unus actus, nempe acceptatio, occultatus, Covar. *in* 4. 2. *part. cap.* 7. §. 1. *n.* 11. Matienzo *lib.* 5. *recopilat. tit.* 9. *leg.* 9. *gloſſ.* 1. *n.* 4. Conanus *lib.* 8. *commentariorum cap.* 11. *n.* 7. *in fin.* Pereira *in leg. ſi curatorem, verb. læſit, n.* 117. *verſic. ſecundo. Cod. de integr. reſtitut.* Gomez *tom.* 1. *variar. cap.* 4. *n.* 24. Sanchez *de matrim. tom.* 1. *lib.* 6. *diſput.* 42
4. *n.* 2. qui omnes ſic explicant dictas leges ; dicentes, aliud eſſe repudiare legatum, aut donationem ſibi delatam, aliud jubere donationem ei paratam, & oblatam uxori fieri, quo caſu illam non repudiat vir, ſed recipit, ac demum uxori fieri jubet. Nam verbum *jubere*, importat neceſſitatem. Ut optimè Albericus *in* 43
dictionario, verbo jubere, Rebuffus *in leg.* 164. *verbo jubere. ff. de verb. ſignific.* Sanchez *ubi proximè d. n.* 2. *ante finem*, & conſtat ex *leg.* 1. *quod juſſu.* ibi : *Nam quodammodo cum eo contrahitur, qui jubet.*

Et per contrarium *in d. §. ſi vir*, valida ſit donatio, 44
quia vir non juſſit ; ſed rogavit donaturo, ut uxori legaſſet, id eſt, interceſſit, unde uxor immediatè accepit ab illo tertio donatario, quo caſu vir nihil ex proprio patrimonio perdit, diminuit, nec alienat ; quia ſibi rogando nihil acquiſivit, jubendo autem, ſic, & ideo donatio non valuit, ut probant præfati Doctores, ita mirè conciliantes prædicta jura.

Hæc tamen differentia inter repudiationem, & re- 45
nunciationem hæreditatis, nondum aditæ, temperanda erit ut procedat dumtaxat, quando renunciatio ſit tertio, & extraneo, cui aliàs ſecluſa, & ceſſante repudiatione expreſſa, hæreditas eadem, legatum, aut majoratus, ſeu donatio non defertur, nec eidem tertio ex teſtamento, nec ab inteſtato, nec lege, aut contractus diſpoſitione, acquiri non poteſt, ut ſecus ſit, quando renuntiatio ſit in favorem ejus, qui ſtante debi- 46
toris renunciantis repudiatione, & de medio ſublato, ſibi acquireretur, uti vocato lege, teſtamento, aut contractu, prout expreſsè limitant Pariſienſ. §. 1. *gloſſ.* 3. *n.* 15. Ripa *in leg. ſi unquam, q.* 11. *n.* 21. &. *de revocandis donat.* ſequitur Sanchez *de matrimonio, d. diſp.* 4. *num.* 17. poſt medium, & aliis relatis obſervat Flores de Mena *in additio. ad Gammam deciſ.* 92. *verſic. communis reſolutio eſt.*

Quoniam

47 Quoniam hæc renunciatio facta aliàs vocato, & proximiori succeſſori, potius dicitur refutatio, & repudiatio, non alienatio juxta intentionem contrahentium, ita latiſſimè poſt plures alios Surdus *deciſ.* 343. *ex*
48 *nu.* 430. *& cum ſeq. & n.* 8. *&* 9. latè etiam Amat. *variar. reſolut.* 84. *n.* 14. *& à n.* 39. *&* 43. *& ex n.* 52. *lib.* 2. qui optimè pluribus aliis DD. citatis, probat, hanc renuntiationem factam proximiori ſucceſſuro, potius vim habere repudiationis & refutationis, quàm alienationis, quæ eſt ſingularis doctrina ad corroborationem hujus limitationis, de qua vide in noſtris terminis multa per Cancerium, necnon Fontanellam citandos.

49 Hanc eandem diſtinctionem, & per hanc noſtram rationem expreſsè poſt plures alios tenet Mantica *de conjectur. ultim. volunt. lib.* 12. *tit.* 12. *n.* 17. ut aliud ſit cedere, & renuntiare hæreditatem alteri per viam donationis, aut venditionis, ut tunc ſine dubio inducatur
50 præambula, & præciſa aditio, & acquiſitio. Aut etenim renuntiatio hæreditatis fiat etiam ex cauſa donationis, ut ad ſequentem in gradu ſucceſſio devolvatur, ut tunc intelligatur ſimplex repudiatio, cum renuntiatio hoc intuitu, & intentione facta intelligatur, ut ipſe ſuo jure poſſit ſuccedere. Vide eundem, qui ſingulariter loquitur in hoc diſtincto articulo.

Et ad terminos hujus limitationis omninò referendi
51 ſunt Ruinus *in conſil.* 170. *nu.* 9. *lib.* 1. Surdus *deciſ.* 70. incipit, *duo proponebantur, n.* 11. *&* 13. Menoch. *conſil.* 1. *n.* 489. *& in conſil.* 77. *n.* 22. qui alios allegant, & Pereira *d.* 145. Gratianus *deciſ.* 17. *ex n.* 27. Fontanella *de pactis nuptialib. tom.* 1. *clauſul.* 4. *gloſſ.* 9. *p.* 5. *ex nu.* 125. *cum ſequentib.* Cancerius *variar. reſolut.* 3. *part. tit.* 15. *de renuntiatione ex n.* 160. *cum ſeqq.* dum generaliter, & indiſtinctè affirmant, renuntiationem hæreditatis delatæ habere vim repudiationis, imò repudiationem hoc caſu factam intelligi per ipſam renuntiationem hæreditatis, dicentes quod quamvis hæc in neceſſarium antecedens præſupponat prius fuiſſe acquiſitam hæreditatem, & aditam acquiſitionem illius, & aditionem præceſſiſſe, ſaltem ordine intellectus, alioquin renuntiatio, & ceſſio nihil operarentur; tamen (dicunt ipſi Doctores) ipſa præam-
52 bula acquiſitio, & hæreditatis aditio præſuppoſita, cùm non ſit principaliter ordinata ad adeundum, & acquirendum; ſed ad dimittendum, & renuntiandum, tanquam momentanea, non ſit habenda in conſideratione (prout latius probant) ad effectum ut aliquod jus ex ea acquiratur in prædicta hæreditate creditoribus.

Qui quidem Doctores (prout ex eiſdem, licèt non
53 expreſsè, tacitè tamen colligitur) loquuntur in renuntiatione facta in ſequentem vocatum ad hæreditatem, quæ ex hæredis repudiatione eidem defertur teſtamento, lege aut alia diſpoſitione. Etenim ſi (ut ipſi ſupponunt Doctores) hanc renuntiationem habere vim re-
54 pudiationis, & ad hanc cenſeri ordinatam: manifeſtè ſupponunt, factam eſſe in favorem immediati ſucceſſoris. Etenim tertio impoſſibile foret per repudiationem jus acquiri; cum per repudiationem ſecundo vocato deferatur, primo de medio ſublato, nec hæres, qui repudiat aliquod jus poteſt transferre in tertium ex-
55 traneum, cum ipſe nullum ſibi acquiſierit nec reſervet, nec habuerit, quod cedere tertio extraneo, aut transferre poſſit; atque ideo præcisè intelligendi ſunt præfati Doctores de renuntiatione facta in proximè vocatum teſtamento, vel à lege.

Vel ſaltem intelligi debent prænallegati Doctores de
56 ſimplici renuntiatione, & refutatione, non in favorem alicujus, quia mea refutario, repudiatio, aut ſimplex renunciatio non transfert ullum dominium, nec jus rei refutatæ, ſed ſolum operatur, ut refutans repudians, vel ſimpliciter renuntians à re ipſa excludatur, ut amplius competere non poſſit, & quod me de medio ſublato per refutationem aut ſimplicem renuntiationem hujuſmodi, in rem illam alius ſuccedat, vel alteri accreſcat; non vero operatur, ut ego ſim author juris alteri quæſiti, nec iſte ſuccedit in re jure à me tranſmiſſo, ſicque refutans, repudians, vel ſimpliciter renuntians nihil ad alium transfert. Cedens autem, aut renuntians, vendens, vel donans alteri, in jus ſuum trans- 57
fert, & hanc eſſe veram, & realem differentiam inter utrumque caſum latiſſimè poſt alios probat Gutierrez *de gabellis, q.* 63. *per totam*, quem reducere poteſt 58
ad diſtinctionem, de qua nos ſuperiùs *ex num.* 45. *verſic. hæc tamen differentia*, &c.

Hinc pedetentim labimur in noſtram principalem, admodum difficilem, arduamque quæſtionem, an debitor poſt judicium concurſus à ſe formatum, & pen- 59
dens inter ſuos creditores, ad illud vocatos poſſit liberè repudiare hæreditatem, majoratuum donationem, ſeu uſumfructum ſibi in bonis filiis adventitiis delatum à lege, etiam ante veram, & perfectam acquiſitionem eorum, ita ut ſola judicii concurſus pendentia ſufficiens ſit impedimentum, ne debitor poſſit jus quærendum repudiare, aut remittere.

In qua pro parte negativa, ſcilicet, lite concurſus 60
pendente, debitorem non poſſe repudiare jus delatum, & quærendum, ita ut in debitore qui bonis ceſſit, non procedat diſpoſitio *leg. qui autem* 6. *ff. quæ in fraud. cred. & leg. non fraudantur creditores* 177. *ff. de reg. jur.* cum aliis ſuperius citatis à principio hujus cap. & ſignanter *ex n.* 6. *cum multis ſeq. verſic. atque ideo cuilibet creditori*, &c. Cùm illa jura, & communis Doctorum ſententia ſimpliciter loquatur, & genericè de debitore repudiante jus quærendum, nullo alio ſuperveniente impedimento, quod illorum juriium determinationem ceſſare faciat, prout in noſtra quæſtione plurima, & fortiſſima conſiderabuntur, quæ urgent.

Primùm, quoniam debitor, qui concurſum forma- 61
vit inter ſuos creditores, & bonis ſuis ceſſit, in tantum ſtatum ſuum mutavit, & ſuorum bonorum adminiſtrationem amiſit, ut ſuper eis non poſſit amplius contrahere, nec quid aliud agere, quod juri ſuorum creditorum nocere poſſit: ut ampliſſimè probavimus *ſupra* 1. *p. c.* 14. *per tot. & cap.* 28. *per tot.* Ergo in creditorum præjudicium concurſu pendente, repudiare non poterit jus quærendum.

Etenim quibus prohibetur contrahere, pariter pro- 62
hibitum cenſetur repudiare hæreditatem, ut videmus in uxore, quæ nullo modo contrahere poteſt, nec quaſi contrahere abſque viri ſui licentia, ut probatur *in leg.* 55. *Tauri*, ibi: *La muger durante el matrimonio ſin licencia de ſu marido como no puede hacer contrato alguno, à ſi miſmo no ſe pueda apartar ni deſiſtir de ningun contrato que a ella lo que ni dar por quito annadie del, ni pueda haçer quaſi contrato*, &c. Ita nec repudiare hæreditatem poteſt, ut probatur 63
in leg. 44. *Tauri*, ibi: *La muger durante el matrimonio no pueda ſin licencia de ſu marido repudiar ninguna herencia, que le venga ex teſtamento ni ab inteſtato.* Quas leges exornant præter Gomez; & ordinarios in eis Covarruvias *de teſtament. in rubrica* 2. *p. n.* 12. *&* 4. *de ſponſalibus, fol.* 71. *col.* 2. *ex n.* 1. *cum ſeq.* Gutierrez *allegat.* 3. *n.* 25. Mierez *de majoratu* 4. *p. q.* 23. *n.* 122. ubi dicit, idem eſſe in donatione facta 64
mulieri abſenti, quam abſque viri ſui licentia repudiare non poteſt. Ergo eodem modo dicendum erit in debitore cedente bonis, & concurſu formato, cui contrahere, & adminiſtrare prohibitum eſt, ex ſupra dictis, ut jus quærendum ſibi delatum renuntiare non poſſit, abſque creditorum, quorum intereſt, conſenſu.

Deinde & ſecundò, quia in hæreditatis aditione quaſi 65
contrahitur inter hæredem, & creditores nec non legatarios, ac fideicommiſſarios, ut diximus *ſupra hac part.* 66
cap. 1. *n.* 7. *&* 8. ergo ſicut debitor, concurſu pendente, prohibetur contrahere, ita & diſtrahere, quia contractus, & diſtractus à pari procedunt, & ſunt ejuſdem naturæ, & de uno ad alium valet argumentum, *leg. Pomponius*, §. *præterea*, *ff. de acquir. poſſeſſ. leg. item*

veniunt, in principio §. ff. de petit. hæredit. leg. ab emptione 59. *ff. de pactis, leg. de tutela, C. de in integrum reſtitut. min.* Surdus *de alimentis, tit.* 8. *privileg.* 22. *n.* 6. Pereira *de poteſtate eligendi, cap.* 7. *n.* 15. Gratianus *diſceptat. forenſ. cap.* 168. *nu.* 7. *&* 10. *cum ſeq.* Cevallos *commun. contra com. quæſt.* 897. *n.* 886. *tom.* 4. Mantica *de contractibus lib.* 1. *tit.* 2. *ex nu.* 25. *& ſeq.* Eſcobar *de ratiocin. cap.* 14. *n.* 42.

67 Tertiò probatur, nam quæ ante concurſum licita ſunt & permittuntur debitori, creditori tamen concurſu judicis pendente, illicita judicantur, & ex novo accidenti licitis impedimentum modum ſupervenit, text. eſt *in leg. qui autem, ff. ſciendum, ff. quæ in fraud. creditor.* In hæc: Sciendum eſt Julianum ſcribere, eoque jure nos uti, ut qui debitam pecuniam accepit, antequam bona debitoris poſſideantur, quamvis ſciat ſolvendo non eſſe recipiat: non timere hoc edictum, ſibi enim vigilavit, qui vero poſt bona poſſeſſa debitum ſuum fecerit hunc in portionem vocandum, exæquandumque cæteris creditoribus, nec enim debuit præcipere cæteris poſt bona poſſeſſa: cùm jam par omnium conditio creditorum facta eſſet. Ad idem eſt text. *in leg ſi non expedierit, §. 1. ff. de bonis auth. judic. poſſid. leg. penult. ff. de re judic.* text. *in leg.*
68 *ait prætor*, 10. §. 12. In hæc: Si debitorem meum, & complurium creditorum conſequutus eſſem fugientem, & pecuniam ſecum ferentem, & abſtuliſſem ei, id quod mihi debebatur, placet Juliani ſententia dicentis multum intereſſe, anteaquam in poſſeſſionem bonorum ejus mittantur creditores, hoc factum ſit; an poſtea, ſi ante ceſſare in factum actionem, ſi poſteà huic locum fore, *ff. eod. quæ in fraud. cred.* ergo licet text. *in d. leg. qui autem, & d. leg. non fraudamur, ff. de reg. jur.* & ſimilium diſpoſitio non admittat fraudem in debitore nolente acquirere, & repudiante jus quærendum, tamen procedit generaliter, quæ limitari debet ex caſus noſtri ſpecialitate ante concurſum formatum, non verò poſtea, eo pendente, & impediente contractus debitoris ob ſtatus mutationem, & adminiſtrationem ademptam.

69 Quartò probatur, quis enim negare poterit, quod debitor cedens bonis in valde miſerabili paupertatis ſtatu reperiatur? pluribus comprobavimus *ſuprà* 1. *p. cap.* 2. *ex n.* 38. *cum multis ſeq.* Negari igitur nec poterit, quin debitor tam fallitus, cui majoratus, aut hæreditas defertur, eidem renuntians manifeſta
70 intentione fraudandi creditores ſuos id faciat, cum certum ſit, & indubitabile, quod is non repudiaret, niſi eo reſpectu, & fine cognoſcens: quod non facta renuntiatione, hæreditatis bona, & fructus majoratus ſua vita durante, penitus conſumerentur in ſatisfaciendis ſuis creditoribus, ex quo ſequitur notiſſima
71 fraus facta creditoribus ipſis, & per eam renuntiatio ſuſtineri non poteſt. Nam actus, qui ſine fraude fieri poteſt, non ſuſtinetur in fraudem alicujus geſtus, *leg. Titius, ff. ad Trebellianum, cap. beneficium ſi de feudo fuerit controverſum*, plurima in propoſito cumulavit Surdus *in conſil.* 384. *ex n.* 60. *uſque ad n.* 66. *lib.* 3.

72 Renuntiatio autem facta in fraudem creditorum æquè revocatur, ac donatio, *leg.* 1. §. *ult. ff. quæ in fraudem creditor. leg.* 1. *& per tot. C. de revocandis iis quæ in fraud. credit. leg.* 7. *&* 8. *cum ſeq. tit.* 5. *part.* 5. ergo ſi fraus debitoris repudiantis tam nota eſt, de qua dubitari vix poteſt, admitti nec debet in præjudicium creditorum.

73 Quintò fulcitur hæc pars ex ſingulari theorica Joannis Fabri *in* §. *manet inſtitut. de ſocietate*, quod ubi præcedit contractus, aut materia, quæ ex bona fide ad acquirendum obligat, præſumitur in dolo, & fraude is, qui non adquirit, ideò ut ſi non acquirere vult, perinde tenetur, ac ſi acquiſiviſſet. Quod probat. per *leg.* 1. §. *non tantum, ff. de hæredit. vel act. vendit. leg. ſed*
74 *etſi leg.* §. *de petitione hæreditatis.* Quibus probatur, quod is qui dolo noluit acquirere, reputatur perinde ac ſi acquiſiviſſet, melior text. *in leg.* §. *in fraudem* 4. *D. quæ in fraud. creditor. in fraudem* (ait) *facere videri eum etiam, qui non facit quod debet facere intelligendum eſt.* Quam Fabri doctrinam ponderarunt Alvaradus *de conjecturata mente defuncti c.* 3. §. 1. *n.* 29. Franchis *dec.* 75 103. *n.* 3. ergo dicendum erit in noſtro caſu, in quo procul dubio inter debitorem, & creditores præceſſit quaſi contractus, per judicii concurſus pendentiam, ad quos illos convocavit, ad finem ſatisfaciendi, prout abundè dicemus *infrà* 3. *p. cap. final. per totum.* atque ideo ex repudiatione fidem eis frangit, & haberi debet ac ſi adiviſſet; & acceptaſſet majoratum, ſeu hæreditatem delatam, aliudve quodlibet jus ſibi utile, & favorabile.

Sextò hæc pars comprobatur ex intellectu per aliquos 76 Doctores aſſignato *legi in fraudem, ff. de jure fiſci*, ibi: In fraudem fiſci non ſolum per donationem, ſed etiam quocumque modo res alienatæ revocantur, idemque juris eſt, etſi non quæratur, æquè enim in omnibus fraus punitur. Nec non *leg. cum quibus. ff. eod.* quæ contrarium determinare videtur. Cum quidem (inquit Ulpianus) ea itis reus emancipaſſet filium, ut hæreditatem adiret; reſcriptum eſt, non videri in fraudem fiſci factum quod acquiſitum non eſt. In quorum con- 77 cordiam Doctores diſtinguunt inter repudiationem hæreditatis, & juris quærendi ante condemnationem fiſco factam & applicatam, atque ſic procedat *d. l. cum quidam.* Poſt condemnationem autem quod non poſſit repudiare jus quærendum in fraudem fiſci, cum reo interdicatur rerum ſuarum adminiſtratio. Videndus Peregrinus *de jure fiſci lib.* 5. *tit.* 1. *de publicatione bonor. nu.* 190. *& duobus ſeqq. & lib.* 6. *tit. de debitoribus fiſcalibus, ex n.* 38. *cum ſeqq.* Gratianus *tom.* 1. *cap.* 132. *ex nu.* 12. *uſque ad* 19. & Caſtillo *lib.* 5. *controverſ.* 112. *n.* 50. *per duas colum.*

Sed hæc ratio militat in debitore poſt judicium con- 78 curſus formatum, cui bonorum ſuorum interdicta eſt adminiſtratio, prout diximus in primo fundamento, *n.* 61. ergo in acquirendis repudiatio ſibi debet interdici in fraudem creditorum ſuorum.

Et in confirmationem adduci poteſt doctrina Grego- 79 rii Lop. *in leg.* 12. *tit.* 10. *p.* 5. *verbo, engañoſamente*, ubi refert caſum in facti contingentia deciſum per conſilium Regium de delinquente condemnato in quadam pecuniæ quantitate parti applicata pro damno recepto, quia delinquenti abſenti delata fuit hæreditas opulenta materna, quam repudiavit, & nihilominus regium conſilium pronuntiavit, executionem fiendam in bonis hæreditatis repudiatæ, qui apertè conſtabat, repudiationem doloſam fuiſſe, & fraudem factam. Hanc Lop. doctrinam multi Doctores commemorant. Quos in unum congerit Caſtillo *tom.* 5. *c.* 112. *n.* 15. atque idem videtur dicendum reſpectu debitoris concurſum formantis repudiare volentis jus quærendum in fraudem paratæ executionis, & ſolutionis, creditoribus fiendæ, ad quod deſtinatur hoc judicium concurſus.

Nihilominus his non obſtantibus, proclivior adhæ- 80 reo contrariæ ſententiæ; ut ſcilicet debitor, cui pendente judicio concurſus inter ſuos creditores defertur hæreditas, majoratus, legatum, donatio, ſeu uti patri uſusfructus; poſſit libere ante eorum acceptationem repudiare, pro qua expreſſa ſunt jura *in d. leg. qui autem, ff. quæ in fraudem creditor. & d. l. non fraudantur, ff. de reg. juris*, abſolutè probantia jus quærendum poſſe debitorem repudiare, quia ex ſola hâc repudiatione nulla fit fraus creditoribus. Nec ipſi poſſunt conqueri, cum debitor nihil de ſuo matrimonio diminuat, nec alienatio datur in jure quærendo, ſed dumtaxat, tunc fraus conſideratur, quando debitor jus jam radicatum, & plenè quæſitum alienat, fraudandi creditores cauſa. Quo caſu 81 dumtaxat loquuntur, *cum ſeq. ff. quæ in fraudem creditorum*, prout loquuntur jura expreſſa, nec non communis tot Doctorum obſervantia, de qua ſuprà à principio

principio hujus cap. & per totum abundè probatum est.

82 Quæ procul dubio indistinctè habent locum ante concursum formatum, sive post, in quo nihil speciale reperitur, quod innodare possit, vel alterare tam firmissimam, & constantem jurium, & Doctorum resolutionem, nec aliquod ex tali judicio speciale exoritur impedimentum, quominus prædictorum jurium dispositio, authoritate communi Doctorum roborata, indistinctè, & absolute currere valeat, prout ad responsionem argumentorum, quæ pro contraria parte consideravimus, manifeste apparebit.

83 Et insuper in terminis per Alvaranum *de conjectur. men defuncti lib. 2. cap. 3. §. 1. ex n. 26.* (qui tamen de hoc verbum aliquod non dixit) affirmat obiter Castillo *controversiar. tom. 3. cap. 112. n. 42. col. 3. ad medium*, dicens quod pater, qui creditores habens restituit majoratum, seu fideicommissum ante tempus filio suo, quod non obstante creditorum concursu, & contradictione id efficere valeat. Qui Castillo nihil in comprobationem confert, nihilominus nudam ejus, & simplicem assertionem veram arbitror, ex jam dictis, & dicendis.

84 Et loquendo in decoctis, & fallitis ut valeat repudiatio legatis, & juris quærendi per eosdem facta in præjudicium creditorum suorum, post alios tenet Stracha *de mercatura p. 3. de decoctoribus, n. 37. & 38.*

85 Nec obstant in contrarium adducta argumenta (ex quorum responsione apertè apparebit nihil speciale continere judicium concursus pendens quod à juris notissimis regulis non divertere valeat,) & non primum quo *n. 61. cum seq.* quod debitor bonis cedens, & concursum causans, sicut administrare bona sua; ita contrahere prohibitus sit, cui multipliciter satisfit. Primò, fatendo propositionem; sed ex ea non sequitur, prohibetur alienare bona concursus in præjudicium creditorum: ergo & cogi acquirere, quia alienatio tantum cadit in diminutione proprii patrimonii, non in nolente acquirere; nec admittente, & renuente jus quærendum, prout ex pluribus juribus, & Doctoribus probavimus supra à principio hujus cap. ubi videre latius poteris.

86 Nec obstat, quod *id. eodem 1. & 2.* argumento dicitur, valere argumentum de contractu ad distractum, per aditionem quasi contrahi inter hæredem, creditores, quod fatemur: negamus tamen applicationem. Quia non benè sequitur, contrahitur per aditionem, ergo per repudiationem distrahitur. Si enim formaretur argumentum, quando contractus aditionis fuisset celebratus et ab eo voluerit pars discedere vel post eum repudiare; rectè curreret argumentum.

87 Non verò quando nullus adest præcedens aditionis contractus, cùm non entis nullæ sint qualitates, & quod non est, rumpi non potest, & per distractum præsupponitur actus præcedens, qui adesse minimè potest, ubi supponitur repudiatio juris quærendi, & voluntas acquirendi, seu lucrandi. Hoc enim nostro casu creditores ipsi potius certant, & cogere volunt debitorem, ut contrahat adeundo, debitor verò non
88 certat de discedendo à contractu, quem non celebravit. Audi Osualdum *in addition. ad Donellum, in annotat. ad cap. ult. lib. 23. verfic. objicitur 1. l. 45. fol. 320. in fine*, ita scribentem, necesse est ut res in bonis debitoris fuerint quæsitæ. Idque probandum est sic agenti, & ut traditio facta sit, aut dominium
89 transiatum, aliàs non diceretur alienatum. Quia facultas adeundi, vel agnoscendi legati, jus nondum quæsitum, non est in bonis nostris, *leg. 42. de acquir. rerum domin. leg. 5. §. 5. de jure dotium leg. 53. §.*
90 *13. de donat. inter virum, leg. 1. §. 23. ff. de collatione.* Cum aut à lege obveniat, aut defuncto deferatur. Ita ut agnoscere, vel non agnoscere liberum sit. Nicol. Valla, Annæus Robert. Petrus Faber, Schifor de Gir. quin jure hic suo, ut repudians, vel fraudulenter versari, nec cuiquam injuriam facere vide-

tur *leg. nemo 151. de reg. juris*, cum non obligatus 91
sit debitoribus ut acquirat, sed de acquisitis conveniri possit. Wesembec. *consil. 17. n. 42. & n. 46.* nec 92
juris ratio patitur, quem compelli ut agnoscat legatum, vel hæreditatem Vallæ, *d. tit. 12. sub fin.* cum
& adeundo quasi contrahere hæres videatur, ac sicut 93
liberum est; contrahere, ita & acquirere, cum in alienando quæsitum, non autem in non acquirendo, præjudicium alteri fiat, &c. Sequitur referens Castillo *tom. 5. controversiar. cap. 112. n. 3.* igitur tantum abest, quod hic agatur de distractu, ut potius qui repudiat nec contrahat, nec distrahat.

Atque ideo dicimus, quod ille qui repudiat jus quæ- 94
rendum, nihil agit, nec alienat, sed tollitur de medio, ut alteri qui post eum jus habet, acquiratur, & qui removet obstaculum, non facit actum, latius prosequitur, & comprobat Fontanella *de pactis, tom. 1. claus. 4. gloss. 9. part. 5. ex n. 96. & seqq. fol. 210. & Claus. 3. n. 76.*

Deinde quia debitor concursus judicio pendente, 95
non prohibetur absolutè contrahere, sed limitatè in præjudicium scilicet juris jam quæsiti creditoribus in bonis debitoris, quorum respectu dumtaxat prohibetur alienare, & contrahere; abundè diximus *supra 1. p. cap. 14. & c. 28. per totum*, & alibi sæpè, de quibus bonis non tractamus, cùm jus adeundi in bonis debitoris non sit, tanquam jus quærendum, ut hoc capite sæpissimè diximus.

Nec obstat, quòd argumento 2. *ex n. 62. ex leg.* 96
54. & 55. Tauri, ut is, cui prohibitum est contrahere absque alterius interventu, prohibeatur etiam hæreditatem repudiare, quia contrarium est verius, ut statim probavimus, ita ut licet nulliter prohibeatur contrahere absque licentia viri, non prohiberetur repudiare absque ea. Nisi speciali, *leg. 54. Tauri*, 97
fuerit determinatum, ob ejusdem imbecillitatem, & facilitatem incauti consilii, quæ lex est specialissima in casu, de quo loquitur, nec ad alios trahi potest, ut notant Joannes Gutierrez, & Mieres, in argumen- 98
to citati, aliàs autem jus commune est in contrarium, ut per *leg. si ego, ff. de negotiis gestis, & in cap. si tibi absenti, de præbend. lib 6.* firmat Paulus Castrens. *in cons. 171. in casu præsenti visis omnibus,* 99
n. 1. lib. 2. quod mulier donationem sibi absenti factam, & non acceptatam potest repudiare, non obstante solemnitate statuti disponentis, quod in alienationibus mulierum interfint consanguinei, quam doctrinam sequuntur Barthol. Socinus *in cons. 53. viso instrumento, n. 22. lib. 4.* Cassaneus *in consuetud. Burgundiæ Rubric. 4. §. 7. n. 10.* & alii plurimi relati à Tiraquell. *in legibus connubial. gloss. 5. in verbo, contracter, n. 31.* ubi hanc opinionem fundat latè Gozadinus *in consil. 12. n. 6.* ubi dicit 100
quod in repudiatione juris quærendi non requiritur illa solemnitas, quæ aliàs esset necessaria ad repudiandum jus jam quæsitum. Castillo *in d. leg. 55. Tauri fol. 116. col. 4.* & quæ notanter tradit Mandosius *de ætate minorum quæst. 21. per tot. fol. 23.* & quod in minori tradit Surdus *dec. 278. n. 8.* Mieres *de majoratu 4. p. quæst. 23. n. 121.*

Hinc videmus idem in Prælato religionis, qui licet 101
non possit alienare bona absque consensu sui capituli, & conventus, & aliis juris solemnitatibus, tamen absque illis, & ipse solus potest repudiare hæreditatem delatam monasterio, legatum, & donationem, qui in quærendis eidem potest præjudicare; non in quæsitis, & radicatis juribus monasterii, Mieres *ibidem n. 120.* latissimè Cevallos *commun. contra comm. q. 661.* Cervant. *in leg. 6. Tauri, n. 79.* plurimos congerit August. Barbosa *in cap. nonnulli nu. 9. de rebus Ecclesiast. non alienand. & in tract. de jure Eccles. lib. 3. c. 50. ex n. 42. cum seqq.* latè & optimè plures referens videndus Sanchez *de matrimonio, lib. 6. disput. 4. ex n. 42. cum seq.* Molinus *de ritu nuptiarum, cap. 99. n. 17. fol.* 359. ubi etiam post Co- 102
varruvias, Purpuratum, Cagnol. et alios. Quod solus consensus Abbatissæ in renunciatione Monialis sufficiat

ad præjudicandum monaſterio, cum cadat ſuper jure quærendo, & nondum quæſito, & in pulchro caſu videndus erit Noguerol. *alleg.* 6. *ex n.* 23. *& ſeq.* qui plures DD. congeſſit ad prædictum caſum, & videndus per totam allegationem loquens, de renunciatione monialis, & conventus.

Igitur ex hoc argumento, quod magis urgebat ad inducendam ſpecialitatem, & impedimentum ne lite concurſus pendente debitor jus quærendum poſſet repudiare in præjudicium creditorum; clarè monſtratur concurſus pendentiam, nihil innodare nec mutare jurium abſolutam determinationem, nec aliquam ſpecialitatem adeſſe probabilem.

103 Nec etiam deduci poteſt ex iis, quæ in tertio argumento *ex n.* 67. dicuntur *ex leg. qui autem* 6. §. *ſciendum*, *ff. quæ in fraud. creditor. & leg. ait Prætor.* 10. §. *debitorum*, *ff. quæ in fraud. creditor.* ut ſcilicet quæ ante concurſum licita ſunt, poſt concurſum illicita judicentur. Quia vera eſt propoſitio in his caſibus, & actibus, qui tangunt finem judicii concurſus, ad quem deſtinatur; non tamen in aliis actibus, qui fini concurſus non opponuntur. Etenim cùm concurſus formentur ad ſatisfaciendum creditoribus ex bonis ceſſis per debitorem communem, juxta uniuſcujuſque gradum, & prærogativam in eodem judicio diſcutientiam: non eſt in facultate cre-
104 ditoris propria authoritate, & abſque judicis licentia exigere ſuum creditum in præjudicium cæterorum, inter quos omnes æqualitas quædam contracta fuit, ut dicitur *in d.* §. *ſciendum*, in illis verbis: *Nec enim debuit præcipere cæteris poſt bona poſſeſſa, cùm jam par omnium creditorum conditio facta eſſet.* Atque ideò hanc fidem frangere, ortam ex natura, & fine judicii non debuit creditor aliquis, præmaturè exigendo in damnum cæterorum creditorum, ad quem non pertinet facultas exigendi propria authoritate, ſed ad judicem, qui bona diſtribuere debet inter omnes. Juxta jura expreſſa, & latè tradita *ſuprà* 1. *cap.* 13. *à principi. & cap.* 14 *ex n.* 31.
105 *verſic. moveor ad ſic dicendum*, &c. Atque ideò mala fides, qua exigit propria authoritate, ei non prodeſt, quamvis cæteris reſtituat: ut abunde diximus *ſuprà* 1. *p. cap.* 10. *ex nu.* 61. *cum multis ſeq. verſic. ſecundo fingitur ſtare*, &c.

106 At nos agimus de caſu diverſo non comprehenſo in judicio concurſus, nec ratione rei ipſius, quæ in concurſum non cadit, cùm jus quærendum in bonis debitoris non ſit, ut ſæpè diximus in hoc cap. ex natura, & fine ipſius judicii concurſus, cum quaſi ejus contractus inter debitorem, & creditores, ac iſtos reſtringatur dumtaxat ad fines ipſius judicii, quos non egreditur, *ad leg. quidquid adſtringendæ*, *ff. de verbor. obligat. cum concordantibus.*

107 At reſpectu juris acquirendi creditores non tenent debitorem obligatum, neque eum adſtringere poſſunt acquirere, nec eum poſſunt compellere adire, nec impedire repudiare lucrum ei delatum, qui tantum habent eum obligatum ad bona quæſita, & in ſuo debitoris patrimonio radicata conſervanda: non tamen eum habent obligatum ad lucrandum, ut eleganter dixerunt Weſembecius *in conſil.* 17. *num.* 42. *& num.* 46. necnon Oſualdus quem ad literam retulimus *ſuprà num.* 88. *verſic. nec obſtat quod in eodem*, &c. ſequutum per Caſtillo *controverſ. lib.* 5. *cap.* 112. *num.* 34. & probabitur mox ad reſponſionem quinto argumento.

108 Imò, & quod plus eſt, in bonorum ipſa acquiſitione poteſt debitor præjudicare creditoribus ſuis, quando ſcilicet in ipſo initio acquiſitionis adeſt pactum in favorem poſterioris creditoris, vel alterius tertii extranei, & conditio, quod priores in bonis his noviter acquiſitis nullum jus habeant. Ut per *leg. qui autem*, *ff. qu. in fraud. cred. & leg. non fraudantur*, *ff. de reg. jur.* tenet Neguſant. *de pignor.* 4. *p. princip. in princip. verſ. quarto quæro n.* 33. & 34. & *ſeqq.* ubi eruditè diſputat, reſolvit, & ad alia utiliſſima infert Franchis *deciſ.* 97. Tuſchus *tom.* 4. *lit. H. conſil.* 128. *per tot.* Parlador. *in ſeſquicenturia different.* 57. *num.* 9. Pacificus *de Salviano. inſpectio* 3. *cap.* 2. *num.* 510. *& num.* 512. Fontanella *de pactis nupt. tom.* 2. *clauſ.* 7. *gloſſ.* 2. *part.* 8. *num.* 78. & 79. qui alios plures Doctores referunt, & Noguerol. *alleg.* 19. *n.* 39. ubi, & *num. ſeqq.* latè proſequitur, quod pater in quærendis poteſt præjudicare filiis, & *ex nu.* 109
44. ubi de patre bona acquirente eo pacto, & qualitate, ut de eis ad libitum poſſit diſponere, ut poſſit alteri dare, nihil filiis relinquendo, pluribus comprobat videndus.

Optimè etiam Mantica *de tacit. & ambig. conv.* 110
lib. 11. *tit.* 22. *num.* 30. & 31. ubi agit de debitore emente aliquam rem ab alio tertio inter quos ſit pactum, ut res empta ſit ſpecialiter obligata pro aliquo debito ipſius emptoris, veluti pro dote uxoris, ita ut præferatur aliis etiam anterioribus creditoribus ipſius emptoris, qui in bonis ſuis debitoris emptoris generalem habent hypothecam: hoc pactum valere in præjudicium prædictorum creditorum anteriorum: ſi factum ſit ante traditionem, vel in ipſa traditione, & antequam emptor rei emptæ dominium quæſierit, quoniam dominus, in traditione rei ſuæ quamlibet legem, pactum, & conditionem imponere poteſt, *leg. in traditionib. ff. de pactis*, *l. legem Cod. eod. tit. leg. qui abſenti*, §. 1. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Nec obſtare, inquit *ibid. n.* 31. quod cum 111
omnia bona emptoris debitoris præſentia, & futura fuerint aliis prioribus creditoribus obligata, quibus per novam acquiſitionem jus ſibi quæritur: non valeat pactum in eorum præjudicium, *l. ſi unus*, §. *ante omnia*, *ff. de pactis*, quia licèt in quæſitis debitor non poſſit præjudicare ſuis creditoribus, poteſt tamen in acquirendis. Vide de hoc latiſſimè, & eleganter per Neguſantium, *loco citato*, ubi abunde plura quando pactum hoc apponitur poſt traditionem rei venditæ, ut tunc non præjudicet creditoribus anterioribus ipſius emptoris, quibus ſemel fuit quæſitum per rei acquiſitionem.

Idem etiam mutuans pecuniam creditori ad rem 112
emendam, vel etiam venditor pro ipſius rei pretio poſſunt de ſpeciali hypotheca ſibi cavere ſuper eadem re: ut in ea anterioribus creditoribus præferatur, quando ſcilicet pactum ſpecialis hypothecæ fieret appoſitum in ipſo initio contractus, vel in ipſa emptione continenti, & ſic ante rei traditionem ut per *l. licet.* 6. *C. qui potior.* Valenz. *conſ.* 6. *n.* 36. *& ſeqq.* Rodriguez *de redditibus*, *lib.* 2. *q.* 20. *ſub nu.* 6. Seſſe *deciſ.* 42. *ex n.* 8. *& ſeqq.* Gratian. *diſceptat.* 670. 2. *tom.* 4. Surdus *deciſ.* 157. Fontanella *de pactis clauſ.* 7. *gloſſ.* 2. *p.* 8. *n.* 73. *vol.* 2. Amat. *reſol.* 3. *n.* 49. & 50. qui quamplurimos alios allegant.

Et quod in ipſo actu, & initio acquiſitionis poſſit 113
apponi conditio, & pactum, quod poſt acquiſitionem non admitteretur abſque juris ſolemnitate, (omiſſa tanquam exorbitanti *leg.* 1. §. *fin. cum leg. ſeq. ff. de rebus eorum*,) latiſſimè probat Pinellus *in leg.* 1. 3. *p. C. de bonis mater ex n.* 24. *& n.* 51. *cum ſeqq.* & omninò videndus Matienzus *in leg.* 2. *gloſſ.* 1. *ex n.* 17. *cum ſeq.* Valaſcus *de jure emphyt. q.* 52. *à n.* 3. *uſque ad fin.* qui latè agunt de hoc pacto appoſito in initio acquiſitionis, & de intellectu *d.* §. *fin.* quamplurimi citantur Authores ab Hermoſilla *leg.* 4. *gloſſ.* 2. *nu.* 25. *&* 26. *tit.* 5. *p.* 5. *tom.* 1. *fol.* 21. qui de præfatæ *leg.* 1. §. *ſi minor.* interpretatione agunt, quidam præfatam deciſionem textus ut exorbitantem & contra juris principia undique conſtantia non eſſe ſervandam; quidam contra ſectantes, omnes tamen unanimiter tenentes, ultra caſum illius textus pactum ab initio contractus, & acquiſitio- 114
nis appoſitum obſervandam in cujuſlibet præjudicium. Sed melius, & magis ex profeſſo, declararunt textus *d.* §. *fin. & leg. ſeqq.* Gutierrez *de tutelis* 2. *p. cap.* 5. *ex nu.* 36. *cum ſeqq.* omnium opiniones, & intellectus ad

præ-

præfata jura cumulavit Gaito *credit. cap.* 4. *quæſ.* 7. *ex n.* 441. *uſque ad n.* 509. *fol.* 318. à tergo *cum ſeqq.* qui noviter interpretantur d. jura, ut loquantur, quando pactum hypothecæ emptæ à minore appoſitum fuit ex intervallo, & poſt perfectam venditionem, & ante traditionem; ſecus ſi in continenti pactum apponatur, & ante traditionem, quia tunc tranſit res in minorem, & ei acquiritur cum illo onere, & cum ſua cauſa hypothecæ, donec pretium ſolvatur.

Qui quidem intellectus ſatis juridicus, conſonans eſt juris regulis, & principiis, in quibus omnes Doctores, nemine dempto, unanimiter conveniunt, nec eidem intellectui reſiſtit text. *in d.* §. *ſi minor*, imò prorſus convenit, cum in nulla ſui parte inſinuavit Conſultus, pactum, *ut quod pretium ſolvetur, prædia eſſent obligata*, fuiſſe in continenti appoſitum, imò contrarium inſinuare videtur, ut non in continenti, ſed ex intervallo poſt dominium rei emptæ minori quæſitum pactum prædictum fuiſſet appoſitum, ut clarè indicant illa verba text. *Nam ubi dominium quæſitum eſt minoris, cœpit non poſſe obligari*, & ideo in hoc dubio facienda erit interpretatio juris regulis conformis, ne Juriſconſultus de errore, & temeritate arguatur, & ad evitandum potiſſimum abſurdum.

115 Quæ doctrinæ in tantum procedunt, ut ſi ab initio acquiſitionis convenerit inter debitorem, & venditorem, ſeu donantem, ut res empta, aut donata & ſic noviter acquiſita ſit obligata ſpecialiter pro aliquo debito ipſius debitoris, putà pro dote uxoris ſuæ, vel alio creditore, iſte tertius præfertur aliis debitoris creditoribus etiam anterioribus, prout late probat, & proſequitur Mantica *de contractibus tom.* 1. *lib.* 11. *tit.* 13. *n.* 30. 31. plures alios vide *ſupra* 1. *p. cap* 12. *ex num.* 14. *verſ. & quod pactum, quod creditor*, &c. *Et n.* 2. & idem poſt Gallum *ſingul. obſervat. lib.* 2. *obſervat.* 12. *in* 2. *limitat. & obſervat.* 15. *in* 3. *limit.* & alios

116 tenet Manguil. *de evictionib. quæſit.* 40. *n.* 6. ubi quod quando venditor rei vult, quod creditor unus emptoris præferatur in ipſa re vendita cæteris quibuſlibet creditoribus ipſius emptoris, liberè poteſt hoc in pactum deducere, quia in actu acquiſitionis, poteſt venditor aliis præjudicare.

117 Igitur ex caſu ſpeciali illorum jurium de quibus in argumento contrario *ex n.* 67. non contento intra limites & fines judicii concurſus, & ejus fini, & deſtinationi repugnante, non erit deducenda doctrina generalis ad alios caſus diverſos, & non comprehenſos ſub fine prædicti judicii, atque ideo nulla ex hoc argumento ſpecialitas deduci valet.

118 Nec obſtat quartum argumentum, de quo *ſuprà*, *ex n.* 60. ut manifeſtè fiat per debitorem fraus creditoribus, repudiando hæreditatem delatam ſibi inopi, etſi tanquam in fraudem creditorum eſſe revocandam, ex *leg.* 1. *& toto tit. ff. quæ in fraud. cred.* cui facilis patet reſponſio. Etenim tunc facta in fraudem creditorum revocantur quando debitor alienat bona ſua, jam quæſita, & in ſuo patrimonio radicata: non verò nolendo acquirere, & repudiando jus, & hæreditatem delatam: quia tunc non fraudare creditores, clarè dicunt jura expreſſa, *leg. qui autem ff. quæ in fraud. cred. leg. non fraudantur creditores, ff. de reg. jur.* cum aliis, & communi reſolutione, de quibus à principio hujus cap.

119 Nec obſtat quintum, de quo *ſuprà n.* 73. ex ſingulari doctrina Joan. Fabri *in* §. *manet*, *Inſtit. de ſocietate.* Dum dixit, quod quando præcedit contractus, vel materia, quæ obligat ad acquirendum, non poteſt non acquiri abſque fraude & dolo. Quæ parùm urget, cui reſpondetur ut procedat, (ut vides) quando quis neceſſariò ex obligatione, contractu, aut legis diſpoſitione tenetur acquirere ad alterius utilitatem, prout videmus in hærede venditore hæreditatis; qui omne jus quomodolibet pertinens hæreditati ceſſit in emptorem, in cujus præjudicium non poteſt non acquirere, ſed omnino tenetur virtute contractus præcedentis, ſicut apparet ex exemplis eorum jurium, quæ in argumento allegavi, & quibus nititur Faber, & aliorum etiam, quæ recenſet Gloſſ. *in leg. alienationis*, §. *qui occaſione ff. de verb. ſignific.* ubi benè declarat Rebuffus poſt Bartol. *in d. l. qui autem.* Caſtillo *controv. tom.* 5. *c.* 112. *n.* 49. poſt quos & Decium *in leg. non fraudantur* 176. *n.* 1. & ibidem Cagnol. *n.* 1. *ff. de reg. juris.* Alvar. *in l. alienationis verb.* 28. *n.* 11. *in fin. ff. de verbor. ſignific.* Robert. *rerum judic. lib.* 3. *cap.* 12. Cammil. de Medicis *conſil.* 98. *ex n.* 18. & poſt plures alios hanc doctrinam Fabri, comprobat Carleval *de judiciis tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 3. *diſput.* 25. *n.* 12. *cum ſeqq.* quod quando procedit contractus, aut materia, quæ obligat ad acquirendum juxta bonam fidem, ut tunc dolum, & fraudem commitat qui non acquirit.

Cæterum in ſpecie, & caſu noſtra lex ad acquiren- 120
dum non obligat debitorem; nec ex contractu, qui præceſſerit cogitur; nec ex natura rei, de qua agitur. Ut ad reſponſionem tertii argumenti diximus, & probat expreſsè Caſtillo *ubi proximè d. n.* 49. imo potiùs jus ipſum diſponit expreſsè contrarium, quod ſcilicet acquirere non teneatur is, qui cùm poſſit hæreditatem, aut ſucceſſionem legitimam conſequi; in ſua ſit libera facultate, ſi velit, ſicut expreſſiſſimè probant *d. l. qui autem 6. cum ſuis* §§. *ff. quæ in fraudem creditorum, ſi ſponſus*, §. *ſi maritus, ff. de donat. inter. d. leg. non fraudantur, & d.* §. *qui occaſione.*

Nec obſtat ſextum, & ultimum argumentum, de quo 121
n. 75. quod nullo modo urget; tum quia loquitur poſt rem judicatam, non lite pendente, quæ dum pendet, res non poteſt dici judicata: tum quia etiamſi in noſtro caſu adeſſet res judicata, non verſatur ratio, & privilegium fiſci, quo Doctores nonnulli, qui eam opinionem ſectantur, moventur. Tum tandem quia verior, & receptior opinio eſt contraria, text. *in d. leg. qui autem procedere in fiſco*, ut ſive ante condemnationem, ſive poſt, reus condemnatus poſſit delatam ſucceſſionem liberè repudiare; quia etiam poſt condemnationem fiſcus ſolum conſequitur eſſe creditorem ad bona ipſius condemnati, & quantumvis cum hypotheca: hæc non comprehendit jus nondum quæſitum, nec adhuc non incorporatum in patrimonio debitoris. Prout jam ex multis probavimus *ſupra ex nu.* 11. *verſic. hæc doctrina, & jurium*, &c. Aque ideo ut prædicta jura pariter procedant in fiſco creditore ad bona delinquentis latiſſimè ad partes diſputans reſolvit quamplurimis Doctoribus relatis, Caſtillo *lib* 5. *controverſ. cap.* 112. *per tot. n.* 50. per duas columnas, eruditè ſatisfacit doctrinæ Gregorii Lopez, cujus mentionem fecimus ſuperius *ex num.* 75.

D. Larea *in deciſ. Granat.* 95. *n.* 27. licèt ipſe videatur ſe contrariæ opinioni inclinare, ſed hæc quam ſequitur longe receptior eſt, majorique numero Doctorum fulcita, & videndus eſt Caſtillo, qui plures Doctores etiam congerit.

Ex quibus manifeſtè deducitur vera hujus quæſtio- 122
nis difficilis reſolutio, debitorem concurſu pendente liberè poſſe ſicuti & ante ipſum repudiare jus, aut ſucceſſionem quamlibet ſibi delatam, renitentibus etiam, & impugnantibus creditoribus, qui quidem ad jus aliquod non habent, nec ad id tenent obligatum debitorem, ſed ſolum ad bona, quæ ipſe in ſuo patrimonio habet jam quæſita.

Hanc tamen reſolutionem, uno modo limitabis, 123
quando appareat etiam ex probabilibus præſumptionibus, hanc repudiationem non eſſe veram, ſed fictam, & ſimulatam: quia tunc non poteſt præjudicare creditoribus, ut expreſsè tenet Caſtillo *ubi proxime*, dum reſpondens ad caſum deciſum in Conſilio regio relatum à Greg. Lopez inter alias ſolutiones ita ſcribit: Quod etiam certo crederet, aut ſciret repudiationem ipſam fuiſſe fictam ac ſimulatam, atque factam, ut filius idem

hæreditatis jus à ſe abdicaret: ſed potius ipſam retinere contenderet in fraudem tamen offenſi, & ſententiæ latæ unum ſimularet, repudiare ſcilicet, aliud verò ageret retinere (inquam) hæreditatem eandem, & condemnationem, atque executionem vitare, ſicque Senatum ipſum ſententiam, & partem offenſam decipere. Veritatem itaque magis, quàm ſubtilitatem juris perpendens ipſe regius Senatus ad offenſum conſulendum maximè æquitate decrevit, & fraudi adeò clare cognitæ atque ex opulentæ hæreditatis repudiatione, ſimulatione, & fictione præſumpta, aut pro certo habita, &c.

124 Hanc in noſtris terminis optimè probat D. La Rea *in dec. Granat.* 55. *n.* 14. circa reum condemnatum, cui majoratus ſucceſſio delata fuit, & renuntiavit in filii favorem, in fiſci fraudem, & arguit fraudem atque ſimulationem ex eo, qui jam acceptare videbatur majoratum, cum tres locationes fecerat rerum pertinentium ad majoratum lapſum, ex quibus inducitur agnitio, & acceptatio per §. *pro hærede*, *inſtit. de hæredum qualit. & differ.* Vel prædia colendo, locandove, 125 *ex l. pro hærede. ff. de acquir. hæredit.* & ex fructuum perceptione, & quod per locationem facta nomine ſuccſſoris videatur adire, & agnoſcere majoratum, tenuerunt Imola *in l. gerit* 5. *de acquir. hæred.* & ibi Aretin. Bald. Corneus, Barboſ. & Mantica, quos refert, & ſequitur Fachineus *lib.* 6. *contr. c.* 52. & in locatione 126 pro hærede geri, probat Farinac. 1. *part. noviſſimar. d. c.* 32. probans *n. fi.* in majoratu hanc agnitionem induci. Vide D. La Ream *loc. cit.* & ulterius *ex n.* 17. *& ſeqq.*

128 Et præſumptiones erunt ſufficientes ad inducendam ſimulationem, quando ipſe debitor facta repudiatione remanſit in poſſeſſione, ad *l. ſicuti* 81. §. *ſupervacuum*, *ff. quibus modis pign. vel hypothec. ſolv.* abunde Farinac. 129 *de ſimulatione*, *q.* 162. *ex n.* 246. *cum multis ſeqq.* & antecedentibus, niſi ſubſit juſta retinendi cauſa, quas 130 latè cumulat ibidem.

Item quando ex repudiatione hæreditas perveniat ad uxorem, vel filium, tunc vehemens præſumptio ſimulationis fraudulentæ inducitur ob tantam ſanguinis conjunctionem, *l. data*, *C. de donat. l. pen. verſic. facilioreque*, *ff. de bonis libert.* Bald. *l. ſi quis poſt hac*, *n.* 2. *C. de bonis præſcript. & conſ.* 70. *lib.* 1. Laudenſ. poſt Alberic. & alios *in tract. de fiſco*, *conſil.* 244. Roman. *conſil.* 367. *n.* 15. Decius *conſil.* 587. *n.* 9. *conſil.* 559. *n.* 2. Alciatus *in l. ſi mater n.* 3. *C. de tranſlat.* Natta *conſil.* 443. *n.* 10. *lib.* 2. Craveta *conſil.* 82. *n.* 5. & alios plures communem dicit Menochius *conſil.* 226. *n.* 92. *&* 93. *lib.* 3. etiam *conſil.* 334. *n.* 47. *lib.* 4. Tiberius Decianus *reſponſ.* 36. *n.* 9. *lib.* 2. Molin. *de ritu nuptiar. lib.* 3. *quæſt.* 49. *n.* 25. *& ſeq.* Alios plurimos retulimus ſuprà 1. *part. c.* 7. *verſic. ſingulæ conditiones*, prout in caſu relato à Gregor. Lopez ubi ſuprà *n.* 79.

131 Maximè ſtante caſu ſimulandi, prout eſt creditorum exactiones evitare; quia ſimulatio requirit cauſam ad ſimulandum, ita ut cauſa ſimulandi ceſſante, & deficiente, ceſſet ſimulationis præſumptio: plures per Farinac. 132 *de falſitate*, *& ſimulatione*, *qu.* 162. *n.* 163. & qualis cauſa ſufficiat, quod ſufficiat opinio partium ſola; etiamſi non appareat vera, & de aliis vide ſingulariter per Beltramin. *in annotat. ad Alexand. Ludoviſ. dec.* 147. *n.* 27. ubi multa elegantia cumulavit in propoſito.

CAPUT XV.

Creditores poſſeſſoris majoratus patrii hæredis gravati, vel donatarii præmaturè & ante tempus reſtituentis majoratum, uſumfructum (patri debitum in filii adventitiis) ſeu hæreditatem, aut donationem, an concurſu ſuper eiſdem bonis cauſato jus habeant ad interuſurium medii illius temporis ſaltem.

SUMMARIUM.

1 *Creditores debitoris ante tempus reſtituentis majoratum, fideicommiſſum, uſumfructum parti debitum, an poſſint in concurſu, per reſtitutionem formato, jus prætendere ad interuſurium & fructus, à tempore reſtitutionis uſque ad mortem debitoris perceptos.*

2 *Sive concurſus formetur à debitore præmaturè, & ante tempus reſtituente.*

3 *Sive formetur à poſſeſſore, cui hæc præmatura reſtitutio facta fuit à debitore.*

4 *Interuſurium rei præmaturè reſtitutæ, an judicentur bona debitoris reſtituentis.*

5 *Separatio patrimoniorum in una debitoris perſona concurrentium conceditur, ne jura creditorum confundantur.*

6 *Quæſtio proponitur diſceptanda.*

7 *Pars negativa, ut creditoris præmaturè reſtituentis hæreditatem, majoratum, vel uſumfructum, ad interuſurium medii temporis jus non habent.*
L. patrem, D. de iis quæ in fraudem credit. ponderatur, in qua creditores patris, qui filio communi ante tempus fideicommiſſum reſtituit, ad fructus medii temporis jus denegatur, ibid.

8 *Gravato reſtituere poſt ſuam mortem permittitur, ea non expectata, reſtituere.*
L. poſt mortem. C. de fideicom. ponderatur, ib.

9 *Gravatus reſtituere, ſi reſtituat, ex hoc actu reſtitutionis acceptatio hæreditatis præcedens tacitè inducitur.*

10 *Fraus ſit creditoribus, ſi debitor ante tempus reſtituat.*

11 *Gravatus ex actu reſtitutionis præmaturæ acceptare etiam cenſetur Falcidiam, & Trebellianicam, ſibi pro jure debitam.*

12 *Leg. patrem & l. debitorem, ff. de iis quæ in fraud. credit. ponderantur.*

13 *Creditores debitoris præmaturè reſtituentis jus non habere ad fructus, & interuſurium perceptum à tempore reſtitutionis uſque ad mortem reſtituentis, qui teneant.*

14 *Poſſeſſor majoratus an poſſit in vita, & contradicente uxore majoratum reſtituere ante tempus.*

15 *Pater habens uſumfructum in adventitiis filii poteſt illum remittere, & ante tempus filio relinquere.*

16 *Et talis uſusfructus à patre repudiatus erit adventitius filii, & non profecticitius à patre.*

17 *Debitor in diem poteſt ante diem ſolvere, nec ſemel ſolutum poteſt repetere.*

18 *Creditores debitoris præmature reſtituentis, an jus habeant ad interuſurium, diſtinctio traditur inter reſtitutionem juris jam perfecti, & juris quærendi revocabilis, & reſolubilis, & ſeq.*

19 *Leg. patrem, & l. debitorem, D. de iis quæ in fraudem creditorum, interpretantur, & ſeq.*

20, 21 & 22. *Ut loquantur quando hæres reſtituit ante acceptationem, & ante jus ſibi radicatum juxta illorum jurium communem interpretationem.*

23 & 24. *Verus traditur intellectus ad d. l. patrem.*

25 *Lege poſt mortem, C. de fideicommiſſ. loquitur de præmatura reſtitutione in præjudicium ſolius reſtituentis, non quando vergit in præjudicium tertii.*

26 *Hæres non poteſt præmature reſtituere in præjudicium ſecundi ſubſtituti.*

27 *Poſſeſſorem majoratus, hæredem gravatum, nec patrem uſufructuarium non poſſe poſt acceptationem, & jus radicatum præmature reſtituere, in præjudicium ſuorum creditorum, vera eſt, & certa opinio.*

28 *Et creditores jus habent ad interuſurium medii temporis.*

29 *Pro ea adducitur l.* 3. §. *geſta, D. de iis quæ in fraudem credit.*

Melior

30 *Melior l. omnes, §. ſi vir uxori, D. iis quæ in fraudem creditorum, expreſsè probat reſolutionem communem.*

31 *In temporis præventione fraus ſit creditoribus.*

32 *Præmatura reſtitutio in ſe includit remiſſionem fructuum, non admittendam in præjudicium tertii.*

33 *Interuſurium donat debitor, qui ante tempus reſtituit majoratum.*

34 *Gravatus reſtituere poſt mortem, poteſt reſtituendo vitæ gravamen imponere commenſurabile fructibus medii temporis.*

35 *Hæres, vel poſſeſſor majoratus per acceptationem faciunt fructus ſuos; qui ſi ante tempus reſtituant, non jus quærendum, ſed jus quæſitum dimittunt.*

36 *Legatarius, qui ex legato commodum non conſequitur, gravari non poteſt: ſecus ſi ſub die, aut conditione, ratione interuſurii, quod percepit ea pendente.*

37 *L. §. Julianus, & §. ſi rem, in propoſito ponderatur, ibid.*

38 *Qui præmaturè reſtituit hæredem, non transfert jura in ſubſtitutum auctoritate Senatuſconſulti.*

39 *Nec is cui reſtituitur poſſidet tanquam fideicommiſſarius, ſed tanquam ceſſionarius vita hæredis durante.*

40 *Præmatura reſtitutio non dicitur vera reſtitutio, ſed donatio, & largitas hæredis.*

41 *Ex præmatura reſtitutione poſſidens, non tanquam fideicommiſſarius, ſed tanquam donatarius poſſidet.*

Leg. ſed & ſi ante, ff. ad Trebel. & l. hæres meus, in princ. D. de condit. & demonſtr. in terminis adducuntur, ibid.

42 *Et dicitur donatio non reſpectu proprietas, ſed interuſurii tantum, ex quo attenta vita reſtituentis debetur gabella.*

43 & 44. *Majoratum ante acceptationem poteſt debitor renuntiare in præjudicium creditorum, ſecus poſt acceptationem.*

45 *Poſſeſſor majoratus pro tempore vitæ ſuæ, & in ſui præjudicium poteſt commoditates majoratus cedere, etiam in præjudicium filii, ſi non excedat quintum.*

46 *Debitor majoratum quærendum poteſt renuntiare in præjudicium creditorum, quæſitum tamen, non.*

47 *Poſſeſſor majoratus poteſt in vita renuntiare majoratui in præjudicium uxoris, cui ex lege regia debetur medietas fructuum.*

48 *Vir in acquæſtu liberam habet alienandi facultatem renuente uxore.*

49 *L. 5. tit. 9. lib. 5. recopilat. exornatur, idem.*

50 *Pater uſumfructum ſibi pertinentem in bonis adventitiis filii, poſt acceptationem remittere non poteſt filio in præjudicium creditorum, ad illud interuſurium medii temporis jus habentium.*

51 *Pater uſumfructum ſibi delatum, & ante acceptationem liberè poteſt repudiare, & remittere filio in præjudicium creditorum, jus non habentium ad interuſurium.*

52 *L. cum oportet, §. ſin autem, Cod. de bonis quæ liberis, ponderatur loqui, in patre renunciante uſumfructum ante acceptationem.*

53 *Pater ante acceptationem remittendo filio uſumfructum, non dicitur donare; ſecus poſt acceptationem.*

54 & 55. *Pater ante acceptationem poteſt ante uſumfructum remittere filio in præjudicium creditorum; ſecus poſtquam illum acquiſivit.*

56 *Pater remittendo filio uſumfructum jam acquiſitum, proprium diminuit patrimonium.*

57 *Quia tunc remittit jus quæſitum, & non quærendum.*

58 *Gratianus loquens in remiſſione uſusfructus facta per patrem filio, declaratur.*

59 *Diſtinctionem an pater remittere valeat uſumfructum ante, vel poſt acceptationem ſequutus fuit Gratianus.*

60 *Renuntiatio juris quærendi connexi cum jure quæſito non admittitur in præjudicium creditorum.*

61 *Filius percipiens uſumfructum remiſſum vivente patre non tenetur communicare fratribus patre mortuo.*

62 *Donatio inter patrem & filium de jure communi non valet, ſed morte confirmatur.*

63 *Valeat tamen remiſſio uſusfructus ante acquiſitionem, & acceptationem, cùm pater nihil diminuat de ſuo patrimonio.*

64 *Debitor in diem ante diem ſolutum repetere non poteſt, poterit tamen interuſurium conducere.*

65 *L. in diem, D. de cond. indebiti mire interpretatur.*

66 & 67. *Jura, & Doctores non diſtinguunt præmaturam reſtitutionem propter præjudicium reſtituentis, ſed propter præjudicium tertii.*

68 *Reſtitutio præmatura nemini permittitur in præjudicium tertii.*

L. uxorem, §. Seio, D. de legatis, 3. exornatur, ibid.

69 *Hæres gravatus poſt mortem reſtituere primo ſubſtituto, non poteſt ante mortem reſtituere in præjudicium ſecundi ſubſtituti.*

70 *L. poſt mortem, C. de fideicommiſſis interpretatur.*

71 *L. cum pater, §. à filia, D. de leg. 2. ponderatur.*

72 *Facultatem eligendi incertum de certis tempore mortis, habens in vita eligens poteſt variare, ne fiat præjudicium iis, qui tempore mortis vivunt.*

73 *Facultatem habens præſtandi eleemoſynam tempore mortis, an poſſit prævenire tempus in præjudicium tempore mortis exiſtentium.*

74 *Nemo poteſt juri ſuo renuntiare in præjudicium tertii.*

75 *Tertii intereſſe ubi intermediat, deficit regula legis, ſi quis in conſcribendo C. de pactis.*

AD concurſum majoratus, bonorum fideicommiſſi, aut adventitiorum, & ſimilium ſolent creditores comparere, & in eiſdem jus prætendere non obſtante reſtitutione facta per debitorem immediato ſucceſſori, ſeu filio, & ſecundo donatario, contendentes debitorem ſuum, & poſſeſſorem majoratus, ſeu hæredem gravatum reſtituere poſt mortem; necnon patrem habentem uſumfructum in bonis adventitiis filii nullatenus potuiſſe ſucceſſori immediato, fideicommiſſario aut filio reſtituere bona ante tempus à teſtatore, donante, ſeu jure deſtinatum, & appoſitum in præjudicium prædictorum creditorum, habentium illos fructus & interuſuria obligata, hancque præmaturam reſtitutionem factam fuiſſe in manifeſtam eorum fraudem, & notiſſimum damnum. 1

Et iſta controverſia dupliciter poteſt verſari, veluti quando ipſe poſſeſſor, hæres, pater, ſeu donatarius, & ſimilis aggrediuntur judicium concurſus ſuper bonis ſuis facta jam prædicta reſtitutione præmatura, quorum creditorum hypothecarii efficaciter contendunt adverſus bonorum poſſeſſores (quibus præmatura hæc facta fuit reſtitutio) ut eadem in concurſum debitoris perducant, & ſimul cum cæteris debitoris ſub eadem adminiſtratione, & adminiſtratore regantur, ut de eorum fructibus perceptis & percipiendis à die factæ reſtitutionis uſque ad mortem gravati ſatisfiant, & ſolvantur. 2

Vel alio etiam modo hæc controverſia poteſt oriri, quando ſcilicet, ipſi bonorum poſſeſſores hujuſmodi, præmatura reſtitutione, concurſum ſuper ſuis bonis, inter ſuos creditores formarunt, qui creditores hypothecarii reſtituenti comparent, & id ipſum prætendunt, illud nempe interuſurium à tempore reſtitutionis præmaturæ uſque ad mortem debitoris reſtituentis eſſe proprium patrimonium iſtius, quod alienare non potuiſſe in præjudi- 3

præjudicium, & fraudem creditorum ſuorum, &
4 idcirco de prædicto interuſurio idem judicandum eſſe, ac ſi à patrimonio reſtituentis non exiret, cùm omninò ad eum pertineat, & ex eo priùs ſatisfieri debere ſuos creditores, & præferendos omninò quibuſlibet aliis creditoribus ejuſdem poſſeſſoris, qui concurſum formavit; ad latiſſimè deducta ſuprà 1.
5 *part. cap.* 9. *per tot.* ubi copiosè & diſcretè egimus de ſeparatione patrimoniorum, ſimul concurrentium in eodem debitore concurſum formante, ne jura creditorum utriuſque confundantur, & de prælatione inter omnes.

6 His igitur prælibatis, pulchra, & valdè utilis diſceptanda erit quæſtio, an creditores hypothecarii hujuſmodi debitorum præmaturè reſtituentium poſſint ius habere ad illud interuſurium, ſeu fructus medii temporis perceptos, & percipiendos à poſſeſſore, cui hæc facta fuit reſtitutio, in qua ſimul de poſſeſſore majoratus, hærede gravato, patrefamilias, ſeu donatario gravatis poſt mortem, vel certum tempus, aut ſub conditione reſtituere, atque de eorum creditoribus ad illud interuſurium jus prætendentibus.

7 Pro parte negativa, nempe creditores ad interuſurium jus aliquod prætendere non poſſe, probatur primò ex text. expreſſo in ſui generalitate *in l. patrem ff. de his quæ in fraud. cred.* quo determinatur, quod ſi uxor inſtituit maritum hæredem, eumque gravavit, ut poſt mortem reſtituat hæreditatem communi filio, ſi ante mortem illicò pater reſtituat, licitè fieri poſſe ita, ut patris creditores non poſſint conqueri, nec reſtitutionem impedire, poſtulantes, quod durante vita patris ex interuſurio & fructibus ſint ſolvenda credita, ibi, Patrem qui non expectata morte ſua, fideicommiſſum hæreditatis maternæ filio ſuo ſoluto poteſtate reſtituit, emiſſa ratione falcidiæ, & plenam fidem, & debitam pietatem ſequutus, exhibitionis, reſpondi, creditores non fraudaſſe; text. etiam *in leg. debitorem*, 20. *ff. eod. tit.* in hæc: Debitorem, qui ex Senatuſconſulto Trebelliano hæreditatem reſtituit, placet non videri in fraudem creditorum alienaſſe portionem, quam retinere potuiſſet; ſed magis fideliter
8 facere. Quorum jurium diſpoſitioni conſonat generalis determinatio *l. poſt mortem, C. de fideicommiſſis*; permittens hæredi, qui gravatus fuit poſt mortem ſuam reſtituere ſubſtituto, ut poſſit liberè in ſua vita reſtitutionem facere, & tempus mortis prævenire; & voluntatem teſtatoris præmaturè commodare, ideoque nemini facit injuriam, qui ſuo jure utitur, & reſtituit lege permittente.

9 Et creſcit difficultas, ſeu potius pro hac parte fortior redditur horum jurium diſpoſitio ex eo, quod rogatus reſtituere hæreditatem ſtatim, aut poſt mortem ex ipſo reſtitutionis actu acceptatio inducitur, & unus actus occultatur, juxta Doctores jura & abundè cumulata ſupra *cap. anteced.* 14. *ex n.* 291. *cum multis ſeqq. verſ. nunc tractandum de renunciatione*, &c. cum ex ipſo fac-
10 to hæres acceptare intelligatur; ut §. *reſtituta, inſtit. de fideicommiſſ. hæred.* & ita jam non jus quærendum, ſed jus quæſitum, & radicatum alienaſſe hæredem ex præmatura reſtitutione, cùm etiam in tempore fraus fiat creditoribus, ſi debitor ante tempus reſtituat. Probat *l. ait. prætor* 10. §. 8. Si cum diem (ait Conſultus) mihi deberetur, fraudator præſens ſolverit, dicendum eſt in eo, quod ſenſi commodum in repræſentatione in factum actioni locum fore; nam prætor fraudem intelligit etiam in tempore fieri, *ff. quæ in fraudem credit.* text. etiam *in d. leg. omnes*, §. *ſi vir uxori*, ibidem, *Nam prætor in tempore fraudem intelligit*, *ff. eod.*

11 Augetur ulterius prædictorum jurium difficultas: quoniam eo ipſo hæreditatem acceptare ex facta reſtitutionis intelligitur hæres, ac ſimul videtur etiam acceptare Falcidiam, & Trebelliani eam ſibi debitam ipſo jure, *l. in quantitate*, §. *ult. ff. ad legem Falcidiam.* ibi, *pro rata portione per legem ipſo jure minuuntur.* Ex quibus ſequi videbatur, poſt jus jam quæſitum, & in ſuo patrimonio radicatum reſtitutionem in præjudicium creditorum admitti non debere, ex latè deductis à principio hujus capitis; & præcipuè in c. antecedenti, *ex nu.* 29. *cum ſeqq. verſic. nunc tractandum de renunciatione*, &c. cùm alienare intelligatur jus quæſitum, & non quærendum.

Et tamen Juriſconſulti *in dict. l. patrem, & dict. l.* 12
debitorem, abſolutè determinant, iis principiis juris notiſſimis omiſſis, ex præmatura hæredis reſtitutione, ante tempus mortis non induci præjudicium creditoribus, quibus ex hoc apertè negatur interuſurium, aliàs pertinens debitori ſua vita durante, & totius temporis, quo hæreditate frui poterat, & in utilitatem ſuorum creditorum, qui ex fructibus ſua credita exigere potuiſſent.

Et horum jurium determinationem, ut hæres gra- 13
vatus reſtituere poſt mortem poſſit reſtituere in vita ſua, quantumvis invitis, & renuentibus creditoribus hæredis reclamantis ſaltem pro interuſurio, & fructibus medii temporis ſpectantibus debitori ſuo, ut ad illos jus non habeant, nec admittantur, tenuerunt multi Doctores, Jaſon *in lege poſt mortem, n.* 2. *C. de fideicommiſſ. & in* §. *item ſi quis in fraudem, n.* 127. *inſtitut. de action.* Padilla *in dict. leg. poſt mortem, nu.* 3. & 4. latè Alvaradus *de conjecturata mente defunct. lib.* 2. *cap.* 3. §. 1. *quæſt.* 12. *per tot. & ex num.* 26. *uſque ad* 53. Mieres *de majoratu*, 4. *part. quæſt.* 22. *n.* 125. & 126. Peregrinus *de fideicommiſſ. art.* 2. *n.* 51. & latius *artic.* 3. *n.* 125. 6. & 7. Cancerius *variarum reſolut.* 3. *part.* 15. *de renunciat. ex n.* 170. *cum ſeq.* Fontanella *de pactis nuptialibus, clauſ.* 4. *gloſſ.* 9. *part.* 5. *ex n.* 74. Caſtillo *controv. tom.* 5. *cap.* 112. *ex nu.* 42. *& ſeq.* Molinus *de ritu nuptiarum, lib.* 3. *quæſt.* 49. *ex n.* 33. *& ſeq.* Bellonus *conſil.* 34. *per totum.* Qui omnes latè exornant *dict. l. patrem, & dict. l. debitorem*, & tenentes præmaturam reſtitutionem hanc poſſe fieri etiam reclamantibus creditoribus hæredis debitoris pro fructibus, & interuſurio hæreditatis.

Deinde probatur hæc pars ex doctrina Padillæ *in* 14
leg. poſt mortem, C. de fideicomm. ubi ex ſupra dictis juribus infert ad quæſtionem, an poſſeſſor majoratus poſſit uxore invita, & contradicente ante tempus majoratum reſtituere, ita quod ipſa fraudaretur fructuum medietate, & interuſurio, quod maritus percipere poterat illo medio tempore, in qua affirmativè reſpondet.

Comprobatur etiam quoniam pater, qui habet uſum- 15
fructum in bonis adventitiis filii ſui, poteſt illum ei ante tempus reſtituere, & filio remittere quaſi hæc remiſſio potius refutatio dicatur, quàm donatio. Et quaſi videatur nolle requirere uſumfructum, qui ſicut habet tractum ſucceſſivum, quoque tempore renuntiatio hæc reſpiciat jus quærendum deinceps in futurum, & non jus quæſitum, & quaſi videatur pater nolle acquirere uſumfructum, non autem velle donare. Azor. *in ſumma, C. de bonis quæ liber. col.* 1. *verſ. adventitium*, Bart. Bald. Salicet. Caſtrenſ. & alii *in l. cum oportet*, §. *quod autem, C. eod.* Corneus *conſ.* 185. *vol. n.* 3. *verſic. poteſt etiam lib.* 1. *conſil.* 59. *in fin. lib.* 2. Crotus *in l. frater à fratre, n.* 8. *de condict. indebit.* Tiraquell. *in l. ſi unquam, in verb. donatione largitus n.* 211. *Cod. de revocandis donation.* cum aliis per Surdum *de alimentis, tit.* 9. *q.* 20. *n.* 22. *& tit.* 4. *q.* 16. *n.* 16. *& in conſil.* 159. *n.* 16. *lib.* 2. & ubi ſub- 16
dit, quod talis uſusfructus repudiatus erit adventitius filii, non autem profectitius à patre. Aymon. *in l. cum filio, part.* 2. *n.* 45. *de leg.* 1. Gratianus *diſceptat. forenſ. tom.* 4. *cap.* 713. *ex nu.* 21. tenet Gomez *in l.* 29. & iterum *in l.* 48. *n.* 9. & 10. Gutierrez *in cap. quamvis pactum, de pactis in* 6. & hanc ex nonnullis à ſe allegatis Doctoribus opinionem refert Tiraquell. *in l. ſi unquam, verb. donat. largitus, nu.* 213. *C. de revocand. donat.*

E:

17 Et denique probatur, quia dibitor in diem si præveniat solutionem, & ante diem solvat, non potest rem solutam repetere, *l. in diem*, ubi Bald. Angel. & Salicet. Jason, & alii, *ff. de condit. indebiti*, & plures alii citati inferiùs ante finem hujus capitis, *n.* 64. *versic. nec etiam obstat*, &c.

18 Igitur in hac quæstione videtur absolutè dicendum, creditores nullo modo posse jus habere ad fructus, & interusurium hæreditatis, majoratus, seu ususfructus restitutum ante tempus per hæredem gravatum, possessorem majoratus, seu patrem. Cum ex hac præmatura restitutione fraus ulla in eorum præjudicium inducatur, ex juribus, & doctrinis hactenus consideratis.

Sed nihilominus non obstante generalitate prædictæ *leg. patrem*, & *leg. debitorem*, *ff. de his*, *quæ in fraud. credit.* necnon *dict. l. post mortem*, *C. de fideicommiss.* distinctè resolvendum erit in hac quæstione, inter creditores personales, & hypothecarios, ut illorum respectu renuntiatio, seu anticipata restitutio teneat, non probat fraude, animo illos fraudandi ex *dict. l. patrem & l. debitorem*, de quibus suprà *ex n.* 7. *& seq.* quæ in his terminis loquuntur.

At respectu creditorum habentium hypothecam in bonis debitoris præmaturè restituentis iterum distinguendum erit inter jus perfectè quæsitum possessori majoratus hæredi, seu patri; & jus quærendum, vel nundum perfectè quæsitum; sed irrevocabiliter, aut conditionabiliter, & resolutioni subjectum, quod ad effectum inducendi fraudem hæredis repudiantis, vel renuntiantis hæreditati delatæ in præjudicium creditorum suorum, quæ distinctio indubitabilis est, & jurium dispositione, necnon communi omnium Doctorum placito, nemine ferè reluctante, sequuta, prout abundè *in cap. anteced. à principio*, ampliſſimè retulimus, ad
19 quam perneceſſe reduci debet diſpoſitio *dict. leg. patrem*, *cum leg. ſeq.* caſu, quo aliquis illa jura trahere velit ad creditores hypothecarios, contra illius textus expreſſam determinationem, quæ ſi ſic non declarantur, atque intelligerentur, procul dubio ex diametro repugnarent juris principiis, & aliis indubitabilibus, incommutabilibuſque legum determinationibus, prout ſuprà hoc cap. annotavimus *ex n.* 6. *cum ſeq. verſic. ex huc uſque prælibatis*, &c.

20 Et in primis pro majori corroboratione, & harum legum intelligentia, & ad effugienda contraria juris principia, omnes ferè Doctores in earum exornationem laudati *ſuprà n.* 13. *verſ. & horum jurium determinationem*, &c. & alii plures mox citandi unanimiter profitentur, in caſu illorum non agi de repudiatione, & remiſſione juris quæſiti jam, & radicati in perſona hæredis præmaturè reſtituentis non detracta Falcidia,
21 nec Trebellianica, eidem à lege permiſſa, ſed potius de jure quærendo licet jam delato, non tamen acceptato, nec in patrimonium adhuc debitoris incorporato: quam inſuper diſtinctionem in terminis *dict. leg. patrem* ultra Doctores in argumento citatos, ut ſcilicet reſtitutio præmatura admittatur in præjudicium creditorum ante fideicommiſſi acceptationem, & aditionem, ut ſecus ſit, quando hæres reſtituit poſt aditionem, & acceptationem, ut tunc non præjudicet creditoribus. ſcilicet hypothecariis reſpectu interuſurii probant Menochius *de præſumptionibus*, *in additionibus ad præſumpt.* 30. *nu.* 57. *lib.* 3. Giurba *in conſuetud. Meſſanenſ. cap.* 1. *gloſſ.* 12. *n.* 18. Martius Cultellus *de donat. inter patrem & filium*, *tract.* 1. *diſcurſ.* 2. *part.* 10. *n.* 55. *pag.* 308. Fontanella *deciſ.* 40. *n.* 14. & 15.

22 Sed quamvis omnium ferè Doctorum iſte ſit unus finis, tamen ut ad eum perducere poſſint, varios intellectus prædictis legibus aſſignarunt, prout videre eſt ex Fontanella *de pactis nupt. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 9. *p.* 5. *ex n.* 88. *cum ſeqq.*

23 Tamen ille, quem tradit *ad dictam leg. patrem*, Peregrinus *de fideicommiſſ.* 3. *n.* 125. magis mihi & legis diſpoſitioni arridet caſu quo loquatur, ut dixi reſpectu creditorum habentium obligata bona debitoris. Quem latè & doctiſſimè probat Fontanella *loco citato ex n.* 18. *cum multis ſeqq.* ut ſcilicet in caſu *dict. l. patrem*, Juriſconſultus non intendat caſum decidere, an præmatura reſtitutio reſpectu fructuum, qui ex hæreditate pertinebant hæredi ex die reſtitutionis uſque ad ejus mortem fieri poſſit in præjudicium creditorum. Cùm certum ſit ex jurium expreſſa diſpoſitione (quorum protinus mentionem ſpecificam faciemus) hæredem fraudare circa illum interuſurium ex præmatura reſtitutione creditores minimè poſſe; ſed dumtaxat Conſultum in caſu illarum legum illud determinare voluiſſe; an illa præmatura totius, & integræ hæreditatis reſtitutio non
24 detracta quarta Falcidia & quarta Trebellianica hæredi per legem delata fraudari dicerentur creditores, & reſolviſſe creditores hæredem non fraudaſſe, eo quod non detrahat, cum eas quartas nondum acceptaverat hæres, & potuiſſet repudiare jus quærendum, quantumvis ipſo jure ſit eidem per legem acquiſitum; cùm hujuſmodi acquiſitio ſit variabilis, & conditionalis, ſi hæres acceptet, ita ut repudiatione ſubſequutâ retrò fingatur non acquiſita, prout latiſſimè ſuperiori cap. in legato, & majoratu delatis *ex nu.* 1. *cum ſeqq. verſic. ſed difficultas major*, &c. hunc intellectum ad *dictam leg. patrem*, *cum leg. ſeq.* eruditè quidem, & peracutè proſequitur Fontanella *ubi proximè citatus*, validiſſima jura, & fundamenta applicans, quæ illum ferè indubitabilem reddunt, & valdè prædictis legibus conſonum, videndus etiam pro eorum jurium intellectu *in deciſ.* 40. *ex num.* 13. *cum ſeqq.* ejuſdem Fontanellæ.

Sed revera certior intellectus ad prædicta jura ille eſt, quem tetigimus *ſuprà n.* 28. *ad principium*, ut loquantur reſpectu creditorum perſonalium ſine hypotheca, nam horum reſpectu nullum de jure adeſt debitori impedimentum ſua bona quæſita alienandi, niſi data opera, & animo fraudandi creditores alienet, ad quod fuerunt appoſiti tituli *ff. & C. de iis quæ in fraudem cred.* imò reſpectu creditorum habentium hypothecas, adhuc alienatio tenet, ſed non in eorum præjudicium, cum in accipientem tranſeat jus hypothecæ, & ſuo jure creditores iſti ſunt præſervati, ut videre eſt *ſupra* 1. *part. cap.* 43. *ex n.* 38. *cum ſeq.*

Atque ideò multo minus obſtat *d. l. poſt mortem*, *C. de fideicommiſſ.* quæ nihil diſponit, nec loquitur de
25 præmatura fideicommiſſi reſtitutione in præjudicium tertii, ſed tantum in præjudicium ipſius hæredis gravati reſtituere poſt ſuam mortem, qui ſi voluerit, poterit in vita reſtituere: cùm ex hac præmatura reſtitutione ſolum ſibi, non alteri præjudicet. At verò quoties adeſt præjudicium tertii, talis reſtitutio ante tempus non admittitur quando adſunt creditores hæredis gravati, ut tunc attendatur diſtinctio; an ante jus quæſitum, an poſt jus quæſitum reſtituat, prout ex jam dictis, & ampliùs protinus dicendis apparet manifeſtè, vel etiam quando adeſt ſecundus ſubſtitutus datus à teſtatore in defectum primi fideicom-
26 miſſarii, quia tunc hæres non poteſt præmaturè, & in vita ſua reſtituere fideicommiſſario: cùm potuiſſet iſte ante mortem hæredis gravati diſcedere, quo caſu vocatur ejus ſubſtitutus, in ejus præjudicium non tenet præfata reſtitutio, ſed ei acquiritur hæreditas, non verò fideicommiſſarii (cui fuit ante tempus facta reſtitutio) hæredibus, à quibus nihilominus aufertur hæreditas, & ſecundo fideicommiſſario aſſignatur; prout eleganter, & latiſſimè comprobant jura expreſſa, & communis Doctorum opinio, de qua inferiùs ad finem hujus *cap.* 16. *ex num.* 68. *verſic. certa etenim*, &c.

Concluſio igitur ſit firmiſſima in hac quæſtione, poſſeſſorem majoratus, hæredem rogatum poſt mortem reſtituere, necnon partem uſufructuarium in bonis
27 filii adventitiis minimè poſſe ante tempus reſtituere in

præ-

præjudicium ſuorum creditorum poſt jus perfectè eidem quæſitum, ſcilicet poſt acceptationem expreſſam, vel tacitam hæreditatis majoratus, uſusfructus, & ſimilium, ſed inſuper creditores hypothecarios jus habere ad illos fructus, quos poſſeſſor majoratus, hæres grava-
28 tus, vel pater percipere poterat à tempore reſtitutionis uſque ad ejus mortem: cum ex hac præmatura reſtitutione verè fraudentur creditores reſpectu illius interuſurii, ad quod creditores procul dubio jus habent pro ſui crediti ſatisfactione. Quam concluſionem multis & evidentiſſimis mediis probabo.

29 Et primum ſit ex duobus juribus expreſſis, ex *l.* 3. §. *geſta*, in hæc: geſta fraudationis cauſa accipere debemus, non ſolùm ea quæ contrahens geſſerit aliquis, verùm etiamſi fortè data opera ad judicium non adfuerit, vel litem mori patiatur, vel à debitore non petit, ut tempore liberetur (ſequitur & facit) aut uſumfructum, vel ſervitutem amittit, & omnino qui aliquid fecit, ut deſinat habere, quod habet, ad hoc edictum pertinet, à quo in fraudem creditor, ex quo textu manifeſtè probatur, quòd uſumfructum habens debitor remittere non poteſt in præjudicium creditorum, cùm hæc remiſſio in eorum fraudem re ipſa facta intelligatur.

30 Melior text. *in l. omnes* 17. §. *ſi vir uxori*, *ff. quæ in fraudem credit.* mirabiliter probans reſtitutionem præmaturam factam à debitore eſſe in fraudem creditorum, ita ut interuſurium illius medii temporis præſtandum ſit à recipiente, ut illis ſatisfiat. Verba ſunt: Si vir uxori, cum creditores ſuos fraudare vellet, ſoluto matrimonio præſentem dotem reddidiſſet, quam ſtatuto tempore reddere debuit, hac actione mulier tantum præſtabit, quanti creditorum intererat dotem ſuo tempore reddi. Nam prætor fraudem etiam in tempore fieri intelligit. Hactenus de expreſſo, & celebri text. reſolutionem noſtram comprobans, ut fructus medii temporis, quos percipere potuiſſet præmaturè, & ante tempus reſtituens, creditores exigere poſſe à
31 recipiente pro ſui crediti ſolutione, cum in temporis præventione fraudem fieri creditoribus, probent dicta jura, & text. *in l. ait prætor.* 10. §. *ſi cum in diem ff. in fraud. cred.*

32 Semper etenim quoad omnes juris effectus illud interuſurium, & fructus, qui percipi potuiſſent ab eo, qui præmaturè, & ante tempus reſtitutioni appoſitum reſtituit, in conſideratione ſunt; nam cùm in ſe includat reſtitutio hæc remiſſionem fructuum, admitti non debet in præjudicium creditorum, vel cujuſlibet tertii, quibus indubiè fraus fit ex ea, juxta jura expreſſa; & ideò data fraude ex parte reſtituentis, & probata, vel data hypotheca ex parte creditorum ſemper præmatura reſtitutio nihil operatur reſpectu fructuum, & interuſurii
33 medii temporis. Qui enim ante tempus reſtituit majoratum, aut fideicommiſſum, illud interuſurium quidem ponat, ex Roman. Ripa, Roderic. Suarez communem dicit Antonius de Padilla *in l. poſt mortem, n. 6. C. de fideicommiſſ.* ſequitur Alvarad. *de conject. mente defunct. lib. 2. c. 3. §. 1. ſub n. 26.* quod in præjudicium creditorum hypothecam habentium ad illos fructus non tenet remiſſio, & alienatio.

34 Et ideo ille, qui ex diſpoſitione juris, vel hominis non tenebatur reſtituere, niſi poſt ſuam mortem, vel eligere; ſi ante eam eligat, & reſtituat, poteſt gravatus reſtituendo in vita ſua, & ratione illius commoditatis, quam erat ipſe percepturus ſua vita durante, gravamen aliquod imponere, dummodò ſit commenſurabile cum emolumentis, & fructibus, quos ipſe percepiſſet in illo medio tempore à reſtitutione uſque ad mortem, ſi non reſtituiſſet. Hæc fuit celebris conſideratio, & doctrina Peraltæ *in repetit. l. cum pater §. à filia, n. 92. cum ſeqq. & in l. 3. §. qui fideicommiſſum, n. 63. & ſeq. ff. de hæred. inſtit.* qui latè & belliſſimè proſequitur videndus, & eum referens ſequitur Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 4. ex n. 32. & ſeqq.* omninò videndus Cancer. *variarum reſol. 3. part. cap. 15. de renunciat. n. 173.* Fontanell. *de pactis nuptial. tom. 1. clauſ. 4. gloſſ. 9. p. 5. n. 82.* Qui duo ultimi hanc doctrinam rectè appli- 35
cant noſtræ quæſtioni, ut eo ipſo quod quis per acceptationem, & additionem hæreditatis, ſeu majoratus efficit fructus ſuos, ſi ante tempus reſtituat; non jus quærendum, ſed jus quæſitum, & incorporatum in ſuo patrimonio dimittat, quod diminuit in fraudem creditorum, quibus reſpectu interuſurii obeſſe renuntiatio, & diminutio non poteſt; quoniam illud interuſurium dicitur eſſe in bonis reſtituentis; ut poſt Padillam *in dict. l. poſt mortem, n. 6. C. de fideicommiſſ.* tenet Alvarad. *de conject. mente defunct. lib. 2. c. 3. §. 1. ſub n. 26.* ubi etiam quod eo reſpectu, nempe interuſurii poteſt gravari ille, cui reſtitutio fit; allegat ad idem *l. 6. tit. 9. part. 6.* ibi *aquella quantita*; alios ad hoc citavimus *hac 2. p. cap. 27. n. 25.*

Pro quibus adſunt jura optima *in l. 3. §. Julianus*, 36
ff. de leg. 3. ubi legatarius purè gravari non poteſt, quando commodum ex legato non recipit; ſecus ſi ſub die, aut conditione gravetur, quia tunc propter interuſurium medii temporis à legatario perceptum, proportionabiliter ad commodum gravari permittitur, ibi: Julianus ſcribit, ſi ſervus mihi legatus, eumque manumittere rogatus ſim, fideicommiſſum à me relinqui non poſſe, ſcilicet ſi purè rogaret; nam ſi ſub conditione, vel in die propter fructum medii temporis poſſe me obligari, nec Julianus dubitat. Text. etiam elegans *in §. ſi rem, ejuſdem l. 3.* in hæc: Sed ſi habenti tibi proprie- 37
tatem uſumfructum mortis cauſa ceſſero, poteſt dicere fideicommittere me poſſe: nec quemquam moveat, quod uſusfructus ſolet morte extingui. Nam medii potius temporis, quo vivat, qui donavit, commodum cogitamus, &c. Quorum jurium præfati Doctores non meminere; igitur cum interuſurium conſiderabile ſit, & æſtimabile in jure, eo abſque fraude privare non poteſt debitor creditores ſuos per præmaturam reſtitutionem, quando jus ad illud habet quæſitum, non tamen quærendum.

Pro quibus pulchra adeſt theorica Cancerii *dict. 3.* 38
part. cap. 15. de reſtitution. nu. 172. & 173. in hæc: Hinc ex dicta reſtitutione præmatura actiones non eſſe tranſlatas authoritate Senatuſconſulti in ſubſtitutum, eſt certum, ut in l. hæres meus, in princip. ff. de cond. & demonſtrat. dict. l. ſed ſi ante, ff. ad Trebell. & ſic dum 39
vivit, qui reſtituit, iſte, qui poſſidet, non poſſidet tanquam fideicommiſſarius, ſed tanquam donatarius illius, qui reſtituit, & ſic quemadmodum, qui vendidit hæreditatem, poteſt poſt factam veditionem conveniri per creditores hæreditarios, l. 2. C. de pactis, ita rogatus de reſtituendo ſub conditione, qui ante reſtituit, ut Cynus, Bart. & communiter ſcribentes in dict. l. poſt mortem, C. de fideicommiſſ. &c.

Jacobum Cancerium ſequitur Fontanella *deciſ. 39. ex* 40
n. 16. in hæc: Nunc eſt, quod hanc præmaturam reſtitutionem non vocant leges, & Doctores veram & propriam reſtitutionem, ſed donationem, & largitatem hæredis, & ideo non tanquam fideicommiſſarius dicitur ille habere hæreditatem ſic reſtitutam, ſed uti donatarius, 41
& ceſſionarius hæredis, quoad leges, de hoc eſt in terminis, l. ſed etſi ante, ff. ad Trebel. ubi ſic SC. ſed etſi ante diem, vel ante conditionem reſtituta fuerit hæreditas, non transferuntur actiones: quia non ita reſtituitur hæreditas, ut teſtator rogavit. Planè poſteaquam ſteterit conditio, vel dies venerit, ſi ratam habeat reſtitutionem hæreditatis, benignius eſt intelligi, tunc tranſlatas videri actiones. Concordat l. hæres meus, in princ. de condit. & demonſtrat. Quoad Doctores unus eſt Cancerius, qui cum latè diſcutit, &c. *dixiſſe eſſe donationem* (proſequitur ipſe Fontanella. *ex n. 18.* non 42
proprietatis: eam enim non poteſt donare gravatus, ſed reſpectu interuſurii, & fructuum medio tempore percipiendorum, ut dicit Padilla in ſæpè citata l. poſt mortem, Cancerius etiam; ubi ſuprà text. de renuntiatione, n. 174.

n. 174. donatione deberi quidem laudemium, ſicut ex aliis, ſed non reſpectu proprietatis, ſed conſiderata vita, quam poſſet vivere, qui reſtituit, &c. eſſe hanc reſtitutionem donationem reſpectu dumtaxat interuſurii, &c. iterum dixerat ipſe Fontanella *dec.* 38. *n.* 10.

43 Secundò, & pro noſtra veriſſima reſolutione facit in terminis elegans valdè doctrina Mieres *de majoratu* 4. *part. q.* 25. *n.* 125. *cum ſeqq.* dum firmat, quod majoratui deleta ante acceptationem poteſt ſucceſſor renunciare in præjudicium creditorum, ſecus poſtquam illum acquiſivit, acceptavit, & poſſidet, in hæc: ex eiſdem fundamentis concludit etiam, Tiraquell. de primogen. q. 24. n. 1. fol. 213. Quod primogenitus poteſt renunciare primogenituræ in præjudicium creditorum; quod ego intelligo (inquit ipſe Mieres) ubi nondum primogenitura illi delata fuerit: nam ſi poſtquam illam poſſidet, ei renunciaverit, jam renunciat bonis acquiſitis non acquirendis: & ideo renunciatio non eſt licita per jura ſupra allegata, & ita intelligenda ſunt, quæ ſcribunt de renunciatione primogenituræ facta per patrem. Greg. Lopez. *in l.* 9. *tit. part.* 2. *verſ. ſed an poterit filius conqueri; & ibi, Ahumada, qui diſtinguit gloſſ.* 2. *n.* 8. *cum ſeqq. fol.* 126.

44 Et hanc eandem doctrinam, & diſtinctionem à Mierez ſequitur Cevallos *in commun. contra com. q.* 811. *n.* 14. *&* *n.* 21. dicens, quod primogenitus poteſt renunciare primogenituram in præjudicium creditorum, ubi nondum à principio primogenitura accepta fuit, allegat Mieres in loco dudum laudato, Tiraquell. & Afflictum *in deciſ.* 129.

45 Et ipſum, quod ſcilicet ſi ſucceſſor majoratus habeat creditores, majoratum quærendum, & ſic nondum quæſitum poteſt repudiare, ſive renunciare in præjudicium creditorum, non tamen jam quæſitum, & acceptatum, ex ſententia communi tradit Blaſius Flores, Diaz de Mena *in addit. deciſ. Gammæ* 92. *ſub verſ. communis reſolutio eſt*, qui ſic eruditè loquitur: Et communis reſolutio eſt quod ſucceſſor majoratus pro tempore vitæ ſuæ, & in ſui præjudicium poteſt renun-
46 ciare commoditatem majoratus in quem voluerit, ſimpliciter tamen non poteſt renunciare, niſi in in ſequentem ſucceſſorem. Et ſi habeat filios, non poteſt renunciare in præjudicium eorum, ſi illa renunciatio quintum excedat, nec poteſt renuciare in unum ex filiis, ſi valor commoditatis excedat tertium, & quintum, ſaltem quoad exceſſum. Et ſi habeat creditores majoratum quærendum poteſt renunciare in præjudicium eorum, non tamen quæſitum, niſi renunciet in ſucceſſorem, nam tunc cum renunciando adire videatur non eis oberit renunciatio; de quo vide quæ allegat Matienzo in l. 9. gloſſ. 1. tit. 9. lib. 5. recop. & vide Gutierrez in repetit. cap. quamvis pactum, 1. p. à n. 6. cum ſeqq. de pactis in 6. & Baëzan. de non melior. c. 22. 23. & 24. &c. Quod etiam relativè ad Flores *loco cit.* tenet Caſtillo *controverſ. tom.* 3. *cap.* 12. *n.* 115. Eandem doctrinam Mieres ſequitur idem Caſtillo *controverſ. tom.* 5. *cap.* 112. *n.* 44.

47 Nec huic veræ, & receptiſſimæ reſolutioni obſtat quod ex Padilla *in l. poſt mortem*, *n.* 22. *C. de fideicom.* diximus ſuperius pro contraria parte *n.* 14. *verſ. deinde probatur hæc pars*, quod poſſeſſor majoratus de rigore juris poteſt renunciare bona majoratus in præjudicium uxoris ſuæ, cui medietas fructuum competere poterat juris regii diſpoſitione; quem licet Mieres *in d. q.* 23. *n.* 125. *&* *n.* 147. *in fin.* alleget pro affirmativa, & negativa parte, non inficior, ſciens ejus doctrinam
48 in nihilo opitulari noſtræ, & communi reſolutioni juris principiis nitenti, cum vir in acquæſtu conſtante matrimonio, adeò liberam diſponendi facultatem habeat, ut ad libitum invita uxore poſſit alienare, ac diſſipare, cum acquæſtus, & bona lucrata non conſiderentur inter conjuges, quouſque diſſolvatur matrimonium. Prout vulgatiſſimum in noſtra Hiſpania, ex *l.* 5. *tit.* 9. *lib.* 5. *recop.* ibi: *Y otro ſi que los bienes que fueren ganados, y mejorados, y multiplicados durante el matrimonio entre el marido, y la muger, que no fueren caſtrenſes, ni quaſi caſtrenſes, que los pueda enagenar el marido durante el matrimonio, ſi quiſiere, ſin licencia, ni otorgamiento de ſu muger, y que el contrato de enagenamiento vala: ſalvo ſi fuere provado, que ſe hize cauteloſamente, por defraudar, o damnificar à la muger*, &c. Quam in propoſito latè exornat Matienzus *ibid. gloſſa* 6. *à princ. per totam*, & Jo. Garcia *in tract. de conjugal. acquæſtu*, *n.* 56 *&* 66. *& ex num.* 5. *& num.* 7. qui quam plurimos allegat Doctores.

Et id circo quid mirum, ut doctiſſimus Padilla, ſic 49
cenſeat in renuntiatione majoratus; cùm vir omnia alia bona ſua alienare liberè poſſit, nulla habita conſideratione ad bona ex eiſdem lucranda, cum etiam lucrata eidem liberè alienare permittat lex.

Tertiò, iſta communis opinio fulcitur ex alia com- 50
muni opinione circa illud dubium: an pater poſſit filio remittere uſumfructum, qui ex juris diſpoſitione eidem quæritur in bonis adventitiis ejuſdem filii; diſtinguente inter uſumfructum acquiſitum jam, & uſumfructum nondum acquiſitum, ſed delatum dumtaxat, & ſic ante patris acceptationem, ut in primo caſu pater habens creditores, non poſſit in eorum præjudicium uſumfructum remittere ante tempus; cum ex hac remiſſione fraudentur creditores, qui ex interuſurio, & fructuum commodo quo uti potuiſſet pater illo medio tempore inter renuntiationem, & tempus, quo tenetur reſtituere, poſſint ſatisfieri creditores. Sicque iſti à filio poſſunt illud interuſurium, aliàs debitum patri, exigere. At verò quando renunciatio patris, & remiſſio fit, anteaquam acquiſierit per 51
acceptationem uſumfructum prædictum, recte admittitur in præjudicium ſuorum creditorum. Sic apertè loqui videtur text. celebris *in leg. cum oportet*, §. *fin autem. Cod. de bonis quæ liberis*, cujus ſunt verba: Si autem res ſibi memorato modo acquiſitas parens noluerit retinere, ſed apud filium, aut filiam vel deinceps perſonas reliquerit, nullam poſt obitum ejus licentiam habeant hæredes alii patris, vel avi, vel 52
proavi eundem uſumfructum, vel quod ex hoc ad filios familias pervenit (utpote patri debitum) ſibi vendicare: ſed quaſi diurna donatione in filium celebrandæ; qui uſumfructum detinuit, quem pater ejus habere oportuerat, ita cauſa itelligatur, ut eundem uſumfructum poſt obitum patris ipſe lucretur, &c. Quæ lex in multis ſuis partibus clarè demonſtrat loqui in remiſſione uſusfructus facta ante acceptationem, ubi ibi: *Memorato modo acquiſitas*, ſcilicet filio; & ibi: *Parens noluerit tenere*, & iterum ibi *in filium, qui uſumfructum detinuit*; &c. Et hoc modo illam legem intelligunt quamplurimi Doctores citati à Gomez *in leg.* 48. *Tauri*, *n.* 9. cujus inferius ſpecificam mentionem faciemus.

Ultra quos hanc etiam diſtinctionem ſcripſit Corne- 53
lius *in leg*, *cum oportet*, *& ſin autem num... C. de bonis quæ liberis.* Ubi vult, quod ſi pater ante acquiſitionem uſusfructus remittit filio uſumfructum, non dicitur donare; ſecus ſi ſit remiſſus poſt acquiſitionem, & idem Cornelius *in conſil.* 285. *nu.* 15. *lib.* 1. quem referens ſequitur Tiraquell. *in leg. ſi nunquam*, *verb. donatione largitus*, *n.* 212. *C. de revocand. donation.* ubi poſtquam retulit duas contrarias opiniones, tertiam ſequitur diſtinguentem inter uſumfructum acceptatum, & acquiſitum à patre, & ante acceptationem. Fernandez *in leg.* 17. *Tauri*, *num.* 61. Mieres *de majoratu* 4. *p. d. quæſt.* 23. *n.* 136. *poſt principium*, & idem Mieres 1. *p. quæſt.* 53. *ex num.* 13. Alvaradus *de conject. mente defunct. lib.* 2. *cap.* 3. §. 1. *quæſt.* 12. *num.* 16. *&* *n.* 26. Blaſius Flores de Mena. *in addit. ad deciſ. Gammæ* 118. quam etiam diſtinctionem ex Mieres, & alius tenet Caſtillo *controverſ. tom.* 5. *cap.* 112. *ſub n.* 21. *verſic. Blaſius Flores*, *& verſic. ſeqq. & ſub n.* 40. eandem diſtinctionem, 54
an pater quæſierit uſumfructum, vel non, ut in primo

casu renuntiare, nec remittere possit filio in præjudicium creditorum, in secundo sic tenet, & latè probat Surdus *cons.* 116. *ex n.* 78. *cum multis seqq.* Monteagre *in praxi civil. lib.* 2. *cap.* 10. §. 13. *n.* 23. *& n.* 24. eandem hanc distinctionem sequitur, & cujuslibet ejus membra mirabiliter, & amplissimè comprobat Menoch. *in addit. ad lib.* 3. *præsumpt. ad n.* 57.

55 Eandem distinctionem ex aliis sequutus est Fontanella *de pactis nuptial. tom.* 1. *clusul.* 4. *gloss.* 9. *p.* 5. *sub n.* 77. qui hæc inquit: Et expresso in nostris terminis propriis renuntiationis in favorem filii factæ de usufructu patri competenti in bonis filii, hanc distinctionem, utrum scilicet renuntiatio fiat ante acceptationem, an verò postea probant Christoph. Portius in
56 §. 1. n. 4. institut. per quas person. nob. acquir. Hypolitus Rimin. in eodem §. n. 2. Ancharan. *in cons.* 106. *n.* 3. per text. expressum *in leg.* 3. §. *gesta. ff. quæ in fraud. cred.* &c Sequitur, & facit: Cum autem in nostro casu loquamur de renunciatione usufructus jam patri acquisiti, & per eum acceptati, imò de usufructu, qui semper fuit ipsius, (vel causaliter ut ante hæreditamentum secundum opinionem illorum, qui volunt statim proprietatem translatam in hæredem filium) quique nunquam exivit ab ejus dominio, & potestate: certè dicendum est esse diminuere proprium patrimonium, si pater usufructus renunciationem faciat, & nullo modo dici posse solum noluisse acquirere. Hactenus Fontanella.

57 Et iterum ipsemet *ibidem n.* 120. In hæc: Et Pater Thom. Sanch. de matrimon. lib. 6. disp. 4. n. 18. qui loquitur in remissione usufructus, quem lex defert patri in bonis filii adventitiis, (intellige de remissione usufructus ante acceptationem non post eam, sic ego intelligo) aliàs enim nec concederem fieri posse renunciationem in præjudicium creditorum, cùm esset de jure quæsito, non quærendo talis renunciatio.

58 Nec obstat quod ex Gratiano *tom.* 4. *cap.* 13. *ex n.* 4. diximus superius in contrarium allegato, post alios *n.* 15. *versic. comprobatur etiam quoniam pater*, &c. Quod pater potest ante tempus restituere filio usumfructum, quem habet in ejus adventitiis, cum potius dicatur refutatio, & nolle acquirere quàm donare. Cui respondetur, ipsum Gratianum ad diversum finem loqui de jure communi an valida sit donatio facta per patrem filio existenti in sua potestate; non autem loquitur, quando eadem donatio valeat in præjudicium creditorum patris, cum stante creditorum jure jam quæsito, impedimentum adest, quominus debitor queat absque fraude de re sua liberè disponere, ut optimè adverit Fontanella *ubi proximè citatus*, *n.* 86. *n.* 91. *&* 92. quo casu admittenda erit communis distinctio ante patris acquisitionem fructus, vel post eam.

59 Quam & ipse Gratianus sequutus fuit apertè, quando de hoc casu præjudicii creditorum loquutus fuit, & valdè eleganter *in disceptat. forens. tom.* 2. *cap.* 271. *n.* 37. *&* 38. in hæc verba: Nec oberit, quod non videatur posse repudiari per patrem, seu dominum usufructus: cum illi acquiratur etiam ignoranti, & invito: quia hoc est verum quoad commutabilem, seu revocabilem acquisitionem; sed non acquiritur irrevocabliter, sed incommutabiliter. Surdus *in consil.* 116. *n.* 78. *lib.* 1. &c. Qui quidem Author apertè inhæret communi Doctorum distinctioni; & iterum ibi, *ex n.* 27. *& seqq.*
60 ubi etiam dicit *n.* 34 & 35. quod renuntiatio juris quærendi connexi cum jure quæsito non admittitur in fraudem creditorum. Quem sequitur Castillo *d. cap.* 112. *n.* 33. *ad finem*, & eodem modo intelligendi sunt Ant. Gomez, & Jo. Gutierrez, superius *n.* 4. in argumento allegati.

61 Sed expressè hanc distinctionem doctè fecit ipse Gomez *in leg.* 48. *Tauri n.* 9. qui postquam resolvit posse patrem remittere usumfructum filio, ita ut filius usumfructum à se perceptum vivente patre non teneatur restituere aliis fratribus patre mortuo, ita eleganter ait: Nec obstat, si dicatur, quod donatio inter patrem, & 62
filium non valet, sed morte confirmatur. Ut in leg. donationis post parentum. C. de donat. inter. cum similibus, & dixi latè in leg. 17. suprà iis legibus Tauri, quia 63
respondeo quod illud est verum, & procedit, quando pater aliquid diminuit de suo patrimonio, sed in nostro casu non diminuit aliquid, sed tantum renuit lucro legali, & definit acquirere, unde talis refutatio, & remissio bene valet, tenet, & ista est vera & fundamentalis ratio text. in d. §. si autem, & confirmatur per leg. si sponsus, §. si maritus. ff. de donation. inter. ubi habetur, quod licet donatio inter virum & uxorem non valeat, tamen bene potest unus renuntiare hæreditatem, vel legatum favore alterius, & ut ei quæratur. Confirmatur etiam per l. qui autem ff. quæ in fraudem credit. ubi habetur, quod licet debitor non possit alienare bona sua in fraudem creditorum, tamen bene potest renuntiare hæreditatem, vel legatum sibi delatum in bonis alterius, nec possunt creditores illam renuntiationem revocare, etiamsi fiat in eorum fraudem: quia non diminuitur patrimonium debitoris, &c.

Tiraquell. etiam in argumento tutatus duas contrarias opiniones retulit, postmodum tertiam distinctionem præfatam tenentem in qua ipse residet, ut suprà advertimus.

Nec etiam obstat, quod in contrarium adduximus 64
n. 17. de debitore in diem, & ante diem solvente, ut repetere non possit, quod verum est; potest tamen debitor ipse interusurium, & commodum medii temporis repetere, prout *ex leg. in diem, ff. de condict. indeb.* probarunt ibidem Bald. Angel. Salicet. Jason & alii, *& ex leg. nam etsi dum moriar. ff. eod.* Bartol. *in l.* 1. *n.* 16. *ff. de condictio. indeb. & in leg. cum quis, n.* 29. *C. de juris & facti ignor.* quos referens sequitur Cardoso *in praxi Jud. verbo debitor. n.* 1. sed ego de hac doctrina multum dubito, non examino pro nunc.

Sed ad text. *in medium. ff. de condict. indeb.* effica- 65
citer respondetur, quod in casu illius text. non tractatur de præjudicio tertii proveniente ex præmatura restitutione facta per debitorem rem, aut pecuniam in diem à se debitam restituentem, sed agitur dumtaxat de suo restituentis præjudicio, quod sibi inferri potuit ex suo consensu, atque ideo sibi denegatur repetitio, non tamen denegatur tertio, vel debitoris cæteris creditoribus, super quo nihil fuit quæsitum, nec controversum in casu illius text. imò quando ex præmatura solutione insurgit damnum creditori non admitti debitorem diem prævenientem, alibi latius diximus *hac* 2. *p. c.* 29. *ex n.* 35. *& seqq.* Nec jura, & Doctores hactenus 66
laudati infringunt præmaturam restitutionem quatenus tangit præjudicium debitoris restituentis, sed quatènus tangit præjudicium creditorum, vel alterius tertii. Prout ex sequentibus apparebit ulterius.

Ex quibus procul dubio vera resolutio probatur præ- 67
maturam majoratus jam quæsiti, & possessi, fideicommissi, seu usufructus restitutionem fieri non posse in præjudicium creditorum tanquam re ipsa fraudulentam, respectu nempe illius interusurii, quod medio tempore inter renuntiationem, & mortem, seu tempus, quo restitutio fieri debuit percipere potuisset restituens, si non restituisset ante tempus debitum, ita ut nihilominus instantibus creditoribus, illud interusurium pro eorum satisfactione & solutione debeat ad corpus concursus causati per restituentem trahi, ut hactenus manifestè probavimus.

Certa etenim, & generaliter vera est conclusio quod 68
nullo casu, quo tertius præjudicari possit admittatur restitutio, seu renunciatio præmatura, text. est formalis, & singularis *in leg. uxorem*, §. *Scio*, *ff. de le-* 69
gat. 3. qua expressè probatur, quod quando hæres gravatur, post mortem restituere hæreditatem alicui, & isti fideicommissario datur alius substitutus; non admittitur præmatura restitutio facta ante mortem primo vocato

vocato in damnum & præjudicium ſequentis, cum poſſit ille prior fideicommiſſarius mori vivente adhuc hærede gravato, adeò ut adveniente caſu, quo primus fideicommiſſarius moriatur in vita hæredis, reſtitutio præmatura non nocet ſecundo vocato, & ſubſtituto, cui procul dubio reſtituitur hæreditas, non tamen hæredibus primi fideicommiſſarii acquiritur, ſequuntur Peregrinus *de fideicommiſſ. art.* 2. *n.* 5. *& art.* 4. *n.* 3. Morotus *conſil.* 3. *ex n.* 11. *cum ſeqq.* Bellonius *conſil.* 33. *per totum*, Fuſſarius *de ſubſtitut. quæſt.* 597. *& quæſt.* 602. Molina *de primogen. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 28. *&* 29. alias, & ſingulares Rotæ deciſiones allegat, & ſequitur Fontanella *in deciſ.* 39. *per totam*, *& deciſ.* 40. *per totam.* Qui omnes etiam intelligunt
70 *dict. leg. poſt mortem*, *C. de fideicommiſſ.* quæ gravato reſtituere poſt mortem concedit facultatem reſtituendi in vita, procedere in ſui præjudicium dumtaxat, & ſic quando ſolus aderat unus fideicommiſſarius, & uni tantum erat facienda reſtitutio; non tamen quando adeſt ſubſtitutus vocatus in defectum primi fideicommiſſarii, in cujus præjudicium non admittitur, nec valet præmatura reſtitutio. Ampliſſimè videbis apud Fontanellam *deciſ.* 38. 39. & 40. qui mirabiliter rem hanc tractat videndus. Et etiam adeſt text. *in leg. cum pater*, §. *à filia de legatis* 2.
71 qui pariter in ſuo caſu impedit præmaturam reſtitutionem in præjudicium tertii, cui tempore reſtitutionis ſervato, jus competit.

72 Quando ſcilicet facultas eligendi incertum de certis confertur in tempus mortis, quo caſu variare poteſt in vita eligens, ne præjudicium fiat iis, qui vivunt tempore mortis eligentis ex Molina, & DD. citatis, & videndus Paz *de tenuta*, *cap.* 14. *ex* 3. *n.* 52. &
73 53. & quod quando hæres gravatur dare pauperibus eleemoſynam, vel aliquid præſtare pro dotandis virginibus poſt ejus mortem; an poſſit tempus prævenire, & in vita diſtribuere; accuratè poſt plures DD. tractat Cevallos *commun. contra com. q.* 684. *per totam.* ubi de ſpeciali ratione, & in exornationem *d.* §. *à filia.* plura videnda per Valenzuela *conſil.* 63. *ex num.* 39. *& ſeqq.* & ſuperius *n.* 29. *cum ſeqq. tom.* 1.

74 Ex quibus deducit regulam Fontanellæ *d. dec.* 39. *ex n.* 13. quod nullus poteſt juri ſuo renuntiare in præjudicium tertii; quando etenim intermediat tertii intereſſe, non procedit regula *leg. ſi quis in conſcri-*
75 *bendo*, *C. de pactis*, de quo per plura jura videndus Menochius *in additio. ad præſumptio.* 30. *nu.* 57. *lib.* 3. Caſſante *conſil.* 55. *nu.* 43. Anton. Faber. *conject. lib.* 18. *cap.* 5. *in princip. & cap.* 4. *verſic. non alia.* Milanenſ. *deciſ.* 8. *n.* 275. poſt Molinam *de primog. lib.* 2. *cap.* 4. *nu.* 28. *&* 29.

CAPUT XVI.

Creditores filii conſentientis vinculi gravamini per patrem impoſito in ſua legitima, an inſuper ad ejuſdem vinculi bona in concurſum deducta jus aliquod prætendere valeant?

SUMMARIUM.

1 *& 2. Creditores filii, conſentientis vinculi gravamini, an inſuper ad legitimam vinculatam in concurſum deductum jus habeant.*
3 *Filius an poſſit conſentire gravamini vinculi in ſua legitima in præjudicium creditorum.*
4 *Jus quærendum, & nondum radicatum debitor poteſt repudiare in præjudicium creditorum.*
5 *Jus tamen quæſitum, & in ſuo patrimonio radicatum debitor non poteſt diſtrahere in præjudicium creditorum.*
6 *Legitima filio acquiritur ipſo jure, & etiam legitimæ ſupplementum.*
7 *Etiam filio ignoranti.*
8 *Quod ſpeciale eſt in filiis: non in aliis hæredibus.*
8 *Legitima debetur filio pro jure, & abſque ejus facto, ſicuti, & jus agendi ad ſupplementum.*
10 *Filius adhuc vivo patre, quodam modo dominus legitimæ exiſtimatur.*
11 *Debitorem non poſſe in præjudicium creditorum repudiare delatam legitimam, etiam ante acceptationem, qui tenuerunt.*
12 *Nec etiam legitimæ ſupplemento renuntiare poteſt in præjudicium creditorum.*
13 *Legitima continetur ſub generali hypothecæ bonorum filii.*
14 *Debitor licet ex cauſa neceſſaria, trahente originem ante hypothecam, poſſit alienare, ex cauſa voluntaria nequit juri creditorum præjudicare.*
15 *Vinculum legitimum oppoſitum ex ſola voluntate filii dependet.*
16 *Gravamen quodlibet à parte impoſitum legitimæ, ipſo jure ab ea rejicitur non ſpectata petitione filii.*
17 *Tacita filii approbatio gravamini legitimæ impoſiti, & etiamſi poſſidendo ipſe, & hæredes per mille annos tacuerint, non inducitur filii conſenſus, qui expreſſus requiritur, ut gravamen ſuſtineatur.*
18 *Quod multo magis procedit in gravamine qualitatis, puta vinculi, & fideicommiſſi.*
19 *Qui alienationi, ſeu donationi per alium factæ conſentit, alienare, & donare, & rem perdere dicitur.*
20 *Is ſine ſolemnitatibus alienare nequit, alienanti conſentire abſque illis non poteſt.*
21 *Qui conſentit alteri rem ſuam donare, ipſe donare videtur.*
22 *Retractus datur conſanguineis ejus, qui conſentit alienationi per alium factæ.*
23 *Gabellam an debeat is, qui conſentit venditioni ab alio factæ.*
24 *Filius, qui gravamini legitimæ à patre impoſito conſentit, an ipſe vinculare dicatur.*
25 *Filius ante aditionem, & immixtionem legitimæ vinculi gravamini conſentire poteſt in præjudicium creditorum.*
26 27. *Filius poſt citationem, ſeu aditionem nequit vinculi gravamini conſentire in præjudicium creditorum.*
28 *Renunciatio hæreditatis delatæ an præjudicet patri, ut ex propria perſona poſſit adire.*
29 *Filii ejus qui conſentit vinculi gravamini impoſito per patrem, an reclamare poſſint.*
30 *Creditores filii conſentientis gravamini vinculi ante aditionem, jus non habent ad impugandum.*
31 *Majoratum poteſt concedere pater ex legitima filii expreſsè conſentientis in ſuorum creditorum præjudicium.*
32. 33. 34. *& 35. Diſtinctionem inter conſenſum filii ante aditionem, & poſt aditionem legitimæ, quoad præjudicium creditorum ſequuntur plures Doctores.*
36 *Filius ſi ante aditionem poteſt totam legitimam repudiare in præjudicium creditorum, multo magis tunc minuere, & vinculo conſentire.*
37 *& 38. Juri quærendo poteſt quis liberè renuntiare in præjudicium creditorum, ſecus juri acceptato, etiam quæſito.*
39 *Filius an, & quando poſſit conſentire vinculo impoſito per patrem in legitima, quatuor caſus diſtinxit Flores de Mena.*
40 *Filius an gravamini vinculi conſentire poſſit, ſi poſtea repudiavit hæreditatem, & a patre, vel a filio conditus dicatur majoratus, & ſeqq.*
41 *Filii expreſſus conſenſus in vita patris condentis majoratum, eum reddit irrevocabilem, & firmum.*
42 *Nec creditores filii in vita patris conſentientis poſſunt de hoc conſenſu conqueri.*
43 *Nec filii conſentientis gravamini à patre impoſiti.*

44 *Et in præjudicium creditorum valet consensus filii præstitus in vita patris gravantis legitimam.*

45 *Juri supplementi legitima potest filius in vita patris renuntiare, in præjudicium suorum creditorum.*

46 *Consensus à filio præstitus post delatam legitimam, & ante acceptationem firmum reddit majoratum in præjudicium creditorum.*

47 *Consensus filii præstitus ante acceptationem, quam postea acceptavit, validum reddit majoratum in præjudicium creditorum.*

48 *Filius quemadmodum ante aditionem potuit totam legitimam repudiare, ita potuit eam non liberam sed vinculo gravatam acquirere.*

L. juris gentium, §. adeò, D. de pactis, exornatur ibid. & ex n. 51.

49 *Filius qui ante agnitionem potuit vinculo consentire renuentibus creditoribus, supponitur posse vinculum postea adire.*

50 *Creditores ac fructus vinculi possessi à debitore jus habent, ejus vita durante.*

51 *Qui actum purè facere potest, potest etiam illud qualificare, & ei conditionem apponere.*

52 *Rex in prorogatione officii vitalitii potest apponere conditiones, & qualitates, quas voluerit.*

53 *Ex donatione facta patri, ut liberè de ea possit disponere inter filios, sicut potest inter omnes distribuere, ita & uni dare.*

54 *Pater invitis creditoribus potest admittere ad successiones sororem exclusam ab statuto.*

55 *Actum qui liberè, & purè facere non potest, ita nec eum qualificare, aut conditionem apponere.*

56 *Potestate qui caret ad subvertendum actum, ea quoque caret ad minuendum.*

57. 58 & 59. *Debitor in initio acquisitionis potest admittere quodcumque pactum, aut conditionem præjudicialem creditoribus suis.*

60 & 61. *Filius adeundo patris hæreditatem vinculo majoratus gravatam quod gravamen potest tacitè, vel expressè approbavit à se factus majoratus intelligitur, ad cujus bona creditores jus habent.*

62 & 63. *Consentiens alienationi rei suæ, ipse alienare videtur.*

64 *Debitor majoratum condere nequit in præjudicium creditorum, quorum respectu bona libera manent.*

65 & 66. *Annotatur Noguerol.*

67 *Filius si tempore approbationis gravaminis vinculi non habebat creditores, isti postmodum contrahentes nequeunt majoratum impugnare.*

68 *Majoratus gravamen impositum à patre, cui filius post mortem consensit, an à patre factus, an à filio conditus majoratus dicatur.*

Opinio Gammæ refertur, tenentis conditum censeri majoratum à filio consentiente, ibid.

69 *Eundem perfunctoriè sequutus additionator ad Molinam.*

70. 71 & 72. *Filius in vita patris consentiens vinculi gravamini, non intelligitur à se conditus majoratus.*

73 *Filius qui ante aditionem consensit vinculi gravamini, & postmodum hæreditatem paternam repudiavit, an à se, vel à patre dicatur conditus majoratus, cum seqq.*

74 *Hæres sub gravamine, & conditione institutus, & conditione à se impleta, non censetur adire.*

75 *Qui tunc solum videtur tollere obstaculum ad effectum deliberandi, & adeundi.*

76 *Filius per consensum gravaminis ante acceptationem legitimæ sicut nullam ignoravit injuriam creditoribus, ita nec per repudiationem subsequutam.*

77. & 78 *Jus alicui delatum ipso jure, ante acceptationem est conditionale, & variabile; ita ut sequuta repudiatione retrofingatur non delatum.*

79. 80. & 81 *Legitimam delatam potest debitor repudiare in præjudicium creditorum.*

82 *Si totam legitimam potest filius repudiare, multo magis gravatam, & diminutam acceptare potest in præjudicium creditorum.*

83 *In actu acquirendi potest debitor consentire gravamen, & conditionem præjudicialem suis creditoribus.*

84 & 85. *Qui consentit rei suæ alienationi ab alio factæ, ipse alienasse videtur.*

L. ædibus D. de donationibus, l. censualis, C. de donationibus, & aliæ plures explicantur, ibid.

86 *Consentiens, ut alius de re sua testetur, sibi præjudicat.*

87 *Vinculi gravamini consentiens filius mortuo patre, & postquam ejus adivit hæreditatem, vinculum ab ipso filio conditum intelligitur.*

88 *Consentiens actui ab alio gesto & non est dominus, actum facere non dicitur, sed approbare.*

89 *Molinæ locus insignis recensetur, plura & varia exemplaria conduxit.*

90 *Filius consentiens vinculo in vita patris, vel ante aditam hæreditatem sicut non disponit de re sua, ita nec vinculum sibi adaptatur.*

91 *Creditores impugnantes consensum filii super vinculo, attendant, quo tempore sit præstitus.*

92 *Licentia, à patre filio data ad testandum an comprehendat legitimam patri debitam, in ejus, & suorum creditorum præjudicium, remissivè.*

93 *Licentiam concessam filio ad testandum, an revocare pater possit condito testamento, remissivè.*

94 *Filia dote contenta, aut ingrediens religionem renuntiat legitimam patri, ut de ea liberè disponere possit, an disponendo possit aliis filiis, vel etiam creditoribus præjudicare.*

ARdua se offert disceptanda quæstio in nostri judicio concursus controversa, & assiduè contingens. Dum filius, qui vivente patre, æs alienum contraxit, eoque mortuo suam legitimam vinculo majoratus gravatam recipit, & simul gravamini huic filius nisi expressè consensit, qui postmodum ære alieno oppressus judicium concursus super omnibus bonis ad se pertinentibus inter suos creditores formavit; anteriores illi, qui ante delatam successionem contraxere, certant ad legitimæ bona vinculata jus habere, non tantùm ad ejus redditus, fructusque, verùm & ad eorum proprietatem, ut pro suis creditis persolvendis liberè distrahi, & alienari debeant, tanquam liberi, & nullo majoratus vinculo affecta, certantes in eorum præjudicium filium nullo modo potuisse consentire. 1

Filius verò, & fortè etiam alii creditores, qui postmodum contraxerunt, & facultate regia ad majoratum jus, & hypothecam habentes contradicunt, certantes ad bona sic ex consensu expresso filii & debitoris communi vinculata priores illos creditores jus non habere, nec vinculum uti legitimè ab initio constitutum, nullatenus dissolvendum, sed esse penitus exclusos quantumvis tempore, & hypothecata anteriores in bonis filiis reperiantur. 2

Et parte creditorum filii, qui ante delatam, & agnitam legitimam sic vinculo gravatam contraxerunt, plurima, & valde fortia fundamenta tuentur; ut non solùm in eorum præjudicium filium vinculi gravamini consentire non potuisse, verùm & quod magis est, ut nec legitimam ipsam delatam repudiare possit. Etenim licèt Juris constans sit conclusio, ut quilibet jus quærendum, & nondum radicatum in bonis, & patrimonio debitoris possit liberè repudiare in præjudicium suorum creditorum, quibus ex eo fraus non fit; tamen jus jam quæsitum, & jam radicatum in patrimonio debitoris, iste nullo modo potest renuntiare, dimittere, nec alienare in præjudicium suorum creditorum. Has duas propositiones juribus expressis, & innumerabilium DD. authoritate comprobavimus *in c.* 14. *per totum suprà hac* 2. *part.* 3 4 5

Sed

6 Sed legitima acquiritur ipso jure filio, atque etiam ejus supplementum. Ut ex regula *l. quoniam in prioribus, & leg. sancimus in princip. & §. repletionem. C. de*
7 *inofficios. testam.* Nam cum filius sit hæres suus, ei adhuc ignoranti statim mortuo patre, ipso jure acquiritur hæreditas, *leg. si fratris* 3. *C. de jure deliberandi, leg.* 1. *§. qui sunt in potestate, D. si quis omissa caus. testam.*
8 quod est speciale in filiis, quidquid sit in aliis. Ut notat glossa *in dicta lege, si fratris, in verbo successionem*, per text. *in lege* 1. *D. de his qui antea per tab. testament. in leg. unic. §. in novissimo. C. de caduc. tollen.* quæ magis procedunt in legitima, quæ ipso jure debentur filio, absque ejus facto, prout etiam ejus agendi ad
9 supplementum, *leg. scimus, leg. omnimodò. Cod. de inoffic. testam.* ita quod ex legis dispositione filius dicatur successor in sua legitima, *l. cum ratio, D. de bonis damnat. l.* 3. *D. de interd. & releg.* & adhuc vivo patre
10 quodammodo filius dominus existimetur, *leg. in suis, D. de liber. & posthum.* ergo debitor repudiare, aut per gravaminis consensum diminuere legitimam sibi delatam non poterit; cum non jus quærendum, sed jus jam quæsitum ipsa juris dispositione radicatum, & incorporatum in suo patrimonio repudiare intelligatur, ex supradictis *in c.* 14. *hac* 2. *part.*

11 Roboratur hoc argumentum ex plurimorum DD. authoritate, & opinione, expressè tenentium debitorem non posse repudiare legitimam à parente sibi delatam, etiam ante agnitionem, & acceptationem expressam, seu tacitam in præjudicium creditorum suorum habentium jus hypothecæ in ejus bonis; cum legitima ipso jure filio debeatur, & acquiratur. Sic in terminis defendit Ancharanus *consil.* 101. quem sequitur Beroius
12 *consil.* 43. *nu.* 2. *lib.* 1. Mantica *de tacit. & ambig. lib.* 13. *tit.* 38. *num.* 19. qui loquitur de filio supplementum legitimæ renunciante post mortem patris, ut nullo modo possit in præjudicium suorum creditorum. Peregr. *de fideicommiss. n.* 3. *ex n.* 128. *cum seqq.* ex
13 eo quod legitima ipso jure debeatur filio, *ex d. l. scimus, & d. l. quoniam in prioribus*, & *n.* 133. apertè admittit legitimam contineri sub universali bonorum filii hypotheca, idem Peregr. iterum *in tr. de jure fisci, lib. 6. tit. 7. de debitorib. fiscalib. num.* 39. qui quidem sequuntur Menochium *in consil.* 77. *per tot. n.* 1. ubi constanter hanc opinionem tuetur in legitima, licet de supplemento dubitet. Eandem opinionem veriorem existimat Fontanell. *de pactis nupt. clausul.* 4. *glossa* 9. *part.* 5. *num.* 122. cujus opinionis fundamenta plura excitat Menochius *loco cit.* Ergo si filius debitor in præjudicium creditorum non potest legitimam repudiare, pariter nec vinculi gravamini consentire in præjudicium creditorum, cui per illud minuatur; & qui totam absolutè prohibetur repudiare, ergo & minuere, cum sub totius prohibitione partem contineri, & comprehendi non sit dubium, cum idem sit jus de parte quoad partem, quod de toto quoad totum.

14 Secundò, & pro hac parte fortiter urget; quoniam licèt debitor possit in præjudicium creditorum habentium hypothecam in suis bonis alienare ex causa necessaria originem trahente à tempore præterito, & ab initio acquisitionis; ex causa tamen merè voluntaria & ab
15 ipso debitore duntaxat procedente, nullo modo potuit juri creditorum alienando detrahere, prout probant communiter Doctores citati supra hac 2. *part. capite* 9. *ex n.* 81. *& seqq.* sed vinculum legitimæ à sola voluntate & libero consensu filii absque aliqua obligatione juris, vel hominis dependet, ut statim probavimus. Ergo nullo modo poterit debitor vinculo per patrem impositio in legitima sua consentire in præjudicium creditorum, quibus voluntaria alienatio, & sui patrimonii diminutio officere non potest.

16 Et quod approbatio vinculi super legitimam per patrem impositi pendeat à mera voluntate, & libero consensu filii, nullo jure ad id cogente apertè probatur,

quia gravamen quodlibet, vinculum, fideicommissum, conditio, aut delatio, nec non quælibet diminutio statim, & ipso jure rejicitur à legitima nullo facto, aut petitione ipsius filii, ac si in testamento patris tale gravamen impositum non fuisset, *l. quoniam in prioribus*, ibi: ipsa conditio vel delatio, vel alia dispositio moram, vel quodcumque onus introducens tollatur, & ita res procedat, quasi nihil eorum testamento additum esset, *Cod. de inoffic. testam. l. scimus, in princ.* ibi. *attamen ipso jure inesse eandem repletionem, l.* 1. *&* 4. *tit.* 11. *p.* 6. *& l.* 17. *tit.* 1. *eadem p.* 6. Quamplurimi probant DD. conducti à Cast. *contr. tom.* 5. *c.* 107. *ex n.* 36. *& seqq.*

In tantum ut quamvis ipse filius intergrediatur legi- 17
timæ possessionem vinculo gravatæ, ipseque generaliter agnoverit judicium parentis, sive testamentum, aut dispositionem simpliciter, aut generaliter approbaverit, aut (ut diximus) si bonis se immiscat, illisque utatur & fruatur; adhuc hæc tacita approbatio nullo modo inducit consensum in vinculo, aut gravamine impositio legitimæ, nisi expressus, atque specificus filii accedat consensus, & approbatio, etiamsi filius, cujus hæredes per mille annos possidentes tacuerint, prout amplissimè, & ex aliis plurimis comprobat Castillo *d. c.* 107. *ex n.* 59. *cum multis seqq.* ubi quod multo magis hoc
procedit in gravamine qualitatis, putà vinculi seu fidei- 18
commissi, & similium per te latius videbis. Ergo de primo ad ultimum sequitur, quod iste consensus filii provenit à mera voluntate independenter ab alio, etiam à patre, atque hanc alienationem juris quæsiti jam, & radicati esse, non juris quærendi; cùm approbet gravamen quod jam evanuit, & juris intellectu in rerum natura non sit, sed mero jure extinctum, & ab ipso filio non nova creatur in fraudem dumtaxat, & damnum creditorum; qui admittendus nullo modo erit, ex jam dictis.

Tertiò fortiter urget; nam etsi vinculi gravamen im- 19
positum à patre in legitima filii adhuc duraret (quod negamus ex juribus, & DD. laudatis) adhuc iste filii consensus sibi alienationem, & diminutionem proprii patrimonii attribuit; is etenim, qui alienationi, seu donationi per alium factæ consentit, ipse consentiens alienare, & rem perdere dicitur *leg. jam quis ff. de reg.* ubi cui donare non conceditur, nec donanti quoque consentire permittitur text. etiam *in l.* 2. *C. si adversus donationem*, optimus text. *in l. cum quædam, C. de administrat. tutor. leg. nihil §.* 1. *ff. de leg.* 1. *text. in cap.* 1. *de prohib. feud. alien. per Feder.* Ex quibus juribus ad 20
plurimas, & singulares doctrinas inferunt DD. ut is qui alienare, aut donare prohibetur absque certa solemnitate, non poterit donanti, seu alienanti absque ea consentire, innumerabiles pene DD. referens, sequitur Tiraquell. *in l. inquam, verbo, donatione largitus, ex n.* 342. *cum multis seqq.* videndus *ex n.* 343.

Nam qui consentit alii donanti rem ipsius consen- 21
tientis, donare ipse videtur, *l. si liqueat, l. in ædibus, & filius familias, ff. de donatio.* Tiraq. plurimos referens 22
ibidem *n.* 349. *cum seqq.* & consanguineis consentientis rei alienationi ab alio factæ conceditur tractatus, ac si ipse vendidisset rem. Tiraq. *de retract. lign. §. gl.* 9. *n.* 105. sequitur Gutierrez *in tract. de gabellis, q.* 48. *n.* 2. 23
ubi per totam disputans, an consentiens venditioni teneatur solvere gabellam, quam sub distinctione resolvit, ut si consentiens, vel totum recipit pretium, vel aliquam partem ejus participet, ex toto, vel pro rata ipse consentiens gabellam solvit, aut pretium non participat, & tunc non solvit gabellam, vel vendens, cui ex consensu videtur rem donare, & ipse vendere.

Ex quo fundamento deducitur, quod licèt pater sit, 24
qui gravat legitimam, tamen cùm consensus expressus filii sit necessarius ex supra dictis, filius ipse, qui vinculi gravamini consentit, est, qui perdit, donat, & alienat, ac propterea in fraudem creditorum consensus filii prodesse non potest nec impedire ipsos ex eadem

legitima ſua credita conſequi ; quia vinculum , & prohibitio alienandi inducta per debitorem nihil detrahit juri creditorum , quominus bona ipſa vinculata liberè diſtrahantur ad eorum ſatisfactionem , ut infrà *n.* 64. *verſic. atque ideo ſuccedit* , &c.

25 Quibus tamen , quatenus abſolutè , & indiſtinctè impediunt repudiationem legitimæ filio debitori delatæ , nec non conſenſum gravaminis , & vinculi impoſiti in ea per patrem in præjudicium creditorum non obſtantibus ; ſub juridica quadam diſtinctione abſolvenda erit tam arduæ , & ſingularis quæſtionis difficultas. Aut enim filius conſentit vinculi gravamen ante aditionem , & immixtionem in hæreditatem , & legitimam , & tunc à dubiè conſentire poteſt in præjudicium ſuorum creditorum , qui tunc non repudiat , nec diminuit jus quæſitum , ſed ejus quærendum ; & quemadmodum poteſt eo tempore filius totam legitimam repudiare , prout rectiùs & veriùs reſolvit communis opinio , de qua ad reſponſionem primi argumenti latiùs erit agendum ; ita pariter , & à fortiori conſentire in vinculi gravamine bona nolens acquirere libera , atque ſicut poteſt iſtam repudiare , ita etiam eo tempore conſentire gravamini legitimam minuenti in præjudicium ſuorum creditorum , ut ſtatim probavimus.

26 Aut enim filius conſentit vinculi gravamini poſt aditam , ſeu agnitam à ſe hæreditatem patris ; & tunc minimè poterit in præjudicium creditorum ſuorum ; cum non jus quærendum , ſed jam jus à ſe quæſitum , & radicatum in ſuo patrimonio repudiet , atque patrimonium ſuum diminuat ; ita ut ejus conſenſu vinculum bonorum legitimæ non à patre factum intelligatur , ſed ab ipſo filio liberè , & nullo jure cogente , conſenſum præſtante , juxta ea quæ ad reſponſionem ultimi argumenti contrariæ partis dicenda erunt.

27 Hanc diſtinctionem eleganter conſtituit poſt Paulum de Caſtro , Fernandez , Rodericum , Suarez , & alios , Mieres *de majoratu* , 4. *part. q.* 23. *n.* 53. qui in hunc modum ait : In qua quæſt. animadvertat Lector ad notabilem doctrinam Pauli de Caſtro in l. fin n. 5. Cod. de bonis quæ liberis , quam citat Tellus in l. 6. Tauri , n. 55. Suarez in l quoniam , C. de inofficioſo teſtam. ampliat. 10. n 65. ubi videtur diſtinguere inter conſenſum præſtitum per filium ad majoratum factum per patrem ante hæreditatem acquiſitam : & conſenſum præſtitum poſt acquiſitam hæreditatem , ad quæ adde notabi-
28 lem reſolutionem Tiraquelli de legib. connubialib. gl. 7. expreſſæ n. 57. fol. 308. ubi ex Baldo , & aliis pluribus ! D. ponit doctrinam , qualiter renuntiatio hæreditatis delatæ non præjudicet patri , ut propria perſona poſſit adire , & ad doctrinam Joan. Lopecii in rubric. de donat. inter virum & uxorem , §. 47. n. 2. & 3. pag. 135. ubi vult , quòd ſi pater gravamen fideicommiſſi
29 impoſuit filio in legitima , ut reſtituit poſt mortem filio ſuo primogenito , & filius expreſsè conſentiat ; valet gravamen & filii conſentientis non poſſunt dicere , quod fuit factum in illorum fraudem , & ad doctrinam Baldi addo Carolum Ruinum in conſ. 20. n. 4. & 5. lib. 1. Cephalum in conſ. 34. n. 18. lib. 1. & in conſ. 142. n. 29. 30. & 48. eod. lib. & in conſ. 405. *n.* 55. lib. 3. Hactenus Mieres , qui doctè juridicam diſtinctionem agnovit.

30 Hanc eandem diſtinctionem ſecutus fuit Boërius *in conſ.* 43. *n.* 2. *per tot.* qui loquitur quando filius conſentit gravamen , in legitima impoſitum ante aditionem , & agnitionem hæreditatis , ut ſui creditores nec poſſint conqueri , nec conſenſum hunc revocare , cùm ex eo non lædantur : quia nihil diminuitur ex bonis debitoris ; ſequitur Maſtrill. *deciſ.* 181. *p.* 2. ubi reſolvit patrem poſſe in præjudicium creditorum filii condere ma-
31 joratum in legitima ipſius de conſenſu expreſſo filii , quem conſenſum creditores non poſſunt impugnare , ſequitur etiam Theſaurus *lib.* 3. *q. forenſ. quæſt.* 74. *per totam.*

Eandem diſtinctionem apertius ſequutus fuit , & ſingulariter reſolvit Flores de Mena *addition. ad Gam-* 32
mam deciſ. 219. *p.* 2. *fol.* 10. qui per quatuor caſus diſtinctos procedit in hujus articuli explanatione ; quos etiam refert , & ſequitur noviſſimè Noguer. *alleg.* 19. *ex n.* 63. (ubi mendosè allegat d. Flores de Mena , quoniam reſpectu Flores non eſt *deciſ.* 219. at verò reſpectu authoris revera eſt *dec.* 218. & noſtram diſtinctionem ſequitur , caſus autem dicti Flores inferius referam , & exornabo.

Eandem etiam diſtinctionem probarunt quamplurimi 33
alii DD. affirmantes poſſe filium in præjudicium ſuorum creditorum repudiare legitimam totam , antequàm 34
illi ſe immiſceat , & acceptet , quamtumvis ipſo jure legitima ipſo filio acquiratur , etiam ante acceptationem tacitam , vel expreſſam ; cum adhuc jus legitimæ non ei acquiratur irrevocabiliter , ſed conditionaliter , & dependens ab acceptatione filii ; ita ut ſi eam repudiet retro intelligatur ſibi nullum fuiſſe ab initio jus quæſitum , atque ideo de hoc jure judicatur ac ſi eſſet jus quærendum , & de futuro , cujus renunciatio admittitur in præjudicium cred torum quibus ex ea fraus non fit ; at verò poſtquam filius adivit , vel agnovit legiti- 35
mam , ſeu bonis ſe immiſcuit , nullo mo o poteſt in præjudicium creditorum legitimæ renuntiare , cùm jam agnitionem jus dicatur radicatum irrevocabiliter , necnon ſuum patrimonium diminuere. Hanc reſolutionem uti veriorem , & de jure probabiliorem probant quamplures DD. de quibus inferiùs ad reſponſionem primi argumenti latiùs agendum erit. Ex qua ſequitur quod 36
cùm filio liceat toti legitimæ renuntiare , ſeu repudiare in præjudicium creditorum ante agnitionem , multò magis licebit patri ejus , prout eſt , conſentire legitimæ diminutioni , ſeu vinculi gravamini , & adire bona non libera , ut ſtatim dicemus.

Præfata inſuper noſtra diſtincta reſolutio multis ſul- 37
cita eſt juribus , & innumerabilium DD. authoritate generaliter probantibus juri de futuro , & hæreditati , legato & majoratui nondum additis , nec acceptatis per debitorem poſſe liberè renuntiare , ſeu repudiare in præjudicium creditorum ; cùm de ſuo proprio pa- 38
trimonio nihil diminuat , nec alienet , ut ſecus ſit poſt aditam hæreditatem , legatum , majoratum , & ſimilia ; quia tunc jam dicatur jus quæſitum , cui in præjudicium & fraudem creditorum renuntiare , aut repudiare debitorem non poſſe ampliſſimè reſolvimus ſuprà *cap. antec.* 15. *per totum.*

Sed ut hæc diſtinctio plenior appareat , referre 39
utile mihi viſum fuit quatuor caſus , quos in noſtra quæſtione , an creditores filii jus habeant ad bona majoratus per patrem inſtituti de conſenſu filii , quos ſingula diſtinctione reſcripſit Flores Diaz de Mena *in addit. ad Gamman* , *dec.* 219. quos licet ipſe non comprobarit , pendent tamen ex jam dictis hoc in cap. & ex iis , quæ in ſingulis annotanda erunt per Nos.

Primus caſus eſt , de quo per ipſum Flores *ibid. ver-* 40
ſic. primus eſt , quando filius , qui vinculo gravamen approbavit , & nihilominùs repudiavit , vel non adivit paternam hæreditatem , ut tunc majoratus conditus non à filio , ſed dumtaxat à patre cenſebitur ; quia bona nunquam fuerunt filii , ſed ſemper patris , potuitque filius repudiare in præjudicium creditorum , *ex leg. qui autem* , §. *undique* , *D. quæ in fraudem cred.* & ex Tiraquell. *in leg. ſi unquam* , *verb. donatione* , *ex n.* 180. *C. de revoc. donat.* de quo plurima in comprobationem videbis *in cap.* 14. *per tot. hac* 2. *part.*

Hic tamen primus caſus dupliciter concipi poteſt , 41
uno modo ante mortem patris conficientis majoratum ex legitima filio debita , ipſe filius vinculum , & gravamen approbavit , & expreſſe conſentit ; eo namque tempore interponens conſenſum à jure quærendo excluditur , & valet vinculi conſenſus ; vinculumque firmitatem recipit irrevocabilem ex *l. ſi quando* §. *generaliter* , *C. de inofficioſ. teſtam.* quam plurimos DD. congerens

rens sequitur Molina *de primogen. lib.* 2. *c.* 3. *ex n.* 7. & ulterius *in cap.* 11. *n.* 9. *vers. sexta, & ultima limi-*
42 *tatio est*, ubi Additionatores plurimos alios DD. referunt. Sequitur etiam in nostris terminis Noguerol *allegat.* 19. *n.* 63. *&* 64. ubi dicit, quod cum consensus filii adhibitus sit in vita patris ad validitatem, & firmitatem vinculi super sua legitima, filii creditores conqueri non possunt, cum amiserit, & alienaverit, seu potius gravaverit jus quærendum, & nondum quæsitum, nec radicatum in bonis debitoris, cui vivente patre nullum jus competit in bonis parentum; hoc idem dixerunt Palacius Rubeus *in repetitione rubricæ*, §. 47. *n.* 2. *& seqq.* Gutierrez *in cap. quamvis pactum, de pactis, in princ. n.* 32. Menochius *cons.* 410. *n.* 28. *&* 29. *vol.* 5.
43 Noguerol. *dict. alleg.* 19. *num.* 41. probantes filium posse consentire, quod in sua legitima apponatur gravamen, & quod ex ea instituatur majoratus, de quo non possunt conqueri ejus filii ex eo, quod legitima paterna nondum est in bonis patris eorum, quousque eam habeat, & possideat mortuo jam patre, tanquam proprium patrimonium, & ideo eos non fraudat consentiendo, quod ei legitima relinquatur oneribus affecta.

44 Idcirco eo tempore, & ante acquisitionem legitimæ rectè potuit filius consentire vinculi gravamini in præjudicium creditorum; idem insuper probant Beroius *consil.* 43. *n.* 2. *per totum*, Mastrillus *decis. Siciliæ*
45 181. *part.* 1. *per totam.* Thesaurius *forens. quæst. lib.* 3. *quæst.* 74. tenet etiam Mantica *de tacit. & ambig. lib.* 12. *tit.* 38. *n.* 19. dicens, quod consensus, & renunciatio filii vivente patre juri supplementi legitimè non poterit creditoribus ipsius filii revocari; cum ei debeatur post mortem; tenet etiam hoc casu Menochius *consil.* 77. *per totum*, qui tamen aliud esse dicendum, quando post mortem patris consentit gravamini, vel renuntiavit legitimæ; in quo ultimo adhibenda est distinctio superiùs tradita *ex n.* 24. ante, vel post immixtionem & legitimæ aditionem.

46 Secundo modo potest intelligi præfatus primus casus Flores de Mena; ut procedat, quando filius consentit vinculi gravamini post mortem patris, & postquam sibi deleta fuit hæreditas, seu legitima, sed tamen consentit filius ante agnitionem, & aditionem; quo casu pariter firmum remanet vinculum in præjudicium creditorum; cum consentiat tempore, quo nondum jus firmum, sed variabile, & conditionale sibi erat quæsitum, quod repudiare, & minuere potest in præjudicium creditorum; ex hactenus comprobatis *ex num.* 14. *& seqq.* Et in casu proximè sequenti dicendum erit ex identitate rationis in utroque militantis.

47 Secundus casus est, quem singularem valdè scribit Flores de Mena, ubi suprà *vers. secundus casus;* quando scilicet post mortem patris, & ante aditionem, & agnitionem legitimæ consentit vinculi gravamini, & postmodum adivit hæreditatem eandem gravatam; & tunc etiam idem esse dicendum (recte firmat Flores ipse) quod in primo casu antecedenti, quia quemadmodum filius potuit ante aditionem repudiare in totum, ita
48 etiam repudiare in parte, scilicet libertatem bonorum, & sicut potuit nihil acquirere, potuit non acquirere bona libera, sed gravamine, & vinculo affecta; sequitur Noguerol *allegat.* 19. *n.* 67. facit celebris textus *in leg. jurisgentium*, §. *adeo*, ibi: *nam si potest tota res tolli cur non & reformari, D. de pactis*, exornat Molina *de primog. lib.* 1. *cap.* 8. *ex num.* 24. & vide iterum infra *ex num.* 51.

49 Fulcitur hic casus ex communi Doctorum opinione verissima, de qua superius *ex num.* 25. *vers. quibus tamen*, &c. dum probant ante aditionem posse filium consentire vinculo majoratus in præjudicium creditorum, qui expresse supponunt, posse postmodum filium debitorem ipsum adire bona sic vinculata, & ad eum cum vinculo transire, ad quæ jus negant Doctores creditoribus, saltem quoad distractionem bonorum; secus quoad fructus per filium perceptos, & percipiendos 50 sua vita durante, qui ad satisfactionem creditorum sunt obnoxii; ut suo loco diximus, & infra 3. *part. cap. penult.* dicendum erit.

Comprobatur, nam cùm filius potuit liberè, purè, & 51 absolutè repudiare totam legitimam in damnum creditorum, & eis invitis; eodem modo poterit aditionem qualificare, & admittere modum, & conditionem: qui enim potest actum facere purè, potest etiam illum qualificare, & conditionem illi apponere, *dicto* §. *adeò, & lege videamus*, §. *penult. lege in actionibus*, ubi Jason *in secundo notabili, D. de in litem jurand.* Boërius *in consil.* 101. *n.* 25. Castillo *controversiar. tom.* 5. *cap.* 61. *n.* 12. *&* 13. Calganetus *de conditione parte* 2. *cap.* 1. *quæst.* 71. *n.* 1. per quem, *& lege in traditionibus, D. pactis*, inquit Noguerol *allegatio.* 29. *n.* 39. 52 quod rex in prorogatione temporis, & vitæ officii vitalitii à se concessi potest apponere clausulas, conditiones, & qualitates sibi bene visas: quia sicut rex potuit hoc officium non prorogare, vel illud alteri tertio liberè concedere; rectè poterit illum possidenti prorogare cum quibuslibet conditionibus, & gravaminibus, absque eo quod filii, descendentes, vel creditores possint conqueri, nec impugnare, & idem tenet Surdus *consil.* 19. *in fin.* & Castillo *tom.* 5. *cap.* 68. *versic. quinto, & ultimo, ad finem;* circa donationem factam patri, ut bona possit ad libitum disponere inter filios, qui sicut 53 potest totum uni dare, ita & meliorare, vel inter omnes distribuere; quem omninò vide per totum cap. vide inferiùs hoc *n.* 94. quamplures Doctores allegat Mieres 1. *part. quæst.* 26. *n.* 26. bene facit doctrina Baldi *in l. maximum vitium, colum.* 4. *vers. sed pone, quod pater potest invitis creditoribus admittere secum ad suc-* 54 *cessionem sororem ab statuto excluſam*, sequitur Castrensis latè *in consil.* 257. Campejus *de dote, quæst.* 208. cum aliis allegatis per Albertum Brunum *in tract. de statu exclud fœmin. propter major. art.* 10. *quæst.* 2. latè Tiraq. *de primog. q.* 24. *per tot.* idem Brunus *art.* 12. *q.* 7. *in fin.* sequitur Hieron. Zanchus *in* §. *cum ita* 4. *part. n.* 414. *D. ad Trebell.* doctrina singularis est ad propositum: nam si potuit filius totam hæreditatem repudiare, multò magis invitis creditoribus eam die minutam adire, & multò magis conditionibus, & gravaminibus assentiri.

Sicuti è converso, qui non potest actum facere 55 dispositivè, liberè & purè, nec potest eum qualificare, & conditionem apponere, juxta *leg. Seius, & Agerius, ff. ad l. Falcidiam*, ex qua deducunt ibidem Bart. Paulus Alexand. & cæteri Doctores, 56 Castillo *tom.* 6. *cap.* 128. *n.* 12. Et qui caret potestate ad derogandum, aut subvertendum actum, ea quoque caret ad diminuendum, *l. quod de bonis*, §. *fin. ff. ad l. Falcid.* ibi: *non magis minui potest, quam auferri, l. si actio. ff. qui, & à quibus*, ibi: *an evertere aut minuere jus electionis* plures refert Doctores Castillo *tom* 7. *de tertiis, cap.* 36. *sub. n.* 28. *sub vers. Respondisse in sexto*, Mieres *de majoratib.* 1. *part. quæst.* 26. *n.* 24. *& n.* 26. per *d.* §. *adeò & l. videamus*, §. *an igitur, ff. de in litem jurando.*

Fulcitur ulterius, quoniam quando debitor rem ac- 57 quirit, potest in ipso acquisitionis principio & actu admittere, apponere, & consentire quodlibet gravamen, pactum, & conditionem præjudicialem etiam suis creditoribus anterioribus, & eo tempore existentibus, prout per plura jura, & Doctores probavimus *in cap.* 14. *hac* 2. *part. ex num.* 108. *cum seqq. vers. imò & quod plus est*, &c. text. *in l.* 2. *ff. de reb. eorum*, ibi: *quod cum dominio pignus quæsitum est, & ab initio obligatio inhæsit*, notatur *in l. dicta, ff. si certum petatur. C. veram, de donatio. appositis*, Boërius *decis.* 182. *ex num.* 34. & ex pluribus probat Rodriguez *de redditib. lib.* 1. *quæst.* 14. *sub num.* 68. *vers. in contrarium facit, per duas columnas*, ubi de pacto resolutivo, & gravamine im- 58 posito in initio contractus celebrati cum minore, aut

Ecclesia, quod aliàs non subsisteret absque decreto judicis, & debitis solemnitatibus; id ipsum de pacto de retrovendendo apposito, ab initio contractus per minorem emptorem rei, infinitos penè Doctores congerit pro utraque parte Hermosilla *ad l.* 4. *gloss.* 2. *tit.* 5. *part.* 5. *n.* 30. & 31. validum esse, veriorem opinionem esse affirmans. Ergo nihil mirum, ut in hoc secundo casu considerato à Flores de Mena, id in filio debitore admittamus vinculum consentiente ante additionem legitimæ, & sic ante acquisitionem, vel etiam in ipso actu acquirendi.

60 Tertius casus consideratus per eundem Flores de Mena *in addit. ad Gammam decis.* 219. *vers. tertius casus est*, quando filius prius adivit hæreditatem patris vinculo majoratus gravatam, & postmodum, tacitè vel expressè vinculi gravamen approbavit, ut tunc si approbationis, & consensus tempore creditores habeat filius ipse, videtur majoratus ab eo institutus, ita ut creditores ad ipsius majoratus bona jus habebunt.

61 Iste quidem casus notissimis juris principiis fulcitur, & communi innumerabilium Doctorum authoritate comprobatur. Cum in eo consensus filii accedat tempore quo ipse debitor jam habebat jus radicatum perfectum, certum & invariabile, non de futuro, sed de præsenti in bonis hæreditatis paternæ, quæ per additionem in suo patrimonio fuerunt incorporata, atque ideo gravamini consentiens suum omninò patrimonium minui; & non erit jam nolle acquirere, sed acquisitum perdere, atque minuere amissa facultate, & potestate alienandi; quo quidem casu nec jura, nec Doctores unquam dubitarunt: nullatenus posse fieri à debitore in damnum creditorum suorum, sed potius apertam esse fraudem machinatam in eorum præjudicium, & ideo creditores habere jus ad eadem bona; quem casum & ejus doctrinam ex iis, quæ longa serie cumulata sunt *in cap.* 1. *per totum*, *hac* 2. *part.*

62 Comprobatur insuper ex iis, quæ adduximus superiùs tertio fundamento pro contraria parte considerato, quæ huic casui rectè, & juridicè adaptantur, junctis iis quæ ad ejus responsionem dicenda erunt: ut is scilicet, qui alienationi ab alio gestæ consensit, alienare dicatur, quando qui consentit rei alienatæ dominus est, & jus in ea habet, non is, qui alienat. Etenim cùm
63 iste filius per additionem dominus hæreditatis sit effectus; ad text. cum materia *in l. cum hæredes facti sumus omnia jura ad nos pertinent, &c. ff. de acquir. hæred.* constanter sequitur, quod eleganter dixit Flores in hoc casu, scilicet, quod ab ipso debitore consentiente institutus censeatur majoratus de suis bonis jam quæsitis.

64 Atque ideo succedit notissima juris regula quod is debitor, qui majoratum de suis bonis instituit, nullatenus valeat præjudicare suis creditoribus, quin prohibitione alienandi non obstante, pro eorum satisfactione, atque æris alieni solutione vinculum dissolvatur; & bona usque ad creditorum quantitatem libera manent, & liberè absque aliquo impedimento distrahuntur, & alienantur, *l. filius famil. §. divi ff. de leg.* 1. *l. peto*, §. *prædium*, *ff. de leg.* 2. *l. pater filium*, *ff. de leg.* 3. & *l. alienationes*, *ff. familiæ ercisc.* & receptissima omnium sententia, quam inter alios probavit Bartol. *in dict. l. pater filium*, & *ibi* Albertus, rursus Bartol. *in l. Marcellus*, §. *res quæ*, *in prima appos.* & ibi Romanus *n.* 11. *in fin.* Jason. *vers. intellige*, & Socinus Sen. *n.* 10. *ff. ad Trebel.* Cumanus *in dict. leg. peto*, §. *prædium*, Paul de Castro *in leg. ultima sed quia*, *n.* 4. *C. commun. de legatis*, Jason *in leg. commodis*, *n.* 4. *ff. de re judic.* & *in Auth. res quæ*, *limit.* 6. *Cod. commun. de legatis* Peralta *in leg.* 3 §. *qui fidecommissum*, *n.* 118. *ff. de hæredib. instit.* Padilla *in l. unum ex familia*, §. *si de falcidia*, *num.* 7. *ff. de legat.* 2. Socin. Jun. *consil.* 28. *n.* 3. *l.* 2. Natta *consil* 110. *n.* 13. & *consil* 145. *num.* 22. Neur. *consil.* 62. *n.* 79. Cephal. *consil.* 44. *num.* 7. & *cons.* 395. *n.* 14. & *cons.* 676. Pancirol *cons.* 60. *n.* 5. Hieronym. Gab. *consil.* 118. *num.* 6. *lib.* 1. Surdus *consil.* 7. *n.* 23. *lib.* 1. Hondedeus *consil.* 58. *num.* 25. *lib.* 1. Menoch. *consil.* 245. *n.* 21. & *lib.* 4. *prof.* 192. *in fin.* Molin. *lib.* 1. *de primogen. cap.* 10. *n.* 10. Mantic. *de conjectur. ultim. volunt. lib.* 9. *tit.* 9. *num.* 11. Andreas Gail. *lib.* 1. *practic. observat.* 137. *num.* 7. Grassus *in §. fideicommissum*, *q.* 58. *n.* 10. Petra *de fideicommiss. quæst.* 8. *num.* 415. & *quæst.* 5. *num.* 2. & *seq.* Peregrin. *de fideicommiss. art.* 40. *n.* 18. & 22. Intrigol. *de substit. centur.* 3. *quæst.* 73. *num* 417. Surdus *decis.* 62. *n.* 21. & *seqq.* Abundè Fusarius *de substitutionibus quæst.* 541. *per tot.*

Ex iis cavendum erit à Noguerol, qui *allegat.* 19. 65
num. 69. sentire videtur in hoc tertio casu idem resolvendum esse, quod secundo antecedenti, in quo prius filius consensit, & postea adivit, quo casu creditores non habere jus ad bona sic vinculata ex Flores de Mena, & juris fundamentis probavimus. At Noguerol idem sentit, quando prius adivit filius, & postea consentit majoratus gravamini, ut pariter creditores excludantur ex eadem ratione, de qua in secundo casu Flores. Nempe ut qua ratione potuit filius in totum non acquirere, potuit etiam repudiationem limitare, consentiendo gravamini. Et Noguerol ex eo movetur: quia licet priùs adierit hæreditatem, poterit postea consentire gravamini vinculi, ita ut creditores ad sola bona hæreditatis jus habeant; vinculi autem bona tanquam diversa, & alienari prohibita, nullo modo.

Sed Noguerol procul dubio terminos hujus tertii ca- 66
sus imò & antecedentem confundit, distinguendo intra bona hæreditatis, & bona vinculata. Cum Flores de Mena in omnibus quatuor casibus à se propositis, *in dict. addition. ad Gammam d. decis* 219. *alias* 218. solum loquatur de unis, & eisdem bonis, nempe legitima filii vinculo gravata, an eidem consentiat ante vel post additionem ejusdem legitimæ, & hæreditatis; in quo casu rectè fit distinctio inter hunc tertium casum, quo consensus præstatur post additionem legitimæ gravatæ; & inter secundum casum antecedentem, iniquo supponitur consensus ante agnitionem & additionem legitimæ gravatæ; quoniam in hoc filius nihil de suo 67
alienat; in illo autem sic, cum gravet suum jus irrevocabiliter quæsitum.

Quartus casus sit, quem Flores *in dict. addition. ad decis.* 219. *vers. quartus casus est*, (cum revera respectu Authoris decisio sit 218.) scripsit, sed valde confusum, enodatum, quando filius tempore approbationis majoratus debita non habeat, sed post ipsam approbationem debita contraxit; & tunc resolvit prædictos cre- 68
ditores, cum sint futuri, non posse majoratum impugnare, nec prohibitionem, alienationem subvertere; nec ex ejus bonis exigere; cum jam tempore suarum hypothecarum majoratus esset perfectus, & irrevocabiliter constitutus sequitur Noguerol *dict. num.* 70.

Addit ipse Flores & aliud valde considerabile: an in hoc casu majoratus intelligatur fundatus ab ipso filio consentiente majoratui, vel à patre illum instituente cum hoc vinculo. Gamma ipse in corpore *decis.* 218. *n.* 4. firmat à filio esse fundatum majoratum; in hæc verba: Dicebat enim, ut quamvis præsupponatur vinculi validitas; ex alio tamen capite hæc bona libera reputarentur, ut ex eis, non ex redditibus satisfieret creditoribus: quia ipse Smeragdus Junior filius vinculantis consenserat vinculo quod potuit facere in præjudicium legitimæ, ut concludit Palatius Rubius, repetitio. rubric. §. 16. finalibus verbis, & Suarez in repetit. l. quoniam in prioribus 9. ampliatio. fol. 22. col. 1. & sic dicebat hunc Smeragdum Juniorem & fratrem ejus ratione consensus fundatorem esse majoratus: qui enim consensit videtur constituere Bart. in l. cum qui; num. 2. & 4. ff. de legat. 3. & in l. quæ dotis, ff. solut. matrim. num. 15. & sic pro debito Smeragdi Junioris, non obstante prædicto vinculo in patrimonio vinculato,

poterat

poterat exequutio hujus debiti fieri: nam bona majoratus alienare possunt pro debitis constituentis per l. regiam lib. 6. tit. 75. & sic etiam ex hoc cap. nihil ad propositum facere videtur vinculum prædicti patrimonii, hactenus Gamma.

69 Quem referens, licèt perfunctoriè, & absolutè dixit, idem Additio. ad Molinam *de primogen. lib. 2. cap. 3. ad n. 7. in fine*, ibi: Secundum, quod filius consentiens patri facienti majoratum de legitima dicitur ipse filius facere, & ideo pro debito filii potest fieri executio in legitima, ut testatur Gamma decis. 208. (sed est decis. 218.) ubi Addit. declarat, hactenus Additionat.

70 Sed contra eundem Gammam juridicè resolvit ejus Additionator Flores de Mena *ibidem d. vers. quartus casus est.* Et ut appareat resolutionem Flores longè veriorem esse, & juris principiis niti, advertere debes Gammam loqui quando pater in vita per contractum fecit dictum legitimæ vinculum, quo filii consensus fuit adhibitus; quo casu etiam loquitur contra Gammam ipse Flores, & rectè, cum ipse filius consentit tempore, quo nullum jus ad legitimum radicatum habeat, sed de futuro, & in spe, atque ideo ejus nuntiatio, & consensus sustinetur in præjudicium creditorum, & majoratus non à filio conditus, qui eo tempore nullum jus firmum habebat; sed à patre originem habere intelligitur; ut ad responsionem ultimi argumenti inferiùs dicemus; atque in his terminis tetigimus superiùs *n. 26. vers. aut enim filius consentit*, &c.

71 Quo igitur supposito, Flores ipse de Mena contra Gammam *dict. n. 4.* sic juridicè insurgit in hæc: Quartus casus est, quando filius, eo tempore debita non habebat, sed postea contraxit: & hic est proprius casus hujus decis. (scilicet per contractum in vita patris, prout dudum advertimus ex casu d. decisionis) & dubitatur: an tunc judicetur, ut ab eo fundatus, vel à patre? & decisio tenet, quod ab eo; mihi autem contrarium videtur: quia pater fundavit de suis rebus, & ut suum, & non filii; unde ut suum judicari debet, in tantum, quod si filius ei consentit, ab eo revocari non potest: quemadmodum quando quis testatur, aut contrahit de re aliena, domino consentiente, judicatur sua dispositio, & non domini rei, nec ab eo revocari potest, ut de marito testante de uxoris bonis tradit Baldus in l. nec fratris, C. de donationib. causa mortis, Suarez in dict. l. quoniam in prioribus, limita 15. num. 13. & 14. & ibi Baldus, in addition. Tum etiam, quia quando res vinculata fuisset perfectè filii, ipse videtur retrò donare patri per dictum consensum per viam donationis inter vivos, unde judicatur patris integra dispositio, & in ejus præjudicium non potuit filius ipse debita contrahere, quæ essent solvenda de dictis bonis vinculatis. Quod sic mihi videtur contra decisionem, hic (salva melius sentientis conjectura.)

72 Hactenus Flores de Mena, qui sub hoc supposito, prout decisio supponit, quod consensus fuisset à filio præstitus in vita patris, & per contractum eo tempore celebratum mirabiliter, & juridicè resolvit articulum ipse Flores; & juxta regulas firmissimas superiùs per totum hoc cap. descriptas; contra quem nec Addit. ad Molinam loco paulò ante citato, nec in favorem Gammæ firmavit, cum postquam resolutionem Gammæ retulisset *in dict. decis. 218. n. 4.* statim se retulit ad declarationem Additionatoris Flores cujus solutionem libenter amplectitur.

73 Quintum, & non minus singularem casum addiderim ego, quando filius post mortem patris consensit gravamini vinculi super sua legitima impositi, & postmodum hæreditatem paternam repudiavit. Quod licitè facere potest, cum consensus à se pendet, & adhibeatur ante aditionem, præsteturque juri quærendo, nec ex eo induci potest aditio hæreditatis; nam hæres instí-

74 tutus sub gravamine, & conditione, eam adimplens, non videtur adire. Ut per Roman. Alexand. Jason, & Costalium *in leg. 1. §. fin. per text.* ibi, *ff. de conditio. ob causam*, tenet Mantica *de conjectur. ultim. volunt. lib. 12. num. 7.* & Valascus *de petitionibus, cap. 15. n. 36.* quia solùm videtur hæres removere 75
obstaculum conditionis, & gravaminis ad adeundum, & deliberandum. Ut dicunt præfati Doctores ex Paulo de Castro *in leg. conditionibus pupilli per illum text. ff. de condit. & demonstrat.* sicuti potuit in vita patris filius consentire vinculo, & post mortem, vel adire, vel repudiare invitis creditoribus, ad latè tradita superius *ex n. 41. & seqq.* ut hic tamen primus casus, &c. Quoniam legitimo, & permisso tempore consentit, & repudiat, neque ex consensu possunt conqueri creditores, ut dictum est sæpissimè, sicuti nec de repudiatione re 76
integra, & ante aditionem facta. Atque ideò nec per consensum præjudicium intulit suis creditoribus filius; cùm illum præstiterit re non acquisita, nec per repudiationem, cùm ante acceptationem ei omni jure licet, atque ideo neutro casu conqueri possunt creditores.

Quibus sic suppositis, ac firmiter tenendis (Quæ 77
ulterius clariora, firmioraque reddentur ex responsione ad argumenta pro contraria parte considerata) non obstat primum, de quo ad principium hujus cap. *ex n. 4. & seqq.* tendens ad exclusionem consensus filii super vinculo impositi super sua legitima; cui renuntiare, aut repudiare non possit in damnum suorum creditorum etiam ante agnitionem; cum ipso jure, mortuo patre, jus filio sit quæsitum; atque ideo non jus quærendum, sed jus radicatum repudiare, & diminuere intelligitur, prout latiùs ibidem diximus.

Cui respondetur id verum esse, sed adhuc quan- 78
do lex jus defert alicui, ipso jure, tamen jus ipsum est imperfectum, variabile, & resolubile, necnon jus conditionale si illud acceptaverit, ita ut si sequatur repudiatio, jus ipsum resolvitur, ac de eo judicetur, ac si à principio delatum non fuerit, & interim consideretur, jus quærendum, non verò jus quæsitum, ut illud possit liberè debitor repudiare in præjudicium creditorum. Prout in legato, necnon majoratu (quorum dominium juris dispositione statim quæritur legatario, & majoratus successori) copiosè juribus, & authoritate Doctorum comprobavimus. *in c. 14. anteced. ex n. 12. cum multis seqq. versic. sed difficultas versatur.*

Quæ resolutio pariter, & ex identitate rationis pro- 79
cedit in legitima filio delata, quam debitor liberè ante agnitionem, & aditionem expressam, seu tacitam repudiare potest in præjudicium suorum creditorum ex veriori, & magis communi Doctorum opinione recepta per *leg. qui autem ff. quæ in fraud. cred. & leg. si postulante, ff. ad Trebellian.* Gozadinus *in consil. 97. n. 3.* Laurentius de Pintian. *in consil. 71. per totum.* cancer. *variar. resolut. tom. 1. cap. 13. de legitima, num. 41. & 42.* Gomez *tom. 1. variar. cap. 9. ex n. 20. cum seqq.* Gutierrez *in cap. sui institut. de hæred. qualit. & differ. ex n. 100. cum seqq.* Joan. Lupus *in leg. 2. Taur. n. 16.* Palaez à Mieres *de majoratu 4. p. q. 23. n. 117.* Albericus, Alexand. Paul. Castrens. Anton. Gomez, Fernandez Matienzus, Gutierrez, Cervant. Palacios Rub. & Molina, quos referens sequitur Pater Sanchez *de matrimon. tom. ex lib. 6. disp. 41. nu. 8. in fin.* quod & constanter defendit Robertus *rerum judic. cap. 12.* Fachin. *controvers. lib. 13. c. 46.*

Hoc idem probat Paulus Castrensis *in d. leg. si postu-* 80
lante, ff. ad Trebellian. qui n. 2. ita scribit: Item hic est casus, si filius repudiat hæreditatem parentum in fraudem creditorum, etsi devolvitur ad sequentes in gradu, non possunt ejus creditores petere se investire de sua legitima dicendo, quod in fraudem eorum non potuit à se abdicare, sicut nec aliena bona. Osualdus in annotat. ad Hug. Donellum *lib. 23. cap. ult. fol. 320. versic. licet item.* Ubi in hæc singulariter rescripsit: Licet in suis hæredibus circa aditionis solemnia continuatio

domini

domini intelligatur; tamen & eorum abſtentio è paterna hæreditate fraudulenta non habetur leg. C. de revocand. his quæ in fraud. cred. nec ſi præteritus, vel exhæredatus filius ære alieno obrutus cogitur quærelam inofficioſi, vel conditione ad expletionem legitimæ exercere urgentibus creditoribus, argum. l. 1. § utrum; ff. ſi quid in fraud. patron. quamvis autem quoad legitimæ recuſationem quæſtionem variè tractatam referat Robertus d. c. 12. quod quaſi quoddam æs alienum ſit, in quo creditor, filius habeatur, vivo etiam patre. Fabius de Luna *conſ.* 86. *n.* 3. & 45. probat, jus tamen nec ad eam petendam, filium creditoribus ſuis rectè compellit ſive Chirographarii, ſive hypothecarii, per d. leg. 3. §. 2. & l. 19. hoc tit. leg. 1. §. 8. ff. ſi quid in fraud. patron. l. 67. §. 1. ff. ad Trebellian. quia ſi hæreditas delata omitti poteſt, item legatum, quod recta tamen via tranſit magis deferenda. Nec eſt quod juſtè hic conquerantur creditores, ſive ſint obventura paternæ hæreditatis contemplatione filio crediderunt, fiducia aliorum bonorum, quia nulla horum fit diminutio; ſive ejus intuitu, quia & imprudentes, ſi obligari putant poſſe bona, in quibus nondum jus ullum debitori, & imprudentes ſi filio, ut captet patris ſucceſſionem incentivum præbent. Robertus d. cap. 12. ſub fin.

81 Eandem etiam opinionem poſt longam diſputationem hinc inde varia, & ſingularia fundamenta conſiderans reſolvit Gratian. *diſceptat. tom.* 2. *cap.* 271. *ex n.* 1. & *n.* 10. *uſque ad n.* 20. præcipuè *n.* 13. & 14. quibus ſic ſcribit: Nec faciunt quæ dicta ſunt de legitima, ac ejus ſupplemento: quia licet in ea videatur præſupponi jus ineſſe productum, etiam quæſitum; tamen intelligitur quoad rejectionem gravaminis, cujus reſpectu repletio, & acquiſitio fit pro jure per legem, ſed quoad effectum acquiſitionis realis, & incommutabilis requiritur declaratio, & petitio, ſive non eſt aliquod jus quæſitum, & ideo datur repudiatio, & præſcriptio, cum aliis ſimilibus effectibus, &c. quos proſequitur *uſque ad n.* 20.

Copioſè etiam hanc juridicam opinionem contra Menochium *d. conſil.* 77. contrariam ſectantem rectè fundat, & corroborat Caſtillo *controverſiar. tom.* 6. *cap.* 112. *ex num.* 50. *cum ſeqq.* videndus.

Eandem opinionem poſt longum examen tuetur Paſchal. *de viribus patriæ poteſt.* 2. *p. cap.* 4. *ex n.* 165. *cum multis ſeqq. pag. mihi* 308. & *ſeqq.*

82 Igitur ſi totam legitimam ante ejus aditionem poteſt filius debitor repudiare in præjudicium ſuorum creditorum, eiſque invitis, & repugnantibus, quantò magis conſenſum præſtare gravamini vinculi, & limitatè acquirere: quia cui licet quod eſt plus, multò magis quod eſt minus; ex juris regula, idemque jus eſt de parte quoad partem, quod de toto quoad totum, ut efficaciter probavimus *ſuprà ex n.* 47. *cum ſeqq. verſ. ſecundus caſus eſt*, &c.

83 Nec obſtat ſecundum argumentum, de quo ſuperiùs *ex n.* 14. *verſ. ſecundo*, & *pro hac parte*, quo dicitur debitorem poſſe alienare acquiſita ob cauſam neceſſariam originem trahentem à præterito, non tamen ex cauſa voluntaria, & proveniente ex ſua ſolùm voluntate in præjudicium creditorum, quia reſpondetur argumentum procedere in rebus acquiſitis, non verò in acquirendis, in quibus ſicut potuit debitor non acquirere, pariter & acquirere limitatè ſub conditione, & gravaminibus quantumcumque infringentibus jus ſuorum creditorum, quando ſunt oppoſita in ipſo actu acquiſitionis, prout annotavimus *ſuprà n.* 57. *verſ. fulcitur ulterius*, & *in c.* 14. *anteced. ex n.* 108. *verſ. imò & quod plus eſt*, &c. necnon probant Doctores metipſi in argumento citati.

84 Nec obſtat tertium, & ultimum agumentum de quo ſuperiùs *ex n.* 19. *cum ſeqq. verſ. tertio fortiter urget*, quo ſupponitur filium conſentientem vinculi gravamini impoſito per partem in ſua legitima, non poſſe impedire creditores exigere ſua credita ex eadem legitima vinculata, eo quod vinculum ipſum cenſetur factum ab ipſo filio conſentiente, non à parte vinculante legitimam; cùm idem ſit alienare, vel alienanti, ſeu alienationi ab altero factæ conſentire.

Quoniam hæc doctrina ſingularem admittit diſtinctionem, 85
quæ quidem omnino convenit principali alteri diſtinctioni ex communi Doctorum opinione per Nos traditæ principali hujus cap. reſolutioni, de qua ſuperiùs *ex n.* 25. *cum ſeqq. verſ. quibus tamen*, &c. ut ſcilicet tunc procedat, quando is, qui conſentit rei alienationi, dominus ſit ejuſdem rei, quia tunc alienans actum facit tanquam domini procurator; & eo minus conſentiendo dominium transfert, prout loquuntur Doctores in argumento citati, Tiraqueil. *in l. ſi unquam, verb. donatione largitus, q.* 21. *n.* 279. *& ſeqq. & in legibus connubialibus gloſſ.* 3. *verb. contrahere, n.* 142. & 143. Molina *de primogen. lib.* 4. *cap.* 3. *nu.* 23. qui quamplurimos alios ad idem conducunt loquentes in conſenſu domini Noguerol. *allegat.* 19. *num.* 72. per *l. ædibus*, *ff. de donationib.* ubi ſi quis donet rem meam alteri ſuo nomine, mea tamen voluntate interveniente, ego videor donare, & in hoc caſu conſentiens, aut confirmans ipſe videtur donare, text. etiam celebris *in l. cenſualis*, *C. de donat.* ibi: Sed ſi cenſum velut ſua mancipia deferenti privigno ſuo conſenſiſti, donationem in eum contuliſſe videris, exornat latiſſimè Mieres *de majoratu*, 1. *part. quæſt.* 3. *ex n.* 47. *cum multis ſeqq.* & ad idem facit etiam text. *in l. ſi fundus*, §. 1. *ff. de pignorib.* in quo deducunt Bald. *in l. ſi ut proponis*, *C. de ſerv. pignor. dato manumiſſ.* Decian. *conſil.* 60. *n.* 14. *lib.* 1. Manguilius *de evict. q.* 113. *nu.* 3. quod qui conſentit, ſi dominus eſt, actum proprium facere dicitur: innumerabiles alios Doctores cumulat Caſtillo *controverſ. cap.* 89. *ex n.* 117. poſt quamplurimos exteros & regnicolas, quod conſentiens, ut alius 86
de re ſua teſtetur, ſibi præjudicat; videndus Molina etiam de *major.* 4. *part. cap.* 1. *n.* 84. ubi omninò vide additionatores, optimè ipſe Caſtellus *controv. lib.* 2. *c.* 18. *ex n.* 38. *& ſeqq.*

Atque ideò quando filius conſenſit vinculi gravamini 87
impoſito per patrem poſt hujus mortem, atque etiam ſimul poſtquam adivit hæreditatem gravamini conſentiens, verè cenſetur majoratum facere, cum jam de ſuo patrimonio filius ipſe diſponere intelligatur, & poſtquam jam jus habuit perfectum & radicatum in bonis legitimæ prout ſæpius diximus, & probavimus in diſcurſu hujus cap. & ad idem hoc diſtinctionis membrum adducit, & applicat Noguerol. *loco dudum citato.*

At enim conſentiens non eſt dominus rei alienatæ, 88
& tunc cùm de ſuo nihil det, ita nec dominum transfert, ſed ſolum actum approbat, qui ei attribui non poteſt; probant Iſernia *in cap. imperialem*, *num.* 11. *de prohib. feud. alien.* & ibi Camerarius *fol. mihi* 75. *col.* 4. idem Iſernia *in cap.* 1. *qui ſucceſſores teneantur*, *n.* 6. Paris de Puteo *de reintegratio. feud. cap.* 267. *num.* 5. Freccia *de ſubfeudis*, *lib.* 2. *q.* 29. *nu.* 3. Cæſar Contardus *in l. unica*, *C. ſi de moment. poſſeſſio. limit.* 2. §. 8. *n.* 47. Valaſcus *de partitio. cap.* 13. *num.* 80. Franchis *deciſione* 540. *n.* 10. & 11. Novarius *lib.* 1. *quæſt. forenſ. q.* 38. *n.* 12. *verſic. nec obſtat.* Larata *conſil.* 43. *num.* 3. Montan. *in repetit. dict. cap. imperialem ſuper verb. imperialem*, *ſub n.* 53. *littera B. verſic. mihi autem.* Rovitus *in rub. de feud. n.* 66. *cum ſeqq.* & *in conſil.* 2. *n.* 7. & 8. *lib.* 2. Georgius *in repetit. feudal cap.* 6. *num.* 14. & *ſeqq.* Corbulus *tit. de cauſa privatio. ob alienationem*, *ampliat.* 6. *n.* 2. Caccialuppus *in methodo feudali*, *p.* 2. *c.* 5. *n.* 21. 22. & 23. Noguerol. *allegat.* 19. *num.* 73. & cum Molina *loco cit.* Gomez *l.* 48. *Tauri*, *n.* 4. & Barboſa *in l. quæ dotis* 34. *n.* 18. & 22. *ff. ſoluto matrim.* idem probat Mieres *de major.* 1. *part. q.* 23. *n.* 80.

Et pro utroque diſtinctionis membro notabilia ſunt 89
verba Molinæ *de primogen. lib.* 4. *dict. cap.* 3. *n.* 23. & 24. ubi ſic loquitur: Non enim Princeps facultatem concedens,

dens, ſed is, qui utens illa de re, ſua diſponit, donare videtur, prout ſuprà lib. 2. cap... n. 17. latius oſtendimus. Illud autem, quod ex adverſo dicebatur, quod ſcilicet conſentiens, vel facultatem præſtans videatur donare: intelligendum eſt, quando quis conſentit donationi rei propriæ; ſecus autem ſi conſenſum præſtet, ut donetur res alterius: tunc namque non conſentiens, ſeu facultatem præſtans, ſed dominus ipſe donare videtur. Eſſet namque abſurdiſſimum dicere, quod quando uxor donat ex licentia viri bona propria, vel minor cum licentia tutoris, vel filiusfamilias ex licentia patris: non ipſi, ſed hi, qui licentiam præſtant, donare videantur, quod probatur ex l. ſi pater, §. fin. ff. de manumiſſ. vindic. l. & ſi liqueat, ubi Baldus, & cæteri. C. de inoffic. donat. ſicque id optimè reſolvit Tiraquellus, qui plura refert in repetit. l. unquam, C. de revocand. donat. verb. donatione largitus, n. 279. idque veriſſimum eſt, &c. Quam doctrinam ultra Doctores citatos optimè exornat Paz *de tenuta*, *cap.* 34. *ſub n.* 155. *verſic. ego tamen ſemper fui perſuaſus*, 436. *& ſeqq.*

90 Quæ doctrina rectè convenit alteri diſtinctionis membro, de quo *ſuprà n.* 25. *& ſeqq. verſic. quibus tamen*, &c. noſtræ quæſtionis principalis, quod quoties filius conſentit vinculi gravamini ante aditam hæreditatem; vel etiam ante mortem patris, & ſic ante jus perfectè quæſitum, & radicatum, ſed quærendum, & in ſpe ut tunc ſicut nihil de proprio diminuat patrimonio; ita nec vinculum ſibi adaptari poſſit, cùm tempore conſenſus dominus non ſit, ſed pater, qui gravat legitimam, & vinculum de ſuo fundat & per conſequens ad vinculi bona nullum poſſunt filii ſic conſtituentis creditores regreſſum habere, nec prætendere bonorum alienationem, ut ſæpiſſimè diximus, & probavimus ſuperiùs; atque præfatam doctrinam ad hos noſtros terminos adduxit, & applicuit Noguerol. *d. alleg.* 19. *n.* 37.

91 Quapropter ſemper quod creditores filii controvertere certent conſenſum gravaminis, & vinculi appoſiti per patrem in filii legitima: præ oculis habenda erit conſtans illa, & juridica diſtinctio, an conſenſus fuerit adhibitus ante aditionem hæreditatis tacitam vel expreſſam, vel poſt agnitionem, ſeu aditionem, ut in primo caſu, creditores ad concurſum hujus majoratus non audiantur petentes bonorum diſtractionem pro ſui crediti ſatisfactione; in ſecundo autem ſic, ut abundè comprobatum eſt in hujus cap. diſcurſu.

92 Ex eiſdem juris principiis & fundamentis alia & ſingularis evincitur quæſtio, veraque deſumitur reſolutio, an, & quando pater dat licentiam filio libere teſtandi de bonis ſuis, filii nempe, an in ea incluſa intelligatur facultas diſponendi, aut aliter gravandi legitimam patri debitam in bonis filii in præjudicium creditorum patris, & aliorum filiorum? Quam quæſtionem mirabiliter ad partes diſputat Gutierrez *in cap. quamvis pactum*, *ex n.* 9. *cum ſeqq. de pactis in* 6. ubi *ex n.* 20 *& ſeq.* tripliciter ponderat *d. l. qui autem ff. quæ in fraudem*, omnino videndus.

93 Idem Jo. Gutierrez *practicarum lib.* 3. *q.* 84. *n.* 12. *fol.* 664. & iterum *eod. lib.* 3. *q.* 75. ubi diſputat, an pater facto per filium teſtamento poſſit prædictam licentiam revocare. Sequitur Parlador. *q.* 16. *n.* 5. Azevedius *in l.* 1. *tit.* 8. *lib.* 5. *recopilat. ex n.* 76. *cum ſeqq.* latè Cancerius *variar. reſol. lib.* 3. *c.* 7. *ex n.* 92. *cum multis ſeqq. & ex n.* 99. & ex Parladorio *in ſeſquicentur. definit.* 150. §. 4. *num.* 11. *&* 12. Gutierrez *in dict. cap. quamvis pactum*, & per Hermoſillam *in l.* 11. *tit.* 4. *part.* 5. *gloſſ.* 8. *n.* 6. *fol.* 302. atque Baium *in praxi lib.* 2. *q.* 127. *per totam*, *p.* 384. *& ſeqq.* tenet Noguerol *allegat.* 19. *n.* 43. Eandem opinionem ſequitur Fernand. *in leg.* 6. *Tauri*, *ex n.* 63. à quo tamen cavendum requirente juramentum.

94 Item pariter quando filia dote contenta, vel ingreditur religionem, ſive etiam filius renuntiet ſuæ legitimæ in favorem patris, ut de ea liberè poſſit diſponere inter cæteros filios, ſicut poteſt uni totum dare pater, etiam renuentibus cæteris filiis, fratribus renuntiantis; ita in præjudicium creditorum patris, quoniam tempore, & ab initio acquiſitionis cum hoc gravamine per legitimam filii ſibi renuntiatam acquiſivit, & nihil de ſuo dat, ſed de filio, à quo electus capere dicitur, non à patre. Gutierrez *in dict. cap. quamvis pactum*, *ex n.* 6. *&* 11. Azevedius *in l.* 11. *tit.* 6. *lib.* 5. *recopil. n.* 9 *&* 10. Addition. ad Gomez *in l.* 22. *Tauri*, *n.* 31. ſequitur Noguerol *allegatio.* 19. *n.* 4. optimè Mieres *de majoratu* 4. *part. q.* 19. *n.* 69. comprobant Surdus, Fontanel. Cancerius & alii per Caſtill. *controv. tom.* 5. *cap.* 68. *per totum*, ubi quos ſequutus Gutierr. tenet Vega *in ſumm.* 2. *part. c.* 22. *ſub caſu* 26. ubi de ratione, & Manuel Rodriguez *in ſumm. tom.* 1. *c.* 131. Hobo Herederos *n.* 5.

CAPUT XVII.

Cenſus abſque facultate regia noviter impoſitus ſuper majoratum in concurſu deducto pro extinctione alterius ejuſdem quantitatis, tam in ſorte, quàm in reditibus, an vitietur?

Et quid ſi cenſus ſic ſubrogatus æqualis ſit in ſorte, minor tamen in redditibus, an pereat ex defectu novæ facultatis regiæ?

Et an cenſus ſic ſubrogatus cum facultate regia in locum prioris abſque ea ab initio creati ſit nullus, ita ut in judicio concurſus contemnatur?

SUMMARIUM.

1 *Super majoratus bonis contrahere valdè periculoſum eſt.*
2 *Creditores ad bona majoratus concurrentes ſæpe excluduntur ex defectu facultatis regiæ.*
3 *Cenſus novi creatio, pro extinctione alterius ſuper bonis majoratus, an ſine nova facultate ſuſtineatur.*
4 *Facultates pro extinctione cenſus antiqui, & non creando minoris redditus, quotidie expediuntur in conſilio Cameræ, ibid.*
4 *Fruſtratorios ſuos actus nemo facere præſumitur.*
6 *Fruſtra precibus impetratur, quod à jure communi conceditur.*
7 *&* 8. *Per facultates regias ſemper taxatur ſors principalis, reſpectu partis ſuperioris, & partis inferioris, & quare.*
9 *Cenſus ad rationem viginti ab initio creatus legitimè ſuper bonis majoratus, minoris, civitatis, vel Eccleſiæ, an inter eos valeat reductio ad rationem triginta, abſque nova facultate, aut ſolemnitate.*
10 *Facultas regia eſt ſtricti juris, quo non extenditur de perſona ad perſonam, nec de uno contractu ad alium.*
11 *Cenſus reductio de viginti ad triginta, an novus ſit contractus, eo quod pretium mutatur. L. pacta convent. ff. de contrah. empt. ponderatur, ibid.*
12 *Ex novo contractu prior novatur, & ſimul hypothecæ, & fidejuſſores liberantur.*
13 *Quando aliquid additur, vel detrahitur priori obligationi, nova intelligitur contracta obligatio.*
14 *In cenſus impoſiti ſuper re fraudali, majoratus, Eccleſiæ, aut minoris tranſlatione de uno ad alium creditorem mutuantem ad cenſus redemptionem; novam facultatem eſſe neceſſariam, qui dixerint.*
15 *Et qui diſtinxerint.*
16 *Et de ratione.*
18, 19 *&* 20. *Reprehenditur Cencius æquivocationem paſſus.*
21 *Cenſus ſemel legitimè conſtitutus in bonis majoratus, pupilli, minoris, & Eccleſiæ, poteſt in alium creditorem*

torem transferri, & multo magis si minorentur usuræ absque nova facultate, & seqq.

22 *Facultates ad translationem censuum, vel propriorum extinctionem licèt sæpè in Camera expediantur, necessariæ tamen non sunt.*

23 *Impetranturque ad majorem securitatem, & ut facilius possessores majoratus inveniunt qui secum contrahant.*

24 *Vel quis in modo transferendi censum aliquid potest accidere, quod facultatem requirat.*

25 *Ad majoratum conficiendum facultas non est necessaria, modus autem conficiendi eam appetere potest.*

26 *Majoratum conficiens licet non faciat facultatis impetratæ mentionem, prodest tamen in his, quæ sine facultate non sustinentur de jure.*

27 *Contractus celebratus sub beneplacito Sedis Apostolicæ impetrando, sustinetur absque eo, si alias non sit necessarium.*

28 *Nisi addatur clausula, non aliàs, nec alio modo, quia tunc semper beneplacitum est necessarium, ut contractus valeat.*

29 *Facultas etiam non necessaria in actu impetrari potest ad majorem competentis corroborationem, & actus conformationem.*
Lex formæ, §. fin. de censibus exornatur cum aliis, ibid.

30 *Nemo jura, & titulos cumulare impeditur ad majorem cautelam, & juris sui confirmationem.*

31 *Quæ abundant non vitiant, sed deserviunt ad majorem cautelam.*

32 *Ex facultatum impetrationibus ad translationem census super bonis majoratus, civitatis, & similium non bene infertur ad earum præcisum requisitum.*

33 *Ex accidentibus tamen potest in translatione requiri facultas, & ideo possessor majoratus bene ea cautelatur.*

34 *Et quales sint qualitates istæ alterantes naturam translationis, cum seqq.*

35 & 36. *Translationis contractus contentus in puris suis terminis, unus dicitur contractus cum antiquo, qui nova non eget facultate.*
Lex pupillorum, §. fin. ff. de rebus eorum, & l. pater filium in principio, ff. de leg. 3. exornantur, ibid.

37 *Possessor majoratus propria pecunia redimens censum, quando annuos redditus sibi acquirat super eodem majoratu, remissivè.*

38 *Tutor post rem minoris semel legitimè hypothecatam, iterum hypothecare pro eadem summa, sine decreto.*

39 *Facultas nova non requiritur quando creditor jus suum cedit in alium.*

40 *Creditor mutuans possessori majoratus ad extinguendum alium censum, & ut minores redditus percipiat: cum pacto de subintrando, nova non eget facultate.*

42 *Idem quando ipse creditor minuit redditus ex eadem sorte principali.*

43 *Census translatio quæ sit animo novandi priorem contractum, nova eget regia facultate.*

44 *Et tunc extinguitur obligatio fidejussorum, & hypothecarum prioris contractus.*

45 *Census constituti sors augeatur, ut iidem redditus maneant, ita ut possessor majoratus illud augmentum percipiat, novus est contractus, & nova eget facultate.*

46 *Facultas impetrata ad creandum novum censum, pro extinguendo antiquo absque facultate impositio super majoratu, aut civitate, an subsistat, & seqq.*

47 *Census à principio nulliter impositus nequit cedi, nec transferri in alium.*

48 *De non ente ad ens, non potest fieri transitus.*

49 *De privatione ad habitum non fit regressus.*

50 *Privatio & extinctio præsupponit vitam, habitum, & existentiam rei.*

51 *Jus quod nunquam fuit, extingui non potest.*

52 *Jus cedentis transit in cessionarium cum omnibus suis qualitatibus, ac sua causa.*

53 *Cessionarius non plus juris habet in censu translato, quàm cedens habebat.*

54 *Translatio fit cum suo onere, sua causa, & qualitate.*

55 & 56. *Facultas ad aliquid faciendum concessa, non extenditur ad alia non specificata, & à Principe ignorata.*

57 *Facultas ad creandum censum pro aliorum extinctione, non comprehendit censum nulliter impositum, ad quem majoratus non tenetur.*

58 & 59. *Facultas ad alienandum pro ære alieno extinguendo, non operatur si æs alienum deficiat.*

60 *Censum novum creatum ex facultate regia ad extinguendum antiquum absque debita solemnitate impositum, sustineri, qui indistinctè asseruerunt, & seqq.*

63 *Facultas ad creandum censum pro extinctione antiquorum absque ea impositorum, tunc hos complectitur quando probetur, pecuniam versam in utilitatem majoratus, universitatis, minoris, & similium.*

64 *Censum nulliter impositum, si sit versus in utilitatem minoris, Ecclesiæ, aut majoratus; minor, & cæteri restituere tenentur, cum redditibus, usque ad realem restitutionem.*

65 & 66. *Et tunc interesse taxati intelliguntur juxta redditus promissos in census creatione nulliter celebrata.*

67 *Facultas ad extinguendum censum absque ea creatum, complectitur hunc censum ab quem de jure tenentur minor, Ecclesia, & majoratus ob versionem in ejus utilitatem.*

68 *Facultas pro extinguendo censu nulliter creato, sustinetur, si nullitatis fuit facta Principi relatio: etsi in minoris, aut Ecclesiæ, &c. utilitatem versus non fuerit.*
Et secundus creditor tutus est in nova census creatione, ibid.

69 *Census prior nulliter creatus, confirmatur à Principe si nullitatis, ei fuerit facta relatio in facultatis obtentione pro illo extinguendo.*

70 *Et pro specifica relatione sufficit Principi præsentare instrumentum primi census, ex cujus inspectione, apparent defectus.*

71 *Ex instrumento exhibito si apparet defectus exceptio & oppositio partis non est necessaria.*

72 *Facultas ad alienandum pro extinctione census, à principio nulliter creati, nec versi in utilitatem minoris, aut majoratus, non sustinetur.*

73 *Facultas secunda ad translationem census validè creati, de una in aliam personam, si aliquem patiatur defectum, an insuper translatio sustineatur.*

74 *Solemnitas ad actum non requisita, si adhibeatur nulliter tamen, & inutiliter, actus sustinetur.*

75 *Depositum ubi sufficit verbalis, si fiat actualis nulliter tamen, sustinetur.*

76 *Contractus, qui non requirit scripturam, si sub ea, nulliter tamen, celebretur, sustinetur, & testibus probatur.*

77 *Statum annullans instrumentum ob non solutam gabellam, non intelligitur annullare contractum.*

78 *Minor, populus, aut Ecclesia si in feudum, emphyteusim, aut censum reservativum bona recipiant, nulla egent facultate, aut juris solemnitate.*

79 *Si tamen inter contrahendum facultas impetranda reservetur, quæ nulliter fuit impetrata, contractus adhuc sustinentur.*

80 *Facultas, seu assensus in actu non requiritur, impetrata tamen nulliter actum non vitiat.*

81 *Nisi addatur expresse quod sine facultate contractus sit nullus.*

82. *Alie-*

82 *Alienatio, ubi prohibetur ob favorem alicujus, ſine ſolemnitate, ſi iſti utilis ſit ſuſtinetur, etiam ea difficiente.*

QUam periculoſum ſit contrahere cum poſſeſſore majoratus ſuper bonis vinculatis, & alienari prohibitis ſæpè admonuit doctiſſimus Ludovic. Molina, quod & quotidie experimur judiciis concurſus creditorum ad eadem bona introductis per majoratum ære alieno gravati poſſeſſores, prout per diſcurſum hujus Labyrinthi ſæpiſſimè in variis locis apparet. Et inter plurimas alias difficultates aſſidue contigentes, & per diſcurſum noſtri Labyrinthi examinatas, & feliciter reſolutas, hæ quæ ſeſe offerunt in præſenti diſceptandæ, nec minorem continent, nec laxiori examine contentantur.

2 In hoc judicio concurſus ad bona majoratus concurrere aſſolent creditores, qui abſque regia facultate cum poſſeſſore contraxerunt, eidem mutuando pro extinctione alterius crediti, (quo gravata erant bona majoratus,) ſub pacto inter ipſos & poſſeſſorem majoratus, ut illi ſubrogentur in locum, & hypothecam prioris creditoris ex pecunia novorum creditorum dimiſſi, cæteri verò horum jus dupliciter impugnant, ut penitus excludantur à concurſu, & exactione, tum ex nullitate tituli ob defectum regiæ facultatis: tum etiam ne eiſdem uti prioribus, & ante hujuſmodi ſubrogationem, & tranſlationem contrahentibus poſſint præferri, ſubintrationem in locum, & jus prioris dimiſſi creditores prætendentes.

3 Et pro hac parte negativa, ut nullo caſu ex relatis valeat cenſus ſubrogatus abſque regia facultate, multa urgent. Primum à communiter accidentibus: quoniam pro extinctione cenſus antiqui impoſiti ſuper bonis majoratus in conſilio Cameræ expediuntur quotidie facultates ad alios novos creandos minores redditus, vel ejuſdem quantitatis, & ſortis principalis, quæ facultas vulgo dicitur, *para ſubir los cenſos*, prout teſtatur Noguerol *allegat.* 32. *n.* 45. atque quotidie experimur. 4 Neque enim credendum eſt, has facultates expediri in ſimili caſu etiam utile majoratui, ſi de 5 jure non fuiſſent præciſæ, & penitùs neceſſariæ. Nec præſumendum velle Conſilium Cameræ facere actus ſuos fruſtratorios, *leg.* 1. *ff. ad Municipalem*, *leg. un. C. de Theſaurariis*, *leg. ſi Prætorium*, *ff. de præjudiciis*, *leg. fin. ff. ne quis in loco publico.*

6 Et quia ſi de jure hoc permiſſum foret poſſeſſori majoratus, minori, aut Eccleſiæ, ſufficere primam facultatem, & judicis decretum, ſeu ſolemnitas ad hujuſmodi obligationis transfuſionem, nullo modo admitteretur fruſtratoria hæc impetratio facultatis nova: cum fruſtrà precibus impetretur quod à lege, & jure communi eſt conceſſum, *leg.* 1. *ff. ad municipalem*, *leg. Imperatores. ff. de privileg. creditor. leg.* 1. *Cod. de Theſaurariis*, Surdus *dec.* 173. *n.* 18. *& conſil.* 215. *n.* 23. *& conſil.* 298. 26. Eſcobar *de ratiociniis cap.* 6. *n.* 29. Gratian. *to.* 4. *cap.* 617. *n.* 23. quoniam actus fruſtratorios jura abhorrent. Ergo ſemper neceſſaria erit ſecunda facultas.

7 Secundò, quoniam in facultatibus expeditis pro creando cenſu ſuper bonis majoratus expreſsè taxari ſors principalis ſolet, tam reſpectu partis inferioris, quàm reſpectu partis ſuperioris, ut nec ſit minor viginti, nec major vigintiquinque. Et pars inferior taxatur, ne offendatur legis taxatio appoſita pro cenſu redimibili, pars verò ſuperior ne damnificentur majoratus; & ejus ſucceſſores, qui pro modico redditu gravatur in magna ſortis quantitate, indeque exoriatur difficultas redimendi.

8 Quibus quidem magna fraus fieret ſi poſſeſſori majoratus, cui ad quingenta in redditu perſolvendo ex fructibus majoratus datur facultas, quæ juxta legis regiæ taxam correſpondent decem millibus ducatis principalis, quinque pro quolibet centum. Atque ideo poſſeſſor majoratus procul dubio excederet quantitatem facultatis, ſi pro decem millibus reciperent duodecim, aut quatuordecim millia juxta doctrinam Rodriguez *de annuis redditib. lib.* 2. *q.* 16. *nu.* 57. & Freciæ *de ſubfeud. lib.* 2. *q.* 32.

Tertiò, quia quando cenſus redimibilis fuit conſtitu- 9
tus à principio ad rationem unius pro viginti ſuper bonis majoratus, aut ſuper bonis publicis civitatis cum aſſenſu regio, vel ſuper bonis minoris, vel Eccleſiæ cum decreto judicis, & debitis ſolemnitatibus, ſi poſtmodum poſſeſſor majoratus, civitas, tutor, vel Prælatus Eccleſiæ convenit, vel cum creditore ipſo abſque regia facultate decreto, aut ſolemnitate, ut deinceps ſit conſtitutus ad rationem unius pro triginta. Vel conveniat cum tertio, ut credat pecuniam, qua ſors cenſus creditori ſolvatur, & ipſi tertio maneat redditus ſuper ipſis bonis majoratus, & ſimilium ab initio hypothecatis conſtitutus ad rationem unius pro triginta. Iſta ſubrogatio abſque regia facultate ſubſiſtere non poſſe videtur, etiamſi utilis appareat majoratui, civitati, minori, vel Eccleſiæ, nec in præjudicium creditorum poſteriorum priori cenſu, anteriorum tamen ſubrogato creditore.

Tum, quia ſubrogatio non poteſt fieri virtute prio- 10
ris facultatis regiæ, nec primi judicis decreti, cum ſint ſtricti juris, nec extendantur de perſona ad perſonam, nec de uno contractu ad alium abundè comprobavimus *hac* 2. *p. cap.* 10. *per. totum* & alibi paſſim. Ergo non poteſt in novam perſonam transferri conſenſus hujuſmodi.

Tum etiam quia hujuſmodi redditus ad rationem 11
unius pro triginta diverſus à redditu priori conſtituto ad rationem unius pro triginta ex regia licentia, aut judicis decreto conſtitutus: quia vere mutatur pretium juris venditi, atque ideo contractus iſte novus, & diverſus eſt à primo, à quo per novum receditur, & novam emptionem intercedere dicendum erit. Ut inquit text. *in leg. pacta conventa in fin. princip. ff. de contrahenda emptio.* Atque ideo novus hic contractus nova regia facultate, aut decreto eget, cum prior facultas ad diverſum extendi non poſſit, maximè in præjudicium creditorum.

Tum etiam, quia ex hoc novo contractu prior 12
fuit novatus, & primus cenſus fuit extinctus ex redemptione, & ſolutione facta cum pecunia ſecundi creditoris; quapropter hypothecæ, & fidejuſſores primi cenſus ſunt extinctæ liberati, reſque in priſtinam cauſam, & libertatem redit, juxta *leg. voluntate*, §. *fin. ff. quibus modis pignor. vel hypoth. ſol.* cum traditis à Tiraquell *lib.* 1. *de retractu*, §. 19. *gloſſ.* 2. Franchis *deciſ.* 39. ergo nova facultas in hoc ſecundo contractu neceſſaria eſt, vel novum decretum.

Quartò, quia quando aliquid adjicitur, vel detra- 13
hitur antiquæ obligationi; nova cenſetur obligatio contracta *leg.* 1. §. *ſi qui ſimpliciter*, *verſic. cum adjicitur*, *ff. de verb. obligat.* ergo extinguuntur priores hypothecæ, & fidejuſſores, imò ex ſolutione extincta prior fuit, quo caſu ſubingreſſio, & ſubrogatio in locum prioris creditoris denegatur ex *leg. Modeſtinus*, *ff. de ſolutionibus.*

Hinc nonnulli Doctores tenuerunt ſemper eſſe ne- 14
ceſſariam regiam facultatem in tranſlatione cenſus de una perſona in aliam, quæ pro extinctione prioris cenſus mutuavit poſſeſſori majoratus, Prælato, Eccleſiæ, aut tutori, Frecia *de ſubfeud. lib.* 2. *quæſt.* 32. ubi in hac quæſtione, an feudum cum aſſenſu regio obligatum creditori poſſit ſine eodem aſſenſu alteri, cujus pecunia liberatur, obligari; reſpondit negativè, imò novum aſſenſum in hac tranſlatione neceſſarium fore. Reddens rationem *n.* 2. inquit, quòd licèt feudum non alienetur ex toto per venditionem, vel adjudicationem, tamen citiùs forte feudum eſſe recaſurum à domino magis uno poſſidente, quàm alio; ideo hujus intereſſe ratione aſſenſus regius neceſſarius erit.

15 Alii autem distinguunt, Cencius nempe, & Rota, ille *in tract. de censibus, q.* 15. *ex n.* 32. per Rotam *decis.* 27. *n.* 10. inter censum noviter impositum super bonis Ecclesiæ pro extinguendo alio censu ejusdem quantitatis, tam respectu sortis principalis, quàm respectu reddituum, & inter censum impositum pro extinctione alterius census super bonis Ecclesiæ, vel minoris jam impositi majoris quantitatis, tam in sorte, quàm in usuris. Ut in primo casu necessarium sit no-
16 vum decretum, seu novæ solemnitates, movetur ex eo, quod licet bona minoris possint pro ære alieno alienari, maximè instantibus creditoribus; tamen cum creditores censuum non possint pro redemptione instare, non debet permitti alienatio absque decreto, & debitis solemnitatibus, & ex eadem Rotæ *decis.* quæ obiter hoc dixit.

17 In secundo autem casu nempè pro extinguendo alio censu majoris quantitatis tam in sorte, quàm in usuris, necessaria non sit facultas regia, nec decretum, vel solemnitas, allegat Rotam Rodriguez *de redditib. lib.* 1. *q.* 14. *sub cum.* 31. & Gratianum *disceptat.* 45. *num.* 47.

18 Sed procul dubio iste Author æquivocationem hoc casu patitur manifestam; dum loquitur de secundo censu hoc extinguendo alio majoris quantitatis in sorte, quod impossibile per minorem quantitatem extingui majorem, & ideò intelligendus erit de eadem, & æquali quantitate respectu sortis, minoris tamen redditus
19 prout Doctores ab eo citati dicunt, nec non exemplum ab eo positum ibidem, dum *n.* 35. firmat licere imponere censum super bonis Ecclesiæ pro liberanda Ecclesia à solutione majoris census, post Gratianum, & Rotæ
20 decisiones nonnullas, necnon *n.* 36. circa censum impositum à muliere ad rationem octo, pro extinguendo alio ad rationem decem.

21 Nihilominùs tamen prædictis minimè obstantibus, regulariter verum esse in translatione census super majoratu, aut civitatis bonis impositio ex facultate regia. vel super bonis minoris cum decreto, aut Ecclesiæ cum debitis solemnitatibus, pro cujus extinctione alius imponatur æqualis quantitatis tam respectu sortis principalis, quàm respectu usurarum, & reddituum, & multò magis, quando ejusdem sit sortis, minoris tamen redditus; non sit regulariter necessaria nova facultas regia, decretum, aut solemnitas: longè verior est opinio juribus expressis comprobata.

22 Nam licèt verum sit, quod assidue à Camera regia indistinctè per possessores majoratus impetrari soleant novæ facultates ad recipiendos novos census pro antiquorum extinctione, & præcipuè pro eadem sorte minoris tamen redditus, in eademque Camera facillimè expediantur; non tamen ex hoc sequitur, quod semper, & indistinctè sit necessaria nova hæc facultas ad hujusmodi translationem census de una persona in aliam sub eisdem hypothecis, prout aliqui decepti putant.

23 Etenim hæ facultates impetrantur à possessoribus majoratuum pro majori ipsorum, nec non creditorum securitate, & cautela ad evitandam difficultatem contrahendi, & ut faciliùs reperiant creditores qui aliàs fortassè nollent cum eis contrahere, nec possessoribus majoratus mutuare super suis majoratibus impediente scrupulo defectus regiæ facultatis, non tamen quod sint de necessitate contractus, ita ut in hujusmodi census translatione de una in aliam personam defectus eam vitiet.

24 Atque etiam quia potest ex aliquo accidenti in hoc requiri facultas, quando nempe translatio ipsa non fiat servato juris requisito, atque formula, nec sub meris, jurisque translationis terminis se contineat; sed potiùs adhibita novatione in novum, & diversum contractum transeat, juxta casuum distinctionem protinus asserendam; indèque quia accidentaliter potest esse necessaria, justa prævention tuentur se possessores majoratuum in has impetrando facultates.

25 Atque ideò non ex expeditione, & impetratione earum inferri potest ad præcisam necessitatem, quando aliàs de jure non requiritur. Prout videmus in impetrationibus, & expeditionibus facultatis à rege impetratis ad conficiendum majoratum etiam ab eo, qui aliàs absque eis majoratum instituere valet, quæ tunc prosunt ad majorem firmitatem; at in casibus, in quibus fundator majoratus disponit præter, vel contra jus, ipsæ facultates operantur effectum suum, & sustinent dispositionem, juxta *leg.* 7. *ff. de militar. testam. cap. nisi essent de præbendis.* Menchaca *in leg. quoniam in prioribus, nu* 249. *Cod. de inofficios. testam.* Molinam *de majoratib. lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 69. & ibidem Additionator. allegant Azevedium *in l.* 10. *tit.* 7. *lib.* 5. *recopilat.* Castillo *controvers. lib.* 5. *cap.* 67. *n.* 60. qui utrumque Molinam allegant, & tractant circa impetrantem facultatem regiam ad conficiendum majoratum, & conficit nulla facultatis facta mentione, ut nihilominùs ea videatur uti in his casibus, in quibus sine facultate non sustinetur majoratus; in aliis verò ea uti noluisse. 62

Id ipsum videmus in beneplacito Sedis Apostolicæ, 27
quod etsi inter partes contrahentes dicatur esse obtinendum ad contractus confirmationem; adhuc tamen si aliàs de jure non sit necessarium, licet non impetretur; sustinetur contractus absque eo, Rota, ut per Alexand. Ludovic. *dec.* 192. ubi Oliver. Beltramin. plures alias doctrinas, necnon DD. id congerit Hieronym. Gabriel. *consil.* 91. *n.* 7. *lib.* 1. Rota *dec.* 96. *n.* 2. *p.* 1. *diversor.* eadem Rota *doc.* 213. *ex n.* 12. inter recollectas per Post. *post tract. de manutentione*, & per eadem Rotam firmat Gratian. *tom.* 1. *disceptat.* 186. *n.* 13. abundè 28
infra ex n. 73. *cum seqq.* Qui omnes limitant, nisi in contractu inter partes addatur clausula (non aliàs, nec alio modo) quia pactum est servandum, & præcisè requiritur beneplacitum, ut sustineatur contractus.

Ideòque non frustra impetrantur, & expediuntur 29
facultates regiæ, tum ad majorem corroborationem, & cautelam, exitumque faciliorem, tum etiam quia possunt accidentaliter, & juxta modum contrahendi variabilem esse necessariæ. Non enim impeditur quis obtineri privilegio, & gratia principis id ipsum quod aliàs de jure communi sibi comprobat, ad majorem juris sui corroborationem, & confirmationem text. est optimus *in l. forma*, §. *fin. de censib.* ibi. Si quis veniam petierit, ut sibi censum emendare permittatur, deinde post hoc impetratum cognoverit se non debuisse hoc petere: quia res emendationem non desiderabat. Nullum ei præjudicium ex eo, quod petit, ut emendaret censum, fore, sæpissimè rescriptum est. ubi gloss. *verb. rescriptum* alia jura refert concordantia, text. etiam *in leg. Cod. de repudian. hæredit.* Molin. *de primogenitis lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 75. Solorzanus *de jure Indiar. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 1. *ex n.* 56. Cancer. *variar. resol. tom.* 2. *part.* 3. *ex n.* 81. *& seq.* quos, & plurimos alios sequimur *in comment. de Retent. Bullar.* 1. *part.* 30
cap. 2. *sect.* 4. *nu.* 166. *cum multis seqq.* ubi etiam neminem impediri plura jura, & titulos acquirere, & cumulare posse ad majorem cautelam, & juris sui confirmationem, *ex leg.* 4. *D. ad l. falcidiam cap. sacrorum* 12. *quæst.* 2. 31
cap. post electionem de conces. de præbend. Atque etiam quod ea quæ abundant, non vitiant, sed deserviunt ad majorem cautelam, *l. inutiliter, C. de legat.* 1. *l. non solent.* 9. *D. de reg. jur. l. testament.* 17. *de testamentis.*

Ex quo infertur, quod licet in hujusmodi censuum 32
translationibus impetrari soleant novæ facultates regiæ per possessores majoratus, villas, aut civitates, novaque decreta, & solemnitates, non ideo sequitur, quod semper absolutè, & indistinctè sint necessariæ, à jure requisitæ, ita ut earum defectus vitiet translationes hujusmodi, nisi ex variato modo transeundi novus inducatur contractus, quo ipsa nova facultas necessaria sit. Nam cùm à principio dubium sit, quo genere 33
contractus accommodabuntur creditores, qui mutuati sunt, cautè à possessoribus majoratus impetrantur facultates regiæ, secundum Guido Papæ *dec.* 140.

secund.

fecund. concluſ. circa finem, Calderin. *conſil.* 277. *aliàs* 1. *de emptione & vendit.* Tuſchus *lit. A. concluſ.* 68. Auguſtinus Barboſa *axiomate* 3. *n. fin.*

34 Quapropter ut faciliùs percipiatur, & cognoſcatur quando in tranſlatione cenſus impoſiti ſuper bonis majoratus, & ſimilibus non ſit neceſſaria nova facultas regia. Quando verò requiratur, per caſuum diſtinctionem procedendum erit.

35 Primus caſus ſit, quando tranſlatio fit ſub puris, & meris terminis ſuis, nempe quoties novus creditor mutuavit pecuniam poſſeſſori majoratus pro redimendo alio cenſu impoſito ſuper bonis majoratus, minoris, populi, aut Eccleſiæ cum facultate regia; ut hoc caſu etiamſi ſit pecunia mutuata ejuſdem quantitatis in ſorte, & uſuris, creditor iſte novus ſubintrat locum prioris, quo caſu non requiritur nova facultas, ſed hoc fieri ſufficit ex virtute primæ facultatis influentis in ſecundum mutuum; cum ſit unus contractus, & una obligatio tranſlata de una perſona in aliam, nec ſit no-
36 vus, ſed unus, & idem contractus. Atque ideo quando tertio mutuavit poſſeſſori majoratus eandem pecuniæ quantitatem ad extinguendum alium cenſum, & cum eo convenit, ut hypothecæ eædem maneant in eiſdem bonis majoratus, vel pupilli, aut minoris, abſque novo decreto, nec nova facultate contractus ſuſtinetur, probant jura expreſſa *in l. pater filium*, *in princip. D. de legat.* 3. *l. pupillorum*, §. *fin. de reb. eorum*, Mol. *de primogenit. lib.* 1. *cap.* 10. *ex n.* 25. *& ſeqq. & n.* 27. idem Mol. *lib. cap.* 26. *n.* 10. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 40. *nu.* 31. *verſ. octavo quæro.* Marinus Frecia *in tr. de ſubfeud. lib.* 2. *q.* 42. *per totum.* Renatus Chopinus *de feudis.* Andegaud. *lib.* 2. *tit.* 4. *n.* 3. Rodriguez *de redditib. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 51. Avendan. *de cenſib. cap.* 56. *n. fin.* & ſuperius Intrigol *de ſubſtitutionib. centur.* 3. *q.* 73. *n.* 418. Fuſſarius *de ſubſtitutionibus*, *quæſt.* 541. *n.* 21. *& quæſt.* 702. *n.* 4. Additionator. ad Molinam *dict. cap.* 10. *ſub n.* 25. *&* 26. Mieres *de majorat.* 1. *part. q.* 10. *ex n.* 264. de hoc articulo abundè egimus *ſuprà hac* 2. *part. cap.* 7. *per*
37 *totum*, ubi etiam quando ipſemet poſſeſſor majoratus propria pecunia redemit cenſum impoſitum ſuper eodem majoratu, ut ipſe percipiat redditus, & ſuccedat in locum prioris creditoris, ſua pecunia dimiſſi abſque nova facultate, ſed virtute prioris.

38 Sicuti in tutore, qui poteſt prædia minoris, quæ jam ſemel erant longiſſimè hypothecata, pro eadem quantitate ſine decreto hypothecare, dummodo non ſit in duriorem cauſam. Probat, licèt obiter, *ex d. l. pupillorum*, §. *fin. D. de reb. eorum*, & ex Rodrig. *lib.* 1. *q.* 14. necnon Caſtillo *controverſiarum*, *tom.* 1. *c.* 61. *n.* 25. Hermoſilla *in l.* 4. *gl.* 7. *n.* 34. *tit.* 5. *p.* 5. *tom.* 2.

39 Idem erit, quando primus creditor cum facultate regia cedit jus redditus principale in alium tertium, ut iſto caſu non requiratur ad hanc ceſſionem nova facultas regia ex identitate rationis. Ut probat poſt Molinam Rodriguez *lib.* 2. *quæſt.* 16. *n.* 48. & 49.

40 Secundus caſus erit, quando tertius mutuat poſſeſſori majoratus eandem quantitatem, ad extinguendum alium cenſum majoris uſuræ, impoſitum ſuper majoratu, aut civitate, & ſimilibus ejuſdem quantitatis, ita ut tertius minores uſuras percipiat ex eodem cenſu ſibi tranſlato, cum pacto ſubintrandi in cenſum, & hypo-
41 thecas. Multò magis admittitur iſta ſubrogatio, tranſlatio, & ſubingreſſio abſque facultate regia. Idem etiam quando poſſeſſor majoratus convenit cum creditore, qui ex mille percipiebat quinquaginta annuatim, ut de cætero non percipiat, niſi triginta, aut quadraginta. In hoc enim contractu verſatur notiſſima cauſa utilitatis majoratui, & ſimilibus. Ut per Seraphinum *deciſ.* 1109. *p.* 2. ubi ponderat minori, & Eccleſiæ eſſe utile cenſum minoris redditus accipere ad extinguen-
41 dum alium majoris redditus. Sequitur Riccius *in praxi Eccleſ. fori*, *part.* 1. *dec.* 49. Marius Muta *ſuper Bulla de cenſibus*, *ampliatio.* 34. *n.* 130. & 171. inferens ex hac, minorem poſſe abſque abſque decreto, & ſolemnitatibus cenſum ſuper bonis ſuis imponere ad alterius majoris redditus extinctionem. Noguerol. *allegat.* 32. *n* 44. Rota Cencius, & Rodriguez citati ſuprà *ex nu.* 17. *verſ. in ſecundo autem caſu*, &c.

Quibus duobus caſibus ſi hoc pactum non fiat in 43
vim novi contractus, nec animo novandi priorem, nulla eget nova facultate, & perdurant priores hypothecæ, & fidejuſſores. Ut ſecus ſit, quando in utroque caſu fit animo novandi priorem contractum, & inducendi alium novum, ut tunc nova egeat regia facultate; quia prior adverſus hunc contractum non extenditur. Ampliſſimè differit, & explicat videndus Rodri-
guez *de annuis redditibus*, *d. lib.* 2. *q.* 16. *ex n.* 54. *cum* 44
ſeqq. & ex n. 58. *cum ſeqq.* Sequitur Caſtillo *contr. tom.* 4. *c.* 59. *ex n.* 48. *& ſeqq.* ubi etiam ſub hac diſtinctione extingui, vel permanere fidejuſſionem, & hypothecas.

Tertius caſus eſt, quando ſors redditus augetur ita 45
ut augmentum illud noviter recipiat poſſeſſor majoratus, ut putà cenſum, emi ſuper majoratu cum facultate regia ad rationem unius pro viginti, & pro tempore pepigi cum ſucceſſore majoratus, ut augeatur ſors principalis ad rationem unius pro triginta, & ei tradidi illa decem, redditus autem non fuit mutatus, ſed illud unum dumtaxat pro illis triginta mihi perſolvendum novus eſt contractus, & nova indiget regia facultate. Rodriguez *d. q.* 16. *n.* 56. & 57. quos & alios ſimiles caſus latius explicat Rodrig. *ibid. ex n.* 47. *uſque ad fin.*

Ad tertium autem caſum, & difficillimum (quem 46
ipſe Rodericus non tangit) tranſeamus, quando nempè cenſus impoſitus fuit à principio ſuper bonis majoratus, aut civitatis, abſque tamen facultate regia, vel ſuper bonis minoris ſine decreto, aut ſuper bonis Eccleſiæ abſque debita ſolemnitate, poſtmodum autem obtenta fuit nova facultas à Rege, vel Sede Apoſtolica ad creandum novum cenſum pro extinctione prioris; an iſte novus cenſus ſuſtineatur, ardua, quæſtio eſt.

Et pro parte negativa, ut etiam ſecundus cenſus, ex 47
cujus pecunia prior creditor fuit dimiſſus, nullus ſit, facultate regia ad extinctionem obtenta non obſtante, multa faciunt. Primum quoniam cum prioris cenſus impoſitio ſuper bonis majoratus, univerſitatis, minoris, aut Eccleſiæ, abſque regia facultate, decreto, aut ſolemnitatibus fuerit à principio nulla ipſo jure; nihil juris adeſt quod cedi, aut tranferri poſſit in ſecundum creditorem. Juxta *leg. Modeſtinus* cùm materia *D. de ſolution. leg. cum precario*, *D. de precat.* & quia de non 48
ente ad ens non poteſt fieri tranſitus, ut per plura jura, & Doctores diximus ſuprà hac 2. *part. cap.* 10. *ex n.* 107. *verſic. igitur ſi facultas*, &c. & per totum cap. multa applicabilia videbis. Nec de privatione ad habitum 49
ſit regreſſus *l. qui res*, §. *arcam*, *D. de ſolutio. n. leg. poſt. diem*, *D. de lege commiſſor.* latè Sigiſm. Scaccia. *de commerciis*, §. 2. *gloſſ.* 5. *n.* 88. *& ex n.* 290. *cum ſeqq.*

Et quia facultas ſecunda ad extinguendum primum 50
cenſum perneceſſe ſupponit veram & realem ejus exiſtentiam; cum privatio & extinctio præſupponat vitam, habitum, & exiſtentiam rei, *l. decem* 117. *D. de verb. oblig. l.* 4. §. *condemnatum*, *D. de re judic. leg. nec utilem* 20. *D. ex quibus cauſis majores l. Titio uſusfructus*, *D. de condit. & demonſtrat. l. remittit*, *D. de jurejur. l. manumiſſiones*, *D. de juſtit. & jur. l. non poteſt videri*, *D. de reg. juris*, §. *ſervus*, *inſtit. de cap. diminut. cap. ad diſſolvendum*, *de deſponſat. impub.* quæ jura rectè conducunt. Ergo ſi nihil eſt, quod extinguatur, 51
in nihilo operatur facultas regia, & ad extinctionem, & ad tranſlationem omninò inefficax, & fruſtatoria: nam jus quod nunquam fuit, extingui non poteſt, *l. nam etſi ſub conditione*, *D. de injuſto rupto*, *l. obligari* §. *tutor*, *D. de author. tutor. l. ſi tutor. Cod. in quibus cauſis in integ. reſtit. non eſt neceſſ. d. c. ad diſſolvendum*, *de deſponſ. impub.* Surd. *conſ.* 51. *n.* 58. *& conſ.* 73. 77. *& conſ.* 114. *n.* 9. *& conſ.* 160. *n.* 61.

52 Secundo, quia jus cedentis tranſit in ceſſionarium cum omnibus ſuis qualitatibus, & cum ſua cauſa, Rota *in dec.* 490. *ne* 12. *& dec.* 536. *n.* 30. inter recollectas per Cencium *poſt. tr. de cenſib.* Nec ceſſionarius plus juris habet in cenſu ceſſo & tranſlato, quàm ipſe cedens
53 habebat Rota *dec.* 358 *n.* 12. apud ipſum Cencium. Ergo eodem vitio tranſit in eum, *l. vitiaretur, D. de acquir. rerum domin.* & quemadmodum à principio penes cedentem nullus extitit cenſus; ita pariter apud ceſſionarium. Tranſlatio enim fit cum ſuo onere, ſua cauſa, & qualitate, *leg. Caio, in princip. D. de aliment.*
54 *legat.* & ibi Bart. & idem Bart. *in l. ſi adimendo, D. de adimend. legat.* Paulus Caſtrenſ. *conſ.* 326. *n.* 2. *vol.* 1. Natta *in conſ.* 476. *n.* 15. Hieronymus Gabriel. *conſ.* 110. *n.* 4. Mantica *de conject. ult. volunt. lib.* 12. *tit.* 3 *n.* 3. ubi limitat.

55 Tertiò, quia hic cenſus nunquam potuit habere ſtatum convaleſcentiæ, cùm omni tempore ei defecerit facultas regia; non in ejus prima creatione, quia omninò non intervenit; non in tranſlatione, quia facultas regia nec fuit petita ad validandam prioris cenſus creationem, nec ad id fuit deſtinata, nec à principe (qui de ejus invaliditate, & defectu notitiam non habuit, nec ei fuit de eo in impetratione facta relatio, quæ ſpecifica requiritur) ad id fuit conceſſa, nec ad ſupplendum defectum fuit emanata; qui deficit principis intentio, & ſic gratia ad id extenui nullo modo poteſt; ut in ſimilibus terminis latius probavimus ſuprà hac 2. *p. c.* 11. *ex n.* 14. *cum ſeqq. verſ.* 1. *ex*
56 *defectu intentionis principis*, &c. Sed ſolum fuit petita, & conceſſa ad extinctionem cenſus, quæ potius ſuponit ejus exiſtentiam, ut in primo fundamento diximus, & ſic ultra operari non poteſt facultas, tanquam ſtrictiſſimi juris, prout latè probavimus hac 2. *p. c.* 9. 10. *& 11. per tot.* imò in hac facultatis impetratione tam principis, quàm patris impetrantis deficit ad validandum priorem cenſum intentio ad diverſum finem penitùs deſtinata, & actus non debent operari ultra intentionem agentis, *lege non omnis. D. ſi certum pet.*

57 Quartò, quoniam hæc facultas impetrata fuit generaliter ad extinguenda credita, & cenſus impoſitos ſuper bonis majoratus, aut Eccleſiæ, & ſimilium, & ex hac cauſa fuit conceſſa. Non igitur potuit comprehendere hunc cenſum, ad quem uti nullum ex defectu ſo-
58 lemnitatis majoratus, nec Eccleſia tenebatur. Ergo illum comprehendere non potuit facultas; quia in eo facultas regia verificari non poteſt ceſſante cauſa æris alieni, ob quam fuit conceſſa. Ut probat Rota apud Cenc poſt *tr. de cenſib. dec.* 28. *n.* 5. & 6. ubi de facultate impetrata pro extinctione æris alieni, quo teneri Eccleſiam, fuit aſſertum, nullum eſſe ex eo, quod non conſtitit de debitis Eccleſiæ.

59 Quintò, & pro hac parte faciunt Doctores omnes laudati *ſuprà n.* 35. *verſ. primus caſus ſit.* Dum admittitur cenſus impoſitio ſuper bonis majoratus, & ſimilium abſque nova facultate pro extinctione priorum cenſuum; quando in iſtis adfuit ſolemnitas requiſita, & ſic à principio validè conſtituti, & impoſiti; quo omninò ſentiunt contrarium, quando in priorum creatione defecit facultas regia, ut tunc ſecundum impoſitionem pro eorum extinctione non excuſent à nova, & valida facultate, quæ in noſtro caſu omninò non adeſt ex defectu intentionis Principis, & quia ad revalidandam priorem cenſus creationem deſtinata, non fuit petita, nec conceſſa. Igitur nullo modo poteſt prodeſſe, nec validam reddere tranſlationem ex nova impoſitione.

60 Pro contraria parte imò novum cenſum creatum ex facultate impetrata pro extinctione cenſus impoſiti ſuper bonis majoratus, Eccleſiæ, univerſitatis, aut minoris abſque regia facultate, validum eſſe, & ſuſtineri, & verificari poſſe hujuſmodi novam facultatem in hoc cenſuum genere à principio non ritè impoſito; urget authoritas Rotæ, nec non aliorum DD. Rota etenim *in dec.* 202. *in* 3. *in novit. recent.* per Farinacium reſolvit, quod ſi capitulum Eccleſiæ vendidit cenſus ſuper ſuis bonis abſque debitis ſolemnitatibus ad eorum validitatem, ad quos poſtmodum redimendos, alios de novo creavit minori pretio redemptos, quod ſecundi valide creari cenſentur, priorum nullitate non obſtante; cum 61
ſufficiat quod tempore ſubrogationis, & redemptionis validi judicarentur, nec adverſus eos fuiſſet nullitas oppoſita. Quam doctrinam, & deciſionem refert Noguerol *alleg.* 2. *n.* 56. ſed hæc deciſio ſimpliciter intellecta omnibus juris principiis repugnat, dum mentionem non facit de ſolemnitate in ſecundo cenſu adhibita per capitulum, nam ea deficiente, multo minus ſuſtineri poteſt prior, nullitaſque nullitati additur, prout advertimus *ſuprà hac* 2. *p. c.* 9. *n.* 44.

Eandem opinionem tenet Capiblancus *in tract. de* 62
Baronib. tom. 1. *pragmat.* 1. *n.* 298. *ex verſ. alia q. mihi.* Dicens, quoad aſſenſus regius obtentus ad cenſus creationem ex cauſa dimittendi, & ſolvendi creditores univerſitatis, & ejus debita extinguendi, quæ aliàs contracta fuerant abſque regia facultate, nec non debita ſolemnitate; adhuc tamen cenſus noviter creatus erit validus, quia ſufficit ei, qui tunc dedit pecuniam, fuiſſe ad id facultatem conceſſam, quod priora credita de facto, licèt non de jura deberentur ab univerſitate, ita ut ſecundus creditor non teneatur aliter indagare de priorum validitate. Sequitur Noguerol. *in d. alleg.* 2. *n.* 57.

Quid dicendum in tanta contrarietate? debitor tunc 63
validam eſſe facultatem regiam pro extinctione alterius cenſus impoſiti ſuper bonis majoratus, univerſitatis, Eccleſiæ aut minoris abſque regia facultate, decreto, aut ſolemnitate; ſi pecuniam ipſius cenſus probetur verſam fuiſſe in utilitatem ipſorum; non alias, nec alio modo. Etenim probata verſione majoratus, populus, minor, vel Eccleſia tenetur ad ſortis reſtitutionem, ne contra naturalem æquitatem, & jus lucrentur cum alterius jactura, prout latiſſimè probat Cenc. *in tr. de cenſib. in q.* 24. *ex nu.* 25. *cum ſeqq & in q.* 88. *n.* 16. omninò videndus, & priori creditori ſors 64
principalis, (non uti cenſus) debet reſtitui cum redditibus, ratione intereſſe lucri ceſſantis, aut damni emergentis uſque ad realem reſtitutionem ſortis. Prout abundè, & doctè videre eſt apud ipſum Cenc. *in d. q.* 88. *ex n.* 14. *cum multis ſeqq. uſque ad fin. & in q.* 19. *ex nu.* 39. *cum multis ſeqq.* qui *ex n.* 45. & 46. Ex 65
quampluribus Rotæ dec. & DD. probat hoc intereſſe intelligi eſſe taxatum juxta redditus promiſſos in conſtitutione prioris cenſus, quamvis nulla ex defectu ſolemnitatis; nam ad taxationem hujuſmodi attendenda eſt partium conventio, & taxatio ipſius inſ- 66
trumenti. Quæ & procedunt in minore, in cujus utilitatem apparet verſam eſſe pecuniam cenſus ab eo vel tutore, & curatore ſive decreto impoſiti, ut ad ſortem, & intereſſe teneatur. Cencius plenè comprobat poſt alios *in q.* 15. *ex n.* 40. *cum ſeqq.*

Igitur cum majoratus ex cauſa verſionis, minor, po- 67
pulus, & Eccleſia teneatur ad ſortem cum uſuris, ſeu intereſſe, rectè verificatur in hujuſmodi obligatione ſecunda facultas impetrata pro extinctione iſtius cenſus, cùm revera prædicti teneantur ad æs alienum; & cauſa impetrationis verè exiſtat, & per conſequens creditor, qui hujuſmodi facultatis virtute mutuavit pro extinctione prioris cenſus abſque ea conſtituti, & re vera fuit creditor prior dimiſſus ex pecunia ſecundi, tutus eſſe dicitur & hoc modo procedunt Rotæ deciſiones, Capiblancus, & Noguerol paulò antè citati, prout eos declaravimus *ſuprà hac* 2. *p. c.* 8. *ex n.* 69. *verſic. ex quibus valde ſcrupuloſa*, &c.

At verò quando non apparet priorem cenſum ver- 68
ſum eſſe in utilitatem majoratus, minoris, univerſitatis, & Eccleſiæ, ſi tamen in impetratione facultatis regiæ (noviter impetratæ pro novo cenſu conſtituendo ad extinctionem prioris conſtituti ſine ea) ſpecifica fiat Principi defectus, & nullitatis relatio, & princeps certior

factus

factus concedat facultatem, ſecundus ejus virtute cenſum emens à poſſeſſore majoratus, populo, &
69 minore, &c. totus eſſe dicetur; quia hoc caſu à principe prior cenſus confirmatus, & approbatus manet. Rota apud Duard. *poſt tr. de cenſib.* 124. *n.* 34. ubi fuit habita pro perfecta cenſus confirmatione, ſi in aſſenſſu obtento fuit facta relatio de ejus defectu, *& n.* 9. 10. *&* 11. idem ponderatur, Sperel. *dec.* 28. *n.* 29. *&* 30. Gratian. *tom.* 4. *c.* 652. *n.* 16. *&* 17. Rota apud Farinac. *dec.* 115. *n.* 7. *& per totam.* 1. *tom. conſilior. criminal.* quæ deciſio eſt apud Cenc. 124. *nu.* 10. *poſt tr. de cenſib.* Sequitur poſt alios Noguerol, (qui in caſu
70 ſupra dicto intelligi debet) *alleg.* 32. *ex n.* 242. ubi tenet pro hujuſmodi relatione ſufficere impetratione facultatis pro cenſus extinctione exhibere coram Principe, & conſilio Cameræ cenſus ipſum inſtrumentum, ex cujus inſpectione apparet defectus. Et iterum repetit inferiùs *n.* 206. *ex* Mareſcot. *var. reſol. lib.* 6. *c.* 10. *n.*
71 151. *&* 152. comprobatur, quoniam quando inſtrumento præſentato, & exhibito apparet defectus, exceptio & appoſitio contra eum non eſt neceſſaria. Azeved. *in l.* 2. *tit.* 3. *n.* 33. *lib.* 5. *recopilat.* plurimos alios videbis DD. *infra* 3. *part. cap.* 1. *ex nu.* 108. *cum ſeqq. verſ. deinde unuſquiſque creditor*, &c.

72 Qua diſtinctione attenta, facilè reſpondebis argumentis utriuſque partis, maximè prioris in contrarium conſideratis, quæ omnia ferè tendunt ad unum finem, & una ſolutione evacuantur. Fundantur enim in nullitate cenſus prioris impoſiti ſuper bonis Eccleſiæ, populi, minoris, aut majoratus, quæ non habent locum, quando data verſione in utilitatem eorum, cum tunc remaneat obligatio ad ſortem, & intereſſe, (in quibus rectè verificatur facultas poſtea obtenta etiam non facta relatione nullitatis, & defectus cenſus. Ut ſecus ſit deficiente ratione, nec non expreſſa relatione defectus in impetratione; qua quidem juridica diſtinctione cuncta contraria ad concordiam reducuntur.

73 Nunc tractandum, quando ad tranſlationem cenſus legitimè à principio impoſiti ex facultate regia ſuper bonis majoratus, aut populi, quo caſu ad tranſlationem ſimplicem de una perſona in aliam non requiri novam aliam facultatem regiam, ſi nihilominus impetretur, & ex aliquo capite ſit inefficax, aut nulla, ſeu ſubreptitia; an ſecunda cenſus ejus virtute impoſitio, & ſubrogatio ſit nulla? in quo negative reſpondendum erit.

74 Quoniam ubi in actu nulla ſolemnitas requiritur; ſi tamen adhibeatur, nulliter tamen, & minus legitime, non ideo vitiatur, nec annullatur actus, qui omninò ſuſtinetur, ac ſi à principio nulla adhiberetur. Prout in variis caſibus, & materiis probant quamplures DD. gloſſ. ſingularis *in §. minutis* aliàs *ſervi, inſtit. de libertinis*, quam ſummè notant, & commendant DD. ibi Bald. *in l. conſentaneum, C. quomodo & quando judex* pro qua eſt text. *in l. unic. verſ. fin. C. de rei uxor. action. l. hæres palam in fin. D. de teſtamentis l.* 1. *§. fuit quæſitum, D. ad Trebellian. l. ſi uxori, D. de donat. inter, l.* 1. *§. fin. D. de dote præleg. l. cum tabulæ, D. de bonorum poſſeſſ. ſecund. tabul. l. ſtipuler. §. fin. D. de verb. oblig. Clement. ſæpe, verſ. fin. de verb. ſignific.* Gomez *in tom.* 1. *variarum, c.* 12. *de leg. n.* 74. Puteus *dec.* 344. *n.* 4. *in fin.* aliàs 334. *n.* 4. *lib.* 2. *in correctius.* qui loquitur de ſolemnitate non neceſſaria, & minus ſolemniter, atque defectuosè adhibita, non vitiare principalem diſpoſitionem. Auguſt. Barboſa *axiom.* 33. *n.* 7. qui *n.* 4. poſt Cravetam *conſ.* 331. *n.* 15. & Tuſch. *practicarum concl. lit. A. concl.* 67. *n.* 21. loquuntur de depoſito nulliter facto eo in caſu, quo ſola verbalis oblatio requirebatur, ut nihil obſtet deponenti.

76 Et hinc eſt, quod actus, ſeu contractus, qui de jure non requirit ſcripturam; ſi hæc nihilominus fuerit adhibita, nulliter tamen ex aliquo juris defectu, & abſque juris ſolemnitate, non ideo vitiatur, nec annullatur contractus ipſe, qui aliter per teſtes probari nihilominus poteſt. text. eſt *in l.* 1. *tit.* 25. *l.* 4. *recopil.* Burgoſ. de Paz *in l.* 3. *Tauri . . p. n.* 1041. Parlador. *lib.* 2. *rerum quotidiarum, c. fin.* 1. *part. §.* 12. *n.* 13. *fin.* multa per Jacob. Cancer. *var. reſol.* 2. *part. c.* 3. *de inſtrument. guarentig. ex n.* 25. Petrus Surdus *de alimentis tit.* 8. *privil.* 3. abundè Mieres *in tr. de majoratu*, 1. *p. p.* 62. *ex n.* 76. *cum ſeq.*

Hinc etiam quia ſtatutum annullans inſtrumentum 77
ob non ſolutam gabellam ex contractu, vel ex alia cauſa, non ideo intelligitur annullare contractum ipſum, quia differunt inter ſe contractus; & inſtrumentum inductum ad ejus faciliorem probationem, latè comprobat Bart. *in l. ſi quis legatum, D. de falſis*: unde unum non trahitur ad aliud, ſecundùm Joan. de Imola, Paulum Caſtrenſ. & Joan. de Portu, & modernos, nec non Bartol. *in l. ſervum filii, §. eum qui chirographum, D. de legat.* 11. & notat Bald. *in l. fin. C. de falſa cauſ. adjec.* Bertachin. *in tr. de gabellis*, 3. *membr.* 8. *part. princip. tit. de gabellis contractuum*, *n.* 32.

Ex quibus rectè infertur, quod ſi minor, populus, 78
vel Eccleſia recipiat in feudum, vel emphyteuſim, aut cenſum reſervativum bona aliqua ſub canone perpetuo annuatim perſolvendo, contractuum genus facultate regia, decreto, aut ſolemnitatibus non eget. Rodrig. *de redditib. lib.* 1. *q.* 14. *n.* 6. Valaſcus *de jure emphyt. q.* 35. *n.* 6. quidquid contrarium autumet Avendan. *de cenſibus cap.* 68. *n.* 4. contra quem pluries judicatum fuit in hac noſtra Pinciana Cancellaria, quam doctrinam veram eſſe intelligerem in terminis juris, quibus loquitur; at ſi ad ſolutionem penſionis, & obſervantiam contractus bona minoris, vel populi fuerint obligata; non ſuſtineri hanc obligationem, & hypothecam, quæ nullatenus valet deficientibus juris ſolemnitatibus, regia facultate, ex juris principiis, & ſæpe diximus; & ſic procedit doctrina in terminis, quibus bona ipſa feudum, emphyteuſim, aut cenſum reſervativum ſola maneant affecta, & obligata, aliàs non video quo juris colore poſſit minor reſpublica, vel Eccleſia abſque ſolemnitate, ſua propria bona obligare; quo caſu rectè admitto opinionem Avend. *d. c.* 68. *ex n.* 4. *& ſeq.* qui ſub hac diſtinctione erit intelligendus omnino, & ad eam reducendi ſunt utriuſque opinionis Doctores. Si tamen inſuper inter contrahendum dicatur, 79
quod facultas impetretur, vel decretum prætoris adhibeatur prout de facto impetrata fuit, nulliter tamen, nihilominus ſuſtinetur contractus præcedens, minorque, civitas, vel Eccleſia remanet obligata ad penſionis annuæ ſolutionem; ex hactenus comprobatis.

Etenim facultas, aſſenſus, ſeu beneplacitum Sedis 80
Apoſt. ſi in contractu poſtulandum & impetrandum eſſe dicatur, ſi aliàs de jure non requiritur ad actus, vel contractus validitatem, non vitiat contractum, quamvis non
impetretur; niſi adatur expreſſa, at abſque eo contrac- 81
tus nullus ſit. Rota, ut per Alexand. Ludoviſ. *dec.* 192. *per totam*, & ibi Beltramin. plures alias congerit deciſiones, & Doctores Gabriel *conſil*, 92. *n.* 7. *lib.* 1. Rota *deciſ.* 96. *n.* 2. *part.* 1. *diverſor.* Rota *in una Romana, Afflict. dec.* 215. *an.* 12. *& ſeq.* inter recollectas per Poſt. *poſt. tr. de manuten.* 1. *tom.* vide infrà *cap.* 23. *in fin. hac* 2. *p.* Gratianus *tom.* 1. *diſcept.* 168. *n.* 13. Rota apud Farinacium *dec.* 404. *n.* 1. *&* 6. *tom.* 3. late Mieres *de majoratu*, 4. *p. cap.* 11. *ex n.* 41. *cum ſeqq.* Aug. Barboſa *de clauſul. clauſ.* 3. *n.* 21. *cum ſeqq.* & rurſum tetigimus etiam ſuperius *ex n.* 27.

Et quia alienatio ubi prohibita eſt in favorem alicu- 82
jus abſque ſolemnitate, aut decreto; ſuſtinetur tamen abſque eo, ſi ei utilis ſit, ut in minore, Eccleſia, majoratu, & fideicommiſſo; plura jura, & Doctores obſervat Caſtillo *controverſ. tom.* 4. *cap.* 61. *ex n.* 22. *cum ſeqq.* vide plurimas doctrinas cumulatas ſuprà 1. *part. cap.* 14. *ex n.* 62. *cum ſeqq. verſic. nec obſtat.* &c.

CAPUT XVIII.

Creditores ejus qui facultatem ſibi reſervatam, vel aliter datam habeant diſponendi de certa re, aut quantitate, an in concurſus judicio ſua

credita exigere valeant ex illo jure reſervato, ſive debitor reſervationis facultate uſus fuerit, ſive non?

SUMMARIUM.

1 *Creditores donantis ſua bona reſervata ſibi certa quantitate ad liberè diſponendum, an in ea jus habeant, & ſeqq.*
2 *Diſtinguitur an ante diſpoſitionem juris reſervati, vel poſt.*
3 *In generali bonorum obligatione an veniat jus ſibi ad diſponendum, reſervatum à donatore.*
4 *Negativè reſolvitur quando juris reſervati diſpoſitio fuit reſtricta ad vitam debitoris.*
5 *Non generali bonorum obligatione veniunt bona ad diſponendum reſervata, niſi ſpecificè exprimantur.*
6 *Ea bona quæ nondum noſtra ſunt, ſed eſſe ſperantur, poſſunt obligari.*
7 *In obligatione generali bonorum, futura quoque comprehenduntur.*
8 *hypotheca cadit ſuper jure de futuro, jure in ſpe, atque ſuper actione competente ad rem.*
9 *Hypotheca non cadit in rebus ad diſponendum reſervatis, antequam debitor declaret, ſi uti velit facultate.*
10 *Jus ad diſponendum de certis bonis poteſt debitor repudiare, & non requirere in præjudicium creditorum.*
11 *Per hypothecam ſpecialem eorum bonorum, quæ ſibi ad diſponendum habet debitor reſervata, an cenſeatur uti facultate.*
12 *Affirmativè reſolutum, cum ſeqq.*
13 *Hypotheca ſpecialis bonorum reſervatorum licet non deſtinetur expreſsè ad utendum facultate; deſtinatur tamen tacitè velle debitorem adire, & facultate uti.*
14 *Facultatem habens acquirendi rem aliquam, eo ipſo quod de illa diſponit, videtur acquirere velle.*
15 *Per locationem rei hæreditatis hæres cenſetur adire.*
16 *Aditio inducitur per rei hæreditatis diſtractionem.*
17 *Hypotheca rei alienæ ipſo jure non valet.*
18 *Per hypothecam ſpecialem bonorum reſervatorum ad diſponendum, inducitur acceptatio.*
19 *Bona in quibus debitor habet ſpem de præſenti, non veniunt in obligatione generali, niſi exprimatur ſpecificè.*
20 *Per ſpecialem, non per generalem obligationem bonorum reſervatorum, jus acquiritur creditoribus.*
21 *Aditio eſt individua, & ex ea infertur de parte ad totum.*
22 *Facultate ad diſponendum de certis bonis, qui uſus fuit in parte, ad tota bona non extenditur.*
23 *Adire hæreditatem pro parte, & pro parte repudiare nemo poteſt.*
24 *Facultate reſervata ad diſponendum de certis bonis per ultimam voluntatem, inter vivos uti debitor non poteſt, nec jus obligare creditoribus, etiam expreſsè.*
25 & 26. *Facultatem diſponendi uno modo qui ſibi reſervavit, alio modo uti eadem non poteſt.*
27 *Qui expreſsè uti facultate ſibi uno modo reſervata non poteſt, ita nec tacite.*
28 *Facultate diſponendi in vita, & in morte reſervata poteſt quis uti ſive inter vivos, ſive in morte.*
29 *Facultatem qui ſibi reſervavit ſimpliciter ad diſponendum, utroque tempore poteſt quis uti.*
30 Diſponere *verbum, aptum eſt comprehendere contractum, & ultimam voluntatem: ut contra Caſtillum rectius probatur.*
31 *Caſtillo ſibi contrarius annotatur.*
32 *Facultas ad diſponendum ſimpliciter conceſſa complectitur tam contractus, quàm ultimam voluntatem.*
Facultas ad alienandum quando comprehendat tam contractus, quàm ultimam voluntatem, ibid. remiſſivè.
33 *Donator omnium bonorum præſentium, & futurorum, cum reſervatione aliquorum ad diſponendum, debet intelligi de diſpoſitione in ultima voluntate, non inter vivos.*
34 *In reſervatione* diſponendi, & teſtandi, *ſi ſimul dictum fuit, an* diſponendi *facultas reſtringatur per adjunctum* teſtandi: *vel an ſit augmentativum, tam in vita, quàm morte, remiſſivè.*
35 *Creditores ejus qui ſibi reſervavit bona, ut de eis poſſit diſponere, an ad ea jus habeant, poſtquam debitor diſpoſuit tacitè, vel expreſsè.*
36 *Negativè reſolvit Caſtillo, ut debitor de bonis reſervatis poſſit liberè diſponere in præjudicium creditorum, & ſeqq.*
38 *Debitor per æs alienum poſtmodum contractum non videtur obligare bona aliunde ſibi, ad diſponendum reſervata.*
39 & 40. *Nec in generali obligatione venire intelligantur.*
41 *Impugnatur Caſtillo in ſua aſſertione, de qua n. 36.*
Aliud eſt, poſſe debitorem de bonis ſibi aliunde reſervatis nolle diſponere, in præjudicium creditorum, aliud poſtquam de eiſdem diſpoſuit, ibid.
42 *Per diſpoſitionem bonorum reſervatorum bona ipſa effecta ſunt de patrimonio debitoris, affecta creditoribus.*
43 *Bona reſervata non ſubintelligi ſub obligatione bonorum, nihil commune habet cum uſu facultatis, & expreſſa, vel tacita diſpoſitione bonorum reſervatorum.*
44 *Cum in uno agatur de jure quærendo, quo debitor præjudicat creditoribus, in alios de jure jam quæſito.*
45 *Jus delatum acquirere, vel non acquirere, in mera facultate debitoris eſt, etiam invitis creditoribus.*
46 *Poſtquam tamen debitor ſemel acquiſivit, & acceptavit, repudiare aut renuntiare nequit in detrimentum creditorum.*
47 & 48. *Debitor diſponendo de jure ſibi delato per contractum, aut in teſtamento in favorem tertii, eo ipſo illud acquirere videtur.*
49 *Majoratus familiæ relictus, extinguitur extincta omni familia, & in ultima bona remanent libera.*
50 *Non tamen iſte ultimus aliquid de bonis ipſis poteſt diſponere in præjudicium ſuorum creditorum.*
51 *Majoratum debitor condere non poteſt, quin ejus bona libera remaneant, pro ſolutione ſuorum creditorum.*
52 & 53. *Facultate, quæ ſibi data vel reſervata fuit diſponendi de aliqua re, uti intelligitur per generalem omnium ſuorum bonorum diſpoſitionem.*
L. unum ex familia, §. ſi duo, D. de legat. 2. & l. ſi quis prioris, §. certum, & §. illud, D. de ſecund. nupt. ponderantur, ibid.
54 & 55. *Ad bona reſervata, de quibus tacitè diſponere intelligitur debitor per generalem bonorum ſuorum diſpoſitionem, creditores jus habent contra hæredem.*
56 & 57. *Debitor qui habet facultatem reſervatam diſponendi de aliquibus rebus, & non diſpoſuit, ſuis relinquere intelligitur hæredibus ab inteſtato.*
58 *Niſi aliter inter contrahentes diſpoſitum fuerit.*
59 & 60. *Vel niſi reſervans ſibi facultatem dominus rerum non ſit, nec plenum jus habeat in bonis reſervatis.*
61 *Donans bona ſua alicui reſervata facultate ſibi alienandi, aut diſponendi de aliquibus; ſi ea non utatur, pertinent donatario.*
62 *Diſpoſitione tacita, vel expreſſa rei reſervatæ, acquiritur debitori diſponendi, ad quam jus habent creditores ſui.*

DEbitor, qui forte donando ſua bona, reſervavit ſibi facultatem diſponendi de certis bonis, aut quantitate, poſtmodum verò multa debita contraxit, ad quæ obligavit omnia bona ſua præſentia, & futura; præterea, vel ipſe ære alieno gravatus vel etiam is (in cujus favorem tacitè, vel expreſsè de dictis bonis aut quantitate reſervatis diſpoſuit, vel ſucceſſit) concurſus judicium cauſavit: an creditores illic comparentes poſſint prætendere in illis bonis, aut quantitate reſervatis; tanquam bonis ſui debitoris, quæſtio eſt non levis. 1

In cujus reſolutione duo tempora diſtinguenda erunt, 2
ante ſcilicet diſpoſitionem juris reſervati, vel poſt diſpo-

disposition expressam vel tacitam, & sic postquam debitor usus fuit facultate sibi ad disponendum reservata.

Et circa primum tempus quæritur, an debitor, qui hujusmodi facultatem habens æs alienum contrahens generaliter obligavit omnia bona sua, nunquid illa bona, & quantitatem reservatam ex tunc 3 obligatam manere intelligitur? Quo casu subdistinguendum esse censeo; nam aut facultas restricta fuit ad dispositionem in vita, & inter vivos, & tunc per illam generalem bonorum obligationem non intelligitur ut facultate, cùm sit actus diversus à dispositione sibi de certis bonis, & quantitatem reservata; nam cùm disponendi facultas debitori sit reservata restrictivè ad vitam, & per dispositionem inter vivos, ea uti debuit specificè in vita, juxta singulare 4 consilium Bart. 76. *pater filio emancipato*, *n.* 4. & 5. *lib.* 1. quem magis communiter sequuntur Doctores, Surdus *consil.* 357. *n.* 1. *lib.* 3. Albanus *cons.* 406. *aliàs* 415. *d.* 2. Thesaur. *decis.* 209. & innumerabiles penè alios refert, sequitur, & defendit Gratianus *tom.* 3. *disceptat.* 539. *ex n.* 6. *cum multis seqq.*

5 Et in terminis quod per hanc generalem bonorum obligationem factam per debitorem debita contrahentem, non videatur uti facultate sibi ad disponendum de certis bonis, aut quantitate reservata, nec hæc bona debitoribus manere obligata, nec in generali obligatione comprehensa, nisi expressè, & specificè illorum bonorum expressa fuit mentio, tenuerunt argumento text. *l. si ita legatum*, §. *illi si volet. ff. de legatis* 1. Menochius *cons.* 210. *n.* 16. 17. & 18. *lib.* 3. Peregrinus *de fideicomm. art.* 40. *difficult.* 2. *n.* 54. Quos in iis terminis referens sequitur Castillo *controvers. lib.* 4. *c.* 61. *n.* 7. & 8. & *sub. n.* 11. *vers. sextus etiam casus esse poterit*, & *sub. n.* 1. & *vers. ad rem igitur*, & *primum* 6 *articulum.* ubi adducit fundamentum, quod licet verum sit, quod ea etiam bona, quæ nondum nostra sunt, sed esse sperantur, possint pignori obligari, 7 ut *in l. & qua nondum* 15. *ff. de pignorib.* & *in* §. 1. *ejusdem l. ut cum nostra fiant, remaneant obligata ex d.* §. 1. & in generali obligatione bonorum, futura quoque comprehenduntur, ut *in l. fin. C. quæ res pignor. oblig. poss.* & per Doctores ibidem relatos R. *in tom.* 5. *c.* 112. *ex n.* 9. *cum seqq.* 8 ubi de obligatione, & hypotheca, quæ cadit super jure de futuro, & in spe, nec non super actione habita ad rem.

9 Tamen (ut inquit ipse Castillo *d. c.* 71. *sub d. n.* 1.) hoc procedit revocabiliter postquam eadem bona reservata ad disponendum effecta sint ipsius debitoris reservantis, & sic sub conditione, si ejusdem fiant, & postquam expressè declaraverit uti velle facultate, quod nec tacitè inducitur hæc voluntas ex generali bonorum suorum obligatione, quæ verificatur in suis bonis, non in iis, quæ habent statim dubium, & quæ pendent à mera, & libera acquirendi, & disponendi facultate ipsius debitoris, & sic ex futuro 10 eventu, quia potest non acquirere, & expressè dicere, nolle uti facultate, & repudiare illam etiam in præjudicium creditorum, qui ad ea bona reservata, seu quantitatem nondum in esse productam, aut nondum acquisitam per debitorem jus non habent, cum in mera facultate totis sit jus delatum repudiare, non acquirere quantumvis id vergat in præjudicium suorum creditorum, ut iis terminis consideravit Castillo *loc. cit.* & nos latissimè supra hac 2. *p. c.* 14. & 15 *per tot.*

11 Sed quid dicendum erit, hujus casus themate retento, quando nempe facultas disponendi reservata ad vitam, & inter vivos fuit restricta, an debitor per obligationem, & hypothecam specialem reservatæ quantitatis, aut bonorum censeantur illa uti ita, ut statim in his jus acquiratur creditoribus? & videtur quod non, ex his quæ hactenus dicta sunt quod hæc bonorum obligatio non sit destinata ad disponendum juxta facultatem debitoris.

Sed nihilominùs contrarium verius existimo; tùm ex 12 his, quæ in omninò similibus terminis per jura & Doctores diximus *in c. seq. & ex n.* 18. *cum seqq. vers. quantum ad obligationem*, &c. quæ per te videnda ad hunc articulum adducere poteris.

Tum etiam, quia licèt hæc specialis bonorum, reser- 13 vatorum hypotheca non destinetur expressè, & directè ad disponendum; destinatur tamen tacitè ad inducendam voluntatem debitoris se velle uti facultate sibi reservata, & velle eam acceptare, & adire; nam cùm isti actus hypothecandi specificè rem, aut quantitatem reservatam non possit fieri citra jus & nomen veri domini, per necessarium antecedens inducitur voluntas, & animus acquirendi, & acceptandi. Jura sunt clara *in l. pro hæred.* §. *Papinian. l. si quis mihi bona*, §. *sed quid si mandavit*, *ff. de acquir. hæred. leg. si quis domum.* §. *penult. ff. locati*, *leg. gerit ff. de acquir. hæredit.*

Is enim qui habet facultatem acquirendi rem aliquam 14 eo ipso, quod illam distrahit, & alienat, aut aliter disponit, videtur per necessarium antecedens eam acquirere, & suam facere, §. *sed quid si mandavit*, & *d. l. pro hærede*, §. *proinde l. Pantonius*, §. *ult. ff. de acquir. hæred. l. si avia. C. de jure deliber.* plurimos refert Mantic. *de con-* 15 *ject. ultim. volunt. lib.* 12. *per totum*, maximè *sub n.* 6. *n.* 10. qui *n.* 11. de hærede locante rem hæreditariam.

Quæ doctrina multo fortius procedit in pignorante, 16 quàm in distrahente, quia rei alienæ venditio mero jure valet, *l. rem alienam*, *ff. de acquir. possess.* & tamen ex ea inducitur aditio, & acceptatio. Ut in his terminis consi- 17 derat arguendo Mantica *ubi proximè sub n.* 10. at rei alienæ pignus, & hypotheca ipso jure non tenet ut per plura jura, & Doctores diximus *suprà hac* 2. *p. c.* 9. *ex n.* 73. 18 *cum seqq.* Ergo cum ex hac obligatione expressè, & signanter mentio fiat bonorum, aut quantitatis reservatæ; perneceſse inducitur facultatis usus, & acceptatio, & per consequens acquisitio præcedens, & inde jus creditoris in ipsis rebus, ad latè tradita *suprà cap.* 14. *& cap.* 15. *hac* 2. *part.*

Deinde probatur ex doctrina Gratian. *dec.* 17. *n.* 18. 19 qui ex Bald. Salicet. Alexand. & Paulo Parisio firmat, quod bona, aut jura, in quibus debitor habet spem de præsenti, non veniunt in obligatione bonorum præsentium & futurorum, nisi illud exprimatur, & ita declarat *l. fin. C. quæ res pignor. obligat. poss.* quem, & plures alios referens sequitur Castillo *contr. tom.* 4. *cap.* 61. *sub n... prope finem.* Igitur cum hic exprimat debitor in hac hypotheca bona reservata, eadem venire debent, cum supponatur præcisè acceptatio, atque usus facultatis.

Probant hanc resolutionem Menoch. Peregrin. & Cas- 20 tillo superius relati *n.* 5. *vers. & in terminis quod*, &c. Dum firmant, quod per generalem obligationem bonorum non veniant ea bona, quæ debitor ad disponendum sibi reservavit, nisi eorum fecerit specificam commemorationem, atque ideo cum in hac hypotheca eorum specialem mentionem fecit, procul dubio hypothecata intelliguntur, & creditoribus in eis jus quæritur, cum jam per præambulam acceptationem ex facto ipso debitoris facta sint, & ei acquisita.

Quod intelligi videtur, sive debitor omnia bona reser- 21 vata, sive unam rem, sive partem hypothecaverit, ut idem judicandum sit, cum acceptatio, & aditio non scindatur in partes, tanquam individua; & præsumptio, quæ inducitur ex actu hypothecandi, aut disponendi de una re, ad omnes alias extenditur: Ut per *l. ff. de acquir. hæred.* & ex aliis probat Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib* 12. *n.* 19. ubi de hærede, qui adivit partem hæreditatis, ut totam adivisse intelligatur præsumptione juris, & de jure.

Sed nihilominus contrarium verius existimo in nostro 22 casu, in quo materia est dividua, & potest pro parte uti facultate, & pro parte non uti, & in ea parte, in qua usus fuit facultate, operabitur dispositio, non in aliis. Ad quod plura fundamenta possem adducere; nostri non

est pro nunc. Vide Doctores, quos citavimus *suprà hac 2. p. cap. 10. ex n. 97. versic. & ideo qui à Principe obtinuit facultatem*, &c. *Et à n. 90. &c. 4. n. 19. versic. comprobatur quoniam*, &c.

23 Nec obstat doctrina Manticæ, quia eius doctrina cadit super hæreditatis acceptatione, & sic super re merè individua, nam hæres non potest pro parte adire, & pro parte non adire, & pro parte esse hæres, & pro parte non, quia testator non potest pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere. Ut sunt jura vulgaria; quod obiter nota, facilè utrumque membrum per te exornabis.

24 In secundo autem distinctionis membro, quando nempe debitor facultatem sibi reservavit disponendi de aliqua re, vel quantitate, tempore mortis, & sic ad testandum, tunc indubiè dicendum erit nullo modo posse hypothecare eadem bona, nec quantitatem suis creditoribus, etiam specialiter, & signanter, seu expressè mentionem faciendo de dictis bonis re-

25 servatis; nam disponendi facultatem qui sibi reservavit; uno modo, & sic ad testandum, non potest ad alium ea uti, & sic disponere in vita, aut inter vivos. Ut post alios multos Doctores probarunt Anton. Thesaur. *decis. Pedemont.* 209. Peregr. *de fideicomm. art.* 40. *difficult.* 2. *n.* 62. Cancer. *variar. lib.* 1. *cap.* 2. *de Trebellian. n.* 46. Fontanella *de pactis nuptial. clauf.* 4. *gloss.* 9. *n.* 12. *p.* 1. *fol.* 80. *& gloss.* 23. *clauf.* 4. *n.* 19. *fol.* 343. Gratian. latissimè *tom.* 3. *disceptat.* 539. *ex nu.* 6. *usque ad n.* 26. Castillo *tom.* 5. *cap.* 61. *n.* 12. Mantica *de conject. ultim. volunt. lib.* 3. *tit.* 18. *ex n.* 5. *cum mul-*

26 *tis seqq.* nec è contra ut ipse probat Doctores, & alii superiùs relati *n.* 3. *& 4. versic. & circa primum tempus.* Et hanc etiam considerationem fecit Castillo *dict. c.* 61. *n.* 9. *& n.* 12. quem sequitur Noguerol *allegat.* 19. *n.* 11. & post alios Amat. *variar. resol. lib.* 2. *c.* 76. *n.* 52. *&* 55. Cyriacus *controvers. tom.* 3. *controv.* 548. *n.* 35. *&*

27 *seqq.* Giovagnon. *respons.* 45. *n.* 2. *lib.* 2. ex eo, quia qui habet facultatem disponendi in ultima voluntate, eâ uti nequit in vita, nec per quemcumque actum inter vivos; atque ideo si expressè disponere non potest, nec uti facultate, multo minus tacitè per hypothecam rei reservatæ.

28 Ex quibus infertur quòd quando facultas disponendi de aliqua re fuit reservata, non tamen restrictivè ad unum dumtaxat genus dispositionis, sed expressè ad utrumque, nempe ad disponendum tam in vita, quàm in morte, & sic tam inter vivos, quàm in ultima voluntate; tunc liberè poterit in vita disponere; & procedunt in hac reservatione simultanea ea, quæ diximus in primo distinctionis membro, prout statim probatur.

29 Sed quid dicendum quando facultas fuit simpliciter reservata ad disponendum non restricta ad vitam, vel mortem: an tunc poterit debitor ea uti utroque tempore? In quo articulo licèt Castillo dicat ex proprietate sermonis hoc verbum, *disponere* referri ad actum ultimæ voluntatis, & sentire videatur non referri dispositionem per contractum, plures ad id adducens Doctores: nihilominus contrarium communiter per eosdem Doctores, & alios plures tenetur, ut hoc verbum

30 *disponere* aptum sit comprehendere contractum, & ultimam voluntatem. Prout in nostris terminis probarunt Peregrinus *de fideicommiss. art.* 40. *difficultate* 2. *nu.* 58. Menochius *consil.* 210. *nu.* 5. Fontanella *de pactis nuptial. clausul.* 4. *gloss.* 22. *ex num.* 9. Surd. *decis.* 279. *n.* 6. & per Menochium *consil.* 476. *num.* 12. *&* 15. *lib.* 5 *& consil.* 1006. *n.* 32. *&* 33. *lib.* 11. & per Surdum *consil.* 357. *nam.* 7. *lib.* 3. Doctor *in rubric. ff. soluto matrim.* ubi Niconit. *n.* 127. Nattam *consil.* 563. *n.* 26. Rolandus *consil.* 62. *n.* 15. *lib.* 1. tenet Gratian. *disceptat.* 539. *n.* 22. Molinus *de ritu nupt lib.* 3. *quæst.* 18. *n.* 17. Mantic. *de conject. ult volunt. lib.* 5. *tit.* 18. *ex num.* 9. qui plurimos alios allegant loquentes omnes in nostris terminis,

31 quando facultas alicui simpliciter disponendi de aliqua re reservatur. Atque ideo cautè legendus erit ipse Castillo, qui *tom.* 6. *c.* 113. *num. fin.* hanc difficultatem tangens se refert ad Molinum loco citato. Et sic contra id quod. *d. cap.* 61. dixerat, videtur sequi juxta resolutionem Molini.

Et quod facultas ad disponendum simpliciter con- 32
cessa intelligatur tam inter vivos, quàm in ultima voluntate, præter hos Doctores innumerabiles penè alios cumulavit Amat. *variar. tom.* 2. *resol.* 76. *ex n.* 3. *cum sequentibus.* & Fussarius *de substitut. quæst.* 549. *num.* 12. qui à principio quæstionis copiosè agit, quando, & quibus casibus facultas alienandi concessa comprehendat tam contractus inter vivos, quàm ultimam voluntatem.

Hanc tamen verissimam conclusionem uno in casu 33
speciali limitabis ratione subjectæ materiæ, putà quando quis omnia bona sua tam præsentia, quàm futura alteri donavit, reservata sibi facultate disponendi de certis rebus, aut quantitate; ut hæc simplex disponendi facultas reservata non sit intelligenda de dispositione facta in vita donantis, sed dispositione facienda in ultima voluntate, alioquin si contrahentes intelligerent de dispositione tam in vita quàm in morte, liberam facultatem testandi à se auferret donator, ex quo vitiaretur omnium bonorum principalis donatio; sic egregiè docuit, & limitat Bartol. *in consil.* 76 quem sequitur Alexand. *consil.* 13. *n.* 17. *lib.* 3. *& in leg. stipulatio hoc modo concepta, n.* 18. *de verbor. obligatio.* Boërius *decis.* 204. *n.* 45. Jul. Clarus *in §. donat. q.* 17. *n.* 8. Craveta *consil.* 222. *n.* 10. Molina *de ritu nuptiar. lib.* 3. *quæst.* 18. *n. fin.* optimè aliis pluribus citatis Mantic. *de conject. ultim. vol. lib.* 3. *tit.* 18. *ex n.* 9.

Sed an quando in reservatione dicitur, ut possit 34
testari, & disponere; an verbum *disponere* restringatur per adjunctum, & sic ut intelligatur dumtaxat de dispositione facienda in ultima voluntate & per testamentum, non tamen in vita, & per contractum, vel potius posita esse intelligantur augmentativè, non restrictivè. Vide Menoch. *cons.* 947. & Surdum *decis.* 114. Fussarium *substitut. q.* 549. *num.* 4. Videndus etiam erit Castillo *controversiar. tom.* 4. *cap.* 61. *ex num.* 3. & Surdus *decis.* 272. *ex num.* 1. *nu.* 23. *&* 24. ex quorum omnium lectura quid verius sit, percipies, cum diversimodè se habeant, maxime Castillo. Hactenus de primo tempore.

Ad secundum tempus accedamus, postquam scilicet 35
debitor usus fuerit facultate sibi reservata libere disponendi de certis rebus, aut quantitate. An postquam disponit expressè in favorem alicujus per contractum, vel ultimam voluntatem, vel tacite per generalem suorum bonorum dispositionem, (in qua inclusa intelligatur reservatio, vel nulla facta reservatione, quia in bonis reservatis, sicut in cæteris (si quæ habet) succedit juris, & defuncti tacita, & subintellecta dispositione hæres ab intestato de quibus protinus erit agendum) an in iis bonis reservatis creditores disponentis jus habeant, ut ex eis tanquam ex patrimonio, debitoris sua credita consequi & exigere possint.

In qua quæstione reperio negative resolvisse Cas- 36
tillo *controvers. d. cap.* 61. *n.* 15. imò debitorem libere posse de bonis, aut quantitate sibi reservata disponere, & testari in præjudicium creditorum; movetur ex iis, quæ antea dixerat à principio cap. quod habens facultatem libere disponendi in ultima voluntate, ea uti, nec consumere videtur per magnum æs alienum postea contractum, nec per generalem bonorum hypothecam, & obligationem, nisi specificè de bonis reservatis mentionem fecerit, & quod potuit expressè dicere se nolle uti sua facultate, & eam repudiare in præjudicium creditorum, *& ex n.* 12. quod cum uti, vel non uti hac facultate sit positum in sua mera voluntate, ut nec cogi possit per creditores, quod ea utatur invitus; cum ea, quæ in mera facultate consistunt, juris necessitati non subjiciantur. Et alia id genus.

Tandem

Tandem ex iis infert, & concludit *n.* 15. in hunc modum: Quibus conſequens eſt, quod antequam dictus
38 Dux Ferdinandus uſus eſſet dicta facultate, quam habebat teſtandi, & diſponendi de quantitate illa quatuor mille ducatorum; dici non poteſt quod quantitatem eandem quovis modo obligaſſet, quamvis plura
39 debita contraxiſſet, nec in generali obligatione comprehenſa cenſeretur: & quod potuit de eadem quantitate liberè diſponere in teſtamento ſuo in favorem ejus, in cujus favorem vellet, cui nihil de ſuo præſtitiſſe cenſendus eſt ſaltem in damnum creditorum ſuorum: quia non
40 modo ex ejus reſervatione, & conſenſu; ſed etiam ex placito, & conſenſu aliorum, matris ſcilicet ſuæ, & fratrum reſervata facultas fuit diſponendi liberè de prædicta quantitate, idque argumento leg. unum ex familia, §. 1. ff. de leg. 2. & leg. item eorum, §. 1. ff. quod cujuſque univerſit. nomine, & eorum, quæ tradiderunt Decius in conſ. 543. Peralta in d. l. unum ex familia, §. 1. ubi etiam Caſtrenſis in lectura ejuſdem, §. 1. Loaces in repetit. l. filius fam. § divin. 77. delegat. 1. Molin. *de primogen. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 21. *& lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 19. Pereira *in conſil.* 8. *n.* 38. hactenus de art. 1. quod facultas conſumpta non fuerit, quantumque grande æs alienum contractum fuerit, & generalis bonorum obligatio facta. Hæc Caſtillo.

41 Sed non poſſum non mirari tanti veri juris principiorum, & conſtantium regularum immemoris ut tam diſparem, atque inſanam illationem fecerit, & tam improbam reſolutionem elegerit. Quid enim (quæſo) communem habet, poſſe, vel non poſſe debitorem in præjudicium creditorum uti, vel non uti facultate ſibi reſervata, aut conceſſa de certis bonis diſponendi, qui in delatis juribus, & nondum acquiſitis poteſt creditores repudiando, vel non acquirendo præjudicium facere cum diſpoſitione de bonis reſervatis jam facta; cum inter hæc duo magna detur differentia, ſiquidem ex
42 diſpoſitione effectiva, & actuali bona illa ſua jam fecit debitor, eo quod per neceſſariam & præciſam, necnon tacitam inductam à jure præambulam acceptationem bona illa reſervata ſua propria debitoris facta fuerunt, & in patrimonio ſuo incorporata, quæ in quemcumque donatarium, ſeu hæredem ex teſtamento, aut ab inteſtato cum ſua cauſa & affectu creditoribus debitoris transferuntur *ad totum tit. ff. de ſeparationib.* & quæ Nos ſuprà 1. *cap.* 9. *per totum*, & hac 2. *part.* 14. *&* 15. & quæ ſtatim dicenda erunt?

43 Quid etiam ulterius commune habet, non poſſe, vel non intelligi eſſe incluſa bona reſervata in obligatione bonorum generali (niſi ſpecialiter de iis bonis facta ſit mentio) vel expreſſa, vel tacita ſubſequuta diſpoſitione facta per debitorem, necnon cum uſu facultatis, ut ex hoc excludantur creditores? Prædicta enim rectè evincunt, & ex iis rectè infertur, quod debitor non cenſeatur uti facultate, nec eam conſumere, ex generali bonorum ſuorum obligatione, quominùs quandocumque debitor poſtmodum ea uti valeat, nec non ut expreſsè, etiam renuentibus creditoribus, eam reſpuat,
44 & repudiet, non tamen infertur ad excluſionem creditorum ſi eadem utatur facultate tacitè, aut expreſsè, cum in uno agatur de jure quærendo, & nondum adito, nec acceptato, in alio autem de jure jam quæſito debitori, & per uſum facultatis acceptato, & in bonis eis per neceſſarium antecedens incorporato, ex ipſo actu diſpoſitionis induto, à quo nulla arte, nec colore quæſito excludi poſſunt creditores, quibus ſtatim in dictis bonis reſervatis jus acquiritur.

45 Conſtans eſt enim, & firmiſſima juris regula, quod licèt debitor poſſit in præjudicium ſuorum creditorum hæreditatem, legatum, majoratum, aut donationem delatam repudiare, & non acquirere; cùm dependeat ab ejus mera facultate, & voluntate adire, vel non adi-
46 re, nec acceptare, etiam in præjudicium creditorum, à quibus debitor cogi non poteſt jus delatum acquirere, & acceptare; tamen poſtquam ſemel ipſe debitor tacitè, vel expreſsè adivit, vel acceptavit hæreditatem delatam, aut donationem, adeo firmum & conſtans fuit jus acquiſitum creditoribus, ut amplius nullo facto debitoris eiſdem poſſit præjudicare per quamcumque diſpoſitionem. Hanc veriſſimam, & diſtinctam regulam adeò ampliſſimè juribus, & Doctoribus comprobavimus *in cap.* 14. 15. *&* 16. *per tot. hac* 2. *part.* ut amplius repetere ſit faſtidioſum.

Deinde ex alio juris principio comprobatur. Nam 47
quando alicui defertur hæreditas, legatum, aut donatio, licèt poſſit in præjudicium creditorum non adire, nec acceptare debitor ex eo quod dimiſit jus non perfectè quæſitum ante acceptationem, tamen poſtquam de eo jure diſpoſuit ex contractu vel teſtamento in favorem alicujus, eo ipſo perneceſſe ſupponitur præambula acquiſitio rei, & ejus incorporatio in bonis debitoris, ad quæ ſimul ex eodem facto jus acquiritur creditoribus debitoris diſponentis. Plura jura, & Doctores uberrimè adduximus in comprobationem ſuprà hac 2. *part. dict. cap.* 14. *ex n.* 29. *cum multis ſeqq. verſic. nunc* 48
tractandum de renunciatione, &c. ubi latiſſimè videbis. Ergo licèt à principio liberum fuiſſet debitori uti, vel non uti facultate, vel eam expreſsè repudiare in præjudicium creditorum; tamen non exinde ſequitur, quod poſſit ea utendo expreſsè, vel tacitè jus creditoribus quæſitum ex acceptatione ipſa auferre, cum potius ex eodem facto, & diſpoſitione confirmetur, & radicitus eis quæratur. Ex quibus firmiter tenendum erit contra Caſtillum, debitorem habentem facultatem reſervatam diſponendi de aliqua re aut quantitate in vita, vel in morte, & diſponentem expreſsè, vel tacitè ad ea bona, & quantitatem jus habere creditores, qui ante diſpoſitionem factam cum eo contraxerunt.

Nec obſtat quod ex *l. unum ex familia*, §. 1. *ff. de leg.* 49
2. Caldas, Padilla, & Molina, dixit ipſe Caſtillo in ſuæ opinionis comprobationem. Nam nihil ad rem faciunt, dicunt enim, quod fideicommiſſum, aut majoratus familiæ relictum diſſolvit extinctis omnibus de familia; ita ut in ultimum familiæ poſſeſſorem bona ipſa tranſeant libera, de quibus diſponere poteſt ad ſui libitum, & in eis ſuccedere poſſeſſoris hæredes extranei ex teſtamento, & ab inteſtato, ſeu novum ex iiſdem fundare majoratum ultimum poſſeſſorem poſſe, non tamen dicunt hæc jura & Doctores poſſe ultimum fa- 50
miliæ ſucceſſorem in cujus favorem majoratus, & vinculi bona diſſolvuntur, & libera in eum tranſeunt, diſponere, & majoratum ex eiſdem novum condere in præjudicium ſuorum creditorum, nec poſſent id de jure rectè reſpondere, aut conſulere, cùm ad omnium bona libera debitoris creditores jus habeant, & hæredes ejus ad æs alienum (cum quo tranſeunt) tenentur, ex juribus vulgatiſſimis, de quibus hac 2. *part.* 12. *ex n.* 17. *& ſeqq. verſic. ſed adhuc illis atque aliis*, &c. ubi quod per quamcumque diſpoſitionem debitoris in vita, ſeu in morte non poſſe detrahi juri creditorum, non poſſe debitorem concedere vinculum, aut majoratum in præjudicium creditorum, in quorum reſpectu bona ipſa 51
libera adhuc judicare, ampliſſimè probavimus ſuprà hac 2. *part. cap.* 16. *per totum*, & ſignanter *ex n.* 60. *verſic. comprobatur inſuper ex iis*, &c. & *ex n.* 26. & latiùs *in dicto cap.* 12. *loco dudum citato*: Imò hæc bona majoratus, quæ libera redduntur in debitore, uti ultimo poſſeſſore familiæ, omninò cedunt in utilitatem creditorum ejuſdem, ſicut alia quælibet per debitorem noviter acquiſita.

Ex quibus primò infertur ad illam ſatis inter noſtros 52
controverſam quæſtionem, an ille, qui habet facultatem ſibi datam, aut reſervatam diſponendi de aliqua re, aut quantitate, videatur ea uti velle, generaliter diſponendo in favorem alicujus de omnibus ſuis bonis, & in eiſdem hæredem inſtituendo, ita ut in hac diſpoſitione univerſali incluſæ intelligantur res, & quantitates reſervatæ. In qua magis communiter tenetur includi, & ſua facultate tunc uti voluiſſe tacitè teſta-

torem

eorem ita generaliter disponendo. Prout contra alios veriorem opinionem affirmant Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 7. *tit.* 7. *num.* 14. Franchis *decisione* 45. Frecia *in quæstionibus novi. qu.* 43. Antonius Thesaur. *decis.* 97. & 29. Bursatus *in consil.* 266. *per totum lib.* 2. Menochius *consil.* 210. *lib.* 3. Gabriel. *consil.* 36. & *cons.* 143. *lib.* 1. Cavalcan. *decis.* 12. *part.* 4. Petr. Ant. Petra *de fideicommiss. q.* 9. *n.* 178. *cum seqq.* Cancerius *variarum lib.* 1. *cap.* 2. *de legitima & Trebellianica*, *num.* 46. *part.* 3. & *cap.* 2. *de inventario*, *n.* 25. Michael Ferrer *in suis observationibus* 2. *part. cap.* 305. Gerard. Mainardus *decis.* 94. *lib.* 2. Pereira *de nominatio. q.* 7. *n.* 48. Avendan. *in l.* 4. *Tauri gloss.* 5. *num.* 5. Surdus *decis.* 272. *per tot.* Sesse *decis. Aragoniæ* 48. Peregrinus *de fideicomm. art.* 40. *difficultate* 2. *per totam.* Fontanella *de pactis nupt. clausul.* 4. *gloss.* 24. *ex nu.* 8. *usque ad n.* 20. Gratianus *discept. forens. tom.* 3. *c.* 539. Riminald. *in cons.* 176. *per totum*, *lib.* 2. Surdus iterum *in cons.* 157. *ex n.* 1. *usque ad n.* 31. *lib.* 2. & *in cons.* 348. *n.* 53. *cum duobus seqq. lib.* 3. & *decis.* 277. & resolutionem communem dixit Giurba *ad consuetud. Missanens. cap.* 5. *gloss.* 4. *part.* 1. *ex n.* 6. *fol.* 410. *in fin.* & *fol.* 411. Castillo *controvers. tom.* 4. *cap.* 61. *n.* 10. & 11. iterum *tom.* 6. *cap.* 113. *n.* 33. qui alios
53 quamplures referunt, & magis communem dicunt, quod disponendi de aliquibus rebus, vel quantitate sibi reservans, etsi non disponat expresse de iis rebus, aut quantitate, sed generaliter de omnibus bonis suis, eo ipso de rebus reservatis disposuisse videtur per *l. unum ex familia*, §. *si duos ff. de legat.* 2. & *l. si quis prioris*, §. *certum*, & §. *illud*, *C. de secund. nupt.* Et hanc quæstionem præ cæteris ad partes disputat Fusarius *de substitutionib. q.* 550. *ex n.* 10. *cum multis seqq.* & pro nostra opinione innumerabiles Doctores præter hic relatos congerit, & huic magis se inclinasse videtur.

Utriusque opinionis Doctores recenset Amat. *variat. tom.* 2. *resol.* 76. *ex n.* 9. *cum seqq.* & *ex n.*... *cum seqq.* tertiam refert opinionem plurimorum distinguentium, ut scilicet, quando facultas disponendi non reservatur domino, sed alteri, ut tunc non generalis dispositio sufficiat; sed specialis requiratur; nec per generalem dispositionem censeatur uti facultate; at verò quando facultas disponendi reservatur domino, tunc ex generali suorum bonorum dispositione intelligitur uti voluisse facultate reservata. Innumerabiles penè Doctores recenset pro hac verissima, & juridica distinctione Amat. *loco* proximè *citato*.

54 Cùm igitur hoc in casu, quando ex subintellecta dispositione debitoris includantur res particulares, seu quantitates sibi ad disponendum reservatur sub illa generali omnium bonorum per eum facta; sequitur idem de eisdem judicandum esse in favorem suorum creditorum, ac si expressè disposuisset; quia taciti & expressi idem est judicium; & quia hæres hoc casu nullo alio modo succedit in dictis rebus particularibus reservatis, quam ex voluntate testatoris tacitè subintellecta à jure.

55 Quæ est ratio, qua moti fuere prælegati Doctores omnes ad sic sentiendum. Quæ quidem successio, & hæredis acquisitio admitti non posset, nisi prius res hæ fuissent in dominio debitoris, atque præcederet aditio, acceptatio, & acquisitio occulta in ipsa talium rerum reservatarum dispositione. Aliter verò minimè acquirerentur hæredi; quia nemo dat quod non habet, nec plus juris in alium quis transferre potest, quam ipse habet; prout copiosè diximus in locis remissis suprà *n.* 35. *vers. constans est enim*, *cum seqq.* atque adeò ad hæc bona creditores debitoris disponentis jus habere illæsum probatum est superiùs *ex d. n.* 35. *cum seqq.* & evidenter in locis ibidem remissivè relatis.

56 Secundò infertur ad aliam Doctorum resolutionem, de qua idem ex identitate rationis dicendum erit; quod in præcedenti illatione, ut nempe debitor, qui habet facultatem disponendi in aliqua re, vel quantitate, etsi non disponat de eis specificè; sed intestatus decedat; videtur de eisdem bonis reservatis disponere favorem eorum, qui ab intestato successori ei sunt; ut contra alios rectiùs firmant, & latè comprobant Franch. Surd. Sesse, Peregrin. Fontanella; & Castillo *in locis* suprà *citatis*, idem Fontanell. *tom.* 2. *clauf.* 5. *gloss.* 10. *part.* 1. *num.* 70. & per Franchis, Nattam, Molfesium, Cavalcanum, Cancer. Sesse, Mantic. Thorum, & Fontanellam, idem tenet Giurba *ad consuetud. Messanens. cap.* 5. *gloss.* 4. *part.* 1. *ex n.* 6. & ibi per eos, & pro hac opinione quamplures refert Viscontus *in addit. ad* Franch. *dec.* 45. *n.* 3. Molinus *de ritu nuptiar. lib.* 3. *cap.* 18. *per totum.* Leo *decis. Valentiæ* 58. *per totam.* Quam plurimos alios pater hìc relatos congessit 57
Fusarius *de substit. q.* 450. *ex n.* 1. qui pro utraque parte disputat, licèt ipse contrariam sententiam cum aliis teneat, quæ revera in puncto juris certior est; non tamen à magis communi recedere auderem, & pro ea innumerabiles alios Doctores sequitur referens Hermosill. *in d. l.* 9. *tit.* 4. *part.* 5. *gloss.* 4. *ex n.* 10. *cum seqq. tom.* 1. *fol.* 284. Nisi reservationi clausulam adjecerit donator, quod si non disposuerit de 58
bonis reservatis, quod ea transeant in donatarium; sequitur Castillo *tom.* 6. *cap.* 113. *sub n.* 34. *col.* 3. *ad fidem.* Prout in singulari casu, de quo per Rotam *in posthum.* Farinacii *tom. decis.* 229. *per totam*, pro quo reddit mirabiles rationes, doctrinas, & fundamenta videnda.

Dummodò intelligatur, quando facultatem reser- 59
vans dominus sit, ut puta, is qui donans disponendi de aliqua re sibi reservavit facultatem, secus vero si reservans, & habens facultatem dominus non sit, nec plenum jus habeat in bonis reservatis. Prout latissimè, & juridicè probat Fontanella *d.* 2. *tom. clauf* 5. *gloss.* 10. *part.* 1. *ex n.* 68. allegans ad idem Gabrielem, Gratianum, Surdum, & alios ita tenentes, adducit etiam Antom. Menoch. *decis. Bononiens.* 71. optimè de hac materia facultatis reservatæ loquentem; sequitur Castillo ubi proximè *col.* 4. & innumerabiles alios Doctores refert Amat. *tom.* 2. *resol.* 76. *n.* 12. prout annotavimus suprà *n.* 43.

Et hanc eandem distinctionem quamplures ultra hos 60
Doctores referens tenet, & declarat Fusar. *de substit. q.* 550. *num.* 19. mirabiliter etiam *in consil.* 129. *ex n.* 4. *cum seqq.* ubi applicat hujus doctrinæ mirabilia exempla, & quamplurimos alios Doctores in confirmationem congerit.

Prout quando quis donavit bona sua alicui reser- 61
vata sibi facultate alienandi, aut disponendi de aliqua re, quasi non utatur, disponendo de ea, donatio respectu totius perfecta remanet. Quamplures probant Doctores, quos referens sequitur Noguerol *allegat.* 19. *n.* 116.

Qua propter in utriusque illationis casu hæredes ab 62
intestato, & ex testamento, qui ex tacita voluntate, & dispositione succedunt in bonis debitoris, reservantis sibi facultatem disponendi, necnon donatarius in casu limitationis proximè præcedentis, tenentur creditoribus debitoris defuncti ex bonis hujusmodi reservatis, & in concursu bona hæc destinanda sunt ad eorum satisfactionem; cum fuerint in debitoris dominio, & in eis succedant hæredes juxta voluntatem, & tacitam, aut subintellectam dispositionem debitoris, tacitè uti volentis facultate sibi reservata ex hactenus comprobatis.

CAPUT

CAPUT XIX.

Ex bonis debitoris per viam meliorationis, vel aliter revocabiliter tamen donatis, & insuper in concursus judicium deductis, an creditores sua consequi credita valeant, accedente tacita, vel expressa revocatione donantis?

Et an per generalem suorum bonorum dispositionem seu obligationem, aut specialem, revocatio ad creditorum donatarii exclusionem inducatur.

SUMMARIUM.

1 *Ad bona revocabiliter donata per debitorem, tacita, vel expressa sequuta revocatione jus habent creditores donantis.*
2 *Sed si revocatio tacita, vel expressa non sequatur, ea bona donata sequuntur concursum donatarii.*
3 *Revocatio donationis revocabilis potest fieri tacitè ex aliquibus præsumptionibus manifestam pœnitentiæ reddentibus voluntatem testatoris, ac per actus indirectos.*
4 *Melioratio, & majoratus revocabiliter gestus à patre, irrevocabilis remanet, non sequuta tacita, vel expressa revocatione.*
5 *Quod pariter procedit in quibuslibet aliis donationibus sui natura revocabilibus.*
6 *Donatio revocabilis, revocata non dicitur per dispositionem generalem omnium bonorum factam à donante.*
7 & 8. *Idem procedit in melioratione facta à patre, ut non revocetur per generalem dispositionem.*
9 *Idem in majoratu revocabiliter facto à patre in favorem unius filii.*
10 *Ad revocationem donationis revocabilis debent concurrere actus concludenter eam inducentes.*
11 *Donatio inter virum & uxorem non censetur revocata per generalem bonorum conjugis dispositionem.*
12 *Donator, si specialiter disposuit de bonis, aut eorum parte, revocabiliter donatis, revocare intelligitur.*
13 *Quid si donator non in totum de omnibus bonis disposuit, sed de ejus usufructu tantum; an ejus respectu moderasse donationem videatur.*
14 *Donatio revocabilis revocata remanet per bonorum ipsorum alienationem.*
15 *Per rei legatæ alienationem inducitur legati ademptio.*
16 *Cum distinctione inter alienationem voluntariam, & necessariam factam à testatore.*
17 *Donatio causa mortis per alienationem sponte factam à conjuge revocatur.*
18 *Donatio revocabilis an per obligationem, & pignorationem rerum donatarum revocata censeatur.*
L. cum hic status, 33. §. 3. D de donationibus inter, & l. si maritus 2. C. eod. ponderantur, ibid.
19 *Per hypothecam, & obligationem rei legatæ legatum ademptum non intelligitur.*
20 *Sed hæres tenetur rem luere, & tradere legatario.*
21 *Inter alienationem rei legatæ pleno jure factam, & pignorationem, aut obligationem, discrimen quoad legati ademptionem.*
22 *Donatio causa mortis per rei donatæ plenam alienationem revocatur, non ita per solam obligationem.*
23 *Donatio inter conjuges per solam rei donatæ pignorationem revocatur.*
24 *Secus in aliis donationibus revocabilibus.*
25 & 26. *Donatio inte conjuges est odiosa, exorbitans à jure communi.*
27 *Donatio revocabilis per obligationem & hypothecam non dicitur revocata.*
28 *Donatio revocabilis licet tacitè revocetur, non tamen hypotheca rei donatæ revocationem inducit.*
29 *Donatio inter conjuges non revocatur per generalem bonorum obligationem; nisi specialiter res donata obligata fuerit.*
30 *Si facultas ad condendum majotatum contineat clausulam ut fundator possit ad libitum revocare, per æs alienum postmodum contractum à fundatore non inducitur revocatio, ut contra Peraltam resolvitur.*
31 *Donationes irrevocabiles sicut donatores contrahendo non revocantur, ita non revocantur, per bonorum confiscationem.*
32 *Donatio revocabilis per delictum commissum non tranfit revocata in fiscum, & de ratione.*
33 *Ad bona revocabiliter donata, quando tacita, vel expressa inducitur revocatio, & creditores donantis jus habent.*
34 *Secus quando non revocatur, quia tunc creditores donatarii ex bonis donatis credita suà exigunt.*
35 *Donatio irrevocabilis nullam patitur revocabilitatem ex quacumque dispositione durantis.*
36 *Nec per æs alienum postmodum à donante contractum, aut per census impositionem.*
37 *Donatio tertii, & quinti irrevocabilis patitur diminutionem per æs alienum postmodum à patrè contractum.*
38 *In restitutione fideicommissi non veniunt ea, quæ hæredi competunt alio jure quam hæreditario, etiam proveniente ab ipso testatore.*

DUpliciter potest hæc celebris quæstio contingere, vel in concursus judicio peracto per donatorem, vel per donatarium, & in utroque casu eadem resolutio adaptatur; cùm in utroque inquiri necesse sit, quis in bonis donatis dominium, & jus habeat, & in cujus bonis esse dicantur. Etenim si donatio, aut melioratio tertii & quinti fiat per patrem filio, revocabiliter tamen (quia non ex causa onerosa, aut non traditio possessionis vera, vel ficta intervenit, sed simpliciter facta ipsa fuit donatio) vel quando inter conjuges facta fuit inter vivos, quæ nonnisi morte confirmatur, & usque ad ultimum vitæ spiritum revocari potest. Et in donatione causâ mortis, vel in similibus, si revocatio subsequatur tacita, vel expressa, non est dubium creditores donatoris jus ad ea bona habere, & ad ejus concursum reducenda; cùm resolvatur jus debitoris donatarii, & per consequens creditorum ejus, esto, quod ex causa præambula præexistente ab initio acquisitionis dissolvatur donatio, & bona libera revertantur ad donantem, juxta ea, quæ latius diximus suprà hac 2. *p. cap.* 9. *ex n.* 80. *cum seqq. & ex n.* 67. 1

Et per contrarium, si donatio non fuerit tacitè, vel expresè revocata (prout expresè requiritur, ut statim probatur) ad concursus judicium perinent donatarii, & in eius bonis esse dicuntur, ex quibus procul dubio creditores sui satisfieri debent. 2

In quorum cognitione primitùs supponendum erit, quod revocatio hujusmodi donationis revocabilis potest subsequi expresè, verum & tacitè ex aliquibus manifestissimis præsumptionibus indicentibus manifestè voluntatem, & pœnitentiam donatoris, & per actus indirectos, ut probarunt Petrus de Peralta *in l.* 3. §. *qui fideicommissarium, num.* 124. *ff. de hæred. inflit.* Gomez *in leg. Tauri. num.* 72. D. Anton. de Padilla *in l. unum ex familia*, §. *si de falcidia, num.* 16. *ff. de legatis*, 2. Molina *de primog. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 11. *& cap.* 9. *num.* 8. & 11. Costillo *de usufructu, cap.* 39. *num.* 21. *& seqq.* Qui expresè loquuntur in majoratu, & melioratione inter vivos facta per patrem filio suo revocabiliter, ut tacitè, & per indirectum eam valeat pater 3 4

usque

uſque ad mortem revocare, ita ut ſi tacitè, vel expreſſè, non revocaverit, irrevocabilis perpetuò effi-
ciatur, prout eruditè comprobat Molina *d. cap.* 11. *n.* 7. 8. & 9. ſequitur Caſtillo *n.* 22. & alii protinus allegandi, Hieron. Gonzalez, & Ant. Gabriel & alii.

5 Quæ doctrina ad alias donationes ſui natura revocabiles extendenda erit, ut in donatione inter virum & uxorem facta, quæ tacitè, aut expreſſè revocari poteſt, ſi de voluntate donatoris manifeſtis præſumptionibus, atque indubitabilibus conjecturis apparuerit; ut probatur expreſſè, *in cap. fin. de donat. inter vir. & in l. cum hic ſtatus*, 33. *cum ſuis*, §§. *ff. eod. & in l.* 4. *tit.* 11. *part.* 4. abundè per Sanchez *de matrim. lib.* 6. *diſputat.* 15. *à principio*, & *per tot.* omnino videndus.

6 Ex quibus infertur primò; an is qui potuit donationem liberè revocare, puta in donatione causà mortis, vel in donatione inter vivos revocabili, cenſeatur uti facultate, quando generaliter de omnibus ſuis bonis diſpoſuit, vel donando, vel hæredem inſtituendo? in qua quæſtione reſolutivè tenendum erit nullo modo induci hoc caſu, donationis præcedentis, etiam revocabilis pœnitentia, aut revocatio; ſed potiùs remanere bona ſic donata penes donatarium; quam probant Aretinus *in conſil.* 74. *col. penult.* Aymon. Savilli. *in conſil.* 144. *nu.* 20. Covarr. *in rubric. de teſtam.* 3. *part. nu.* 19. Alvarad. *de conject. mente defunctor. lib.* 3. *cap.* 2. *nu.* 48. *fol.* 136. ubi loquitur in donatione ſeu melioratione revocabiliter facta, ut per generalem diſpoſitionem ſubſequutam, vel hæredis inſtitutionem non cenſeatur revocata, nec derogata, nec comprehenſa ſub generica diſpoſitione, & Angulo *ad leges meliorationum*, *l.* 10. *tit.* 15. *gloſſ.* 2. *n.* 4. *fol.* 198.

7 Azeved. *in l.* 1. *tit.* 6. *n.* 20. *l.* 5. *recop.* Qui duo loquuntur etiam, quando facta fuit à patre filio ſpecialis quædam donatio in aliqua re, ut non revocetur, nec includatur in alia diſpoſitione, & melioratione tertii, &

8 quinti bonorum. Et idem etiam antea dixerat Roderic. Xuarez *in l. quoniam in prioribus*, *q.* 8. *col.* 6. *verſ. ſecundum dubium*, aliquibus fundamentis comprobat hanc eandem doctrinam Caſtillo *de uſufruct. cap.* 39. *ex n.* 33.

9 *cum ſeqq.* ubi agit de majoratu revocabili facto per patrem in favorem filii, ut minimè videatur revocatus ex generali bonorum diſpoſitione ſubſequuta à patre ipſo facta, ſive inter vivos, ſive in ultima voluntate, cum utraque donatio poſſit ſubſiſtere, nec inter eas aliqua adſit incompatibilitas, ex quo tacitè, aut expreſſè prioris mentionem non fecit, revocata non cenſetur.

10 Debet enim in hoc caſu intervenire revocatio expreſſa, vel tacita ex actibus concludenter eam inducentibus: multa mirabilia congerit omnino videndus Gonzal. *de menſ. & alternativis gloſſ.* 12. *ex nu.* 53. *cum multis ſeq.* ubi plura jura ponderat, & quamplures Doctores allegat, eleganter etiam per Gabriel. *commun. opin. tit. de præbendis concl.* 1. *ex n.* 26. 27. & 28.

11 Et loquendo in donatione inter virum & uxorem, quæ morte confirmatur, non facta revocatione in vita, vel in morte, ut minimè intelligatur revocata per generalem omnium bonorum inſtitutionem, ſeu diſpoſitionem, tenet argumento *l. cum ſtatus*, §. *ſi amb. in fin. ff. de donat. inter vir.* Sanchez. *de matrim. tom.* 1. *lib.* 6. *diſp.* 15. *n.* 8.

12 At quando ſpecialiter legavit, aut diſpoſuit de rebus donatis revocabiliter, vel generaliter inter diſponendum de ſuis bonis mentionem fecit de dictis bonis ſic donatis, ſive in parte, ſive in totum redimere, & revocare cenſebitur quod etiam procedit, quando non ita expreſſè, ſed indubitabilibus conjecturis, & præſumptionibus apparere poteſt de bonis donatis, vel parte eorum ſenſiſſe donatorem, ex his quæ Peralta *in l.* 3 §. *qui fideicommiſſariam. n.* 124. *ff. de hæred. inſtituend.* Gom. *in l.* 40. *Tauri*, *nu.* 72. Padilla *in l. unum ex familia*, §. *ſi de falcidia*, *nu.* 16. *de leg.* 2. Molina *de primog.* 1. *c.* 10. *num.* 11. & *cap.* 9. *nu.* 42. *verſ. fin. & cap.* 11. *ex num.* 8. & 11. Caſtillo *de uſufructu*, *d. cap.* 39. *num.* 25.

Qui *ex n.* 26. & *ſeqq.* limitat, & pluribus fundamen- 13
tis probare conatur, quod quando pater, vel aliàs donator reliquit alicui uſumfructum omnium bonorum ſuorum, qui tamen alia bona non habebat, quàm illa, quæ revocabiliter donaverat alteri, ut hoc caſu uſusfructus relictus intelligatur in prædictis bonis donatis, atque uſusfructus reſpectu videatur teſtator revocaſſe, & moderaſſe donationem præcedentem, cum in aliis bonis non poſſit verificari ejus diſpoſitio, ne inanis remaneat, juxta *l. pendiculis* §. *cum quæreretur*, *ff. de aur. & arg. leg. l. Mævius*, *ff. de legat.* 2. *l. ſervus in fin. ff. de leg.* 3. vide eundem Caſtillo latè comprobantem.

Sed tunc quæri poteſt, an donator, qui revocabili- 14
ter donavit, ut in caſibus præcedentibus, cenſeatur donationem tacitè revocaſſe per bonorum donatorum alienationem, generalem eorum obligationem, aut ſpecialem hypothecam? In qua difficultate quantum ad alienationem, ſive inter vivos, ſive in ultima voluntate non eſt dubium, quin ſtatim remaneat revocata donatio præcedens; cùm ex alienatione rei, vel rerum ipſarum clara pœnitentiæ, & revocationis deregatur voluntas donatoris, ſunt jura aperta *l. cum hic ſtatus*, 23 §. *qui quaſdam res ex his quas donavit*, *legaſſet; quaſdam non; videbitur cæteras res ad uxorem pertinere*, &c. D. *de donat. inter vir.* text. etiam *in l. ſi maritus*, 2. ibi: *Sed etiam donatione vel venditione vel alio quolibet modo rebus alienatis*, *revocatam eſſe à viro in mulierem factam donationem;* concordat *l.* 4. *tit.* 11. *part.* 4. probant *de matrim. lib.* 6. *diſput.* 15. *ſub. num.* 5. & probant omnes Doctores paulò ante citati *n.* 12. *verſic. at quando ſpecialiter*, &c.

Sicuti contingit in re legata, quæ per alienationem 15
ejus factam per teſtatorem videtur etiam adimere, & legatum revocare, necnon à priore voluntate recedere, *leg. rem legatam*, *D. de adim. legat. rem. legatam* (inquit Conſultus) *ſi teſtator vivus alii donavit*, *omnino extinguitur legatum*, *leg. verum eſt*, *D. de commiſſ.* latiſſimè per ampliationes, limitationes Gomez. *tom.* 1. *var. cap.* 12. *de legatis*, *ex n.* 56. *per aliquot col.* Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 12. *tit.* 6. *per totum;* ita intelligentes, ut ſi
alienatio ſit merè lucrativa, & voluntaria indiſtinctè 16
legatum revocatum cenſeatur; ſi ſit alienatio ex titulo oneroſo, tunc diſtinguuntur inter hanc alienationem ex mera, & libera voluntate teſtatoris factam, ut pariter revocatum intelligatur, ſi verò aliqua neceſſitate cogente, non revocatur, niſi per hæredem probetur contrarium, per *leg. fideicommiſſa*, §. *ſi rem*, *D. de leg.* 3.

Sicuti etiam procedit in donatione cauſa mortis, 17
ut per alienationem ſponte factam à donatore revocata intelligatur; ut pluribus relatis probat Mantic. *d. lib.* 12. *tit.* 7. *n.* 8.

Sed quantum ad obligationem, pignorationem, & 18
hypothecam rei revocabiliter donatæ, an cenſeatur donator donationem præcedentem revocare; videtur quod ſic, prout affirmant jura expreſſa, text. *in l. tum hic ſtatus.* 33. §. 3. Si maritus (inquit Conſultus) ea, quæ uxori donavit, pignori dedit, utique eum pœnituiſſe dicemus. Quid tamen ſi hoc animo fuit, ut vellet adhuc eſſe donatum? finge, in poſſeſſione precaria mulierem remanſiſſe, paratamque eſſe ſatisfacere creditori; dicendum eſt, donationem valere: nam ſi ab initio rem ei obligatam hoc animo donaſſet, diceremus vim habere donationem ut parata ſatisfacere mulier haberet doli exceptionem: quin imo etſi ſatisfeciſſet, potuiſſe eam per doli exceptionem conſequi, ut ſibi darentur actiones, D. *de donation. inter* text. eſt etiam expreſſus *in lege ſi maritus*, 2. cujus verba ſunt: Si maritus tuus creditores ſortitus, dotus poſt factam in te donationem, fundum quem ex donatione juri tuo vindicas, iiſdem ſpecialiter obligavit:

eandem

eandem obligationem defenſionis tuæ firmitatem interrumpere intelligere debes: cum ſit manifeſtum non ſolum hujuſmodi obligatione, ſed etiam donatione, vel venditione; vel alio quolibet modo rebus alienatis, revocatam eſſe à viro in mulierem factam donationem, *C. de donat. inter.*

19 In contrarium autem fortiter urget, quia legatum non cenſetur ademptum, nec revocatum, quando res legata pignoratur, aut hypothecæ per teſtatorem in vita ſubjicitur, nec ex hujuſmodi rei legatæ obligatione inducitur voluntas à priori diſpoſitione recedendi: ut eſt text. expreſſus *in l. 3. C. de legatis*, cujus verba ſunt: *Qui poſt teſtamentum factum, prædia, quæ legavit pignori vel hypothecæ dedit, mutaſſe voluntatem circa legatariorum perſonam, non*
20 *videtur*, text. *in §. ſi rem ſuam, verſ. 1. inſtit. de legatis*, ita ut hoc caſu hæres teneatur rem pignoratam luere, & tradere legatario, abundè proſequitur Gomez *tom. 1. variar. c. 11. ſub nu. 56. verſ. ſecundò intellige quando res legata*, &c. copiosè etiam per Manticam *de conjecl. ultim. volunt. lib. 12.*
21 *tit. 6. num. 25.* Qui quamplurimos DD. allegat, & uterque rationem reddit differentiæ inter alienationem pleno jure factam, & hypothecam, ſeu pignoris impoſitionem.

22 Et ulterius hæc pars comprobatur: nam licèt ex alienatione rei pleno jure facta revocetur donatio cauſa mortis; ut paulò ante diximus: tamen per ſolam obligationem, & hypothecam rei donatæ non intelligitur revocata donatio cauſa mortis facta, nec ex eo actu inducitur animus, aut voluntas donatoris, velle à donatione recedere, aut eam revocare, ita probant Joan. Faber *in §. idem reſcripſerunt, in fin. inſtit. de legatis.* Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo libertis, n. 103. in fin.* Ergo idem indiſtinctè dicendum erit in omnibus donationibus revocabilibus.

23 In hac controverſia ſequendam eſſe arbitror diſtinctionem *gl. in d. l. ſi maritus, 2. de legatis*; inter donationem inter conjuges factam, & cæteras donationes pariter revocabiles; ut in illa non ſolùm per alienationem pleno jure factam à donante revocata cenſeatur donatio; ſed etiam per pignus, aut hypothecam rei donatæ: ex *d. l. ſi maritus, & d. l. hic ſtatus, §. ſi*
24 *maritus.* Quæ ſunt jura expreſſa, in aliis verò donationibus revocabilibus, & legatis non ita, ex *d. l. 3.* & ſimilibus rationem differentiæ reddit gloſſa. Quia dona-
25 tio inter conjuges eſt odioſa, & exorbitans à jure communi, & ab eo reprobata regulariter, & à principio invalida: ad legatum & aliæ donationes à principio validæ ſunt, & à jure admiſſæ, & approbatæ, atque ideo faciliùs admittitur illius revocatio, quam in iſtis, ſequitur Palacios Rub. *in rubric. de donat. inter. §. 69. n.*
26 4. dum dicit, donationem inter conjuges attento jure communi non valere, jure autem ſingulari confirmari morte, id autem, quod jure ſingulari valet, facilius tollitur, quam quod valet jure communi, *leg. ejus minus, §. militia miſſus D. teſtam. milit.* ſequitur Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 6. diſp. 15. n. 5.*

27 Et inſuper in iſtis terminis, quod per obligationem, aut hypothecam rei donatæ revocabiliter non revocetur donatio aliàs revocabilis, quæ nihilominùs firma remanet, probarunt gl. *in leg. fin. Lucius, verb. perfectam, D. de donat.* Faber *in ſuo C. lib. 8. tit. 36. de revocand. donat. diffin. 11.* quam laudat Fontanella *de pactis nuptial. tom. 1. clauſ. 4. part. 5. n. 192. & ſeqq.* ubi reprobat Roman. Ripam, Angelum, & alios contrarium ſentientes, nempe donationem, data facultate revocandi, cenſeri revocatam ex hypotheca, vel pignoratione rei donatæ, dicens, horum ſententiam procedere in donationibus ſui naturæ invalidis, ut in donatione inter virum & uxorem, quæ à jure reprobatur, ſecus verò in aliis donationibus, à jure permiſſis, & à principio exiſtentiam habentibus, quæ quidem, licèt revocabiles, requirunt revocationem tacitam, aut expreſſam, hanc tamen non induci ex hypotheca rei donatæ per donantem. Monachus 28
dec. Bononiæ, 71. ex n. 65. uſque ad num. 69. Molinus *de pactis nuptial. qu. 1. n. 45. & 46.* Giurba *de feudis. §. 2. gloſſ. 13. n. 99. verſ. nec ex revocandi pact. pag. 644.*

Et adhuc Pater Sanchez loco cit. *tom. 1. lib. 6.* 29
diſput. 15. ſub d. num. 5. & 6. rectè animadvertit, ut etiam donatio inter conjuges non intelligatur revocata per obligationem bonorum generalem factam à donante, ſed potius requiratur ad hoc hypotheca ſpecialis ejuſdem rei, aut rerum donatarum *ex d. leg. ſi maritus*, ibi: *ſi maritus poſt factam donationem ſpecialiter obligavit*, ut per *leg. ex differentia, D. ex quibus cauſ. pign. vel hypothec.* Bartol. Baldus & Jaſon, quos ad id allegat Palac. Rubr. *in Rubric. de donat. inter, §. 69. n. 4.* Neguſan. *de pignor. 2. p. membr. 1. num. 4.* Covarr. *Rubric. de teſtament. 3. part. num. 19. verſ. 4. ex his*, Pater Molin. *tom. 2. de juſtit. & jur. tract. 2. diſp. 289. §. tacitè cenſetur.* Quia hypotheca ſpecialis magis afficit quàm generalis, ex eiſdem DD. quos allegat Sanchez.

Ex quibus improbabilis, & valdè ſuſpecta redditur 30
doctrina Peraltæ *in l. 3. §. qui fideicommiſſum, n. 128. D. de hæred. inſtit. verſ. reſolvendo.* Aſſerentis, quod ſi in facultate regia conceſſa ad faciendum majoratum detur facultas revocandi ad libitum uſque ad mortem, & poſt conditum majoratum contraxerit debita, teneatur ſucceſſor, debita hæc perſolvere, quem refert Mieres *de majoratu 2 part. quæſt. 24. num. 121.* cui opponuntur jura, & Doctores hactenus citati, & in cap. antecedenti, ubi etiam in caſibus, in quibus per rei revocabiliter donatæ obligationem inducitur revocatio, debet adeſſe non ſolum bonorum generalis obligatio, ſed & ſpecialis rei donatæ. Ergo multo minus quando nulla bonorum præcedit obligatio, etiam generalis, ſupponit Peralta, ſed ſolus æris alieni contractus.

Hanc etiam quæſtionem eleganter pertractatam re- 31
perio apud Gomez *in l. 40. Tauri, num. 91. verſ. advertendum tamen eſt*, & poſt alios Molinam latius *de primogen. lib. cap. 11. ex n. 18. cum multis ſeqq.* qui verè, & juridicè reſolvunt donationes irrevocabiles ſicut donans contrahendo non poteſt revocare, ita nec revocatæ intelligantur per delictum ab eo commiſſum, ex quo bona fiſco applicantur. In quo nullum dubium eſſe aſſerunt ipſi Doctores.

Quando verò donatio revocabilis ſit, ut de donatione 32
inter virum, & uxorem, donatione cauſam mortis, & majoratu revocabiliter facto; poſt hinc inde longam diſputationem firmiter tenent, per delictum commiſſum à donante, ex quo bona ſua omnia ſint confiſcata, non tranſire bona revocabiliter donata in fiſcum, per text. expreſſum *in l. res uxoris, Cod. de donat. inter vir.* ea inter alias ſingulari ratione, quia nec donans revocavit donationem, nec in fiſcum tranſivit facultas, & poteſtas revocandi, ac ideo non intelligitur revocata, ſed permanere; multa alia conducibilia apud ipſos Doctores per leges.

Igitur concludendum erit, quod in caſibus, in quibus 33
diximus, & probavimus donationem ſui natura revocabilem cenſeri tacitè aut expreſsè revocatam, creditores donantis jus habent, ut donationis bona trahantur ad corpus concurſus peracti donante debitore.

Et per contrarium, quoties revocata non cenſetur 34
donatio, creditores donatarii idem jus habent, ut ex ejus bonis ſatisfieri valeant; quia non ſubſequuta revocatione tacitè aut expreſsè, firma permanet donatio, prout ex aliis ſuperius probavimus *n. 3. verſ. in quorum cognitione*, &c.

Eodem modo ac à principio fuiſſet donatio meliora- 35
tio, ſeu vinculum irrevocabiliter geſtum, quod per quamlibet donantis diſpoſitionem, ſive generalem, ſive ſpecialem non ſubjicitur revocabilitati; ut plurimis Doctoribus proſequitur Caſtillo *de uſufructu, cap. 29. num. 40. & ſeqq.*

36 Quæ doctrina communis eſt, quando majoratus irrevocabilis fit ex facultate regia, vel quando à patre in filium in re certa, vel quando fit ob cauſam oneroſam matrimonii; ut in iis caſibus nec obligatio, nec cenſus impoſitio facta à conſtituente majoratum teneat in
37 præjudicium vocatorum. At ſecus erit, quando majoratus etiam irrevocabilis fit à patre de tertio, & quinto bonorum, etiam facta conſignatione in certa re, quia tunc licèt pater directè majoratum revocare non poſſit, poteſt tamen eum diminuere contrahendo debita, ea ratione, quoniam cùm melioratio tertii, & quinti habeat reſpectum ad mortem patris, interim ei non adimitur bonorum adminiſtratio, & poteſt debita contrahere, & bona diminuere, ceſſante fraude, & filius melioratus recipit diminutionem, quæ invenitur in bonis tempore mortis. Ita eleganter probavit videndus Molina *de primogen. lib. 4. cap. 2. num. 82.* & poſt Caſtellum, Anton. Gomez, Joan: Gutierrez, Angelum Azeved. & alios latiſſimè & doctè proſequitur omninò videndus Caſtillo *controv. tom. 4. cap. 35. ex nu. 58. uſque ad finem*, ubi fundamentaliter hanc differit, *& à num. 45.* quem meritò ſequitur Hermoſilla *ad l. 3. tit. 4. part. 5. gl. 6. n. 93. tom. 1. fol. 244.*

38 Prædictis addere potes, quod in reſtitutione hæreditatis per fideicommiſſum non veniunt ea, quæ hæredi competunt alio jure, etiam ipſo defuncto, quàm hæreditario nomine, ſed ſibi præcipuè reſervat, de quo latiſſimè videbis per Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 6. per totum.* Surd. *conſ. 7. ex num. 21. cum ſeqq.* Caſtillo ubi proximè *ex n. 1.* Fuſſarius *conſ. 131. ex n. 13. & conſ. 147. n. 7. & per totum*, & ex text. *in leg. ſequens quæſtio, D. de leg. 2.* & alia jura ab ipſis DD. citata, quos conſule pro latiori articuli cognitione.

CAPUT XX.

Procuratore ad exigendum pecunias conſtituto (quas exactas alteri ſub lucro dedit) necnon domino conſtituente concurrentibus, ad hujuſmodi lucri exactionem, qui eorum graduetur?

Ubi etiam de procuratore ad rem certo pretio vendendam, & pluris vendendo, an hoc plus ſibi & ſuis creditoribus excluſo domino quæſierit.

SUMMARIUM.

1 *& ſeqq. Concurrentibus creditoribus procuratoris, qui pecunias exactas alicui lucro dedit, & creditoribus domini ad illud lucrum, quales præferantur.*
2 *Pro creditoribus mandatis textus, celebris in l. idemque 10. §. ſi procurator. D. de mandati, ponderatur.*
3 *Procurator ad credendum Titio pecunias ſine uſuris, ſi ſub uſuris mutuaverit, eas domino reſtituet.*
4 *Procurator ad vendendum rem certo pretio, ſi plus vendat, an illud plus ſimul reſtituat, ubi una opinio refertur.*
5 *& 6. Contraria adducitur.*
7 *& 8. Opinio diſtinguens verior, & ſequenda refertur.*
6 *Lucrum ex induſtria procuratoris, aut hæredis acquiſitum, licet ex cauſa hæreditatis ſuam facit.*
L. 3. D. ad legem Falcidiam, & l. Paulus 29. D. de pignoribus ponderantur, ibid.
10 *& 11. Quod hæres ex cauſa hæreditatis ſua induſtria quæſivit ſuum facit, nec tenetur creditoribus hæreditariis, nec legatariis præſtare.*
12 *Hæres nec tenetur creditoribus hæreditariis ex iis, quæ ſua induſtria extra hæreditatem, licet hæreditatis occaſione quæſivit.*
13 *Hæres vendens hæreditatem pretio exceſſivo propter ſtultitiam emptoris, ſolum tenetur de juſto pretio.*
14 *Hæres non tenetur creditoribus de eo, quod alii ſibi remiſerunt.*
L. 3. ad legem Falcidiam, ad idem expreſſa adducitur. ibid.
15 *Idem admittitur in ſocio.*
L. ſocius 61. §. ſocius, D. pro ſocio adducitur. ibid.
16 *Si hæres gravatus ex pecunia exacta fundum emat, non fundum, ſed pecuniam reſtituere tenetur.*
17 *Rei emptæ ex pecunia aliena dominium quæritur ementi, non domino pecuniæ.*
18 *Etiam ſi res empta per depoſitarium ex pecunia depoſita, aut ſibi acquirat.*
19 *Res empta ex pecunia aliena in dubio præſumitur empta pro emptore, non pro alio.*
20 *& 21. Fructus ſequuntur dominium.*
22 *& 23. Procuratori pertinere lucrum ex pecunia exacta, & ſufficere eam domino reſtituere, qui ſimpliciter tenent.*
24 *Procedit quando ſuo nomine, & periculo pecunias exactas dedit lucro.*
25 *In dubio ſuo nomine, ac periculo præſumitur quis emere ex pecunia aliena, & lucro ponere.*
26 *Actus, qui potuit geri nomine proprio, & alieno in dubio præſumitur nomine proprio geſtus.*
27 *Procurator ad vendendum certo, ſi plus ſibi vendat periculo ſuo, illud plus ſibi acquirit.*
28 *Procurator ad exigendum ſi pecunias lucro dedit nomine & mandato domini, huic lucrum pertinet.*
29 *Secus ſi nomine domini, periculo tamen ſuo pecunias ſub uſuris dederit procurator.*
30 *Procurator tradendo alteri ſub lucro pecunias exactas, non ſuo ſed domini nomine, huic quæritur.*
31 *Hæres ſua induſtria quærens occaſione hæreditatis non ſibi, ſed hæreditati quærit, ſi nomine hæreditatis fecit.*
32 *& 33. Filius quod lucravit ex pecunia patris, & ex ſua induſtria, an & quando ſibi, vel patri acquiratur.*
34 *Lucrum pecuniæ exactæ quando procuratori pertineat, aut quando domino, adducitur Rotæ deciſio, uſque ad n. 38.*
38 *& 39. Creditores procuratoris lucrum conſequentis ex pecunia exacta jus habent ad illud.*

IN' hoc judicio concurſus cauſato ſive à procuratore ad exigendas pecunias, ſive à domino conſtituente & mandante, ſive etiam ab illo tertio, cui procurator ipſe pecunias has alienas ſub lucro, aut uſuris dedit, concurrere ſolent creditores domini, & creditores procuratoris; illi ad dominum mandantem lucrum illud ex pecunia ſua productum pertinere certantes; iſti verò ad ſuum debitorem procuratorem contendentes: quales igitur erunt in ſententia graduandi; quales verò contemnendi, quæſtio non facilis ſe offert.

Et pro creditoribus domini primò facit text. celebris, & difficilis *in lege idemque 10. §. 1. ſi procurator, D. mandati*, cujus verba ſunt: Si procurator meus pecuniam meam habeat, ex mora utique uſuras mihi pendit. Sed etſi pecuniam meam fœnori dedit, uſuraſque conſequutus eſt, conſequenter dicemus debere eum præſtare quantumcumque emolumenti ſenſit: ſive ei mandavit, ſive non, quia bonæ fidei hoc congruit, ne de alieno lucrum ſentiat. Igitur cum ad dominum mandantem pertinet lucrum pecuniæ ſuæ à procuratore in lucrum datæ, etiam deficiente ad id domini mandato ſequitur ejus creditores ad idem jus habere.

Secundò & pro hac parte non minus celebris urget text. *in d. l. idemque*, §. 7. quo ſic determinavit Conſultus: Si mandavero procuratori meo, ut Titio pecuniam meam credat ſine uſuris, iſque non ſine uſuris crediderit,

derit, an etiam uſuras mihi reſtituere debeant, videamus? Et Labeo ſcribit reſtituere eum oportere, etiam ſi hoc mandaverim, ut gratuitam pecuniam daret. Qui textus multò fortiùs roborat jus domini mandantis, & creditorum ejus.

4 Tertiò urget reſolutio illius controverſæ quæſtionis, an ad procuratorem conſtitutum ad vendentem fundum, vel aliam rem pro certo, & determinato pretio, & tamen pluris vendiderit; an verò ad dominum illud plus, quo res fuit vendita, pertineat? In qua varii variè ſenſerunt: Purpuratus *in l. ſi eum ſervum 7. num. 22. ff. ſi certum pet.* dixit quod hoc plus ad dominum rei pertinet, ad quem, non ad procuratorem pertinet incommodum, ſi minori pretio fuiſſet res vendita, procurator etiam nullum jus habet in ipſa re, ex quo ad eum hoc plus ſpectare poſſit. Quia quamvis procurator vendiderit nomine proprio, tamen quantum ad utilitatem mandantis perindè eſt, ac nomine ipſius domini vendidiſſet.

5 Didacus Perez *in l. 2. tit. 23. lib. 6. Ordinamenti, gloſſ. 1. col. 8. verſic. hic quærendum eſt, pag.* 432. refert Angelum *in ſumma verb. emptio.* §. 27. dicentem, quòd procurator non tenetur illud plus reddere domino, motum; quia ſi excedit juſtum pretium, tenetur reſtituere ementi; ſi verò non excedit,
6 & ſua induſtria habuit, quod ſibi acquirit. Ipſe verò Perez diſtinguendum eſſe putat: quod aut rem induſtria ſua procurator melioravit, & ad id non teneretur, & ſibi illud plus acquirit: ſecus verò ſi ex mercede ſibi oblata ad meliorandum eſſet adſtrictus.

7 Atque tandem cum Joan. Fabro, Joan. de Platea, & Jaſone *n. 87. in §. actionum Intitut. de actionibus*, hanc quæſtionem quotidianam eſſe dicentibus, diſtinguit, quod aut periculum mercis pertinet domino, aut vendenti procuratori: ſi domino, & competit illud plus, quo vendita fuit res; quia non intelligitur rem ſuam dare vendendam dominus pro decem, quin velit habere duodecim aut plus, ſi poteſt; limitavit enim pretii partem inferiorem, ut minori non vendatur, non tamen limitare intendit partem ſuperiorem ut in plus non vendatur, ſi poteſt plus vendi. Si venditori ex conventione partium, vel aliàs ex natura contractus periculum pertinet, ſimiliter, & venditori competere illud plus debet, ut cum periculo lucrum compenſetur, per regulam ſecundum naturam, *de reg. jur. in 6.* quæ diſtinctio mihi placet,
8 etiam Hermoſillæ *in l. 48. titul. 5. p. 5. gl. 6. ex n. 2. tom. 2. fol. 218. & ſeqq.* qui tamen attentè & cautè legendus dum in ultimis verbis videtur confundere diſtinctionem prædictorum DD. Ex quibus videtur dicendum in noſtra quæſt. principali, ut non procuratori ad exigendum danti pecunias exactas ſub licito lucro, pertineat earum lucrum, domino pecuniæ eum procuratorem conſtituenti ad ſolum miniſterium exigendi, reddendi.

9 Pro contraria autem parte, atque ita pro creditoribus procuratoris alia urgent fortia fundamenta: primum, quia lucrum illud procurator ſua induſtria quæſivit, & quamvis ex pecunia domini; ſuum tamen facit, juxta textum celebrem *in l. 3. D. ad leg. falcidiam.* Si hæres (inquit Conſultus) inſtitutus eam hæreditatem, quæ ſolvendo non eſt, vendiderit (vix quidem poterit perſuaderi non fuiſſe eam hæreditatem ſolvendo, quæ emptorem invenerit) vera autem ratione nihil legatariis debebitur: quia magis ex ſtultitia emptoris habere videtur hæres inſtitutus, quàm ex bonis defuncti. Nam ex contrario ſi male vendiderit res hæreditarias, non erit legatariorum detrimentum. Ita ergo commodum debet eſſe hæredis, ſi bene res adminiſtraverit. Sed etſi is, qui ſolvendo non eſt, legaverit, & hæres cum creditoribus deciderit, ne ſolidum ſolveret, & ob eam deciſionem, factum ſit, ut aliquid retineret: nihil tamen legatariis debitorum, quia eam pecuniam non ex hæredita, ſed ex deciſione habeat, text. etiam in l. Paulus reſpondit, generalem quidem conventionem ſufficere ad obligationem pignorum, ſed ea, quæ ex bonis, defuncti non fuerunt, ſed poſtea ab hærede ejus ex alia cauſa acquiſita ſunt, vendicari non poſſe à creditore teſtatoris. 29. *D. de pignoribus.*

Per quæ, & alia jura percipuè ex *d. lege 3. D. ad* 10
legem falcidiam, communiter deducunt Doctores firmiſſimam concluſionem. Ut quæ hæres acquirit ſua induſtria, ſibi dumtaxat acquirit, & ex eo non tenetur legatariis, aut creditoribus; quia tale acquiſitum ex induſtria non fuit in hæreditate, ſed extra eam. Prout præfatam legem ſumit Bart. ibi: *Quod hæres acquirit ſua providentia, vel alterius ſtultitia non computatur in bonis.* Sequuntur ibidem Alberic. Angel. & Odofredus, Imol Paulus Alexan. Vincentius Herculanus, rationem reddentes decidendi ad illum text. fuiſſe acquiſitionem ex induſtria hæredis potiùs quam ex ipſa hæreditate, & per *d. ſi hæres inſtitutus 3. D. ad legem falcidiam*, idem dixerunt Peregrinus *de fideicommiſſ. art. 6. num. 39. & art. 44. n. 29.* Ruinus *conſ. 97. n. 13. lib. 5.* Mantic. *de conject. ultim. vol. lib. 7. tit. 8. n. 19. ad medium.* Fuſſarius *de ſubſtit qu. 627. n. 4.* quod
id, quod acquiſivit hæres ex ſua diligentia, & induſ- 11
tria non computatur in hæreditate, & propterea nec venit in hæreditatis reſtitutione id, quod ex ſua induſtria quæſivit hæres. Fuſſarius ibidem *n. 10.* poſt Peregr. & Mantic. locis citatis.

Comprobat doctrina Baldi *in leg. ubi adhuc, C. de jure* 12
dotium num. 39 verſic. ſi autem, dum firmat, defuncti creditores non habere jus in acquiſitis per hæredem aliunde, vel etiam ex rebus hæreditatis, & eorum occaſione propter induſtriam, & negociationem ſuam, *ex dicta lege Paulus reſpondit 29. D. de pignoribus*, & eſt melior textus *in dicta lege ſi hæres inſtitutus 3. verſic. ſed et ſi is qui ſolvendo non eſt, D. ad legem falcidiam*, bene explicat Ferrer. *ſuper conſtitutione hac noſtra tempore 3. declarat. 9. n. 261. & 262. pag. 672. &* Caſtanate *conſ. 10. n. 140. verſ. etiamſi pervenerit, & verſic. maximè ſi acquiſierit, & verſ. vel ob remunerationem.* Optimè Noguerol. *allegat. 11. n. 129. & n. 120.* Phanutius *de inventario, inter diverſos, quæſt. 24. nu. 71. pag. mihi* 178. ubi quod hæres vendens
hæreditatem pretio exceſſivo propter ſtultitiam emp- 13
tores, ſolum tenetur hæreditati de pretio juſto correſpondere, & exceſſum ſibi retinet Barbatus *de diviſ. fructuum 1. part. cap. 14. n. 53. & 54.* ſequitur Noguerol. *d. n. 20.*

Comprobat Thoro *in compendio deciſ. p. 1. verſic.* 14
augmentum hæreditatis pag. 60. dum reſolvit hæredem obligatum non eſſe ſolvere creditoribus quod acquirit ex remiſſione partis debiti facta per alios creditores anteriores; quia hoc eſt quæſitum ex induſtria ipſius hæredis, quem refert, & ſequitur Noguerol. *allegat. 11. num. 121.* & eſt text. expreſſus *in leg. 3. D. ad leg. falcid.* & Noguerol. ipſe *num. 122.* ex textu expreſſo *in lege ſocius 61. §. ſocius D. pro ſocio*, & ex aliis Doctori- 15
bus idem dicit in ſocio. Ergo eodem modo idem dicendum erit in procuratore conſtituto ad exigendas pecunias, ut ſibi retineat lucrum ex eis exactum, quod ſibi ex ſua induſtria, & diligentia atque negociatione propria quæſivit, non tamen domino, nec ejus creditoribus.

Secundò, pro creditoribus procuratoris facit, quia 16
licèt iſte ex pecuniis alienis, & ſic domini conſtituentis lucretur, non tenetur ad lucri reſtitutionem, nec ad rem emptam, aut fructus exproductos domino ſed ad pecunias ipſas, quas offerendo liberabitur ab obligatione, juxta doctrinam *gloſſ. in l. Imperator, §. fin. D. de lege 2.* & ibi Rainerius, Alberan. Cuman. & Imola, Bartol. *in lege item veniunt, D. de petit. hæreditat.* & ibi Bald. Angel. & Fulgoſ. Caſtrenſ. *conſ. 289. in caſu ſuprà ſcripto, verſic. & poſito quod fuiſſet. lib. 2. conſ. 488. ad primum quo quæritur lib. 1.* Alex. *conſil. 21. nu. 3. & conſil. 51. nu. 11. lib. 6.* Jaſon *conſ. 231. ad fin. lib. 2.*

Ruinus *conſ.* 97. *col. penult. lib.* 5. Capra *conſ.* 88. *in fin.* Cephal. latè *conſ.* 645. *num.* 28. & 49. *cum ſeqq. lib.* 5. Menoch. etiam latiſſimè *in conſ.* 213. Fuſſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 627. *nu.* 8. quatenus communiter firmant, quod ſi hæres gravatus ex pecunia per eum exacta à debitoribus hæreditariis emat bona, non tenetur ea reſtituere, ſi offerat pecuniam exactam.

17 Tertiò, quia quemadmodum rei emptæ ex pecunia aliena dominium quæritur ementi, & non domino pecuniæ, ex gloſſ. *in l. ad probationem*, *C. de probation.* Socin. *reg.* 343. Tiraquell. *de retract. lig. ff.* 32. *gloſſa unic. num.* 16. Gomez *in l.* 35. *Tauri num.* 36. Molin. *de primogen. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 35. Eſcobar. *de ratiociniis*, *cap.* 14. *nu.* 25. Menochius *lib.* 3. *præſumptio.* 51. *n.* 43. Matienz. *in leg.* 8. *tit.* 11. *gloſſ.* 4. *lib.* 5. *recopilation.* Martha *voto* 127. *num.* 3. Trentacinq. *variar. reſol. lib.* 3. *tit. de empt. & vendit. reſolut.* 1. *num.* 1. Fontanella *de pactis nuptial. clauſul.* 7. *gloſſ.* 3. *p.* 13. *n.* 27. *tom.* 2. Hermoſilla *ad leg.* 49. *gloſſ.* 1. *n.* 1. *tit.* 5. *part.* 5. qui *n.* 3 ex Molina *lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 35. *verſ. nobis tamen.*

18 Ampliat etiamſi res empta ſit ex pecunia depoſitæ, ut non fiat deponentis, ſed depoſitarii ementi, juxta *leg. pecunia*, *Cod. de rei vendicat. & num* 4. ampliat

19 multis Doctoribus citatis, quod in dubio res empta præſumitur pro emptore, & non pro eo cujus eſt pecunia.

20 Et quemadmodum fructus rei emptæ ex pecunia aliena pertinent ad ementem: quia fructus ſequuntur dominium. *leg.* 1. & 2. *C. de pignor. action. leg. Julianus*, §. *ſi fructibus*, *de actionibus empti. leg. ex diverſo*, & *leg. in fundo*, *ff. de rei vendicat. leg. fructus*, *C. de fructibus & litium expen.* Roman. *conſ.* 25. *num.* 2. & *conſ.* 53. *num.* 23. *lib.* 2. Tiraquell. *de tract. convent.* §. 2. *gloſſ. un. num.* 34. Cephalus *conſil.* 131. *num.* 14. & *conſ.* 49. *num.* 13. *conſ.* 50. *num.* 3. & *conſ.* 63. *n.* 12. Vincent. de Anna *allegat.* 104. *num.* 5. Rogeri. *conſ.* 18. *num.* 11. *lib.* 1. Surdus *conſil.* 52. *num.* 3. & *conſ.* 101. *num.* 14. & *conſ.* 128. *num.* 5. & *conſ.* 333. *num.* 24. idem Surdus *in deciſ.* 211. *num.* 12. Joſeph. Ludovic. *deciſ. Lucenſ. num.* 6. Malvaſia *conſ.* 66. *num.* 15. Eugenius *conſ.* 8. *num.* 65. Menochius *lib. præſumpt.* 30. *nu.* 15. Fachineus *controverſiar. lib.* 3. *cap.* 47. *verſic confirmatur.* Covar. *practicar. quæſt. cap.* 12. *numer.* 2. *cum ſeq.* Maſtrillo *deciſ.* 148. *num.* 19. Rota Romana *diverſor.* 389. *num.* 2. *lib.* 3. & *deciſ.* 192. *lib.* 4. Cæſar de Graſſis *dec.* 105. *num.* 11. Peregrinus *de fideicommiſſ. art.* 49. *num.* 20. Valenzuela *conſ.* 55. *num.* 91. & 92. Farinacius *deciſ.* 495. *num.* 1. *part.* 1. *tomo* 2. Ant. Faber *in Cod. lib.* 8. *tit.* 38. *diffinit.* 15. *num.* 2. Fab. Turret. *conſ.* 21. *num.* 4. *lib.* 3. & *conſ.* 79. *num.* 7. *lib.* 2. Riminald. *conſ.* 623. *num.* 26. Burſatus, *conſil.* 303. *num.* 6. Rota *conſ.* 82. *num.* 23. Cevallos *commun. contra comm. qu.* 961. *num.* 45. & 54. Franchis, *deciſ.* 642. *num.* 11. *lib.* 4. Hondedeus *conſ.* 39. *n.* 22. *lib.* 2. & *conſ.* 20. *num.* 10. & *conſ.* 69. *num.* 19. *lib.* 1. Gratianus *diſcept.* 540. *num.* 8. *col.* 3. Tuſchus *lit. F. conſil.* 486. *tom.* 4. Gorgius *allegat.* 49. *num.* 8. Martha *de juriſdict.* 4. *part. centur.* 2. *caſ.* 191. *num.* 4. Anellus de Amato *conſ.* 62. *num.* 17. Rovitus *conſ.* 37. *num.* 1. Ant. Amat. *variarum reſolut.* 49. *num.* 9.

21 Ita pariter, & procuratori danti ſuo nomine pecunias exactas ſub lucro, quarum dominium quæſivit, ex earum uſu, & non ad illas, ſed alias reſtituendum domino tenetur ex juribus vulgatis. Ergo fructus lucrum, & uſuræ ex eis productæ ſibi quærit, & non domino, nec ejus creditoribus.

22 Sufficit enim procuratori pecuniam, quæ in genere ſuo functionem recipit, reſtituere domino conſtituenti, cum ejus conditio non lædatur, nec potuit cogere procuratum, ut pro eo negotiaret *leg. poſtulante*, §. *ſed in hujuſmodi*, *ff. ad Trebellian.* ſic argumentatur Peregrinus *de fideicommiſſ. art.* 44. *num.* 29. ſe-

23 quitur Fuſſarius *de ſubſtitut. qu.* 627. 11. & 12. Qui ſimiliter, & aliter conſiderant, quod ſi mala fuiſſet pecuniæ inveſtitura, & negotiatio periculoſa, dominus ſuam pecuniam ſolum peteret, & non ſtaret pro ipſa negotiatione, & lucro. Ergo nec audiendus erit, quando negotio foret lucroſa, & utilis, *leg. ſcribit Celſus*, *ff. ad Trebellian. & leg. penult. Cod. de ſolution.* & iterum dixit idem Peregrinus *in conſ.* 31. *num.* 16. *ad medium lib.* ergo dominus, & ejus creditores ab hujuſmodi lucro excludendi ſunt, & minimè gravandi in judicio concurſus, ſed tantum creditores procuratoris lucrum ſuum facientis.

Sed quid in tam ancipite quæſtione ſequi debeamus 24 attende diſtinctionem, ut hæc ſecunda pars in favorem procuratoris, & ejus creditorum procedat, quando procurator pecunias domini exactas alteri debet ſub uſuris, aut lucro abſque mandato domini, ſed ſuo nomine, prout præſumitur, ut ſtatim, & ſuo proprio periculo, ut tunc lucrum ſibi, atque ſuis creditoribus, acquirat; Quoniam cùm ad eum periculum ſpectet, uſura, & emolumentum ipſius pecuniæ ad eum debet, non ad dominum ſpectare. Prout probat *d. l. idemque*, §. *ſi mandavero in fin.* ibi: *Quamvis ſi periculo ſuo credidiſſet*, (inquit Labeo) *in uſuris actio mandati*, *ff. mandati.* Ad idem eſt *l. ſi unus*, §. *ſi unus*, *ff. pro ſocio*, & *l. ſi navis de rei vendicatio.*

Et in dubio, nomine, & per conſequens periculo 25 proprio pecunias alienas procurator videtur tradere, & emere, & non nomine ejus, cujus eſt pecunia, *leg. & magis*, *ff. de ſolutionibus. leg. ſi ita ſtipulatur*, §. *Chryſogonus*, *ff. de verbo. obligat. leg. Titium & Mævium*, §. *Præfectus*, *ff. de adminiſtrat. tutor.* Alexand. *conſ.* 12. *num.* 8. & 34. *num.* 6. *lib.* Decius *conſ.* 213. *num.* 21. & *conſ.* 446. *n.* 2. & 3. Pariſius *conſ.* 84. *n.* 4. *lib.* 1. Craveta *conſ.* 119. *à num.* 2. Matienz. *in leg.* 2. *tit.* 9. *gloſſ.* 1. *num.* 14. & 38. *lib.* 5. *recopilat.* Eſcobar. *de tatiociniis cap.* 14. *num.* 23. Hermoſilla *ad leg.* 49. *gloſſ.* 1. *num.* 4. *tit.* 5. *part.* 5. *tomo* 2. *fol.* 119. qui reddidit rationem. Actus enim qui poteſt geri nomine proprio 26 & alieno in dubio, nomine proprio geſtus cenſetur. Ex Bartoli doctrina *in leg. gerit* 2. *quæſt. principal. verſic.* 2. *modo*, *ff. de acquir. hæreditate*, & ex Matienzo, loco citato. Quibus adde Menoch. *conſ.* 213. *num.* 37. & *ſeq.* & *in conſ.* 1177. *n.* 16. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 24. *num.* 18. & *ſeqq.* idem Peregrinus *conſil.* 31. *n.* 46. *lib.* 4. quam plures refert, & ſequitur Fuſſarius *de ſubſtitut. qu.* 627. *ex num.* 28. *cum ſeqq.*

Et huic diſtinctionis priori membro favet reſolutio 27 Doctorum de qua ſuprà ad principium hujus cap. in tertio fundamento pro creditoribus domini *ex n.* 4. & *ſeqq.* circa procuratorem ad rem certo pretio vendendam, ut ſi pluris vendat, ſibi tunc plus illud acquirat, quando vendidit ſuo periculo.

At verò quando procurator ad exigendum pecunias 28 exactas alteri tradidit ſub uſuris, & lucro, mandato, nomine domini; tunc cùm ad dominum pertineat periculum, pariter & lucrum pertinebit: ut ſecus ſit quando procurator ipſe nomine domini dederit periculo tamen ſuo ipſius procuratoris *ex d.* §. *ſi mandavero in fin.* quem ſic Rota ſtatim alleganda conciliat *cum* §. 29 *ſi procurator ejuſdem leg. idem*, *ff. mandati.* Quorum mentionem fecimus ad principium hujus c. in primo & ſecundo fundamento pro creditoribus domini.

Et quod quando nomine domini pecuniæ ſub lucro 30 datæ ſunt à procuratore, vel eo nomine procuratorem emit, & per conſequens uſuræ, & fructus ad dominum pertineant; ex ſuperiùs comprobatis firmarunt *ex l. imperator*, §. *fin. ff. de legatis* 2. *gloſſ. ibi*, *in verbo non videtur.* Dinus, Rainer, Andreas de Piſis, Bald. Albericus, & Imola *in eod.* §. *fin. gloſſ. in l. ſi hæres pecuniam*, per text. *ibi*, §. 1. *ff. ad Trebellian.* Alexand. *conſ.* 82. *n.* 10. *lib.* 2. Natta *conſil.* 11. *num.* 4. *lib.* 1. Cephalus *conſ.* 645. *ex n.* 49. *cum ſeqq.* ubi dicit hanc eſſe communem ſententiam, refert & ſequitur Mantic. *de conject. ult. vol. lib.* 7. *tit.* 8. *n.* 19. Menochius latè *conſ.* 213. *n.* 9. & 21.

Pere-

Peregrinus *de fideicommiſſ. art.* 44. *num* 28. idem Peregrinus *in conſ.* 31. *ex n.* 12. Surdus *deciſ.* 15. Fuſarius *de fideicommiſſ. qu.* 627. *num.* 21. qui poſtquam veriorem
31 dixerunt, lucrata, & acquiſita per hæredem ex pecunia hæreditatis ſua induſtria, diligentia, & negotiatione non fieri hæreditatis, nec in reſtitutione hæreditatis fideicommiſſario facienda venire, prout latiùs ſuperiùs probavimus; limitant, quando hæres non ſuo nomine negotiavit, lucravit, vel emit, ſed nomine hæreditatis, ut tunc quæſtum, & lucrum hæreditatem ſequatur, cujus erat pecunia.

32 Quibus quidem & rectè conſonat, & alia ſimilis doctrina ex illa deducta controverſia, an & quando, quod filius lucravit ex pecunia patris, & induſtria propria ſit profectitium patris, & ei acquiratur? de qua abundè apud Alvarum Valaſcum *in tract. de partition. cap.* 23. *ex n.* 180. *cum ſeqq.* Conſtans tamen eſt diſtinctio, quòd ſi filius ex pecunia patris negotiaverit nomine patris tantum, hoc idem exprimendo in contractibus à ſe geſtis, vel aliter conſtiterit, aut è contra ſuo tantum nomine, & periculo, & hoc proteſ-
33 tetur, non admittetur diviſio, ſed totum erit patris, vel ſuum reſpectivè, quia ſcilicet ex quo pater no nomine negotiatur, videtur tanquam inſtitor, & procurator patris ad negotiandum conſtitutus, & ideo totum patri quæritur, *l. quod procurator ex re, ff. de procuratoribus.* Ex quo verò filius nomine proprio tantùm, ſuoque periculo negotiatur, cum periculum ſolum ad eum pertineat, ita pariter lucrum totum eidem pertinere debet. Franciſc. Ripa *in l. in quartum, n.* 159. *& ſeq. ff. ad legem Falcidiam*, Roman. *conſ.* 469. *n.* 5. Riminald. nec non multi alii per eum citati in §. 1. *n.* 74. *cum ſeqq. inſtit. per quas perſon. nob. acquir.* Valaſc. *ubi proximè, d. cap.* 13. *n.* 118.

34 Hanc ultimam diſtinctionem, confœderando §. *ſi procurator. & §. ſi mandavero, dict. l. idemque, ff. mandati*, elegantiſſimè tenuit, & ſequutus fuit Rota *deciſ.* 421. *tom.* 1. in poſthum. Farinacii, quæ *ex num* 4. in hunc modum decidit quæſtionem noſtram principalem. Quantum ad pecunias D. Alberti D. Fabianum in locis montium vacabilium ſuper caput ejuſdem Fabiani inveſtitas, domini receſſerunt à deciſis, pro quo fuit conſideratum, quod D. Fabianus emendo loca montium nomine proprio, ſibi acquiſivit dominium illorum, etiam ſi pecuniæ eſſent alienæ. l. ſi ex ea, C. de
35 rei vendic. l. 1. & l. penult. C. ſi quis alteri, vel ſibi. Et conſequenter ad Fabianum ſpectant fructus, ſequuntur dominium rei, quod illos p oducit. l. 1. & 2. C. de pignorat. action. l Julianus, §. ſi fructibus, ff. de actionibus empti. Et fuit in ſimilibus terminis dictum in cauſa Lugdunenſ. computatum 10. Decembris 1609. coram R. P. D. Coccino. Facit, quia periculum va abilitatis locorum montium ſine
36 dubio ſpectabat ad D. Fabianum, ex quo non habuerat mandatum ab Alberto ad inveſtiendum maximè in locis vacabilibus: ſi igitur periculum ſpectabat ad Fabianum, utique ad illum debent pertinere fructus ſive uſuræ, per text. in l. idemque, §. ſi mandavero, in fin. ff. mandati, & in l. ſi unus §. ſi unus ff. pro ſocio & in l. ſi navis ff. de rei vendicat. ubi gloſſ. in verb. fœneretur. Roman *conſ.* 469. *n.* 5. *verſ. tertio caſu.* Caſtrenſ. *conſ.* 377. *in fin. lib.* 2. Corn. *conſ.* 113. *n.* 3. *lib.* 3.

37 Non obſtat text. in l. idemque, in 5. ſi procurator, in verſic. ſed ſi pecuniam meam fœnori dedit præſtabit mihi, quantumcumque emolumentum ſentit; ſive mandavi, ſive non, quia fuit reſponſum, illum text. eſſe intelligendum, quando pecunia fuit fœnori data nomine, & periculo domini, ut animadvertit Albericus ibidem, aliis directo ſibi ipſi contrariaretur in ſubſequenti §. ſi mandavero, & pugnaret cum dictis l. ſi navis, & ſi unus. Nec refragantur huic intellectui illa verba, ſive man-
38 davero, ſive non. Quaſi quod non poſſit intelligi text. quod pecunia fuerit data fœnori nomine, & ſuo periculo domini contra illius mandatum, quia jungendo text. in dict. l. idemque, §. ſi procurator jure, §. ſequent. ſi mandavero. Prout jungit gloſſ. ibi in verb. ſive non poſt illam Albericus apparet, quod dominus mandaverat procuratori ſuo, ut crederet pecuniam Titio ſine uſuris, proinde bene dicit text. dict. §. ſi procurator, quod ſi procurator exegit uſuras, licèt hoc dominus non mandaverit, quod ſcilicet daret ſub uſuris, nihilominus tenetur eas reſtituere domino; in §. verò ſi mandavero, limitatur hoc dictum quandocumque procurator dedit fœnori pecunias nomine domini, & periculo proprio.

Quæ quidem Rotæ determinatio mirabiliter conve- 39
nit iis omnibus quæ pro utraque parte à principio hujus c. conſideravimus, juxta quæ facilè percipies, qui creditores præferendi ſunt concurrentes ad lucrum redactum ex pecunia domini. Etenim ſi procurator ad exigendum alteri dederit pecunias exactas ſub lucro, ſuo tamen nomine, & periculo, ad eum, ejuſdem per conſequens creditores ſpectabit lucrum hoc. Si verò nomine dómini, aut ejus mandato, & periculo pecuniæ ſub lucro, vel uſuris (licitis tamen, & jure permiſſis, juxta regionis permiſſionem, & uſum toleratum) datæ ſint per procuratorem, ad exigendum domino conſtituenti pertinent, & adjudicabuntur, ejuſque creditores ex eo ſat sfient.

Pariformiter idem, & ſub eadem diſtinctione di- 40
cendum erit in procuratore ad rem certo pretio vendendam dato, qui ſi plus vendat, illud plus ſuum faciet, ſi ad eum ſpectat periculum negotiationis, & mercium, & ad ejus creditores ut ſecus ſit, quando ad dominum rei periculum pertinet, ut tunc huic & illud plus, quo fuerunt merces venditæ applicabitur, nec non ejus creditorum ſatisfactioni juxta doctrinas Doctorum adductas ſuperius ad principium hujus capitis, in tertio fundamento *ex n.* 4. *& ſeqq.*

CAPUT XXI.

Prior creditor cui ſub conditione impetrandæ facultatis regiæ, hypothecata fuere bona majoratus; an præferatur ei, qui poſtea ante facultatem à priori obtentam contraxit cum facultate tamen regia?

Et quid in generali obligatione bonorum ſub conditione qua pendente res fuit acquiſita per debitorem, & iterum per eum alienata, an hypothecæ ſubjecta remaneat purificata poſtmodum conditione?

Et an à creditoribus, quibus majoratus diverſis temporibus obligat, facultas ſuperveniens omnibus ſimul profit, vel an inter eos ſit retinenda temporis anterioritas, abſque facultate regia bona fuerunt.

SUMMARIUM.

1 *Creditor, cui bona majoratus fuerunt hypothecata ſub conditione impetrandæ facultatis, an præferatur eis, qui interim cum poſſeſſore majoratus contraxit ſub facultate.*

2 *Facultatis impetrandæ conditio, an ſit poteſtativa, vel caſualis.*

3 *Conditio poteſtativa non trahitur retro ad tempus contractæ hypothecæ in præjudicium ſecundi creditoris, medio tempore contrahentis.*

4 *Conditio caſualis ſeu mixta retrotrahitur ad tempus hypothecæ, & præfertur ſecundo, medio tempore contrahendi.*

5 *Dotis, parte recepta maritus tertio hypothecavit, ſi mulier reliquum ſolvat, an pro tota dote præferatur interim mutuanti.*

L. 1. D. qui potiores, & l. 33. tit. 13. partis, 5. ponderantur, ibid.

Hypotheca tacita incipit à tempore promissæ dotis, non à tempore solutionis. ibid.

6 *Maritus partem dotis remittens, tenetur pro tota, ac si totam recepisset.*

7 *Idem erit si maritus nollet dotem recipere, quia quoad hypothecam, idem est ac si recepisset.*

8 *Quoad retrotractionem hypothecæ distinctionem inter conditionem potestativam, & casualem, seu mixtam plurimi Doctores probarunt.*

9 *Differentia inter contractus & ultimam voluntatem, quoad conditionis retrotractionem in præjudicium tertii, medio tempore contrahentis.*

10 *Conditio potestativa illa dicitur, quæ pendet à voluntate debitoris vel etiam creditoris simul.*

11 *Conditio pendens ex sola voluntate creditoris, non impedit retrotractionem.*

12 *Hypotheca sub conditione potestativa non contrahitur quousque purificetur conditio.*

13 *Secus in conditione casuali, seu mixta, in qua tempus contractus attenditur.*

14 *Conditio potestativa quæ dicatur.*

15 *Ratio differentiæ inter conditionem potestativam, & casualem, quoad effectum retrotractionis, & seqq.*

18 *Hypotheca expressa sicut purificata conditione potestativa, vel retrotrahitur, ita in hypotheca tacita.*

19 & 20. *Res alienata pendente hypothecæ conditione casuali, seu mixta postea purificata, effecta remanet in præjudicium emptoris.*

21 *Hypotheca pro evictione promissa, si alienetur, & postmodum sequuta evictione remanet obligata, & tertius tenetur.*

22 *Fidejussor obligatione prior, licet solutione posterior præfertur creditoribus debitoris interim contrahentibus.*

23 *Fidejussor à principio obligatur sub conditione, si debitor non solvat.*

24 *Debitor principalis fidejussori obligatus intelligitur sub conditione si pro eo solvat.*

25 *Et hæc conditio casualis est, & propterea sequuta solutione retrotrahitur ad initium obligationis cum prælatione ad alios creditores, medio tempore contrahens cum debitore.*

26 *Si sint fidejussori per creditorem, qui solvit actiones cessæ.*

27 *Chirographi cum hypotheca recogniti à debitore, recognitio non retrotrahitur in præjudicium creditorum medio tempore contrahentium.*

28 *Nova pragmatica papyri sigillati an det prælationem privato chirographo tam inter simplices chirographarios, quàm inter hypothecarios.*

29 *Chirographum cum omnibus requisitis, l. scripturas, C. qui potiores, quoad prælationem eosdem habet effectus, quos scriptura publica quoad prælationem.*

30 *Scriptura privata quibus in casibus, plenam fidem faciat, remissivè.*

31 *Creditor prior, cui obligata fuerunt bona majoratus, sub conditione impetrandæ facultatis, an impetrata præferatur aliis, qui medio tempore cum facultate contraxerunt cum possessore majoratus.*

32 *Affirmativam sententiam tenere videtur Capicius. Et conditione impetrandæ facultatis videtur casualis, cum non pendeat à voluntate debitoris, sed Principis: vel mixta ab utriusque voluntate; quæ causat retrotractionem hypothecæ in præjudicium tertii medii.*

35 *Inter creditores contrahentes sub conditione impetrandæ facultatis, posteriorem prius impetrantem, anterioribus postea impetrantibus præferri, multis defenditur.*

36 *Facultas impetrata vires habet à tempore gratiæ, nec retrotrahitur ad tempus contractus in præjudicium tertii medio tempore legitimè contrahentis cum possessore feudi, aut majoratus.*

37 *Retrotractio conditionis locum habet, quando contractus ab initio erat validus, non quando nullus fuit ex defectu facultatis.*

38 *Claravallus contrarium sectans reprobatur.*

39 *Vassallus alienans feudum sub conditione impetrandi assensum, excusandum à pœna privationis.*

40 *Vassallus contrahens sub conditione impetrandi assensum, potest interim pœnitere.*

41 *Creditor hypothecarius omnium bonorum, sub conditione retractiva, an habeat hypothecam in re medio tempore acquisita per debitorem, & eodem etiam iterum alienata.*

42 *Negativè resolvitur.*

43 *Conditio nunquam retrotrahitur ad initium contractus, quando deficit habilitas alicujus extremi, sive in re, sive in persona contrahentis.*

45 *Debitor potest alienare bona acquisita, pendente conditione in præjudicium creditoris cum obligatione generali, & conditionali.*

46 *Secus si tempore obligationis conditionalis illa bona debitor habebat.*

49 *L. qui balneum, §. Titia prædium, ff. qui potiores, &c. exornatur, & ponderatur.*

50 *Retrotractio concessa, vel denegata à jure subjicitur pacto contrario contrahentium.*

51 *& seqq. Re aliena mihi obligata, & postea à domino alteri obligata, & denique meam hypothecam ipse dominus ratam habuit, non ego, sed creditor domini præfertur.*

54 *Hypotheca secundo non præjudicat primæ legitimè contractæ.*

55 *In bonis majoratus pluribus diversis temporibus obligatis, absque facultate: is, etiam posterior præfertur qui facultatem impetravit.*

56 *Hypotheca sub conditione assensus impetrandi, si interim alienetur cum assensu, licet postea prior impetraverit, non præfertur tertio.*

58 *Etiam si secundus contractus à feudatario, aut possessore majoratus fiat cum clausula,* salvo jure prioris creditores.

59 *Et etiam si se constituat possidere nomine prioris contrahentis sub conditione impetrandæ facultatis.*

60 *& seqq. Inter plures contrahentes cum possessore majoratus sub hypotheca, & absque facultate regia, si postea in omnium confirmationem impetretur omnibus simul prodest, nec priore posterioribus præferendi.*

63 *Qui omnes hypothecæ ex eadem facultate simul & eodem momento robur, & validitatem recipiunt.*

64 *Pluribus creditotibus si debitor uni post alium rem obliget sub conditione, si dominium consequatur, & conditione completa, omnes simul absque alterius prælatione admittuntur.*

65 *Duobus generalis obligatio facta uni post alium, in noviter per debitorem quæsitis priores præferuntur.*

66 *Limita respectu fisci.*

67 *Quæ doctrina procedit quando prior obligatio fuit valida, non verò quando fuit nulla ex defectu facultatis, quæ postea impetrata omnes simul revalidas hypothecas.*

68 *Facultatem habens ad alienandum rem majoratus quam duobus alienavit, & posteriori tradidit, an iste præferatur.*

PUlchra quæstio disceptanda in concursus creditorum judicium incidit. Possessor majoratus pro mutuo recepto

recepto hypothecavit rem, vel bona majoratus ſuo creditori, ſub hac tamen conditione, ut ſit obtinenda à rege facultas, & aſſenſus ad illius hypothecæ firmitatem, & exiſtentiam; poſtea verò ipſemet poſſeſſor, antequam facultas præfata impetraretur, vel eandem rem, vel bona hypothecata alteri creditori cum expreſſa facultate regia, vel vendidit, vel hypothecæ ſubjecit, poſtmodum per priorem creditorem obtenta fuit regia facultas ad ſui crediti, & hypothecæ confirmationem, & robur; accedunt iſti duo creditores ad judicium concurſus per poſſeſſorem majoratus cauſatum; quis eorum alteri præferatur per ſententiam graduationis, inter utrumque controvertitur.

2 In qua controverſia abſolutè dicendum videbatur, quando utrique creditori bona ipſa majoratus fuere hypothecata, priorem creditorem ſub hypotheca conditionali, conditione poſtea purificata præferendum eſſe poſteriori, cui interim conditione pendente, eadem bona fuerunt hypothecata, vel vendita, ex facultate regia aliàs alienata, ſi attendamus quod hæc conditio non fuit poteſtativa, ſed caſualis; cùm dependet à voluntate principis, & ſic alterius, quàm ipſius debitoris.

3 Eſt enim apud Juriſconſultos, & Doctores communiter jura de hoc loquentia ſic interpretantes, conſtans & firmiſſima reſolutio diſtinguens inter conditionem poteſtativam, & conditionem caſualem, ſeu mixtam: ut in poteſtativa, hoc eſt, quæ pendet à voluntate, & poteſtate debitoris, non trahitur retrò ad tempus, & initium contractus, & hypothecæ celebratæ, ſed incipit à tempore conditionis impletæ; ita ut creditor prior conditionalis non præferatur ſecundo purè contrahenti illo medio tempore, conditione pendente, 4 & nondum impleta. At verò quando conditio eſt caſualis, vel mixta, tunc prior creditor conditionalis præfertur ſecundo purè, & conditione pendente, hypothecam contrahenti, vel aliter dominium rei hypothecatæ acquirenti; nam poſt purificatam conditionem, cum conditio retrotrahatur ad tempus initi contractus per juris fictionem; præfertur primus creditor poſteriori. Quam diſtinctionem profitentur Conſulti *in l. potior, in* 1. *reſponſ. ff. qui pot. pignor. habeant.* quæ loquitur in conditione dependente à poteſtate debitoris, ubi Titius convenerat cum Seio pecunia ſibi mutuanda, & de hypotheca rei, poſt ea Titius ab alio accepit pecuniam, & hypothecavit bona, deinde ab illo primo debitor recepit pecuniam; dicitur iſtum poſteriorem eſſe, & nec præferendum; quia erat in poteſtate debitoris, pecuniam ab eo 5 non accipere, & propterea conditio poteſtativa retrò non trahitur ad diem contractus, celebris text. *in l. penult. ff. quæ res pign. oblig. non poſſ.* in hæc: Titius cum mutuam pecuniam accipere vellet à Mævio, cavit ei & quaſdam res hypothecæ nomine dare deſtinavit, deinde poſtquam ex his rebus quaſdam vendidiſſet, accepit pecuniam. Quæſitum eſt, an & priùs res venditæ venditori tenerentur? Reſpondit: Cum in poteſtate fuiſſet debitoris poſt cautionem interpoſitam, pecuniam non accipere: eo tempore pignoris obligationem contractam videri, quo pecunia numerata eſt: & ideo inſpiciendum quas res in bonis debitoris numeratæ pecuniæ tempore habuerit. Conſonat in caſus ſimilitudine text. *in diverſis* 8. *qui potiores*, probat etiam text. *in l. qui balneum, in* 1. *reſponſ. ff. qui potiores in pign. & in §. amplius* probat expreſsè *l.* 27. *tit.* 13. *part.* 5. quæ ſingulariſſima eſt, probat etiam text. ſingularis in ſuo caſu *in l.* 1. *ff. qui potior.* in hæc: Qui dotem promiſit, pignus ſeu hypothecam de reſtituenda ſibi dote accepit, ſubſequuta deinde pro parte numeratione; maritus eandem rem pignori alii dedit, mox reſiduæ quantitatis numeratio impleta eſt. Quærebatur de pignore. Reſponſum eſt: cum ex cauſa promiſſionis ad univerſæ quantitatis ſolutionem qui dotem promiſit compellitur: non utique ſolutionum obſervanda ſunt tempora; ſed dies contractæ obligationis: nec probè dici poteſt, in poteſtate ejus eſſe, ne pecuniam reſiduam redderet, ut minus dotata mulier eſſe videatur. Alia cauſa eſt ejus, qui pignus accepit ad eam ſummam, quam intra diem certum numeraſſet; ac fortè priuſquam numeraſſet, alii res pignori data eſt. Concordat *leg.* 33. *tit.* 13. *p.* 5. *ad fin.* ibi: *Otro ſi decimos, que caſando alguna muger con ſu marido, o prometiendole ella, o otro por ella, de dar alguna coſa cierta en dote, ſi el marido por raçon de aquella dote que eſperava haver, le obligaſſe ſeñaladamente ſus bienes, o, deſpues de eſſo los empeñaſſe a otra parte, enante que la muger huvieſſe pagado à ſu marido lo que la havia prometido por dote, o otro, pagando ella deſpues la dote, o otro por ſu nombre, entonces mayor derecho abria ella en los bienes del marido, que otro ninguno a quien los huvieſſe obligado. Has ll.* optimè, & exactè exornat Barboſa *in leg.* 1. *p.* 3. *ex n.* 32. *ff. ſolut. matrim.* ubi etiam agit, an hæc jura procedant etiam in hypotheca tacita, & quod tacita hypotheca cum prælatione incipiat à tempore promiſſæ dotis, non autem ſolutionis, innumerabiles penè DD. refert, & ſequitur Gaito *de credit. c.* 4. *quæſt.* 11. *n.* 1594. & plures alios inſuper recenſet *in appendice ad idem c.* 4. *n.* 114.

Ad quæ jura unum nota, quod ſi maritus partem 6
dotis remittat, tenetur ad integræ reſtitutionem ac ſi totam recepiſſet. Gamma *deciſ.* 70. *nu.* 2. Pater Molin. *tom.* 2. *tract.* 2. *diſp.* 431. §. *dubium eſt utrum*, Sanchez *de matrim. lib.* 6. *diſp.* 17. *ante fin.* idem eſt ſi vir nollet 7
dotem recipere, quia quoad obligationem, & hypothecam idem eſt, ac ſi recepiſſet, text. *in leg. vir. ab eo* 50. *ff. de jure dotium.* Barboſ. *in d. leg.* 1. *p.* 3. *n.* 32. *verſ. non obſtat ſecunda ff. ſolut. matrim.*

Quam diſtinctionem inter conditionem poteſtativam 8
& caſualem aſſequuntur Bart. & Bald. *in d. l. qui balneum.* Pariſius *conſ.* 11. *n.* 69. Gabriel. *conſ.* 141. *n.* 8. Marcabrun. *conſ.* 31. *n.* 20. Neguſantius *de pignor.* 5. *part. principal. membr.* 1. *num.* 14. *& ex num.* 11. *cum ſeq. & membr.* 2. *nu.* 10. *& à n.* 40. & per eadem jura, *& leg. Titius* ubi Bartol. & omnes *& l.* 32. *tit.* 13. *p.* 5. ubi Gregor. Lopez *verbo, la condicion*, & per Ripam, Bartol. Angelum, & Salicetum probat Felicianus *de cenſib. lib.* 3. *cap.* 5. *ex num.* 19. *tom.* 1. Mantica *de contractibus tom.* 2. *lib.* 14. *tit.* 46. *ex n.* 19. *cum ſeqq.* melius *tom.* 1. *lib.* 11. *tit.* 23. *n.* 28. *&* 29. innumerabiles penè DD. reperies pro hac diſtinctione ad effectum retrotrahendæ hypothecæ per Amat. *variar. reſolutionum.* Gratianus *tom.* 5. *diſceptat.* 904. *ex n.* 7. *cum ſeqq.* alios plures ultra hos noviſſimè congerit pro hac diſtinctione Vela *controverſiar. juris diſſertat.* 21. *num.* 63. Mangilius *de evictionib. quæſt.* 36. *per totam*, & præcipuè *ex num.* 7. *uſque ad fin.* penes quem *ex num.* 10. Neguſant. & Mantic. locis 9
citatis percipies differentiam inter contractum & ultimam voluntatem, ut in illo conditio poteſtativa retrotrahatur ad initium contractus in præjudicium tertii, qui medio tempore jus quæſivit; in ultimis voluntatibus autem nulla condirio retrotrahitur in præjudicium tertii.

Conditio poteſtativa ne retrotrahitur, illa dicitur, 10
quando pendet ex ſola facultate, & voluntate debitoris, vel debitoris & creditoris ſimul: ſecus autem quando pendet ex voluntate, facultate ſolius creditoris, quoniam hæc non dicetur poteſtativa ad effectum impedienti tranſlationem & retrotractionem. Sic per Rotam *in deciſ.* 7. 8. *nu.* 3. *p.* 1. *in noviſſ.* explicat Man- 11
guil. *d. qu.* 36. *n* 8. *in fin.* Melius explicat Mantic. *d. tit.* 23. *ex nu.* 28. dum dicit, quod quando conditio poteſtativa omninò pendet à voluntate debitoris, veluti 12
ſi à te centum fuerim ſtipulatus, ſi ea tibi numeravero, tunc enim mihi prius non competit hypotheca, quàm pecunia ſit numerata; nec enim ego poſſum cogi, ut numerem, nec tu ut accipias, *ex leg. qui pecuniam*,

ff. ſi certum per. Atque idem hujuſmodi contractus non eſt obligatorius; neminem enim adſtringit: quamobrem inſpicitur tempus numerationis, & conditionis impletæ, quo naſcitur obligatio. At verò quando talis
13 eſt contractus, qui vel utramque partem, vel alteram tantùm adſtringat; tunc tempus, quo celebratur contractus, inſpicitur: quia quandocumque conditio impleatur, retrotrahitur ad illius initium, *ex leg. ſi filius famil. in princ.* & ibi Raphaël Cuman. Imol. *de verb. oblig. & leg. Lucius, & leg.* 1. *ff. qui potior. in pignor. hab.* Joan. Crotus *in leg. ſi is qui pro emptore num.* 39. *verſic.* 5. *fallit, ff. de uſucap.* Alciatus *conſ.* 15. *num... cum ſeqq. lib.* 5. & ſecundum hanc diſtinctionem deciſum fuiſſe in Rota apud Mohedan. *deciſ.* 1. *de pignor.* & apud Seraphinum *in una Roman. de Cavalcan. die* 10.
14 *Junii* 1593. teſtatur ipſe Mantic. *dict. q.* 23. *num.* 39. *d. lib.* 11. ſed ulterius circa hanc declarationem videndus erit ipſe Mantica *tom.* 2. *lib.* 14. *tit.* 46. *ex n.* 19. *cum ſeqq.* Ubi ampliſſimè poſt plura fundamenta, & Doctores probat, ut in hoc caſu conditio poteſtativa illa ſit, quæ pendet ex poteſtate debitoris, & promiſſoris, non autem illa quæ pendet ex poteſtate creditoris, ſed quæ invito creditore impleri poteſt, ut hæc nullatenus habeat effectum tranſlativum. Ut ſecùs ſit de ea conditione poteſtativa, quæ invito debitore impleri poteſt. Vide eundem omninò latiùs exponentem Gratian. *tom.* 5. *diſceptat.* 904. *ex n.* 9.
15 Rationem differentiæ inter utramque conditionem poteſtativam nempe, & caſualem, ſeu mixtam reddunt ex gloſſ. in Clementin. 1. *in verbo, executorem de conceſſ. præbend.* Paulus de Caſtro *in leg. quidam cum filium in fin. ff. de verb. obligat.* Socin. *conſil.* 41. *poſt principium lib.* 4. Neguſantius *de pignoribus part.* 5. *membr.* 2. *ſub num.* 10. Menoch. *conſ.* 851. *ex n.* 39. *uſque ad num.* 4. *lib.* 9. Mantica *de tacitis, lib.* 14.
16 *tit.* 46. *nu.* 19. & 20. Manguil. *de evict. qu.* 36. *n.* 14. ut illa ſit, quoniam in conditione caſuali dicitur jus quæſitum, quamvis conditionaliter, nec ideò mirum, ſi conditione exiſtente retrotrahatur, & primus creditor præferendus poſteriori; quod non accidit in conditione merè poteſtativa, quæ à voluntate debitoris pendet, ita, ut nec dicatur geſtus & conſummatus aliquis
17 contractus, ſed potiùs habitus tractatus de ineundo, & idcirco conditio retrò non trahitur. Aliam etiam rationem differentiæ, & ſingularem per leges apud Manticam loco citato, & Gratianum *d. cap.* 904. *ex n.* 11.
18 Ex quibus primò infertur, quod ſicut hypotheca expreſſa purificata conditione caſuali, vel mixta & quæ non conſiſtit in poteſtate ſolius debitoris, trahitur retrò ad principium contractus, ut *in d. leg.* 1. *& leg. qui balneum, in principiò, &* §. 1. *& d. leg. potior in princip. & in* §. 1. *ff. qui potiores in pign. hab.* ita pariter, & in contractibus conditionalibus, & in quibus à jure inducitur tacita hypotheca; ut hæc ſimiliter retrotrahitur in præjudicium tertii, cui medio tempore fuit jus quæſitum. Prout ex argumento *leg. cum quid, ff ſi certum petatur*, & ex notatis per Bartol. & communiter Doctores *in leg. aſſiduis, Cod. qui potiores in pignor.*
19 *habean.* ubi habetur quod tacita hypotheca in dote trahitur retrò ad diem poſſeſſionis, qui ſcilicet maritus, cui fuit promiſſa dos, & poſteà data, cenſetur obligatus ad reſtitutionem à die promiſſionis, & ab illo die conſtituta intelligitur. Ita in his terminis latè poſt plurimos Doctores probat Neguſantius *de pignorib.* 5. *part. membr.* 1. *ex nu.* 14. & ſupra latiſſimè Amat. *variar. reſolut.* 5. *ex num.* 1. *cum multis ſeq.* & per totam reſolutionem, conducunt quæ *ſuprà hac* 2. *part. cap.* 9. *ex nu.* 82. *& ſequentibus*, & eſt inſuper text. expreſſus *in leg.* 1. *ff. qui potiores in pignor.* Vide ſuperius *n.* 5.
20 Secundò infertur, quod dominium rei conditionaliter obligatæ creditori, ſi in alium medio tempore tranſlatum ſit, per venditionem, aut donationem, vel ſimilem alienationem, obligatione, & hypotheca affectum, ut purificata conditione poteſtativa, vel mixta, is ad cujus favorem facta fuit dicta obligatio & hypotheca, potior ſit altero, in quem poſt dictam obligationem dominium rei tranſlatum fuit, cum conditio retrotrahatur ad initium prioris contractus conditionalis virtute fictionis tranſlativæ, ex *d. l.* 1. ubi Bart. *& d. l. qui balneum*, ubi Bald. *ff. qui potior. in pignor. hab. d. l. potior.* & ibi Bart. *in ſummario, ff. eod.* facit text. *in l. Titius*, ubi Bart. *ff. quæ res pignor. oblig. poſſ. l. ſervus pignori ff. de legat.* 1. Bart. & Jaſon. *n.* 2. *verſ. ſecundo limita*; & cæteri ſcribentes *in l. ſi filius familias, ff. de verbor. obligationib.* Malvaſia *conſ.* 99. Menochius *conſ.* 851. *ex n.* 37. *& ſeqq. lib.* 9. & plures alii laudati per Manguillium *d. q.* 36. *n.* 10. *verſ. hocque jure merito*, 21
ubi per totam quæſtionem infert ad emptorem cui venditor pro evictione bona hypothecæ ſubjecit, & ante evictionem alienavit, ut poſteà evictione ſubſequuta, jus hypothecæ retrotrahatur ad initium obligationis factæ ſub hac conditione caſuali, atque ideo emptor pro hypotheca præferatur ei, cui medio tempore res fuit per venditorem alienata.

Infertur tertiò ad fidejuſſorem obligatione priorem, 22
qui licet ſolutione ſit poſterior; præfertur creditoribus reliquis poſt fidejuſſionem cum eodem debitore contrahentibus; nam quemadmodum fidejuſſor à principio creditori eſt obligatus ſub illa conditione, ſi debitor 23
principalis non ſolverit. *Authent. præſente, C. fidejuſſoribus*, ita quoque principalis debitor ipſi fidejuſſori obligatus eſt ſub conditione, ſi ſolverit pro eo, l. *pro mandati.* Ac proinde fidejuſſor creditor eſt conditio- 24
nalis reſpectu debitoris ipſius. Cùm ergo illa conditio, *ſi ſolverit fidejuſſor*, caſualis ſit pendens à caſu, & fortuna, an debitor principalis ſit ſolvendo necne; pro- 25
cul dubio retrotrahitur, & fidejuſſor, licèt ſolutione poſterior, debet præferri cæteris creditoribus interim contrahentibus; ubi diffusè pertractat Gutierr. *allegat.* 4. *per totam*, & Felecianus *de cenſib. tom.* 1. *lib.* 3. *c.* 5. *n.* 20. ubi declarat, intelligi hanc fidejuſſoris prælatio- 26
nem, ſi ſint ei per creditorem, cui ſolvit, actiones ceſſæ. Quod latiùs explicat videndus.

Quartò infertur, quod quando chirographum, quod 27
generalis, vel ſpecialis hypotheca ineſt, recognitum eſt à debitore, nullatenus fit recognitionis retrotractio ad initium, & tempus confecti chirographi in præjudicium aliorum creditorum, qui medio tempore ſub hypothecata cum eodem debitore contraxerunt; prout de communi teſtatur Rebuffus 1. *tom. ad leg. Gallicas, tit. de chirographorum recognitio. in præfatione, num.* 8. Hieronymus Laurentius *in deeiſ. Rotæ Avenionenſ.* 246. *num.* 2. & 4. Magonius *deciſ. Florent.* 122. *part.* 1. Covarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 11. *num.* 4. *verſ. illud adjiciendum, & in practicis quæſtion. quæſt.* 22. *n.* 5. Didacus Perez *in l.* 4. *tit.* 8. *lib.* 3. *ordin. gloſſ.* 1. *ante fin. verſ. contrariam ſententiam, in eo quod non retrotrahatur.* Azevedius *ad l.* 3. *tit.* 15. *ſub nu.* 10. *& ad l.* 15. *tit.* 31. *nu.* 21. *lib.* 4. *novæ recopil.* Gutierrez *practic. quæſt. lib.* 1. *qu.* 125. *nu.* 3. *& lib.* 3. *quæſt.* 35. *n.* 9. Parlador. *rer. quotid. lib.* 2. *cap. fin.* 1. *part.* §. 5. *n. fin. in fin.* Gondizal. de Paz *in praxi* 4. *part. tom.* 2. *num.* 21. Morla *in emporio juris tit. de fide inſtrumentar. quæſt.* 5. *num.* 11. Franchis. *deciſ.* 95. *num. fin. ad fin.* Ripa *ſingular. obſervat. lib. unic. obſervat.* 189. *num.* 6. D. Perez de Lata (alios congerens, & juxta illud intelligendus) *de anniverſar. cap.* 13. *num.* 23. Collerus *de proceſſibus execut. part.* 3. *cap.* 1. *num.* 115. Fachineus *lib.* 3. *conſ.* 31. *num.* 5. Gratian. *diſceptat.* 391. *num.* 1. Nicol. Genua *de ſcriptura privata, lib.* 1. *quæſt.* 4. *& lib.* 2. *quæſt.* 1. *ex nu.* 13. Villadiego *in politic. cap.* 2. *n.* 32. Rodericus *de concurſu creditor.* 2. *part. artic.* 1. *num.* 15. *& de executione, cap.* 1. *art.* 2. *n.* 20. Joan. de Flevia Bolanus *in commercio terreſtri, lib.* 2. *cap.* 22. *n.* 50. Vala *diſſertat.* 21. *nu.* 22. & 23. & noviſſimè Pareja *in tract. de univerſ. inſtrum. editio. tit.* 1. *reſolut.* 3. §. *ex num.* 77. ubi *ex nu.* 73. & 74. *& ſeqq.* utiliter agit, an ſtante nova papyri

ſigillatæ pragmatica chirographum in ea ſcriptum det prælationem creditori, non tantum à die recognitionis, verùm etiam à die confecti chirographi, & non ſolum inter cæteros chirographarios in papyro communi, verum & hypothecarios, & rectè negativè comprobans reſolvit.

29 Quæ doctrina intelligenda eſt, quando chirographum vires habet à recognitione; non tamen quando confectum fuit cum omnibus requiſitis, *leg ſcripturas*, 8. *Cod. qui potior. in pignor. hab. & l.* 31. *tit.* 15. *part.* 5. nempe privatam habens ſcripturam trino teſte bonæ opinionis, ac famæ munitam non ſolùm probationem legitimam habet, verùm etiam cæteris anterioribus creditoribus nitentibus publico inſtrumento poſteriori quoad pignus, & hypothecam in eadem ſcriptura privata contentam, prout latè exornat Gabriel *commun. opinion. tit. de probat. conſil.* 910. & 11. Gregorius Lopez *in d. l.* 13. maximè *ex gloſſa* 1. *uſque ad gloſſ.* 4. Covar. *practic. d. cap.* 22. *ex n.* 5. Cæſar Bartius *deciſ.* 2.. *num.* 11. Morla *in emptor. lib.* 1. *tit. de fide inſtrumentor. qu.* 3. Bertazol. *conſ. crimin.* 294. præcipuè *ex n.* 9. Petrus Cavallus *conſ.* 121. *ex n.* 3. Trentacinq. *variar. reſolut. lib.* 2. *tit. de fide inſtrument. reſolut.* 12. *ex n.* 20. Magon. *deciſ. Florentin. ex nu.* 9. Franchis *deciſ.* 96. *num.* 6. *& ſeqq.* Rol. à Valle *conſ.* 84. *n.* 2. *vol.* 3. Thomas Triviſan. *lib.* 1. *deciſ.* 4. *num.* 9. latiſſimè Scaccia *de judic. cauſarum civil. nu.* 11. *ex nu.* 990. Martha *voto* 53. *per totum.* Thomas Nonius *conſ.* 70. *ex n.* 2. Pater Molina *de juſtitia & jure*, 2. *tom. diſput.* 534. *n.* 21. Matienzo *in l.* 7. *gloſſ.* 5. *n.* 12. *tit.* 16. *lib.* 5. *recopil.* Rodriguez *de concurſu creditor.* 2. *part. art.* 1. *ex nu.* 12. *cum ſeqq.* Gratianus *diſceptat.* 537. *per totam* Vela *d. diſſertat*, 21. *per totam*, *& ex n.* 17. Pareja *d.* §. 5. *ex n.* 63. qui per totum
30 §. eruditè congeſſit caſus, & plures limitationes, in quibus ſcriptura privata plenam fidem facit; & an formam dictæ *l. ſcripturas*, *C. qui potior.* ſupplere poſſit aliud genus legitimè probationis, puta per duos teſtes probantes contractum ſcripturæ privatæ verè & realiter eo tempore præceſſiſſe, affirmativè reſolvit, & ex plurimis doctoribus, & fundamentis comprobat videndus Vela *in d. diſſertatione* 21. *ex n.* 34. *cum multis ſeqq*.

31 Ex quibus quidem evinci videtur apertè noſtra difficultas principalis, ut prior creditor, cui poſſeſſor majoratus bona vinculata obligatur ſub conditione obtinendæ facultatis, à rege, ei præferatur, qui interim medio tempore emit bona ejuſdem majoratus, vel mutuans in hypothecam recepit, cum regia facultate, quantocumque poſtmodum impetrata, & obtenta facultate ad firmitatem prioris obligationis; cum ejus conditio non ſit poteſtativa, nec pendeat à voluntate debitoris, ſed à voluntate, & facultate tertii; nempe Principis, & ſic prorſus caſualis, juxta doctrinas hactenus adductas, & in terminis probare videtur Anton. Capicius *deciſ.* 182.
32 *n.* 16. in hæc: Non omitto an poſſit dici, quod licèt in conceſſione Bernardino facta poſt pactum, An, & ante conceſſionem Caſſandræ intervenerit aſſenſus poſt conceſſionem Caſſandræ, & ille aſſenſus traheretur retrò ad tempus conceſſionis. Ita Dom. Maſc. in conſtitutione, conſtitutionem divæ mem. 17. col. ubi tenet quod ſi ego hypothecarem feudum, ſalvo aſſenſu, & non aliter, nec alio modo: deinde illud venderem alii cum aſſenſu, demum creditor, cui hypothecaveram, impetraret aſſenſum, præferetur emptori: quia illa conditio, ſalvo aſſenſu regis, & non aliter, nec alio modo trahitur retrò conditione veniente ad tempus contractus, leg. balneum, & leg. qui potior, ff. qui potiores in pign. hab. &c. *Et hoc ſecundum eum.* Quod aſſenſus trahatur ad tempus contractus probatur per *leg.* 1. *ff. qui potiores in pignor. hab.* &c. Hactenus Capicius expreſsè quæſtionem determinans noſtram, qui, ut vides, cùm loquatur in contractibus, & admittat retrotractionem; omninò intelligi debet de conditione caſuali juxta jura & Doctores à ſe allegatos, atque ea quæ hactenus à principio hujus cap. dicta ſunt.

Et probatur inſuper, quoniam cùm conditio hæc 33
non pendeat à voluntate poſſeſſoris majoratus debitoris, ſed à voluntate, & facultate Principis, & ſic tertii, omninò judicanda erit conditio caſualis, vel quando penderet à voluntate debitoris, & tertii adhuc mixta diceretur condito, & non poteſtativa, quæ non retrotrahitur. Ita hanc diſtinctionem poſt ordinarios, & alios quamplurimos annotavimus, planè Menoch. *lib.* 4. *præſumptione* 183. *ex n.* 1. Mantic. *de conject. ult. vol. lib.* 1. *tit.* 16. *n.* 14 Molina *de primogen. lib.* 2. *cap.* 13. Mieres *de majoratu* 1. *p. qu.* 50. Joan. Sichard. *in leg.* 1. *ex nu.* 4. *Cod. de inſtitut. & ſubſtitut.* Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 16. *ex nu.* 115. *uſque ad n.* 123. *& ad n.* 137. ubi agit de conditione poteſtativa, & exinde uſque *n.* 156. planè tractat de conditione mixta. Ludovicus Morotus *reſponſ.* 97. Pater Ludovicus Molina *tom.* 1. *de juſtit. & jur. diſput.* 107. *& tom.* 3. *diſput.* 613. *&* 614. Sanchez *de matrimonio lib.* 1. *diſputat.* 33. Michaël Graſſis §. *legatum*, *qu.* 46. Tuſchus *lit. C. conſ.* 578. *& tribus ſeq.* Galganetus *de condit. & demonſtrat.* 2. *p. cap.* 2. *ex num* 15. *cum ſeq. & cap.* 201. *ex num.* 1. Caſtillo *controverſiar. tom.* 4. *cap.* 25. *ex num.* 68. *& ſeqq.*

Sed adhuc in noſtra quæſtione majoratus, feudi, & 34
aliarum rerum quibus adeſt prohibitio alienandi, & hypothecandi, contrarium verius eſt, ut nullo modo facultas ſuperveniens retrotrahatur ad tempus obligationis, ſed recipiat vim, & robur à tempore, & data facultate, cum abſque ea obligatio, & contractus ab initio ſit nullus, prout obſervat, & in terminis expreſsè probat communis quam plurimorum Doctorum opinio, de qua *infra ex n.* 55. *verſic. illud denique*, &c.

Et præ cæteris hanc quæſtionem inter plures credi- 35
tores diverſis temporibus contrahentes cum feudatario ſub conditione impetrandæ facultatis, ut poſterior prius impetrans aliis prioribus poſtea impetrantibus præferatur, ad partes diſputat; & ita reſolvit Burſatus *conſ.* 45. *per totum*, *tom.* 1. *& cæteri citati inferiùs ex n.* 55. expreſsè idem tenent, qui omnes latè rationes adducunt.

Eandem quæſtionem in noſtris terminis tractavit Af- 36
flictis, *in deciſ.* 286. ubi de feudo hypothecato primo creditori ſub conditione impetrandi aſſenſum, & antequam impetretur venditum fuit à debitore feudum cum aſſenſu expreſſo, poſtmodum creditor alium impetravit pro confirmatione ſui contractus, quæritur, an hæc conditio purificata retrotrahatur ad tempus contractus, juxta *l.* 1. §. *qui balneum*, *ff. qui potiores*, determinatum fuit non retrotrahi, ſed valere dumtaxat à tempore impetratæ facultatis, quia antea obligatio feudi deficiente aſſenſu erat nulla, qui inſuper *n.* 4. ita reſpondit.

Nec obſtat quod in contrarium allegabatur, quia 37
in dictis juribus obligatio à principio erat valida, ideo ſi poſtea confirmetur per aſſenſum, non operatur in præjudicium tertii, & hoc tenet gloſſ. in d. conſtit. conſtitutionem in verbo confirmetur, & ita Senatum determinare idem afflictis *in d. conſtitut. conſtitutionem n.* 48. cujus veſtigia & fundamenta ſequutus, & comprobat Marinus Frecia *de ſubfeudis*, *quæſt.* 30. *per totam*, quam etiam reſolutionem comprobant innumerabiles penè alii Doctores inferius allegandi *ex n.* 55. *verſic. illud denique ſingulare*, &c.

Hanc conſiderationem probat Gratian. *diſceptat. forenſ. tom.* 4. *cap.* 730. *ex num.* 12. *uſque ad num* 15. *incluſivè*. In hæc: Minus obſtat, quod adverſarius quamvis ſit poſterior, tamen ſit præferendus venditori tanquam prius impetraverit aſſenſum Apoſtolicum: Afflictis *deciſ.* 82. *num.* 2. quia iſta prælatio tunc daretur poſteriori impetranti prius aſſenſum, vel ei qui prius fuit inveſtitus, quando eſſemus in bonis, quæ à principio non poſſent obligari ſine tali aſſenſu, aut inveſtitura, ut in feudalibus, emphyteuticis, & ſimilibus, quaſi tunc à principio contractus cum hujuſmodi obligatione,

&

& hypotheca non fuerit validus, neque fuerit acquisitum aliquod jus, nec dominium, & possessio priori, qui non habuit assensum, cùm aliud sit quando, prout in casu nostro, contractus à principio fuit validus & tenuit obligatio super bonis, quæ potuerunt recipere hypotecam tanquam liberis, & allodialibus, ut dictum est, tunc enim stante validitate hypotheca præferendus est qui potior est in tempore, l. potior, & l. qui balneum, ff. qui potior. in pignor. habent. & ita in specie declarat. Ursill. ad Afflict. *decis.* 286. *n.* 23. & 4. Bursat. *cons.* 44. *n.* 22. *usque ad* 29. *lib.* 1. Tiraq. *de jure constitut. possessor. part.* 3. *limit.* 3. *n.* 4. *fol* 174. Cassan. *cons.* 8. *n.* 36. & 37. & in istis terminis loquuntur omnes, qui tractant de hujusmodi prælatione secundi creditoris, videlicet respectu bonorum non allodialium, ut per *Guid. Pap. decis.* 46. *col. ult. vers. & ex hoc infertur & dec.* 81. *in fin. & dec.* 112. Benedict. *in cap. Raynutius, in verb. & uxorem nomine Adelasiam n.* 294. & *n.* 551. *de testam.* Bertrand. *cons.* 107. *num.* 3. *lib.* 2. *part.* 1. Cassan. *cons.* 7. *versic. ad hoc est clara responsio.* Patr. Jacob. *de action. in rem, quæ pro emphyteut. quæ cecid. in commiss. col.* 14. *vers. item colligitur hic. Corbul. de caus. privation. ob alienat. quæst.* 4. *num.* 9. *fol.* 316. Venorens. *cautel* 130. *si dominus investivit, ad med.* Bursat. *cons.* 44. *nu.* 22. *cum seqq. & cons.* 45. *n.* 9. & 10. *lib.* 1. &c.

38 Ex quibus manifestè convincitur Carleval. *de judiciis, tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 1. *disput.* 23. *ex n.* 20. qui perperam contrarium autumat contra Afflictum, & Freciam, neminem alium citans, debilibus quidem motus fundamentis, quæ dum loquuntur de obligatione conditionali in casu quo à principio valet obligatio, & nulla adest in obligante prohibitio, aut inhabilitas contrahendi; nihil mirum, ut conditio casualis seu mixta postea purificata retrotrahatur ad principium obligationis, ex *d. l. & l. qui balneum, ff. qui potiores.*

39 Et quatenus adducit Doctores *n.* 23. ne sit prohibita alienatio feudi, & emphyteusis sub conditione impetrandi assensum; illi omnes loquuntur ad excusandum vassallum à commisso, & devolutione; quia cum alienatio ex defectu assensus sit nulla, nullum devolutionis producit effectum, & à commisso excusat vassallum, qui omnes in eum retorquentur.

40 Quantum autem ad id quod in eod. *nu.* 23. ipse Carleval asserit, alienationem feudi sub conditione assensus impetrandi esse validam à principio, ita vassallus interim non possit pœnitere, id comprobans ex regula vulgari procedente inter contrahentes, cui ius & prohibitio non resistit, quæ ad nostrum casum trahi non debuit.

Adhuc tamen in nostris terminis, quod in obligatione, seu alienatione feudi sub conditione impetrandi assensum potest quis pœnitere antequam assensus impetretur, communis resolutio est Afflictis ubi suprà *in cap.* 1. *nu.* 7. *tit. de vassallo, qui contra const.* Loter. *& in cap. Imperialem, quæst.* 16. *nu.* 35. & 37. *de prohib. feudi alien. & quæst.* 24. *n.* 56. *& in dec.* 111. *nu* 3. *& dec.* 335. *n.* 11. Caputaq. *decis.* 100. per quos Surdus *in cons.* 484. *num.* 8. *tom.* 4. idem probat Puteus *decis.* 2. *de transactio.* per quem, & Rotæ aliam decis. tenet August. Barbosa *claus.* 3. *nu.* 14. & per Puteum & Caputaq. *decis.* 12. *nu.* 3. *part.* 3. & Anell. de Grassis *dec.* 2. *nu.* 3. *de pactis*, determinavit Rota; ut per Alexand. Ludovis. *decis.* 189. *num.* 2. *ex seqq.* aliæ plurimæ Rotæ decisiones, & Doctores ad id videndæ erunt suprà 1. *part. cap.* 33. *ex n.* 39. determinantes, quod contractus, qui ad sui validitatem eget beneplacito, & assensu Apostolico, sit interim nullus, & quod obtentum potest quilibet ex contrahentibus pœnitere, & ab eo resilire, etiamsi fuerit juramento vallatus ubi alii Doctores recensentur. Hinc venit reprobandus Manguil. *de evict. quæst.* 125. *ex num.* 13. & *seqq.* dum constituit differentiam inter alienationem feudi sub conditione **obtinendi consensum domini**, & inter alienationem rei Ecclesiæ, sub conditione obtinendi beneplacitum, & assensum Apostol. ut in feudo interim non sit locus pœnitentiæ, ea ratione, quia subest spes convalidationis accedente assensu domini impetrandi; at verò ipse Manguill. *dict. qu.* 125. *nu.* 20. affirmat per quamplurimas Rotæ decisiones novissimas: quod anteaquam impetraretur beneplacitum, quilibet ex contrahentibus potest pœnitere, & à contractu discedere; sed quæro, cur tam variè, nonne in utroque casu militat rationis identitas? nonne in alienatione rei Ecclesiæ sub beneplacito impetrando facta, non adest eadem spes convalescentiæ, accedente assensu Apostolico, cum sub eadem spe contractus fuerit celebratus; igitur eadem dispositio admittenda est in utroque casu, ut si locus interim pœnitentiæ, ut per plurimos DD. & Rotæ decisiones videbis suprà 1. *part. dec.* 33. *ex n.* 19. satis convincitur Carleval, quia in eum retorquetur argumentum, nam si fuisset valida obligatio, nullus potuisset pœnitere pendente conditione ex vulgaribus juris regulis, quibus ipse nititur, Carleval sibi ipsi repugnat ex his quæ in contrarium firmiter tenet *n.* 8.

Nunc obiter pulchrè se offert difficultas; an creditor 41
hypothecarius sub conditione casuali, & per consequens retrotractiva habent obligata conditionaliter omnia bona debitoris præsentia, & futura; an jus habeat purificata conditione ad bona noviter acquisita per debitorem, & desuper eum iterum adhuc pendente conditione alienata, ita ut tam acquisitio rei, quàm ejusdem alienatio contingat medio tempore, ante conditionem purificatam?

In qua quæstione resolutivè dicendum erit, ut ad 42
hæc bona creditor conditionalis jus habere non possit, nec ab ea fictio retrotractiva protrahatur nec afficere valeat; cùm hæc effectum habere non possit nisi in utroque extremo capacitas, & habilitas concurrat, videlicet in termino à quo, & in termino ad quem, ita ut debitor tempore obligationis contractæ dominium rei habuerit, absque quo hypotheca contrahi nequit; prout abundè probavimus suprà hac 2. *part. cap.* 9. *ex n.* 59. *cum multis seqq.* Sed neutro tempore iste debitor dominium rei habuit, nec tempore obligationis, nec tempore purificatæ conditionis, sed potiùs in utroque res aliena & non debitoris fuit. Et hanc resolutionem probarunt Bald. *in l. qui balneum*, §. *Titio pretium, in lectura antiqua in nova editione, ff. qui potiores in pignor. hab.* quem ibidem sequuntur Angel. & Fulgos. & communiter scribentes, Barbaria *cons.* 45. *n* 17. *lib.* 1. Asinius *de execut.* §. 7. *cap.* 33. Signorol. de Homod. *cons.* 217. *in* 1. *dubio ex n.* 1. & *seqq.* Ripa *respons.* 8. *tit. de donatio. & ad Trebellian. fol.* 78. Gozadinus *cons.* 28. *num.* 37. & 38. Tiraquell. *de jure constitut. ampliat.* 17. Marcabrunus *cons.* 31. *per totum.* Albanus *cons.* 103. Hondedeus *cons.* 18. *num.* 67. *lib.* 2. Monterent. *ad statuta Bononiens. de pacto precarii*, §. *ita tamen, in vers. solut. in fin.* Bart. *in l. si is qui pro emptore, num.* 28. 38. & 52. *ff. de usucaptionib. & in l. quoties, ff. de renovationib.* Decius *in l. contractus, limit.* 6. *ff. de reg. jur.* pulchrè Bald. *in l. qui balneum*, §. *Titia prædium, in princ. ff. qui potiores in pignor. hab.* Ripa *in l. privilegio, n.* 42. *ff. de privileg. creditor.* Curtius Junior. *in cons.* 76. *n.* 5. Gozadin. *cons.* 26. Gratus *cons.* 69. *nu.* 11. *lib.* 1. Malvasia *cons.* 99. *num.* 5. qui alios allegat. Negusantius *de pignoribus.* 5. *part. membr.* 9. *ex num.* 40. & 41. optimè Manguillius *de evictionibus, quæst.* 36. *ex num.* 1. ubi *num.* 4. post alios allegat Rotam *decis.* 728. *num.* 13. *part.* 1. *in noviss.* & Gomez. *tom.* 2. *variar. cap.* 11. *sub. n.* 30. *vers. tertio principaliter limita*, rectè conducentem in doctrina generali, & Decium *in cons.* 247. meliùs hanc quæstionem disputat & ita resolvit ipse Manguillius *de evictionibus, q.* 37. *per totam.*

Atque ideò rectè dicit Mantica *de contractibus tom.* 43
2. *lib.* 14. *tit.* 46. *n.* 20. & *seqq.* quod conditio qualiscumque sit, non trahitur retro ad principium contractus, si de-

si deficiat habilitas extremorum, quæ in hujusmodi fictione translativa est necessaria, veluti si res deducta in obligationem extincta sit, vel non supersit persona, quæ obligetur, vel cui obligatio acquiratur, *ex l. eum qui ita, §. ult. ff. de verbor. oblig. lege quoties, in fin.* & ibi Bart. *n.* 4. *ff. de novat.* & per Bart. *in d. l. si is qui pro emptore, ex n.* 52. *& seqq. ff. de usucap.* Angel.
44 *in l. si filius fam. in fin. princ. vers. ult.* & Cuman. *n.* 4. Imola *n.* 1. *ad fin. vers. item attende* Jason, *n.* 2. *vers. limita*, Alciatus *n.* 11. & Joan. Crotus *in d. l. si is qui pro emptore, n.* 39. *vers. tertio fallit*, & Natta *cons.* 372. *nu.* 7. & ipse Mantica *n.* 21. agit, quando persona deficere intelligatur; latè etiam declarat hunc articulum quando scilicet tam respectu rei, quàm personæ extremum non dicatur habile in essentia. Gratianus 5. *tom. disceptat.* 856. *ex n. cum sequentibus.*

45 Nam quamvis creditor conditionalis habeat bona debitoris futura obligata, tamen ex quo tempore obligationis, & tempore conditionis purificatæ debitor eorum bonorum futurorum dominio careat, ob cujus defectum subsistere non potuit hypotheca; illud medium tempus acquisitionis minimè potuit causare statum juri creditoris, quia eo tempore, ob conditionis pendentiam obligatio sua perfecta non erat; prout optimè daclarat Manguillius ubi proximè *ex n.* 3.

46 Nec obstabit, quod si respectu rei noviter acquisitæ per debitorem non adest habilitas termini, à quo, & sic tempore purificatæ conditionis; id contigisse ex culpa debitoris, & ex ejus facto alienantis, vel noviter obligantis rem noviter acquisitam, & in ejus dominio jam existentem, in cujus potestate esse non potest bona alienare in præjudicium creditorum; ad latè tradita per Nos *suprà hac* 1. *p. c.* 14. *per totum;* & sic nec facere, ut definiat terminum à quo; prout considerant Parisius *cons.* 11. *n.* 72. *& seqq. lib.* 1. Gabriel *cons.* 141. *nu.* 8. *lib.* 1. Malvasia *d. cons.* 99. *n.* 21. *& n.* 27.

47 Quoniam facile respondetur id rectè procedere in bonis, quæ debitor habet tempore obligationis conditionalis, quo casu cum eadem bona sint jam affecta obligatione cum sua qualitate, quæ propterea debitor alienando impedire non potest, ut transeant cum suo onere, & hypotheca. vel quando alienatio contigit post conditionem obligationis præcedentem, ex *l. si debitor, Cod. de distract. pignor. C. ex litteris de pigno-*
48 *ribus*, quo quidem in casu loquuntur Parisius, Gabriel, & Malvasia; at Nos loquimur quando res fuit per debitorem quæsita, pendente conditione, & ante eam impletum per eum alienata fuit, prout latè videre est per Manguillium *in d. qu.* 36. *n.* 4. & latiùs & perfectiùs *in d. q.* 37. *per totam, & ex n.* 3. *& n.* 15. *& seqq.*

49 Et pro hac sententia text. est formalis, & expressus *in l. qui balneum. §. Titia prædium, ff. qui potiores*, ubi Titia prædium alienum, & sic bona futura pignori dedit, priùs Titio, & postea Mævio, sub conditione, si defierit obligatum esse Titio (juxta expositionem gloss. ibi, & Bart.) deinde Titia prædium illud acquisivit, & postea alienavit, illud æstimatum tradendo in dotem (quæ æstimatio facit emptionem, juxta text. eundem) postea satisfit primo creditori, quo purificata fuit conditio secundi creditoris.

Dubitatur, an ille secundus creditor sua sic purificata conditione posset contra maritum tanquam dominum, & possessorem prædii agere, quia tempore, quo fuit confirmatum pignus secundi hujus creditoris, præmium illud jam non erat in dominio Titiæ, nec in ejus bonis; & respondet Consultus, ibi: *Atque ideo quia nec tunc, cum Mævio obligaretur, nec cum Titio solveretur in bonis mulieris fuerit, nullum tempus inveniri, quo pignus Mævii convalescere possit;* in cujus text. exornationem multa videnda erunt per Mangillium *de evictionibus, d. quæst.* 37. *per totam* qui *num.* 13. *&*
50 14. limitat, quando bona per debitorem medio tempore acquisita, & similiter ante conditionis eventum fuere bona fide alienata, ut tunc fictio retrotractiva non habeat locum; secus, si mala fide, & in fraudem creditoris, cujus particeps sit emptor.

Circa quæ animadvertendum erit quod omnes ii ca- 51
sus, in quibus diximus, in contractibus conditionem casualem, seu mixtam inducere retrotractionem in præjudicium tertii, cui medio tempore jus fuit quæsitum; necnon in conditionibus potestativis, quibus virtus retrotractionis denegatur, subjiciuntur pactionibus contrahentium; qui possunt inducere retrotractionem, ubi non admittitur, & eam tollere, & adimere in casibus, quibus aliàs à jure conceditur, ut per plures probat, & sic limitat Mantica *de contractibus, tom.* 2. *lib.* 14. *tit.* 46. *num* 22.

Unam insuper circa prædicta, & notabilem Spe- 52
culatoris doctrinam non omittam, is enim Author *in tit. de obligat. §.* 1. 31. *&* 36. singulariter inquit, quod si Titius mihi obligavit rem alienam, quam postea verus rei dominus suo creditori obligavit, & deinde ipse dominus obligationem mihi factam per Titium ratam habuit; non ego, cui rem Titius alienam obligavit, sed creditor domini tempore posterior potior erit in hypotheca, quia omni tempore dominium apud dominum erat, & sic ratificatio domini posterior retrahi non potest in præjudicium sui creditoris, nam cum prior obligatio Titii sit nulla ob defectum dominii, ad latè comprobata *suprà hac* 2. *p. c.* 9. *ex n.* 59. *cum multis seqq.* ratificatio subsequuta non retrotrahitur, sed validat ut plenè probavimus *hac* 2. *part. cap.* 10. *ex n.* 58. *vers. & quia illi actus*, quemadmodum verus dominus duobus credi- 53
toribus eandem rem obligans diversis temporibus, prior præfertur, nec secunda hypotheca præjudicat priori, *ex lege* 1. *toto tit. ff. & Cod. qui potiores in pignor. hab.* pariter verus dominus qui priori obligavit, 54
ei præjudicare non potest per secundam obligationem ac posteriorem ortam ex ratificatione facti alieni, quæ operatur ex nunc absque retrotractione; sequuntur Speculatorem, licèt non ità explicent Decius *cons.* 247. Gonzadin. *cons.* 28. *num.* 37. *lib.*.. Gabriel *cons.* 189. *n.* 16. *lib.* 1. Corneus *cons.* 173. *n.* 27. *lib.* 2. Cephalus *cons.* 617. *& cons.* 618. *lib.* 5. Curtius Jun. *cons.* 76. *n.* 5. & iterum ipse Gabriel *cons.* 69. *num.* 11. & alii quos referens sequitur in his terminis Manguillius *de evictionibus, quæst.* 36. *num.* 6. & ulterius *ex num.* 17.

Illud denique singulare annotabis, quod si pos- 55
sessor majoratus duobus diversis temporibus rem majoratus, vel aliàs prohibitam alienari hypothecaverit absque assensu & facultate regia; is præferendus erit creditor, etiam posterior, qui prius assensum, & facultatem impetraverunt. Probat Afflictis *decis.* 86. *n.* 1. Marinus Frecia *de subfeudis. lib.* 2. *de authorit. Baron. q.* 30. *n.* 3. *& n.* 15. *fol.* 58. Franch. *dec.* 82. *n.* 2. qui loquuntur in bonis feudalibus, emphyteuticis, & aliis quæ à principio non possunt alienari nec obligari absque tali assensu, quasi tunc à principio hujusmodi contractus, & obligationes non sint validæ, nec sit acquisitum aliquod jus, nec dominium, aut possessio priori emptori, aut creditori, qui non habuit assensum, ut secus sit quando
prior validè contraxit; prout in specie ultra relatos 56
probant & declarant ex Alvaro Valasc. *de jure emphyt. quæst.* 14. *num.* 9. & ex Guido Papa tenet Riccius *in addition. ad Franc. decis.* 225. & quod quando fit obligatio feudi sub conditione assensus impetrandi, si anteaquam impetretur, res validè, & cum assensu alteri alienetur; assensus posteà à primo creditore impetratus non operetur in præjudicium tertii, cui validè medio tempore jus fuit quæsitum, nec retrotrahatur ad initium prioris obligationis; eleganter notarunt Paris. de Puteo *de reintegrat. feudi, cap.* 270. *num* 4. *&* 5. *&* 271. *& cap.* 273. Afflictis *in consti. constitutionem divæ memoriæ, num.* 48. *& decis.* 335. *n.* 11. *& seqq.* Frecia *de subfeudis, lib.* 2. *in commentario ejusdem constitutionis,*

num

num. 86. *& ſub tit. de aſſenſu, lib.* 2. *qu.* 30. *per totam* Ponte *de poteſtate primogen. tit.* 6. §. 1. *n.* 22. *&* 24. Franciſc. de Amic. *repetit. tit. de iis qui infeudare poſſunt*, §. 17. *ſed quia in hypotheca pag.* 21. quos ſequitur Carleval. *de judiciis, tom.* 2. *lib.*... *tit.* 3. *diſput.* 23. *num.* 18.

57 Quod omninò repugnat iis, quæ anteà perperàm opinaverat ipſe Cerleval, quod alienatio ſub conditione aſſenſus, ſi iſte ſequatur, retrahatur ad initium, contractus, putans, non eſſe nullum; quod falſum eſt, ut ſuperius contra eum oſtendimus & ulterius ex jam dictis, & ab eo ſequuta doctrina convincitur; nam ſi prior obligatio valida foret, quandocumque ſupervenire aſſenſus, retrotraheretur in præjudicium tertii medio tempore contrahentis, ut expreſsè probant *l.* 1. *l. qui balneum, cum ſimilibus; D. qui potiores;* ſi non retrotrahitur in noſtro caſu ex eo provenit, quia extremum ad quod eſt inhabile ob nullitatem, ut probant prætati DD. & etiam optimè Flores de Mena *in addit. ad Gammam, d. c.* 5 *ſub n.* 1. *col.* 4. *ad medium*, ubi de pluribus creditoribus concurrentibus ad bona emphyteutica ſibi hypothecata; ubi adeſt expreſſa prohibitio; ut non attendatur tempus hypothecæ, ſed conſenſus domini, ut his præferatur aliis anterioribus in tempore; per *l. qui prior. & leg. qui balneum. D. qui potiores*, Urſillus ad Afflictum *dec.* 286. *n.* 2. 3. *&* 4. Tiraq. *de jure conſtitut. poſſeſſor. part.* 3. *limit.* 3. *num.* 4. Burſatus *conſ.* 44. *ex nu.* 22. *uſque ad num.* 29. Caſſaneus *conſ.* 8. *nu.* 36. *&* 37. Guido Papa *dec.* 46. *colum. ultim. verſ. & hoc infertur, & deciſ.* 81. *in fin. & dec.* 112. Guilielm. Bened. *in cap. Raynutius, verb. in uxorem nomine Adelaſiam, num.* 249. *& num.* 551. *de teſtamentis.* Bertrand. *conſ.* 107. *n.* 3. *lib.* 1. *part.* 1. Caſſan. *conſ.* 7. *verſ. ad hoc eſt clara reſponſio.* Petrus Jacob *de action. in rem, quæ pro re emphyteut. quæ cecidit in commiſſ. col.* 14. *verſ. item colligitur hic.* Corbulus *de cauſa privatio. ab alien. q.* 4. *n.* 9. *fol.* 216. Veronenſ. *cautela* 130. *ſi dominus inveſtivit, ad medium*, idem Burſatus *conſ.* 45. *n.* 9. *&* 10. *lib.* 1. optimè Gratianus *diſceptat forenſ. tom.* 4. *cap.* 730. *ex nu.* 12. *cum ſeq.* idem Burſatus *conſ.* 45. *per totum.*

58 Quæ doctrina procedit etiamſi feudatarius, vel poſſeſſor majoratus in ſecundo contractu reſervaverit, & dixerit ſalvo jure prioris, quia intelligitur de jure tale quale habeat, & quatenus jus haberet potentius, cùm reſervatio juris nullum de novo tribuat, ut ex Tauriſenſi poſt Angel. *in leg. epiſtola*, §. *ſi inter, D. de pactis* Joan. Andr. *in capite ſi factæ, col.* 2. *ſi de feudo fuerit controverſum.* Guido Papæ *deciſ.* 46. Frecia *de ſubfeudis, lib. de author. Baronum, authent.* 1. *ex n.* 4. *fol.* 158. qui latè proſequitur, & optimè fundat omninò videndus, plurimos ſequitur Franchis *deciſ.* 126. *n.* 3. & ipſe Frecia *eodem lib.* 2. *prima author. Baron. for.* 107. *ex n.* 17.

59 pariter extendit etiam ſi rem feudalem, vel emphyteuticalem vaſſallus vendens conſtituat ſe poſſidere nomine emptoris, vel creditoris, & antequam dominus, vel princeps facultatem concedat, alteri vendat, vel hypothecæ ſubjiciat ſub facultate; adhuc iſte ſecundus præferatur priori ex Guido Papæ *d. deciſ.* 46. *& dec.* 71. *col. ult.* Bertrand. *conſ.* 107. *vol.* 2. Caſſaneo *conſ.* 7. qui illa poſſeſſionis conſtitutio non habet concomitantiam juris, nec lex illi præbet aſſenſum ob juris reſiſtentiam; & quemadmodum contractus principalis ex defectu facultatis regiæ, eſt nullus, ita omnes ejus clauſulæ; latè procedit ipſe Frecia tollendo contraria.

60 Sed quid quando pro omnibus alienationibus una impetrata, obtenta fuit facultas, an proſit omnibus ſervata temporis contractuum anterioritate in creditoribus; & ex jam dictis clarè colligitur omnibus prodeſſe ſimul abſque temporis attentione, cùm omnes hypothecæ à principio nullæ ſint, & ex tempore facultatis robur & vim omnes recipiant ſimul, atque ideò omnium creditorum concurſus pro rata crediti admitti debent abſque aliqua prælatione juxta ſingularia jura & doctrinas per nos congeſtas ſuperius 2. *part. cap.* 4. *ex n.* 140. *cum multis ſeqq. verſ. deveniamus ad ultimam partem*, quod & eſt de mente Gratiani *in d. c.* 170. *n.* 16.

Conducit optima doctrina Roderici Xuarez *alleg.* 8. 61 *verſ. verum eſt, quod ubi tempus*; dum aſſerit, quod ubi aliquid ſumit vigorem ex confirmatione, quem anteà non habuerat, tunc confirmatum trahitur ad tempus confirmationis, non è contra, per plura jura, per quem & Bartoli doctrinam *in l. eos qui, de appellat.* Jaſon. & Fanum *de pignor. part.* 3. *membr.* 2, *n.* 16. & alios tenet Mieres *de majoratu*, 4. *part. q.* 2. *n.* 47.

Et in his terminis probavit poſt alios Franciſc. Burſatus *conſ.* 31. *n.* 18. *tom.* 1. qui ita ait: Quare conſulo, quod in contractu conditionis obligentur omnia bona venditoris etiam feudalia, vel aliàs quovis modo obnoxia dominis directis debitis licentiis, &c. & n. 19. proſequitur: Conſulo ſimiliter quod quàm primum fieri poſſit, dictæ licentiæ obtineantur in forma ampliſſima ab iſtis dominis directis, cùm reſpectu anterioritatis hypothecæ & jurium ſuper bonis obnoxiis attendatur tempus licentiæ obtentæ; non autem inſtrumenti crediti: ut per multa ponit Pariſius conſil. 18. vol. 1. Frecia de feudis, 2. part. qu. 30. per totam, &c. quos referens ſequitur Mieres de majoratu 4. p. q. 3. n. 60. ibi: Unum etiam memorabile & egregium in iſta materia animadverto, quod ſi detur licentia ad 62 hypothecandum pro aliquo debito, vel caſu bona majoratus, & tractetur contra debitorem de proprietate, vel prælatione inter creditores; attenditur tempus licentiæ obtentæ, & non inſtrumenti crediti, ut in licentia data ad obligandum bona feudalia, tradunt Frecia, &c. Atque merito cum ex una & eadem facultate, & licentia omnes hypothecæ re- 63 cipiant robur & firmitatem, nulla inter eos debet dari prælatio; quia una determinatio reſpiciens plura determinabilia, debet ea pariformiter determinare, *l. jam hoc jure, l. Lucius. ff. de vulgari & pupill.* cum vulgaribus.

Quæ reſolutio ex eo inſuper probatur; nam 54 quando aliquis debitor duobus creditoribus uni poſt alium obligavit rem, aut res, ſed conditione, ſic in ſunm dominium perveniant; iſti creditores completa conditione pariter, & abſque ulla prælatione concurrunt in pignore, ex *lege idemque*, §. *ſi tibi, ff. qui potiores*, cum utrique creditori eodem momento acquiſitionis factæ & completæ cœperit obligari, non obſtante quod alter conventione, & temporis prior ſit, cum utriuſque hypotheca in effectu ſit conditionalis; eaque conditio ad utriuſque commodum ſit in eodem momento, & inſtanti completa. Optimè comprobat Franciſcus Balduinus *in tr. de pignorib. tit. quibus modis pignus vel hypothec. ſolv. n.* 103. *& ſeqq.* & ſignanter *n.* 110.

Nec prædictis obſtat text. *in l. ult. in princip. ff. qui po-* 65 *tiores in pign. hab. lege hac edictali* 6. §. *omnibus, C. de ſecundis nuptiis, lege ſi ignorante* 3. *C. de remiſſion. pignor.* quibus probatur quod quando quis duobus creditoribus diverſis temporibus, & uni poſt alium obligavit omnia bona ſua præſentia & futura, is in bonis futuris, & poſtea quæſitis præfertur, cui prius facta fuit hæc generalis obligatio futurorum bonorum; horum jurium diſpoſitionem exornarunt Bartolus *in dicta lege ſi, & in lege is qui, n.* 28. *ff. de jure fiſci.* Baldus *in dicta lege hac edictali* §. *is illud, n.* 16. Salicetus *in dicto* §. *omnibus, num.* 1. *& in lege licet, num.* 4. *C. qui potior.* Paulus *in lege operis* 29. *num.* 7. *ff. locati* Ripa *in lege privilegia, num.* 16. *ff. de priv. creditor.* Pichardus *in* §. *in commentario ejuſdem legis, n.* 64. inferto *in* §. *quædam actiones* 20. *inſtit. de actionibus.* Neguſantius *de pignorib.* 5. *parte, membro* 2. *nu.* 5. *&* 39. Peregrinus *de jure fiſci, lib.* 6. *tit.* 6. *n.* 15. Barboſa *in lege* 1. *parte* 2. *n.* 12. *&* 16. *De ſoluto matrim.* Tepatus *variarum tomo* 2. *tit.* 505. *cap.* 7. *col.* 2. *verſic. in generali hypotheca.* Caſſaneus *in catalogo gloriæ mundi, part.* 12. *conſiderat.* 99. *verſic.* 2. *extende.* Caſtillo *controverſ. lib.* 3. *cap.* 4. *ex num.* 18. latè & pulchrè per Carleval. *de judiciis*

tomo

tomo 2. cap. 9. disput. 34. ex num. 1. & ex num. 3. cum
66 *seqq.* Limitat respectu fisci, qui in bonis futuris post suum contractum quæsitis præfertur anterioribus privatis, non dotibus per alios pariter privilegiatis anterioribus; ubi hæc latè & eruditè examinat. Igitur idem videbatur dicendum in nostra quæstione, quando possessor majoratus pluribus creditoribus diversis temporibus bona majoratus hypothecavit absque facultate regia, ut si ita postea superveniat, omnibus profit gradatim juxta temporis anterioritatem, ita ut qui prius contraxerunt primum locum obtineant in bonis majoratus hypothecatis.

67 Cui difficultati facilè occurres, si consideres hactenus adductas doctrinas. Nam in casu *dictæ leg. ultimæ, cum similibus*, nullus defectus aderat in contractibus creditorum contrahentium sub generali hypotheca; imo contractus erant validi, & omninò perfecti ab initio, & sic nihil mirum si inter eos servetur in acquirendis eadem gradus & temporis prærogativa. Nos autem loquimur quando omnium creditorum contractus erant nulli, inutiles & inefficaces à principio, & uno momento omnes convaluerunt, & simul omnes in eodem instanti roborati fuerunt; simul ac semel omnes vim, robur & validitatem acceperunt, inter quos igitur nulla potest dari aut considerari authoritas, nec temporis quantumvis momentanei prælatio, quia contractus nullus nullum conducit effectum, nec nomen contractus meretur, *ad legem* 4. §. *conditionatum ff. de re judicata*, cum vulgaribus, ut latius superiùs probavimus *ex num.* 36. *vers. eandem quæstionem, & n.* 57. &c.

68 Sed quid quando possessor majoratus habet facultatem regiam ad alienandum certam rem, & pluribus in solidum diversis temporibus alienavit, & uni etiam posteriori tradidit, an iste sit cæteris præferendus, ex pluribus Doctoribus diximus suprà hac 3. *parte, cap.* 4. *ex n.* 35. *versic. comprobatur ex illa*, &c. alias plures difficultates conducibiles videbis infrà *cap.* 32.

CAPUT XXII.

Successor majoratus, qui in tenuta tantum evicit, & concursum formavit, an impugnare valeat, & evertere censum super eodem majoratu impositum, per detentatorem postea victum, cum facultate regiæ a se impositum.

Quæ addenda resolutioni, de qua suprà *cap.* 9. 10. & 11.

SUMMARIUM.

1 *Census impositio à possessore majoratus putativo cum facultate regia à se impetrata, nulla est ipso jure, in præjudicium veri successoris.*

Majoratus possessor, qui vere dominus non sit, nequit impetrare facultatem ad alienandum, vel hypothecandum, ibid.

2 *Christophori de Paz contrarium sectantis fundamenta singula examinantur, & impugnantur.*

3 *Multa fundamenta recens, & Paz pro nullitate, & surreptione facultatis impetratæ à possessore majoratus putativo & non domino.*

Paz sequutus æquitatem resolvit trepidè, valere hypothecam cum facultate impositam per possessorem majoratus putativum, ibid.

4 *Paz arguitur contrarius, dum firmat verum successorem evincentem majoratum in judicio proprietatis non posse subvertere alienationes cum facultate factas à possessore putativo; evincentem autem in sola tenuta posse.*

5 *Tenutæ judicium jus præstat variabile, & resolubile, in proprietate autem jus constans, & perpetuum.*

Paz pro sua opinione plura adducit fundamenta, quædam falsa, quædam prorsus inutilia, & apparentia, quæ singula recensentur, & diluuntur, ib. & seqq.

6 *Lex Barbarius D. de officio prætoris addicitur, & responsum præstatur, ut solum procedat in jurisdictionalibus, & officiis publicis auctoritate, & utilitate, non in negotiis privatis.*

7 *Bonam fidem in possessore majoratus putativo validare contractus à se gestos cum regia facultate, asserit Paz.*

L. sed & si lege, §. scire, D. de petit. hæred. ponderatur à Paz, ibid.

8 *Contractus gestus ab hærede putativo nullus est in præjudicium veri hæredis evincentis hæreditatem.*

9 *Error facti non juris inducit bonam fidem.*

Bona, vel mala fides hæredis putativi non attenditur ad validitatem alienationis ab eo factæ, ibid.

10 *Sed solum ad hoc ut teneatur restituere rem districtam, ac si possedisset.*

11 *Bona vel mala fides alienantis non validat alienationem, nec impedit verum dominum vendicare à quolibet possessore bonæ fidei.*

Bona, vel mala fides vendentis, vel emptoris nihil detrahit juri veri domini, sed tantum ut venditor ad magis vel minus teneatur emptori agenti pro evictione, ibid.

Bona vel mala fides, scientia, vel ignorantia solum requiritur in emptore, ut possit re evicta agere ad interesse, non ad validandam, vel invalidandam alienationem, ibid.

Venditio rei alienæ tenet, respectu tantum contrahentium, non tamen veri domini, cujus respectu venditio nulla est, ibid.

Venditio rei alienæ tenet de facto, non de jure, ibid.

Bona, vel mala fides solum operatur inter ipsos contrahentes, non in præjudicium tertii, cujus jus manet illæsum, ibid.

12 *Justa hæredis ignorantia confirmatæ alienatiionem re per fideicommissum alteri relictæ.*

13 *In possessore majoratus, putativo impetrante facultatem ad alienandum, non potest cadere ignorantia fideicommissi perpetui.*

14 *Hæres verus ignorans fideicommissum vendens alteri simul ignoranti, solum ad pretium tenetur fideicommissario.*

Nisi hæres solvendo non sit, quia tunc potest fideicommissarius rem ab emptore evincere, ibid.

15 *Alienationis prohibitio expressa impedit alienationem factam ab hærede ignorante emptori, vel creditori pariter ignoranti, quæ ipso jure nulla est.*

16 *Hæres gravatus restituere, verus est dominus bonorum hæreditatis.*

17 *Fideicommissarius non acquirit dominium nisi post restitutam sibi hæreditatem verbo, vel facto.*

Majoratus possessor putativus nunquam fuit dominus, nec possessor, ibid.

18 *L. fin. D. de rebus eodem ponderatur à Paz pro sua optione.*

19 *& seqq. Cui respondetur, & interpretatur.*

Voluntas patris mandantis alienari certam rem filii minoris, supplet omnes juris solemnitates, ibid.

20 *Voluntas etiam ex testamento, ex quovis actu nullo probatur.*

21 *Bona, vel mala fides seu ignorantia inter contrahentes ipsos, non respectu tertii, contractus non stantis.*

22 *Creditores non teneri investigare titulos debitoris, firmat Paz ex doctrina Angeli.*

23 *Quos falsò loquutos fuisse, evidenter ostenditur.*

24 *Rei alienæ hypotheca ipso jure nulla est in præjudicium veri domini.*

25 *Declaratur doctrina Angeli à Paz pro ſua opinione adducta.*

26 *Cauſa ſubſtantialis ubi non deficit, ſed ſolum materialis, actus ſuſtinetur.*

27 *De ſubſtantia cujuſvis contractus eſt, conſenſus contrahentis.*

De ſubſtantia alienationis & hypothecæ eſt regia facultas in bonis majoratus, quia poſſeſſor efficitur habilis, ibid.

28 *Facultas impetrata à poſſeſſore majoratus putativo ad alienandum eſt nulla, & ſubreptitia.*

L. Barbarius procedit in officiis publicis, non in negotiis privatis, ibid.

29 *L. 1. C. de jure fiſci pro ſua opinione adducit Paz.*

30 *dicta l. 1. expreſsè loqui contra ipſum Paz manifeſtè ex ejus verbis demonſtratur.*

31 *Putativus poſſeſſor majoratus nullo tempore habere poteſt, quo validè alienari poſſit, cum domino, & poſſeſſione careat ab initio.*

32 *Prælatus, & poſſeſſor majoratus putativus etiam communiter reputatus verus, nunquam poteſt alienare, vel hypothecare.*

Prælatus titulo carens, & communiter reputatus habere, nequit bona prælaturæ alienare, ibid.

33 *Poſſeſſor majoratus titulo, & poſſeſſione carens intruſus dicitur.*

Tertius majoratus poſſeſſor detentor eſt dumtaxat, ibid.

34 *Creditorum quando ſufficiat probare poſſeſſionem hypothecæ, fuiſſe penes debitorem tempore obligationis.*

35 *Debitores bona fide ſolventes domino putativo, liberantur.*

36 *Hypotheca rei alienæ, domino non conſentiente, nulla eſt ipſo jure.*

37 *Defectus dominii in poſſeſſore majoratus putativo non ſuppletur per regiam faculatem ad alienandum.*

38 *Actione hypothecaria agens præcisè, tenetur dominium debitoris probare.*

39 *Creditori agenti Salviano interdicto ſufficit probare poſſeſſionem eſſe apud debitorem tempore obligationis.*

40 *Sine poſſeſſione debitoris Salvianum interdictum non datur creditori ad hypothecam.*

41 *Majoratus poſſeſſor putativus, cum prorſus careat poſſeſſione, interdicto nullo agere poteſt.*

42 *Nec præſcribit, nec ſuos facit fructus; nec illa putativi poſſeſſio, ſeu detentatio aliquos juris effectus producit.*

43 *Debitori ſi non competit aliquod interdictum ad recuperandam poſſeſſionem, multo minus ejus creditori.*

44 *Solutio poteſt fieri putativo favore liberationis, alii vero contractus, & alienationes, ſunt prorſus prohibitæ.*

Paz arguitur de levitate ſuorum fundamentorum. ibid.

45 *Paz ſibi ipſi contrarius, & inconſtans arguitur concedendo actionem vero poſſeſſori majoratus obtinenti in tenuta, & denegando eandem obtinenti in proprietate.*

46 *Melioris conditionis eſſe non poteſt jus dubium, quàm jus certum.*

47 *& ſeqq. Verus ſucceſſor majoratus, qui in tenuta vicit, poteſt ſubvertere cenſus impoſitos cum facultate regia per poſſeſſorem putativum victum.*

48 *& ſeq. Recenſentur fundamenta Chriſtophori de Paz, cujus hæc eſt vera opinio, & ſeqq.*

Poſſeſſor putativus moratus caret poſſeſſione, ibid.

49 *Aliud eſt poſſidere, aliud in poſſeſſione eſſe.*

50 *Tenere, & poſſidere diverſum eſt.*

51 *Succeſſor majoratus obtinens in tenuta, juſtus poſſeſſor eſt, ex vi ſententiæ.*

Ad quem fructus majoratus pertineant, ibid.

52 & 53. *Poſſeſſionis effectus eſt hypothecas majoratus recuperare.*

54 *Poſſeſſor movere nequit judicium proprietatis regulariter.*

55 *In tenutæ judicio controvertuntur, quæ ad proprietatem pertinent.*

56 *Poſſeſſor majoratus obtinens in tenuta poteſt impedire creditores exigere annuos redditus, nulliter impoſitos.*

57 *Succeſſor obtinens in tenuta, & ſubvertens cenſus conſtitutos ab anteceſſore victo ſi in proprietate vincatur convaleſcunt jura creditorum quoad hypothecas.*

58 *L. uti frui, D. ſi uſusfructus petatur.*

59 *Status in quo quis invenitur, ſemper attenditur.*

60 *Poſſeſſor in tenuta obtinens caret dominio, & proprietate bonorum hypothecarum, reſervata judicio plenario.*

61 *Creditor jus hypothecæ fundat in dominio debitoris, aliàs non obtinet.*

62 *De jure tertii opponens regulariter non auditur.*

63 *Jus tertii, quando ſit juris agentis excluſivum poteſt ab eo opponi.*

Jus tertii quando dicatur excluſivum, ipſo jure juris agentis, ibid. remiſſivè.

Exceptio, quod actor non ſit dominus, ſed ad alium tertium admittitur, ibid.

64 *De jure tertii poteſt allegare, quicumque habet intereſſe.*

65 *Emphyteutæ agenti ad rem emphyteuticam non poteſt objici exceptio, quod ab emphyteuſi ceciderit ob commiſſum, cum hoc pendeat ex voluntate, & declaratione domini directi.*

66 *Quod fallit quando dominus jam ſuper caducitate moverit litem adverſus emphyteutam.*

67 *Emphyteuta, feudatarius, & uſufructuarius nequeunt movere aut ſuſtinere litem ſibi motam ſuper jure proprietatis in præjudicium domini directi.*

L. 2. C. de uſufruct. ibid.

68 *Tenutarius ſi admitteretur ad ſubvertendos cenſus à putativo impoſitos, daretur occaſio ferendi contrarias ſententias, ſuper jure creditorum.*

Hypotheca rei alienæ convaleſcit per acquiſitionem dominii poſtea conſequuti à debitore, ibid.

69 *Res propria, & ab alio poſſeſsa hypotheca poteſt, & convaleſcit hypotheca recuperata poſſeſſione, ac dominio.*

70 & 71. *Tenutarius, qui contra creditores majoratus obtinuit, ſi in proprietate vincatur, creditores iterum jus hypothecæ in bonis majoratus recuperant.*

72 *Poſſeſsores majoratus ex ſola ſententia tenutæ ſunt legitimi adminiſtratores, & agunt, ac conveniuntur pro rebus ad majoratum pertinentibus.*

73 *Senatus pluries denominavit in favorem tenutarii ſubvertentis cenſus impoſitos à poſſeſsore putativo victo, etiam ex facultate regia.*

74 *Poſſeſsor majoratus obtinens in tenuta, juſtus, & legitimus poſſeſsor eſt.*

Judicis authoritas tribuit bonam fidem, ibid.

75 *Poſſidens ex ſententia juſtum titulum habet ad fructuum perceptionem, & ad præſcribendam rem.*

Juſtam habens poſſeſſionem rei, fundat interim in ejus proprietate, ibid.

Poſſeſsor rei præſumitur dominus ejus, ibid.

Præſumptio idem operatur, quod veritas, donec contrarium probetur, ibid.

76 *Poſſeſsor bonæ fidei rem ſuam dicere poteſt, quoad plures juris effectus.*

Poſſeſsor bonæ fidei dicitur quaſi dominus, cui competit rei vendicatio publicana, ibid.

L. non ideo D. de rei vindicat. exornatur, ibid.

77 *Prælato putativo recta fit ſolutio fructuum, eique præſtatur obedientia.*

78 *Poſſeſsor beneficii ex ſola poſſeſſione poteſt exigere, ac vindicare bona ſuæ dignitati pertinentia.*

Præla-

Prælatus, cujus titulus controvertitur poteſt exercere, quæ pertinent dignitati cujus dicitur adminiſtrator, ibid.

79 *Poſſeſſor ex ſententia tenutæ interim quod in proprietate non vincitur, dominus majoratus juris præſumptione.*

80 & 81. *Poſſeſſori agenti de libertate rei ſufficit præſumptio dominii, quod incidenter deducitur tunc in judicium.*

82 *Poſſeſſori majoratus dicatur adminiſtrator, & ut poſſit agere, & vindicare bona majoratus, ſufficit eſſe in poſſeſſione majoratus.*

In poſſeſſione qui eſt dignitatis poteſt efficaciter agere pro juribus ipſius, & debitores nequeunt opponere defectum tituli, ibid.

83 *Actio confeſſoria ſoli vero domino competit, & etiam ei, qui in poſſeſſione eſt, cum dominus præſumatur.*

84 *Poſſeſſor majoratus ex ſola poſſeſſione præſumitur dominus, & poteſt agere pro rebus, & juribus majoratus.*

85 & 86. *Poſſeſſor majoratus putativus poteſt exigere penſiones non obſtante exceptione defectus dominii.*

87 *Examinatur aſſertio Alvari Valaſci dicentis, poſſeſſori majoratus tanquam adminiſtratori vendicanti non emphyteuticam ob commiſſum poſſe objici defectus dominii.*

88. 89. & 90. *Poſſeſſor majoratus putativus, reputatus legitimus adminiſtrator pro juribus dignitatis hujus nomine, non ſuo agit; cui defectus proprii dominii obſtare poteſt.*

91 *Adminiſtrator tanquam talis agens, eo ipſo fatetur ſe nomine alieno agere, & dominio proprio carere.*

Majoratus per adminiſtratorem repræſentatus eſt qui agit, & qui habet dominium, ibid.

92 *Feudum eſt perſona ficta, quam feudatarius repræſentat, & iſte fungitur vice duarum perſonarum, propria, & intellectuali.*

Et in tangentibus feudum magis attenditur perſona intellectualis, quàm propria adminiſtratoris agentis, ibid.

93 *Baro repræſentat ipſum feudum, quod neſcit loqui.*

Majoratus eſt dignitas ſeu perſona ficta, diverſa à perſona poſſeſſoris, ibid.

94 *Jus poſſeſſoris majoratus diverſum eſt à jure expectanti ipſi majoratus.*

95 *Majoratus poſſeſſor agens nomine ipſius attenditur perſona ficta majoratus, quam ipſe repræſentat, non ſua.*

96 *Perſona repræſentans quidquid facit, videtur fieri à perſona repræſentata.*

97 *Poſſeſſori agenti pro creditis majoratus, non opponitur compenſatio ejus, quod ipſe poſſeſſor debet.*

98 *Tutori agenti ad credita pupilli non poteſt opponi compenſatio ejus, quod ipſe tutor debet.*

L. id quod, D. de compenſationibus, exornatur, ibid.

Procuratori agenti ad debitum domini non opponitur compenſatio ejus, quod ipſe debet, ibid.

99 *Majoratus, dignitas, & Eccleſia tanquam perſona ficta, & repræſentata, habet dominium, & poſſeſſionem jurium ad eam ſpectantium, adminiſtrator autem agit, & convenitur nomine ipſius, quam repræſentat.*

Poſſeſſore dignitatis, & majoratus mortuo, non vacat poſſeſſio jurium ad iſtum pertinentium, ſed penes perſonam fictam remanet, ibid.

Perſona repræſentans licèt deficiat, nunquam deficit perſona ficta & repræſentata; in qua principaliter, & intrinſecè jura reſident, ibid.

Majoratus eſt quædam perſona ficta repræſentata veluti homo mutus, qui ſi poſſet loqueretur, ibid.

Majoratus poſſidet omnia jura, nec non privilegia & effectus ſucceſſionis tanquam perſona ficta; poſſeſſor autem nomine ipſius poſſidet, miniſtrat, & agit, ibid.

Feudum agit, loquitur, patitur, & feudo fertur ſententia & contra feudum, nec refert quæ ſit imago, ſed quæ ſubſtantia rei, in quam actus dirigitur, ibid.

100 & 101. *Poſſeſſori majoratus uti adminiſtratori rem majoratum vindicanti, non objicitur defectus dominii proprii, cum maneat dominium majoratus penes quem ſemper reſidet, & cujus nomine agitur.*

Commiſſio impetrata ſuper rebus dignitatis, vel Eccleſiæ, non expirat mortuo prælato, contra quem fuit impetrata, ſed continuatur in ſucceſſorem dignitatem repræſentantem, ibid.

102 *Majoratus poſſeſſor obtinens in tenuta, dominus interim præſumitur ad agendum, & defendendum, nec attenditur quod poteſt vinci in proprietate: cum id ſit incertum, & pendens à futuro eventu.*

103 *Cenſus redimibilis propter dubium eventum, an redimatur, vel non, perpetuus indicatur juxta præſentem ſtatum.*

104 *Sufficit incertum eſſe, ſitne futurum dominium temporale, an perpetuum ut perpetuum judicetur.*

105 *Omnis actus, qui ex aliquo accidenti, ac futuro eventu poteſt reſolvi, conſtans judicatur juxta præſentem ſtatum, quoad omnes juris effectus.*

106 *Contractus nullitas celebrati à minore, vel Eccleſia, licèt ab ea poſſit revalidare, interim juxta præſentem ſtatum nullitatem patitur, quæ à tertio poteſt opponi.*

107 *Jus incertum, & pendens ex futuro eventu non eſt in conſideratione, quouſque per eventum declaretur certum.*

108 *Interim nullum jus adeſt, quod in judicio moveri poſſit.*

Jura plurima in propoſito ponderantur, ibid.

109 *Judicium certum capi non poteſt ex iis quæ pendent à futuro eventu, ſed debet eventus, à quo declaratio pendet, expectari.*

110 *Futura, quæ poſſunt abeſſe & adeſſe, non ſunt in conſideratione.*

111 *Præſens rei ſtatus ſemper attenditur, non futurus certus ſtatus præſens.*

112 *Melioris conditionis eſſe non poteſt incertus, quàm eventus.*

113 *Poſſeſſor majoratus, qui in tenuta obtinuit, poteſt movere controverſiam creditoribus hypothecariis contrahentibus cum putativo victo, etiam ex facultate regia.*

114 *Nec impedit quod majoratus ab eo poſſit in proprietatis judicio evinci, quia judicatur dominus juxta præſentem ſtatum.*

Jura mirabilia ad hoc ponderantur plurima, ibid.

115 *Quæ ſperantur, & fieri poſſunt, non attenduntur, niſi ſint certa, & infallibilia.*

Qualitas rei præſens non mutatur ex eo quod contingere poteſt, ibid.

116 *Poſſeſſorem obtinentem in tenuta poſſe movere actiones ſpectantes majoratui, verius eſt de jure.*

117 *De jure tertii poteſt dare reus, ſi ſit excluſivum juris agentis ipſo jure.*

Si ſit radicatum in tertio, ibid.

118 & 119. *Reus poteſt dare de jure tertii, quod juxta præſentem ſtatum conſtat ſic, licèt accidentaliter poſſit deficere.*

120 *Idem operatur oppoſitum in oppoſito quod propoſitum in propoſito.*

121 & 122. *Tertius conventus non poteſt excipere de jure tertii, quod pendet à voluntate & declaratione tertii, anteaquam declaret.*

123 *Voluntas hæc ſatis detegitur per litem motam à tertio ſuper extinctione tituli illius, qui nunc convenitur ab alio.*

124 *Lis mota ſuper proprietate contra obtinentem in tenuta, nihil impedit poſſeſſori agenti ad jura majoratus.*

125 *Jus uſufructuarii, aut emphyteutæ eſt certum, ac limitatum, quod in agendo egredi non poſſunt.*
126 *Tenutarius non debet ſpectare finem litis in proprietatis judicium, ad movendas lites ſuper juribus majoribus, quæ ex tarditate poſſent perire in detrimentum ipſius majoratus.*
127 *Creditores victi, à tenutario ob nullitatem hypothecæ in bonis majoratus, ſi putativus vincat in proprietate jura ſua ad hypothecas recuperant.*
128. 129. & 136. *Creditoris hypotheca variatur; & alteratur ex alteratione, & variatione juris debitoris hypothecantis, cum ſeqq.*
130 *& ſeqq. Ex diverſitate perſonarum, & ob eorum conditionis mutationem diverſa judicia patiuntur, & diverſæ ſententiæ ferri poſſunt.*
133 *& ſeqq. L. Claudius Felix, D. qui potior. in pignor. mirabiliter ponderatur.*
134 *Si vinco vincentem te, à fortiori vincam te.*
135 *De ejus limitationibus, remiſſivè.*
136 *Status rerum mutatur, mutata conditione perſonarum.*
137 *Ex mutatione perſonæ rei natura & ſtatus mutatur.*
138 *Qualitas rei non attenditur, ſed perſonæ conditio per quam reperitur.*
139 *Res judicata ſæpè mutatur ob mutationem ſtatus rerum, & perſonarum.*
140 *Sententiæ diverſæ tolerantur ſuper eodem facto, ob diverſitatem perſonarum.*
141 *Diverſitas perſonarum dividit, ac diverſificat factum, quod aliàs unum eſt.*
142 *Rei judicatæ exceptio non obſtat in iis, quæ ſui natura ſtatum mutant, tam reſpectu rerum, quàm perſonarum.*

1 DIfficultas hæc omninò dependet à reſolutione illius quæſtionis, quam uberrimè ad partes diſputavimus *hac 2. part. cap. 9.* nec non 10. *& 11.* & invincibilibus fundamentis communem Doctorum defendimus tenentem cenſum impoſitum ſuper bonis majoratus ex facultate regia impetrata à poſſeſſore putativo nec non quamlibet alienationem nullam eſſe ipſo jure in præjudicium veri ſucceſſoris (poſtmodum evincentis majoratus) tam ex defectu facultatis nulliter impetratæ, quàm ex defectu dominii, quo carebat poſſeſſor majoratus putativus. Quam opinionem communiter tenuerunt primus omnium Gregorius Lopez *in lib. 16. tit. 26. de los feudos, part. 4. gloſſ. 1. in 4. quæſt.* quem referens ſequitur Noguerol. *allegat. 19. n. 22. in fin.* tenet Grammaticus *deciſ. 103. n. 244.* & conſuluit Alexand. *conſil. 28. n. 13. lib. 5.* Nec non Molina *de primogenit. lib. 4. cap. 3. in princip.* Avendan. *de cenſibus, cap. 63. n. 2. 3. & 7.* dum iſti duo probant, ſolum poſſeſſorem verum dominium majoratus poſſe impetrare facultatem regiam ad hypothecandum, aut alienandum bona ipſius. Quos omnes retulimus *in d. cap. 9. ex n. 126. & ſeq.* & acerrimè tuemur per totum cap. & duobus ſeqq.

2 Sed cùm poſtmodum longè poſt illa cap. ſcripta, viderimus Chriſtoph. de Paz *in tract. de tenuta, c. 40. ex n. 20.* eandem quæſtionem moventem, & ad partes diſputantem, à communiore (ſi mens mea non fallit,) & ſaltem ſub dubio aberrantem, & contrariæ, tanquam æquiori videatur ſuum arbitrium inclinare, debilibus quidem motum fundamentis, operæ pretium duximus ea paulatim referre, & veraciter examinatis ſatisfacere, ut noſtra, atque communis reſolutio tutiſſima appareat, & ut de cætero ſine ſcrupulo aliquo pertranſire valeat.

Is igitur author, pro noſtra opinione, ut hypotheca impoſita ſuper bonis majoratus per poſſeſſorem putativum cum facultate regia in præjudicium veri ſucceſſoris, poſtmodum majoratum ipſum evincentis non teneat: multa *ex n. 21.* & invincibilia fundamenta
3 (ex iis, quæ inter plura alia nos altius, ac longè perfectiùs efficaciter conſideravimus *in d. cap. 9. ex n. 59. cum multis ſeqq.*) annotavit, reſpicientia nullitatem, & ſurreptionem facultatis impetratæ per putativum majoratus poſſeſſorem, necnon defectum dominii, penitùs neceſſarii hypothecæ firmitati, & valori, poſtmodum autem *ex n. 27.* alia conſideravit pro firmitate contractus, & valore hypothecæ reſpicientia dumtaxat æquitatem.

Et tandem *n. 36. in fine*, ſic reſolvit: Hæc ſunt graviora fundamenta pro utraque parte pluribus aliis omiſſis, fateorque quæſtionem ancipitem, & dubiam eſſe, & quæ contrarias habet opiniones multis rationibus ſubnixas. Si tamen judicium inter judicium eſt, puto hanc ſecundam partem eſſe tutiorem, & æquiorem quam judicando ſequerer: reſpicit enim jus publicum & contractuum firmitatem, & regiæ facultatis valorem. Hæc ille.

Sed adhuc ego non acquieſco, nec firmare audebo, 4
ipſum Authorem voluiſſe firmiter tenere contra communem: moveor tum, quia ipſe ſtatim conſequutivè *n. 37.* movit aliam longè magis dubitabilem, ac difficiliorem quæſtionem, an verus ſucceſſor, qui in tenuta vicit, poſſit, lite proprietatis adhuc pendente, movere actionem nullitatis adverſus creditores & emptores reddituum ſuper majoratu evicto impoſitorum à poſſeſſore putativo ex facultate regia per eum impetrata; & firmiter reſolvit, poſſe, quæ eſt noſtra principalis quæſtio, de qua poſtmodum agendum erit.

Si igitur iſte author concedit actionem ad impug- 5
nandos cenſus modo prædicto impoſitos vero poſſeſſori majoratus, qui dumtaxat talis declaratus fuit in judicio poſſeſſorio tenutæ, tribuente jus inconſtans, variabile, & revocabile per judicium proprietatis pendens; quomodo credibile eſt abſque animi inconſtantia, ipſum Authorem firmiter tenuiſſe contrarium in vero poſſeſſore majoratum evincente per judicium proprietatis, tribuens idem jus perfectum, perpetuum & irrevocabile, in quod declaratus fuit verus majoratus dominus? Certè nullo modo, niſi Authorem de contrarietate, & viſibili inconſtantia arguamus.

Apparet etiam ipſum Authorem non ſecurè, nec firmiter judicium ſuum accommodaſſe, ſed adhuc ſub dubio impoſuiſſe, ex eo, quod contrariæ partis fundamentis (quæ procul dubio evincibilia ſunt, prout clarè cuilibet apparebit, ſi nos perlegerit *in d. cap. 9. ex n. 59. cum multis ſeq. & uſque ad finem cap.*) non ſatisfecit, nec enervavit, quæ verè, nec adhuc apparenter enervare quis poterit.

Sed utcumque ſit ejuſdem Authoris fundamenta, 6
quædam in jure falſa ſunt, quædam prorſus inutilia, & apparentia, & nullatenus adaptabilia quæſtioni propoſitæ. Et ut alia cunctis pateant, paulatim ſingula referam, & ſigillatim convincam. Igitur ipſe D. Chriſtophorus de Paz *in d. cap. 40. n. 27.* relativè pro fundamento adducit materiam *leg. Barbarius Philippus ff. de officio Prætor.* quam non obſtare quæſtioni noſtræ, pluſquam manifeſtè oſtendimus, & evidenter probavimus *hac 2. p. d. cap. 9. ex nu. 144.* ejus diſpoſitionem dumtaxat procedere in juriſdictionalibus, & aliis officiis publicis authoritate, & utilitate ſimul; non tamen in aliis negotiis, & contractibus à privato putativo, quantumvis communiter reputato vero, geſtis.

Secundò ſic argumentatur ipſe Paz *ſub eod. nu. 27.* 7
quando quis eſt poſſeſſor communi exiſtimatione, & opinione, cum poſſeſſione facti abſque ulla contradictione, quamvis aliàs cum juris ignorantia poſſideat; non poteſt dici intruſus, nec malæ fidei poſſeſſor; cum jus ſcire ad illum non pertineat: & ſic quamvis alius juſtus, & legitimus ſucceſſor pronunciatus ſit, geſta tamen ab eo, qui poſſeſſor reputabatur, ſi regio aſſenſu ſint confirmata, debent ſuſtineri, juxta *leg. ſed ſi lege, §. ſcire, ff. de petit. hæred.* ubi error juris non judicis malam fidem, in ſpecie itaque illius valent geſta à poſſeſſore putativo, quamvis alius agnatus eum præcederet.

Sed

8 Sed hæc argumentatio omnibus juris principiis caret. Cum quia falsum est contractus gestos ab hærede putativo valere in præjudicium veri hæredis, cui potius à jure facultas libera remanet impugnandi præfatos contractus, tanquam gestos à non legitima persona, & rei vendicandi res à putativo distractas, non accedente veri hæredis tacita, vel expressa approbatione, aut ratificatione. Hujus veritatis innumerabilia penè jura sunt expressa, & Doctorum assertiones, quas longa serie adduximus *in dict. c. 9. ex n. 86. cum seqq.* in quo non erit hæsitandum, ibidem per leges ad saturitatem usque, ulteriùs apparebit ad responsionem sequentis fundamenti.

9 Nec obstat text. *in d. leg. sed si lege §. scire*, quo leviter motus fuit D. Paz ad arguendum prædicto modo, etenim revera nihil in eo reperitur, quod ad suam intentionem trahere, aut inducere possit, text. verba sunt: Scire autem ad se non pertinere is tantummodo videtur, qui factum scit, an is, qui in jure erravit, putaverit fortè rectè factum testamentum, cum inutile erat: vel cum eum alius præcederet agnatus; & non puto hunc esse prædonem, qui dolo caret, quamvis in jure erraverit. Qui text. communiter allegatur, ad hoc, quod error juris, seu facti non inducit malam fidem. Sed hoc quid ad rem? nam bona, vel mala fides hæredis putativi non attenditur ad justificationem, existentiam, & validitatem alienationis, & distractionis bonorum factæ per hæredem putativum: quia hæc nullo modo subsistit in præjudicium veri hæredis, hujus approbatione deficiente, prout paulo ante probavimus relativè *n.* 8.

10 Sed dumtaxat mala fides attenditur in casu illius text. ad hoc ut non obstante alienatione ipse rem alienam præstare teneatur, non minus, quàm si eam possideret cum mala fide; ut probatur *in §. quod ait Senatus cum §§. seqq. ejusdem leg. sed etsi lege*, à quibus *d. §. scire*, dependet, in quo tantum declaratur, quis malæ fidei possessor hæres putativus dicetur ad prædictum effectum dumtaxat, ut *in d. quod ait*, ibi: *Perinde condemnandos quasi possiderent*, &c. *Et in §. etiamsi, & in §. perinde* (inquit) *condemnandos, quasi possiderent, & in pluribus aliis §§. ejusdem leg.*

11 Tum etiam, quia bona vel mala fides possessoris alienantis, non justificat alienationem, nec impedit vero domino, ut rem suam vendicet à quolibet possessore bonæ fidei, in quem alienatio fiat: ut manifestè ostendimus in sæpè relato *c. 9. ex num. 78. cum seqq.* maximè in pignore, & hypotheca rei alienæ ex juribus, & DD. plenè adductis ibidem *ex n. 73. cum seq.* quibus adde, quod scientia, vel ignorantia bona vel mala fides hæredis putativi vendentis, vel emptoris nihil detrahit juri veri hæredis ad rem vendicandam, sed dumtaxat prodest ut venditor ad magis, aut minus emptori teneatur contra ipsum agentem de evictione. Latissimè Manguillus *de evictionib. quæst.* 162. *per totum, & q.* 163. *à princip. & n.* 23. omnino videndus.

Bona etenim, vel mala fides, scientia vel ignorantia rei alienæ requiritur in emptore ad hoc dumtaxat, ut possit vel non agere ad interesse re evicta vel ad recuperationem pretii, & non ad validandam, vel invalidandam venditionem, quia bona fides emptoris non potest validare titulum ab initio nullum ex defectu dominii in vendente. Optimè Gutierrez *canonicar. l. 2. c. 23. n. 25.* Scaccia *de commerciis*, §. 2. *quæst.* 1. *n.* 556. Pater Azor. *institut. moral. p. 3. lib. 8. tit. de emptione & venditione cap. 5. ex versic. his præmissis.* Sequitur Hermosilla *ad leg. 19. gloss. 2. n. 1. tit. 5. p. 5. tom. 2. fol.* 99. à tergo.

Cum verior, & communior sit opinio tenentium, quòd licet rei alienæ venditio teneat, ex latè congestis ab eodem Hermosilla *in d. leg. 19. gloss. 1. à princip.* tamen id intelligi respectu contrahentium, non verò respectu veri domini: nam hujus respectu venditio nulla est, ex *d. leg. 19. leg. rem alienam, & l. qui officii, §. qui nesciens*, ibi, *Licet emptio non teneat, ff. de contrah. emptione.* Nam venditio rei alienæ in effectu, & substantia est nulla, & solum valet in præjudicium venditoris, quoad effectum, ut teneatur ultra restitutionem pretii ad damnum, & interesse ementis, Carrocius *decis.* 10. *num.* 9. Avendan. *de censib. cap.* 61. *versic. quia licet Ulpianus.* Fabianus de Monte *de emptio. & vendit. quæst.* 4. *principal. n.* 8. ubi multis fundamentis comprobat nullam esse venditionem veri domini respectu. Rebuffus *in repetit. leg. un. Cod. de senten. quæ pro eo quod inter. super gloss' vera dupli. num.* 35. ubi tradit, venditionem rei alienæ valere de facto, sed non de jure, & sic esse intelligendam *d. l. rem alienam.* Unde respectu domini nullam esse venditionem, & ab emptore rem auferri posse: quia talis venditio domino non præjudicat. Dixerunt præcitati Authores, nec non Afflictis *decis.* 369. *n.* 3. Gratian. *discept.* 730. *num.* 28. Surdus *consil.* 284. *num.* 8. *& consil.* 19. *num.* 32. *& in decis.* 122. *nu.* 4. 5. *& 6.* qui nullam esse venditionem latè comprobat Didacus Perez *in l. 1. tit. 7. lib. 5. ordinam. fol.* 192. *col.* 37. Pereira *de emptione & vendit. cap.* 11. *num.* 11. Bertazol. *clausul.* 19. *n.* 3. quos referens sequitur Hermosillæ *in d. l. 19. gloss. 1. n. 6.* videndus. Igitur bona vel mala fides inter ipsos contrahentes dumtaxat consideratur, inter quos tantùm prodest, vel nocet nihil autem efficit personæ extrinsecæ cujus jus illæsum, & intactum semper remansit independens à facto contrahentium.

Omnes etenim conclusiones, & doctrinæ hujus materiæ excusantes contrahentes cum bona fide procedunt inter ipsos contrahentes dumtaxat, secus verò in præjudicium tertii, cujus juri nihil detrahitur: sed illæsum indistinctè, & perpetuo remanet, & ex Gratian. *tom. 1. discept.* 194. *n.* 17. Carthario *decis.* 30. Marescoto *lib. 2. variar. cap.* 17. *nu.* 10. *cum sequentib.* & ex Gregor. Lopez probat Noguerol. *allegat. 19. n.* 22. allegat etiam Cyriacum *tom. 2. controversiar.* 236. *n.* 24. & 25. & est doctrina Baldi *in leg. 1. in fin. C. de commun. rerum alienat.* & iterum Gratian. *tom. 4. discept.* 730. *n.* 26. *& n.* 28. Tiraquell. *de retract. lign. §.* 23. *gloss. 1. n.* 42. *& suprà.*

Comprobatur quoniam possessor rei, qui dominio caret, etsi defectus sit occultus, & publicè habeatur pro domino si alienet, alienatio non tenet, quantumvis secum contrahens sit in bona fide, ut per *l. quæ de Samaritis, vers. si verò, C. de hæredicis*, probant Bursatus *consil.* 289. *à n.* 10. *usque ad n.* 15. Menochius *cons.* 284. *n.* 8. *& cons.* 218. *n.* 7. Peregrinus *de jure fisci lib. 5. tit. 1. n.* 170. *vers. ampliat etiam.* Surdus *decis.* 247. *n.* 9. *&* 12. & alii relati à Ricciolo *de jure person. lib. 5. cap.* 35. *n.* 5. *& ex n.* 1. *& 2.*

12 Alio, & debiliori fundamento conatur roborare præcedens Christoph. de Paz. *num.* 28. *quibus adstipulatur* (inquit ille) text. *in l. ult. §. ult. de legatis 2*, ubi justa hæredis ignorantia confirmat alienationem rei per fideicommissum relictæ, quem text. quamvis intelligat Cumanus, ut tantum procedat in ignorantia causata ex facto defuncti; in omni tamen casu alienationis ex ignorantia justa accipiunt Alexand. & Claud. in l. Marcellus, §. res quæ, ff. ad Trebellian. ille, n. 5. hic nu. 40. & plus, quos refert & sequitur Peregrin. de fideicommiss. art. 40. n. 39. &c.

13 Sed iste vir nimis apparentibus doctrinis contentatur, hæc nullo modo adaptari potest putativo possessori majoratus. Tum quia si possessor majoratus impetrat regiam facultatem ad hypothecandum, ut supponit ipse Paz à principio quæstionis, *ex n.* 20. *& seq.* quomodo potest in eo cadere ignorantia fideicommissi, non simplicis, ut doctrina supponit, & statim apertius dicemus, sed perpetui quod post mortem successoribus vocatis restituere scit?

14 Sed intentius huic argumento, nostræ quæstioni extraneo respondetur, quod licet verum sit alienationem

bonorum ſimplicis fideicommiſſi factam hæredem vero ignorante ſibi fuiſſe per teſtatorem fideicommiſſum injunctum (emptori pariter hoc ignoranti valere, & ſolum ad pretium tenere hæredem fideicommiſſario, niſi hæres non ſit ſolvendo, quia tunc, & rem poteſt fideicommiſſarius evincere ab emptore, ex *l. quidam ita*, §. *ult. ff. ad Trebellian. l. ſi hæres*, & *dict. l. fin. de leg.* 2. ut poſt infinitos penè Doctores tradit Fuſſarius *de ſubſtitutionib. q.* 556. *per totam*, ubi ampliat, & multipliciter limitat; adde Manguillum *de evictionib. q.* 111. *per totam*, pariter ampliantem, & limitantem.

15 Adhuc tamen hæc doctrina non procedit, nec habet locum, quando adeſt prohibitio alienationis expreſſa bonorum fideicommiſſi; quia tunc alienatio facta per hæredem gravatum, etiam ignorantem emptori, vel creditori pariter ignoranti non tenet, ſed nulla eſt ipſo jure, & fideicommiſſarius liberè eam poteſt vendicare, probant gloſſ. *in l. cum pater*, §. *liberis ff. de legat.* 2. Paul. Caſtr. *in d. fin.* §. *ff. eod.* & *in l. filius familias*, §. *divi* & *ibi* Jaſon. *n.* 69 *n.* 21. *ff. de leg.* 1. Alexand. *in d. l. quidam ita*, §. *fin. n.* 2. & 3. & *in d. leg. Marcellus ff. res quæ*, & *ibi* Socin. Sen. *n.* 10. Jaſon. *in l. ult.* §. *ſed quia noſtra*, *C. communia de legat.* Padilla *in Authent. res quæ C. eodem*, *n.* 10. Zanchus *in l. hæredes mei*, § *cum ita n.* 409. *ff. ad Trebell.* Alexand. *conſil.* 32. *nu* 5. *lib.* 3. Corneus *conſ.* 298. *nu.* 6. & 7. *lib.* 3. Capra *conſ.* 93. *num.* 8. *conſ.* 49. *nu.* 13. & 14. *lib.* 1. Ruinus *conſ.* 98. *n* 18. *lib.* 2. *conſ.* 214. *n.* 13. *lib.* 2. Decius *conſ.* 1. *n.* 80. *lib.* 1. Cephalus *conſ.* 620. *n.* 26. *lib.* 5. Becius *conſil.* 97. *n.* 4 Riminald. jun. *conſ.* 23. *nu.* 324. *lib.* 2. Surdus *conſ.* 116. *num.* 7. *lib.* 1. & *conſil.* 331. *n.* 27. *lib.* 3. Bertran. *conſil.* 6. *nu* 5. & 6. *lib.* 4. Hondedeus *conſ.* 42. *n.* 50 *lib.* 2. Gratus *conſ.* 91. *n.* 13. & 14. *lib.* 1. Riminald. jun. *conſ.* 246. *n.* 67. & *conſ.* 323. *n.* 761. & *ſeq. lib.* 3. & *conſ.* 371. *n.* 88. *lib.* 4. Burſatus *conſ.* 3. *n.* 6. *lib.* 1. Gabriel. *conſil.* 118. *n.* 2. & *conſ.* 119. *lib.* 1. Peregrin. *conſ.* 35. *n.* 4. & *ſeq. lib.* 2. Raudenſ. *conſil.* 24. *n.* 133. *lib.* 2. Vaſquez *de ſucceſſ. progreſſu*, §. 28. *n.* 22. Graſſis *in* §. *fideicommiſſum*, *quæſt.* 58. *n.* 6. Petra *de fideicommiſſ. quæſt.* 3. *n.* 35. & *ſeq.* & *quæſt.* 14. *n.* 311. Joſeph Ludovic. *concluſ.* 14. *illa* 91. *verſ. declaratur primò.* Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 40. *n.* 39. *verſ. verſus*, Intrigol. *de fideicommiſſ. centur.* 3. *quæſt.* 73. *n.* 10. Pedemont. *deciſ.* 73. *in fin.* & plurimi alii relati, & ſequuti à Fuſſario *de fideicommiſſ. quæſt.* 556. *ex nu.* 15. & *quæſt.* 554. *n.* 6. & *quæſt.* 553. *per totam* & *quæſt.* 718. Manguill. *de evictionib. quæſt.* 111. *ex n.* 8. Sed in majoratu expreſſa à teſtatore, ſeu fundatore, & tacita à lege, & ab ipſius majoratus natura adeſt prohibitio alienationis, ergo perperam, & incautè D. Paz dictam doctrinam applicuit alienationi factæ per poſſeſſorem majoratus putativum, cùm adhuc etiam per verum, & legitimum ſucceſſorem ignorantem facta alienatio non teneret.

16 Ex alio etiam cap. inapplicabilis detegitur præfata doctrina noſtræ quæſtioni; quoniam doctrina habet locum in hærede vero domino à principio, quia fideicommiſſarius non efficitur dominus, niſi poſt reſtitutam hæreditatem verbo, vel facto. Fuſſarius *de fideicommiſſ. q.* 603. & *q.* 556. *nu.* 12. At poſſeſſor majoratus putativus
17 nunquam fuit dominus, nec etiam poſſeſſor; ex *l.* 45. *Tauri*, & plurimis Doctoribus probavimus *in d. cap.* 9. *ex n.* 62. Undique ergo termini ſunt diverſi, & penitus inapplicabiles, & inadaptabiles.

18 Iterum ipſe Paz *n.* 29. in ejuſdem intentûs comprobationem adducit *fin. ff. de rebus eorum*, ubi quis in ſuo teſtamento tutori ſui filii alienationem fundi permiſit, quo aſſenſu illud tutor diſtraxit: mox teſtamentum nullum fuit declaratum, nihilominus alienatio ſuſtinetur. Ex quo infert ipſe Paz, quod quemadmodum in caſu illius text. alienatio ſuſtinetur propter bonam fidem contrahentium, & ignorantium jura, an teſtamentum valeret, cujus ſententia non pertinebat ad emptorem; ita dicendum alienationem, & hypothecam valuiſſe, majoratus poſſeſſione communi exiſtimatione, & regia facultate præcedentibus quamvis ex poſt facto nulla pronuncietur dicta facultas: cùm non potuerit præcaveri ab emptore qui bona fide emit prædictos annuos redditus, & in exornationem *præd. l. fin.* adducit Bartol. & Bald. *in leg. generaliter*, *Cod. de non num. pec.* Alexand. *in leg. ſtipulatio hoc modo concepta*, *n.* 4. *ff. de verbor. obligat.* Guido *conſil.* 55. Tiraquell. *poſt leges connub. gloſſ.* 3. *n.* 35. Curtium Jun. *in Authentic. ex cauſa*, *n. ult. C. de liber. præterit.* & *in leg. hæres abſens* §. *proinde nu.* 7. *ff. de judiciis.* Jaſon. *in leg. qui homæ*, §. *cohæredis n.* 21. *ff. de verb. obligat.*

Sed huic text. *in leg. fin.* facillimè reſpondetur: bonam, aut malam fidem contrahentium, nec teſta- 19
menti irriti ignorantiam non ſuſtinuiſſe contractum in caſu illius text. ſaltem ſolam, & de per ſe; ſed principaliter voluntatem patris permittentis fundum filii diſtrahi, quæ ubi intervenit, validat alienationem bonorum filii minoris abſque alia ſolemnitate & judicis decreto, & omnes ſolemnitates rerum minoris alienationi à jure requiſitas ſupplere, quando hæc voluntas cadit ſuper certa re aut fundo, & non generaliter, & indiſtinctè ſuper bonis minoris, *leg.* 1. & *deciſ. leg. fin. ff. de rebus eorum*, *leg.* 1. & 2. *quando dedecreto opus non eſt*, probant Doctores in argumento citati, & quamplurimi alii moderni laudati per Hermoſillam *tom.* 2. *ad leg.* 4. *tit.* 5. *part.* 5. *gloſſ.* 7. *n.* 27. *fol.* 33.

At cùm voluntas, aſſenſus, facultas data per teſtato- 20
rem in caſu illius text. etiam irrito declarato teſtamento, perduraverit, quia non irrita declarata fuit voluntas, & aſſenſus (ut falſò opinatur Paz) ſed dumtaxat teſtamentum, ex quo nihilominus voluntas teſtatoris probatur, & ſubſiſtit ad juſtificationem alienationis, quoniam voluntas etiam ex actu nullo probatur: ut ex eadem *leg. fin.* communiter, velut axioma deducitur, & *ex leg. legatum ſub conditione* §. *fin. ff. de adimend. leg. l. qui à patre ff. de confirmando tutor.* Prout ultra Doctores in argumento citatos copiosè tractat Caſtillo *controverſiar. tom.* 5. *c.* 108. *uſque ad fin.* & nos *ſupra hac* 2. *p. c.* 14. *ex n.* 32. *verſic. hæc concluſio expreſsè probatur*, &c. Omnia propterea in caſu illius textûs adfuerunt, quæ ad alienationem validam neceſſaria erant. Non verò ad eius valorem bona, vel mala fides contrahentium attenditur, de qua in caſu illius text. nulla mentio tacitè, aut expreſsè facta fuit, ſed dumtaxat de voluntate patris apertè probata ex teſtamento, etiam nullo, ſuper qua dumtaxat fundatur illius text. determinatio.

Deinde quoniam quando bona fides, & ignorantia 21
contrahentium apta foret ad ſuſtinendum aliquem contractum; intelligitur ipſorum contrahentium reſpectu dumtaxat, non verò tertii veri domini rei, qui contractui non interfuit, cujus juri bona, vel mala fides contrahentium nihil detrahit, ut ſuprà diximus *n.* 10. *verſic. tum etiam qui bona*, &c. Et remiſſivè ad copiosè comprobata *ſuprà deciſ. cap.* 9. *ex n.* 73. & 78. *cum multis ſeq.*

Moverur iterum ipſe Paz, *n.* 30. ex doctrina An- 22
geli *in* §. *item Serviana*, *n.* 8. *inſtitut de actionib.* in illis verbis, ibi: *Quia daretur neceſſitas creditoribus inveſtigandi de titulis illius*, *qui vult mutuum recipere*, *quod lege non cavetur.* Ex qua dicit Paz, quod ad contrahendum cum poſſeſſore non eſt opus inquirere de titulo, cujus vi poſſidet: cum ad valorem contractus ſufficiat eum invenire in poſſeſſione bonorum, ſuper quibus contrahitur.

Sed Paz & Angeli aſſertio falſa eſt: tum *ex leg. qui* 23
cum alia contrahit, *ff. de reg. jur.* quam procedere tam reſpectu perſonæ, quàm rerum veriorem probavimus *in d cap.* 9. *ex n.* 121. Tum etiam quia ſubverterentur integri tituli *ff.* & *Cod. de rei vendicat. de evictionib.* & *integri tituli C. de reb. alien. non alienand.* & *de communi rerum alienat.* in quibus vero domino datur rei vendicatio, & evicto rei ſuæ à non domino bona, vel mala fide & ig-

& ignorante poſſeſſæ, & in tertium etiam ignorantem
24 alienatæ. Tum etiam ſubverterentur tot jura expreſſa, prohibentia debitoribus hypothecæ ſubjicere ſuis creditoribus bona aliena à ſe poſſeſſa, bona, vel mala fide in præjudicium veri domini. De quibus omnibus abundè in noſtris terminis egimus *in d. cap. 9. ex d. n.* 121. *cum multis ſeq. & ex nu.* 59. *cum multis ſeq.* circa quod non ampliùs immoramur, cum nullus ſanæ mentis ignoret, quam falſa ſit & improbabilis præfata aſſertio.

25 Sed adhuc nec in contrarium probat Angel. ab eo allegatus in prædictis verbis, quæ ad diverſum finem protulit, quando creditor agit contra tertium poſſeſſorem rei ſibi hypothecatæ habentem cauſam, & titulum ab ipſo debitore, qui ſicut non poteſt regulariter dominii quæſtionem refricare contra creditorem hypothecaria agentem in ipſum, nec opponere ſe non fuiſſe dominum rei hypothecatæ. Ita pariter tertius, qui à debitore ipſo cauſam habet, minimè poterit defectum dominii debitoris contra creditorem opponere: quia contra utrumque ſufficit creditori rem debitorem poſſediſſe tempore obligationis. Ex aliquibus rationibus adductis per Angelum *in d. num.* 8. inter quas præfatam ſcripſit, *quia daretur neceſſitas creditoribus inveſtigandi de titulis, qui vult matuum recipere.* Sed adhuc an tertius rei hypothecatæ poſſeſſor habens, vel non habens cauſam à debitore, poſſit refricare defectum dominii ſui Authoris contra creditorem agentem, longum requirit examen. Conſule Neguſantium *de pignorib.* 8. *princip. membr.* 3. *ſub nu. in* 3. *conctuſ. per totum*, & *numeris ſeq.*

Alio argumento utitur Paz *n.* 31. quod in quæſtione noſtra non adfuit error in cauſa efficienti, ſed materiali, cum cauſa efficiens ſit illa, quæ movit regem ad facultatem indulgendam. Tum & regia authoritas, qua potuit princeps tollere de bonis majoratus illud onus accidentale prohibitionis alienationis, & ea reducere ad qualitatem naturalem, ut libera fierint undique, & pignorari poſſent: cauſa materialis fuit defectus perſonæ impetrantis facultatem, quia non erat verus dominus, & juſtus primogenii ſucceſſor, & poſſeſſor, licèt errore communi pro tali reputaretur. Et hoc caſu (inquit ipſe) quando non deficit cauſa ſubſtantialis, ſed ſolùm materialis, actus ſuſtinetur ex doctrina Bartoli *in l. actuarios*, *n.* 3. *C. de num. & actuar. lib.* 12. Bald.
26 *in leg. Babarius n.* 10. *de officio Prætoris.* Speculator *de inſtrument. editio.* §. *reſtat. n.* 32 & Maſcard. *de probationib. conſil.* 648. *num.* 50. (voluit allegare *conſil.* 649.) *n.* 50.

27 At ego penitus ignoro vim hujus argumentationis, aut hoc argumentum ſuæmet Authoris intentioni repugnat. Nonne de ſubſtantia intrinſeca cujuſvis contractus, vel pacti eſt partis conſenſus? nonne ad ſubſtantiam hypothecæ requiritur veri domini conſenſus; nonne ad ſubſtantiam alienationis rei prohibitæ alienari requiritur validus regis aſſenſus & facultas, abſque qua inhabilis ad contrahendum ſuper bonis majoratus eſt perſona poſſeſſoris, quantumvis legitimi; ſi igitur hæc omnia omnino ſubſtantialia deficiunt in poſſeſſore majoratus putativo, contrahente etiam cum facultate regia à ſe impetrata, prout ſingula manifeſtiſſimè oſtendimus *in cap. 9. ex nu.* 59. *uſque ad fin. & cap* 10. & 11. probat Fabius Capicius Galeota *reſponſo fiſcali* 15. *n.* 31. in hæc ibi: Procedebant capitula tractatus, hìc verò decretum, in quod conſiſtit eſſentia venditionis rerum fiſcalium, adeò, ut poſt decretum interpoſitum, & ſignatum nihil ultra procedi poſſit. Rebuffus *ad conſtitut. Gallic. tit. de præconiis art.* 4. *gloſſ. unic. n.* 33. & *art.* 5. *n.* 12. Frecia *lib.* 2. *limit.* 44. *ad conſtit. n.* 103. imò & ipſemet Paz *in d. cap.* 40. *ex n.* 21. *cum ſeqq.* mirabiliter probavit, & hanc facultatem impetratam per poſſeſſorem majoratus putativum eſſe penitus ſubreptitiam, nullam, & inefficacem ad contrahendum rectè probat. Cui fundamento nec reſpondit, nec uti invincibili reſpondere poterat. Ergo argumentum hoc ſuum in eundem retorquetur.

Reſpondetur deinde, quia doctrina Maſcardi, & 28
aliorum procedit dumtaxat in terminis *d. leg. Barbarius* & ſic in officiis authoritate, & utilitate publicis, propter errorem communem, & publicam utilitatem: ut expreſsè loquuntur Maſcard. & cæteri Doctores citati; non vero in negotiis privatis, ut ſæpè diximus, & probant innumeri Doctores conducti *in d. cap. 9. n.* 144. atque ideo D. Paz perperam applicuit illam Doctrinam quæſtioni noſtræ.

Rurſus, & temerè inſiſtit ipſe Paz, dum *n.* 32. inquit, quòd creditor, qui emit hos annuos redditus ſuper bonis majoratus cum regia facultate, habet titulum oneroſum cauſatum in tempore habili in quo ſcilicet bona majoratus poſſidebantur ab illo, cum quo contraxit, & ſic quamvis fuerit declaratum per ſententiam hunc non eſſe juſtum poſſeſſorem: hæc tamen declaratio, cum ſit poſterior, non potuit nocere bona fide contrahentibus, præſertim ex contractu oneroſo. Hanc temerariam propoſitionem (ut apparet ex ſupra dictis) conatur probare ex
29 *leg.* 1. *C. de jure fiſci.* quam inducit, quod in caſu illius qui contraxit cum fiſci debitore, anteaquam fiſci debitum fuiſſet cauſatum, ſatis tutus eſt, quamvis fiſcus jus petendi haberet ante primum contractum: cùm hoc fuiſſet jus intrinſecum, cujus notitia non habebatur tempore prioris contractus, idem probare firmat *l. poſt hanc*, §. *quod etiam C. de bonis proſcriptor. & leg. in fraudem*, *ff. de jure fiſci.*

Sed hæc jura totum dicunt contrarium, juris
30 communis regulas ſequentia. Nec in eiſdem ullum verbum reperitur, quod tam diſſonans propoſitio percipi poſſit. Verba *d. leg.* 1. ſunt hæc: Si prius quam fiſci rationibus pater veſter obligaretur, perfectam prædiorum donationem feciſſe fuerit probatum: quod citra fraudem creditorum geſtum eſt, non reſcinditur. Ex quo textu apertiſſimè conſtat contractum fuiſſe anteriorem, necnon eum præceſſiſſe obligationem fiſci, qui propterea nullum jus nec hypothecam in prædiis antea perfectè donatis acquiſiſſet. Quem text. copioſè & eleganter exornat Conſenator noſter Amaya ibidem omnino videndus ad hoc ipſum. Et eandem concluſionem expreſsè probat *d. l. poſt hanc*, §. *quod etiam*, & expreſſius *in* §. *ſed in iis*: ubi deciditur, quod quando donatio præcedit originem debiti fiſci ſuſtinetur; ſecùs quando ſubſequitur: quia tunc non poteſt in fiſci præjudicium ſubſiſtere, text. verò *in d. leg. in fraudem*, nihil ad rem facit. Ergo falſo putavit Paz jus fiſci anterius, licèt occultum, & ignoratum à contrahentibus adfuiſſe in caſu illorum jurium, apertè dicant, jus fiſci eſſe poſterius nec de ignorantia, aut ſcientia contrahentis aliquid jura loquuntur, nec poterant: quia rei non exiſtentis in rerum natura ſcientia, vel ignorantia adeſſe, aut cadere non poterat.

Corripe inſuper Paz, dum aſſerit, creditorem majo-
ratus contraxiſſe in tempore habili, in quo ſcilicet bona 31
majoratus poſſidebantur ab illo poſſeſſore putativo, cum quo contraxit. Decipitur aptè, cum in putativo nullo tempore adfuit ſtatus habilis ad alienandum, & hypothecandum: cum ſemper caruerit non ſolum dominio, omnino neceſſario ad valorem hypothecæ (ut ſæpè diximus) ſed etiam poſſeſſione bonorum majoratus, *ad l.* 45. *Tauri.* Si enim demus, quod tempore alienationis, aut hypothecæ fuiſſet verè dominus accommodari poterat argumentum, licet poſte à deſierit eſſe dominus, non alias, quia ſemper, & ab initio in putativo majoratus poſſeſſore defecit habilitas contrahendi in præjudicium veri domini, ſucceſſoris.

Ipſe Paz *d. nu.* 34. inquit: nos verſari in poſſeſſore majoratus, qui communiter reputabatur legitimus ſucceſſor, & ſic contrahentes cum eo ductos juſto errore

tutos debere ob ignorantiam, & Doctores contrarium tenentes loqui (firmat) in poſſeſſore intruſo, qui alienare, & pignorare bona dignitatis non poteſt. Sed decipitur, cum communis opinio, de qua ad principium hujus cap. apertè loquatur in noſtris terminis terminantibus. Imò, & jura, & quamplurimi alii Doctores loquentes de Prælato injuſto poſſeſſore, & abſque legitimo titulo, ut non poſſit alienare, aut pignorare bona dignitatis, expreſsè loquuntur in hujuſmodi Prælato putativo, & qui communi exiſtimatione verus judicabatur. Ut ex quamplurimis Doctoribus patet, quos in unum congeſſimus *ſuprà hac 2. p. d. cap. 9. ex num.* 36. & inſuper de hoc Prælato non habente titulum, ſed communiter tolerato, & reputato pro Prælato vero, eſt *gloſſ. fin. in c. nihil de electione*, & ibidem latè Jaſon, Abb. & cæteri Canoniſtæ, Innocent. *in cap. litteris de reſtit. ſp.* ubi Bald. *n.* 7. Bartol. Paul. & Jaſon *in leg. Urbana ff. de condit. & demonſt.* Tiraquell. *in l. connub. gloſſ.* 8. *n.* 148. Alexand. *conſil.* 542. *n.* 3. *lib.* 3. Maſtrill. *de bannitis, in verb. civitate, n.* 86. Alexand. *conſil.* 12. *à n.* 7. *lib.* 5. idem Alexand. & Jaſon. *in leg. ſi tibi*, §. *cum poſſeſſor, ff. de pactis.* Decius *conſil.* 407. *n.* 1. Surdus *conſ.* 43. *n.* 2. Graſſis *de exception. except.* 25. *n.* 71.

33 Convincitur inſuper; nam poſſeſſor majoratus putativus, ex quo miniſterii legis caret non ſolùm titulo, ſed & poſſeſſione, verè intruſus eſt malæ fidei poſſeſſor, tanquam à tali geſta non valent, ut ex plurimis comprobat Gonçalez. *ad regul.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 31. *ex n.* 27. *cum ſeq.* omnino videndus. Et expreſsè in tertio poſſeſſore majoratus, ut ſit nudus detentor civili, & naturali poſſeſſione carens, & conſequens intruſus; probant Molina, & alii plures Doctores ſtatim referendi. Et quod iſte talis poſſeſſor majoratus putativus ſit intruſus, expreſsè firmat, & talem vocat ipſe Paz *n. eod. cap.* 40. *n.* 37. & 38. prout videre eſt infrà *n.* 44. *& ſeqq.*

34 Et tandem in ſui inanis laboris Paz, *n.* 36. comprobationem, aliud applicuit vanum, ne dicam falſum in ſui generalitate, fundamentum. Quod quando agitur jure pignoris, ſeu hypothecæ ſufficit probare poſſeſſionem illius, qui pignoravit; ex *l. & quæ nondum*, §. *quod dicitur, ff. de pignoribus, l. ante omnia, ff. de probationib. gloſſ. in l. remed. alienan. de pignoratio. actio.* Quam concluſionem firmare aſſerit Angel. Aret. inter conſ. Alexand. *conſ.* 138. *n.* 1. *lib.* 2. Affictum *deciſ.* 383. *n.* 7. Rol. à Valle *conſ.* 14. *n.* 6. *lib.* 1. Neguſant. *de pignorib. part.* 8. *membr.* 1. *n.* 6. Guido Papæ *deciſ.* 433. *n.* 6. Maſcard. *concl.* 456. *n.* 4. Menoch. *de adipiſcen. remed.* 3. *à. nu.* 158. Peregrin. *deciſ.* 48. *n.* 8. idcirco dominii defectum in majoratus putativo poſſeſſore ad hypothecandum nihil obſtare. Quod ulterius comprobare intendit ex doctrina *l.*

35 *cum quis*, §. 1. *& l. diſpenſatorem, ff. de ſolutionib. l. ejus qui in provinciam. ff. ſi certum petatur*, ubi debitores bona fide, & ignorantia ſolventes non vero domino liberari ſaltem exceptione æquitatis.

36 Certè doctor iſte notiſſimos juris terminos confundit, quis enim ſanæ mentis unquam negare potuit hypothecam rei alienæ, vero domino non conſentiente, nullam eſſe, & ad ejus validitatem dominum debitoris eſſe omnino neceſſarium, propoſitio eſt innegabilis deducta ex juribus expreſſis, & Doctorum aſſecuratione; de quibus abundè ſuprà hac 2. *part. d. cap.* 9. *ex n.* 73. *cum multis*

37 *ſeqq.* videre poteris, ubi etiam *ex n.* 59. *& ſeqq.* hunc defectum dominii in poſſeſſore majoratus putativo nullatenus ſuppleri per facultatem per eum à rege obtentam ad alienandum, & hypothecæ ſubjiciendum bona majoratus.

38 Creditoribus igitur hypothecariis duo ſunt à jure remedia deſcripta pro conſequanda re hypothecata. Actio hypothecaria in qua creditor omnino probare tenetur dominium debitoris tempore obligationis, quando contra tertios rei poſſeſſores non habentes cauſam, & titulum ab ipſo debitore agitur, ſecus regulariter contra ipſum debitorem, qui non poteſt opponere ipſum rei dominium non fuiſſe. Aliud remedium eſt merè poſſeſſorium, quod vocamus *Salvianum interdictum*, in quo ſufficit creditori agenti contra tertios poſſeſſores probare de poſſeſſione debitoris ad avocandam poſſeſſionem, ſed non perficitur per eam jus hypothecæ, cum adhuc ſubjiciatur controverſiæ veri domini, qui quandocumque poteſt rem ſuam vendicare à quocumque poſſeſſore, ut dictum eſt, & in iis terminis Salviani interdicti meri poſſeſſorii expreſsè loquuntur Doctores citati à Paz, qui hanc differentiam ad longum ſcripſerunt, de qua videndus erit Neguſant. ubi proximè *ex. n.* 6. *ſeqq. & membr.* 3. *per totum*, & 3. *part. membr.* 3. *ex n.* 57.

Quod quidem remedium nec concedi poteſt credito- 40
ri hujuſmodi, cum cenſus, ſeu hypothecæ conſtitutio ſuper majoratu per putativum poſſeſſorem nulla ſit ipſo jure, & ſine hypotheca Salvianum interdictum non concedatur, ſic in ſimilibus omnino terminis probant ex Bart. *in l.* 1. *nu.* 3. & *ibi* Salicet. *n.* 5. *ff. de Salvian.* Natta *conſ.* 474. Roland. à Valle *conſ.* 14. *n.* 14. *lib.* 1. Surdus *conſ.* 131. *n.* 11. *lib.* 1. Gratian. *diſceptat. forenſ. tom.* 4. *cap.* 691. *n.* 13. *& n.* 1. *& ſeqq.* Manguillius *de evictionib. q.* 126. *n.* 15. & ſurſum.

Deinde quia adhuc in hoc remedio poſſeſſorio Sal- 41
viani interdicti impoſſibile foret obtinere creditorem contra verum ſucceſſorem, in quem civilis poſſeſſio, & naturalis fuit tranſlata à tempore ultimi poſſeſſoris ita, ut omni caruerit putativus, qui dumtaxat detentator dicitur nudus, intruſus. Molina *de primog. lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 18. ibi: Ex quibus infertur, quod cum in majoratus ſucceſſorem poſſeſſio civilis, & naturalis pertranſeat, etiam tertio poſſidente, quod penes illum tertium non poteſt eſſe poſſeſſio civilis, nec naturalis; cum duo non poſſint unam, atque eandem rem in ſolidum poſſidere: ſed ſolùm habebit nudam facti detentationem; ideoque nec poterit præſcribere; nec alienare fructus, nec competent ſibi remedia poſſeſſoria, nec producet poſſeſſio illa aliquem effectum juris, ex his, quæ poſſeſſio producere ſolet, cum iſta detentatio facti non ſit apta producere civiles effectus, ut notiſſimum eſt ideoque ſic reſolvit Gom. in d. l. 45. Taur. n. 117. ad fidem, &c. ſequuntur Azeved. *in l.* 8. *tit.* 7. *lib.* 5. *recop. n.* 3. & *ibi* Matienzo *gloſſ.* 4. *n.* 12. Mieres *de majoratu*, 3. *part. d.* 22. Paz *de tenuta cap.* 11. *n.* 11. Pater Molin. *de majoratu, diſp.* 36. *n.* 2. & Addit. Molin. *d. n.* 18. Etenim cum creditor in remedio poſſeſſorio teneatur probare poſſeſſionem hypothecæ apud debitorem tempore obligationis, qua ſemper civili, & naturali caruit: perneceſſe concluditur, in remedio 43
poſſeſſorio obtinere non poſſe ex d. Doctoribus. Nam quando debitori non competit interdum aliquod ad conſequendam ſuam poſſeſſionem, & à qua cecidit, pariter & eodem modo creditori ſuo denegatur Salvianum interdictum; latiſſimè comprobat Neguſant. *d. part.* 8. *membr.* 3. *concluſ.* 7. *per totam, n.* 19. At cum poſſeſſori majoratus putativo denegantur omnia interdicta poſſeſſoria, ex Molina, ſequacibus quia nunquam poſſedit, pariter & multo magis negatur ejus creditori, maximè ubi jam debitor iſte poſſeſſione victus eſt à vero ſucceſſore.

Ad *d. l. cum quis*, §. 1. *&. d. l. ejus, qui in provinciam,* 44
cum ſimilibus, ut ſolutio facta domino putativo, & poſſeſſori liberet debitorem, reſpondetur, ſpeciale eſſe favore liberationis, prout copiosè probavimus in ſæpè *citato cap.* 9. *ex n.* 114. *cum ſeqq. & ex* 133. & iterum *ex nu.* 106. *& ſeqq.* quibus in locis ſingularem in hac materia theoricam videbis inter contractus geſtos à poſſeſſore putativo, & inter ſolutiones ei factas, & iterum differentiam inter putativum contrahentem ſuper rebus ſuis, & contrahentem ſuper rebus alienis.

Vides, quam tenuibus, improbabilibus, inapplicabilibus, & interdum falſis doctrinis, & fundamentis leviter;

leviter novatur Paz, in hac quæſtione contra communem Doctorum opinionem; quam invicibilia fundamenta tueatur, ut arbitretur cenſum impoſitum ſuper bonis majoratus per poſſeſſorem putativum, ex facultate regia per eum obtenta ſuſtineri contra verum ſucceſſorem, qui per ſententiam evicit, ut verus, & legitimus ſucceſſor prædictum majoratum; ſed denique ut penitus omnem deponere valeas ſcrupulum, perlege Nos *in dict. cap.* 9. 10. & 11. in quibus utriuſque partis fundamenta reperies; & pro negativa, ut non valeat cenſus impoſitio ex defectu dominii, & ex nullitate regiæ facultatis per putativum majoratus poſſeſſorem impetratæ, invincibilia multa videbis, quibus reſponderi non poteſt.

Sed adhuc ego non credo D. Chriſt. de Paz firmiter tenuiſſe affirmativam, ſed ſub dubio ſuum arbitrium æquitate quadam non juridica motum ſcripſiſſe: moveor ad ſic ſentiendum tum ex debilibus, & inanibus ſuis fundamentis, (ut vidiſti hactenus) tum quia auſus non fuit reſpondere contrariis aliquibus à ſe doctè conſideratis fundamentis illorum vim & efficaciam agnoſcens & fugiens.

45 Tum denique quia ipſe Paz *in d. q.* 40. *ex n.* 37. conſecutivè, & immediatè aliam movet quæſtionem: an qui in tenutæ judicio vicit, poſſit, lite proprietatis pendente prædictam actionem proponere adverſus reddituum creditores, & emptores à poſſeſſore putativo impoſitorum: an verò opus ſit in proprietate
46 quoque vincere ad hoc, ut prædictæ actioni locus ſit. In qua quidem quæſtione nihilominus affirmativè reſpondit ex fundamentis ſtatim recenſendis. Cur igitur tam variè negare actionem vero ſucceſſori, abſolutè vincenti, in proprietate, & jus conſtans, perpetuum, & invariabile habenti, & eam concedere, & artribuere ſucceſſori dumtaxat obtinenti in judicio tenutæ, acquirenti jus fortè temporale, inconſtans, variabile & revocabile per judicium proprietatis, ut quotidie accidere videmus; certè ille author vel de ſua inconſtantia, & contrarietate arguendus erit: dum facit melioris conditionis jus dubium, quàm jus certum contra *l. ordinatus verſ. iis qui, D. de liberal. cauſ.* ibi: *Ne melioris conditionis ſitis, qui dubiæ libertatis eſt, quàm qui certæ.* Vel credendum eſt ſub dubio locutum fuiſſe reſpectu veri poſſeſſoris, quoad proprietatem, & dominium majoratum evincentis: cum ad hujus quæſtionis ſuam reſolutionem perveniri non poſſit, niſi ſub præciſa ſuppoſitione nullitatis hypothecæ ex defectu dominii, nec non nullæ, & inefficacis regiæ facultatis per poſſeſſorem majoratus putativum obtentæ, ac ſimiliter neceſſarium erit ei, uti contrariis fundamentis. Imo alia plura dubia longè difficiliora vincere, quæ in priori quæſtione, loquente de vero ſucceſſore abſolutè vincente in proprietate nihil obſtant.

Igitur Paz, ſuam ſententiam affirmativam, nempe ſucceſſorem in majoratu, qui tantùm vicit in tenuta, jus, & actionem habere adverſus creditores, qui ſub hypotheca majoratus mutuaverunt poſſeſſori putativo victo, vel ab eo cenſum emerunt ſub facultate regia per eum impetrata *ex n.* 37. *& ſeqq.* fundamentis movetur.

47 Sed prædictæ quæſtioni alia affinis eſt [inquit ipſe Paz] an qui in tenuta vicit, poſſit lite proprietatis pendente, prædictam actionem proponere adverſus reddituum emptorem, an verò opus ſit in proprietate quoque vincere ad hoc, ut prædictæ actionis locus ſit; & ſanè dici poſſet, qui in tenuta obtinuerit, prædictum judicium intentare poſſe, ſi animadverteremus, ex legis miniſterio & ejus facto, & ope-
48 ratione, à die mortis ultimi poſſeſſoris poſſeſſionem civilem, & naturalem ſimul cum domino tranſlatam fuiſſe in verum majoratus ſucceſſorem, & dominus, non verò in intruſum, & illum, qui quanquam majoratus poſſeſſionem habeat, non tamen illum poſſidet. cùm civiliter non poſſideat, quamvis in poſſeſſione ſit: cum aliud ſit poſſidere, aliud in poſſeſſione eſſe, lege officium, D. rei vindicatione, l. acquiritur, de acquir. rer. dom. lege certè, D. de precario. Tenere 49 enim, & poſſidere ſeparantur, juxta ea, quæ in capite. 1. fusè tractavimus. Cum verus ſucceſſor ille di- 50 catur, qui pro tali vero ſucceſſore à ſupremo Senatu declaratus fuit, manifeſtè conſtat illum, qui præceſſit detinuiſſe tantum primogenium, non verò poſſediſſe: cum apud duos poſſeſſio in ſolidum detineri nequeat, Vulgaris l. ſi ut certo, §. ſi duobus vehiculum, C. commod. l. duo de precario. Licet non ignorem opinionem veterum Conſultorum, quibus placuit civilem poſſeſſionem, de qua agimus apud duos conſiſtere poſſe: quod equidem falſum eſt, ut videre licet ex Accurſio in dicto §. ſi duobus, verbo dominium, quem omnes ibi admittunt, & hoc jure utimur.

Conſequens (inquit ipſe *n.* 38.) igitur eſt hunc ve- 51 rum dominum ex legati tranſlatione, & juſtum, & legitimum poſſeſſorem titulatum ex vi ſententiæ tenutæ, legitimam perſonam habere ad movendam litem adverſus cenſuum emptores. Ratio eſt, quia cum lege poſſeſſor, & dominus ſit factus, & à judice talis poſſeſſor, & dominus declaratus ſit, fructus majoratus ad eum neceſſario pertinent, §. commodum inſtitut. de interdictis, lege exitus, D. de acquir. poſſeſſi. de quo plura in capite 13. copioſè congeſſi; quæ ibi inſpicienda ſunt, & ut hi fructus ratione annuarum præſtationum, & reddituum ſolutionis non diminuantur, in judicio experiri poteſt.

Effectus namque (inquit ipſe *n.* 39.) ſuæ poſſeſſionis 52 eſt, has hypothecas recuperare, & liberas efficere à reddituum ſolutione, nè in bonis majoratus fruatur, & poſſeſſionis commodis utatur, & ideo actio ei deneganda non eſt: cum nec ei obſtet defectus dominii, nec poſſeſſoris: nam lex in eum utrumque tranſtulit, & ſententia ſic declaravit: & non à die ſententiæ dicitur poſſidere, ſed à die legalis tranſlationis. Uterque igitur ceſſaret effectus, ſi ſententia 53 tenutæ non eſſet ſufficiens ad hoc, ut qui in ea vicit actionem revocatoriam intentare poſſet, alias enim ſi in proprietate obtinere eſſet opus, privaretur quis emolumentis poſſeſſionis, cum horum reddituum ſolutio, & annua præſtatio poſſeſſioni detrahant: ſtatim itaque à jure remedium proditum eſt, quo ab hoc gravamine primogenium liberum efficere poſſit, ut poſſeſſionis utatur commodis, nec judicium proprietatis, expectare poſſeſſor adſtringatur. Sicut diximus de eo qui aliquo titulo poſſidet aliqua bona majoratus: nam quamvis contra hunc tenuta proponi nequeat, cùm ex diverſa cauſa poſſideat, ex his quæ in cap. 28. ſcripſimus, poteſt tamen rei vendicatio adverſus hunc intentari, in qua requiritur dominium ex parte agentis: ergo ſequitur opus non eſſe vincere in proprietate, qua reſervata fuit in ſententia tenutæ cum dominus, & poſſeſſor per ſententiam, & per legem perſonam habeat legitimam ad judicium intentandum adverſus quoſlibet, qui eum impediunt uti, & frui majoratus commodis, & emolumentis. Cùm igitur hi annui redditus impoſiti ſint ſuper bonis quæ poſſidet, nihil mirum ſi prædictam actionem proponere queat, ne, ut ſuperius diximus, privetur poſſeſſoris effectibus, dum de proprietate ſententia fertur, quæ differri poſſet.

Rurſus (inquit ipſe *num.* 40. *& ſeqq.*) quia hic qui 54 Poſſidet, non poteſt proprietatis judicium proponere, cum id ad victum attineat, in cujus poteſtate eſſe hoc judicium differre, & injuriam victori facere, juxta ea quæ in cap. 49. differenda ſunt. Et confirmatur, nam tenutæ interdictum non eſt merum, & ſimplex, ſicut erat in ejus origine, ſed mixtum cum proprietate; omnia 45 iraque ea, quæ in proprietatis judicio controverti poſſunt, eadem & in hoc tenutæ judicio examinantur reſpectu prædictæ mixturæ, quamvis altiorem quæſtionem, ſeu indaginem requirant; ut in cap. 38. plenè docuimus. Controverſia itaque ſuper poſſeſſione finita, ad proprietatis judicium ſpectari non debet ad proponenda ea omnia, quæ ad emolumenta poſſeſſoria tendunt,

ut

ut ſupra oſtendi : præſertim cum quidquid ad fructus pertineat de natura judicii tenutæ ſit ; ut in cap. 13. animadverti, & in ea de proprietatis meritis diſceptatur. victor itaque in tenuta ad prædictam actionem movendam non debebit proprietatis cauſam examinare in alio judicio, cum in tenuta de ea quoad hunc effectum ſatis ſit cognitum, l. 1. C. quorum bonor.

Rurſus (inquit ipſe *n.* 43.) quia poſſeſſor, quamvis
56 aliàs non eſſet dominus, poteſt retinere, petereque ut declaretur cenſuum creditores ab eo penſiones, & annuos redditus exigere non poſſe, lege uti frui, verſiculo quod si fortè, D. ſi uſusfructus petatur, qui textus loquitur in actione negatoria, ut gloſſa, & omnes ibi agnoſcunt ; qua actione concluditur jus adverſario non eſſe. ut in §. æquè ſi agat inſtitut. de actionibus, poſſeſſori enim bonæ fidei competet actio negatoria, & non ſolum in ſe vitutibus, ſed in omni jure incorporali Faber & Jaſon, in dicto §. æquè ſi agat, n. 34. & 95. Baldus in rubrica, C. de uſufruct. Et bonæ fidei poſſeſſori competere actionem negatoriam arbitrantur ibidem Angel. n. 11. Faber. n. 34. Jaſon. n. 56. in dicto. §. æquè ſi agat.

Nec iterum (inquit ipſe *n.* 44.) obſtabit, ſi dicatur,
57 Illum qui in tenura vicit, in judicio proprietatis poſſe vinci : reſultare itaque poſſe repugnantes, & contrarias ſententias : ideoque ad hoc, ut controverti queat, an annui redditus virtute facultatis, ſuper bonis majoratus conſtituti annullari poſſint, omnino in poſſeſſionem vincentem, & in proprietate tutum eſſe debere, ut actioni locus ſit contra cenſuum emptores, alioquin judicium redderetur illuſorium : nam ſi is, qui facultatem impetravit ad cenſus conſtitutionem & impoſitionem ſuper bonis majoratus in proprietate obtineret, valida manebat cenſuum conſtitutio, ne itaque contrariæ ſententiæ fieri poſſent, ſecurius eſſe judicium proprietatis finiri.

Reſpondetur etiam (inquit ipſe *n.* 45.) qui in tenuta
58 obtinuit, juſtum & legitimum poſſeſſorem majoratûs dici ; quod ſufficit ad hoc, ut ſe defendere queat adverſus cenſuum creditores, & contra eos excipere adſtrictum non eſſe annuos redditus ſolvere ; cum bona quæ poſſidet, non ſint obligata, nec potuerint obligari à conſtituente, cum per ſententiam declaratum ſit juſtè illum non poſſediſſe, dominiumque, & poſſeſſionem bonorum majoratus in hunc, qui in tenuta vicit fuiſſe tranſlatam ; juxta textum in dicta lege utifrui. D. ſi uſusfructus petat, ibi : Quod si fortè qui
59 agit, dominus proprietatis non ſit ; quamvis fructuarius jus utendi fruendi non habet, vincet tamen jure, quo poſſeſſores potiores ſunt. Semper enim attendendus eſt ſtatus, in quo quis invenitur, & ſic juſtus poſſeſſor legitimè excipere poteſt non teneri ad redditiuum ſolutionem, judicium namque proprietatis finiri ad eum non pertinet, leg. moveor, C. ſi ſervus exportandus ven. ubi Accurſius verb. deprehenditur, & ibi Bald. n. 1. Franc. d. 189. n. 6. & plura adducit Peregrinus conſ. 1. à n. 7. lib. 4.

Hæc ſunt fundamenta, quibus movetur Paz, atque amplectitur, hanc partem affirmativam, ſed nihilominus pro negativa, ut ſucceſſor majoratus, qui dumtaxat evicit in tenuta, non poſſit movere actionem contra creditores pro ſubvertendis cenſibus ſuper majoratu impoſitis, atque venditis per poſſeſſorem putativum, cum facultate regia ab eo obtenta : plura, & ingentia fundamenta urgent, quorum nec meminit Paz nec ſatisfecit, ut ſua reſolutio tuta tranſiret.

Primum ſit, quod poſſeſſor majoratus, cujus dum-
60 taxat habet tenutam, dominio tamen, & bonorum hypothecatorum proprietate, reſervata in illud judicium plenarium, caret. Ergo interim vel non poterit movere actionem contra creditores, eorum ſubvertens hypothecas ; & harum nullitatem ob defectum dominii poſſeſſoris putativi victi indicantem ; vel pati debet quæſtionem dominii ſibi motam per creditores ipſos, ab hac ipſe poſſeſſor ſe tueri non poteſt ; cum dominio, & rerum proprietate careat ; ergo quouſque in proprietatis judicio ſimul vincat, agere contra majoratus hypothecarios non poterit.

Certum eſt etenim [ut ſæpè diximus in hoc cap. & 61
relativè *ad cap. 9. ex n. 59. cum multis ſeq.*] creditorem hypothecarium jus ſuum dumtaxat fundare poſſe in dominio ſui debitoris hypothecam conſtituentis, & ut in hypotheca obtinere valeat dominium ſui debitoris probare adſtringitur ; jura ſunt expreſſa in locis allegatis. Neguſantius *de pignorib. 8. part. princip. membr. 3. ex n. 11. in 4. concluſione.* Ergo præcisè ſuper hoc articulo, & exceptione præjudiciali audiri debet creditor, imò & obtinere adverſus poſſeſſorem majoratus, tenutam bonorum dumtaxat habentem, qui ſe dominio defendere nequit.

Secundò, quia licèt regulariter nullus audiatur op- 62
ponens de jure tertii, & ſic creditor volens opponere de jure tertii, & dominio poſſeſſoris victi in tenuta, ex *l. loci corpus, §. competit. D. ſi ſervitus vendicetur, l. ſi quis emptionis, §. ſi verò nullum, C. de præſcript. 30. annor.* Quam regulam exornant plurimi mox laudandi.

Tamen hæc regula fallit in noſtro caſu, tum quia 63
quando jus tertii eſt excluſivum juris agentis ipſo jure, de eo poteſt reus conventus opponere. Surd. *deciſ.* 108. *n.* 20. plenè Canc. *variarum reſolut. lib. 1. cap. 18. de exceptionibus, ex n.* 13. *cum ſeq.* ubi declarat, quando jus tertii dicatur ipſo jure excluſivum agentis *& lib. 2. cap. 16. de tertio oppoſitore, ex n. 116. & ſeqq.* Ant. Theſaur. *deciſ. 4. ex num. 1. per totam.* Bartol. *in l. 2. verſ. quandoque jus tertii, D. de except. rei jud.* Ruinus *conſ. 40. n. 7. & 8. lib. 5.* Burſatus *conſil. 82. n. 10. cum ſeqq. lib. 1.* Afflictis *deciſ. 366. n. 6.* Scapucinus *de Salvian. interd. lib. 2. quæſt. 16. n. 16.* Mantic. *de ambig. convent. lib. 4. tit. 8. n. 54.* Cephalus. *conſ. 233. num. 25. lib. 1.* Alexand. *conſ. 38. n. 6. lib. 2.* Menoch. *conſil. 1. n. 120. & conſ. 79. n. 28. & conſ. 90. n. 10. lib. 1.* Roland. *conſil. 15. n. 22. lib. 1.* Vinius *conſ. 291. in fine, lib. 2.* Imola. *in cap. ſi quis presbyterorum, de rebus Eccleſ non alienand.* latè Tiraquell. *in lege ſi unquam, verb. revertatur, n. 56. C. de revocand. donat.* poſt Bald. *in l. his conſequenter, §. 1 familiæ ercif. & in l. cum ſervum, col. 2.* ubi Cynus, & Aretinus. *C. de ſervis fugitivis.* Ancharanus *in cap 1. col. 1. de reſcript. lib. 6.* Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 4. cap. 691. n. 12.* Manguillus *de eviction. q. 126. ex n. 8.* Alexand. Ludov. *deciſ. 415. n. 3.* Surdus *conſ. 415. n. 17. lib. 3.* qui omnes loquuntur quando conventus ſupponit contra agentem, quod non ſit dominus, ſed alius tertius ex eo quod reo ſufficit vincere ex non jure actoris, etſi ipſe nihil de ſuo probet, *l. fin. Cod. de rei vindicat.*

Ergo creditores poſſunt opponere de dominio ſui debitoris, & authoris, cùm ipſo jure excludant obtinentem in tenuta.

Tum etiam, quia quilibet habens intereſſe pro- 94
prium poteſt allegare, & opponere de juro tertii, Paul. de Caſtro, & Alexand. *in l. ille à quo, § de teſtamento, ff. ad Trebellian.* Cephalus *conſil. 133. n. 125. lib. 1.* Menochius *dicto conſil. 1. n. 121. lib. 1.* Alvenſ. *conſil. 64. n. 3.* Theſaur. *deciſione. 4. n. 7.* & ex aliis pluribus Gratianus *dicto cap. 691. ex n. 15. & ſeq.* Manguillus *dicta quæſt. 126. n. 8.* Sed creditores omnimodum intereſſe habent in jure, &dominio ſui debitoris,imponentis cenſum ſuper bonis majoratus, à cujus poſſeſſione decidit in judicio tenutæ. Ergo de eo opponentes audiri debent contra ſucceſſorem obtinentem in tenuta tantum, ſubvertere volentem cenſus impoſitos per putativum, à cujus dominio jus eorum penitus dependet, ob cujus defectum creditoribus lis movetur.

Maximè ſi jam poſſeſſori vincent in tenuta mota ſit 65
lis ſuper dominio, & majoratus proprietate per putativum victum ; quia tunc creditores poſſunt opponere poſſeſſori majoratus agenti ad ſubverſionem, & nullitatem cenſuum de dominio debitoris, & de lite pendente, ex doctrina Cancerii *variarum reſolutionum lib. 1.*

lib. 1. *cap.* 10. *de except. n.* 14. *in fin.* ubi dicit, quòd emphyteutæ agenti utili rei vendicatione, poſſeſſor conventus non poteſt objicere, quod ceciderit ab emphyteuſi ob non ſolutum canonem, vel ob aliam commiſſi cauſam, cùm hoc juris defectus dependet à voluntate domini directi, nondum eam declarantis, atque ideo hoc jus tertii non eſt excluſivum juris agentis ipſo jure, ſed ſecundario, & cauſativè declarante dominо. At ipſe Cancerius *dicto n.* 14. *in fine*, ita
66 limitat: Cenſeo tamen, quod ſi dominus pro recuperatione rei, cœpiſſet movere litem, quod tali caſu ille, qui rem detinet, poſſet excipere adverſus emphyteutam agentem de jure domini, & de lite per eum mota argumento lege is, à quo, ff. de rei vendicat. & l. ita tamen, §. quoties, ff. ad Senatuſc. Trebellian.

67 Secundò pro hac parte facit, quia cum ſucceſſor majorus hic ex eo, quod ſolum in tenuta obtinuit, non habuit jus plenum, perfectum, & abſolutum, nullatenus poterit movere litem contra tertios ſuper jure tangente dominium, & proprietatem bonorum majoratus, nec ad ea actionem habet, ne fiat damnum, & præjudicium ei, qui jus in dominio, & proprietate habet, & de emphyteuta, feudatario, uſufructuario, & ſimilibus, quos non poſſe movere, nec ſuſtinere litem ſibi motam ſuper dominio rei, nec ſententiam contra eos latam dominis directis, & proprietatis ignorantibus nocere poſſe; copiosè diximus *in commentariis de regia protectione*, 4. *part. cap.* 8. *ex n.* 130. *cum multis ſeqq. & in cap.* 8. *ex n.* 273. *&* 327. quibus adde Caſtillum *de uſufruct. cap.* 34. *ex n.* 5. Pinellum *de bonis maternis*, 2. *parte lib.* 1. *à n.* 68. Cavalcanus *de uſufruct. à nu.* 125. pleniſſimè Paulus Pariſius *in repetit. l. ſæpe*, *num.* 10. 12. 13. 14. 15. 16. *ff. de re judicata.* Gamma *deciſione* 266. *p.* 2. & facit ratio text. celebris *in l.* 2. *Cod. de uſufruct.* ibi: Verbis teſtamenti, quæ precibus inſeruiſti, uſumfructum ibi legatum animadvertimus, quæ res non impedit proprietatis dominium obligari proprietatem, manente ſcilicet integro uſufructu.

68 Tertiò, & ultimò, hæc negativa pars probatur, nam ſi admitteretur tenutarius iſte ad ſubvertendos cenſus impoſitos per poſſeſſorem putativum ob defectum dominii, & facultatis regiæ, in quo ſi tenutarius ipſe obtineat, daretur occaſio ferendi contrarias ſententias contra, & pro creditoribus: nam cum ſucceſſor ſolum obtinuerit in tenuta majoratus: poteſt fortè vinci in dominio, & proprietate, & victus in tenuta legitimus in proprietatis judicio ſucceſſor, & dominus declarari, quo caſu indubiè creditores modo victi tunc recuperant jus hypothecæ, & jus pignori per acquiſitionem, vel recuperationem dominii ſui debitoris convaleſcit, & reintegratur, juxta *l. cum res quæ nondum; C. ſi aliena res pignori data ſit lege* 1. *in princ. ff. de pignorib. l. rem alienam, ff. de pignor. act.* in fortioribus terminis determinantibus, quod ſi rem alienam debitor pignori, aut hypothecæ dederit creditori, qui poſtea dominium quæſierit; pignus & hypotheca convaleſcit. Hugo Donellus *de pignorib. c.* 7. *per totum.* Neguſant. *de pignorib.* 2. *part. membr.* 3. *ex n.* 55. *cum ſeqq.* Ubi diſtinguit inter creditorem ſcientem rem pignoratam eſſe alienam, vel ignorantem, & uberius mirabiliter declarans hunc articulum
69 *in* 8. *p. princip. membr.* 3. *in* 5. *concl. ex n.* 13. ubi in propoſito noſtro tractat de creditore hypothecante rem, ad quam jus habebat, ſed poſſeſſio apud alium tertium erat, ut quandocumque recuperet poſſeſſionem, reconvaleſcit; & confirmatur hypotheca creditoris, & actio hypothecaria directa, ex *d. l.* 1. *in princ. ff. pignoribus*, & *l.* 3. §. *cum cauſa*, *ff. qui pot. in pign.*

70 Quo ſuppoſito fruſtratorium redditur primum judicium contra creditores majoratus intentatum per tenutarium poſſeſſorem, & res judicata contra eos obtenta de vento ſerviret: ſi poſtmodum per dictum debitorem ipſe tenutarius in proprietate vincatur creditores præciſè contra ſuum debitorem favorabilem rem judicatam, contrariam priori reportantem obtinere debent ob recuperationem dominii in bonis majoratus, noviter conſequuti per ſuum creditorem ex re judicata in judicio proprietatis, & ob confirmationem juris creditorum in ſua hypotheca. Atque ideo daretur occaſio ferendi contrarias ſententias ſuper eodem jure, & cauſa, modò contra reum; modò pro eo modo ne-
71 gando creditori jus, & hypothecam in bonis majoratus; modò declarando jus, & hypothecam eis competere ſuper eiſdem bonis, contra *leg. cognitio*, §. *ſi plures* ibi, *Ne variè judicetur*, *ff. de lib. cauſ. l. ſingulis* ibi, *Maxime ſi diverſa pronuntiaretur*, *ff. de except. rei judic.* ubi gl. ſubdit: *Nunc pro actore*, *nunc pro reo.* Ergo ſucceſſor majoratus, qui in tenuta duntaxat ſententiam reportavit, audiri non debet contra creditores majoratus, ementes cenſum à putativo poſſeſſore cum facultate regia: quouſque lis ſuper judicio proprietatis finiatur, & in eo ſimul obtineat, vel omnino pati debet controverſiam dominii eidem motam per creditores conventos. Quod argumentum licèt propoſuerit Paz *in d. c.* 40. *n.* 34 *& ſeqq.* non ita explicitè formatum, nec eidem tamen perfectè reſponſum præbuit.

72 Quid dicendum in hac controverſia? Arbitramur reſolutionem Chriſtoph. de Paz ſuſtinendam, non tam ex ſuis fundamentis, (quæ prorſus non convincunt, nec concludunt, nec aliter diluunt, quæ in contrarium conſideravimus) quàm ex aliis longè fortioribus per nos conſideratis, tum ex communi uſu, & praxi univerſali, qua experimur, poſſeſſores majoratus in ſolo tenutæ judicio obtinentes, tanquam legitimos adminiſtratores lites movere activè, & paſſivè in is omnibus, quæ tangunt bona majoratus, tam reſpectu dominii, quàm poſſeſſionis agere, & hæ ſententiæ indubiæ, & abſque controverſia jus faciunt indiſtinctè contra quoſlibet ſucceſſores, & eis proſunt.

73 Tum etiam quoniam in eiſdem, in quibus verſamur terminis determinavit noſter hic Senatus Valliſoletanus in cauſa D. Gondiſalvi Enriquez, qui poſtquam tenuit ſententiam tenutæ in conſilio ſupremo contra poſſeſſorem putativum ſuper majoratu illuſtriſſimæ, nec non antiquiſſimæ domus de Villaba (quam nunc poſſidet Charus mihi Dom. Alphonſus Enriquez à Sotomajor Conſenator noſter) movit lites contra omnes majoratus creditores, qui ex facultate regia impetrata à putativo poſſeſſore, poſtmodum victo, cenſus ab eo emerunt impoſitos ſuper eodem majoratu, ob nullitatem creationis, & defectum dominii, & per conſequens ſubreptitiæ facultatis, & hinc inde cauſis acerrimè ventilatis, & accuratè valde per utriuſque partis famoſos advocatos fundatis, in utraque inſtantia ſententiæ prolatæ fuerunt *an.* 1654. in favorem tenutarii, & cenſus utiliter fuiſſe conſtitutos juridicè ob præfatos defectus determinatum fuit.

74 Deinde quia iſte ſucceſſor juſtè & legitimè poſſidet authoritate Senatus, & judicis ſententia, *l. juſte poſſidet*, *D. de acquir. poſſeſſio.* Bartol. & DD. ibidem Jaſon. *in l. ſi quis id quod*, *n.* 33. *ff. de juriſdict. omn. judic.* Tiraquell. *in l.* 9. *connub. in princip.* Tornil. *conſil.* 79. *n.* 55. Surdus *conſil.* 36. *n.* 17. *& conſil.* 39. *n.* 10. & judicis authoritas tribuit bonam fidem, Crotus *conſ.* 62. *n.* 21. *vol.* 1. Menoch. *conſ.* 1137. *n.* 3. *& n.* 4. *& in tract. de recup. poſſeſſ. remed.* 15. *n.* 593. Afflictis *dec.* 218. *in fin.* Ludoviſ. *dec. Lucenſ.* 7. *n.* 7. Sazius *conſil.* 58. *n.* 12. & poſt plures alios Giurba *dec.* 89. *n.* 15. *& ſeqq.* & judicis ſententiam obtinens, & poſſidens habet juſtum titulum, & habilem, nedum ad fructuum perceptionem, ſed ad præſcribendam rem *l. Pomponius*, §. *ſi juſſu judicis*, & ibi plene notatur, *ff. de acquir. poſſeſſ. l.* 3. *in fin. ff. de public. l.* 3. §. *idem quæritur ff. de eorum.* Alexand. *conſ.* 24. *n.* 19. *vol.* 5. *gloſſa in cap. ſacerdotes* 15. *quæſt.*

quæſt. 3. Baldus *de præſcript.* 1. *part.* 3. *princip. quæſt.* 11. *num.* 2. Sacca *conſ.* 58. *num.* 15. Landerch. *conſil.* 68. *num.* 6. Nevizan. *conſil.* 77. *n.* 22. Barſatus *conſil.* 63. *n.* 30. Becius *conſil.* 95. *num.* 24. Menoch. *dicto conſil.* 1173. *per totum.* Giurba *d. deciſ.* 9. *ſub num.* 15. & qui ja ſtam habet poſſeſſionem rei, fundat interim in proprietate ipſius. Latè comprobat Garcia *de nobilitate gloſſa* 1. §. 2. *ex n.* 3. probatur *in lege* 2. *lege cum res C. de probat. leg. ob majoratum* 1. *Cod. ne uxor. pro marito.* notant poſt gloſſ. Bald. Salicet. & Caſtrenſ. *in dicta leg.* 2. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 100. *n.* 5. Lucas de Pennas *in lege* 3. *C. de apochis public. lib.* 1. Cancerius *lib.* 2. *variar. c.* 4. *n.* 33. Oſualdus ad Donellum *lib.* 20. *c.* 7. *lit. A.* qui produnt, in dubio poſſeſſorem rei præſumi dominum ejus, & alii inferius allegandi *n.* 79. & qua idem operatur præſumptio, quod veritas, donec contrarium probetur. Ut tradit. gloſſ. *in lege penult.* 5. *C. de periculo tutor.* Bald. *in lege* 1. *n.* 18. *C. de fideicommiſſ.* Decius *in Rubric. de probationib. num.* 13. Sanchez *in ſumma, lib.* 7. *cap.* 7. *num.* 19. *tom.* 2.

76 Hinc eſt, ut ille, qui pro domino juſtè, bona fide poſſidet, etiamſi à vero domino res poſſit evinci, interim tamen poſſeſſor rem ſuam dicere poſſit, quod aliquos effectus civiles, ut ad habendum actionem, exceptionem pro ipſa re, eam defendendo, aut recuperando, & ad præſcribendum, licèt aliena ſit, & ad alium pertineat, ut probant Rebuffus *in l. bonorum appellat. ff. de verb. ſignif. verſ. in bonis autem.* Gutierrez *practicar. lib.* 3. *q.* 42. *nu.* 35. Sanchez *de matr. lib.* 6. *diſp.* 31. *n.* 4. poſſeſſor enim bonæ fidei dicitur quaſi dominus, & quaſi dominium habet, cui competit rei vendicatio, quæ vocatur publiciana *ex toto tit. ff. de publician. in rem actio.* prout latè poſt jura, & Doctores proſequitur Valaſcus *de jure emphyt. q.* 13. *n.* 7. facit *l. non ideo minus, ff. de rei vendicat.* in hæc: *Non ideo minus rectè noſtrum eſſe vendicamus, quod abire à nob. dominum ſperetur.* Quam exornat Mazari. *in epitome de fideicommiſſ. quæſt.* 91. *num.* 2. Molina *de primogen. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 4. Peregrinus *de fidecomm. art.* 40. *n.* 6. Fontanella *deciſione* 298. *nu.* 4. & 5. text. eſt etiam elegans *in l. magis puto*, §. *ſi pupillus, ff. de reb. eorum.* determinans quod ſi pupillus alienum fundum bona fide poſſideat, non poſſe illum tutores ſine decreto alienare, nam etiam ut dicit gloſſa ibi, *verbo, ille*, ille eſt quaſi dominus, cum habeat actionem publicianam *lege* 1. *ff. de publicia.* exornat Tiraquellus *de retr. lign.* §. 1. *gl.* 2. 38. Ergo ſucceſſor majoratus qui juſto titulo, bona fide, & ſenatus authoritate, ipſius tenutam habet, legitima perſona dici debet ad bona majoratus tuenda, & defendenda movendo litem, & actiones, & exceptiones pro eis competentes, ſicut jus habet ad ea adminiſtranda tanquam propria.

77 Et confirmatur, quia tali juſto poſſeſſori majoratus, ſicuti Prælato putativo dignitatis poſſeſſori bonæ fidei eſt facienda ſolutio fructuum, & reddituum dignitatis, illique eſt præſtanda obedientia, non autem habenti proprietatem, poſſeſſione tamen carenti. Probant. Bald. *in l.* 1. *nu.* 73. 76. *& n.* 77. *C. de ſervitutib. & aqua.* poſt Innocent. *in cap. in litteris nu.* 3. *&* 8. *de reſtitut. ſpolia.* Gaſpar de Peruſio *de reſervat.* §. *quæro primo nu.* 2. Simoneta *de reſervatione, q.* 50. *num.* 19. Rota *deciſione* 9. *de cauſa poſſeſſion. & proprie in noviſſ.* ubi habetur expreſsè, quod poſſeſſor beneficii ex ſola ſua poſſeſſione poteſt exigere, & vindicare bona, & jura pertinentia beneficio, & dignitati; quos refert, & ſequitur Gonzalez *de menſ. & alternativa gloſſa* 45. §. 2. *n.* 17.
78 & 18. quoniam Prælatus, cujus authoritas controvertitur, & diſputatur, ſi tamen eſt in quaſi poſſeſſione dignitatis, poteſt exercere omnia quæ pertinent eidem dignitati, valent omnia quæ geſſerit reſpective ad adminiſtratorem ſuorum jurium, ac juriſdictionum: quia per hoc non præjudicatur dignitati, ſed potius jura ejus conſervantur, prout in aſſenſu præſtando Vaſſallo, ad alienandum feudum probat per gloſſam *in cap.* 1. *de ſchiſmaticis*, & tradita per Bartol. *in lege creditor. ff. de ſolutionibus*, indubitabile dicit Mandell. de Alba. *in conſilio* 61. *ex n.* 8. & ſignanter *n.* 10. *tom.* 1. & nos *hac* 2. *part. cap.* 9. *ex n.* 56. *& ſeqq.* quæ doctrinæ omnes ſingulariſſimæ ſunt ad propoſitum noſtrum.

Deinde quia iſte legitimus majoratus poſſeſſor interim dum non vincitur in proprietate, juris præſumptione dicitur rei dominus, juxta *l. poſſidetis, C. de probatio. l. litibus, C. de agricol. & cenſitis, l. quidem in ſuo*, ubi Bart. *ff. de conditio inſtitut. l.* 2. *& l.* 4. *de probatio. l. fid. C. de rei vendicat.* Afflictis *deciſ.* 23. *numero* 5. & Doctores *in cap. ad Sedem, de reſtit. ſpoliator.* Mantin. Socin. *in conſil.* 135. *num.* 15. *lib.* 2. Beroius *in conſil.* 79. *num.* 14. *& in conſ.* 111. *num.* 13. Bald. *in l.* 1. *col.* 1. *poſt. n.* 1. *C. ſi de moment. poſſeſſ.* ſequitur Jaſon. *in §. ſic itaque, col.* 5. *in fin. inſtit. de actionib.* Menoch. *de recuper. remed. n.* 32. Alexand. *conſil.* 10. *n.* 14. *vol.* 4. & Guido Papæ *de præſumpt. n.* 19. Maſcard. *de probationib. conſil.* 540. *n.* 21. *&* 22. & plurimi alii conducti ſuprà *ex n.* 75. *& ſeqq.* 79

Comprobatur etenim, quando tenutarius movet litem 80
contra creditores, principaliter agit de nullitate, & defectu dominii debitoris hypothecantis bona majoratus, atque idem bona majoratus, quæ poſſidet de præſenti, eſſe libera nexibus hypothecæ, quo caſu dominium deducitur incidenter: tunc namque ſufficit poſſeſſio rei, de cujus libertate agit, eſſe penes ſe de præſenti, ex qua præſumitur dominium, ſola juris dominii præſumptio ſufficit ad obtinendum, ut teſtatur gloſ. *in l. ſicuti*, §. *ſed ſi quæratur, ſuper verb. poſſeſſoris, in fin. & ſuper verb. declarari, in fin. ff. ſi ſervitus vendicetur, l.* 1. & ibi Accurſius *verb. non nocet, ff. de acquir. poſſeſſ.* Paul. Caſtrenſ. *in conſil.* 4. *incipit in cauſa mota, n.* 3. *verſic. tamen quia dominium dæducitur, vol.* 2. cum aliis adductis à Boëtio *q.* 42. *n.* 8. & à Campegio *de teſtib. reg.* 399. *verſic. quanto quia*, & docuit Bart. *in l. quidam in ſuo n.* 4. *verſ. ſecundo caſu ff. de condit. inſtit.* quem omnes ſequuntur, teſte Barbac. *conſ.* 80. *n.* 7. *lib.* 1. Socinus *conſ.* 112. *n.* 22. *&* 23. *lib.* 4. Socin. jun. *conſ.* 135. *n.* 3. *lib.* 2. Decius *conſil.* 221. *n.* 4. Alciatus *reſponſ.* 319. *n.* 1. Cephalus *conſ.* 63. *n.* 13. *lib....* Alexand. *conſil.* 10. *n.* 4. *vol.* 4. & latè proſequitur Lanfranc. de Oriana *de teſtib. n.* 143. *& ſeqq.* & ſingulare dixit Guido Papæ *ſingul.* 952. *n.* 2. Maſcard. *de probationib. conſ.* 540. *ex num.* 8. *cum ſeqq. & ex n.* 17. reddentes exemplum in poſſeſſore movente actionem confeſſoriam ad ſervitutem rei ſuæ debitam: 81
nam cùm in hoc caſu principaliter deducat in judicium ſervitutem, ſecundariò & incidenter deducit dominium rei quam poſſidet, ut ſufficiat ad ejus probationem deducere poſſeſſionem de præſenti, ex qua præſumitur dominus.

Et in comprobationem mirabilis facit aſſertio Valaſci *in conſultat.* 194. *ex n.* 37. *uſque ad n.* 32. ubi ſic ait: 82
Illud tamen maximè notabis, ſufficere dumtaxat eſſe in poſſeſſione adminiſtrationis majoratus licèt non ſit verus & legitimus adminiſtrator; ut poſſit agere pro rebus majoratus vendicantis, & etiam pro juribus majoratus competentibus per actiones de quibus ſupra, quæ probatur à ſimili, quia qui eſt in poſſeſſione beneficii, vel prælaturæ poteſt efficaciter agere pro juribus illius, eſt debitores non poſſunt replicare defectum tituli, maximè ſi poſſeſſio non ſit recens. Ut determinat Abbas in cap. nihil. col. fin. de electio. Imola in Clement, 1. ut lite pendente. Optimè Ant. Capicius deciſ. 6. nu. facit quod notat Federic. in conſ. 13. incipit parrochianus, nam etiam prælatus intruſus, qui tamen communi opinione reputatur verus prælatus, continetur commiſſione, & reſcripto pontificio alicujus cauſæ directo prælato talis loci, & ut per Joan. Andream poſt Vincent. in cap. venerabilem, qui filii ſint legitimi, quem ſequitur Capicius allegat. 89. verſ. & quoad

omnia

83 omnia. Comprobatur etiam in juribus ſæcularibus, & prophanis, ut puta, ſervitutibus: nam poſſeſſor fundi, cui debentur ſervitutes, poteſt pro illis agere, & ſufficit probare ſe poſſeſſorem, & pro domino habitum, & reputatus licèt ſe verum dominum non probet, quamvis actio confeſſoria talis ſit, quæ de ſe non competit, niſi vero domino l. 2. §. hæc autem, ff. ſi ſervitus vendicetur. Et ita determinat gloſſ. recepta à Bart. & aliis ibi, in l. Sicuti, §. ſed ſi quæratur. verb. quis poſſeſſoris in fin. ff. illo tit. Si ſervit. vendic. Bald. & Alexand. in leg. ſi prius & ibi Jaſ. col. n. 8. *ff.* de novi operis nun-
84 tiat. Gaill. 1. tom. fol. 16. col. 4. Unde eodem argumento ſufficit, quem eſſe in poſſeſſione majoratus, & haberi pro vero adminiſtratore, licet verè non ſit, ut poſſit agere pro rebus, & juribus majoratui competentibus: maximè quia iſti ſunt actus adminiſtrationis, & conſervationis, & non alienationis, &c. quæ ultima verba notanda ſunt ad ea, quæ ſuprà diximus, *n.* 44. conſtituentia differentiam inter agere pro rebus majoratui pertinentibus, quod tangit adminiſtrationem; & inter alienationem earundem rerum, quæ tangunt dominium, & poteſtatem poſſeſſoris, & veri ſucceſſoris.

85 Et iterum protinus ipſe Valaſcus *in conſultat. proximè ſeq.* 195. ubi à principio agit de poſſeſſore majoratus putativo, ut poſſit exigere penſiones, & debita, non obſtante oppoſitione defectus domini poſtmodum *ex n.* 6. ſic alloquitur: Quod ſi locatio vel emphyteuſis ſit facta ab anteceſſore, tunc vidi judicatum, bene poſſe etiam afferri quæſtionem dominii majoratus, & juris agentis, & poſſe negari ſolutionem penſionis etiam exiſtenti in poſſeſſione adminiſtrandi, & reputato pro vero adminiſtratore, & movebantur judices, à contrario ſenſu text. & eorum quæ ſcribunt Bart. Jaſ. & alii in dict. leg. ſi urbana, ff. de condit. indebit. Sed profecto (inquit ipſe) fuit malè judicatum. In primis quoad denegationem ſolutionis penſionis; quia ſucceſſor in majoratu videtur continuare poſſeſſionem anteceſſoris adverſus colonos ipſius majoratus, ut dicitur in hæredibus, quos coloni negando ſolutionem, videntur ſpo-
86 liare. Item fuit malè judicatum, quatenus permiſerunt colono, ſeu emphyteutæ referre quæſtionem dominii exiſtenti in poſſeſſione adminiſtrandi: quia in illo contractu videtur eſſe idem cum adminiſtratore, & militant jura, & rationes de quibus ſuprà. Et certè æquivocarunt maximè in illo doctiſſimi, ſalva eorum authoritate, &c. in quo rectè loquutus fuit ipſe Valaſcus.

87 Quantum autem ſtatim limitat *n.* 8. & 9. in hæc: Quod ſi exiſtens in poſſeſſione adminiſtrandi majoratum, tanquam verus adminiſtrator agat utili rei vendicatione contra emphyteutam, petendo rem ipſam emphyteuticam commiſſi nomine, aut aliàs, tunc veriſſimum eſt, & extra omne dubium poſſe illi referri quæſtionem dominii ab emphyteuta: quia cùm agitur de vendicatione, poteſt conventus excipere de dominio, hoc eſt quod agens dominus non eſt, quia in rei vendicatione non diſputant an reus conventus habuerit cauſam ab agente, ſed an actor ſit dominus. Et de hoc eſt text. in l. ult. C. de rei vendic.

88 Sed procul dubio decipitur, ipſe etenim Valaſcus oblitus prorſus principiis juris hunc articulum tangentibus, & à ſe antea conſideratis, ſummet diſcurſum deſtruxit, etenim poſſeſſor putativus, ſi reputatur
89 legitimus adminiſtrator (ut ipſemet profitetur) & agit nomine dignitatis, & majoratus, pro rebus ad jus & dominium majoratus pertinentibus; fruſtra majoratus poſſeſſori non agenti ex proprio jure, & perſona objicitur defectus dominii ſui cum dumtaxat agat tanquam adminiſtrator & ſuper dominio majoratus, & eo nomine rem vendicat, & ipſa dignitas majoratus attenditur, & eſt qui agit, & dum reus conventus de defectu dominii non opponit ipſi majoratui, cui dominium ineſt & attenditur, nihil reo prodeſſe poterit juxta *l. fin. C. de rei vend.* quæ loquitur, quando defectus dominii opponitur actori ipſi principali, agenti ex ſuo domino: non verò, quando opponitur adminiſtratori, tutori, aut procuratori alieno jure agentibus.

Marius Giurba *de ſucceſſio. feudi*, §. 1. *gloſſ.* 4. *n.* 90
14. aſſerit, quod feudum, cùm homo ſit licet mutus, utitur miniſterio, induſtria, ac diligentia feudatarii, poſſidentis, in iis quibus indiget, ut ſibi ipſi loco ſui, & vice tanquam pica, & organum petat, & agat, ſuamque gerat vicem, & repræſentet, geritque feudatarius vicem & perſonam feudi, *ex l. venditor, ff. de hæredit. vel action. vend.* Afflictis *conſtit. ſtatuimus, n.* 58. *rubr.* 37. *lib.* 1. Balcaranus *conſtitut. ſive reali, rubr.* 103. *lib.* 11. Frecia *de ſubfeudis, lib.* 3. *forma* 2. *quia n.* 5. Larata *conſil.* 3. *n.* 39. Camillus de Curte *diverſ. feud.* 2. *part.* §. 2. *n.* 2. & 3. quod & idem dixerat ipſemet Giurba *in deciſ.* 50. *n.* 5. quod penes ipſum feudum reintegrandi jus & actio reſidet, ut hominis muti perſonam, per gloſſ. *in conſtitut. conſuetudinem pravam, rubr.* 31. *lib.* 3. Georgium *allegat.* 5. *n.* 72. §. *ſuper autem, n.* 2. *fol.* 4.

Et in terminis noſtrum diſcurſum pulchrè comprobat Millanenſis *l.* 1. *deciſ.* 8. *n.* 329. & 342. dum aſſerit, quod poſſeſſore agente ad recuperationem bonorum ſeu reſciſſionem vel nullitatem contractus, gravantis feudum: feudum ipſum eſt qui agit, & loquitur cum lingua poſſeſſoris, adeo ut iſti defectus dominii oppoſitus nihil relevet opponenti, nec aſtringitur ſe dominium eſſe probare cum ſatis ſit ipſum poſſidere feudum, ad effectum recuperandi bona, & detinendi, allegat ad id gloſſ. *in conſtitut. conſtitutionem divæ memoriæ.* Pariſ. de Puteo *de reinteg. feud. fol.* 526. & Andream *in tit. de controv. inter maſcul. & fœmin.*

Iſti namque eo ipſo quod adminiſtratorio nomine 91
rem vendicant, ſimul fatentur dominio in re vendicata, & jure proprio carere; ideo exceptio defectus dominii adminiſtratorum non percutit punctum, nec operatur contra perſonam majoratum repræſentantem, cujus eſt dominium, & cujus nomine agitur, vel potius ipſe majoratus eſt perſona, quæ principaliter agit, probant poſt alios Paz *de tenuta, c.* 65. *ex n.* 11. ubi, quod feudum eſt perſona ficta, quam feudatarius repræſentat, 92
& iſte fungitur vice duarum perſonarum propria, & intellectuali, & in tangentibus feudum magis attenditur perſona intellectualis & ipſum feudum quàm perſona propria poſſeſſoris, & adminiſtratoris. Afflictis *deciſ.* 93
324. *n.* 16. dicens quod Baro repræſentat ipſum feudum, quod neſcit loqui. Navar. *conſ.* 6. *de jure jur.* inquit, quod majoratus eſt dignitas ſeu perſona ficta diverſa à perſona eum poſſidente.

Hæc omnia refert & ſequitur Valenzuela *in conſ.* 156. 94
ex n. 78. *cum ſeqq.* ubi poſtquam probavit, diverſum eſſe jus competens perſonæ poſſeſſoris majoratus, à jure ſpectante ipſi majoratui, ex hac jurium diverſitate, latè & optimè infert *ex n.* 82. *cum multis ſeqq.* quod 95
quando poſſeſſor majoratus tanquam talis agit, & nomine ipſius; attenditur perſona ficta majoratus quam repræſentat non ſua ipſius poſſeſſoris, *ex l. denique*, §. *fin. ff. de minorib.* Surdus *conſ.* 140. *n.* 16. & *de alimentis, tit.* 1. *q.* 39. *n.* 6. Florian. *in l. Titia*, §. *ſi ea conditione n.* 3. *ff. de legat.* 2. dicente, quod quidquid facit perſona repræſentans, videtur fieri à perſona repræſentata, nec inſpici debet per quem actus expediatur, ſed in quem ejus effectus dirigitur, *l. ſi legatarius, C. de legatis, l. cum filio, ff. de legatis* 1. *l. ſi defunctus, C. de ſuis & legit. hæred.* Ludov. Gomez *in cap.* 1. *n.* 77. *de reſcript. in* 6. per *cap. dixi, de conſecrat. diſt.* 1. Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 9. §. 2. *n.* 38. *l.* 3. *C. de liber. præterit.* Vinc. de Anna *allegat.* 97. *n.* 2. *l. qui mihi. ff. de donat. l. ſi extraneus, ff. de jure dotium, l. unica*, §. *videamus, C. de rei uxor. action. l. fideicommiſſa*, §. *cum eſſet*, & §. *interdum, de legatis* 3.

Rectè faciunt verba Bald. *in l. terminato, C. de fruct. tib. & litium expenſ. n.* 10. ibi, Quæ ſine officio fieri non poſſunt, ab officio facta videntur, perſonæ ſui miniſterium præſtante, quia officium ſine perſona eſt in actu

primo in forma ſubſtantiali, ſed non in actu ſecundo in executione, &c. & rectè explicat ipſe Bald. *in conſ.* 159. *n.* 5. *vol.* 3. dicens, quod qui nomine rei publicæ gerit nihil agit per ſe, ſed ejus miniſterio, tamen organicè per eum agit, & magis attenditur virtus principalis, quàm virtus organica, refert D. la Rea *deciſ.* 45. *n.* 1.

Et quod quando poſſeſſor agit ſuper re, & juribus pertinentibus ad majoratum, nomine majoratus agat; probat per plura jura & Doctores Paz *de tenuta. c.* 43. *ex n.* 7. *& ſeqq.* ubi quod propterea ipſe majoratus eſt quid agit, vel convenitur; non perſona poſſeſſoris majoratum repræſentantis; quod in tantum procedit; nam licet prælatus Eccleſiæ aut dignitatis ſeipſum excluſit ab agendo ſuper bonis & juribus dignitatis ſeu Eccleſiæ: poteſt nihilominus nomine Eccleſiæ aut dignitatis agere, non nomine proprio, Caputaq. *deciſ.* 182. *n.* 2. 9. *& ſeqq. p.* 2. Rota *diverſor. deciſ.* 881. *n.* 3. & 4. *p.* 4. Seraphin. *deciſ.* 1417. *n.* 3. Beltramin. *in annot. ad Alexand. Ludov. deciſ.* 116. *n.* 5. *& ad deciſ.* 246. *n.* 2. optimè explicat videndus Poſt. *de manuten. obſerv.* 57. *ex n.* 102. *cum ſeqq.* ubi poſt plurimos alios allegat.

97 Indeque fit, ut eleganter probat ipſe Valenzuela *in dict. conſ.* 156. & ſignanter *ex num.* 85. quod poſſeſſori majoratus agenti nomine majoratus contra debitores ad credita majoratui debita non objicitur compenſatio debiti, quod ex ſua propria perſona debet ipſe poſſeſſor, non verò ipſe majoratus, cujus nomine agit, cum hujus reſpectu alienum & diverſum debitum ſit. Ad quod plurimos Doctores allegat, ad ſimilitudinem
98 tutoris aut curatoris petentis creditum pupilli, & ejus nomine agentis contra debitores, ut iſti non poſſint objicere compenſationem crediti, quod debet tutor, vel adminiſtrator ex ſua perſona. Ubi plurimos allegat, & eſt text. famoſus *in leg. id quod ff. de compenſationibus, id quod* (inquit Conſultus,) *pupillorum nomine debetur, ſi tutor petat non poſſe compenſationem objici ejus pecuniæ, quam ipſe tutor ſuo nomine adverſario debet*, & comprobat Caſtillo *controverſiar. tom.* 4. *cap.* 40. *ex num.* 85. *ex num.* 90. *cum ſeqq.* ubi an quis proprio nomine conventus poſſit objicere compenſationem alterius quantitatis, quam ſibi tanquam procuratori alterius actor debet, & de aliis ſimilibus, de quo alibi abundè diximus 3. *part. cap.* 6. §. *un. per totum.* & pleniſſimè per Amat. *part. var. reſolut. c.* 17. *ex n.* 1. *& per totum.*

99 Quò pertinet, quod quando præſentandi rector Eccleſiæ agit in judicio nomine ipſius Eccleſiæ, non poteſt reconveniri pro re ad ipſum Prælatum, & non Eccleſiam pertinente. Alex. de Nevo *in cap. ſi cleric. n.* 39. *verſ. quartus caſ. & in verſ. tertius caſus, de judiciis, & iterum ſub eodem n.* 39. *verſic. quintus caſus eſt.* Hieronym. Papon. *conſil.* 58. *n.* 51. & 52. *lib.* 1. Graſſis *de effectu clericatus, effectu* 1. *n.* 778. 781. *& n.* 785.

Quæ omnia rectè comprobantur ex eo quod majotus, dignitas, vel officium tanquam perſona ficta, & repræſentata habet dominium, & poſſeſſionem rerum, & jurium ad ea ſpectantium, & poſſeſſor ſeu Prælatus eam repræſentans adminiſtrationem, & earum jus non ſimpliciter, ſed agit, vel convenitur nomine majoratus, & dignitatis, imò licet iſte moriatur, non ob id vacat poſſeſſio jurium, rerum ad dignitatem, & majoratum ſpectantium, & quam potius ipſa dignitas retinet, & conſervat penes ſe, tanquam perſona ficta, & repræſentata, adeò ut quod ex ſeipſo ipſe poſſeſſor, & prælatus non valet agere, ſemper admittitur nomine dignitatis, & majoratus, in quo principaliter, & intrinſecè jura reſident. Nam licet perſona repræſentans deficiat, nunquam tamen deficit ipſa perſona ficta repræſentata, quæ nunquam moritur. Hæc omnia probarunt mirabiliter Bocacius *de interdict. uti poſſid. c.* 2. *n.* 91. Rodoanus *de ſpoliis Eccl. q.* 14. *n.* 30. *& p.* 15. *n.* 12. Tuſch. *verb. poſſeſſ. conſ.* 432. *n.* 1. & 2. optimè Gontan. *de ſpoliis, q.* 12. *ex n.* 6. *& q.* 14. *ex n.* 16. ipſe Rodoan. *de ſpoliis q.* 7. *n.* 35. *& d. q.* 14. *n.* 28. *& 39.* *& q.* 15. *n.* 11. *Tiber. Saluſtius in prax. and. cam. lib.* 2. *c.* 1. *in fin.* Cencius *de cenſib. q.* 89. *n.* 22. Garcia *de benef. p.* 5. *c.* 5. *ex n.* 15. *& ſeqq. ex n.* 57. *& n.* 38. *& n.* 142. Paz. *de tenut. c.* 50. *n.* 25. Cyriac. *controv. lib.* 2. *controv.* 300. *ex n.* 38. & ſurſum latiſſimè poſt innumerabiles Rotæ deciſiones, Poſt. *de manut. obſerv.* 55. *ex n.* 89. *cum multis ſeqq.* & omnino videndus *in obſervat.* 73. *ex n.* 104. maximè *ex n.* 12. *& n.* 124. *& obſervat.* 57. *ex n.* 102. *& ſeqq.* quibus locis multa videbis ad propoſitum noſtrum.

Audi inſuper Valaſcum de Avendanno *in lig.* 4. *Tauri gl.* 7 *n.* 7. dicentem, quod majoratus eſt quædam perſona ficta à jure repræſentata, veluti quidam homo mutus, qui ſi poſſet loqueretur, ex Iſernia *lib.* 3. *conſtit. Siciliæ tit. de rei uxor. actio.* per *l. peculium naſcitur. ff. de peculio, l.* 1. *de ſtipulat. ſervo. l. mortuo, ff. de ſtipulejuſſor.* & quod ipſe majoratus poſſidet omnia jura, necnon privilegia, & effectus ſucceſſionis tanquam perſona ficta, & poſſeſſor nomine ipſius poſſidet, miniſtrat, & agit, qui licet moriatur jura omnia reſident penes majoratum integra, qui nunquam moritur, nec mutatur per mutationem ſucceſſorum, alios ad idem citavimus *ſuprà* 1. *part. c.* 38. *n.* 36. & 37. quibus verum redditur axioma, quod in ore omnium quotidie verſatur: Feudum agit, loquitur, & patitur, feudo fertur ſententia & contra feudum nec enim refert quæ ſit imago, ſed quæ ſit ſubſtantia rei in quam actus diriguntur, ex Frecia *de ſubfeudis, Baron. lib.* 2. *q.* 1. *n.* 28. (apud quem ego reperire non potui) ejus verba prædicta refert Paz *de tenut. c.* 43. *n.* 8. ubi Frecian allegat *lib.* 2. *fol.* 281. *n.* 27. & *fol.* 382. *n.* 5. eundem Paz ad litteram refert videndus Caſtillo *controv.* tom. 6. *c.* 157. *ſub n.* 37. veriſſimæ tamen ſunt doctrinæ, & ejus ſingulæ partes ex hactenus abundè cumulatis, diviſim, & ſeparatim comprobat etiam Paz loco citato.

Si igitur præfatus Valaſc. *in dictis conſultationib.* 49. 100
ex n. 37. *& in conſultat.* 195. fatetur, poſſeſſorem majoratus putativum conſiderari, & eſſe adminiſtratorem ad id agendum, & defendendum bona majoratus, quomodo poſſibile eſt ei agenti jure alieno, & ex dominio majoratus, & non ſuo nec jure proprio poſſe obſtare defectum dominii ſua perſona quando hæc exceptio non opponitur contra ipſum majoratum, & dignitatem præſentatam ex ſuo dominio agentem, (& quando lis non vertitur ſuper ſucceſſione ipſius inter deſcendentes) quorum jus ad vitam eorum dumtaxat durat, quia hoc caſu jus potentius attenditur, & ideo licèt deficiat dominium in adminiſtratore, non deficit ſed permanet in perſona ficta majoratus, cujus nomine lis movetur, & res vendicatur à tertio poſſeſſore aut detentore, quapropter iſtum relevare non poteſt defectus dominii, in 105
adminiſtratore ſicuti nec in tutoribus, procuratoribus, & aliis nomine alieno litem moventibus, quia à ſeparatis non fit allatio.

Urget doctrina gloſſ. Innocent. Compoſtellani, Ab- 101
batis, & aliorum *in cap. ſignificaſti de reſcriptis.* Philip. Franciſc. & Joann. Andr. *in reg. is qui, de reg. jur. in* 6. quod commiſſio impetrata ſuper re pertinente ad dignitatem, vel Eccleſiam non expirat mortuo Prælato etiam re integra, contra quem fuit impetrata, ſed continuatur, & durat contra ſucceſſorem, quando negotium tangit Eccleſiam (quæ nunquam moritur, cum mors Prælati, & adminiſtratoris non attendatur.) Secùs ſi de re, & jure ad ipſum Prælatum, & ejus perſonam ſpectante commiſſio fuit impetrata. Sequitur Moneta, & alii quos ſequuti fuimus *in comment. de ſupplicat. ad ſanctiſſ.* 2. *part. cap.* 12. *ex n.* 15. *& n.* 27. *& ſeq.* Vide optimas doctrinas ad propoſitum noſtrum *ſuprà hac* 5. *p. cap.* 7. *ex n.* 26. *cum multis ſeq. verſic. hæc ſunt quæ ſuccinctè*, &c. Atque ideo penitus refellitur limitatio Valaſci, cui inſuper obſtant ea omnia quæ ſcripta remanent *ex n.* 74. & ſignanter *ex n.* 79. *& ſeqq.*

Quapropter dicit Giurba *de ſucceſſione feudi*, §. 1. *gloſſ.* 4. *n.* 26.

n. 26. *quod hinc finxerunt majores noſtri feudum hominem eſſe, licet mutum, & ſurdum ex gloſſ. in conſtitut. conſuetudinem pravam, Rubric.* 31. *lib.* 3. Frecia *de ſubfeudis lib.* 3. *formula* 2. *qui à n.* 2. Intrigliol. *de feudis centur.* 1. *q.* 45. *n.* 73. Ponte *in feudali lectu.* 21. *n.* 5. Larata *conſil.* 4. 39. Gregorius *alleg.* 50. *n.* 4. quod idem Giurba repetit. *d.* §. 2. *gloſſ.* 5. *n.* 13. poſt alios probans, quod feudum tanquam homo fictus ad ſimilitudinem hominis naſcitur, vivit & moritur.

102 Et denique probatur ex eo, quia licèt jus & poſſeſſio hujus ſucceſſoris, & poſſeſſoris majoratus poſſit altera, & revocari per judicium proprietatis, & tamen hoc incertum eſt, & pendet ex futuro judicii eventu, quapropter præſens ejus ſtatus potius attendi debet ad actiones movendas, & exceptiones opponendas, tangentes bonorum conſervationem, & recuperationem: cum juris præſumptione interim dominus bonorum majoratus præſumatur, & ſtatum certum habeat de præſenti, nec futuris attendi debet, nec expectari, qui incertus nunc eſt, & poteſt non accidere, juxta *leg. ſtatu liberi à cæteris in princip. ff. de ſtatu liber. l. ſi ex duobus*, § *idem Marcellus*, *ff. de in diem adjectione*, *leg. ſub conditione*, *ff. de aſſignand. liberis* & poſt alios Tiraquell. *de retractu lign.* §. 1. *gloſſ.* 9. *n.* 40. & plurima videnda *infrà ex n.* 112. *& ſeqq.*

103 Probant etiam *ex leg. ſufficit*, *ff. de conditione indeb.* Rodriguez *de annuis redditibus*, *lib.* 2. *q.* 3. *n.* 8. *& q.* 6. *n.* 518. Felicianus *de cenſibus lib.* 1. *c.* 4. *in fin.* Laſarte *de gabellis c.* 10. *n. fin.* Avendannus *de cenſib. cap.* 18. *n. fin.* Guzman. *de evictionibus q.* 30. *n.* 34. 35. *&* 36. dum affirmant, quod cenſus redimibilis propter dubium, an redimatur vel non, perpetuus judicatur juxta dubium præſentem ſtatum, à quo cauſatur perpetuitas, & interim dum ad effectum redemptionis non pervenitur.

104 Nam ſufficit incertum eſſe, ſitne futurum dominium temporale, an perpetuum: ut perpetuum in dubio cenſeri debeat, ut *d. l. ſufficit*, & ibi Jaſon. *not.* 2. text. *in cap. ſi gratioſè de reſcriptis lib.* 6. *gloſſ. in cap. fin. in verb. perpetuas*, *in fin.* & ibi quoque Joan. Andr. Dominic. *eod. tit. & lib.* Federicus de Senis *conſil.* 32. *quæſt. talis eſt, col. pen.* 3. *in leg. de pupillis* §. *quis ipſe*, *q.* 4. *ff. d. novi oper. nunc.* & ex Fabro, Jaſon, Decio, Alexand. Felin. & aliis probavit Tiraquell. *de retract. convent.* §. 2. *gloſſ.* 1. *& unica n.* 39.

Atque ideo idem dicendum erit in jure obtinentis in tenuta, quod juxta præſentem ſtatum, ubi firmum attenditur, interim dum poſſeſſor non vincitur per rem judicatam in proprietate, juxta jura ſingularia ſtatim citanda *ex n.* 112. etenim omnis actus, & diſpoſitio,
105 quæ ex aliquo futuro eventu poteſt reſolvi; tamen quantum attinet ad præſentem ſtatum, dicitur puta, non ſecus, ac ſi nullo caſu daretur illius reſolutio, ſed tantum conſideratus quoad juris effectus præſens ejus ſtatus gloſſ. *in leg.* 2. *ff. de in diem adjectio.* Bald. *in leg. cum nota C. de tranſactionib.* Pariſius *conſil.* 11. *n.* 37. *lib.* 1. Natta *conſil.* 372. *n.* 8. Cephalus *conſil.* 52.
106 *n.* 6. Surdus *deciſ.* 108. *ex n.* 19. *uſque ad n.* 21. ubi quamplures alios ad hoc allegat. Sequitur Gratian. *diſceptat. forenſ. tom.* 4. *cap.* 691. *ex n.* 11. *& ſeqq.* qui ex hoc inferunt poſt innumeros alios Doctores, quod quando contractus Eccleſiæ, vel minoris eſt nullus ipſo jure ex defectu ſolemnitatis, licet ipſi poſſint, ſi velint, contractum approbare, & validare, tamen tertius interim poteſt dare de nullitate ipſius contractus, cum ſit jus tertii excluſivum ipſo jure juris agentis, attento nullitatis præſente contractus ſtatu, non obſtante convalidatione, & approbatione, quæ ſupervenire poteſt cum ea ſit incerta, & pendeat à futuro eventu, qui nullo modo interim eſt in conſideratione. Sequitur Manguill. *de evictionibus*, *q.* 106. *ex n.* 5. *cum ſeqq.*

Et per contrarium cùm jus horum creditorum ſit omnino fundatum in jure ſui debitoris victi, & hoc an aliquod habeat, pendeat à futuro, & admodum *in*-
107 certo eventu: an ſcilicet adjudicetur eidem majoratus in judicio proprietatis vel non, & an declarabitur dominus bonorum majoratus ab eo hypothecatorum, vel non: nullo modo interim attendi debet, ſed illum futurum eventum omnino expectare tenentur, ut jus ſuum ſemel alteratum & variatum per judicium tenutæ
108 iterum convaleſcat, aut confirmetur, ad jura & Doctores ſuperiùs citatos *ex n.* 68. *verſic. tertio ultimo probatur*, &c. Nam quouſque ex eventu jus creditorum declaretur certum, ipſi expectare habent, cum interim jus nullum ſibi competere poteſt, quod movere, aut opponere poſſint, nec ſuper incerto judicium certum fieri valet in hoc judicio eiſdem modo per legitimum majoratus poſſeſſorem, ut probant ſingularia jura *leg. ſi Titius*, *in principio*, ibi, *ex eventu ſolutionis*, *ff. de legat.* 2. *& leg. ſervus*, §. 1. ibi. *Impendenti eſt, cui proprietatem acquiſierit*, *ff. De acquir. rer. dom. & leg. ſi is, qui pro emptore* §. 1. ibi, *Impendenti eſſe*, *ff. de uſucap. leg. penult.* §. *ult. ff. de caſtrenſi peculio*, text. etiam *in leg. proponebatur. eod. tit.* ibi, *Nec eſt novum, ut ex poſt facto aliquis ſucceſſorem habuiſſe videatur.* Et quæ ſequuntur, quæ huc ad modum pertinent, ut ſcilicet ex poſt facto conſtet, quis ſucceſſor futurus ſit in hujuſmodi rebus *leg.* 1. *C. de ordine judiciorum*, ibi, *ex eventu judicii*, *leg. ſi Julianus*, §. *proinde ff. ad Macedon.* ibi, *Sed ſi in rem patris poſtea vertit, videri ab initio ſic accepiſſe*, *leg. Seiæ*, §. *tyrannæ*, *ff. de fundo inſtructo*, *leg. reſcriptum* 12. §. *fin.* ibi: Quod ſi non ita vendidit creditor, ut certum ſit, omnino apud eum pretium remanſurum, verum obligatus eſt ad id reſtituendum; arbitror interim quidem nihil à debitore peti poſſe, ſed in ſuſpenſo haberi liberationem; verum ſi actione ex empto conventus præſtitiſſet pretium creditor emptori, debitum perſequi eum à debitore poſſe: quia apparuit non eſſe liberatum, *ff. de diſtract. pign.* exornat latè Guzman. *de evictionibus q.* 30. *ex n.* 22. *cum multis ſeqq.* Manguillus *eod. tractat q.* 15. *per totam ſi ſervus* 21. ibi: In pendenti puto eſſe cauſam obligationis, donec vir, aut moriatur, ut ſuſpicione mortis, propter quam donavit, liberetur. Quidquid autem eorum inciderit, quod donationem aut perimat, aut confirmet, id quoque cauſam ſtipulatio, aut confirmabit, aut reſolvet. *ff. de donationib. inter vir. leg. ſic in fin. de legat.* 1. *& in leg. in bello*, §. 1. *leg. bona*, §. 1. *& 2. de captivis*, *& in leg. ſi ſervus communis meus*, §. *ſervus & §. fin. ff. de ſtipulatio. ſervor. & in leg. fidejuſſor obligari*, §. *ſtipulatione*, *ff. de fidejuſſoribus. leg. bovem*, §. *ult. ff. de ædilitio edicto*, text. etiam *in leg. qui res ſuas*, §. *rem autem*, *ff. de ſolutionib.* ibi, *& utique cujus fuerit, eventus declarat*, text. optimus *in leg. erit*, *ff. de feudo dotali* facit quoque text. *in leg. in jure*, *d. fin. ff. de teſtam. tutor. & in leg.* 1. §. *ſi pendeat. ff. ad Senat. C. Macedonian. leg. ſi fur. leg. ſed etſi qui* §. 1. *ff. de uſufruct. & leg. quid ergo in princip. Cod eod. leg. res uxoris. Cod. d. donatio. inter vir. leg. ſi debitor*, *ff. de jure dotium*, *& leg. ſi is ſervus*, *ff. de donat. inter.* Quæ omnia jura in variis caſibus,
109 & materiis expreſsè probant, judicium certum capi non poſſe ex iis quæ pendent à futuro eventu, nec interim jus aliquod certum competere, ſed debere eventum à quo declaratio pendet, expectari. Latiſſimè proſequitur Tiraquellus (qui varias cumulat doctrinas) *de retractu lign. ad finem tituli ex n.* 18. *cum multis ſeqq.* & loquendo in optimo caſu ſucceſſionis latè videndus Angel. Matheatius *de legatis & fideicommiſſ. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 24. ubi multa, quæ in jure civili, ex futuro eventu decidi affirmat. Sequitur Caſtillo *controverſiar. lib.* 3. *cap.* 17. *ex n.* 6.

Futura enim quæ poſſint abeſſe, & adeſſe non ſunt 110
in conſideratione juxta jura & Doctores ſtatim laudandos, & Gratianus *in addit. ad deciſ.* 57. *n.* 2. *cum ſeqq.* ubi etiam quod non eſt prudens judicium ſuper re præſenti determinare ex eo, quod in futurum poteſt contingere, cum tamen incertum ſit & ſemper ſit attendendus præſens rei ſtatus, non futurus, allegat *c.* 2.

de jurejur. & Tiraquell. *in l. ſi unquam, in præfatione, n.* 166. *C. de revocand. donat.*

112 Ergo interim jus hoc incertum creditorum in conſideratione eſſe non poteſt, nec admitti debet, ſed potiùs jus certum poſſeſſoris majoratus eſt tenutæ ſententia juxta præſentem ſtatum, & juris præſumptionem conſiderantis eum dominum bonorum majoratus, quæ poſſidet, nec melioris conditionis ſit incertus, quàm certus ſtatus præſens; juxta *leg. ordinata, verſ. is qui, ff. de liberali cauſa*, ibi, *ne melioris conditionis ſit is, qui dubiæ libertatis eſt, quàm qui certæ*, &c. atque ideò

113 affirmandum erit poſſeſſorem majoratus, qui in tenutæ judicio obtinuit, poſſe controverſiam movere, ſeu ſe opponere adverſus creditores cenſum ementes à poſſeſſore majoratus putativo ſuper ejus bonis, etiam cum facultate regia, cum fuerit nulliter, & ſubrepritiè obtenta à non vero domino, prout requiritur ex his, quæ à principio hujus cap. dicta remanent.

114 Nec hoc impedit dicere, quod majoratus ab eo poſſit vindicari, quia interim hoc non habetur in conſideratione, *l. non ideo, ff. de rei vendicat. non ideo minus* (inquit text.) *rectè quid noſtrum eſſe vendicamus, quod dominium à nobis abire ſperetur leg.* 1. §. *ſervi ff. ad Senat. Conſult. Sylanian. l. ſi jur. ff. de uſufructu, l. ſciendum*, §. *ſi fundum, ff. qui ſatiſd. cogan.* ubi Poſſeſſio fundi controverſi, & alteri jam per ſententiam adjudicati, à quo appellatum eſt relevat ab onere ſatiſdandi: *nec ad rem* (ut ibi dicitur) *pertinet, quod evinci ea poſſeſſio poſſit;* & per hæc jura reddit rationem Odrad. *in conſ.* 430. *circa primum dubium;* in ſecundo dubio, quia multa poſſunt accidere propter quæ res ipſa non auferatur, ex *l. naturalem*, §. 1. *in fin. ff. de acquir. rerum dom.* ſequitur Tiraquell. *de retract. convent.* §. 2. *gloſſ.* 1. *& un. ex n.* 35. *cum ſeqq.* qui *n.* 37. mirabiliter firmat non eſſe inſpicienda nec conſideranda, quæ

115 ſperantur, & quæ fieri poſſunt, niſi ea ſint certa, & infallibilia, *l. quemadmodum*, §. *ſi navis verſ. idemque*, ibi, *cum incertum ſit, an caperent, ff. ad leg. Aquil. l.* 1. *ff. de milit. teſtam.* ubi probatur, qualitatem præſentem rei non mutari, ex eo quod contingere poteſt, text. optimus *l. plerumque ſit, ut ea, quæ à nobis poſſunt abire perinde in eo ſtatu ſint, atque ſi non eſſent ejus conditionis, ut abire poſſent. ff. de reg. juris*, pluribus Doctoribus exornat Tiraquell. *loco cit. num. ſeqq.*

116 Quibus ſuppoſitis, nec obſtant argumenta, quæ in contrarium conſideravimus, *ex n.* 60. *cum ſeqq.* Non igitur primum in principio, quo dicitur poſſeſſorem ex judicio tenutæ carere dominio bonorum, & ſic non poſſe interim movere actiones pertinentes majoratui, cui reſpondetur contrarium *verius* eſſe de jure; prout probavimus manifeſtè *ex n.* 73. *cum ſeqq.*

117 Nec obſtat quod in eodem argumento *ex n.* 61. *cum ſeqq.* diximus, creditores poſſe opponere de dominio debitoris ſui adverſus tenutarium agentem, cum reus conventus dando, & opponendo de jure tertii, quando eſt excluſivum juris agentis ipſo jure, ſit audiendus.

118 Quod facilè diluitur, cùm procedat, quod tale jus eſt radicatum de præſenti in illo tertio; non quando eſt incertum, & pendet à futuro eventu. Nam quemadmodum reus conventus poteſt opponere de jure tertii, quod ſecundum præſentem ſtatum eſt conſtans, licèt ex accidenti aliquo poſſit deficere, & extingui, ut plurimis

119 probavimus ſuprà *ex n.* 102. pariter, & ex identitate rationis dicendum erit ut jus tertii oppoſitum per reum, quando eſt incertum & dependet de futuro eventu, non admittatur contra agentem, habentem jus certum conſiderato ſtatu præſenti, prout habet ſucceſſor majoratus, poſſidens ex ſententia tenutæ, & jus debitoris olim poſſeſſoris putativi ſit incertum, & caſu & futuro eventu dependens, quod interim non admittitur, nec habetur in conſideratione; ad latiſſimè tradita *ex n.* 102. *cum multis ſeqq.*

120 Et quia idem operatur oppoſitum in oppoſito, quod propoſitum in propoſito, *l. fin.* §. *fin. ff. de legatis* 3. *l. qui quartam, ff. de legat.* 1. *leg.* 1. *ex toto in principio, ff. eod. l. Julianus*, §. *venditor. &* §. *ſi procurator. ff. de actionib. empt. l. ſi ut proponis l.* 1. *D. de nuptiis.* Marius Antonin. *variar. reſol. lib.* 2. *reſol.* 52. *n.* 12. Surdus *conſ.* 45. *n.* 23. Gratianus *diſcept. forenſ. tom.* 4. *cap.* 757. *n.* 6. Fuſſarius *de ſubſtitution. q.* 257. *n.* 65.

Nec etiam obſtat, quod in d. 1. argumento *n.* 65. 121
& 66. diximus ex doctrina Cancerii, utilis ſuper proprietate majoratus ſit jam per victum debitorem in tenuta, mora, poterit creditor à poſſeſſore conventus ſuper nullitate cenſus opponere de lite ad excludendum jus agentis: cui reſpondetur; tum jura per Cancerium allegata ſuam intentionem minimè probare. Tum etiam, 122
quod quatenus ſua reſolutio vera foret, adhuc non poſſet adaptari quæſtioni præſenti: quia procedit, quando nullitas juris agentis pendet à mera voluntate tertii, & ab ejus ſolida declaratione ſcilicet, quando emphyteuta utili rei vendicatione agit contra tertium rei emphyteuticæ poſſeſſorem, & iſte allegat caducitatem agentis, & per conſequens extinctionem ſui tituli, & ſic opponit de jure tertii, ſcilicet directi dominii, non auditur, quoniam tituli extinctio hæc non fit ipſo jure, ſed domino directo volente & expreſsè declarante, rem ſuam cadere in commiſſum; ut probat ibi Cancerius, & alii quamplurimi citati ſuprà *n.* 63. At cùm per litem mo- 123
tam per dominum directum contra ſuum emphyteutam ſuper commiſſo, jam ſuam voluntatem declaret, quæ operatur extinctionem juris agentis, nihil mirum, ut tunc tertius admittatur ad dandum de jure tertii jam ob dominii declarationem cauſato; & integrè formato. At 124
cùm in noſtro caſu extinctio juris poſſeſſoris ex tenuta agentis contra creditores majoratus non pendeat ex mera voluntate dicti debitoris, nec à ſua declaratione, & ſic nec à litis motione, ſed à fortuna, & litis exitu, ac judicis declaratione per rem judicatam; ſequitur, quod lis ſuper proprietate pendens nihil interim operetur, nec aliquid detrahat juri poſſeſſoris, cui lis interim aſſiſtit, ideo creditores de ea opponentes audiri interim non debent.

Nec obſtat ſecundum argumentum *n.* 67. quoniam 125
uſufructuarius emphyteuta, & ſimiles ideo non poſſunt movere litem ſuper dominio, & proprietate tangente vero, & directo domino ignoranti, quia jus eorum eſt limitatum & reſtrictum, & limitatio atque reſtrictio hæc eſt certa, & patens, & ideo ejus limites in agendo excedere non poſſunt domino ignorante, ac poſſeſſor ex tenuta interim eſt legitimus adminiſtrator bonorum majoratus à judice per ſententiam declaratus, & eſt dominus juris præſumptione, qui ad defenſionem bonorum legitima perſona eſt, & admittenda; non is, 126
qui jure in proprietate prætendit, prout ſuperiùs probatum eſt, non enim ſpectanda eſt litis ſuper proprietate immortalis, & finis, nec in ſuſpenſo poſſunt tanto tempore eſſe jura ad majoratum pertinentia, cùm interim facile poſſint perire in notiſſimum damnum, & detrimentum ipſius majoratus, cujus nomine agit poſſeſſor, uti adminiſtrator, & injuſtos bonorum detentatores alienorum, & fortè nec victus in tenuta, nec alius agnoſcentes bona fidem, & juſtitia carere, non curabant nec litem movere in proprietate, nec cœptam proſequi, ut in dies ſuccedit, & ex Paz annotavimus ſuprà *ex num.* 54.

Nec denique obſtat tertium, & ultimum argumen- 127
tum *ex nu.* 68. *cum ſeqq.* circa contrarietatem ſententiarum ex eo, quod ſi modo creditores reportant ſententiam condemnatoriam, & declaratoriam jus non habere, nec ſubſiſtere eorum hypothecas in bonis majoratus ob defectum dominii, & nullitatem facultatis obtentæ per ſuum debitorem majoratus poſſeſſorem putativum victum in tenutæ judicio poſſunt poſtmodum debitore in proprietate vincente, iterum recuperare ſuas hypothecas ex eo, quod debitor earum dominium recuperavit, contra quem ſi illi agant actione hypothecaria favorabilem ſententiam reportabunt, & ſic omnino contrariam priori obtentæ per tenutarium nunc victum.

Quia

128 Quia reſpondetur, nullum ex hac ſententiarum diverſitate inconveniens in jure oriri, nullam repugnantiam, aut contrarietatem, quæ à jure non patiatur, & comitatur; cùm proveniat ex natura rei geſtæ perſonarum conditione mutata; tum quia creditoris hypotheca variatur, & alteratur ex variatione juris debitoris ſuper re ipſa: quia bona hypothecata ſimul mutaverunt ſtatum, mutata poſſeſſorum conditione, & ſecundum, & primum tenutæ ſententiam, ex qua juris præſumptione dominium eorum attribuitur juſto huic poſſeſſori per quod majoratus recuperaverunt ſuam libertatem à nexibus obligationis attento illo præſenti ſtatu, & eo durante: quia ſi debitor rem alienam hypothecavit, & à domino vendicetur, amittitur hypotheca, ſi tamen poſtmodum rem iterum acquirat debitor, vel aliter recuperet; poteſt creditor
129 denuo vincere, & ſententiam favorabilem, & ſic contrariam priori obtinere actione hypothecaria, ut probant jura, & Doctores in argumento relati ſuprà *n.* 68. *&* 69. quia creditoris jus hypothecarium eidem ſubjicitur variationi, cui & jus debitoris erga rem hypothecatam.

130 Atque ideo hæ ſententiæ compatibiles ſunt, cùm ex diverſitate perſonarum, & earum conditionis mutatione diverſa judicia, & diverſæ ſententiæ ferri poſſint quia potuit creditor vinci à poſſeſſore tenutario ob ſuum jus, & dominium præſumptum, & poſtea vincere debitorem ob rei dominium recuperatum: aliud enim jus, & diverſum conſideratur in poſſeſſore tenutario, reſpectu cred torum ad bona majoratus ſibi adjudicati? aliud verò in debitore poſtmodum quandocumque futuro eventu majoratum eundem recuperante, & ſic res judicata obtenta per tenutarium contra hos majoratus creditores non prodeſt debitori poſtmodum in
131 proprietatem venienti; *nam etſi eadem quæſtio, in omnibus judiciis vertitur tamen perſonarum mutatio, cum quibus ſingulis ſuo nomine agitur, aliam, atque aliam facit rem.* Verba ſunt *leg. ſi cum uno*, 22. *ff. de except. rei judicatæ;* & argum. *l. juriſgentium*, §. *adeò ff. de pactis*, ibi, *quoniam, & ex alio contractu paciſcendo, alter ex heredibus acquirere ſibi exceptionem potuiſſet.* Quia ut profit, aut obſtet rei judicatæ
132 exceptio, debet concurrere eadem conditio perſonarum verè, vel interpretativè *leg. cum quæritur, leg. & an eadem, ff. de excep. rei jud.* ad latiſſimè tradita *de retentione Bullarum*, 1. *part. cap.* 12. *num.* 18. *& ſeqq. & n.* 11.

133 Pro quibus pondero text. famoſum, *in l. Claudius Felix ff. qui potior. in pign. hab.* in quo admittuntur contrariæ ſententiæ in eodem, & uno creditore ſuper ejuſdem rei hypotheca vincente & victo. Plures enim erant creditores, gradatim jus habentes ad bona debitoris communis, tertius creditor vicit prælatione priorem habentem primum locum, contra quem obtinuit (injuria judicis, vel negligentia ſua, puta) rem judicatam: poſtea ſecundus creditor movit litem, & obtinuit contra tertium; tandem prior creditor iterum agens contra ſecundum opponentem ei rei judicatæ exceptionem, ex regula; Si vinco vincentem te, à fortiori vincam te; de qua per Caſtillum *controverſ. tom.* 3. *cap.* 30. *per totum*, quoniam ſi primus ſuperatur à tertio, quare
134 non vincetur à ſecundo potentius jus habente, & ſic ſecundo videtur permiſſa contra primum exceptio rei judicatæ, tamen contrarium ob diverſitatem perſonarum, reſpondit eleganter Conſultus *in d. leg. Claudius* in hæc verba: Si poſt primum judicium in quo prima creditrix ſuperata eſt à tertio creditore, ſecundus creditor à tertio obtinuerit, poterit uti exceptione rei judicatæ adverſus primam creditricem; Nullo modo, ut opinor; igitur nec tertius creditor ſucceſſit in ejus locum quem excluſit: nec inter alios res judicata aliis prodeſſet, aut nocere ſolet; ſed ſine præjudicio prioris ſententiæ totum jus alii creditori integrum relinquitur, &c.

135 Et pro exornatione *d. leg Claudius*, atque limitatione regulæ ſi vinco vincentem te, multas, & ſingulares limitationes videbis apud Caſtillum proximè citatum, quæ mirabiliter adaptantur *d. l. Claudius*, rationibus.

Rerum enim ſtatus mutatur, mutata conditione 136
perſonarum, *leg. per procuratorem*, 89. *ff. de acquirend. hæred.* ibi, *Quia caſtrenſia eſſe permutationem perſonæ deſierunt. leg. fin. C. de inofficioſ. teſtam. in fin.* ibi: Sed hoc obtinere oportet, donec in ſacris parentum ſuorum conſtituti ſunt ii, qui quaſi caſtrenſe peculium poſſident; ſi enim ſui juris efficiantur, procul dubio eſt, eorum teſtamenta & ex ipſis rebus, quas antea ex quaſi caſtrenſi peculio habebant, poſſe de inofficioſo querelam ſubſiſtere, cum nec nomen peculii permanet, ſed quemadmodum, & cæteræ res eorum, quæ ad unum congregantur ex omnibus patrimonium, &c. text. *in cap. ſancitum in fin.* 23. *q.* 8. *leg* 1. *C. de imponend. deſcriptio.* à contrario ſenſu, ibi, *nam cum perſonæ conditio non mutetur, nec rei quidem ſtatum convenit mutari.* Bartol. *conſ.* 108. *part.* 1. Bald. *in leg. placet. Cod. de ſacroſ. Eccleſiis, & conſ.* 280. *præmiſſo n.* 2. Ruinus *conſil.* 117. *per totum, vol.* 4. Felinus *in cap. Sanct. Mariæ, n.* 76. *de conſtit.* Silvanus *conſil.* 32. *n.* 1. *&* 14. Marcabrunus *conſ.* 40. *n.* 5. *& ſeqq.* Bellonus *conſ.* 40. Archidiac. Joan. Gemin. & Imola, & Franchus *in cap. de immunit. Eccleſ. lib.* 6. Joan. Anton. de Nigris *in extravag. unica, de vita, & honeſtate cleric. ex n.* 154. Theſaur. *deciſ. Pedemont.* 234. Guido papæ *deciſ. Delphinati* 383. Natta *conſ.* 210. *n.* 4. Nicolaus Feſtaſſius *de collectis, part.* 4. *c.* 2. *n.* 14. *& in c.* 1. *ad finem.* Brunus *conſ.* 91. *col.* 1. *inter confeudal. diverſor.* copiosè Marta *de juriſdict.* 4. 137
part. centur. 1. *caſu* 11. *à n.* 28. *& ſeqq.* & ex mutatione perſonæ rei natura, & ſtatus mutatur, *l. Paulus* §. 1. *ff. de acquir. hæredit. cum quidem*, §. *ſi debitores, ff. de uſuris*, ubi Doctores, *l. ſed et ſi reſtituat.* §. 1. *ff. de judic. l. fin. C. de inofficioſ. teſtam.* Plures cumulat Marta 138
loco cit. ex n. 38. Non enim attenditur rei qualitas, ſed perſonæ conditio apud quam invenitur. Surdus *conſ.* 338. *n.* 9. Valaſcus *de jure emphyteut. q.* 17. *n.* 15. Caldas *de jur. emphyt. lib.* 2. *q.* 12. *n.* 22. Manent. *deciſ.* 6. *n.* 27. Ciarlinius *controv. c.* 17. *n.* 35. *&* 36. Videnda 139
plura alia circa mutationem rei judicatæ ob mutationem ſtatus rerum, vel perſonarum; de quibus ſupra 1. *part. cap.* 25. *per totum*, maximè *ex n.* 26. *cum multis ſeqq. verſ. Et in ſuper hæc noſtra reſolutio*, &c. atque ita textum *in d. l. ſingulis, ff. de except. rei jud.* in argumento allegatum *n.* 71. intelligit gloſſa inter eaſdem perſonas non permitti contrarias ferri ſententias, ibi, *nunc pro actore, nunc pro reo.*

140

Et quod ſuper eodem facto ſententiæ diverſæ tolerantur inter diverſas, perſonas jura ſunt ſingulariſſima, & expreſſa *in l. nam etſi*, 15. §. *filius qui ff. de inofficioſ. teſtam. l. cum filius diverſis tribunalibus*, 78. *ff. de legatis* 2. continentia mirabiles caſus, quando ſcilicet duo ſunt hæredes inſtituti, & filius, vel veniens ab inteſtato dicit de nullitate, aut inofficioſo teſtamento contra hæredes in diverſis tribunalibus, & adverſus ſingulos ſeparatim agit, & unum hæredem vicit, & ab alio hærede victus, & ſuperatus fuit; ſuſtinentur hæ contrariæ ſententiæ, & pro parte victi hæres eſt, & pro rata tenetur creditoribus, & legatariis hæreditatis, *d. l. Claudius, ff. qui pot. pign. hab.* quorum jurium licet non meminerint, probarunt tamen Craveta *conſ.* 232. *n.* 5. *&* 6. Urſil. ad Afflictum *deciſ.* 213. *n.* 8. latè proſequitur Cancerius *variar. reſol. lib.* 3. *c.* 10. *de contentio. juriſ-* 141
dict. ex n. 110. per text. *cap. fin. de judiciis*, qui *n.* 99. poſt alios inquit quod diverſitas perſonarum dividit, & diverſificat factum, quod aliàs unum eſt, & per conſequens judicium, ex *l. non idcirco, in princip. ff. de judiciis.* Et quod exceptio rei judicatæ non obſtat in iis, 142
quæ ſui natura ſtatum mutant, tam reſpectu rerum, quàm perſonarum, ultra hactenus adducta, multa alia notabilia videnda erunt ſuprà 1. *p. c.* 25. *per totum, & in c.* 28. *per totum*; atque ideò hæc judiciorum varietas inter tenutarium, & vincentem poſtea in proprietatis

judicio nihil impedit quominus creditorum jus varietur, qui si à tenutario victi fuerunt, possunt jus suum noviter recuperari in hypothecis, quando debitor, & possessor putativus, cum quo sub regia facultate contraxerunt, majoratus bona iterum in judicio proprietatis recuperavit & obtinuit contra tenutarium, qui eum in tenuta vicerat.

CAPUT XXIII.

Creditores simpliciter mutuantes possessori majoratus, habenti duas regias facultates ad certas quantitates (altera tamen jam consumpta vel alia inefficaci) cujusnam intuitu contraxisse intelligantur, ut eis gradus in concursu assignetur, vel prorsus excludatur?

Et quid si inter contrahendum possessor ipse ad unam jam tamen conscriptam facultatem se restrinxit, an ex alia nondum plena, aut valida, census impositio sustineatur?

SUMMARIUM.

1 *Facultas limitata ad certam quantitatem non prodest creditores mutuantibus possessori majoratus, ultra illam.*

2 *Possessori majoratus asserenti ultra summam facultatis fuisse mutuatum, vel virtute facultatis jam impletæ, & consumptæ, incumbit onus probandi.*

3 *Mutuans simpliciter possessori majoratus habenti duas facultates ad limitatas quantitates, una tamen jam consumpta, an tutus sit ex facultate non consumpta, & seqq.*

4 *Contractus simpliciter cum possessore majoratus habente duas facultates, una jam consumpta; nulla earum facta relatione, sustinetur ex non consumpta.*

Idem si unam tantum facultatem habebat, cujus in contractu facta non fuit relatio, ex ea sustinetur contractus, ibid.

5, 6 & 7. *Potestatem duplicem habens, si actum faciat simpliciter, si sustineri non possit ex una inutili? sustinetur ex alia utili, tunc existente.*

8 *Actus qui potest fieri uno modo licitè, & alio modo illicitè, censetur factus eo nomine, & sub eadem persona & jure, quo licite geri potuit.*

9 *Pro actus validitate, & subsistentia in dubio præsumitur.*

10 *Ex duobus factis, de quorum anterioritate non apparet, semper præcessisse præsumitur id, quod facit actum valere.*

11 *Viam nemo eligere videtur, per quam judicium suum subvertatur.*

12 *Si quod ago non valet, ut ago, valeat ut valere potest.*

13 *Nisi contrahentes se restringant ad actum gestum ultra quem deficit consensus.*

14 *Pater habens duplicem facultatem ad condendum majoratum, suam regiam, si simpliciter non facta regiæ facultatis mentione, majoratum confecit, cum conditionibus jure reprobatis, sustinetur ex regia facultate.*

15 *Ad actus validitatem sufficit habere potestatem extrinsecam, licet ea non exprimatur in contractu, & dispositione.*

16 *Facultas sibi reservata ad disponendum de aliqua re si illam simpliciter hypothecaverit, nulla facultatis facta mentione, ea uti voluisse intelligitur.*

17. 18 & 19. *Facultate sibi reservata disponendi de aliqua re, an videatur, qui generaliter, vel specialiter de re simpliciter disposuit.*

20 *Bona feudalia obligari non possunt absque regis assensu.*

21 *Facultatem habere ad alienandum sufficit, licet in contractu non exprimatur, ipsum fieri ejus virtute.*

22 *Facultate ad alienandum, vel hypothecandum censetur uti, qui eam habens, simpliciter contraxit.*

23 *Facultate ad dandum uxori arrhas altra taxam legis, uti videtur, qui simpliciter eas promisit.*

24 *Actus sic debet interpretari, ut censeatur provisum causæ magis necessariæ.*

25 *Facultas ad alienandum, & alienatio si in eadem die celebrentur, de quarum anterioritate non apparet; præsumitur facultas præcessisse.*

26 *Maxime si in ipsa alienatione annuntietur licentia, & facultas; quæ ob id processisse intelligitur.*

27 *Facultatem habens ad alienandum, si alienet eam tacendo, sustinetur alienatio, & hypotheca.*

28 *Facultatem habens ex pacto ingrediendi possessionem propria auctoritate, simpliciter ingrediatur, facultate uti videtur.*

29 *Qui pro alio in judicio comparet, non ostenso mandato, actus sustinetur, si revera iliud habeat, & sufficit quandocumque de eo constare.*

30 *Nisi mandati ostensio fiat oppositam exceptionem defectus mandati.*

31 *Mandatum qui habet ad emendum feudum, si simpliciter emat, intelligitur virtute mandati emisse.*

32 *Possessor majoratus habens duas facultates pro diversis quantitatibus, si una infit consumpta, & simpliciter contrahat, nullius facta mentione ex non consumpta, sustinetur contractus.*

33 *Duas facultates habens ad certas quantitates, & virtute jam consumptæ noviter contraxit, an contractus sustinetur ex alia nondum eo tempore completa existente, negative resolvitur.*

34 & 35. *Facultatem duplicem habens, si restringat ad unam, inutilem tamen, non sustinetur alius ex alia valida etiam tunc eximente.*

36 *Ordinarius, qui tanquam delegatus, processit, cum delegatione careret, processus est nullus: nec sustinetur ex jurisdictione ordinaria, qua usus non fuit.*

37 *Quia se restrinxit ad potestatem delegatam, quam habebat.*

38 *Ex potestate valida qui potuit actum facere, & fecit ex inutili, ad quam se restrinxit; nullus est actus.*

39 *Potestatem validam, & inutilem qui habet si actum simpliciter fecit, & non se restrinxit ad aliquam, sustinetur actus ex potestate valida.*

40, 41 & 42. *Secus si se restringit ad potestatem inutilem.*

43 *Creditor neutra facultate juvatur, nec ex invalida, ad quam se restrinxerunt contrahentes, nec ex valida, cum ea usi non fuerunt.*

44 *Quod potuit noluit, quod voluit adimplere nequivit.*

45 *Contrahens ex qualitate inutili, cum potuerit ex utili contrahere, ex neutra sustinetur contractus.*

46 *In contractibus non valet argumentum, si quod ago non valeat, ut ago, valet ut valere potest.*

47 *Procurator duo diversa habens mandata videtur illius virtute contrahere, quo usus fuit.*

48 *Et ex mandato, etiam inutili, quo usus fuit, contractus regulatur, quamvis corruat.*

49 *Duæ distractæ qualitates si concurrant in eadem persona, actus ex una gestus nihil influit in aliam.*

50 *Actus simpliciter gestus judicatur ab intentione gerentis, contra quam etiam favorabilis operatur.*

51 *Creditor qui sub facultate extincta, & consumpta contraxit, sibi imputet, quia eam non examinavit.*

52 *Creditores cum possessore majoratus contrahentes sub facultate regia, jam consumpta, & extincta, nullum jus habent ad bona majoratus.*

53 *Viam quam quis semel elegit sequi debet, nec ad aliam redire potest.*

54 *Contrahens sub facultate, ad quam se restrinxit possessor majoratus, inquit postmodum eligere aliam facul-*

facultatem utilem, cum hoc non ſit in ejus poteſtate L. habebat 13. *de inſtitut. action. ponderatur, ibid.*

55 *Contractus intuitu unius negotiationis non confunditur cum alia, nec iſta tenetur.*

56 *Electio ejus, qui facultatem duplicem habet, attenditur, qua uti voluit.*

57 *Facultatem habens ad alienandum, ſi alienavit ſub conditione facultatis impetrandæ, an contractus ſuſtineatur ſub facultate jam obtenta, alia non impetrata.*

58 *Contrahentes certi de facultate jam obtenta, ſi ei renunciarunt, nova alia egent ad contractus validitatem.*

59 *In dubio autem, etſi contrahant ſub conditione impetrandæ facultatis, contractus ſuſtinetur ex priori jam impetrata.*

60 *Contractus ſub conditione impetrandæ facultatis ſi ea non ſit neceſſaria ad actum, ſuſtinetur abſque ea.*

AD harum difficultatum reſolutionem in mentem trahendæ ſunt, & præmittendæ duæ mirabiles reſolutiones, de quibus *in hac* 2. *p. cap.* 4. Altera, quod
1 facultas regia impetrata per poſſeſſorem majoratus ad mutuo, aut in cenſum redimibilem recipiendam certam, & limitatam quantitatem ſuper dicto majoratu intra ſummæ limites contineri debeat, ita ut deficiat in exceſſu facultas, & cum quantitate permiſſa jam completa facultas ipſa prorſus extinguatur, & creditores ultra ſummam in facultate limitatam, & permiſſam mutuantes prorſus à bonis majoratus excludantur. Ita poſt longam hinc inde diſputationem reſolvimus per totum illud, *cap.* 4.

2 Secunda reſolutio eſt, ut ei qui afferit, atque opponit facultatem regiam conceſſam poſſeſſori majoratus ad mutuò accipiendam certam & limitatam pecuniæ quantitatem tempore, quo aliquis creditor mutuavit, eſſe jam conſumptam, ſeu extinctam, illumque mutuaſſe ultra ſummam permiſſam, incumbat onus probandi, non tamen creditori mutuanti, & cum poſſeſſore majoratus contrahenti. Hanc reſolutionem ex innumerabilibus penè Doctoribus firmavimus in eodem *cap.* 4. *ex n.* 118. *cum ſeqq. verſic. unum tamen notabile non omittam.*

3 Quibus præmiſſis, nunc quæri utiliter poteſt, an creditor, qui ſimpliciter contraxit cum poſſeſſore majoratus habente duas regias facultates diverſis temporibus impetratas, & obtentas, quarum quælibet ad quatuor millia mutuo accipienda limitata erat, una tamen jam erat conſumpta, & per quantitatis permiſſæ receptionem extincta, altera verò non: an creditor, qui ſimpliciter mutuavit nulla facta facultatum mentione, vel facta, cum reſtrictione tamen ad unam, quæ jam eo tempore erat conſumpta, & extincta, poſſit inſuper in judicio concurſus inſtare pro graduatione, & exactione, certans ſuum creditum ſuſtinendum ex alia facultate, quæ nondum conſumpta erat, nec ejus ſumma completa.

4 Quoad primam difficultatem, quando ſcilicet mutui, aut cenſus contractus ſuper bonis majoratus fuit celebratus ſimpliciter, indifferenter, atque nullius facultatis facta mentione, vel etiam quando unam tantum facultatem habebat, & bona majoratus obligavit tacendo, non exprimendo facultatem; & in utroque caſu æqualiter verum puto, ſuſtinendum contractum ex facultate exiſtente, & non conſumpta, cujus intuitu, & contemplatione geſtum eſſe intelligendum, & benignius interpretandum; quia ſufficit creditori ſimpliciter mutuanti ſuper bonis majoratus, realiter, tunc adeſſe facultatem, & regium aſſenſum, etiamſi in contractu non explicetur; pluribus
5 fundamentis movemur. Primò quoniam habens duplicem poteſtatem ad actum gerendum, ſi actus à ſe ſimpliciter geſtus nequit ſuſtineri ex una, tanquam inutili, ſuſtinetur tamen ex alia, quæ tunc aderat utilis, efficax, & valida, ne actus pereat; ut per text. *in cap. niſi ſi de præbend. & in l.* 2. *D. militar. teſtam.* probant Abbas *in c. Quintavallis, col. pen. verſ. eo autem cum reverentia, de jurejur.* Innocent. *in cap. cum ex officii in verſic. authoritate;* & *ibi* Felinus *col.* 9. *verſic. ex iſta concluſione Innocentii, de præſcriptionibus,* declarat Alexand. *in conſil.* 55. 6
quoniam, lib. 5. & Bartol. *in l. gerit. verſic. circa tertium principale, de acquir. hæredit.* per argumentum *in l.* 1. *cum ſeqq. D. ſolutionib. & l. ſi quis intentione, ff. de judiciis* Bald. *in d. l.* 2. *D. militar. teſtam.* Joannes Millius *in verb. judex poteſt procedere,* latè Joannes Baptiſta *de arbitriis, cap.* 4. *cum pluribus cap. ſeqq.* copiosè in variis materiis videndus Vantius *de nullitatibus ſent. ex defectu juriſdict. Ordinar. ex n.* 171. *cum ſeqq.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 17. *per totam,* facit Rotæ *deciſ.* 415. apud Seraphinum. *ex n.* 1. ibi: Hæc objectio non placuit, quia revera ipſe erat tutor, & adminiſtrator cum ampliſſima poteſtate à contutoribus ei tributa, quare cum citatio non fuerit reſtricta ad eum tanquam principalem tantum, & excluſivè reſpectu facultatis, quæ ei, uti tutori competebat: ſuſtinetur actus ex cap. ex quo ſuſtineri poteſt, ad Conſ. Roman. 446. & 7
447. Jaſon. in lege exigendi, num. 7. & 9. de procuratoribus, &c. optima deciſ. Alex. Ludoviſ. 204. *ex n.* 16. ibi: Facit, quod dicitur de habente poteſtatem ordinariam, & delegatam, ut cenſeatur præceſſiſſe ea poteſtate ſecundum quam actus valet. Abbas in cap. cum offic. n. 31. & ſeqq. de præſcriptionibus ubi Felin. ſub n. 32. verſ. amplia ſecundo. Alciat. dicta præſ. 5. actus enim, qui poteſt fieri uno modo licitè, & alio illicitè, cenſetur factus eo nomine, ſub ea perſona, & jure, quo licitè fieri po- 8
tuit. Aretin. conſ. 23. n. 10. in fin. Curtius jun. conſil. 20. ſub n. 7. verſic. & ad hoc optime conveniunt, & latiſſimè plura congeſſimus *de ſupplicat. ad ſanctiſſ.* 2. *part. cap.* 12. §. *un. ex num.* 3. *& ſeqq. & ex n.* 9. *cum ſeqq.*

Et ratio eſt, quia in dubio pro actus validitate, & 9
ſubſiſtentia præſumitur; latiſſimè Giurba *dec.* 39. *ex n.* 16. Theſaurus *deciſ.* 49. *n.* 3. Seraphin. *deciſ.* 1115. Pereira *de empt. & vendit. cap.* 3. *n.* 10. copiosè nos *d.* §. *un. ex n.* 2. ubi etiam quod ex duobus factis de quorum 10
anterioritate non apparet, ſemper fingitur præcedere, quod facit actum valere; plura DD. exempla redduntur ibidem, *& num. ſeqq.*

Tum etiam, quia nemo videtur eligere viam, per 11
quam judicium ſubvertatur, *l.* 3. *verſ. nec credendus, D. militar. teſtam. leg. quoties,* 13. *D. de rebus duobus, l. quoties, de verb. oblig.* text. optimus *in cap. Abbate,* juncta gloſſa *verb. potius de verbor. ſignific.* cum aliis, de quibus per Menochium *de præſumptione, lib.* 6. *quæſt.* 4. *per totam,* Mantica *de verb. ſignific. lib.* 5. *cap.* 19. *n.* 160. quo caſu ſuccedit regula 1. *ſi tam anguſti D. de ſervitu-* 12
tibus, ubi ſi quod ago, non valet ut ago, valet tamen ut valere poteſt, Pereira *de empt. & vendit. cap.* 3. *n.* 10. *cum. ſeqq.* ubi latiſſimè hanc regulam examinat, *& n.* 11. illam mirabiliter limitat, quando contrahentes ſe reſtrinxerunt ad actum geſtum, prout eſt inter eos celebratum, ut tunc ulterius actus ipſe progredi nequit, cum 13
deficiat conſenſus, *l. obligationum ſubſiſtentia,* §. *fin. D. de actionibus & obligat. l.* 1. §. *eum qui, D. de conſtituta pecun.* cujus limitationis plura reddit exempla ipſe Pereira *ex num.* 12. *cum ſeqq.* de qua limitatione latius protinus in ſecundo dubio agendum erit.

Secundò probatur ex doctrina Menchacæ *in l. quoniam* 14
in priorib. n. 249. *C. de inofficioſ. teſtam.* ubi pater, quòd qui ex propria perſona, & jure, ſimul ex facultate regia potuit condere inter liberos majoratum, ſi illum ſimpliciter fecit nulla facultatis regiæ facta mentione, opponendo aliquas conditiones, quæ ex jure poteſtate propria non tenent, ſuſtinentur tamen ex facultate regia, ex qua apponi potuerant, & ea uſum fuiſſe, ejuſque intuitu, & contemplatione, ſic depoſuiſſe præſumitur, per *l.* 3. *D. militar. teſtam.* ſequuntur Molin. *de primogeniis, lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 69. & 70. & idem Addi-

tionator Azevedius *in l.* 10. *tit.* 7. *lib.* 5. *recopil.* Pater Molin. *tom.* 3. *de juſt. & jure, diſp.* 599. *n.* 9. Caſtill. *contr. tom.* 5. *c.* 67. *ſub n.* 60. *verſ. diverſimodè tamen.* Et ſic ad actus validitatem ſolùm attenditur poteſtas extrinſeca ejus, qui illum ſimpliciter
15 geſſit, quamvis eam ſpecificè non exprimat in contractu, aut diſpoſitione.

Cui & illud conſonat, quod ſi cùm homicida fuit diſpenſatum ad obtinendum beneficium, ſi poſtea obtinere vult, non tenetur oſtendere, & narrare diſpenſationem, collatioque valebit de ea non facta mentione, quia ſufficit fuiſſe habilem redactum, & poteſtatem habere ad beneficium obtinendum, ut tenent Joan. Andr. *in c.* 2. *n.* 2. *de filiis preſbyt. in* 6. & ibi Ancharan. *in annotation.* 3. Dominic. *n.* 7. Franchus *n.* 5. Abb. *in c. p. n.* 5. *de reſcriptis.* Rebuffus *in praxi benefic. tit. de diſpenſatione, in fine, & in concordat. in forma mandati Apoſtol. ſuper verbo diſpenſationem*, Sanchez *de matrimonio, l.* 8. *d.* 22. *n.* 1.
16 Tertio, hæc pars fulcitur, nam quando quis ſibi reſervavit facultatem diſponendi de aliqua certa re, ſi illam expreſſe creditoribus hypothecavit, ſimpliciter tamen nulla facta facultatis mentione, nec ea uti voluiſſe exprimens; tenet hypotheca, & expreſſa rei obligatio, & eadem facultate uti voluiſſe intelligitur, atque in favorem creditorum hypothecata ſuſtinetur. Hujus reſolutionis quamplurimos teſtes adduximus *ſuprà hac* 2. *part. cap.* 18. *per totum*, maximè *ex n.* 21. *cum multis ſeqq. verſic. ſed quid dicendum erit*, &c. Et iterum *in cap.* 19. *ex n.* 18 *cum ſeq. verſic. ſed quantum ad obligationem*, &c. Quibus in locis plurimas reperies doctrinas, valde huic reſolutioni conducibiles.
17 Cujus eſt Farinæ illa inter noſtros controverſa opinio, an qui habet facultatem diſponendi de certis bonis, aut certa quantitate, videatur dicta facultate uti ex eo ſolo, quod generaliter de omnibus ſuis bonis hæredem inſtituat; innumerabiles DD. affirmant, & hæredem conſequi bona vel quantitatem reſervatam,
18 etiamſi ſpecificè de iis non diſponat. Quamplures tamen alii communem tenent, aſſerentes non ſufficere generalem bonorum ſuorum diſpoſitionem, ſed requiri ſpecificam mentionem rerum reſervatarum, ut hæres eas conſequi valeat, & ut videatur habens facultatem ea uti velle. Has opiniones ampliſſimè refert Fuſſarius *de ſubſtit. q.* 150. *per totam*, utriuſque opinionis DD. innumerabiles penè recenſet Amat. *var. tom.* 2. *reſolut.* 76. *ex n.* 9. *cum ſeqq. & ex num.* 12. tertiam plurimorum diſtinguentium refert videndus.
19 Ex utriuſque tamen opinionis Doctoribus clarè conſtat, quoad hoc, ut valeat diſpoſitio rerum reſervatarum, non requiri ſpecificam mentionem facultatis, ſed ſufficere de rebus reſervatis ſpecificè diſponere, juxta rigoroſam opinionem; non tamen (ut teneat diſpoſitio) appetunt ii omnes DD. mentionem facultatis, ſed eam ſubintelligi, & cenſeri uti eam habentem ex ſola rerum reſervatarum generica, vel ſpecifica diſpoſitione juxta utriuſque opinionis reſolutionem, in quo omnes conveniunt; quia ſufficit diſponentem poteſtatem & facultatem habere ad diſponendum, abſque ejus expreſſione.
20 Quartò, reſolutio noſtra roboratur ex mirabili doctrina Baldi *in capite* 1 §. *in generali, ſi de feudo fuerit controverſia inter domin. & agnat.* dum dicit, quod licèt bona feudalia obligari & hypothecari non poſſint, niſi adſit Principis aſſenſus, & facultas; qua exiſtente creditor agere poteſt per hypothecariam pro advocanda poſſeſſione illorum. Sequuntur Afflictis ibidem, & Frecia *de ſubfeudis lib.* 2. *quæſt.* 3. *col.* 3. *ad medium verſic. & ideo ſi Rex dat licentiam, n.* 6 *fol.* 127. ex hoc infert ipſe Baldus *in dicto* §. *generaliter*, quod ſi contrahens cum feudatario ſcit poſſe ea bona feudalia alienari, & hypothecari, eo quod
21 feudatarius facultatem impetraverat à Principe; tunc ſuſtinetur hypotheca, etſi eadem facultate inter contrahendum expreſſe non utatur, nec mentio fiat, quia ſufficit ſcientes poteſtatem habere, & facultatem legitimè eſſe obtentam, ut bona obligata remaneant; ut *in cap.* 1. *de capitan. qui curiam vendid. leg. qui tabernas, D. de contrah. emptione*, & dictam doctrinam Baldi multum fuiſſe commendatam à Domin. conſiliariis atteſtatur Frecia *de ſubfeud. quæſt.* 3. *col.* 3. *ad. finem, n.* 3. *in fine, fol.* 122. ubi ſubdit etiam idem ſentire Andream de Iſernia *in d. cap.* 1. *de capitan. qui cur. vend.* quos etiam omnes referens ſequitur Gratian. *in diſceptat. forenſ. tom.* 3. *cap.* 580. *n.* 10. 11. & 12. quod etiam ex plurimis antecedentibus fundamentis expreſsè infert Mieres *de majoratu* 22
1. *part. q.* 26. *ex n.* 56. licèt neminem alleget, dum firmat, quod ſi quis habeat facultatem ad alienandum bona majoratus, vel ad ea hypothecanda pro dote, & alienet, vel hypothecet talia bona, non exprimendo, quod id agit ex facultate regia quam habet; videtur nihilominus ea uti, & ad executionem deducere facultatem, & idem erit (inquit Mieres *in d. q.* 26. *n.* 57. & 58.) in eo qui habet facultatem, & licentiam ad dandum mulieri arrhas ultra decimam 23
partem bonorum, vel cum derogatione pragmaticæ de Madrid ad conſtituendam dotem filiæ. Pro qua ponderat Bartoli doctrinam, & aliorum plurimorum aſſerentium, quod actus ſic debet interpretari, ut 24
cenſeatur proviſum cauſæ magis neceſſariæ.

Idem etiam ſupponit ipſe Mieres 4. *part. quæſt.* 6. dum per totam firmat, quod ſi in eodem die expediatur facultas ad alienanda, aut obliganda bona majo- 25
ratus, & ipſe contractus alienationis celebretur, de quorum anterioritate non apparet; præſumitur facultas præceſſiſſe, ex *leg. cum in teſtamento*, §. *hæc verba. D. de hæred bus inſtitut. leg.* 2. §. *prius verſic. ſi quis ita, D. vulgar.* plurimos etiam poſt Gomez *in lege* 42. *Tauri n.* 3. & 4. Molina *de primogen. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 50. & 51. addit ipſe Mieres *n.* 3. hoc maximè procedere ſi in ipſa alienatione annuntietur contractum 26
fieri virtute regalis ſcientiæ, ex quo clarè ſupponit, quod ad validitatem alienationis bonorum majoratus non ſit neceſſaria expreſſio facultatis obtentæ, ſed ſufficere eam habere, & ſimpliciter abſque commemoratione ejuſdem contrahere. Cui addiderim ego, quod præfata jura, & Doctores noſtram expreſsè probant reſolutionem, ut in actu alienationis non ſit neceſſaria expreſſio facultatis obtentæ, dum probant valere alienationem, & obligationem, quando non apparet facultatem præceſſiſſe. Etenim ſi ejus in contractu fiat mentio, jam clarè appareret ipſam præceſſiſſe, & ſic foret otioſa quæſtio ſuper qua nulla dubitandi ratio cadere potuiſſet, nec juris præſumptio; & ideo præcisè intelligendi ſunt DD. quando actus ſit abſque expreſſione facultatis, de cujus anterioritate dubitatur, nihilominus juris præſumptionis actus ſuſtinetur.

Et in aſſenſu regio jam per vaſſallum impetrato ad alienandum, vel hypothecæ ſubjiciendum bona feudi, 27
ſi alienet, ſeu hypothecæ ſubjiciat, tacendo tamen facultatem obtentam, & nulla ejus facta commemoratione, ut nihilominus contractus ſuſtineatur, cum ejus virtute vaſſallus contraxiſſe intelligatur; tenet in terminis Frecia *de ſubfeudis, lib.* 2. *de authorit. Baronum, authorit.* 1. *q.* 33. *in fin. fol.* 161.

Hinc inquit Valenzuela Velaſquez *in conſ.* 33. *n.* 96. *fol.* 251. *tom.* 1. in hunc modum: Nec obſtat dicere quod doctus Epiſcopus in erectione dignitatum & dotatione illarum, non declarat id facere virtute Apoſtolicæ facultatis, quam habebat à dicto Papa, quia ſatis evidenter apparet id feciſſe virtute dictæ facultatis Apoſtolicæ, & non authoritate ſua propria, etiamſi id non expreſſerit argument. l. 2. ff. de militari teſtam. per quam Doctores ibi reſolvunt quod actus qui poteſt videri factus ex duplici poteſtate, ſi ſimpliciter fiat, adhuc intelligitur factus ex ea, quæ magis ſuſtineri poteſt, & citat Bald. Felin. Hypolitum, & Molinam ita tenentes,

idque

idque comprobat tribus num. seqq. sequitur Castillo *de tertiis cap.* 8. *n.* 11. 12. 13. & 14. qui ad idem alios allegat.

Conducit doctrina Sarmiento *de reddit. Ecclesiast.* 4. *part. cap.* 4. *n.* 1. ubi dicit, quod si quis habeat facultatem testandi, licèt in testamento nullam faciat mentionem indulti aut licentiæ, testamentum sustinetur, quem sequitur Bursatus *in cons.* 178. *n.* 9. *lib.* 2. & Mieres *de majoratu* 4. *part. q.* 172. qui ex hoc ad nostrum propositum, ac terminos infert, quod habens facultatem ad alienandum, vel obligandum bona majoratus, si obliget vel alienet, nulla facta mentione facultatis obtentæ, valet obligatio seu alienatio, quia sufficit facultatem habere.

28 Quintò probatur, quoniam quando quis ex pacto habet facultatem hypothecam ingrediendi propria authoritate simpliciter, eam ingrediatur, nulla facta facultatis expressione, intelligitur illa ingredi voluisse virtute facultatis, quam ex pacto habet, ut probant Negusantius *de pignoribus* 4. *p. n.* 27. *cum. seqq.* Mantica *de contractib. lib.* 11. *tit.* 5. *n.* 21. & 22. *tom.* 1. contra Socin. Senior. *consil.* 131. *n.* 7. sentientem, quod debet constare creditorem ingredientem voluisse uti facultate ex pacto recepta, per *leg.* 1. *Cod. de condit. ex lege*, qui nihil probat, & quatenus aliquid probat potius induci potest pro opinione Negusantii & Manticæ.

29 Sextò denique fulcitur hæc pars, quoniam procurator potestatem habens revocandi procuratorem potest tacitè uti dicta potestate per solam constitutionem novi procuratoris absque mentione suæ facultatis, cùm intelligatur voluisse uti potestate revocandi sibi concessa, Bartol. & DD. *in l. ante litis, ff. de procuratoribus.* Rota *dec.* 386. *de procurator. in novis.* Vantius *de nullitat. ex defectu mandati, n.* 108.

30 Cujus etiam est farinæ, nam licèt quis pro alio in judicio compareat, nec ostenderit mandatum, judicium, & sententia sustinentur, si in rei veritatem mandatum habebat; quia sufficit quandocumque ostendere, & de eo docere, & de agentis facultate, & potestate ad agendum constare, tenent Bald. *in lege* 1. *in* 2. *lectura n.* 2. *ff. de procurationibus*, & iterum *in consil.* 121. *num.* 2. *lib.* 3. Alexand. *consil.* 146. *circa finem lib.* 5. Cavalascan. *decis.* 23. *n.* 17. *part.* 1. Seraphinus *decis.* 993. *n.* 13. Rovit. *super pragmat. Rubric. de procurator. n.* 25. Cancerius *variar. resolut. lib.* 3. *cap.* 12. *ex n.* 62. *cum seqq.* Costa *de retrotract. caus.* 28. *cap.* 8. *n.* 4. Mart. *in ff. novissf.* 1. *part. cap.* 78. Achil. de Grassis *decisione* 6. *de procuratoribus.* Cencius *post tract. de censibus, decis.* 255. *n.* 3. Golinus *de procuratoribus* 3. *p. cap.* 3. *ex n.* 3. *cum seqq.* Cravet. *in consil.* 108. Guido Bonus *dec.* 129. Rota *in una Romana censu* 4. *Decembris* 1595. coram Cardin. Pamphilio qua referens sequitur Marescotus *variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 92. *num.* 1. quod procedit nisi fuerit de defectu mandati adversario oppositum, & de eo tunc non doceat, ut probant omnes præallegati Doctores.

31 Quod & idem est in contractibus, nam in quis habeat facultatem, & mandatum ad emendum fundum, quem etiam sua pecunia, simpliciter tamen, nulla facta mentione mandati, nec contrahere procuratorio nomine; nihilominus intelligitur emere virtute mandati, quod habeat, & procuratorio nomine contraxisse, atque ideo tenetur domino mandanti rem restituere cum fructibus, tenent DD. *in l.* 4. §. *si ab ignoto, vers. unde quæri, ff. de manumissione.* Jason. *in l. Titia* 134. §. *idem respondit. n.* 2. *de verbor. obligat.* Tiraquell. *de retractu convent. ad finem tit. n.* 110. Rota Genuens. *dec.* 57. *n.* 9. Surdus *decis.* 325. *n.* 8. Ruinus *dec. Cur. Archiepisc.* 2. *part.* 139. Bertazol. *de claus.* 5. *glossa* 1. *n.* 1. Menochius *lib.* 3. *præsumpt.* 49. *n.* 1. Mantica 18. *de tacitis, lib.* 7. *tit.* 18. *ex num.* 16. Pereira *de emption. & vendit. cap.* 15. *cap. per totum*, maximè *ex n.* 8. & 10. ex plurimis aliis Hermosilla *ad l.* 48. *glossa* 5. *ex n.* 9. *cum seqq. tit.* 5. *partita* 5. *tom.* 2. *fol.* 217. latissimè etiam Noguerol, *allegat.* 20. *ex n.* 33. *cum multis seqq.*

Ex quibus fundamentis satis comprobata videtur hæc 32 prioris dubii resolutio, hypothecam in bonis majoratus simpliciter impositam per possessorem habentem realiter facultatem regiam valide impetratam, aut etiam duas facultates ad certas pecuniæ quantitates, altera tamen consumpta, nullius facta mentione in contractu, sustineri ex altera existente, ex qua licebat bona majoratus obligare, etiamsi de ea inter contrahendum specialis mentio facta non fuerit, sed ei sufficit ad contractus validitatem, facultatem realiter existere & habere, qua tunc usum fuisse intelligitur, & ejus contemplatione cum creditoribus contraxisse, qui propterea uti legitimi creditores ad concursum admittendi sunt, & in sententia inter cæteros graduandi.

Ad secundam hujus capitis partem accedamus, 33 quando scilicet possessor majoratus duas diversis temporibus facultates à rege impetravit, quamlibet pro certa & limitata pecuniæ quantitate, altera tamen jam erat consumpta per quantitatis receptionem à creditoribus quibusdam, & per consequens extincta, & finita, prout uberrime diximus *in hac* 2. *p. c.* 4. *per totum*; si possessor noviter contraxerit expresse ex una facultate, quæ jam consumpta erat, an census impositio super majoratus bonis sustineri valeat ex alia facultate, eo tempore existente, non consumpta nec completa, de qua tamen nulla facta fuit mentio; & brevibus dicendum erit non sustineri, sed annullari.

Quoniam qui habet duplicem facultatem, si actum 34 faciens se restringat ad unam, invalidam tamen, & inutilem ad actum gestum, non sustinetur actus ex facultate valida, & uti juxta text. formalem, & expressum *in l. lege habebat* 13. *ff. de instit. actio.* (quem ad aliud singulare ponderabimus inferiùs ad calcem hujus capitis) probarunt communiter DD. Calderin. *cons.* 1. *de accusationibus consil.* 357. declarat, sequitur Cassiodor. *decis.* 7. *n.* 7. *de appellatione.* Capicius *decis.* 96. *in causa num.* 9. Post Marianum Socinum *in cap.* 2. *à* 13. *de libelli oblatione.* Vantius *de nullitatibus sententiarum ex defectu jurisdict. ordin. sub num.* 174. *vers. quamvis dicta clausula.* Notabilia probant duo Romani *consil.* 35 446. & 496. quæ loquuntur de habente duo mandata, vel duas facultates, ut actus factus intelligatur, virtute illius qua utitur, quamvis aliàs sit invalida & inefficax ad actum, ita ut ex alia, qua non fuit usus, non sustineatur quæ consilia ac omnibus esse sequuta communiter testantur Jason. *in lege exigendi, n.* 9. *vers.* 6. *fallis, & in lege maritus, n.* 7. *Cod. de procuratorib.* Achilles de Grassis *decis.* 7. *procuratorib.* & cum aliis Gratianus *tom.* 3. *cap.* 573. *num.* 48. 49. & *tom.* 4. *cap.* 699. *n.* 27. & *seqq.* Virgilio *de legitimatione personarum, c.* 26. *n.* 6. Fontanella *de pactis nuptial. claus.* 62. *num.* 60. *partit.* 7. quos sequitur Noguerol, *alleg.* 7. *num.* 41.

Et cum Menochio *de præsumptionibus, lib.* 1. *præ-* 36 *sumpt.* 17. *ex n.* 2. & aliis inquit Pereira *de emptione & vendit. cap.* 3. *à n.* 12. ibi: Hinc etiam resolvitur, verum esse quod scribit glossa singularis in capite ex literis de officio delegat. asserens processum esse nullum, quem ordinarius tanquam delegatus agitavit, cum delegatus non esset. Etsi uti ordinarius potuisset procedere; quod Panormitanus ibidem censuit causari ex defectu voluntatis judicantis, qui restrinxit ad delegatam jurisdictionem, &c.

Quæ doctrina verissima est, sæpe canonizata per 37 Rotam, uti *in uta Tridentina, beneficii del Rosal-* 12. *Dec.* 1594. *coram D. Peña*, quam ad literam adducit Garcia *de beneficiis*, 6. *part.* 1. *cap.* 2. *n.* 17. quæ ante finem sic ait: Præterea nec decretum citationis poterat sustineri vigore ordinariæ jurisdictionis, quia cum processerit tanquam delegatus, se restrinxit: fecit enim actus tanquam judex Apostolicus vigore literarum, & ideo nulliter processit ex prædictis. Hostiensis, Imola, Abbas & alii in cap. cum ex officiis, ubi Felinus, n. 29. vers. quarta conclusio, de præscriptionibus; nam qui 38 potest

poteſt procedere ex poteſtate valida, & procedit ex poteſtate invalida; ad quam ſe coarctavit, nulliter procedit, Puteus deciſ. 583. n. 3. lib. 2. Romanus conſ. 343. n. 3. &c. Et eſt ad idem *dec.* 415. Seraphini *ex n.* 1. cujus ſuperiùs mentionem fecimus & verba retulimus.

39 Alia inſuper adeſt ſingularis Rotæ *deciſ.* apud Alex. Ludoviſ. 204. *ex n.* 16. ibi: Facit, quod dicitur de habente poteſtatem ordinariam, & delegatam, ut cenſeatur proceſſiſſe ea poteſtate, ſecundum quam actus valet. Abbas in dicto cap. cum officii n. 31. & ſeqq. de præſcript. ubi Felin. ſub n. 32. verſic. amplia ſecundo.

40 Alciatus de præſumptionibus, n. 5. &c. (Sequitur, & facit) quod ſine difficultate procedit, quia dictus Virginiæ non ſe reſtrinxit ad facultatem Arbitri incompetentem. Paulus de Caſtro, *conſ.* 74. *ſub n.* 4. *verſ. ſed ad hos reſpondetur, lib.* 1. Craveta *conſil.* 284. *ſub n.* 5. *verſ. quinto reſpondeo*, &c. & ex plurimis aliis doctrinis ſtatim referendis hæc noſtra reſolutio indubitabilis redditur.

41 Ex quibus omnibus doctrinis manifeſtè prodeunt in hac materia duæ concluſiones: altera, quod is, qui habet duas facultates ad actum gerendum, unam utilem, & validam, aliam inutilem, & inefficacem: actus ſim-

42 pliciter geſtus ſuſtinetur ex valida. Altera verò, quod ſi is, qui duas facultates habet, ſi in actu gerendo, & à ſe celebrando, ad unam, inutilem tamen, & invalidam ſe reſtrinxit, actus ſic geſtus eſt nullus, & minimè ſuſtinetur ex alia facultate utili, & valida; prout latiſſimè de iis egimus *in comment. de ſupplicat. ad ſanctiſſ.* 2. *p. c.* 12. §. *unico. à principio uſque ad n.* 16. *incluſivè*, ubi ſingulares doctrinas videbis in propoſito & 1. *p. c.* 12. *ex num.* 25.

43 Neutra igitur facultate iſte creditor ſe juvare poteſt, non ex expreſſa in contractu, quia inutilis, & extincta eſt; non ex valida, & plena, quia ea uſi non fuerunt contrahentes in contractu, argumento text. *in l. quotiens, ff. de hæredib. inſtituend.* ibi: *Nec eum, quem voluit, quia ſcriptus non eſt, l. luit.* 20. *ff. de adimend. legat.* text. optimus eſt, *in l.* 3. *ff. de reb. dubiis*, ibi, *itaque qui aliud dicit, quam vult, nec id, quod vult, quia*

44 *id non loquitur.* Unde ſuccedit regula, quod potuit, noluit, quod voluit, adimplere nequivit, *leg.* 3. *in fin.* ubi gloſſa *Cod. de contrah. & committend. ſtipul. l. maltum intereſt.* ubi Gloſſa *C. ſi quis alteri, vel ſibi, cap. cum ſuper* 23. *in fin. de officio d. leg.* quæ ſunt ſingularia jura in propoſito noſtro. Surdus *conſil.* 251. *n.* 36. Tuſchus *lit. B. concluſ.* 133. *n.* 1. Hondedeus *conſil.* 55. *n.* 81. *lib.* 1. Gratianus *tom.* 5. *diſceptat. cap.* 809. *n.* 12. Achill. de Graſſis *deciſ.* 17. *in fine de reſcriptis.* Ovidius *de amicitia, in tractatu de jure emphyt. q.* 79. *n.* 9. Coſta *de facti ſcientia & ignorantia, inſpect.* 51. *num.* 10. Magonius *deciſ. Florent.* 2. *nu.* 14. qui ſimiles doctrinas in variis cauſis adducunt, & Nos *de retention. bullar.* 2. *part.* 12. *n.* 26. ideoque neutra facultas creditori prodeſt, non valida, quia poſſeſſor majoratus ſe reſtringit ad conſumptam, & invalidam, & validam non expreſſit, nec uſus fuit; non invalida, quia inutilis ad actum, tanquam conſumpta, jamque extincta.

45 Conducit elegans doctrina Cæſaris Manentis *in conſ.* 143. *ex n.* 28. ubi de filia tranſigente, tanquam proprietatis bonorum, cum potuerit tranſigere tanquam alimentaria, *& n.* 29. ita ait: Cum igitur voluerit contrahere tanquam naturalis, & proprietaria, & quod bona omnia ſpectabant ad ipſam, non autem ad nutum, vel comitem, ſequitur, ut contractus ſuſtineri non poſſit tanquam alimentaria: quia in contractibus

46 non valet argumentum, quod ſi non valet eo modo, quo initus eſt, valeat alio, quod fieri poteſt Simon de Prætis in conſ. 182. n. 3. &c. qui latè proſequitur per duas ferè columnas.

47 Probat etiam Gratian. *tom.* 4. *dicept.* 699. *n.* 27. *cum ſeqq.* qui loquitur de procuratore habente duo mandata ad contrahendum, & ſe reſtringente ad unum, ut intelligatur contrahere virtute illius, quo utitur Fontanella *de pactis nuptial. tom.* 2. *clauſ.* 6. *gl.* 2. *part.* 7. *n.* 6.

Quod procedit, etiamſi mandatum, & facultas qua 48 utitur nulla ſit, & inefficax ad actum; ea verò, qua uſus non fuit, valida ſit, quia adhuc actus regulandus erit ex illo mandato, quo procurator uſus fuit, quantumvis actus corruat, & pereat, Roman. *conſ.* 445. & 446. quæ conſilia communiter aſſequi, teſtantur Jaſon. *in l. exigendi, n.* 9. *verſ. ſextò fallit, & in l. maritus, n.* 7. *C. de procuratorib.* Achilles *dec.* 7. *tit. de procuratorib.* ubi refert conſilia Romani ſæpius in Rota fuiſſe approbata. Gratian. *tom.* 3. *cap.* 573. *num.* 48. & 49. Noguerol. *allegat.* 25. *ſub n.* 120. & 121.

Comprobatur, quod quando in una perſona concur- 49 runt duæ diſcretæ qualitates, ſi actum geſſit ex una qualitate, nihil influit in aliam qualitatem, nec ex ea actus ſuſtinetur, latiſſimè comprobavimus *in tract. de ſupplicatio. ad Sanctiſ.* 2. *p. cap.* 15. *per totum*, maximè *ex n.* 37. *cum multis ſeqq.* quibus adde *leg. filius, qui patri* 42. *ff. de bonis liberior. leg. ſi pater*, §. *qui duos*, ibi: *Facit etiam hoc quaſi quilibet, non quaſi avus, ff. de adoptionalibus, leg. debitor.* §. *fin. ff. ad Trebellian.* ibi: *Quia non quaſi hæres, ſed quaſi mater ex pacto accepit, leg. tutor petitus*, §. *quæ tutoribus, ff. de excuſationibus tutor.* ibi: *Cum judicium patris ut filius, non ut tutor promeruerit, leg. profectitia.* §. *Papinianus, ff. de jure dotium*, ibi: *Magis eum quaſi patrem, quàm quaſi curatorem feciſſe videri, leg. qui duos, ff. de conjungend. cum emancip.* latè Noguerol, *allegat.* 25. *ex n.* 158.

Et quia actus ſimplex judicatur à principali intentione 50 agentis, nec contra agentis intentionem etiam favorabilis operatur, maximè in iis quæ pendent à poteſtate agentis, plura congeſſimus *in d. tract. c.* 22. *ex n.* 17. *cum ſeqq.* 2. *part.*

Ex quo enim creditor contraxit ſub regia facultate, 51 inutili conſumpta, & extincta, ſibi imputet, qui eam non examinavit, & diligenter indagavit, an ſit plena, ex quo conſtat omnino habilitas perſonæ ſecum contrahentis; poſſeſſoris majoratus, habentis probationem alienandi, ad *leg. qui cum alio contrahit, vel ſcit, vel ſcire debet conditionem ejus cum quo contrahit, ff. de reg. juris*, & quæ in his terminis abundè ſcripſimus *ſuprà hac* 2. *p. cap.* 4. *num.* 27. *& ſeqq. verſic. igitur creditores majoratus*, &c. *Et* 1. *p. cap.* 26. *ex num.* 28. *verſic. octavo quia nec eſt curandum*, &c. *& n.* 43. *verſic. nec obſtat octavum*, &c.

Quapropter concludendum erit, ut illi creditores, 52 qui ſub facultate jam conſumpta, & inutili, ad quam omiſſa, & neglecta valida, ſe reſtrinxit poſſeſſor majoratus, contraxerunt, & inutiliter mutuatur, nullum jus acquiſiere in bonis majoratus, ex quibus nec ſua credita exigere poſſunt, quia ſemper, & ab initio contractus à nexibus hypothecæ libera permanſerunt; nec in ſententia concurſus gradum aliquem conſequi poſſunt. Neutra ſiquidem facultas eiſdem creditoribus prodeſſe potuit: non conſumpta (ad quam ſe reſtrinxit poſſeſſor majoratus, necnon contrahentes ipſi, eaque dumtaxat uſi fuerunt) quia inutilis ad actum, & ob conſumptionem jam extincta, non valida, nec adhuc integra, ſeu omnino conſumpta; quoniam ejus virtute contraxerunt, nec in contractum deduxerunt contrahentes. Viam namque quam ſibi quis ſemel elegit, ſequi debet, 53 nec ad aliam redire poteſt, *leg. ſi mulier*, §. *fin. ff. quod metus cauſa, cap. cum omnes circa fin. de conſtitut. c. quod ſemel, de reg. jur.* 6. Surdus *conſil.* 377. *n.* 3. Farinacius *in praxi crimin. p.* 6. *quæſt.* 175. *n.* 199. Marius Antonin. *variar. reſol. lib.* 2. *reſolut.* 17. *n.* 8. Stephan. Gratian. *deciſ.* 4. *n.* 72.

Ex quibus denique clarè apparet, quod hæc reſ- 54 trictio, & facultatis uſus debet procedere ab ipſo agente, habente facultates, & non ſufficit, nec eſt in electione creditoris poſt contractum geſtum, in quod debitor ſe reſtrinxit ad unam facultatem, alia uti velle Prout clarè probant jura, & D. prælegati. Et in 55

terminis

terminis est text. *in l. habebat* 13. *ff. de institoriâ actione.* Ubi servus à domino institor præpositus duabus diversis negotiationibus (in quibus contractus gesti discretivè considerantur, & non confunduntur, qui contrahens intuitu, & negotiationis unius contemplatione, non tenetur pro alia, nec alia negotiatio obligata manet, ad latè tradita *suprà* 1. *cap.* 9. *ex n.* 48. *cum seqq. versic. his, & proxima causa est:* servus institor intuitu unius negotiationis mutuum accepit, creditor putans contraxisse ex alia agit in judicio ex causa alterius negotiationis, cujus contemplatione mutuasse putabat, quod cum non probaret, victus fuit, & illa negotiatio absoluta; & ideo in novo judicio, & negotiatione, ad quam institor contrahendo se restrinxit, denuo agens obtinuit. Verba text. sunt hæc: Habebat quis servum merci oleariæ propositum Arelatæ, eundemque mutuis pecuniis suscipiendus; acceperat mutuam pecuniam: putans creditor merces eum accepisse egit præpositæ actione, probare non potuit mercis gratia eum accepisse, licèt consumpta est actio, nec amplius agere poterit, quasi pecuniis quoque mutuis accipiendis esset præpositus. Tamen Julianus utilem ei actionem competere ait. Quem text. exornat multis citatis Gutierrez *practic. lib.* 1. *quæst.* 100. *per totam.*

56 Nam electio ejus (ad quem spectant facultates, aut aliter concessæ sunt) attenditur, qua uti voluit, & ad quam contrahendo se restrinxit, nam ipse est, qui facultatibus uti debet, aliàs si creditoris expectaretur electio, evidens sequeretur absurdum, ut non obstante restrictione, posset creditor suum sustinere contractum ex alia facultate, utili, qua usus non fuit debitor, contra tot jura, & doctrinas, & communem Doctorum constantem opinionem.

57 Subtilis adhuc ex principali resolutione hujus capse offert dissolvenda quæstio: possessor majoratus habens jam impetratam, & obtentam facultatem ad alienandum, vel hypothecandum bona majoratus, qui ad effectum alienationis, & obligationis pervenit, nulla facta mentione facultatis obtentæ, imò potius sub conditione facultatis impetrandæ contraxit; an contractus sustineatur ex jam obtenta facultate, alia noviter non impetrata. Hanc quæstionem ad partes elegantèr disputat Frecia *in tr. de subfeud. lib.* 2. *de authorit. Baron. author.* 1. *q.* 33. *fol. mihi* 161. *per totam.* In qua hinc inde arguens postmodum *sub n.* 1. 58 *versic. dicebam ego*, distinguendo eam resolvit, aut enim certum est, quod partes contrahentes expresè renuntiarunt prædictæ facultati obtentæ, & ea uti noluerunt, tunc novam juxta tenorem conventionis requiri facultatem ad contractus valorem, in quo dubium nullum esse potest.

59 Aut verò ita hoc certum non est, noluisse partes sub priori assensu, & facultate contrahere, sed simus in dubio, & tunc multis adductis fundamentis resolvit ipse Frecia sustineri contractum ex priori facultate, jam eo tempore obtenta, quia non est credibile ei voluisse renuntiare contrahentes, sed fortè aliam desiderare ad majorem actus firmitatem. Et inter alia aliud hoc validissimum adducit fundamentum. Si enim contractus, non facta mentione obtentæ jam facultatis, sustinetur 60 ea (quod & principio hujus cap. verum esse manifestè ostendimus) ita ut alia non indigeat; reservatio impetrandæ facultatis illum immutare non debet, quia natura facultatis impetrandæ, ac reservatio illius est naturæ, ut subintelligatur, quatenus sit necessaria ad actus validitatem, & substantiam, adeò ut si ad actus, & contractus valorem non sit necessaria, defectus impetrationis non vitiet. Ut latius probavimus *suprà cap.* 17. *ex n.* 73. *vers. nunc tractandum quando*, &c. Ergo novæ facultatis inter contrahendum reservatæ defectus non potest impedire effectum contractus semel validè, & utiliter celebrati alia facultate non indigentis, cum prior, etiamsi de ea mentio non fiat, validum reddat contractum; quia sufficit adesse, & debitorem potestatem habere ad sic contrahendum, & ejus virtute in dubio contraxisse intelligatur, juxta latissimè à principio hujus cap. comprobata.

CAPUT XXIV.

Ad bona empta per possessorem majoratus, gravatum à fundatore, ut certa pars reddituum emptionis prædiorum in majoratus augmentum deponatur, & applicetur, an majoratus ipse, an creditores ementis sint ferendi.

SUMMARIUM.

1. 2. *Bona simpliciter empta à possessore majoratus ex pecuniis, juxta clausulam fundatoris ad idem depositis deducendis ex redditibus majoratus, & ut perpetuo aggregentur ipsi majoratui, an majoratui pertineant, an emptori, & ejus creditoribus.*
3 *Ad creditorum postulationem separatio fit bonorum liberorum, bonis majoratus.*
4 *Pecunia reducta ex fructibus majoratus destinata ad emptionem prædiorum pro argumento majoratus juxta jussum fundatoris, est ipsius majoratus.*
5 *Pecunia redacta ex fundo majoratus, ex regia facultate vendito, pro alio utiliori emendo, ipsius interim majoratus.*
6 *Res empta ex pecunia aliena ementis est, non domini pecuniæ.*
7 *Majoratus non datur hypotheca pro deteriorationibus contra hæredes prædecessoris.*
8 *Ementi ex pecunia depositâ res acquiritur, non domino pecuniæ.*
9 *Pecunia destinata ad emptionem prædiorum jussu fundatoris, pro re empta habetur.*
10 *Si tamen permaneat destinationis fine, non quando destinationis mutatur voluntas, quia tunc nihil operatur destinatio.*
11 *Ex pecunia dotis, ex pacto inter conjuges destinata, ad emptionem prædiorum, si vir sibi prædium emat, an sibi tantum acquirat, ex n.* 63.
12 *Dominus pecuniæ, ex qua rem alter sibi emit, actionem habet personalem ad pecuniam, non realem ad ipsam rem.*
13 *Domino pecuniæ datur actio adversus rem emptam, in subsidium, quando emptor factus fuit non solvendo.*
14 *Dominus rei præfertur omnibus quibuslibet anterioribus creditoribus hypothecariis, & privilegiatis.*
15 *Dominium rei venditæ si translatum non fuit in emptorem, venditor pro re præfertur quibuslibet emptoris creditoribus.*
16 *Secus si dominium in emptorem translatum fuerit.*
17 *Fides habita de pretio quibus in casibus dicatur, vel non etiam re tradita emptori, remissivè.*
18 *Venditor ut præservet secum dominium, & in re venditâ præferatur creditoribus emptoris, quibus muniatur cautelis.*
19 *Per concursum formatum quis probatur esse non solvendo.*
20. 21. *Domino pecuniæ datur actio contra rem ex ea emptam in subsidium ex æquitate, sed non in præjudicium creditorum emptoris.*
22 *Pupillo, mulieri & militi datur hypotheca in re empta eorum pecunia.*
23 *Res empta ex pecunia aliena non succedit loco pretii, nec pretium loco rei.*
24 *Æquitas, & juris beneficium nunquam admittitur in præjudicium tertii.*
25 *Moræ purgatio aliquando admittitur ex æquitate.*
26 *Non tamen in præjudicium tertii.*
27 *Actio subsidiaria datur domino pecuniæ contra emptorem*

torem ex æquitate, quæ contra alios trahenda non eſt.

28 *Majoratus res vendita ex facultate regia ut ex pretio alia emenda ſubrogetur, an, & quando empta ſubjiciatur vinculo.*

29 *In quo tres caſus diſtinguit Molina & ſeqq.*

35 *Ex pecuniâ majoratus deſtinata juſſu fundatoris ad augmentum ipſius, res empta à poſſeſſore efficitur, & acquiritur majoratui.*

36 *Pecunia juſſu fundatoris depoſita, & deſtinata ad emptionem prædiorum pro augmento majoratus eſt ipſius majoratus.*

37 *Deſtinatio amittit ſuos fructus, & ceſſat ceſſante fine, & voluntate mutata.*

38 *Intellige mutata voluntate ipſius, qui deſtinavit.*

39. 40. 41. *Deſtinatio à principio inſita pecuniæ inducit ſubrogationem rei, ex ea emptæ.*

42 *Emens ſi tenebatur emere pro domino pecuniæ iſte acquiritur, etiamſi emptor ſibi expreſsè emerit.*

43 *C. ſi curator. arbitrium tutelæ, & l. 49. tit. 5. part. 5. ponderatur.*

44 *Prælatus, & curator tenentur pecunias minoris, & Eccleſiæ vertere in emptionem prædiorum.*

45 *Actus in dubio præſumitur geſtus nomine proprio, potiùs quàm nomine alieno.*

46 *Fallit in eo, qui tenetur alteri emere, qui in dubio emere alteri intelligitur.*

47 *Quod extenditur ad quemlibet rei alienæ adminiſtratorem.*

48 *& 49. Item quando quis nomine officii tenetur emere ex pecunia aliena, qui intelligitur nomine alieno emere, etiamſi ſuo emiſſet.*

50 *Poſſeſſor majoratus tanquam interpoſita perſona à fundatore pro emptione prædiorum, etiamſi ſuo nomine emat, acquiritur majoratui.*

51 *Speciale mandatum ſi quis habet ad fundum emendum, licèt ſibi emat, procuratorio nomine emiſſe intelligitur.*

52 *Mandatariuſque compellitur rem cedere mandanti, ſoluto ſibi pretio.*

53 *Pecunia majoratus quando à principio eſt deſtinata pro emptione prædiorum in ejus augmentum; poſſeſſor emens, etiamſi expreſsè ſibi emat, non ſibi, ſed majoratui acquirit.*

54. 55. & 56. *Et ea in re majoratus præfertur cæteris poſſeſſoris mentis creditoribus.*

57 *L. ſi ex ea pecunia, C. de rei venditione, mirabiliter interpretatur.*

58 *Ex pecunia depoſita, non ſpecialiter ad aliquid deſtinata ſi depoſitarius rem emat, ſibi, & non deponenti acquirit.*

59 *Non verò quando deponitur pro emptione prædiorum deſtinata.*

60 *Senatus determinatus refertur.*

61. 62. *Emens ex pecunia aliena ſibi acquirit, quas patiatur fallentias.*

63 *Ex pecunia dotis ſi vir ſibi emat, ſtante pacto inter conjuges ut ſit deſtinata ad emptionem prædiorum, vir ſibi non acquirit.*

64 *Emptio ſubſequens cenſetur facta in executionem pacti præcedentis.*

65 *Poſſeſſor majoratus eum acceptare dicitur cum omnibus ſuis gravaminibus, conditionibus, & qualitatibus.*

66 *Molina impugnatur.*

67. 68. *Deſtinatio pecuniæ, & allegatio emendi facit ceſſare præſumptionem juris, quod quis videatur potius ſibi quàm domino pecuniæ emere.*

69 *Senatus determinatio.*

70 *Emptio facta à poſſeſſore ex pecunia, cujus dominium erat majoratûs, cum qualitate ut alia bona emantur ſubroganda, acquiritur majoratui.*

1 ARdua fuit his diebus orta controverſia incidens in litem concurſus ad bona majoratus formati: fundator inter alias clauſulas hanc in fundatione adjecit; ut ſi ſucceſſor in majoratu fuerit minor viginti quinque annis, interim alatur ex redditibus majoratus, quantum alimentorum nomine dumtaxat fuerit à judice taxatum. Alteram verò reddituum partem deponendam juſſit apud fidum cuſtodem, ut ex ea bona ſtabilia, vel cenſus perpetui emantur in argumentum majoratus à ſe fundati, cui aggregat & annectit.

Succeſſit quidam minor, datus fuit ei tutor, minori 2
juxta clauſulam fundatoris aſſignata fuit ab eodem judice certa quantitas alimentorum cauſa, ex ſuperſtitibus redditibus, tutor nomine minoris quoſdam emit annuos cenſus ita ut in emptione nihil dictum fuerit, emi in augmentum majoratus, ſed ſimpliciter minori, & ejus hæredibus, ac ſucceſſoribus, pro tempore quidam majoratûs ſucceſſor ad bona majoratus formavit concurſum; creditores convocati petierunt ſeparationem bonorum, liberorum nempe è vinculatis, juxta ea quæ longa ſerie ſcripſimus ſuprà 1. *p.* 9. *c.*9. *per totum.* Quidam creditores contendebant, illos annuos cenſus emptos à quodam minore, & eſſe, & ſemper fuiſſe bona libera, & ad minoris illius creditores pertinere, cum ipſius minoris nomine, & hæredum nulla facultatis facta mentione, fuerint empti. Poſſeſſor verò nomine majoratus bona eſſe vinculata, & majoratui annexa, & aggregata ſemper fuiſſe vigore clauſulæ fundationis contendebat, adverſus quem, in hac regali Cancellaria creditores obtinuere, & bona libera eſſe per ſententiam fuit declaratum, in gradu ſupplicationis valde controverſum, an confirmanda erat, vel infirmanda ſententia. 3 7

Et pro creditoribus plura, & urgentiſſima fundamenta conſiderabam. Primum, quod licèt verum ſit, illam pecuniam, ac partem reddituum ſuperſtitem, remanentem poſt alimenta minoris taxata, eſſe quoad dominium, & proprietatem ipſius majoratus, & ad eum pertinere ex applicatione, juſſu, & voluntate fundatoris, in cujus fuit libera, & abſoluta poteſtate poſſeſſori denegare, & acquiſitionem tollere, ſeu adimere cui voluit applicare, majoratui pro ejus augmento conſignare, interimque nullum jus ad eam creditores minoris habere; ad latè tradita per Molin. *de primog. lib.* 4. *c* 4. *ex n.* 30 & 31. ubi eleganter probat quod ſi res majoratus ea facultate regia vendatur, ut ex pecunia redacta res alia majoratui utilior, ematur, quod interim illa pecunia erit majoratus, & ad eum pertinet, quoad dominium, & proprietatem. Quem ſequutus fuit Pat. Molin. *de jur. & juſt. lib.* 3. *diſp.* 65. *ex n.* 3. nunquam enim illa pecunia, aut fructuum pars fuit poſſeſſoris majoratus, nec ei fuit acquiſita, imò acquiſitionis initium ſibi fuit ademptum, & applicata ipſius majoratus corpori, cujus majoratus ipſe ſemper & ab initio fuit dominus, in quo hæſitandum non erit. 4 5 9

Attamen ſuper eundem poſſeſſorem majoratus emota 6
ex eadem pecunia, ex qua ſibi ipſi (ut ſupponimus in hac facti contingentia) & non majoratui emit, nunquam potuit eſſe majoratus, nec majoratui acquiri, ſed ipſi poſſeſſori menti quoad dominium & proprietatem, fructuumque perceptionem, ex trita juris regula, quòd res empta ex pecunia aliena efficitur mentis, & ei acquiritur rei dominium, non autem domino pecuniæ, text. eſt *in l. ſi ex ea pecunia. C. de rei vendic. l.* 1. *C. ſi quis alteri, vel ſibi, l. ſi patruus, C. communia utriuſque judicii.* Concordat *l.* 49. *tit.* 6. *p.* 5. ibi: *De dineros agenos, que tienen los Omes à las vegadas comprare para ſi heredamientos, o otras coſas, que han meneſter, e porque dubdarian algunos, ſi aquella coſa, que aſi comprada, es de aquel que la comprò, o del otro cuyos eran los dineros, queremos lo aqui decir, e departir, e decimos que deve ſer de aquel, que fizo la compra en ſu nome*, text. & *ibi*, gloſſ. *in l. ad probationem, C. de probationib.* Socin. *reg.* 343. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 32. *gloſſ. unic. n.* 16. Gomez. *in l.* 53. *Tauri, n.* 36. ubi aliis juribus comprobat Molina *de primog. lib.* 4. *c.* 4. *n.* 35. 10

n. 35. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 51. *n.* 43. Matienzo *in l.* 8. *tit.* 11. *lib.* 6. *recop. gloſſ.* 4. Marta *voto* 127. *n.* 2. Proſper Petra *in addit. ad Thom. Grammatic. deciſ.* 103. *n.* 111. Trentacinq. *var. reſol. lib.* 3. *de emptio. & vendit. reſol.* 1. *n.* 1. Tuſch. *lit. E. concl.* 138. *ex n.* 1. ubi late ampliat, & limitat Fontanella *de pactis nuptial. clauſ.* 7. *gloſ.* 3. *p.* 13. *n.* 27. *tot.* ubi alios laudat. Anton. Monach. *deciſ. Lucenſ.* 25. *n.* 58. Ergo minor, & poſſeſſor majoratus qui ſibi dumtaxat emit, licèt ex pecunia non ſua, ſed aliena, ſibi rem acquiſivit, & in ejus dominio ſemper permanſit, atque ideo, ejus creditores hypothecarii, vel aliàs privilegiati, & qui potiora jura habent, omnino præferendi ſunt majoratui, qui creditor tantùm eſt merè perſonalis ad recuperandam, & repetendam pecuniam ab ipſo minore illam conſumente, ut probant jura, & Doctores laudati, & alii infrà, *num.* 4. *fundamento ex n.* 12.

7 Et hoc inſuper fulcitur, quia majoratui pro ipſius creditis nulla à jure reperitur conceſſa tacita hypotheca in bonis ſuorum debitorum, imò nec contra hæredes poſſeſſoris defuncti pro deteriorationibus factis in ipſo majoratu, prout eleganter contra Gaſp. Ant. Theſaur. *lib.* 2. *q. forenſ.* 84. validiſſimeque comprobat, & variis fortibuſque fundamentis tuetur Noguerol. *alleg.* 1. *per totam*, ubi latiſſimè differit videndus; cujus opinionem in facti contingentia ſequutus fuit Senat. hic Valliſoletan.

Secundò, & pro creditoribus facit; quoniam nec ab hac conſtanti regula nos divertere poteſt depoſitum pecuniæ, etiam cum deſtinatione ad emptionem prædiorum; cùm adhuc ſi nomine emptoris emptio fiat ſibi & non domino pecuniæ depoſitæ dominium rei emptæ acquiritur, ut per *l.* (quæ expreſsè loquitur in depoſitario ſibi emente ex pecunia depoſita) *ſi ex ea pecunia, C. de rei vendic.* clarè tenet Molina *de primogen. lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 35. *verſ. nihil tamen*, &c. firmans, quod ex pecunia depoſita ad emptionem alterius rei ſubrogandæ in locum alterius cum licentia regia venditæ, non effici majoratus, ſi poſſeſſor ſibi tantum emit. Molinam ſequitur Hermoſilla *in l.* 49. *gloſſ.* 1. *nu.* 3. *tit.* 5. *part.* 5. *tom.* 2. *fol.* 219. ergo creditores mentis hypothecam habentes præferendi ſunt majoratui in re empta; qui, ut diximus, & ſtatim dicemus, ſolam actionem perſonalem habent ad pretium repetendum.

9 Tertiò, & pro hac parte facit, quoniam licèt regulariter verum ſit, quod illa pecuniæ deſtinatio ad emptionem prædiorum juſſu fundatoris majoratus habeatur pro perfecta, & pro facta, ita ut interim de ea judicetur, ac ſi jam prædia ſint empta, ex *l. etſi non ſunt*, §. *quid ergo*, *l. lana. & l. veſtimentorum*, *ff. de auro & arg. leg. l. ligni. ff. de leg.* 3. *l. ſi chorus*, §. 1. *ff. eod. l. cætera*, §. *hoc Senatus*, *ff. de leg.* 1. Menoch. *de arbitrar. caſu* 290. *n.* 19. Surd. *conſ.* 195. *n.* 2. *& dec.* 141. *n.* 12. Caſtillo *controverſ. lib.* 5. *cap.* 62. ibi latiſſimè *& à n.* 57. *& ſeqq.* Gratian. *diſcept.* 126. *n.* 23. *&* 24. *& c.* 937. *n.* 34. *& ſeqq.* Novar. *in praxi electionis, & variar. fori quæſt.* 57. *n.* 10. *ſect.* 1. *pag.* 109. Coſta *de facti ſcientia & ignorantia*, *inſpect.* 25. *n.* 4. Caſtillo *tom.* 5. *cap.* 62. *per totum*, maximè *ex n.* 40. *& ſeqq.*

10 Id tamen verum eſt, permanente deſtinationis fine, at ſi mutatur, & alteratur deſtinationis voluntas, deſtinatio ipſa nihil operatur, nec eſt in conſideratione, ſed penitus omittit deſtinationis effectus, Albertus Brunus *de transformatio. & mutat. concluſ.* 6. *n.* 12. *&* 13. *verſ. ita limitantur jura. to.* 17. *diverſ.* per text. *in l. ſi quid earum*, 45. §. *inter emptum*, *de leg.* 3. *l. etſi non ſunt*, 21. §. *infecti autem*, *ff. de auro*, *& arg. leg.* Jaſon. *in leg. cætera*, 43. §. *ſed ſi paruerit in princ. verſ. tunc etiam ſequitur, & col.* 2. *ad medium verſ. tunc adde primo in quantum*, *n.* 15. *de leg.* 1. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 1. *cap.* 126. *n.* 6. *& n.* 23. Sed ſic eſt quod illa prior pecuniæ deſtinatio ad emptionem prædiorum in utilitatem, & augmentum majoratus mutata fuit, eo ipſo, quod poſſeſſor majoratus rem ſibi emens variaverit finem, & in ſui utilitatem emerit: ergo illa prior deſtinatio attendi non debet, nec aliquem effectum operari.

Fulcitur hoc tertium argumentum, nam etſi inter 11
virum, & uxorem præcedat pactum, ut pecunia dotis convertatur in emptionem prædiorum; ſi ſtatim vir emendo ſibi dumtaxat emat, non mulieri acquiruntur prædia, ſed ipſi viro, qui eo ipſo, quòd ſibi emit, à pacto receſſiſſe intelligitur; prout ex aliis refert Gait. *de credito. c.* 4. *q.* 11. *n.* 154. & vide infrà *ex n.* 63. Ergo idem in noſtro caſu, quia licet præcedat juſſus fundatoris; & ſucceſſoris ſubſequuta acceptatio, & ex ea quaſi contractus, ut ſæpè diximus infrà 3. *p. c.* 2. nihilominus, ſi ſucceſſor ſibi emerit, non acquirit majoratui.

Quarto, quia domino pecuniæ nulla actio datur ad 12
rem emptam ex ſua pecunia perſequendam, ſed tantum actio perſonalis, ut antea, ad repetendum, & conſequendum pecuniam ab emptore, vel depoſitario ut probant jura, & Doctores ſuperius in primo fundamento citati *n.* 4. & Molina *de primog. lib.* 4. *cap.* 4. *ſub n.* 35. Hermoſilla *in leg.* 49. *gloſſ.* 1. *n.* 5. *tit.* 5. *part.* 6. *fol.* 219. *tom.* 1. *& in gloſſ.* 7. *n.* 3. *& n.* 5. *fol.* 112. ubi plurimos allegat, *in leg.* 54. *ex n.* 5. *&* 19. *tit.* 5. *part.* 5. *tom.* 2. *fol.* 248. & poſt aliquos Doctores Mantica *de contractibus*, *lib.* 4. *tit.* 22. *n.* 6. Ergo creditores privilegiati majoratui, quondam domino pecuniæ præferendi ſunt ex juribus vulgaribus.

Nec obſtat, quod domino pecuniæ tunc datur actio 13
ad perſequendam rem emptam, quando emens factus eſt non ſolvendo, à quo dominus pecuniæ eam recuperare non poteſt, aut non niſi cum magna difficultate, & ſic in ſubſidium ei datur actio ad rem ipſam, licet non ſit ei obligata, ut poſt plurimos Doctores probat Hermoſilla *in locis nuper citatis.* Ex quo inferri poteſt, 14
quod habens actionem realem ad rem præfertur omnibus quibuſlibet creditoribus privilegiatis, & hypothecariis: quia in re ſua cunctis potior eſt dominus, quippe in eadem tanquam aliena nullus creditor emptoris, aut detentatoris acquirere potuit pignus, vel hypothecam ad excluſionem ejus, qui actionem realem, & dominium habet ad rem perſequendam, Alexand. *in l. creditor*, *n.* 5. dicens communem & *ibi* Jaſon. *n.* 5. *ff. ſi certum petat.* Neguſantius *de pignoribus in* 4. *part. princip. num.* 35. *&* 4. *membr.* 5. *part. n.* 3. Surd. *deciſ.* 139. *n.* 4. *& deciſ.* 344. *n.* 33. *&* 34. *p.* 2. *& deciſ.* 220. *n.* 33. *&* 34. & ipſe Surd. *de alim. tit.* 8. *priv.* 48. *n.* 8. Chaſſan. *in Catal. glor. mund. part.* 12. *conſ.* 99. *col.* 6. Covarr. *variar. reſol. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 3. *verſ. cui & aliud accedit.* Merotus *conſil.* 54. *n.* 4. Morla *in emporio jur. part.* 1. *tit.* 9. *de contrah. emptio. ex n.* 100. *cum ſeqq.* Matienzo *in leg. tit.* 16. *lib.* 5. *recop. gloſſ.* 5. *n.* 6. Gomez *variar. reſol. tom.* 2. *de empt. & venditio. n.* 23. *verſ. quintus modus.* Valenzuela *conſil.* 59. *n.* 34. *&* 35. Franchis *deciſ.* 506. *n.* 3. *&* 4. Graſſis *lib.* 1. *commun. opin. cap.* 12. *quæſt.* 3. Rodriguez *de annuis redditib. lib.* 2. *quæſt.* 20. *nu.* 6. *& ſeqq.* Tuſchus *lit. H. conſ.* 131. *n.* 22. 23. *&* 24. Cumia. *in ritu.* 97. *vel* 192. *n.* 9. *&* 20. *n.* 5. Campeg. *de dote*, *part.* 4. *quæſt.* 8. *ſub n.* 2. Gutierrez *lib.* 3. *pract. quæſt.* 98. Cevallos *commun. contra com. quæſt.* 744. *n.* 3. Gaillus *obſervatio. lib.* 2. *obſervat.* 15. *n.* 1. 2. *&* 3. *& ſeqq.* Polydorus Ripa *obſervatio.* 134. Riccius *collect.* 473. Gratianus *diſceptat. forenſ. cap.* 25. *n.* 5. *& diſcept.* 500. *n.* 19. *lib.* 3. Camillus de la Ratta *conſil.* 98. *n.* 11. *&* 12. benè Maſerat. *variar. reſolut. lib.* 2. *reſolut.* 60. *caſu* 41. *fol.* 407. Pinellus *in* 3. *part. l.* 1. *Cod. de bonis mater. n.* 55. Grivell. *in deciſ. Senatus Dolani* 56. *n.* 1. 4. *&* 5. Joſeph. de Seſſe *deciſ.* 42. *n.* 67. *p.* 1. qui dicit deciſum, Gaſpar. Theſaur. *quæſt. forenſ.* 74. *lib.* 1. Papon. *conſ.* 41. *n.* 19. Stracha *de decoctoribus*, *part. ult. n.* 5. Barboſa *in leg. ſi cum dotem*, §. *fin. ſub n.* 32. *& 34. ff. ſoluto matrim. vol.* 2. Caſtillo *controv. jur. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 9. 10. 11. *& ſeqq.* Mantica *de tacitis, & ambig. conv. lib.* 1. *tit.* 12. *nu.* 7. *verſ. ſi verò.* Fontanella *de pactis nuptial. clauſ.* 7. *gloſſ.* 2. *part.* 8. *num.* 7. *vol.* 2.

Pacific. *de Salvian. interdict. inspect.* 3. *cap.* 2. *n.* 385. Parlador. *rer. quotid. lib.* 1. *cap.* 8 *n.* 1. Cancer. *variar. resol.* 1. *part. cap* 9. *de dote*, *& donatio. propter nupt. nu.* 3. Amat. *variar. resolut.* 3. *ex n.* 40. *cum seqq.* qui omnes, & alii plurimi Moderni cumulati suprà 1. *part.* c. 8. *ex n.* 38. *vers. à regula tamen*, &c. *in cap.* 11. *n.* 94. *vers. ut in simili videmus*, &c. & superiùs *ex n.* 34. *vers. quoad secundum principale*, &c. In eo loquuntur casu quando dominium rei venditæ, & traditæ non transfertur in emptorem, sed penes venditorem remansit, ut sui dominii virtute præferatur omnibus quibuslibet emptoris creditoribus hypothecariis, privilegiatis, & anterioribus, ut secus fit, quando tradita res fuit habita fide de pretio, & dominium in emptorem transfertur. Itaque semper ad prælationem in re attendatur dominium, cujus nempe sit, aut debitoris, an venditoris; si enim emptor dominium rei quæsivit, ejus creditores pariter jus hypothecæ in ea quæsierunt, & creditoribus venditoris dominium amittentis præferuntur. Sin verò dominium penes eundem debitorem remansit in re tradita, ille & ejus creditores pariter præferuntur emptori, & ejus creditoribus.

Et casus in quibus habita fides de pretio censeatur, vel etiam, quando non intelligatur per traditionem habitam fuisse fidem de pretio. Ut dominium transit, vel non transit in emptorem abundè tractat Hermosilla *in leg.* 28. *gloss.* 1. *per totam tit.* 5. *p.* 5. *tom.* 2. *ex fol.* 120. *& seqq.*

Et ex quibus cautelis se præcavere valeat venditor, ut re tradita præferatur omnibus creditoribus emptoris: nempe hypotheca rei, reservatione dominii, donec pretium solvatur, precario, constituto, & similibus. Abunde ipse Hermosilla eadem gloss. 1. *ex n.* 39. *cum multis seq.* & Amat. *dictæ resolutione* 3. *ex num.* 42. *cum plurimis seqq.*

Si igitur hujus doctrinæ veritimæ intuitu instaret majoratus se qræferendum esse creditoribus possessoris suo nomine mentis ex pecunia majoratus, eo quod in subsidium facto non solvendo possessore ipso, prout apparet notoriè, quia bonis cessit, & concursum formavit, ut copiosè diximus *suprà part. c.* 23. *per totum.* actio ad rem domino pecuniæ datur. Ut ad principium hujus quarti fundamenti *n.* 12. probavimus, & in re ipsa esse cunctis præferendum creditoribus.

Adhuc tamen majoratui non proderit, nec creditoribus nocebit, quoniam hæc actio subsidiaria, & ad rem persequendam, non est actio realis proveniens ex dominio ad rem vendicandam, quod nunquam habuit, nec obtinuit majoratus dominus pecuniæ, sed personalis in sua origine quam ex juris æquitate in subsidium exercere permittitur in ipsa re, quæ æquitas non debet extendi ad præjudicium creditorum habentium ex generali obligatione hypothecam in re ipsa, postquam in dominium transivit possessoris ementis suo proprio nomine. Sic (licèt non ex hac ratione protinus comprobanda, aliis tamen fortibus) in terminis prædictam doctrinam limitat Hermosilla *in leg.* 54. *tit.* 5. *p.* 5. *gloss.* 1. *tom.* 2. *fol.* 248. qui postquam *num.* 19. ex Greg. Lopez, & aliis dixerat dari domino pecuniæ actionem in subsidium ad rem ex judicis officio, *n.* 20. 21. sic limitat, & ait: intelige hanc glossam, quando non sunt alii creditores, potiora jura habentes contra emptorem, nam tunc jure empta domino pecuniæ potiores erunt, prout in mercibus, & rebus venditis, dominis, qui eis vendiderunt, agentibus pro pretio præferuntur. Ut diximus in additio. ad gloss. 1. l. 28. tit. 13. hac 5. p. & gloss. 1. leg. 28. n. 39. supra hoc tit. 5. quia nulla specialis ratio considerari potest in dominio pecuniæ, ut in re empta ex ea præferatur sicut in domino rei, qui pro pretio jure, quæ antea sua fuit, non debet præferri; cum utroque casu dominium sit penes debitorem. Ut de emente ex pecunia aliena diximus in additio. gloss. 1. leg. 49. suprà n. 1. & de alio in d. leg. 28. & comprobatur per argumentum ab speciali; nam pupillo, si tutor emit, & mulieri pro sua dote dominium earum rerum, quæ ex eorum pecuniis fuerunt emptæ ex speciali privilegio acquiritur, ut diximus in additio. gloss. 2. 3. 4. & 5. leg. 49. suprà in rebus emptis ex eorum pecunia ab extraneo, seu ex pecunia militis seu Ecclesiæ tacita hypothecatum privilegio prælationis à jure datur. Ut diximus in d. leg. 28. tit. 13. Ergo jus commune est in contrarium.

Res enim empta (prosequitur ipse Hermosilla) non succedit loco pretii, leg. sed etsi lege, §. 1. de petit. hæreditat. vdi Bartol. notat, sicut nec pretium loco rei infrà diximus, quia longè difficilius est, ut notat Rota Genuens. 117. n. 10. Molina de primogen. lib. 4. cap. 4. n. 24. & hoc est verum, nec aliud voluit glossa nostra hic, nec gloss. fin. 1. Proculus ff. de jure dotium, quæ hanc quæstionem suscitavit: nam ibi agitur de actione, quæ domino pecuniæ datur contra eum, qui eum consumpsit in emptione alicujus. Hactenus Hermosilla.

Qui quidem rectè argumentatur de domino rei à se venditæ, & agente ad pretium, non habente hypothecam, nec actionem ad ipsam rem, nec præferri creditoribus emptoris, quantumvis dominus fuerit ipsius rei ante venditionem, ad dominum pecuniæ, qui nunquam fuit rei emptæ ex ea dominus, ut multominus debeat præferri creditoribus debitoris ementis. Igitur nullo ex capite poterit, majoratus jus, & prælationem prætendere in re empta ex illa pecunia destinata ad emptionem prædiorum in augmentum majoratus ipsius juxta clausulam & tenorem fundationis, quam possessor ex re emit sibi, & suo proprio nomine.

Et hæc resolutio Hermosillæ mirificè comprobatur, quoniam hoc remedium subsidiarium ad rem, conceditur à jure domino pecuniis ex æquitate, ut diximus. At æquitas, & legis beneficium nunquam admittitur in præjudicium tertii. Alex. *in leg. si insulam*, *nu.* 9. *ff. de verb. obligat.* Jason. ibidem *n.* 10 *per legem impuberi*, *ff. de administr. tutor.* sequitur Marescot. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 125. *n.* 8. 9. *&* 10. dicens, quod cùm moræ purgatio aliquando admittatur à jure ex æquitate, *leg. si servum*, *§. sequitur*, *ff. de verb. obligat.* non videre æquum eam admittere, ubi creditor passus fuit damnum propter moram debitoris, juxta *leg. si cum dies*, *§. fin. cum leg. seqq. ff. de recept. arbitr. gloss.* 2. *in d. leg. insulam*, & ibi Bartol. *in* 1. *oppositio.* quia beneficium legis non debet admitti ad præjudicium alterius. Ergo Hermosilla, & cæteri DD. rectè affirmant; hoc remedium subsidiarium concessum à lege domino pecuniæ ad rei persequutionem, emptore facto non solvendo, denegandum fore, quoties concurrat cum creditoribus emptoris anterioribus, magis privilegiatis, sed istis prius solutis, ipse postmodum exigere poterit suam pecuniam, ex qua res fuit empta.

Deinde quoniam cum dicta actio subsidiaria sit inducta contra emptorem ipsum ex æquitate; debet ut exorbitans à jure, & contra juris rigorem restringi, & nullo modo trahenda ultra suum casum, nec contra alias personas. Ut latè considerat Gutierrez *consil.* 50. *n.* 2. & *n.* 6. & post alios Surdus *dec.* 44. *n.* 10. & 12. Molin. *de primogen. lib.* 4. *cap.* 7. *versic. quod ea ratione.* Castillo *to.* 4. *cap.* 26. *n.* 15. conducunt insuper mirabiles doctrinæ scriptæ *suprà*, *cap.* 22. *ex n.* 11. *cum seqq. & c.* 9. *sub. n.* 74.

Quintò & ultimò, pro creditoribus ponderari potest doctrina Molinæ *de primogen. lib.* 4. *cap.* 4. *ex n.* 24. *cum seqq.* in ea quæstione, quando possessori majoratus creditur facultas ad rem alienandam, ut ex pretio alia ematur in locum venditæ subrogandæ. An ista subrogata vinculi naturæ subjiciatur eodem modo, quo & illa quæ vendita fuit, ut ex pretio hæc comparetur. Quam pro utraque parte eleganter disputat Molina: tanquam *ex n.* 33. *& seqq.* agens, an res empta per possessorem majoratus ex pecunia ipsius majoratus, majoratui ipsi, vel dumtaxat possessori ementi acquiratur, tres casus distinguit in hunc modum.

Si

29 Si verò de re ex pretio empta agatur, conſiderandi ſunt tres caſus. Primus, quando expreſsè res empta eſt ea lege, ut in majoratu ſubrogetur. In quo dicendum, eſt procul dubio, rem emptam in locum antiquæ cum omnibus ſuis qualitatibus ſubrogari: ex his quæ
30 ſuperius adducta ſunt. Secundus, quando ſimpliciter empta fuit non exprimendo, quod emebatur ipſi majoratui, nec etiam emptori. Et quamvis Doctores dicere ſoleant nihil intereſſe, an quis emat rem ex pecunia aliena ſimpliciter vel nomine proprio; cùm ſemper cenſeatur, ſibi ipſi emere, ſeu nomine proprio vendere: niſi contrarium expreſſum fuerit, ut dicit Bald. in leg. mater Cod. de rei vendic. p. 21. leg. ab ea, ff. de neg. geſt. leg. magis, ff. ſoluto matrim. & utrobique per ſcribentes in caſu tamen, de quo agimus dicendum erit, rem ſimpliciter emptam, lege ut ipſo majoratu ſubrogetur. Cum enim
31 pretium ad hoc, deſtinatum eſſet, ſicque à principio conventum fuiſſet, actus ſequens cenſebitur factus in executionem tractatus, ac conventionis præcedentis, leg. quædam mulier ff. de rei vend. leg. minus inſtructus cum ſimilibus ff. de acquir. poſſeſſ. ind. in ſimili dicit Bald. in cap. 1. quid juris ſi poſt alien. Vaſſall. feud. recop. n. 3. quod præſertim ſi pretium, & res empta, & aliæ conjecturæ correſpondeant,
32 dicendum erit. Si verò res empta ſit nobilis, vel ejus naturæ, ut majoratu ſubrogari non valeat contrarium dicendum erit. Tertius caſus, quando expreſsè emptor rem ex pretio rei majoratus ſibi, & non ipſi majoratui comparavit. In qua ſpecie dicendum eſt, rei emptæ dominium emptori, non autem ipſi majoratui acquiri: quod probatur ex regula, quam ſuperius præmiſimus, quod ſcilicet, res empta ab alio ex mea pecunia nomine ſuo efficiatur ſua, nec mihi aliud, quàm actio ad pretium ſuperſit, leg. ſi ex pecunia, & leg. ſi ut proponis, C. de rei vendicat. leg. 49. tit. 5. part. 5. quæ jura in caſu, de quo agimus, neceſſario locum habere dicendum eſt, &c. Qui quidem ſub *n.* 35. in comprobationem, ita proſequitur.
33 Quod ſi dicatur in caſu, de quo agimus, contrarium dicendum eſſe: cum pecunia ad hunc effectum depoſita eſſet, ut vix illa alia res in locum venditæ ſubrogaretur; dicendum eſt id non obſtare: nihil namque refert; an pecunia depoſita ſit, vel non ad hoc, ut à præfata regula diſcedendum ſit. Quod probatur ex d. leg. ſi ex pecunia. C. de rei vend. quæ in emptione facta à depoſitario ex pecunia apud ipſum depoſita loquitur. Et tamen diſponit nullam actionem domino pecuniæ ad rem, quæ ex illa empta fuit, vendicandam competere, &c.

34 Ex quibus evinci videtur noſtra difficultas, ut res empta ex pecunia majoratus, quantumvis deſtinata, & depoſita ad emptionem prædiorum pro ejus argumento; majoratui non acquiratur, nec ejus efficiatur, quando poſſeſſor ſibi emit, & ſuo nomine tantum, nulla facta majoratus mentione. Atque ideo creditores emptoris hypothecarios, & privilegiatos majoratui præferri, agenti ad pecuniam, vel ad rem in ſubſidium ex hactenus dilucidè comprobatis.

35 Sed prædictis fundamentis admodum urgentis minimæ refragantibus, in contrariam ſententiam Senatus judicium ſuum inclinavit, unico tantùm, ſed validiſſimo fundamento, contrariis præſtantiori, multis mediis roborato, quo procul dubio cuncta hactenus pro creditoribus conſiderata evacuantur. Omnia quippè ab eo pendent, & derivantur, ut majoratui pecuniæ domino res empta ex ea non fuerit acquiſita, ſed poſſeſſori pro ſe tantum expreſsè comparanti nulla facta mentione majoratus, nec clauſulæ fundationis juxta regulam juris rem emptam ex pecunia aliena effici mentis, & non ejus, cujus fuit pecunia, de qua ſuperius.

36 Cum caſum noſtrum ab ea legitimè eximere poſſimus, ut fateamur in eo, rem emptam ex pecunia majoratus, huic acquiri, non poſſeſſori ſibi menti, cum etenim pecunia illa ſuperabundans ſit ipſius majoratus, deſtinata ab initio fundationis pro emptione cenſuum annuorum, ſeu fundorum ad augmentum majoratus, ut ſupra ſuppoſuimus *in* 1. *fundamento n.* 4. & ad hanc comparationem poſſeſſor ipſe habeat à fundatore mandatum, & poteſtatem, ipſeque ad eam comparationem, & applicationem ſit obligatus; ſequitur, quòd quomodocumque; emat, cum revera ex ea pecunia emerit, non ſibi, ſed majoratui ſtatim dominium acquiratur, quod probatur, primo quia deſtinatio pecuniæ ad emptionem prædiorum habetur pro facta, & pro perfecta conſideratur quoad juris effectum. Ut probavimus *in* 3. *fundamento contrariæ partis*, *n.* 9. & *ſeq.*

Nihil opitulante, quod ibidem *ex n.* 10. diximus, 37 per mutationem voluntatis, & alterationem finis ceſſare deſtinationem, ex plurimis Doctoribus ibidem citatis, cum ipſi expreſsè loquantur, quando à deſtinationis voluntate receſſerit is, qui habuit poteſtatem deſtinandi. At qui deſtinavit in noſtro caſu, 38 fuit fundator ipſe majoratus ſemper, & perpetuò in deſtinatione permanens. Ergo poſſeſſor qui non deſtinavit, poteſtate caret à deſtinatione diſcedendi, necnon perturbandi voluntatem, juſſum, & mandatum fundatoris, aut mutandi finem deſtinationis. Prout ex aliiſmet DD. eleganter probat Gratiam. *rom.* 1. *diſceptat.* 126. *num.* 23. Caſtillo *Controverſiar.* 5. *tom. cap.* 62. *ex num.* 67. *cum ſeqq.*

Ergo cum huic pecuniæ ab initio inſita ſit qualitas 39 deſtinationis ad emptionem prædiorum, res ex ea empta ejus loco ſubrogatur, & ſemper empta ſit majoratus, in quo caſu nunquam dubitaſſe Doctores, expreſsè profitetur ex Tiraquel. *de retract. ligng.* §. 32. *gloſſ.* 1. *n.* 25. *in fin.* Molina *de primog. lib.* 4. *d. c.* 4. *n.* 32. 40 ubi inſuper eleganter probat, quod quando pretio, & pecuniæ majoratus ab initio ineſt qualitas deſtinationis ad emptionem prædiorum pro ipſo majoratus argumento, & acquiſitione, & cum illo gravamine effecta fuit pecunia majoratus, tunc res ſuccedit loco pecuniæ, & pretii, & ſub eiſdem vinculi gravaminibus, 41 quo caſu fallere, inquit regulam; in particularibus rem non ſuccedere loco pretii, cum procedat, quando pretium ad majoratum perveniat abſque hac qualitate deſtinationis, & ſubrogatione. Prout latius apud eum videre eſt, *ex n.* 31. *&* 32 *& n.* 36. ſequitur Pat. Molina *tom.* 3. *diſp.* 651. *n.* 3. cujus Doctoris ſpecificam poſtmodum mentionem fecimus.

Secundò pro hac parte facit communis fallentia re- 42 gulæ, quando nempe emens tenebatur emere pro domino pecuniæ, quia tunc etiam ſi ſibi comparaverit, non ſibi rem acquirit, ſed pecuniæ domino. Ita eleganter regulam limitavit Gregor. Lopez *in leg.* 49. *tit.* 5. *p.* 5. *in verbo*, *en guarda*, & ante eum Bald. *in leg.* 1. *C. ſi quis alteri, vel ſibi* Decius *conſil.* 6. Ripa *de peſte tit. de remed. ad conſervation. ubertatis*, *ex n.* 252. *& in tract. de mercatura*, *pag.* 412. *n.* 41. Eſcobar *de ratiociniis*, *c.* 14. *n.* 36. & terminis noſtris hanc rationem ponderavit Pater Molin. *ubi proximè ſub. n.* 3. 43 *verſic. illud obſervandum cenſes.* Facit *l. ſi curator. C. arbitrium tutelæ*, ibi: Si curator poſt decretum præſidis, ſublata pecunia, quæ ad comparationem poſſeſſionis fuerat depoſita, ſibi prædium comparavit: eligi, utrum malis in emptionem negotium tibi eum geſſiſſe an quia in uſus ſuos pecuniæ converſæ ſunt, legitimas uſuras ab eis accipere, &c. *Et d. l.* 49. *tit.* 5. *part.* Quorum jurium rationem reddunt prædicti Doc- 44 tores quia curator, Prælatus, & adminiſtratores tenentur pecunias, minori, & Eccleſiæ convertere in emptionem prædiorum. At cum poſſeſſor majoratus ſimiliter juſſu, & præcepto fundatoris teneatur præcisè pecunias ſuperſtites accommodare emptioni pro majoratu, cujus eſt pecunia; nihil intereſt, an ſibi rem emat cum de jure majoratui acquiratur.

Hoc fundamentum exactè exornat per jura, & Docto- 45 res Gutierr. *de tutel.* 2. *p. c.* 10 *per totum*, qui *n.* 1.

regulam, quod licet actus in dubio præsumatur factus nomine proprio potiùs quàm alieno, *ex n. cum seqq.* li-
45 mitat, non procedere in furore, vel curatore faciente id, quod nomine alieno est obligatus, & ideo licet faciat nomine suo, præsumitur tamen nomine pupilli per *leg. Lucius*, §. *tutorem*, *ff. de administrat. tut.* & per plurimos DD. *& n.* 3. post Cavalcan. & Mascardus *consil.* 139. *n.* 4. extendit ad quemlibet rerum
47 alienarum administratorem, *n.* 5. *&* 6. quando quis nomine officii tenetur ad emptionem prædiorum ex
48 pecunia aliena, si ex ea emat; intelligitur nomine alieno emere, etiamsi nomine proprio emat, & suppresso officii nomine. Ad quæ plurimos DD. conducit viden-
49 dus. Et quod curator, qui aliud nomine alieno facere tenebatur emendo scilicet pro alio, licèt actum, & emptionem fecerit nomine proprio, nihilominus facere censetur nomine minoris, & alieni, & isti, non illi acquiritur Quamplurimos Doctores congessit Manguil. *de eviction. q.* 188. *ex n.* 13. *cum seqq.* omnino videndus.

50 Tertiò, quia cum possessor majoratus sit interposita persona à fundatore majoratus ad emendum bona ex ea pecunia, sequitur ut non sibi, sed majoratui emisse dicatur, & nomen suum simulatè fuisse appositum in instrumento; etiamsi fuisset pupillus persona interposita, vel Abbas alicujus monasterii. Ita eleganter regulam generalem limitat Bald. *in leg.* 1. *col. penult. Cod. si servus extero.* Sequitur Escobar *de ratiociniis d. c.* 14. *n.* 33. Sequitur Hermosilla *in leg.* 9. *gloss.* 1. *n.* 6. *ex leg.* 3. *in p. C. si quis alteri, vel sibi.*

51 Fulcitur hoc tertium fundamentum ex alia doctrina, in fortioribus terminis procedente; quando scilicet quis habet speciale mandatum ad fundum emendum: nam si sibi emat etiam ex sua pecunia procuratorio nomine emisse intelligitur, & rem cum fructibus restituere tenetur. DD. *in leg.* 4. *si ab ignoto, vers. unde quæri potest*, *ff. de manumiss.* Jason. *in leg. Titia* 134. §. *idem respondit n.* 2. *de verb. oblig.* Tiraquel. *de retractu ad fin. tit. n.* 217. Rota Genuens. *decis.* 57. *n.* 9. Surdus *decis.* 325. *n.* 8. Ricius *decis. Curiæ Archiepisc.* 2. *part.* 139. Bertazol. *claus.* 5. *gloss.* 1. *n.* 1. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 49. *n.* 1. Mantic. *de tacit. lib.* 7. *tit.* 18. Pereira *de empt. & vend. c.* 15. *ex n.* 10. & ad. hoc mandatarius compellitur ut jura sua mandanti cedat soluto ei pretio. Ut ex Bald. tradit Mantica *lib.* 7. *tit.*
52 19. *n.* 5. Pereira *n.* 27. Gratian. *discept.* 207. *n.* 5. Hermosilla *in leg.* 48. *tit.* 5. *part.* 5. *gloss.* 5. *n.* 9. *& n.* 14. *fol.* 217. *tom.* 2. igitur quanto fortiùs præfata doctrina, & limitatio procedet in nostro casu quo ad emendum possessor majoratus habet speciale mandatum à fundatore, & qui non ex pecunia sua emit, sed ex pecunia aliena, mandantis nempe, & majoratus.

Quartò, & ultimo pro hac parte adducitur doctrina
53 Pat. Molin. qui rectiùs & contra alterum Molinam opinatur, quod quando pecunia majoratus destinata est à principio acquisitionis pro emptione prædiorum in augmentum majoratus, ut tunc possessor emens ex ea, etiamsi sibi comparaverit, statim res fit majoratus, prout *ex lib.* 3. *disp.* 661. *n.* 3. *& n.* 4. ubi sic prosequitur:
54 Illud observandum censeo, si majoratus possessor ex ea numero pecunia quæ erat majoratus ad id deputata, ut ex ea majoratui res idonea emeretur, rem quidem emat, sed cum expressione, quod sibi, & non majoratui illam emat, attinere nihilominus ad majoratum si idonea sit majoratui, aut si majoratus eam velit: quia aliunde successores in eo comparare non possunt majoratui eam pecuniam, præferendusque sit majoratus ea in re cæteris creditoribus ejusdem emptoris, &c. Prosequitur reddendo rationem juridicam, & concludentem de qua nos paulo ante *ex n.* 42. *vers. secundo*, *& pro hac parte*, &c. in hunc modum: Ratio autem est [inquit
55 ipse Pat. Molin.] quoniam ea pecunia ad id erat deputata, ut inde emeretur res majoratui, & non ut emeretur administratori illi ejus pecuniæ: nec sola intentio, & expressio illius, quod sibi velit emere eam rem ex pecunia majoratus, præjudicium afferre ea in parte potest majoratus, sicut quamvis administrator bonorum minoris, aut Ecclesiæ, in optione tamen minoris, aut Ecclesiæ est, accipere eam sibi quasi sibi eo pretio emptam. Ut habetur leg. 49. citata, & aliis juribus, quæ ibi Greg. Lopez citat: multo verò magis id locum 56
habet in re proposita: eo quod eam pecuniam acceperit possessor majoratus, destinataque esset, ut inde majoratui emeret, & non sibi. Quare non est eadem ratio de hoc, & de depositario, qui ex pecunia, quam habet in depósito, minimè deputata, ut ipsi ex illa deponenti aliquid emat, sibi aliquid emit; in quo eventu sibi, & non deponenti comparat dominium rei emptæ ex pecunia deponenti: quod discrimen non satis attendit Molina *ubi suprà*, *n.* 35. &c.

Cujus doctrina ex aliis pro hac parte ponderatis ro- 57
bur recipit, & fundamentum, quæ quidem juri consona est, & rectè increpat Molinam, asserentem ex pecunia majoratus depósita ad emptionem prædiorum, si possessor sibi emat rem, non acquiri majoratui, motum *ex d. leg. si ex pecunia*, *C. de rei vendic.* quoniam in casu illius text. pecunia depósita non fuit destinata ad emptionem prædiorum, sed simpliciter. Ut ex ejus verbis manifestè apparet, quæ talia sunt: Si ex pecunia, quam depósueras, is apud quem collocata fuerat, sibi possessiones comparavit, ipsique traditæ sunt: tibi vel omnes tradi, vel quasdam ex his compensationis causa ab invito eo in te transferri injuriosum est.

Quo casu quando simpliciter ponuntur absque des- 58
tinatione aliqua, nihil mirum quod si depositarius ex ea sibi emerit rem, sibi acquirat; & non domino deponenti, & sic text. ille in meris terminis regulæ procedit Nos verò loquimur in aliis longè diversis, in quibus 59
pecunia destinata est ad emptionem prædiorum pro majoratu, cujus est pecunia, atque etiam in mandatario, nec non in possessore majoratus, qui ex officio tenetur, & jussu fundatoris pecuniam constituere in utilitatem majoratus, non suam; & sic putamus perperam sensisse Molinam in quinto argumento contrariæ partis relatum *ex n.* 28.

Quod quando pecunia majoratus depósita, & ab ini- 90
tio destinatur ad emptionem prædiorum in augmentum ipsius; sit attendenda intentio possessoris mentis, an sibi majoratui comparaverit, cum hoc in sua potestate, & libera voluntate relinquere foret durissimum, qui facilè potest fraudare majoratum, & subvertere inviolabilem fundatoris dispositionem, qui de possessore confidit. Et ita Senatus hic Vallisoletanus determinavit in lite creditoris formata à domino.

Non obstant argumenta cætera in contrarium consi- 61
derata, omnia quippe pendent, & derivantur ab uno principio, & à regula generali, quod emens ex pecunia aliena sibi acquirit, & non domino pecuniæ, quæ cum in casu nostro non procedat ex fallentiis, & limitationibus hactenùs pro hac parte in favorem majoratus consideratis, facillimè subvertuntur: quia possessor majoratus ex pecunia destinata emens non sibi, sed majoratui acquirit, quantumvis sibi, expressè, comparare dixerit; in cujus, non est potestate majoratum, & fundatorem fraudare, & decipere, atque ideo creditores mentis nullum jus, nec prælationem possunt prætendere in re empta, concurrente majoratu ipso, qui dominium rei quæsivit.

Fundamenta etenim contraria rectè procedunt in ter- 62
minis regulæ, in qua dominium rei quæritur menti ex pecunia aliena, & dominus pecuniæ solùm habet actionem personalem ac repetendam ab emente, à cujus creditoribus privilegiatis, & hypothecariis excluditur in prælatione, ut clarè ostendimus.

Nec obstat doctrina aliquorum à Gaito supra relata 63
nu. 9. *& 11.* sub tertio fundamento contrariæ partis *vers. fulcitur hoc tertium argumentum.* Cum ipse Gaitus ex Petro Barbosa, Molin. Bartol. Bald. Alexand. Alc. & aliis veriorem dicat opinionem, ut præcedente

cedente pacto inter virum & uxorem, ut ex pecunia dotali ematur prædium. Si ipse maritus sibi ipsi emere dicat, nihilominus uxori acquiritur dominium vir-
64 tute pacti præcedentis. Cum emptio sequens videatur facta ad executionem præcedentis conventionis, & maritus tanquam procurator uxoris emere intelligitur. Plenè etiam probat Menochius *de præsumpt. l.*
65 12. *per tot.* Ideoque per acceptationem majoratus cum omnibus conditionibus suis, & qualitatibus præcedentem, ex qua inducitur pactum, & quasi contractus sequitur, ut licet postea ex pecunia majoratus sibi ipsi expresè emat, possessor majoratui emisse intelligitur tanquam procurator majoratus, cui & non sibi res empta acquiritur.

66 Restat respondere signanter doctrinæ Molinæ *uti n.* 2. *& in* 5. *fundamento* contrariæ patris, dum distinguendo tres casus, inter secundum & tertium ponit differentiam: nam eadem ratione qua movetur in secundo casu, quando scilicèt, possessor majoratus simpliciter emit ex pecunia majoratus, ut tunc majoratui res acquiratur, ea motus ratione, quia pecunia erat destinata, & hac qualitate affecta ad emptionem prædiorum, & possessor tenebatur majoratui emere: eadem & in tertio casu, quando sibi emit possessor, ex hoc pecuniæ genere, debuit, & Molina moveri ad sentiendum idem, quod in
67 secundo casu. Quoniam si sola destinatio, & obligatio, movit illum ad extrahendum secundum casum ab alia juris constanti regula, quam ipse ibidem fatetur, quod in dubio res empta præsumitur pro emente, & non pro eo cujus erat pecunia, quam probat *leg. magis puto, ff. de solutionibus, leg. ita stipulatus, §. Chrysogonus, ff. de verb. oblig. leg. Titium, & Mevium, §. præfectus, ff. de administrat. tut*, & ex Parisio, Craveta, Matienz Escobar, & aliis benè probat Hermosilla *ad leg.* 49. *gloss.* 1. *n.* 4. *tit.* 5. *part.* 5. *to.* 2. *fol.* 219.
68 eadem etiam ratione debuit, & tertium casum à regula eximere, prout eximit communis opinio iis in casibus, in quibus pecunia majoratus adfuit à principio qualitas destinationis, & obligatio possessoris majotatus, & jussu fundatoris, præcepto, & mandato ad comparandam rem uniendam, & aggregandam majoratui, ut iis in casibus cesset regula generalis, & omninò res empta per possessorem ex hac pecunia destinata majoratui acquiratur, & non possessori, quantumvis sibi expresè ementi, prout abundè probavimus in fundamentis
69 hujus secundæ partis, quam cum Pat. Molina constanter tuemur. Et Senatus noster Vallisoletanus determinavit in facti contingentia. Maximè cum antea ipse Lud. Molina *in dict. cap.* 4. *n.* 32. *in fin.* pro opinione constanti, & contradictorem non habente resolvisset emptionem factam à possessore majoratus ex pecunia, quæ ad majoratus dominium pervenit cum qualitate; ut ex alia bona immobilia comparentur in augmentum ipsius majoratus, & ut fiat subrogatio in locum pecuniæ & acquiratur majoratui. Quæ omnia pro hac parte invincibiliter urgent.

CAPUT XXV.

Ex hæreditate avi delata nepoti patre præmortuo, an creditores patris sua credita exigere valeant, sive nepos ex propria persona, sive repræsentativè patris gradum subintrans avi hæreditatem acquirat?

Ex quid in hæreditate non aditia, sed in hæredem adeunda transmissa? an creditores transmittentis creditoribus hæredis cui transmissio fit præferantur?

SUMMARIUM.

1 & 2. *Ex hæreditate avi delata nepoti, an creditores patris præmortui & de medio sublati sua exigere credita possint.*

3 *Nepos sublato patre de medio, succedit avo ex propria persona.*

4 *Nepos ad successionem avi concurrens cum patruo repræsentatione eget, & locum sui patris præmortui occupat.*

5 & 6. *Hæreditas proximiori in gradu gradatim defertur, cæteris interim exclusis.*

7 *Patre excluso ab hæreditate avi, & præmortuo, nepos excluso an sit.*

8 *Pater si in vita avi renuntiavit hæreditati cum juramento, ab ea an excluso intelligatur nepos, patre præmortuo.*

9 *Creditores patris præmortui nullum jus habent ad hæreditatem avi, delatam nepoti, sive iste succedat ex propria persona, sive repræsentando patrem, & seqq.*

10 *Patre exhæredato præmortuo, nepos succedit avo ex propria persona, & jure.*

11 *Sive nepos succedat avo ex propria persona sive repræsentativè concurrente patruo.*

12 *Nepos ad hæreditatem avi, renuntiatam à patre præmortuo cum juramento, vocatur ex proprio jure, & ex propria persona, etiam stante repræsentatione.*

13 & 14. *Renuntiatio hæreditatis paternæ intelligitur sub conditione, si ipse filius eam acquirat, quo præmortuo, renunciatio evanescit.*

15 *Nepos ex filia præmortua ad successionem avi veniens an teneatur computare dotem à matre receptam.*

16 *Antonii Gomez opinio impugnatur.*

17 *Nepos quomodolibet succedens avo, patruo præmortuo, suam facit hæreditatem, qui avi creditoribus tenetur; non creditoribus patris, qui nunquam jus aliquod in ea habuit.*

18 *Hæreditas delata nepoti patre præmortuo, nunquam fuit patris, sed avi, quo casu non agitur de succedendo patri, sed avo, à quo nepos capit, & non à patre.*

19 *Nepos quomodolibet succedat avo, succedit jure proprio independenter à patre præmortuo, etiamsi per repræsentationem locum, & gradum patris subintret.*

20 *Non sequitur, nepos assumit locum, & gradum patris, ergo succedit ex persona patris.*

21. 22. 23 & 24. *Nepos succedens avo, etiam repræsentando gradum, & locum patris præmortui, semper proprio jure succedit, & locum assumit ex beneficio legis, non patris.*

25 & 26. *In locum alterius quis succedit per privationem, vel per transmissionem.*

27 *Renuntiatio matris præmortuo non nocet filio.*

28 *Sive nepos avo succedat repræsentativè, stantibus patruis, sive non.*

29 *Nepos succedit semper avo ex propria persona, etiam repræsentatione data.*

30 *Nepos succedens avo mortuo patre per privationem, & remotionem.*

31 *Succedens alteri per transmissionem omnino eo modo, & qualitate, qua illa succedit.*

32 *Subintrat at quis in locum, & gradum patris, ergo ex hujus persona succedit, non valet argumentum.*

33. 34 & 35. *Nepoti monstrat lex locum patris, non jus ejus jam extinctum per mortem, vel renuntiationem.*

36. 37 & 38. *Nepos quomodolibet succedat avo, nunquam creditores patris potuerunt prætendere jus ad hæreditatem avi.*

39 *Nepos jus ad hæreditatem avi, nec gradum à patre capit.*

40 *Descendens ad successionem majoratus repræsentat locum, & gradum ascendentis prærnortui, & tamen nihil ab eo capit, sed jure proprio succedit fundatori.*

41 *Succedit nepos in portione quam pater habiturus esset, si viveret, non tamen succedit in illius jure, quod nunquam acquisivit.*

42 *Patre prærnortuo privato hæreditate avi, (sive exhæredatione sive propria renuntiatione) nihil detrahit juri nepotis, ex propria persona, & jure venientis.*

43 *Nepos veniens ad hæreditatem avi tanquam hæres patris prærnortui, & in vita renuntiantis hæreditati, an cogatur ex ea solvere creditoribus patris sui.*

44 *Renuntiatio patris hæreditatis qui nepoti venienti, jure proprio non præjudicat.*

45. 46. & 47. *Nepos hæres patris tenetur stare renuntiationi patris.*

48 *Nepotem ex hæreditate avi sibi delata prærnortuo patre renuntiante hæreditati non teneri creditoribus sui patris verius ostenditur.*

49 *Hæreditas avi, patre prærnortuo defertur nepoti jure proprio independenter à patre..*

50 *Hæreditas adita efficitur proprium patrimonium hæredis.*

51 *Hæreditas duplex in uno hærede deveniens duo diversa, & distincta patrimonia dicuntur respectu creditorum utriusque, & respectu hæredis.*

52 *Quæ inter se non confunduntur, sed separantur, ne detrimentum fiat creditoribus.*

Et quemadmodum creditores cujuslibet patrimonii sint solvendi, ibid.

53 *Ex pluribus hæreditatibus concurrentibus in eadem persona, an promiscuè debitor solvat creditoribus.*

54 *Hæres sub inventario non tenetur ultra vires hæreditatis.*

55 *Secus si sine inventario adierit, vel non postuletur à creditoribus separatio.*

56 *Separatione postulata à creditoribus, quomodo isti sint ex diversis patrimoniis solvendi.*

57 *Renuntiatio hæreditatis patris viventis habet tacitam conditionem, si ei fuerit delata, & non prærnoriatur.*

58 *Patre prærnortuo qui renuntiaverat hæreditatem, nepos avo succedit proprio jure & etiam hæres patris non tenetur patris creditoribus ex hæreditate avi.*

59 *Nec pacto cuilibet respicienti hæreditatem avi renuntiatam per patrem prærnortuum, nepos etiam hæres patris tenetur stare ex hæreditate avi.*

60 *Et ratione.*

61 *Contractu resoluto, resolvuntur omnes effectus ab eo dependentes.*

62 *Nepos ex hæreditate avi sibi delata ob prærnaturam mortem patris in nihil tenetur tangente patri.*

Etiamsi sit hæres patris cum beneficio tamen inventarii, ibid.

63 *Hæres repræsentat defunctum pro ea dumtaxat parte, pro qua est hæres, in cæteris extraneus dicitur.*

64 *Nec tenetur ex jure non formato, nec creato tempore mortis testatricis.*

65 *Nepos hæres matris renuntiantis hæreditatem & prærnorientis, non tenetur nisi pro ea parte, qua hæres sit matris, non pro hæreditate avi.*

66 *Creditores hæredis transmittentis, an jus habent ad bona hæreditatis transmissa.*

67 *Transmissio hæreditatis fit ex capite juris deliberandi & potentia suitatis, & sanguinis.*

68 *Hæreditas transmissa an sit proprium patrimonium transmittentis, ita ut is in quem transmittitur dicatur hæres transmittentis, & non primi defuncti.*

69 *Hæreditas non adita transmittitur in hæredem adeunda, vel repudienda.*

70 *Hæres in quem hæreditas non adita transmittitur potest eam adire, vel repudiare.*

71 *Transmissio est successionis prorogatio, cum eadem natura & qualitate.*

72 *Transmittendi an aliquod jus fuit acquisitum in hæreditate non adita, sed transmissa.*

73 *Hæreditas transmissa nunquam fuit commixta cum patrimonio transmittentis.*

74 *Hæreditatis transmissæ aditio, vel repudiatio non denegatur secundo hæredi, in quem transmittitur.*

75 *Aditio est individua, quæ pro parte hæreditatis non admittitur.*

76 *Hæreditatis partem qui repudiat, an totam repudiare intelligatur, remissive, & n. 89.*

77 *Ad hæreditatem transmissam non venit, qui hæres non fit transmittentis.*

78 *Hæres transmittentis an teneatur ponere in inventario illud jus transmissionis sibi à defuncto declaratum.*

79 *Adire hæreditatem transmissam an videatur hæres quæ ab inventario apponit facultatem transmissionis, & 80.*

81 *Hæreditas delata non est jus quæsitum, sed jus quærendum ad quod nullum creditores jus prætendere possunt.*

82 *Facultas adeundi licet communicabilis sit hæredi non est communicabilis hæredis creditoribus.*

83 *In obligatione generali bonorum debitoris non venit jus adeundi hæreditatem illi delatam.*

84 *Jus adeundi transit in fiscum, antequam per aditionem sit quæsitum debitori.*

85 & 86. *L. fin. C. de hæred. instit. interpretatur.*

87 *Adire hæreditatem videtur, qui de tota vel de parte disposuit.*

88 *Hæreditatem ante aditionem, non esse hæreditatem transmittentis, sed primi defuncti qui teneant.*

89 *Aditio pro parte trahitur ad totum.*

90 *In hæreditate transmissa non succedi transmittenti, sed primo defuncto, qui asserunt, & seqq.*

94 *Hæreditatem transmissam esse hæreditatem transmittentis, & non primi defuncti, communis est opinio.*

95 & 96. *Adeundi jus postquam est transmissum dicitur esse in hæreditate transmittentis.*

97 *Jus adeundi est jus hæreditarium.*

98 *Hæres in quem fit transmissio non adit hæreditatem ex persona sua tanquam hæres repræsentans transmittentem.*

99 *Et fingitur adita hæreditas ab ipso transmittente.*

100 *Jus adeundi quo respectu dicatur esse in bonis.*

101 *Ex jure transmissionis succedi transmittenti, & non primo defuncto, plurimi tenent, & seqq.*

104 *Jus adeundi postquam acceptatur, censetur esse in hæreditate transmittentis.*

105 *C. nu. §. cum autem, C. de caduc. tolland. ponderatur.*

106 *Jus transmissionis potentius est jure substitutionis.*

107 *Jus deliberandi & adeundi transmissum est jus hæreditatem transmittentis, & ut tale ad hæredem transmittentis transit.*

108 *Ex transmissione is venire non potest cui qualitas hæredis deficit.*

109 *Jus quando hæreditarium contemplatur acquisitio fit hæreditati.*

110 *Hæres jure transmissionis excludit cohæredem juxta magis communem.*

111 *Jus adeundi ante aditionem non est de bonis debitoris, nec ad creditores ejus pertinet.*

112 *Jus transmissionis acceptatum ab hærede est de hæreditate transmittentis; & hujus creditores ad hæreditatem transmissam jus habent.*

113 *Hæreditas transmissa debet apponi in inventario hæreditatis transmittentis.*

114 *Jus*

114 *Jus de novo quæsitum post mortem transmittentis etiam ex causa de præterito, quando acquiratur hæreditati, vel non.*

115 *Hæres transmittens tenetur ponere in inventario bona hæreditatis transmissæ.*

116 *Quia est quid hæreditarium & de bonis transmittentis.*

117 *Hæreditas transmissa transit uti adeunda, non uti addita; & liberum est hæredi acceptare, vel repudiare.*

118 *Jus transmissum habet originem à transmittente, & sic in ejus inventario scribere debet hæres, in quem transmittitur.*

119. 120 & 121. *Ex hæreditate transmissa si adeatur, tenetur hæres.*

122 *Utriusque hæreditatis creditores possunt petere separationem, ne jura omnium confundantur.*

1 Difficilis admodum, & subtilissima est quæstio; ad concursum peractum à nepote, aut hærede concurrunt creditores patris (qui vivo avo obiit) certantes saltem ad hæreditatem ab avo jus habere, ea moti ratione, quia hæc bona patri suo præmortuo pertinebant, & ipse nepos jus patris sui & gradum repræsentans ad hæreditatem avi vocatur. Et idcirco ex hæreditatis bonis, tanquam bonis patris credita sua
2 consequi debere. Nepos verò, & ejus creditores contrarium negantes jus patris, & ejus creditor in hujusmodi bonis, contendentes, hæreditatem hanc pleno jure, & independenter à patre suo sibi fuisse delatam, & acquisitam, & propterea gravari non posse ære alieno, nec subesse creditoribus patris.

3 Et pro horum jure validissimum, & forte urget fundamentum; nam licèt verum sit, quod nepos succedat avo ex propria persona, parte sublato de medio, & mortuo in vita avi, quippe hoc casu nulla eget repræsentatione; ita ut tunc suam nepos faciat hæreditatem delatam, & acquisitam immediatè ab avo, non subjectam creditoribus patris, qui in illis bonis nullum unquam quæsivit jus; quia proprio jure & persona efficitur hæres avi; ut ex innumerabilibus juribus, & Doctoribus probat Gomez *in l. 22. Tauri, ex n. 10. & in lege 8. ex n. 10. cum seqq.* & quamplurimi alii in discursu referendi.

4 Attamen quando nepos, sublato patre de medio convertit successionem avi cum patruo non potest succedere immediatè, & ex propria persona, sed repræsentativè gradum, & jus patris præmortui subintrando, & in loco ejus, & in eadem parte & portione, in qua succederet pater suus, si tempore delatæ hæreditatis de medio sublatus non fuisset, *l. 1. §. si filius ff. de suis & legitim. hæred. si filius*, (inquit Consultus) *hæres esse desiit, in ejusdem gradus succedunt omnes nepotes, nepotesque ex eo nati, l. nepotes, ff. de collatione bonor. l. 1. §. quibus ff. de succeff. edict. l. si quis posthumos, §. si filium ff. de lib. & posth. l. Gallus, cum suis §§. ff. eod. l. posthumorum l. si quis filio exhæredato ff. de injusto rup. l. 1. §. penult. ff. de conjungen. cum emancip. l. Papinianus; §. quoniam autem quarta, in fin. ff. de inofficios. test. l. posthumorum, ff. de injusto rup. l. 2. Cod. de suis & legitim. lib. §. cum filius, instit. de hæreditat. quæ ab intestat. defer. Auth. de hæredib. ab intestat. venient. §. 1. collat. 9. Authent. in succeff. Cod. de suis & leg. liber.*

5 Nam cùm hæreditas de jure deferatur proximiori in gradu, cæteris exclusis, *l. 2. §. hæreditas proximo agnato, id est, ei, quem nemo antecedit, defertur; ff. de suis & leg legitim. hæred. l. 12. tabular. vers. illo procul dubio, Cod. de legitim. hæredit. §. si plures, instit. de legi-*
6 *tim. agnat. succeff.* Et, cum patruus repetiatur in proximiori gradu, quàm nepos ad successionem avi, pietatis intuitu, & legis beneficio ascendere gradum patris præmortui fuit indultus, ne à patruo excluderetur, *Authent. post fratres 2. C. de legitim. hæred. Auth. de hæred. ab intest. venien. §. hujusmodi.*

Ergo cùm nepos in bonis avi succedat repræsentans personam patris, & ex patris jure, atque in portione tangente patri, bona patris consideranda sunt, ad quæ patris creditores idem jus habere debent quod & pater.

Et hoc fundamentum alio efficaciori roboratur; 7
quia quando pater excluſus fuit ab hæreditate avi nepos pariter ab eadem portione excluſus intelligitur, ita ut quamvis præmoriatur pater in vita avi, nepos nihil possit prætendere ex hæreditate avi. Hanc doctrinam plurimis fundamentis exornavit Gomez *in l. 22. Tauri, sub n. 10. vers. sed his non obstantibus in hoc arduo, &c.* ubi etiam tenet, quod si pater in vita pa- 8
tris sui renunciavit cum juramento hæreditatem; licèt decedat in vita patris, nepos non succedit avo, sive succedere velit cum patruis, vel avunculis, sive cùm aliis nepotibus, vel descendentibus, quia cùm utroque casu semper debeat succedere repræsentativè, & non ex propria persona, & eam tunc portionem in hæreditate avi consequatur, quantam suus pater, quem repræsentat, habiturus esset, si eo tempore viveret, ac per consequens si nullam partem haberet pater, nullam pariter habere debebit nepos, atque ideo benè sequitur, quod illa pars, quam repræsentativè consequitur nepos ex bonis avi, debet confiderari bona patris præmortui, & per consequens suis creditoribus destinata; quam opinionem sequutus fuit Paulus de Castro *in l. pactum quod dotale, quæst. fin. col. fin. C. de collationibus.* Cassan. *in consil. 47. n. 26. & 33.* Bellonus *cons. 15. n. 10.* Boërius *in suis singular. verb. renun. n. 11.*

Quibus tamen, & aliis (quæ consultò omitto) mini- 9
mè refragantibus, contraria sententia de jure longè certior, & verior est; imò creditores patris præmortui in vita avi nullum jus habere posse ad hæreditatem avi delatam nepoti, sive iste repræsentative, & ex persona patris cum patruis succedat, sive ex sua propria persona, quia in utroque casu hæreditas avi nepoti defertur indistinctè, & ei pertinet pleno jure absque aliqua participatione patris, qui nunquam jus habuit radicatum, sed conditionale in vita avi, quod sua præmatura morte evanuit, & fuit extinctum, atque sublatum, nec ex patris persona nepos succedit avo, sed jure proprio. Atque ideo bona hæreditatis nunquam esse potuerunt sub jure, & dominio patris, ut aliquod prætendere possint ejus creditores, nec ex eis nepos solvere adstringi valet.

Tum *ex l. si quis posthumos, §. fin. ff. de liberis* 10
& posthumis, ibi Filius exhæredatus si moritur patre vivente non obstat nepotibus, quominus possint venire ex eorum persona ad succedendum etiam contra testamentum, & illud rumpendo, sive periunt se præteritos, text. etiam *in l. si ex patronis, 10. ff. de bonis liberior.* ibi. Sed si ante pater decessisset, postea avus, dicendum erit nihil mihi nocere patris exhæredationem ad avitorum libertorum bona. Quæ
jura procedere sive nepos ex propria persona, sive 11
repræsentativè concurrens cum patruo, innumerabiles probant Doctores statim recensendi. Ergo impossibile est, quòd bona hæreditatis nepoti delatæ potuissent aliquando dici bona filii præmortui, cum etiam quod iste sit exhæredatus à patre, & omnino ab eis excluſus, deferantur nepoti subintranti patris sui locum. Ergo ut bona nepotis, & non ut bona filii judicanda erit hæreditas avi.

Ex quibus juribus quamplurimorum communis ob- 12
servat opinio, quòd si nepotes ad avorum successionem veniant, quorum filii hæreditatem renunciaverint etiam cum juramento; atque mortuo filio renuntiante in vita avi, non succedunt avo nomine, & jure parentis, sed semper & indistinctè nomine & jure proprio, etiam si nepotes ipsi una cum patruis, vel avunculis concurrant ad eandem avi successionem, cùm hoc casu renuntiatio filii non possit nocere nepoti, nec descenden-

tibus, cùm intelligatur facta sub conditione, si ipsi renuntiantes succedant. Quam sententiam firmiter te-13 nuerunt Bald. *in l. fin. n. 16. C. de pactis & in l. pactum dotale, n. 2. C. de collat.* Rol. à Valle *cons.* 11. *c.* 4. *volum.* 1. Cephalus *cons.* 143. *n.* 19. *vol.* 1. *& consil.* 335. *n.* 16. *volum.* 3. Gulielm. Benedict. *in cap. Raynuntius. verf. duas habens filias, n.* 20. Franch. *decis. Neapol.* 32. *n.* 16. *& dec.* 67. *à n.* 1. *usque ad* 4. Wesembec. *cons.* 15. *n.* 14. *tom.* 1. Purpuratus *cons.* 307. *n.* 9. *vol.* 1. Gaspar de Leon. *inter consilia diversorum collecta à Baptista Martiarussi. cons.* 76. *n.* 12. *vol.* 1. Tiraquell. *de primog. quæst.* 40. *n.* 113. Grassus *de successio. ab intest. §. legitimè, quæst.* 4. *nu.* 4. Surdus *cons.* 113. *n.* 19. *vol.* 1. *consil.* 332. *à nu.* 10. *vol.* 3. Crotus *in stipulatio. hoc modo concepta, nu.* 55. *ff. de verb. oblig.* Anton. de Pern. *l.* 1. *n.* 104. *ff. de jurejur.* Imola *cons.* 527. *n.* 1. Natta *consil.* 470. *n.* 14. Bellon. *cons.* 15. *n.* 5. Anton. Thesaur. *decis. Pedemont. dec.* 131. Covar. *in cap. quamvis pactum, part.* 3. §. 2. *n.* 4. & §. 3. *n.* 7. & *ibi* Gutierrez §. *ult. n.* 2. & 3. Manchaca *in l. si quando §. illud. n.* 56. *casu* 3. *C. de inofficio. testam. & de successio. credito. lib.* 2. §. 18. *n.* 150. Baeca *de meliorand. filiab. cap.* 10. *n.* 112. *&* 113. Suarez *in l. quoniam in prioribus, amplia.* 10. *n.* 54. *limitat.* 4. *ad l. Regni, n.* 5. *&* 7. & in utroque Bald. *in addit.* Fernand. *in l.* 6. *Tauri, nu.* 61. Seraphin. *de privileg. juram. privil.* 21. *n.* 49. Molin. *lib.* 2. *de primogen. cap.* 3. *n.* 47. Maranta *in suis disp.* 10. *n.* 13. *&* 32. Azor. *tom.* 2. *instit. moralium, lib.* 2. *cap.* 28. *quæst.* 12. Ludovic. Moros. *cons.* 22. *n.* 2. *vol.* 1. latissimè Pater Sanchez *in summa lib.* 7. *cap.* 7. *ex n.* 41. *cum seqq. tom.* 3. latissimè etiam pro utraque parte disputans, & 14 ita resolvens tenet Robles *de præsentatio. l.* 2. *cap.* 16. *per tot.* omnino legendus, qui *n.* 79. innumerabiles alios Doctores pro ista opinione recenset, *& n.* 80. ubi de repræsentatione agit, quia scilicet nepos concurrit cum patruis ad hæreditatem sui avi, cui pater præmortuus renuntiaverat; & ex Fontanel. Roberto, Maynatio, Thesaur. Cancer. Francisc. Molina, Pegera, & Franchis tenet, & veriorem resolvit Hermosilla *ad d. l.* 3. *tit.* 15 4. *part.* 5. *glos.* 6. *n.* 74. & 75. Agit, quando filia dotata decessit vivente patre, an hujus nepotes venientes ad successionem avi teneantur in salva legitima computare dotem receptam à matre sua mortua, ubi distinguit inter dotem consumptam, & stantem, quæ pervenit ad filios; post plurimos Doctores ab eo allegatos inter se dissentientes.

16 Licet Gomez *in d. l.* 22. *Tauri ex n.* 10. contrarium autumet, cujus fundamenta, ac jura, quibus nititur, suam intentionem non probat ex integro, sed cùnctis satisfit ex doctrina communiter recepta, de qua statim *ex n...* in secundo fundamento, cui ipse non respondet, nec impugnat, sed potius communiter receptam firmat.

17 Si igitur ad hæreditatem avi, quæ nunquam delata fuit filio, nec acquisitam ob ejus præmaturam mortem, vel ea fuit privatus ob exhæredationem, aut propriam renuntiationem, nepos semper suo proprio jure, & persona, quantumvis concurrens patruo, admittitur; de primo ad ultimum sequitur quod neutro casu filius præmortuus jus aliquod in ea habere non potuit, sed nepos independenter ab eo sibi hæreditatem quæsivit, & sic solum tenebitur creditoribus avi, & non creditoribus patris à quo nihil recepit ex hæreditate.

18 Secundò, & hæc pars invincibili fundamento certissima redditur (quo super cunctis in contrarium consideratis satisfit) quoniam hæc hæreditas, nec est, nec unquam fuit hæreditas patris, sed hæreditas avi, nec agitur de succedendo patri, sed de succedendo avo, ad cujus dumtaxat bona, & hæreditatem jure proprio vocatur nepos; patre (vivo avo) mortuo, sive solus succedat, sive cum patruo repræsentando locum & gradum patris sui; quia neutro casu aliquid capit à patre. Hoc privilegium etenim & beneficium legis, quod habet nepos non provenit immediatè ab ipso filio, patre suo, sed ab ipsa lege, & ejus beneficio, atque dispositione. Et sic quantumvis nepos succedat avo repræsentando personam, 19 gradum, & locum sui patris; non ideo dici potest, quod succedit ex persona patris, sed ex sua persona, & jure proprio sibi independenter delato, licèt repræsentativè, & subrogativè inter locum, & gradum patris, per locum à remotione, seu privatione ejus, nec succedit in eadem parte, & portione unde assumit locum & gradum quem invenit vacantem, nec materiam, vel portionem jam extinctam. Non enim 20 sequitur, assumit nepos gradum & locum patris præmortui, ergo succedit ex persona patris, ita valde subtiliter tenet, & explicat Bald. *in pactum, col. pen. q.* 18. *in fin. C. de collat.* Quem sequuntur ibidem moderni omnes, Alexander ibidem *n.* 7. & Corneus *col. penult. verf. nihilominus putarem.* Joan. Imola *in l. qui superstites, col. fin.* & *ibi* Aretin. *col.* 5. *verf. tangit etiam*, post Bart. *ff. de acquir. hæreditate*, & *ibi*, Bart. *nu.* 2. *& q.* 2. & Angel. de Perusio, Paul. de Castro *q.* 1. *col.* 1. Ludovic. Roman. *n.* 7. *col.* 4. Raphael Cuman. *n.* 5. *col.* 2. Francisc. Aretin. *col.* 5. Paulus de Castro *in d. l. pactum, n.* 2. *& quæst.* 2. *quæst.* 3. *col.* 2. Fulgos. *n.* 7. Alexander *n.* 7. Corneus *n.* 6. Philipp. Decius *n.* 18. ibidem Bald. *in l. fin. C. de pactis.* Gregorius Natan. *in l. quamvis pactum, de pactis lib.* 6. Oldradus *cons.* 40. & ex Roderic. Xuarez, & aliis communem dicit Gomez *in l.* 22. *Tauri, sub nu.* 10. *verf. secundo facit, quia talis filiis & sub verfic. limita tamen, & intellige.* Quibus in locis firmiter ex communi opinione tenet, 21 quòd licèt nepos ad successionem avi concurrat cum patruis, & locum, atque gradum patris sui subintret, semper ex proprio jure & persona succedit; quia solum assumit gradum vacuum ex dispositione legis, non ex parte, argumento *l. jus autem agnationis ff. de pactis, l. si arrogator, ff. de adoptio. l. fin. ff. de pact. l. si post. mortem §. fin. de bon. possess. contra tab.*

Hanc eandem doctrinam eleganter percalluit Surdus *in consil.* 133. *tom.* 1. qui dum per totum con- 22 silium agit de renuntiatione hæreditatis patris facta à matre mortua postea in vita patris, ut non noceat nepoti, succedere volenti avo repræsentativè cum patruo, in comprobationem, *n.* 35. ita ait; Pater non resistit, quod D. Vincentius agat nunc ex per- 23 sona matris, ex quo vult venire ad successionem aviæ maternæ cum avunculo, & matertera id quod facere non potest nisi inter locum matris: quia avunculus, & materteræ, qui sunt uno gradu proximiores excludunt. Quandoquidem negatur ea consequentia; intra locum, & gradum matris; ergo succedit ex persona matris. Potest enim filius intrare locum, & gradum matris, & ex propria persona succedere. Nam hoc ipsum, 24 quod succedat in locum matris, habet filius à lege, non à matre, & ideo non dicitur venire ex persona matris, nec pactum matris ei potest nocere, ut in proposito respondet Bart. in l. qui superstitis, n. 2. vers. adverte sit quidem ff. de acquir. hæredit. & dicit idem Bart. in l. 1. §. si sit nepos, col. 1. vers. unde prima solutio ff. de coll. dotis, quod filius succedit in locum id est, in gradum matris, non tamen succedit ex persona matris, sed ex propria, idem formaliter dicit Bart. in l. 1. §. si sit filius, vers. sed mihi non placet ff. de coniung. cum emancip. lib. & dicit Bald. in l. 2. n. 4. C. de liberis præter. Quod duobus modis dicitur quis in alterius locum succedere. Primo per privationem. Secundò per 25 transmissionem. Primo modo succedit quis in locum alterius, ex propria tamen persona, amoto impedimento, quod ei obstabat, quomodo succedit secundus hæres mortuo primo: nec tamen ei nocet factum primi. Secundo verò casu factum primi 26 nocet secundo, & Bart. ibi sequitur Salicet. Alex. Borner. Aretin. & Jason., idem dicit Aretinus in d. l. qui superstitis, nu. 4. vers. illud. ergo ubi, ait, quòd filii veniunt ex propria persona, quando mater prædecessit, licet modo videantur venire ex persona matris,

quate-

quatenus succedunt in stirpes, & non in capita. Alex. *in conf.* 75. *numer.* 19. *vol.* 1. Roderic. *in d. l. l. quoniam in prioribus*, *d. limit.* 4. *numer.* 7. Alciat. *in consil.* 358. *numer.* 1. Craveta *in consil.* 127. *numer.* 4. latè *in consil.* 107. *nu.* 16. Qui ferè omnes concludunt nepotes ex filia, quæ decessit vivo patre, succedere avo ex persona propria, sive concurrat cum avunculis, sive non: quia intrat in gradum matris ex legis dispositione, proinde non ligatur pacto ipsius matris. Non ergo ideo dicitur venire ex persona matris, quia in locum matris succedat, postquam non succedit ex jure, vel ex facto matris, sed jure proprio. Hactenus Surdus.

27 Qui quidem eandem iterum doctrinam repetit, & affirmat *in conf.* 332. *t.* 3. *n.* 12. ita loquitur, *& eodem modo.* Decius *in d. consil.* 181. reprehenditur à Gozadin. *d. conf.* 75. qui subdit esse communem, & hanc magis ducit communem, *Maranta in disp.* 10. *n.* 42. & dicit Craveta *in conf.* 84. *n.* 5. Quòd hæc sententia servatur in practica; quòd scilicet matris renunciatio non noceat filiæ, & idem antea cum dicit Bereng. d. leg. in 4. part. 3. n. 66. Benet. loco prædicto n. 280. ubi hoc modo conciliat contrarias sententias. Crassus alios citans d. §. legitima q. 4. n. 4. ubi multos pro parte citat, testantes de communi, & licèt Decius *in d. conf.* 181. alleget pro sua sententia Bald. in l. pactum, tamen Bald. si bene legatur, & accuratè ejus verba perpendantur, tenet expresè contrarium: quando filius decessit vivo patre, tunc indistinctè non officere nepotibus. Ita inducit & verè quidem meo judicio. Cephal. *d. consil.* 334. *n.* 40. & procedit hoc sive cum patruis, sive cum avunculis concurrat, sive non secundum Bald. ibi
28 quem sequitur Alexand. *n.* 7. Crassus in loco præcit. in fin. additur & ratio palpabilis: nam potest de legitima in bonis patris, vel matris tractari, nisi quod is moritur. Bartol. in leg. fin. ff. de liger. agnos. infinitos citat Cephal. *in d. consil.* 334. *n.* 29. Sed eo tempore nepos tenet primum locum, sublato jam de medio patre, vel matre per mortem, & quando dicitur de legitima, quando conditum est testamentum, procedit etiam in successione, quando avus, vel avia accessissent intestati: quia in ea attenditur tempus mortis, atque illius temporis status est inspiciendus, quidquid antea gestum est, non officit nepoti, qui non est hæres matris, & Cephal. loco præc. respondet ad omnia argumenta Decii, & aliorum. Sed melius Purpurat. d. cons. 307. n. 10. & seq. quæ omnia redduntur indubitata ex eo, quod nepotes in casu nostro non sunt hæredes patris renunciantis & renunciatio non est facta pro filiis, sed pro omni jure ipsi filio competenti, quo circa non includit jus, quod posteris competere posset id futuris, ut benè instituit. Craveta *d. cons.* 703. &c.

29 Constanter etiam firmat Robles *de repræsentat. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 65. *&* 66. ubi post plura jura, quod mortuo filio nepos succedit ex proprio jure, & ex propria persona, sive solus succedat, sive simul cum patruis, & sic repræsentativè subingrediens locum patris præmortui.

30 Qui Robles iterum *n.* 106. *&* 107. eleganter distinguit, aut qui succedit in gradum, & locum alterius per illius privationem, sive remotionem, & tunc quia ita succedit, dicitur venire jure proprio, & ex propria persona amoto impedimento, quod ei obstabat *ex leg. Gallus* 20. §. *& quid si tantum, ff. de liber. & posthum leg.* 2. *cum similibus C. de liber. præterit.* Ut in nostro casu, ubi nepos subingreditur gradum, & locum patris præmortui per remotionem, & privationem. Aut verò quis per transmissionem in locum, & gradum succedit, &
31 tunc non potest venire nisi eo modo, & qualitate, qua ille, prout ibi comprobat, vide etiam eundem *n.* 98. præfatam distinctionem altiùs post plures DD. compro-
32 bat ipse Robles *ex n.* 99. *&* 100. ubi etiam negat argumentum, intrat locum, & gradum patris renuntiantis, ergo succedit ex illius persona. Potest enim filius intrare locum patris & ex propria persona succedere, ubi latè prosequitur, & conducunt, quæ ipse *lib.* 1. *cap.* 6 *à n.* 11. *& cap.* 10. *n.* 4. *&* 5. Quia lex nepoti solùm 33 ministrat locum patris, & gradum, sed non jus, quod habet ex propria persona, & jus patris fuit extinctum, quod non revivisci, nec de non ente ad ens potest fieri transitus.

Et hoc ipsum contra Cassan. Bellon. Boërium, & 34 Paul. de Castro, contrarium sentiens (prout eosdem pro contraria parte retulimus *suprà sub numer.* 7. *vers. sed hoc fundamentum alio efficaciori*, &c.) affirmat Th. Sanchez *in summ. lib.* 7. *cap.* 7. *n.* 47. sequutus Anton. Gomez, Crassum, Roderic. Suarez, Bald. & Petr. Surd. dices hoc casu nepotem non succedere ex persona parentis mortui in vita avi, sed ex persona propria; & ideo ei non obesse exclusionem, exhæredationem, aut renuntiationem parentis: quia benè potest subintrare gradum patris, & succedere nihilominus ex propria persona. Nam hoc ipsum privilegium, quod nepos subintret locum, & gradum prætendentis, habebat ipse nepos à lege & non à parente, atque ideo non dicitur venire ex persona patris.

Tenent etiam, & pro ratione fundamentali omnes 35 fere illi DD. quos conduximus *suprà n.* 12. *vers. ex quibus juribus*, &c. Dum communiter observarunt, nepotem vocari ad hæreditatem avi, quam filius in ejus vita renuntiavit, vel à qua fuerat à patre exhæredatus, sive nepos solus perveniat ad hæreditatem avi, sive concurrat cum patruis, quorum respectu omnino indigeat beneficio repræsentationis.

Ulterius, & pro hac parte egomet considerabam, 36 quòd sive nepos succedat avo ex persona patris, sive non; nunquam creditores patris potuerunt habere jus ad hujus hæreditatis bona, cum nunquam pervenere ad statum, quo nec per momentum fieri potuissent patrimonium patris, non in vita avi: quia viventis nulla est hæreditas. Nec in proposito considerabile est, 37 quod filius in vita patris quodammodo dominus hæreditatis dici potest: quia hoc procedit ex quadam spe infirma, & conditionali, si ei fuerit delata hæreditas; non post mortem avi, qua non est in rerum natura, & ejus spes ad hæreditatem evanuit, & extincta fuit. Tum etiam, quia quando viveret, adhuc creditor ad 38 hanc hæreditatem jus habere non posset nisi duobus concurrentibus. Primum quod eidem fuerit delata hæreditas, secundnm quod ipsam adeat debitor: ut latius deduximus supra *hac* 2. *part. c.* 14. *&* *c.* 16. *per tot.* Sed hæc omnia deficiunt in hac hæreditate delata nepoti, ergo creditores patris ad eam regressum aliquem habere non possunt.

Nepos namque nec jus ad hæreditatem avi aliquod, 39 nec etiam gradum à patre capit: non jus, quia ei invita avi mortuo nunquam fuit nec acquisitum, nec adhuc delatum: non gradum, quia semel de medio sublatus, gradus evanuit: quia repræsentatio fit à jure de eo, quod non est, Robles *de repræsentat. lib.* 3. *cap.* 7. *nu.* 34. sed utrumque nepos recipit à lege; jus ad hæreditatem quia descendens & proximior gradum ex quadam fictione, quem lex semel extinctum fictè revivisci, & miserationis intuitu nepoti concedit, atque ideo nepos semper ex persona propria, non ex persona patris ad hæreditatem sui avi vocatur, quam immediatè ab avo capit, & avi, non verò patris hæreditas dicitur, & uti hæres avi ad avi creditores satisfactionem tenetur, non patris; nihil enim subingressio hæc in gradum patris influit in substantiam rei gestæ, nec hæreditatis delatæ; quia hæc non potest operari acquisitionem hæreditatis patri, cujus jus præmatura ejus non ademit, & evanuit, nec ad id destinatur, sed ad roborandum jus ipsius nepotis, ne excludatur à patruo, prout videmus apertè in repræsentatione descendentis ad successionem majoratus concurrere volentis cum patruo ex lege Tauri. Quoniam licèt repræsentans assumat gradum ascen- 40 dentis præmortui in vita possessoris majoratus, nihilominus nihil ex successione capit à patre, quem repræsen-

ſentat, ſed à fundatore, & primo majoratus inſtitutore.

41 Quibus ſuppoſitis nihil obſtant argumenta in contrarium conſiderata, quia illi reſpicienti repræſentationem ſatisfactum eſt hactenus, ut utroque caſu ſemper nepos ſuccedat avo ex proprio jure, & ex propria perſona, quia non valet argumentum, aſſumit gradum patris, ergo ſuccedit ex patris perſona: quia aſſumit gradum amiſſum à patre legis beneficio, & ideo licèt aliqui DD. dicant, quod ſuccedit nepos per repræſentationem in ea portione, quam habiturus eſſet pater, ſi eo tempore viveret; non tamen dicunt ſuccedere in ea portione, quam pater habuit, prout præcisè requirebatur, ut creditores patris aliquod jus in bonis ejuſdem hæreditatis avi prætendere poſſint, ut ſuprà remiſſivè oſtendimus. Succedit igitur nepos in jus hæreditarium, quod pater amiſit, non verò quod habuit, quod eſt longè diverſum quoad juris effectus.

42 Non obſtat aliud ſecundum argumentum de quo *ſuprà ex n.* 7. deductum ex renuntiatione hæreditatis facta à patre, poſtea decedente in vita avi, ad cujus hæreditatem negat Gomez nepoti ſucceſſionem, quando concurrit cum patruo ex caſu repræſentationis, cum communis ferè omnium reſolutio ſit, nepotem ſemper admitti ex propria perſona, non obſtante repræſentatione, prout reſolvimus *ſuprà ex n.* 12. *verſi. ex quib. jurib.* &c. Atque fundamenta in contrarium conſiderata prorſus evanuerunt.

43 Nunc & alia finitima ſe offert diſceptanda difficillima quæſtio, an nepos hæres avi, prout diximus, ſit ſimul hæres patris, & tanquam hæres patris præmortui petierit hæreditatem avi; an hoc caſu teneatur creditoribus patris ſui ſolvere ex eadem hæreditate avi, & pro creditoribus urget, quod hæres una, & eadem perſona eſt cum defuncto, & quemadmodum iſte ſuis creditoribus tenetur, ita & hæres ejus.

44 Deinde quia licet verum ſit, quod quando filius renuntiat hæreditatem patris in cujus vita deceſſit, vocatur nepos ad hæreditatem avi etiam ſubintrando gradum ſui patris renuntiantis, quia renuntiatio habet in ſe inſitam conditionem, ſi renuncianti fuiſſet delata hæreditas, & non aliter, ut ſuperiùs ex communi Doctorum probavimus: tamen ſi nepos ſit hæres ſui patris, veluti hæres patris agat: tenetur ſtare renuntiationi pa-

45 tris, quia contra factum defuncti venire non poteſt, & ad renuntiationis obſervantiam tanquam patris renuntiantis hæres tenetur. Sic in terminis probarunt, atque præfatam reſolutionem limitarunt Guido Papæ *q.* 128. *n.*... Caſſaneus *conſ.* 47. *n.* 33. Rubens *conſ.* 42. *in fin.* Beltonus *conſ.* 15. *n.* 11. Decius, & alii, quos referens ſequitur Menoc. *conſ.* 89. *n.* 15. *vol.* 1. & iterum *conſ.* 211. *n.* 123. *vol.* 3. ergo idem dicendum erit in noſtro caſu, ut nepos hæres patris præmortui teneatur hæreditate avi ad ſolvendum creditoribus ſui patris.

46 Hoc ipſum probatur, quando nepos agit ad hæreditatem avi tanquam hæres patris præmortui, ut teneatur ſtare pactis initis à patre tangentibus avi hæreditatem. Prout admittit Surdus *in conſ.* 33. *n.* 29. dicens caſum hunc eſſe abſque dubio, & idem tenet Seraphinus *de privileg. jurament.* 21. *n.* 39. Atque

47 ſimiliter idem Surdus admittit ibidem cum Franchio, & Bellonio. Quando parens renuntiaſſet pro ſe, & pro ſuis hæredibus, ut tunc noceat talis renuntiatio nepotibus, qui vellent eſſe illius parentis hæredes, quod etiam tradit Gaſpar de Leon inter conſ. diverſor. collecta à Baptiſta Martianeſio *conſ.* 77. *n.* 11. *vol.* 3. & Guido Panzirolus *conſ.* 52. *n.* 9. *vol.* 1. Quæ omnes doctrinæ influere videntur in noſtra quæſtione, ut nepos hæres patris teneatur ex hæreditate avi creditoribus patris ſatisfacere.

48 Quibus tamen minimè refragantibus, contrarium in omnibus verius eſt, & tenendum, imò ut in neutro caſu ex ſupra dictis, nepos etiam hæres ſui patris ad nihilum tenetur, & multominus creditoribus patris ex

49 hæreditate avi. Primo, quoniam in nepote patris, & hærede avi duæ hæreditates, & patrimonia concurrunt diverſa, & ſeparata. Ita quod hæreditas avi ad ipſum nepotem pervenit ipſo jure, & ex propria perſona independenter à patre, cui ob præmaturam mortem nunquam fuit, nec admiſſa, nec delata; ſed eo de medio ſublato, immediatè fuit delata ab avo nepoti à jure vocato gradatim, ut ſæpè diximus, & manifeſtè probavimus per diſcurſum totius *cap. ex nu.* 9. *cum multis ſeqq. verſ. quibus tamen, & aliis*, &c. Et poſt adi- 50
tionem nepotis utraque hæreditas proprium officitur patrimonium nepotis. Prout abundè diximus 1. *part. c.* 9. *& c.* 16. *per tot.*

Quo caſu utriuſque hæreditatis creditoribus tenebi- 51
tur nepos duplici adhibita diſtinctione, & declaratione, tam reſpectu creditorum utriuſque hæreditatis, quàm reſpectu ipſius hæredis. Nam creditorum reſpectu utraque hæreditas remanet diverſum, & diſtinctum patrimonium, ſive hæres adiverit cum beneficio inventarii; aut abſque illo quapropter creditores ſemper poſſunt petere ſeparationem utriuſque hæreditatis. Poſſunt enim adeſſe creditores ad hæreditatem avi, ad 52
hæreditatem patris, & ad patrimonium ipſius hæredis, atque ideo diverſa patrimonia, aut hæreditates in eadem hæredis perſona concurrentes ſeparantur, quia confundi non permittuntur, ne damnum fiat creditoribus uniuſcujuſque, ita ut creditores, etiam Chirographarii, unius patrimonii, ſeu hæreditatis præferantur aliis quibuſvis creditoribus alterius patrimonii, aut hæreditatis, quantumvis anterioribus, & privilegiatis. Circa quod notabiles doctrinas videbis *ſuprà* 1. *p. c.* 9. *per tot.* & ſic creditores patris nullum poſſunt prætendere jus gene- 53
raliter loquendo, ad hæreditatem avi delatam nepoti. At reſpectu ipſius hæredis an indiſtinctè cunctis creditoribus omnium patrimoniorum in ſua perſona concurrentium teneatur ſolvere ex omnium patrimoniorum bonis, & ex ſuo proprio promiſcuè: attendendum erit, an cum beneficio inventarii adivit nepos an abſque illo, ſic cum eo ſolum tenebitur ad æs alienum, quo ſingulæ hæreditates ſunt gravatæ, ita ut creditores unius hæreditatis ſolum prætendere poſſint, quantum patiantur vires ipſius hæreditatis, & non amplius, qui hæres ultra hæreditatis vires illis non tenetur. Sed ſuum patri- 54
monium illæſum ſemper manet, & ſic cæteræ hæreditates ſemel aditæ, quæ per aditionem incorporantur in proprium patrimonium, & proprium patrimonium hæredis efficiuntur. At verò ſi abſque beneficio inven- 55
tarii hæreditatem adivit nepos, & per creditores ſeparatio non poſtuletur, omnibus creditoribus tenetur ex quaſi contractu, ex omnibus patrimoniis, & hæreditatibus promiſcuè juxta cujuſque creditoris prælationem, & privilegium: quoniam reſpectu ipſius hæredis omnium unum effectum fuit patrimonium, & omnium creditorum promiſcuè fuit effectus debitor. Si autem 56
ſeparationem poſtulaverint creditores, diſtinctio patrimoniorum, & hæreditatum fiet, & omnibus facienda erit ſolutio ſeparatim ex ſingulis hæreditatibus, ut dictum eſt ſuperiùs, quibus perſolutis, & dimiſſis, ad reſiduum etiam concurrere poſſunt cæteri creditores alterius hæreditatis: ut latiſſimè reperies *in d. c.* 9. *per totum.*

Atque ideo creditores patris jus habebunt dumtaxat ad vires hæreditatis patris, quam nepos adivit cum beneficio legis, & inventarii, ita ut ſi ultra conſequantur ex aliis hæreditatibus, & proprio patrimonio nepotis, non proveniet ex jure patris, ſed ex nova obligatione, & ex novo quaſi contractu, noviter orto ex facto, & negligentia nepotis adeuntis ſine beneficio inventarii.

Secundò hæc pars probatur, quia quando filius in 57
vita patris renuntiat ejus hæreditatem, & vivo patre decedit: nepos, etiam hæres patris ſui renuntiantis vocatur ad hæreditatem avi, quam libere ſibi acquirit abſque eo, quod teneatur ut hæres ſui patris ſtare renuntiationis pacto: quia cum hæc renuntiatio habeat tacitam conditio-

ditionem, ſi hæreditas deferatur parenti renuntianti, & non purificetur conditio, eo quod eidem delata non ſit; ob ejus præmaturam mortem corruit eo ipſo, & non obeſt ſucceſſioni nepotum omni caſu venientium
58 in proprio ad hæreditatem avi. Prout contra Menochium, & alios *in 2. argumento relatos n.* 44. verius, & rectius tenuerunt Surdus *in conſ.* 133. *nu.* 36. *cum duobus ſeqq.* Ludovic. Morot. *conſil.* 22. *ex n.* 4. *uſque ad n.* 10. Pater Sanch. *in ſum.* 3. *lib.* 7. *c.* 7. *n.* 40. eleganter etiam tripliciter reſpondit Robles *de repræſentat. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 91. 97. *&* 98. probant etiam plures alii citati à Riccio *in add.* ad Franchis *deciſ.* 67. quorum doctrina procedit (ut vides) in fortioribus terminis, quoniam, ſi ad pactum geſtum per patrem (cujus filius eſt hæres) tangens intrinſecè ipſam hæreditatem avi, nepos non tenetur; quanto magis non tenebitur aliis patris obligationibus hæreditatem patris minimè tangentibus.

59 Tertiò, quoniam quando nepos agit ad rem tangentem hæreditatem avi, licèt agat tanquam hæres ſui patris præmortui in vita avi, nihilominus non tenetur ex hæreditate avi ſibi delata ad obſervantiam contractuum geſtorum per patrem etiam comprehendentium hæredes & ſucceſſores. Prout contra Surd. Seraphin. & Gaſpar de Leon ſuprà in contrarium allegatos *n.* 44. *verſ. hoc ipſum probatur, quando nepos*, &c. tenuerunt jure optimo Ludov. Morot. *in d. c.* 22. *n.* 4. *cum multis ſeqq.* qui in comprobationem multa allegat Franch. *dec. Neap.* 67. *à n.* 7. *uſque ad finem*, & Pater Sanch. *in d. c.* 7. *n.* 47. *& ſeqq.* conſtanter affirmantes, quod nepos vocatus ad hæreditatem avi, quam filius ex pacto renuntiaverat, & in vita avi deceſſerat, non tenetur ſtare renuntiationis pacto, etiamſi agat tanquam hæres pa-
60 tris, ex eo minori, quia cum illa renuntiatio habeat tacitam conditionem, ſi hæreditas renuntianti deferatur, ut dictum eſt, nec ea delata ſit, eſt perinde prorſus, ac ſi tanquam talis renuntiatio facta ſit, ac ſubinde ab ea tanquam omnino viribus deſtituta, nullum fundamentum aſſumi poteſt: quia non entis nullæ
61 ſunt qualitates. Et ſoluto actu, æquè reſolvuntur omnes effectus ab eo dependentes, *ex l. ſive autem, & l. p. ff. de cond. & demonſtrat. l. voluntate, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſol.*

62 Addiderim ego ex ſuperiùs dictis, & comprobatis quod licèt actus, & contractus geſtus à patre mero jure valuerit, adhuc nepos non tenebitur ex hæreditate avi ſibi independenter à ſuo patre delata ei ſtare, quantumvis hæres ſit patris, cum beneficio tamen legis, & inventario, quia tunc ſolùm tenebitur ad obſervantiam contractus geſti per defunctum quatenus vires hæreditatis defuncti contrahentis ſuppetant, & non amplius, ut ſupra probatum fuit primo hujus partis fundamento.

63 Et quia hæres ſolum repræſentat defectum pro ea parte, pro qua hæres eſt, in cæteris verò judicatur extraneus, gloſſ. & Bart. *in l.* 2. *in fin. de Prætoris ſtipul.* Tiraq. *de retr. conſang.* §. 32. *gloſſ.* 1. *n.* 50. Menoch. *conſ.*
64 1204. *n.* 14. plurimos alleg. Gom. *tom.* 2. *var. c.* 10. *n.* 3. Nec etiam habet locum in jure non formato, vel creato tempore mortis teſtatoris in ipſius perſona, ut eleganter probat Gratian. *diſceptat. forenſ. n.* 4. *c.* 782. *n.* 27. 28. *&* 30. ex Aret. *c.* 123. *n.* 14. per *l. hæres, ff. ad Trebell.*

65 Et in terminis, quod nepos hæres matris hæreditatem renuntiantis, & præmorientis in vita ſui patris, ut non teneatur ſtare renuntiationi, niſi pro ea parte, qua hæres eſt matris, & in reſiduo hæres eſt avi, probat Robles *tract. de repræſent. l.* 2. *c.* 16. *n.* 54. *in fin. & n.* 105. Vide eundem *n.* 98. poſt Franchis, Ant. Fabrum.

66 Prædictis non abſimilis eſt alia quæſtio, an creditores hæredis tranſmittentis hæreditatem ante aditionem decedentis jus habeant ad bona hæreditatis tranſmiſſæ. Finge pro declaratione. Petrus te inſtituit hæredem: tu anteaquam adiviſſes, vel repudiaſſes hæreditatem, & intra annum deliberandi deceſſiſti, hoc jus deliberandi, & adeundi tranſtuliſti in tuum hæredem ex capite juris deliberandi noviori diſpoſitione, *ex l. cum antiquior, C. de jure deliberandi*, & pro latiori explicatione recur-
re ad Gom. *tom.* 2. *variar. c.* 1. *ex n.* 51. *cum ſeqq.* atque 67
itidem in tranſmiſſione hæreditatis ex potentia ſuitatis vel ſanguinis, ut copiosè explicat *ibid. ex num.* 7. *cum mult. ſeqq.* & de tota materia à principio ejuſd. *c.* 9. *& per totum.*

Cujus quæſtionis difficultas in eo verſatur, an hæc 68
hæreditas tranſmiſſa effecta ſit proprium patrimonium hæredis tranſmittentis, ita ut ſecundus hæres, cui tranſmittitur, dicatur hæres tranſmittentis, & non prioris defuncti, à quo provenit?

Quam quæſtionem valdè arduam arbitror, & pro hærede, in quem fit tranſmiſſio, & contra creditores tranſmittentis multa graviſſima urgent, & firmare ſuadent, ut hæredi tranſmittenti nihil de hæreditate iſta fuiſſe acquiſitum, nec in ejus patrimonium incorporatum, & per conſequens ejus creditores ad hæreditatem tranſmiſſam nullum jus habere.

Primò, quia tranſmittens ſolum tranſmittit jus illud 6
deliberandi, & illam facultatem, quam tantùm habebat adeundi, vel repudiandi *ex d. leg. cum antiquioribus, in verſic. & ſiquidem.* ibid. *& ſi quid emis, quis ſciens hæreditatem, vel ab inteſtato ſibi eſſe delatam, deliberatione minimè petita intra annale tempus deceſſerit, hoc jus ad ſuam ſucceſſionem extendat. & leg.* 2. *tit.* 6. *part.* 6. Gomez *in d. cap.* 9. *n.* 53. qui clariùs explicat *in n.* 55. dum firmat, quòd in omnibus caſibus, in quibus hæreditas non adita tranſmittitur ad hæredes ex quo- 70
cumque capite ſuitatis, ſanguinis, vel deliberandi: ſemper tranſmittitur ut adeunda, non tamen ut adita per tranſmittentem. Ita ut hæres, in quem fit tranſmiſſio, poterit eam adire, vel repudiare, ſicut tranſmittens defunctus poterat, qui in eum aliud jus, quod non habebat ante aditionem, nec tranſmiſit, nec tranſmittere potuit, juxta text. expreſſum *in leg. ſi quis filium*, §. 1. *ff. de acquir. hæreditate.* Cujus verba ſunt: *Si filius, priuſquam ſciret ſe neceſſarium extitiſſe patris hæredem, deceſſerit relicto filio, neceſſario permittendum eſt nepoti abſtinere ſe ab avi hæreditate, quia & patri idem tribueretur.* Quem text. pariter ad hoc notat, & commendat ibi gloſſ. ordinaria Bartol. Bald. Paul. de Caſtro, Imola, Aretin. Alexand. & Jaſon. & per argumentum *leg.* 1. *C. ſi certum petat.* idem notat Socin. Jun. *in leg. cum filio famil. verſic.* 1. *poſt n.* 66. *de leg.* 1. & Socinus, ejus patruus *conſil.* 67. *vol.* 4. Cancer. *variar. reſolut.* 3. *part. cap.* 21. *n.* 61. *& ſeqq. ex leg. unic. de his qui antea per tabul. & d. leg. ſi quis filium. &* Craveta *conſil.* 799. *nu.* 7. *& conſil.* 984. *n.* 95. *& conſil.* 985. *n.* 46. tenet Surd. *deciſ.* 140. *n.* 14. *& ſeqq.* Quia tranſmiſſio nihil aliud eſt, quàm ſucceſſionis prorogatio cum eadem natura, & 71
qualitate, ut ex juribus, & Doctoribus probat ibi Gomez.

Ex qua doctrina tria deduces, ex quibus manifeſtè 72
evinces, quod tranſmittendi nihil in hæreditatis bonis fuiſſe acquiſitum, nec hæreditatem eſſe jus, ſed prioris defuncti, & ut hæreditatem defuncti eſſe adeundam, vel repudiandam, ſemper manere vacantem, ut antea, & eſſe ſeparatam ab hæreditate tranſmittentis facereque diverſum, & diſtinctum patrimonium. Primum *ex d. l.* §. 1. ibi, *permittendus eſt nepos abſtinere ſe ab avi hæreditate.* Ubi hæreditas uti jacens adhuc dicitur, & denominatur hæreditas avi, & primi defuncti, atque ideò ejuſdem hæreditatis tranſmiſſæ reſpectu hæredis, in quem fit tranſmiſſio, non poteſt dici hæres tranſmittentis, ſed ejus à quo hæreditas jacens provenit.

Secundum, quoniam eo ipſo quòd ſecundo hæredi 73
datur facultas adeundi, vel repudiandi hanc hæreditatem tranſmiſſam, de neceſſitate infertur, quòd nec ſit commixta cum hæreditate tranſmittentia, nec cum ſuo patrimonio incorporata. Tum quia ſolùm per aditionem fit hæc incorporatio, quæ penitus defuit, cum intra tempus ad deliberandum deceſſit. Tum etiam,

quia

74 quia denegatur ſecundo hæredi facultas repudiandi hæreditatem tranſmiſſam, quoniam eo ipſo, quòd adivit hæreditatem tranſmittentis, præcisè tenebatur, & ſimile
75 adire aliam, ſi pertineret ad tranſmittentem, quippe aditio eſt individua, & non poteſt quis pro parte adire, & pro parte repudiare, ſed totum defuncti patrimonium vel adire, vel totum repudiare, *l.* 1. *&* 2. *ff. de acquir. hæreditat.* Michael Craſſus *in* §. *omiſſio. q.* 10. *n.* 1. Fachineus *controv. lib.* 6. *controv.* 57. Tuſchus *lit. F. conſil.* 356. *n.* 2. Giurba *in conſuetud. Meſſanenſ. c.* 5. *gloſſ.* 8. *ex n.* 1. *cum ſeqq.* ubi pleniſſimè. Ubi etiam, an qui partem repudiat, totum repudiare
76 videatur. Quia nullus præter militem poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. Ergo de primo ad ultimum ſequitur, quod duæ ſunt hæreditates, & patrimonia diſtincta, & omnino ſeparata, & utrumque ſua jura ſeparata retinere, proveniens ex diverſo fonte.

77 Roboratur hoc fundamentum, quoniam ad tranſmiſſionem non poteſt quis venire, niſi ſit hæres tranſmittentis, ita ut deficienti hanc qualitatem tranſmiſſio denegetur. Ita optimè declarat Paulus de Caſtro *in leg. ſi quis filium. C. de inofficioſ. teſtam.* ubi etiam Jaſon. *col.* 2. *verſic. ſexto limitat.* quam ad hoc allegat Craveta *in repetit. leg. cum filiofamil. in* 2. *p. n.* 340. & hoc idem aſſerit etiam Ripa *in leg. hæredes mei*, §. *cum ita, n.* 63. cum Bartol. & poſt quos Fab. Reginald. Junior, & Menchacam, & Torniel. annotat. Hieronym. & Zanch. *in repetitio. d.* §. *cum ita* 4. *part. n.* 108. *ff. ad Trebellian.*

78 Fulcitur etiam ex eo, quod aliqui DD. aſſerunt hæredem, in quem fit tranſmiſſio, teneri ponere in inventario hæreditas tranſmittentis illud jus tranſmiſſum, & facultas adeundi ſibi à teſtatore tranſmiſſa, & hoc dum ſua qualitate, & natura revocabili, ita ut per hoc
79 minimè impediatur repudiare. Ut per Ruinum *conſil.* 51. *col.* 5. *vol.* 1. firmat Zanchus *ubi proximè nu.* 420. videndus *ex n.* 111. ex qua infertur, quod ſubſtantia hæreditatis tranſmiſſæ, non eſt, nec judicetur de patri-
80 monio tranſmittentis, ſed ſolum illud jus & facultas adeundi, & liberandi, quoniam ſi nihilominus poteſt repudiare manente hærede tranſmittentis, perneceſſe infertur ad ſeparationem, & diverſitatem patrimoniorum, & quod ceſſat incorporatio.

81 Tertium, quod deducitur ex præfata doctrina, quòd non tranſmittitur hæreditas ut adita, ſed ut adeunda, hunc parit effectum, ut nihil in ea acquiſitum ſit tranſmittenti, nam creditores nullum jus habent ad hæreditatem delatam debitori, quia hæreditas delata non eſt jus quæſitum, ſeu jus quærendum, & quouſque per aditionem incorporetur in patrimonio debitoris, nullum illis jus acquiritur, ut abundè tradidimus *ſuprà hac* 2. *p. c.* 14. *per totum*, *& c.* 16. ſæpè alibi. Sed iſte debitor deceſſit ante aditionem à ſe factam. Ergo ejus creditores ad bona hæreditatis tranſmiſſæ jus aliquod prætendere nequeunt ex perſona ſui debitoris.

82 Quod magis in terminis probatur, quoniam licet iſta facultas, & arbitrium adeundi, vel repudiandi ſit ex nova diſpoſitione communicabile hæredi, non tamen eſt communicabile creditoribus, cum jus illud, & facultates adeundi nec eſt in bonis debitoris, nec ad ejus creditores tranſmiſſibile. Ita in terminis tenet Gratianus, Surdus, Caſtillo, Ant. Gomez, & plures alii laudati *ſuprà hac* 1. *p. cap.* 10. *ex n.* 103. *verſic. ego autem rem hanc*, &c. Igitur de primo ad ultimum ſequitur, quod hæres, cui hæreditas non adita tranſmittitur ex capite juris deliberandi ſanguinis, vel ſuitatis, non teneatur creditoribus tranſmittentis ex bonis hæreditatis tranſmiſſæ, ſed tantum ex bonis hæreditatis immediatè delatæ, & provenientis ex perſona tranſmittentis, ſub diſtinctione tamen aditionis cum beneficio inventarii, aut ſine illo, quam in reſolutione prioris quæſtionis ſuperius ſcripſimus.

83 In generali namque obligatione bonorum facta per debitorem ſuis creditoribus, jus adeundi hæreditatem delatam non venit, nec comprehenditur, ut notat Surdus *in deciſ.* 140. *n.* 9. ex de Franchis *deciſ. Neapolitan.* 101. ſequitur Cancer. *variar. reſolut.* 3. *p. cap.* 21. *de tranſmiſſionib. ſub n.* 160. ubi etiam poſt 84
Surdum *n.* 19. Menochium, & alios allegans ſubdit, jus adeundi non tranſire in fiſcum, antequam ſit debitori, vel ſuo hæredi quæſitum per aditionem, & voluntatis declarationem, & multo minus tranſire in creditores.

Nec hactenus conſideratis obſtat text. *in leg. fin. C.* 85
de hæred. inſtit. cui Doctores in contrarium protinus allegandi nituntur, ut affirment, hæreditatem tranſmiſſam eſſe hæreditatem tranſmittentis, & non primi defuncti: quia ille text. nullomodo probat hanc aſſertionem, quia ſolùm quærit, an valeat inſtitutio de hæreditate alterius tertii; & diſtinguit, an iſte teſtator nunquam fuit hæres illius tertii, & ineptam vocat inſtitutionem, vel fuit hæres ejus, & tunc text. dicit, Quod ſi is qui quondam fuit Plotii hæres, inſtituat Sempronium hæredem in hæreditate Plotii, ſibi hæredem inſtituiſſe videri. Verba text. hæc ſunt: Sed ſiquidem ipſe teſtator Plotio quondam hæres extitit: manifeſtum eſt ſibi Sempronium hæredem inſtituiſſe, ut per mediam ipſius teſtatoris perſonam Plotii hæres efficiatur, & hoc argumentamur ex antiqua regula, quæ voluit, hæredem hæredis teſtatoti, eſſe hæredem, &c.

Quæ verba nihil ad rem faciunt, nec in puncto 86
tranſmiſſionis loquuntur. Loquitur enim ille text. in hæreditate quondam delata teſtatori, de qua tanquam ſua, & ſic per aditionem quæſita diſpoſuit, & ad eam quondam hæredem vocavit, tanquam eum inſtituere in parte ſui patrimonii; & quando daremus 87
cauſam; quòd ipſe teſtator adhuc eam expreſsè non adierit tempore teſtamenti; tamen eo ipſo quòd in ſuo teſtamento de ea diſpoſuit, vel etiam de ejus parte, per neceſſarium antecedens intelligitur adiviſſe, text. expreſſius *in leg. ſi avia*, *Cod. de jure deliberandi. leg. Pantonius*, §. *ult. ff. de acquirend. hæred.* in quorum jurium exornationem plura ſingulariſſima cumulavimus *ſuprà hac* 2. *part. cap.* 14. *ex n.* 29. *cum multis ſeqq. verſic. nunc tractandum de renuntiatione*, &c. ad quem locum te remitto pro latiori declaratione. Atque ideo nihil mirum, ſi iſte ſecundus hæres ſit hæres ſecundi defuncti in illa hæreditate Plotii, quem per diſpoſitionem in ſuo patrimonio incorporavit ſaltem tempore conditi teſtamenti, & tanquam de re ſua propria hæredem ſuum inſtituit Sempronium, quo caſu ceſſat articulus tranſmiſſionis, de quo loquimur.

Et inſuper ab authoritate probatur hæc pars, non 88
enim deſunt DD. tenentes, hæreditatem tranſmiſſam ante aditionem non eſſe hæreditatem tranſmittentis, ſed primi defuncti, atque ideo in ea hæredem tranſmittentis ſuccedere primo defuncto, & non tranſmittenti, eſſeque utriuſque hæreditates diverſas, & ſeparatas. Jaſon. *in leg. ſi infanti col. penult. C. de jure deliberandi.* Latiſſimè comprobat Ruinus *conſ.* 39. *ex n.* 4. *ubi*, *& ſeqq.* arguit in contrarium, quòd hæres, in quem fit tranſmiſſio hæreditatis non aditæ, ſuccedit primo defuncto, non verò tranſmittenti. Poſt modum *ex n.* 7. contrarium defendit in hæc: Quia etiam ex jure tranſmiſſo ſuccedunt patri, & non ſororì leg. ſi quis filium §. 1. ff. de acquir. hæred. prout etiam præſupponit Bartol. in leg. fin. in princip. Trebellian. & dicitur inferius. Quando enim ex tranſmiſſione vult quis venire, non ſuccedit tranſmittenti, ſed primo decedenti, puta patri, ut in noſtro caſu, quod patet clarè quia adita hæreditate illius ſororis non dotatæ, adhuc eſt adeunda hæreditas patris tranſmiſſa d. leg. ſi quis §. 1. ergo ſequitur, quod duæ ſint hæreditates diverſarum perſonarum, quia aliàs ſufficeret prima aditio, etiam facta pro parte. Quia traherentur ad totum. Pro eo, quod 89
habetur

habetur in leg. 1. & 2. de acquir. hæred. Nec eſt curandum; quod hoc jus adeundi eſſet in hæreditate filiæ ſecundum Bartol. in d. leg. qui duas, ff. de reb. dub. quia in æſtimatione illa non auget, ut ipſe fatetur, nunc in valore ejus hæreditas augetur, & ſic duæ ſunt hæreditates, & pro duabus reputantur. Nec obſtat etiam, quod dotatæ veniant ex perſona ſororis, & tanquam repræſentantes eam; quia per hoc non fit quin agatur de ſucceſſione patris, de qua agitur ſecundum veritatem, quæ debet attendi, &c. Nec etiam verum eſt (inquit ipſe Ruinus *n.* 8.) quod fingatur hæreditas adita per tranſmittentem, quidquid dicat Aretinus in d. leg. 1. ff. de vulg. & pupill. qui hoc non probat, & iſta opinio eſt, de mente Bartol. in l. fin in princip. ad Tertyl. ubi dicit, quòd adita hæreditate per filium excludentem filiam ex forma ſtatuti, non dicitur amplius agi de ſucceſſione patris, ſed fratris, & ſic ante aditam hæreditatem præſupponit, quod ſuccedatur patri, & quod ſtatutum locum habeat, etiamſi filia velit venire ex tranſmiſſione, & idem etiam præſupponit. Rom. & omnes moderni in leg. 1. §. veteris, de acquir. poſſeſſ. &c. Hactenus Ruinus.

90 Eandem opinionem poſt alios tuetur Burſatus *conſ.* 61. *tom.* 1. *per totum*, maximè *ex n.* 11. *uſque ad finem*, ubi poſt Ruinum ſuprà relatum Barbat. *conſ.* 60. Capra *conſ* 28. Alexand. *conſ.* 30. *volum.* 2. *& conſ.* 303. *vol.* 6. Jaſon. 159. *volum.* 2. Decius *conſ.* 304. *col.* 1. Dilect. *de art. teſtan. art.* 5. *conſ.* 31. *nu.* 3. aſſerit, in hæreditate tranſmiſſa non ſuccedere hæredem tranſmittentis ipſi hæredi tranſmittenti, ſed primo defuncto, à quo ipſi delata fuit, & non adita, nec in hujuſmodi ſucceſſione tractari de hæreditate tranſmittentis, ſed primi defuncti: qui *n.* 19. reſpondet, quòd licet hæres tranſmittentis ex perſona tranſmittentis ſuccedat, & ut hæres illius, ſuccedit tamen in hæreditate primo defuncto tranſmiſſa.

91 Hanc eandem opinionem nempe in hæreditate non adita, & tranſmiſſa non agi de ſucceſſione hæredis tranſmittentis, latè poſt alios defendit Hypolit. Rimin. *conſ.* 607. *tom.* 6. maximè *ex n.* 51. *uſque ad finem.*

92 Ex quibus ipſi Doctores meritò inferunt, quod ſi ad hæreditatem tranſmiſſam concurrat hæres tranſmittentis & proximior prioris defuncti, iſte illum excludat; & ideo ſi mihi, & fratri meo hæreditas patris delata fuit, & ille hæreditate non agnita deceſſit, non tranſmittet ſuam hæreditatis partem ad ſuos hæredes extraneos, me excluſo; quia hoc caſu ceſſare tranſmiſſionem, & neque eſſe præferendum: quia cum agatur de ſuccedendo patri, & de patris hæreditate, hæredem tranſmittentis, extraneum à me fore excludendum, tenent quamplures; quos refert Barbat. *in conſ.* 60. *quod incipit, in medium afferam, col.* 10. *cum tribus ſeqq.* ubi affirmat hanc eſſe communem ſententiam, & eſt communis opinio gloſſarum, & antiquorum ſecundum Corneum *in col.* 2. *in leg. ſi infanti, Cod. de jure liber.*

93 Ac pariter ſi ad hæredem nondum aditam ſed tranſmiſſam concurrat mater tranſmittentis, & mater primi defuncti, hanc illi præferendam, cum de hæreditate primi defuncti tractetur, ut ex Barbat. & Imola tenet Burſatus *d. conſ.* 61. *n.* 21. *vol.* 1. Quæ opinio procul dubio in diſputando longè mihi verior videtur.

94 Sed nihilominus, contrariam eſſe ſequendam tanquam magis communem, (imò hæreditatem aditam, & tranſmiſſam poſtquam ab hærede tranſmittentis fuerit adita, eſſe tranſmittentis, & de ejus hæreditate cenſeri: quia jus illud adeundi tranſmiſſum, eſt quid hæreditarium tranſiens, & reſidens in hæreditate tranſmittentis, & non niſi ad ejus hæredem uti hæredem tranſmittitur, ita ut ſecuta ejus aditione retrotrahatur ad illius prius principium delationis primi hæredis tranſmittentis, & fingatur ab eo adita, & ideo in ejus hæreditate incorporatur; quia retrotrahitur ad cauſam de præterito, & ſic illi cauſæ de præterito, quæ eſt hæreditaria, & reſidet in hæreditate, hæreditati acquiritur tranſmittentis) magis communiter receptam invenio, à qua non audeo in judicando recedere, licèt minus probè fuerit à Doctoribus fundata.

Poſt Bartol. *in l. qui duos ff. de dub. in* 7. *quæſt.* 95 probat Bartol. Socinus ibidem *nu.* 31. quod jus adeundi, licèt ante aditionem non ſit de bonis tranſmittentis, tamen poſtquam eſt tranſmiſſum, dicitur eſſe jus hæreditarium, & in bonis hæreditatis. Ubi latè diſputat, an computetur in legitima hoc jus adeundi, cum proveniat ex cauſa, quæ retrotrahitur, de quo vide latiſſimè Peregrinum *de fideicommiſſ. art.* 36. *ex n.* 19. *cum multis ſeqq.*

Latius hoc idem probat Ruinus *conſil.* 22. *vol.* 3. 96 qui poſtquam *in num.* 25. movit difficultatem, & contraria fundamenta propoſuit; ſtatim hanc opinionem ſequutus, reſpondit in hunc modum *in verſic. ſed his non obſtantibus.* Et omninò dicendum, quod ad matrem ſit hæreditas tranſmiſſa ex potentia ſuitatis ſecundum Doctores in locis prælegatis, quamvis tranſmittatur ut adeunda: tamen poteſt adire, & excludere alios agnatos, & cognatos defuncti; aliàs ſequeretur, ſi ratio contraria eſſet vera, quod ex potentia ſuitatis quaſi nunquam tranſmitteretur cum effectu hæreditas ad hæredem extraneum, contra intentionem Doctorum communiter: quia cum ad illum tranſmittatur, ut adeunda, extantibus agnatis, vel cognatis defuncti non poſſet extraneus illi ſuccedere, & ſic talis tranſmiſſio eſſet illuſoria, &c.

Qui quidem *nu.* 16. continuam reddit rationem, & 97 contrariis ſatisfacit in hunc modum. Et ad rationem contrariam, in qua eſt fallacia manifeſta, reſpondetur, quod jus adeundi reperitur in hæreditate tranſmittentis, & eſt jus hæreditarium. Unde mater vel 98 alius extraneus, ad quem fit tranſmiſſio, non adit hæreditatem defuncti ex propria perſona, nec ſuo proprio nomine; ſed adit tanquam hæres tranſmittentis, & ex perſona illius, & velut repræſentans illum, & propterea præfertur aliis agnatis, ſicut præferretur tranſmiſſor, ſi adiviſſet: quoniam (ut dixi) hæres illius adit ex perſona tranſmittentis, & tanquam repræſentans tranſmittentem: & ſic fingitur adita ab ipſo tranſmittente: quia factum hæredis fingitur factum defuncti ſecundum gloſſ. 2. Bart. in leg. ſi ſervus in princ. 99 de condit. furt. & Alexand. in ſtipulatio. iſte in princ. ff. de verb. obligat. & prædicta clarè probantur ex notatis per Bart. in l. qui duos ff. de rebus dubiis, in princip. verſ. quæro hæres primus, &c. ubi concludit, quod jus deliberandi, quod ad hæredes tranſmittitur juxta l. cum antiquioribus, C. de jur. delib. effectum eſt jus hæreditarium; quod apparet, quia ad hæredes tranſmittitur, l. item videndum, §. 1. ff. de petit. hæred. ergo ſi eſt hæreditarium, eo modo tranſmittitur quo tranſmittitur hæreditas, l. videamus, ff. quod met. cauſ. 100 Nec obſtat ſecundum eum, quod jus adeundi non ſit in bonis noſtris, l. pretia rerum, ff. ad. l. falcid. quia hoc eſt verum taliter, quod æſtimationem recipiat, & ea ratione, quia adhuc poſſum hæreditatem non acquirere. Sed tamen alio reſpectu dicitur eſſe in bonis noſtris: quia ad hæredem tranſmittitur, & per conſequens ex illo jure tranſmiſſo poteſt hæreditas adiri nomine, & perſona tranſmittentis, quæ in illo repræſentatur per hæredem ſuum etiam extraneum: & iſtud apud me nullum habet dubium, &c. Et licèt iſte autor contrarium dicere tenuerit, *in conſ.* 39. prout eundem retulimus ſuperiùs pro contraria parte *ex n.* 88. adhuc tamen in hoc *conſ. n.* 8. *in fine*, ſic ait, quia tamen iſta quæſtio, & eius determinatio non tranſit ſine magno dubio illam præcisè non audeo decidere, ſed ſatis ſit propoſuiſſe pro utraque parte, quæ poſſunt pro utraque parte animum judicantis movere, & inſtruere.

Petrus Surdus *in dicif.* 140. *ex n.* 14. *uſque ad n.* 10. 101 incluſivè, affirmat poſt alios plures, quod jus adeundi eſt jus hæreditarium exiſtens in hæreditate tranſ-

mittentis, & quod hoc jus tranſmiſſum capitur tanquam hæreditas illius qui tranſmittit, non autem primi defuncti ex Aſcanio *de patria poteſtat. effectu* 16 *n.* 61. & Socin. *conſ.* 67. *n.* 14. *vol.* 4. Et licèt pro ea opinione alleget Burſatum *conſ.* 61. *n.* 15. & Riminald. *conſ.* 607. *num.* 51. tamen iſti duo ultimi contrarium tenent, prout ſuperiùs ſcripſimus, atque pariter *l. fin. C. de hæredib. inſtit.* quam pro hac opinione allegat ipſe Surd. nihil facit ad propoſitum; prout declaravimus ſuprà *ex n.* 85. *verſ. nec hactenus his conſideratis*, &c.

102 Conſtanter hanc opinionem poſt Ruinam, & Socinum, Corneum, & Paulum de Caſtro, nec non Phanutium *de inventario, part.* 6. *n.* 88. *qui novo in tract. diverſ. de inventario eſt, in quæſt.* 253. *n.* 88. quod is qui ſuccedit jure tranſmiſſionis in hæreditate non adita, ſuccedit tanquam hæres ipſi tranſmittenti, & tanquam ejus hæres, & non primo defuncto; proſequitur latè Hieronym. Zanch. *in l. hæredes mei*, §. *cum ita*, 4. *part. ex n.* 106. *cum multis ſeqq.*

103 Et per Bart. *in l. qui duos, ff. de reb. dub.* Menochius *conſ.* 77. *in fin. lib.* 1. & per Ruinum *conſ.* 23. *n.* 3. & 27. & *conſ.* 25. *vol.* 5. & *d. conſ.* 39. *vol.* 3. nec non Surdum *d. deciſ.* 140. *ex num.* 5. & 16. nec non Marcabrunum *conſ.* 30. *n.* 29. & poſt plures alios co-

104 piosè hanc opinionem tenet Cancer. *variar. reſolut. lib.* 3. *cap.* 21. *ex nu.* 144. *cum multis ſeqq.* ubi quoad effectum tranſmittendi jus, adeundi cenſetur eſſe in bonis defuncti, & reputatur jus hæreditarium, & *n.* 164. quod hoc jus tranſmiſſum poſtquam eſt acceptatum ab hærede, cui fit tranſmiſſio, cenſetur eſſe de hæreditate tranſmittentis.

105 Qui quidem Doctores licet ſuam aſſertionem non fundent, mihi probari videtur aliquibus fundamentis: & primo, per *l. un.* §. *cum autem, C. de caduc. tollen.* ubi ſubſtitutus admittitur, quoties tranſmiſſio locum

100 non habet; ergo ubi tranſmiſſio admittitur, ſubſtitutus excluditur ab hærede tranſmittentis, juncto §. *in noviſſimo*, text. etiam *in l. ventre, ff. de acquir. hæredit.* ut poſt alios obſervat Spino *de teſtam. gloſſ.* 33. *tit. de adit. hæredit. ex n.* 97. *cum ſeqq.* & ſurſum *ea n.* 91. quæ jura ita ponderantur. Subſtitutus datus hæredi tunc admittitur ad hæreditatem, quando hæres inſtitutus eam repudiat, & nolit, aut non poſſit hæres eſſe, ex *toto tit. ff. de vulgar. ſubſtitut.* Probatur etiam *ex l. unic. C. de his qui ante aper. tabul.* ex qua dicitur communiter, potentius eſſe jus tranſmiſſionis ex beneficio illius legis, quàm jus ſubſtitutionis vulgaris, exponendum illud verbum, alios, de quo *in verſ. ſi quidem aliis*, id. eſt ſubſtitutos vulgares, ut exponit communis opinio ſecundum Ripam *in l.* 1. *n.* 31. *ff. de vulgari*, quam referens ſequitur Cevallos *in comm. contra comm. q.* 206. *n.* 5. ſed ſic eſt quod ſubſtitutus ex tranſmiſſione repellitur, ergo per tranſmiſſionem, & acceptationem hæredis in quem fit tranſmiſſio, conſideratur hæreditas tranſmittentis, & adita per tranſmittentem, aliàs foret locus ſubſtituto.

107 Secundò quoniam illud jus deliberandi, & adeundi tranſmiſſum eſt jus hæreditatem tranſmittentis & in hæreditate ejus reperitur, & ut jus hæreditarium tranſit in hæredem tranſmittentis, ut ex pluribus probat Cancer. *d. c.* 21. *n.* 158. Gomez *tom.* 1. *variar. c.* 9. *n.* 54. *ad fin.* & plures alii ſuperiùs citati hactenus.

108 Imò ex tranſmiſſione quis venire poteſt, niſi ſit hæres tranſmittentis, & ex qualitate, intuitu, & complatione hæredis hoc jus in eum tranſmittitur, & optimè declarat Caſtrenſ. *in l. ſi quis filium. C. de inofficioſ. teſtam.* ubi etiam Jaſon. *col.* 2. *verſ. ſex limita.* Craveta *in l. cum filiofamil. in* 2. *p. n.* 340. Ripa *in leg. hæredes mei*, §. *cum ita*, *n.* 93. *ad legem Falcid.* Faber. Riminald. Jun. & alii ſequuti à Zanchio *in repet. d.* §. *cum ita*, 4. *p. n.* 108. Menchaça pluribus citatis *de ſucceſſio. reſolut. lib.* 2. §. 14. *n.* 21. & 22. Phanutius *de inventar. part. n.* 88. Peregrinus *de fideicomm. art.* 31. *n.* 12. *in fin.* Pariſius *conſ.* 32. *n.* 15 & 16. *vol.* 3. Ruinus *d. conſ.* 36. *n.* 15. & 16. apertiùs *in conſ.* 39. *n.* 7. *lib.* 3. Cancer. *reſolut. lib.* 3. *d. c.* 21. *n.* 154. ergo per aditionem ſubſequutam factam ab hærede tranſmittentis bona debent conſiderari, & acquiri hæreditati illi, in qua jus adeundi reperitur tanquam cauſa attractiva, & ex qua emolumenta hæreditatis tranſmiſſæ cauſantur.

Quia quando jus aliquod tanquam hæreditarium 109
contemplatur, acquiſitio fit hæreditati, ut per *l. Titia cum teſtamento.* §. *T. cum nuberet, ff. de leg.* 2. & ex Theorica Bart. ex eo deducta, & Pauli, & Alex. *in l. fin. de legat.* Peralta *in dict.* §. *T. n.* 6. 7. & 18. Surd. *de alimentis, tit.* 2. *q.* 1. *n.* 9. Socinus ſenior *conſ.* 102. *n.* 10. *vol.* 3. Mandellus de Alba *conſ.* 347. & *conſ.* 472. *nu.* 21. latiſſimè Caſſanate *conſ.* 31. *ex nu.* 17. & *conſ.* 32. *n.* 17. ergo cum jus deliberandi, per tranſmiſſionem fit jus hæreditarium, & hæreditatis tranſmittentis, poſt aditionem debet acquiri hæreditati tranſmittentis, & non ut diverſa conſiderari reſpectu hæredis in quem fit tranſmiſſio.

Deinde quia licèt communis ſit opinio, ut ſi ego & 110
frater meus ſimus hæredes patris, & ego ante agnitionem, & aditionem deceſſerim, excludatur tranſmiſſio in meum hæredem, tamen magis communis eſt opinio contraria, ut ſcilicet hæres meus per tranſmiſſionem excludat fratrem cohæredem meum: quia hoc caſu non agitur de ſucceſſione, & hæreditate patris, ſed de ſucceſſione, & hæreditate atque jure meo, quod quoad tranſmiſſionem in mea hæreditate reperitur. Ut tenet Bartol. & communiter DD. *in leg. ſi infanti, Cod. de jure delib.* ubi Corneus *nu.* 4. *col.* 2. idem Corneus *in l.* 3. *n.* 9. & *rurſus col.* 5. *in princ. eod.* dicens communem, & Jaſon. *in lig. fin. col.* 2. *in princip. de repud. hæred.* Angel. Imol. & Roman. dicentes communem *in leg. ventre, ff. de acquir. hæredit.* Fulgoſii & Paul. *in d. leg. ſi infanti.* Roman. *conſ.* 58. *viſis narratis*, eſt communis ſecundum Alex. *in d. leg. infanti*, & ſecundum Jaſon. ib. *n.* 14. & per Jaſon. *in leg.* 3. *C. de jure delib.* communis ſecundum Aretinum *in d. l. ventre, col.* 12. per Jaſon. *in leg. ſi emancipata. C. qui admitti.* Pariſinus *conſ.* 59. *n.* 1. *lib.* 3. Gualdenſ. *de arte teſtandi, tit.* 11. *caut.* 1. *n.* 3. per Corneum *conſ.* 10. *n.* 2. *lib.* 1. & *conſ.* 7. *n.* 4. *lib.* 2. & *conſ.* 138. *n.* 11. *lib.* 3. & *conſ.* 331. *n.* 5. *lib.* 1. & *conſ.* 95. *n.* 3. *lib.* 2. & *conſ.* 69. *n.* 22. *lib.* 1. Menchac. *de ſucceſſ. creatione*, 1. *p. lib.* 3. §. 21. *ex n.* 268. quam veriorem dicit per *leg. apud hoſtes*, *Cod. de ſuis & legit. leg.* 3. *C. de jure delib. leg. ſi quis filium*, §. 1. *ff. de acquir. hæredit. leg. neceſſariis eod.* §. *ſui, inſt. de hæredum qual. & differ.* §. *inſtit. de hæredit. ab inteſt. leg. fin. ff. de condit. inſtitut. leg. Cornelius & leg. jam dubitari, ff. de hæred. inſtit.*

Quibus ſuppoſitis meritò plures affirmant DD. quod 111
licèt jus adeundi ante acceptationem non ſit de bonis debitoris, & per conſequens, nec ad illud jus prætendere aliquod poſſint creditores, qui dumtaxat jus habent poſt aditionem, ex qua dumtaxat eis jus acquiritur: tamen poſtquam hoc jus adeundi eſt tranſmiſſum in hæredem debitoris, atque per eum non fuerit repudiatum (prout poteſt, ut ſuperius diximus) ſed aditum, 112
& hæreditas per eum acceptata, cenſetur eſſe de hæreditate tranſmittentis, atque ideò dicta hæreditatis bona jure tranſmiſſionis acquiſita obligata eſſe creditoribus, & legatariis tranſmittentis. Ut probat ex Torniel. Zanchus *in repetit. leg. hæredes mei*, §. *cum ita* 4. *p. n.* 111. *c. ſeqq.* dum firmat, quod quando hæres tranſmittentis 113
venit ad hæreditatem tranſmiſſam contemplatione, & ex perſona, & tanquam hæres tranſmittentis, bona illa debent poni in inventario cum cæteris bonis tranſmittentis, per *leg. pœnales, in fine principii ff. ad. leg. Falcid.* ubi latiſſimè procedit, & reſpondet ad illam difficultatem, quod poſt mortem tranſmittentis acquiſitio ei fieri non poteſt, nec ejus hæreditati, cùm ſit jus de novo quæſitum, licèt ex cauſa præterito. Ex pluribus juri- 114
bus, quibus omnibus ſigillatim ſatisfacere conatur, & quod hoc jus adeundi, tranſmiſſum debeat apponi in inventario bonorum tranſmittentis cum ſua cauſa, &

natura

natura repudiandi, vel adeundi. Iterum dixit idem Zanchius, ibid. *n.* 420.

115 Phanutius etiam inter *diverſor. tract. de inventario q.* 243. *c.* 4. *n.* 70. ubi dicit, quod hæres tranſmittentis tenetur apponere inventario hæreditatem tranſmiſſam: quia quod jure tranſmiſſionis capitur ex jure tranſmittentis, ex illius perſona venit, per Bartol. *in leg.* 1. *in*
116 *q.* 4. *principal. de vulgar. & pupil.* & ex Ruino *d. conſ.* 39. *nu.* 4. *lib.* 3. & eſt quid hæreditarium, & de bonis hæredis tranſmittentis, & *n.* 37. quòd tranſmiſſio
117 hæc ſit non tanquam de hæreditate adita, ſed tanquam de adeunda, adeò ut integrum ſit hæredi ad quem tranſmititur, pro ſuo libito acceptare, vel repudiare hæreditatem, prout poſſet tranſmittens, ſi viveret, ex Socino *conſ.* 67. *nu.* 13. *lib.* 4. Ruino *conſil.* 107. *col. penult. lib.* 2. Decio *conſ.* 166. *colum.* 2 Alexand. *conſ.* 114. *lib.* 3. Aymon. Craveta *conſ.* 210. Socino Jun. *in d. leg. cum filiofamil. num.* 66. *verſic. unum circa prædicta*, &c. Et illa plurima inſerit videnda.

118 Pariter & Sebaſtian. Monticulus in eod. *tract. de inventario diverſor. q.* 234. *nu.* 43. ubi quod ſi hæres poſt delatam hæreditatem, & ante aditionem decedat, & tranſmittat, ut hæres teneatur hanc hæreditatem inferere inventario tranſmittis: quia hoc lucrum, & jus provenit ex cauſa, quæ originem habuit vivo tranſmittente, ex Alexandro.

119 Hinc etiam infert Cancer. *variar. reſolut. lib.* 3. *c.* 31. *ex num.* 164. quod poſtquam jus eſt tranſmiſſum, & acceptatum per hæredem tranſmittentis, cenſetur eſſe de hæreditate tranſmittentis, ac propterea bona jure dictæ tranſmiſſionis acquiſita obligata eſſe creditoribus, & legatarius tranſmittentis, quoniam in ejus inventario apponi debent, allegat Torniel. & Zanchum.

120 Petrus Surdus *deciſ.* 140. *ex num.* 14. ubi poſt plures alios affirmat, quod creditoribus non eſt fundata intentio circa hæreditatem delatam debitori, antequam iſte declaret ſuam voluntatem adeundi, cui liberum eſt repudiare in eorum præjudicium, prout ſimiliter erit ejus hæredi; in quem hæreditas delata, & non adita fuit tranſmiſſa, ideoque creditoribus non licere
121 jus illud delatum exercere, antequam ſit debitori, vel ſuo hæredi quæſitum per aditionem, licet illud jus tranſmittatur in hæredem debitoris tanquam quid hæreditarium & pertinens ad hæreditatem tranſmittentis, non tamen tranſmittitur in debitores, antequam hæreditas adeatur per hæredem debitoris, quæ & alia latiùs proſequitur ipſe Surdus *uſque ad finem d. deciſ.* videndus.

122 Ex quibus videtur in judicando non eſſe recedendum à tantorum virorum reſolutione: ideoque creditores ad jus adeundi delatum debitori nullum habere regreſſum, antequam ſit aditum per hæredem, in quem ſit tranſmiſſio, & tunc demum ex eiſdem hæreditatis tranſmiſſæ bonis ſatisfacere, ſolvere debere hæredem tranſmittentis, adita nempe per eum hæreditate, eo tamen ordine ut ſemper utriuſque hæreditatis creditoribus jus ſit reſervatum poſtulandi ſeparationem, eo modo, & ordine tam utriuſque hæreditatis, quàm ipſius ultimi hæredis creditores ſunt ſolvendi, quo diximus *ſuperius*, & 1. *p. c.* 9. *per totum*, quia licet reſpectu ſecundi hæredis per aditionem utraque hæreditas efficiatur proprium patrimonium ſecundi hæredis, ex quo debeant ſatisfieri omnes creditores, hoc ſubintelligitur non poſtulata ſeparatione à creditoribus, vel ab ipſo hærede. Prout latiùs videre eſt *in c.* 9. *per totum.*

CAPUT XXVI.

Creditores debitoris ſua bona donantis, ſeu hæreditatem vendentis cum pacto, ut donatarius, aut emptor creditoribus ſolvat; An ad concurſus judicium motum per donatarium, vel emptorem, ſeu etiam debitorem ipſum admittendi ſint?

Et an principales ſic contrahentes liberè diſcedere valeant à contractu, præjudicio creditorum (quibus ex Sejo jus jam quæſitum videtur) minimè obſtante.

SUMMARIUM.

1 *Creditores debitoris donantis, ſeu vendentis bona ſua ſub pacto, ut donatarius creditoribus ſolvat, an ad concurſum donantis concurrere debeant.*

2 *Ex contractu, ſi tertio reſultat jus aut intereſſe, tertio acquiritur actio, & ex eo agere poteſt.*

3 *Fidejuſſori acquiritur jus irrevocabile ex pacto de non petendo inter creditorem, & debitorem.*
L. fin. ff. de pactis, exornatur. ibid.

4 *Ex pacto creditoris vendentis pignus, ut illud debitor poſſit redimere, debitori jus acquiritur.*

5 *Venditione facta per debitorem, ut creditoribus emptor ſolvat, ſi ſolvat uni jam per debitorem ſoluto non iſti, ſed emptori repetitio competit.*

6 *Jus tertio quæſitum ex contractu inter principaliter contrahentes ab eo iſti recedere non poſſunt in tertii præjudicium.*

7 *Etiamſi à contractu diſcedant ante traditionem, niſi diſceſſio fiat in continenti.*

8 *Ex venditione ſemel facta, & poſtea à contrahentibus diſſoluta debetur laudemium.*

9 *Jus tertio quæſitum ex contractu nequit à contrahentibus tolli.*

10 *Jus tertio quæſitum ex contractu conditionali poteſt per contrahentes tolli pendente conditione.*

11 *Pactum inter emptorem & venditorem, ne colonus expellatur, huic abſenti prodeſt.*

12 *Creditores hæreditatis fiſco delatæ & venditæ contra emptorem jus habet, non contra fiſcum, & num.* 39.

13 *L.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. *recopil. exornatur.*

14 *Alteri per alterum ſtipulari nemo poteſt de jure communi, ſecus de jure regio, & ex n.* 54.

15 *& ſeqq. Creditores vendentis, vel donantis hac conditione, ut emptor ſolvat creditoribus, iſti de jure communi nullum jus habent in emptorem, vel donatarium.*
L. 2. *C. de hæred. vel act. vend. adducitur. ibid.*

16 *L. cum res*, 22. *C. de donationib. & l. hæreditatem*, 28. *ff. de donation. adducuntur.*

17 *& ſeqq. L.* 2. *C. de condition. ob clauſ. l.* 3. *C. de pact. l. ſervo legat.* 72. §. *ſi teſtator, ff. de leg.* 1. *l. item ex diverſ.* 19. *ff. famil. erciſc. l. ſi uni ex hæredibus, ff. eod. adducuntur.*

20 *L. ſi debitorem*, 21. *de novation. adducitur.*

21 *& 22. Per pactum inter debitorem, & emptorem, donatarium, hæredem, aut legatarium gravatos, ut ſuis ſolvant creditoribus, iſtis jus non acquiritur de jure communi.*

23 *Ceſſa, aut donata re cum onere, ut creditoribus ſatisfaciat ceſſionem, venditio, eſt ſi creditores ſint certi; cum loco pretii ſit æs alienum promiſſum.*

24 *Bonorum debitoris ſubhaſtatio ſub pacto de ſuſcipienda in ſe creditorum ſolutione, vel recognoſcendis cenſibus venditio eſt.*

25. 26. & 27. *Creditones non poſſunt recta vita, &*

absque cessione agere contra donatarium, vel emptorem cum pacto, ut eis solvat.

28 *Fallit, quando emptor aut donatarius sponte suscepit judicium.*

29 *Quia tunc adversùs debitorem creditores agentes repelluntur exceptione taciti pacti.*

30 *Absenti per alterum non quæritur actio.*

31 *Debitores actiones suas passivas in alium transferre non possunt.*

32 *Creditor potest agere contra emptorem à debitore in quatuor casibus.*

33 *Primo in subsidium, quando debitor non est solvendo, ibid.*

34 *Secundo, quando creditor egit contra emptorem sua sponte suscipiendum judicium; & sciens eum non esse solvendo, secus si ignorabat.*

35 *Tertio, quando notarius stipulatus fuerit pro absente & ejus nomine pactum acceptavit.*

36 *Mulier dans bona in dotem, ut maritus satisfaciat creditoribus, isti ex pacto non agunt contra maritum, nisi notarius pro eis stipuletur.*

37 *Tertio quæritur, & actio ex pacto inter contrahentes, si pro eo notarius stipuletur absente.*

38 *Donatio facta absenti ex acceptatione notarii fit irrevocabilis, etiam ante ratificationem absentis.*

39 *Quartò, limitatur in fisco vendente hæreditatem, adversùs quem creditores agere non possunt.*

40 *L. 2. tit. 16. lib. 5. recopil. ut quoties apparet se alteri absenti voluisse obligari, remaneat obligatus, non procedit, quando apparet, ut alteri se non voluit obligari, & ex n. 54.*

41 *D. l. 2. an procedat & requirat acceptationem absentis, ut quis ei maneat obligatus, & ex num. 54.*

42 *Tertio absenti quæritur jus irrevocabile ex pacto inter contrahentes quando jus est perfectum, vel si ex juris dispositione alicui jus defertur.*

43 *Lucrum, & commodum à lege alicui delatum statim defertur, absque aliqua acceptatione.*

44 *Ut in lucro adjudicato conjugi.*

45 *L. fin. ff. de pactis, interpretatur.*

46 *& seqq. L. cum venderet, ff. de pignor. act. interpretatur.*

47 *Creditor vendens pignus jure creditoris tanquam procurator debitoris vendit.*

48 & 49. *Jus tertio quando est perfectè quæsitum ex contractu ab aliis celebrato, nequit ab eo recedi in ejus præjudicium.*

50 & 51. *Ex pacto tacito & à lege inducto tertio jus acquiritur irrevocabile.*

52 *Donatio à lege præsumpta absenti prodest.*

53 *Ex pacto tacito jus tertio acquiritur, ut per pœnitentiam contrahentium non revocetur.*

54 *cum seqq. D. l. 2. tit. 16. lib. 5. recopil. omnimoda interpretatione hactenus indigesta tractatur.*

55 & 56. *Jure communi attento, jus non acquiritur creditoribus ex pacto inter debitorem & donatarium seu emptorem, ut iste solvat creditoribus.*

57 *Jure regio ex d. l. 2. innovatur jus commune & alteri per alterum stipulatur, & absenti quæretur jus irrevocabile, & obligatio.*

58 *Donatio facta absenti, an etiam hodie stante l. 2. requirat acceptationem ad ejus irrevocabilitatem duæ sunt communes contrariæ.*

59 *Negantes fundantur in d. l. 2. nova dispositione.*

60 *Qui verò affirmant fundantur in natura donationis, ut non sit donantis intentio velle donare ante approbationem donatarii.*

61 *L. qui absenti 384. de acquir. possess. ponderatur.*

62 *Intentio se alteri velle obligare vel acquirere, si deficit, deficit etiam d. l. 2. dispositio.*

63 *Contractus non dicitur perfectus, & absolutus si inter contrahentes agatur, ut de eo fiat instrumentum, interimque quilibet potest pœnitere.*

L. contractus, C. de fide instrum. & l. 6. tit. 5. part. 5. exornantur, ibid.

64 *D. l. tit. 16. lib. 5. recopil. nihil detrahit, d. l. contractus, C. de fide instr. nec l. partitæ.*

65 & 66. *D. l. locum habet in omnibus obligationibus, præter quam in donatione ob ejus specialitatem.*

67 *Ab aliis obligationibus absentibus factis, præter donationem, nequeunt contrahentes pœnitere, ex d. l. 2.*

68 *Creditores vendentes bona sua cum pacto, ut emptor eis solvat, non possunt de jure communi contra emptorem agere.*

69 *Secus de jure regio ex d. l. 2. erit in electione creditorum agere, vel contra debitorem, vel contra emptorem.*

70 & 71. *Idem observari de jure communi ob circuitus vitandos tenent aliqui, & ex n. 90.*

72 *L. 2. tit. 16. lib. 5. recopil. non procedit in donatione, quæ sui natura requirit acceptationem.*

73 *Jure regio alteri per alterum acquiritur irrevocabilis actio, & obligatio efficax ante acceptationem.*

74 *Conducens vectigalia, si postea alium participem fecit in conductione, iste regi non tenetur.*

75 *Secus si inter conductorem, & socium pactum ineat, vi soli regi, aut teneatur: quia ex eo jus irrevocabile acquiritur regi.*

76 *Creditori stipulanti, ut debitor tertio solvat interest ut ei solvatur, & tertio quæritur actio & obligatio.*

77 *Tertio de jure regio quæritur absenti actio, & obligatio.*

78 *Actio, quæ tertio absenti hodie quæritur ex d. leg. 2. directa est, non utilis, cum jus regni sit jus commune.*

79 *Imò, & jus exequendi tertio illi etiam acquiritur.*

80 *Vendentis, vel donantis bonis ut meis solvat creditoribus, istis de jure communi non quæritur actio, nisi cedatur à venditore.*

81 *Irrevocabiliter tamen de jure regio eis actio quæritur absque cessione.*

82 *& seqq. Nec à contrahentibus revocari potest creditoribus, inutilis.*

86 *Donatio etiam de jure regio ut irrevocabilis fiat, requirit absentis acceptationem.*

87 *In aliis autem contractibus & obligationibus non requiritur, ut irrevocabilis fiat.*

88 & 89. *Promittens solvere creditoribus alicujus illis etiam absentibus quæritur actio, & obligatio.*

90 & 91. *Donatarius se obligans donantis creditoribus absentibus solvere, directo potest ab eis conveniri ob circuitus vitandos.*

92 *Donatarius universalis tenetur in subsidium creditoribus donantis.*

93 *De jure regio directè convenitur.*

94 & 95. *Pactum de non meliorando cum uno contractum, quando profit omnibus filiis irrevocabiliter.*

96 *Ex pacto inter contrahentes, si tertio resultet inter esse, hodie ei acquiritur actio & obligatio etiam absenti, & ex eo agere potest.*

97 *Pactum de non meliorando quando tertio prodest hujus requirit acceptationem, ut irrevocabile fiat.*

98 *Pactum de non meliorando donatio est.*

99 *Donatio absenti facta etiam hodie ad sui irrevocabilitatem requirit acceptationem.*

100 & 101. *Pactum de non meliorando, ut irrevocabile fiat respectu tertii absentis requirit acceptationem.*

102 *Ex d. l. 2. omnes contractus, & obligationes absenti factæ revocabiles fiunt ante acceptationem, secus donatio quæ eam requirit.*

103 *Creditores vendentis, vel donantis cum pacto ut eis satisfiat emptor comparere possunt ad concursum emptoris, vel donatarii.*

104 *Vel etiam ad concursum debitoris principalis, quem simul habent obligatum.*

105 *Ulter-*

105 *Uterque manet obligatus creditoribus, alter ut principalis, alter ut constituens.*
106 *Una tantùm solutione contentari debet creditor.*
107 *L. 2. recopil. procedit, quod quis se alteri voluit obligare.*
108 *Per leg. regiam alteri per alterum valet obligatio, & stipulatio.*
109 *Donans cum pacto, ut creditoribus satisfiat, dirigit intentionem & obligationem ad utilitatem creditorum, & vult reum illis obligare.*
110 *Leg. 2. tit. 16. lib. 5. recopil. verus, & singularis intellectus.*

1 JUrium & Doctorum diversitas hanc quæstionem ancipitem reddit, quam ad partes disceptabimus & pro affirmativa, ut nempe facta donatione, aut venditione rei per debitorem hac conditione, ut donatarius, vel emptor solvat creditoribus donantis, ut vendentis, ita creditoribus ex hoc pacto jus acquirit di-
2 rectè, & absque debitoris cessione, ut possit ex eo agere contra donatarium, & venditorem, ut in concursus judicio formato per donatarium, aut venditorem comparere, ut ex eorum bonis satisfiat. Probatur primo, quoniam quando ex contractu inter principales contrahentes, & interesse resultat tertio, isti jus, & actio ita quæritur, ut ex eo agere, & exigere possit absque alia juris cessione. Ut pluribus comprobat Parlador. Rodriguez, & alii per nos conducti in comment. *de regia protect. 4. p. cap. 8. ex nu. 304. & seq.* ubi de uxore pro dote marito promissa, & pro bonis lucratis, & creditis, licèt de ea instrumenta non loquantur, innumerabiles alios allegat novissimè Marius Castelli. *de donat. tom. 2. tract. 2. discursu 1. insect. 10. nu. 29. fol. 150.*

3 Secundò, urget text. capitalis *in leg. fin. ff. de pactis*, ubi ex pacto de non petendo celebrato inter debitorem, & creditorem, ita jus fidejussori irrevocabile acquirit, ut per eorum distractionem ei non auferatur, nec noceat. Verba text. hæc sunt: Si reus postquam pactus est, à se non peti pecuniam (ideoque cœpit id pactum fidejussori quoque prodesse) pactus fit, ut à se peti liceat, an utilitas prioris pacti sublata sibi fidejussori, quæsitum est. Sed verius est post semel acquisitam fidejussori exceptionem pacti ulteriùs ei invito extorqueri non posse. Quem text. ad hoc latè ponderant, & exornant, gloss. ibi Arisnin. Thepatus, Mastrillus, & plures alii citati à Noguerol. *allegat. 21. n. 28.* & suprà copiosè Aretinus *de fidejussor. p. princip. sect. 9. §. 14. fol. 886. sect. 11. §. 3. fol. 926. & in. §. 60. fol. 1047.*

4 Tertiò fulcitur ex text. *in leg. si cum venditore*, creditus pignus, convenit inter ipsum, & emptorem, ut si solveret debitor pecuniam pretii emptori, liceret ei recipere rem suam: scripsit Julianus, & est rescriptum, ob hanc conventionem pignoratitiis actionibus teneri creditorem, ut debitori mandet ex vendito actionem adversus emptorem. Sed & ipse debitor aut vendicare rem poterit, aut in factum actione adversus emptorem agere 13. *ff. de pignor. actio.* ubi gloss. verbo *aut in factum.* Rectè illa verba *aut in factum actione*, legi correctivè, ut tantùm in factum detur actio præscriptis verbis, ex pacto adhibito in continenti. Ex quo textu probatur ex pacto inter principales contrahentes oriri actionem tertio absque aliqua cessione.

5 Quartò magis in proposito probatur ex singulari text. *in leg. Stichus 67. §. de condit. indebiti.* Titius cum multos creditores haberet (in quibus, & Seium) bona sua privatim venditione facta Mævio concessit, ut satis creditoribus faceret; sed Mævius solvit pecuniam Seio tanquam debitam, quæ jam à Titio fuerat soluta. Quæsitum est, cum postea reperiantur apothecæ apud Titium debitorem partim solutæ pecuniæ: cui magis repetitio pecuniæ indebitæ solutæ competit Titio debitori, an Mævio, qui rem suam procurator factus fuit, respondi secundum ea, quæ proponeretur ei qui postea solvisset, &c. Ecce tertio datur jus ad repetendum.

Quintò fortiùs urget, quia si ex contractu inter partes principales celebrato, jus tertio acquiritur, ita ei irrevocabiliter quæritur, ut distractus, & ab eo discessus per partes principaliter contrahentes ex intervallo, non in continenti factus tertio illo non noceat, nec in ejus præjudicium partes pœnitendo discedere possint. Ut post Bartol. *in leg. si constante col. 2. per illum text. Cod. de donat. ante nupt.* & Doctores omnes *in leg. ab emptione, ff. de pactis*, asserentes, quod ex venditione inter contrahentes ita fisco fuit jus irrevocabile quæsitum, ut licèt post perfectam venditionem ab ea pœnitendo, & distrahendo discedant, iis à fisco per eosdem non auferatur. Ita post plurimos sequitur, & 7
comprobat Gomez *tom. 2. variar. cap. 2. de empt. & vendit. n. 13.* plures allegat Tiraquell. *de retract. convent. §. 6. n. 10.* ubi id verum intelligit, etiamsi ante rei traditionem partes discesserint à contractu; nisi in continenti discedant. Sequitur etiam Arias Pinel. *in l. 2. in. 2 part. cap. 3. n. 36. Cod. de rescind. venditio.* Menchac. *de succeff. creatio. §. 25. nu. 5.* Didac. Perez *in leg. 2. tit. 7. lib. 5. ordinament. pag. 196. vers. sed dubium est.* Parlador. *lib. 2. rerum quotid. cap. 3 §. 4. n. 2. 5. & 6.* & est vera, & communis resolutio secundum Joseph. Ludovic. *decis. Perusian. 113. &* contra Lassartem contrarium asserentem tenet Garcia *de expens. & melior. cap. 18. nu. 48.* & etiam communis secundum Molinam Theolog. *de just. & jure 2. part. disputatione, 73. col. 772.* Gutierrez *de gabellis, quæst. 10. per totam, & d. quæst. 50.* omnino videndus pro latiore explanatione, & id licet obiter, tenet Mieres *de majoratu, 1. part. qu. 24. sub n. 80.*

Qui *eodem num. in princip.* asserit, quòd si fit facta 8
venditio, & postea consensu partium sit dissoluta, nihilominus laudemium debet domino, *ex cap. 1.* ubi notatur, *quid juris si post alienatio. feud.* & per Albert. *in l. ab emptione, ff. de pactis.* Angel. & Imola *in l. acta. in princip. ff. de re jud* gloss. Parisiens. *in consuetud. Parisiens. part. 1. §. 22. n. 10. quæst. 2.* & alios, quos citat Amedeus Aponte *in lib. Laudemiorum, quæst. 38. fol. 46.* nec non ipse Mieres abundè *per totam qu. 24.* maximè *ex nu. 72.* quod jus tertio quæsitum ex 9
contractu inter partes principales gesto non posset ab eisdem tolli nec revocari.

Quæ procedunt in contractibus purè celebratis, 10
secus in conditionalibus, nam gesto sub conditione possunt contrahentes ab eo discedere conditione pendente, etiam in præjudicium tertii, cui fuit jus quæsitum ex tali contractu; prout disputans ita post alios Doctores resolvit Gutierrez *de gabell. quæst. 8. ex n. 2. cum seqq.* & optimè Gomez *l. 2. var. c. 2. de empt. & vendit. ex nu. 31.*

Quibus adjungere poteris Pereiram Lusitan. *in tract.* 11
de empt. & vendit. cap. 26. num 2. & latiùs *num 26.* ubi post plurimos alios probat, pactum inter venditorem, & emptorem ne colonus expellatur, ut huic jus irrevocabile absenti acquiratur.

Sextò probat text. *in l. 1. Cod. de hæreditat. vel* 12
act. vendit. ubi creditores hæreditatis fisco delatæ, & ab eo venditæ non habent recursum contra fiscum, sed contra emptorem ibi: *Æs alienum hæreditate nomine fisci venditæ, ad onus emptoris bonorum pertinere, ne fiscum creditoribus hæreditariis respondere, certum, & absolutum est;* ergo ad concursum peractum ab emptore creditores hæreditatis recte admittendi sunt.

Septimò, & ultimo hanc partem indubitabilem red- 13
dere videtur nova dispositio *legis Regiæ, tit. 16. lib. 5. recopilat.* cujus verba sunt: *Pareciendo que alguno se quiso obligar à otro por promission ò per algun contracto, ò en otra manera; sea tenudo de cumplir aquello, que se obliga, y no pueda poner excepcion, que no fue*

hecha ſtipulacion, quæ quiere decir prometimiento con cierta ſolemnidad de derecho; ò que ſue hecho el contracto, obligacion entre auſentes, ò que ſe obligo alguno que daria otra, o haria alguna coſa; mandamos que toda vida vala la dicha obligacion, y contracto, que ſuere hecho; en qualquiera manera ò que pareſca, que uno ſe
14 *quiſo obligar à otro.* Ex qua lege apparet, quod licet de jure communi alteri per alterum ſtipulatio non teneat, nec abſenti jus quæratur; hodie tamen contrarium eſt diſpoſitum, & abſenti fit obligatio, & per alterum quis alteri obligari poteſt; exornant Covar. *lib.* 1. *variar. cap.* 14. *nu.* 13. Gomez *lib.* 2. *variar. cap.* 11. *n.* 20. Lopez *in leg.* 7. *tit.* 1. *part.* 5. *verbi tertia perſona*, Matienzus *in d. leg.* 2. per omnes gloſſas, Parlador. *rerum quotid. lib.* 1. *cap.* 3. *nu.* 27. Caſtillo *controverſ. tom.* 6. *cap.* 150. *nu.* 21. *& ſeqq.* Gutierrez *in repetitio. l un. Cod. quando non petent. part. nu.* 33. *& de juram. confirm. cap.* 36. *num.* 3. *&* 1. *part. cap* 68. *ex nu.* 7. *& à nu.* 1 & latius ipſe Gutierrez *practicar. quæſt. lib.* 3. *quæſt.* 97. *per totam*, pulchrè etiam *in lib.* 4. *quæſt.* 59. *ex n.* 27. *cum ſeqq.* qui plurimos alios allegant ad intelligentiam *leg.* 2. de qua Nos ulterius infrà agemus, quando de reſolutione hujus quæſt. tractabitur *ex n.* 54. *cum multis ſeqq. verſ. ſed quid denique reſpondebis*, &c. Igitur cum emptor, vel donatarius donante promittit, ſe ſoluturum creditoribus, licèt abſentibus, & non adſtantibus contractui & pactioni, actio directa contra emptorem, & donatarium acquiri, dicendum erit, *ex d. l.* 2. & per conſequens concurſus judicium formatum per donatarium vel emptorem hujuſmodi eſſe admittendos, & inter cæteros graduandos.

15 Pro contraria tamen parte jura ſunt expreſſa notiſſimis juris communis principiis nitentia, & apertè probantia creditores vendentis, vel donantis hac conditione, ut emptor vel donatarius teneatur creditoribus ſatisfacere, nullam habere actionem adverſus emptorem, & donatarium; quia ex prædicto pacto jus, nec obligatio abſentibus creditoribus quæri poteſt, *leg.* 2. *Cod. de hæred. vel actio. vendit.* in hæc: Ratio juris poſtulat, ut creditoribus hæreditariis, & legatariis, ſeu fideicommiſſariis te convenire volentibus tu reſpondeas: & cum eo, qui hæreditatem vendidiſti, tu experiaris ſuo ordine. Nam ut ſatis tibi detur, ſeriò deſideras: quoniam eo tempore quo venundabatur hæreditas, hoc non eſt comprehenſum; quamvis enim ea lege emerit, ut creditoribus hæreditatis ſatisfaciat, excipere tamen actiones hæreditarias invitus cogi non poteſt.

16 Et loquendo in donatione hac lege donante res ſuas, ut debitoribus ſuis donatarius ſatisfaciat, probat *l. cum res* 22. *Cod. de donatio.* ibi: Cum res filio tuo emancipato ea conditione, ut creditoribus tuis ſolveret, te donare proponas ſi ſtipulatione, vel in continenti habito huic rei proſpexiſti, creditoribus quidem non contra eum ex placito veſtro, ſed adverſus te competit actus.

17 Similis omnino text. *in leg.* 2. *Cod. de condit. ob cauſam*, in hæc: Si (ut proponis) pater tuus ea lege ſorori tuæ prædia, cæteraque quorum meminiſti, donavit, ut creditoribus ſuis ſatisfaceret, & ac ſi placita obſervata non eſſent, donatio reſolvetur, eaque contra fidem negotii geſti verſa eſt; non eſt iniquum actionem conditionis ad repetitionem rerum donatarum tibi, qui patri ſucceſſiſti, decerni, conducit *l. hæreditatem*, pater ſibi relictam filiæ ſui juris effectæ donavit: creditoribus hæreditariis filiæ ſatisfacere debet, vel hoc minimè faciat, & creditores contra patrem veniant, cogenda erit per actionem præſcriptis verbis patrem adverſus eos defendere 28. *ff. de donatio.* in qua donatione licet pactum de ſolvendis creditoribus non fuerit expreſſum, adeſt tamen tacitus ex natura actus: & conditio tacitè ineſt, ut clarè ſupponit textus.

18 Poſt venditionem hæreditatis (inquit textus in *l. g.* 2. *C. de pactis*,) à te factam, ſi creditores contra emptores actiones ſuas moviſſe probare potuerit, eoſque eas ſpontanea voluntate ſuſcepiſſe, exceptione taciti pacti non inutiliter defenderit; eum autem, cui certa lege prædia donaſti in certa civili actione ad placitorum obſequia urgeri ſecundum legem donationibus dictam convenit. Quæ jura in ſui diſpoſitione ſingularia ſunt, & annotatione digna.

Valdè mirabilis eſt in propoſito noſtræ quæſtionis 19
l. ſervo legato 71. §. *ſi teſtator.* quoſdam ex hæredibus juſſerit æs alienum ſolvere, non creditores ei habebunt adverſus eos actionem, ſed cohæredes, quorum intereſt hoc fieri, *ff. de legat.* 1. Similis etiam text. in *l. item ex diverſo* 19. §. Si pater jure filios ſine ſcriptura bona diviſit, & onera æris alieni pro modo poſſeſſionum diſtribuit, non videri ſimplicem donationem, ſed potius ſupremi judicii diviſionem Papinianus ait; planè, inquit, ſi creditores portionibus hæreditariis conveniant, & unus placita detrectet; poterit, cum eo præſcriptis verbis agi; quaſi certa lege permutationem fecerit, ſcilicet ſi omnes res diviſæ ſint, *ff. familiæ erciſc.* Conſonat *l. ſi uni ex* hæredibus onus æris alieni injungatur circa ſpeciem legato, officio judicis familiæ erciſcundæ cognoſcentis ſuſcipere eum id oportere, &c. indemnes igitur cohæredes ſuos præſtare cavebit, 21. *ff. eod.*

Quo tendit diſpoſitio *l. ſi debitorem meum juſſero* 20
tibi ſolvere, non ſtatim tu etiam ſtipulando id novare poſſis, quamvis debit. ſolvendo tibi liberatur, ff. de novat. Ubi gloſſ. Bart. & alii rationem reddunt, quòd iſti per actum inter creditorem, & debitorem jus non fuit quæſitum tertio anteaquam ei fuiſſent ceſſæ actiones per creditorem.

Quæ jura omnia expreſsè evincunt difficultatem 21
noſtram, ne creditores jus & actionem acquirant ex pacto inter venditorem & emptorem inter donantem & donatarium appoſito, ut donatarius ſeu emptor creditoribus ſatisfacere teneatur, nec iſte pro ea obligatione illos convenire poteſt, ſed venditori, aut donatori actio datur pacti obſervantia, & ut eos indemnes reddant à vexatione creditorum ſuorum, cum nec iſti adverſus emptorem, & donatarium, nec iſti inviti agere, nec æs alienum agnoſcere niſi voluntariè cogantur.

Hanc reſolutionem probarunt communiter gloſſa & 22
Doctores in eiſdem juribus; & poſt Bald. *in l. cum res, Cod. de donat. & l. quoties, C. de donatio. quæ ſub modo & l. ſi genero, C. de jure dotium* obſervat Manguillus *de evictio. quæſt.* 49. *ex num.* 22. dicens, quòd licèt regulariter creditori hæreditario actio ulla competat adverſus emptorem hæreditatis, quamvis pactum interveniſſet in emptione, ut emptor ſatisfaciat cretoribus, cum actio nulla tertio acquiratur, quando aliquod onus extrinſecum pacto includitur; quidquid aliud ſit, quando pactum reſpicit ipſam rem, cui cohæret, & cum qua conjunctum eſt, & continet onus intrinſecum; ex Bald. & juribus proximè citatis.

Eandem quæſtionem excitavit Tiraquell. *de retract.* 23
lignag. §. 1. *gloſſ.* 14. *ex num.* 114. ubi poſtquam reſolvit, quod quando quis cedat rem quandam ea lege, ut ceſſionarius æs alienum cedentis, id eſt, cum eo onere, ut ipſe ſolvat debita cedentis, & creditoribus ſatisfaciat; ut iſte contractus, quando creditores ſunt certi, habeat vim emptionis & venditionis; prout ex pluribus probat, cum loco pretii æs alienum habeatur, ut juribus, & authoritatibus comprobat; quæ doctrina fuit originalis Joannes Fabri *in* §. *pretium autem, inſtitut. de emptio. & vendit.* ſequitur Laſſarte *de gabellis, cap.* 10. *num.* 22. *cum ſeqq. uſque ad num.* 32. & Gutierrez *eod tract. quæſt.* 54. *ex num.* 30. & 31. quod utile eſt ſcire 24
pro ſubhaſtationibus bonorum debitoris cenſibus gravatorum, & ſolent licitari pro certo pretio per recognitionem cenſuum ipſorum per emptorem faciendam

ciendam creditoribus eorum tacito, vel expreſſo conſenſu accedente; de quo abundè egimus infrà 3. *part. cap.* 2. *per totum*, quo multo ſcitu digniſſima, & doctis etiam aliàs abſcondita reperies.

25 Tandem Tiraquell. *nu.* 116. dubium noſtrum movit, utrum prædicto pacto facta ceſſione, & venditione poſſint creditores recta via, & ſine ceſſione debitoris agere adverſus hujuſmodi emptorem, & ſe remittit ad Baldum, Angel. & Salicet *in l. quoties. Cod. de donationib.* & Bald. *conſ.* 315. *in princip. lib.* 2. & *ad l. ſervo legato*, § *ſi teſtator*, *ibi nova*, *ff. de leg.* 1. Qui omnes partem negativam tuentur, & poſt Tiraquellum, Baldus, Salicet. Bartol. Jaſon. Cæſar de Bartiis *in dec. Benonienſ* 26 & alios, hoc idem probat Cancerius *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 7. *pactis*, *ex n.*
26 257. *cum ſeqq.* ubi agit de emente res pro certo pretio hac conditione, ut ſolvat certis creditoribus vendentis, ut illis non quæratur directa actio ex pacto abſque debitoris ceſſione, & *num.* 263. ex Cyno & Caſtrenſ. *in l. pluvia*, 26. *ff. depoſiti*, quod depono rem meam, quæ durat mea, penes te, cum pacto quo reſtituas illi qui præſentavit litteras meas; ut non quæratur actio illi, qui præſentabit litteras ad agendum contra te; ubi etiam an ſi tu illi ſolvas, maneas liberatus, vide per eum remiſſivè.

27 Item tenet Stracha *de decoctoribus*, 5. *part. nu.* 9. *fol.* 380. dicens, quòd debitor vendens Titio hæreditatem cum pacto, quod teneatur ſolvere creditoribus, iſti ab que debitoris ceſſione non poſſunt recta via agere contra tertium emptorem *ex d. l. cum res*, *Cod. de donationibus*, & aliis Doctoribus.

28 Idem tenet Gratian. *diſceptat. forenſ tom... cap.* 532. *ex num.* 1. qui tamen malè agit, dum *num.* 2. ex Franchis *deciſ.* 2. 73. *in fin. num* 5. limitat concluſionem, quando creditores nolunt agere contra emptorem hæreditatis, cum illis volentibus emptor ſolutionem recuſare non poſſit. Quod penitus falſum eſt, en quod creditoribus nulla detur actio adverſus emptorem, nec iſtis eos ex pacto obligat. Ut expreſsè probant jura hactenus allegata; & tunc dumtaxat poſſunt convenire emptorem, & judicium inter hos motum ſubſiſtere, quando omnium tam creditoris, quam emptoris, concurrit conſenſus, ita ut libenter uterque ſuſpiciat judicium, text. eſt expreſſus *in d. leg.* 2. *Cod. de pactis*; & gloſſ. ibi eos exponit, ſcilicet emptores, prout etiam declarat Mantica *de contractibus*, *tom.* 1. *tit.* 10. *num* 22. dicens, quod ſi hæres, qui vendidit hæreditatem pactus fuerit cum emptore, ut ſolvat debita hæ-
29 reditaria, & emptor ſponte ſua ſuſpiciat judicium; poteſt ſe tueri exceptione taciti pacti adverſus creditorem; ſi poſtea hic hæredem convenire velit, per *dict. leg.* 2. videndus *ex num.* 20. & *lib.* 1. *tit.* 5. *num.* 12. idem ex *dicta lege* 2. & ex Alexandro intelligit Manguillus *de evictio. quæſt.* 51. *num.* 17. videndus *ex num.* 1. quod intelligit, & pulchrè probat Pereira *de empt. & vendit. cap.* 33. *ſub num.* 89. tunc contra venditorem poſſe agere creditores regulariter, quando emptor libenter eis ſolvit, & ab eo credita ſua receperunt cum extraneus quilibet poſſit ſolvere creditori etiam invito.

30 Et horum jurium, & Doctorum una eſt conſtans in jure ratio, quia inter abſentes pacta iniri non poſſunt, niſi adſit nuntius, vel epiſtola, aut aliud æquipollens, nec alteri per alterum quæritur actio, jus aut obligatio etiam naturalis, ut latè probat Pereira *de empt. & vendit. ex num.* 67. *cum ſeq.* & ad obligationem acquirendam debet adeſſe conſenſus acquirentis, nec ſufficit alienus; ut ex aliis probat Gutierrez *practicarum*, *lib.* 4. *quæſt.* 59. *nu.* 13. & profitentur omnes ſuprà *in fundamento contrariæ partis*, *ex num.* 13.

31 Nec non, quia creditores adverſus hæredem agunt vendentem hæreditatem, actiones ſuas habentem paſſivas, quas uti alienas & non ſuas, hæres non poteſt in alium tranferre, cùm oſſibus ſuis adhærent, ut latè ex aliis Mantica *de contractibus lib.* 4. *tit.* 10. *nu.* 20. & 21. Manguillus *dicta qu.* 51. *n.* 14. 15. & 16. optimè gloſſa *in l. ratio juris*, *verbo*, *tu reſpondeas*, *C. de hæreditate*, *vel act. vend.* tum etiam *ex leg debitorum pactionibus creditorum petitioni nec tolli*, *nec mutari poteſt*, *C. de pactis* juncta *leg. ſeq. pacto ſucceſſor emptoris ex leg.* 12. *tabul. æs alienum hæreditarium proportionibus quæſitis ſingulis ipſo jure diviſum in ſolidum unum obligare creditori an poteſt. Cod eod.* quibus probatur pactum inter cohærentes, ut unus teneatur creditoribus ipſis, non præjudicat creditoribus ipſis, plures Doctores Nos ſuprà hac 2. *parte*, *cap.* 12. *ex nu* 22. *verſic. quàm tamen reſolutionem*, &c.

Hæc concluſio quadrupliciter limit. Primò, quando 32
hæres effectus fuit non ſolvendo: quia tunc in ſubſidium directè ex æquitate agere poteſt creditor contra emptorem hæreditatis, gloſſa *in dicta leg.* 2. *verbo*, *tu reſpondeas* - argum. *leg. plenè*, 2. §. *qui rogatus*, *ff. de leg.* 1. & *ſi marito fundum*, *ff. de fundo dotal.* quoniam hoc caſu in ſubſidium ex æquitate creditori ex hac debitoris ſtipulatione conceditur utilis actio adverſus 33
emptorem hæreditatis, etiam abſque ceſſione, gloſſa *in lege ſi genero. C. de jure dotium.* Angelus *in lege quoties*, *verſ. ſed hodie benigno*, *C. de donation. quæ ſub modo* Jaſon. *in lege ſtipulatio iſta*, §. *alteri*, *num.* 27. *in fine verſic. fallit etiam in caſu*, *ff. de verb. oblig. per legem Caius*, *in fine ff. ſol. matrim.* poſt Bartolum ibidem *in* § *ſi ſtipuler*, *col. fin.* per quos, & Tiraquellum idem probat Manguillus *de evict. dicta qu.eſt.* 49. *num.* 24. Gratianus *diſceptat.* 204. *num.* 40 Menoch us *conſ.* 416. *n.* 21. Virgilius *de legitimat. perſonar. cap.* 20. *ſub n.* 55.

Et huic proxima eſt ſecunda limitatio, ut tunc de- 34
bitor hæreditatis uti valeat exceptione taciti pacti contra creditorem ſua ſponte agentem contra emptorem pariter conſentientem judicio quando creditor ſciebat emptorem non eſſe ſolvendo: quoniam ſi creditor ignorabat, ſubveniri debet contra venditorem, ex æquitate, ne alioquin venditor hæreditatis, qui pretium accepit, locupletior fiat cum jactura aliena contra *l. nam hoc natura ff. de conditione indeb.* notant Alexand. *in d. l.* 2. *C. de pactis*, *n.* 5. & 8. Salicetus *n.* 8. Caldas *n.* 3. Curtius jun. *n.* 16. Mantica *d. lib.* 4. *tit.* 10. *n.* 23. Manguillus *d. qu.* 51. *n.* 18.

Tertiò limitatur, quando Notarius nomine credito- 35
rum abſentium, & eorum, qui ex pacto inter principales contrahentes jus, & intereſſe habent, quo caſu procul dubio eis acquiritur jus abſque alia ceſſione, ſic probant Romanus *conſil.* 76. *in principio*, Decius *conſ.* 407. *num.* 14. Socinus *conſ.* 125. *in fine* Bertazola *clauſ.* 18. *gloſſa* 5. *n.* 8. ex Romano, Socino, & Deciano probat Gratianus *diſcept. forenſ. tom.* 3. *dicto cap.* 532. *nu.* 3. & 4. Manguillus *dicta quæſt.* 49. *n.* 25. Mantica *de contract. tomo* 2. *lib.* 13. *tit.* 7. *ex nu.* 6. *cum ſeqq.*

Quo fit, quod ſi mulier, creditores habens, omnia 36
bona ſua dederit marito in dotem hac lege, & expreſſa conditione, ut ſatisfacere debeat creditoribus uxoris, & æs alienum agnoſcore; ſi maritus expreſsè non ſe obligat ad ſolutionem creditoribus præſentibus, vel abſentibus cum ſtipulatione notarii, nullatenus cogi poterit per creditores ex hoc pacto, & ſtipulatione facta uxori dotanti, ut poſt Cravetam *conſilio* 2. *nu.* 6. Franchis *deciſ.* 273. Gratianus *diſc.* 49. *nu.* 19. Baldus *in pragmat. de cenſibus*, *quæſt.* 1. *num.* 12. Cancer. *variarum reſolut. lib.* 3. *cap.* 1. *de actione & oblig. num.* 29. & *ſeq.* & *cap.* 7. *de pactis*, *num.* 259. & 264. Franchis Marcus *deciſ.* 615. *part.* 1. Barzius *deciſ.* 26. Giurba *deciſ.* 62. *num.* 24. 27. 31. & *ſeq.* Maſcardus *de probat. conſ.* 280. *n.* 2. Guido Papa *dec.* 271. Foller. *de cenſibus gloſſa hujuſmodi*, *num.* 87. Bolognet. *conſil.* 12. & 32. Tiraquell. *de retractu lign.* §. 1. *gloſſ.* 14. *nu.* 116.

Baldus *conf.* 305. *lib.* 3. Socin. 276. *lib.* 2. tenet Amat. *variarum resolut. n.* 22.

37 Et generaliter, quod quando Notarius stipulatur pro tertio absente, ut ei ex pacto sibi favorabili jus quæratur obligatio, innumerabiles penè referunt Amat. *variar. resolut.* 30. *ex n.* 1. *& seqq.* Surdus *decis.* 111. *per totam.* Mieres *de majoratu* 1. *part. qu.* 24. *ex num.* 39. *& num* 103. innumerabiles pene Doctores
38 regnicolas refert Castillo *contr. tom.* 4. *cap.* 37. *ex n.* 30. qui omnes in fortioribus terminis pro indubitato habent quod donatio facta absenti ex acceptione Notarii pro eo, reddatur irrevocabilis, etiam re integra; & antequam absens donationem, & acceptationem hujusmodi ratificet.

39 Quartò limitatur in fisco vendente hæreditatem, cujus creditores adversus fiscum non dirigunt actiones, sed adversus emptorem dumtaxat: quia in hoc reperitur fiscus specialiter privilegiatus, ut probat *l.* 1. *C. de hæred. vel act. vendit.* quam pro contraria parte adduximus *in* 6. *argumento n.* 12. cui satisfit procedere ex speciali fisci privilegio secundum glossam & Doctores communiter *in l.* 1.

40 Secundò, & pro hac parte nostræ principalis quæstionis facit, quoniam licet de jure regio, ex *dicta lege* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. *recopil.* adducta suprà in ultimo fundamento pro contraria parte *num.* 13. valeat obligatio, etiam absenti facta, & huic quæratur, & detur actio contra eum qui apparet quomodolibet alteri se noluisse obligari; adhuc in nostro casu procedere non potest, in quo emptor, vel donatarius cum pacto de solvendo creditoribus non se obligavit istis, sed vendenti, aut donanti, quo casu non videtur loqui *d. leg.* 2. sed tantùm, quando directè se absenti obligavit, & in eum obligationem direxit, ex quo satisfieri videtur fundamento ultimo contrariæ partis, circa quæ videbis *infrà n.* 54. *& seqq.*

41 Tertio probatur, quia dispositio *d. leg.* 2. adhuc non procedit, nec jus, actionem, & obligationem præstat tertio absenti ex pacto inter alios celebrato sibi favorabili, quousque absens ipse pactum, seu obligationem acceptaverit, ita ut ante acceptationem, & absentis ratificationem contrahentes discedere possit à suo contractu & per pœnitentiam illum revocare, in præjudicium illius tertii, cum adhuc ei jus perfectum atque irrevocabile non fuerit quæsitum prout innumerabiles penè Doctores recenset Castillo *controversiarum*, *tom.* 4. *cap.* 37. *num.* 39. per aliquot columnas, contra alios nonnullos regnicolas contrarium sentientes *ex d. leg.* 2. nova dispositione, & iterum 5. *tom. cap.* 80. *sub n.* 12. *vers. secundo deinde*, *& tom.* 6. *cap.* 152. *ex n.* 10. *& in cap. anteced.* quibus locis copiosè materiam hanc controvertit.

42 Pro quarto, & ultimo fundamento urgent doctrinæ applicandæ responsionibus argumentorum contrariæ partis, quæ huic minimè opitulantur. Non primum, quia procedit, quando tertio jus quæritur perfectum ex contractu inter alios gesto, vel quando ex juris dispositione alicui defertur lucrum, quia tunc statim, & absque aliâ absentis acceptatione jus irrevocabile acquiritur, secundum Alexand. contra Angel. ibi *in leg. si vir ff. ad l. falcild.* Socin. *in conf.* 116. *num.*
19. *lib.* 1. Jason. *in l. si arrogatur. num.* 15. *ff. de*
43 *adoptio.* Pinel. *in l.* 1. *p.* 1. *num.* 39. *C. de bonis mater.* ubi firmat esse receptam opinionem, quòd omne commodum, vel lucrum à lege delatum transfertur absque aliqua agnitione. Optimè Alexand. *in conf.* 150. *nu.* 8. *lib.* 2. Matienzo *in leg.* 5. *tit.* 9. *l.* 5. *recopilat. gloss.* 9. *n.* 2. *fol.* 269. *& in leg.* 9. *gloss.* 2. *n.* 1. *& 3. eod. fol. & in leg.* 9. *tit.* 5. *gloss.* 1. *nu.* 4. *fol.* 37. Ant. Gomez *tom.* 1. *de testam. cap.* 10. *n.* 35. pluribus citatis comprobat Mieres *de majorat.* 1.
44 *p. qu.* 68. *ex nu.* 43. *cum seqq. & n.* 49. prout immediatè lucrorum lege regia applicata conjugi, ut absque aliqua agnitione transferatur conjugi, & ejus hæredibus prout ex Joan. Lup. Ant. Gomez Baëza & aliis latius comprobat Mieres *de majoratu*, 1. *part. quæst.* 24. *ex nu.* 50. *cum multis seq. atque d. quæst.* 68. *ex nu.* 49. *& seqq.*

Non obstat secundum *ex d. l. fin. C. de pactis*, quia 45
ibi prima obligatio fuit extincta ex qua ipso jure perempta fuit fidejussoria, tanquam accessoria, nec per distractum inter creditorem, & debitorem hæc revivisce potuit non accedente novo consensu fidejussoris: quia actio semel extincta iterum non revivisci ex vulgaribus, prout latius considerarunt Doctores citati in eod. 2. argumento.

Nec obstat tertium *ex leg. cum venderet. ff. de pign.* 46
actio. quia pactum de retrovendendo appositum per creditorem in ipsa pignoris venditione ad favorem debitoris, ex quo illi fuit jus quæsitum, & actio absque cessione creditoris; respondetur, quod debitor, in cujus favorem pactum illud fuit appositum, non potest dici tertius, sed principalis cum creditore vendente; quia creditor quando pignus vendit, tanquam procurator debitoris vendere intelligitur. Ut per jura, & Doctores 47
probat Negusant. *de pignorib. memb.* 1. 6. *part. princip. n.* 13. *fol. mihi* 143. Francisc. Bald. *ad tract. de pignor. & hypothec. cap. de pactis pignor. n.* 10. *fol. mihi* 292. *inter diverf. tract. de pignor. per leg. si pignor. in fin. famil. ercis.* Cacheran. *in decis. Pedemon.* 15. *n.* 15. & per Alexand. *in leg. si filiofamil.* § *si vir. in quinquennium nu.* 8. *ff. solut. matrim.* nec non tenet Golinus *de procurator.* 1. *part. cap.* 4 *n.* 8. *& seqq.* Facit *leg.* 1. *& 2. & rubric. Cod. creditorem evictio. pignor. non debere*, & per Jason. Bartol. Bald. Negusant. & Mudeum *de pignorib. tit. de pactis pignor. n.* 10. *& n.* 23. idem tenet Carleval. *de judiciis tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 3. *dist.* 21. *n.* 5. *fol.* 283. plures etiam allegat de Mesa *var. resolut. lib.* 1. *c.* 15. *n.* 20. & sic ipse debitor sibi prospexisse intelligitur per dictum pactum, nam qui per alium facit, per se ipsum facere videtur ex juris regula.

Quartum argumentum *ex leg. Stichus*, §. *fin. de* 55
cond. indeb. responsione non eget, qui nihil facit ad casum nostrum.

Quintò respondetur, loqui quando jus perfectè 48
fuit tertio quæsitum ex contractu inter principales contrahentes celebrando ex juris dispositione, prout in gabella debita principi, & laudemio debito domino, 56
veluti diximus ad responsionem primi argumenti, & ideo nihil mirum quod nequeat per distractum inter principales subsequutum juri tertii semel perfectè quæsito præjudicium afferre, prout ex juribus, & DD. plurimis probat copiosè Mieres *de majorat.* 1. *p q.* 24. *ex nu.* 73. *cum multis seq. & in nu.* 66. signanter dixit, quod quando ex contractu, vel occasione contractus 49
per dispositionem legalem est jus tertio alicui vel spe quæsitum, non potest ab eo contractu recedi in tertii non consentientis præjudicium, plura jura, & Doctores adjecit ibidem *cum n. seqq.* 57

Prout etiam certa juris propositio est, quod licet 50
ex pacto inter contrahentes expressè appositio non quæratur jus tertio ex eo prætendente interesse, quia nemo potest alteri stipulari, prout hactenus probavimus: tamen hæc regula fallit in pacto tacito, & inducto à lege; quia tunc ex eo jus acquiritur 51
irrevocabiliter tertio, per *leg. si creditores. C. de pactis.* ubi per solutionem suæ ratæ factam creditori ab uno correo acquirit divisionem, quæ non solum sibi prodest, sed etiam cæteris correis, etiam absentibus, & ignorantibus ex illo pacto tertio inter correum solventem, & creditorem recipientem pro rata solutionem, *l.* 2. *Cod. de pactis* ibi. *Exceptione taciti pacti non utiliter defenderis*, *& leg.* 4. *ff. de negotiis gestis.* Hanc distinctionem probant post Paul. Jason. 58
in d. leg. si creditores nu. 6. Decius *nu.* 5. Curtius *n.* 6. & communiter cæteri DD. ibidem *in d. l. C. de pactis.* Baldus *in Authen. si quas ruinas. C. de Sacrof. Eccles.* Alex *nu. l. si cum emptore num.* 2. *ff. de pactis*, &

& poſt Bart. & alios Alexand. *in l. ſi cum dotem, ff. ſolut. matrim.* & Bald. *in leg.* 3. §. *fin. ff. de ne-*
52 *gotiis geſtis per l.* 4. *eod.* ubi voluit, donationem præſumptam abſenti prodeſſe, Additionat. Bald. *in leg. abſenti ff. de donation.* Alexand. *ib. d. leg. ſi cum dotem.* Miere. *de majoratu* 2. *p. quæſt.* 68. *cap.* 43. 44. & 45. ampliſſimè de hoc pacto tacito tractat Amat. *variar. to.* 2. *reſolut.* 70. *per totam*, quo loco innumerabiles penè Doctores congeſſit, & totam materiam copiosè diſſolvit, item etiam text. *ex n.* 19. *cum ſeqq.* recenſet requiſita neceſſaria ad hoc ut iſta diviſio, & pactum tacitum inducatur, altiſſimè etiam ad partes diſputans per plura jura, & fundamenta cum communi reſolvit Pereira *de empt. & vendit cap.* 33. *ex n.* 66. *cum multis ſeqq.*

53 Quid *d. n.* 66. rectè infert, quod ex pacto tacito jus ita acquiritur irrevocabiliter tertio, quod principalis contrahentis pœnitentia ei non nocebit, *per leg. fin. ff. de pactis leg. poſt mortem*, §. *fin. ff. de contra tabul.* & ex Bartol. *in l. qui Romæ*, §. *Flavius*, *ff. de verb. oblig.* Curtium per text. ibi *in leg. poſt diviſionem*, *nu.* 10. *Cod de pactis.* Alciatus *in leg.* 2. *gloſſ. fin. Cod de pactis*, ex ea *tract. de pactis n.* 467. hanc difficultatem ad partes diſputat Amat. *de reſolut.* 70. *ex n.* 20. *cum ſeqq. & ex n.* 27. hanc reſolutionem veriorem amplectitur, poſt magnam Doc-
54 torum allegationem videndus.

Sexto argumento *ex leg.* 1. *Cod. de hæreditat. vel act. vendit.* jam ſuperius reſpondimus eſſe caſum ſpecialem ob privilegium fiſci.

Sed quid denique reſpondebis ſeptimo, & ultimo argumento *ex d. leg.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. *recopilat.* quæ procul dubio totam machinam hactenus à nobis fabricatam ſubvertit, nullam etenim congruam reſponſionem admittit, quapropter in reſolutione noſtræ quæſtionis ſubſiſtendum, & eiuſdem legis Regiæ novæ diſpoſitioni deferendum cenſemus, diſtinguentes inter jus commune & Regium.

55 Ut ſcilicet ſi jus commune attendamus, indubitabilis ſit hæc ſecunda pars negativa, nempe ex donatione ſeu venditione hæreditatis, aut aliarum rerum facta per debitorem ea lege, & pacto expreſſo, ut emptor, vel donatarius teneatur creditoribus ſatisfacere, & ſolvere abſentibus, & non obſtantibus contractui, & pacto, nullum iſti acquiritur jus, vel obli-
56 gatio, cum eo jure alteri per alterum acquiri non poſſit ex ſtipulatione, ac propterea liberum erit principaliter contrahentibus contractu diſcedere, & à pacto in præjudicium creditorum ex eo intereſſe habentium, cum fuerit infirmum, imperfectum, & revocationi ſubjectum. Quam propoſitionem manifeſtè probant jura & doctrinæ in *hac* 2. *quæſt parte* conſideratæ, quæ, ut diximus, de jure communi nullam habent dubitandi rationem.

57 Sed jure regio attento *ex d. leg. l.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. *recopilat.* ex qua prorſus innovatur jus commune & expreſſè permittit, alteri per alterum ſtipulari, & ſtatim acquiri obligationem irrevocabiliter etiam inter abſentes: quia ſufficit apparere quomodolibet aliquem alteri etiam abſenti ſe velle obligari, ut ſtatim remaneat obligatus, & adſtrictus. Sicuti hanc concluſionem quantum ad obligationem, probarunt innumerabiles penè regnicolæ, Gregorius Lopez, Planus, Azeved. Ant. Gomez Matienz. Covar. citati, & ſecuti Gutierrez *practicar. lib.* 3. *quæſt.* 97. *per totum*, iterum *lib.* 4. *quæſt.* 59. *ex num.* 11. *cum ſeq.* cuibus adde Parlad. *lib.* 2. *rerum quotid cap.* 3. *num.* 27. Cevallos 1. *tom. quæſt.* 54. *ex nu.* 8. *& ſeqq.* & plures alii per diſcurſum referendi.

58 Hanc eandem reſolutionem unanimiter probarunt, & omnes igni regnicolæ, qui planè diſputant, an hodie ſtante deciſione *d. l.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. *recopilat.* donatio abſenti facta vel præſenti pro abſente requirat acceptationem tacitam, vel expreſſam, ne ulterius revocari poſſit, quos omnes in unum congeſſit Caſtillo *controverſ. tom.* 4. *cap.* 37. *ex n.* 39. *cum ſeqq.* & iterum *tom.* 5. *cap.* 80. *ex n.* 9. *&* 16. *& n.* 41. *&* 42. iterum *tom.* 6. *cap.* 12. *& in q.* 150.

Qui quidem Doctores in duas contrarias opiniones 59
diverſi fuerunt, & qui negativam tuentur, fundantur *in d. leg.* 2. ex qua deducitur quomodocumque appareat ſe velle obligari tertio etiam abſenti, quod ſi remaneat ita obligatus ab eo tempore, ut amplius revocandi pactum, aut obligationem ſibi ſit facultas adempta, etiam ante abſentis acceptationem, cui ſtatim irrevocabile jus fuerit quæſitum à lege regia, ita ut interim quamtum ad ſe ipſe firmiter, & irrevocabiliter maneat obligatus; plurima adducunt fundamenta, & reſpondent contrariis, præcipuè, omnia procedere de jure communi, & non de jure regio *ex d. leg.* 2.

Qui verò affirmativam ſectantur, nempe etiam hodie 60
ſtante diſpoſitione *d. l.* 2. requiri acceptationem donatarii abſentis tacitam, vel expreſſam, ne revocari poſſit donatio: affirmantes ante hujuſmodi donatarii acceptationem poſſe liberè per donantem revocari, non negant ii DD. ſed potiùs fatentur effectum prædict. *d. leg.* 2. ſed negant in donatione procedere ante acceptationem ex ſpeciali donationis natura, in qua ineſt conditio intrinſeca, ne intelligatur facta donatio, quouſque acceptetur. Tum etiam quia verba *de leg.* 2. non adaptantur naturæ donationis, nec in ea verificantur ſcilicet, *parciendo que uno ſe quiſo obligar à otro por promiſſion, ò por algun contrato, ò en otra manera ſea tenudo de complir aquello, que ſe obligo.* Donantis namque non eſt intentio, ut velit donare, vel obligari, anteaquam donatarius de ipſa donatione certior factus eam acceptet, per *leg. qui abſenti*, 61
ff. de acquir. poſſeſſ. cujus verba ſunt: Qui abſenti ſervo ſcribit, ut in libertate moretur, non eam mentem habet, ut ſtatim velit ſervi poſſeſſionem dimittere, ſed magis deſtinationem ſuam in id tempus conferre, quo ſervus certior factus fuerit, & per *leg. ſi pater filio, ff. de manumiſſ. vendit.* prout in his terminis conſiderat Molina *de primog. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 62. quem cæteri nullius opinionis ſectatores ſequuntur. 62

Et quod hodie etiam ubi deficit intentio aliquem ſe velle alteri obligari, vel acquirere; non habere locum *d. leg.* 2. *diſpoſitionem.* Probarunt Caſtill. *to.* 5. *cap.* 150. *nu.* 34. ubi bene loquitur, licèt neminem alleget Gregor. Lopez *in leg.* 7. *tit.* 11. *p.* 5. *gloſſ.* 2. Gomez *tom.* 2. *variar. reſolut. cap.* 11. *n.* 20. *verſ. quod tamen* Matienzus *in d. leg.* 2. *gloſſ.* 5. *n.* 11. *tit.* 16. *lib.* 5. *recopil.* & ibidem Azeved. *nu.* 38. Gutierrez *practicar. quæſt. lib.* 3. *q.* 97. *n.* 8. quæ doctrina conformis eſt prædictis verbis, *leg.* 2. *in princip. atque in fin. Que toda via vala la obligacion, y contrato, que fuere hec ho qualquier a manera, que pareciere, que uno ſe quiſo obligar à otro.* 63

Et comprobatur ex his, quæ in terminis *l. contractus*, *Cod. de fide inſtrumen.* nec non *leg.* 6. *tit.* 5. *part.* 5. approbantis opinionem Aloyſiii, & ſequacium ut contractus non dicatur perfectus, & abſolutus, quoties inter partes actum fuerit, quod de eo celebretur inſtrumentum, ita ut interim quilibet poſſit pœnitere. Quæ jura abundè exornat, & utriuſque partis opinionem recenſet Caſtillo *contr. to.* 3. *c.* 26. *per totum*, maximè *ex n.* 17. poſtmodum *ex nu.* 19. *& ſeqq.* arguit *de leg.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. *recopil.* qua videbatur *d. l. parti.* innovari, dum diſponit. *Que pareciendo que uno ſe quiſo obligar à otro, que de obligando.* Reſpondit nihil obſtare eo quod in terminis *d. l. p.* contrahens, qui appetit inſtrumentum conficiendum, non habet animum ſe obligandi, quouſque conficiatur, quo caſu *d. l.* 2. nihil corrigit, aut detrahit 1. *partitæ*, & 64
communiter DD. refert Felicianum *in addit. ad cap.* 4. *nu.* 4. contra alios id fundantem, nec non Gregor. Lop. Covar. Ant. Gomez. Didac. Perez, Laſarte, Parlador. Richardum, & Azeved. ab eodem Felician. citato, & merito ſequutos.

Omnes igitur DD. utriuſque opinionis, ut vides *ex* 65
d. l.

d. l. regia, in unum conveniunt, in cæteris obligationibus, præter donationem ob ſpecialem ejus naturam;
66 ſtatim tertio abſenti acquiri jus perfectum, & irrevocabile ante acceptationem, qua pendente obligans ab ea reſilire non poteſt, nec revocare in præjudicium ejuſdem tertii, quo ex pacto ſibi favorabili à contrahentibus principalibus appoſita jus irrevocabile, & perfectum fuit quæſitum, ad latè tradita per diſcurſum hujus cap. & per argumentum ab ſpeciali deductum ex Doctoribus tenentibus in donationis obligatione, & promiſſione non verificari diſpoſitionem *d. l.* 2. ob ejus naturam, & ſpecialitatem, ut firma remaneat in cæteris obligationibus, in quibus ſpecialitas prorſus ceſſat, prout ipſimet fatentur, dum excipiunt donationem.

67 Et loquendo in terminis *d. leg.* 2. expreſsè dixit Hermoſilla *in leg.* 7. *tit.* 4. *part.* 5. *gloſſ.* 4. *n.* 18. *tom.* 1. *fol.* 262 poſt Accur. Fulgoſ. Alexand. Covar. & Laram *in leg. ſi quis à liberis. §. item reſcriptum, n.* 32. *ff. de liber. agnoſcen.* quod in aliis obligationibus præter donationem non poſſunt contrahentes diſcedere in præjudicium tertii, cui ex eis fuit jus quæſitum.

68 Hinc licèt de jure communi, creditores hæreditarii nequeant emptorem hæreditatis convenire, etſi aliter inter contrahentes eſſet conventum niſi in ſubſidium. Ut per *leg.* 2. *C. de hæredit vel act. vend.* ut poſt plurimos Doctores diximus ſuperius, ac inſuper ex Gomez Mantic. *de contract. lib.* 4. *tit.* 10. *à nu.*
69 20. & Parlador. *lib.* 2. 4. *part. cap. fin. §.* 2. *nu.* 5. firmet Hermoſilla *ad leg.* 13. *tit.* 5. *gloſſ.* 5. *nu.* 10. *tom.* 2. *fol.* 68. Tamen de jure regio ex *d. leg.* 2. aliud firmat ipſe Hermoſilla in hunc modum: *Hodie de jure noſtro regio ex leg.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. *recopil. contrarium reſpondendum eſt, quia alteri per alterum licet ſtipulari, & ex contractu unius alteri*
70 *acquiritur actio, & ſic eſſe in electione creditorum hæredem, vel emptorem, convenire*, notat Azeved. ibi, *nu.* 39. *ubi de facto ſic judicatum vidiſſe, & teſtatur & de jure communi ut circuitus evitetur, idem obſervandum eſſe docuit* Boërius *dec.* 204. *n.* 43. &c. Et plures alii citantur concordes *infrà ex n.* 90.

71 Et idem in donatario cum pacto de ſatisfaciendo creditori donantis, ut ille directè conveniri poſſit propter circuitus vitandos, ex Boërio probat Gutierrez *practicar. quæſt. lib.* 2. *quæſt.* 57. *n.* 19. & ad hos terminos reducenda erit doctrina Gratiani ſuperius adducta *n.* 28. *verſic. idem tenet Gratianus. &c.*

72 Et cuncta prædicta complectens in noſtris terminis reſolvit quæſtionem Gutierrez *practicarum lib.* 4. *qu.* 59. *per totam;* maximè *ex nu.* 12. *& ſeq.* qui quidem Author licèt in pluribus locis tenuerit opinionem Molinæ, *ut l. Regia* 2. non habeat locum in donatione, quæ ſui natura requirit acceptionem, antequam jus perfectum, & irrevocabile acquiratur donatario abſenti nempe *cap. quamvis pactum, de pactis, in* 6. *ex n.* 53. *& ſeqq. &* 41 *per totum, & in conſ.* 20. *& lib.* 3. *practicarum quæſt.* 96. *n.* 6.

73 Adhuc tamen in cæteris obligationibus præter donationem *ex d. leg.* 2. contrarium firmiter tenet, ut alteri per alterum abſenti quis efficaciter obligatus maneat, & jus irrevocabile tertio acquiratur, ita ut ex eo contractu inter alios celebrando actio directè tertio ex diſpoſitione *d. leg.* Regiæ acquiratur, & ex contractu agere tertio liceat *in d. quæſt.* 59. ipſe Gutierrez *n.* 12. quæſtionem movet noſtram, necnon aliam omnino ſimilem. Quando ſcilicet, unus conduxit redditus regios, vel conſilii, &
74 poſtea is ſponte & abſque nominatione præcedente admittit alium, in ſocietatem illius conductionis vectigalis ejuſque partem concedit, atque participem in conductione facit *à perdida, y ganancia.* An iſte particeps ſocius teneatur Regi, vel Reipublicæ, hinc eleganter diſputat, & tandem reſolvit non teneri, cum à principio cum ea nihil contraxit, ſed cum tertio, inter quos dumtaxat obligatio oritur, quos non egreditur, nec contra participem Reſpublica agere poteſt.

75 Et conſecutivè *num.* 22. *cum ſeqq.* ita in noſtro caſu mirabiliter militat. Supra dicta omnia in hac ſecunda ſpecie vera intelligo, præterquam ſi conductor primus fecerit, ut ſocius, vel ſocii, quos poſtea admittit in vectigalibus obligentur in ſolidum, vel pro parte in favorem Cameræ regiæ, vel Reipublicæ, alteriuſve privati abſentis; tunc enim licet jure communi attento alteri per alterum regulariter non quæratur actio, ut in leg. ſtipulatio iſta, §. alteri, ff. de verb. obligat. & in §. alteri, inſtitut. eod. tit. leg. 7. tit. 11. part. 5. pulchrè Abbas in proœmio decretalium, §. Gregorius. Ubi congerit plures fallentias, & Ant. Gomez 2. tom. cap. 11. nu. 18. rectè Camera Regia, Reſpublica, vel alius privatus, in cujus favorem ſe adſtrinxerunt, atque obligarunt ſocii poſtea admiſſi, poterit adverſus eum, vel eos agere juxta tenorem obligationis, tametſi vectigal acceptum non ſit à principio nomine ſocietatis, vel ſociorum poſtea nominandorum.

Tum quia quando creditor, cui jam debetur res, 76
vel pecunia, ſtipuletur eam reddi, & ſolvi tertio ſtipulanti intereſt, ut illi ſolvatur, & quia cenſetur conſtitutus procurator nomine creditoris juxta leg. ſic cum Camillus, ff. de ſolution. & ibi Bartol. & communiter Doctores. Tum etiam quia hodie de jure noſtro Regio benè quæritur actio, & obligatio illi 77
tertio, & ſic corrigatur jus commune per prædictum, quo habetur, ut alteri per alterum illa non quæratur ex leg. 3. tit. 8. lib. 3. ordinamen. veter. hodie leg. 2. tit. 16. lib. 9. novæ Collectan. Reg. per quam ita tenet & probat, Roderic. Xuarez in l. quoniam in prioribus, q. 8. col. 4. C. de inofficioſ. teſtam. Covar. lib. 1. variarum cap. 14. num. 13. Ant. Gomez ubi ſuprà num. 15. & melius num. 18. Gregor. Lopez in d. leg. 7. gloſſ. 1. Didacus Perez in dict. leg. 3. col. 1059. circa finem verſic. quæ Azeved. in d. leg. 2. n. 30.

Quod adeo procedit, ut actio, quæ virtute illius 78
legis quæritur abſenti, ſit directa; & non utilis, cum apud Nos lex illa Regia inducat jus commune, ut in terminis probat Ant. Gomez d. n. 18. in verſ. & videt, q. in tantum, & Azeved. ubi ſup.

Quinimo virtute dictæ l. Regiæ quæritur etiam 79
illi tertio abſenti, jus exequendi, ſi talis obligatio, permiſſio alteri facta contineatur in inſtrumento, quo illam habeat paratam, argumento l. ſi procurator meus, & ibi notat Bart. in l. 1. ff. de actio. & oblig. n. 22. & in terminis Segura in repetitione. l. ſi ex legati cauſa, col. 32. fol. 104. ff de verb. oblig. Roder. Xuarez in l. poſt rem judicatam, limitat. in 1. d. l. Regni ff. de re judic. Ant. Gomez ubi ſuprà in d. n. 18. circa finem, verſ. item adde.

Et Azeved. ubi ſuprà nu 31. inde inferens junc- 80
to nu. 32. quod licet jure communi ſi vendam ibi fundum meum, ut ex pretio ſatisfacerem creditoribus meis, requiritur, quod ego eis cederem actionem, ut hujuſmodi creditores contra te agere poſſent, ut per Beneventum Stracham, de mer- 81
catura tit. de decoctorib. n. 9. col. 333. in parvis; hodie tamen per illam legem Regiam hæc non requiritur ceſſio, ſed directè poterant agere creditores contra emptorem talis fundi pro debitis ſuis recu- 82
perandis, & ſolvendis ex pretio dicto fundi. Et quæritur prædicta actio, & obligatio hodie per legem alteri per alterum irrevocabiliter, & promiſſor non poteſt prædictam promiſſionem alteri factam revocare, cum ſit ex cauſa oneroſa (ut excludam caſum donationis abſenti factæ ante acceptationem, de quo latè egimus alibi) ita in terminis tenet. Ant. Gomez ubi ſuprà n. 18. verſ. tertiam etiam adde, & priùs eodem 2. tom. cap. 4. de donatio. nu. 3. in fine, ubi & non poteſt actus vel contractus revocari tametſi Azeved. in d. l. 2. nu. 30. tenet contrarium, dicens, quod ad irrevocabilitatem acceptatio eſt neceſſaria.

Ex

83 Ex quibus omnibus (inquit & profequitur ipſe Gutier.) rectè probatur noſtra præcedens limitatio, quando quidem procedet in favorem cujuſlibet privati abſentis, cui hodie de jure Regio quæritur actio, & obligatio per alterum eidem ſtipulantem, &c.

84 Hactenus de notabili, admodumque ſingulari determinatione Gutierrez firmiter cunctos articulos noſtræ quæſtionis abſolventis, tam reſpectu doctrinæ generalis, quàm ſpecialis, ut quoties debitor obligat alterum, ut ſolvat creditori ſuo abſenti, & minimè in contractu intervenienti, quod ſtatim quæritur jus, & obligatio tertio creditori, & actio directa, & non utilis firma, & irrevocabilis: quam in
85 ſpeciali caſu (de quo fermo noſter eſt) ut is qui vendit eo pacto, & lege, ut ex pretio emens ſolvat ſuis creditoribus, iſtis ſtatim quærat jus, & actionem, ut venditor promittens eis ſit obligatus directè, & ſine ulla debitoris ſtipulantis, & vendentis ceſſione facta dictinctione inter jus commune & regium ex noſtra *l.* 2. *tit.* 16. *l.* 5. *recup.* Cùm ex ea directè concedatur abſenti ut ex aliis rectè firmat ipſe Gutier. *loco* citato; ad quod ulterius videndus erit ipſe Gutierrez, *in l.* 2. *practic. q.* 58. ubi hanc doctrinam mirabiliter comprobat *n.* 19. *prope finem.*

86 Et ſimiliter facta ſpecialiter, & ſignanter diſtinctione inter donationem tertio abſenti factam, & aliam quamlibet obligationem redundantem in favorem & utilitatem tertii abſentis, ut in illa ſit neceſſaria, etiam hodie, acceptatio, ne ulterius revocari poſſit, & ut efficaciter tertio jus perfectum acquiratur ex ea, & ex
87 pacto inter principaliter contrahentes, in iſta autem ut firmum jus, & irrevocabile tertio abſenti acquiratur, nulla ſit neceſſaria acceptatio, ſed ſtatim eidem actio, & obligatio à lege ipſa ſecundo irrevocabiliter præſtetur. Cujus quidem authoris, & aliorum per eum allegatorum reſolutio in omnibus convenit noſtræ.

88 Qua ſtante, poteſt probabiliter dubitari de reſolutione Alexandri *conſ.* 14. *lib.* 6. quod referens notabile dixit Mierez *de majoratu* 18. *part. qu.* 68. *nu.* 53. quo Alexander ex pluribus reſolvit, quod promittens alicui,
89 ſolvere omnibus creditoribus, obligatur iſtis etiam abſentibus, & ignorantibus, quæ doctrina jure communi attento ſcrupuloſa videtur, & contra expreſſa in tota 2. *p. hujus quæſt.* allegata; indubitabilis tamen redditur hodie juxta patrium jus, ex his, quæ Ant. Gom. Azeved. & Gutier. rectè firmat, niſi Alexand. intelligas juxta doctrinam Gutierrez *in d. quæſt.* 59. *nu.* 23. ubi dicit, quòd quando creditor, cui jam debetur res, vel pecunia, ſtipulatur eam reddi, & ſolvi tertio ſtipulanti, intereſt ut illi ſolvat, & quia cenſetur conſtitutus procurator nomine creditoris juxta *l. ſi cum Cornelius*, *ff. de ſolutio.* ubi Bart. & communiter Doctores. Quam doctrinam mirabiliter explicat, & comprobat Gomez. *to.* 2. *variar. cap.. . q.* 11. *verſ. quintus caſus eſt*, *& verſ. ſeqq. ſextus caſus eſt.* Vel niſi eam Alexand. & ſequacium doctrinam intelligas, prout Boërius *deciſ.* 204.
90 *n.* 43. dùm in praxi eſſe tenendum, affirmat propter circuitum vitandum, *ex l. Dominus teſtamento*, *ff. de conditio. indeb.* quod donatarius qui ex pacto ſe obligavit donanti ad ejus debita ſolvenda, ut donatarius directo
91 poſſit conveniri à creditoribus, ut circuitus, & anfractus evitetur, & ex bono, & æquo. Sequitur Gutier. *practic. quæſt. lib.* 2. *quæſt.* 58. *nu.* 19. maximè in noſtro regno ubi judicandum inſpecta ſola facti veritate, ex *l.* 20. *tit.* 1. *lib.* 3. *recopil.* qui quidem latiſſimè per
92 totam quæſtionem agit de donatario univerſali, qui de jure tenetur ſolvere creditoribus intra vires donationis, etiam non confecto inventario in ſubſidium quando donator non eſt ſolvendo, vel quando alicui non eſt hæres; de quo plenè per Giurbam *dec. ex n.* 33. ubi plures allegat, quibus adde Cancerium *variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 8. *de donatio. ex n.* 42. *& part.* 2. *cap.* 7. *de pactis ex n.* 18. tamen ipſe Gutierrez *d. queſt.* 58. *n.* 19. rectè
93 obſervat de jure noſtro regio directe poſſe donatarium conveniri propter circuitus vitandos, & attenta veritate; ideo multo magis, quando adeſt pactum expreſſum de ſolvendis creditoribus, prout ſentit Gutierrez *d. n.* 19. *p. med.*

Hanc eandem diſtinctionem, & differentiam inter 94
donationem abſenti factam, vel quæ ex pacto inter alios contrahentes tertio abſenti reſultat; & aliam obligationem, quæ ex pacto inter principaliter contrahentes infertur tertio, minimè contrahenti, nec præſenti tempore contractus, apertiſſimè agnovit Caſtillo *controverſ. c.* 150. quo illam excitat poſt alios quæſtionem, an & quando pactum de non meliorando proſit omnibus filiis irrevocabiliter. Et diſtinguit duos caſus, primus eſt quando cum tuo filio, & ad ejus dumtaxat favorem limitatim pepigit pater de non meliorando aliquem filium, vel de nullo meliorando in ejus damnum, & præjudicium, ut tunc ex iſto pacto limitato nullum judicetur jus cæteris fratribus, & poſſe hujus filii pacifcentis conſenſu revocari, & alterari per patrem, ut videre eſt *ibidem*, *n.* 25. *& 26.*

At quando hoc pactum de non meliorando fit ad inſ- 95
tantiam unius filii; & in ejus favorem principaliter, ita quod promiſſionis, & ſcripturæ confectioni ipſe tantum adfuerit cum parente promittente & pactum ad ſcripturam redigente, juxta *l.* 22. *T.* attamen pactum ipſum quoad jus ex eo reſultans, & quoad ſubſtantiam promiſſionis generaliter, & indefinitum magis conceptum fit, atque ita ut non modo filii, cujus favore adductus fuit parens ad pacti, & obligationis promiſſionem, ſed & omnium filiorum favorem contineat, tunc cæteris etiam filiis abſentibus, & minimè contrahentibus jus irrevocabile acquiritur, ut poſt Angel. & Tellum probat Caſtillo *n.* 35.

Quæ reſolutio recipit comprobationem ex iis, quæ 96
antea *n.* 22. prædixit in hunc modum. Tertiò atque in comprobationem eorundem, id hodie magis indubitatè procedere debere videtur, attenta deciſ. l. 2. tit. 16. lib. 5. novæ recopil. ex qua alteri per alterum etiam abſenti quæritur actio & obligatio, ut conſtat ex illis verbis, ibi: *Y no pueda oponer que fue hecho el contratto, ò obligacion entre auſentes.* Et ita annotarunt unanimiter hujus regni interpretes, Greg. Lop. And. Gom. Did. Perez, Covar. Villalobos, Olarus, Matienz. & Azeved. cum quibus Guttier. practic. lib. 3. qu. 98. nu. 7. Molin. de Hiſpan. primogen. 4. cap. 2. n. 59. & 68. Parlador. lib. 2. cap. 3. ex n. 1. cum ſeqq. Thomas Sanchez lib. 1. de ſponſalib. diſput. 9. n. 18. & voluit apertè in eiſdem terminis noſter Tellus in d. l. 22. Taur. n. 11. in fin. Angulo de melioratio. ad l. 6. gloſſ. 2. n. 5. ibi: Et hoc eſt conforme juri regio; unde cæteri filii ex contractu, & pacto de non meliorando, inito cum uno filio, ita acquirere poſſunt jus, atque ex eo juxta d. l. regiam 2. agere ac ſi cum eis pactum ipſum factum fuiſſet, &c.

Et quamvis iſte author poſtmodum *d. n.* 35. *in fine*, 97
quærat an ad hujus pacti irrevocabilitatem requiratur cæterorum filiorum, quibus abſentibus in conſequentiam jus acquiritur & utilitas, acceptatio, remittit ſe ad *cap. ſeqq.* 151. & melius ad *c.* 152. quo per totum de hoc latè agit, & cum Mierez *de majorat. part.* 1. *q.* 68. Angulo, & Morquecho, requiri acceptationem firme, 98
ex eo tamen movetur; quia hi omnes Doctores probant hanc pactionem de non meliorando eſſe veram donationem, ut ipſe Caſtillo *n.* 1. 2. & 3. cum dictis Doctoribus comprobat; atque *n.* 18. & 19. & quemadmodum 99
in donatione abſenti facta etiam hodie requiratur acceptatio ad ejus irrevocabilitatem; ita & in iſta de 100
non meliorando, cùm ſit vera donatio; igitur apertè conſtat, & clarè ſentit Caſtillo, nec non Mieres, & Morquecho, quod ſi pactum de non meliorando non contineret donationem, obſervaretur in eo reſpectu tertii abſentis diſpoſitio *d. l.* 2. ſicuti in cæteris obligationibus, quæ alteri per alterum hodie acquiruntur irrevocabiliter præter donationes ex ſpeciali ratione

eas excludentes à verbis *d. l.* 2. juxta unam doctorum opinionem quæ in praxi magis frequenter admittitur.

101 Et hanc distinctionem in hiscemet terminis, quibus loquimur, clarè declaravit Mieres *de majorat. 1. part. qu. 68.* ubi postquam *num. 13. & seqq. dict. l. Regia* 3. opposuit ad denegandam revocationem pacto de non meliorando ante acceptationem; postea contrarium sequitur *nu. 55.* ita ait; *nec ad rem pertinet etiam, d. l. ordinamenti; quia non procedit in donatione, ut volunt Doctores prædicti, & docet communis practica regni, ut supra dixi.*

102 Hæc omnia lector attende; quia alibi ira digesta non reperies, vidi enim doctos viros in materia *d. l.* 2. infeliciter errare, terminos juris confundentes & indistinctè sentientes, etiam hodie in obligationibus quibuslibet absenti factis; seu alteri per alterum requiri acceptationem ad earum firmitatem, & irrevocabilitatem, moti ex determinatione Doctorum loquentium in donationibus, in quibus tantummodo eorum versatur controversia, non animadvertendo rationis specialitatem sufficiens motivum præstantem DD. dissensioni, ne includantur *in d. l.* 2. generali determinatione, & magnam esse differentiam inter donationes, & cæteras obligationes tertio absenti per alterum irrevocabiliter acquisitas ex immutabili dispositione *d. l.* 2.

103 Quibus suppositis concludendum erit in nostra quæstione, ut creditores debitoris vendentis, vel donantis, aut aliter cedentis rem suam alteri cum pacto, ut illis satisfaciat, possint liberè comparere in judicio concursus, non solum formati per donatarium, aut emptorem, cum eum ex pacto habeant efficaciter obligatum juxta novam *l. Reg.* 2. dispositionem, ut hactenus manifestè monstravimus.

104 Verum etiam ad concursum principalis debitoris hac lege vendentis, vel cedentis, quem creditores simul habent obligatum ut antea, quia prior obligatio per secundam non tollitur, sed imò augetur, etenim est addere obligationem obligationi, ut secunda magis tuti, & securi sint creditores, prout ex pluribus juribus expressè hoc probantibus diximus suprà *ex n. 13. cum seqq. vers. pro contraria tamen parte*, &c. & tenent in terminis Boërius, Azeved. & Hermosilla superius citati *n. 68. vers. hinc licet de jure*, &c. Nec enim in creditorum præjudicium hoc pactum debet cedere, nec potest debitor minuere jus creditorum licet augere sic efficaciores cautiones aut fidejussores, & hypothecas præstando; prout ex juribus, & doctoribus probavimus, sursum *ex n. 31. vers. nec non quia creditores*, &c. de-

105 bitor enim principalis, & emptor, seu donatarius ex hoc pacto judicantur, & effecti sunt duo rei debendi. Et secundus, qui solvere promisit, constitutor dicitur, cum accedat debito jam ab alio contracto, quod se soluturum constituit, & promittit, *l. eum qui*, §. *quod exigimus*, *ff. de constituta pecunia*; *l.* 2. *l. fin. C. de constit. pecunia*, §. *de constit. instit. de actionibus*, latissimè post plurimos DD. videndus Aret. *de fidejussoribus*, *cap.* 4. *per col. fol.* 5. ubi quod iste constitutor etiam principaliter obligatur.

106 Et cum utrosque habeant obligatos creditores, ad cujuslibet concursum recurrere liberè possunt, ita ut solutione contentari debeant, prout abundè probavimus suprà 1. *part. cap.* 17. *&* 18. *per tota.*

107 Restat nunc satisfacere difficultati appositæ suprà *in* 2. *argumento* 2. *part. hujus quæst. n.* 40. *vers. secundo*, & pro hac parte facit, quod dicitur *l. Regiam* 2. *titul.* 16. *lib.* 5. *recup.* non posse procedere in emptore, aut donatario cum pacto, ut creditoribus satisfaciat, cùm hoc casu isti non se obligent creditoribus, nec in eos directè dirigant suam promissionem, & obligationem, sed directè venditorem, seu donatorem hac lege & conditione: nam *d. l.* dicit manere obligatum eum, qui alteri voluit obligari; & de sua voluntate alteri se obligandi. Quemodolibet appareat, prout ex aliis diximus suprà *ex n. 60. cum seqq. vers. qui verò affirmativam*, &c.

Quia respondetur, quod quando debitor obligat 108
alium, ut creditoribus suis satisfaciat absentibus, & non stipulantibus: hæc obligatio non solùm fit debitori stipulanti, sed eo mediante creditoribus suis reum simul obligare intendit; quia hæc est vera debitoris stipulantis intentio, nec non ejus qui se obligat, ut scilicet suam dirigere intendat obligationem in favorem & utilitatem absentis creditoris, vel ejus qui solutio fieri stipulatur; nec vera hæc est, & realia stipulatio alteri per alterum, de qua loquuntur expressè leges de hoc agentes, nempe *d. l. stipulatio ista*, §. *alteri c.* §. *seqq.* & propterea non valet hæc obligatio, nec tertio prodest; & in expresso in nostris terminis, quod hæc sit alteri per alterum reum obligari probat *d. l. stipulatio.* ista si quis ergo stipulatus fuerit, cum sua intereset ei dare: in ea erit causa, ut valeat stipulatio. Unde etsi procuratori meo dari stipulatus sim, stipulatio vires habebit, etsi procuratori meo, quia intereset mea, ne vel pœna committatur, vel prædia distrahantur, quæ pignori data erant, & in §. *si stipuler.* similia text. *in l. si cum Cornelius ff. de solutionibus*: & *ibi* Bart. Et communiter om- 109
nes & in terminis quod hæc obligatio dirigatur in creditores debitoris stipulantis cum alio, ut eis solvat; probat expressè Gutierrez *practic. quæst. lib.* 4. *d. q.* 59. *ex n.* 22. *cum multis seqq.* post plures Doctores à se relatos in quo nullum dubium esse potest, ac proinde in hoc casu planè verificari, *d. l.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. *recopil.* & quæ in ejus exornationem abundè hactenus diximus.

Et in hujus legis intellectum audi insuper Matienz, 110
in d. l. 2. *glos.* 3. *n.* 6 *tit.* 16. *lib.* 6. *recop. fol. mihi* 422. post plures alios sic loquentem: Nec quidquam refert judicio meo, an verba stipulationis, vel promissionis dirigantur in præsentem, vel in absentem; ut promittis mihi dare Titio centum, vel promittis Titio centum, in his enim duobus casibus pariter lex nostra procedit, ut absenti actio quæratur sine cessione, &c. Sequitur, & facit, quidquid tamen sit, nullo facto discrimine inter has duas species, verum esse censeo, quod dixi jure nostro regio, ut obliget promittentem promissio absenti facta, vel præsenti ad utilitatem absentis absque cessione; ut satis constat ex verbis leg. nostræ quam ita intelligit Gregor. Lopez in lib. 7. tit. 11. part. 5. verb. tercera persona. Didac. Perez unico verbo in lib. 3. tit. 8. ordinamen. col. 1058. in princ. Ant. Gomez de contract. cap. 11. n. 20. vers. hodie tamen jure regio. Covar. lib. 1. resol. 14. n. 23. &c. Utriusque enim contrahentis stipulantis, ac promittentis intentio est, & ut debitor oneretur, & ut promittens in se suscipiat obligationem satisfaciendi creditoribus.

CAPUT XXVII.

Officium vitalitium seu annui proventus ad vitam concessi per regem, seu privatum cum facultate alium nominandi post mortem; an & quando nominari, vel nominantis concursum sequitur, ut ex emolumentis vita debitoris durante creditores satisfiant.

Et an officio renuntiabili hypothecato, & ob defectum renuntiationis amisso, & à rege alteri, seu etiam eidem debitori concesso jus duret creditorum, vel potius extincta maneat hypotheca.

Vel quando ad tempus officium fuit concessum, ulterius prorogetur, an jus hypothecæ continuatum intelligatur.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Ad officii vitalitii emolumenta conceſſi cum facultate nominandi, facta nominatione an creditores nominantis vel nominati jus habeant.*

2 *Nominante condemnato, facta nominatione, an fiſcus poſſit in fructibus rei exequi in præjudicium nominati.*

3 *Ex nominatione pro ſecunda vita nominatus conſequitur ſeparatum à nominante.*

4 *A nominationis tempore jus fuit radicatum in perſona nominati acceptantis.*

5 *Nominatus non à nominante, ſed à primo concedenti jus recepit.*

6 *A nominationis tempore nominatus recipit emolumenta officii.*

7 *Nominatus non capit ab eligente nullo tantum miniſtro, ſed à mandante, à quo recipit poteſtatem.*

8 *Judicium, & condemnatio nominantis non affert præjudicium jam nominato.*

9 *In electione neceſſaria non cadit gravamen, nec valet oppoſitum à nominante.*

10 *Officium conceſſum à rege cum facultate nominandi quæſitum à patre pecunia, vel meritis, an gravari poteſt per patrem eligentem.*

11 *Vectigalibus conceſſis cum facultate nominandi etiam vitam facta nominatione creditores nominantis jus non habent ad emolumenta.*

12 *Idem in officii emolumentis eodem modo conceſſi per regem.*

13 *Officium conceſſum à rege cum facultate nominandi unum ex filiis, filius nominatus habet jure proprio & non tenetur creditoribus patris.*

14 *Niſi in facultate filius nominatus ſub qualitate hæredis tacita, vel expreſſa.*

15 *Qualitas hæredis ex quibus inducatur, remiſſivè.*

16 *Nominato quando jus irrevocabile acquiratur.*

17 *Nominandi facultas competens ex contractu reſtricta ad tempus mortiis nominatio etiam per contractum eſt variabilis uſque ad mortem.*

18 *Quo caſu ſi non fuerit revocata in vita per nominantem, nominatio tenet reſpectu contrahentium.*

19, 20 & 21. *Secus reſpectu creditorum nominantis præmaturè eligentis, qui habet ad emolumenta officii, durante vita debitoris.*

22 *Electio, & nominatio præmatura non præjudicat creditoribus nominatis quoad emolumenta, & fructus, ſua vita durante.*

L. cum pater, §. à filia, ff. de reg. 2. ponderatur, ibidem.

23 *Electionem datam patri pro nominando unum filium ad emphyteuſim, poſt ſuam mortem pater prævenire nequit eligendo in vita in præjudicium cæterorum filiorum reſpectu fructus, ſua vita durante.*

24 *Et fructus medii temporis filius nominatus conferre tenetur inter fratres.*

25 *Et reſpectu interuſurii poteſt pater nominans in vita, & tradens emphyteuſim gravamen opponere nominato.*

26 *Nominandi tam in vita quàm in morte vel ſimpliciter facultas conceſſa per contractum ſemel variari poterit.*

27 *Secus ſi ex teſtamento, quia tunc nominatio facta per contractum irrevocabilis fit.*

28 *Debet tamen concurrere nominatio, acceptio, & traditio ut fiat irrevocabilis nominatio.*

29 *Alias ſola actio perſonalis acquiritur nominato, quæ non impedit aliam nominationem cum traditione, ceſſante pacto de non alienando cum hypotheca ſpeciali.*

30 *In nominatione procedit l. quoties, C. de rei vend. ſicut in cæteris contractibus.*

31 *Nominatus ad officium alicui conceſſum cum facultate nominandi in vita, vel in morte ſi acceptavit contractum, & poſſeſſionem rei, non tenetur creditoribus nominantis.*

32 *Secus ſi res, ad quam nominatur ei non ſit tradita.*

33 *Fructus ſunt acceſſio dominii, & dominium ſequuntur.*

34 & 35. *Creditores nominantis; qui rem non tradidit jus habent interim ad fructus, quia pertinent nominanti.*

36 *Officium renunciabile cum regio aſſenſu hypothecari & obligari poteſt.*

37 *Officium hypothecatum amiſſum, & regi devolutum alteri conceſſum, non tranſit cum hypotheca, ſed ſolvitur.*

38 *Officium ſuper quo conditus fuit majoratus ob defectum renuntiationis amiſſum liberum devolvitur ad regem, abſque vinculo.*

39 *Hypotheca ſuper juribus regularibus impoſita an reſolvatur per venditionem alteri eorum factam à debitore, remiſſivè.*

40 *Creditor debet proſpicere qualitatem reſolubilem rei ſibi hypothecatæ, & ſibi alio juris remedio præcaveri.*

41 *Emphyteuſis per commiſſum devolutæ hypotheca impoſita reſolvitur.*

42 *Et hypotheca medio tempore contracta reſolvitur.*

43 *Pignus reſolvitur, reſoluto contractu ex cauſa præcedente neceſſaria.*

44 *Cauſa neceſſaria vel voluntaria antecedens, ut pignus reſolvatur quæ dicatur.*

45 *Emphyteuſis de providentia ob non ſolutum Canonem à poſſeſſore devolvitur ad dominum in præjudicium deſcendentium vocatorum.*

46 *Et etiam in præjudium Eccleſiæ, ſi prælatus non ſolverit penſionem.*

47 *Officium amiſſum, & ad regem devolutum, ſi iterum debitori concedatur, extinctæ manent antiquæ hypothecæ.*

48 *Officium ſicut ad regem liberum devolvitur, ita liberum tranſit in eum cui rex noviter concedit.*

49 *Res quæ ſemel effecta fuit libera, ſemper libera remanet.*

50 *Molendinum hypothecatum ſi penitus ſit dirutum, hypotheca diſſolvitur, etiamſi ex eiſdem molis, & cæmentis aliud novum conſtruatur.*

51 *Quia non eſt idem molendinum, ſed aliud novum.*

52 *Actio ſemel extincta iterum non reviviſcit.*

53 *Hypotheca quæ ſemel ceſſavit, & omnino evanuit, amplius non reviviſcit.*

54 *De Officio ad feudum valet argumentum.*

55 *Feudum ſemel amiſſum ob delictum, ſi eidem vaſſallo concedatur, novum erit feudum.*

56 *Feudum novum dicitur etiam antiquum eidem vaſſallo noviter conceſſo.*

57 *Ob novam fundi conceſſionem, refutatione præcedente omnia pacta antiqua feudi evaneſcunt.*

58 *Novum dicitur quod nunquam fuit, vel fuit, & poſtea novo juri acquiritur.*

59 *Novum officium dicitur ad tempus conceſſum, prorogatum poſtea poſt tempus.*

60 *Officio ſemel extincto aliud novum conceſſum intelligitur.*

61 *Officium prorogatum poſt terminum novum eſt.*

62 *Eo durante ſi prorogetur officium, idem durat officium.*

63 *Si verba prorogationis ſint apta ad novum officium, ut puta eligimus te pro aliis ſex menſibus, novum eſt officium.*

64 *Contractus ad tempus limitati prorogatio inter contrahentes operatur, & non fidejuſſoribus.*

65 *Officii prorogatio operatur inter officium, & eligentem, ſed non quoad fidejuſſores officialis.*

66 *Prorogatio tacita operatur in hypothecis conductoris non in alienis bonis ab alio hypothecatis.*

67 *Prorogatio tacita conductionis non conservat prælationem hypothecæ, sed operatur à die tacitæ conductionis.*

68 *Concurrentibus locatore pro mercede tacita conductionis, & creditoribus cum conductore contrahentibus ante eam, isti præferuntur in hypotheca.*

69 *Locator pro suis annuis pensionibus omni præfertur creditori, interim contrahenti cum conductore.*

70 *Creditor censualista pro sorte, & usuris præfertur creditori contrahenti postea cum eodem debitore ante usuras decursas.*

71 & 72. *Fidejussor officialis, vel conductoris cum termino limitato, cum facultate tamen in eodem contractu, ut possit tempus prorogari, an pro tempore prorogare teneatur.*

73 *Fidejussor administratoris pro tempore limitato, si dominus post illud uti patiatur, non tenetur.*

74 *Fidejussio pro juvene ad officium Banchi si ejus industria accedat officium Campsorii, non tenetur.*

75 *Fidejussor pro administratore alieni officii, si novus dominus illum toleravit in administratione, non tenetur.*

76 *Nova persona superveniente in officio, semper novum officium dicitur.*

77 *Etiamsi à principio officium conceditur duabus personis successivè.*

78 & 79. *Ususfructus relictus Titio, & post ejus vitam hæredi suo, duo sunt ususfructus.*

80 *Idem in renovatione emphyteusis.*

81 *Officium noviter prorogatum eidem debitori, licèt liberetur ab antiqua hypotheca, subingreditur tamen hypothecam generalem.*

82 *Officium ad vitam si fuit hypothecatum, hypotheca durat, durante vita debitoris.*

83 & 84. *Officio extincto hypothecato, creditores quandoque obtinent à rege, ut cum eadem hypotheca transeat in novum successorem.*

1 QUantum attinet ad primum articulum hujus cap. an officium vitalitium concessum per regem debitori cum facultate nominandi alium in vita, aut post mortem; videtur dicendum, quod facta nominatione, ita nominato jus ad illud acquiritur, ut creditores debitoris nominantis amplius ex ejus emolumentis satisfieri, & solvi prætendere non possint; cum pertinent ad nominatum, & ejus creditores cum ad eam jus habeant, & sic officii hujus emolumenta sequi debent concursum nominati, & non nominantis. Hanc resolutionem absolutè firmavit, & amplissimè comprobavit Valenzuela *in consil.* 155. *per totum, tom.* 2. dum
2 loquitur de ministro regio, cui rex ob sua servitia gratiam fecerat duo millia ducatorum annuatim sua vita durante super quibusdam annuis introitibus cum facultate etiam eligendi, & nominandi inter vivos, vel in ultima voluntate aliam quamlibet personam, ut pariter illis per vitam fruatur. Minister in vita sua per authenticum instrumentum nominavit filium suum acceptantem nominationem, & in tantum nominato fuisse jus irrevocabile quæsitum, ut per condemnationem postea factam in visitatione ministri, exequutio nequeat fieri in istis introitibus, & emolumentis in præjudicium nominati; ad quem omnino pertinent, & non ad patrem nominantem.

3 Movetur Valenzuela *de consil.* 155. *n.* 10. quia per hanc nominationem pro secunda vita filius nominatus eo ipso consequutus fuit jus distinctum, & separatum à primo, ex singulari doctrina Pauli de Castro *in conf.* 164. *n.* 4. *lib.* 2. Bartol. *conf.* 59. *n.* 3. *lib.* 1. Bald. *conf.* 215. *n.* 1. *lib.* 2. Christoph de Castillo *conf.* 10. *n.* 51. Decio *conf.* 458. *n.* 19. Parisio *conf.* 72. *n.* 2. *lib.* 4. Soc. Jun. *conf.* 108 *n.* 3. *lib.* 2. Molina *de primogen. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 17. & Frecia *de subfeudis lib.* 3. §. 1. *n.* 2. Præpos. *in cap.* 1. *n.* 14. *de*
4 *feudo Marchiæ.* Cum à tempore nominationis (tempore non prohibito factæ) fuerit jus radicatum in persona filii nominati, & nominationem acceptantis independens à jure sui patris *ex leg. cum multis, Cod. de bonis quæ liber. versic. si quis igitur* Pereira *in leg. si curatorem, verbo, læsis, n.* 107. *C. de in integrum restit.* Gomez *in leg.* 48. *Tauri, n.* 4. *versic. imò quod magis procedit, & n.* 7. Mastrillus *de Magistratibus, lib.* 4. *n.* 18. & 19. 5
ibi, quia non ab eo immediatè, sed ab alio, hoc est, 6
à rege, &c. Castro Can. *tract. de societate*, & ab eo tempore officium, & ejus emolumenta sibi quæsiviſſe nominatum, ut ipse Valenzuela ibi *n.* 12. & 13. Post Puteum *decis.* 274. *lib.* 3. & Farinac. *decis.* 71. *n.* 1.

Et *à nu.* 14. *cum multis seqq.* quod nominatus non 7
capit ab eligente, qui exequitur; sed à mandante, à quò potestatem recipit, cùm eligens in exequendo solus sit nudus minister *ex cap. ut famæ, de sentent. ex communic.* ibi, *cum hoc non ipsi, sed illis, quorum authoritate id faciunt, facere videntur*, & ex pluribus DD. abundè prosequitur usque *ad n.* 27. & *ex nu.* 36. quod judicium contra nominantem non potuit præjudicium 8
afferre nominato habenti jus anterius ex nominatione acceptum per ipsum nominatum, ubi multa congerit in proposito, & quod in his redditibus non potuit fieri sequestratio.

Consonant quæ Phebo *tom.* 2. *decis.* 157. ubi pater 9
impetravit officium vitalitium à rege cum facultate nominandi quendam filium, ut pro sua vita officium teneat, & pater tempore nominationis fecit filium ipsum obligare pro dote sororis, & fuit determinatum, hanc obligationem, & dotationem promissam fuisse nullam, cùm ante nominationem filius jam à rege habebat jus ad officium, & sic non potuit gravari. Ex Cabedo 2. *part. decis.* 123. *n.* 11. Valasco. *consultat.* 129. *n.* 12. Gonzal. *ad reg.* 8. *gloss.* 5. §. 6. *n.* 41. Cevallo *commun. contra com. qu.* 425. *à nu.* 17. ex quibus apparet, quod electio illius filii tanquam viri erat necessaria, cum fœmina non possit exercere officium. Et ideo in electione necessaria non cadere gravamen *ex leg unum ex familia,* §. 1. *deleg. n.* 2. ex Valasco *consul.* 186. *n.* 9. & 10. Caldas *de nomin. q.* 2. *n.* 2. de qua decisione multum ego dubito, nostri tamen non est disputare.

Vel saltem doctrina Phebi non procedit quando fa- 10
cultas data patri ad nominandum filium aliquem pro secunda vita officii, obtenta fuit à patre propria pecunia, vel meritis, quia tunc potest pater in actu electionis, & nominationis filium gravare tanquam successore peculii profectitii, si credimus Montano *de regal. officiis, n.* 42. & 43. ubi explicat sequutus à Nog. *alleg.* 19. *n.* 54.

Idemque Valenzuela ubi supra, quòd quando à 11
rege conceduntur redditus vitalitii pro vita patris, hac facultate ut possit nominare filium suum pro alia vita, ut facta nominatione creditores patris non haheant jus ad hos redditus, nec eos sequestrare posse. Venent. Ponte *consil.* 109. *per totum, vol.* 2. ubi *n.* 9. & 10. ponderat Decium *conf.* 544. per quos atque Valenzuelam *dict. conf.* 155. *vol.* 2. tenet Noguerol. *alleg.* 11. *n.* 105.

Qui *n.* 106. idem affirmat in officio eandem forma 12
habito à rege cum facultate nominandi aliam personam, ut facta nominatione creditores nominantis ad officii emolumenta, recurrere amplius non possint. Cum Frecia *de subfeudis q.* 55. *fol.* 51. Mastrillo ad Petr. Gregorium *de concess. feudali* 3. *part. qu.* 7. *lit. B. fol.* 94 & *de magistratib. lib.* 1. *cap.* 18. *n.* 19. & 35. & Andr. Georg. *in recopil. feudal. c.* 54. *ex n.* 81. *pag.* 401.

Iterum ipse Noguerol. *allegal.* 19. *sub. n.* 53. ubi dicit, 13
quòd quando officium conceditur à rege Titio cum facultate nominandi unum ex filiis vel liberis, tunc filius nominatus habet officium jure proprio, & ex propria persona, & succedit in officio absque qualitate hæredis: ut latè probat Montanus *de regalib. tit. de regalib. officiis, num.* 27. *pag.* 193. & *num.* 28. 30. & 34. quo casu filius nominatus non tenebitur creditoribus patris nominantis, cùm officium habeat ex provi-

providentia regis absque qualitate hæreditaria. Ita per Montanum *ubi proximè num.* 43. *pag.* 210. & per Pontem *conf.* 109. *vol.* 2. Gallup. *in methodo feu-*
14 *dal.* 4. *part. cap.* 5. *num.* 69. *cum seqq.* ut secus sit, quando filius, aut successor memoratur in facultate sub expressa, vel tacita qualitate hæredis,
15 & ex quibus hæc qualitas inducatur optimè, post alios tract. ipse Noguerol. *d. allegat.* 11. *ex n.* 50. *cum seqq.*

16 Sed adhuc horum Doctorum assertiones majori indigent declaratione, & distinctione ad hoc ut cognoscamus, quando nominatione facta jus irrevocabile quæratur nominato, in quo communem scribentium
17 distinctionem sequi debemus asserentium, quod si nominandi facultas competit ex contractu, vel alio actu inter vivos gesto, si est collata & restricta ad solum tempus mortis eligentis & nominantis (idem etenim est in hoc articulo) tunc nominans per viam donationis, aut alterius contractus inter vivos, potest semper variare, & alium, aliosve pluries nominare usque ad tempus mortis. Ut per *leg. cum pater*, §. *à filia*, *ff. de legat* 3. tenent latius Gomez *in leg.* 17. *Tauri*, *num.* 6 Molina *de primogen. lib.* 2. *cap.* 2. 4. *à n.* 22. Menochius *de arbitr. lib.* 1. *casu* 38. Menchaca *de succes. progressu*, §. 26. *num* 24. Matienzo *in leg.* 14. *tit.* 4. *gloss.* 1. *num.* 37. *& seqq.* Alvarus Valasc. *consil. fin. num.* 27. *& seqq.* Cevallos *quæst.* 686. Gutierrez *practic. lib.* 3. *quæst.* 79. *ex num.* 3. *cum seqq.* Gonzal. *super reg.* 8. *Cancellar. gloss.* 2. *ex num.* 31. Paz. *de tenuta cap.* 34. *num.* 52. Velasquez *in consil.* 63. *ex num.* 39. *cum seqq.* & alii per Castillo *controvers. tom.* 5. *tom.* 80. *num.* 18.

18 Quo casu sive variaverit nominatus, sive non variaverit, vel non revocaverit nominationem factam, sed in ea persisteret usque ad mortem, ita ut interim firma sit nominatio: hoc intelligendum erit respectu ipsorum contrahentium, nominantis nempe, & nomi-
19 nati; at respectu creditorum nominantis, nominatio non tenet in eorum præjudicium: Nam cùm ex forma facultatis ad nominandum, sit facienda tempore mortis debitoris, ita ut antea inter vivos non sit astrictus; sequitur, quod si eam ita fecerit voluntariè, non adstrictus facit, & alienat jus suum, in suo patrimonio radicatum in præjudicium creditorum, quo nullo modo admittitur, & ideo licet teneat nominatio quantum ad contrahentes; nihilominus emolumenta, & interusurium reddituum, & officii pertinet creditorum nominantis satisfactioni, ita in iis terminis quemplurima jura & doctores in variis articulis & materiis adduximus, & copiosè disputantes resolvimus supra *hac* 2.
20 *part. cap.* 15. *per totum*, ubi quod licèt qui teneatur restituere post suam mortem majoratum, legatum, fideicommissum, bona adventitia filii, & similia: possit præmaturè, & ante tempus restituere; tamen in præjudicium creditorum nullo modo potest debito privari illo interusurio, & fructibus sua vita durante, ad quos jus habet radicatum, & ex quibus tenetur
21 suis creditoribus satisfacere. Atque ideò sive debitor nominans formaverit concursum, illud interusurium trahendum erit ad concursus corpus, sive ipse nominatus concursu fecerit ad illud interusurium jus habet creditores nominantis exclusivè ad alios creditores nominati. Ad longum probavimus *in d. cap.* 15. quo casu non possunt procedere doctrinæ Valenzuelæ, & aliorum, quos suprà retulimus.

22 In terminis præmaturæ electionis factæ per debitorem, ut non præjudicet suis creditoribus quoad interusurium, ex celebri doctrina Peraltæ sequuta per Molinam, Cancerium, & Fontanellam diximus *in eod. cap.* 15. *n.* 34. *versic. & ideo ille qui ex dispositione*, &c. Et facit *l. cum pater.* 79. §. *à filia ff. de leg.* 2. *à filia* (i quit Consultus) *pater petierat, ut cui vellet ex liberis suis, prædia cum moreretur, restitueret; uni ex liberis prædia fideicommissaria viva donavit; non esse electionem prop-*

ter incertitudinem fideicommissi certæ donationis videbatur. Nam in eum destinatio dirigi potest, qui fideicommissum inter cæteros habiturus est, remota matris electione.

Pariter etiam hanc partem notanter disputat, & per 23 plura fundamenta, atque doctrinas defendit Pereira *de nominat. emphyteut. q.* 18. *ex n.* 9. *cum multis seqq.* ubi firmat, quod si pater obtinuit emphyteusim pro filiis, ut filiis, & non hæredibus, data facultate eligendi post suam mortem, si in vita unum filium eligat & nominet absque reservatione ususfructus, sed emphyteusim pleno jure trahendo filio nominato, is tenetur conferre interusurium, & fructus ex re emphyteutica à se perceptos durante vita patris, ad cujus substantiam, & patrimonium eo tempore pertinebant, & in præjudicium cæterorum filiorum uni dare non potuit durante 24 sua vita. Vide eundem Pereiram abundè prosequentem, ut secus sit de ipsa re emphyteutica, quam conferre non tenetur, sed fructus interusurii. Et idem post Valascum *de partitionibus*, *c.* 29. *ex n.* 97. observat Brito *de locato in repetit. d. cap. potuit*, §. 3. *n.* 9. *in fin.*

Fulcitur hæc resolutio, nam is qui recipit emphy- 25 theusim cum facultate nominandi post suam mortem, licet in nominatione non possit gravamen, aut onus apponere, quia nominatus nihil recepit à nominante, sed à domino: tamen si in vita sua nominavit, & emphyteusim nominato tradidit, quam retinere poterat toto tempore vitæ suæ, benè tunc poterit ponere nominato gravamen aliquod in nominatione: quia nominans de suo præstat illud interusurium, & fructus, quod in vita sua ex emphyteusi percipere poterat. Ita per Pereir. *de nominat. d. quæst.* 18. *num.* 2. & Ant. Gammam *in decis.* 70. *num.* 2. tenet Cardoso *in praxi judical. verb. emphyteusis*, *num.* 47. plures alios Doctores, & jura ad hoc idem adduximus *hac* 2. *p. c.* 15. *ex num.* 34. *cum seqq.*

Si verò facultas nominandi competens ex contractu 26 alicui simpliciter conceditur, vel etiam quando signanter dicitur, ut possit eligere alium, aut nominare tam in vita, quam morte: quia utroque casu omne tempus comprehendit facultas. Hoc casu eligens seu nominans semel variare potest usque ad mortem, per *leg. eum qui certarum*, §. *fin. de verbor. obligat.* Si verò 27 hæc facultas prædicto modo concepta competit ex testamento, vel alia ultima voluntate, tunc si nominatio fiat per contractum, statim quæritur jus irrevocabile nominato, ei statim acquiritur dominium ex dispositione testatoris, qui solam executionem, & nudum ministerium commisit electori, vel nominatori, argumento *l. unum ex familia*, §. *si falcidia ff. de legat.* 2. innumerabiles prout DD. pro hac differentia inter contractum, & ultimam voluntatem congerit Castil. *d. c.* 80. *sub d.* 18 *v. quando verò eligendi, aut nominandi facultas, cum seqq.*

Qui *in vers. deinde cum seqq.* addit, quod quando ex 28 contractu competit facultas nominandi, debet ad nominationem intervenire contractus acceptatio, & traditio; ut fiat irrevocabilis, prout ex pluribus comprobat. Aliàs etiamsi interveniat contractus absque tradi- 29 tione, solum acquiritur nominato jus, & actio personalis, quæ non impedit aliam nominationem cum traditione alteri factam, nisi in prima adsit clausula de non alienando cum speciali hypotheca, vel pactum de non revocando. Prout ibi, & *ex num.* 29. *cum seqq. &* 30 *num.* 44. ubi ad longum, quod in nominatione procedit *l. quoties C. de rei vend.* sicuti in aliis cæteris contractib.

Et in hoc distinctionis membro procedunt resolu- 31 tiones Valenz. & aliorum, quos à principio hujus c. laudavimus, asserentium, habentem facultatem nominandi à rege tam in vita, quàm in morte, facta nominatione per contractum cum rei traditione, & acceptatione, ita jus nominato acquiri in officio, vel redditibus à rege obtentis, ut amplius creditoribus nominantis non teneatur.

32 Sed adhuc in horum DD. assertione subsistendum. Nam licet fiat nominatio absque tamen traditione rei, quam adhuc penes se retinet nominans; cum ejus dominium non sit quæsitum nominato *ex l. traditionib. C. de pactis*, pariter nec fructus rei eum sequantur, sed nominantem, tanquam dominum: fructus rei ete-
33 nim sunt dominii accessiones, *l. 1. & 2 C. de pignor. act. l. Julianus*, §. *si fructib. ff. de actionib. empt. l. ex diverso*, & *l. in fundo ff. de rei vendicat. l. fructus ff. de fructib. & litium expens.* Quamplurimos DD. ad id laudavimus supra *hac 2. p. c. 20. ex n. 20. cum seqq. vers. tertio quia quemadmodum*, &c. Atque ideo interim dum
34 res non traditur, verè vel fictè in fructibus, & emolumentis officii creditoris debitoris nominantis jus habebunt, & ad eos pertinebunt, & ejus concursum sequentur, non tamen nominati, juxta doctrinam de qua suprà ex *n. 18. vers. quo casu sive variaverit nominans*, &c. Et huic fundamento rectè conveniunt, quæ copiosè congerit Castillo *d. c. 80. ex n. 19. & 40.* paulo antè citatis.

35 Nam illa nominatio & acceptatio, licet profit quoad reddendam nominationem revocabilem, & per consequens ad cogendum nominationem ad tradendam rem actione personali, tamen ante traditionem rerum dominium sibi non acquisivit nominatus, sed potiùs penes nominantem remanet ex vulgaribus, ideo ad eum tanquam dominum fructus pertinent, & per consequens suis creditoribus, ex jam dictis.

36 Quoad secundum hujus c. articulum, quando officium sui natura renuntiabile, & ad hæredes præmissa renuntiatione transmissibile, c. Prout tabellionatus, decurionatus, & similia & hypothecatum fuit creditoribus possessoris, prout fieri posse in Hispania cum hæc officia sint vendibilia & transmissibilia quamvis in transmissione assensus regius requiratur, & titulus officii ad favorem successoris expeditur, & reputantur bona patrimonialia, & alienantur, prout cætera bona patrimonialia probant Cov. *lib. 3. var. c. 9. num. 4. & 6.* Gutier. *lib. 1. pract. q. 46. & 5.* Gom. de Leon. *alleg. 100.* Valasc. *de partit. c. 13. num. 62. & seqq.* & alii quamplures à Nog. *alleg. 19. ex num. 46.* Avend. *dec. c. 65.*

37 Si forte officium amissum fuit, quia renuntiatio non fuit facta intra terminum à jure regio affixum *ex toto tit. 4. lib. 7. recopil.* vel alio modo amittatur, tunc si rex de novo alteri concedat officium in illum transit liberum, & absque onere & vinculo hypothecæ, cui officium suppositum erat, cum ipso jure dissolvatur: quia jus debitoris annihilatum fuit, & penitus extinctum, & ex natura rei resolutum, & ad regem uti dominum officiorum liberè devolutum absque aliquo onere, sed eo modo, quo à primordio concessit debitori, prout ar-
38 gumento *l. lex vectigali, ff. de pignoribus, & l. stipulantem*, §. *sacram ff. de verb. oblig.* & ex Bald. Aymon. Gravet. Ant. Gabr. & aliis, in terminis probavit Mieres *de majorat. 3. part. q. 5. n. 3.* ibi. Ex quibus decisum fuit, quod cum quidem vinculum fecisset cujusdam decurionatus, quod officium postea amissum fuit: quidetur id non renuntiavit in tempore debito, & ideo rex fecit gratiam novam illius officii, quod tale officium remansit liberum, & non restitutioni subjectum, & ita obtentum fuit per duas sententias conformes. Sequitur in nostris terminis D. Larea *in alleg. fiscal. 22. n. 29.* qui *ex n. 19.* plura jura, & doctrinas in comprobationem doctè, & utiliter cumulat, qui per totam al-
39 legationem tractat, quando hypotheca impositа per debitorem super redditibus regalibus, hoc est, Juros. & illos alteri vendentem resolvatur, vel remaneat.

40 Conducit doctrina Baldi *in tit. quibus mod. feud. amittat. rursus si fidelis*, dum tradit creditorem, dum feudum hypothecæ amisit, debere sibi prospicere, & cavere rem, quæ hypothecæ subjiciebatur, esse sui natura resolubilem, & teneri scire conditionem rei hypothecæ supponitur, & debuit cautius prospicere naturam rei, & sibi cavere alio juris remedio, seu indemnitate juxta latè tradita per eundem Bald. *in l. fin.* §. *sed quia nostra, C. communia de legatis*, quem referens probat Jo. Garc. *de hypot. post. contr. n. 12.* D. Larea *ubi proximè n. 28.*

Conducunt verba *d. l. lex vectigali*, 31. ibi, *Sicut* 41
proponeretur vectigali non soluto, jure suo dominus usus esset, etiam pignoris jus evanuisse, l. ex duob. §. 1. *de in diem adjectis, c. nuper 6. de donat. inter vir.* ex quibus illam regulam, ut resoluto jure dantis resolvatur jus recipientis, exornant ex Bar. Alberic. Salicet. Ant. Gom. Octavian. Cacheran. Barbos. Tuscho, & aliis. Valasco, axiomate juris *lit. R, n 108.* atque pignus medio tempore contractum resolvatur post Bart. Bald. *in* 42
c. 1. §. *rursus tit. quib. mod. feud. amittatur*; & Marot. Præposit. *n. 1.* Tiraquel. *de retr. lign.* §. 34. *gl. 1. n. 10.* Franchis *dec. 64. n. 4.* Finellus *in l. 1 C. de bonis mater. 3 part. n. 72.* & quando resolvitur pignus extincto con- 43
tractu, & acquisitione debitoris ex causa de præterito necessaria. Vide D. Larea *d. alleg. 22. n. 20. & 21.* Giurba *dec. 91. ex n. 9. & seqq.* & nos alibi plurimos citavimus, & præ cæteris, quando, & quibus casibus di- 44
catur causa necessaria vel voluntaria, ut extinguatur, vel permaneat hypotheca. Latissimè prosequitur Hermosilla *ad l. 67. gl. 1. per totam, tit. 5. p. 5. fol. 358. cum seqq.* omnino videndus, qui undique cuncta congessit, *tom. 2.*

Et ex eo principio fit, quod emphyteusim de provi- 45
dentia pro se, filiis, & nepotibus, & sic non hæreditariam: licet possessor alienare non possit ex causa voluntaria in præjudicium successorum; attamen si non solverit pensionem, vel aliter res in commissum cecederit, ipsa liberè devolvitur ad dominum directum in præjudicium successorum, quibus hoc casu ex natura rei, & contractus, cui ab initio acquisitionis hæc inest conditio, procul dubio præjudicat, etenim hæc est alienatio necessaria inducta à lege, non voluntate possessoris. Latissimè Brito *de locato ad c. potuit*, §. 4. 46
ex num. 15. cum seqq. fol. 393. & in §. 3. *ex num. 28. fol. 382.* & etiam in præjudicium Ecclesiæ, quando prælatus cessavit à solutione pensionis, Brito *d.* §. 4. *n. 15. & 16.*

Quæ doctrina (ut ad tertium, & ultimum articu- 47
lum hujus c. accedamus) non solum procedit, quando officium fuit extinctum, & amissum, & ad regem devolutum, concessum fuit alteri tertio, sed etiam quando eidem debitori, qui illud ex aliqua causa amisit, 48
fuit de novo à Principe concessum, adhuc prior hypotheca fuit resoluta, cum novum sit officium, ex novo titulo, novaque concessione illud debitor consequatur, ac de novo acquirat, & cum ad principem semel liberum fuerit devolutum, pariter liberum in debitorem transit: quia jus semel extinctum iterum non revivisci. Et res quæ semel effecta est libera semper libera manet 49
ex vulgaribus. Prout in similibus terminis pulchrè probat Cencius *de censibus q. 101. ex n. 12. cum seqq.* Quod 50
si molendinum fuit censui hypothecatum, & penitus dirutum, hypotheca dissolvitur, etiamsi ex eisdem molendinis, & cæmentis aliud novum fuerit constructum: quia hoc est novum molendinum non idem, sed alterum diversum à diruto per jura singularia hoc idem probantia *in l. interstipulantem*, §. *sacram*, & ibi DD. *ff. de verbor. obligat. l. quod tamen*, §. 1. *ff. quibus mod. usufr. amittat. & sub n. 15.* ita ait, *& in molendino constructo ex ruina, si cæmentis alterius molendini, quod non sit idem, sed novum molendinum.* Dixi Rota coram Se- 51
raphin. *dec. 1418. n. 4. & facit urgens ratio, quia actio semel extincta, amplius non revivisci. l. Mævius*, §. *duobus C. leg. 2. l. qui res*, §. *aream, ff. de solutionib.* &c. 52
Prout nec hypotheca quæ semel omnino cessavit, & evanuit, amplius non revivisci, l. ejus qui §. *fin. ff. jure fisci gl. in l. si cum* §. *fin ff. de furtis*, Surd. *dec. 1. n. 5. & dec. 163. n...* &c. ubi latius prosequitur videndus, *& in q. 98. sub n. 62. vers. verum enimvero.* 53

Deinde si Vassallus feudum (cujus ad officium valet 54
argumentum, ut ex Marino Freccia, Boërio, & Ponte asserit

asserit Barbosa locorum commun. & argumentor *loco*
55 *47. n. 4.*) quia tale delictum commisit, ex quo ipso jure feudo sit privatus, & dominus ei hoc delictum remiserit, feudum illud non antiquum, & paternum, sed novum existimatur. Ut post Andream de Isernia, Marorum Præpositum, Bald. Federic, Matthæum de Afflictis, Alexand. & Sazium probat. Scraderus *de feudis 2. p. c. 3. n.* 43. prout in istis nostris terminis rectè argumentatur D. Larea *d. allegat. 22. n.* 31.

56 Nam novum feudum, etiam antiqui natura amissa, dicitur ex nova concessione eidem Vassallo facta, etiamsi de antiquo feudo fiat concessio, & ei renovetur *c. 1. de eo qui fidem fecit agnato in usibus feudorum*, in illis verbis. *Non obstare illud pactum, nisi feudum omnino refutaverit, vel nisi adhoc refutaverit, ut dominus eum quasi de novo beneficio investiret: tunc enim secuta investitura nova quasi novum sit feudum, non*
57 *succedit.* Ex quo probant DD. quod ob hanc novam investituram, & novam concessionem, refutatione præcedente, omnia pacta antiqui feudi evanescunt. Ut ex Manento, Rosental. Aretin. Afflict. Millanensi, & aliis probat Armengol. *in respons. feud. sect. 1. art. 2. n.* 162. ubi satis ad propositum nostrum sic ait. *Et ratio est, quia tunc non existimatur obtinere feudum, ex quo abstulit se de medio refutans, & dedit locum refutatio in successione ad eum pertinere; sed potius censetur feudum refutatum in manibus regis & de novo eidem concessum ex quo investitus efficitur novus dominus regis, c. 1. v. ter. illud videtur, de alienat. feudi. Quia consensus regis viventis, & confirmatio contractus, & rex confirmans videtur donare feudum*, &c. consonat text. *in l. pactæ convent. 72. D. de contrahen. emptio.* ibi, *recessum à*
58 *priori contractu, & nova emptio intervenire videtur.* Novum dicitur, quod nunquam fuit, vel fuit, & postea novo jure acquiritur. Prout latissimè post plures DD. & singularium jurium ponderationem eleganter sequitur DD. Larea *ubi proximè dict. allegat* 22. *ex n.* 31. *cum multis seq.* & idcirco cum sit novum officium post amissionem, omnia antiqui onera, & hypothecæ per debitorem impositæ evanescunt, & in eum liberè transit ex nova regis concessione, ut statim probavimus.

69 Et quod ex qualibet nova officii concessione dicatur novum officium, etiamsi antea concessum officium ad tempus finito tempore prorogetur. Probat expresse Bartolus *in lege dies cautionis, n. 3. D. de damno infecto.* ubi Castrensis *n.* 2. & Angelus *num.* 2. Angelus idem *in l. sed si manente, D. de præcario* Baldus *in l. penult. n.* 2. *de excusat. tutor* idem Baldus *in l. eum qui, §. 1. num.* 2. *D. de jurisdict. omn. jud. & in l. meminisse.* per textum ibi, *numero* 4. *D. de officio Proconsul.* Boërius *decision.* 284 *num.* 12. Natta *cons.* 75. *num.* 1. *cum sequentibus*, Petrus Surdus. *cons.* 202. *num.* 9. Gratian. *discept. forens. tom.* 4. *cap.* 791. *numero* 1. Ponte *de potestate Proregis tit.* 10. *rubric. de potestate substituendi in officiis.* Mastrillus *de magistrat. lib.* 1. *cap.* 28. *num.* 67. *cum seqq.* quia semel extincto
60 officio aliud novum censeatur concessum D. Larea *d. alleg.* 22. *n.* 30.

61 Valde erudite etiam tractat novissimè Noguerol. *allegat.* 21. *& ex n.* 14. ubi adducit distinctionem Bart. *in d. l. dies cautionis n.* 3. *de damno infecto*, dum illum text. & *d. l. sed. etsi manente*, quando officium prorogatum in eadem persona sit novum, vel idem, quod si prorogatio fit post finitum primum officium erit novum, & diversum officium, cum primum sit
62 finitum per lapsum termini. Sed si prorogatio fit durante officio, tunc Bart. sub distinguit, quod si verba prorogationis sunt simplicia, nempe, prorogamus primum officium tunc primum officium durat. Si vero
63 verba prorogationis sunt apta ad novum officium, prout si dicatur, eligimus eum pro aliis sex mensibus, tunc officium est novum, & in confirmationem adducit DD. eosdem, quos D. Larea dudum citatus, ex quo ipse Noguer. ad plurima admodum notabilia infert,

& primum *num.* 10. quod si contractus fiat pro certo tempore limitato, si illud contrahentes tacitè, vel 64
expresse prorogant, nocebit, ipsis, & non fidejussoribus per text. expressum *in leg. item quæritur, §. quo impleto, D. locati, l. si cum Hermes C. eod. tit.* infinitos DD. refert, *& n. seqq.* exemplas reddit. *& n.* 20. quod prorogatio officii procedit inter officialem, & 65
eligentem non vero respectu tertii, qui fidejussor est cujus respectu officii prorogatio nihil operatur; cum per prorogationem fidejussoris obligatio sit extincta ex d. juribus. *& l. Labeo, §. hæ autem, & §. si per fidejussores. D. de receptis arbitr.* ubi adducit doctrinam Salicet. *d. §. qui impleto.* dicentis, quod decisum in 66
eo §. quoad durationem hypothecariam in revocatione conductionis, procedit respectu bonorum conductoris, in quibus durat hypotheca: sed non si bona sint aliena, & obligata ab eorum domino pro conductione, in quibus non durat hypotheca; nec in ea prorogatio aliquid operatur. Idem tradit Alberic. *in d. §. qui impleto* Castr. *n.* 5. Carroc. *de locat. p.* 3. *tit. de renovationibus, conductio. q.* 22. *n.* 3. *& 7. pag.* 159.

Et *n.* 21. unum animadversione dignum asserit No- 67
guerol. quod etiam respectu ipsius conductoris prælationem in hac tacita, & renovata hypotheca ob tacitam reconductionem inductam non operari ex die primi contractus, sed tantum ex die tacitæ reconductionis, qua inest tacitus consensus contrahentium, & perseverantia in priori contractu, & re conducta. Et ideo si concurrat locator ad mercedis exactionem 68
pro tempore tacitæ reconductionis, & alii creditores, qui contraxerunt post primum contractum locationis, & ante tacitam reconductionem, proculdubio isti posteriores locatori præferendi erunt. Per Cornazan, *decis.* 177. Rovitum *ad pragm. de locato & conduct. n.* 4. Barbar. *de assistentia præstan. gl. fin. n.* 70. *& seqq.* Cæsar Manent. *dec.* 31. *n.* 17. facit Maresc. *variar. resol. lib.* 1. *c.* 5. *disp.* & mirabiliter defendit Gaito *de credit. c. quæst.* 11. *num.* 2149. *&* 2150. & ipse Noguerol. comprobat *n.* 22.

Quod comprobat à contrario sensu, & à ratione 69
cessante de hypotheca, quæ contrahitur ad favorem locatoris super bonis conductis pro solutione pensionum pro omnibus annis futuris, pro quibus fuit facta obligatio, & locatio sub unica verborum structura, & conceptione: quæ cum unica reputetur, & sit obligatio pro omnibus annis, locator præfertur pro omnibus decursis cuilibet creditori, post locationem, & conductionem contrahenti. Probat Cencius *de censib. q.* 118. *ex n.* 14. ubi plurimos allegat.

Prout ex hac ratione præfertur creditor censuarius 70
pro sorte, & usuris futuris, quibuslibus creditoribus contrahentibus cum debitore post census impositionem, & obligationem, anteaquam usuræ & redditus nascerentur, & deberi inciperent; quia attenditur unitas obligationis primordialis, in qua annuæ præstationes continentur, ex text. capitali *in l. Lucius, ff. qui potior. in pign. habeant.* quem exactè exornarunt Neguisant. *de pignorib. 5. p. membr. 1. n.* 10. *&* 14 Cravet. *in l. 1. n.* 46. *D. solu. matr.* Burlat. *cons.* 103. *n.* 12. *cum seqq. & n.* 18. *&* 21. Surd. *dec.* 250. *n.* 16. Rosental. *de feudis c.* 1. *concl.* 19. *ex n.* 1. *& seq.* Bartius *dec.* 108. Mastrill. *dec.* 119. *ex n.* 12. *cum seqq. p.* 2. Guido Bon. *advoc.* 29. *n.* 13. & 14. D. Valenzuela *cons.* 16. *n.* 31. 32. 42. *&* 43. *vol.* 1. Peregr. *cons.* 114. *per totum lib.* 5. Castillo *dec.* 17. *n.* 31. 32. 42. *&* 43. Gratian. *tom.* 4. *c.* 730. *n.* 18. *cum seqq.* Fontan. *de pactis nuptialib. tom.* 2. *claus.* 7. *gl.* 2. *p.* 8. *n.* 76. Gaito *de credit. c.* 4. *q.* 1. *n.* 1176. *& seqq.* Merlino *contr.* 43. *n.* 7. Donat. Anton. de Maronis *quotid. resol. lib.* 1. *resol.* 76. *n.* 5. *usque ad* 9. abundè Gasp. Rodrig. *de annuis redditib. lib.* 3. *q.* 7. *n.* 70. Ramon. *cons.* 82. *n.* 7. *lib.* 1. Paschal *de virib. patriæ potest.* 2. *p. c.* 7. *n.* 40. *cum duob. seqq.* Noguer. *alleg.* 17. *n.* 20. & videndus *ex n.* 15. *cum multis seqq.* qui multa valde utilia cumulavit, quibus adde Gratian. 1. *tom. discept.* 42. *n.* 15. Surd *de alimentis tit.* 8. *priv.*

50. *n.* 2. Ponte *conſ.* 34. *n.* 46. Valenzuela *conſ.* 56. *n.* 31. Matienz. *de contr. tit.* 22. *lib.* 11. *n.* 32. & 33. & *lib.* 14. *tit.* 46. *n.* 9. *tom.* 2. igitur in reconductione tacita cum novus, & diverſus à priori dicatur contractus, ſequitur quod hypotheca, & prælatio non à die contractus, ſed à die tacitæ reconductionis admittenda erit. Vide alios DD. 1. *p. c.* 24. *ex n.* 91. *verſ. hanc. concl. veriſſimam*, &c. Et ipſe Noguerol. *d. alleg.* 21.

71 Et *n.* 26. erudite aſſerit, quod fidejuſſor officialis cum termino limitato non tenetur pro tempore prorogato, niſi ipſius novus conſenſus in prorogatione intervenit, etiamſi in prima nominatione dicatur, quod poſſit prorogari tempus, ex text. *in d. l. Labeo* 2. §. *fin. juncto princ. ff. de receptis arbitr.* ubi factum fuit compromiſſum pro certo tempore, & cum facultate, quod arbitri illud prorogare potuiſſent, dicit §. *fin.* quod ad hoc ut prorogatio præjudicet fidejuſſoribus, requiritur eorum conſenſus, aliter obligari non manebunt. Cujus text. ponderatio admirabilis eſſet, ſi vera foret, quia aliàs quilibet reſponderet contrarium, cum videbatur inſitam eſſe prorogationem in contractu, cui ſe ſubſcripſerunt fidejuſſores. Quem ſingularem dicit Paul. Caſtrenſis *in d. l. dies cautionis*, *D. de damno infecto*, *n.* 2. ibi. *Advertendum tamen, quod in hac prorogatione debent conſentire fidejuſſores in prima; aliàs non noceret eis ſi damnum daretur in tempore prorogato, etiamſi à principio fuiſſet actum de prorogatione: qui fidejuſſores non cenſentur ſe obligaſſe, niſi ad damnum, quod daretur primo tempore. Caſus eſt ſingularis ſecundum unum intellectum, in l. Labeo*, §. *fin. ſupr. de arbitris juncto principio illius l.* &c. Idem tenet Decian. *conſ.* 72. *n.* 14. *vol.* 2. Carroc. *de locat. tit. de obligat. q.* 6. *de fidejuſſor n.* 3. *verſ. ampliatur ſecundo loco notabiliter*, *fol.* 249. *ſed in meis*, *fol.* 236. ubi allegat Caſtr. & Tiraq. *de retr. convent.* §. 1. *gl.* 7. *n.* 32. *in fin.* Ruginel. *in pract. q... c.* 24. *n.* 2. *verſ. ſexto addo prædicta procedere*, *pag.* 72. Guazin. *de tregua*, & *parte*, *p.* 2. 1. §. 3. *q.* 24 *n.* 14. & *q.* 28. *n.* 14. Enrigius *de fidejuſſorib. c.* 20. §. 18. *n.* 8. Petr. Maurus Aretin. *in tr. de fidejuſſorib.* 2. *p. princip. ſect.* 5. *c.* 2. *n.* 13. *pag.* 307. *in magnis*, & *in parvis*, *fol.* 508.

72 *ex n.* 9. *cum ſeqq.* Qui tamen nihil loquitur de facultate prorogandi poſita in eadem ſcriptura, imò potius alibi articulum tangens contrarium expreſsè tenet *in* 2. *p. princ. ſect.* 10. §. 33. *n.* 21. *fol.* 10. 11. in parvis, dum dicit, quod ſi in prima obligatione fuerit appoſitum pactum, & data in eo facultas de renovando obligationem, quod tali caſu fidejuſſore non liberantur; cum tunc dicatur unus contractus & una obligatio, quæ habet jus à primo contractu & obligatione, Cov. *var. reſ. c.* 16. 16. *n.* 5. *lib...* Quæ opinio longè de jure verior eſt; at cum latiori examine indigeat, eam accuratius diſceptare volui, ut veritas clarius propaletur, prout videre eſt 1. *part. cap.* 34. *per totum.*

73 Ex ſupradictis infert. Nog. *allegat.* 21. *ex n.* 16. *cum ſeqq.* quod eligens aliquem ad officium adminiſtratoris ſui per annum, quo tranſacto ſi permiſit in adminiſtratione durare per aliud tempus, cum ei liberum fuiſſet, tranſacto anno revocare, fidejuſſor non tenetur pro tacita, & permiſſa prorogatione, ut in puncto tenet Decia. *conſ.* 72. *num.* 15. *verſ. at vero quando*, & *n.* 16. ſequitur Crav. *cent.* 1. *caſu* 59. *ex n.* 6. Guaz. *de tregua*, & *pace*, *p.* 2. §. 3. *q.* 28. *n.* 8.

74 Idem tenent Rota Rom. *tom.* 5. *Rotæ recent. anni* 1636. quæ eſt *dec.* 156. in ordine, in qua diſceptatum fuit, an fidejuſſio facta pro juvene tyrone, & novitio, tempore, quo fui admiſſus ad officium Banchi, extendatur ad caſum, quo juvenis fuit admiſſus ad officium Capſerii creſcente illius induſtria; & deciſum fuit, fidejuſſorem pro novo officio non teneri, nec ad id ſuam obligationem extendi, quia fuit ſua obligatio limitata ad exercitia tyronibus apta: & ideo non poteſt extendi ad officia majora, de quibus fidejuſſor non cogitavit.

Et Donatus Antonin. de Marinis *tom.* 1. *reſolut.* 136. reſolvens, in fidejuſſorem adminiſtrationis cujuſdam officii, quod erat alienum, ejuſque dominium ad alium pertinebat, & domino illius mortuo, officium in alium fuit tranſlatum, qui quidem admiſit eundem adminiſtratorem, & permiſit adminiſtrationis continuationem ejus induſtria utens in ejuſdem officii exercitio, & fuit reſolutum fidejuſſorem non teneri pro adminiſtratis ex tacito, vel expreſſo conſenſu ſucceſſoris. Quem Doctorem, & ſuperiorem Rotæ dec. adducit Noguerol. *d. allegat.* 22. *n.* 39. & 40. 75

Verum denique advertit ipſe *ex n.* 18. in declarationem doctrinæ B. & ſequacium, de quibus ſuprà *ex num.* 59. *verſ. & quod ex qualibet nova officii conceſſione*, &c. ut procedat ejus diſtinctio, quando ipſi officiali prorogatio conceditur durante, vel finito officii primo tempore; ſed quando nova perſona in officio intervenit, ſemper in ea novum officium conſideratur, etiamſi à principio concedatur duabus perſonis ſucceſſivè; ex doctrina Bald. & Saliceti *in l. antiquitas*, *C. de uſufruct.* dicentium, quod quando uſusfructus, vel relinquitur Titio pro ſua vita, & poſt eum filio, vel hæredi non eſt unus uſusfructus, ſed duo diverſi, unus pro parte, & alter pro filio: idem dixit Caldas Pereira *in tr. de renovat. emphyt. q.* 4. *n.* 15. 76 77 78

Et hoc ipſum in officiis reſolvit Marta *voto* 40. *n.* 3. & *voto* 206. *n.* 18. Maſtrill. *in addit ad Petrum Gregor. de conceſ. feudi*, *p.* 3. *q.* 7. *ſub littera B. verſ. ſed hic cadit pulchra q. pag.* 94. & 95. idem Maſtril. *de magiſtratib. lib.* 1. *c.* 28. *ex n.* 16. & *n.* 23. *uſque ad n.* 28. Joan. Andreas Georg. *in repetit. feudali*, *c.* 54. *n.* 29. *uſque ad* 84. Et in revocatione emphyteuſis novæ perſonæ facta, idem poſt Gamam, & alios dicit Noguerol, ubi proximè *n.* 19. & 20. 79 80

Quibus quidem caſibus, in quibus conſideramus novum officium, & novam conceſſionem officii factam tertiæ perſonæ, vel etiam eidem procul dubio omnia onera, & fidejuſſiones, vel hypothecæ antea impoſita reſolvuntur, prout hactenus probatum fuit. Non tamen negamus, quod licet officium novum ſit liberum ab hypothecis antiquis, adhuc tamen non liberatur ab hypotheca generali, quando officium ſemel extinctum eidem debitori iterum nova conceſſione conferatur à Rege; quia licet ſit nova acquiſitio ex hactenus abunde conſideratis, in ejus emolumentis creditores jus habebunt virtute obligationis bonorum, & hypothecæ generalis, quæ comprehendit bona futura, & & noviter acquiſita ex juribus vulgaribus. 81

Denique obſervandum erit, quod quando hypothecæ ſubjiciuntur officia vitalitia, redditus, & alia jura donata, & habita ad vitam debitoris, extinguatur hypotheca, extincta vita debitoris, ut per text. *in l. ſi Statius Florus*, §, *Cornelio Felici*, *D. de jure Fiſci*; probarunt Felicianus *de cenſib. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 14. Socin. jun. *conſ.* 119. *à n.* 15. *lib.* 2. Petr. Surdus *de aliment. tit.* 9. *q.* 42. *n.* 5. Ludoviſ. Mol. *de primog. lib.* 1. *c.* 12. *n.* 32. & 33. Mantic. *de contractib. lib.* 11. *tit.* 31. Hermoſilla *tom.* 2. *ad l.* 67. *gl.* 1. *ex n.* 17. & *ſeqq. tit.* 5. *p.* 5. *fol.* 360. de qua doctrina per varios caſus diſcurrentes egimus abundè infrà 3. *part. cap. penult.* 15. *per totum.* 82

Non tamen pro omnibus ſupra ſcriptis reſpicientibus officii hypothecati extinctionem, ac novam Regis conceſſionem, ſive ipſimet officiali privato factam, ſive etiam alteri tertio; unum omittere non licet, quod ſecuritatem afferre aſſolet creditoribus hypothecariis; ut cognita officii hypothecati vacatione, & extinctione celeriter occurrant, regi, ejuſque conſilio Cameræ repræſentantes jura ſua, & hypothecas in ipſo officio à poſſeſſore impoſitas, & humiliter ſupplicent, ut nova officii conceſſio hac fiat qualitate, & conditione, ut obligationes, & hypothecæ continuentur in novum officii ſucceſſorem, & iſte ad eas teneatur, prout & prædeceſſor; in quo ſolent multoties audiri creditores, & ſub hac conditione expediri 83

novas

novas conceſſiones exclamantibus creditoribus; ad ea quæ in iis terminis aſſerunt Ponte *dec.* 18. *ſub n* 18. Molfeſſius *in* 2. *tom. ad conſuetud. Neapolit. part.* 4. 84 *q.* 26. *n.* 7. & Gaitus *de credit. c.* 4. *quæſt.* 12. *n.* 218. Et hac tuti ſecuritate conſequuntur jura ſua à ſucceſſore conceſſionem novam acceptante ſub hac conditione, quæ ineſt ab initio acquiſitionis officii, & hi creditores præferuntur reſpectu officii aliis quibuſlibet creditoribus novi ſucceſſoris ante; vel poſt officii conſequutionem, & acquiſitionem contrahentibus cum quibuſlibet hypothecis prout ſæpe in diſcurſu hujus labyrinthi ſcripſimus & ſignanter hac 2. *p. c.* 14. *ex n.* 115. *verſ. imò, & quod plus eſt*, &c. ubi plurimæ doctrinæ, & DD. cumulantur; atque etiam 1. *p. c.* 12 *ex n.* 14. *cum ſeqq. verſ. nec huic veriſſimæ reſolutioni*, &c. *& princ. ex n.* 2. ubi plurimi laudantur Doctores.

CAPUT XXVIII.

Nomen debitoris, an per creditorem debitori ipſi (ex diverſa cauſa ſimul creditori) hypothecari valet.

Et an ipſe debitor in nomine à ſe debito (ſibique hypothecato) aliis omnibus hypothecantis creditoribus præferatur, etiam in eodem nomine anteriorem hypothecam habentibus.

SUMMARIUM.

1 *Nomen debitoris, ipſi debitori, ex alia cauſa creditori poteſt hypothecari.*
2 *Pignus in re propria non ſubſiſtit.*
3 *Actio & paſſio in eadem perſona non concurrit.*
4 *Nomen creditoris non eſt de bonis, nec in bonis, ſed de bonis creditoris.*
5 *Creditor qui id quod debet habet hypothecatum, licet contra ſeipſum agere non poſſit, poteſt tamen debitum retinere.*
6 *Ac pariter ei competit utilis actio virtute obligationis.*
7 *Debitor ſimul & creditor, qui obligatum habet quod ipſe debet, an in eo præferatur alii; creditoribus anterioribus.*
8 *Partem affirmativam, ut omnibus præferatur, qui teneant.*
9 *Compenſatio admittitur inter partes adinvicem creditores, & debitores.*
10 *Per compenſationem fit ſolutio.*
11 *In nomine debitoris hypotheca tantum durat, quantum ipſum nomen, quo extincto, & illa extinguitur.*
12 *Extincta re pariter extinguitur hypotheca.*
13 *Nomine debitoris per compenſationem ipſo jure extincto, an extinguitur hypotheca.*
14 *Compenſationis exceptio impedit præſcriptionem, & ejus initio opponitur.*
15 *Hypotheca ſuper cenſu, ſeu nomine debitoris non impedit redemptionem, & ſolutionem faciendam domino cenſus, etiam inſcio creditori hypothecario.*
Et per redemptionem, ſeu ſolutionem extinguitur hypotheca, ibid.
16 *L. nomen quoque, C. quæ res pign. oblig. poſſ. adducitur contra Cencium.*
17 *Solutio nominis hypothecati rectè fit creditori hypothecati, inſcio hypothecario, niſi iſte debitori inhibuerit, ne ſuo ſolvat creditori.*
18 *Extincto nomine hypothecato, reſolvitur hypotheca.*
19 *Prælatio propter hypothecam, hac extincta, non ſubſiſtit.*
20 *Debitorem factum etiam creditorem ratione compenſationis etiam ſine hypotheca præferri in eo quod debet omnibus creditoribus hypothecariis, qui dixerint.*
21 *Compenſatio, ut operetur ſolutionem, debet opponi, & factum hominis requirit, quia non operatur ipſo jure regulariter.*
22 *Et à die compenſationis oppoſitæ, & non antea extinguit obligationem, & actionem.*
23 & 24 *Compenſatio fit ipſo jure, quando defectus ſolutionis poſſet afferre damnum debitori.*
25 *In nomine eidem debitori ſimul poſtea facto creditori hypothecato non præferri aliis anterioribus creditoribus verius oſtenditur.*
26 *Compenſatio non admittitur ipſo jure, niſi ad evitandum pœnam, vel commiſſum, vel curſum uſurarum.*
27 *Compenſatio non admittitur ipſo jure ad evitandum curſum annuorum reddituum ex contractu licito & à jure approbato.*
28 & 29 *Compenſatio admittitur ipſo jure, ibi defectus ſolutionis damnum afferret debitori, intelligitur inter debitorem, & creditorem, non in præjudicium priorum creditorum.*
30 *Nomen debitoris pluribus hypothecatum non extinguitur per compenſationem, & ideo ſemper durat hypotheca, in qua anteriores præferuntur.*
31 *Creditor poſterior apud ſe ipſum compenſare non poteſt in præjudicium anteriorum potentius jus habentium ad creditum à ſe debitum.*
32 *Debitor ex alia cauſa factus ſimul creditor utrumque creditum retinet, ſuam cauſam ſeparatam abſque confuſione, & compenſatione.*
33 *Solvens, quod debet, non prohibetur petere, quod ſibi ab eodem debetur.*
34 *Creditorem poſteriorem non poſſe apud ſeipſum compenſare in præjudicium anteriorum, qui teneant.*
35 *Compenſandi facultas procedit inter debitorem, & creditorem non in præjudicium tertii.*
36 *Creditor poſterior rem debitoris ſubhaſtando non poteſt compenſare ſuum creditum pro pretio à ſe oblato in præjudicium anteriorum.*
37 *Compenſatio non admittitur, ubi neque ſolutio admittitur.*
38 *Fictio non operatur pluſquam veritas.*
39 *Solutio poſteriori non fit in præjudicium anterioris creditoris.*
40 *Fictio non operatur in caſu ficto pluſquam veritas in caſu vero.*
41 *Compenſatio eſt ficta ſolutio.*
42 *Fictio non admittitur in præjudicium tertii.*
43 *Fictam ſolutionem per compenſationem inducit lex ex æquitate.*
44 *Æquitatem nunquam lex admittit in præjudicium tertii.*
45 *Jure creditoris anterioris per factum debitoris detrahi non poteſt*
46 *Hypotheca ſuper nomine debitoris ſemper durat, durante nomine, & non extincto.*
47 *Prælatio creditorum ceſſat quoad omnes extincta re, aut nomine hypothecato.*
48 *Compenſatio oppoſita per debitorem ſimul creditorem prorſus excluditur in præjudicium anteriorum.*
49 *Cenſus hypothecatus per redemptionem creditori factam extinguitur, & ſimiliter hypotheca, qua erat gravatus.*
50 *Facultas recipiendi cenſus redemptionem remanet penes debitorem cenſum aliis hypothecanti; niſi in tribus caſibus.*
51 *Solutionem per compenſationem non admittit lex in damnum creditorum anteriorum.*
52 *Compenſationis exceptionem, qui habet tutus eſt à præſcriptione.*
53 *Præſcriptio in negligentia alterius fundatur, qua ceſſante præſcriptio ceſſat.*
54 *Præſcriptio contra principalem debitorem non obſtat tertio creditori in hypotheca.*

ARdua eſt quæſtio hæc, & ideo ex ſubtilioribus juris principiis reſolutio ejus deſumenda erit, quam

quam (ut clarior reddatur) ad partes disputabimus.

1 Eo priùs firmo fundamento suppositò, posse, nempe, nomen debitoris ipsemet debitori per creditorem hypothecari. Finge, creditor meus pro aliqua summa, seu quantitate constituit se debitorem meum mihi ex diversa alia causa (ita ut ego sum debitor tui ex una causa; & tu ex alia diversa pro certa quantitate meus sis debitor. Et uterque nostrum ad invicem creditor sit, & debitor.) Tu, qui præpositerè constitutus fuisti debitor meus, pro summa mihi debita obligasti omnia bona tua, jura, & actiones; proculdubio in hac obligatione generali, sive etiam speciali venit, & includitur nomen illud, quod tibi ego debebam; hanc conclusionem verissimam profitentur Negusantius *de pignorib. 3. Membr. 2. p. ex n. 21. 22. & seqq.* Gaito *de credit. c. 4. q. 7. ex n. 328. & seqq.* & inferius *ex n. 352. cum seqq.* Vincent. de Franchis *dec. 53. n. 5.*

2 Qui quidem duo, scilicet Negusantius, & Gaito, removent obstacula, quæ huic veræ doctrinæ opponebatur. Primum, quod in re propria pignus consistere non potest, ad text. *in l. neque pignus. D. de reg. jur.*

3 Secundum, quòd actio, & passio in eadem persona consistere non potest, atque ideo idem debitor, & creditor contra se ipsum agere non valet.

4 Ad primum respondetur, quod nomen hoc obligatum, & hypothecatum non est debitoris, sed creditoris hypothecantis, nec in bonis debitoris est, imo ejus patrimonium extenuat; sed est in bonis creditoris, cui debetur, juxta text. *in leg. postquam, §. idem tamen, B. de usufruct. earum rerum, quæ usu consuet.* prout mirabiliter considerant, & respondent post alios Negusant. & Gaito locis cit. & per *l. bonorum, §. in bonis, D. de verb. significat.* notant Aretinus *in cons.* 147. Cassaneus *in consuetud. Burgun. rubric. 6. §. 6. verb. par inventare, n. 3.* Jacob. Cancer. *var. resol. lib. c. 2. n. 42.* D. Valençuela *in cons.* 156. *ex n. 56.* Alexand. *cons. 12. n. 2.* & Escobar *de ratiociniis, c. 31. n. 17.* quo citavimus suprà *1. p. c. 24. ex n. 122. vers. pro cujus fundamenti comprobatione*, &c.

5 Ad secundum subtiliter respondent, quia si debitor, & creditor contra seipsum pro nomine hypothecato non valet agere; potest tamen excipere, & nomen illud quod aliàs debebat, retinere ad text. *in l. creditor, l. 2. in princip. D. qui potiores, in pign. hab.* ita post Bartol. Salicet. & alios late probat Negusantius, ubi suprà *n. 24.* sequutus per Gaitum *d. quæst. 7. n. 332. 333. 334.* itaque in nomine, quod ego debeo, possum habere hypothecam, cujus virtute habeo retentionem, prout ex Corveo, Socinio, & Negusant. comprobat etiam Sigismund. Scaccia *in tract. de commerciis, § 2.*

6 *gl. 5. n. 422. & n. 423.* qui etiam *n. 418.* firmat, mihi competere utilem actionem virtute obligationis, sequitur Gaito *dict. c. 4. quæsito 7. n. 352. 353. & 354.*

7 Hoc supposito, deveniamus ad secundam nostri cap. partem, quæ longè difficilior est; an scilicet (eodem themate retento) in nomine, quod ego debeo tibi, & tu ex alia causa factus es meus debitor sub obligatione bonorum generali, vel speciali illius debiti; an ergo in eo præferendus sim omnibus tuis creditoribus hypothecariis, quantumcumque anterioribus me.

8 Et partem affirmativam pro prælatione nervosè tuetur Sigismund. Scaccia *in tr. de commerciis, §. 2. gl. 5. ex n. 424. cum seqq.* ubi dicit, quod quando ego tibi debeo centum, & postea tu factus es debitor meus pro certa quantitate, pro qua mihi obligasti omnia bona tua, jura, & actiones, quod non solum nomen, quod tibi debeo, erit mihi ipsi obligatum, sed etiam ego, in eo potior ero omnibus tuis creditoribus, quantumvis anterioribus, & hypothecariis. Scacciam referens sequitur Joan. Domini Gaito *de credito. cap. 4. quæsito 7. & n. 355. cum seqq.*

9 Eo unico moventur fundamento, quoniam contracto inter me, & te hinc, inde debita fit inter nos compensatio ipso jure sine ministerio hominis, ad text. *in l. 4. & l. si ambo. D. de compens. l. si constat. C. eod. tit. §. in bona fidei, instit. de actionib.* Et per 10 compensationem fit solutio, per text. *in l. solutionis, D. de solutionib. l. Julianus ait. D. de condit. & demonstr. l. si debitor. D. qui potior in pign. habeantur*; quare per compensationem mihi ipsi solvi creditori, & extinctum fuit creditum, quod tibi debebam, & per consequens hypotheca anterior, quam tui creditores in credito habebant, prorsus resolvitur.

Hoc fundamentum altius extolles, & clarius perci- 11 pies, si consideres, quod si nomen debitoris creditor suis creditoribus hypothecavit, tantum durat hypotheca, quantum ipsum nomen, & quatenus vivit obligatio primi debitoris dumtaxat, ita ut per solutionem nomen, & obligatio extinguatur, & per consequens hypotheca super eo imposita, ad latè tradita infrà 3. *p. c. 1. ex n. 128. vers. sed. his minimè refragantib.* &c. Nam extincta re, pariter extinguitur 12 hypotheca, juxta singulares doctrinas, *c. aut. 27. ex n. 36. cum multis seqq. vers. quoad secundum hujus. c. articulum*, &c. Sed sic est, quod eo ipso quod primus 13 debitor suo creditori quantitatem aliquam mutuavit ex alia diversa causa, itaut simul effectus fuit debitor, & creditor statim compensatione mediante ei solvisse intelligitur, & sua extincta fuit obligatio, atque creditum, super quo creditores primi creditoris hypothecam habebant; fuit resolutum; ergo creditores nullam prælationem prætendere possunt in credito sibi hypothecato, cum eorum hypotheca petierit, & simul cum credito semel extincto per solutionem, resoluta fuerit.

Comprobatur ex simili effectu, quem tacitè ope- 14 ratur compensatio, siquidem exceptio compensationis impedit initium præscriptionis; etenim si ego sum debitor tuus, & tu postmodum factus es debitor meus, ego non possum adversus te præscribere: nam exceptio compensationis, quam tu potes contra me opponere; impedit præscriptionem; latissimè & eleganter pro utraque parte disputans, & plures allegans tractat Joan. Gutierr. *de juram. confir. 3. p. c. 1. ex n. 21. cum multis seqq.* Ant. Gom. *1. tom. var. c. 11. n. 20.* Covar. *pract. cap. 25. n. 4.* quos, & alios allegat Gutier. *loc. cit.*

Roboratur discursus iste quoniam debitor, qui nomen 15 debitoris, vel censum sibi debitum, suo hypothecavit creditori; potest justè admittere census redemptionem; & nominis solutionem, eique à suo debitore rectè fit solutio, & liberatur, etiam insscio, & non citato creditore habente in nomine, aut censu hypothecam, quæ ob talem solutionem extinguitur, & evanescit; latissimè post alios probat Gasp. Rodrig. *de annuis redditib. lib. 1. q. 18. n. 53.* Joan. Garcia *in tr. de* 16 *hypotheca post cantr. à n. 13. usque ad n. 21.* qui plura cumulant, licet & perperam contrarium defendere conetur Ludov. Cenc. *in tr. de censib. q. 72. à n. 6.* contra quem est text. expressus *in l. nomen quoque, C. quæ re pign. oblig. possunt*, cujus sunt verba. *Nomen quoque debitoris pignorari, & generaliter, & specialiter posse, jampridem placuit quare si debitor is satis non fecerit, cui tu credidisti, ille, cujus nomen tibi pignori datum est, nisi ei, cui debuit, solvit, nondum certiora te de obligatione tua factus, utilibus actionibus satis tibi facere usque ad id, quod tibi deberi à creditore ejus probaveris compellitur, quatenus tamen ipse debet*, ubi Bart. Bald. & cæteri DD. communiter.

Quæ doctrina rectè procedit nisi creditor, cui nomen 17 debitoris fuit hypothecatum inhibuerit debitori, ne solvat suo creditori; prout limitant, text. Rodrig. & Joan. Garcia locis proximè citatis. Et abundè per Gratianum omnino videndum *tom. 4. disceptat. 636.* Gutier. *practic. lib. 1. quæst. 81. à n. 10. usque ad 26.* Surdum *dec. 265. & in decis. 60. idem* Gratian. *lib. 3. cap. 485. ex n. 5. cum seqq.* plane plurimos referens videndus Castillo *contr. tom. 4. c. 59. ex n 40. & seqq.*

Ergo de primo ad ultimum fatendum erit, quod debi- 18 tor, qui postea simul effectus fuit creditor sui creditoris pro securitate obligantis omnia bona sua, jura, & actiones,

actiones, sub qua obligatione includitur nomen illud, quod antea debebat; præferri debet omnibus creditoribus, etiam anterioribus, & hypothecariis, qui per compensationem ipso jure factam eo ipso quod debitor nominis hypothecati effectus fuit creditor, suam hypothecam in nomine ipso amiserunt, extincto per
19 fictam solutionem nomine. Quia qualitas non potest esse sine subjecto, & sic nec prælatio absque hypotheca semel sublata, & resoluta, prior enim nominis debitor apud seipsum compensavit, & sibi ipsi solvit, ejusque creditor ex mutuo recepto obligationem laceravit.

20 Et erit advertendum præfatos Doctores, nempè Scaccia *de commerciis d. §. 2. gloss. 5. ex num. 422. cum multis seqq.* & Gaito *de credit. d. c. 4. q. 7. ex num.* 355. admittunt suam resolutionem, etiamsi prior debitor, qui postea simul fuit effectus creditor sui creditoris, non habeat hypothecam in bonis sui creditoris: nam adhuc excludere, asserunt, creditores anteriores hypothecarios, cum per compensationem subsequutam (quæ loco solutionis habetur, ut diximus) eorum hypotheca resolvatur extincto credito, quo supposito prior debitor postea simul factus creditor non eget hypotheca ad prælationem, & exclusionem omnium quorumlibet creditorum qui excluduntur à nomine debitoris, non tam ex jure debitoris primi quàm ex defectu sui.

21 Et insuper præfati duo Doctores, Scaccia, *num.* 432. *& seqq.* & Gaito *n.* 358. ut securior reddatur opinio; non obstare asserunt, quæ Doctores communiter affirmant, nempe compensationem, ut solutionem operetur, nihilhominus facto hominis indigere eamque non admitti, si de ea non opponatur, & excipiatur per compensare volentem, Mantica *de contractib. 1. tom. lib. 11. tit. 8. num.* 23. & ex aliis Gaito *de credit. c. 4. q. 8. ex num.* 1015. Tindarus *de compensat. art. 6.* Rodrig. *de annuis redditib. lib 2. q. 18. num. 1.* latissimè disputat, & sic veriorem resolvit Castillo *controvers. tom. 4. cap. 40. ex n. 11. & seqq.* qui innumerabiles alios allegat, & est text. *in leg.*
22 *fin. Cod. de compensat.* & ex tunc extinguit actionem, & obligationem à die, quo compensatio fuit oppositа, & non antea, Surdus *d. 117. n. 5.* Grassis *de exception. except. 16. n. 12.* & cæteri etiam Doctores relati probant, qui Grassis amplissimè *ex numer.* 35. plurimis relatis probat compensationem requirere factum hominis & nihil operari, nisi postquam de ea expressè opponatur.

23 Cui difficultati respondent compensationem in hoc casu non esse de illis, quæ facto hominis indiget, cum (si non admitteretur) compensans pateretur damnum, quo casu quoties defectus solutionis possit afferre præjudicium, vel damnum debitori, ipso jure fit compensatio absque facto hominis, ut ex pluribus comprobat Rodrig. *d. q. 18. n. 3. cum seqq.* & eodem *lib. 2. q. 19. ex n. 2. & n. 1.* Castillo *d. c. 40. ex n. 12. cum seqq.* ubi latè
24 procedit Grassis *de except. except. 16 ex n. 36.* (quem nec non Castillum citatum consule pro tota compensationis materia) sed sic est, quod in nostro casu, si compensatio non admitteretur ipso jure, & ante oppositionem ad extinguendam obligationem, & nomen debitoris, super quo alii creditores anteriorem habent hypothecam; maximum damnum sequeretur priori debitori, qui potiores eo fierent in ipso nomine, eumque excluderent prorsus. Ergo ne hoc damnum patiatur, compensatio, & per consequens prælatio ei concedenda erit ipso jure, & ante oppositionem.

25 Quibus tamen, & aliis minimè refragantibus contra Scacciam, & Gaitum firmiter asseverandum erit, imò priores creditores hypothecarios præferendos esse in nomine debitoris eidem debitori, postmodum simul creditori facto, hypothecato, nulla eis obstante compensatione tacita, vel expressa, etsi aliàs ipso jure fieri debeat, sive demum opposita exceptione, cùm adhuc priorum, & anteriorum hypotheca nihilominus perduret, in quorum præjudicium, nec nomen, seu obligatio extinguitur, nec per consequens hypotheca dissolvitur.

Hæc resolutio (multorum authoritate exornanda) 26
unico, & invincibili nititur fundamento. Nam licèt verum sit, regulam suprà positam *n. 21. versic. & insuper præfati duo Doctores*, &c. nempe compensationem non fieri ipso jure, usque quò de ea opponatur: illam pati fallentiam, quando defectus solutionis damnum affert debitori, utputa ad evitandam pœnam conventionalem, aut evitandum commissum, vel ad impediendum cursum usurarum, seu interesse. Prout testantur DD. omnes superius citati *num. 23. versic.* 27
cui difficultati respondent, &c. (Secus ad evitandum cursum reddituum ex censu conventionato à jure licito, & approbato prout videre est amplissimè per Rodrig. *de annuis redditib. lib. 2. q. 18. per totam*, maximè *num. 9. cum seq.* quem sequitur Castillo *controversiar. tom. 4. c. 40. num.* 115. & ex Navarro Bocacc. Molina, Rebell. Feliciano, & Gaspar. Rodriguez sequitur Cencius *de censibus*, *q. 88. sub. num. 6. ex versic. hinc autem fructus cum seqq. & versic. tunc autem extinguitur census per viam compensationis*, &c.) Qua quidem limitatione ducti fuere, seu potius decepti Scaccia & Gaitus, sublimitationis immemores.

Nam respondetur, quod prædicta limitatio proce- 28
dit dumtaxat inter ipsos debitorem, & creditorem; non tamen respectu tertii creditoris anterioris habentis jus, & hypothecam in ipso nomine debitoris cujus præjudicium comparatione ad damnum debitoris compensare volentis, potentius illud est, & prælativè attenditur ad impediendam compensationem, sic eleganter sublimitat Rodrig. *de annuis redditib. lib. 2. q. 19. n. 2.* In hæc: Compensatio fit ipso jure ad impediendum cursum usurarum, & ad vitandum commissionem pœnæ, leg. si constat. l. etiam C. de compensat. l. cum alter cum l. seu ff. eod. l. ejus C. de solutionibus gloss. & Doctores in l. si constat & (uti diximus suprà in quæstione præcedenti) generaliter compensatio fit ipso jure, 29
ubicumque defectus solutionis posset afferre damnum, vel præjudicium debitori: hoc tamen (sublimitat ipse) verum est inter ipsum debitorem, & creditorem reciprocum: secus si sit alius creditor antiquior potius jus habens, quàm volens compensare; quia in ejus præjudicium non fit compensatio, ut est decisio Neapolitan. Franchis 35. num. 10. ubi dicit contra naturam fictionis esse, quod fictio operentur in tertii præjudicium. Idem decisio Genuensis 190. num. 16. & hactenus Rodriguez.

Et qua sequitur, quod si debitori reciproco prohi- 30
beatur compensatio in præjudicium creditorum anteriorum, nomen ipsum omnibus hypothecatum perdurat, cum non extinguatur per fictam compensationis solutionem, & per consequens omnium creditorum hypotheca subsistit, ad quam si concurrant, is est præferendus creditor, qui potius & anterius jus habeat, *ad totum tit. ff. & C. qui potior. in pignor. hab.*

Non enim creditor posterior apud se ipsum compen- 31
sare potest, nec retinere nomen, quod antea debebat creditori suo in damnum, & præjudicium aliorum creditorum anterius, & potentius semel jam quæsitum jus habentium ad illud nomen exigendum, quoniam hac via creditor posterior prælationem habere in bonis debitoris communis contra notissimas juris regulas, & principia, quippe nomen illud debitoris præcedens in bonis est creditoris, & sic debitoris communis, non in bonis ejus, qui illud solvere debebat, prout ex mul- 32
tis probavimus superius ad principium hujus cap. *n. 4.* ideoque quando creditor (aliàs debitor communis) simul postmodum efficitur creditor sui debitoris ex alia causa diversa, separata, habentis alios creditores anteriores, se utrumque & creditum retinet suam causam separatam, absque ulla confusione, aut compensatione, text. est singularis *in l. qui invicem 3. ff. de condict.*

inde

indeb. Qui invicem (inquit Conſultus) creditor ipſe, qui debitor eſt, in caſibus, in quibus compenſatio locum non habet, ſi ſolvit, non habet conditionem ve-
33 luti indebiti ſoluti, ſed ſui crediti repetitionem. Probat etiam *text. in l. ſi cum dos. ff. rerum amotar.* ubi *qui reſolvit quod debet, non prohibetur petere quod ſibi debetur.* Borcholt. *de compenſat. cap.* 3. *num.* 13. Coſta *de retractione caſu* 4. *c.* 9 *num.* 6. Et idcirco creditores anteriores merito præferuntur in illo nomine debitoris quod in bonis debitoris communis erat tempore ſuarum obligationum cum hypotheca, text. eſt optimus *in d. l. ſi cum dos.*

34 Et hanc reſolutionem, quod debitor reciprocus non poteſt apud ſeipſum compenſare, nec retinere creditum, quod debebat in præjudicium anteriorum creditorum hypothecam habentium (qui procùl dubio in eo ei debent præferri) ultra Franchum Rodrig. & deciſion. Genuenſ. ſupra citat. multi alii communiter tenuerunt Bald. Salicet. & moderni *in leg. ſi quidem ff. de tranſ.* Angel. *conſ.* 259. *n.* 1. *ad fin.* Cancer. *variar. reſol. p.* 2 *c.* 6. *n.* 38. Larrea *conſil.* 39. *n.* 11. & 12. Anna *allegat.* 80. *n.* 8. Cyriacus *to.* 2. *controverſiar.* 224. *n.* 3. Noguerol. *allegat.* 11. *n.* 137. *& n... præcedenti.* Idem tenet Pellica *in conſuet. Averſ. c.* 6. *n.* 116. Thorus *compendio deciſio. verb. compenſatio.* Riccius *in addit. ad d. Franch. deciſ.* 53. *in princip.* & eodem Franch. dumtaxat citato. Idem tenet Caſtillo *controverſ. to.* 4. *c.* 40. *n.* 117. *& ſeqq.* quos omnes congeſſimus, & ſequuti fuimus ſuperius *hac* 2. *p. c.* 3. *ex n.* 31. *& ſeqq. verſic deinde vana eſt hæc poſterioris creditoris prælatio*, &c. Quibus adde Magonium in Rota Lucenſi *deciſ.* 1. *n.* 25. & non obſcurè Cumanum *conſil.* 172. Coſtam *de retrotractione caſ.* 5. *c.* 9. *n.* 12. Bellonus *dec.* 190. *n.* 19. Cardinal. Albanus quem refert, & ſequitur Aſinius *de execution.* §. 7. *c.* 65. Seſſ. *de inhibitionibus c.* 5. §. 7. *n.* 8. 10. *&* 11. licet contrarium tenuerit Carlev. *de judiciis tom.* 2. *l.* 1. *tit.* 3. *c.* 37. Secutus Scacciam, Gaitum, & alios, ea motus ratione ex facultate compenſandi conceſſa debitori à jure, quam debilem eſſe ſuperius oſtendimus *n.* 28. *verſic. nam reſpondetur quod*, &c. Ut eadem facultas procedat inter debitorem, & creditorem dumtaxat, ſecus in præjudicium tertii, & licet
35 pro ſua opinione Carleval. ipſe adducat Flamin. Cartar. *deciſ.* 62. fallitur, quia nihil tractat de hoc puncto, allegat etiam Dianam *reſol. moral. part.* 3. *tract.* 5. *reſol.* 10. *& in addit. ad* 1. 2. *&* 3. *p. reſol.* 8. qui quidem *in reſol.* 10. loquitur in foro poli, & contrarium expreſsè tenet in foro fori, qui iterum *in addit. verb.* compenſare, expreſsè iterum tenet quod in præjudicium tertii creditoris anteriorem hypothecam habentis non admittatur compenſatio hæc etiam in foro conſcientiæ, & *in d. c.* 3. *ex n.* 35. ad litteram relatum invenies ſingularem Rotæ deciſionem mirabiliter loquentem in propoſito, & per
36 totum cap. non otiosè diſputatam novam, atque celebrem quæſtionem, an creditor poſterior rem debitoris communis ſubhaſtatam ita poſſit eam licitare, & emere, ut pro pretio oblato compenſare admittatur creditum ſuum in præjudicium cæterorum creditorum anteriorum. Ubi ex plurimis fundamentis negativè reſolvimus, ad quæ te remittimus.

37 Deinde comprobatur hæc pars, nam compenſatio non admittitur, ubi non admittitur ſolutio. Bellapertic. & Bald. *n.* 12. *verſic. ſed hodie dubitatur in fin. l. fin. C. de recompenſatio.* Surd. *conſil.* 246. *n.* 12. Imola *in l.* 1. *n.* 9. *ad medium, verſic. & quod dixi de compenſatio. ff. de ſolutionibus*, Laderch. *conſ.* 164. *n.* 10. Gratianus *diſcept.*
38 §. 15. *n.* 46. & 47. Cencius *de cenſibus, q.* 88. *ſub n.* 6. *verſic. hic autem fructus fuiſſe debitos*, &c. Ne fictio operetur, pluſquàm veritas. Ut conſiderant DD. ipſi, ſed ſolu-
39 tio non poteſt fieri in bonis debitoris communis creditori poſteriori in præjudicium creditorum anterior rum ut abundè tradidimus *ſuprà* 1. *p. c.* 10. *per totum*, maximè *ex n.* 41. *cum multis ſeqq. verſic. quod primum illud firmiter aſſeverandum*, &c. *infra* 3. *p. n.* 8. *per to-*
40 *tum.* Et ſæpè diximus in hoc tractat. Ergo nec admittenda compenſatio in eorum damnum: maximè cùm ſit ficta ſolutio, quia fictio non poteſt operari in caſu ficto plus, quàm veritas in caſu vero, ex juribus, & axiomat. vulgaribus.

Et quia compenſatio eſt ficta ſolutio, *l. ſi peculium.* 41
ff. de ſtatu hominum, ex pluribus Surdus *deciſ.* 142. *num.* 12. *& conſ.* 82. *num.* 4. *l.* 1. Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 3. *gloſſ.* 2. *num.* 6. Graſſis *except.* 16. *n.* 10. ſed fictio non admittitur in præjudicium tertii, *leg. ſtipulatio de dote, ff. de jure dotium, gloſſ. in cap. quia noſtra, de privilegiis.* Gutierrez 42
de gabellis q. 88. *num.* 22. quamplurimos Doctores refert Mantica *de contractib. lib.* 15. *tit.* 6. *num.* 15. & 16. & in terminis noſtris ſic argumentatur Franchis *deciſ.* 53. *num.* 10. Rodrig. *de redditibus lib.* 2. *q.* 19. *num.* 2. ergo compenſatio apud ſeipſum admittenda non erit in præjudicium anteriorum creditorum.

Et inſuper, quia prædictam fictam ſolutionem indu- 43
cit lex ex æquitate, *in l. rem* 18. *ff. de compenſat. l. inter tutores* 36. *ff. de adminiſtr. tutor.* Donel. *lib.* 16. *comment. c.* 15. Gratus *conſ.* 121. *n.* 12. & 13. *lib.* 1. Gratian. *diſceptat. tom.* 4. *c.* 528. *n.* 15. Ant. Ripol. *variar. reſol. cap. ult. n.* 148. æquitatem autem nunquam lex admittere 44
aſſolet in præjudicium tertii, quamplurimos Doctores in comprobationem adduximus ſuprà *hac* 2. *p. c.* 24. *ex n.* 24. *& ſeqq. verſic. quoniam hæc actio ſubſidiaria*, &c. *Et verſic. hæc reſolutio.*

Ex quibus manifeſtè deſtruitur vanum fundamen- 45
tum Scacciæ & Gaiti, quo lapſi admiſerunt prælationem, & pertinere miſerè affirmarunt, primo nominis debitori in ipſo poſtmodum facto creditori ſui creditoris, eo quod per compenſationem (quam ipſi perperam fieri poſſe cogitarunt) fuit extinctum nomen, & per conſequens hypotheca priorum, & anteriorum creditorum, nec non primum illum debitorem, & creditorem ad invicem eſſe præferendum, ſive per viam retentionis, ſive per ſuam hypothecam, cui facilè reſpondetur, quod cùm penitus denegetur compenſatio in præjudicium tertii, & anteriorum creditorum, qui jus hæpothecæ quæſitum jam habebant anterius in illo nomine debitoris, tunc exiſtente in bonis communis debitoris, ei per factum debitoris, nec creditori reciproci detrahi non poteſt, prout pro hac parte probavimus. Et 46
ideo adhuc ſemper creditum, & nomen ipſum vivit, & per conſequens hypotheca, quæ durat durante nomine, & eo nondum extincto. Ad latè tradita, & conſiderata ſuperiùs *ex n.* 9. *cum ſeqq. verſ. eo unico moventur fundamento*, &c. Idcirco ad in omne concurrentibus creditoribus omnibus, is præferendus eſt, qui anteriorem hypothecam habuerit: juxta notiſſimas juris regulas, compenſatione qualibet ſublata.

Sed adhuc dicto caſu, per eoſd. DD. Gaitum nempe, 47
& Scacciam, ſuppoſito, quod admittatur compenſatio, quomodo poſſibile eſt, eorum reſolutio, attribuens prælationem indebito, & retentionem ſecundo creditori. Quoniam ſi creditum per compenſationem extinctum eſt, ut ipſi ſupponunt, quomodo poſſibile erit, ut detur prælatio in hypotheca: quæ ſemel extincta per ſolutionem fictam repetitur. Hæc enim extinctio hypothecæ operatur præcisè tam reſpectu anteriorum creditorum, quàm poſterioris, qui nominis debitor erat. Et ſic concurſus ad rem, quæ non eſt in rerum natura, nec per conſequens prælatio dari poteſt; cum non entis nullæ ſint qualitates, & ex nihilo nihil fit. Ergo eorum Doctorum diſceptatio ſecundum ſeipſos inanis, & inutilis redditur, &, multo magis reprobata compenſatione in præjudicium anteriorum creditorum, qui faciunt, ut quodlibet creditum reciprocum per ſe ſubſiſtat, & ad invicem uterque debitor ſeparatim teneatur alterutri ſecluſa compenſatione, etiam oppoſita per alterum; quia foret ſibi ipſi poſteriori creditori ſolvere, antequam prior creditor dimittatur, & ſolvatur contra omnes juris regulas princ. Ut diximus hactenus.

Quo

48 Quo fundamento satisfit omnibus pro contraria parte consideratis, quæ cessant tatione compensationis cessante, quam merito in præjudicium tertii excludunt tot Doctores, qui prorsus communiter præservant in hoc nomine debitoris prælationem auteriorum creditorum concurrentium ad bona commnnis debitoris, in quibus nomen hoc, compensatione penitus excluſa, vivum reperitur. Quos DD. si perlegissent Scaccia, & Gaitus, non ita temerè contra communem responderent.

49 Et signanter non obstat, quod *ex n.* 11. *cum seq. versic. hoc fundamentum altius extolle*, &c. in contrarium diximus, nomen, scilicet debitoris, seu censum datum in hypothecam creditoribus per solutionem, aut redemptionem factam debitoris extingui, & similiter hypothecam, quæ doctrina verissima est, nihil tamen detrahit nostræ resolutioni ex communi DD. deductæ, & fundatæ. Quoniam in eo casu solutio, & vera extinctio crediti omni jure permittitur debitori nominis, & tunc nihil mirum suos juris naturales effectus resolutionis retinere, & operari solutionem, atque redemp-

50 tionem, quos creditores impedire non possunt. Quia jus & facultas recipiendi solutionem remaneat penes ipsum debitorem, demptis tribus casibus, de quibus alibi latè diximus 1. *p. c.* 27. *ex nu.* 46. *cum seqq. versic. tractandum de cedente, & cessionario*, &c.

51 An in nostro casu per compensationem solutio prohibetur, atque nihil mirum, ut pariter effectus dissolvendæ hypothecæ impediatur. Prout similiter in eodem casu, de quo in argumento idem determinatum videmus quando impeditur solutio, & redemptio in præjudicium creditoris hypothecarii, nempe quando iste inhibuit debitori nominis, vel census, ne solvat suo creditori, vel redimat eo non citato, ac monito. Ut probant DD. omnes eo in argumento laudati, & hoc casu facta solutio aut redemptio absque creditoris hypothecarii monitione, ejus juri, & hypothecæ nihil detrahitur, quia tunc prohibetur solutio, & redemptio in præjudicium anterioris hypothecæ. Et sic nec debitum extinguitur, nec per consequens hypotheca evanescit, ex Doctoribus omnibus ibidem allegatis, qui hanc simul doctrinam, & limitationem ad regulam comprobant videndi.

52 Nec denique obstat, quod in contrarium diximus *suprà* 14. *versic. comprobatur ex simili*, &c. exceptionem compensationis impedire præscriptionem, eadem namque doctrina nihil detrahit nostræ resolutioni, nec

53 ex ea aliquid infertur contra eam. Tum qui intrinsecè supponit compensationem non extinguere obligationem ipso jure, & ante ejus oppositionem: nam si extingueret, nullum jus aut obligatio mansisset, quæ possit præs-

54 cribi per debitorem. Tum quia debitor, qui tutus est exceptione compensationis adversus suum creditorem, quem aliàs in alia summa tenet obligatum, non potest dici negligens in petendo, & ideo cessat causa præscribendi, cùm præscriptio in negligentia creditorum fundetur, qua cessante, & præscriptio cessat, & tandem, quia doctrina procedit inter debitorem, & creditores & non in præjudicium alterius tertii creditoris habentis hypothecam in nomine debitoris sui, & præscriptio contra istum nihil detrahit juri hypothecæ creditoris, ad jura, & DD. *infrà* 3. *p. c.* 13. *n.* 45. *vers. idem dicimus in usucapione*, &c.

CAPUT XXIX.

Creditor censuarius cum pacto ne valeat redemptio, nisi ipsam per bimestre præcedat monitio, an graduari valeat, si citra terminum capitalis sors cum decursis, nec non decurrendis per illud bimestre ei obtulit, ac deposuit debitor, inde instans concursu à se peracto, pro census extinctione, ac legitimo depositio.

SUMMARIUM.

1 *Censui consignativo nihil tam naturale est, quàm facultas liberè redimendi quandocumque.*
2 *Pactum de non redimendo, vel redimendo, vel ultra quod tempus est nullum, & vitiatur licèt non vitiet.*
3 *Census redemptio non valet, nisi monitio redemptione feuda per duos menses antea præcedat, ex motu proprio.*
4 *Quæ motus proprii forma, in Hispania nunquam fuit observata; sed licitè licet debitori, quando velit redimere censum.*
5 *Debitor ad tempus potest terminum prævenire, & solvere invito, & renuente creditore.*
6 *Pactum de non redimendo nisi prius per bimestre creditor moriatur appositum in creatione census est inductum in favorem creditoris.*
7 *Per redemptionem census intra bimestre cum usuris decurrendis intra illud consuli videtur principali creditoris intentioni, & fini.*
8 *Pactum ne debitori liceat per bimestre redimere, nisi prius creditore monito, esse licitum, & depositum cum usuris justè recusare creditorem, sæpè determinavit Senatus.*
9 *Pactum de non redimendo nisi per bimestre præcedat monitio, non est contra justitiam census consignativi, nec gravosum debitori.*
10 *Per pactum de præmittenda monitione aut redemptionem non infringitur libertas debitoris liberè, quando velit, redimendi.*
11 *Aliud est pactum de non redimendo nisi ad tempus, aliud de redimendo monitione præcedente ante tempus.*
12 & 13. *Illud est illicitum; hoc vero permissum in creatione census.*
14 & 15. *Inter pactum de non redimendo intra tempus, & pactum de non redimendo ante monitionem discrimen expressè agnoscit motus proprius Pii V.*
16 *Pactum de non redimendo vel redimendo intra, vel extra certum tempus reprobat motus proprius.*
17 *Pactum de non redimendo, nisi præmissa monitione antè bimestre licitum esse, & posse apponi in creatione census, expressè determinat motus proprius.*
18 *Motus proprius non dedisset pro forma præambulam monitionem, si in aliquo infringeret libertatem redimendi.*
19 *Motus propr. de forma creandi census non fuit receptus in Hispania, sed ab eo supplicatum.*
20 & 21. *Avendanus reprehenditur contrarium sectans.*
22 *Lex Pontificia non recepta, nec ligat, nec obligat.*
23 *Plana constitutio non recepta nec licet obliget non alligetur, adduci tamen potest in vim authoritatis doctrina magistratus.*
24 *Et ut approbetur communis Doctorum tenentium de jure communi, & cessante motu proprio, licitum esse pactum de præambula monitione ante redemptionem.*
25 *Factum de non redimendo ante monitionem futuræ redemptionis non continet onus debitori, sed præstat indemnitatem creditori.*
26 *A ratione legis correctæ, vel revocatæ rectè argumentatur.*
27 *Quidquid fieri potest lege, potest & pacto fieri.*
28 *Quidquid potest fieri per consuetudinem, idem & per pactum fieri potest.*
29 *Et quidquid fieri potest præscriptione, idem & pacto licitum est, ibid.*
30 *Legitimum dicitur quod à lege approbatur.*
31 *Pactum, quod lege census non reprobatur, permissum censetur.*
32 *Prohibitio nulla inducitur, nisi in casibus à jure expressis.*

33 *Pactum*,

33 *Pactum, quod expresse in legibus census non approbatur, non ab eisdem prohibetur.*
34 *Leges Imperatorum legis vim non habent in Hispania, allegantur tamen in vim rationis, & doctrinæ magistralis.*
35 *Debitor ad tempus potest ante tempus solvere invito creditore; cum tempus in ejus favorem appositum præsumatur.*
36 *Tempus appositum in favorem creditoris debitor prævenire nequit creditore invito.*
Idem quando favore utriusque debitor. & credit. ibid.
37 *In alternativis debitori negatur electio, quando unum ex eis ponitur in favorem creditoris ad ejus securitatem.*
38 *Debitor promittens intra terminum dare centum, vel fidejussorem, non satisfacit, termino transacto offerendo fidejussorem, sed ad censum tenetur.*
39 *Condemnatus ad triticum, vel ejus valorem non eligit, sed creditor, in cujus favorem destinatio apposita intelligitur.*
40 *Periculum mutationis monetæ ubi adest, debitor non permittitur solvere ante tempus.*
41 *Debitor in diem, vel sub conditione, etiamsi dies non sit appositus in favorem creditoris, nequit prævenire solutionem, quando præmatura solutio allatura esset damnum creditori.*
42 *Et periculum pecuniæ depositæ in hoc casu cedit in damnum debitoris deponentis, non creditoris juste depositum recusantis.*
43 *Fraus in tempore fit.*
44 *Solutio præmatura in damnum alterius non admittitur.*
45 *Creditori interesse ubi versatur si sibi fiat solutio ante tempus conventum non admittitur.*
46 *Nec in præjudicium tertii.*
47 *Solutionem anticipatam nequit prælatus, aut possessor majoratus recipere in præjudicium successorum.*
48 *Pactum de non redimendo, nisi præmissa monitione ante bimestre, est in favorem creditoris, & non debitoris.*
49 *Debitor prævenire nequit redemptionem intra bimestre contra pactum.*
50 *Bimestre apponitur monitioni ante redemptionem, non tamen redemptioni ipsi.*
51 *Creditori per depositum sortis principalis cum decurrendis in bimestri sequente an consuli possit.*
52 *Creditori ante bimestre recipiens sortem nequit tuta conscientia recipere redditus decurrendos per bimestre.*
53 *Solutio reddituum anticipata in census contractus reprobatur.*
54 *Creditor recusans redemptionem ante bimestre in pactum deductum nequit usuras recipere, nisi bimestri transacto.*
55 *Per oblationem sortis cum usuris bimestri deductis in pactum nullatenus consulitur indemnitati creditoris, recusantis depositum.*
56 *Pactum, ne valeat redemptio non præmissa monitione futuræ redemptionis aut bimestre, verior est opinio, à Rota, & Senatu sæpè canonizata.*
57 *Nec depositum intra bimestre arctat creditorem, nec periculum pecuniæ depositæ cedit in ejus damnum: sed debitoris contra pactum deponentis.*
58 *Quod defendunt plurimi Doctores citati, ibid. & seqq.*
59, 60 & 61. *Depositum sortis cum decursis, & decurrendis intra bimestre non extinguit censum, sed vivit, ut antea.*
62 *Pactum de non redimendo ante monitionem per bimestre nullus Doctor reprobat.*
63 *Depositum sortis cum usuris decursis, & decurrendis intra bimestre nec liberat debitorem, nec extinguit censum.*
64 *Tempus contractus, & depositiones qui non servat, formam non servare dicitur.*
65 *Depositum ut relevet, debet fieri congruo tempore.*
66 *Depositum fit tempore incongruo factum ante tempus adjectum favore creditoris.*
67 *Creditoris, vel utriusque favore quando, & quibus casibus tempus appositum intelligitur, remissivè.*
68 & 69. *Deposito juste recusato, periculo deponentis cedit pecunia; secus si injuste credito depositum recus.*
70 *Creditor, cum per inutile depositum sit solutus, pro censu & decursis graduari debet in concursu peracto per debitorem.*
71 *Debitore ante bimestre in pactum deductum deponente eo transacto liberatur, & arctatur creditor depositum levare.*
72 *Et ex tunc periculum sequitur creditorem.*
73 & 74. *Depositum legitimè factum habet vim redemptionis census.*
75 *Deposito facto ante bimestre, post illud desinit esse creditor, & non graduatur, si depositum sit integrum.*
76 *Pactum de non redimendo nisi monitione præmissa ante bimestre non infringit libertatem liberè quandocumque redimendi.*
77 *Census sub pacto præambulæ monitionis ante bimestre an intra illud à tempore contractus redimi possit, bimestri non expectato, cum seqq.*
78 *Hunc casum non fuisse præventum à motu propria, & sic in ejus forma non comprehendi, nec esse expectandum bimestre, fuit opinio Doctoris.*
79 *Casus omissus relinquitur juris communis dispositioni.*
80 *Redemptio liberè permittitur debitori quandocumque, & ad suam liberam voluntatem.*
81 *Solemnitas à lege requisita si adhiberi non sit possibile, actus absque ea valet, & seqq.*
82 *Solemnitas certa ubi à lege requiritur, subintelligitur si adhiberi potest, secus si non possit.*
85 *Pactum de non redimendo nisi præmissa denuntiatione ante bimestre comprehendere debitorem redimentem intra bimestre à tempore creationis census, & spectare teneri per bimestre, probabilior opinio est.*
86 *Ratio motus proprii requirentis denuntiationem ante redemptionem comprehendit omnes casus redemptionis.*
87 & 88. *Et multo magis quando statim post census emptionem debitor vult redimere.*
89 *Ratio legis generalis attenditur ad inclusionem omnium casuum emergentium, sub ea comprehensorum.*
90 *Redimere volens ante bimestre per illud debet spectare quia tunc oblatio vim habet monitionis futuræ redemptionis juxta pactum, aut motum proprium.*
91 *Solemnitas requisita ad actum si in specifica forma adhiberi nequit, debet adhiberi eo modo quo possit.*
92 & 93. *Denuntiatio, quæ personaliter, ut requiritur, fieri nequit, fit eo modo, quo possit.*
94, 95 & 96. *Condemnatus ad reddendum instrumentum, si non reperitur, alio modo consulitur. vir. censi.*

Sæpè sæpiùs hic mutationum monetæ temporibus controversum vidimus, an creditor censuarius (qui sibi cum pacto cavit, ut prius quàm debitor redimere censum intendat, præcisè teneatur per duos menses antea monere creditorem, ut intra illos possit quærere alium, qui pecuniam justo lucro recipiat, ne ex ea otiosa lucrum amittat, vel fortè ne ex rumore, & fumo mutationis monetæ damnum subitò patiatur) possit in concursu creditorum gradum per sententiam tenere, & inter cæteros numerari, scilicet quando debitor pacto neglecto intra duos præfatos menses ei obtulit capitale cum decursis nulla præcedente monitione, vel fortè simul etiam cum decurrendis fructibus per illos

illos subsequentes duos menset, & ex eo quod creditor recipere recusavit judicis authoritate depositum.

Debitor postmodum, ejusque creditores contendunt, hunc censuarium creditorem non esse, nec ad concursum admittendum, eo quod à tempore depositi extinctus fuisset census, nec inter cæteros creditores concurrentes graduari debere. Contra verò creditor censuarius ipse ex defectu monitionis præambulæ juxta pactum in census creatione admissum, justè recusare redemptionem præfatam, & depositum illegitimè factum, & per consequens, censum non fuisse extinctum; sed potius vivere contendit, & pro graduatione, & prælatione nervosè instat, sed quid juris in hac contentione ad partes disputabimus.

1 Et pro debitore depositum legitimè fuisse factum, & censuum fuisse extinctum, & creditorem non esse graduandum; urgentia fundamenta faciunt. Et primum, quia nihil tam naturale est censui consignativo, quàm libertas redimendi, quandocumque debitor velit, sed pactum & conditio non redimendi, nisi præcedente monitione creditori facienda per duos menses ante redemptionem, prorsus infringit liberatem liberè redimendi: cum postquam debitor vult redimere, teneatur pacti, & conditionis intuitu per duos menses expectare, & redemptionem detinere, & interim redditus solvere; ergo tale pactum tanquam vitiosum, & contra substantiam, & naturam intrinsecam census consignativi, & redimibilis est nullum, & à contractu delendum, nec ex eo obligatur debitor; sed potius sua libera quandocumque redimendi facultas salva, & illæsa remanet; 2 siquidem pactum de non redimendo, vel de redimendo ante, vel post certum tempus in creatione census appositum est inutile nullum, & vitiatur, licèt non vitiet contractum principalem, prout latissimè post plures alios disputans resolvit Avendan. *de censib. c.* 19. *per totum*, abundè per Cencium *de censib. q.* 59. *ex n.* 16. *usque ad fin. q.* qui innumerabiles alios allegat; ergo per depositum sortis principalis cum decursis, & maximè cum decurrendis per duos menses sequentes, factum intra dictos duos menses census extinctionem operari, & legitimum dici debet, pacto inutili, & illicito non refragante.

3 Secundò, quia licèt proprio motu Pii V. *vers. cum verò traditione pretii*, &c. disponatur pro forma redemptionis census, ne valeat redemptio, nisi antea per duos menses creditor sit monitus redemptionis fiendæ, ibi *cum verè traditione pretii redditus extinguendus erit, volumus per bimestre id denunciari ei, cui pretium dandum erit, & post denuntiationem, intra annum tamen, etiam ab initio pretium repeti posse*, &c. Quem motum proprium plurimi statim citandi Doctores exornant tenentes, redemptionem ante monitionem esse nullam, & non extinguere censum, nec debitorem liberare, creditoremque legitimè recusare accipere depositum à debitore intra bimestre factum.

4 Adhuc tamen apud omnes ferè Regnicolas, & quamplures exteros obtentum est, dictum motum proprium in Hispaniæ regnis nec fuisse, nec esse receptum, sed ab eo supplicatum ad Sanctissimum, & propterea non ligare: atque ideo forma, de qua *in d. vers. cum verò*, nunquam fuit admissa in Hispaniæ regnis, nec hactenus visum, nec auditum fuit reprobari redemptionem ob defectum præambulæ monitionis; cùm juxta patrias leges, & consuetudinem observatam, liceat debitori liberè quandocumque redimere, & censum extinguere quoties velit, dicti motus proprii bimestri neglecto, ergo nec virtute pacti adstringi debebit.

5 Tertiò; nam quamvis dictum pactum foret licitum, & ejus observatione adstringeretur debitor; adhuc tamen in facultate debitoris esset intra præfatos duos menses redimere, & sortem cum decursis deponere invito, & renuente creditore: quia debitor ad tempus potest terminum prævenire, & ante tempus solvere, nec hujusmodi solutionem oblatam potest creditor recusare, *l. quod in diem, ff. de solutionib. l. stipulatio ista, §. inter certum, ff. de verbor. oblig. l. quod quis ff. de actionib. & oblig. l. intra dies, ff. de re judic. l. cum qui, ff. de annuis legatis, l. in diem ff. de condictione indebiti l. sub conditione, cum l. seqq. ff. eod. l. cum tempus, ff. de reg. jur.* Ergo debitor si solvat, & redimere velit ante dictos menses in pactum deductos, creditor solutionem justè recusare non poterit, & per consequens, census ipse ex tunc redemptus remanet, & extinctus, debitorque penitus liberatus.

Quartò, & ultimò fulcitur hæc pars: nam quamvis 6 præfatum pactum de non redimendo censum, nisi antea per duos menses creditor monitus sit, respiciat, & appositum dicatur gratia, & favore creditoris; ne damnum patiatur in lucro suæ pecuniæ, & ut interim perquirat alium, qui eam in censum recipiat, ne cesset interesse lucrorum: adhuc tamen creditoris indemnitati, & utilitati consulitur, si per debitorem ei offeratur, vel legitimè deponatur capitale census cum redditibus correspondentibus præfatis duobus mensibus futuris, intra quos deponitur, omni cessante damno suo, potest pecunias justo lucro accommodare, & reinvestire. Hoc enim depositi genere prorsus satisfit principali creditoris intentioni, & fini, cùm nullum 7 damnum patiatur, imò ex eadem pecunia duplex potest consequi lucrum, & interesse per illos duos menses, si statim admittat redemptionem, aut levet depositum, & consecutive alium emat censum; tunc namque percepit redditus duorum mensium ab antiquo debitore, & pariter eodem tempore currunt redditus secundi debitoris, cui in censum pecuniam tradidit; atque ideo pacto non obstante videtur libere licere debitori, censum ante duos menses redimere, & extinguere invito, & renuente creditore: cùm prædicto casu prorsus cesset ejus damnum, & consequatur id ipsum, quod ex pacto sibi præcavere voluit, & multùm magis.

Quibus tamen, & aliis minimè refragantibus, con- 8 trariam sententiam sæpè, & juridicè amplexus fuit Senatus hic Vallisoletanus, atque pluries in facti contingentia declaravit: licitum esse pactum in creatione census consignativi (in suo rigoroso pretio constituti tanquam licitum, & cum natura, & justitia census compatibile & nullo ex capite reprobatum) per partes appositum, ne debitori liceat censum redimere, nisi antea per duos menses suam debitor creditori intimaverit voluntatem futuræ redemptionis, justeque creditorem recusare accipere depositum ante præfatos duos menses, & sic intempestivè factum, etiam cum decursis & decurrendis per illud bimestre, periculumque pecuniæ depositæ intra illos contingens pertinere ad debitorem deponentem, non verò creditori justè recipere recusanti.

Primò, quia illud pactum in census creatione licitum 9 est, cùm in nihilo opituletur naturæ justitiæ & substantiæ census, sed dumtaxat tendat in indemnitatem creditoris, ne lucrum suæ pecuniæ amittat, sed ut intra illum terminum possit quærere alium novum census venditorem, ne pecunia sit otiosa, quod proculdubio 10 sit absque aliquo detrimento debitoris; cujus redimendi libertas per hujusmodi pactum nullo modo infringitur, nec in aliquo retardatur, aut differtur; non enim ex eo pacto impeditur debitor redimere, quandocumque voluerit, sed ut antea per duos menses suam redimendi liberam facultatem, & voluntatem denuntiet, & manifestet creditori, non ut iste illam impediat, sed ut sibi ipsi interim consulat, & cautè prospiciat per illud bimestre ante redemptionem faciendam, & ideo si debitor ab hinc duobus mensibus redimere vult, & intendit, hodie moneat creditorem.

Et aliud est opponere pactum de redimendo intra cer- 11 tum tempus, vel non redimendo nisi post certum tempus; aliud verò pactum de non redimendo, nisi præcedente monitione, nam in primo casu directè infringi-

tur, & taxatur facultas, & voluntas liberè redimendi, quo casu loquitur, & disputat, & per varios casus distinguit Avendan. *de censibus*, *c.* 19. In secundo vero casu libera relinquitur debitori voluntas, quandocumque redimendi sub præambula monitione, ut dictum est.

12 Et hoc discrimen inter utriusque pacti genus non obscurè agnovit Avendan. *d. c.* 19. qui dum reprobavit pactum de redimendo, vel non redimendo intra certum tempus (adhibita tamen casuum distinctione) *sub n.* 3. ita ait: *Nec aliud virtualiter probant verba motus proprii Pii V. super fama creandi census*; quasi dicat huic meæ resolutioni non opitulatur motus proprius; cum in aliud diversum tendat, & circa diversum, & licitum casum disponat, quatenus formaliter appetit præambulam monitionem per duos menses ante redem-

13 tionem. Hoc idem desumitur ex Cencio *de censibus quæst.* 59. *ex num.* 16. *cum multis seq.* juncta *q.* 103. *ex num.* 18. *& seq. q.* III. *ex num.* 43. dum *dict. q.* 59. post magnam Doctorum catervam, reprobat pactum de non redimendo, vel redimendo intra certum tempus, in aliis verò quæstionibus abundè comprobat pactum de præambula monitione tanquam non infringens debitoris libertatem redimendi quandocumque voluerit, qui apertè agnoscit discrimen, rationem, & differentiam inter utrumque pactum.

14 Eandem apertissimis verbis determinans agnovit motus proprius Pii V. *clauf.* 9. ibi: *volumus autem posse pro eodem pretio extingui non obstante longissimi etiam temporis ac immemorabilis, imò centum & plurium annorum præscriptione non obstantibus aliquibus pactis directè, aut indirectè talem facultatem auferentibus, quibuscumque verbis clausula concepta sit.*

15 Et statim consequutivè *in clauf.* 10. ponit formam, de qua agimus, ut ante redemptionem teneatur per bimestre eam debitor creditori denuntiare, ac protinus *clauf.* 11. ita ait, *pacta etiam continentia pretium census extra casum prædictum, ab invito, aut ob pœnam, ob aliam causam repeti posse omnino prohibemus.*

16 Ex quibus capitibus commixtis, & simul junctis duo utilissima deducuntur, alterum, discrimen maximum, & patens inter utrumque pactum; quia unum illicitum judicatur; alterum omnino licitum & non infringens libertatem redimendi quandocumque. Se-

17 cundum quod notabiliter deducitur illud est, quod in pactum licitè deduci potest præambula monitio ante redemptionem, dum reprobans Pii V. pacta, per quæ infringitur libertas redimendi, excipit casum proximè, & immediatè antecedentem de præambula monitione per bimestre, ibi (*extra casum prædictum*) quem in pactum deducere expressè permittit. Quæ quidem subtilis ponderatio evidenter evincit difficultatem nostram, cum quibus satisfit primo argumento contratiæ partis, de quo sursum *n.* 1. & 2.

18 Secundò, & pro pacti hujusmodi justificatione viriliter ulterius pugnat motus proprii Pii V. *de forma creandi census*, qui cùm emanaverit ad detestanda pacta illicita, non concernentia naturæ, & justitiæ contractus censualis; adhuc tamen pro forma admisit, & decrevit, ut census redemptionem subsequatur ex oblatione pretii recepti, nisi antea per duos menses debitor moneat creditorem de futura redemptione, & de sua voluntate posterum redimendi, non enim Pontifex (qui adeo scrupulosè se gessit in alia Piana constitutione) hanc monitionis præambulæ formam admitteret; si illicitam, & adversariam justitiæ, & naturæ census, & redemptionis judicaret. Ergo pariter ut licita, & à lege Pontificia permissa, & approbata in pactum deduci potest, ut statim ulterius probabimus.

19 Nec opitulatur, quod præfata Piana constitutio in Hispania non fuit, nec est recepta, imò ab ea supplicatum, prout verum est innumerabili pene doctorum caterva adducta in nostris comment. *de supplicat. ad Sanctiss.* 1. *p. c.* 7. *sect.* 4. *ex n.* 159. & comprobant quæ *sect.* 3. *ex nu.* 147. adde novissimè Noguerol. *alleg.* 32. 20
n. 41. quidquid falsum & contra omnium communem sententiam autumat Avendan. *in tract. de censib. c.* 50. *n.* 16. ut non a tota serie motus proprii sit supplicatum, sed tantum ab eo capite, quo prohibetur census emptio absque numerata pecunia de præsenti, eo motus quod petitio regni ad regnum illud tantum capitalis continebat per *l.* 10. *tit.* 15. *lib.* 5. *recop. in novo quater.* 21
addit. non animadvertens, quod ea lex loquitur in casu particulari, in qua non fundantur nostri, ad absolutam inobservantiam motus proprii inducendam, sed in regis responso ad petitionem regni absolute comprehendente totum motum proprium, ne de cætero amplius super ejus capitibus dubitaretur, & eundem motum proprium non esse receptum clarè, rex ita asseveravit: *a esto vos respondemos, que el motu proprio, que decis, no esta recivido, ante sua supplicado del*, &c. Qui totum dicit, nihil excludit (& sic intellexit, & juridicè communis regnicolarum, tam Jurisprudentiæ, quàm Theologicæ professionis Doctorum, quos in unum congessimus locis proximè citatis) imo, & quod plus est, & annota-

tione dignum, quod obiter & inadverrenter dixit 22
Avend. *d. c.* 50. immemor contrariæ doctrinæ, quam verissimam esse, firmiter asseveravit antea *in c.* 37. *n.* 25. ubi ex professo tractavit de motu proprio non recepto in Hispania, & per varia fundamenta, atque ponderationes resolvit, verissimam esse opinionem Doctorum tenentium à toto motu proprio fuisse supplicatum, non ab isto, vel ab illo capitulo limitatim, prout apud eundem sibi contrarium latiùs videre poteris; qua vera suppositione stante rectè argui potest, quod lex pontificia non recepta non ligat neque obligat, ut plurimis comprobavimus *in tract. de supplic. ad Sanctiss.* 1. *p. c.* 2. *ex nu.* 114. *cum multis seqq. sect.* 3. *per totam*; & sic legitimè currit argumentum.

Cui respondetur, quod licèt eadem Piana constitutio 23
ob non receptionem adduci, & allegari nequeat apud nos in vim legis & constitutionis, ut præcisè adstringatur debitor ad ejus observantiam cessante pacto expresso: adduci tamen potest in vim authoritatis, atque in vim doctrinæ magistralis in argumentationem trahi, quatenus admittit præambulam monitionem, eamque in census creatione justam, & licitam agnoscit, esseque naturæ justitiæ, & substantiæ census conducibilem, & adaptabilem, & in nihilo repugnantem; quod sufficit, ut de jure communi licitum judicetur pactum expressum de non redimendo ante 24
præambulam monitionem per bimestre; & ut approbetur opinio tenentium de jure communi, & secluso motu proprio, hoc pactum licitè apponi posse per contrahentes census creatione, insinuat Gratian. *discept. forens. tom.* 1. *c.* 8. *n.* 23. & 24. Federic. Martin. *de jure census*, *c.* 6. *n.* 382. ibi: Dico valere pactum, quo convenit, quod debitor census volens illum, redimere bimestre, trimestre, aut semestre ante emptori & domino census suam voluntatem aperire redemptionemque denunciare debet. Quia hujusmodi 25
pactum, nullum venditoris onus continet, & prodest emptori ut suæ indemnitati tempestivè providere possit, & destinare pecuniam suam negotiationi, aut emptioni alterius census, &c. quem referens sequitur Cenc. *de censib. q.* 105. *nu.* 19. dicens hanc opinionem, cum sit conformis Pianæ constitutioni, satis æquam esse, & sequendam.

Et quia ratione legis etiam correctæ, vel revocatæ 26
legitimè argumentari potest *c. authoritate*, *de concession. præben. lib.* 6. testatur post alios Sylvester Aldobrandinus *cons.* 32. *nu.* 25. sequitur & variis similibus comprobat Castillo *contr. tom.* 5. *c.* 108. *n.* 6. *à princ.* Gutier. *de juram. confirmat. c.* 17. *nu.* 61. & facit quod ad propositum dicemus infra *n.* 34.

Ac denique si hæc conditio licita judicata fuit, & 27
approbata à lege canonica; eodem modo potest licitè in pactum per contrahentes deduci; nam valet argumentum

mentum de lege ad pactum, & quidquid potest fieri lege, potest & pacto fieri, *l. non impossibile, ff. de pactis*, 2. §. *si conveniat, ff. depositi l. contractu, ff. de reg. jur. l. fin.* ubi Bart. & Bald. *C. de fidejussor.* gl. *in cap. 2. verb. officiali, in fin. de consuet. lib.* 6. Everardus *in topi. locali. loco* 89. Tuschus *lit. A. conf.* 510. *n.* 18. Gabriel Alvarez *axiomatibus, lit. A. ex n.* 494. Bar-
28 bosa *in locis commun. loco* 60. *n.* 1. Sicuti etiam de consuetudine ad pactum valet argumentum, ut quidquid potest fieri vel acquiri consuetudine, aut præscriptione, possit etiam per actum fieri, vel acquiri Everard. Ubi proximè & Alvarez *ex n.* 496. Pereira *in lege si curatorem, verbo, facilitate, sub num.* 6. *Cod. de in integrum restit.* Gratianus *discept.* 88. *n.* 20 *cum seqq.* & alii con-
29 ducti ab Alvarez iterum legendo *lit. P. ex n.* 8. ubi de præscriptione per *l. alienationis verbum, ff. de verb. signifi.* & per alios Surdus *decis.* 3. *nu.* 23. *& decis.* 236. *nu.* 9. Valascus *consultat.* 132. *n.* 32. Gamma *decis.* 379. *num.* 5.

30 Hæc quippe condito, cùm à lege approbetur, legitima & licita omnino judicari debet, legitimum namque dicitur, quod à lege recipitur, & approbatur, *lege legitima, ff. pactis, lege* 3. §. *fin. ff. pro socio.* & ex Decio, Parlador. Jo. Garcia, & aliis diximus *in comm. d. protect. regia* 4. *part. c.* 7. *ex nu.* 2 ergo de valore ejus pacti in cujus creatione hæsitandum non erit.

31 Conducit, quod in alio pacto in census creatione appositio, & admittendo contra alios DD. scripsit Avendan. *de censibus, cap.* 86 *nu.* 6. ibi: Primò ex eo quod nulla ex constitutionibus, quæ de censu meminerunt reprobant eam conditionem; ergo si non datur prohibitio, necessario datur permissio; quia quod lege vetitum non est licere dicitur, leg. nec non §. quod eis, ff. ex quibus causis major glossa & Bald in lege in tantum, §. universitatis, ff. de rerum divisi. Jason. in n. l. ex facto, n. 25. ff. de vulgari, & nulla ejus prohibitio
32 inducitur, nisi in casibus à jure expressis gloss. ordinar. in cap fin. de jure patron. cum traditis per Aymonem in consilio 205. n. 35. Rol. à Valle consilio 27. n. 14.
33 lib. 1. & dixit latè in lege 40. Taur. gloss. 4. &c. Qui argumentandi modus in nostro casu, & pacto, de quo agimus rectè quadrat. Molina *de contract. disp.* 391. *ad fin. sub clauf.* 11. ibi: Quoniam licet census, qui in eisdem extravagantibus approbantur, non crearentur cum hujusmodi pacto, inde non sequitur, census, qui aliter celebrantur, ibi reprobari, ut sæpè in superioribus dictum est, &c.

Et ex his, quæ in secundo fundamento diximus, satisfacies secundo argumento contrariæ partis, de quo suprà *num.* 3. cum à ratione legis abrogatæ, & non receptæ potest argumentum formari & legitimè applicari, ubicumque ratio militet, etsi lex ipsa non servetur,
34 hoc idem videmus in legibus Imperatorum, & pandectarum, quæ in his Regnis Hispaniæ nullam habent authoritatem in vim legum; sed tanquam dicta prudentum, & in vim rationis & doctrinæ magistralis allegantur, ut per *l.* 1. *Tauri*, disponitur, per quam & alios DD. firmat Molina *de primog. lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 11. Paz *de tenuta, cap.* 67. *num* 10. qui latius comprobat *cap.* 57. *n.* 99. 100. & 101.

35 Tertium fundamentum desumitur ex existentia, & validitate pacti, ut ne census redimi possit, nisi antea per duos menses certioretur creditor, ita ut nec debitor ipse possit validè hunc terminum prævenire, quia licet de jure regulariter debitor ad tempus possit ante tempus solvere, ex juribus surfum in 2. argumento
36 contrariæ partis allegatis *n.* 5. id procedit, quando tempus est appositum in favorem debitoris (prout regulariter & in dubio præsumitur) at verò quando constat, tempus appositum fuisse gratia & favore creditoris, vel utriusque creditoris, & debitoris; tunc nullo modo potest debitor ante terminum assignatum solvere invito, & renuente creditore, latè Cevicius *de censib. quæst.* 84. *per totam, maximè à n.* 5. *& seqq.* & per *l. eum qui ff. annuis legatis, & l. qui Romæ, ff. de verb. oblig. l. fideicommissi.* §. *cum Polidus. ff. de usuris, & l sit ita relictum*, §. *Pagasius ff. de lege* 2. latè probat Gomez *in l.* 22. *Tauri, sub n.* 10. *versic. sextò & quidem noviter, & subtiliter facit* D. Perez de Lara *de anniversar. & capellan. lib.* 1. *cap.* 9. *ex n.* 51. & per *d. l. qui Romæ* gl. & Bart. ibidem & Decium *in l. cum tempus, n.* 115. *ff. reg. jur.* idem probat Aretin. *de solutio. cap.* 92. *per totum.* Anton. Faber, *ad tit. de solutionib. definit.* 14. in illis verbis: *Utique dies expectanda est ne quidquam de creditoris jure minuatur;* & cum Alciato, Decio, Conrado, Duareno, de Marcilles, Ant. Gomezio, Padilla, Julio Claro, & aliis tenet Morla *in emporio juris, tit. de rebus creditis, quæst.* 21. *nu.* 5. & 6. & aliquibus ex iis relatis latè comprobat de la Rea *in decis.* 15. *sub n.* 9. & iterum *in decis.* 17. *n.* 11.

Roboratur hæc doctrina ex alia non dissimili: quod 37
licèt regulare sit, ut in alternativis debitoris sit electio; fallit, quando unum ex alternativis ponitur in favorem creditoris ad majorem ejus securitatem, & cautionem, veluti quando quis promisit intra talem diem, centum dare, aut pignus, vel fidejussorem non satisfacit die transacto pignus dando, aut fidejussorem offerendo, creditore impugnante & agere volente ad centum, quia cum 38
pignus, aut fidejussor ponatur ad majorem securitatem, & cautionem creditoris, & in ejus favorem; ejus est electio, an velit agere pro centum, aut pro pignore, mirabiliter & latè per Cancer. *var. resolut. lib.* 2. *tit.* 6. *de solut. ex n.* 47. *& seqq. fol mihi* 143. optimè discutit, & post plures resolvit Tiraq. *de retr. lignagier*, §. 3. *gl. nu.* 16. P. Surdus *cons.* 98. *ex nu.* 30. *& per totum.* Ant. Gomez *de contr. c.* 11. *n.* 42. Gratian *discept.* 338. *per totam.* Montier. *dec.* 48. *per totam.* plurimos allegat. Amat. *var. resolut.* 34. *ex n.* 22. *cum seqq.* Alvarez *in axiom. lit. D. ex n.* 22. *cum seqq.* ubi plures alios allegat, licet malè percipiat.

Latè & optimè Fontanella *de pactis nup. clauf.* 5. 39
gl. 8. *p.* 13. *ex* 69. 70. & 71. ubi de sententia, qua quis condemnatus fuit ad triticum, vel ejus æstimationem, ut tunc non debitori condemnato sed creditori, & actori vincenti detur electio, an velit triticum, vel ejus æstimationem, quia in hujus gratiam & favorem æstimatio alternativè fuit posita in sententia, latissimè prosequuntur DD. citati, & plurimi alii ab eisdem conducti; quibus consonat, quod licet in obligatione alternativa sit debitoris electio regulariter, tamen si sibi assignetur terminus ad eligendum, & non eligat intra illum, facultatem eligendi amittit, & transit in creditorem, *l mancipiorum, 6. de optione legata.* Bart. *in l. eum qui certarum*, 138. §. *cum pure, n.* 4. Simon. Prætis *de interpr. ult. volunt. lib.* 1. *interpr.* 1. *dub.* 3. *solut.* 4. *nu.* 20. ita ut semel ad creditorem electione devoluta, debitor non potest moram purgare, cum res non sit integra in præjudicium juris creditori quæsiti Craveta *cons.* 216. *nu.* 23. *& cons.* 246. *nu.* 5. Bellonus *dec.* 144. *n.* 10. Franch. Aretin. *cons.* 95. *ex n.* 8. Tiraq. *de retr. lign.* §. 24. *l. unic. n.* 9. & 10. Gratian. *tom.* 2. *discept.* 239. *ex n.* 1. Maresc. *var. resol. lib.* 2. *c.* 97. *ex nu.* 4. Carleval *de judiciis tom.* 2. *lib.* 1. *t.* 3. *disp.* 3. *nu.* 49. & quod debitor post moram amittat facultatem eligendi, & devolvatur ad creditorem probant Burat. *dec.* 287. *nu.* 7. Beltramin. *in Annotat.* ad Alexand. Ludov. *dec.* 316. *n.* 2. qui plures allegant.

Maximè si rumor adsit mutationis monetæ, quia tunc multo minus admittitur debitor prævenire termi- 40
num appositum gratia, & favore creditoris prout in nostris terminis probat D. la Rea *in d. dec. Granatensi.* 15. *per totam.*

Et quod magis est, ipse de la Rea *in d. dec.* 15. *per totam*, nervosè & absolutè defendit, debitorem ad diem, 41
vel sub conditione (etiamsi dies non sit appositus in favorem creditoris) non posse prævenire diem, an condi-

tionem, quoties rumor mutationis monetæ adeſt, & damnum allatura eſſet præmatura ſolutio creditori. Atque tunc creditorem juſtè recuſare ſolutionem, & depoſitum, nec non periculum, & detrimentum mo-
42 netæ interim mutatæ cedere in damnum debitoris de-
ponentis, & non creditoris, cùm in hujus fraudem
43 ſolviſſe intelligatur: nam prætor fraudem intelligit etiam in tempore fieri, ut inquit *l. ait prætor.* 7. §. *ſi eam diem. ff. quæ in fraud. credit. l omnes* 17. §. *fin. eod.*
44 & quia in damnum alterius non poteſt fieri præmatura ſolutio *ex l. uxorem*, 41. §. *Seium*, 12. *ff. de leg.* 3. prout ex pluribus notarunt Molina *lib.* 2. *de primogen. cap.* 4. *nu.* 23. Gomez *in l.* 17. *Tauri, nu.* 6. Acaius Ripol. *lib.* 1. *de condit. & demonſtr.* in text. ibi: *cum dies incertus, nu.* 51. *pag.* 83. Cened. *canon.* 35. *n.* 15. qui multa cumulat, ut ſolutio ante tempus fieri non debeat in alterius præjudicium.

45 Eandem opinionem tenuerunt poſt alios Jaſon. *in l.* 2. *quæſt.* 22. *verſ. motus ultra prædict. C. de jure emphyteut.* & idem Jaſon. *in l. qui Romæ in princip. n.* 3. & 4. *ff. verbor. oblig.* Chaſſaneus *in conſuetud. Burgund. gloſſ.* 11. *des cenſes*, §. 2. *nu.* 30. & *ſeq.* & alii plures ſequuti à Cencio *de cenſibus, quæſt.* 84. *nu.* 7. & *ex n.* 4. dum firmant, quod quando verſatur intereſſe creditoris, ne ſibi fiat per debitorem ſolutio, niſi tempore convento, puta, quando eſſet ſolvendum aliquod, quod tempore poſſit deteriorari, vel ejus pretium minui, tunc ſolutio admittenda non ſit abſque conſenſu creditoris, quæ quidem doctrina nullibi poteſt verificari certius, quam quando adeſt rumor, & periculum mutationis monetæ.

46 Et quando ſolutio anticipata poteſt alicui, etiam tertio parare præjudicium, ut non ſit ante diem admittenda; probat ex *l. cum pater*, §. *à filia, ff. de legata* 2. Bart. *in l.* 1. *num.* 11. *ff. de legat.* Graſſis *except.* 14. *nu.* 104. Rota *Avenionenſ.* 17. *nu.* 4. Decianus *conſ.* 71. *n.* 42. *lib.* 4. Amat. *reſolut.* 29. *n.* 6.

47 Hinc poſſeſſor majoratus ut prælatus non poſſunt admittere præmaturam, & anticipatam ſolutionem in præjudicium ſucceſſorum, quia ſcilicet deceſſerunt termino ſolutionis pendente, latiſſimè Mol. *de primogen. lib.* 1. *c.* 21. *n.* 10. & *per totum.* ubi de variis quæſtionibus & doctrinis, per *l. ſi quis domum*, §. 1. *ff. locati*, & eſt Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *de reformatione, cap.* 11. ibi: *repræſentata pecunia in ſucceſſorum præjudicium*, ubi Aug. Barboſa, & Gutierrez *de jurament.* 3. *part. cap.* 3. *n.* 1. & 2. Pet. Barboſa *in l. filiofamilias*, §. *ult. n.* 27. *ff. ſoluto matrim.* Valaſcus *de jure emphyt. q.* 10. *nu.* 5. Zerola *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verb. alienatio Eccleſiæ, verſ. ad ſeptimum*, Pereira *de renov. quæſt.* 20. *n.* 3. & *de empt. vendit. c.* 26. *n.* 8.

48 Sed ſic eſt, quod hoc pactum non redimendi niſi præcedente monitione per duos menſes antea, eſt prorſus in favorem creditoris dumtaxat, ut ad oculum patet, & in expreſſo firmavit Cencius *de cenſibus, quæſt.* 103. *ſub n.* 20. *verſic. cæterum cum neceſſitas iſta denunciandi futuram cenſus redemptionem ſit inducta favore domini cenſus, ut poſſit providere de novo inveſtimento pecuniarum, ut diximus ſuprà, n.* 18. & *firmavit Rota coram R. P. D. Merlino in Eſina Salvian.* 10 *Nov.* 1634. *quæ eſt poſt tract. deciſ.* 558. *num.* 11. &c. Rebellus *lib.* 6. *quæſt.* 16. *n.* 13. Bonacina *in ſumma tom.* 2. *de contractibus, diſp.* 3. *quæſt.* 4. *puncto unico, n.* 40. & 41.

49 Ergo intra id tempus debitor redimere non poteſt, maximè ſi adſit rumor mutationis monetæ, ne damnum ex præmatura ſolutione patiatur creditor, ut ex aliis probat Aretin. *de ſolutionibus, d. c.* 91. *num.* 4. & D. Larea *d. deciſione* 16. *per totam*, & alii Doctores dudum allegati.

50 Maximè quia hoc pactum non deſtinatur, ut debitor ad diem, vel poſt diem ſolvat, aut redimat, ſed tempus apponitur monitioni dumtaxat, ut ſuperiùs in primo fundamento hujus partis latius probavimus. Et ideo nec etiam doctrina regulæ, de qua in tertio argumento contrariæ partis, nempe ut debitor ad diem poſſit ante diem ſolvere, rectè applicari, nec adaptari poteſt intentioni, & deſtinationi hujus pacti.

Quarum, & ultimum fundamentum depromitur ex 51
reſponſione ad quartum, & ſimiliter ultimum argumentum contrariæ partis de quo ſuprà *ex nu.* 6. quo dictum fuit, per oblationem, & depoſitum ſortis principalis cum decurſis nondum ſolutis, & decurrendis per illos duos menſes contentos in pacto, prorſus conſuli indemnitati creditoris, qui intra illos poteſt accommodare pecuniam abſque damno ſuo: cum per illud bimeſtre percipiat à debitore fructus correſpondentes ſorti, & ideo poſſe hoc modo prævenire ſolutionem, & cenſus extinctionem conſequi à principio omiſſa præambula monitione.

Quia reſpondetur, hoc totum pendere ex voluntate 52
creditoris, an velit renuntiare pacto in ſui favorem inducto, admittendo oblationem, non expectato termino duorum menſium, ex iis quæ Cencius *de cenſib. q.* 103. *ſub num.* 20. & *ſeqq.* & tunc nullo modo poteſt creditor tuta conſcientia recipere redditus decurrendos per illos duos menſes futuros, cum accedente ſuo conſenſu, cenſus ſit extinctus, & ſors, quam recipit, principalis non poteſt producere redditus, à debitore jam liberato ſolvendos. Nec anticipata reddituum ſolutio 53
in cenſuum contractibus admitti poteſt. Ut in his terminis probat Gratianus *diſceptation. forenſ. tom.* 1. *cap.* 8. *ex n.* 30. *cum ſeq.*

Si verò creditor à principio recuſat ſortem cum de- 54
curſis debitis, atque etiam cum oblatione fructuum ſequentium duorum menſium recipere; quia vult uti obligatione pacti, & ſpectare duos menſes poſt monitionem futuræ redemptionis; tunc licet currant reditus illius temporis quia interim cenſus vivit, & nondum extinctus fuit, ſuos tamen creditor non facit, neque ei debentur, uſque quò tranſeat totum tempus, nec eos anticipatè recipere poteſt prout latiſſimè comprobat, & diſtinguit poſt alios, & Rotæ deciſiones Cencius *d. q.* 111. *ex nu.* 43. *cum pluribus ſeqq.* ubi latiſſimè articulum proſequitur, & declarat, omninò videndus.

Et idcirco ſi creditor non renuntiat ſuo pacto ſed 55
vult eo uti, & non admittere ſolutionem, & redemptionem per illos duos menſes, nullo modo poteſt recipere redditus futuros, nec ſuos facere, & propterea per illorum oblationem non conſulitur ejus indemnitati, nec ſatisfit damno & contrahentium intentioni principali: cum eo ipſo quod recipiat ſortem ante bimeſtre, reditus bimeſtri recipere non poſſit, quo caſu nullo modo creditoris indemnitati ſatisfit, nec evitat periculum mutationis monetæ, quæ intra illos duos menſes contingere timetur, ex qua ſuam perdat pecuniam.

Ex quibus fundamentis longè verior eſt noſtra reſo- 56
lutio in dies per Senatum noſtrum Valliſoletanum, nec non per Rotam pluries canonizata; atque plurimorum Doctorum authoritate fulſita, tenentium legitimam licitamque conditionem in cenſus conſignativi redimibilis creatione, & ex ea debitorem ita adſtringit, ut nec teneat redemptio oblata per eum ſortis cum decurſis, atque etiam decurrendis per duos menſes futuros, non præcedente ante illos monitione re- 57
demptionis futuræ. Nec depoſitum intra illos per debitorem factum invito, & renuente creditore legitimum judicari, qui juridicè recuſare licet, quouſque tranſierit, & perficiatur dictorum duorum menſium juxta pacti tenorem terminus, quem debitor ſpectare tenetur, ut cenſus extinctus, & redemptus dicatur: quia adhuc interim vivit, & currunt redditus, atque ideo periculum pecuniæ depoſitæ interdum contingens damnum cedit debitoris præmaturè, & illegitimè deponentis, non ſervata forma facti. Tenuerunt Martinus

de

de jure cenſus, *cap.* 6. *n.* 382. Surdus *conſil.* 282. *per*
58 *totum*, maximè *ex n.* 18. *cum ſeq. tom.* 2. *& conſil.* 198. *c.* 7. *eodem tom.* omninò videndus, qui eleganter loquitur, Salas *de cenſibus*, *lib.* 11. *nu.* 1. & 2. Molina *de juſtitia & jure tom.* 2. *diſputat.* 391. *clauſula* 10. *num.* 11. Rebellus *lib.* 15. *quæſt.* 6. *n.* 22. Bonacina *in ſuum. tom.* 2. *de contractibus diſputat.* 3. *quæſt.* 4. *puncto unico*, *ex n.* 44. qui *n.* 41. ſic ait: Ergo verò exiſtimo cum Salas dubio 12. n. 5. teneri perſeverare, ſi voluerit cenſualiſta, nam hæc diſpoſitio cenſetur facta in favorem cenſualiſtæ, ut interim quærat, & deliberet, quid facturus ſit de illa pecunia. Idem ſentire videtur Rebellus dicta quæſt. 10. num. 13. & alii apud Salas in ſimili dubio 11. n. 1. alioquin ad quid tenetur cenſuarius denuntiare per bimeſtre ante redemptionem ita volente cenſualiſta, &c.

59 Noviſſimè etiam Duardus de cenſibus ad extravagantem Pii V. tit. 2. §. 6. quæſt. 11. & tomo 2. quæſt. 8. §. 6. n. 2. ibi: Probatur hæc ſententia. Quoniam durante termino duorum menſium per noſtram extravagantem præfixo, adhuc cenſus durat non obſtante diſdicta ſeu denunciatione de qua agitur. Nam per ſolam diſdictam, ſeu denunciationem non cenſetur cenſus extinctus, ac redemptus, ſiquidem dum Romanus Pontifex decrevit in hoc §. dictam denunciationem faciendam eſſe per bimeſtre, anteaquam cenſus ſit extinguendus per pretii reſtitutionem; neceſſario ſupponit quod intra illud bimeſtre cenſus vivat, &c.

60 Stephanus Gratianus diſceptat. forenſ. tom. 1. cap. 8. per totum, & num. 23. & 24. ita ait: Quinto poterat dici, non eſſe expectandum tempus duorum menſium: quia in caſu de quo agimus, nullum aderat pactum inſtrumento cenſus quod pro redemptione facienda deberet fieri denunciatio per duos menſes ante: unde videbatur tacitè per partes renunciatum hujuſmodi privilegio, tanquam in eorum favorem inducto, & ſic ſtatim locus revenditioni, nullo alio tempore ſpectato. Et in conſequentiam depoſitum non potuit oppugnari tanquam factum ante tempus: cum venditor, qui habet facultatem redimendi, poſſit omni tempore redimere, dummodo non ſit conventum, quod fiat retrovenditio præcisè anno, vel die tali, quia tunc debet ſpectari ille annus, vel dies. Tiraquellus de retractu convent. §. 1. gloſſ. 2. num. 68. licet iſta non ſint tuta, quia ſecundum formam conſtitutionis Pii V. requiritur hujuſmodi denuntiatio per bimeſtre ante: unde quamvis hoc non fuerit expreſſum per pactum: tamen intelligitur conventum: ratio, quia iſta ſunt de natura actus, ideo ſemper inſunt, quamvis non exprimantur, lege non dubitatur, C. de evictionibus, &c. *Prout in ſpecie concludit* Surdus *conſ.* 198. *n.* 19. *& per totum.* Hactenus Gratianus.

61 Latiſſimè etiam, & de tota materia plurimis abſolvens difficultares tractavit omnino videndus Cencius *de cenſib. q.* 103. *ex n.* 18. *cum ſeqq. & in q.* 1111. *ex n.* 42. *uſque ad n.* 48. inclusivè.

62 Plures etiam determinavit Rota apud Seraphinum *dec.* 1413. & coram Aldobran. *q. dec.* 276. *poſt tr. de cēnſib.* & plures aliæ reperiuntur apud Cencium in locis dudum adductis, quod magis animadverſione dignum eſt; quod nullus adeſt author, qui contrariam ſententiam ſectetur, nec impugnet hoc pactum in cenſus conſignati creatione.

63 Quibus ita prælibatis, eſto quod pactum de non redimendo, niſi præcedente monitione per bimeſtre ante appoſitum in creatione cenſus conſignativi in licitum, & à jure approbatum, necnon compatibile cum libera debitoris facultate, quandocumque redimendi; ſequitur per neceſſariam conſequentiam debitorem offerentem, aut inſuper deponentem ſortem principalem cum uſuris decurſis, & debitis, & etiam ſimul decurrendis per bimeſtre ſubſequens ante denuntiationem, & intra illud, renuente tamen, & invito creditore, nullatenus liberari, nec cenſum interim extingui, ſed adhuc per illud bimeſtre durare: quia creditor attento pacto juſtè recuſat pecunias recipere, & 64
poſitum levare cum ante tempus pacti præmaturè, & illegitimè factum dicatur: quia contra formam contractus depoſuiſſe debitor intelligitur, quippe qui non ſervat tempus diſpoſitionis formam non ſervare dicitur, *lege obſervare*, §. *poſt hac*, *D. de officio Proconſul.* Rebuffus *nomination. quæſt.* 14. *nu...* Gamma *deciſ.* 337. *num.* 4. Cardoſo *in praxi judicium*, *verbo*, *tempus*, *num.* 1. Surdus *deciſ.* 203. *num.* 1. *uſque ad* 7. Caſtillo *controverſ. tom.* 4. *c.* 45. *nu.* 41. quia depoſitum, ut relevet debet fieri congruo tempore, 65
lege ſi ſoluturus, *ff. de ſolutionibus*, *l. obligatione C. eod. l. acceptam C. de uſuris*, Menochius *conſ.* 756. *num.* 13. Giurba *dec.* 80. *nu.* 4.

Et tunc dicitur depoſitum factum tempore incon- 66
gruo, quando eſt factum ante tempus adjectum ſolutione favore creditoris, *lege eum qui aliàs Javolenus*, *ff. de annuis legat. lege ſi ita relictum*, §. *Pagaſius*, *ff de legat.* 1. *lege item in illa*, *in princ.* & ibi: *gloſſa ff. de conſtitut. pecun.* Salicet. *in lege qui Romæ in* 3. *oppoſit. ff. verbor. obligat.* Mantic. *de contract. lib.* 12. *tit.* 40. *num.* 6. Morla *in empor. jur. tit.* 8. *quæſt.* 21. *num.* 5. Gomez 2. *tomo*, *cap.* 17. *nu.* 27. Pirrus Maurus *de ſolutione*, *capite* 92. *n.* 67
2. Hermoſilla *ad leg.* 2. *tit.* 13. *p.* 5. *gl.* 4. *ex. n.* 77. *cum ſeq. tom.* 2. *fol.* 188. Ubi latiſſimè quando tempus fuit appoſitum gratia creditoris, aut utriuſque, ubi diſtinctè per varios caſus omnino videndus.

Atque ideo periculum mutationis monetæ, vel quod- 68
libet aliud interim contingens cedere debeat in detrimentum, & damnum debitoris intempeſtivè, & contra formam pacti deponentis, ex hactenus comprobatis.

Nam creditor juſtam cauſam habet recuſandi depo- 69
ſitum, periculum pecuniæ, ac rei depoſitæ non ſibi, ſed deponenti peribit; ſecus autem quando abſque legitima, & juſta cauſa depoſitum recuſavit. Ita diſtinguendo tenet Foller. *de cenſibus verbo*, *inſtrumento gratiæ nu.* 50. Joan. Bapt. Lupus *de uſuris.* §. 4. *nu.* 103. Boccacius *de cenſib. p.* 2. *n.* 11. *el. ſegundo.* Felicianus *eod. tr. to.* 2. *lib.* 4. *c. un. nu.* 61. Sequitur Cencius *de cenſibus*, *q.* 111. *n.* 61. ubi refert Intrigliol. & Roram in duabus deciſion. idem tenentes. Tiraquell. *de retr. lignag.* §. 4. *gloſſ.* 6 *nu.* 34. Marſil. *deciſ.* 148. *nu.* 18. Afflictis *deciſ.* 172. Trentacinq. *variar. reſol. lib.* 3. *tit. de ſolut. reſolutio.* 62. *n.* 2. Mareſcot. *variar. reſolut. lib.* 1. *c.* 7. *n.* 6. Intrigliol. *in tract. de cenſibus q.* 65. *per totam.* Hermoſilla *ad l.* 2. *tit.* 3. *part.* 5. *gloſſ.* 4. *nu.* 94. *tom* 1. *fol.* 189. Cùm igitur iſte creditor cenſuarius cum clauſula non redimendi, niſi præmiſſa monitione per bimeſtre antea, juſtam cauſam habeat recuſandi depoſitum ante tempus, ejus gratia, & favore oppoſitum; periculum quodlibet in pecunia interim contingens debet debitor pati. Videndus etiam Larea *deciſ.* 19. *ex n.* 7. *& n.* 14. *& per totam*, *& deciſ.* 13. *n.* 5.

Quare cùm adhuc creditor ſit, non dimiſſus, ſolu- 70
tus, nec ſatisfactus de ſuo credito, perneceſſe admitti debet ad concurſum ſui debitoris, & inter cæteros per ſententiam graduari pro ſua ſorte principali, & decurſis juxta ſui gradus prærogativam, quouſque integrè ſatisfiat, & ita non ſemel determinavit Senatus hic Pinciaa. me judice inter cæteros Doctiſſimos Senatores.

Si autem debitor ſimul cum denunciatione (ad quam 71
per pactum fuit adſtrictus) depoſuerit ſortem cum decurſis debitis, & ſimul cum decurrendis per dictum bimeſtre futurum, licet tunc intra illud creditor levare depoſitum non teneatur, ut prædiximus; eo tamen bimeſtri tranſacto, ac depoſito perdurante, cenſus extinguitur, & ultra ad uſuras debitor non tenetur; ſed pe- 72
nitus liberatur, ita ut pecuniæ depoſitæ periculum bimeſtri tranſacto, & mutatio monetæ ſuperveniens cedat in detrimentum creditoris, & non debitoris: ut poſt

plures alios obſervat Cenc. *de cenſib. d. q.* 111. *n.* 52. & 53. 54. & 55. In hæc: Depoſito autem per debitorem cenſus illum redimere volentem legitimè facto, illud notificabit domino cenſus, vel alteri legitimæ perſonæ pro eo, qua notificatione, & illius relatione exequuta, ſi dominus cenſus ultra duos menſes à die primæ denuntiationis, & diſdictæ inchoandos recuſet, vel differat facere revenditionem cenſus, illius debitor liberatur ab onere ſolvendi annuam reſponſionem cenſualem gloſſ. in l. ſolvendum 23. & ibi B. n. 1. & Caſtro n. 3. ff. ſoluto matrim. Foller. de cenſibus dicto verbo inſtrumentum grati n. 58. Rom. in d. ſuo tract. de cenſib. art. 38. nu. 116. Felician. d. tom. 2. lib. 4. c. un. n. 2. & 3. & to. 2. eod. lib. 4. & cap. unic. b. 1. Michaël. Salon. d. controverſ. 18. n. 11. verſic. dico ſecundo, & verſic. dico tertio, & reſolvit Rota coram Juſto 9. April. 1601. in illa Romana cenſus, quæ eſt poſt tr. deciſ. 131. n. 1. & coram eod. ibid. deciſ. 132. per totam, & in alia quæ eſt deciſ. 61. n.
73 2. & ſeqq. nam depoſitum legitimè factum habet vim extinctionis cenſus ex actu retro ſimili, ut fuit de mente Rotæ coram eodem Juſto, &c. quæ eſt poſt tram. *deciſ.* 377. *n.* 10. & *ſeqq.*

74 Sequitur ipſe Cencius *ex n.* 54. & facit: Depoſitum autem iſtud fieri poteſt quandocumque intra terminum duorum menſium poſt factam diſdictam, & denunciationem, quod debitor vult illum redimere, ſive fiat in principio dictorum duorum menſium, ſive in medio, ſive etiam in fine: cum non definant currere fructus cenſus à die facti depoſiti ſed ab ultima die dictorum duorum menſium ceſſant currere. Ut fuit reſolutum in Rota coram dec. 141. num. 2. p. 2. dummodo ſit intra illud bimeſtre, ut ſentire videtur Rota coram Juſto in illa Anconitana bonorum 16. Feb. 1604. quæ eſt poſt tract. deciſ. 277. n. 8. & coram Dunozet. quæ eſt ibid. deciſ. 174. n. 4. & coram Seraphino deciſ. 1413. nu. 2. Hactenus Cencius.

75 Ex qua veriſſima doctrina ſequitur, quod dominus cenſus facto depoſito intra bimeſtre cum decurſis, & decurrendis tranſacto biduo tenetur levare depoſitum, ſi integrum ſit, imò ex tunc extinctus manet cenſus, & debitor liberatur; an per conſequens ipſe, cum jam non ſit creditor, excludi debet à concurſu, & inter cæteros concurrentes neganda ei erit graduatio per ſententiam.

76 Sed ex reſolutione hactenus ſcripta alia & non levis ſuboritur difficultas per motum proprium Pii V. minimè expreſsè præventa, quæ penitus ſubvertere videtur rationem à nobis allatam ſupra in primo fundamento *ex num.* 8. *& ſeqq. verſic. quibus tamen, & aliis*, &c. Quo diximus, pactum de non redimendo, niſi præcedente monitione per duos menſes antea, non refragari naturæ, & libertati redimendi, cum hæc debitoris libertas ſemper remaneat illæſa: quia per illud pactum ei non taxatur, nec debitoris voluntas reſtringitur, quandocumque redimere; ſed dumtaxat ut redimat præmiſſa monitione per bimeſtre antea, per quod nullum damnum patitur debitor, ſed conſulitur indemnitati, atque utilitati creditoris.

77 Nunc quærimus, quid ſi intra bimeſtre à tempore creationis cenſus, & receptæ ſortis, & ſic poſt paucos dies vult debitor redimere, & extinguere cenſum reddendo aliam, vel fortè eandem pecuniam, puta quia neceſſitati, qua fuit adſtrictus ad vendendum annuum redditum aliunde occurrit, vel occaſio, quæ illum impulit, evanuit, vel ex alio accidenti, vel juſta cauſa motus vult ſe ſtatim exonerari ab annui redditus præſtatione. Quo caſu denuntiatio per bimeſtre antea, impoſſibile eſt, ut præcedere poſſit: ſi dicimus, quod debeat expectare juxta pactum, aut Motum proprium per illos duos menſes; jam infringitur redimendi facultas & non redimit debitor, quando vult, & pactum in effectu operatur, ut non niſi poſt duos menſes poſſit redimere contra receptiſſimam innumerabilium Doctorum ſententiam, de qua ſupra *num.* 1. & 2. tenentium, pactum de redimendo, vel non redimendo intra vel ultra certum tempus, eſſe nullum, & vitiari, licèt non vitiet.

Huic difficultati ſubitò occurrit peritiſſimus Conſe- 78
nator noſter Dom. Martinus del Arriatigui (cujus merita longè majora petunt) aſſerens hunc cauſum non eſſe præventum à motu proprio Pii V. qui cogitare vix potuit, quod debitor qui neceſſitate preſſus, vendidit annuum redditum, velit, aut poſſit ſtatim intra paucos dies illum redimere. Quod rarò, aut nunquam accidere ſolet, ſed poſt longius tempus, longiſſimum, aut fortè nunquam receptio fit, atque ideò Motus proprius formam præambulæ denunciationis per bimeſtre ante redemptionem præſcripſit, cogitans cenſum longo tempore duraturum in redemptum: nam ad ea, quæ frequentius accidunt, jura adaptantur, *l. nam ad ea, ff. de legibus.* Et caſum, de quo agimus, quando ſtatim poſt venditionem annui redditus intra duos menſes debitor vult redimere, non comprehendiſſe, cum impoſſibile ſit denuntiationem præambulam præcedere ob temporis anguſtiam, & ſic hoc caſu abſque ea poſſe debitorem intra bimeſtre à die venditionis, & cenſus creationis redimere.

Huic acutiſſimæ ſolutioni pro tunc intellectus meus 79
aliquantulum acquievit præcipuè, ſi addideris quod ſi caſus iſte nec litteraliter, nec virtualiter (ut ſupponitur) fuit comprehenſus in dicto Motu proprio; ſed prorſus omiſſus, debet tanquam omiſſus remanere ſub diſpoſi- 80
tione juris communis, ex vulgari *l. commodiſſimè, ff. de liber. & poſthum.* Sed per jus commune juxta communem Doctorum ſententiam, & naturam contractus liberum eſt debitori, quandocumque redimere, & non denuntiare, nec expectare terminum aliquem, ut à cenſu liberetur, prout in hoc cap. ſæpè diximus. Ergo iſta redemptio abſque præambula denuntiatione impoſſibili ob temporis anguſtiam legitima debet judicari.

Deinde & eo fortiter hæc opinio comprobatur: nam 81
quando ſolemnitas aliqua requiritur à lege in aliquo actu, vel contractu, qui abſque ea celebrari non poteſt, valet actus, & perfici poteſt validè contractus, ea omiſſa, ſi poſſibile non eſt ſolemnitatem requiſitam adhiberi, prout quando mandat, ut contractus mulieris nequeat celebrari abſque præſentia duorum propinquorum: nam ſi iſti vel abſint, vel mortui ſint, vel nulli adſint conſanguinei, ſine illis geri poteſt contractus. Latiſſimè Tiraquell. *de legibus con-* 82
nub. gloſſ. 6. verb. de ſon mary, per totam. ubi plurimas doctrinas ſimiles affert. Matienzo *in l. 6. gloſſ.* 1. *n.* 3. ubi etiam de marito abſenti per text. *ibi*, 83
tit. 3. *l.* 5. *recopilationis.* Idem quando conſanguinei juſta cauſa recuſant adeſſe contractui, Tiraq. *ibid. q.* 15. *nu.* 125. & de utroque Caſanate *conſ.* 27. *nu.* 13. & 14. Caſtillo *controv. tom.* 6. *c.* 120. *nu.* 24. & plura 84
ſimilia *ex n.* 13. plures refert Garcia *de benefic.* 4. *p. c.* 1. *à n.* 70. multa per Caſtill. Bobadilla in *politica lib.* 3. *c.* 8. *nu* 102. *& ſeq.* quia ubicumque à lege certa ſolemnitas requiritur, ſubintelligitur, ſi poteſt adhiberi: ita ut quando adhiberi non poſſit non ſit de neceſſitate ſervanda, ut per Bald. Roman. Alex. Pariſ. Vaſq. & Baunet. Surdus *in conſ.* 129. *num.* 11. *tom.* 2. Ergo licèt Motus proprius requirat præambulam denuntiationem ante redemptionem hanc, abſque ea poteſt fieri, quando pro temporis anguſtia impoſſibile eſt, ut præcedere poſſit; quia debitor ante duos menſes à tempore creationis cenſus vult redimere, & ſua uti libera facultate redimendi quandocumque.

Iſta opinio probabilis eſt, ſed contrarior probabilior 85
mihi videtur, ut nempe quando debitor intra bimeſtre à tempore creationis cenſus (cum pacto de non redimendo, niſi monitione præmiſſa per bimeſtre, vel in terminis Motus proprii id idem pro forma decidentis) vult redimere, offerendo ſortem cum illo modico interuſurio creditori, non ſit admittendus ad effectum, ut

ex

ex tunc extinguatur census, sed quod debeat expectare per bimestre, ita ut illa oblatio habeat vim
86 denuntiationis promissæ per pactum, aut juxta Bullam petitæ: nam motus proprius disponens, ut debitor non aliter admittatur ad redimendum, nisi præmissa denuntiatione per bimestre antea redemptionis futuræ: ea unica fundatur ratione, ne creditor damnum patiatur habens otiosam pecuniam, & ut interim quærere possit alium censum, vel justum lucrum, prout sæpè diximus hoc cap. sed hæc ratio non solùm locum habet, quando post multum tempus debitor vult redimere: sed multò magis militat cum sit generalis,
87 & absoluta complectens omnes casus, & tempora; quando post paucos dies à tempore creationis census, & intra primum bimestre redimere debitor intentat; quo casu creditor longè majus detrimentum pati dicitur, qui confidens suam accommodasse pecuniam
88 exbursatam, & numeratam, protinus tibi reddatur absque alicujus fructus perceptione non sine ipsius magno incommodo, quod prorsus quisque effugeret, si cogitaret præmaturam redditionem, confidens sive in pacto, sive in dispositione Motus proprii de non redimendo, quousque per duos menses antea præcedat monitio, qua non præcedente debitor sortem offerens tenetur expectare, ut satisfieri possit pacti, ac Motus proprii intentioni, & fini per duos menses, ut suæ indemnitati consulere possit creditor, quærendo
89 alium censum, vel justum lucrum. Quia ratio legis generalis attenditur tanquam virtus intrinseca ad inclusionem omnium casuum emergentium, in quibus militat, & casus omissus, comprehensus tamen sub ratione legis expressus, & inclusus dicitur. Plura cumulavimus *de supplic. ad sanctiss.* 1. *p. c.* 9. & *multis seqq.*

90 Et hunc esse verum censum dicti motus proprii ut quandocumque debitor offerat sortem creditori, volens censum redimere absque monitione præmissa, teneatur expectare per bimestre subsequens, ita ut illa oblatio, seu etiam depositum habeatur loco monitionis præmissæ, aut per motum proprium requisitæ, multi ejus interpretes probarunt, Petr. Surdus, Federic. Martinus, Pater Molina, Salas, Rebellus, Bonacina, & Duardus superiùs citati *ex n.* 56. *vers. ex quibus fundamentis longè verior*, &c. & Cencius pluribus in locis relatus supra *ex n.* 71. *vers. si autem debitor simul cum denunciatione*, &c. qui eleganter loquitur in proposito. Igitur si virtute dicti motus proprii vel virtute pacti adstrictus est debitor ad præambulam monitionem, quam satisfacere, non potest ante redemptionem, quam vult facere, propter temporis angustiam, in qua se debitor libenter posuit, debet spectare post eam intentatam, & oblatam ut consulatur creditoris indemnitati, qua ipse per pactum, aut formam motus proprii adstrictus est, & obligatus fuit; cum pactum licitum esse, & à jure approbatum, & omninò servandum per totum discursum hujus cap. manifestè probavimus.

91 Nam quando solemnitas, & requisitum ad actum adhiberi non potest in specifica legis forma, debet tamen adhiberi eo modo, quo possit, ut in licentia mariti requisita à legibus regiis pro validitate contractuum, & quasi contractuum uxoris, quia si vir est absens, à quo difficillimum sit licentiam petere, debet uxor causa cognita à judice petere. Tiraq. *de legib. connubial. gloss.* 8. *ex n.* 5. & signanter *n.* 20. & post Bald. Paul. Castr. & Alciat. tenet Matienzo *in l.* 6. *gloss.* 1. *n.* 3. & *n.* 4. *fol. mihi* 58. *tit.* 3. *l.* 5. *recop.* pro qua doctrina expressa est *dict. leg.* 6.

92 Et in terminis denuntiationis, quæ personaliter debet fieri, si denunciandus sit absens, ita ut haberi non possit, debet fieri denunciatio eo modo quo possit; prout ad Dom. Paul. de Castro *cons.* 240. *n.* 2. *vers. licet secundò*, *lib.* 7. Jason. *in l. de pupillo*, §. *si quis prætori*, *n.* 4. *ff. de novi operis nunciat.* Manguillus *q.* 4. *n.* 53. & *n.* 48. vel per edictum, ut ex plurimis probat ipse Manguill.
93 ibid. *dec. q.* 49. *cum seqq.*

Comprobatur, quia si quis per sententiam (quæ strictissimi juris est, & expresè obligat) adstrictus 94
est, & condemnatus ad conservandum alium indemnem ab obligatione Titii, si directè eum indemnem conservare non potest, quia extincta reperitur obligatio; nihilominus eum conservare indemnem tenetur eo modo, quo possit; prout etiam de condemnato 95
ad trahendum instrumentum debiti si non est possibile, quia non reperitur, cogitur condemnatus eum securum aliter reddere & ejus indemnitati consulere eo alio modo, quo possit condemnatus; de quibus post plurimos Doctores latiùs videbis *de regia protect.* 4. *p. c.* 12. *ex n.* 89. *cum seqq.* sicque debitor in casu, de quo agimus, post oblationem sortis principalis debet spectare per bimestre, ut creditor conservetur indemnis: quia motus proprius generaliter, & absolutè loquitur aptus comprehendere omne tempus & casus, in quibus militet ratio illa indemnitatis creditoris, & per quos creditor damnum pati potest ob 96
defectum præambulæ monitionis. Et huic opinioni, quæ probabilis est, libenter adhæreo tanquam tutissimæ.

CAPUT XXX.

Moratoria à rege per debitorem concursus pendente, impetrata, quos creditores comprehendat, & quales ab ea de jure excepti intelligantur?

Et nunquid ipsius impetrantis fidejussoribus prosit?

Et an impediat cursum usurarum, seu annuorum reddituum?

Et quid etiam de dilatione remissioneve à majori parte creditorum debitori concessa?

SUMMARIUM. 30

1 *Moratoriæ vel à principe impetrantur, vel à creditoribus debitori indulgentur.*
2 *Moratoriam ex justa causa potest princeps debitoribus concedere, ne per aliquod tempus à creditoribus molestentur.*
3 *Moratoriæ solum à principe concedi possunt.*
4 *Moratoriæ gratiosæ à principe inferiori concedi nequeunt.*
5 *Moratoria est privilegium merè personale, & uni concessa, nec hæredibus, nec aliis successoribus prodest, & ex n.* 31. *cum seqq.*
6 *Moratoria debitor uti nequit, nisi præstita creditoribus cautione, de solvendo, termino finito.*
L. universa rescripta, C. de precib. Imperat. offeren. adducitur, & exornatur, ibid.
7 *Etiam si in rescripto cautio fuerit remissa, adhuc præstanda erit creditoribus.*
8 *Nisi rescriptum habeat clausulam (non obstante).*
9 *Cautio aut fidejussio tunc à debitore præstanda, si à creditoribus petatur, non aliter.*
10 *Cautionem si quis præstare tenetur, intelligitur, si petatur.*
11 *Fidejussionem si quis præstare tenetur intra certum tempus, ad eam tenetur, etiamsi à parte non petatur.*
12 *Ob impossibilitatem inveniendi fidejussorem, an quis excusetur sub cautione juratoria.*
13 *Moratoriam impetrans debet ea omnia narrare, quæ principem possunt retrahere ad concedendum.*
14 *Moratoriam impetrans debet narrare qualitatem debiti, an sit juratum.*
15 *An proveniat ex causa delicti.*
16 *An debitum sit regium, vel fiscale.*
17 *An sit ex causa locationis & conductionis.*

18 *An ſit Eccleſiæ, vel pupilli.*
19 *An proveniat ab emptione domus.*
20 *An aliam moratoriam impetraverit ab eodem principe.*
21 *An lis pendeat ſuper debito.*
22 *Quibus in caſibus non tenet moratoria generalis.*
23 *Idem ſi debitum procedat ex cauſa dotis, depoſiti, ſalarii, vel annonæ, vel adminiſtrationis panis, vel ex cauſa alimentorum.*
24 *Moratoriæ impetrandæ an per pactum renuntiari poteſt.*
25 *Moratoria impetrata non prodeſt ad debita poſtea contracta.*
26 *Moratoria per debitorem impetrata an proſit fidejuſſoribus, quidam affirmant.*
27 *Exceptio realis prodeſt fidejuſſori.*
28 *Moratoriam poſſe debitorem allegare in favorem fidejuſſoris conventi, qui teneant.*
29 *Fidejuſſio eſt obligatio conditionalis; ſi fidejuſſor ſolvat, & tunc incipit eſſe creditor ſui principalis.*
30 *Moratoria non afficit creditores futuros.*
31 *fidejuſſor ſi ſolvat, non habet regreſſum contra principalem, termino moratoriæ currente.*
32 *Exceptio competens reo non prodeſt fidejuſſori in obligationibus ſolvendis.*
33 *Exceptio moratoria reſpicit perſonam debitoris, quæ ejus perſonam non egreditur.*
34 *Moratoria ſi foret realis multo magis tranſiret in hæredem, & ſucceſſorem.*
35 *Fidejuſſori non competit beneficium conceſſum debitori, ne conveniatur ultra quàm facere poſſit.*
36 *Concurſus lis facit ceſſare omnes moleſtias, & exactiones creditorum contra debitorem lite pendente.*
37 *Concurſus judicium motum à debitore nihil prodeſt fidejuſſoribus, nec correis, quominus eo pendente, conveniantur.*
38 *Ceſſio bonorum facta à debitore non relevat fidejuſſorem, nec eum liberat ab obligatione.*
39 *Reſtitutio in integrum competens principali, non prodeſt fidejuſſoribus.*
Fidejuſſoris prælatio non conſideratur à tempore, quo ſolvit; ſed à tempore obligationis, ad quam ſolutio retrotrahitur.
41 *Fidejuſſoribus regulariter non prodeſſe moratoriam impetratam à debitore, quamplurimi tenent Doctores.*
42 *Maximè ſi non ſint in ſupplicatione, & gratia expreſsè nominati.*
43 *Moratoria prodeſt fidejuſſoribus quando redundaret in præjudicium debitoris principalis.*
44. 45. 46. 47. *Ut in exemplis appoſitis, ibid.*
48 *Pro fidejuſſoris conventi defenſione, an poſſit appoſitio debitoris docentis de ſua moratoria.*
49 & 50. *Moratoriæ dilatione pendente currunt uſuræ, & redditus cenſuum.*
51 *Uſuræ ratione lucri ceſſantis ceſſant per inducias conceſſas à creditoribus.*
52 *Non tamen redditus cenſuum, nec intereſſe damni emergentis ceſſant per inducias.*
53 *Induciæ conceſſæ à creditoribus debitori, & ex quibus cauſis.*
54 *Et ad induciarum conceſſionem quomodo computandus erit creditorum numerus; quando per numerum perſonarum, aut cumulum debitorum.*
55 *Pluribus creditoribus una competit obligatio in ſolidum omnes unam repræſentant perſonam.*
56 *Uſura, & redditus debiti computantur in quantitate.*
57 *Induciæ per creditores præſentes quando obligent abſentes.*
58 & 59. *Major pars quantitatis inter creditores prævalet minori.*
60 *In æquali quantitate præfertur major numerus creditorum.*
61 *In æquali quantitate, & numero perſonarum & illius partis ſententia prævalet, quæ humanior ſit.*
62 & 63. *L. 5. tit. 5. p. 5. & l. 6. plures caſus ſingulares determinant circa inducias conceſſas à creditoribus.*
64 & 65. *L. 15. tit. 5. lib. 2. recopilat. l. 5. 6. & 7. tit. 19. lib. 5. varia diſponunt circa decoctos, & fallitos, cum bonis, vel abſque illis fugitivos.*
66 *Exornavit præfata jura, & latè de materia inducia-rum tractant Doctores relati.*
67 & *ſeq. Ad inducias concedendas an omnes creditores tam abſentes, quàm præſentes ſint citandi, vel an major pars præſens præjudicet minori abſenti.*
68 & *ſeqq. In iis quæ communia ſunt pluribus ut ſingulis, & in quibus major pars præjudicat minori ex ſubſtantia actus eſt omnium citatio.*
71 *Conſuetudo, ne in uno loco congregentur creditores ad inducias concedendas ſervatur.*
72 *Conſuetudo hæc viget in Hiſpania, & ſic à ſingulis creditoribus conſenſus ſeparatim præſtatur.*
73 *Ad confirmationem induciarum faciendam à judice citatur major pars.*
74 *Induciæ conceſſæ à creditoribus debitori proſunt fidejuſſoribus.*
75 & 76. *Proſunt etiam correo.*
77 *Ad induciarum conceſſiones credita debent eſſe vera, non ficta, non per confeſſionem debitoris, nec per recognitionem ſchedulæ privatæ.*
78 *Induciæ confirmatæ per ſententiam Senatus an proſint hæredi debitoris, adeunti cum beneficio inventarii.*

1 FRequens eſt in hiſce regnis Hiſpaniæ moratoriæ uſus, qua appetere ſolent debitores ære alieno gravati, ut per aliquod tempus lis concurſus ſuſpendatur, ne à ſuis creditoribus interim vexentur, & hæc vel à principe juſtis de cauſis impetrantur, vel ab ipſis creditoribus ceduntur, quæ induciæ dicuntur.
2 Quoad primum dicendum erit principem juſta de cauſa ſibi narrata poſſe debitoribus moratoriam dilationem concedere, ne intra illius metas poſſint à creditoribus ſuis moleſtari, nec credita ſua exigere, juxta *leg. quoties, l. univerſa, C. de precibus imper. offer. l. 4. tit. 24. part. 3. l. 32, & 43. tit. 18. part. 3.* de qua moratoria tractant Cucus *de moratoriæ præſcriptio.* Rebuffus *ad leges Gall. to. 2. tit. de literis dilatoriis annalibus per totum.* Menoch. *de arbitrariis, lib. 2. caſu 203.* Azevedius *in l. 2. ex n. 34. cum ſeq. tit. 14. lib. 4. recopil.* latè Rodulphinus *de abſolut. princ. poteſtat. c. 6. à n. 48.* Farinac. *in praxi crimin. q. 29. ex n. 29. cum ſeqq.* Muſcatellus *in praxi part. 4. gloſſ. petendo. n. 12. cum ſeq.* Maſtrill. *deciſ. 16.* Trentacinq. *variar. reſolut. lib. 3. tit. de ſolutionib. reſolut. 1. per totam.* Villadiego *politica. c. 2. n. 169.* Tuſchus *lit. M. concluſ. 283.* Curia Philippica *1. 2. p. §. 24. à n. 1.* noviſſimè Ludovic. Sanctius Melo *de induciis, q. 34. ex n. 3. & n. 10.* adde Lancellot. Corrad. *in templo judic. lib. 1. c. 1. §. 4. tit. de imperato. verſ. debitoribus dilationem indulget, n. 1.* pulchrè Graſſis *de exceptio. à princip.*
3 Et hæ quidem moratoriæ à principe dumtaxat poſſunt concedi, ut docent Caſtrenſ. *in l. 1. §. qui magiſtratum, §. 9.* per text. ibi, *ff. quod quiſque juris.* Trentacinq. *de reſol. 1. n. 3.* Rebuff. ubi proximè *gloſſ. 1. nu. 6.* Theſaur. *deciſ. 186. n. 2.* Curia Philippica & Villadiego locis citatis, & Sanctius *d. q. 35.*
4 *nu. 24.* Et ideo per inferiorem à principe ſupremo
5 moratoriæ hæ gratioſæ concedi poſſunt, ut per Paulum de Caſtro loco citato, Caravitam, & alios probat Graſſis ubi proximè *n. 45.* qui *num. 47.* poſt alios firmat, hanc moratoriam eſſe merè perſonalem, & uni conceſſam non prodeſſe ſuis hæredibus, aut ſucceſſoribus idem probat Coſta *de portione ratæ, q. 139. num. 9.* Sanctius *q. 13. ſub num. 32.* Carroc. *de exceptione fin. nu. 38.*
6 Sed circa has moratorias à principe impetratas aliqua notabilia, & practicabilia annotanda erunt, & primitus, quod impetrans uti nequit dictis moratoriis, quouſ-

quousque prius suis creditoribus cautionem fidejussoriam, vel pignoratitiam præstet de solvendis creditis, tempore moratoriæ extincto, text. est capitalis & expressus *in l. universa rescripta, quæ in debitorum causis super impetrandis dilationibus promulgantur, non aliter valeant, nisi fidejussione idonea super debiti solutione præbeatur C. de precibus impetrat. offer.* text. *in cap. universa* 35. *q.* 2. *l.* 32. *&* 33. *tit.* 18. *part.* 3. exornant Azevedius *in l.* 2. *n.* 33. *cum seqq. tit.* 14. *recopil.* Rebuffus *de literis dilator. art.* 1. *gloss.* 1. *nu.* 49. Trentacinq. *de resolut.* 1. *n.* 6. Sanctius *dict. q.* 34. *n.* 12. probant insuper Guido Papa *decis.* 109. Natta *consil.* 591. *n.* 1. *lib.* 3. Caravita *super ritu regni Neapol. ritu*, 287. *n.* 5. Afflictis *decis.* 378. Fuscus *in singula, lit. D. n.* 11. Anna *singular.* 463. Vitalin. *in tract. clausul. in v. nihil novari dilatio penden. n.* 3. Conrad. *in templo judic. lib.* 1. *c.* 1. §. 4. *de imper. in verb. debitorib. dilatio. n.* 8. Zerola *in praxi episcopali verb. quinquennalis, vers. secundò*, Marches. *de commission. commissio.* 4. *c.* 1. *n.* 7. Grassis *d. exceptio.* 32. *n.* 97.

7 Quæ resolutio procedit, etiamsi in rescripto principis cautio hæc fuerit remissa impetranti, quia non obstante tali remissione moratoria, non refragatur debitori, nisi præstiterit præfatam cautionem de satisfaciendo creditoribus in fine ipsius dilationis. Affirmant communiter DD. Bald. Salicet. Castrensis, & Fulgos. *in d. l. universa:* sequitur Trentacinq. *lib.* 3. *tit. de solu-*
8 *tio. d. resolut. n.* 7. Sanctius *d. q.* 34. *n.* 15. *&* 16. & post Caravit. Afflictum, & alios sequitur Grassis *d. exceptio* 32. *n.* 98. qui omnes limitant, nisi rescriptum habeat clausulam non obstante.

9 Sed tunc intelligendum erit, si à creditoribus cautio & fidejussio hæc postuletur, & non aliter, *l. si quis filium, §. stipulatio.* ibi, *cum interpellatus, ff. de collatio.* gloss. *in d. l. universa. C. de precib. imper. offer.* quam communiter sequuntur Doctores, ibi, & præcipuè Paul. de Castro *n.* 6. Caravi. *in eitu.* 189. *n.* 5. *& ritu* 287. *n.* 5. Alexand. *consil.* 220. *vol.* 2. Angel. *vers.* 237. de Marsilis *in rubric. de fidejussorio, n.* 145. *&* 164. Troisi *super d. ritu* 287. *n.* 2. Brunus *in tract. de cessione bonor. q.* 21. *n.* 2. Ursill. *in annotationib. ad Afflictum decis.* 378. *n.* 2. Surd. *cons.* 124. *n.* 1. *&* 2. *lib.* 1. Conrad. *loco cita. n.* 11. Ruinus *consil.* 16. *n.* 33. *vol.* 4. Marches. *d. c.* 1. *n.* 8. Gregor. Lopez *in l.* 33. *verb. fiador. tit.* 18. *part.* 3. Surdus *decis.* 25. *n.* 8. *& decis.* 57. *à princip.* Farinacius *in praxi criminal. q.* 29. *n.* 28. Gratian. *disceptat. forens. c.* 100. *n.* 6. Barbos. *in l. divortio. §. interdum, n.* 13. *ff. solut. matrim.* Paz *in praxi*, 4. *part. tom.* 2. *c.* 6. *n.* 5. Barbosa *in remiss. ad leges Lusitan. l.* 3. *tit.* 37. *in princip. n.* 4.
10 Sanctius *de inductis quæst.* 34. *n.* 14. latissimè multa cumulans videndus Grassis *de exceptio. d. except.* 32. *n.*
11 100. *& multis seqq.* ubi etiam de regula generali, quod quando quis tenetur præstare cautionem, intelligitur, si à parte petatur; *& n.* 101. quod si quis tenetur ad fidejussionem intra certum tempus, ut tunc teneatur etiamsi
12 à parte non petatur; plures allegat; & comprobat *num. seqq. & ex n.* 117. *cum multis seq.* An ob impossibilitatem inveniendi fidejussores excusetur impetrans cum cautione juratoria, ubi latissimè videbis.

13 Deinde debitor, qui hanc moratoriam vult à principe impetrare, debet in supplicatione omnino ei narrare ea omnia, quæ principem ipsum retrahere possint à gratiæ hujusmodi concessione, etenim narratione horum omissa gratia erit subreptitia, nulla & sine ef-
14 fectu: ideo debet narrare debiti qualitatem (hoc est) an
15 debitum sit juratum, an proveniat ex causa delicti, &
16 an regium sit, vel fiscale; an ex causa locationis, aut
17 conductionis, an debitum sit Ecclesiæ, vel pupillorum;
18 an sit pro emptione domus, an aliquando aliam mora-
19 toriam impetraverit ab eodem Principe, & an lis pen-
20 deat super debito: quibus in casibus non tenet conces-
21 sio moratoriæ generalis, prout latè prosequitur Tren-
22 tacinq. *d. resolutio. 1. à n.* 11. *n. seq.* & alii statim citan-
23 di. Item si procedat ex causa dotis depositi, aut salarii, vel causa annonæ, vel administrationis panis, aut ex causa alimentorum, prout asserit ex aliis Sanctius à Mello *de induciis, q.* 34. *n.* 21. & latiùs singulos hos, alios similes casus comprobans videndus *in q.* 12. *per totam*; & latissimè post plurimos de omnibus sigillatim videndus Grassis *d. exceptio. d. except.* 32. *ex num.* 13. 24 *usque ad fin.* ubi an debito per pactum moratoriæ renuntians, & se contra debitorem impetraturum; nec impetranda usurum, nec moratoria impetrata proderit pro debitis postmodum contractis Mello *ibi num.* 32. 25 Grassis *nu...* latè etiam, & de singulis Carrocius *de exceptio. except. fin. ex n.* 33. *usque ad n.* 39.

Sed an moratoria impetrata per debitorem prosit ejus 26 fidejussoribus, ita ut ea conventi à creditoribus se juvare possint, non concordant Doctores: quidam namque affirmativè resolvunt ei prodesse, ea moti ratione, quia si fidejussoribus non prodesset, inanis foret moratoria, 27 cum isti solventes contra debitorem ipsum regressum haberent, & quia hæc moratoriæ exceptio tangit rem & obligationem ipsam, quæ tanquam reali prodesse debet fidejoribus, & ea se tueri possunt; tenet ex mente Pauli Alberic. & Greg. Lop. Villadiego *in politica, c.* 2. *n. fin. vers. masso contrario.* Et quod eam possit debitor 28 principalis allegare in favorem fidejussoris conventi, tenent Costa *de portione ratæ, c.* 138. *n.* 8. Surdus *decis.* 301. *in fin.* Cæsar Bartius *decis.* 78. Barbosa *in l. meritum, n.* 87. *versic. quod tamen, ff. solutio matrim.* de Marsillis *in rub. de fidejussor. n.* 175. & remissivè, *nu.* 271. Quos novissimè sequitur Sanctius *de induciis, q.* 25.

Aliud, & efficacius fundamentum addiderim ego, quod si fidejussor obligatus remaneat sub conditione si solverit, & postquam solverit pro principali debitore adimpletur conditio, & non antea, *Authent. præsenti, C. fidejussorib.* Si fidejussor solvat post moratoriam, tunc 29 incipit esse creditor, & poterit liberè agere contra debitorem, qui ei de moratoria opponere non potest; cum moratoria non afficiat creditores futuros, sed eam præcedentes. Ut ex Mello *q.* 34. *n.* 32. & ex Grassis *except.* 32. *n.* 94. & per DD. ab istis citatos, diximus superiùs *n.* 25. *in fine.* Ergo moratoria fidejussoribus 30 prodesse debet ne damnum proveniat debitori, & moratoria ipsa inanis remaneat, juxta ea quæ protinus *nu. seqq.* & inferius *ex n.* 43. *vers. quam tamen resolutionem*, &c.

Sed hæc opinio nunquam mihi placuit, nec ei ac- 31 quiescere potui, tum quia non percipio vim rationis, cui nitantur DD. citati, dum dicunt, quod si non prodesset moratoria fidejussoribus, inanis redderetur. Etenim si fidejussores solvunt, non possunt recurrere contra debitorem principalem, durante sua moratoria, qui cum sint etiam creditores, ipsos præcisè comprehendit moratoria, qua indubiè, regulariter loquendo, uti potest debitor adversus eos volentes illum convenire.

Deinde, qui in obligationibus solvendi exceptio, 32 quæ competit reo, non prodest fidejussoribus suis. Bald. *in l. quoties, D. precibus imper. offeren.* Robius *in tract. de stat verbis præscriptio* Grassis *except.* 32. *n.* 38. quia cum hæc exceptio moratoriæ sit personalis, & respiciat personam debitoris, ejus personam non egreditur. Fa- 33 bius de Anna *cons.* 82. *n.* 8. & ex *l. exceptiones, ff. de exceptionibus, l quia personale, ff soluto matrim.* & ibi Bart. & Matthesil nus *sing.* 104. Crema. *sing.* 102. observat Aretin. *de fidejussor. sect.* 9. §. 10. *n.* 1. *& n.* 9. *fol.* 869. Grassis *exceptio.* 32. *n.* 38. quia si moratoria foret realis, multò magis transiret ad hæredem debitoris, sed 34 hoc est falsum, ut probavimus *suprà n.* 5. *in fin. versic. & hæ quidem moratoriæ*; &c ergo est personalissima.

Hinc est, quod beneficium concessum debitori, ne 35 conveniatur ultra quàm facere possit, non prodest fidejussoribus suis, *l. fidejussor*, ubi gloss. Bart. & Alex. *ff. de re judic.* Brunus *de cess. bonor. q.* 25. *q. princ. n.* 1. *& seq. & q.* 6. *n.* 8.

Deinde, quia si concursus judicium inter suos credi- 36 tores motum à principali debitore per quod suspendun-

tur

tur conventiones, executiones, & exactiones contra debitorem, cum ad hoc sit destinatum, prout ex plurimis latè probavimus *suprà 1. p. c. 1. ex n. 7. cum seqq.*

37 nihil prodest fidejussoribus seu aliis correis, quominus liberè conveniri possint à creditoribus dimisso concursu, & ejus pendentia minimè obstante, prout ad longum probavimus *sup. 2. p. c. 17. & 18. per tot.* Ergo nec moratoriæ dilatio, debitori concessa fidejussoribus proderit.

38 Et in expresso, quod cessio bonorum facta per debitorem principalem non prosit fidejussoribus suis, nec eos liberet ab obligatione, probat §. *fin.* ubi Aretinus *n. 1. instit. de actionib. l. hæres à debitore, §. quod si stipulator*, & ibi Barthol. *ff. de fidejuss.* Guido Papæ *dec. 211.* Cassan. *in §. fin.* ubi etiam Aret. *n. 10. instit. de actionib.* Brunus *de cess. bonorum, in 8. q. princip. n. 2.* Grassis *de except. n. 34.* ubi latè probat, *& except. 32. n. 40.*

39 Comprobatur, quia exceptio restitutionis in integrum competens principali debitori, non prodest suis fidejussoribus. Notat Grassis *ubi proximè dicto n. 40.* Aretinus *dicto §. fin. n. 5. de replicatio.* Latissimè Sfortia *de restit. in integrum, q. 48. per totam.* Ergo nec moratoria tanquam merè personalis exceptio fidejussori proderit.

40 Nec obstat aliud fundamentum acutè consideratum pro contraria parte *ex n. 29. vers. aliud efficacius*, &c. quo diximus fidejussorem tanquam creditorem conditionalem solventem post moratoriam, agere posse contra principalem debitorem. Quia respondetur, quod licèt sit creditor conditionalis, tamen purificata conditione per solutionem postea factam creditum suum, & obligatio retrotrahitur ad tempus suæ obligationis, ita ut præferatur pro suo credito omnibus aliis creditoribus ante solutionem, & post obligationem fidejussoriam contrahentibus, ut ex Feliciano de Solis & Joan. Gutier. resolvimus suprà *hac 2. p. c. 21. 22. & seqq. versic. infertur tertiò ad fidejussorem*, &c. Atque ideo attenta origine suæ obligationis præcedens tempus moratoriæ, hæc eum excludit, quemadmodum & cæteros extantes tempore concessionis.

41 Et hanc partem ex aliquibus fundamentis relatis probarunt expresè Bald. Cynus, Salicetus *in d. l. quoties, C. de precib. imper. offer.* Bart. *in l. filiusfamilias, §. si stipulatus sum. n. 2. ff. de verb. oblig.* Jas. *in d. l. quoties in fine.* Paulus Fuscus *in singulari. litt. D. n. 11.* Rebuffus *de litteris gloss. 1. n. 42.* Menochius *de arbitr. lib. 2. casu 203. n. 29. & casu 337. in fin.* Marchesan. *de commiss. 4. §. 1. n. 25. & 27.* Caravita *super ritu 186. n. 26.* Troisi *super eodem ritu, n. 13.* Corradus *in templo judis. lib. 1. c. 1. §. 4. tit. de imperator. in verbo, debitori dilatio indulg. n. 10.* Fabius Anna *cons. 82. n. 7. lib. 1.* Rebius *de stat. urbium præscripti. gloss. 21. n. 64. & 65.* optimis fundamentis defendit Grassis *exceptionib. de except. 32. ex n. 37. cum seq.* & ex eisdem fundamentis, tacito tamen hoc authore, idem cum Asinio *de executione, in prolog. c. 2. n. 19. & 20.* Anguisola *cons. 142. n. 2. lib. 3.* Jo. Bernard. Muscatel. *in sua praxi fidejussor. 2. p. q. 9.* Ant. Henrigius *de fidejussor. c. 27. 5. p. ex n. 74. cum seq.* & suprà Valentin. Franchis *eodem tract. c. 3. ex nu. 153. usque ad n. 183.* & sursum Carrocius *de exceptionibus, except. fin. 168. ex n. 23. seq.* & Prosper Farinac. *in pract. crimin. q. 29. n. 16.* latissimè post Surdum *consil. 327. n. 22. & 32.* plures alios allegat Gratian. *dicept. forens. tom. 1. cap. 12. per tot.* maximè *ex n. 4. & seqq.* Marescotus *variar. resol. lib. 2. cap. 130. n. 1. & seq.* & post alios plures pro verba conclusione resolvit Aretin. *de fidejussor. sect. 9. §. 10. ex n. 1. cum. seq. fol. mihi 868. &*

42 *seq.* dicens, quod moratoria, qua solet muniri debitor, ne ab eo intra aliquod tempus petatur, concessa principali debitori non prodest suis fidejussoribus, maximè si non sint in supplicatione, & gratia expresè nominati, eo quod est privilegium personale non egrediens personam debitoris, & quia in obligationibus solvendi, exceptio quæ competit reo principali, non prodest suis fidejussoribus.

43 Quam tamen resolutionem limitabis, ut procedat, quando debitori principali non noceret, ut dictum est: at quando eidem nocet, & moratoria remaneret, inutilis putà, quando conventi fidejussores regressum habent contra debitorem principalem, eo quod iste ad favorem fidejussorum renuntiavit moratoriæ impetrandæ, & ea contra ipsos non usuros promisit. Nam hoc casu moratoria concessa debitori, fidejussoribus etiam suis prodesset. Ut per Barthol. *in l. Stichum §. quod vulgo ff. solut. matrim.* Socin. & Alexand. *in l. cum filiusfamilias §. 1. ff. de verb. obligat.* Robius *de statutat. vero præscript. §. 31. n. 69.* Grassis *de except. 32. n. 41.* Carrocius *except. fin. num. 24. &* præ cæteris melius declarat 44
Gratianus *discept. 12. ex nu. 4. & ex n. 9.* prout etiam quando fidejussor non renuntiavit beneficio credendarum, quia tunc utitur dilatione principali concessa. Ut ex Baldo, Cin. & Anna *consil. 82. nu. 2. vol. 1.* observat idem post Bertazol. *consil. 356. in fin. lib. 2.* & alios Carrocius *de except. fin. 168. n. 26.* Grassis *d. except. 32. nu. 43.* & ex Valent. Francho *de fidejussoribus c. 3. ex nu. 154. usque ad nu. 183.* Bernard. Muscatell. *in prax. fidejussor. p. 2. q. 9.* Anguisona *cons. 142. n. 2. lib. 3.* Enrigius *de fidejussor. c. 27. p. 5. n. 76. cum seq.* limitat Pirrus Maur. *eod. tract. d. sect. 9. §. 10. n. 14.* & quando 45
adest obligatio faciendi ratione individuitatis, & mutui damni, & præjudicii debitoris. Ut ex Bald. & Marchesano firmat Graf. *d. excepti. 32. n. 43.* Carrocius *ubi proxime n. 27. & n. 39.* Maresotus *variar. resolut. lib. 2. c. 130. & n. 1. & seqq.*

Vel quando creditores agunt contra sequestrarium 46
bonorum debitoris, quem iste defendere potest ratione sui præjudicii, ne vendantur sua bona dilatione moratoriæ pendente, Surdus *decis. 301. per totam*, cum omninò redundet in debitoris præjudicium, & inanis reddatur moratoria.

Et ad hunc sensum, & limitationis rationem, & ter- 47
minos trahendi sunt Doctores omnes contrariam sententiam sectantes relati *supra n. 26. versic. sed an moratoria* &c. Dum nituntur huic rationi, quod si non prodesset fidejussoribus moratoria, debitori noceret, & fuisset inanis, ut procedant in casibus supra impetrata dictæ limitationis, quando debitori noceat, & non aliter. Imò præfati DD. loquuntur in induciis per creditores datis debitori, de quibus *infra ad fin.* hujus cap.

Quapropter nec audiendus erit Pirrus Maurus *d. §. 10.* 48
dum *n. 12. & 25. cum seqq.* limitat resolutionem, quando debitor comparet pro sui fidejussoris conventi defensione, opponens de moratoria, ut tunc fidejussori prosit ob interesse debitoris: quia falsa limitatio est: quoniam nullum interesse debitoris considerari potest, quando fidejussor exactus & solvens non potest adversus eum sua tutum moratoria regressum habere, ut superius diximus. Ita etiam latissimè explicat, & post plurimos alios distinguit Gratian. *discept. 12. per totam.* Secus si potuisset adversus principalem debitorem regressum habere dilatione moratoriæ pendente, & nec obstante, ex *l. si fidejussor. ff. de re jud.* videndus omnino.

De super animadvertendum erit, quod moratoriæ 49
dilatione pendente currunt usuræ, & redditus censuum, ita ut finita dilatione, creditores non solum recuperent redditus ante moratoriam obtentam decursos, verum etiam qui cucurrerunt ea pendente: quoniam moratoria tantum impedit exactionem reddituum, non tamen suspendit cursum reddituum, nec tangit sortem principalem. Ita optimè tenet Felician. *de censib. tom. 2. lib. 3. c. ult. nu. 7.* quem sequitur Avendan. *de censib. c. 110. ex n. 5.* ubi rectè impugnat Rodriguez *de redditib. l. 3. q. 9.* vel contrarium, vel saltem intricatè loquentem. Et quod currant usuræ, & redditus pendente moratoria concessa debitori per principem, tenent Trentacinq. *var. resol. lib. 3. tit. de resolutionibus resol. 1. n. 26.* & cum Barbosa & Tuscho Sanctius *de inductis, q. 14. n. 28.* & cum Cyno, Salicet. & Marches. Grassis, *except. 32. n. 99.* & cum Saliceto, & Ursillo Carrocius *de exceptionib. except. fin. n. 21.*

Quod limitatur, quando induciæ conceduntur per 50
creditores debitoris, ut ex Mastrillo *dec. 16. per tamen,*

tenet

tenet Sanctius *ubi proximè n.* 29. qui sic intelligit Rodriguez *d. c.* 9. qui declarat de usuris debitis ratione lucri cessantis, & non de redditibus censuum ex stipu-
52 latione promissis, & debitis. Sicuti & interesse damni emergentis: quia etiam induciis pendentibus per creditores debitori concessis, currunt. Ut ex aliis firmat Grassis *de exception. fin. n.* 90. & pluribus relatis idem tenet Trentacinq. *variar. resol. lib.* 3. *tit. de solution. resolut.* 1. *nu.* 26. quod ego intelligerem, nisi aliud inter creditores, & debitorem actum sit.

53 Quantum attinet ad secundam partem nostri cap. tangentem moratorias miserationis causa concessas per creditores debitori (quæ induciæ vocantur) ne intra certum tempus debitor molestetur, nec conveniatur, ut magis commodè ipse post terminum eisdem solvere possit: vel etiam quando creditores tractant, de remittenda certa parte suorum creditorum ipsi debitori, ut aliam eis solvat. Quibus casibus vix aliquid potest dubitari, quin à juris communis, & Regii legibus sit præventum, *l. & suum hæredem*, §. *hodie tamen ita.* demum actio hujusmodi creditoribus obest, si convenerint in unum, & communi consensu declaraverint, quota parte debiti contenti sint. Si verò dissentiant, tunc prætoris parte necessariæ sunt: qui decreto suo sequitur majoris partis voluntatem *ff. de pactis.* Ma-
54 jorem esse partem, (prosequitur Papinianus *in l.* 9. proximè sequenti) pro modo debiti, non pro numero personarum, placuit. Quòd si æquales sint in cumulo debiti, tunc plurium creditorum numerus præferendus est. In numero autem pari creditorum, authoritatem ejus sequitur Prætor, qui dignitate inter eos præcellit. Sin autem omnia undique in unam æqualitatem concurrant, humanior est sententia à Prætore eligenda, & *in leg. seq.* 10. *ff. eod.* agitur, quando pluribus personis
55 una obligatio competit in solidum, ut pro una tantum omnes judicentur, & habeantur, & in fine ita determinat.
56 Summæ autem applicare debemus etiam usuras, *leg. res-*
57 *criptum* 21. *eod. de pactis*, ita ait: Rescriptum D. Marci sic loquitur, quasi omnes creditores debeant convenire. Quid ergo, si quidem eorum absentes sint? Num exemplum præsentium absentes sequi debeant? Sed an, & privilegiariis absentibus hæc pactio noceat, eleganter tractatur; si modo valeat pactio, & contra absentes, & reperio ante formam à D. Marco datam D. Pium rescripsisse, fiscum quoque in his casibus, in quibus hypothecas non habeat, & cæteros privilegiarios exemplum creditorum sequi oportere. Hæc enim omnia in eis creditoribus, qui hypothecas non habent conservanda sunt.

58 His accedit *l. fin. C. qui bonis ceder. poss.* ibi: Quotidie dubitatur, si quidam ex creditoribus voluerint quinquennales dare inducias, alii autem jam nunc cessionem accipere velint, qui audiendi sint. In tali itaque dubitatione, nemini putamus esse ambiguum, quod sentimus, & quod humaniorem sententiam pro duriori eligimus, & sancimus, ut vel ex cumulo debiti, vel ex numero creditorum causa judicetur. Et si quidem unus creditor aliis omnibus gravior in summa debiti inveniatur, ut omnibus in unum coadunatis, & debitis eorum computatis, ipse alios antecellet, ipsius sententia obtineat sive indulgere tempus, sive cessionem accipere desiderat.

59 Si verò plures quidem (prosequitur text.) sint creditores ex diversis autem quantitatibus, etiam nunc amplior debiti cumulus minori summæ præferatur, sive par, sive discrepans numerus est creditorum: cum non ex frequentissimo ordine fœneratorum, sed ex quantitate debiti causa trutinetur.

60 Pari autem quantitate debiti inventa dispari verò creditorum numero: tunc amplior pars creditorum obtineat, ita ut quod pluribus placeat, hoc statuatur.

61 Sin verò undique æqualitas emergat tam debiti, quàm numeri creditorum: tunc eos anteponi, qui ad humaniorem declinent sententiam non cessionem exigentes, sed inducias; nulla quidem differentia inter hypothecarios, & alios creditores (quantùm ad hanc electionem) observanda, &c.

62 Ad hoc idem duæ sunt singulares leges partitæ, quæ casus distinguunt inter dimissionem, seu remissiones partis debiti factam amiciori parte creditorum, & inducias ab eis concessas debitori. Altera est *l.* 5. *tit.* 15. *part.* 5. *Debdor se yenda ome de muchos si antes de desamparasse sus bienes, los juntasse en uno, y les piedesse que le diessen un plazo señalado à que les pagasse: si todos nose acordassen en uno à otorgarselo, aquel plazo ha de aver, que otorgare la mayor parte de ellos, maguer los otros no seno quisiessen otorgar. Y aquellos decimos que se deben extender, que son mayor parte que en mayor quantidad en los debdos. E si fuesse desacuerdo entre los unos, queriendo otorgale el plaço; e los otros diciendo que selo no otorgarian, mas que pagasse o desamparasse los bienes: entonces si fueren iguales en los debdos, o en quantidad de personas, deve valer lo que quieren aquellos, que le jorgan el plazo, porque semexa que se mueven à facerlo por piedad, que han de el. Y se por aventura fuessen iguales en los debdos, e desiguales en las personas, aquello que quisiere la parte o fueren mas personas, esso deve valer.*

63 Altera est *l. seq.* 6. *eod. tit. & part.* quæ loquitur circa remissionem partis debiti, & sic ait: *Rogando el debdor aquellos, à quien debiesse algo ante que les desamparasse sus bienes, que le quitasen alguna partida, de lo que les devia, e que les pagaria lo otro, si por aventura fuere desacuerdos entre ellos, queriendo los unos quitarle alguna cosa y los otros no; aquello debe valer, e ser guardado in raçon del quitamiento, que son todas las cosas, que diximos en la ley ante desta, en raçon del plazo que pidiesse. Y aun decimos, que maguer alguna de aquellos, a quien debiesse algo no estubiesse delante quando los otros le quitassen alguna partida del debdo que con todo esso debe valer lo que ficieren, & no lo puede revocar aquel solo. Fueras ende si la quantidad que el devia aver del debdo fuesse mayor, que la de todos los otros ea entonçes no impeciera, lo que sin el ficiessen. Y otro si decimos, que si algunos, que oviessen à recibir algo de su debitor, le quitassen alguna partida del debdo, o no fuesse ay presente, quando ficiessen este quitamiento, algun otro, aquien fuesse obligada señaladamente alguna partida de los bienes del debdor, o tuviesse alguna cosa suya, sa aladamente empeños, que le no empeceria el quitamiento, que los otros se ficiessen. Y a en salvo le finca todo su derecho en aquellos bienes que le fuessen obligados, o empeñados.*

64 Ad idem adsunt plures leges 25. *tit.* 5. *lib.* 2. *recopil. l.* 5. 6. & 7. *tit.* 19. *lib.* 5. *ejusdem recopil.* varia disponentes circa decoctos, & fallitos, cum bonis, aut absque
65 illis fugientes, aut ad Ecclesiam confugientes, & se retrahentes: & an valeant pacta cum eis facta per creditores, & de aliis ibidem disponitur, videndæ. Et explicat
66 eorum materiam Sanctius à Mello *de induciis, q.* 12. *per totam.* præfata jura latè exornant præter ordinarios, & multa circa hanc materiam tractarunt Gratianus *disceptat. forens.* 222. *per totam.* Trentacinq. *variarum resol. lib.* 3. *tit. de solut. resol.* 2. Brunus *de cession. bonor. q.* 41. *princip. & q.* 26. *princip.* Fontanella *de pactis nuptial. tom.* 2. *claus.* 5. *gloss.* 8. *part.* 7. *n.* 42. Seraphinus *decis* 1233. *nu.* 1. Baptista Thoro *in compend. decis. Neapol. verb. creditores*, Apicela *de tutamine paup. tit.* 3. *de remedio debitorum.* Costa *de portione ratæ, q.* 39. Ramonius *consil.* 10. Patr. Greg. *lib.* 22. *syntagm. c.* 7. Paz *in praxi*, 4. *p. tom.* 1. *c.* 6. Parlador. *l.* 2. *c. fin.* 5. *part.* §. 7. *n.* 8. Amador Rodrig. *de execut. c.* 8. *nu.* 35. *cum seq.* Monterroso *in pract. tract.* 2. Gutierrez *de jurament.* 1. *p. c.* 65. Osvald. *ad Donellum lib.* 22. *c.* 9. Nos obiter in comment. *de protect. reg.* 2. *p. c.* 4. *n.* 111. Covarr. *lib.* 3. *variarum c.* 1. latè Nicolaus de Passeribus *de scriptura priva. l.* 3. *q.* 5. *tit. de litteris inducialib.* Farinacius *in praxi tit. de carceribus, q.* 29. *per totam, & de accusatione, q.* 14. *ex n.* 8. *cum seq.* & novissimè tractatum scripsit Sanctius *de induciis* ubi longum accuratè tractatum absolvit, & ultra hos plurimi alii DD. hanc materiam tractant, quos in unum congessimus suprà 1. *part. cap.* 3. *ex n.* 13. & *cap.* 4. *n.* 21. *vers. quapropter ne continentia causæ*, &c.

Sed

67 Sed an in concedendis induciis citandi ſint omnes creditores tam præſentes, quàm abſentes, vel ſufficiat, 68 quod major pars eorum concedat; gravis eſt inter noſtros controverſia, eo quod in iis, quæ ſunt communia pluribus, ut ſingulis, & in quibus major pars præjudicat minori, prout in noſtro caſu, de ſubſtantia actus eſt omnium citatio, & ut omnes audiantur *dict. l. & ſuum hæredem*, §. *hodie*, *ff. de pactis*, & eſt text. celebris *in l. ſi prævedente* 58. §. *Lucius. ff. mandati.* ibi, *ſed cum proponas eum abfuiſſe, iniquum eſt auferri ei electionem.* Ex quibus juribus prædictam doctrinam deduxere Bart. *in l. omnes populi ff. de juſtit. & jur. in* 3. *p.* 2. *q. princ.* Alex. *conſ.* 205. *n.* 2. *lib.* 2. & ex aliis Surdus *conſil.* 390. *nu.* 12. *& ſeqq.*

69 Et per hoc fundamentum ita expreſsè, ut accordium præſentium creditorum abſenti non citato præjudicare non poſſe, tenent Alberic. & Aretin. Bald. Salicet. & *in dict. l. reſcriptum*, *ff. de pactis.* Trentacinq. *variarum reſolut. lib.* 3. *tit. de ſolutionib. reſol.* 2. *n.* 9. Paz *in praxi*, *tom.* 1. 4. *p. c.* 16. *n.* 3. Greg. Lopez *in dict l.* 5. *tit.* 25. *gloſſ.* 12. *n. fin. p.* 5. communiter receptum dicit Mendez *in praxi Luſitana*, *lib.* 3. *c.* 22. §. 6. *n.* 61. quidquid contrarium ſequatur fœdere diſtinctionis Mello *de induciis*, *q.* 6. ut hæc doctrina procedat, quando agitur inter creditores de remittenda parte debiti, non verò quando agitur de concedendis induciis debitori, ut hoc caſu non ſit abſentium neceſſaria citatio, ſed eis præſentium major pars præjudicet. Nec jura, quæ pro hujus poſterioris diſtinctionis membro loquentia de præjudicio abſentis vult ponderare, ei aſſiſtunt; cum rectè verificetur, & utrumque poſſit ſtare abſentes eſſe, & citatos fuiſſe.

70 Deinde cùm ad effectum remittendi partem debiti, & ad concedendas inducias omnes creditores in unum debeant congregari; prout expreſsè probant jura omnia civilia, & regia, & fatetur, ac latè probat ipſe Mello *in q.* 10 *per totam*, perneceſſe ſequitur ad præambulam citationem, & convocationem; cum de omnium præjudicio agatur, atque ideo à communi non erit recedendum, quæ certa eſt, & vera.

71 Fatemur tamen diſtinctionem Sanctii à Mello rectè procedere, ubi adeſt conſuetudo, ne creditores ad concendas inducias debitori in uno, & eodem loco congregentur, & coadunentur, quia tunc cum à ſingulis creditoribus ſeparatim poſſit fieri induciarum conceſſio; prout in multis provinciis hæc viget conſuetudo; ut per Gratianum *diſceptat.* 222. *nu.* 7. poſt Paz Gutier. & Rebuffum, quos allegat, & ſequitur ipſe Mello *q.* 10. *ex nu.* 20. *& ſeqq.* affirmans in Hiſpania formam congregandi in uno loco non obſervari, prout revera non obſervatur. Nam ſemper debitores inducias poſtulant à ſingulis ſeparatim creditoribus, & privatim, & poſtquam majoris partis aſſenſum habent, illum ſuperioris decreto confirmari procurant, ut deinceps tuti ſint, adverſus minorem partem, quam tamen pulſandam inſuper fore ad confirmationis judicium, ut cogantur majoris partis accordio ſtare, rectè conſuluit ipſe Mello *n.* 22. *in fin.* quod ex plurimis Doctoribus confirmat, & præciſum requiſitum dicit Gratianus *diſceptat.* 222. *n.* 26. ut abſque hac ſuperioris confirmatione parti creditorum renuenti non præjudicat. 72 73

Sed an induciæ, conceſſæ per creditores debitori, 74 profint ejus fidejuſſoribus: ad partes eruditè diſputat Mello *de induciis*, *q.* 25. *per totam*, *ex num.* 7. prodeſſe affirmat ratione pacti, & juribus, & fundamentis rectè comprobat videndus. Et idem affirmat in duobus cor- 75 reis *ex nu.* 15. *per leg. idem in duob. reis*, *& l. hæred.* §. *fin ff. de pactis*, *& l. ſi duo rei ff. de duobus reis*, ubi benè declarat eadem jura videndus. At differentiam 76 moratoriæ per principem debitori conceſſæ, quæ regulariter ejus fidejuſſoribus non prodeſt, nec ex ea ſe juvare poſſunt: ut latè ſuperius comprobavimus *ex nu.* 6. *cum multis ſeqq.* ubi de limitationibus.

Atque inſuper attendere debes, quod in concedendis induciis de veritate crediti creditorum debet conſtare, non per conceſſionem debitoris, nec per ſcripturam privatam, nec per creditum ſimulatum, ac fictum, nec per recognitionem ſchedulæ ipſius debitoris: quia tales creditores non poſſunt præjudicare aliis veris creditoribus. Latè de ſingulis differit Sanctius *de induciis*, *q.* 11. *per totam.* 77

Sed an induciæ conceſſæ per majorem partem credi- 78 torum confirmatæ per ſententiam Senatus aut Prætoris profint hæredi debitoris adeunti cum beneficio inventarii, latiſſimè videbis apud de Franch. *deciſ.* 179. *per totam*, ubi multis fundamentis negativè reſolvit, per te videndus, ſequitur Amendula ibi, *in addition. n.* 16.

Finis Secundæ Partis Tomi Primi.

D. FRANCISCI
SALGADO
DE SOMOZA,
IN REGALI CANCELLARIA
VALLISOLETANA SENATORIS,
LABYRINTHUS
CREDITORUM
CONCURRENTIUM AD LITEM

per debitorem communem inter illos caufatam.

EDITIO NOVISSIMA, CÆTERIS AUCTIOR ET EMENDATIOR.

PARS TERTIA.

LUGDUNI,
Sumptibus J. B. DELAMOLLIERE.

1792.

LABYRINTHUS CREDITORUM CONCURRENTIUM AD LITEM,

Per Debitorem Communem inter illos caulatam.

PARS TERTIA.

CAPUT PRIMUM.

Graduationis ſententia ſemel in rem judicatam tranſlata, an debitor, vel creditor aliquid noviter opponere valeat, quod vel creditorem infringat, vel graduum ordinem, ſeu prælationem ſubvertat, rei judicatæ exceptione minimè obſtante?

SUMMARIUM.

1 *Sententia graduationis in rem judicatam tranſlata non obſtante, an aliquid novum per debitorem, aut creditorem deductum admittatur, quod vel jus creditorum infringat, vel prælationem ſubvertat.*

2 *Jus denuò deductum, de quo inter eaſdem perſonas in priori graduationis judicio fuit cognitum, rei judicatæ exceptio obſtabit.*

3 *De identitatibus rei judicatæ exceptionem producentibus agitur, remiſſivè.*

4 *Jus non deductum, nec cognitum in priori graduationis judicio, ſi de novo proponatur, non obſtat rei judicatæ exceptio, ſive tunc adeſſet, ſive noviter ſit quæſitum.*

5 & 12 *Si inter creditores tantum de credito & an aliquis creditor ſit, vel non fuit actum exhibitis tamen totius juris inſtrumentis, & ut creditor graduetur, an ei noviter de jure prælationis agenti, rei judicatæ exceptio obſtet.*

6 & 14. *Affirmativa ſententia proponitur, Contraria, verior.*

7 *Expenditur text. in l. duobus* 19. *ff. de except. rei jud.*

8 & 9. *Expenditur Accurſ.*

10 *Jus, quod poteſt deduci per modum agendi, & excipiendi, ſi deducto per modum excipiendi reus ſuccumbat, non poteſt iterum per modum agendi deducere, ſi tendat ad eundum finem cum exceptio.*

11 *Text. in l. penult. §. Latinus Largus, ff. de except. rei jud. adducitur.*

12 & 13. *Ex nova cauſa novo in judicio deducta, de qua in priori judicio non fuit actum, poteſt noviter agi.*

14 & 15. *Concurſus judicium ad diſcutiendum jura & prælationes creditorum tam cum debitore, quam ipſis creditoribus ordinatur.*

16 *Creditor in principio concurſus verum eſſe creditorem, potiorem aliis, deducit.*

17 *Creditor de ſuo privilegio aut prælatione, inſtrumentis, aut probationibus docet.*

18 *Repræſentans inſtrumentum, continens exceptionem, eam tacitè opponit.*

19 & 20. *Exceptio, quæ inſtrumento continetur etiamſi expreſsè non opponatur, à judice ex officio admittitur.*

21 *Exceptio, quæ ex cauſa intrinſeca ineſt actioni, debet per actorem evacuari, etiam reo non opponente.*

22 *Inſtrumentum obligationis ab uxore factum, in quo mariti licentia non apparet, judex ex officio repellit; etiamſi exceptionem uxor opponat.*

23 *Actio & exceptio quando ex eodem inſtrumento apparet ſuper eo, poteſt judex pronuntiare, abſque expreſſa oppoſitione.*

24 *Actori, qui in actione deducit exceptionem, incumbit onus probandi exceptionis excluſionem.*

25 *A ſententia, qua quis declaratur creditor, eique gradus poſt alios aſſignatur, non appellans eam approbare videtur.*

26 *Sententia, à qua non eſt appellatum, tranſit in rem judicatam.*

27 *Res judicata facit de albo nigrum, & de falſo verum.*

28 *D. l. ſi duobus, & d. §. Latinus Largus, diſpoſitio non procedit ſervato ſtylo concurſus conſueto, comparendi creditores in judicio concurſus.*

29 *Diſpoſitio prædictorum jurium locum habet, quando creditor ſolum creditorem eſſe in judicio dixit ratione ſui juris atque hypothecæ fuit controverſum: nihil ſui prælatione tacitè aut expreſsè allegavit.*

30 *Sententia non poteſt ferri ſuper cauſa in judicio non deducta, etiamſi ex actis appareat.*

31 *Petens ex una cauſa, & ex alia non deducta in judicio probans non poteſt in eodem judicio obtinere. Super nova cauſa non deducta, non eſt lis conteſtata, nec adverſarius, ut ſe poſſit defendere, eſt inſtructus, ibid.*

32 *Affertur praxis tribunalium circa ſupra dicta.*

33 *Joannis Gutierrez ſententia rejicitur.*

34 *Teſtes deponentes ultra articulos nihil probant, nec ſuper eorum atteſtatione ferri poteſt ſententia.*

35 *Creditor in judicio concurſus ommes prælationis cauſas deducens, ſi aliquas non proſequatur, an poſt ſententiam graduationis poſſit eas proſequi ſine metu exceptionis rei judicatæ.*

36 *Affirmativa ſententia proponitur. & ſeq.*

37 *In actionibus perſonalibus victus ſi in una cauſa ſuccumbat, poteſt ex alia agere.*

38 *In actionibus realibus ſimpliciter victus ex omnibus cauſis victus intelligitur, & noviter agenti obſtat exceptio rei judicatæ.*

39 *L. & an eadem 14. §. 2. ff. de exceptio. rei judic. cum aliis expenditur.*

40 *L. 25. tit. 2. p. 3. expenditur ad ſupra dicta.*

41 *Gregorii Lopez declaratio traditur, & l. licet, 2. C. de judiciis.*

43 *L. & an eadem expenditur, in §. 2. l. penult. Latinus, ff. de exceptio. rei judic. explicatur.*

44 *Res hypothecæ ſubjici poteſt ex pluribus cauſis.*

45 *Res poteſt mihi ex pluribus cauſis deberi.*

46 *Socini Conſil. refertur.*

47 *Res judicata non præjudicat omnibus cauſis deductis in judicio, quum quædam tantum ſunt proſequuta.*

48 *Facti contingentia circa ſupra dicta refertur.*

49 *Dominus directus in emphyteuſis bonis ratione penſionis præfertur omnibus creditoribus, etiam anterioribus.*

50 *Dominus rei, penes debitorem exiſtentis præfertur omnibus creditoribus ſive anterioribus, ſive privilegiatis, & hypothecariis.*

51 *Res judicata non obſtat ſuper non proſequutis, & ſuper non petitis in judicio.*

52 *Gloſſa, & aliorum doctrina expenditur.*

53 & 54. *Rei judicatæ exceptio ſemper oritur ex ſententia reſpectu eorum, quæ ſunt proſequuta.*

55 *Refertur controverſia inter Comitem de Alva de Liſte, & D. Didacum de Vera, & ſeqq.*

58 59 60. *Fundamenta Comitis de Alva proponuntur.*

61 *Fundamenta D. Hieronym. de Vera, quibus intendit Comiti obſtare exceptionem rei judicatæ, proponuntur, & ſeqq.*

Facultatis regiæ verba, ad imponendum cenſus recenſentur, ibid.

62 *Rei judicatæ exceptionem in vim dilatoriæ apponens, ſi ſuccumbat, poteſt eam in vim peremptoriæ opponere.*

63 *Refutatur opinio D. Joan. de la Rea contrarium ſentientis.*

65 *Facultas impetrata ad hypothecandum certa bona, vel certum majoratum, non extenditur ad alia.*

66 *Facultas limitata ad certam rem, vel quantitatem, caſum, contractum, aut perſonam denegata intelligitur in aliis.*

67 & 68. *Ad exceptiones, quæ in inſtrumento ſimul continentur, & ex ipſo reſultant allegatæ cenſentur, attendere judex debet, 1. n. 110.*

69 *Bari doctrina, ad id expenditur.*

70 *Quando Judici eſt notorium actionem non competere, debet reum abſolvere.*

71 *Injuſtitia non enervat vires rei judicatæ, quæ de falſo facit verum & de nigro album.*

72 *Sententia aſſignat gradum creditori comparenti in concurſum per neceſſarium antecedens, eum eſſe creditorem, declaraſſe videtur.*

73 *Sententia non facit rem judicatam in præſuppoſitis in ea niſi præſuppoſita veniant in neceſſariam conſequentiam, vide nu. 98.*

74 *Sententia, quando neceſſariò aliquid ſupponit, ad illud ſe extendit.*

75 *Qualitas ſine ſubjecto non eſſe poteſt.*

76 & 77. *Sententia lata ſuper principali cenſetur lata ſuper articulo incidenti incompatibili cum principali.*

78 *Determinatio Senatus Valliſoletani traditur in favorem Comitis de Alva.*

79 *Comparatur deciſio, & oſtenditur novum jus quo utebatur D. Comes non fuiſſe deductum in priori judicio graduationis, & ſeqq.*

80 *Victo ex una cauſa, noviter ex diverſa agenti non obſtat exceptio rei judicatæ.*

81 & 82. *Exceptio conſiſtens in facto per externam allegationem, & probationem debet conſtare, & ſuper ea cauſæ cognitio adhiberi.*

83 *Facultatis aliqua verba ponderantur.*

84 *Duos majoratus, aut duas dignitates habens ad cognoſcendum cujus contemplatione actus fiat; attenditur denominatio.*

85 *Obligationis verba ponderantur, virtute facultatis regiæ factæ.*

86 *Separationis bonorum exceptio etiam poſt rem judicatam admittitur, cum ſit modificativa.*

87 *Hæres ſemel jam condemnatus ad ſolutionem crediti hereditarii poteſt opponere de inventario, à ſe confecto.*

89 *Diſpoſitio geſta ſub cauſa, quæ à gerente ſupponitur vera, ſi detegatur falſa, nulla redditur ob defectum conſenſus.*

90 *Tranſactio facta per conſanguineos cum aliquo tanquam filio legitimato, nulla redditur, ſi appareat filium non eſſe defuncti, de cujus bonis agitur.*

91 *Idem quum legitimatio apparet nulla, vel falſa.*

92 *Tranſactio inita à communitate cum tertio immunem aſſeverante, ſi conſtet de falſa cauſa, nulla redditur.*

93 *Diviſio bonorum facta inter agnatos vigore laudi prolati, ſi detegatur non agnatus, annullatur diviſio, & laudum.*

94 *Contrahens cum aliquo tanquam hærede, & vigore iſtius qualitatis, ſi non ſit hæres contractus annullatur.*

95 *Tranſactio facta cum aliquo, tanquam cum fratre, ſi talis non eſſe appareat, contractus annullatur.*

96 *Diſpoſitio annullatur, ſi ſuppoſitum detegatur falſum.*

97 *Sententia ceſſat, ſententiæ cauſa ceſſante.*

98 *Sententia facit rem judicatam ſuper ſuppoſito in ea, quando veniunt in neceſſarium antecedens, vel conſequens, ſi ſuppoſita deducantur in judicium, & ſuper iis cauſæ cognitio adhibeatur.*

99 *Res judicata ut obſtet, requiritur, ut tam ex parte actoris & rei, quàm ex parte judicis de omnibus ſit plenè cognitum.*

100 *Diſpoſitio tunc operatur ſuper ſuppoſito veniente in neceſſariam conſequentiam, quando ſuppoſitum dependet ex mera voluntate gerentis.*

101 *Judex in iis, quæ in judicium deducta non ſunt, nihil poteſt diffinire.*

102 *Sententia abſque cauſæ cognitione lata, nulla eſt ipſo jure.*

103 *Gratiani ſententia in confirmationem adducitur.*

104 *Rei judicatæ exceptio oritur, quando Judex ſententiam fert ſuper principali, quamvis non reprobaverit exceptionem, de qua plenè fuit cognitum.*

105 *Sententia lata ſuper principali tunc cenſetur lata ſuper incidenti incompatibili cum principali, quando articulus incidit in judicium, & deducitur.*

106. Ex-

106 *Exceptio, quod quis non erat creditor ad bona majoratus, quæ nec fuit oppoſita, nec de ea cognitum, non potuit in ſententia graduationis tacitè comprehendi.*

107 *Judex, qui de exceptione appoſita non cognovit, de ea non intelligitur judicaſſe.*

108 *Argumentis in contrarium adductis reſpondetur, & ſeqq.*

109 *Bartoli doctrina explicatur adducta, n. 29.*

110 *Exceptiones, quæ ex inſtrumento reſultant, Judex attendere debet, etiamſi à parte non opponantur, quando eſt in favorem ipſius, qui inſtrumentum produxit.*

111 *Ex præſentatione inſtrumenti inducitur exceptionis oppoſitio.*

112 *Exceptio ut operetur debet opponi à parte, aliàs omiſſa intelligitur, & in re judicata non comprehenſa.*

113 *Si ex inſtrumento conſtat mulierem eſſe nuptam, & non interveniſſe licentiam viri, Judex poteſt exceptionem in conſideratione habere, & ſi mulier ſit condemnata, poteſt denuo de ea opponere.*

114 *Exceptionem apparentem ex inſtrumento, ex quo actor egit, Judex videtur non attendiſſe, ſi pro actione pronuntiavit.*

115 *Exceptio, quæ externa eget probatione, non poteſt dici ex inſtrumento conſtare.*

116 & 117. *Defenſio minus plena præſervat ſucceſſores majoratus à re judicata.*

118 & 119. *Re judicata contra tertium obtenta à creditore, ut vel cenſum recognoſcat, vel hypothecam dimittat, an reſolvatur per aliam rem judicatam obtentam à principali declarantem illum creditorem jam fuiſſe ſolutum.*

120 *Negativa ſententia proponitur.*

121 & 168. *Sententia Senatus, à qua ſupplicari non poteſt, eſt omnino irretractabilis, etiam per quamcumque nullitatem, etiam notoriam, & ex actis apparentem, dempto citationis defectu.*

L. 4. tit. 17. lib. recopilat. annotatur, ibidem, & n. 168.

122 *Executoriæ duæ ſi ad invicem contrariæ reperiantur an in electione judiciis ſit quam maluerit, ſequi.*

Negativè, & verius, 169.

123 *Executoriæ duæ contrariæ poſſunt eſſe validæ reſpectu diverſarum perſonarum, expenditur, l. ſi cum uno 22. ff. de except. rei judic.*

124 *Sententiæ contrariæ etiam ſuper eodem facto tolerantur inter diverſas perſonas.*

L. nam etſi 15. §. ſi filius qui ff. de inofficio. teſtam. expenditur, & l. cum filius 78. ff. de leg. 2. l. cum duobus Cod. de inofficioſ. teſtam. ponderantur, ibid.

125 *Obligatione perſonali extincta, adhuc poteſt durare hypotheca.*

L. 2. Cod. de evictione pignorat. adducitur, ibidem.

126 *Solutione omnis tollitur obligatio, ac jus hypothecæ reſolvitur.*

127 & 148. *Condictionem indebiti excludit auctoritas rei judicatæ.*

128 *Authoris judicium proponitur circa hanc controverſiam.*

129 *Comprobatur, cum ſeqq.*

130 *Solutione ejus, quod debetur, ommis tollitur obligatio, principalis, & acceſſoria, fidejuſſoria, hypothecaria*

131 *Principale ubi non ſubſiſtit, nec ea quæ ſequuntur locum habent.*

132 *Per ſententiam ſi quis declaratur creditor eſſe, vel non eſſe, jure vel injuria judicis diſſolvitur, vel ſubſiſtit hypotheca reſpectivè.*

Jura plurima ponderantur, ibid.

133 *Extincto creditorum jure, non ſubſiſtit hypotheca penes ipſum debitorem, aut tertium exiſtens.*

134 *Bona fides non patitur, ſemel exactum, iterum exigi.*

135 & 146. *Abſque ulla juris fallentia.*

136 *Semel ſolventi, ſi iterum authoritate rei judicatæ ſolvat, datur repetitio.*

137 *Condictio indebiti, vel ſine cauſa etiam cum juramento non poteſt renunciari.*

138 *Res judicata, cujus virtute, quòd antea ſolutum habebat, quis ſolvit, non obſtat debitori repetenti.*

139 & 143. *Condictio ſine cauſa datur ei, qui authoritate rei judicatæ indebitum ſolvit, non condictio indebiti.*

140 *L. in l. commodato 17. §. fin. ff. commodati explicatur.*

141 *L. 2. Cod. de re judicata cum aliis explicatur.*

142 *Res judicata ceſſat cauſa ceſſante, & lata ſub ſuppoſitione, quæ detegitur falſa.*

143 *Solutum indebitè per condemnatum non repetitur per condictionem ob rei judicatæ authoritatem; ſed per condictionem ſine cauſa.*

144 *L. ſi falſo, ff. de condict. ſine cauſa explicatur.*

145 *Solvendi virtute rei judicatæ, quod ſolutum habebat; datur repetitio ex condict. ſine cauſa. & ſeqq.*

147 *Conciliantur jura adducta, n. 127.*

148 & 149. *Solventi indebitè ex re judicata datur condictio ex cauſa: qui ſi adhuc non ſolvit actione de dolo, impedit executionem rei judicatæ*

150 *Æquitas novi caſus, novum inducit remedium.*

151 *Res judicata, per quam creditor contra debitorem obtinuit, tanquam verè creditor ceſſat, ſi poſtea detegatur, nec fuiſſe creditorem, nec debitum extitiſſe.*

152 *Ceſſante cauſa, in qua fundatur ſententia, ceſſant ipſius ſententiæ effectus.*

153 *Solutum virtute ſententiæ repetitur, ſi detegatur jam antea ſolutum fuiſſe.*

154 *Sententia per condictionem ſine cauſa non redarguitur injuſtitia, aut iniquitate, ſed de cauſa ceſſante, & de ſuppoſito poſtmodum apparente falſo, & ſeqq.*

155 *Debitor cenſuarius ad totam cenſus ſolutionem condemnatus, ſi poſtea de pacti redemptione appareat, habet reddituum repetitionem.*

156 & 157. *Per exceptionem cauſa ceſſante, vel ſuppoſito falſo, impugnatur directè res judicata; ſed temperatur, & modificatur.*

158 & 159. *Bartol. expenditur doctrina, & aliorum.*

160 & 161. *Gratiani doctrina traditur.*

162 *Repetitio ſi datur ejus, quod ſolutum eſt, multò magis impeditur executio.*

163 *Retentio facilius conceditur, quàm actio.*

164 *Sententia graduationis lata ſub ſuppoſito, quem eſſe creditorem, ſi ſuppoſitio detegitur falſa, reſolvitur.*

165 *Sententia contra tertium poſſeſſorem obtenta, ut vel rem dimittat, vel cenſum recognoſcat, variabilis eſt, & mutationi ſubjecta.*

166 *Dimiſſio hypothecæ etiam poſt recognitionem factam à condemnato eſt admittenda.*

167 *Res judicata ſuper jure ſuâ natura variabili, non eſt perpetua.*

168 *Argumentis in contrarium reſpondetur, ac interpretatur, l. 4. tit. 17. lib. 4. recopil.*

Diſpoſitio d. leg. 4. ſolum ademit cauſam nullitatis poſt ſententiam reviſionis, non vero caſus tangentes jus partium principale, ex quibus jure communi, & regia ſententia ſolet infringi, ibid.

169 *Argumento ſecundo num. 121. adducto reſpondetur, & ſeqq.*

171 *Res judicata contra rem judicatam regulariter non tenet.*

172 *Invectiva contra judices ſtricti juris rigore judicata contra æquitatem naturalem adhærentes, adducitur.*

173 & 174. *Refutatur judicium exiſtimantium, primam rem judicatam ſequendam eſſe, quando ſecunda fuit injuſta.*

175 *Sententia, qua creditor declaratur creditorem non eſſe ſive jure, ſive injuria judicis operatur effectum diſſolvendi hypothecam.*

176 *Duæ res judicatæ ſuper eodem jure contrariæ ſuſtinentur, quando jus, & actio dividitur inter diverſas perſonas, & quælibet jus & actionem habet independenter ab alio.*

177 *Jura, & actiones hæreditariæ dividuntur inter hæredes ipſos jure pro portionibus hæreditariis.*

178 *Res judicata contra unum non nocet, non prodeſt quoad portionem alicujus.*

179 *Res judicata in juribus individuis, inſeparabiliter connexis quoad omnes operatur.*

180 *Tertio argumento reſpondetur.*

181 *Res judicata ut obſtet, ſufficit, quod eadem ſit perſona verè, vel interpretativè.*

182 *Sententia lata pro reo principali, prodeſt fidejuſſori.*

183 *Sententia lata ſuper principali deſtruit antea latam ſuper acceſſoriè connexo, & inſeparabiliter dependenti.*

184 *Hypotheca non poteſt ſubſiſtere obligationi principali deficiente.*

185 *Qualitas ſine ſubjecto eſſe non poteſt.*

186 *Acceſſorium perit cum principali.*

187 *Fidejuſſore condemnato ad ſolutionem, ſi poſtea inter creditorem, & debitorem fiat concordia prodeſt fidejuſſori, re judicata non obſtante.*

188 & 189. *Res judicata obtenta ſuper principali operatur ſuper acceſſoriis, & inſeparabiliter dependentibus ab ipſo jure principali.*

190 *Bona fides non patitur, ut ſemel exactum, iterum exigatur, etiam per rem judicatam.*

191 & 192. *L. 2. C. de evict. pign. interpretatur, n.* 121. *adducta.*

192 *Præſcriptio actionem, & obligationem, excludit ope exceptionis, & ſeqq.*

193 *Præſcriptionis exceptio, ſi expreſsè non opponatur, ſequi poteſt præſcribendi condemnatio.*

194 *Argumento adducto, num.* 176. *reſpondetur.*

195 *Sententia lata contra tertium rei hypothecatæ poſſeſſorem, ut vel rem remittat, vel cenſum recognoſcat, ceſſat ob rem judicatam ſupervenientem, declarantem debitorem principalem jam ſolviſſe.*

196 *Abſurda, quæ ſequerentur, quæ ſententia in dicto caſu ob novam ſupervenientiam non ceſſaret, referuntur, & ſeqq.*

200 *Res judicata per creditorem obtenta in uno judicio contra principalem debitorem, per quam creditum qualificatur, non nocet tertio rei hypothecatæ poſſeſſori.*

201 *Res judicata, ſive in via ordinaria, ſive in executiva, obtenta per creditorem contra debitorem, in alio & diverſo judicio contra concurſum non officit cæteris creditoribus, quominus eam impugnare poſſint.*

1 SÆPISSIMÈ ſolet contingere, ut poſtquam in judicio concurſus per debitorem communem formato, & inter ipſum, ejus creditores, vel inter iſtos tantum de juribus & antelationibus, controverſum fuit lata jam ſententia graduationis in rem judicatam tranſlata debitorem ipſum aliquid denuo objicere, intùs alicujus creditoris jam graduati jus tangens certantem ipſum non potuiſſe inter cæteros graduari, eo quod in rei veritate creditor non ſit, nec jus aliquod ad bona debitoris prætendere potuiſſet, nec non creditor aliquis cui inter cæteros gradus infimum aſſignavit ſententia, nunc noviter prætendit ſibi potiorem & anteriorem locum in ea deberi, & aliis anteferri, è contrario verò alii quorum intereſt ad rei judicatæ refugium confugiunt, rei judicatæ exceptionem opponentes, & huic præterea novæ prætenſioni cuilibet debitoris, aut creditorum reſpectivè fore audientiam denegandam contendunt. Pro cujus difficultatis reſo-
2 lutione tres erunt breviter regulæ conſtituendæ: prima, quando de eodem jure aut exceptione qua non denuo poſt ſententiam graduationis uti vult debitor adverſus creditorem aliquem, vel creditor adverſus alios creditores ſimul graduatos, fuit deductum & oppoſitum, & de eo cognitum inter eaſdem perſonas in priori graduationis judicio; quo caſu nullo modo poteſt iterum controverti, nec admitti, rei judicatæ exceptione obſtante, nec aliter modus litium multiplicatus, ſummam atque inexplicabilem faciat difficultatem, ut inquit textus *in leg. ſinguli, controverſias ſingulas actiones unumque judicatæ finem ſufficere*, 6. *ff. de except. rei judicatæ*, multa diximus circa tres identitates exceptionem rei judicatæ producentes in noſtris comment. 3
de retent. Bullarum 1. *part. c.* 12. *ex n.* 18. *cum ſeqq.* quod vulgare eſt ex toto *tit. ff. de except. rei judicatæ.*

Secunda regula eſt, quando cauſa, & jus, quo nunc 4
agit debitor, aut creditor, non fuit deductum, nec de eo cognitum inter partes, & judicem, in priori judicio graduationis, ut hoc caſu eidem noviter agentibus, aut excipientibus, non obſtet graduationis ſententiæ exceptio, ſive hoc jus tunc ſimul abeſſet, ſive noviter eis fuerit legitimè quæſitum, quia ex alia diverſa cauſa, & diverſo jure poteſt victus denuo agere, vel excipere; ad latiſſimè per nos tradita in noſtris commentariis, *de retent. Bullar.* 1. *p. d. c.* 12. *ex n.* 5. & 10.

Sed an huic regulæ adaptari poſſit celebris illa quæſ- 5
tio, an & quando formato judicio concurſus per debitorem, convocantem ad illud ſuos creditores, ut jura ſua, & credita deducerent, unus ex eis inſtrumenta, ex quibus ſuum conſtabat creditum, & hypothecam, exhibuit, fuit controverſum ſuper ſuo jure, an ſit creditor, vel non oppoſitis exceptionibus, huc dumtaxat tendentibus, tandem obtinuit, & fuit in ſententia graduationis locus poſt alios creditores aſſignatus; poſtmodum re jam ita judicata, noviter agit adverſus aliquos creditores de jure prælationis, eumque illis anteriorem eſſe contendentem; an obtinere debebit, nulla rei judicatæ eidem exceptione obſtante. Et
videtur quod ſic, tum quia hæc qualitas, & jus præla- 6
tionis nec deductum adhuc fuit, nec inter eum, & cæteros creditores ſpecialiter controverſum, in priori graduationis judicio; & aliud tunc actum fuit, aliud nunc, ex *l. ſi mater*, §. *ſi quis inter*, ibi, *aliud videri tunc petitum, aliud nunc, ff. de except. rei jud. l. ſi quis ad exhibend.* 18. ibi: *Exceptio locum non habet, quia alia res eſt, l. ſi ex teſtamento*, 20. ibi, *nec obſtaturam exceptionem, quod non ſit petitum, quod nec actor petere putaſſet nec judex in judicio ſenſiſſet, & in l. ſi cum teſtam.* 21. ibi, *quia nec litigatores, nec judex de alio, quam de argento actum intelligant. ff. de except. rei jud.*

Et in noſtris terminis duo ſunt jura valde ſingularia, 7
quæ videntur expreſſa *in l. duobus* 19. *ff. de except. rei judic.* ubi pignus duobus creditoribus à debitore diverſis temporibus fuit datum, poſterior adverſus priorem tempore egit de pignore; putà, an ſit creditor hypothecarius, an non, & ſic actione hypothecaria, & obtinuit; poſteà victus contra vincentem denuo movit quæſtionem prælationis, & anterioritatis; reſpondet conſultus diſtinguens inter hanc prælationis exceptionem oppoſitam, & controverſam jam in primo judicio, aut non oppoſitam; verba textus hæc ſunt: Duobus diverſis temporibus eandem rem pignori dedit, egit poſterior cum priore pignoratitia, & obtinuit, mox ille agere ſimili actioni inſtituit; quæſitum eſt, an exceptio rei judicatæ obſtaret, reſpondi ſi oppoſuerit exceptionem rei ſibi ante pignoratæ, & nihil aliud novum & 8
validum adjecit, ſine dubio obſtabit, eandem enim quæſtionem revocat in judicium, ubi gloſſa, & celebris, & communiter ab omnibus recepta, ibi, in verbo, *obſtaret*, ſic ait: Reſpondi ſi oppoſuerat, ſcilicet in primo judicio, & ſic de jure ſuo quæſitum fuit, ſed ſi victus facti ignorantia, vel juris non oppoſuerit, exceptionem obſtabit, ut *infr. eod. l. penult.* §. *Latin.* ibi, *cum autem*, &c. & *eadem gloſſa*, verbo, *quæſtionem*, ita ait: Ergo datur intelligi, quod ſimpliciter ſe defenderat, non oppoſita illa excep-

exceptione, quod iteratò poſſit audiri, ſed cur qui jam ſimpliciter egit, amplius non auditur, ut *ſuprà eod. l. ſi major*, §. *denique reſponde*, ibi, ſimpliciter agendo dominium qualecumque, & undecumque in judicium deduxit; hic autem de pignore diſputavit tantum, non de prælationis jure, &c. Et ita Paulus Dinus, & communiter omnes Doctores hanc legem
10 intelligunt, & ſumunt, quod quando eſt aliquod jus, quod poteſt in judicium deduci per modum agendi, & per modum excipiendi, ſi primo fuit deductum per modum excipiendi, & ſuper illo ſuccubuit reus, non poteſt iterum deduci ab eodem per modum agendi, ſi tendit ad eundem finem cum exceptione.

11 Quod apertiùs probatur *in l. penult.* §. *Latin. Larg. ff. de except. rei jud.* ibi: His itaque geſtis poſterior Titii creditor jus ſuum (hypothecari ut rectè exponit gloſſa ibi) perſecutus eſt, & obtinuit, poſt hoc autem judicium Mævius, hæres reperit in bonis avitis Chirographum ejuſdem Titii, ante multos annos conſcriptum, per quod apparuit eum fundum, qui in cauſam tranſactionis venerat etiam avo ſuo ab eodem Titio fuiſſe obligatum; cum ergo conſtet prius avo Mævii hæredis in obligationem eundem fundum datum de quo Mævius ſuperatus eſt; quæro an jus avi ſui, quod tunc, cum de eodem fundo ageretur, ignorabat, nulla exceptione appoſita exequi poſſit, reſpondi &c. non obeſſet ei exceptio, nihil enim in ſuo judicio de jure ejus ſtatutum eſt, cum autem pignoratitia actum eſt adverſus priorem creditorem, poteſt fieri, ut de jure poſſeſſoris non ſit quæſitum, quia non ut in proprietatis quæſtione, quod meum eſt, alterius non eſt; ita in obligatione utique conſequens eſt, ut non ſit alii obligatum, quod hic probavit ſibi teneri, & probabilius dicitur non obſtare exceptionem, quoniam jure poſſeſſoris quæſitum non eſt, ſed de ſola obligatio-
12 ne, &c. Quare habemus jura expreſſa etiam in fortioribus terminis, quod quando agitur inter creditores ſuper ſimplici quæſtione hypothecæ, hoc eſt, an alicui ſit etiam res hypothecata, vel non, & ſic de ſola rei obligatione, omiſſa qualitate antelationis, & prælationis inter eos, poteſt inſuper victus adverſus poſteriorem obtinentem denuo in judicium deducere iſtud prælationis jus, & de ea conſtito ſubvertetur, & reformabitur ſententiæ graduatio, & iſti aſſignabitur anterior
13 locus, juxta tempus, & privilegium ſui crediti; cum ex nova cauſa, noviter deducta de qua in priori judicio nec oppoſitum, nec controverſum fuit, & per conſequens, nec deciſum per ſententiam graduationis, agat iſte creditor.

14 Sed nihilominus in noſtris ſtrictis terminis judicii concurſus, attenta ejus natura, contrarium eſſe judicandum arbitramur: nam licet prædictorum jurium nempe *d. leg. duobus*, & *d.* §. *Latinus Largus*, diſpoſitio veriſſima ſit, procedunt tamen in judicio particulari, quando debitor, ſeu creditor cum alio creditore contendit ſuper jure hypothecæ, & an ſit creditor, vel non, quod quidem facillime ſeparari poteſt à jure prælationis, & facilè omitti ejus controverſia in hujuſmodi judicio, & in illud antelationis jus non deducit, atque ideo nec ſequi ſuper eo condemnationem, & judicis ſententiam, quo caſu indubiè de eo poteſt agi in novi judicio, cum de alia re diverſa omninò noviter agatur, & in judi-
15 cium deduci intelligatur; At in hoc judicio univerſali concurſus via hæc, diſtinctio, & jurium ſeparatio dari poteſt, cum ſit ordinatum ad duo ſimul, nempe ad diſcutienda jura creditorum comparentium, tam inter debitorem, & creditores, quàm inter ipſos eoſdemmet creditores, quorum intereſt, plures non adeſſe, ad invicem ſe excludere à bonorum debitoris participatione, ut cæteris bona ejus ſufficere valeant, necnon ſimul ut ſinguli de ſua prælatione doceant, excluſivè ad alios, unoquoque prætendente aliis cæteris quibuſli-
16 bet anteferri, & potiori loco gradum in ſententia obtinere, & propterea quilibet, ſtatim quod comparet, hæc duo à principio deducit, ſe verum creditorem eſſe & cæteris potiorem. Prout altius oſtendimus *ſupra* 1. *part. cap.* 3. & *nu.* 7. *cum ſeqq. & per totum cap. & cap.* 4. *per totum*, & maximè *num.* 20. *verſic. repugnat etenim natura cauſæ*, &c.

17 Deinde unuſquiſque creditor ſua exhibet crediti inſtrumenta, vel aliter probat, ex quibus ſimul de ſuo privilegio, aut prioritate, ſaltem temporis, docet: ex quo
18 poteſt Judex rectè judicium ſuum formare. Ex doctrina Bartol. *in l. 1. ff. de except.* dicens: quod is qui præſentat inſtrumentum ex quo ſua exceptio conſtat, videtur opponere, & non eget alia oppoſitione expreſſa, ut Judex ſuper ea determinare valeat; idem probatur ex textu
19 *in l. eum qui ita*, §. *qui ita*, & *ibi* Bartol. *ff. de verbor. obligat.* per quem dicit, quod exceptio non oppoſita, ſi tamen conſtat ex eadem ſcriptura, à judice ex officio habetur in conſideratione, ſequitur Manguilius *in tract. de evictionibus quæſt.* 47. *num.* 11. ubi enim exceptio
20 ex cauſa intrinſeca inheſt actioni deductæ, debet per actorem evacuari, etiam reo non opponente, ut per Bald. & Alexand. *in leg. filiæ licet, in princip. Cod. de collatione*, & poſt alios Cumia in ritibus Magnæ Curiæ, *capite* 38. *nu.* 39. *fol.* 175. & quod quando ex
21 inſpectione ipſius inſtrumenti apparet de exceptione, nulla ſit neceſſaria exceptionis illius oppoſitio expreſſa, ſed eam poteſt Judex ex officio attendere, probant ſingulariter Alexand. *in l.* 4. §. *condemnatum n.* 4. *ff. de re jud.* Hyppolit. *in pract.* §. *ult. quæſt. nu.* 4. Avendanus *cap.* 16. *prætorum nu.* 11. *lib.* 1. Rodericus Xuarez *in leg. poſt rem pag.* 330. *in principio*, & *pag.* 326. *verſic. ſed pro evidentia*, *n.* 38. quos refert, & ſequitur Azevedus *in leg.* 3. *tit.* 3. *n.* 33. *lib.* 5. *recopilat.* ubi reddit
22 exemplum de inſtrumento obligationis factæ ab uxore, ſi proceſſu conſtat eo tempore nuptam eſſe, de licentia tamen mariti non conſtat, ut ſit per judicem de neganda executio ex officio, etiamſi uxor executionem illam non opponat expreſſè, & in eodem caſu probat poſt alios Gutierrez *de juram. confirmat.* 1. *part. cap.* 1. *ex n.* 35. *cum ſeq.* & quia quando actio, & exceptio
23 conſtat eodem inſtrumento, ſuper ea poteſt Judex pronuntiare, abſque alia exceptionis expreſſa oppoſitione, prout ex plurimis Doctoribus, firmavimus in noſtris Comment. *de Regia protect.* 4. *part. cap.* 7. *ex n.* 99. *cum ſeq. & eadem* 4. *part. cap.* 13. *n.* 48. Mareſcotus *variar. reſolut. libro* 2. *cap.* 1. *n.* 34. ubi quod actori,
24 qui in actione deducit exceptionem, incumbit onus probandi excluſionem exceptionis, quia ſuo ſe ligone percutit.

25 Deſuper cum ſubſequatur ſententia, qua quis declaratur creditor, & ſimul ei aſſignatur gradus poſt alios creditores, etiam de jure poſteriores, & eidem ſententia intimatur, à qua ſi ipſe non appellat, ſibi imputet, ei conſentire videtur, & tranſit in rem judicatam, *appellare enim debuiſtis, ſi ſententia vobis diſplicebat*, ut inquit text. *in l. Cod. ſi ſæpius in integ. reſtitut. poſtulet.*

26 Si appellat, & fuit confirmata, jam legitimè tranſivit in rem judicatam, quam retractare non poteſt, ejuſdem exceptionis, vel actionis virtute, nec eandem quæſtionem in judicium revocare; cum omnes identitates concurrant, ut ei obſtet rei judicatæ exceptio, deduxit enim in judicium prælationem, & anterioritatem ſuam probavit ex inſtrumentis exhibitis, aut aliter probavit, adhibita fuit cauſæ cognitio, & ſuper toto per judicem terminatio in rem judicatam tranſlata, non eſt amplius de quo conqueri poſſit, cum res judicata de albo faciat nigrum, & de falſo verum,
27 *l. ſi non ſortem*, §. *hæredi*, *ff. conditione indebiti*, *leg. cum putarem ff. famil. erciſcund. l. ingenuum*, *ff. de ſtatu homin. l. res judicata*, *ff. de reg. jur. l.* 1. *Codic.*

quando provocare non eſt neceſſ. Maſcardus *de probat. concluſ.* 1296. *à n.* 14. *cum ſeq.* Surdus *deciſ.* 170. *n.* 15. & *deciſ.* 289. *n.* 1. & *conſil.* 35. *n.* 2. Ant. Monach. Florent. *deciſ.* 81. *n.* 1. & *ex n.* 24. Marius Antonius *variar. reſolut. lib.* 1. *reſol.* 76. *num.* 2. & *reſol.* 94. *num.* 11.

28 Quare ſi judicium concurſus juxta modum prædictum, & ſtilum uſitatum progrediatur inter creditores, non video, quo jure procedere poſſit diſpoſitio text. *in d. l. duobus diverſis temporibus, & penult. Latinus Largus ff. de except. rei jud.* at verò ſi fortè contingat
29 mutato curſu ſtili naturali, & uſitato judicii credito comparens ſe eſſe creditorem dumtaxat dixerit, & nihil ſuper prælatione ſui crediti allegaverit, atque pariter debitor, & cæteri creditores, litem cum eo proſequantur ſuper ſola controverſia, an creditor ſit, vel non, vel an ſit pignoratitius creditor, vel nec ne: Tunc procul dubio locum habere cenſeo diſpoſitionem prædictorum jurium, ad hunc caſum expreſſiſſima ſunt, ut poſtmodum quandocumque poſſit creditor ipſe denuo in judicium deducere jus prælationis, & anterioritatis, cum de eo non fuerit oppoſitum, deductum, aut non proſequutum, aut controverſum, non obſtante ſententia graduationis, in qua gradum ſimul Judex creditori hujuſmodi aſſignavit inferiorem, qui adhuc attendi non debet, nec facit rem judicatam, tum quia lata fuit ultra petita, & ultra libellum, & proſequuta, nec ſuper eodem jure lis fuit conteſtata, nec adhibita cauſæ cognitio, nec ſuper eo jure creditor inſtrui potuit, nec defendi, & ſic eidem nihil obſtat prædictæ ſententiæ, nec rei judicatæ exceptio, quoniam ſuper
30 cauſa non deducta, nec inter partes ventilata, etiamſi de ea conſtet in actis per teſtium aut inſtrumentorum probationem, ferri non poteſt ſententia, ex ſingulari textu *in l. qui habeat, ff. de inſtitor. action. l.* 1. *ff. ſi menſ. falſ. mod. dixer. cap. Abbate ſanè, de ſentent. & re jud. libro* 6. per quæ jura hæc eſt communis opinio, ut plures referens teſtatur Anton. Gom. *in l.* 45. *Taur. n.* 159. Menoch. *de arbitrar. jud. lib.* 1. optimè poſt plures alios comprobat Mexia *in l. Regia Toleti, de los terminos, in* 9. *fundamento* 1. *part. n.* 13. & 14, & *n.* 15. latiſſimè eleganter proſequitur Alvarez, Valaſcus *de jure emphyteut.* 1. *part. quæſt.* 6. *ex n.* 11. *cum multis ſeqq.* poſt Pinellum,
31 Jaſonem & alios plures abundè tractantes, & verius defendentes contra alios, quoad etiam ubi judicatur veritate comperta, petens ex una cauſa, & probans ex alia non deducta, non poteſt in eodem judicio ex hac ferri ſententia, nec obtinere, ſed debet jus ei reſervari in aliud judicium, quia ſuper nova cauſa antea non deducta, nec lis fuit conteſtata, nec adverſarius fuit inſtructus, ut ſe poſſit defendere contra eam, opponere, & fortè probare, & ita communiter in ſupre-
32 mis tribunalibus quotidie practicamus, & paſſim ad patris ſic indefenſæ inſtantiam repellere mandamus probationes hujuſmodi factas ſuper articulis additis, non deductis in libello, nec in litis diſcurſu, de quibus inſtrui non potuit adverſarius rejiciuntur, quæ ratio invincibilis eſt, quidquid eam velit, cavillare Gutierr.
33 *practicarum libro* 1. *quæſt.* 100. *per totam*, qui *n. fin.* eam effugere volens perperam dixit, iterum ſuper eadem nova cauſa non deducta, ſed probata, contraria probatio ſit admittenda inſtante adverſario, ex quo fatetur novam litem, & cauſæ cognitionem adhibendas ſuper nova cauſa, à quo cavendum eſt; conſtat
34 etiam quia teſtes deponentes ultra articulos nihil probare, nec eſſe ex eorum atteſtatione ferendam ſententiam, ut per jura, & innumerabiles Doctores, tenet & latè proſequitur, per ampliationes, limitationes,
35 Farinacius *de teſtibus, quæſt.* 71. *ex num.* 1. *cum ſeq.* & pro hac vera doctrina urgent ea omnia, jura, & doctrinæ ſcriptæ ſuperiùs à principio hujus cap.

Sed quando creditor comparuit in judicio concurſus & omnes cauſas prælationis deduxit, non tamen 35
omnes proſequutæ fuere, an ſuper non proſequutis poterit poſt ſententiam graduationis iterum eas deducere abſque metu rei judicatæ, & puto poſſe, prout abundè diſputantes probavimus *in noſtris comment. de ſupplicatione ad Sanct.* 1. *part. cap.* 12. *per totum*, ubi 36
ſingulariſſimas doctrinas in proyoſito reperies, de quibus ulterius inferius agendum erit; quibus adde mirabilia jura diſtinguentia inter actiones perſonales, & actiones reales, ut in illis ſi ſimpliciter agatur, & una cauſa deducatur, & proſequatur; poteſt victus 37
iterum ex alia agere, in iſtis autem ſi ſimpliciter agat rem vendicans, & ſuam eſſe dicens, omnes cauſæ, ex 38
quibus dominium habere, & prætendere poteſt, deducere videtur; & ſimpliciter victus, in omnibus cauſis victus intelligitur, & noviter agenti ex aliqua cauſa ſpeciali generaliter proſequuta, obſtat exceptio rei judicatæ, textus eſt *in l. & an eadem cauſa*, 14. §. 2. *ff. de exception.* cujus ſunt verba: Actiones in 39
perſonam ab actionibus in rem, hoc differunt, quod cum eadem res ab eodem mihi debeatur, ſingulas oblationes ſingulæ cauſæ ſequuntur, nec ulla earum alterius petitione vitiatur; at cum in rem ago, non expreſſa cauſa, ex qua rem meam eſſe dico, omnes cauſæ, una petitione apprehenduntur; nec enim ampliùs quam ſemel res mea eſſe poteſt, ſæpius autem deberi poteſt, *l. ſi mater*, 11. §. *eandem in fine, ibi*, alia enim cauſa fuit prioris dominii; hæc nova nunc acceſſit; itaque acquiſitum quidem poſtea dominium aliam cauſam facit, mutata opinio prioris non facit, ut puta opinabatur ex cauſa hæreditaria ſe dominium habere, mutavit opinionem, & cæpit putare ex cauſa donationis hæc res non parit petitionem novam: nam qualecumque, & undecumque dominium acquiſitum habuerit, vindicatione prima in judicium deduxit, & *in* §. *denique*, & Celſus ſcribit, ſi hominem petiero, quem ob eam cauſam meum eſſe exiſtimavi, quòd mihi traditus ab alio eſt, cum ex iis hæreditaria cauſa meus eſſet; rurſus petenti mihi obſtaturam exceptionem. *ff. eod. tit. de except. rei judic. d.* §. & §. *ſequenti*, ibi, ſi quis autem fundum petat ſuum eſſe eo, quod Titius eum ſibi tradiderit, ſi poſtea eum alia ex cauſa petat, cauſa adjecta, non debet ſubmoveri exceptione, & *in d. l. ſi mater in fine principii, ibi*: Ego exceptionem obeſſe ei rei judicatæ non dubito, ſed ex cauſa ſuccurrendum erit, quæ unam tantum cauſam egit rupti teſtamenti, textus eſt *in cap. Abbate ſanè*, §. *cæterum, de re jud. lib. ibi*, quia cum quis egit ex aliena certa, & ſpeciali cauſa, & poſtea ſive alia, ſive ſimilis ei, quam expoſuit, accidit, videri non poteſt illa in judicio deveniſſe; cum judex tunc proſpicere, ac attendere debeat diligenter, an ex ea omnino eadem quæ prius expreſſa extitit, utpote quæ tunc etiam competeret, actoris intentio ſit fundata, ſecus autem cum egit, vel petiit in genere, nullius certæ vel ſpecialis cauſæ faciens mentionem, videlicet, quia generaliter fortè propoſuit, aliquem obnoxium eſſe ibi, vel ad ſe jure dominii vel quaſi rem aliquam pertinere, &c. ubi latiùs proſequitur, *in l. hæreditas materteræ petita non infringit alterius hæreditatis petitionem, quæ venit ex alia ſucceſſione, ſed & ſi quæſtionis titulus prior in officioſi teſtamenti cauſam habuiſſet, judicatæ rei præſcriptio non obſtaret, eandem hæreditatem ex alia cauſa vendicanti*, Cod. *de petit. hæredit.* conſonat *l. Lucius, ff. eod. l. eum qui, C. de inofficioſ. teſtam.*

Sed ad horum jurium, & diſtinctionis clariorem in- 40
telligentiam, præ oculis ſemper habenda eſt magiſtralis determinatio, *l* 25. *tit.* 2. *part.* 3. in hæc mirabilia verba: *Pero muchos e de ne guardar el demandador, quando la coſa demanda por ſuya, quier ſea mueble,*

mueble, ò raiz, que ſi lave la razon porque hubo el ſeñorio della, aſſi como por compra, ò por donadio, o por otra manera qualquier, que acquella ponga en ſu demanda, e eſto tubieren que era derecho, por dos razones; la primera porque quando ſupieſe ciertamente la razon, porque es ſuya, pone en dola en ſu demanda mas de legero lo puede deſpues probar, otro ſi mas en cierto puede ſer dado juizio ſobrella; la ſegunda porque ſi acaecieſſe que el demandador no prueve aquella razon que pugo en la demanda, porque dezia que ſuya, que la puede deſpus demandar por otra razon, ſi la huviere, e no ſe envargara el primer juizio que fue dado contra el ſobre aquella coſa miſma, pues que por otra razon, la demanda, que no ha que ver con la primera. Eſto ſe tiende ſeyendo librada la razon primeramente porque dezia que era ſuya, que ante no puede alogar otra. Mas ſi el demandar hizieſſe ſu demanda generalmente, rayonando la coſa por ſuya no poniendo alguna razon ſeñalada, porque huvo el Señorio della; ſi fuere la ſentencia dada contra el, porque no la pudieſſe probar, no la pueda deſpues demanda en ninguna manera. Eſto es porque alli do la demando generalmente encerro todas las razione porque la podia demandar. Pero ſi el demandador quiſieſſe dezir, ò monſtrar alguna nueva razon, porque el ganara el Señorio de aquella coſa deſpues que fueſſe dada la ſentencia contra el, aſſi como ſi el fueſſe dada, comprada, ò la huvieſſe ganada de nuevo en otra manera qualquier, de aquel que avia podiero de darla, ò de venderla, ſobre tal razon como eſta bien puede hazer ſu demanda de nuevo, & l. 24 anteced. eod. tit. & p.

41 Hanc tamen *l.* 25. mirabiliter declarat, & intelligit Gregorius Lopez ibidem *verb. no la puede*, per dictam *leg. ſi mater in princip.* & ibi Bartol. & Paul. quando petitio fuit generalis, proſequutio fuit etiam generalis. Nam ſi proſequutio fuit ſpecialis in una cauſa tantum, & in ea condemnatus actor, poterit poſtea ex aliis cauſis agere ſpecialiter non deductis nec proſequutis, de quibus nec fuit actum nec cauſæ cognitio adhibita, & ſic ei noviter agenti non obſtabit rei judicatæ exceptio. Prout abunde probavimus *in noſtris Comment. de ſupplicat. ad Sanctiſſ. 1. part. d. cap. 12. per totum*, & eſt text. expreſſus *in l. licet*, *Cod. de judiciis*. In hæc licet judice accepto cum tutore egiſti, ipſo tamen jure actio tutelæ ſublata non eſt, & ideo ſi rurſus eundem judicem petieris, contra utilem exceptionem rei judicatæ, ſi de ſpecie de qua agis, in judicio priori tractatum non eſſe allegas, non inutiliter replicatione doli mali uteris, & ita legem ſumunt ibidem Alexand. & Salicet. ſententia generalis lata ſuper petitione generali, reſtringitur opere replicationis ad proſequuta tantum concordat, text. *in l. Luccius Titius* 47. §. *tutelæ judicio*, *ff. de adminiſt. tutel.* firmant Abb. *in cap. 1 num. 15. de libel. oblat.* Alexand. *conſil. 11. lib. 2.* Bald. *in l. cum Papinianus n. 10. C. de ſent. & interlogu.* Panor. *in c. cum Eccleſia ſub trina.* Ubi etiam Ripa *de cauſ. poſſ. & propriet.*

42 Et ad hanc declarationem reducenda eſt generalitas text. *in d. & an eadem* §. 2 ut procedat, quando generaliter actor rem ut ſuam vendicavit, nulla expreſſa cauſa, & pariter proſequutio generalis fuit, & non ſpecialis. Quia in hac materia illud ſemper præ oculis habebis, idem eſſe à principio omnes cauſas deducere, & unam [illegible]el alteram tantum proſequi; quod unam tantum à [illegible]ipio deducere, & proſequi, cum in non proſequ[illegible] res judicata non obſtat, ex hactenus comprobatis.

43 Ex his infertur ad intellectum celebris textus *in leg. penult.* 30 §. *Latinus Largus ff. de except. rei jud.* quam in aliud propoſitum adduximus ſuperius *nu. 11. verſic. quod apertius probatur*, &c.") In cujus textus diſpoſitione poſterior creditor hypothecaria actione egit adverſus primum contendentes etiam ſibi à debitore eſſe hypothecatum fundum, & obtinuit, poſtea victus reperiit ex alia diverſa cauſa anteriori ſibi eſſe fundum hypotecatum, movit novam litem adverſus vincentem, ex hac nova, & diverſa cauſa, & determinat primi judicii rem judicatam ſibi agenti ex cauſa diverſa non deducta in primo judicio non obſtare, cum ex variis, & diverſis poſſit quis eamdem rem habere hypothecatam, & victus in una, poteſt obtinere 44
alterius reſpectu, quia ſingulas obligationes ſingulæ cauſæ ſequuntur? nec una earum alterius petitione vitiatur, ut inquit text. celebris *in l. & an eadem dicta* §. 2. *ff. de except. rei jud.* quia ex plu- 45
ribus diverſis cauſis res poteſt mihi deberi, *d. 2. leg. non eſt ff. de act. empt. leg. hæreditas*, *C. de petit. hæredit.* §. *fin. inſtitut. de legat. leg. ſi is qui ff. de act. & obligat. l. eum qui C. de inofficioſ. teſt.*

Infertur etiam ad Socinum *conſil.* 18. proſequendo 46
ordinem *ex n. 42. cum ſeq. lib. 1.* dicentem, non præjudicare rem judicatam quoad omnia deducta in judicio, ſi ſolum aliqua ſunt proſequuta, veluti ſi actor deduxit ſimpliciter, & generaliter actionem hypothecariam, & reus ſit abſolutus, ſi unam ſolum, & hypotheram ſpecialiter eſt proſequutus, & ſuccubuit, non prohibetur eandem actionem hypothecariam quoad alias intentare, quas non eſt proſequutus, ſequitur Apoſtilla ad Felinum *in cap. adverſorio*, *n. 4 verſic. res judicata de exceptionibus.* Tuſcus *lit. R. concl. 268. n. 9. & 10.* & nos in Comment. *de ſupplicat. ad Sanct. 1. part. d. cap. 12. num. 28. & ſeqq.*

Hinc in facti contingentia orta fuit controverſia, 47
debitor ſuper ſuis bonis formavit concurſum, & vocavit ſuos creditores, comparuerunt inter alios duo pro annuis præſtationibus decurſis ſibi debitis propter bona in emphyteuſim ab eis recepta per debitorem communem, unus ex iis creditoribus per ſententiam graduationis tranſlatam in rem judicatam cæteris omnibus prælationem, & gradum obtinuit; iſte omnia bona debitoris occupare prætendebat. Alter creditor iterum comparuit in judicio concurſus dicens ipſum præferendum pro ſuis decurſis, & decurrendis reſpectu bonorum, quæ de ſua manu in emphyteuſim habet debitor opponebatur ei de re judicata, ex ſententia graduationis, qua cuilibet gradus fuerat aſſignatus.

Replicabatur non obſtare, tum quia ſolum in illo 48
judicio actum fuit de prælatione ratione anteriorita-
tis, & temporis ad conſequendas decurſas debitis creditoribus, ex omnibus bonis debitoris, non tamen quis ſit præferendus in iſtis, vel in illis bonis, hoc enim nec fuit deductum in illo judicio, nec de eo cognitum, nec inter partes, nec à judice, & per conſequens nec huic in articulo novite in judicium deductum obſtare rei judicatæ exceptionem; determinavit Senatus, opponentem de re judicata directè reſponſurum, & cauſa cognita, fuit declaratum in pri- 49
ma, & ſecunda inſtantia creditorem hunc & dominum in emphyteuſis bonis cunctis præferendum ſuæ penſionis reſpectu privativè, & prælativè cæteros creditores quoſlibet, etiam tempore anteriores.

Tum quia dominus rei penes debitorem exiſtentis 50
cunctis creditoribus præfertur, ſive anterioribus, ſive etiam privilegiatis, & hypothecatis, ut per *leg. ventri 8. §. in bonis ff. de privileg. credit. & l. procuratores*, §. *plenè ff. de tributoria.* Probarunt innumerabiles penè Doctores, quos laudavimus *ſuprà 1. part. cap. 8. ex n. ſeqq. verſic. à regula tamen hujus cap. &c. & 2. p. cap. 24. n. 15. & ſeq. verſicul. nec obſtat*, *quod domino pecunia*, &c. Et in terminis eſt, text. famoſus, expreſſus à nemine allegatus *in l. etiam 15. ff. qui potiar. in pign. hab.* ibi: *Ita tamen ut prior cauſa ſit domini, ſimul ſolverit ei ſalarium.*

51 Deinde quia res judicata non obſtat ſuper non proſequutis, & multo minus ſuper non petitis, in quibus defuit cauſæ cognitio, & partium defenſio & ſic dici non poteſt, noviter agentem victum fuiſſe ſuper hoc articulo diverſo, prout ultra Doctores ſuprà citatos docet Bald. *in l. receptitia, C. de non num. pecun. num.* 5. ubi loquendo in iſtis terminis, ita ait, *quia in primo judicio non potuit diſcuti iſta negativa, & illud, quod eſt indiſcuſſum, non intelligitur ſententialiter determinatum*, ſequitur Socinus *conſil.* 94. *n.* 7. *col.* 2. *vol.* 3. Vincentius de Anna. *allegat.* 102. *n.* 2. Joſeph Ramon. *conſil.* 50. *n.* 11 Noguerol *allegat.* 18. *n.* 48.

52 Facit etiam gloſſ. *in l. ſi quis ad exhibendum, ff. de exceptione rei jud.* ubi conſtituens regulam ad cognoſcendum quid fuerit per ſententiam deciſum, id percipi ex cauſa, quæ reſultat ex actis, quam gloſſ. ſequitur Bart. *ibi* Bald. *in l. fin. verſ. & ſecundum hoc, C. de ſuſpect. tutor* Surdus *conſil* 312. *n.* 16. *lib.* 3. Rota per Farinacium *deciſ.* 346. *n.* 5. *part.* 2. *in poſthumis*, Capicius Galeotus *controverſ.* 34. *n.* 45. *& ſeq. lib.* 2. Noguerol. *alleg.* 18. *ex n.* 49. & latius *alleg.* 27. *n.* 49. & ſententia ſemper præſumitur lata ex cauſa deducta, Schrader. *de feud. tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 6. *num.* 120 *pag.* 427. Guazinus *de defenſion. reor.* 2. *part. cap.* 7. *num.* 12. Joan. Andr. Gregor. *allegat.* 43. *n.* 43. & 5. Caſtillo *deciſ. Siciliæ* 61. *num.* 12. atque
53 ideo cum in noſtro caſu cauſa prælationis deducta per creditores, & proſequuta reſpiciat dumtaxat penſiones decurſas exigendas ex bonis debitoris, ſequitur quod ſententia graduationis, & prælatio per eam deſcripta non poſſit referri ad cauſam prælationis, ortam ex dominio in bonis emphyteuticis noviter deductam per creditorem, ita in ſimilibus omnino terminis argu-
54 mentatur Noguerol. *d. allegat.* 27. *& n.* 49. ubi ex Surdo *d. conſil.* 312. *n.* 10. inquit, quod exceptio rei judicatæ ſemper oritur ex ſententia quoad ea quæ ſunt proſequuta, per textum expreſſum *in l. quoties C. de judic.* ubi generali petitione, quæ plura capita continet, res judicata ſolum obſtat in proſequutis, & ſimul deciſis, ubi addit plura alia per nos *de Regia poteſt.* 4 *part. cap.* 8 *ex num.* 292. & idem repetit *allegatione* 15. *num.* 49. ex quibus juſta redditur Senatus noſtri determinatio ſupra dicta.

Idem in ſimili cauſa inter monaſterium Carthuſienſe, & creditorum ad concurſum ſtatus de la Mota fuit in hac Pintiana Curia determinatum 4. Maii 1649. in qua, cum poſſeſſor ſtatus à principe impetraſſet facultatem ad creſcendum cenſus ab antiquo ſuper eo impoſitos, & novos ad redemptionem antiquorum creandum, cum clauſula ſubrogandi in locum, & hypothecas antiquorum, quidam creditor (à quo monaſterium jus & ceſſionem habebat) novos à poſſeſſore emit pro redemptione, & ſubingreſſione antiquorum, formato poſtmodum concurſu per ultimum ſtatus poſſeſſorem, inter cæteros creditores monaſterium comparuit virtute ſuæ ceſſionis, & oſtenſo inſtrumento ultimo ſimplicis ceſſionis; fuit admiſſus & per rem judicatam aſſignatus quartus gradus attento tempore inſtrumenti ceſſionis, quod, ut diximus, tantum fuit exhibitum in illo graduationis judicio. Et pro tempore monaſterium agnoſcens ſe læſum in gradu, ſi attendatur tempus ſubrogationis ſui auctoris cedentis, & redimentis virtute ſubingreſſus in locum priorum, quos ſua pecunia dimiſit, virtute inſtrumenti ſui auctoris, ex quo ſubingreſſio, & primus gradus apparebant; noviter hanc cauſam deduxit in judicium ad ſubverſionem aliorum creditorum, qui illud in gradu præferebant; Senatus determinavit oppoſitam rei judicatæ exceptionem monaſterio non obſtare, eo quod noviter ex nova, & diverſa cauſa in judicium comparebat, tunc nec agitata, nec deducta, nec cognita, & propterea monaſterio aſſignatus eſt prior gradus correſpondens ſubingreſſioni priorum creditorum, & illorum creditorum tempore attento.

Iis & alia non abſimilis orta fuit controverſia in 55
hac Regia Cancellaria inter *Comitem de Alva de Aliſte, & D. Hieronymum de Vera Equitem Calatravæ creditorem Comitis. Anteceſſores ſimul cum ſuo ſtatu & majoratu de Alva*, legitimè poſſidebant alium majoratum *de Villada, & Villavicencio*, ab uno tunc omnium poſſeſſore obtenta fuit facultas regia ad imponendum cenſum redimibilem pro ſolvendo quodam ſuo creditore, ſuper juribus, redditibus, & gabellis *de Villada*, nominatim, atque facultas pariter fuit conceſſa nominatim ſuper ipſis redditibus *de Villada*, ibi, *por quanto por parte de vos Don Diego Henriquez de Guſman Conde de Alva de Aliſte*, &c. *Y porque no teneis obeines fuera de vueſtro majorazgo, de que poder pagar la dicha denda queriades vender para pagar la* 100000. *maravedis de renta de cenſo, y ſituar aquellos en las rentas, fuero, y derechos de la vueſtra Villa de Villada, que es de vueſtro mayorazgo*, &c. *Damos licencia y facultad a vos el dicho Conde de Alva de Aliſte que para efecto de pagar la dicha deuda, podais vender e vendais a qualquier perſona o perſonas, con quien os concertaredes los dichos cien mil maravedis de renta de cenſo, o la parte dellos que para ello baſtare, y ſituarſelos en las dichas rentas de la dicha Villa de Villada, que es del dicho vueſtro mayorazgo*, &c.

Hujus facultatis virtute præfatus Comes recepit in 56
cenſum prædictam quantitatem à quodam creditore, (à quo *D. Hieronymus de Vera* cauſam, & titulum legitimum habet) impoſitum & ſituatam ſuper redditibus *de Villada*, & ſimul cum obligatione perſonali, & generali bonorum ſuorum, ſemper & libenter hujus cenſus redditus ſoluti fuere per Comitem de Alva, & ſucceſſores ſuos, prædicto creditori, hæredibus, & ſucceſſoribus ceſſionariis. Poſtea mortuo ipſo *Comite D. Didaco*, per judicium tenutæ diviſi fuere, & ſeparati dicti duo majoratus, ſtatus *de Alva* adjudicatus fuit *D. Fadriquez Henriquez*, Majoratus verò *de Villada & Villavicencio Marchioni de Favara*, uti ejus legitimo ſucceſſori.

Pro tempore anno ſcilicet 1619. *Comes de Alva* ſuc- 57
ceſſor formavit concurſum creditorum ad ſuum ſtatum *de Alva*; ad quem præfatus *D. Hieronymus*, uti creditor comparuit, & exhibens omnes ſuas & ſcripturas, & inſtrumenta cum regiis facultatibus gradum ſibi ad bona ſtatus *de Alva* aſſignari poſtulavit, currente lite inter omnes lata fuit ſententia graduationis, in qua idem *D. Hieronymus*, uti creditor inter cæteros fuit graduatus; & locus aſſignatus; & certum eſt, ſemper Comitem *de Alva* ſolviſſe hos annuos redditus.

Poſtmodum *Comes de Alva*, nunc poſſeſſor *anno* 58
1641. movit litem contra *D. Hieronymum* aſſerens indebitè exegiſſe annuos redditus ex bonis ſui comitatus, ipſumque & ejus anteceſſores poſt factam ſeparationem majoratuum per errorem ſolviſſe, cum facultas regia fuerit limitata ad præfatam *Villam de Villada*; dumtaxat (cujus jam poſſeſſor non erat) quæ ſola huic cenſui erat obligata, & gravata, non tamen *Comitatus de Alva*, etiamſi expreſsè anteceſſor eum obligaſſet, cum caruiſſet poteſtate, & facultate, nec conceſſam uti limitatam, ad obliganda certa bona, excedere validè non potuit, ac propterea declarandum fore ſuum ſtatum *de Alva* fuiſſe & eſſe liberum ab hujus cenſus ſolutione, nec non delendum *D. Hieronymum* à ſententia graduationis, nihil obſtante rejudicata ſuper gradu, tum quia in illo judicio concurſus non fuit adductum hoc jus & cauſa ex qua
59 manifeſtè detegitur, ipſum ad ſtatum de *Alva* non eſſe creditorem, nec ſuper ea fuit controverſum, nec

nec actum inter partes, nec ſuper hac diverſa cauſa adhibita fuit cauſæ cognitio, atque ideo, nec ob ſtatutam ei exceptionem, quod non ſit petitum, quod nec actor petere putaſſe judex in judicio ſenſiſſet.

60 Tum etiam quia caſu, quo res judicata ſubſiſtat, declarandum fore ſibi nec ſtatui præjudicium generari ob minus plenam defenſionem, quam ſi adhiberet ſuus prædeceſſor, qui concurſum formavit, impoſſibile foret majoratum condemnari.

61 Reſpondebatur ex parte creditoris, rem eſſe judicatam jam opponentis rei judicatæ exceptionem in vim dilatoriæ ad impediendum litis ingreſſum, declaratum fuit ſemel & iterum in Senatu, creditorem directè reſpondere debere, & reſpondere inſiſtit in rei judicatæ exceptione in vim peremptoriæ, (prout licitum eidem eſt) 62 ut in terminis probat Bald *in l. nam & poſtea ff. de jurejurad.* Maranta *de ordin. judic. 6. part. cap. de exception. n. 13. & membro 9. n. 11.* Paz *in praxi, part. 1. tom 1. tempore 7. n. 17.* D. Pichard. *in manuduction. ad praxim, part. 1 præcept. num. 11.* Maſtrill. *deciſione 148. num. 55.* D. Perez de Lara *de vita hominis, cap. 25. n. 28.* Pereja *de inſtrumentorum edition. tit. 4. reſolutione un. §. n. 54* Molina 63 *de primogen. lib. 4. cap. 9. ex n. 39.* & ibi Additionator latius proſequuntur, quidquid in contrarium voluerit D. la Rea *deciſione 39. n. 37. & deciſ. 40. n. 80. & 81. & deciſ. 45. n. 44.* cui omnium ſupremorum tribunalium praxis unitatiſſima reſiſtit.) Azeved. *in. l. 1. tit. 5. ex n. 27. lib. 4. recopilat.* Villalobos *in Antin. jur. lit. E, n. 15.* Giurba *deciſ. 12. n. 2. & deciſ. 69. à n. 8.* Paz *de tenuta, cap. 38.* quæres judicatæ præjudicare debeat majoratui *de Alva*, plenè à poſſeſſore defenſo, cum omnia inſtrumenta, & facultates, quæ nunc in hoc novo judicio reproducuntur à *Comite de Alva* in ſuæ intentionis comprobationem, tunc in illo concurſus judicio fuerant præſentata, & exhibita, ſuper quorum inſtrumentorum omnium cognitione per partes & à judice lata fuit inſuper graduationis ſententia.

64 Alia inſuper allegabantur tendentia ad obligationem ſtatus *de Alva*, & ut facultas regia non appareret limitata, & propterea tunc poſſeſſor utriuſque majoratus, qui eam obtinuit, utrumque potuiſſet obligare; quæ quidem judices in conſideratione non habuere, ob manifeſtam, & claram facultais ipſius limitationem ad quæ tam bona dumtaxat, quam excedere non potuiſſe poſſeſſorem majoratus in iſtis individualibus terminis latiſſimè comprobavimus poſt magnam Doctorum & fundamentorum cætervam ſuprà 2. 65 *part. cap. 9. a princ.* ubi quando quis poſſidet duos majoratus, & obtinuit facultatem ad unum hypothecandum, vel quando unam poſſidens, & obtinuit facultatem ad obliganda certa bona ejuſdem, & ſuper eis cenſum imponendum, ut minimè extendatur ad alium majoratum, nec ad cætera ejuſdem bona ultra expreſſa. *& c.* 10. nec non *c. 4. per totum*, ubi multa & ſingulariſſima 66 reperies in propoſito omnino videnda, circa facultatem limitatam ad certam rem, quantitatem, caſum, contractum, aut perſonam, ut denegata intelligatur ultra rem, quantitatem, caſum, aut perſonam, ita ut in exceſſu contractus ſit nullus ipſo jure ex defectu poteſtatis; quapropter de exceptione rei judicatæ (cujus eſt ſermo noſter) erit nunc agendum dumtaxat.

67 Et pro parte affirmativa quod obſtet res judicata ex ſententiis graduationis orta, probatur primo, quoniam certum eſt, quod in illo concurſus judicio ad ſtatum *de Aiva* comparuit *D. Hieronymus* tamquam creditor, affirmans ſe talem eſſe, & inter cæteros ſtatus creditores præciſè graduandum, & ad ſuæ intentionis comprobationem plura exhibuit inſtrumenta, tam facultatem ipſam (quæ licet cantabat limitationem ad redditus *de Villada*) quàm alias ſcripturas per quas, expreſsè apparebat, Comitem, qui eam obtinuit, ſimul obligaſſe præfatum ſtatum *de Alva*, quibus exhibitis, & citatis omnibus creditoribus, & debitore ipſo, & adhibita cauſæ cognitione latæ fuerunt graduationis ſententiæ. Ex qua inſtrumentorum præſentatione, duo reſultant effectus, primus, quod cum apparebat ex dicta facultate limitatio ad redditus *de Villada*, non indig bat 68 poſſeſſor majoratus aliam extrinſecam exceptionem opponere, cum omnes, quæ ex inſtrumento reſultant, & in ipſo continentur, appoſitæ & allegatæ cenſeantur, ad quas judex attendere, & ſuper eiidem pronuntiare poteſt. Bartoli eſt doctrina *in l. 2. ff. de except. n. 5.* 69 ibi, ſed pone, quod non propono aliquam exceptionem, nec dico excipio, nec ad mei defenſionem propono, ſed produco inſtrumentum ſolutionis, vel pono ſolutionem, & probo: an ſufficiat, reſpondi, tunc 70 enim judici eſt notorium, actionem non competere, judex debet abſolvere, *l. ubi pactum, C. de tranſact.* & eſt text. *in l. eum qui ita, §. qui ita*, & ibi Bart. *ff. de verb. obligat.* plures doctrinas & Doctores adduximus in propoſito ſuprà *ad princip. hujus cap. ex n. 17. & ſeqq. verſic. deinde unuſquiſque creditor* &c. ex quo non poteſt dici majoratum minus plenè defenſum.

Secundus erit effectus, quod cum ex inſtrumentorum productione judicibus conſtabat notoriè, & evidenter de exceptionibus, & defenſionibus debitoris, non poteſt dici fuiſſe cauſæ cognitionem, nec abſque ea rem judicatam proceſſiſſe, licet judices ipſi contempſerint eaſdem, admittendo creditorem, & eum nihilominùs 71 graduando in bonis Comitatus, hoc tangit injuſtitiam, quæ non enervat vires rei judicatæ, facientis de albo nigrum, & de nigro album, de falſo verum & de vero falſum, ad jura vulgata: atque ideo *Comes de Alva*, qui eandem exceptionem & jus noviter revocat in judicium inter eaſdem partes audiri non debet, rei judicatæ exceptione ibi obſtante; ex *l. cum quæritur, cum duobus ſeqq. ff. de exceptione rei judicatæ.*

Secundò & hæc pars probatur, quia licet in priori 72 judicio concurſus non fuerit ſignanter controverſum, an *D. Hieronymus* ſit creditor ad bona majoratus *de Alva* (ſuper quo novam litem movit *Comes*) ſed tantum de gradu, & propterea videbatur, ſententiam graduationis (quæ nihil ſuper hoc articulo, an creditor ſit ad bona ſtatus *de Alva*, vel non, expreſsè determinavit) ad eum nec referri, nec extendi debere; adhuc tamen ex quo *Hieronymus* ad ejuſdem ſtatus concurſum comparuit, ut creditor, & tamquam talis gradum poſtulavit, atque etiam eo ipſo quo ſententia illi gradum aſſignavit, in neceſſarium antecedens intelligitur declaraſſe, eum eſſe creditorem, cum aliàs non potuiſſet ſubſiſtere ſententia ſuper ſola gradus determinatione, ac declaratione, atque ideo perneceſſe ſuppoſuit ſententia, creditorem eſſe ad ſtatum *de Alva*, quoniam licet ſententia non faciat rem judicatam, in præ- 73 ſuppoſitis in ea, hoc non intelligitur, quando præſuppoſitum venit in ea per neceſſarium antecedens, vel neceſſariam conſequentiam, Alex. Ludov. *deciſ.* 208. *n.* 4. & ibi Oliver. Beltramin. *in annotationib. n.* 7. Caſtillo *controverſiar. tom. 5. cap.* 83. quia quando ſen- 74 tentia aliquid neceſſariò ſupponit, ad illud ſe extendit, tanquam in ea comprehenſum, ut latè nos *de reg. protect.* 4. *part. c.* 9. *ex n.* 21.

Et quia gradus determinatio nullo modo poteſt ſub- 75 ſiſtere, nec per ſe ſubſtineri in bonis comitatus deficiente credito, & creditore ad illius bona, quia qualitas ſine ſubjecto eſſe non poteſt, & non entis nullæ ſunt qualitates, ad jura vulgaria, quare ſententia continens unum extenditur ad aliud, ſine quo illud unum, ſuper quo lata eſt ſortiri effectum non poteſt. Nos in loco proximè citato *ex num.* 24.

Deinde quoniam hic articulus, tu non es creditor, 76 incompatibilis omninò eſt cum graduatione, qui cum inciderit in judicium mediante inſtrumentorum

produ-

productione, (ex quibus manifestè apparebat *D. Hieronymum* non esse creditorem ad statum *de Alva*)
77 eo ipso quod lata fuit sententia super graduatione in ejus favorem, censetur etiam super articulo, an sit creditor, declarare, sententia etenim lata super principali, censetur lata super articulo incidenti incompatibili cum principali *leg. 2. C. de ordin. cognit.* abundè nos *in dict. cap. 9. ex num. 28. cum seqq.* quare ex iis fundamentis in facti contingentia pro hac parte per nos consideratis, videbatur obstare comiti exceptionem rei judicatæ.

78 Quibus tamen, & aliis minimè refragantibus, contrarium, & verius determinavit Senatus hic Pintianus per octo fermè Senatores unanimiter sentientes, nec obstat rei judicatæ exceptionem, nec statum *de Alva* ad præfati census solutionem teneri, quæ determinatio justissima apparebit ex sequentibus juridicis fundamentis.

79 Primò, quoniam hæc causa, & hoc jus, ex quo comes denuò ad liberandum suum statum, & majoratum de *Alva* ab hujus census obligatione, & solutione, novum est, & nunquam per partes deductum, in priori judicio graduationis, nec in judicibus illud determinantibus constitit, nec ex instrumentis in illud productis apparebat, nec nunc ex illis apparet; atque
80 ideo semel victo ex una causa, noviter ex diversa agenti non potest obstare rei judicatæ exceptio ad jura, & doctrinas superius adductas, *ex n. 4. vers. secunda regula est*, &c. *& ex n. 28. cum seq. versic. quare judicium concursus*, &c.

Et quod in illo priori judicio concursus non apparebat de hac nova causa, & jure facilè percipies. Nam in eo agebatur de concursu creditorum ad sola bona majoratus *de Alva* & licet ex facultate, & aliis instrumentis productis à *D. Hieroymo* creditore pro sui crediti justificatione, constabat apertè creditum suum esse limitatum ad solos redditus *de Villada*; tamen ex eis non constabat, redditus *de Villada* non esse, nec pertinere ad majoratum *de Alva*, prout præcisè constare debebat, ut *Comes* excusari posset ab exceptionis expressa oppositione, & ut judices eam ex sola instrumentorum præsentatione habere possint in consideratione, quam meritò non habuerunt in determinatione, cum de ea nullatenus constabat. Ideoque ut *Comes* super ea victus dici possit, debebat eam expresè deducere, & allegare, nempe *Villam de Villada* esse, & fuisse semper diversi majoratus, & nullatenus pertinentem ad majoratum *de Alva*, à se non possessam, sed evictam à *Marchione de Fabara*, & ab hoc
81 ex diverso jure justè, & legitimè possessam. Quæ exceptio consistebat in mero facto, & per externam allegationem, & probationem debebat constare, & super ea causæ cognitionem adhiberi, atque ideo cum non fuerit tunc deducta, noviter eam deducere poterit *Comes* absque metu rei judicatæ, ex hactenùs abundè comprobatis à principio hujus capitis.

82 Et tantum abest, quod ex inspectione facultatis regiæ apparet, redditus *de Villada* esse diversi, & distincti majoratus, quin potius tam facultas, quàm cætera instrumenta ita concepta erant, ut indicarent prædictos redditus *de Villada* esse, & pertinere ad majoratum *de Alva* attentis verborum conceptione, & juris regulis.

83 Etenim impetrans facultatem regiam habebat tunc duos distinctos majoratus, *de Alva* scilicet, & de *Villada*, & eam impetravit non tamquam possessor majoratus *de Villada*, sed tanquam possessor majoratus *de Alva* & super bonis *de Villada* ad suum pertinentibus majoratum, ibi: *Por quanto por parte de vos D. Diego. Henriquez de Guzman Conde de Alva de Aliste, nos fue fecha relacion*, & ibi: *Queriades vender para pagar la 100000. maravedis de renta de censo, y fuera quellos en las rentas, fueros a derecho de la vuestra Villa de Villada, que es de vuestro mayorazgo* & postmodum in regis concessione, & decisione: *Damos licencia e facultad a vos el dicho Conde de Alva de Aliste que para efeto de pagar la dicha deuda, podais vender e vendais*, &c. *E situarse los en las dichas rentas de la dicha Villa de Villada, que es del dicho vuestro mayorazgo.* Quis igitur sanæ mentis facilè non percipiet ex hac verborum conceptione, *Villadam* esse majoratus *de Alva*, qui solus nominatus fuerat à principio, ibi: *Por parte de vos Conde de Alva de Aliste.*

Is etenim, qui habet duos majoratus distinctos, duas 84
dignitates, aut duo officia diversa, sicut utriusque respectu consideratur diversa persona, imò duas personas ænigmaticè repræsentet, ita ad cognoscendum, cujus comtemplatione actum faciat, & super cujus majoratus, aut dignitatis bonis contrahat, & negotium gerat; colligitur ex denominatione P. comes talis status, P. possessor talis majoratus, &c. De quo in terminis nostris latissimè egimus *suprà 2. part. cap. 9. ex n. 9. cum multis seq.* ubi mirabiles doctrinæ videndæ eunt.

Et hæc eadem æquivocatio clariùs constat ex instru- 85
mentis obligationis postmodum virtute facultatis regiæ confectis, in quibus non solum fit eadem præfata facultatis relatio, & per eadem verba, nempe situari censum super redditibus *de Villada* pertinentibus ad suum majoratum, nulla facta discretione majoratuum, cum *Comes* se obligans loquatur in tota structura tanquam *Comes de Alva de Aliste*, & ut talis se nominat, & obligat simul omnia bona pertinentia ad suum statum *de Alva*, qua stante confusione, & æquivocatione, facillimè decipi potuerunt, & debuerunt judices ad sentiendum, *D. Hieron.* esse creditorem ob bona status *de Alva*, super quibus *Comes* possessor concursum formaverat, cum nec ex sua, nec creditorum parte confusionem, & æquivocationem allegarunt, nec distinctionem bonorum in judicium deduxerunt, cum tenerentur allegare, excipere & probare *Villadam*, non pertinere ad statum *de Alva*, prout hodie *Comes* noviter deducit, & licitè propter novam, & diversam exclusivam creditoris, & quia agit inter creditores de se- 86
paratione bonorum, quæ est exceptio modificativa, admittenda etiam post rem judicatam, quam non impugnat, sed modificat, quia bene potuit hæres simpliciter condemnari, ut solvat creditori defuncti, & postmodum separationem bonorum postulare, ut condemnatio intelligatur dumtaxat respectu bonorum hæreditatis, non suorum, ad tradita superiùs 1. *p. c. 9.* prout 87
etiam hæres semel jam condemnatus ad solutionem crediti hæreditatis potest opponere de inventario à se confecto, ut sua propria bona libera maneant, & tantum ex bonis hæreditatis exigat creditor, ut vulgare est, vide infrà *c. 11. n. 93.* probant Bartol. Bald. Angel. & alii magis communiter *in l. ex diverf. §. fin. ff. sol. matrim. & in l. Nesenius, §. fin ff. de re jud. in l. penult.* per ilium text. *ff. de confessis.* Bald. & Salicet. *in l. execut. C. quorum appell. non recip.* Paul. de Castr. & Jason. *in 1. C. de jur. & facti ignor.* Petr. de Anchar. *conf. 6.* Trentacinq. *var. resol. lib. 2. resolut. de except. n. 10.*

Secundò hæc pars fulcitur, quoniam sententia gra- 88
duationis in primo judicio concursus lata fuit in favorem *D. Hieron.* creditoris sub illo suppositio, quod bona *de Villada* pertinebant, & erant bona Comitatus *de Alva*, cui suppositioni favebant omnia instrumenta, eam indicantia, ut hactenus monstravimus; cum aliter si vel per eadem instrumenta, vel allegationem & probationem debitoris doceretur, ea bona *de Villada*, non esse bona majoratus *de Alva*; impossibile foret *D. Hieron.* gradum obtinere tamquam creditorem ad bona *de Alva*, quæ dumtaxat erant in concursu, cùm creditor non esset, manifestè sibi obstante limitatione facultatis regiæ ad sola bona *de Villada*. Docto igitur hodie de

de falso suppositò, prout manifestè docuit *Comes de*
89 *Alva*, gradus assignatio debet resolvi, & subverti, quia omnis dispositio gesta sub aliqua causa, quæ supponitur à gerente vera, si detegatur falsa, resolvitur, & nulla redditur ex defectu consensus, quem judices ad actum non accommodassent, si cognoscerent causam esse falsam, plures DD. per Rot. *decis.* 373. & *decis.* 412. apud Cencium *post tract. de censib.* & ex aliis quam plurimis Nos suprà 2 *part. cap.* 10. *ex n.* 21. *vers. hinc qui solvit*, &c. quibus adde Paris. *cons.* 12. *n.* 66. 69. &
90 97. & 101. Boër. *cons. fin. n.* 40. *cum seqq.* ubi agunt de transactione inita per consanguineos cum aliquo tanquam filio legitimato, nullam reddi, eo quod apparuit filium non esse ejus defuncti, cujus bona appetebat, &
91 idem quando legitimatio detegitur falsa, aut nulla, Craveta *cons.* 851. *n.* 12. ubi respondet pro communi-
92 tate transigente cum tertio tanquam immuni, & immunem esse asseverante, constito postea de falsa, &
93 falso supposita, ut transactio sit nulla. Menoch. *toto cons.* 91. ubi loquitur in divisione bonorum facta inter agnatos vigore laudi prolati, quia cùm aliquis detegatur non agnatus, non tenet divisio, nec laudum; has omnes doctrinas sequitur referens Cæs. Manente *in cons.* 137. *ex n.* 48. *cum multis seqq.* & iterum *in cons.*
94 143. *ex n.* 28. hinc contrahens cum aliquo tanquam cum hærede, dicitur contractus celebratus vigore illius qualitatis, quod sit hæres, qui si non sit, contractus
95 est nullus. Surdus *cons.* 106. *n.* 34. Manente *d. cons.* 137. *n.* 85. qui *n.* 86. quod transigens cum aliquo tanquam cum fratre, qui non est, transactio nulla est. Et
96 Barbat. *cons.* 16. *n.* 3. quoniam si suppositum detegatur falsum, vel alter non adesse, corruit dispositum, prout copiosè comprobat Castill. *controv. tom.* 5 *cap.* 83. maximè *ex num.* 3. ubi hanc doctrinam procedere indistinctè in qualibet dispositione, latissimè etiam per
97 Gutier. *de jur. confirm.* 3. *part. cap.* 3. *per tot.* Hinc sententiæ causa cessante, cessat ipsa sententia, quam plurimos DD. & jura adduximus in Comment. *de Reg. protect.* 4. *part. cap.* 7. *ex n.* 88. *cum multis seqq.*

98 Tertiò, probatur quia licet sententia regulariter faciat rem judicatam in suppositis in ea quando suppositum venit in necessarium antecedens, vel consequens, prout ex pluribus diximus in duo fundamento contrariæ partis ex *num.* 73. tamen eadem doctrina procedit, quando suppositum deductum fuit in judicium, & super eo adhibita fuit causæ cognitio, tàm respectu partium, quàm judicis, ita nos copiosè probavimus, & regulam limitavimus *in d. tract. de Regia protect.* 4. *part. cap.* 9. *ex n.* 31. *& per tres col.* & nos referens, sequitur Noguerol. *allegat.* 18. *num.* 50. *& allegat.* 27. *n.* 49. novissimè post plurimos DD. comprobat Castill. *contr. tom.* 5. *cap.* 194. *ex n.* 34. *cum mult. seqq.* Nos iterum in Comment. *de supplicat. ad Sanct.* 1. *part. cap.* 12. *ex n.* 7. *& seqq.* quia res judicata, ut obstet, requiritur quod tam ex parte actoris, & rei, quàm ex parte judicis de omnibus sit planè cognitum. Noguerol.
99 *allegat.* 140. *n.* 25. & quod super exceptione incidente tunc videatur Judex tacitè pronuntiare simul cum principali, procedit quando super exceptione incidente fuit planè cognitum; non aliàs, nec res judicata ei obstabit. Probant Muscatell. *in praxi lib.* 1. 5 *part. gloss. reservatis*, *n.* 42. Bartol. *in l.* 1. *n.* 6. 7. & 8. *C. de ord. jud. & in l. à procedente n.* 3. 4. & 5. *C. de dilationib.* Bald. *& in d. l.* 1. *ex n.* 11. Paul. de Castro *ibid. n.* 8. & 9. Patianus *de probationib. lib.* 1. *cap.* 58. *ex n.* 63. Farinac. *in tract. crim. quæst.* 200. *cap.* 2. *n.* 89. & 90. plura per Carleval. *de judiciis*, *tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 2. *disp.* 5. *n.* 30. *fol.* 61. dicentes quod tunc obstabit res judicata super principali lata exceptioni incidenti, quando super ea fuit planè cognitum quod etiam tenet Fachineus *controvers. lib.* 2. *cap.* 80. *vers. secundò quia*, & quia si exceptio non fuit opposita, non intelligitur declaratum super ea planè Petrus Barbosa *in l. si Prætor.* §. *Marcellus ex n.* 70. *& seqq. fol. mihi* 366. *in parvis*, *ff. de jud.* latè etiam Carroc. *de remediis except.* 22. *quæst.* 8 *per tot.*

Hoc fundamentum ex eo ulterius fulcitur; nam 100
tunc dispositio operatur super supposito veniente in necessarium antecedens, vel consequentiam, quando supposito dependet ex mera voluntate gerentis, & non aliàs, Castillo *controv. tom.* 5. *c.* 83. maximè *ex n.* 30 post Surdum *cons.* 402. *n.* 26. ubi latè prosequitur, & alios, Casanate *cons.* 16. *sub n.* 9. & 18. ex Bartol. unanimiter recepta *in l. ex hac scriptura*, *n.* 3. *vers. sed contra prædicta*, *& n.* 4. *versic. ex his ergo*, *ff. de don.* Alexand. *cons.* 104. *n.* 4 *lib.* 1. Cravetta *cons.* 134. *n.*
45. Sed sic est quod judex in iis quæ in judicium de- 101
ducta non sunt, nec absque causæ cognitione non potest diffinire, sed imò sententia absque causæ cognitione lata sit nulla ipso jure *l. si causa cognita*, *C. de* 102
transf. l. judices, *C. de jud. l.* 2. *C. de sentent. & interloq. omn. jud. cap. cum Bartholdus*, *de re jud.* Trentacinq. *variar. resolut. lib.* 2. *tit. de jud. resol.* 2. *n.* 2. & *seqq.* Ergo nec sua diffinitio ad ea suppositа trahi valet, cum non dependeat à sua mera & libera potestate.

Quæ doctrinæ mire fulciuntur ex iis, quæ Gratian. 103
tom. 3. *discept.* 445. *à princip.* qui *n.* 4. ita ait: Nec est dubitandum, quod in hoc judicio summario fuerit per judicem plenè cognitum, cùm sit servatus ordo in procedendo, & multi testes sint examinati tam super exceptionibus oppositis, quàm è contra, quo casu dicitur adhibita plena causæ cognitio, quasi tunc plenè instruatur religio judicantis de veritate, per quam adducatur ad judicandum super re de qua agitur. Congruit Alberic. *in l.* 5. §. *causæ cognitio*, *in princ. de Barb. edict.* Nata *cons.* 473. *n.* 36. Butrius *in cap. causam quæ*, *col.* 2. *de testib.* Abbas *cons.* 5. *nu.* 3. *quidquid aliud sit*, *quando non fuit de illis exceptionibus cognitum*, *quia tunc salvæ remanent in judicio ordinario.* Castrens. *cons.* 91 *in causa appellat. n.* 8 *lib.* 1. Hondedeus *cons.* 29. 40. &c.

Qui *ex n.* 12 *& seqq.* ita magis ad nostrum insti- 104
tutum prosequitur: Nec advertatur non sufficere examinata exceptio, cum etiam requiratur, ut judex ulterius expressè reprobaverit talem exceptionem, condemnando reum, non obstante tali exceptione oppositа. Castrens. *in l. autem*, §. *si quomodocumque num.* 2. *ibi*: Fulgos. *num.* 3. *ff. de reg. gest.* idem Castrens. *in l.* 1. *num.* 7. *C. de ord. cogn.* Sim. de Prætis *in cons.* 107. *num.* 11. *&* 12. quia prædicta procedunt, quando exceptio, seu incidens plenè cognitum non traheret necessariam consequentiam ad principalem, secus ubi sententia lata super principali necessario sequitur decisio incidentis, tunc enim etiam videtur decisum incidens, & oritur exceptio rei judicatæ, quamvis judex non fecerit expressè mentionem de exceptione, illam reprobando, & ad hoc, ut necessario sequatur decisio incidentis, sufficit, quod appareat ut judex de exceptione plenè cognoverit, ita post Guilliel. de Cun. & alios, benè explicat Alberic. *in l. si judex* 10. *col.* 1. *&* 2. *vers. si autem de incidenti*, *num.* 1. *&* 2. *ff. de his quæ sunt sui*, *vel alien. jur.* Idem Alber. *in l. si autem* 8 §. *si quocumque ad med. vers. unde dic*, *quod aut est certum*, *ff. de neg. post.* ubi quod quando fuit plenè cognitum de exceptione, & de illius viribus, quamvis judex non reprobaverit in specie dictan exceptionem; tamen pronuntiando super principali ex hoc oritur exceptio rei judicatæ, ubi plurimos refert, & latissimè procedit comprobans.

Hinc sententia lata super principali, tunc censetur 105
lata super articulo incidente incompatibili cum principali, prout diximus suprà sub argum. 2. contrariæ partis *ex num.* 75. *vers. & quia gradus*, *& vers. deinde quoniam hic articulus*, &c. quando scilicet (prout doctrina sonat (articulus incidit in judicium, & deductum fuit per partes, ut expressè probat text. *in d.* 2. *C. de ord. cogn.* & latius explicuimus *de Reg. protect.* 4. *part. de cap.* 9. *ex n.* 32. *& seqq. & ex n.* 28. *& de retent. Bullar.* 1. *p. c.* 12. *ex n.* 7. adde Gratian. *d. c.* 445. *ex* 22. *cum*

cum seqq. ubi plures allegat. Sed hæc exceptio quod D. de Vera non erat creditor ad ſtatum de Alva, nec fuit oppoſita, nec de ea cognitum, ergo impoſſibile eſt in graduatione tacitè comprehendi.

107 Et quod judex qui de exceptione oppoſita non cognovit, non intelligatur judicaſſe, nec ei obſtet rei judicatæ exceptio, probant Hugo Donell. *in comment. jur. civil. lib. 16. cap. 15. in fin. verbis.* Caſtillo *tom. 4. controverſ. cap. 40 num. 110. ante finem.*

108 Ex quibus fundamentis manifeſtè evincentibus rem judicatam graduationis, ſimul reſponſum remanet omnibus argumentis & doctrinis in contrarium conſideratis. Sed ulterius illa Bart. *in l. 2. ff. de except.* docen-
109 tis per inſtrumenti præſentationem excuſari ab oppoſi-
tione exceptionis expreſſa, cum de ea per inſtrumen-
tum reſultet, adhuc indiget declaratione, & in pri-
110 mis intelligitur prout loquitur, quando exceptio eſt
in favorem ipſius, qui ſcripturam producit, cùm ex
111 facto ſuo repræſentationis inducatur oppoſitio, cum ad
hunc, non ad alium finem & effectum eam præſentare
intelligitur, ſcilicet ad ſuam defenſionem, & excluſio-
nem intentionis adverſarii, nos autem verſamur in ſcrip-
turis productis ab actore creditore, ex quibus reſultare
ſimul poteſt defenſio, & exceptio reo, qui omnino te-
112 nebatur ea uti, & de ea opponere, cum exceptionis
natura, & requiſitum ſit ad hoc ut operetur, quod
illam opponat pars, aliàs amiſſa intelligitur, & in re ju-
dicata non comprehenſa, prout ſuperiùs diximus, & la-
tiùs probatur *ex num. 191. cum ſeqq. verſ. nec l. 2. C. de evict. pign.* &c.

113 Et in terminis quando ex inſtrumento conſtat mu-
lierem eſſe nuptam, & non interveniſſe licentiam viri,
& judicem eandem exceptionem à muliere, non op-
poſitam poſſe habere in conſideratione, ſi tamen inſu-
per mulier ſit condemnata, poſſe ulterius eandem ex-
ceptionem, tamquam omiſſam opponere, & deducere
poſt comdemnationem; probarunt poſt plures alios
Azev. & Joan. Gutierrez laudati ſuperiùs *num. 21. & 22. verſ. & quod quando* &c.

114 Et quatenus ex eodem inſtrumento producto reſul-
tant actio & exceptio, & poſſit judex eam reſultan-
tem ex eodem inſtrumento habere in conſideratione ex
æquitate, & officio ſuo, & juxta eam abſolvere reum
ab actione ex eodem inſtrumento deducta, & inten-
tata, benè poterit, & recte facit judex, ut probant
quamplures DD. & doctrinæ, quarum intentionem fe-
cimus ſuperiùs *ex num. 17. & ſeqq. verſ. deinde unuſquiſque creditor*, &c. hæ tamen non adaptantur noſtri
caſus terminis, in quibus (quando conſtaret de ex-
ceptione ex inſtrumentis productis) judices eam non
habuerunt in conſideratione, ſed penitus omiſerunt;
cum juxta actionem reum debitorem condemnarunt,
& creditori gradum deſcripſere, quem penitus nega-
rent, ſi attenderent exceptionem debitoris apparen-
tem ex eodem inſtrumento, quare ipſa exceptio (ſi
fortè conſtaret ex productis inſtrumentis, ut ſtatim)
omiſſa intelligitur, & reſervata debitori; tam ex eo
quod non fuit oppoſita per reum tacitè nec expreſsè,
quàm ex eo, quod illam judex pronuntiando non ha-
buit in conſideratione, & ſic doctrina procedit, quan-
do judex exceptionem reſultantem ex inſtrumento, ha-
buit, etiam non oppoſitam, in conſideratione; non
verò quando eam non intendit, prout poterat ex ſuo
proprio officio & æquitate, quo caſu omiſſa intelligitur,
quia non deducta, determinata.

115 Quæ omnia ex abundanti procedunt in caſu præ-
ſenti, in quo per inſtrumenta præſentata nullo modo
apparebat exceptio in favorem debitoris, cum licet ex
eiſdem conſtabat de limitatione obligationis reſtrictæ ad
redditus *de Villada*; tamen non conſtabat ex eiſdem,
Villadam eſſe diverſi majoratus & ab alio tertio poſ-
ſeſſam, ſed potius prædicta inſtrumenta omnia indi-
cabant, *Villadam* pertinere ad majoratum *de Alva* in
concurſum exiſtentem, prout manifeſtè probavimus *ſuprà ex n. 79. cum ſeqq.* in primo fundamento hujus partis, atque ideo exceptio, quæ extrinſeca eſſet probatione, non poteſt dici conſtare ex inſtrumenti inſpectione.

Atque tandem (licet ex ſuperabundanti) etiam huic 116
parti aſſiſtit minus plena defenſio quæ præſervat majoratum, & ejus ſucceſſores à re judicata, ex latè congeſtis à Molina *de primog. l. 4. cap. 8. à n. 7.* & ibi Additionatores plena manu. Caſtillo *tom. 6. cap. 157.* D. Perez de Lara *in compend. ult. cap. 20. à n. 54.* Mieres *4. part. quæſt. 14.* Nos *in comment. de Reg. protect. 4. cap. 8. num. 334. 337.* Fuſſar. *de ſubſtit. quæſt. 622.* Gratian. *tom 5. cap. 869. num. 16.* Scaccia *de jud. gloſſ. 14. quæſt 12. num. 12.* Franciſc. de Amaya *in C. lib. 10. l. un. tit. 9. à num. 20. ex l. ſervus plurium, §. 1. & §. ſi quis ante, ff. de leg. 1. & ex controverſ. de re jud.* nam ſi poſſeſſor majoratus allegaret, & deduceret in judicium concurſus *Comitatum de Alva*, liberum eſſe à cenſus hujuſmodi obligatione, ob facultatem Regiam limitatam dumtaxat ad bona alterius diverſi majoratus jam evicti, & poſſeſſi per verum, & legitimum ſucceſſorem, & quod prædicti bona ſpecialiter cenſui obnoxia ſui non eſſe majoratus, nec illi pertinere procul dubio creditorem excludere, nec ad ſententiam graduationis admitteretur, prout fuit admiſſus, ex quibus *Comes de Alva*, ſententiam favorabilem, & excluſivam creditoris obtinuit in reviſionis inſtantia, per octo ferè judices unanimiter ſic determinantes.

Et ſæpè ſæpius in hac Cancellaria Valliſoletana de- 117
terminatum fuit, creditores delendos fore à ſententia graduationis non obſtante re judicata oppoſita, quando graduati fuerunt tanquam creditores ad bona majoratus, virtute facultatis regiæ, quæ detegitur fuiſſe ſubreptitiam, & nullam, nec hoc ſubreptionis, ac nullitatis vitium, & exceptio fuit deducta in primo illo judicio concurſus, nec ſuper ea cognitum, juxta ea quæ latius ſuperiùs *1. part. cap. 37. & 38.* abundè diximus, ut in cauſa Comitis de Ciruela cum ſuis creditoribus, & in cauſa Comitis de Alva opponentis de hac ſubreptione, obtinentis, ut *in d. cap. 38. n. 53. & tot. cap.*

Nunc tractandum eſt de alia controverſia materiæ 118
hujus cap. conducibili, quam dubiam fecit Doctorum virorum varietas. Quidam debitor formavit concurſus judicium, & ad illud ſuos creditores convocavit, & omnium excuſſis juribus graduati fuerunt, & ad eorum ſolutionem vendita fuere, & ſubhaſtata bona debitoris communis, ut ex pretio ſatisfiat creditoribus, & in effectu ſatisfacti fuere eo modo, & forma, quam copioſè ſcripſimus *in cap. 2 hac 3. part.* & pro tempore quidam ex eis prætendentes non fuiſſe cum effectu ſatisfacto, quæſierunt tertium cujuſdam rei hypothecatæ poſſeſſorem, adverſus quem actionem ſuam direxere, ut aut cenſum redimibilem recognoſceret, aut dimitteret hypothecam, proſequuta hinc inde controverſia (debitore communi minimè citato, nec ad judicium hoc vocato) creditores adverſus tertium obtinere rem judicatam, ut vel recognoſcat cenſum aut hypothecam dimittat, juxta *l. ſi fundus, §. in vendicat. ff. de pign.* tertius in executione recognovit cenſus creditorum, & eis ſolvit redditus aliquo tempore.

Ipſimet inſuper creditores pariter iterum convene- 119
runt principalem debitorem, contendentes non fuiſſe cum effectu dimiſſos, nec obligationem extinctam: debitor conſtanter certabat, jam fuiſſe integrè, & cum effectu ſolutos in pretium rerum ſuarum in ſubhaſtatione venditarum pro eorum ſolutione; hac lite pendente inter creditores, & debitorem, tertius ille rei hypothecatæ poſſeſſor (jam victus) comparuit, dicens, caſu, quo creditores ſolutos fuiſſe, declaretur,

ipſum

ipſum liberum manſiſſe, & quatenus ſolvit indebitè redditus, à creditoribus repetit; iſti verò replicabant inſiſtentes ſuæ rei judicatæ exceptione, ex qua ille tertius fuit condemnatus ad recognitionem cenſus, vel dimiſſionem hypothecæ, & tandem debitor principalis obtinuit adverſus creditores ſententiam abſolutoriam in ultima inſtantia, qua declaratum fuit creditores fuiſſe ſolutos, & dimiſſos in judicio concurſus, & pronuntiata hac ſententia, tertius ille inſtabat pro ſui abſolutione in neceſſariam conſequentiam.

120 Et orta juris controverſia, quam cenſuere, rem judicatam contra tertium adhuc perſeverare, moti ex aliquibus mediis, primo ex *l.* 4. *tit.* 17. *lib.* 4. *novæ recopilat. & ex pragmat. ann.* 1615. Ex quibus conſtabat,
121 ſententiam Senatus, à qua ſupplicari non poteſt, eſſe omnino irretractabilem, etiam per quamcumque nullitatem, quantumvis notoriam, & ex actis apparentem, nec etiam provenientem ex incompetentia judicis, dempta nullitate ex defectu citationis, quem ſuſtuliſſe, *ad Regiam*, latè exornant Paz *de tenut. cap.* 14. *nu.* 6. & 8. Gironda *de privileg. n.* 1432. Nos *de Reg. protect.* 4. *part. cap.* 3. *n.* 122. Torreblanca *de magia*, *lib.* 3. *cap.* 30. *n.* 9. *& de jure ſpirituali*, *lib.* 15. *cap.* 12. *n.* 34. D. Amaya *lib.* 10. *C. tit.* 9. *l. unic. n.* 8. & 9. & vide infrà *num.* 168.

122 Secundò, quia cum hoc caſu duæ exequutoriæ ad invicem contrariæ reperiantur, in electione judicis eſſe, quam maluerit ſequi, & eligere; & ideo anteriorem obtentam contra tertium ſequendam, & ultimam in favorem debitoris contemnendam, opinantes hanc ex actis proceſſus non juſtificari, ſed potius creditores dimiſſos non fuiſſe cum effectu, nec eorum obligationem extinctam manere ex circumſtantiis proceſſus apparere dicere auſi fuerunt, & ideò abſolvi debere creditores à petitione tertii poſſeſſoris hujuſmodi.

123 Alii, & tertio idem, licet per contrarium medium, affirmabant, dicentes utramque rem judicatam reſpectivè ſubſiſtere, & utramque eſſe validam ratione diverſarum perſonarum, cum prima ſit obtenta contra ſolum tertium rei hypothecatæ poſſeſſorem in favorem creditorum, ſecunda verò contra eos licet pro eodem credito in favorem principalis debitoris, juxta text. celebrem *in l. ſi cum uno*, 22. *ff. de except. rei jud.* ibi: Nam etſi eadem quæſtio in omnibus judiciis vertitur, tamen perſonarum mutatio, cum quibus ſingulis ſuo nomine agitur, aliam atque aliam facit rem, quem text. abundè exornavimus ſuprà, 2. *part. cap.* 22. *ex n.* 127. *cum multis ſeqq. verſ. nec denique obſtat tertium*, &c.

124 Addiderim ergo, quia etiam ſuper eodem facto ſententiæ contrariæ tolerantur inter diverſas perſonas latæ, jura ſunt ſingulariſſima, & expreſſa, *in l. nam etſi*, 15. §. *filius*, *qui de inofficioſo*, *ff. de inofficio. teſt. l. cum filius diverſis tribunal.* 78. *ff. de leg.* 2. ubi quando ſunt duo hæredes ex teſtamento inſtituti, filius, vel conſanguineus veniens ab inteſtato dixit de nullitate, aut inofficioſo teſtamento ſeparatim contra ſingulos hæredes in diverſis tribunalibus, & unum ex hæredibus in uno tribunali vicit, & ab alio hærede in alio tribunali victus fuit; reſpondent Conſulti, utramque rem judicatam, quantumvis contrariam ſuſtinendam, & filius occupat partem hæreditatis victo hæredi pertinentem, & alius hæres, qui filium vicit, ſuam retinet in qua inſtitutus eſt, & uterque pro rata & portionibus hæreditariis creditoribus hæreditatis teneri. Idem probat *text. in l.* cum duobus hæredibus inſtitutis uno ex quinque altero ex ſeptem unciis, adverſus eum, qui in ſeptem unciis hæres ſcriptus fuerat, juſta querela te contendiſſe, ab altero autem victum te fuiſſe alleges, pro ea parte qua reſolutum eſt teſtamentum (cum jure inteſtati qui obtinuit, ſuccedat) nec legata, nec fideicommiſſa debentur, quamvis libertates, & directæ competant, fideicommiſſariæ præſtari debeant. *Cod. de inofficioſo teſtam.* quæ & alia ſimilia jura ponderavimus *in d. c.* 22. *loco citato*, ergo idem dicendum erit in noſtro caſu; ut utraque res judicata etiam contraria, & ſuper eodem facto, & jure individuo ſuſtineatur, diverſarum perſonarum reſpectu.

125 Et hoc argumentum, & ejus conſequentia invincibilis reddi videtur ex eo, quod nullum inconveniens conſiderari poteſt in jure, & exiſtentia utriuſque rei judicatæ, cum etſi obligatio perſonalis ſit extincta, adhuc durare poteſt hypotheca, ex text. capitali *in l.* 2. *C. de evict. pign.* cujus verba ſunt: *Intelligere debes, vincula pignoris durare, perſonali actione ſubmota.*

126 Quibus motivis iterum, & quartum longè urgentius ego addebam, nam licet verum ſit, quod per ſecundam rem judicatam contra ſuos creditores obtentam per debitorem principalem declaretur, creditores eſſe, & fuiſſe integrè, & cum effectu ſolutos, & per conſequens eorum obligationes tam ex tunc eſſe extinctas, & nec non jus hypothecæ illis competens reſolutum ipſo jure, quia ſolutione ejus quod debetur omnis tollitur obligatio, atque ideò indebitè, & contra omnem bonam fidem redditus cenſus jam extincti à tertio rei poſſeſſore exegiſſe, cui regulariter ex condictione indebiti repetitio datur, ad integros *tit. ff. & C. de condict. indeb.*

127 Adhuc tamen huic tertio ſemel condemnato, & virtute rei judicatæ indebitè ſolventi, condictio indebiti, & ex ea repetitio prorſus denegatur ob authoritatem rei judicatæ, hujuſmodi condictionem excludentis, jura ſunt expreſſa *in l. ſi fidejuſſor conventus*, §. *in omnibus* 28. *ff. mandati*, ibi: *Vel numeratam iterum accepit, repetitio contra eum competit, niſi fortè ex condemnatione fuerit ei ſoluta; tunc enim propter authoritatem rei judicatæ repetitio quidem ceſſat*, text. etiam *in l.* 1. *C. de condict. indebiti*, ibi, *pecuniæ indebitæ per errorem non cauſa judicati ſolutæ, eſſe repetitionem jure condictionis, non ambigitur*, text. *in l. eleganter*, §. *ſi poſt rem judicatam*, & *l. Julian. ff. de condict. indebiti*, quam concluſionem veram eſſe profitentur plurimi DD. Gratiam. *diſcep. foren.* 417. *n.* 35. & 36. Alv. Valaſc. *conſult.* 56. *n.* 6. Surdus, Fontanella *deciſ.* 175. *ex n.* 3. *& ſeq.* & plures alii protinus referendi *ex n.* 143. ergo impoſſibile videtur huic tertio repetitionem dari, nec ei prodeſſe rem judicatam in favorem debitoris principalis contra creditores obtentam, ſed potius priori contra ſe expeditæ perpetuò parere debere.

128 Sed iis minimè refragantibus, ego in quæſtione poſita nec dubius fui unquam, nec cogitare potui, quod in mentem alicujus docti viri aliqua dubitandi ratio cadere poſſit, vel ſtante juris arte, & ratione naturali, vel ſaltim juribus expreſſis, quæſtionem decidentibus. Atque ideo ego in ea fui, & nunc ſum ſententia, ut prior res judicata contra tertium rei hypothecatæ poſſeſſorem, per creditores obtenta, (qua poſſeſſor condemnatus fuit, ut vel cenſum recognoſcat, & ſolvat in poſterum, vel illis rem hypothecatam dimittat) finitam, extinctam, & reſolutam manere, nec obſtare in aliquo poſſe, nec effectum naturalem ſecundæ rei judicatæ obtentæ per debitorem principalem contra ſuos creditores (ex qua declaratum fuit, ipſos ex tunc, cum effectu fuiſſe, & dimiſſos, & ſatisfactos, ex pretio rei ad hoc ſubhaſtatæ ſibi in ſolutum dato) impedire poſſe.

129 Et in primis ex duobus juris capitibus ſimul com-
130 mixtis, alterum quod ſolutione ejus, quod debetur,
131 omnis tollitur obligatio, tam principalis quàm acceſſoria fidejuſſoria, & hypothecaria, quia cum principale non ſubſiſtit, nec ea quæ ſequuntur locum habent, *l. creditricem* 7. *C. de remiſſ. pign. l. Labeo ff. de pact. l. pecun. C. de ſolut. l. ſolvitur hypotheca*, *l. liberatur pignus*, ſive ſolutum ſit debitum, ſive eo nomine ſatis-

satisfactum est, *l. cum col.* 14. cum plurimis aliis *ff. qui-*
132 *bus mod. pign. vel hypoth. solv. l. fœnerator. ff. de navi fœnera.* quia hypotheca non datur, ubi non adest prædicatum, Rota *dec.* 279. *n.* 9. inter recollectas per Cencium *tom.* 2. *de censibus.* & in terminis, quando quis declaratur per sententiam, creditorem non esse, sive creditorem esse, jure, vel injuria judicis dissolvatur, vel subsistat hypotheca respectivè, text. est expressus *in l. deferente creditore juravit debitor, se dare non oportere, pignus liberatur: quia perinde habetur atque si in judicio absolutus esset, nam etsi à judice (quamvis per injuriam) absolutus sit debitor, tamen pignus liberatur, l. solvitur, §. fin.* ibi: *Satisfactum esse creditori intelligitur, etsi jusjurandum delatum, datum est, hypothecæ non esse rem obligatam, ff. quib. mod. pign. vel hypothec. solvat, juncta l.* 1. & *l. jusjurandum speciem continet transactionis; majoremque habet authoritatem, quam res judicata, ff. de jurejur. l. post rem judicatam, vel jurejurando decisam, ff. de re jud.* & quod per jusjurandum delatum tollatur omnis obligatio etiam naturalis, *l. Stichum, §. naturalis ff. de solut. & est gloss. celebris in l.* 2. *C. de evict. pignor. verb. actione submota*, ad medium,
133 ubi inquit quod quando obligatio personalis tollitur pacto, solutione re judicata, aut jurejurando, hypothecam tunc simul liberari, & jus creditoris ejus respectu extingui. Ergo stante in nostro casu absolutione debitoris principalis, & extincti juris creditorum derelaratione impossibile est de juce quod subsistere possit hypotheca, non solum existens penes ipsum creditorem, verum multominus si existat penes tertium, qui non alio, quàm ex illo debito principalis debitoris tenetur, quo extincto, & resoluto obligationem tertii resolvi non ambigutur, & quod effectus iste procedat, si à tertio res pignoris obnoxia possideatur, per jura, & DD. probat Rodr. *de ann. redit. l.* 2. *c.* 19. *n.* 33. & *n.* 36.

134 Secundum caput oritur ex regula, *bona fides non patitur, ut semel exactum iterum exigatur, de reg. jur. l.* 6. quid per primum solutionem, vel satisfactionem (quod idem est, ut ex juribus, & Doctoribus abundè proba-
135 tur *infrà cap. seqq.*) jus creditoris extinctum est, & penitus resolutum, non enim ei subest causa, nec titulus aliquis ad iterum exigendum, & hæc quidem regula
136 nullam in jure patitur fallentiam, sed in omni casu indistinctè & absolutè procedit, & semel solventi, iterum etiam ex re judicata indebitè solventi datur meri-
137 to repetitio, vel ex condictione indebiti, vel ex condictione sine causa, ad integros *tit. ff. & C. de condict. indeb.* & de condictione sine causa, & in tantum hoc casu exuberat bona fides, ut condictioni indebiti, vel condictioni sine causa non valeat nec teneat renuntiatio, etiam cum juramento, latè disputans resolvit Guttier. *de juram. confirm.* 1. *p. c.* 27. *per tot. & quia pecunia mea* (inquit Consultus) *quæ ad te pervenit, eam mihi à te reddi, Bonum, & æquum est, in l. si & me, & Titium ff. si cert. pet. l. hæc condictio* 66. *ff. de condict. indeb.* ibi, *hæc condictio ex bono, & æquo introducta est, quia quod alterius apud alium sine causa deprehenditur, revocari consuevit, l. si per ignorantiam; C. de tit. l. servus quem* 31. *ff. de act. empt. l. eum qui, C. quod cum eo.* exornat latè Valenz. Velasquez *in cons.* 78. *n.* 18. & 19. *tom.* 1. & magis ad propositum facit *l. Stichus* 67. §. 2. *ff. de condict. indebit.* in hæc: *Titius cum multos creditores haberet, (in quibus & Seium) bona sua privatim venditione facta, Mævio concessit, ut satis creditoribus faceret; sed Mævius solvit pecuniam Seio tanquam debitam, quæ jam à Titio fuerat soluta. Quæsitum est, cum postea reperiantur apochæ apud Titium debitorem partim solutæ pecuniæ; cui magis repetitio pecuniæ indebitæ solutæ competit, Titio debitori, an Mævio, qui in rem suam procurator factus est? Respondi secundum ea quæ proponerentur, ei qui postea solvisset.* Textus etiam celebris in sui dispositione *in l. cum duo* 25. *ff. eod. tit.* Cum duo (inquit Consultus) pro reo fidejussissent in decem, deinde reus tria solvisset, & postea fidejussores quina placuit eum, qui posterior solvit, repetere tria posse, hoc merito, quia tribus à reo solutis, septem sola debita superant, quibus persolutis, tria indebita soluta sunt, quem textum in aliud & mirabile propositum ponderavimus suprà 2. *p. c.* 4. *n.* 63. *vers. fulcitur opinio & resolutio nostra*, &c.

Deinde probatur, quia res judicata, ex qua quis 138
solvit quod antea solutum habebat; vel aliter creditor erat satisfactus, & sic indebitè iterum exegit, nihil obstat debitori exactum denuo repetenti, ab ipso creditore jura sunt expressa, text. *in l. rem mihi* 21. *ff. commod.* cujus verba sunt: Rem mihi commodasti, eandem surripuisti, deinde cum commodati ageres, nec à te scirem esse surreptam, judex me condemnavit, & solvi. Postea comperi à te rem esse surreptam, quæsitum est, quæ mihi tecum actio sit? Respondi, furti quidem non esse, sed commodati contrarium judicium utile mihi fore, qui textus valde singularis est, ubi gloss. *verb. utili.* notanter advertit, condictionem sine 139
causa dari ei, qui indebitè solvit ex re judicata, non tamen condictionem indebiti propter auctoritatem rei judicatæ, juxta *dict. l. fidejussor, §. in omnibus, ff. mandati*, necnon *l.* 1. *C. de condict. indeb.* & alia adducta in ultimo fundamento contrariæ partis, de quo suprà *n.* 127. *vers. adhuc tamen huic tertio*, &c.

Consonat etiam *l. in commodato* 17. §. *fin. ff. eod. tit.* 140
commodati. Rem commodatam perdidi (inquit textus) & pro ea pretium dedi; deinde res in potestatem tuam venit, Labeo ait, contrario judicio, aut rem mihi præstare debere, aut quod à me accepisti, reddere: Qui textus licet in principio explicitè non dicat, an datum pro re perdita pretium fuerit per judicium sibi motum, aut extra judicium, adhuc tamen indicat textus de condemnato ad dandum esse intelligendum propter textus inferiora verba, ibi, *contrario judicio*, &c. quæ supponunt aliud directum præcessisse, jexta textum *in dict. l. rem mihi*, eodem loquendi modo utentem, ibi, *sed commodati contrarium judicium utile mihi fore*, junctis præcedentibus verbis, *judex me condemnavit, & solvi* positis in primo judicio, prout etiam *dicto* §. *fin.* exponit, & intelligit gloss. celebris *in l.* 1. *verb. sed si probare. C. de re jud.*

Comprobatur iterum ex simili expresso textu *in dict.* 141
l. 1. *C. de re jud.* Rebus quidem judicatis (inquiunt Imperatores) standum est, sed si probare poteris, eum, qui condemnatus est, id, quod furto amisisse videbatur, recepisse, adversus judicati agentem, doli exceptione opposita tueri te poteris. Quem mirabilem textum ulterius pro alia consideratione nostro casui adaptabili inferius ponderabimus *ex num.* 148. probat etiam text. expressus (loquens in solvente convento & condemnato ad rei deperditæ valorem, pretium & æstimationem, quæ post solutionem devenit ad potestatem domini) *in l. si fullo, ff. de condict. sine caus.* ibi, *ex locato conventus præstitit, & postea qui dominus invenit vestimenta*, &c. quibus quidem juribus alia singularissima consonant, quæ licet non loquantur in solvente indebitum ex re judicata, tamen eorum ratio nostrum intentum roborat. text. *in l.* 2. §. *fin. ff. ad leg. Rhod. de jactu.*

Quæ quidem omnia jura facilè & apertè elidunt diffi- 142
cultatem quæstionis nostræ, & rem judicatam ortam in favorem creditorum, eos creditores supponentem, & sub ea causa obtentam minimè obstare tertio rei hypothecatæ possessori, nec impedire secundæ rei judicatæ obtentæ à debitore & eundem absolventis, effectum résolutivum hypothecæ, influentem inseparabiliter, & indissolubiliter in priori executoria, quam cessare facit ob causam, (qua fuit lata) cessantem, ac propter suppositum in eâ noviter falsum declaratum, & ob novam causam supervenientem post illam primam rem judicatam, quæ cum secunda nullam habet repugnantiam, sed tantum modificationem recipit ab

ea,

ea, prout expresè allegatis juribus hos, & alios admirabiles valde effectus deducunt Doctores.

143 Primus sit, quod licet indebitè solum per condemnatum minimè repetatur ex condictione indebitè propter authoritatem rei judicatæ, cujus effectum condictio illa non impedit, juxta tot singularia jura allegata in ultimo argumento contrariæ partis supra *nu.* 127. Impedit tamen condictio sine causa, quâ intervenientè datur repetitio, etiam contra sententiam transactam in rem judicatam, latam ex causa debiti, quæ cessat, quoties postmodum apparet, non debitum, quia nulla subest causa legitima, nec titulus aliquis creditori vincenti, ex quo valeat, vel indebitè solutum retinere, vel in posterum redigere, juxta mirabilia jura hactenus allegata, concedentia re judicata non obstante, vel repetitionem per condictionem ex eo contractu, vel condictionem sine causa; & hanc distinctionem communiter receptam sequuntur gloss. *in l. rem mihi, verb. utile, ff. commod. & gloss. in l. 1. verb. judicati, C. de condict. indebit.* eadem gloss. *in l. 1. verb. sed si probare, C. de re jud.* sequuntur Bart. *in de l. 1. in fin. C. de condict. indeb.* idem Bart. *in l. si fullo. in princip. per text. ibi, C. de condict. sine causa.* idem Bart. *in l. Julianus verum debitorem, de condictione indebit.* Paul. Castrens. *cons. 157. n. 4. vol. 2.* Cæsar Barzius *decis. 17. per tot.* Cancerius post Alsin. Cagnol. Didac. Perez, Capic. *decis. Genuens. 104.* Capell. Tholos. Ant. Fabr. Morlam, & alios, idem tenet Cevall. *in contra comm. q. 542.* Surdus *dec. 25. n. 31. & cons. 134. n. 10.* Joan. Bapt. Costa *de remediis subsidiar. remed. 10. à n. 4.* Alvar. Valasc. *cons. 56. n. 6.* Fontanella *decis. 125. ex nu. 6. cum seqq.* Paulus & Jas. *in l. Julianus, § fin. de condictione indebit.* eleganter prosequitur Surdus *consil. 268. n. 14. & seqq.* optimè Avendan. *de censibus, c. 41. n. 5.* per rationem expressi text. *in dict. l. si fullo ff. de condict. sine causa.* Si fullo (inquit text.) vestimenta lavanda conduxerit, deinde amissis eis domino pretium ex locato conventum præstiterit, postea dominus invenerit vesti-
144 menta, qua actione debeat consequi pretium quod dedit? Et ait Cassius; eum non solùm ex condicto agere, verùm & condicere domino posse, ego puto, ex conducto omni modo eum habere actionem, an autem, & condicere possit, quæsitum est, quia non indebitum dedit? nisi fortè, quasi sine causa ei datum sit putamus condici posse, & pretium vestimenti, etenim vestimentis inventis quasi sine causa ei datum videtur, qui text. singularis est ad hanc distinctionem; cui merito nititur communis Doctorum opinio.

145 Idem etiam probant in terminis: quando quis virtute rei judicatæ solvit, quod antea solutum habebat, ut detur repetitio *ex condictione sine causa*, probarunt Garcia *de nobilit. gloss. 6. §. 2. n. 8.* Cevallos *commun. contra commun. q. 542. n. 3.* Aloysius Leo *in leg. sub specie n. 2. Cod. de re jud.* Capicius 52. Fontanella *decis. 176. n.*
146 *13. cum seqq.* Ubi & aliis decis. locis applicat *d.* regulam bona fides non patitur, ut semel exactum iterum exigatur, latissimè hanc rationem prosequitur in nostris terminis ipse Fontanell. *decis. 177. ex n. 8. cum seqq.* &
147 diximus in Comment. *de Reg. protect. 4. p. cap. 7. ex num. 117.* ubi licet promiscuè, & indistinctè videamur asserere, ob noviter apparentem solutionem indebitam dari contra rem judicatam condictionem indebiti, & condictionem sine causa, id intellige propter promiscuam jurium allegationem, quorum aliqua loquuntur in repetitione indebiti soluti extra judicium, & alia ex re judicata, & ideò respectivè loquimur ibidem referentes singula singulis, juxta magis explicatam distinctionem, de qua hic, quæ verè conciliat jura, quæ inter se pugnare videbantur.

148 Ex qua pariter satisfit juribus negantibus condictionem indebiti indebitè solventi ex re judicata, pro contraria parte allegatis *suprà in argum. fin. ex n. 127.* cui ulterius satisfit, ut prædicta jura procedant, quando condemnatus jam solvit vigore condemnationis, at quando adhuc non solvit, potest rei judicatæ executionem liberè impedire, actione de dolo, & exceptione quod petis intus habes. Prout expressè probat text. *in d. l. 1. C. de re judicata*, & ex protinus dicendis, & ulterius ex Gratiano, & aliis probatur *infrà ex nu. 161. cum seqq.*

149 Quod utrumque verificatur in terminis nostri casus, in quo tertius rei hypothecatæ possessor ad census recognitionem condemnatus fuerat, cujus virtute jam persolverat aliquos annuos redditus, & per absolutionem debitoris principalis postea emanatam hos repetere potest, licet non ex condictione indebiti, tamen potest ex condictione sine causa, quasi ea cessante propter quam fuerat condemnatus, ad impediendam tamen executionem in futurum, eo quod per absolutionem debitoris principalis jus pignoris sit extinctum, & ad nihil in posterum ejus respectu teneatur, ex plurium exceptionum capitibus, potest tertius ille se tueri adversus rem judicatam.

150 Secundus effectus, quem ex præfatis juribus considerant Doctores, provenit ex juris æquitate, quando condemnatus solvit rei valorem, & æstimationem domino rei, quæ putabatur furata, ut si postea appareat, & reperiatur devenire in potestatem ipsius domini, vel quando postmodum compertum fuit, debitorem condemnatum ad solvendam pecuniam tanquam debitam, antea fuisse jam solutam, ut iis casibus, & similibus cesset, & impediatur ob exceptionem noviter repertam effectus, & executio rei judicatæ, quia æquitas novi casus novum inducit remedium, ut *ex d. leg. 1. C. de re jud.* probarunt multi DD. per nos relati *in d. cap. 7. n. 118. & seqq.* latissimè istis terminis prosequitur Fontanella *dec. 177. ex n. 8. cum multis seqq.*

151 Tertius effectus propter sententiæ causam cessantem, sè fundantis indebito, tanquam vero, quam obtinuit creditor, tanquam verè creditor, nam si postmodum detegatur nec fuisse creditorem, nec debitum existere, cessat sententia, quia sententia, quæ fundatur in causa, cessat cessante causa. Ut per prædicta jura probarunt quamplurimi DD. quos sequuti fuimus *in d. 4. p. c. 7. ex n. 120. & ex n. 88. cum multis seqq.* Probant *l. si à te 9. & l. si rem l. si quis ad exhibendum ff. de except. rei jud. l. denique C. ad exhib.* text. optimus *in leg. 14. tit. 2. p. 3. gloss. celebris in l. si mater, §. denique verb. si hominem, de except. rei jud.* non enim obstat res
152 judicata, etiam data personarum, juris, & rei identitate, si cessat causa ob quam sententia fuit lata, Intriglol. *decis. Siciliæ 3. ex nu. 157.* Gratian. *discept. forens. 445. n. 11.* Leo *decis. Valentin. 78. n. 6.* Fontanell. *decis. 126. n. 29.*

153 Quibus adde Avendanum *de censibus d. c. 41. n. 5.* ubi post Bartol. *in d. l. si fullo in fin.* Paul. *n. 7. &* 8. Jason *n. 2.* Petrus Surd. *d. consil. 268. d. 16. & seqq.* in specie dictorum jurium probant, quod iterum solutum virtute sententiæ repetatur, quando detegitur jam antea solutum fuisse, cum sententiæ causa reducatur ad non causam, & ea cessante, Fontanella *decis. 176. n. 17. & n. 16. & in decis. 177. nu. 15. & 16.* & optimè Valascus *consultat. 56. n. 6.*

154 Quartus effectus erit, per hanc conditionem sine causa non redargui sententiam de iniquitate, cum tempore latæ sententiæ solutio non apparebat, atque ideo sententia lata semper justa remanet quoad illud judicium; atque inspecto tempore quo lata fuit, sed causa cessante, & de supposito postmodum noviter apparente falso, ex quo consurgit æquitas concedens repetitionem, & impediens sententiæ prioris effectum dependentem à causa, gloss. *in l. Julianus*, ubi Bart. *n. 9.* Castrens. *n. 9.* Jason *n. 12. & 17. ff. de condict. indebiti.* Baldus *in l. sub specie, n. 3.* & ibi Salicetus *n. 6. C. de re jud.* Paul. *in l. eleganter in princip. n. 9.* ubi Alexand. *in §. 1. n.*

7. *de condictione indeb.* Costa *remedio subsidiario* 19. *n.* 4. Fontanella *decis.* 177. *n.* 1. *& seqq.* (qui per *dec.* 365.
155 176. *& decis.* 177. in fortioribus omninò terminis materiam hanc latè prosequitur, quando scilicet, debitor censuarius condemnatus fuit ad totius census solutionem, qui postmodum reperiit instrumentum redemptionis certæ partis ipsius census, & obtinuit, contra primam rem judicatam, repetitionem, & restitutionem reddituum solutorum vigore rei judicatæ, & ab
156 eo per creditorem exactorum,) idem Castrens. *in consil.* 257. *n.* 4. *vol.* 2. dum loquitur in eo qui fuit condemnatus solvere, quod antea solverat, vel quod indebitè solverat, dicit quod potest repetere primam solutionem, quia hoc casu non impugnat sententiam, sed agit de falsa causa, & falso supposito sententiæ Alexand. *cons.* 69. *n.* 6. *vol.* 3. Felinus *in cap. sub orta, col.* 6. *in fin. vers. dicit tamen de re jud.* Ruinus *consil.* 89. *n.* 16. *vol.* 1. Curtius *in repetitione l. admonendi, n.* 21. *de jurejur.* sequitur Avendan. *d. cap.* 41 *sub n.* 5. & per Surdum *in d. consil.* 268. *n.* 14. *lib.* 4. diximus *in d. cap.* 7.
157 19. quod per hanc exceptionem non impugnari directè sententiam & rem judicatam, sed eam temperari, & modificari ad causam cessantem, cujus effectus terminatur causæ cessatione.

158 Et pulchra est in proposito doctrina Bart. *in l. & si sine n.* 1. *vers. nam si tibi, ff. rem ratam haberi;* in illis verbis: Nam si tibi fuit condemnatus, & solvi, quia rem non restituebam, si res postea pervenit ad te, tunc causa pervenit ad non causam, & agendo, non dico sententiam nullam, vel malè judicatum, imò dico benè judicatum; tamen causa illa devenit ad non causam, &c. & pro hac sententia allegat Bart. *l. prætor,*
159 §. *Marcell. ff. jud.* & eandem sententiam sequitur Cuman. *ib. n.* 5. *& in l. si fullo, ff de condict. sine causa,* ubi Paul. *n.* 7. Jason. *n.* 2. Bart. *in l. si sub specie, n.* 3. *C. de re jud.* ubi Salicet. *n.* 6. Paul. *in l. eleganter,* n. 9 *de condict. indeb.* Bart. *in l. Julianus, n.* 9. *eod. tit.* Surdus *d. consil.* 268. *n.* 15. quos sequitur Paz *de tenuta, c.* 14. *n.* 18. Et per numeros sequentes plurimas adducit doctrinas & jura, quod res judicata obtenta super instrumento falso, annullatur, cum lata sit ex suppositione veri, & propterea apparente falsitate, res judicata resolvitur ex causa, ob quam lata fuit, cessante, & quod, non propterea impugnantur sententia, & res judicata, cum agat condemnatus ex ejus causa cessante noviter apparente.

160 Hanc difficultatem acutè etiam percalluit Gratian. *discept. forens.* 3. *part. c.* 408. *per totum,* dum agit de re judicata obtenta per creditorem, & lata sub illo supposito, quod non aderat societas officii, de qua postmodum per scripturam apparuit, & ideo impedirem rem judicatam; ex eo motus *n.* 2. quod causa, propter quam lata fuit res judicata, devenit ad non causam, stante productione instrumentorum, ex quibus colligitur adesse verè societatem officii, quamvis in sententiam præsupponeretur, illam non extare, quod facit ut non attendatur sententia, nec res judicata, cum de ea non agatur, sed de cessatione causæ, & de jure superveniente post sententiam, ex quo insurgit æquitas concedens repetitionem, allegat gloss. *in l. Julianus, in verb. solutio.* ubi Bart. *n.* 9. *vers. respondeo.* Jason. *n.* 12. & 17. Castrens. *n.* 10. *de condict. indeb.* idem Castrens. *in l. eleganter, n.* 9. *ff. eod.* Felinus *in cap. sub orta, n.* 21. *col.* 8. *& num.* 10. *&* 11. *de re jud.* Ruinus *consil.* 89. *n.* 15. *ad med. lib.* 1. Surdus *cons.* 298. *n.* 18. & latiùs *cons.* 268. *n.* 15. Alexander *consil.* 69. *n.* 9. *lib.* 3.

161 Et *n.* 4. *cum seqq.* rectè probat, quod si executio hujusmodi sententiæ facta fuerit, poterit semper condemnatus repetere per condictionem sine causa, rationem reddens; nam licet illa solutio fieret ob causam sententiæ declarantis, & supponentis tale debitum; potest retractari dicta solutio tanquam redacta ad non causam, ideo ut evitetur circuitus, poterit recta via ad impedien-
162 dam executionem talis exceptio *dolo facis,* opponi; adeo ut quamvis petens hujusmodi debitum non fecerit à principio dolum, quia potuit ignorare existentiam officii; nihilominus si hodie, cum sciat, perseveraret, dolo faceret, prout adhuc in terminis allegat Castrens. *consil.* 257. in causa quæ vertitur Parmæ *col.* 3. *in fin. versic. remanet ergo defensata, n.* 3. *&* 4. *lib.* 1.

Qui gratianus *n.* 7. & 8. concludit argumentum di-162
cens, quod cum detur repetitio ejus quod solutum est, multo magis impeditur executio, & dabitur compensatio, seu reservatio, antequam solvatur; cum facilius concedatur retentio, quàm actio, *l. per retentionem,* C. *de usur. l.* 2. *C. de fideicommiss.* prout in terminis conclu-163
dit Bald. *in l. sub specie,* 4. *n.* 3. *C. de re jud.* Castrens. *cons.* 257. *col.* 4. *in princ. n.* 4. *ad med. lib* 4. Felinus *in cap. sub orta, col.* 8. *ad finem vers. & si non fuit n.* 10. *de sent. & re jud.* quod & probavimus superius *ex n.* 18. *cum seqq.* ex text. expresso *in l.* 1. *C. de re jud.* & cui damus actionem multo magis exceptionem, quia facilius datur exceptio, quàm actio, *l.* 1. §. *cui damus actionem, ff. de superficiebus.* Tuschus *lit. E, concl.* 374. Scaccia *de judiciis, lib.* 2. *c.* 2. *n.* 121. *& de commerciis,* §. 7. *gloss.* 5. *n.* 98. *l. invitus,* §. *cui damus. ff. de reg. jur.* Palat. Rubeus *in cap. per vestras,* §. 8. *n.* 2. *de donat. inter vir. & uxor.* Surdus *consil.* 377. *nu.* 45. Statil. Pacif. *dec.* 205. *nu.* 5. *& 6. post tract. de Salviano interdicto.*

Et *n.* 14. & 15. firmat ipse Gratian. quod talis res judicata non obstat, tanquam cessaverit causa, ob quam sententia fuit lata; cum appareat de existentia officii, cum ex hoc non impugnetur sententia, sed afferatur, illam corruere ex defectu causæ suppositæ, quæ fundatur, ex Tiraquell. *de causa cessant. part.* 1. *n.* 2. *&* 2. 132. *& de retract. lignag. gloss.* 7. §. 8. *n.* 3. *&* 4. cujus Doctoris assertio rectè convenit in omnibus, quæ hactenus considerata sunt.

Quæ omnia roborantur ex iis, quæ superiùs abun-164
dè probavimus *ex n.* 88. *cum seqq. vers. secundo hæc pars fulcitur,* &c. ubi quod sententia graduationis in favorem alicujus, supponentis se creditorem, lata sub hoc supposito, cessat, postquam postmodum detegitur suppositio falsa, & à principio non existens tempore rei judicatæ, & in terminis post alios probavimus *in comment. de regia protect.* 4. *part. d. cap.* 7. *n.* 120. ex quibus, & aliis ad responsionem argumentorum dicendis, indubitabilis, & invincibilis nostra redditur resolutio, in quæstione proposita.

Deinde, quoniam illa sententia prior contra tertium165
hypothecæ possessorem obtenta per creditores, ut vel rem dimittat, vel recognoscat, non est perpetua, nec perpetuò afficit, sed potius temporalis, & sui natura versabilis, & resolubilis, & variis resolutionis accidentibus subjecta, nempe solutioni, tam ex parte debitoris principalis, quàm tertii possessoris, nec non hu-166
jus tertii dimissioni, quæ insuper post recognitionem quandocumque facta erit admittenda, juxta verissimam plurimorum sententiam, quos in unum congessimus *cap. seq. num.* 100. *vers. & non immeritò, quia neuter eorum,* &c. Et quod sententia, & instrumentum crediti, quo quis tenetur ad certam quantitatem, sic temporale, & non perpetuum, dixit Ant. Faber. *in C. lib.* 2. *tit.* 1. *diffin.* 8. *in fin. & lib.* 4. *tit.* 18. *diffin.* 15. Pareja *in addit. ad* 1. *tom. de instrum. ad pag.* 24. *col.* 1. *post lin.* 15. *& in addit. cit. fol.* 1. *à tergo, vers. sed adversus præfatum,* &c.
atque ideo res judicata lata super jure sui natura varia-167
bili, aut aliter resolubili, nec est pepetua, nec perpetuò afficit; sed variatur, alteratur, & resolvitur, variato, alterato, aut aliter resoluto jure super quo lata est, latissimè per mirabilia jura, & DD. in variis materiis scriptis-
mus suprà 1. *part. c.* 25. *per tot.* temporalis enim est prior res judicata, non perpetua, & sic tempore mutari & alterari potuit, per novum accidens resolutionem operans.

Quibus suppositis, non obstant argumenta in con-168
trarium ab aliquibus considerata, & non primum de

quo

quo suprà *ex nu.* 121. *ex lib.* 4. *tit.* 17. *lib.* 4. *recop.* quoniam illa *l. & similes*, solum adimit nullitates processus à sententia revisionis lata in consilio Regis, & Cancellariis supremis, ut probant etiam DD. in argumento citati. *Ordenamos y mandamos que en todos y qualesquiera negocios, en que conforme à las leyes destos Reynos de las sentencias dadas por los del nuestro consejo y Oydores de las nuestras audiencias, no ha lugar supplicacion; se entienda assi mismo, no aver lugar allegarse, ni oponerse de nullidad, aunque se diga, y alegue ser de incompetencia, ò defeto de jurisdicion, ò que della notoriamente consta del processo y autos del, ò en otra qualquier manera, ni para impedir la execucion de las tales sentencias, ni para que despues de executadas se pueda tornar al pleito y por las dichas sentencias se entienda ser acabados y fenecidos los dichos pleitos, sin que se puedan tornar à mover, ni suscitar, ni tratar en manera alguna*, &c. & iterum pluries per totam legem, *& l. fin. ejusd. tit.* non tamen ademit casus legitimos tangentes causam, & justitiam principalem & jus partium principale, ex quibus de jure communi ac Regio infringi solet res judicata, ejusque effectum, & executionem impediunt, vel alias rei judicatæ vires enervant, aut cessare faciunt, inter quos & iste de quo loquimur numerandus ex tot juribus ita permittentibus, de quibus nec loquitur *d. l. Regia*, nec de eis aliquid disposuit, nec innovavit; idcirco nec ad eos tanquam correctoria, & limitata trahi potest, nec extendi, sed intacti remanent sub dispositione juris communis ex juribus vulgaribus.

Ex quo 1 iste noster casus sit exceptus, illæsus & non comprehensus in dispositione, *d. l.* 4. *tit.* 17. *lib.* 4. *recop.* expressè probavit D. Franc. Carrasco *in tr.* an habeat locum restitutio contra sententiam revisionis, in explicatione, *d. l.* 4. *ex n.* 41. *& n.* 48. ita ait; sed nihilominus in eadem conclusione, quam dixi, resideo, & in casu novi instrumenti de novo reperti, lis moveri potest, & actio supereſt, non ad retractandam sententiam revisionis, &c. sed ex condictione sine causa, vel condictione indebiti repetetur, quod solutum est virtute sententiæ revisionis; ita post Jason *in l. Imperat. ff. de re judic.* concludit Garcia *de nobilit. gloss.* 6. § 2. *n.* 8. quod remedium tanquam ordinarium, & in nova actione fundatum competit ex nova lite ad repetendum indebitè solutum, nec habet jam locum retractatio sententiæ revisionis, de qua idem Garcia; quia & executioni mandanda, nec adversus eam supplicatio admittitur, &c. id ipsum pluribus comprobat idem. Carrascus *n.* 43. 44. 45. & 46. summam æquitatem hoc exposcere ait, ut non obstante *d. l.* 4. repetitio ex instrumentis de novo repertis concedatur ei, qui victus fuit, nova lite inchoata post executionem sententiæ revisionis, & *n.* 47. satis aperè respondet *d. l.* 4. *& l.* 16. verbis ibi: *Y que por las dichas sentencias entiendan ser cabados y fenecidos los dichos pleitos, sin que los puedan tornar à mover, ni tratar en manera alguna*, ejus verba, ita procedunt, quia loquitur de litibus jam motis, & finitis; non verò de nova lite, ex nova causa reperti instrumenti solutionis, vel quietationis, postea inventi, quia est diversa causa litigandi, & sic non obstat rei judicatæ exceptio, *l. cum quæritur, cum seqq. ff. de judic.* & rursus *n.* 48. ita ait, instrumento autem de novo reperto, in quo continetur solutio, vel quietatio, seu transactio, vel collatio debiti, ad cujus satisfactionem quis fuit condemnatus, non impedire executionem sententiæ revisionis, sed ea facta remedium supereſſe, ex *l.* 3. *tit.* 17. *lib.* 4. *recopil.* & sequitur Paresa *de instrum. edit. tom.* 2. *in addit. ad tom.* 1. *fol.* 253. *usque ad pag.* 260. *& in d. addit. ex vers. in qua tamen specie, cum seqq.*

169 Minus obstat secundum de quo suprà *n.* 122. cum totum falsum sit, & falsis principiis nitatur, tum quia hæ duæ res judicatæ non sunt contrariæ, sed per secundam, qua declaratur creditorum jus fuisse extinctum, prior modificatur, & cessat cessante causa finali, ob quam lata fuerat contra tertium possessorem, prout latius paulo ante probavimus.

170 Et quatenus contrariæ forent, prior ex natura rei finitur, & extinguitur, & naturaliter resolvitur per secundam rem judicatam super causa resolvitur qua prior fundabatur, & naturaliter subjecta erat lata & utcumque sit, si daremus repugnantiam, semper falsum asserere, in electione judicis esse, quam maluerit eligere posse, cum secunda nulla sit eo quod res judicata contra rem judicatam regulariter non teneat *ex l.* 1. *C. quando provoc. non est necess.* qua propter electio denegata est judici, & vide in iis terminis singularem invectivam contra judices in hoc articulo adhærentes stricto juris rigori rei judicatæ contra æquitatem naturalem, & bonam fidem, quæ præfertur juxta jura expressa penes Fontanell. *in decis.* 177. *ex nu.* 8. *cum seq.* omnino videndus in proposito.

171

172

173 Nec quod in argumento dicitur, secundam rem judicatam latam in favorem debitoris principalis declarantem creditores fuisse cum effectu satisfactos, esse injustam, & ideo primam sequendam: non absque temeritate affirmari potest. Cum justissima fuerit, & validissimis juris principiis, necnon singularibus doctrinis roborata. Prout per te videre est ad oculum *in cap. seq. hac* 3. *p.* quo casus secundæ hujus executoriæ ad partes disceptatur, & invincibilis, ac indubitabilis redditur.

174 Sed adhuc, quando injusta foret, quomodo potest, quæso, res judicata per injustitiam rescindi, quæ de falso facit verum, & de vero falsum? maximè cum sit emanata à Regali Cancellaria, cujus injustitia non nisi per secundam supplicationem ad Principis immediatam personam interpositam retractari valeat, & in terminis insuper quod sententia, qua creditor declaratur, creditorem non esse, sive jure, sive injuria judicis operetur suos effectus dissolvendi jus hypothecæ; text. est expressus *in l. si deforent ff. quib. mod. pignor. vel hypothec.* 175 *solvit*, de quo egimus superius *ex n.* 129. *vers. & in primis ex duobus juris principiis*, &c.

176 Nec obstat tertium argumentum magis difficile, de quo *suprà ex n. ... cum seqq.* quo dicitur, duas res judicatas super eodem jure contrarias sustineri diversarum personarum respectu, quia respondetur verum esse, quando jus, & actio dividuntur inter diversas personas, & quælibet juris, & actionis partem habet independenter ab altera, sed utraque persona æquè principaliter jus habet, & actionem, divisibiliter, prout in 177 duobus hæredibus, inter quos jura, & actiones hæreditatis ipso jure dividuntur proportionibus hæreditariis æquè principaliter, & independenter ab altero, juxta text. *in leg.* 1. *& seqq. & C. de hæred. action.* & textum celebrem in suo casu, *in l. si petitor. ff. de jud. si petit.* (inquit Consultus) *plures hæredes reliquerit, unusque eorum judicio egerit, non erit verum totam rem, quæ in priori judicio fuit deductam esse, nec enim quisquam alienam actionem in judicium invito eo hærede perducere potest*; atque ideo res judicata contra unum nec nocet, nec pro- 178 dest quoad portionem alterius, ad latè tradita *in comment. de Regia protect.* 4. *part. cap.* 8. *ex n.* 27. *& seqq.* & probant expressè jura in argumento allegata.

Secus autem in juribus individuis, & inseparabiliter 179 connexis, quia tunc quoad omnes operatur res judicata, prout latè probavimus *in eod. c.* 8. *ex n.* 150. per *l. loci corpus*, §. *si fundus ff. si servit. vendic. & l. ingenuum* 25. *ff. de statu hom.* Adde Tusch. *lit. H. concl.* 174. *n.* 74. Covarr. *practic. c.* 4. *n.* 5. Leo *decis.* 93. *n.* 4. Fabius de Anna *consil.* 17. *n.* 20. *lib.* 1. *& cons.* 97. *d. n.* 5 & ex Farinacio, Ofalora & aliis, D. Melchior de Valencia *ad l. sæpe* 73. *ff. de re judic. n.* 16. Sesse *decis.* 4. *n.* 21. *& seqq. & n.* 35. *& decis.* 6. *n.* 34. Paschalis *de virib. patr. potestat. part.* 4. *c.* 4. *per totum, & à n.* 76. Dom. Perez de Lara *in compend. vitæ homin. c.* 7. *n.* 51. Fontanella *decis.* 228. *&* 229. Esco-

bar *de purit. ſanguinis*, 1. *p. quæſt.* 17. §. 1. *num.* 4. *& numer.* 54. *& à numer.* 33. *& ſeqq.* Valenzuela *& numer.* 54. *& à numer.* 33. *& ſeqq.* Nos *in conſ.* 90. *num* 112. *& conſil.* 92. *&* 61. 66. *&* 68. Nos *in dict. c.* 8. *à n.* 27. quo quidem caſu Nos verſamur prout ſtatim dicemus; probat etiam Caſtrenſ. 236. *c.* 1. *lib.* 2. Coſta *de ratione ratæ*, *q.* 222. *n.* 7. Pirrhus Maurus *de fidejuſſor. ſect.* 4. *c.* 34. *n.* 6. *fol.* 430.

180 Secundò & notabiliter reſpondetur argumentum & jura procedere, ubi adeſt diverſitas perſonarum, at inter debitorem principalem & tertium hypothecæ poſſeſſorem iſta perſonarum diverſitas omnino ceſſat, cum uterque ex eodem jure, & actione teneatur, & ſunt duo rei debendi, ideo una & eadem perſona interpretativè judicantur; textus eſt expreſſus *in l. ſi plures* 10. in hæc: Si plures ſint, qui unam, & eandem habent actionem, unius loco habentur; ut puta ſi plures ſint rei ſtipulandi, vel plures argentarii, quorum nomina ſimul facta ſunt, unius loco numerabuntur, quia unum debitum eſt, *ff. de pact.* ubi gloſſ. *verb. unum debitum*, ita explicat quantum ad unam ſolutionem, vel exactionem,
181 ut *l.* 3. §. *fin. ff. de duob. reis.* Et in hac materia, ut obſter exceptio rei judicatæ ſufficit, quod eadem ſit perſona verè, vel interpretativè, prout copioſè *in noſtris comment. de ſupplic. ad ſanct.* 2. *p. c.* 12. *n.* 20. *cum ſeqq.* Et
182 ideo ſententia lata pro reo principali prodeſt fidejuſſori, tenent Bart. *in l. fin.* per text. *ibi ff. de pact.* Alberic. de Roſſat. *in* 1. *p. ſtatu q.* 146. Franciſc. Maurius *deciſ.* 518. Pirrhus Maurus *de fidejuſſ. ſect.* 9. §. 15. *nu.* 14. *& ſeqq. fol.* 892. & eſt. text. *in l. adverſus*, *ff. de. recept. arbitr.*

183 Tertiò reſpondetur, quod regula prædictorum jurium non procedit, quando una res judicata verſatur ſuper acceſſorio, & inſeparabiliter dependenti à jure principali, & ſaltem ſuper eodem jure principali, ut puta lata fuit ſententia contra fidejuſſorem contendentem eum fidejuſſorem non eſſe, vel ſuam fidejuſſionem non tenere, vel contra tertium, vel etiam principalem debitorem ſuper hypotheca, an res ſit hypothecæ ſubjecta, an non, & declaratum fuit fidejuſſorem teneri, & rem hypothecatam fuiſſe, & eſſe; ſi poſtmodum declaretur reum principalem ſolviſſe, & ejus obligationem extinctam fuiſſe, per neceſſe hæc ſententia influit in primam ſuper fidejuſſione, & ſuper hypotheca, quæ inſeparabiliter & indiviſibiliter uti acceſſoria dependet ab obligatione principali, & prima res judicata contra fidejuſſionem, aut hypothecam non eſt perpetua, ſed ad vitam obligationis principalis, qua per ſolutio-
184 nem extincta, & res judicata ceſſat, quia impoſſibile eſt hypothecam ſubſiſtere obligatione deficiente, quia
185 qualitas ſine ſubjecto eſſe non poteſt, & acceſſorium perit cum principali, prout abundè probavimus ſupe-
186 riùs *ex n.* 129. *verſ. & in primis ex duobus juris capitibus*, &c. Conducit rectè doctrina Aretini *in tr. de fidejuſſ.* 2. *part. princ. ſect.* 9. *p.* 48. *per tot. fol. mihi* 915. ubi
187 firmat quod poſtquam fidejuſſor condemnatus fuit ad ſolutionem, ſi inter creditorem & debitorem principalem fiat concordia, & tranſactio, prodeſt fidejuſſori, & eum liberat, re judicata contra eum non obſtante ubi
188 latius comprobat videndus. Et quia res judicata obtenta ſuper principali operatur ſuper acceſſoriis, & inſeparabiliter dependentibus ab ipſo jure principali, abundè probavimus *in comment. de Regia protect.* 4. *part. cap.* 9. *ex n.* 19. *cum multis ſeqq.* ubi de variis doctrinis & exemplis. Et in ſpecie de ſententia lat. ſuper debito principali influat, & operetur in hypotheca, diximus *ib. n.* 152. & eſt text. expreſſus *in l. deferente. ff. quibus modis pign. vel hyp. ſolvit.* quem altius exornavimus ſuprà *ex n.* 129. *verſ. & in primis ex duob.* &c.

189 Deinde & ex alio capite attenta natura rei, denegandam eſſe prorſus exiſtentiam prioris rei judicatæ reſpicientis jus hypothecæ, cum de nihilo poſſit de cætero ſervire, nec aliquem effectum operari, cum nec jam creditor ex ea poſſit ſe juvare nec agere, ſibi deficiente cauſa petendi, & titulo creditoris, ad iterum exigendum, cum utrumque ſit extinctum.

Et tandem in noſtro caſu ex natura rei, & propter 190
bonam fidem minimè patientem, ut ſemel exactum iterum exigatur permittitur iterum contra rem judicatam in judicium deduci ſolutionem, & obligationis extinctionem præcedentem, & iterum de falſo ſententiæ ſuppoſito controverti, ex juris æquitate, ut res judicata ceſſet, ceſſante ſuppoſitione, & cauſa, ob quam lata fuit, ex tot juribus & doctrinis hactenus adductis.

Nec *l.* 2. *Cod. de luit. pignor.* allegata ſupra in hoc 4. 191
argumento tollit effectus civiles, & naturales extinguendi vinculum pignoris attributos à jure ſolutionis, & rei judicatæ, quibus hactenus abundè diximus: quia reſpondetur textum *in dict. l.* 2. procedere in præſcriptione, & in actione, & obligatione per eam ſublata, quo caſu præſcripta perſonali actione manet hypothecaria, quæ longioris eſt vitæ, & cum præſcriptio non tollat naturalem obligationem, mirum non eſt, ſi adhuc durat hypothecaria, extincta perſonali, civili, quoniam remanet naturalis ſuper qua ſubſiſtit, & durat hypotheca, *l. res hypothecariæ*, *ff. de pignor.* quem intellectum reddit Rodriguez *de annuis redditib. lib.* 2. *q.* 19. *n.* 36. *&* 37.

Qui licet ſuſtineri poſſit, efficaciorem alium præf- 192
tabimus *ad dict. leg.* 2. quod in caſu illius textus ideo durat vinculum hypothecæ, quia non obſtante præſcriptione debiti, & obligationis principalis adhuc obligatio durat ipſa quoad effectus civiles, & naturales; quoniam præſcriptio actionem, nec obligationem excludit ipſo jure, ſed ope exceptionis, *c. ad aures de præſcript.* ubi Felin. & Ancharan. notant, & magis communem probant. Alex. *conſ.* 228. *in fin. vol.* 6. Surd. *dec.* 24. *n.* 2. communem dicit Boërius *dec.* 344. *n.* 4. Joan. Guttierrez *in l. nemo poteſt*, *n.* 445. *ff. d. leg.* 1. Cancerius *lib.* 1. *reſolut. cap.* 28. *n.* 26. Ponte *conſ.* 48. *n.* 3. Tuſchus *tom.* 5. *lit. E*, *concl.* 400. *n.* 2. *& tom.* 6. *lit. P*, *concl.* 565. *n.* 11. Boſſius *de proclamat. quod fit*, *n.* 16. Giurba *dec.* 13. *nu.* 6. quam idcirco præſcriptionis exceptionem opponi neceſſe eſt, ad *l. ſi maritus*, §. *præſcriptionem*, *C. de adulter.* quem ad hoc expendit Afflict. *in conſtit. conſuetudinem probam. not.* 5. *n.* 15. *rubric.* 31. *lib.* 3. Felin. *in d. cap. ad aures*, poſt Bald. *in l. ſi pœnæ ff. de condict. indeb. & in l.* 1. *C. ſi adverſ. creditor. l. ſi obligata. C. de evict. & in l. ſicut*, ubi etiam *gloſſ. C. de præſcript.* 30. *annor.* Balbus *de præſcript. q.* 8. *p.* 1. Boërius, Cancerius, Giurba locis citatis, Ponte *conſil.* 48. *nu.* 1. Mangonius *deciſ. Florent.* 42. *n.* 17. *& dec.* 145. *n.* 24. *& deciſ. Lucenſ.* 27. *n.* 20. Pereira *in l. ſi curatorem*, *gloſſ. infra legitimum tempus*, *n.* 1. *in fin. C. de in integ. reſtitut.* Guido Papæ *dec.* 221. ita ut nec judicis officio ſupplendæ ſit, Riminald. Jun. *conſil.* 10. *n.* 26. Magon. *d. deciſ.* 42. *nu.* 17. Ponte *conſil.* 48. *n.* 10. Giurba latè comprobans *ex n.* 7.

Adeò ut ſi non opponatur expreſsè præſcriptionis 193
exceptio, ſequi poſſit præſcribentis condemnatio, quia durat ejus obligatio. Rebuffus *ad Reg. conſtit. tit. de mercatoribus minuta vendent. gloſſ. ult. num.* 13. Surdus *deciſ.* 23. & Mexia *de pragmat. taxæ pan. concluſ.* 6. *n.* 72. Gonzal. *ad regul. cancellar. gloſſ.* 56. *n.* 83. Duennas *reg.* 206. *limit.* 10. Giurba *d. dec.* 13. *ex n.* 4. *& n.* 7. igitur nihil mirum, quod in caſu *d. l.* 2. *C. de luit. pignor.* ſubſiſtat hypotheca, cum mero jure ſubſiſtat actio perſonalis, data illius præſcriptione, ad cujus excluſionem exceptio præſcriptionis opponi debet.

Nec obſtat quartum, & ultimum argumentum, de 194
quo ſuprà *ex n.* 126. quia juribus in eo allegatis abundè ſatisfecimus per diſtinctionem, de qua *ex n.* 138. *cum ſeqq. verſ. deinde probatur*, *quia res judicata*, &c. ut licet contra rem judicatam negetur condictio indebiti, & ex præfatis juribus, conceditur tamen repetitio ex condictione ſine cauſa, vel ex eodem contractu.

Quare concludendum erit, quod etſi lata ſit ſenten- 195
tia in favorem creditorum contra tertium rei hypothecatæ poſſeſſorem, ut vel cenſum recognoſcat, vel rem dimittat,

dimittat, omnino ceſſet ob ſupervenientem rem judicatam in favorem debitoris principalis, declarantem eum jam ſolviſſe, & extinctam fuiſſe ſuam obligationem, quæ per neceſſe influit in priorem rem judicatam, ſuper acceſſorio, & inſeparabiliter dependente ab ipſo jure debitoris principalis, ex quo non ex alio poſſunt creditores agere contra tertium hypothecæ poſſeſſorem, ut ſæpè diximus.

196 Quo caſu ex iſta re judicata ſecunda in favorem debitoris principalis, cui principaliter intereſt, & defenſio principaliter competit; ſi inſuper declararetur, tertio poſſeſſorem (ab eo cauſam & jus habentem) amplius inſuper teneri ex priori re judicata, innumerabilia ſequerentur abſurda, tum quod hypotheca maneat obligata pro jure extincto, & quod jam non eſt; tum quod creditores jam ſoluti & dimiſſi iterum contra bonam fidem exigant; & quod exigant abſque titulo, & cauſa exigendi.

197 Tum quod iſte tertius ſolvens, non poſſit habere recurſum contra principalem debitorem, qui ſua tutus eſt re judicata, qua jam ſolviſſe, & ad nihilum teneri fuit declaratum; tum etiam quia eo ipſo quod tertius hypothecæ poſſeſſor declaretur inſuper teneri agere contra debitorem permittitur ut ad evictionem rei ſibi venditæ teneatur, quam minimè tenetur, cum ipſe eo ipſo quod ſolvit, hypothecam liberavit, & ſic ceſſat evictionis cauſa ex hoc capite, cum ex ſuo facto res gravata non remanſerit, ſed penitus à pignoris nexu omninò libera, ac ſi in ſua poteſtate fuiſſet, & ſic multo magis in poteſtate tertii.

198 Deinde quia ſi iſte debitor principalis deſuper iniquiſſimè condemnaretur ad evictionem rei, & pretium tertio poſſeſſori reddens, rem recuperet, ſtatim libera manet, & antiquam recuperat libertatem ex cauſa antecedenti, ſicut cætera bona ejuſdem debitoris, & contra creditores iterum adverſus debitorem agentes pro hypotheca de ſua re judicata opponit, & dicere rectè poteſt quoad te liberas ædes habeo, ex text. *in l. loci corpus*, §. *competit*, *ff. ſi ſervit. vendic.* & iſta ultima executoria in favorem creditorum contra tertium hypothecæ tunc poſſeſſorem obtenta evaneſcit, & inanis redditur, cum iſte rem dimittendo etiam facta recognitione liberetur, ut ex quam plurimis diximus *in cap. ſeq. ex n.* 100. *verſ. & non immeritò, quia neuter eorum* &c.

199 Ac denique ob repugnantiam rerum judicatarum, & ob Judicum inconſtantiam, eadem res diverſo jure cenſeretur, contra juris principia, & monſtrum oriretur, ridiculum eſt enim eandem, ut viduam, & ut nuptam admitti, inquit textus *in l. Titiæ ſi non nupſerit*, *ff. de condict. & demonſtrat. l. jam hoc jure*, *ff. de vulgar. & pupill. l.* 1. *C. de dot. promiſ. & l. ſi eum dies*, §. *penult. ff. de recept. arbitr.* ibi: *Abſurdum enim eſſe, juſſum in alterius perſona ratum eſſe, in alterius non*, hactenus de hac quæſtione.

200 Et pro complemento materiæ hujus cap. adnotandum erit rem judicatam obtentam per creditorem in uno judicio contra debitorem ſuum, per quem creditum ſuum qualificatur non nocere tertio rei hypothecatæ poſſeſſori in eo judicio non adſtanti, ſed liberum erit tertio iterum de jure creditoris controvertere, latè comprobat, Noguerol. *alleg.* 33. *ex n.* 77. *cum multis ſeqq.* ad quem pro latiori explicatione te libenter remitto.

201 Atque etiam res judicata ſive in via ordinaria ſive in via executiva obtenta per creditorem in alio, & diverſo judicio extra concurſum contra debitorem, non officit cæteris creditoribus, quominus iſti duo prætendere valeant; primum, impugnando eandem executoriam, & de ſimulatione, colluſione aut fraude inter debitorem, & creditorem docere, & creditum eſſe ſimulatum, & fictum ad cæterorum excluſionem, vel jam ſolutum, & extinctum, ſeu alter indebitum; ſecundum quod caſu quo creditum verum ſit & certum, quoad ejus tamen exactionem debeat creditor iſte ad judicium concurſus pendens remitti, ita ut non antea ſit ſolvendus, quam inter cæteros concurſus creditores graduetur, præcedente inter eum, & cæteros prælationis examine; circa quæ multa nova notabilia ſcripſimus ſuprà 1. *p. cap.* 4. *ex n.* 54. *verſ. ex quibus infertur primò*, *& ex n.* 60 *verſ. ſed quid dicendum erit*, *& c.* 16. *ex n.* 21. *cum multis ſeq. verſ. quod in tantum procedit*, &c. *eadem* 1. *part.*

---

§. Unic.

Creditor plures debitores in ſolidum obligatos per rem judicatam ſimpliciter condemnavit; poſtea ad concurſum formatum per unum, comparens pro integra quantitate conſequenda; an exceptione rei judicatæ repellatur, ne pro tota quantitate, ſed pro data debitoris tangente dumtaxat graduetur.

SUMMARIUM.

1 *Creditor plures debitores obligatos in ſolidum habens, ſi omnes ſimpliciter condemnavit, & ante executionem unus concurſum formavit, an creditori comparenti pro tota quantitate, res judicata obſtet.*
2 *Affirmativa ſententia proponitur.*
3 *In ſolidum obligati ſi ſimpliciter condemnentur, unuſquiſque pro rata condemnatus intelligitur; etiamſi aliquis efficiatur non ſolvendo.*
4 & 5. *L.* 1. *C. ſi plures una ſenten. condemn. expenditur, & l.* 4. *tit.* 27. *p.* 3.
6 *L. ſi qua cum totum, cum aliis, de exception. rei jud. expenditur.*
7 *Correis ſimpliciter condemnatis, unuſquiſque à reſiduo, & portionibus aliorum debitorum abſolutus videtur.*
8 & 47. *Sententia ſimpliciter omnes correos condemnans innovat priorem obligationem.*
9 *Novatio extinguit priorem obligationem, & ex ea iterum creditor non agit.*
10 *Actio ſemel extincta iterum non reviviſcit.*
11 *Inſtrumentum ſemel reprobatum, nihil amplius prodeſt, nec ad agendum, nec ad excipiendum.*
12 *Inſtrumentum per ſententiam reprobatum ita viribus evacuatur, ut exemplar ex eo deduci nequeat inter eaſdem, aut diverſas perſonas.*
13 *Confeſſiones partium reprobatæ cenſentur atque extinctæ per ſententiam.*
14 *Per ſententiam, qua dumtaxat rem condemnatus in re, inſtrumentum reprobatum an maneat, ita ut ex eo iterum agere nequeat creditor ad totam quantitatem.*
15 *Fœdere diſtinctionis quæſtio componitur.*
16 17 & 32. *Creditor petens in judicio concurſus rei judicatæ jam obtentæ ſimpliciter contra unum ex correis debendi, graduari, pro tota quantitate audiri non debet, ex re judicata, ſecus ex primæva obligatione petat.*
18 *Comprobatur diſtinctio judicio Accurſii, & aliorum, & ſeqq.*
22 *L.* 1. *C. ſi plures una ſententia ponderatur.*
23 *Res judicata non extinguit, nec novat primævam obligationem.*
24 *Novatio, aut voluntaria eſt, aut neceſſaria.*
25 *Novatio voluntaria ſemper eſt privativa, & extinctiva obligationis.*

26 *Novatio neceſſaria non extinguit primam obligationem, imò magis eam confirmat, & ſeqq.*

28 *L. 63. Tauri expenditur.*

29 *Obligatio perſonalis non extinguitur per executoriam ſuper ea per creditorem obtentam.*

30 *Præſcriptio non datur, ubi non eſt actio.*

31 *& 32. Ant. Gomez, & aliorum aſſertio traditur.*

33 *& 34. Argumentis n. 3. adductis reſpondetur, & ſeqq.*

35 *Obligationem primævam non novari, & impediri ex ea agi, incompatibile eſt.*

36 *In ſolidum obligati ſimpliciterque condemnati, qui pro rata condemnati intelliguntur, an pro reſiduo duo abſoluti dicantur.*

37 *Ex condemnatione in parte debiti non infertur abſolutio alterius partis, niſi expreſſè dicatur.*

38 *Sententia in iis, quæ diſſolubilia ſunt, fertur in parte, remanente actione illæſa ad aliam partem, & ſeqq.*

40 *Ex ſententia lata ſuper una ex pluribus rebus petitio non infertur ad cæterarum abſolutionem, ſed potius ad omiſſionem.*

41 *Sententia ſuper parte rei petitæ non comprehendit aliam partem omiſſam.*

42 *Creditor poteſt unum debitum in partes ſcindere, & eas coram diverſis judicibus petere, ſi ei non opponatur exceptio.*

43 *Rei judic. exceptio non obſtat ei, pro quo fuit lata.*

44 *Cancerii, & aliorum ſententia explicatur.*

45 *Creditor habens plures correos in ſolidum obligatos ſi ſimpliciter agat adverſus quoſdam abſque proteſtatione ſolidi videtur creditum ſcindere, & juri ſolidi renuntiare.*

46 *Creditor, qui virtute ſententiæ ab uno correo ratam exegit, non poterit poſtea ab eo, nec à cæteris in ſolidum obligatis ſolidum petere.*

47 *Novatio extinctiva non inducitur ex re judicata, ſed potius accumulativa.*

48 *Ex prima obligatione denuò agi poteſt, quæ non novatur per rem judicatam.*

49 *Novatio non intelligitur facta, quoties poſterior obligatio, quæ ſubſequitur ex intervallo, minus continet, quàm prior.*

50 *& 51. Quod plus eſt non poteſt transfundi in id, quod minus eſt.*

52 *Inſtrumenta cenſentur reprobata per rem judicatam, quæ directè, & ex diametro repugnant ſententiæ, & ejus effectui, non verò quando ſententiæ effectus concurrere poſſunt cum inſtrumento.*

53 *Pars inſtrumenti, non contenta in ſententia, omiſſa intelligitur, & ſeqq.*

L. 1. 2. & ſimiles, C. ſi plures una ſentent. condem. procedunt, ſive creditor à principio ſolidum deduxerit, ſive principaliter omnes correos ad quantitatem convenerit.

1 DENIQUE ſe offert diſceptanda quæſtio, creditor duos, pluresve debitores in ſolidum obligatos habens pro tota quantitate convenit, & per rem judicatam omnes ſimpliciter condemnavit, & ante executionem unus ex eis judicium concurſus inter ſuos creditores formavit, iſte citatus inſtrumentum obligationis exhibuit, & pro tota inſtat graduari quantitate, debitor opponit exceptionem rei judicatæ, qua dicit ſe pro rata fuiſſe condemnatum, & ad eam dumtaxat teneri, quæſtio eſt ardua, & admodum difficilis.

2 Et pro parte debitoris multa, & fortiſſima urgent fundamenta, ut non niſi pro rata ſua teneatur obſtante creditori rei judicatæ exceptione. Primò quia licèt plu-
3 res ſint in ſolidum obligati, tamen ſi conventi ſimpliciter omnes ad quantitatem per ſententiam condemnentur, unuſquiſque pro rata condemnatus intelli-
4 gitur: ita etſi aliquis efficiatur non ſolvendo, cæteri tamen ultra ſuam ratam ſolvere non cogantur, text. eſt expreſſus *in l. 1. C. ſi plures una ſentent.* Si non ſinguli (inquit text.) in ſolidum, ſed generaliter tu, & collega tuus una, & certa quantitate condemnati eſtis, nec additum eſt, quod ab altero ſervari non poſſet, id alter ſupleret, effectus ſententiæ pro virilibus portionibus diſeretus eſt, ideoque parens pro tua portione ſententiæ ob ceſſationem alterius ex cauſa indicati conveniri non poteſt, *l. 2. eod. tit. ibi:* Quoties à tutoribus ſingulis procuratoribus datis, ſequitur in omnium perſona condemnatio, periculum ſententiæ videtur eſſe diviſum. Ideoque quod ab uno ſervari non poterit, à cæteris exigi non poſſe, explorati juris eſt. Optima *l. 4. tit. 27. p. 3. in fin.* 5
ibi: *Y ſi verdader amente no fueſſe dada ſentencia condenando à cada uno por todo: Entonce decimos, que ſe deve cumplir en los bienes de todos comunalmente. Pagnandolo todos por cabeças, y no pueden apremiar à ninguno dellos por todo, quando la ſentencia fuere aſſi dada, manguer ſe obieſſe obligado cada uno por toda à la raçon que entraron fiadores, ò debdores de uno.* Quæ jura plurimi exornarunt Doctores, quos in unum congeſſimus in commentar. *de regia protect. 4. part. c. 12. ex n. 114. cum ſeqq.* qui omnes unanimiter profitentur, reum in ſolidum obligatum ſimpliciter inter correos ſententia condemnatum pro rata dumtaxat teneri. Ergo clarè patet ab uno correo, aut confidejuſſore concurſum formante totam quantitatem exigere non poſſe. Cum tanto pro ſua rata maneat poſt ſententiam obligatus re judicata.

Secundo quia creditor ulterius petens in judicio con- 6
curſus totam quantitatem virtute ſuæ obligationis, & inſtrumenti, eandem procul dubio deducit quæſtionem quæ in alio judicio fuit determinata, eidemque rectè objicitur à correo exceptio rei judicatæ, ac litis pendentis, *l. ſi qua cum totum*, §. 1. ibi: Et quidem ita diffiniri poteſt, toties eandem rem agi, quories apud judicem poſteriorem id quæritur, quod apud priorem quæſitum eſt, in iis igitur ferè omnibus exceptio nocet, & *in §. generaliter* (ut Julianus deffinit) exceptio rei judicatæ obſtat, quoties inter eaſdem perſonas eadem quæſtio revocatur *l. etiam eadem cauſa, cum ſuis, §§. de except. rei judic.* Cum in hac exceptione apertè concurrant tres indentitates, idem jus, & cauſa agendi, eadem quantitas, eademque perſona, juxta jura, & Doctores à principio hujus cap. adductos. Ergo ultra petere non poterit creditor, ſed ſua contentus eſſe debet re judicata, qua iſte correus pro ſua rata condemnatus intelligitur dumtaxat.

Tertiò, quoniam articulus iſte, an correi in ſoli- 7
dum teneantur, vel non, omiſſus non cenſetur in ſententia qua omnes correi ſimpliciter condemnantur, cum potius virtualiter unuſquiſque à reſiduo, & portionibus aliorum debitorum abſolutus videatur: *ut per gloſſ. in de l. 2. verb. virilibus, Cod. ſi plures una ſentent.* & Cancerium *variar. reſol. lib. 3. c. 17. de ſentent. n. 292.* tenet Giurba *deciſ. 46. n. 2. in fine.* Ergo crediti tori adverſus unum pro tota quantitate noviter actionem primævam inſtanti obſtabit rei judicatæ exceptio.

Quartò, quia nec virtute ejuſdem inſtrumenti, ite- 8
rum petere à quolibet in ſolidum poterit, duobus fortiſſimis juris, impedimentis illi refragantibus; unum, quia per ſententiam ſimpliciter omnes correos condemnantem in novam remanet prior obligatio, & contractus, textus eſt expreſſus *in l. fin. §. & ideò*, ibi: *Si enim novatur judicati actione prior contractus, neceſſe eſt, uſurarum quidem quæ anterioris contractus ſunt, curſum poſt ſententiam inhiberi, C. de uſuris rei judicatæ.* Sed per 9
novationem extincta manet prior obligatio; ergo ex ea iterum creditor agere non poteſt; quia agi nequit ex contractu novato, ſed ex novante, ut utrumque latiùs probavimus *in c. 11. ex n.... cum ſeqq. verſ. hinc quando cauſa unius contractus*, &c. quia actio ſemel extincta, iterum non reviviſcit, ex juribus vulgaribus.

Alterum juris impedimentum oritur ex eadem re ju- 10
dicata, per quam vires inſtrumenti prorſus enervantur, quia reprobatum cenſetur per rem judicatam in alio judicio, & coram alio judice, aut etiam eodem obtentam, ita ut tale inſtrumentum ſic ſemel reprobatum nihil 11
amplius

amplius prosit, nec probet, nec ad agendum, nec excipiendum, ut per text. capitalem, *in cap. sub orta, de re judicata*, ibi *nimirum si præfati Innocentii privilegium Alexandro fuit in judicio præsentatum, & ipse sulit sententiam contra illud, intelligitur reprobasse*, ubi gloss. *verb. reprobasse*, ait, *tale instrumentum viribus evacuatum manere; l. Lucius, ff. de iis qui not. infam. l. 1. C. si ex fals. instrum. cap. dilectus, de ordine cognitio.* per quæ jura constanter affirmant Felinus *in cap. quoniam contra, n. 4. de probation.* Cassadorus *dec. 8. n. 6. de rescriptis.* Rota *decis. 2. de rescriptis in novis.* Paul. Æmil. *decis. 21. n. 40. part. 1.* Valenzuela *cons. 92. ex n. 38.* Escobar *de purit. & nobilit. probanda 1. p. q. 13. §. 3. ex n. 26.* novissimè Pareja *de instrum. edition. tit. 1. resol. 2. ex n. 108.* quibus adde Paz *de tenuta. cap. 32. ex n. 18. cum seq.* Surdum *consil. 135. ex. n. 128.* Noguerol. *alleg. 27. ex n. 11.* obiter Fontanella *dec. 174. n. 11.* idem Pa-
12 reja *tit. 1. resol. 3. §. 4. fol. 85. n. 16.* ubi quod istud instrumentum per sententiam reprobatum in tantum sit viribus, & si de evacuatum, ut exemplar ex eo deduci nequeat; nec inter easdem, neque alias personas compulsari, aut produci valeat, quia cum sit rejectum, & probatum in uno juidicio, nullam præstat fidem in alio; plures Doctores ad id allegat.

13 Prout etiam confessiones partium reprobatæ censentur, atque extinctæ per sententiam, Surdus *consil. 135. ex. n. 128. lib. 1.* Vivius *dec. 313. n. 5. lib. 2.* Verallus *decis. 197. part.* Paz *d. c. 32. n. 30. & seqq.* adeò, ut confessio semel per sententiam tacitè, aut expressè reprobata, & contra quam fuit judicatum, possit à confitente impugnari, ut per plures Doctores latè prosequitur Surdus *consil. 423. ex n. 23.* Farinacius *3. tom. q. 81. n. 107.*
14 *& ex n. 92.* Noguerol *alleg. 27. n. 24.* Si igitur instrumentum, quo debitor in solidum, & pro tota summa obligatus erat, reprobatum remanet per sententiam, qua dumtaxat debitor condemnatus in rata, reprobatum remanet, & viribus, ac fide desuper caret; ex eo agere iterum non poterit creditor contra debitorem ad totam quantitatem.

15 Sed iis, & aliis minimè refragantibus, in hujus quæstionis ardua resolutione distinctè procedendum erit,
16 aut enim creditor comparet in judicio conversus virtute sententiæ, & rei judicatæ jam obtentæ contra debitorem, & petit graduari pro tota, & integra quantitate, & tunc audiri non debet, cum ejus virtute, non nisi condemnatus in rata intelligatur, quando simpliciter omnes correi, aliàs in solidum obligati, fuerunt condemnati, non addito quod in solidum condemnantur, quo casu procedunt, & loquuntur jura, & Doctores suprà citati in primo fundamento.

17 Aut enim creditor ipse non ex sententia præfata, sed ex primæva actione, & ex priori obligatione, qua quilibet ex correis in solidum sunt obligati, agit, & in concursum comparet, & tunc procul dubio audiri debet, & pro tota summa graduari, nihil ei obstante rei judicatæ exceptione, cum per eam non innovetur, nec extinguatur prima actio, & obligatio, sed adhuc fortior duret.

18 Hanc distinctionem probarunt gloss. *in l. 1. C. de judic. verb. possis, post medium*, ibi, Si autem damnetur debitor, accedit in hoc, quia alia nova actio datur in factum, ut infrà de rebus creditis, actori, scilicet ubi vetus erat personalis, alioquin utilis in rem ex sententia datur actio, ut suprà de arbitris, l. ne in arbitris, §. sed & si vetus quoque durat. Licet quidam dicant contra. Si ergo agatur veteri, & excipiatur de sententia; replicabitur de re secundum actorem judicata, ut *ff. de except. rei judicatæ, l. si à te, §. si quis* & ibi gloss. marginalis *ad finem, n. 16.* dicit obstare rei judicatæ exceptionem, si agatur ex ea, secus si ex primæva actione, & obligatione secundum Alexand. & Jason. Similis gloss. *in l. 1. verb. viribus*, ibi: Et sic videtur quod cum ille, qui in solidum, vel in parte majori tenebatur, quod sententia condemnatoria proficiat damnato, & sic est contra, *ff. de except. rei judicatæ, l. evidenter solutio.* hic in residuo videtur absolutus, &, sic absolutoria ei sententia proficit, non condemnatoria, Vel dic, quod actio judicati pro partibus datur. Sed prima actio in solidum durat, ut prius, nec objicitur exceptio rei judicatæ, ut notatur *suprà tit 1. l. fin. in vers. sic enim novatur*, &c.

Eandem distinctionem in primis sequitur Gregorius 19 Lopez *in l. 4. tit. 27. part. 3. gloss. 3. in verb. è no pueda apremiar*, in hæc: Intellige, si agatur ex sententia: nam adhuc posset omissa sententia agere actione primæva, qua tenebatur in solidum; secundùm gloss. *in d. l. 1. Cod. si plures una sentent. condemn.* quæ communiter approbatur, ut sic quilibet condemnetur in solidum, neque obstabit sibi exceptio rei judicatæ ex prima sententia, quod nota. Hactenus Gregorius.

Eandem distinctionem sequitur Cancer. *variarum* 20 *resolutionum, lib. 3. cap. 17. de sententiis, & earum execut. ex. n. 269.* & signanter *n. 299.* ubi dicit, quod iste creditor, ut solidum à quolibet consequi possit, noviter agat non ex sententia, nec ex actione in factum noviter concessa & objecta, sed priori obligatione, & instrumento, per quod omnes obligati erant in solidum, & via executiva ex eo adversus eos noviter experire, allegat Mattæum de afflictis *in decis. 115.* qui postmodum à principio probavit, in solidum obligatos, & simpliciter condemnatos, teneri ex sententia pro rata dumtaxat, ita ut virtute sententiæ amplius quàm ratam à singulis creditor consequi nequeat: postmodum *n. 4.* ita ait: *Benè tamen ille nobilis creditor posset de novo agere contra quem vellet in solidum obligatam, ut sibi solvat totum integrum debitum*, secundum gloss. & Paulum *in d. l. 1 C. si plures una sententia*, &c.

Eandem distinctionem rectè percipit Perez de Lara 21 (licèt neminem alleget) *in. tr. de vita hom. c. 15. ex n.* 37. & signanter *n. 41.* ubi limitat regulam *dict. l. 1.* in hæc: Et hoc quod dicimus divisione, intellige, si agatur ea sententia, non autem si extra sententiæ executionem alio judicio exequatur instrumentum, quia non obstabit sententia; nam licet in judicio contrahatur, ut suprà *n. 37.* in contractu secundo non fit novatio, nisi expressè agatur, *l. fin. C. de novationib. l. 15. tit. 4. p. 5.*

Eandem etiam comprobat post Jafredum Lanfrancum *decis. 327.* Socinum *consil. 27. n. 17. lib. 4.* Costa *de rata, q. 138. n. 11. & 12.* abundè Rovitò *cons. 58. ex n. 1. cum seqq.* qui allegat Doctores antiquos.

Et pro hac distinctione, & limitatione pondero *d. l.* 22 *1. C. si plures una sentent.* ubi tota dispositio divisionis inter creditores simpliciter condemnatos restricta apparet ad solam sententiam, & quando ex ea creditor agit dumtaxat, in illis verbis: Ideòque parens (id est obediens, ut explicat glossa) pro sua parte sententiæ, ob cessationem alterius ex causa judicati conveniri non potest, quasi dicat, ex causa judicati debitor conventus in solidum non tenetur, secus si actione primæva.

Et horum omnium una est, & concludens ratio, 23 quoniam per rem judicatam non novatur, nec extinguitur primæva obligatio, & actio, sed imò potius permanet, & durat viva, prout antea text. *in l. aliam. C. de novationibus, l. grege, §. etiam, ff. de pignoribus, l. Græcè. §. 1. ff. de fidejussoribus.* Et quamvis *in l. fin. §. & ideò, C. de usuris rei judic.* dicatur novari priorem contractum per sententiam, id communiter intelligitur de novatione augmentativa.

Novatio enim duplex est, altera voluntaria, altera 24 necessaria; voluntaria illa est, quæ fit extra judicium, 25 & hæc semper est privativa, & extinctiva prioris obligationis, necessaria verò est, quæ fit in judicio, & hæc 26 dicitur novatio augmentativa, & accumulativa, quæ non extinguit primam obligationem, sed potius illam magis fortificat, & robur addit, & novatio vocatur, eo quod addit novos effectus, & novam actio-

actionem, quia ultra primam actionem ex contractu, quæ durat, nova accumulatur actio ex re judicata, quæ dicitur in factum; prout latè, & pulchrè distinguit
27 glossa *in dicto*, §. *& ideò*, *verb. si enim novatur*, *gloss. in l.* 1. *verb. possis*, *C. de judiciis*, *gloss. in l. duobus*, *ff. de exception. rei judicat. gloss. in l. nepoti.* & ibi Bartol. *ff. de fundo instructo.* plenè Jason *in dict. l.* 1. *C. de judiciis*, *n.* 3. *& ex n.* 16. *cum seqq.* Idem Jason *in l. si domus*, §. *de evictione*, *n.* 17. *cum tribus seq. ff. de legatis* 1. optimè portalios, Negusantius *de pignoribus*, *membro* 3. *part. principalis*, *n.* 2. Surdus *decisione* 69. *nu.* 4. Cancerius *variarum resolut. lib.* 3. *cap.* 17. *de sent. & earum execution. ex n.* 289. *cum seq.* D. Perez de Lara *de vita homin. cap.* 15. *ex n.* 37. (licet nullum ex iis alleget) optimè Anton. Gomez *in l.* 63. *Tauri*, *sub n.* 2. & relative ad Negusantium. Idem dicit Mantica *de contractibus*, *lib.* 17. *tit.* 2. *nu.* 4. & plurimis citatis pro hac novatione accumulativè videndus ibidem *n.* 3. & ex Jas. *in conf.* 16. *lib.* 3. *n.* 1. & *consil.* 16. *nu.* 15. Dilect. *de arte testandi*, *tit.* 12. *de acquir. vel. repud. hæred. caut.* 9. *tom.* 8. *part.* 1. *fol.* 143. Decius (sic declarandus) *consil.* 299. *visa repetitione*, aliàs 300. *col.* 2. *in fin vers. & hoc in notabili quæstione*, *n.* 8. Angelus *consil.* 31. *viso laudo*, *col.* 2. *in fin.* & ex latè adductis per Fulgosium *consil.* 141. *col.* 4. *in princip. vers. movet præterea*, *quod per sententiam*, Socin. *consil.* 98. *n.* 4. *lib.* 3. Alexander *consil.* 186. *n.* 11. *lib.* 3. Anton. Gabriel. *consil.* 1. *de novationibus*, *n.* 62. *ad medium*, optimè, & latè Gratianus *disceptat. lib.* 3. *cap.* 557. *ex n.* 32. *cum seqq. & cap.* 509. *n.* 9. *cum seqq.* ubi plures alios allegat; qui omnes plures alios antiquiores recensent; item tenet Carleval. *de judiciis*, *tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 2. *disputatione* 1. *n.* 1. & 2. firmans, quod licet in judicio quasi contrahatur, & per hunc quasi contractum inducatur novatio quædam, novaque actio, ex *leg. aliam*, 29. *ff. de novationibus*, per hanc tamen novationem novæque actionis ortum non perit antiqua actio, nec ideo actoris jus fit deterius, imò melioris conditionis, ad quæ plures allegat.

28 Pro qua doctrina mirabiliter ponderari potest, *leg.* 63. *Tauri*, in illis verbis, *y la accion personal*, *y la executoria dada sobre ella se prescriba por veinte annos*, *y*
29 *no menos*, quæ manifestè indicat, obligationem personalem non extingui per executoriam, super ea à creditore obtentam; ex quo namque permittit obligationis ejusdem præscriptionem, per necesse ejus existentiam supponit; nam privatio supponit habitum. Et quia
30 præscriptio non datur, ubi non est actio, aut obligatio; quæ præscribi posset, Cencius *de censibus*, *quæst.* 98. *nu.* 59. ex Cornel. *in l. licet*, col. 2. *vers. & hæc est ratio antiquorum*, *Cod. de jure deliberan.* Decian *consil.* 13 *n.* 51. *lib.* 2. & Bartol. *in l. pignori*, *ff. de usucapionibus.* Azevedius *in leg.* 6. *n.* 8. *tit.* 15. *lib.* 4. *recopilatio.* nec datur præscriptio, si non datur actio. *l. sicut*, *Cod. de præscr.* 30. *annor.* quia præscriptio opponitur actioni. Parlador. *rerum quotidian. lib.* 1. *cap.* 4. §. 5. *n.* 3.

31 Et hanc eamdem ponderationem in terminis consideravit Ant. Gomez *in dict. l.* 63. *sub n.* 2. ibi: Item etiam, & secundo potest ista lex, & commun. intelligi, quod actio, & obligatio personalis, & similiter jus exequendi, quod ex sententia oritur, duret per viginti annos, & uterque intellectus est verus, & juridicus, quia per sententiam latam non tollitur prima actio personalis. Item etiam ex ea alia de novo oritur, ut probat text. & ibi, *gloss. ordinaria*, & communiter DD. *in l. si à te*, §. 1. *ff. de except. rei judic.* text. *in l. evidenter eod. tit.* & ibi gloss. ordinaria, & communiter DD. *in l. aliam*, *ff. de novationib.* text & ibi *gloss. ordin. & communiter DD. in l.* 1. *C. de judiciis*, text. ibi, *ordin. & communiter Doctores*, *C. de usuris rei judicat. ex quo resultant maximi effectus*, *de quib. per DD.* Hactenus Ant. Gomez, quod & idem tenet, licet non explicitè Parladorius *lib.* 1. *rerum quotidian. c.* 1. §. 14. *n.* 10 & Azevedus *in leg.* 6. *tit.* 15. *l.* 4 *recopilat. n.* 42.

Quibus suppositis firmiter tenendum erit, creditorem posse totam, & integram summam petere à correo in solidum, obligato, quamvis per sententiam præambulam iste inter cæteros fuisset simpliciter condemnatus, & quantumvis sententia de rata intelligatur, si creditor graduari instet virtute primæva obligationis, omissa actione in factum orta ex priori judicio, & sententia nulla ei obstante rei judicatæ exceptione. 32

Nec obstant fundamenta in contrarium pro debitore considerata, non primum, quia procedit quando creditor vult agere contra correum ex re judicata, quia tunc verum est, non posse consequi ab eo nisi ratam, non tamen, quando comparet virtute prius obligationis, quæ novata non remansit, & hic solidum à quolibet insuper consequi potest. 33

Nec obstant secundum & tertium fundamentum, quæ in unum tendunt, ut creditori noviter, & iterum agenti primæva actione, obstet exceptio rei judicatæ, eo quod omnes tres identitates concurrant, & quod solidi condemnatio non sit omissa in sententia, sed potius ejus absolutio supposita. Quibus respondetur, tunc ex communi glossarum & Doctorum expresè, ac firmiter asseverantium, non obstare hoc casu exceptionem rei judicatæ, quia prima actio, & obligatio in solidum durat absque aliqua novatione, incompatibile enim est, obligationem, primam non notari, & impediri ex ea agi, prout latissimè diximus 34 35 *infrà cap.* 11. *in ultima quæstione*, *ex num. usque ad finem vers. aut enim non animo novandi.*

Nec obstat, quod in tertio augumento diximus, quod quando plures correi in solidum obligati simpliciter condemnantur, pro rata condemnati censentur, & in residuo singulos esse absolutos, atque ideo solidi obligationem non fuisse omissam, sed virtualiter comprehensam in sententia; & per consequens obstare creditori iterum ex primæva actione, & obligatione agenti exceptionem rei judicatæ. 36

Quia respondetur, verius esse ex supra dictis, residuum fuisse omissum in sententia, non enim ex condemnatione in parte debiti bene infertur absolutionem alterius partis, & totius quantitatis debitæ nisi expresè dicatur: nam sententia in iis, quæ divisibilia sunt, prout est quantitas, fertur in parte, remanente actione illæsa, (quæ non novatur) ad aliam partem, glossa singularis *l.* 1. *verbo*, *viribus*, *in fine*, *C. si plures una sentent.* cui displicet solutio à se prius relata, nempe debitorem pro residuo esse absolutum, hanc tradit ut veriorem, & communiter ab omnibus reprobatam: ut hactenus vidisti, ibi, *Vel die quod actio judicati pro partibus datur*, *sed prima actio adhuc in solidum durat*, *ut prius nec objicitur exceptio rei judicatæ*, quasi dicat, pro parte debiti sequuta fuit condemnatio, sed remanet pristina obligatio illæsa pro toto. Et in terminis quod plures in solidum obligati, simpliciter condemnati pro parte sua, & pro rata condemnati, intelligantur, & non pro tota quantitate, eo quod residuum sit in sententiam expressum, tenet per Guidon. Papæ *singulari* 681. *si plures*, & Anna *consil.* 10. *num.* 2. *& consil.* 188. *num.* 1. Gratianus *disceptat.* 33. *num.* 51. nec Doctores in argumento tertio allegati contrariam probant, quia loquuntur in casu longè diverso, de quo protinus dicemus. 37 38 39

Etenim ex sententia lata super una re, ex pluribus petitis non infertur ad cæterarum absolutionem, sed potius ad earum omissionem. Tuschus *tom.* 7. *lit. S. concl.* 126. *n.* 86. Bart. *in l.* 4. *C. depositi.* Imola & Ant. de Butrio, & Felinus *in cap. exceptionem*, *de except. gloss. in l.* 1. *Cod. si adversus rem judic.* Garcia *de expens. & meliorat. cap.* 6. *sub num.* 17. Menochius *cons.* 110. *nu.* 61 40

nu. 62. & 53. quidquid enim in condemnatione non eſt expreſſum, cenſetur omiſſum, ut ex Decio, Oza-
41 ſco Eſcobar, & aliis. Diximus *loc. cit. nu.* 54. *& ſeq.* & ſuperius, *& eadem* 4. *part. cap.* 9. *n.* 3. ex plurimis diximus, quod ſententia ſuper parte rei petitæ, non comprehendit aliam partem omiſſam.

42 Nec enim ex eo, quod creditor partem debiti à debitore petiit, ſibi præjudicat in alia parte, & poteſt unum debitum in partes ſcindere, & à debitore coram diverſis judicibus petere, non oppoſita exceptione; nec ex hac diviſione videtur juri ſuo pro tota quantitate competenti renuntiare copioſè egimus *ſuprà* 1. *part. cap.* 4. *ex n.* 4. *cum ſeqq. verſic. verum unus, & idem creditor*, &c.

43 Deinde, quia cum hæc ſententia ſit pro parte debiti lata in favorem creditoris, non impeditur, quod ea omiſſa, & neglecta iterum agere poſſit in judicio novo ex primæva actione, non obſtante rei judicatæ exceptione, quia ipſe replicare poteſt creditor rem ſecundum ſe judicatam fuiſſe. text. *in l. eleganter* 16. & ibi Bart. quam ita ſummat. & cæteri, & text. *in l. ſi à te* 98. §. *ſi quis fundum, C. de except. rei judic.*

44 Nec obſtant Cancerius & Giurba in eodem tertio argumento citati, dicentes, quod in reſiduo cenſetur quilibet correus abſolutus; ii enim Doctores, & alii
45 ab eis relati, in diverſo caſu loquuntur; nempe quando creditor habens plures correos in ſolidum obligatos ſimpliciter egit adverſus quoſdam, abſque proteſtatione ſolidi; alios autem non convenit, quo caſu videtur ſuum creditum ſcindere, & pro rata inter eos dividere velle, & ſic juri ſolidi renuntiare, juxta *l. ſi creditores, C. de pactis.* Quare cum debitores amplius ad ſolidum non teneantur mediante creditoris tacita renuntiatione; nihil mirum, ut ſinguli abſoluti cenſeantur à reſiduo, & quod jam de jure non tenentur, prout latè hunc diſcurſum proſequuntur præfati Doctores, nec non Lanfrancus *deciſione* 327. Socinus *conſil.* 27. *n.* 37. *lib.* 4 Coſta *de ratione ratæ, quæſt.* 138. *n.* 12. mirabiliter Rovitus *conſil.* 58 *n.* 3. *&* 4 ſed melius idem Joan. Bapt. Coſta *de ratione ratæ, quæſt.* 33. *per tot.* & Nos *de materia, d. l. ſi creditores*, abundè egimus, *ſupra* 2. *part. cap.* 26. *ex n.* 50. *cum ſeqq. verſ. prout etiam certa juris propoſitio eſt*, &c.

46 Ex hac doctrina proximè relata, unum notabilem deduces effectum, quod ſi creditor virtute ſuæ ſententiæ, (qua ſimpliciter ſui correi aliàs in ſolidum obligati, ſimpliciter fuere condemnati, quorum ob id quilibet pro ſua rata dumtaxat condemnatus intelligitur,) executionem perierit adverſus aliquem pro ſua rata, quam exigit; non poterit poſtmodum virtute primævæ obligationis, nec adverſus eumdem, nec adverſus alios correos ſolidum petere, quia jam creditori obſtabit rei judicatæ exceptio, ut ex plurib[us] comprobat Cancerius *variar. reſolut. lib.* 3. *cap.* 17 *n.* 294. *&* 295. qui procul dubio hoc voluit dicere, licet ſub aliqua confuſione; nam ex quo ratam ab uno correo exigit creditor abſque proteſtatione ſolidi, virtute taciti pacti cæteris correis in ſolidum obligatis jus acquiritur, ne amplius ab eis ſolidum, ſed ratam conſequi poſſet ex textu expreſſo *in dict. l. ſi creditores, C. de pactis*, quam exornant plurimi Doctores citati ſuprà 2. *part. c.* 26. *ex d. n.* 50. *& ſeqq. verſ. prout etiam certa juris propoſitio eſt.*

47 Nec ultimo loco obſtat quartum argumentum in contrarium pro creditore adductum; quod duo juris impedimenta conſiderantur, nec creditor ulterius poſſit agere ex priori inſtrumento obligationis adverſus correos debitores in ſolidum obligatos, ſemel ſimpliciter condemnatos. Et ſic pro rata juxta juris intellectum primum deductum ex re judicata, per quam innovatam eſſe primævam obligationem, & actionem aſſeritur; cui ſatisfit ex longè adductis hactenus ex communi Doctorum, nullam novationem induci intinctivam, & privativam, ſed potius accumulativam, & præſervativam prioris actionis, & obligationis ſolidum continentis, ex qua omiſſa actione in factum ex ſententia 48
noviter orta, poteſt creditor iterum agere, & correos, ſeu correum quemlibet in ſolidum convenire; & ſolidum exigere minimè ei obſtante rei judicatæ exceptione; de quo ſuperiùs *ex nu.* 15 *cum multis ſeq. verſic. ſed iis, aliis, & minimè refragatibus, & ex nu.* 23. *cum verſic. horum omnium una eſt*, &c.

Quæ ulterius comprobatur; nam quoties poſterior 49
obligatio, quæ ſubſequitur ex intervallo, minus contineat, quam prior, non intelligitur facta novatio, quia
id quod plus eſt, non poteſt transfundi in minus *l. qui* 50
uſumfructum, ff. de verborum oblig. Bald. *in l. reſcriptum*, §. *ſi pacto*, *n.* 7. *ff. de pactis.* Abbas *conſ.* 24. *ante n.* 1. *lib.* 2. Decian. *conſ.* 11. *num.* 70. *lib.* 1. Jaſon. *in l. quibus idem*, *n.* 9. *ff. de verb. oblig.* Mantic. *de contractib. lib.* 17. *tit.* 1. *n.* 9. *& tit.* 3. *n.* 19. Sed hæc ſententia minus continet, quàm præcedens obligatio: ergo ex ea induci nequit novatio.

Secundum autem juris impedimentum in dicto quar- 51
to argumento conſideratum pariter deduci prætenditur ex eadem re judicata limitatim juris intellectu obtenta per creditorem contra correos, per quam omnia inſtrumenta reprobata intelliguntur, ex *d. c. ſuborta, de re jud.* & aliis juribus & DD. ibidem laudatis.

Cui reſpondetur, propoſitionem in ſe veriſſimam 52
eſſe, non tamen adaptabilem caſui noſtro; non etenim omnia inſtrumenta indiſtinctè cenſentur reprobata per rem judicatam; ſed ea dumtaxat, quæ directo, ex diametro rupugnant, ſententiæ, & ejus effectui opponuntur: tunc enim inſtrumenti fides deſtructa eſt, quia illud, & ſententia ſimul ſtare non poſſunt; ſecus verò quando ſententia, & ejus effectus concurrere poſſunt cum inſtrumento, adverſus quod ſententia lata fuit, tunc enim illæſa, & intacta remanet ejus fides, ut ex *l. ſi judex* 10. *ff. de his qui ſui vel alieni juris, l. ſi quis à liberis* 5. *ſi* §. *vel parens* 8. *&* §. *ſolent* 18. *ff. de liberis agnoſcendis, l. ſancimus* 27. *C. de teſtament. cap. cùm renuntiatur* 32. *quæſt.* 1. Accurſio, Bart. Abbate, Alberico, Innocentio, Angelo Romano, Paz, & aliis comprobat Eſcobar *de puritate*, 1. *p. quæſt.* 13. §. 3. *ex n.* 43. *cum ſeq.* ſequitur noviſſimè Pareja *de inſtrum. editione, tit.* 1. *reſolut.* 2. *n. final. fol.* 48. *& tom.* 2. *tit.* 7. *reſol.* 10. *n.* 22. *& ex n.* 20. & ſic quando ſententia fuit lata contra inſtrumentum, & non pro eo, ut ex prædictis doctoribus patet, & ex Chriſt. de Paz *de tenuta, cap.* 37. *ex n.* 27. *cum ſeq.*

Sed in hoc caſu res judicata fuit lata pro creditore, 53
& pro inſtrumento, & contra debitores: ergo ejus fides illæſa manet.

Nec dicatur, quod pro parte inſtrumenti dumtaxat 54
fiat pronunciatum, & ſic pro alia parte intelligitur reprobatum: cui reſpondetur quod alia pars non contenta in ſententia fuit omiſſa, & ut talis non comprehenſa ſub condemnatione, vel abſolutione, ut ſuperius probavimus, atque ideò nihil repugnat ſententia, quæ ſuper ea parte omnium lata fuit.

Deinde quia inſtrumentum continens ſolidum, & 55
totam quantitatem nihil repugnat ſententiæ condemnati, & continenti partem; rata enim quæ in ſententia continetur (non reſtrictiùs, & taxativè) eadem pariter reperitur in inſtrumento majoris ſummæ, & ſolidi comprehenſivo, & ideo inſtrumentum, & ſententia ratæ condemnatoria tendunt ad eundem finem, & ratæ reſpectu conformitas adeſt; at verò reſpectu reſidui, ſicut non datur repugnantia aliqua, ita nec conformitas, quod ſufficit, ut ceſſet reprobatio, quia reſiduum nec per viam abſolutionis nec per viam condemnationis legitur, aut continetur in ſententia, ſed totaliter omiſſum apparet, quapropter dici non poteſt pugnare cum inſtrumento reſiduum, & ſolidum continente, & tunc

pugna-

pugnaret, quando ratæ condemnatio facta foret restrictius, & exclusivè ad residuum, vel ab hoc fuisset absolutus correus: quo circa ex hujusmodi condemnatione non potest sequi instrumenti reprobatio.

56 Simul namque stare, & concurrere possunt sententia & instrumentum, quia pro parte omissa in condemnatione, iterum ferri potest sententia, & manet instrumentum solidi in totum illæsum, prout probavimus superiùs *ex n. 37. vers. quia respondetur verius esse*, &c. Stant enim sententia, & instrumentum, non per viam repugnantiæ, sed per viam magis, & minus, & utrumque in favorem creditoris.

57 Denique pro complemento adnotabis, quod dispositio *dict. l. 1. & 2. C. si plures una sentent. & l. 4 tit. 27. part. 3.* nec non ex omnia quæ hactenus diximus, procedant, sive creditor à principio solidum deduxerit adversus omnes correos, sive simplicer omnes ad quantitatem conveniat, ut expressè post alios adnotavit Joan. Bapt. Costa *de ratione ratæ, q. 33. n. 3.* & expressè probant dicta jura dum ratam supponunt, quando judex solidum non expressit in sententia, & ejus condemnatione, non enim posset judex super solido pronuntiare, nisi expressè aut tacitè fuisset per creditorem deductum, ut aliud sit dicendum quando creditor non omnes correos convenit, si quosdam ex eis dumtaxat, juxta quæ diximus suprà *ex n. 44. cum seqq. vers. non obstante Cancerius*, &c.

CAPUT II.

In subhastatione bonorum concursus licitator pretium offerens, sub conditione, aut qualitatibus an sit, & qualiter admittendus.

Et quid quando loco pretii offert se recogniturum census, & creditores debitoris.

Et an per consignationem à judice factam creditoribus in hanc recognitionem sic oblatam, obligatio extinguatur, & debitor liberetur.

Et an emptor pro tempore rem sic emptam possit creditoribus censualibus à se recognitis dimittere; necnon creditores in primum debitorem habere recursum. Adde c. 12. in fine.

SUMMARIUM.

1 *Graduationis sententia lata, ad instantiam creditorum bona subhastantur.*

2 *Subhastatio per judicem facta, & admissa habita fide de pretio, nulla est ipso jure.*

3 *Subhastatio facta habita fide de pretio opponitur ex diametro principali fini concursus.*

4 *L. à Divo Pio, §. sed si emptor, ff. de re jud. exornatur.*

5 *Oblatio conditionalis, aut licitatio in subhastatione admittenda non est.*
Census constitutio loco pretii subhastati non admittitur, quia est habere fidem de pretio, ibid.

6 *Rotæ decisio admittitur.*

7 *Subhastatio habita fide de pretio, aut oblatio conditionalis valet, si admittatur consentientibus creditoribus.*

8 *Dict. §. si emptor, dispositio in utilitatem & favorem creantorum inducta, per eorum consensum cessat.*

9 *Qui consensus debet immediatè provenire ab ipsis creditoribus, non tamen ab eorum procuratoribus mandatum speciale ad id non habentibus.*

Licitator ad bona debitoris subhastanda accedere non erit admittendus, si loco pretii offerat in se suscipere debita debitoris.

10 *Decisio Alexand. Ludovis. affertur.*

11 *Doctrina quorumdam expenditur.*

12 *Licitator sub conditione offerens vel loco pretii debita debitoris in se suscipiens de consensu creditorum admittitur.*

13 *Licitator inde suscipiens onus censuum liberat principalem debitorem virtute novationis, creditorum interveniente consensu.*

14 *Acollatio, & recognitio censuum promissa in subhastatione per licitatorem, quando principalem debitorem liberet.*

15 *Debitoris principalis extinguitur obligatio, quando per sententiam graduationis consignata fuit creditori solutio sortis principalis reddituum, subsequuta emptoris recognitione, usque ad n. 22.*

16 *Extincta debitoris obligatione, nominis adjudicati periculum ad creditorem dumtaxat pertinet.*

17 *Promissio de acollando, aut recognoscendo debitorem liberat, nisi cum effectu fiat.*

18 & 19. *Gratiani sententia adducitur, & aliorum.*

20 & 21. *Decisiones Rotæ traduntur.*

23 *Acollatio solutio est.*

24 *Promissio de acollando debitorem non liberat, nisi cum effectu sequatur accedente consensu creditorum.*

25 *Cencii doctrina explicatur.*

26 *Acollans in se censum dicitur principalis debitor post acollationem, & recognitionem.*

27 & 28. *Acollatio valet, si in ipsa acollatione, verè postea interveniat creditorum consensus, aut approbatio.*

29 & 30. *Cencii & aliorum doctrina adducitur.*

31 *Creditor consentiens subhastatione conditionali, illo genere solutionis quietari debet.*

32 *Solutionis verbum quamlibet creditorum satisfactionem continet.*

33 *Satisfactio, & solutio quoad finem extinguendæ obligationis à pari procedunt.*

34 *Venditor fundi mandans pretium solvi creditori suo si emens solutionem promittat, & creditor ejus fidem sequatur, debitor liberatur, & in ejus favorem novatio inducitur.*

35 *Emptor si post promissionem admissam decoxerit, adversus venditorem creditor regressum non habet.*

36 *Campsori, aut debitori mandans, ut creditori suo solvat, & campsor partitam in libris Annotavit in favorem creditoris, eo sciente mandantis obligatio extinguitur.*

37 *Solutionis promissio consentiente creditore, idem operatur, ac solutio.*

38 *Mandans debitori, ut solvat ejus creditori, cui consentienti solvere promisit, liberatur, licet mandatarius non liberetur à mandante.*

39 *Debitor delegatus acceptans litteras, si promittit creditori solvere, consentienti, delegans liberatur.*

40 & 41. *Consignatio in pretio conditionali approbata à creditoribus, est datio in solutum, per quem debitor principalis liberatur.*

42 *Actus à fine judicantur.*

43 *Concursus judicii finis est, ut debitoris bona ad creditorum satisfactionem distrahantur.*

44 *Creditores fidem licitatoris volentis in se onus censuum suscipere, sequentes, fatentur velle potius fieri licitatoris creditores, quam debitoris esse.*

45 *Differentia inter nomen debitoris, & cessum simpliciter creditoris, & cessum per viam dationis in solutum.*

46 *Per cessionem nominis simplicem non inducitur novatio, nisi fiat per creditorem exactio.*

47 *Nec prior debitor liberatur, quousque debitor cessus creditori solvat.*

48 *Vel nisi debitor cessus solutionis loco promittat solvere creditori consentienti.*

49 *L. 15. tit. 4. part. 5. explicatur.*
50 *Solutio, & promiſſio de ſolvendo de creditoris voluntate, idem operatur.*
51 *Superius ſolutionis genere non tam inducitur novatio, quàm extinctio prioris obligationis.*
52 & 55. *Per ceſſionem nominis per viam dationis in ſolutum ſtatim inducitur novatio, & in creditorem acceptantem tranſit nominis periculum.*
53 *Solutio vera inducitur per dationem nominis in ſolutum.*
54 *Petri Surdi conſil. adducitur.*
55 *Periculum nominis dati in ſolutum ſpectat ad creditorem, qui acceptavit.*
56 *Simplex nominis ceſſio non liberat debitorem cedentem.*
57 *Decii conſil. expenditur.*
58 *Faber & Surdus in confirmationem adducuntur.*
59 *Confignatio, & adjudicatio facta creditoribus in judicio concurſus ſemper eſt intelligenda per dationem in ſolutum, per quam extinguitur obligatio.*
60 *Adjudicatio per judicium in concurſu facta dicitur datio in ſolutum neceſſaria.*
61 *Differentia inter ceſſionem nominis factam, per debitorem creditori, & in adjudicationem factam per judicem, traditur.*
62 *Creditorum conſenſus in obligatione pretii conditionata, an debeat eſſe expreſſus, an ſufficiat tacitus.*
63 *Expreſſum requri traditur.*
64 & *ſeqq. Tacitum conſenſum ſufficere, verius eſſe traditur.*
66 *Judex licèt venditione non poſſit habere fidem de pretio, conſentientibus creditoribus facere poteſt.*
67 *Creditorum conſenſus præſumitur ex admonitione, ut ad diſtrictionem pignorum adſint.*
68 *Tacens, & præſens in judicialibus videtur conſentire.*
69 *Citatus, ut intra certum terminum opponat contra jura, & inſtrumenta producta, ſi intra terminum non impugnet, approbare cenſetur.*
70 *Taciturnitas in judicio inducit conſenſum.*
71 *Taciturnitas in judicio nocet, & conſenſum irrevocabilem inducit.*
72 *Actus præjudicialis ex judicis decreto parti intimatus, ſi nihil opponat, tacitus exinde inducitur conſenſus, & approbatio.*
73 *Decreto judicis utens ſimpliciter illud acceptare videtur cum omnibus ſuis qualitatibus, conditionibus, & gravaminibus.*
74 *Qui non contradicit approbare videtur.*
75 *Conſenſus tacitus idem regulariter operatur ac expreſſus.*
76 *Taciti, & expreſſi idem judicium.*
77 *L. ſi fundum 92. ff. de leg. 1. expenditur, cum aliis.*
78 *Acceptatio donationis inducitur ex præſentia donatarii cum taciturnitate.*
79 *Acceptatio, & ratihabitio fit expreſsè ac tacitè. Acceptationis, & approbationis tacitæ plures referuntur modi, ibid.*
80 *Acceptatio ex actis externis inducitur, ac ſi expreſsè fieret.*
81 *Procurator creditoris non poteſt renuntiare juri hypothecæ abſque ſpeciali mandato.*
82 *Conſenſus & voluntas magis factis, quàm verbis declaratur.*
83 *Acceptatio non ſolum verbis expreſſis probatur, ſed etiam factis & conjecturis.*
84 *Acceptans actum abſque proteſtatione, cum ſuis qualitatibus acceptare videtur.*
85 *Acceptans diſpoſitionem tantum ejus gravamina acceptare intelligitur, ut nec valeat proteſtatio.*
86 *Adjudicationem ſui crediti ſimpliciter acceptans, eam approbare videtur cum omnibus qualitatibus.*
87 *Ad promiſſionem de vendendo refertur poſſeſſio, & rei traditio ſubſequens, & contractus perfectio.*
88 *Creditor exigens cenſum ab emptore promittente loco pretii acollationem, cenſetur exigere vigore adjudicationis, etſi de alia acollatione non doceatur.*
89 *L. Imperator, §. cum verò, ff. de leg. 2. expenditur.*
90 *Acceptatio donationis præſumitur, quando donatarius reperitur in poſſeſſione rei donatæ.*
91 *Poſſeſſio ſubſequuta intelligitur ſemper ex titulo præambulo.*
92 *Tacita quævis approbatio acollationis cenſuum habet vim ſolutionis, per quam debitor principalis liberatur.*
93 & 94. *L. à D. Pio, §. ſi pignora ff. de re judicata interpretatur.*
95 *Adjudicatio rei, quæ emptorem non evenit, fit per judicem creditori invito, & renuenti, cujus conſenſus ad eam non requiritur.*
96 & 97. *Pignus ſimpliciter, & inæſtimatum recipiens à judice in ſolutum, non poteſt poſtea reclamare contra ejus valorem.*
98 *Emptor rei ſubhaſtatæ ſub conditione recognoſcendi cenſus ſuper ea impoſitos loco pretii oblati, an non obſtante recognitione poſſit dimittendo rem, à cenſus ſolutione liberari.*
100 *Tertius hypothecæ poſſeſſor recognoſcens cenſum impoſitum, poteſt inſuper hypothecam dimittere, & ſe ab obligatione liberare.*
101 *Inter tertium hypothecæ poſſeſſorem, recognoſcentem, & habentem titulum à debitore; & inter tertium emptorem, & in ſubhaſtatione recognoſcentem loco pretii magna eſt differentia, cum ſeqq.*
102 *Res hypothecata vendita, à debitore tranſit cum ſua cauſa in tertium emptorem.*
103 *Per cognitionem tertii poſſeſſoris nec debitor liberatur, nec fidejuſſores, vel hypothecæ.*
104 *Creditor cenſus poteſt agere tam contra debitorem principalem, & fidejuſſores, quàm contra tertium recognoſcentem.*
105 *In emptorem rei ſubhaſtatæ dominium irrevocabile tranſit per traditionem.*
106 *Subhaſtatione perfecta, pœnitentiæ locus non eſt.*
107 *Idem eſt pretium rei tradere venditori, vel alteri ejus juſſu.*
108 *Res debitoris ad inſtantiam creditorum ſubhaſtata tranſit libera in emptorem abſque pignoris nexu.*
109 *Conſentiens alienationi rei ſuæ, vel in qua jus habet amittit jus, & dominium.*
110 *Conſentiens, ut aliter teſtetur de re ſua, non poteſt reclamare, ſed tenet alienatio.*
111 *Conſenſus creditoris, ut hypotheca diſtrahatur ſufficit tacitus.*
112 *Res vendita in ſubhaſtatione ad inſtantiam creditorum libera, & ſine hypotheca tranſit in emptorem.*
113 *Emptor rei ſubhaſtatæ pleniſſimam conſequitur liberationem, ut ampliùs à creditoribus concurſus non moleſtetur.*
114 *Recognitio cenſuum loco pretii rei ſubhaſtatæ promiſſa non poteſt fieri intuitu hypothecæ, & propterea dimiſſio rei non admittitur.*
115 & 116. *Recognitio cenſus facta per emptorem non fit reſpectivè ad ipſam rem, ſed ad pretium à ſe oblatum, cujus loco recognitionem promiſit.*
117 *Per recognitionem loco pretii promiſſam, & ſubſequutam conſenſu creditorum, prior extinguitur obligatio, & hypotheca.*
118 & 119. *Emptoris recognitio novus eſt contractus inter eum, & creditores.*
120 *In re hypothecata empta abſque conſenſu creditorum durat hypotheca, & prior obligatio.*
121 *Verumque ceſſat in re ſubhaſtata ad inſtantiam creditorum.*
122 & 123. *Emptor rei ſubhaſtatæ & loco pretii cenſus recognoſcens ad rei dimiſſionem non admittitur.*
124 & *ſeqq. Conditio in ſubhaſtatione per emptorem appoſita, ut creditores redempti ſibi debeant jure cedere,*

dere, non impedit veram venditionem, cum ſit compatibilis.

128 *Clauſula ceſſionis juris creditorum eſt compatibilis cum dominii tranſlatione, ex qua tuetur emptor à creditoribus inferioribus.*

129 *Hyptoheca diſſolvitur per acquiſitionem dominii eodem creditore.*

130 *Creditor rei factus dominus conſervat hypothecæ prælationem contra creditores inferiores.*

131 *Confeſſio actionum per additionem hæreditatis, non fit quoties allatura eſt damnum hæredi creditori.*

132 *Clauſula ceſſionis faciendæ per creditores emptori hypothecæ valida eſt, ex qua tuetur adverſus creditores inferiores.*

133 *Ex eadem emptor ſubintrat locum creditorum anteriorum, ad excluſionem poſteriorum.*

134 & 135. *Pacta, quæ aliàs repugnarent tranſlationi dominii ſuſtinentur appoſita pro cautela, & majori emptionis ſecuritate.*

136 *Emptor rei ſubhaſtatæ cum pacto de recognoſcendo cenſum, non admittitur ad rei dimiſſionem, nec creditores, quorum cenſus fuerunt recogniti, amplius recurſum habent ad alia bona debitoris.*

137 & 138. *Recognitio promiſſa, & facta eſt novus contractus inter rei ſubhaſtatæ emptorem, & creditores cenſualiſtas.*

139 & 140. *Res ſubhaſtata ſi emptorem non invenit adjudicatur creditoribus invitis taxata.*

141 *Recognitio cenſuum promiſſa in ſubhaſtatione inducitur ex rei traditione, & ſolutione annuorum reddituum, etiam alia ceſſante ſcriptura.*

142 *Cenſus creatio, & conſtitutio ſcripturam pro forma non requirit, qui in conſenſu partium dumtaxat conſiſtit.*

Poteſt tamen venditor cenſus, ſicut in cæteris contractibus cogi ad confectionem inſtrumenti, ibid.

143 *In judiciis quaſi contrahitur, & obligatio inter partes oritur.*

144 *Actus judicialis potentior eſt extrajudiciali.*

145 *Quæ in judicio geruntur efficaciora ſunt iis, quæ extra illud fiunt.*

146 *Præſentia in judicio abſque vocis expreſſione ſtipulationis vim habet.*

L. cum oſtendimus, §. fin. ff. de fidejuſſ. exornatur. ibid.

147 *Actus judicialis habet executionem paratam.*

148 *Confeſſio in judicio facta habet vim publici inſtrumenti.*

149 *Et continet efficaciorem probationem publico inſtrumento ob calorem judicii.*

150 *Inſtrumentum quodlibet in judicio factum habet executionem paratam propter calorem judicii.*

151 *Per ſubhaſtationem venditio indiſſolubilis contractus efficitur, à quo recedi non poteſt.*

152 *Licitator certioratione perſonali cogitur præſtare oblationem à ſe factam in ſubhaſtatione.*

153 *Actus ſubſequens factus intelligitur in executionem contractus præcedentis.*

154 *Actus in dubio potius refertur ad cauſam neceſſariam, quàm ad voluntariam.*

155 & 156. *Obligatio imponendi cenſum ſi præcedat, & ſubſequatur diuturna cenſus ſolutio, probatur cenſus impoſitio.*

157 *Caſus de facto refertur, quo fuit determinatum, per recognitionem oblatam in ſubhaſtatione loco pretii, & conſignationem in illud, ac ſolutionem annuorum reddituum, eſſe ſolutos creditores, & extinctam obligationem.*

158 *Per declarationem, creditorem fuiſſe ſolutum, reſolvitur res judicata, obtenta à creditore contra tertium, ut vel hypothecam dimittat vel cenſum recognoſcat, remiſſivè.*

POST longum examen jurium omnium creditorum in judicio concurſus formato per debitorem communem comparentium, lataque graduationis ſententia, qua ſingulis aſſignatur locus juxta cujuſque privilegium, atque prærogativam, inſtantibus creditoribus ipſis, bona concurſus ſubhaſtantur, ut ex eorum pretio quilibet graduatim ſolvatur, & dimittatur. Qua de cauſa ſubhaſtatio per judicem facta, & admiſſa habita fide de pretio, aut aliter ſub quibuſvis conditionibus oblato nulla erit ipſo jure, nec ex ea aliquod jus acquiritur emptori, cum hoc modo facta ſubhaſtatio ex diametro opponantur fini, quo bona debitoris ſubhaſtari mandantur, nempe pro ſatisfactione creditorum præcisè requirente præſentem pecuniam, text. eſt *in l. à D. Pio*, §. *ſed ſi emptor. ff. de re jud.* ibi: *Oportet res captas pignori, & diſtractas præſenti pecunia diſtrahi.* Vide Bartol. Alexand. *ſub num.* 5. Angel. *n.* 2. Jaſon. *n.* 1. Caſt. *n.* 1. Imola *num.* 3. Urſill. *deciſ.* 358. *n.* 4. Surdus *conſil.* 168. *nu.* 14. Damauder. *de execution. tit. de ſubhaſtat. cap.* 5. *n.* 3. Gualterus *de tutelis, p.* 2. *rubr.* 4. *num.* 51. Manſuer. *in praxi tit. de ſubhaſtat. n.* 35. Peregrin. *de jur. fiſci lib.* 6. *tit.* 4. *ſub n.* 9. Ozaſcus *deciſ. Pedemont.* 109. *n.* 10. Æynius *de execution.* §. 6. *cap.* 31. *num.* 47. & *cap.* 9. Menoch. *de arbitr. caſu* 381. *n.* 19. & 20. Tuſchus *lit. V, concl.* 67. Gavagn. *ad decreta montis Perrati* 72. §. 4. *nu.* 2. Rebuffus *ad Reg. conſtitutiones tom.* 2. *tit. de ſubhaſtat. art.* 7. *gloſſ.* 1 *nu.* 2. Muſcatellus *de appellat.* 3. *p. gloſſ. vendantur, n.* 19. 20. 21. & 22. Intriglol. *ſingulari* 173. *lib.* 2. & *deciſ.* 15. *nu.* 14. & 58. *practica Papienſ. tit. de execut. ſenten. gloſſ.* per publicum nuntium *n.* 6. Farinacius *deciſ.* 3. *n.* 1. & 2. & *deciſ.* 247. *n.* 5. & *deciſ.* 105. *n.* 5. Alexend. Ludov. *deciſ.* 23. *n.* 1. Gratian. *diſcept.* 521. *n.* 4. Fontanella *de pactis nuptial. tom.* 2. *clauſ.* 7. *gloſſ.* 3. *part.* 7. *n.* 2. Giurba *deciſ.* 93. *n.* 1. Manguil. *de evict. q.* 45. *ex n.* 16. 1

Nec conditionalis oblatio, ſeu licitatio in ſubhaſtatione admittenda eſt, quæ ſi fortè admittatur eſt nulla venditio, Alexand. *conſil* 78. *n.* 29. *lib.* 5. ubi dicit, *oblationem conditionalem non valere in debito puro.* Gratus *conſil.* 93. *n.* 75. *lib.* 1. Nevizanus *conſil.* 78. *nu.* 14. Gratianus *diſcept. for. cap.* 7. *n.* 4. & *cap.* 326. *n.* 13. Hermoſilla *in leg.* 52. *gloſſ.* 7. *n.* 5. *tit.* 5. *part.* 5. *tom.* 1. *fol.* 352. & ſingularis eſt Rotæ deciſ. Alex. Ludovic. 28. *per totam.* 2

Et ideo ſubhaſtat rem alterius, qui non poteſt habere fidem de pretio, nec etiam loco pretii conſtituere cenſum, & annuos redditus, quia hoc eſt habere fidem de pretio, Covar. *lib.* 3. *variarum. cap.* 11. *n.* 5. Alex. Ludoviſ. *deciſ.* 113. *n.* 8. & 9. 3

Pro quibus elegans adeſt Rotæ deciſ. Jacob. Cavallerii 24. & *deciſ.* 18. *quæ num.* 3. 4. & 5. ita ait, tamen in caſu noſtro Ludovicus executor non potuit vendere abſque pecunia numerata, habita fide de pretio, quia facultas vendendi, licet cum libera, non tamen fuit ſibi data ſimpliciter, ſed ob certam cauſam limitatam, ut ſcilicet animalia venderentur, & de pecuniis indè redactis ſolverentur illius debita. Unde cum habita fide de pretio, prædicta cauſa non impleretur, nec debita ſolverentur: meritò dixerunt domini, Ludovicum non potuiſſe animalia vendere habita fide de pretio, Salicet. *in l. incivile, n.* 4. *verſic. quæro modo quæ ſint, & verſ. & idem dicit ipſe, C. de rei vendicat.* Cuman. *in d.* §. *ſed ſi emptor. n.* 4. & ibi Bartol. *n.* 2. & 5. Jaſon. *num.* 7. Felin. *in cap. cum olim.* 1. *n.* 5. *verſ. item niſi de offic. delegat.* & clauſula cum libera intelligitur pro executione contentorum in teſtamento, Ruin. *conſil.* 84. *n.* 12. & 13. *lib.* 3. Fabianus de Monte *de empt. vendit. quæſt.* 3. *num.* 2. *in fin.* & ſic non videtur poſſe excuſari aliqua bona fide, quia cum tenetur præcisè adimplere voluntatem teſtatoris, non debebat habere fidem, ſed vendere præſenti pecunia, & debita teſtatoris extinguere, &c. 4

Hæc tamen concluſio uno, & ſingulari modo aſſiduè contingente limitanda venit, ut procedat, quando 7

judex

Judex ſolus admittit ſua ſponte pretium conditionaliter oblatum per limitationem; ſecus verò ſi admittat conſentientibus creditoribus, ad quorum inſtantiam, & pro quorum ſatisfactione, & ſolutione, bona debitoris communis ſubhaſtantur, nam tunc validè admittuntur conditiones, ſeu qualitates quibus licitator bona emit. Gratian. *diſcept.* 326. *n.* 5. ubi pro hac opinione duas Rotæ deciſiones recenſet, Farinacius *deciſ.* 3. *n.* 1. & 2. & *deciſ.* 105. *num.* 3. Beltramin. *in addition.* ad Alex. Ludovic. *deciſ.* 23. *n.* 5. Giurba *deciſ.* 53. *num.* 7. & 8. Hermoſilla ubi proximè *n.* 6. Maſuerius *in praxi tit. de ſubhaſtat. nu.* 56. Cavagnol. *ad decreta Montisferrati* 72. §. 14. *nu.* 2. Apoſtilla ad Intriglol. *ſingulari* 173. *n.* 64. *declarat.* 2. & per Farinac. *deciſ.* 247. *n.* 6. tenet Giurb. *deciſ.* 53. *n.* 7. & 8. Caſtillo *deciſ. Siciliæ* 7. *n.* 8. legitimè ea ratione moti, quia diſpoſitio textus *in d. l. à D. Pio*, §. *ſed ſi emptor*, *D. de re jud.* vetans
8 debitoris bona non aliter ſubhaſtanda quàm præſenti pecunia, & non habita fide de pretio, in utilitatem, & favorem creditorum introducta eſt, quibus pecunia ex bonis debitoris ſubhaſtatis redacta ſolvenda eſt, quia ob hanc cauſam, & ad hunc finem, non ad aliam ſubhaſtantur, & venduntur. Ideo meritò è converſo per creditorum conſenſum omninò, *d. l. diſpoſitio ceſſare debet*, hic tamen conſenſus debet immediatè procedere ab ipſis creditoribus, non etiam ab eorum procuratoribus, qui ad id non habeant ſpeciale mandatum; ut expreſsè declaravimus, & probavimus infrà *n.* 81.

9 Ex quibus illud notabile & frequens animadvertendum erit, quod licet regulariter licitator ad bona debitoris ſubhaſtanda accedens non ſit admittendum, dum loco pretii bonorum offert in ſe ſuſcipere debita debi-
10 toris, ut probat elegans, & ſingularis Rotæ deciſio Ludovici 28. quæ in hunc modum determinat, quoniam in deciſ. in hac cauſa facta ſecunda menſis præteriti domini reſervarunt vide, an deliberatio, & venditio vineæ poſſit in caſu iſto dici facta præſente pecunia; ideo cum de hoc particulariter dubitaſſem, domini negativè reſponderunt, admittendo enim verbum pecuniæ non eſſe in hac deliberatione ſtrictè recipiendum pro ea, quæ ad numerum datur, ſed pro ſatisfactione, juxta *l.* 4. §. *ait prætor*, & §. *ſolviſſe*, *ff. de re jud. l. prætor*, §. *ſi ab eo*, *ubi gloſſ. in verb. ſolut. ff. de jur. fiſci*, tamen nec in caſu iſto poteſt dici interveniſſe ſatisfactio, cum acollatio cenſus D. Cerinæ, quæ pro ſatisfactione adducitur, nullibi legatur: Apocha enim continet promiſſionem de acollando, quæ acollatio non eſt, *l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum*, §. *fin. ff. de verb. obligat. cum aliis*, *per* Tiraquell. *de retract. convention. in fin. nu.* 4. & *ſeqq.* & promiſſionem de acollando in genere, quæ propter incertitudinem ex tunc non poteſt dici acollatio. *l. duo ſunt Titii*, *ff. de teſtamentar. tut.* & propterea D. Joan. Baptiſta emptor inſtitit pro declaratione cenſuum acollandorum, quia propterea D. Michaël Bone non propterea liberatus erat à moleſtiis ſibi illatis, & poterant oriri multæ controverſiæ ſuper hujuſmodi acollatione, de quibus per informantes, & res in longius protraheretur, contra *l. à D. Pio*, §. *ſi emptor*, *ff. de re jud.* viſum fuit dominis, non fuiſſe venditionem factam, & intra nullitatem in ſuperiori deciſ. in genere firmata, nec attendendum depoſitum poſt multos dies factum, ut fuit dictum in Tiburtina Caſtri Sambec. 27. Januarii 1579.

11 Et per hanc deciſionem hoc idem probant Gratianus *diſceptat. forenſ. tom.* 2. *cap.* 326. *ex num.* 14. 15. & 16. Hermoſilla *in l.* 52. *gloſſ.* 7. *n.* 9. *tit.* 5. *part.* 5. *tit.* 2. id ipſum tenet Giurba *in d. deciſ.* 53. *n.* 3. ex Provinz. ad Bertachinum decretum, & Intriglol. *ſingulari* 173.

12 Tamen hujus deciſionis doctrina intelligenda erit in caſu de quo loquitur, quando ſcilicet de acollando, & recognoſcendo cenſus, & debita debitoris ſimpliciter admittitur per judicem, ſeu executorem, prout expreſsè loquuntur etiam DD. maximè Gratianus; atque ſic intra terminos regulæ prohibitivæ procedere clarè patet: attamen interveniente conſenſu creditorum, quorum principaliter intereſt, tunc procul dubio conditio oblationis rectè procedit, tum ex communi DD. ſuperius relata pro limitatione regulæ prohibitivæ *ex n.* 7. *verſ. hæc tamen concluſio uno modo*, &c.

Tum etiam quia promiſſio de acollando, & reci- 13
piendo in ſe cenſus, & de extinguendo eos facta per tertium debitorem, tunc liberat debitorem ipſum ab obligatione, ſi in eo intervenit conſenſus creditoris, quo etenim caſu novatur prior obligatio, quæ de uno in alterum transfunditur Rotæ *deciſ.* 25. *n.* 5. & *deciſ.* 238. *nu.* 2. inter collectas per Cencium *poſt tract. de cenſib. tom.* 2. quarum ulterius mentionem faciemus.

Sed quando ex hac acollatione, & recognitione cen- 14
ſus creditorum promiſſa in ſubhaſtatione bonorum concurſus facta per licitatorem, eorum accedente conſenſu, liberet debitorem, diſcutiamus, & dicendum erit: 15
tunc oriri liberationem, & extingui obligationem, quando per ſententiam graduationis conſignata fuit creditori ſolutio ſui crediti principalis ſortis, nec non reddituum decurſorum, in hoc pretio ſic conditionato, & cum effectu fiat, & ſubſequatur recognitio per emptorem; tunc procul dubio ſubſequitur liberatio debitoris, & extinctio obligationis præcedentis, & per con- 16
ſequens pignorum, & fidejuſſorum in ea contentorum, ita ut deinceps periculum nominis adjudicati per judicem, ad creditorem pertineat dumtaxat. Hanc concluſionem in terminis concurſus probavimus abundè *ſuprà d. 1. p. cap.* 18. è principio ubi longius de hac obligationis extinctione egimus, quam per te ad ſaturitatem videre potes.

Deinde hoc idem probatur *in d. deciſ.* 28. Alex. Lu- 17
dovici dicente, non ſufficere ad extinctionem obligationis, & liberationem debitoris, promiſſio emptoris in ſubhaſtatione de acollando, & recognoſcendo cenſus creditorum, quouſque cum effectu acollatio, & recognitio fiat, ut quando non fiat ſatisfactio creditorum (quæ ex natura rei geſtæ deſideratur, & principaliter attenditur) non contingit liberatio, ſed adhuc durat prior obligatio contra debitorem, quem interim à creditoribus moleſtari poſſe determinat.

Sic enim prædictam deciſ. intelligit Gratian. *d. cap.* 18
326. *ex n.* 14. In hæc: Adde tamen his, quæ ſupra dicta ſunt, quod in hujuſmodi liberationibus, & ſubhaſtationibus quævis venditio debeat fieri, præſente pecunia; tamen illud verbum pecunia non erit ita ſtrictè accipiendùm pro ea, quæ ad numerum datur, ſed pro ſatisfactione, juxta l. 4. §. ait prætor, & §. condemnatum in fin. verſ. ſolviſſe ff. de re jud. l. ſi procurator, alias incipit leg. ſi curator 5. §. ſi ab eo, ubi gloſſ. in verb. ſolut. de jur. fiſc. & in materia ſubhaſtationis ita fuit deciſum per Rotam coram Rom. Pontif. D. Ludoviſ. Rom. Vineæ 19. Maii 1601. dummodo tamen ſatisfactio interveniat, non autem promiſſio de acollando cenſu, aut quid ſimile, cum iſta non ſit acollatio, l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum, §. fin. ff. de verb. de obligat. Bald. in l. ſi pupillus, 21. in fin. princ. & ibi Caſtrenſ. n. 2. ff. ad falcid. idem Bartol. in l. juris gentium, in fin. princip. ff. de pact. Bald. & Angel. in l. 1. C. de pact. pignor. Aretin. conſil. 29. in primo dubio. Tiraq. de retract. convention. in fin. n. 22. maximè ſi eſſet promiſſio de acollando in genere cenſus, & debita, quæ propter incertitudinem, non poteſt dici acollatio, l. ſed etſi quid, §. interdum, de uſufruct. l. duo ſunt Titii 30. ff. de teſtam. tutel. l. ſi fuerit de reb. dub. l. in tempus, §. 1. de hæred. inſtituend. cum etiam poſſint oriri multæ controverſiæ ſuper hujuſmodi acollatione, ita ut venditor propterea non ſit liberatus à moleſtiis, & ſic longius res protraheretur contra l. à D. Pio, §. ſed ſi emptor de re jud. ubi in ſpecie de ſimilibus promiſſionibus de acollando in ſubhaſtationibus reſolvit Rota coram Roman. Pontifice, D. Ludoviſio Roman. vineæ 18. Maii 1601. &c.

19 Et per eundem Gratian. *& d. Rotæ deciſionem*, idem affirmat Hermoſilla, *in d. l. 52. gloſſ. 7. n. 9.* dum dicit, *quod loco pretii in ſubhaſtatione ad inſtantiam creditorum ſufficit ſatisfactio creditorum*, & non eſſe ſatisfactionem promiſſio ad acollandos, aut redimendos cenſus facta per licitationem, ſi cum effectu non fiat, & ſubſequatur; ex quibus ſequitur ut poſtquam recognitionis ſeu acollationis effectus ſequatur, prior obligatio extinguitur, & per ſecundam factam per emptorem, quæ loco ſolutionis habetur, prioris ſequatur novatio, ſeu extinctio, & debitoris principalis liberatio.

20 Pro qua inſuper reſolutione, mirabilis eſt Rotæ *deciſ. 386. n. 1. & num. fin. in fin.* ibi: *Et mediante iſta ultima acollatione, fuit ſatisfactum creditoribus, & ſic ſaltem fuit facta per eos approbatio*, &c. & eadem Rotæ *deciſ. 560. ſub n. 1. verſ. non obſtat quod adhuc, inter recollectas*, per Cencium *poſt tr. de cenſib.* in illis verbis: *Et acollatis per Bonaitam emptorem cum quictantia in eodem inſtrumento, quæ habet vim ſolutionis*, &c.

21 Huc etiam tendunt duæ illæ Rotæ deciſiones recollectæ per Cencium *poſt tract. de cenſib. altera 26.* dum *n. 2.* ita ait: & pro reſiduo acollavit ſibi cenſum ſupra dictum, in quo erat obligatus Andræ, qui per hujuſmodi acollationem factam ſine conſenſu, & interventu creditoris, non fuit liberatus, quia poſſit moleſtari pro ut poterat ante acollationem, gloſſ. magna, in l. legavi, ff. de liberat. legat. in fin. Bart. in l. ſingularia, n. 19. Jaſon *n. 54. ff. ſi cert. petat. &c. & in d. deciſ. 238. quæ n. 2.* ita ait: quibus non obſtantibus, in dicta acollatione promiſiſſe, D. de Biſcia, iſtum cenſum ad beneplacitum Flaminii extinguere, & per conſequens videri per dictam acollationem, D. Flaminium fuiſſe liberatum; quia reſpondetur iſtam acollationem reſpicere pactum inter D. Flaminium, & dominos de Biſcia: non autem producere liberationem Dominii Flaminii ab obligatione, qua Dominæ Claritæ, & Domino Angelo ipſius viro, ratione iſtius cenſus tenebatur, cum iſta acollatio cenſus non fuerit per Dominum Angelum acceptata, unde ex illa non potuit liberari Dominus Flaminius à ſua obligatione adnotata, in l. pupillo, §. fin. ff. de ſolution. & per Decium conſil. 107. &c.

22 Ex quibus manifeſtè colligitur, quod quando acollatio cenſus oblata, & promiſſa, ſubſequitur cum effectu, interveniente conſenſu, ſeu acceptatione, aut tacita approbatione creditoris, & domini cenſus, realem, & efficacem conſequitur liberationem prior debitor cenſus, quia per acollationem debitor conſequitur
23 liberationem, ſiquidem acollatio ſolutio eſt, Angel. *in l. item ſi filius, ff. ad Macedon.* Bart. *in l. 3. §. fin. num. 15.* & ibi Caſtrenſ. *n. 6. ff. de duob. reis.* Maſtrillus *deciſ. 37. num. 7.* Oliverius Beltramin. *in annotat.* ad Alexand. Ludoviſ. *deciſ. 389. lit. L.* & per Rotam *& dec. 547. n. 2.* inter recollectas per Cencium *poſt tr. de cenſib.* & per eandem deciſionem, idem dicit ipſe Cencius *in q. 73. num. 16. poſt princip.* & probarunt etiam Rotæ *deciſ. 386. n. 1. & num. fin.* & *ibi* Oliverius Beltramin. probat etiam Rota *deciſ. 56. ſub num. 1.* inter recollectas per Cencium *poſt tr. de cenſibus.* Tiraquell. *de retract. §. 1. gloſſ. 14. nu. 114. & n. 125.* ſequitur Giurba *deciſ. 53. n. 10. ad fin.*

24 Quorum DD. & deciſionum doctrina non ſimpliciter admittenda eſt, ſed juxta hactenus ſcripta, ut ſcilicet non ſola promiſſio de acollando, ſed acollatione effectui ſubſquuta, & accedente conſenſu, ſeu approbatione creditoris extinguat priorem obligationem & liberet debitorem.

25 Et ad hos terminos reducendus erit Cencius de *cenſibus, q. 73. n. 16.* dum ſimpliciter ſic ait: *Ampliatur ſexto, ut cenſum ſolvere teneatur etiam is, qui illum in ſe acollavit, & promiſit ſolvere, licet ipſe non impoſuerit.* Craveta *conſil. 217. n. 7. & 8.* Surdus *deciſ. 32. ad fin.* Felician. *de cenſib. tom. 1. lib. 3. cap. 6. num. 6. & tom. 2. lib. 3. cap. 6. n. 3. verſ. circa verò*, Avendan. *de cenſib. Hiſpan. c. 99. n. 10. verſ. erit tamen, & fuit declaratum in Rota coram R. P. Domino Mart. Andrea 10. Maii 1615. in una Senogalienſi prædii, quæ eſt poſt tractatum deciſ. 191. per totam*, is enim, qui cenſum in ſe acollavit, & aſſumpſit, dicitur principalis debitor cenſus, 26
perinde ac ſi primordium obligationis à ſe inchoaſſet, non autem in primo ſtipulatore, ut dictum fuit in Rota coram R. P. D. Merlino, in Maceratenſi, ſeu Camerinenſi ceſſionis, 17. Martii 1632. quæ eſt poſt tractatum *deciſ. 547. n. 1.* acollando enim in ſe cenſum, æquè eſt ac ſi ipſe ab initio cenſum impoſuiſſet, & illius pretium recepiſſet, quod voluit Rota *ibid. n. 22.* dum dicit, *quod acollatio habet vim ſolutionis.*

Quæ doctrina pariter accipienda erit, quando in ipſa acollatione antea, vel poſt intervenit creditoris conſenſus, ſeu approbatio expreſſa, vel tacita, juxta ea 27
quæ ipſe Cencius *dixerat in q. 66. ſub n. 36. 53. &* 28
56. ubi latè diſcutit, & reſolvit, quod quando quis emit à debitore cenſus rem hypothecatam, & loco pretii offert in ſe aſſumere, & acollare cenſum ſuper ea impoſitum; ſi poſtmodum creditor pacti & acollationis virtute cenſus recipit ab emptore annuos reditus, videtur pactum acollationis approbare, & ratificare.

Quo caſu procedit pariter, quod ipſe Cencius *d.* 29
q. 73. ſub. n. 16. verſic. hic autem obitet, &c. Dum inquit, quod is qui in ſe cenſum acollavit, & illum ſolvere promiſit, tenetur ſolvere juxta formam, & naturam cenſus, quem acollavit, & eodem modo quo tenebatur ille, qui dictum cenſum impoſuit, & vendidit, ex reſolutione Rotæ coram Pennia, in una Ravenenſi, cenſus 27. *Jan.* 1610. quæ eſt poſt ipſius tract. *dec. 337. n. 2.*

Non minus peritè loquutus fuit in puncto Avenda- 30
nus *de cenſib. c. 99. ſub n. 20. verſ. erit tamen.* In hæc: Erit tamen recognitio expreſſa quoad effectum obligandi quemquam in futurum, non ſolum ea, quæ fit recognoſcendo, ſed quæ facta virtualiter cenſetur, quando emptor rei cenſualis nominatim in partem pretii ſe oneravit ejus cenſus ſolutione, quia cum in eo caſu principaliter agatur de ſuſcipiendo in futuram obligationem, verè recognoviſſe cenſum dicendum eſt, ut notanter poſt Aymon. Cravet. conſ. 212. n. 7. & 8. reſolvit Felician. *d. lib. 3. cap. 6. n. 6.* benè Surd. *deciſ. 32. propè fin.* & poſt Surdum Roman. Afflict. Guillelm. de Caſſan. advertit Felician. *in 2. p. lib. 4. d. c. 6. verſ.* circa verò, ſed illud eſt intelligendum quando emptor emit non ſolum cum onere cenſus, ſed nominatim cenſum, quo res ipſa oneratur, ſolvere in partem pretii promiſit, quia ſi ſolum emit rem ſciens cenſui ſubjectam, ut quia venditor id expreſſit, ex ſola ſcientia non induceretur recognitio, licet tanquam poſſeſſor ad recognoſcendum, & ſolvendum compelli poſſet, imò ad recognoſcendum tenetur, &c. Vide etiam Felician. loco citato, videndum *à princip. & 1. tom. lib. 3. c. 6. à princip.* maximè *num. 5.* vide meliùs ipſum Avendan. *n. 4.* ubi quod per recognitionem non ſolum ad futuras penſiones, verum ad præteritas obligatus intelligitur recognoſcens.

Ex quo enim creditor (ad cujus inſtantiam bona de- 31
bitoris ſubhaſtantur, ut ex pretio ſolvi poſſit, conſenſit hujuſmodi qualitati, & conditioni pretii oblati per licitatorem in ſubhaſtatione, (ſine cujus permiſſu, bona ſic non ſubhaſtarentur, nec potuiſſent, prout à principio hujus cap. diximus) ſequitur, ut hoc genere ſolutionis contentari debeat, & tenetur creditor, cum ad ejus ſatisfactionem facta fuerit pretii oblatio, & ſubhaſtatio, quia ſolutionis verbo omnis, & quælibet creditoris ſatisfactio continetur, quantumvis deficiat nume- 32
ratio, text. optimus *in l. ſi rem, §. omnis ff. de pignor. action.* ibi: *Satisfactum enim accipimus, quemadmodum voluit creditor, licet non ſit ſolutum*, &c. text. etiam *in l. ex empto, ff. de action. empti.* ibi: Quæ res ſi quidem dominus fuit venditor, facit & emptorem dominum, ſi non fuit; tamen evictionis nomine venditorem obligat,

gat, si modo pretium est numeratum, aut eo nomine satisfactum, *l. generaliter, Cod. de fidejuss. & mandat.* ibi, *nullo modo*, &c. Liberationem mereri, nisi satisfiat creditori, sed manere jus integrum, donec in solidum ei pecuniæ persolvantur, vel alio modo ei satisfiat, &c. *l. solutionis verbum ff. de solut. l. solutionis verbum* 276. *ff. de verb. signif. l. liberationis verbum ff. eod. l.* 4. *ff. ait Prætor, &* §. *solvisse ff. de re jud. l. solutum*, §. *solutum ff. de pignorat. action.* & quia satisfacere, & solvere quoad effectum liberationis, atque obligationis 33 extinguendæ à pari procedunt, *l. satisfactio ff. de solution. leg. quod si nolit.* §. *illud ff. de ædilit. edict. l. solut. ff. de verbor. obligat.* latissimè Pirrus Maurus *de solution. cap.* 1. *per totum, & in c.* 2. §. 2. qui multas doctrinas congerit in proposito, quia sibi imputare debet creditor, qui satisfactionem admisit vice solutionis verba sunt *l. item liberator*, §. *qui paratus, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solvitur.*

34 His adde, alia & singularis Doctorum communis opinio, quod si ego tibi vendo fundum, & tibi mando, ut ex pretio quod mihi debes, solvas centum Petro creditori meo, licet ut non solvas, sed ei promittas, eique ad solvandum te obliges, statim sum liberatus ad obligatione Petri, cum creditor iste meus sequutus fuisset fidem mei debitoris, & eo solutionis genere fuit contentus, quia promissio, & solutio à pari procedunt, & solutionis verbo omnis satisfactio continetur, & in mei favorem novatio prioris obligationis 35 inducitur, adeò ut si emptor, & debitor meus post obligationem, & promissionem admissam à meo creditore decoxerit & non solvendo fiat, adversus me creditor meus regressum non habet, ut per *l. fin. C. ad l. falcid. & per l. singularia ff. si cert. pet.* Probarunt Paul. de Castro *in leg: qui usumfructum in fin. ff. de verbor. obligat.* Decius *consil.* 107. *in causa & consil.* 421. *in fin. & in d. l. singularia n.* 16. Joann. Andr. ad Speculatorem in tit. depositio Paul. de Castro *in leg. cum Cornelius ff. de solut.* Angel. Alexand. *in d. l. qui usumfructum*, post Marian. Socinum singulari 58. si dedi mandatum, latius idem Socinus *in consil.* 267. *præsens p.* 2. Alexand. *in consil.* 10. *vol.* 2. & latissimè post alios plures DD. tenet Jason *in d. l. singularia ex n.* 24. & *seq. ff. si certum petatur*, optimè Strach. *de mercatura tit. mandati n.* 3. *fol. mihi* 168.

36 Qui omnes idem probant, quoties mercatori, aut campsori debitori meo mandavi, ut solvat meo creditori, & ille non solvit, sed annotavit in suo libro illam partitam in favorem creditoris mei, hoc sciente quod ego liber remaneo, atque mea obligatio extinguitur 37 hoc solutionis modo, quia volente, & consentiente creditore idem est solvere, quod promittere solvere *ex l. fin. C. ad l. falcid. l. fin. de dotis promiss. per quæ* ultra relatos in terminis etiam tenet Decius *in l. ut liberis n.* 5. *C. de collat.* Alexand. *in l. fuit quæstionis nota ult. ff. de acquir. hæredit.* Paris. *cons.* 33. *n.* 23. *vol.* 4. Tiraquell. *de retract. convent. ad fin. tit. num.* 30. Surdus *decis.* 187. *n.* 8. Rota Januens. mercaturæ *decis.* 4. *nu.* 9. *& seq.* Aretin. *de solut. cap.* 2. §. 1. Facit *l. inter causas*, §. 1. *ff. mandati.* Vide omnino Surdum per totam *decis.* 187. Alexandrum Ludovic. *decis.* 217. *n.* 5.

38 Qui quidem Surdus *ex n.* 3. *cum seqq.* controvertit, & resolvit quod debitor meus, cui mandavi, ut solveret meo creditori, & ipsi illi consentienti promiserit solvere, quod non liberatur à me, licet ego à meo creditore liber remaneam, huic imputandum est, qui loco solutionis acceptavit promissionem, itaque in ejus præjudicium, & in mei favorem ejus creditum extinguitur, pro quo plurima adducit in comprobationem, *ex n.* 8. omnino videndus.

39 Et quod quando is, in quem fit debiti delegatio, se facit debitorem pecuniæ delegatæ post acceptationem litterarum consentiente creditore, solutionis vim habeat, respectu principalis debitoris delegantis, cum paria sint solvere, & solvere promittere creditori lit-

teras præsentant, innumerabiles penè DD. refert, & latè prosequitur Amat. *variar. resolut.* 47. *ex num.* 25. *cum multis seqq.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 134. *ex nu.* 50. *cum seqq.* Mantica *de contractib. lib.* 17. *tit.* 7. & 8. Surdus iterum *decis.* 23. Cevall. etiam contra *commun. qu.* 734. *n.* 15. 16. & 17. optimè Gratian. *discept.* 64. *ex n.* 14. *& seqq. tom.* 1.

Cùm enim in hoc genere pretii fit adjudicatio, & 40 consignatio per vim solutionis creditoribus, per sententiam graduationis, & adjudicationis in eo prius contentiam graduationis, & adjudicationis in eo prius consequentibus: clarè resultat extinctio obligationis, atque novus contractus, priorem novans: plurimas ad id, & mirabiles doctrinas congessimus *suprà* 1. *part. cap.* 18. *à principio, & ferè per totum.*

Quod & provenit ex natura rei gestæ, quoniam cum 41 à principio in judicio agatur de solvendis creditoribus, & ad hunc dumtaxat finem vendantur, & subhastentur bona debitoris, ut ex pretio satisfiant, si subsequatur consignatio, & adjudicatio creditorum in ipso pretio ab eis approbato, vera resultat in solutum datio, & satisfactio, ex qua tollitur obligatio priori novata, mirabiles doctrinæ videndæ erunt in proposito *suprà* 1. *p. c.* 10. *ex n.* 3. *cum seq.* & quia omnis actus à fine judicatur, *l. verum ff. de furt. l. si is qui in aliena, versic. nemo enim ff. de acquir. rer. domin. l. rem non novam C. de judic.* & ad finem principalis intentio dirigatur *l.* 1. *ff. soluto matrim. l. eam quam C. de fideicommiss. l. verb. ff. vulgari, & pupil. substitut.*

Quod maximè procedit in judicio concursus, cum 42 ad satisfactionem, & solutionem creditorum destinetur dumtaxat, & ad hunc finem, & effectum illud format debitor, & dimittit omnia bona sua, ut distrahantur, & de pretio solvantur credita, & creditores dimittantur, ut sæpè diximus in hoc tractatu.

Deinde quia quando tertius licitator in subhastatio- 43 ne loco pretii consensu creditorum assumpsit in se recognitionem censuum, in qua consignantur credita, minimè creditoribus impugnantibus, detegitur voluntas, & animus eorumdem creditorum, potius se velle fieri creditores emptoris, quàm debitoris sui principalis, ut 44 paulo ante probavimus, & in terminis post Rotæ decis. Cencium *de censibus, quæst.* 107. *n.* 19. & 20. diximus *suprà* 1. *p. d. c.* 18. *n.* 5. *vers. quando enim assignamenta.* Quod rectè comprobant *decisiones Rotæ* 26. *num.* 2. & 238. *n.* 2. superius citatæ, cum hoc casu de consensu seu acceptione creditorum fiat obligationis translatio ab una persona in aliam, prima ob novationem, & suæ obligationis extinctionem sublata, prout statim ex aliis probavimus.

Hinc ne decipiaris, nec juris terminos confundas, 45 attendere debes discrimen inter nomen debitoris cessum, seu delegatum simpliciter creditori, & nomen debitoris cessum, & delegatum creditori, per viam dationis in solutum. Ut primo casu non statim inducatur no- 46 vatio, nec extinctio prioris obligationis, nisi demum fiat per creditorem exactio, atque quousque per debitorem cessum, seu delegatum creditori solvatur, prior 47 debitor non liberatur, juxta *l.* 15. *tit.* 4. *p.* 5. *l fin. C. de novat.* novam dispositionem quam latè exornant Ceval. *commun. contra commun. tom.* 3. *quæst.* 754. *per tot. & quæst.* 95. Parladorius *rerum quotidian. cap. fin.* 1. *part.* §. 12. *nu.* 48. *& in sesquicentur. different.* 2. §. 2. *fol.* 198. Pichard. *in* §. *præter ea ex nu.* 42. *institut. quib. mod. toll. oblig.* quia interventu novæ personæ hodie non fit novatio, nisi expressè dicatur 1. *cap.* 11. *ex n.* 52.

Vel nisi debitor delegatus solutionis loco promittat, 48 solvere creditori consentienti, & admittendi promissionem hanc, quoniam jam satisfactus dicitur, & sic respectu delegantis obligatio tollitur, & extinguitur, ad latè tradita *suprà ex n.* 34. *cum seqq. versic. his alia adde, & singularis*, &c. Quia cum solutionis verbo 49 omnis satisfactio contineatur ad latissimè pluries tradita, in discursu hujus cap. sequitur hoc solutionis

genus comprehendi in disposítione *d. l.* 15. *part.* qui tunc primam obligationem extingui supponit, quando debitor delegatus solvit creditori, cui fuit facta delegatio; nec illius text. dispositio aliquid innovavit, nec immutavit circa modos civiles, & à jure approbatos, ex quibus induci solet solutio, & ideo cum creditor, cui debiti fit delegatio, contentetur nova obligatione
50 debitoris delegari; debet prior obligatio delegantis extingui, cum hoc casu, ad hunc effectum solutio, & promissio de solvendo de voluntate creditoris idem sit, prout tot partes probarunt *suprà ex d. n.* 34. *vers. his adde alia, & singularis*, &c.

51 Ex quibus sequitur, quod ex hoc solutionis genere, non tam oritur novatio, quàm verè extinctio prioris obligationis, cum solutione omnis tollatur obligatio, ut in terminis ex doctrina Bald. *cons.* 24. dixit Rota Genuens. *de mercatura decis.* 2. *n.* 13. & post alios Castillo *tom.* 5. *c.* 77. *col.* 5. post medium *fol.* 115. & iterum *col.* 17. *vers. tertius deinde casus sit.* Cum Surdo, Rota Genuens. Gratiano, Mastrillo, & pluribus aliis expresè hanc scripsit doctrinam.

52 At quando nomen debitoris creditori ceditur, aut delegatur per viam dationis in solutum, tunc omnes indistinctè fatentur, induci statim prioris obligationis novationem, moxque liberari debitorem sic delegantem, aut cedentem nomen creditori suo, illud acceptanti, in quem deinceps transit periculum nominis dati in solutum, *ita per l. pro debito. Cod. de bon. author. jud. possid.* & Salicetum *in l. quamvis*, §. *interdum D. ad SC. Vellejan.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 134. *n.* 38. Aldobrandin. *in addit. ad Decium in l. singularia nu.* 27. & per alios ita dicit Cevall. *d. q.* 754. *n.* 15. *& seqq.* & innumerabiles alios, nos *suprà* 1. *p. cap.* 18. *ex nu.* 1. *cum seqq.* quia per nomen datum in solutum vera oritur solutio,
53 inducens per consequens liberationem debitoris, sic cedentis, vel delegantis.

54 Pro qua doctrina elegans, & constans Surdi stat *cons.* 145. *lib.* 1. qui *nu.* 10. post alios affirmat quod acceptans mercatorem loco debitoris liberat debitorem, quia acceptando nummularium, videtur sibi satisfactum
55 esse, *& n.* 21. quod periculum nominis debitoris dati in solutum spectat ad creditorem qui acceptavit, post Castrens. Imol. Socin. Gozadin. Barbat. & Decium, quos ad id allegat Cagnolus *in l. singularia n.* 178. *ff. si cert. pet.* ubi ait: Quod si pro centum, quæ debeo, dederim in solutum nomen debitoris, statim sum liberatus, licet debitor decoxerit, quia apparet creditorem habere animum novandi, eo quod acceptavit in solutum unum debitorem loco alterius, & *nu.* 22. scribit idem Surdus, quod datio in solutum facta de nomine debitoris, liberat tandem totaliter.

56 Et tandem Surdus ipse *in d. cons.* 145. pro declaratione rectè, & viriliter distinguit, quod simplex cessio nominis non liberat debitorem cedentem, secus autem quando creditur per viam dationis in solutum. Nam quando nomina dantur in solutum pro debito aliquo, perinde est, ac si res ipsa debita solveretur, & tunc periculum contingens post cessionem spectat ad creditorem, qui nomina sic in solutum data acceptavit, *ex l. pupillus*, §. *foror ff. de solutionibus.*

57 Et ita etiam declarat Decius *in cons.* 99. *n.* 4. ubi dicit, *quod simplex cessio non liberat debitorem cedentem, at si nomina sint data in solutum, debitor statim liberatur, quidquid inde sequatur de nominibus.* Eodem etiam modo distinguit, & declarat Decius *in consil.* 105. *nu.* 35. dicens post DD. *aliud esse cedere nomen debitoris, dare in solutum: aliud vèro quando simpliciter solutionis gratia, & consignationis demonstrativè.* Unde creditor possit exigere, ut primo casu cedens liberetur statim; secundo verò non, sed expectatur exactio.

58 Eandem distinctionem sequuntur Anton. Fab. *conjecturarum lib.* 12. *cap.* 7. *per totum.* Surd. etiam *in consil.* 22. *nu.* 23. *lib.* 1. copiosè etiam hanc distinctionem, & discrimen inter utramque cessionem, simplicem scilicet, & per viam dationis in solutum, tenet Castillo *controversiar. tom.* 4. *cap.* 59. *ex n.* 30. *& tom.* 5. *cap.* 77. *per totum*, & quamplurimi alii præter hìc relatos, quos congessimus *suprà* 1. *p. d. c.* 18. *ex num.* 1. alios plures *suprà cap.* 10. *ex n.... cum seq. vers. aut. enim* &c.

At cum executio debitoris, & judicium concursus 59
nihil aliud recipiat, nec ad alium finem destinetur, præter quam ad solvendum creditoribus, & ad hunc finem omnia cuncta ordinentur, prout suprà annotavimus; Sequitur, quod consignatio, & adjudicatio nominum debitoris, facta per judicem in sententia graduationis creditoribus, præcisè sit intelligenda pro datione in solutum, & per consequens extinctio obligationis, prout probant tot doctrinæ è principio hujus cap. adductæ, & remissivè plurimi DD. in terminis loquentes.

Quapropter hæc adjudicatio, per judicem facta, di- 60
citur datio in solutum necessaria, non voluntaria, latè prosequitur Matienzo *in l.* 6. *tit.* 1. *lib.* 5. *recopil. gloss.* 1. *à nu.* 4. *& gloss.* 2. Hermosilla *in l.* 52. *gloss.* 7. *ex num.* 13. *tit.* 5. *p.* 5. *tom.* 1. *fol.* 232. Ut ex iis potest aliam deducere 61
differentiam, inter cessionem nominis factam per debitorem creditori, & inter adjudicationem nominis factam per judicem creditori, ut in prima potest cadere dubitatio, an fuerit in solutum vel simplex, juxta distinctionem præmissam, & hactenus comprobatam, in secunda autem, semper ex natura rei gestæ, & juxta subjectam materiam inducatur datio in solutum, nisi aliud expresè dictum sit per judicem, & hanc singularem theoricam annotabis, quam alibi sic explicatam non perleges, eam tamen ex hoc discursu, & Doctorum mente facile percipies.

Sed an creditorum expressa debeat adesse approbatio, 62
consensus, aut acceptatio hujus generis pretii conditionalis oblati per emptorem in subhastatione vel sufficiat tacitus, videamus. In quo videtur dicendum, expres- 63
sum requiri per text. *in l. à D. Pio*, §. *si pignora ff. de re judicata*, quem textum ad hoc ipsum allegatum vidi, ut si creditor non contentetur expresè de pignore sibi addito in solutum, manet adhuc obligatio creditoris, & hypotheca in eodem pignore, ut prius.

Sed nihilominus firmiter tenendum, consensum, & 64
approbationem creditorum in hoc casu tacitam sufficere, ut puta, si oblatio conditionalis facta per licitatorem judicis authoritate fuerit creditoribus, (quorum principaliter interest, & de quorum commodo, utilitate, & interesse tractatur in subhastatione bonorum debitoris) fuerit intimata, & nihil contra eam dixerint, nec reclament. Vel post modum facta additione rei subhastatæ emptori, & in pretio conditionato, seu subrogato in recognitionem censuum, aut debitorem consignentur credita, ut illa exigant, juxta conditiones, vel si recognoscantur ab emptore, & nihil protestentur, impugnent, aut contradicant, seu etiam quando ipsi conscii qualitatum, & conditionum pretii postulaverint, atque instaverint pro effectu, & executione, vel de facto inter ipsos, & emptorem præfecerint consignationem, vel deinceps ab emptore, vel partem sui crediti exegerint, vel pensiones annuatim, & redditus intuitu acollationis, seu recognitionis promissæ, & oblatæ in subhastatione, quia tunc in his casibus, vel aliis similibus actibus per creditores gestis, ex quibus præcisè inducatur tacitus consensus, seu approbatio oblationis qualificatæ, & conditionis: revera idem operari, ac si verbaliter, & expresè consenserint, vel approbaverint, prædictum genus pretii oblati subhastatione, nec non consignationem in illud sibi ipsis per judicem factam, prout singulis constanter apparebat ex juris principiis.

Quam conclusionem in terminis probarunt Imola *in* 65
l. à D. Pio, §. *sic quoque n.* 29. *in gloss. super verb. cap. ff. de re judicata.* Castrens. *in leg. eleganter*, §. *si vendiderit in principio*, *n.* 2. *ff. de pignorat. action. & per Rotam coram*

coram Pamphilo, in una Betana domus 5. Decemb. 1594. & coram Penia in Perusina dotis 1. Julii 1598.
66 in fine, tenet Manguilius *de evictionibus, quæst.* 45. *n.* 28. dum probant, quod licet Judex vendens bona debitoris ad satisfaciendum ejus creditoribus, non possit habere fidem de pretio, fallit, quando id facit Judex creditoribus consentientibus, vel non contradicentibus, & sic quod tacitus eorum consensus, & approbatio sufficiant, & venditionem hanc justificent. Quod similiter aliæ probant Rotæ decis. de quibus inferius.

67 Similiter comprobatur, quia quando admonitio judicis præcessit, ut creditores adessent distractioni pignorum, eorum consensus præsumitur, & inducitur circa alienationem, nisi expressè contradicant, ut per *l. si eo tempore, C. de distract. pignor.* & Bartol. *in l. fin. n. 2. ff. eodem tit.* tenet Mantica *de contract. tom. 1. lib. 11. tit. 21. n. 42. & 43.* secus si judicis monitio hæc non præcessit, ex eisdem Doctoribus.

68 Tum etiam, quia in judicialibus præsens, & tacens videtur consentire. Bartol. & alii *in l. 1. C. de relation. & in l. ne in arbitris, C. de arbitris.* Fulgos. *in l. 3. C. quomodo & quando jud.* Paris. *consil. 113. nu. 9.* Ripa *in l. admonendi n. 4. ff. de jurejurand.* Beroius *consil. 38. vol. 4 vol. 3.* Cravet. *consil. 1. n. 11.* qui dicit, *quod non opponens contra asseverata in judicio per patrem, videtur consentire, & confiteri,* sequitur Vancius *de nullit. tit. quibus mod. sentent. nulla defen. poss. n. 61.* optimè Surd. *consil. 445. n. 24.* idem tenet Azor. *de partit. cap. 5. à princip.* per *l. servus si hæred. decem, ff. de statu liber. l. 1. ff. famil. herciſc.*

69 Et ideo si pars citatur ad dicendum contra jura, & instrumenta producta, & nihil opponat intra terminum signatum, ad opponendum, censetur tacitè illa approbasse, Gonzalez *de alternativis gloss. 64. n. 22.* plures Rotæ decis. allegat Oliverius Beltramin. ad Alexand. Ludovis. *decis. 192. nu. 0.* ubi latè prosequitur Giurba *decis. 103. n. 13.* Mascard. *de probat. conc. 1300. n. 18.* Marescotus *variar. resol. lib. 1. cap. 81. ex n. 9. & cap. 91. n. 3.* Cancerius *variar. resol. lib. 1. c. 18. n. 14.* qui in variis casibus loquuntur.

70 Quia in judiciis taciturnitas inducit consensum, *l. cum ostendimus,* §. 1. *ff. de fidejussorib.* Surdus *consil. 465. n. 10.* Tuschus *lit. C, concl. 747. n. 3.* Gratianus *discep-*
71 *tat. 4. num. 21.* Giurba *decis. 99. n. 4.* & est regula juris taciturnitas, in judicio valdè nocens est, quæ quidem consensum irrevocabilem inducit, *l. de accessionib.* §. *fin. ff. de perpet. & temporal. præscript. l. fin.* & ibi Jason. *num. 1. Cod. de jud.* Craveta *consil. 74. num. 8.* Reginal. *practic. quæst. 27. n. 3.* Giurba ubi proximè, & quod in judiciis idem operetur consensus tacitus, quod expressus notat Bartol. *in l. quis ad se fundum. C. ad legem Jul. de vi publica.* Ripa *in l. naturaliter,* §. *nihil commune, nu. 72. ff. de acquir. possess.* Decius *consil. 84. n. 2.* Cravet. *consil. 248. n. 3.* omnes tradunt *in l. quæ dotis,* & ibi Jason. *n. 77. in fin. ff. solut. matr.* Menoch. *de recuperanda possess. rem. num. 162. & seqq.* Cancer. *variar. resol. lib. 1. cap. 18. de exceptionib. num. 36. & n. 17.*

72 Quoniam quando actus alicui præjudicialis, & damnosus ex judicis decreto parti, cujus interest, intimatur, & nihil in contrarium allegaverit: tacitus exinde ejus inducit consensus, & approbatio, ita ut de cætero ei stare cogatur Masc. *de probat. conclus. 1300.* Hieronym. Gonzalez *de alternat. gloss. 64. ex nu. 22. & seqq.* Surdus *decis. 199. num. 8. & consil. 445. num. 24.* Marescot. *variar. resol. lib. 1. cap. 81. n. 9. & n. 14.* Aloysius Riccius 189. *per totam,* qui quamplurimos alios allegant.

73 Et qui simpliciter utitur judicis decreto, inseparabiliter illud acceptare videtur cum omnibus suis qualitatibus, conditionibus, & gravaminibus insitis, multa singulariſſima congessimus *suprà 2. p. c. 6. ex n. 9. cum multis seq. vers. quæ doctrina ex eo fertur,* &c.

74 Qui enim non contradicit, approbare videtur, paria siquidem sunt non contradicere, & approbare, Bartolus *in l. nec in arbitris, versic. venio ad versiculum fi-nalem. C. de arbitr.* latissimè Mascard. *de probat. conclus. 121. à n. 10. cum multis seqq.* & approbare intelligitur actum, qui eo utitur, Cravet. *consil. 73. n. 14.* Menoch. *consil. 13. nu. 1.* Surdus *consil. 70. n. 12. & 13.* sicut consentire, & non contradicere idem est, *l. in adoptionibus, ff. de adoption.*

75 Et quia regulariter, idem operatur consensus taci-
76 tus quod expressus. Nos *de retent. Bullar. 2. p. c. 14. ex n. 49. & seqq.* Quoniam taciti, & expressi idem est judicium, *l. cum quid, l. si filius familias ff. si cert. petat. leg. ult. ff. de legat. 2. l. item quia ff. de pact. l. ult. C. qui bon. ced. poss.*

77 Conducunt text. *in l. si fundum per fideicommissum* 94. *ff. de legat. 1.* Si fundum (inquit Consultus) per fideicommissum relictum, unus ex hæredibus excusso pretio secundum redditum ejus fundi mercatus sit propter æs alienum hæreditarium præsente, & assignante eo, cui fideicommissum debebatur, placuit, non fundum, sed pretium ejus restitui debere, &c. *l. quidam ex parte ff. de evictionib.* ibi: Respondi, si cohæredes præsentes adfuerunt, nec dissenserunt, videri unumquemque partem suam vendidisse, *l. mater sua, C. de rei vindicat. ibi:* Sin autem postea de ea venditione consensisti, adversus emptorem quidem nullam habes actionem. Conducunt quæ ex Hieronymo Gabriele, Petro Barbos. firmat Castillo *controvers. tom. 5. cap. 89. num. 112.*

78 Prout in acceptatione donationis, induci ex præsentia donatarii cum taciturnitate, dixerunt, Castillo, Joan. Guttierrez, Thomas Sanchez, Fontanella, Franciscus Molin. & alii sequuti per additionatores ad Molinam *de primogen. lib. 4. cap. 2. ad n. 76.*

79 Nam acceptatio, ratihabitio, & approbatio fit non solùm expressè, sed etiam tacitè, *l. si proponas,* §. 1. *ff. de inofficios. testam. l. sed Julian.* §. *fin. ff. de SC. Macedon. leg. fidejussor,* §. *pater socii ff. de pignoribus, leg. Caius ff. de pignorat. actione. l. si servus ff. fidejussor. l. Paulus, leg. quod enim* §. 1. *ff. rem. rat. haberi, l. 1.*
80 *cap. si major factum,* quamplurimos refert. Cevallos *comm. opin. q. 54. n. 3.* & plures modos tacitæ approbationis, & ratihabitionis refert Tiraquell. *de constit. limit. 30. n. 12.*

81 Acceptatio etiam ex actis externis inducitur, ac si expressè verbis fieret, *l. 3.* §. *fin. ff. de donat. intr. leg. in Gallia, C. si cert. petat.* melior text. *in l. si avia, C. de jure deliber. l. licet,* §. *quoties ff. de jur. dot.* latissimè, & valdè eleganter per Sanchez *de matrim. lib. 6. disp. 4. per tot.* plura congerit Cassan. *consil. 10. ex n. 186. cum seqq.* & per Fontanell. *decis. 87. cum tribus seq. & decis. 89.* atque rectè conducunt ad hunc tacitum consensum inducendum, quæ per Franchis *decis. 97. n. 3.* Bald. *in l. nulli, C. de solution.* Negusant. *de pign. in 3. membr. 5. p. sub n. 45.* Giurba *decis. 87. n. 5.* Thesaur. *qu. 30. n. 3.* Gratian. *decis. 315. n. 4.* in additionibus, & alios per Amat. *variar. resol. 7. n. 26. & 27.*

Hæc omnia quæ hactenus scripta sunt, & insuper scribenda præcisè intelligenda sunt in consensu tacito vel expresso immeditatè emanante ab ipso creditore, non etiam in consensu præstito per procuratorem ad litem concursus datum, qui quidem absque speciali mandato nequit juri pignoris, nec prelationi creditori pertinendi renuntiare, ut est text. expressus, *in l. si consensu,* §. *videamus. & quib. mod. pignor. vel num. 3.* Cartar. *decis. Genuens. 54. n. 14.* Mozzius *de controv. tit. de mand. ordin. 4. n. 52. vers. 86. fol. 562.* noviſſimè Golin. *de procurat. 2. p. c. nu. 169.* & ideo licet oblatio conditionalis, & qualificata intimetur procuratoribus creditorum concursus, nihil proderis, sive ipsi procuratores expressè consentiant, sivè tacitè per non contradictionem.

82 Et insuper quoniam consensus, & voluntas factis magis, quàm verbis declaratur, & efficacius detegitur, & operatur, *l. Paulus, l. non tantum, ff. rem rat. haber. l. reprehendenda, C. de institut. & substit. l. pro hærede ff. de acquir. hæred.* Menochius *cons.* 1. *n.* 264. *& de præsumpt. lib.* 1. *q.* 19. *n.* 1. Mascardus *de prob. concl.* 1415. *n.* 38. Surdus *decis.* 174. *num.* 21. *& cons.* 371. *n.* 75. Gonzal. *de mensib. & altern. gl.* 8. §. 4. *à proœmiali, n.* 71. Scaccia *de appell. quæst.* 17. *limitat.* 2. *ex n.* 24. *cum seqq.* Marc. Antonin. *variar. resolut. lib.* 2. *resol.* 11. *n.* 65. Castillo *controv. lib.* 5. *c.* 107. *n.* 1. *& seqq. & n.* 24. *& 17. cum seqq. & c.* 152. *n.* 23.

83 Et non solùm verbis expressis probatur acceptatio, sed etiam factis, aut signis, aliisve conjecturis, & adminiculis, ut post plures comprobant Gonzalez *de mensib. & altern. gloss.* 26. *nu.* 25. sequitur Castil. *controvers. tom.* 6. *c.* 152. *n.* 12. ubi etiam, *& n.* 13. quod ad probandam acceptationem contractus, sufficit sola scientia cum taciturnitate, post Avend. *in l.* 44. *Tauri gloss.* 5. *n.* 11. *& gloss.* 9. *n.* 17. *gloss.* 12. *n.* 4. *& 5.*

84 Et qui actum simpliciter acceptat absque protestatione, eum acceptare videtur, cum omnibus suis qualitatibus, conditionibus, & oneribus insitis, *l. cum ab uno, principio ff. de legat.* 2. *l. qui tutelam ff. de testam. tutel. l. si compensandi. C. de hæred. instit. c. officio de test. l. neminem cum l. seq. de leg.* 2 *l. leg.* 22. *ff. de fideicom. libert. l.* 36. *tit.* 9. *part.* 6. latè Castillo *controv. t.* 5. *c.* 107. *ex n.* 65. *cum seq.* & subjicitur legibus, & naturæ actus de eo loquentibus, Natta *consil.* 46. *n.* 22. Decius *cons.* 35. *n.* 11. Surdus *cons.* 347. *n.* 24. *& in cons.* 198. *n.* 15.

85 Imò, & qui dispositionem seu contractum acceptat, in tantum ejus onera, conditiones, & gravamina acceptare intelligitur, ut nec valeat acceptatio cum protestatione, ut probant Hondedeus *consil.* 89. *ex n.* 31. *& 32. lib.* 1. sequitur Cassan. *cons.* 24. *n.* 31. *& 32.* & signanter *n.* 36. Francisc. Hieron. de Leo *decis. Valent.* 102. Castillo *controv. lib.* 5. *d. c.* 107. *sub n.* 65.

86 Itaque simpliciter recipiens adjudicationem sui crediti, & in hoc pretii genere conditionati, & ad effectum ut recognoscatur per emptorem, adjudicationem ipsam approbare videtur, cum omnibus suis qualitatibus, quod & ulterius comprobatur hæc resolutio ex aliis quamplurimis doctrinis videndis *infrà ex n.* 141. *cum seqq. vers. hinc prius ut abeamus.*

87 Comprobatur deinde, quoniam si præcedat sola promissio de vendendo & appareat postea tradita res, & pretium receptum, etiam nulla facta inter partes commemoratione pacti, & promissionis præcedentis, censetur hic actus factus in executionem prædictæ promissionis, & ex effectu inducitur perfectio venditionis promissæ; & ad consummationem promissæ venditionis partes contrahentes traditionem fuisse, ita eleganter tradiderunt Socinus *conc.* 170. *in præsenti consultatione lib.* 2. *& iterum in l. si ante ff. sol. matrim.* Tiraquell. *de retract. convent. ad fin. tit. in* 8. *quæst. num.* 63. *cum. seqq.* Covarr. *lib.* 3. *variar. c.* 4. *n.* 8. *versic.* 18. Laserte *de gabellis c.* 17. *n.* 42. Guttierrez *eod. tit. q.* 47. *n.* 12. ideoque
88 si potest addictionem factam emptori promittendi acollare census debitoris, constet creditores, exegisse ab eo annuos redditus, etiamsi non appareat de alia acollationis scriptura, (quæ in actu non requiritur, ut inferius) intelligitur exactio & solutio facta in executionem & effectum acollationis promissæ in subhastatione, nec non consignationem à judice factam ipsis creditoribus in hoc pretium sic conditionatum, & qualificatum, plenarium effectum, & realem consequi, & habuisse, de quo ulterius apparebit *infrà ad fin.* hujus cap. ubi singulares doctrinæ in proposito recensentur *ex n.* 241. *cum multis seqq.*

89 Pro qua resolutione facit text. *in l. Imperator, §. cum viro, ff. de legat.* 2. Socin. Jun. *cons.* 122. *lib.* 1. *cons.* 67. *lib.* 3. Bald. *in l. nec ambig.* per text. ibi, *C. de donationib.* Afflict. *decis.* 273. *n.* 8. *& decis.* 393. *num.* 8. Thesaur. *decis.* 40. *n.* 12. Qui omnes tenent, acceptatio-
90 nem præsumi quando donatarius reperitur in possessione rei donatæ, sequitur Addit. ad Molin. *de primog. lib.* 4. *c.* 2. *ad n.* 76. ex eo quod possessio subsequuta intel-
91 ligitur semper ex titul. præambulo, *gloss. in l. quædam mulier, ff. de rei vindicat.* Avendan. *de exequend. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 5. Aymon. Craveta *cons.* 231. *n.* 11. Menochius *lib.* 2. *præsumpt.* 74. *n.* 12. Mieres 1. *p. c.* 36. *n.* 9. *& n.* 4. Pontanus *de spoliis cap.* 15. *nu.* 144. *tom.* 4. idem Menoch. *de præsumption. lib.* 6. *præsumpt.* 67. *per totam.*

Et in terminis, quod tacita quævis approbatio acol-
92 lationis censuum sufficiat ad hoc, ut habeat vim solutionis, per quam liberatur debitor principalis, probavit Rota *in decis.* 386. *n.* 1. *& n. fin.* apud Alexandrum Ludovic. *& in decis.* 560. *sub n.* 1. *versic. non obstat, inter recollectas,* per Cencium *post tract. de censibus,* quarum superius mentionem fecimus *n.* 20. *versic. pro qua resolutione,* &c. Probant aliæ Rotæ decisiones, quas ex Manguilio *de evictionibus, quæst.* 45. *n.* 18. adduximus *suprà num.* 65. *versic. quam conclusionem.* Cencius *de censib. quæst.* 66. *sub n.* 36. *& n.* 53. *& n.* 65.

Ex quibus doctrinis verissimis, non obstat text. *in l.*
93 *à Divo Pio,* §. *pignora. ff. de re judicat.* de quo *suprà n.* 63. *versic. sed an creditorum,* &c. Quem ponderatum audivimus ad hoc, ut si rei in solutum per judicem consignatæ, creditoris non accedat expressus consensus, & contentus; non extingui obligationem, quia pignoris jus tunc adhuc manet.

Cui respondetur, quod tantum abest, quod talis con-
94 clusio deducatur *ex illo text.* ut potius apertè probet contrarium, prout ex ejus littera manifestè patet, cujus hæc sunt verba: Si pignora, quæ capta sunt, emptorem non inveniant, rescriptum est ab Imperatore nostro, & Divo Patre ejus, ut addicantur ipsi, cui quis condemnatus est: addicantur utique ea quantitate, quæ debetur. Nam si creditor maluerit pignora in creditum possidere, hisque esse contentus, rescriptum est non posse eum, quod amplius sibi debetur, petere quia velut pacto transegisse de cætero videtur, qui contentus fuit pignora possidere, nec posse eum in quantitatem certam pignora tenere, & superfluum petere. Ex quibus verbis manifestè probatur, quod contentus creditoris, de
quo *in d.* §. non respicit pignoris adjudicati acceptа-
95 tionem, & consensum creditoris, quia hoc foret absurdum, cum adjudicatio, & datio in solutum facta per judicem sit necessaria; fit enim à judice invito creditore, quam nullo modo recusare potest, prout superius *hoc cap. n.* 60. *verf. quapropter hæc adjudicatio,* &c. annotavimus, & abundè videre est *suprà* 1. *p. c.* 11. *per tot.* ex multis DD. qui ex hoc eodem §. *si pignora,* id probant, & ad hoc communiter.

Sed tantum, contentus creditoris, de quo in casu il-
96 lius text. respicit, & refertur dumtaxat ad pretium, & æstimationem rei sibi in solutum datæ, quia principalis dispositio illius textus, solum emanavit ad determinationem hujus dubii, an creditor simpliciter recipiens pignus in solutum, intelligitur illud recepisse pro toto suo credito, super quo ita decidit, quod si creditor contentus sit pignus adjudicatum pro quantitate sibi debita habere, vel etiam si expresè hoc quod dicat, nec de
quantitate agatur, sed simpliciter pignus captum reci-
97 piat in solutum, intelligitur pro tota quantitate sibi debita rem recipere, & acceptare, cum videatur contentus esse, & eo pretio emere, qui expresè de certo pretio nihil dixit, nec tractavit, sic intelligunt illum textum glossa Bartol. & omnes *in d.* §. *si pignora.* Farinac. Rebuff. Pereira, Scaccia, Fabrus, & Matienzus sequuti, & relati ab Hermosilla *in l.* 52. *gloss.* 7. *n.* 14. *tit.* 5. *part.* 5. *tom.* 2. *fol.* 253. adeò ut contentus creditoris ex simplici pignoris receptione inducatur.

Et ex hoc tacito contentu inducto per legem, ex
98 simplici pignoris in solutum dati receptione, infert textus ille, quod sit creditori præclusa via petendi superflu-

perfluum ſui crediti, quamvis tanti non ſit valoris res addicta, & in ſolutum ſibi data, ibi: non poſſe eum, quod amplius ſibi debetur, petere, quia velut pacto tranſegiſſe de cætero videtur, qui contentus fuit pignora poſſidere, & rationem adducit Pinell. *de reſcind. leg.* 2. 1. *part. cap.* 4. *n.* 20. quod quidem de jure procedit, quoniam cum in ſolutum pro ſuo credito toto tacitè pignus recepiſſe, amplius pro ſui crediti reſiduo agere non poteſt, cum pro toto fuerit obligatio extincta, ex abundè traditis à principio hujus cap. quæ potius comprobatur ex hac celebri text. determinatione apertiſſimè, tacitam, & ſimplicem rei acceptationem inducere, & operari pactum, & conſenſum expreſſum, & ſic contentum.

99 Ex hactenus firmiter conſideratis per totum hoc cap. facillimè dilues controverſiam, quæ per emptorem officii venditi in ſubhaſtatione pro ſolvendis, & dimittendis creditoribus concurſus, ſolet moveri, ea occaſione motum, quod in ſubhaſtatione licitator acquieſcit, offerens certam pecuniæ quantitatem pro dicto officio, ſub hac conditione in ſe aſſumendi cenſus creditorum, eoſque recognoſcendi intra illius pretii à ſe oblati quantitatem ſub qua ſcientibus creditoribus, & tacitè, vel expreſsè conſentientibus (ut hactenus dictum eſt) tanquam plus offerens fuit admiſſus ad officii emptionem, & traditionem; atque deſuper in quantatem pretii conditionalis facta fuit per judicem adjudicatio, & conſignatio creditoribus in ſuorum creditorum ſatisfactionem, & ſolutionem; quos emptor juxta uniuſcujuſque crediti quantitatem recognoſcens, præſtitit annuatim redditus correſpondens ſorti principali, tandem poſt aliquot annos ipſe officii emptor, & novus debitor contendit, quod recognitio à ſe oblata in ſubhaſtatione, ac poſtmodum executa, atque ad effectum producta, facta fuerit reſpectivè ad officium uti pignus & hypothecam cenſuum.

Creditores contradicunt, & inſuper pro ſua in poſterum ſecuritate controverſiam dirigunt adverſus primum debitorem (cujus erat officium venditum) ut ex ejus bonis cæteris ſint ſatisfaciendi pro ſuis creditis, ex eo, quod conſignationes & adjudicationes in pretio officii conditionato in non tutum fuere collocatæ, cum in diminutionem devenerint, quorum periculum tenetur ſubire debitor prior principalis, cùm ad eum, non creditores ſpectet. Debitor autem tam emptoris, quàm creditorum intentionem impugnat.

100 Et non immeritò, quia neuter eorum juris fundamento tuetur, ex abundè conſideratis in hoc cap. à principio; non emptor ad dimittendum officium, eo fortè ductus fundamento, & regula generali, quod tertius rei hypothecatæ poſſeſſor coactus per creditores, ut vel recognoſcat cenſum, vel dimittat hypothecam; licet recognoſcat, poterit quandocumque dimittere hypothecam creditoribus, ut amplius à cenſus recognitione facta liber maneat, quia recognitio hæc cum ſit reſpectiva, & limitata ad hypothecam à ſe poſſeſſam, non amplius tertium poſſeſſorem gravat, nec ad plus obligat, quàm ut antea. Rodrig. *de annuis redditibus, lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 56. *& ſuprà, & lib.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 11. & 12. Covarr. *lib.* 3. *variarum, cap.* 7. *n.* 5. Valenzuela *conſil.* 19. *nu.* 52. quam æquiorem dicit Guttierr. *practicarum lib.* 2. *q.* 177. *n.* 5. Felician. *de cenſibus, lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 7. Vincent. de Anna *allegatione* 16. Bald. *in pragmat. de cenſibus, lib.* 5. *quæſt.* 1. Maſtrillus ad Petrum Gregor. *de cenſibus, quæſt.* 5. *n.* 233. & alii quamplurimi citati per Amat. *variarum reſolut.* 21. *per totam.* latiſſimè de hac re tractantem Avend. *de cenſibus, quæſt.* 99. *n.* 3. Mangilius *de evictione. quæſt.* 82. *ex nu.* 12. poſt Rodoan. Guttierrez & Covar.

101 Sed hoc fundamentum facilè dilues, ſi notiſſimam attendas differentiam inter utrumque tertium rei hypothecatæ poſſeſſorem cenſum recognoſcentem, nempe tertium illum, qui à ſolo debitore (pretium rei emptæ recipiente) mediatè, vel immediatè titulum habet; & inter emptorem in ſubhaſtatione, qui à debitore, judice, & creditoribus titulum fuit conſequutus. Etenim in primo caſu res transfertur in ſucceſſorem tertium cum ſuo hypothecæ onere, eſto quod per nullum factum debitoris infringi poteſt jus jam quæſitum creditoribus, prout copioſè diximus 1. *part. cap.* 10. *ex n.* 43. *verſ. quia cum hoc judicio*, &c. & latius ſuprà 2. *part. cap.* 12. *ex nu.* 17. *cum multis ſeq. verſicul. ſed adhuc illis atque aliis*, &c. 102

Nec enim per ejuſdem tertii recognitionem extinguitur prior obligatio, nec novatio aliqua inducitur, nec liberatur principalis debitor, ac proinde nec fidejuſſores, nec hypothecæ diſſolvuntur, cum prior creditor adhuc non ſit ſatisfactus, ſolutus, nec dimiſſus à ſuo debitore, quia per hujuſmodi recognitionem factam à tertio rei hypothecatæ poſſeſſore, additur obligatio obligationi, & contractus contractui, niſi inter tertium recognoſcentem, & cenſus creditorem aliud expreſsè actum ſit. 103

Ideoque creditor cenſus non ſolùm contra principalem debitorem, ejuſque hæredes agere poteſt, ſed etiam contra tertium rei hypothecatæ poſſeſſorem, ſeorſum ſe obligantem per recognitionem, Sic tenent Salazar *de uſu & conſuet. cap.* 11. *n.* 67. Covarr. *lib.* 3. *variarum reſolutionum, cap.* 7. *n.* 6. *in verſ. hinc etiam deducitur, in fin.* ſequitur Guttierrez *lib.* 2. *practicarum, quæſt.* 177. *n.* 5. & iterum *in tractat. de tutel.* 1. *part. cap.* 1. *num.* 24. Gamma *deciſione* 145. *num.* 2. Felicianus *de cenſib. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 7. Cevall. *commun. contra commun.* 3. *tom. quæſt.* 754. *ex n.* 29. *cum ſeqq.* & per eumdem Cevall. licet obiter idem tenet nioviſſimè Noguerol. *allegat.* 4. *nu.* 34. durat enim prior obligatio, quæ ſuos juris effectus integrè ſortitur. 104

At in tertio emptore ſubhaſtante totum eſt oppoſitum, & hæc omnia ceſſant, quia ad eum rei dominium irrevocabile, & pleno jure pervenit, traditione facta ad latè tradita per nos *in* 2. *part. cap.* 2. *ex num.* 1. *cum ſeq.* poſt magnam Doctorum allegationem. Ubi etiam, quòd in tantum perfecta venditio manet, ut amplius pœnitentiæ locus non ſit, & quia quantum ad debitorem venditorem liber etiam adeſt, quia licet ei pretium directè non tradidit, ſufficit juſſiſſe id debitoribus ſuis ſolvere, quod idem eſt per text. *in l.* 2. *ff. de calumn.* ibi, *nec refert, an ipſe pecuniam acceperit, an alii juſſerit dari; nam videtur mihi data pecunia, & à me ad te profecta*, ut inquit text. *in l. ſingularia, ff. ſi certum petat.* Et libera ab omni pignoris nexu res in eum tranſit, ſaltem reſpectu creditorum, qui ad judicium concurſus fuerunt ſpecialiter citati, & ad quorum conſenſum & inſtantiam, & pro eorum ſatisfactione, & dimiſſione res illa publicè ſubhaſtatur, quia cum res pignorata creditorum conſenſu alienatur; & diſtrahitur, & extinguitur hypotheca, & in emptorem libera ab omni hypothecæ onere transfertur, ut ex integris titulis, *C. de remiſſione pign. & ff. de diſtract. pign.* & ex text. *in l. ſi debitor* 4. *ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſol.* ibi, *magis eſt, ne deſinat, niſi ex voluntate creditoris hoc factum eſt;* text eſt *in l. ſicut*, §. *ſi vendit. &* §. *ſi voluntate, ff. quib. mod. pign. vel hyp. ſolv. l.* 1. *C. de remiſſ. pign.* Menoch. *conſ.* 58. *n.* 24. *& multis ſeqq. lib.* 1. Tiraq. *de retract lign.* §. 1. *gloſſ.... n.* 239. Beroius *conſ.* 172. *num.* 4. *vol.* 1. G. Papæ *ſingul.* 481. Cephal. 12. *nu.* 34. *lib.* 1. latiſſimè Mantica *de contractib. tom.* 1. *lib.* 11. *tit.* 21 *per tot.* Caſtillo *controv. tom.* 5. *c.* 89. *nu.* 115. *&* 116. latiſſimè *ex num.* 112. poſt innumerabiles DD. quod conſentiens alienationi rei ſuæ, vel in qua jus habet, amittit jus & dominium, & ex *n.* 117. & iterum antea *lib.* 2. *c.* 18. *ex n.* 38. quamplurimos allegat., quod conſentiens, ut alius teſtetur de re ſua non poteſt reclamare, ſed valet alienatio, per *d. l. ſicut*, §. *ſi vendit.* ibi, *ut ſi legare permiſit, valeat quod conceſſit:* latiſſimè Mieres *de major.* 1. *p. q.* 23. *ex n.* 48. 105 106 107 108 109 110

n. 48. *cum multis seq.* & hic consensus creditoris, quod res hypothecata distrahatur, sufficit tacitus, ejus scilicet præsentia sine contractione *ex leg.* 37. *tit.* 13. *part.* 5. ibi: *Franquear no puede nengun hombre el fiervo, ni la fierva, que huviere empennado à otro, à daño ni menoscabo, de aquel que la tenia apenos, demienta que fuere assi empennada: mas si acaesciase que lo a forase çestando delante de aquel, que lo tenia penos y nolo contradize, valdria el aforamiento.* Quam exornat amplissimè Mieres *ubi proximè ex n.* 51. *& seqq.*

112 Et in nostris terminis, quod vendita re hypothecata authoritate judicis in subhastatione ad instantiam creditorum, pro eis satisfaciendis, extinguatur eorum hypotheca, & res libera transeat in emptorem subhastantem: probant Gregor. Lopez, Felicianus de Solis, Vincent. de Franchis, Hier. Leo, Tellus Fermandez, & Cevallos relati, & sequuti à Guzman *de evictione. cap.* 34. *n.* 40. *usque ad* 44. qui loquuntur in subhastatione hypothecæ facta in concursu creditorum, ad eorum instantiam, in quo nullum dubium versatur.

113 In tantum, quod emptor rei subhastatæ pro satisfaciendis creditoribus in posterum plenissimam consequitur securitatem, ita ut nullatenus possit ampliùs molestari à creditoribus, ad concursum citatis, nec aliquam de cætero eidem super re empta ex pignoris aut hypothecæ causa controversiam movere, cum ipsorum respectu prorsus libera ad emptorem pervenit, omni pignoris nexu sublato, latissimè probarunt Guzman *de evict. quæst.* 34. *ex n.* 35. *cum multis seq.* Addition. ad Molinam *de primogen. lib.* 4. *cap.* 4. *sub n.* 20. *fol.* 282. latè & optimè Fontanella *de pactis nupt. claus.* 5. *gloss.* 8. *part.* 7. *ex n.* 33. *& à n.* 41. *tom.* 2. *fol.* 153. *& seqq.* Gratian. *discept. forens. tom.* 1. *c.* 37. *ex n.* 34. *& seq.* & rectè conducunt quæ mirabiliter cumulavimus *suprà p.* 1. *c.* 18. *per tot.*

114 Ergo impossibile est, quod recognitio ab isto emptore facta, & oblata habere possit respectum ad hypothecam, nec facta intelligatur hypothecæ intuitu cum deficiat primum mobile, & præcipuum fundamentum, quo rectè nituntur DD. *sup. laudati, nu.* 110. *& seqq. vers. & non immerito*, &c. Qui in primo casu juridicè admittunt dimissionem rei pignoratæ factam per possessorem post ejus recognitionem ab initio mediante creditorum consensu, eo quod fiat intuitu pignoris, & hypothecæ quæ in re per eum possessa perdurat; attamen cum in emptorem subhastantem ab initio mediante creditorum consensu res transit libera ab omni hypotheca, quæ per rei traditionem dissolvitur, & extinguitur, ad eum nullatenus trahi valet regula illa, quod recognitio facta censeatur intuitu, & contemplatione pignoris, quod non duravit, sed penitus fuit extinctum, per argumentum à ratione cessante. Et quia non entis nullæ sunt qualitates, & quia sublato fundamento, superædificari non potest, ex axiomatibus vulgaribus.

115 Desuper doctrina hæc una infallibili, & constanti consideratione manifestè, & mirabiliter probatur, quoniam hæc emptoris recognitio non fit respectivè ad officium, seu rem, quam (ut diximus) justo emptionis titulo, & pleno jure securè sibi licitator acquisivit, quæque omni hypothecæ onere libera ad eum pervenit: sed tantum recognitio fit illis respectivè ad pretium à se conditionaliter oblatum: cujus dumtaxat debitor debitori remansit, & affecti tamen solutioni, & satisfactioni creditorum, & pro eadem quantitate, & non amplius se obligavit, & ad eam dumtaxat tenetur, & pecunia illa creditoribus dumtaxat fuit per judicem consignata & in solutum data ex plurimis DD. supra citandis *n.* 152. *vers. adeo ut licitator*, &c. Quam quan-
116 titatem insuper licitator per recognitionem solvit creditoribus tacitè, vel expressè sic consentientibus, prout solvere fuit in subhastatione in hunc modum obligatus, nec ad aliud creditores emptorem cogere possunt, sed solùm ad genus hoc solutionis, per eos tacitè, vel expressè approbatum, & acceptatum, ut *in d. n.* 152. infrà probavimus.

Et quia si per adjudicationem nominis, & pretii debiti ab emptore factam per judicem concursus creditoribus, & ab eisdem tacitè, vel expressè acceptatam, statim extincta fuit prior obligatio, juxta quæ latè probata manent à principio hujus cap. per necessariam consequentiam pignora, & hypothecas dissolvi; (quæ sine principali obligatione non subsistunt) fatendum erit. Ergo impossibile est, quod emptoris recognitio oblata, & subsequuta habere possit respectum ad officium liberè, & irrevocabiliter in emptorem transflatum, prout juribus, & Doctoribus penè innumerabilibus *supr.* 2. *p. cap.* 2. *à princip. probatum.*

Ex quibus pulchrè infertur, quod cùm per hanc 117
consignationem in pretium conditionaliter oblatum, & dationem nominis in solutum, inducatur prioris obligationis extinctio, & novatio, atque per recognitionem censuum, & acollationem, quam in se suscipit emptor de consensu creditorum, pariter fit, & penitus liberatur primus debitor, cum per hunc novum recognitionis contractum prior fuerit innovatus, ex quo creditores maluerunt, emptorem in debitorem agnoscere, & potius habere, quàm primum principalem, indeque per hanc acollationem oritur solutio, ad quæ trahenda sunt omnia, quæ scripta reliquimus à principio hujus cap.

Atque ideo hæc nova emptoris recognitio novus erit 118
contractus, & nova censuum recognitorum creatio, quia cum emptor debitor remanserit pretii persolvendi creditoribus, fingitur solutum, & iterum per eosdem creditores datum in censuum eidem emptori, qui loco pretii rei emptæ constituit, & creat novum censum, juxta text. *in l.* 2. *ff. de contrah. empt.* ibi: *Non pretii numeratio, sed conventio perficit sine scriptis habitam emptionem, l. pretii causa, C. de rescind. vend.* latissimè Rodrig. *de annuis redditibus lib.* 1 *q.* 13. *per totam.*

Et quod hæc censuum in se assumptio, acollatio, 119
& recognitio facta per emptorem rei subhastatæ, de consensu tacito, vel expresso creditorum, sit novus contractus distinctus à priori, per recognitionem, & dationem in solutum extincto, probavimus copiosè *suprà ex n.* 31. *cum multis seq. vers. ex quo enim creditor*, &c. *Et ex n.* 22. *cum seqq.*

Et hoc ad differentiam alterius recognitionis factæ 120
per simplicem tertium possessorem hypothecæ, habentem titulum mediatè, vel immediatè à solo debitore; (de que loquuntur DD. tractantes de recognitione, quos citavimus *suprà ex n.* 110. *vers. & non immerito*, &c.) quia cum succedat in re adhuc hypothecata, & in qua durat pignus, atque etiam nullatenus sit extincta prior obligatio creditorum, & fiat recognitio respectivè ad rem hypothecatam dumtaxat, ideo ejus recognitio non solum non inducit novationem, sed potius tendit in augmentum prioris obligationis, & ei accedit per viam additionis, prout probavimus *sup. ex n.* 100 *cum seqq. vers. & non immeritò*, &c. At verò cum in nostro 121
casu cessent prædictæ rationes, de uno ad alium non erit arguendum, nec ad hunc nostrum ex diversis juris principiis provenientem tanquam omnino diversum, & separatum trahendæ sunt, nec valdè applicandæ, cum utriusque tertii possessoris termini sint penitus distincti, omnino separandi, & nullatenus confundendi, prout manifestè ad oculum ostendimus hactenus.

Qua propter nec emptor iste rei subhastatæ, obla- 122
ta recognitione loco pretii, & præsentis pecuniæ, potest rem sibi jam additam, & traditam dimittere creditoribus, quia perfecta venditione, nec potest pœnitere, ad latè tradita *suprà cap.* 2. *à principio* 2. *p.* nisi per viam rescissionis ex læsione enormi, aut enormissima, vel nisi à se fuerit evicta, per tertium ex causa præcedente venditionem, & ex facto debitoris, sed omnino tenetur continuare; & perseverare in recognitione à se

facta

judex facta creditoribus debitoris juxta ſuam obligatio-
123nem, nec iſti poſſunt mota fortè ſibi lite ſuper dimiſſione officii, & rei emptæ ad debitorem priorem recurrere, pro eiſdem creditis conſequendis, virtute prioris obligationis, quæ jam per conſignationem, & adjudicationem in pretium officii venditi quacumque conditione oblati, eorum accedente tacito, aut expreſſo conſenſu, fuerit extincta, & radicitus ſublata, ſed ad eos deinceps rei venditæ, vel nominis adjudicatio in ſolutum, non ad priorem debitorem periculum ſpectat, prout validè probatum remanet per diſcurſum totius hujus cap.

124 Nec tandem intentionem emptoris hujuſmodi, officium dimittere volentis juvabit, ſi ſimul inter offerendum in ſubhaſtatione ultra conditionem recognitionis cenſuum, aliam addat, quod quando contingat ex propria pecunia redimere cenſus à creditoribus, à ſe recognitis, teneantur in eum cedere ſua jura, quaſi hæc conditio inducere videatur, non veram, ſed fictam, & apparentem quandam venditionem, & non perfectam dominii tranſlationem, ratione incompatibilitatis hujus clauſulæ cum dominio, & ideo quod nec ipſe emptor ſit novus verè debitor creditorum, ſed reſpectivè tantùm ad poſſeſſionem, quia ſi novus, & verus debitor immediatus fuiſſet, nulla ageret creditorum ceſſione, cum per ſolam ſolutionem, dimiſſionem, & ſatisfactionem per eum factam, liber omnino remanet, quare ceſſionem factam debitori per creditorem non valere, eo quod non poteſt ſui ipſius eſſe creditor, & debitor *ex l. Uranius, ff. de fidejuſſor.* probari videtur.

125 Tamen dicendum erit valere hujuſmodi ceſſionem factam per creditores emptori debitori, & ad multa prodeſſe, nulla incompatibilitate exiſtente, manifeſtè probatur; tum quia prodeſt ad liberationem conſequendam, in terminis per textus argumentum *in leg. ſponſalibus*, §. 1. *ff. de jure dotium*, tradiderunt Bal. *in l. 1. q. 11. n. 12. C. de action. & obligat.* quem ibi ſequitur Salicetus *q.* 21. tenet Alexand. *in l. Senatus*, §. *fin. per illum textum ff. de legat.* 1. Alexand. *conſil.* 157. *n.* 2. *l.* 7. Ruinus etiam *in conſil.* 119. *n.* 19. *lib.* 2. *& conſil.* 17. *num* 8. *lib.* 4. *& conſil.* 68 *n.* 6. *lib.* 5. *& conſil.* 92. *n.* 22. *lib.* 3. Guzman *de evict. q.* 35. *n.* 7. & ad majorem
126cautelam, & firmiorem ſecuritatem ſui pretii, vel in caſu quo res à tertio evincatur, ut contra bona debitoris communis habere poſſit regreſſum cum prælatione, & ſubintratione in locum dimiſſi creditoris, vel in caſu, quo ipſe debitor ex enormi, aut enormiſſima læſione
127rem vindicet, quos caſus ſibi non ſolùm proſpicere debet emptor; ſed tenetur, ne aliàs ſibi ſua negligentia imputetur, qui non proſpexit, quod evenire potuit, & ſibi non cavit argum. *l. mulier, ff. de l. commiſſor. l. ſi delegatio* 3. *C. de novat. l. ſi quis domum*, §. *hinc ſubjungi, ff. locat.* optimè de la Rea *in alleg. fiſc.* 22. *n.* 16. & 28. poſt alios Doctores.

128 Tum etiam, quia eſt clauſula omninò compatibilis cum tranſlatione dominii realiter facta, atque etiam licitè communiter uſitata, tanquam ſalutaris cautela, præſervativa contra poſteriores creditores, eos ſcilicet, qui non fuerunt citati ad judicium concurſum, nec comparuerunt, nec ad eorum inſtantiam, & concurſum officium hypotheca gravatum fuit diſtractum, & ſubhaſtatum; quorum idcirco jus procul dubio adhuc præſervatum remanet, & hypothecaria agere poſſunt contra hunc emptorem rei ſubhaſtatæ ad inſtantiam creditorum poſteriorum adſtantium in judicio concurſus, ut probant expreſsè Guzman, Fontanella, Gratian. & cæteri laudati *ſuprà n.... verſ. prædictis rectè conſonant*, &c. *& infrà c.* 10. *per totum.*

129 Fulcitur ex eo ſimili, quod licet per acquiſitionem dominii diſſolvatur hypotheca creditoris acquirentis, hoc tamen procedit, quatenus res per alium poſteriorem creditorem non evincatur, & avocare curaverit; at verò alio volente rem hypothecatam avocare, licet domino ſe tueri anterioris hypothecæ exceptione, ut per Cravet. *conſ.* 248. *& conſ.* 202. Capycium *deciſ.* 43. Afflict. *deciſ.* 8. *& deciſ.* 16. Boërium *deciſ.* 47. *num.* 4. 130
ubi ait, quod ne acquiſitio dominii ſit nociva creditori, conſervatio ei jus hypothecæ anterioris, qua defendat rem contra hypothecas poſteriores, *leg. ſi poſteriores*, ubi gloſſ. Bart. & Salicetus, *Cod. ſi antiqui credit.* & per Neguſantium tenet Rodriguez *de annuis redditibus, lib.* 2. *q.* 15. *nu.* 34. Vincent. de Franchis *deciſ.* 80. *num.* 17. pro qua doctrina poſt Neguſantium allegat *l. ex ſextante*, §. *Latinus Largus, de except. rei judic.* Et quod per hæreditatis aditionem facta à cre- 131
ditore confuſio actionum habetur pro non facta, quoties allatura eſt damnum ipſi hæredi creditori, poſt plurimos DD. probat Manguilius *de evict. q.* 99. *ex n.* 1. *& per totum.*

Facit ad idem, quod hypotheca primi creditoris reviviſcit, revocata datione in ſolutum a ſecundo creditore offerente, ut ex Franchis *deciſ.* 12. *n.* 11. dicit Giurba *deciſ.* 63. *n.* 2. ut à principio plurimas doctrinas adducit, ad hoc quod jus ſemel confuſum & amiſſum, quod quis habebat in re à ſe empta, ſi evincatur à tertio, vel per retractum evocetur, reviviſcit. Vide Mantic. *de contract. lib.* 4. *tit.* 10. *n.* 16. *& ſeqq. ad l.* 2. §. *cum is qui debitori ſuo, ff. de hæred vel act. vend.* & Rodrig. *de annuis redditib. lib.* 2. *q.* 13. *à n.* 8. & quod confuſio actionum fiat, quando creditor ſuccedit debitori, & è converſo procedat agendo; ſecus autem excipiendo, ut putà quando alius creditor poſterior, qui haberet in eadem re hypothecam adverſus hæredem, hypothecaria actione ageret ad avocandam rem; poteſt tunc hæres opponendo de ſua anteriori hypotheca, ſe tueri, & defendere; ita ut eidem nec obſtet actionum confuſio propter ſucceſſionem, & dominium ſupervenientem, ut ex Rodriguez, & aliis à Rodriguez citatis, probat Amat. *variarum reſolut. tom.* 2. *reſol.* 65. *n.* 14. ad quod inſuper allegat, Bald. *conſil.* 25. *q.* 5. *vol.* 1. Rubeffum *tom.* 2. *ad conſtitutiones Gallic. tit. de conſtit. reddituum, art.* 1. *gloſſ.* 8. *n.* 14. & 15. & Valenzuelam *conſil.* 14. *n.* 13. & Beroi. *conſil.* 46. *num.* 11. *lib.* 1. & de aliis pluribus limitationibus, in quibus confuſio actionum ceſſat, acutè videbis apud ipſum Amatum *eadem reſol.* 66. *à principio.*

Et pro noſtra, illud etiam urget; nam creditor, qui debitoris adivit hæreditatem abſque inventario, cenſetur ſibi de ſuo credito ſatisfeciſſe, quia confuſio habet vim ſolutionis, ut plenè per Amatum *ibid. n.* 2. *& n.* 19. hoc tamen procedit ad favorem hæredis: non tamen in ejus præjudicium, quoniam ſi illa ficta ſolutio allatura eſſet aliquod damnum hæredi; nullatenus inducitur, nec præſumitur; ita declarat Paul. de Caſtr. *in l. Stichum*, §. *aditio. ff. de fidejuſſorib.* Rodrig. *de redditibus, lib.* 2. *q.* 19. *ſub n.* 4. Seſſe *deciſ.* 46. Hondedeus *conſil.* 58. *nu.* 53. *lib.* 1. Fontanella *de pactis nuptialibus, clauſ.* 7. *gloſſ.* 7. *p.* 7. *n.* 46. *&* 48. *vol.* 2. Amat. *d. reſol.* 56. *n.* 20.

Et in individuo quod hæc clauſula ceſſionis faciendæ per creditorem debitori emptori ſit valida, & efficax, ut ejus vigore poſſit debitor, vel ejus fidejuſſor contra poſteriorem creditorem ſupervenientem uti retentione bonorum hypothecariorum, & ex ea per juris ſubintrationem in locum priorum poſteriores excludere, probarunt poſt gloſſ. Bart. *in l. uſucapio, Cod de pignor.* Bart. *in l.* 1. §. *cum prædium, verſ. ſed quæro quale remedium, & in l. Ariſto.* 3. *q. ff. de pign.* Neguſant. *de pignorib.* 5. *p. membr.* 3. *n.* 74. Alfonſ. de Guzm. *ubi proximè citatus, n.* 101. quod vulgare eſt, & quotidie 133
uſitatum, in quolibet rei hypothecæ emptore ſolvente prioribus creditoribus, ex pretio convento ceſſionem ab eis obtinere, ſed hac cautela præmunire, & ad ſubintrandum eorum jus, & ad excludendum quoſlibet alios poſteriores creditores ſupervenientes, & agere volentes contra emptorem ipſum pro ſua hypothecata actione, in eadem re empta; juxta *l.* 1. *& tot. tit. C. de*

his

his aut in locum prior. cred. ſucced. ubilibet per DD. maximè Amat. *variarum reſolut. c. 7. per totum.*

134 Et quando hæc clauſula repugnaret veræ tranſlationi dominii in ſubhaſtatione factæ, adhuc tamen ſumenda foret interpretatio pro cautela contrahentium, ut impediretur repugnantia, & vera emptio ſubſiſteret; prout in ſimilibus terminis de emptione rei ſub pacto de accollando cenſum tertio creditori debitum ſuper ea, eleganter dixit Rota *deciſ.* 160. *nu.* 1. *prope finem*, *ex num.* 2. in hæc: Similiter præmiſſis clauſulis habilibus ad transferendum dominium prout ſunt ad habendum, &c. & conſtituti, &c. niſi pro hypotheca, & cautela reſervatio intelligenda, implicaret contrarietatem, nempe transferre, & reſervare, unde ſumendo interpretationem per quam diſpoſitiones contrahentium ſalvari poſſunt à contrarietate. Alexand. *conſil.* 141. *n.* 6. *lib.* 2. Decius *conſ.* 341. *n.* & Covarr. *variar. reſol. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 5. & Rota in allegata Romana, Afflictus, bene ſenſerint partes de reſervatione pro cautela, non autem ad revocandam tranſlationem dominii jam factam, nec repugnant deciſiones in contrarium allegatæ Surdi 305. n. 38. Magni 91. nu. 6. deciſione 92. n. 12. & deciſ. 181. n. 18. poſt Statil. de Salviano interdicto, quia in omnibus agebatur de reſervatione compatibili, non autem de contraria, & continentes repugnantiam, prout in præſenti contingit, &c.

135 Et quod pacta quæ aliàs repugnarent naturæ contractus, & impedirent tranſlationem dominii rei venditæ, & traditæ ſuſtineantur, quatenus ſint appoſita pro cautela, & ſecuritate venditoris; probant ex *l. procuratores*, §. *planè*, *ff. de tribut. act. l. cum manu ſata*, *ff. de contrah. empt.* Greg. Lopez *in l.* 28. *gloſſ.* 1 *tit.* 5. *part.* 5. & ibi latè Hermoſilla *ſuper dict. gloſſ.* 1. *ex n.* 40. & *ſeqq.* Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 1. *à num.* 36. qui *num.* 39. plures adducit Gomez 2. *tom. variarum*, *c.* 2. *num.* 30. *verſ. idem etiam.* Parlador. *lib.* 2 *quotid. cap. fin.* 1. *part.* §. 9. *n.* 7. & *n.* 1. Surdus *deciſione* 228. *n.* 13. Gratianus *tom.* 3. *diſcept.* 523. *nu.* 1. 2. & 3. Caldas *de empt. & vend. cap.* 23. *n.* 31. *in fin.* Franchis *deciſ.* 506. *ex nu.* 5. & *cap.* 5. *ex num.* 2. Magon. *deciſ. Lucenſ.* 31. & *deciſ. Florent.* 91. *n.* 8. & 9. Marta *deciſ.* 43. *nu.* 2. Seſſe *deciſ.* 41. *à n.* 23. Surdus *deciſ.* 344. *à n.* 11. Mantica *de tacitis*, & *amb. convent. lib.* 4 *tit.* 27. *nu.* 4. & 5. Valenzuela *conſ.* 59. *n.* 35. qui loquuntur in venditore tradente rem cum pacto reſervationis dominii pretium ſibi perſolvatur.

136 Quare firmiter concludendum erit in præſenti quæſt. propoſita, quod emptor rei in ſubhaſtatione cum pacto recognoſcendi cenſus creditorum, nullatenus ſit admittendus ad dimiſſionem ejuſdem rei, nec etiam creditores (quorum credita fuerunt conſignata per viam ſolutionis in pretium recognitione conditionatum quantumvis in dimiſſione victi fuerint ſive jure, ſive injuria) poſſunt habere recurſum ad bona primi debitoris, cum re vera per eum fuerint jam dimiſſi, & obligatio penitus extincta, debitorque liberatus, tutuſque remanſit, ita ut periculum nominis, ſeu pretii adjudicati, & recepti ad eoſdem creditores pertineat, non ad debitorem, qui verum nomen in ſolutum dedit, judice authore, ad latè tradita ſuperius *ex nu.* 14. *verſ. ſed quando ex hac acollatione*, &c. *Et ex num.* 22. *cum multis ſeq. verſic. ex quibus manifeſtè colligitur*, &c.

137 Tum etiam, quia ex hac dimiſſione officii prætenſa per emptorem, creditoribus (vel etiam alias injuſtè admiſſa) nihil detrahitur conſignationi factæ in pretium, quod tunc temporis firmum, & verum fuit, ad quod dumtaxat tenebatur debitor cedens nomini, *ad l. ſi nominis*, *ff. de hæred. vel action. vend.* cum ſimilibus, Quare hæc dimiſſio prætenſa nihil tangit, nec dependet ab illa irrevocabili venditione facta per ſubhaſtationem, cum libera, & abſque hypotheca tranſiſſet in emptorem, prout hactenus indiſſolubiliter probavimus: ſed provenit ex novo recognitionis contractu into, tacitè, vel expreſsè inter emptorem, & creditores, diverſo quidem novo, & ſeparato independenter à prima venditione in ſubhaſtatione, quæ perfecta, invariabilis, & irrevocabilis permanſit inter debitorem, (cujus erat dominium officii) & emptorem plus hoc modo licitantem, ad contentum & ſatisfactionem creditorum, prout abundè, & apertiſſimè probavimus per diſcurſum totius hujus cap.

138 Periniquum etenim foret, emptorem hunc admittere ad dimiſſionem, & contra totius juris regulas (ut vidiſti) ſed adhuc crudele valde, & inhumanum admittere iterum creditores legitimè dimiſſos ad recurſum contra principalem debitorem, qui pro eorum ſatisfactione, ſolutione, & dimiſſione dominium ſui officii, & poſſeſſionem à ſe abdicavit, & in emptorem tranſtulit; quod ſi non præſente pecunia venditum fuit, ſed habita fide de pretio; hoc non provenit ex culpa ſua, ſed ipſorum creditorum, qui eidem pretii generi aſſenſerunt, & acquieverunt tacitè, vel expreſsè, &
139 contenti fuere hoc genere ſolutionis. Et certè non ex ſua eorum liberalitate, pietate, æquitate, aut charitate, ſed potius ſuæ utilitati conſulentes, ut ne deficiente licitatore, vel ſtante, juſtum non offerente pretium, cogerentur officium metipſum in ſolutum rigoroſo (juſto tamen) pretio taxato inviti recipere, juxta quæ nos abundè 1. *p. c.* 18. à principio diximus, innumerabilibus DD. citatis, quibus adde optimè tractantem Hermoſilla *in l.* 51. *tit.* 5. *p.* 5. *gloſſ.* 7. *ex n.* 14 & *ſeq. tom.* 2. *fol.* 212. indeque debitor ipſe per adjudicationem hujuſmodi in pretium obligatione in totum liber remaneret, *ex l. à Pio*, §. *ſi pign. ff. de re judicata*, quem ſuperius interpretamur, quapropter ſi ob eorum contentum, & conſenſum rem aliter ſubhaſtari paſſi ſunt ſuo juri renuntiantes, ſibi imputent; nam quidquid inde evenerit ſibi ipſis, & non debitori parato eis ſatisfacere, & ab obligatione diſcedere, debet omnino imputari, ex juris notiſſima ragula, *damnum quod quis de reg. jur. in* 6. qui jam ob conſignationem in pretium (tale, quale creditores approbarunt) dimiſſi fuerunt, & obligatio prima penitus extincta, ob quam redire non poſſunt, niſi ſequuta officii venditi evictione.

140 Itaque aſſenſu creditorum exiſtente erga pretium conditionatum, nulla conſideratur utilitas debitoris, ſed tantum creditorum, cùm ille ſemper tutus fuit de vero & juſto pretio ſuæ rei, ſi non inveniſſet emptorem, vel inveniſſet juſtum pretium tamen non offerentem, ipſis danda foret invitis in ſolutum creditoribus juſto pretio taxata, ideoque ipſi ſuam non alienam utiliatem geſſerunt.

141 Hinc prius ut habeamus, illud animadvertendum, quod poſtquam, licitator in ſubhaſtatione rei in inſtantiam creditorum vendendæ attulit loco pretii oblati recognitionem creditorum, iſtis citatis, & minimè impugnantibus, ſed ideo tacitè, vel etiam expreſsè conſentientibus, juxta terminos à principio hujus cap. appoſitos & re tradita emptori licitanti, & exinde ſolventi annuos redditus creditoribus, ipſiſque recipientibus abſque alia recognitionis ſcriptura, & inſtrumento; ſufficere, pro extinguenda prima obligatione, & inducenda novatione, probatur, tum quod cenſus creatio,
142 & conſtitituo ſcripturam pro forma non requirit, & ſufficit inter partes conventio, ſeu conſenſus, licet ſicut in cæteris contractibus venditor cenſus poſſit cogi ad ſcripturam conficiendam, altiſſimè & eleganter probat Avendan. *de cenſib. c.* 84. *per tot & c.* 18. *n.* 4. & *c.* 5. 6. & 7. & innumerabiles alios DD. & *Rotæ deciſiones*, in comprobationem congerit Cencius *de cenſib. qu.* 43. *per tot.* & ſignanter *ex. nu.* 13. *cum multis ſeq.* ubi exactè diſputat, & ſic reſolvit in terminis motus proprii Pii V. contrarium inſinuantis, cui mirabiliter Cencius, & cæteri ab eo laudati ſatisfaciunt.

143 Tum ex omnibus fundamentis quæ adduximus ſuprà *ex nu.* 62. *cum ſeq. verſic. ſed an creditorum* &c.

Tum

Tum etiam quia inter creditores, & licitatorem fuit jam geſtus, & celebratus contractus recognitionis præmiſſæ in licitatione authoritate judicis, & colore judicii, in quo quaſi contrahi, & obligationem oriri, non eſt dubium *ex l. 3. idem ſcribit, ff. peculio. l. 2. ff. de prætor. ſtipulat.* Joan. Bellet. *diſquiſ. cleric. p. 1. tit. de favore cleric. reali*, §. 1. *n.* 8. *pag.* 275. Cevall. *commun. contra com. tom.* 4. *qu.* 887. *n.* 887. Gonzalez *de reg. de alternat. gloſſ. n.* 161. Novarius *in praxi elect. & variar. fori, qu.* 20. *n.* 8. *ſect.* 2. *fol.* 183.
144 Giurba *deciſ.* 99. *n.* 4. imò actus judicialis potentior eſt extrajudiciali, l. *pacta noviſſima, C. de pact.* Tiraq. *de retract. convent. ad fin. tit. n.* 154. ubi alios allegat.
145 Ea namque quæ in judicio gerunt efficaciora ſunt his, quæ extrajudicialiter fiunt, Barbatia *conſ.* 47. præclatè *col. ult. lib.* 2. qui ex eo ad plurima infert, *in conſ.* 35. ejuſdem initii, *col.* 5. *verſ. etſi quiſpiam, eod. lib.* 2. Jaſon. *in de l. pacta noviſſima*, Ferro *in conſuetudinib. Burdegal. tit. de retract.* §. 13. ſequitur Tiraquell. *loco cit.* Rom. *conſ.* 63. *n.* 2. Cravet. *de antiq. tempor.* 3. *practic. n.* 27. Jaſon. *in l. juriſgentium*, §. *quod ferè, col.* 2. *ff. de pact.* Bart. *in l. ex hoc ſcriptura, nu.* 26. *ff. de donat.* Cencius *conſ.* 305. *col.* 4. *lib.* 3. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 133. *n.* 3. pro quo facit celebris text. *in l. cum oſtendimus* §. *fin. ff. de fidejuſſ.* ubi diſponitur, quod ſimplex præſentia in
146 judicio habet vim ſtipulationis, abſque alia vocis expreſſione. Pirrhus Maurus *de fidejuſſ.* 2. *p. principali, ſect.* 3. *n.* 2. *fol. mihi* 257. *l. pacta noviſſima*, ibi, *maximè (ſicut proponis) apud acta præſidis aſſeveravit*, &c. *C.*
147 *de pact.* Et habent executionem paratam velut res judicata, ob calorem judicii, plurima congerit poſt jura, & DD. Mantica *de contract. l.* 24. *tit.* 7. *à principio*, & ſignanter *n.* 4. *ex verſ. ſed negari non poteſt*, &c.
148 *cum ſeqq. tom.* 2. quo pertinet, quod confeſſio in judicio habet vim publici inſtrumenti, *l. cum te*, 2. *C. de*
149 *tranſact.* imò continente efficaciorem publico inſtrumento ob authoritatem, & calorem judicii, tenuerunt quamplurimi relati, & ſequuti à Cencio *de cenſib. q.* 43. *ex n.* 20. *cum ſeqq.*
150 Et quòd inſtrumentum quodlibet geſtum in judicio paratam habeat executionem, authoritate, & calore fori, probat poſt Bart. *in l. tale pactum*, §. *qui provocavit, ff. de pact.* & illic. Paul. & Jaſon. *n.* 8. & idem Bart. Bal. & Paul. *in l. cum pro quo, ff. de in jus vocand.* Alexand. *in l. à Divo Pio, in princ. ff. de re jud.* Afflict. *deciſ.* 387. Bald. *in l.* 2. *C. de fide inſtrum.* Roderic. Xuar. *in tit. de los emplaçamientos*, §. *ſed pone, n.* 15. Parlador. *lib.* 2. *rer. quot.* 1. *part.* §. 10. *per tot.* latiſſimè & pulchrè plurimis relatis Doctoribus eamdem concluſionem probat Pereira *de renovat. emphyteuſ. q.* 11. *n.* 4.
151 Tum etiam, quia per ſubhaſtationem venditio efficax eſt, & indiſſolubilis contractus, à quo per pœnitentiam recedi non poteſt, prout abundè probavimus 2. *p. c.* 8. *à principio.* Adeo quod licitator cogatur etiam coërtionibus perſonalibus pro implenda oblatione à ſe facta. Rebuff. *de litterar. oblig. artic.* 5. *gloſſ.* 3. *n.* 16. Follerius *ſuper conſtitutionibus Regni Siciliæ in rubr. de Epiſc. & Cleric. in conſtit. ſi quis n.* 20. Carpan. *ad ſtat. Mediol. c.* 167. *nu.* 14. Decius *conſ.* 158. *n.* 10. Graſſis *in præludio except. n.* 149. Caſtill. *deciſ. n.* 6. Cumia. *ritu* 17. *n.* 125. Aſinius *de executione*, §. 4. *c.* 70. *nu.* 2. & *c.* 87. §. 6. *c.* . . *n.* 1. & *ſeqq.* Amat. *var. reſol.* 38. *n.* 4.
152 Atque ideo actus, ſubſequens ſemper in executionem tractatus, & contractus præcedentis factus intelligitur, & præſumitur, *l.* 4. §. *unde quæri poteſt ff. de manumiſſ. l. qui in aliena*, §. *ſi is qui putabat. ff. de acquir. hæred.* cum aliis per Maſcard. *de probat. concl.* 619. *num.* 2. & *concl.* 1259. *n.* 6. Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *qu.* 74. *n.* 3. & *lib.* 3. *q.* 49. *n.* 3. Surd. *dec.* 325. *n.* 7. Tuſch. *lit. A, concl.* 152. ſicut diximus de ſolutione ſubſequuta, quæ non poteſt referri ad aliud, quàm ad titulum præambulum, *l.* 2. *C. de acquir. poſſ.* Bart. *in l. triticum ff. de verb. oblig.* Surd. *conſ.* 16. *n.* 13. & *dec.* 221. *n.* 3. Ozaſcus *deciſ. Pedemont.* 57. *n.* 17. Rota Januenſ. mercatu. *deciſ.* 4. *n.* 21. *dec.* 6. *n.* 10. & *dec.* 91. *n.* 4. idem Surd. *deciſ.* 317. *n.* 19. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 49. plura Aretin. *de ſolut.* 7. *per tot.* quia à primordio,
153 tituli poſterior formatur eventus *l.* 1. *C. de imponen. lucr. deſcript.* & in dubio actus cenſetur potius factus ex cauſa neceſſaria ad quam gerens tenebatur, quàm ex voluntaria, *l. Ariſt. ff. de jur. deliber. l. pater filium, in fin. ff. ad leg. falcid. l. miles*, §. *fin. ff. de adult. l. proximè, ff. de ritu nupt. l. ſi cum dotem*, §. *ſi pater, ff. ſolut. matrimon. l. hujuſmodi*, §. *cum pater, ff. de leg.* 1. videnda erunt quæ diximus ſuperius *n. verſ. comprobatur, quoniam ſi procedat* &c.

Hinc dixit Rota in una Forolivienſi, quem adducit
154 Cencius *de cenſib. tom* 2. *dec.* 96. *nu.* 24. quod quando apparet de obligatione præcedenti imponendi cenſum, ad quem tenebatur debitor, ſi ſequatur diutina cenſus ſolutio non poteſt dubitari de ipſius cenſus impoſitione, ſequitur Cencius *de cenſib. qu.* 34. videndus *ex nu.* 33.

Et inſuper in his terminis, quòd quando pretii lo-
155 co offertur cenſuum, & creditorum recognitio, ut valeat perfectè, ſi ſubſequatur effectus, probarunt Gratian. Giurba, & Alex. Ludov. citati, & ſequuti per Hermoſill. *in l.* 52. *gloſſ.* 7. *n.* 9. *tit.* 5. *p.* 5. *tom.* 2. *fol.* 232. & nos latiùs *ſuprà ex n.* 14. *cum ſeqq. verſ. ſed quando ex hac acollatione*, &c. Adde Mangill. *de eviction. q.* 45. *ex n.* 20. quia dum finem habemus non curamus de mediis.

Et cum caſus iſte in eiſdem terminis, & juxta præfa-
156 tas omnes circonſtantias controverteretur in hac Regali Cancellaria, per ſententiam reviſionis tranſlatam in rem judicatam, ita per peritiſſimos Senatores fuit determinatum, & creditores nempe cum effectu eſſe ſolutos, & propterea debitor noviter ab eis conventus fuit abſolutus.

Et hac tamen re judicata in favorem principalis de-
157 bitoris lata, alia orta fuit lis inter tertium poſſeſſorem rei hypothecatæ, & ipſos creditores, prætendentem rem à ſe poſſeſſam liberam ab omni pignoris nexu manere, accedente declaratione per rem judicatam in favorem debitoris eos fuiſſe cum effectu ſolutos, cum ſolutione omnis tollatur obligatio, & per conſequens ipſo jure reſolutum fuerit jus hypothecæ; nec non executoriam antea obtentam per ipſos creditores contra tertium hypothecæ poſſeſſorem, quem vel ad recog-
158 noſcendos cenſus, quibus res erat affecta, vel rem ipſam diminuendam condemnaverant, ceſſare omnino, nec in poſterum ex ea aliquid exigere poſſe tanquam prorſus indebitum, quam quæſtionem ad partes diſputantes utiliter abſolvimus, ſuprà *cap.* 1. *ex n.* 118. *cum multis ſeqq. verſ. nunc tractandum eſt de alia controverſia*, &c. hac 3. *p.* ubi uſque ad refectionem videbis.

CAPUT III.

Bona emphyteutica, & cenſualia, an corpus concurſus ingredi debeant, ut ſubhaſtentur, atque emphyteutæ creditoribus ſatisfiat, aut eis in ſolutum dentur?

Vel, an potius in pignus creditoribus aſſignanda, ut ex fructibus, vita debitoris durante, ſua credita conſequantur?

Et an dominus directi dominii, vel cenſuarius, ſive tanquam talis, ſive tanquam creditor ad concurſum comparens, ſit in prædictis creditoribus cunctis præferendus?

SUMMARIUM.

1 & 2. *Increpatur Avendanus sectans, bona emphyteutica non intrare in concursum, ab emphyteutica formatum, & per concursum ipso jure resolvatur, atque devolvatur emphyteusis, & n. 31. & 63.*

3 *Emphyteusis regulariter intelligitur concessa pro hæreditatibus, & successoribus emphyteutæ.*

4 *Emphyteusis hæreditaria venit in concursum ab emphyteuta motum.*

5 *Jus emphyteuticum subhastatur absque domini directi licentia, & n. 21.*

6 *In hujusmodi alienatione non causatur omissum, nec devolutio, & n. 10.*

7 *Emphyteutica bona in defectum licitatoris possunt æstimata in solutum dari creditoribus, salvo jure directi dominii.*

8 & 9. *Dominium utile cum melioramentis, quod debitor in emphyteusi habet, transit in emptorem.*

10 *Emphyteutici juris subhastatio pro ære alieno solvendo, vel adjudicatio, est necessaria alienatio, quæ non eget licentia domini, nec causat devolutionem, n. 13.*

11 *Emphyteusis hæreditaria sicut potest transire ad extraneos; ita etiam subhastari pro solvendis creditoribus.*

12 *Datio in solutum voluntaria non permittitur emphyteutæ absque pœna commissi.*

13 14. & 15. *Caldas Pereira adducitur.*

16 *Florez de Mena adducitur.*

17 *Emphyteusis hæreditaria potest pignori obligare, & in generali bonorum obligatione venit absque licentia domini directi.*

18 *Obligatio ista durat, durante jure debitoris, quo finito resolvitur.*

19 *Census imponi potest super rebus emphyteuticariis, salvo jure domini directi.*

20 *Emphyteutica res venit sub appellatione bonorum, in generali bonorum obligatione.*

21 *Emphyteutica bona possunt subhastari absque domini licentia.*

22 & 23. *Non possunt tamen tradi licitatori, nisi prius requisitio domino, an velit pro tanto bona recipere.*

24 *In alienatione necessaria dominus directus præfertur licitatoribus.*

25 *L. fin. de jur. emphyt. & l. fin. tit. 8. part. 5. expenduntur, ibid.*

26 *Subhastatio, vel adjudicatio rei emphyteuticæ non transfert in licitatorem plus juris, quàm apud debitorem erat.*

27 *Dominus directi dominii non tenetur emptorem admittere ultra jus, quod erat apud venditorem.*

28 *Emphyteusis alienatio cum consensu domini an nova sit emphyteusis in persona emptoris, ita, ut eum dominus teneatur investire pro tribus propriis generationibus; affirmat Corbulus.*

29 & 30. *Voces, & generationes emphyteutæ alienantis, cum consensu domini attenduntur, nec emphyteusis prorogatur ad novas, verius ruentur Caldas & alii.*

31 *Emphyteutam cædere in commissum, & bona ad dominum devolvi ob concursum peractum inter suos creditores falsum est.*

32 *Laudemium an debeatur dominio ex subhastatione rei emphyteuticæ à judice facta pro satisfactione creditorum, remissivè.*

33 *Emphyteusis concessa pro filiis, & nepotibus, non ut hæredibus, vel pro familia non potest subhastari, à judice pro solutione creditorum.*

34 *Debitor emphyteuta non est absolutè dominus dominii, sed dumtaxat ad vitam.*

35 *Emphyteuta primus non potest contrahere debita, quorum causa valeat utile dominium alienari in præjudicium successorum.*

36 *Fructus emphyteusis familiaris solum possunt adjudicari creditoribus vita debitoris durante.*

37 *Commoditatem, non jus emphyteuticum familiare alienare potest possessor, debitor emphyteuta.*

38 *Forma primitiva emphyteusis semper servanda est.*

39 *Briti sententia adducitur, in confirmationem.*

40 *Gammæ decisio adducitur, & Julii Clari.*

41 *Filius succedens in feudo, aut emphyteusi paterna non tenetur ex ea creditoribus paternis, etiamsi hæreditatem adierit cum inventario.*

42 *Laudemium non debetur, quando fructus rei emphyteuticæ adjudicantur creditoribus durante vita debitoris.*

43 *Emphyteusis non hæreditaria, empta tamen ex pecunia patris, acquirentis an saltem respectu pecuniæ possit pro solutione creditorum alienari, remissivè.*

44 *Emphyteusim pro se, filiis, & nepotibus quæsitam an acquirens possit liberè alienare, etiam in præjudicium vocatorum, remissivè.*

45 & 46. *Emphyteusis hæreditaria, quæ ultra tacitam alienationis prohibitionem, expressam habet, nequit subhastari, aut in solutum creditoribus assignari absque consensu domini.*

47 *Emphyteusis commoditas prohibitione expressa non obstante, vita debitoris durante, potest creditoribus assignari.*

48 *Fructus emphyteusis non prohibentur alienari, aut pignorari pro vita debitoris.*

49 & 50. *Idem in majoratu, & aliis dispositionibus expressam prohibitionem alienationis habentibus.*

51 *Leges Lusitaniæ circa alienationem emphyteusis pro solvendis creditoribus explicantur, remissivè.*

52 *Florez de Mena doctrina adducitur.*

53 *Melioramenta in emphyteusi facilè possunt obligari, pignorari, & alienari, requisito prius domino, an velit pro tanto.*

54 *Dominus directus omni judicationi, & alienationi præfertur pro tanto.*

55 *Censualia bona per debitorem possessa in concursus corpus ingredi debet.*

56 *Consensus reservativi bona pleno jure in censuarium transeunt, eum onere solvendi pensionem in futurum, nullo domino, apud concedentem remanente.*

57 *L. fin. C. de rerum permutatione, exornatur, &c. constitutus, de religios. domib.*

58 *Censuarius debitor potest ad libitum rem censuariam alienare absque metu commissi.*

59 *Commissum in censu reservativo ob non solutam pensionem etiam per mille annos non datur.*

60 *Alienatio, subhastatio census reservativi, cum onere pensionis transit in quemlibet.*

61 *L. fin. C. sine censu vel reliq. exornatur, & l. Imperat. C. de vectigal.*

62 *Dominus directus emphyteusis, vel censuarius comparens in concursu per debitorem formato an præferatur in re censuaria, vel emphyteutica.*

63 *Avendanus iterum increpatur.*

64 *Dominus directi dominii dupliciter potest comparare in concursu formato ab emphyteuta vel censuario, aut tanquam dominus, aut tanquam creditor.*

65 *Emphyteutica bona quando subhastantur, dominus præfertur pro eodem pretio.*

66 *Dominus rem emphyteuticam distractam ad instantiam creditorum jure prælationis recuperans liberè, & sine hypotheca devolvitur.*

67 *Pignus distractum ad instantiam creditorum liberum transit in emptorem.*

68 *Census si per viam donationis, legati, institutionis, emptionis aut ex quolibet actu voluntario emphyteusis ad dominum transeat absque creditorum consensu, quia tunc pro tempore emphyteusis onera durant.*

69 *Res emphyteutica eo casu ad dominum redit non tanquam ad dominum, nec jure dominii directi, sed tanquam ad extraneum.*

70 *Dominus*

70 *Dominus cenſus reſervativi jus prælationis in re cenſuali non habet.*

71 *Cenſuario an competat retractus, quando dominus cenſus vendit in penſionis.*

72 *Dominus directi dominii, & dominus cenſus reſervativi poſſunt concapere in concurſu tanquam domini rei jure conſolidationis, & devolutionis cauſatæ.*

73 *Emphyteuſis devoluta ad dominum libera, & ſine hypotheca, & onere interim impoſito ab emphyteuta devolvitur.*

74 *Dominus rei ratione ſui dominii præfertur in ea omnibus quibuſlibet creditoribus.*

75 *In cenſu reſervativo res non cadit in commiſſum, ſive per viam alienationis, ſive penſionis non ſolutæ etiam per mille annos.*

76 *Res cenſuaria poteſt ob pactum expreſſum cadere in commiſſum, ſicuti emphyteutica.*

77 *In re cenſuaria dominus non præfertur anterioribus creditoribus, ceſſante pacto commiſſi.*

78 *In re cenſuaria, quæ virtute pacti cecidit in commiſſum præfertur dominus, eam vendicans omnibus creditoribus, ſecus ſi per commiſſum, ad eum non fuerit devoluta.*

79 *Res cenſualis, quæ cecidit commiſſum inter bona domini judicatur, non inter bona debitoris cenſus.*

80 *Alienatio non propriè dicitur, niſi dominus plenè, & irrevocabiliter ſit tranſlatum.*

81 *In re cenſuaria, quæ in commiſſum non cadit, creditores anteriores domino cenſus præferuntur.*

82 *In re aliena, quæ reperitur inter bona debitoris dominus vindicans cunctis præfertur.*

83 *Debitor de bonis ſuis, non de alienis facere poteſt concurſum inter ſuos creditores.*

84 *L. etiam ſuperficies 16. ff. qui potior. in pignor. habeant. ponderatur.*

85 *Res cenſuaria, vel emphyteuticaria, quæ cecidit in commiſſum ad dominium devolvitur libera, & extincto jure pignorum interim impoſito.*

86 *Ad rem domino devolutam nullus creditor cum eo concurrere poteſt.*

87 *Jure principali ſublato, jus prælationis evaneſcit.*

88 *Dominus directi dominii, aut cenſuarius an penſionibus decurſis præferantur anterioribus creditoribus in ipſa re.*

89 *Domini directi dominii, vel cenſus reſervativi competit hypotheca in ipſa re pro penſionibus ſolvendis.*

90 *Et omnibus in re ipſa pro penſionibus præferuntur.*

91 *Hypotheca orta in principio acquiſitionis ipſius rei omnibus etiam anterioribus præfertur.*

92 *Dominus directi tanquam extraneus creditor comparens in concurſu pro credito ſibi debitor nullam prærogativam habet in re emphyteutica ſeu cenſuaria.*

93 *Emphyteutica res, ſeu feudataria hypothecata cum conſenſu domini, an ad eum devolvatur libera, vel an etiam poſt devolutionem duret hypotheca.*

94 *Liberam devolvi, non obſtante conſenſu, tenent plures.*

95 *Liberam non devolvi, ſed durare hypothecam poſt devolutionem legitimè ſubſequutam, ut aliquid operetur conſenſus domini probabilior, & receptior eſt opinio.*

1 IN hoc articulo incautè, & imprudenter ſe geſſit Ludovic. de Avendan. *in tract. de cenſibus, c.* 110. *n.* 10. & 11. *& in c.* 111. *ex n.* 4. ubi duas propoſitiones ineptas ſine lege, & ſine auctoritate aut juris fundamento abſolutè affirmat, prima quod bona emphyteutica non intrant in concurſum formatum per emphyteutam debitorem, cùm debitoris bona non dicantur, ſed extra ejus patrimonium ſint, ad quæ creditores ſui nullum jus prætendere poſſunt; ſecunda, quod facto per emphyteutam concurſu ipſo jure reſolvatur emphyteuticarius, ſeu cenſuarius contractus ob commiſſum, & bona liberè reverti ad dominium, & cum directo dominio conſolidari, in quibus propterea dominus in eiſdem præferatur emphyteutæ, & cenſuarii cunctis creditoribus.

Hæ abſolutæ propoſitiones ſic indigeſtè ſumptæ falſæ ſunt, & contra communem innumerabilium Doctorum aſſertionem, & regulam in contrarium affirmantium; idcircò ne hujus auctoris deſidia decipiamur, diſtinctè procedendum erit, & per concluſiones ſingulas examinandæ ſunt, & in primis quod attinet ad bona emphyteutica. 2

Prima erit, & firmiſſima concluſio quod ſi bona in emphyteuſim conceſſa fuerint pro hæredibus, & ſucceſſoribus emphyteutæ (prout ſingulariter omnis emphyteuſis conceſſa intelligitur juxta plurimos DD. laudatos, & ſequutos per Alvar. Valaſc. *de jure emphyt. quæſt.* 49. *ſub n.* 2. ante medium) in concurſum motum per emphyteutam debitorem veniunt, ſubhaſtantur, & venduntur abſque domini directi licentia, aut aſſenſus, & ex eorum pretio creditores ſatisfiunt, cum ſit alienatio neceſſaria, in qua non datur commiſſum, nec devolutio ad dominum, quia hoc caſu pro executione ſententiæ, & ſolutione creditorum iſtis inſtantibus bona emphyteutica rectè capi valent, nec non in defectum licitatoris ea poteſt Judex æſtimata dare in ſolutum. Semper tamen ſalvo jure domini directi ad penſionem conſequendam, & exigendam à quolibet tertio emptore, qui eum tenetur recognoſcere, quoniam dumtaxat ſubhaſtantiæ, & adjici poteſt ejus emphyteuticum, & illud utile dominium, quod penes ſe debitor habet, nec non melioramenta pleno jure ſibi competentia, hanc concluſionem in terminis firmarunt gloſſa, Bartol. & communiter cæteri DD. in *l. ſi finita, §. ſi de vectigalib. ff. de damno infecto*, teſtantur comunem opinionem Jaſon. *in leg. fin. num.* 113. *C. de jure emphyteut.* mirabiliter Avendan. *reſponſ.* 13. *num.* 1. poſt Bartol. & Jaſon. nec non eumdem Bartol. *in l. quemadmodum ad fin. C. de agric. & cenſ.* & Alvarot. *in cap. imperialem de prohibit. feudi alien.* per Feder. & Joannem *in lib.* 1. *de pignoribus n.* 13. Parlador. *lib.* 2. *rerum quotid. cap. fin.* 5. *part.* §. 3. *num.* 33. quem ſic generaliter loquentem ad terminos hujus concluſionis trahere debes juxta DD. à ſe allegatos. 3 4 5 6 7 8

Eandem opinionem latè probat Aurelius Corbul. *de jure emphyteut. cap.* 14. *de privat. ob alienat. limitat.* 19. *per totam, fol. mihi* 318. *& ſeq.* qui *num.* 1. ponit pro regula, quod pro ſolutione creditoris poſſunt capi bona emphyteutica, & poſſunt à judice dari in ſolutum eidem creditori emphyteutæ quoad jus debitoris, ſalvo jure domini ad canonem, laudemium, & prælationem, quia hæc venditio, ſubhaſtatio, & adjudicatio dicitur neceſſaria cum judicium reddatur in invitum, ad quam faciendam non requiritur licentia, & aſſenſus domini directi dominii, ſed potius in ea limitatur, *leg. fin. Cod. de jure emphyteut.* & propterea bona nec cadunt in commiſſum, nec fit ad directum dominium devolutio, ut per DD. *in d. l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus, ff. d. damno infecto*, & per Baldi doctrinam *in terminis in cap. imperialem in princip. nu.* 11. *de prohibita feudi alien.* per Federic. Jaſon *in dict. leg. fin. q.* 5. *num.* 113 Alciat. *conſ.* 343. *num.* 3. Afflictum *dec.* 191. *in dub.* 1. Gratum *conſ.* 333. *num.* 9. *& ſeqq. vol.* 1. qui teſtatur de communi opinione, quam ſimul amplectitur Rodoanus *de rebus Eccleſiæ de caducita. ob rei aliena. n.* 32. *verſ. emphyteuta quoque, pag.* 520. Tiraquell. *de retract. lign. §.* 1. *gloſſ.* 14. *n.* 19. Decius *conſ.* 160. *col.* 2. *verſ. & hoc ſaltem videtur habere locum*, &c. Et idem Corbul. *in n.* 2. hanc regulam declarat procedere, quando emphyteuſis eſt hæreditaria, & poteſt tranſire ad extraneos, quia tunc poteſt per judicem dari in ſolutum creditori utile dominium illud pertinens emphyteutæ debitori abſque reatu commiſſi (ſalvo jure domini) ex Saliceto in Auth. *l. qui verſ. tertio* 9 10 11

eſt videndus, **C.** *de bonis author. judic. poſſid.* & Bal. *in conſ.* 306. *verba inveſtituræ, vol.* & Alex. *d. conſ.* 343. *n.* 3. *& ſeqq. & ex n.* 3. *cum ſeqq.* pulchrè declarat ipſe
12 colluſus poſt plurimos allegat hanc regulam minimè procedere in datione in ſolutum voluntariè facta per emphyteutam creditori extra judicium cum hoc caſu ſit venditio, & alienatio voluntaria ſibi à jure prohibita abſque aſſenſu domini directi, quo caſu res cadit in commiſſum, & ad dominum devolvitur, & directo dominio conſolidatur.

13 Hanc eandem ſententiam ampliſſimè proſequitur Caldas Pereira *de extinct. emphyteuſis, cap.* 6. *ex n.* 3. *cum multis ſeqq.* dicens *quod in alienatione rei emphyteuticalis facto per judicem pro ſatisfactione creditorum emphyteutæ non habet locum, l. fin. C. de jure emphyteut.* qui cum ſit alienatio coacta, & neceſſaria non requirit conſenſum, & licentiam domini ex Avend. *reſponſ.* 1. Jaſon & Afflicto *qu.* 191. *n.* 1. Decio *conſ.* 160. *col.* 1. *ad finem.* Roman. *conſ.* 280. Alexand. *conſ.* 215. *colum.* 2. Socin. *conſ.* 8. *col. fin. vol.* 4. Jaſon *in l. ſi unus*, §. *pactus ne peteret, num.* 29. *ff. de pactiſ.* Bruno *conſ.* 44. *col.* 3. *dub.* 3. Aymon *conſ.* 115. *col.* 1. *in fine*, ex celebri doctrina Baldi *in cap.* 1. *col.* 3. *de prohib. feud. alien.* Feder. Jaſon. *in l. cætera*, §. *ſed ſi paraverit, n.* 10. *ff. de legatis* 1. Caſſaneo *conſ.* 11. *n.* 79. Capicius *qu.* 99. *col.* 2. Roland. à Valle *conſ.* 21. *n.* 17. *vol.* 1. & Cagnol. *in l.* 2. *qu.* 88. *n.* 243. *Cod. de pact. exempt. & vend.* & ex Pinello *in l.* 2. *C. de reſcind. vend.* 2. *part. cap.* 3. *num.* 42. & poſt plures alios Doctores, in diſcurſu per eundem Pereira adductos omninò videndus, qui iterum *num.* 14. ita ait, *ego autem ut à calumnia legiſlatorem defendam adverto bona emphyteutica pro executione ſententiæ capi, vendi, & alienari rectè poſſe ut creditoribus ſatisfiat*, quod placuit Bart. & aliis, *in l. ſi finita*, §. *ſi vectigalibus, ff. de damno infecto*, ubi Alexand. *n.* 18. Jaſon *in l. fin. n.* 13. Ripa *in l.* 1. *ff. de pignorib.* Petrus Avend. *reſponſo* 13. *n.* 1. *quid in emphyteuſi ſimpliciter conceſſa, & pro hæredibus data obtinet, quoniam iis nocere emphyteuta poteſt*, &c.

14 Idem Pereira pluchrè etiam in id ipſum affirmat *in tract. de extinct. emphyt. c.* 14. *ex n.* 10. dicens quod bona emphyteutica, aut locata in cenſum pro debito ſubhaſtari, & licitatore addici poſſe plus offerenti, quæ cum penſione, & onere reali quibus ſunt obnoxia in emptorem tranſibunt ſi alia bona patrimonialia condemnato non ſuperſint, in quibus executio fieri poſſit quo integra ſolutio creditori, qui ſententiam obtinuit, fiat; & pro hoc ultimo conducit quod aliis probat Corbulus *de jur. emphyteut. cap.* 14. *de probat. ob alien. limit.* 19. *n.* 6. *fol.* 331.

15 Et iterum ipſe Pereira *in tract. de poteſt. agendi. cap.* 1. *ex n.* 58. ubi rectè inquit, quod quando per viam executionis ſententiæ judex creditori emphyteuſim adjudicat, ipſe creditor vel licitator debet eſſe perſona non prohibita à lege, vel pacto, ſed habilis ex Grato *conſ.* 133. *n.* 10. & 11. atque Signorol. Tiraq. Greg. Lopez, & aliis quod ſingulariter limita, *n.* 59.

16 Et pro hac concluſione quod emphyteuſis conceſſa pro ſe, & hæredibus poteſt capi, & executio fieri in ea pro ſatisfactione creditorum emphyteutæ abſque licentia, aut aſſenſu domini directi innumerabiles penè DD. congerit Florez Dias de Mena *in additionibus ad deciſ.* 35. *Gammæ nu.* 1. ſequitur etiam, licet obiter, Noguerol. *alleg.* 37. *ſub num.* 39. ubi ad idem allegat Rotam *deciſ.* 381. *ex nu.* 16. *cum pluribus ſeqq. tom.* 1. *in recent. edit. anno* 1636. latiſſimè videndus eſt poſt alios Doctores Brito *de locato in repetit. cap. potuit, cap.* 3. *ex n.* 18. *& ſeqq.*

17 Concluſio hæc ex eo comprobatur, quod emphyteuſis hæreditaria poteſt liberè per emphyteutam pignorari, & obligari, & venit in generali bonorum obligatione abſque licentia directi domini, & abſque metu caducitatis, quæ hypotheca, & obligatio durat, dumtaxat durante jure debitoris, quo reſoluto, ſive 18
per generationem finitam, ſive per caducitatem, pariter reſolvitur jus hypothecæ, & emphyteutica bona ad dominum directum devolvuntur libera, & abſque aliquo onere impoſito per emphyteutam; pro hac vera reſolutione innumerabiles penè Doctores, allegant Corbulus *de jure emphyt. cap.* 14. *de cauſa probationis ob alienat. limitat.* 33. *fol. mihi* 348. Julius Clarus *recepta ſentent. lib.* 4. §. *emphyteuſis, q.* 18. *& pl.* 29. *tit.* 8. *p.* 5. & alios plures firmat Garcia *de expenſ. & meliorat. cap.* 6. *num.* 21. latiſſimè Felicianus *de cenſibus, tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 5. *ex n.* 15. *cum ſeqq.* allegans ad id *d. l.* 29. *& l. lex vectigali, ff. de pignor. & l. tutor.* §. *ult. ff. de pignorat. action.* Rodriguez *de annuis red. lib.* 1. *qu.* 3. *num.* 7. *per tres columnas*, quam plurimos DD. in 19
comprobationem congerit Barb. *c. ad c. potuit de locato*, 26
num. 81. Gratianus *diſceptat. forenſ. cap.* 8. *num.* 40. abundè poſt plurimos Doctores, & Rotæ deciſionum allegationem rem hanc differit, & reſolvit Cencius *de cenſib. qu.* 22. *per tot.* qui tres ultimi multis aliis laudatis, probant cenſum abſque domini licentia imponi poſſe per emphyteutam ſuper bonis emphyteuticis ſuo jure durante, & ſalvo jure domini directi, & quod res emphyteutica veniat ſub appellatione bonorum, & in 20
generali bonorum obligatione, ex pluribus obſervat 27
Cardoſo *in praxi jud. verb. emphyteuſi, n.* 16. Sed an ex conſenſu domini ſuper obligatione duret hypotheca poſt emphyteuſim devolutam; vide inferius ad calcem hujus cap.

28

Ergo eadem bona amphyteutica rectè poterunt ſub- 21
haſtari pro ſatisfactione creditorum abſque domini licentia prout ex quamplurimorum reſolutione, ſic argumentatur de pignore, & obligatione ſpeciali aut generali, ad ſubhaſtationem in jure emphyteutico Florez de Mena *in addit. ad dec.* 35. *Gammæ ad num.* 1. *optima deciſ.* 226. *per totam.* Vincent. de Franchis, ubi 22
multa cumulat; notandum tamen quod licet jus emphyteut. & meliorationes factæ per debitorem poſſint per judicem ſine licentia domini ſubhaſtari, in ſolutum dari creditoribus, licitatori tamen, vel creditori tradi 29
non poſſunt niſi prius requiſito domino, an velit pro tanto bona ipſa recipere, & pro ſe habere, cum in hujuſmodi alienatione neceſſaria ſemper jus domini maneat intactum, & illæſum qui in hac alienatione præ- 23
fertur omnibus emptoribus, & licitatoribus, juxta *l. fin. C. de jure emphyteut. & 29. tit.* 8. *part.* 5. notarunt 30
rectè Alexander in Apoſtilla ad Bartolum *in l. finita*, §. *ſi de vectigalibus, verb. in feudatario, ff. de damno infecto.* Avend. *reſponſo* 13. *ſub n.* 3. *verſ. advertendum tamen, & ſub num.* 4. *verſic. & ſicut donante emphyteuta*, ut ponderat *l. fin. tit.* 8. *part.* 5. in illis verbis: *Tenudo es el ſeñor de la coſa de recebir en ella aquel aquien la vende*, & ibi, *è de otorga ſola faciendo en de carta de nuevo*, & Salicet. *in Auth. ei, verſ. tertiò eſt videndi, C. de bonis authorit. judicis poſſid.* Bald. *conſ.* 306. *verb. inveſtituræ. vol.* 1. quos refert & ſequitur Alexand. *conſ.* 343. *n.* 3. Corbulus *de jur. emphyteut. cap.* 4. *limit.* 19. *ſub. n.* 2. Florez de Mena *in additionib. ad ſeſſ.* 35. *Gammæ ſub n.* 1. Pereira *de extinctione emphyteut. cap.* 6. *ex num.* 12. *cum ſeqq. & ex num.* 15. *& ſeqq.* copiosè per de Fran- 24
chis *deciſ.* 226. *per totam*, & ibi Additionatores, & meliùs ipſe Caldas *de extinct. emphyt. cap.* 14. *ſub num.* 40. Ubi quòd ſit denuntiandus dominus tempore additionis, an fortè ipſe velit tantumdem offerat, dicens fuiſſe ſententiam gl. & Bartolus *in d.* §. *ſi de vectigalibus*, & communem ex Jaſon *in l. fin. C. de jur. emphyt. nu.* 113. Ripa *in l.* 1. *ff. de pign. nu.* 13. Bart. *in l. quemadmodum, ad fin. C. de agric. & cenſ. lib.* 11. Baldus & alii *in cap.* 1. *de prohibitione feudi*, & alii per Federic. & ex plurimis idem probat Brito *de locato ad repetitionem cap. potuit*, §. 5. *ſub. num.* 18. *& num.* 19. *verſ. infrà nu.* 54. 31

Et juxta hos terminos intelliges Doctores citatos 25
ab

ab Auguſt. Barb. *in cap. potuit, de locato, n.* 58. quos perperam contrarios cenſent, nempe Avendan. & Pereira *de extinctione, c. 6. num.* 15. & 16. dicentes, alienationem neceſſariam, ſit ex mandato judicis non faciendam irrequiſito domino directi dominii, necnon Barboſa *in. l. uſufructu, n.* 20. *ff. ſoluto matrim.* & Rodrig. *de redditib. lib.* 1. *qu.* 15. *num.* 81. directum dominium non requirendum affirmantes, ut iſti loquuntur in ipſa ſubhaſtatione, in qua licentia, & aſſenſus domini non requiritur, ea tamen facta & licitatore admiſſo, rei emphyteuticariæ traditio fieri debet prius requiſito domino, an pro tanto eam velit, & hoc caſu procedunt Doctores, Avendan. & Pereira, quos jam annotavimus hoc modo loquentes.

26 Unum tamen notabile in hac materia alienationis & ſubhaſtationis rei emphyteuticæ advertere debes, quod in tertium emptorem ſubhaſta licitantem nec in creditorem, cui à judice rei emphyteuticæ datur in ſolutum, non plus juris tranſeat, quàm apud emphyteutam debitorum erat, ita ut ſi erat ultima vox, & perſona, & in emptorem non tranſit plùs juris; quoniam attenduntur linea, & voces debitoris emphyteutæ, non verò perſona mentis, hæc etenim alienatio fit abſque
27 licentia, & aſſenſu domini directi abſque tamen juris ſui læſione, & præjudicio, qui non tenetur emptorem admittere ultra jus, quod erat apud venditorem in quo omnes Doctores citandi conveniunt.

28 Nam licèt inter eos magna ſit diſcordia, an facta alienatione ex domini conſenſu, nova ſit emphyteuſis, & ejus emptoris, ita ut dominus eum debeat inveſtire pro aliis tribus vocibus, & perſonis, & non debeat attendi jus, & linea emphyteutæ venditoris, ſed emptoris cum domini conſenſu, prout affirmat Corbulus *de jure emphyteut. cap.* 12. *de devolutione ob lineam finitam, ex n.* 78. *cum ſeqq. fol. mihi* 165. & iterum *cap.* 14. *de privat. ob alienationem limit.* 44. *in q.* 1. *per totam, fol. mihi* 462. *verſ. in cap.* 15. *de cauſa probationis ob non ſolut. canon. ampliat.* 20. *fol.* 448.

29 Tamen rectius quæſtionem ad partes latè diſputans contrarium verius reſolvit Pereira *de extinctione emphyteut. cap.* 11. *ex num.* 33. *cum multis ſeqq.* ut adhibito conſenſu domini natura emphyteuſis non mutetur in tempore, vel generationibus aut vocibus; ſed ſemper attendendum eſſe perſonam, & lineam vendentis, non verò mentis, in quem plus juris non transfertur,
30 quàm habebat, & habere poterat vendens, ita ut dominus per conſenſum à ſe præſtitum non intelligatur emphyteuſim prorogare; nec in aliquo alterare, ſed ſemper jus emptoris regulandum à jure venditoris, & eodem modo finiri apud emptorem, quo finiretur re exiſtente penes emptorem; quæ opinio longè verior mihi videtur: adhuc tamen utriuſque opinionis Doctores non dubitant attendendum eſſe jus debitoris, quando abſque domini aſſenſu facta fuit venditio, qui Doctores contrariæ opinionis minus rectè attribuunt extenſionem, & prorogationem emphyteuſis, ut operetur ultra intentionem domini, quæ ſola fuit adhibendo conſenſum, ut ejus interventu excludatur & evitetur commiſſum, pro quo evitando, *l. fin. C. de jur. emphyt. & cap. potuit, de locato*, conſenſum domini deſiderat, & ſatis eſt ut in hoc operetur, & dominus præjudicetur in jure ſuo devolutionis, & conſolationis quam cauſaret alienatio conſenſu domini deficiente, prout latè proſequitur Pereira *loco citato*, quam ulterius, *verſ. notanter declarantem hunc articulum, in tract. de renovat. emphyt. qu.* 7. *num.* 7. quibus in locis plures Doctores allegat, idem poſt alios tenet Brito *de locato, in rubrica*, §. 1. *nu.* 39. & 40.

31 Ex hactenus prælibatis facilè cognoſces, quàm miſere lapſus fuerit Lud. de Avend. *in tract. de cenſib. d. cap.* 110. *ex num.* 10 & *c.* 111. & *num.* 4. cujus mentionem fecimus ad principium hujus c. dum ineptè firmavit, *bona emphyteutica in concurſum ab emphyteuta per actum inter ſuos creditores non venire & per concurſum creditorum à ſe factum extingui emphyteuſim, & devolvi ad dominum directum in cujus bonis hunc propterea præferendum eſſe quibus libet creditoribus*: quæ omnia falſa ſunt ex jam comprobatis, quod imò non expectata licentia domini, & per conſequens nec in his præferendum dominium ex ſuo domino, tanquam conſolidato, ut perperam putabat. Avend. *ipſe in locis citatis*, licet verum ſit dominium præferre cuilibet emptori pro eodem pretio oblato, non aliàs, ut diximus ſuprà *n.* 22. 24. & infrà *n.* 54.

Sed an ex hac ſubhaſtatione per judicem facta, rei 32
emphyteuticæ tanquam neceſſaria pro ſatisfactione creditorum concurrentium, quemadmodum domini, non expectatur licentia & aſſenſus; ita pariter denegetur ei laudemium; non convenit inter Doctores, latè tractant Avend. *d. reſponſo* 13. *per totum*, Caldas *de extinct. emphyteuſis, cap.* 6. *ex n.* 3. *cum multis ſeqq.* Flores de Mena *in addit. ad Gammam d. deciſ.* 5. *ſub. n.* 1. Corbulus *de jur. emphyt. c.* 14. *de privat. ob alienat. limit. jam ſub n.* 2. & optimè quàm plures allegans Brito *de locato, in repet. cap. potuit.* §. 5. *ex n.* 3.

Secunda ſit concluſio: ſi emphyteuſis conceſſa fue- 33
rit non ſimpliciter pro hæredibus, ſed ſolùm pro filiis, & nepotibus, ſcilicet, filiis, ut filiis licet non hæredibus, vel aliter ſit conceſſa pro familia; tunc jus ipſum emphyteuticum, & utile dominium, non poteſt capi, nec ſubhaſtari, nec diſtrahi, à judice pro ſatisfactione creditorum, cum debitor emphyteuta non ſit abſolute do- 34
minus utilis emphyteuſis; ſed ad vitam ſuam dumtaxat, & quilibet vocatus capit ab inveſtitura, & non à primo acquirente. Et ideo in præjudicium ſucceſſorum jus em- 35
phyteuticum non poteſt ſubhaſtari, nec ad extraneos pervenire, nec primus emphyteuta potuit contrahere debita quorum cauſa, & occaſione valeat proprietas emphyteutica, hoc eſt ipſum utile dominium alienari in damnum, & præjudicium ſucceſſorum; licèt in emphyteutæ ſolius præjudicium ſit; & ideò ſolummodo pote- 36
runt fructus emphyteuſis adjudicari creditoribus, ut ex eiſdem ſua credita exigant, vel in pignus bona ipſa eiſdem conſignari; ut ex fructibus ſatisfiant creditores durante vita debitoris dumtaxat; ut poterunt, & ſit jus ipſum non, ſed dumtaxat commoditas, quæ pleno 37
jure pertinet, emphyteutæ poſſeſſori, & debitori alienari liberè poteſt ejus vita durante; nam eo mortuo proprietas emphyteuſis, & ſic jus ipſum emphyteuticum, & utile dominium remanens ſemper integrum, penes debitorum tranſibit in ſucceſſorem ſecundum primitivam naturam emphyteuſis, cujus forma ſervanda erit.
Sic in terminis probant Boërius *in deciſ. ſeu q.* 263. Al- 38
varotus *in cap. Imperialem, n.* 16. *de prohib. feud alien. per Feder.* Avend. *reſp.* 13. *ſub. n.* 1. *verſ. ſecunda concluſio, ex communi omnium ſententia ſequuta.* Bart. *in l. quod dicitur, ff. de verb. oblig.* ubi omnes deduxit Flores de Mena *in addit. ad deciſ.* 2. *Gammæ ſub n.* 1. & ex Bart. *n.* 8. Alexand. *n.* 17. Caſtrenſ. *nu.* 6. *in d.* §. *ſi de vectigalibus, l. ſi finita, ff. de damno infecto.* Alexand. *concluſ.* 124. *ſub n.* 9. *volum.* 4. & ex aliis pluribus congeſtis à Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 7. *nu.* 49. quos referens ſequitur Corbulus *de jure emphyt. cap.* 14. *de privat. ob alienat. limit.* 19. *n.* 2. & *n.* 6. & *cum Gamma, d. deciſ.* 5. & Corbulo, nec non Rotæ *deciſ.* 381. *ex n.* 26. *cum pluribus ſeqq.* Innocent. *edit. anno* 1636. tenet Noguerol. *alleg.* 37. *n.* 99. qui ex aliis ſimilibus comprobat *ex n.* 34. de quibus & de pluribus aliis latius videbis inferius optimè etiam, & latè tradit Brito *de locato in repetitione c. potuit*, §. 3. *ex n.* 18. & *ſeqq. qui, n.* 20. ita ait: Tertia declaratio eſt (ut talis alienatio, au- 39
thoritate judicis facta,) debeat præjudicium generare ſolum ipſimet emphyteutæ, dum vivit ac ejus hæredibus quando hæreditaria exiſtit. Si verò ſecus dicendum quando conceditur cum pacto de providentia, nempe pro ſe filiis ac cæteris deſcendentibus ſeu nomine

familiæ, vel pro se, uxore ac filio ex utroque nascituro, nec posset tunc fieri alienatio emphyteusis, quoad dominium, & proprietatem, sed quoad fructus, & commoditatem, tantummodo interim, dum vivit ipsemet emphyt. ut contra gloss. *in l. si finita*, §. *de vectigal. ff. de damno infecto*, tenent Doctores ferè omnes, ut testatur Tiraquell. *de retract. lignag. d. gloss.* 7. §. 1. *n.* 47. per text. *in ultim.* §. *fin autem*, *C. commun. de legatis.* Bald. *in authent. si qui jurat. C. de bonis author. jud. possid. col.* 5. *vers. quæro nunquid.* Palat. Rub. *in repet. titione cap. per vestras.* §. 38. *num.* 8. Alexand. *in dict.* §. *si de vectigal.* & sequitur Gamma *decis.* 5. *n.* 8. *&c.* 40 & latiùs prosequitur comprobans, hac 3. *part. cap. penult. per totum*; & conducit quæstio singularis agitata per Jul. Clarum *receptar. lib.* 4. *feudum. qu.* 43. ubi re- 41 solvit, quod filius succedens in feudo, aut emphyteusi non hæreditaria, sed paterna, non tenetur creditoribus patris sui, etiamsi ejus hæreditatem adierit cum beneficio tamen legis, & inventarii; quia non tenetur ultra vires hæreditatis patris creditoribus satisfacere, etsi feudum seu emphyteusis paterna ex pacto, & providentia libera sibi remanet, quia non capit à patre, sed à domino concedente ex ipso pacto, & providentia, & vide, quæ Flores de Mena ad Gammam 42 *decis.* 5. *n.* 5. quo casu non deberi laudemium domino; quia cum non alienetur jus emphyteuticum, & utile dominium: sed tantummodo fructus & commoditates debitori pertinentes sua vita durante alienentur, non potest in hac alienatione verificari dispositio *leg. fin. C. de jure emphyteut.* loquentis de utili dominio alienato & vendito, ita cum Afflicto observat Avend. *resp.* 13. *sub n.* 1. *vers. tertia conclusio declarativa.*

43 Sed quid dicendum, in emphyteusi non hæreditaria, sed pro se filiis, & nepotibus, quæ tamen empta fuit ex pecunia patris acquirentis an saltem quoad pecuniam, possit alienari seu capi pro satisfactione creditorum acquirentis, vide pro utraque parte plurimos Doctores relatos per Flores de Mena *in additio.* ad Gammam *d. decis. sub nu.* 1. *col.* 3. *ad medium*, & Barbosa statim citand. & an ipse primus acquisitor, pro se, 44 filiis, & nepotibus, & sic emphyteusim non hæreditariam possit liberè eam alienare, & de ea disponere in præjudicium vocatorum, vide latissimè Maresc otum *var. resol. lib.* 15. 24. *per totum*; quam plurimos Doctores per regulam, & limitationes videbis apud Barbosam *in cap. potuit, ex n.* 153. *cum seqq. de locato.* quos consule pro articuli resolutione, & latissimè etiam per Britum *in tit. de locato, in repetitione c. potuit*, §. 3. *per tot.*

45 Tertia conclusio similis est, quoad effectum proximè præcedenti, quando in emphyteusi hæreditaria, ultra tacitam prohibitionem inductam ex *l.* 2. *C. de jure emphyt. & cap. potuit, de locato*, adest expressa prohibitio alienationis pignoris, & obligationis jus emphyteuticum, & utile dominium debitoris non potest pro satisfaciendis creditoribus vendi aut subhastari, nec eisdem in solutum à Judice dari, absque domini consensu; cujus jus per pactum expressum quæsitum, omnino præservatum remanet, ita ex Ripa *in l.* 1. *n.* 13. *ff. de pignor.* tenet Petrus de Avend. *respons.* 13. *n.* 2. & 3. & alii protinus allegandi.

46 Nam quemadmodum existente in contractu emphyteutico, expressa alienandi seu obligandi prohibitione pignoratio & obligatio, sicut & alienatio invalida est, ut ex plurimis probant Gratian. *disceptatio. forens. tom.* 5. *cap.* 907. *nu.* 9. Cencius *de censib. q.* 2. *n.* 6. *cum seqq.* ita pariter jus ipsum emphyteuticum, & utile debitoris dominium per judicem subhastari, pro solvendis creditoribus, nec isti in solutum dari poterit absque domini consensu.

47 Adhuc tamen expressa prohibitione non obstante, potest commoditas emphyteutæ debitori pertinens sua 48 vita durante per judicem creditoribus consignari, quia commoditas hæc, & fructus nullo modo prohibentur alienari, & pignori tacitè aut expressè dare emphyteutam, nec intelligitur comprehensa in prohibitione alienationis sua vita durante, sic ex pluribus Doctoribus, & Rotæ decisionibus, pulchrè probat Cencius *in tract. de censibus, quæst.* 22. *num.* 10. *vers. secunda verò afferri.* Gratianus *tom.* 5. *cap.* 916. *num.* 24. Tiraquell. *de retract. lignagier.* §. 1. *gloss.* 7. *num.* 4. Gratus *consil.* 22. *num.* 3. *lib.* 1. latissimè Pereira *de extinctione emphyteut. cap.* 5. *ex num* 13. *cum seq.* & superiùs vide etiam quæ latè optimè per Rodoanum *de rebus Ecclesiæ non alienand. quæst.* 79. *cap.* 9. *ex num.* 20. *& ex nu.* 59. Franc. Milanens. *decisione Siciliæ* 7. *num.* 50. *lib.* 2. Menoch. *lib.* 2. *de arbitrar. casu* 560. *num.* 10. Rosental. *de feudis, concl.* 15. *n.* 7. D. Valenz. Velas. *tom.* 1. *cons.* 56. *n.* 8. *& ex n.* 13.

Hoc idem procedit absque difficultate in majoratu, 49 fideicommisso, & aliis dispositionibus, in quibus adest expressa bonorum prohibitio alienationis, ut capi, & subhastari possint proventus, fructus, & commoditates ex ipsis bonis prohibitis pertinentes possessori pro executione creditorum, & in eisdem fructibus cadit pignus & obligatio, nec non census creatio, prout abundè diximus infrà *cap.* 15. *per totum.*

Et in nostris terminis, quando in contractu emphy- 50 teutico adest expressa alienandi prohibitio, ut nihilominus quoad fructus & commoditatem pertinentem debitori sua vita durante, possit per judicem fieri consignatio creditoribus, ut ex ea credita sua exigant. Probat post alios Pereira *de extinctione emphyt. cap.* 14. *sub n.* 40. *in hæc*: Et Avendan. respons. 13. in princip. qui *n.* 4. hanc traditionem limitat, quando in contractu emphyteutico fuit apposita clausula, quod emphyteusis nequeat alienari, quoniam tunc domino refragante nec vendi, nec obligari pro debito emphyteutæ, nec in ea pignus prætorium aut judiciale constitui potest, citat Salicetum in *Authentica ei qui*, *C. de bonis author. judic. possid. n.* 46. cujus etiam auctoritatem sequutus probat idem Ripa *in l.* 1. *ff. de pignoribus, nu.* 13. id enim operatur in concessione dominica expressa prohibitio alienationis, quamobrem quod hic sanè sit legislator, vendi emphyteusim, posse & alienari ex Judicis præcepto & auctoritate pro dissolvendo ære alieno utique intelligendum est, quando simpliciter emphyteusis fuit concessa non adjecta clausula, quod emphyteusis alienari non possit. Quo casu etsi clausula à *l. fin. C. de jure emphyt.* adjecta, quia tamen mitius agitur cum lege quàm cum homine, distrahi nihilominus res ipsa potest auctoritate. Prætoris sententiam exequentis in favorem creditoris latam, &c. Sequitur & facit: Potest tamen Jasonis sententia defendi, ubi emphyteusis commoditas tantùm pro solvendis debitis alienabitur, ut jam supra annotavimus cap. 5. n. 14. & videtur agnovisse Bald. *in l. finita*, §. *si de vectigalib. n.* 7. & ibi Alexand. *n.* 17. *ff. de damno infecto*, intelligentes fructus, seu eorum commoditates tantum debitoris emphyteutæ pro tempore vitæ suæ posse alienari, non ipsam emphyteusim, quod etiam probat Avend. *respons.* 13. *n.* 2. & 5. ne filiis, aut domino directo aliquod préjudicium inferatur, quod & Alciatus *responso* 343. comprobat. Et in emphyteusi Ecclesiastica, quæ ad extraneos nequit transire, & consequenter nec ad creditores, quoniam & hoc casu solum fructus possunt alienari, non ipsa emphyteusis, &c. Videndus etiam ipse Caldas *de extinctione emphyt. cap.* 6. *ex num.* 13. ubi latissimè agit de in- 51 tellectu legum Lusitaniæ expressè permittentium alienationem necessariam auctoritate Judicis, pro solvendis creditoribus emphyteutæ, etiam in contractu emphyteutico adsit expressa alienandi prohibitio.

Hanc eandem doctrinam sequitur ex plurimis Doc- 52 toribus Florez Diaz de Mena *in addition. ad Gammam, decis.* 5. *ad num.* 1. ibi, *Si tamen in ea probabilis esset alienatio, saltem sine domini licentia; tunc sola commoditas capi potest, & ita procedunt quæ Jason, Bursatus, Gamma*

Gamma & alii ubi suprà dicunt. Et quæ notantur in dicto §. si de vectigalibus, & in dicto §. divi argumento text. *in l. fin C. de prohibita rerum alienatione*, &c. & paulò inferiùs ibi, *Sed ut dixi, quando est prohibita alienatio; idem est de alienatione voluntaria, & necessaria ultra tempus vitæ emphyteut. & quando non est prohibita, possunt dari in solutum in forma dicta*, &c. & iterum *sub n. 5. ad finem.*

53 Quarta conclusio sit respectu melioramentorum, quæ debitor fecit in rebus emphyteuticis; nam cum hæ propriæ sint ipsius regulariter pleno jure, eorum respectu libera conceditur debitori emphyteutæ pignoratio, obligatio, & alienatio, quia proprium patrimonium judicatur, atque ideo in obligatione generali veniunt, dummodo prius requiratur dominus, an 54 pro tanto velit, qui omni adjudicationi, & alienationi præfertur pro eodem pretio ex his, quæ post plurimos Doctores firmat Flores de Mena *in addition. ad Gammam, decisione* 5. *à num.* 4. *& à num.* 5. *& ad decisionem* 4. *num.* 3. latissimè etiam per Cencium *de censibus, quæst.* 22. *ex nu.* 15. *& quæst.* 21. *nu.* 16. *& quæst.* 19. *num.* 37. plures alios citavimus suprà *ex num.* 22. *cum seq.*

55 Ad secundam partem hujus capitis deveniamus; an scilicet, bona censualia possessa per debitorem in concursus corpus, inter cætera bona libera ingredi debeant, ut ex eis subhastandis creditores debitoris censuarii satisfieri valeant; quam difficultatem brevibus affirmativè resolvam, & aliter de eisdem bonis censualibus judicandum, quod de bonis emphyteuti- 56 cis hactenus scripsimus, hujus contractus censualis natura attenta, in quo procul dubio bona dantur censuario cum reservatione annuæ pensionis in futurum solvendæ, & in censuarium utrumque dominium utile, & directum, possessioque civilis, & naturalis omnino transfertur; ita ut verus & perfectus rei censualis dominus efficiatur, nihilque juris seu commoditatis præter jus percipiendi annuam pensionem conventam in futurum apud concedentem rem in censum reservativum remaneat ad differentiam contractus em- 57 phyteutici. Sic per *leg. fin. Cod. de rerum permutatione*, & *cap. constitutus, de religiosis domibus*, Affirmarunt Abbas & cæteri *in dicto cap. constitutus*, Socinus *consil.* 208. *num.* 5. *lib.* 2. *& consil.* 167. *num.* 6. *eod. lib.* Decius *consil.* 164. *col.* 3. Alexander *cons.* 14. *num.* 8. *lib.* 2. dicit communem sententiam Jason, *in leg.* 1. *n.* 28. *C. de jure emphyteut.* Rebuffus 2. *tom. commentariorum, tit. de constitutione reditus, gloss.* 17. Cassaneus *in consuetud. Burgund. rubr.* 11. *in principio*, Gregorius Lopez *in leg.* 10 *tit.* 30. §. 5. Jul. Clarus *receptar. sentent. lib.* 4. §. *emphyteut. quæst.* 1. *in principio*, Sotus *lib.* 6. *de justitia, & jure, quæst.* 5. *art.* 1. Joan. Lupus *in commentariis de usuris, comment.* 2. *circa l.* 2. *de pactis interempto.* §. 2. *n.* 57. Gomez *in l.* 68. *Tauri, n.* 2. & 3. ubi Palat. Rub. *num.* 2. Castill. *verb. cens.* Matienz. *in l.* 1. *titul.* 15. *lib.* 1. *recop. gloss.* 1. Menoch. *consil.* 291. *n.* 5. *cum seqq. lib.* 3. *& in tract. de præsump.* 1. *p. præs.* 160. *ferè per tot.* Alvar Valasc. *de jure emphyt. quæst.* 23. *n.* 7. *cum seqq. & n.* 27. *cum seqq. & per tot.* quem plenè etiam per Lud. Avendan. *de censibus, cap.* 13. *per totum*, omnino videndus.

58 Igitur cum debitor sit dominus rei censualis, & in suo sit patrimonio, eam potest ad libitum alienare, & in pignus, seu hypothecam dare, & sub generali obligatione suorum bonorum comprehendere, & in solu- 59 tum clarè absque metu commissi, quod non admittitur in censu reservativo, etiamsi per mille annos pensionem non solvat, aut si alienet rem, nec alio modo, ut inferius probabitur, & per consequens multo magis 60 inter cætera ejus bona concursus subhastari per judicem, vel adjudicare creditoribus salvo jure domini, concedentis ad suam reservatam pensionem, cum qua inevitabiliter res transit in quemcumque licitatorem, aut emptorem, seu creditorem, ex *l. fin. C. sine censu, vel* 61 *reliquis, l. Imperatores, C. de vectigali & commissis*, prout in terminis etiam agnovit Avend. *de censib c.* 3. *n.* 10. *in fin.* ibi, *ultimo considerabam, quod cum dominium rei censualis transferatur in censuarium de cujus bonis formatur concursus; poterit ad creditores anteriores res censuales transire, cum onere pensionis reservata, quo casu omnibus provideretur & creditoribus & domino census*, &c. in quo quidem nulla versatur dubitandi ratio.

Quoad ultimam *nostri cap. partem*, an & quando do- 62 minus emphyteusis vel censuarius comparens in concursu creditorum formato per debitorem emphyteutam, vel censuarium sit in re omnibus emphyteutica, vel censuaria præferendus invenio Avend. *de censib c.* 3. ita confusè, æquivocè, & imperitè loqui, ut quid 63 certum sit de jure vix percipi valeat; constituit enim regulam universalem, dominum directi dominii, necnon dominum census reservativi, pro re emphyteutica, aut censuali præferendum omnibus creditoribus, eo quod per concursum inter suos formatum ab emphyteutica, aut censuario resolvitur contractus emphyteuticus, aut censuarius. Et ideo hujusmodi bona non subigendi concursum hanc regulam generalem & absolutam comprobat ex casu quodam speciali, & particulari, quando scilicet, res cadunt in commissum, eo quod emphyteuta, & censuarius effectus non solvendo non possit pensionem præstare, & alia hujus generis imperitè involvit, quæ nec juris regulis, nec Doctorum sententiis congruunt, sed penitus opitulantur, prout adnotavimus hactenus per totum discursum hujus cap.

Sed ut cum claritate procedamus in tam utili, & fre- 64 quenti articulo, plures casus distinguendi sunt; aut enim ad judicium concursus dominus directus, seu dominus census reservativi comparet tanquam talis, & jure directi dominii, & census reservati, comparet tanquam creditor eo modo quo cæteri creditores.

Primo casu dominus directi dominii, tanquam talis 65 potest tripliciter comparere pro avocanda re emphyteutica, ut in ea præferatur cunctis creditoribus. Primo modo, quando bona emphyteutica subhastantur pro satisfactione creditorum, quo casu cum omnino dominus directus debeat requiri, antea quàm res emphyteutica addicatur, & tradatur emptori licitanti, vel creditoribus pro suis creditis in solutum tradantur, (an fortè pro eodem pretio illam velit) tunc omnibus creditoribus præferri debet in ipsa re, prout abundè pluribus Doctoribus probavimus superiùs *sub prima concl. ex n.* 22. *& seqq. vers. notandum tamen*, &c. Et hoc casu 66 quando dominus directus jure prælationis recuperat rem emphyteuticam, soluto pretio ad eum libera omnibus oneribus transfertur; sicut etiam liberum transfertur jus emphyteuticum ab omni hypotheca in quemlibet extraneum licitatorem, ut diximus suprà *cap.* 2. *ex n.* 108. *hac.* 3. *p.* cum ad instantiam ipsorum creditorum venditio fiat, ut ibidem probetur; quia omnes hypothecæ, & pignorum jura, per emphyteutam imposita resolvuntur, & extinguuntur, ita ut amplius dominus directus jure prælationis rem recuperans, soluto pretio non possit molestari à creditoribus emphyteutæ debitoris, qui subhastationi consenserunt; hunc discursum amplissimè prosequitur, & multis comprobat Vincent. de Franchis *decis.* 226. *per tot.* ubi Additionatores, maximè Riccius, qui in comprobationem allegat Mastrillum *decis. Siciliæ* 154. *n.* 73. Cavalcan. *decis.* 8. *n.* 35. *in part.* à Ponte *decis.* 3. *n.* 27. & seipsum *in decis.* 58. *in fin. p.* 2. *& in collect.* 1537. cum dominus jus 67 debitoris emat propria pecunia de consensu creditorum, & ad eorum instantiam jus emphyteuticum vendatur, quapropter sicut jus ipsum in extraneum emptorem transiret liberum, & absque hypotheca, ut abundè diximus *in cap.* 2. suprà hac 3. *p. ex n.* 208. *cum seqq.* pariter in dominum emptorem, qui in emptione præfertur; ex qua simul oritur consolidatio dominii utilis cum directo,

libera tranſit; prout plenè videre eſt inferius *cap.* 30. *per tot.*

68 Ut ſecus ſit, quando res devolvitur ad dominum directum, non per hanc viam prælationis, ſed etiam commiſſi, aut conſolidationis ob lineam finitam, ſeu alias ex natura contractus; ſed potius per viam donationis, legati, aut inſtitutionis, aut emptionis permutationiſve. Et ſic ex actu voluntario, & contractu inter emphyteutam, & dominum, non interveniente conſenſu creditorum; quia tunc adhuc durant hypothecæ ſervitutes, & onera impoſita in re emphyteutica per emphyteutam, durante ſcilicet jure & tempore emphyteuſis, prout ex pluribus comprobat Doctoribus Vincentius de Franchis *in eadem deciſ.* 226. *nu.* 2. *&* *in dec.* 2113. *n.* 23. & utrobique additionatores, & ex Pinello, Boërio, Gaſp. Rodriguez, Intriglol. & Rotæ *deciſionibus*, pulchrè comprobat Cenſius *de cenſib. quæſt.* 22. *n.* 9. quia
69 tunc res non redit ad dominum tanquam ad dominum, ſed tanquam ad tertium extraneum, qui rem cum ſuo onere debet habere, optimè etiam comprobat Pereira *de renovat. quæſt.* 16. *num.* 22. & ſuperius, ubi dicit, quod hoc caſu dominus ab emphyteuta cauſam habere dicitur, & non à ſe ipſo, quando ſecundum præcepta & conceſſiones emphyteuticas ad ipſum non revertitur emphyteuſis. Vide etiam *num. ſeq.* per eundem Pereiram. Rovitus *conſ.* 53. *num.* 19. *vol.* 1. Ponte *deciſ.* 3. *num.* 25. 26. *&* 27. Duardus *de cenſibus*, §. 10. *ex num.* 10. Surdus *deciſ.* 286. *num.* 2. 3. *& per totam.* Garcia *in tract. de hypoth. poſt contractum*, *&c. ex n.* 6. quamplures refert & ſequitur Carlevall. *de judic. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 3. *putati* 23. *ſub num.* 10. Conſonant omnino quæ diximus 2. *part. cap.* 7. *ex num.* 45. *verſ. quibus mirè conſonat*, &c. & ſuperius *ex nu.* 11. *cum ſeq. verſ. ſed nihilominus iis non obſtantibus*, &c.

70 Sed in domino cenſus reſervativi contrarium erit dicendum, ut ei jus hoc prælationis, & retractus penitus denegetur, attenta natura cenſus reſervativi; quia cum in cenſuarium transferatur utrumque dominium, & penes concedentem nihil remaneat in ipſa re præter jus percipiendi annuam penſionem, prout ex juribus, & Doctoribus probavimus ſuprà *num.* 56. *verſ. ad ſecundam partem hujus cap.* &c. ideo nihil mirum, ut denegetur prælatio, & retractus, quando res cenſualis ſubhaſtatur pro ære alieno debitoris cenſuarii, vel quando creditoribus in ſolutum datur, ſalvo jure penſionis domini cenſus, ut rectè comprobat Avendan. *de cenſibus*, *cap.* 87. *num.* 5. adde quæ Hermoſilla *tom.* 2. *ad l.* 55. *tit.* 5. *part.* 5. *gloſſ.* 2. *ex n.* 25. *fol.* 252. *&*
71 *ſeqq.* Sed quid è converſo quando dominus cenſuarius vendit jus penſionis ſibi reſervatæ; an cenſuario competat retractus, non convenit inter Doctores. Vide Hermoſil. *loco. cit.* & Avendan. *in c.* 88. *n.* 4.

72 Secundo modo poſſunt dominus directus, & dominus cenſus reſervativi comparere in concurſu creditorum cauſato per emphyteutam, ſive cenſuarium debitorem ſcilicet petendo rem ipſam ob commiſſum, & ob reſolutionem contractus, quia cum ratione conſolidationis ex cauſa commiſſi, vel temporis finiti res pleno jure devolvatur ad dominum directi dominii, (vel ad dominum cenſus reſervativi, quando in ejus reſervatione adeſt pactum commiſſi caducitatis, ut ſtatim,)
73 ſemper quod ex natura rei, & ex cauſa præambula, & neceſſaria reſolvitur jus debitoris; reſolvuntur etiam pignora, hypothecæ, & onera per debitorem interim impoſita, & res libera ad dominium revertitur, in qua dominus ratione dominii præfertur omnibus creditoribus emphyteutæ, & cenſuarii, cum quo creditores ipſi concurrere ad rem nullo modo poſſunt. Et in hoc caſu
74 rectè procedunt, & admittuntur, non aliàs quæ Lud. Avend. in iis terminis firmavit, (licet ſub maxima terminorum confuſione, & juris regularum æquivocatione & intricatione) *in c.* 210. *n.* 10. *&* 11. & latius *in c.* 3. *per tot.* Sed melius magiſque ordinariè dixit *in eod. tit. c.* 91. *n.* 8. qui poſtquam *ex n.* 7. *&* *à n.* 1. *&* *in c.* 90. *ex n.* 4. ex pluribus DD. *&* *c.* 13. *n.* 7. quod in cenſu reſer- 75
vativo nullo modo ſui natura attenta res cenſuaria cadat in commiſſum, ſive per alienationem, ſive per non ſolutionem penſionis, etiam per mille annos, & poſt Covarr. Alvar. Valaſc. Guttierrez, & Mantic. obſervat etiam Barboſ. *in cap. potuit*, *n.* 101. *de locat.* admittit tamen ipſe 76
Avendan. & latè comprobat, ex pacto expreſſo commiſſum eſſe admittendum, & rem ob non obſervatum pactum, & conditiones ſub pœna commiſſi devolvi ad dominum cenſuarium liberam & eo modo, quo res emphyteutica, prout latiſſimè apud eum locis relatis videre eſt.

Poſtmodum *in d. c.* 91. *n.* 8. ita ad noſtrum propoſitum 77
loquitur: Ex qua nova interpretatione ad prædictam legem deducitur deciſio ejus dubitationis, quam ſemel vidi in facti contingentia agitatam in regia Pinciana Cancellaria, an ſcilicet dato concurſu creditorum in bonis cenſuarii, dominus cenſus emphyteutici, vel reſervativi perpetui, cui tamen eſt conditio commiſſi, præferatur cæteris omnibus creditoribus cum eo ad petitionem rei cenſualis concurrentibus: in qua dubitatione, cujus alibi ad longum reſolutio tradetur (ſcil. in d. c. 3.) ita advocati Cancellariæ diſtinguebant. Quod ſi dominus cenſus non agat ex conditione commiſſi, ad vendicandam rem cenſualem, ſed ex jure prælationis, (ut quia cenſus ejus erat naturæ, quod pœnam commiſſi non admitteret,) tunc creditores ſint præferendi, qui tempore priores, & jure potiores eſſent cum eo caſu res cenſualis verè, & irrevocabiliter cenſuarii eſſet, & cum tota ejus patrimonii ſubſtantia converſa, & confuſa, atque ſicut reliqua bona debitis ejuſdem cenſuarii obnoxia & ſubjecta.

Si verò dominus cenſus jure commiſſi rem cenſua- 78
lem vendicare conetur, ut quia cenſus ejus erat naturæ, quod eam conditionem commiſſi admitteret; credebant advocati, præferendum eſſe cæteris omnibus creditoribus anterioribus, etiam expreſſam hypothecam, & obligationem habentibus; dicentes quod cum ea conditio commiſſi, quæ ab initio creationis cenſus reſolutiva creatus eſt, efficiat, quod res cenſualis adveniente ea conditione commiſſi, & reſoluto per eam contractu, ad concedentem ſtatim revertatur, non efficietur eo caſu cenſuarius dominus rei irrevocabiliter, licet interim dum contractus reſolvitur, verus ejus dominus ſit. Et quod ideo facultas vendicandi rem impedit eo caſu confuſionem ejus cum cæteris bonis cenſuarii, quoad tunc ſaltem effectum ut reſpectu ejuſdem rei detur concurſus, & prælatio creditorum.

Efficit enim conditio commiſſi, & reſolutio contrac- 79
tus, ut potius res cenſualis videatur eſſe inter cætera concedentis bona, ſi commiſſum verificetur, quàm inter cenſuarii facultates, ut inde cæterorum anteriorum creditorum prælatio juſtificetur, ac ſi cum ea reſolutiva conditione, & facultate vendicandi rem ejus utrumque dominium revocabiliter in cenſuarium tranſiret; quæ nova, & elegans reſolutio confirmatur ex iis, quæ notanter reſolvit Tiraquell. de tract. convent. §. 1. gl. 1. & unic. n. 7. cum pluribus aliis dicens n. 9. quod alienatio non propriè dicitur, niſi quando dominium plenè, & irrevocabiliter eſt alienatum, & alia conducibilia ad propoſitum adducens, quæ confirmantur ex iis quæ ipſe Tiraq. in l. ſi unquam, C. de revoc. donat. verb. revertatur, ex princip. & n. 398. qua ratione non poterunt 80
creditores cenſuarii præferri concedenti rem in cenſum, ex quo datur novus & verus intellectus ad text. in c. conſtitutus. de relig. domib. ut ex eo commiſſum excludatur, & creditores ſi forſan eorum concurſus in ejuſdem text. ſpecie detur, priores tempore & jure domino cenſus præferantur, quia deficit conditio commiſſi, & reſolutio contractus, per eam atque utrumque dominium tam utile, quàm directum in cenſuarium irrevocabiliter fuit tranſlatum. Hactenus Avend.

Iſta advocatorum hujus Cancellariæ determinatio 81
multum

multum conformis eſt juris regulis, & principiis, nam comparens in concurſu creditorum rem aliquam vendicando, quæ inter cætera debitoris bona reperitur; ſemper pro ſuo dominio omnibus creditoribus indiſtinctè præfertur, quia debitor de bonis ſuis, non de alienis concurſum facere poteſt. Et ideò ſtatim quod res agnoſcatur aliena, à concurſu extrahitur, & vero domino traditur: prout ex plurium jurium & DD. auctoritate ampliſſimè probavimus ſuprà 1. *p. c.* 8. *ex n.* 38. *verſ. à regula tamen hujus c.* &c. *& in* 2. *p. c.* 24. *ex nu.* 14. *cum ſeqq. verſ. quarto quia domino pecuniæ*, &c. pro qua reſolutione allego text. famoſum *in l. etiam* 16. *ff. qui pot. in pign. hab. etiam ſuperficies* (inquit Conſultus) *alieno ſolo poſita pignori dari poteſt, ita tamen ut potior cauſa domini ſit ſoli, ſi non ſolvatur ei ſolarium*, id eſt (ſecundum unum intellectum) ſi res in commiſſum cadat ob non ſolutum canonem, & penſionem pro ſoluto impoſita, & à domino ſibi reſervata, prior cauſa eſt, & potior domini ſolarii.

Et hæc res per commiſſum ad dominum cenſus reſervativi, vel dominum directi dominii, libera devoluta intelligitur, reſoluto, extincto jure pignoris, vel hypothecæ quolibet interim impoſito ſuper ea per debitorem, juxta textum expreſſum *in l. lex vectigalis ff. de pignor.* junctis his, quæ latè per nos ſuprà 2. *p. c.* 27. *ex num.* 37. *cum ſeqq. verſ. quo ad ſecundum hujus* &c. quare ob devolutionem reſoluto jure creditoris ad ipſam rem nullus eorum poteſt admitti ad concurſum, nec prætendere poteſt prælationem cum domino, quia ſublato jure principali, pariter extinguuntur prælationis jura, etenim non entis nullæ ſunt qualitates, ut in iis terminis conſiderat Avend. *d. c.* 91. *n.* 9. & quia per devolutionem ad dominum nulla juris creditorum remanent veſtigia circa rem.

Tertio denique modo poſſunt dominus directi dominii, & dominus cenſus reſervativi comparere tanquam tales in judicio concurſus formati per emphyteutam, vel cenſuarium, nempe pro ſuis annuis dumtaxat præſtationibus decurſis ſibi debitis exigendis ex bonis concurſus (nulla facta mentione commiſſi, neque ex eo jure rem vendicantes, quo caſu cum iſti ipſa re habeant jus hypothecæ tacitæ impoſitæ ab initio acquiſitionis, prout latè comprobat Avendan. *d. c.* 3. *ex n.* 2. *& ex n.* 7. & eſt textus, ſecundum aliam lecturam *in d. l. etiam ff. qui potior. in pign. hab.* ibi, *ſi non ſolvatur ei ſalarium*, &c. plurimos Doctores allegat Alvar. Valaſcus *de jure emphyteut. qu.* 4. *& n.* 6. *cum ſeq.* (licet ipſe conetur debilibus rationibus communem receptam per omnes impugare) inumerabiles penè Doctores pro hac hypotheca domino proprietatis competente in re emphyteutica, pro canone refert, & diſputans reſolvit Manguilius *in tract. de evictionibus, qu.* 124. *ex n.* 60. *& verſ. à nu.* 50. *& per tot. quæſt.* omnibus procul dubio creditoribus emphyteutæ, vel cenſuarii debitoris præferendi ſunt in ipſa re emphyteutica, aut cenſuaria prout iis in locis probat Avend. nulla tamen facta diſtinctione, an creditores ſint anteriores, vel poſteriores, prout ipſe Avendan. indicare videtur proximè citato; ſed abſolutè cunctis præferendos eſſe, aſſerit ex prædicta ratione; quoniam quando hypotheca oritur ſimul cum ipſa rei acquiſitione, omnibus anterioribus iſte creditor præfertur in ea, prout latiſſimè ex innumerabilium penè Doctorum relatione comprobavimus ſuprà 2. *p. c.* 14. *ex n.* 108. *cum multis ſeqq. verſ. imò & quod plus eſt*, &c. ubi mirabiles valdè doctrinas, ad propoſitum reperies; tandem quando iſti domini directi dominii, & cenſus reſervativi, non comparent, tanquam tales ad judicium creditorum peractum per emphyteutam, aut cenſuarium, nec eo jure jus aliquod prætendunt; ſed tanquam creditores extranei, ad pecuniam ex diverſa cauſa eis ab emphyteuta, vel cenſuario debita; tunc ad omnia bona debitoris jus habent pro ſuo credito exigendo ſuo loco, & gradu inter cæteros creditores, attenta ſua hypotheca, aut privilegio, ſeu anterioritate, ſi fortè habeant, & non aliàs, prout certiſſimum eſt ex juris regulis, & principiis.

Et juxta ſupra dicta à principio hujus cap. unum notabile omittere non libet; an hypotheca impoſita ſuper bonis emphyteuticis, vel feudatariis per emphyteutam, ſeu vaſſallum, cum conſenſu domini directi dominii, duret, etiamſi emphyteuſis vel feudum finiatur per extinctionem generationis, vel per commiſſum, ita ut devolvitur ad dominum, & cum directo dominio conſolidetur, an ipſa bona ad dominum devolvantur, & tranſeat cum ipſo onere hypothecæ, magna eſt inter noſtros controverſia.

Negat Iſernia *in cap.* 1. §. *quid ergo, n.* 5. *in princ. de inveſtit. de re aliena facta*, abundè diſputat pro utraque pro Carleval *de judiciis, tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 3. *diſput.* 23. *ex n.* 29. *cum multis ſeqq.* & ſignanter *ex n.* 31. & negativè reſolvit, ut hypotheca impoſita ſuper bonis feudalibus, vel emphyteuticis cum expreſſo aſſenſu domini extinguatur, extincto feudo, & emphyteuſi, ita ut bona ad dominum libera devolvantur, contendens *l. vectigali, ff. de pignorib.* procedere etiam in conſtitutione hypothecæ interveniat aſſenſus directi domini; pro ſua opinione *n.* 39. alios quam plurimos Doctores allegat, qui tamen non loquuntur, quando intervenit aſſenſus, ſed in nudis terminis, *d. lex vectigali.*

Contrariam ſententiam viriliter tuentur Bart. *in l. in diem*, 9. *n.* 2. *ff. de aqua pluvia arcenda*; & ibi etiam Cumanus *n.* 1. quia dominus per conſenſum appoſitum dum feudatarius, vel emphyteuticarius obligat ſuo creditori bona emphyteutica, & feudataria, ſibi præjudicat, atque ideo hypothecam per devolutionem ad dominum contingentem non extingui, ſed durare, & tranſire ad dominum cum bonis devolutis, tuentur hanc opinionem Iſernia ipſe *in d. c.* 1. §. *quid ergo in fin. & in c. Imperialem, n.* 11. *de prohib. feudi alien. per. Fed.* Boërius *deciſ.* 181. *num.* 4. & 5. Marius Frecia *de ſubfeudis, lib.* 2. *authorit.* 29. *n.* 6. Herman. Piſtor. *lib.* 2. *qu. juris qu.* 48. *ex n.* 24. Schrader. *de feudis, p.* 8. *c.* 4. *n.* 34. *fol.* 50. *litt. L*, Latiſſimè diſputat pro utraque parte & reſolvit Andr. Fachin. *controverſ. lib.* 7. *c.* 56. *per totum.* Cardinal. Alexand. *in d.* §. *quid ergo num.* 2. Afflictis *n.* 3. Balzaranus *n.* 21. Puteus *de reintegr. feudor. cap.* 256. *pone quod Vaſſall. num.* 7. 8. & 12. Capicius *in inſtituta feudal. tit. feudorum devolutio*, §. *hypotheca pag.* 159. *& in tit. feudorum execut. verſ. dominus mortuo*, *pag.* 197. & Roſental. *de feudis, c.* 9. *membr.* 1. *concl.* 18. *n.* 1. & eſt text. *in c.* 1. §. *ſi clientulus de alienatione feud.* quæ opinio probabilior, & communior eſt.

CAPUT IV.

Bona majoratûs ex facultate regia creditoribus hypothecata, an abſque nova facultate in concurſus judicio ſubhaſtari valeant.

Et an ſemel ita diſtracta poſſint per bonorum liberorum ſupervenientiam recuperari, ac venditionem reſcindi.

Et quid ſi tempore ſubhaſtationis, revera libera bona aderant, quæ tamen poſtmodum reperta fuere; an poſſeſſor majoratûs poſſit illa ſemel diſtracta vendicare.

Et an caput majoratûs ſubhaſtari poſſit per judicium concurſus.

SUMMARIUM.

1 *Majoratus bona, quæ præcedente facultate regia, fuere hypothecata, ſi in concurſu pro ſolvendis credi-*

creditoribus distrahantur, in publica subhastatione distrahi debent.

Bona ipsa majoratus, si redditus non sufficiunt ad solutionem, quotidie distrahi jubentur, ibid.

2 *Alienatio, quæ ad judicis decretum requiritur omnino in publica subhastatione est facienda.*

3 *Bona absentis, fisci, minoris, reipublicæ & quæ in executionem rei judicatæ venduntur, subhastationem publicam requirunt.*

4 *Idem in Judicio concursus scrutatur.*

5 *Subhastatio bonorum majoratûs non requirit novam facultatem, sed sufficit, quæ præcessit ad pignorandum, & hypothecandum.*

6 *Idem servatur in omnibus casibus, in quibus ad pignorationem, & alienationem assensus regius requiritur.*

7 *L. si pupillorum 7. §. si pupillus ff. de rebus eorum.*

8 *Ad venditionem bonorum Ecclesiæ, Civitatis, & aliorum quæ facultate regia fuerunt hypothecata, non requiritur nova solemnitas.*

9 *Idem in fisci rebus servatur.*

10 *Assensus domini adhibitus in datione rei feudalis in dotem datæ operatur, ut ad translationem dominii soluto matrimonio novus non requiratur assensus.*

11 *Assensus regius requisitus in compromissa rei feudalis, novus in feudo non requiritur.*

12 *Assensus regius si præcessit in obligandis rebus feudalibus, alius novus non requiritur in bonis distrahendis pro executione.*

13 *Assensus Regius Episcopi, aut Judicis licentia in bonis alienari prohibitis, aufert impedimentum juris, vel hominis, & res permanet libera.*

14 *Res, quæ semel prohibitionem evasit, semper permanet libera.*

15 *Res natura semel alterata, semper remanet alterata.*

16 *Majoratus bona per facultatem regiam alterari, aut hypothecari permissa remanent deinceps libera.*

17 *Solemnitas, consensus, seu authoritas requisita ad actum si fit semel adhibita, alia nova non requiritur in exequutione actûs.*

18 *Actus novus non dicitur, qui fit pro executione antiqui.*

19 *Consensus patroni adhibitus in constitutione pensionis super beneficio cum facultate transferendi, aliàs non requiritur in translatione.*

20 23. & 44. *Ad distractionem bonorum majoratus ex facultate data ad hypothecandum deveniri nequit, nisi bonis liberis deficientibus.*

21 *Facultas, ad obligandum bona majoratus concessa semper intelligitur, bonis liberis deficientibus, etiamsi in ea non exprimatur.*

22 *Majoratus obligatus quasi fidejussor indemnitatis reputatur.*

23 *& seqq. Majoratus bonis ex facultate regia in concursu distractis si postea ille, qui facultatem obtinuit, bona libera acquirat, successor non potest distractionem retractare.*

25 *Alienatio semel perfecta ad novam supervenientem causam non debet retractari.*

26 *& seqq. & n. 51. Regula factum legitimè, de regul. jur. lib. 6. explicatur.*

27 *Glossæ doctrina adducitur.*

28 *Dos semel legitimè detracta, & restituta ex fideicommisso non venit restituenda in restitutione fideicommissi postea facta.*

29 & 38. *Dos semel uxori propter viri inopiam restituta non est iterum viro restituenda, etiamsi dives fiat.*

30 *Uxori quarta Auth. semel, C. unde vir. & uxor. semel ob paupertatem assignata non aufertur, si postea dives efficiatur.*

31 *Mater ad secundas nuptias transiens, si petat tutorem, & detur, licet postea pœniteat, reassumere tutelam non potest.*

32 *Mater per sola sponsalia non amittit tutelam.*

33 & 34. *Etiamsi maritus secundus moriatur, mater non reassumit tutelam.*

35 *Idem judicatur de editione liberorum, ac de tutela.*

36 *Uxor, cui legatur sub conditione si castè vivat, an semel legatum oblatum recuperet, si castè postea vivat.*

Legatum relictum sub conditione, si alicui nubat, amittit alteri nubendo, etiamsi vidua effecta conditioni pareat, ibid.

37 *Dote uxoris per rem judicatam in tuto posita ob paupertatem viri, res judicata non retractatur, etiam dives vir efficiatur.*

38 *Actus semel consummatus, & perfectus non retractatur, etiamsi casus veniat, à quo initium sumere non potuit.*

39 *Quæ semel legitimè constituta sunt, durant, licet casus superveniat, à quo initium sumere non potuit.*

40 *Res semel effecta alienabilis, semper remanet talis.*

41 *Possessor majoratûs, ejusque hæredes teneantur ex bonis liberis postea acquisitis satisfacere majoratui bona alienata ex regia facultate.*

42 *Distractione facta bonorum majoratus ex regia facultate, si appareat eo tempore possessorem habuisse bona libera, an successor possit alienationem rescindere.*

43 *& seqq., Negativa sententia proponitur; contraria verior.*

45 *Idem est non esse, vel non apparere.*

46 *Idem est non esse, & posse probari.*

47 *Majoratûs bonorum distractio ex facultate regia subjecta remanet rescissioni: quoties bona libera tunc existentia, postea manifestantur.*

48 *Hypotheca non contrahitur in bonis majoratus, nisi liberis deficientibus.*

49 *Majoratûs bona libera remanent ab hypotheca, quoties libera adsunt.*

50 *Majoratûs bona, ut indebitè alienata repeti possunt condictione sine causa, vel indebiti, designatis bonis liberis tunc extantibus.*

51 *Regula factum legitimè, de reg. juris in 6. interpretatur.*

52 *Quod contingit ex causa præterita, ad causam præteritam refertur.*

Actu dependente à præcedenti, præcedens actus attenditur. ibid.

53 *Causa remota attenditur, potiùs quàm propinqua, quando ab ea dependet jus actûs propinquioris.*

54 *Jus, quod omnino non est extinctum, sed elisum, & diminutum, durat in essentia, licèt cesset in effectu.*

55 *Regula factum legitimè, retractare non debet, licet casu eveniat, à quo incipere non potest; fallit quando causa, ob quam factum est, devolvitur ad non causam.*

56 *Commodata re, aut deposita, deperdita, & non apparente; si postea apparet res judicata rescinditur, ex conditione sine causa.*

57 *Exceptio dilatoria, quæ opponi potest post litem contestatam, quando reus jurat tunc, & non antea ad suam pervenisse notitiam, rejicitur cum probationibus, si postea appareat, reum tunc notitiam illius habuisse.*

58 *Excussio bonorum semel facta præjudicat, & prodest aliis creditoribus in Judicio non stantibus.*

Excussionis sententia non transit in rem judicatam, quominus tertius, & fidejussor possit postea ostendere, bona debitoris adfuisse, ibid.

59 *Majoratus caput an alienari possit pro satisfactione creditorum.*

Negativa sententia proponitur, ibid. verior, & contraria.

60 *Marchionatus, & Comitatus, quibus jurisdictio adhæret, pro executione capi nequeunt.*

61 *In facultate conceſſa creditoribus concurſus ad vendendum bona majoratus ſemper reſervatum manet caput majoratus.*

62 *Bona omnia ad ſtatum pertinentia ex facultate hypothecata alienationi, & ſubhaſtationi ſubjiciuntur, etiamſi in iis caput contineatur.*

63 *Facultas regia facit omnia bona majoratus libera.*

64 *Regiis litteris confidens decipi non debet.*

65 *Caput ſtatus, licet virtute facultatis ſit alienabile: non debet ab eo initum ſumere diſtractio, niſi deficientibus aliis bonis.*

66 & 67. *Expenduntur doctrinæ Molinæ & aliorum.*

68 *Juriſdictio poteſt capi in pignus pro executione, alienari, & in ſolidum dari.*

69 *Domus pretioſæ, aut magni ædificii valor quomodo taxatur, remiſſivè.*

1 BONA majoratus, quæ facultate regia fuere æri alieno hypothecata, ſi in judicio concurſus pro ſatisfatione creditorum ſint diſtrahenda (prout quotidie diſtrahi mandantur quoties reditus majoratus non ſufficiunt ad eorum integram ſolutionem) in publica ſubhaſtatione diſtrahi, neceſſe eſſe firmarunt Ludovic. Molin. *lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 44. & 45. ubi additionatores allegant Pater Molina *diſput.* 650. *num.* 5. Puteus *dec.* 252 *lib.* 2. & Molina relato obiter ſequitur Mieres *de majoratu* 4. *part. quæſt.* 3. *n.* 17. quia quotieſcumque ad
2 alicujus rei alienationem authoritas, ſeu decretum Judicis requiritur neceſſariò, res ea, non niſi in publica ſubhaſtatione diſtrahi valet. Bart. *in l. citat. num.* 3. *ff. de public. & vectigal.* Alberic. *in l.* 1. §. *etſi ſine*, §. 1. *ff. de minoribus.* Bald. *in l. ordo*, *nu.* 4. *C. de execut. rei judicatæ.* Platea *in l. ſi tempora col.* 1. *C. de fide inſtrument. lib.* 10. Afflictis *in conſtitut. Regni Siciliæ. lib.* 2. *rubric.* 38. Pinellus qui hæc omnia refert *in l.* 2. *C. de reſcindend. vendit.* 2. *part. n.* 45. cujus opinionem aſſerit communem Emanuel Xuarez *in Theſauro recept. ſentent. verb. decretum ubi in alienatione, pag.* 453. & ideo Lud. Molina *d. cap. ſub num.* 45. firmat regulam univerſaliter veram ut omne illud quod ex Judicis decreto vendendum eſt ſubhaſtatione requirit prout in bonis abſentis fiſci, minoris & Reip. & his bonis quæ in exe-
3 cutione rei judicatæ venduntur, & aliis ſimilibus; latiùs proſequitur Molina loco citato, & quod ſubhaſtatio bonorum quæ capiuntur à judice pro ſolvendis creditoribus requiratur, *l. ordo*, *C. de execut. rei judicatæ*, & in bonis minorem Eccleſiæ civitatis vel fiſci. Quorum bona prohibita ſunt, alienari ratione publicæ utilitatis in quibus propterea requiritur ſubhaſtatio, *l.* 1. *C. de prædiis decurio. lib.* 10. *& in authent. hic jus porrectum*, *C. de ſacroſ. Eccleſ.* Bald. *in dicta l. ordo.* Ubi quod etiam requiritur quando venduntur bona abſentis per *l. fundus*, *ff. de reſcind. vendit.* de quibus latè Fabianus de Monte *de emptione & vendit. part.* 5. *princip.* Manguilius *de eviction. quæſt.* 45. *ex num.* 9. *& ſeq. & quæſt* 44. *num.*
4 1. & hoc etiam procedit ex natura judicii concurſus, in quo bona debitoris communis non aliter diſtrahi poſſunt, authoritate, & decreto Judicis quàm in publica ſubhaſtatione, ut ex pecunia ex eis redacta creditores gradatim ſatisfiant.

Sed an priùs ut ad hanc ſubhaſtationem, & vendi-
5 tionem bonorum majoratus deveniatur; nova requiratur licentia, & facultas regia communis eſt, & omnium Doctorum concors ſententia, quod non ſit neceſſaria, quia ſufficit quod à principio intervenerit ad pignoranda pro aliquo debito, quo non ſoluto, & pignore non luito, reſtitutionis, & ſolutionis tempore adveniente, liberè poſſunt alienari, & diſtrahi pro ſatisfactione creditorum abſque nova licentia, & regia facultate probarunt in terminis bonorum majoratus Greg. Lopez *in l.* 6. *tit.* 2. *p.* 6. *in gloſſ. verbo*, *que no la pudieſſe vender*, *colum.* 8. *verſic. eiſt data.* Lud. Molina *de Hiſpan. primog. lib.* 4. *cap.* 5. *n.* 1. 2. & 3. Mieres *de majoratu* 4. *part. quæſt.* 3. *ex n.* 1. *cum ſeq.* Pater Molina *de juſtitia & jure*, & *tract.* 2. *diſp.* 652. *ex nu.* 1. Felician. de Solis *cenſib. lib.* 2. *qu.* 21. *num.* 22. additio ad Molin. *dicto cap.* 5. *nu.* 1. *fol.* 284. Hermoſilla *in l.* 4. *tit.* 5. *p* 5. *gloſſ.* 7. *n.* 33. *tom.* 2. *fol.* 34.

Quæ ſolutio procedit generaliter in omni caſu, & 6
materia; quibus requiritur ad pignorationem, & alienationem aſſenſus regius; ſive domini, ſeu decretum Judicis, ut ſi ſemel in pignoris conſtitutione intervenit, poſtmodum adveniente tempore ſolutionis, & ſubhaſtationis non egeat creditor nova facultate, aſſenſu, aut 7
decreto, ut in minore eſt, text. expreſſus *in l. ſi pupill.* 7. §. *ſi pupillus dedit res pignori permiſſu Prætoris*, *nonnulla erit dubitatio an alienatio poſſit impediri*, *ſed dicendum eſt poſſe creditorem jus ſuum exequi*, *ff. de rebus eorum.* Bald. *ibi* & Bart. *in Auth. hoc jus porrectum nu.* 21. *C. ſacroſ. Eccleſ.* idem Bald. *in l. Papinianus*, §. *ſed nec impuberes*, *ff. de inoffic. teſtam.* Alexand. *conſ.* 189. *n.* 1. & 15. *lib.* 7. Decius *in l. ſingularia n.* 10. *ff. ſi certum petat.* ubi Cagnol. *n.* 75. Fabian. à Monte *de empt. & vendit. q.* 5. *princip. n.* 98. Capicius *deciſ.* 182. *n.* 10. & 11. Neguſantius *de pignorib.* 1. *part.* 6 *membr. n.* 15. *ampliat.* 1. Simoncelius *de decretis*, *lib.* 2. *tit.* 3. *in ſpatio* 4. *n.* 86. Surd. *deciſ.* 191. *n.* 18. & *dec.* 278. *n.* 4. & 5. Pereira *de empt. & vendit. c.* 8. *n.* 12. Caſtillo *controverſia lib.* 4. *c.* 61. *n.* 25. Berchendor. *in addit. ad Seraph. de privil. juram. privil.* 45. *n.* 2. Montan. *de tutel. & curat. cap.* 33. *n.* 496. *cum ſeqq.* Hermoſilla *ubi ſuprà n.* 32. & probant omnes alii Doctores paulò ante citati *n.* 5.

Et in bonis Eccleſiæ, & civitatis quæ ſemel facul- 8
tate regia, aut authoritate Epiſcopi fuere hypothecata, ut ad venditionem eorum nova non requiratur ſolemnitas vel facultas, probarunt Hermoſilla ubi proximè *n.* 33. Felicianus *d. cap.* 3. *n.* 20. Mieres. *d. q.* 3. *n.* 2. Pereira *in l. ſi curatorem habens*, *C. in de integrum reſtit. in verb. contractum feciſtis*, *num.* 42. Surdus *d. deciſ.* 278. *num.* 5. Menoch. *conſ.* 110. *nu.* 58. *lib.* 2. & plurimi alii ab iſtis citati.

Et in feudis, idem obſervant, innumerabiles penè 9
Doctores ſi ad obliganda bona feudalia intervenit aſſenſus Regis aut domini poſtmodum pro executione, ſatisfactione creditorum in eorum diſtractione alius novus non ſit neceſſarius aſſenſus. Molina *lib.* 4. *d. cap.* 5. *n.* 2. Mieres 4. *part. d. cap.* 3. *n.* 6 *& ſeqq.* Surdus *conſ.* 30. *in fin.* German Prior. *lib.* 2. *quæſt.* 15. *n.* 19. Notarius *qu.* 128. *n.* 3. Schrader. *de feudis*, *part.* 8. *cap.* 4. *q.* 7. *nu.* 25. Scipio Rovitus *conſ.* 21. *n.* 12. Imola & Ludov. Roman. *in l. uſufructu*, *ff. ſol. matrim.* ubi quod aſſenſus domini adhibitus in datione rei feudalis in dotem marito, operatur quod tranſlatio dominii, qua fundata eſt ſoluto matrimonio non requirat alium aſſenſum, 10
quos referens ſequitur Capicius *deciſ.* 182. *num.* 11. & 12. de Afflict. *in c. Imperialem*, *in princ. verſ. duodecimo*, nota ex text. *ibi*, *n.* 8. & 9. de prohibita feudi alienat. & *deciſ.* 33. *num.* 19. Molina *d. cap.* 3. *num.* 2. Mareſcotus *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 91. *nu. fin.* probat 11
Iſernia, *in conſtitut. regni*, quod ſuper compromiſſo de re feudali debet intervenire aſſenſus regius, & non in laudo, quia laudum deſcendit ex compromiſſo, & eſt executio compromiſſi; ſequitur plura adducens Matthæus de Afflictis *deciſ.* 285. *num.* 15. & 16. idem Afflictis *in conſtit. Neapolit. lib.* 3. *rubric.* 3. *de revocat. alienat. num.* 55. *fol.* 264. nam quando finis habet neceſ- 12
ſariam conſequentiam à principio; non finis, ſed principium attenditur, Afflictis *deciſ.* 210. Mauritius *de reſt. in integr. c.* 196. *col. fin.* Pereira *in l. ſi curatorem habens*, *verb. implorare*, *n.* 56. Ponte. *dec.* 21. *n.* 19. Ancharan. *conſ.* 28. *n.* 6. & 7. *verſ. & per iſta non obſtant.* Tuſchus *lit. P*, *concluſ.* 703. *n.* 16. 17. & *ſeqq.* Ant. Faber *in C. lib.* 3. *tit.* 19. *de inoffic. teſtam. definit.* 23. *n.* 20. Surdus *deciſ.* 297. *n.* 12. & per plures alios Amat. *variar. reſolut. tom.* 2. *reſol.* 65. *ex n.* 8. vide plurimas elegantes

doctri-

doctrinas infrà *ex n. 52. cum seqq. & supra 1. part cap. 7. ex n. 79. cum seqq.* & idem Afflictis 335. *nu. 19.* ubi dicit quod si in obligatione rei feudalis præcessit regius assensus, judex potest libere interponere secundum decretum contra eadem bona feudalia, absque alio assensu regio, & consensus regius præstitus super contractu principali, trahitur ad omnia quæ sunt necessariâ pro illius executione; resolvit Amed. Aponte *in titul. 11. laudemiorum, q. 37. col. 3. & 4.* Frecia *in tract de feudis, lib. 2. q. 11.* & alii per Bursatum *cons. 29. n. 18. & nu. 30. n. 26. & 29.* Surd. *decis. 22. n. 52. & 53.* quos omnes refert Mieres *d. quæst. 3. n. 67. & 68.*

13 Et omnium ratio est evidens, quia per primum Regis assensum, & facultatem seu Judicis, aut Episcopi licentiam, in bonis alienari prohibitis, sublatum fuit impedimentum juris vel hominis ad latè per Nos tradita suprà *2. p. cap. 9. 10. & 11. & c. 22.* quo semel sublato res perpetuò remanet libera: quia res quæ semel
14 prohibitionem evasit semper remanet libera; & res effecta alienabilis, perpetuò remanet alienabilis, *c. 2. de feudis.* Pereira *de renovat. emphyteusi. q. 11. n. 30.* Cevallos *commun. quæst. 897.* Scaccia *de appellat. cap. 1. q. 17. limit. 47. membr. 1. num. 3.* Gonzalez *ad. reg. 8. Cancellar. gloss. 6. nu 194.* Joan. Francisco Leo *in Thesauro fori Ecclesiast. 1. p. cap. 15. num. 3.* Bursat. *cons. 4. n. 22. & seqq.* Menochius *de arbitrariis, quæst. 54. nu 24.* Peregrinus *decis. 2. nu. 2.* Fussar. *de substitution. q. 352. num. 49.* Surdus *cons. 105. num. 12.* Matienzo *in l. 11. tit. 6. lib. 5. recopil. gloss. 8. num 2.* & per plura jura, & Doctores, Nos *in comment. de Regia protect. 3. part. cap. 4. à num. 55. & seqq.* ubi etiam quod rei
15 semel altera natura, semper remanet alterata, *in tract. de supplicat. ad Sanctiss. 2. part. cap. 19. num. 5. & 6.* Maximè in majoratibus in quibus per facul-
16 tatem regiam bona alienari seu hypothecari præmissa remanent libera; prout expressè recitant similes omnes facultates, & adnotant Additionatores ad Molin. *in lib. 4. cap. 5. num. 1.* post principium ex Molina *lib. 4. cap. 9 num. 38.* alios plurimos adducimus suprà *hoc. tract. 2. p. cap. 9. nu. 29 & 60.*

17 Et quia solemnitas consensûs seu authoritas requisita ad actum si in eo fuit adhibita; alia nova non requiritur in executione, & complemento ipsius actus, quod in actionibus judicialibus, & extrajudicialibus varias & singulares doctrinas congerit Pereira *de empt. & vend. cap. 8. à n. 10. cum seqq.* & sursum Surdus *decis. 34.*
18 *ex n. 43. cum seqq.* quia non dicitur novus actus ille qui sit pro executione antiqui, plurimas cumulat doctrinas Surdus *cons. 385. à n. 23. cum seqq. lib. 3.*

19 Prout si in constitutione pensionis super beneficio juris patronatus laicalis cum facultate transferendi fuit adhibitus consensus patroni, postmodum pensionarius pensionis translatione non eget novo patroni consensu. Barbosa *de Jure Eccles. lib. 3. tit. de pensionibus, cap. 11. à n. 103.* ubi alios allegat.

20 Hæc tamen nostra firmissima resolutio, ut bona majoratus semel hypothecata ex facultate Regia, libere absque alia nova distrahi possint; in concursus Judicio pro satisfactione creditorum uno modo limitabis, ut ad eorum distractionem devenire non debeas nisi in subsidium nempe bonis liberis ejus possessoris qui ob-
21 tinuit facultatem, & ad hypothecam pervenit deficientibus, nam quemadmodum obligatio bonorum majoratus bonis existentibus liberis non subsistat, eo quod per facultatem ad obliganda concessa expressa dicatur, quod prius obligentur bona libera, ita ut bona majoratus in subsidium deficientibus liberis non aliter intelligantur hypothecata, etiamsi in facultate id expressè non dicatur, tacitè subintelligitur, & ma-
22 joratus quasi fidejussor indemnitatis, & subsidiarius reputatur, prout latissimè suprà *2. p. c. 5 ex nu. 16. cum multis seqq. vers. contrariam tamen, imo creditores*, &c.

Pariformiter denegatur distractio bonorum majora- 23
tus ex facultate regia hypothecæ subjugatorum bonis liberis existentibus, & nisi præcedente eorum excussione probant Molin. *lib. 4. c. 6. n. 15. & 19. & lib. 1. cap. 10. n. 4.* P. Molin *tr. 2. disp. 953. ex n. 1.* Menochius *lib. 4. præsumpt. 189. n. 9.* Cancer. *variar. resol. part. 1. cap. 9. n. 109.* Oliver. Beltramin. *in annot. ad Alex. Ludovic. decis. 299.* Vincent. de Anna *allegat. 115.* Camil. de Curte *in diverf. juris feud. cap. 5. n. 91. fol. 224.* addit. ad Molin. *lib. 4. c. 7. n. 1.* qui loquuntur etiam in feudalibus, innumerabilès penè DD. congessimus, suprà *2. p. d. c. 5. ex d. n. 16. cum seqq.*

Ex hac limitatione duæ resultant difficultates dissol- 24
vendæ, prima an postquam bona majoratus distracta fuere per subhastationem in judicio creditorum superveniant bona libera ejus qui debita contraxit, & facultatem à rege impetravit, eo quod alia bona libera acquisivit, ac rescindi poterit distractio præcedens, & bona sic subhastata recuperare, & vendicare valeat successor in majoratu, ita ut distractio præcedens retractetur? Hanc quæstionem eleganter tetigit doctissimus Lud. Molina *de primog. lib. 4. cap. 7. ex n. 13. & seqq.* quam juridicè resolvit, & firmat alienationem majoratus semel justè, & legitimè factam non esse renovandam etiamsi postmodum bona libera ab alienante acquisita fuerint; movetur ex eo quòd alienatio perfecta atque consummata fuit à principio, atque ideo ex defectu causæ ob novæ supervenientiam retractari non 25
debet ex regula factum legitimè *de reg. juris in 6.* quod 26
in actu semel perfecto, & consummato vera esse profitetur, sicque jura contraria conciliari affirmat, nempe *l. fin. in pincip. C. unde liber. l. qui res, §. arcam cum similibus, ff. de solutionibus*, ex Tiraquell. qui plura affert *in tract. de causa cessante limitat. 12. nu. 1. cum seqq.*

Et allegat in terminis gloss. singularem, & commu- 27
niter sequutam ab scribentibus *in Authent. res quæ l. comm. de legat. verbo obligationem* dum inquit, *Quod si dos, pro qua assignanda fuere alienata bona fideicommissi, restituta fuerit ex iis ante fideicommissi restitut.* non venit ipsa dos in restitutione fideicommissi, à quo 28
semel legitimè detracta fuit, ubi Paul *num. 5. quod & ipsum comprobari*, dicit *ex gloss.* communiter approbata *in l. ubi adhuc, verbo abutatur, C. de jure dot.* quod 29
uxori sit semel dos restituta, propter inopiam viri, isti non erit iterum restituenda, etiamsi vir ipse est ex post facto dives efficiatur simul decis. doctrina comprobat *in Auth. præterea, num 23. c. unde vir & uxor;* quod si uxori quarta, de qua *in d. Authent.* semel ob 30
paupertatem assignata fuit, non sit sibi ferenda, etiamsi ex post facto dives efficiatur, quod etiam repetit idem Decius *in cons. 24. num. 2. & seqq.* sequutus à Tiraqu. *de causa cessante, limitata. 4. num. 2.* adde Fontanellam *de pactis nupt. tom. 2. clausul. 5. gloss. 8. p. 8. ex num. 1.* quod quidem fundamentum aliis variis, & singularibus 31
similibus exornare libet, nam mater transiens ad secundas nuptias si petat tutorem prout tenetur, & detur, licèt postea pœniteat, non potest reassumere tutelam semel legitimè dimissam, & à se renuntiatam. Gratianus *discept. 219. num. 13. tom. 2.* (ubi etiam *de limitationibus*) Spino *de testament. gloss. 29. princip. nu. 11.* Gomez *in l. 50. Tauri n. 35.* & quid si per sola sponsa- 32
lia amittat tutelam, negativè resolvit post Guttierrez, & alios Sanch. *de matrimon. lib. 7. disp. 88. n. 5. & per tot.* de hac materia,) & idem procedere etiamsi mari- 32
tus secundus moriatur, ut nec tunc uxor recuperet tutelam. Spino *ubi proximè ex num. 9.* vide tamen Gratianum *disp. 5. p. 1. ex num. 34.* & de uxore, & de his omnibus abundè per Amat. *resol. 24. ex num. 10. cum seq.* Ubi post innumerabiles Doctores distinguit 34
inter rem integram, & non integram, scilicet antequam datus sit tutor vel postquam fuit datus, quem omnino videbis. Et idem judicandum de educatione 35
filio-

filiorum, quod de tutela. Vide Paulum Montanum *de tutelis, cap.* 25. *n.* 81. *& Taur. & à n.* 74. *cum ſeqq.* conducit Gutierrez *de tutelis, cap.* 3. *n.* 6. Vide Cabedum
36 *deciſ.* 99. *n.* 8. *&* 10. latè Sanchez *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 88. *& n.* 16. *& ſeqq.* Maſtrillus *deciſ.* 230. Leo *deciſ.* 211. *lib.* 2. idem de uxore cui legatur ſub conditione ſi caſtè vixerit, an ſemel ablatum legatum recuperet ſi poſtea caſtè vivat. Vide Sanchez *ubi proximè diſp.* 91. *ex n.* 31. *cum ſeqq.* & idem de ea cui legatur ſub conditione ſi alicui nubat, quæ non nubit, ſed alteri; ut poſtea vidua facta, licèt velit illi nubere, & parere conditioni, non auditur, nec recuperat legatum. Molinus *de ritu nuptiarum, lib.* 3. *c.* 29. *num.* 83. Caſtillo *controverſ. tom.* 6. *cap.* 127. *n.* 25. *ad fin* & iterum *n.* 58. *ad fin.* & ſimiliter idem dicendum quando
37 dos uxoris per rem judicatam poſita eſt in tuto ob paupertatem viri, etſi iſte poſtea efficiatur dives, non ideo res judicata retractabitur, nec dos viro reſtituitur invitos Doctores refert, & ſequitur Surd. *in conſ.* 435. *à num.* 6. ubi reddit rationem, & fundamenta *tom.* 3.

38 Et horum omnium una eſt ratio, quia ubi actus eſt jam conſummatus, & legitimè factus; caſus ſuperveniens non vitiat, quæ namque ſemel utiliter, & legitimè conſtituta ſunt, durant, licèt caſus evenerit à quo initium habere non potuerint prout apertè dicitur
39 *in plurib. penult.* §. *etſi placet*, ubi Bartol. & alii, *ff. de verborum oblig.* Petrus de Bellaper. & Bald *in* 2. *lectur. in l. patre furioſo per textum*, ibi, *ff. de his qui ſunt ſui vel alien. juris.* Bartol. *in l. ex facto in princip. col.* 2. *verſ. ult. hæc lex ff. de vulg. & pupillari*, de quo latè per Dinum *in regula factum legitimè, retractari non debet, licèt caſus poſtea evenerit, à quo non poſſit inchoari*, & Decius *in l. non eſt novum per text.* ibi, *ff. eod. tit.* latiſſimè Tiraquell. *in tr. de cauſa ceſſante limitat.* 12. *per totam*, præcipuè *n.* 15. Molina *dicto lib.* 4. *cap.* 7. *n.* 13. *in princip.* nos *in noſtris comment. de ſupplic. ad ſanct.* 2. *p. c.* 19. *n.* 8. *l. non enim, ff. de ultim. actuque princ.* Joan. Baptiſta Coſta *de juris & facti ignor. inſpect.* 46. Surdus *conſ.* 115. *n.* 11.

40 Pro ſecundo fundamento dicit Molina *d. c.* 7. *n.* 16. *dict. n.* 13. comprobari ſuam reſolutionem ex eo quod res ſemel effecta alienabilis ſemper remanet alienabilis *ex l. paterfamilias.* §. *qui decem, ff. de leg.* 3. quam regulam plurimis exornavimus ſuperiùs *n.* 12. *& ſeqq. verſ. & omnium ratio eſt evidens*, &c. Et opinionem hanc Molina deduxit ex iis quæ in terminis reſolvit Greg. Lopez *in lib.* 10. *tit.* 26. *part.* 4. *verb.* vendiendo *col.* 6. & iterum *in l.* 6. *tit.* 11. *part.* 6. *in gloſſ. verb.* que no la pudieſſe vender, *col.* 7. *verſ. quid autem ſi Rex.* Pater Molina *diſp.* 658. *n.* 5. Peregrinus *de fideicommiſſis art.* 41. *n.* 24. Avendan. *de cenſ. cap.* 65. *ex n.* 1. *& n.* 7. Martha *de ſucceſſ. legal.* 4. *part. quæſt.* 21. *n.* 10. *&* 11. *tom.* 2. Additionatores ad Molinam *dicto lib.* 4. *cap.* 7. *ad n.* 13.

41 Sed an hoc caſu poſſeſſor ipſe majoratus, vel ejus hæredes teneantur ex illis bonis liberis noviter acquiſitis ſatisfacere majoratui, vel aliam rem æquivalentem rei majoratus alienatæ ipſi majoratui ſatisfacere agit, & diſtinguit ipſe Molina *ubi proximè n.* 16. & Additionatores ibidem latè agunt plures Doctores videndi.

42 Major tamen difficultas verſatur, quando poſt factam diſtinctionem bonorum majoratus pro ſatisfaciendis creditoribus ex facultate regia concurrentibus appareat bona libera eo tempore habuiſſe, vel reliquiſſe poſſeſſorem, qui obtinuit facultatem ad hypothecandum, an ſucceſſor, & poſſeſſor poterit vendicando bona
43 jam alienata ſui majoratus reſcindere venditionem jam factam; in qua idem dicendum videbatur quod in proximè præcedenti dubio, ut propter bona libera poſtea reperta penes alienantem, vel ejus hæredem, non reſcindatur ſubhaſtatio, & diſtractio præcedens ac ſemel legitimè facta; ad quod trahi poſſunt ea omnia quæ hactenus diximus *ex n.* 24. *cum ſeqq. verſic. ex hac limitatione*, &c.

Deinde quoniam etſi ut teneat bonorum majoratus 44
diſtractio debeant deficere bona libera, & ad hoc præcedere diſcuſſio bonorum liberorum ad latè per nos tradita *ſuprà ex n.* 20. *cum ſeq. verſic. hæc tamen firmiſſima reſolutio;* tamen ſi diſcuſſio præceſſit, & non apparuere bona libera, nec fuere reperta, legitimè ſubſequuta, dicitur diſtractio bonorum majoratus, quoniam 45
idem eſt non eſſe, vel non apparere, vel non reperiri, atque idem eſt judicium, *leg. cum unus* §. *fin. ff. de bon. auth. judic. poſſiden. l. duo ſunt Titii, ff. de teſtament. tutela, leg. in leg.* 77. *ff. de contrah. emptione, leg. cum res* §. *itaque, ff. de leg.* 1. Bald. per. *l. cùm ita*, §. *ſpecies, ff. de leg.* 2. Surdus *deciſ.* 149. *n.* 2. *& deciſ.* 196. *n.* 13. *& conſ.* 377. Farinacius *deciſ.* 167. *n.* 35. *tom.* 2. *p.* 2. Camil. Gallineus *de verb. ſignific. lib.* 4. *c.* 13. *n.* 13. Mangil. *de imputationibus, q.* 82. *n.* 8. & non eſſe, & non 46
poſſe probari, idem ſunt, Surdus *d. deciſ.* 149. *n.* 2. ergò licet bona libera revera adeſſent tempore diſtractionis bonorum majoratus; ſi tamen facta diſcuſſione non apparuerunt, nec fuerunt reperta, legitimè diſtractio illorum facta dicitur, & per conſequens, etſi poſtmodum appareant, jam reſcindere poterunt.

Sed contraria ſententia in difficultate propoſita ve- 47
rior mihi videtur, ut quoties bona majoratus in concurſu diſtrahantur, eo quod bona libera non fuere reperta etiam facta diſcuſſione, cùm tamen revera fuerint eo tempore, ſemper diſtractio præcedens ſubjecta remaneat reſciſſioni, quoties bona libera tunc exiſtentia poſtmodum manifeſtentur, & per poſſeſſorem majoratus verè indicentur; moveor quia in bonis majora- 48
tus non contrahitur hypotheca, niſi in ſubſidium bonis liberis deficientibus, & ideo donec hæc verè adſint, 49
illa non obligata, ſed omnino libera judicantur à nexibus hypothecæ. Latiſſimè Molina *lib.* 4. *cap.* 2. *ex n.* 17. *& ſeqq.* & plurimis aliis locis quorum meminimus, & latiſſimè exornavimus *ſuprà* 2. *part. cap.* 5. *per totum*, & ſignanter *ex n.* 15. *cum multis ſeqq. verſ. contraria tamen* &c. Et ideo bona majoratûs interim indebitè alie- 50
nata dicentur, & ex conditione ſine cauſa, vel indebiti vindicari poſſunt à ſucceſſore, deſignatis bonis liberis tunc exiſtentibus.

Nec obſtat quòd regula exornata ſuperiùs factum 51
legitimè retractari non debere, licèt caſus poſtea evenerit à quo incipere non poteſt, quia Molina, & cæteri Doctores illum ſequentes procedunt, quando caſus ſuperveniens ita ſubvenit, ut omnino independens ſit à cauſa de præterito, (prout ſtatim dicemus) ſed poſtmodum noviter ſupervenit, quando ſcilicet tempore diſtractionis, & ſubhaſtationis bonorum majoratus nulla revera bona libera exiſtebant, ſed poſtmodum ſubhaſtatione, & diſtractione perfecta, acquiſita noviter fuerunt ab ipſo poſſeſſore alienante, & facultatem impetrante, quo caſu clarè loquuntur Molina, & cæteri Doctores, in difficultate antecedenti allegati *ex num.* 24. *cum ſeqq. verſic. ex hac limitatione duæ reſultant*, &c.

At quando bona majoratus alienata fuerunt ſub hoc 52
ſuppoſito, quod bona libera deficiant cum revera exiſtant, diverſa ratio verſatur, quia ſi bona libera poſtea reperiantur tunc exiſtentia, non poteſt dici novus caſus ſuperveniens, ſed antiquus, & præcedens alienationem, & ab eo trahens dependentiam, qui ad illam priorem cauſam debet habere reſpectum, illud etenim quod nunc contingit ex cauſa præterita, ad tempus cauſæ primæ, & præteritæ referri omnino debet, *l. in oratione in princip.* §. *Imperator, ff. ad legem falcidiam, leg. Pomponius* 2. *ff. de negotiis geſtis, leg. alienationes, ff. familiæ erciſcundæ*, plura exempla reddit Rodriguez *de annuis redditibus, lib.* 2. *quæſt.* 17. *num.* 25. *per totum*, & multa per Lancellotum *de attentatis* 2. *p. cap.* 4.

num. 4. *cum seqq.* Giurba *decis.* 69. *num.* 7. ubi dicit, quod quando actus dependet à præcedenti, præcedens actus attenditur *ex l.* 2. §. *sint autem*, *ff. de minoribus.* Crotus *in l. filius fam.* §. *divinum*, *ff. de legat.* 1. &
53 quia causa remota attenditur potius quàm propinqua, & secundum illam debet judicari actus, quando ab ea dependet jus actus propinquioris, allegat *l. ex placito*, *C. de rerum permutat.* cum aliis à Grammato *in rubric. de rerum permutat. n.* 68. *lib.* 6. origo namque rei semper attenditur *leg. nam origo*, *ff. quod vi aut clam*, *filius familias*, *vers. origo enim*, *ff. ad Macedon. l. clam possidere in princip. ff. de acquirenda possess. leg.* 2. §. *parvique refert. ff. de privileg. creditorum. leg.* 1. *in quod* 34. *ff. de donat. l. quod si maritus*, *ff. de constit. pecunia*, *l. si hæres. ff. de actionibus empt. l.* 3. *cap. ad Macedon. leg. sequitur*, §. *ex aliena*, *ff. de usucap. l. & qui originem* 3. *ff. de muneribus*, *& honoribus*, *l. incola* 29. *ff. ad municipalem*, *l. Senatores* 11. *de Senatoribus*, *cap. cum nullus de tempor. ordinan. lib.* 6. Gratianus *disceptat. forens. tom.* 4. *cap.* 749. *n.* 16. plenissimè Castillo *controvers. tom.* 6. *c.* 155. *per tot.* Ergo si ad illud prius tempus, à quo causatur debet nova repetitio bonorum referri, omnino debet influere in subhastatione, ut reddatur inutilis, & inefficax.

54 Quibus constat, quod quando jus non est omnino extinctum, sed elisum, & diminutum durat in essentia, licet esset in effectu, unde cum in eo adhuc sint reliquiæ, facilè fit reductio ad illud. Bald. *in Authent. quas actiones*, *num.* 5. *in fin. C. de Sacros. Eccles.* secus quando omnino jus fuit extinctum, prout hanc distinctionem ex aliis latè probat Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancellar. gloss.* 7. *ex n.* 30.

55 Comprobatur deinceps, quoniam illa regula facta legitimè retractari non debet, licet casus postea evenerit, à quo principium assumere non potest, fallit quando causa, ob quam factum est, devolvitur ad non causam, ut per textum singularem ad propositum *in l. si falso*, *ff. de conditione sine causa*, *& l. in commodato*, 9. *fin. ff. commendati*, *l. si fine ff. rem ratam haberi*, prout Surdus *cons.* 125. *n.* 55. *&* 56. sequitur Alvar. Valasco *in axiomat. lit. E*, *n.* 95. ergo si ob causam deficientium, vel non apparentium bonorum liberorum bona majoratus fuere alienata, repertis postea bonis tunc temporis existentibus illorum alienatio ad non causam redacta, rescindi debet.

56 Et in terminis rei judicatæ pro re commodata, vel depositа deperdita, & non apparente, ut si postmodum res apparuerit, & fuerit reperta res judicata rescindatur conditione sine causa, quia cessat cessante causa ob quam lata fuit, quamplurima jura, & DD. congessimus *supra hac* 3. *p. cap.* 1. *ex n.* 135. *cum multis seqq. vers. deinde probatur*, *quia res judicata ex qua quis solvit*, &c. Et de suppositо sententiæ quod postmodum apparet falsum, plura cumulavimus ibidem *ex n.* 88. *cum seqq. versicul. secundo hoc pars fulcitur*, &c. Quæ omninò hanc resolutionem mirabiliter comprobant, omnino vide *ex num.* 87. *cum seqq. vers. tertius effectus sit propter causam cessantem*, &c. Ubi abundè quando causa sententiæ reducitur postmodum ad non causam.

57 Facit deinde doctrina Paul. de Castro *in l. si cum patruo. C. communia utriusque judicii.* Socinus *consil.* 194. incipit eleganter, & subtiliter *col.* 1. Greg. Lopez. *in l.* 9. *tit.* 3. *p.* 3. *gloss.* 4. *verb. no deve ser oydo*, dicentes quod reus jurans exceptionem dilatoriam ad suam notitiam pervenisse, auditur opponendo post litis contestationem, si tamen postmodum appareat reum habuisse notitiam illius exceptionis, erunt irritæ probationes receptæ super tali exceptione ad quam fuit admissus sub illo suppositо quod de novo ad suam notitiam pervenerat, cum detegatur falsum fuisse juratum.

58 Nec obstat excussio præcedens ex qua non adesse bona libera declaratur, ut ad bona majoratus perveniatur, cui statuatur, quia idem est non esse, & non apparere; quoniam respondetur præfatæ excussioni standum esse omnino interim, dum bona libera non sint manifesta, nam excussio legitimè facta declarata præjudicat omnibus, & prodest aliis creditoribus in illo judicio non stantibus, at hæc sententia nunquam transit in rem judicatam quod minus fidejussor, vel tertius quilibet rei hypothecatæ possessor, vel creditor possit condemnatus eam impugnare, docendo, & apertè indicando bona debitoris stare, & apparere, ita ut res illa judicata super excussione legitimè facta tantum duret quantum non docetur bona stare. At quando fuerint reperta, semper retractatur ob causam cessantem, mirabiles doctrinas in iis terminis congessimus omnino videndas *suprà* 1. *p. cap.* 25. *ex num.* 29. *cum seqq. versic. hinc est*, *quod res judicata non facit jus*, &c. nec non alias singulares videndas 1. *p. cap.* 23. *ad fin. ex. n.* 92. *versic. unum notabilem in materia discussionis non omittam*, &c. Ex quibus videtur nostra opinio probabilior, ut ad bona majoratus alienata ob non reperta bona libera per excussionem tunc factam jus habeat possessor, & successor majoratus, quoties, manifestè, & sine controversia monstraverit bona libera tunc, & nunc adesse libera tamen ab omni alia obligatione, & hypotheca anteriori, juxta Molinam *lib.* 4. *cap.* 7. *sub n.* 8.

59 Sed an caput majoratus alienari possit pro satisfaciendis creditoribus, videtur dicendum quod non ex iis, quæ post Bald. asserit Parlador. *lib.* 2. *rerum quotid. cap. fin.* 5 *p.* §. 3. quod quando jurisdictio alicui principatui
60 adhæret puta Ducatui, Marchionatui, aut Comitatui, ut hæc pro executione capi non possunt, quia si magnati suæ ditionis jurisdictionem tollas, totum eum exauthorabis honore, titulo quantenus Dux erit, aut Marchio
61 non erit, & ideo quando in tribunalibus conceditur facultas creditoribus in concursu adstantibus, ut jure suo uti valeant, & possint vendere bona majoratus; semper reservatur caput ipsius, & ita similiter vidi practicatum in consilio supremo in Marchionatu de Aunon, cujus bona omnia subhastanda pro satisfactione creditorum concurrentium jussi, dempta, & specificè excepta jurisdictione dicti oppidi de Aunon.

62 Sed revera contrarium verius est, nam ex quo bona omnia ad statutum pertinentia fuerunt facultate regia hypothecæ subjecta, cujus intuitu creditores contraxerunt aliàs non contractari, alienationi, & subhastationi
63 subjecta sunt absque aliquo juris vel hominis impedimento, cum facultas regia ea fecerit omnia libera, & redacta ad statum libertatis pristinæ, ut superius annotavimus, nulla adest ratio quantumcumque apparens, quin regiæ facultati subjiciatur, & cedat, nec aliqua bona reservari possint in grave damnum contrahentium sub fide Regis, nemo enim litteris Principis confidens, & contrahens decipi debet, quamplurima jura,
64 & DD. adduximus in Commentar. *de supplicat. ad sanctiss.* 2. *p. cap.* 20. *ex n.* 59. *cum seqq.* Benè verum est, quod licet alienabile sit caput status, aut majoratus, non tamen sit ab eo incipiendum, sed ab aliis rebus minus
65 præjudicialibus statui, & non tamen pretiosis, nisi demum in subsidium, & aliis non sufficientibus, & hoc est quod in tribunalibus semper attenditur, ut à principio exceptuetur caput status, & jurisdictio ejusdem capitis, quando jubentur distrahi ejus bona, non tamen in totum, & in perpetuum negatur alienandi facultas si alia bona non sufficiant, & huc tendit quod docuit Molin. *de primog. lib.* 4. *cap.* 5. *n.* 4. In hæc: Hoc tamen
66 ita temperandum est, ut absque dolo, & fraude venditio ipsa fiat. Si enim pro dotis restitutione castrum, seu oppidum majoratus obligatum sit, in quo plura reddituum membra inveniuntur, quorum unum ad ipsius dotis solutionem sufficiens est, non debet totum oppidum cum jurisdictione pro dotis restitutione vendi, nec etiam omnium reddituum membra, sed illud tantum

tantum quod cum minori rerum majoratus jactura vendi possit, in quo boni viri arbitrium versabitur, *text. in dict. l. si pupillorum*, §. *non passim*, *ff. de rebus eorum*. Ubi Bald. *id notabiliter declarat*. Bartol. *n.* 8. *in leg. alio*, *ff. de aliment. & cibariis leg.* ubi cæteri id notant. Gregor. Lopez loquens in bonis majoriæ *in dictæ l.* 6. *titul.* 11. *part.* 6. *gloss. verb.* que no la pudiesse vender. *col.* 8. *vers. adverte*. Hactenus Molina, idem probat Fusarius *de substitut. qu.* 541. *n.* 16. ubi à principio, quando bona fideicommissi possunt distrahi pro
67 satisfaciendis creditoribus fundatoris *num.* 16. ita ait: *Limitatur quarto, quando pretiosiores res essent alienatæ, nam viliores semper sunt alienandæ, l. Marcellus*, §. *res quæ*, & ibi Roman. *n.* 7. *ff. ad Trebellian.* Cephalus *consil.* 344. *num.* 25. &c. Et ipse Fusar. *num.* 14. ibi. Sublimitatur secundò, quando alienaretur domus antiqua de familia, vel locus dignus affectione fideicommissarii, cum alia bona extarent, tunc enim restituto pretio emptori, res tota vendicari posset per fideicommissarium. Hieron. Gabriel. *cons.* 118. *n.* 5. *cum seqq. lib.* 1. Peregrin. *de fideicommissis art.* 40. *num.* 26. &c. Et videbis eundem Fusarium *nu.* 13. conducit Mieres *de majoratu* 4. *p. q.* 3. *n.* 161. Creditores, qui habent bona majoratus obligata cum regia facultate, non solum possunt petere executionem in fructibus bonorum majoratus, prout ordinariè fit, sed etiam quod vendantur proprietates bonorum majoratus in quantitate necessaria ad totius debiti solutionem, & cum minori præjudicio bonorum majoratus, &c.

68 Deinde quia jurisdictiones possunt capi in pignus pro executione, & satisfactione creditorum distrahique, & alienari, seu in solutum, aut in pignus creditoribus, sicut alia bona patrimonialia, prout ex quamplurimis Doctoribus probat noviss imè Noguerol. *alle-*
69 *gat.* 36. *ex n.* 20. *cum seqq.* omnino videndus, & circa domus pretiosas magnique ædificii, & quomodo eorum valor taxetur; an consideratis earum redditibus, vel æstimatione intrinseca; latissimè agit ipse Noguerol. *alleg.* 18. *ex n.* 39. *cum seqq.*

CAPUT V.

Jus patronatus competens debitori, an in concursus judicium sub cessione universi patrimonii à se facta veniat?

Et an ad creditores, quibus bona ceduntur, vel in posterum adjudicantur, transeat?

Et an jus sepulchrorum, seu capellæ debitori pertinens pro satisfactione creditorum subhastari valeat?

SUMMARIUM.

1 *Jus patronatus Ecclesiasticum dupliciter modo tacitè potest transferri in dispositione.*
Jus patronatus Ecclesiasticum transit in venditione, donatione aut cessione universitatis bonorum, ibid.
2 & 4. *Hæreditate vendita jus patronatus in emptorem transit.*
3 *Ratio, ob quam jus patronatus transit cum universitate bonorum, adducitur.*
4 *Quæ per se prohibita sunt alienari, cum universitate bonorum transeunt.*
5 *Expressio juris patronatus principaliter facta in venditione universitatis bonorum, venditionem annullat, nisi declarativè fiat.*
6 *Jus patronatus accessoriè annexum, & cohærens rei singulari transit in emptorem rei.*
7 *Jus patronatus quod habet debitor an veniat sub cessione bonorum à se facta, negativa sententia proponitur; contraria verior. n.* 11.
Jus patronatus est spiritualibus annexum, nec recipit æstimationem, nec in bonis nostris dicitur esse. Ibid.
8 *Sub dispositione rei æstimabilis non venit res inæstimabilis.*
9 *In cessione omnium bonorum non inest universitas.*
10 *Venditionem omnium bonorum meorum non esse universalem ratione rei existimat Lambertin. vide num.* 22.
11 *Jus patronatus includitur in cessione bonorum facta per debitorem in concursu suorum creditorum, & seqq.*
12 *Debitor bonis universaliter cedens ex natura judicii concursus dimittit mobilia, immobilia, jura, & actiones sibi competentes.*
13 *Patrimonium, & peculium est quid universale, sicut hæreditas, ac bonorum possessio.*
14 *Jus patronatus ut transeat in emptorem, aut cessionarium requiritur, ut universitas sit respectu rei, continentis in se corporalia jura, & actiones.*
15 *Dictio*, omnia bona, *seu*, quæcumque bona mea, *comprehendit corporalia, & incorporalia jura, & actiones.*
16 *Debitor in memoriali cessionis solet dicere*, cedo omnia, & quæcumque bona mea, jura, & actiones quomodolibet mihi competentes.
17 *Verbum*, cessio, *relatum ad concursum, etsi nihil aliud exprimatur, tacitè comprehendit omnia, & quæcumque bona.*
18 *Concursus judicium esse universale ostenditur, remissivè.*
19 *In venditione, cessione, seu alia qualibet dispositione omnium bonorum jurium, & actionum venire jus patronat. multorum authoritatibus probatur, & seqq.*
20 & 21. *Decisio adducitur, & refutatur opinio dicentium appellatione bonorum in contractibus non contineri universitatem.*
22 *Lambertini doctrina reprobatur, n.* 10. *adducta.*
23 & 24. *Dictio*, mea, *non restringit, sed demonstrat universitatem venditionis, & qualis ista sit, quæ venditur.*
Dispositio universalis omnium bonorum restricta tamen ad certum locum, desinit esse universalis, ibid.
25 *In dispositione omnium bonorum, jurium, & actionum comprehenditur jus patronatus.*
26 *Argumentis in contrarium, n.* 7. *adductis respondetur.*
Jus patronatus in bonis nostris est, quia pro eo habemus actionem; & exceptionem, & venit appellatione bonorum, & in eo jure hæreditario succeditur, ibid.
27 *Jus patronatus per se solum inæstimabile est, & sine universitate bonorum nequit cedi creditoribus, vendi, aut in solutum dari.*
28 *Juris patronatus venditio simoniaca est.*
29 *Jus patronatus non comprehenditur in cessione bonorum, quando debitor aliud in bonis non habet.*
30 *Argumentis* 2. *n.* 9. & 10. *adductis respondetur.*
Jus patronatus inclusum in cessione bonorum per debitorem facta, an in creditores transeat, ibid.
31 *Ex cessione facta per debitorem nullum jus dominii, aut possessionis acquiritur creditoribus, sed utriusque apud debitorem remanet, usque ad subhastationem cum effectu celebratam.*
32 *Per cessionem factam administratio bonorum debitori aufertur, & in manibus curiæ ejus bona ponuntur pro securitate creditorum.*
33 *Per universalem cessionem (nondum facta subhastatione) non transit jus patronatus in creditores.*
34 *Jus patronatus per subhastationem, aut dationem in solutum universorum bonorum cum effectu factam, in emptores, aut creditores transit.*
35 *Jus patronatus, si ematur universum patrimonium aut in solutum detur pluribus, in omnes in solidum transit pro rata.*

36 *Idem si detur aliqua res singularis, cui inhæret jus patronatus; cum qua transit.*

37 & 38. *Jus patron. non transit in emptorem quando bona separatim, & divisim subhastantur, aut in solutum dantus creditoribus.*

Executior locum non habet in jure patronatus, nisi adhæreat universitati bonorum, ibid.

39 *Jus patronatus transit in creditorem, quando universalitas, cui adhæret, jure pignoris in causam executionis capitur.*

40 *C. cum Bertoldus, de re judicata, interpretatur, & seqq.*

41 *Jus patronatus non transit in creditorem, quando executio fit in rebus singularibus.*

42 & *n.* 40. *Jus patronatus non transit in creditorem, quando universitas ei datur in pignus.*

43 *Ad juris patronatus translationem non attenditur universitas respectu animi vendendi, sed respectu effectus acquirendi.*

44 *Universitas respectu verborum, si resolvatur in singularitates, jus patronatus non transit in acquirentem.*

45 *&c. Jus sepulchrorum, & capellæ, quod debitor habet, an subhastari possit pro satisfactione creditorum.*

46 *Sepulchri jus potest subhastari, quando in limine erectionis, & ante consecrationem illud fundator sibi ac successoribus reservavit.*

47 *Sepulchri jus post erectionem Ecclesiæ acquisitum, quoad jus, & proprietatem vendi non potest, cum sit locus sacer.*

48 & 49. *Usus sepulchri, seu capellæ, cum sit quid temporale, respiciens honorem, & præeminentiam, quocumque tempore potest vendi.*

50 *Sepulchri usus hæreditarii, seu capellæ est pretio æstimabilis, & distrahi potest pro solutione creditorum.*

51 *Phœbi, & aliorum decisiones adducuntur.*

1 DUPLICI modo transferri solet, ac in dispositione tacitè comprehendi jus patronatus Ecclesiasticum; uno modo quando venditur, aut ceditur, seu donatur universitas bonorum, nam tunc cum ea transire probant, & ibi communiter Doctores *in cap. cum sæculum, cap. ex litteris de jure patronatus l.* 8. *tit.* 15 *p.* 1. Rochus de Curt. *de jure patronatus verbo ipse vel is, quæst.* 12. Lambertin. *eodem tit.* 2. *p. lib.* 1. *quæst.* 5. *per totam, cum seqq.* Paul. de Citadinis *eodem tit.* 9. *part. quæst.* 3. Tiraquellus *de primogenitura quæst.* 36. Diaz *in regula* 401. & ibi Salicetus, Falcon. *in reg.* 341. Garcia *de benefic.* 4. *part. cap.* 9. *nu.* 10. Mierez *de majoratu* 3. *part. quæst.* 11. *ex num.* 3. & ferè per totam quæstionem, plurimos refert Cenedus *in Collectan.* 5. *ad decreta num.* 1. Molina *de Hispanor. primogen. lib.* 1. *cap.* 28. *num.* 8. Azeved. *in l.* 7. *tit.* 3. *lib.* 7. *recopilat. num.* 9. Cervantes *in l.* 9. *Tauri n.* 125. Spino *in speculo testam. gloss.* 4. *princip. n.* 3. Riccius *in praxi fori Ecclesiast. decis.* 179. *in princip.* Tuschus *lit. L, concl.* 612. *num.* 1. & plures alii citandi.

2 Hinc hæreditate vendita, jus patronatus in emptorem transire probant ex dictis juribus, & ibi Honstiens. quem *n.* 13. Abb. & Doctores communiter sequuntur *in dicto cap. ex litt.* Felinus *in cap. causamque, n.* 8. *de præscriptionibus; & in cap. cum Bertoldus in fin. de re judicata.* Curt. *num.* 40. Paul. de Citad. *ubi proxime n.* 11. Covar. *lib.* 2. *variarum cap.* 18. *num.* 8. Falcon. *n.* 5. Spino *ubi proximè*, qui *à num.* 18. pro contraria parte multa adduxit, & à dicto *num.* 3. hanc defendit, & contrariis satisfacit, & Garcia *num.* 11. & 12. pro hac opinione multos laudat, & Rotæ *decis.* refert Mantica *de contractibus lib.* 4. *tit.* 12. ubi *à n.* 1. *usque ad* 6. pro contraria opinione arguit, & *n.* 7. hanc tuetur, & contrariis respondet Covallos *q.* 717. *num.* 2. plurimos refert Barbos. *in Collect. ad d. cap. ex litteris num.* 5. Marescotus *variar. resolut lib.* 2. *cap.* 55. *n.* 7. 8. 9. & 10. ubi dicit rationem esse, quia quando fit cessio, seu venditio universalis respectu rei, qua sub se universitatem continet, talis universitas non resolvitur in singularitates *in l.* 1. *C. de re evictionib.* ideò nimirum si cum ea transeat jus patronatus, cum de per se non dicatur vendi, sed potius venire in quandam necessariam consequentiam rei venditæ inclusæ in jure universalis, cui adhæret Riccius *in praxi fori Eccles. decis.* 179. *n.* 139. ubi sic decisum fuisse per Rotam testatur; consonat text. *in l. fin. de fundo dotali, l. quædam, ff. de acquir. rerum dominio, l. in modicis*, & quæ ibi notantur *ff. de contrah. emptione, l. operarum, ff. de opere libertor.* probantes quod ea, quæ de per se sunt prohibita alienari, transeunt cum universitate bonorum. Fabius de Monte *de empt. q.* 4. *principali. n.* 44. *q.* 15. alia tradit Cervantes *in l.* 6. *Tauri, n.* 126. Pichard. *in* §. 1. *n.* 16. *instit. de inutil stipul.* Hermosill. *in l.* 15. *tit.* 5. *p.* 5. *gloss.* 4. *ex n.* 1. *& seqq.* qui *num.* 3. refert Garciam, & alios ab eo citatos tenentes, hanc opinionem procedere, quando in hæreditate adest aliqua villa, seu Castrum, cui annexum est jus patronatus, quo casu transire cum hæreditate vendita, secus autem quando jus patronatus est personale, & per se distinctum, sed veriorem rectè firmat primam opinionem ut sufficiat, quod jus patronatus adsit in hæreditate cum qua ad emptorem transit, ut latè comprobant supra pro prima opinione citati, qui rectè contrariis satisfaciunt, & per Riccium *dec.* 164. *n.* 82. & alios, nec non singularium Rotæ decis. contra Nic. Garc. & alios probat priorem opinionem novissimè Vivian. *de jure patr. p.* 1. *lib.* 4. *c.* 4. *ex n.* 16. *cum. seqq.* & contrariis respondet, & iterum *c.* 5. *ex n.* 1. *cum seqq.*

Unum tamen animadvertere debes, quod cum jus 5
patronatus de per se vendi non potest, si fiat in venditione universitatis principaliter expressio juris patronatus, venditio est nulla, quia simoniaca, ut puta quando conjunctivè dicitur: vendo tibi hæreditatem, & jus patronatus, quia hoc casu per illam copulam, &, vel, etiam, venit jus patronatus æquè principaliter cum hæreditate, secus quando juris patronatus fiat mentio declarativè, ut puta vendo tibi hæreditatem cum omnibus juribus videlicet jure patronatus, tunc transire probant quamplures relati à Viviano *de jure patronat.* 1. *part. lib* 4. *cap.* 5. *num.* 13. & 14. Sanchez *in præcepta Decalogi, lib.* 2. *cap.* 19. *sub num.* 12. August. Barbosa *in cap. cum sæculum.* 13. *n.* 2. *de jure patronat.* & idem quando dicitur cum jure patronatus, ut post alios explicat Hermosilla *d. gloss.* 4. *n.* 9.

Secundo modo transfertur in emptorem jus patro- 6
natus, quando accessoriè connexum est, & adhæret alicui rei singulari, ut post alios probat Garcia *de benefic. 5. part. c.* 9. *num.* 33. & 34. quidquid alii contrarium sectentur.

Quibus suppositis, primitùs quærendum erit, an 7
jus patronatus, quod habet debitor suos provocans creditores ad judicium concursus, veniat cum cessione omnium bonorum à se simul facta & pro parte negativa nonnulla fortissima urgent; primum quia debitor omnibus bonis suis cedit, ut satisfiant creditores, sed jus patronatus res est spiritualibus annexa, quod nec recipit æstimationem, nec vendi potest, imò quod plus est, jus patronatus non est in bonis nostris secundum Bald. *in l. tanquam in fin. ff. de fideicommissis, & in consil.* 335. *col.* 1. *lib.* 1. & ideò dicit Abbas *in cap. querimonia de jure patron. col.* 2. Vivian. *cap.* 4. *quod patronus non potest cedere jus patronatus suis creditoribus*, quia 8
nullam recipit æstimationem, nec sub dispositione loquente de re æstimabili venit res inæstimabilis ex Bartol. *in l.* 4. §. *Prætor ait in fin. ff. de damno infecto.* Ergo jus patronatus sub cessione bonorum facta per debitorem creditoribus hujus venire non potest.

Secundò, & pro hac parte facit quia licèt debitor 9
formans

formans concurſus judicium inter ſuos creditores cedat omnibus bonis ſuis quæ habet, tamen in hac omnium bonorum ceſſione non ineſt univerſitas, & ideò in venditione generali, & abſoluta omnium bonorum jus patronatus non venire tenuerunt expreſsè Innocentius *n.* 2. Joan. Andr. & Cardinal. *quæſt.* 11. *in cap. ex litteris de jure patronat.* Felin. *in c. cauſamque num.* 8. *de præſcriptionib.* Lambert. *de jure patron lib.* 1. *p.* 2. *qu.* 5. *art.* 14. Decius *in c. ſedes de reſtit. ſpoliator.* quos referens ſequitur Covar. *c.* 13. *num* 4. ubi aſſerit, hanc orationem: verbo omnia bona mea, non eſſe univerſalem ratione rei, id eſt, non ſignificare univerſitatem, Salcedus *in additionibus ad Bernard. Diaz regul.* 401. *limit.* 10. Mareſcot. *lib.* 2. *variar. c.* 55. *n.* 12. dicens pro hac opinione Rotam judicaſſe. Ergo impoſſibile videtur quod ſub ceſſione omnium bonorum facta per debitorem in judicio concurſus poſſit venire & comprehendi jus patronatus, quod non niſi ſub univerſitate bonorum venit ex iis quæ *ex n.* 1. *& ſeqq.* ſcripſimus.

11 Sed contraria opinio, imò quod ſub ceſſione bonorum facta per debitorem in concurſu creditorum veniat, & includatur jus patronatus, verior eſt; facit quia
12 debitor ita bonis ſuis univerſaliter cedit, & dimittit pro ſolvendis creditoribus, ut virtualiter ex natura judicii comprehendat bona mobilia, & immobilia, jura, & actiones ſibi comparentes, nihil ſibi relicto, aut reſervato, prout abundè diximus *ſup.* 1. *part. c.* 1. & ſæpè
13 alibi, & ſic univerſum patrimonium ſuum, & peculium à ſe abdicat, & cedit, ut nulla dubitandi ratio poſſit adeſſe, quod univerſitas per hæc verba ſignificetur ratione rei geſtæ; nam patrimonium, peculium eſt quid univerſale, ſicut hæreditas, & bonorum poſſeſſio, *l.* 5. *ff. de evictionib. l. peculium naſcitur. ff. de peculio.* Mantica *de contractib. lib* 12. *tit.* 6. *n.* 24. Guzman. *de evictionib. qu.* 45. *num.* 1.
14 Tuſch. *conſ.* 612. *n.* 12. ubi dicit: Quòd ad hoc ut jus patronatus tranſeat in emptorem, aut ceſſionarium, requiritur, quod univerſitas ſit reſpectu rei, & quod nomina univerſitatis ſunt ea, quæ continent in ſe corporalia, & incorporalia jura, ſcilicet hæreditas, bonorum poſſeſſio, patrimonium, peculium, territorium, & caſtrum, cui juriſdictio ineſt; refert, & ſequitur Hermoſil. *ad l.* 15. *gloſſ.* 4. *n.* 10. *in fin. tit.* 5. *p.* 5. *tom.* 2. *fol.* 90. & quod ſub hac voce univerſali, peculium, multo magis comprehendatur patrominium mihi probat Conſultus *in l. cogi* 16. *ff. ad Senatuſconſ. Trebell.* in illis verbis, ibi. Etſi peculium meum teſtator dixerit, quia plerumque diminutè patrimonium ſuum peculium dicunt de ſucceſſione ſua & hic rogavit, *&c.* Sed in ceſſione bonorum facta per debitorem ea omnia jura veniunt, & univerſum ejus patrimonium, ut diximus. Ergo hæc ceſſio univerſitatem ſignificare debet; optimè in terminis Parladorius, loco inferiùs allegandus *ex num.* 38. *verſ. elegantur percipit*, &c.

15 Hinc quando adeſt dictio univerſalis: omnia ſeu quæcumque bona mea, veniunt jura, & actiones corporalia, & incorporalia, *l. bonor.* 49. *in fin. l. rei appellat.* 23. *ff. de verb. oblig. l. ſi legat.* 30. §. 1. *ff. ad Trebell. l. nomen C. quæ res pign. oblig. poſſunt.* Tiraq. *de retract. lignag.* §. *gloſſ.* 7. *n.* 20. *&* 21. latiſſimè Auguſt. Barboſa
16 *appellat. verborum appell.* 25. *ex n.* 1. Sed in hac ceſſione ſuorum bonorum facta per debitorem in judicio creditorum ſive per verborum expreſſionem ut aſſolet in memoriali à ſe exhibito, nec non in libello ſolet dicere, cedo omnia, & quæcumque bona mea mobilia, & immobilia, jura, & actiones quomodolibet mihi competentia, aut competentes: ſive ſecundum ſubjectam materiam, & naturam judicii, etiamſi nihil exprimat; tacitè in ceſſione ſubintelliguntur univerſaliter omnia, & quæcumque bona ſua, & omne patrimo-
17 nium, ſeu peculium. Ergo verbum hoc ceſſio relatum ad concurſum creditorum per neceſſe debet connumerari inter voces ſignificantes univerſalitatem, cum in hac ceſſione verificentur omnia requiſita, quæ jura, &

doctores appetunt, ut aliquid dicatur jus univerſale, relati, *n.* 11. & Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *q.* 9. *n.* 48. & 49.

Et idcircò hoc judicium concurſus, in quod intro- 18
ducitur omne, & univerſum patrimonium debitoris, eſſe univerſale abundè probavimus *ſup.* 1. *cap.* 3. *à principio.*

Et in noſtris terminis, quod in venditione, ceſſione, 19
ſeu alia qualibet diſpoſitione omnium bonorum, jurium, & actionum includatur, & veniat jus patronatus, tenuerunt Bald. *in l. C. de bonis liber.* Decius, ſibi contrarius *in conſ.* 127. *n.* 2. 3. & 4. quos remiſſivè ſequitur Gregor. *in l.* 15. *tit.* 5. *p.* 5. *gloſſ.* 4. dicentes in venditione omnium bonorum jus patronatus in emptorem tranſire, ut ſi venditor dicat, vendo omnia bona mea, jura, & actiones, ſequitur Abbas *in cap. ex litteris n.* 12. *de jure patron.* Rochus de Curte *de jure patron. verbo ipſe velis, q.* 23. Ferretus *in conſ.* 179. *n.* 2. Cardinal. Puteus *deciſ.* 351. *lib.* 2. qui loquitur in donatione omnium bonorum, Rebuffus *in l. bonorum, l.* 2. *ff. de verb. ſignif.* Seraphinus *deciſ.* 725. ubi firmat ſic deciſum 20
fuiſſe per Rotam, quia ultra venditionem omnium bonorum proceſſum fuit ad jura, & actiones univerſas, ex quo ceſſare dixit objectum, quod in contractibus appellatione bonorum non continet univerſitatem, & contrariam opinionem Innocentii, cujus meminimus *ſuprà n.* 9. *&* 10. *non eſſe tutam*, inquit Ricc. *in Collectan.* 1731. ubi plures contra eam judicaſſe Rotam teſtatur, & iterum idem Riccius *in praxi fori Eccleſ. deciſ.* 164. refert ad litteram Rotæ deciſ. quam Seraphinus recollegit, & iterum idem Riccius *in dec.* 179. *num.* 141.

Et hanc opinionem veriorem eſſe, & omninò ſe- 21
quendam affirmat Hermoſilla *ad l.* 15. *tit.* 5. *p.* 5. *gloſſ.* 4. *ex n.* 6. *&* 8. & contrariis ſatisfacit Rota per Seraphin. ac Riccium dicens, *Innocentii opinionem non eſſe receptam*, & Decium *in dicto cap. ſedes.* loqui in juribus ad certum locum reſtrictis & Doctores relati à Covarruvia & opinionem Lambertini, non eſſe veram, quia 22
fundat ſe in illa reſtrictione (mea) quæ nihil facit nec mutat ſignificationem univerſalem. Cùm ſit demonſ- 23
trativa univerſitatis venditæ, & qualis ſit quæ venditur aut ceditur ut rectè animadvertit Rebuff. *in l. bonorum, ff. de verb. oblig.* & notat Hermoſilla *loco citato*, ſequitur Mieres *de major.* 3. *p. q.* 11. *n.* 5.

Et idipſum affirmat Lotter. *de beneficial. lib.* 2. *q.* 9. 24
ex n. 50. *uſque ad* 53. In hæc: Et denique, quomodocumque quis concipiat diſpoſitionem ſuam ad univerſitatem bonorum, & jurium ſuorum ſecundum veriorem ſententiam, quam contra Innocentium videtur tenere Abbas in eod. c. ex litteris, ſub n. 1. 2. 5. ſed pro hac opinione contrariam, etiam quod diſponens uſus fuerit particula, (mea) dominii expreſſiva, prout reprobato Innocentio, & Lambertino, cenſuit Rota, apud Seraphinum deciſ. 725. n. 1. atteſtans de commun. Puteus in novis dec. 341. Ferretus conſ. 179. n. 2. quidquid ſit de diſpoſitione univerſali omnium bonorum, vel jurium, quæ quis habet in aliquo loco nuncupatim, in hoc enim caſu Rota tenet non tranſire jus patronatus, quod etiam cenſuit Abbas ubi ſuprà n. 11. & 14. ſequutus ibi Innocent. n. 3. & idem cenſuit Decius in cap. ſedes, n. 3. de reſcriptis, ut benè advertit Rota dicta Seraphin. dec. 725. ſub. n. 1. ad medium, &c. Hanc eandem opinio- 25
nem, quod in diſpoſitione omnium bonorum, jurium, & actionum comprehendatur etiam jus patronatus; ſequitur Vivianus *in tract. de jure patron. p.* 1. *lib.* 4. *cap.* 4. *ex num.* 16. *& ſeqq.* dicens veriorem, & communem poſt alios contra Innocent. Lamb. & alios, contrariam ſectantes, & fuiſſe per Rotam dec. in una *Carmonenſi Hoſpitalis* 4. *Martii* 1586. quam ad litteram refert, & reſpondet omnibus contrariis, ubi de opinione Decii, loquentis de juribus ad certum locum reſtrictis, & excluditur etiam fundamentum Lambert. in particula, (mea) quæ nihil importat, *&* *num.* 21. adducit ad

idem aliam Rotæ decisiõn. quæ quidem opinio longè verior est, & tenenda, quæ ulteriùs certior apparebit ex responsione ad argumenta in contrarium considerata *ex n.* 7. *& seqq.*

26 Nec obstat, primum ibidem, quod jus patronatus non sit in bonis nostris, quia falsum est, cum pro eo habeamus actionem, & exceptionem, ideò in bonis esse dicitur, *l. rem in bonis, ff. de acquir. rerum dominio*, & notat Bartol. *in l. rem alienam col.* 2. *ff. de pignoratitia actione*, & in eo succeditur cum hæreditaria successione, venit appellatione bonorum jus patronatus, & sic in bonis nostris esse, latè comprobat Vivianus *de jure patron. part. lib.* 4. *ex n.* 34.

27 Nec obstat doctrina Abb. de qua *sup. n.* 8. quod jus patronatus tanquam inæstimabile non potest cedi creditoribus, qui benè loquitur dum dicit quòd patronus qui nihil habet in bonis præter jus patronatus, non potest illud jus cedere creditoribus; quia non recipit æstimationem, & sic procedit quando jus patronatus solùm datur in solutum, quæ est vera venditio à judi-
28 ce, & hæc uti simoniaca reprobata, imò quando de-
29 bitor non habet in bonis, nisi jus patronatus, tunc non transit cum universali cessione, cum fiat fraus legi. nec valet venditio, ut cum Salicet. & Mantic. tenet Hermos. *in l.* 15. *tit.* 5. *gloss.* 5. *num.* 4. *tom.* 2. *fol* 91. quia ille qui nihil habet in bonis quàm jus patronatus, aut parum plus sub prætextu venditionis universalis omnium bonorum seu jurium quomodocumque competentium vendere posset jus patronatus ut post alios tenet Manguil. in titulum *de evictionib. q.* 127. *num.* 15. sed non negat Abbas, quod cum universitate bonorum
30 possit vendi, & cedi, ut postmodum statim dicemus, nec obstat secundum de quo *supr. n.* 9. & 10. quod ex aliquorum Doctorum opinione dicitur, in bonorum omnium venditione, non includi jus patronatus eo quòd sub ea generalitate non inest universitas, cui satis abundè responsum fuit hactenus *ex n.* 11. *& seqq.* signanter *ex n.* 19. *vers. & in nostris terminis*, &c. Ubi contrariam opinionem veriorem esse ostendimus, & contrariam sæpè fuisse reprobatam à Rota.

31 Sed ulteriùs sub hoc vero supposito quæritur an jus patronatus, inclusum in cessione bonorum facta per debitorem pariter transeat in creditores, & videtur affirmativè resolvendum, namque non solùm comprehenditur in cessione omnium bonorum, & universi patrimonii, facta creditoribus, sed etiam per judicem omne illud universum patrimonium subhastari mandatur pro illis satisfaciendis, ergo in illos transire videtur ex iis quæ à principio hujus cap. dicta fuere, ut jus patronatus transeat in emptorem cum universitate bonorum.

32 Sed ne decipiaris (prout deceptum vidi doctum quendam virum) primò advertere debes quod ex cessione quam à principio facit debitor in judicio concursus nullum jus in dominio aut possessione bonorum acquiritur creditoribus suis, nec ipse à se abdicat, sed potiùs utrumque retinet usque ad subhastationem bono-
33 rum cum effectu celebratam. Sola enim administratio abdicatur, bona autem ponit in manibus curiæ vel judicis pro securitate creditorum, ne interim lite pendente distrahat, aut fraudulenter dissipet in eorum præjudicium prout latissimè probavimus *suprà 1. part. cap.* 13. *à principio*, *& cap.* 14. *ex num.... cum multis seqq. versic. sed an debitor formando concursum*, &c.
34 Quibus locis multa videbis applicabilia, ideòque ex hac universali cessione nihil inferri potest, ad translationem juris patronatus in creditores, neque etiam ex judicis decreto mandare, omne patrimonium distrahi pro satisfactione creditorum, cum etiam comprehendat venditionem singularium rerum separatim & distinctè; quapropter pro vera resolutione nostræ quæstionis tres sunt casus distinguendi.

35 Aut enim creditor aliquis vel aliqui in subhastatione emunt omne jus illud universale, & totum patrimonium, vel periculum debitoris, aut aliter eis in solutum datur à judice, & tunc rectè procedunt jura, & Doctores dicentes quod jus patronatus transit cum universitate bonorum, de quibus hactenus à principio.

Et idem est, si universale hoc patrimonium ematur à pluribus, seu pluribus creditoribus in solutum detur, nam in omnes in solidum transire non est dubium, imò etsi aliquis partem patrimonii universi emat, vel in solutum accipiat, quia tunc jus patronatus in emptorem, aut creditorem pro eadem parte transibit, ut ex Card. *conf.* 48. incipit quidam nobilis Lambertin. *de jure patron. lib.* 1. *q.* 5. *art.* 16. Covarruv. *lib.* 2. *var. cap.* 18. *n.* 8. *in fin.* Salcedus *in addit.* ad Bernard. *in reg.* 401. *ampliat.* 1. Hermosilla *ad l.* 15. *tit.* 5. *p.* 5. *gloss.* 4. 36
n. 5. *tom.* 2. *fol.* 90. aut datur creditori aliqua res singularis in solutum cui accessoriè, & inseparabiliter inhæret, & est annexum jus patronatus, tunc similiter accessoriè, & in consequentiam in eundem transit jus patronatus, ut notavimus superiùs *n.* 6. aut enim in subhastatione separatim & divisim venduntur singulæ res & bona, aut creditoribus, prout assolet æstimata, in solutum traduntur, & tunc procul dubio jus patronatus in emptores non transit; quia vendi non potest, nec est æstimabile, nec in solutum dari potest creditoribus, ex juribus vulgaribus. Aliud est etenim patrimonium alicujus uno contractu, ac simul & eodem tempore & titulo emere: aliud diversis, & disparibus temporibus & titulis comparare, *l. si peculium*, 2. *ff. de pecul. leg.* quam ibi notat Bart. ad legem municipalem, caventem, ut qui emit universum patrimonium alicujus, teneatur ejus creditoribus: ut non habeat locum emendo non simul, sed vicissim, & diversis, ac singulis titulis, modò unam rem, modò aliam, sequitur Jason *in l. C. de repud. hæred.* Mascard. *de probationib. concl.* 45. *n.* 28.

Hinc verissimam distinctionem probavit Vivianus *de* 37
jure patronatus, 1. *part. lib.* 4. *c.* 5. *n.* 17. *&* 18. ubi dicit, quod jus patronatus non potest cedi à patrono creditoribus nihil aliud in bonis habente cum jus patronatus nullam recipit æstimationem, *ex cap. de jure patronat.* nec per se potest dari in solutum, sed sic cum universitate bonorum, *ex d. cap. de jure.*

Eleganter percipit articulum Parlador. *lib.* 2. *rer. quo-* 38
tid. cap. fin. 5. *p. ex n.* 93. in hæc: Sed & de jure patronatus Eccles. videamus an in eo executio locum habeat. Et certum est in eo executionem nullo modo sortiri posse, cum res sit spiritualibus annexa quam distrahi vendique jura prohibent. c. de jure patron. l. sacra, ff. de rerum divisione, l. 8. tit 5. part. 1. excepto eo, si alicui adhæreat universitati. Nam eo casu cum univer- 39
sitate & jus patronatus in emptorem transit, juxta textum vulgarem in cap. ex litteris de jure patronatus. Atque pari ratione, si universitas in causam executionis pignori capiatur, & jus patronatus illi adhærens cessionis jure transmittit in creditorem, cui universitas addicta fuerit, sicut tradit. Bald. *in consil.* 32. *vol.* 3. & Felin. *in cap. cum Bertoldus*, *de re judicata*, *Rochus quoque de jure patronatus*, *verb. ipse vel is*, *q.* 32. nec nos (prosequitur Parladorius *n.* 35. *& seqq.*) turbare debet, cap. cum Bertoldus, de re judicata, ubi 40
universitate pignori data jus patronatus, illi adhærens, in creditorem non transit: ita enim illum textum accipiendum esse, communis est interpretum consensus, tum illic cum alibi, ut apparet ex Abbate & Felino eodem loci. Atque item ex Rocho loco superiori, q. 17. tradit etiam Greg. Lopez in l. 9. tit. 5. part. 1. verb. natura, diversa enim causa est. Si quidem in pignore tenetur creditor fructus omnes restituere debitori, quam quidem restitutionem jus patronatus, cum inæstimabilis res sit, nullatenus admittit, ab universitate creditori addicta non tenetur fructus restituere cum suos mero jure faciat, l. at si quis, §. 1. ff. de religiosis

religiosis & sumpt. funerum, gl. Bart. & reliqui in l. si finita §. Jul. ff. de damno infecto, quamquam enim verò, ut hoc locum habeat, oportet tota integraque universitas, liceat atque distrahatur: nam si, ut fieri assolet, membratim res universitatis vendantur, jus patronatus creditori addici non poterit, cum ut diximus, & manifestum est, nec pretium recipiat, nec æstimationem, id quod non obscurè sensit Innocent. in d. cap. ex litteris, cui reliquos assentire licèt ex Greg. Lopez in l. 15 tit. 5. p. 5. verb. ad ea, & Covarr. intelligere *lib. 1. variar. cap. 13. n. 3. & est argumento textus in l. quemadmodum, C. de agricol. & censitis, lib. 10.* Hactenus Parladorius, quem relativè sequitur Hermosill. *in dict. leg. 15. tit. 5. gloss. 5. num. 6. tom. 2. fol. 91.* qui etiam agit de re universali, cui inest jus patronatus data in pignus creditorum, ut in hunc jus patronatus non transeat, ex *l. 9. tit. 15. p. 1.* Cevallos *qu. 740. n. 2.* Mieres *3. q. 11. n. 22.* Spino *gloss. 4. n. 118.* non enim attenditur ad translatum juris patronatus universitas respectu animi, & voluntatis illam vendendi, sed simul in effectu, & executione adquirendi; nam si universitas non ematur, nec emptori acquiratur jus patronatus transire non potest, & sic debet transire in emptorem universitas bonorum, cum qua & non aliter transit jus patronatus, ut probant omnina jura & Doctores superiùs à principio hujus capitis laudati. 41 42 43

Nam quando generalitas & universitas respectu verborum dumtaxat resolvitur in suas singularitates, tunc non transit jus patronatus, quia idem de ea judicatur, ac si singulæ res venditæ & cessæ sint; innumerabiles perè Doctores refert & sequitur Manguillius *de evictionibus, qu. 127. ex n. 14 cum seqq.* quo casu rectè admittuntur Doctores suprà citati *num. 9. & 10.* quos licèt *ex n. 11. & seqq.* reprobavimus ex ratione nequam applicata casui, de quo loquuntur, ratio tamen in se vera est, ut quoties universitas respectu verborum resolvitur in singularitates, jus patronatus non transeat in emptorem, seu acquirentem. 44

Ultimo loco quæritur, an pro satisfactione creditorum subhastari, & distrahi potest jus sepulchrorum & capellaniæ quod quamque debitor habet; in qua resolvendum erit: quod si in limine erectionis Ecclesiæ, & ante ejus consecrationem quis sibi & successoribus suis reservavit jus sepulchri in ea, tunc cum hoc jus dicatur, & reputetur merè temporale, eo quod tempore acquisitionis non erat Ecclesia consecrata; licitè potest vendi, & subhastari, & in executionem capi, pro satisfactione creditorum, ut probant Henricus Boër. *in cap. abolendæ, num. 8. vers. quandoque de sepulturis.* Lotherius *de re beneficiar. lib. 2. cap. 4. num. 9. vers. sic prior est,* sequitur Noguerol. *alleg. 36. num. 21.* 45 46

Quando autem post erectionem Ecclesiæ adquirit jus sepulchri, & tunc licèt sepultura quoad jus & proprietatem vendi non potest eo modo, ut is cui datur ejus dominus effici possit, quia est locus sacer, & etiam, authoritate prælati, vendi non potest ex Navarr. *de sepult. conf. 1. n. 1.* Lambert. *de jure patron. lib. 3. q. 5. art. 4. n. 1. q. 9. art. 9. n. 1. cum seqq.* Parladorius *in sesquicentur. different. 66. §. 2. n. 7.* Gregor Lopez *in l. 1. tit. 13. tom. 1.* Additionator *n. 4. de judic.* Joan. Fab. *in §. religiosum, instit. de rerum divis.* tenentes, posse sepulturam vendi pecunia sicut alias res venales, quod absque labe simoniæ fieri posse, tradunt cum Greg. Lopez & Molina, Spino *in speculo testam. gloss. 2. princip. 35.* Garcia *de expens. & melior. c. 8. n. 51. vers. hodie tamen.* Hermosilla *ad l. 15. tit. 9. part. 5. gloss. 1. n. 9.* Aug. Barbosa *de Parochis, cap. 26. n. 16.* 47

Tamen jus & usus sepulturæ ratione situs & loci dignioris, seu Capellæ rectè & licitè vendi potest. Et ratione hujus usus sepulturæ potest alios impedire ne ibi sepeliantur, quia tunc hoc jus & usus sepulturæ sive Capellæ est merè temporalis, & potest vendi absque labe simoniæ, quasi hoc non videatur tangere spiritualitatem aliquam, sed tantùm honorem & præeminentiam, quæ potest pretio æstimari & vendi tanquam verè temporalis, tenet Soto *de justitia & jure, lib. 9. quæst. 7. art. 1.* Petrus de Aragon. *in 2. 2. quæst. 100. art. 4.* Victoria *relect. 2. de simonia, num. 10.* Gregor. Lopez. *in l. 1. verb. vender. tit. 13. p. 1.* Didacus à Rosario *in addit. ad summam,* Cajetanus *verb. simonia,* Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 24. n. 4.* Menochius *de arbitr. casu 277.* Spino *in speculo testament. gloss. 2. princ. num. 44.* Lælius Zechius *de republ. Eccles. lib. 1. cap. 27. de Parocho, n. 19. vers. causant etiam,* Toletanus *in instructione Sacerdotis, lib. 5. cap. 8. in fin.* Emanuel Rodriguez *in summa, part 2. cap. 58. n. 2. & quæst. reg. tom. 3. qu. 58. art. 2.* Zerola *in praxi Episcop. part. 1. verb. sepultura, §. 2.* Cabedo *de patronatu Regiæ Coronæ, cap. 22.* Petrus de Ledesma *in summa, p. 2. tract. 12. concl. 34.* Garcia *de beneficiis 5. part. cap. 9. n. 137.* Gumada ad Gregorium *in l. 55. gloss. 5. tit. 6. part. 1.* Salazar *de usu & consuetudine, cap. 10. n. 24.* Petrus de Lara *de anniversar. & capellan. lib. 1. cap. 25. n. 17.* Saa *in summa, verb. simonia, num. 2.* Philiarchus *de officio Sacerd. tom. 2. part. 2. lib. 6. cap. 9.* Arag. *2. 2. q. 100. art. 4.* Bald. *in summa, verb. sepultura, n. 8.* Marcus Anton. Genuens. *in praxi Archiepiscop. c. 40. n. 19. in 1. editione, aliàs cap. 32. n. 16. in 2. editione.* Gratianus *decisione 24. à princip. & discept. forens. cap. 110. n. 6. cum seqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 23. num. 208. & n. 226.* Bellet. *disquisit. cleric. part. 1. tit. de cleric. debitor. §. 3. à num. 27.* Azor. *instit. moral. part. 3. lib. 12. cap. 17. qu. 2.* Filliucius *quæst. moralium, tom. 3. tract. 45. cap. 3. quæst. 11. n. 26.* Bonacina *variar. tract. tit. de simonia, quæst. 4. §. 6.* Layman. *in Theologia morali, lib. 4. tract. 10. cap. ult. §. 4. n. 36.* Joan. de la Cruz *in direct. conscient. part. 1. qu. 4. dub. 9. concl. 2.* Diana *resolutionum moralium, part. 2. tractat. 1. Miscellan. resolut. 57.* Villalobos *in summa, part. 2. tract. 27. difficult. 12. n. 3. & 4.* Hier. Rodriguez *in compend. quæst. regul. resol. 128. n. 2.* Augustinus Barbosa *de Parocho, cap. 26. num. 16. & seqq.* ubi allegat & explicat Xuarez *de religione, tom. 1. tract. 3. lib. 4. de simonia, cap. 14. n. 19.* & post Joannem Garciam, Greg. Molin. Archidiacon. Lambert. Gratian. Spinum, & Riccium; idem tenet Hermosilla *ad l. 15. tit. 5. p. 5. gloss. 1. num. 9. & 10. tom. 2.* & post Guttierrez *de gabellis, quæst. 9. n. 24. & 25.* Loterium *de re benef. lib. 2. quæst. 4. n. 10. &. 11.* & Rotam per Farinacium *in posthum. decis. c. 61. num. 1. tom. 1.* & post alios Noguerol. *allegat. 36. num. 22.* qui similiter post Guttierrez *num. 26.* Nicolaum Garciam *dicto cap. 9. n. 137.* & Lother *de re benefic. lib. 2. dicta, qu. 4. n. 13. & 14.* loquitur in Capella, ex eadem ratione, & quia usus Ecclesiæ hoc admisit. 48

Hinc fit, quod si in prima acquisitione licita, & absque labe simoniæ ab ipsa Ecclesia, potest hoc jus honorificum sepulturæ & Capellæ vendi & pretio acquiri tanquam merè profanum & temporale, meritò magis poterit, postquam pervenit in potestatem laici vendi, distrahi, & in executionem capi, pro solutione creditorum, cum sit res pretio æstimabilis, & à jure non prohibitum; ut in terminis probat Melchior Phœbus Lusitanus *decis. 8. num. 8. 9. 10 & seqq.* qui *num. 13.* resolvit, quod usus sepulchri hæreditarii, est pretio æstimabilis, & distrahi potest pro solvendis creditoribus, ubi affirmat ita fuisse decisum, quem referens sequitur Augustinus Barbosa *de Parochis, dicto cap. 26. n. 17.* Noguerol. *allegat. 36. n. 23.* qui *n. 24.* testatur ita fuisse per supremum Consilium Regium sæpè determinatum in casibus occurrentibus, & signanter in concursu creditorum Marchionis de Aunon, ubi patronatus Capellæ Majoris Monasterii D. August. jussit vendi, pro debitis fundatoris, de quo & nos etiam testamur. 49 50

Et quod quando jus sepulchrorum remanet profanum, ut tunc quovis titulo possit alienari, & vendi, 51

quia in commercium cadit, ex *leg. ſi monumento*, *Cod. quæ res pignori obligari poſſunt*, & ſuper eo poſſunt creditores ſatisfieri: tradit poſt Firm. *de Epiſcopo*, *quæſt.* 3. *lib.* 4. & Banutium *de re inventar. partita* 6. *n.* 68. *tom.* 18. *part.* 2. *diverſor.* Gratianus *diſcept. partita* 6. *tom.* 2. *cap.* 210. *num.* 8. & 9.

CAPUT VI.

De adminiſtratore non ſoluturo abſque judicis ſpeciali decreto, ac delegatione, vulgò *libramiento*.

Et an delegationem hanc adminiſtratori directam (interim mortuo, vel remoto) adminiſtrator ſucceſſor adimplere teneatur, & ejus virtute ſolvere?

SUMMARIUM.

1 *Adminiſtrator ad bona concurſus nominatus recipit facultatem colendi, locandi, erigendi, fructus vendendi, &c.*

2 & 7. *Adminiſtrator non poteſt expendere, nec ſolvere creditoribus abſque delegatione judicis, vulgò* libramiento.

3 *Quid ſervandum, quando aliquid præciſè ex pecuniis concurſus expendendum eſt.*

4 *Cura, cuſtodia, & adminiſtratio bonorum concurſus, ad curiam, & judicem penes quos reſidet, ſpectat.*

5 *Adminiſtrator concurſus eſt ſequeſter, & depoſitarius à curia, vel judice nominatus.*

6 *Sequeſtrum eſt depoſitum judiciale.*

7 *Sequeſtrum, aut depoſitum per judicem appoſitum, abſque ejus mandato removeri nequit.*

8 *Adminiſtrator fiſci abſque delegatione nec unum denarium expendere poteſt.*

9 *Adminiſtratore, cui nominatim erat directa delegatio, mortuo aut remoto, delegatione intimata, vel non, novus ſucceſſor eam tenetur adimplere, abſque novo juſſu, & ſeqq.*

10 *Adminiſtrator licet mutetur, adminiſtratio non mutatur, nec variatur.*

11 *L. proponebatur* 76. *ff. de judiciis, exornatur.*

12 & 13. *Litteras directas Officiali, reſpectu habito ad officium, ſucceſſor tenetur adimplere.*

14 *Auth. ut nulli judici liceat habere, §. ex hoc vero, expenditur.*

15 *Succeſſor, & novus executor, mandatum directum ſuum anteceſſori poteſt exequi abſque nova commiſſione.*

16 *Præceptum directum Prætori, habito reſpectu ad munus tranſit in ſucceſſorem, ejus loco ſubrogatum.*

17 *Subrogatus in alterius locum poteſt facere ea omnia, quæ poterat ille, cujus loco ſubrogatur.*

18 & 19. *Teſtes licet non probent, niſi coram judice examinante publicentur, fidem faciunt ſi coram ejus ſucceſſore ſint publicati.*

1 LICÈT adminiſtrator nominatus ad bona concurſus tanquam depoſitarius, & ſequeſter ut illa cuſtodiat, facultatem recipiat colendi, locandi, exigendi debita, & fructus vendendi, ac ſolvendi creditoribus, omni exactàque diligentia cuſtodiendi, & conſervandi, prout abundè diximus *ſupr.* 1. *cap.* 13. *ex n.* 38. *cum multis ſeqq. verſ. quam autem poteſtatem iſte adminiſtrator recipiat*, &c. *Et in cap.* 14.

2 Tamen non tantam facultatem à curia nominante accipit, ut expendere aliquid poſſit ex pecuniis exactis, vel ſolvere creditoribus quibuſlibet abſque judicis, & curiæ decreto ſpeciali cum delegatione, vulgò dicta *libramiento* obtenta, & impetrata per creditores, in 3
caſibus in quibus præciſè aliquid ex pecuniis concurſus expendendum, aut ſolvendum ſit. Copioſè diximus *in d. c.* 13. *ex n.* 51. *verſ. & ulterius inquit Boëza*, &c. Etenim cura, cuſtodia, & adminiſtratio bonorum con- 4
curſus ad judicem, & curiam ſpectat, & apud eam principaliter reſidet, in cujus manibus debitor formans concurſum bona ſua univerſa cuſtodienda, & miniſtranda admittat pro ſecuritate, & commodo creditorum ne diſſipentur, & nequam diſtrahantur, ſed ut ejuſdem curiæ authoritate, & decreto ſubhaſtentur, & ex pecuniis redactis judicis, & curiæ delegationibus nominatim, & ſpecialiter expeditis, & obtentis, creditores ſolvantur, & de ſuis creditis ſatisfiant, prout copioſè videre eſt *in d. cap.* 13. *in princip. & cap.* 14. ideò ratio poſtulat ut adminiſtrator ſuam facultatem, quam valdè limitatam habet, excedere non valeat.

Deinde quoniam cum iſte adminiſtrator ſit ſequeſ- 5
ter, & depoſitarius à curia, vel judice nominatus pro cuſtodia bonorum concurſus, ut videre eſt, *ſuprà* 1. *p. dicto cap.* 14. *per totum*; nam ſequeſtrum eſt de- 6
poſitum judiciale, *l. ejus apud quem*, *ff. depoſiti*, *l. Senatus in fin. ff. de officio Proconſulis*, *l. ſi fidejuſſor*, *ult. qui ſatis dare cogantur. l.* 1. *§. penult. ff. de liber. exhibend. l. intereſſe puto* 19. *ff. de acquirenda poſſeſſ. l. ſequeſter* 109. *ff. de verb. ſignific. cap. examinata* 15. *de judiciis cap.* 1. *&* 2. *de ſequeſtra poſſeſſion. & fruct. clem. unic. eod. tit. cap.* 2. *de dolo & contumacia.* Petrus Greg. *ſintagmate jur. lib.* 23. *cap.* 3. *à n.* 12. Rebuffus *de ſequeſtro art.* 1. *gloſſ.* 1. *n.* 35. *lib.* 3. Galganet. *de jure public. lib.* 12. *tit.* 15. Carocius *de depoſito in princip. n.* 1. Paz *in praxi* 3. *tom. cap.* 6. §. 6. Briſon. *lib.* 4. *de verb. ſignific. verbo depoſitum*, Didacus Perez *in l.* 1. *tit.* 10. *lib.* 3. ordin. Azeved. *in rubr. tit.* 2. *lib.* 4. *recopil. num.* 1. Pichard. *in* §. *præterea*, *n.* 17. *inſtitut. quib. mod. recontrahitur obligat.* Rodriguez *de privilegiis creditorum*, *art.* 6. *n.* 19. Molina. *diſp.* 523. Hermoſilla *ad l.* 1. *tit.* 3. *p.* 5. *gloſſ.* 3. *n.* 3. *tom.* 1. *fol.* 178. & alii plures per nos *in tract. de regia protect.* 2. *p. cap.* 16. *ex n.* 52. *cum ſeqq.* ſequitur ut ipſe ni- 7
hil de bonis, & pecuniis concurſus propria authoritate diſponere, aut expendere, ſolvereque poſſit abſque judicis ſpeciali decreto, & mandato, Paul de Caſtro *in conſil.* 433. *col. fin. lib.* 1. Bart. & Bald. *in l. ſi oleum in princ. ff. de dolo malo.* Foller. *in praxi cenſuali verbo inſtrumentum gratiæ*, *n.* 54. Tiraquell. *de retract. lib.* 2. §. 4. *gloſſ.* 9. *n.* 1. Rebuffus 3. *tom. ad conſtitut. Gallicas tract. de ſequeſtro art.* 1. *gloſſ.* 1. *n.* 17. Gregor Lopez *in l.* 1. *tit.* 3. *p.* 5. *gloſſ.* 6. ubi etiam Hermoſilla *gloſſ. n.* 1. *tom.* 1. *fol.* 202. *& idem gloſſ.* 4. *n.* 5. *&* 6. ubi refert Azeved. & per alios, & per totum gloſſ. Felicianus de Solis *de cenſib. lib.* 4. *tom.* 2. *c. unic. n.* 4. *verſic. quæ reſolutio, & verſ. denique fallit.* Nam ex quo depoſitum, & ſequeſtrum oppoſitum fuit authoritate judicis, abſque ejus mandato, & decreto removeri non poteſt, ut probant præallegati Doctores, & Intriglol. *de cenſib. q.* 80. *n.* 3. Avendan. *eodem tit. cap.* 102. *n.* 16. Cencius *de cenſib. q.* 3. *ſub n.* 63. Surdus *deciſ.* 385. *num.* 28. *& ſeqq.* & ita communiter practicatur in cunctis tribunalibus.

Et ita in adminiſtratore fiſci voluit Bald. *in rubric.* 8
Cod. de conſtituta pecun. in & Pariſ. de Puteo *in tract. de ſindicatu tit. de arbitr. eorum*, *num.* 19. dicentes, quòd fiſci adminiſtrator nedum denarium ex ſuo capite, & æquilibrio ſolvere poteſt abſque delegatione ſuperioris. Idem tenet etiam Bartol *in l.* 1. §. *hæc verba, in fin. ff. ne vis fiat*, quos ſequitur Eſcobar *de ratiociniis*, *cap.* 13. *n.* 6. & 7.

Sed adminiſtratore (cui delegatio hæc nominatim 9
directa fuit, & cum quo ſpecificè loquebatur) mortuo, aut aliter remoto ab adminiſtratione interim, & anteaquam ea fuiſſet intimata, vel forſan jam intimata, adhuc tamen ejus virtute non ſolviſſe, an adminiſ-

miniſtrator ſucceſſor noviter nominatus eam poterit ſolummodo adimplere abſque novo judicis, aut curiæ ſpeciali mandato, ita ut eidem intimata delegatione expedita contra ſuum anteceſſorem cogi valeat ad ſol-
10 vendum? in quo breviter affirmativè reſolvendum erit, nam licèt adminiſtrator mutetur, non tamen adminiſtratio mutatur, aut variatur, quoniam ſemper eſt una, & ſemper attenditur corpus illud bono-
11 rum concurſus quam adminiſtrator adminiſtrat, *ex vulgari mirabili tamen, l. proponebatur. 76. ff. de judiciis*, ibi: *Cujus rei ſpecies eadem eſt*, (hoc eſt forma ut explicat *gloſſ. fin.* ibidem) *eadem res eſſe cenſetur, quantumcumque circa ipſam materiam aliqua commutatio contigerit*, & ibi: *Et poſtea aliqui, vel etiam omnes mutati fuerint; nihilominus eadem dicitur cauſa*, & ibi: *Eadem res eſſe exiſtimaretur, ſed in multis cæteris rebus*, &c. Quam legem multis exornavimus in variis materiis in noſtris Commentar. *de regia protect. 1. part. cap. 3. ex n. 53. cum multis ſeqq.*

12 Ideoque cum attendatur dumtaxat corpus bonorum, & ejus adminiſtratio, & adminiſtratorum mutatio, & variatio nihil immutat delegationem, quia in adminiſtratorem dirigitur, ut eam adimpleat nomine illius corporis ficti quod repræſentat, & ideo ſubrogatus eandem repræſentationem contineat, & idem eſt cum prædeceſſore in cujus locum ſubrogatur qui eodem modo tenetur adimplere delegationem, & præceptum ſolutionis emanatum à curia ac ſi cum eo expreſsè, & nominatim loqueretur, quia litteræ dictæ officiali habito reſpectu ad officium, & munus illa tenetur ſucceſſor ſubrogatus in eadem adminiſtra-
13 tione adimplere, & exequi text. eſt expreſſus *in Authent.* ut nulli judici liceat habere locis citato, §. *ex*
14 *hoc vero jubemus.* ibi: Ex hoc vero jubemus obſervari ab omni adminiſtratore, ut ſi contigerit in ſcriptis noſtram juſſionem fieri ad aliquem judicem, & interea iſte quieſcat ab adminiſtratione, hinc is qui poſt illum ſuſceperit dignitatem accipiat eam, & inſinuet, & ſiquidem privata eſt cauſa, & implere eam, & aſſequi quemadmodum ad eum promeruit reſcriptum, text. etiam *in leg. mortuo*, ibi, *idem eum qui ſubſtitutus eſt, ſequi oportet, ff. de judiciis.* Hinc etiam Avend. *de exequend. mand. c. 17. ſub num. 16 verſic. & novus executor.* poſt Angel. *in. Authent. ut nulli judici, §. & hoc collat. 9.* & Felin. *in cap. cum contingat, de foro competent.* & per notata per DD. *in l. fundum princip.*
15 *ff. de acquir. poſſeſſ.* inquit. Quod ſucceſſor, & novus executoris virtute primi mandati dati, & directi ſuo anteceſſori poteſt illud exequi, & adimplere abſque mandato Florez Diaz de Mena *practicarum, quæſt. 4. num. fin.*

16 Et ideo quando præceptum eſt aliquid prætori, putà ut præcori, & habito reſpectu ad munus, tranſit in ſucceſſorem ejus loco ſubrogatum, qui omnino pariter præceptum illud tenetur adimplere. Bald. *in l. tale pactum, ff. de pactis, l. ſi communis ſervus, ff. de ſtipulat. ſervor.* Bartol. *in l. à filio in fin. ff. de aliment. & cibariis legat.* Speculator *in tit. de inſtrument. editione, §. nunc aliquid verſ. ſed quid erit, idem tradit gloſſ. in cap. penult. de teſtam. in 6.* Rota *deciſ. 412.* in novis pulchrè Covarr. *pract. quæſt. cap. 11. à num. 1.* & præcipuè *num. 2. verſ. ſecundo hoc ipſum probatur.* Optimè etiam Mantica *de tacitis & amb. convent. lib. 7. tit. 23. num. 49 & n. 50.* Marqueſan. *de commiſſionib. 1. part. cap. 29. n. 40.* nam licèt ſucceſſor, & prædeceſſor adminiſtrator diverſi ſint perſonarum reſpectu; eo tamen habito ad adminiſtrationem verè idem ſunt, & reputantur, ut ex Bart. *in l. ab executore n. 9. ff. de appellat.* Burgos de Paz *in l. 1. Tauri, n. 427.* & Aviles *in cap. 1. prætorum, num. 20. verſ. ſed in contrarium:*
17 diximus *in noſtris Comment. de regia protect. 1. cap. 3 n. 86.* & ideo is qui in alterius loco ſubrogatur poterit ea omnia facere quæ poterat ille cujus loco ſubrogatur, *l. 2. C. de eo qui vicem alterius gerit.* Alexand. *in l. num. 53. ff. de officio ejus*, cui mandata eſt, Petrus Barboſa *in l. ſi longius in princip. n. 43. & 44. ff. de judiciis.* Covarr. *practic. 11. ſub n. 2. ad finem, verſ. poſthum. illud.* Nos *dicto cap. 3. n. 38. & 58.* imò *per tot. cap.* multa ſcitu digniſſima, quæ hanc noſtram reſolutionem minè comprobant, uſque ad refectionem reperies omnino videnda in variis articulis, & materiis.

Quibus addere poteris, quod licet teſtes, de jure 18
non probent, niſi publicentur coram eodem judice, qui illa examinavit, vel examinare fecit, ut per text. *in l. geſta, Cod. de re judicata*, & per innumerabiles DD. probat Farinacius *de teſtibus, q. 75. ex. n. 12. cum ſeqq.* tamen rectè probat ſi publicentur coram judice ſucceſſore, & ſubrogato in loco ipſius judicis examinantis, ſive delegato ſive ordinario à quo benè poſſunt publicari, licèt eos non examinaverit, & fidem faciunt quia unus, & idem judicantur reſpectu cauſæ, & tribunalis Bald. *in dicta l. geſta, n. 4. verſic. aut coram judice.* Caſtrenſ. *in l. geſta, n. 24. verſic. & idem feciſſet, tranſitum ad ſucceſſorem* & ibi Ripa *in dicta l. 2. n. 32. C. de edendo.* Imola *in cap. cauſamque el. 1. col. 2. verſical. ſi verò ſunt de teſtib.* Aretin. ibidem *nu. 7. & 8.* Farinacius *d. quæſt. 77. nu. 21. cum ſeqq.*

Quapropter praxis communis idem admiſit, ut de- 19
legationem à judice emanatam directam uni adminiſtratori bonorum concurſus, licèt iſte removeatur, aut interdum moriatur, aut aliter deficiat, ſucceſſor implet, & adimplere rectè poteſt, & ejus virtute ſolvere, non ſpectato novo judicis decreto ex his, quæ hactenus dicta fuere. Benè verum eſt, quod aliqui novi adminiſtratores, ſive ſcrupulo detenti, ſive malitia moti vexandi creditores cauſa, ſive avaritia cupidi ſolvere recuſant, & adimplere mandatum ſuo anteceſſori directum cunctantur, & ideo cogunt creditores iterum recurrere ad curiam, vel judicem, ut delegatio præcedens cum adminiſtratore ſucceſſore intelligatur, & ad ejus implementum, & ſolutionem toto juris rigore compellatur, quod abſque ulla difficultate, aut dilatione, ſed per ſimplicem relationem à judice, & curia mandatur.

---

§. Unic.

Et nunquid adminiſtrator delegationem adimplere dicatur, compenſando quod ſibi, aut debitori communi per creditorem debetur?

Vel quando creditori ceſſionario exigenti eandem compenſationem opponere intendit?

SUMMARIUM.

1 *Adminiſtrator concurſus ſtrictè cogitur adimplere delegationem, hoc eſt,* el libramiento, *creditoribus conceſſam.*

2 *Adminiſtrator concurſus delegationi ſibi directæ ſatisfacit, volens compenſare, quod creditor ipſi debitori ex alia cauſa debet.*

3 *De credito proprio ad creditum proprium ſemper admittitur compenſatio.*

4 *Compenſans ſolvere dicitur.*

5 *Alimentario creditori compenſationem adminiſtrator objicere non debet.*

6 *Compenſatio non admittitur, ubi realis, naturalis, vel incontanti numeratio requiritur.*

7 *Compenſationem tollit pactum de ea non opponenda.*

8 & 9. *Creditum juratum an admittat compenſationem, non convenit inter Doctores.*

10 *Creditum anterius non juratum potest compensari cum debito posteriori, etiam jurato.*

11 *Compensatio an admittatur in dote, deposito, alimentis, salario, aut in debitis fiscalibus, aut reipublicæ, remissivè.*

12 *Compensatio an fit ipso jure, vel ope exceptionis.*

13 *Compensationis exceptio, non expectata sententia, ipso jure perimit obligationem ad differentiam aliarum exceptionum.*

14 *Compensare non potest administrator quod sibi ipsi debet creditor concursus, exigens virtute* del libramiento.

L. id quod ff. de compensationibus, exornatur, ibid.

15 *Administrator repræsentat duas personas, propriam, & administrationis, & utræque differunt.*

16 *Obligationes, & scripturæ administrationis differunt à propriis administratoriis.*

17 *De debito alieno quod tertio debetur, ad debitum proprium non admittitur compensatio.*

18 *Creditor compensare non cogitur, quod alteri, quam debitori suo debet.*

19 *Administrator societatis à creditore conventus non potest ei compensare; quod ipsi administratori creditor debet.*

20 *Cessionarius an teneatur compensare quod cedens debet debitori suo cesso, & seqq.*

21 *Exceptio compensationis, quæ, potest opponi cedenti, potest etiam opponi cessionario.*

22 *Creditum cessum transit in cessionarium, cum sua causa, & onere compensationis affectum.*

23 *Exceptio respiciens rem cessam potest opponi contra cessionarium.*

24 *Declara: si exceptio orta jam erat contra cedentem tempore cessionis.*

25 *Compensationis exceptio, quæ non erat quæsita debitori cesso tempore cessionis, non potest opponi contra cessionarium.*

26 *Creditum cessum jam non dicitur creditum cedentis; sed proprium cessionarii.*

27 *Debitor conventus potest creditori agenti opponere compensationem debiti alieni, cujus habet cessionem.*

28 *Cessionarius dicitur creditor debitori cessi.*

29 *Creditum ortum contra cedentem post cessionem; non opponitur cessionario, cum sit debitum alienum, & à tertio.*

30 *L. qui invicem, ff. de condictione indebiti, ponderatur.*

31 *Jus compensandi superveniens contra cedentem, non opponitur cessionario.*

32 *Confessio, & pactum vendentis præjudicat emptori, si emanaverit ante venditionem.*

33 *Secus, si emanet post venditionem, quæ emptori non præjudicat.*

34 *Confessio cedentis præjudicat cessionario si præcedat cessionem, secus si eam sequatur.*

35 *Debitor cessus, juri compensandi jam quæsito renuntiare videtur, si tempore cessionis præsens promisit solvere creditum cessum.*

36 *Debitor cessus, qui cœpit solvere cessionario, an amittat jus compensandi sibi quæsitum ante cessionem, & seqq.*

37 & 38. *Negativam sententiam qui Doctores tenuerint.*

39 *In iis casibus in quibus potest solvi cedenti in præjudicium cessionarii, de quibus* in l. 3. Cod. *de novationibus, in iis etiam ei opponi potest compensatio per debitorem cessum.*

40 *In casibus, in quibus aufertur debitori cesso facultas solvendi cedenti, in iis etiam aufertur facultas compensandi.*

41 *Intellige, si ante cessionem competebat debitori jus compensandi.*

42 *Quod jus tolli non potest per factum creditoris cedentis.*

43 *Debitori sicuti auferri potest facultas solvendi suo creditori; ita & facultas compensandi.*

44 *Jus compensandi quæsitum debitori ante cessionem, per eam subsequutam non tollitur.*

45 *Secus si jus compensandi acquisivit debitor post cessionem, quæ objici non potest cessionario.*

46 *Opiniones Doctorum, quæ inter se pugnare videntur, confœderantur, & seqq.*

47 *Aliud est velle compensare inter debitorem, & creditorem: aliud inter debitorem cessum, & cessionarium.*

48 *Debitori cesso, quibus casibus tollatur facultas solvendi creditori, de quibus ibi, ita & compensandi eidem creditori.*

49 *Solutio, quando non admittitur, ita nec compensatio.*

50 *Debitor solvendo creditori cedenti, si non intervenit aliquod requisitum, de quibus* in l. 3. Cod. *de novationibus liberatur.*

51 *Compensationem, quæ poterat opponi contra cedentem, posse opponi contra cessionarium; nullus negavit.*

52 *Jus compensandi nondum ortum ante cessionem non coinquinat cessionarium.*

53 *Debitori non admisso compensare contra aliquem, reservatur jus exigendi à suo debitore.*

54 *Jacob. de Grassis annotatur, non percepisse terminos, quibus loquuti fuêre Doctores, à se impugnati.*

55 *Creditori exigenti ex bonis concursus non objicitur compensatio ejus, quod debet administrationi, nisi suo loco, & gradu, non antea in præjudicium anteriorum creditorum.*

56 *Creditum, quo debitor communis habet censuum creditorem, est in bonis, & de bonis debitoris, in quo præferuntur anteriores, compensatione prorsus exclusæ.*

STRICTÈ cogi administratorem adimplere delegationem obtentam à Judice concursus per creditorem, aut per ejus legitimum cessionarium, abundè diximus *hoc in cap. & in. cap. seqq.* nunc quæritur, an compensare volens, quod sibi, aut debitori communi debetur ex causa diversa, audiatur? & capiendo posteriorem hanc partem, nempe quando creditor ipse simul reperitur debitor debitoris communis, & administrationis, & tunc regula constans constituenda erit, omnino compensationem admittendam esse, si aliàs legitimè, clarè, & liquidè de debito, quod compensare intendit administrator, apparuerit. Nam ex quo ad invicem debitor communis creditor est creditoris, admitti debet compensatio, cum de credito proprio ad creditum proprium fiat, *ex l. 1. cum seqq. ff. de compensationibus.*

Ideoque administrator compensando id, quod creditor debet ipsi administrationi, procul dubio satisfacere dicetur delegationi obtentæ à creditore concursus.

Nam qui compensat solvit, *l. ex causa, C. de compensation.* & ibi Bartol. *ff. qui potior. in pign. habeant.* Riminaldus junior *consil.* 152. *num.* 40. Bursatus *cons.* 123. *num.* 20. Hondedeus *consil.* 41. *n.* 21. *vol.* 2. Sforcia *consil.* 61. *num.* 7. Tuschus *lit. C, num.* 487. *& seq.* Bertazolus *instrument. clauf.* 41. *gloss. num.* 8. Mantica *de tacitis & ambig. convent. lib.* 10. *tit.* 10. *num.* 6. Becius *cons.* 227. *n.* 25. Sesse *decis.* 88. *num.* 3. Menochius *lib. cons.* 227. *n.* 25. Sesse *decis.* 88. *num.* 3. Menochius *lib.* 2. *præsumpt.* 48. *num.* 35. Mascardus *de probat. concluf.* 334. *num.* 2. Ozascus *decis.* 92. *num.* 11. & 35. Turretus *cons.* 10. *n.* 2. *in* 1. Grassis *de exceptionibus, except.* 16. *num.* 9. 10. & 11. Cartarius *decis.* 77. *n.* 18. Bardell. *consil.* 18. *num.* 8. Surdus *de alimentis tit.* 3. *q.* 7. *n.* 21. Cephalus *cons.* 374. *n.* 44. Giurba *ad consuet. Messanens. c.* 9. *gloss.* 9. *ex n.* 1 *cum seqq.* 1 2 3 4

Secus creditori alimentario, qui ex bonis concursus alimenta percipit, cui compensationem objicere non potest administrator, *l. in ea* 4. *Cod. de compensationib.* 5

tionib. plures per Surdum *de alimentis tit. 8. privileg.* 53. *n.* 5. *& ſeqq.* Caſtillo *controverſ. tom.* 4. *cap.* 40. *n.*
6 80. *&* 84. Graſſis *dict. except.* 16. *ex n.* 46. ubi limitat poſt alios, vel niſi ſolutioni ejus debiti, cui objicitur compenſatio, certa data ſit forma, vel quia realem requireret, aut naturalem, vel incontanti, numerationem. Felinus *in cap. ſub orta, n.* 2. *de re jud.* Jaſon *in l. eum qui* §. *ſi jura verò, n.* 7. *de jurejur. & conſ.* 134. *vol.* 4. Boërius *conſil.* 14. *ad finem.* Bardell. *conſil.* 70. *num.* 9. Milanenſ. *dec.* 13. *n.* 89. *& deciſ.* 14. *n.* 29. *tom.* 2. Tuſchus *lit. C. concl.* 488. *n.* 17. Graſſis *d. deciſ.* 16. *n.* 62. Surdus *conſil.* 246. *n.* 19. *& deciſ.* 191. *n.* 12. Intriglol. *conſil.* 8. *n.* 15. *& 16. & deciſ.* 5. *n.* 12. *& in tract. de cenſibus, q.* 22. *n.* 11. Natta *conſil.* 54. *& conſil.* 60. *n.* 3. *&* 4. Franſcic. Marc. *deciſ.* 148. *n.* 4. *part.* 2. Seſſe *deciſ.* 88. *n.* 7. Crottus *conſil.* 139. *n.* 7. *part.* 1. & alii relati à
7 Giurba *deciſ.* 9. *n.* 9. *& in conſuetud. Meſſanenſ. cap.* 9. *gl.* 9. *n.* 5. *part.* 1. Idem ſtante pacto de opponendo compenſationem. Giurba *dec.* 60. *ſub. n.* 9.

8 Sed quid quando creditor habet ſuum creditum juratum, admittat compenſationem maxima eſt controverſia inter DD. ut videre eſt per Gabriel. *de jurejur. concl.* 7. Ozaſcus *dec.* 92. Carroc. *de locato, tit. de compenſ. except.* 4. *ex n.* 4. *fol.* 260. Guttierr. *de juram. confir.* 3. *part. cap.* 6. Trentacinq. *var. reſol. lib.* 3. *tit. de compenſ. reſol.* 1. *ex n.* 7. *& ſeqq.* Gratian. *diſcept.* 486. *n.* 33. Fachineus *controverſ. lib.* 1. *cap.* 7. Cevallos *commun. contra commun. q.* 231. & quamplurimi alii congeſti ab
9 Amat. *reſolut.* 17. *n.* 12. Giurba *deciſ.* 60. *n.* 9. Et negativæ opinioni plures adducit limitationes Graſſis *d. except.* 16. *ex. n.* 19. *cum ſeqq.*

10 In unum tamen conveniunt quamplurimi utriuſque opinionis Doctores, quod debitum juratum non admittit compenſationem, ſi eſt poſterius, & ſic quando debitum quod compenſandum opponitur ſit anterius, ſecus quando debitum hoc ſit debito jurato poſterius, quia tunc admittitur compenſatio contra anterius juratum. Pariſius *conſil.* 121. *n.* 40. *lib.* 1. Gratus *conſ.* 121. *n.* 3. Capicius *deciſ.* 187. *nu.* 7. Ozaſc. *deciſ. Pedemont.* 92. *n.* 30. *&* 34. ſequitur Albanus *conſil.* 128. *n.* 1. *&* 3. Cavalcanus *deciſ.* 9. *n.* 11. *lib.* 1. Anchar. Regienſ. *in quibus familiari. lib.* 1. *quæſt.* 2. *n.* 4. Afflictis *deciſ.* 381. *n.* 3. Cotta *immemorabili, verb. juramenti religio.* Anton. Gabr. *commun. opinion. tit. de jurejurando, concl.* 7. *n.* 5. 6. *&* 7. Antonius Maſſar. *de obligat. in forma Camer. part.* 4. *q.* 2. *n.* 9. Riminal. Junior. *conſ.* 122. *num.* 26. *lib.* 2. Hondedeus *conſil.* 18. *n.* 25. Covarr. *in cap. quamvis pactum,* 1. *part.* §. 4. *num.* 6. *& ſeqq. de pactis, lib.* 6. Findaruſa *de compenſat. art.* 7. *n.* 14. Intriglol. *ſuper Bulla de cenſibus, q.* 22. *num.* 8. Silvanus *conſil.* 40. *num.* 22. Monaldus *conſil.* 62. *num* 14. Graſſis *de except.* 16. *n.* 22. quod ex Tiraquello, Rolando à Valle, Pedemont. Natta aliis indubitabile dicit Surdus *conſil.* 246. *ex n.* 15. *tom.* 2. idem per Ancharranum dicit Gratian. *diſceptat.* 129. *n.* 20. plures etiam per Seraphinum *de privileg. juramenti, privileg.* 64. *n.* 139.

11 Et ad materiam compenſationis quibus in caſibus admittatur, vel non admittatur, an in dote, in depoſito, in alimentis, in debitis Reipublicæ, vel fiſcalibus in
12 ſalario, & aliis ſimilibus. Et an compenſatio fiat ipſo
13 jure, vel ope exceptionis, & de differentia inter exceptionem compenſationis, quæ non expectata ſententia, peremit ipſo jure obligationem, & inter alias exceptiones oppoſitas quæ ut operentur, expectatur ſententia favorabilis; vide latiſſimè per Caſtillum *contr. tom.* 4. *cap.* 40. *ex n.* 69. *uſque ad fin.* nec non de Graſſis *in tract. de exceptionibus, except. per totam.* qui innumeros alios allegant.

14 Sed an adminiſtrator adimpleat delegationem obtentam per creditorem concurſus objiciendo huic exigere volenti compenſationem alterius debiti proprii, quod ſibi ex perſona propria ex alia diverſa cauſa debet creditor concurſus, Videamus; in quo breviter dicendum erit, & firmiter affirmandum quod quando debitum, quod compenſat adminiſtrator, eſt, ut diximus, proprium ipſius adminiſtratoris contractum inter ſe ex ſua perſona, & inter creditorem concurſus, tunc dicendum erit hujuſmodi compenſationem nullo modo excludere exactionem creditoris, prout probat *l. id quod, ff. de compenſation. id quod* (inquit Conſultus) *pupillorum nomine debetur, ſi tutor petat, non poſſe compenſationem objici ejus pecuniæ, quam ipſe tutor ſuo nomine adverſario debet.* Anton. Fab. *in* 9 *libros, C. ad tit. ad compenſation. definitione.* 8. Caſtillo *controverſ. tom.* 4. *cap.* 40. *n.* 85. & loquendo in adminiſtratore poſt Baldum *in l. ejus, num.* 5. *C. de compenſation.* & Petrum de Ubald. *in tract. de duobus fratribus, part.* 5. *n.* 35. tenet Amat. *variar. reſolut.* 17. *n.* 3. tenet etiam Valenzuela Valaſquez *in conſil.* 156. *n.* 89. *tom.* 2 reddentes 15
rationem, quia adminiſtrator repræſentat duas perſonas propriam, & adminiſtrationis, quæ non confunduntur, & perſona adminiſtratoris differt à propria, Rota Genuenſ. *deciſ.* 31. *n.* 11. *deciſ.* 75. *n.* 3. Caball. *conſ.* 121. *n.* 13. *tom.* 2. Giurba *ad conſuetud. Meſſanenſ. cap.* 9. *gloſſ.* 9. *n.* 11. *p.* 1 *fol.* 603. ubi etiam quod ſcripturæ, & obligationes adminiſtrationis differunt à 16
propriis adminiſtratoris, ex Genuenſ. *deciſ.* 12. *n.* 13. *&* 14. Caball. *d. n.* 13. Et ſic quod ſibi debet creditor adminiſtrationis, non poteſt compenſare cum debito adminiſtrationis.

Conſtans eſt enim concluſio, quod de debito alieno, 17
& quod alteri tertio debetur, ad debitum proprium non admittatur compenſatio, text. eſt expreſſus *in l. ejus, Cod. de compenſation. l. in rem ſuam, l. ſi cum militi, ff. compenſationibus, d. l. id quod,* probant Bald. *in* 18
d. l. ejus, Magonius *deciſ.* 44. *num.* 9. Natta *conſil.* 101. *n.* 16. Beroius *conſ.* 46. *n.* 7. *lib.* 2. Medicis *de compenſat. part.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 1. *quæſt.* 31. *num.* 5. Menochius *conſil.* 195. *num.* 15. *& conſil.* 781. *n.* 3. Rota Genuenſ. *deciſ.* 10. *n.* 3. Caſtillo *deciſ.* 109. *n.* 48. *&* 79. *lib.* 2. Polydorus Ripa *obſerv.* 199. *num.* 8. Lanar. *conſil.* 26. *n.* 26. Ponte *conſil.* 95. *num.* 12. *lib.* 2. Surdus *conſil.* 327. *num.* 39. *& conſ.* 69. *nu.* 12. Schenardus *conſil.* 52. *n.* 152. Amat. *var. reſolut.* 17. *num.* 3. *&* 4. Valenzuela *conſil.* 156. *n.* 68. *& ſeqq. tom.* 2. Et quod creditor compenſare non cogitur, quod alteri, quam debitori ſuo debet, ut ex Petro Gregorio, & Medicis *de compenſation.* 1. *part. q.* 1. *num.* 2. *& q.* 21. *per totam,* firmat Caſtillo *controverſiar. lib.* 4. *cap.* 40. *num.* 74. Giurba *ad conſuetud. Meſſan. cap.* 9. *gloſſ.* 9. *ex num.* 8. *fol.* 603. ubi plurimos alios allegat.

Et quod ſocius adminiſtrator ſocietatis conventus à 19
creditore ſocietatis non poſſit ei opponere compenſationem ejus debiti, quod creditor ipſi ſocio nomine proprio, & non nomine ſocietatis debet; nec è contra, cum debito proprio ad debitum adminiſtrationis, ac ſocietatis, & ſic alienum, excludatur compenſatio; probant Bartolus, Bald. *n.* 3. & alii *in l. ejus, C de compenſ.* Caſtrenſ. *in l. is qui plus,* §. *fidejuſſ. n.* 2. *ff. de condit. indeb.* Ubaldus *de duobus fratribus, part.* 5. *quæſt.* 35. *& q.* 32. *n.* 35. Caballus *conſ.* 131. *n.* 15. *vol.* 2. Bardell. *conſil.* 79. *n.* 18. Felicius *de ſocietate, cap.* 30. *n.* 67. Cavalcanus *de tutore, num.* 220. Marcian. *conſil.* 49. *num.* 21. Pinut. *conſil.* 49. *n.* 4. Magon. *deciſ.* 1. *nu.* 21. Pract. Papienſ. *in forma libelli reſponſ. reor. gloſſ. ſalvis aliis, n.* 15. de Graſſis *except.* 16. *n.* 54. Rota Genuenſ. *deciſ.* 20. *n.* 30. *& deciſ.* 28. *n.* 5. Coſta *ſubſidiar. remed.* 40. *num.* 3. Medicis *de compenſat. q.* 31. *num.* 5. Ripa *obſervat.* 199. *n.* 18. Ponte *conſil.* 95. *n.* 22. *tom.* 1. Surd. *conſ.* 327. *n.* 39 *& conſ.* 69. *n.* 12. Schenard. *conſ.* 62. *n.* 153. Petroc. *conſil.* 26. Menochius *conſ.* 746. *n.* 45. Fontanella *de pact. nuptial. clauſ.* 4. *gloſſ.* 9. *part.* 2. *n.* 62. *&* 63. Tepatus 2. *var. tit. de ſocietate, col.* 14. plures alii laudati à Giurba *ubi ſuprà ex n.* 8 *cum ſeqq.*

Sed quid erit dicendum, quando is, qui exigere 20
vult virtute delegationis ſibi à judice concurſus expeditæ,

ditæ, non sit principalis, & immediatus creditor debitoris communis, sed potius cessionarius alicujus creditoris concurrentis, qui tamen ex alia causa pariter sit debitor certæ quantitatis ipsius debitoris communis, cui proprium creditum exigere vellet, ex bonis administrationis, posset indubiè administrator, vel debitor ipse objicere compensationem; an eandem pati
21 debeat ipsius cessionarius? In quo regulariter, & affirmativè resolvendum erit; quoniam exceptio compensationis, quæ potest opponi contra cedentem, potest etiam opponi contra ejus cessionarium, cùm in potestate creditoris cedentis non sit cedendo tollere jus quæ-
22 situm suo debitori, & simul creditori, ac ideo illud creditum cessum transit in cessionarium cum sua causa, & compensationis exceptione, & onere affectum, aliàs notissima fraus fieret debitori cesso, simul creditori si per cessionem permitteretur jus suum compensandi amittere; ita notant Doctores, *in l. apud Celsum*, §. *cum legitima*, & *in* §. *cum de authoris*, *ff. de except. doli. & in l. doli mali*, §. *diversam*, *ff. de novationib.* Bart. *in l. si quis in rem. ff. de procuratoribus*, ubi Paris. *in additionib. lit. A.* Silicetus *in l. qui stipendia*, *colum.* 1. *in fin. C. de procurator.* qui de communi testatur Socinus Junior *cons.* 74. *n.* 7. *vol.* 3. Guido Papa *decis.* 567. *num.* 1. & *singulari* 564. Bruno. à Sole *in compensat. resolut. propos. juram. verb. cessionario agenti* (ubi more suo plures congerit) Thom. Doct. *cons.* 81. *n.* 14. Port. *cons.* 74. *n.* 4. Afflict. *decis.* 74. *n.* 7. Thesaurus *decis.* 221. *n.* 1. Intriglol. *cons.* 8. *n.* 9. Surdus *cons.* 82. *n.* 29. *lib.* 1. Marilanus *decis.* 31. *n.* 3. 5. 6. & 8. Francisc. Aretin. *consil.* 31. 96. *num.* 3. Ancharan. *cons.* 224. Albanus *cons.* 289. *n.* 12. & 14. Grassis *de exceptionibus*, *except.* 16. *n.* 29.

23 Et quia quando exceptio respicit rem cessam, potest opponi contra cessionarium, Doctores omnes, *in d.* §. *cum legitima*, & *in d. l. doli mali.* Bart. *in d. l. si quis in rem*, *n.* 3. *ff. de procuratorib.* Salicetus & alii *in d. l. qui stipendia.* Francisc. Aretin. *consil.* 96. *n.* 3. Ancharanus *d. consil.* 244. Albanus *cons.* 289. *n.* 12. & 14. Guido Papa *decis.* 567. Alexand. *consil.* 54. *num.* 7. 8. & 9. *volum.* 2. Vincentius Annibal. *in additionibus ad dicta cons. Albani. lit. E*, Millanens. *decis.* 1. *n.* 1. *lib.* 2. Nevisantius *cons.* 50. *num.* 4. Brunus à Sole *quæst.* 10. Birnius *consil.* 138. *num.* 4. *lib.* 2. Socinus jun. *d. consil.* 74. *n.* 2. & ferè omnes præcitati Doctores id ipsum probant.

24 Hæc tamen conclusio dupliciter declaranda, & limitanda erit, primò, ut procedat, prout loquitur, quando exceptio compensationis orta erat, & competebat debitori cesso contra cedentem antequam cessio fieret, quia tunc ut diximus jus erat jam acquisitum debitori, quod ex facto creditoris cedentis tollis non potest, imò comitatur creditum cessum, & opponi potest contra cessionarium.

25 At verò si tempore cessionis factæ debitoris cessio nondum competebat facultas, & exceptio compensandi, quia tunc nondum erat effectus creditor sui creditoris, sed postmodum facta jam cessione supervenit creditum suum, hoc quidem casu compensare non potest contra cessionarium, versus eum agentem pro credito cesso, quia tunc cessat ratio juris quæsiti non tollendi, atque fraudis ex parte cedentis, qui liberè potuit de credito suo disponere absque ullo impedimento; & ideo exceptio, atque jus, quod nondum erat in rerum natura, non potuit afficere creditum cessum, nec id sequi, ac concomitari, sed liberum in cessionarium transivit; ita eleganter præfatam doctrinam declarat, & distinguit Thesaurus *decis.* 121. *n.* 2. sequitur de Grassis *in tract. de exceptionib. except.* 16. *n.* 30. & 31. eandem doctrinam Anton. Fab. *in C. tit. de compensat. diffinit.* 3. referens etiam sequitur Castillo *contr. tom.* 4. *cap.* 40. *n.* 82.

26 Quorum resolutio eo fortissimo fundamento roboratur; quoniam creditum cessum jam non dicitur creditum cedentis, sed proprium cessionarii, ad cujus commodum facta fuit cessio, quia factus fuit procurator in rem propriam, Medicis *de compensat.* 1. *part. quæst.* 43. *per totam.* Tusch. *tom.* 2. *lit. C. conclus.* 491. *per totam.* Castillo *controvers. lib.* 4. *cap.* 40. *num.* 75. Doctores *in l. ejus. C. de compensationibus.* Medicis iterum 1. *p. q.* 11. *num.* 2. Socinus Junior, *cons.* 147. *n.* 4. *volum.* 3. Natta *consil.* 101. *num.* 16. Rota Genuens. *decis.* 28. *num.* 5. Tindarus *de compensation. num.* 53. & *seqq.* Rota *consil.* 85. *n.* 20. & post plures alios Amat. *variar. resolution.* 17. *num.* 6. qui quidem ex præfata 27
ratione affirmat debitorem conventum posse creditori agenti opponere compensationem debiti alieni, quando habet jura cessa contra debitorem agentem, per textum *in d. l. ejus*, *C. de compensationib.* eo, quia jam non opponit compensationem de debito alieno, sed de debito proprio & sibi debito virtute cessionis ad sui commodum factæ. Cessionarius namque dicitur 28
creditor debitoris cessi, & ut talis comprehenditur in statuto loquente de creditoribus, *l. ab Anastasio*, ibi, *in alium creditorem*, *C. mandati.* Caravita *super ritu*, *M. C. cap.* 286. *num.* 4. *Troisi. ritu* 166. *num.* 6. Paulus de Castro *consil.* 91. *num.* 1. *lib.* Bald. *in l.* 1. *n.* 11. ubi etiam Alexand. *n.* 47. & Decius *in* 1. *lectura*, *num.* 31. dicit communem, *& in lectura*, *num.* 99. *ff. si certum petatur.* Romanus *consil.* 141. *num.* 1. Ancharanus *in quæst. familiar. lib.* 2. *quæst* 3. *num.* 7. Socinus junior. *consil.* 27. *n.* 7. *lib.* 2. Grassis *de exceptionibus*, *in prælud. n.* 118.

Ideoque debitor cessus, qui post factam cessionem 29
cum cedente contraxit, & creditum acquisivit, non poterit id opponere, nec compensare cessionario cum quo nihil contraxit, & ab eo petit debitum proprium, non admittens compensationem debiti alieni, quod debet cedens, & sic alius tertius, *in dict. l. ejus*, & iis, quæ diximus superiùs *ex n.* 14. *cum seqq. vers. sed an administrator adimpleat*, &c. est enim compensatio debiti, & crediti ab eisdem personis dependentis contributio, *l.* 1. *ff. de compensation.* Medicis *dicta* 1. *part. q.* 1. *num.* 1. Socinus junior. *cons.* 67. *n.* 61. *vol.* 3. Riminald. junior. *consil.* 492. *n.* 78 & 69. Menochius *cons.* 1121. *n.* 17. Lanari. *consil.* 44. *num.* 39. & probat 30
etiam text. *in l. qui invicem creditor*, *idemque debitor est*, *compensat*, *& utriusque creditorem suum*, *eandemque debitorem petentem submovet*, *si paratus est compensare*, *ff. de condictione indebiti*, *l.* 2. *ff. de compensationibus.*

Comprobatur insuper præfata Doctorum resolu- 31
tio, ut post factam cessionem jus compensandi superveniens contra cedentem non opponatur cessionario, & aliis similibus doctrinis in eandem rationem incidentibus; nam confessio, & pactum vendentis præjudicat emptori, si emanaverit ante venditionem, eam- 32
que præcedat, quia tunc res vendita, transit affecta in emptorem cum illo onere, & jure tertio quæsito; secus si confessio subsequatur venditionem, quia tunc non præjudicat emptori. Ut per Castrens. *in l. facta*, 33
§. *si hæres*, *ff. ad Trebellianum*, ubi omnes, & repetentes *in l. si cum emptorem*, *ff. de pactis.* Cumanus *consil.* 30. *in fin. & cons.* 155. *colum.* 3. Socinus senior *consil.* 50. *n.* 8. *lib.* 4. Avinus *cons.* 128. *n.* 16. *lib.* 2. Riminald. junior, *consil.* 214. *lib.* 2. Rota *decis.* 776. *num.* 1. *p.* 1. *diversor.* Hondedeus *consil.* 17. *num.* 1. *vol.* 2. Surdus *de alimentis*, *tit.* 9. *quæst.* 42. *n.* 15. plenè Gaitus *de credito*, *c.* 2. *tit.* 3. *ex. n.* 504. *cum seqq.* & signanter *ex n.* 509. *fol. mihi* 33.

Fulcitur etiam ex eo, quòd confessio cedentis no- 34
cet cessionario, quando emanavit ante cessionem, secus quando post cessionem factam, vel quando cessio totaliter facta fuit ad commodum solius cessionarii; prout indubitabile dicunt Cacheranus *decisione Pedemontana.* Farinacius *de testibus*, *quæst.* 60. *illatione* 12. *n.* 358.

12. *n.* 358. *limitatione* 4. *usque ad finem illationis*, & de communi omnium opinione post Alexandr. *consil.* 46. *n.* 4. *vol.* 4. testatur Surdus *consil.* 12. *n.* 10. & idem Surdus *de alimentis*, *tit.* 8. *privil.* 55. *n.* 16. amplissimè Gaito *de credito*, *cap.* 2. *tit.* 3. *n.* 427. *& ex n.* 420. Vide alias similes doctrinas valde singulares infrà *cap.* 13. *ex n.* 30. *cum seqq. vers. & est annotanda limitatio*, &c. Ideoque semper attenditur jus quæsitum, vel nondum quæsitum tertio, ut ex eo reguletur ejus præjudicium.

35 Secunda declaratio, & limitatio erit quando tempore cessionis debitor cessus præsens fuit, & promisisset solvere cessionario, quia tunc etiamsi eo tempore haberet jus compensandi contra cedentem, ex hac simplici promissione, & obligatione subsequuta, videtur non habere animum compensandi, sed juri compensationis renuntiandi. Et ideo hanc de cætero compensationem, quam habebat creditor cessus contra cedentem, non poterit postmodum opponere contra cessionarium, quam declarationem, & limitationem scripsit Thesaurus. *decis.* 221. *n.* 3. *vers. ulterius*, quem referens sequitur Grassis *de exceptionibus*, *except.* 16. *n.* 32. pro qua ego allego text. *in l. si quis delegaverit* 12. *ff. de novationib.*

36 Hic & proxima erit non levis difficultas, an debitor cessus possit compensare illud creditum, quod ante cessionem habebat contra cedentem, & illud opponere contra cessionarium, qui jam partem debiti cessi exegit à debitore cesso. Articulus est valde dubius, in cu-
37 jus resolutione variè loquuti fuerunt Doctores. Affirmativam sententiam licet obiter, & perfunctoriè tenet Hieronym. Gabr. *in cons.* 155. *in ultimis verbis*, *tom.* 1. quem referens sequitur Franciscus Milanens. *decisione* 1. *n.* 2. *lib.* 2. quam videtur sequi Gratianus *discept. forens. cap.* 356. *n.* 46. dum se ad ipsos duos Doctores referat, ibi, *& de exceptione quæ obstat cedenti, an præjudicet etiam cessionario, quamvis fuerit soluta pars.* Ga-
38 briel. *consil.* 155. *in fin. n.* 34. Milanens *decis. Siciliæ* 1. *n.* 2. &c. qui Doctores moventur ex regula generali, ut exceptio, quæ obstat cedenti, opponi possit contra cessionarium, de qua superiùs.

39 Secunda opinio fuit eorum, qui affirmarunt tunc posse fieri compensationem cum cedente, in præjudicium cessionarii, quando non intervenit unum de illis tribus requisitis relatis *in l.* 3. *C. de novationibus*; quia hanc quemadmodum potest cedenti, non obstante cessione à se facta, debitor solvere, ita pariter & eidem compensare, secus in illis tribus casibus contentis *in d. l.* 3. ex quorum quolibet impeditur debitor cessus solvere suo creditori cedenti in præjudicium cessionarii, atque similiter impeditur debitor eidem cedenti compensare; nam sicuti debitori ipsi offerri potest facultas sol-
40 vendi, ita pariter facultas compensandi, cum compensatio solutio sit, ex iis quæ à principio hujus §. adduximus: optimè disputat, & sic declarat Angelus *in consil.* 159. *col.* 2. sequitur Marillan. *decis.* 31. *n.* 3. 5. 6. & 8. & per Angelum idem tenet Surdus *in consil.* 81. *ex. n.* 28. *tom.* 1. qui *n.* 29. ita ait: Sicuti domina post denuntiationem sibi factam de venditione apothecæ non
41 potuisset solvere domino Captis in præjudicium Tarachiæ, qui habebat jura cessa, ut dicetur inferius; ita nec potest compensare, quia actio cessa transivit in cessionarium libera, & non affecta onere compensationis, & ex post infici, vel inquinari non potuit, facto debi-
42 toris, in præjudicium cessionarii. Et sicuti debitori au-
43 ferri potest solvendi facultas per ea, quæ proponuntur in l. 3. C. de novationibus; ita eisdem modis tolli potest licentia compensandi, ut optimè declarat Angelus in consil. 259. col. 2. qui postquam latè disputavit quæstionem an cessionario opponi possit compensatio; concludit tandem eatenus licere debitori compensare quatenus durat solvendi facultas, & in his casibus posse eum compensare, in quibus potest in præjudicium cessionarii solvere, hactenus Surdus videndus etiam *n.* 8. *& seqq.*

Tertia fuit opinio de Grassis *in tr. de exceptionibus*, 44
except. 16. *sub n.* 29. *& seqq.* qui relata opinione horum Doctorum, Angeli, Surdi, & Mariliani (non tamen meminit Doctorum primæ opinionis) eam reprobat, & distinguit inter compensationem factam cessionario ejus debiti, quod ante cessionem erat contractum contra cedentem, ut tunc indirectè compensetur contra cessionarium; & inter compensationem ejus debi- 45
ti, quod contractum fuit post cessionem, & tunc non esse admittendam contra cessionarium; prout latius probavimus suprà *ex nu.* 25. *cum seqq. versic. hæc tamen conclusio dupliciter declaratur*, &c.

Quid dicendum in tanta Doctorum diversitate? puto 46
omnes tres opiniones veras esse; & inter se non pugnare; sed unumquemque in diverso casu loqui; nam primæ opinionis Doctores loquuntur, inter cessionarium, & debitorem cessum habentem jus compensandi contra cedentem, congruo scilicet tempore quæsitum, ut possit eandem compensationem objicere cessionario, etiamsi partem debiti simpliciter solverit, quæ resolutio convenit cum tertia opinione Jacobi de Grassis, licet Doctores non referat.

Secundæ autem opinionis DD. non loquuntur in iis 47
terminis, & in compensatione inter debitorem cessum, & cessionarium; sed dumtaxat inter debitorem cessum, & creditorem cedentem; quo casu rectè ac juridicè distinguunt, at intervenit aliquod ex tribus requisitis descriptis *in d. l.* 3. *C. de novationib.* ex quibus tollitur de- 48
bitori cesso facultas solvendi creditori credenti, istique pariter fit sublata facultas recipiendi solutionem, scilicet, quando ex parte cessionarii processit denunciatio cessionis, vel litis contestatio contra debitorem, vel quando iste cœpit cessionario solvere, quia tunc sicut non potest suo creditori cedenti solvere debitor; ita nec compensare, quod idem est, ut diximus. Et quan- 49
do non admittitur solutio, ita nec compensatio, ut ex pluribus DD. probavimus suprà 2. *part. c.* 28. *nu.* 27. *vers. deinde comprobatur hæc pars*, &c. quando autem non intervenit aliquod ex requisitis *d. l.* 3. cum debitor cessus solvendo cedenti liberetur, ac rectè solvisse dicatur; *ex d. l.* 3. & ex iis quæ *alibi* latiùs diximus; pa- 50
riter, & compensare poterit in præjudicium cessionarii; nam qui jure suo utitur, nemini facit injuriam; & quia idem operatur oppositum in opposito, quod propositum in proposito.

Isti igitur Doctores nec loquuntur de compensatione 51
inter debitorem cessum, & cessionarium, nec negant posse debitorem cessum isti opponere compensationem, quam poterat opponere cedenti; qui quamvis non admittant debitorem ad compensandum cedenti in præjudicium cessionarii præcedente uno ex tribus requisitis *d. leg.* 3. non ideò excludunt compensationem contra cessionarium, nec ex eo inferri potest, sed utrumque potest stare absque ulla repugnantia, vel contradictione, cùm diversi sint termini, & uterque casus à diversis juris principiis regulètur, quæ in uno admittunt compensationem contra cessionarium, in altero contra cedentem; & nec valet consequentia, non admittitur compensatio contra unum; ergo nec contra alium; nec è contra. Et ideò si jus compensationis faciendæ non erat ortum ante cessionem, non poterit opponi 52
contra cessionarium, cum creditum cessum transierit in cessionarium liberè, & absque illo compensandi onere, juxta tertiam opinionem, & ea quæ altius comprobavimus superiùs *ex n.* 20. *cum seqq. vers. sed quid erit dicendum, quando is*, &c. quo casu intelligendus Surd. *d. consil.* 82. *d. n.* 29. in illis verbis, ibi: *Ita nec potest compensare, quia actio cessa transivit in cessionarium libera, & non affecta onere compensationis, & ex post infici, vel inquinari nec potuit, facto debitoris in præjudicium cessionarii*; ut procedat, quando tempore cessio-

nis nondum erat jus, & facultas compensandi orta, quia tunc nec admittitur compensatio contra cessionarium, nec contra cedentem concurrente aliquo ex dic-
53 tis requisitis *d. l.* 3. Sed debitori jus suum reservatur intactum, ut creditum suum, quod habet contra cedentem possit principaliter alio in judicio ab eo exigere, textus elegans *in leg. qui invicem*, 3. *ff. de condictione indebiti*, *leg. cum dos*, *ff. rerum amotar.* & ex Doctoribus adductis suprà *2. part. cap.* 3. *ex nu.* 38. *vers. deinde vana hæc posterioris*, &c.

54 Ex quibus cavendum erit à Jacobo de Grassis, qui perperam percepit mentem, ac intentionem horum Doctorum secundæ opinionis, & involvens, atque confundens utriusque casus terminos determinat contra dictos Doctores per præfatam distinctionem, quando contra cessionarium debitor cessus possit, vel non compensare creditum sibi à cedente debitum, quo casu non fuerunt loquuti Doctores à se impugnati; sed quando debitor potest, vel non compensare contra cedentem post factam cessionem, qui, ut docuimus, termini sunt distincti, & nullam in jure connexionem habent, nec ex eisdem regulis decidiuntur.

55 Supra dicta à principio hujus §. quibus diximus, admittendam esse compensationem oppositam creditori concursus, vel ejus cessionario, Uno, & mirabili mo-
56 do declarabis, ut tunc possit eis objici compensatio, quando ipsi possunt exigere, nempe suo loco, & gradu, non antea, ne aliis prioribus, & potioribus creditoribus concursus præjudicium fiat; discreta etenim sunt jura utriusque debitoris communis simul creditoris, & creditoris sui simul, & ad invicem debitoris, & ideo creditum, quod debitor communis habet adversus suum creditorem; est in bonis, & de bonis debitoris communis, ad quod creditores concursus jus habent potius, si anteriores sint, & priori loco ex eo solvendi, ac dimittendi sunt: creditor verò, simul debitor suum creditum posterius consequetur ex bonis concursus suo loco, & gradu, non antea, ne fiat præjudicium aliis creditoribus anterioribus, in quorum damnum, ac detrimentum non admittitur compensatio inter debitorem communem, & suum creditorem posteriorem, ne iste in solutione, & exactione præferatur aliis anterioribus contra naturam judicii concursus; quæ omnia, & plura alia comprobavimus superius 2. *part. cap.* 28. *per totum*. ubi accuratè articulum tractavimus.

CAPUT VII.

Administrator coactus pro complemento delegationis per creditorem à judice concursus obtentæ, an compulsionem evitet, administrationis, rationem offerendo?

SUMMARIUM.

1 *Administrator concursus bona habet in depositum & sequestrum, ut judicis decreto distribuantur inter creditores.*

2 *Administrator concursus tanquam depositarius, & sequester omni juris rigore cogitur adimplere* los libramientos.

3 *Administrator si delegationem non complet absque legitima causa, per judicem examinanda* sobre libramiento *datur creditori.*

4 *Administrator ad judicis mandatum tenetur illico bona depositi reddere.*

5 *Et via executiva, celerrimaque coactione cogitur judicis decretum complere.*

6 *Administrator incarceratur, si jussum judicis procrastinet.*

7 *Administratoris coactio temperatur pro mensura suæ obligationis restrictæ ad bona tantùm concursus, & non ad sua.*

8 *Administrator rerum alienarum solùm tenetur respectivè ad bona alia, de suis tamen solvere non cogitur.*

9 *Executio non fit in bonis administratoris pro debito administratoris.*

10 *Administratores bonorum civitatis pro debitis civitatis de istius bonis tenentur.*

11 *Administratores civitatis non possunt pro ejus debitis incarcerari.*

12 *Institor, procurator, aut syndicus contemplatione officii contrahentes, de suo non tenentur, nec finito officio, solvere coguntur.*

13 *Quod generaliter procedit in omnibus officialibus publicis, seu privatis.*

14 *Hæres cum inventario per aditionem obligatur creditoribus hæreditatis restrictivè ad hæreditatis bona suis illæsis manentibus.*

15 & 16. *Administrator pecunias concursus exhibere cogitur, si extent.*

17 *Administratori asserenti, non habere penes se pecunias administrationis, & se legitimè expendisse; non facilè credendum.*

18 *Administrator præsumitur de bonis administrationis expendere, non de suis.*

19 *Maximè si dives non sit.*

20 *Administrator concursus coactionem, ac juris præsumptionem evitabit, si rationem reddere offerat.*

21 *Ratione oblata pendente incertum est, an administrator debitor sit, an creditor.*

22 *Introitus, & exitus adeo sunt connexi, & inseparabiles in ratione, ut nunquam præjudicet confessio recepti, nisi simul videatur expensum.*

23 *Administrator non tenetur, nisi prius ratiociniis dispunctis, & soluto sibi debito apparente.*

24 *Administratorem ad solutionem compellere, nisi tota ratione perspecta, & examinata, incivile est.*

25 *Debitum administratoris incertum est, ante rationem redditam, & legitimè liquidatam.*

26 *Introitus & exitus, accepta & data in ratione sunt connexa, ad modum ut confessio recepti interim non præjudicet.*

27 *Ante calculum debitum est incertum, & ex eo debet constare, quid, quale, & quantum debeatur.*

28 & 29. *Administrator ante ratiocinia debitor dici potest, nec interim exequi potest.*

30 *Rationes sunt individuæ continentes in se datum, & receptum, introitus, & exitus.*

31 *Administrator etiamsi fateatur quantitatem exegisse, cogi nequit reddere rationem connexitate calculi obstante.*

Confessio administratoris se recepisse, continet qualitatem imbibitam distinguendæ rationis, ibid.

32 *Libro administratoris, qui se juvare vult, pro eo onerando, partitas, licet distinctas pro exonerando admittere debet ratione connexitatis.*

33 *Creditor, qui vult ex libro debitoris probare, partitas in favorem debitoris admittere debet.*

34 *Administrator concursus coactus delegationes adimplere, coactionem evitat, rationem administrationis offerendo.*

35 *Exceptio rationis oblatæ legitima est ad impediendam executionem liberationis, in administratorem directæ.*

36 *Administrator potest cogere dominum, ut à se recipiat rationem, quam ipse ei offert.*

37 *Administrator potest postulare à domino, ut quod recipiat rationem, vel eum ab ea liberet, ut in posterum tutus sit.*

38 *Rationem oblatam ab administratore si dominus recipere detrectet, judex pro eo nominat calculatorem,* &

& administratorem immunem repertum liberat, & amplius non teneri, declarat.

1 ADMINISTRATOR bonorum concursus, in quem judicis decreto, nominatione, & auctoritate bona illa custodienda, atque ministranda depositа fuere, & sequestrata, ut in tuto sint, ad utilitatem, & interesse creditorum, & pro illis satisfaciendis judice distribuente, prout abundè diximus suprà 1. *part. cap.* 13. & 14. & plurima jura, & Doctores adduximus *cap. antecedenti, post princ. num.* 5. *vers. deinde quoniam cùm iste administrator*, &c.

2 Ideò merito tanquam depositarius, & sequester omnis juris rigore cogi potest, ut adimpleat *delegationes, ò libramientos*, super concursus bonis ab eodem judice, & curia in favorem creditorum expeditas, cùm ad hunc finem, & effectum penes administratorem ipsum ab initio bona deponantur, nec solutiones 3 has procrastinare debet absque justa, & legitima causa, & à jure approbata per curiam, & judicem examinanda, qua legitima non reperta, secunda & ulterior jussio dicta *sobre libramiento*, datur sub omnimoda 4 compulsione, & executione, tum quia administrator, & depositarius decreto judicis, & ad ejus mandatum tenetur illico, & absque ulla dilatione bona deposita reddere, ut ex plurium Doctorum auctoritate probavimus *cap. anteced. l. si à princip.* tum etiam quia rerum depositarum restitutio judice authorizante fit ex via executiva, & celerrima compulsione; juxta *leg. penult. ff. depositi*, ibi, *illico reddere, & omnibus modis compellantur*, & ibi, *quàm celerrimè*, quibus verbis ponderatis hanc verissimam resolutionem post alios plurimos DD. abundè scripsimus *in comment. de regia protect.* 2. *c.* 18. *ex n.* 70. *cum multis seqq. usque ad fin.* ubi multa videnda erant.

6 Et per carcerem compulsio fit ad complementum delegationum, quia sequester, & depositarius pignorum judicialium si non restituit, statim carceratur ad evitandum circuitum, & procrastinationem. Rebuff. *de litteris oblig. art.* 6. *glos.* 3. *n.* 18. *in tom.* 1. quem referens sequitur Vincent. de Anna *singul.* 145. & Trentacinq. *variar. resol. lib.* 3. *tit. de composito, resol.* 2. *n.* 8. *fol.* 348.

7 Sed cùm hæc rigorosa coactio, & compulsio temperetur & restringatur ad sola bona concursus dumtaxat, quia administrator de suis bonis propriis solvere non tenetur, ejus quippe obligatio ratione officii fit contemplatione administrationis, quam gerit in bonis concursûs, quorum limites non excedit tanquam restricta, *l. quidquid astringenda, ff. de verbor. oblig.* & propterea quilibet administrator rei alienæ solùm tene- 8 tur respectu rei alienæ, cujus negotia & administrationem gerit, sed ex domini bonis solvere compelli potest, & non de suis, text. est *in l.* 1. *C. quando fiscus, vel privat.* contra tutoris vel curatoris tanquam talis condemnari bona non dirigitur executio, sed in bona suæ administrationis dumtaxat, idem probat text. *in l.* 1. 9 *Cod. quando ex facto tutor. vel curat.* Et generaliter executionem denegandam creditori in bonis tutoris seu curatoris pro debito administrationis, & tutelæ, probat text. celebris, *in l. si se non obtulit.* §. *tutor quoque, ff. de re judicata, l.* 2. *in princ. ff. de administrat. tutoris*, & ibi communiter scribentes, consonat *l.* 17 *tit.* 16. *part.* 6. ubi Greg. Lopez *glos. verb. Jus bienes.* Rebuffus *in commentar. ad leges Gallicas, tit. de litteris oblig. art.* 2. *glos.* 1. *n.* 8. & post alios Bobadilla *in politic. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 72. *lit. S.* Parladorius *lib.* 2. *rerum quotidian. cap. fin.* 4. *part.* §. 3. *n.* 1. Guttierr. *de tutelis*, 2. *part. cap.* 23. *per tot.* Coler. *de processib. execut.* 2. *part.* 3. *ex n.* 244.

10 Hinc decuriones, vel alii administratores rerum civitatis pro debitis civitatis de suo non tenentur, sed de bonis civitatis, & administrationis dumtaxat; ita post Bald. *in l. etiam, C. de executione rei judicatæ, n.* 12. notat Greg. Lop. *in l.* 3. *tit.* 26. *p.* 3. *verb. fallando bienes*, ex Jo. Andr. *ad Speculat. in tit. de execut. sentent.* §. *quia, vers. quod si universit.* Montalu. *in l.* 17. *tit.* 20. *lib.* 3. *fori gloss. verb. la ley, vers. & an execut.* Bobadilla *in polit. lib.* 4. *cap.* 8. *n.* 97. Padilla *in l. præses, à n.* 29. *usque ad fin.* & sursum, *C. de transactionib.* Avilesius *in cap.* 20. *prætorum, in gloss. verb. gracias, vers. & an execut.* Parlador. *lib.* 2. *rerum quotid.* 4. *p. cap. fin.* §. 3. *princ. ex n.* 5. Curia Philippica 2. *p.* §. 9. *à n.* 10. Amador Rodriguez *de exec. c.* 4. *à n.* 31. juxta quod intelligendus erit Avend. *de censib. c.* 68. *n. fin.* dicens, quod administratores, seu officiales civitatis, & universitatis non 11 possunt incarcerari pro debito universitatis, & loquendo in tutoribus, curatoribus, administratoribus, aut decurionibus civitatis, hospitalis, seu cujuslibet rei piæ vel profanæ, abundè diximus *in nostris comment. de regia protect.* 4. *p. c.* 8. *ex n.* 159. *cum multis seqq.*

Hinc institor, procurator, aut syndicus contrahentes 12 nomine, & contemplatione officii, de suo non tenentur, nec finito officio solvere cogi possunt, ut per text. *in l. ubi, & l. fin. ff. de institor. actione, & expressa l.* 7. *tit.* 1. *p.* 5. & ibi Hermosilla latissimè *in gloss.* 4. *tom.* 1. *fol.* 66. post innumerabiles Doctor. per ampliationes, & limitationes, *& ex n.* 25. *cum seqq.* quod institor, procurator, aut syndicus contrahentes ratione officii de suo non teneantur, nec finito officio, ex Guttierrez *de tutel.* 1. *p. cap.* 1. *n.* 22. *&* 2. *p. c.* 13. *ex n.* 3. *cum seqq.* Pereira *de empt. & vend. cap.* 15. *n.* 56. *& c.* 7. *à n.* 4. Martha *de voto* 103. *à n.* 17. Cabedo *decis. Lusit.* 80. *n.* 4. Carroc. *dec.* 77. Menochius *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 49. *n.* 17. *&* 25. Mascardus *de probationib. conc.* 1234. Bernard. *dec.* 273. *n.... & per tot.* Hieron. Laurent. *decis. Avenionens.* 76. plurimos refert Flores de Mena ad Gammam *decis.* 190. *per tot.* quod *n.* 28. ipse Hermosilla extendit ad 13 officiales publicos, tutores, curatores, & alios administratores, qui pariter obligati ratione officii, quod exercent, de suo non tenentur, nec finito officio conveniri possunt regulariter, ex text. *in l. cum quædam*, §. *invenimus. C. de administratione tutoris*, ubi Accursius, & DD. *l. post mortem, ff. quando ex facto tutor. l.* 1. *C. eod. tit. & ex Everardo.* Paulus Montanus *de tutel. & juris c.* 38. *n.* 99. *cum seqq.* qui multa congerit, & Parlad. Bobadilla, Joan. Guttier. Thesauro *quæst. forens. lib.* 3. *c.* 27. & aliis.

Idem videmus in hærede respectu creditorum hære- 14 ditatis, qui mediante beneficio legis, & inventarii, non intelligitur cum eis quasi contrahere, nisi limitatè, & restrictivè ad bona sola hæreditatis, nec ultra ejus vires eis tenetur; non tamen de suis, quæ libera & illæsa remanent, *ex l. fin. Cod. de jure deliberan.* & alibi per nos scriptis suprà 2. *p. c.* 1.

Quapropter si pecuniæ ex fructibus, nec bonis con- 15 cursus redactæ reficiant, quia, puta aliter sint consumptæ, administrator cogi non potest solvere, nec adimplere delegationes eidem directas pro creditorum satisfactione, cum de suo non teneatur, qui licet cogi possit omni juris rigore, & etiam per capturam, bona concursui, & administrationi pertinentia exhibere, si adsint, ut ex Baldo, Parladorio, Bobadilla, Azevedo, Amatore Rodriguez, & aliis diximus *in nostris comment. de regia protect.* 4. *part. cap.* 8. *ex n.* 165. *& sequent.* quo 16 casu non procedit quod dicit Avend. *censib. c.* 68. *n. fin.* quod administratores universitatis, non possunt incarcerari pro debitis universitatis, quod verum est, cum ipsi de suo non teneantur, coguntur tamen exhibere bona ejus omni juris rigore, & per carcerem; non tamen facilè administratori neganti pecunias administra- 17 tionis penes se habere, sed esse legitimè consumptas, cedendum erit, cùm contra se præsumptionem juris habeamus ex receptione bonorum in depositum, & sequestrum & ideò interim præsumitur ex pecuniis administrationis solvisse, non de suis; cum Aymone Cravet. *cons.* 119. *n.* 3. tradit Mascardus *de probation. conc.* 1393. *n.* 6. & sequitur Alexand. *cons.* 108. *lib.* 1. Riminald. jun.

consil 300. *n.* 71. *lib.* 2. sequitur Manguilius *de vict. qu.* 188. *ex n.* 18. & cum Bald. *consil.* 269. *n.* 5. & 9. *lib.* 1. & Mascard. *conf.* 53. *lib.* 2. idem tenet Aretinus *de solutionibus*, *cap.* 79. *per tot.* Gratianus *discept. forens. tom.* 2. *cap.* 204. *ex n.* 9. *cum seqq.* quod maximè procedere aiunt quando administrator non erat adeò dives, ut præsumi posset eam pecuniam, quam solvit, habuisse pro-
18 priam, imò quando ipse administrator haberet creditum contra administrationem ipsam, præsumitur sibi solvisse, & satisfeciisse ex bonis debitoris, quæ administrat. *l. sed etsi damnum*, §. *peculium*, *ff. de peculio. l. quoties*, §. *sicut autem*, *ff. de administr. tutor. l. debitor*, *ff. de negot. gest. l. Stichum*, §. *additio ff. de solution.* plenè Marescotus *variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 37. *per totum*, & *lib.* 2. *cap.* 121. *n.* 68. Gratian. *tom.* 1. *discept.* 129. *n.* 27. & *tom.* 2. *cap.* 214. *n.* 5. & *per tot.* Surdus *dec.* 171. *ex n.* 1. *cum seqq. & conf.* 290. *n.* 33. 34. & *seqq.* Noguerol. *allegat.* 40. *n.* 25. & *seqq.* Mascard. *concl.* 53. *per tot.* Afflictis *decis.* 13. *n.* 14. 20. & 21. Aretin. *in tract. de solution. c.* 14. &
19 *c.* 77. idem Mascard. *concl.* 983. *n.* 16. & in administratore: idem firmat Fontanel. *de pactis nuptial. clauf.* 6. *gloss.* 1. *part.* 2. *n.* 67. *tom.* 2. & *clauf.* 7. *gloss.* 3. *p.* 7. *n.* 27. & 40. & *p.* 13. *n.* 8. videndus Escobar *de ratioc. c.* 37.

20 Quam præsumptionem, & coactionem simul omninò evitabit administrator ipse si simul, cum negatione rationem reddere offerat, ex qua sua assertio legitimè comprobabitur, cum præfatæ præsumptiones interim locum habent, dum administrator suæ admistrationis rationem non reddit, ex qua apparebit, an creditor, vel debitor sit, quam doctrinam, & limitationem benè explicat, & probat Fontanella *de pactis nuptial. clauf.* 4. *gloss.* 18. *part.* 5. *à num.* 42. & *seqq. tom.* 1. *fol.* 494. Post Genuenses plures decisiones Menoch. & Guttierrez *de tutelis*, 3. *part. cap.* 1. *n.* 3. & 9. abundè Menochius *de arbitrar. casu* 202. *per tot.*

Nam cùm ad hunc finem & effectum solvendi creditoribus, & aliter expendendi autoritate & jussu judicis bona concursus ab initio receperit; potest facilè contingere, tot solvisse delegationes, & tot expensas feciisse, ut certa reddatur sua negativa assertio. Et nulla via hæc clarior, & certior apparebit, quàm ex ipsa ratione, quam reddere administrator offert,
21 qua pendente, rigor coactionis quiescere debet, cùm incertum sit interim ea pendente, an debitor, vel creditor sit administrationis: ita probarunt Escobar *de ratiociniis*, *c.* 21. *ex n.* 12. ut interim, quod expensi ratio non est recepta introitus, & receptum ab administratore exigi non potest, ut per Alexand. *conf.* 192. *per tot. vol.* 7. Jason. *consil.* 10. *vol.* 4. Aymon. *consil.* 231. *nu.* 15. *versic. undecimò considera.* Ancharan. *consil.* 235. *n.* Fanus *de pignor. memb.* 1. 5. *part.* Avendan. *de exequendis mandatis*, *cap.* 10. *n.* 31.

22 Ea ratione, quod introitus, & exitus, accepta, & data sunt admodum in ratione connexa, & inseparabilia, ut nunquam præjudicet confessio accepti, nisi simul videatur expensum, quam expressè reddunt Baëza *de decima tutor. præstanda*, *c.* 2. *n.* 168. Aymon Craveta
23 *conf.* 275. *n.* 13. *vers. tertiò principaliter*, ubi dicit, quod administrator non tenetur aliquid reddere, nisi priùs in ratiociniis disjunctis constiterit de omnibus acceptis, & datis, soluto sibi priùs debito suo; comprobat Escobar
24 *ubi proximè*, *n.* 14. & 15. *cum seqq.* qui *num.* 18. dicit, *incivile esse administratorem compellere*, *nisi tota ratione respecta*, hoc est, datis & receptis examinatis, cum Carruccio *de deposit. forma* 5. *n.* 5. *fol.* 15. quia exitus acta probat, *l. ut facta*, §. *eventus*, *ff. de pœnis*, atque ideò ratione hujus connexitatis inseparabilis expectanda erit ratio completa, ex qua resultabit, an debitor sit administratoionis, vel creditor; ut optimè prosequitur Escobar *loco citato*, *ex n.* 19. *cum seqq.* & mirabiliter comprobat. & post plurimos alios idem, & latiùs asserit Amat. *variarum resolutionum*, *tom.* 2. *ref.* 58. *ex n.* 13. *cum seqq.*

Idem firmat Giurba *dec.* 15. *ex n.* 3. & *n.* 4. quod in 25
administratione continente accepta, & data, introitus & exitus debitum administrationis est incertum, quousque per rationis redditionem fiat reliquorum legitima liquidatio, nec administratorem ante redditam, & hinc inde calculatam rationem compelli posse, quàm plures DD. ad id laudans. *Sunt enim* (inquit ipse) *in-* 26
troitus & exitus, accepta & data admodum in ratione connexa, ut numquam præjudicet accepti confessio, nisi videatur expensum, ex Cravet. & Baëza *n.* 169. & 170. *locis proximè citatis*, & ex Menoch. *conf.* 1185. *n.* 2. & Ripa *in l. admonendi* 124. *ff. de jurejurando*, & ipse Giurba *sub n.* 6. *ad fin.* dicit quoad quando confici debet calculus, cum non dicatur debitum liquidum ex Decio *conf.* 618. *n.* 5. Menochio *conf.* 746. *n.* 6. Grassis *de exceptionib. except.* 36. *n.* 4. dicitur enim clarum, & liquidum, quando ex computationibus, & ratiociniis constat, 27
quid, quale, & quantum debeatur, ex Coller. *de processib. execut.* 3. *part. cap.* 2. *n.* 3. & 4. & ex Socino, Baldo, Aretino, Alexand. & Covar. Giurba *d. n.* 6. *ad fin.* qui perlegendus erit per totam decisionem. Lariissimè etiam singulas has doctrinas ex plurimis Doctoribus comprobat Amat. *variar. resol tom.* 2. *ex num.* 13. 14. & 15. *resol.* 58.

Eandem resolutionem probat Joan. Petr. Fontanella 28
in decis. 134. præcipuè *ex n.* 8. & *seqq.* dicens, quod administrator rerum alienarum dici non potest debitor ante redditionem rationum & computorum, quia interim non est dubitum, quod ab eo exigi non possit. Et idcircò priùs ratio reddi, & præcedere debet, ut appareat an debitor, an creditor remaneat administrator, quod omne à ratione computorum introitus, & exitus omninò dependet; quia sicut debitor potest remanere administrator ex rationibus, quas offert, & dabit; sic etiam creditor potest apparere, atque interim cogi, aut exequi non poterit, nec justè debebit.

Et quod administrator ante rationem redditam dici 29
non possit debitor, aut creditor, dixerunt Rota Genuens. *decis.* 173. *n.* 16. Caball. *conf.* 121. *n.* 8. *in* 2. Barzius *decis.* 88. *n.* 40. Alban. *conf.* 451. *nu.* 1. & *conf.* 452. *n.* 42. Giurba *ad stat. Messanens. c.* 9. *gloss.* 6. *n.* 4. *part.* 1. *fol.* 583. innumerabiles alios refert Amat. *var. resol. tom.* 2. *n.* 15. *de ref.* 58.

Nam rationes sunt individuæ continentes in se da- 30
tum & receptum, introitus & exitus, quia datio & receptio talem connexitatem inter sese contrahunt, & continent, ut separari, & dividi non possint, ut ex Francic. Ant. Costa. *conf.* 56. *ex n.* 11. & latè comprobatis à Capicio Galleota. *tom.* 1. *contr.* 31. *n.* 89. & *seqq.* qui optimè loquitur, & ex aliis novissimè Noguerol. *alleg.* 33. *n.* 32. qui *num.* 34 rectè inquit hoc procedere, etiamsi administrator falsus fuerit aliquam quantitatem
pecuniæ exegisse spectantem administrationi, qui ad- 31
huc cogi non poterit reddere, nisi priùs reddita sit ratio, quia confessio hæc imbibitam habet istam qualitatem, ut priùs debeant dispungi rationes, ex Platea *in l. in fin. num.* 9. *Cod. de apochis publicis*, *lib.* 10. Baëza *de decima tutor. c.* 2. *n.* 170. Gutier *de tutelis*, 3. *part. cap.* 1. *n.* 52. & Escobar. *c.* 21. *n.* 22. & ex aliis probavimus suprà, & plurimis aliis probat Amat. *variar. resol. tom.* 2. *de resol.* 58. *n.* 25.

Ex qua rationum connexitate infertur, quod si ali- 32
quis creditor etiam minor vult juvari libro administratoris aut tutoris pro eo onerando, illum admittere debet, & non potest reprobare quoad administratoris exonerationem, quamvis capita sint diversa, nam totum in dicto libro contentum debet reprobare, vel acceptare. Sola *in constitut. Sabaudiæ*, *lib.* 3. *tit. de minorib. c.* 4. *gloss.* 3. *n.* 21. *pag.* 167. Rota apud Ludov. *decis.* 377. Nicol. Genua *de scriptura priv. lib.* 4. *tit. de fide lib. ration. tam pro actore*, *ex n.* 23. *usque ad num.* 27. *pag.* 199. Rota apud Durand. *decis.* 352. *n.* 3. *usque ad* 6. *p.* 2 ubi etiam de creditore, qui non potest aliundè creditum suum pro-

probare quàm ex libris particularibus non poteſt eos dividere, ſed tenetur eis ſtare, etiam in iis, quæ pro domino libri faciunt. Noguerol. *allegat.* 33. *n.* 36. *& ex n.* 32. Ecobar etiam *de ratiociniis, c.* 13. *ex n.* 10. *& per tot.* quando partitæ libri, vel rationes ſint contexæ inter ſe, aut ſeparatæ.

34 Quapropter ſi adminiſtrator, delegationibus à judice expeditis pro ſolvendis creditoribus, oppreſſus cogatur præciſè ſolvere, & complere, juſtè poteſt à modernis, & coactionibus ſe liberare, & delegationum rigore excuſare, & evitare negando apud ſe eſſe pecunias adminiſtrationis, ſimul offerendo rationem, ut ita clarè defectus appareat, vel ex reliquis ex ea reſultantibus denuo ſolvere compellatur, quia de bonis & pecuniis concurſus damtaxat, & non de ſuo ſolvere tenetur, interim tamen conquieſcit compulſio, & executio liberationum, uſque ad exitus rationum, & computorum prout hactenus apertè approbavimus.

35 Et inſuper in terminis noſtris, quod hæc exceptio rationis oblatæ per adminiſtratorem compulſum ſolvere delegationes, ſit legitima, & omnino admittenda ex natura adminiſtrationis, ad impediendam, ſeu interim ſuſpendendam compulſionem, tenent Baëza *de decima tutor. c* 2. *n.* 168. Gutierrez *de tutelis, part.* 3. *c.* 1. *num.* 53. Franciſc. Ant. Coſta *in conſ.* 38. *n.* 7. quos referens ſequitur Noguerol. *allegat.* 33. *ſub. n.* 33. & idem in terminis tenet Gurbd *deciſ.* 15. *n.* 14. & ita communiter practicatur in adminiſtratoribus, ad concurſus bona datis, & nominatis; quamplurimos alios & idem refert, & ſequitur Amat. *var. reſol. tom.* 2. *reſol.* 58. *n.* 13. *& ſeqq.*

36 Maximè quia adminiſtrator, vel quilibet, qui aliena negotia geſſit, poteſt compellere dominum ut rationes adminiſtrationis recipiat, nam cum dominus poſſit eum ad idem compellere, ita etiam reciprocè, &
37 eodem modo adminiſtrator compellere dominum poteſt, ut rationem recipiat, ex text. *in l.* 1. 9. *fin. ff. de contrahe, & utili actio. tutor.* & in terminis Paulus Caſtrenſ. *in l. vix certis, n.* 4. *ff. de judiciis*, affirmans,
38 quod illi, qui aliena negotia geſſerunt, poſſunt petere ſibi calculationem, vel remiſſionem rationum ad hoc, ut abſolvantur ab adminiſtrationis vinculo, ut tuti ſint ſemper; neque bona ſua maneant hoc onere obnoxia, ut *in l. pro officio, C. de adminiſtr. tutor.* quam ſententiam referens ſequitur Avilesius *in c.* 30. *prætor, n.* 2. *&* 3. Eſcobar. *de ratiociniis, c.* 4. *n.* 2. 5. ubi addit, *quod ſi dominus detrectet rationem recipere, tunc judex calculatorem pro domino nominabit, & conſtituto, quod adminiſtrator nihil debet, judex illum quitabit, & liberabit à nexu obligationis*, qui quidem perinde liber erit, ac ſi dominus ipſum liberaſſet, & quitaſſet, argum. *l. ob cauſam, C. de evictionib.* de quo latius ipſe Eſcobar. *cap.* 6. *n. fin.*

CAPUT VIII.

Adminiſtrator concurſus, qui alterata ſententiæ gradus prærogativa poſteriori ſolvit creditori, an de ſuo prioribus ſatisfaciat?

Et an adminiſtrator regreſſum habeat contra creditorem à ſe nequam dimiſſum, & ab eo ſolutum repetere?

Vel an creditoris ſoluti gradum, & privilegium ſubintret adminiſtrator.

SUMMARIUM.

1 *Adminiſtrator concurſus limitatam recipit poteſtatem, ut nullam habeat in expendendo bona, abſque judicis ſpecialis decreto.*

2 *Adminiſtrator præoculis ſemper debet habere graduationis ſententiam, ut juxta illam, & non aliter compleat delegationes obtentas à creditoribus.*

3 *Adminiſtrator, qui in ſolvendo turbaverit gradus ſententiæ, nulliter operatur, & de ſuo tenetur anterioribus creditoribus omiſſis.*

4 *Poteſtatis defectus ſemper adeſt in accedente decretum judicis.*

5 *Adminiſtrator præpoſterans ordinem, & gradus ſententiæ, in dolo præſumpto eſſe dicitur.*

6 *Colluſio etiam præſumitur inter adminiſtrationem, & creditorem præmaturè ſolutum.*

7 *Doloſus dicitur, qui ſpernit juſſum ſuperioris.*

8 *Qui non facit, quod facere tenetur, doloſus eſt.*

9 *Vel quando facit, quod facere non debebat.*

10 *Adminiſtrator, qui non ſervata graduatione, ac forma decreti inſerti in delegatione, de ſuo tenetur ſolvere anterioribus creditoribus.*

11 *Adminiſtrator, qui contra ordinem graduationis ſolvit poſteriori, de ſuo ſolviſſe intelligitur, non de pecunia concurſus, nec concurſus corpus exiſſe cenſetur.*

12 *Solutio anticipata facta in tertii præjudicium non liberat ſolventem, quo minus tertio ſolvere teneatur.*

13 *Adminiſtrator regulariter de bonis adminiſtrationis dumtaxat tenetur, ad quæ reſtricta, & limitata intelligitur ſua obligatio.*

14 *Adminiſtrator, procurator, inſtitor, & ſimiles excedendo mandatum, & proprio tenentur; quia in exceſſu ſe obligare cenſentur.*

Nec in exceſſu obligant adminiſtrationem, vel dominum, ibid.

15 *Procurator ad vendendum excedens fines mandati tenetur reſpectu exceſſus.*

16 *Contrahens alieno nomine, aſſerens habere mandatum, in eo ad quod non habebat, tenetur de ſuo.*

17 *Et videtur hoc caſu ſuam fidem adſtringere.*

18 & 19. *Concurſu lite pendente, debitor nequit creditori poſteriori in præjudicium anteriorum ſolvere.*

20. 21 & 22. *Hæres, etiam cum inventario, ſi ſolvat poſterioribus hæreditatis creditoribus, tenetur de ſuis bonis anterioribus ſolvere, ſciens anteriores adeſſe.*

23. 24. 25 & 26. *Hæres bona fide ſolvens primò venientibus creditoribus, anteriores verſus iſtos habent revocatoriam; ſecus ſi mala fide, & ſcientia, ex qua tunc hæres tenetur.*

27 & 28 *Adminiſtrator, hæres, tutor, alterve alieno nomine ſolvens non poteſt ſolvendo creditoribus, ordinem graduum præpoſterare, aliàs ſciens de ſuo tenetur anterioribus.*

29 *Creditoribus anterioribus datur electio, an velint agere contra poſteriores, præpoſterè ſolutos, vel contra adminiſtratorem inordinatè ſolventem.*

30 *Emptor pignoris pro ſolvendis creditoribus ſi ſcienter, contra judicis, decretum inordinatè ſolvat tenetur de ſuo anterioribus, contra quem iſte, & contra poſteriores ſolutos electivè regreſſum habet.*

31 *Adminiſtrator præpoſterè ſolvens tenetur de ſuo anterioribus creditoribus, ſi adminiſtratio non ſit ſolvendo propter ſuum dolum, & fraudem in perverſione ordinis.*

32 *Adminiſtrator pervertens ordinem ſententiæ, moleſtatus ab anterioribus creditoribus, non habet regreſſum contra poſteriores præmaturè à ſe ſolutos.*

33 *Solutio à quolibet extraneo fieri poteſt.*

34 *Creditor poſterior in mala fide eſt exigendo prius quam anteriores ſimul concurrentes.*

35 *Revocatoria competit anterioribus creditoribus contra poſteriores prius ſolutos.*

36 *Scire, & ſcire debere, idem eſt in jure.*

37 *Adminiſtratori ſcienti gradus ſententiæ non datur*

repetitio contra posteriores creditores, à se ante tempus solutos.

38 *Prælationis jus cujus virtute revocatoria competit anteriori creditori est personale, & non communicabile debitori.*

39 *Repetitio solutionis factæ creditori in diem denegatur debitori, ante diem solventi.*

40 *Administrator licet posteriori creditori exigenti posset exceptionem ordinis, & præposterationis, opponere; si omiserit, & solverit, repetitio denegatur.*

41 & 42. *Solventi indebitum nomine alieno, non datur condictio indebiti, sed ei, cujus nomine fuit solutum.*

43 *Hæres, tutor, administrator, solventes scienter posteriori creditori, si non recipiunt absolutionem, repetitione carent.*

44 *Administrator concursus solvendi posteriori negotium gerit administrationis, & sic ab eo solutum repetit suo loco, & gradu.*

45 *Possessor majoratus, qui redimendo censum super eo impositum, cessionem non obtinuit contra eum, habet tamen actionem negotiorum gestorum, contra hæredes antecessoris, qui censum imposuit.*

46 *Solutio, & obligationis extinctio non refert, per quem fiat.*

47 *Solvens pro debitore etiam sine mandato, habet contra eum actionem negotiorum gestorum.*

48 *Administrator, qui posteriori inordinatè solvit, ad exigendum ex bonis concursus subintret locum, & gradum creditoris à se nequaquam soluti absque alia cessione, & seqq.*

49 *Administrator, qui reddita ratione apparet creditor, præfertur omnibus quibuslibet anterioribus creditoribus.*

50 *Solvere debita, quibus onerata erat administratio concursus, dicitur eam majorare.*

51 *Retentio competit pro melioramentis in re factis.*

52 *Administrator an subintret locum, gradum, & prælationem illius creditoris, cui ex propriis pecuniis solvit.*

53 *Extraneus, qui sua pecunia solvit creditori alieno sine cessione, solam actionem personalem consequitur.*

Idem in administratore solvente creditoribus administrationis, ibid.

54 *Administrator inordinatè solvens posteriori, mediante cessione, ejus gradum, & prælationem subintrat.*

55. 56. 57 & 58. *Creditor mutuans debitori, ut solvat priori creditori hujus locum subintrat, tribus concurrentibus.*

59 *Creditorem anteriorem fuisse solutum ex eadem pecunia novi creditoris ad id mutuantis, ex quibus conjecturis præsumatur.*

60 *Administrator, qui singulas partitas à se solutas sine cessione exigere vult à concursus corpore, inter personabiles graduabitur.*

61 *Administrator, qui solvit creditori cum cessione, & subingressione, locum, gradum, & privilegium, occupat per creditoris dimissi, & illis præfertur, quibus creditor dimissis præferebatur.*

62 *Administrator pro reliquis facto calculo, exigendis præfertur quibuslibet creditoribus concursus.*

63 *Administrator dum solvit creditoribus, diligens sit in petendo ab eis cessionem, & subingressionem pro majori securitate.*

64 *Administrator ante calculum non potest prætendere aliquas partitas solvisse sua pecunia.*

Administrator in dubio ante factum calculum, de pecunia administrationis, & non de sua solvisse, & expendisse præsumitur, ibid.

65 *Administrator facto calculo creditor factus administrationis pro suo credito, quare cæteris omnibus concursus creditoribus præferatur, etiam cessione cessante.*

ADMINISTRATOREM concursus à judice nominatum adeò strictam, & limitatam recipere potestatem circa administrationem, ut nullo modo voluntate & propria sua facultate possit expendere, aut de bonis concursus solvere absque judicis aut curiæ speciali decreto ad unguem & in specifica forma per eum servanda, diximus abundè suprà *cap. anteced. à princip.* quapropter administrator concursus semper præ oculis, & penes se habere debet sententiam graduationis, qua gradus prærogativa creditorum scripta est, ut liberatio à judice per quemlibet creditorem impetrata juxta suum ordinem, & gradum per sententiam cuilibet assignatam, observetur, & non aliter compleatur ab administratore, maximè quoniam ipsa delegatio semper expenditur sub hac expressa conditione, & qualitate, ut administrator tot solvat creditori impetranti, suo loco & gradu, *en su lugar y grado.* 1

Quam formam si in solvendo prætermiserit administrator & gradus sententiæ perturbaverit, solvendo scilicet posteriori creditori, potioribus omissis, seu dimissis insolutis, perperam & nulliter aget, & terminos limitatos suæ potestatis nection judicis decreti, & mandati excedere dicetur, & absque ulla potestate, & facultate operatur, ac propterea de sua prioribus creditoribus reclamantibus, solvere tenetur, si bona concursus non sint solvendo, nec omnibus sufficientia sint, juxta textum *in l. si pupillorum, § si prætor*, ibi, *& mea fert opinio, eum qui aliud fecit, quàm quod à prætore decretum est, nihil egisse, & ff. de rebus eorum*, text. etiam. *in l. diligenter*, ibi, *nam qui excessit, aliud qui facere videtur, ff. mandati, l. si itaque mandatum*, ibi, *aliud fecit, quàm quod mandatum est, ff. de jurando l. sed & si ante, ff. ad Trebellianum, l. parvi, in fin. ff. de receptis arbitris:* nam in excessu mandati, & decreti judicialis semper adest defectus potestatis, ad illum gerendum; amplissimè de hoc multa diximus *in nostris comment. de regia protect. 4. part. cap. 3. ex n.* 63. & suprà. *in hoc Labyrintho*, 1. *part. cap. 4. ex n. 11. cum seq. verfic. quibus tamen (quæ in se urgentissima sunt) &c. & per totum cap.* 2 3 4

Imò cum ratione officii tenebatur observare gradus, & ordinem sententiæ, nec non decreti judicis, omittendo, & præposterando in dolo præsumpto esse dicitur, *l. non potest dolo carere qui imperio magistratus non obtemperat*, 160. *ff. de regul. juris, l. unica, ff. si quis jus dicenti non obtemperaverit, Bart. in l. tutor, qui repertorium, ff de adminis. tutor.* Mascard. *de probationib. conf.* 531. *n.* 80. Lucas de Penna *in l. quemadmodum, n.* 6. *in 6. casu, C. de agricol. & censit. lib.* 11. Farinacius *tom.* 3. *prax. crimin. q.* 89. *n.* 95. Barbosa *in l. si mora, 1. part. n.* 30. *in fin. ff. soluto matrim.* & est textus *in l. dolus* 44. *ff. mandati, l. si procuratorem*, §. *dolo, ff. eodem l.* 1. §. *fin. in fin. ff. depositis.* Authent. *qua in provincia, C. lib. de crimin. agi oporter.* imò & collusio intereum, & creditorem præsumitur, & mala fides; probant Larata *in conf.* 46. *per tot.* Novarius *quæst. forens. 1. part. quæst.* 139. *in fin. & per totam* præcipuè *n.* 16. Noguerol. *allegat.* 7. *n.* 11. *&. n.* 6. *& seqq.* 5 6

Dolosus namque dicitur, qui spernit jussum superioris, ut per dictam *l. non potest* & Bardell. *consil.* 151. *n.* 78. dixit Giurba *consil.* 33. *n.* 5. ubi etiam, quod is qui non facit id, quod facere tenetur, dolosus est, *l. dolus, ff. mandati, l.* 1. §. *est autem, ff. depositi l. dolo*, *ff. ad legem Falcidiam*, Bart. *in l. tutor, qui re, per tot. ff. de administr. tutor.* Aymon. *conf.* 172. *n.* 5. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *casu* 208. *n.* 35. facit. *l.* 1. §. *permittitur, ff. de aqua quotid. & æstiva, l.* 1. §. *quid ergo, ff. de contrar. action. tutel. l. sed & si hæc clausula, ff. ex quibus causis major.* Rebuffus *in l. nepos Proculo, ff. de verborum* 7 8

rum fignif. Burſatus *conſ.* 56. *num* 27. *lib.* 1. Mieres *de majoratu*, 4. *part. qu.* 40. *n.* 54. Craveta *conſ.* 193. *nu.* 2, Burſatus *conſil.* 44. *nu.* 2. Maſcard. *de probationibus*, *conſil.* 31. *n.* 24. & 52. Menochius *de arbitrariis*, *caſu* 208. *n.* 35. vel quando facit, quod facere non debebat, Bald. 9 *conſil.* 62. *n.* 4. Marta *deciſ.* 198. *n.* 8. Meno h. *lib.* 4. *præſumpt.* 12. *n.* 10. Gabriel. *conſil.* 16. *n.* 4. *lib.* 1. Giurbà *ubi proximè.*

10 Ideò adminiſtrator, qui contra formam ſententiæ graduationis, & decreti judicis, inſerti in ipſa delegatione, præpoſterè, & intempeſtivè ſolvit creditori poſteriori, omiſſis anterioribus, & magis privilegiatis; non tanquam adminiſtrator ſolviſſe intelligitur; ſed tanquam ipſe non reſpectivè ad officium, & ideò non de 11 bonis concurſus, ſed potiùs de ſuis bonis ſolviſſe intelligitur; ita ut illa partita & quantitas perperam & præpoſterè ſoluta creditori poſteriori intelligatur, & conſideretur, non exiviſſe à corpore concurſus, nec de pecuniis ejus ſolutam fuiſſe, juxta textum *in l.* 1. §. *igitur præpoſitio* 12. *ff. de exercitoria action.* ibi, *vel contra modum egreſſus non obligabit exercitorem.* Etenim is qui alicui ſolvere tenetur, ſi ſolvit alteri, non liberatur, & reſpectu creditoris, cui ſolvere priùs tenebatur, intelligitur, ac ſi non ſolviſſet, prout latiſſimè videre eſt per Amatum *variar. reſolut. tom.* 1. *reſol.* 29. *per totam.*

12 Deinde, quia anticipata ſolutio in tertii præjudicium facta non liberat ſolventem, quominùs tertio ſolvere teneatur, ex *l. cum pater*, §. *à filia*, *ff. de legatis* 2. Bart. *in l.* 1 *num.* 11. *ff. de legatis.* 1. Graſſis *exceptione* 2. Bart. *in l.* 1 *num.* 11. *ff. de legatis.* 1. Graſſis *exceptione* 25. *n.* 240. Rota Avenionenſ. *deciſione* 117. *n.* 4. Decianus *conſ.* 81. *n.* 42. *lib.* 4. Amat. *variar. reſol.* 29. *num.* 6. *& à princip.* Ergo adminiſtrator, qui anticipatè ſolvit poſteriori creditori contra formam delegationis, & mandati judicis non liberabitur, ſed tenebitur prioribus creditoribus ſolvere, quibus præjudicare nullo modo potuit.

13 Et inſuper quoniam licèt regulariter adminiſtrator, inſtitor, & procurator non teneantur de ſuo ſolvere, ſed ex bonis adminiſtrationis, ad quam ſua obligatio reſtricta, & limitata intelligitur; prout latè diximus 14 ſuprà *cap. anteced. ex n.* 2. *cum ſeqq. & per totum:* tamen quando exceſſerunt mandatum, in exceſſu tenentur de proprio ſolvere, & in eo obligati ipſi intelliguntur, quia in exceſſu obligare non potuerunt dominum, & adminiſtrationem, quam gerunt. Sic poſt plurimorum Doctorum citationem probat Flores Diaz de Me- 15 na *in additionibus ad Gammam*, *deciſ.* 190. conducunt, quæ de procuratore dato ad vendendum, excedente fines mandati, dixerunt Matienz. *in l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *recopilat. gloſſ.* 8. *n.* 14. 15. & 17. Pinellus *in l.* 2. *C. de reſcind. vendit.* 2. *part. c.* 1. *num.* 18. & Hermoſilla *in l.* 48. *gloſſ.* 5. *n.* 6. *in* 5. *part.* 5. *tom.* 2. *fol.* 217.

16 Cujus eſt farinæ, quòd licèt is, qui nomine alieno contrahit, non obligetur de ſuo, ut diximus: tamen quando dixit, ſe habere mandatum, & poteſtatem, in eo quod non habebat, tenetur de ſuo. Socin. *conſil.* 154. *num* 6. & 7. Mantica *de contractibus*, *lib.* 9. *tit.* 11. *n.* 6. Tuſchus *verb. inſtitor. concl.* 124. *n.* 15. 20. & 22. & *concl.* 823. Guttierrez *de tutelis*, 2. *part. cap.* 13. *n.* 18. Pereira *de emptor. & vend. cap.* 15. *num.* 57. *verſic. ſeptima concluſ.* Hermoſilla *ad leg.* 7. *tit.* 1. *part.* 5. *gloſſ.* 4. *num.* 8. 17 *tom.* 1. *fol.* 61. quia videtur tunc ſuam fidem adſtrinxiſſe, ſecundùm gloſſ. & Bart. *in l. procurator*, *ff. de procurator.* ubi etiam Bald. Angel. & alii, Bald. *in l. fin. ff. de inſtitoria action.* quos ſequitur Socinus ſenior *conſ.* 154. *n.* 8. Mangilius *in tract. de evictionibus*, *q.* 186. *n.* 4. Sed adminiſtrator ad pervertendum ordinem ſententiæ graduationis, & decreti judicis inſerti in delegatione ſibi directa, caret penitus poteſtate, & judicis mandato, ut à principio hujus capitis probavimus; ergo de ſuo ſemper tenebitur creditoribus anterioribus, quibus nullo modo præjudicare potuit in illa quantitate, à ſe 18 nequam ſoluta poſteriori.

Comprobatur, quoniam ſi concurſu creditorum ſtante, ſeu aliàs inter ipſos, lis erat contra debitorem pendens, debitor non poteſt poſterioribus creditoribus gratificare, & ſolvere in præjudicium priorum propter malam fidem, & dolum; prout ex plurimorum Doctorum relatione probavimus ſuprà 1. *part. c.* 10. *ex n.* 64. *verſ.* 4. *etiam fingitur pecunia ſtare.* Quantumvis 19 debitor adhuc ſuorum bonorum dominus ſit; quanto minùs adminiſtrator, nullum jus ad ea bona habens poterit gratificare, & gradus ſententiæ ſubvertere ſua ſponte, & contra formam decreti judicis expreſsè dicentis in delegationibus quibuſlibet creditoribus conceſſis, ut adminiſtrator ſolvat ſuo loco, & gradu, quam ſi non ſervet, in dolo eſt, & fraudis particeps, ut ſuperiùs diximus *n.* 5. *verſic. imò cum ratione officii*; atque meritò de ſuo debet ſatisfacere creditoribus anterioribus inſtantibus, ſi ex bonis concurſus ſatisfacere non poteſt, afferens pecunias præ manibus non adeſſe.

Et hæc pars fulcitur ex vera interpretatione à plurimis Doctoribus tradita *in l. fin.* §. *& ſi præfatam*, *C. de jure deliber. & l.* 7. *tit.* 1. *p.* 6. ut hæres cum beneficio legis, & inventarii ſolvens poſterioribus creditoribus hæreditatis, teneatur de ſuis propriis bonis ſolvere aliis creditoribus anterioribus, quando ſciebat alios anteriores adeſſe propter malam fidem, quam in ſolvendo habuit, qui non debuit, nec potuit anterioribus præjudicare. Greg. Lopez *in d. l.* 7. ibi, *vel ſi ſolviſſet creditoribus*, *primo venientibus*, *ut in d. verſ. & ſi præfatam.* Hæc enim eſt una ex utilitatibus inventarii, quod ſibi non imputatur, ſi ſolvat primò venientibus. Et intellige, quando hæres ignorabat alios creditores eſſe potiores, & ſic ſolum bona fide, alias ſecùs, ſi cautionem non exigit, ut *in d. l. dolo*, *ff. ad legem Falcidiam*, & tenet gloſſa parva *in d.* §. *& ſi præfatam*, & ibi Bart. &c. & Greg. Lopez, ſequitur poſt alios DD. Mantienz. *in l.* 6. *tit.* 4. *gloſſ.* 1. *lib.* 5. *recopilat.* dicens inventarii utilitatem eſſe, quod hæres 21 poteſt ſatisfacere creditoribus primò venientibus, nec contra eum habere recurſum creditores potiores, licèt poſſint ab iis qui receperunt repetere, ſed quando probatum fuerit, & conſtiterit, ipſum hæredem habuiſſe notitiam æris alieni; & priorum creditorum, tunc hæres tenebitur iſtis de ſuo ſolvere, adverſus quem potiores creditores recurſum habebunt, quando hæreditas non eſſet ſolvenda. Et ſic ſibi præcavere debet 22 hæres petendo cautionem à creditoribus inferioris gradus de reſtituendo ſolutum, quod ſi gradus prærogativæ inter creditores dum ſolverit, non ſervaverit, adverſus eum habebunt recurſum anteriores, quoties conſtiterit de ſua ſcientia, & ſic de mala fide in ſol- 23 vendo, qua non probata creditoribus anterioribus dabitur revocatoria contra poſteriores creditores, qui præmaturè, & inordinatè exegerunt; & ſic juſtum articulum eſſe intelligendum, affirmat Caſtillo *controv. tom.* 4. *cap.* 61. *ſub n.* 92. (quem malè percepiſſe, conatur Flores de Mena *variar. reſolut. lib.* 1. *qu.* 6. §. 2. *à n.* 12. *fol.* 59.) allegat Monticul. *de invent. tit. de jure deliberandi*, *ex n.* 78. *uſque ad* 90. *diverſ. tract. tom.* 8. *fol.* 159. Phanut. *de invent.* 5. *part. ex n.* 235. *eodem tom. fol.* 262. Rolandum *de confectio. inventar.* 4. *part. particula*, *quid ſi hæres*, *fol.* 123. *uſque ad fol.* 131. Rebuffum 1. *tom. titul. de ſentent. proviſion. gloſſ.* 3. *n.* 1. de Franchis *deciſ.* 246. *& deciſ.* 276. Graſſis *lib.* 2. *art. invent. qu.* 20. *num.* 4. *fol.* 99. Carroccius *deciſ.* 109. *ex n.* 46. *uſque ad* 50. ubi *n.* 49. inquit, deciſionem text. *in d.* §. *etſi præfatam*, procedere, quando hæres bona fide ſolvat, quia ignorabat alios creditores potiores, ſecus ſi ſciviſſet, quia 24 diceretur eſſe in dolo, idem tenet Anton. Faber *in titulum*, *C. de jure deliberandi*, *definitione* 33.

Et hac adhibita diſtinctione ſcientiæ, & ignorantiæ, 25 bonæ, vel malæ fidei, idem dixit Gaſpar. Anton. Theſaur. *quæſt. forenſ. lib.* 2. *quæſt.* 16. *caſu* 7. quod ſi ſolutio

fiat ab hærede cum beneficio inventarii, clarum esse, quod creditores potiores revocabunt pecuniam alteri
26 soluram posteriori, & text. *in d. l. fin. etsi præfatam*; sed non habebunt recursum contra hæredem, non tamen potuit hæres solvere primò venientibus, quando sciebat adesse anteriores, nec tunc liberaretur propter malam fidem in solvendo inordinatè, & præposterè, prout utrumque latiùs comprobat ipse Thesaurus *nu.* 16. 17. & 18. sequitur Castillo *tom.* 5. *controv. cap.* 78. *col.* 7. *verf. septimum casum esse qui, verf. seqq.* post ipsum Thesaurum, agit de hærede adeunte absque beneficio inventarii, & inordinatè solvente creditoribus hæreditariis.

27 Et juxta hanc distinctionem intelligendus erit ipse Thesaur. *in d. qu.* 46. *n.* 20. loquens in tutore inordinatè solvente creditoribus concurrentibus pro suis creditis, dicens non esse locum gratificationi, ut prior revocet solutum à posteriore, & esse inquit, bonam cautelam hæredis, tutoris, vel alterius, nomine alieno solventis, ut impetret cautionem ab eo creditore, cui solvit, de restituendo aliis creditoribus venientibus, ut intelligatur hæc doctrina juxta præfatam distinctionem, ut teneatur hæres sciens alios esse potiores propter malam fidem, & dolum, ut ipse Thesaurus, loquendo de hærede, paulò antea dixerat, & clarè colligatur ex eo, dum in hoc casu simul de hærede, & tutore, & aliis administratoribus loquutus fuit, & sequitur Castillo *dict.* 78. *verf. novum casum esse:* tum
28 etiam, quia istos administratores perperam, & præposterè solventes consulunt cautionem pro sua securitate petere ab iis, quibus solvunt; sequitur manifestè, eos Doctores velle, administratores teneri prioribus creditoribus de suis bonis; & quod creditoribus
29 anterioribus detur regressus electivè tam contra administratorem, præposterè solventem, quàm contra creditores posteriores, quibus intempestivè fuit solutum, latè comprobat Gratian. *discept. forens. c.* 17. *ex n.* 34. *cum seqq.* & infra hac 3. *part. c.* 10. *ex n.* 16. *cum seqq. verf. quid de pignoribus, &c.* ubi agitur etiam de
30 tertio emptore pignorum, in subhastatione pro solvendis debitoris creditoribus, ut in eum scienter ex pretio solventem posterioribus, detur regressus anterioribus, & electivè etiam contra posteriores præmaturè solutos, & dimissos ab emptore, & signanter videbis *ibidem ex*
31 *n.* 19 *& seqq.* ubi agitur de hac electione contra emptorem, vel contra posteriores solutos; & ita communiter servatur in tribunalibus, ut administratores pervertentes gradus sententiæ, & delegationem in solvendo de suo teneantur, quando concursus redditus solvendo non esse, nec pecunias promptas habere dicunt, & respondent propter suum dolum, & malam fidem, qui ignorare non possunt adesse alios creditores anteriores in concursu, propter sententiam graduationis, quam penes se habent, vel habere tenentur, cum idem sit, scire, vel scire debere ex axiomate vulgari, de quo infrà *num.* 36. ex quo suus dolus, mala fides & fraus inexcusabilis notoriè apparet.

32 Sed isti administratores præposterantes ordinem, & gradus sententiæ in solvendo, dum à prioribus creditoribus pro solutione molestantur, an habeant regressum contra creditorem posteriorem cui præposterè, & ante tempus solverunt, ut eis restituat solutum, non facilis est resolutio. Doctores, quos vidimus, non tractant; mihi autem negativè resolvendum videtur.
33 Tum, quia creditor dimissus verè creditor erat ad bona administrationis, & corpus concursus, & potuit solutionem recipere, etiam à quolibet extraneo, prout est administrator, *l. solutionem, ff. de solut. l. solvendo, ff. de neg. gestis*, §. 1. *verf. nec interest instit. quib. mod. solv. oblig. l. tale pactum.* §. *post divisionem, ff. si cert. petat.* am-
34 plissimè Arerin. *de solut. cap.* 25. *per totum.* Et licèt in mala fide fuerit exigendo ante tempus, & ante cæteros priores creditores stantes in judicio concursus, prout ex innumerabilibus penè Doctoribus probavimus suprà 1. *part. c.* 10. *ex n.* 63. *& seqq. verf. item & tertio mala fide, & à num.* 64. *in verf. quarto etiam fingitur pecunia consumpta stare, & mala fide exacta, per posteriorem creditorem, &c.*

Hoc tamen prodest creditoribus anterioribus intentare volentibus revocatoriam, ut ibidem, & superius 35
abundè probavimus, nullibi tamen hoc remedium reperitur concessum solventi; nam iste administrator particeps est fraudis, doli, & malæ fidei; fraus enim & dolus nemini patrocinantur, *l. itaque, ff. de furtis, c. dictum*, 30. *q.* 1. *c. intelleximus de judiciis, cap. tuæ de clericis non residenti, cap. sedes, cap. ex tenore de rescriptis cum pluribus aliis.* Et quia cum administrator sciebat, 36
vel scire debebat, ratione officii, (quod idem est in jure, *l. quod te in fin. ubi gloss. ff. si certum petatur, l. si duo, ff. de acquir. hæreditate, leg. qui fundum, §. servus, ff. pro emptore.* Surdus *decis.* 150. *n.* 13. Gratianus *discept.* 194. *n.* 1. Farinac. *in fragm. lit. L.* 163.) quòd tenebatur solvere posteriori, nec pervertere gradus sententiæ; si insuper solvit, non repetit, nec condicit, *l. 1.* 37
ibi: *Sed si sciens se non debere, solverit, cessat repetitio, ff. de condictione indebiti.*

Deinde quia jus prælationis est personale creditoris 38
anterioris ad avocandum, & opponendum de sua anterioritate contra alios inferioris gradus, ita ut nec debitor communis hac se tueri potest exceptione contra suos creditores ab eo petentes sua credita, nec potest eos excludere asserens alios esse anteriores, quibus prius debet solvere, prout ex pluribus doctrinis, & Doctoribus copiosè probavimus *suprà* 1. *part. cap.* 16. *ex n.* 22. *cum seqq. & 2. p. cap.* 3. *ex nu.* 56. *verfic. hanc tamen nostram verissimam resolutionem, &c. cum seq.* Ergo nec administratori, nomine debitoris communis solventi, & eum repræsentanti hoc remedium, & jus præstari debet, qui collusit, & dolo ac fraude solvit.

Et insuper quia iste creditor, cui ante alios potio- 39
res fuit solutum, verè creditor est, non etiam in diem, sed de præsenti, licèt solutionis exactio sit in tempus dilata, contra quem solventi ante diem, vel tempus repetitio denegatur, *leg. nam & sicut cùm moriar dare promisero, & ante solvam: repetere me non posse, Celsus ait* 16. & 17. *quod si ea conditione debetur quæ omnino statura sit, solutum repeti non potest, vel in diem debitor adeò debitor est, ut ante diem solutum repetere non possit, ff. de condictione indebiti.* Ergo, & administratori inor- 40
dinatè, ante tempus solventi maximè doli participi, repetitio & avocatio deneganda erit, nam licèt creditori exigere volenti potuisset opponere exceptionem præposterationis, & dilationis, si simpliciter nihilominus solvit, repetere non potest solutum leg. quod nomine mariti qui solvendo non est, alius mulieri solvit, repetere non potest, ideò quia debitum est mulieri, & l. nam & maritus si cum facere nihil posset, dotem solverit, in ea causa est, ut repetere non possit, l. si is cum quo de peculio actum est per imprudentiam pluspuam in peculio esset solverit, repetere non potest, *ff. de condictione indebiti.*

Deinde quia administrator solvit nomine debitoris, 41
ergo repetere non potest, nam qui alieno nomine solvit indebitum, non habet condictionem debiti, sed is dumtaxat, cujus nomine fuit solutum, ut repetat, *l. si procurator* 6. §. *fin. l. cum indebitum* 57. *in princip. ff. de condition. indeb.* quæ loquuntur in tutore solvente, 42
ut non illi, sed pupillo, cujus nomine solvit, condictio indebiti detur; idem in fidejussore, & in mandatario ac procuratore *ex dicto* §. *fin.* & post Donellum et & Osvaldum, & alios probat Larea *decis. Granat.* 86. *num.* 7. & 8. *tom.* 2. nec debitor ipse potest repetere ob præposterationem, cum hoc jus sit anteriorum creditorum, non communicabile ipsi debitori,

quia

quia non poteſt opponere exceptionem prælationis contra verum creditorem exigere volentem ſuum creditum; prout paulò ante diximus, & ideo utrique tam debitori, quàm adminiſtratori denegatur repetitio atque condictio.

43 Et denique hoc non obſcurè indicarunt tot Doctores, Gregorius Lopez, Matienzus, Caſtillo, Theſaurus, & alii, hactenus relati ſuperius *ex n. 20. cum ſeqq.* & plures alii ab eiſdem laudati, conſulentes hæredem, tutorem, & adminiſtratorem, ſolventes dolo, & mala fide poſteriori, ut ab eo recipiant cautionem, de ei reſtituendo ſolutum apparentibus anterioribus aliis creditoribus; ſupponunt etenim iſti DD. ut iſti ſolventes aliam actionem, aut recurſum ad repetendum ſolutum, non habeant, ceſſante, & deficiente cautione; quæ reſolutio vera mihi videtur.

44 Benè tamen verum eſt, adminiſtratorem, qui non ſervat gradus prærogativam, poſteriori ſolvit, illud de ſuo refuderit anteriori inſtanti; poſſe eandem quantitatem exigere, & repetere à corpore concurſus, & ejus bonis ſuo loco; & gradu. Nam cum ſolverit vero creditori, cui verè tenebatur debitor, adminiſtrator, qui de ſuis propriis bonis eum dimiſit, geſſiſſe dicitur utiliter negotium debitoris, & adminiſtrationis, in cujus utilitatem vergit eam liberando ad hac obligatione, & ideo adminiſtrator pro quantitate ex propriis bonis ſoluta habet adverſus bona concurſus actionem negotiorum geſtorum, probant Avendan. *de cenſibus, cap. 65. per totum*, & Additionatores ad Molinam *lib. 2. de primogen. cap. 10. ſub n. 25. & 26.* & nos *ſuprà 2. p. cap. 7. ex n. 57. cum ſeq. verſic. unum tamen*
45 *eſt conſtans.* Affirmantes, quod ſi ſucceſſor in majoratu redimendo cenſum ſuper eo impoſitum, non obtinuerit à creditore dimiſſo ceſſionem, licet jus ad cenſum non habeat contra majoratus bona, habet tamen actionem negotiorum geſtorum adverſus hæredem poſſeſſoris imponentis cenſum, quem ſucceſſor propria pecunia redemit, ut ex bonis hæreditatis, quæ ad hujuſmodi redemptionem obligata erant, ſibi ſatisfiat, cum eadem bona liberaverit à nexu obligationis hujuſmodi. Atque ideo cum vergeret redemptio in ejus utilitatem, is hæres ſatisfacere tenetur, & cogitur actione negotiorum geſtorum, & aliis juris remediis, ibidem in ſimili caſu ex plurimorum Doctorum authoritate probavimus, *ubi proximè loco citato, d. n. 57. verſ. prout in ſimili videmus*, &c.

46 Quod & regulariter verum eſt, nam quilibet tertius, etiam ſine mandato poteſt ſolvere pro debitore, & ejus extinguere obligationem, quia non refert per quem fiat ſolutio. Latiſſimè Surdus *deciſ. 118. n. 2. & deciſ. 113. n. 2.* dum dicit: *Solutionem à tertio fieri poſſe, & per eam tolli omnem obligationem*, plurima jura, & Doctores ad id congerit, & ad alia ſimilia, Aretinus *in tit. de ſolutionibus, cap. 25. per totum*, & Surdus *deciſ. 172. n. 27.*

47 Atque ideo hoc caſu hujuſmodi ſolutio ab extraneo, & tertio facta parit actionem negotiorum geſtorum contra debitorem liberatum, etiam abſque ejus mandato. Corneus *conſil. 79. n. 1. vol. 1. & in conſil. 79. n. 16. vol. 2.* Surdus *de aliment. tit. 8. privileg. 34. n. 11.* Aretinus *ubi proximè n. 8. & 18.* & iterum *cap. 5. ex n. 34. cum ſeqq.* ubi alios allegat. Nam ſolvendo ſi quis liberat debitorem, gerit negotium utile pro eo, *l. ſolvendo, ff. de negotiis geſtis*, & ideo contraria actione negotiorum geſtorum repetere à debitore poteſt, §. *igitur inſtitut. de obligationib. quæ ex quaſi contractu naſcuntur.* Tuſchus, *practicarum concluſ. lit. S. conſil. 352.* Pirrus Maurus *dicto cap. 25. n. 10.* latiſſimè Petr. Barboſa *in leg. divortio*, §. *fin. n. 3. & ſeqq. fol. 586.* ubi
48 plurimas leges allegat, & Garcia *de expenſis, cap. 7. per totum, & n. 23.* & plures alii inferiùs allegandi. Supposito igitur pro conſtanti iſtum adminiſtratorem poſſe repetere, & exigere ex bonis concurſus, & adminiſtrationis pecuniam a ſe ſolutam poſteriori creditori; nunc inveſtigandum erit, quo loco & gradu admittendus erit in concurſu, & an ipſo facto acquirat ſaltim locum creditoris à ſe dimiſſi, & ejus gradum, & prælationem ſubintret, ad effectum exigendi præferativè ad omnes alios creditores inferiores ipſo dimiſſo, & ſoluto adminiſtratore? ardua eſt, & difficillima quæſtio.

Et pro parte affirmativa, ut vel præferatur in exi- 49
gendo omnibus quibuſlibet creditoribus, quomodolibet anterioribus, probatur; nam iſte adminiſtrator reddita ratione, pro reliquis factus creditor, habet prælationem omnibus quibuſlibet creditoribus cum illa reliqua expendi dicatur in utilitatem, & conſervationem adminiſtrationis, & ideo per diſpoſitionem, *l. licet, C. qui potiores in pignore hab. & l. interdum, ff. eod.* ad latè per nos *in c. 9.* proximè ſequenti, prælationem cæteris quibuſlibet creditoribus habebit.

Nam ſolvete debita, quibus onerata erant bona ad- 50
miniſtrationis, nihil aliud eſt, quàm utiliter rem meliorare, Boërius *deciſion. 44. n. 9.* poſt Baldum *conſil. 303. lib. 1.* Flamin Rubeus *conſ. 48.* Peregrin. *de fideicommiſſis art. 50. n. 23. & 50.* Surdus *conſil. 83. n. 4.* plenè Molin. *de Hiſpanor. primogen. lib. 1. cap. 26. à n. 9. 10. 11. & 14.* Caſſanat. *conſ. 28. per tot.* præciſè *n. 3.* poſt Cagnol. & alios, quos refert Muta *deciſ. 12. n. 16.* & plenius *deciſ. 57. n. 32.* Amat. *reſolut. 44. n. 5.* Ergo 51
ei competit adminiſtratori retentio donec de meliore tione facta ſibi ſatisfiat ante omnes creditores, ad latè tradita per Amat. *in dicta reſolut. 44. à princip.*

Vel quia iſte adminiſtrator ſubintrat in locum, gra- 52
dum, & prælationem ejuſdem prioris creditoris, cui ex ſuis propriis bonis, & pecuniis compulſus ſolvit, & diviſit, *ad l. 1. Cod. de his qui in prior. credit. locum ſucceſſerunt, l. 1. Cod. qui potior in pignore hab. l. Ariſt. ff. quæ res pignor. obligar. poſſunt*, & ex his quæ Amat. *reſolut. 7. à principio.*

Sed contraria ſententia in hoc adminiſtratore ſimpli- 53
citer, & abſque ceſſione ſolvente, anteriori creditori, ut nullam prælationem habeat, nec ejus locum, gradum, & hypothecam ſubintret, probatur primò, quoniam extraneus (quidquid ſit in ſecundo aut ulteriori creditore ex juribus proximè allegatis, & additio, ad Molinam *lib. 2. c. 10. ſub n. 25. verſ. prima concluſio.* Amat. *reſolut. 7. ex n. 1. & ſeqq.*) qui ſua pecunia dimiſit creditorem alienum, ſolam actionem perſonalem contra debitorem acquirit abſque aliqua hypotheca, ut aliis omiſſis, in terminis de eo, qui debitoris negotia gerebat, ſi ſimpliciter ſolverit ejus creditoribus, ut ſolam ſibi actionem negotiorum geſtorum contra debitorem (cui rem utilem geſſit ob debiti ſolutionem, & creditoris dimiſſionem) acquirat pro exactione; probarunt Angel. *in l. 1. C. de iis, qui prior. locum ſucceſſerunt.* Ubi notanter Baldus, Surdus *conſil. 163. n. 17. & conſil. 444. n. 7. gloſſ. in leg. ſi cum pecuniam, Cod. de privilegiis fiſci.* Rodriguez *de annuis redditibus, lib. 2. quæſt. 16. n. 9.* Neguſant *de pignorib. in 3. memb. 5. part. n. 43. & ſeqq.* Gratianus *diſceptat. 117. n. 17.* Amat. *dicta reſol. 7. n. 13. n. 15. 18. & 24.* qui innumerabiles penè Doctores laudat.

Si tamen iſte adminiſtrator ſua propria pecunia di- 54
mittens creditorem concurſus, ab iſto in continenti ceſſionem, adverſus debitorem, & bona concurſus obtineat; tunc & in perſonalem actionem, & hypothecariam, locum, gradum, & prælationem creditoris à ſe dimiſſi ſubintraret, & jurium tranſlatione in ejus perſonam, media ceſſione, *ex l. fin. C. de privilegiis fiſci.* Aſinius *de executione*, §. 7. *cap. 15. c. 4. verſ. limitatur.* Surdus *conſ. 444. n. 6. & n. 7. 8. & 9.* P. Molina *de contractibus diſp. 536. n. 17.* Ponte *conſ. 6. n. 3. lib. 1.* Theſaurus *quæſt. forenſ. 30. in princip. lib. 2.* Rota Romana *deciſ. 293. n. 1.* apud Farinacium *vol. 4.* Barboſa *in l. poſt mortem 4. ſub n. 61. ff. de ſoluto matrimon.* Cravet *conſil. 582.*

582. *n.* 2. Anton. Faber. *in C. lib.* 8. *tit.* 9. *deffinit.* 4. *verſic. nec verò, & deffinit.* 8. Mantica *deciſ.* 99. *n.* 3. *in princip.* Addition. Molin. *lib.* 2. *cap.* 10. *ſub n.* 26. *verſic. ſecunda. concl. for.* 66. Amat. *dicta reſol.* 7. *n.* 14 & 15. & *n.* 21. & 22. ubi alios quamplures recenſet, & *n.* 17. 18. *cum ſeqq.* Agit de novo creditore mutuante debitori, ut ſolvat alteri ſuo anteriori creditori, & tunc novus ſubintrabit locum prioris, tribus concurrentibus. Primò pactum de ſubintrando in locum, anterioritatem,
55 jus, & hypothecas dimiſſi creditoris. Secundò quod pecuniam ad effectum ſolvendi creditori mutuet. Ter-
56 tiò, ut cum effectu ex ea pecunia ſit creditor anterior
57 dimiſſus, & ibidem *num. ſeqq.* optimè agit, ex quibus
58 conjecturis præſumatur ex eadem pecunia mutuata fuiſ-
59 ſe dimiſſum creditorem, & ſolutum. Sequuntur Additionatores ad Molinam *dicto nu.* 26. *verſ. aut ſolvit de pecunia aliena*, &c.

60 Quid denique reſolvendum in hac difficili quæſtione mihi diſtinctè procedendum eſſe videtur; aut enim agit adminiſtrator de exigendo ſingulis partitis, & ſolutionibus à ſe factis, & tunc ſi ſimpliciter eas ſolverit, ſolam actionem perſonalem habebit, & inter cæteros creditores perſonales locum, & gradum in exigendo habebit, cui omnes cæteri creditores hypothecarii, & privilegiati præferendi ſunt; ex juribus, & regulis vulgaribus, cum adminiſtratori hoc caſu actio ſola perſonalis negotiorum geſtorum competat.

61 Si verò non ſimpliciter dimiſerit creditorem, ſed cum pacto de ſubintrando locum ejus mediante ceſſione, tunc procul dubio jus, hypothecam, gradum, prælationem, & privilegium creditoris à ſe dimiſſi ſubingreditur, & præfertur cunctis aliis creditoribus, quibus dimiſſus præferebatur; & ſub hoc diſtinctionis membro locum habent omnia, quæ diximus in hac ſecunda parte quæſtionis, & ideo cauti adminiſtratores ſemper, dum ſolvant delegationes conceſſas à judice ſingulis creditoribus, ab iſtis tempore ſolutionis, & in continenti recipiunt ceſſiones, & ſubingreſſione, ut gradus, & prærogativam eorum tutò ſubintrent.

Aut enim adminiſtrator tractat, de exigendis reliquis facto calculo, & ratione finali reddita, pro quibus creditor adminiſtrationis liquidè evaſit, & tunc cæteris omnibus quibuſlibet creditoribus præfertur latiùs agendum erit, *in cap.* 9. *proximè ſeq. ex n.* 11. *uſque ad finem, cap. verſic. ſed an adminiſtrator facto cal-*
62 *culo.* Ubi accuratè tractandum erit de hac difficultate. Semper tamen pro ſecuritate, & omni ſubvertendo
63 dubio conſulerem adminiſtratores, ut quoties dimittant creditores, & ſolvant virtute delegationum, hoc eſt *de los libramientos*, petant ceſſiones, & ſubingreſſiones has, ut omnia dubia excludant. Jam enim vidi in hoc Senatu noſtro Valliſoletano, adminiſtratorem petentem reliquia ſua facto calculo finali, adminiſtrationi quam geſſerat, & prælationem pro eis appetentem, fuiſſe ſub diſtinctione prælatum, nempe pro iis partitis, & ſolutionibus dumtaxat, in quibus ceſſionem, & ſubintrationem habebat; pro cæteris verò inter perſonales creditores locum habere in exigendo, quòd apparenter juridicum videbatur ex hactenus adductis doctrinis; cauti igitur ſint adminiſtratores in ſolvendo ne in exigendo pereant, & præpoſterentur pro tollendis aliquorum judicum ſcrupulis.

64 Et ratio utriuſque membri noſtræ diſtinctionis ea eſt, & concludens. Nam in primo caſu, quando adminiſtrator pro illa partita, quam de ſuo (apparenter tamen) ſolvit anteriori creditori, certat anteferri, & impedire, ac detinere delegationes aliorum creditorum ſequentium, quouſque ipſe de hac quantitate prius ſit ſatisfactus, nullum pro ea poteſt prætendere privilegium (ceſſante ceſſione, & pacto de ſubintrando) cum interim incertum ſit, an illa partita fuerit ſoluta ex pecuniis ſuis, an adminiſtrationis, cui ex aliis partitis poſſit eſſe debitor, quod in dubio præſumitur ante factum calculum, & rationem redditam, ſolviſſeque, & expendiſſe non de ſuo, ſed de pecuniis adminiſtrationis, prout probavimus *ſuprà cap.* 7. *n.* 17. & *ſequentibus, verſ. quapropter ſi pecuniæ ex fructibus*, &c. & ideo ratione incertitudinis hæc quantitas privilegio carere debet, ſed potius cæteris creditis perſonalibus regulari.

An verò ſecundo diſtinctionis membro diſpunctis ra- 65
tionibus, quando facto jam calculo, & computo introitus & exitus, adminiſtrator apparet creditor pro certa ſumma; jam ad certitudinem redditur hanc ſummam reliquatam ſuam eſſe, & de ſuis propriis bonis eam expendiſſe pro utilitate & conſervatione adminiſtrationis, quo caſu licèt deficiat ceſſio, & pactum de ſubintrando, adhuc ex alio capite pro ea quantitate habet adminiſtrator privilegium, & prælationem, inſpecta natura & qualitate crediti, prout abundè probatur *in cap. ſeqq. ex n.* 11. *uſque ad fin. capit. verſic. ſed an adminiſtrator facto calculo*, &c.

CAPUT IX.

Adminiſtrator concurſus, qui dimiſit adminiſtrationem, vel ab ea fuit dimiſſus, & reddita ratione creditor remanſit, an poſſit concurſus bona retinere, donec ſibi de reliquis ſatisfiat?

SUMMARIUM.

1 & 5. & 9. *Adminiſtrator concurſus qui adminiſtrationem dimiſit, vel ab ea fuit repulſus, & reddita ratione creditor remanſit, an poſſit retinere bona donec de reliquis ſibi ſatisfiat affirmativa ſententia, eos quibus negativa verior, Satisfactis damnatis.*

Adminiſtrator præ reliquis poteſt retinere bona, vel ob compenſationem, vel ob ſatisfactionem, ibid.

2 & 9. *Tutor finita tutela ſi creditor remaneat, poteſt pro reliquis pupilli bona retinere.*

Tutor donec retinet bona, tenetur alimenta præſtare minori, ſicut antea præſtabat, ibid.

Minori cui bona fuere reſtituta tutor alimenta non præſtat petenti rationem adminiſtrationis, ibid.

3 *Hypothecam tacitam, & omnibus anteriorem habet adminiſtrator pro ſuis reliquis, & ſponſis factis in conſervatione adminiſtrationis.*

Creditor poteſt retinere pignora à ſe detenta, ibid.

4 *Adminiſtrator ſolutionibus, & expenſis factis pro exoneratione adminiſtrationis eam utiliter meliorat.*

Pro meliorationibus in re factis competit retentio, ibidem.

5 & 7. *Adminiſtrator non poteſt retinere bona adminiſtrationis pro reliquis, ſed ſtatim tenetur ea reſtituere novo adminiſtratori & pro reliquis exigendis debet recurrere ad concurſus judicium.*

6 *Adminiſtrator depoſitarius ſequeſter, & quilibet alius, qui rationem impenſarum aut meliorationum adhuc tenetur in concurſus ea conferre.*

7 *Jus prælationis pignoris aut retentionis non impedit quod adminiſtrator finita adminiſtratione bona novo adminiſtratori reſtituat.*

8 *Retinere bona adminiſtrationis, & dimittere adminiſtrationem, ſeu privari implicat.*

9 *Tutorem non poſſe retinere bona pro aliquis finita tutela verius eſſe traditur.*

10 *Mater filiorum tutrix poteſt petere dotem à filiis, vel hæredibus, licèt ei opponant retentionem, ex eo quod nondum reddit rationem tutelæ.*

11 *Adminiſtrator, qui rationibus diſpunctis creditor apparet licèt de ſtricto juris rigore pro conſequendo*

quando credito non deberet creditoribus hypothecariis, & privilegiatis præferri, ex praxi tamen uſitata omnium tribunalium præfertur, nu. 21. & 23.

12 & 13. *Adminiſtratoris reliquatum cùm procedat ex ſolutione, & expenſis ex propria pecunia factis in utilitatem, & conſervationem adminiſtrationis etiam ſine ceſſione habet prælationem.*

Expenditur textus interdum cum l. ſeqq. ff. qui potiores in pignor. ibid.

14 *Alimenta, expenſæ litium, ſalaria adminiſtratoris, officialium, & omnium, qui neceſſarii ſunt ad bona concurſus, & juriſdictionem adminiſtrandum præferuntur omnibus creditoribus.*

15 *Salarium cuſtodis rei, & famuli ſervitoris habet prælationem remiſſivè.*

16 *Salarium adminiſtratoris dati ad cuſtodiam bonorum, & pro rebus pignoratis cuſtodiendis tacitam hypothecam habet cum prælatione.*

17 *Salarium ſeu mercedem domus conductæ pro cuſtodiendis rebus pignoratis judicis, & aliorum habere prælationem cum tacita hypotheca.*

18 *Salarium advocatorum & procuratorum qui res concurſus à litibus liberarunt, præfertur in eiſdem bonis anterioribus creditoribus.*

19 *Expenſæ litium, & patrocinii advocatorum pro rerum tutelæ conſervatione neceſſariæ exiſtimantur, & onus rei dicuntur, & ad eas tenentur majoratus, ſucceſſor, fideicommiſſarius, proprietarius, ſocius, & ſimiles.*

20 *Solvere debita ſuper rebus impoſita, eſt res ipſas utiliter meliorare.*

21 *Creditum adminiſtratoris compoſitum ex creditis privilegiatis eorum privilegio participat.*

22 *Creditores quibus ſolvit adminiſtrator, ideo ſunt privilegiati, quia immediatè ſunt creditores; adminiſtrator verò, mediatè creditor, & ſine ceſſione eorum locum non ſubintrat.*

23 *Prælationis privilegium, de quo in d. l. interdum, non ſolùm procedit in eo qui immediatè creditor eſt adminiſtrationis, ſed etiam in tertio, qui mutuavit pro eorum conſervatione.*

24 *Ut dicatur contractus & ſolutiones converſi in utilitatem, & conſervationem adminiſtrationis, aut Banchi non eſt præciſum ut immediatè pecunia detur adminiſtrationis ſeu Bancho, ſed ſufficit quod detur & convertatur in ejus utilitatem.*

Mutuum dicitur fieri in rem, in qua quis præpoſitus eſt, ſi pecunia accipiatur mutuo ad ſolvendum primo immediatè mutuanti, ibid.

25 *In negociationibus univerſalibus nihil intereſt an ex prima mercantia aliquid perveniat, vel ex ipſius repetita, cùm ſemper loco prioris alia ſubrogetur.*

26 *Ad idem expenditur eleganter doctrina Pauli de Caſtro & aliorum, uſque ad* 33.

34 *Adminiſtrator condemnatur ſolvendo anteriori propria pecunia eo quod ſolverat poſteriori hujus locum non ingreditur abſque ceſſione, nec ſubſequentium exactionem impedire poteſt.*

35 *Secus ſi creditum adminiſtratoris procedat ex ratione reddita, nam pro reliquis præfertur creditoribus anterioribus concurſus.*

1 REDDITA ratione per adminiſtratorem concurſus, creditor apparet certæ quantitatis, dimiſit ſua ſponte adminiſtrationem, vel coactè fuit repulſus juſtis de cauſis (prout alibi diximus) contendit inſuper, ſe bona retinere concurſus, donec de ſuis reliquis hoc eſt, *del alcance*, ſatisfiat, & poſſe retinere multa urgent, primum, quia pro eo quod adminiſtrationem reliquavit, poteſt retinere ejus bona propter compenſatoinem faciendam, vel pro ſe ſatisfaciendo de eo, pro quo adminiſtrationem reliquavit, prout probari videtur *in leg.* 1. §. *prætereà ff. de contrar. & util. act.* ibi: *Sic erit arbitrii ejus utrum compenſare, an petere velit ſumptus, intereſt enim noſtra, potius non ſolvere, quàm ſolutum repetere*, ut inquit text. *in leg. ideo ff. de compenſat. manifeſtum eſt, quantum interſit promiſſoris, liberari potius, quàm præſtare ex ſtipulatu, & deinde mandati agere.* Verba ſunt *leg. ſi debitor.* 12. *in fin. de liberat. legat.* alia jura, & DD. per Giurbam *deciſ.* 55. *in fin.* ergo interim adminiſtratori licebit, bona concurſus retinere.

2 Et loquendo in tutore finita tutela, ut pro ſe ſatisfaciendo de reliquis, & compenſando, poſſit retinere bona minoris finita tutela; tenuerunt Dinus & Alberic. *in d.* §. *prætereà.* Petr. Jacobin. *in ſua praxi in rub. de actione, & rationib. diſtrahend. propè finem, verſ. tutor. enim.* Alberic. *in l. pro officio* §. *n.* 6. *col. fin. ff. de adminiſtr. tut. & in l. alimenta. C. de negot. geſt.* Aymon Cravet. *conſ.* 175. *n.* 13. Molinatus *in tract. de retent. nu.* 41. Igitur cum tutor habeat retentionem pro ſua adminiſtratione, pignoris enim interim inſtar habet, ne teneatur reſtituere, quouſque ſatisfiat, cum ei ſufficiat, interim alimenta præſtare minori ſicut antea, ut ſentit Covar. *pract. qu. c.* 6. *nu.* 6. licet non teneretur tutor alimenta miniſtrare minori, ſi jam adulto reſtituta fuerint bona, & iſte tutori moverit litem, ſuper adminiſtratione, & reſtitutione aliorum bonorum, ut probat *l. Imperatores ff. de tutel. & rationib. diſtrah.* quam ita intelligit Vivianus ibi, in caſus poſitione, Eſcobar *de ratioc. c.* 4. *ſub n.* 26.

3 Secundò, quia adminiſtrator pro ſuis reliquis, & expenſis factis in conſervationem adminiſtrationis quam geſſit tacitam, & omnibus anteriorem hypothecam acquirit in rebus adminiſtrationis concurſus, de quo protinus latius agendum erit, ſed creditor ita poteſt retinere pignora à ſe detenta, ut non cogatur ea dimittere, etiam aliis creditoribus poſterioribus, ut probat *l. à ff. Pio* §. *quod ſi res* 5. *ff. de re judic.* latè Cencius *de cenſib. q.* 98. *ex n.* 62. *cum ſeqq.* Ergo adminiſtrator retinere poteſt bona adminiſtrationis.

4 Tertiò, nam reliqua, pro quibus adminiſtrator fuit factus creditor adminiſtrationis, procedunt ex ſolutionibus, & expenſis neceſſariis pro exoneratione adminiſtrationis, quibus onerata erant bona, quod nihil aliud eſt, quam utiliter eam meliorare, prout, ex plurimis Doctoribus probavimus *cap. antecend.* 8. *n.* 50. *verſic. nam ſolvere debita*, &c. Sed pro melioramentis in re factis competit retentio ex juribus vulgaribus, & Amat. *reſol.* 44. *n.* 3. ergo nec adminiſtratori deneganda videtur.

5 Quibus inſuper minimè refragantibus, contrarium verius eſt, ut adminiſtrator concurſus, qui vel dimiſit adminiſtrationem, vel ea privatus fuit, non poſſit pro reliquis bona adminiſtrationis retinere, ſed ſtatim reſtituere abſque ulla dilatione, novo adminiſtratori tradere, & ipſe pro ſuis reliquis exigendis, pro quibus creditor factus fuit, debet recurrere ad concurſus judicium, ut inter cæteros graduetur, & juxta ſuum gradum judicis authoritate, & decreto de manu novi adminiſtratoris ſolvatur, hæc etenim eſt natura concurſus formati per debitorem communem, ut omnes creditores indiſtinctè ad illud concurrere debeant, pro ſui crediti ſatisfactione, authoritate judicis bona illius diſtribuentis, & non ſua propria creditorum, prout abundè diximus ſuprà 1. *p. c.* 13 & *c.* 14. tetigimus hac 3. *d. c.* 6. *à princip. & c.* 7. *ex n.* 1.

6 Et hinc etiam provenit, quod quilibet creditor habens in pignus bona debitoris, concurſum formantis, vel aliter penes ſe, in quibus ei competat jus retentionis pro ſuis expenſis, aut melioramentis neceſſariis in eis factis, debet ea omnino in concurſum conferre, ſalvo ſuo jure, & prærogativa, ut quilibet ſuo ordine, & gradu ex omnibus bonis ſatisfiat; quia cùm debitor ad hunc finem dimiſerit omnia bona ſua corporalia, & incorporalia, ubique, & apud quemcumque exiſtentia, omnia debent intrare in corpus concurſus & quilibet detinens ea debet conferre, prout latiſſimè ex variis

juris

juris fundamentis probavimus ſuprà 1. *part. cap.* 10. *ex n.* 41. *cum ſeqq. verſic. quod primum illud firmiter aſſeverandum*, &c. *ante fin. cap.* 87. *verſ. ex hactenus ſatis comprobatis*, &c. *c.* 11. *per tot.* Ubi ſignanter de creditoribus bona debitoris pignorata habentibus, & de pluribus aliis, quibus jus retentionis in bonis debitoris, penes ſe exiſtentibus competit, atque etiam, de depoſitario, vel ſequeſtro, & de quolibet alio detentore, aut poſſeſſore bonorum debitoris, ut in concurſus corpus conferre teneatur, copioſè videbis *in dicto c.* 11. *per tot.*

7 Igitur adminiſtratori quovis titulo, & prærogativa voluerit ſua reliqua exigere, nullo modo proderit ad retinenda bona concurſus, ſua ſemel adminiſtratione finita, & extincta, cùm ad hoc nec prælationis, nec pignoris, nec retentionis jus evitare poſſit collationem omnium bonorum in concurſum, & reſtitutionem novo adminiſtratori faciendam. Impliçat enim dimittere, 8 aut privari adminiſtratione, quæ datur alteri, & retinere bona ipſius, quia ſi ea retinere ſibi permitteretur, ad quid novus adminiſtrator, cum ad bona concurſus conſervanda, cuſtodienda, colenda, & miniſtranda, exigenda, & ex eis ſolvendum adminiſtrator detur, ut ſæpè diximus, & ſignanter 1. *part. c.* 14. & ſi ipſe remaneret in bonis, jam ſimul remaneret in adminiſtratione ab illis inſeparabili, cum de eis teneatur reddere rationes. Nec enim abſque bonis novus adminiſtrator ſuum munus exercere poteſt, quia qualitas ſine ſubjecto eſſe nequit: quæ opinio vera eſt, & communiter practicatur in tribunalibus abſque ulla difficultate, aut contradictione.

9 Ex quibus ſatis reſponſum remanet contrariis argumentis, & ſignanter priori de tutore, ut poſſit retinere bona minoris finita tutela, quouſque de reliquis facto calculo adminiſtrationis ſibi ſatisfaciat, efficaciter ſatisfaciat. Eſcobar *de ratiociniis cap.* 4. *ex nu.* 26. *uſque ad finem cap.* ubi articulum accuratè pro utraque parte examinat, & contrariam denegantem retentionem bonorum, veriorem affirmat, & ſequitur poſt Surdum *deciſ.* 184. *n.* 9. & 10. ex textu *in leg. Aurelius*, §. *Mævia*, ubi notante gloſſ. & Bart. *ff. de liber. leg.* & Alexand. *conſil.* 47. *n.* 12. qui contrariis ſatisfaciunt, præcipuè Eſcobar.

10 Fulcitur ex illa, licet controverſa, veriori tamen reſolutione, & magis recepta opinione, licere matri etiam tutrici dotem ſuam à filiis & hæredibus petere, & recuperare; licèt ei opponant retentionem, eamque prius reddere teneri rationem adminiſtratæ tutelæ; cùm etiam non reddito adhuc computo, filii, & hæredes dotem retinere non poſſunt, quæ opinio fundatur in vulgato §. *taceat.*, *C. de rei uxor. act.* Neguſant. *de pignor. membro* 1. 5. *p. n.* 36. & 37. Cavalcan. *de tutore*, *n.* 219. Bald. *conſil.* 99. *n.* 5. *lib.* 2. Fabius Turret. *conſil.* 60. *n.* 18. & 19. *lib.* 1. Socinus *conſil.* 126. *lib.* 1. Gratianus *deciſ.* 179. *n.* 3. & 4. Puteus *deciſ.* 246. *lib.* 1. Guttierrez *de tutel. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 52. Marcus Muta *ſuper conſtit. Panorm. cap.* 50. *n.* 72. Peregrinus *conſil.* 100. *lib.* 1. Franchis *deciſ.* 642. Minadeus *conſil.* 5. *n.* 15. Caſtillo *deciſ.* 32. & Maſtrillus *deciſ.* 189. Decianus *conſil.* 94. *nu.* 22. *lib.* 2. Grammat. *conſil. civil.* 114. Vivius *deciſ.* 317. Intrigol. *deciſ.* 5. *n.* 42. pluries deciſum in Rota Romana, teſtatur Seraphinus *deciſ.* 1455. & Mareſcotus *lib.* 2. *variar. reſolut.* 121. *n.* 67. & 68. *cum ſeqq.* Eſcobar *de ratiocin. cap.* 21. *n.* 27. 28. 29. & 30. Paſchalis *de viribus patriæ poteſt. part.* 3. *cap.* 8. *ex n.* 43. *uſque ad* 47. Pacific. *de Salviano interdicto; inſpectione* 304. *n.* 28. Anton. Monachius *deciſ.* 13. Fontanella *de pact. nupt, clauſ.* 7. *gloſſ.* 3. *p.* 12. *n.* 46. Hieron. de Leon. *dec.* 17. *n.* 4. & *ſeqq.* Amat. *variar. reſ.* 49. *n.* 103. qui *n.* 102. plures refert pro contraria parte, ſed hanc noſtram opinionem veriorem, & receptiorem firmat.

11 Sed an adminiſtrator, facto calculo, & rationibus diſputatis, ex quibus creditor adminiſtrationis concurſus apparuit, & realiter detegitur, debeat pro ſuo credito reliquorum (vulgariter dicto, *del alcance que haze à la adminiſtracion*) præferri omnibus quibuſlibet creditoribus hypothecariis, & privilegiatis, in qua quæſtione, ſi praxis univerſalis omnium tribunalium uſitatiſſima modeſtiam noſtram non detineret, tot potuiſſemus adverſus eam ſuſcitare juris fundamenta, ut eandem prorſus conturbarent (cum in puncto juris longè veriora ſint) ſed ne ea, quæ certam interpretationem ſemper habuere, commutare videamur, praxim admittentes aliis, & legitimis mediis per nos non ſine magno labore conſideratis, juſtam reddere conabimur.

Hæc igitur univerſalis praxis tribunalium admittit, 12 ut adminiſtrator bonorum concurſus creditorum, facto computo, & rationi finali introitus, & exitus reddita, pro quantitate reliquata, hoc eſt, *por el alcance*, habeat prælationem omnibus indiſtinctè, & quibuſlibet creditoribus ejuſdem concurſus; verius, & certius fundamentum ad praxis juſtificationem principium, & originem ſumit ex eo, quod hæc quantitas legitimè reliquata procedit ex ſolutione, & expenſis factis ab adminiſtratore in utilitatem adminiſtrationis, quam gerit, & pro ejus conſervatione, eam ſuis propriis pecuniis exonerando à præciſis, & omnino neceſſariis oneribus quibus gravatum eſt corpus illud bonorum concurſus, ex quibus ſalvam fecit totius pignoris cauſam, in maximum commodum creditorum remanentium, juxta diſpoſitionem *l. interdum*, & *l. ſeq. ff. qui potior. in pignor. hab.* & ea quæ in eorum jurium comprobationem, & exornationem in propoſito noſtro conſideranda erunt inferiùs.

Hoc enim creditum adminiſtrationis reſultans ex cal- 13 culo, & ratione reddita componitur ex variis oneribus adminiſtrationis concurſus, privilegiatis, & primum locum habentibus in exactione, juxta tenorem ſententiæ graduationis, eorumque privilegio, & prælativa antelatione involvitur, quibus ſuis propriis pecuniis adminiſtrator ſatisfecit, & perſolvit; & propterea eorum prærogativa, & prælatione gaudere, non eſt mirum, nec etiam ut hoc creditum ſubrogetur in eorum locum, etiam ceſſione & pacto de ſubingrediendo deficiente, cùm naturæ, & qualitati crediti prærogativa hæc attribuatur, ut ſtatim.

Corpus igitur bonorum concurſus præciſis oneribus 14 privilegiatis, & omnino neceſſariis gravatum eſt alimentis, nempe ſalutis, tam adminiſtratoris, quàm judicum, advocatorum, procuratorum, & aliorum, qui præciſè neceſſarii ſunt ad bona concurſus, & juriſdictionem ejus miniſtrandum, necnon pro defenſione bonorum, & pro expenſis litium, hæ omnes expenſæ, & aliæ ſimiles, quæ præciſæ ſunt & neceſſariæ pro conſervatione bonorum, nec non aliæ quibus bona ipſa onerata ſunt ab origine acquiſitionis, aut poſtmodum licitè impoſitæ ſuper illis primum locum obtinent in exactione, & præferuntur quibuſlibet creditoribus, atque inſuper credita alia adſunt; quæ hypothecam, & privilegium temporis, & prælationis continent, excluſivè ad alios creditores, quibus ſuis pecuniis ſatisfeciſſe repetitur in calculo per adminiſtratorem ex quibus ut diximus, componitur iſtud adminiſtratoris creditum, *y alcance.*

De ſalario adminiſtratoris prælationem & tacitam 15 hypothecam habente in bonis concurſus eo probatur, quia cuſtos rei pro ſuo ſalario habet prælationem: item & ſalarium ſervitoris prout latè comprobat Felic. de Solis *de cenſib.* 2. *to. lib.* 3. *c.* 5. *n.* 12. & inferius, *verſ. per* 16 *quam certum eſt*, *fol.* 195. quod utrumque verificatur in adminiſtratore dato ad cuſtodiam bonorum. Item pro rebus pignoratis cuſtodiendis, datur pro mercede tacita hypotheca cum prælatione, ut probat text. *in d. l. interdum cum ſeqq. D. qui pot. in pign.* ubi, tenent Bart. *ibi n.* 2. Jaſ. *in* §. *item. Serviana*, *n.* 60. *inſt. de act.* Carroc. *de locat. tit. de invectis & illatis*, *q.* 21. Paſchalis *de virib. patr. poteſt. p.* 4.

p. 4. *c.* 6. *n.* 68. Marius Muta *super conſt. Panorm. c.* 34. *n.* 6. Trentacinq. *var. reſ. lib.* 3. *tit. de locat. reſol.* 5. *n.* 3. Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib.* 11. *tit.* 23. *n.* 2. *& vol.* 1. Gratian. *diſcept.* 733. *n.* 1. *lib.* 4. Ant. Amat. *var. reſol.* 3. *n.* 5. *& ſeqq.* ubi latè agit de mercede, & ſalario domus conductæ pro cuſtodia rerum pignoratarum, & de ejus prælatione, & tacita hypotheca, & in terminis de ſalariis judicum, & adminiſtratorum, & aliorum, tacitam hypothecam habentibus cum prælationis privilegio, copioſè tractavit, & reſolvit D. Larrea *deciſ. Granaten.* 85. *per tot. tom.* 2. ad quem te remitto libenter, cum de hoc articulo egerit affluenter, & doctè. 17

Hoc idem dicimus de advocatorum, & procuratorum mercedibus & ſalariis qui res concurſus à litibus liberaſſent, recuperaſſent, vel defendiſſent, præferri debere in eiſdem bonis cæteris anterioribus creditoribus veluti ii, qui fuerunt in cauſa, ut res pignes adminiſtrationem, ſeu debitorem perſiſteret, vel eidem acquireretur, & ſalva eſſet totius pignoris cauſa, non minùs quàm exemplo eorum, qui ad rem acquirendam, vel conſequendam mutuarunt; patrocinia enim; labores, & ſervitia pro rerum recuperatione, defenſione, & conſervatione ſunt eiſdem rebus & adminiſtrationi adeò annexa, & cohærentia, ut tantò minus in illa eſſe videatur, quantum pro mercede, & ſalario ſolvendum ſit. Bart. *in d. l. interdum*, per text. *ibi n.* 3. *cum l. ſeq. D. qui pot. in pign. hab.* Alexand. *conſ.* 17. *n.* 2. *lib.* 6. Ripa *in l. privilegia*, *n.* 32. *&* 35. Gratian. latiſſimè *in diſcept.* 257. *à n.* 7. *cum ſeqq. lib.* 2. Giurba *deciſ.* 108. *n.* 10. Amatus *reſol.* 5. *n.* 10. 18

Qui *n.* 11. aſſerit has litium expenſas, & advocatorum patrocinia pro rerum tutela, & conſervatione neceſſarias eſſe, & ejus rei dici, exiſtimaſſe Doctores, in omni materia, ut ad eas teneatur ſucceſſor majoratus, fideicommiſſarius, filius, cujus pater fuit legitimus adminiſtrator, proprietarius ad expenſas has factas per uſufructuarium, maritum, vaſallum, ſocium, & ſimiles, in rem ipſam afficere, & ad id alienabilem reddere, & ſucceſſorem ad eas obligari, ſi fructus rerum non ſufficerent pro expenſis ſubminiſtrandis Mieres *de maiorat. p. q.* 26. *n.* 2. Surd. *conſ.* 333. *n.* 26. *conſ.* 514. *n.* 13. Bimius *conſ.* 303. *num.* 99. *&* 101. Menoch. *conſ.* 1239. *n.* 44. Petra *de fideic. q.* 15. *n.* 154. *& ſub n.* 240. 236. 238. Velazq. *deciſ.* 116. *à n.* 9. Molin. *de primogen. lib.* 1. *c. n.* 27. 11. Pinel. *in l.* 1. *p.* 2. *n.* 70. *C. de bon. mater.* Joan. Garc. *de expenſ. c.* 6. *n.* 19. Phanuit. *de invent. p.* 5. *n.* 47. Peruſ. *conſ.* 14. Æmilian. *conſ.* 19. *n.* 2. Petr. Greg. *de conceſſ. feud. p.* 2. *q.* 10. *num.* 19. Scharder. *de feud. p.* 2. *ſect.* 2. *n.* 54. Peregr. *de fideic. art.* 50. *num.* 8. & 11. Intrigol. *de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 74. *n.* 91. & 102. Gratian. *diſcept.* 257. *n.* 30. *lib.* 2. Petrus Barboſ. *in l. divortio*, *§. fin. n.* 45. *D. ſol. matr.* & alii plurimi relati à Giurba *deciſ.* 108. *ex n.* 10. *& in conſimil. Meſſan. c.* 9. *gloſſ.* 2. *p.* 1. *n.* 46. Ant. Amat. *var. reſ.* 3. *n.* 11. & 12. Pereira *de empt. & vend. cap.* 27. *n.* 41. 19

Hinc etiam ſolvere debita ſuper rebus impoſita; nihil aliud eſt, quam res ipſas utiliter meliorare, ut probant Boër. *deciſ* 43. *n.* 9. poſt Bald. *conſ.* 103. *lib.* 1. Flamb. Rub. *conſ.* 48. Peregr. *de fideic. art.* 50. *n.* 25. & 50. Surd. *conſ.* 183. *n.* 4. plenè Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 26. *à n.* 9. 10. 11. & 14. mirabiliter Lud. Caſſado. *conſ.* 28. *per tot.* maximè *ex. n.* 3. poſt Cagnol. & plurimos alios, quos allegat Muta *deciſ.* 12. *n.* 18. & plenius *deciſ.* 57. *n.* 32. Amat. *var. reſ.* 44. *n.* 4. & 5. 20

Quid igitur mirum praxi introduci, hoc creditum adminiſtratoris reſultans à calculo, ex tot privilegiatis, & neceſſariis creditis, & expenſis, à ſe ſuis propriis pecuniis ſatisfactis, & ſolutis in utilitatem, & conſervationem adminiſtrationis; participari ex eorum privilegiis, & prælationibus abſque alia ceſſione, aut pacto de ſubintrando, cum meritò tacitam à jure ſubrogationem mereatur. 21

Quapropter non obſtabit, quod illi, quibus ſolvit adminiſtrator, ideo ſunt privilegiati, quia immediatè ſunt creditores adminiſtrationis, at adminiſtrator mediatè, quorum locum non ſubintrat ceſſante ceſſione, vel pacto de ſubintrando eorum locum, gradum, & hypothecam, vel alias concurrant in mutuante requiſita conſiderata ſuprà *cap. anteced.* 8. *ex n.* 54. *verſ. ſed contraria ſententia in hoc adminiſtratore*, &c. 22

Quia inſuper reſpondetur text. *in d. l. interdum*, *cum l. ſeq. D. qui pot. in pign. hab.* & ejus privilegium, & prælationem non ſolum procedere in eo, qui immediatè creditor eſt adminiſtrationis, & navis, ut ſunt nautæ, & alii miniſtri navis, ſed in ea etiam tertio, qui mutuavit pro eis alendis, & ſolvendis, & ſimilibus, prout jura probant, & latè per Amat. *reſ.* 3. *n.* 3. 23

Imo ut dicatur contractus, & ſolutiones converti in utilitatem, & conſervationem adminiſtrationis, ſocietatis, aut Banchi, non eſt præciſum, ut immediatè detur pecunia adminiſtrationi, vel Bancho; ſed ſufficit, quod detur ad converſionem in eius utilitatem, & ex ea ſolvantur debita adminiſtrationis, ut probatur *in l.* 1. *§. non autem, verſ. ſed ſi alio. D. de exercit. act.* ibi, *Sed ſi ab alio mutuatus liberavit eum, qui in navis refectionem crediderat, puto etiam huic dandam actionem quaſi in navem crediderit.* Si enim idem reputatur, quare idem privilegium et denegandum, & ideo notat Bart. *in d. §. non autem, n.* 1. quod mutuum dicitur fieri in rem, in qua quis præpoſitus eſt, ſi pecuniam accipiat mutuò, ad ſolvendum primo immediatè mutuanti, ſequitur Fulgoſ. *ibi num.* 1. Angel. *n.* 1. ubi notat, quod paria ſunt in cauſam permiſſam contrahere immediatè, vel in cauſam, quæ fuerit converſa circa commiſſa, unde ſive mediatè, ſive immediatè convertatur in cauſam commiſſam, ſufficit: notavit Bald. *in l. ſi pactus, n.* 8. *ad fin. C. comm. utriuſque jud.* dum dicit, quod in hujuſmodi negotiationibus univerſalibus nihil intereſt, utrùm ex prima mercantia aliquid perveniat, vel ex ſæpius repetita, quia natura hujus actus eſt, ut id quod poſtea fit, ſemper loco prioris ſubrogetur; ſequitur Cor. *conſ.* 1. *n.* 13. *lib.* 1. Rimi. jun. *conſ.* 300. *n.* 70. *lib.* 2. ubi quod in hoc caſu, pecunia quæ ſecundo loco expenditur, ſubrogatur loco primæ. Monter. *deciſ.* 20. *n.* 75. Rot. apud Pacific. *dec.* 125. *n.* 6. & 7. *poſt tract. de Salu. interdict.*

Ubi adducit unum notabile & conducibile adminiſtrationi concurſus, quod taberna tamquam unum corpus conſideratur univerſale, in quo novæ res ſubrogantur loco diſtractarum, quia creſcit, & decreſcit, prout patrimonium debitoris, depoſitum in concurſu creditorum, quod facit quid univerſale ad latè tradita *ſup. cap.* 5. *ex n.* 11. *cum ſeqq hac* 3. *part.* creſcit enim ex bonis noviter perventis debitori, & decreſcit ex ſolutione, & ſatisfactione creditorum, & ex aliis variis accidentibus. 26

Et ad omnia ſupradicta pro prælatione ejus qui mediatè mutavit pro dimittendis creditoribus adminiſtrationis, ſeu Banchi, elegans adeſt conſil. Pauli de Caſtr. 285. *l.* 1. *& in n.* 2. ita ait: *Præterea non minus dicuntur creditores banchi, qui contraxerunt, ut banchum conſervaretur, & non deficeret oppreſſum creditoribus, quam ſint illi, qui directè ſuper trafico banchi contraxerunt, cum illorum pecunia totum banchum ſalvum factum fuit, D. qui pot. in pig. hab. l. interdum, cum l. ſeq. & D. de exerc. act. l.* 1. *§. non autem, conjuncto §. ſeq. quid ſi mutuam, qui benefaciunt, facit etiam l. procuratoris, §. ſi propter mercem, D. de tribut. ubi inſtrumentum tabernæ, ſine quo merces expediri non poſſunt computatur in merces, ſicque & iſtum creditum, ſine quo banchum conſervari non potuiſſet, computatur in bancho, & in credita banchi, licet directè non fuerit contractum ſecundùm traficum, & ſtylum trafici ipſius banchi*, &c. 27

Paul de Caſtro, & alios plures, ſequitur Tib. Decian. *in conſ.* 109. *n.* 23. *l.* 2. ibi, *quæ procedunt, non* 28

modò ſi pecunia expedita fuiſſet in re ipſa, puta in mercibus, ſed quocumque modo, dum tamen pro conſervatione ipſius rei, ut ſi expeditæ fuiſſent, in alimentis inſtitorum, vel ſalariis, aut naulo mercium veterum, vel alio quocumque ſimili modo; quia qui dedit pecuniam expenditam in eam cauſam præferetur aliis in eadem re conſervata l. hujus, D. qui pot. & declarat. Bart. & Salic. in d. l. interdum. Ergo cum pecunia dominorum de Anna fuerit expendita pro conſervatione dictæ negotiationis Piſauri, in ea menſa, id eſt, in bonis exiſtentibus in ea apotheca, & negotiatione conſervata præferendi ſunt, quia prædicta locum habent, non tantum in re, puta domo, navi, aut aliis ædificiis conſervandis, ſed in quacumque alia re conſervata, ut ibi tradunt, ſcribentes in d. l. interdum, & in l. creditor; qui ob reſtitutionem, D. ſi cert. petat. & Paul. de Caſtr. in terminis in negotiatione conſulit in conſ. 285. in 1. vol. ubi n. 2. inquit, &c. ubi *n.* 24. ipſe Decian. refert. Paul. Angel. Aretin. & Strach. *de decoct. num.* 21. *& ſeqq.* idem tenentes contra Cuman. *conſil.* 172. veriorem dicentes opinionem Pauli de Caſtro.

29 Atque iterum ipſe Decian. *in n.* 26. ſic ait, *nec obſtat, quod ſtatum loquitur de eo qui dedit pecuniam ad comparandas merces, iſti autem de Anna non dederunt pecunias ad comparandas merces, quia jam erant comparatæ, ſed ad ſolvendum creditoribus, quia reſpondetur idem juris eſſe in eo, qui dedit pecuniam pro conſervandis ipſis mercibus, & conſervanda menſa, & negotiatione, ut tradit Paul. d. conſ.* 285. *& prob. fuit ſuprà*, &c.

30 Et quod mutuans mediatè pro ſolvendis creditoribus adminiſtrationis & banchi, cenſeatur immediatè cum eo contraxiſſe ad effectum adquirendi prælationem pro ſuo credito, mirabiliter comprobat Noguerol. *alleg.* 16. *ex n.* 29. *& ſeqq.* ubi inquit, quod quando creditum deſervit pro conſervatione banchi, & adminiſtrationis debet proferri aliis creditis anterioribus ipſius banchi, *ex d. l. interdum, & l. hujus, D. qui pot.* quorum jurium diſpoſitio non ſolum procedit in caſu quo loquuntur, ſed etiam aliis omnibus, in quibus eſt identitas aut ſimilitudo rationis, ex latè traditis ab Aut. Amat. *lib.* 1. *var. reſ.* 3. *ex n.* 5. 9. 10. *& ſeqq.* Gaito *de credito*, *c.* 4. *q.* 11. *n.* 1355. *cum ſeqq.*

31 Et in terminis quod mutuans pro conſervatione banchi, vel alterius adminiſtrationis, præferatur aliis quibuſlibet creditoribus adminiſtrationis, ſeu banchi anterioribus, per rationem *de l. interdum, & ſeqq.* mirabiliter tradiderunt Paul. de Caſtro *conſ.* 285. *viſis & ponderatis omnibus, n.* 1. *verſ. breviter hic non obſtantibus, & n.* 2. *vol.* 1. quem refert, & ſequitur Decian. *reſponſi* 109. *n.* 23. *& 24. & ſeqq. vol.* 2. ubi optimè de hac re latè agit. Idem tradit Thoro *in compend. deciſ. p.* 2. *litt. C. verſ. creditor licet poſterior, pag.* 117. 118. quos ſequitur Noguerol. *allegat.* 16. *n.* 29. 30. *& ſeqq.* qui in puncto bene loquitur.

32 Qui etiam iterum idem dixit *in alleg.* 11. *n.* 82 *& ſeq. in hac, Et cum Joann. Baptiſta has conſumptiones feciſſet, fecit negotium ſocietatis, & ſuum patrimonium mutuavit, ut ea conſervaretur, & ut effectus retenti uſque ad illam quantitatem non perderentur, & ſic acquiſivit contra deputationem, & ejus effectus, hypothecam tacitam cum prælatione. per l. interdum, l. hujus, D. qui potior. quæ hanc prælationem tribuit credenti pro rei conſervatione contra cæteros creditores, quia hæc pecunia ſalvam fecit totius pignoris cauſam, l.* 28. *tit.* 13. *p.* 5. *& quia horum jurium ratio generalis eſt, procedit indiſtinctè in quacumque materia, ut latè probat Gaito de credit. c.* 4. *q.* 11. *n.* 1555. *& 1556. cum plurib. ſeq. Ant. Amat. var. lib.* 1. *c.* 3. *n.* 19. *Intrigol. de feud. centur.* 1. *q.* 9. *n.* 283. *&* 284. *cum ſeq. pag.* 104. *ubi de creditore mutuante pro ſatisfaciendis oneribus feudi quod præferatur omnibus creditoribus anterioribus feudi. Chriſtophorus Martius de Medices inter deciſiones Senenſes, exam.* 11. *n.* 3. *&* 4. *p.* 147. *& in ſpecie* (proſequitur ipſe Nogu. *n.* 83.) *qui credit pro conſervatione banchi, vel negotiationis quod omnib. creditorib. præferatur. Paul. conſ.* 285. *n.* 1. *&* 2. *& per tot. l.* 1. Dec. *conſ.* 108. *n.* 23. *&* 24. *per tot. vol.* 2. hact. nus.

Ex quibus omnibus ſatis comprobata remanet praxis univerſalis tribunalium, admittens tacitam hypothecam in bonis adminiſtrationis concurſus pro credito, ſive *alcance*, adminiſtrationis reſultante ex calculo, & ratione reddita, cum prælatione omnibus aliis creditoribus, ſuam propriam pecuniam mutuanti pro ſatisfaciendis oneribus, & creditoribus adminiſtrationis, in quorum commodum adminiſtrationem, & pignora conſervavit, & ſalvam fecit totius pignoris cauſam, ex *d. l. interdum*, & ejus ratione. 33

Et ex hactenus deductis robur, & fomentum recipit illa diſtinctio à nobis non inſubtiliter conſiderata, *c.* 8. *anteced. ex n.* 48. *cum ſeqq. uſque ad fin. cap.* ut adminiſtrator, qui compulſus, & condemnatus de ſuo ſolvit creditori anteriori, eo quod pervertendo gradus ſententiæ, poſteri ſolverat, ſi contendat cum aliis inferioribus poſt hunc anteriorem dimiſſum immediatos, non poſſe hos exigere, nec exequi contra ſuas delegationes, quouſque ipſe prius ſibi de illa quantitate de ſuo ſoluta, integrè ſatisfiat, ut non ſit audiendus (deficiente ceſſione, & pacto de ſubintrando in locum prioris) ut ſecus ſit, quando creditum adminiſtratoris proceſſit ex ratione legitimè reddita, quia tunc præfertur omnibus eo quod jam clarè patet, hunc creditum provenire ex propriis ſuis pecuniis, quas expendit pro conſervatione corporis bonorum, ex hactenus comprobatis. Vide elegantem rationem differentiæ inter utrumque caſum, *d. c.* 8, *n. jam citatis* 48. *cum ſeqq.* 34 35

CAPUT X.

Emptores rerum concurſus in ſubhaſtatione quando tuti ſint à moleſtiis debitoris, & creditorum, nec non tertii dominium in illis tendentis.

SUMMARIUM.

1 *Emptor ſub haſta plus differens perfecta licitatione ſic irrevocabile ita acquiritur, ut alius plus offerens regulariter non admittatur.*

2 *Emptor ſub haſta, tutus remanet à moleſtiis debitoris.*

3 *Judex legitimè ſubhaſtans quoad omnes juris effectus conſideratur ipſe debitor & venditor.*
Sub haſta & fide judicis emens non debet decipi. ib.

4 & 5. *Si in venditione ſub haſta interveniat læſio enormis, aut enormiſſima imperatur à judice, ut res iterum vendatur, juſto plus offerenti traditur. ibi.*
Etiamſi ſubhaſtatio decreto Senatus fuerit confirmata, ſi læſio bene probetur. ibid.

6 *Remedium læſionis enormis, & enormiſſimæ poteſt intentari contra emptionem, etiam à creditoribus, qui aliter creditum conſequi non valent, maximè quando in eorum fraudem alienatio facta fuit.*
Remedium læſionis etiam competit ſecundo creditori, contra adjudicationem factam ad inſtantiam primi creditoris. ib.

7 *Emptor ſub haſta quando à creditorum moleſtiis liberetur & refertur judicium Alphonſi de Guzman.*

8 & 9. *Creditores anteriores qui non fuerunt citati ſpecialiter, ſed tantum per proclama poſſunt quandocumque emptores ſub haſta moleſtare; ſecus ſi ſpecialiter ſint citati, & non compareant.*

10 *Creditores, qui concurſus adſunt, & ad eorum inſtantiam, bona ſubhaſtantur, jus omne, quod in bonis habent, amittunt, & liberè in emptorem tranſeunt.*

11 *Conſenſus creditoris in alienatione pignoris jus ſuum extinguit.*

12 *Creditori, qui confeſſus recepiſſe pretium rei ſubhaſtatæ, qui*

qui verò non recipit, datur actio contra licitatorem ut ſolvat, nec iſte auditus ſi vellet redditus ſolvere, niſi hoc pacto licitaverit.

13 *Pretio in ſubhaſtatione oblato non ſoluto actio datur creditoribus ut ſubhaſtatio annulletur, & res vendita avocetur, & iterum ſubhaſtetur.*

14 *Emptor pignoris ad inſtantiam prioris creditoris tutus eſt à jure offerendi intentato per poſteriores.*

L. 1. C. ſi anterior creditor, expenditur, & exornatur. ib.

15 *Emptor ſub haſta non liberatur à moleſtis tertii, & extranei, qui tanquam venditam vindicat.*

Evictionis poteſtas tollit intellectum acquiſitionis. ib.

Sicut res aliena obligari non poteſt cum ſemper illæſum maneat jus vero rei domino, ita nec ejus evictio impediri poteſt, ibid.

16 *Subhaſtatis pignoribus ad inſtantiam creditorum & poſtmodum evictis, ſive per alios creditores, ſive per extraneos de evictione non tenentur.*

Titulus C. creditorem evictionem pignoris non tenere, explicatur, remiſſivè. ibid.

17 *An ſaltem teneantur creditores ſubhaſtata emota pretium acceptum reſtituere.*

18 *Si ex pretio rei ſubhaſtatæ non priores creditores fuerunt ſoluti, an emptor illis teneatur.*

Negativa Sententia abſoluta. ib. contraria opinio refertur. n. 19. Diſtinguitur ex n. 20. Subhaſtatis bonis emptor, qui juſſu judicis poſteriorib. creditorib. ſolvit, emiſſis prioribus, liberatur. ib. Liberatur etiam emptor ſi juſſu judicis depoſuit pretium, etiam ſi poſteà pereat & ſoluti non ſint creditores. ibid.

21 *Emptor cui fuit data facultas, ut ex pretio creditoribus ſolverit, ſi poſterioribus ſolverit, poterit à prioribus moleſtari, dato illi regreſſu.*

22 *Anteriores creditores habent recurſum electivè, vel contra emptorem ordinatè ſolventem, vel contra poſteriores creditores præmature ſolutos.*

23 *An creditor conſentiens alienationi rei pignori obligatæ, ſi res iterum redeat in poteſtatem debitoris reincidat in jus pignoris.*

24 *Creditores anteriores ad pignorum venditionem concitati antea quàm moleſtent emptorem tenentur recurrere ad pretium ſi ſtet, vel ad creditores ſolutos, ſi ſub cautione fuerunt ſoluti.*

25 *Ad tertium rei hypothecatæ poſſeſſorem antequam deveniat prior creditor, prius debet conſtare debitorem ſolvendo non eſſe.*

1 BONA concurſus ex natura judicii pro ſatisfaciendis creditoribus ſubhaſtanda eſſe omnino diximus, & ſignanter *hac. 3. p. cap. 4. num. 1. & ſeq.* & ideo ſubhaſtatione legitimè facta, licitatori ultimo plus offerenti, extincta candela, & licitatione perfecta, jus irrevocabile acquiritur, ut alius plus offerens regulariter excludatur; cum vera, efficax & perfecta remaneat venditio, ut pœnitentiæ amplius non ſit locus tam ex parte debitoris, quam ex parte emptoris licitantis, cum efficiatur contractus irrevocabilis. Boër. *dec.* 249. Alex. *conſ.* 114. *ſub n.* 2. *vol.* 6. Aſin. *de exec.* §. 6. *c.* 10. *n.* 20. Ric. *coll.* 1726. *in pr.* Muſc. *in praxi, p.* 3. *gl. venduntur, ſub. n.* 101. Alu. Valaſc. *concl.* 37. Scacc. *de jud. c.* 96. *n.* 14. Reb. *ad conſtit. p.* 2. *tit. de præconiis, ar.* 4. *n.* 33. Card. Tuſch. *l. H. col.* 715. *n.* 9. *& lit. O. conſ.* 81. Far. *dec.* 55. *n.* 2. *p.* 1. *t.* 2. Ant. Amat. *var. ref.* 38. *n.* 2. de quo & aliis multis ſingularibus diximus latius ſuprà 2. *p. c.* 2. *ex n.* 1. *cum ſeq.*

2 Et ideo emptor in ſubhaſtatione tutus remanet à moleſtiis debitoris vendentis, cum in hoc caſu factum judicis ritè, & rectè ſubhaſtantis pro ſatisfactione, & ſolutione creditorum dicitur factum debitoris, qui quoad omnes juris effectus conſideratur ipſe debitor, & venditor. *l. ſi ob cauſam*, ubi Bart. Bald. & cæteri C. *de evict.* Men. *de recup. rem.* 8. *n.* 44. Surd. *dec.* 266. *n. fin. & conſ.* 49. *n.* 34. *& ſeq.* ubi reddit exempla, *& dec.* 128. *n.* 15. *conſ.* 36. *n.* 17. *& conſ.* 49. *n.* 1. *&* 37. *&* *conſ.* 374. *n.* 9. Joſeph Lud. *dec. Peruſ.* 65. *n.* 5. *p.* 2. Gutier. *Can. q. l.* 1. *c.* 2. *n.* 2. *&* 16. Cald. Pereira *de reſol. emph. c.* 5. *n.* 52. *& c.* 6. *n.* 5. Tuſch. *litt. F. concl.* 30. Cor. de Graſſis *de except. excep.* 17. *n.* 2. Grat. *diſcept.* 730. *n.* 4. *& diſcep.* 784. *n.* 11. Ri. *p.* 7. *coll.* 1497. *v. & factum judic.* Coſt. *de fact. & ſcient. ig. inſp.* 40. *ex n. cum multis ſeq.*

Non enim ſub fide judicis emens in ſubhaſtatione; 3
debet decipi, ut per plura jura & auctoritates in ſpecie probat Guzm. *de evict. q.* 34. *ex. n.* 35. & ex text. *in l. ſi. C. ſi propter publ. pen. vend. fuerit cel.* ibi, *ſubhaſta diſtracta comparaverit, perpetuam emp. accipiat firmitat.*

Quod fallit, ſi in venditione ſubhaſta interveniat 4
læſio enormis aut enormiſſima, quia *l.* 2. *C. de reſc. vend.* habet locum in venditionibus per publicam ſubhaſtationem factis ex *l.* 1. *tit.* 11. *l.* 3. *recop. l. ſi quos, C. de reſc. vend.* & ibi gloſſ. & communiter DD. Rom. *in l. ſi quis cum aliter, ff. de ver. oblig. n.* 8. & ibi Alex. *à* 16. Abb. *in C. cum cauſa, n.* 6. *de empt. & vend.* Duennas, *in reg.* 187. *n.* 10. ubi duas contrarias opiniones recenſet Ant. Gom. *l. var. c.* 2. *n.* 23. veram & communem dicens, Pinel. *in l.* 2. 2. *p. c.* 2. *à n.* 25. *cum trib. ſeq. C. de reſc. vend.* qui contrariæ opinionis fundamentis ſatisfacit, & ibi Padilla *n.* 30. Alez. Trentacinq. *var. reſ.* 1. *n.* 4. Mentienz. *in d. l.* 1. *gl.* 9. *per tot.* & ibi Azeu. *n.* 31. Menchaca *cont. uſufreq. l.* 3. *c.* 61. *n.* qui utriuſque opinionis authores refert, & hanc veriorem dicit Cevall. *q.* 536. *n.* 2. & 3. Canc. *var. reſ.* 1. *p. c.* 13. *de empt. & vend. n.* 14. (ubi dicit in Principatu Cataloniæ obſervari quod ſi doceatur de læſione ultra dimidiam impetratur à judice, ut res iterum vendatur, & reddito pretio illi, qui prius eam emerat, plus offerenti tradatur, vel emptor ſi vult juſtum pretium ſuppleat; quæ doctrina procul dubio practicari debet ubique in concurſu creditorum, quando iſti reclamant contra ſubhaſtationem, propter enormem aut enormiſſimam læſionem, cum juſte poſſint, ut ſtatim probabimus.) Morla *tit. de empt. & vend. q.* 23. contrariis reſpondet Gratia. *diſce. c.* 7. *n.* 10. *& c.* 69. *n.* 30. Surd. *conſ.* 39. *n.* 4. Maſtr. *dec.* 33. *n.* 10. P. Mol. *diſp.* 349. *verſ. etiam ſi res aliqua*, Sal. *de contr. de empt. n.* 6. Rebeil. *de oblig. juſt. p.* 2. *lib.* 9. *q.* 3. & ſecundum hanc opinionem Senatus judicaſſe, teſtatur Anton. Fab. *C. l.* 4. *tit.* 30. *diffin.* 4. *de defin.* 25. ampliat, etiamſi ſubhaſtatio decreto Senatus fuerit confirmata, ſi læſio bene probetur. Parl. *l.* 2. *rerum quot. f. n.* 5. *p.* §. 16. *n.* 10. ubi quod apud nos hæc queſtio deciſa eſt per *d. l.* 1. ſequitur Hermoſill. *ad. l.* 56. *tit.* 56. *tit.* 5. *part.* 5. *gloſſ.* 4. *num.* 13. *tom.* 2. *fol.* 282.

Quæ doctrina notabiliter extenditur ad quoſlibet 6
debitoris vendentis creditores, qui ſi aliter ex bonis debitoris ſatisfieri de ſuis creditis non valent, poſſunt recte intentare hoc remedium læſionis enormis, aut enormiſſimæ, contra emptorem, ut vel ſuppleat pretium (ut ex eo ſatisfiant) vel rem dimittat tradito pretio, ut iterum ſubhaſtetur, & plus licitanti vendatur; ita tenet Maynard. *deciſion. Thol.* 7. *l.* 3. ubi hoc maximè procedere inquit, quando in creditorum fraudem alienatio facta fuiſſet; idem probat Vincent. de Franc. *deciſ.* 224. *n.* 4. ubi hoc jus competere etiam ſecundo creditori contra venditionem, aut adjudicationem factam ad inſtantiam creditoris, affirmat Hermoſilla *ubi proxime, n.* 70. *fol.* 286. *à tergo*, quibus optimè conducit doctrina Jacob. Cancer. paulo ante relata, & ſequuta ad Herm *loco cit. d. n.* 13. conducunt etiam quæ ſpecialiter in favorem creditorum erga bona concurſus ſubhaſtanda prædiximus ſuprà 2. *p. c.* 2. *à princ.*

Sed quando à creditorum moleſtiis emptor ſubhaſta- 7
tutus ſit, diſcutiamus; in quo quamvis Alphonſus de Guſman *in tract. de eviction, quæſt.* 34. *num.* 40. & 41. indiſtinctè aſſerat ſecurum eſſe emptorem à moleſtiis creditorum, quando in concurſu eorum in ſubhaſtatione judiciali bona emit, pro ſatisfaciendis creditoribus, etiamſi poſtea compareat alius creditor etiam anterior, quod in rebus venditis jus ſuum prætendere non poteſt,

poteſt, nec in illis fieri ei ſolutio, aut executio, cum bona ipſa apud emptorem perveniſſent ab omni jure pignoris, & hypothecæ.

8 Adhuc tamen punctum non bene percepit, cum in eo certa ſit, & conſtans diſtinctio, an creditores anteriores non fuerunt ad concurſus judicium, & ſubhaſtationem citati ſpecialiter, vel fuerunt citati, ſed tantum per proclamata, & edicta generalia, ut hoc caſu poſtea quandocumque comparentes poſſint procul dubio emptores pignorum & hypothecarum in ſubhaſtatione moleſtare, & ab eis jus ſuum hypothecarium, & anterius intentare, aliis debitoris bonis deficientibus, quia per factum debitoris, aut creditorum poſteriorum juri eorum nihil detrahi potuit, aut minui; declara tamen ex æquitate, ut infrà *n.* 24.

9 Aut enim fuerunt ſpecialiter citati, & non comparuerunt, & tunc emptor ab eorum quandocumque comparentium moleſtiis tutus eſt, & ſecurus, cum ad hoc ut amittant jus pignoris, & hypothecæ, necnon prælationem in bonis concurſus pro præſentibus habentur, & ob eorum contumaciam, & negligentiam juri ſuo prælationis, & pignoris renuntiaſſe intelliguntur; quam veriſſimam diſtinctionem innumerabiles penè Doctores probarunt, quos adduximus ſuperiùs 1. *part. cap.* 8. *per totum*, & ſignanter *ex num.* 5. *cum ſeqq. verſ. & quod in eadem tela judicii*, &c. ubi latiùs articulum hunc proſequimur. Hanc etiam diſtinctionem eruditè comprobat Carleval. *de judic. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 3. *diſp.* 21. *per tot.*

10 De jure autem creditorum, qui concurſui adfuerunt, & ad quorum inſtantiam bona debitoris communis fuerunt vendita, & ſubhaſtata pro eorum ſatisfactione, non erit amplius curandum, cum illud admiſerint in illis bonis, & jus pignoris, aut hypothecæ fuit penitus extinctum, & ſublatum; ita ut eorum reſpectu bona in emptorem libera à pignoris & hypothecæ nexibus pervernerunt; & ideo ipſi amplius moleſtare non poſſunt emptorem de hoc plurima
11 jura & Doctores adduximus latiùs proſequentes ſuprà *hac* 3. *part. c.* 2. *ex n.* 105. *cum ſeqq. verſ. at in tertio emptore ſubhaſtante*, &c. quia conſenſu creditoris in alienatione pignoris jus ſuum extinguit; ibidem abundè videbis comprobat etiam in iis terminis Carleval. *de judic. tom.* 2. *lib.* 1. *diſp.* 22. *n.* 8. *& ſeqq.*

12 Unum tamen notabis, quod creditori, qui faſſus eſt habuiſſe pretium rei ſubhaſtatæ, quod re vera non recipit, & de eo docet, datur actio contra emptorem, ut illud pretium ſolvat, nec auditur emptor, ſi velit detinere, & redditus ſolvere (niſi à principio licitaverit hoc pacto recognoſcendi cenſus ſuper rebus impoſitos conſentientibus creditorib. tacitè, vel expreſsè; de quo late agimus ſupr. *hac.* 3. *p. c.* 2. *per. tot.*) Bald. *in princ. n.* 15. quidquid in contrarium dicat gloſſ. quam non recipi, teſtatur, Bal. *ibid. n.* 2. *D. act. empt.* Aret. *in.* §. *actionum*, *n.* 7. *in fi. d. act.* Salicet. *in l. cum vendente*, *in fin. q.* 4. *C. de rei vendic.*

13 Mang. *de evict. q.* 45. *ex. n.* 13. ubi *n.* 15. poſt alios affirmat aliam etiam competere creditori actionem, ut propter non ſolutum pretium licitatum, ſubhaſtatio etiam perfecta annulletur, & res venditæ ab emptore avocentur, & aliis vendantur; alios plurimos citavimus Nos 2. *p. c.* 2. *verſ. de decima quarta ſpecialitas erit*, &c.

14 Et Hinc, & tertius emptor rei hypothecatæ ad inſtantiam priorum creditorum tutus eſt à jure offerendi intentato per poſteriores creditores, ad quod in hoc caſu non admittuntur, Anton. Amat. *variar. reſ.* 11. *n.* 3. Fachinæus *contr. l.* 11. *c.* 9. *ſub. verſ. poſterioris ſententiæ fundamentum.* & facit text. *in l.* 1. *C. ſi anter. cred.* ubi habetur, quod ſi creditor antiquior jure creditoris vendit bona debitoris, ipſe emptor eſt ſecurus, ut conveniri non poſſet à ſecundo creditore offerente primum debitum, at ſi debitor dederit in ſolutum, vel dederit primo creditori, & iſte creditor alteri extraneo vendiderit, tunc ſecundus creditor habebit facultatem evincendi hypothecam offerendo debitum, latiſſimè proſequitur Joan. Ant. Manguil. *in tract. de eviction. q.* 47. *per totam.*

A moleſtiis autem tertii extranei, qui tanquam 15
dominus rem hypothecatam, & in ſubhaſtatione venditam pro ſatisfaciendis creditoribus evincere velit, non liberabitur emptor, cum poteſtas evictionis tollat intellectum acquiſitionis, *l. poſtulante*, *D. ad Trebell.* Manguil. *en tr. de evict. quæſt.* 47. *num.* 1. nam cum res aliena obligari non poteſt, quominus ſemper illæſum maneat jus vero rei domino ad vindicandum quocumque ierit, & à quocumque poſſeſſore bonæ, vel malæ fidei, prout ampliſſimè probavimus 2. *part. c.* 9. *ex n.* 73. *cum multis ſeqq. & ex n.* 59. *& ſeqq.* ita pariter, nec impedire evictionem, non enim de alienis bonis, ſed de ſuis tantum poteſt debitor communis formare concurſum, qui ſua bona cedit, non aliena à ſe detenta, ut alibi diximus 2. *p. cap.* 8. *ex. n.* 38. *cum ſeqq. verſ. à regula tamen hujus cap.* &c. *&* 2. *p. cap.* 24. *ex n.* 13. *cum ſeqq. verſic. quarto, quia domino pecuniæ*, &c.

Quid de pignorib. & hypothecis ſubhaſtatis ad inſ- 16
tantiam creditoris, aut creditorum, & poſtmodum evictis, ſive per alios creditores, priores, ſive poſteriores, ſive ab extraneo bona ipſa jure dominii rei vindicante, an creditor de evictione teneatur; regula eſt negativa, *ex toto titulo C. creditorem evictionem pignoris non debere.* Et multo minus in bonis ſubhaſtatis auctoritate judicis, quia ipſe debitor alienare videtur, prout ad principium hujus capitis latè diximus, & pro exornatione *dicti tituli*, *C. creditor. eviction. pign. non debere.* & de ampliationibus, ac pluribus limitationibus, nec non circa qualitates, quæ præciſè requiruntur, ut ille titulus locum habeat, exactiſſimè agunt Guzman *in tractat. de eviction. quæſt.* 34. *per totam.* Joan. Anton. Manguilius *eodem tractat. quæſt.* 44. Caſtillo *controverſiar. tom.* 4. *cap.* 42. *n.* 70. *cum ſeqq.* Fontanella *deciſione* 223. *per totam*, qui alios plurimos allegant exornantes materiam, ad quos te remitto.

Et quando res ſubhaſtata, ad inſtantiam creditorum 17
fuit evicta ab emptore, an creditores ſaltim teneantur pretium acceptum pro, ſuorum creditorum ſatisfactione reſtituere; latè arguit & ratiocinatur Fontanella *dicta deciſione* 223. *per totam.* & licet ſe inclinet in partem affirmativam, nihilominus in ſua opinione nunquam firmavit pedes, ſed agnoſcit communem Doctorum eſſe, regulariter creditorem non teneri de evictione, nec ad pretii recepti reſtitutionem, niſi deficiente aliquo ex requiſitis, ut creditor vel judex ad ejus inſtantiam poſſit pignus vendere, etſi quando aliàs tenetur creditor de evictione. 21

Et quando bona creditoris ſubhaſtata fuere pro ſatiſ- 18
faciendis creditoribus; an emptor qui tradidit pretium liberetur, ſi ex eo ſolutum fuerit poſterioribus creditoribus, neglectis ptioribus, an ab iſtis poſſit emptor moleſtari, latè agit & diſputat, & negativè reſolvit. Joan. Anton. Manguil. *in tract. de eviction. quæſt.* 43. *per totam*, quem conſule, & ulterius *q.* 47. *ex n.* 18. 22

Eandem quæſtionem movet Gratian. *diſceptat. forenſ.* 19
37. *ex num.* 34. *cum multis ſequentibus.* & pro utraque parte accuratè diſputavit, ut emptor teneatur ex pignore in ſubhaſtatione vendito ad inſtantiam creditorum, iterum ſolvere anteriori omiſſo creditore.

Sed has duas contrarias opiniones fœdere diſtinc- 20
tionis compones, quod aut emptor depoſuit pretium auctoritate judicis, vel ſolvit illud creditoribus à judice nominatis, quantumvis poſterioribus, & iis caſibus tutus erit emptor à moleſtiis anteriorum, cum bona fide, & auctoritate judicis, & juſta credulitate eos eſſe legitimas perſonas ad recipiendum pretium fuit ductus, & ſic favore ſolutionis (ut alibi latius diximus, nempe 2. *part. cap.* 9. *ex num* 14. *cum multis ſeqq.*) rectè ſolviſſe dicetur, & liberatus, & hoc caſu rectè procedit doctrina & reſolutio Manguilli. 23

Quam opinionem amplectitur Anton. Faber *lib.* 7. *C. tit.* 22. *diffinit.* 4. *num* 1. 2. 3. & 7. ubi ait, emptorem ſubhaſta judiciali inquietari non poſſe à creditoribus, qui

qui elegerunt viam venditionis, etiam si satisfacti qui non fuerint. & *num.* 4. ait creditores, quibus vocatis, facta fuerit venditio subhasta non posse inquietare emptorem bonorum, aut postulare, ut iterum vendatur. & *lib.* 8. *C. tit.* 17. *diffinit.* 29. dicit securum remanere emptorem, qui emit in publica subhastatione ex eo solo quod pretium solverit, vel deposuerit penes eum, penes quem deponi, aut cui solvere jussit judex. Etiam si contingat postea quod pecunia sit deperdita, nec ex ea creditores dimissi, & soluti fuerint. Idem probant Hieronymus de Leon *decis.* 167. *tom.* 2. Barbatus *super pragmat. de assistentia*, *gloss.* 12. *n.* 66. & pro hoc distinctionis primo membro rectè conducit doctrina Bart. *in l. alio*, *n.* 23. *ff. de alim. & cibar. legatis*, dicentis, quod executor testamenti, qui habet facultatem vendendi bona hæreditatis ad solvenda debita defuncti, si vendat ad hunc effectum & pretium recipiat, non tamen appareat versum in solutionem creditorum, sed in suos usus convertit, emptorem tutum esse solventem habenti mandatum vendendi, licet in aliam causam pecuniam converterit executor testamentarius, allegat Bart. 1. *non autem*, *ff. de exercitatoria actione*, *vers. unde quærit.* ubi probatur, quod si præpositus navi mutuo pecuniam recepit pro reficienda navi, & nummos in suos usus convertat, datur creditori mutuanti actio contra dominium præponentem, licet in ejus utilitatem non sint versi nummi, quia impurat sibi dominus qui talem procuratorem præposuit. Bart. sequitur Joan. Guttier. *allegat.* 2. *n.* 2. & remissivè ad eum Carpio *de execut. testam. lib.* 3. *cap.* 3. *num. fin.* Quæ sententia in hoc casu verissima est, quidquid ab extra distinguat Carleval. *de judiciis*, *tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 3. *disp.* 22. juxta nostram doctrinam loquitur Cevallos *commun. opin. quæst.* 920. *ex n.* 49. Fontanella *de pactis. tom.* 2. *clausul.* 5. *gloss.* 8. *part.* 7. *ex num.* 48. Tepatus *variar. tit.* 417. *cap.* 19. *versic. emens præcedentibus.* Qui quidem dum absolutè firmant emptorem in subhastatione facta ad instantiam creditorum, si pretium solvat, tutum esse ab eorum molestiis, declarabis, si legitimè & justo jussum judicis pretium solverint creditoribus, vel deposuerint judicis interventu; quo casu etiam si creditores ex ipso pretio soluti non fuerint, emptor tutus est, ut ipsi Doctores dicunt. Et verissimum est ex hactenus comprobatis.

21 Aut in subhastatione emit rem hoc pacto, & hac sibi data facultate, ut ex pretio ipse solvere creditoribus debitoris, cujus res erat, & tunc tenebatur ordinem in solvendo servare, scilicet præferendo anteriores in solutione ad latè per Nos tradita suprà, *c.* 8. *per tot. hac* 3. *p.* & clarè colligitur ex resolutione DD. omnium, quos nuper retulimus *n.* 20. quo casu rectè admittant resolutionem Gratiani, ut emptor non sit liberatus, sed pati teneatur molestias creditorum anteriorum, ut eis solvat; & quod isti emptori detur regres-
22 sus contra creditores posteriores à se solutos. Et quod anteriores habeant recursum electivè contra emptorem, contra creditores inordinatè dimissos, & solutos; ubi latissimè comprobat Gratianus ipse, quam doctrinam intellige, data ac probata emptore scienti alios creditores anteriores stare, juxta distinctionem, de qua latius suprà, *hac* 3. *p. cap.* 8. *ex num.* 20. *cum seqq. versic. hæc pars fulcitur*, &c. & in terminis probat Manguilius *de evict. q.* 43. *per tot* maximè *n.* 11. 12. & 13. videndus.

23 Et de creditore consentiente alienationi rei pignori obligatæ, si postea redeat ipsa res ad potestatem debitoris, an reincidat in jus pignoris ut antea, distingue, an debitor eam reacquirat ex nova & diversa causa, & titulo, non reincidat, *ex l. fin. C. de remiss. pignor.* aut ex eadem causa ex qua fuit alienata, vel ex simili, aut connexa fuerit reacquisita debitori, & reincidit in pignus, ut antea? textus expressus *in l. voluntate*, *D. quibus modis pignus*, *vel hypoth. solv.* vide Manguilium *q.* 46. *ex n.* 9. *cum seqq.* quamplurimos etiam referens sequitur Carleval. *de judic. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 3. *disp.* 22. *sub. n.* Surdus *decis.* 162. *ex n.* 1. Felician. *de censib. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 10. *nu.* 1. Gratian. *discept. forens. tom.* 1. *cap.* 38. *ex n.* 15.

Ac denique attendas juxta primum distinctionis 24
membrum de quo superiùs *n.* 8. quod quando creditor anterior non fuit citatus, postea superveniens potest molestare emptorem, si creditor ad cujus instantiam subhastata fuerunt pignora, recipit pretium sub cautione & fidejussione de restituendo supervenienti creditori melius & anterius jus habenti, ut iste antea quàm perveniat contra emptorem, & pignus subhastatum recurrat ad pretium rei subhastatæ, si extra, non extante, prius recurrat contra creditorem, & ejus fidejussores, cum mediante cautione pretium dicatur adhuc extare, ut alibi latius probavimus 1. *p. cap.* 10. *ex n.* 68. quod mihi æquum videtur, ne molestetur emptor, & comprobat late Carleval. *de judiciis*, *to.* 2. *lib.* 1. *disp.* 22. *ex nu.* 12. *cum. seqq.* quem videbis.

Comprobatur, quoniam ut deveniatur ad tertium rei 25
hypothecatæ possessorem, prius debet excuti debitor principalis, & eum solvendo non esse apparere, ut alibi latius diximus: sed quando extat pretium quod ante solutionem est in bonis debitoris; ergo prius ad pretium extans debet creditor devenire.

CAPUT XI.

Diminutio monetæ & onera intrinseca, sive extrinseca bonorum concursus, salaria, gabella, & expensæ ex illis deducendæ an cedant in damnum creditorum posteriorum dumtaxat, vel potiùs etiam anteriorum pro rata?

Et quando administrationis seu administratoris periculo diminutio cedat.

SUMMARIUM.

1 *Onera intrinseca & perpetua, quæ bonis concursus inhærent, ut census, collectæ & alia, ea sequuntur.*

2 *Onera extrinseca, quæ efficiunt concursus bona, ut expensæ & salaria prælationem in concursu habent.*

3. 4. & 5. *Valor rei tantum minuitur quando oneribus ipsa est gravata.*

6 *Valor rei non censetur concludenter probatus, nisi expressis oneribus & qualitatibus, quæ minuunt, vel augent pretium.*
Decisio Rotæ. ibid.

7. 8. & 13. *Diminutio patrimonii ratione onerum cedit in damnum posteriorum creditorum sine distributione inter alios.*
Priores creditores prius ex pretio pignorum solvuntur, posteriores ex superfluo si adsit dicto.
L. à Divo Pio, §. *quod si res*, *ff. de re jud. & l. res.* 2. *ff. de jure fisci*, *cum plurib. aliis*, & *l.* 38. *tit.* 13. *p.* 5. *exornantur*, *ibid. & num. seqq.*
Pignus uni obligatum, si alteri obligatur, secundò obligatur conditionaliter, si primo soluto aliquid remaneat.
Posteriores creditores solùm jus habent: quantum tunc ex pignore supereſt solutis prioribus. ibid.

9 *Diminutionis distributio solùm fit inter creditores ejusdem qualitatis, inter quos non datur prælatio.*

10 *Creditorum controversiæ semper versantur circa prælationem in exigendo.*

11 *Prior creditor possidens hypothecam, non tenetur eam dimittere posteriori, donec integrum creditorum ipse accipiat.*

12 *Possidens anterior hypothecam sibi & aliis idoneam, non potest repellere posteriorem agentem pro residuo.*
Gabella debetur ex dotione in solutum voluntaria, secus ex necessaria facta à judice. ibid.
Gabella debetur ex bonis debitoris in subhastatione venditis. ibid.
Gabella ex bonis subhastatis debita antè omnia solvitur & præfertur omnibus quibuslibet creditoribus ibidem.
Gabella debita in subhastatione tanquam onus necessarium debitoris minuit patrimonium, ibid.
Adducitur decisio Rotæ, ibid.

13 *Diminutio monetæ existentis in administratione concursus cedit in damnum posteriorum creditorum non anteriorum, qui prius sint solvendi ex bonis existentibus.*

14 *Diminutio monetæ tum inficit posteriores creditores, quando cedit periculo debitoris, aut administrationis, secus si periculo administratoris, vel creditorum.*

15 *Mutatio monetæ, aut alterius rei existentis in administratione, deposito, aut sequestro, cedit periculo debitoris & 23. & seqq.*

16 *Res semper domino perit.*
Debitor communis licet bonis cedat dominium & possessionem earum lite pendente non amittit, ibid.

17 & 18. *In administratorem non transit dominium, nec possessio, & à periculo mutationis illæsus manet, & culpa deficiente.*
In depositarium & sequestrum regulariter dominium & possessio non transeunt, ibid.

19 & 28 *Administrator recipiens salarium, an depositarius, seu sequester dici possit, an potius locator.*

20 *Depositario, seu sequestro negotiorum gestori, salarium non debetur, nec per ipsos peti potest, vide nu. 29.*

21 *In depositarium transit dominium rerum in pondere, numero, & mensura consistentium.*

22 *Depositario quoties tacitè, vel expressè, data fuit facultas utendi re deposita, generis debitor efficitur.*
Genus perire non potest, ibid.

23 *Res nunquam in administratorem deponuntur eo animo, ut in suos convertat usus, sed ut eas pro satisfactione creditorum custodiat.*
Pecunia numerata, quæ apud administratorem deponitur pro creditorum satisfactione, pro eo habetur, ac si fuisset sacro signata, ibid.

24 *Pragmatica anni* 1628. *circa diminutionem monetæ, ponderatur.*
Pecunia numerata licet regulariter pereat periculo depositarii, fallit in officiali publico, ibid.

25 *Ut depositum dicatur sufficit, ut causa custodiæ titulo depositi pecunia tradatur, vel numerus.*

26 *Differentia inter depositum judiciale, & conventionale traditur.*

27 *Hermosillæ locus circa suprà dicta refertur.*
Actus simpliciter gestus semper censetur factus eo modo quo debuit. ibid.
Deposita pecunia ea mente & intentione tradita, ut ea depositarius non utatur, non venit appellatione pecuniæ, sed species indicatur, ibid.
Ex depositione pecuniæ numeratæ, regulariter præsumitur dominium translatum, ibid.
Quæ præsumptio aliis præsumptionibus animum contrarium deponens declarantibus eliditur, ibid.
Et quæ sint istæ præsumptiones, ibid.
Consuetudo deponendi pecuniam numeratam jussu judicis conservat formam veri depositi, ibid.

28 *Depositum est, licèt irregulare quando à principio actum fuit de depositu, & simul de salario pro custodia.*

29 *Depositarius & sequester recipiunt salarium quando res depositæ regent administratione.*

30 *Diminutio monetæ cedit periculo administratoris, quando fuit in mora solvendi habentibus delegationem ipsi intentatam, etiamsi coram judice quantitatem manifestaverit.*

31 *Contra confessionem propriam nulla admittitur probatio, nisi manifestissimè de errore doceatur.*

32 *Administrator constituitur in mora per interpellationem judicialem, vel extrajudicialem.*

33 *Is qui ad præstandum aliquid tenetur si sit morosus, de casu fortuito tenetur.*

34 *Depositarius aut sequester morosus ad usuras & interesse pecuniæ, tenetur à die moræ.*
Sive res aut pecunia eodem modo peritura esset apud dominium, ibid.

35 *Diminutio monetæ semper imputatur moroso, sive in solvendo, sive interpellato legitimè, in recipiendo.*
Diminutio monetæ legitimè oblatæ & depositæ, perit creditori, qui sine legitima causæ recipere recusat, ibid.

36 *Ex alieno facto nemo debet prægravari.*

37 *Diminutionis patitur damnum administrator, quando rumor mutationis monetæ adfuit, & negligens fuit in manifestando eo judici, ut ipse inter creditores distribueret.*

38 *Depositarius & sequester tenetur de lata culpa, quando in re deposita non adhibent eam diligentiam, quam communiter adhibent, qui sunt ejusdem professionis.*
Depositarius tenetur etiam de levi, quando eam non adhibet diligentiam quam in suis, ibid.

39 *Depositarius quando pro custodia mercedem accipit, tenetur de levi culpa.*
Periculum quod timetur, administrator prævenire tenetur, aliàs non liberabitur, ibid.
Idem in administratione servandum ibid.

40 *Administratores, qui quando publicantur mutationes pragmaticæ, non manifestant pecunias postmodum non audiuntur.*
Ad evitandas fraudes aliena negotia gerentium pragmaticæ mutationes jubent, ut eorum domus secretè ante publicationem conquirantur, ibid.

41 *Oblatam pecuniam, si creditor recipere distulit, quam deponi jussit judex, eamque depositarius confessus fuit recepisse à debitore, postea diminutio contingens, ejus periculo cedat.*

42 *Depositarius licet realiter non recipiat pecuniam, debitor efficitur quantitatis ex sua confessione.*

43 *Ex confessione depositi tenetur depositarius, illudque levare potest creditor.*

44 *Pecuniam in depositum confessatam, & quæ realiter non extitit, diminutio aut periculum superveniens comprehendere nequit.*

45 *Depositarius, qui sustulit pecuniam depositam, & in suos usus convertit, ejus est periculum diminutionis supervenientis.*

46 *Depositarius ex depositu confessati, debitor generis efficitur.*

47 *Ex depositu confessato, licet oriatur obligatio inter contrahentes, non in præjudicium tertii.*

48 *L. Publia Mœvia, §. fin. ff. depositi, explicatur.*

49 *Depositum est contractus, qui re perficitur, & sine re consistere nequit.*

50 *Depositum non potest, ubi res verè non intervenit, licet confiteatur.*

51 *Confessandum depositum non habet vim solutionis in præjudicium tertii.*

52 *Periculum contingens cum cedat in damnum creditoris, qui negligens fuit in exigendâ virtute delegationis à judice expeditione, an in damnum administratoris, & seqq.*
Debitor litteras mittens alteri, ut suo creditori solvat, non liberatur quousque cum effectu creditori solvatur, nec interim periculum contingens huic pertinet, ibid.

53 *Creditoris qui litteris acceptatis diu stetit in exigendo periculum decoctionis compatitur.*

54 *Doctores in hoc puncto variè & confusè loquuntur.*

55 *Litteris*

55 *Litteris delegationis intimatis, & acceptatis, ſi creditor diu fuit negligens in exigendo periculum ad ſe pertinet, adminiſtratoris.*

56 *Fidejuſſor indemnitatis non tenetur quando creditor negligens fuit in exigendo à principali quando erat ſolvendo.*

57 *Uxor negligens in exigendo dotem exiſtentibus bonis liberis, non habet regreſſum ad bona majoratus obligata.*

58 *Tertius hypothecæ poſſeſſor liberatur, quando creditor fuit negligens in exigendo à principali debitore exiſtente ſolvendo.*

59 *Hypothecaria, ſeu Salviano non poteſt agi contra fundi poſſeſſionem, quando creditor cenſus poteſt argui de negligentia in exigendo annuos redditus.*

60 *Rebus hypothecæ poſſeſſor non tenetur ad præteritas penſiones, quando creditor eas potuit exigere ab anteceſſore & non exegit.*

61 *Adminiſtrator ſeu depoſitarius, qui recipiens delegationem à creditore noviter illi cautionem pro ea quantitate ſolvenda fecit: an teneatur ut adminiſtrator ſeu depoſitarius, an ut debitor ſimplex.*

62 *Qui tanquam depoſitarius tenetur, periculum mutationis monetæ ſibi non pertinet.*

63 *Debitori periculum mutationis monetæ imputatur tanquam debitori generis, quod perire nequit.*

64 *Depoſita pecunia in mutuum tranſlata partium conſenſu alteratur depoſitum, & mutuum remanet.*

L. certi condictio, §. depoſiti, cum l. ſeqq. ff. ſi cert. petat. exornantur, ibid.

65 *Cauſa unius contractus, ſi in aliam transfundatur, prior contractus novatur, & remanet ſecundus.*

Debitum ex cauſa mutui converſum in cauſa depoſiti, primus contractus reſolvitur, ibid.

66 *Idem quando de mutuo fit contractus cenſualis.*

67 *Et quando mutuum convertitur in cauſam ſocietatis.*

68 *Ex depoſito ex cauſa dotis, ſi cenſus creatur, definit eſſe dos, nec amplius ad dotem agi poteſt.*

69 *Contractu primo in alium transfuſo, prior amplius non conſideratur.*

70 & 71. *Contractus transfuſi in alium, natura amplius non conſideratur.*

72 *Quando aliquid additur, vel detrahitur priori obligationi, & diſpoſitioni novæ, depoſitio eſt prima novata.*

73 *Si additio, vel detractio conſiſtat in ſubſtantialibus diſpoſitionis, ſecus ſi in accidentalibus.*

74 *Contractus mutatus in accidentalibus tantum, idem contractus dicitur continuatus.*

75 *Obligatio ſecunda facta animo novandi primam, ut quia de depoſito fiat mutuum, non ex depoſito amplius, ſed ex mutuo debito tenetur.*

76 *Et tunc periculum mutationis monetæ debitori pertinet.*

77 *Novando animus in dubio non præſumitur, niſi expreſsè dicatur à contrahentibus.*

78 *Bis idem promittens, non eſt novare, ſed nova cautione primam obligationem confirmare, addendo obligationem obligationi.*

L. aliam 29. ff. de novationibus, & l. id quod, ff. de conſtituta pecunia, exornantur, ibid.

79 & 80. *Novatio non inducitur per acceſſionem cautionis.*

81 *Novatio non inducitur ex eo quod poſtea fit pro executione & complemento prioris contractus.*

82 *Novus actus non dicitur quod ſit in executionem antiqui.*

83 *Contractus ſecundus compatibilis cum primo, non inducit novationem.*

84 *A priori obligatione continente privilegium aut viam executivam, per ſecundam non præſumitur receſſum.*

85 *Donator, ſi poſtea ſe ſoluturum conſtituat, non amittit privilegium donatoris.*

L. id quod, ff. de donationibus ponderatur, ibid.

86 *Maritus debitor dotis, ſi poſtea ſoluturum promittat, non amittit privilegium, nec convertitur, niſi in quantum poteſt.*

L. quod ſi maritus, ff. de conſtituta pecunia, exornatur, ibid.

87 *Promiſſio ſecunda ejuſdem quantitatis novatio dicitur accumulativa, non extinctiva.*

88 *Expendens in funus ſi id deducat in ſtipulationem, conſervat privilegium prælationis.*

L. 2. ff. de priv. cred. & l. 4. §. ſi ex conventione, ff. except. rei jud. expenduntur, ibid.

89 *Duæ obligationes factæ pro eodem debito, non novationem, ſed majorem firmitatem, & ſecuritatem inducunt.*

90 *Et magis inducitur informatio prioris obligationis, quàm novatio.*

91 *Promiſſio accedens obligationi, eam non alterat, nec naturam ejus mutat.*

92 *Promiſſiones fiunt plures ejuſdem ſummæ, & ex eadem cauſa novatio non inducitur.*

93 *Hæres promittens ſolvere legata, & credita hæreditatis, intelligitur ut antea, attento beneficio inventarii.*

94 *Depoſitum ſi præceſſit, & ſequatur nova promiſſio pro ejus cautione & ſecuritate, cauſa depoſiti non mutatur.*

95 & 96. *Novationem allegans probare tenetur.*

97 *Novatio hodie non præſumitur, niſi expreſsè dicatur per contrahentes.*

98 *Non præſumitur aliquid de novo inducere, ſed confirmare.*

99 *Pluralitas actuum in dubio non præſumitur.*

Nec pluralitas contractuum præſumitur, ibid.

100 *Bis qui idem promittit ſemel tantùm tenetur, & ex primo contractu eſt agendum, non ex ſecundo.*

101 & 102. *Declara.*

103 *Depoſitarium ſimpliciter promittentem ſolvere* los libramientos, *non teneri de periculo mutatæ monetæ, ſemel & iterum determinavit Senatus.*

104 *Qualitas eſt privilegium contractus novati, quando fluant, & tranſeant in contractum novantem, remiſſivè.*

105 *Adminiſtratori non onerantur partitæ, & nomina debitorum, quæ ipſe non exigit, ſed inexacta reddit.*

Niſi fortè ſua negligentia, & culpa etiam levi inexacta facta ſint, ibid.

106 & 107. *Adminiſtratori non onerandæ partitæ, quæ ex adverſo non probantur, eſſe exigibiles tempore ſuſceptæ adminiſtrationis.*

ONERA perpetua, & intrinſeca bonorum concurſus, & quæ pro ipſorum poſſeſſionibus debentur, ut ſunt cenſus, penſiones, gabella, laudemium, collectæ, anniverſaria, & alia hujus generis; ita bonis ipſis affecta ſunt, ut ſequantur quicumque ierint, ut latiſſimè probant multi allegati, & ſequuti à Caſtillo *in tract. de uſufruct. cap. 57. ex nu. 14. uſque ad finem.* Fuſarius *de ſubſtit. quæſt. 523.* & Manguil. *de eviction. quæſt. 24. per tot.* maximè *ex n. 50. & n. ſeqq.* 1 2

Alia etiam onera ſunt extrinſeca, quæ afficiunt concurſus bona, tanquam expenſæ omnino neceſſariæ pro ipſorum bonorum conſervatione, & defenſione, prout ſunt ſalaria adminiſtrationis, advocatorum, & procuratorum, nec non judicum, & aliorum adminiſtrantium juſtitiam in terris ſtatus, in concurſus judicio, & judicis, vel curiæ adminiſtratione exiſtentis, atque expenſæ litium, & aliæ inexcuſabiles, & omnino neceſſariæ, quæ omnia abſque creditorum concurſu deducuntur ex corpore bonorum concurſus, & primo 3

oco ſolvuntur, prout ex plurimis Doctoribus probavimus, *hac part. 3. cap. 9. ex n. 12. cum ſeqq. verſic. corpus igitur bonorum*, &c.

Et ideò in iis oneribus bonorum nullus creditor prætendit antelationem, qui ſolum jus habent ad bona debitoris communis, quæ ejus dicuntur oneribus deductis; nam ex valore, pretio & æſtimatione eorum hæc onera deducuntur ut aliena, & bonorum valorem minuunt, tantum enim minus valent bona debitoris, quanto oneribus gravata ſunt prout probant *l. generali* 32. §. *fin. in fin.* ibi, *item quæſitum eſt, tributa præterea quæ prædiis, aut moventibus deberi, & reddi neceſſe eſt, an eximenda ſint ex quantitate, ut reliqua dumtaxat, pecunia, (ſi hoc elegerit hæres,) reddi debeat; reſpondi, reliquæ pecuniæ tertiam præſtandam. D. de uſu & uſufruct. legat. l. mortis cauſa* 18. §. *fin. D. de mort. cauſa donat.* ibi; *qui hominem noxæ nomine, vel alias obligatum mortis cauſa acceperit, tantum accepiſſe intelligendus eſt, quantum ſi homo venire potuiſſet, idem in fundo, qui obligatus eſt, obſervari poterit, ut pretium excutiatur, l. fundi partis, ff. de contrah. emptione, l. ſi fidei commiſſum, §. tractatum, D. de judic.* ex quibus gloſſ. & Doctores communiter deducunt, quod rem cenſui, vel oneri ſubjectam habens, tantum in ea videtur habere, quantum deducto onere, res ipſa valet; ſequitur Ludoviſ. de Peguera *de feud. verſic. 1. limitat. 21. n. 182.* Tiraquell. *de retract. lignag. §. 6. gloſſ. 1. num. 8.* Laſarte *de gabell. cap. 10. num. 8.* Molina *de juſtit. & jur. 2. tom. diſput. 384. col. 849.* Gutier. *de gabell. quæſt. 54. ex num. 23. & ſeqq. & quæſt. 53. ex num. 3. quæſt. 52. ex num. 16. cum ſeqq.* Quos adduximus omnino videndos ſuprà *1. part. in cap. 21. poſt princip.* in variis materiis loquentes.

4 Et quod ob neceſſariam impenſam patrimonium minuatur, eſt textus optimus *in l. quantitas, 72. ff. ad legem Falcidiam*, in hæc: *quantitas patrimonii, deducto etiam eo, quidquid explicandarum venditionum cauſa impenditur, æſtimatur, l. fin. §. in computatione, C. de jure de liberand.* Exornarunt Laſarte *de decima vendit. cap. 7. ex num. 59.* Gutierrez *de gabellis, quæſt. 23. num. 16.* Azevedus *in l. 10. tit. 21. lib. 4. recopilat. num. 2.* & alii ab eis laudati.

Et inſuper quod ratione oneris annexi res dicatur deterior, & pretium ejus, & valor minuatur, probat textus *in c. in aliquibus.* Et ibi Abbas *in 2. notab. de decim.* & *in cap. cum Joannes, num. 3.* & ibi Felin. *n. 4. de fide inſtrument.* Decius *conſil. 167. colum. 2. & conſil. 308. col. 1.* Alexand. *conſ. 12. n. 9. lib. 8.* Beroius *conſ. 169. n. 16. lib. 1.* Mantica *de tacitis & ambig. convent. l. 4. tit. 20. n. 38.* Hermoſill. *ad l. 56. tit. 5. part. 5. gloſſ. 6. n. 96. tom. 2. fol. 299.* Præter quos innumerabiles penè alios Doctores refert Amat. *var. reſol. tom. 2. reſol. 61. ex num. 16. cum ſeqq.*

5 Unde ſi ſingulis annis ſolvi debet penſio, vel cenſus, aut redditus quantitas pro re ipſa, vel ſi ad commodum venditoris ſervitia aliqua ſint reſervata, ſine dubio iſta onera minuunt rei venditæ valorem, & de eis eſt habenda ratio, quia ſunt pars pretii, & ejus loco ſuccedunt, *l. 1. §. ſi hæres, D. ad Trebellian. l. 1. §. modus, D. de tranſact. l. fundi partem, D. de contrah. emptione.* Cagnolus *in l. 2. num. 243. C. de reſcind. vendit.* Boërius *conſil. 30. n. 8.* Cacheran. *deciſ. Pedemontana, 41. n. 10.* Menoch. *conſ. 358. n. 30. lib. 4.* Surdus *conſil. 18. n. 20.* Ubi alios allegat. Didacus Perez *in l. 2. tit. 23. lib. 2. ordinam. col. 6. verſic. illud.* Gratian. *diſceptat. 461. n. 9.* Hermoſill. *ubi proximè, ſub dicto n. 96. & ſeqq.* Ubi per varios caſus diſcurrit ad hujus diminutionem valoris rei onere aliquo gravatæ, & per quodlibet onus, ſeu gravamen impoſitum rei, ut ejus valor minuatur, poſt plurimos Doctores diſcurrit Guzman *de evict. c. 33. n. 12. & 13. & à princip.*

6 In tantum, quod tacitis oneribus & qualitatibus, quæ minuunt juſtum rei pretium, non poſſe dici concludenter probatam juſtitiam valoris rei. Alexander *conſil. 54. num. 4. lib 6.* Cravetta *conſ. 430. num. 5.* Seraphinus *conſil. 1317. num. 1. & 1377. num. 5. & deciſ. 1462. num. 2. part. 2.* Gratianus *diſceptat. 461. num. 12.* Alexand. Ludoviſ. *deciſ. 570. num. 4.* & ibi Oliver. Beltram. *num. 10.* Ubi ex Rota dicunt, nullam eſſe habendam rationem de depoſitionibus teſtium, qui non ſciunt confines, & qualitates tam extrinſecas, quàm intrinſecas; quæ minuunt, vel augent valorem rei. Farinacius *deciſ. 648. num. 2. in novis. 1. tom. part. 1.* Ubi dicit, teſtes non concludenter probare, ſi non faciunt mentionem dictarum qualitatum, refert & ſequitur Hermoſill. *ad l. 56. tit. 5. part. 5. gloſſ. 6. num 116. fol. 301. tom. 2.*

Igitur ſi hæc onera minuunt valorem bonorum concurſus, ita ut tanto minus in debitoris patrimonio eſſe dicatur, & prædicta onera, & expenſæ neceſſariæ ante omnia deducenda ſunt de bonis concurſus, & adminiſtrationis, ut ad principium hujus capitis diximus; per neceſſariam conſequentiam ſequitur ut 7
hæc diminutio patrimonii debitoris debeat cedere in damnum, & detrimentum creditorum concurrentium, non omnium, ſed tantùm poſteriorum; quibus defectus patrimonii deductis oneribus tangit; nam ſi bona remanentia non omnibus ſufficiunt, priores generatim in bonis, quæ remanent ſunt ſatisfaciendi; textus eſt *in l. inſulam* 14. ibi: *niſi ad utramque penſionem pignora ſufficerent, jus omnium pignorum ad me pertinere; quia nihil apertè dictum eſt, an communiter ex omnibus pignoribus ſumma pro rata ſervetur; ſi quid ſupereſſe, ad te, ſed veriſimile eſt, id actum, ut primam quamque penſionem pignorum cauſam ſequeretur. D. qui potiores in pignor. habeant, & toto titulo, D. & C. qui potior. in pignor. habeant*, textus etiam *in l. à Divo Pio, §. quod ſi res ff. de re judic. Quid, ſi res* (inquit Conſultus) *ſit pignorata, quæ pignori capta eſt, videndum eſt, an ſic diſtrahi poſſit, ut dimiſſo creditore, ſuperfluum in cauſam judicati convertatur. Et quamvis non cogatur creditor rem, quam pignori accepit, diſtrahere: tamen in judicati executione ſervatur, ut ſi emptorem invenerit res, quæ capta eſt, qui dimiſſo priori creditore, ſuperfluum ſolvere paratus ſit, admittenda eſt hujuſmodi quoque rei diſtractio: nec videtur deterior conditio creditoris fieri, ſuum conſequuturi, nec prius jus pignoris dimiſſuri, quàm ei fuerit ſatisfactum.* Textus etiam optimus *in l. res 22. ff. de jure fiſci.* Ibi. *Permittitur procuratori vendere ea lege ut in primis creditoribus ſatisfiat, & ſi quid hoc ſuperfluum eſt, fiſco inferatur; aut ſi acceperit totum fiſcus ſolvat ipſe, vel ſimpliciter, vendit procurator, jubebit pecuniam, quam deberi creditori privato fuerit probatum, exolvi ei.* Facit etiam *l. 38. tit. 13. de los penos, part. 5.* Ibi, *que bien lo puede entregar en aquella coſa miſma que avia empeñada, ſi valiere mas de aquello, que el otro avia ſobre ella. Maguer no quiera aquel, à quien era obligada primero, y debeſe vender eſte peño en al moneda, è del precio del ha de ſer pagado el que primero la ricibio en peños, elo de mas debe dar à aquel por quien es dada la ſentencia*, id eſt, *ſecundo creditori.*

Et per textum *in l. qui balneum 9. §. Titia, ff. qui* 8
potiores, ibi *tunc enim priori dimiſſo, ſequentis pignus confirmatur, cum res in bonis debitoris inveniatur*, dixit Balduinus *in tractat. de pignor. cap. 12. tit. qui potiores in pignor. hab. col. 4. ante fin. verſic. illud nunc dico, fol. mihi, 233. inter diver. Doctor.* quod ſi ego rem meam alicui jam in ſolidum obligatam pignori dederim & ſi duobus creditis non ſufficientem, alteri poſtea obligem, quod huic ſecundo pignori ineſt duplex conditio, ſi priori ſatisfactum ſit, & eo ſoluto res adhuc manſit; nam eadem re pluribus creditoribus diverſis temporibus obligata per debitorem, intelligitur obligata ſecundo, & poſterioribus, quantum remaneat ſoluta prima obligatione, & ſic de ſingulis gradatim, & non ampliùs, ad communiter tradita, per DD. ut refert

Negu-

Neguſant. *de pignoribus*, *membro* 2. *part.* 5. latius explicat Ponte *deciſione* 34. *ex num.* 24. *& ſeqq.* Intrigol *conſil.* 26. *num.* 25. *& ſeqq. volum.* 1. Gaito *de credito*, *cap.* 4. *quæſito* 11. *n.* 1840. *fol.* 433. & eſt text. *in l.* 2. *tit.* 15. *part.* 5. ibi, *Mas ſi las deudas no fueren todas en una guiſa, porque algunos los quales deven haber, o ovieſen mejoria que los otros, como ſi les fueſen obligados primeramente, o ovieſen otro derecho alguno por ſi contra los bienes, en la manera que diximos en el titulo de los penos, entonce devenſer pagados primeramente eſtos debdos tales, maguer que para los otros no ſtincaſe ninguna coſa, de que entregaſen*, &.

Et quod diminutio patrimonii debitoris, quod omnibus creditoribus non ſufficiat; cedat in damnum, & detrimentum poſteriorum creditorum dumtaxat, non autem priorem, qui tanquam potiores exigere debent ex bonis quæ extant, qui iſti prius in eis ſolvendi ſunt, & ſatisfaciendi, non facta diſtributione diminutionis inter omnes; ita ut creditores inferioris gradus vocentur ad reſiduum, & ſuperfluum dumtaxat *ex l. fin. §. in computatione, C. de jure deliberand.* obſervarunt Angel. de Gambelione *in tractat. de teſtament.* 112. *numer.* 11. Avendan. *in l.* 4. *tit. de las excepciones*, *num.* 25. Parlador. *lib.* 2. *rerum quotidian.* 4. *part.* §. 1. *ex num.* 7. *verſic. meminerimus*, & D. Valenzuela Velaſquez *conſ.* 174. *num.* 75.

9 Quæ damni diſtributio tunc dumtaxat diſtribuitur inter creditores pro rata, inter quos prælatio, ſeu anterioritas non reperitur, ſed ſunt ejuſdem æqualiter gradus, & privilegii, & tunc ſi debitor non ſit ſolvendo omnibus integraliter de ſuis creditis, bona ſunt diſtribuenda inter omnes, non æqualiter ſed pro rata, & pro parte cujuſque crediti, ita ut inter omnes pro rata etiam communicetur damnum, & diminutio contingens in bonis indebitoris, latiſſimè probavimus ſuprà 2. *part. cap.* 4. *per totum, & maximè ex num.* 140. *uſque ad finem verſic. deveniamus ad ultimam partem hujus c.* &c. *& eadem* 2. *part. cap.* 11. *ex num.* 58. *verſic. quibus ſic reſolutis*, &c.

10 Totus enim anhelitus creditorum concurrentium ad bona debitoris communis, ac totâ & præcipua inter eos controverſia verſatur circa antelationem, & prælationem in exigendo, ne conſumpto univerſo debitoris patrimonio in priorum ſolutione, cæteri inſoluti, & inanes remaneant, & ob id creditores inferiores gradus aſſiduè ſe opponere ſolent juribus anteriorum, negantes hos eſſe creditores, ut ſic anterioribus ipſorum omnino excluſis, bona non conſumantur, & ſufficiant ſolutioni inferiorum ipſorum, circa quæ in variis caſibus videnda erunt quæ abundè diximus ſuprà 1. *part. cap.* 3. *ex num.* 12. *& ex num.* 7. *cum ſeqq. & cap.* 8. *ex n.* 29. *cum ſeqq. & ex num.* 26. *verſic. ſecundo ob periculum imminens*, &c. quibus locis abundè videbis multa jura & doctrinas omnino conducibiles huic puncto.

11 Quibus, & addere poteris quod quando pignus poſſidetur à creditore anteriore qui ad inſtantiam poſteriorum non tenetur rem dimittere, niſi priùs prior ipſe integrè de ſuo credito ſatisfactus ſit, ut ad longum probat Ludoviſ. Cencius *de cenſibus*, *quæſt.* 98. *ex num.* 42. *cum multis ſequentibus.*

12 Hæc tamen concluſio non procederet, quando res ab anteriori creditore poſſeſſa eſſet idonea, & ſibi, & aliis inferioris gradus creditoribus ſufficiens; Eo enim caſu poſſidens ex anteriori hypotheca non poſſet repellere poſteriorem agentem pro ſuo credito poſteriori, ſed tenetur dimittere rem hypothecatam pro eo dumtaxat, quod ſupereſt, deducto prius ſuo credito anteriori, prout fuit per Rotam reſolutum, *in una Romana cenſus* 1624. quæ eſt *poſt tractatum de cenſibus.* Cencii *deciſione* 451. quæ ſingularis eſt, & *in num.* 4. & 5. ita ait, *& benefacit, quod quando una res pluribus creditoribus ſucceſſivo tempore eſt hypothecata, poteſt poſterior agere ratione ſuæ hypothecæ, quatenus rei hypothecatæ valor excedit creditum primi creditoris. Ronch. gallus in l.* 11. *num.* 282. *D. duobus reis. Et poſt eum Modernus de Salviano interdicto, inſpectione* 3. *cap.* 2. *num.* 438. *& ſatisfacto primo creditore, poterit ſecundus agere Salviano pro illo reſiduo, l. & qui nondum, §. qui res, D. pignorat. action.* &c. & *num.* 10. 11. & 12. ita ait, *& hinc etiam dici ſolet, hypothecam eſſe individuam, Afflictis deciſione* 213. *num.* 4. *Socinus ſenior conſil.* 135. *num.* 2. *verſic poſtremo, lib.* 1. *Aymon conſil.* 76. *num.* 15. *ad effectum ſcilicet, ut creditor poſſit eligere unum ex pignoribus. l. Moſchis, D. de jure fiſci. l. creditoris arbitrio, D. de diſtract. pign. l. qui generaliter. D. qui potior. in pig. habean. Covar. l.* 3. *variarum reſolutionum, cap.* 7. *num.* 17. *Surdis deciſione* 44. *num.* 6. & 7. *non autem id procedit in præjudicium, & damnum aliorum creditorum concurrentium, quibus omnibus poteſt commodè ſatisfieri ex pignore, ut per modernum Papienſ. de ratione ratæ, quæſt.* 18. *num.* 7. *& facit deciſio Carrocii.* 21. *n.* 36. &c. & ad idem eſt deciſio Cavallarii *deciſione* 652. *ex. num.* 4. *cum ſeqq.* quam doctrinam latè exornat Ludoviſ. Cencius *in tractatu de cenſibus, d. quæſt.* 98. *num.* 45. *per duas ferè columnas*, ex quibus omnibus manifeſtè concluditur, quod quando bona debitoris non ſufficiunt omnibus creditoribus, defectus cedit in damnum poſteriorum creditorum, qui ad exigendum non admittuntur, niſi prius prioribus ac potioribus ſolutis & dimiſſis, ita poſteriores nonniſi ad id quod ſupereſt admittantur.

Hactenus ſupradicta omnia legitimè comprobantur ex notabili doctrina Laſarte *de decima vendit. c.* 7. *ex num.* 59. *cum ſeqq.* qui poſtquam à principio egit ex datione in ſolutum voluntaria inter debitorem & creditorem debetur omnino gabella, quem alios contra Parladorium ſequitur Joannes Gutierrez *in tractat. de gabellis, c.* 23. *à principio*, qui latè diſputarunt quæſtionem poſtmodum Laſarte *ex num.* 52. *cum ſeqq.* Gutierrez *ex numer.* 9. *cum ſeqq.* agentes de datione in ſolutum neceſſaria, quæ fit autoritate judicis in terminis Authent. *hoc ſi debitor, & l. ſi finita §. poſtquam autem, ff. de damno infecto, & l. à Divo Pio, §. ſi pignora, ff. de re judic.* quando ſcilicet creditor in defectum ſolutionis bona debitoris executioni ſubjecta taxata ſibi adjudicat. Et tunc non deberi gabellam probat longè diſputans, & rationem reddens: gabellam non deberi ex adjudicatione, cum non ſit venditio, viriliter comprobans rationem reddit *ex num.* 56. *ſequitur* Gutierrez *dict. cap.* 23. *ex num.* 9. *cum ſeqq.* qui alios laudant; at verò, quando bona debitoris venduntur in ſubhaſtatione, & dantur ſive tertio, ſive creditori plus offerenti, gabella debetur. Probarunt poſt plures alios ipſi Doctores, *loco citato.*

Hinc ut ad noſtrum propoſitum accedamus firmant præfati Doctores, Laſarte *ex num.* 59. *d. c.* 7. Gutierrez *d. cap.* 23. *ex num.* 16. quod in iis caſibus, quibus dicitur ex ſubhaſtatione deberi gabellam, hanc ante omnes creditores eſſe ſolvendam, & præferendam quibuſlibet creditoribus anterioribus, & quantumvis privilegiatis, & etiam fiſco, ita ut ex pretio ſit deducenda gabella debita fiſco, aut gabellario à debitore tanquam venditore, quia factum judicis habetur factum partis, quæ quidem gabella cum ſit onus inens pretio rerum venditarum neceſſarium, & præciſum minuit patrimonium debitoris, & tantominus habere dicitur debitor; nam patrimonii quantitas computatur deducto eo, quod explicandarum venditionum cauſa in proxenetis, præconiis, & gabellis impenditur *ex leg. quantitas, & ibi gloſſ. & D. ff. ad l. falcid. l. quod privilegium, verſic. planè, ff. depoſit.* & ex his, quæ à principio hujus capitis ſcripta remanent. Ideo prius deducendam eſſe gabellæ debitæ quantitatem, etiam quantumcumque privilegiatum, & hypothecarium ſit jus quorumlibet creditorum, ad quorum inſtantiam ſubhaſtatio fit, & ex eo quod eæ pretio ſupereſt ſatisfaciendi ſunt, & ſolvendi alii omnes creditores debitoris gradatim, quod ſi omnibus non ſufficiat in damnum vergit poſteriorum, ut probant præfati Doctores *locis citatis*, & iterum ipſe Gutierrez *eodem tract. de gabellis, quæſt.* 53.

per

per totum. ſpecialiter diſputans reſolvit, in terminis etiam tenet Azevedius *in leg.* 10. *tit.* 21. *lib.* 4. *recopilat. numer.* 2. latius videbis ex præfatis Doctoribus.

13 Et quod gabello ſit onus rei diminuens pretium, pro quo fuit vendita, probant ultra relatos Burhoſ. *de laudemiis*, 1. *p. inſpect.* 5. *n.* 22. *& p.* 2. *inſpect.* 20. *num.* 32. Maſtillus *deciſ.* 87. *num.* 16. *& ſequentibus*, *& num.* 19. ideo cum rei venditæ onus ſit, præfertur gabellarius, ſeu Rex omnibus quibuſlibet creditoribus. Maſtrillus *deciſ.* 112. *num.* 20. Muta *deciſ.* 24. *num.* 8. quos, & alios ſequitur Antonin. Amat. *variarum reſolut.* 67. *ex numer.* 4. *cum ſequentibus*, *tom.* 2.

Et ex his doctrinis rectè comprobatur ſimplex illa aſſertio Noguerol. *allegat.* 7. *num.* 47. dum dixit, quod in concurſu creditorum pecuniæ diminutio cedit in damnum poſteriorum creditorum, non autem anteriorum, qui integrè ex bonis debitoris communis ſunt prius ſatisfaciendi ibi: *Quinto nam allegata à Doña Mariana, in hoc puncto evaneſcunt, ſi animadvertitur omne patrimonium quod injuſtè pro dote retinet, eſſe proprium Joannis Baptiſtæ Gallo, & affectum ſolutioni depoſitorum in primo loco, & ſic periculum fallimenti Spinolæ debet eſſe periculo D. Marianæ, nam cum tot creditores Gallus habeat ex pecunia ſua anterioribus ſolvi debet, & poſtea creditoribus poſterioribus, ut ſæpè deciſum eſt in conſilio Regii patrimonii in cauſis ibi agitatis ſuper mutatione Monetæ, nempe periculum cedere in perniciem poſteriorum, & non creditorum anteriorum, quibus integrè fuit ſolutum*, &c.

14 Quæ doctrina hactenus comprobata, & viriliter fulcita rectè procedit, quando pecuniæ, & rerum diminutio cedit periculo debitoris, & adminiſtrationis, prout à principio hujus capitis abundè probavimus; at ſecus erit, quando diminutionis bonorum & monetæ periculum cedit in damnum, & detrimentum adminiſtratoris, vel creditorum anteriorum negligenter, aut malitioſè ſe gerentium in exactione ſui crediti poſt delegationem, (hoc eſt *libramiento*) obtentam à curia, ſeu judice concurſus.

15 Qui caſus diſtinctè examinandi erunt, ut dignoſcatur cujus periculo diminutio monetæ, aut bonorum concurſus cedat; & in primis ſi quærimus de debitore communi, & corpore bonorum in adminiſtratione depoſito, & ſequeſtro appoſito, dicendum erit, periculum mutationis monetæ, & quodlibet aliud pertinere ad debitorem communem, necnon adminiſtrationem, ut tantominus in corpore bonorum ſit, juxta ſupradicta à principio hujus capitis, nam domino rei res perit. *l. pignus. Cod. de pignor. action. leg. neceſſario D. periculo; & commod. rei vendit. l. ſi quis nec cauſam*, §. *is quoque*, *D. de obligat. & action. gloſſ. in l. non omnis*, §. *ſi pupillus*, & ibi Paul. de Caſtro, & Jaſon, *D. ſi certum.* Petr. Tiraquell. *de retract. convent. ad fin. titul. num.* 16. Petrus Nicol. Mozius *de contract. tit. de mutuo num.* 15. Cardinal. Franciſc. Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib.* 8. *tit.* 3. *numer.* 17. Hieronymus de Zevall. *commun. contra commun. quæſt.* 312. *num.* 4. D. Pichard. *in* §. *item is cui*, *n.* 51. *inſtitut. quibus mod. re contrah. obligat.* Hermoſil. *ad l.* 10. *tit.* 1. *p.* 5. *gloſſ.*

16 2. *per totam.* At debitor communis, qui concurſum inter ſuos creditores formavit licet cedendo bonis, ut ex eis ſatisfiant, adminiſtrationem dimiſerit, & in manus curiæ appoſuerit; nihilominus dominium, & poſſeſſionem earum rerum lite pendente non amiſit, ſed verè earum dominus eſt, & poſſeſſor prout abundè probavimus *ſuprà* 1. *p. cap.* 14. *ex num.* 62. *cum multis ſequentibus*, *& ex num.* 22. *verſic. ſed an debitor formando concurſum*, &c.

17 Et iterum verificatur hæc dominii, & poſſeſſionis retentio in debitore, cum in adminiſtratorem tanquam ſequeſtrum, & depoſitarium bonorum non tranſeat, prout latiſſimè probavimus *eodem cap.* 14. *ex num.* 71. *cum multis ſequentibus*, *verſic. ſed an in ſequeſtrum tranſeat poſſeſſio*, &c. Et latiſſimè 1. *p. cap.* 13. §. *unic. ex num.* 27. *cum ſeqq. verſic. quibus ſuppoſitis non obſtant.*, &c.

Et inſuper probatur, quia ſequeſtrum, & depoſitum (regulariter ſecundum ſuam naturam depoſiti) ita contrahitur, ut proprietas, & poſſeſſio apud eum, qui depoſuit permaneat, Angel. *in ſumma verbo depoſitum*, *num.* 2. Franciſcus de Ponte *conſil.* 56. *à n.* 5. Meſiochius *conſil.* 37. *num.* 26. Romanus *conſil.* 12. Hondedeus *conſil.* 43. *volum.* 2. Zephal. *conſil.* 10. *num.* 3. *vol.* 1. Riminald. *conſil.* 60. *num.* 38. *volum.* 1. Carroc. *de depoſit. 1. p. quæſt.* 3. *num.* 3. Mantica *de contract. lib.* 10. *titul.* 2. *num.* 10. Mozius *de contract.* §. *de depoſit. num.* 12. Petrus Gregor. *ſyntagmat. lib.* 23. *cap.* 3. *num.* 4. Corrazius Miſcellan. *lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 4. Petrus Barboſ. *in l. ſi mora* 10. *n.* 82. *D. ſol. matrim.* Conanus *Commentar. juris cap.* 4. *in princip. lib.* 7. Anton. Gomez *lib.* 2. *variar. cap.* 7. *num.* 2. Caſtillo *controverſ. lib.* 3. *cap.* 16. *numer.* 23. Fontanella *de pact. nuptial. clauſ.* 5. *gloſ.* 8. *p.* 7. *n.* 8. *&* 16. Rodriguez *de privileg. credit.* 1. *p. art.* 6. *n.* 9. Azor. *inſtitut. moral. p.* 3. *lib.* 3. *cap.* 1. *verſic. diffiniturque* Bonacina *de contract. diſput.* 3. *quæſt.* 14. *num.* 2. *&* *num.* 5. & alii plurimi laudati loco ſupradicto *cap.* 14.

Et ex iis duobus fundamentis infertur, ut diminutio monetæ, vel patrimonii debitoris non cedat in damnum, & periculum adminiſtratoris, qui verè & dumtaxat depoſitarius eſt, & ſequeſter à curia nominatus, ex eis quæ Nos 1. *part. cap.* 14. *ex. num.* 271. *cum. ſeqq. verſ. difficultas tamen.*, *& nos levis*, &c. Cum ipſe nec ſit bonorum adminiſtrationis dominus nec etiam poſſeſſor, & cum cedat in damnum debitoris, atque corporis concurſus tanquam veri domini, à periculo per conſequens illæſus maneat adminiſtrator, mora, & culpa ejus deficiente, ſed ſolum diminutio vergat in detrimentum poſteriorum creditorum, quorum ſolutioni bona deſunt, ad latè tradita ſuperiùs ex *num.* 7. *cum ſeqq. verſ. igitur. ſi hæc onera minuunt valorem*, &c.

Sed contra hanc illationem faventem adminiſtratori 19
nonnulla urgent, primum quia huic depoſitario, & ſequeſtro aſſignatur à judice ſalarium pro cuſtodia, prout alibi ſuo loco diximus; ergo jam non poteſt dici depoſitarius, nam ſi pretium, & ſalarium pro cuſtodia aſſignetur, depoſitum tranſit in contractum locati, & conducti, *l.* 2. *tit.* 3. *part.* 5. §. 1. *inſtit. de locato*, §. *fin. inſtit. mandati*, §. *item is cui*, *inſtit. quibus mod. re contrah. oblig.* & plurimi Doctores probant relati ab Hermoſilla *ad l.* 2. *tit.* 3. *part.* 5. *gloſſ.* 1. *num.* 1. Ergo regulis depoſitarii, atque ſequeſtri adaptari non poteſt adminiſtrator bonorum concurſus.

Maximè cum ex natura muneris ſequeſtratio, depo- 20
ſitario, ſeu negotiorum geſtori ſalarium minimè debeatur, nec ipſi illud petere poſſunt *l. Lucius*, §. 1. *D. delegat.* 1. Bald. *conſil.* 185. *col.* 2. *lib.* 1. *Angel.* Nicol. Roman. & Aretinus *in l. intereſſe*, *D. de acquir. poſſeſſ.* Tiraquell. *de retract.* 1. *part. gloſſ.* 7. §. 4. *& gloſſ.* 6. Didacus Perez *in l.* 1. *quæſt.* 8. *tit.* 10. *lib.* 3. *ordinam.* Gutier. *de tutelis*, *lib.* 3. *cap.* 20. *n.* 20. Carocius *de depoſito*, *part.* 1. *tit. ſi depoſitarius non aliter quam nummis acceptis reſtituat.* Et plurimi alii laudati ab Hermoſilla ubi proximè *n.* 7. & 8. Ergo adminiſtrator depoſitarius dici non poterit, ſalario convento, & recepto.

Secundò, quia quando adhuc diceretur ſequeſter, 21
& depoſitarius, diminutio monetæ, & aliarum rerum pondere, numero, & menſura conſiſtentium periculo ſuo perire debent; nam talium rerum dominium in depoſitarium tranſit, *l. nave*, 34. *D. locati*, *l. ſponſaliorum*, §. *qui pecuniam*, & *ibi* Doctores, *D. depoſiti*, *l. interdum*, ubi Bald. & Salicet. *D. ſi certum petatur*, *& in l. ſi depoſita*, *C. depoſiti.* Anton. Gomez 2. *tom. variar. cap.* 11. *num.* 49. *verſ. tertiò.* D. Larrea *deciſ.* 14. *num.* 9. innumerabiles penè Doctores refert Hermoſilla *ad l.* 2. *tit.* 3. *part.* 5. *gloſſ.* 4. *ex num.* 95. *tom.* 1. *fol.* 189. nam ex numeratione in dubio præſumitur depo- 22
nentem transferre voluiſſe dominium in depoſitarium, & quoties tacitè, aut expreſsè fuit data depoſitario facultas

cultas utendi re depoſita, generis debitor efficitur, & nullo caſu fortuito liberatur. *l. incendium, C. ſi cert. petat. gloſſ. in l. ſi quis uxori*, 63. §. *apud Labeonem, verb. actionem, D. de furtis.* Maudellus *conſ.* 3. *num.* 3. Anton. Gom. 2. *tom. var. cap.* 7. *num.* 3. Morla *in empor. jur. tit.* 8. *de rebus creditis, in præmiſſis, num.* 28. Amator Rodrig. *de privileg. credit. art.* 6. *n.* 40. Mantica *de tacitis, & ambig. convention. lib.* 10. *tit.* 9. *num.* 23. Hermoſill. ubi proximè *ex num.* 96. *& ſeqq.* Vincent. Hondedeus *conſ.* 43. quaſi per totum, *volum.* 2. Caſtillo *controverſiar. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 35. Fontanella *de pact. nuptial. clauſ.* 5. *gloſſ.* 8. *part.* 7. *n.* 13. & ſuperiùs *tom.* 2. *fol.* 150. quia res perit periculo Domini, ut ſuperiùs diximus, *n.* 15. *& ſeqq.* & cum hoc caſu ad numerum, pondus, vel menſuram res recipiat depoſitarius, ad tantumdem, non illam rem in ſpecie reddere obligatur, ideò debitor generis, non ſpeciei efficitur, & genus perire non poteſt. *l. in ratione*, 30. §. *fin. vera D. ad leg. falcid.* & ex pluribus Hermoſill. *ad l.* 10. *tit.* 1. *part.* 5. *gloſſ.* 2. *n.* 2. ergo diminutio contingens non poteſt cedere in detrimentum adminiſtrationis, nec creditorum, ſed dumtaxat adminiſtratoris debitoris generis, quod non perit.

23 Sed iis minimè obſtantibus, præfata reſolutio conſtanter tenenda erit, ut regulariter res adminiſtrationis pereant in damnum debitoris, & adminiſtrationis, & per conſequens etiam creditorum, & non adminiſtratoris, qui ut verè depoſitarius, & ſequeſter factus, nunquam fuit dominus earum rerum, quas numero, pondere, aut menſura conſiſtentes in cuſtodiam recepit; tum quia pecuniæ, & cæteræ res prædicti generis nunquam in adminiſtratorem concurſus deponuntur, nec ei numerantur, penduntur, ſeu menſurantur eo animo, ut in uſus ſuos convertat, nec ut in eum dominium earum tranſeat; ſed ut eas cuſtodiat, de prompto habeat, & miniſtret pro ſatisfactione creditorum, & ad horum utilitatem dumtaxat, juxta juris, & judicis intentionem, & finem, cùm præſertim, & principaliter numeratio fiat, ut ſciatur quantitas, non tranſeat in poteſtatem accipientis in depoſitum, Gratianus *diſceptat.* 274. *num.* 8. *& cap.* 273. *num.* 2. Et ſic quando pecunia deponitur numerata pro ſatisfactione creditorum, habetur, ac ſi fuiſſet in ſacco ſignata, & conſideratur depoſitum ſpecie factum, cujus dominium, nec uſus non tranſit in depoſitarium, ſed remanet penes deponentem, cujus periculo dumtaxat perit, & diminuitur, 24 prout latiſſimè hanc limitationem, & alios plures ſimiles aggregavit Hermoſilla *ad l.* 2. *tit.* 3. *part.* 5. *gloſſ.* 3. & 4. *& num.* 2. *cum ſeqq.* & ſignanter *ex num.* 8. *cum multis ſequentibus, tom.* 1. *fol.* 182.

Qui *num.* 9. notanter infert, & advertit, quod quando depoſitum ſit apud depoſitarium generalem, etſi pecuniæ ad numerum deponantur, cenſentur depoſitæ, ut ſpecies, cùm hoc officium creatum fuerit, ut præſter munus cuſtodiæ, & res apud ipſum depoſitas in eſſe conſervet, pro quo ponderat *pragmaticam anni* 1628. qua diminutio monetæ publicata fuit, & ordinarum per inſtructiones, ut pecuniæ apud ipſos exiſtentes, & apud alios adminiſtratores numerarentur, ut diminutio contingeret in damnum dominorum, & deponentium, & *num.* 14. & 15. quando per debitorem deponitur pecunia numerata pro ſolvendo, & reddendo ſuo creditori recuſanti recipere, quæ juxta intentionem deponentis, non deponitur, ut ea uti poſſit depoſitarius, ſed ut eam levet creditor, & ideo non perit periculo depoſitarii, ſed debitoris, vel creditoris juſtam, vel injuſtam reſpectivè habentis cauſam recuſandi oblationem, prout alibi latiùs probavimus.

Cui adde Decium *in conſil.* 1473. relatum & ſequutum ab Anton. Gabriel. *commun. concluſ. tit. de rebus creditis, num.* 8. dicentes quod licet regulariter pecunia numerata data in depoſitum pereat periculo deponentis, hoc tamen non procedere in officiali, ſeu ſyndico, qui de caſu non tenetur, niſi ipſius præcedat culpa.

Tum etiam, quia ut depoſitum dicatur, ſufficit ut 25
cum cauſa cuſtodiæ, titulo depoſiti pecunia tradatur, vel numeretur. Mantica *de contract. lib.* 10. *tit.* 1. *num.* 6. Rodriguez *de redditibus, lib.* 3. *quæſt.* 11. *num.* 39. D. Pichard. *in* §. *præterea, num.* 32. *inſtit. quib. mod. re contrah. oblig.* Hermoſilla *in d. l.* 2. *gloſſ.* 1. *num.* 5.

Et ideo regula in contrarium relata procedit dumtaxat 26
in depoſito conventionali, quod variatur, & alteratur juxta partium intentionem, & pacta; non tamen in judiciali, & ſequeſtro, in quo una ſemper eſt judicis, & juris intentio, ut fiat ad utilitatem creditorum, & pro eorum ſolutione de prompto, & manifeſto adſint, imò ſimul, & hæc eſt intentio debitoris, formantis concurſum, & dimittentis adminiſtrationem, ut in tuto ſint bona, pro ſecuritate illorum, ad latè tradita *ſupra* 1. *part. cap.* 13. *& cap.* 14.

Et ita in his terminis loquitur, & probat Hermo- 27
ſilla *ad l.* 2. *tit.* 3. *p.* 5. *gloſſ.* 3. *ex num.* 14. *tom.* 1. *fol.* 182. à tergo ubi *ex num.* 8. *cum ſequentibus*, inter alias præſumptiones, ex quibus elicitur dominium pecuniæ depoſitæ, & numeratæ non tranſire in depoſitarium, *d. num.* 12. ita ait: *Quinta præſumptio eſt, quando quis cauſa ſe à debito liberandi ob contumaciam creditoris juſſu judicis ad numerum, ſeu menſuram depoſuit: nam tunc apertè colligitur, in ea fuiſſe mente, ut pecunia, ſeu re depoſita depoſitarius non uteretur, ſed in eſſe conſerveret, nam aliàs vim ſolutionis non haberet, nec prædictum effectum operaretur, actus enim agentium ſecundum eorum intentionem ſunt judicandi, & ſemper quis præſumitur*, &c. Et actus ſimpliciter geſtus cenſetur factus, eo modo quo debuit, *l. Gallus* §. *quidam rectè, D. de liber. & poſthum. l. hæreditas*, §. *ſervus alienus, D. de teſtamentar. tutel.* &c. Quod & latius ex plurimis Doctoribus comprobat *ex num.* 19. *& ſequentibus, & num.* 15. quod pecunia in ſacculo, vel in arca ſignata, vel ea mente, & intentione tradita depoſitario, ut ea non utatur, non venit appellatione pecuniæ, ſed potius reputatur ſpecies. Prout tradit Bartol. *in l. talis Scriptura, num.* 1. & ibi Florian. *num.* 34. *ff. de legat.* 1. Joan. Igneus *in l.* 3. §: *ſi conditione, verſic. etſi aliud* 30. *ff. ad Silanian. & l. contractus* 21. *ff. de eodem tit.* Mendoſ. *conſil.* 3. *num.* 5. Valenzuel. *conſil.* 64. *num.* 9. Gaſpar Rodriguez *de annuis reddit. lib.* 3. *quæſt.* 11. *num.* 2. & 19. Petrus Barboſa *in l. ſi mora* 10. *ff. ſolut. matrimon.*

Totum hoc namque dependet ex animo deponentis; nam licet ex numeratione pecuniæ depoſitæ regulariter tranſire dominium in depoſitarium præſumatur, ut de jure Regio *ex l.* 2. *tit.* 3. *part.* 5. incipit. *Dineros contados*, prout contendit Caſtillo *in controverſ. tom.* 3. *cap.* 16. *ex num.* 72. & Hermoſil. *in d. gloſſ.* 3. & 4. *n.* 1. *& ſeqq.* & hactenus diximus. Adhuc tamen hæc præſumptio aliis præſumptionibus eliditur, ex quibus ſi appareat deponentem non habere animum transferendi dominium, & uſum pecuniæ depoſitæ in depoſitarium; tunc procul dubio pecunia depoſita perit periculo deponentis dumtaxat, prout in exemplis, & doctrinis hactenus proximè conſideratis.

Alia præſumptio eſt, quando pecunia deponitur numerata apud divitem, & mercatorem, qui non eget mutuò accipere. Ut ex Purpur. Pariſ. Barboſ. Anton. Gabr. Mantic. Cancer. Trentacinq. Gratian. & Farinac. probat Hermoſilla *in d. l.* 2. *tit.* 3. *part.* 5. *gloſſ.* 3. *num.* 8. *tom.* 1. *fol.* 182.

Item quando fuit expreſsè conventum ut pecuniam depoſitam depoſitarius cuſtodiat, & conſervet, ut ex Petro Barboſa, & Mantica tenet Hermoſilla *ibidem, num.* 11. item *num.* 12. quando expreſsè actum fuit, ut eadem pecunia reddatur. Ex Ripa, Gaſpar Rodriguez, Barboſa, Mantica, & Caſtillo aliam præſumptionem addit, *num.* 13. ultra alias jam à nobis relatas, *& numer.* 19. *& ſeqq.* quod hæc eſt uſitata conſuetudo in hoc Regno, quod pecunia deponatur juſſu judicis numerata ad ſatisfactionem creditorum, intelligitur ea fuiſſe mente, ut depoſitarius ea non utatur, ſed in ſuo eſſe conſervet, & cuſtodiat. *Y tenga de manifeſto,*

nifesto, prout ipse depositarius communiter se obligat; & conducunt ad propositum nostrum aliæ duæ præsumptiones, quas scribit ex aliis ipse Hermosilla *ibidem*, *num.* 11. *&* *num.* 12. quibus satis respondetur primo argumento in contrarium considerato superius *ex num.* 19.

28 Nec obstat secundum, quoniam, si principio actum fuit de proposito, & simul de salario præstando pro custodia depositi, tunc non definit esse depositum licet irregulare. Jas. Alexand. & Ripa *in l.* 2. *D. si cert. petat.* ex text. *in cap. bona fides de deposito.* Carrocius *de deposito* 1. *p. titul. de culpa depositarii*, *num.* 10. Didacus Perez *in l.* 1. *tit.* 10. *lib.* 3. *ordinam. quæst.* 8. Gutierrez *de tutel. lib.* 3. *quæst.* 7. *n.* 12. Mantica *de contract. tract.* 10. *tit.* 2. *num.* 6. & post alios Hermosilla *ad l.* 2. *tit.* 3. *part.* 5. *gloss.* 1. *num.* 5. *tom.* 1. *fol.* 180.

29 Nec etiam obstat quod depositario, & sequestrario non debeatur salarium, quia hæc regula fallit in administratore concursus nominato ad rerum custodiam, & administrationem simul, nam quando res, quæ deponuntur, & sequestrantur egent administratione, tunc est depositario, & administratori assignandum salarium. Avendanum *in cap. Prætor. num.* 8. *lib.* 1. Joan. Garcia *de expens. cap.* 20. *num.* 14. Azeved. *in l.* 1. *num.* 19. *tit.* 12. *lib.* 4. & iterum *in l.* 13. *tit.* 9. *lib.* 3. *de recopilat. ex num.* 3. Gutierrez *de tutel. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 14. Monter. *decis.* 29. *num.* 11. quam, & plures alias limitationes congerit Hermosilla *ubi proximè ex num.* 9. *cum sequentibus.*

30 Sed quando administratori concursus irrogetur diminutio monetæ pertinentis ad administrationem, videamus; & tunc suo periculo diminutio cedit, quando fuit morosus in solvendo creditori, seu creditoribus habentibus delegationem, hoc est, *Libramiento de la curia, ó del juez*, ad aliquam quantitatem, quæ sibi intimata fuit, & ipse eam complere renuit, frivolis, & dilatoriis exceptionibus motus, & principaliter respondendo (prout omnes administratores ferè assolent) pecuniam administrationis nullam penes se habere, interim pecunia penes se existens administrationis mutationem, & diminutionem, aliudve periculum patitur; si iste talis administrator festinet (ut assolent omnes) manifestare coram judice quantitatem monetæ asserens administrationis esse, nullatenus admittetur ad ejus diminutionem, & periculum vitandum, tum quia stante sua præcedenti confessione pecuniam administrationis nullam habere, clara detegitur ejus fraus, dolus, & malitia manifestè, ut suas vel alienas pecunias salvare volens administrationi fraudulenter arrogat, & falso supponit, ut periculo administrationis, non suo, nec alieni domini extranei decrescat, & minuat.

31 Quapropter nullo modo administrator ipse manifestè dolosus, & fraudulentus audiendus erit, intentans pecunias illas cedere in damnum administrationis, & per consequens creditorum, tum quia contra suam præcedentem confessionem, & assertionem ad intimationem delegationis intimatæ nulla potest admitti probatio, quia inter principalem, & testes non datur concordia. Anton. Cabr. *commun. opinion. tit. de testibus, concluf.* 4. *num.* 75. qui multos refert, Rota, Alexand. Ludovis. *decis.* 357. *num.* 3. & ibi Oliverius Beltraminius *num.* 7. plurimos refert, nonnullos recenset Ludovis. Post. *in tract. de manutent. observat.* 19. *num.* 136. *cum seqq.* Idem Alex. Ludovis. *decis.* 435. *n.* 14. Surdus *consil.* 6. *num.* 2. nisi manifestissimè de errore doceatur, prout *ex l. error. C. de jur. & fact. ignor. l. unic. C. de confes.* Gutierrez *practic. lib.* 1. *q.* 100. *n.* 6. qui error in administratore impossibile probare videtur, saltem ut ei prodesse possit; tum etiam quoniam si habebat unde solvere potuit, & unde debuit adimplere delegationem à judice sibi directam in favorem creditoris, vel creditorum, & intimatam prout manifestè detegitur ex manifestatione, & registro pecuniarum postea facto coram judice; jam administrator iste fuit factus morosus post intimationem, etiam cessante fraude, & pecuniæ suæ vel alienæ suppositione, sed quando revera ea fuisset pecunia administrationis, quia depositum perit periculo depositarii, si semel fuerit constitutus in mora regulari per interpellationem judicialem, vel extrajudicialem. Gregor. Lopez *in l.* 4. *tit.* 3. *p.* 5. *gloss.* 5. Abb. & Felin. *in cap. bona fides de deposit.* & ibi communiter Doctores, Carrocius *de deposit. p.* 1. *tit. de casu*, *num.* 5. Marescotus *variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 7. Mozius *de contractib. tit. de deposit. cap. de natura deposit. num.* 4. Wessembechius *tit. de deposit. num.* 15. Petrus Unzol. *in practicar. artic. notariar. in rubric. de obligat. quæ recontrahit. num.* 11. *&* *num.* 12. Alexand. Trentacinq. *variar. resolut. lib.* 3. *tit. de deposit. resolut. num.* 19. Cardin. Mantica *de contractibus*, *lib.* 10. *tit.* 9. *num.* 3. *&* 6. Hermosilla *ad l.* 4. *tit.* 3. *p.* 5. *gloss.* 5. *num.* 2.

Et debitor, vel is, qui ad præstandum aliquid tenetur, si morosus sit, de casu fortuito tenetur, *l. quod te D. si cert. petat. l. si in Asia* 12. *§. fin. D. deposit.* & in argumentum est text. *in l. in re fortuita in fin. D. de condict. furt. & in l. inter stipulantem*, *§. fin. D. de verbor. obligat.* Bartol. *in l. fuit certo*, *§. interdum*, *D. commodat.* Dec. & Cagnol. *in l. contractus*, *D. de reg. jur.* Imola *in l. propter sterilitatem colum.* 2. *de locat.* Corneus *consil.* 108. *vol.* 1. Afflictis *decis.* 150. Carroc. *de locato, & conduct. tit. de censibus, quæst.* 11. *p.* 4. Par. Molina *disp.* 295. *verfic. casus fortuitus.* 33

In tantum mora punibilis est in sequestro, & depositario, ut ad usuras; & interesse pecuniæ teneatur à die moræ. Dec. *in l. certi condict. §. fin. n.* 4. *D. si cert. petat.* Bald. *in l.* 1. *q.* 10. *Cod. pro socio.* Joan. Anania *in cap. fin. col.* 4. *de usuris*, *n.* 2. *&* 4. Rodrig. *de annuis reddit. lib.* 3. *q.* 11. *n.* 40. Mozius *de deposit. cap. de accident. deposit. n.* 8. ibi: *Post moram in deposito usuræ semper debentur, tam in deposito proprio, quam improprio, & in cap. quæ actio oriatur ex deposito.* Hermosil. *ubi proximè n.* 3. *&* 4. quod depositarius morosus tenetur de casu & periculo, nulla adhibita distinctione, utrum eodem modo interitura esset res, aut pecunia apud dominum, juxta ea quæ dixerat abundè *ubi l.* 9. *tit.* 2. *p.* 5. *gl. fin. tom.* 1. *fol.* 176. quæ resolutio constans est, & inviolabiliter observatur in omnibus tribunalibus, & in hoc Pinciano frequentissimè observatur. Cum administrator concursus inviolabiliter debet adimplere delegationes sibi à Senatu directas justa excusationis causa carens, prout abundè diximus *sup. hac* 3. *p. c.* 8. *à princ. & per totum.* 34

Illa denique in hac materia mutationis, & diminutionis monetæ constans est, & prima regula, ut moroso, sive in solvendo, sive interpellato legitimè in recipiendo imputetur detrimentum, periculum, & diminutio monetæ, ut per *l. quod eum. in principio*, *l. creditor* 102. *D. de solut.* ubi communiter Doctores, facit *l.* 1. *C. de suscептor. præpositi, & arc. lib.* 10. *gloss. in l. acceptam*, ubi Bartol. *Cod. de usur.* Tiraquell. *de retract. convent. §.* 4. *gloss.* 6. *n.* 34. Bald. *in cap. quanto*, *colum. ult. verfic. extra quæro de jurè patronat.* ubi Abb. *n.* 12. Castrens. *in d. l. creditor. num.* 1. plurimis Laudensis *in tract. de monetis*, *quæst.* 14. *verfic. circà quartum.* Brun. *de monetis*, *p.* 18. *limitat.* 1. *num.* 2. *&* ex Consiliis Rubei, Gabrielis, & Zabarellæ, Antonius Sola *in tractat. de monetis casu* 12. Renerius Budelius *de re numeraria cap.* 26. *num.* 6. Anton. Gabr. *commun. opinion. lib.* 3. *tit. de solutionibus*, *concluf.* 1. *num.* 6. Anton. Thesaur. *decis.* 174. *num.* 4. Scaccia *de commerciis*, *§.* 2. *gloss.* 5. *n.* 147. *&* 153. Afflictis *decis.* 150. *per totam.* Foller. *in praxi de censibus*, *verb. intricatum n.* 50. Felician. *de censib. tom.* 2. *lib.* 4. *cap. unic. num.* 6. *verf. sed licet deposit.* & ex aliis, D. Larea *decis.* 19. *num.* 7. ubi *ex num.* 14. *&* *decis.* 13. *num.* 5. post Cencium *de censibus*, *quæst.* 111. *num.* 61. *& sequentibus*, & alios, probat, periculum diminutionis monetæ legitimè oblatæ, & depositæ, perire creditori injustè, & sine legitima causa recipere recusanti, eodem modo quo debitori moroso in solvendo. 35

Igitur

36 Igitur ſi diminutio monetæ culpa, & mora adminiſtratoris in non ſolvendo contingit, ſibi, & non adminiſtrationi, nec creditoribus debet damnum irrogari, & prægravari, cùm ex facto adminiſtratoris hoc acciderit damnum, nemo enim ex facto alterius debet prægravari, *l. ſi quis in ſuo*, §. *legis*, *C. de inofficioſ. tit. cap. non debet de regul. jur. in* 6. Surdus *conſil.* 11. *nu.* 29. *& conſ.* 145. *n.* 10. *& conſil.* 183. *nu.* 84. Nulluſque alieno facto oneratur, *l. cauſæ*, *D. de procurator.* Et factum unius alteri nocere non debet, *l. ſi unus*, §. *ante omnia*, *D. de pact l. pupillo*, §. *ſi plurimum*, *D. de novi oper. nuntiat. l. pater familias*, *D. de hæredib. inſtituend. l. hæredes*, §. *in illa*, *D. famil. erciſcund. l. cohæred. C. eod. l. debitorum pactionib. C. de pact.* Nec adminiſtrator de hoc poteſt conqueri, quia damnum, quod qui ſua culpa ſentit, ſibi debet, & non alii, imputare, *cap. damnum de regul. jur. in* 6.

37 Iterum, & adminiſtrator bonorum concurſus patietur damnum diminutionis monetæ pertinentis ad adminiſtrationem, quando rumor mutationis monetæ adfuit; & idem negligens fuit in ea manifeſtanda Curiæ, vel judici concurſus, ut eam congruo tempore diſtribuat inter creditores, qui eas poſſint proficere, & expendere in ſuos uſus, ne ipſi, atque adminiſtratio, veniente diminutione, detrimentum patiantur, qua diligentia multi adminiſtratores uti ſolent, nullus etenim eſt tam expers, ruſticus, aut ſupinus, qui rumore mutationis monetæ currente habens pecuniam non curet omni conatu, eam quomodolibet expendere, & ſeſe ſecurum reddere ab omni periculo modo, quo poſſit. Ad eandem igitur diligentiam tenetur adminiſtrator in bonis, & pecuniis concurſus, maximè cum ſibi tam facile, & uſitatum pateat remedium, quo ſi non utatur, ut tutus reddatur, culpa ei adhibenda erit. Nam quando quis aliquid conſequi poteſt juris remediis opportunis, ſi illis non utatur; dicitur per eum ſtare & ejus negligentia, & culpa arguitur, *cap. licet Epiſc. de probat. in* 6. *cap. commiſſa de elect. in* 6. Et per Bartol. Socinum *in conſil.* 274. *num.* 6. *lib.* 2. Menoch. *de recuperand. rem. nu.* 24. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1092. Mierez *de majorat.* 4. *part. q.* 40. *num.* 14. Conducunt quæ Seraphinus *de privileg. jurament. privileg.* 33. *n.* 32.

38 Tum etiam, quia adminiſtrator concurſus tanquam depoſitarius, & ſequeſter tenetur de lata culpa, quando non adhibuit in re depoſita eam diligentiam, quam communiter adhibent homines, qui ſunt ejuſdem profeſſionis, & conditionis, *l.* 11. *tit.* 33. *p.* 7. *l. ſupina. l. regulam*, §. *ſed facti*, *D. de jur. & fact. ignor. l. ſi quis feudum.* §. *Celſus*, *D. locati*, §. *fin. Inſtitut. de ſocietate*, *l. cedere diem*, §. *fin. l. latæ culpæ*, *D. de verb. ſignificat.* Bartol. *in l. quod Nerva n.* 17. *&* 18. *D. depoſit.* Bald. *in lib. quæ fortuitis*, *n.* 10. *C. de pignorat. act.* Petr. Greg. *ſyntagm. jur. civil. lib.* 1. *cap.* 11. Farinac. *de pœnis tempor. q.* 88. *n.* 67. Parlador. *in ſexquicent. different.* 172. *nu.* 9. Pichard. *in* §. *item is*, *cui n.* 63. *&* 64. *inſtitut. quib. mod. re contrah. oblig.* Barboſ. *in l. mora* 10. *n.* 3. *D. ſol. matrim.* Rebuffus *in d. latæ culpæ colum.* 1. abundè ſequitur Hermoſilla *ad l.* 3. *tit.* 3. *p.* 5. *gloſſ.* 6. *ex n.* 2. *per tot. tom.* 1. *fol.* 191. qui *gloſſ.* 9. *n.* 4. teneri de levi culpa, quando rebus depoſiti non adhibuit eandem diligentiam, quam in ſuis, ubi plurimos refert.

39 Et in comprobationem notanter animadvertendum eſt, quòd adminiſtrator uti depoſitarius tenetur de levi culpa, ſi pro cuſtodia mercedem, & ſalarium recepit, Villalob. *in antinomia juris*, *lit. D. n.* 8. Olanus *lit. D. nu.* 32. *&* 33. Gutierr. *practicar. quæſt. lib.* 4. *quæſt.* 47. *nu.* 7. Rodriguez. *de annuis reddit. lib.* 3. *quæſt.* 11. *num.* 36. Pichard. ubi proximè *nu.* 2. Mantica *de tacit. & ambig. lib.* 10. *tit.* 6. *num.* 12. *&* 13. Carroc. *de depoſit.* 1. *p. tit. de culpa depoſitarii*, *num.* 10. Farinac. *de furtis*, *q.* 169. *à n.* 24. Trentacinq. *var. reſol. lib.* 3. *tit. de depoſit. reſol.* 11. *n.* 11. Rebell. *de oblig. juſtitiæ*, *lib.* 16. *de contract. depoſit. cap.* 11. Azor. *de obligat. juſt. p.* 3. *lib.* 7. *tit. de depoſit. c.* 7 *verſic.* Hermoſilla *ad l.* 3. *tit.* 3. *p.* 5. *gloſſ.* 9. *n.* 7. *tom.* 1. *fol.* 194. quæ doctrina directè verificatur in adminiſtratore depoſitario bonorum concurſus, qui percipit pro cuſtodia, & adminiſtratione ſalarium, ut ſuprà probavimus. Ergo tenebitur de prædicta culpa, etiamſi levis judicaretur.

Deinde quia ubi adeſt periculum, adminiſtrator tenetur prævenire, quod accidere poteſt, alàs non liberatur, ſi præſumi poſſet, quòd erat periculum in mora ut tenet Bobadilla *in polit. lib.* 3. *nu.* 42. Eſcobar. *de ratiociniis*, *c.* 19. *n.* 31. nam ubi præſens res ſtatus futurum indicat damnum, quilibet inſpicere debet, quod accidere ſolet, Bart. *in l. inter ſtipulantem*, §. *ſacram. ff. de verb. oblig. & in l. ſi idem cum eod.* §. *fin. ff. de juriſd. omn. jud. gl. in l.* 2. *verb. Juſpectum ff. ſolut. matr.* ubi Bart. *nu.* 9. Alex. *n.* 20. & idem Alex. *in l. ſecundum in princ. ff. qui ſatisdar. cogant.* Eſcob. *de ratiocin. c.* 5. *n.* 69. quia culpa illi adſcribitur, qui non cogitat quod facile poteſt evenire, & non perſpexit, *l. qui bona*, §. *cum inter & l. in hac*, *ff. de damno infecto.* Surdus *conſ.* 391. *num.* 43. *&* 44. *lib.* 3. *& conſ.* 365. *nu.* 30. *eod. lib.* Joan. Garc. *de hypothec. poſt. contr. nu.* 12. Gratian. *tom.* 4. *c.* 677. *n.* 7.

Denique ſi adminiſtrator ſtatim quod ſit publicata 40
pragmatica diminutionis, aut mutationis monetæ, coram judice loci non manifeſtavit pecuniam adminiſtrationis penes ſe exiſtentem, ſi poſtmodum aſſerat, tot pecuniam adminiſtrationis habuiſſe eo tempore, nec creditur, nec auditur, cùm exinde præſumatur fraus, ſupponere volentis ſuam, vel alienam pecuniam, ut adminiſtrationis, & creditorum periculo diminutio cedat, & ideo ad evitandas has, non inſolitas fraudes adminiſtratorum, & depoſitariorum, nec non aliorum aliena negotia gerentium, in omnibus pragmaticis mutationis monetæ, & in eorum inſtructionibus directis Cancellariis, Audientis & aliis judicibus hoc exprimitur, ut ſtatim ante publicatam mutationem monetæ ſecretè conquirant domos prædictorum adminiſtratorum, ut omnes pecunias quas alienas habent, exhibeant, ut *in pragmatica anni* 1628. *& in hac ultima anni* 1642. *publicata* 15. *ſeptemb.* & hoc jure utimur.

Hinc prius ut abeamus, unum ſubtile dubium abſol- 41
vamus. Debitor in judicio obtulit ſuo creditori pecuniam, iſte recuſavit & debitor juſſu judicis depoſuit, non pecuniam realiter, ſed quia depoſitarius erat amicus, vel aliàs debitor deponentis ejuſdem, vel majoris quantitatis, ſolùm confeſſus ſe recepiſſe à debitore tot quantitatem in depoſitum, quot penes ſe habere fatetur. Depoſito hoc confeſſato exiſtente, publicata fuit diminutio monetæ, depoſitarius poſtmodum à creditore conventus pro depoſiti reſtitutione replicabat, ſe paratum eſſe reddere cum ſua diminutione, an ſibi proderit exceptio? Videtur quod ſic. Quia iſte depoſitarius licèt 42
realiter non receperit pecuniam, verè debitor eſt quantitatis ex ſua confeſſione de recepto, cum obligatione reddendi ad mandatum judicis. Tiraquell. *de retract. lib.* 2. §. 4. *gloſſ.* 6. *n.* 19. Trentacinq. *variar. lib.* 3. *tit. de ſolut. reſol.* 22. *n.* 2. Matienzo *in leg.* 4. *gloſſ.* 9. *& in l.* 9. *tit.* 11. *lib.* 5. *recopilat. n.* 7. *& ſeqq.* Azeved. *in l.* 9 *nu.* 14. Hermoſilla *ad lib.* 2. *tit.* 2. *p.* 5. *gloſſ.* 4. *n.* 69. *& nu.* 72. qui aſſerunt poſt alios teneri. Hanc confeſſionem depoſiti inter ipſos contrahentes, & ipſo Hermoſilla, cum Cencio *nu.* 75. quod creditor poteſt recipere hoc 43
depoſitum, & pecuniam confeſſatam. Ergo depoſitarius non amplius compelli debet ut integram, & ſine diminutione reſtituat, cùm non ſuo periculo, ſed debitoris, aut creditoris abſque juſta cauſa recuſantis levare depoſitum, pereat, & minuatur, ad latè tradita ſuperius.

Sed contrarium verius eſt, quoniam in hoc depoſito 44
pecunia non intervenit, nec ut ſpecies, nec ut numerata cuſtodienda, juxta ea, quæ latius ſuperiùs dicta

ſunt; ergo impoſſibile eſt, ut diminutio monetæ ſuperveniens illam comprehendat, quia non entis nullæ ſunt qualitates, nec qualitas ſine ſubjecto eſſe poteſt, & quod non eſt, rumpi nequit, & actus diminutionis præſupponit habitum, atque pecuniæ exiſtentiam, juxta axiomata vulgaria, ſed hic deficit à principio pecunia, ergo diminutio illam tangere non potuit; juxta *l. ſi certos nummos, puta qui in arca ſunt, ſtipulatus ſim, & hi ſine culpa promiſſoris perierint, nihil nobis debetur* 37. *D. de verb. oblig. l. plànè*, §. *eadem*, *D. de leg.* 1. & *l. ſed certos*, *l. ſi ſervus*, §. *qui quinque*, *D. eodem*, *leg. in ratione*,
45 §. *diligenter*, *D. ad leg. falcid.* & in ſimilibus terminis, nempe quando pecunia numerata depoſita fuit adminiſtratori aut depoſitario, & iſte ſuſtulit eandem, & in uſus ſuos convertit, de quo conſtitit per ſuam confeſſionem, & diminutionem, poſteà contingentem ei applicandam, firmat Larrea *dec.* 14. *num.* 38. ex præfata noſtra conſideratione, quia fruſtrà quæritur de damno, aut detrimento rei quæ non extat, nec periculum quod reſpicit, quando res periit, aut deterior reddita attendi poteſt, quando jam res non eſt, quippe eo ipſo quod depoſitarius nummis depoſitis uſus fuerit, jam eſt ita conſumens, videtur ut ampliùs in ſpecie, id eſt, ea corpora in rerum natura attendi non poterant, ac per conſequens non entis qualitates conſiderari non valent.

46 Et quamvis depoſitarius ex ſua confeſſione de recepto, & obligatione ad reddendum ſit obligatus, ut verum eſt, debitor tamen eſt generis, non ſpeciei, & genus perire non poteſt, prout diximus & probavimus ſuprà ex *n.* 22. *verſ. ſecundo*, *quia quando*, &c.

47 Deinde quia licèt inter contrahentes ex hoc depoſiti genere, oriatur obligatio ob confeſſionem; non tamen in præjudicium tertii, & ſic creditoris, ut expreſsè probant omnes illi DD. in principio hujus quæſtionis citati, *n.* 42. *verſ. hinc priùs ut habeamus*, &c. ita ſingulariter tenet D. Valenzuela *conſ.* 67. *ex n.* 47. *cum ſeqq. tom.* 1. quod ubi requiritur depoſitum reale, non admittitur per confeſſionem depoſitarii, ex Feliciano *de cenſib. tom.* 1. *lib.* 4. *cap. unic. nu.* 2. prout in noſtro caſu reale requiritur, ut poſſit admittere, & pati diminutionem monetæ.

48 Poſtmodum ipſe Valenzuela *n.* 46. 47. & 48. ita proſequitur, *Nec obſtabit dicere, quod depoſitum reale etiam per confeſſionem probatur, l. Publia Mævia*, §. *fin. l. Lucius. D. depoſiti, Maſcard. de probat. concl.* 509. *num.* 1. *Carrocius depoſito, p.* 1. *de depoſiti probatione, n.* 3. & *ſeqq. fol.* 84.

Quia hoc ſolùm procedit quando agitur de probando depoſito in præjudicium confitentis, non quando agitur in præjudicium tertii, quo caſu non probatur per confeſſionem, ut reſpondit Jaſ. conſ. 172. *n.* 4. *lib.* 2. & *pluribus relatis Maſcard. ubi proximè, n.* 3. & *ſeqq. Carroc. loc. cit. n.*
49 5. *Tiraquel.* §. 3. *gloſſ.* 6. *n.* 9. & 15. *Et quia depoſitum eſt contractus, qui rectantummodo fit, Bald. conſ.* 218. *n.* 8. & 256. *n.* 2. *lib.* 1. *Socinus conſ.* 243. *n.* 3. *lib.* 1. *Maſ-*
50 *card. ubi proximè n.* 5. *Unde niſi res verè intervenerit, non poteſt dici depoſitum, etiam ſi intervenerit confeſſio, nec poſſet inducere depoſitum, quod nunquam fuit, ut dicit Bald. conſil.* 256. *n.* 2. *lib.* 1. *facit l.* 1. §. *ſi mutuam, D. ſi quid in fraudem patron. l. ſi debitorem, D. de ſolution. l. non abſtulit. D. de novat. l. Lucius, l.* 2. §. *tutelæ*, & §. *fin. D. de adminiſt. tutor. ubi talis confeſſio non ha-*
& *betur pro ſolutione in præjudicium tertii. Bart. in lib.* 2. §. *creditum*, *D. ſi certum petat. & iſta eſt verior opinio*
51 *ex Cepola conſil.* 44. *Cifuentes in l.* 70. *Tauri, Montalvus. in l.* 13. *verb. el pretio, verſ.* 1. *tit.* 10. *lib.* 3. *fori Matienzo in l.* 9. *tit.* 11. *lib.* 5. *recopil. gloſſ.* 4. *n.* 3. *ubi Azeved. nu.* 14. *Joan. Baptiſta Lupus de uſuris, commentar.* 2. §. 4. *ex n.* 108. *Petr. Follcr. de cenſib. verb. inſtrumentum gratiæ conſignan. pretio, num.* 48. hactenus Valenzuela, qui benè conſonat iis quæ diximus. Eandem ſententiam poſt Gloſ. Paul de Caſtr. Jun. Roland. à Valle, & Tiraq. tenuerunt Theſauri *dec.* 26. *n.* 3. Fachin. *contr. jur. lib.* 2. *c.* 93. Cancer. *var. reſol.* 3. *cap.* 8. *depoſit. n.* 40. Mantic. *de contractib. lib.* 10. *tit.* 10. *n.* 14. Caſtillo *contr. lib.* 3. *c.* 16. *n.* 10. Pichard *in* §. *bonæ fidei* 30. *n.* 46. *inſtit. de action.* Giurba *dec.* 87. *n.* 35. Hermoſil. *ad l.* 5. *tit.* 3. *gloſſ.* 5. *n.* 2. & *ſeqq. p.* 3. *tom.* 1. *fol.* 201. & ita hanc reſolutionem amplexus fuit Senatus hic Valliſoletanus, in facti contingentia.

Nunc tractandum de creditore, qui delegationem à 52
judice obtinuit pro certa quantitate, directam adminiſtratori concurſus, quando ob ſuam creditoris in exigendo negligentiam periculum mutationis monetæ, aut decoctionis adminiſtratoris pati teneatur. In quo videtur dicendum, quod licet per ſimplicem delegationem, & litteras à debitore directas alteri, ut ſuo creditori ſolvat, primus debitor litteras mittens non liberetur, quouſque cum effectu pecuniæ exigat creditor, *ad litt. C. de ſolut.* quam latè exornat Caſtil. *contr. to.* 1. *c.* 59. *ex n.* 30. *cum quatuor ſeq.* & Amat. *var. ref.* 47. *per tot.* maximè *ex nu.* 19. *uſque ad fin.* & nos *ſup. hac* 3. *p. c.* 2. *ex n.* 45. *cum multis ſeqq. verſ. hinc ne decipiaris*, &c. Ubi quod hoc caſu ſemper periculum quodlibet interim contingens pertineat ad primum debitorem delegantem, & litteras dantem, & non creditori, & probant plures alii ſtatim citandi.

Hæc tamen concluſio uno modo communiter limi- 53
tatur, ut non habeat locum, quando creditor, intimatis delegationis litteris ei, cui erant directæ, iſte acceptaverit, ipſe verò creditor multum negligens fuit, & diu ſtetit in exigendo; nam periculum interim contingens in decoctione ad eum, non verò ad debitorem delegantem pertinebit; quam difficultatem multos DD. tetigiſſe reperio, Ruin. *conſ.* 45. *ex n.* 3. *cum ſeqq. lib.* 5. Parlad. *in ſeſquicent. different.* 50 §. 2. *n.* 8. Cæſ. Barcius *dec.* 72. *n.* 5. Gratian. *diſcept. forenſ. lib.* 1. *c.* 64. *n.* 23. & *ex n.* 15. *cum ſeqq.* Mareſcot. *var. reſol. lib.* 2. *c.* 11. *nu.* 5. & *n.* 8. Gaito *de credit. c.* 2. *tit.* 7. *nu.* 1413. Guzman *de evict. c.* 35. *ex n.* 34. & *ſeqq.* plures Rotæ deciſiones referuntur in propoſito per Alex. Ludoviſ. *dec.* 217. *n.* 6. & ibi Oliver. Beltram. Surd. *dec.* 23. *ex n.* 6. Jacob. Cancer. *lib.* 2. *c.* 6. *ex nu.* 169. *cum ſeqq.* Amat. poſt Pereyram *var. reſol. cap.* 47. *ſub nu.* 33. Caſtillo qui plurimos ex iis DD. non refert *controv. tom* 5. *c.* 77. *caſu* 7. *verſ. creditore tanto tempore*, & *in verſ. & hactenus de iis*, & iterum *col.* 4. ad litteram refert deciſ. Farinac. *in noviſ.* 445.

Qui quidem alios quam plurimos allegant, omnes 54
tamen variis loquuntur linguis, & ab eis vix certa reſolutio percipi poteſt, quidam abſolutè affirmant, quidam variis, & diverſis diſtinctionis generibus innodantur.

Mihi autem ea verior videtur opinio, quæ habet, 55
quod poſt delegationem acceptatam mandatario, ſi creditor multo tempore cunctatur, & negligens fuit in exigendo, ſibi, & non deleganti debet imputari periculum, maximè in concurſu creditorum, ubi per adminiſtrationem detinetur pecunia pro ſatisfaciendis primis creditoribus, nec eam conſumere poteſt in ſolvendo poſterioribus, prout latè diximus *hac* 3. *p. c.* 8. *per tot.* & ſic periculum pecuniæ interim contingens debet imputari negligentiæ creditoris, qui, cum potuit diu non exigit.

Comprobatur ex iis quæ latiſſimè congeſſit Nogue- 56
rol. *allegat.* 40. *ex nu.* 38. *cum multis ſeqq.* ubi de fidejuſſore indemnitatis, ut non teneatur, ſi creditor negligens fuit in exigendo debito à debitore principali quando erat ſolvendo. Item de uxore negligente exi- 57
gere ſuam dotem defuncto marito, exiſtentibus bonis liberis, ut non habeat regreſſum ad bona majoratus, ſibi pro dote obligata. Item, & de tertio rei hypothecatæ 58
poſſeſſore, ut liberetur, ſi creditor fuit negligens in exigendo à principali debitore exiſtente ſolvendo, & de aliis plurimis ſimilibus ibidem apud Noguerol. videbis, qui

qui *n.* 58. & 59. poſt Theſaurum *deciſ.* 125. *num.* 11. limitat in fidejuſſore puro, qui poteſt æqualiter, & eodem tempore conveniri cum principali debitore.

Et facit Cencius *de cenſib. q.* 98. *n.* 64. ibi: *Limitatur quartò, ut contra poſſeſſorem fundi non poſſit agi actione hypothecaria, vel Salviano, quando dominus, & creditor cenſus poteſt argui de negligentia in exigendo annuos redditus cenſuales ab eo, qui ad illorum ſolutionem tenebatur, Foller. in ſua praxi cenſual. in verb. hujuſmodi, n.* 97. Gabr. *conſil.* 47. *n.* 16. *lib.* 1. Boccac. *in tr. de cenſib. p.* 2. *n.* 87. *in fin.* Surd. *deciſ.* 32. *n.* 9. Felician. *de cenſib. tom.* 1. *lib.* 3. *c.* 6. *ſub n.* 3. *& tom.* 2. *lib.* 3. *c. ult. n.* 2. *ad fin. verſ. & ad id*, &c. 59

Facit etiam Felicianus de Solis *in tr. de cenſib. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 3. ibi. *Ubi verò tertius poſſeſſor recognovit, cogi poteſt, ut ſolvat præteritas penſiones.* Ancharran. *conſ.* 386. *col.* 1. Aymon. Cravet. *conſ.* 217. Afflictis *deciſ.* 95. Foller. *in praxi cenſus, verbo hujuſmodi cenſus ſuper rebus, n.* 97. declarans, hoc locum habere, quando ille, qui debet conſequi cenſus præteritos potuiſſet exigere præteritas penſiones, & non exegit, quia tunc novus poſſeſſor non tenetur, ſed creditori imputandum erit. per text. *in l. jure civili, D. de condit. & demonſtrat. & in l. in executione*, §. *penult. D. de verb. obligat.* & ea quæ in fortioribus terminis ſcripſit Socinus *conſil.* 237. *lib.* 2. *&c.* Sequitur Ludoviſ. de Avend. *de cenſibus, cap.* 99. *n.* 4. idem tenet Rodoanus *de rebus Eccleſiæ, quæſt.* 17. *n.* 64. Surdus *deciſ.* 32. *n.* 9. & Amadeus de Ponte *de laudemiis, quæſt.* 45. *n.* 20. & de Solis *in tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 6. *verſ. adverſus autem tertium, in fine, pag. mihi* 206. 60

Nunc ſe offert ſub illis diſceptanda quæſtio, adminiſtrator concurſus, aliuſve depoſitarius, qui delegationes ſibi directas à creditore recipiens noviter huic cautionem, ſeu obligationem fecit pro eadem quantitate perſolvenda, an teneatur tanquam adminiſtrator, & depoſitarius, ut antea, vel potiùs mutata cauſa depoſiti uti ſimplex debitor? 61

Hujus quæſtionis utilitas in hoc verſatur, quoniam ſi tanquam depoſitarius tenetur, periculum mutationis monetæ, aliudve interim contingens ad ſe non pertinet, qui dominus pecuniæ non eſt, & ideo ſufficit, mutatione monetæ contingente, manifeſtare pecunias depoſitas; ut ſurſum diximus. 62

At verò ſi debitor ſimplex conſideretur, periculum ſibi imputatur tanquam debitori generis, & domino pecuniæ, ſi tempore congruo non obtulit, nec legitimè depoſuit, ad jura vulgaria. 63

Et quod depoſitarius iſte, uti ſimplex debitor de periculo teneatur, probatur: nam per illam novam debiti cautionem, & obligationem factam creditori mutata videatur cauſa depoſiti præcedens, & tranſlata in mutuum, quo mediante pecuniæ dominium in depoſitarium transfunditur, ac per conſequens periculum mutationis monetæ, aliudve noviter contingens eidem, uti debitori generis, & non ſpeciei, non verò creditori nocet, quia res periculo domini perit. Pro hac veriſſima doctrina textum habemus famoſum *in l. certi cond. 3.* §. *depoſui apud te decem, poſtea permiſi tibi uti. Nerva, & Proculus, etiam anteaquam moveantur, condicere, quaſi mutua tibi hæc poſſe aiunt; & eſt verum; ut & Marcello videtur, animo enim cœpit poſſidere: ergo tranſit ad eum periculum, qui mutuum rogavit, & poterit ei condici.* Proſequitur lex ſequens in hæc. *Quod ſi ab initio cum deponerem, ut tibi, (ſi velis) permiſero, creditam non eſſe, anteaquam mota ſit: quoniam debitum iri non eſt certum, D. ſi cert. petat.* & text. *in d.* §. *depoſui.* Latè exornarunt Aretin. *in l.* 2. *n.* 3. *D. ſi cert. petat.* & ibi Bartol. Fulgoſ. Jaſ. *n.* 6. Ripa *n.* 10. Purpuratus *n.* 40. Curtius jun. *num.* 14. Carrocius *num.* 13. Gregor. *ſintagmat. jur lib.* 23. *cap.* 3. *n.* 10. Covanus *lib.* 7. *commentar. cap.* 4. *num.* 3. Mantica *de contractib. lib.* 10. *tit.* 2. *num.* 19. Rodriguez *de redditibus*, *lib.* 3. *quæſt.* 10. *num.* 22. Amator Rodriguez *de privileg. credit. art.* 6. *num.* 41. Pichardus *in* §. 1. *n.* 79. & 80. *inſtitut. quib. mod. re contrah. obligat.* Fontanella *de pactis, clauſul.* 5. *gloſſ.* 8. *part.* 7. *n.* 9. *cum multis ſeqq. & ex n.* 17. Morla *in emporio tit.* 8. *num.* 29. Caſtillo *controverſ. lib.* 3. *cap.* 16. *ex num.* 27. *cum ſeqq.* Peregrinus *deciſ.* 58. qui omnes *ex d.* §. *depoſui.* tenent, quod ſi paulo poſt depoſiti contractum de mutuo conveniant partes, depoſitum alteratur, & in mutuum tranſfertur; ergo depoſitarius per novam obligationem ſimplex debitor conſtituitur, & in ſe pecuniæ ſuſcipit periculum.

Hinc quando cauſa unius contractus transfunditur, & mutatur in aliam cauſam, prior novatur, & extinguitur primus contractus, & remanet ſecundus. Nam ſi debitum ex cauſa mutui convertatur in cauſam depoſiti, (vel è contra,) vel in pretium emptionis, vel in cauſam ſocietatis; primus contractus eſt reſolutus, ut per rationes, & fundamenta probat Amat. *lib.* 1. *variar. reſ.* 50. *ex num.* 4. *cum ſeqq.* Molina *de contract. diſp.* 559. *n.* 12. 13. & 18. Ubi loquitur, quando de mutuo fit contractus cenſualis, Bald. *conſil.* 291. *lib.* 3. Lanarius *conſil.* 23. *per tot.* Ubi quando de cambio emitur redditus Gabriel. *conſil.* 81. *n.* 3. & 4. *lib.* 1. Ubi quando mutuum convertitur in cauſam ſocietatis, & *conſil.* 170. *num.* 3. *lib.* 2. Joann. Faber. *in* §. *præterea num.* 3. *Inſtitut. quibus mod. tollit. obligat.* ubi quando de debito fit emptio, vini, Medici *de compenſation. quæſt.* 8. *in fin.* Surdus *de aliment. tit.* 5. *quæſt.* 1. *n.* 37. & *tit.* 3. *quæſt. n.* 70. & *conſil.* 145. *num.* 14. & 25. Ant. Gabriel. *de novation. concluſ.* 1. *n.* 63. & 71. Ronchegall. *in l.* 2. *num.* 19. *de duobus reis.* Cagnolus *in l. ſingularia, num.* 115. & *ſeqq.* Decius *num.* 28. *D. ſi cert. petat.* Milanenſ. *deciſ.* 9. *num.* 110. *lib.* 2. ubi quando pro dote fit annuus redditus, & cenſus creatur, ut non poſſit amplius agi ad dotem, *deciſ.* 13. *num.* 22. *lib.* 1. Maſtrillus *deciſ.* 40. *n.* 1. Menochius *conſil.* 907. *n.* 26. & 27. Gregor. Lopez *in l.* 15. *tit.* 14. *part.* 5. *verb. per manera.* Gutierrez. *de juram. confirmat.* 1. *p. cap.* 63. *n.* 8. Cevallo *commun. contra com. quæſt.* 754. *n.* 1. & *quæſt.* 755. *num.* 13. & 14. Seſſe *deciſ.* 133. *nu.* 12. *vol.* 2. Cæſar Barzius *deciſ.* 20. *num.* 9. Ponte *conſil.* 131. *num.* 131. & *num.* 134. *lib.* 2. Rebuffus *ad conſtitutiones Gallican. tit. de litter. obligat. art.* 1. *gloſſ.* 9. *num.* 21. Valenzuel. *conſil.* 109. *num.* 21. & 22. *tom.* 2. dicens, quod contractu primo in alterum transfuſo, prior non conſideretur amplius, per *l. ſingularia*, ubi Bartol. & omnes, *D. ſi cert. pet.* Cæſar Manent. *de contractib. libellariis, quæſt.* 35. *n.* 31. & *ſeqq.* Idem affirmat Gratianus *diſceptat. forenſ. cap.* 41. *num.* 6. *tom.* 1. optimè Surdus *de alimentis, tit.* 9. *quæſt.* 21. *ex num.* 13. *cum ſeqq.* ubi, quod tunc non attenditur natura, nec qualitas contractus transfuſi, nec amplius inſpicimus qualitatem primi contractus, ſed ſecundi in omnibus obſervamus, ex Bartol. *in d.* §. *depoſui, num.* 20. & 21. Jaſon, & Cagnolus. 65 66 67 68 69 70

Creditor igitur in noſtro caſu, qui tradens delegationes, hoc eſt, *los libramientos*, depoſitario, ſeu adminiſtratori recepit ab eo novam cautionem, & obligationem ſolvendi eandem quantitatem, nulla aliâ intentione feciſſe videtur, quàm animo novandi priorem cauſam depoſiti, & in mutuum transferendi conſtituendo eum debitorem, cauſa depoſiti alterata. 71

Deſuper, quia quando aliquid additur, vel detrahitur priori obligationi, aut depoſitioni, ſive in qualitate, ſive in tempore, & in aliis (ſubſtantiam tamen prioris obligationis tangentibus,) nova obligatio, & nova diſpoſitio eſt; prima novata, extincta. Latè Decianus *in cap. de cauſis n.* 2. *de offic. delegat.* Caſſiodorus *deciſ.* 33. *num.* 1. Verallus *deciſ.* 16. *num.* 4. & *deciſ.* 17. *n.* 2. *p.* 2. Ruinus *conſil.* 38. *n.* 10. *vol.* 1. Gonzalez *in regul. Cancell. gloſſ.* 9. *ex num.* 8. *cum. multis ſeq.* Menochius *conſil.* 160. *num.* 49. quamplurimos refert 72

Giurba *in consil.* 65. *num.* 32 *in fin. & num* 33. distin-
73 guentes inter mutationem circa substantialia contractus, & dispositionis, & inter accidentalia de qua distinctione post alios optimè Tiber. Decianus *consil.* 11. *ex num.* 27. *cum seq. & ex num.* 32. Surdus *decis.* 70. *num.* 3. *& nu.* 15. nec non Petrus Barbosa *in l.* 1. *art.* 1. *num.* 102. *& num.* 132. *cum seqq.* ubi bene, & explicitè loquitur, *D. de judiciis.* Idem Surdus *consil.* 245. *n.* 19. *& cons.* 217. *ex n.* 23. per §. *præterea*, *Institut. de inutilibus stipulat. l.* 1. §. *si quis simpliciter*, ubi Doctores, *D. de verbor. obligat. l. jus civile*, *D. de just. & jur. l. denunciasse*, §. *quid tamen*, *D. ad l. Jul. de adulter. cap. licet*, *& ibi omnes*, *de offic. ordinarii.* Se-
74 cus si primus actus solùm mutetur in accidentibus, non tangentiam substantiam ipsius, quia tunc idem actus dicitur continuatus, & probant præallegati Doctores, ac plures per Gratianum, *tom.* 4. *disceptat.* 718. *ex n.* 17. & 18. Valenzuel. *cons.* 160. *ex n.* 66. *cum seqq.* & idem Gratianum *ex num.* 4. *& seqq. tom.* 3. *cap.* 599. *ex n.* 34. Sed in nostro casu per novam cautionem, & obligationem factam ab administratione, seu depositario in favorem creditoris, prorsus mutatur substantia depositi, cum convertatur in mutuum, ex jam dictis, ergo novata intelligitur depositi obligatio, ita ut depositarius amplius non teneatur ex ea, sed ex novante tanquam simplex debitor, in quem periculum quodlibet rei, & pecuniæ simul transfertur.

75 Iis tamen minimè refragantibus in quæstione proposita distinctè procedendum erit, nam si secunda obligatio fit animo novandi priorem, prout contingit, quando causa unius contractus per partium conventionem transfunditur in aliam, putà quando de depositо fit mutuum, & de aliis exemplis suprà positis; tunc securè procedunt ea omnia quæ hactenus scripta sunt, *ex n.* 16. *cum seqq. per textum capitalem in d. leg. certi cond.* §. *depositi*, *l. singularia*, *ff. si cert. petat. & leg.*
76 *si manu sata*, *D. de contrah. empt.* Ut tunc periculum pecuniæ, sive mutationis monetæ; sive aliud quodlibet, quomodolibet contingens cedat in damnum depositarii mutuo recipientis depositum, cum de cætero in eum dominium pecuniæ sit translatum, & generis fiat debitor, cùm genus perire non possit, ut latiùs superius diximus.

77 Aut enim non animo novandi priorem contractum, & obligationem, secunda fuit conventio, & promissio inter contrahentes, qui animus novandi in dubio non præsumitur, nisi expressè dictum fuerit per contrahentes, ut per *l. fin. C. d. novationibus*, *& l.* 15. *tit.* 4. *part.* 5. & ex his quæ abundè diximus *suprà hac* 3.
78 *part. cap.* 2. *ex n.* 45. *versic. hinc nec decipiaris*, &c. Et tunc non videntur partes recedere à priori contractu, nec causam antiquam mutare, aut infringere, sed tantùm eandem novâ cautione, & nova obligatione confirmare, addendo obligationem obligationi, ut profertur *in l. aliam* 29. *de novationibus.* In hæc *Aliam causam esse novationis voluntariæ, aliam judicio accepti, multa exempla ostendunt, perit enim privilegium dotis, & tutelæ, & si post divortium dos in stipulationem deducatur, vel post pubertatem tutelæ actio novetur, si id specialiter actum est*, text. etiam *in l. id quod*, *ff. de constitut. pecunia.* Hanc distinctionem amplissimè comprobavimus in Comment. *de Regia prot.* 3. *part. cap.* 1. *per totum.* Ubi multa reperies conducibilia, quibus adde, quod novatio non inducitur, quando promissio non fit ex diversa causa, sed ex eadem nisi expressè dicatur Anton. Gabr. *de novationibus*, *concl.* 1. *num.* 24. 25. & 69. Rota. Genuens. *decis.* 2. Paul. Castrens. *in l. quibus idem.* Ubi Alexand. *col.* 1. *versicul. prædictis etiam adde.* Jason. *col.* 2. *in* 2. *limitat. ff. de verbor. obligat.* Cavalcan. *decis.* 20. *sub numer.* 7. *lib.* 1. Amat. *variar. resol. tom.* 2. *resol.* 57. *num.* 16. qui *num.* 17. idem dicit, quando secunda obligatio illud idem, quod prima continet, ex Menoch. *lib.* 3. *præsump.* 134. *num.* 10. Surdus *cons.* 385. *num* 19.

At in nostro casu causa depositi præcedens non trans- 79
funditur in causam, mutui, nec id actum fuit inter contrahentes, sed id quod ex causa depositi debebat depositarius, se soluturum promisit, ac se debitorem constituit, ac denuò recognoscit addendo obligationem obligationi ad majorem cautelam, & firmitatem, seu securitatem prioris, quo casu non inducitur novatio per accessionem cautionis, tenet Bald. *consil.* 266. *in principio*, *& consil.* 318. *num.* 3. *&* 4. *vol.* 1. Sylvanus *cons.* 14. *n.* 11. *&* 12. nisi expressè de novatione actum fit, Gaill. *lib.* 1. *observat.* 30. *n.* 6. Mascard. *concl.* 4. *n.* 14. *& sequentibus.* Menoch. *de præsumptionibus*, *lib.* 80
3. *præsumpt.* 134. *n.* 12. *& seqq.* & quod quando nova obligatio solum continet cautionem primæ, non inducatur novatio. Docet Bartol. *in l. Titius*, *de fidejussor.* post quem Angel. Imol. Socin. Castrens. Alexand. & plures alios exornat Surdus *consil.* 385. *num.* 14. Mantica *de contractib. lib.* 17. *tit.* 2. *n.* 15.

Qui quidem Surdus *num.* 16. addit, quod non fit 81
novatio ex eo quod postea conventum est pro executione prioris contractus, vel pro ejus complemento, vel perfectione ex Bartol. *in l. singularia*, *n.* 10. *vers. quandoque procedit.* ubi Alexand. Jason Decius, Purpurat. Bolognet. & Curtius jun. *D. si cert. petat.* Menoch. *de præsumpt.* 134. *numer.* 26. *& seqq.* Cravet. 82
consil. 436. *num.* 7. dicente, non dici novum actum, illum qui fit pro executione antiqui, & *in consil.* 666. *n.* 5. Cephal. *consil.* 351. *num.* 23 *& seqq.* Decianus *consil.* 11. *num.* 51. plurimos alios refert Amat. *variar. resolut. tom.* 2. *resolut.* 27. *n.* 18. *& seqq.*

Deinde quia ista secunda cautio, & obligatio facta 83
per depositarium, seu administratorem, rectè compatitur cum prima ex causa depositi, atque ideo nunquam inducitur novatio; nisi id fuerit expressè dictum Bald. *in l. fin. in principio*, *C. de novation.* Decius *in consil.* 463. *n.* 4. Alexand. *consil.* 191. *n.* 3. *volum.* 6. Cagnol. *in leg. singularia*, *n.* 120. *D. si cert. petat.* Berojus *cons.* 205. *n.* 13. *volum.* 3. Mascard. *d. concl.* 4. *nu.* 23. Menoch. *d. præsumpt.* 134. *num.* 39. Decianus *consil.* 11. *num.* 63. Riminaldus *consil.* 738. *n.* 24. *& consil.* 779. *num.* 79. at si ad invicem compatiantur, nullo modo novatio inducitur, ut & ipsi Doctores probant, & innumerabiles alii conducti per Gratianum *discept. tom.* 4. *cap.* 718. *n.* 18. *&* 19. utraque etenim obligatio tendit ad eundem finem, solvendi scilicet illud idem quod ex depositо debebatur ac virtus delegationis à judice obtentæ solvere depositarius tenebatur.

Unde consequens est, ut si secunda obligatio tan- 84
tumdem, vel etiam plus contineat quàm præcedens habens aliquod privilegium, vel executionem paratam; non debeat intelligi novatio, nisi exprimatur. Abundè prosequitur comprobans, ex *l.* 4. §. *si ex conventione*, *ff. de re judicata*, *& l. minor.* 25. *ann. cui fidecommissum*, *ff. de minoribus*, *cum verisimile non sit creditorem voluisse ab ea recedere.* Mantica *de contractib. lib.* 17. *tit.* 1. *ex n.* 17. *usque ad n.* 21. allego text. optimum. *in l.* 2. *ff. de privil credit. in l. quid quod*, *ff. de donationib.* ubi si quis donavit, & postea se soluturum 85
constituit non in solidum, prout in constituta pecunia, sed in quantum facere poterit dumtaxat tenetur prout in primordiali contractu donationis, ex quo donans amplius non convenitur; & assignat text. ipse rationem ibi, causam enim, & originem constitutæ pecuniæ, non judicii potestatem prævalere placuit, text. etiam *in l.* 86
quod si maritus, *ff. de constituta pecunia*, ubi maritus debitor dotis si constituat se eandem soluturum, tenebitur, non prout in actione constituta pecunia in solidum, sed dumtaxat, in quantum facere potest, prout in actione de dote exornat latissimè Castillo *controv. tom.* 6. *cap.* 155. *ex n.* 1. plurimos refert Surdus *cons.* 34. *n.* 34. *&* 35. *lib.* 1. & altius Gratian. *tom.* 4. *c.* 758. *ex n.* 14. *cum* 87
seqq. quia tunc posterior promissio ejusdem quantitatis potius

potius dicitur prioris accumulative novatio quàm extinctiva; quam plurimos DD. in id allegat Gratian. *discept. tom.* 3. *cap.* 509. *en n.* 9. *cum seqq.* ubi etiam quod hæc secunda promissio, & stipulatio fit tantum ad majorem cautelam, & securitatem prioris obligationis, in quo non cadit novatio, ubi expendens ad funus
88 habet privilegium anterioritatis inter cæteros creditores à jure, sibi insuper à debitore promissa fuere funeris impensa; an amittat privilegium. Respondet Consultus in fine, ibi, quare si in stipulatum funeris impensa deducta sit dicendum est locum esse privilegio; si modo quis non abjiciendi privilegii causa stipulatus est. Similia sunt jura expressa, *in l. aliam, ff. de novationibus*, quæ loquitur de privilegio dotis, & actionis tutelæ, non amittendo in stipulationem deductis animo novandi non interveniente, textus etiam optimus *in l.* 4. §. *si ex conventione, ff. de re judicata*, loquens de privilegio executionis ex re judicata postmodum in pactum deducto, ut non innovetur, nisi expresse inter partes agatur.

89 Hinc fit quod quando duæ obligationes fiunt pro eodem debito, non inducitur novatio prioris, cùm fiat secunda ad majorem firmitatem, & ad prioris executionem nisi de novanda prima expresse inter partes agatur, latissimè post plurimos DD. sequitur Amat. *variar. resolut. lib.* 2. *resol.* 57. *ex n.* 16. *cum seqq.* & nos in nostris commentariis de supplicatione, *ad sanctiss.* 1. *part. c.* 10. §. *unic. à n.* 74.

90 Quemadmodum etiam quando præcedit contractus perfectus, cui licèt adjiciatur conventio, quæ potest cadere in novum contractum, tamen attenditur primus, ita ut magis inducatur informatio prioris, quàm novus contractus. Eleganter Salicet. *in l.* 1. §. *si te rogavero, in princip. ff. depositi*, quod etiam voluit Bald. *in rubric. C. eod. tit. n.* 7. *q.* 7. sequitur Gratian. *tom.* 2. *discept.* 273. *n.* 34. Castillo *controv. tom.* 2. *cap.* 155. *sub n.* 6. *ante fin.*

91 Nam promissio accedens obligationi eam non alterat, nec ejus naturam immutat, ut per *l. qui mutuam ff. mandati*, probat Gratian. *discept.* 33. *num.* 28. 29.
92 *& num. seqq.* Si etenim fiunt plures promissiones ejusdem summæ pro eadem causa non inducitur prioris obligationis novatio, nisi expresse dicatur, ut contra gloss. *fin. C. de novation.* tenent Paul. de Castro *in l. qui his idem*, ubi etiam Alexand. *col.* 1. *vers. prædictis etiam adde*, & ibi Jason *col.* 2. *in* 2. *limit. ff. de verbor. obligat.* Ant. Gabr. *commun. concluss. tit. de nova-*
93 *tionibus, concl.* 1. *num.* 69. *lib.* 3. confirmatur; nam si hæres promittat solvere legata, & credita ad id idem, eodem modo, quo antea obligatus manet, id est cum beneficio inventarii, hæc namque promissio fit per modum recognitionis latissimè Gratian. *discept.* 28. *ex num.* 28. *& seqq.* ubi quod per hanc promissionem non inducitur novatio, optimè Mantica *de contractibus, tit.* 7. *ex num.* 8. 13. 17. *&* 19. *cum seqq. & ex num.* 13. *lib.* 3. Amat. *resol.* 21. *num.* 4. *& num.* 10. Gratian. *tom.* 4. *discept.* 718. *ex num.* 17. *tom.* 3. *cap.* 5. *num.* 9. *cum seqq.*

94 Et in istis terminis, quando præcessit depositum, & novus inter partes contractus supervenit, pro illius majori securitate, aut cautione, in quo nihil actum fuit de depositio novando, ut depositi causa maneat illæsa; plurimas doctrinas, & fundamenta congessit
95 Surdus *in d. consil.* 385. *per totum, tom.* 3. qui *ex n.* 7. *& seqq.* quod aliegans novationem probare tenetur, quia non præsumitur ex Alexand. *consil.* 13. *in princip. vol.* 2. Decio *consil.* 97. *n.* 5. plures per Mascard. *d. concluss.* 1111. *in princip.* Menoch. *lib. d. præsumpt.* 134. *in prin-*
96 *cipio.* Socinus jun. *cons.* 141. *n.* 18. Decian. *consil.* 11. *n.* 34. *& seqq. volum.* 1. Et in similibus, imò & fortioribus terminis, ut non novetur prior natura, & actio depositi, sed semper ejus origo sit attendenda juxta mentem contrahentium, multa videnda erunt, per Castillum *quotidian. controv. tom.* 3. *cap.* 16. *ex n.* 45. *& seqq.* superiùs *& ex n.* 63. *&* 64. *cum seqq.*

Et *num.* 8. *&* 9. ipse Surdus, quod cum hodie minimè inducatur novatio, nisi expresse dicatur ex semper judicandum est novationem non fuisse inductam, ex Alciato *consil.* 119. *in fin.* & ex Bart. *in l. penul. D. de prætor. stipulat.* dicente, procliviores esse debere ad negandam, quàm ad inducendam novationem. Idem firmant Abbas *cons.* 2. *num.* 10. *volum.* 1. Mascard. ubi proximè *num.* 1. *in fin.* quia pluralitas contractuum non præsumitur, ut ex Baldo *in l. fin. in fine, C. de rebus credit.* Jason. *in l. eum, qui* §. *in popularibus, num.* 18. *D. de jurejur.* Cravetta *consil.* 112. *num.* 4. Surdus *ibi, num.* 10. *& in consil.* 16. *num.* 9. & in proposito nostro latè videndus Decianus *d. cons.* 11. *num.* 34. *& seqq.*

Multa etiam in proposito videnda erunt per De- 98
cianum *ibid. per totum, cons.* 11. qui *num.* 34. quod in dubio non præsumitur velle aliquid de novo inducere, sed potius confirmare, & quod pluralitas actuum in dubio non præsumitur, ex *l. triticum. & l. scire debemus, D. de verbor. oblig. & num.* 37. quod
non præsumitur pluralitas contractuum, etiam ex plu- 99
ralitate instrumentorum, si constat, quod essentialia, & substantialia sint eadem, quando si quidem concordant in substantialibus, eadem præsumuntur, & continuata, non diversa, quod per plura latè comprobat, & *num.* 25. *cum seqq.*

Hinc fit, quod quando quis bis idem promittit, 100
semel tantùm tenetur, *l. qui his idem*, 18. *D. de verbor. obligat, l. dari, D. eod. tit.* atque ideo, ex primo agendum erit, non ex secundo, ut ex Bart. Bald. Castrens. & Alexand. *in d. l. quibus*, idem tenet Petrus Surd. *in cons.* 117. *num.* 23. *tom.* 2. quam doc- 101
trinam declarat; nam si secundus contractus plus contineat, quàm primus, & quod additum est contineat, & tangat substantiam, & naturam contractus, & tunc dicitur novus contractus, nisi partes aliter disponant; & tunc agitur ex novo contractu, primo extincto, & sublato; at si additio concernat tantùm qualitates, & extrinseca contractus, tunc agitur ex 102
primo, non ex secundo contractu, verùm pro eo quod est additum datur exceptio, per text. *in l. pacta conventa.* ubi gloss. Bart. & omnes præcipuè Bald. qui eam legit post, *l. jurisgentium* §. *adeò, D. de pact.* & pulchrè Bart. *in* §. *adeò*, ubi Bald. Angel. Castrens. Jason, & alii optimè declarant.

Atque ex iis, in facti contingentia declaravit Se- 103
natus noster Vallisoletanus, semel, atque iterum depositarium, qui delegationes, hoc est, *los liberamientos* obtentas per creditorem simpliciter promisit solvere, non teneri de periculo monetæ, cum mutata, aut alterata non fuerit per hoc causa depositi, nec factus fuerit debitor generis, nec novata fuit prior obligatio, sed potius secunda ad corroborationem, & firmitatem prioris emanata.

Sed an & quando qualitates, & privilegia contractus 104
novati influant, & transeant in contractum novantem, latissimè egimus in nostris commentariis, *de Regia protect.* 3. *p. cap.* 1. *per tot.* quæ omnino declarat per elegantem distinctionem Petri Surdi *consil.* 445. *ex n.* 57. qui mirabiliter distinguit, & vide *num.* 10.

Et pro complemento hujus cap. quantum attinet 105
ad periculum administratoris, illud erit adnotandum, quod in rationibus administrationis reddendis non sunt administratoris onerandæ partitæ, & nomina debitorum, quæ ipse non exegit, & sunt penes debitores, seu colonos administrationis, quæque ipse tradit, & consignat inexacta; ne fortè sua negligentia, & culpa, etiam levi facta fiant inexigibilia, eo quod facti fuerunt debitores non solvendo; quia tunc justè administratori onerantur nomina ipsa inexacta, text. capitalis, *in l.* 2. *C. arbitrium tutelæ*, sequitur Alexand. *cons.* 104. *lib.* 4. Socinus *consil.* 2. *lib.* 1. *& cons.* 122. 123. *lib.* 2. Monter. *de tutore, cap.* 39. *n.* 36. latiùs etiam prosequitur Escobar *de ratiociniis, cap.* 19. *à n.* 21. *cum*

seqq. facit etiam text. *in l. tutor constitutus*, §. *item rescripserunt nomen*, & §. *fin. ff. de administrat. tutor.* vide etiam Rodrig. *de annuis redditib. lib.* 3. *q.* 10. *ex n.* 64. *& seqq.*

106 Quæ quidem procedunt, quando ex parte creditorum, vel debitoris, qui formavit concursum, probatur quod eo tempore, quo administrator ingressus fuit administrationem, debitores solvendo erant, & debita exigibilia, aliàs si hoc per actores non fuerit probatum hæc nomina non cedunt periculo administratoris, nec ei onerantur, sed sufficit ei ea reddere non exacta, ut tenet Imola *cons.* 75. quem referens sequitur Decian. *cons.* 85. *sub. n.* 27. *lib.* 2. Gutier. *de tutelis*, 3. *part. cap.* 1. *sub. n.* 98. Marinus de Julian. *consil.* 15. *n.* 138. & 39. inter diversa Cons. Sicula, dicens debere
107 probari debita tempore administrationis susceptæ esse exigibilia, quia interim culpa administratoris non præsumitur, sequitur ejusdem *addit. ibid. n.* 38. assiduè tamen appetuntur diligentiæ factæ per administratorem in exigendo, ut prorsus inculpabilis reddatur.

CAPUT XII.

Emptor sub hasta bonorum concursus sub conditione recognoscendi (loco pretii) census super eis impositos; an satisfaciat, si recognoverit, dum possederit, ita ut à se facta postmodum hypothecæ dimissione, prorsus à recognoscendi obligatione liberetur.

SUMMARIUM.

1. *Bona concursus subhastantur sub conditione recognoscendi census creditoribus consentientibus.*
2. *Emptor an satisfaciat obligationi recognoscendi census; si cognoscat non absolutè, sed dum rem possederit dumtaxat, & seqq.*
3 & 4. *Obligationi respicienti nudum factum per facta satisfit.*
5 & 6. *Promittentem uxorem renunciaturam legitimæ Patris, satisfacit, si de facto renunciet, licèt ex tali capite renunciatio sit inefficax, qui dixerunt.*
7. *Jus semel extinctum, iterum non revivisci.*
8. *Factum legitimè retractari non debet licèt casus postea eveniat, à quo non potuit inchoari.*
9. *Emptorem sub hasta cum conditione recognoscendi loco pretii census, non satisfacere recognoscendo temporaliter, dum possederit rem, verius esse ostenditur.*
10. *Recognitio promissa in subhastatione, eo fit animo, ut debitor perpetuò maneat securus à creditoribus censualistis.*
11. *Contrahentes respectum habentes ad effectum non sufficit nudum factum.*
12. *Promissio interpretanda erit juxta finem, ad quem fuit principaliter ordinata.*
    L. in omnibus, 52. *ff. de verbor. obligat. ponderatur. ibid.*
13. *Promittens minorem ratificaturum, non satisfacit per ratificationem factam à minore, decreto judicii cessante.*
14. *Promittens uxorem nuptam ratificaturam, non satisfacit, si ratificet deficiente consensu, aut licentia viri.*
15. *Fidejussorem daturum promittens non satisfacit quemlibet præstando si idoneus non sit.*
16. *Monasterium promittens, novitium ante possessionem renunciaturum bonis in alicujus favorem, intelligitur de renunciatione valida ac legitima.*
17. *Obligatus ad factum alienum de jure Hispano non liberatur præstando interesse.*
18. *Promittens se recogniturum census super re empta impositos, factum proprium, non alienum promittit.*
19. *In contractibus fit interpretatio promissionis, per quam contrahens non remaneat deceptus.*
20. *Vendita re, ut pretio solvatur creditor, si pretium ei tradatur, quod evinci possit, non liberatur debitor.*
    L. si mandato Titii, §. *creditori, ff. mandati, l. si pignore*, §. *si ff. de pignor. actio. & l. sextante*, §. *Latinus, ff. de exceptione rei jud. ponderantur. ibid.*
21. *Conditio si rationem administrationis reddiderit, intelligitur cum effectu reliqua solvendo.*
22. *L. quamvis, ff. de conditio. & demonstrat. exornatur. ibid.*
23. *Recognitionem promittens emptor in subhastatione perpetuò tenetur.*
24. *Promittens loco pretii recognoscere, habetur, ac si ipse à principe censum creaverit, & pretium ejus recepisset.*
25. *Emptor loco pretii promittens recognitionem census, suscipit in se obligationem in futurum.*
26 & 27. *Et tenetur ad annuos redditus futuros, & ad præteritos à debitore non solutos.*
28. *Recognitionem simpliciter promittens cogitur, ut absolutè, & non temporaliter recognoscat.*
29 & 30. *Qui purè facere aliquid fuit obligatus, non satisfacit faciendo sub conditione aut qualitate.*
31. *Recognitio temporanea facta creditoribus ab emptore absolutè ad eam obligato, nec dimissio rei postea facta, nihil nocet debitori.*
32. *Venditori in re tradita nullum jus remansit, sed solùm actionem personalem ad pretium.*
33. *In subhastatione post pretii oblationem pœnitentiæ non est locus.*
34 & 35. *Emptoris hypothecæ recognitio est temporalis, quando emit privatim à debitore, secus quando loco pretii, in subhastatione recognitionem promisit, quæ est perpetua, ad dimissionem non admittitur emptor, remissivè.*
36. *Emptor qui in subhastatione loco pretii promisit recognitionem census, & temporaliter recognovit creditores, quibus pro tempore dimisit rem emptam in suo debitore, ad hujus instantiam fuit condemnatus in perpetuum census persolvere, & indemnem reddere debitorem.*
37. *Recognitio in subhastatione promissa loco pretii perpetuam securitatem debitoris respicit.*
38. *Qui aliter recognovit, quàm fuit obligatus, nihil feciſſe intelligitur.*
39. *Promittens alium ratificaturum contractum non satisfacit per nudam ratificationem deficiente quolibet requisito ad ejus validitatem, & n.* 13.
40 & 41. *Recognitio absolutè promissa si temporaliter fiat, legitimè facta non dicetur.*
42. *Recognitio census loco pretii promissa, & legitimè facta non admittit in posterum dimissionem rei ex actu voluntario emptoris.*

BONA concursûs posse creditoribus tacitè aut expressè consentientibus addici plus licitanti sub conditione, ut loco pretii à se promissi, & oblati recognoscat census, & credita, quibus bona ipsa affecta sunt, & hypothecata, abundè probavimus suprà, hac 3. *part. c.* 2. *per totum*, ubi multa singularissima in proposito videnda erunt. 1

Nunc quærimus, an iste emptor, cui sub conditione, & obligatione tradita fuerunt bona subhastata satisfaciat conditioni, & obligationi recognoscendi, si recognitionem hanc creditoribus fecerit limitatè, & contemporaneè, nempè dum bona sibi sic addita possederit; ita ut pro tempore facta dimissione creditoribus, liber 2

liber remaneat ab obligatione ſolvendi impoſterum annuos illos redditus, vel an debitorem communem cogi poterit iterum, abſolutè recognoſcere.

3 Et pro parte emptoris, ut ſufficiat quomodolibet recognoſcere, probatur primò: quoniam hæc obligatio reſpicit ſolum, & nudum factum recognoſcendi; ergo ſi de facto recognovit, amplius non tenetur, ſed ſufficit, ut ſuæ promiſſioni, & obligationi ſatisfaciat, recognitionem facere cenſuum creditoribus, non etiam ut ſemper ſit adſtrictus, nec certam, & ſecuram facere recognitionem, per text. *in l. ſi rem tradi ſtipulamur, non intelligimur proprietatem ejus dare ſtipulatori, ſed tantum tradit.* 28. *D. de verb. obligat.* Concordat. *l. datio*, §. 1. *D. de action. empt. l. ſi ita*, §. *fin. D. de contrahenda emptione.*

4 Secundò, quia licet ſe obliget promittendo alium tertium ratificaturum venditionem à ſe factam, ſufficit de facto adimplere, etiamſi illa ratificatio facta à tertio ex alio juris defectu effectum non habeat; nam præſtando inſtrumentum Authenticum ratificationis factum ab eo, ſufficit, etiamſi illa ratificatio ex alio capite, & extrinſeca ſolemnitate effectum non habeat; nec indemnis ex ea reddatur ſtipulator, cui ratificatio promiſſa fuit, ſed promittens liberatur, cùm impleta videatur promiſſio, pro quo facit plenum Conſilium Rolandi à Valle 81. *per totum.* 4. *tom.* ubi concludit, per ſimplicem renunciationem factam ab uxore de bonis paternis, & maternis liberatum fuiſſe virum, qui promiſerat ſe curaturum, & facturum cum effectu, quod uxor renuntiaret bonis paternis, & maternis; quamvis compertum fuerit, renunciationem injuſtam eſſe, ex quo non intervenerat conſenſus patris, & matris, de quorum hæreditate agebatur, ſecundum notata per Alex. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta de verb. obl.* cum multis apud eundem Rolandum *in princip. d. conſil.* 81. accedit quod determinat Capic. *dec.* 93. *n.* 6. *& ſeqq.* dicens, eum qui promiſit, quod univerſitas, cum effectu ratificavit, non teneri ad intereſſe, ſi univerſitas legitimè congregata ratificavit, licèt ratificatio eſſet nulla propter defectum decreti, ſequitur Grammat. *in deciſ.* 102. *n.* 99. ubi ideo concludit, liberarum eſſe virum, qui promiſerat uxorem renunciaturam ſi uxor renuntiet, licèt poſtea ex alia cauſa contraveniat, putà quia renunciatio per metum facta ſit, cùm jam factum à ſe promiſſum adimpleverit. Ergo idem dicendum erit in emptore loco pretii promittente ſe recognoſcere cenſus impoſitos ſuper re hypothecata creditoribus, ſi iſtos quomodolibet recognoſcat, cùm ad factum nudum recognoſcendi adſtrictus tantum videatur.

7 Tertiò, quia licet recognoverit non abſolute, ſed temporaliter, conditionaliter, dum rem emptam in ſubhaſtatione poſſidebit. Recognitio legitima jam præceſſit, ex qua, ut diximus, jam, ſuæ obligationi, & promiſſioni recognoſcendi ſatisfecit; ergo licèt poſtmodum dimittat bona creditoribus, quibus recognitionem contemporaneam fecit, & per eam dimiſſionem reſolvatur, & ad nihilum reddatur recognitio præcedens; non poteſt proinde reviviſcere obligatio ſua recognoſcendi jam extincta, quia jus ſemel extinctum, iterum non reviviſcit, ex juribus vulgatis; nec ulterius cogi poteſt à debitore, ut recognoſcat, aut in recognitione perſeveret, & perſiſtat. Et quia factum legitimè retractari non 8 debet, licèt caſus poſtea evenerit, à quo non potuit inchoari; prout ex plurimis juribus, & Doctoribus comprobavimus ſuprà *cap.* 4. *per tot.* Ergo prorſus liberabitur emptor ſua obligatione recognoſcendi tam reſpectu debitoris principalis, in cujus favorem promiſſa fuit recognitio, & ad ejus indemnitatem; quàm reſpectu creditorum, quibus rem emptam in ſubhaſtatione ſibi hypothecatam dimiſit, qui emptorem ultra formam recognitionis cum ipſis factæ, & contractæ obligatum non habent, nec amplius contra eum prætendere poſſunt; cùm obligatio ſit ſtricti juris, ex *l. quidquid adſtringendæ, D. verbor. oblig. cum ſimilibus.*

Sed nihilominus iis minimè obſtantibus, contrarium 9
de jure tenendum erit in judicando, & conſulendo; imò emptorem bonorum in concurſu creditorum, cui bona addicta fuere, & tradita ſub hac conditione à ſe empta ac licitata, ut loco certi pretii à ſe promiſſi, teneatur recognoſcere cenſus ſuper re impoſitos per debitorem communem, ut ſemper teneatur recognoſcere abſolutè, & perpetuò redditus futuros perſolvere, quouſque à ſe redimantur; & non ſatisfaciat ſuæ promiſſioni, & obligationi recognoſcendo temporaliter & conditionaliter, donec poſſideat bona empta; plurimis probatur mediis.

Primò, quoniam in hac recognoſcendi cenſus pro- 10
miſſione, & obligatione, partes, & judex non reſpexerunt ad nudum recognitionis factum, nec eorum talis intentio percipi debet, ſed ad effectum omnino, ut debitor ſemper remaneat indemnis, prout manifeſtè hæc intentio colligitur ex tota lite creditorum, & venditione bonorum, ad eorum ſatisfactionem, non alio fine, & intentione mota, & facta, quàm ut iſti ſolvantur ex pretio, & debitor liberetur, ac in perpetuum à moleſtiis redimatur; atque ideo cùm bona debitoris ſubhaſtata fuerint, & licitatori ſeu emptori tradita ſub hac conditione, ut apud eum remaneat perpetuò, tam merces, quàm pretium à ſe oblatum, in quod ſubrogatur recognitio; inhumanum foret reſtringere ſuam recognoſcendi obligationem ad nudum factum, & ad quamlibet recognitionem inutilem, & inefficacem, & non perpetuam referre.

Tum ex doctrina Bartoli *in l. quid ergo*, §. *cum autem* 11
factum, *D. de iis qui notant. infam.* dicentis, quod ubi partes non conſiderarunt nudum factum, ſed reſpectum habuerunt ad effectum, tunc non ſufficit ſimplex factum, ſed neceſſe eſt, quod id validum ſit; & producat effectum à partibus conſideratum, nec verificatur niſi habeat effectum juris, juxta finem, & intentionem intrinſecam contrahentium, idem dixit Romanus *in conſil.* 199. *n.* 2. & 3. ſequitur Surd. *in conſ.* 3. *n.* 19. *cum ſeqq.* ubi loquens de eo qui vendidit, & promiſit ratificationem abſentis, ut intelligatur iſta ratificatio non de facto facta, ſed ut de jure effectum habeat, quia non eſt veriſimile partes cogitaſſe de ſolo facto ratificandi, ſed de ratificatione habente juris effectum, & perpetuam ſecuritatem contrahenti producente, ut ſemper ſit liber, & ſecurus à moleſtiis, cum hic ſit finis, & intentio contrahentium, nec ad alium, aliamve intentionem ratificatio petita, & promiſſa intelligatur, atque ideo interpretanda eſt promiſſio ſecundum 12
finem, ad quem fuit principaliter ordinata, ex *l.* 1. §. *non autem omne*, *D. de fluminibus*, *l.* 2. §. *quod autem diximus*, *D. ſi cert. petat.* & ex Signorolo *in conſ.* 149. *n.* 6. & probatur. *in l. in omnibus*, 52. *D. de verb. oblig.* ibi, *Enim verò prætoriæ ſtipulationes legem accipiunt ex mente prætoris, qui ea proponit, denique in prætoriis ſtipulationibus nihil immutare licet, nec addere, nec detrahere.* Hinc etiam eſt, quòd venditor promittens, minorem 13
ratificaturum contractum venditionis, non ſatisfacit ſuæ promiſſioni, & obligationi, ſi de facto exhibeat ratificationem per minorem factam abſque decreto, & judicis auctoritate; de ratificatione promiſſa facienda 14
per mulierem nuptam, ut ſola mulieris ratificatio de facto facta abſque viri licentia non relevet promittentem, cum ex ea non remaneat emptor ſecurus, nec indemnis, ſiquidem ad hunc finem dumtaxat ordinata fuerit intentio contrahentium appetentium ratificationem, & non ad alium, atque ideo dum his finis, & intentio cum effectu non conſequatur, obligationi promittens non dicitur ſatisfeciſſe, latiſſimè proſequitur Surdus omnino videndus, *per totum conſilium* 3. maximè *ex num.* 9. *& ex n.* 136. ubi innumerabiles applicat doctrinas, noſtræ valde conducibiles.

15 Et quia qui promisit dare fidejussorem, non satisfecit obligationi dando quemlibet fidejussorem non idoneum; cum ex eo non reddatur securus, & indemnis ille, cui promissio facta fuit, *l. si quis stipulatus*, §. *si quis ita stipularetur*, *D. de verbor. obligat.* quia ex non idoneo fidejussore non satisfit intentioni stipulantis, plurimos Doctores adducit Surdus *d. cons.* 3. *ex n.* 35. *cum seqq.*

16 Et pro hac parte facit doctrina Lelii Caput., *ad consuetud. Neapolitan. super consuetudine, si moriatur*, *p.* 3. §. *l.* 9. *n.* 8. 9. & 10. *pag.* 326. ubi dicit, quod quando monasterium promisit, quod monialis novitia ante professionem renunciabit suis bonis in favorem alicujus, intelligitur de renunciatione aliàs valida, & in forma juris, ita ut omnino prosit ei, cui promissio renunciandi fuit facta per Monasterium, per gloss. *in l. hujusmodi in princip. D. delegat.* 1. ubi Bald. eam notat, & Alexand. *colum.* 3. & alii citati à Caput; idem latè probat Merlinus *controvers. jur. tom.* 1. *controv.* 3. *per tot.* Barbatus *divis. fructuum. part.* 2. *cap.* 2. *n.* 93. quos referens sequitur Noguerol. *alleg.* 6. *n.* 21.

17 Et est animadvertendum, quod ii omnes DD. loquuntur in fortioribus terminis, quando qui promisit factum alienum, ubi de jure communi ob implementum succedat obligatio ad interesse, licet hodie jure nostro Regio, ex *l.* 2. *tit.* 16. *lib.* 6. *recopilat.* (quam latissimè declaravimus, & exornavimus suprà 2. *part. cap.* 29. *per totum*) qui ad factum obligatur, teneatur præcisè ad factum, & non liberatur solvendo interesse; prout notant DD. hujus Regni, Greg. Lopez *in l.* 7. *tit.* 5. *part. gloss.* 4. *& in l.* 3. *tit.* 14. *part.* 5. *gloss.* 4. Matienzo *in d. l.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. *recopilat. gl.* 6. *n.* 2. Gutierrez *de juram. confirmat.* 1. *part. cap.* 39. *n.* 5. Picardus *in* §. *instit. de verbor. oblig.* sequitur Noguerol.
18 *d. allegatione* 6. *n.* 22. nam iste emptor dum promittit inter subhastandam rem, recognoscere census impositos loco pretii à se oblati, factum promittit, in nihilo dependens à facto alieno, sed à voluntate proprii promittentis, & sic præcisè cogi, & compelli debet.

19 Deinde probatur, quia contractius illa interpretatio promissionis attendi debet, per quam altera pars non remaneat in damno, aut decepta, *l.* 3. §. 1. *D. de arbitriis*, *l.* 1. §. *magistrum*, *D. de exercitoria actione*, Cravetta. *in cons.* 33. *n.* 24. *& in consil.* 91. *n.* 11. Menoch. *de arbitr. judic. casu* 199. *n.* 15. Rolandus à Valle *cons.* 81. *n.* 10. *& ex n.* 7. atque ideo si hæc recognoscendi promissio intelligeretur de promissione nudi facti, & sine effectu operandi, maximum sequeretur damnum debitoris, qui re sua & pretio simul privatus remanet, & insuper eadem creditorum suorum obligatione adstrictus, ut antea, quand inverisimile valdè est contra principalem contrahentium, & prætoris intentionem.

20 Et ex hac ratione oritur, quod quando res venditur, ut ex pretio solvatur creditor, etsi isti traditum sit pretium; non ideo statim liberatur debitor, nisi ita demum, si pretium deventum sit ad creditorem irrevocabiliter; nam interim dum amoveri potest, & evinci, debitor manet in obligatione, ex text. *in l. sextante*, §. *Latinus*, *D. de except. rei jud.* notat. Bart. *in l. eleganter*, *in prima oppositione*, *D. de pignor. act.* & est text. elegans *in l. si mandato Titii*, §. *creditori D. mandati*, *l. si pignore*, §. *fin. D. pignorat. act.* Plura congerit Mangillius *de evictionibus*, *q.* 45. *à principio*, ubi quod interim est in suspenso liberatio debitoris & quod debitor non liberatur per solutionem factam de facto, sed de jure, & cum effectu.

21 Comprobatur ex textu, *in l. quamvis*, *D. de condition. & demonstr.* Ubi libertas data fuit servo administratori sub conditione, si rationes administrationis reddat hæredi, quam postquam reddidit, petiit à judice libertatem legatam, tanquam adimpleta conditione, & respondit Consultus, ibi; *Itaque cùm servo sub hac conditione libertas detur, si rationes reddiderit, non hanc solam significationem habet, si cautiones, instrumentaque omnia actus sui exhibuerit hæredi, sed etsi reliqua solverit*; quem textum post alios altiùs exactissime exornavimus, in nostris comment. *de Regia protect.* 4. *part. cap.* 9. *ex n.* 140. *cum multis seqq.* Ubi etiam, quod sententia (quæ strictissimi juris est, & stricte 22
obligat) quia quis condemnatus est ad reddendam rationem, intelligitur etiam, & virtualiter comprehendit non factum illud reddendi rationes, sed etiam reliqua solvere, cùm hæc sit partis rationis redditionem petentis, necnon judicis intentio, & finis.

Secundò, & pro debitore contra emptorem subhas- 23
tantem facit, quoniam sub hac promissione recognoscendi census impositos super re empta, includitur, & virtualiter inest, ex propria recognitionis significatione, etiam aliter alio non expresso; perpetua obligatio emptoris promittentis, atque perpetua indemnitas, & securitas debitoris, & hoc ipsum inter contrahentes virtualiter actum esse intelligitur de jure, cum ad hunc finem dumtaxat, & effectum tradita sit emptori res subhastata, ut loco pretii à se retenti, non exbursati, nec soluti, creditoribus recognoscere census, & credita imposita, debeat.

Finis enim, substantia, & effectus recognitionis in 24
hoc consistit, & illum sensum & significationem habet, ut per census recognitionem is qui recognovit, aut in se accollavit (quod idem est, ex latè adductis suprà hac 3. *p. c.* 2. *à princip.*) ita adstrictus est, & obligatus, ac si ipse fuisset primus venditor, qui pecuniam census recepit, & dicitur principalis census debitor, ac si primordium obligationis à se ipso inchoaret, non tamen à primo census venditore: quam conclusionem ex plurimis DD. & Rotæ decisionibus probavit Cencius *in censib. q.* 73. *n.* 16. Et nos suprà *d. cap.* 2. *ex num.* 26. *cum seqq. vers. & ad hos terminos reducendus erit*, &c. Qui loquitur quando res censui supposita venditur in subhastatione pro satisfiendis creditoribus, & ab emptore loco pretii emitur sub hac conditione, ut loco pretii census faciat recognitionem.

In quibus etiam terminis eruditè loquutus fuit post 25
plurimos Doctores, Ludovis. Avend. *de censibus*, *cap.* 99. *sub n.* 10 *vers. erit tamen*, in hæc. *Erit tamen recognitio expressa quoad effectum obligandi quemquam in futurum, non solum ea, quæ fit recognoscendo; sed quæ facta virtualiter censetur, quando emptor rei censualis nominatim in partem pretii se oneravit ejus census solutione, quia cùm eo casu principaliter agatur de suscipiendo in se futuram obligationem; verè recognovisse causam dicendum est; ut notanter post Aymon consil.* 222. *n.* 7. & 8. *tenuit Felicianus d. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 6. & *benè Petrus Surdus decis.* 32. *prope finem*, & *post Surdum*, *Romanum*, *Afflictum*, & *Chassaneum advertit Felicianus in* 2. *part. d. cap.* 6. *vers. circa verò*, &c.

Et hoc ampliùs, quod hæc census in se susceptio, 26
& recognitio, non solum illum tertium recognoscentem adstringit, & obligat ad præstationes annuas in futurum, sed & ad præteritas à primo debitore non solutas; quia hæc est virtus, effectus & efficacia recognitionis, Felicianus de Solis, *d. lib.* 3. *c.* 6. *n.* 3. Ibi, *Ubi verò tertius possessor recognovit, cogi potest, ut solvat præteritas pensiones. Ancharanus consil.* 386. *col.* 1. *Aymon Cravetta d. cons.* 217. *Afflict. decis. Neapolita.* 95. *Follerius dict. verb. hujusmodi census super rebus*, *num.* 97.

Et idem repetit Ludovis. de Avendan. *d. cap.* 99. 27
n. 4. Ibi, *In recognitione tamen facta, certum est, quod tenentur non solum futuri, sed & præteriti annuas præstationes solvere recognoscentes, ut quia res ipsa censualis, pro qua recognoscunt, ad utrumque sit obligata, notat Ancharran. cons.* 386. *col.* 1. *Afflict. decis.* 95. *Follerius de censib. verb. hujusmodi*, *n.* 97. *Surdus decis.* *n.* 6. & *post Rodoan. & alios Felicianus*, &c. Ergo

sic ex propria significatione, vi, & efficacia hujus verbi, *recognitio*, omnes præfati effectus veniunt, qua ratione erit hæsitandum, ut obligatus ad recognoscendum teneatur solùm ad nudum factum, & non ad effectus, ut in futurum semper teneatur pro indemnitate debitoris, cui promissio facta fuit, ne de cætero à suis creditoribus.

28 Tertiò, & pro debitore, ut possit compellere emptorem loco pretii promittentem recognoscere census impositos super re subhastata, ut purè, absolutè, & efficaciter recognoscat, non conditionaliter, nec temporaliter, dum possidet rem, ita ut si hoc modo recognoverit, iterum absolutè recognoscere teneatur; manifestè probatur, quoniam emptor iste alio modo recognitionem fecit, quàm quo obligatus erat, sua namque recognoscendi obligatio erat pura, & absoluta, nulla adjecta conditione, aut temporis restrictione, ipse verò in complementum suæ obligationis recognitionem fecit creditoribus debitoris conditionalem, & temporalem, dum possederit, & sic restrictam ad suam meram voluntatem, ut dumtaxat duret recognitio, quantum ipse voluerit rem retinere, ita ut ei sit libera facultas reservata, quandocumque dimittere rem emptam, & evanescere, atque resolvere recognitionem à se factam. Et propterea hic recognoscendi modus habetur, ac si facta recognitio non fuerit respectu debitoris, cui purè, & absolutè ad recognoscendum adstrictus remansit; qui enim aliquid facere purè tenetur, & absolutè obligatus, si conditionaliter aut sub aliqua qualitate fecerit, nihil fecisse intelligitur, nec aliquid operatur, nec obligationi suæ satisfacit, nec ab ea solvitur. Ut per *leg. acceptam, Cod. de usur.* Notant ibi, communiter omnes, Bartol. *in l. si soluturus. 39. ff. solution.* Follerius *de censib. verbo Instrumento gratiæ, n. 25.* Alexand. *consil. 26. col. fin. & consil. 88. num. 18. & 19. vol. 6.* Beroius *consil. 155. num. 14. & 16. vol. 1. & cons. 15. num. 14. & 16. volum. 3.* Hieronym. Gab. *cons. 56. in fin. volum. 1.* Ludovis. *decis. Perusin. 105. nu. 3.* Rota Genuens. *decis. 144. num. 15.* Riminaldus. Jun. *consil. 524. num. 21.* Rolandus à Valle *consil. 63. volum. 1.* Tepatus *lib. 2. tit. de deposit. col. 4.* Peregrin. *consil. 75. num. 55. vol. 4.* Pancirolus *consil. 40. num. 24.* Tuschus *lit. D. concl. 203. à n. 14.* Costa *de portione ratæ, quæst. 121. n. 9.* Apostilla ad Petrum Greg. *de censibus, q. 5. n. 290.* Aldovin. *consil. 35. num. 55.* Carroccius *de deposit. part. 2. q. 5. num. 3.* Et per Alexand. Jasonem, & Cravetam, Menochius *de arbitrar. casu 232. n. 32.* Giurba *decis. 87. n. 1. & seqq.*

30 Ergo de primo ad ultimum sequitur, quod iste emptor semper sit cogendus per debitorem, ut recognoscat eo modo, quo obligatus est, cùm per recognitionem conditionalem non satisfecerit suæ puræ, absolutæ, atque perpetuæ promissioni, & obligationi, cum aliter nihil fecisse dicatur; quæ resolutio multò magis procedit respectu debitoris, postquam ipse cum effectu dimisit creditoribus rem emptam, respectu quorum non aliter adstrictus erat, eo quod eis fecerat recognitionem conditionalem, & contemporaneam possessioni rei; nam tunc sequuta dimissione, jam penitus evanuit, & fuit resoluta, & finita illa recognitio talis, qualis erat. Et per consequens debitor, qui emptorem ad perpetuò recognoscendum, vel redimendum habet obligatum, ut suprà diximus, potest eum cogere ad novam, & perpetuam recognitionem faciendam, ne sui creditores eum ulteriùs molestent.

31 Hæc namque emptoris dimissio facta creditoribus vigore suæ temporalis & conditionalis recognitionis, nihil potest officere debitori, qui rem illi vendidit, & tradidit in subhastatione. Usque effectus fuit dominus rei, & potuit de ea disponere ad suum libitum & voluntatem, & perit ejus periculo, non venditoris, ut per plura jura & DD. diximus *suprà hac. 3. p. cap. 11. ex n. 15. cum seqq. vers. qui casus declarè, &c.* Debitor
32 verò, qui à se vendendo, & tradendo, abdicavit rei dominium, solùm habet actionem personalem contra emptorem ad pretium exigendum eo modo, & conditione, quia contraxit, atque ideò ipsius debitoris, respectu nunquam emptor habet facultatem dimittendi rem, nec pœnitendi, aut recedendi à venditione, postquam contractus perfectus fuit, sed præcisè ad ejus observantiam, & perpetuam perseverantiam adstrictus remansit, maximè in subhastatione, ubi post licitatoris obligationem pretii pœnitentia non admit- 33
titur, ut ex plurimis diximus *hac 3. part. cap. 10. à principio, & cap. 2. ex num. 105. cum seqq. vers. at in tertio emptore subhastante, &c.* Ubi etiam *ex num. 100. vers. & non immeritò, quia neuter eorum, &c.* singularem videbis differentiæ rationem inter tertium 34
quemlibet rei hypothecatæ possessorem, & inter tertium rei emptorem in subhastatione loco pretii offerentem recognitionem census, ut illius recognitio sit temporanea, dum possideat, ita ut regulariter dimittere eam possit: iste verò nullo modo admittendum sit admittendus.

Quare si ipse dimiserit, ex facto suo, & ex sua 35
volontate dimittit tanquam dominus, & non provenit hæc dimissio ex facto, & causa debitoris, ad quem solùm iste tenebatur emptori, cujus liberam dispositionem rei, impedire ampliùs non potest.

Et cum hic casus in facti contingentia acciderit in 36
hac Pintiana Cancellaria, determinatum fuit per rem judicatam, ut emptor in subhastatione, qui loco pretii promisit census super ea impositos recognoscere, ac cum effectu postea recognitionem fecit creditoribus non absolutam, ut teneatur; sed conditionaliter, dum ipse possideat, ac pro tempore dimisit rem creditoribus, inscio debitore, & non citato, ad petitionem istius emptor condemnatus fuit ad novam, & perpetuam recognitionem faciendam, & in futurum redditus annuos præstandos; nec non omnes præteritos à tempore suæ dimissionis, (cum appareret, quod usque ad illud tempus emptor persolverat omnes,) atque etiam condemnatus fuit ut faceret indemnem, & securum debitorem à molestiis creditorum, & licèt in illa aliquas alias rationes excusationis allegabat emptor, non pertinebant ad casum, & propterea non fuerunt habitæ in consideratione, quia revera punctum non percutiebant.

Quibus suppositis non obstant argumenta in con- 37
trarium adducta pro emptore à principio hujus cap. quibus licèt sufficienter responsum remanet ex iis quæ abundè considerata fuerunt hactenus pro debitore; adhuc autem sigillatim respondetur, non obstat primum de obligato ad factum, ut sufficiat factum præstare nudum. Tum quia in hac census recognoscendi promissione non consideratur factum nudum, sed effectus omninò, ad quos respexerunt contrahentes, & ad omnimodam securitatem, & indemnitatem debitoris, ut apertè probavimus *suprà in primo fundamento pro debitore ex num. 10. vers. 1. quia in hac recognoscendi census promissione, &c.*

Tum etiam, quia quando (quod falsum est) nu- 38
dum factum consideretur, adhuc emptor per conditionalem recognitionem non erat liberatus, qui alio modo recognovit, quàm quo obligatus erat, & sic nihil fecisse intelligitur, & remanet adstrictus sicut antea, prout latè probavimus in tertio fundamento pro debitore *ex n. 28. cum seqq.*

Ad secundum argumentum, de quo *num. 4. & 5.* de- 39
ductum ex Rolando à Valle, Grammatico, & Capicio, satis illis facit Surdus *d. cap. 3. per totum*, & signanter *ex n. 38. & seq.* & insuper, quia certa, & verior est contraria opinio, quæ habet, quod promittens minorem, aut mulierem nuptam ratificaturam contractum, ut non satisfaciat factum nudum præstando, sed tenetur præstare ratificationem cum solemnitatibus à Jure requisitis, ut contrahens semper tutus sit, &
indemnis

indemnis à moleſtiis, prout apparet ex quamplurimis Doctoribus allegatis ſuperiùs ſub primo fundamento pro debitore *ex num.* 13. *verſic. hinc etiam eſt, quod venditor, &c.*

40 Nec obſtat tertium de emptore, qui valdè, & legitimè recognovit à principio, licèt conditionaliter, & ſic per ſupervenientem dimiſſionem amplius non aſtringatur ad recognoſcendum, quia factum legitimè retractari non debet, licèt caſus poſtea evenerit, à quo
41 non poſſit inchoari. Reſpondetur, negando legitimè factam fuiſſe recognitionem, cum aliter eam fecerit, quàm erat obligatus. Et nihil feciſſe videtur, ut ſuprà
42 diximus. Et quando à principio legitima fuerit recognitio, adhuc argumentum retorqueretur contra emptorem, ut per dimiſſionem ſubſequutam, & caſum ſupervenientem ex mero facto & voluntate ſua, non retractaretur recognitio præcedens legitimè facta, ſed in ea perſiſtere debebat emptor ex prædicta regula juris, ne debitor privatus remaneat re, & pretio, quod fictione brevis manus tranſtulit in emptorem, & in perpetuam reliquit, & ſic omnem quantitatem correſpondentem ſorti cenſus principali, ut eum recognoſcendo, debitor indemnis & tutus remaneret in poſterum à moleſtiis creditorum ſuorum, quibus ſolvere, & ſatisfacere in ſe aſſumpſit emptor. Aliter atque foret velle, ut debitor privetur re ſua, & inſuper remaneret cum onere ſolvendi creditores, quod inhumanum eſſet, & contra omnem juſtitiam.

CAPUT XIII.

Debitor contrahendo, donando, legando, majoratum inſtituendo, confitendo, aut dividendo ſua bona, vel faciendo præſcriptionem nec non ſententiam contra ſe latam, an & quando, ſuis præjudicet creditoribus?

SUMMARIUM.

1 *Juri creditorum quomodolibet debitor de ſuis bonis diſponendo nulla arte poteſt detrahere.*
L. debitorem, C. de pignoribus, l. debitorum pactionibus, 25. C. de pactis cum aliis exornantur. ibid.
2 *Mulier nubendo, & dotem dando marito, nequit creditores ſuos illudere, in cujus non eſt poteſtate juri eorum detrahere.*
3 *In promiſſione bonorum plus eſſe non intelligitur, quàm quod ſupereſt deducto ære alieno.*
4 *De prælationis jure competente creditori debitor diſponere nequit nec ſubvertere, ei præferendo alterum.*
5 *Prælationis jus eſt privativum creditorum, non communicabile debitori, qui propterea nequit de prælatione anteriorum opponere inferiori exigenti ſuum creditum.*
6 *Debitor vendens, aut donans ſua bona ſub conditione ut donatarius ſolvat creditoribus ſuis, non liberatur, ſed eodem modo eis tenetur, ut antea.*
7 *Sed an jure Hiſpano creditores non intervenientes prædicto pacto jus acquirant contra donatarium vel emptorem, remiſſivè.*
8 *Procurator abſque ſufficienti mandato ſi obligavit rem Domini, poſtea Dominus eandem alteri obligavit & tandem obligationem Procuratoris, ratam habuit, non præjudicat ſecundo.*
9 *Debitoris bonis ab eo diviſis per Provincias creditores unius hæredem alterius Provinciæ convenire poſſunt.*
Jus creditorum omne patrimonium debitoris, ubique exiſtens reſcipit. ibid.
10 *Hæres ſemel aditam hæreditatem repudiare nequit in præjudicium creditorum.*
11 *Nec ante aditionem eam alteri renunciando, vel donando, ſuis officit creditoribus.*
12 *Per majoratus confectionem, & alienationis prohibitionem debitor nihil detrahit juri creditorum, quorum reſpectu bona adhuc libera remanent.*
13 *Confeſſio debiti, aut recognitio ſchedulæ privatæ & debiti probat contra confitentem, aut recognoſcentem.*
14 *Non tam operatur in præjudicium creditorum, cum ficta, fraudulenta ac ſimulata præſumatur ad tertii præjudicium.*
15 *Recognitio ſchedulæ non præjudicat aliis creditoribus, legitimè ſua credita probantibus.*
16 *Cùm poſſit facilè diem anteponere animo alios fraudandi.*
17 *Credita per ſolam debitoris confeſſionem tanquam fraudulenta, non præjudicant aliis in concurſu creditorum.*
18 & 19. *Confeſſio, aut ſchedulæ recognitio emanata poſt concurſus judicio pendente fraudulenta præſumitur, & minus præjudicat creditoribus.*
20 *Confeſſio emanata à fallito fidem non facit in præjudicium creditorum.*
21 *Dotes confeſſatæ à marito non probant in præjudicium creditorum, niſi aliàs legitimè probentur.*
22 *Confeſſio de recepto, licèt tranſacto biennio probet, non tamen in præjudicium creditorum.*
23 *Confeſſio cedentis, licèt ei præjudicet, non tamen ceſſionario.*
24 *Diſtingue inter ceſſionem ad commodum cedentis, vel ceſſionarii.*
25 *Confeſſio emanata inter perſonas prohibita aliis adminiculis adjuvatur.*
26 *Tertius contra confectionem de recepto poteſt perpetuo apponere, nec biennio aſtringitur.*
27 *Creditor contra tertium hypothecæ poſſeſſorem agens ex confeſſione de recepto tenetur veram numerationem probare.*
28 *Creditor ex privata ſcriptura nullis præfertur creditoribus, niſi apocha trino teſte teſtante de loco, & tempore, ac ſubſtantia ſit munita.*
29 *Et tunc aliis poſterioribus inſtrumenta habentibus præfertur.*
L. ſcripturas, 8. C. qui potiores, & l. 31. tit. 13. part. 5. exornantur. ibid.
30 *Chirographum munitum requiſitis, d. l. ſcripturas, quoad pignus, & hypothecam publico inſtrumento æquiparatur.*
31 *Chirographum continens hypothecam recognitum in judicio præjudicat aliis creditoribus poſtea contrahentibus.*
32 *Confeſſio & recognitio in judicio non præjudicat creditoribus eo tempore exiſtentibus, ſecus poſtmodum contrahentibus cum debitore.*
33 *Sententia contra anteceſſorem non præjudicat ſucceſſori tunc temporis jus habenti.*
Idem & in ceſſionario. ibid.
34 *Opinio de qua ex num. 31. fulcitur authoritate Senatus, qui eam pluries complexus fuit.*
35 *Pignorare rectè quis poteſt rem communem, quoad ſuam partem.*
36 *Diviſione rei communis ſubſequuta jus creditoris quoad hypothecam non dimititur.*
37 *In diviſione ſita tota res adjudicetur ſocio debitoris adhuc creditoris hypotheca manet.*
38 *Eodem modo ac ſi tota adjudicaretur debitori.*
39 *Jus reale hypothecæ rem ſequitur in quemcumque vadat.*
40 *Communis res hypothecata, ſi per æquales partes fuerit cum ſocio diviſa, durat hypotheca in dimidia dimidiæ, ſocium tangentis.*
41 *Per factum debitoris dividentis, vel alias alienantis rem, non tollitur hypotheca.*

42 *Creditor*

42 *Creditor cui res communis fuit hypothecata, potest socium debitoris ad divisionem provocare.*

43 *Et tunc si tota res fuit creditori adjudicata solvendi æstimationem alterius partis; tota res manet pignori affecta, tam pro credito quàm pro pretio à se soluto.*

44 *Annei Roberti distinctio in hac materia divisioni rei communis hypothecatæ traditur.*

45 *Præscribi rem, vel usurpari qui patitur ipsam alienare videtur.*

46 *Præscriptio rei hypothecatæ, quam passus est debitor, non præjudicat juri creditoris.*

47 *In præscriptione hypothecæ separata est quæstio pignoris in intentione dominii.*

48 *Præscriptio sicut quælibet alia rei alienatio non infringit jus hypothecæ, quam comitatur quocumque vadat.*

L. 1. §. *cum prædium, ff. de pignoribus, l. justo, §. non mutat, cum aliis ponderantur & exornantur. ibid.*

49 *In præscribentem rem transit jus hypothecæ, cum præscripta, & acquisita intelligitur.*

50 *Res judicata obtenta per tertium super re pignorata contra debitorem, non præjudicat creditori in hypotheca non citato nec scienti.*

51 *Limita quando debitor fuit contumax, aut quando adversario colludit, ut creditori etiam scienti non præjudicet.*

52 *Item limita ut conclusio procedat quando pignus, vel hypotheca fuit tradita creditori.*

53 *Secus quando tradita non fuit quo casu res judicata contra debitorem præjudicat creditori sive scienti sive ignoranti.*

54 *Sententia lata super proprietate hypothecæ contra creditorem an præjudicet debitori scienti vel ignoranti remissivè.*

55 *Sententia contra emphyteutam ob commissum præjudicat ejus creditoribus etiam ignorantibus super hypotheca in emphyteusi habentibus.*

56 *Sententia inter debitorem, & unum creditorem super suo credito, non præjudicat aliis creditoribus non citatis, quominus eam subnectere valeant.*

57 *Lite concursus pendente omnes controversiæ motæ contra debitorem tractandæ sunt simul cum creditoribus.*

58 *Sententia lata super prælatione inter unum creditorem & debitorem, aliis creditoribus non nocet.*

59 *Sententia lata pro uno creditore contra debitorem in alio diverso judicio quoad executionem, & exactionem trahitur ad universale concursus.*

60 *Qui alienando, vel aliquid agendo præjudicare alteri non potest, minus potest consentiendo, vel patiendo.*

61 *Nec paciscendo, aut transigendo.*

62 *Nec omittendo rem pro derelicto.*

63 *Per pactum initio acquisitionis ut tertius in re acquisita per debitorem præferatur, debitor præjudicare potest suis creditoribus.*

64 *Jure debitoris extincto vel annihilato ex natura rei, vel ex causa antecedente necessaria, & non voluntaria, extinguitur jus creditorum medio tempore quæsitum.*

65 *Hæres adeundo hæreditatem, non solvendo quando suis creditoribus præjudicet.*

L. 1. §. *ex contrario ff. de separationibus, interpretatur. ibid. & n. seqq.*

66 *Debitor qui successivè pluribus bona sua obligavit, primi secundis præferuntur, etiamsi istis bona non sufficiant.*

67. 68. & 69. *D. l.* 1. §. *ex contrario procedit in creditoribus chirographariis, & meræ personalibus, qui debitor, adjiciendo novos creditores potest prædicare.*

JURI quæsito creditoribus in bonis suis debitoris, nulla arte debitor, nec modo aliquo detrahere, aut præjudicium aliquod afferre potest, ex facto nempe suo voluntario, & causam non habente necessariam, & præambulam obligationi bonorum factæ creditoribus, & horum consensu non accedente; cùm in solius debitoris potestate non sit illorum jus subvertere, vel minuere, quomodolibet de suis bonis disponendo voluerit, textus est *in l. debitorem nec vendentem, nec donantem, nec legatum, vel fideicommissum relinquentem posse conditionem facere deteriorem creditorum, certissimum est. Unde, si tibi obligatam rem probare posse confidis, pignora persequi debes*, 15. *C. de pignoribus & hypothec. l. debitor pactionibus creditorum petitio nec tolli, nec mutari potest*, 25. *Cod. de pactis, l. si debitor, l. distractis, auth. hoc ita, Cod. de pignor. l. si prior, §. fin. D. qui potiores, l. sicut, §. non videtur, D. quibus mod. pign. vel hypothec. solv.* plures allegat Guzman *de eviction. quæst.* 34. *n.* 45. & 49. latè Fontanella *de pact. nuptial. claus.* 5. *gloss.* 8. *part.* 7. *num.* 29. & *à num.* 57. *tom.* 2. Felicianus de Solis *tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 14. Giurba *decis.* 24. *nu.* 4. & *decis.* 61. *num.* 21. & *decis.* 104. *nu.* 5. Antonius Bellonus *cons.* 36. *num.* 6. Valenzuela Velasquez *cons.* 56. *num.* 49. *tom.* 1. Nos suprà 1. *part. cap.* 10. *num.* 41. *vers. quia cum in hoc judicio tractetur*, &c. ac etiam 1. *part. cap.* 12. *ex num.* 17. *cum seqq. vers. sed adhuc illis, atque aliis*, &c.

2 Quo fit, ut mulier ære alieno gravata licèt bona sua postea in dotem viro suo dederit, nihilominus, nihil ex hoc detrahat juri creditorum, qui eodem modo contra virum, & uxorem possunt sua consequi credita, & instrumenta exequi, ne in mulieris manu sit, & potestate, nubendo creditores illudere, Gutierrez, *lib.* 2. *pract. quæst.* 26. *n.* 9. Franchis *dec.* 36. & *dec.* 90. Amatus *dec.* 5. *n.* 5. Pinellus *in l.* 1. *part.* 2. *n.* 72. *de bon. mater.* Anna. *allegat.* 33. *n.* 12. Costa *subsidiar. remed.* 44. *num.* 1. Papon. *lib.* 12. *tit.* 5. *Arest.* 44. Chassan. *ad consuet.* Burg. *rub.* 4. §. 2. Paleot. *de dote, cap.* 1. *num.* 4. Bacca. *de inop. deb. cap.* 15. *n.* 23. Borell. *cons.* 54. Rebell. *de obligat. just. part.* 2. *lib.* 5. *quæst.* 8. *à n.* 9. Gallus *cons.* 29. *nu.* 8. 27. & 28. Peregrin. *de jur. fisci, lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 118. Guido Papa *dec.* 447. & *singul. n.* 429. Capic. *dec.* 128. *n.* 4. & *ibi* Moscatel. *n.* 1. Cartar. *dec.* 34. *n.* 8. & 9. & alii relati à Giurba *dec.* 89. *num.* 2. & *ad consuet. Messanens. cap.* 9. *gloss.* 7. *num.* 6. *fol.* 599.

3 quia in promissione bonorum plus esse non intelligitur, quàm quod superest, deducto ære alieno, *l. mulier bona ff. de jure dot. l. subsignat.* §. *bona, ff. de verb. signif. l. cum emancipatis*, §. 1. *ff. de collatio. bonor.*

4 Quod non solùm procedit in ipso jure pignoris principalis ex hactenus dictis & ulterius comprobandis, verùm nec in jure prælationis competente creditori, de quo in ejus præjudicium disponere debitor non potest, nec subvertere præferendo ei alterum juxta celebrem text. *in l.* 2. *ff. quæ in fraud. creditor. idem erit probandum* (inquit Consultus) *etsi pignora liceret, vel quem alium in fraudem creditorum præponat.*

5 Nam jus prælationis est privativum creditorum, non communicabile debitori, de quo nec opponere potest creditori inferiori suum creditum exigere volenti ante potiores, ut latè probavimus 2. *part. cap.* 3. *ex n.* 52. *cum seqq. & 1. p. cap.* 16. *ex* 22. *cum seqq.*

6 Hinc licèt debitor vendens, vel donans bona sua ut donatarius vel emptor solvat debitoris creditoribus, horum jus propterea non immutatur, nec aliquo detrahitur, sed eodem modo debitorem, ut antea tenent obligatum, & in eum dirigunt actiones; nec in debitoris potestate est, aut voluntate ab obligatione resilire, nec suos creditores remittere ad donatarium, vel emptorem, etiam hæreditatis, quem ipse debitor habet obligatum, ad solvendum, quia nihilominus ipse ab eis conveniri debet, de jure communi, multa in his terminis

7 terminis jura cumulavimus, ſuprà 2. *part. cap.* 26. *ex n.* 1. *cum multis ſeqq.* Sed an creditores virtute pacti hujuſmodi jus aliquod acquirant contra emptorem, aut donatarium hac conditione in favorem creditorum abſentium, ita ut eum directò convenire valeant, abſque ceſſione, affirmativè reſolvimus *in eodem c.* 26. *ex nu.* 54. *uſque ad finem, verſ. ſed quid denique reſpondebis, &c.* Ex noviori diſpoſitione, *l.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. *recopilat.* Et ex plurimorum Doctorum auctoritate, quos ibidem accuratè congeſſimus.

8 Hinc provenit ſingularis doctrina Socini *in conſ.* 126. *in cauſa ſecundi decreti, vol.* 4. Dicentis, quod ſi procurator non habet idoneum mandatum obligavit rem domini uni creditori, poſtea Dominus ipſe eandem obligavit alteri, ac demum Dominus ratificavit obligationem factam per procuratorem, quo ratificatio valebit in præjudicium ipſius domini, non verò quoad præjudicium alterius creditoris, cui dominus antè ratificatione obligaverat, nec ratificatio retrotrahitur in præjudicium tertii, cui medio tempore fuit jus irrevocabile quæſitum, ſequitur & aliud ſimile adducit Neguſant. *pignorib.* 4. *part. princip. ex n.* 40. Videndus *ex. num.* 35. *verſ. ſed inſurgit in prædictis.*

9 Hinc licèt debitor, plures habens creditores teſtando, & dividendo hæreditatem ſuam inter ſuos hæredes per diverſas provincias, non propterea præjudicium faciat creditoribus ſuis, quominus hæredem unius provinciæ, creditores alterius poſſint convenire, non obſtante diviſione hæreditates facta per debitorem, cùm jus creditorum omne debitoris patrimonium reſpiciat per plura jura & Doctores, ſuprà 2. *part. cap.* 12. *per totum.* ubi alias plurimas reperies doctrinas valdè conducibiles regulæ hujus cap.

10 Ex hoc etiam principio oritur quod hæres ſemel aditam hæreditatem ſibi delatam repudiare non poteſt in præjudicium ſuorum creditorum quibus ex aditione fuit jus perfectum quæſitum, vel etiam quando antea aditionem illam renunciavit in favorem alterius, vel alteri
11 donavit, cùm eo ipſo actu renuntiationis involvatur aditio præcedens, & ex eo per neceſſarium antecedens eo ipſo aditio inducitur occultè, & juris miniſterio, prout copioſè videre eſt, ſuprà 1. *part. cap.* 14. *per totum*, nec non etiam *per totum cap.* 16. Imò & per diſcurſum totius quàm plurimas reperies doctrinas originem trahentes, ex illa regula ad principium hujus cap. appoſita.

12 Ex ea etiam prodiit alia & notiſſima, quòd debitor, qui de ſuis bonis majoratum inſtituit, nullo modo ſuis præjudicat creditoribus, nec eorum juri in aliquo detrahit, aut minuere poteſt; imo potius prohibitione alienandi non obſtante, pro eorum ſatisfactione, atque æris alieni ſolutione vinculum ipſum diſſolvitur & bona ipſa vinculata uſque ad creditorum quantitatem libera, & diſſolubilia remanent, libereque, & abſque aliquo impedimento diſtrahuntur, & alienantur. Textus *in l. filius familias.* §. *Divi*, *D. de legat.* 1. *& l. peto.* §. *prædium; D. de leg.* 2. *& l. pater filium*, *D. de legat.* 3. *& l. alienationes*, *D. familiæ erciſcundæ.* Et ex receptiſſima omnium ſententia, quam inter alios probavit Bart. *in d. l. pater filium*, *& ibi* Alberic. rurſus Bart. *in l. Marcellus*, §. *res quæ in prima oppoſitione & ibi* Romanus *n.* 11. *in fine.* Jaſon. *verſ. intellige.* Et Socinus Senior. *n.* 10. *D. ad Trebell.* Cumanus *in d. l. peto*, §. *prædium*, *D. de legat.* 2. Paulus de Caſtro *in l. ultima*, §. *ſed quia n.* 4. *C. commun. de legat.* Jaſon *in l. commodis*, *n.* 4. *D. de re judic. & in Authentica res quæ limitationem* 6. *C. commun. de legat.* Peralta *in l.* 3. §. *qui fideicommiſſum. n.* 118. *D de hæred inſtituend.* Padilla. *in l. unum ex familia*, §. *ſi de falcidia, nu.* 7. *D. de legat.* 2. Socinus. Jun. *conſil.* 28. *n.* 3. *lib.* 2. Natta *conſil.* 110. *nu.* 13. *& conſil.* 145. *nu.* 22. Nevizan. *conſil.* 62. *n.* 89. Cephalus *conſil.* 344. *n. & conſil.* 393. *nu.* 14. *& conſil.* 976. Pancirollus *conſil.* 60. *nu.* 5. Hyeronymus Gabriel. *conſil.* 118. *n.* 6. *lib.* 1. Surdus *conſil.* 7. *nu.* 23. *lib.* 1. Hondedeus *conſil.* 58. *n.* 25. *lib.* 1. Menochius *conſil.* 245. *n.* 21. *& lib.* 4. *præſumpt.* 192. *in fine.* Molina *de Hiſpan. primog. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 4. Mantica *de conjectur. ultim. volunt. lib.* 9. *tit.* 8. *nu.* 11. Gail. *lib.* 2. *practic. obſervat.* 137. *n.* 7. Graffius *in* §. *fideicommiſſum, quæſt.* 58. *nu.* 1. Petra *de fideicommiſſ. quæſt.* 8. *nu.* 315. *& quæſt.* 15. *nu.* 2. *& ſequentib.* Peregrinus *de fideicommiſſ. art.* 40. *n.* 18. *& num.* 22. Intrigolius *de ſubſtitutionibus cent.* 3. *quæſt.* 73. *n.* 417. Surdus *deciſ.* 62. *n.* 21. *& ſequenti.* Abundè Fuſarius *de ſubſtitutionib. quæſt.* 141. *per totam.*

Nec confitendo debitor, aut recognoſcendo ſchedulam privatam poteſt aliis ſuis creditoribus præjudicare; 13
nam licèt confeſſio debiti ſit debiti probatio, intelligitur contra confitentem, qui ſibi ex ſua confeſſione, aut recognitione poteſt præjudicium afferre, *cap.* 1. *& 2. de confeſſis, cap. per inquiſitionem, de elect.* Et ex ea debitor obligatur efficaciter, *l. un. C. de confeſſis, l. cum te, C. de tranſactionibus.*

Non tamen in præjudicium creditorum, ſicuti nec 14
alterius tertii, quia ſimulata, ficta; & fraudulenta præſumitur, fraudandi & eludendi jura creditorum, cauſa emanata, & idcirco in eorum præjudicio in cujus favorem debitor debitum faſſus fuit, inter cæteros creditores adſcribi non debet, *l. duobus*, §. 1. *D. de jurejur. & ibi* Jaſon, Afflictis *dec.* 245. *n.* 11. Tiraqueli. *lib.* 2. *retract.* §. 4. *gloſſ.* 6. *n.* 9. *in fine.* Natta *conſil.* 438. *n.* 9. Roland. à Valle *conſ.* 58. *n.* 14. *vol.* 2. Cephal. *conſ.* 101. *n.* 18. *&* 28. Cavallus *conſ.* 141. *n.* 2. Surdus *conſ.* 326. *n.* 13. Giurba *dec.* 88. *nu.* 3. Maſcard. *de probation. concluſ.* 372. *per totam.* Noguerol. *allegat.* 7. *ex. n.* 24. *& allegat.* 36. *ex n.* 36. *&* 37. Ludoviſ. Sanctius *de inducitis debitorum, quæſt.* 21. *ex n.* 7. *& ſeqq.*

Et loquendo in recognitione ſchedulæ privatæ facta 15
per debitorem, ut non præjudicet aliis creditoribus legitimè aliis probantibus ſua credita. Probant Diaz de Mena *lib.* 1. *practicar. q.* 6. §. 2. *n.* 24. *ad finem.* Bartol. *in l. reperit de fide inſtrument.* Felinus *in cap.* 2. *eodem tit. nu.* 12. Maſcard. *d. concluſ.* 372. *per totam.* Probans recog-
nitionem debitoris, vel cognitionem ſchedulæ nihil 16
probare contra alios creditores, cùm poſſet facile diem anteponere & eos fraudare, & idem probat Tuſchus *lit. R. concluſ.* 50. *n.* 19. *&* 20. Nota per Buratum *dec.* 9. *n.* 1. Gutierrez *practicar. lib.* 1. *quæſt.* 125. *nu.* 23. Azevedius *in l.* 5. *tit.* 21. *lib.* 4. *recopilat. n.* 22. *&* 29. Surdus *conſil.* 547. *ex n.* 7. Decianus *reſponſ.* 81. *nu.* 37. *vol.* 4. Gaito *de creditoribus cap.* 2. *tit.* 3. *n.* 512. Noguerol. *allegat.* 36. *&* 37.

Ex quo Doctores communiter tenent, quod credita, 17
quæ ſolummodo conſtant per debitorum confeſſiones, ſimulata, & fraudulenta præſumuntur, veriſque creditis de quorum cauſa, & veritate conſtat, præjudicare non poſſunt in concurſu creditorum, Gloſſ. Bald. in Angel. *in. l. diverſis, C. qui potior. in pignor. habeantur.* Ripa *in l. privileg. n.* 23. *D. de privileg. credit.* Latiſſimè Sfortia Odus *conſil.* 100. *à n.* 1. *& ſeqq.* Pereyra *dec.* 107. *n.* 2. Barboſ. *in l.* 1. *part.* 1. *nu.* 31. *D. ſolut. matrim.* Gamma *dec.* 226. *nu.* 1. *& dec.* 736. *nu.* 1. Sanctius *de judiciis debitor. quæſt.* 11. *n.* 13. Et probant cæteri omnes doctores hactenus allegati.

Quæ quidem reſolutio, multò magis locum habet, 18
poſtquam concurſus judicium formatum eſt, & debitor ceſſit bonis, nam tunc tanquam fallitus, & decoctus, atque ideo ſuorum bonorum adminiſtratione privatus, nec confiteri debita poteſt, nec privatas ſcripturas recognoſcere in præjudicium, & detrimentum aliorum creditorum, quorum juri detrahere in ſua voluntate, & facultate non eſt, ſed potius ad eos fraudandos ſimulata, & ficta præſumitur confeſſio, ac recognitio, ut in terminis probant Bald. *conſil.* 432. *lib.* 2. Stracha *de deceptionibus, part. ult. n.* 17. Bald. *conſil.* 249. *n.* 1. *lib.* 1. Alias *conſil.* 400. *lib.* 5. Gratian. *diſceptat. forenſ.*

cap.

cap. 391. *num.* 12. *cum ſequentibus.* Curia Philippica 1. *part. lib.* 2. §. 24. *num.* 6. Rebuffus *de litteris dilator. annal. artic.* 1. *gloſſ.* 1. *num.* 67. *verſ.* 5. Ludoviſ. Sanctius *de induciis, d. quæſt.* 11. *num.* 8. & 9. & Stracha *ubi proximè reddit rationem* 2. *part. ultim. part. num.* 31. In hæc. *Sciendum eſt igitur, frequenter evenire, ut ſequuta alicujus decoctione, vel conſanguinei, vel amici de-*
19 *cocloris in fraudem verorum creditorum ſe creditores fingant, cum non ſint, vel ſi fortè creditores aliquandò exſtiterunt, & creditum conſequuti fuerunt adhuc ſe in numero creditorum adjiciant, quod idem docet* 6. *part. num.* 30. & apertiùs hoc idem docet Angel. *conſil.* 213. *num.* 1. Guillelmus de Cuneo *in leg. & ſuum hæredem*, §. *hodie*, *D. de pactis.* Gratian. *diſceptation. forenſ. cap.* 222. *num.* 21. ibi. *Ubi tales poſſint aliis præjudicare, debent eſſe creditores, qui habeant efficaciter obligatos ſuos debitores, vel ita ut nulla obſtet eis exceptio, quæ principalem perimat, aut elidat; cum etiam debeat eſſe creditum verum, non imaginarium, aut ſimulatum*, &c.

20 Et idcircò talis confeſſio fidem non facit præjudicium creditorum. Eſcobar. *lib.* 2. *variar. cap.* 11. *num.* 4. Gutierrez *lib.* 1. *practicar. quæſt.* 125. *num.* 3. Flores de Mena *lib.* 1. *d. quæſt.* 6. §. 2. *num.* 24. qui loquuntur in fallito, & decocto. Scaccia etiam de commerciis, §. 2. *gloſſ.* 5. *num.* 329. & 331. & *num.* 445. Gaito *de credito. cap.* 2. *tit.* 7. *n.* 2409. & *n.* 2421. eleganter Burſatus *conſil.* 119. *n.* 27. & 28. ubi latè fundat inſtrumentum à fallito confectum creditoribus non præjudicare, ſequitur Noguerol. *allegatione* 7. *n.* 24.

Hinc patet; qui confitetur ſe recepiſſe à filio pretium rei venditæ, vel alteri ſe debere, non præjudicat cæteris filiis, quòd ſi confeſſio emanaverit in teſtamento, valebit in vim legati, ita tamen ut ſi fiat confeſſio in favorem extranei ſuſtinebitur legatum intra quintum bonorum, ſi in favorem unius filii, valebit reſpectu tertii, & 5. Parlador. *lib.* 2. *rerum quotidian. cap.* 14. *per totum.* Gutierrez *de juramento* 1. *part. cap.* 4. *ex n.* 21. *cum ſeqq. &*
practic. lib. 3. *quæſt.* 97. *num.* 5. Caſtillo *controverſ. tom.* 5. *cap.* 111. *ex n.* 12. *cum ſeqq.* niſi is, in cujus favorem confeſſio emanaverit, eamdem adminiculis, & conjecturis adjuvet, vel aliter debitum confeſſatum probet.

21 Hinc confeſſio extrajudicialis ad exonerationem conſcientiæ, licèt probet in favorem abſentis, & in præjudicium confitentis, non tamen probat in præjudicium tertii. Maſcard. *de probation. concluſ.* 347. *ex num.* 99. *cum ſeqq. concluſ.* 359. *n.* 25. 30. & 31. *cum ſeqq.* abundè Gaito *de credito. c.* 2. *tit.* 3. *ex num.* 270. *cum ſequentibus*, & vide etiam Caſtillo *controverſ. tom.* 4. *dict. cap.* 111. *ex num.* 12. *& à princip.*

Hinc dotes confeſſatæ à marito non probant in præjudicium creditorum ipſius; nec uxores ex ea fundant ſuam intentionem ad receptionem dotis, niſi etiam verificetur per aliud inſtrumentum, aut aliàs legitimè præcedens dotis promiſſio; quia aliàs facilis pateret via viris ſuos fraudandi creditores; de quo latiſſimè videbis Fontanellam *de pact. nuptial. clauſ.* 14. *gloſſ. unic. part.* 1. *n.* 31. Noguerol. *allegatione* 40. *n.* 8. & *ſeqq. & allegatione* 20. *ex n.* 61. & *ſeqq.* Sanctius ubi proximè *n.* 15. & *ſe-*
22 *quenti.* latiſſimè proſequitur Hermoſill. *ad l.* 9. *tit.* 5. *part.* 5. *gloſſ.* 5. *ex num.* 38. *cum ſeqq. tom.* 1. *ex fol.* 89. & *ſeq.* ubi etiam latè agit de perſonis ſuſpectis, inter quos confeſſio de recepto emanata, licèt probet non oppoſita intra biennium exceptione rei, aut pecuniæ non receptæ; nihil tamen tertiò, aut creditoribus præjudicat; qui per diverſos caſus accuratè diſcurrit.

23 Et *num.* 40. rectè probat, quod confeſſio cedentis, licèt ipſi præjudicet; non tamen præjudicat ceſſionario, ex Bart. *in l. per diverſas, num.* 12. *C. mandati* & poſt plures antiquiores, Corticus *conſil.* 139. *n.* 4. *lib.* 3. Herculanus de probanda negativa *n.* 198. Anton. Gom. *tom.* 1. *variar. cap.* 12. *num.* 81. Aſſlictis *deciſ.* 163. *in fine.* Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 2. *gloſſ.* 2. *num.* 14. Maſcardus *de probation. concluſ.* 379. *per totam*, & *num.* 4. probant etiam Surdus *deciſ.* 256. *num.* 8. Rolandus *conſil.* 85. *num.* 9. *lib.* 2. Noguerol. *allegat.* 22. *num.* 13. plurimos alios laudat D. Joſeph Vela *diſſertat.* 11. *num.* 59. ſed diſtingue interceſſionem factam ad omnimodum 24
commodum cedentis; qui exercitium actionis dumtaxat tranſtulit in ceſſionarium agentem nomine cedentis, ut tunc ſemper ceſſionario noceat, qui contra cedentem habet regreſſum, ſecus quando ceſſio facta fuit ad commodum ceſſionarii, qui adverſùs eum regreſſum non habet, ut tunc confeſſio ceſſionario non noceat. Latiſſimè examinat per diſputationem, reſolutionem, & limitationes Joan. Domin. Gail. *de credit. c.* 2. *tit.* 3. *ex num.* 420. *cum infinitis ſeqq. & de diſtinctione ex n.* 435. *cum ſequentibus.*

Quæ omnia limitantur, quando confeſſio emanata, 25
inter prohibitos aliis adminiculis adjuvatur. Noguerol. *allegat.* 32. *ex num.* 23. *cum ſequentibus*, & vide Hermoſill. *loco citat.* abundè Caſtillo *tom.* 5. *controverſiar. cap.* 111. *ex num.* 10. *cum multis ſeqq.* ubi plenè de tota materia quando confeſſio de recepto probet, vel non inter perſonas prohibitas, vel in præjudicium creditorum, vel tertii.

Et idcircò tertius adverſus confeſſionem de recepto 26
poteſt perpetuò opponere, nec adſtringitur ad biennium. Fulgoſ. *conſil.* 133. & *conſil.* 205. Joſephus Maſcard. *de probat. concluſ.* 310. *num.* 3. & *concluſ.* 361. *num.* 31. & 47. Tiraquell. *de retract. conſanguin.* §. 1. *gloſſ.* 18. *num.* 81. & *ſequentibus.* Anton. Gom. 1. *tom. variar. cap.* 12. *num.* 81. Verſiculo *item infertur, quod ſi pater, & in l.* 50. *Taur. num.* 52. Avendanus *in cap. præter. cap.* 29. *num.* 12. *lib.* 2. ex quibus Azevedius *in l.* 1. *num.* 90. *tit.* 21. *lib.* 4. *recopilat.* tradit, quod hæc exceptio in perpetuum per tertium allegari poteſt. Vincentius Carrocius *in tract. de depoſit.* 1. *p. rubr. de depoſit. probat. num.* 5. ubi confeſſionem de recepto non præjudicare tertio 27
ait Felicianus *de cenſibus* 2. *tom. lib.* 3. *cap. ult. num.* 5. *verſic. quam reſolutionem.* Ubi tradit creditorem, ſi adverſus tertium pignoris poſſeſſorem agat, ex confeſſione de recepto mutuo, opponente tertio exceptionem non numeratæ pecuniæ, teneri veram numerationem probare; quem ſequitur Barboſ. *in remiſſion. ad ordinatio. Luſitan. in princip. num.* 9. Avendanus *de cenſibus cap.* 45. *num.* 22. abundè agit, & comprobat ex variis juris fundamentis Hermoſilla *ad l.* 9. *tit.* 1. *part.* 5. *gloſſ.* 5. *ex num.* 37. *tom.* 2. *fol.* 87. Vide tamen declarationes *ex num.* 44. *cum ſeqq.*

Quo pertinet text. *in l. ſcripturas* 8. *Cod. qui potior.* 28
in pignore habeantur, & *leg.* 31. *tit.* 13. *part.* 5. ex quibus firma deſumitur concluſio, quod habens confeſſionem debiti per privatam ſcripturam non præfertur poſterioribus creditoribus, niſi apocha ipſa ſit trino teſte munita, teſtantibus de tempore, & loco, ac ſubſtantia 29
ipſius. Tunc enim non ſolùm legitimam probationem facit, verùm etiam præferendus venit aliis creditoribus nitentibus publico inſtrumento quoad pignus, & hypothecam contentam in dicto Chirographo, de cujus materia latè agent Anton. Gabr. *commun. opin. tit. de probation. concluſ.* 9. 10. & 11. Gregor. Lopez *in d. l.* 31. maxi- 30
mè *ex gloſſ.* 1. *uſque ad gloſſ.* 4. Covarr. *practicar. quæſt.* 22. *ex num.* 5. Cæſar Bartius *deciſ. Bononienſ.* 21. *n.* 11. Morla *in emporio jur. lib.* 1. *tit. de fide inſtrum. quæſt.* 3. Bertazol. *conſil. crimin.* 295. maximè *ex num.* 9. Petrus Cavallus *conſil* 121. *ex num.* 3. Alexand. Trentacinq. *variar. reſolut. lib.* 2. *tit. de fide inſtrum. reſolut.* 12. *per totam, num.* 20. Magonius *deciſ. Florent.* 122. *num.* 9. Franciſc. *deciſ.* 96. *num.* 6. & *ſeqq.* Bellon. *deciſ.* 13. *ex num.* 13. Rolandus à Valle *conſil.* 84. *ex num.* 2. *volum.* 3. Thomas Triviſan *lib.* 1. *deciſ.* 4. *num.* 9. latiſſimè Scaccia *de judic. cauſar. civil. cap.* 11. *ex num.* 990. Martha *vot.* 53. *per totum.* Thobias Nonius *conſ.* 70. *ex num.* 2. Molina *de juſt. & jur. diſput.* 534. *num.* 21. Matienzus *in l.* 7. *gloſſ.* 5. *n.* 12 *tit.* 16. *lib.* 5. *recopilat.* Rodriguez *de concurſ. creditor.* 2. *p. art.* 1. *ex n.* 12. *cum ſeqq.* Gratianus *diſceptat.* 537. *per totam*, plures allegat D. Joſeph Vela *diſſertat.* 21. *ex num.* 17. latè etiam Her-

mosilla *ad l. 9. tit. 5. p. 5. gloss. 5. ex num. 55. cum sequentibus*, *tom. 1. fol. 99.* D. Larea *decis. 49.* Ludovic. Sanctius *de induciis debitor. c. 11. ex num. 18.*

31 Et est annotanda limitatio D. Joseph Velæ, ubi proximè *num* 21. dicentis chirographum munitum solemnitatibus *d. l. scripturas*, respectu hypothecæ, & pignoris publico instrumento æquiparari, adeò ut si illud sit anterioris datæ instrumento veniat præferendum.

32 Ac per totam dissertationem nervosè defendit chirographum, in quo adest obligatio bonorum, recognitum per debitorem in judicio anteæquam bona sua aliis creditoribus hypothecaret per publicum instrumentum, præferendum esse in hypotheca aliis creditoribus hypothecariis posterioribus ex instrumento, refert Pareia *de*
33 *universa instrument. edit. tit. 1. resolut. 3. §. 5. num. 63. & 64.* qui merito firmarunt præsertim D. Joseph Vela *d. dissert. 21.* maximè *ex num. 23. & ex num. 56. cum sequentibus* quod illa regula, confessionem, & recognitionem debitoris factam in judicio non præjudicare creditoribus, intelligatur, de creditoribus jus habentibus tempore recognitionis, & confessionis judicialis, non verò de iis qui postmodum, & post emanatam recognitionem, ac confessionem jus, & hypothecam in bonis debitoris consequuti fuere; plurimos etiam refert Gratianus *tom. 2. disceptat. 287. ex num. 9. usque ad n.*
34 14. ubi etiam de sententia lata contra antecessorem, ut non præjudicet successori, tunc temporis jus habenti, atque etiam de cessionario, & de aliis similibus.

35 Quorum opinio fulcitur ex auctoritate hujus Cancellariæ Pintianæ in causa dotis confessariæ per maritum in judicio, antequam alii creditores hypothecarii contraxissent cum marito, quibus uxorem præferendam determinavit, & postea bis idem judicabit Senatus noster.

36 Nec dividendo rem cum alio socio communem, pignori per debitorem antea datam creditori, huic præjudicat. Finge, si debitor habens rem communem cum alio socio pro indiviso, rectè potest partem suam indivisam dare pignori, ad text. *in l. unic. C. si communis res pignor. data sit* & post Negusant. Filliucius *de societate, cap. 28. num. 10.* Gaito *de credit. cap. 4. quæst. 7. num.*
37 377. non per subsequentem divisionem inter debitorem, & socium jus creditoris in aliquo immutari potest, *d. l. unic. Cod. si communis res pignori detur, l. 2. Cod. commun. divid. l. 7. §. ult. D. quibus mod. pign. vel hypothec. solut. l. 3. §. fin. D. qui potior. in pignor. habean.* Nam si
38 socio debitoris tota res in divisione adjudicata fuerit, adhuc creditoris hypotheca manet. *l. 6. si fundus. D. commun. dividend.* Eodem modo ac si tota debitori adjudicata fuerit. Balduinus *de pignor. c. 12. quæ res pignor. obligar. poss. colum. 4. versicul. si res nec planè aliena, fol. mihi* 233. cujus rationem reddit post alios Caldas Pereyra *in tract. de emptor. & vendit. c. 9. n. 14. propè finem*, ibi: *Quamobrem in casu propositæ quæstionis defendi*
39 *potest hypotheca rei communis pro diviso possessæ non extingui per adjudicationem, in divisione postea subsequentem, quoniam per hypothecam jus reale adipiscimur, quod rem ipsam afficit, ac sequitur, in quemcumque transeuntem, nec divisione, aut alienatione subsequuta extinguitur, ut in l. si quis putans §. si fundus, D. communi dividund. l. 3. in fin. D. qui potiores. l. si consensit in fin.* & ibi Bart. *D. quibus modis pign. vel hypoth. solv.* Bald. & Salicet. *in l. unic. C. si communis res pignori data sit*, &c. & vide eumdem ex *num. 13.*

40 Quod & idem erit, quando inter debitorem, & socium fuerit per partes divisa, & cuilibet pars adjudicata, puta pro dimidia, quia adhuc super parte dimidia tangente socio durabit creditoris hypotheca pro dimidia dimidiæ partis, & sic pro quarta respectivè ad totam rem, & pro alia quarta tenebitur debitor, cui similiter dimidia pars rei tetigit in divisione. Eo quod in qualibet dimidia est dimidia obligata pro indiviso, quæ obligatio omnes rei partes, complectitur, etiam minimam; & ideo ad quemcumque ipsa res, vel rei pars transierit, semper dimidia totius, vel partis translatæ remanet hypothecæ affecta, quia per factum debitoris dividentis, 41
& alienantis non tollitur jus creditoris habentis in qualibet rei parte quæsitum ex hypotheca præcedente rei indivisæ. *ad text. in l. si consenserit, §. fin. ff. quibus modis pign. solvit.* & per Negusant. Joan. de Amicis *consil. 20. num. 15.* Bart. Granut. & alios tenet Felinus *de societate, cap. 28. num* 31. Cæsar Manent. *decis. 20. num. 39.* latè Gaito *de credit. c. 4. quæst. 7. ex num. 377. & seqq.*

At si socius ad rei communis cum debitore divisio- 42
nem, non debitorem, sed creditorem ipsum provocet (sicut de jure fieri potest) & res tota adjudicetur creditori solventi æstimationem alterius partis, tunc res tota erit in eadem causa, hoc est, tota res adjudicata erit 43
obligata creditori, ita ut debitor totam luere teneatur, ut eam consequatur, nempè soluto debito, pro quo pars indivisa fuit hypothecata, & simul reddito partis pretio, quod creditor dedit in divisionis adjudicatione. *l. 7. §. si debitor, D. communi divid.* Balduinus *ubi proximè, vers. quod si socius meus, &c. loco citato suprà num. 38.*

Quæ omnia Anneus Robertus *rerum judicatarum lib.* 44
3. c. 19. per totum, fol. mihi 707. intelligit in divisione inter socios rei communis, ut per divisionem subsequutam non præjudicet creditoribus socii rem indivisam, & communem hypothecantis; secus autem in re communi inter cohæredes, ut si unus ex pluribus hæredibus ante divisionem jus suum hæreditarium suo creditori hypothecaverit, subsequuta postea divisione inter cohæredes legitimè, & absque collusione facta præjudicet creditori. Differentiæ inter utrumque casum plures rationes reddit ipse Robertus, apud eum videbis an concludentes sint, & admittendæ, cum habeamus jura expressa in contrarium, necnon communem tantorum Doctorum, à qua recedere foret temerarium.

Idem dicimus in usucapione, & præscriptione, quo- 45
niam qui patitur rem usucapi, vel præscribi, videtur alienare, & alienationi consentire; *l. alienationis, ff. de verborum signif.* nec qui alienare prohibetur, potest pati rem usucapi in præjudicium tertii. De iis latissimè plura cumulans ait Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 9. ex n. 249. cum multis seqq.* videndus etiam Petra *de fideicommiss. q. 11. ex n. 596. & seqq.*

Et ideò præscriptio rei hypothecatæ, quam passus 46
fuit debitor, non præjudicat creditori in sua hypotheca. *l. 3. §. certa, ff. quæ in fraudem creditor.* ibi. *Verùm etiam si fortè data opera ad judicium non affuerit, vel litem mori patiatur, vel à debitore non petit, ut tempore liberetur, aut usumfructum, vel servitutem amittit, & omnino qui aliquid fecit, ut desinat habere, quod habet, ad hoc editum pertinet, & l. 4. cod. tit.* ibi, *in fraudem facere videtur, qui non facit, quod debet facere, intelligendum est id est, si non utatur servitutibus.* Quæ jura 47
conveniunt concursui creditorum pendenti, quo formato alienatio prohibita est debitori, & per consequens præscriptio, prout latè probatum fuit *in 1. tom. c. 40.* ubi ad longum disceptatur: at concursu extante, præscriptio non tangit hypothecam, quoniam in usucapione separata esse dicitur quæstio pignoris ab intentione dominii, & ideo dominium rei hypothecatæ potest usucapi, salvo tamen jure pignoris, quod insuper durare potest penes creditorem ad persequendam rem ipsam quocumque vadat, sicut contingit in qualibet aliena- 48
tione facta per debitorem, post contractam hypothecam, absque consensu creditoris, qui jus suum insuper conservat in ipsa re existente penes tertium; ideoque si usucapio adimit dominium à debitore, creditori non detrahit propterea jus hypothecæ, ut probant text. *in l. 1. §. cum prædium*, ibi, *pignoris etenim causam, nec usucapione perimi placuit; quoniam quæstio pignoris ab intentione dominii separatur. D. de pignoribus, l. justo, §. non mutat, D. de usucapionib. l. misso, D. pro emptore, l. 2. D. pro hærede, l. usucapio, C. de pignorib. Balduinus,*

nus, de pignor. cap. 12. *tit. quod res pignori obligari poſſ. poſt princip.* vide elegantes doctrinas *in hac* 3. *part. cap.* 1. *ex num.* 191. *cum ſeqq. verſ. nec lex* 2. *C. de luitione pignoris*, &c. Et quod per uſucapionem, vel præſcriptionem rei hypothecatæ, non præſcribatur hypotheca, ſed adhuc duret, & tranſit res in præſcribentem cum jure hypothecæ, ac ſua cauſa, præ cæteris explicat, & latè comprobat Sarmiento *ſelectarum, lib.* 1. *cap.* 9. *per tot. & lib.* 3. *cap.* 1. *ex n.* 3.

49

Et idem dicimus de ſententia, & re judicata obtenta per tertium contradebitorem, quâ condemnatur ad rei hypothecatæ reſtitutionem alteri ſe dominum aſſerenti, & probanti, & hæc ſententia, & res adjudicata non præjudicat creditori ignoranti litem agitari inter debitorem, & tertium in re dominium pretendentem, & vindicantem, ſecus ſcienti, aut aliàs citato text. eſt *in l. ſæpè, ff. de re judicata*, ſecundùm lecturam Piſanam. text. etiam *in l. ſi ſuperatus, D. de pignor. l. ſi mater. §. fin. D. de except. rei judic. l.* 3. §. *certa.* ibi, *verùm etiam, ſi fortè data opera, ad judicium non affuerit, vel litem mori patiatur, ff. quæ in fraudem creditorum.* Bart. gloſſ. & Doctores notant *in dictis juribus.* Alexand. poſt alios *in dict. l. ſæpè, colum.* 21. *verſic. circa ſecundum caſum.* Bart. *in l. ab executore*, §. 1. *D. de appellationib.* Balduinus *in tract. de pignorib. cap.* 12. *tit. quæ res pignori obligari poſſunt.* Covarr. *practic. cap.* 13. *ex num.* 7. optimè declarat Neguſantius *de pignorib. membr.* 3. *p.* 6. *principal. ex num.* 39. *cum multis ſeqq.* Caſtillo *tom.* 6. *controverſ. cap.* 157. *num.* 26. Surdus *conſ.* 189. *n.* 46. Gratianus *diſceptat. forenſ. tom.* 2. *cap.* 287. *num.* 10. *&* 11. Franciſc. à Ponte *conſil.* 57. *n.* 2. *&* 3. *& conſil.* 90. *num.* 4. *&* 5. Gregorius Lopez *in l.* 20. *tit.* 22. *part.* 3. *gloſſ.* 18. optimè explicat poſt alios Sigiſmundus Scaccia *de appellat. quæſt.* 5. *num.* 59. ubi limitat, quando debitor fuit contumax, aut quando colludit cum adverſario, ut tunc creditori etiam ſcienti non præjudicat res judicata; & ideò ſi debitor plenè fuit detentus, & creditor ſcientiam habuit litis motæ, ſententia ſuper pignoris dominio nocet etiam creditori; plenè Scaccia *ubi proximè, d. n.* 59.

50

51

Secundò, limitatur dicta concluſio, ut procedat in pignore aut hypotheca tradita creditori, & ab eo detenta; at verò quando debitor non tradidit pignus creditori, tunc procul dubio ſententia lata contra debitorem ſuper dominio rei hypothecatæ præjudicat creditori, ſive ſcienti litem agi, ſive ignoranti; nam præfata jurium concluſio non procedit in ſola hypotheca abſque ejus traditione; quia hoc caſu defenſio rei hypothecatæ non pertinet ad creditorem principaliter, ſed ad debitorem, ideo tunc ſententia lata contra debitorem præjudicat creditori in conſequentiam, ita notanter voluerunt Raphael *in Authent. de fidejuſſoribus*, §. *ſed nec refert*, & ſequitur Alexand. *in d. l. ſæpè, colum.* 30. *verſ. ſecundario dicitur*, dicens diligenter eſſe notandum, ſequitur Neguſant. *de pignorib. d. membr.* 3. *part.* 6. *princip. ſub num.* 39. *verſ. tertio limitatur iſta concluſio.* Idem tenet Joan. Anton. Manguilius *in tract. de evictionibus, quæſt.* 177. *num.* 31. *& num.* 43. qui omnes, & alii ab eis citati in hoc conveniunt, ut jura ſupradicta procedant (prout expreſsè loquuntur) in pignore tradito, non in hypotheca non tradita creditori.

52

53

Et per gloſſam *in leg. de unoquoque, in verb. qui cauſa, ff. de re judicata*, & Tiraquell. *in tract. res inter alios acta. limit.* 1. atque Surdum *in deciſ.* 258. *num.* 1. necnon Rotam *in deciſ.* 584. *num.* 3. *part.* 2. *recent.* tenuit in terminis Rota *in deciſ.* 219. *ex num.* 3. 4. *&* 5. inter recollectas per Ludoviſc. Poſt. *poſt tract. de manutentione*, ubi expreſsè agit de uxore habente tacitam hypothecam in bonis mariti, ut nec debuit citari ad litem motam per creditorem contra maritum, contra quem obtinuit immiſſionem, eo quod ipſa mulier tanquam creditrix hypothecaria non poſſidebat hypothecam, ſuper qua fuit tertius creditor immiſſus. Mirabiliter conducunt, quæ Ludoviſc. Poſt. *in tract. de manutentione, obſerv.* 11. *num.* 4. 5. *& num.* 12. *&* 13.

Sed quid è contra de ſententia ſuper re pignorata lata contra creditorem, an præjudicet debitori ſcienti, vel ignoranti? Vide eumdem Neguſantium *loco cit.* 54

Tertiò, limitatur præfata jurium concluſio, quando propter commiſſum ſententia lata ſit contra debitorem emphyteutam, quæ præjudicat emphyteutæ creditoribus habentibus hypothecam in re emphyteutica, etiam ignorantibus litem inter dominum & debitorem, & etiam non citatis. Urſillus ad Afflictum *deciſ.* 369. *n.* 2. Marius Giurba *deciſ.* 91. *num.* 12. 55

Deinde ſi ſententia afferatur contra debitorem concurſu pendente litigantem cum uno creditore ſuper ſuo credito, non propterea præjudicat aliis creditoribus non citatis, quominus iſti poſſint reclamare, ratione ſui juris, & opponere de colluſione, aut aliàs docere de non jure creditoris, quia vel talis nunquam fuerit, vel ſi fuerit; jam eſſe ſolutum, & de aliis ſimilibus exceptionibus, tale creditum ſubvertentibus, vel contra inſtrumentum crediti, aut probationem, ut ex Vincentio de Franchis *deciſ.* 523. *n.* 13. *& deciſ.* 524. Surdo *deciſ.* 256. Franciſcus Aponte *conſil.* 75. *& conſil.* 90. & Molina *de Hiſpanor. primogen. lib.* 4. *cap.* 8. tenent Antoninus de Virgilio *in tract. de legitimatione perſonarum, c.* 12. *num.* 28. *&* 29. 56

Nam poſtquam judicium concurſus creditorum eſt motum, & pendens, omnes controverſiæ motæ contra debitorem ſunt ſimul tractandæ cum cæteris creditoribus, cum in iis intereſſe habeant, & ſint partes legitimæ, & ideo citandi, & audiendi ſunt ſuper ſuis exceptionibus, & oppoſitionibus, ut per Coſtam de ratione ratæ probat Gaito *de credito. cap.* 4. *quæſt.* 11. *n.* 1535. *& duobus ſeqq.* 57

Et idem reſpectu prælationis, reſpectu ſcilicet cæterorum creditorum, de qua nec actum fuit, nec agi potuit in primo illo judicio contra debitorem, quia iſte nullum habet jus, aut intereſſe aliquod ſuper prælatione, quod ſolum competit creditoribus inter ſe ipſos, prout abundè probavimus ſuprà 1. *p. cap.* 16. *ex num.* 22. *cum multis ſeqq. verſ. deinde quia hoc judicio concurſus*, &c. Et alibi pluries diximus ſuprà hoc cap. *n.* 4. *&* 5. & latiùs hac 3. *p. c.* 3. *ex n.* 52. *cum ſeqq.* 58

Adeò, ut ſi debitor communis in alio diverſo judicio, & coram alio judice, competente tamen, victus fuerit ab uno creditore ſuper credito ſolvendo, adhuc tamen pro ipſa exactione creditor vincens debet recurrere ad univerſale judicium creditorum à debitore formatum, ut ibidem inter cæteros graduetur, & de ſuo jure iterum controvertatur, ſi per cæteros creditores dubitetur, & opponatur contra creditum, & ſententiam, quæ illis non præjudicat non citatis, ut dictum eſt, & latiùs videndum *dicto c.* 16. *ad longum.* 59

Et prædictorum omnium una eſt ratio; nam qui non poteſt alteri præjudicare alienando, vel aliquid agendo; minus poteſt præjudicare, conſentiendo, aut patiendo, ut aliquid fiat. Decius pulchrè *conſil.* 445. *num.* 24. Cravetta *conſil.* 157. Romanus *ſingulari* 312. Patiſius *conſil.* 309. *num.* 36. *volum.* 3. Montier. *deciſ.* 38. *num.* 30. Giurba *deciſ.* 8. *num.* 13. nec paciſcendo, aut tranſigendo, Giurba *deciſ.* 169. *num.* 12. Ponte *conſil.* 6. *num.* 35. 36. *&* 39. *& conſ.* 7. *num.* 6. Lancellotus *de attentatis*, 2. *part. cap.* 12. *ampliat.* 14. *num.* 8. *&* 9. Cavalcanus *deciſ.* 5. *num.* 25. *part.* 4. Landerc. *conſil.* 21. *num.* 3. Bimius *conſil.* 262. *num.* 50. Scaccia *de appell. quæſt.* 27. *limit.* 6. *memb.* 4. *num.* 44. *&* 45. nec omittendo rem pro derelicto, quod fortius eſt. Bart. *in l. quod ſervus, D. de ſtipulatione ſervorum.* Giurba *d. deciſ.* 8. *num.* 13. & eſt text. expreſſus *in l. ſed ſi rem ſuam pro derelicto habuerit, ut quis eam ſuam faciat*, 5. *ff. quæ in fraud. creditor.* alioquin facilè fieret fraus tertio, & creditoribus. Giurba *ibid.* 60

61

62

Principalis tamen regula, de qua à principio hujus cap. ut per factum voluntarium debitoris diſponentis de ſuis bonis nullo modo detrahatur juri creditorum, dupliciter 63

dupliciter limitatur; primo, quando in initio, & origine acquisitionis rei apponitur aliquod pactum in favorem etiam posterioris creditoris, ut in re acquisita per debitorem præferatur anterioribus, prout ex pluribus Doctoribus probavimus suprà 2. *part. c.* 14. *ex num.* 108. *cum sequentibus, vers. imò, & quod plus est*, &c. ubi latiùs videbis expeditam hanc singularem limitationem.

64 Secunda limitatio erit, quando jus debitoris, quod habet in re hypothecata suis creditoribus, resolvitur ex aliqua causa antecedenti, & necessaria, non vero voluntaria, & ex facto voluntario ipsius debitoris, aut quando aliàs resolvitur, extinguitur ipsa res, seu jus hypothecatum, annihilatur ex natura ipsius rei, ut tunc hypotheca contracta medio tempore pariter resolvatur, & annihiletur, jusque creditorum quoad ipsam dissolvitur, & evanescit, ita post plures Doctores, & jura diximus suprà 2. *part. cap.* 27. *ex num.* 36. *cum seqq. vers. quoad secundum hujus capituli articulum*, &c. ubi latiùs videbis aliam celebrem quæstionem prædictis conducibilem videbis, *in capite sequenti*, *ex num.* 29. *cum sequentibus, vers. ex qua resolutione alia singularis*, &c.

65 Denique pro coronide hujus capitis declarandus, & interpretandus venit text. valdè singularis, *in leg.* 1. §. *ex contrario*, *ff. de separationibus*, qui quidem videtur refragari regulæ hactenus à principio hujus capitis comprobatæ, quod debitor ex facto suo nullo modo potest suis creditoribus præjudicare, cum contrarium expressis verbis dicat text. *in dict.* §. *ex contrario*; cujus verba sunt: *ex contrario creditores Titii separationem non impetrabunt; nam licet alicui adjiciendo sibi creditores, creditoris sui facere deteriorem conditionem; at qui igitur adiit hæreditatem debitoris mei, non facit meam deteriorem conditionem, quia licet mihi separationem impetrare, suos verò creditores oneravit, dum adiit hæreditatem, quæ solvendo non est, nec petierunt*
66 *creditores ejus separationem impetrare.* Ecce apertissimè debitorem quasi contrahendo per aditionem hæreditatis sibi delatæ, quæ non est solvendo, suis præjudicare debitoribus, alios hæreditarios sibi, & illis adjiciendo; qui ex omnibus hæredis bonis solvendi sunt, non solum ex bonis hæreditatis, sed ex suo proprio patrimonio. Et augetur difficultas, quoniam licèt debitor sibi diversis temporibus adjiciat creditores, & omnibus bona sua obliget, semper priores potiores sunt, nec per adjectionem hujusmodi aliquod detrimentum patiuntur; sed in solutione, & ex actione præferuntur, ita ut si bona debitoris omnibus non sufficiant, posteriores damnum patiuntur, & insoluti remanent, ad latè tradita hac 3. *part. cap.* 11. *& cap.* 6. *& cap.* 14. Sed
67 revera text. *in d. l.* 1. §. *ex contrario*; nullatenus opponitur nostræ constanti resolutioni, cum text. ille non loquatur in creditoribus hæredis hypothecariis, quibus de jure debitor novos adjiciendo creditores non præjudicat, sed omnium anterioritas temporis servatur, ex integris titulis. *ff. & Cod. qui potiores in pignor. ha-*
68 *beant*; sed text. ille loquitur juxta juris regulas in creditoribus hæredis debitoris merè personalibus, & chirographariis, inter quos non attenditur temporis anterioritas, nec datur prælatio, sed omnes simul pro rata admittuntur, & in tributum ad bona debitoris, quæ si solvendo non sint, omnes pro tota, & proportionabiliter juxta uniuscujusque quantitatem solvuntur, ita ut si bona omnibus non sufficiunt, eodem modo, & pro sua rata inter omnes damnum distribuitur; prout copiosè explicuimus suprà 2. *part. cap.* 4. *ex num.* 140. *versic. deveniamus ad ultimam rem*, &c. *usque ad fin. cap. quare hæres debitor*, per aditionem adjiciendo suis creditoribus personalibus, alios hæreditatis similiter personales suis præjudicat, quoniam si bona debitoris solvendo non sint omnibus, minus quilibet consequitur, cum inter omnes pro rata distribuenda sint; & separatio bonorum, quæ conceditur hæreditatis creditoribus, quibus per aditionem, & confessionem bonorum hæres præjudicare non potuit, cæteris hæredis creditoribus denegatur, cum illis chirographariis præjudicare possit debitor abeundo, & cum aliis noviter quasi contrahendo, ut inquit text. *in d.* §. *ex contrario.*

Et in terminis quod iste text. loquatur in creditoribus personalibus, naturaliter intellexit, & declaravit Amad. Rodriguez *de concursu creditor.* 2. *p. artic.* 3. *num.* 1. *&* 2. *fol.* 97. ac iterum *art.* 4. *num.* 13. *fol.* 100. licèt sic explicitè non loquatur, quem text. in alium propositum interpretamur suprà 1. *p. cap.* 9. *ex num.* 16. *& seqq.* 69

---

§. Unic.

Prior creditor qui passus est, & consensit alium inferioris gradus suum creditum prius exigere, vel rem sibi hypothecatam ei obligari, an creditoribus intermediis præjudicet, vel an prorsus jus suum reale, & prælationem amittat, quoad omnes creditores?

Et de uno, & eodem creditore pro diversis creditis diversimodè, & interpolatè graduando.

SUMMARIUM.

1 *Creditor anterior consentiens, ut alteri pignus obligetur, an præjudicet creditoribus intermediis.*

2 *Creditor anterior cedens inferiori gradum, & prælationem suam dumtaxat ad exigendum, an non solum sibi, sed & intermediis etiam præjudicet creditoribus.*

3 *L. Paulus respondit* 12. *ff. quibus mod. pign. vel hypoth. solu. determinatio adducitur.*

4 *Creditor consentiens, ut pignus pignori detur, pignus remisisse videtur, non alium loco sui constituisse.*

5 *Creditor consentiendo, ut res alteri pignoretur, jus pignoris, prorsus amollit, & creditor merè personalis remanet.*

L. Lucius Titius, 11. *ff. quib. mod. pign. vel hyp. solum ponderatur. ibid.*

6 *Quid inter contrahentes actum fuerit attenditur, an voluerit creditor totum jus pignoris dimittere, an solum gradum, & prælationem.*

L. Creditor, qui prior, 12. §. *si tecum*, *ff. qui potior. in pign. habeant adducitur. ibid.*

7 *Jurisconsultorum varietas circa pignoris, aut prælationis remissionem annotatur.*

8 *L. Jubemus. Cod. ad Senat. Conf. Velleia restringens indistinctè renunciationem hypothecæ adducitur.*

9 *Creditorem consentientem, ut pignus alteri obligetur non amittere prorsus jus hypothecæ quoad omnes creditores, sed quoad illum tantum cui consentit, qui teneant.*

10 *Renunciatio strictè interpretatur non extendenda ad alias res vel personas.*

11 *Consensus prioris creditoris, ut alteri pignus obligetur; quando restricta intelligitur solum tribuit prælationem, & ordinem exigendi ei, cui consensus accommodatur respectu consentientis, non respectu intermediorum utrique præferuntur.*

12 & 13. *L. Paulus, ff. quib. mod. pign. vel hyu. solu. pro hac opinione ponderatur.*

14 *Secunda opinio refertur tenentium creditorem simpliciter consentientem, ut pignus alteri pignoretur videatur omne jus pignoris renunciare quoad omnes.*

15 Consen-

15 *Consentire ut pignus pignori detur idem operatur, ac si consentiat, ut res alienetur, quoad pignoris amissionem juxta Donellum.*

16 *Per consensum prioris, ut pignus alteri obligetur, iste illius locum non subintrat, sed jus secundi intermedii confirmatur.*

17 *& 18. D. l. Paulus, verba ad idem ponderantur ibidem.*

19 *& seqq. Tertia opinio Saliceti distinguentis verior, & communior est.*

20 *Consensus prioris creditoris si sit generalis ut debitor possit pignus obligare, non contemplata certa persona; inducit amissionem juris quoad omnes creditores.*

21 *Consensus anterioris creditoris commodatus, restrictus ad certam personam, restrictè operatur quoad eam dumtaxat, ita ut non quoad omnes creditor jus pigneris amittat.*

22 *Saliceti verba recensentur.*

23 *& 24. Saliceti distinctionem plures alii Doctores sequuntur, relati.*

25 *D. Larrea utriusque opinionis terminos, & effectus referens notatur.*

26 *Consensus anterioris quando non operatur quoad omnes creditores tertius cui accommodatur, subintrat gradum consentientis, huicque præfertur intermediis, creditoribus autem utrique.*

27 *Creditores intermedii gradatim ascendunt locum anterioris consentientis, & sicut præferuntur tertio, ita & anteriori cui tertius præfertur.*

28 *Per consensum anterioris absolutum pignus in totum dissolvitur, & secundus primum locum occupat; secus quando in gratiam alicujus consensus fuit accommodatus.*

29 *Tertius, cui specialiter accommodatur consensus quoad exactionem non occupat primum gradum consentientis.*

30 *Creditor anterior per generalem consensum ut debitor possit alteri pignus obligare, remanet creditor personalis, quia jus hypothecarium amisit.*

31 *D. l. creditor, qui prior 12. §. si tecum, ff. qui potiores ponderatur.*

32 *Primus qui debitori tradit, creditum remisisse non intelligitur, sed creditor manet personalis.*

33 *Creditor tertius, cui anterior nominatim concessit licet præferatur anterior, non tamen intermediis.*

34 *Creditores intermedii per consensum anterioris, gradatim ascendunt ejus gradum, & præferuntur anteriori, & ei, cui iste consensit.*

35 *Tertius cui anterior consensit, antelationem intermediorum non consequitur cessante cessione.*

Nec antelationem consequitur, nisi à tempore quo contradixit, ibid.

36 *Medii creditores præferuntur anteriori qui consensit præferri à tertio.*

Medius vincit tertium, à quo vincitur primus, ibid.

37 *& 38. Creditor nunquam jus suum amittit per consensum, quod specificè reservavit.*

39. 40. 41 *& 42. Petri Surdi locus insignis in proposito refertur.*

43 *Anterior qui consensit sub juris sui reservatione, quo ordine, & loco exigere potest, remissivè.*

44 *& seqq. Inter creditorem, cui anterior pignori consensit, intermedios, & anteriorem quo ordine fiat exactio.*

45 *Prælatio læsa per anteriorem posteriori creditori multum distat à cessione quæ per primum fit posteriori, vel tertio solventi.*

46 *Prælationem licèt cedat creditor anterior, creditor hypothecarius adhuc remanet.*

In creditore hypothecario anteriori tria diversa jura concurrunt, jus pignoris, jus prælationis, ipsum creditum, ibid.

47 *Jus pignoris si quis amiserit, prælationis jus evanescit.*

48 *Prælationem qui cedit, creditor manet hypothecarius.*

49 *Hypotheca non est de natura, nec de substantia contractus, ex cujus existentia, vel defectu valor contractus non dependet.*

50 *Hypotheca absque expressa contrahentium conventione nequaquam contrahitur.*

51 *Nec subintelligitur in contractu, si omittatur à contrahentibus.*

52 *Potest quis esse creditor hypothecarius absque prælatione.*

53 *Hypothecæ jus solum cedi, & ligari potest sine crediti corruptione, vel remissione.*

54 *Prælatio cedi potest, manente credito, & hypotheca.*

55 *L. Creditor qui prior, §. tecum, ff. qui potiores, ad id ponderatur, ibid.*

56 *Creditor inferior, cui anterior consensum super hypotheca accommodavit huic ordinem exactionis tacitè renuncianti præfertur.*

57 *Per consensum specificum creditor non amittit jus hypothecæ quoad omnes, licèt jus prælationis, quoad intermedios, & tertium amittat.*

58 *Consensus anterioris specificè tertio accommodato habet vim tacitæ cessionis, & pacti inter utrumque quoad prælationem.*

59 *Creditor posterior, cui anterior prælationem suam cessit, non solùm ei, verum & omnibus intermediis præfertur.*

60 *Et inter eos fit reciproca transformatio, & graduum permutatio, ultimo in locum prioris, & priore in locum ultimi subrogato.*

Salvo, & intacto manente jure intermediorum creditorum, ibid.

61 *Creditor anterior cedens prælationem inferiori; licèt maneat hypothecarius, non exigit immediatè post cessionarium.*

62 *Sed post omnes intermedios creditores.*

63 *& 64. Creditor anterior tot gradus descendit, quot inferior cui cessit prælationem, ascendit.*

65 *Creditor anterior licèt inferior cesserit prælationem, & tempus anterius, non tamen tempus subsequens.*

66. 67. 68 *& 69. Anterior qui prælationem cedit inferiori non desinit esse creditor hypothecarius quoad debitorem, tertium possessorem, & alios post cessionem contrahentes.*

70 *Per prælationem cessam inferiori creditori solus anterior præjudicatur, non creditores intermedii quorum gradus non variatur.*

71 *& 72. Quando jus pluribus gradatim competit uni post alium primus perceptionem, aut renunciationem in favorem inferioris factam, sibi dumtaxat, non verò intermediis præjudicare potest.*

73 *Prælationis jus receptum ab inferiori creditore coarctatur ad jus, quod habet anterior cedens.*

74 *Prælationis cessio restringitur ad quantitatem pecuniæ debitæ anteriori creditori cedenti, & non amplius.*

75 *Cessionario non plus in jus competit quàm cedenti.*

76 *Anterior creditor 100. cedens prælationem inferiori creditori pro 200. solùm pro sua 100. transfert prælationem.*

77 *Inferior cui prælatio anterioris creditur, dupliciter habet hypothecam, suo & alieno nomine; & in quo cessio fuerit inefficax, suppletur per jus propositum.*

78 *Creditor duplicem gerens personam suam & cessionariam licèt confiteatur pecuniam recepisse à debitore, pro resto, intelligitur pro proprio credito.*

79 *Creditor inferior si virtute prælationis cessæ, suum etiam creditum inferioris gradus exegerit, notum faceret præjudicium intermediis.*

80 *Creditor inferior pro 200. recipiens prælationem ab anteriori pro centum dumtaxat creditore, pro hac rata parte recepisse intelligitur.*

81 *& seq. Creditor anterior pro 200. qui prælationem cessit infe-*

inferiori pro 100. *creditori, nec non iſte, & intermedii creditores, quo ordine erunt graduandi.*

Inferior pro rata prælationis ceſſæ aſcendit ad priorem gradum, æqualiter cum anteriore cedente, & pro ſuo reſto concurrente poſtpoſitis intermediis, ibidem.

82 *Anterior poſt ceſſam prælationem limitatam retinet ſuum proprium gradum pro quantitate crediti ſibi remanente.*

Et concurrit pro rata in eodem gradu cum inferiori cui ceſſit prælationem. ibid.

83 *Cedens partem ſui crediti, & ceſſionarius concurrunt æqualiter in eodem gradu unuſquiſque pro ſua rata.*

84 *Duo ceſſionarii unus poſt alium cauſam habentes ab eodem creditore concurrentes, nullam inter ſe habent prælationem, ſed æqualiter, & eodem gradu, extinguunt unuſquiſque pro ſua rata.*

85 *Anterior qui ſolam prælationem ceſſit pro parte ſui crediti, pro ea poſtponitur intermediis creditoribus.*

86 *Unus creditor contra eumdem debitorem plura, ac diverſa credita habens plurium diverſorum creditorum perſonam repræſentat.*

87 *Ita pariter pro ſingulis creditis juxta uniuſcujuſque gradum, ac prælationem graduatur, interpolatè inter cæteros creditores.*

88 *Plurima ad id, & mirabilia jura adducuntur.*

L. creditor qui prior, §. ſi idem his, ff. qui pot. ibid.

89. *L. quærebatur* 21. *ff. eodem tit. quæ loquitur in pulchro caſu.*

90 *Creditor pro certa ſumma hypothecarius poſtmodum pro alia diverſa ſumma eadem, & alia bona obligavit in contractu novante pro prima ſumma præfertur interim contrahentibus; pro ſecunda & intermediis præferuntur.*

91 *L. ſi prior.* 13. *cum l.* 3. *ff. qui potiores, exornatur.*

92. 93. 94. 95 & 96. *Pignora eadem in ſecunda obligatione novante repetita, tempus, & prælationem conſervant, in quibus & non in aliis ſimul obligatis primus creditor præfertur intermediis.*

97 *Pignora pro duobus creditis eodem tempore eidem creditori obligata, ſi vendantur credita in utriuſque ſolutionem pro rata cujuſlibet crediti.*

98 *Secus ſi diverſis temporibus pignora obligentur, quia tunc prius creditum priùs ſolvitur, & in reſiduo ſecundum.*

L. pupilli, §. cum eodem tempore ff. de ſolutionibus, aliæ ad idem adducuntur, ibid.

99 *Creditor inferior, cui per anteriorem fuit facta fuæ prælationis ceſſio, ſi plus quàm cedenti debebatur exegit, reſtituit ſuperfluum intermediis creditoribus.*

100 *Creditor inferior, cui per anteriorem fit prælationis ceſſio, ſub conditione ut iſte immediatè poſt eum exigat, an præjudicet intermediis, & an iſtis renitentibus ceſſio inefficax reddatur, cum ſequentibus.*

101 *Prælatio ceſſa inferiori eum anteponit omnibus creditoribus intermediis.*

102 *Et poſt eum intermedii anteriori cedenti præferuntur.*

103 *Pactum inter anteriorem, & poſteriorem numquam officit creditoribus intermediis, qui illi non interfuerant.*

104 *Sententia ſuper prælationes inter anteriorem & poſteriorem creditorem lata non præjudicat intermediis.*

105 *In anterioris poteſtate cum inferiore paciſcentis non eſt jus intermediorum ſubvertere.*

106 *& ſeq. Prælationis ceſſio ſub conditione ut cedens immediatè exigat, ſi intermedii creditores renuunt, evaneſcit.*

107 *Reſervatio facta in remiſſione ſui juris omnino inter contrahentes ſervatur.*

108 *Reſervatio conſervat jus pignorum, quoad prælationem & privilegium cauſæ.*

109 *Clauſula* non aliàs nec alio modo, *reddit contractum conditionalem.*

110 *Et eſt clauſula limitativa voluntatis & conſenſus præſervativa juris in caſu contrario.*

111 *Et conſenſum à contractu adimit, ita ut nihil actum videatur inter contrahentes.*

112 *Et habet vim reſolutionis contractus ab initio.*

113 *Conditione in ceſſione prælationis non ſequuta, ceſſa prælatio, nihil prodeſt inferiori ceſſionario, qui manet ut antea in ſuo infimo loco.*

114 *Qui ſi inſuper ea utatur, quod exegerit, reſtituet anterioribus.*

HAS quæſtiones difficiliores reddiderunt Juriſconſultorum reſponſa, quæ varia ſunt, & intricata, quibus mehercle ceſſantibus facile vincerentur, ex noviſſimis juris principiis. Ut igitur clariores red- 1
dantur, diſtinctè procedendum erit. Aut enim contendimus circa creditorem priorem, cui pignus fuit obligatum, conſentientem alteri tertio etiam obligari, an præjudicet creditori, vel creditoribus intermediis? Aut enim agimus de priore creditore hypothecario 2
conſentiente, ut alius inferioris gradus vel tertius & novus creditor prius exigat, ita ut ei tantùm cedat prælationem, & gradus anterioritatem, non etiam jus pignoris. An iſta prælationis ceſſio & conſenſus præjudicet, non ſolùm ipſi priori creditori, verùm etiam aliis intermediis?

Prius diſtinctionis membrum nonnulla jura deter- 3
minarunt; variè tamen, obſcurè, & interdum contrariè; Paulus etenim *lib. reſponſorum*, quæ eſt *l. Paulus reſpondit* 12. *D. quibus modis pignus, vel hypoth. ſolvit.* abſolutè determinavit priorem, & potiorem creditorem in pignore conſentientem, ut debitor communis alteri tertio, & novo creditori rem eamdem obliget; prorſus amittere jus pignoris, idque remiſiſſe non ſolùm quoad tertium, qui conſenſit, ſed & quoad omnes intermedios, nec non alios creditores hypothecarios poſtea contrahentes cum debitore; adeò, ut licet tertius (cui prior conſenſit) iſto ſit potior in pignore; adhuc tamen non excludit intermedium creditorem, quia ille in locum prioris non ſubrogatur, ſed in ſuo juxta tempus contractus, & conſenſus remanet, ita ut ſecundus intermedius (& ſic de ſingulis intermediis creditoribus) aſcendat ad priorem gradum, primo jam prorſus per conſenſum ſublato à jure pignoris univerſo, & remanente creditore chirographario & perſonali dumtaxat; verba Juriſconſulti hæc ſunt: *Paulus reſpondit Sempronium antiquiorem creditorem conſentientem, cum debitor eamdem rem Titio creditori obligaret, jus ſui pignoris remiſiſſe videri, non etiam tertium in locum ejus ſucceſſiſſe: & ideo medii creditoris meliorem cauſam effectam. Idem obſervandum eſt, etſi reſpublica tertio loco crediderit.* Quem text. ita ſummat Bar- 4
tol. *Qui conſentit, quod pignus pignori detur, videtur* 5
pignus remiſiſſe, non alium loco ſui conſtituiſſe. Et quod in hoc caſu prorſus ſit conſentiens creditori jus pignoris ſublatum, ita ut ſimplex, & perſonalis maneat creditor, probat expreſsè text. *in l. Lucius Titius* 11. *D. quib. mod. pign. vel hypothec. ſolvit*, ibi: *Caiam Seiam, quæ viro pro filia communi in dotem eadem pignora danti conſentit, cum communis filiæ nomine darentur, remiſiſſe videtur, obligationem autem perſeveraſſe.* Conſonat *l. ſi poſt pignus vero debitori redditum; ſi pecunia ſoluta non fuerit, debitam poſſe peti dubium non eſt, niſi ſpecialiter contrarium eſſe probetur, D. de pactis.*

Martianus autem non ita abſolutè reſolvit, ſed mi- 6
tius ſuam reſolutionem temperavit; *in l. ſi creditor qui prior* 12. *§. ſi tecum, D. qui potior. in pignor. hab.* Reducens quæſtionem ad id, quod inter contrahentes actum fuerit, an voluerit creditor totum pignoris jus remittere; an ſolum locum, & gradum, & ordinem exigendi à debitore communi; ita ut adhuc jus pignoris remaneat creditori anteriori conſentiens, qui dimiſſo, &

& ſoluto ſecundo, cui conſenſit, & potiorem ſe fecit, poteſt in reſiduo hypothecæ creditum ſuum conſequi, verba text. ſic ſe habent: *Si tecum de hypotheca paciſcatur debitor, deinde cum alio tua voluntate: ſecundus potior erit, pecunia autem ſoluta ſecundo, an rurſus teneatur tibi, rectè quæritur, erit igitur facti quæſtio agitanda, quid inter eos actum ſit, utrum ut diſcedatur ab hypotheca in totum, cum prior conſenſit creditor, alii obligari hypothecam: an ut ordo ſervetur, ut prior creditor ſecundo loco conſtituatur.*

7 Vides igitur, quàm variè loquuntur Jure conſulti. Paulus ſupponit ex ſolo conſenſu prioris creditoris remiſſam, & reſolutam eſſe hypothecam abſolutè quoad omnes creditores. Ita ut amplius creditor hypothecarius dici nequeat; Martianus autem expreſſam remiſſionem pignoris requirit, ut abſolutè intelligatur quoad omnes, ibi: *Quid inter eos actum ſit, utrum ut diſcedatur ab hypotheca in totum*, & hoc §. hoc modo intelligit Bartol. quem ita ſummat. *Si res obligata alteri obligetur de voluntate creditoris, quoad illum prior hypotheca inutilis eſt, quoad alios inſpiciur; quid actum eſt.*

8 Et per contrarium, *leg. jubemus, Cod. ad Senat. conſult. Velleian.* expreſsè determinat, hypothecæ renunciationem eſſe omninò reſtringendam ad perſonam, cui fit; & ſic ejus reſpectu dumtaxat eſſe attendendam; non autem extendendam quoad alias perſonas, quibus creditor conſenſum non præſtitit. In hæc: *Jubemus licere mulieribus, & pro uno contractu, vel certis contractibus, ſeu pro una, vel certis perſonis, ſuis rebus juri hypothecarum ſibi competenti per conſenſum proprium renunciare, quodque ita geſtum ſit, hac authoritate noſtra firmum, illibatumque cuſtodiri: ita tamen ut & generaliter tali renunciatione pro uno (ut dictum eſt) contractu, ſeu cæteris contractibus, vel ad unam, ſeu ad certas res, ſeu perſonas conſenſum proprium accommodantes uſæ ſint, vel fuerint, ea denunciatio ad illos contractus, & illas res, ſeu perſonas, quibus conſenſum ſuum proprium accommodaverunt, vel accommodaverint, coarctetur: nec aliis quibuſdam contractibus, quibus minimè in mulieres conſenſerunt, vel conſenſerint, prætendentibus eam opponendi licentia præbeatur*, &c.

9 Pro intellectu horum jurium, atque eruenda vera concluſione, an creditor prior, qui conſenſit, ut res ſibi hypothecata alteri obligetur, amittat prorſus jus hypothecæ, non ſolùm quoad eum, cui conſenſit, ſed & univerſaliter quoad omnes cæteros creditores; ita ut amplius non remaneat creditor hypothecarius, admodum torquentur interpretes, qui variè varia dixerunt. Gloſſ. *in d. leg. Paulus, & quibus mod. pignor. vel hypothec. ſolvit. verbo remiſiſſe*, exiſtimat, tantùm videri renunciaſſe in favorem illius, cujus contemplatione conſenſum præſtitit; movetur ex *d. leg. jubemus.* Sentiens nullum in ea lege contineri ſpecialem favorem mulieris. Sequitur Fulgoſ. *in d. leg. Paulus, in princip.* & latiùs *in leg. creditor. §. ſi tecum, D. qui potior. in pignore habeant.* eamdem opinionem probavit Gloſſ. *in*
10 *l. 3. Cod. de remiſſione pignor.* Quæ habent fundamentum in natura renunciationis, quæ eſt ſtrictè interpretanda, & non extenditur ad alias res, aut perſonas non comprehenſas in ea, *leg. ſi unus §. ſi ante, omnia de pact.* ubi Jaſ. *in fin.* notat, juxta hanc regulam procedere *d. l. jubemus*, nec in ea contineri aliquid ſpeciale, quod etiam tradit Gerardus *ſingulari* 32. Crotus *in leg. non ſolum, & mortem, num.* 42. *D. de novi oper. nunciation.* Bœërius *dec.* 23. *num.* 9. quibus addendus eſt Rom. *conſ.* 131. *ad fin.*

11 Et ideò in hac permiſſione, & conſenſu ita reſtrictè intellecto, ſola prælatio reſpectivè ad anteriorem conſentientem tranſlata intelligatur in ipſum tertium, aut inferiorem creditorem; cui limitatè intelligitur conſenſiſſe, quoniam in ſui cedentis præjudicium dumtaxat hoc caſu operatur conſenſus quoad prælationem, & gradum, nec non ordinem exigendi, ut ſentiunt prælati DD. nec non Hugo Donell. *de pignorib. cap.* 14. *verſ. genus enim alienationis.* Neguſant. *de pignor. 6. p. memb.* 13. *num.* 13. Ant. Faber. *in ſuo Cod. lib.* 4. *tit.* 21. *diffinit.* 15. *num.* 3. *in noſtris.* Non tamen hæc prælatio competit creditori huic, cui ſpecialiter conſenſus accommodatur reſpectu creditorum, qui in medio ſunt, nam iſti aſcendunt gradatim locum prioris conſentientis, & iſte deſcendit ad locum ejus, cui conſenſit, iſtius, & iſte anterior conſentiens poſtponitur, & ei in exactione præfertur, uterque tamen exigit poſt omnes intermedios, licèt præferantur poſtmodum contrahentibus, juxta præfata jura, & Doctores atque ea quæ poſtmodum dicenda erunt, & probanda.

Quibus, & addere poteris pro fundamento hujus 12
opinionis, ut generalitas text. *in d. l. Paulus, D. quib. mod. pignor. vel hypothec. ſolvit.* qua abſolutè dicitur remiſſum eſſe pignus quoad omnes creditores, ita ut medius fiat prior, & cauſa ſui pignoris confirmetur; debeat intelligi, interpretari, & trahi ad diſpoſitionem magis ſpecialem, & diſtinguentem, *d. l. creditor*, §. 13
ſi tecum D. qui potiores. Ut ſcilicet, expectetur, & attendatur motus conſenſus, ſi expreſsè dictum fuerit, in totum renunciatum eſſe juri pignoris. Ut tunc ſimiliter procedat *dict. d. l. Paulus* determinatio, & ſic ut in ea ſuppleatur conſenſus efficax ad totam pignoris renunciationem.

Secunda, & contraria opinio fuit Gloſſ. *in d. l. cre-* 14
dit. 12. §. *ſi tecum, D. qui potior. in pignor. hab. verb. ſecundo loco*, tenentis in dubio ex ſimplici conſenſu creditoris permittentis, ut res ſibi priùs obligata alteri obligetur, videatur omne jus pignoris remiſiſſe quoad omnes cæteros creditores, *ex d. l. Paulus*, quam gloſſam ibidem probat Bartol. & pro conſtanti præſupponunt Bartol. & Paul. *in l. fin. ad C. de remiſſione pignor.* magis receptam aſſerit Ar. tin. *in l. qui ſuperſtitis, col.* 4. *ad fin. D. de acquir. hæredit.*

Eamdem etiam opinionem ſequutus eſt Donell. *de* 15
pignoribus & hypothec. cap. 14. *& fin. tit. quib. mod. pign. vel hypothec. ſolv. col.* 5. *ad medium, & col. ſeq. fol.* 220. *inter tract. diverſor. de pignoribus*, dum dicit, quod ea quæ de creditore conſentiente alienationi hypothecæ dixerat, & in eo probanda eſſe, qui conſenſit, ut res ſibi prius hypothecata alii obligetur, *ex d. leg. Paulus, D. quibus mod. pign. vel hypothec. ſolvit.* cum pignori dari genus ſit alienationis, *ex leg. ult. Cod. de rebus alien. non alien.* atque ideò hoc modo per conſenſum hujuſmodi creditoris pignus diſſolvitur, ita ut non ſolùm reſpectu illius, cui conſenſit pignori dari tollatur, ſed in totum, & quoad omnes, ac ſi pignus vendere conſenſiſſet.

Unde infert Donellus metipſe, quòd ſi creditor con- 16
ſenſerit, ut res ſibi obligata tertio pignori daretur, tertius iſte non ſuccedit in locum prioris conſentientis, ſed jus ſecundi creditoris intermedii confirmatur, & prior in pignore, & exactione afficitur, non ſecus ac ſi quovis alio modo jus pignoris prioris creditoris extingueretur; ut expreſsè probat *d. l. Paulus*, ibi: *non etiam tuum in locum ejus ſucceſſiſſe & ideò medii creditoris meliorem cauſam effectam.*

Franciſcus Balduinus etiam eam ſequitur, & tuetur 17
opinionem (contrariis juribus, *leg. jubemus, Cod. ad Vellejanum, & leg. Titius* 9. §. *Titius, D. quib. mod. pign. vel hypotheca ſolvit.* conatur reſpondere) *in tract. de pignorib. & hypothec. tit. quib. mod. pign. vel hypothec. ſolvit. ex num.* 14. *cum ſeqq. fol.* 514. *inter diverſ. tract. de pignorib.* quo loco inſiſtit in abſoluta determinatione *d. leg. Paulus*, ut creditor prior conſentiens rem ſibi priùs hypothecatam alteri tertio obligari, amittat jus pignoris in totum, & quoad omnes creditores intermedios, cum quibus nihil egit, & horum cauſam meliorem, & potiorem effectam eſſe, etiam quod in eorum favorem nihil conſenſerat prior, ex eo quod iſte per ſuum conſenſum tertio præſtitum prorſus amiſit hypothecam, *ex dict. leg. Paulus, & d. leg. Titius*, §. *ſi Titius*, pro qua opinione allegat Odofredum *in*

d. l. Paulus, Bartol. *in d. §. fi tecum.* Albericum *in d. leg. jubemus.* Paulum de Caſtro *in l. fi vir uxori*, §. 1. *D. ad Trebellianum*, & Fulgoſ. ab eo non eſſe recedendum dicentem *in l. 3. in fin.* quam conjunxit *l. 2. Cod. de remiſſ. pignor.* Adhuc tamen ipſe Franciſcus Balduinus *ſub num.* 15. hanc opinionem firmiter tenere non videtur, dum dicit: *Hanc opinionem ſi teneas, facilè erit reſpondere ad ea, quæ in contrarium ſunt adducta*, & ſub eadem utriuſque opinionis dubitatione, loquuti fuerunt Neguſantius *de pignoribus 3. membr. 6. partis principalis ex num.* 13. Barboſ. *in d. l. leg. 1. p. 5. n. 7. D. ſolut. matrim.* Surdus *deciſ.* 163. *num.* 11. & revera neutra opinio congruè ſatisfacit juribus contrariis eam impugnantibus. 18

Et ideò tertia opinio Saliceti *in l. fin. num. 3. C. de remiſſ. pignor.* quæ conciliare curavit jurium, & Doctorum opiniones, magis plaudit, & conſonat juris principiis; quærit igitur, utrum creditor prior conſentiens ſimpliciter, quod res ſibi hypothecata ut alteri obligetur, quoad omnes ſibi præjudicet, & in totum jus pignoris amittat. Et diſtinguit, quod ſi conſenſus ſit generalis non contemplatione alicujus tertiæ perſonæ, nec iſta ſit expreſſa, ſed ſimpliciter contemplata perſona debitoris, cui generaliter præſtitit conſenſum, ut rem alii poſſit hypothecare, non exprimendo cui, ut hoc caſu procedat diſpoſitio text. *in d. l. Paulus*, & opinio ſecunda proximè præcedens, ut tunc intelligatur remiſſa hypotheca in totum, & quoad omnes cæteros creditores, & abſolutè amittere jus pignoris. 19 20

Aut enim conſenſus anterioris creditoris fuit accommodatus ſecundæ obligationi, vel creditori ſpecificè hoc ipſum exprimendo, & hoc caſu veram eſſe primam opinionem, videlicet ut quoad ipſum creditorem, cui conſenſum nominatim accommodavit, cenſeatur dumtaxat remiſiſſe jus pignoris, & non in totum, nec quoad omnes creditores, ibi, *n. 2. Sed eſt dubium, an reſpectu hujus ſecundi creditoris tantùm, aut reſpectu omnium, & dicat Barboſ. quod ſi eſt mulier, reſpectu illius tantùm, non reſpectu aliorum, ut in d. l. jubemus, ſi maſculus, quod reſpectu omnium, per leg. Paulus, D. quibus mod. pignor. vel hypothec. ſolvitur, ſed gloſſ. ibid. illam leg. reſtringit tantùm ad eum, cui ſecundo pignoravit; ſed ego opiniones ſic concordo; aut conſenſus commodatus eſt perſonæ, cui ſecundo obligatur, & verum dicit gloſſa, aut tantùm accommodatus eſt debitori, & ſimpliciter de obligando, non dico cui, & tunc verum dicit Bartol. nec in iſto caſu eſt differentia inter maſculum, & fœminam.* Hactenus Salicetus. 21

Hanc Saliceti diſtinctionem ſequuntur Neguſantius *de pignor. 3. memb. principalis, ſub n.* 13. & 14. ſequitur etiam Barb. *in l. part. 5. ſub n.* 71. & 72. & Surdus *in dec.* 163. *ex n.* 11. (qui mendosè allegat Neguſant. 3. *membr.* 2. *partis principalis, cum ſit in p.* 6.) ubi dicit, quod quando conſenſus creditoris accommodatur ſpecificè certæ perſonæ, videtur hæc opinio carere dubio, ut conſenſus efficiatur perſonalis dumtaxat; & poſt Bart. & Neguſantium diſtinctionem Saliceti approbat, & ſequitur Maſcardus *de probat. concl.* 117. *n.* 41. 42. & 43. 22

Quam etiam ego libenter amplector, quia revera juridicè temperat rigorem *d. l. Paulus*, intellectæ, prout abſolutè intellexerunt Doctores ſecundæ opinionis, obſtante *d. l. creditor qui prior. §. ſi tecum, D. qui potior. in pignor. habeant. & l. jubemus, C. ad Senat. Conſult. Velleian.* juridicè reſtringentibus, & limitantibus conſenſum, & an, & quo caſu *d. l. jubemus*, loquens in muliere, ſit ſpecialis proviſio in ejus favorem, & in quibus conveniat juris communis diſpoſitionibus, videndus Petrus Barboſ. *loc. cit.* nec non Franciſcus Balduinus *ubi ſuprà.* 23 24

Ex quibus declaranda venit interpretatio Lareæ *ad d. leg. Paulus, in dec.* 20. *num.* 5. dum dixit, quod conſenſus creditoris anterioris ut res ſibi pignorata alii obligetur, non ſolvit pignus omnino, ſed tantùm quoad illum, cui dari, conſenſit creditor, jus ſuum remiſiſſe videtur, *ex leg. jubemus, Cod. ad SC. Velleian.* Ex Gothofredo in *d. l. Paulus*: Et ſic juxta primam opinionem de qua *ſuprà ex num.* 9. *unde rectè fit*: (Infert ipſe, & juridicè) *ut non poſſit ille tertius, in locum prioris creditoris ſuccedere, nec pignus ſolvatur omnino, ſed quod alios quibus poſtea pignus daretur ejus duret obligatio.* Certè hæc illatio ex ſua opinione veriſſima eſt, & prorſus convenit omnibus juribus, quibus utraque opinio nititur convenitque ſimili, & veræ illationi, quam ex prima opinione deduximus ex aliis doctoribus *ſuprà num.* 11. Cùm Doctores utriuſque palam fateantur, quod quando ex hoc conſenſu non inducitur pignoris reſolutio in totum, & quoad omnes, ſed ſolùm in gratiam ſolius tertii creditoris, cui conſenſum ſuum ad pignus applicuit anterior, quod iſte tertius præferatur ipſi anteriori conſentienti, & aliis poſtmodum contrahentibus ſub hypotheca cum debitore, neuter tamen præfertur in exactione aliis creditoribus intermediis, qui quidem gradatim aſcendunt gradum prioris conſentientis, iſtheque deſcendat ad gradum ejus, cui ſpecialiter, & nominatim conſenſit, inſpecto ſcilicet tempore, quo contraxit, & quo ſibi fuit per anteriorem accommodatus conſenſus, cum quo gradum in exigendo permutaſſe intelligitur, ne intermedii damnum patiantur, qui cum precisè præferantur tertio ultimo loco contrahenti, & iſte anteriori conſentienti; perneceſſe anteriori, & omnibus præferendi ſunt in exactione, & jure pignoris, prout inferiùs amplius declarabimus. 25 26 27

Ideoque licèt ex ſcriptis à Larea, colligatur ſequi diſtinctionem Saliceti (licèt mentionem ejus non faciat) & ſic quod quando præſtatur conſenſus videatur anterior pignus in totum remiſiſſe ex *d. leg. Paulus.* Et quod tunc ſecundus creditor primum locum occuper. At quando in gratiam alicujus tertii conſenſum præſtet, jus pignoris non amittet anterior. Ut ex Cujacio eſt videre per eum *in d. num.* 25. & *num.* 2. Ac pariter quatenus huic tertio in hoc ſecundo diſtinctionis membro denegat primum locum ante intermedios creditores, bene loquitur, quia ut diximus ſolùm præfertur anteriori conſenſum ſibi ſpecificè accommodanti, & uterque cæteris poſtmodum contrahentibus, juxta omnium opinionem Doctorum; & verum eſt, de quo latiùs nobis erit agendum, & clarè patebit *ex ſeqq.* 28 29

Et ad utriuſque membri diſtinctionem Saliceti, nonnulla utilia conſideranda ſunt, & primò reſpectivè ad primum diſtinctionis membrum, quando ſcilicet per conſenſum generaliter præſtitum debitori, ut poſſit pignus hypothecari cum amiſſione ſui juris in eadem hypotheca, infertur ad ea omnia, quæ obiter dicta fuerunt in ſecunda opinione, nempè creditorem anteriorem per hujuſmodi ſimplicem conſenſum omne jus hypothecæ amiſiſſe, & non amplius manere creditorem hypothecarium, ſed ſimplicem, & perſonalem creditorem, omnino carentem actione hypothecaria, & probat textus expreſſus *in leg. creditor qui potior. 12. §. ſi tecum, D. qui potior. in pignorib. habeantur.* Ubi dicitur, quod quando ex conſenſu creditoris, ut alii pignus obligetur, inducitur pignoris extinctio, ita ut ei, cui ſecundo obligatur, ſoluto debito, pignus non remaneat obligatum anteriori conſentienti. Probant etiam hanc concluſionem omnes Doctores laudati in ſecunda opinione *ex n.* 14. Et quando prior non conſenſum amittit in totum jus pignoris, non propterea amittit ſuum creditum, quia qui remittit pignus, creditum remiſiſſe non intelligitur, ſed creditor remanet quoad debitorem perſonalis, inter perſonales ſolvendus, text. expreſſus *in leg. Julianus, in princip. D. de leg. 3. leg. grege, §. cum pignus, D. de pignorib. leg. 3. C. leg. ſi pignus pignori dat. ſit.* Optimus text. *in l. 3. & in leg. ſi ubi, §. de pignore, D. de pactis:* 30 31 32

pactis; exornat abundè Neguſant. *de pignor. membr. 1. ex numero. 14. cum ſequentibus. 3. part. principal.* Maſcardus *de probation conclusion. 1178. ex num. 43.* & nos latius *ſuprà 1. part. cap. 29. ex numer. 1. cum ſequentibus*, & ideo poſt hypothecarios creditores omnes, etiam poſt conſenſum contrahentes, exigere debet non antea.

Secundo, infertur quod iſte tertius, cui debitor ex 33 conſenſu creditoris anterioris pignus obligavit, licet exigere poſſit ante priorem conſentientem, hòcque ille efficiatur potior; adhuc tamen locum prioris conſentientis non ſubintrat; nec in ejus gradum ſubrogatur, nec prefertur creditoribus itermediis, ſed potius iſti gradatim aſcendunt, & jura ſua potiora fiunt, ita ut 34 ſecundus (poſt conſentientem) remaneat primus, & tertius ſecundus, & ſic de ſingulis creditoribus intermediis, gradatim aſcendentibus, extincto vel permutato jure pignoris prioris; juxta ea, quæ accuratè conſiderata fuerunt *infrà cap. 14. & ſeq. hac 3. part.*

35 Iſte etenim, cui per conſenſum anterioris creditoris pignus fuit obligatum, non poteſt prætendere antelationem, niſi à temptore ſui contractus, & ſuæ obligationis, cum ceſſante ſubrogatione in locum prioris, prout ceſſat in hoc caſu, quia ſolùm conſenſus, & permiſſio præſtatur obligationi; rectè ſequitur, ut à tempore obligationis acquiſierit jus prælationis, non antea. Probant. textus *in dict. leg. Paulus, dict. leg. creditor, qui prior, §. ſi tecum, & dict. leg. Titius, D. quibus modis pignus, vel hypothec. ſolvit.* & omnes Doctores in ſecundâ opinione allegari *ex num. 14.* maxime 36 Franciſcus Balduinus *de pignoribus dict. titul. quibus modis pignus, vel hypothec. ſolvit. ſub n. 15.* ibi. *Nam mirum non videri debet, cum primus creditor conſenſit tertio obligari, meliorem eſſe medii conditionem: licet cum eo nihil expreſſum ſit actum; quia cum primus conſenſerit poſthaberi tertio, non mirum ſi medio creditori, qui tertio antefertur, poſthabendus ſit; nam medius vincit tertium, à quo vincitur primus*, &c.

37 Tertiò infertur ad declarationem primi membri diſtinctionis Saliceti, de quo *ſuprà n. 20.* quando in totum, & quoad omnes pignoris extinctio inducitur, & ſubintelligitur; quando creditor anterior ſimpliciter conſenſum ſuum præſtitit obligationi, contemplatione debitoris; ut ſecus ſit etiam in hoc caſu quando in gratiam ſolius tertii creditoris id facere exprimat, aut alias per pactum jus ſuum in pignore reſervavit, quia tunc ſtante pacto, aut reſervatione juris, non in totum pignus remittere intelligitur, ſed dumtaxat in favorem tertii, qui conſenſum reſtrictivè accommodavit anterior creditor. text. eſt expreſſus *in d. l. creditor, qui prior, §. ſi tecum, D. qui potior. in pign. habeant*, ibi. *Erit igitur facti quæſtio agitanda, quid inter eos actum ſit.* &c. ubi Bart. in ſummario dicit. *Si res obligata, alteri obligetur de voluntate creditoris, quoad illum prior hypotheca inutilis eſt, quoad alios inſpicitur, quid actum eſt, l. ſi poſt pignus, D. de pact.* ibi, *niſi ſpecialiter contrarium eſſe probetur.* Fulgoſius *in l. jubemus, n. 2. C. ad Senatuſconſ. Velleian.* ibi, *quæſtio facti eſt, an voluerit quoad omnes, aut quoad unum renuntiare.* pulchrè Hugo Donel. *in tract. de pignor. cap. 14. tit. quibus modis pign. vel hypoth. ſolvit. col. 5. ad med. fol. 220. inter diverſ. tract. de pign.* in 38 hæc: *Undeſi creditor conſenſerit, ut res ſibi obligata tertio daretur, non tertius in loco prioris ſucceſſiſſe videbatur, quod futurum erat, ſi illi tantum ea res prodeſſet, ſed jus ſecundi creditoris, ut ſi quovis alio modo ſoluta eſſet hypotheca, confirmatur. l. Paulus, hic: planè ſi creditor id in gratiam tantum ejus facere dixerit, cui res pignori obligabatur, non niſi adverſus eum pignoris creditori nocebit, ut eſt conſtitutum in l. jubemus, C. ad Velleian & rectè, nam ante diximus, ita demum creditorem conſentientem alienationi pignoris jus ſuum remittere intelligi, ſi non ſalva pignoris ſui cauſa conſenſerit, quod eum facere apparet, qui in alicujus tantum gratiam pignoris obligationi conſenſit*, &c. qui ulterius *num. ſeqq.* proſequitur, quod & idem ex mente Saliceti aſſerit Petrus Barboſ. *in l. 1. p. 5. n. 71. ad fin. D. ſolut. matrim.* & melius *n. 72. poſt princ.* ibi, *ſed ex prædictis dicendum erit, quod ſi conſtet, creditorem tantum reſpectu certæ perſonæ, vel cauſæ renunciaſſe, ſtandum eſt certo. dict. l. ſi creditor 12. §. final. D. qui potiores in pignor. habeant.* &c.

Petrus Surdus *in dict. deciſ. 163. ex num. 11.* & ſig- 39
nanter de hac limitatione *ex num. 17.* in hæc, *tertio, quia ea renunciatio continet expreſſam reſervationem jurium ipſi Tauro contra Provenzalem, ejuſmodi autem reſervatio conſervat jus, quod ipſi competebat, Bart. in l. penult. C. depoſiti. Oldradus conſil. 237. in fin. Becius alios citans in conſil. 74. num. 34. & dixi in conſ. 152. n.* 39. Cravetta *in conſil. 974. n. 17. & jus reſervatum* 40
videtur excluſum à renunciatione, quia reſervatio eſt quædam exceptio, quæ modificat actum. gloſſ. in l. item Labeo, §. ſed ſi purè, D. ſomil. erciſcundæ. Becius dict. conſ. 74. num. 14. dixi dict. conſil. 152. num. 30. & ſicuti confirmat in non reſervatis l. nam quod liquidè §. filiæ; D. 41
de penu. legata, Archidiacon. in cap. quoniam frequenter, ut lite non conteſtata. Purpuratus conſil. 42. n. 14. ita conſervat intactum id, quod reſervatum fuit, perinde ac nulla extaret renuntiatio, &c. & per textum *in l. nova-* 42
tione, D. de novationib. l. ſolutum, in princip. D. de pignor. action. l. unica, C. ob chirograph. pecun. pign. retin. l. novatione, D. de fidejuſſorib. Boërius *deciſ. 332. ad finem* Neguſantius *de pignor. part. 6. memb. 3. n. 2. verſic. tertio fallit.* Mantica *de contract. tom. 1. lib. 11. tit. 31. n. 21 & 22.*

Sed quo ordine, & gradu exigere poterit iſte prior 43
creditor conſenſum præſtans ſub ſui juris in pignoris reſervatione, protinus tractabimus ſub ſecunda parte noſtri cap. quo etiam loco commodiori reſervamus tractare de ſecundo membro diſtinctionis Saliceti.

Accedamus jam ad alteram, difficiliorem tamen, 44
noſtri capitis partem circa creditorem anteriorem, & potiorem conſentientem, ut alius creditor inferioris gradus prius exigat ſuum creditum; quonam ordine uterque exigat, & an ex hac prælationis, & prærogativæ ceſſione præjudicium aliquod fiat creditoribus intermediis? Pro cujus declaratione primò animadvertendum erit, quod hæc prælationis tranſlatio in poſte- 45
riorem multum diverſa eſt ab illa ſubintratione, quæ communiter fieri ſolet, quando ſecundus creditor ſolvendo creditum priori in ejus locum ſuccedit, ſubintrat, & ſubrogatum, nec quando alius tertius mutuat debitori, ut ex ea pecunia ſolvatur prior creditor ſub pacto de ſubintrando in locum, gradum, & privilegium anterioris ſic dimiſſi, ac ſoluti, & ab ipſo facta ceſſione, quia in his caſibus, & ſimilibus anterior cedens non remanet amplius creditor, nec jus habet ad pignora, nec bona debitoris quia cum fuerit per ſolutionem dimiſſus, omne jus ſuum fuit extinctum, jamque deſinit eſſe creditor, nec amplius concurrit.

In noſtro autem caſu, quamvis anterior cedat præ- 46
lationem, & gradum potiorem quem habebat; adhuc tamen remanet creditor, & retinet jus in pignore; nam in creditore anteriori & hypothecario tria jura diverſa concurrunt, jus pignoris, jus prælationis ob temporis, vel privilegii anterioritatem, & creditum ipſum, & duorum priorum quodlibet poteſt dimittere, & renuntiare, aut cedere, aliis duobus remanentibus, ſcilicet jure ad creditum, & jure ad pignus, ſi ſolam prælationem cedit, hoc addito quod ſi jus pignoris in totum renuntiat, etiam prælationem amittere intelligitur, quia prælatio cauſatur à pignore, & eſt qualitas ei in- 47
hærens quo ſublato, prælationem extingui, neceſſe eſt, ut alibi latius diximus.

Quapropter ſi prior creditor prælationem, & gradum 48
dumtaxat cedat alteri inferiori creditori, adhuc remanet creditor hypothecarius, quia qualitas antelationis poteſt adeſſe,

adeſſe, & abeſſe, abſque pignoris, & crediti corruptione, poteſt etenim quis eſſe creditor abſque pignore,
49 aut hypotheca; quia hypotheca non eſt de natura, nec de ſubſtantia contractus, quia ex ejus omiſſione, & defectu non pendet validitas contractus; ut poſt quamplurimos Doctores probat Gaito *de credito, cap.* 4. *quæ-*
50 *ſito* 11. *num.* 2077. *cum multis ſequentibus.* & ideo hypotheca citra expreſſam conventionem nequaquam contrahitur, nec ſubinde legitur, demptis tacitis à jure inductis; latè Gaito *cap.* 2. *tit.* 7. *num.* 2473. *& num.* 1475. nec hypo-
51 theca ſubintelligitur in contractu, ſi omiſſa fuerit à contrahentibus; abundè Gaito *cap.* 4. *titul.* 1. *quæſito.* 5. *ex num.* 239. *uſque ad num.* 259. & melius *quæſito* 11.
52 *ex num.* 2072. *cum multis ſequentibus.* Et poteſt etiam eſſe creditor ſub hypotheca abſque prælatione aliqua, ſed infirmus inter creditores hypothecarios, quoniam hypotheca, & prælatio ſunt de accidentalibus contractus, ut firmant ipſi Doctores.

53 Et ideo quemadmodum creditor cedens hypothecæ, remaneat creditor pecuniæ, quia renuntiatio limitata ultra non extenditur, & jus hypothecæ ſolum cedi, & legari poteſt ſine crediti corruptione, remiſſione, aut renunciatione, ut probat *l. Julianus, in principio. D. de legatis* 3. *l. ſit ibi*, §. *de pignore*, *D. de pactis*, *l. grege*, §. *cum pignus*, *& de pignor. l.* 3. *C. ſi pignus pignor. datum ſit*, & probavimus ſuperiùs *n.* 32.

54 Ita pariter ſi anterior creditor cedat prælationem dumtaxat, manet creditor quoad cetera jura, pignoris ſcilicet, & crediti; quod expreſsè probat text. *in l. creditor, qui prior* 12. §. *ſi tecum*, *D. qui potior. in pig. habeant*, ubi creditor, qui permiſit, ut res ſibi pignorata alteri obligetur, & iſto prius ſoluto, quæritur an pignus priori remaneat obligatum; & diſtinguit text. inter abſolutam pignoris remiſſionem, & ſolam ordinis, & prælationis ceſſionem, conſenſum, & per-
55 miſſionem, ibi, *pecunia autem ſoluta ſecundo, an rurſus teneatur tibi, rectè quæritur, erit igitur facti quæſtio agitanda, quid inter eos actum ſit, utrum ut diſcedatur ab hypotheca in totum, cum prior conceſſit creditor alii obligari hypothecam: an ut ordo ſervetur, ut prior creditor ſecundo loco conſtituatur?* Et id ipſum DD. omnes in utraque opinione ſuperius relati aſſerunt, & ſupponunt in caſu, quo pignus in totum, & quoad omnes non fuit per conſenſum anterioris remiſſum, ſed dumtaxat limitatim ad aliquam perſonam, & in ejus gratiam ſolius.

56 Text. tamen. *in d.* §. *ſi tecum*, non agit, quando alii creditores ſint intermedii, nec quo tunc ordine iſti duo, conſentiens, & ille, cui accommodatur conſenſus, ſint ſolvendi; ſed tantum agit inter primum conſentientem, & ſecundum creditorem, ut iſte in exactione ſit potior, & præferendus priori, ordini ſolutionis per conſenſum renuntianti, in quo, ut diximus, omnes Doctores conveniunt.

57 Conveniunt etiam omnes tam tertiæ opinionis DD. quàm primæ, & ſecundæ, ut per conſenſum anterioris ſpecificum non amittat prior creditor jus pignoris in totum, nec quoad omnes, iſte tertius creditor, cui conſenſus præſtatur limitatus, conſequatur ordinis prælationem reſpectu ipſius conſentientis dumtaxat, ſalvo jure intermediorum, qui utrique præferuntur, & ante eos gradatim exigunt, quoniam medii vincunt ultimo tertio loco contrahentem, à quo vincitur anterior, manente adhuc creditore hypothecario poſt omnes prædictos exacturo, & prælaturo aliis poſt ſuum conſenſum contrahentibus, ut ſuperius probavimus.

58 Et inſuper hunc anterioris conſenſum tacitè haberi proceſſione, conventione, & pacto inter utrumque, anteriorem ſcilicet, & ultimum, tradit Oſvald. ad Donel. *lib.* 15. *c.* 43. *in notab. litter. G.* ex quo reſultat jus fortius intermediis creditoribus, ſed quo ordine tam iſti, quam alii intermedii creditores ſua credita conſequantur, non facile ex eiſdem, nec ex juribus percipies, in quo verſatur tota noſtræ quæſtionis difficultas.

In quo reſolvendum erit, quod creditor inferior, 59
cui per priorem ſolum jus prælationis permiſſum, aut conceſſum fuit, conſequitur gradum potiorem, & locum anteriorem conſentientis ſubintrat, & in prælationem ejus ſubrogatur, ita ut non ſolum præferatur ipſi anteriori cedenti, aut patienti, & permittenti, verum & omnibus creditoribus intermediis, prout eis præferri debebat anterior, ſi ſuam prælationem & locum retinuerit, non alteraſſet, nec dimiſſiſſet, ita ut intermedii creditores omnes ſuum proprium gradum, & 60
locum incommutabiliter conſervent, ut antea. Quia ſolum perſonarum anterioris, & inferioris creditoris fit reciproca transformatio, ac graduum, locorumque permutatio inter eos facta intelligitur, ultimo in locum prioris, & priore in locum ultimi ſubrogato. Ex quo nullum præjudicium irrogatur intermediis, qui ſemper habuerunt unum creditorem anteriorem, qui eos præferebat, & nihil ſua intereſt, ſit iſte, vel ille, reſpectu ejuſdem quantitatis, & non majoris.

Nec prior creditor, qui ſuam prælationem alteri in- 61
feriori conceſſit, licet remaneat creditor hypothecarius, poteſt exigere immediate poſt illum, quem in locum ſuum poſuit, cum impoſſibile ſit ut in uno, & eodem loco duo ſedere videantur, atque ideo cum prior ſuum locum dimiſit, & alteri conceſſit, iſte illum occupabit, non etiam ille; foret enim mirum in modùm grave creditoribus intermediis, loco unius anterioris duos præmittere. Quapropter prior cedens, & conſentiens locum 62
poſteriorem poſt omnes intermedios creditores hypothecarios occupabit, à tempore ſcilicet, quo ipſe ſuam prælationem amiſit, & ceſſit, ita ut aliis creditoribus, etiam hypothecariis poſtmodum cum debitore contrahentibus præferatur, non aliis. Quia prior iſte tot gradus deſ- 63
cendit, quot ille inferior (cui prælationem ſuam ceſſit) aſcendit, & ex tunc computari debet ſuæ hypothecæ anterioritas, ac prælatio. Nec iſta inter cedentem, & ceſſionarium locorum transformatio fit ex ſola vi mutuæ, tacitæ, & ſubintellectæ ſubrogationis, quoniam uterque in locum alterius ex vi cujuſdam tacitæ permutationis ſubrogatur, ſed etiam reſpectu anterioris ex vi proprii juris, nam licet inferior, cui locum ſuum, 64
& prælationem anterior conceſſit, in hujus locum ſubrogetur, ut dictum eſt; anterior autem non deſcendit in locum inferioris, nec eum occupat ex vi ſubrogationis, ſed ex vi ſui proprii juris. Qui licet renuntiavit 65
in favorem inferioris creditoris totum tempus præcedens non tamen ſequens, nec eo indigebat ille inferior, cum ſibi ſuffecit occupare primum locum, & gradum prælativum, & priorem exactionem ante cæteros creditores intermedios. Quapropter anterior cedens, & conſentiens, qui deſcendit; occupat poſt iſtos virture ſuæ hypothecæ per hujuſmodi ceſſionem prælationis non læſæ (ut diximus) locum, & gradum immediatum, ita ut cæteris creditoribus poſt prælationis ceſſionem cum debitore communi contrahentibus ſub hypotheca, præferatur.

Hanc locorum aſſignationem hactenus ſcriptam, & 66
graduum computationem, & transformationem mirabiliter ſcripſit (licet non ita explicitè) doctiſſimus Franciſc. Bilduin. *in tract. de pignorib. & hypothec tit. quib. mod. pign. vel hypothec. ſolvat. ex n.* 13. *fol.* 314. *inter diverſ. tract. de pignor. col.* 6. *in princip.* qui ſubtiliter in hunc modum loquitur. *Porro ſi conſenſerit creditor hypothecam ſibi conſtitutam adhuc alii obligari, l. Paulus in princ. quib. mod. pign. vel hypothec. ſolvit. l. creditor, qui prior.* §. *ſi tecum, qui potior. in pignore habeantur, non facilè dixeris, quid hic operetur conſenſus, an remiſſionem pignoris, quoad omnes: an vero remiſſionem tantum ordinis inter creditores: ita ſcilicet ut is, cui obligari conſenſit, fiat prior, & potior. eo ipſo tamen*

ſemper

ſemper manet creditor ſub pignore, & hypotheca, quoad debitorem, aliumve quemlibet pignorum poſſeſſorem, atque etiam quoad creditores ſequentes ordine temporis illum, cui ex conſenſu primi creditoris pignus obligatum eſt, nec ulla lege ſatis manifeſtè iſtud deciſum eſt; nam quod uno loco, ſcilicet in d. l. Paulus, in princip. dicitur, eum, qui ſic conſenſit, jus ſui pignoris remiſiſſe; interpretantur nonnulli 67 *Salicetus in d. l. 3. C. de remiſſ. pignor. non quia pignus remiſerit, ſed tantum jus ſui pignoris, quod putant, eſſe jus prælationis ex ordine temporis, cum ei omnium primo hypotheca eſſet obligata, reſtricta, quantum fieri potuit, pignoris renunciatione. l. jubemus. C. ad Velleian.* &c. Qui quidem Balducinus, licèt hanc doc-
68 trinam non admittat ad interpretationem *d. l. Paulus*, quia in totum pignoris jus deciditur amiſſum per conſenſum, & quoad omnes; adhuc tamen eam veram agnoſcit, quando ſola prælatio in favorem tertii data eſt à priori creditore, & inter contrahentes de ſolo ordine, & prælatione actum fuit, juxta text. *in d. l. creditor, qui prior*, §. *ſi tecum. D. qui potior. in pignor. habeant.* ac juxta tertiam opinionem Saliceti communiter approbatam, de qua *ſuprà n. 19. cum ſeqq.*

Eadem etiam interpretatio colligitur ex Hugo Donello
69 *in tract. de pignor. c. 14. & fin. col. 5. poſt medium*, ibi: *Unde ſi creditor conſenſerit, ut res ſibi obligata tertio daretur, non tertius in locum prioris ſucceſſiſſe videbitur, quod futurum erat, ſi illi tantum ea res prodeſſet*, &c. quod ulterius explicat ex ſequentibus, quando in gratiam ſolius tertii conſenſum fuiſſe præſtitum apparet, ut tunc iſte tertius ſubrogetur in locum prioris, retento adhuc hypothecæ jure per ipſum priorem limitatè conſentientem amiſſa prælatione, quam per conſenſum tranſtuliſſe cenſetur in ipſum inferiorem.

Hæc noſtra graduum transformatio, & diſtributio
70 inter inferiorem, & priorem creditorem cedentem ſuam prælationem, necnon creditores intermedios, ulterius juſta redditur, quia ex ea ſolùm anterior ex facto, & conſenſu ſuo præjudicatur in ordine exactionis, non medii creditores, qui ſuummet retinent locum, & gradum, ut antea illæſum, & invariabilem, nam quando jus pertinet plurimis gradatim, uni poſt alium
71 ſucceſſivè (prout contingit inter plures creditores concurrentes ad bona debitoris communis, ſicuti mirificè, ac plenè conſideravimus, & comprobavimus *in c. 14. proximè ſequenti*) primus non poteſt per factum ſuum, ceſſionem, & renunciationem in tertium, vel in ulteriorem geſtam præjudicare intermediis ſed ſibi dumtaxat, jurique, & commoditati ſuæ, probarunt Molin. *de Hiſpanor. primog. lib. 1. c. 21. & 24. & melius lib. 1. c. 6. n. 45.* ex Jaſone, Decio, Tiraq. & Burgos de Paz *in proœm. 11. Taur. n. 95. & 96.* Peralta *in rubr. D. de hæredib. inſtit. n. 122. pag. 72.* Idem Molin. *lib. 3. c. 2. n. 21.* Alvarad. *de conjectur. mente defunct. lib. 2. c. 3. §. 1. n. 27. & 28.* Mieres *de majorat. 3. p. q. 18. n. 4. & 6. & 2. p. q. 3. n. 33.* Azeved. *in lib. 8. tit. 7. n. 10. & 11. l. 5. recopilat.* Joan. Gutierr. *practicar. lib. 3. q. 71. n. 13. & q. 79. n. 8.* Velaſq. de Avendann. *in l. 45. Taur. gloſ. 2. n. 5. & 6.* copioſè poſt plures alios tractat, & exornat articulum hunc Caſtillo *controv. tom. 3. c. 12. ex n. 109.*
72 *cum multis ſeqq.* & in optimo, ac ſimili caſu videndi erunt Petr. Surd. *conſ. 108. ex n. 20. & n. 34. tom. 1.* Menoch. *conſ. 211. ex n. 129. & ex n. 141. & 146. & in conſ. 245. n. 42. & in conſil. 401. n. 42. & in conſil. 570. n. 10.*

73 Ex qua doctrina, & ex ſupradictis duo utiliſſima inferuntur, primum quod in creditorem inferiorem, qui ex perſona, & jure anterioris primum gradum aſcendit, non plus jus transfertur, quam ipſe anterior habebat, quia ultra jus quod habet, anterior dare non valet, cum nemo plus juris in alium transferre poſſit, quàm ipſe habet, ex vulgari juris regula, & ideo jus quod recipit inferior creditor, coarctatur ad jus quod anterior habet, & ad ejus poteſtatem limitatam. Unde fit, quod cum anterior non habebat præ- 74
lationem, & gradus prærogativam ultra quantitatem pecuniæ ſibi debitæ, uſque ad illam quantitatem dumtaxat, intelligitur inferior creditor, cui ceditur gradus anterioritatis, prælationem accipere, non amplius, ex juris regula, is, qui in jus ſuccedit alterius, eodem jure, quo ille uti debebit, & argumento, text. *in l. ſi potiores 3. C. de his qui in prior. locum ſucceſſiſſe, & l. eum qui 17. D. qui potiores* ibi. *Eatenus tuendum, quatenus ad priorem creditorem ex pretio pecunia pervenit.* Nec plus juris competit ceſſionario, quàm competit cedenti, 75
l. emptor, ubi Bald. *C. de hæred. vel. actio. vend.* Surd. *conſ. 22. n. 16. & ſeq. deciſ. 198. n. 11. & 12.* & per Cencium *poſt. tr. de cenſibus deciſ....*

Finge, anterior conſentiens creditor erat pro cen- 76
tum, pro quibus dumtaxat, eidem competebat prælatio inferior, cui cedit prælationem, creditor eſt ducentorum, pro centum dumtaxat recipit prælationem ante omnes creditores ſibi perſolvendis, pro aliis autem centum acquirit gradum, & prælationem à tempore, quo cum debitore contraxit ſub hypotheca.

Creditor etenim ceſſionarius iſte duplicem habet 77
hypothecam; unam nomine anterioris, & virtute ceſſionis; alteram jure proprio, & ex propria perſona, & in eo, in quo inutilis ſibi fuerit, aut ineffi-
cax ceſſio, non prohibetur alia uti jure proprio Gloſſ. celebris *in l. Ariſtot.* & ibi Bartol. *n. 7.* Neguzant. *de pignor. 5. p. princip. membr. 3. n. 45. verſ. ſi autem ultra*, ſequitur Cardinalis Mantica *de contractibus, lib. 11. tit. 18. ſub n. 16. verſ. nec eſt omittendum. D. Larrea deciſ. 20. ſub. n. 26. tom. 1.*

Faciunt tradita à Surdo *conſil. 444. n. 10.* Coſta *de* 78
ſcientia, & ignoranti centur. 1. diſtinct. 20. n. 4. Marius Giurba *in conſuetud. Meſſan. c. 2. gloſſ. 3. p. 1. ex n. 16.* dum dicunt creditorem duplicem gerentem perſonam propriam, & ceſſionariam, ſi confiteatur pro reſto ſe habuiſſe à debitore; à proprii tantum debiti petitione excludi ad text. *in l. & magis, D. deſolut.* Imò creditum ceſſum petere non prohibeatur. Quod ſi abſque hypotheca mutuavit, ſed ſolius prælationis limitatæ virtute agat pro reſiduo, inter perſonales abſque prælatione, tanquam creditor merè perſonalis occupabit gradum.

Aliter autem manifeſtum fieret præjudicium credi- 79
toribus intermediis, qui ante ſe non habent niſi unum creditum pro centum, quod exigi poſſit à bonis debitoris communis, cujus patrimonium indebitè minueretur, vel fortè non ſufficeret pro ſatisfactione intermediorum creditorum, qui deducto dumtaxat centum anteriori debitum, ad reliquum debitoris patrimonium jus gradatim quæſitum habent, quod ab eiſdem per nullum factum debitoris, vel creditoris auferri poteſt, ut ſæpè diximus, & ſignanter ampliſſimè per totum *hoc cap. 13.* nemo enim ex facto alterius poteſt prægravari.

Sed quid verſa vice dicendum erit, quando ſcilicet 80
anterior ducentorum ſit creditor, & ſuam cedit prælationem inferiori dumtaxat creditori pro centum, qui dumtaxat conſequitur jus ad prælationem, & hypothecas pro ea rata parte, cujus ſibi facta fuit ceſſio à creditore anteriori, ut probarunt Prælador. *lib. 2. rerum quotidian. cap. fin. 4. part. §. 1. in fin.* Joan. Baptiſta Coſta *de ratione ratæ, quæſt. 115. n. 10.* poſt Gaſp. Rodrig. quibus relatis tenet Gaito *de credit. c. 4. quæſito 11. n. 1844. fol. 433.*

Quoniam ordine diſtribuendi erunt gradus exactionis 81
tam inter iſtos duos, quam inter creditores intermedios; in quo breviter dicendum erit, quod ille inferior pro ſuis centum aſcendet ad priorem, & potiorem gradum, ſimul æqualiter, quo anterior ipſe conſentiens, prælativè ad cæteros creditores intermedios, ut dictum eſt, & comprobatum, & probatur text. argum. *in l. 3. §. 1. D. qui potiores.* ibi, *verum in ea quantitate, quam ſolviſſet. ejuſque uſuris potiorem eſſet conſtitit.*

Nam

82 Nam anterior consentiens, pro aliis centum sibi remanentibus suum proprium gradum, & prælationem illæsam præservavit, quoad omnes in universum creditores, tam quoad eum cui cessit, quàm quoad cæteros creditores intermedios; ita ut pro illis centum remanentibus prior, & potior istis sit, respectu autem illius, cui cessit prælationem æqualis in gradu erit, ita ut ambo simul concurrant in exactione, unusquisque pro rata sua, juxta ea quæ latè diximus *supr. 2. part. c. 5. ex. n. 140. cum sequentib. versic. deveniamus ad ultimam partem, &c. usque ad finem.*

83 Et hanc doctrinam, ut creditor anterior, qui ex trecentis, quæ sibi debentur; cessit tertio centum, vel aliquam partem, cedens, & cessionarius simul concurrunt eodem gradu pro rata super re oblita, & ejus valore, atque uterque pro sua rata pariter graduetur; tenent Vincent. de Franchis *decisione 260. num. 4. & seqq.* quod singulariter explicat Ponte *decis. 34. num. 23.* sequitur Gaito *de credito, cap. 5. quæs. 11. n. 1835. & seq. fol. 433.* qui quidem per varia fundamenta, ultra
84 adducta à Franchis *loc. cit.* latissimè disputat pro utraque parte celebrem aliam, & non minus difficilem quæstionem, quando nempe concurrunt duo cessionarii ab eodem creditore cedente causam habentes, & ab eodem jure dependentes, qui tamen diversis temporibus, cessionem in parte credita pro rata obtinuerunt, quis eorum præferri debeat in exactione prius arguunt pro priore cessionario; tandem resolvit ut uterque simul concurrat, pro rata, & in tributum, per lege eosdem, & costam
85 *de portio ratæ, q. 215. à princ.* maximè Gaitum; igitur creditor prior, qui prælationem sui crediti pro parte cessit alteri tertio, pro ea parte, & quantitate gradum habebit post intermedios, prout in casu superiùs diximus ex tot Doctoribus. *ex n. 44. cum multis seqq. vers. accedamus jam ad alteram.* &c. quando scilicet solam pfælationem cessit.

Præfatam tamen resolutionem de qua *ex n. 81. & sequentibus*, ut cessionarius, cedens pro rata concurrant; uno & singulari modo limitabis, quando cessio illa partis crediti facta fuit simpliciter, quia tunc cum cedens non teneatur ad aliud quàm ut jus ut cessum sit verùm; non tamen exigibile *adl. si nomen. ff. de hæred. vel actio vendita.* tamen si cedens se obliget ad evictionem juris, & facti, nempè esse verum secutum, & exigibile, tunc cum cedens teneatur reperto non solvendo debitore, ad integram satisfactionem ad latè tradita per Giurbam *decis. 117. ex n. 14.* Rodriguez *de reddit. lib. 1. quæst. 8. n. 23.* Guzman *de evictionib. q. 35. à princip. ex n. 25.* Cencius *de censib. q. 72. n. 23. ex versic. cæterum quia cum sequentibus*, qui plurimos allegant sequitur manifeste, quod in bonis debitoris sit in hoc casu præferendus cessionarius cedenti concurrenti in exactione.

86 Unus namque, & idem creditor, sicut potest contra unum, & eundem debitorem communem plura, & diversa habere credita; atque pro eis plurium creditorum personas repræsentare, argumento *l. tutorem, D. quibus ut indign.* & aliis doctrinis alibi scriptis *2. part. c. 7. ex n. 26. cum sequentibus*, & constat ex text. *in l. si plures, §, cumulum debiti, D. de pactis*, ibi. *Si uni fortè multæ summæ centum aureorum debeantur, alii vero una summa quinquaginta, nam in hunc casum expectabimus summas plures.*

87 Ita pariter potest, & debet diversimodè pro singulis graduari in judicio concursus, juxta scilicet uniuscujusque crediti tempus, privilegium, vel anterioritatem, potest namque unus, & idem creditor diversa credita habens, & diversis temporibus contracta, interpolate nempè inter alios creditores ante, & post alios graduari, & respectu unius crediti esse anteriorem, & respectu aliorum esse intermedium, vel inferiorem, jura adsunt singulariissima, quæ in variis, & mirabilibus ca-
88 sibus id determinant, text. *in l. creditor, qui prior 12. §. si idem*, ibi, *Si idem bis, id est, ante secundum, & post eum crediderit; in priori pecunia potior est secundo; in posteriori tertius est, D. qui potior. in pignor. habeant l. quærebatur 21. D. eodem titul.* in hæc, *quærebatur si* 89 *post primum contractum tuum, antea quam aliam tu pecuniam crederes, eidem debitori Seius credidisset quinquaginta, & hypothecam ejus rei, quæ tibi pignori data esset, debitor obligasset: dehinc tu eidem debitori crederes fortè quadraginta, quod plus est in pretio rei, quàm primo credidisti, verùm Seio ob quinquaginta, an tibi in quadraginta cederet pignoris hypotheca finge Seium paratum esse offerre tibi summam primo ordine creditam. Dixi consequens esse, ut Seius potior sit in eo quod amplius est in pignore, & ablata ab eo summa primo ordine credita usurarumque ejus, postponatur primus creditor in summam, quam postea eidem debitori credidit*, &c.

Textus etiam *in l. si prior. 18.* qui in mirabili casu 90 ita ait: *Si prior postea novatione facta eadem pignora cum aliis acccepit, in suum locum eum succedere; sed si secundus non offerat pecuniam, posse priorem vendere, ut primam tantum pecuniam expensam ferat, non etiam quam postea credidit: & quod superfluum ex anteriori credito accepit: hoc secundo restituat.* & in eodemmet casu loquitur *l. 3. D. eod. titul. qui potior est creditor acceptis pecuniis* (inquit Consultus) *quæ in secunda conventione* 91 *secundus creditor accepit, novatione postea facta, pignora prioribus addidit. Superioris temporis ordinem manere primo creditori placuit, tanquam in suum locum succedenti.* quem textum clariorem reddit gloss. ibi. *verb. novatione.* in hæc: *per quod videbatur, quod secundus creditor inter primum contractum, & tunc secundum prima pignora erat* 92 *obligata esset potior; quod remanet hic, quantum est in primis pignoribus, & pecunia primo super iis data, non autem in plus, ut hic, & infrà eadem l. si prior, in princip. & l. fin. in 1. respons. & argument. infrà de separationib l. debitor* hactenus gloss. celebris, quæ jura eodem modo post plures alios Doctores declarat, & interpretatur. D. Larrea videndus *in decis. 10. n. 27. & n. 12.*

Ejusdem glossæ distinctionem sequuntur Bartol. & 93 communiter omnes Doctores, optimè Negusant. *de pignor. 3. membr. 6. princip. n. 7.* dicens, quod quando primus creditor mutuaverat debitori acceptis ab eo pignoribus, postea secundus creditor mutuavit eidem debitori aliam quantitatem, & etiam novavit primam obligationem, repetendo tamen pignora prioris obligationis, & addendo etiam alia nova pignora, determinari *in l. 3.* quod repetitio novorum pignorum facta in obligatione novante, censetur facta cum prælatione respectu secundi creditoris, & sic cum prioritate temporis, prout erant in priori obligatione novata. Et sicut ex prima obligatione primus creditor veniebat præferendus secundo; ita & præferri debebit ex obligatione novante, qua eadem pignora repetita reperiuntur.

Hac tamen intelligentia, dicit Negusant. ut hæc 94 prælatio sit admittenda respectu pecuniæ primo loco mutuatæ obligatione novata; non autem repectu pecuniæ tertio loco mutuatæ in obligatione novante, quia in istis secundus creditor erit anterior primo.

Eandem distinctionem sequitur Cardin. Franciscus 95 Mantica *in tract. de tacit. & ambig. convention. lib. 11. tit. 31. num. 25.* dicens, quod si priora pignora in posteriori obligatione novante, sunt repetita, illa habent etiam temporis prærogativam, & suam antelationem conservant, ex *d. l. 3.* quod procedere, firmat, respectu prioris obligationis, non autem posterioris novantis, ex *d. gloss. in d. l. 3. in princ.* & ex Negusant. Bart. & aliis.

Eandem doctrinam, & prælationis distributionem 96 circa hunc creditorem sibi ipsi succedentem sequuti fuerunt, Bart. Bald. Alber. Angel. Salic. & Fulgosius *in d. l. creditor. ff. qui potiores.* Balduinus *de pignor. cap. 19. paulo post medium, & cap. 20. ante medium, vers.*

verſ. ſed & novata. Mudeus *de pignoribus, tit. quibus modis pign. vel hypoth. ſolvitur, num.* 76. Parlador *lib.* 2. *rer. quot c. fin.* 1. *part.* §. 12. *num.* 55. Rodriguez *de annuis reddit. lib.* 2. *quæſt.* 16. *num.* 53. & 61. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 1. *cap.* 175. *num.* 13. Caſtillo *deciſ. Sicil.* 17. *num.* 35. & 36. *lib.* 1. & *deciſ.* 5. *num.* 5. *cum ſeqq.* Mareſcotus *variar. reſol. lib.* 2. *cap.* 56. *ex num.* 18. Carleval. *de judiciis, tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 3. *diſp.* 35. *n.* 14. *fol.* 388.

97 Textus etiam *in l. primi creditoris*, 15. *D. quibus pign. vel hypoth. ſolvit.* Ibi *Reſpondit, cogendum accipere ſalvo jure pignoris prioris contractus, &c.* Textus etiam optimus *in l. pupilli*, 96. §. *cum eodem tempore, de ſolutionibus;* quo determinatur, quod pignus obli-
98 gatum eodem tempore uni, & eidem creditori pro duobus creditis, ſi vendatur pretium inde exactum cedit in utriuſque ſolutionem pro rata cujuſlibet crediti, ſi autem in diverſis temporibus fuerit obligatum pignus, & poſtea venditum, pretium prius cedat in ſolutionem debiti antiquioris, & quod ſuperabundat, cedat in poſteriùs, verba textus hæc ſunt. *Cum eodem tempore pignora duobus contractibus obligantur, pretium eorum pro modo pecuniæ cujuſque contractus creditor accepto ferre debet; nec in arbitrio ejus electio erit; cum debitor pretium pignoris ſorti omni ſubjecerit; quod ſi temporibus diſcretis ſuperfluum pignorum obligari placuerit, prius debitum pretio pignorum jure ſolvetur; ſecundo ſuperfluum compenſabitur*, ad idem eſt, *l. in iis*, 5. §. *imperator* & §. *fin. eod. tit.* & *l. prætoris*, §. 1. *D. de damno infecto.*

99 Ex quibus infertur, quod ſi iſte inferior, cui per anteriorem (minoris ſummæ creditorem) facta fuit antelationis, & prælationis ceſſio, plus exegerit, quàm cedenti debeatur, ſecundo creditori intermedio competet revocatoria actio, ut ſibi reſtituat id quod ſupereſt ex quantitate debita anteriori cedenti, cujus jus repræſentat, & cujus nomine antelationem habet, argumento textus *in d. l. ſi prior*, 13. *D. qui potior. in pignor. habeant.* In illis verbis. *Et quod ſuperfluum ex anteriori accepit, hoc ſecundo reſtituat*, textus etiam *in l. quærebatur*, 21. *D. eod. tit.*

100 Denique infertur ad quæſtionem quam in facti contingentia vidi agitatam, anterior creditor per pactum, paſſus eſt, ut unus ex anterioribus creditoribus concurrentibus, prius exigat ſuum creditum, cedendo eidem gradum, & prælationem, hac tamen expreſſa conditione, ut poſt hujus inferioris exactionem primo loco, ipſe anterior cedens debeat immediatè, & ſecundo loco ſolutione dimitti, & ſuum exigere creditum, ita ut non aliàs, nec alio modo facta intelligatur prælationis ceſſio, ſed imò ſuum jus prælativum maneat integrum, & illæſum, ut antea; & an hæc conventio inter priorem, & poſteriorem creditores aliis intermediis præjudicet, vel an etiam deficiente conditione, prout inſuper inferiori prælationis ceſſio in præjudicium ſaltem ſolius cedentis.

101 Difficultatis hujuſmodi reſolutionem facilè percipies ex hactenus ſcriptis: licèt enim ſimpliciter cedens anterior ſuam inferiori creditori prælationem, iſte aſcendat ad priorem gradum; & omnibus in actione præ-
102 feratur, & intermedii alii creditores immediatè poſt eum gradatim ſunt ſolvendi ante anteriorem cedentem, ut per totum diſcurſum hujus cap. vidiſti, nec non pactum hoc de occupando ſecundum gradum procul dubio validum ſit, & operetur inter primum, & ſecundum creditorem alio intermedio non ſtante, ut expreſsè probat textus *in d. l. creditor qui potior*, §. *ſi tecum*, *D. qui potior. in pign. hab.*

103 Nunquam tamen aliis intermediis creditoribus, qui pacto, & conventioni inter priorem, & inferiorem non interfuerunt tale pactum obeſſe poterit, nec illorum juri ſemel quæſito immediatè gradatim perſolvendos poſt priorem, & anteriorem in aliquo detrahere; quia res
104 inter alios acta aliis nocere non poteſt, nec id quod noſtrum eſt, ad alium ſine facto noſtro tranſire poterit, *l. id quod noſtrum, D. de reg. jur.* prout etiam in ſententia obtenta inter poſteriorem, & anteriorem victum ſuper jure prælationis, expreſsè determinavit textus *in leg. Claudius Fœlix*, 17. *D. qui potior. in pign.* ut non præjudicet intermediis creditoribus judicio non aſſiſtentibus. Ibi, *Nec tertius creditor ſucceſſit in ejus locum, nec inter alios res judicata aliis prodeſſe, aut nocere ſolet: ſed ſine præjudicio prioris ſententiæ totum jus aliis creditoribus integrum relinquitur*; de cujus textus applicatione latiùs egimus ſuperiùs hoc c. 13. *ex n.* 58. & *ex n.* 50. *cum ſeq.*

105 Nec enim eſt in poteſtate creditoris anterioris contrahentis, cum creditore inferioris gradus jus tollere aliorum intermediorum, intervertere, aut in aliquo immutare, nec in minimo perturbare, integrum enim manet, & illæſum, nullæ mutationi ſubjectum, eorum deficiente conſenſu, quo ceſſante, gradus ſemel ſibi ipſi quæſitus incommutabilis eſt prout ex juribus, & Doctoribus apertè probatum reliquimus à principio hujus §. in quo dubium nullum eſſe poterit.

106 Igitur ſi reſervativæ qualitati, & conditioni appoſitæ per anteriorem (ut ſcilicet, iſte cedens prælationem inferiori, ſecundum locum, & gradum occupet in exigendo ſuum creditum, & poſtquam inferior iſte ſolutionem, & ſatisfactionem ex bonis debitoris recepit, non alias nec alio modo facta intelligatur prælationis ceſſio) non acquieverunt creditores intermedii; quorum jus totaliter deducitur, & involvitur in ipſo pacto, nec conditione: quid operetur pactum inter inferiorem, & anteriorem initum videamus, & breviter dicendum nihil ex eo conſequi poſſe inferiorem iſtum.

107 Tum, quoniam omnia pacta præſervativa juris cedentis appoſita in ceſſione, & remiſſione ſui juris obſervanda eſſe, non eſt dubium. *Quæſtio enim facti eſt, quid inter eos actum ſit*, inquit Conſultus *in d. l. creditor*, §. *ſi tecum*, *D. qui potior*, *l. ſicut*, *cum omnibus ſuis*, §§. *aliæque ll. D. quibus mod. pign. vel hypothec. ſolvitur*, & latiùs probavimus ſuperiùs *ex n.* 37. *cum ſeq.* & inſuper, quia reſervatio hæc creditoris, & proteſtatio conſervat jus ſuum integrum, &
108 illæſum quoad hypothecas prælationem anteriorem, ſeu privilegium cauſæ, non verificata conditione, aut qualitate, ſub qua ceſſio, aut juris renuntiatio fuit facta. Probaverunt Gozadinus *conſil.* 38. *num.* 12. Milanenſis *deciſ.* 8. *num.* 38. *lib.* 2. Caſtillo *deciſ. num.* 45. de Franchis *deciſ.* 50. *num.* 7. & 8. Fabius de Anna *conſil.* 35. & *conſil.* 90. Amat. *variar. reſol.* 50. *num.* 20. Et in variis materiis, *ex num.* 8. *cum multis ſeq.*

109 Tum etiam quoniam cui anterior cedat prælationis jus in favorem inferioris non ſimpliciter, ſed conditionaliter, dummodo occupet ſecundum locum in exactione, *non alias nec alio modo.* Quod quidem pactum conditionem importat, qua deficiente, perinde erit ac ſi contractus celebratus non fuerit. Jaſon *in l. fin. C. de jure emphyteut. n.* 142. & *conſil.* 162. *n.* 5. *lib.* 2. Curtius Senior. *conſil.* 8. *n.* 6. Pariſ. *concl.* 12. *n.* 104. *lib.* 2. Caputaquenſ. *dec.* 82. *n.* 3. *p.* 3. Caſſador. *deciſ.* 2. *n.* 7. *de Simonia.* Natta *conſ.* 472. *num.* 4. & 5. Rolandus *conſil.* 62. *n.* 24. *vol.* 4. Menochius *de arbitr. caſu* 237. *n.* 34. & *conſ.* 38. *n.* 12. & 22. Surdus *conſ.* 268. *n.* 9. Flamin. *de reſignat. lib.* 2. *quæſt.*
110 2. *n.* 12. *lib.* 9. Et eſt clauſula limitativa voluntatis & conſenſus, & præſervativa ſui juris in caſu contrario. Pariſius *conſ.* 10. *n.* 285. *lib.* 4. Verall. *deciſ.* 82. *n.* 3. *deciſ.* 84. *n.* 10. *part.* 3. Maſtrillus *deciſ.* 76. *num.* 10. *tom.* 3. Gratianus *diſcept.* 587. *n.* 11. & *c.* 748. *n.* 12.

111 Et conſenſum à contractu adimit, quando contrahens jus ſibi reſervatum non conſequitur, ita ut nihil actum videatur inter contrahentes. Gloſſa, Bald. & alii *in l. ſi quidem de excep.* Nevizant. *conſil.* 87. *num.* 15. Gratus *conſil.* 128. *n.* 15. Alexand. *conſil.* 3. *n.* 4. *vol.* 2. Beneventan. *de aſſecuration. gioſſ.* 35. *n.* 2. *fol.* 136. Gratian. *diſceptatio.* 784. *n.* 12. & 13. Et alii quamplurimi
112 citati per Aug. Barboſ. *clauſul.* 81. *numer.* 5. *cum ſeqq.*

Qui *n.* 14. probat hanc clauſulam habere vim reſolutionis contractus ab initio, ac ſi numquam geſtus fuiſſet. Gratian. *diſcept.* 517. *à princip. & c.* 532. *num.* 21. *tom.* 3. Socin. Senior. *conſil.* 251. *vol.* 2. Lotterius *de re beneficial. lib.* 1. *q.* 37. *n.* 60. *& quæſt.* 4. *n.* 272.

113 Igitur de primo ad ultimum ſequitur, quòd ſi huic pacto, & conditioni non accedat intermediorum creditorum, (quibus ex eo paratur præjudicium) conſenſus, ut nempe anterior poſt inferiorem ex ceſſione occupantem primum gradum, conſequatur ſecundum, nec anteriorem ſuum gradum, & prælationem, ita conditionaliter ceſſam, & reſolutam, amiſiſſe: nec etiam inferiorem ceſſionis hujuſmodi virtute aſcendere poſſe ad priorem, ſed præciſe in ſuo proprio remanere, illumque acquiſiſſe à tempore ſui contractus cum debitore ſub hypotheca celebrati, eo quod deficiente conditione, nullius gradus adfuit mutatio, ſed omnes ut antea manent illæſi, ac ſi ab initio nulla facta fuiſſet
114 ceſſio prælationis. Quod ſi inſuper ea uſus fuerit creditor iſte inferior, ſtatim atque reclamaverint cæteri creditores intermedii, ſoluta pecunia actioni revocatoriæ ſubjecta ſemper remanebit, reſtituenda anteriori, aliiſve creditoribus intermediis potioribus ſe, juxta quæ alibi latè diximus 1. *part. cap.* 10.

CAPUT XIV.

De creditoribus præmaturè ſolutis gradatim deſcendentibus ob revocatoriam contra eorum primum à priori, & potiori creditore motam.

Et an prior creditor cogatur revocatoriam prius intentare, & incipere à poſterioribus ſolutis, vel an potius poſſit ſuo arbitrio quemlibet ex jam ſatisfactis convenire.

Et an res judicata contra primum ſic lata ad iſtius favorem aliis inferioris gradus non citatis gradatim præjudicet.

SUMMARIUM.

1 *Creditores in exigendo ſua credita gradus, & ordinem ſententiæ ſervare tenentur, ne conſumptis bonis inter poſteriores, priores inſoluti remaneant.*

2 *Concurſus judicium inter creditores movetur, & deſtinatur, ut unuſquiſque ſciat, quo gradu exigere poſſit.*

3 *Creditores potiores habent regreſſum contra adminiſtratorem ordinem graduum præpoſterantem.*

4 *Poſſunt etiam revocatoriam intentare contra poſteriores ſolutos, ſive pecunia conſumpta ſit, ſive non.*

5 *Concurſu pendente, ſolutio, & exactio præpoſterata annullatur, ob dolum, malam fidem, & fraudem reſumptam.*

6 *Creditoribus anterioribus datur electio in agendo contra creditores intempeſtivè ſolutos, ſive contra adminiſtratorem, eis perperam ſolventem.*

7 *Creditor qui mala fide pecuniam exigit nunquam ejus ſibi fuit acquiſitum dominium.*

8 *Bona fide ceſſante, pecunia etiamſi millies commiſceatur, dominium non transfertur.*

9 *Pecunia mala fide conſumpta creditor dicitur dolo deſinere poſſidere, quæ adhuc extat, & vendicari poteſt.*

10 *In creditoris potioris poteſtate, & libero arbitrio an ſit, contra quemlibet ex creditoribus poſterioribus revocatoriam intentare, vel an cogatur incipere ab ultimis, & ſic gradatim aſcendere quo uſque de ſuo potiori credito ſatisfiat.*

11 *Debitoris bonis alienatis creditorem teneri agere prius contra ultimum emptorem qui teneant.*

12 *De perſona ad rem valet argumentum, & è contra.*

13 *Si prior avocat pecuniam ſolutam à ſecundo, iſte à tertio, & tertius à quarto creditore, & ſic de ſingulis gradatim deſcendunt, & revocant à poſterioribus ſe.*

14 *Vendens ſua bona, cum pacto ut emptor ſatisfaciat creditoribus, licet iſti de rigore juris nequeant emptorem convenire; tamen benè poſſunt ut circuitus evitentur, quia ſi conveniunt venditorem, iſte ageret contra emptorem.*

15 *Non ſolvere melius eſt, quàm ſolutum ab alio repetere.*

16 *Quia poteſt is, à quo vult repetere, vel non eſſe ſolvendo, vel eſſe litigioſum.*

17 & 18 *Judex eam viam amplecti tenetur qua partibus magis ſit conſultum.*

19 *Creditorem primum liberum habere arbitrium, & electionem in avocanda pecunia à quolibet ex poſterioribus creditoribus præmaturè ſolutis, verior eſt opinio.*

20 *Creditor ſecundus, & conventus revocatoria per priorem nequit huic opponere, ut agat contra tertium, & alios inferiores jam ſolutos, & ſequentibus.*

21. 22 & 23. *Creditor primus poteſt eligere unum ex certis poſſeſſoribus, & unum ex creditoribus ante ſolutis, ut ſolutio avocetur.*

24 *Quæ opinio probabilior, & receptior eſt.*

25 *Concurſu pendente creditori pecunia ſoluta fingitur ſtare.*

26 *Æquitas non prævalet in præjudicium tertii.*

27 *Jus propter circuitus vitandos poteſt addi creditoribus, ſed non adimi.*

28 *Melius retinere, quàm ab alio repetere, procedit quando ei competit jus retinendi, & excipiendi, non alias.*

29 *Res judicata obtenta à primo creditore contra ſecundum malè ſolutum, an præjudicet tertio non citato; pariter præmaturè ſoluto, cum ſequentibus.*

30 *Eodem jure quo primus revocat pecuniam à ſecundo, eodem, & ſecundus à tertio, & ſic de ſingulis ſucceſſivè, & gradatim.*

31 *Primo creditore dimiſſo, ſecundus remanet primus, & poſterior.*

32 *Gradatim ubi plures admittuntur ſecundus primus efficitur primo de medio ſublato.*

33 & 34. *Prior & proximior ille dicitur, quem nullus præcedit.*

35 *Jus inferioris creditoris diverſum eſt, & diſtinctum à jure prioris qui eum vicit in revocatoria.*

36 *Res judicata ſuper prælatione obtenta per tertium creditorem contra primum non obſtat ſecundo non citato.*

L. Claudius Felix 16. *ff. qui potiores, adducitur, ibid.*

37 *Sententia lata contra ſecundum creditorem prius ſolutum obtenta à priori ſuper avocatoria exequi poteſt contra tertium, & cæteros, qui ſimiliter intempeſtivè exegerunt.*

38 & *ſeqq. Inter cæteros ſuperatos ſuper prælatione, & inter victos ſuper revocatoria pecuniæ exactæ maxima reperitur differentia.*

39 *In juribus ſeparatis, & dependentibus quilibet, & per ſe vinci debet, & res judicata inter alios aliis non nocet, nec prodeſt.*

40 *Creditorum exactio graduationis ſententia lata habet dependentiam, & conſequentiam à prioribus exactionibus.*

41 *Creditores, quemadmodum gradatim aſcendunt pro legitimis exactionibus, ita gradatim deſcendunt propter exactiones inordinatas.*

42 *Sententia lata ſuper deſcendentia contra ſecundum creditorem nocet tertio, & aliis creditoribus, cauſativè exigentibus.*

43 *Qui virtute quartæ portionis optavit portionem integram ſi poſtmodum quartæ collatio fuit nulla declarata etiam ex eadem ſententia privatur quarta ad quam aſcendit.*

44 *Qui ex portione optans aſcendit ad canonicatum, alioſque, aſcendit ad portionem dimiſſam poſtmodum victus fuerit in canonicatu, hac ſententia officit portionario, ut portionem victo reſtituat.*

45 *Nam quemadmodum omnes gradatim aſcenderunt, ita primo victo omnes gradatim deſcenderunt.*

46 *Defectus in primo gradu à quo cæteri jus habent, & cauſam primo reſtituto adverſus ſecundum, iſte pariter adverſus tertium, ac de ſingulis gradatim.*

47 *Ex una radice quando multiplex vitium naſcitur, conſequens eſt ut pariter reſolvatur cum prima radice.*

48 *Sententia lata ſuper cauſa conſetur lata ſuper cauſato.*

49 *L. Claudius ſolix, ff. qui potiores, mirabiliter interpretatur & ponderatur in propoſito.*

50 *Cauſa propter quam tertius creditor vicit priorem quando eſt communis cum ſecundo intermedio, etiam iſti præjudicat ſententia.*

51 *Secundus creditor revocativè contentus à primo tutius faciet ſi ſimul citet tertium, & cæteros præmaturè ſolutos ut ſecurius eis noceat ſententia contra ſe lata.*

52 *Ob circuitus vitandos ſententiam obtentam contra ſecundum ſuper revocatoria exequendam eſſe contra tertium, & cæteros, quibus nulla defenſio competere poteſt.*

1 CREDITORES in exactione ſui crediti gradum omnino ſervare tenentur, & ad hunc finem, & effectum inter ipſos in judicio concurſus contenditur principaliter, qui primo loco, & gradu exigere debeant, ne tanquam poſteriores debitoribus non ſufficientibus, & per priores conſumptis, inſoluti remaneant, ad latiſſime tradita ſuprà hac 3. *part. c.* 11. *per totum*, atque etiam ad hunc eundem finem inter omnes creditores profertur graduationis ſententia, qua uni-
2 cuique creditorum aſſignatur gradus, ut eo ſervato, unus poſt alium gradatim exigere, & conſequi ſuum creditum valeat, prout ſæpè diximus; quia hoc judicium concurſu inter creditores deſtinatur, & ordinatur, ut ſciatur, qui prius exigere debeant.

3 Si igitur gradibus præpoſteratis, poſterioribus creditoribus fuerit ſolutum, omiſſis creditoribus anterioris, & portioris gradus, iſti licèt habeant jus; & actionem contra adminiſtratorem perperam, & inordinatè ſolventem, ad latè tradita ſupra hac 3. *part. c.* 8. *per totum*, ubi accuratè fundatur.

4 Poſſunt etiam liberè convenire creditores præmaturè, & inordinatè ſolutos, & adversùs eos revocatoriam intentare, & ab eis indiſtinctè, ſive pecunia extet, ſive non, & ſit jam conſumpta repetere & ad reſtituendum cogere; quia diſtinctio prædicta non habet locum, ubi adeſt concurſus, ob malam fidem, dolum, & colluſionem præſumptam tam creditoris præmaturè exi-
5 gentis quàm debitoris, vel adminiſtratoris præpoſterè ſolventis, & gradum præpoſterantis, de quo ampliſſimè, & accuratè egimus ſuprà 1. *part. cap.* 10. *ex num.* 64. *cum multis ſeqq. verſ. his ſuppoſitis, quoad noſtrum*
6 *judicium concurſus, &c. Et ex n.* 41. Ita ut prioribus creditoribus recurſus detur ſive contra adminiſtratorem, ſive contra creditores intempeſtive ſolutos, electivè; prout latè probavimus *in d. c.* 8. *ex n.* 29. *& ſeqq. v. & hæc pars fulcitur ex vera interpretatione*, &c. & ſuprà *c.* 10. *n.* 19. *verſ. eamdem quæſtionem movet Gratianus*, &c. hac 3. *part.*

7 Nam ſi mala fide exegit creditor, nunquam dominium ei fuit pecuniæ quæſitum, ut communiter tenetur per textum, *in l. ſed & ſi pariter, in fine, D. ad Senatus Conſult. Macedon. gloſſ. celebris, in l. filius, verb. conditionem, D. ſi cert. pet.* quæ dicit pecuniam mala fide conſumptam poſſe condici, & denique ad idem faciunt *l. obligari*, §. *pupillus*, 1. *D. de authorit. tutor. & §. nunc admonendi, Inſtitut. quib. mod. alien. licet vel non; ac l. ſi Caſſius, de ſolut.* quibus in locis tum demum confirmari dicitur ſolutionem, cum bona fide recipitur.

8 Pulchrum eſt in propoſito Angeli Aretini dictum *in §. conſtituitur, num.* 2. *in gloſſ. permutatione inſtit. de uſufructu, quod ceſſante bona fide, etiamſi millies pecunia commiſceatur, dominium non transfertur*, quibus addit Surdus *conſil.* 4. *n.* 44. aliam rationem ex Jaſon *in l. rogaſti* §. *fin. D. ſi certum petat.* quia quando pecu-
9 nia conſumitur mala fide, dicitur creditor dolo deſiiſſe poſſidere, & tali caſu fingitur pecuniam extare, ideoque ac ſi ſtaret, vindicari poſſe, plures refert Surdus *n.* 43. Alexand. Ambroſinus *deciſ.* 35. *n.* 26. *part.* 2. *deciſ.* 2. *n.* 22. *part.* 1. Gutier *practicar. quæſt.* 101. *n.* 12. *part.* 3. Fontanella *de pact. clauſ.* 5. *gloſſ.* 8. *p.* 7. *ex n.* 1. *cum ſeqq. tom.* 2. *fol.* 148.

10 Sub quibus veriſſimis ſuppoſitionibus duæ utiliſſimæ quæſtiones examinandæ ſe offerunt. Prima (ex cuius reſolutione ſecundæ inveſtigatio pendet) an in poteſtate, electione, ac libero arbitrio creditoris prioris gradus ſit, convenire, & revocatoriam intentare contra quemlibet ex poſterioribus ſe ſolutis; vel præcisè cogatur à poſterioribus incipere, & gradatim aſcendere, quouſque integrè de ſuo credito potiori ſatisfiat? Et pro negativa, ut non ſit in electione prioris creditoris eligere quem voluerit, ſed ut præcisè teneatur revocatoriam intentare contra ultimos, & inferioris gradus ſolutos; Probatur primò; quia licèt creditor poſſit agendo con-
11 tra debitorem eligere ſuper qua re velit, quod in creditoris arbitrio eſt; tamen alienatis omnibus debitoris bonis amittit hanc electionem, & tenetur contra poſteriorem emptorem experiri, & non contra primos prout tenent Hyppolitus de Marſillis *ſingulari* 290. Amanellus *de claris aquis ſingularis.* 128. Chaſſaneus *in conſuetud. Burgund. tit. des rentes, rubr.* 5. §. 2. *gloſſ.* 2. *n.* 45. Bart. *in l. Moſchus, D. de jure fiſci.* Ægidius Magonius *de ſubhaſtationib. c.* 41. *in deciſionibus diverſorum, & reſponſ. lib.* 11. *Arreſto, tit.* 3. *Arreſt.* 1. Ergo idem dicendum erit reſpectu creditorum qui 12
præpoſterè fuerunt ſoluti, ut creditor poſterior, & ſuperioris gradus intentans revocatoriam non poſſit eligere quèm velit, ſed debet incipere ab his, qui noviſſimo gradu ſunt; cùm validum ſit arguere de perſona ad rem; & è contra Surdus *Conſ.* 262. *n.* 38. *& conſ.* 460. *n.* 36. Eſcobar. *de ratiociniis, cap.* 15. *n.* 9. Oter. *in repetitione cap. gratam de officio delegati. n.* 68. Tuſchus *litt. concluſ.* 502. *n.* 4.

13 Secundò, quoniam ſi permitteretur, quod creditor primi gradus avocaret pecuniam ſolutam ſecundo creditori, iſte haberet regreſſum contra tertium, & tertius contra quartum creditorem ſimiliter ſolutum, & ſic de ſingulis gradatim deſcenderet avocatio pecuniæ ſolutæ; quod maximum foret inconveniens, & lites ex litibus orirentur, & ideo ut circuitus vitentur debet creditor primi gradus incipere à poſterioribus, & ultimis ſolutis, & directè contra eos agere, ne tot exburſent ſolutum quod iterum recuperare debent ab aliis inferioris gradus ſucceſſivè, & gradatim, prout in ſimili probant Doctores in debitore donante, aut vendente rem 14
ſuam cum pacto, quod donatarius, aut emptor teneantur ſatisfacere creditoribus donantis, aut vendentis, vel etiam hæredis hoc pacto vendentis hæreditatem in quibus caſibus licèt de rigore juris creditores non habeant obligatum emptorem aut donatarium, ut hunc convenire valeant ſed dumtaxat debitorem; adhuc tamen æquitate actio eis datur contra emptorem, aut donatarium propter circuitus vitandos, quia ſi debitor conventus ſolvit, habet regreſſum contra emptorem, vel donatarium, quem obligatum tenet virtute pacti ad recuperandum ſolutum creditoribus ſuis, quam concluſionem firmarunt. Boërius *deciſ.* 204. *n.* 43. quem ſequitur Gutier *practicar quæſt. lib.* 2. *qu.* 68. *n.* 9. Azevedus

in l. 2. tit. 16. lib. 5. recopilat num. 39. per quam etiam firmat Hermosilla *ad l. 13. tit. 5. part. 5. gloss. n.* 10. *tom. 2. fol.* 62. & Nos suprà *2. part. cap. 26. num.* 70. *& 71. vers. qua stante potest probabiliter*, &c. & superiùs *n.* 90. *vers. hinc licet de jure communi*, &c.

15 Melius namque est non solvere, quàm solutum ab alio recipere, textus *in l. si cum legetur, si Titio & ibi* Aretinus *in 3. notabili D. de legat. 1. l. si debitor in fine, D. de liberat. leg. 1. si stipulatus esses, D. de fidejussoribus*, ubi ita scribitur, *interest ejus pecuniam retineri potius, quàm solutam repetere, & l. postulante, in princ. D. ad Trebellian.* ibi *Pecuniam retinere maluit, quàm petere*, Faber *in §. notissimè, instit. de suspect. tutor. & in leg. à Divo Pio, §. si post edictum num.* 2. ubi Jason. *num.* 10. *D. de re jud.* Surdus *cons.* 36. *num.* 14. *& decis.* 295. *in fin.* Nevisan. *cons.* 37. Cabalin. *de evictionibus*, §. 2. Craveta *cons.* 825. *num.* 12. Carrocius *decis.* 96. *n.* 1. Turetus *cons.* 67. *n.* 8. *vol.* 3. Mastrillus *decis.* 170. *n.* 6. Thesaurus *decis.* 85. *num.* 1. Gabriel. *cons.* 129. *n.* 13. *volum.* 1. Rota Lucens. *diversorum decis.* 151. Giurba *decis.* 100. *n.* 30. *& decis.* 35. *n.*
16 *fin.* ubi addit rationem, quia tertius à quo erit recuperandum solutum, vel non erit solvendo, vel erit litigiosus, & à quo vix, vel non nisi cum maximo certamine & detrimento jus suum solvens recuperabit,
17 ex Tiraquell. *lib. 1. retract.* §. 29. *glossa 3. n. 3.* imò in dubio debet judex eam amplecti viam, qua partibus magis consultum, & provisum esse possit ex Castrensi, quam alii communiter sequuntur, *in l. 1. D. si quis caution.* Caballo *consil. 34. n. 6. & consil. 38. n. 7.* & per quam illis minus afferat præjudicium, ex Caballo *cons. 84. n. 8. cons. 98. n. 5.* Ergo idem dicendum
18 videtur nostro casu, ut nec permittatur priori creditori revocatoria agere contra primos alios creditores solutos, qui ab aliis sequentibus gradatim pecuniam avocatam, & restitutam recuperare debent, sed ab inferioribus incipere debet, ob circuitus vitandos, & ne omnes litibus involvantur, quæ via tutior, & æquior est Doctoribus hactenus allegatis.

19 Sed nihilominus contraria sententia de jure verior est, & in praxi quotidiana observata, & frequenter amplexa, ut creditor prior & potior possit suo arbitrio eligere unum ex aliis creditoribus posterioribus, se quem maluerit, & contra ipsum intentare revocatoriam, ut sibi restituat pecuniam à se præmaturè exactam, & sibi ordinis gradu non servato solutam, sive conventus sit anterior, sive posterior inter solutos; nec eorum prior
20 potest creditori potiori opponere, ut prius debeat incipere & revocatoriam intentare contra posteriores, quia ad hoc nullum jus habet, ut per textum *in l. creditoris arbitrio, D. de distract. pignor. l. Moschis D. de jure fisci, l. qui generaliter, D. qui potiores in pign. habeantur*. Probarunt tam inter tertios possessores rerum de-
21 bitoris, quàm inter creditores diversi gradus solutos in præjudicium prioris, & potioris, Guido Papæ *decis.* 432. Leo *decis.* 17. *inter decisiones diversf.* Franciscus Marcus *decis.* 296. *& dec.* 433. 1. *part. & decis.* 930. *part.* 2. quibus adhæret Amendula *in additionib.* ad Vincent. de Franchis *decis.* 53. *ex num.* 4. qui loquuntur in electione data creditori contra quemlibet tertium possessorem rerum debitoris, cùm in suo arbitrio sit convenire ex eis, quem maluerit nulla data distinctione posteriorum, aut anteriorum.

22 Et loquendo in utroque casu, idem tenet ex *d. leg. creditoris arbitrio*, Cæsar Manente *decis.* 45. *n.* 18. ubi dixit creditorem in revocatoria arbitrium habere ad revocandum solutionem posteriori factam, quamvis alii sint inferioris gradus nec illi de hoc conqueri possunt; idem affirmat Manent. *in dec.* 62. *n.* 1. & 2. Cartarius *decis.* 105. Costa *de re integra, distinctione* 56. *num.* 2. Mauritius Aretinus *de fidejussoribus*, 2. *part. principali, sect.* 10. §. 39. & Riccius *decis.* 280. *part.* 2. quos referens sequitur Noguerol.
23 *allegat.* 7. *n.* 48. ubi dicit dubitare non posse, electionem, & arbitrium habere creditorem, ut liberè possit eligere rem, quæ ipsi placuerit, ita ut creditor posterior ei opponere non valeat, quod exigat ex aliis affectibus; atque etiam inquit creditorem in revocatoria habere arbitrium ad revocandam solutionem posteriori à se factam, quamvis alii sint inferioris gradus, quibus pariter inordinatè solutum fuerat; hanc insuper opinionem sequitur Anton. Faber. *de erroribus pragmatic. decad. 5. errore 9. per totum.*

Quæ opinio longè verior est, & receptior contra 24
alios Doctores, quos in contrarium allegavimus superiùs *n.* 11. *vers. quia licet creditor possit agendo*, &c. licèt loquantur dumtaxat in creditore conveniente tertios rerum possessores, cùm in utroque casu eadem sit juris ratio, & communior, atque praxi receptior sententia, quam obiter retulimus 1. *part. c.* 17. *ex. n.* 16. *cum seqq. vers. certè namque dubitari non potest*, &c. *& 2. part. cap. 4. num.* 48. & 85. *vers. pro qua doctrina rectè conducit*, &c. Tum etiam, quia 25
pecunia inordinatè soluta creditoribus posterioribus pendente judicio revocatorio ob malam fidem, & collusionem præsumptam fingitur adhuc stare, & considerator inter bona debitoris, attento jure creditoris anterioris, & ejus respectu considerato, quam ob id avocare potest à quocumque, & suo arbitrio, ut diximus suprà 1. *p. cap.* 10. *ex n.* 64. & superiùs *vers. his suppositis quo ad nostrum judicium concursus*, &c. & hac 3. *part. cap.* 8. *ex n.* 18. *vers. ideo administratur, qui contra formam*, &c. *& ex n.* 26.

Atque ideò non obstant argumenta in contrarium 26
adducta, tum quia, ut diximus, contraria sententia verior de jure, in praxi receptior est, & magis communis; tum etiam quia Doctores ibidem citati loquuntur, & fundatur in æquitate, quæ non prævalet in præjudicium juris tertii (creditoris scilicet anterioris habentis electionem, & arbitrium à jure quemlibet ad libitum conveniendi) prout latius alibi probavimus suprà 2. *part. cap.* 28. *ex n.* 41. *vers. & quia compensentio est facta solutio*, &c.

Nec obstat secundum, de quo suprà *ex num* 13. 27
vers. secundo quia supermitteretur, &c. ordinatum ad circuitus vitandos; quia doctores in argumento allegati, eorumque doctrina, quod facta per debitorem donatione, aut venditione bonorum cum pacto de solvendo creditoribus quibus jus competit, & actio non contra emptorem, aut donatarium, sed contra debitorem ipsum jure communi attento, propter circuitus vitandos, adeunt jus creditoribus, ut possint directè convenire emptorem; non tamen adimunt eis jus, quod antea competebat contra debitorem, sed expressè creditoribus electionem attribuunt, utram velint, conveniant, quod non procedit in nostro casu, ubi agitur de tollendo jure creditoribus, arbitrio, & electione sibi competentibus de jure, ex *dict. leg. creditoris arbitrio, D. de distract. pignor.* cum similibus; quibus nullo modo adaptari potest doctrina, & quatenus adaptatur, retorquetur & nostram favet opinionem.

Nec obstat quod ibidem diximus satius, esse non 28
solvere, quam solutum ab alio repetere, ex juribus & authoritatibus ibidem adductis, quia rectè, & juridicè procedent quando debitor jus habet retinendi, & non solvendi, etiamsi pro securitate sibi cautio offeratur à creditore in casu succumbentiæ, non tamen procedit doctrina, quando de jure debitor, & retinens ad solvendum, & trahendum adstrictus est, & tenetur nulla exceptione opitulante; prout in casu de quo agimus, in quo creditor libere potest, & habet electionem conveniendi, & avocandi pecunias solutas posterioribus se creditoribus, & incipiendi à primis, si ut ab aliis inferioris gradus, ut communis, & praxis observat.

Ex qua resolutione alia singularis suboritur quæstio, 29
an creditor secundus, à quo prior, & potior per rem judicatam avocavit pecuniam præmaturè solutam, possit adversùs tertium creditorem similiter intempestivè solutum executionem ipsius rei judicatæ contra se ob-

se obstante petere, absque alia condemnatione, & novo judicio, & sic an illa res judicata super revocatoria, quàm secundus contra se reportavit, præjudicet tertio, & sic successivè aliis creditoribus inferioris gradus.

Pro qua in primis supponendum erit, quod quando
30 primus creditor avocavit pecuniam solutam secundo, secundus eodem modo, & jure potest à tertio repetere, & revocatoriam intentare, & sic de singulis successivè, & gradatim; quia dimisso primo & soluto, secundus potior & prior remanet, *leg. qui balneum*, 9. §. *Titia*, ibi, *tunc enim priori dimisso, sequentis pignus confirmatur*, *D. qui potiores in pign. hab. leg. si potiores*, *C. de iis qui in prior. locum succes. l. Paulus*, *ff. qui potiores in pign. hab.* nam potiori, aut prioribus dimissis, sequentes gradatim ad pignus ascendunt, illorum locum occupant, vide latiùs suprà 2. *part. cap.* 3. *n.* 28. *& seqq. versicul. ex quo clarè infertur*, &c. & suprà.

Et quod secundus creditor priori dimisso, & soluto
31 incipiat esse primus, probant per *leg.* 2. *in fin. ff. de pignoribus.* Castrens. *in l. si res obligata ff. de legatis.* 1. Negusant. *de pignor. part.* 5. *membr.* 3. *nu.* 42. Gratian. *decis.* 415. *n.* 3. Giurba *decis.* 87. *n.* 24. *in fin.*

Nam ubi gradatim plures admittuntur, secundus pri-
32 mus dicitur quando is qui primo loco est è medio tollitur; & jus suum fuit extinctum cum primus dicaturis, quem nemo præcedit, *cap. nam & ego*, *de verbor. signific. capit. fin.* §. *item opponitur* 22. *quæst.* 2. Ancharanus, Romanus, Tiraquellus, Ruinus, & alii per Molinam *de primog. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 43. Mantica *de conjectur. ultim. volunt. lib.* 8. *tit.* 10. *ex num.* 6. *& seqq.* Surdus *consil.* 494. *ex nu.* 1. *lib.* 4. *& per totum*, *& consilio* 413. *n.* 17. Secundum namque jam nullus præ-
33 dit; & ideò dicitur prior, & proximior, *leg. proximi*, *ff. de verb. signific. l. jureconsultus*, §. 1. *ff. de gradibus.* Galliaula *consil.* 111. *n.* 11. Schrader. *de feudis*, *part.* 8. *cap.* 7. *num.* 12. A olphesi *ad constitut. R. N. p.* 4. *quæst.* 56. *n.* 1. Tuschus *lit. P. conclus.* 955. *n.* 2. Valenz. Velasq. *cons.* 63. *n.* 113. *& consil.* 97. *n.* 105. Menoch. *consil.* 111. *nu.* 63. Giurba *de conjuetudin. Messanens. cap.* 11. *gloss.* 10. *n.* 6. *part.* 1. *fol.* 663. Et quamplurimi alii
34 per Castillum *controvers. tom.* 5. *capit.* 93. §. 1. *per totum.* Ubi abundè quod respecta sequentium semper secundus dicitur primus, & primum locum occupans, primo sublato; & est textus *in leg.* 1. §. *hæreditas proximo agnato*, *id est ei*, *quem nemo præcedit*, *defertur*, *D. de juis & legit. hæred. l. lege* 12. *tabularum*, *vers. illo procul dubio*, *C. de legit. hæred.* §. *si plures institut. de legitima. agnator. succes.*

Videtur quod res judicata obtenta per primum cre-
35 ditorem contra secundum non possit exequi ad hujus instantiam contra tertium, aut cæteros successivè, sed novo judicio unus adversus alios gradatim revocatoriam experiri debet; tum quia jus inferioris creditoris diversum est, & separatum à jure inter alios acta aliis præjudicium afferre non potest *ex vulgaribus*. Ergo si tertius, & alii successivè non fuerunt citati in primo judicio per priorem motum prioris, & ab eo nullatenus dependet, quo casu res contra secundum illis præjudicare non potest, cùm eorum jus æque principale sit & diversum.

36 Secundò, & pro hac parte facit textus qui videtur expressus *in leg. Caudius Fœlix*, 16. *D. qui potior*, *in pignor. hab.* Ubi tribus diversis temporibus pignus à debitore fuit hypothecatum; tertius super prælatione egit contra priorem, & hunc vincit, & obtinuit rem judicatam; quærit textus, an hæc res judicata præjudicet secundo creditori non citato, ita ut tertius subingrediatur locum prioris victi, excluso secundo, qui excluso primo locum ejus occupare intendebat? Et resolvit Jureconsultus sententiam solùm præjudicare primo victo per tertium, non verò secundo creditori non citato, qui propterea suum secundum locum occupare debet in pignore, cui ob id sententia contra primum non prodest; sed contra eum jus prioris remanet intactum,

remanente re judicata illæsa inter tertium, & primum victum; verba textus hæc sunt: *Claudius Fœlix eundem fundum tribus obligaverat*, *Eutychianæ primùm*, *deinde Turboni*, *tertio loco alii creditori*; *cum Eutychiana de suo jure docere*, *superata apud judicem à tertio creditore*, *non procuraverat. Turbo apud alium judicem appellaverat*, *quærebatur*, *utrum tertius creditor etiam Turbonem superare deberet*, *qui primam creditricem expulerat*, *an ea remota Turbo tertium excluderet*; *planè cum tertius creditor primum de sua pecunia dimisit*, *in locum ejus substituitur in ea quantitate*, *quam superiori exolvi*; *fuerunt ergo qui dicerent: hîc quoque tertium creditorem potiorem esse debere*, *mihi nequaquam hoc justum esse videbatur pone primam creditricem judicio convenisse tertium creditorem*, *& exceptione*, *aliove quo modo à tertio superatam: numquid adversus Turbonem*, *qui secundo loco crediderat*, *tertius creditor*, *qui primum vicit exceptione rei judicatæ uti poterit aut contra potest primum judicium*, *in quo prima creditrix superata est à tertio creditore*, *secundus creditor à tertio obtinuerit*, *poterit uti exceptione rei judicatæ adversus primam creditricem? Nullo modo*, *ut opinor: igitur nec tertius creditor succes sit in ejus locum*, *quem exclusit*; *nec inter alios res judicata alii prodesse*, *aut nocere solet*; *sed sine præjudicio prioris sententiæ totum jus alii creditori integrum relinquitur.* De cujus textus intellectu, & circa indissolubilem intricationem ex eo deductam, vide latissimè per Negusantium *de priorib.* 3. *memb.* 6. *p. princip. ex n.* 43. *fol. mihi* 64. Igitur idem dicendum videtur in nostra quæstione, ut sententia avocationis lata contra eum, qui secundum gradum obtinet, nec ei prosit contra tertium, nec huic noceat, sed novo judicio contra illum agio portere.

Sed prædictis non obstantibus contrarium de jure 37
verius existimo; imò, ut sola sententia lata contra secundum creditorem per quam ab eo avocatur pecunia exacta, huic prosit contrarium, quartum, & cæteros non citatos, qui etiam intempestivè exegerunt. Si con- 38
sideres maximam versari differentiam inter creditores superatos, & victos in jure prælationis, & creditores victos in revocatoria; nam in primo casu quando inter eos contenditur de jure prælationis sententia contra primum obtenta à tertio ideo non nocet secundo; nam citato ad illud judicium, quia utriusque creditor jus habet in prælatione principaliter, & de per se inde- 39
pendens ab aliquo, sed seorsum seperatè quæsitum, ideo quilibet de per se vinci debet, ita ut res judicata contra unum priorem aliis subsequentibus & inferioris gradus non noceat, nec possit, tanquam res inter alios acta, ex juribus vulgaribus; quo casu loquitur, & rectè procedit dispositio text. *in d. l. Claudius Fœlix*, & ea quæ in contrarium consideravimus.

In secundo verò casu, quo versamur, nempe in re- 40
vocatoria obtenta contra secundum creditorem intempestivè exigentem, alia, & diversa ratio militat, quoniam exactio creditorum graduatione facta habet dependentiam, consequentiam, & quandam conditionem gradualem à prioribus exactionibus, ut creditores secundi gradus non possint exigere, nisi sequuta exactione priorum, & eorum, qui in primo gradu sunt, & sic de singulis; qui solutis, & dimissis prioribus, & subintrant, & optant locum, & gradum ab eis dimissum; & sic de singulis unusquisque gradatim ascendit, juxta superiùs comprobata *ex num.* 30. Quo casu, quoad justam exactionem, sicut unusquisque gradatim ascendit; ita pariter propter inordinatam, & illegitimam exactionem gradatim descendere debet; nam 41
exactio inordinata, & illegitima antecedentis, dedit causam exactionibus subsequentium gradatim, & successivè. Et sententia lata super descendentia contra secundum 42
præjudicat cæteris inferioris gradus qui exegerunt causativè ab exactione, & dimissione creditoris victi ob dependentiam unius exactionis ab alia gradatim, & consequutivè, ac propter illam causam.

43 Quam quæſtionem in ſimilibus omnibus terminis diſputantes, & plurimis, ac validiſſimis fundamentis ſolvimus in comment. *de Regia prot.* 4. *part. cap.* 24. *per totum*, maximè *ex num.* 14. *cum ſeqq.* Ubi *n.* 29. magis propoſitum adduximus Hieronym. Gonzalez *in regula de alternat. gloſſ.* 34. *ſub n.* 91. Dicentem, quod ſi quis fuit proviſus de aliqua quarta portione, cujus vigore optavit, & aſcendit ad dimidiam, & poſtea ad integram portionem; ſi poſtmodum victus fuit in quarta portione, & lata fuit contra eum ſententia, quâ nulla declarata fuit quartæ collatio; quod etiam hujus ſententiæ virtute erit privandus integra portione, quam nunc poſſidebat; quia proceſſit à principio injuſto & infecta radice.

44 Et magis in ſpecie probatur noſtra reſolutio ex iis, quæ diximus *in d. cap.* 14. *ex n.* 33. Ubi, quod ſi quis habens aliquam portionem, & aſcendit atque optavit canonicatum, & in portionem dimiſſam novus alius portionarius fuit proviſus, & poſtmodum fuit evictus Canonicatus, primo loco optatus, & ad dimiſſionem, & reſtitutionem condemnatus fuit poſſeſſor evictionis
45 ſententia, & condemnatio efficit huic tertio noviter proviſo in portione, ad quam ex eadem ſententia victus rediit, & tertius ea privatur, nam ſicut omnes gradatim optaverunt, & aſcenderunt, & primus locus ſit evictus, ita gradatim omnes deſcendere debent victo primo aſcendente, & obſtante, ſic per textum *in cap. ſi de beneficio*, 20. Ubi notat Ancharanus *n.* 2. *notabili*, 8. Philippus Francus *n.* 4. *de præbendis*, *lib.* 6. Et Gonzalez *in regula de menſ. & alternat. gloſſ.* 34. *à n.* 94. *& gloſſ.* 31. *n.*
46 44. Dicentes, quod quando adeſt defectus in principio, & in primo gradu, à quo cæteri vim capiunt, & cauſam, & ille eſt cauſa defectus, & vitii in ſequentibus gradibus ſucceſſivè contingentibus, primo vincente, & reſtituto adverſus ſecundum, reſtituitur, & ſecundus adverſus tertium, & ſic de ſingulis ſucceſſivè, qui deſcendunt gradatim ob latam ſententiam.

47 Nam quando ex una radice multiplex vitium naſcitur, conſequens eſt, ut eodem modo tollatur, & reſolvatur cum prima radice, à qua jus ſuum derivatur, & cauſatur, ut ex pluribus comprobavimus *d. c.* 14. *ex*
48 *n.* 19. *cum ſeqq.* Itaque cum dimiſſio, & ſolutio ſecundi creditoris fuerit cauſa, ut tertius, & alii inferioris gradus exegerint, ſine cujus exactione cæteri exigere poterant, ſecundo ad reſtitutionem condemnato, hæc condemnatio influit in cæteris gradatim ſolutis puta ſententia lata ſuper cauſa, cenſetur lata ſuper cauſato; ut ex plurimis reſolvimus *d. cap.* 14. *ex n.* 28. Ubi aliæ plurimæ doctrinæ, & exempla adducuntur in comprobationem quæ rectè conducunt huic noſtræ quæſtionis reſolutioni.

49 Congruit etiam mirabiliter ratio decidendi, ad *d. l. Claudius Fœlix*, *ff. qui potiores*, tradita per Donellum *in tr. de pignor & hypothec. c.* 13. *de jure poſteriorum creditor. ante finem*; dum aſſerit, quod ideo in caſu illius text. res judicata obtenta per tertium creditorem contra priorem in jure pignoris non nocet ſecundo non citato, quia tertium non vicit eo quod eſſet prior illo, ſed quia prior de jure ſuo non docuit, aut aliqua exceptio illum, quamvis cæteris priorem, removit, quæ quidam cauſæ vincendi non nocent ſecundo, nec cum eo communes ſunt; at verò quando cauſa, ex qua tertius vincit priorem communis eſt cum ſecundo, tunc ex ea à tertio etiam ſuperatur ſecundus, & ei nocet res judicata contra primum, prout latiùs proſequitur videndus Donellus *loco cit.* At cùm in noſtro caſu cauſa, ex qua ſecundus ſuperatur à primo creditore ſi communis cum cæteris inferioris gradus, manifeſtè ſequitur, quod res judicata obtenta per priorem contra ſecundum noceat etiam tertio, cum quo caſu qua victus fuit ſecundus communis ſi omnino, & ex eadem tertius vinci debet à ſecundo.

50 Securius tamen erit, & cautiùs aget ſecundus creditor, qui dum convenitur revocatoria à priori, & potiori creditore, ſimul ipſe faciat citare cæteros creditores poſteriores ſe jam ſimul ſolutos, & adverſus eos tamen revocatoriam intentare, ut pari paſſu omnes condemnentur, prout quotidie fieri aſſolet, non ut de rigore teneatur hoc præcavere, cum (ut probavimus) ſententiam, quam contra ſe in revocatoria reportavit ſecundus creditor ad inſtantiam primi, poterit exequi contra tertium, & cæteros inferioris gradus jam ſolutos, quibus nocet etiam non citatis, ſed ut cautiùs, & ſecurius procedat, & ut omnis tollatur ſcrupulus, & dilationis cauſa.

Conducit etiam pro hac parte æquitas conſiderata 51
per Doctores ſuprà *ex n.* 13. *verſic. ſecundo, quoniam ſi permitteretur, &c.* Ut circuitus vitentur, etenim ſi certum eſt, ut quemadmodum primus habet jus avocandi ſolutionem receptam à ſecundo creditore; pariter, & ſecundus contra tertium, & ſic de ſingulis, in quo nullus ullam humanam defenſionem habet, aut excep- 52
tione ulla uti poſſit, ad ſe à reſtitutione ſucceſſivè, & gradatim excuſandum, ideo, nec nova lis, nec nova citatio requiritur, ex vulgaribus.

CAPUT XV.

Mortuo debitore concurſus judicio pendente, an bona majoratus ipſo jure à nexibus concurſùs, & adminiſtratoris liberentur?

Ubi de fructibus feudatarii, uſufructuarii, emphyteutæ, aut beneficiati debitoris, an cadant in concurſum, & morte debitoris diſſolvantur?

Et quid pro rata fructuum ipſi debitori tangente; an ejus reſpectu ſaltem omnium recollectio, ad adminiſtrationem pertineat, ſucceſſore excluſo?

SUMMARIUM.

1 *Fructus majoratus, feudatarii, uſufructuarii, & beneficiati ſicuti cadunt in obligatione, ita & in concurſus creditorum, & ſub ejus adminiſtratore.*
2 *In fructibus rei prohibitæ alienari, fit executio, & capi poſſunt in cauſam judicati.*
3 *In fructibus majoratus durante vita debitoris poſſunt in pignus capi, & in illis fieri executio pro ſolvendis creditoribus poſſeſſoris.*
4 *In fructibus feud. poteſt fieri executio.*
5 *Majoratus pro dote reſtituenda non obligat bona majoratus, fructus tamen ab eo percipiendi tacitè manent obligati.*
6 *Fructus majoratus non ſunt pars ipſius, ideò in eis fit executio.*
7 *Confiſcatio bonorum poſſeſſoris majoratus cadit in fructibus majoratus vita poſſeſſoris durante.*
8 *Fructus rei prohibitæ alienari cedunt in commodum creditorum, qui liberè poſſunt vendi, & obligari.*
9 *Fructus rei prohibitæ alienari capiuntur in cauſam judicati, & per judicem dantur in ſolutum creditoribus.*
10 *Fructus rei prohibitæ non cadunt ſub prohibitione, quia ſunt liberi ſive ſimus in fideicommiſſo feudo & emphyteuſi ex pacto, & providentia; ſive antiquo.*
11 *Fructus futuri ex re prohibita alienari obligari poſſunt à prohibito dummodo non vergat in præjudicium vocatorum.*
12 *Etiamſi cum prohibitione legati concurrat prohibitio expreſſa teſtatoris, quæ reſpicit proprietatem rei non fructus.*
13 *Fructuum rei prohibitæ adjudicatio creditoribus prolatione valet.*

14 *Prohibitus*

14 *Prohibitus alienari, non prohibetur cedere, donare, aut vendere commoditatem & fructus ex re prohibita producendos.*

15 *Debitor cedens bonis si usumfructum habeat jus non adjudicatur creditoribus; fructum tamen sic.*

16 & 17. *Fructus majoratus, qui pleno jure ad possessorem pertinent, possunt ab eo alienari, & hypothecæ subjici sua vita durante.*

18 *Fructus proventus, & commoditates majoratus potest possessor cedere, locare, & quovis modo alienare sua vita durante.*

19 *Morte possessoris majoratus accedente, statim extinguitur hypothecæ, cessio & locatio commoditatum à se facta vivente.*

Prohibitio alienationis non extenditur ad fructus, proventus, & commoditates rei prohibitæ quas suas facit prohibitus, ibid.

20 *In obligatione, ac renunciatione omnium bonorum, comprehenduntur fructus majoratus pertinentes debitori.*

21 *Majoratus bona, feudalia, & similia sicuti prohibentur alienari, & hypothecari, aut obligari.*

22 *Nec census super eis constituti.*

23 *Super fructibus rei prohibitæ alienari cadit hypotheca, obligatio, & census constitutio.*

24 *Nec per eam contravenitur prohibitioni expressæ.*

25 & 26. *Fructuum rei prohibitæ hypotheca, ac census impositio tamdiu durat, quandiu vita possessoris obligantis; ita ut eo mortuo aut aliter privato resolvatur hypotheca.*

27 *Census impositus ab hærede super bonis fideicommissi, tantum durat quantum vita gravati, & non amplius.*

28 *Et resolvitur adveniente casu substitutionis.*

29 *In fructibus feudi, ac emphyteusis potest fieri executio pro satisfactione creditorum durante vita debitoris dumtaxat.*

30 *Fructus majoratus possunt obligari, & in executionem capi, vita possessoris debitoris durante, cujus morte jus creditorum resolvitur, etsi integri non sint soluti.*

31 *Usufructuarius potest fructus obligare, & in causam judicati possunt capi, salvo jure proprietatis: durat tamen obligatio durante ejus vita cujus morte ipso jure resolvitur.*

32 *Fructus beneficii, sicut possessor potest obligare sua vita durante, ita in executionem capi pro satisfaciendis suis creditoribus.*

33 *Mortuo debitore concursum formante statim, & ipso jure dissolvuntur fructus majoratus, qui in concursu stabant, & bona illico tradenda successori.*

34 *In successorem majoratus, & similium nullum onus aut gravamen impositum à possessore transit, sed illico dissolvitur.*

35 *Possessore majoratus mortuo jus suum extinguitur.*

36 *Perinde ac si unquam fuisset in mundo.*

37 *Successor majoratus à non debitore, sed à primo institutore capit, & tot sunt donationes, quot vocationes una ab altera independens.*

38 *Successor majoratus non tenetur ad debita prædecessorum.*

39 *Commoditas, & fructus majoratus vel fideicommissi obligantur, morte debitoris, jus creditorum extinguitur.*

40 *Etiam si creditores ex integro sint satisfacti, & remaneant insoluti.*

41 *Debitor non format concursum de bonis alienis, sed de suis, alienaque in concursu reperta, absque eo recuperantur à domino.*

42 *Creditores possessoris majoratus, feudi, beneficii, & similium eo mortuo jus habent ad ratam fructuum illi pertinentem.*

Et pro ea rata continuatur administratio concursus, ibid.

43 *Mortuo debitore an administrator possit recolligere omnes fructus majoratus beneficii, & similium, ut successor à concursu petat suam ratam, vel an isti omnium recollectio pertineat.*

44 *Inter sequestrum, & successorem majoratus eadem fit fructuum pro rata divisio quæ inter istum & hæredem possessoris mortui.*

45 *Fructuum omnium recollectionem pertinere integraliter successori majoratus administratore concursus præsente, determinavit Senatus.*

46 *Bona majoratus nunquam ingrediuntur concursum, nec super illis formatur.*

47 *Fructus sequuntur dominium, & ad dominum rei pertinent.*

48 *Fructuum recollectio spectat ad eum, qui majorem partem habet in re.*

49 *Instrumenta apud eum deponenda, qui majorem partem facit in re.*

50 *Fructuum recollectio pertinet ad successorem, qui integram partem habet in re, ex qua producuntur.*

51 *Majoratus bona sunt tradenda successori cum fructibus pendentibus.*

FRUCTIBUS majoratus, feudi, usufructuarii, emphyteusis, ac beneficii cadunt in concursus judicio; atque sub administratione, quia fructus rei prohibitæ alienari non cadunt sub prohibitione, sed pleno jure, & quoad dominium pertinent ad majoratus, feudi, emphyteusi, aut beneficii possessorem, & ad usufructuarium, & ideo sicuti cadunt in obligatione, & hypotheca generali, seu speciali; ita pariter capiuntur pro executione, & pro solutione creditorum, durante vitâ possessoris dumtaxat, & sic in fructibus ad debitorem quomodolibet pertinentibus; idcirco in judicio concursus inter eos formato à debitore possessore majoratûs, feudi, emphyteusis, usufructuarii, aut beneficii fructus cadere probarunt in singulis innumerabiles penè Doctores. 1

Gutierrez *de Gabellis*, *q.* 117. *n.* 8. ubi pluribus citatis firmat generaliter, quod in fructibus rei prohibitæ alienari potest, fieri executione, & capi in causam judicati, allegat Tiraquellum, & plures alios. 2

Plenè tractat Mieres *de majoratu* 3. *p. q.* 9. *ex n.* 106. ubi dicit, quod fructus bonorum majoratus durante vita possessoris possunt in pignus capi; & in illis fieri executio pro satisfactione creditorum ipsius possessoris majoratus ex *l. peto*, §. *prædium*, *D. de legat.* 2. allegat Jasonem, Seguram, Palacium Rubeum, & alios, *& in n.* 107. dicit ipse Mieres, quod in fructibus feudi potest fieri executio, ex Matthæo de Afflictis, & plurimis aliis *& in fin.* cum Rubeo *in cap. per vestras de donation. inter* §. 38. *n.* 4. *pag.* 372. atque Angelo *in l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 5. *recopilat. gloss.* 12. *nu.* 23. quod si maritus habens majoratum, & receperit dotem, non videtur tacitè obligare mora majoratus pro dote; nec etiam expressè, benè tamen veniunt in tali obligatione fructus, & commoditas quam habiturus est maritus possessor majoratus; reddens rationem *n.* 118. cum Matienzo *in l.* 5. *tit.* 9. *lib.* 5. *recopil. gloss.* 5. *nu.* 3. referente Rubeum, quia fructus majoratus non sunt pars majoratus; quod in fructibus majoratus possit fieri executio ob debita possessoris, iterum resolvit ipse Mieres *num.* 117. post Augustinum Berojum, Rubeum, Simancam, utrumque Molinam, & alios qui etiam loquuntur in confiscatione bonorum, condemnatione possessoris, ut in fructibus majoratus procedat, durante vita possessoris condemnati; latissimè hunc punctum prosequitur Gratian. *disceptat. forens. c.* 580. *ex n.* 18. ubi affirmativè, & intrepidè asserit, quod ad commodum creditorum debent cedere fructus rei prohibitæ alienari, cùm in illis nulla consideretur prohibitio, sed liberè possunt vendi, & obligari pro debitis illius, qui fuit prohibitus alienare, & quod ideo rectè capiuntur in causam judi- 3 4 5 6 7 9 10

judicati, & dantur in solutum per judicem, quia fructus habentur tanquam bona allodialia, & libera, & non subjectata alicui prohibitioni, sive simus in fideicommisso, sive in feudo, sive in emphyteusi ex pacto, & providentia, vel antiqua, seu in similibus dispositionibus, ut latè post multos ab eo adductos concludit Surdus *de alimentis*, *tit.* 4. *q.* 10. *ex n.* 24. *usque ad n.* 34.

11 Et *n.* 19. ipse Gratian. extendit ad fructus nascituros ex re prohibita alienari, ut valeat obligatio per possessorem facta; cum prohibitus alienare, non censeatur prohibitus quoad fructus ex fundo percipiendos, quando hoc non tendit in præjudicium vocatorum, *ex l. codicillos*, §. *institut. D. de legat.* 2. & ex latè comprobatis per Menochium *de arbitr. centur.* 6. *casu* 560. *n.* 8. *cum*
12 *seq. & in nu.* 21. & 22. Gratianus metipse sic ait: *Nec obstat, quod in casu nostro concurrat prohibitio expressa testatoris, cum tacita legati, quæ impedit fieri alienationem, etiam quando posset fieri alienatio, quia procedit quoad bona prohibita alienari, non autem quoad fructus, qui sunt liberi, & non subjecti fideicommisso, ut suprà dictum est*, & ita loquitur Becanus *consil.* 9. *n.* 11. *lib.* 1. *cum aliis ex adverso adductis; nam prohibitio tunc redditur magis efficax quoad bona principaliter prohibita alienari, ex Deciano*, &c. Videndus ad idem *n.* 23.

13 Qui *ex n.* 24. 25. & 26. notanter loquitur ad nostrum propositum, ibi: *Nec facit, quod quando fundus feudalis, seu fideicommisso subjectus non potest adjudicari, nec tunc poterit fieri adjudicatio de fructibus annualibus, & aliis commoditatibus, ita ut non detur creditoribus inductio in possessionem illarum, juxta doctrinam Saliceti in puncto ex adverso allegatam, & videndam, in auth. ei qui jurat. col. penult. in princip. n.* 48. *ad med. C. de bonis author. jud. possid. quia contraria opinio est verior, & magis communis, quod valeat talis adjudicatio in fructibus ad favorem creditorum*, ut tenet Bartol. *in l. si fundus*, §. *si de vectigal. n.* 5. *D. de damno infecto, quam opinionem sequitur tanquam magis receptam.* Roland. *cons.* 80. *num.* 34. *lib.* 1. Ruin. *cons.* 72. *num.* 12. *lib.* 5. *& receptissimam sententiam, & sequendam contra Salicetum dicit Menoch. de arbitr. cent.* 6. *cas.* 560. *num.* 16. *in fin. ubi viginti quinque authoribus per eum adductis illa approbat*, quod etiam voluit ipse Menoch. *de recuperanda rem.* 9. *n.* 260. *usq. ad n.* 164. cum aliis per Surd. *de alimentis*, *tit.* 4. *q.* 10. *n.* 29. *cum seq.* &c. Giurba *in consuet. Messanens. c.*
14 1. *glossa* 2. *ex n.* 109. post alios dicit, quod prohibitus alienare non prohibetur cedere, donare, aut vendere, & quomodolibet alienare commoditates fructuum ex re prohibita percipiendorum, aut perceptorum; ex quo infert *n.* 161. quod si cedens bonis habeat usumfructum licet jus ususfructus creditoribus assignandum non sit, pertinebit tamen ad ipsos pro eorum solutione fructuum commoditas. Bald. *in l fin. col.* 3. *C. qui bon. cedere poss.* Jas. *in* §. *fin. pen. in fin. inst. de actio.* Craveta *cons.* 213. *n.* 2. Anna *cons. n.* 11. ita ut finito usufructu, extin-
15 guatur etiam commoditas ejus creditoribus applicata. Baldus *in l.* 1. *col.* 2. *versic. quæro numquid ille. C. qui bon. cedere poss.* quem ibi sequitur Salicetus *in quæst.* 2. Trentacinq. *variar. resol. lib.* 3. *resol.* 27. *de resolutionib. num.* 23.

16 D. Larea *in decis.* 10. *n.* 3. probat, quod licet bona majoratus non possint obligari, vel alienari; fructus tamen potest possessor alienare, & hypothecæ subjicere, cùm possessores sint pleno jure, nec aliàs, & libera dispositio possessori majoratus præberetur, quod non est ferendum: sed pro vita sua potest fructus, & commoditates, quæ ad se pertinent alienare, & donare, *l. si is cui*, §. *hæres*, *D. quemad. servitutes amittuntur*, *l. qui tabernas* 58. ibi: *Non solum, sed jus vendidit. D. de contrah. emption. leg. fete*, 8. *prædium*, *D. deleg.* 2. ibi, *Tandiu emptor retinere debet, quandiu venditor haberet, bonis non venditis, post mortem ejus non habiturus.* Quia in eis non est prohibita alienatio. Menoch. *lib.* 3. *præsump.* 3. Molin. *de justit. & jur. to.* 1. *disput.* 7. *in fin.* & ex Covar. & pluribus aliis Thomas Sanchez *de*

statu relig. lib. 7. *cap.* 13. *n.* 17. Gregor. Lopez *in l.* 24. *glossa* 5. *ad fin. tit.* 31. *part.* 3. Gratianus *discept.* 221. *n.* 4. Cancerius *lib.* 1. *variar. cap.* 8. *à n.* 71. plurimos refert Velasquez *consil.* 56. *n.* 1. *cum seq.*

Et idem Larea *n.* 4. reperit, quod possessor majoratus 17
potest alienare, & obligare fructus, & commoditatus pro vita sua, ex Baldo, Socino, Bertrando, Castrens. & aliis per Mieres *de majoratu* 3. *part. quæst.* 9. *à n.* 121. Mantica. *de tacit. & ambig. lib.* 13. *tit.* 25. *n.* 8. & Molina *lib.* 2. *de primogen. cap.* 10. *n.* 20.

Et quod possessor majoratus liberè valeat donare, 18
vendere, cedere, aut locare fructus, proventus, & redditus sui majoratus aut quavis causa alienare in sui præjudicium, non tamen in præjudicium successoris, ita ut tandiu duret jus cessionarii, donatarii aut fructuum emptoris futurorum, quandiu vita possessoris alienantis, 19
& non amplius, in tantum ut accedente morte possessoris statim resolvatur, & extinguatur tenent Mol. *lib.* 1. *c.* 21. maximè *n.* 24. & 25. Aven. *in l.* 45. *Tauri gloss.* 2. *nu.* 6. Gutierrez *practicar. lib.* 3. *n.* 12. optimè Blas. Diaz. de Mena *in addit. ad Gammam decis.* 92. Caved. *decis.* 56. *n.* 7. optimè Castillo *controv. tom.* 3. *cap.* 18. *n.* 189. & 110. *num.* 17. ex eo quia prohibitio alienationis non extenditur ad fructus, & proventus rei prohibitæ alienari, quos suos facit possessor majoratus.

Et quia in renunciatione, & obligatione omnium 20
bonorum comprehenduntur fructus majoratus pertinentes ad debitorem; Probant Ruinus *lib.* 1. *consil.* 112. *n.* 10. Paris. *lib.* 3. *consil.* 71. *n.* 14. Craver. *consil.* 638. *n.* 14. Rolandus *lib.* 4. *consil.* 34. *n.* 9. Cephalus *consil.* 430. *n.* 49. Menoch. *cons.* 87. *n.* 26. *volum.* 1. Ozascus *decis. Pedemontan.* 112. *n.* 42. Cavalcan. 1. *p. decis.* 36. *n.* 17. Decianus *lib.* 1. *cons.* 521. *n.* 4. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 32. *n.* 33. Antonius Petra *de fideicommiss. q.* 14.

Comprobatur, quoniam licet super bonis majoratus, 21
& aliis expresè prohibitis alienari, pariter censeantur prohibita pignora, hypothecæ, & obligationes, *ex* §. *alienationi*, *in auth. de alien. & emphyt. & ex l. fin.* & ibi Bartol. Bald. Alb ric. *num.* 1. & Fulgos. *C. de rebus alien. non alienand.* Bart. *in l. quorum*, *D. de pignorib. & in l. penult.* §. *instrumento. n.* 4. *D. delegat.* 2. Alexand. *in l. Marcellus* §. *res quæ*, *n.* 3. *D. ad Trebellian.* Joan. Nicol. *in rept. l. generaliter. num.* 139. *C. de secund. nupt.* Cardinal. Albanus *in l. quoniam. C. de pignor.* Ruinus *cons.* 123. *n.* 20. *lib.* 2. Pancirol. *consil. n.* 171. *n.* 8. Menoch. *consil.* 116. *n.* 15. Tiraq. *de legib. connubial. gl.* 3. *n.* 101. Covar. *lib.* 2. *var. c.* 16. *n.* 7. Rodoan. *de reb. Eccles. non alien. q.* 1. *n.* 6. & 11. & *q.* 2. *c.* 6. *n.* 9. & *seq.* Favius de Monte *de emptione & vendit. q.* 3. *art.* 22. *n.* 10. Mascard. *de probat. concl.* 1236. *n.* 108. Petra *de fideicommiss. q.* 8. *n.* 105. Pereg. *de fideicom. art.* 4. *n.* 118. & ex aliis pluribus Fusar. *de substitut. q.* 703. *n.* 2. *& per totum*, qui amplissimè tractat. Copiosè etiam Cenc. 22
de censib. q. 19. *ex n.* 1. *cum seq.* quia tunc hypotheca, & obligatio, vel censûs constitutio ab initio est ipso jure nulla. Probant ipsi DD. & innumeri alii adducti à Fusario *q.* 7. 706. *n.* 2. & *seqq.* & Cencius *n.* 5.

Adhuc tamen hæc prohibitio non extenditur ad fruc- 23
tus majoratus, & rerum, quæ expresè prohibitæ sunt alienari, nam in eis capit hypotheca, & obligatio, atque etiam census constitutio. Ita probant Follerius *in practicar. censual. in verbo hujusmodi*, *num.* 41. Aurelius Corbul. *de jure emphyt. causa* 14. *ob alienat. irrequisito domino*, *ampliatione.* 49. *n.* 1. & *seq.* Felician. de Solis *de censib. tom.* 2. *lib.* 2. *c.* 41. *n.* 2. *versic. sed antequam.* Lud. Avendanus *de censib. cap.* 61. *n.* 6. & *seq.* & optimè *ex n.* 8. Fusarius *de substitut. d. quæst.* 706. *n.* 9. & pluribus adductis Rota *decis.* probat Cencius *de censib.* 24
quæst. 19. *ex n.* 27. & *seq.* Ubi addit, quod regulariter per alienationem fructuum rei expresè alienari prohibitæ non contravenitur prohibitioni, per totam *dec.* 333. *post tractatum.*

Hoc tamen temperamento, ut obligatio, hypotheca, 25
& cen-

& cenſus impoſitio ſuper fructibus majoratus ac rei expreſsè prohibitæ alienari tantum duret, quantum vita debitoris obligantis, & eo uſque valere quatenus, & quamdiu imponens rem illam poſſideat, ex ea fructus percipiat, & ſuos faciat, illo autem non poſſidente, nec fructus percipiente reſolvitur obligatio, & hypotheca, quæ contra tertium, ſucceſſorem, & poſſeſſorem non datur. Ut ex Cuman. *in l. codicillos. §. inſtituto, n. 2. verſic. movetur, D. de legat. 2.* Corbulus *de jure emphyteuticor. in cauſa ab alienation. ampliat. 49. n. 18.* Cencius *de cenſib. d. quæſt. 19. ſub n. 27. verſ. iſta autem impoſitio cenſus.*

26 Et loquendo in cenſu impoſito ſuper fructibus rei emphyteuticæ; ut amplius non duret, quàm vita imponentis durante, plurimos refert ipſe Cencius *in quæſt.*
27 *22. n. 10.* Atque loquendo in cenſu impoſito ab hærede ſuper rebus fideicommiſſo, & reſtitutione gravatis, dumtaxat duret, durante vita hæredis gravati imponentis, quam plurimis doctoribus exornat ipſe Cencius *d. quæſt. 19. ex num. 1.* & quod impoſitio cenſus reſol-
28 vatur adveniente caſu ſubſtitutionis, poſt Avend. Intrigol. Foller. Benedict. Bonon. Bocac. Solis, Frederic. Martham. & multos alios probat Fuſſarius *de ſubſtit. quæſt. 706. n. 1.* quia reſoluto jure imponentis, reſolvitur jus cenſus, & hypothecæ.

29 Et quod ex fructibus feudi, & emphyteuſis poſſit fieri executio pro ſatisfactione creditorum durante vita debitoris dumtaxat latiſſimè nos, & accuratè probavimus *ſuprà hac 3. p. c. 3. per totum*, Adde Carrocium *de exceptionibus, except. 58. per totam*, idem poſt plurimos alios probat Gaito *de credito cap. 4. quæſt. 11. ex n. 1855. cum ſeq.*

30 Et tandem quod fructus majoratus poſſint per poſſeſſorem obligari, & in executionem capi pro ſatisfactione creditorum poſſeſſoris, ita tamen ut jus creditorum ſuper fructibus tantùm duret, quantum vita, & poſſeſſio debitoris, ita ut hujus morte extinguatur, & reſolvatur, etiamſi integrè ſolati non ſint, innumerabiles Doctores, & ſingulariſſimas doctrinas congeſſimus *ſuprà. 1. cap. 24. ex n. 32. cum ſequentibus verſic. in qua quæſtione, quantum attinet*, &c. Et inferiùs *ex n. 55. verſicul. non obſtat primum, quod jus publicum.* &c. Et eadem *1. p. cap. 10. ex n. 89. uſque ad finem, & cap. 9. ex n. 69. verſicul. ex hactenus abundè comprobatis*, &c. Iis locis copioſè videbis, non repeto.

31 Idem in uſufructuario procedit, qui poteſt fructus obligare, & hypothecare ſuis creditoribus, & in cauſam judicati capi pro creditorum ſatisfactione, ſalvo jure proprietarii, & hæc obligatio, & executio durat durante vita debitoris, uſufructuarii dumtaxat, & eo mortuo hypotheca, & jus creditorum ad fructus extinguitur, reſolvitur, & expirat ipſo jure. Ut argumento *l. neceſſario. §. fin. D. de periculo, & commodo rei venditæ* probarunt Felician. *de cenſib. lib. 2. c. 4. n. ad fin.* & *n. 5.* Caſtillo *in tract. in uſufructu. cap. 70. n. 9. & ex n. 1.* latè etiam Fontanella *de pactis nupt. clauſ. 4. gloſſ. 18. part. 3. ex n. 92. & 93. tom. 1. fol. 467.*

32 Quod etiam admittitur in fructibus beneficii, quos ſicut debitor poſſeſſor poteſt ſua vita durante obligare creditoribus ſuis, ita & in executione pro eorum ſatisfactione, & ſolatione capi, ſecus mortuo debitore, & per plures probat Auguſt. Barb. *in cap. olim 16. num. 3. de reſtitut. ſpoliat.* optimè Menoch. *conſil. 105. ex n. 88. tom. 1.* & alii plurimi per nos adducti *ſuprà 1. p. c. 42. ex n. & per totum.*

33 Quibus ſuppoſitis clarè patet, quòd mortuo poſſeſſore majoratus, & ſimiliam, ſtatim fructus, qui aderant in concurſus judicio per eum peracto inter ſuos creditores diſſolvantur à nexibus concurſus ipſo jure, & ab adminiſtratione, atque adminiſtratore atque illico tradenda ſunt bona ipſa vero ſucceſſori, cùm per mortem jus debitoris annihilatum fuit, ex quo dependebat jus creditorum ad ipſos fructus, quod pariter annihilatum, & reſolutum fuit ipſo jure, ex hactenus latè comprobatis.

Nam in ſucceſſorum præjudicium, nullum à debitore 34
nec gravamen impoſitum ſubſiſtit, nec tranſit nec valet. Iſernia & alii, *in cap. 1. tit. in agnatus* Suar. *in theſauro receptar. ſententia. lit. F. n. 70.* Maſcard. *de probationib. concl. 767. num. 4.* Franch. *de feudis, rubr. ſpecial. feud. n. 112.* Menoch. *conſ. 454. n. 17. & conſ. 563. n. 36.* Intrigol. *de feud. centur. 1. q. 51. n. 44.* Bammacar. *in cap. omnes filii, n. 40. ſi de feud. fuer. controv.* Petrus Greg. *de conceſſ. feud. p. 3. q. 6. n. 3.* Afflictis *deciſ. 26. n. 6.* Tobias Nonius *conſil. 1. n. 24.* & ex aliis Giurba *deciſ. 2. 108. n. 41.*

Quia eo mortuo jus ſuum extinguitur. Iſernia *conſtit.* 35
divæ memoriæ in princip. & *ibi.* Ann. *num. 127.* Petrus Gregor. *d. quæſt. 6. n. 9.* Alexand. *conſ. 51. vol. 4.* Ruinus *conſ. 45. n. 17. & conſ. 90. in fine, vol.* & per alios infinitos, Giurba, *ſub d. n. 11.* perinde ac ſi nun- 36
quam fuiſſet in mundo. Giurba *d. n. 11. in fine*, ex Ferrecia *de ſubfeudis, lib. 3. differen. 6.* Thomas de Martin. *tit. de feud. pact. & proviſen. n. 57.* Intrigol. *d. quæſt. 51. n. 92.* Camill. de Curte *de feudis, §. nunc de altera, n. 5. & ſeqq.*

Quia ſucceſſor non à debitore, ſed à primo inſtitutore 37
capit, & tot ſunt donationes, quot vocationes, & una non dependet ab alia copioſè Giurba *d. deciſ 108. n. 13. & n. 19.* propterea ſucceſſor non tenetur ad de- 38
bita prædeceſſoris; multos citat Giurba. *n. 20.* Molina *de primog. l. 1. cap. 10. ex num. 28.* Caſtillo *tom. 6. cap. 161. ex n. 32.* & ſurdum.

Et quia quando commoditas, & fructus majoratus, 39
vel fideicommiſſi obligantur, aut donantur, ut mortuo debitore reſolvatur jus creditorum, & adjudicatio pro executione facta, probat ex Paulo Caſtrenſ. *conſil. 351. n. 4. lib. 1.* Mieres *de majoratu 3. part. quæſt. 9. n. 112.* & 121. ubi dicit, quod executio poteſt fieri in fructibus 40
rerum feudalium; tamen vaſſallo debitore mortuo, ſi ex fructibus creditor non fuit ſatisfactus, & maneat inſolutus revertitur feudum ad dominum, vel agnatum pro ſua natura; plurimos Doctores conduximus ſuprà *1. part. cap. 24. ex n. 55. cum ſeqq. verſ. non obſtat primum, quod jus publicum*, &c.

Et quia debitor non formatur concurſum de bonis 41
alienis, ſed de ſuis dumtaxat, & propterea tertius dominus bonorum, quæ penes concurſum ſunt ante omnia, recuperat, abſque alio concurſu, prout alibi ſæpè diximus ſuprà *1. part. c. 8. ex n. 38. cum ſeqq.* & aliis in locis ibidem commemoratis, & ideò ſucceſſor in majoratu, beneficio, feudo, emphyteuſi de providentia, ac dominus proprietatis reſpectu debitoris uſufructuarii, hoc mortuo abſque dubio recuperat omnia bona ſua, quorum jus fuit extinctum per mortem poſſeſſoris debitoris, quia ipſo jure diſſolvuntur à nexibus concurſus, & ejus adminiſtrationem exeunt.

Bene verum eſt, quod creditores poſſeſſoris mortui 42
jus habebant ad ratam fructuum, qui dividi debent inter hæredem debitoris, & ſucceſſorem majoratus beneficii feudi, & ſimilium, quia cum illam ratam ſuam fecerit debitor in vita ſua, & ad eum pertineat, in illa poſſet continuari concurſus judicium, & ſolvi creditores; & quemadmodum fiat pro rata temporis fructuum, & emolumentorum diviſio hæc, vide Eſcobar *computat. 20. per totam*, Additionat. ad Molinam *lib. 3. cap. 11. n. 12. fol. 253.* Caſanate *conſ. 28. ex n. 24.*

Solet tamen mortuo debitore inter adminiſtratorem 43
bonorum concurſus, & inter ſucceſſorem in majoratu, aliiſve ſimilibus rebus ſuprà dictis contentio oriri, quis eorum debeat recolere fructus omnes majoratus interaliter, ut alter, poſtmodum ab eo petat ſuam ratam tangentem: nam inter ſequeſtrem & ſucceſſorem ma- 44
joratus eadem ſit fructuum pro rata diviſio, quemadmodum fiat inter ſucceſſorem, & hæredem prædeceſſoris defuncti: ut noſ alios probant Chriſtoph. de Paz *in tr. de tenuta, cap. 11. ex n. 30. cum ſeq.* & Additionat. ad Molinam *lib 3. 11. ſub num. 12. fol. 253.*

45 Quam controverſiam in facti contingentia reſolvit hic Senatus Valliſoletanus, & rectè ac juridicè ut omnium fructuum recollectio pertineat ad ſucceſſorem, cum aſſiſtentia tamen adminiſtratoris ſi velit pro officio ſuo, & intereſſe creditorum adeſſe recollectioni, ut ſciatur quot, & quanti fructus fuerint recollecti, & percepti, ut poſtmodum ſecurè, & ſine fraude dividi poſſint inter eos pro rata cuilibet tangente; aliud enim foret abſur-
46 dum; tum quia bona ipſa numquam ingreſſa fuerunt concurſum, nec ſuper eis formari unquam potuit, ex ſuprà dictis; & quæ ſignanter ex pluribus doctoribus annotavimus ſuprà 1. *p. c.* 24. *nu.* 36. *verſ. in qua quæſt.* &c. *& verſ. & in terminis noſtris idem probat Matthæus*
47 *Brunus*, &c. Et ſtatim à concurſu exeunt mortuo debitore, & reincidunt in dominium ſucceſſoris, ad quem propterea fructuum recollectio exinde pertinet, quia fructus ſunt acceſſio dominii, & dominium ſequuntur, ut ex pluribus juribus & Doctoribus probavimus ſuprà 1. *part. c.* 21. *ex n.* 24. *verſ. ex quo notabilia*, &c. *&* 2. *p. cap.* 20. *ex n.* 20. *verſ. & quemadmodum fructus rei emptæ*, &c.

48 Et quia recollectio fructuum ſpectat ad eum, qui majorem partem habet in ſe, ex *l. ſi quæ ſunt cautiones, D. famil. erciſcund.* latè Tiraquell. *de primogeniis*, *de præfat. à n.* 126. Lara *de Capellanis*, *lib.* 1. *c.* 7. Scuti inſtrumenta deponenda ſunt apud eum, qui majorem
49 partem habet in re. Pereira *de emptione & vendit. cap.* 15. *num.* 61. *&* 62. qui jura, & plures Doctores allegat, & conducunt quæ latè ſcribit Pareca *de inſtrumentor. edit. lib.* 5. *reſolut.* 13. *à princip. & ex n.* 9. *fol.* 588. facit etiam doctrina gloſſæ *in l.* §. 1. ubi Bald. & Buttrius *Cod. communia de legatis*, quod electio ſpectat ad habentem majorem partem in re; & quod res aſſignanda erit habenti majorem partem in ea, ſequitur Fabianus de Monte *de emptione, & vendit. quæſt.* 20. 3. *quæſt princ. in fin.*
50 at cum in noſtro caſu bonorum non ſolum majorem partem, verùm & omnes integraliter habeat ſucceſſor in majoratu, & ſimilibus, procul dubio ipſi pertinebit omnium fructuum recollectio; & ab eo adminiſtrator, & creditores recuperare debent ratam fructuum debitori defuncto tangentem, ſicuti tenentur petere, & exi-
51 gere alia credita pertinentia debitori. Et quia res majoratus tradendæ ſunt ſucceſſori, cum fructibus pendentibus, ut per plura jura probat Eſcobar *de computatione* 20. *ex n.* 2. *& ſeqq.*

Atque is conſors, & ſocius præfertur, qui majorem partem habet in re Bald. *in coll. ad l. dudum num. C. de contr. empt.* Plures relati à Gratiano *tom.* 4. *cap.* 745. *n.* 16. *& ſeqq.*

CAPUT XVI.

De vita, & interitu judicii concurſûs quandiu pendeat, & qualiter extinguatur?
Et an in poteſtate debitoris ſit judicium ſemel à ſe inter creditores formatum diſſolvere?
Ac quemadmodum adminiſtratio, & adminiſtratoris munus diſſolvatur?

SUMMARIUM.

1 *& ſeqq. Debitor communis, qui litem & concurſum formavit an poſſit ab ea liberè diſcedere invitis creditoribus ad illam citatis.*

2 *Debitor cedens bonis, poteſt pœnitendo à ceſſione diſcedere, & bona ſua recuperare invitis creditoribus, n.* 1. *ex n.* 64.
Plurima jura ad idem expendantur, ibid.

3 *Debitor cedens bonis poteſt re integra pœnitere, & impedire eorum diſtractionem; juxta communem Doctorum.*

4 *&* 5. *Res integra, ut debitor poſſit pœnitere, ac ceſſione diſcedere, quando dicatur, ibid.*

6 *In judiciis quaſi contrahitur inter litigantes quorum nullus invito adverſario à lite diſcedere poſſit.*

7 *Ceſſio bonorum eſt privilegium, cui lite pendente, & ſententia prolata poteſt debitor renunciare.*

8 *Reſtitutioni per ſententiam obtentæ poteſt minor renunciare, & ea non uti invito adverſario.*
L. ſi judex circumvento, ff. de minoribus exornatur, ibid.

9 *Debitori licere à ceſſione diſcedere tanquam à jure privilegiato, qui teneant.*

10 *Actus geſtus in judicio, qui de per ſe non erat obligatorius, non arctat actorem, quominus ab eo libere diſcedat.*

11 *Debitorem formantem concurſum non poſſe liberè à lite diſcedere invitis creditoribus, verius eſſe oſtenditur.*

12 *Et ita obſervat omnium tribunalium univerſalis praxis.*

13 *A ceſſione bonorum facta per debitorem extra judicium poteſt diſcedere re integra, juxta jura & communem opinionem de qua, ex n.* 2.

14 *A ceſſione bonorum facta per debitorem in judicio, & per viam litis motæ diſcedi non poſſe invitis creditoribus, tenet communis Doctorum.*

15 *At notantur Vincent. de Franchis, qui obiter & aliud agens, contrarium dixit.*

16 *Simplex ceſſio bonorum in judicio, & extra judicium fieri poteſt à debitore.*

17 *Lis noſtra creditorum non niſi in judicio formato inter creditores moveri poteſt à debitore.*

18 *Differentia maxima verſatur inter ſimplicem bonorum ceſſionem, & litem concurſus.*

19 *Concurſus lis non facile adaptare regulis de ſimplici ceſſione bonorum loquentibus, ſed ſtricti judicii ordinarii potius.*

20 *An lite concurſus velata involvitur ceſſio bonorum, principaliter tamen à judice ordinario provenit.*

21 *Caſus ſimplex non comprehenditur ſub mixto in præjudicium tertii.*

22 *A lite concurſus poteſt re integra debitor recedere.*

23 *A lite, & judicio concurſus debitor diſcedere nequit, quando res non ſit integra, puta poſt citationem intimatam creditoribus, vel poſt litis conteſtationem.*

24 *Ex citatione adverſario intimata iſti jus quæritur, quo invito alteri liti renunciare nequit.*

25 *Per citationem adverſario intimatam res definit eſſe integra impeditiva diſceſſus à lite.*

26 *Litis concurſus renuntiandi via præcluditur debitori poſt litis conteſtationem.*

27 *A quaſi contractu judicii non receditur ſicuti nec à contractu celebrato altero contrahente retinente.*

28 *Quaſi contractus oritur à litis conteſtatione non antea.*

29 *A ſimplici bonorum ceſſione diſceſſo ad duo permittitur debitori, ut ſolvat creditoribus, vel ut denùo audiatur & defendatur.*

30 *Per ſolutionem oblatam à debitore creditoribus admittitur debitor à lite concurſus diſcedere.*

31 *Litis concurſus formatur ut audiatur debitor, & cognoſcatur de juribus creditorum ac de ſuo antea quàm ad bonorum diſtractionem perveniatur.*

32 *Ad ſimplicem bonorum ceſſionem debitor non admittitur, niſi jam condemnatus, aut debita fateatur.*

33 *Creditor formans concurſum abdicat ſe adminiſtrationi, & bona in depoſito, & ſequeſtro ponuntur.*

34 *Depoſitum authoritate judicis factum abſque ejuſdem autoritate deponens removere non poteſt.*

35 *Lis creditorum extingui poteſt creditoribus, quibus intereſt ſimul conſentientibus.*

36 *Pacta tamen & conditiones appoſitæ in proteſtatione conſenſus ad unguem ſervandæ ſunt.*

Judici-

37 & 38. *Judicium concurſus diſſolvere poteſt debitor, ſi ſolvat creditoribus.*

39 *Debent tamen ſatisfieri creditores cum effectu, aliàs judicium permanet.*

40 *Adminiſtratio concurſus durat durante lite, & ea extincta extinguitur.*

41 *Lis finitur per rem judicatam executioni mandatam, cum effectu, ita ut interim adhuc pendere dicatur.*

42 *Lis creditorum finita dicitur poſtquam virtute ſententiæ graduationis omnes ſint ſoluti, & integrè ſatisfacti.*

43 *Concurſus creditorum finis eſt ipſa tum ſolutio & ſatisfactio. qua ceſſante lis, & judicium durat.*

44 *Finis expectandus eſt.*

45 *Omnia à fine media regulantur.*

46 *Lis creditorum non finitur creditoribus omnibus nondum ſolutis.*

Lex, grege 13. ſi creditor, ff. de pign. ad idem ponderatur, ibid.

47 *Concurſus creditorum, nec per ſententiam graduationis, nec per adjudicationem bonorum factam creditoribus finitur, quouſque omnes cum effectu ſint ſatisfacti.*

48 *Concurſus judicium non diſſolvitur ſi aliquis creditor fuiſſet ſolutus ſub cautione de reſtituendo alteri potentius jus habenti.*

49 *Novus comparens potior creditor, idem ingreditur judicium concurſus, quod non eſt extinctum etiam omnibus illi aſſiſtentibus ſolutis ſi adſit clauſula de reſtituendo potiori venienti.*

Nec nova aggreditur lis, ſed antiqua continuatur, ibid.

50 *Judicium concurſus non diſſolvitur quando unus creditor inſolutus, remanſit.*

51 *L. cum unus ex creditoribus, 12. §. planè, ff. de bonis, Author judic. poſſid. ponderatur.*

52 *Concurſus univerſitas conſervatur, & continuatur in uno creditore nondum ſoluto, etſi omnes alii fuerint dimiſſi.*

53 *Prælatio non cadit in unico, ſed inter plures concurrentes.*

54 & 55. *Univerſitatem & ſtatum unus, ved duo non faciunt.*

56 *Univerſitas, & ſtatus non poteſt incipere niſi à tribus, conſervatur tamen in uno.*

57 *Concurſus creditorum dicitur creditorum cœtus ſignificans univerſitatem perſonarum.*

58 *Inter unum & alterum creditorem judicium concurſus à principio formari non poteſt.*

59 *Concurſus bonis inter creditores conſumptis, vel aliter extinctis, an concurſus diſſolvatur, & lis finita dicitur.*

60 *Cedens bonis, quæ omnia venduntur pro ſatisfactione creditorum licèt omnibus non ſufficiant liber debitor manet ita ut amplius de noviter quæſitis illis non teneatur.*

61 *Concurſus judicium non diſſolvitur etiam vendentis bonis debitoris pro creditorum ſolutione quando unus remanſit inſolutus.*

62 *Adhuc durat contra debitorem obligatio & ſententiæ executio in ſuſpenſo manet quouſque bona noviter debitori acquirantur.*

L. Debitor bona, ff. de ceſſione bonorum, & l. qui bonis, 6. antecedens, ff. eodem, tit. interpretantur, ibid.

63 *Per defectum bonorum neque evaneſcit executio, nec diſſolvitur obligatio debitoris; ſed jus venditur & durat in ſpe acquirendorum.*

64 *Sententiæ latæ contra non poſſidentem executio ſuſpenditur, atque ad effectum perducitur, quandocumque cœpit poſſidere.*

65 *Bonis ceſſis, & diſtractis pro ſolutione creditorum, ſi omnibus non ſufficiant inſoluti conſervant obligationem bona noviter à debitore quæſito.*

66 *Limitatur quando ceſſio bonorum fit cum infamia, & ignominia.*

67 *Quam diſtinctionem reddunt quàm plurimi Doctores.*

68 *Concurſus judicium motum ſuper bonis majoratus quando extinguatur, remiſſivè.*

69 *Adminiſtratio atque adminiſtrator concurſus durat durante judicio concurſus, & extincto extinguitur.*

70 *Sequeſtrum ob cauſam litis motæ durat durante lite.*

71 *Sequeſtrum & depoſitum ut diſſolvatur, requirit executionem rei judicatæ ſuper lite principali.*

72 *Curatoris ad bona dati propter aliquam cauſam officium finitur ceſſante cauſa.*

73 *Curator datur filiofamilias minori ob patris deportationem, finitur Patre reverſo.*

74 *Curator bonis captivi finitur capto reverſo.*

75 *Curator datus hæreditati jacenti finitur hæreditate adita.*

76 & 77. *Curator hæreditati, tanquam jacenti datus ad inſtantiam creditorum, quæ revera jam erat adita ad judicium creditorum annulletur.*

78 *Curator datus furioſo durat quandiu furor.*

79 *Curator datur ventri, non tutor.*

80 *Curatoris officium ventri dati finitur ſtatim, quod infans naſcitur.*

81 *Curator datus ob certam cauſam, ceſſat ceſſante cauſa.*

82 *Solutis creditoribus, & extincto judicio concurſus, bona quæ ſuperſunt, reſtituuntur debitori.*

PRIUSQUAM judicii concurſus vitam, & interitum 1
diſcutiamus; præmittenda eſt reſolutio difficilis quæſtionis; an debitor qui litem concurſus inter ſuos creditores ſemel formavit, poſſit liberè pœnitere, & à lite diſcedere invitis creditoribus ſuis ad illam convocatis.

Et pro parte affirmativa, ut in ſua poteſtate, & fa- 2
cultate ſit, à lite, & ceſſione bonorum diſcedere, litem & concurſum levare, & bona ſua recuperare, & ab adminiſtratione, atque adminiſtratore tollere, faciunt jura expreſſa, *l. is qui bonis ceſſit ante rerum venditionem utique bonis ſuis non caret. Quare ſi paratus fuerit ſe defendere, bona ejus non veneunt.* 3. text. *in l. quem pœnitet bonis ceſſiſſe, poteſt defendendo ſe conſequi, ne ejus bona veneant, D. de ceſſione bonor. l. ſi quantitatem, licet Reipublicæ condemnatus debebas, fruſtra vereris, ne verbum bonum ceſſionis temerè à te prælatum, privare te necdum diſtractis facultatibus, juris rationibus poſſit. C. qui bonis cedere poſſ. conſonat, l. 2. tit. 15. part. 5.* Ibi, *Pero ſi el debdor, que vuieſſe aſſi deſamparado lo ſuyo, dizieſſe ante que fueſſen vendidos todos ſus bienes, que los queria cobrar, para facer paga à ſus debdores, o para defenderſe luego con derecho contra ellos, eſt once non deven vender ninguna coſa de lo ſuyo ante decimos que deve ſer oido.*

Hanc debitoris partem fovent plurimi doctores fir- 3
miter ex præfatis juribus aſſeverantes, quod debitor, qui ceſſit bonis poteſt re integra pœnitendo impedire bonorum ſuorum venditionem, ut ſolvat vel ut defendatur, & rem eſſe integram declarant, anteaquam bona ſint diſtracta, prout etiam exponunt jura præallegata, vel quando inter creditores nihil eſt diſtributum, poſt ceſſionem factam, ſed omnia jura, & bona ſunt in eodem ſtatu, quo erant tempore ceſſionis notant Bartol. & Angel. *in d. l. is qui bonis, & in l. 2.* Ubi etiam Bart. Bald. Salicet. Caſtrenſ. *C. de ceſſio. bonor.* Et eſt deciſum per *Capellam Toloſanam, quæſt.* 134. Aliàs 194. Brunus *de ceſſione bonorum, quæſt. principal.* 15. *per totam, & quæſt.* 19. *n.* 6. Et per Bald. *in l.* 8. *C. de ceſſion. bonor.* Et Alberic. *in rubrica, num.* 7. Socinus Junior *conſil.* 58. *n.* 14. *lib.* 4. Marius Muta *ſuper conſuetudinib. Panormit. cap.* 57. *num.* 4. Jaſon *in* §. *fin. num.* 23.

23. *inſtitut. de actionib.* Tenet Gratianus *diſceptat. forenſ. tom.* 3. *cap.* 486. *n.* 24. *&* 25. Et ita in foro vidiſſe dubitari, & determinari affirmat Cancer. *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 50. Idem aſſerit Sanctius à Mello *in opuſcul. de induciis creditor. quæſt.* 1. *num.* 14. &
4 *quæſt.* 4. *n.* 17. Et ſequitur Gratianus *loco citato.* Idem noviſſimè Antonin. de Virgil. *de legitima perſona cap.* 12. n. 14. Dixit, quod cum debitor, licèt cedat bonis, maneat eorum dominus anteaquam ejus bona ſint vendita, aut creditoribus tradita, poteſt ſi res eſt integra, hoc eſt ſi poſt ceſſionem nihil eſt venditum, aut inter creditores diſtributum, ſed omnia bona, & jura ſunt in eodem ſtatu, prout erant ante ceſſionem pœnitere, & proſequi ſua jura agendo, & ſe defendendo re integra ut dictum eſt.

5 Et quòd debitor poſſit re integra pœnitere, & ceſſionem revocare, tenet cum Jaſone, Aretino, & Cephal. Paſchalis *de viribus patriæ poteſtatis part.* 2. *cap.* 9. *n.* 55.

6 Deinde & pro debitore litem, & concurſum creditorum pendentem libere deferente, & bona ſua ad libitum recuperante, fortiter urget, quod licèt in judiciis quaſi contrahatur, à quo invito collitigante nullus diſcedere non poteſt, cum contractus, quia à principio fuit voluntarius, ex poſt pacto fiat neceſſarius, ut inferius dicemus: adhuc tamen hæc regula fallit in cedente bonis, qui etiam lite pendente inter ſuos creditores à ſe ipſo cauſata, poteſt pœnitere, & ab ea liberè diſcedere invitis creditoribus. Nam cùm ceſſio bonorum ſi pri-
7 vilegium extraordinarium, & ſpeciale, inductum in favorem debitoris, ei poteſt renuntiare lite pendente & etiam ſententia prolata, qua non uti poteſt, ſi velit.
8 Ita per text. *in l. qui, bonis D. de ceſſione bonorum;* Juncta ratione text. *in l. ſi Judex circumvento, D. de minor.* Ubi minor petitæ reſtitutioni, & per ſententiam obtentæ poteſt iterum renuntiare, & ſententia non uti invito adverſario, quam latè exornant Tiraquell. & alii per Gutierr. *pract.* 9. *lib.* 2. *quæſt.* 22. Eodem modo
9 debitorem liti inter ſuos creditores introductæ poſſe liberè renuntiare, & à ceſſione bonorum diſcedere, probat latè de Franchis *in deciſ.* 346. *ex n.* 1. *cum ſequentibus.* Et ſignanter *ex n.* 9. Ubi pro hac opinione, ex præfato fundamento allegat Bartol. *in l. qui bonis, D. de ceſſione bonorum;* Dicentem, in ceſſione bonorum in favorem debitoris inducta poſſe debitorem pœnitere, &
10 revocare ſuam confeſſionem, & ſe defendere adverſus creditores. Et ideo dicit ipſe Franchis, quod text. *in l. ſicut ab initio. C. de action. & obligation.* licet procedat tam in contractu, quàm in quaſi contractu, & ſic in judicio, ut præciſè obligentur litigantes; non tamen procedit, quando actus, qui fit in judicio, per ſe non fuit obligatorius, quia ſpeciali jure fuit inductus in favorem facientis in quo caſu poterit pœnitere.

11 Quibus tamen (quæ fortiſſima videntur) minimè refragantibus, contrarium in noſtra diſceptatione verius eſt, & firmiter tenendum, ut ſcilicet debitor communis, qui ſemel litem inter ſuos creditores formavit, & citare fecit cum effectu judicis autoritate, ut pœnitere, & ab ea diſcedere non poſſit invitis, & renuentibus ſuis creditoribus probatur. Tum ex univerſali om-
12 nium tribunalium praxi, hanc veram opinionem communiter in dies amplectentium.

13 Tum ex communi Doctorum eandem tenentium, & diſtinguentium inter ceſſionem bonorum factam à debitore extra judicium, & eam quam fecit in judicio, & authoritate judicis, ut in primo caſu procedant jura, & DD. hactenus allegati, ut debitor re integra poſſit pœnitere, & bona recuperare ſua, ad ſolvendum creditoribus, vel ſe defendendum. In ſecundo autem caſu
14 quando in judicio, & per viam litis motæ inter ſuos creditores ceſſit, tunc eis invitis, & renuentibus, ab ea diſcedere non poſſe, probarunt, & ita jura prælegata limitarunt expreſsè Bald. *in l. ult. n.* 4. *Cod. qui bonis cedere poſſ.* Gratianus *in diſceptat. forenſ. d. cap.* 486. *nu.* 26. Tenet etiam Sanctius à Mello *de induciis debitor. quæſt.* 4. *n.* 18. Et Antonius de Virgilio *d. legitimat. perſon. c.* 12. *n.* 14. Qui omnes ita limitant, intelligunt & declarant dicta jura, permittentia pœnitentiam in debitore cedente ad effectum prædictum.

Quapropter nec audiendus erit Franchis, qui *in d. deciſ.* 346. *n.* 9. Licèt obiter, & aliud agens dixerit con- 15
trarium, motus ex doctrina Bartoli, qui nihil probat in puncto, nec loquutus fuit de ceſſione bonorum facta in judicio, ſed ſimpliciter dixit, cedentem poſſe pœnitere ex juribus allegatis, & ſic ſecundùm ea, & cum declaratione, diſtinctione ac limitatione per tot Doctores tradita loqui intelligitur.

Nam ſimplex ceſſio bonorum ad libitum debitoris 16
fieri poteſt in judicio, & extrajudicialiter, *ex l. bonis cedi non tantùm in jure, ſed etiam extra jus poteſt, & ſufficit, vel per nuntium vel per epiſtolam id declarari, l. fin. D. de ceſſione bonor.* At noſtra lis conditorum non 17
aliter fieri poteſt, quàm in judicio, & per litem, quæ vertitur inter creditores, & debitorem, & inter eoſdem creditores inter ſe, ut ſæpè diximus per diſcurſum hujus 18
Labyrinthi. Et magna verſatur differentia, & diſcrimen inter eam, & ſimplicem ceſſionem bonorum, prout latius annotavimus *ſuprà p.* 1. *c.* 1. *per totum;* Quia ſolùm conveniunt in origine, & fine, in mediis aut penitus differunt, & diſcriminant, quia noſtrum concurſus genus nova fuit inventio, & introductio inter debitores, & creditores incognita, & non inventa à jure communi, nec à legibus partitæ, nec ferè, vel rarò etiam Doctores moderni illam agnoſcunt, aut de ea tractant, quia eſt remedium quoddam præventivum, ut debitores à moleſtiis creditorum ſe tueantur, ad latè tradita *ſuprà* 1. *part. cap.* 2. *ex n.* 5. *cum ſeqq.*

Atquè ideò iſte noſter concurſus non facilè adaptari 19
poteſt regulis de ſimplici ceſſione bonorum loquentibus, cum lis à debitore inter creditores formata ſtrictiſſimis judicii ordinarii regulis adſtringitur, & juxta illas gubernatur, ad latè tradita *ſuprà* 1. *part. cap.* 16. *per totum.*

Licèt etenim in hac lite creditorum velata mixtim 20
involvatur ceſſio bonorum, & ſit remedium extraordinarium; nihilominus tota noſtra lis principaliter provenit ex jure ordinario, remedio ſcilicet præventivo, aliis etiam permiſſum, *ut ſuprà part.* 1. *cap.* 1. *per totum,* maximè *à n.* 6. Et ſic caſus ſimplex ceſſionis non com- 21
prehenditur ſub caſu mixto maximè quando diſpoſitio continet præjudicium tertii, creditorum nempe, cum quibus lis pendet, latè probat Surdus *deciſ.* 174. *n.* 13. 14. & 16. Ruinus *in conſil.* 197 *nu.* 20. *lib.* 1. Hieronym. Gabr. *conſil.* 197. *n.* 6. *lib.* 1. Eleganter Craveta *conſil.* 941. *n.* 31. *tom.* 5. Caſtillo *controv. tom.* 5. *c.* 89. *n.* 160. *& ſeqq.*

Quare in hoc noſtro judicio concurſus, ut admitta- 22
tur, aut negetur diſceſſio, & judicii ac litis creditorum renuntiatio, juris regulæ attendendæ, & tria tempora conſideranda ſunt. Primum re integra, hoc eſt, quando ceſſio bonorum conſiſtit in ejus petitione præſentata in judicio, data liſta bonorum jurata; nec non creditorum, ut *in cap.* 1. *part.* 1. diximus, petens citari creditores, & etiam expedita citatione, non tamen adhuc actualiter intimata creditoribus. Et tunc non erit dubitum, ut ipſe debitor poſſit pœnitere, & reſilire à petitione, ac judicio moto, re integra. Et ad hunc articulum quæ de re integra pœnitendo dixerunt Doctores, & jura ſuperiùs adducta reſpectu ceſſionis extra judicialis, trahenda ſunt: quæ pariter procedunt, quando lis, & judicium concurſus integrum eſt: prout comprobabimus in articulo ſequenti.

Aut judicium concurſus non eſt integrum, & tunc 23
dupliciter conſiderari poteſt, vel per citationem executam, & jam intimatam creditoribus, aut per litis conteſtationem ab eiſdem cum debitore, aut inter ſe ipſos

ipſo, factam, & tunc neutro caſu datur facultas debitori communi pœnitendi, aut recedendi à lite à ſe mota, renuentibus, aut invitis creditoribus. Si reſpectu citationis jam intimatæ, & executæ, clarum eſt, locum non fore pœnitentiæ; cùm jam ex ea jus ſit quæſitum adverſario, quo invito, altera pars citans renuntiare nequit, aut diſcedere à lite, ita poſt Decium, Baldum, Cagnolum, Guillielmum Benedictum, Marcum Antonium Colum. Menochium, Villalobos, Suarez, Thom. Non. Fabrum, Ananiam, & plurimos alios diximus, & latè probavimus *in Comment. de retentione Bullarum*, 1. *part. cap.* 13. *ex n.* 72. *cum multis ſeq.* ubi mirabiles, & ſingulariſſimas doctrinas in caſibus ſingularibus congeſſimus valde conducibiles huic articulo. Et quod per citationem adverſario intimatam res deſinat eſſe integra, ad hoc ut citans nequeat pœnitere, aut liti, & articulo renuntiare invito adverſario, cui ex citatione jus jam quæſitum fuit, exactè videre eſt *in eodem tract.* 2. *part. cap.* 19. *ex nu.* 23. *cum multis ſequentibus*, ubi etiam alios caſus mirabiles ad propoſitum videbis, & mirabiliter etiam *eadem* 2. *parte*, *cap.* 12. *ex num.* 36. *cum multis ſeq.* ad quæ loca te remitto libenter non repeto. 24 25

Secundo caſu, poſt litem conteſtatam, multò magis præcluditur via debitori, liti creditorum à ſe ſemel motæ renuntiandi, pœnitendi & recedendi ipſis inviris, jam tunc duplex, & quælibet fortis ratio militat. Prima, quæ oritur ex præcedenti citatione executa, ex qua procul dubio jus acquiritur creditoribus, ut dudum probavimus. 26

Secunda, quæ ex quaſi contractu oritur; nam in judiciis inter partes contendentes quaſi contrahitur: ita ut ſicut in contractibus celebratis, non admittitur pœnitentia, nec receſſus ab eis invita altera parte, ex *l. ſicut ab initio*, *C. de actionibus & obligat.* Ita pariter in judiciis, in quibus quaſi contrahi, inquit textus *in l.* 3. §. *idem ſcribit*, ibi, *nam ſicut in ſtipulatione contrahitur, ita in judicio contrahi*, ubi, *gloſſ. verb. contrahi*, *D. de periculo*, *l.* 2. *D. prior. ſtipulation.* Et communiter DD. *in dicto* §. *idem ſcribit* Bart. *n.* 1. *& ſeq.* Bald. *in utraque lectura.* Angel. Salicet. Fulgoſius *in eadem l.* 3. §. *ſi ſervus. n.* 3. Paulus *ibi*, *in* §. *ſi filius familias*, *n.* 7. Gloſſ. ſin. juxta textum ibi: *in l.* 2. §. *ult. ff. de prætor. ſtipulat.* Ubi Imola, Paulus & Cuman. *n.* 5. Fulvius Conſtantius *in l.* 1. *n.* 106. *in fin. cum n. ſequent. C. pœnis fiſcal. credit. præferri.* Felin. *in rubric. n.* 23. *de ſententi. & re judic.* Gregorius Lopez *in l.* 25. *tit.* 1. *part.* 7. *gloſſ.* 5. *in princip.* Didacus Perez *in l.* 1. *tit.* 3. *lib.* 3. *ordinament. verb. conteſtando el pleito*: Poſt *quæſt.* 13. *col.* 1866. Caſtillo *in l.* 55. *Tauri*, *verb. privilegio* Tepaus *in compend. variarum*, *tit.* 111. *c.* 4. *verſic. in judiciis.* Carleval. *de judiciis*, *tom.* 1. *tit.* 1. *diſput.* 2. *num.* 173. *& tom.* 2. *lib.* 1. *titul.* 2. *diſput.* 1. *n.* 1. *& ſeq.* Joannes Marc. Bellet. *diſquiſit. clerical.* 1. *part. tit. de favore clericorum reali*, §. *n.* 8. *pag.* 271. Cevallos *commun. contra commun. tom.* 4. *quæſt.* 897. *n.* 887. Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 7. *n.* 272. Novar. *in praxi electionis*, *& variatio fori*, *quæſt.* 20. *num.* 8. *ſect.* 2. *pag.* 183. 27

Et quod per litis conteſtationem oriatur quaſi contractus; non antea, dixerunt Bald. *in l. error. in quæſt.* 4. *verſic. aut poſt*, *C. de juris & facti ignor.* Quem referens ſequitur Lancellot. Decius *in l. & ita column.* 3. *verſic. ſunt*, *qui contra communem*, *Cod. de edendo*, ſequitur Jacobat. *in l. de ætate*, §. *interrogatus*, *ff. de interrog. action.* Vinc. de Franchis *deciſ.* 346. *n.* 6. Ergo de primo ad ultimum ſequitur, quòd debitor liti pendenti ab eo ſemel motæ inter ſuos creditores renuntiare non poſſit, nec pœnitendo, iterum bona recuperare illis invitis, & renitentibus, prout praxis in dies tribunalium obſervat. 28

Deinde probatur, quoniam in ſimplici bonorum ceſſione ad duos effectus admittitur pœnitentia nempe ad ſolvendum creditoribus vel ut audiatur, & defendatur debitor de jure ſuo adverſus eos, ex juribus ſuprà citatis ad principium hujus capitis; at ſolutio oblata à debitore etiam in noſtro concurſu admittitur, qua ſequuta poteſt à lite debitor diſcedere, ut protinus dicemus: & ideo in hoc caſu bene convenit ſimplex bonorum ceſſio cum noſtra lite concurſus, quanquam verò attinet ad defendendum, nullo modo adaptatur. Cum hoc novum judicium concurſus ad hoc deſtinetur, ut audiatur debitor, & in eodem jure creditorum controvertitur anteaquam ad bonorum diſtractionem perveniatur, prout in toto hoc Labyrintho videre eſt: at in ceſſione bonorum eſt diverſum, cùm ad eam debitor non admittatur, niſi ſit jam condemnatus, aut debitum confiteatur, ex *l.* 2. *D. de ceſſione bonorum*; Atque ideo miſerationis cauſa auditur, atque ſe defendere permittitur. Et quia etiam extra judicium fit ceſſio ſimplex bonorum abſque aliqua præcedente defenſione juris ſui, & ideo pœnitentia dictus re integra ad eam admittitur debitor. 29 30 31 32

Ac denique comprobatur, quoniam cum debitor eo ipſo quod fecit concurſum inter ſuos creditores, à ſe abdicavit ſuorum bonorum adminiſtrationem, & depoſuit in manibus Curiæ, atque adminiſtratoris ab ea nominati, penes quem deponuntur bona ad latè tradita ſuprà *cap.* 14. *& cap.* 13. *part.* 1. Et ex pluribus juribus & Doctoribus hac 3. *part. cap.* 6. *ex n.* 6. *verſic. deinde quoniam cum iſte adminiſtrator*, *&c.* Ac etiam citatis, & conſentientibus creditoribus ſequitur ut amplius ſibi ipſi debitori, adempta ſit facultas removendi, & petendi depoſita bona abſque auctoritate, & conſenſu judicis, & creditorum, prout ex plurimis probavimus *dicto cap.* 6. *n.* 6. *verſic ſequitur*, *ut ipſe*, *&c.* Et optimè tractat Tiraquellus *de retract. convention.* §. 4. *gloſſ.* 9. *per totam.* Et iterum *gloſſa ſeq. & in gloſſ. antecedenti* 3. *ex n.* 5. 33 34

Benè verum eſt, & ex ſuprà dictis infertur, quod conſentientibus creditoribus quorum principaliter intereſt, & cum quibus lis mota, & introducta eſt poſſit concurſus judicium diſſolvi, & bona ab adminiſtratione liberari; prout in dies fieri aſſolet inter debitorem, & ſuos creditores, cum quibus debitor paciſcitur, & certo modo convento eis ſolvere promittit. Sed cautè ſemper attendendæ ſunt conditiones, & pacta conventionalia, ut omnino ſerventur & compleantur ad unguem ad jura, & innumerabiles penè doctores laudatos per Giurbam *deciſ.* 113. *num.* 17. nam ſolent creditores cautè agere, ut non ſervatis conventionis pactis, & conditionibus, nihil factum intelligatur & poſſint redire ad judicium concurſus, & litem continuare, quæ clauſula præſervat procul dubio jus creditorum, antea, ex abundè comprobatis *ſuprà hac* 3. *p. cap.* 13. §. *un.* maximè *ex n.* 100. *cum ſeq. verſic. denique infertur ad quæſtionem*, &c. 35 36

Secundò etiam infertur, quod poterit debitor concurſus judicium diſſolvere. ac adminiſtrationem levare, ſi ſuis ſolvat creditoribus, cùm ex hac ſolutione conſequatur finis ipſius concurſûs, ad ſatisfactionem etenim eorum deſtinatur, ut ex ſequentibus patebit. Imo etiám in ſimplici ceſſione pœnitentia re integra admittitur ſub hac declaratione, & limitatione, quando conſtiterit, debitorem ceſſionem revocare volentem poſſe habere bona de præſenti, ex quibus ſolvat creditoribus; nam cùm ad hunc finem admittatur ejus pœnitentia, & bonorum recuperatio, ſeu potius diſtractionis impedimentum, dicendo, quod vult ſolvere, ut probant jura, & Doctores hactenus allegati. Hæc debet conſtare ſe bona ad ſolvendum ſufficientia habere de præſenti, ne aliàs debitor varius in pœnitendo doloſè ſe gerat, ita poſt Bald. Salicet. & Caſtrenſ. docet Brunus *de ceſſione bonorum q.* 14. *num.* 1. Pichard. *in* §. *fin. num.* 26. *inſtitut. de action.* Capella Tholoſana *deciſion.* 18. Sanctius à Mello *de judicis debitor.* 37 38 39

debitor. cap. 4. nu. 18. & ideò in noſtro judicio concurſus multò magis à lite diſcedere debitor impediri debet, niſi priùs ſatisfactis creditoribus omnibus.

40 Nunc tractandum de vita, & interitu hujus litis creditorum, quamdiu pendeat, & qualiter diſſolvatur in quo breviter dicendum erit, quod concurſus, & per conſequens etiam ſequeſtratio bonorum, & adminiſtratio, durat durante lite, & extinguitur lite creditorum extincta, quapropter ad cognoſcendam durationem, & perſeverantiam concurſus, nec non ejus diſſolutionem, & extinctionem, ut prorſus ceſſent effectus, & ſpecialitates, quas ex natura hujus judicii conſideravimus *ſup. 1. cap. 1. cum ſeqq.* ac etiam *2. p. cap. 1. per totum*,
41 præ oculis habere debemus quamdiu lis pendere, aut finita eſſe dicatur. Et tunc lis dicitur finita per rem judicatam executioni mandatam, ita ut non ſufficiat ſola res judicata, ut lis dicatur finita, ſed ſimul requiritur ejus effectiva, & actualis executio, antea verò adhuc lis dicitur pendere. Probant Saner *in regula de annali, quæſt.* 44. *n.* 4. & 5. Caputaquenſis *deciſ.* 172. *p.* 2. Mohedanus *deciſ.* 8. aliàs 115. & *deciſ.* 14. aliàs 240. *de cauſa poſſeſſ. & propriet. & deciſ.* 3. aliàs 180. *num.* 3. Vivianus *poſt tract. de jurepatronat. deciſ.* 25. *num.* 7. Coccinus *deciſ.* 185. *num.* 3. & *princip.* Alexand Ludovic. *deciſ.* 546. *num.* 3. & 10. idem Coccius *deciſ.* 225. *num.* 4. Seraphinus *deciſ.* 937. *num.* 2. Caſſiodorus *deciſ.* 7. *de cauſa poſſeſſ. & propriet.* Paleotus *deciſ.* 215. Pacificus *deciſ.* 144. *num.* 2. *poſt tractat. de Salviano interdicto* Rota *in recentior. deciſ.* 225. *num.* 2. *p.* 1. Poſt *de manutent. obſervat.* 12. *num.* 160. & 161. & *poſt tract. deciſ.* 161. *num.* 7. optimè etiam Gratianus *diſceptat. forenſ. tom.* 1. *c.* 66. & *cap.* 114. *num.* 34. Puteus *deciſ.* 310. *lib.* 2. Latiſſimè Lancellotus *de attentat.* 4. *p. in præfatio. n.* 230. Garcia *de benefic.* 6. *p. c.* 4. *num.* 42. *in fin.* & plurimi alii, quos latius comprobantes adduximus *in Comment. de ſupplicat. ad Sanct.* 2. *p. cap.* 18. *ex num.* 9. *cum multis ſeq.*

42 Et ideò lis creditorum finita dicetur, quando ſententiæ graduationis virtute omnes creditores dimiſſi fuerunt, & ſoluti, ut probant Bartol. & Jaſon *in l. fidejuſſor*, §. *ſi ſatisdatum*, *D. qui ſatisdare cogantur.* Guzman *de evictionibus, quæſt.* 7. *num.* 64. quos nos in puncto ſequuti fuimus *in d. cap.* 18. *ex n.* 9. *cum ſeqq.* ubi latiùs probavimus, & ad alias illationes progreſſi fuimus.

43 Nam cùm finis, ad quem deſtinatur judicium hoc concurſus peractum à debitore communi, alius non ſic quàm ſolutio, & ſatisfactio creditorum; ideò finis attendi debet, ut lis finita dicatur, & judicium, ita ut dum ad finem, & effectum non perveniatur, ſemper
44 adhuc in mediis perſiſtemus, cùm ſit finis expectandus, *l. diximus*, *ff. de excuſat. tutor.* Tiraquell. *de retract. lignag. ad fin. tit.* 18. *n.* 19. Tuſchus *lit. F. concl.* 378.
45 plenè Giurba *in conſuet. Meſſanenſ. p.* 1. *cap.* 1. *gloſſ.* 4. *n.* 112. & à fine omnia media regulantur, Cravet. *conſ.* 137. *n.* 14. Albanus *conſil.* 52. *num.* 7. Surdus *conſ.* 164. *n.* 32. Caſſanat. *conſil.* 45. *num.* 107. Bimius *conſil.* 771. *n.* 37. Giurba *ubi proximè.*

46 Atque ideò ſi nondum ſoluti fuerant creditores omnes, nec lis, nec ceſſio bonorum ceſſat. Ut probat text. *in l. grege* 13. §. *ſi creditor. D. de pignor.* ibi. *Nec enim per hoc videbitur ſatisfactum creditori, quod habet judicati actionem*, text. etiam *in l.* 1. *C. qui bonis cedere poſſunt.* ibi. *Qui bonis ceſſerint, niſi ſolidum creditor receperit, non ſunt liberati*, Et quod in concurſu creditorum etiam per ſententiam graduationis, imò & per
47 conſignationem factam creditoribus in bonis debitoris, ut ex iis ſolvantur, nec extinguatur concurſus, nec liberetur debitor, ſed adhuc jus integrum creditorum ſit, & illæsum, donec cum effectu ſoluti fuerint, & dimiſſi exactiſſimè probavimus *ſuprà* 1. *p. cap.* 17. & *cap.* 18. *per tota*, ubi mirabiliter tractatur poſt plurimorum Doctorum allegationem.

48 Unum in comprobationem mirabile in hoc articulo annotabis, quod licet omnes creditores ſint per judicium concurſus ſoluti, & dimiſſi: ſi tamen aliquis, vel aliqui eorum inſoluti ſint non ſimpliciter, & abſolutè, ſed cum clauſula, ſine præjudicio aliorum creditorum potentius jus habentium, vel ſub obligatione, cautione, aut fidejuſſione de reſtituendo aliis jus fortius habentibus. Ut tunc non dicatur finita lis creditorum, ſed adhuc in pendenti eſſe. Adeò ut quandocumque 49
poſtmodum alius noviter creditor comparuerit potior, coram eodem judice concurſus lis tractanda ſit prælationis, & avocationis, cum hoc caſu non dicatur iſte 57
comparere lite creditorum finita, ſed durante, & exiſtente, & per novi creditoris comparitionem novam non aggreditur lis ſuper reſtitutione crediti ſoluti: ſed potiùs prior lis continuatur, cùm priori ſolutio ſub hac clauſula conditionali per comparitionem novi creditoris reſolvatur, & res redeat ad priorem illum ſtatum quo erat ante ſolutionem factam. Ac ſi nunquam ſolutio facta fuerit, prout feliciter poſt magnam Doctorum catervam & fundamenta probavimus *ſuprà 2. p. cap. 6. ex num.* 42. *cum multis ſeqq. verſic. ad ultimam partem*, &c. & *ex n.* 50. *cum multis ſeqq.* 58

Ergo multò magis lis dicetur adhuc pendere, quando aliquis creditor nullo modo fuit ſolutus, nec dimiſſus nec purè, nec conditionaliter.

Ex quibus omnibus infertur quod cùm ad hoc, ut 59
lis creditorum finita dicatur, ſit neceſſaria executio actualis, & omnium creditorum ſatisfactio; ſequitur quod uno non ſoluto, & ſatisfacto, lis non dicatur finita, ſed adhuc pendere, cum quo proſequenda, & continuanda erit uſque ad ſatisfactionem integram, cum ſit pars formalis illius indicii, & æquè principalis cum cæteris, ejuſque jus independens ab aliorum jure. Pro quo inſuper ex text. famoſus *in l. cùm onus ex* 51
creditoribus. 12. §. *planè*. *D. de bonis authoritat. jud. poſſid.* ibi. *Aliter atque ſi creditor, cui permiſſum eſt poſſidere, poſtea receperit debitum ſuum, cæteri enim poterunt peragere bonorum venditionem*, &c. Qui eſt text. ſingularis, maximè juncto principio ejuſdem legis, ibi. *Cùm unus ex creditoribus poſtulat in bona debitoris ſe mitti, quæritur, utrum ſolus is, qui petit, poſſidere poteſt? an cum unus petit, & prætor permiſerit, omnibus creditoribus aditus ſit? commodiùs dicitur, cùm prætor permiſerit: non tam perſona ſolius petentis, quàm aliis creditoribus, & in rem permiſſum videri*, &c.

Et quia in illo uno creditore, cæteris jam dimiſſis, 52
& eorum juribus per ſolutionem extinctis, conſervatur ſtatus, & continuatur univerſitas judicii, quam conſideravimus *ſuprà* 1. *p. cap.* 3. *ex num.* 1. & *hac* 5. *p. cap. ex num.* 7. *cum ſeq.* & 2. *part. cap.* 2. *ex num.* 12. *cum ſeqq. verſic. quæ conſideratio adhuc*, &c. quibus probavimus, concurſum creditorum formatum à debitore communi eſſe judicium univerſale, & facere ſtatum & univerſitatem. Maximè cum non poſſint à principio 53
formari cum uno ſolo creditore; ſed inter duos, aut plures præciſè, cum prælatio non cedat in uno ſed inter plures occurrentes, prout non ineleganter probatum fuit 1. *part. dict. c.* 2. *ex n.* 7. *cum pluribus ſeq.* hoc etenim judicium dicitur concurſus creditorum, ſi igitur plures creditores non concurrunt ſed unus duntaxat, non poterit vocari judicium concurſûs, nec lis creditorum.

Ideò ſequitur doctrina Garciæ *de nobilitate gloſſ.* 54
35. *ex num.* 51. qui *n.* 52. ita ait, *illud benè verum eſt, quod etiamſi ad præſens non ſit niſi unus, aut ad ſummum duo, qui non faciant ſtatum. Si tamen olim fuerunt tres nobiles in eo populo, tunc benè conſtat judicium, quia etiamſi ſtatus, & collegium non poſſit incipere niſi à tribus: poteſt tamen conſervari in uno leg. ſi-* 55
cut eſt, §. *fin. D. quod cujuſque univerſitatis nomine*, & *notabat gloſſ. in d. leg. Neracius* 85. *D. de verb. ſignific.* & *notans omnes in c. cum omnes, de conſtitutionibus*, & *ibi gloſſ. & in cap. cum delicta, de reſcript.* & *multa vide*, &

de, & optima apud Petrum de Viarto, in directorio electionum 1. *part. cap.* 2. *n.* 34. & 5. ubi latè, &c. Et iterum *in fine n.* 53. ita ait, *quia unus, aut saltem duo non faciunt statum. In quo status plebeius legitimè possit verificari d. leg. Neratius, sed si constet, olim fuisse tres plebeios, quamvis hodie unus dumtaxat reperiatur, rectè dicimus conservatum statum plebeium, ex dict. l. sicut* §. *fin. & legitimam esse distinctionem, ac subinde possessione*, &c. Et tetigit Otero *de jure pascendi cap.* 20. *n.* 8.

57 Et quia concursus creditorum dicitur cœtus eorum, ut ex pluribus Gratianus *tom.* 2. *discept.* 222. *num.* 27. & cœtus significat universitatem personarum, *Levit. cap.* 19. 6. *cap. ibi loquere ad universum cœtum filiorum Israël, & dices ad eos*, &c. Atque ideò cùm quolibet creditore insoluto remanente continuatur lis, & executio.

58 Et ex iis unum obiter elicietur fortè argumentum ad hoc, ut nullus debitor admitti debeat à principio ad formandam litem, & judicium creditorum, dum unum aut alterum dumtaxat nominavit creditorem, nisi tres, aut plures nominet, cum hic præsumatur fictus concursus, cessant enim creditorum molestiæ, quas requirunt Doctores, ut *in cap.* 1. *à princip.* 1. *p.* diximus, maximè *à n.* 7. atque ideo magna fraudis præsumptio inducitur in debitore hoc.

59 Sed quid dicendum, bonis debitoris, quæ fuerant in concursus judicio, & administratione, jam consumptis. Puta, quia post sententiam graduationis, & in ejus executionem fuere subhastata, & ex pretio prioribus creditoribus fuit solutum, aliis inferioris gradus insolutis manentibus, juxta terminos *l.* 2. *titul.* 15. *part.* 5. & ea quæ scripsimus *suprà hac* 3. *part. c.* 11. an concursus dissolutus, & lis creditorum finita dicatur, in quo affirmativè dicendum videtur. Primo, quia debitor, qui
60 bonis suis cessit, & omnibus venditis pro sati-factione creditorum, licèt omnibus non sufficiant, liber remanet ab horum obligatione, quibus amplius non tenetur, nec amplius ab eis molestari potest, in bonis noviter, & postea quæsitis. Ut per Gloss. *in cap. sicut dignum*, §. *eos insuper de homicidio, & in cap. peccatum in gloss.* 1. *in fin. de regul. jur. lib.* 6. quam refert Paris. de Puteo *de Sindicatu, in verbo pœna cap.* 5. *sub n.* 3. *versic. si tamen postquam fuit*, & Petrus Cevallus *in resolutionibus criminalibus lib.* 2. *cap.* 77. *n.* 31. Paschalis *de viribus patriæ potestatis* 2. *part. cap.* 9. *n.* 53. ergo idem dicendum erit in nostro concursu creditorum.

61 Sed contrarium verius est, imò omnibus etiam consumptis bonis administrationis, si tamen aliquis, vel aliqui posteriores creditores non fuerunt soluti, non dissolvi concursum, nec litem creditorum finiri, tum ex hactenus comprobatis, ut lis non finiatur, quamdiu aliquis creditor non est satisfactus. Quoniam adhuc
62 durat ejus obligatio, & debitor non est liberatus, & executio est in suspenso, quo usque debitor sive per industriam, sive per hæreditaris delationem, aut donationem alia noviter bona quæsierit, ex quibus prorsus creditoribus suis antiquis satisfacere, & solvere tenetur, & statim continuata executione venduntur eadem bona noviter quæsita text. est expressus *in l. si debitoris bona venierint, postulantibus, creditoribus, permittitur rursus ejusdem debitoribus bona distrahi, donec suum consequantur, si tales tamen facultates acquisitæ sint debitori, quibus prætor moveri potest* 7. *D. de cessione bonorum*, juncta etiam *leg. qui bonis suis* 6. *antecedenti.* ex quibus juribus clarè patet, quod in bonis noviter per debitorem quæsitis continuatur prior lis, & executio prosequitur, cum distrahi bona mandetur, à qua distractione incipi non potuisset, si nova lis requireretur; ergo prima permanet; quæ durat & pendet usque ad actualem executionem cum effectu, ut suprà diximus.

63 Nam per bonorum debitoris defectum non evanescit executio, nec dissolvitur obligatio, sed suspenditur, & durat in spe bonorum acquirendorum, ut probant prædicta jura, & Doctores citati à Paschali *de juribus patriæ potest.* 2. *part. c. cap.* 9. *n.* 52. etenim licet exceptio inopiæ impediat ac suspendat executionem sententiæ, *cap. olim.* 16. *de restit. spoliat. cap.* 6. *Odoardus*, ubi Doctores *de solutionibus l. nam is*, *ff. de dolo*: non tamen impedit processum, qui procul dubio prosequitur, & operatur, quoties inops pervenit ad pinguiorem 17
fortunam, ut tunc solvere compellatur *dicto c. Odoardus*, & Abbas *in dict. c. cum olim*, Cardos. *in praxi jud. & advocat. verb. exceptio*, *n.* 28.

Prout videmus in sententia lata contra non possiden- 64
tem, cujus executio licet interim suspensa maneat, exequitur tamen contra ipsum absque novo judicio, si postea cœperit possidere, prout latissimè ex plurimis Doctoribus comprobavimus *in comment. de Regia protect.* 4. *part. cap.* 9. *ex n.* 156. *usque ad* 172. & adde Jacobum 65
Gallum *consil.* 5. *per tot. & maximè ex nu.* 20. Et eodem modo in nostro casu, si bona concursus deficiant pro solutione aliquorum creditorum, non propterea evanescit res judicata, ejus executio semel cœpta, sed durat procul dubio, ut repertis bonis aliis debitoris, sive noviter acquisitis continuatur lis, & prosequitur executio in eis; cùm jus creditorum non sit extinctum, sed duret contra debitorem, ut antea.

Nec obstat quod in contrarium diximus, debitorem 66
facta cessione, & bonis semel omnibus distractis, manere liberatum, ut amplius in bonis noviter acquisitis non teneatur suis anterioribus creditoribus, quia ipsimet Doctores citati suprà *n.* 60. regulam in contrarium affirmant. Quam limitant in debitore cedente bonis cum infamia, & ignominia, ut iste amplius non teneatur, admissa ignominiæ compensatione. At in cessione absque ea prout in nostro casu, contrarium ipsi, & jura expresè affirmant.

Quam insuper distinctionem & discrimen inter ces- 67
sionem factam cum ignominia, vel absque ea, ut in primo casu debitor de postea quæsitis non teneatur satisfacere creditoribus. In secundo autem si probarunt insuper quamplurimi alii Doctores. Guido Papæ *decis.* 343. *per text. in l. fin. ff. de in jus vocand.* Roman. *singul.* 24. Modic. *de jur. natur. & gen. l.* 2. §. *plebiscitum, dub.* 28. *n.* 9. Bald. *in dicta l. fin.* Angel. *in lib.* 1. *ff. de cessio. bonorum.* Brunus *de cessio. bonorum* 3. *quæst. princip. nu.* 6. & *n.* 7. Vitalin. *de clausi. tit. an possit renuntiari benef. cessio. bonorum*, §. 32. *versic. notandum.* Grassis *except.* 17. *n.* 6. Cancer. 2. *resol. cap.* 9. *n.* 23. Carpan. *Mediolan. statu* 408. *n.* 140. *part.* 2. Bruno à Sole *quæst. leg.* 6. *n.* 8. *quæst.* 7. *nu.* 10. & 11. *q.* 9. *n.* 38. Aufrer. *ad Capell. Tholos. quæst.* 61. Rolandus *cons.* 7. *n.* 10. & 11. *vol.* 2. Tepatus *variarum lib.* 2. *tit. de cession. bonorum*, *col.* 1. Annibal. Monter. *in schol. statut. Bononiens. l.* 2. *tit. de præcept. facien. cession. gloss. non liberetur*, *versic. sic etiam fol.* 262. Menochius *de arbitrar. casu* 183. *num.* 23. Ursillus *ad afflictum decis.* 379. *num.* 5. plures alios refert & sequitur Giurba *ad statuta Messan. cap.* 2. *gloss.* 16. *part.* 1. *ex n.* 13. *cum seqq. fol.* 263. & *seqq.*

Et quando judicium concursus factum super bonis majoratus extinguatur, vide quæ latè diximus suprà 1. *part. cap.* 9. *ex n.* 72. *cum seqq. vers. ex hactenus abundè comprobatis*, &c. *hac* 3. *part. cap. antecedenti* 15. *per totum.*

Denique videamus, quando administratio, atque ad- 68
ministratoris munus dissolvatur, in quo dicendum erit, quod cum sequestrum hoc, & depositum fiat ex causa litis creditorum, à litis creditorum vita & interitu regulanda erit administratio, ut tandiu duret, quan-
diu ipsa lis, ac pereat, & finiatur finita lite, juxta ea 69
quæ hactenus scripta sunt: tum quia sequestrum ac depositum ob causam litis motæ durat, durante lite. Gregor.
Lopez *ad l.* 5. *gloss.* 6. *tit.* 3. *part.* & ibi Hermosilla *ea-* 70
dem gloss. n. 1. & 2. *tom.* 1. *fol.* 202. ex Paulo *cons.* 433. Bart. & Bald. *in l. si oleum*, *in princip. D. de dolo malo.* Follet. *in praxi censual. verb. instrumentum gratiæ*, *n.*

54.

54. Tiraquell. *de retract. lig.* 2. §. 4. *gloss.* 9. *n.* 1. Rebuffus 3. *tom. constit. Gallic. tit. de sequestr. art.* 1. *gloss.* 1. *n.* 17. Felicianus *de censib. lib.* 4. *tom.* 2. *cap. unic. n.* 4. *versic. denique fallit*, innumerabiles pene alios antiquos, & modernos laudavimus *in comment. de Reg. protect.* 2. *part. cap.* 16. *ex n.* 64.

71 Et quod ut depositum judiciale, sive sequestrum dissolvatur; requiratur executio rei judicatæ, cùm aliter non dicatur lis infinita. Diximus ibidem *n.* 56. ex Gratiano *disceptat. forens. tom.* 1. *cap.* 114. *n.* 34. & 35. & idem in nostris terminis concursus post Guzman diximus *in tract. de supplicat. ad sanctiss.* 2. *part. cap.* 18. *n.* 16. Vide *ex n.* 9. *& seq.*

72 Hinc curatoris ad bona dati propter aliquam causam finitur officium cessante, ac finita causa, *l. fin. C. de sententiam pass.* ubi curator datur filiofamilias minori propter patris deportationem, finitur patre reverso *l. muto*, §. *fin. D. de tutelis*, *l. in possessionem*, *ex quibus causis in*
73 *possessionem eatur*, ubi datio curatoris bonis capti ab hostibus ob absentiam, finitur capto reverso. Et curato-
74 ris dati hæreditati jacenti, finitur officium, cum hæres
75 adierit *lib.* 2. *C. de administ. tutor.* Anton. Virg. *de legit. person. cap. sub n.* 29 *ad fin.* ubi *ex n.* 30. tractat singularem quæstionem, quando ad instantiam creditorum
76 concurrentium ad hæreditatem jacentem datus fuit eidem curator, & administrator, cum revera adita jam fuisset hæreditas an judicium concursus sustineatur, vel nullum dicatur. Et distinguit inter scientiam, & ignorantiam aditionis, post plurimos Doctores inter se
77 discordes. Addit tamen cautelam, ut ante dationem curatoris fiat proclama, an aliquis compareat hæres. Vide quod latè fuit disceptatum suprà 1. *part. cap.* 32 *per tot.*

Item officium curatoris datum ob furorem tandiu 78
durat, quandiu durat furor, *l. tandiu*, *ff. de curatore furioso.*

Atque pariter ventri datur curator, non tutor, quia 79
curator datur bonis, tutor personæ, quæ dum est in utero sub matris tutela est, plurima jura & Doctores exactè tractans, allegat Velasquez *tom.* 2. *cons.* 192. *ex n.* 106. *cum multis seqq.* Hoc tamen curatoris officium dati 80
ventri continuò solvitur, & finitur, cum infans nascitur, *l.* 1. §. *tandiu*, *D. de ventre in possess. mittend.* & voluerunt Joan. de Platea & Aretinus *in* §. *cum autem*, *instit. de tutelis.* Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 1. *gloss.* 9. *n.* 78. Ascanius Clemens *de patria potest. effectu* 14. *n.* 12. Valenzuela *dicto cons.* 198. *n.* 115. qui conderant textum *in l. tutor* 3. §. *si curator*, *D. de suspect. tutor.*

Atque sic de singulis curatoribus datis quacumque 81
ex causa, ut finita, & extincta causa, ejus finiatur officium; prout prosequitur videndus Anton. Vigil. *ubi proximè cap.* 6. *ex n.* 41.

Solutis tamen creditoribus omnibus ex bonis con- 82
cursus, quemadmodum iste, & administratio dissolvitur ex hactenus dictis; pariter omnia bona, quæ supersunt liberè redduntur, & restituuntur debitori; ut cum Petriglol. & aliis tradit Giurba *decis.* 53. *n.* 4. & Hermosilla *ad l.* 52. *tit.* 5. *part.* 5. *gloss.* 6. *num.* 11. *tom.* 2. *fol.* 232. & est textus optimus *in l.* 1. *D. de curat. furios.* Quibus pariter finem apponimus huic Labyrintho creditorum fœliciſſima die 1. Januarii, anni Domini 1645. ad ejus, & sacratissimæ Virginis Mariæ honorem, & sempiternam gloriam.

LAUS DEO.

INDEX

INDEX COPIOSISSIMUS RERUM ET VERBORUM,

Quæ in hoc Labyrintho Creditorum concurrentium, &c. continentur.

P. paginam denotat : N. numerum marginalem.

A.

Abbas, Abbatiſſa.

Vide *Monachus.*

ABBAS quamvis non poſſit alienare abſque interventu Conventus ; poteſt tamen ipſe ſolus abſque eo hæreditatem, legatum, & jus delatum repudiare, pag. 425. n. 101. Abbatiſſæ ſolus conſenſus in renuntiatione monialis ſufficit ad præjudicium monaſterii, ibid. n. 102.

Abſens, Abſentia.

Vide *Contumax.*

Abſentis bona de cujus vita dubitatur, adjudicantur proximiori in cuſtodiam & adminiſtrationem, ſub fidejuſſione de reſtituendo cum fructibus domino venienti, vel alteri, qui ad ea jus habeat, p. 56. n. 49.

Abſentis bonis judex adminiſtratorem dare debet, ne diſſipentur, p. 94. n. 2.

Abſentis bonis & hæreditati jacenti, judex ex officio adminiſtratorem dare debet, ibid. n. 3.

Abſenti per alterum non quæritur actio, p. 511. n. 30.

Abſenti quæritur actio & obligatio in omnibus contractibus irrevocabiliter ante acceptationem de jure regio præter donationem, p. 514. ex n. 80. cum ſeq.

Acceptatio.

Acceptans creditor decretum judicis conditionale, & ejus virtute exigens, non plus prætendere poteſt quàm à ſuo titulo originatur, p. 348. n. 15.

Acceptans, actum, & diſpoſitionem, eam cenſetur acceptare cum omnibus ſuis qualitatibus, & conditionibus inhærentibus, ibid. n. 16. & 18.

Acceptans de facto, & ſimpliciter decretum, viſus eſt conſentire omnibus in eo contentis, ibid. n. 17.

Decretum ſcindere pro parte acceptare, & pro parte repudiare, non eſt in facultate acceptantis, ib. n. 20.

Acceptationem juris delati præſentis ſupponit ipſius juris renuntiatio facta in favorem tertii, p. 422. n. 30. 31. & ſeqq.

Acceptationem, abſentis, an requirat lex 2. tit. 16. lib. 5. p. 512. n. 41. cum ſeqq.

Acceptationem non requirit lucrum à lege alicui delatum, quia ſtatim acquiritur.

Ut in lucro & acqueſtu adjudicatio Conjugi, n. 44.

Acceptationem an hodie requirat donatio facta abſenti ſtante, d. lege 2. n. 48. cum multis ſeq.

Secus in aliis omnibus obligationibus abſenti factis p. 512. ex n. 66. cum ſeqq. uſque ad n. 73. & ex n. 78. cum multis ſeqq.

Acceptationem requirit pactum de non meliorando ad ſui irrevocabilitatem, quia donatio eſt, p. 515. ex n. 94. cum ſeqq.

Acceptare quis videtur decretum judicis cum omnibus ſuis conditionibus, qui eo uſus fuit, p. 571. n. 73. cum ſeqq.

Acceptatio donationis inducitur ex præſentia donatarii cum taciturnitate, n. 75. 76. 77. & 78.

Acceptatio & ratihabitio non ſolùm fit expreſſè, ſed etiam tacitè, ibid. n. 69.

Acceptationis & approbationis tacitæ plures referuntur modi, ibid. remiſſivè.

Acceptatio ex actis externis inducitur ac ſi verbis expreſſis fieret, ibid. n. 81.

Acceptatio non ſolùm verbis expreſſis probatur, ſed etiam factis & conjecturis, p. 572. n. 82. & 83.

Acceptans actum abſque proteſtatione, videtur acceptare cum ſuis conditionibus, & qualitatibus, ibid. num. 84.

Acceptans diſpoſitionem in tantum ejus gravaminibus conſentire videtur, ut non valeat proteſtatio contraria, ibid. n. 95.

Acceptans ſimpliciter adjudicationem ſui crediti, eam approbare videtur, cum omnibus ſuis qualitatibus, ibid. n. 86.

Acceptatio donationis præſumitur quando donatarius reperitur in poſſeſſione rei donatæ, ibid. num. 88. 89. & 90.

Actio.

Actione reali, & hypothecaria creditores avocant rem debitoris à tertio poſſeſſam, p. 77. n. 29. & ſeqq.

Actio realis deducta in judicio concurſus tendit ad prælationem, quæ idem judicium requirit, ne continentia cauſæ dividatur, p. 84. n. 116. & 117.

Actiones movendæ contra debitorem concurſu pendente in ipſum citatis creditoribus diriguntur, & eidem dantur contra, p. 98. n. 53.

Actio mota contra tertium rem debitoris detinentem hujus nomine erit exercenda, ac etiam creditorum concurſui adſtantium, ibid.

Index Rerum

Actiones seu dominium an amittat debitor per concursum à se formatum, p. 114. n. 22. cum sequentibus.

Actiones activas, & passivas an amittat debitor concursum formans, ex n. 23. & ex n. 50.

Actiones activas, & passivas retinere, & ei, & in eum posse exerceri, verius ostenditur, n. 29. cum seqq.

Actiones omnes movet debitor concursu pendente, & in eum diriguntur, p. 115. n. 46.

Actiones suas dirigunt creditores ad concursum provocati principaliter adversus debitorem, n. 47.

Actiones, & dominium retinet debitor in suis bonis concursu formato, p. 262. n. 1.

Non tamen ad earum exercitium ita amplam retinet potestatem, quin subordinetur juri creditorum noviter acquisito ex cessione bonorum, ibid. n. 2.

Actiones activas, & passivas retinet debitor concursum causans, & ab eo, & in eum exercentur, p. 264. n. 27.

Actionis activæ, & passivæ exercitio an privetur debitor, concursu à se formato, n. 25.

Ad actionem primævam, & etiam utilem redit creditor à quo avocata fuit in solutum data, vel pecunia & durat fidejussio, p. 135. n. 17.

Actiones suas concursu formato debitor an possit exercere contra suos debitores, p. 115. num. 48. 54. & 55.

Quidquid tamen exigat in corpus concursus conferre tenentur, ibid. n. 49. & 64.

Actiones directæ licèt remaneant penes cedentem, inutiles tamen sunt & sine exercitio, ibid. n. 50. & 51.

Actio & obligatio personalis etsi contracta sit respectu rei, nec rem sequitur, nec in singularem possessorem transit, p. 175. n. 111. cum seq. & ex n. 105.

Actiones directæ cessione facta, adhuc remanent penes cedentem, p. 201. n. 48. & 49.

Actiones remanentes penes cedentem factâ cessione utilium, & directarum, sunt inutiles, & inefficaces ad agendum, & exigendum, p. 202. n. 62.

Actionem ex suo contractu nec agendo, nec defendendo potest movere monachus sine superioris licentia, sed in monasterium debet dirigi, p. 204. n. 91. cum seqq.

Quando actio utilis, & directa competunt ad diversa, nulla præfertur in agendo, p. 205. n. 122.

Actio personalis, & hypothecaria creditore facto hærede debitoris, p. 520. n. 35.

Actio non confunditur per aditionem hæreditatis, quando ex confusione induceretur damnum ipsi hæredi creditori, aut etiam tertio, ibid. n. 36.

Actio nec obligatio oritur ex contractu imperfecto, vel conditionali, p. 231. n. 30. & 38.

Actio negotiorum gestorum datur tertio solventi pro debitore, etiam cessione non habita in amisso creditore, p. 357. ex n. 56. cum seqq.

Actiones passivas quilibet cohæres pati tenetur etiam tangentes cohæredi instituto in bonis alterius provinciæ, p. 412. n. 66. & 67.

Actione hypothecaria agens præcisè tenetur dominium debitoris probare, p. 476. n. 38. & seqq.

Actio confessaria soli vero domino competit, & etiam ei qui in possessione est, cùm dominus præsumatur, p. 480. n. 80. 81. 82. & 83.

Actiones spectantes majoratui potest movere possessor ex sola sententia tenutæ, p. 484. n. 113. cum multis seqq.

Actio ex æquitate, & in subsidium datur domino pecuniæ contra emptorem ex æquitate, quæ contra alios trahenda non est, p. 475. n. 27.

Actiones suas passivas debitor in alium transferre non potest, p. 511. n. 31.

Actio, quæ tertio absenti hodie quæritur ex leg. 2. tit. 15. lib. 5. recopil. directa est, non utilis, cùm jus regni sit jus commune, p. 514. n. 76. 77. & 78.

Imò & jus exequendi illi tertio simul quæritur, ibid. num. 79.

Actio semel extincta iterum non reviviscit, p. 520. ex n. 45. cum seqq.

Actio, & passio in eadem persona non concurrit, p. 524. n. 3.

Actionem non competere ubi sit notorium, debet Judex reum absolvere, p. 549. n. 70.

Accessorium.

Accessorium dependet à principali, non principale ab accessorio suo, p. 24. n. 8.

Accessorium perit cum principali, p. 558. n. 186.

Res judicata obtenta super principali, operatur super accessorio connexo, & inseparabiliter dependente, ex n. 183. 188. 189.

Accumulatio.

Accumulatio, causarum attribuitur individuitati judicii, non fori mutatio, p. 13. n. 3.

Accumulatio plurium causarum concurrentium petita ad quem judicem pertineat, p. 15. n. 26 & seq.

Causæ omnes contra eundem debitorem motæ in diversis tribunalibus, simul cumulandæ sunt coram primo judice, qui cognoscere de una cœpit, p. 28. n. 37.

Causæ cumulandæ sunt priori notario, qui primam habuit, ibid. n. 38.

Quod quoad cumulationem dispositum est circa duos notarios ejusdem tribunalis, idem intelligendum de duobus judicibus, ibid. n. 39.

Accumulationis regulæ tam de notario ad notarium, quàm de judice ad judicem apponuntur, ibid. n. 40. cum seqq.

Ad priorem judicem, qui præoccupavit causa continens remittitur, ut fiat processuum accumulatio, n. 42.

Tres regulæ apponuntur ut fiat processuum accumulatio ad eundem judicem, ibid. n. 43.

Actor, Agens.

Actor regulariter dicitur, qui prius provocat ad judicium, p. 14. n. 12. & ex n. 7.

Faillit quando obstat originalis natura causæ, quia tunc non inspicitur petitio, sed petitionis intentio, ibid. num. 13.

Actor aut reus, ut quis dicatur, non inspicitur quis sit vocatus, sed causæ origo, ibid.

Actori datur electio fori ex pluribus competentibus reo, etiam illo invito, p. 24. num. 2. limita, n. 3. & seqq.

Agunt, & conveniunt possessores majoratus, qui ex sola sententia tenutæ facti sunt legitimi administratores pro rebus ad majoratum pertinentibus, p. 479. n. 72. cum seqq.

Agere efficaciter potest, & vindicare rem majoratus, & dignitatis possessor, quia ex sola possessione administratori dicitur, p. 480. n. 82. & seqq. & ex n. 80. & seqq.

Si quod ago non valet ut ago, valet ut valere potest, p. 487. n. 12.

Nisi contrahentes se restringant ad actum gestum, ultra quem deficit consensus, ibid. n. 13.

Agens ex una causa, & ex alia non deducta in judicium probans, nequit in eodem judicio obtinere, etiam

etiam quando veritate inſpecta judicatur, p. 546. num. 31.
Agere nemo poteſt ex contractu imperfecto, & conditionali, p. 231. n. 30. & 35.

Actus, Acta.

Qui actum facit cenſetur obligare, & adſtringere legibus, de eo loquentibus, p. 104. n. 44.
Actus omnis ſecundum naturam rei geſtæ intelligitur, ibid. n. 45. cum ſeqq.
Actus ſublato obſtaculo, facilius convaleſcit quàm de novo inducitur, p. 44. n. 38.
Actus ut dicatur involuntarius, ſufficit ut qui poſſit compelli, licèt compulſio deficiat, pag. 117. n. 80. & 81.
Actus ex neceſſitate geſtus non inducit conſenſum, n. 82. & ſeqq.
Actus geſtus de neceſſitate juris, & judicii, non nocet gerenti ex defectu conſenſus, n. 87.
Acta ſuper validitate teſtamenti in una cauſa geſta, plenè probant in alia, etiamſi inter diverſas perſonas, p. 159. à n. 23. cum ſeqq.
Acta judicii, quæ temporis curſu mutantur non faciunt fidem in alio, p. 185. n. 26. 27. & 28.
Actus quilibet in judicio geſtus præjudicialis creditoribus, ſi iſti citati non contradicunt expreſsè, illi conſentire, & approbare cenſentur, p. 324. n. 54. & 55.
Per actum reſolutum, & annihilatum res non deſinit eſſe integra, p. 350. n. 54.
Actus reſolutus reddit rem ad ſuum priorem ſtatum, ac ſi geſtus non fuiſſet, ibid.
Actus æquivocus, qui uni & alteri poteſt adaptari, neutri prodeſt, p. 371. n. 8. cum ſeqq.
Acta, & geſta per eum, qui ſe gerit pro principe, qui verè non ſit, valebunt, & poteſt confiſcare bona & aliis donare, p. 388. n. 144.
Acta, & geſta per poſſeſſorem majoratus putativum, tangentia juriſdictionis adminiſtrationem valent, ibid. n. 145.
Actus, qui ſine fraude geri poteſt, non ſuſtinetur factus in alicujus fraudem, p. 424. n. 71.
Actum qui purè facere poteſt, poteſt etiam illum qualificare, & conditionem apponere, p. 439. n. 51. & ſeqq.
Actum qui liberè, & purè facere non poteſt, ita neque eum qualificare aut conditionem apponere, n. 55.
Poteſtate qui caret ad ſubvertendum actum, ac quoque caret ad minuendum, ibid. n. 56.
Actus qui potuit geri nomine proprio, & alieno in dubio præſumitur nomine proprio geſtus, p. 460. n. 25. & 26.
Actus qui poteſt fieri uno modo licitè, & alio modo illicitè, cenſetur factus nomine, & ſub eadem perſonæ qualitate, & jure quo licitè geri potuit, p. 487. n. 5. 6. 7. & 8.
Pro actus validitate, & ſubſiſtentia in dubio præſumitur, ibid. n. 9.
Ex duobus actibus, de quorum anterioritate non apparet, ſemper præſumitur præceſſiſſe ille, qui facit actum valere, ib. n. 10.
Ad actus validitatem ſufficit habere poteſtatem extrinſecam, licèt expreſsè non commemoretur in contractu, & diſpoſitione, p. 488. n. 14. 15. & ſeq.
Actus indifferens, & æquivocus determinatur, & declaratur per denominationem, p. 371. n. 11.
Actus qui eget confirmatione, vel approbatione ſuperioris caret effectu, donec à ſuperiore confirmetur, p. 231. ex n. 28.
Ad actus perfectionem ſi duo requiruntur, ex ultimo actus perficitur & conſummatur, p. 232. n. 35.
Actus non dicitur geſtus, ubi aliud remanet faciendum, ibid. n. 36.
Actus ſic debet interpretari, ut cenſeatur proviſum cauſæ magis neceſſariæ, p. 210. n. 8.
Actus ſimplicitur geſtus judicatur ab intentione gerentis, contra quam etiam favorabilis non operatur, p. 490. n. 50.
Actus in dubio præſumitur geſtus nomine proprio potius quàm nomine alieno, p. 495. n. 45.
Fallit in eo qui tenetur alteri emere quia in dubio alteri emere intelligitur, p. 496. n. 46.
Quod extenditur ad quamlibet rei alienæ adminiſtratorem, ibid. n. 57.
Item quando quis nomine officii tenetur emere ex pecunia aliena qui intelligitur alieno nomine emere etiamſi ſuo emiſſet, ibid. n. 48. & ſeqq.
Actus à fine judicatur, p. 567. n. 10. cum ſeqq.
Actus præjudicialis ex judicis decreto parti intimatus, ſi nihil opponatur, tacita reſultat approbatio, & conſenſus, p. 571. n. 72. & ſeq. & ex n. 67.
Actus judiciales potentiores, & efficaciores ſunt extrajudicialibus ob valorem judicii, p. 577. n. 144. cum ſeq.
Actus ſubſequens factus intelligitur in executionem contractus præcedentis, p. 575. n. 133.
Actus in dubio potiùs refertur ad cauſam neceſſariam, quàm voluntariam, p. 577. n. 154. & ſeq.
Actum non incipere, & cœptum non perficere, paria ſunt, p. 232. n. 37. & ex n. 28. cum ſeq.
Actum qui poteſt in totum ſubvertere, poteſt eum qualificare, & modificare, p. 238. n. 25. & 26.
Actus novus non dicitur factus in executionem antiqui, p. 588. n. 17. & 18.
Actus ſemel conſummatus, & perfectus non retractatur, etiamſi caſus eveniat à quo initium ſumere non potuit, p. 589. n. 38. & 39.
Actus dependens à præcedenti, præcedens actus attenditur, n. 52.
Actus cenſetur factus eo modo, quo de jure fieri debuit, p. 613. n. 27.
Actus geſtus in judicio, qui de per ſe non erat obligatorius, non arctat actorem, quominus ab eo liberè diſcedat, p. 660. n. 10.
Actus alias legitimi ad poſſeſſionem, & præſcriptionem, ſi alio fine, & intentione gerantur, non proſunt ad poſſidendum, nec præſcribendum, p. 211. n. 16. 18. 19. 20. & 21.

Aditio.

Vide *Licitator*, *Subhaſtatio.*
Aditione bonorum concurſus jam facta plus offerenti, an novus licitator meliorem conditionem offerens admittatur, p. 314. n. 1. cum ſeq.
Vide *Hæreditas.*
Adire hæreditatem non poteſt hæres inſtitutus ſub conditione ante conditionem impletam, p. 19. n. 7.
Aditio per neceſſe ſupponitur ex alienatione, hypotheca, aliave diſpoſitione bonorum hæreditatis facta per hæredem, p. 58. n. 12.
Sive diſpoſitio hæredis fiat inter vivos, ſive in ultima voluntate, ibid.
Et etiamſi diſpoſitio nulla fiat, aut revocetur, n. 13.
Per aditionem hæreditatis extinguitur obligatio inter hæredem & defunctum, non antea, p. 59. n. 19. 20.
Aditio inducitur per commixtionem bonorum, ibid. num. 21.
Per aditionem hæreditatis qua contrahit hæres cum creditoribus, & legatariis, p. 308. n. 8.
Non ex nova obligatione, ſed ex antiqua defuncti in hæredem tranſmiſſa, ibid.
Ante, vel poſt aditam hæreditatem fructus perceptos, an hæredes reſtituere teneantur creditoribus, p. 312. n. 57. & 58.
Vel in creditum ſuum compenſare debeant, n. 60.
Jus adeundi hæreditatem non tranſit in creditores, cùm in bonis debitoris non ſit, ſed facultas merè perſonalis non tranſmiſſibilis, p. 397. n. 104.

Index Rerum

Jus adeundi facultativum, nec est actio, nec petitio, nec officium judicis, nec pactum ad præscriptionem, p. 397. n. 105.

Jus adeundi hæreditatem, legatum, & similia non est in bonis debitoris, p. 420. n. 11.

Aditionem antecedentem supponit hæres disponendo in vita, vel in morte de aliqua re hæreditatis sibi delatæ, p. 422. n. 33.

Si ante aditionem hæres de hæreditate sibi delata testetur, animum adeundi manifestat, etiamsi postea testamentum revocat, ibid. n. 33. & 34.

Per aditionem hæreditatis oritur quasi contractus inter hæredem, & creditores, nec non legatarios, & fideicommissarios, p. 423. n. 65. & seqq.

Per adicionem contrahitur, ergo per repudiationem distrahitur, non valet argumentum, pag. 425. n. 86.

Adeundi facultas, vel agnoscendi legatum jus nondum quæsitum, non est in bonis nostris, ibid. n. 89.

Adire, vel non adire hæreditatem, vel legatum, liberum est, n. 90.

Nulla juris ratio patitur, quem compelli adire, vel agnoscere legatum, vel hæreditatem, ibid. n. 92.

Sicut liberum est contrahere, ita est adire, cum in alienando jus quæsitum, & non in non acquirendo præjudicium alteri fiat, ibid. n. 93.

Adire præsumitur gravatus restituere ex solo actu restitutionis factæ, p. 430. n. 9.

Aditio non inducitur per conditionem impletam ab hærede, sub qua fuit institutus, p. 441. n. 74.

Quia tunc solum videtur tollere obstaculum ad effectum liberandi, & adeundi, n. 75.

Adire censetur hæres per locationem rei hæreditatis, p. 451. n. 14. & 15.

Aditio inducitur per rei hæreditariæ distractionem, ibid. n. 16.

Aditio est individua, & propterea ex ea infertur de parte ad totum, n. 21. 22.

Adire hæreditatem pro parte, & pro parte repudiare nemo potest, p. 452. n. 23.

Aditio hæreditatis transmissæ, vel repudiatio non denegatur secundo hæredi, in quem transmittitur, p. 503. n. 74. & ex n. 70.

Aditio est individua, quæ pro parte hæreditatis non admittitur, p. 504. n. 75. cum seqq.

Adire hæreditatem transmissam, an videatur hæres qui in inventario apposuit jus transmissum, ibid. n. 78. 79. & 80.

Adeundi facultas, licèt communicabilis sit hæredi, non est communicabilis hæredis creditoribus, ibid. n. 81. & 82.

Adeundi jus non venit in generali obligatione bonorum debitoris, cui hæreditas fuerit delata, n. 87.

Adeundi jus non mansit ad fiscum antea quam per debitorem, per aditionem sit quæsitum debitori, n. 84. & seqq.

Adire hæreditatem videtur qui de tota, vel de parte disponit, ibid. n. 87.

Aditio pro parte trahitur ad totum, ibid. n. 89.

Adeundi jus postquam est transmissum dicitur esse in hæreditate transmittentis, p. 505. n. 95. & 96.

Adeundi jus transmissum, & jus hæreditarium, n. 97.

Et fingitur adita hæreditas transmissa ab ipso transmittente, ibid. n. 99.

Adeundi jus, quo respectu dicatur esse in bonis, ibid. n. 100.

Adeundi jus postquam acceptatur censetur esse in hæreditate transmittentis, p. 506. n. 104.

Hæres, in quem fit transmissio non adit hæreditatem ex persona sua, sed tanquam hæres repræsentans transmittentem, n. 109.

Adeundi jus ante aditionem non est de bonis debitoris, nec ad creditores ejus pertinet, n. 111.

Aditio hæreditatis consistit in animo, & mera voluntate, & per quemlibet actum illam indicantem tacitè probatur, p. 222. n. 53.

Adjectus.

Adjecto solutioni debitor solvendo liberatur, p. 205. num. 102.

Adjecto ne solvat debitor inhiberi non potest, ibid. num. 103.

Nisi creditor litem contestaverit, vel adjectus mutaverit statum, aut quando solus adjectus, non hæres ejus sit electus solutioni recipiendæ, ibid.

Adjectus ad sui utilitatem tanquam procurator in rem suam agere judicio potest, ibid. n. 104.

Adjectus licèt spontaneam solutionem possit recipere à debitore, eum tamen in judicio convenire nequit, n. 105.

Adjectus nec exigere, nec novari, nec acceptum facere potest, ibid. n. 106.

Adjudicatio.

Adjudicatio rei quæ emptorem non invenit, fit à judice creditori invito, cujus consensus ad eam non requiritur, p. 572. n. 95. & 96.

Administrator, Administratio.

Vide *Rationes, Curator.*

Administrator concursus an depositarius sit vel sequester, ad multa scire convenit, p. 101. n. 1.

Administrator eo, quod non possidet an sequester dici possit, ibid. n. 2.

Administrator concursus recipit salarium pro sua administratione, n. 5.

Administrator concursus recipit bona, quæ pondere, numero, & mensura constituunt, & an ob id dominium in eum transeat, n. 9.

Depositum in istis rebus consistere non potest, ibid.

Administrationem concursus verè, & realiter esse sequestrum, & per consequens depositarium, probatur, ibid. n. 11. & seqq.

In administratore concursus concurrunt omnia, & singula, quæ in sequestri, ibid.

Administratori omnia bona concursus traduntur in custodiam, ibid.

Administrator concursus non eligitur per conventionem partium, sed judicis arbitrio, & electione, p. 102. n. 13.

Administrator, cui commendantur bona pia, vel profana, ad certum finem distribuenda, dicitur depositarius, n. 21. & seqq.

Administrator positi panis dicitur depositarius, & ut talis, cogitur ad restitutionem depositi, p. 103. n. 23.

Administrator bonorum civitatis de promptu debet habere pecunias ad urgentes necessitates, & tanquam depositarius eas reddere cogitur, per carcerem etiam nobilis, ibid. n. 24. & seq.

Administratori bonorum concursus, quæ egent labore, & cura, rectè assignatur salarium absque mutatione depositi, n. 31. & 33.

Administratoris appellatione continetur sequester, & depositarius, p. 104. n. 38.

Administratoris nomen in Hispania generale est, & conveniens administranti aliena bona, ibid. n. 39.

Administrator concursus, etiamsi nobilis sit, incarceratur pro reliquorum solutione, ibid. n. 41.

Administratori concursus non imputatur monetæ diminutio cessante ejus culpa, vel fraude, n. 42.

Administrator concursus nominatus se astringere intelligitur legibus de sequestro loquentibus, nu. 43. 44. & 45.

Administrator quilibet alieni negotii prohibitus est emere rem administrationis, p. 106. n. 1. cum seqq.

Administratores non possunt etiam per interpositam personam rem emere administrationis, ibid. num. 5. & 6.

Administrator concursus non recipit potestatem distrahendi bona ipsius, n. 7.

& Verborum.

Administrator ad pretium fructuum rigorosum illius anni oneratur, ibid. n. 8.

In administratore emente à debitore bona concursus duplex reperitur prohibitio ex sua persona, & debitoris, ibid. n. 9.

Administrator palam, & bona fide, hoc est, auctoritate judicis in subhastatione non prohibetur emere bona concursus, ibid. n. 10. & 11.

Administrator, & œconomus Ecclesiæ, etiam palam, & bona fide non possunt Ecclesiæ bona emere, 107. num. 13.

Administrator, emens à creditore nomen debitoris, nihil de bonis debitoris emisse dicitur, ibid. n. 14. & 15.

Administrator concursus non prohibetur emere censum à creditore contra debitorem, n. 19.

Administrator concursus non prohibetur emere justo pretio censum concursus, ibid. n. 20.

Administrationem sui patrimonii abdicat à se debitor concursus formato, 264. n. 30.

Administrator negligens in non exigendo, vel minus debito exigendo non præjudicat debitori, ibid. n. 41. cum seqq. multis.

Administrator non possidet bona concursus, nec alienare, nec de eis aliquo modo disponere potest cessante judicis decreto, ibid. n. 32.

Administrator causæ piæ exigens censum in erosa moneta per plures annos non præjudicat causæ piæ, quominus in argentea moneta juxta census creationem possit exigere, p. 265. n. 37. & 38. cum seqq.

Administrator, seu œconomus minus debito censum exigens per 40. annos non præjudicat domino, ibid. n. 40.

Administrator ad concursus bona nominatus, si reddita ratione, debitor evixit, an pro reliquorum solutione si nobilis sit carcerari possit, p. 268. n. 1. cum seqq.

Administrator concursus est depositarius & sequester, ibid n. 4. cum multis seqq.

Administratio concursus pro reliquorum solutione facto calculo, carceratur, quantumvis nobilis sit, p. 269. n. 7. cum seqq.

Administrator quilibet rei alienæ pro solutione reliquorum carceratur, ut in tutore nobili, ibid.

Administrator positi panis pro reliquorum solutione, etsi nobilis carceratur, ibid. n. 8.

Administrator bonorum civitatis, cui pro reliquorum solutione privilegium nobilitatis non prodest, carceratur, ibid. n. 9.

Administrator, qui pecunias administrationis de promptu habere tenetur, si in usus suos convertat, furtum, dolum, & fraudem committit, ibid. n. 11.

Et potest tunc dici prædo, ibid. n. 12.

Administrator nobilis pro debito administrationis malè carceratur, ibid.

Administrator, tutor, & curator subterfugiens rationem reddere, est in dolo, fraude, & collusione, & ob id etiam nobilis carceratur, ibid. n. 13. & seqq.

Administrator non dicitur rationem reddidisse reliquis non solutis, ibid. n. 15.

Administrator concursus sequester est, & depositarius, qui de promptu habere tenetur bona ad judicis jussum, p. 270. n. 18.

Administrator non servans, quæ ad ejus officium pertinent, est in dolo, & fraude culpabili, ibid.

Administrator concursus sequestrum non reddens delinquit, ibid. n. 20.

Et est in dolo, fraude, & collusione, ibid.

Administrator concursus, licèt recipiat salarium non desinit esse sequester, & depositarius, ibid. n. 21.

In administratorem concursus fit depositum eo animo, intentione, ut custodiat, & de manifesto habeat ad solutionem creditorum, p. 272. n. 46.

Administratorem concursus, etiam nobilem pro reliquis incarcerari, firmiter tenendum, ibid. n. 47.

Prout in causa valdè controversa determinavit senatus Pintianus, n. 49.

Administrator bonorum civitatis habetur ad instar depositarii, & nobilis incarceratur pro reliquorum solutione, p. 271. n. 31.

Administrator quoniam cogitur rationes reddere, nisi in loco administrationis, si patiatur, alibi conveniri, non potest amplius reclamare, ibid. num. 64. & seqq.

Administratore, vel socio formante concursum inter suos creditores, separantur bona sua ab administratione, p. 61. n. 48.

Administrator duas personas repræsentat suam & administratoris, ibid. n. 49.

Creditores unius administrationis non confunduntur cum creditoribus, alterius negotiationis, p. 61. n. 50. & seqq.

Ex administrationum diversitate resultat diversitas creditorum, & obligationum, n. 53. & seqq.

Diversitas personarum arguit diversitatem administrationum, & negotiationum, nec unius administrationis creditores, dici possunt creditores alterius, ibid. n. 59. cum seq.

Administratori tutori, aut curatori agenti pro debito administrationis non opponitur compensatio ejus crediti, quod administrator debet, p. 62. n. 65. cum seqq. & à n. 61. cum seqq.

Administrator quando, & ex quibus conjecturis, appareat contrahere nomine administrationis vel proprio, p. 63. n. 85. remissivè.

Penes administratorem concursus universalis, omnia debitoris bona deponenda sunt, ut unusquisque satisfiat juxta gradus prærogativam, p. 75. n. 3. & seq. & à n. 1.

Concursu facto (cessione mediante) debitor omnium bonorum administrationem dimittit judici distribuenda inter creditores, p. 94. n. 7. & 20.

Bona, quæ administratione carent incidunt in protectionem judicis, ut ad illa fidelem nominet administratorem, ibid. n. 2.

Administratorem bonis absentis judex dare debet, ne dissipentur, ibid.

Administrator datur prodigo bona dilapidanti interdicta illi bonorum suorum administratione, p. 95. n. 5.

Bonis debitoris administrator, & curator datur instantibus creditoribus ibid. n. 6.

Administrator & curator datur bonis debitoris concursum formantis, cum debitor administratione sit exutus, n. 7.

Creditoribus interest, ut bonis debitoris detur administrator, qui ea diligenter & fideliter ministret, num. 8.

Administrator boni falliti à judice creatur pro indemnitate creditorum, n. 9.

Administratio bonorum concursus penes curiam residet, cui debitor principaliter dimisit bona, ut creditores tuti sint, concursum non esse simulatum, ibid. n. 10. & 11.

Administrator concursus nominatus à curia ejus nomine non debitoris nec creditorum bona administrat, ibid. n. 12.

Administratorem illum debet judex approbare, in quem major pars creditorum (fraude cessante) consenserit, ibid. n. 14. & seqq.

Administrator concursus potest nominari unus ex creditoribus, in quem omnes, vel major pars consensit, p. 96. n. 18. & seqq.

Et quid circa hoc noviter per Regium decretum sit dispositum, ibid. n. 59.

Major pars creditorum quomodo in hoc casu considereretur, ibid. n. 19.

Index Rerum

Administratorem, si creditores non eligant, judex eligit idoneum, ibid. n. 20.

Administratorem ad bona concursus ille judex nominat, coram quo lis creditorum mota fuit, ibid. num. 21.

Administratorem eum nominare judex debet, à quo facilis sit exactio & negotiatio creditorum, ibid. num. 22.

Administratores non decet nominari officiales & ministros curiæ, quod optimis rationibus ostenditur, ibid. n. 23. & 24.

Ad administrationem concursus, fœminæ eligi non debent, ibid. n. 25.

Administrator concursus non admittitur ad exercitium, donec fidejussionem præst t de fideli administratione & reddenda ratione, ibid. n. 26.

Administratorum & negotiorum gestorum bona, an tacitè sint obligata, p. 97. n. 28. & seqq.

Administratori concursus salarium debet per judicem assignari, ibid. n. 31. Vide verb. *Salarium.*

Administrator concursus cum certo salario nominatus, non potest administrationi imputare alium salarium alteri qui suo nomine negotia administrationis gessit, ibid. n. 32.

Administrator, qui coadjutorem assumpsit ad administrationis curam, de suo salario illi satisfacere debet, ibid. n. 34.

Administratoris officium quale sit, in quo consistat, quæ ad illud pertineant, ibid. n. 33. 37. & seq.

Administratori ultra salarium assignatum solvuntur expensæ ab eo erogatæ pro litibus, cura & cultura bonorum, ibid. n. 36.

Administrator quam potestatem habeat in administratione bonorum concursus, ibid. n. 38.

Administratoris & sequestri officium est colere, fructus colligere, exigere redditus & credita, ac conservare bona concursus, ibid. n. 38.

Administrator prosequi tenetur lites tangentes exactionem bonorum, nominando procuratorem, & advocatum cum salario sub approbatione senatus, ibid. n. 40.

Administrator movere non potest actiones, quæ proprietatem bonorum concursus respiciunt, nec in eum diriguntur, sed cum debitore & creditoribus sunt intentandæ & prosequendæ, n. 33. usque ad 49. & n. 53.

In administratorem concursus nullum jus in proprietate nec in possessione transit, p. 98. n. 45.

Administrator concursus creditoribus solvere non potest propria, sed solius judicis authoritate, n. 51.

Administrator qui potestatem sibi datam excedit, dignus est pœna, ibid. n. 52.

Administrator concursus à curia nominatus vel confirmatus simul cum administratione jurisdictionem recipit ad exigendum, ibid. n. 54.

Administrator à judice ordinario nominatus vel confirmatus nullam recipit jurisdictionem, n. 55.

Administratores concursus sæpè cogi solent ut in loco solutionis assistant, vel substitutum habeant præsentem, ne cum eo molesta sit creditoribus negotiatio, ibid. n. 56.

Administratores malitiosè solent detinere solutiones, ut interim ad negotiationem uti possint pecuniis, vel ut creditores partem crediti amittant, ibid. n. 57.

Legibus regiis variis pœnis plectuntur administratores recipientes partem crediti creditoribus solvendi, p. 99. n. 58.

Omnia fori privilegia comparentium contemnit concursus universalis, p. 44. & 45. ex n. 34. & ex n. 39. cum seqq.
Fori privilegio liberè renuntiare possunt familiares sancti officii, atque etiam milites, alienam jurisdictionem prorogando, p. 46. n. 59. & 60.
Forus prioris judicis non mutatur per privilegium superveniens, p. 47. n. 79.
Forus non mutatur per supervenientem viduitatem lite pendente ante eam, ibid. n. 80. & 81.
Clericus superveniens lite pendente non prodest ad fori mutationem, ibid. n. 82.
Forus non mutatur si lite mota pupillus fiat adultus, ibid. n. 83.
Item nec si vidua nubat, ibid.
In distractu, & census redemptione debitor forum rei creditoris sequi tenetur, p. 48. n. 87. 89. cum seqq. Vide *verb. Scholaris.*
Actio ex qua debitor cogit creditorem ex consignatione pecuniæ pro census redemptione, est personalis, in qua forum creditoris sequi debet, ibid. num. 90.
Decisiones Senatus Pinciani, ibid.
Licitator novus plus offerens subhastatione perfecta an comparere debeat coram judice concursus, & an ad idem cogatur emptor possessor, p. 319. nu. 85. cum seqq.
Licitatoris forum sequi tenetur plus postea offerens, quando illi fuit rei subhastatæ possessio tradita, ibid. n. 86. & 87.
Forum Ecclesiæ sequi debet movens controversiam clerico emptori, & possessori rei subhastatæ, ibid. n. 88. & seqq.
Snlutione facta simpliciter cerditori pro revocatoria intenta per anteriorem, forus rei sequendus erit, p. 349. ex n. 42. cum seqq.
Si lis creditorum fuerit jam extincta, ibid.
Forum cleri sequi debet creditor pro revocatoria pecuniæ solutæ vel rei adjudicatæ, si lis concursus sit jam extincta, ibid. n. 44. & seqq.
Forus contractus gesti à procuratore non forus, quo mandatum fuit gestum attenditur, p. 213. num. 18. cum seqq.
Foro clerici defuncti gaudet hæreditas, dum est jacens, p. 214. n. 32. & seqq. & ex n. 25.

Frater.

Frater utrinque conjunctus non convenitur ultra quam facere potest, p. 168. n. 8.
Frater si ex redditibus majoratus, (quæ sunt bona libera possessoris) alimenta fuerit consequutus in concursu, morte possessoris extinguitur, p. 177. & 178. n. 146. 147. 148. & 149.

Fraus.

Vide *Dolus.*
Non fraudantur creditores, quando debitor non vult acquirere, sed quando acquisitum alienat, p. 419. n. 2. & 3.
Fraudem prætendere non possunt creditores in non acquirendis, sed in jam acquisitis alienatis à debitore, ibid. n. 4.
Actus, qui sine fraude fieri potest non sustinetur factus in alicujus fraudem, p. 424. n. 70. 71. & 72.
Ubi contractus præcedit, aut materia quæ ex bona fide obliget ad acquirendum, qui acquirere non vult, in fraude esse dicitur, & tenetur, ibid. num. 73.
In condemnato ad pecuniæ quantitatem parti applicatam pro damno recepto repudiante hæreditatem sibi delatam fraudem consideravit consil. Reg. ibid. num. 79.
Fraudati dicuntur creditores quando debitor jus jam radicatum & quæsitum plenè alienat, ibid. num. 81.
Fraus fit creditoribus si debitor ante tempus restituat majoratum, fideicommissum, aut usumfructum patri debitum, p. 341. n. 10. cum seqq.
Fraus fit creditoribus in temporis præventione & præmatura restitutione, ex n. 31. p. 431. & 432. n. 18. cum seqq.
Ad evitandas fraudes & collusiones gerentium aliena negotia pragmaticæ mutationis monetæ jubent ut eorum domus secretè ante publicationem conquirantur, p. 625. n. 40.

Fructus.

Vide *Interusurium.*
Fructus beneficii, sicut obligari, hypothecari, & consignari possunt creditoribus, ita corpus concursus ingrediuntur, p. 273. n. 2.
Clerici vita durante dumtaxat, ibid.
Fructus beneficii possunt pro executione capi, ut clerici creditores solvantur, ibid. n. 3.
C. pervenit, de fidejussoribus ad idem ponderatur, & exornatur, ibid.
Ex fructibns beneficii tenetur clericus alimenta, & dotem præstare sorori, p. 274. n. 4.
C. pervenit de arbitris interpertatur ut procedat, quando consignatarius volebat retinere fructus beneficii consignatos pro solutione dotis post mortem clerici, ibid. n. 5.
Fructuum beneficii consignatio pro solutione creditorum durat, durante vita clerici dumtaxat, num. 6.
Intellectus ad *c. pervenit, de arbitris*, ab aliquibus traditus, repellitur, ibid. n. 7.
Fructus, majoratus, feudi emphyteusis, & usufructuarii capti, vel consignati pro solutione creditorum durat tantùm, durante vita possessoris feudatarii, ibid. n. 8.
Etiamsi creditores insoluti remaneant, vel ex integro non sint satisfacti de suis creditis, ibid.
Fructuum beneficii consignatio vel hypotheca solùm, durante vita clerici debitoris, ibid. n. 9.
Fructuum beneficii consignatio in favorem creditorum fit in subsidium, bonis patrimonialibus cleri deficientibus, ibid. n. 10.
De fructibus beneficii in concursum deductis clerico debitori assignantur alimenta, ibid.
Fructus beneficii capiuntur pro executione, & consignantur creditoribus bonis patrimonialibus clerici deficientibus, ibid. n. 11.
In fructibus beneficii pensione gravatis, an pensionarius præferatur omnibus debitoris clerici creditoribus hypothecariis, & anterioribus, ibid. num. 12. cum seqq.
Fructus majoratus, feudatarii, usufructuarii, & beneficiati sicut cadunt in obligatione, ita & in concursu creditorum & sub ejus administratore, pag. 655. num. 1.
In fructibus rei prohibitæ alienari fit executio, & capi possunt in causam judicati, ibid. n. 2.
In fructibus majoratus durante vita debitoris possunt in pignus capi pro solvendis creditoribus possessoribus, ibid.
In fructibus feudi potest fieri executio, ibid. n. 4.
Maritus pro dote restituenda non obligat bona majoratus, fructus tamen ab eo percipiendi tacitè manent obligati, ibid. n. 5.

& Verborum.

Fructus majoratus non ſunt pars ipſius, & ideo in eis ſit executio, ibid. n. 6.

In fructibus majoratus cadit confiſcatio, vita poſſeſſoris durante, ibid. n. 7.

Fructus rei prohibitæ alienari cedunt in commodum creditorum, qui liberè poſſunt vendi, & alienari, ibid. n. 8.

Fructus rei probibitæ alienari non cadunt ſuper prohibitione, quia ſunt liberi, ſive in fideicommiſſo, feudo, & in emphyteuſi ex pacto de providentia, ſive antiquo, p. 656. n. 10.

Fructus futuri ex re prohibita alienari obligari poſſunt à prohibito, dum non vergat in præjudicium vocatorum, ibid. n. 11.

Etiamſi cum prohibitione legali concurrat prohibitio expreſſa teſtatoris, quæ reſpicit proprietatem rei, non fructus, ibid. n. 12.

Fructus ſunt acceſſio dominii, dominiumque ſequuntur, p. 149. n. 24. & 25.

Fructus recompenſativos commenſurabiles pretio ſoluto ſemper emptor conſequitur etiam data dilatione ad ſolvendum, vel habita fide de pretio ac etiam emptore in mora non conſtituto, ibid. n. 36. & p. 232. ex num. 40.

Fructuum & reddituum valor non bonorum in proprietate attenditur ad taxanda alimenta; p. 169. n. 16. & ſeqq.

In fructibus & redditibus majoratus & feudi poteſt fieri executio pro ſatisfaciendis creditoribus poſſeſſoris, p. 170. n. 34.

Fructus majoratus & feudi jure proprio lucrantur poſſeſſores, ibid. n. 35. 139. & 140.

Cedens bonis retinet proprietatem feudi majoratus & emphyteuſis, fructus tamen & commoditates ſuis applicantur creditoribus, ibid. n. 46. & ſeqq.

Fructus beneficii ſequeſtrantur pro ſolvendis creditoribus poſſeſſoris ære alieno gravati, relicta congrua ſuſtentatione, p. 171. n. 50.

In fructibus nulla cadit alienationis prohibitio, ibid. n. 56. & 57.

Aſſignatio ſolutionis in fructibus majoratus non eſt perpetua, ſed pro vita poſſeſſoris dumtaxat, p. 172. num. 58.

Ad fructus hæreditatis perceptos ante vel poſt aditam hæreditatem, an hæres etiam confecto inventario teneatur creditoribus, p. 311. n. 57 & 58.

Et an in creditum ſuum compenſare illos fructus perceptos teneatur, p. 312. n. 60. & 61.

Fructuum perceptorum per hæredem antea quàm intrarent creditores, rationem iſtis reddere non tenetur, ibid. n. 62. 63. & 64.

Fructus pertinent poſſeſſori dignitatis putativa communiter reputato legitimo, p. 387. n. 134. & ſeqq.

Collatio, præſentatio, & electio ſunt fructus juris comparendi, & patronatus, quos percipit is Prælatus, qui ſit in quaſi poſſeſſione conferendi, vel præſentandi, ibid. n. 135.

Privatus dignitate, lite pendente percipit fructus, ibid n. 136.

Fructus rei emptæ pro perſona nominanda ſuos non facit emptor, nominatione facta, p. 417. n. 36.

Fructuum acquiſitio ſequitur dominium, ibid. n. 40.

Quando aliquid fit à lege ipſo jure, fructus ab eodem die debentur, ibid. n. 41.

Fructus majoratus fideicommiſſi uſusfructus patri debiti, aut rei præmaturè & ante tempus reſtitutæ, an judicentur bona debitoris reſtituentis, & ſuis debita creditoribus, p. 429. ex n. 1. & per totum.

Qui negativam teneant, p. 430. n. 13.

Fructuum remiſſionem in ſe includit præmatura reſtitutio, non admittenda in præjudicium tertii, p. 432. n. 32.

Fructus medii temporis donat debitor, qui ante tempus reſtituit majoratum, ibid. num. 33.

Gravatus reſtituere poſt mortem poteſt reſtituendo in vita gravamen imponere commenſurabile fructibus medii temporis, ibid. n. 34.

Fructus ſuos faciunt hæres, & poſſeſſor majoratus per acceptationem, qui ante tempus reſtituant non jus quærendum, ſed jus quæſitum dimittunt, ibid. n. 35.

Ad fructus majoratus poſſeſſi à debitore jus habent creditores, ejus durante vita, p. 433. n. 50.

Fructus ſequuntur dominium, p. 460. num. 20. & 21.

Fructus ſunt acceſſio dominii, & dominium ſequuntur, p. 520. n. 33.

Fructus & commoditates emphyteuſis familiaris poſſunt alienari, in ſolutum dari creditoribus, atque hypothecari, vita emphyteutæ durante, p. 638. n. 36. 38. 40. & 48. cum ſeqq.

Fructuum rei prohibitæ alienari adjudicatio creditoribus pro ſolutione valet, p. 655. n. 13. & ex n. 1. cum ſeqq.

Prohibitus alienare non prohibetur cedere, donare, aut vendere commoditates, aut fructus ex re prohibita producendos, p. 656. n. 14.

Fructus majoratus, qui pleno jure pertinent ad poſſeſſorem, poſſunt ab eo alienari, & hypothecæ ſubjici, ſua vita durante, ibid. n. 16. & 17.

Fructus proventus, & commoditates majoratus poteſt poſſeſſor cedere, locare, & quovis modo alienare ſua vita durante, ibid. n. 18.

Et morte ejus accedente ſtatim reſolvitur contractus, ibid. n. 19.

Prohibitio alienationis non extenditur ad fructus, proventus, & commoditates rei prohibitæ, quas ſuas facit prohibitus, ibid.

Fructus majoratus comprehenduntur in qualibet obligatione, vel renunciatione omnium bonorum, quia ſunt debitoris pleno jure, ibid. n. 20.

Super fructibus rei prohibitæ alienari cadit hypotheca, & cenſus conſtitutio, ibid. n. 21. 22. & 23.

Nec per eam contravenitur prohibitioni expreſſè, ibid. num. 24.

Fructuum rei prohibitæ, hypotheca & cenſus impoſitio tandiu durat quandiu vita poſſeſſoris obligantis, ita ut eo mortuo, aut aliter privato reſolvatur hypotheca, p. 657. n. 25. & ſeqq.

In fructibus feudi, ac emphyteuſis poteſt fieri executio pro ſatisfactione creditorum durante vita debitoris dumtaxat, ibid. n. 29.

Fructus majoratus poſſunt obligari, & in executionem capi vita durante poſſeſſoris debitoris, cujus morte jus creditorum reſolvitur, & ſi integrè non remaneant ſoluti, ibid. n. 30.

Fructus beneficii, ſicut poſſeſſor poteſt obligare, ſua vita durante, ita in executionem capi pro ſatisfaciendis creditoribus ſuis, ibid. n. 32.

Mortuo debitore concurſum formante ſtatim, & ipſo jure diſſolvuntur fructus majoratus, qui in concurſu ſtabunt, ab bona illicò tradenda ſucceſſori, ibid. n. 33. cum ſeqq.

Creditores poſſeſſoris majoratus feudi, beneficii, & ſimilium, eo mortuo jus habent ad ratam fructuum illi pertinentem, ibid. n. 42.

Et pro ea rata continuatur adminiſtratio concurſus, ibid.

Mortuo debitore, an adminiſtrator concurſus poſſit recolere omnes fructus majoratus, beneficii, & ſimilium, ut ſucceſſor à concurſu petat ſuam ratam, vel an iſtis omnium recollectio pertineat, ex n. 43. cum ſeqq.

Fructuum omnium recollectionem pertinere integraliter ſucceſſori majoratus adminiſtratore concurſus præſente, determinavit Senatus, p. 658. num. 45. & 46.

Index Rerum

Fructus sequuntur dominium, & ad dominium rei pertinent, ibid. n 4.

Fructuum recollectio spectat ad eum, qui majorem partem habet in re, ibid. n. 48. & seqq.

Fructuum recollectio pertinet ad successorem, qui integram partem habet in re, ex qua fructus producuntur, ibid. n. 50. & 51.

Frustra.

Frustratorii actus, & circuitus sunt vitandi, p. 160. num. 42.

Frustratorios suos actus nemo facere præsumitur, p. 445. n. 5.

Frustra precibus impetratur, quod à jure communi conceditur, ibid. n. 6. & p. 250. n. 13.

Futura.

Sufficit incertum esse, sitne futurum dominium temporale, aut perpetuum, ut perpetuum judicetur, p. 483. n. 103. & 104.

Omnis actus qui ex futuro eventu potest resolvi constans judicatur juxta præsentem statum quoad omnes juris effectus, ibid. n. 105.

Jus incertum & dependens à futuro eventu non est in consideratione, quousque per eventum declaretur certum, ibid. n. 107. & 108.

Judicium certum capi nequit ex iis, quæ pendet à futuro eventu, à quo declaratio, quæ pendent à futuro eventu, à quo declaratio pendet, expectari, ibid. n. 109.

Futura, quæ possint abesse, & adesse, non sunt in consideratione, ibid. n. 110.

Futurus eventus non attenditur, sed præsens rei status, ibid. n. 111.

Futura quæ sperantur, & contingere possunt, non attenduntur, nisi sint certa, & infallibilia, p. 484. 115. & seqq.

G.

Gabella.

Vide *Onus.*

Gabella an debeatur ex bonis hæreditatis clerici jacentis venditis in concursu creditorum, p. 18. ex n. 50. cum seqq.

Exemptio clerici à gabella est personalis, & an cum persona extinguatur, ibid. n. 53. 56.

Ex duabus rebus uno pretio venditis si una sit exempta à gabella, singularum valor taxatur, ut gabellæ an correspondens oneretur, & exempta maneat libera, p. 372. n. 24.

Duabus rebus eodem pretio venditis altera exempta à gabella, altera non, sit utriusque æstimatio, ut ex pretio correspondente non exemptæ gabella solvatur dumtaxat, p. 404. & 405. n. 51. 52. 53. 54. 55. & 56.

Gabella debetur ex censu consignativo redimibili eo in loco, quo bona specialiter hypothecata sita sunt, p. 405. n. 58.

Quæ hypothecæ si in diversis locis sitæ sint, singularum fit æstimatio, & pro cujuslibet rata sors principalis distribuitur, & cuilibet gabellatio solvitur illa pars gabellæ correspondens fundo existenti in suo districtu, ibid. n. 58.

Quod si unus locus sit exemptus illam ratam partem gabellæ correspondentem fundo sibi existenti amittit gabellarius, in tantum ut aliis bonis non oneretur, ibid. n. 60.

Gabella sola non debetur non duæ exemptione pro persona nominando nominatione sequuta, p. 416. n. 29. & 30.

Gabella debetur ex præmatura rei restitutione respectu interusurii durante vita restituentis ante tempus, p. 432. n. 41.

Gabellam an debeat is, qui consistit venditioni, rei suæ ab alio tactæ, p. 437. n. 23.

Gabella debetur ex donatione in solutum voluntaria, secus ex necessaria facta à judice, p. 261. n. 12.

Gabella debetur ex bonis debitoris in subhastatione venditis, ibid.

Gabella ex bonis subhastatis debita ante omnes solvitur, & præfertur omnibus quibuslibet creditoribus, ibid.

Gabella debita in subhastatione tanquam onus necessarium debitoris minuit patrimonium, ibid.

Gabellæ exemptio communicatur hæreditati clerici jacenti, non tamen hæredi, p. 220. n. 34.

Bona hæreditatis Clerici jacentis si distribuantur aut distrahantur à gabella sunt exempta, p. 221. nu. 35. & 36.

Gradus.

Eodem jure, quo primus creditor revocat pecuniam à secundo, eodem, secundus à tertio, & sic de singulis successivè gradatim, p. 653. n. 30.

Si prior avocat pecuniam à creditore secundo, iste à tertio, tertius à quarto, & sic singuli gradatim descendunt, & revocant posterioribus se, p. 651. n. 13.

Creditore primi gradus dimisso, secundus remanet primus, ac potior, p. 653. n. 31.

Gradatim, ubi plures admittuntur, secundus primus efficitur, primo de medio sublato, ibid. n. 32.

In Gradu prior, & proximior ille dicitur, quem nullus præcedit, ibid. n. 33. & 34.

Creditores, quemadmodum gradatim descendunt pro legitimis exactionibus, ita gradatim descendant propter exactiones inordinatas, & revocatas, ibid. ex n. 41. cum multis seqq.

Quemadmodum omnes gradatim ascendunt, ita primo victo omnes gradatim descendunt, p. 654. n. 45.

Defectus in primo gradu, à quo cæteri jus, & causam habent primo restituto adversus secundum, iste pariter adversus tertium, ac de singulis gradatim, ibid. n. 46. & 47.

Gratia.

Gratiam potest quis pro alio impetrare etiam sine mandato, p. 398. n. 124.

Si aliter gratia vitiosa non sit, ibid. n. 125.

Gratia à tertio impetrata non habente jus nomine proprio, nec sibi, nec alteri prodest, ibid. n. 126.

Gratia per tertium impetrata nomine alterius sine mandato nihil operatur, quousque sequatur ratificatio, p. 399. n. 127. & seqq.

Gravamen.

Vide *Filius*, *Consensus.*

Gravamen vinculi consentiens filius, an præjudicet suis creditoribus, p. 436. n. 1. cum seqq.

Gravamen quodlibet à patre impositum legitimè ipso jure ab eo rejicitur, non spectata reclamatione filii, p. 437. n. 16.

Gravaminis tacita filii approbatio legitimè impositi, & etiamsi possidendo ipse, & ejus hæredes per mille annos tacuerint, non inducitur filii consensus qui expressus requiritur, ut gravamen sustineatur, ibid. n. 17.

Quod multò magis procedit in gravamine qualitatis, puta vinculi aut fideicommissi, ibid. n. 18.

H.

Habilitas, Habilis, Inhabilis.

Gesta per eum, qui communiter reputabatur habilis, sustinentur ob publicam utilitatem, p. 375. num. 46.

Hæreditatis.

Vide *Hæres*, *usufructuarius*, *inventarium.*

Ex hæreditate delata nepoti, an creditores patris præmortui, ac de medio sublati sua exigere credita possint, p. 499. n. 1. & seqq.

Hære-

& Verborum.

Hæreditas proximiori gradatim defertur, cæteris interim excluſis, ibid. n. 5. & 6.

Hæreditatis delata nepoti, patre mortuo nunquam fuit patri, ſed avo, à quo nepos capit non aptata, pag. 500. n. 17. 18. & ſeqq.

Hæreditas avi patre præmortuo defertur nepoti jure proprio independenter à patre, p. 502. n. 49.

Hæreditas adita efficitur proprium patrimonium hæredis, ibid. n. 50.

Hæreditas duplex in uno hærede deveniens duo diverſa, diſtractaque patrimonia dicuntur, reſpectu creditorum utriuſque, & reſpectu ipſius hæredis, ibid. num. 51.

Quæ hæreditates inter ſe non confunduntur, ne detrimentum fiat creditoribus, ibid. n. 52.

Et quemadmodum creditores cujuſlibet hæreditatis & utriuſque patrimonii ſint ſolvendi, ibid.

Ex pluribus hæreditatibus concurrentibus in eadem perſona, an promiſcuè debitor ſolvat creditoribus, ibid. cum ſeqq.

Hæreditas tranſmiſſa an ſit proprium patrimonium tranſmittentis, ita ut is in quem tranſmittitur dicatur hæres tranſmittentis, & non primi defuncti, p. 504. n. 68.

Hæreditas non adita tranſmittitur in hæredem adeunda vel repudianda, ibid. n. 69. & ſeqq.

Ad Hæreditatem tranſmiſſam non venit, qui hæres non ſit tranſmittentis, p. 504. n. 77.

Hæreditatis partem qui repudiat, an totam repudiare dicatur, n. 75. 76. & 89.

Hæreditatem quando jus contemplatur, acquiſitio fit hæreditati, p. 506. n. 100.

Hæreditas tranſmiſſa debet apponi in inventario hæreditatis tranſmittentis, ibid. n. 113. cum ſeqq.

Hæreditati jacenti curator datur ad inſtantiam creditorum, cum quo formatur concurſus, p. 218. n. 1.

Hæreditati tanquam jacenti curator datur ſi detegatur jam adita, an concurſus judicium cum eo geſtum ſit nullum, ibid. n. 2.

Hæreditas jacens eſt perſona ficta, repræſentans perſonam defuncti, non hæredis futuri, p. 219. n. 3.

Hæreditas jacens ſicut repræſentat perſonam defuncti, ita adita repræſentat hæredem, & non defunctum, ibid. n. 4.

Hæreditati perſonæ fictæ dum vivit, datur à judice curator, ibid. n. 5.

Curator datus hæreditati jam aditæ, curator nullius dicitur, ibid. n. 6.

Hæreditas jacens efficacius repræſentat perſonam defuncti, quàm hæres, p. 220. n. 30.

Hæreditas dum jacet ipſe defunctus vivere fingitur repræſentatus in perſona ficta hæreditatis jacentis, ib. num. 31.

Hæreditas jacens gaudet privilegio fori clerici defuncti, ibid. n. 32.

Hæres tamen clerici non gaudet, ibid. n. 33.

Bona hæreditatis jacentis clerici ſi diſtribuantur, aut diſtrahantur, judex Eccleſiaſticus competens eſt, non ſæcularis, p. 221. n. 35.

Hæreditati clerici jacenti bona diſtracta non debent gabellam, ſicut nec defunctus, juxta magis communem, ibid. n. 34. & 35.

In hæreditatem jacentem tranſit privilegium quodlibet perſonale defuncti clerici, pupilli, & minoris, quia repræſentat defunctum minorem, non hæredem majorem, ibid. n. 37.

Hæreditas jacens fingitur ipſe defunctus minor, & gaudet omnibus privilegiis defuncti, ib. n. 38. & 39. cum ſeqq.

Ad hæreditatem clerici jacentem ſi inſtantibus creditoribus, concurſus formetur, judicium Eccleſiaſticum adeundum erit, p. 17. & 18. n. 47. 48. 49. & 58.

Ex Hæreditatis clerici jacentis bonis gabellam non deberi venditis concurſus creditorum opinatur Gutierrez, pag. 18. n. 50. reprobatur ibid. num. 54. & ſeqq.

Hæreditas clerici jacens privilegium clericale retinet, p. 17. n. 41.

Gabella deberi præfato caſu verius oſtenditur, p. 18. ex n. 50. & ſeqq.

Hæreditas jacens defuncti perſonam non hæredis poſtea adeuntis repræſentat, ibid. n. 51.

Hæreditati jacenti datur curator, cum quo concurſus creditorum formari poſſit, p. 19. n. 1. cum ſeqq.

Hæreditas an jacens dicatur, cujus uſusfructus fuit uni relictus, & per ejus mortem hæres inſtituitur, ib. num. 2.

Et hoc caſu dandum eſſe curatorem hæreditati tanquam jacenti tenet Mateſillanus, ibid. n. 3.

Hæreditati cujus uſusfructus fuit relictus, & poſt ejus mortem hæres alteri inſtitutus curator tanquam jacenti non datur, ibid. n. 7. cum ſeqq.

Quo caſu hæres purè inſtitutus, & ſtatim adire poteſt, ibid.

Plures hæreditates aut patrimonia, in eadem perſona concurrentia, ſeparata & diſtracta judicantur & ideo vel à creditoribus, vel à debitore ſeparatio poſtulatur, p. 58. n. 3. & ſeqq.

Hæreditatis creditores, ſive hypothecarii ſint, ſive Chirographarii, præferuntur quibuſlibet creditoribus hæredis anterioribus, & hypothecariis, ſive privilegiatis, ibid. n. 5. & 8.

Hæreditatis ſemel aditæ bona confunduntur cum bonis hæredis, & omnium fit unum patrimonium hæredis, ibid. n. 11.

Aditio perneceſſe ſupponitur ex alienatione, hypotheca, aliave diſpoſitione bonorum hæreditatis facta per hæredem, ibid. n. 12.

Sive per diſpoſitionem in vivos, ſive in ultima voluntate, ibid.

Etiamſi ipſa diſpoſitio nulla ſit, aut revocata, ibidem num. 23.

Inter hæreditatis repudiationem, & renunciationem qualis ſit differentia, ibid. n. 14.

Hæreditaria bona poſtquam commixta ſunt cum bonis hæredis, ſeparatio denegatur, p. 59. n. 15.

Hæreditatem aut legatum monaſterio delatum poteſt prælatus renunaiare abſque aliqua ſolemnitate, ib. num. 16.

Secus in rebus jam acquiſitis, ibid. n. 17.

Hæreditatis poſſeſſor putativus in reſtitutione tenetur pretium rei venditæ, ſi ſit poſſeſſor bonæ fidei, non ad ipſas res alienatas, n. 48. & 49. & ſeqq.

Diviſa per provincias hæreditate inter duos hæredes ſic inſtitutos, an creditores hæreditarii unius provinciæ, admittantur ad concurſum factum per hæredem alterius provinciæ, pag. 408. nu. 1. cum ſeqq.

Hæreditate à debitore diviſa per provincias inter ſuos hæredes creditores hæreditatis promiſcuè concurrere ad concurſum formatum per hæredem unius provinciæ; verius defenditur, ibid. num. 17. cum ſeqq.

Hæreditatis creditor non cogitur eo loco petere quo major hæreditatis pars ſit, p. 410. n. 25.

Hæreditatem dividens ſtatutum, ut unus ſuccedat in patrimonio paterno, alter in materno, nihil immutat reſpectu creditorum, p. 411. n. 36.

Hæreditatem, legatum, vel donationem delatam poteſt debitor repudiare invitis creditoribus, pag. 419. n. 1. cum ſeqq.

Debitor condemnatus ad pecuniam fiſco applicatam, poteſt repudiare hæreditatem delatam, pag. 427. n. 121.

Hæreditatem, qui præmaturè, & ante tempus reſtituit,

Index Rerum

tuit, non transfert jura in ſubſtitutum authoritate, p. 432. n. 38.

Nec is, cui reſtituitur præmaturè hæreditas, poſſidet tanquam ceſſionarius vita hæredis durante, ibidem num. 39.

Et tanquam donatarius hæredis, ibid. num. 40. cum ſeqq.

In hæreditatis reſtitutione non veniuntea, quæ hæredi competunt alio jure quàm hæreditario, etiam proveniente ab ipſo teſtatore, p. 458. n. 38.

Hæres.

Vide *Hæreditatis*, *Inventarium.*

Hæredes ſub conditione ante conditionem impletam adire non poſſunt, p. 19. n. 7.

Hæres inſtitutus in re certa alio non dato eo hærede intelligitur in tota hæreditate detracta fundi mentione, p. 20. n. 17.

Quorum jurium diſpoſitio procedat, etiam ſtante l. 1. tit. 4. §. 16. 5. recop. ibid. n. 18.

Hiſpano jure poteſt quis dici pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, ibid. n. 19.

Uſufructuarius inſtitutus poteſt tanquam hæres totam adire hæreditatem, licèt poſt ejus mortem alius ſit hæres, ibid. n. 20.

Hæres inſtitutus vita ſua durante, verè hæres eſt, poſt cujus mortem ſuccedet hæres ab inteſtato, ibid. n. 21.

Hæres inſtitutus in uſufructu, donec vixerit, alio mandato hærede, aut inſtituto hæres eſt, & tenetur hæredibus ab inteſtato, ibid. n. 23.

Et etiam de jure regio, ibid. n. 24. remiſſivè.

Hæredi inſtituto in uſufructu & vivente ſi decedat inſtitutus, poſt ejus mortem non tranſmittit hæreditatem, ibid. n. 25.

Hæres qui fatetur teſtatorem diſpoſuiſſe, poteſt dicere de nullitate diſpoſitionis, p. 43. n. 29. & 30.

Hæredis creditores non concurrunt cum creditoribus hæreditatis etſi poſterioribus, & chirographariis, ſed iſti illis præferuntur in bonis hæreditatis, p. 58. n. 5. & ſeqq.

Hæres virtute inventarii ſuum creditum & ſeparationem tanquam extraneus poſtulare poteſt, p. 59. n. 29. cum ſeqq.

Vide *Verbo inventarium.*

Hæres ut conſequatur ſuum creditum debet petere defenſionem hæreditati, cum quo & aliis hæreditatis creditoribus debet agere, p. 60. n. 38.

Hæredis bona à teſtatore obligata pro ſolutione legati per inventarium confectum libera manent, ibidem num. 39.

Hærede & fideicommiſſario ſimul concurrentibus in concurſu pro credito hæreditario, quis eorum ſit citandus, & cui facienda erit ſolutio, aut cenſus redemptio, p. 198. n. 7. cum ſeqq.

Hæredi gravato rectè ſolvitur creditum hæreditarium, p. 200. n. 39. & 40.

Hæres gravatus tenetur præſtare cautionem pro pecunia redempti cenſus, ibid. n. 41.

Hæres gravatus ſolus citandus eſt ad judicium concurſus pro credito hæreditario, ibid. n. 42.

Hoc fallit quando hæres ad inſtantiam fideicommiſſarii fuit inhibitus, ne cenſum redimat niſi eo citato, vel quando hæres ſic fuerit gravatus, ibid. num. 43. & ſeqq.

Hæres debitoris concurſum cauſantis poteſt eandem litem continuare & proſequi, p. 307. n. 1. cum ſeqq.

Hæres repræſentat perſonam defuncti, & ſuccedit in univerſum jus, ibid. n. 2.

Hæres non poteſt infringere factum defuncti, n. 4.

Inſtantia cepta cum defuncto tranſit activè & paſſivè in hæredem, ibid. n. 5.

Hæres debitoris ſicut cogitur concurſum continuare, non confecto inventario, an in ſolidum, & ultra vires hæreditatis creditoribus teneatur, ibid. n. 6.

Hæres non conficiens inventarium tenetur, creditoribus hæreditariis & legatariis ultra vires hæreditatis, ibid. n. 7. & ſeqq.

Per additionem hæreditatis, hæres quaſi contrahit cum creditoribus & legatariis, p. 308. n. 8.

Non ex nova obligatione, ſed ex antiqua defuncti in hæredem tranſmiſſa, ibid.

Hæres an ſe juvare poſſit ceſſione bonorum per defunctum debitorem facta, ibid. n. 9.

Ad hæredem non tranſit beneficium ne quis conveniatur ultra quàm facere poteſt, tanquam merè perſonale, ibid. n. 10.

Hæredem ejus, qui bonis ceſſit, ſi adimit abſque inventario, non admitti ad proſequutionem judicii concurſus, qui tenuerunt, ibid. n. 11.

Et an ad novum concurſum formandum admittatur, ibid. n. 12.

Hæres immiſcens ſe hæreditati abſque inventario, præſumitur doloſus & bona furripuiſſe, ibid.

Et eſt præſumptio juris & de jure, non admittans probationem in contrarium, ibid. n. 13.

Hæredi conficienti inventarium denegatur facultas formandi concurſum, ibid. n. 14. & 15.

Hæres debitoris decedentis concurſu pendente, an ſit adſtrictus conficere inventarium, n. 16.

Hæres, qui adivit abſque inventario, an creditoribus teneatur in ſolidum, etiamſi aliàs appareat quanta bona in hæreditate manſiſſe, ibid. n. 17. & 18.

Hæres an excuſetur à pœna legis ob liſtam bonorum datam à debitore defuncti, tempore quo formavit concurſum, ibid. n. 19.

Hæredem defuncti continuare litem concurſus etiam non confecto inventario nec ultra vires hæreditatis creditoribus teneri verius eſt & nervosè defenditur, p. 309. n. 24. cum ſeqq.

Hæres debitoris formantis concurſum excuſatur ab inventario ob liſtam bonorum à debitore datam, p. 310. n. 36.

Hæres debitoris formantis concurſum legitimo juris & facti impedimento excuſatur novum conficere inventarium, ibid. n. 39.

Hæredi non currit tempus ad conficiendum inventarium, durante impedimento juris vel facti, ibid. n. 42.

Lite pendente ſuper bonis hæreditariis ſicut hæres illis non poteſt immiſceri, ita nec tenetur ad inventarii confectionem, nec ad proteſtationem, ibid. n. 43.

Hæres debitoris mortui pendente concurſus lite, illam proſequi tenetur, nec ab ea decedere poteſt creditoribus invitis, ibid. n. 44.

Hæres ſuccedens, lite creditorum pendente nec tenetur ad inventarium, nec ultra vires hæreditatis, n. 45. 46. & ſeqq.

In hæredem tranſeunt bona concurſu affecta, & cum ſuis vitiis, & onere ceſſionis impoſito per defunctum ad favorem creditorum, p. 311. n. 49.

In Hæredem continuatur beneficium ne quis teneatur ultra quam facere poſſit ſuccedentem, in lite qua defunctus exceptionem oppoſuit, ibid. n. 50.

Secus ſi defunctus non oppoſuerit, & hæres ex perſona defuncti velit opponere, ex ſua tamen opponere poteſt, ibid. n. 51.

Hæres, qui ad inventarium tenetur ſi omiſit non admittitur ad ceſſionem bonorum ob doli præſumptionem, ibid. n. 52.

Hæres excuſatur ab inventarii confectione, ſi factum ſit ab alio, qui conficere tenebatur, ibid. n. 53.

Hæres debitoris concurſu pendente impedimento juris, & facti excuſatur ab inventarii confectione, ib. num. 54.

Hæres à judicio concurſus formato per defunctum diſcedere non poteſt, niſi integrè ſolutis creditoribus, ibid. n. 55.

Hæres debitoris etiam confecto inventario an teneatur ad

ad fructus perceptos ante vel poſt aditam hæreditatem, ibid. n. 57. & 58.
Hæres gravatus reſtituere poteſt deducere creditum ſuum etiam non confecto inventario, p. 512. nu. 59.
Et an fructus hæreditatis in creditum ſuum compenſare teneatur, ib. n. 60.
Hæres qui non confecto inventario ſolvit creditoribus, poteſt ex corpore bonorum credita deducere, & non cum fructibus à ſe perceptis illa compenſare, ib. n. 64.
Hæres non tenetur creditoribus reddere rationem fructuum à ſe perceptorum, ante factam inſtantiam creditorum, ib. n. 62. 63. & 64.
Hæres licèt non confecto inventario poſſit ſuum creditum deducere, non tamen definit teneri creditoribus hæreditatis in ſolidum ib. n. 65 & 66.
Inter hæredes, & ſocios tractantes de dividenda re communi, plus offerens aliis cohæredibus præfertur p. 321. n. 10. & 11.
Hæredes plures inæqualiter inſtituti æqualem cauſam, & titulum habent ad petendum, non tamen exigunt æqualiter, ſed pro rata & proportionibus hæreditariis, p. 338. n. 147. & ſeqq. & ex n. 142.
Hæredi agenti in ſolidum obſtat exceptio quod alii hæredes adſunt mittitur, ib. n. 147.
Hæres ſui debitoris gravatus reſtituere hæreditatem, ſuum creditum retinet, & deducit p. 356. n. 41.
Etiamſi non conficiat inventarium, ib. n. 42.
Hæres putativus ante hæreditatem evictam à vero hærede, poteſt alienare & tranſigere ſuper bonis hæreditatis, p. 375. n. 49.
Hæres putativus an poſſit cum creditoribus hæreditariis tranſigere, ib. n. 52. 53. 54 & 55. de reſolutionibus, ex n. 86. cum ſeqq.
Hæres ſimpliciter gravatus pendente conditione poteſt alienare, cum retineat dominium, p. 377. num. 66.
Secus poſt purificatam conditionem ex qua tranſlatum fuit dominium in fideicommiſſarium, etiam ignorantibus hærede, & emptore, ib. n. 67.
Maximè quando dominium recta via tranſit in fideicommiſſarium abſque reſtitutione, p. 380. n. 86.
Ab Hærede putativo factæ alienationes, & tractationes non tenent in præjudicium legitimi hæredis poſtea evincentis hæreditatem, p. 381. n. 89.
Hæres legitimus hæreditate evicta an poſſit ratificare alienationes, & tranſactiones geſtas ab hærede putativo maxima eſt controverſia inter Doctores, ibid. n. 90. & 91.
Proponitur opinio negativa, ib.
Affirmatiam ſemper ſecuta fuit, ib.
Rota in tribus deciſion. ſub diſtinctione, ib. n. 92.
Nempe quando putativus tanqum hæres ſuper re hæreditatis contraxit, ut tunc hæres legitimus poſſit ratum habere, ib.
Secus ſi non ut hæres, ſed de re non pertinente ad hæreditatem ut non poſſit ratificare legitimus hæres, ib. n. 93.
L. Si tibi decem, §. *fin. ff. de pactis*, probans pactum ab hærede putativo, nec nocere, nec prodeſſe hæredi vero, interpretatur, ut ex hoc non ſit impedita ratificatio iſtius, ib. n. 94. & 95.
Contractus geſti a putativo hærede nunquam nocent, legitimo poſtea evincenti, ſive admittamus negativam opinionem, ut ei noceat poſt ratificationem, ib. n. 96. & 97.
In voluntate hæredis veri conſiſtit vel pretium rei venditæ à putativo recipere, vel ipſam rem ab emptore avocare, p. 382. n. 98. & 99.
Hæres verus recipiendo pretium rei hæreditariæ venditæ à putativo, videtur venditionem approbare, & ratam habere, ib.
In Hæredis legitimi arbitrio eſt, vel pretium rei alienatæ à putativo receptore, vel rem vindicare ab emptore, ib. n. 100.
Idem admittitur in fideicommiſſario, ib.
Electio ſi datur fideicommiſſario petendi, vel rem alienatam ab hædere vero, vel pretium, multo magis dabitur vero hæredi in alienatis per putativum, cui nullum jus ad hæreditatem competat, ib.
Contractus geſti ab hærede putativo nihil, detrahunt juri veri hæredis, evicta hæreditate, ibid. num. 101.
Contractus geſtos ab hærede putativo tanquam hærede, poteſt verus hæres hæreditate evicta ratificare, ib. n. 102. 114. & 115.
Si quis contrahendo aſſerat ſe hæredem, præſumitur contraxiſſe ſub qualitate hæredis, ibid. num. 103. & ſeqq.
Contractus & alienationes factæ ab hærede putativo, non tenent in præjudicium veri hæredis, p. 391. num. 6.
Hæres tamen legitimus poſt evictam hæreditatem, poteſt contractus à putativo geſtos intuitu hæreditatis ratificare, & approbare, ib. n. 7.
Hæres putativus contrahens ſuper re ad hæreditatem pertinente, tanquam hæres contraxiſſe intelligitur, p. 392. n. 14. 15. 16. cum ſeqq.
Partitio bonorum cum hærede putativo non tenet ib. à n. 20. 21. 22. 23. cum ſeqq.
Obligatio ab uno defuncto facta pro rata dividitur inter cohæredes, quorum altero effecto fallito, cæteris oneratur pars deficiens, p. 404. n. 42.
Si unus ex pluribus hæredibus deponentis pecuniam ſuam ratam exegerit, aliis non communicavit etiamſi cæterorum partes perierint, ibid. num. 43. & ſeqq.
Hæres convenitur actione hypothecaria, rem obligatam poſſidens, p. 405. n. 65.
Hæres nomina debitorum tengentia ſuæ provinciæ exigere poteſt, ib. n. 66.
Actiones autem paſſivas quilibet hæres pati tenetur, etiam tangentes cohæredi alterius provinciæ, ibid. n. 67.
Hæres non poteſt præmaturè, ante tempus reſtituere in præjudicium ſubſtituti, p. 431. n. 26. & ex n. 18. cum ſeqq.
Nec in præjudicium creditorum, p. 429. ex n. 1. & per totum cap.
Hæres gravatus poſt mortem reſtituere primo ſubſtituto, non poteſt ante mortem reſtituere in præjudicium ſecundi ſubſtituti, p. 434. ex n. 66. cum ſeqq.
Hæres ſub conditione ſubſtitutus, ex conditione hac impleta non cenſetur adire, p. 440. n. 74.
Quia tunc ſolum videtur tollere obſtaculum, ad effectum deliberandi, & adeundi, ib. n. 75.
Hæres induſtria lucrum acquiſitum ſuum facit, licèt ex cauſa hæreditatis, n. 9.
Quod hæres ex cauſa hæreditatis ſua induſtria quæſivit, ſuum facit, nec tenetur creditoribus hæreditatis, aut legatariis communicare, ib. n. 10. & 11.
Hæres reddens hæreditatem pretio executivo propter ſtultitiam emptoris ſolum tenetur de juſto pretio, ib. n. 13.
Hæres non tenetur creditoribus de eo quod alii ſibi remiſerant, p. 315. n. 14.
Ibid. admittitur in ſocio, ib. n. 15.
Si Hæres gravatus ex pecunia exacta feudum emat, non feudum, ſed pecuniam reſtituere tenetur, ib. n. 16 & ſeqq.
Hæres ſua induſtria quærens occaſionem hæreditatis, non ſibi, ſed hæreditati quærit, ſi nomine hæreditatis fecit, n. 31.
Hæredis juſta ignorantia confirmat alienationem rei per fideicommiſſum alteri relictæ, p. 473. n. 12. & ſeqq.
Hæres verus ignorans fideicommiſſum adeſſe vendens alteri ſimul ignoranti ſolum ad pretium tenetur fideicommiſſario, ib. n. 14.

Index Rerum

Niſi hæres ſolvendo non ſit quo caſu poteſt fideicommiſſarius rem ab emptore evincere, ib.

Alienationis prohibitio expreſſa ignoranti emptori vel creditori pariter ignoranti, p. 474. n. 15.

Hæres gravatus reſtituere verus eſt dominus bonorum hæreditatis, ib. n. 16.

Hæres ſuccedens alteri per tranſmiſſionem omni modo, & qualitate, qua ille ſucceſſit, num. 32. & ſeqq.

Hæres ſub inventario non tenetur ultra vires hæreditatis, p. 502. n. 53. & 54.

Secus ſi ſine inventario adierit vel non poſtuletur à creditoribus ſeparatio, ib. n. 55.

Hæres repræſentat defunctum pro ea dumtaxat parte, pro qua eſt hæres, in cæteris extraneus judicatur, p. 503. n. 63.

Nec tenetur ex jure non formato radicato, nec creato tempore mortis teſtatoris, ib. n. 64.

Hæres in quem hæreditas non adita tranſmittitur poteſt eam adire, vel repudiare, ib. n. 69. & 70. cum ſeqq.

Hæres tranſmittens an teneatur ponere inventario illud jus tranſmiſſionis ſibi à defuncto delatum pag. 504. n. 78.

Hæres jure tranſmiſſionis excludit cohæredem juxta magis communem, p. 506. n. 110.

Hæres cum inventario per aditionem obligatur creditoribus hæreditatis, reſtrictivè tamen ad bona hæreditatis, ſuis illæſis manentibus, p. 603. n. 14.

Hæres etiam cum inventario, ſi ſolvat poſterioribus hæreditatis creditoribus, tenetur de ſuis bonis anterioribus ſolvere, ſciens anterioribus adeſſe, 607. n. 20. 21. 22.

Hæres bona fide ſolvens primo venientibus creditoribus, anteriores adverſus iſtos habent revocatoriam, ſecus ſi mala fide & ſcientia ſolverit, ib. n. 23. 24. & ſeqq.

Hæres tutor, adminiſtrator, ſolventes ſcienter poſteriori creditori, ſi non receperunt ab eo cautionem, repetitione carent, p. 609. n. 43.

Hæres promittens ſolvere legata, & credita hæreditatis intelligitur obligatus, ut antea, contenta inventario, p. 629. n. 93.

Hæres ſemel aditam hæreditatem repudiare nequit in præjudicium creditorum, p. 636. n. 10.

Nec ante aditionem eam alteri renunciando, vel donando ſuis officit creditoribus, ib. n. 11.

Hæres adeundo hæreditatem non ſolvendo quando ſuis creditoribus præjudicet, p. 640. n. 65. & ſeqq.

L. ex contrario, ff. de ſeparationibus, procedit in creditoribus chirographariis quibus debitor hæres adeundo & adjiciendo novos hæreditatis creditores poteſt præjudicare, ib. n. 67. 68. & 69.

Hæres inſtitutus perquirendus eſt à creditoribus hæreditatis, an velit adire vel non, p. 220. n. 23.

Et per proclama, ib. 24.

Hæres comparens poſt judicium cœptum cum curatore hæreditatis jacentis illud aſſumitur in eodem ſtatu, ib. n. 25.

Quemadmodum lis cœpta cum defuncto tranſit in hæredem, ita cœpta cum hæreditate jacente defunctum repræſentante, ib. n. 27.

Hypotheca.

Vide *Prælatio.*

Hypothecam adquirit penſionarius in fructibus beneficii gravatis, p. 274. n. 15. cum ſeqq.

Inter Hypothecarios creditores præfertur tempore anterior, ib. n. 14.

Hypothecam in fructibus beneficii adquirit penſionarius à tempore reſervatæ penſionis, p. 276. n. 32.

Hypotheca ejuſdem rei conſtituta duobus diverſis temporibus habet tacitam conditionem, ut ſecundo ſit pro reſiduo hypothecata, primo integrè prius ſoluto, ib. n. 33.

Hypotheca orta in ipſo actu adquirendi præfertur omnibus hypothecis anterioribus, ibid. n. 32. & 33. & ſeqq.

Secus quando impoſita fuit ex intervallo, & re jam acquiſita per debitorem, n. 35. cum ſeqq.

Hypothecari poteſt penſionis commoditas, ſicuti cedi, vendi, vel in ſolutum dari, p. 278. n. 8. & 9.

Hypothecari, & obligari poteſt commoditas uſusfructus, qui extingui, vel remitti nequit in fraudem creditorum, ib. n. 10. & 11

Hypotheca ſuper re extinguitur, re perempta ſui natura, ibid. n. 14. & 15.

Hypotheca perit extincto jure debitoris ex cauſa præambula & neceſſaria, p. 279. n. 16.

Hypotheca rei non perit, quando jus, debitoris extinguitur ex cauſa ſua voluntaria, ib. n. 17. & 18.

Hypothecata res, vel jus non poteſt remitti, aut renunciari in præjudicium creditoris, ib. n. 19.

Hypothecatus uſufructus nequit remitti, vel renunciari in præjudicium creditoris, ib. n. 20 & 21.

Hypotheca ſpecialis requiritur, ut pactum de non alienando impediat traſlationem dominii, & alienationem irritet, p. 281. n. 41.

Hypothecæ & pignoris juri renuntians non cenſetur credito renunciare, pag. 53. num. 16. & 17. cum ſeqq.

Hypotheca tacita non inducitur niſi à lege ſit expreſsè data, p. 69. n. 39.

Creditor prior hypothecam poſſidens ſi deducto ſuo credito aliquid ſupereſt, tenetur rem dimittere poſterioribus creditoribus, 91. & 93. n. 6. & 20.

Contra hypothecam ſpecialem poteſt cogi prior creditor prius agere ad inſtantiam poſterioris, eo tamen jure uti nequit debitor, p. 124. n. 23. & 24.

Hypothecæ tamen tertium poſſeſſorem poteſt creditor convenire alibi deferens concurſum à debitore formatum, p. 133. n. 44. 28. & 29.

Creditores in hypotheca non amplius appetere poſſunt ultra rei æſtimationem, dempto valore oneris, cùm minus valeat, quanto magis res ſit gravata, p. 148. n. 1. cum ſeqq.

Hypotheca diſtracta ad inſtantiam creditorum libera tranſit in ſubhaſtantem, p. 149. n. 15.

Hypotheca vendita ad inſtantiam prioris creditoris emptor tutus eſt à moleſtis cæterorum, ib. num. 16.

Hypothecam habet uxor pro dote, pro alimentis, uſuris & intereſſe dotis retardatæ, p. 174. n. 91. 92. & 93. & ſeqq.

Hypotheca cum prælatione datur mutuanti, vel expendenti in conſervationem rei, vel ſocietatis ipſo ſocietatis corpore, p. 175. n. 103. & 104.

Hypothecati cenſus redemptio rectè fit concurſus creditori inſcio creditore hypothecario, p. 200. n. 44.

Niſi creditor ipſe hypothecarius inhibuerit debitori cenſus, ut redimat, eo inſcio, & non monito, ib.

Hypotheca cum prælatione datur mutuanti ad rei refectionem, & conſervationem, p. 334. n. 94.

Pro quantitate tamen correſpondente neceſſitati rei non pro exceſſu, pro quo hypotheca, & prælatio creditori negatur, ib. n. 95.

Hypotheca pluribus obligatis præfertur qui prius contraxerit, p. 337. n. 137.

Sub eadem hypotheca plures mutuantes omnes ad illam ſimul admittuntur pro rata cujuſlibet crediti, ibid. n. 139.

Etſi omnibus hypotheca non ſufficiat, omnes pro rata diminutionem patiuntur. ibid. n. 140.

Hypothecam ſpecialem, & generalem habens creditor cogetur ab habentibus generalem tantum, ut prius ſpecialem excutiat, p. 341. n. 4.

L. 2. *de pignoribus* exornatur. *d. l.* diſpoſitio inducta eſt in favorem creditorum poſteriorum, & non in favorem debitoris, qui nequit contra anteriorem de ea opponere, ibid. n. 5.

Hypothe-

Hypothecam majoratus cum facultate Regia esse specialem, & bonorum allodialium obligationem esse generalem, asserit Molina, ibid. n. 6.
Hypotheca in bonis majoratus statim contrahitur, nec pendet ab existentia, vel defectu bonorum liberorum, secus quoad ordinem exigendi, ibid. n. 7.
D. l. 2. dispositio procedit, quando utraque hypotheca specialis, & generalis est pura, non conditionalis, p. 343. n. 23. & 24.
Hypotheca bonorum omissa in instrumento nunquam subintelligitur nisi in casibus à jure tacitam inducente, p. 344. n. 47. 48. 59. & 50.
Hypotheca auget obligationem, & personali addit realem, quæ nisi expresè apponatur nunquam subintelligatur, p. 345. n. 51.
Ad Hypothecæ valorem requiritur consensus veri domini, p. 378. n. 71. & seqq.
Hypotheca rei alienæ absque domini consensu non tenet, p. 379. n. 73.
Differentia inter rei alienæ venditionem, & hypothecam, ut illa mero jure teneat, hæc nulla sit ipso jure, ibid. n. 74.
Hypothecaria agens contra tertium possessorem tenetur probare dominium debitoris, aliàs non obtinebit, ibid. n. 73.
Ad Hypothecæ valorem nihil prodest bona fides contrahentium, ibid. n. 80.
Resoluto dominio debitoris resolvitur hypotheca interim imposita, p. 380. n. 81.
Condemnatus emptor *ex l. 2. rescind. vend.* ut vel rem reddat, vel pretium suppleat, si rem eligat, sustinentur hypothecæ, ab eo impositæ, secus si rem admittat, ibid. n. 82.
Pupillo eligente rem sua pecunia emptam, cessat hypotheca sibi data à jure, si hypotheca maneat, ibid. n. 83. & 84.
Domino deficiente in possessore majoratus putativo hypothecæ interim ab eo contractæ ex facultate regia nihil operantur, nec vero successori evincenti nocent, ibid. n. 85.
Hypothecæ qualitatem tenetur creditor indagare, aliàs sibi imputatur, p. 383. n. 110. & seqq.
Creditor qui accepit hypothecam debuit naturam & qualitatem ejus prospicere, & sibi cautius cavere alios juris remedio, p. 385. n. 125.
Et imputet sibi, qui legitima cautela non se munivit, ibid.
Hypothecam in bonis majoratus duo sustinent, regia facultas, & dominium ex parte impetrantis, & imponentis, p. 391. n. 2. & seqq.
Hypothecam rei alienæ si debitor consequatur dominium confirmatur, & convalescit, ibid. num. 5. & seqq.
Hypotheca à principio constituta super duobus fundis uno postmodum evicto, aut perempto, alter totum obligationis pondus sustinet, p 401. n. 4.
Hypothecæ jus est individuum, ibid. n. 5.
Hypothecæ jus est individuum, licet res hypothecatæ dividuæ sint, n. 6.
Hypothecatæ si fuerint plures res, aut plures fundi, quilibet in solidum obligatus intelligitur, ibid. num. 7.
Soluta si sit pars debiti adhuc pro residuo etiam minimo omnes res manent hypothecatæ, ibid. n. 8.
Ac tota res pro debiti residuo distrahi potest, ib n. 9.
Hypothecæ obligatio est tota in tota re, & tota in qualibet rei parte, ac quælibet obligationis pars in tota re, ibid. n. 10.
Ex duabus rebus simul hypothecatis, una extincta, altera debito manet gravata, p. 406. n. 72.
Fallit quando ipsius crediti pars simul extinguitur cum ipsa re, ibid. n. 73.
Hypotheca generalis ut operetur, sufficit quod dominium rei fuerit per momentum quæsitum debitori, p. 415. n. 7. & seqq.
Hypotheca extinguitur extincto aut resoluto dominio debitoris medio tempore imposita; quando resolutio fit ex causa de præterito, ibid n. 12.
Secus si resolutio contingat ex causa debitoris voluntaria, ibid. n. 13.
Quia hoc casu durat adhuc jus hypothecæ medio tempore contractæ, ibid. n. 14.
Hypothecæ alienatio quando, & quibus casibus facta dicatur ex causa debitoribus voluntaria, vel necessaria & præambula, ibid. n. 15. & 16. remissivè.
Hypotheca contracta sub conditione voluntaria, vel potestativa, etiam purificata conditione, non retrotrahitur ad tempus contractus in præjudicium tertii, medio tempore jus quærentis, ibid. n. 19.
Secus si conditio fuerit casualis, aut mixta, ibid. num. 10.
Hypotheca & alia onera imposita ab emente pro persona nominanda nominatione facta resolvuntur, nec transeunt in nominatum, p. 416. num. 32. & seqq.
Actus ut involuntarius dicatur, sufficit quod habeat originem anteriorem hypothecis medio tempore contractis, ibid. n. 34.
Emptor condemnatus ut vel rem reddat, vel pretium suppleat, si rem reddat, omnes hypothecæ ab eo interim impositæ resolvuntur, ibid. n. 35. & 36.
Venditor potest pactum in continenti apponere, ut res sit hypothecata uni posteriori debitori creditori, vel alteri tertio, ut aliis anterioribus præferatur, pag. 427. num. 115. & 116. ex nu. 108. cum seqq.
Hypotheca cadit super jure de futuro jure in spe, atque super actione competente ad rem, p. 451. ex n. 6. & 8.
Hypotheca non cadit in rebus ad disponendum reservatis à donatore anteaquam debitor declaret se uti velle facultate, ibid. n. 9. & 10.
Per Hypothecam specialem eorum bonorum, quæ sibi ad disponendum reservavit debitor, an censeatur uti facultate, ibid. n. 11. cum seqq.
Affirmativè resolvitur, ibid. n. 12. cum seqq.
Hypotheca specialis bonorum reservatorum, licèt non destinetur expresè ad utendum facultate, destinatur tamen tacitè velle debitorem acceptare & facultare uti, ibid. n. 13.
Hypotheca rei alienæ ipso jure non tenet, ibid. n. 17.
Per Hypothecam specialem bonorum reservatorum à debitore ad disponendum, inducitur acceptatio, ibid. n. 18.
Hypotheca medio tempore contracta post partem dotis solutam, ante alterius partis solutionem an præferatur doti, p. 463. n. 5.
Hypotheca contracta sub conditione impetrandæ facultatis, an præferatur medio tempore contrahenti cum possessore majoratus cum facultate, p. 464. n. 21. cum seqq.
Hypotheca tacita incipit à tempore promissæ dotis, p. 463. n. 6.
Hypotheca expressa sicut purificata conditione potestativa, vel mixta retrotrahitur: ita & hypothecata, p. 464. n. 16. & 19. cum seqq.
Hypotheca pro evictione promissa si alienetur sequuta postmodum evictione remanet obligata & tertius tenetur, ibid. n. n. 20. & 21.
Hypothecarius omnium bonorum creditor sua conditione retrotractiva, an habet hypothecam in remedio tempore acquisita per debitorem, & eodem tempore iterum alienata, ibid.
Negative resolvitur, p. 466. n. 42.
Hypotheca secunda non præjudicat primæ legitimæ contractæ, p. 467. n. 54.
Hypotheca sub conditione assensus impetrandi, si interim alienetur cum assensu, licet postea prior impetravit, non præfertur tertio, ibid n 56. & 57.
Etiamsi secundus contractus à feudatario vel possessore majo-

Index Rerum

majoratus fiat cum clauſula, ſalvo jure prioris creditoris, p. 468. n. 58.
Et etiamſi conſtituat poſſidere nomine prioris contrahentis ſub conditione impetrandæ facultatis, ibid. num. 59.
Hypotecata re pluribus, uni poſt alium ſub conditione, ſi dominium conſequatur conditione completa, omnes ſimul admittuntur abſque alterius prælatione, ibid. n. 64. & ex n. 60. cum ſeqq.
Hypothecæ poſſeſſionem fuiſſe penes debitorem tempore obligationis, quando creditor ſufficiat probare, p. 476. n. 34.
Hypotheca rei alienæ Domino non conſentiente nulla eſt ipſo jure, ibid. n. 36.
Hypotheca rei alienæ convaleſcit per acquiſitionem dominii, poſtea conſequuti à debitore, pag. 479. num. 68.
Hypothecati poteſt res propria ab alio poſſeſſa, & convalecit hypotheca recuperata poſſeſſione per dominium, ibid. n. 69.
L. ſi ventri, 8. §. in bonis, & l. ſi homines, §. quoties, ff. depoſiti, & l. ſi pater de ceſſione bonorum exornatur, p. 83. n. 106. & 107.
L. ſi licet, C. qui potiores declaratur, p. 91. n. 5.
L. ſi C. qui boni. cedere poſſ. l. majorem 8. ff. de pactis, & l. 5. tit. 5. exponuntur, p. 96. n. 18. cum ſeqq.
L. item ſi unus 17. ff. de receptis arbit. & l. 4. ff. de ceſſione bonor. exornatur, p. 115. n. 50. cum ſeqq.
L. ait. prætor. §. quid ſi tantum, ff. de jure delib. ibid. & 116 n. 28. & n. 62.
L. is qui bona 3. ff. de ceſſio. bono. & l. 2. tit. 15. p. 5. ponderantur, p. 114. n. 31. & 32.
L. licet 17. §. rei depoſitæ, ff. depoſiti explicatur & exornatur, p. 117. n. 73. cum ſeqq.
Et conciliatur cum l inter ſe puto 39. ff. de uſucapio, ibid. n. 74. & ſeqq.
L. 2. C. de pignoribus exornatur, p. 124. n. 23. & 24.
L. 11. tit. 14. p. 5. interpretatur, p. 127. ex n. 51.
L. 12. tit. 16. lib. 5. recopilationis abundè interpretatur & enucleatur, ibid. ex n. 55. cum ſeqq.
L. ſi liberum 16. l. reos principales, C. de fidejuſſoribus, l. 2. ff. de duobus reis exornantur & declarantur, p. 130. ex n. 5. cum ſeqq.
L. ubi cœptum, ff. de judiciis non procedit in via executiva, p. 133. n. 37. cum ſeqq.
L. Titio. 55. ff. ad leg. falcid. ponderatur, p. 146. n. 411. & ſeqq.
L. curavit, C. de actionib. empti, exornatur cum materia, p. 150. ex n. 33. cum ſeqq.
Authen. hoc niſi debitor, C. de ſ[illegible]io. & l. 1. tit. 14. p. 5. exornatur, p. 152. n. 1. & [illegible]. & an renuntiari poſſit juramentum, ibid. n. 3.
L. 2. tit. 9. p. 4. exornatur; p. 168. n. 13. 14. 15.
L. 29. tit. 16. p. 6. exornatur, p. 169. n. 16.
L. ſi, tit. 1. p. 4. ponderatur, ibid. n. 21. & ſeqq.
L. Lucius, ff. qui potiores, exornatur, p. 174. n. 94. & ſeqq.
L. ſi fundus, §. in vendicatione, ff. de pignorib. exornatur, p. 194. ex n. 16. cum ſeqq.
L. creditor qui non idoneum, ff. ſi certum pet. cum aliis exornatur, ibid. n. 18.
L. ſi legis, C. de pactis cum ſimilibus exornatur, p. 315. ex n. 5. cum ſeqq.
L. ſi pupillorum, §. prætor, ff. de rebus eorum exornatur, p. 328. ex n. 13. cum ſeqq.
L. 2. C. de pignoribus exornatur & interpretatur, p. 341. 343. n. 4. & n. 23. cum ſeqq.
L. patrem filium, ff. de legatis 3. l. ſi pupillorum, §. ſi, ff. de rebus eorum, ponderantur, & exornantur, p. 353. n. 4. cum ſeqq.
L. bonorum 49. ff. de verbor. ſignif. interpretatur, p. 379. ex n. 78. cum ſeqq.
L. cum filius diverſis tribunalibus 78. ff. de legatis 2. & l. nam etſi 15 §. filius ff. d. inoffic. teſtam. ponderatur, p. 403. n. 38. & 39.
L. ſi in emptione, §. filius, ff. de contrah. emptio. cum aliis exornatur, p. 405. ex n. 1. & ſeqq.
L. 23. tit. 11. lib. 5. recopil. interpretatur, pag. 107. num. 12.
L. per diverſas, & l. ab Anaſtaſio, C. mandati, interpretantur, ibid. n. 25. 26.
L. ſi fundum, ff. de fundo dotali exornatur, p. 265. n. 43. cum ſeqq.
L. 3. §. tutores qui repertorium, ff. de adminiſtratio. tuto. interpretatur, & exornatur, pag. 269. num. 12.
L. ſi conſtante 25. §. quoties, ff. ſolut. matr. interpretatur, p. 301. n. 154.
L. litibus 19. §. ſin autem, C. de agricol. de cenſ. interpretatur, ibid. n. 155.
L. 1. §. fin. ff. qui ſatis. cogan. cum aliis pluribus interpretatur, ibid. n. 156.
Authent. quæ ſupplicatio. C. de precib. impera. offeren. declaratur, p. 291. n. 57. p. 300. & ex n. 148. cum ſeqq. p. 287. vide ex n. 17.
Auth. ut nulli judici liceat habere, §. ex hoc verò, expenditur, p. 597. n. 14.

Libellum.

Libellum fidele cum liſta bonorum jurata, & dimiſſione omnium nihil reſervato tenetur debitor præſentare concurſum formans, pag. 3. num. 13. 14. & n. 22.
Et debet in eo nominare creditores debitor & quantitates, p. 4. n. 21.
Et an in concurſu de quo utimur expreſſio affirmativa creditorum & quantitatem ſit neceſſaria, ibidem num. 23.

Liber Rationum.

Vide *Rationum redditio.*
Librum qui exhibere petit, totum approbare tenetur, p. 349. n. 26.
Libri relationem juratam qui petit, debet vel totam approbare, vel totam rejicere, ibid. n. 27.
Libro quo reperitur unam partitam recepti, & alteram ſolutionis, an creditor ſtare tenetur, ibidem num. 27.
Libro adminiſtratoris, qui ſe juvare vult eo pro onerando partitas etiam diſtinctas pro eius oneratione admittere debet, ratione connexitatis, pag. 604. num. 32.
Creditor, qui vult ex libro debitoris probare, admittere debet partitas in favorem debitoris, p. 605. num. 33.

Liberatio, Libramiento.

Vide *Solutio, Satisfactio.*
Liberatio facilius inducitur, quàm obligatio, p. 204. n. 92. cum ſeqq.
In Liberatione favor, in obligatione rigor juris attenditur, p. 384. n. 114. & 125.
Liberari ab obligatione quodammodo reipublicæ intereſt, ibid.
Publica utilitas verſatur in liberatione delitorum, ibidem.

Liberationis favore latior fit interpretatio, cùm reducat debitorem ad priſtinam libertatem, & extinguat obligationem, ibid.
Favorabilior cauſa eſt liberationis quàm obligationis, ibid. n. 116. & ſeqq.
Liberationis favor ceſſat quando oſtenditur debitori mandatum falſum; licèt apparenter verum, ibid. num. 119.
Liberationis favore admittuntur ſolutiones factæ poſſeſſori fidei bonæ putativo, ſecus in alienatione ab iſto facta, p. 387. n. 132.
Emptor, qui ex juſſu judicis ex pretio creditoribus poſterioribus ſolvit, liberatur, p. 617. ex n. 20. & ex num. 18.
Liberatur etiam emptor, ſi juſſu judicis pretium depoſuit, etiamſi poſtea pereat, & ſoluti non ſint creditores, ibid. n. 20.

Licentia.

Vide *Facultas, Officium.*
Abſque ſuperioris licentia monachus ex ſuo contractu nec agit in judicio, nec convenitur, p. 204. ex n. 91. cum ſeqq.
Licentia à patre filio data ad teſtandum, an comprehendat legitimam patri debitam, p. 443. n. 92.
Licentiam conceſſam filio ad teſtandum, an revocare pater poſſit, ibid. n. 93.
Licentia petita & conceſſa ad aliquid faciendum, arguit dominium & jus concedentis, p. 231. n. 27.
Licentia principis accedente, officium renuntiari, & vendi poteſt, p. 229. n. 2. cum ſeqq.

Licitator.

Vide *Subhaſtatio.*
Licitator novus poſt bona concurſui addicta meliorem conditionem offerens, an admittatur, p. 314. num. 1. & ſeqq.
Licitator novus poſt peractam ſubhaſtationem bonorum minoris, fiſci, vel Eccleſiæ, quando & quibus conditionibus admittatur, ibid. ex n. 5. cum ſeqq.
Licitatorem novum meliorem conditionem afferentem eſſe admittendum ob ſpeciale privilegium concurſus, p. 315. n. 11. cum ſeqq.
Licitatorem novum poſt ſubhaſtationem peractam in bonis concurſus praxis frequenter admittit, p. 316. n. 33. & 34.
Licitator primus quando per ſecundum offerentem plus liberetur, vel non, ibid. n. 35.
Duo licitatores ſimul & eodem inſtanti concurrentes, eandem offerentes quantitatem, de quorum anterioritate non apparet, quis præferendus, ibid. num. 36.
Argumentis contra admiſſionem non licitatoris in bonis concurſus reſpondetur, ibid. n. 37. & ſeqq.
Plus licitanti, an poſſit offerri præmium, hoc eſt *prometido*, in ſubhaſtatione bonorum concurſus, p. 317. n. 44.
Debitor in concurſus bonorum ſubhaſtatione non poteſt plus licitanti offerre præmium, ibid.
Nec adminiſtrator bonorum concurſus, ibid. n. 45.
Nec judex, vel apparitor ſubhaſtationi aſſiſtentes, ibid. num. 46.
Nec creditoribus hoc licet, ibid. n. 47.
Niſi accedat creditorum, & debitoris conſenſus, ibid. num. 48.
Speciale eſt in concurſu creditorum novum admitti adminiſtratorem, dummodo, quod plus offert in magna ſit quantitate, ibid. n. 49.
Licitator novus plus offerens in ſubhaſtatione perfecta, an comparere debeat coram judice concurſus, & an ad id cogatur emptor poſſeſſor, pag. 319. n. 85. cum ſeqq.
Licitatoris forum ſequi tenetur plus poſtea offerens, quando illi fuit rei ſubhaſtatæ poſſeſſio tradita, ibid. n. 86. & ſeqq.
Licitatoris novi admiſſio plus offerentis, non provenit ex jure ordinario, ſed privilegiato reſtitutionis in integrum, ibid. n. 89. & 91.
Licitatoris non admiſſi ad bona concurſus jam ſubhaſtata debet poſtulari coram judice concurſus etiam adverſus poſſeſſorem, cui res addicta fuit, verius eſſe oſtenditur, ex n. 92. cum ſeqq.
Concurſus bona ſubhaſtata traduntur plus tunc licitanti ſub tacita conditione, niſi alius meliorem conditionem attulerit, ibid. n. 93.
Et alio licitatore noviter comparente ad idem judicium concurſus recurrere tenentur omnes, ibid. num. 94. & 9 .
Pro licitatore novo admittendo, ac reſcindenda primæ ſubhaſtatione recurrere debent omnes ad judicem concurſus, p. 320 n. 104. & 105.
Licitator novus ad bona minoris, Eccleſiæ, & ſimilium privatim ſubhaſtata recurrere debet ad judicem poſſeſſoris, cui fuerunt tradita, ibid. n. 106. 107. 108. 109 & 110.
Creditor licitator bonorum debitoris compenſat pretium cum ſuo credito, cujus partem retinere poteſt, p. 322. n. 14. & 15.
Licitator extraneus cogitur præcisè ad pretii oblati in ſubhaſtatione ſolutionem, ibid. n. 13.
Licitatio, & oblatio conditionalis non admittitur in ſubhaſtatione, p. 566. n. 5. & 6.
Niſi accedat creditorum conſenſus, ibid. num. 6. & ſeqq.
Debet tamen conſenſus provenire immediatè è creditoribus, non autem à procuratoribus ad id carentibus ſpeciali mandato, p. 571. & n. 81.
Licitator ad bona debitoris ſubhaſtanda accedens non admittitur, ſi loco pretii offerat in ſe ſuſcipere debita debitoris, p. 567. n. 9. 10. & 11.
Licitator ſub conditione offerens, vel loco pretii debita debitoris in ſe ſuſcipiens de conſenſu creditorum admittitur, ibid. n. 12.
Licitator in ſe ſuſcipiens onus cenſuum liberat debitorem, ſi accedat conſenſus creditorum, ibid. nu. 13. & ſeqq.
Licitatoris finem ſequuti creditores admittentes pretium conditionale, fatentur velle potius eſſe creditores licitatoris, quàm debitoris, p. 569. n. 44.

Lis, Litis pendentia.

Lis licèt non adſit in bonis concurſus, adeſt tamen qualiſqualis controverſia ſuper illis inter creditores, p. 104. n. 36.
Lites motæ contra debitorem concurſu pendente ſimul ſunt cum creditoribus tractandæ, pag. 262. num. 4.
Lites motæ contra debitorem ſive ante concurſum ſive poſt, trahuntur ad concurſum univerſalem, ibid. n. 5.
Lites motæ contra debitorem concurſu pendente ſi cum creditoribus non tractarentur ſimul facile foret illos fraudare, & cum obligantibus colludere, ibid. num. 6.
Lites omnes ante & poſt concurſum formatum motæ per creditores ad concurſum trahuntur, p. 6. n. 42. & 43.
Aliud eſt lis creditorum vulgò dictum *pleyto de acreedores*, aliud concurſus creditorum, p. 27. n. 32.
Nec de uno ad aliud valet argumentum, ibid. n. 32.
Lite pendente nullus eſt ſua poſſeſſione privandus, p. 77. n. 29. & ſeqq. 46.
Lite pendente nemo rei ſuæ adminiſtratione privatur; ibid. n. 32.
Lite concurſus pendente creditum exactum à creditore poſteriori, ſi de eo apparet, ſtatim reſtituitur concurſus, n. 41. & 43.
Ad litem motam contra bona concurſus pendentem creditores, quorum intereſt citandi ſunt, & lis ſimul proſe-

Index Rerum

prosequenda, p. 116. n. 64.
Litigiosam non facit rem sequestrum super illa appositum, p. 113. n. 13. & 14.
Litigiosa res non efficitur per actionem personalem, sed realem, ibid.
Litigiosam non facit rem actio hypothecaria à creditore intenta, ibid. n. 14.
Litem eandem executiva, & ordinaria via tractari simul impossibile est, p. 124. & 125. n. 17. & n. 34.
Liti motæ concursu pendente non solum cum debitore, sed etiam cum creditoribus sunt tractandæ, & prosequendæ, ibid. sub n. 24.
Lite pendente contra unum correum vel fidejussorem, an creditor possit contra alios redire, quousque primus conventus reperiatur non solvendo, p. 130. ex n. 1. cum seqq.
Negativa opinio, ibid.
Affirmativa, ibid. n. 10. cum seqq.
Litis pendentis exceptio opponi potest, quoties sententia lata in uno judicio alteri præjudicat, ibid. num. 9.
Lite pendente cum debitore principali adhuc potest fidejussor conveniri, p. 131. n. 24.
Lite pendente contra unum ex fidejussoribus, vel principalem vel unum ex correis, potest creditor contra alium agere, ibid. n. 25.
Lite pendente contra principalem non impeditur executio contra fidejussorem, nec contra, ibid. n. 26.
Litis pendentis exceptionem opponere, nec allegare potest contumax, p. 47. n. 75.
Litis pendentis exceptio in executivis locum non habet, p. 132. n. 37. 38. & 39. & seqq.
Lite pendente inter duos super dominio directo emphyteuticæ, emphyteuta deponendo pensionem excusatur à commisso, p. 206. n. 125. & 126.
Lis & instantia extinguitur, persona agentis extincta & annihilata, p. 208. n. 25.
Item quando jus in judicio deductum, per mortem litigantis extinguitur, ibid. n. 26.
Lite pendente super bonis hæreditatis, quibus immisceri non potest hæres, non tenetur ad inventarii confectionem, nec ad protestationem, p. 310. n. 42.
Lite concursus pendente, & non extincta revocatoria intentata contra creditorem etiam clericum cui fuit solutum sub cautione de restituendo, coram judice concursus tractari debet, pag. 349. ex n. 42. cum seqq.
Tertium audire super sua prælatione, ac meliore jure non est nova lis, sed antiquæ continuatio, p. 351. n. 55. & 56.
Lis creditorum extinguitur per omnium creditorum dimissionem; durat & pendet aliquo creditore non soluto, ibid. n. 67.
Etiamsi bona concursus sint consumpta inter cæteros creditores, ibid. n. 68.
Lis creditorum continuatur per comparationem novi creditoris cujus jus fuit præservatum, non nova intentatur, ibid. n. 71. cum seqq.
Lis mota super proprietate contra obtinentem in tenuta nihil impedit possessori agenti ad exigenda jura majoratus, p. 484. nun. 124. & ex num. 113. cum seqq.
Lite coucursus pendente omnes controversiæ motæ contra debitorem tractandæ sunt simul cum creditoribus, n. 57.
In judicio quasi contrahitur inter litigantes quorum nullus invito adversario à lite discedere potest, p. 660. n. 9.
A lite pendente super cessione bonorum tanquam jure privilegiato discedere posse, qui teneant, ibid.
Debitorem formantem concursum non posse liberè à lite discedere invitis creditoribus verius esse ostenditur, ibid. ex n. 11. cum seqq.
Lis nostra creditorum qua utimur non nisi in judicio formato inter creditores moveri potest à debitore, ibid. n. 16. & 17.
Differentia maxima versatur inter simplicem cessionem bonorum, & litem concursus, ibid, n. 18.
Concursus lis, non facilè adaptatur regulis de simplici cessione bonorum loquentibus; sed regulis stricti juris ordinarii potius, ibid. n. 19.
In lite concursus velata involvitur cessio bonorum, principaliter tamen à jure ordinario provenit; ibid. num. 20.
A lite concursus potest debitor re integra recedere, ibid. n. 22.
A lite, & judicio concursus debitor discedere nequit quando res non sit integra, puta post citationem intimatam creditoribus, vel post litis contestationem, ibid. n. 22. cum seqq.
Liti concursus renuntiandi via præcluditur debitori post litis contestationem, p. 661. n. 26. cum seqq.
A lite concursus discedere permittitur debitori, quando solutionem offert creditoribus, ibid. n. 30.
Lis concursus formatur ut audiatur debitor, & cognoscatur de juribus creditorum, ac de suo, antequam ad bonorum distractionem perveniatur, ibid. n. 31. & seqq.
Lis creditorum extingui potest creditoribus (quorum interest) simul consentientibus, ibid. n. 35.
Pacta tamen, & conditiones appositæ inter debitorem levantem litem concursus, & creditores consentientes ad unguem servandæ sunt, ibid. n. 36.
Litem & judicium concursus dissolvere potest debitor, si solvat creditoribus, ibid. n. 37. 38.
Debent tamen credirores satisfieri cum effectu, aliàs lis & judicium permanet, ibid. n. 39.
Lite durante durat administratio, qua extincta, pariter extinguitur, p. 662. n. 40.
Lis finitur per rem judicatam executioni traditam cum effectu, ita ut interim adhuc pendere dicatur, ibid. n. 41.
Lis creditorum finita dicitur, postquam virtute sententiæ graduationis omnes sint soluti, & integrè satisfacti, ibid. n. 42.
Lis creditorum non finitur, creditoribus omnibus nondum integrè solutis, ibid. n. 46. 47. & seqq.
Lite pendente superveniens mutatio qualitatis non mutatur judicium legitimè cœptum, p. 220. n. 25. & 26. & p. 47. ex n. 78.
Quemadmodum lis cœpta cum defuncto transit in hæredem: ita cœpta cum hæreditate jacenti defunctum repræsentante, p. 220. n. 17.

Litis contestatio.

Lite contestata coram ordinario an miserabilis persona possit adire Principis curiam, p. 17. n. 49.
Lis non dicitur contestata super nova causa in judicium non deducta, nec adversarius instructus ut possit defendi, p. 546. n. 31. cum seqq.

Locatio, Locator.

Locator pascuorum pro alimentis animalium habet in his hypothecam cum prælatione, p. 174. num. 100. & 101.
Locati pascua datur animalium retentio, & durat hypotheca, dum non exeunt à pascuis de consensu locatoris, ibid. n. 102. & n. 104.
Concurrentibus locatore pro mercede tacitæ reconductionis, & creditoribus contrahentibus cum conductore ante eam, isti præferuntur in hypotheca, p. 521. n. 67. & 68.
Locator pro suis annuis pensionibus omnibus præfertur creditori interim contrahenti cum conductore, ibid. n. 69. & seqq.

Major.

& Verborum.

M.

Major.

Vide *Creditor.*

MAjor pars creditorum quando, & quibus caſibus præjudicet minori, latè, p. 318. ex n. 67. cum multis ſeqq.

Majoratus.

Vide *Poſſeſſor*, *Facultas*, *Alienatio*, *Alimenta*, *Feudum.*

Majoratus bona, in diverſis diſtrictibus ſi exiſtant ad fundandam juriſdictionem diſtinctus ille attenditur, quo caput majoratus exiſtet, p. 26. n. 27.

Majoratus poſſeſſor format concurſum ad bona majoratus, & libera fit bonorum ſeparatio ad petitionem creditorum utriuſque patrimonii, p. 62. n. 69.

Satisfactis creditoribus antiquis majoratus, creditores ad bona libera habentes poſſeſſorem obligatum, ſunt ſolvendi ex fructibus majoratus, ibid. n. 70.

Majoratus antiqui creditores cujus bona non ſufficiunt, non habent recurſum ad libera poſſeſſoris, ib. n. 71. & per totum.

Majoratuum duorum poſſeſſor formans concurſum, utriuſque bona ſeparantur, & quilibet majoratus ſuos agnoſcit creditores, ne confundantur illorum jura, ibid. n. 72.

Majoratus poſſeſſor cedendo, vel locando fructus ipſius, tantum perſonale jus transfert in ceſſionarium, & locatorem, duraturum dumtaxat per vitam poſſeſſoris, p. 67. n. 24.

Majoratus redditus conſignati per poſſeſſorem ſuo creditori decedentem pro rata reſtituuntur ſucceſſori majoratus, p. 72. n. 89.

In beneficio quolibet Eccleſiaſtico idem obſervatur, p. 73. n. 90.

Conſignatarius qui anticipatè ſolutiones à poſſeſſore majoratus mortuo recepit, reddere tenetur, ibid. num. 91.

Majoratus poſſeſſores ejus bona in feudum vel emphyteuſim dare non poſſunt, ſub conditione, ſi vacaverint, vacatione contingente mortuo poſſeſſore, num. 92.

Majoratus poſſeſſor non poteſt ſupplantare ſucceſſorem conferendo officia ſi vacarent, ſi in vita ſua non vacat, ibid. n. 93.

Majoratus ſucceſſor dicitur potior, & antiquior creditor reſpectu bonorum ipſius majoratus, pag. 83. num. 110.

Majoratus poſſeſſor ratione dominii potior eſt quibuſlibet creditoribus ſui prædeceſſoris exigere volentibus ſua credita ex bonis majoratus abſque facultate regia vel cum illa inefficace, & inutili, p. 84. n. 120.

Creditores anteceſſoris majoratus cum facultate Regia, an poſſint prius exigere ex bonis majoratus, quàm ex liberis, ibid. n. 121.

Majoratus cujuſlibet poſſeſſori concurſum formanti an alimenta conſignanda ſint, eo quod potior, & prior creditor eſt ad bona majoratus, ibid. n. 122. & n. ſeqq.

Majoratus poſſeſſor prior creditor eſt, ergo ex bonis concurſus debentur ei alimenta, arguere abſurdum eſt, ibid. n. 123. cum ſeqq.

Majoratus poſſeſſor etſi prohibeatur bona alienare, eorum tamen integrum dominium habet, p. 116. n. 58. cum ſeqq.

Majoratus bona poſſunt convenire ſi conſtat, ſuper liberis adeſſe concurſum formatum, p. 158. n. 7. & à n. 2.

Majoratus cujuſlibet poſſeſſor, nec non Ducis, Marchionis, & Comitis, aliæve nobiles, & potentes perſonæ ære alieno gravatæ, & concurſum formantes, an diſtinctè ultra quàm facere poſſint, conveniantur, p. 170. ex n. 32. cum ſeqq.

In Majoratus, feudi, & emphyteuſis fructibus poteſt fieri executio pro ſatisfaciendis creditoribus poſſeſſoris, p. 171. ex n. 54. cum ſeqq.

Majoratus ſimplicis poſſeſſori alimenta non debentur in concurſu judicio, ibid. n. 54. cum ſeqq.

Creditores inſtantes pro majoratus bonis diſtrahendis nihil gerunt, quod tendat in vinculi deſtructionem, ſed curant ex fructibus majoratus ſatisfieri, ibid. n. 56.

Differentiam inter poſſeſſores majoratuum habentium juriſdictionem, & dignitatem, & aliàs juriſdictione carentes, ibid. n. 42.

Majoratuum Hiſpanorum inſtitutiones in bonum publicum fuerunt introductæ, & in eorum jus publicum conſervatione verſatur, ibid. n. 44.

Majoratus an per ſe ſit dignitas, affirmatur, ibid. n. 46. contra, n. 60.

Majoratus poſſeſſor propter dignitatem qua potitur cauſans concurſum conſequi debet alimenta ne egeat in dedecus dignitatis, & honoris, ibid. n. 47.

Majoratus bona an propter inopiam poſſeſſoris, & ejus alimenta, an alienari poſſint, ibid. n. 48. & n. 67.

Majoratus ſimplicis poſſeſſor nullibi reperitur privilegiatus in jure, ne conveniatur ultra quàm facere poſſit, ibid. n. 51. & ſeqq.

Majoratus ex propria natura nullam in ſe dignitatem publicam continet, quamvis ex accidente eam poſſit habere, p. 172. n. 64. & ſeqq.

In Majoratibus Hiſpaniæ diſpoſitio *Auth. res quæ*, *C. commun. de legat.* locum non habet, ceſſante facultate Regia, ibid. num. 67. 68. & 69. & 130. & ſeqq.

Majoratus ſucceſſor tenetur ad alimenta ad quæ fundator tenebatur, quemadmodum, & debita ipſius ſolvere, p. 175. n. 114.

Majoratus bona an ſint affecta onere reali alendi ſucceſſores, & alios de familia diſceptatur, & oſtenditur error vulgi, p. 176. ex n. 127. cum ſeqq.

Majoratus diſpoſitio cum facultate Regia ſub conditione de conſignandis prius alimentis cæteris filiis, ſubſtinetur, etianſi tunc non ſint conſignata, dummodò poſteà conſignentur, p. 332. n. 62.

Ad majoratus bona, & ad libera, creditores an cogantur prius agere contra majoratum ne creditores ad ſola libera conſumpta per anteriores, jus ſuum amittant, p. 341. ex n. 2. cum ſeqq.

Affirmativam patrem, æquiorem tuetur Molina, tribus potiſſimum fundamentis, ibid. n. 3.

Creditores, qui majoratum, & bona libera habent obligata, æquius videtur prius excutere majoratum, ne conſumptis liberis, aut creditores poſteriores majoratuum recurſu carentes, amittant ſuum creditum, n. 10. cum ſeqq.

Majoratus creditores nullum damnum patiuntur prius exigendo, ex majoratu, quod cum illis deficiat, poſſint exigere ex allodialibus, quæ ſimul habent obligata, p. 342. n. 12. & 13.

Et huic opinioni magis inclinari videtur Molina, ibid. num. 14.

Molinæ opinionem plurimi Doctores forenſes ſequuntur, ibid.

Contraria opinio contra Molinam in majoratibus Hiſpaniæ longè verior oſtenditur, ibid. ex n. 15. & ex n. 19. cum ſeqq.

Majoratus obligatio ex facultate Regia eſt ſubſidiaria, & nihil operatur in defectu bonorum liberorum, ſive tempore obligationis, ſive exactionis, ibidem num. 17.

Majoratus obligatus ex facultate Regia dici poteſt fidejuſſor indemnitatis, & ſubſidiarius, qua non niſi in ſubſidium tenetur, ibid. n. 18.

Index Rerum

Ad Majoratum an creditor pervenire poſſit propter æs alienum, quo gravata ſunt bona libera, p. 343. n. 25. & ſeqq.

Creditor quemadmodum excuſatur ab executione bonorum liberorum ære alieno gravatorum, pariter excuſari in bonis majoratus propter dominium poſſeſſoris, qui dicant, ibid. n. 26.

Impugnatur præfata Doctorum reſponſio ad Molinam, creditorem poſſe relevari ab executione bonorum liberorum ob æs alienum; ergo poteſt cogi ut agat contra bona majoratus, ſibi etiam hypothecata, non eſt bonum argumentum, ibid. n. 29.

Ad Majoratum & ad bona libera creditor cogi nequit à creditoribus poſteriotibus ad ſola libera, ut prius à majoratu exigat, p. 344. n. 46.

Majoratus ſucceſſor non habet bona anteceſſoris cenſum ex facultate imponentis majoratus obligata, nec hypothecata, ut redimat, ſed perſonalem tantum, p. 345. n. 58. & 59.

Majoratus eſt perſona ficta, & diverſa à poſſeſſore illius, p. 355. n. 30. & ſeqq. & ex n. 26. cum ſeqq.

Majoratus nomine & jure agens poſſeſſor non tenetur compenſare quod ipſe debet ex perſona propria, ib. num. 31.

Majoratus poſſeſſor agendo nomine majoratus non attenditur, ſed perſona majoratus ficta, quam ipſe repræſentat, ibid. n. 32. & ſeqq.

Majoratus, ut acquirat libertatem ex redemptione cenſus facta per poſſeſſorem propria pecunia duo requiruntur, p. 357. n. 54. & ſeqq.

Ad cenſum impoſitum ſuper majoratu in argentea moneta ex facultate Regia non diſtinguente genus monetæ; tenetur imponens, quæ ad exceſſum non majoratus, p. 360. n. 24.

Nec conventionem imponentis poſſe nocere ſucceſſori majoratus aſſerit Amaya, ibid. n. 25.

Quia, ita praxi receptum fuiſſe, teſtatur, ibid.

Cauſa, negotium, & utilitas ad unum dumtaxat majoratum ſpectans ad alios trahere facultatem impetrans nihil agit, p. 372. n. 20.

Majoratus obligatus virtute facultatis habetur pro fidejuſſore, ibid. & n. ſeqq.

Pluribus majoratibus obligatis ex facultate Regia, pro cauſa & negotio ad bonum dumtaxat tangente ſolus iſte tenebitur, cæteri liberi remanent, ibid. n. 21. & 22.

Majoratus duo ſimul obligati ab utriuſque poſſeſſore legitimo, ſi legitimè dividantur, uterque tenetur pro rata, ibid. n. 13.

Et inter utrumque fit computatio crediti ſeu cenſus diſtributio juxta valorem fructuum utriuſque majoratus, ita ut quilibet pro ſua parte fructuum recipiat partem cenſus annuatim perſolvendi; ibid. & n. ſeqq.

Cenſus impoſitio ſuper duobus majoratibus, ab uno poſſeſſore tentis, ſi unus evincatur, an iſte prorſus liber tranſeat in vincentem abſque cenſus obligatione, p. 373. n. 26. cum ſeqq.

Et an ſaltim pro ſua rata parte majoratus evictus cenſum ſuper duobus impoſitum recognoſcere teneatur, ibid. n. 27. & ſeqq.

Majoratum evincens verus ſucceſſor in tenuta à poſſeſſore putativo imponente cenſum ſub facultate Regia ſi poteſt creditores evertere, multo magis poterit qui in proprietate majoratum evicit, p. 388. n. 128. 151. & 152.

Majoratus ſucceſſorem qui à putativo poſſeſſore, (cenſum ſuper majoratu ex regia facultate) majoratum evicit non poſſe tacitè nec expreſsè contractum ratificare abſque nova facultate, verior & certior opinio eſt, p. 391. ex n. 1.

Super duobus majoratibus ab uno legitimè poſſeſſus cenſus ex facultate impoſitus ſuſtinetur in utroque, etiamſi pro tempore ſeparentur, & à duobus legitimis ſucceſſoribus ponderantur, p. 401. n. 1.

Super duobus majoratibus cenſus impoſitus ex facultate ab uno poſſeſſore rentis quorum alter fuit evictus hujus reſpectu evaneſcit, ita ut majoratus evictus liber tranſeat in verum ſucceſſorem evincentem, ibid. n. 2.

Et an majoratus non evictus integra cenſus quantitate remaneat gravatus, ibid. ex n. 5. cum ſeqq.

Onus cenſus impoſitum à principe ſuper duobus majoratibus & habito reſpectu ad utrumque uno deficiente iniquum foret alterum ſuſtinere totum pondus, p. 402. n. 14. 15. 16. & ſeqq.

Majoratum unum plus debitum gravare principem foret inhumanum, cùm onus debeat fructibus correſpondere, p. 403. n. 30.

Pars cenſus deficiens impoſiti ſuper duobus majoratibus, eo modo computanda ut ſciatur quanto minus majoratus remanens ſolvere debeat, p. 404. ex n. 48. cum ſeqq.

Computationis exemplo clarè monſtratur pars cenſus qua gravatus remanet majoratus non evictus, num. 40.

Majoratus evictus licèt à cenſus obligatione liberetur, ejus tamen fit fructuum taxatio, ut ſciatur quanta cenſus parte maneat gravatus alter majoratus relictus, p. 405. n. 62. & ſeqq.

Rata cenſus deficientis ex majoratu evicto damnum & defectus quomodo communicandum erit inter creditores, p. 406. n. 69. cum ſeqq.

Reſpondetur argumentis tenentibus ut pars deficiens correſpondens majoratui evicto ſit onerandæ remanenti, ſimul obligatio, ibid. n. 71. cum ſeqq.

Majoratum delatum debitori an in præjudicium creditorum poſſit repudiare, pag. 420. ex n. 12. cum ſeqq.

Majoratus poſſeſſio ſtatim mortuo poſſeſſore tranſfertur in ſucceſſorem etiam ignorantem, p. 421. num. 14.

Majoratus dominium ſive apprehenſione transfertur, & ante acceptationem, ibid. n. 15.

Majoratus delati acquiſitio ante acceptationem jus eſt quoddam informe, variabile, & reſolubile, ibid. num. 19.

Majoratus delati repudiatione ſecuta nullus conſideratur ſtatus, quo creditoris jus poſſit ſubſiſtere, ibid. n. 26. & ſeqq.

Diſpoſitio l. 45. Tauri inducta fuit in favorem ſucceſſoris majoratus qua uti poteſt, in ſui utilitatem, non in ſui damnum, ibid. n. 27.

Ita ut tertius contra ſucceſſorem, ea diſpoſitione ſe juvare non poſſit, ibid. n. 28.

Majoratum an poſſit reſtituere ante tempus contradicente uxore, p. 430. n. 14.

Majoratum ante acceptationem poteſt debitor renunciare in præjudicium creditorum ſecus poſt acceptationem, p. 433. n. 43. & 44.

Majoratus poſſeſſor pro tempore vitæ ſuæ & in ſui præjudicium poteſt commoditatem majoratus cedere, etiam in præjudicium filiorum, ſi non excedat quintum, ibid. n. 45.

Majoratum quærendum poteſt debitor repudiare in præjudicium creditorum, quæſitum autem non poteſt, ibid. n. 45.

Majoratus poſſeſſor poteſt in vita renuntiare majoratui in præjudicium uxoris, cui ex l. regia debetur medietas fructuum, ibid. n. 46.

Filius adeundo patris hæreditatem vinculo majoratus gravatam quod gravamen poſtea tacitè vel expreſsè approbavit à ſe factus majoratus intelligitur ad cujus bona creditores jus habent, pag. 440. num. 60. & 61.

Majoratum condere nequit debitor in præjudicium credi-

creditorum, quorum reſpectu bona libera manent, p. 440. n. 64. 65. 66.
Filius tempore approbationis gravamen vinculi non habens, creditores iſti poſtea contrahentes nequeunt majoratum impugnare, ibid. n. 67.
Majoratus gravamen impoſitum à patre cui filius poſt mortem conſenſit an à patre factus an à filio conditus majoratus dicatur, ibid. n. 68. & ſeqq.
Majoratus familiæ relictus extinguitur extincta omni familia, & in ultimo bona remanent libera, p. 453. num. 49.
Non tamen iſte ultimus poteſt aliquid de bonis ipſis diſponere in præjudicium ſuorum creditorum, ibid. num. 50.
Majoratum debitor concedere non poteſt quin ejus bona libera remaneant pro ſolutione creditorum, ibid. n. 51.
Majoratus ſucceſſor verus, qui in tenuta vicit, poteſt ſubvertere cenſus impoſitos cum facultate regia per poſſeſſorem putativum victum, pag. 477. n. 45. & ſeqq.
Majoratus nomine & dignitatis non nomine ſui agit poſſeſſor pro juribus ad majoratum & dignitatem pertinentibus, cui defectus dominii objici nequit, p. 481. n. 87. 88. 89. & 90.
Majoratus per adminiſtrationem repræſentatus eſt, qui agit & convenitur, & penes quem dominium reſidet, ibid. n. 91. cum ſeqq.
Majoratus eſt dignitas, & perſona ficta diverſa à perſona poſſeſſoris, ibid. n. 93.
Majoratus poſſeſſoris jus diverſum eſt à jure ſpectante ipſi majoratui, ibid. n. 94.
Majoratus perſona ficta attenditur, non perſona poſſeſſoris agentis & repræſentantis majoratum, ibid. n. 96. cum ſeqq.
Majoratus dignitas, & Eccleſia tanquam perſona ficta & repræſentata habet dominium, & poſſeſſionem jurium ad eam ſpectantium; adminiſtrator autem agit, & convenitur nomine ipſius, quem repræſentat, p. 482. n. 99.
Majoratus & dignitatis, mortuo creditore non vacat poſſeſſio iurium ad eam ſpectantium, ſed penes perſonam fictam remanet, ibid.
Majoratus eſt quædam perſona ficta repræſentata veluti homo mutus, qui ſi poſſet loqueretur, ibid. n. 99. cum ſeqq.
Majoratus poſſidet omnia jura, nec non privilegia, & effectus ſucceſſionis, tanquam perſona ficta, poſſeſſor autem nomine ipſius poſſidet, miniſtrat, agit, ibid.
Majoratui non datur hypotheca pro deteriorationibus contra hæredes prædeceſſoris, p. 493. n. 7.
Majoratus re vendita ex facultate regia, ut ex pretio alia emenda ſubrogetur, an & quando empta vinculo ſubjiciatur, p. 494. n. 28.
In quo tres caſus diſtinguit Molina relatus, ib. c. 29. 31. 32. 33. & 34.
Majoratus in re ſibi à poſſeſſore empta ex pecunia deſtinata in majoratus augmentum præfertur omnibus poſſeſſoris ementis creditoribus, p. 496. n. 54. 55. 56. & ſeqq. & ex n. 42. cum ſeqq.
Ad majoratus ſucceſſionem deſcendens repræſentat locum, & gradum aſcendentis præmortui, & tamen nihil ab eo capit, ſed jure proprio ſuccedit fundatori, pag. 500. num. 40. & p. 501. & ex num. 21. cum ſeqq.
Majoratus bona ex facultate hypothecata ſi diſtrahi contingat in ſubhaſtatione publica ſunt diſtrahenda, p. 587. n. 1. 2. & ſeqq.
Majoratus bona, ſi redditus non ſufficiunt ad ſolutionem, diſtrahi quotidie jubentur, ibid.
Majoratus bona per facultatem regiam alienari, & hypothecari permiſſa, libera remanent deinceps, pag. 588. num. 16.
Ad Majoratus bonorum diſtractionem non pervenitur, niſi prius facta excuſſione bonorum liberorum, ib. n. 20. 23. & 24.
Majoratus obligatus fidejuſſor indemnitatis, aut fiduciarius reputatur, n. 22.
Majoratus bonis ſemel legitimè diſtractis ſi bona libera poſteà poſſeſſor acquirat, ſucceſſor nequit diſtractionem retractare, n. 24. & ſeqq.
Majoratus bonis ſemel diſtractis ſi poſteà appareat eo tempore bona libera adeſſe, an diſtractio retractetur, p. 589. ex n. 42.
Negativa ſententia præponitur, n. 43. & ſeqq. verior contraria, n. 47.
Majoratus bona libera manent ab hypotheca, quoties libera reperiantur, ibid. n. 49.
Majoratus bona ut indebitè alienata repeti poſſunt ex condictione ſine cauſa vel indebiti, deſignatis bonis liberis tunc ſtantibus, ibid. n. 50.
Per majoratus confectionem, & alienationis prohibitionem debitor nihil detrahit juri creditorum, quorum reſpectu bona libera remanent, p. 656. n. 12.
Majoratus bona feudalia, & ſimilia, ſicuti prohibentur alienari, ita hypothecari vel obligari, ibid. num. 21.
Nec cenſus ſuper eis conſtitui, ibid. n. 22.
Secus ſuper fructibus, ibid. n. 23. & 24.
In Majoratus ſucceſſorem nullum onus aut gravamen impoſitum à poſſeſſore tranſit, ſed illicò reſolvitur, p. 657. n. 34.
In Majoratu ſucceſſor non à debitore, ſed à primo fundatore jus capit, & tot ſunt donationes, quot vocationes, una ab altera independens, ibid. n. 37.
Majoratus ſucceſſor non tenetur ad debita prædeceſſorum, ibid. n. 38.
Majoratus bona ſunt tradenda ſucceſſori cum fructibus pendentibus, ibid. n. 52. & ex n. 45 cum ſeqq.

Mala fides.

Vide *Bona fides.*

Mandans, Mandatum.

Vide *Procurator, Inſtitor.*
Mandatum Procuratoris in rem ſuam revocari non poteſt à mandante, p. 203. n. 74.
Mandatum in rem ſuam, etiam re integra per mortem mandantis non revocatur, ibid. n. 75. & 76.
Mandatum à debitore conſtitutum ad adminiſtrandum, exigendum, & alienandum extinguitur per judicium concurſus ſubſequutum, p. 207. n. 1.
Mandatum per mutationem prioris ſtatus, & ſic per concurſum mandantis aut mandatarii extinguitur ipſo jure, ibid. n. 10. & 11.
Mandatum reſpiciens adminiſtrationem ſtatim finitur dempta; finita aut renunciata adminiſtratione, p. 208. num. 14.
Mandatum intuitu adminiſtrationis conſtitutum ceſſante adminiſtratione per mortem, ceſſionem, renunciationem, privationem, aut promiſſionem extinguitur, etiam re non integra, ibid. n. 15.
Etiam mandatario effecto domino litis, ibid. n. 19.
Mandatum ab impubere cum patris conſenſu, pubertate adveniente, extinguitur, ibid. n. 17.
Mandatum extinguitur etiamſi ratione rei, vel cauſæ mandans conditionem mutaverit, ut ſi liti ceſſerit, vel beneficio renuntiaverit, ibid. n. 18.
In mandato intelligitur conditio deducta, ſi res & perſonæ in eodem ſtatu permaneant, ibid. n. 19.
Sicut debitor per concurſum amittit adminiſtrationem ſuorum bonorum, ita & mandatarius, cui per adminiſtrationem fuit commiſſa, ibid. n. 20. & ſeqq.
Mandatum ad negotia, an per ſupervenientem concurſum mandantis cenſeatur revocatum, & an ſolutio eidem poſtmodum facta vel cum eo geſti contractus validi ſint, p. 209. n. 28. cum ſeqq.

Index Rerum

An contractus, & distractus gesti per mandatarium debitoris concursus ignorantem mutationem status validi sint, ibid. n. 31. & 35.

Mandati extinctio per mutationem status constituentis non operatur, in antea gestis per mandatarium, sed in posteà gerendis, ibid. *n.* 36.

Emens à procuratore non viso mandato in mala fide est, & nec præscribit, p. 329. n. 28. 29. 30. & 31.

Mandatum speciale ubi requiritur ad transigendum, non est necesse præviisse in eo tractationis modum, p. 359. n. 7.

Absque mandato potest quis pro alio facultatem, & gratiam impetrare, sed non operatur nisi sequuta ratificatione, p. 398. n. 124. cum seqq.

Qui mandato non ostenso pro alio in judicio comparuit ac sustinetur, si revera illud habebat, & sufficit quandocumque mandatum ostendere, pag. 489. n. 29.

Nisi mandati ostensio fiat post oppositam exceptionem defectus mandati, ibid. n. 30.

Mandatum qui habet ad emendum fundum si simpliciter emat, intelligitur virtute mandati emisse, ibid. num. 31.

Mandatum speciale si quis habet ad fundum emendum, licèt sibi emat, procuratorio nomine emisse intelligitur, p. 498. n. 50. 51.

Mandatariusque compellitur cedere rem mandati soluto sibi pretio, ibid. n. 52.

Mandans pretium rei venditæ solvi creditori suo liberatur, si creditor recipiat promissum à mandatario cujus fidem sequitur, p. 569. n. 34. & 35.

Mandans campsorii, aut debitori ut suo creditori solvat, si campsor partitam in libris adnotavit de consensu creditoris mandati, obigatio extinguitur, ibid. n. 36.

Mandans debitori, ut solvat cui consentienti solvere promisisti liberatur, licèt mandatarius adhuc maneat obligatus mandati, ibid. n. 38. & 39.

Mandatum censetur habere creditor à debitore ad vendendum pignus, & nomine debitoris, & tanquam debitoris procurator vendere intelligitur, num. 47. & 48.

Contrahens alieno nomine asserens habere mandatum, in eo in quo mandato carebat, tenetur de suo, p. 507. n. 16. ex n. 13. cum seqq.

Et videtur hoc casu suam fidem adstringere, ibidem. num. 17.

Mandati tempus ad hypothecæ prælationem, & non tempus contractus attendendum, qui teneant, p. 212. n. 1. & 2.

Ex mandato ad adeundam hæreditatem aditio ipso jure inducitur, ibid. n. 3.

Et mandato ad contrahendum matrimonium inducitur ratificatio jam antea contracti nomine mandantis, ibid. n. 4.

Consensus patroni requisitus ad actum per viam simplicis consensus probatur ex constitutione mandati etiam invalida, ibid. n. 5. & seqq.

Ad relationem hypothecæ non tempus mandati, sed tempus obligationis attenditur, ibid. num. 9. cum seqq.

Tempus contractæ hypothecæ non retrotrahitur ad tempus mandati, p. 213. n. 10.

Ex solo mandato ad contrahendum non probatur contractus, sed ex mandati effectu & executione, ibid. n. 11.

Mandatum ad dispensandum non est dispensatio, ibid. num. 12.

Mandatum ad contrahendum matrimonium non est contractus matrimonii, ibid. n. 13.

Mandatum ad vendendum non est venditionis contractus, ibid. n. 14.

Mandatum recipiens ad obligandum mandantem eum non obligat quo usque mandato utatur, ibid. n. 15. & 16.

Mandatum non probat id quod fuit mandatum, nisi effectuatio probetur, ibid. n. 17.

Contractus non censetur factus in loco mandati, sed in loco quo procurator contraxit, ibid. n. 18.

Mandati forus, & locus non attenditur, sed locus quo delictum mandatum fuit perpetratum, ibid. num. 20.

Mandatum ad contrahendum dirigit suam dispositionem in futurum, ibid. n. 23.

Ea quæ consistunt in mera & nuda voluntate mandantis probantur ex mandato, p. 214. n. 32.

Mandatum continens obligationem prout ex tunc an attendatur ad tempus executionis, ibid. n. 33.

Mandati defectus ubi adest, deficit consensus partis nullo modo aliter supplendus, p. 219. n. 11.

Et includit defectum citationis, ibid. n. 12.

Mandatum institoris finitur per mutationem status domini præponentis, p. 207. n. 10.

Maritus.

Vide *Uxor*, *Mulier.*

Maritus debitor dotis si postea soluturum promittat non amittit privilegium ne conveniatur ultra quàm facere possit, p. 628. 85. 86. & seqq.

Mater.

Mater, & avia tutrices filii, vel nepotis, ex speciali prærogativa excipiuntur à regula, ut tutores pro reliquis tutelæ carcerentur, p. 269. n. 10.

Mater tutoris incarceratur ob contumaciam exhibendi inventarium ac cætera instrumenta, p. 271. n. 41.

Mater ad secundas nuptias transiens, si petat & detur tutor licèt postea pœniteat non potest reassumere tutelam, p. 588. n. 31.

Mater per sola sponsalia non amittit tutelam, ibid. num. 32.

Et etiamsi maritus secundus moriatur, mater non reassumit tutelam, ibid. n. 33. & 34.

Idem judicandum esse de educatione liberorum ac de tutela, ibid. n. 35.

Mater filiorum tutrix potest petere dotem à filiis vel hæredibus, licèt ei opponant retentionem, eo quod nondum reddit rationem tutelæ, p. 612. n. 10.

Meliorамenta.

Vide *Expensa.*

Solvere debita quibus onerata administratio concursus dicitur eam meliorari, p. 609. n. 50.

Miles.

In Milite castrensia & pagana bona faciunt duo diversa & separata patrimonia, p. 411. n. 48.

Et utriusque patrimonii bona non confunduntur, sed à creditoribus utriusque separatio postulatur, ibid. num. 49.

Militibus permissum est hæredem instituere in bonis Castrensibus, nullo instituto in patrimonialibus, ibid. n. 50. & seqq.

A milite duo instituti hæredes alter bonorum unius provinciæ, alius ad bona alterius, an hæres unius provinciæ cogatur solvere creditoribus alterius, p. 409. ex n. 10.

Miles per provincias distribuens hæreditatem inter duos hæredes nullus tenetur creditoribus alterius provinciæ, quia duo patrimonia separata intelliguntur, ibid. n. 9.

A Milite duobus hæredibus institutis, altero in castrensibus bonis, altero in patrimonialibus speciale est, ut creditores ad una bona non exigant ab aliis, p. 411. n. 46. & 47.

Minor.

Vide *Alienatio.*

Minor, civitas, vel Ecclesia an absque juris solemnitatibus possint concursum formare inter suos creditores abundè, p. 9. per totum cap.

Minores juris beneficio etiam majoribus destinato probari non debent, ibid. n. 12. 13. & 14.

Con-

& Verborum.

Contractus utilis minori ſuſtinetur abſque decreto, ibid. n. 15.

Minori, populo, vel Eccleſiæ non permittitur alienatio voluntaria abſque decreto, aut facultate Regia, p. 10. n. 23.

Nec in ſolutum ſua bona dare creditoribus, ibid.

Minor, & ſimiles non poſſunt bona diſtrahere, ut ex pretio dimittant creditores ſuos, ibid. n. 24. & 25.

Minores non admitti ad ceſſionem bonorum abſque decreto, qui teneant, ibid. n. 26. & ſeqq.

Opinio tenentium minorem 14. annis, non admittendum ad ceſſionem bonorum, non habet locum in noſtro concurſu creditorum, pag. 11. num. 34. & ſeqq.

Ad diſtrahenda bona minoris, & Eccleſiæ in concurſu creditorum præcedit cauſæ cognitio, & decretum judicii, ibid. n. 43. & 44.

Et fit alienatio neceſſaria pro executione rei judicatæ, quæ alia juris ſolemnitate non eget, ibid.

Minor curatorem habens poteſt abſque ejus auctoritate, verè debitum ſolvere, p. 204. n. 95.

Minor, Reſpublica, nec fiſcus, nec Eccleſia habent privilegium admittendi novum licitatorem, ſemel ſubhaſtatione perfecta, p. 34. n. 5. & ſeqq.

Minor, Reſpublica, vel Eccleſia reſtituuntur adverſus emptorem in ſubhaſtatione ob læſionem pretii oblati, p. 315. n. 7

Reſtitutio hæc non conceditur ex levi & modica adjudicatione novi licitatoris, ibid. n. 8.

Sed ſaltim in ſexta parte plus oblata, ibid. n. 9.

Reſtitutio minori, & ſimilibus contra ſubhaſtationem peractam conceditur jure ſpeciali, non jure communi, ibid. n. 10.

Minor formans concurſum habet reſtitutionem, ut novus admittatur licitator, p. 316. n. 39.

Minori comparenti in concurſu intereſt uti creditori augmentum bonorum debitoris, ibid. n. 40.

Cujus reſtitutio prodeſt aliis majoribus in concurſu ſtantibus, ibid.

Major ratione intereſſe commixti cum majore, etiam non litigante poteſt inſtitutionem petere, ibid. num. 41. & 42.

Cum minore ſe communiter gerente pro majori rectè contrahitur, p. 374. n. 40. & 41.

Minor, Reſpublica, vel Eccleſia nulliter vendentes cenſum ſi in eorum utilitatem verſam eſſe pecuniam appareat, tenentur ad ſortem cum redditibus loco intereſſe, p. 388. n. 141. 142. & 143.

Idem in cenſu ſuper majoratu, ibid.

Minor factus major poteſt abſque ulla juris prohibitione ratum habere, quod in minore ætate inutiliter geſſit, p. 399. n. 131.

Minor poteſt reſtitutioni obtentæ per rem judicatam renunciare, & ea non uti, invito adverſario, p. 660. n. 7. 8. & ſeqq.

Minor hæres an reſtituatur adverſus geſta per curatorem legitimè datum hæreditati jacenti, p. 220. n. 28. cum ſeqq.

Minoris privilegium tanquam perſonaliſſimum non tranſit ad hæredem, ibid. n. 29.

Minor hæres non habet reſtitutionem adverſus geſta per curatorem datum hæreditati jacenti, pag. 221. num. 40.

Geſtum pro Minore, & pupillo illum non obligat, niſi quatenus fiat locupletior, ibid. n. 41.

Geſta pro hæreditate majoris jacente obligant in ſolidum minorem, & pupillum futurum hæredem, ibid. n. 42.

Abſque ſpe reſtitutionis, ibid. n. 43. & 44.

Minor an poſſit apponere pactum, ut res à ſe empta ſit pro pretio obligata, ſive in continenti, ſive ex intervallo, pag. 426. num. 113. cum ſeqq. & ex n. 108.

Ubi abunde agitur de intellectu *l. §. ſi minor. cum l. ſeqq. ff. de rebus eorum*, ibid.

Miſerabilis perſona.

Vide *Perſona.*

Momentum.

Hypotheca generalis ut operetur ſufficit, quod dominium rei fuerit per momentum quæſitum debitori, p. 415. n. 7.

Eodem momento & inſtanti quo dominium rei quæſitum minori, prohibitio hypothecandi operatur, ibid. n. 8.

Concurrentibus in eodem momento & inſtanti diſpoſitione juris, & diſpoſitione hominis, illa ut velociter prius operatur, ibid. n. 9. & 10.

Rei emptæ pro perſona nominanda dominium ex tempore nominationis, nec per momentum remanſit penes emptorem, p. 416. n. 23. & ſeqq.

Plures hypothecæ diverſis temporibus contractæ ſuper majoratu abſque facultate regia, ſi poſtea in confirmationem earum impetretur, omnes eodem momento validitatem recipiunt abſque prioris prælatione, p. 468. n. 60. cum ſeqq.

Moneta.

Vide *Diminutio, Pecunia, Facultas.*

Ex facultate regia ad mille mutuo recipienda, ſi poſſeſſor majoratus in aurea, vel argentea moneta recipit, an creditor in concurſu hanc ſpeciem monetæ conſequatur, p. 359. n. 1. cum ſeqq.

Et teneri majoratum ad hanc ſpeciem monetæ, & in eadem annuos redditus perſolvere nervosè tuetur Noguerol. ibid. n. 2.

Anno 1602. nullam eſſe differentiam inter valorem monetarum, atque ideò omnium genus in facultate comprehendi, ſine majoratus detrimento, ibid. num. 4.

Cenſus in aurea moneta creatus, poteſt redimi in moneta æroſa, quando in valore diſcrimen non adeſt, ibid. n. 5. & 6.

Æroſa moneta non habet proportionabilem valorem cum argentea, p. 360. n. 22. & 23.

Ad cenſum impoſitum ſuper majoratu in argentea moneta ex facultate regia non diſtinguente genus monetæ tenetur imponens ad exceſſum non majoratus, ibid. n. 24. & ſeqq.

In hoc articulo opinionem Noguerol. nec Amayæ recepit author illum abſolutè relaxantem facultatem regiam, iſtam abſolutè & diſtinctè reſtringentem, ibid. n. 26. & ſeqq.

Moneta argentea quando virtualiter continetur in facultate ſimpliciter ad mille, redditus in eadem ſpecie rectè ſtipulantur ex natura contractus, ibid. n. 30. & 31.

Amayæ opinio abſolutè negativa incluſionis monetæ argenteæ in facultate ſimpliciter ad mille, rigoroſa oſtenditur, ibid. n. 32.

Monetarum omnium intrinſecus valor in Hiſpania fuit conſervatus uſque ad annum 1612. pag. 361. num. 34.

Ab anno 1612. ob abundantiam monetæ æroſæ, ex regnis extraneis introductæ vileſcere cœpit valor hujus monetæ, ac in dies creſcere valor extrinſecus monetæ argenteæ, ibid. n. 35. & ſeqq.

Moneta non tam ex ſubſtantia, quàm ex quantitate, id eſt æſtimatione debet judicari, ibid. n. 41.

Monetæ eſſentia ex valore, non ex metallo admittitur, ibid. n. 42.

L. 6. tit. 21. l. 5. recopilat. & l. 6. tit. 24. permittentes creditoribus debita ſolvere in qualibet moneta minuta & æroſa editæ fuerunt tempore, quo monetarum æqualitas aderat in valore, non tamen hodie procedunt, ibid. n. 45. & 46.

Generalis diſpoſitio ad monetam relatam quamlibet com-

Index Rerum

Mulier cui bona mariti ad inopiam vergentis tradita sunt, ea satisfacta tenetur residuum creditoribus dimittere, ibid. n. 12. & 13. cum seqq.

Mulier habet hypothecam pro dote, & pro usuris, interesse, alimentis dotis retardatæ, p. 174. n. 91. 92. & 93.

Mulier se uni creditori pro marito obligavit ultra dimidiam dotis, ex quo remanet indotata & læsa, an tota obligatio rescindatur, vel pro parte, p. 333. n. 74 & p. 332. n. 68. cum seqq.

Ex pluribus obligationibus mulieris pro marito successivè factis, non priores intra dimidiam dotis contentæ, sed posteriores ultra eam causarunt læsionem, & indotationem, p. 333. n. 75. & seqq.

Quæ verior est opinio in dies practicata in senatu Vallisoletano, ibid. n. 76.

Noguerol defendens omnes indistinctè obligationes factas à mulieres pro marito esse rescindendas ob indotationem communiter à Senatu Pintiano contemnitur, ibid n. 82 & 83.

Mulier quæ pro marito unica obligatione causante indotationem se obligavit, an in totum rescindatur, an solum pro dimidia parte dotis, contenditur inter aliquos, p 335 n. 101. cum seqq.

Qui totam rescindi volunt fundantur in ratione externa complectente totam obligationem, ibid. n. 102. & seqq.

Obligationes plures si successivè pro marito à muliere factæ simul junctæ inducant indotationem, an omnes rescindantur distinctè, p 337. n. 2. & 127.

L. 55. Tauri qua disponitur mulierem non posse distrahere sine licentia viri, sicut nec contrahere exornatur, p 423. n 62.

L. 44. quæ prohibet ne mulier absque licentia viri possit hæreditatem repudiare, exornatur, ibid. n. 63.

Mulier absque viri licentia nequit donationem sibi absenti factam repudiare, ibid. n. 64.

Mulier dans bona in dotem, ut maritus satisfaciat creditoribus, isti ex pacto non agunt contra maritum, nisi notario pro eis stipulante, p. 511. n. 36.

Mulier nubendo, & dotem tradendo marito nequit creditores suos illudere in cujus non est potestate juri eorum detrahere, p. 631. n. 12. & seqq.

Mulieris contractus absque licentia viri non valet, nec post mortem uxoris præstare tenetur, p. 223. n. 9. & 10.

Mutatio.

Vide *Status*, *Qualitas*, *Moneta*.

Mutatio qualitatis & conditionis rerum, aut pœnarum producit varios effectus, & diversa juris ministeria, p. 184. n. 21. 22. 23. & à n. 2.

Pactum relatum ad rem habentem naturam mutabilem, rei mutabilis natura vestitur, ibid. n. 25.

Res judicata non facit jus in iis quæ tempore mutantur, ibid. n. 26. & ex n. 3. cum seqq.

II. *Creditores bona majoratus in concursum deducta ex facultate regia discutientes, an jus hypothecæ habeant ad bona postmodum illi aggregata, & per alium incorporata, aliudve quodlibet augmentum contingens?*

Et an facultas regia impetrata ad hypothecandum bona majoratus, & hypotheca inde sequuta extendantur ad bona jam eidem majoratui eo tempore aggregata? 13

III. *De thesaurario regis recipiente solutionem absque decreto Senatus, & interventu aliorum consociorum habentium singulas claves ejusdem arcæ regiæ, an fiscus excludatur à concursu debitoris sic solventis tempore rumoris mutationis monetæ,*

Et an fiscus insuper graduari debeat tam pro sorte, quam pro interesse, etiam deficiente interpellatione.

Et an unus ex thesaurariis possit valide asseverare, solutionem factam fuisse cum interventu sociorum in officio, 26

IV. *Hypotheca super usufructu ad debitorem spectante imposita an extinguatur proprietate rei per debitorem acquisita*, pag. 33

V. *Esto quod hypotheca super usufructu acquisita per debitorem proprietate duret, an morte debitoris finiatur, vel usque ad solutionem perpetuetur*, 40

VI. *Pensionarius per acquisitionem tituli beneficii Ecclesiastici pensione gravati, an vi consolidationis pensionem amittat in perpetuum.*

Vel an iterum beneficio à se demisso, & alteri collato, possit in concursu per novum possessorem peracto, pro eadem pensione graduari, 43

VII. *Hypotheca super pensione Ecclesiastica an extinguatur, acquisito per pensionarium debitorem titulo beneficii.*

Et an hypotheca super pensione nulliter imposita ex consensu non habentis jus ad beneficium convalescat postea acquisito per istum legitimo titulo ejusdem beneficii, 50

VIII. *Hypotheca super pensione Ecclesiastica imposita per debitorem habentem facultatem Apostolicam, illam transferendi, an simul transeat in translatarium*, 53

IX. *In mercibus prohibitis quæ per contrabannum, vel aliter incidunt in commissum, an creditores quilibet delinquentis præferantur fisco*, 59

X. *Hypotheca ex facultate Regia legitime imposita super bonis majoratus, an extinguatur perveniente majoratu ad ultimum familiæ consanguinem, penes quem vinculum dissolvitur, & bona libera remanent*, 76

XI. *Bonis majoratus absque Regia facultate hypothecæ subjectis ab eo penes quem postea tanquam ultimum familiæ consanguineum bona ipsa libera remanserunt, an hypotheca convalescat.*

Index Capitum.

Et quid ſi iſte poſſeſſor uni prius abſque facultate Regia, & poſtmodum alteri ex eadem facultate hypothecavit quis horum creditorum in concurſu præferendus ſuper bonis ad libertatem reductis, pag. 80

XII. *Concurſu creditorum introducto, an ſolutio facta debitori liberet ſolventem, ſive ſcientem, ſive ignorantem decoctionem.*

Et an ſententia lata in favorem ejus qui concurſum ignorabat ſuſtineatur.

Et quid in emptore bonorum, concurſus pendentiam ignorante, an valeat emptio, 84

XIII. *Creditor contrahens cum poſſeſſore majoratus ſub pacto impetrandæ facultatis, quam poſſeſſore jam decocto, & lite concurſus formata, impetravit, an graduari debeat,* 90

XIV. *Utrum creditor poſſit gradum aſſequi in concurſu & agere ex priori contractu poſtea novato, quando novatio vel nulla vel reſciſſa?* 96

XV. *Patre privato adminiſtratione bonorum adventitiorum filii, vel majoratus, propter ipſorum dilapidationem, an teneatur filius creditoribus patris viventis ſatisfacere ex fructibus?* pag. 99

XVI. *Quid in concurſu operatur reſcriptum Principis circa mutationem prælationis inter creditores.*

Et quid ſi impetretur ab uno ex correis in ſolidum obligatis, ad hoc ut non niſi pro ſua rata conveniatur.

Et quantum hæc reſcripta diſtent à moratoriis. Et an reſcriptum obtentum per unum creditorem perſonalem, cæteris ſimiliter perſonalibus aut tertiis poſſeſſoribus præjudicet? 103

XVII. & ult. *Utrum pendente concurſus judicio, debitor liberetur ab intereſſe lucri ceſſantis alioqui propter moram debito,* 107

LABYRINTHUS CREDITORUM CONCURRENTIUM AD LITEM, PER DEBITOREM

Communem inter illos cauſatam.

PARS QUARTA.

CAPUT PRIMUM.

Crèditores concurſus an egeant ceſſione ad agendum, excipiendum, & defendendum jura & bona debitoris communis.

Et de diſcrimine inter ceſſionem bonorum, & ceſſionem juris & actionis.

§. 1. An creditores donatoris jus habeant ad deducendam portionem ex donatione ipſi competentem ne egeat? & an ea exceptione debitori eorum competente uti poſſint contra donatarium?

§. 2. An creditores poſſint intentare læſionem enormiſſimam contra emptores bonorum debitoris? Et quid in pignore vendito à priore creditore vili pretio, utrum poſterior læſionem intentare poſſit?

SUMMARIUM.

1. *Ceſſio bonorum, & Ceſſio juris, vel actionis, differunt: & de una ad aliam non fit illatio.*
2 *Ceſſio juris transfert in ceſſionarium jus competens cedenti, ubi de ſignificatione verbi*, cedere.
3 *Ceſſio bonorum non eſt tranſlativa & abdicativa juris; ſed conſignativa, & deſtinativa, agitur de utriuſque differentia ibidem.*
4 *Pendente concurſu, debitor omnia jura retinet, dominium & poſſeſſionem, & movet actiones cum interventu creditorum.*
5 *Creditores ex ceſſione bonorum tractant dumtaxat de ſuorum creditorum juſtificatione. Expenditur ad id Doctor* Olea, *exponitur, & notatur.*
6 *Proponitur quæſtio principalis* hujus Capitis.
7 *Ex jure alterius fundato alium experiri non poſſe, ſecundum* Cancer. *Secus ſi quis agat jure proprio à jure Tertii dependente. Explicatur mirabiliter* infrà, n. 38.
8 *Secus etiam ſecundum eundem, excipiendo; poteſt enim creditor deducere jus ſuum, invito debitore.*
9. 10. & 11. *Exemplificatur in diverſis exemptionibus, pluribus relatis.*
12 *Creditor poteſt repellere fidejuſſorem adverſus debitorem agentem, eo quod omiſerit exceptiones ſibi, & principali competentes.*
13 *Peracto judicio Concurſus ad bona mulieris, poſſunt creditores, qui eam proprio nomine obligatam habent, excipere de nullitate aliarum obligationem, quas cum marito contraxerat, ex eo quod ſit indotata, ratione læſionis ultra dimidium dotis, quamvis hanc nullitatem omiſerit.*
14 *Referuntur plures Doctores, docentes omnes exceptiones debitori competentes poſſe opponi à creditoribus.*
15 *Quoad jus agendi, an in creditores tranſeat,*

adducitur Acoſta & meritò refellitur: & n. 16. & 17.

18 *Creditores in concurſu legitimè formato poſſunt abſque ceſſione movere omnes actiones debitori competentes contra quoſlibet, ad effectum ut ea bona, & jura ad concurſum introducantur.*

19 *Hujuſmodi poteſtas non competit creditoribus omnino ex ceſſione bonorum imbibita in judicio concurſus.*

20 *Adducuntur plures effectus, in quibus ceſſio bonorum operatur in favorem creditorum, &* num. 22.

21 *Aſſignatur ratio diſcriminis inter depoſitum ex ceſſione bonorum, & alia quoad acquirendam actionem creditori ad exigendum depoſitum.*

23 *Traditur ratio ob quam creditores poſſint movere actiones, & opponere exceptiones tangentes debitorem & ejus bona. Intereſt plurimum creditorum, Conſervari jura debitoris communis,* ibid.

Singuli creditores, ad excluſionem aliorum, inter ſe ipſos admittuntur. ibid.

24 *Creditores in hoc actionum & exceptionum uſu, nihil ſibi exigunt, ſed debitori, & corpori concurſus.*

25 *Creditores, juris cenſurâ, dicuntur procuratores debitoris de quibus tanquam interreſſe habentibus, conſidit lex.*

26 *Creditor ratione ſui intereſſe poteſt ſtipulari debitori.*

27 *Creditores ad recuperationem bonorum debitoris, non egent mandato expreſſo debitoris, quia illud jam habent tacitum à jure.*

28 *Dominus cogitur recipere penſionem de manu creditoris, abſque mandato debitoris emphyteuticarii.*

29 *Actus ſolvendi Domino, eſt actionem intentare, non acceptionem.*

30 *Si hæres inſtitutus, & ſucceſſor ab inteſtato, tranſigant ſuper hæreditatis bonis, poſſunt creditores & legatarii agere contra tranſactionem, & dicedere validum teſtamentum.*

31 *Hypothecata re communi, poteſt creditor provocare alterum dominum ad diviſionem, & debitor tenetur ſtare diviſioni factæ à ſuo creditore.*

Sicut debitori datur facultas ad recuperandum pignus venditum per ſuum creditorem; ita creditoribus ex perſona ſui debitoris, ibidem.

32 *Creditores poſſunt intentare actionem læſionis contra emptorem rei debitoris, vel venditorem rei emptæ à debitore ſuo.*

33 *Idem procedit in re data in ſolutum.*

34 *Creditores poſſunt agere virtute pacti de retrovendendo appoſiti in favorem debitoris.*

35 *Actio iſta ad retractum competens creditoribus ex pacto de retrovendendo, intelligitur in ſubſidium.*

36 *Creditores contra debitores debitoris ſui poſſunt movere actiones perſonales.*

37 *Creditor donatarii poteſt petere inſinuationem, pro validitate donationis.*

Si debitor fuit negligens in petenda facultate Regia ſuper contractu bonorum Majoratus, vel in feudalibus, poteſt creditor impetrare facultatem etiam pendente concurſu, ibid.

38 *Declaratur doctrina* cancerii *relata* ſuprà numer. 7.

39 *Creditores ſive agendo, ſive excipiendo, poſſunt comparere ex perſona debitoris in judicio abſque ceſſione, ad conſervanda bona & jura debitoris.*

40 *Quandoque quis conſequitur ex perſona alterius, quod ex ſua conſequi non poterat.*

INTER ceſſionem bonorum (maximè in noſtro 1
concurſu creditorum noviter invento & introducto in Hiſpania, ſub quo imbibita ineſt ceſſio bonorum, ut ſæpè diximus in *hoc Labyrintho*, & ſignanter *part. 1. cap. 1. per tot.*) & inter ceſſionem juris ſeu actionis privatim factam de una perſonna in aliam, longum eſt diſcrimen, & differentia; nec una ceſſio ab alia regulatur, nec ex regulis unius, ad alterius regulas argumentari licet.

Nam Ceſſio juris & actionis transfert in ceſſio- 2
narium & ad ejus utilitatem directè jus illud competens cedenti, qui nomine proprio & ſibi ipſi conſequitur jus cedentis, utili ſaltem actione ſibi per hanc ceſſionem à jure conceſſa; juxta *leg. 3. Cod. de novat.* In hunc etenim ſenſum, *cedere jus*, idem ſignificat quod *transferre*, & jus de una in alteram perſonam tranſmutare, *l. non ſolum 2. ff. de noxalib. action.* Olibanus *de actionib. part. 2. lib. 1. cap. 4. num. 2.* cedere namque & transferre, idem ſignificant, *l. quod ſi ſervus, §. idem Labeo ait, ff. de in rem verſo: l. penult. & final. Cod. mandati:* ubi promiſcuè his verbis Juriſconſultus utitur: *l. in depoſiti, ff. de re judic. l. item in fin. cum l. ſeqq. ff. de alienat. judic. l. cum fundo, §. divortio, ff. de jur. dot. l. 2. Cod. de litigioſ.* Donell. *lib. 15. Commentar. cap. 43.* Joan. Bapt. Thoro, *2. part. compendii deciſion. verb. liberatio pretii, circa principium*, Galerat. *de renunciat. lib. 1. cap. 4. num. 3.* Bertazol. *clauſ. 27. gloſſ. 4. ex num. 2.* ubi quod idem importat *cedere*, quàm à ſe abdicere; ſeu ut alii dicunt, *Cedere*, dicitur, quaſi *diſcedere*, & alium ſui loco ponere, ut ex multis Doctoribus relatis tradit Gratianus *diſcept. forenſ. tom. 2. cap. 310. num. 2.* Poſthius *de manutent. obſervat. 55. num. 8.* Joan. Bapt. Thoro *in compen. deciſion. tom. 2. verb. creditores ceſſionarii, ante medium*: quibus convenit vulgata definitio, ut Ceſſio ſit quaſi traditio & juris & actionis ex aliquo titulo in alium facta tranſlatio: quam pulchrè exornat noviſſimè Olea *de ceſſion. jur. & act. titul. 1. quæſt. 2. ex n. 86. cum ſeqq.* pluribus Doctoribus exornans.

Ceſſio autem bonorum, imbibita in concurſu 3
creditorum peracto per debitorem communem, nullum jus ad exigenda illa bona transfert in creditores, quia non eſt juris abdicativa & tranſlativa; ut de alia juris particulari ceſſione diximus; ſed eſt ceſſio quædam conſignativa & deſtinativa, ex qua creditores convocari ad concurſum, novam actionem utilem, vel directam, non conſequuntur ad exigenda aut petenda ea bona & jura per debitorem communem ceſſa; ſed dumtaxat iſta ceſſio conſiſtit in dimiſſione bonorum penes Curiam, ut ab ea deponantur & ſequeſtrentur penes fidum depoſitarium & ſequeſtrum, ut in tuto ſint, ne à debitore moleſtiis creditorum indignato diſſipentur imponè, neve creditores, qui concurſu pendente impediti ſunt exigere ſua credita, defraudentur, ſed ſecuri ſint, concurſu finito, quod ex illis bonis ſequeſtratis & tandem ſubhaſtatis, quæ ſibi debeantur conſequantur. Nec 4
tamen

tamen interim debitor amittit jus in bonis, nempe dominium nec poſſeſſionem, ſed omnia retinet, & movet actiones adverſus tertios poſſeſſores rerum ſuarum, & convenit debitores ſuos, ſicut antea, cum interventu creditorum formato concurſui aſſiſtentium. De his omnibus plurima ſcripſimus *in hoc Labyrintho*, variis in locis, *part.* 1. *cap.* 1. *num.* 28. 13. *& à num.* 11. *cum ſeqq. & eadem par.* 1. *c.* 14. *per tot. & cap.* 40. *à princ. & in d. c.* 14. *ex n.* 50. traditur communis & verior intellectus ad *leg. item ſi unus*, 17. *ff. de recept. arbitr.* ex quo aliqui fuerunt decepti, dicentes, poſt ceſſionem bonorum debitorem agere non poſſe in judicio: cùm hoc procedat quando cum effectu perficitur ceſſio, nempe quando ſunt ſubhaſtata bona, vel creditoribus in ſolutum data, ut ex aliis videbis *d. n.* 59. *cum ſeqq.*

5 Non enim creditores ex hac ceſſione prætendunt hæc bona ceſſa, nec inſtant pro illis conſequendis; ſed tractant dumtaxat de ſuorum creditorum juſtificatione, ut finito judicio concurſus, ſua credita ex bonis illis ſubhaſtatis ſeu pecunia inde redacta conſequantur, & ſibi ſatisfiat. Ex quibus, à fine & effectibus utriuſque ceſſionis, manifeſta eſt utriuſque ceſſionis differentia, & clarè dignoſcitur quod una ſit ceſſio juris & actionis tranſlativa, altera verò bonorum conſignativa tantum; & unaquæque proprios operatur effectus juxta cujuſlibet naturam, finem & deſtinationem qua diriguntur: atque ideo rectè agnoſcit Olea *de ceſſ. jur. tit* 1. *quæſt.* 1. *num.* 7. & 8. ceſſionem bonorum factam à debitore inter ſuos creditores, nihil commune habere cum ceſſione juris & actionis.

Quatenus autem ipſe Olea *ibid. d. num.* 7. & *ſeqq.* dicit, poſt ceſſionem bonorum debitorem non poſſe agere in judicio, & exceptionem ceſſionis bonorum impedire ingreſſum judicii, ex *l. item ſi unus* 17. *ff. de recept. arbitr.* & aliquibus Doctoribus allegatis; cautè legendus erit, juxta verum & communiter receptum *dict. leg. item ſi unus*, intellectum, ut tunc procedat, quando cum effecta bona debitoris ſubhaſtata fuerunt, vel creditoribus in ſolutum data non tamen antea: quoniam interim debitor retinet eorum dominium & poſſeſſionem & actiones, ut paulò antè notavimus, *n.* 4.

Quatenus autem ipſemet Olea allegat ad idem Acoſtam *de privileg. credit. in præfat. ad reg. n.* 96. *in fin.* ad hoc quod debitor cedendo bonis cedat actiones ſuis creditoribus: aliter ſe habet *Acoſta* dicendo quod in ceſſione bonorum facta à debitore includuntur omnes actiones & jura: quod verum eſt, quia ſub univerſali bonorum & patrimonii ceſſione, jura & actiones comprehendi, dubium non eſt: & ideo quando pervenitur ad ſubhaſtationem bonorum, cogendus eſt debitor cedere actiones ſuas activas pro ſatisfactione creditorum, ut ipſe *Acoſta* dicit.

Similiter ipſe Olea allegat Noguerol. *alleg.* 16. *num.* 101. qui tamen nullo modo dicit debitorem cedentem bonis non poſſe agere, Gratianus autem *tom.* 3. *diſcept.* 486. licèt ex *num.* 19. dicat ea quæ refert Olea *ex num.* 10. nihilominus ſtatim ex *num.* 24. ex variis juribus & Doctoribus agnoſcit contrarium, videlicet per hanc bonorum ceſſionem, debitorem retinere dominium, & actiones, & pœnitendo te integra ante bonorum venditionem, poſſe agere & ſe defendere. Tandem *Amatus* & *Paſchalis* citati ab *Olea*, expreſsè tenent contrarium, & reſpondent ad *dict. leg. item ſi unus*; ut procedat poſt diſtractionem bonorum, non antea; ſed interim poſſe debitorem agere & conveniri: Amatus ad hoc allegat *Bart. Brun & Capell. Tholoſ.* Videantur, ſi lubet, ea quæ nos ipſi tradidimus *in hoc Labyrintho*, 1. *part. Cap.* 14. *ex numer.* 46. *cum multis ſeqq.* ubi copioſè diſceptavimus, & ſic tandem reſolvimus.

Quibus ita præcognitis, videndum erit, an 6
pendente judicio concurſus, creditores facultatem à jure habeant agendi, vel excipiendi, tam contra ſeipſos, quàm contra alios tertios detentores bonorum & jurium debitoris communis, non expectata ceſſione ſui debitoris communis? In qua difficultate variè loquutos fuiſſe quoſdam Doctores reperio. Nam Jacobus Cancerius *variar. reſol. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 131. *& à num.* 126. *in fin. & num.* 128. movet quæſtionem, & dicit, ex jure alterius fundato, alium experiri 7
non poſſe propter ſuum intereſſe: ex *l. ſi pupilli*, §. *videamus*, *ff. de negot. geſt.* quando vero jure proprio quis ageret, etſi à jure Tertii dependeret, admitteretur: per *l. ſi poſt mortem*, §. *fin. ff. de bonor. poſſ. contr. tab.* quæ doctrina mirabiliter declaratur inferiùs, *n.* 38.

Excipiendo tamen affirmat poſſe creditorem ad- 8
verſus alium creditorem in cauſa graduationis bonorum debitoris, etiam ipſo invito, deducere omne jus quod debitor poſſet habere; veluti præſcriptionis, vel non numeratæ pecuniæ exceptionem, vel quamlibet aliam peremptoriam.

Acoſta autem *de privileg. credit in præfat. ad* 9
reg. 1. *n.* 94. *& ſeqq.* aſſerit creditorem poſſe in judicio deducere jus excipiendi, ſive omnes exceptiones & defenſiones proponere, quibus debitor ipſe impugnare poſſet creditum aliquot; ut in exceptione non numeratæ pecuniæ, ex *l. penult. Cod. de non num. pecun.*

Mantica *de tacit. convent. lib.* 11. *tit* 23. *n.* 2. multis relatis. Gaitus *de credito*, *c.* 4. *à n. n.* 1756. Hermoſil. *ad leg.* 9. *tit.* 1. *part.* 5. *gl.* 5. *n.* 22. & 45. Franciſc. Merlin. *controv. cent.* 1. *controv.* 19. *cap.* 18. *n.* 4. idem affirmant in præſcriptionis exceptione, 10
ultra Cancerium *loco proximè citato*: Acoſtametipſe *in d. præfat. ad reg.* 1. *n.* 69. & *reg.* 3. *ampliat.* 5. *n.* 63. & *ead. reg.* 3. *limit.* 3. *n.* 17. & 21. & exceptionem nullitatis adverſus contractum, quo 11
aliquis ſe juvare prætendit contra debitorem, poteſt opponere creditor, idem Acoſta *in præfat. ad d. reg.* 3. *n.* 101.

Conſonat quod Gratianus *diſcept.* 580. *num.* 16. *tom.* 3. *& diſcept.* 730. *n.* 31. *tom.* 4. ubi ſi debitor legitimè hypothecæ ſubjecit officium ſuo creditori, ſi poſtea illud renunciaverit in manibus Principis, vel Papæ, non extinguitur hypotheca; cùm hæc renunciatio ſit merè voluntaria, & nulla cogente neceſſitate facta: per Gloſſ. in *l. bovem* 43. §. *aliquando*, *in verb. pignus*, *ff. de ædil. edict.* & Bartol. in *l. ubi autem* 4. *ff. de in diem adject.* & ex hoc poſſunt creditores ratione ſui juris quæſiti & intereſſe, dare de ſubreptione & nullitate adverſus hanc renuntiationem volontariam; quia Princeps recipiendo ſeu admittendo talem renuntiationem, cenſetur nolle præjudicare juri creditorum quæſito in officio: ſequitur Merlinus *de pignorib. l.* 2. *qu.* 14. *ex. n.* 22. Et de hac exceptione nullitatis, vide alios citatos *infr. nu.* 14.

12 poſſe ſimiliter creditorem repellere fidejuſſorem agentem contra debitorem, virtute ceſſionis, ex eo quod non oppoſuerit exceptiones ſibi & principali debitori competentes, tradit idem Acoſta *d. regula* 3. *ampliat.* 2. *n.* 90.

Acoſtam *in locis ſuprà citatis* refert & ſequitur Olea in ſuo erudito & utili tractatu, *de ceſſ. jur. & act. tit.* 4. *quæſt.* 3. *num.* 25. *qui num.* 26. allegat Tondutum *part.* 1. *reſol. civil. cap.* 45. *à n.* 1. *uſ-*
13 *que ad* 8. aſſerentem, quod ſi ad bona mulieris judicium concurſus ſit peractum, poſſunt creditores qui eamdem proprio & privato nomine obligatam habebant, excipere de nullitate aliarum obligationem, quas ipſa ſimul cum ſuo marito contraxerat, ex eo quòd ultra ſuæ dotis medietatem læſa & indotata ſit, quamvis hanc nullitatem omiſerit mulier: Gratianus etiam *tom.* 4. *diſcept.* 691. *à numer.* 15. & 24. quod reſpec-
14 tu exceptionis multi alii Doctores probant, omnes ſcilicet exceptiones debitori competentes poſſe à creditoribus opponi, ex *l. ſi cui, C. de non numer. pecun.* & poſt Cynum, Baldum, Angelum, Salycetum, Fulgoſium, Paulum de Caſtro, & Alciatum, obſervat Carleval *de judiciis tom.* 2. *tit.* 3. *diſput.* 30. *n.* 11. Item Laderc. *conſ.* 8. *n.* 19. & ex Paulo de Caſtro, & Mandello de Alba Cyriacus *tom.* 2. *controverſ.* 252. *n.* 42. Alex. Ludoviſ. *deciſ.* 312. *n.* 10. Item etiam Rota *deciſ.* 80. *nu.* 4. poſt. *tractat. de ſubhaſtat. Ludov. Poſthii.* Et quod creditores ratione ſui intereſſe poſſunt ex perſona ſui debitoris opponere de nullitate contractus adverſus alium creditorem, poſt plures DD. tenet Gratianus *diſcept. forenſ. tom.* 4. *cap.* 691. *n.* 15. & 16. Joan. Anton. Mangil. *in tract. de Eviction. quæſt.* 126. *n.* 8. ubi ad idem alios allegant.

Et quod Fiſcus creditor, ratione ſui intereſſe, poſſit ſe opponere & deducere omnes exceptiones omiſſas per ſuum debitorem litigantem cum alio Tertio ſuper aliqua re, vel jure, ſicut poteſt quilibet alius privatus, probat Fontanella *tom.* 2. *dec.* 557. *n.* 21. & 22. ex *d. l. ſi cui*, & Paul. de Caſtr. *in l.* 1. *C. ne fiſc. vel privat.* & Peregrinus *de jur. fiſc. lib.* 4. *tit.* 6. *n.* 47. atque ita deciſum teſtatur in Senatu Catalan. in quo, quantum attinet ad exceptiones opponendas per creditores abſque aliqua ceſſione facienda à debitore, omnes communiter conveniunt.

15 Sed quod attinet ad jus agendi, an in creditores tranſeat quando debitor formavit concurſum, quærit & dubitat Acoſta *regula* 3. *ampliat.* 25. *nu.* 96. *verſ. tum. etiam:* ubi tam nihil quam ineptè reſolvit, dicens, debitoris perſonam in concurſu conſiderabilem non eſſe, cùm creditoribus propalare & relinquere teneatur omnia bona, ſub quibus jura & actiones includuntur, quas ſi cedere recuſet, officio judicis ad cedendum compellitur.

16 Certè neſcio quò iſte Author tendat, nec percipio quid dicere voluerit. Quis enim tam fatuus ſit, ut poſſit affirmare debitorem in concurſu creditorum non eſſe perſonam conſiderabilem, cùm ſit Pars in eo principalis & formalis contra quem omnes creditores comparentes dirigunt ſua jura & actiones; & adverſus quos ipſe ſuas exceptiones opponit, vel compenſationes, vel convenit alios tertios poſſeſſores, vel debitores; ut latiùs in hoc Labyrinth. 1. *part. cap.* 14. *per tot. & à princip. hujus cap.* 1.

17 Et inſuper quid ad rem de qua agitur, attinet, quod ipſe Acoſta dixit, debere debitorem omnia ſua bona manifeſtare ſuis creditoribus, vel compellendum à judice; nonne in hac difficultate (An creditores poſſint actiones movere? tractatur de bonis exiſtentibus penes debitorem; imo verò agitur ſolummodò de actionibus competentibus debitori ad aliqua jura, vel bona exiſtentia apud alios tertios poſſeſſores, & an contra iſtos poſſint creditores ex perſona debitoris actionem movere.

Olea in *tract. de ceſſ. jur. & act. tit.* 4. *quæſt.* 3. 18
n. 30. & 31. meliùs reſolvit, creditores concurſu legitimè formato, poſſe abſque ceſſione movere actiones competentes debitori contra quoſlibet, ex perſona ipſius debitoris. Quod cum judicio reſolvit ex juris Regulis, & attento univerſali omnium Tribunalium ſtylo, & veriſimilimâ conſuetudine, ex qua creditores aſſiduè admittuntur ad agendum contra quoſlibet tertios debitores, aut poſſeſſores bonorum debitoris, ut ad corpus concurſus ea bona & jura introducantur & incorporentur.

Quod non omninò attribuendum eſt ceſſioni bo- 19
norum imbibitæ in judicio creditorum; cùm hæc non deſtinetur ad effectum cedendi, & transferendi jura & actiones debitoris in creditores; ipſe enim ſolùm dimittit & abdicat à ſe adminiſtrationem bonorum, non dominium: aut poſſeſſionem, nec actiones tam utiles quàm directas nec earum exercitium, ut *à principio hujus cap.* diximus, & latiſſimè videre eſt *ſuprà part.* 1. *cap.* 14. *per tot.*

Licet quoad plurimos alios effectus ceſſio bo- 20
norum efficaciter operetur in favorem creditorum: nam facta ceſſione, bona deponuntur ſub fida cuſtodia ad commodum ſeu utilitatem & ſecuritatem creditorum. Et quamvis regulariter ex depoſito tam judiciali, quam extrajudiciali ad favorem creditoris facto per debitorem, ipſi creditori adquiratur actio utilis ad exigendum depoſitum contra depoſitarium, ut ex Gratiano *diſcept. forenſ. tom.* 1. *cap.* 8. *à num.* 17. & Donello *lib.* 16. *commentarior. cap.* 14. *à verſ. hoc jure:* & ex Neguzantio Merlinus *de pignorib.* 16. *l.* 4. *quæſt* 84. *n.* 128. Olea *de ceſſ. bonor. tit.* 4. *quæſt.* 9. *n.* 13. & *tit.* 1. *quæſt c. n.* 18. per *leg. acceptam, Cod. de uſur.* & præter hos, alios plures allegat Auguſt. Barboſ. *in remiſſ. ad eand. leg. acceptam, n.* 48. Id tamen non ſtatim operatur hoc depoſitum ex ceſ- 21
ſione bonorum; ſed ſuſpenditur quoad hoc ejus affectus in finem litis, quouſque creditores graduentur, & bona ſubhaſtentur, vel in ſolutum creditoribus dentur.

Operatur etiam ad favorem creditorum hujuſ- 22
modi depoſitum & ſequeſtrum bonorum debitoris cedentis, prohibitionem alienationis eorum, quæ nulla redderetur ob defectum perſonæ, quæ prorſus caret adminiſtratione: ex latè adductis *part.* 1. *hujus tract. d. cap.* 14. *ex num.* 8. *num.* 11. *cum ſeqq.*

Quapropter ex alio capite & cauſa, quæren- 23
da eſt ratio ex qua creditores poſſint movere actiones, & opponere exceptiones tangentes debitorem & ejus bona; quæ non alia eſt quàm intereſſe maximum & valde conſiderabile quod habent creditores in conſervatione & recuperatione bonorum & jurium debitoris communis, ut commodius habeant unde conſequi & exigere poſſint ſua credita, neque ex eorum defectu & inopia, creditorum jura periclitentur & inania reddantur: quapropter ſinguli admittentur ad excluſionem aliorum inter ſeipſos: juxta

text. *in cap.* 1. *de conceſſ. præb. lib.* 6. ibi: *quantòque inter pauciores cujuſvis Eccleſiæ dividuntur proventus, tantò majores fieri poſſunt ſingulorum percipientium portiones*: l. duobus filiis, in princ. in illis verbis: *ſi verò ex filiis alter non petat, tam fratri quam nepotibus id prodeſt: nam tunc duo ſemiſſes fiunt, ex quibus alterum filius, alterum nepotes conſequentur ff. de bonor. poſſ. contr. tabul.* Alia jura ſingularia ad rem adduximus *part.* 1. *cap.* 3. *n.* 11. quibus adſtipulatur doctrina Baldi *col.* 327. *vol.* 1. ubi agendo de intereſſe & damno ementis officium à principe, latè tradit, Principem hoc facere non poſſe augendo officiorum numerum, quia tunc minus æſtimantur cùm negotia & emolumenta diſtribuantur inter cætera officia aucta, & ſic emptor multo minùs percipiet reſpectu ſui officii, qui ob ſuum intereſſe & damnum poteſt impugnare hoc officiorum augmentum: ſequitur Paulus de Caſtro in *l. ſi eadem*, *n.* 4. *ff. de offic. Aſſeſſor.* Baldum ſequuntur Tell. Fernand. *in leg.* 29. *Tauri*, *n.* 10. Maurus *allegat* 59. *part.* 2. *& ibi* Addit. ubi tradit ſic fuiſſe judicatum in *Regia Camera Neapolitana*, ubi nulla declarata fuit venditio officiorum, quæ fuerant noviter creata ob intereſſe & præjudicium antiquorum: quam deciſionem refert Thoro *in compend. part.* 1. *verſ. Princeps an poſſit numerum* Jacob. Gallus *conſ.* 59. *per tot.* Gratian. *diſcept. tom.* 5. *c.* 891. & ex Tello Fernand. idem obſervat Thom. Sanchez *in opuſc. mor. lib.* 2. *cap.* 1. *dub.* 37. *n.* 3. Regens Salernitanus *dec.* 10. *per tot.* ampliſſimè & doctè Noguerol. *alleg.* 5. *ex num.* 25. *& ſeqq.* qui *n.* 33. adducit ſimile de augmento novorum Canonicorum non admittendo, ob diminutionem emolumentorum & reddituum antiquorum Canonicorum, cum decreſcant ex diſtributione inter plures: ad quod multos allegat Doctores, & facit optimè textus *in d. c.* 1. *de conceſſ. præb. lib.* 6. prædictis etiam adde Sor. *de juſt. & jur. lib.* 3. *quæſt* 6. *art.* 9. *col.* 6. *verſ. demus. Rempublicam*: Cravet. *conſ.* 95. *part.* 1. Roland. *conſ.* 45. *n.* 6. *l.* 3. Surd. *conſ.* 532. *n.* 11. *lib.* 4. Berojum *conſ.* 224. *n.* 39. & 40. *lib.* 3. Maſtrill. *de magiſtr. l.* 1. *c.* 22. *à n.* 32 & 38. Capiblanc. *de baron. tom.* 2. *cap.* 20. *à n.* 8. & princeps gabellam quam locavit non poteſt augere ob damnum & intereſſe conductoris, Menoch. *conſ.* 1105. *n.* 16. *volum.* 12. & laream *alleg. fiſcal. in* 2. *per tot. & alleg.* 30. & 31. etiam *per totas.* De quo intereſſe creditorum in conſervatione & recuperatione ac defenſione bonorum debitoris, altiùs egimus & fundavimus *in hoc Labyrintho part.* 1. *cap.* 30. *ex num.* 1. *& per tot.* & ex *Rotæ* deciſione Mellinus *de pignor. lib.* 4. *quæſt.* 176. *num.* 1. & 2. Petrus Surd. *dec.* 262. *n.* 6. *verſ. Tertia ratio.*

24 Quæ ratio eodem modo militat in creditoribus agentibus, ſicuti in excipientibus; nam ſuo jure & intereſſe mediante, nulla egent debitoris ſpeciali ceſſione, cùm hæc ceſſio ſolùm requiratur quando creditores tractaſſent de ſibi aliquid recuperando & adquirendo; omnia enim jura deſiderantia ceſſionem in Tertio volente agere & exigere aliquid debitum alteri, loquuntur quando Tertius iſte vult ſibi ipſi, & non cedenti, exigere, & ad ſuum duntaxat commodum & utilitatem: ſed noſtri creditores in hoc actionum & exceptionum uſu & exercitio nihil ſibi exigunt, ſed debitori, & corpori concurſus; licèt in conſequentiam, bonorum recuperatio reſultet in eorum commodum & utilitatem, nam
25 ipſi creditores ex perſona & jure debitoris agunt, de quibus tanquam intereſſe habentibus confidit lex, & juris cenſurâ dicuntur procuratores debitoris, quia quantum ad agendum pro debitore communi ſufficit creditoribus ſimplex quodlibet mandatum, quod tacitum habent à jure; text. *in l. ſi pignori* 30. *in fin. ff. famil. erciſc.* ibi: quod creditor egit, pro eo habendum eſt ac ſi debitor per procuratorem egiſſet, *l. creditor* 42. *ff. de pignor. act.* & textus etiam expreſſus *in l. ſi eum venderet*, *dicto tit.* ubi ex pacto redimendi poſito per creditorem vendentem pignus in favorem debitoris, huic utilis actio adquiritur, quia creditor à jure conſideratur tanquam procurator debitoris, circa ea quæ tangunt rem ipſius debitoris, *l. ſi creditor*, *in princ. ff. de diſtract. pign.* prout notant Jaſ. *in l. ſi creditori* 9. *n.* 2. per text. *ibi ff. de nov. oper. nunt.* Bartol. *in l. ſi pignori* 30. *n.* 8. *ff. famil. erciſc.* Bald. *in l. unic. n.* 7. *C. ſi ſervus extero ſe emi mand. & in l.* 1. *n.* 2. *C. creditorem evict. pign. non deb.* Neguſantius *de pignorib.* 6. *par. membr.* 1. *num.* 13. Mudeus, *de pignorib. tit. de pactis pign. & hypoth. num.* 10. & 23. & ex innumeris aliis probavimus *in hoc Labyrinth.* 2. *part. cap.* 26. *n.* 46. ubi quamplurimas authoritates congeſſimus, quibus adde Pinellum *in l.* 2. *Cod. de bonis matern. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 2. Carleval *de judic. tom.* 2. *diſp.* 21. *n.* 4. 5. *& ſeqq.* & eſt text. *in l. creditori*, *cui pignoris nomine pignus tenetur*, *permittendum eſt de jure*, *id eſt*, *de ſervitute opus novum nunciare*, *nam ei vendicatio ſervitutis datur* 9. *ff. de oper. nov. nunciat.* per quam text. & Paul. de Caſtro, & Jaſ. *ibid.* nec non Neguſant. *de pignor. part.* 6. *membr.* 1. *n.* 11. 12. & 13. & Merlin. *de pign. l.* 4. *q.* 65. dicunt, quod creditor in pignore dicitur procurator debitoris: facit lex *quid de creditore*, *ff. de damn. infect.* Olea *de ceſſ. jur. & act. tit.* 4. *q.* 9. *ex n.* 6. *cum ſeqq. & n.* 21. quò loci latè agit de intellectu & concordia *leg. ſi cum venderet*, *de pign. act.* cum *d. leg. ſi creditor. ff. diſtr. pign.* Hinc fit quod 26
creditor ratione ſui intereſſe poteſt ſtipulari debitori, & valet ſtipulatio, quia ſua intereſt acquiri debitori: optimè Cardinalis Mantic. *de contract. tom.* 2. *lib.* 14. *titul.* 28. *num.* 4. 5. & 6. *fol. mihi* 171.

Quapropter in his quæ tangunt conſervatio- 27
nem bonorum debitoris, creditores ex perſona illius, & perſonam ejus repræſentantes poſſunt agere tanquam procuratores ratione proprii intereſſe, licèt tales non ſint conſtituti ex mandato debitoris expreſſo, nam illud habent à jure tacitum, quod idem operatur atque expreſſum, & ex quo creditores poſſe movere & exercere actiones & exceptiones competentes debitori: probat ex Salyceto, Caſtrenſ. Abbat. Surdo & Rotæ deciſionib. Merlin. *de pignorib. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 29. *num.* 5. & 6. & latiùs poſt quamplurimos Doctores in *quæſt.* 30. præcipuè *ex num.* 22. *cum ſeqq.* prout videmus in creditore emphyteutæ, qui vel ipſe, vel ejus procurator cum ſpeciali mandato tenetur ſolvere Domino penſionem, ita ut aliter Dominus non cogatur eam recipere ab extraneo, cùm penſio præcipuè dirigatur ad recognitionem dominii: & tamen Dominus ipſe cogitur penſio- 28
nem recipere de manu creditoris abſque mandato expreſſo debitoris emphyteutæ, quia cùm habeat creditor intereſſe circa conſervationem emphyteuſis, & ne per commiſſum amittatur, admitti debet tanquam procurator abſque alio mandato, etiam invito Domino, qui ſi recipere recuſet, per depoſitum penſionis liberat creditor debitorem à commiſſo, juxta *leg. lex vectigali*, 21. *ff. de pignorib.* ibi, *cum in ſolutione vectigalis tam debitor quàm creditor ceſſiſſent*, innumerabiles

penè Doctores cumulavit Giurba *in decis. 91. per tot.* Anton. de Amat. *var. resol. l. 1. c. 37. à n. 1. usque ad n. 6.* Merlin. *de pignor. lib. 4. quæst. 76. à n. 8.* Olea *de cess. jur. & act. tit. 4. quæst. 3. n. 22.* & ex *n. 17. cum seqq.* latissimè etiam Joan. de Amicis *in tract. de jur. emphyt. qu. 98. per tot.* & signanter *nu. 10. & 11.* Pyrr. Maur. Aretin. *de solut. cap. 33. ex n. 5. cum. seqq. & per tot.* Petr. Surd. *dec. 286. n. 11. & 12.* Merlin. *de pignor. l. 2. quæst. 11. n. 64.* ubi plures allegat.

Et iste actus solvendi Domino est actionem intentare, non exceptionem quia solvens, actor dicitur, non reus, in solvendo & deponendo de-
29 bitum: ita per plures alios Doctores probavimus *in hoc Labyrintho, par. 1. cap. 2. ex n. 27. per duas columnas, & eadem part. 1. cap. 7. ex n. 87. cum seqq.* ubi etiam agitur de redemptione census, ut redimens tanquam agens teneatur sequi forum creditoris, adde Oleam *de cess. jur. tit. 3. quæst. 12. n. 16.* & veriorem dicit Aug. Barbos. *in remiss. ad leg. acceptam, num. 29. Cod. de usur. tom. 2. fol. 157.* Ergo falsò desideratur cessio actionis facienda creditoribus, qui ratione proprii interesse agunt ex persona debitoris & tanquam ejus procuratores; quia lex in agente pro alio solùm desiderat mandatum simplex, expressum vel tacitum; nunquam tamen appetit cessionem, quoniam procurator iste non sibi exigit, sed omnino Domino tantum.

30 Quò pertinet, quod si inter hæredem institutum & successorem ab intestato superveniat controversia super nullitate testamenti & transigant super bonis hæreditatis, possunt creditores hæreditarii & legatarii agere contra transactionem & probare validitatem testamenti; tenent Bald. in *l. controversia 14. ff. de transact. sub num. 2. vers. attende: & n. 10.* Jason *sub. num. 2. vers. dicit tamen notabiliter: & ibidem.* Jacobin. *in prima lect. sub num. 2. & in 2. lect. sub. num. 5.* Trigonius *singular. 94. prope fin.* Petr. Surd. *cons. 92. num. 30.* Francisc. Nig. Cyriacus *controvers. tom. 1. cap. 17. num. 19.*

31 Cujus est farinæ, quod hypothecata re communi, potest creditor agere & provocare alterum Dominum communem ad divisionem ratione sui interesse, & debitor tenetur stare pro divisione facta à suo creditore, *l. si debito 7. ff. communi divid.* ubi Bartolus & communiter alii notant, Negusant. *de pignorib. par. 2. membr. 3. num. 39. 40. & 41. cum seqq.* Merlin. *de pignor. lib. 2. q. 37. ex num. 15. cum. seqq.*

Hinc etiam est quod in his casibus, in quibus debitori datur actio & facultas agendi ex jure offerendi & recuperandi pignus venditum per suum creditorem; quos refert Merlin. *de pignorib. l. 4. quæst. 45. ex n. 47.* in eisdem, inquam, casibus possunt alii creditores hanc actionem movere ex persona sui debitoris: ut ex *Negusantio* firmat Merlinus *d. quæst. 45. n. 53. & 54.*

32 Quò etiam pertinet, quod creditores possunt intentare actionem læsionis enormis, vel enormissimæ contra emptorem rei debitoris, vel rei emptæ à debitore suo. Maynard. *decis. Tholosana 70. l. 3.* Vincent. de Franchis. *decis. 224. n. 4.* Hermosil. *ad leg. 56. glos. 4. num. 70. tit. 5. part. 5. tom. 2. fol. 285.* quem retulimus *in hoc Labyrinth. 3. par. cap. 10. ex num. 6.* Marius Cutell. *de donationib. tract. 1. disc. 2. part. 6. à n. 184.* ubi plures refert: Olea *de cess. jur. tit. 4. quæst 3. n. 2.* Cyriacus *controvers. tom. 1. cap. 53. n. 3.* de quibus latiùs erit agendum *infra hoc cap. §. 2.*

Idem procedit, quando res debitoris alicui 33
creditori data fuit in solutum, ut pro læsione enormi, vel enormissima interveniente possint cæteri creditores reclamare, & de læsione agere: plures retulimus *in hoc Labyrinth. part. 1. cap. 11. ex numer. 11.*

Eodem modo creditores possunt agere virtute 34
pacti de retrovendendo appositi in favorem debitoris, ut post Rodriguez & Mastrill. probat Mar. Cutell. *d. tract. 1. discurs. 2. part. 6. n. 284.* Merlin. *de pignorib. lib. 2. quæst 30. num. 28.* ex Castrens. *cons. 1. n. 3. lib. 2.* Aretino *cons. 28. n. 23.* Tiraquell. *de retract. par. 1. §. 26. glos. 1. n. 12. & 13.* & *Rotæ* decisione: & iterum latius ipse Merlinus *cod. l. 2. quæst. 31. per tot.* dicens *num. 2.* quia hæc actio personalis competens debitori, est pretio æstimabilis, & ad hæredem transit, ideo eodem modo transire debet cum hypotheca ad creditores, ut ex Rotæ decis. & Tiraquello *de retract. §. 20. glos. 1. num. 20.* Castrens. *cons. 1. in fin. l. 2.* Buratt. *decis. 937. n. 5.* Olea *de cess. jur. & act. tit. 4. quæst. 3. n. 2.* quidquid reclamet Messa. *lib. 1. variar. resol. cap. 49. n. 27.* & istam actionem ad retractum ex pacto de retrovendendo, dicit Additio ad Buratt. *de-*
cis. 793. num. 12. & decis. 937. num. 24. creditori- 35
bus competere in subsidium: sequitur Merlinus *d. quæst. 31. in fin.*

Hinc etiam est, quod creditores actionem etiam 36
personalem movere possunt contra debitores debitoris & ex persona sui debitoris semper habent exercitium actionum etiam personalium: ad latè comprobata per Merlin. *de pignorib. lib. 2. quæst. 30. ex n. 35. & seqq.*

Similiter etiam creditor donatarii, cui facta fuit 37
donatio indigens insinuatione post acceptationem, potest ratione sui interesse, ne admittatur donatio, petere insinuationem: ut post alios plures tenet Olea *de cess. jur. & act. tit. 4. qu. 3. n. 16.* & *à n. 12.* & post Bartol. Monteferell. Rebuff. Monter. Alexand. & alios firmat Giurba *observat. 37. num. 7. & 8.* quoniam annulata, vel rescisa donatione ob defectum insinuationis, resolvitur hypotheca medio tempore contracta, vel aliter adquisita creditoribus ex obligatione generali antecedente, ut ex Alberico, Ripa, Pinello, Tiraquello, & Pacifico tenet Merlinus *de pignorib. lib. 5. qu. 19. per tot. fol. 587.*

Idem quoque est, si debitor sit negligens in consequendo assensu, aut Regia facultate, quando sub pacto de ea impetranda contraxit super bonis majoratus, vel feudalibus, poterunt creditores ratione sui interesse facultatem impetrare, etiam pendente concursus judicio, ne jura debitoris amittantur, ex *Isernia* tenet Camill. de Curte *in diversor. jur. feudal. cap. 5. ex n. 131. part. 2.* ubi firmat ita judicatum, adducens fundamentum: ipsumque Camillum refert & sequitur Camill. de Laratha *in Theatro feudal. 8. part. dilucidat. 76. n. 4. tom. 1. fol. 265.*

Ex juribus & doctrinis hactenus adductis pro 38
nostra vera resolutione, venit declaranda assertio Jac. Cancerii *var. resolut. lib. 2. c. 26. ex n. 126. cum seqq.* dicentis, neminem ob interesse proprium posse experiri & agere, ex jure alterius fundatum, per *leg. si pupillus, §. videamus. ff. de negot. gest.* quando verò jure proprio quis ageret, quamvis penderet à jure Tertii, admittitur, per *leg. si post mortem, §. fin. ff. de bonor. poss. ff. contr. tab.* cujus Authoris mentionem fecimus superius, *num. 7.* quæ Doctrina vera est, generaliter sumpta, quia ex solo suo interesse movere actionem Tertii

non

non poteſt, deficiente ceſſione ſive mandato domini expreſſo vel tacito; at creditores ratione ſui intereſſe agunt non ex propria perſona; ſed ex perſona debitoris ſui, à quo tacitum mandatum habere dicuntur juris cenſurá & diſpoſitione; quo caſu ceſſat omnino doctrina Cancerii ex hactenus comprobatis.

39 Ex quibus omnibus ſatis probatum videtur, creditores poſſe comparere in judicio, ſive excipiendo, ſive agendo, ex perſona ſui debitoris, ratione ſui intereſſe in conſervando & recuperando bona & jura debitoris; quia eadem ratio intereſſe proprii quod conſideratur in excipiendo, omnino militat in agendo abſque ceſſione, cum in his à jure habeant mandatum & agant nomine debitoris ad ſuum commodum & utilitatem; quod non eſt novum in jure, quod quis conſequatur
40 ex perſona alterius quod ex ſua conſequi non poterat, juxta text. *in l. Ariſt.* 3. *ff. quæ res pignori oblig. num. poſſ.* ibi, quod admittendum exiſtimo: ſæpè enim quod quis ex ſua perſona non habet, hoc per extraneum habere poteſt; ubi gloſſa *verb. poteſt*, plura jura adducit concordantia, *l. ſi poſt mortem*, & §. *hi qui propter alios*, ibi, *cùm enim ſemel beneficio aliorum ad id beneficium fuerint admiſſi, jam non curant petant illi, nec ita bonorum poſſeſſionem, ff. de bonor. poſſ. cont. tab.* notat. Bartol. in *d. l. ſi poſt mortem*, §. *hi* & Jaſ. *in l. filio emancipato ff. de lib. & poſthu. & in l. ſi emancipati*, n. 5. *Cod. de collat.* ubi latè adducit multa exempla, & in *l. poſthumo* 2. n. 8. 9. & 10. & *ibid.* Alexand. n. 45. & 46. *Cod. de bonor. poſſ. cont. tab.* Franchis, *deciſ.* 106. n. 5. & *dec.* 269. *ex n.* 2. & *dec.* 667. *n.* 4. Ricc. *in praxi rer. quotidian. par.* 4. *reſol.* 162. *n.* 1. Monter. *dec.* 14. *n.* 84. Carleval. *de judic. tom.* 2. *diſput.* 30. *ſub. n.* 13. *tit.* 3.

CAPITIS I.

§. *Primus.*

Creditores donatoris an jus habeant ad portionem deducendam ex donatione, *ne donator egeat?* Et an ea exceptione debitori competente uti poſſint contra donatarium?

SUMMARIUM.

1 *Proponitur quæſtio diſputanda.*
2 *Qui tueantur partem negativam.*
3 *Privilegium competens donatori, marito, ſocio, ne ultra quam facere poſſint conveniantur, non prodeſt fidejuſſoribus, nec hæredibus.*
4 *Donans noviter promittens Creditori donatarii delegantis, non utitur hoc privilegio.*
5 *Hoc Privilegium eſt merè perſonale, & n.* 11.
6 *Quod non eſt tranſmiſſibile, ceſſibile non eſt.*
7 *E converſo, quod eſt tranſmiſſibile, admittit ceſſionem.*
8 *Proponitur verior opinio, ſcilicet Creditores donantis habere jus ad portionem deducendam ex donatione*, ne donator egeat.
9 *Creditores ſatisfaciendi ſunt ex actione quam habet donator ad deducendam portionem ſuæ ſuſtentationis.*
10 *Hanc partem affirmativam qui teneant.*
11 *Privilegium hoc extinguitur cum perſona donatoris, nec ad ejus hæredes tranſit.*
12 *Sicuti nec ad fidejuſſores, cum poſtea poſſint recuperare: quod ſolvunt, à donatore.*
13 *Hanc exceptionem*: ne egeat, *opponunt Creditores ex perſona donatoris, & tanquam procuratores.*
14 *Defendere, eſt eandem vicem, quam reus ſubire.*
15 *Fidejuſſor ex propria obligatione convenitur; Defenſor ex illa qua tenetur reus.*
16 *Creditores non agunt jure ceſſo, ſed tanquam procuratores donantis.*
17 *Omnium Creditorum æqualiter intereſt defendere bona debitoris: imo multo magis eorum, qui perſonalem tantum actionem habent.*
18 *Inter Creditores Hypothecarios ex cauſa lucrativa & oneroſa, an ſervetur regula*, Qui prior eſt tempore, &c.

EX reſolutione & materia *hujus Capitis* 1. reſultat difficultas præſens, ſpecificum requirens examen ob Doctorum controverſiam, An creditores donatoris poſſint prætendere jus ſuper illa portione, quæ deduci debet ex donatione facta applicanda debitori donanti, ſcilicet *ne egeat*, quia ipſi competit à jure beneficium, ut non teneatur ultra quam facere poſſit, ex juribus mox citandis? Et nunquid creditores hac exceptione uti poſſint contra donatarium ex perſona ſui debitoris ejuſdemque donatoris. 1

In qua quæſtione partem negativam acerrimè defendit Gaitus *de credito, in appendice, par.* 1. *reſol.* 2. *per tot.* & iterum 3. *par. reſol.* 1. *per tot.* Franciſc. Merlin. *controverſiar. centur.* 2. *c.* 19. quos licet obiter referens, ſecui videtur Olea in pulchro tractatu *de ceſſ. jur. & act. tit.* 4. *qu.* 4. *n.* 28. 2

Hi Doctores eo unico & forti moventur fundamento, quod hoc privilegium ne quis conveniatur ultra quam facere poſſit, donatario, ſocio, marito, & ſimilibus à jure conceſſum, adeo ſit merè perſonale, ut nec ad eorum fidejuſſores, nec hæredes tranſire poſſit, jura ſunt expreſſa in *leg.* 24. *ff. de re judic.* cujus hæc verba, *Et ſi fidejuſſor acceptus ſit rei, vel actionis, non proderit ei, ſi perſona, quæ fidejuſſit in quantum facere poteſt, condemnanda eſt*, & in §. *ſeq. ejuſd. leg.* ita continuatur: *ſi maritus non fuerit ſolvendo, licet ipſi marito proſit quod facere non poſſit, id enim mariti perſona præſtatur, hæredi ejus hoc non prodeſt.* Idem probat text. *in l. ſciendum* 25. *eod. tit.* ſciendum eſt (inquit textus) hæredes earum perſonarum non in id quod facere poſſunt, ſed in integrum teneri, *l. verum*, §. 1. *pro ſocio*? *l. in omnibus, ff. de reg. jur.* ponderat Gaït. ad idem, *legem, Neſennius, de re judicata, & l. qui id quod* 34. §. *fin. ff. de donat.* quod ſcilicet hoc privilegium non 3 4 tranſit in ceſſionarium donantis, quæ tamen jura id non probant, nec loquuntur de ceſſione, nec de ceſſionario donantis, ſed de donatore delegato, qui adverſus eum cui à donatario fuit ſimpliciter delegatus, non poteſt opponere hanc exceptionem, *ne conveniatur ultra quam facere poſſit*, cùm ipſe donans noviter per ſtipulationem promiſerit creditori donatarii delegantis, ex quo primus donans nihil ſecundo, cui fuit facta delegatio, donavit, ut fatetur Gaïtus *in append. part.* 2. *d. reſol.* 2. *num.* 48. & 49. ſic mutata cauſa & perſona; contra quam donans non utitur ſuo privilegio & beneficio; qui termini ſunt valde diverſi.

Ex quorum jurium determinatione infert Gaïtus, & ſequaces locis proximè citatis *nu.* 2. hæc 5

jura esse expressa ad exclusionem creditorum donatoris, ne possint ex persona ejus hanc exceptionem limitativam & modificativam donationis opponere contra donatarium petentem suam donationem, cùm sit privilegium merè personale, quod ad eos transire non potest, sicuti nec ad fidejussores, nec ad hæredes transit donantis.

6 Quoniam quod non est transmissibile ad hæredes nec est cessibile, nec in alium transmissibile. *l. ex pluribus, ff. de administr. tutor.* Crotus *in l.* 1. *ff. solut. matrim.* plures per Tiraquel. *de retract. lineag. §. 26. gloss.* 1. *ex n.* 44. Surd. *de aliment. tit.* 8. *privileg.* 55. *n.* 7. Monter. à Cueva *decis.* 35. *n.* 21. Petra *de fideicom.* 31. *num.* 28. Joan. Anton. Mangil.
7 *de imputat. quæst.* 77. *n.* 67. *cum seqq.* sicuti è converso, quod est transmissibile, pariter & cessibile est: plurimos cumulat Antonin. de Amat. *variar. resol.* 19. *ex n.* 3. *cum seqq.* ergo impossibile erit quod hæc exceptio transeat ad creditores donantis.

8 Sed his minimè refragantibus, contraria opinio longè verior est, & sequenda: quia Doctores contrariam tenentes inadvertenter ponderarunt & applicarunt jura prælegata ad casum de quo agimus, prout manifeste apparebit: & ideo hanc nostram resolutionem plurimi alii Doctores tenuerunt, ut scilicet creditores donantis habeant jus ad illam portionem deducendam ex donatione, *ne donator egeat*, & sibi applicandam: quia respectu donatarii non tenetur ultra quam facere potest, aliorum autem creditorum respectu in solidum tenetur: & cum donator habeat à jure ex-
9 ceptionem ad deducendam ex donatione partem sufficientem ad sui sustentationem, ex ea satisfaciendi sunt creditores, quos omnes exceptiones debitori competentes opponere posse, abundè probatum reliquimus *supra hoc capite* 1. *ex nu.* 6. *usque ad fin.*

10 Et ideo hanc partem affirmativam tenuerunt Cumanus, Jason, Alciatus, & Afinius *de executione*, §. 7. *cap.* 47. quos referens sequitur, copiosè agens contra Gaïtum, Scipio Rovitus *dec.* 48. *ex n.* 15. *usque ad n.* 25. *& in appendice ad decisiones*, *n.* 35. Angel. Stephanus Garon. *in Commentar. ad constit. Milanenses*, *in tit. de jur. fisc.* Carleval. *de judic. tom.* 2. *tit.* 3. *disput.* 30. *ex n.* 11. Anton. de Amat. *var. resol. to.* 1. *res.* 26. *sub. n.* 19. ex Afinio *loc. cit.* licèt isti non ex integro satisfaciant juribus in contrarium adductis ex *n.* 3. *sup.*

11 Sed ut omnis cesset difficultas: & clarissima pateat nostra resolutio, fatendum erit, privilegium, ne quis conveniatur ultra quàm facere possit, esse merè personale, quod profitemur in *hoc Labyrinth. par.* 1. *cap.* 26. *ex n.* 26. *& seqq.* & ex aliis Hermosilla ad *leg.* 54. *tit.* 4. *p.* 5. *gloss.* 2. *n.* 10. & sunt ipsa jura expressissima. Item quod non transeat ad fidejus-
12 sores donantis, mariti vel socii, nec ad eorum hæredes, fatemur ex *eisdem juribus.* Applicationem tamen negamus. Ad hæredes namque donatoris ideo non transit hoc privilegium, quando donatarius & similes volunt ab eis exigere donationem à defuncto promissam, quia cùm privilegium illud sit personale, & personæ donantis cohæreat, statim cum sua vita extinguitur, ex *regula juris*, *Privilegium personale personam sequitur, & extinguitur cum persona, de regul. jur. lib.* 6. cum *concordantib.* sicut dicimus de usufructu pertinente ad aliquem ut ipso defuncto, non transeat ad ejus hæredem, qui cum defuncto extinctus fuit, §. *finitur, Instit. de usufruct.* cum *similib.* ideo impossibile est, quod hoc beneficium transire possit ad hæredem, quia jus semel extinctum nunquam revivisci: quapropter hæres eo beneficio uti non potest, quia ex defuncto ad eum non fuit transmissum, nec potuit transmitti.

Idem de fidejussore donatoris, qui ex propria 13
persona, & ex sua obligatione debitor est, de suo tenetur satisfacere, quando ad solvendum erit conventus, & cùm nec ipse sit donator, nec ex aliquo ei sit concessum beneficium, nec conveniatur ultra quàm facere possit, merito in solidum condemnatur, nec sua interest uti exceptione modificativa competente suo principali; quia ipse totum interesse quod solvit, consequetur postea à principali donatore, pro quo fidejussit, ut eleganter latè prosequitur Joan. Gutierrez *de juramento confirmat.* 3. *part. cap.* 15. *num.* 16. ubi ex *num.* 14. adducit duas singulares cautelas, ut fidejussor possit uti hac exceptione modificativa, & ne conveniatur in solidum, sed ex donatione deducatur aliquid ad congruam sustentationem ne donator egeat: ubi ad longum videre poteris.

Sed procul dubio hæc omnia cessant in credi- 14
toribus donatoris, opponentibus contra donatarium hanc exceptionem deductionis, *ne donator egeat*, quia ipsi eam non opponunt ex proprio jure & nomine suo, sed jure & nomine debitoris, non tanquam principales, sed tanquam procuratores, & defensores bonorum debitoris sui, quorum conservatio & recuperatio ad eos pertinet ratione sui interesse, qui non petunt sibi nec id, quod consequuntur ex hac exceptione, sibi quærunt, sed debitori suo, & corpori concursus applicatur, sed defensorio & procuratorio nomine agunt & excipiunt, ex juribus expressis in *l. si pignori* 30. *in fin. ff. famil. erciscund. l. si cum venderet, ff. de pignor. act. l. creditor* 42. *eod. tit.* quæ jura exactissimè exornavimus *hoc eod. cap.* 1. *ex num.* 24. *usque ad fin. & ex n.* 5. *cum seqq.*

Quapropter ex persona & nomine debitoris tanquam ejus procuratores & defensores ratione sui interesse debent omnino admitti ad opponendum hanc exceptionem contra donatarium, ut clarè probant jura omnia in contrarium allegata superiùs ex *num.* 3. à contrario sensu, & à ratione legis cessante, quod quàm validum sit argumentum in nostro jure, nemo est qui nesciat.

Hunc nostrum discursum & legitimam consi- 15
derationem, quod quando defensoris vel procuratoris nomine quis agit pro eo cui competit hoc beneficium ne conveniatur ultra quàm facere possit, qualis est donator, maritus, socius; sunt jura expressa tam in defensore quam in procuratore, text. in *l. si cum procuratore mariti de dote actum fuerit, si quidem vivo marito condemnatio fieret, in quantum facere potest, condemnabitur: nam & defensor mariti in id quod facere potest damnatur: mortuo verò marito, in solidum, ff. de re judic.* textus etiam in *l. verum* 64. *vers. videndum, ff. pro socio.*

Ubi postquam dixit quod hoc beneficium est personale, & quod fidejussori non prodest, ita loquitur: *videndum est an & fidejussori socii præstare id debeat, an verò personale beneficium sit: quod magis verum est: sed si hic fidejussor quasi defensor socii judicium susceperit, proderit sibi: namque Julianus lib.* 7. *Digestor. scribit, defensorem socii in id quod socius facere potest condemnari oportere. Idem & in patroni defensore accipi debere*

debere ait, & utique : & idem erit in univerſis qui in id quod facere poſſunt conveniuntur, &c.

Et eſt ratio, quia defendere eſt eandem vicem, quam reus ſubiret in ſe ſuſcipere : *l. minor, Verſ. quoniam ff. de procurat.* unde inquit ille textus, *ideoque defenſor mariti amplius quam maritus facere poſſit non eſt condemnandus*, & *ibi* Gloſ. *verb. quam reus ſubire*, allegat *dict. leg. verum*, §. 1. & alia jura.

Et idem de defenſore mariti probat text. *in leg. alia, in princip. ff. ſolut. matrim.* & Gloſ. *in dict. l. ſi cum procuratore, ff. de re judic. in verb. defenſor.* intelligit quod defenſor non habet mandatum : & idem tenet Gloſ. 1. *in d. l. alia, in princ.* ubi loquendo de defenſore, intelligit cum mandato, vel ſine eo ut in *l. ſed. & hæ*, §. *defenderet, ff. de procurat. & in d. l. minor*, §. *quoniam*, cum *duab. legib. ſeqq. de procur.*

16 Hanc doctrinam per hæc jura ſecutus fuit Joan. Gutierrez *de juram. confirmat. 3. part. cap. 15. n. 15.* ubi *in fin.* reddit differentiam inter fidejuſſorem & defenſorem ; quia fidejuſſor ex propria obligatione convenitur : ſed defenſor ex illa obligatione qua tenetur Dominus, ut tenet Gloſ. 1. *in dict. l. alia in princip.* quam dicit veram rationem, juxta Bartol *in dict. l. verum, in princip. n. 4.*

Vides igitur quàm leviter fundarunt Doctores partem negativam in *illis juribus* ad rem non pertinentibus, & quàm facilè convincuntur in applicatione, non penetrantes differentiam inter fidejuſſores vel hæredes donatoris, qui agunt jure proprio, & inter procuratores & defenſores ejuſdem donatoris, qui ex perſona & jure ipſius agunt & ei adquirunt.

17 Ex quo reſultat reſponſum ad id quod in contrarium diximus *ſupr. n. 6. & 7.* ad excluſionem creditorum in hac exceptione, illud ſcilicet quod non eſt tranſmiſſibile ad hæredes, non eſſe ceſſibile : quia hoc caſu creditores non agunt, nec excipiunt ex jure ceſſo, vel tranſmiſſo, ſed agunt uti procuratores donantis, & defenſores, ex perſona nomine & jure debitoris ſui viventis.

Et denique conſiderandum erit in hoc articulo, quod ad effectum opponendi & agendi ex perſona debitoris, non eſt neceſſarium quod creditores ſint hypothecarii, vel merè perſonales & chirographarii : quia omnium æqualiter intereſt, defendere bona & jura debitoris communis : & multo magis creditorum perſonalium, quorum credita magis periclitantur ex inopia debitoris : cùm inter hypothecarios priùs diſtribuantur bona, & conſumitur patrimonium ipſius ; & ideo illorum magis intereſt quærere inter tertios debitores & poſſeſſores, jura & bona debitoris, ne inanes remaneant : ad quod applicandæ ſunt dictrinæ adductæ & jura *ſupra hoc cap.* 1. quæ ut plurimùm indiſtinctè loquuntur de creditoribus, nulla facta mentione hypothecæ.

18 Et quod creditores anteriores ex cauſa lucrativa hypothecarii, non ſint præferendi creditoribus poſterioribus ex cauſa onerosa, neque inter eos ſervetur regula, *qui prior eſt tempore, prior eſt jure* : quin potius cauſa præpoleat & præferatur ; ut veriorem ſententiam tradunt multi Doctores congeſti ab Olea *de ceſſ. jur. tit. 4. quæſt. 3. num. 27.*

CAPUT I.

§. *Secundus.*

Creditores an poſſint intentare læſionem enormem, vel enormiſſimam contra emptores bonorum debitoris? Et quid in pignore vendito à priore creditore, an ſcilicet poſteriores poſſint læſionis remedio uti contra emptorem ?

SUMMARIUM.

1 *Abſque ceſſione poſſunt creditores uti actionibus, & exceptionibus competentibus debitori.*

2 *Creditores ex perſona debitoris, poſſunt intentare læſionem enormem, vel enormiſſimam.*

3 *Creditor poteſt appellare à ſententia lata contra debitorem intentantem læſionem.*

4 *Creditores poſteriores poſſunt movere remedium læſionis contra adjudicationem factam primo creditori, ſi adſit læſio.*

Ob intereſſe creditorum admittitur novus licitator augens pretium, etiam poſt bona ſubhaſtata & vendita, ibid.

5 *Rejicitur* Ant. Feb. *qui requirebat in creditore agente ob læſionem, ceſſionem.*

6 *An ſecundus creditor poſſit intentare remedium* leg. 2. Cod. de reſcind. vendit. *in venditione pignoris facta à primo creditore ſine dolo.*

7 *Remedium* d. l. 2. *non habet locum in venditione pignoris facta per creditorem.*

Proponitur primum fundamentum Moroti, *qui negativè reſpondet ad quæſtionem*, ibid.

8 *Remedium* dict. l. *eſt perſonale competens ipſis contrahentibus, non verò Tertio.*

Expenditur ſecundum fundamentum Moroti.

9 *Expenditur pro opinione* Moroti, *Antonius Faber, qui eam tenet.*

10 *Debitor adverſus creditorem intentare debet læſionem.*

11 *Adducitur* Olea *diſtinguens inter enormem, & enormiſſimam læſionem : & ejus diſtinctio reprobatur.*

12 *Verius eſt, debitori, & creditoribus ex ejus perſona competere remedium* d. l. 2. *contra venditionem ritè factam à primo creditore.*

13 *Jura quibus nituntur Morotus & ſequaces, non probant eorum reſolutionem.*

14 L. 1. & fin. Cod. ſi vendito pign. agatur, *ſunt antiquiores* dict. l. 2. *ut patet ex temporum chronologia.*

Lex generaliter loquens trahitur ad terminos alterius ſpecialiter loquentis, ibid.

Lex nova generaliter diſponens, recipit omnes declarationes, & limitationes, quas lex antiqua, ibid.

15 *Nulla ratio ſpecialitatis poteſt aſſignari, ad excluſionem debitoris ratione læſionis in pignore vendito à creditore ex* dict. l. 1. & fin. Cod. ſi de pign. vendit. agatur.

16 *Facultas conceſſa creditori ad vendendum pignus, intelligitur non ut deſtruat debitorem, ſed ut rem agat tanquam procurator.*

17 *Vendenti per procuratorem datur remedium* d. l. 2. C. de rescind. vendit.

18 *Remedium læsionis ultra dimidium conceditur debitori in bonis quæ venduntur in subhastatione ad instantiam creditorum.*

19 *Major est ratio ad concedendum remedium læsionis in pignore vendito per solum creditorem quàm in vendito authoritate judicis, præsentibus creditore & debitore.*

20 *Aliud est non admitti Tertium ad læsionem; aliud admitti debere creditorem, cum agat nomine debitoris.*

21 *In judicando, & consulendo, non est recedendum à nostra sententia, quæ tenet admitti debere creditorem ad remedium læsionis.*

22 *Arias de Messa optimè convincit Ant. Fabrum & alios, qui tuentur contrarium.*

SÆPÈ diximus & abundè probavimus in *hoc cap.* 1. *& in §.* 2. *anteced.* posse creditores ex persona sui debitoris, ratione sui interesse, absque cessione movere actiones, & deducere in judicium
1 omnes quæstibet exceptiones debitori competentes super bonis suis, quorum defensio & conservatio seu recuperatio ad creditores spectat, cùm tacitum à jure censeantur ad hoc habere mandatum, & tanquam procuratores, juris censurâ, hac parte habeantur.

2 Ex quo principio fluit communis & vera plurimorum Doctorum opinio, posse creditores intentare læsionem enormem ex *l.* 2. *Cod. de rescind. vend.* vel enormissimam, adversus emptores bonorum debitoris, absque cessione, quam nunquàm appetit lex, neque illa egent creditores agentes ad læsionem cum tacito mandato pro interesse proprio, ex persona sui debitoris. Veram hanc resolutionem tenuere Maynar. *decis. Tolosan.* 70. *lib.* 3. Vincentius de Franch. *dec.* 224. *n.* 4.

Sequuntur Georgius *alleg.* 6. *num.* 50. Thesaur. *dec. Pedemont.* 57. *n.* 8. Castillo *dec. Siciliæ.* Carocius *in tract. de oblation. part* 2. *qu.* 28. *in fin.* Toto *in compend. dec. verb. Jus offerendi, fol.* 302. *solut.* 1. *in fin.* Riccius *in collectan. decisionum, dec.* 11. eidem Ricc. *in addit. ad Franch. in d. dec.* 224. Mangrell. *in l.* 1. *Cod. si antiqu. credit.* & cum Maynardo & Vincentio de Franch. Hermosilla ad *leg.* 56. *gloss.* 4. 70. *tom.* 2. *tit.* 5. *par.* 5. *fol.* 266. Marius Cutell. *de donat. tr.* 1. *discurs.* 2. *part.* 6. *à num.* 184. ubi plures refert, Cyriacus *contr. tom.* 1.
3 *c.* 53. *num.* 3. *& seqq.* ubi plus dicit ex aliis, creditorem scilicet ratione sui interesse posse appellare à sententia lata contra suum debitorem intentantem læsionem contra emptorem. Hanc eandem resolutionem probarunt alii quamplurimi Doctores asseverantes, posse creditores posterio-
4 res movere remedium læsionis contra bonorum adjudicationem facta primo creditori, cui in solutum fuerunt data viliori pretio, ut in excessu valoris & pretii sibi satisfiat, & sibi ex superfluo suo credita solvantur, Alexand. in *l. si constante, num.* 34. *ff. solut. matr.* Grammatic. *decis.* 92. *num.* 19. Muscatell. *in praxi civili, par.* 3. *glos. adjudicantur. num.* 76. Franch. *decis.* 54. *sub nu.* 4. & 5. Ofasc. *decis. Pedemont.* 135. *in fin.* Mantic. *de contract. lib. lib.* 11. *tit.* 30. *num.* 24. Roland. à Valle *cons.* 9. *num.* 4. *vol.* 1. Fachin. *controvers. lib.* 11. *cap.* 14. Costa *remedio subsid.* 1. *num.* 12. *in fin.* Negusant. *de pignorib. par.* 5. *membr.* 1. *num.* 33. plenè Vivius *decis.* 413. *à n.* 1. *usque ad fin.* Fabius Anna *cons.* 63. *num.* 2. & 3. Tusch. *tit. D. conclus.* 762. *num.* 5. Morotus *de jur. offer. num.* 9. Carroc. *decis.* 21. Cavalcan. *decis.* 13. *nu.* 17. *par.* 4. Afinius *de execution.* §. 7. *c.* 109. Novell. *de dote, par.* 7. *privil.* 47. Thesaur. *dec.* 207. Marius Giurba *decis.* 17. *ex num.* 17. qui alios allegat ad hanc adjudicationem excessivam annullandam propter præjudicium creditorum, Nos in *hoc Labyr. par.* 1. *cap.* 11. *num.* 11.

Huc pertinet, quod ob interesse creditorum novus admittitur licitator ad bona debitoris communis semel perfectè & juridicè subhastatis & venditis alicui: si fortè tertius superveniat licitator qui plus offerat & meliorem faciat conditionem, cum in pretio aucto per ipsum, possint creditores commodius suam consequi solutionem seu satisfactionem, ut cum pluribus Doctoribus & fundamentis resolvimus in *hoc Labyrintho* 2. *par. cap.* 2. *ex num.* 12. *cum. seqq.* quibus adde August. Barbos. *voto* 81. *num.* 7. *tom.* 2. allegantem *Anton. de Amat.* idemque tenet Fontanell. *decis.* 520. *tom.* 2. *fol.* 608.

Ex qua constanti tantorum Virorum resolutio- 5
ne, condemnanda venit doctrina Antonii Fabri *de errorib. Pragmat. decad.* 1. *errore* 8. asseverantis, creditores non posse uti remedio læsionis enormis, vel enormissimæ, nisi sibi facta cessione per debitorem: quem (sub temperamento tamen) videtur sequi Olea *de cess. jur. & action. tit.* 4. *quæst.* 3. *n.* 5.

Quandoquidem creditores non egent hac cessione, qui ratione sui interesse & damni, agunt & excipiunt ex persona sui debitoris, ex *supra dictis num.* 1. quis enim unquam audivit quod lex in aliquo casu desideret cessionem juris in procuratore agente nomine alterius, & exigente non sibi, sed Domino tantum: ad latissimè comprobata *hoc cap.* 1. *ex num.* 23. *cum multis seqq.* Lex enim solum juris cessionem requirit in Tertio, qui nomine proprio, ad suam dumtaxat utilitatem agit, & exigere vult jus ad alterum pertinens: prout ex *d. num.* 23. *& seqq.* abundè videre poteris.

Major tamen difficultas versatur in læsione 6
enormi, seu enormissima, intervenient in venditione pignoris, facta à primo creditore jure creditoris, & alias ritè sine dolo aut fraude facta, an secundus creditor possit intentare remedium *l.* 2. *C. de rescind. venditione:* Hanc difficultatem movet Morotus *in opusculo de jure offerendi, num.* 23. & partem negativam amplexus est, duobus fundamentis. Primò quia remedium *d. l.* 2. non habet locum in venditione pignoris ritè, & 7
solemniter facta per creditorem, lege permittente: Nec debitori ipsi competit aliquod remedium ob quamlibet læsionem enormem, vel enormissimam intervenientem in hujusmodi venditione, juxta text. *in l.* 1. *& 3. C. si vendito pignore agatur:* ubi prorsus negatur debitori recursus recuperandi rem ob læsionem in pretio: Ergo multo magis debet denegari secundo creditori agere volenti ex jure & persona debitoris, cui nullum competit, Morot. solum referens sequitur Merlin. *de pign. lib.* 4. *quæst.* 45. *num.* 55. & 56.

Secundò etiam fundamento movetur ad ex- 8
clusionem secundi creditoris; quia remedium *d. l.* 2. personale est, quod solum contrahentibus inter se datur; non verò Tertio conceditur: ita ut secundus rei emptor non possit absque cessione sui authoris illud intentare contra primum venditorem ob læsionem enormem intervenientem in illa prima venditione: ad latissimè tra-

dita

dita (ſub pluribus tamen limitationibus) per Hermoſillam *ad l. 56. gloſſ. 7. num. 58. cum ſeqq. ti-*
9 *tul. 5. tom. 2. fol. 310.* ergo nec creditor abſque ceſſione debitoris, læſionem *ex d. l. 2.* intentare poterit.

Hanc opinionem ſequitur & Antonius Faber, *in C. Fabrian. tit. 19. ſi venditio pignore agatur, definit. 1. fol. 1012. & de error. pragmat. decade 1. errore 6. & 8.* ubi defendere conatur, emptorem pignoris, ſi fraudis particeps non fuit, eſſe ſecurum, tametſi læſio enormiſſima in venditione intervenerit, conſequenterque nec debitorem, nec ex ejus perſona creditores poſteriores quidquam petere
10 poſſe: etſi creditor vendens ſolvendo non ſit, quia debitor adverſus eum intentare debet læſionem, & conſequi ſuperfluum pretii: & pro hoc ultimo allegat *l. fin. C. ſi venditio pignore agatur.*

11 Olea *de ceſſione Jurium, & act. tit. 5. quæſt. 3. n. 8.* videndus *ex num. 6.* admittit doctrinam Ant. Fab. *in locis citatis*, ſub diſtractione *enormis*, aut *enormiſſimæ* læſionis, ut in hac non procedat, ſed poſſe debitorem, & creditores remedium *enormiſſimæ* intentare.

Quæ quidem diſtinctio prorſus refragatur iis, quæ dicta reliquit *ex n. 6.* & juribus pro expreſſis allegatis, nempe *l. 1. & 3. C. ſi venditio pignore agatur.* ubi ab omni recurſu & remedio cujuſlibet læſionis excluditur debitor ceſſante dolo & fraude.

Quo tamen fundamento poſſit fundari hæc diſtinctio, quæri poteſt? Et reſpondeo, nullo jure; & ideo vel abſolutè ſequenda erit opinio Antonii Fabri, & Moroti *locis ſupra citatis, num. 6.* vel abſolutè neganda, quia in utroque diſtinctionis membro, una & eadem eſt ratio ab illis conſiderata.

12 Quibus tamen non obſtantibus, contraria opinio verior eſt, nempe tam debitori, quàm ejus creditoribus ex perſona ipſius competere remedium læſionis *ex l. 2. c. de reſcind. vendit.* contra emptorem pignoris alias ritè venditi à primo creditore.

13 Nam jura, quibus nituntur D D. ad excludendum debitorem à remedio læſionis nempe *lex 1. l. 3. & l. final. C. ſi vendito pign. agatur*, nihil continent quo poſſint moveri ad tam abſonam reſolutionem; perfunctoriè etenim prædicta jura conſiderarunt Morotus, & ſequaces, ex quorum declaratione & plana intelligentia convincentur apertè ſi conſideres quod præfatæ leges non aperiunt de qua læſione loquantur, & ideo, ut jura juribus concordemus, de læſione infra dimidiam intelligi debent, juxta novam & æquiſſimam determinationem *legis 2. C. de reſcind. vendit.* ad quam leges illæ reducende ſunt, vel quia antiquiores ſunt, cum ante *d. l. 2.* liceret contrahentibus ad invicem ſe decipere in emptione & venditione, nec per læſionem quantumvis enormem, vel enormiſſimam, ceſſante fraude & dolo, poterant contrahentes reclamare, nec ab emptionibus diſcedere, *l. in cauſſa 17. §. idem Pomponius, ff. de minor. l. item ſi pretio, §. alt. ff. locati*, & in datione in ſolutum creditori, *l. à divo Pio, §. ſi pignora ff. de re judicata, cum aliis vulgaribus*, & latè conſiderat ac probat Pinellus *in dict. l. 2. part. 1. cap. 1. per totum.*

14 Et ut clarius convincantur *Morotus, & Ant. Faber*, qui in *prædictis legibus* ſuam fundarunt contrariam opinionem, attende, quod aut dictæ leges fuerunt promulgatæ ante ipſam legem *2. C. de reſcind. vend.* aut poſt, non eſt dare medium ſi ante eam: prout verè certum eſt, dictas leges eſſe antiquiores ipſa lege *2. C. de reſcind. vend.* ſicuti ex Imperatorum & temporum computatione apparet; nam Imperator Alexander author dictæ legis *c. 1. ſi vendito pignore agatur*, cœpit imperare *anno* 224. poſt Chriſti adventum, & à Roma condita *anno* 975. ut conſtat ex Alexandro Freymonio *in ſymphonia juris pag.* 500. & Antonio Contio *in chronologia ſuper his annis.*

Gordianus autem promulgator legis finalis *C. d. tit.* cœpit imperare *anno* 239. *adventus Chriſti*, correſpondente *anno* 990. à Roma condita, idem Freymonius *pag.* 688. & Contius *in Chronologia ſuper his annis.* Dioclerianus verò author dict. legis. *2. C. de reſcind. vendit.* cœpit imperare *anno* 285. ab adventu Chriſti, qui fuit annus 1036. à Roma condita, annoque ſequenti cœpit imperare Maximianus author ſimul cum Diocletiano *d. leg. 2.* ut obſervat idem Freymonius *pag.* 746. & Antonius Contius *in chronologia, in his annis.* Quæ quidem leges, cum antiquiores ſint, debent trahi ad terminos & diſpoſitionem dictæ legis 2. tanquam longè poſterioris; ex Regula legis, *Non eſt novum, ut priores leges ad poſteriores trahantur, ff. de legibus*: & ideo attento illo tempore, quo promulgatæ ſunt, juſtè loquuntur & determinant, denegantes remedium læſionis debitori ex cauſſa pignoris venditi per creditorem dolo ceſſante: quia uſque ad tempus dictæ legis 2. nullus ex contrahentibus admittebatur ad diſſolutionem venditionis, ob quamlibet etiam enormiſſimam læſionem, ut dictum eſt: & ideo reformantur & abrogantur per ipſam legem 2.

Quod ſi poſt dictam legem 2. fuiſſent promulgatæ, ex quo non aperiunt de quo genere læſionis loquantur, ſed generaliter de læſione in pretio decidant, adhuc præcisè de læſione infra dimidiam intelligi deberent; quia lex generaliter loquens, debet reſtringi ad terminos alterius ſpecialiter & diſtinctè loquentis, *l. ſciendum, ff. qui ſatiſdare cogantur, l. quamvis, ff. de in jus vocando, l. 1. ſi filius, ff. de actionib. & obligat.* juncta *l. 2. ff. ad Macedonianum. l. juris gentium, §. ſi paciſcar. ff. de pactis*, juncta *leg. tranſigere*, & *ibi* Gloſſa magna *in fin. C. de tranſact. auth. offeratur, C. de litis conteſtatione*, Joann. Mar. Bellet. *diſquiſit. clerical. part 1. tit. de bon. cleric. §. 1. n. 20.* Vincentius de Franchis *deciſ. 435. n. 24.* Mantica *de tacit. convent. lib. 25. tit. 34. n. 18.* Nicolaus Intrigliolus *dec. 15. nu. 36. & 37.* Ozaſcus *dec. 30. n. 18.* Giurba *in Conſuetudines Meſſanenſes, c. 1. gloſſ. 2. n. 9. part. 1.* Et quia lex nova generaliter diſponens, recipit omnes declarationes & limitationes quas lex antiqua habet in eodem caſu, ut ex plurimis D D. probavimus *in noſtris comment. de Regia protectione, part. 1. c. 1. præludio 5. à n. 127. & in tractatu de ſupplicatione ad Sanctiſſimum, parte 1. cap. 5. §. 2. num. 5.* quas conſiderationes ſi feciſſent præfati D D. ſine dubio à ſua tam rigida opinione deſtitiſſent.

Imo nulla ratio etiam apparens ſpecialitatis red- 15
di poteſt, qua illa jura poſſint fundare excluſionem debitoris abſolutè ab omni læſione pignoris venditi à creditore; niſi vel quia procedant de jure antiquo, ut dictum eſt, & probatum; vel quando poſt novam deciſionem *dictæ legis 2.* fuiſſent edita, adhuc intelligi deberent juxta eam de læſione infra dimidiam, juxta noſtram concludentem & inevitabilem conſiderationem.

Non

16 Non enim ex eo ſolo quod creditor vendit jure creditoris ex permiſſione legis & debitoris, creditori attribuenda eſt talis poteſtas ut pignus diſſipet, & damnum inferat debitori; ſufficit enim ei facultas vendendi tanquam procuratori debitoris, *l. pignori* 3. *ff. familiæ erciſcund.* ibi, *quod creditor egit, pro eo habendum eſt ac ſi debitor per procuratorem egiſſet*, *l. ſi cum venderet Creditor pignus*, *ff. de pignoratitia actione*, *l. Creditor* 42. *cod.* & Nos exactè comprobavimus *in hoc cap.* 1. *ex*
17 *num.* 23. *cum multis ſeqq.* qui enim vendit per alium, ipſe vendere intelligitur: *Regula*, *Qui per alium facit, perinde eſt ac ſi faciat per ſe ipſum*, *de reg. Jur. l.* 6. & vendenti per procuratorem competit remedium læſionis ultra dimidiam, *ex l.* 2. *& l. ſi voluntate* 8. *C. de reſcindenda vendit.* Hæc & alia plurima adducit Pinellus *in dict. leg.* 2. *part.* 2. *cap.* 2. *per totum.* ubi contra Cagnolum accerrimè defendit hanc opinionem, ut debitori detur remedium læſionis ultra dimidium juſti pretii, & *num.* 2. & 3. alium intellectum & verum aſſignat textibus *d. l.* 1. *& l. finalis*, *C. ſi vendit. pign. agatur: & legis*, *ſi ceſſante*, *C. de diſtractione pign.*

18 Ex hac Pinelli opinione, & alia roboratur communiter recepta, quod læſio ultra dimidiam admittitur & conceditur debitori, cujus bona pignorata venduntur in ſubhaſtatione ad inſtantiam Creditorum: in quo, idem eſt vel ipſos vendere jure Creditoris, vel conſenſum præſtare ut authoritate judicis diſtrahantur, ſine quorum conſenſu, aſſiſtentia, & approbatione venditio nec fit, nec fieri poteſt: prout ad longum probavimus, *in hoc Labyrintho* 3. *parte c.* 2. *ex num.* 7. *& ſeqq.* & nihilominus remedium læſionis ex *d. l.* 2. admittitur in hujuſmodi venditione, ut probant innumerabiles penè DD. quos refert & ſequitur Hermoſilla in *l.* 56. *gloſſ.* 4. *ex n.* 96. *tit* 5. *part.* 5. Antoninus de Amato *var. reſolut. tom.* 2. *reſol.* 61. *n.* 2. Acoſta *de privilegiis creditorum*, *reg.* 1. *ampliatione* 5. *à num* 46. Cancerius *var. reſolut. part.* 1. *cap.* 13. *à num.* 26. Rodriguez *de executione*, *cap.* 6. *ex num.* 58.

19 Si enim in publica ſubhaſtatione Judicis authoritate celebrata, excluſiva omnis fraudis, cum aſſiſtentia & citatione Creditorum & debitoris, quorum intereſt bona juſto pretio diſtrahi, admittitur debitor ad diſcendum de læſione enormi, vel enormiſſima; quanto magis admitti debet in venditione pignoris facta per ſolum creditorem abſque præſentia debitoris, & aliorum Creditorum, nec non Judicis? quo caſu facillimè poteſt intervenire coluſio & fraus, & viliore pretio, quàm per ſubhaſtationem pignus vendi ſolet, *ex l.* 3. *C. ſi vendito pign. agatur.* Antonius Faber *in C. l.* 8. *tit.* 17. *de diſtract. pign. defin.* 25. *numer.* 2. Igitur contra omnem Juriſprudentiæ ſenſum videtur in iſto caſu negare læſionis remedium, quandoquidem in priori liberaliter conceditur debitoris.

Quo ſuppoſito ut debitori competat remedium enormis, vel enormiſſimæ læſionis, ad conſequendum pignus à venditore creditum, non erit hæſitandum neque dubitandum quin eodem remedio ſimul uti poſſint creditores ex perſona debitoris, ex firmiſſime adductis, & probatis *à principio hujus* §.

20 Nec obſtat fundamentum ſecundum adductum in contrarium per Morotum *ſupra numer.* 8. ut hoc remedium ſit perſonale, quo tertius adverſus primum venditorem uti non poteſt, hoc enim verum eſt regulariter ex Hermoſilla relato *d. num.* 8. ſed nos in hac queſtione non agimus de Tertio & extraneo, qui non contraxit cum venditore: imo verò agimus de Debitore ipſo verè & realiter venditore, cujus nomine venditum fuit pignus, & de venditoris creditoribus ex ejus jure, perſona, & nomine agentibus; quod nil aliud eſt, quàm ſi ipſe per procuratorem comparuiſſet, læſionem deduxiſſet in Judicio: ad latiſſimè adducta *in hoc capite*, §. 1. *ex num.* 8. *ac per totum caput* 1.

Et hanc noſtram reſolutionem ultra Pinellum 21
loco citato ſupr. num. 17. in noſtris terminis tenuerunt alii quam plurimi DD. ut ſcilicet debitori & creditoribus ipſius ex perſona & nomine debitoris liceat intentare remedium *de legis* 2. *C. de reſcind. venditione*, adverſus emptorem pignoris, atque ita deciſum fuiſſe in ſenatu Neapolitano teſtatur Vincentius de Franchis *dec.* 224. *num.* 4. (contra quem, ut vidiſti, perperam locutus fuit Morotus: ſequitur Theſaurus *deciſ. Pedemont.* 57. *num.* 8. Caſtillo *deciſ. Siciliæ.* 91. *numer.* 2. Georgius *allegation.* 6. *num.* 5. Carrocius *in tract. de Oblationibus part.* 2. *quæſt.* 28. *in fin.* Barbatus *gloſſ.* 2. *num.* 53. Gallupus *in ſua praxi part.* 3. *c.* 2. *num.* 49. quos allegat Toro *in compend. deciſ. tom.* 1. *verb. jus offerendi pag.* 302. *col.* 1. *in fin.* ibi, *jus offerendi an competat ſecundo creditori in re vendita ad inſtantiam primi creditoris*, *fuit deciſum quod non*, *ſed benè exiſtente læſione*, *fuit condemnatus poſſeſſor ad ſupplementum pretii*, *&c.* & ex Vincentio de Franchis citato, idem in iſtis terminis tenet Hermoſilla *ad l.* 56 *gloſſ.* 4. *num.* 70. *tom.* 2. *tit.* 5. *part.* 5. *fol.* 286 & ex eodem Franchis idem tenet Ludovic. Poſthius *de ſubhaſtatione inſpectione* 59. *num.* 21 & iterum *in tom.* 2. *in additionibus ad d. inſpectionem* 59. *ex n.* 13. reprobato Antonio Fabro: idem quoque tenet ex Cutelli *deciſ.* 29. *numer.* 29. Arias de Meſſa *loc. proximè citando*, à qua reſolutione nec in judicando, nec in conſulendo, recedendum erit, quidquid (ut aſſolet contra mentem juris) autumet Antonius Faber ex apparentibus fundamentis, & ut plurimum contra omnem juriſprudentiam.

Et longè poſt hæc ſcripta vidi Ariam de Meſ- 22
ſa *variar. reſol. lib.* 1. *cap.* 35. exactè *per totum*, diſputantem hanc quæſtionem, & omnibus contrariis fundamentis ab Antonio Fabro aliiſque adductis ſatisfacientem, & manifeſtè convincit ac reſolvit, *ex num.* 4. *uſque ad finem capitis*, debitori ſemper competere remedium *legis* 2. *C. de reſcindenda vendit.* & competere ipſi actionem utilem adverſus emptorem rei pignoratæ venditæ per creditorem jure creditoris: & per conſequens creditores non quidem jure prætorio, ſed ex jure & perſona ſui debitoris poſſe intentare remedium *d. l.* 2. ubi eruditè & eleganter cunctis difficultatibus ſatisfacit omninò videndus, quia tranſcribere non licet.

Qui quidem Arias de Meſſa etiam *in cap. ſeq.* 23
36. accuratè reprobat Antonium Fabrum, inaniter & ex leviſſimo fundamento tenentem, contra communem DD. ſententiam, debitorem non poſſe agere contra emptorem rei pignoratæ ritè venditæ à creditore, etiamſi in venditione intervenerit enormiſſima læſio: reſolvens ex communi & receptiſſima opinione ipſum agere poſſe tam ex enormi læſione, quàm ex enormiſſima.

CAPUT

CAPUT II.

Creditores bona majoratus in concurſum deducta ex facultate Regia diſcutientes, an jus hypothecæ habeant ad bona poſtmodùm illi aggregata, & per alium incorporata, aliudve quodlibet augmentum contingens?

Et an facultas Regia impetrata ad hypothecandum bona majoratus, & hypotheca inde ſequuta, extendantur ad bona jam eidem majoratui eo tempore aggregata?

SUMMARIUM.

1 *Hanc quæſtionem à nemine tactam videt hactenus Author.*
2 *Augmentum rei principalis unum corpus efficitur cum ea, ejuſdemque eſt naturæ, & utriuſque idem eſt judicium.*
3 *Una & eadem res non debet diverſo jure cenſeri.*
4 *Idem eſt de parte quoad partem, quod de toto quoad totum.*
5 *Hypotheca generalis non ſolùm comprehendit bona acquiſita, verùm & noviter incorporata.*
6 Majoratus *eſt nomen univerſale, prout eſt* peculium, hæreditas, grex, *&c. admittens augmentum & diminutionem.*
7 *Jus univerſale hypothecatum extenditur ad augmentum ipſius juris.*
8 *Sicut facultas ad hypothecanda bona majoratus eſt ſtricti juris, ita & ipſa hypotheca non admittens extenſionem.*
9 *In his quæ ſunt ſtricti juris, ad augmentum rei principalis in obligatione & pacto deductæ, diſpoſitio extenditur, etiamſi nihil conventum ſit, ex tacita partium voluntate, & lege ſic interpretante.*
10 *In contractu, ſententia, & privilegio, ea quæ ſunt ſtricti juris trahuntur ad augmentum, ex multorum ſententia.*
11 *Pactum de lucranda dote extenditur ad ejus augmentum ſuperveniens, etiamſi nihil inter partes dictum ſit à principio.*
12 *Statum diſponens ſuper lucro dotis, extenditur ad augmentum ejus.*
13 *Quando Princeps conceſſit territorium cum juriſdictione, ſi ſimpliciter augeatur, ad ejus augment. extenditur juriſdictio anteà conceſ.*
14 *Satisdatio & fidejuſſio operantur in portione aucta per jus accreſcendi.*
15 *Hypotheca contracta ſuper fundo, qui per alluvionem, vel vigore conſolidationis poſtea crevit, ad augmentum extenditur.*
16 *Tacita hypotheca dotalis pro principali dote ab initio conſtituta, trahitur ad augmentum dotis poſtea ſuperveniens.*
17 *Expenditur textus in* l. item quæritur 13. §. qui impleto, ff. locati.
18 *Apud DD. communiter idem eſt judicium de augmento temporis in tacita reconductione, ac de augmento rei hypothecatæ.*
19 *De tempore ad rem, & de re ad tempus, valet argumentum.*
20 *Reconductio tacita ejuſdem eſt qualitatis, cujus eſt expreſſa: & eadem pacta & pignora videntur repetita.*
21 *Hypotheca expreſsè pro vino, oleo, tritico promiſſa, extenditur ad valoris augmentum, ſi poſtea augeatur.*
22 *Si tempore hypothecæ res fuerit deteriorata, ad melioraciones in eadem poſtea factas hypotheca protrahitur.*
23 *Ad eum ſpectat augmentum, ad quem ſpectat diminutio.*
24 *Augmentum & diminutio pari paſſu ambulant.*
25 *Facultas, & hypotheca præcedens non extenditur ad augmentum proveniens ex aggregatione bonorum per Tertium extraneum. Pro qua concluſione multa deducuntur.*
26 *Hypotheca contracta ſuper re principali extenditur ad augmentum naturale per alluvionem, & ex natura rei proveniens, per conſolidationem uſusfructus cum proprietate.*
27 *Adaucta per alluvionem, naturaliter cum re uniuntur.*
28 *Dominus fundi occupati à flumine, Dominium amittit.*
29 *Impoſſibile eſt alveum alterius juris eſſe, quàm flumen.*
30 *Alveus ſequitur fluminis cauſam.*
31 *Alveus à flumine derelictus eorum eſt qui prope ripam prædia poſſident.*
32 *Poſt contractam venditionem periculum rei pertinet ad emptorem, ſicut & incrementum.*
33 *Creditori hypothecæ augmentum alluvionis accreſcit.*
34 *Et uſufructuario.*
35 *Et Emphyteutæ, taliter ut Emphyteuſi finita ad dominium redeat.*
36 *Augmentum proveniens ex cauſa alluvionis, & ex cauſa conſolidationis, æquiparatur in Jure.*
37 *Ex quacunque cauſa conſolidatio provenit.*
38 *Quando duo caſus in Jure æquiparantur, diſpoſitum in uno ſubintelligitur in altero.*
39 *Dominium utile conſolidatum cum directo, & uſusfructus conſolidatus cum proprietate, accreſcunt majoratui, in quo Dominium directum comprehenſum erat.*
40 *Portio, quæ unitur per conſolidationem, eodem jure cenſetur quo res cui accedit.*
41 *Dominium utile ſic unitum ex legis diſpoſitione per attractionem tranſit cum directo ad quemcunque.*
42 *Augmentum proveniens ex præſcriptione quaſi alluvio dicitur.*
43 *Res acquiſita per præſcriptionem à poſſeſſore majoratus, fit majoratus.*
44 *Quando res præſcribitur ab hærede titulo hæreditario, hæreditati acquiritur, & in reſtitutione hæreditatis venit hoc augmentum.*
45 *Præſcriptio incepta in vita defuncti, & perfecta per hæredem, pertinet ad hæreditatem.*
46 *Quando finis habet neceſſariam conſequentiam ad principium, non finis ſed principium, attenditur.*
Origo & cauſa primæva in omni diſpoſitione attneditur. ibid.
47 *Creditor habens hypothecata bona majoratus, jus habet ad augmentum proveniens ex præſcriptione.*
Creditor defuncti conſequi poteſt creditum ſuum ex augmento proveniente hæreditati per præſcriptionem. ibid.
48 *Hypotheca contracta à poſſeſſore beneficii ſuper fructib. ipſius, extenditur ad augmen-*, *quod*

quod ratione penſionis extinctæ advenit eidem.

49 *Hypotheca præcedens ſimpliciter contracta comprehendit augmentum proveniens ex facto hominis inſeparabiliter ab ipſa re.*

50 *Veluti ſi ædificia, vel melioramenta facta fuerint in re hypothecata.*

51 *Tertius conſequitur æſtimationem melioramentorum, quæ fecit in re hypothecata.*

52 *Quid dicendum ſit de melioramentis factis in rebus majoratus, ſtante* lege 46. Tauri? *remiſſivè.*

53 *Servitutes acquiſitæ augent rem, & ejus naturam ſequuntur.*

54 *Sicut augmentum ſeparabile, & diſcretum, non auget rem; ita augmentum concretum & affixum rei hypothecatæ, ipſum auget.*

55 *Augmentum rei principalis deductæ in contractu, originem habens ab ipſis contrahentibus, ſubjicitur iiſdem qualitatibus, & hypothecis quibus res ſubjecta erat.*

56 *Reconductione tacitè contracta, renovantur pacta, qualitates, conditiones, & hypothecæ expreſsè appoſitæ per contrahentes in principali.*

57 *Repetitio omnium qualitatum, & hypothecarum, quibus res aucta per contrahentes fuerat celebrata ſubintelligitur in ſecundo contractu.*

58 *Tacita reconductio non inducitur à jure, quando in aliquo ex contrahentibus deficit aptitudo conſenſus, ut in pugile, mente capto, & ſimilibus.*

59 *Hypotheca data pro augmento Dotis, nova eſt.*

60 *Hypotheca adjecta augmento dotis, diverſa eſt ab illa, quæ doti principali adjecta erat.*

61 *Hypotheca augmenti dotis oritur ex nunc à tempore contractus augmenti.*

62 *Tacita contrahentium voluntas operatur novam reconductionem, & novam repetitionem hypothecæ.*

63 *Tacita hypothecæ renovatio non operatur à tempore prioris conductionis, ſed ſecundæ.*

64 *Opponitur textus in* l. item quæritur, §. qui impleto, ff. locati.

65 *In reconductione novus requiritur ſenſus qui præſumitur.*

66 *Durare idem eſt ac renovare.*

67 *In reconductione tacita prior hypotheca non manet in veritate, ſed videtur manere.*
Exponitur text. in l. repetitionem 4. Cod. de uſur. *ibid.*

68 *Augmentum noviter proveniens ex facto eorund. contrahentium ſubjicitur qualitatibus, conditionib. & hypothecis prioris contractus.*

69 *Non eſt conſtans argumentum:* Eſt unitum rei hypothecatæ; ergo eſt hypothecatum. *Fallit enim in tribus caſibus.*

70 *Aggregatio bonorum facta ab extraneo bonis alterius majoratus antea hypothecæ ſubjectis, multùm differt ab illis tribus caſibus.*

71 *Augmentum proveniens ex hac aggregatione, non eſt à natura.*

72 *Hoc augment. eſt diſcretum & de per ſe ſtans.*

73 *Augmentum proveniens ex facto aggregationis Tertii, non provenit ex facto ipſorum contrahentium.*

74 *Augmentum non ſequitur rei auctæ, quando inter eam & illud datur diverſa ratio.*

75 *Majoratus aggregatus Majoratui, manet dependens ab illo.*
Partes accedunt Toti; non una pars alteri. ib.

76 *Si incorporatio unius rei cum re hypothecata æquè principaliter ſufficeret ad extendend. hypothec. ad rem unit., ſequeretur abſurdum.*

77 *Hypotheca ex facultate Regia conſtituta ſuper re majoratus, non extenditur ad aliam quantumvis connexam.*
Facultas conceſſa ad alienand. bona majoratus limitata, denegata intelligitur in aliis. ib.

78 *Licèt hypotheca contracta ſuper re principali, renovata cenſeatur in augmento proveniente ab ipſis contrahentibus, hoc ideo eſt quia talis effectus cauſatur à voluntate contrahentium qui tacitè conſenſerunt hypothecæ, qui omninò abeſt à caſu aggregationis factæ à Tertio, & n. 79.*

80 *Tertius aggregans bona ſua antiquo majoratui, non poteſt comprehendi in contractu antecedente inter hypothecarium & hunc poſſeſſorem majoratus celebrato.*

81 *Repetitio hypothecæ ſolum adeſt inter ipſos principales contrahentes in tacita reconduct.*

82 *Hypotheca præcedens non operatur reſpectu Tertii, qui rem ſuam pro ſecuritate contractus hypothecavit.*

83 *Diſpoſitio ſuper augmento, eſt novus contractus reſpectu Tertii.*

84 *Fidejuſſio primi contractus non trahitur ad poſtea conventum.*
Hypotheca contracta in augmento dotis non operatur in præjudic. contrahentis cum marito inter dotem principal. & ejus augment. Ib.

85 *Facultas ad condendum majoratum conceſſa à Principe, non extenditur ad bona poſtmodùm aggregata ab eodem conditore.*

86 *Augmentum non ſequitur naturam rei auctæ in præjudicium Tertii.*

87 *Aggregatio ſolùm aſſumit naturam primi majoratus in ſua primitiva fundatione, quoad ſucceſſiones, conditiones, & qualitates in ea contentas.*

88 *Ea eſt intentio aggregantis ut majoratus antiquus augeatur & illuſtretur.*

89 *Inducta ad augmentum non debent operari diminutionem.*

90 *Aggregans, ex actu aggregandi, prohibet bonorum ſuorum alienationem.*

91 *Hypotheca ſpecialis non extenditur ad bona futura.*

92 *Hypotheca contractæ ſuper bonis majoratus ex facultate Regia, eſt ſpecialis.*
Idem eſt demonſtrare perſonam per ſignum certum, vel ipſam nominatim exprimere. ib.
Specialis hypotheca eſt, quæ limitatur ad certum genus bonorum. ibid.

93 *Hypotheca reſtricta ad cert. genus bonorum, non comprehendit futura & noviter adquiſit.*
Genus habetur pro ſpecie, quod non poteſt verificari niſi in una ſpecie. Ibid.

94 *In quacunque diſpoſitione ſolùm continentur ea jura quæ exiſtebant tempore diſpoſitionis, non autem futura, maxime noviter creata.*

95 *Quando ex facultate Regia hypothecantur bona majoratus, ipſe majoratus non cadit ſub hypotheca.*

96 Majoratus *eſt nomen univerſale, ſicuti* Grex, mercimonium, *&c.*

97 *Aliud eſt hypothecare jus univerſale, aliud res ipſas particulares ſub eo contentas.*
Penſio Eccleſiaſtica non imponitur ſuper ipſo beneficio, ſed ſuper fructibus. ibid.

98 *Sub nomine universali comprehenditur accessorium & augmentum.*
99 *In his quæ sunt stricti juris, extensio fit ad augmentum.*
100 *Quando augmentum provenit à trahentibus, pacta, conditiones, & hypotheca censentur repetita quæ erat in priori contractu.*
101 *Hypotheca contracta super fructibus beneficii, non extenditur ad fructus beneficii uniti.*
102 *Hypotheca contracta super bonis dotalibus, non extenditur ad augmentum dotis postea datum ab uxore, vel ab alio ejus nomine.*
103 *An facultas Regia ad hypothecanda bona majoratus, extendatur ad jam aggregata, nulla facta relatione ad Principem.*
104 *Idem & æquale judicium est rei principalis & unitæ.*
105 *Major est ratio ut trahatur hypotheca ad augmentum existens tempore facultatis Regiæ, quam ad subsequens.*
106 *In impetratione rei principalis non tenetur impetrans facere relationem Principi de re unita, cùm tacitè inesse dicatur.*
107 *Per unionem unius rei factam alteri, in istam omnia emolumenta transeunt.*
108 *In augmento rerum feudalium nova investitura non requiritur.*
109 *Facultas ad hypothecanda bona majoratus, non trahitur ad jam aggregata, si non facta sit illorum mentio Principi.*
110 *Aggregatio facta majoratui non stat accessoriè ad bona antiqui majoratus, sed æquè principaliter.*
111 *Quando una res est æquè principaliter unita alteri, in impetratione debet fieri relatio & mentio utriusque.*
112 *Casu quo accessoriè majoratus unus alteri uniatur, debet intelligi facta unio ipsi majoratui tanquam personæ fictæ.*
113 *Facultas nunquam conceditur ad hypothecandum majoratum, sed bona ipsius tantùm.*
114 *Cùm principale non est hypothecatum illæsum permanet accessorium.*
115 *Author tenet, facultatem Regiam extendi ad bona jam aggregata sive accessoriè sive principaliter, etiamsi Principi non fuerit facta eorum mentio.*
116 *Verbum*, bona, *adjectum genitivo*, Majoratûs, *indicat omnia bona pertinentia ad majoratum, sive ex dominio, sive ex possessione.*
117 *Dispositio bonorum per nomina possessiva complectitur omnia bona mobilia, & immobilia, jura, & actiones.*

1 AN & quibus casibus bona censeantur aggregata, & per alium incorporata antiquo majoratui, & quos effectus hæc aggregatio producat, multa scripserunt Molina *de primogen. l.* 1. *c.* 26. *per tot. & ib.* Additionatores: Joan. Garcia *de expens. & meliorat. c.* 22. *per tot.* Castillo *controvers. l.* 3. *c.* 10. *per tot.* Anton. de Amato *variar. resol. tom.* 1. *resol.* 14. *ex num.* 17. *cum seq.* & quamplurimi alii ab eisdem citati.

Prædictorum assertionibus & resolutionibus nostra quæstio non eget, cùm versetur super augmento & rebus indubitabiliter post hypothecam aggregatis & incorporatis antiquo majoratui. an scilicet ad ea extendatur hypotheca præcedens virtute facultatis Regiæ, legitimè contracta super bonis majoratus tunc existentibus, quando hoc augmentum & bonorum aggregatio postmodùm supervenit ex dispositione alterius? ardua est quæstio, & admodùm difficilis viris doctis meritò visa fuit, inextricabilibus & penè indissolubilibus ambagibus involuta, quam hactenus à nemine scriptam nec tactam vidi, eandem ad partes disputabimus.

Et pro affirmativa, ut scilicet facultas Regia & hypotheca præcedens super bonis majoratus antiqui trahatur ad hoc augmentum; & bona per alium illi postmodùm aggregata plurima & invincibilia urgent fundamenta.

2 Primum est; augmentum rei principalis ita unitum & incorporatum est cum ea, ut una & eadem sit, & pars ejus judicatur & unum facit corpus, & ejusdem efficitur naturæ & qualitatis, ita ut idem sit judicium in utroque, & quod in aucta disponitur, idem ad ejus augmentum superveniens protrahatur, super hoc axiomate multa jura & Doctores cumularunt, & ad varios casus, doctrinas, & exempla huic nostro primo fundamento valde conducibilia intulerunt, quæ repetere fastidiosum foret; videantur Augustt. Barbosa *axiom.* 34. Bert. Valasc. *in axiomat. lit. A. ex n.* 622. & ultra eos Mierez abundè *de majoratu,* 1. *par. q.* 10. *per tot. &* 2. *par. qu.* 8. Petr. Surd. *cons.* 397. *ex num.* 10. *cum multis seqq.* Ferdin. Arias de Mesia *var. resol. lib.* 2. *c.* 42. *per tot.* & alii plurimi quos consulto omittimus, & quamplurimi per discussum allegandi.

3 Ergo si augmentum, una sit res cum re aucta, ad id debet extendi jus hypothecæ præcedentis, quia una & eadem res non debet diverso jure censeri, *l. cum qui ædes ff. de usucapion. cap. quia circa, de privileg. cap. cum in tua, de decimis,* Barbosa *axiomat.* 335. *num.* 7. & connexorum idem est judicium, *jur. &*
4 *Doctor*, per Barbos. *axiom.* 51. *per tot. adducti*s, & cùm sit pars rei principalis, idem debet ferri judicium de parte quoad partem, quod de toto quoad totum, *l. quæ de tota, ff. de rei vindic. l. à Titio, ff. de verb. oblig. l. juris gentium* §. *adeo, ff. de pact.* Barbos. *axiom.* 132. *num. fin.* quia non dicitur pars, quæ à suo toto discedit.

5 Secundò, quia obligatio & hypotheca generalis non solùm comprehendit bona præsentia, sed etiam trahitur ad futura & noviter adquisita & incorporata cum patrimonio debitoris obligato, text. *in l. fin. Cod. quæ res pign. oblig. poss.* ibi, *Super qua generali hypotheca illud quoque ad conservandam contrahentium voluntatem sancimus, ut si res suas supponere debitor dixerit, non adjecto, tam præsentes quàm futuras: jus tamen generalis hypothecæ etiam ad futuras res producatur.* Exornant latè Gaïtus *de credito, c.* 4. *quæsito* 5. *ex num.* 53. *cum seqq.* sed bona majoratus generaliter hypothecæ subjiciuntur ex facultate Regia; ergo ad bona futura, quæ postmodùm aggregata fuerunt ipsi majoratui, & de novo quæsita, protrahi debet hypotheca.

6 Tertiò, fortiter pro hac parte pugnat, nam majoratus est nomen universitatis, & est titulus universalis, & quoddam jus universale prout est peculum, hæreditas, dos, grex, mercimonium, & similia, admittens in se ipso augmentum & diminutionem, prout latè probat Molina *de primogen. l.* 1. *cap.* 26. *ex num.* 26. *usque ad fin.* sed jus
7 universale hypothecatum extenditur ad augmentum ipsius juris, ut probant text. *in l. grege, in princ. ff. de pignor.* ergo hypothecato majoratu tanquam jure universali debet hypotheca extendi ad ejus augmentum.

8 Quartò: nam licet facultas ad bona majoratus hypothecanda sit stricti juris, atque strictæ interpretationis, ita ut non extendatur de re ad rem,

de persona ad personam, nec de tempore ad tempus, ut latissimè comprobavimus *in hoc Labyrintho* 2. *par. c.* 4. *n.* 12. *& cap.* 10. *ex n.* 68. *cum seqq. & cap.* 11. *ex n.* 10. *tom.* 2. ac pariter ipsa hypotheca sit stricti juris non admittens extensionem, *l. in pignore* 55. *l. si fidejussores* 69. *ff. de fidejussor.* & Rotæ 9 decisionem Merlin. *de pignorib. l.* 4. *tit.* 5. *q.* 147. Tamen etiam in iis quæ sunt stricti juris, ut stipulatio, *l. quidquid adstringendæ, ff. de verb. oblig.* & similia, ad augmentum rei principalis in obligationem & pactum deductæ dispositio extenditur, ita ut omnia pacta & conditiones in contractu rei principalis appositæ, intelligantur tacitè repetitæ in augmento postea contracto, etiamsi inter partes contrahentes nihil de eo actum sit expressè, quia tacitè ex legis interpretatione deducitur eorum voluntas & consensus: sunt ad hoc jura singularia & expressa in *l. si constante*, 19. §. *idem licere, Cod. de donat. ante nupt. l. etiam Cod. de jur. dot.* his verbis: *Etiam si non dotem reddit sibi mater, sed ea quæ in dotem data sunt, ut eam sequerentur vel ad se pertinerent durante matrimonio, filia decedente, actionem ex stipulatu videri quæsitam, æquissimum esse judicamus: cui consequens est, ut etiam id quod additamenti causa in dotem datum est, eadem actione repetatur.* ubi celebris Glossa, *verb. additamenti*, text. optimus in *l. inter*, 26. §. *cùm inter, ff. de pact. dotalib.* in hæc verba: *Cùm inter patrem puellæ & generum convenit, ut in matrimonio sine liberis defuncta filia, dos patri restituatur; id actum inter contrahentes intelligi debet, ut liberis superstitibus filiâ defunctâ dos retineatur, nec separabitur portio dotis additamenti causa data, si postea nihil aliud convenit.* item in *l. quoties* 10. §. *constat autem, ff. de administrat. tutor.* his verbis, *Constat autem, eum qui ad augmentum datur, ut puta ad bona materna, quæ postea accesserunt, vel ad quid aliud augmentum, administrare pristina bona non solere, &c. Per contrarium autem qui datus est simpliciter tutor pupillo, vel curatori si quid postea augmenti accesserit, periculo tenetur, quamvis soleat ad augmentum dari curator: quæ res non facit, ut ipsa augmenta non pertineant ad curam priorum tutorum, ad quos omnis utilitas pupillorum debet pertinere, sive igitur datus est, communicabitur periculum cum prioribus, sive datus non est, tenebitur administrationis necessitate is qui antea erat datus.* item in *l. non quocunque modo.* 84. §. *Julianus ff. de legat.* 1.

10 Ex quibus juribus deducit Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 1. *gloss.* 18. *num.* 53. videndus ex *num.* 50. ut ea quæ sunt stricti juris trahantur ad augmentum, & loquitur in contractu, sententia, & privilegio, quæ esse stricti juris probat: id ipsum probant Bald. in *l. etiam, Cod. de jur. dot. notab.* 2. reputat singulare Aretin. in *l. si in testamento, ff. de vulg. & pupill. substit.* Jas. *in rubr. ff. de jur. dot. colum. fin.* Roland à Valle *de lucro dot. quæst.* 100. 11 *num.* 5. & 8. & iterum ex *num.* 11. *cum sequentib.* asserit quod pactum de lucranda dote habet locum non solum in ea dote, quæ est data à principio, sed etiam pro augmento dotis superveniente post pactum; ita ut si super augmento dotis non fuerit novum pactum adjectum, jungatur veteribus pactis adjectis doti principali, etiamsi de illis reperendis nihil in augmento per contrahentes dictum sit: per *dict. l. inter socerum*, §. *cum inter, ff. de pact. dotalib.* Cynus *in dict. l. si constante*: per text. *ibidem not.* 4. *de donat. ante nupt.* idem Cynus & Bald. *in dict. l. etiam*: Paul. de Cast. *in consil.* 8. *incip. Ad primum.* Parisius *cons.* 126. & præter hos Doctor. ex aliis idem asserit Mierez *de majorat. par.* 1. *quæst.* 10. *n.* 30. & 31.

Atque etiam Statutum, quod est stricti juris, & 12 strictæ interpretationis, disponens super lucro dotis, extenditur ad augmentum, cum sit pars dotis, & una & eadem res cum dote, quæ ideo diverso jure non debet censeri: fuit doctrina originalis Abbatis in *consil.* 46. *dubio* 2. *vol.* 1. quem referunt & sequuntur Campeg. *de dote, in par. quæst.* 9. Paris. *consil.* 126. *colum. & cons.* 62. *col.* 3. *vol.* 4. & Paul. de Castr. *consil.* 290. *col.* 3. *in fin. vol.* 1. & de Communi testatur Roland. à Vall. *de lucro dot. quæst.* 100. *n.* 15. *& per tot.* sequitur Petr. Surd. *cons.* 297. *ex n.* 10. *cum multis seqq. tom.* 3.

Et iterum de privilegio, quod est stricti juris, *l. si* 13 *quando, Cod. de inoff. testam.* ex quo Princeps concessit territorium quoddam cum jurisdictione, si postea simpliciter augeatur territorium, ad augmentum extenditur jurisdictio antea concessa, etiamsi nihil dictum sit de jurisdictione, ut ex doctrina *Angeli* probat Roland. à Vall. *d. quæst.* 100. *n.* 10. idem Angel. in *l. item fundi*, §. *huic de usufruct.* Covar. *practicar. quæst. c.* 2. *vers. eadem ratione: & nu.* 8. latè Nicol. Boërius *decis.* 50. *num.* 17. Ant. de Quesada *quæst. ult. nu.* 36. conducunt scripta per Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 189. *n.* 15. Alia huic doctrinæ valde similia congerit August. Barbos. *n.* 8. *& 9. & ex n.* 37. *cum seqq. in Voto* 91. & Larrea *allegat. fiscali* 89. *per tot. tom.* 2.

Item satisdatio, & fidejussio, quæ sunt stricti juris, 14 operantur in portione postea aucta per jus accrescendi: text. *in l. fin. ff. quor. legator.* cum *concordantib.* ut per Menoch. *de adipisc. poss. remed.* 2. Mierez de majoratu, 1. *par. q* 10. *n.* 25. Ergo pari ratione, licèt facultas ad hypothecandum bona majoratus, & ipsa hypotheca sint stricti juris, debent extendi ad bona postea aggregata, & ad quodlibet majoratus augmentum postea superveniens.

Quintò, magis in terminis probatur: nam hy- 15 potheca contracta super fundo, & naturaliter per alluvionem, seu ex natura rei vigore consolidationis creverit ad augmentum trahitur præcedens hypotheca contracta text. est expressus *in l. si convenerit: §. si nuda proprietas pignori data sit usufructus, qui postea accrevit, pignori cedit. Eadem causa est alluvionis:* 18. *ff. de pignor. act.* text. etiam expressus in *l. si fundus hypothecæ datus sit, deinde alluvione major factus est, totus obligabitur:* 16. *ff. de pignorib. l.* 4. *ff. de jur. dot.* his verbis: *si proprietati nudæ in dotem datæ usufructus accesserit, incrementum videtur dotis, non alia dos, quemadmodum si quid alluvione accesserit:* si est dos pars accrescens, & dotis augmentum, ergo & tacita hypotheca ad illa extenditur. *d.* §. *nuda*, cum *similibus.*

Sextò, & hæc pars affirmativa fortiter proba- 16 tur: nam tacita hypotheca dotalis pro principali dote ab initio constituta, trahitur ad augmentum ipsius dotis postea superveniens: textus expressus *in authen. de æquitate dotis* §. *aliud, collat.* 8. ubi hypotheca concessa doti principali, conceditur & extenditur etiam ad augmentum ipsius dotis, ibi: *si autem non utrinque immobiles res fuerint, mulierem omnino per immobiles res celebrare augmentum, & ut dos & augmentum similiter habeat adversus antiquiores creditores privilegium, undique indubitato augmento existente*, &c. textus etiam expressus in *l. si constante*, §. *jura autem hypothecarum quæ in augenda dote, vel donatione fuerint, ex eo tempore initium accipiant, ex quo eædem*

dem hypothecæ contractæ sunt, &c. Cod. de donat. ante nup. textus in *l. etiam* 8. *Cod. de jur. dot.* & per hæc jura ita post alios firmarunt Negusant. *de pignorib.* 4. *membr.* 2. *par. princip. n.* 46. & iterum 5. *par. princip. memb.* 2. *n.* 17. Tiràquel. in *l. si unquam, verb. donatione largitus, n.* 18. *Cod. de revoc. donat.* idem Tiraquel. *in tractat. de retract. linager.* §. 1. *glos.* 18. *ex num.* 53. Petr. Barbos. *in* 3. *par. Rubricæ, ex nu.* 65. *ff. sol. matrim.* Roland à Vall. *de lucro dot. quæst.* 100. *nu.* 5. Acosta *de privileg. creditor. regul.* 2. *ampliat.* 6. *ex num.* 568. *fol.* 163. Fontanel. *de pact. dotal. tom.* 2. *claus.* 14. *& fin. glos. unic. part.* 1. *n.* 94. *fol.* 6. 7. Noguerol. *allegat.* 30. *ex nu.* 22. *usque ad* 27. Cardinal. Mantic. *de contractib. lib.* 11. *tit.* 19. *n.* 13. *& tit.* 26. *ex nu.* 13. Gaïtus *de credito, cap.* 4. *quæsito* 11. *ex num.* 1594. *cum seq. fol.* 413. Petr. Surd. *l.* 3. *cons.* 397. *n.* 10. 17. *&* 18. Franchis *dec.* 603. Ant. Faber. *in suo Cod. defin.* 16. *l.* 8. *tit.* 8. Qua igitur ratione poterit augmentum & aggregatio bonorum superveniens antiquo majoratui relevari ab hypotheca contracta super bonis majoratus principalis, virtute facultatis Regiæ.

17 Septimò, probatur hæc pars ex textu singulari in *l. item quæritur*, §. *qui impleto*, *ff. locati:* ubi hypotheca expressè contracta inter locatorem & conductorem pro certo tempore, renovata censetur in tacita reconductione & in augmento temporis tacitè inter eosdem convento, ibi: *qui impleto tempore conductionis remansit in conductione, non solum reconduxisse videbitur, sed etiam pignorum videtur durare obligatio:* & hanc tacitam temporis extensionem & prorogationem, *augmentum conductionis*, communiter vocant Doctores, & promiscuè de hoc temporis augmento judicant quod de
18 augmento rei hypothecatæ Bertazol. *in repetit. leg. si quis major, Cod. de transact. quæst.* 1. *num.* 17. Alvarez Valasc. *in Axiomat. lit. A. nu.* 624. & optimè post Alios Mieres *de Majorat.* 1. *par. quæst.* 10. *nu.* 20. *& seqq.* & ideo quamvis text. non loquatur in augmento rei hypothecatæ, sed in augmento & prorogatione temporis, & renovatione ejusdem contractus, adhuc tamen de tempore ad rem; & de re ad tempus valet argumentum; & dispositum in uno, etiam procedit in altero, ut per jura
19 & plurimos DD. probat Alvarez Valasc. *in axiomat. lit. A. n.* 517.

20 Et quod omnia pacta & conditiones quæ continentur in priori locatione, nec non hypotheca expressa tacitè intelligantur renovata & repetita in augmento temporis & tacita reconductione, ex *d.* §. *qui impleto:* probat Bald. *ibidem in* 2. *lectura, in summario;* notans quod reconductio tacita ejusdem est qualitatis cujus est expressa, quia eadem etiam pacta & pignora videntur esse repetita: idem scribit Angel. *in l. cum satisdatione* §. *caveant, Cod. de agricol. & censit.* & ex aliis Mantica *de tacit. & ambig. convent. tom.* 1. *lib.* 5. *tit.* 15. *num.* 19. *& seqq.* exornant Acosta *de privileg. creditor. regula* 3. *ampliat.* 3. *ex nu.* 53. Gaïtus *de credito, cap.* 4. *quæsito* 1. *ex num.* 2149. *cum seqq. fol.* 457. Noguerol. *allegat.* 21. *ex num.* 20. qui
21 plures alios ad idem allegant. Et quod hypotheca expressa pro vino, oleo vel tritico, promissa, si valor post moram augeatur, ut extendatur ad hoc augmentum, & valoris incrementum, Bartol. *in l. vinum, col. fin. ff. si cert. pet.* Negusant *de pignor.* 2. *part. princip. memb.* 1. *nu.* 52. & post alios Mieres *de majoratu, par.* 2. *quæst.* 10. *nu.* 36. Igitur hypotheca expressè contracta super bonis majoratus ex facultate Regia, debet censeri repetita, & extendi ad bona postea per alium aggregata, tanquam ad majoratus & hypothecatæ rei augmentum.

Octavò & denique, quia hypotheca etiam ex- 22
pressa super aliqua re, trahitur ad augmentum ipsius rei hypothecatæ, ut putà si res tempore hypothecæ sit deteriorata ad meliorationes in eadem postea factas etiam hypotheca protrahatur: probant text. *in l. si fundus* 16. §. *si res, ff. de pignorib.* in hæc verba, *Si res hypothecæ data postea mutata fuerit, æquè hypothecaria actio competit, veluti de domo data hypothecæ, & horreo facta; item si de loco convenit, & domus facta fit: item de loco dato, deinde vineis in eo positis*, text. in *l. domo pignori data, & area ejus tenebitur, est enim pars ejus: & è contra, jus soli sequitur ædificium*, 21. *ff. de pignorat. act.* text. in *l. Paulus* 29. §. *domo, ff. de pignoribus*, his verbis, *Domo pignori data exusta est, eamque aream emit Lucius Titius, & extruxit, quæsitum est de jure pignoris? Paulus respondit, pignoris persecutionem perseverare*, &c. Glossa & communiter Doctores *in dictis jurib.* & alibi passim, & allegandi *infra ex numero* 49. *cum seqq.*

Quorum jurium dispositio æquissima est, & 23
rationi naturali consona, nam si res hypothecatæ diminutio cedit in damnum creditoris, pariter rei augmentum debet cedere juri hypothecæ, & in creditoris utilitatem, quia ad eum spectat augmentum ad quem spectat diminutio, *l. scribit ff. ad Trebel.* Fabian. *in authent. novissima, numer.* 88. *& seqq. Cod. de inoff. testam.* Ruynus *consil.* 97. *n.* 10. *circa med. & n.* 13. *lib.* 5. Petr. Surd. *Consil.* 128. *num.* 10. Gratian. *decis.* 85. *nu.* 6. Alvarez Valasc. *in Axiomat. lit. A. num.* 628. quia augmentum & diminutio pari passu ambulant, juxta regulam *leg. si ex toto, in princ. ff. de legat.* 1. Barbos. *axiom.* 34. *num.* 10.

Hæc sunt jura & fundamenta, quæ viriliter 24
sustinent hanc partem affirmativam, ut facultas & hypotheca bonorum majoratus præcedens extendatur ad quodlibet augmentum & aggregationem bonorum quomodolibet postmodùm supervenientem.

Sed pro contrária parte, ut scilicet saltem in 25
hoc casu particulari, de quo nostra disceptatio est, nullo modo facultas & hypotheca præcedens extendatur, nec protrahatur ad hoc genus augmenti provenientis ex aggregatione bonorum per tertium extraneum facta antiquo majoratui, propter diversitatem rationis militantis in aliis augmenti generibus, multa urgent etiam fortissima fundamenta suo loco aptiùs scribenda in quarta conclusione ex *n.* 69. *cum multis seqq.*

Et ut perfectiùs in tam ardua & difficili quæstione veritas percipiatur, operæ pretium erit, genera varia augmentorum distinctè describere, & per quatuor conclusiones disceptare, & elucidare.

Prima Conclusio.

Hypotheca contracta super re principali exten- 26
ditur ad augmentum proveniens à natura, putà per alluvionem, vel à natura rei, putà per consolidationem ususfructus cum proprietate hypothecata, vel utilis dominii cum directo: de quo jura sunt expressa *in l. si convenerit*, §. *si nuda proprietas, ff. de pignor. act. l. si fund.* 16. *ff. de pignorib. l.* 4. *ff. de jur. dot.* quæ adduximus *in* 5. *fundamento supr. num.* 15.

Quoniam adducta per alluvionem rei principali 27
naturaliter cum ea uniuntur, *l. in rem* 23. §. *idem*

quæcumque, ff. de rei vendic. qua de cauſa omnes qualitates & conditiones rei protinus augmento huic inſeparabiliter communicantur, *l. ſi ego, §. idem ait, ff. de publiciana, d. l.* 4. *ff. de jur. dot. l. fin. C. de alluvionib.*

28 Nam quemadmodum fundus occupatus à flumine, fit fluminis, & prior Dominus fundi Dominium amittit. *l. ergo* 30. *§. alluvio, verſ. itaque, ff. de adquir. rer. dom. l.* 1. *§. ſi foſſa, ff. de fluminib.* quia impoſſibile eſt ut alveus alterius juris ſit quàm ipſum
29 flumen, *l.* 1. *§. ſimil. modo, ff. de fluminib.* & propterea alveus ſemper ſequitur fluminis cauſam, *l. ergo* 30. *§. duobus, ff. de adquir. rer. dom.* ut abundè pro-
30 bat Arias de Meſſa *variar. reſol. lib.* 2. *cap.* 43. *n.* 9. 10. & 12. Caldas Pereira *de empt. & vendit. ex nu.* 46. *cum multis ſequentib.* Ita pariter alveus à flumine
31 derelictus, & ab eo ſejunctus, eorum eſſe incipit, qui propè ripas prædia poſſident, & illis hoc naturale augmentum accreſcit, *l. Attius* 38. *ff. de adquir. rer. dom.* poſt plures Arias de Meſſa *ubi proximè, ex n.* 1. *& n.* 9.

32 Qui *n.* 5. aſſerit per jura, & DD. quos allegat, quod quemadmodum poſt perfectam venditionem periculum rei emptæ pertinet ad emptorem, pariter incrementum hoc naturale ad eum debet per-
33 tinere: ubi etiam de creditore hypothecario, ut eidem hoc augmentum alluvionis accreſcat. Similiter etiam ad uſufructuarium hoc augmentum jure
34 acceſſionis ſpectare, ex *l. item ſi fundi* 9. *§. ſed ſi inſula, ff. de uſufructu:* abunde probat Caſtillo *de Uſufructu. cap.* 37. *ex numero* 22. *cum ſeqq.*

35 Quare hoc augmentum naturale ad rem emphyteuticam, ab emphyteutæ induſtria & ſumptu non proveniens, ſed natura ipſa tantum de per ſe caſu operante, ſive pateat, ſive lateat, dicitur commodo ipſius emphyteutæ cedere, & accreſcere utili dominio, & ad emphyteutam pertinet toto eo tempore quo emphyteuſis duraverit, ita tamen ut ipſa emphyteuſi quomodolibet finita, ad Dominum directum redeat, de quibus latiſſimè poſt plurimorum Doctorum allegationes videndus erit Anton. de Amato *variar. reſol. tom.* 1. *reſol.* 14. *ex nu.* 22. *cum ſeqq.*

36 Et cùm à jure æquiparatum ſit augmentum proveniens ex cauſa alluvionis, & ex cauſa conſolidationis, ut ſunt jura expreſſa in *dict. l. ſi convenerit, §. ſi nuda proprietas pignori data ſit, uſusfructus, qui poſtea accrevit, pignori cedit: eadem cauſa eſt alluvionis.* 18. *ff. de pignorib.* ſimilis textus in *l.* 4. *ff. de jur. dot.* ibi: *ſi proprietati nudæ in dotem data uſusfructus acceſſerit, incrementum videtur dotis, quemadmodum ſi quid alluvione acceſſerit.*

37 Idem dicendum erit in conſolidatione ex quacumque cauſa proveniente, ut in utili dominio conſolidato cum directo, nam prædicta jura licèt duntaxat loquantur in conſolidatione uſusfructus, exempli gratiâ id factum fuit, cùm ratio deciſionis & determinationis militet etiam in omni conſolidatione unius rei diſmembratæ, & poſtea ex ſua natura conſolidatæ, nam in utraque conſolidatione admitti debet hypothecæ extenſio: quia ubi duo caſus ſunt à jure æquiparati, diſpoſitum in uno, ſubintelligitur etiam diſpoſitum in altero: plures ad id Doctores citat Alvar. Valaſc. *in axiom. lit. C. nu.* 20. Et in terminis quod ſi cum directo dominio hypothecato conſolidetur utile, ut ad hoc augmentum extendatur hypotheca probat Caſtillo *deciſ.* 10. *numer.* 4. noviſſimè Mercur. Merlin. *in tract. de pignorib. & hypothec. lib.* 2. *titul.* 1. *quæſt.* 2. *ſub nu.* 21. *in fin. fol.* 42. ubi etiam de conſolidatione uſusfructus cum proprietate hypothecata.

Et ideo in hac materia Doctores promiſcuè 39
loquuntur de augmento rei per conſolidationem uſusfructus cum proprietate, & dominii utilis cum directo ut videre eſt ex Molina *de primogen. lib.* 1. *cap.* 26. *ſub num.* 28. *verſ. ex quibus infertur:* afferens quod in rebus majoratus utile dominium conſolidatum cum directo, & uſusfructus cum proprietate conſolidatus, eidem majoratui accreſcit, in quo proprietas ſeu dominium directum comprehenſum erat: ex pluribus Doctoribus per eum allegatis: optimè etiam per multos Modernos Joan. Garcia *de expenſis & meliorat. cap.* 22. *num.* 10. 11. & 12. multa etiam per Peregrin. *de fideicom. art.* 10. *num.* 8.

Nam ea quæ conſolidantur, eodem jure, quo 40
ipſa bona cum quibus fit conſolidatio, adquiri dicuntur, quia per conſolidationem una res efficitur cum illa cui inſeparabiliter unita eſt, & eadem portio quæ unitur per conſolidationem, eodem jure & titulo poſſidetur, quo res cui accedit & conſolidatur; ut conſiderat Bald. *conſil.* 300. *Statuto cavetur:* per text. in *d. l. ſi proprietati, ff. de jur. dot. & l. ſi tibi homo, §. ſi. ff. de legat.* 1. *& l. ſi hæres, ff. ad Trebell.* quem ſequitur Tiraquell. *de retract. linager. §.* 1. *gloſ.* 3. *n.* 2. *& gloſ.* 7. *nu.* 6. *& in §.* 32. *gloſ.* 1. 72. *& n.* 75. Pariſien. *in conſuetud. Pariſ. tit.* 1. *§.* 30. *nu.* 72. *&* 73. Covar. *in epitom. ſuper* 4. *Decretal.* 2. *par. cap.* 7. *§.* 1. *num.* 9. Ludov. Molina *ubi proximè, nu.* 9. *&* 28. *verſ. ex quibus infertur:* latiſſimè videndus Mieres *de majoratu*, 1. *part. quæſt.* 10. *ex nu.* 166. *cum ſeqq. tom.* 1. optimè 41
Peregrin. *d. art.* 10. *nu.* 8. *&* 9. inferens quod hoc jus utile ſic unitum ex legis diſpoſitione per attractionem tranſit cum directo ad quemcunque; quapropter dicendum erit, quod hypotheca ſuper proprietate trahi debet ad hoc augmentum uſusfructus, & utilis dominii conſolidati cum proprietate, ex juribus expreſſis *ad princip. hujus primæ Concluſionis, adductis.*

Ad hanc etiam primam Concluſionem ſpectat 42
augmentum proveniens ex temporis beneficio & præſcriptione, quæ quaſi alluvio dicetur: ut conſiderat Peregrin. *de fideicom. de artic.* 10. *ſub n.* 11. Caſtill. *controverſ. tom.* 6. *c.* 155. *n.* 8.

Et ideo res præſcriptione acquiſita per poſſeſſo- 43
rem majoratus ex cauſa, jure, & titulo majoratus, & tanquam res majoratus, ſit majoratus & hæreditatis, & pertinet ad majoratum, & ejuſdem ſit qualitatis, in eaque ſicut in cæteris bonis majoratus ſuccedítur, cùm attendatur cauſa primordialis, jus, & titulus ex quo res ipſa adquiritur & præſcribitur, ita tenet & comprobat Molina *de primog. l.* 1. *c.* 26. *n.* 7. *&* 8. Joan. Garc. *de expenſis & meliorat. c.* 22. *nu.* 12. *cum ſeqq.* & in *tract. de conjug. ac quæſt. n.* 9. *& ſeqq.* qui inde ad alia ſimilia inferunt: plurimos ad idem congerit Caſtill. *controverſ. tom.* 6. *cap.* 155. *ex nu.* 8. *& ſeqq.* & Addit. ad Molinam. *d. nu.* 7.

Item quando res præſcribitur per hæredem 44
titulo & jure hæreditario, ut pertineat ad hæreditatem, & quod illud augmentum cedat in utilitatem hæreditatis, & non hæredis; & quod in reſtitutione hæreditatis ex præcepto teſtatoris veniat hoc augmentum, & res hoc modo & jure præſcripta, doctè & latè fundat Peregrinus *de fideicommiſſ. art.* 10. 11. & 12. ubi etiam quod quando præſcriptio cœpta fuit in vita defuncti, 45
& perficitur per hæredem, ſpectat ad hæreditatem,

&

& judicatur res hæreditatis & ejus augmentum : pro quo expendit textum in *l. veniunt, cum l. seq. ff. famil. erciſc.* ubi res per hæredem bona fide uſucaptæ ex perſona defuncti, veniunt in judicio familiæ erciſcundæ, & quia præſcribens hæres, à defuncto intelligitur rem habere, non ab eo adverſus quem præſcribit : ut eſt caſus in *l. ſi alienam, ff. de donat. cauſ. mort.* ſequitur Caſtillo *controverſ. tom. 6. d. cap. 155. ex num. 8. & ſeqq.*

56 Nam quando finis habet neceſſarium conſequentiam ad principium, non finis, ſed principium attenditur, plures adduximus *in hoc Labyrintho tom. 2. par. 3. c. 4. n. 11. & 51. & 52.* adde text. *in l. 3. §. ſcio*, ubi Bald. *ff. de minorib. l. damni infecti, §. Sabini. ff. de damno infecto :* Maſtrill. *dec. 260. n. 6.* Tuſch. *pract. concluſ. lit. O. concluſ. 200. ex n. 6. cum ſeqq.* Petr. Surd. *deciſ. 297. n. 12.* Caſtill. *d. cap. 155. n. 11.* qui quidem *à principio, & per tot. c.* multa cumulavit ad probandum quod origo & cauſa primæva in omni diſpoſitione ſit ſemper attendenda.

Ex quibus manifeſtè ſequitur quod creditor habens hypothecata bona majoratus, jus etiam habere dicitur ad hoc augmentum proveniens ex legitima præſcriptione, cùm inter bona majoratus computetur.

47 Idem ſimiliter erit dicendum de creditoribus defuncti, ut credita ſua conſequi poſſint ex hoc augmento proveniente hæreditati per præſcriptionem hæredis, titulo & jure hæreditario, cum inter bona hæreditaria computetur, atque ad hanc rem præſcriptam & augmentum extenditur hypotheca, & obligatio bonorum defuncti : prout expreſsè tenet Bald. *in l. Paulus, in princ. ff. de pignorib.* per text. in *d. l. qui alienam : & in l. ſi alienam, ff. de donat. cauſ. mort. l. veniunt, C. famil. erciſc. l. 1. in fin. Cod. commun. de legat.* ſequitur Neguſant. *de pignorib. 2. par. princip. memb. 2. n. 54.* quem etiam allegant Peregrin. *d. art. 10. nu. 11. ad fin.* & Caſtill. *d. cap. 155. nu. 8.*

48 Et ex iis quæ dicta ſunt in hac prima Concluſione *ex n. 36. cum ſeqq. verſ. Et cum à jure æquiparatum ſit ;* rectè infertur ad poſſeſſorem beneficii penſione gravati in favorem alterius, qui pro credito aliquo obligavit & hypothecæ ſubjecit fructus ſui beneficii, juxta ea quæ copiosè egimus *in hoc Labyr. tom. 1. part. 1. cap. 43. per tot.* Quod ſi pro tempore penſio extinguatur, morte, matrimonio, vel renuntiatione, & ſimilibus cauſis, ita ut conſolidetur cum titulo beneficii, ad hanc portionem auctam, & augmentum conſolidationis titulo ſuperveniens, extendetur obligatio, & hypotheca præcedens, cùm pars ſit & portio fructuum accreſcens unita inſeparabilis ex natura rei, juxta latiùs dicta hactenus.

Secunda Concluſio.

49 Augmentum rei hypothecatæ proveniens ex facto hominis inſeparabiliter ab ipſa re, cedit in utilitatem creditoris, & ipſum augmentum cohærens & inſeparabile comprehendit hypotheca præcedens ſimpliciter contracta.

50 Hæc concluſio verificatur in ædificiis, & aliis neceſſariis, & utilibus melioramentis factis in rebus hypothecæ ſubjectis, quæ tanquam augmentum concretum & affixum inſeparabiliter in ipſa re, illam auget, & ad id extenditur hypotheca ſimpliciter contracta ſuper re ante meliorationem factam ut probant jura expreſſa in *l. ſi fundus 16. §. ſi res, de pignorib. l. domo 21. ff. de pignor. act. l. Paulus 29. §. domo 21. ff. de pignor.* quæ ſuperiùs adduximus *in 8. fundamento, ex n. 22.* probant etiam hanc concluſionem plurimi relati à Molina quos & ipſe ſequitur *de primogen. lib. 1. cap. 26. n. 11. & 12.* quia melioramenta facta in hypotheca, ſunt creditori hypothecata, ſicut ipſa res, tanquam eidem cohærentia, ſive facta ſint à debitore, ſive ab alio Tertio poſſeſſore : optimè probat Neguſant. *de pignorib. 4. membr. 5. part. princip. n. 8. 11. 18. & 21.* Vinc. de Franchis *deciſ. 38. in fin. & deciſ. 456. & dec. 506.* Marius Giurba *dec. 63. n. 16.* & per Neguſ. & Gail. *lib. 2. obſerv. 25. in fin.* Pacif. *de Salvian. interdict. inſpcte. 3. cap. 4. nu. 644.* tenet noviſſimè Merlin. *de pignorbi. & hypoth. lib. 2. tit. 2. quæſt. 69. n. 1. & 9.* Covarr. *variar. reſol. lib. 1. cap. 8. n. 3. verſ. cæterum :* Magonius *de deciſ. 51. n. 3.* Menoc. *de præſumpt. l. 3. præſ. 32. n. 8. in fin.* Cencius *de cenſib. q. 98. ſub. n. 81. verſ. valor autem.*

51 Ita tamen quod ſi hæc melioramenta fiant à tertio poſſeſſore in re hypothecata, æſtimationem eorum conſequi Tertius debet : ut probatur ex *dict. l. Paulus, §. domo :* Neguſant. & Merlin. *locis citat.* & abundè diximus *in hoc Labyrinth. tom. 1. part. 1. c. 11. ex nu. 64. cum. multis ſequentibus uſque ad fin. c.*

52 Quid autem de ædificiis & melioramentis factis in rebus majoratus, ſtante lege 46. *Tauri*, eo quod cedunt majoratui, an ſaltem eorum æſtimatio ſolvi debeat tam poſſeſſori majoratus, quàm Tertio, ædificantibus & meliorantibus ? conſule Molinam *ubi proximè, & n. ſeqq.* & quos adducunt Additionatores. *ibid.*

53 Hinc etiam eſt, quod ſervitutes adquiſitæ pro rebus hypothecatis, tanquam augmentum inſeparabile, concretum, & rebus ipſis unitum, augent, & eam ex ſui natura ſequuntur & ei accedunt, quia hoc augmentum de per ſe ſubſiſtere non poteſt : ad latè comprobata per Molinam *d. cap. 26. ex num. 11 & 12.* ubi Additionatores, plurimos alios DD. allegant, nec non ad idem multos congregat Anton. de Amato *variar. reſolut. cap. 14. num. 28.*

54 Nam quemadmodum augmentum ſeparabile à re aucta & quod de per ſe ſtat, non auget rem ipſam, nec eidem perpetuo remanet unita inſeparabiliter, cum ideo dicatur augmentum diſcretum, & non concretum, prout abundè congerit Amatus *ubi proximè, ex num. 24. cum ſequentib.* pariter augmentum concretum & affixum ſeu cohærens rei hypothecatæ, ipſam auget, & ipſum complectitur hypotheca præcedens ; ex juribus à principio hujus concluſionis citatis, & juxta exempla hactenus ſcripta.

Tertia Concluſio.

55 Augmentum rei principalis deductæ in contractu, originem habens ab ipſiſmet contrahentibus, & per ipſos novus fiat contractus ſuper hoc augmento tacitè ſubjicitur qualitatibus conditionibus, pactis, & hypothecis quibus res principalis ſubjecta erat. Hanc concluſionem probant expreſsè text. *in auth. de æqualit. dot. §. aliud, collat. 8. l. ſi conſtante, §. autem hypothecarum, Cod. de donat. ant. nupt. l. etiam 8. Cod. de jur dot.* quæ jura expreſsè loquuntur in augmento dotis facto per mulierem, vel alium ejus nomine, viro, inter quos ſimiliter contractus dotis principalis præceſſerat, ut pariter pacta & hypothecata tacitè renovata intelligantur in hoc augmento.

56 Et in hypotheca expresè contracta inter conductorem & locatorem, ut in tacita reconductione inter eosdem tacitè contracta, renoventur pacta, qualitas, conditiones & hypothecæ expresè appositæ per contrahentes in contractu principali, probat text. *in l. queritur*, §. *qui impleto ff. locati*, & in comprobationem hujus conclusionis adducendi sunt etiam Doctores superiùs cumulati *in 6. fundamento*, *ex num.* 16. *usque ad num.* 21. inclusivè.

57 Ratio fundamentalis hujus conclusionis, pariter specialis & dissimilis est à traditis *in* 1. & 2. *conclusione* : quia ex natura rei gestæ inter eosdem contrahentes super augmento, & ex eorum voluntate & consensu inducitur à jure tacitum pactum producens renovationem & repetitionem omnium qualitatum & hypothecarum sub quibus res aucta & principalis in contractum per eos deducta est : hæc ratio apertè evincitur ex juribus suprà citatis, & Doctoribus in eorum exornationem cumulatis ex *num.* 16. *cum seqq.* quibus adde text. *in l. legum*, *Cod. locati :* ibi : *tacito consensu eandem locationem unà cum vinculo pignoris renovare videtur.* ut notant Gaïtus *de credito*, *cap.* 4. *quæst.* 11. *num.* 224. Noguerol. *allegat.* 21. *num.* 20. Acosta *de privileg. creditor. in præfat. ad regul.* 1. *num.* 36. *fol.* 17. *à itergo* : Mantica *de contractib. lib.* 5. *tit.* 15. *num.* 19. *tom.* 1. & post Molinam & Manticam latè prosequitur Gaïtus de *quæsito* 11. *ex num.* 2153. *cum multis seqq.* Et ideo nihil mirum quod in hoc augmento proveniente ex facto hominis subintelligatur hypothecæ, cùm in ea, sicuti in cæteris pactis, interveniat novus consensus contrahentium inductivus renovationis & repetitionis, quo cessante, hypotheca non renovaretur, nec subintelligeretur in hoc tacito & novo contractu.

58 Et in tantum ratio hæc vera est, ut tacita reconductio non inducatur à jure quando in aliquo ex contrahentibus deficit aptitudo consensus, ut in pupillo, mente capto, & similibus; quia à lege nunquam fingitur consensus, *l. qui ad certum*, *ff. locati :* ut comprobat post alios Mantica *de contractibus lib.* 5. *titul.* 15. *nu.* 10. 11. *&* 12. *& num.* 20. *&* 25. quapropter cessat in illo casu hypothecæ repetitio.

59 Hæc ratio ex eo fortior redditur, quoniam hypotheca, quæ datur dotis augmento, nova est, & noviter contracta, nec est illamet, quæ doti principali inducta erat jam, ita ut nec ista trahatur ad augmentum, nec concessa augmento trahitur retrò ad tempus dotis principalis, sed tantum operatur, & habet effectum à tempore quo ipsi conjuges præstiterunt consensum augmento dotis : pro hoc datur textus expressus in *l. si constante* 19. §. *jura autem*, *C. d. donat. ante nupt.* cujus sunt verba : *Jura autem, hypothecarum quæ in augenda dote vel donatione fuerint, eo tempore initium accipiant, ex quo eadem hypothecæ contractæ sunt & non ad prioris dotis, vel ante nuptias donationis tempora referantur.*

60 Ex quo textu mirabiliter consideravit *Negusant.* quod alia est hypotheca dotis principalis, alia hypotheca augmenti, in *tr. de pignor. & hypot.* 4. *membr.* 2. *princ. num.* 46. cujus verba sunt : *Adde etiam, quod privilegium dictæ tacitæ hypothecæ competens pro augmento dotis* (*ut dictum est*) *competit etiam, cum privilegio prælationis, de quo in l. assiduis Cod. qui potior, in pignor. hab. ita loquitur Jason in rubric. ff. solut. matr. in ult. col. Adverte tamen, quod tacita hypothecaquæ competit pro augmento dotis, non refertur ad initium tacitæ hypothecæ contractæ pro ipsa dote, sed sumit initium à die ipsius augmenti dotis : text. est, & ibi Bald. & Salyceet in l. si constante, Cod. de donat. ante nupt. & sic tacita hypotheca, quæ competit pro augmento dotis, non est illa quæ competit pro dote*, &c. Et quamvis Doctores statim referendi adducant Negusant. *in hoc loco* ; alius præstantior est ejusdem Authoris ; cujus ipsi Doctores non meminere, *in* 1. *membro* 5. *part. princ. num.* 17. ubi sic loquitur : *Nec obstat dicta lex, si constante, Cod. de donat. ant. nupt. quia hypotheca tacita, quæ à principio fuit constituta pro dote, non se extendit ad augmentum dotis ; & ratio est, quia tempore datæ dotis non erat in consideratione augmentum postea factum, sicut sunt augmenta dotis quæ accessoriè veniunt ad ipsam dotem, ut expressè notat Paul. de Castro in d. cons.* 8. *Ad primum respondetur &c. in princ. & in fin. ubi vult quod alia est hypotheca tacita quæ oritur pro dote data, & alia quæ oritur postea pro augmento dotis facto ex intervallo post dotem : quia prima oritur tempore dotis datæ ; & secunda tempore augmenti facti : & prima habet hypothecata bona quæ maritus habebat tempore dotis, secunda autem habet hypothecata bona quæ maritus habebat tempore augmenti facti, & sic diversa est ratio in augmento dotis, quam sit in alimentis & augmentum non venit per modum accessorii, ad æquè principaliter ad dotem, sicut veniunt alimenta : ut colligitur ex notatis per Bartol. in l. fin. Cod. per quas person. nob. adqu. & per Dynum in regula Accessorium*, &c.

61 Mirabiliter quidem locutus est Negusant. in isto puncto, *utroque in loco*, & præsertim *in hoc ultimo* eundem referentes sequuntur, adductis etiam Baldo, & Salyceto, Cardinalis Mantica *de contractib. lib.* 11. *tit.* 26. *num.* 13. *&* 14. Acosta *de privileg creditor. regula* 2. *ampliat.* 6. *n.* 568. *fol.* 163. Fontanel. *de pact. nupt. t.* 2. *claus.* 4. *& fin. glos. unic. par.* 1. *nu.* 94. *fol.* 637. optimè Gaïtus *de credito*, *cap.* 4. *qu.* 11. *ex n.* 1594. *cum seqq. fol.* 143. Petr. Barbos. *in* 3. *par. Rubr. ff. sol. matrim. nu.* 65. 66. *& seqq.* Petr Surd. *cons.* 397. *num.* 17. 18. *&* 19. *l.* 3. Franchis. *decis.* 613. ex quibus probatur quod hypotheca tacita noviter inducta à jure pro augmento dotis in bonis viri, nova est, & diversa ab illa quæ concessa fuerat doti principali, cùm noviter oriatur ex nunc à tempore contractus augmenti inter virum & uxorem, quia ex natura rei gestæ & augmenti, tacitè inducitur à jure consensus contrahentium repetendi qualitates & conditiones in primo contractu super re aucta conjunctæ, effectum habentes à tempore contractus super augmento : & quod non sit eadem hypotheca præcedens, sed nova alia orta tempore augmenti dotis, sequutus Negusantium *de membr.* 4. novissimè dixit Mercurial. Merlin. *de pignorib. l.* 3. *tit.* 2. *quæ.* 50. *n.* 15. *&* 16. *fol.* 281.

62 Hoc idem fortiùs videmus in augmento conductionis & tacita prorogatione temporis, juxta text. *in l. cum quæritur*, §. *qui impleto*, *ff. locati*, & ea quæ in ejus exornationem scripta reliquimus suprà ex *num.* 17. *& seqq.* nam in hoc conductionis augmento tacita contrahentium voluntas & consensus non solum operatur novam reconductionem, sed etiam novam repetitionem & renovationem hypothecæ antea in priori contractu appositæ : text. *in d.* §. *qui impleto* : ibi : *non solùm quis reconduxisse videtur, sed etiam pignorum videtur durare obligatio.* text. etiam in *l. legem Cod. locati*, ibi : *tacito consensu eandem locationem*

cum

eam vinculo, pignoris renovare videtur, & comprobant DD. adducti *sup. num.* 57. *& ex num.* 16. Ex quo sequitur, quod consensus & voluntas tacita in hoc augmento operantur hypothecæ renovationem & repetitionem, quo deficiente, secundus tacitus augmenti contractus manere absque hypotheca, nova specificè non adjecta per ipsos contrahentes.

63 Hæc veritas eò magis suadetur, quod hæc tacita hypothecæ renovatio non operatur à tempore prioris conductionis contractus, nec ad illud trahitur, sed operatur dumtaxat à tempore augmenti & prorogatæ conductionis, eo quod illo tempore concurrit conductoris & locatoris, ex perseverantia unius & patientia alterius, tacitus & fictus utriusque consensus, ita ut hypotheca prioris contractus non sit eadem verè quæ renovatur in augmento, & prorogatione, sed alia nova, initium & originem sumens à tempore augmenti taciti contractus, sicut diximus de hypotheca augmenti dotis ex *num.* 59. *eum seqq.* atque insuper in nostris terminis *d.* §. *qui impleto*, expressè probarunt Carnazan, *decis.* 177. Rovitus *ad pragmatic. de locato & conducto, num.* 4. Gaitus latiùs *in tract. de credito. cap. l.* 4. *quæsito* 11. *nu.* 2149. & 2150. Acosta *de privileg. credit. reg.* 3. *ampliat.* 3. *n.* 53. 54. & 55. *fol.* 218. Noguerol. *alleg.* 21. *n.* 21.

64 Cui veræ resolutioni obstare videtur text. in *d.* §. *qui impleto :* ubi expressè dicitur, quod in tacita reconductione durat eandem hypotheca contenta in primo conductionis contractu, ibi, *pignorum videtur obligatio* : ergo non erit nova illa quæ tacitè reperitur in augmento conductionis, sed prior continuata.

65 Huic difficultati occurrit Gaitus *ubi proximè, ex numero* 2153. dicens Doctores omnes communiter asseverare, primam hypothecam esse repetitam in secunda tacita conductione, quam ejusdem & similis qualitatis esse atque expressa in priori contractu : si igitur repetita censetur (arguit & rectè Gaitus fatendum erit in repetitione novum requiri consensum locatoris & conductoris, cùm in reconductione novus requiratur consensus, ut facta locatio conseatur : ad text. *in l.* 1. *ff. locati & l. consensu, ff. de action. & oblig.* ideo in tacita reconductione consensus præsumitur, ex *d.* §. *qui impleto*, *& d. l. legem ;* ergo hypotheca non potest operari nisi à tempore novi consensus, & non antea.

66 Idcirco (prosequitur Gaitus *ex num.* 2157.) benè concluditur, verbum, *durare*, positum *in d.* §. *qui impleto*, interpretandum esse, scilicet *renovare ;* tum ex dictis Belloni *cons.* 87. tum etiam quia in eisdem terminis, verbo, *renovare*, usus fuit Imperator in *d. l. legem Cod. locato :* ibi, *unà cum vinculo pignoris renovare videtur.*

67 Et licèt hæc responsio optimè congruat verbo *durare*, posito *in d* §. *qui impleto*, aptiorem aliam consideravi : nam Consultus in *d. textu*, non dixit affirmativè, asseveranter durare hypothecam, sed fictè & impropriè juxta verbum, *videtur*, quod sui natura denotat improprietatem, quo Consultus usus fuit, motus ex continuatione & vicinitate actuum, conductionis scilicet expressæ, cum tacita posteriore ; & ideo nihil mirum, quod apparenter videatur eadem hypotheca, non quod in rei veritate eadem sit continuata, sed alia nova ex utriusque contrahentis novo & tacito consensu orta & renovata, ex *supra dictis hactenus.*

Sed contra has omnes doctrinas à principio hujus tertiæ conclusionis scriptas, facit *l. per retentionem* 4. *Cod. de usur.* ubi debitor hypothecavit rem pro sorte & usuris minoribus, postea per novum contractum inter eosdem creditorem & debitorem convenit de usuris majoribus, dubitatum an eadem hypotheca extenderetur ad novum hoc augmentum usurarum majorum ? Et determinatum fuit non extendi, si expressè in novo contractu non fuit repetita, in hæc verba, *per retentionem pignoris usuras servari posse de quib. præstandis convenit*, &c. hæc ratio cessat, siquidem tempore contractus de minoribus usuris convenit : postea autem cùm se debitor præstaturum majores repromisit, non potest videri rata pignoris retentio, quando eò tempore quo in instrumento promittebantur non convenit ut pignus etiam ob hanc adjectionem teneatur. Cui difficultati facillimè respondetur, si consideres quod hoc augmentum in specie illius textus, non supervenit rei priùs hypothecatæ, sed dumtaxat credito, quod augmentatum fuit, estque aliud novum creditum, in quo requirebatur expressa repetitio hypothecæ prioris contractus : juxta quam plurima jura per Nos adducta *in hoc Labyrinth. 3. par. c.* 13. §. *unic. ex numero* 86. *cum seqq.*

Ex quibus firmissima remanet nostra conclusio de 68
qua *supr. ex num.* 55. quod augmentum noviter proveniens ex facto eorumdem contrahentium super re aucta, subjiciatur ex tacito eorum consensu omnibus qualitatibus, conditionibus, & hypothecis primi contractus.

Quarta Conclusio.

Ad augmentum bonorum majoratus antiqui postmodùm contingens facto hominis extranei aggregantis sua bona, quantumvis sint unita & incorporata cum illis facultate Regia hypothecatis, hypotheca hæc nullo modo protrahitur, nec extenditur.

Hanc conclusionem negativam multis & efficacissimis mediis roborabo. Primò, quia non est indistinctè & generaliter verum, nec constans argumentum. Est unitum rei hypothecatæ, ergo est hypothecatum : prout ex sequentibus clarè apparebit : solum enim in illis tribus casibus trium conclusionum præcedentium reperitur in jure extendi hypothecam præcedentem ad augmentum subsequens, ex peculiari ratione cuilibet attributa, juxta quæ in singulis conclusionibus ex *num.* 26. adnotata remanent. 69

Iste autem casus nostræ quartæ conclusionis, 70
quando ab extraneo facta fuit aggregatio & unio suorum bonorum, bonis alterius majoratus antea ligitimè hypothecæ subjectis, multùm diversus est & distinctus, & nullo modo cadens sub tatione & dispositione alicujus ex relatis in dictis tribus conclusionibus præcedentibus. Nam hoc 71
augmentum factum per viam novæ aggregationis & unionis antiquo majoratui, non provenit à natura, sed à facto hominis ; juxta jura in prima conclusione relata ex *num.* 26. Nec etiam consonant secundæ conclusioni *supr. ex num.* 49. quoniam non 72
est augmentum concretum adhærens alicui rei majoratus, inseparabile ab ipsa antea hypothecata, prout est ædificium & meliorationes tangentia rem ipsam hypothecatam inseparabiliter ; sed est augmentum externum & discretum, de per se stans, unitum rebus majoratus æquè principaliter nullam trahens originem à rebus majoratus ; nec à jure ipsius majoratus, sed à dispositione distincta noviter facta

73 facta ab extraneo. Nec denique convenit tertiæ concluſioni, de qua *ex numer.* 55. cùm hoc augmentum per viam aggregationis non proveniat ex facto ipſorum contrahentium & imponentium hypothecam in rebus primi majoratus, ſed ſolùm à Tertio extraneo independenter ab illorum contractu ad diverſum finem & diſtinctum effectum. Quapropter nulla ex parte hoc augmentum per viam aggregationis ſuperveniens poteſt cadere ſub ratione alicujus ex tribus concluſionibus prædictis, cùm omnino ſit caſus diverſus & diſtinctus, ac proinde hypotheca bonorum majoratus antiqui, non poteſt extendi ad hæc bona noviter aggregata, quoniam
74 augmentum non ſequitur naturam rei auctæ cui unitur, quando inter augmentum, & rem auctam adeſt diverſitas rationis: text. *in l. qui fundum*, §. 1. *ff. pro emptore:* Tiraquell. *de retract. conſang.* §. 1. *gloſ.* 18. *numer.* 59. Menoch. *conſ.* 26. *num.* 35. Petr. Surd. *conſ.* 255. *nu.* 24. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 652. *num.* 6.

75 Secundò, quia de horum bonorum augmento & aggregatione idem judicandum eſt reſpectu bonorum primi majoratus cui aggregatur, quod de bonis primi majoratus inter ſe ipſa, ut ſint cum aliis aggregata & unita æquè principaliter, ita ut quælibet res de per ſe ſubſiſtat independenter ab aliis, ut mox probabitur, & facit pulchra conſideratio Fachinei *controverſ. lib.* 10. *cap.* 69. *ad fin. verſ. non. obſtat. ſi dicatur:* afferens quod nullo jure probari poteſt, unam partem & portionem hæreditatis alterius partis eſſe ſequelam & acceſſoriam, partes enim accedunt toti, & illud ſequuntur, ex *l. malum, ff. de verb. ſignific.* non autem una pars alteri parti accedere dicitur. Et ideo hypotheca ſuper bonis primi majoratus non trahitur ad augmentum & aggregationem bonorum poſtmodum contingentem, tanquam æquè principaliter aggregatorum, niſi adſit novus aggregantis conſenſus: ita eleganter tradit Neguſant. *de pignorib. loco ſuperius ad literam adducto, numer.* 60. cui ſimiliter conveniunt omnia jura & Doctores allegati *in* 3. *concluſ. ex num.* 55. *& ſeqq.* facit doctrina Bartoli in *l. cum. fundus, ff. de legat.* 2. *& ibi* Cumanus qui dicunt, quod quando augmentum eſt æquè principale, nunquam cedit rei augmentatæ, Covar. *practicar. q.* 2. *num.* 5. *verſ. Decimo in hoc:* quos ſequitur Mierez *de majoratu*, 1. *part. quæſt.* 10. *num.* 50.

76 Hoc fundamentum eò fortius redditur, quoniam ſi unio, & incorporatio unius rei cum re hypothecata æquè principaliter & independenter ab ea ſufficeret ad extendendam hypothecam ad rem unitam; ſequeretur abſurdum maximum, quod hypotheca ex facultate Regia impoſita ſuper una re majoratus, traheretur & extenderetur ad alias ejuſdem majoratus, cum quibus ab initio fundationis majoratus ſimul eſt vinculata, unita, & incorporata: ſed hoc eſt falſum, quia hypo-
77 theca ſuper una re majoratus ex facultate Regia non extenditur ad alias res ejuſdem majoratus, quantumvis ſit cum illis connexa & ſimul vinculata æquè principaliter: ad latè tradita in *hoc Labyrintho*, 2. *tom. par.* 2. *c.* 4. *num.* 12. *&* 13. & uberiùs *ead.* 2. *par. c.* 10. *ex num.* 68. *cum multis ſeqq.* & ſignanter *d.* 2. *par. c.* 9. *numer.* 4. *&* 63. *& ſeqq.* quibus adde Mierez *de majoratu*, 4. *part. quæſt.* 2. *num.* 105. ubi poſt alios Plures DD. aſſerit, quod licentia & facultas generaliter ad bona majoratus alienandum & hypothecandum petita & limitata concedatur ad certa bona ipſius majoratus, in cæteris bonis denegata intelligitur; ergo multo minus permittenda erit hypothecæ extenſio ad hæc nova noviter poſtmodum aggregata; quamtumvis unita & connexa eſſe dicantur cum bonis primi majoratus hypothecatis antea, niſi adſit nova facultas, atque nova hypotheca ſuper illis.

Tertiò, hæc concluſio roboratur, quoniam li- 78
cèt hypotheca contracta ſuper re principali, renovata cenſeatur in augmento poſtea eveniente, & producto ab ipſiſmet contrahentibus; ex juribus & Doctoribus adductis *ſuprà num.* 55. *&* 56. tamen talis effectus non cauſatur à ſolo augmento ſuperveniente, ſed dumtaxat à conſenſu tacito noviter 79
contrahentium ſuper augmento, qui tacitè conſenſerunt in renovationem & repetitionem hypothecæ à conſenſu originem trahentis, ad latiſſimè comprobata ſuperiùs ex *nu.* 57. *cum multis ſeqq.* Sed hæc ratio prorſus ceſſat in hac nova bonorum aggregatione & augmento, quia nec fit inter contrahentes primam hypothecam; ſed per Tertium extraneum, cujus conſenſus ad hypothecæ repetionem & renovationem ſuper augmento nullo tempore concurrit; ergo ad illud trahi nequit hypotheca præcedens.

Nec ipſe aggregans bona ſua antiquo majoratui 80
tanquam extraneus & extrinſeca perſona potuit comprendi in illo contracto antecedente celebrato inter tunc poſſeſſorem majoratus, & creditorem hypothecarium, *l. ſi unus*, §. *ante omnia, ff. de pact. l.* 1. *Cod. de pact.* multos cumulat Anton. de Amato *variar. reſol. c.* 13. *num.* 33. ergo ceſſat hypothecæ repetitio.

Quartò, fortiter urget, quia etiam in caſu quo 81
augmentum provenit ab ipſiſmet contrahentibus, adhuc non traheretur hypotheca præcedens ad hæc bona per Tertium aggregata, nec in præjudicium extranei aggregantis, nec ſucceſſorum illum repræſentantium, ut in fortioribus terminis probat textus in *l. ſi cum. Hermes, C. de locato, l. Labeo*, §. *hæc autem, &* §. *ſi per fidejuſſorem, ff. de recept. arbitr. l. item quæritur*, 13. §. *qui impleto, ff. locati conducti:* quibus juribus 82
probatur, quod in augmento & prorogatione conductionis tacitè vel expreſsè factæ inter locatorem & conductorem, ſolùm operatur inter ipſoſmet principales contrahentes, quorum propria bona in primo contractu hypothecata, intelliguntur renovata in augmento & conductione prorogata: ſed minimè operatur reſpectu rei alienæ, quando Tertius pro ſecuritate primi contractus hypothecavit rem ſuam, *d.* §. *qui impleto*, ibi, *non ſolum recunduxiſſe videbitur, ſed etiam pignorum videtur durare obligatio: ſed hoc ita verum eſt, ſi non alius pro eo in priori conductione res obligaverat; hujus enim novus conſenſus erit neceſſarius.* Exornant præfata jura in utroque caſu Neguſant. *de pignorib. par.* 3. *membro* 1. *num.* 22. Molina *de contractib. diſput.* 498. *numer.* 16. Mantica *de tacit. & ambig. tom.* 1. *l.* 5. *tit.* 15. *nu.* 21. *&* 22. Carrocius *de locato, p.* 3. *tit. de renovat. conduct. quæſt.* 22. *num.* 3. *&* 7. *pag.* 159. & poſt Salycet. Alberic. & Caſtrenſ. probat Noguerol. *allegat.* 21. *ex num.* 20. *cum ſeqq.* Gaïtus *de credito, c.* 4. *quæſito* 11. *num.* 2152. *&* 2158. *& ſeqq.* Cæſ. Manent. *dec.* 83
31. *num.* 17. Mareſcot. *vari. reſol. l.* 1. *cap.* 5. quia diſpoſitio ſuper augmento licèt cenſeatur una inter ipſoſmet contrahentes, reſpectu tamen Tertii nova eſt, & diverſus contractus, ut per plures probat Noguerol. *ubi proximè, n.* 22.

Qui omnes Doctores, præcipuè Noguerol. *ex* 84
numer. 20. idem firmant in fidejuſſore interveniente in primo contractu, ut in temporis augmento tacitè

vel

vel expreſsè poſtea couvento inter principales contrahentes nullo modo ad augmentum conductionis protrahatur fidejuſſionis præcedens obligatio, per text. expreſſum in *d. l. cum Hermes*, *Cod. de locato: & in d. l. Labeo*, §. *hæc autem*, §. *ſi per fidejuſſorem*, *ff. de recept. arbitr.*

Idem videmus in hypotheca noviter contracta in augmento dotis, ut minimè operetur in præjudicium Tertii contrahentis cum marito inter dotem principalem & ejus augmentum: plures doctores ad idem allegat Mierez *de majoratu* 1. *par. c.* 10. *nu.* 46. probant etiam expreſsè omnes Doctores citati *ſupr. nu.* 16.

85 Si igitur bona Tertii hypotheca in primo contractu & fidejuſſor in eo interveniens, non protrahuntur ad augmentum ejuſdem contractus poſt modum inter principales conventum; multo minus debet hypotheca præcedens trahi ad bona majoratui aggregata, quæ nullo tempore fuerunt in priori contractus, nec ad præjudicium Tertii, ſcilicet aggregantis, & ejus ſucceſſorum, qui ex aggregatione & augmento novum jus adquiſierunt independens à jure primi majoratus, nec ab eo derivatum, & ideo niſi interveniat ſucceſſoris conſenſus cum nova Regis facultate, hypothecæ nulli ſubjici poteſt, ſtante nova aggregantis prohibitione alienandi. Pro quo facit, quod ſi à Principe pater obtinuit facultatem faciendi majoratum, cui conditio aggregavit poſtmodum alia bona, ad hoc augmentum non extenditur facultas, cùm non pendeat à ſola voluntate aggregantis, ſed principis, & aliorum filiorum, quibus præjudicari nequit, & ideo novam facultatem eſſe neceſſariam latiſſimè probavit poſt plures Doct. Mierez *de major.* 1. *p. q.* 10. *ex num.* 81. *cum ſeqq.* videndus à *principio quæſtionis.*

86 Quibus addere poterit, quod augmentum nunquam ſequitur naturam rei auctæ, quoties adeſt præjudicium Tertii, Covarruv. *practic. quæſt. cap.* 2. *n.* 7. Matienz. *in l.* 7. *tit.* 11. *l.* 5. *recopil.* poſt quod & alios idem comprobat Mierez *de majoratu*, *par.* 1. *d. quæſt.* 10. *nu.* 81. & 82. & cum Angelo, Alberto Bruno, & Eraſmo à Chokier, idem firmat Auguſt. Barboſa *in axiomat.* 34. *n.* 7.

87 Quintò, hæc noſtra negativa concluſio fulcitur; nam nihil tam contrarium eſt huic hypothecæ repetitioni & extenſioni ad bona noviter aggregata, quàm finis & intentio ipſius aggregantis, tum quia iſta aggregatio ſolùm aſſumit naturam primi majoratus, cui bona aggregantur, in ſua primitiva fundatione, quoad ſucceſſionem, conditiones, & qualitates in ea contentas, prout aliunde probant Doctores ſuperiùs allegati *nu.* 1. ſed hoc onus & hypotheca, nec eſt, nec pertinet ad naturam majoratus, nec continetur in illa priori fundatione, cùm accidentaliter, & extrinſecè, & potius contra fundatoris intentionem & diſpoſitionem, imo etiam fundatione naturam poſtmodùm contigerit, igitur diverſæ naturæ debet judicari, nec ſub ea poteſt contineri, ad eam referri aggregatio, quia referens eſt in relato, & quod in iſto non reperitur ſcriptum: ad id referens non extenditur, juxta vulgare axioma.

88 Tum etiam quia finis & intentio aggregantis ſolùm tendit, ut vel ſua vel antiqui fundatoris memoria conſervetur, & ut majoratus antiquus ditetur, augeatur, & illuſtretur, atque inde ſucceſſores decentius vivant & commodius; quapropter actus non debent operari ultra intentionem agentis, prout operarentur ſi admitteretur extenſio hypothecæ ſuper bonis prim majoratus impoſitæ ad hæc poſtea addita & aggregata, cùm facilè per hanc extenſionem conſumi poſſent & diſtrahi per creditores: accedat quod diverſum jus ſtatuitur in augmento unito non ſimpliciter, ſed ſecundum quid, quod in auctо, ac diverſimodè de utroque judicatur ubi adeſt diverſitatis ratio, Barboſa poſt plures Doctores quos refert, *axiom.* 34. *nu.* 2.

Deinde cùm hæc aggregatio tendat ad augmen- 89
tum majoratus antiqui, ſi hypothecæ antecedenti ſubjiceretur, notiſſimam diminutionem pateretur, contra juris regulam, quòd inducta ad augmentum non debent operari diminutionem, *l. ſi à milite*, §. 1. *ff. de milit. teſtam. l. ſi Ruffinus*, *Cod. eod. l. legata inutiliter*, *ff. de legat.* 1. *l. cum tale*, *ff. de condit. & demonſtr. l. ſi mancipia*, *in or. ff. de fundo inſtrumento:* exornat Auguſt. Barboſa *d. axiom* 34. *nu. fin.*

Et inſuper, quia iſta hypothecæ extenſio ma- 90
niſeſtè repugnaret diſpoſitioni aggregantis, qui ex ipſo actu aggregandi ex nunc prohibet ſuorum bonorum alienationem, cùm ea ſubjiciat clauſulis & prohibitionibus majoratus antiqui, ex Doctoribus ſuperius allegatis *nu.* 1. ergo abſque nova Regis facultate. juſta cauſa interveniente conceſſa, & conſenſu poſſeſſoris, nulli ſubjici poteſt hypothecæ.

Sextò, invincibiliter comprobatur noſtra Conclu- 91
ſio negativa; nam licèt verum ſit quod hypotheca bonorum generalis præcedens comprehendat & extendatur ad bona futura & noviter poſtmodum adquiſita per debitorem juxta textum expreſſum in *l. fin. Cod. quæ res pignor. oblig. poſſ.* tamen hypotheca ſpecialis continetur intra ſuos limites ſpecialitatis, ita ut nullo modo extendatur ad bona futura & noviter poſtea adquiſita: ut tradit poſt alios Gaïtus *de credito*, *cap.* 1. *quæſito* 5. *nu.* 210. Pacific. *de ſalviano interd. inſpect.* 3. *cap.* 3. *n.* 7. Merlinus *de pignorib.*

Sed hypotheca contracta ſuper bonis majora- 92
tus ex facultate Regia non eſt generalis, ſed ſpecialis, prout probat Ludovic. Molin. *de primogen. l.* 4. *cap.* 7. *ex nu.* 20. & 30. legendus etiam ex *nu.* 20. quod & idem expreſsè ſupponunt Caſtillo *controverſ. tom.* 4. *c.* 26. *n.* 29. 31. & 32. & Additionatores ad Molin. *in dict. c.* 7. *ſub. n.* 17. Nos *infrà c.* 10. *nu.* 20. *in hac* 4. *par.* ubi aliud & novum fundamentum adducitur.

Et hæc Molinæ & ſequacium propoſitio vera redditur, nam ex quo nominatim bona vinculata ſubjiciuntur hypothecæ, ſigno hoc certo & indubitabili conſtat quod aliis debitoris bonis non convenit, nec cum illis confundi poteſt, eodem modo debet hæc hypotheca operari ac ſi nominatim & ſpecificè bona ſingula exprimerentur, jura ſunt expreſſa in *l. hæredes palam*, *ff. de hæred. inſtit. auth. & non obſervato*, *Cod. de teſtam.* ubi probatur non valere teſtamentum niſi perſona hæredis expreſsè & ſpecificè nominetur; ſi tamen perſona hæredis ſigno indubitabili & certo demonſtretur, idem eſt ac ſi nominatim & ſpecificè nominaretur, quia idem eſt demonſtrare rem vel perſonam per ſignum certum indubitabile, quod ipſam ſpecificè & nominatim exprimere, ut probant expreſſa jura in *l. quoties*, §. *ſi quis nomen ff. de hæredib. inſtit. l. nemo dubitat. eod. l.* 1. *ff. de l. & poſthum. l.* 1. *in fin. ff. de dot præleg. l. certum ff. ſi certum. pet. l.* 10. & 11. *tit.* 3. *par.* 6. exornat Ant. Gomez *tom.* 1. *variar. c.* 2. *n.* 6.

Specialis namque hypotheca illa ſemper dicitur quæ non eſt indefinitè & indeterminatè concepta

ſub

ſub verbo omnium bonorum, ſed potius determinatè pro certis bonis, ſive limitata ad certum genus bonorum, ſicuti per plura comprobat Merlinus *de pignor. lib.* 1, *tit.* 2. *quæſt.* 11. *n.* 2. 3. 4. *& ſeqq.* res etenim & bona obligata, quæ per certam demonſtrationem limitantur, & per ſpecificam qualitatem reſtringuntur, faciunt & induciunt hypothecam ſpecialem, ut putà quando obligo bona mea ſita in tali civitate, ea ſola veniunt obligatione, non alia, quæ extra civitatem illam habeo, ut ex juribus & authoritatibus probat Merlinus *de pignorib. quæſt.* 174. *per tot.* Ergo ſimiliter ad bona poſtea aggregata & augmentata ſeu noviter acquiſita, hypotheca bonorum majoratus præcedens tantum verè ſpecialis trahi non poteſt.

93 Septimò, (ex quo doctrina Molinæ & ſequacium obur recipit) quia obligatio & hypotheca generalis reſtricta ad certum genus, & qualitatem, comprehendit & continet bona præſentia tempore hypothecæ contractæ, non tamen extenditur ad bona futura, & noviter poſtmodum per debitorem acquiſita: ut probant Alexand. in *l. ſi conſtante*, *num.* 24. *verſ. præterea*, *ff. ſolut. matrim.* latiſſimè multis mediis Pinell. *in rubrica Cod. de bon. mater. par.* 1. *ex num.* 40. Neguſan. *de pignorib.* 2. *par membr.* 2. *nu.* 16. Mantica *de conjectur. ultim. volunt. l.* 9. *tit.* 6. *num.* 13. Gaitus *de credito*, *cap.* 4. *quæſito* 5. *num.* 149. & 150. in tantum quod creditor niſi probet res ſpecialiter obligatas fuiſſe in dominio debitoris tempore obligationis contractæ, non obtinebit *l.* 1. *in princ. ff de pignorib.* ubi notant DD. & Merlin. *d. quæſt.* 11. *num.* 9. idem Gaitus *quæſito* 7. *numer.* 423, nam genus, quod non poteſt verificari niſi in una ſpecie, habetur pro ſpecie: ex traditis à Bart, in *l. qui Romæ*, §. *duo fratres quæſt.* 6. *ff. de verb. oblig.* per tex. *ibid.* docet Jaſon. & *nu.* mer. 2. & 4. & omnes in *l.* 2. *ff. de lib. & poſthum.* Peralia *in l. ſi quis in princ. numer.* 222. *ff. de leg.* 3. *& in l. Mævius*, §. *duorum*, *nu.* 13. *ff. de legat.* 2. Ferrer. *ſolut. matr. evidentia.* 3. *num* 130. Bimius *conſ.* 71. *num.* 5. Caſtillo *de uſufructu*, *cap.* 39. *num.* 31. Caſanate *conſ.* 57. *num.* 23. Giurba *deciſ.* 45. *nu.*
94 10. *& obſerv.* 7. *n.* 14. Sed hæc hypotheca, de qua agimus. licèt apparenter generalis, eſt reſtricta ad certum genus & certam ſpeciem bonorum, puta ad bona majoratus & vinculo qualificata, & ſic verè ſpecialis eſt, ſicuti manifeſtè patet, ex hactenus comprobatis: ergo ſola bona majoratus præſentia tempore contractus exiſtentia comprehendit, nec poteſt ad futura & noviter aggregata ipſi majoratui protrahi nec extendi.

Fulcitur, quoniam in quibuſcumque conceſſionibus, donationibus, & diſpoſitionibus, ſolùm continentur ea jura & bona quæ fuerant & exiſtebant tempore diſpoſitionis, ita ut non includant, nec comprehendant futura maximè noviter creata, *Clement. fin. de reſcript.* quatenus, inquit, literas noſtras ſuperconferendo tibi beneficio vacaturo directa, ad beneficium poſtmodum creatum ſtatuimus non extendi, *l. Rutilia Polla*, 69. *de contrah. empt. l. in lege*, 77. *eod. tit. l. damni* 18. §. *his qui ff. de damno infecto: l. fin.* §. 1. *ff. de legat.* 2. *l. ſi ita legatum* 8. *ff. de auro & arg. legat. l. non modus*, *Cod. de ſervit. & aqu.* notant in variis caſibus & materiis, Afflict. *lib.* 3. *ad conſtit. Neapolit. rubr.* 4. *num.* 10. Cabedo 2. *par. deciſ.* 22. *per tot.* Albert. *in tit. de Statut. quæſt.* 116. Petr. Antibol. *in tract. de muner.* 3. *par. princ.* §. 4. *à. n.* 139. *&* 144. Carol. Ruyn. *conſ* 111. *n.* 17. *l.* 5. Oſaſc. *deciſ. Pedemont.* 91. Surd. *conſ.* 27. *n.* 6. *& conſ.* 127. *nu.* 43. Gratian. *diſcept.* 89. *ex num.* 1. *& diſcept.* 68. *num.* 8. & in conceſſionibns Principum, ut non extendatur ad futura, ſed ea jura reſtringantur quæ illi competebant tempore conceſſionis: plura trad.t videnda, Larrea *allegat. fiſcal.* 89. *per tot.*

Octavò, quia text. *in d. l. fin. Cod. quæ res pign.* 95 *oblig. poſſ.* ullo modo adaptari poteſt noſtræ controverſiæ: ejus etenim diſpoſitio procedit quando debitor obligat ſe & generaliter omnia bona ſua, ut tunc extendatur obligatio ad bona futura per eundem poſtea adquiſita: at quando ex facultate Regia hypothecæ ſubjiciuntur bona majoratus, non ipſe majoratus (qui eſt perſona ficta, ad latiſſimè per nos cumulata *in hoc Labyrintho*, 2. *part. c.* 22. *ex n.* 92. *cum multis ſeqq.*) obligatur, nec cadit ſub obligatione & hypotheca, ut protinus efficaciter probabimus *cum ſeqq.* ergo bona noviter aggregata & adquiſita majoratui ſub præfatam hypothecam cadere non poſſunt.

Nonò, nec prædictis obſtabit, quod majoratus 96 eſt nomen univerſitatis, & quoddam jus univerſale importat: prout hæreditas, peculium, grex, mercimonium, & ſimilia quæ recipiunt in ſe ipſo augmentum & diminutionem, & ideo cùm ex facultate Regia majoratus hypothecæ ſubjiciantur, debet extendi ad augmentum comprehendum ſub ipſo jure univerſali, ex regula *leg. g e.. ff. de pignor.* juxta argumentum oppoſitum ſuperiùs *num.* 6. & 7.

Huic enim objectioni facilè reſpondetur negan- 97 do minorem, quia majoratus ipſe qui eſt nomen univerſitatis, non hypothecatur, nec ab impetrante facultatem, id poſtulatur, nec in ipſa facultate continetur, ſed tantum obligantur res particulares & bona ipſius majoratus, prout ſubtiliter conſideratur *infra*, *nu.* 112. 113. & 114. & ex ſimili probatur in hypotheca ſuper penſione Eccleſiaſtica, quæ non imponitur ſuper ipſo beneficio, quatenus eſt jus percipiendi fructus propter divinum officium, juxta definitionem poſt plurimos Doctor. traditam à Nicolao Garcia *de benef.* 1. *par. cap.* 2. *ex numer.* 2. ſed ſuper fructibus & emolumentis provenientibus ex beneficio, & ad ipſum tanquam jus univerſale pertinentibus; ut bene conſiderat poſt Felin. & alios, Lotterius *de re benefic. l.* 1. *quæſt.* 39. *ex nu.* 73. *cum ſeqq.* Idem etiam videmus in jure uſusfructus: qui non hypothecatur ipſemet, ſed commoditas proveniens ex ipſo jure principali utendi, fruendi, ad latiſſimè tradita in *hoc Labyrintho*, *par.* 1. *c.* 43. *per tot.* maximè ex *num.* 5. *cum ſeqq. & ex num.* 21. *cum ſeqq.*

Quia aliud eſt hypothecare jus univerſale per nomen univerſale, ut gregem, peculium, mercimonium; aliud verò hypothecare bona & ſpecies ipſius juris univerſalis, ita ut ſub illa hypotheca cadat augmentum, ſub iſta verò minimè, ita declarat Gloſſa ſingularis in *l cum tabernam*, *verb. obligaſſe*, *in addit.* & eſt ſimilis Gloſſa *d. l. grege*, *verb. tenebitur*, & poſt Peregrin. & Pinellum hanc diſtinctionem inſinuavit Arias de meſſa *variar. reſol. l.* 3. *cap.* 11. *num.* 25. conducit Petr. Surd. *in conſ.* 397. *num* 10. & 11. *t.* 2. dum poſt plurimos dicit, quod dos eſt jus univerſale, & conceſſio quæ fit per nomina univerſalia, ut gregis peculii, & ſimilium, includit etiam futuras acceſſiones & augmenta ſupervenientia; & ideo cum dicitur dos data, intelligi debet cum omni acceſſorio & 98 augmento, quia ſub univerſali ſigno ſpecies acceſſoriæ continentur tanquam ſub genere: igitur ſi non ipſe majoratus ſub hoc univerſali ſigno, ſed bona ipſius ſola ſunt hypothecata, futura augmenta &

bona

& bona aggregata non venient, nec ad ea extendenda erit hypotheca.

99 Nec denique obſtabit argumentum exactè à nobis conſideratum *ſupra ex n.* 8. *cum multis ſeqq.* quod etiam in his quæ ſunt ſtricti juris, ut facultas ad hypothecandum bona majoratus, extenſio fit ad augmentum.

Quia reſpondetur, quod omnia jura, & doctrinæ in eodem argumento allegatæ, procedunt in terminis tertiæ concluſionis ex *n.* 55. nempe quando augmentum provenit ab ipſiſmet contrahentibus,
100 qui ratione novi conſenſus ſuper argumento renovata & repetita intelliguntur pacta, qualitates, conditiones, & hypothecæ contentæ in priori contractu ſuper re principali præcedenti, quæ ratio ceſſat omnino in hoc augmento per aggregationem facto prout abundè ex *n.* 69. *ſupr.* conſideravimus. Atque ex his quæ in hac concluſione 4. à princip. ſcripta ſunt, reſolutæ & truncatæ remanent difficultates omnes quæ illi poterant obſtare, ſigillatim non repeto, ne moleſtus videar.

Ex hac concluſione ad alia utilia poteſt inferri,
101 primò ad penſionem conſtitutam ſuper fructibus beneficii cui poſtmodum aliud legitimè unitum fuit, ut hypotheca contracta ſuper fructibus primi non extendatur ad fructus uniti: quod ex ſcriptis in *hac* 4. *concluſione* facilè comprobabis & accuratè adnotare poteris, quoniam iſtam difficultatem omnes DD. qui de penſione & unione beneficiorum tractaverunt, prorſus omiſerunt.

Infertur 2. ad augmentum dotis, ut ſcilicet hypo-
102 theca præcedens contracta ſuper bonis dotalibus, non extendatur ad augmentum dotis poſtea datum ab uxore, vel ab alio ejus nomine, viro ſuo: tum quia hoc augmentum non fuit geſtum inter creditorem & conjuges, tum quia ſupervenit poſt perfectum principalem dotis contractum, & inter ipſos conjuges per novum actum, ex dictis in *hac* 4. *concluſion.*

Ad ſecundum perveniamus ad quæſtionem non
103 minus ſubtilem ac difficilem: nunquid facultas Regia ad hypothecandum bona majoratus & hypotheca inde ſecuta extendatur ad bona jam eidem majoratui aggregata, nulla facta Principi aggregationis relatione.

Pro parte affirmativa, nempe ut trahatur facul-
104 tas ad hæc bona aggregati, faciunt omnia ferè fundamenta ad principium hujus capitis adducta, ex *n.* 1. *uſque ad n.* 25. ubi quod incorporatio & augmentum adjectum rei principali, unum efficitur corpus unitum cum re principali ejuſdem naturæ, qualitatis, & conditionis, ita ut utriuſque æquale ſit judicium. Urgent etiam plurima jura, & doc-
105 trinæ adductæ *ibid. ex n.* 15. *cum. ſeqq.* per argumentum à fortiori: nam ſi hypotheca præcedens trahitur ad augmentum ſubſequens, & noviter poſt illam contingens, de quo nec in facultate; nec in hypotheca prius contracta mentio fieri potuit, multò magis trahi debet ad augmentum tunc exiſtent tempora facultatis impetratæ, etſi de eo nulla facta ſit Principi relatio.

106 Secundò, quia in impetratione rei principalis, non tenetur impetrans facere Principi relationem de re unita & incorporata, cùm tacitè & virtualiter in facultate includatur; & ineſſe dicatur, Felin. in *cap. in noſtra, de reſcrip. col.* 33. Caccialup. *in tract. de unionib. artic.* 8. *quæſt.* 11. Rebuff. *in praxi, in forma nova proviſ. verb. cum annexis*, Ferret. *conſ.* 236. *& conſ.* 255. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſu* 206. *num.* 67. Corraſ. 4. *part. cap.* 3. *num.* 58. Hojeda *de benefic. incompatib.* 2. *par. cap.* 3. *n.* 2. & 11. Flamin. Pariſ. *lib.* 10. *quæſt.* 2. *num.* 36. Pacianus *de probat. lib.* 1. *c.* 27. *num.* 7. & 54. Azor. *inſtit. moral.* 2. *par. lib.* 6. *cap.* 28. *quæſt.* 20. & plures alii relati à Garcia *de benefic. tom.* 2. *par.* 12. *cap.* 2. *ex n.* 20. qui poſt plurimos *ex n.* 12. *cum. ſeq.* efficaces reddit rationes, quæ apud ipſum omnino videndæ ſunt: ergo facultas & hypotheca abſque alia mentione & expreſſione comprehendit bona tum temporis jam aggregata majoratui.

Tertiò, quia quando una Eccleſia alteri uni- 107
tur, ita bona & utilitates aggregantur, confunduntur, & inter ipſas communicantur, ut pro neceſſitatibus unius poſſint licitè alienari bona alterius, Bald. *in authent. hoc jus porrectum, cod. de ſacroſ. Eccleſ.* per Innocent. *in cap. ſaſioralis, de privileg.* notat Jaſon. *in l.* 2. *n.* 5. *ff. de offic. Aſſeſſ.* ſequitur Mieres *de majoratu*, 3. *par. quæſt.* 8. *ſub num.* 8. quia per unionem & aggregationem unius rei alteri factam, tranſeunt in iſtam omnia emolumenta & ad eam pertinent, Petr. de Peruſio *de unionib. c.* 2. *n.* 1. *& n.* 22. & per Rot. *dec.* 758. *&* 799. *par.* 1. *diverſ.* tenet Garcia *de benefic. par.* 12. *cap.* 2. *num.* 24. & augmento rerum feudalium vaſ- 108
ſallus non eget nova inveſtitura, cum includatur in antiqua jam facta, *cap. ſed ſi res, & ibi* Alvarot. *tit. per quos fiat inveſtit.* Pariſ. *conſ.* 23. *n.* 18. *l.* 1. Decius qui citat Andr. de Iſernia, Alvarotum, & alios *conſ.* 144. *nu.* 6. Mierez *de majoratu*, 3. *p. quæſt.* 8. *n.* 54. *tom.* 2. ergo facultas Regia & hypotheca amplectuntur bona tunc aggregata.

Sed pro contraria parte imo quod facultas Re- 109
gia, & hypotheca bonorum majoratus, non trahantur ad bona per Tertium jam tunc aggregata majoratui: non facta Principi relatione aggregatorum, multa & ingentia urgent fundamenta. Primum quia omnia fundamenta, & doctrinæ adductæ in contrarium *ſupr. ex num.* 104. *cum ſeqq.* expreſſè loquuntur in unione rei facta alteri acceſſoriè: quæ cùm denominetur à principali, cui uni- 111
tur, ſufficit quod de ſolo principali fiat mentio in impetratione, in qua includitur unitum & incor- 110
poratum acceſſoriè, ſed ſic eſt quod aggregatio facta majoratui, non ſtat acceſſoriè ad bona antiqui majoratus, ſed æquè principaliter, quia non dependet ab illis, ſed per ſe ſtat, ut diximus *ſupr. in* 4. *conc. ex num.* 75. *cum ſeqq.* ergo bona aggregata egent Regia facultate expreſſa ut hypotheca ri valeant.

Secundum, quia quando una res alteri eſt unita 111
& aggregata æquè principaliter, in impetratione à Principe debet fieri relatio utriuſque rei ſic unitæ: ut probant Felin. Caccialup. Petr. de Petruſ. Rebuff. Ojeda, & Pariſius citati *ſupr. nu.* 106. & per Corraſ. Pacian. Azor. & alios, probat Garcia *de benefic. d. cap.* 2. *nu.* 43. legendus *ex num.* 37. *cum ſeqq.*

Tertium quando diceremus quod bona aggre- 112
gata ſunt unita & incorporata acceſſoriè, tamen hæc aggregatio fiat majoratui antiquo, non autem bonis ipſius, ut manifeſtum eſt; quia aggregans ſolum dicit, quod aggregat bona ſua tali majoratui prout quotidie experimur, & ſupponant omnes DD. de hac aggregatione loquentes ſuperiùs citati *n.* 1. & tunc cognoſcitur quod aggregatio & unio eſt acceſſoria, & non æquè principalis, quando aggregans dicit, quod unit, incorporat, vel aggregat unum alteri: ſecùs quando aſſerit, *Unio tale & tale*, ita ex pluribus DD. comprobat Garcia *de benefic. par.* 12. *c.* 2. *n.* 55. & 56. & ideo certum

eſt quod hæc bona noviter aggregata ſtant unita & in or,orata acceſſoriè majoratui conſiderato uti
113 capiti & perſonæ fictæ. Sed ſic eſt quod facultas nunquam conceditur ad hypothecandum majoratum, ſed dumtaxat bona ipſius; in quo maximum verſatur diſcrimen, juxta peracutè conſiderata *ſupr. n.* 96. 97. *&* 98. Ergo facultas non poteſt extendi ab bona aggregata, cum unita & aggregata non ſint bonis majoratus hypothecatis, ſed ipſi majora-
114 tui, qui eſt inſtar perſonæ fictæ, in qua omnia jura majoratus radicitùs reſident, & verè dominium bonorum repetitur; prout latè probavimus *in hoc Labyrintho*, 2. *part. cap.* 22. *ex num.* 90. *cum multis ſeqq.* quo circa cùm principale non ſit hypothecatum, acceſſorium, quod illud ſequitur, illæſum debet permanere.

115 Quid dicendum in tanta contrarietate & tam ancipiti quæſtione? Ego arbitror ſub illa facultate ad hypothecandum bona alicujus majoratus, includi omnino bona quæ tunc jam erant aggregata & incorporata ab aliquo, ſive dicantur incorporata & unita acceſſoriè ad majoratum, prout certiùs & veriùs reſolvimus *ſup. ex n.* 112. ſive æquè principaliter, quia reſpectu aliorum bonorum majoratus, ſemper inter ſe ſunt unita æquè principaliter, non acceſſoriè, nam iſta omnia bona ſunt partes majoratus, qui eſt Totum, & partes ſuum totum ſequuntur, non tamen una pars alteri eſt acceſſoria: ut ex Fachinæo diximus *ſupr. num.* 75. *& ſeqq.* Utrumque tamen genus bonorum eſt majoratus antiqui, & ad illum pertinent, & eorum omnium jura peres ipſum, ,ti perſonam fictam, ut diximus, reſident; igitur ſi conceditur facultas ad hypothecandum bona alicujus majoratus generaliter, & non ſit reſtricta adiſta vel illa bona, præcisè fatendum erit complecti omnia & quælibet bona tunc quolibet titulo & cauſa ad majoratur pertinentia, quia tam ſua ſunt bona prioris majoratus quàm jam aggregat abſque aliquo diſcrimine.

116 Et ideò illa facultatis Regiæ verba generalia, *Bona*, adjecta genitivo, *Majoratus*, indicant omnia bona pertinentia ad majoratum, ſive ex dominio, ſive ex poſſeſſione: Caſtillo *controverſ. l.* 4. *cap.* 58. *per tot.* Maſcard. *de probationib. concluſ.* 841. *t.* 1. Surd. *conſil.* 72. *lib.* 1. *num.* 1. *& conſil.* 110. *num.* 6. *&* 8. *& deciſ.* 125. *num.* 8. Gratian. *diſcept.* 89. *num.* 7. *& tom.* 5. *c.* 651. *à num.* 10. *& ſeq.* Parlador. *l.* 2. *quotidianar. quæſt. cap.* 5. *n.* 15. quapropter facultas ad hypothecandum bona majoratus, procul dubio comprehendit bona qualibet, quæ eo tempore ipſi aggregata & unita extant, generica facta mentione bonorum majoratus, licèt non ſpecifica aggregatorum, cùm omnia bona majoratus & ad majoratum ſpectantia permittantur ex facultate Regia hypothecæ ſubjici.

117 Ratio eſt, quia diſpoſitio bonorum per nomina poſſeſſiva, v. *g. bona mea, tua, ſua, bona illius vel ipſius*, complectitur omnia bona ad illam pertinentia, mobilia, & immobilia, jura, & actiones; *l. ſi legatus* 30. §. *ſi quis*, ibi, *ſi quis bona ſua, vel omnia ſua rogaverit reſtituere, fideicommiſſariam reſtitution. eſſe intelligendum eſt: nam meorum, & tuorum appellatione etiam actiones contineri dicendum eſt, ff. ad Trebell. l. meorum, & l. princeps* 21. *ff. verb. ſign.* infinitos DD ad idem congerit Tiraquell. in *l. ſi unquam*, *verb. bona*, *n.* 11. *&* 12. *& ex n.* 8. *Cod. de revocand. donation.* Pinell. *in rubric. Cod. de bon. matern. ex nu.* 2. *cum ſeqq.* & ex aliis Hermoſilla in *l.* 9. *tit.* 4. *part.* 5. *gloſ.* 1. *n.* 23. nihil enim refert à quo, vel quo titulo ad illum pervenerunt, ſed an ſua ſint tantum, ut in diſpoſitione & facultate Regia generali bonorum majoratus ſubſequuta contineantur.

CAPUT III.

De Theſaurario Regis recipiente ſolutionem abſque decreto Senatus, & interventu aliorum conſociorum habentium ſingulas claves ejuſdem arcæ Regiæ. An Fiſcus excludatur à concurſu debitoris ſic ſolventis tempore rumoris mutationis monetæ.

Et an Fiſcus inſuper graduari debeat tam pro ſorte, quam pro intereſſe, etiam deficiente interpellatione.

Et an unus ex Theſaurariis poſſit validè aſſeverare, ſolutionem factam fuiſſe cum interventu ſociorum in officio.

SUMMARIUM.

1 *Theſaurarius unus Arcæ regalis ſine interventu aliorum non poteſt recipere ſolutiones.*
2 *Nec omnes tres poſſunt ſuſcipere in Arca abſque decreto Senatus, nec extrahere abſque ſpeciali decreto.*
3 *Ratio ſolutionis ſumitur in libro rationum.*
4 *Solutione facta uni ex Theſaurariis, informis eſt, & non liberat debitorem à debito & intereſſe, &* n. 17.
5 *Theſaurarii arcæ Regiæ non poſſunt recipere ſolutiones abſque decreto Senatus, quia eorum officium ſolum conſiſtit in cuſtodiendo, &* n. 6. & 9.
7 *Exactores ſpeciales creantur ad exactionem fiſcalium pecuniarium, quæ mittuntur ad Theſaurarios, à quibus non exeunt, niſi ſub certis ſolemnitatibus.*
8 *Theſaurarius Sedis Apoſtolicæ recipit pecunias Cameræ ſolvendas, & computum de illis reddit.*
10 *Solvens Theſaurario ignorans mandati formam, ſibi imputet, quemadmodum contrahens non obſervata lege & forma præſcripta,* num. 11 & 19.
12 *Solutio aliter facta quàm vero creditori, vel ab eo mandatum habenti, non liberat debitorem.*
13 *Unius ex tribus Theſaurarii, etiam cum decreto Senatus non poteſt recipere ſolutiones abſque concurſu aliorum duorum ſimultaneo, cùm uniuſcujuſque ſit cumulativa poteſtas ad exercendum illud munus,* n. 14.
15 *Rex qui tribus commiſit unius muneris exercitium, de nullo ſeparatim confidit, ſed de omnibus ſimul.*
16 *Actus eſt nullus geſtus ab uno, quando ad illum exercendum, datur pluribus mandatum ſimpliciter.*
18 *Solutio quæ fieri debet cum certis circumſtantiis, & interventu quarumdam perſonarum, ſi aliter facta ſit non liberat debitorem.*
20 *Apocha data ab uno ex Theſaurariis, abſque aliorum ſuſcriptione, non relevat debitorem, cum*

cum ſine ea actus ſit nullus, & num. 21.

22 *Omnes Notarii debent notum facere, quod actus omnium interventu ſimultaneo fuerit factus, quando plures ſunt ad illam deputati.*

23 *Uni ſoli Notario aſſumpto cum collega non creditur, niſi ambo ſcribant, vel unus ſcribat, & alter ſubſcribat, &* num. 24.

25 *Licet plures Tutores debeant facere librum rationum, ſufficit ſcriptura unius, & ſubſcriptio cæterorum.*

26 *Si ex Statuto requiratur conſenſus mariti, aut interventio duorum propinquorum, ad authoriſandum contractum mulieris, vel minoris, non ſufficit ſola præſentia cum taciturnitate, & numer. 27.*

28 *Fortius procedit hæc doctrina, quando agitur de præjudicio Tertii.*

29 *Apocha ſolutionis à fiſco faciendæ, plures ſolemnitates & ſubſcriptiones requirunt, quæ non ſupplentur per teſtium probationem, quia ſolutio per apochas ſolemnes probanda eſt.*

Præſumitur contra illum, qui cum poſſet probare per Inſtrumentum, vult probare per teſtes, ibid.

30 *Actus, non ſervata forma ſimultanei concurſus ad gerendum data, irritus eſt.*

31 *Contractus geſtus à minore, vel muliere, ſine conſenſu duorum propinquorum ob ſtatuto requiſito nullus eſt, quemadmodum aſſertio in eo contenta.*

32 *Aſſertioni Principis, aut notarii de facto alieno in præjudicium Tertii, non ſtatur.*

33 *Verba collegæ vel alterius qui non poteſt diſponere de actu à ſe geſto, nullam inducunt præſumptionem.*

34 *Diſpoſitio etiam expreſſa ad poſſibilitatem diſponentis adoptatur.*

Verba enuntiativa in præjudicium Tertii nihil probant, ibid.

35 *Via fraudibus aperiretur, ſi aſſertioni unius ſtandum eſſet, quando actum gerere non valet ſine conſortis.*

36 *Quando Statutum aliquid diſponit ultra jus commune, id cenſetur forma ſubſtantialis, qua deficiente corruit actus.*

37 *Theſaurarius, qui ſine ſolemnitatibus requiſitis recipit ſolutionem, excuti primùm debet; quo invento non ſolvendo, recurritur in ſubſidium contra debitorem.*

38 *Exceptio excuſſionis eſt dilatoria, & debet opponi intra terminum dilatoriarum.*

39 *Intereſſe non debetur niſi probata mora ſolvendi.*

40 *Mora non contrahitur niſi per interpellat.*

41 *Dans litteras cambii, non tenetur reddere pecunias acceptas alio in loco à ſe ſolvendas accipienti litteras cambii, niſi certus ſit fuiſſe intimatas ſuo mandatario, cui fuerant directæ cùm opponere poſſit vel ſolutam ab eo pecuniam, vel non fuiſſe petitam, vel quòd pecunia erat parata in loco deſtinatæ ſolutionis, &* n. 42.

43 *In litteris cambii traditis creditori non eſt locus pœnitentiæ unius, altero invito.*

44 *In caſu de quo agitur, determinatum fuit deberi uſuras fiſco à debitore.*

45 *Uſuræ & intereſſe ſemper debentur fiſco ob debitæ pecuniæ retardatam ſolutionem.*

46 *Fiſco debetur intereſſe etiam ſine interpellat. quia in debitis fiſc. contrahitur mora reipſa.*

47 *Mora quæ ex perſona fit, requirit vel diem, vel interpellationem.*

48 *Referuntur plures tenentes in debitis fiſcalibus contrahi moram re ipſa, abſque die, vel interpellatione.*

49 *Non facta ſolutione die & loco aſſignatis, ſcriptor litterarum cambii conſtituitur in mora.*

50 *Proteſtatio tunc eſt neceſſaria quando procedendum eſt contra ſcribentem litteras cambii non acceptatas.*

51 & 52. *Non requiritur proteſtatio, quando ſcribens litteras, ſciens non fuiſſe acceptatas, nec ſolutas, libenter reddidit pecunias quas acceperat.*

53 *Ignorantia affect. vim habet veræ ſcientiæ.*

54 *A principio receptæ pecuniæ debitor fiſcalis manſit obligatus fiſco.*

55 *Certum per naturam eſt certum legi, etiamſi per partes ignoretur.*

56 *Ignorantia ut excuſet, debet ex omni parte eſſe excuſabilis.*

57 *Ex traditione pecuniæ ex parte creditoris, & traditione litterarum cambii inducitur contractus perfectus.*

58 *Quoties unus ex contrahent. ex ſua parte complevit iſtud adimplement. alteram partem conſtituit in mora reipſa, abſque interpell.*

CUm Rex noſter indigeret quadam pecuniæ quantitate ad ſuccurſum & ſtipendia militiæ exiſtentis in Cantabria, Senatus Regii patrimonii cum mercatore quodam convenit quod illi daret quantitatem cum certo intereſſe, ut ipſe mercator daret litteras cambii ad eandem ſummam in Cantabria certo die ſolvendam, priviſori militiæ. Recepit dictus mercator quantitatem ſtatim ex Arca trium clavium: correſponſalis, cui fuerant directæ literæ cambii, nec acceptavit illas, nec ſolvit: poſt triennium circiter, idem mercator qui litteras dederat, comparuit coram uno ex Theſaurariis Arcæ Regalis, tempore rumoris mutationis monetæ, aſſerens litteras cambii à ſe datas & tranſmiſſas in Cantabriam, non fuiſſe acceptatas à ſuo correſponſali, nec ſolutas atque ideo ipſe ſolvit eidem in conſtanti. Hic itaque Theſaurarius ſolus propria authoritate & abſque decreto Senatus Regii patrimonii recepit dictam quantitatem aſſerens interventum aliorum duorum Clavigerorum; iſti tamen non ſubſcripſere inſtrumento receptionis. Poſtmodùm reddita ratione per Theſaurarium illum, ſe oneravit hac partita prædictæ quantitatis ſeque exoneravit cum diminutione poſt paucos dies ſuperveniente, ita ut ad fiſcum pervenerit ſolum quarta pars totius illius quantitatis hoc modo ſolutæ & à dicto Theſaurario ſic receptæ.

Advocatus Fiſcalis hoc detrimentum animadvertens, petit à debitore totam quantitatem à ſe receptam & non ſolutam in loco deſtinato, aſſerens litteras cambii non fuiſſe acceptatas, & opponens ſolutionem factam dicto Theſaurario nullam eſſe ex defectu formæ, & ſolemnitatum requiſitarum in hujuſmodi ſolutionibus, tum quia Theſaurarius unus ſine interventu aliorum duorum nullam habet poteſtatem recipiendi ſolutiones à debitoribus fiſcalibus; tum quia etiam omnes tres ſimul coadunati carent poteſtate aliud recipiendi pro Arca Regia abſque decreto Senatus Regii patrimonii, nec ab ea aliquid extrahendi abſque ſpeciali decreto ejuſdem Senatus & libera-

3 tione vulgo *librança*. Tum etiam quia dictæ ſolutionis (prout etiam in cautione ſolutionis & liberationis dicebatur apertè) ratio in libro Rationum aſſumenda erat præcisè, quæ tamen nunquam habita nec aſſumpta fuit.

Quibus defectibus exiſtentibus, concurrente rumore futuræ mutationis monetæ, quæ poſt ſexdecim dies ſupervenit, ſolutio nulla extitit tanquam informiter facta, & ideo non liberavit debitorem, ideoque ipſe Fiſcalis aſſerebat diminutionem monetæ ſupervenientem non eſſe imputandam nec tribuendam Fiſco, ſed debitori ſic illegitimè & nulliter ſolventi, ſimulque concludebat ipſum condemnandum ad reſtituandam ſortem cum intereſſe à tempore receptæ pecuniæ à Theſaurariis Regiis, ex quo factus eſt debitor illius ſummæ & ſemper remanſit ob non acceptatas literas cambii à ſe tranſmiſſas.

4 In hac quæſtione, ego dixi, ſolutionem hanc factam uni ex Theſaurariis informem eſſe, & non liberare debitorem, quo minus poſt diminutionem valoris monetæ teneatur ad integram ſolu-
5 tionem cum intereſſe. Motus fui primò, quia Theſaurarii omnes Arcæ Regiæ nullam habent poteſtatem recipiendi aliquid abſque decreto Senatus Regii patrimonii, quia eorum officium dumtaxat conſiſtit in cuſtodiendo fideliter pecunias
6 Regias in Arcam congeſtas decreto Senatus, non ut propria authoritate & poteſtate eas recipiant, quia munus eorum ad hoc deſtinatum non eſt, cum adminiſtratio & gubernatio patrimonii Regii ſolum reſideat penes Senatum ad hoc ſpecialiter deſtinatum à Rege, ut notum eſt & communiter obſervatur juxta ſuorum officiorum creationem ab
7 origine, quoniam ad exactionem debitorum fiſcalium Exactores ſpeciales nominantur per Senatum & facta per ipſos exactione pecuniæ exactæ mittuntur ex decreto ad Theſaurum Regium, à quo deindè non exeunt niſi cum certis ſolemnitatibus, & ſub certis requiſitis & forma, cautio præſtatur debitoribus ſolventibus *l. omnem ſummam, Cod. de Canone largitional. titul. lib.* 10. *l. duos Tabularios, Cod. de ſuſceptoribus præpoſ. & Arcar. l.* 10. *l.* 1. *§. ſed. & aurum, Cod. de apoch. public. l.* 10. *& l.* 2. *ejuſdem tit. leg. frumenta, l. div. l. ſuſceptores, l. ſecuritates, Cod. de ſuſcept. præpoſ. & Arcar.* quibus etiam juribus probatur, ut ad liberandum debitorem fiſci, ſolemnitates ſubſcriptionum, omnium eorum qui præpoſiti ſunt debeant intervenire.

8 Nec obſtat quod dicit Tuſch. *practic. concluſ. lit. T, concluſ.* 199. *num.* 1. ibi, *offic. Theſaurarii Sedis Apoſtolicæ eſt, pecunias Cameræ ſolvendas recipere, & computum de illis facere & rationes reddere:* idemque ex Franciſco Marco. Petr. Surd. *in conſ.* 391. *num.* 23. ibi, *Theſaurarius enim nullam habet juriſdictionem, nec poteſt exigere ab invitis, ſed recipit ab offerentibus, & ſolventibus.* Quia reſ-
9 pondetur hic non agi de Theſaurario Sedis Apoſtolicæ: nec de aliis habentibus poteſtatem ampliorem; ſed agimus tantùm de Theſaurario arcæ Theſauri Regii habente certam formam in ſuis titulis præſcriptam ad recipiendum pecunias, quam non poteſt excedere, & ſi exceſſerit limitatum mandatum & poteſtatem ſibi à Rege datam, nihil agit, & nulliter operatur tanquam extraneus & privata perſona: ad latiſſimè per Nos tradita, per jura expreſſa & DD. *in noſtris Commentar. de Reg. protect.* 4. *par. cap.* 3. *ex num.* 36. *cum multis ſeqq.*

Nec excuſatur ſolvens aut contrahens cum eo, 10
quod ignoraverit poteſtatis & mandati formam, ſed ſibi debet imputare ſuam negligentiam in non examinando & perquirendo formam mandati Regii, & poteſtatem ejus qui pro alio deputatus eſt; juxta *Regul. qui cum alio contrahit, non debet eſſe ignarus conditionis ipſius, de reg. jur.* Plurimas doctrinas ad hoc idem propoſitum adduximus *in hoc Labyr.* 2. *part. cap.* 4. *ex num.* 27. *cum ſeqq. uſque ad num.* 31. & eſt text. in *l. ſed & ſi pupillus, §. conditio, ff. de inſtit. act.* Adde quod dicit Paul. de 11
Caſtr. in *l.* 1. *§. non autem, numer.* 4. *ff. de exercit. action. & in d. l. ſed & ſi pupillus, §. conditio, nu.* 2. quod non excuſantur contrahentes, ſi ignorant qua forma & lege fuerit inſtitor præpoſitus, & cum eo contrahunt non obſervata forma & lege præſcripta in mandato: idem ſcribit Decius in *l. ſi ſocius, num.* 4. *verſ. & notandum eſt, ff. ſi cert. petatur*, Pariſ. *in conſ.* 93. *num.* 53. *& conſ.* 94. *nu.* 28. *l.* 1. Mantic. *de ambig. conven. lib.* 6. *tit.* 22. *ex nu.* 8.

Ex quibus indubiè infertur, quod ſolutio aliter 12
facta quàm vero creditori vel ab eo mandatum habenti, nulla eſt, & non liberat debitorem, quominus ulterius poſſit conveniri à vero creditore & ei ſolvere, *l. ſi ego. ff. de negot. geſt. l.* 1. *§. ante omnia. ff. de pact. l. non debet: de reg. jur. l. ſolutam & l. qui hominem, §. ſi nullo, ff. de ſolut. l. ejus qui in provincia, ff. ſi cert. pet. l. vero procuratori; in princ. ff. de ſolutionib.* per quæ & alia jura, nec non plurimorum DD. authoritates abundè probavimus *in hoc Labyrint. par.* 1. *c.* 36. *n.* 27. *&* 28. & ideo dicit text. *in l.* 2. *Cod. de apoch. publ.* ibi, *ſemel ſecuritatem de refuſione munerum emiſſam, ab alio judice non liceat refricari: & ideo Spectabilitas tua ſaluberrimæ ac juſtiſſimæ præceptionis formam ſecuta prohibebit in poſterum eos ad diſcuſſionem tranſacti muneris conſtringi, quos claruit acceptа ſecuritatis proſperitate lætari:* ubi Gloſſ. *verb. emiſſam* ibi, *ab iis qui faciendi hoc jus habent, non ab alio, & hoc ſolemniter:* ubi plura jura allegat: & *ibi* Bartol. dictam leg. ita ſummat, *Qui habet inſtrumentum ſolutionis ſeu ſecuritatis ſolemniter factum, non debet amplius moleſtari.* Ergo cùm Theſaurarii careant mandato & poteſtate ad recipiendas ſolutiones quantitatum fiſco debitarum, nullam liberationem poſſunt præſtare debitoribus fiſci, ſolventibus eiſdem abſque ſpeciali Senatus decreto & mandato.

Secundò: quia Theſaurarius Arcæ Regiæ, etiam 13
cum decreto Senatus Regii patrimonii, nullo modo poteſt ſolus recipere ſolutiones abſque interventu, ſimultaneo concurſu, & ſubſcriptionibus aliarum duarum perſonarum ad idem à Rege ſpecialiter deputatarum; quia una & eadem Arca in quam immittuntur pecuniæ fiſcales, tres ſeras habet, totidemque claves ſingulæ ſingulis perſonis à Rege traditæ ſunt: ita ut una ſine altera non poſſit introducere aut extrahere pecunias, ſed omnes ſimul debent concurrrere ſimultaneè ad aperiendum 14
& ſigillandum, ita ut poteſtas & facultas exercendi illud munus, ſit cumulativa & ſimultanea per omnium ſimul concurſum, ut apertè patet ex ipſa clavium diſtributione & ſeparatione, & nihil prodeſt ſi unus, vel duo aperiant: tertius verò nolit, quia omnes ſimul debent intervenire & aperire.

Ex quo colligitur, quod Rex qui tribus com- 15
miſit unius muneris exercitium, de nullo ſeparatim confidit, ſed de omnibus ſimul: juxta text. *in l.* 1. *§. plures. ff. de excitor. act. l. ſed & ſi pupillus.* 11. *§. item ſi plures, ff. de inſtit. act.* Gratian. *diſ. forenſ.*

tom. 2. *c.* 201. *nu.* 1. *& ſeqq. & num.* 18. Quia quando pluribus procuratoribus, pluribus Judicibus, vel pluribus Arbitris, pluribuſve inſtitoribus datur ſimpliciter mandatum, commiſſio, aut poteſtas ad aliquid gerendum, cognoſcendum, vel negotiandum; nullus de per ſe ſeparatim recipit poteſtatem, ſed ſimul omnes unam & eandem indiviſibilem, ita ut unus ſine altero non poſſit negotium gerere, nec exercere, nec perſona cujuſque ſeparatim ſumpta legitima eſt, ſed privata, & negotium ab uno geſtum ſine aliorum interventu & æquali concurſu actus ſit nullus, text. expreſſus *in c. ſi duo. 6. de procurator. l. 6. l. plurib. l. qui procuratorio, §. final. ff. de procurat. l. creditor, §. duo, Cod. mandati :* quæ jura loquuntur in pluribus procuratoribus ſimpliciter datis abſque clauſula, *in ſolidum :* text. in *cap. cauſam matrimonii de offic. delegati : cap. ſi contra unum, eod. tit. in 6.* ubi de pluribus Judicibus delegatis datis abſque clauſula: *quod ſi non omnes*: text. in *cap. 2. de Arbitr. & in cap. prudentium, de offic. deleg.* ubi de pluribus Arbitris datis : text. in *d. l. 1. §. plures, de exerc. act.* ubi de pluribus inſtitoribus à domino præpoſitis ad negotiandum, ut unus ſine altero gerens negotium ſeparatim, non præjudicet domino eos conjunctim præponenti.

17 Si igitur Theſaurarius ſolus abſque interventu cæterorum recepit à debitore fiſci pecuniam debitam, nullo modo debitor conſequitur liberationem, cùm exercuerit munus ſine qualitatibus ſubſtantialibus & requiſitis ex defectu formæ, quæ dat eſſe rei, & ex qua creatum fuit illud officium : nam quando ſolutio debet fieri cum certis requiſitis, & cum interventu aliquarum perſonarum, ſi
18 ſine illo fiat, non liberat debitorem, ſed manet ut antea obligatus ad ſolvendum iterum debito modo : ut probant Ludovic. Molina *de primogen. l. 1. cap. 10. num. 6.* alter Molina *de juſt. & jur. tr. 2. diſput. 306. ad med. verſ. quamvis ſolæ res perpetuæ*, Rodriguez *de annu. reditib. l. 2. quæſt. 15. num. 89.* Hermoſill. *ad leg. 2. gloſſ. 4. n. 92. tit. 3. par. 5. tom. 1. fol. 289. à tergo* Avendan. *de cenſib. cap. 106. n. 8. & 9.* Amaya *in l. 1. Cod. de ſuſceptor. præpoſ. l. 10. n. 3.* poſt quos, & Joſeph. Seſſe, Giurb. & alios adnotavimus *in hoc Labyr. par. 1. cap. 36. per tot.* Ergo iſte fiſci debitor, qui non ſervata forma & requiſitis eſſentialibus ſolvit, non liberatur, ſed remanet debitor fiſci ut antea, qui ex neceſſaria conſequentia debet ſolvere in moneta currenti, tempore ſolutionis.

19 Quia debet ſibi imputare quòd cum uno ſolo contraxerit non habente poteſtatem legitimam ſeparatim; ſed tantùm cumulativam cum aliis conjunctim, quorum interventus omnino neceſſarius erat, adeo ut unus ſine aliis negotium gerere non poſſit, juxta ſupra dicta, & text. celebrem in *l. 1. §. ſi plures magiſtri :* ibi *ſed ſi ſic præpoſuit, ut plerumque faciunt, ne alter ſine altero quid gerat; qui contraxit cum uno ſibi imputabit. ff. de exercitor. act.* text. etiam in *l. ſed & ſi pupil. §. conditio autem præpoſitionis ſervanda eſt, quid enim ſi certa lege vel interventu cujuſdam perſonæ, vel ſub pignore voluit cum eo contrahi, vel ad certam rem, æquiſſimum erit id ſervari in quo præpoſitus eſt ff. de inſtitor. act. cum §. ſeq. ejuſd. leg.*

20 Neque ſupra dictis obſtabit, quod in apocha facta debitori de recepta pecunia, ipſe Theſaurarius aſſerat & renuntiet receptam à ſe fuiſſe quantitatem debitam in præſentia & cum interventione aliorum duorum deputatorum.

Quia huic oppoſitioni fuit multipliciter & ef- 21
caciter reſponſum. Primò, quod apocha ipſa non fuit ſubſcripta nec ſignata per deputatos, ex quorum ſubſcriptione debebat probari eorum interventio, & non aliter; nam cùm horum trium ſit una æqualis & complexiva poteſtas, & non ſeparata, ad exercitium illius muneris, ita ut unus ſine altero nullam habeat facultatem exercendi illud, ut latè ſuprà diximus ex *n.* 13. *cum ſeqq. verſ. ſecundo quia Theſaurarius*, ſequitur ut omnium trium debeat concurrere ſubſcriptio ad quemlibet 22
actum ex eorum officio dependentem : aliter actus ipſe nulliter geſtus intelligetur, juxta celebrem Gloſſ. *in cap. ſtatutum, de reſcrip. in 6.* ubi notavit, quod ſi plures Notarii fuerint deputati ad aliquos actus, omnes debent ſubſcribere, vel ſigno noto ſigillare, aut alio modo ſimili legitimè notum facere, quod ille actus omnium authoritate & interventu ſimultaneo factus fuit. Idem tradit Innocentius in *cap. quoniam contra, nu. 2. in verb. conſcribant :* Anton. de Butrio. *n.* 22. *verſ. quæro an ſufficiat.* Abbas *nu.* 33. Felin. *nu.* 43. *verſ. quartò quæro :* Angel. *in l. ſi quis ex argentariis, §. cogentur, n. 4. ff. de edendo :* Alexand. in *conſ.* 124. *Viſo, n. 4. verſ. alia ratione, vol. 7.* Ant. de Butrio *in c. inter dilectos, n. 27. verſ. quæro an quis poſſit ſcribere, col. penul. de fid. inſtrum.* Guid. Pap. *d.* 122. *An in frumentum, in fin.* ſequitur Pacianus *de probationib. cap. 65. ex nu. 23. cum ſeqq.* & Ludov. Bologninus *ad Ananiam, conſ. 40. Dubium, in fin.*

Mirabiliter docuit Bald. in *l. juriſjurandi, n.* 12. 23
verſ. an credatur : col. fin. Cod. de teſtib. quod quando unus Notarius eſt aſſumptus cum collega, non creditur uni ſoli, ſed oportet quod vel ambo ſcribant, vel unus ſcribat; & alter ſubſcribat : quod & idem confirmavit in *d. l. ſi quis ex argentariis : §. quod, in 5. notab. ff. de edendo :* ubi tradit, quod
24 ſi plures Notarii rogati fuerint de eodem inſtrumento, non eſt neceſſe ut omnes ſcribant, ſed ſufficiet quod unus ſcribat, & cæteri ſimul ſubſcribant; ſubdens idem eſſe in pluribus Tutoribus,
25 qui licèt librum rationum debeant facere, ſufficit tamen ſcriptura unius & ſubſcriptio cæterorum; ſequuntur Abbas *in d. cap. quoniam contra, ſub n. 32. verſ. nota tamen ex primo*, & Felin. *ibid. n. 43. verſ. quartò quæro, col. 23.* & Pacianus *d. cap. 65. ex n. 27. cum ſeqq.* ubi dicit idem procedere in pluribus judicibus.

Cùm igitur interventio conſociorum ſit proban- 26
da ex eorum ſubſcriptione, qua actus authoriſari debet, ſi hæc ex eadem ſcriptura non appareret cùm fuit exhibita & præſentata, fruſtra per teſtes probabitur non ſubſcribentium præſentia, juxta Baldi doctrinam *in l. 2. §. voluntatem, in princ. ff. ſol. matr.* quem ſequuntur Alexand. *ibid. in princ.* Joan. de Imola *n.* 17. & Jaſon. *n. 5. in 2. not.* Felin. *in c. nonne, verſ. per iſtam regulam, col. 2. de præſcript.* Jaſon. in *l. quæ dotis, nu. 97. ſub 4. caſu, col. 16. ff. ſolut. matr.* Tiraquel. *de leg. connub. gloſ. 7. n. 16. uſque ad n.* 46. Pacianus *l. 1. de prob. c. 29. n. 7. & 8.* dicentes, quod quando Statutum requirit 27
in contractibus mulieris, vel minoris, conſenſum ſeu voluntatem & aſſiſtentiam duorum propinquorum, non ſufficit probare eorum præſentiam cum taciturnitate, idem Tiraquel. *ubi proximè, n. 5. & num.* 14. & Pacian. *d. cap. 29. num. 68.* dicentes, quod quando ex Statuto requiritur interventio mariti, vel propinquorum ad authorizandum actum, non ſufficit ſola eorum præſentia cum taciturnitate.

28 Quæ doctrina maximè procedit quando agitur de præjudicio Tertii, nempe quando illi qui debent intervenire ad actum, non agunt de re propria & negotio ſuo, ſed de alieno, ut quando adminiſtrant bona alterius, ut videmus in Tutoribus & Curatoribus, qui etſi in actu ſint præſentes, ſi tamen taceant, nihil agunt, niſi expreſsè auctoritatem ſuam interponant: ut probat Gloſſa in *l. 3. ff. de author. tutor.* Jaſon. in *l. quæ dotis n. 95. verſ. quartus caſus eſt col. 15. ff. ſol. matrim.* & *ibi* ante ipſum Bartolus *n. 23. in fin. verſ. in 4. caſu, col. 5.* & Alexand. *ſub n. 28. verſic. circa quartum membrum, col. 9.* Romano *n. 40. verſ. quinto in quantum dicit:* egregiè Bartol. in *l. gerit, in fin. ff. de adquir. hered.* Pacian. *de probat. lib. 1. d. c. 29. n. 63.* Ergo per apocham receptæ pecuniæ non ſubſcriptam ab omnibus ſimul, non debet probare interventum Collegarum & conſociorum.

29 Imò cùm apochæ ſolutionis à fiſco faciendæ varias ſolemnitates & ſubſcriptiones deſiderent, per hujuſmodi apochas ſolemniter factas ſolutio probanda eſt, & non admittitur probatio per teſtes: ita ex aliis probat Amaya in *l. 1. 2. Cod. de apoch. publ. l. 10. n. 16.* his verbis: *nam apocha debet cum ea ſolemnitate fieri, ut in ea apponatur nomen ejus qui confert, dies, Conſul, menſis, & ob quam cauſam fuit præſtita penſio ſeu functio, & quanta fuit ejus ſumma, l. 2. ſupr. de conven. fiſc. debit. quo ſolum probatur ſolutio facta fiſco, non teſtibus: ut docet Platea n. 4. verſ. Tertiò nota, & Valenzuel. n. 4. poſt Accurſ. hic; & ſic pro forma apochæ dicta ſolemnitas requiritur, ut indicat verbum,* debet, *quod denotat neceſſitatem, quia videtur lex voluiſſe ſcripturam ita eſſe neceſſariam, ut defectus ejus, probationibus non ſuppleatur aliis, juxta doctrinam Bartoli, &c.* & iterum in *ead. l. 1. ex n. 26.* proſequitur, & ex *n. 27.* ſic ait. *Et ita in noſtræ legis ſpecie debebit ſolutio facta fiſco probari per ſcripturam, id eſt apocham cum ſupra dicta ſolemnitate confectam, nec ſufficiet probatio per teſtes, l. 2. Cod. de conven. fiſc. debit. quod in aliis cauſis non eſt admiſſum, imo teſtes ſufficient,* &c. & cum debitor potuiſſet probare hanc interventionem per ipſam apocham, ex qua debebat conſtare de ſubſcriptione conſociorum, & eam in tempore probationis, nec poſtea, præſentavit, ſed voluit per teſtes probare eorum præſentiam, præſumitur apocha defectuoſa, nam præſumitur contra illum qui cùm poſſet probare per inſtrumentum, vult probare per teſtes, Curt. jun. *conſ. 64. col. 3.* Cravet. *conſ. 178. num. 5.* Menoch. *de præſumpt. l. 2. præſumpt. 91. n. 11.*

Nec obſtat quod unus, qui ſolus recepit pecu-
30 niam fiſcalem, aſſeveret recepiſſe cum interventu cæterorum. Nam cum ipſe ſolus prorſus careat poteſtate & authoritate ad actum principalem gerendum, ex ſupra dictis *in princ. hujus cap.* & actus, non ſervata formâ ſimultanei concurſus ad gerendum præſcriptâ, irritus ſit & inanis, omninòque invalidus & illegitimus, Bartol. in *l. cum lex, num. 6. verſ. juxta prædicta, col. 2. ff. de fidejuſſ.* Jaſon. *in l. Gallus, num. 17. verſ. Tertio adde col. 3. ff. de liber. & poſthum.* quos & alios refert Pacien.
31 *de probat. c. 35. n. 29. & 30.* dicentes, quod ſtante Statuto, ut mulier, vel minor non poſſint contrahere ſine conſenſu duorum propinquorum, adeo ſentitur ablata illis poteſtas aliter contrahendi, ut omnis contractus contra prædictam formam celebratus, ſit irritus, ita ut nulla obligatio ſive civilis, ſive naturalis exinde oriatur: multo minus debet valere ejus aſſertio in eo actu contenta: nam cùm principale non ſubſiſtit, non etiam valent 32
ea quæ inde ſequuntur: ex *Reg. jur.*

Tum etiam quia ſi in præjudicium Tertii, aſſertioni principis de facto alieno non ſtatur, prout latè diximus in *hoc Labyrint. 1. par. c. 39. ex nu. 11.* nec aſſertioni Notarii, Maſcard. *de probat. concluſ. 143.* & de aſſertione Principis, idem Maſcard. *concluſ. 141.* quantominus Collegæ, qui ſeparatim conſideratus nullam habet poteſtatem, ſed prorſus habetur pro privata perſona, denegabitur fides? quod adeo verum eſt, ut ejus aſſertio enun- 33
tiativè facta nec etiam præſumptionem aliquam inducat: Bald. *conſ. 49. n. 12.* Honded. *conſ. 31. n. 28. & 29.* Rudenſ. *conſ. 5. n. 2.* Menoch. *de præſumpt. l. 3. præſumpt. 133. ex num. 17. cum ſeqq.* Soc. *in l. ex hac ſcriptura, n. 50. Cod. de teſt. mil.* & ex aliis Nicol. à Genua, *de Enuntiativis Verb. l. 1. quæſt. 3. n. 2.* aſſerentes, quòd quando diſponens non poteſt diſponere de actu à ſe geſto, verba enuntiativa ſuper eo per ipſum prolata, nullam etiam minimam præſumptionem inducent: rationem reddentes, quia omnis diſpoſitio, etiam expreſſa, 34
ad poſſibilitatem diſponentis debet adaptari, ex *l. Lucius §. penult. ff. ad municipal. & l. ſi quis ita ff. de condit. inſtit.* prout etiam verba enuntiativa nunquam attenduntur quando agitur de præjudicio Tertii, & ſic Principis, in noſtro caſu: ut ex aliis Nicol. Genua *loc. cit. ex n. 6. cum ſeqq.* ubi ponderat bona jura ad hanc rem.

Et quia ſi in caſibus, in quibus unus non 35
poſſit actum gerere ſine altero, vel aliis conſociis, permitteretur aſſertio unius dicentis, cæteros fuiſſe præſentes, facilis aperiretur via fraudandi legem & diſpoſitionem requirentem pro forma cæterorum præſentiam & concurſum, quod lex prorſus abhorret.

Alter eſſentialis defectus reperiebatur in illa 36
cautione ſolutionis, ut non fuerit ſcripta in libris Rationum cùm ſit requiſitum admodùm neceſſarium ad validitatem cautionis: imò in eadem cautione ſolutionis expreſsè dicebatur eſſe aſſumendam rationem, hoc eſt, *y ſe ha de tomar la razon deſſa carta de dago:* ſed iſta deſcriptio in libris Rationum nunquam facta fuit: quod quidem requiſitum, ſicut cætera relata hactenus appetuntur, ut clarius appareat veritas introitus & exitus pecuniæ, ne veritas occultetur, & ut cunctis obvietur fraudibus, quæ requiſita de jure communi aliis in ſolutionibus faciendis non reperiuntur, & ideo pro forma eſſentiali habenda ſunt in hoc caſu; quia quando Statutum diſponit aliquid de novo ultra jus commune, id cenſetur forma ſubſtantialis, qua deficiente, actus corruit: Ancharan. *conſ. 241. in fin.* Aretin. *in l. 1. ff. de liber. & poſthum.* Felin. *in cap. cum dilecta, col. 1. verſ. novum ſignum: col. 16. verſ. amplia nonò: de reſcript.* Socin. Jun. *conſ. 2. n. 7. vol. 2. & conſ. 37. n. 6. & 11.* Decius *conſ. 262.* Roland. à Valle *conſ. 72. vol. 3. ex num. 60.* Beccius *conſ. 12. num. 24.* poſt Jaſonem, Decium, Socin. & alios tenet Petr. Surd. *conſ. 124. n. 3.* qui, & Rolandus à Vall. poſt plurimos DD. aſſerunt quod diſpoſitio ſeu Statutum aliquid introducens cum certis modificationibus, inducit formam: quod requiſitum, ſicut cætera, cum in hac pecuniæ receptione non fuerint ſervata, corruit ſolutio tanquam forma ſubſtantiali deficiente, ideoque non liberat debitorem, ex jam dictis *ſuprà:* ſequitur Virgil. Bocacius *in conſtit. Marchiæ gloſ. 6. n. 166.* Pedemontan. *deciſ. 164. num. 11.* Farinac. *in repertor. contract. quæſt. 7. n. 30.*

Dicebatur

37 Dicebatur ex parte debitoris, casu quo solutio hæc facta Thesaurario fuerit nulla ob defectum solemnitatum, & inhabilitatem personæ recipientis, quod debebat saltem in primis excuti Thesaurarius, qui non servatis solemnitatibus requisitis & debitis quantitatem receperat, quo invento non solvendo, ad debitorem recurri posset, qui tenetur solum in subsidium, per textum ad propositum valde expressum in *l.* 2. *Cod. de conveniend. fisc. debitor.* in hæc verba: *Fisco quidem contra te manet actio, quod argentum, quod inferre debebas, rationibus fuerit, relatum, si cautioni, quæ tibi super eo exposita est. Tabularius non subnotavit: æquum tamen est, ut priùs de bonis ejus, qui exactor fuit, si solvendo est, & conveniendi ejus facultas datur, indemnitati fisci satisfiat, tunc à te servari hic modus non possit, reposcatur:* Glos. Lucas de Penna, & Joannes de Platea, *ibi.*

38 Cui difficultati facilè fuit responsum, hanc exceptionem excussionis juxta *d. leg.* 2. non fuisse à debitore oppositam, nec in prima, nec in secunda instantia in litis ingressu: & cùm sit exceptio dilatoria, debuit proponi ante litis contestationem, & de jure Regio intra novem dies: igitur si debito tempore non fuerit opposita, ei renuntiatum videtur, ex innumeris Doctoribus per nos cumulatis *in hoc Labyrinth. par.* 1. *cap.* 23. *ex n.* 76. *cum multis seqq. & à n.* 72. *& seqq.*

Ex quibus in Consilio Regii Patrimonii fuit determinatum ac decisum, solutionem hanc præfato modo factam Thesaurario Arcæ thesauri Regii esse nullam, & ad totius quantitatis solutionem condemnandum debitorem Fisci, deducta ea parte, quæ facta totius quantitatis computatione, versa fuit in utilitatem fisci Regii.

39 Fuit insuper in hac causa valdè controversum, an debitor non solum ad sortem principalem sit condemnandus, verùm etiam ad interesse pro damno fisci, ob non acceptatas & solutas literas cambii? In qua pro parte debitoris plura urgent. Primum, quod interesse non debetur nisi existente & probata mora in solvendo, ex *l.* 2. §. *ult. ff. de eo quod certo loco: l. vinum ff. si certum pet. l. socium, in princ. ff. pro socio: l. nummis, ff. de lit. jurand. l.* 114. *ff. de verb. oblig. l.* 14. §. *sed si ff. de constit.*
40 *pecun.* & mora non contrahitur nisi per interpellationem, aut diem in obligatione appositum, qui interpellat pro homine, *l. magnam, Cod. de contrah. stipul. l. quod te, ff. de reb. credit. l. si ex legati.* 23. *& l.* 122. *ff. de verb. oblig. l. qui decem, ff de solut. l.* 32. *l. videamus, ff. de usuris*: sed utrumque deficit in hoc cambii contractu: ergo non debentur usuræ & interesse.

41 Secundò, quia dans litteras cambii, licèt obligatus maneat ad restituendum creditori pecunias receptas, non solutas loco destinato, tamen non tenetur reddere pecunias acceptas in alio loco à se solvendas recipienti litteras cambii, nisi certus sit non fuisse litteras acceptatas per suum mandatarium, cui fuerunt directæ, facta, scilicèt protestatione super recusatione in acceptando, quæ protestatio debet fieri coram Notario & testibus, atque intimari mandatori: & non constito de his diligentiis, recipiens litteras cambii non potest habere regressum contra campsorem qui illas dedit ad recuperandas pecunias à se illi datas: quia potest ipsi opponere; vel solutam fuisse quan-
42 titatem à mandatario, vel quod illa ab eo non petiit vel quod pecunia erat parata in loco destinatæ solutionis, ita tenens Scaccia *de commerc. & camb.* §. 2. *glos.* 5. *n.* 318. *cum seqq.* mirabiliter Gaitus *de credito, c.* 2. *tit.* 7. *ex n.* 2490. *cum multis seqq.* ubi ponit specificè exceptiones quas opponere potest qui dat literas, quando creditor recurrit contra ipsum scribentem dictas literas cambii, ad exigendam seu recuperandam suam pecuniam, Rota Genuens. *decis.* 4. *n.* 7. Burset. *cons.* 39. *n.* 18. Seraphin. *decis.* 1419. *n.* 20. Turri. *de cambii disput.* 2. *quæst.* 12. *n.* 2. Fontanell. *dec.* 125. *n.* 2. *& ex n.* 11. *cum seqq.* per text. in *l. si literarum, Cod. de solut.* igitur si ad eum non potest recurri, neque repeti pecunia data, deficiente protestatione, non etiam potest dici esse in mora qui scripsit dictas literas, nec consequenter tenetur ad usuras & interesse.

Maximè quoniam in literis cambii traditis cre- 43
ditori non est locus pœnitentiæ ex parte unius, altero invito; quia est contractus reciprocus & perfectus respiciens utriusque contrahentis utilitatem, uti amplissimè post plurimos DD. resolvit Scaccia *de commerc. & camb.* §. 2. *glossa* 5. *qu.* 8. *ex n.* 527. *per tot.* ubi ponit aliquas declarationes videndas *ibid.* quapropter quousque literæ non acceptentur per mandatarium & protestatæ remittantur, & intimetur protestatio scriptori earum; nec eas recipiens potest pœnitere & repetere suam pecuniam, nec dans literas potest illas petere à creditore reddendo ipsi pecuniam acceptam nisi de ejus consensu: igitur non constito de diligentiis prædictis, nec debitor dici potest in mora constitutus, nec ullam notitiam seu scientiam habere potest an fuerint literæ acceptatæ & solutæ.

His tamen non obstantibus, in casu de quo agi- 44
mus, & ex circumstantiis litis contrarium fuit determinatum, usuras videlicet etiam unà cum sorte fisco deberi per dantem has literas cambii.

Primò, quia debitores fisci semper debent usu- 45
ras & interesse ob retardatam pecuniæ debitæ solutionem, ad quas usuras eo ipso quo quis est debitor fisci solvendas cogi potest: ut jura sunt expressa in *l. quod quidam* 17. §. *fiscus ex suis contractibus usuras non dat, sed ipse accipit ut solet à fornicariis qui tardiùs pecuniam inferunt, item, ex vectigalibus: cum autem in locum privati succedit, etiam dare solet, ff. de usur. & in* §. *seqq.* ita dicitur: *Debitores qui minores semissibus usuras præstabant, fisci esse cœperunt, postquam ad fiscum transierunt semisses cogendi sunt præstare: l. Herennius Modestinus, l.* 2. *ff. de usur. l.* 2. *Cod de usur. fiscal. l.* 10. *l.* 1. *C. de his quib. ut indign.* post plures DD. Noguer. *alleg.* 11. *ex n.* 180. Leortardus *de usuris q.* 22. *ex n.* 1. *cum seqq. & q.* 82. *n.* 8. præter quos, alios plures allegat Mar. Cutell. *de donat. tom.* 2. *tract.* 2. *disc.* 10. *speciali* 21. *n.* 24.

Et in tantum debitor fisci ob retardatam solu- 46
tionem tenetur ad usuras interesse præstandum fisco, ut fiscus non teneatur interpellare ad hoc ut tales interesse sui crediti exigere valeat; cùm in debitis fiscalibus mora re ipsa contrahatur: mora namque dupliciter facta intelligitur, ex re scilicet, & ex persona: ex re, mora fit ipso jure & re ipsa absque aliqua interpellatione, aut die; in illis enim casibus, quibus, mora fit ex re, ipso facto & à lege inducta intelligitur, & sine ullo examine, lex etenim semper opportunè debitorem admonet, *l.* 8. *C. de condict. furtiv. l.* 23. *ff. de usur.* nec disceptationi locum relinquit, *l. prospexit, ff. qui & à quib. l. pretio, ff. de publican.* &
per contrarium: mora, quæ ex persona fit re- 47
quirit vel diem vel interpellationem, aliàs non inducitur mora ad interesse petendum: hanc differen-

tiam inter moram ex re, & moram ex persona latissimè scripsit Leotardus *tract. de usur. quæst.* 81. 82. & 83. juncta *quæst.* 22.

48 Et quod in debitis fiscalibus mora inducatur ex re, sive quod re ipsa & ipso jure inducatur mora absque die vel interpellatione, sed ex solo tempore retardatæ solutionis fisco, sicut minori, & Ecclesiæ, debeantur usuræ & interesse, latissimè probavit idem Leotard. *d. quæst.* 22. *ex num.* 7. *cum seqq. & quæst.* 82. *num.* 8. *cum seqq.* ex Gloss. in *l. cum quidem.* 17. §. *fiscus. ff. de usur.* quam *ibidem* sequuntur ferè omnes DD. Bartol. *in l.* 2. *Cod. de his quib. ut indign.* Alex. *in l. quod te, ff. si cert.* Jason. *in* §. *ex maleficio, num.* 33. *Institut. de action.* Lucanus *de privileg. fisci, par* 1. *num.* 34. Æmil. Ferret. *in tract. de mora. nu.* 9. Menoch. *de arbitrariis, casu* 220. *num.* 8. Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 1. Escobar. *de ratiocin. cap.* 15. *num.* 33. Maresc ot. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 124. *n.* 19. Ergo fiscus non cogitur interpellare debitorem in hoc casu, ut ab ipso consequi possit interesse suæ pecuniæ. Deinde quia etiam istæ litteræ cambii continebant certum diem & locum in quo facienda erat solutio, ad quam scriptor litterarum se obligavit ex quo recepit pecuniam à fisco; quare transacto die statim non facta solutione, fuit constitutus in mora ex *juribus supr. alleg. n.* 39. *vers. fuit insuper, &c.*

49

50 Neque obstare dicebatur defectum protestationis litterarum, eo quod non fuit facta solutio juxta *d. l. si litterarum, Cod. de solut.* & DD. superiùs allegatos, *nu.* 41. *vers. secundo quia.* Quoniam variis modis fuit responsum, illam scilicet doctrinam tum demum habere locum, quando fiscus valuisset recurrere contra scribentem litteras non acceptatas, ut post plurimos DD. diximus *in hoc Labyr. part.* 1. *cap.* 10. *n.* 40. *& eod. part.* 1. *cap.* 26. §. *unico, num.* 19. Sed non procedit quando ipsemet

51 debitor agnoscens suas litteras non fuisse acceptatas nec solutas à suo mandatario libenter obtulit & solvit pecuniam fiscalem à se receptam Thesaurario Arcæ Regiæ, cum quo nec contraxerat, nec ei litteras cambii tradiderat, nec erat persona legitima ad recipiendum, prout ad longum probatum fuit *à princ. hujus cap.* & hoc fecit tempore proximo mutationi monetæ omnibus notæ.

52 Deinde quia in cautione solutionis hoc modo gestæ, ipse fassus est eam solutionem facere, eo quod litteræ suæ nec acceptatæ fuerant, nec solutæ: ex qua confessione clarè apparebat de scientia & notitia sua non tunc orta, sed à principio, & de tempore præterito, quia absoluta fuit illa confessio, non restricta ad tempus solutionis, sed omne tempus præteritum comprehendens: quo casu, ut dictum est *supr. ex n.* 50. *vers. nec obstare dicebatur:* non indigebat fiscus alias ostendere diligentias, imò ex abundanti eas interveniisse apparebat ex relatione Consilii computorum, ubi asseveratur in rationibus redditis à ministro militari, cui directæ fuerunt litteræ cambii ad exigendum, docuit de non exactione ob defectum acceptionis per sufficientes diligentias per ipsum gestas.

53 Quibus adjungebatur inverisimilitudo maxima hujus debitoris aliàs obligati ad solvendum certo die & loco, dicere volentis ignorasse defectum solutionis, qui cum suo corresponsali cui directæ erant litteræ, quotidie & frequenter correspondentem habebat, & computa: & rationes inter ipsos fiebant, ut frequentissimum est inter mercatores ad invicem correspondentes; ac ideò juxtà præsumebatur ignorantia effectata in hoc casu, vim habens certæ scientiæ, cùm potuerit facilè scire, & etiam debebat, ratione suæ obligationis solvendi certo die: ut per plura probant Mascard. *de probation b. conclus.* 879. *ex n.* 31. *cum seqq.* & Paciatus *de probat. lib.* 2. *cap.* 19. *ex. n* 60. *cum seqq.*

Quapropter cùm à principio receptæ pecuniæ 54 fiscalis debitor fuerit obligatus alibi solvere, semper ab eo die mansit obligatus, & fisci debitor: à qua obligatione cùm per solutionem non fuisset liberatus, ut in his terminis litterarum cambii post alios observat Leotardus *de usur. quæst.* 25. *ex n.* 24. *cum seqq.* & Doctores superiùs citati *nu.* 41. *vers. Secundò quia dans litteras*: semper sicut antea remansit debitor fisci, quomodocumque & quandocumque constiterit & apparuerit non solvisse, nec fuisse extinctam suam obligationem, cùm in rei veritate nunquam illam adimpleverit: quia quod est certum per naturam, est certum per 55 legem, etiamsi partes ignorent. *c. cum in apostolica, de sponsal.* §. *conditionis.* 8. *Institt. de verb. oblig. l. cum ad præsens* 37 *cum. duab. seqq. ff. si cert. pet. l. conditio* 100. *ff. de verb. oblig. l. si pupillus* 9. § 1. *ff. de novat. l. heredi* 31. *ff. de acquir. hered. l.* 1. *& 2. ff. de condit. & demonstr. l. Titius* 24. §. *Lucius, ff. de liber. & posthum. l. si ita scriptum* 46. §. *fin. ff. de legat.* 2. *l. si jam.* 11. *ff. de condit. & demonstr.* 11. *l.* 12. *ad fin. t.* 11. *partit.* 5.

Ideoque supposita obligatione dantis litteras 56 cambii solvendi die & loco destinato, ad eum spectabat cura solutionis, & implementum suæ obligationis investigare, cessat enim ignorantia eo in casu quo quis diligentiam adhibere debet & inquirere, *l. regula*, §. *sed si facti, vers. diligenter ff. de jur. & fact. ignor.* Anton. Gabriel. *t. d. regul. jur. conclus.* 6. *n.* 40. Monald. *cons.* 6. *n.* 12 *vol.* 1. Bardell. *cons.* 85. *num.* 8. Pacific. *de salvian. interdict. inspect.* 4. *c.* 3. *n.* 32. Craveta *consil.* 225. *sub num.* 2. imò præsumitur tunc potius scientia Bardell. *d. cons.* 85. *n.* 20. Giurba *decis.* 91. *num.* 23. *&* 24. qui *num.* 25. post quamplurimos Doctores ait, ignorantia, ut proficiat, debet omni ex parte esse excusabilis.

Deinde quia cùm ex traditione pecuniæ ex 57 parte creditoris, & traditione litterarum cambii inducatur contractus perfectus & irrevocabilis, juxta tradita per Leotard. *de usur. quæst.* 25. *ex num.* 24. & ideò ultro citroque obligatorius ob utilitatem utriusque contrahentis, Scaccia *de commerc. & cam.* §. 2. *glos.* 5. *quæst.* 8. *per tot. ex nu.* 527. ubi plurimos laudat; sequitur quod mora contrahatur re ipsa, & ipso jure, absque aliqua interpellatione, quoties unus ex contrahentibus ex sua parte complevit, nam istud adimplemen- 58 tum, seu ejus defectus alteram partem constituit in mora re ipsa, & ipso jure, non expectata nec requisita alia interpellatione: ita per jura & Doctor. copiosè probat Leotardus *de usur. quæst.* 82. *ex num.* 46. *cum multis sequent.* Cùm igitur fiscus ex parte sua contractum adimpleverit dando pecuniam tradenti litteras cambii, iste omnino ex tunc fuit constitutus in mora ad eam fisco restituendam cum interesse, ob non implementum ex parte sua, ex hactenus comprobatis.

Et ita in facti contingentia determinavit Consilium Regii patrimonii, sortem cum interesse præstandam, à die receptæ pecuniæ à fisco: cui pro hoc credito & interesse dandum esse

gradum

gradum in judicio concurſus formato per hunc debitorem dantem literas cambii.

CAPUT IV.

Hypotheca ſuper uſufructu ad debitorem ſpectante impoſita an extinguatur proprietate rei per debitorem acquiſita.

SUMMARIUM.

1 *Uſufructu extincto, extinguitur hypotheca ſuper eo conſtituta.*

2 *Hypotheca impoſita ſuper jure ex ſua natura reſolutivo, extinguitur, ipſo extincto.*

3 *Extinguitur uſusfructus ex vi conſolidationis, ſi uſufructuarius nanciſcatur rei proprietatem.*

4 *Mutata forma rei, ſuper qua quis habet uſumfructum, extinguitur uſusfructus.*

5 *Per acquiſitionem proprietatis uſusfructus formalis transfunditur in cauſalem: & inter utrumque magna eſt diſtinctio,* & nu. 6.

7 *Mutata forma rei ſuper qua quis habet jus, iſtud amittit, ſi res tranſeat per commixtionem in aliam diverſam ſpeciem.*

8 *Aliud eſt materia, aliud materiatum, & jus habens ad materiam, non debet ad materiatum, & è contra.*

9 *Jus pignoris habens in materia, illud omittit in materiato.*

10 *Durat hypotheca ſuper materia confuſa, quæ facta ſit alia ſpecies, dummodo ſit reducibilis adpriorem materiam,* & nu. 11.

12 *Uſusfructus formalis tranſlatus in cauſalem non poteſt reduci ad priorem formam.*

13 *Jus ſemel extinctum amplius non reviviſcit.*

14 *Uſufructuarius dimittens voluntariè proprietatem, non recuperat uſumfructum ſemel conſolidatum.*

15 *Nemo poteſt eſſe rei ſuæ uſufructuarius.*

16 *Verius eſt, hypothecam ſuper uſufructu conſtitutam non extingui per adquiſit. proprietatis factam à debitore uſufr.* & n. 60.

17 *Uſufructuarius voluntariè dimittendo uſumfructum non poteſt præjudicare creditoribus, ipſis enim adverſus illum competit actio ad intereſſe: & ex facto alterius nullus prægravatur,* & n. 18.

19 *Confuſio non admittitur in præjudicium Tertii,* & n. 30.

20 *Si ex voluntaria adquiſitione, & cauſata confuſione, admitteretur Tertii præjudicium facilè aperiretur via fraudandi creditores in ſuo jure & hypotheca.*

21 *Concluſio actionum nunquam extenditur ad hypothecam Tertii, quæ ſemper manet illæſa,* & n. 22. & 23.

24 *Jus uſusfructus non poteſt hypothecari, ſicuti alienari, nec cedi; ſed ſola commoditas fructuum.*

25 *Commoditas fructuum,& eorum perceptio, eodem modo remanet penes debitorem quando conſolidatus eſt uſusfructus, quod erat ante conſolidationem.*

26 *Commoditatem fructuum percipit debitor ex validiori titulo quando conſolidatus eſt uſusfructus, quam quando erat ſeparatus à proprietate,* & num. 61.

Qui hypothecavit rem alienam tanquam ſuam, & poſtea dominium ejus adquiſiverit, confirmat, & validiorem reddit hypoth. ib.

27 *Debitor habens poſſeſſionem rei, quam hypothecavit creditori, poſtea adquirens proprietatem confirmat hypothecam illam debilem priorem.*

28 *Quidquid accreſcit pignori, pignus eſt, & ſub hypothecam contractam cadit.*

29 *Aliud eſt extingui hypothecam ſuper uſufructu appoſitam ob extinctionem uſusfructus & conſolidationem cum proprietate quam habet Tertius, aliud verò eſt, conſolidari jus uſusfructus cum proprietate nunc reperta penes ipſum debitorem obligatum,* & n. 30.

In hoc ſecundo caſu, licet extinguatur jus uſusfructus, manet tota res in ſubſtantia penes ipſum debitorem, ibid.

Conſolidatio contingens in perſona debitoris, recipit ſeparationem ad favorem ejus, qui habet jus ad uſumfructum, emphyteuſim, vel aliud jus conſolidatum, ibid.

31 *Commoditas fructuum ex conſolidatione, ſolùm patitur mutationem extrinſecam, & fortius roborat jus antiquum debitoris.*

32 *Jura loquentia de confuſione, commixtione, & mutatione rei ſuper qua quis habet jus aliquod, clarè loquuntur quando transformatio contingit intus in ipſa re,* & n. 33.

34 *Ut mutatio fructuum hypothecatorum operetur extinctionem hypothecæ, debet materia ita tranſire in materiatum, ut prima materia eſſe deſinat & incipiat nova alia ſpecies,* & n. 46.

Hypotheca durat in re conſolidata, quoties eſt reducibilis ad priorem formam. ibid.

35 *Jurium confuſio in perſona debitoris eſt reducibilis ad priorem formam ad effectum præſervandi hypothecam ſuper fructibus.*

36 *Hæreditate adita, bona defuncti & hæredis ita conſolidantur, ut unicum fiat patrimonium adeuntis.*

37 *Ad petitionem creditorum defuncti petitur ſeparatio bonorum, ut ex ejus bonis non ſatisfiat creditoribus hæredis.*

38 *Bona non poſſunt manere obligata pro eodem apud eundem.*

39 *Dominus rei poteſt ſeparare uſumfructum à proprietate ad effectum conſtituendi hypothecam in favorem creditoris ſuper uſufructu formali.*

40 *Mutatio rei hypothecatæ in ejus qualitatibus non extinguit hypothecam.*

41 *Quando diſpoſitio contrahentium reſpicit ſubſtantiam & non formam rei hypothecatæ, manet hypotheca, formâ rei mutatâ.*

42 *Procedit hæc doctrina in uſufructuario & creditore ejus, quando convenerunt ut commoditas fructuum hypothecæ ſubjiceretur.*

43 *Uſufructuarius obligans uſumfructum, intelligitur obligare commoditatem.*

44 *Contrahentes ex eodem facto non intelliguntur ſibi ipſis intentioni ſuæ principali velle contradicere; & ſimul velle adquirere & velle perdere.*

45 *Non poteſt quid initium capere ab eo caſu quo finem accipere debet.*

47 *Quando ſpecies eſt confuſa cum eadem ſpecie materiæ, dicitur adhuc res extare, & durat hypotheca.*

48 *Creditor*

48 *Creditor hypothecarius in frumento non amittit hypothecam, quamvis redactum sit ad farinam.*

49 *Gabella super tritico imposita debetur ex farina.*

50 *Statutum prohibens extrahi frumentum, habet locum in farina.*

51 *Gabella quæ debetur ex oleo, debetur pro oleo ex quo conficitur tertia species, putà pro sapone.*

52 *Gabella quæ pro serico debetur, etiam pro serico contexto debebitur.*

53 *Etiamsi commoditas, adquisita proprietate, pateretur mutationem, non est talis qualitatis ut extinguat hypothecam ab usufructuario constitutam.*

54 *Referuntur & expenduntur qui tenent sententiam Authoris, & nu.* 55.

56 *Debitor hypothecans rem in qua habet aliquod jus, pro eo jure intelligitur hypothecare; & si postea nanciscatur dominium, manet adhuc hypotheca. Ad id expenditur Gaitus, & num.* 57. *&* 58.

59 *Authores adducti pro sententia Authoris, loquuntur in casu quo Tertius pro suo interesse intermediat, nam in ejus præjudicium non consideratur consolidatio.*

60 *Usufructu consolidato cum proprietate apud Tertium, extinguitur hypotheca super ejus commoditate constituta, & nu.* 61. *&* 62.

63 *Extincto usufructu, extinguitur hypotheca, nisi resultet damnum Tertii.*

64 *Mutata re quoad substantiam, extinguitur hypotheca; secùs aliàs, & nu.* 65.

66 *Commoditas ususfructus solùm hypothecata, non in substantia, nec in qualitate aut forma sua, non patitur mutationem per adquisitionem proprietatis.*

GRandis est hujus quæstionis difficultas & prorsus omissa in tot tractatibus de pignoribus, hypothecis, & usufructu : ejus tamen vera resolutio non nisi per disputationem apparebit. Quæritur itaque utrum extinguatur hypotheca super usufructu imposita à fructuario, si fortè ipse proprietatem rei fructilis adquirat.

1 Et pro hypothecæ hujusmodi extinctione ac resolutione, varia urgent fortissima fundamenta. Primum est, quoniam licet hypotheca validè imponi possit super usufructu per debitorem usufructuarium, ejus tamen vita regulatur à vita ususfructus, & tantum durat quantum ususfructus : ita ut extinguatur & resolvatur hypotheca extincto seu finito usufructu : sicut contingit in hypotheca
2 imposita super re, aut jure ex natura sua resolutorio aut variabili, ut extincta rei hypothecatæ substantia, dissolvatur hypotheca, textus capitalis in *l. sicut* 8. *ff. quib. modis pign. vel hypoth. solvit.* ibi : *sicuti re corporali extincta, ita etiam usufructu extincto pignus & hypotheca perit. & l. servum* 27. *ff. de pignoribus & hypoth.* latissimè varia exempla cumulavimus *in hoc Labyrinth. 3. part. cap.* 15. *ex numer. 3. cum multis sequentibus & per tot. & part. 1. cap.* 43. *ex numer.* 14. *cum sequentibus.* adde
3 Merlin. *de pignor. l. 5. quæst.* 34. *per tot.* Sed sic est quod ususfructus finitur & extinguitur eo ipso quod usufructuarius adquirit quovis legitimo titulo proprietatem rei, super qua habet usumfructum, ex vi confusionis & consolidationis, ut sunt jura expressa in §. *finitur ususfructus*, ibi : *si usufructuarius proprietatem rei adquisierit, quæ res consolidatio appellatur, Instit. de usufruct. l. si fructuarius. ff. de usufruct. quemadmodum cau. l. omnes* 3. §. *sed & si quis ff. eodem tit. l. si sub conditione* 16. *l. si tibi fundum* 17. *quemadmodum usufruct. amitt. l. is, cujus* 26. *& l. cum filius* 78. §. *dominus ff. de legat.* 2. *l. si purè* 4. *ff. de usufr. leg.* ergo impossibile erit, quod hypotheca imposita super usufructu, duret post adquisitam proprietatem à debitore, quia resoluto jure debitoris, resolvitur hypotheca super eo imposita, text. clarus in *l. lex vectigalis, ff. de pignorib.*

Secundò, quia mutata forma rei super qua quis 4
habet usumfructum, ususfructus prorsus finitur & extinguitur, *l. repeti.* §. *rei mutatione, l. quid tamen* 10. *in princ. & in* §. 1. *&* §. *navis. ff. quib. mod. ususfruct. amitt.* §. *finitur, vers. eò amplius, Inst. de usufr. l.* 25. *t.* 31. *partit.* 3. exornat latissimè Castillo, *de usufr. cap.* 70. *ex num.* 1. *& per tot.* Sed sic est 5
quod ususfructus formalis qui fuit hypothecatus, per adquisitionem proprietatis transfunditur & transmutatur in usumfructum causalem, & cum eo consolidatur ita ut definat esse ususfructus formalis, & subito efficiatur causalis, nova forma recepta, & priore extincta, quia utraque stare & concurrere non potest in eadem persona, ex juribus & authoritatibus adductis *supr. numer.* 2. *&* 3. quam distinctionem inter utrumque usumfructum, formalem & causalem, abundè probat & exornat Castillo *de usufruct. cap.* 1. *per tot.* ergo hypotheca 6
restricta ad usumfructum formalem, & super eo impositа, formâ extinctâ & mutatâ, debet finiri & extingui, quia qualitas sine subjecto esse non potest, & non entis nullæ sunt qualitates, & expressè probat *l. si convenerit* 18. §. *si quis ff. de pignor. act.* ibi : *si quis caverit ut sibi Sylva pignori esset, navem ex ea materia factam non esse pignori, Cassius ait; quia aliud sit materia, aliud navis,* &c.

Et generaliter verum est, quod mutata forma 7
rei super qua quis habet jus aut dominium, illud amittit si res transeat per commixtionem & confusionem in aliàm diversam speciem, quia alia res est, & non illa super qua, vel ad quam habebat jus, aut dominium, sed alia nova & diversa à prima : ut sunt jura expressa in *l. adeo*, §. *cùm quis ex aliena materia speciem aliquam suo nomine fecerit, Nerva & Proculus putant hunc dominum esse qui fecerit, quia quod factum est, ante nullius fuerat*, &c. cùm §§. *seq. ff. de adqu. rer. dom. &* §. 8
cum ex aliena materia, cum trib. §. §. §. *seq. Instit. de rerum divis.* probatur etiam ex textu in *l. lana* 86. *ff. de legat.* 3. *l. si cui lana* 68. *eodem.* quoniam aliud est materia, aliud materiatum, & jus habens ad materiam, illud non habet ad materiatum, vel è contra, text. in *d. l. lana : & in l. Servius respondit, cui omnis materia legata sit, ei nec arcam, nec armarium legatum esse*, 55. *l. librorum* 50. §. *chartis legatis, nec papyrum ad chartas paratum, nec chartæ nondum perfectæ continebuntur. ff. de legat.* 3. *l. idem Pomponius* 5. §. *idem scribit, si ex melle meo & vino tuo factum sit mulsum, quosdam existimasse id quoque communicari; sed puto verius (ut & ipse significat) ejus potius esse qui fecit; quoniam* 9
speciem pristinam non retinet, ff. de rei vindic. Igitur jus hypothecæ super usufructu formali, non potest trahi ad usumfructum causalem, in quem fuit per confusionem, commixtionem & consolidationem transformatus, cùm sit nova & diversa species priori extincta & suppressa, & in termi-

nis ;

nis; quod jus pignoris habens in materia, illud amittat in materiato ex *d. §. si quis*, probant plures adducti à Merlino, quos ipse sequitur in *tr. de pignorib. lib. 2. q. 43. ex nu. 41. cum seqq.*

10 Tertiò, quoniam etsi verum sit, quod duret jus & hypotheca in eadem re & materia quantumvis commixta & confusa, ita ut fit facta nova & diversa species ex illa materia, quando scilicet species hæc sit reducibilis ad priorem formam & materiam, quia tunc durat adhuc jus & dominium in eadem nova specie reducibili ad priorem formam prout expresse probat *l. 2. §. Pomponius, & l. idem Pomponius, §. sed si plumbum, ff. de rei vindic.* & expressa sunt jura allegata *supr. num. 7.* Et in expresso quod hypotheca super materia com-

11 mixta & confusa cum alia materia, reducibili tamen ad suam pristinam formam, contracta duret, nec extinguatur, probat ex Bartolo in *l. si convenerit, §. si quis caverit, n. 5. vers. aut verò*, Cæpola *cons. 7.* Fulgos. *in d. §. si quis num. 2. vers. tertius autem casus :* Negusant. *de pignorib. part. 2. memb. 2. n. 26.* & Gaito *de credito c. 4. quæsito 5. n. 192. & à num. 194. & seqq.* Merlinus *de pignorib. l. 2. quæst. 54. num. 48.*

12 Respondetur tamen fatendo propositam doctrinam, & negando applicationem : quoniam ususfructus formalis semel legitimè consolidatus in eadem persona, & extinctus atque translatus in usumfructum causalem, nulla arte reduci potest ad priorem formam, quia res sua nemini servire potest, *l. si rem alienam, l. 2. ff. de pignor. act. l. in re communi, ff. de servit. urban. præd. l. uti, frui,*

13 *ff. si ususfruct. pet.* cum aliis *suprà* allegatis *n. 3.* & quoniam illud jus ususfructus per adquisitionem proprietatis extinctum fuit & finitum, ex *prædictis jurib.* & jus semel extinctum iterum non revivisci, *l. qui res, §. aream, ff. de solut. l. inter stipulantem, §. sacram. vers. nec revocari, ff. de verbor. obligat.* cum *similib.* Etiamsi ipse fructuarius vellet iterum sponte proprietatem dimittere, non tamen

14 ideò recuperabit usumfructum semel consolidatum & extinctum : text. optimus in *l. si quis ædes 29. ff. de servit. urban. præd.* quem copiosè & singulariter exornavimus *in fin. in cap. 6. ex num.*

15 *42. cum seqq. vers. & pro hac propositione*, &c. quia ususfructus per adquisitionem proprietatis ad eum casum pervenit, à quo non potuit inchoari, cùm rei suæ nemo possit esse fructuarius *l. uti frui, in princ. ff. si ususfruct. pet.* ita in his terminis consideravit Tiraquell. *de retract. §. 1. glos. 7. num. 63.* sequitur Matienzo *ad leg. 7. glos. 1. n. 36. tit. 11. l. 5. recopil.* Ex quibus hæc pars negativa, ut hypotheca super usufructu non duret, sed extinguatur eo ipso quod fuit extinctus & finitus ususfructus per adquisitionem proprietatis, undique probata videtur.

16 Quibus tamen (quantumvis fortia, urgentissima, & verissima in se sint) minimè refragantibus, contraria opinio, imò quod hypotheca super usufructu non pereat propter adquisitionem proprietatis factam à debitore usufructuario, longè verior est, atque certioribus & validioribus roborabitur fundamentis.

17 Primò, quoniam debitor nec cedendo, nec renuntiando vel dimittendo voluntariè usumfructum semel quæsitum, potest præjudicium aliquod inferre suis creditoribus, nec isti ex facto quolibet voluntario debitoris amittunt suum jus hypothecæ in re, vel usufructu renuntiato : hoc idem in istis terminis amplissimè per jura & DD. & Rotæ Decisiones comprobavimus *in hoc Labyr. par. 1. c. 43. ex num. 20. cum seqq. & per tot. c. & in 3. part. cap. 15. per tot.* Cùm itaque ista hypothecæ extinctio (casu quo dicatur extincta) proveniat ex facto voluntario & culpa debitoris, nihil ei prodest, sed manet creditori actio ad interesse in eum, ut probat *l. servum 27. ff. de pignorib.* ibi : *quod deliberando aut vincendo, persequutionem pignoris exinanierit :* exornat post alios Merlin. *de pignorib. l. 5. qu. 24. n. 7. & 8. à princ.* quorum doctrina procedit, ut diximus, casu quo extinguatur pignus vel hypotheca, non verò quando non extinguatur, ut in casu nostro, ex comprobatis *infrà ex n. 24. cum seqq.*

Et quando usufructuarius emit rem à proprie- 18
tario, ei videtur consentire in amissione & renuntiatione ususfructus, ex *l. cum pater, §. libertis & ib.* Bartol. *quæst. penult.* & Imol. *ff. de legat. 2. & l. Titius in princ. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. l. si debitor, §. 1. & l. sicut §. venditionis, § eod.* cum aliis similibus cumulatis à Tiraquello *de legib connub. glos. 5. limit. 3.* Matienzo *in l. 7. glos. 1. sub n. 35. vers. item quia usufructuar. emendo.* Ergo non debet admitti in præjudicium creditoris hypothecarii, quia ex facto voluntario alterius nullus potest prægravari.

Nec in juribus superiùs allegatis *num. 3.* nec 19
in cæteris quæ de confusione & consolidatione juris cujusvis, an ususfructus, vel alterius servitutis, per adquisitionem proprietatis loquuntur, legitur confusionem admitti dato alterius Tertii, habentis jus aliquod in ipso jure consolidato, detrimento aut præjudicio, sed solùm loquuntur inter usufructuarium & proprietarium, seu dominum fundi servientis & dominum fundi dominantis, sicut & inter creditorem & debitorem invicem succedentes : nam si ex hac voluntaria adquisitione à debitore facta admitteretur confusio in Tertii præjudicium, ampla aperiretur via 20
fraudandi creditores in suo jure & hypotheca, cùm facilè posset debitor fructuarius vel verè vel fictè colludendo cum domino proprietatis, eam adquirere, vel fingere emptionem, ut creditorem excluderet à jure hypothecæ contractæ super usufructu ad ipsum debitorem pertinente; quod meritò jura abhorrent : *l. in fundo, ff. de rei vendic. Clement. 1. de usur.* cum *concord.* Ergò in hoc casu perseverare debet hypotheca quam Tertius creditor habet in usufructu.

Secundò, quoniam confusio actionum semper 21
restringitur inter creditorem & debitorem, & nunquam extenditur ad jus, & hypothecam Tertii, quæ semper manet illæsa & reservata : nam licèt quando debitor succedit creditori, vel creditor debitori, confundantur actiones & credita post aditam hæreditatem, *l. debitori. 7. Cod. de pact. l. Urancus 72. ff. de fidejussorib. l. stichum 96. §. aditio ff. de solution. l. cum secundum, Cod. de fideicommiss. l. si debitori 51. ff. de fidejussor. l. si adulta, Cod. de heredit. action. l. si uxor tua, Cod. de bon. auth. judic. possid. l. debitor. 59. ff. ad Trebell.*

Tamen si Tertius quispiam habeat hypotheca- 22
tum nomen illud debitoris, quod per successionem confundi solet & extingui, nunquam confusio operatur extinctionem illius hypothecæ, nec extenditur ad præjudicium Tertii habentis hypothecam in illo nomine & jure, quæ remanet salva, præservata & illæsa sicut antea ac si nunquam contigisset successio, & aditio hæreditatis inter debitorem & creditorem, sic per text. in *l. hæres à debitore, §. quod si hic servus, ff. de fidejussor. l.*

debitor

debitor 3. *ff. de separat. l. stichum aut Pamphilum* 95. §. *quod vulgo, ff. de solut. l. ex sextante*, §. *Latinus Largus, ff. de except. rei judic.* Rota *decis.* 236. *numer.* 1. *vers. & in omnem casum part.* 4. *recent.* quam ad id adducit Merlinus *de pignorib. l.* 5. *quæst.* 15. *num.* 1. & 2. & prædictam decisionem collegit Duardus *post tract. de censib. dec.* 183. quæ tota est elegans ad propositum.

23 Et quod confusio hypothecæ adquisitæ etiam ab ipso creditore, cessat quoties ei, vel alteri Tertio allatura est aliquod damnum & præjudicium, vel quando debitor succedit creditori, ut semper duret hypotheca ad favorem Tertii creditoris, magnam Doctorum catervam congessimus in *hoc Labyrinth. part.* 2. *cap.* 7. *ex num.* 35. *usque ad* 39. & *part.* 3. *cap.* 11. *ex n.* 129. *cum multis seqq.* ergo impossibile est, quod confusio seu consolidatio usus-fructus cum proprietate possit extinguere hypothecam super eo antea impositam, in detrimentum creditoris hypothecarii.

24 Tertiò invincibiliter iterum hæc pars roboratur, quoniam jus ususfructus non fuit hypothecatum, quia nec hypothecari, nec aliter alienari vel cedi potest, sed sola commoditas fructuum, in quibus dumtaxat consistit utilitas creditoris & hypothecæ; ad abundè per nos tradita in *hoc Labyrinth. part.* 1. *cap.* 43. *ex n.* 22. *cum multis seqq. usque ad n.* 37.

25 Sed sic est, quod commoditas fructuum, & horum perceptio, & utilitas remanet eodem modo quo erat antea penes debitorem, absque aliqua confusione aut consolidatione, quia ista solum tangit jus ususfructus; quod tanquam servitus repugnat dominio noviter fructuario quæsito, ut probant omnia jura superius adducta *num.* 3. etenim per alienationem juris ususfructus duntaxat causatur consolidatio cum proprietate, juxta text. *in* §. *finitur, Instit. de usufr. l. si ususfructus* 67. *ff. de jure dot. l. unic.* §. *fin autem usufructuarius, Cod. commun. de manumiss. l. usufructu, Cod. de usufr. l.* 24. *tit.* 21. *partit.* 3.

Quod secus est in alienatione solius commoditatis respicientis fructuum perceptionem, ut tunc cesset consolidatio, ex *l. arboribus* 13. §. *usufructuarius ff. de usufr. l. non utitur* 45. *eod. l. cui ususfructus* 74. *ff. d. tit. l. si is qui bona*, 11. §. *ususfructus ff. de pignor.* quæ jura ita conciliavit communis Doctorum opinio magis vera & recepta, quam ad longum retulimus *in hoc Labyrinth. part.* 1. *cap.* 43. *ex num.* 25. *cum multis seq.* Ergo cessante rei hypotheca adversus ipsum debitorem percipientem fructus, & eorum commoditatem ut antea, ratione cujus nulla supervenit mutatio nec alteratio.

26 Imò potiùs nunc debitor ipse fructuum commoditatem percipit ex validiori & efficaciori titulo; quia ex variabili, commutabili, & temporali transivit in perpetuum & incommutabilem in persona ipsius debitoris: ergo hunc redundare debet in majorem utilitatem creditoris, cujus hypotheca fortiùs confirmatur & roboratur; ut videmus in hypothecante rem alienam tanquam suam, si postea dominium ejus adquisivit confirmatur & roboratur prior illa hypotheca, *l. si Titio* 22. & *l.* 1. *ff. de pign. l. rem alienam* 41. *par. pr. ff. de pign. act. l. cùm res, Cod. si aliena res pign. dat. sit l. rem alienam, C. de pignor. act.* exactè scribit post plurimos Merlinus *de pignor. l.* 2. *quæst.* 2. *per tot.* ubi benè post jura prædicta, & communem DD. sententiam, distinguit inter creditoris scientiam vel ignorantiam quod res obligata esset aliena; optimè per Negus. *de pignor. & hypoth.* 3. *membr.* 2. *par. n.* 51. Mangilius *de eviction. quæst.* 29. *n.* 39. & *ex n.* 38. *cum seqq.* idem esse dicit in venditione rei alienæ; sive scienter, sive ignoranter ut convalidetur quomodocunque venditor adquirat ejusdem rei dominium, ex *l. si à Titio, ff. de rei vindic. l. cum vir, ff. de usufr.* & plurib. Doctorib. ab eo citatis.

Idem in debitore solùm habente possessionem 27
rei quam hypothecavit creditori, nam si postea adquirat rei proprietatem, confirmatur illa debilis hypotheca anterior, ut firma maneat, text. in *l. satis notam* 4. *Cod. ex quib. caus. pign. vel hypoth. tacit. contrah.* Alexand. *cons.* 112. *num.* 4. *l.* 6. Negus. *de pignorib. part.* 8. *membr.* 3. *num.* 7. per quos, & Rotæ decisionem firmat Merlin. *de pignor. l.* 2. *quæst.* 2. *num.* 17.

Eodem modo hypotheca commoditatis usus- 28
fructus per novum titulum dominii & proprietatis supervenientem debitori, magis roborata & firma redditur, quia quicquid accedit seu accrescit pignus est, & sub pignore & hypotheca continetur, *l. Paulus*, §. *domus, & l. fin. ff. de pignor. convenerit*, §. *si nuda proprietas, l. domo, ff. de pignorat. act. l. si fundus, in princ. ff. de pign.* & jure ad rem hypothecato, si res ipsa à debitore adquiratur vel recuperetur, de Amat. *resol.* 19. *n.* 8. & 9.

Quartò, quia aliud est extingui hypothecam 29
super usufructu apposita ob extinctionem usus-fructus, & consolidationem cum proprietate, quando proprietas residet penes Tertium extraneum, qui nec contraxit, nec fructus hypothecavit, ne aliter ex eadem causa est debitor creditoris, quo casu omnia jura tractantia de extinctione hypothecæ ob extinctionem ususfructus aperte loquuntur ut *suprà n.* 1. & 2. quia tunc commoditas fructuum simul perit & extinguitur cum ipso usufructu, & efficitur aliena, & ad extraneum non 30
obligatum transit: Aliud verò est, consolidari jus ususfructus cum proprietate nunc reperta penes ipsum debitorem obligatum & hypothecantem eosdem fructus & commoditatem penes se simul manentem & fructus ipsos percipientem ut antea: nam illud jus ususfructus, adquisitâ rei per debitorem proprietate licèt extinguatur per consolidationem quoad formam, tamen tota res cum eodem jure consolidato simul remanet quoad substantiam penes ipsum debitorem, & ideo super ea perseverare debet hypotheca: ut ex Paulo de Castro, Mastrillo, Gaito, & Mellino comprobatur *infrà ex n.* 74. & *seqq.*

Mirabiliter conducit illa plurimorum resolutio, an retractus habeat locum in proprietate, quam emphyteuta emit à domino? *Bald. Tiraquel. Peregrin. & Bolognet.* negarunt, quia consolidato utili cum directo dominio, ita supprimitur & extinguitur jus emphyteuticum, ut separatim considerari nec possit nec debeat amplius, ob mutatam formam.

Contrarium tamen verius est, etenim licèt proprietate empta, extincta sit emphyteusis forma, extincta tamen non fuit ejus substantia seu effectus & emolumentum; ita mirabiliter probant Castrens. *cons.* 36. *num.* 6. & 7. & 11. *vol.* 3. Cagnol. *in l.* 2. *n.* 192. *Cod. de pact. int. empt. & vendit.* Tiraquell. (sibi contrarius) *de retract. l.* 1. §. 1. *Glos.* 7. *n.* 17. Casanat. *cons.* 10. *n.* 171. Anton. Gomez *ad leg.* 70. *Taur. n.* 34. Matienzo *ad leg.* 7. *glos.* 1. *num.* 39. *tit.* 11. *l.* 5. *recopil.* Giurb. *dec.* 91. *num.* 6. dicentes ex hac ratione, quia cùm substantia & emolu-

emolumentum adhuc duret, directum dominium revendere debet, utili sibi retento, sicut apud eum erat antea, ne juri consanguinei fiat præjudicium, qui omnes manifestè probant consolidationem, contingentem, in persona promittentis vel debentis recipere & admittere separationem ad favorem ejus qui habet jus ad usumfructum, emphyteusim vel aliud jus consolidatum.

31 Quintò, roboratur hæc pars, quoniam falsum est asseverare, rem de qua agimus hypothecatam, hoc est commoditatem fructuum aliquam pati mutationem per præsuppositam confusionem non egredientem personam debitoris, juxta abundè comprobata *supr. ex nu.* 19. nam etsi mutetur titulus adquisitionis, hæc mutatio versatur extra rem quam non tangit nec in sua forma, nec in sua substantia, nec qualitate, quia extrinseca mutatio est quæ efficaciùs roborat jus antiquum debitoris, ut magis legitimè ipsa re frui possit & potiri, cùm eadem res maneat penes ipsum integra & immutata, quod sufficit ut jus creditoris super ea maneat præservatum, juxta *l. tutor datus, ff. de fidejussoribus*, in illis verbis: *non titulus actionis sed debiti causa inspicienda est, & l. 2. vers. parvique referre, ff. de privileg. credit*, nam titulus superveniens non mutat, nec alterat jus antiquum, sed auget: ad text. *in l. falsa*, §. *sed & si cui: ff. de condit. & demonstr. l. qui adoptionem. ff. de adopt.* Oldrad. *cons.* 239. *nu.* 1. Mandos. *cons.* 52. *nu.* 9. Rota ut per Merlin. *dec.* 461. *nu.* 26. & 27. *tom.* 1.

32 Omnia etenim jura loquentia de mutatione, commixtione, & confusione rei, super qua quis habet jus aliquod, quando transformatur in aliam novam & diversam speciem; clare & expressè loquuntur quando illa confusio & transformatio contingit in ipsa re & res ipsa, species seu materia patitur ipsam mutationem intus in se ipsa; ut ex variis exemplis consideratis per tot jura superiùs cumulata ex *num.* 4. *cum seqq.* apparet. Sed hæc titulorum mutatio ad justitiam
33 retinendi eandem fructuum commoditatem solùm respicit personam debitoris meliorantis per eam, suæ possessionis causam, non tamen in aliqua minima parte rem ipsam tangit, quod est requisitum præcisum ut dicta jura locum habeant, ergo & hypotheca super eadem commoditate fructuum pariter debet integra perseverare.

34 Et in individuo, quod ut mutatio fructuum hypothecatorum operetur extinctionem hypothecæ, debeat fructuum materia ita transire in materiatum, ut prima materia esse desinat, ac extinguatur omnino, & incipiat esse alia species nova & diversa, ut per plura jura & DD. latè comprobat Merlin. *de pignorib. l. 2. q. 53. ex n. 41. cum seqq.* quod prorsus cessat in hac commoditate fructuum, seu fructibus hypothecatis nullam patientibus in se mutationem.

35 Sextò, quia quando verum foret, quod res ipsa hypothecata pateretur aliquam mutationem (quod firmiter negamus) adhuc multa urgerent, quæ ipsam hypothecam sustinere possunt excludentia prorsus extinctionem: nam hypotheca semper durat in re & specie confusa & consolidata, quoties separari potest, & est reducibilis ad priorem formam & materiam, sicuti probatum remanet per jura & DD. superiùs adductos ex *nu.* 7. *usque ad* 12.

36 Hæc itaque jurium confusio in persona debitoris contingens (non obstante Negativa in contrarium considerata *supr. num.* 12.) prorsus est separabilis & reducibilis ad suam priorem formam, ad effectum præservandi hypothecam super fructibus: tum quia confusio jurium nihil operatur ubi intermediat Tertii damnum & detrimentum, ut apertissimè probavimus *suprà ex nu.* 19. *cum seqq.* sed insuper accedendo magis individualiter ad punctum, allego textum singularem in *l. 3. ff. de separat.* ad cujus clariorem ponderationem breviter præmittendum erit, quod hæreditate adita, bona defuncti & bona hæredis ita commiscentur, confunduntur, & consolidantur, ut unicum in persona hæredis efficiantur patrimonium, hæreditatis nomine supresso, & prorsus extincto, *l. debitor Cod. de pact. l. stichum, aditio ff. de solutionibus, l. si creditori, ff de fidejuss. l. si plures*, §. 1. *ff. de vulg. & pupi. l.* 1. §. *veteres, ff. de adquir. poss. ff. l.* 1. *ff. de separat. l. procuratorem* 90. §. 1. *ff. de adquir. hæred.* Sed quia patrimonium hæredis non tenetur ad debita 37
defunctis, ad petitionem creditorum defuncti petunt & obtinent separationem patrimonii hæreditatis: non obstante tam efficaci consolidatione & patrimoniorum confusione, ne creditores ex ea detrimentum & præjudicium in juribus suis patiantur. Hæc est expressè *illius legis* 3. determinatio: textus etiam est in *l.* 1. §. *quod dictum, & in* §. *ex contrario*, ibi: *atque igitur adit hæreditatem debitoris mei, non faciet meam conditionem deteriorem adeundo; quia licet mihi separationem impetrare, ff. separationib.* imò plus dicit *d. lex* 3. quod etiamsi confusio contingat in juribus & obligationibus inter defunctum & hæredem, separatio non impeditur favorem Tertii creditoris jus habentis in prædictis juribus consolidatis ubi: *debitor fidejussori hæres extitit, ejusque bona venierunt quamvis obligatio fidejussoris extincta sit nihilominus separatio impetrabitur, petente eo, cui fidejussor fuerat obligatus.* Quæ jura exornavimus *in hoc labyrinth. par.* 1. *cap.* 9. *ex num.* 10. *cum seqq.* Igitur idem venit dicendum in nostro casu, ut horum jurium ususfructus & dominii quantumvis consolidatorum in persona debitoris, propter jus & interesse creditoris hypothecam habentis in commoditate fructuum, debet admitti omnino separatio ut ad statum antiquum reducantur: ita comprobant mirabiles doctrinæ *suprà, ex nu.* 29.

Comprobatur ista jurium separatio ad favo- 38
rem creditoris hypothecarii, ea evidentissima & fortissima ratione deducta ex *l. Uranius* 72. *ff. de fidejussorib.* quæ dum reddit rationes confusionis & consolidationis jurium & hypothecarum inter defunctum & hæredem, hanc inter alias Jurisconsultus reddit ibi: *propter illam rationem, quia non possunt pro eodem apud eundem obligati esse: ut quemadmodum incipere aliàs non possunt, ita nec remaneant:* hoc est, sicut dominus sibi ipsi non potest suam rem hypothecæ subjicere, nec dominus servitutem ususfructus formalis sibi in re sua constituere; eodem modo ususfructus quem habet extraneus in re aliena, si ejus dominium adquisivit, non potest ususfructus formalis permanere nec continuari, quia res sua nemini servit.

Subintret ponderatio; sed sic est a contrario 39
sensu quod dominus fundi potest separare usumfructum formalem à causali ad effectum constituendi hypothecam super ipso formali usufructu à se licitè separato in favorem alicujus creditoris:

text. ſingularis *in l. & quæ nondum* 15. *in princ. ff. de pignorib.* ibi, *Et quæ nondum ſunt futura tamen ſunt, hypothecæ dari poſſunt*, &c. *idque ſervandum eſt, ſive dominus convenerit aut de uſufructu, aut de iis quæ naſcentur, ſive is qui uſumfructum habet, ſicut Julianus ſcribit.* Caſtillo, *uſufruct. cap.* 70. *nu.* 3. Igitur eodem modo ac multo magis jam creatus & hypothecæ ſubjectus uſusfructus debet remanere, & tranſire cum ſua cauſa, nihil impediente confuſione ſuperveniente per adquiſitionem dominii, cùm reſpectu Tertii creditoris, & ad ejus favorem & cautionem, dominus ipſe ſemper poteſt formare uſumfructum, & formalem ſeparare à cauſali, cùm non ſibi, ſed extraneo illum creat, & hoc liberè, & nullo jure repugnante.

40 Hæc inſuper hypothecæ conſervatio non obſtante mutatione probatur, nam mutatio rei hypothecatæ vel ratione adjectionis, vel detractionis qualitatum, nihil detrahit hypothecæ, nec eam extinguit, ſed ſuper eadem re ſemper ſubſiſtit & manet hypotheca: textus eſt formalis in *l. fundus* 16. §. *ſi res, ff. de pignorib. Si res* (inquit J. C.) *hypothecæ data poſtea mutata fuerit, æquè hypothecaria actio competit: veluti de domo data hypothecæ, & horreo facta; idem de loco data, deinde vineis in eo poſitis.* Idem probat textus in *l. Paulus* 29. §. *domus, ff. de pignorib.* his verbis: *Domus pignori data exuſta eſt, eamque aream emit Lucius Titius, & extruxit: quæſitum eſt de jure pignoris? Paulus reſpondit, pignoris perſecutionem perſeverare: & ideo jus ſoli ſuperficiem ſequutam videri*, &c. *l. domo* 21. *ff. de pignor. act.* notant Gloſſæ in *eiſdem jurib.* & Doctores: Neguſant. *de pignorib. par.* 6. *membr.* 3. *nu.* 8. Mantica *de tacit convent. l.* 11. *tit.* 31. *nu.* 18. Merlin. *de pignorib. l.* 5. *quæſt.* 33. *per tot.* Ergo quanto magis ſuſtinenda erit hypotheca rei, quæ nullam mutationem in ſe ipſa patitur, nec in ſubſtantia, nec in forma, nec in qualitate, prout in noſtro caſu, cùm eadem commoditas fructuum, emolumentum & ſubſtantia hypothecata integra permaneant apud debitorem obligatum.

41 Ulterius comprobatur diſcurſus iſte, quoniam quando diſpoſitio & contrahentium intentio reſpicis non formam ſed ſubſtantiam rei hypothecatæ, licèt contingat rei mutatio quoad formam, remanet jus & hypotheca ſuper ſubſtantia rei formaliter mutatæ, ut per jura & DD. latè probat Petrus Surd. *conſ.* 26. *ex n.* 10.

42 Quæ doctrina undique verificatur in uſufructuario hypothecæ ſubjiciente commoditatem uſusfructus, & in creditore ita contrahente, qui nullo modo reſpexere ad formalitatem rei, hoc eſt, ad jus principale uſusfructus, ſed duntaxat ad ipſos fructus, & juris ipſius ſubſtantiam conſiſtentem in commoditate, in qua utilitas hypothecæ verſatur, quia ſola commoditas potuit deduci in obligatione & hypotheca, ut ſuperiùs probavimus *ex nu.* 24.

43 In tantum quod ſi contrahentes hypothecam ſpecificè dixerint obligari uſumfructum, & ſic videantur attendere & reſpicere formam commoditatis, adhuc tamen fit interpretatio, ut ſolùm intendant deducere in obligationem & hypothecam fructus & commoditatem duntaxat, ne actus fruſtretur, & ad evitandam conſolidationem cum proprietate, quam cauſaret alienatio juris principalis uſusfructus facta extraneo, ſicuti ex communi Doctorum opinione comprobavimus *in hoc Labyrinth. par.* 1. *cap.* 43. *ex numer.* 33.

Hic etiam contrahentium animus & intentio 44
volentium reſpicere non formam uſusfructus, ſed ipſos fructus & commoditatem rei hypothecatæ manifeſtè patet: quoniam reſpiciendo formam, nihil agerent, inquit text. in §. *finitur, inſt. de uſufruct.* & alia jura adducta *ſupr. num.* 25. quia ſtatim conſolidaretur uſusfructus & devolveretur ad dominum proprietatis: non enim credendum eſt, velle contrahentes ex eodem facto ſibi ipſis & ſuæ principali intentioni & fini repugnare, & ſimul velle acquirere & velle perdere, obligando uſumfructum eo modo & via per quam extinguitur, reſolvitur, & finitur in tam notabile detrimentum contrahentium, nec enim
poteſt quid initium capere ab eo caſu quo finem 45
accipere debet, *l. Titio cum moritur, ff. de uſufruct l. uſumfructum* 5. *ff. de uſufr. legat. l. hæres meus* 78. §. *quamvis. ff. de condit. & demonſtr.* Caſtill. *de uſufr. c.* 61. plurimos Doctores ſecum ducit Thomas Sanchez *in præcept. Decalogi. tom.* 1. *l.* 2. *c.* 14. *nu.* 22. 31. & 33. Cyriac. *controverſ. tom.* 2. *c.* 252. *ex nu.* 53. *& ſuprà:* Alvarez *in Axiom. lit. A. nu.* 141. licèt neminem alleget; non enim poterat ſubſiſtere hypotheca, nec etiam creari & ortum habere cùm eodem inſtanti quo contrahentes tractabant de ea imponenda ſuper uſufructu, reſpiciendo ad ejus formam, ipſe uſusfructus, reſolvebatur & conſolidebatur, & hypotheca non habebat materiam ſuper qua cadere, aut figere pedes poterat, qualitas enim ſine ſubjecto eſſe non poteſt, & ideò utrumque extingueretur in eodem ſimul inſtanti & momento: ſed qui actum gerit, magis præſumitur in dubio velle ut actus valeat quàm pereat, *l. quoties, ff. de verb. oblig. l. quoties, ff de reb. dub. l. quoties, de reg jur. l.* 3. *ff. de milit. teſtam.* nec præſumitur quod quis velit actum fruſtratorium facere, *l.* 1. *in fin. ff. de ad municipal. leg. unic. Cod de theſaur.* quia actus à fine agentium judicatur, *l. ſi quis in aliena, ff. de adquir rer. dom. l. rem non novam, Cod. de judic.* Ergo manifeſtè detegitur intentio contrahentium hypothecam ſuper uſufructu, velle potius attendere ad ejus ſubſtantiam conſiſtentem in ſola commoditate quàm formam & titulum uſusfructus, ut hypotheca operaretur, & non fruſtraretur ſuo effectu contra intentionem agentium.

In comprobationem hujus diſcurſus, de quo 46
ex *num* 35. ut etiam ob mutationem rei hypothecæ ſubjectæ non pereat hypotheca illud, venit conſiderandum, quòd ad effectum extinguendi illam, non quævis rei mutatio & ſpecierum commixtio ſufficit, ſed illa tantùm ex qua materia tranſit in materiatum, ita ut deſinat eſſe prima materia, & tranſeat in novam & diverſam ſpeciem inſeparabiliter, *l. ſi convenerit* 18. §. *ſi quis ff. de pignor. act. l. lana. ff. de legat.* 3. *l. ſed ſi ex meis tabulis, ff. de adquir. rer. dom. l. adeo*, §. *cum quis*, ubi varia traduntur exempla. *ff. dict. tit.* & latiùs proſequitur poſt alios, Merlin. *de pignor. lib.* 2. *quæſt.* 53. *ex n.* 41. *cum ſeqq.*

At ſi ſpecies eſſet cum eadem ſpecie materiæ 47
commixta & confuſa, tunc eo quod non diceretur confuſa, ſed extare, durat hypotheca: text. eſt in *l. Marcellus, Pomponius ſcribit: & in l. idem Ponponius ſcribit, in princ. & in §. ſed ſi plumbum, ff. de rei vindic.* ita declarat poſt alios Merlin. *de pignor. lib.* 2. *quæſt.* 53. *ex nu.* 46. *cum ſequentibus.*

Hinc

48 Hinc eſt quod creditor hypothecarius in frumento, non amittit ſuam hypothecam ex eo quod redactum ſit in farinam, quia idem eſt corpus, & eadam res, licèt qualitas ſit mutata, durat tamen in ſubſtantia, quia ſolum detegitur id quod erat abſconditum, & inerat, non tamen quid novum producit; ut probant Caſtillo Siculus *deciſ.* 9. *n.* 5. Petr. Surd. *deciſ.* 139. *num.* 6. Merlin. *d. quæſt.* 53. *n.* 47. Cyriacus *tom.* 3. *controverſ. cap.* 468. *ex num.* 24. Hodierna *in addit. ad* Surd. *d. deciſ.* 139. *ex n.* 1. poſt Gratian. *deciſ.* 184. *ſignanter n.* 7.

Et idem Cyriacus poſt Surdum, Bertachin. Camillum de Medicis in *conſ.* 97. firmat & aſſerit *d.*
49 *tom.* 3. *controv.* 468. *ex n.* 25. *cum ſeqq.* quod Gabella ſuper tritico debetur ex farina: & ex *n.* 26.
50 quod Statutum prohibens extrahi frumentum, habet locum in farina; & *n.* 28. quod gabella quæ
51 debetur pro oleo, debetur etiam pro oleo ex quo conficitur tertia ſpecies, puta pro ſapone:
52 & *n.* 30. quod gabella quæ debetur pro ſerico, debetur etiam de ſerico contexto.

53 Quæ omnes doctrinæ & jura adducta in hoc ſexto fundamento, ex *n.* 35. *cum ſeqq.* manifeſtè probant quod in caſu quo commoditas uſusfructus hypothecata aliquam pateretur mutationem ob confuſionem, adquiſita proprietate à debitore fructuario, hæc tamen mutatio non eſt talis qualitatis ut poſſit alterare & extinguere hypothecam impoſitam per uſufructuarium in favorem ſui creditoris, ſed ſemper durare & perſeverare debet; quanto igitur magis cùm talis commoditas hypothecata à fructuario nullam patiatur mutationem in qualitate, nec in forma, nec in ſubſtantia, ut latè comprobatum eſt *ſuprà ex n.* 31. *cum ſeqq.*

Et denique reſolutionem noſtram in hac quæſtione difficillima feliciter diſceptatam, torque invincibilibus fultam fundamentis, reperio tenuiſſe in valde ſimilibus terminis poſt Paulum de Caſtro, Maſtrillo *in deciſion.* 71. *per totum*, ubi de jure hypothecato creditori conſolidato cum proprietate penes debitorem, qui ſe hac conſolidationis exceptione tuebatur, *n.* 4. ubi ita ait.

Sed fuit dictum, quod prædicta intelliguntur non quoad extinctionem in totum, ſed quod tantum extinguatur forma illa cenſus & directi dominii, non autem ſubſtantia & ejus emolumentum, & effectus; illa enim ſemper manent, ut diſtinguendo dixit Paul. de Caſtr. in conſ. 36. *n.* 6. 7. *&* 11. *l.* 3. *qui loquitur in uſufructuario adquirente proprietatem: allegat. text. in l. ſi ex pretio, ff. ſi cert. pet. in ratione illius legis, ibi, etiam obligationis non defecerit ſubſtantia, &* n. 8. *adducit text. in l.* 2. *Cod. ſi antiq. creditor: ubi ſi debitor dedit rem pignoratam creditori, extinguitur pignus quoad formam tantum, non quoad ſubſtantiam & effectum, &c.* & paulo poſt, ipſe Maſtrillo ſub *eodem nu* 4. ibi, *& faciebat, quia illa ſubſtantia fuerat confuſa & mixta cum ſubſtantia utilis dominii, & factum unum corpus & ideo qui poſſidet corpus, verum erit dicere quod poſſideat ſubſtantiam utilis & directi*, &c. quod repetit *num.* 9. idem tenet Caſtillo, Siculus *deciſ.* 10. *num.* 4. quos ſequitur obiter referens Merlin. *de pignorib. l.* 2. *q.* 2. *num.* 21. Marius Giurba etiam in ſimilibus terminis, idem aſſerit in *deciſ* 63. *num.* 3. his verbis: *quamvis venditione, proprie lati conſolidatus fuere uſusfructus, per adquiſitionem namque extinguitur forma uſusfructus, non tamen ſubſtantia, ſeu effectus, aut emolumentum*, &c.

Sed magis ad noſtram reſolutionem accedit 56 doctrina Gaiti in *tract. de credito, cap.* 4. *quæſito* 7. qui poſtquam tractaſſet & reſolviſſet rei alienæ hypothecam non valere, ex *n.* 586. firmat quod ſi debitor habet in re aliquod jus, quod in eo duntaxat ſubſiſtit hypotheca, quia proprietatem, quæ apud alium ſit, cùm ſit aliena, non potuit debitor obligare, ac ideo ſuſtinetur hypotheca in illo jure tantum quod habet in re; & exactè comprobat hanc reſtrictionem obligationis.

Poſtmodùm ipſemet Gaitus *loco cit. num.* 595. 57 ita argumentatur ad propoſitum noſtrum, in hæc: *Rurſus dubitatur, nam ſi obligatio reſpectu illius juris valuit, tamen facta conſolidatione illius juris cum re ſuper adquiſita, extinguitur hypothecæ obligatio ob emptionem & extinctionem ejuſdem juris per conſolidationem cauſatam*, &c.

Protinus *num. ſeqq.* 596. ſic huic difficultati ſa- 58 tisfacit per hæc verba: *ſed iſtud facilius reſolvitur: nam reverſa re ad debitorem ſuper qua jus habebat, licèt extinguatur illud jus per rei conſolidationem, quoad formam tamen tota res cum jure conſolidato remanet quoad ſubſtantiam; ſicut ſi vas argenteum reduceretur ad maſſam: ita in terminis Caſtillo Siculus deciſ.* 10. *tota, tom.* 1. *& Maſtril. deciſ.* 71. *tom.* 1. *utrique per tot.* hactenus Gaitus cujus doctrina mirè convenit iis, quæ hactenus conſideravimus pro noſtræ quæſtionis reſolutione.

Hos tamen Doctores eo caſu intelligas velim, 59 quod adquiſitio proprietatis ſit allquo modo revocabilis, vel intermediet Tertius, qui pro ſuo jure & intereſſe impedit confuſionem, cujus reſpectu nihil conſiderari debet, nec operari confuſio in perſona debitoris: & ſic in illis caſibus loquuntur DD. adducti *ſup. ex n.* 54. ut ſcilicet tunc nihil operetur conſolidatio in alterius præjudicium, cùm ſolum facta intelligatur quoad formam, non quoad ſubſtantiam, ſuper qua remanet illæſum & præſervatum, jus Tertii, & alterius cujuſlibet patientis detrimentum ex effectu talis conſolidationis: ut ipſi Doctores profitentur & altiùs comprobavimus *ex n.* 16. *& ex n.* 21. *cum. ſeqq.*

Firmata igitur noſtra concluſione ex tot fun- 60 damentis hactenus adductis *ſuprà ex nu.* 16. *cum. totis ſeqq.* quod uſufructuarius hypothecando commoditatem ſui uſusfructus, non extinguatur hypotheca per adquiſitionem proprietatis à debitore factam, eo quod talis conſolidatio nihil attingat ipſam commoditatem, & emolumentum fructuum, hypothecatum permanens ut antea pe- 61 nes ipſum debitorem, cùm ſuper ſubſtantia rei hypothecatæ permanente, & non mutata nec alterata, ſemper conſervetur hypotheca, cùm conſolidatio uſusfructus penes ipſum debitorem non ſit extinctiva, ſed potius augmentativa, accumulativa, & juris ſui conſervativa; differentia conſolidationis uſusfructus cum proprietate apud ex- 62 traneum dominum exiſtente; ex qua debitor uſufructuarius non ſolum perdit jus, ſed omne prorſus emolumentum, & fructuum commoditas tranſlata eſt in Tertium non obligatum: quo caſu non eſt dubium extingui hypothecam extincto prorſus jure debitoris obligati: ex *juribus vulgatis.*

Quibus ſuppoſitis & feliciter expeditis, non 63 obſtant argumenta ſuperiùs conſiderata in contrarium, quibus licèt ex *num.* 16. *cum ſeqq.* ſatis

fuerit ſingulis per contrapoſitionem ſatisfactum ; nihilominus reſponſionem ſingulis indicandam duxi.

Non obſtat igitur primum , de quo *num.* 1. *cum ſeqq.* ubi dicitur quod hypotheca ſuper uſufructu impoſita , ſimul cum eo extinguitur. Quia Reſpondetur hoc verum eſſe , non interveniente Tertio creditore , cui ex confuſione & adquiſitione proprietatis à fructuario debitore facta , detrimentum fieri non poteſt , ipſius enim reſpectu talem confuſionem & conſolidationem nihil operari latè probavimus ex *num.* 16. *cum multis ſequentibus.*

64 Nec obſtat ſecundum , de quo ex *num.* 4. *cum aliis ſeqq.* ubi dicitur quod mutata forma rei hypothecatæ , hypotheca extinguitur. Nam reſpondetur hoc intelligi quando per talem mutationem forma & ſubſtantia rei penitus extinguuntur , & prima forma extincta & omnino tranſlata fuit in
65 diverſam ſpeciem & novam non reducibilem ad priorem materiam ; ſecùs iis omnibus ceſſantibus , ut verificatur in caſu præſenti , quia tunc præſervatur hypotheca in rei ſubſtantia permanente , vel in materia mutata quidem , ſed reducibili ad ſuam priorem formam & materiam ; prout manifeſtè per varia jura & doctrinas abundantiſſimè probatum remanet *ſupr. ex num.* 31. *usque ad* 62.

66 Maximè quia commoditas uſusfructus , quæ ſola fuit hypothecata , per adquiſitionem proprietatis , nullam paſſa fuit mutationem nec in ſubſtantia , nec in qualitate , aut forma ſua , ſed integra & melorata per novum titulum remanſit penes debitorem , ipſam hypothecantem : quo tantum abeſt ut hypotheca extingui poſſit , ſed potius ex nova tituli adquiſitione per debitorem fructuarium magis confirmata & efficacior remaneat ; prout ad longum probavimus , & variis juris fundamentis roboravimus *ſupr. ex num.* 24. *cum ſeqq.* quia tempus perpetuitatis in debitore incipit cum titulo adquſitionis proprietatis , & ſic in caſu quo jam tempus uſusfructus eſt extinctum & finitum , quapropter novum tempus eſt , non antecedens prorogatum *ex jam dictis.*

CAPUT V.

Eſto quod hypotheca ſuper uſufructu , adquiſita per debitorem proprietate duret , an morte debitoris finiatur , vel uſque ad ſolutionem perpetuetur.

SUMMARIUM.

1 *Proponitur agitanda quæſtio affinis antecedenti. & n.* 2.
3 *Intentio contrahentium ſuper hypotheca uſufructus videtur eſſe ut finiatur per mortem debitoris.*
4 *Et idem procedit , quamvis adquiſierit debitor proprietatem.*
5 *Obligatio eſt ſtricti juris , & ultra expreſſa non extenditur.*
6 *Actus agentium ultra eorum intentionem non operantur.*
7 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*
8 *Permiſſum ad tempus , poſt tempus cenſetur prohibitum.*
9 *Hypotheca ſuper uſufructu conſtituta non ſe extendit ad proprietatem cum qua conſolidatur.*
10 *Hypothecans rem , ſolum videtur eam hypothecare pro jure quod in ea habet.*
11 *Proprietas non adquiritur ex jure uſusfructus , ſed è converſo.*
12 *Vendens rem cummunem , ſolum intelligitur vendere id jus quod habet in ea.*
13 *Hypotheca uſusfructus nihil influit in proprietatem.*
14 *Actus legitimus alterari non debet , licèt caſus evenerit à quo non potuerit incipere.*
15 *Origo contractæ obligationis ſemper inſpicitur.*
16 *Verba contractus referuntur ad tempus quo fuit celebratus.*
17 *Inſpicitur qualitas rei quæ erat tempore contractæ obligationis.*
18 *Expenditur textus.* l. fin. §. ult. ff. de liberat. legat.
Teſtator legans emphyteuſim , non intelligitur legare dominium directum quod poſteà adquiſivit. ibid.
Teſtator legans uſumfructum , non intelligitur legare proprietatem poſtea adquiſitam. ibid.
Si dominus nudæ proprietatis leget uſumfructum , quamvis poſtea proprietati accedat uſusfructus , iſte ſolum debebitur legatario. ibid.
19 *Hypotheca ſuper uſufructu finitur per mortem debitoris ex eo quod ſtatim amittat omne jus in re.*
20 *Hypotheca ſuper emphyteuſi conſtituta , tantum durat , donec revertatur ad dominum directum.*
21 *Si prorogentur generationes quibus conceſſa eſt emphyteuſis , prorogatur hypotheca ſuper ea conſtituta.*
22 *Hypotheca conſtituta in locatione ad certum tempus extinditur ad reconductionem.*
23 *Officium obtentum à Rege ad vitam ſi vita durante fuerit prorogatum , idem eſt officium.*
24 *Prorogatio & extenſio fit cum eiſdem qualitatibus.*
25 *Augmentum debet eſſe ejuſdem qualitatis cum ſuo principali.*
26 *Uſusfructus formalis hypothecatus poſt proprietatem adquiſitam , unum corpus efficitur cum uſufructu cauſali & proprietate.*
27 *Jus variabile adherens rei perpetuæ & irrevocabili , pariter & ipſum fit perpetuum & irrevocabile.*
28 *Quidquid accreſcit pignori , pignoris ſeu hypothecæ vinculo ſubjicitur.*
29 *Verior , & tenenda ſententia eſt , hypothecam uſusfructus , qui fuit conſolidatus cum proprietate , tantùm durare per vitam debitoris.*
30 *Hypotheca à principio limitatè concepta ex voluntate utriuſque contrahentis in ſuo primordiali ſtatu manet , proprietate per debitorem adquiſita.*
31 *Non ſufficit debitorem habere dominium in bonis ſuis , ſi ſe non obligavit ad totum ſed ad partem.*
32 *Uſusfructus non tranſgreditur vitam fructuarii.*
De eo quod non eſt , non admittitur prorogatio. ibid.

Jus temporale adhærens juri perpetuo, fit perpetuum quando utrumque durat. ibid.

1 EX reſolutione præcedentis quæſtionis, ut ſcilicet hypotheca ſuper commoditate uſufructus perſeveret, quantumvis debitor ipſe adquiſierit poſtmodùm proprietatem rei, ſuper qua uſumfructum habebat, prout ad longum efficaciter diſputavimus, & reſolvimus, præſens noſtra 2 longè difficilior quæſtio ſuboritur, an ſcilicet iſta hypotheca eo caſu ſubſiſtens, extinguatur morte debitoris, vel duret quo uſque debitum ſolutum ſit creditori.

3 Et pro parte Negativa, multa urgent: nam obligatio & hypotheca ſuper uſufructu regulatur à natura rei, & hæc ſubintelligitur, & fuit intentio & voluntas contrahentium à principio; debitoris quidem, qui non præſumitur plus juris voluiſſe obligare in hypotheca conſtituta ſuper uſufructu, quàm haberet; & ſimiliter creditoris, qui non creditur intendiſſe aliud quàm quod duret hypotheca durante uſufructu, & extinguatur quoque eo extincto per mortem debitoris: ad plurima jura, & doctrinas *in cap. antecedenti* citatas ex *num* 1. *cum multis ſeqq.* Et 4 quamvis non extinguatur prædicta hypotheca per adquiſitionem proprietatis factam per debitorem, non tamen debet excedere vitam debi- 5 toris, juxta reſtrictam formam contractus, tum quia obligatio eſt ſtricti juris, quæ non extenditur ultra contenta in illa, *l. quidquid adſtrin-* 6 *gendæ, ff. de verb. oblig. l. ſi tam anguſti. ff. de ſervitutib. l. 2. ff. de privileg. credit.* nec actus agentium ultra eorum intentionem aliquid operantur, *l. non omnis, ff. ſi cert. pet. l. in agris. ff. de adquir. rer. dom. l. ſi idem ſervus, ff. de legat. 2. l. ſi cui purè. ff. ad Trebellian. l. verbis, ff. de vulg. & pupill. ſubſt. l. 2. ff. de his quæ in teſtam. delen. l. legata inutiliter, ff. de legat.* 1. cum *aliis vulgarib.* Ergo licèt debitor adquiſierit proprietatem in re, ipſam tamen ab initio nec hypothecavit, nec tanquam res aliena potuit hypothecæ ſubjici, *l. 1. verſ. in ſpeciem autem, ff. de pignorib.* cum *vulgar.* igitur nec ad eam jus creditoris extendi poterit, quamvis perſeveret hypotheca in commoditate fructuum ut fuit demonſtratum in *cap. 4. præcedenti;* ſed non idem dicendum viderur, quando uſusfructus extinguitur per mortem fructuarii debitoris; ratio diverſitatis eſt quia creditor hypothecarius ſciebat talem uſumfructum ſibi hypothecatum morte fructuarii extingui, ex diſpoſitione juris, cùm tamen non potuerit prævidere certò extinctionem futuram per adquiſitionem proprietatis à debitore quæ pendebat ex ejus voluntate.

7 Deinde quia hypotheca uſusfructus eſt limitata ad tempus vitæ debitoris, ut latè ex pluribus juribus & Doctoribus probavimus *hoc Labyrintho 3. par. cap. 5. per tot.* & ideo ultra illud tempus non operatur nec extendi poteſt, quia cauſa limitata limitatum producit effectum *d. l. in agris; & l. cancellaverat. 4. ff. de his quæ in teſtam. delen. l. 2. ff. de ſerv. export. l. ex facto, §. item quæro, ff. de vulg. & pupill. l. age cum Geminiano, Cod. de* 8 *tranſact.* Ergo non debet protrahi poſt illud tempus: quia permiſſum ad tempus, poſt tempus cenſetur prohibitum, *l. ſi unus, §. 1. ff. de pactis: l. epiſtola: §. fin. ff. eod. l. Imperator, ff. de poſtul. cum pater, §. à filia ff. de legat. 2. l. ſtatu liberum, §. Stichum. & l. Titia cum teſtamento, §. fin. ff. eod. l. 2. Cod. de jur. emphyteut.*

Deſuper probatur, quoniam etſi uſufructuarius 9 hypothecaverit totam rem, in qua ſolùm habebat uſumfructum, ſi poſtea proprietatem adquiſierit, non ideo proprietas remanebit hypothecata, nec hypotheca confirmabitur in tota re & proprietate, ſed ſolùm in uſusfructus commodi- 10 tate ut antea; nam obligans ſimpliciter rem, intelligitur & reſtringitur obligatio & hypotheca ad jus quod habebat in ea, nempe uſumfructum; in proprietate autem tanquam aliena, non valet, nec valere poteſt hypotheca, ideoque ſuſtinetur tantùm in illo jure quod debitor habebat in re obligata: at ſi debitor videatur velle tantum obligare jus illud quo potuit obligare, conſequenter fatendum erit deficere conſenſum reſpectu partis quam non potuit obligare: & quamvis debitor proprietatem adquiſierit, ad eam non 11 extenditur hypotheca, quia non adquiſivit proprietatem ex jure uſusfructus, nam uſusfructus non attrahit ad ſe proprietatem, ſicut è converſo proprietas trahit ad ſe uſumfructum, ſuper quo ſimul cadit hypotheca conſtituta à proprietario: hunc diſcurſum ampliſſimè poſt plures Doctores & jura comprobat Gaitus, *de credito, cap. 4. quæſito 7. ex num. 586. cum multis ſeqq.* de quo vide etiam Merlin. *de pignor. lib. 2. quæſt. 2. ex num. 20.* licèt minùs explicitè quàm Gaitus: Ergo fatendum erit quod titulus proprietatis noviter adquiſitus per debitorem, nihil immutet, nec extendat jus limitatum antecedenter hypothecatum, ſed quod hypotheca ſe debeat continere intra limites illius juris ut antea, quod cum finiatur per mortem debitoris fructuarii, ſequitur pariter hanc hypothecam ſuper eo impoſitam extingui.

Confirmatur, nam vendens ſeu alienans rem 12 communem, ſolùm intelligitur alienare eam partem, jus & portionem quam in ipſa re habet: *l. qui tabernas, ff. de contrah. empt. l. quod in rerum §. qui uſumfructum, & l. Titio & Mævio, in princ. ff. de legat. 2. l. uxor. patroni, Cod. de legat.* plures Doctores & Rotæ deciſiones congerit Duardus in *tract. de cenſib. §. 1. quæſt. 5. ex num. 18.* & Hermoſill. latiſſimè probat *ad leg. 28. tit. 5. gloſ. 1. ex nu. 11. cum ſeqq. fol. 94. tom. 2.* conducunt etiam quæ tradit Caſtillo *de uſufruct. cap. 39. ex nu. 16.*

Fulcitur ulterius hæc pars Negativa, quia ſi à 13 principio duntaxat fuit obligata commoditas uſusfructus limitata obligatione ad vitam debitoris ex natura rei in obligationem deductæ, debitor licèt poſtea adquirat proprietatem, non debet hypotheca effici perpetua; quia etiam à principio hypothecatis per dominum fructibus rei, ſeu etiam ejus uſufructu, nihil hæc hypotheca influit in proprietatem tunc ſimul exiſtentem penes dominum debitorem, juxta *l. & quæ nondum, ff. de pignor.* quam exornavimus *ſupra cap. 4. anteced. ex n. 38.* igitur nec poſtea intelligitur hypothecata, deficiente conſenſu debitoris, quoniam actus legitimus immutari aut alterari non debet, licèt caſus poſtea evenerit, à quo 14 non poſſit inchoari, *l. actus legitimi, ff. de reg. jur.* ſed à principio, hypotheca in ſolo uſufructu conſtituta per dominum rei, nihil influit nec extenditur ad proprietatem, cùm fuerit limitata, ergo pariter limitata debet manere poſtquam debitor fructuarius ex diverſo titulo adquiſivit ejuſdem rei dominium ſeu proprietatem, ceſſante ejus conſenſu de novo præſtito, ſed debet hypotheca ſuum primordialem ſtatum con-

ſervare, & ultrà non extendi.

15 Et quia origo temporis, quo contracta fuit obligatio, ſemper inſpicitur, indeoque talis dicitur obligatio dirivativa, qualis fuerit primitiva, *l.* 2. §. *ex his*, *ff. de verb. oblig.* nam ſtatus primordialis obligationis ſemper eam ſequitur, nec ex tractu temporis, nec ex perſona ſucceſſo-
16 ris immutatur, *l. viam veritatis*, *Cod. locati*: *l. inſulam*, *ff. de verb. oblig.* unde verba contractus referuntur ad tempus quo fuit celebratus *l. Rutilia*, *ff. de contrab. empt.* & pacta ſunt intelligenda ſecundum tempus quo facta ſunt, *l. tale pactum*, §. *ult. ff. de pactis*: *l. ſi procuratorem*, *in princ. ff. mandati. l.* 1. §. *non ſolum*, *ff. depoſiti*:
17 *l. ſi tamen*, *ff. ad Macedon.* propterea debemus inſpicere eam rei qualitatem, quæ erat tempore contractæ obligationis, *l. in lege. & l. Rutilia Polla. ff. de contrah. empt. l.* 2. §. 1. *ff. de hæredit. vel act. vend.* abundè comprobat hæc omnia Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib.* 3. *tit.* 15. *ex nu.* 18. *cum ſeqq.* Mangil. etiam *de imputat. quæſt.* 90. *nu.* 28. Ex quibus deneganda venit extenſio hypothecæ ſuper uſufructu ultra vitam debitoris non immutantis eam per adquiſitionem proprietatis.

18 Et pro hac parte facit optimus text. *in l. final.* §. *fin. de liberat. leg.* ubi teſtator legavit mihi quod ei debebam: inter me in ipſum poſtea facta fuit novatio debiti, & augmentata fuit prior quantitas, quæſitum eſt, an poſſim capere hoc augmentum, an ſolum quantitatem debitam tempore teſtamenti? Et Conſultus ita reſpondi: *Item quæritur, ſi poſtea novatione facta, & ampliata ſumma, cœperit debere, an id quod ex veteri contractu debebatur, nihilominus in cauſa legati duret; an verò novatione facta, quaſi debitor novus ampliatæ ſummæ poſſit conveniri? Reſpondi, id duntaxat legetum videri quod tunc debuiſſet.* Conſonat *l. nomen*, §. *filio*, *ff. de legat.* 3. Conſonat etiam Doctorum aſſertio, quod ſi teſtator emphyteuſim, quam habebat, legavit alicui, ſi directum interim adquiſivit dominium, illud legaſſe non conſetur, quia non realis & concreta acceſſio eſt, ſed ſeparabilis, ad quam non extenditur legatum præcedens limitatum ad emphyteuſim, Bald. in *l. uxor. patrui*, *Cod. de legat. nu.* 2. Angel & Canſtrenſ. *n.* 3. Salycet. *nu. fin.* & poſt Bart. & Jaſon, *ibid nu.* 16. communem dicit Bimius *conſ.* 175. *nu.* 9. *vol.* 2. communem etiam dicit Caſanate *conſ.* 10. *n.* 159. & Burſat. *conſ.* 6. *n.* 5. Graff. *in* §. *legatum*, *quæſt.* 71. *n.* 3. Decian. *conſ.* 64. *nu.* 17. *vol.* 5.

Item uſufructuarius, ſi uſumfructum rei à ſe poſſeſſæ legaverit, & medio tempore proprietatem adquirat, licèt interim uſusfructus conſolidatus ſit, eo tamen mortuo, legatum non extenditur ad proprietatem, ſed renaſcitur uſusfructus, & ſolus debebitur: *de l. uxor. patrui*, ubi Salycet. *num.* 1. Angel. & Caſtrenſ. *ibid.* & in *l. ſervum filii*, *ad fin. princ. ff. de legat.* 1. Caſanat. *conſ.* 10. *nu.* 158. & è contra, ſi dominus nudæ proprietatis uſumfructum ſimpliciter legaverit, & poſtea & uſusfructus proprietati accedat, & cum ea conſolidetur, adita hæreditate, reviviſcit uſusfructus, & deberi ſolus incipiet, Marcabrun. *conſ.* 67. *nu.* 15. Ruin. *conſ.* 7. *n.* 5. *vol.* 1. Mierez *de majoratu*, *par.* 1. *quæſt.* 10. *n.* 47. Burſat. *conſ.* 6. *nu.* 5. Caſanat. *d. conſ.* 10. *nu.* 159. ex Jaſone *in d. l. ſervum filii nu.* 15. Giurba *deciſ.* 19. *nu.* 5. quia attenditur tempus contractus & diſpoſitionis, non augmentum poſtea contingens.

Sed adhuc contrariam partem plura ſuſtinent validiſſima fundamenta, ut ſcilicet hypotheca ſuper uſufructu, non extinguatur morte debitoris uſufructuarii, qui dum viveret adquiſivit rei proprietatem, ſed in ejus hæredes & ſucceſſores actio hypothecaria tranſeat, donec debitum integrè perſolvatur.

Primò, quoniam etſi hypotheca impoſita ſu- 19
per uſufructu morte debitoris regulariter extinguatur, id tamen ex ea cauſa procedit, quia jus ipſius tunc finitur, & amplius emolumentis & fructibus rei non potitur, ſuper quibus hypotheca ſubſiſtebat, ut probant *l. lex vectigali ff. de pignor. l. ſicut* 8. *quib. mod. pign. vel hypot. ſolv.* §. *finitur*, *inſtit. de uſufr.* & plurima alia jura *in cap. anteced.* allegata ex *n.* 1. *cum ſeqq.* Sed ſic eſt quod adquiſita proprietate, uſufructuarius non amittit fructus & rei emolumenta per mortem ſuam, ſed transfert ad hæredes & ſucceſſores: Ergo ad eos debet ſimul tranſire hypotheca, ex cauſa ceſſante; nam ceſſante ratione legis, ceſſat ipſius diſpoſitio: ex *jurib. vulg.*

Secundò, quia licèt hypotheca ſuper jure em- 20
phyteutico à principio ſit contracta, ut tamdiu duret quamdiu vita, vel vitæ ſeu generationes comprehenſæ in emphyteuſi, ex *l. fin. Cod. de jur. emphyt.* juncta *d. l. lex vectigali*, *ff. de pignor.* tamen ſi hæ vitæ & generationes prorogentur, hy- 21
potheca pariter (licèt à principio limitata ad certas vitas) prorogatur & durat toto novæ prorogationis tempore; ſecùs tamen eſſet, ſi jam finito tempore & extincta emphyteuſi prorogatio fieret, ut abundè in his & ſimilibus terminis comprobavimus in *hoc Labyrinth. par.* 2. *cap.* 27. *ex nu.* 47. *cum multis ſeqq.* Igitur idem aſſeverandum erit in noſtro caſu, ut facta prorogatione juris debitoris fructuarii per adquiſitionem proprietatis, quod de vitalitio fit perpetuum eadem hypotheca priùs impoſita, perpetua eſſe debeat, & non limitata ad vitam debitoris.

Tertiò, hæc pars manifeſtè comprobatur ex 22
ſingulari determinatione text. in *l. item quæritur*, §. *qui impleto*, *ff. locati*: ubi conductor pro certo tempore limitato, locatori res ſua hypothecavit, ſi permanſit in rei conductione ultra tempus locationis, continuatur etiam & durat hypotheca præcedentis temporis, licèt ad tempus conductionis fuerit limitata & reſtricta: verba text. ſunt: *Qui impleto tempore conductionis remanſit in conductione, non ſolum reconduxiſſe videbitur, ſed etiam pignorum videtur durare obligatio, &c.* Ex quo textu inferunt Bart. & alii plurimi DD. quod ſi quis obtinuit à Rege officium ad vi- 23
tam, & vita durante fuerit prorogatum, idem ſit officium, non novum & diverſum; & ideo hypotheca ſuper eo impoſita tempus limitatum prorogatur & continuatur pro tempore prorogato: per ea quæ latiſſimè congeſſimus *in hoc Labyrinth. 2. par. cap.* 27. *ex num.* 61. *cum multis ſeqq. & ex num.* 47. *& ſeqq.* quia prorogatio & extenſio fit cum omnibus ſuis qualitatibus, 24
l. ſed. ſi manente ff. de precario, *l. Labeo* 2. *in princ. ff. de arbitr.* Et augmentum debet eſſe ejuſ- 25
dem qualitatis cum ſuo principali, quia qualitates rei cenſentur repetitæ in augmento, *l. etiam*, *Cod. de jur. dot. l.* 3. *ff. eod. l. inter ſocerum*, *ff. de pact. dotal. l. ſi convenerit*, §. *ſi nuda fin. de pignor. act. l. cum fundus*, *ff. de legat.* 2. & beneficium conceſſum principali trahitur ad augmentum. Duennas *regul.* 73. Fontan. *de pact. nuptial. l.* 2. *p. clauſ.* 6. *gloſ.* 2. *par.* 7. *n.* 69.

Igitur

Igitur cùm juri temporali hypothecato accesserit jus perpetuum, etiam hypotheca debet esse perpetua.

26 Quartò fulcitur hæc pars Affirmativa, quoniam usufructus formalis hypothecatus post adquisitam proprietatem à debitore, ita in ipso consolidatur cum dominio & usufructu causali, ut unum efficiatur corpus commixtum & cohærens: ad latè tradita post plures DD. *hac 4. par. c. 4. ex nu.* 54. Sed sic est quod quando jus variabile & temporale adhæret & adnectitur rei perpetuæ & irre-
27 vocabili, pariter & ipsum efficitur perpetuum & irrevocabile, *l. in commodato, §. sicut, ff. commodati, l. sicut, Cod. de act. & oblig. l. aliud ff. de solut. l. vero procuratori, §. sed si quis, eod. tit. l. 1. §. fin. ff. mandati: l. 1. Cod. eod.* & ad varia exempla hujus doctrinæ, videndi sunt Mantica, *de contractibus l. 7. tit. 21. ex num. 15. cum seqq.* Florez de Mena *in addit. ad Gamimam, decis. 8. col. 3. ad fin. fol. mihi* 13. Scaccia *de appellat. qu. 19. remedio 1. conclus. 6 num. 70. & quæst. 17. limit. 47. membro 1. n. 35.* Garc. *de benefic. 6. par. c. 4. n. 31.* Tiraquel. *de retract. convent. §. 1. glos. 7. ex nu.* 115. ubi plura & bona jura allegat, Narbona in *l. 59. glos. 1. nu. 16. tit. 4. l. 2. recopil.* Vivian. *de jur. patron. l. 10. cap. 1. n. 25. & seqq.* Surd. *cons.* 150. *ex n.* 72. Rodriq. *de reditib. l. 1. quæst. 19. à n. 9.* Conducunt quæ latè tradit Mierez *de majoratu, 1. p. q. 33. ex nu. 29. cum seqq.* Ergo licèt usufructus tempore hypothecæ contractæ, variabilis & temporalis fuerit, tamen postquam incorporatus fuit cum jure proprietatis perpetuo in persona debitoris, perpetua debet esse hypotheca sicut jus debitoris perpetuatur ad commoditatem rei nòviter adquisitæ.

82 Quintò, quià quidquid accedit pignori, vel accrescit, pignoris & hypothecæ vinculo subjicitur, *l. si convenerit, §. si nuda proprietas, l. domo, ff. de pignorat. act. l. Paulus, §. domus, l. si fundus, in princ. l. fin. ff. de pignoribus l. si constante* 19. *§. idem licere, C. de donat. ante nupt. l. etiam, Cod. de jur. dot. l. inter* 26. *§. cum inter. ff. de pact.* cum aliis quamplurimis per nos adductis *hac 4. par. cap. 2. ex nu. 3. cum multis seqq.* Ex quibus manifestè probata videtur hæc pars Affirmativa, ut scilicet hypotheca super usufructu imposita, si debitor postea rei proprietatem adquisierit, non solum duret usque ad mortem ipsius debitoris, sed etiam post, & perpetuò usque ad integram solutionem debiti.

Vides quàm ardua sit & difficilis hæc quæstio.
29 Quid igitur in tanto conflictu & contrarietate resolvendum erit? Arbitror primam partem Negativam, de qua ex *num. 1. & seqq.* uti veriorem, & juri ac rationi magis consonam esse sequendam, ut nempe hypotheca super usufructu imposita, post adquisitam à debitore proprietatem, sub suis finibus contineatur & solùm duret durante
30 vita debitoris, & non ultra; quia talis hypotheca à principio limitatè concepta, ex voluntate & consensu utriusque contrahentis, nullam per adquisitionem proprietatis passa fuit mutationem, nec alterationem, sed semper permansit in suo statu primordiali, quia consolidatio usufructus in persona debitoris, non tangit nec percutit jus creditoris, sed ejus respectu semper remanet illæsum & præservatum, ac si consolidatio non contigisset, ut latissimè probavimus *cap. 4. anteced. ex num. 19. & ex num. 24. cum seqq. ad finem usque cap.* & satis ei fuerit jus suum sine detrimento & damno conservare, nihilque ultra prætendere debet contra suam debitorisque contrahentis intentionem, si novus ipsius debitoris consensus non accesserit: ex latè deductis *sup. ex nu. 3.* pro hac parte Negativa.

Nec obstant argumenta pro affirmativa consi- 31
derata ex *nu. 10. supr.* quod dum durat jus debitoris in hypotheca, debet etiam ista durare: quia respondetur verum esse si à principio hypotheca non fuisset limitata ad certum tempus; quia non sufficit quod debitor habeat perpetuum dominium in suis rebus si se non obligavit ad totum, sed ad partem, juxta *l. & quæ nondum, ff. de pignor. & l. ult. in fin. ff. de liber. legat. ut supr. nu.* 13. & 18.

Non obstant etiam secundum, & tertium, de 32
quibus ex *num. 20. usque ad num. 26.* ubi agitur de prorogatione temporis in re antea limitata, ut pro tempore prorogato continuetur hypotheca. Quoniam hæ doctrinæ & jura ibi allegata non possunt locum habere in usufructu, qui ex sua natura non transgreditur vitam fructuarii, sed ejus morte extinguitur, ita ut si extendatur, & prorogetur ad aliam vitam seu personam, novus & diversus dicatur usufructus, quia primus extinctus est, cùm sit jus personale & personæ cohærens, *l. stipulatio ista, §. si quis ita, ff. de verb. oblig.* Caldas *de renovat. emphyt. quæst. 4. num.* 15. Bald. & Salycet. *in l. antiquitas, Cod. de usufr.* Noguerol. *allegat. 21. n.* 18. Nos *in hoc Labyrint. par. 2. c. 17. n.* 78. Tum etiam quia noster casus non potest admittere prorogationem usufructus, ut idem usufructus sit, quia per adquisitionem proprietatis usufructus fuit consolidatus & extinctus; & sic non admittitur prorogatio de eo quod non est, ut latè diximus *in Labyrinth. par. 2. c. 2. ex nu. 47. cum multis seqq.*

Nec obstat quartum *sup. ex nu.* 26. de jure temporali adhærente juri perpetuo. Quia procedit quando utrumque vivit: sed in nostro casu jus usufructus fuit extinctum per adquisitionem proprietatis, & creditor hypothecarius conservat suum jus in fructibus à debitore novo titulo domini percipiendis.

Nec denique obstat ultimum de quo ex *nu.* 28. ut quidquid accedit & accrescit rei pignoratæ, accrescat pignori: quod utique verum est; sed in nostro casu nihil accrescit fructibus à fructuario hypothecatis, quia eosdem & eodem modo absque aliquo augmento percipit, licèt meliori & efficaciori titulo, cujus beneficio potitur etiam creditor, non tamen ratione temporis cùm fuerit à principio limitatum per contrahentes, nec novus debitori supervenerit consensus in proroganda hypotheca, ex jam comprobatis hactenus.

CAPUT VI.

Pensionarius per adquisitionem tituli Beneficii Ecclesiastici pensione gravati an vi consolidationis pensionem amittat in perpetuum.

Vel an iterum Beneficio à se dimisso, & alteri collato, possit in concursu per novum possessorem peracto, pro eadem *pensione graduari.*

SUMMARIUM.

1 *Proponitur casus ad intelligentiam quæstionis.*
2 *Pensionarius dimittens beneficium, quod post pensionem impositam nactus fuerat, recuperat jus exigendæ pensionis à novo possessore, & numer.* 3.
4 *Expenditur* lex, unus ex sociis, §. fin. juncta leg. & Atificinus, seq. ff. de servit. urban. prædior. *& utrique textus explicatur, num.* 52.
5 *Manente titulo beneficii apud pensionarium, interim pensio non extinguitur, sed dormit: expenditur ad id textus in* l. si ager 23. ff. quib. mod. usufr. amitt. *& explicatur, numer.* 53.
6 *Ex vi attractiva res redit ad suum priorem statum.*
7 *Adducitur Rotæ Rom. decisio* in una civitatis Plebis Pensionis, 15. Jun. 1616. coram Sacrato; *quæ declaratur* infr. n. 24.
8 *Certius est per adquisitionem legitimam beneficii factam à pensionario extingui pensionem ex vi consolidationis.*
9 *Pensionarius assimilatur usufructuario.*
10. *Sicuti per mortem fructuarii finitur usus-fructus, ita per mortem pensionarii pensio, & num.* 13.
11 *Sicut fructus percepti ab usufructuario transeunt ad ejus hæredes, ita fructus pensionarii.*
12 *Quemadmodum usus fructus transit in Monasterium durante vita Monachi, ita & pensio.*
13 *Pensio non vacat, sed extinguitur per mortem pensionarii, sicut usus fructus per mortem fructuarii.*
14. *Pensio dicitur à* Pendeo, *quia pendet à beneficio formaliter, sicut usus fructus à proprietate, de qua extrahitur.*
15 *De æquiparatione inter usumfructum & pensionem, nemo sanæ mentis dubitavit.*
16 *Materia pensionis est regulanda per leges & determinationes quæ loquuntur de usufructu.*
17. *Pensio est servitus beneficio imposita, & per extinctionem pensionis dicitur beneficium restitui ad suam pristinam libertatem.*
18 *Usus fructus est servitus pensionalis, unde ad ejus similitudinem Pensio servitus beneficii rectè dici potest.*
19 *Usus fructus finitur per adquisitionem proprietatis perfectam illius rei in qua quis habebat usumfructum, & nu.* 25.
20 *Habens servitutem in re aliqua; si ejus proprietatem nanciscatur, amittit servitutem.*
21 *Res sua nemini servit.*
Sicut usus fructus extinguitur per adquisitionem proprietatis, ita pensio per adquisitionem tituli beneficii; quia actio & passio in eodem subjecto concurrere non possunt simul. ibid.
22 *Debitor sui ipsius nemo esse potest.*
23 *Quando collatio beneficii non fuit firmiter facta neque obtenta à pensionario, cessat extinctio.*
26 *In casu præallegatæ decisionis Rotali* sup. nu. 7. *potuit pensionarius dimittere possessionem Titulari spoliato.*
27 *Non potest extingui pensio per revocabilem beneficii adquisitionem.*
28 *Pendente lite potuit pensionarius renunciare regressui.*
29 *Pendente lite potuit Titularis spoliatus effugere regressum, solvendo pensionario debitam pensionem.*
30 *Nullitas actus ipso jure introducta in favorem alicujus nihil operatur nisi parte volente, & nu.* 31.
32 & 33. *Dum titulus beneficii non est irrevocabiliter adquisitus ei, qui super eo habet pensionem, & per litis pendentiam, extinctio pensionis est in suspenso; secus lite finita.*
34 *Expenditur lex,* dominus usufructuario 67. ff. de usufruct. & lex, à liberto, ff. de bonis libertor.
35 *Quoties quis habet jus in re aliqua, per cujus adquisitionem extinguitur tale jus, illud non amittit per adquisitionem rei revocabilem.*
Usufructuarius proprietatis emptor retinet usumfructum, si fuerit retracta à consanguineo proprietarii. ibid.
36 *Non extinguitur jus quod adquirens habebat in re, si adquisitio nulla fuerit & irrita.*
Licèt pensio per contractum matrimonii extinguatur, non tamen quamdiu lis pendet super ejus validitate. ibid.
37 *Non vacat beneficium ipso jure incompatibile cum alio per adoptionem secundi litigiosam.*
38 *Juste determinavit Rota* in d. decis. civitatis Plebis, *non amitti pensionem per ingressum pensionarii in beneficio, sed tantùm suspendi effectum extinctionis, dum lis super transmissione pendet.*
39 *Quando beneficium pensione gravatum validè & perfectè fuit adquisitum à pensionario, si postea ultro dimiserit vel resignaverit beneficium, novus titularis non tenebitur ad antiquam pensionem.*
40 *Actus legitimi retractari non possunt, licèt casus evenerit à quo incipere non potuerunt.*
41 *Jus semel amissum non recuperatur, nec jus semel extinctum revivisce re potest.*
42 *Expenduntur singulariter lex,* si quis ædes 29. ff. de servit. urb. præd. lex, si tibi 17. ff. quib. mod. usufr. amit. lex, Mævius, §. duobus, ff. de legat. 2. & nu. 43.
44 *Per legitimam & irrevocabilem adeptionem tituli beneficii factam à pensionario, extinguitur pensio ipso jure; & quamvis postea illud dimiserit non poterit convenire cum novo possessore de continuanda pensione.*
45 *Pactum de continuanda pensione, nullum est de jure.*
46 *Resurrectio pensionis semel extinctæ non pendet à sola contrahentium voluntate, sed ex voluntate Pontificis,* & n. 47.
48 *Pensionarius, cujus pensio fuit extincta per assecutionem tituli beneficii, si postea illud dimiserit, non dicitur creditor, & in concursu graduari non debet.*
49 *Quando pensionarius adquisivit titulum beneficii revocabiliter tantum, poterit excipere & exigere pensionem à novo possessore, & in concursu per eum formato debet graduari.*
50 *Explicatur lex,* dominus fructuario 67. ff. de usufr.
51 *Respondetur Rotæ decisioni in contrarium allegatæ.*

UT faciliùs percipiantur fundamenta utrique parti quæstionis applicanda, clarè & breviter

breviter casus præmittendus est. Franciscus resignavit suum beneficium in favorem Petri, sub annua pensione super ejusdem fructibus imposita, à resignatario & successoribus persolvenda; super qua resignatione expeditæ fuerunt litteræ Apostolicæ. Resignatarius post adeptam possessionem decessit, & Pensionarius iterum obtinuit idem beneficium vacans, cui legitimè facta fuit collatio, & in ejus possessione remansit per aliquod tempus. Postmodum tandem voluntariè illud dimisit, & alteri fuit noviter collatum: post quam collationem executioni mandatam Franciscus pensionarius instabat prætendebatque exigere pensionem olim impositam & sibi reservatam ab hoc novo possessore: iste ære alieno gravatus formavit judicium concursus inter suos creditores, qui fortiter denegabant graduationem Francisco pro pensione illa, contendentes fuisse extinctam eo ipso quod adeptus fuit titulum & collationem beneficii. Ille è contrà non extinctam dicebat, sed suspensum dumtaxat fuisse effectum suæ gratiæ durante tempore suæ possessionis, ac per dimissionem beneficii subsequutam sublatum fuisse impedimentum, & reintegratum atque recuperatum jus exigendi ipsammet pensionem sicut antea.

2 Quæstio hæc subtilis est, & in utramque partem disceptanda. Ac primò, pro parte Franciscí pensionarii plura urgent fundamenta, nam sive pensio sua extincta fuerit & consolidata per collationem & adeptionem tituli beneficii & pro tempore quo illud possedit, sive interim suspensum jus quod habebat ad pensionem, tamen eo ipso quod dimisit idem beneficium, re-
3 cuperavit jus pensionis exigendæ & persolvendæ à novo possessore: juxta textum famosum in *l. dominus fructuario 67. ff. de usufruct.* ibi: *Dominus fructuario prædium, quod ei per usumfructum serviebat, legavit, idque prædium aliquandiu possessum legatarius restituere filio, qui causam inofficiosi testamenti rectè pertulerat, coactus est; manssisse ususfructus jus integrum ex post facto apparuit.* Ecce textum expressum impedientem consolidationem & extinctionem ususfructus super fundo quem fructuarius jure dominii habuit & possedit, sed postea dimisit & restituit: Ergo idem dicendum erit in pensionario, qui omnino usufructuario assimilatur, & pensio usufructui æquiparatur, eisdemque regulis utrumque jus gubernatur, ut protinus latè probabimus.

4 Secundò, & pro eadem pensionarii parte urget text. in sui dispositione mirabilis in *l. unus ex Sociis, §. fin.* juncta *l. & Atilicinus, seq. ff. de servit. rustic. præd.* in quo *§. fin.* ita quæritur: *si fons exaruerit, ex quo ductum æquæ habeo, isque post statutum tempus ad suas venas redierit, an aquæ ductus amissus erit quæritur?* & mox in *l. seq.* responsum fuit his verbis: *Et Aticilinus ait, &c. Hi, qui ex fundo Sutriano aquam ducere soliti sunt, adierunt me, proposueruntque aquam, qua per aliquot annos usi sunt ex fonte, qui est in fundo Sutriano, ducere potuisset; quòd fons exaruisset: & postea ex eo fonte aquam fluere cœpisse; petieruntque à me, ut quod jus non negligentia aut culpa sua amiserant, sed quia ducere non poterant, his restitueretur: quorum mihi postulatio cum non iniqua visa sit, succurrendum his putavi: itaque quod jus habuerunt primùm, cùm ea aqua ad eos pervenire non potuit, id eis restitui placet.* Exornat hanc legem latè Castillo *de Tertiis, c. 19. ex n. 9. cum seqq.*

Igitur idem videtur dicendum in pensionario, qui vel retinuit, vel restituendus est ad jus pensionis olim constitutæ: postquam dimisit beneficium, & ab ejus possessione discessit, propter quam impediebatur à jure illam interim ex fructibus exigere, ex eisdem pleniùs satisfactus, idcirco jus pensionis non potest dici extinctum, sed sopitum & dormiens: cui accedit text. *in l. si ager. 23. ff. quib. mod. usufr. amitt.* his verbis: *Si ager cujus ususfructus noster sit, flumine vel mari inundatus fuerit, amittitur usufructus cùm etiam ipsa proprietas eo casu amittatur; ac ne piscando quidem poterimus retinere usumfructum: sed quemadmodum si eodem impetu recesserit æqua, quo venit, restituitur proprietas, ita, usumfructum restituendum dicendum est.* Quapropter cum pensionarius per accessum ad titulum & possessionem beneficii pensione gravati, amiserit jus exigendi, per recessum ab eo recuperare debet; quia omnis res per quascunque causas nascitur, ita & per easdem dissolvitur, juxta *juris regulam.*

Deinde, quoniam adquisitio beneficii pensione 6
gravati fuit impedimentum ne pensionarius posset uti jure suo, cùm igitur per subsequentem dimissionem talis obex fuerit sublatus, bene sequitur ut jus suum recuperare possit ipso jure, quia res redit ad suum primævum statum ex vi attractiva, varias ad id & singulares admodum doctrinas huic quæstioni applicabiles adduximus in *nostris Commentariis de supplicat. ad Sanctiss. par. 2. cap. 12. ex n. 52. usque ad n. 57.* inclusivè: igitur successor beneficii non poterit evitare exactionem pensionis olim constituta.

Et hanc partem, negantem extinctionem 7
pensionis ob titulum & collationem ejusdem beneficii pensione gravati obtentam à pensionario, si illud iterum dimisit, tenere, & amplecti videtur Rota Romana *in una causa civitatis Plebis pensionis, 15. Junii, 1616. coram bon. mem. Cardin. Sacrato;* in qua cùm Fabius resignasset suum beneficium in favorem M. sub certa pensione sibi reservata, & facultate regressus ad beneficium casu quo pensio sibi annuatim non solveretur; contigit quod resignatarius M. cessavit in solutione pensionis, Fabius resignans suo usus est jure & facultate regrediendi ad suum beneficium, & virtute suarum litterarum Apostolicarum obtinuit se immitti in illius possessionem actualem, Resignatarius appellavit ab immissione; & commissa causa in *Rota*, Resignans per concordiam dimisit beneficium, & remisit Resignatario possessionem à se apprehensam, qui illi per multum tempus solvit pensionem ut antea: mortuo demum Resignatario, beneficium fuit alteri collatum, iste denegavit pensionem, insistens fuisse extinctam, eo ipso quod regressus fuit ad illud beneficium, & possessionem virtute regressus fuisse apprehensam asserens, & consequenter extinctam fuisse pensionem ad instar fructuarii adquirentis proprietatem rei super qua habebat usumfructum; adeo ut semel extincta pensio ex juris dispositione, per concordiam inter partes absque nova gratia sedis Apostolicæ non potuerit revivisscere: Rota superiùs allegata, nihilominus determinavit contrarium, nempe per immissionem illam & possessionem ejusdem beneficii apprehensam à pensionario non fuisse extinctam pensionem, cùm iterum beneficium

ficium ipſum dimiſerit : quam deciſionem adducit & teſtatur Auguſt. Barboſ. *de univerſ. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 74. 75. *&* 76. de qua iterum latiùs agendum erit inferiùs ex *n.* 24. *cum ſeqq.*

Cùm igitur per apprehenſionem poſſeſſionis & tituli ad beneficium factam à penſionario, ſi poſtea illud dimiſit, non extinguatur penſio, juſtè poterit penſionarius exigere penſionem ſuam à quolibet ejuſdem beneficii poſſeſſore & ſucceſſore, & pro ea graduari in concurſu ab ipſo formato.

8 Quibus tamen minimè refragantibus contrariam ſententiam & opinionem (quod ſcilicet per adquiſitionem legitimam, certam, perfectam, & irrevocabilem factam à penſionario, ipſo jure extinguatur penſio, quam ſuper eodem beneficio habebat, ex vi conſolidationis) longè veriorem & probabiliorem exiſtimo, quantumvis poſt factam ſemel legitimam tituli beneficii adquiſitionem, ipſum voluntariè dimittat, ita ut contra novum poſſeſſorem, cui facta fuit beneficii hujuſmodi dimiſſi collatio, jus aliquod prætendere non poſſit ad exigendam penſionem olim ſibi reſervatam, & poſtmodum ex ſuo facto & voluntate extinctam, finitam, & conſolidatam; ac per conſequens cùm non ſit creditor penſionis, pro ea exigenda deneganda erit graduatio in judicio concurſus per ultimum beneficii Titularem peracto.

9 Ad cujus reſolutionis evidentiam unum præmittendum erit eſſentiale, ex quo facilè reſolutio monſtratur : nam penſio Eccleſiaſtica aſſimilatur & æquiparatur uſufructui, per cujus regulas, omnes fere difficultates in penſione ortæ determinantur & reſolvuntur : plurimos ad idem Doctores pluresque Rotæ Rom. deciſiones adduximus in variis caſibus, videndis in *hoc Labyrint. par.* 1. *cap.* 43. *ex nu.* 4. *& ex nu.* 21. *cum multis ſeqq. & n.* 43. *per tot. cap.* quibus adduntur Lotterius *de re benefic. l.* 1. *quæſt.* 36. *n.* 9. *&* 10. *& n.* 30. per Rot. coram Durand. *deciſ.* 448. *n.* 17. & obiter idem etiam dicit Auguſt. Barboſ. *in tract. de penſionib. in proœm. n.* 3. *& in tract. de jur.*
10 *Eccleſ. l.* 3. *c.* 11. *n.* 42. *&* 43. *& ex n.* 75. & conſtanter variis in caſibus Gigas *de penſionib. qu.* 12. *ex nu.* 1. ubi quod per mortem penſionarii extinguitur penſio, ſicut uſusfructus per mortem fructuarii, §. *finitur*, *Inſtit. de uſufr.* l. *antiquitas*, *Cod. de uſufr. & in quæſt.* 52. ubi quod
11 ſicut fructus percepti ab uſufructuario tranſeunt in hæredem, idem in hæredibus penſionarii ex æquiparatione : & in *q.* 57. *à princip.* ubi quemadmodum uſusfructus tranſit in monaſterium, vita
12 uſufructuarii monachi durante, ita & penſio, ob utriuſque caſus ſimilitudinem & æquipara-
13 tionem. Idem Gigas *in quæſt.* 99. *ex n.* 8. *&* 9. quod penſio non vacat, ſed finitur & extinguitur per mortem penſionarii, ſicut uſusfructus : & poſt ipſum Gigantem *quæſt.* 1. *& q.* 5. *& ex* §. *finitur*, *Inſtit. de uſufr.* idem dicit Hieron. Gonzal. *de Alternat. gloſ.* 5. §. 5. *n.* 37. Iterum ipſe Gigas *in quæſt.* 49. *ex n.* 1. *& ſeqq.* firmat, penſionarium & uſufructuarium æquiparari : & in *cap.* 1. *ejuſd. tr. n.* 9. quod penſio dicitur à verbo, *Pendeo*, quia pendet à beneficio formaliter ex quo detrahitur ſicut uſusfructus à proprietate, ad quod jura & Doctores allegat : & quod penſio nihil aliud ſit quàm certa portio
14 ex beneficio ſeparata, à quo extrahitur, ſicut uſusfructus à proprietate, & inde dicatur penſio à *pendeo*, quia pendet à proprietate beneficii : poſt Gigantem & Cardinal. firmat Vivianus *de jure patron. l.* 13. *cap.* 9. *n.* 1. *&* 2. ſequitur Barboſa *de jur. Eccleſ. l.* 3. *d. cap.* 11. *n.* 2. *&* 3. Rota ut per Farinac. *in poſthum. tom.* 2. *deciſ.* 530. *n.* 2. ubi per Cardinal. *in Clem.* 1. §. *eadem*, *n.* 4. *de ſuppl. neglig. prælator.* Gigantem *de penſionib. qu.* 38. *n.* 2. Mohedan. *deciſ.* 4. *n.* 7. *de locato*, & Rotam *deciſ.* 401. *n.* 4. *part.* 1. *diverſ.* tenet in optimo caſu, penſionem Eccleſiaſticam æquiparari uſufructui, 15
& in hac æquiparatione ac ſimilitudine nullus hactenus ſanæ mentis dubitavit.

Quapropter materiam penſionis Eccleſiaſticæ 16
eſſe regulandam tam activè quàm paſſivè per juris diſpoſitiones & regulas ac determinationes loquentes de uſufructu, docuit Rota Rom. coram Duran. *deciſ.* 448. *num.* 27. Hieronym. Gabriel. *conſ.* 191. *l.* 3. Lotter. *de re benef. l.* 1. *q.* 42. *ex n.* 20. *cum plurib. ſeqq.* Nos *in hoc Labyrint. par.* 1. *c.* 43. *n.* 43. adde Auguſt. Barboſ. *de penſionib. in proœm. num.* 3. & probant omnes cæteri DD. & Rotæ deciſiones jam allegatæ, dum ſecundùm hanc ſimilitudinem & æquiparationem varios caſus & difficultates in materia penſionis contingentes determinarunt per Regulas uſusfructus, juxta regul. leg. *non poſſunt omnes articuli ſingulatim legibus aut ſenatuſconſultis comprehendi, ſed cum in aliquo caſu ſententia eorum manifeſta eſt, is qui juriſdictioni præeſt, ad ſimilia producere, atque ita jus dicere debet*, 12. *ff. de legib.*

Supponitur ſecundò, quod penſio quatenus eſt 17
onus impoſitum ſuper fructibus beneficii, prout cuncti fatentur, dicitur ſervitus beneficii, ut expreſſe aſſerit Rota in *deciſ.* 341. *n.* 18. inter recollectas per Ludov. Poſthium *poſt tract. de manutent.* quia imponere penſionem beneficio, eſt illi ſervitutem injungere, cùm ſit quædam ſervitus penſio ipſa, ut affirmat Caccialup. *in tract. de penſionib. quæſt.* 8. & Paul. de Roma *in eod. tract. de penſion. in* 8. *& ult. quæſt. n.* 22. poſt quos & alios idem tenet Gigas *de penſionib. quæſt.* 96. *n.* 1. Rota *dec.* 327. *n.* 3. inter recollectas per Farinac. *fol. mihi* 303. idem Farinac. *in poſthu. dec.* 119. *num.* 2. *tom.* 2. poſt Caputaq. & Paul. Pariſium, & per Gomezium, Caputaquenſis *in plurib. deciſion.* idem firmat Gonzal. *de Alternat. gloſ.* 5. §. 5. *n.* 40. & è converſo per penſionis extinctionem dicitur beneficium reſtitui ad priſtinam libertatem, ut poſt plurimos DD. tradit Garc. *benefic. par.* 1. *c.* 4. *n.* 143.

Cùm itaque in omnibus penſio æquiparetur 18
uſufructui, ex latè comprobatis, & uſusfructus ſit ſervitus perſonalis, *l.* 1. *ff. de ſervitut.* ibi : *ſervitutes aut perſonarum ſunt, ut uſus, & uſusfructus ; aut rerum, ut ſervitute ruſticorum prædiorum & urbanorum, & ideo uſusfructus formalis non poteſt concurrere cum dominio ipſius rei :* reddens rationem text. in *l. uti frui* 5. *ff. ſi uſufr. petat.* ibi : nec enim poteſt ei ſuus fundus ſervire : qui loquitur de ſervitute uſusfructus : *l. cum filius* 78. §. *dominus*, *ff. de legat.* 2. ibi : *diverſum eſt in cæteris prædiorum ſervitutibus : l. dominus uſufructuario prædium quod ei per ſervitutem ſerviebat*, 64. *ff. de uſufr.* abundè Caſtillo *de uſufructu*, *c.* 1. *n.* 4. *& c.* 11. *à princ.* ideo ad ejus ſimilitudinem penſio ſervitus beneficii rectè dici poteſt.

Quibus ita ſuppoſitis, facilè poteſt percipi 19
noſtræ principalis quæſtionis reſolutio : nam quemadmodum jus uſusfructus amittitur, extinguitur, & finitur per adquiſitionem proprietatis

perfo-

perfectæ factam ab usufructuario, §. *finitur, vers. item finitur usus fructus si domino proprietatis ab usufructuario cedatur* (*nam cedendo extraneo nihil agitur:*) *vel ex contrario, si usufructuarius proprietatem rei adquisierit, quæ res consolidatio appellatur: Instit. de usufr. l. si fructuarius* 4. *ff. usufructuar. quemadm. cau.* ibi: si fructuarius proprietatem assequutus fuerit, desinet quidem usus fructus ad eum pertinere propter confusionem, &c. *l. omnes* 3. §. *sed & si quis usumfructum tibi legaverit, & sub conditione, si liberos habueris, proprietatem, amisso usufructu,* (*per consolidationem, quia liberos habuisti*, ut rectè Glossa ibi declarat) *committitur quidem stipulatio, sed exceptio locum habebit, ff. usufructuar. quemadm. cau. l. si sub conditione* 16. *l. si tibi fundum* 17. *ff. quib. mod. usus fruct. amitt. l. is cujus in servo proprietas erat* 26. *& l. cum filius* 78. *dominus, ff. de legat.* 2. *l. si purè* 4. *ff. de usufr. legat.*

20 Idem erit in servitute, nam habens servitutem in re, si ejus proprietatem adquirat, amittit servitutem, & per confusionem & consolidationem extinguitur, *l.* 1. *quemadmodum servit. amitt.* ibi *servitutes prædiorum confunduntur, si idem utriusque prædii dominus esse cœperit, & l. si partem* 19. *ff. eod. l. quidquid ff. commun. prædior. l. si quis ædes* 29. *ff. de servit. urb. præd. l. si communi, ff. de servit. rust. l. legatarius* 38. §. *si legatum, ff. de*
21 *legat.* 1. quia res sua nemini servit, *l. si rem alienam*, 2. *ff. de pignor. act. l. in re communi, ff. de servit. urb. præd. l. utifrui. ff. si usus fruct. pet.* Surd. *de aliment.* 8. *privileg.* 49. *numer.* 7. idem Surd. *dec.* 76. *num.* Scacc. *de commer.* §. 2. *glos.* 5. *nu.* 89. *inspect.* 1. Gratian. *discept. forens. tom.* 5. *cap.* 876. *num.* 10. Ovid. de Amicis, *de jur. emphyteu. qu.* 15. *nu.* 3.

Ita pariter pensio super aliquo beneficio imposita, si pensionarius adquirit titulum & collationem ipsius, extinguitur & amittitur ipso jure per consolidationem, ob similitudinem & æquiparationem usufructui; quoniam actio & passio non possunt concurrere in eodem subjecto, seu eadem persona simul, *l. prætor, ff. de tutorib. & curator. l. fin. ff. de offic. prætor. l. Uranius* 82. *ff. de fidejussor.* Jas. in *l. debitori, nu.* 4. *c. de pact.* Pirrhus Maur. Aretin. *de fidejuss. sect.* 8. *c.* 50. *nu.* 1. *&* 2. *fol.* 495. Osascus *dec.* 95. *à num.* 2. Scaccia *de commerc.* §. 6.
22 *glos.* 1. *nu.* 24. Et quia debitor sui ipsius nemo esse potest, *d. l. Uranius. l. frater à fratre* 28. *ff. de condict. indeb.* cum traditis per Cald. Pereiram, *de extinct. emphyteu. c.* 14. *nu.* 33. Scacc. *de commerc.* §. 2. *g.* 5. *n.* 89. *inspect.* 1. *&* §. 6. *glos.* 1. *nu.* 12. Gutier. *de gab. q.* 45. *nu.* 5.

23 Et per hæc fundamenta & similitudinem pensionis cum usufructu, in nostris terminis hanc quæstionem resolvit primus omnium eleganter Gigas in *tr. de pensionibus qu.* 49. *per tot.* affirmans, quod sicut usus fructus finitur & extinguitur per adquisitam proprietatem rei ab illo qui in ea habet usumfructum, ita pensio extinguitur per adquisitionem tituli & collationem beneficii pensione gravati obtentam à pensionario: Gigantem referens idem dixit Vivianus *de jur. patron. l.* 13. *cap.* 9. *num.* 59. tenet etiam Petr. Andr. Gambar. *de Author. Legati de latere, l.* 6. *tit. de pensionibus ex nu.* 480. *cum seqq.* plena manu declarat Ferentill. ad Burat. *dec.* 528. *nu.* 4. *&* 5. & expressè tenuisse Rotam, & latissimè disputatum & decisum articulum *in una dec. civitatis Plebis*, 15. *Jun.* 1616. *coram. Card. Sacrato*, firmat Lotter. *de re benefic. l.* 3. *quæst.* 16. *nu.* 62. quem referens sequitur etiam August. Barbos. *de pensionib. par.* 1. *quæst.* 9. *n.* 18. qui utique idem tenet & affirmat *de jur. Eccles. l.* 11. *nu.* 75. ubi hunc casum refert inter cæteros, per quos extinguitur pensio ob æquiparationem pensionis cum usufructu.

Pro hac eadem resolutione firmiter determi- 24
navit Rota *in d. dec. civitatis Plebs*, de qua testantur Ferentill. Lotter. & Barbos. *locis proximè relatis*, quam licèt pro contraria parte adduxerimus superiùs *num.* 7. *vers. Et hanc partem negantem*, &c. ipse tamen semper firmiter tenuit regulam, videlicet extingui pensionem per obtentionem beneficii pensione gravati à pensionario, ad instar usufructuarii; quamvis negaverit intrare hanc regulam in illo casu particulari de
quo agebatur, in quo titulus & collatio bene- 25
ficii non fuit firmiter & cum effectu obtenta pensionario, quo casu nihil mirum quod tunc cesset extinctio & consolidatio pensionis sicuti nec usus fructus ex rationibus infrà adducendis & probandis.

Nam licèt pensionarius usus fuit facultate 26
regrediendi ad beneficium sub pensione resignatum, tamen judex nulliter & attentatè spoliavit resignatarium possessorem, justè appellantem ab iniquo processu, ex quo facilè resultaret revocatio immissionis attentatæ, cum debuisset expectare sententiam transactam in rem judicatam; ac ideo licitè potuisse pensionarium per concordatum dimittere beneficii possessionem titulari spoliato, & ab eo, & successoribus exigere suam pensio-
nem, quæ non potuit extingui per revocabilem 27
illam & inefficacem beneficii adquisitionem, & pendente lite potuisse pensionarium renuntiare regressui, prout latè hæc singula fundamenta 28
comprobavit dicta *Rotæ* decisio, & repetit August. Barbosa *de jure Eccles. l.* 3. *cap.* 11. *ex num.* 74. *cum seqq.* idem probat Casanate *in cons.* 10. *sub nu.* 149. *vers. ita pensionarius*: dicens quod si pensionarius assequutus est beneficium, super quo pensio sibi debebatur, & illud postea dimittit ex causa non voluntaria, sed necessaria præexistenti, potest sicut antea pensionem retinere, ex Gigante 29
de pensionib. d. q. 49. *n.* 7. Et quia pariter ipse Titularis spoliatus poterat lite pendente effugere regressum solvendo pensionario pensiones debitas, ut benè probat dicta decisio, & Barbosa *ibid. nu.* 77.

Et quod pensionarius potest renuntiare regres- 30
sui, patet; quoniam fuit in bulla appositus in favorem pensionarii, probat latè Gonzal. *in regul.* 8. *de Alternativ. glos.* 59. *n.* 53. *&* 54. quia quando nullitas actus etiam ipso jure per legem vel contractum est apposita & introducta in favorem alicujus, nihil operatur, nisi parte volente; de 31
quo jura & innumerabiles pene doctrinas in variis materiis congessit accuratè Gonzal. *loc. cit. ex num.* 48. *usque ad num.* 107. & inferiùs ergo dum titulus beneficii non est efficaciter & irrevocabiliter quæsitus pensionario, pensio non extinguitur.

Ergo etiam sequitur quod dum titulus beneficii 32
pensione gravati non est efficaciter & irrevocabiliter adquisitus pensionario, sed per litis pendentiam suspensa extinctio, nullo modo consolidatur nec extinguitur pensio per adquisitio- 33
nem revocabilem atque aliter resolubilem; secùs lite jam finita. Utrumque post alios probat signanter Lotter. *de re benef. lib.* 3. *q.* 17. *ex n.* 60. *&* *n.* 62. ita ait: Utcunque verò contingat, resignantem regredi ad beneficium resignatum sive

per

per actionem in ſpolio motam, ſi per canonizationem regreſſus ſibi reſervati in caſu non ſolutæ, vel in dubium revocatæ penſionis, conſtat penſionem ipſam extingui, in tantùm ut ſi ex nova concordia beneficium iterum cedat reſignatario, ea non convaleſcat ſine novo Papæ decreto, modò ſcilicet circa regreſſum nullæ remanſerint reliquiæ litis, ex quibus iſte effectus videatur ſuſpenſus, ut latiſſimè fuit deciſum *in una civitatis Plebis* 15. *Jun.* 1616. *coram Cardin. Sacrato*, & plena manu declarat D. Ferentill. ad Burat. *deciſ.* 528. *nu.* 4. & 5. hoc idem tranſcribens, ſequutus fuit Aug. Barboſ. *in tract. de penſ. par.* 1. *q.* 6. *nu.* 18.

34 Et quod quando penſionarius adquirit idem beneficium ſua penſione gravatum revocabiliter, non extinguatur penſio, ſed duret, evicto, ablato, ſeu dimiſſo beneficio, ita ut ab eo poſſeſſore, cui fuit collatum, poſſit exigere penſionem annuatim ſicut antea, in terminis probavit Gigas, (cujus nullus meminit) *de penſionib. quæſt.* 49. *ex num.* 5. *uſque ad fin.* per ſimilitudinem & æquiparationem uſusfructus cum penſione; juxta text. in *l. dominus uſufructuario* 67. *ff. de uſufr.* quem pro contraria parte adduximus *ſupr. nu.* 2. *verſ. Quæſtio ſubtilis eſt, &c.* in quo ideo per aditionem hæreditatis uſufructuarius non amiſit uſumfructum, quia hæreditatem à principio adquiſivit revocabiliter, quam poſtea abſtulit filius agens de inofficioſo contra teſtamentum: conſonat text. *in l. ſi maritus Cod. de inoff. teſtam.* textus etiam ſimilis & mirabilis in *l. à liberto ff. de bon. libertor.* ubi uſufructuarius proprietate adquiſita ex teſtamento, quod per contra tabulas poſtea fuit reſciſſum, non amittit uſumfructum licet virtute teſtamenti jam dominus factus fuerit proprietatis rei, ſuper qua uſumfructum habebat, *l. propter veneni, §. neptis, ff. ad Silanian. l. hæredem ff. de his quibus ut indign. l. eum qui: §. fin. ff. de inoff. teſtam. l. cum bonis, §. 1. ff. de adquir. hæred.*

35 Quæ doctrina univerſaliter vera eſt in cunctis caſibus, in quibus quis habet jus aliquod in re aliena, per cujus adquiſitionem jus extinguitur ut extincto non habeat locum quando res ipſa adquiſita fuit revocabiliter, vel nulliter, ita ut ab eo aliquo modo vel jure evinci poſſit: & ſignanter de uſufructuario proprietatis emptore, ut penes eum remaneat uſusfructus, proprietate à conſanguineo retracta, communem firmat Tiraquell. *de retract. l. 1, §. 1. gloſ. 7. nu.* 65. & Ant. Gomez. *ad leg. 70. Tauri, num.* 34. communem etiam dicit Surd. *dec.* 51. *num.* 24. Carpan. *ad ſtatut. Mediol.* 417. *nu.* 461. *& ſtatu* 434. *nu.* 113. *&* 114. *tom.* 1. Caſtill. *de uſufr. c.* 74. *nu.* 23. Cancer. *l.* 3. *reſol. tit.* 3. *de priv. nu.* 309. Caſanat. *conſ.* 10. *nu.* 171. Cavalcan. *de uſufr. nu.* 173. Covar. *l.* 3. *variar. reſol. c.* 11. *nu.* 7. Cremenſ. *ſingula* 58. latiſſimè Matienzo *ad leg. 7. tit.* 11. *gloſ.* 1. *ex nu.* 35. *uſque ad nu.* 47. *l.* 5. *recopil.* Ovid. de Amic. *de jur. emphyt. quæſt.* 15. *ex nu.* 3. & ſignanter *nu.* 9. idem in nullitate adquiſitionis ut non extinguatur jus quod ea habebat in re adquirens; vel etiam per ſecundum contractum nullum non inducatur novatio prioris validi: & de variis exemplis & doctrinis ſimilibus videndus Giurba *deciſ.* 63. *ex num.* 1. *uſque ad* 6. & omnino Matienzo *in loc. max. cit.* qui in variis caſibus & materiis plurima jura & Doctores cumulavit: Nos *in noſtris Commentar. de ſupplicat. ad Sanctiſſ.*

Quibus etiam convenit quod licet penſio per contractum matrimonii extinguatur, adhuc tamen dum lis pendet ſuper validitate matrimonii, non extinguitur; etſi penſionarius inſtet pro ejus validitate, ut per *Marcheſan. & Rotæ deciſ.* tenet Oliver. Beltramin. *in adnotat. ad Alexand. Ludoviſ. deciſ.* 18. *nu.* 9.

Quod idem videmus in duobus beneficiis incom- 37
patibilibus ab uno obtentis, ut vacet primum ipſo jure per impetrationem ſecundi, ad *cap. de nulla, de præbend.* cum *aliis vulg.* attamen hoc non procedit, nec vacat primum, quando ſecundum non fuit perfectè quæſitum, ſed litigioſum, & ſuper eo lis pendet, qua pendente, primum incompatibile non vacat, cùm ſecundi collatio & poſſeſſio non ſit pacifica, ſed controverſa; ut latiſſimè plura referens jura & Doctores, tradit Garc. *de benefic. tom.* 2. *par.* 11. *c.* 5. §. 1. *per tot.* quapropter juſtè determinavit Rot. *in d. deciſ. civitatis Plebis, coram Sacrato*, non extingui penſionem, quan- 38
do penſionarius obtinuit idem beneficium penſione gravatum; ſed ſuſpendi effectum extinctionis, dum lis ſuper ingreſſu & immiſſione pendet: ita ut ſi dimittat, vel renuntiet illud beneficium, poſſit abſque aliquo impedimento penſionem ſuam, quæ hoc caſu remanſit illæſa, exigere à quolibet poſſeſſore, cui beneficium fuit poſtea collatum.

Quanquam ſecùs erit quando beneficium pen- 39
ſione gravatum validè & perfectè fuit collatum & adquiſitum à penſionario habente ſuper ejuſdem fructibus penſionem: nam iſte ſi voluntariè & nullo jure cogente dimiſerit idem beneficium, vel renuntiaverit in favorem alterius, novus Titularis nullo modo tenebitur ad ſolutionem penſionis, quam antea penſionarius habebat ſuper ipſo, quoniam cum per legitimam obtentionem tituli beneficii ejuſdem, penſio fuerit extincta, ad latiſſimè comprobata *ſupr. ex num.* 8. *cum multis, ſeqq. verſ. Quibus tamen minimè refragantibus*, &c. etiam poſt factam voluntariam dimiſſionem durat extincta, nec per talem dimiſſionem recuperare poteſt; Tum quia actus legi- 40
timi retractari non poſſunt; licèt caſus evenerit à quo non poſſint inchoari; ex *leg. actus, de regul. jur.* Tum quia jus ſemel amiſſum non 41
recuperatur; nec jus ſemel extinctum reviviſcere poteſt, *l. qui res, §. aream. ff. de ſolut. l. ſcimus* 27. *§. ſed ſi ſtipulatus, ff. de pact. l. electio*, cum *ibi* notatis, *ff. de noxalib. action. l. inter ſtipulantem, §. ſacram. verſ. nec revocari, ff. de verb. oblig. l. Mævius, §. duorum, ff. de legat.* 2. *l. hæredib.* ubi gloſ. 1. *ff. ad Trebel.*

Et pro hac propoſitione, adeſt ſingularis text. 42
in l. ſi quis ædes 29. *de ſervit. urb. præd.* ubi qui vicini ædes emit ſuis ſervientes, extincta fuit ſervitus per confuſionem: ſed cum poſtea alienaſſet ædes emptas antea ſervientes; quæritur Conſultus an per dimiſſionem & alienationem ædium recuperabit ſervitutem quam ante emptionem habebat? Reſpondet, liberas ædes tranſire in ſecundum emptorem, niſi inter eos pactum ſit ut ſervitus renoveturr: verba textus ſunt; *Si quis ædes, quæ ſuis ædibus ſerviebant, cum emiſſet, traditas ſibi accepit, confuſa ſublataque ſervitus eſt, & ſi rurſus vendere velit, nominatim imponenda ſervitus eſt, alioquin liberæ veneunt:* textus etiam expreſſus in *l. Mævius, §. duobus*, ibi, *nec poſtea pure alienata revocare actionem ſemel extinctam ff. de legat.* 2. Conſonat text. optimus in *l. ſi tibi* 17. *ff. quib. mod. uſufr. amitt.* ubi legatus mihi fuit pure uſusfructus alicujus rei, & proprietas legata fuit Titio

ſub

ſub conditione : ego dum percipiebam uſumfructum, emi ab hærede, pendente conditione, proprietatem ejuſdem rei : extinctuſque fuit per conſolidationem meus uſusfructus : poſtea purificata conditione, rem dimiſi legatario cui ſub illa conditione relicta fuit : dixit Conſultus quod non poſſum retinere uſumfructum ſemel legitimè conſolidatum cum proprietate quam dimitto & reſtituo legatario, verba textus ſunt : *Si tibi fundi uſusfructus purè, proprietas autem ſub conditione Titio legata ſit, & pendente conditione dominium proprietatis adquiſieris, deinde conditio extiterit : pleno jure fundum Titius habebit, nec intereſt quod detracto uſufructu proprietas legata ſit ; ut enim dum proprietatem adquiſieris, jus omne legati uſusfructus amiſiſti.* Ex quibus juribus apertè conſtat, quod ſemel per conſolidationem uſusfructus cum proprietate ob legitimam & perfectam concurrentiam in eadem perſona amiſſus & extinctus non reviviſcit, nec recuperatur propter dimiſſam poſtea proprietatem, quando ex facto proprio & voluntate ſua per adquiſitionem proprietatis volui amittere uſumfructum ;
43 quæ jura cum loquantur in extinctione uſusfructus legitimè facta, rectè conveniunt extinctioni penſionis, cujus dubia deciduntur & determinantur per regulas uſusfructus, cui aſſimilatur & adæquatur, ex abundè comprobatis *ſup. ex n. 9. cum multis ſeqq. verſ. Ad cujus reſolutionis evidentiam, &c.*

44 Et quod per adquiſitionem tituli beneficii legitimè obtentam, & irrevocabiliter ſemel quæſitam per penſionarium, extinguatur ipſo jure penſio ſuper eo impoſita ; ita ut ſi poſtmodum ipſummet beneficium voluntariè dimittat, vel in favorem alterius renuntiet, nullo modo reviviſcat penſio ſemel extincta, nec poſſit eam exigere à novo Titulari & poſſeſſore ejuſdem beneficii, quantumvis conveniat cum novo poſſeſſore de continuatione penſionis : expreſsè tenuerunt Gigas *de penſionib. quæſt.* 49. *ex n.* 5. & probarunt abundè per Rotæ deciſiones Ferentill. Lotter. & Barboſ. *in locis ſupr. citat. ex num.* 32. *cum ſeqq. verſ. Ergo etiam ſequitur quod dum titulus beneficii, &c.*

45 Ad quod obiter adnotandum eſt, quod quando legitimè fuit titulus beneficii à penſionario adquiſitus, & per conſequens extincta penſio per confuſionem, ſi poſtea idemmet beneficium dimiſerit in favorem alterius cum pacto de continuanda & ſuſcitanda penſione ſic extincta, tale pactum Titularem ſucceſſorem non adſtringit, nec de jure valet, quoniam penſionis ſemel legi-
46 timè extinctæ reſurrectio non pendet à ſola contrahentium voluntate, ſed à voluntate & gratia Pontificis, cum nova ſit penſio quæ prætenditur & ideo nova eget gratia Apoſtolica : in quo conveniunt dictæ *Rotæ* deciſiones, Ferentill. Lotter. & Barboſ. *proximè citati :* idem Barboſ. *de jur. Eccleſ. lib. 3. quæſt. 11. numer. 79. ad fin.* ex Gambar. *de offic. & poteſt. Legati de latere, lib. 6. nu. 483. cum ſeqq.*

47 Quæ doctrina univerſaliter veriſſima eſt, quod quando penſio à Papa conceſſa fuit, ſi ex aliquo defectu ſit nulliter conſtituta, vel ex poſt facto nulla reddatur & reſolvatur ex defectu conditionis appoſitæ, ſub qua ipſa gratia fuit expedita, ita ut conſolidetur cum titulo beneficii, & legitimè extincta ſit, quamvis inter penſionarium & Titularem fiat concordatum de ſolvenda & exigenda penſione, & continuent, perſeverent & conſentiant in executione concordati inter ipſos initi, nullo modo revalidatur penſio ſemel extincta ex defectu novæ gratiæ, quæ ad id præcisè requiritur authoritate Apoſtolica ; cum renovatio & convalidatio hæc non pendeat à ſola voluntate & conſenſu partium, ſed ſimul & principaliter à Papa ; ut poſt plurimos Doctores firmavimus *in hoc Labyr. 2. p. c. 10. nu. 63.* & conducunt ſimiles doctrinæ *ib. ex num. 58. cum ſeqq.*

Igitur ex ſupra dictis, duæ ad noſtrum pro- 48
poſitum deducuntur concluſiones. Prima ſit, quod quando penſionarius per affecutionem beneficii, ſuper quo habet penſionem reſervatam, extinguitur penſio, quia legitimè & irrevocabiliter de titulo ipſius beneficii fuit proviſus, & quamvis poſtmodùm illud voluntariè dimittat ſeu renuntiet, nullo modo reviviſcit penſio ſemel legitimè extincta ; & per conſequens non poteſt dici creditor pro ea, nec comparens in concurſu peracto per poſſeſſorem beneficii poteſt graduari : juxta latè comprobata ex *num. 39. & ſeq. verſ. Quanquam ſecùs erit, &c.*

Secunda ſit concluſio, quando penſionarius 49
adquiſivit beneficium ſua penſione gravatum, non perfectè, ſed revocabiliter, & quod aliquo modo poteſt evinci, & ab eo avelli, nunquam conſideratur extinctio penſionis, ſed ſemper durat & perſeverat, & poteſt juſtè eam exigere à novo poſſeſſore ejuſdem beneficii, & in hujus concurſus judicio tanquam verè creditor pro eadem graduari in eo loco & gradu, quem penſionariis aſſignavimus *in hoc Labyrinth. par. 1. c....*

Quibus feliciter abſolutis, nihil obſtant ar- 50
gumenta in contrarium conſiderata *à princip. hujus cap.* Non primum petitum ex *l. dominus fructuario, 67. ff. de uſufr.* Nam loquitur in terminis ſecundæ concluſionis, quia in caſu illius textus uſufructuarius adquiſivit proprietatem revocabiliter, & ob id ab eo fuit fundus ablatus, retento uſufructu tanquam non extincto nec finito, quem text. ita declaravimus per multa, *ſupr. ex num. 34. cum ſeqq. verſ. Et quod quando penſionarius, &c.* & paulò ſuperiùs *ex n. 24. verſ. pro eadem reſolutione,* &c.

Eodem etiam modo reſpondetur Rotæ deci- 51
ſioni, de qua *ex n. 7.* pro contraria parte ponderata, cùm procedat in caſu ſpeciali, in quo penſionarius minùs perfectè & revocabiliter fuit immiſſus in poſſeſſionem beneficii ob regreſſum ; fatetur tamen dicta deciſio, regulam generalem, nempe extingui penſionem quando penſionarius adeptus eſt collationem beneficii penſione gravati, perfectè & irrevocabiliter ad inſtar uſufructuarii conſequentis proprietatem rei ſuper qua habebat uſumfructum, prout latiùs declaravimus *d. Rot. deciſ. ſupr. ex n. 24. cum multis ſeqq. verſ. pro hac eadem reſolutione,* &c.

Minùs obſtat text. *in l. unus ex ſociis, §. fin.* 52
cum *leg. ſeq. ff. de ſervit. urban. præd.* de quibus *n. 4. ſupr.* Quia in caſu illorum jurium jus ſervitutis nunquam fuit extinctum nec amiſſum, ſed ſuſpenſum pro tempore quo fons exaruit, quia non ſua culpa aut negligentia uſus aquæ ſuſpenſus fuit, ſed quia caruit occaſione & facultate utendi ſua ſervitute, & ideo poſtquam aqua ad ſuas venas redire cœpit, jus ſuum continuavit ut antea : vide Caſtill. *de Tertiis, c. 19. ex n. 8. eam ſequentibus* ubi latè de materia *illius text.*

53 Nec denique obſtat text. *in d. l. ſi ager*, 23. *ff. quib. mod. uſuſ. amit.* de quo *ſuprà n.* 5. Quoniam in *eo textu*, fundus totus inundatus fuit fluminis vel maris impetu, ex quo proprietas unà cum uſufructu amiſſa videbatur, poſtmodùm verò eodem impetu receſſit aqua & ſic reſtituta fuit proprietas ſimul cum uſufructu, & uterque tam proprietarius quàm uſufructuarius conſequutus fuit jus ſuum, quia neuter fecit actum aliquem voluntarium, ex quo uſufructus conſolidari potuiſſet, ſed quodam impedimento externo & violento flumen impedimentum appoſuit utrique, & poſtea ſuſtulit, ut ambo ad ſua jura rediret; ut probat etiam clarè text. in *l. ideo §. aliud ſane eſt, ſi cujus ager totus inundatus fuerit, namque inundatio ſpeciem fundi non mutat, & ob id cum receſſerit aqua, palam eſt ejuſdem eſſe cujus & fuerat, ff. de adquir. rer. dom.* ex quo ſola poſſeſſio interim fundi ablata fuit, *l.* 1. *ff. de fluminib. §. ſi foſſa:* & text. in *l. ergo, §. alluvio, ff. de adquir. rer dom.* text. optimus in *l.* 3. *§. Labeo, ff. de adquir. poſſeſſ.*

CAPUT VII.

Hypotheca ſuper penſione Eccleſiaſtica an extinguatur, adquiſito per penſionarium debitorem titulo beneficii.

Et an Hypotheca ſuper penſione nulliter impoſita ex conſenſu non habentis jus ad beneficium, convaleſcat poſtea adquiſito per iſtum legitimo titulo ejuſdem beneficii.

SUMMARIUM.

1 *Solutio primæ partis quæſtionis deducitur ex reſolutis ſuprà*, hac par. 4. c. 4. per tot.
2 *Conſolidatio uſusfructus cum proprietate nihil officit juri creditoris habentis hypothecam ſuper jure conſolidato.*
3 *Commoditas uſusfructus ſuper qua cadit hypotheca, non admittit mutationem ex ſubſtantia, aut forma aut qualitate, ex vi conſolidationis.*
4 *Ea quæ dicta ſunt de uſufructu hypothecato conſolidato, procedunt in penſione hypothecæ ſubjecta, adquiſito titulo beneficii per penſionarium.*
5 *Dubia circa penſiones Eccleſiaſticas debent determinari & decidi per regulas uſusfructus.*
6 *Irrevocabiliter adquiſitio per penſionarium titulo beneficii penſione gravati, extinguitur penſio.*
7 *Hypotheca conſtituta ſuper penſione, durat adhuc adquiſito titulo beneficii à penſionario.*
Aliud eſt conſolidari uſumfructum, & penſionem, in perſona alterius, qui non ſit debitor illius: aliud verò conſolidari in perſona debitoris, quia tunc manet hypotheca. ibid.
8 *Proponitur ſecunda quæſtio agitanda.*
9 *Hypotheca conſtituta à non domino rei, ſuper qua conſtituitur, eſt invalida.*
10 *Hypotheca à principio nulla, revalidatur ſi debitor nanciſcatur dominium rei, quo antè carebat.*
Conceſſio facta alicujus rei à non domino, convaleſcit ſi contingat concedentem poſtea dominum fieri. ibid.
11 *Certior opinio eſt, hypothecam impoſitam ſuper penſione ab initio invalida, non revalidari per adquiſitionem tituli beneficii à penſionario factam.*
12 *Explicantur termini quæſtionis ut vitetur confuſio.*
13 *Penſio ab initio nulla vel poſtea reſoluta, non convalidatur ex ſolo conſenſu habentis titulum beneficii.*
14 *Penſio conſtituta ſuper beneficio, ad quod poſſeſſor conſentiens penſioni nullum jus habebat, eſt nulla, ita ut verus Titularis opponere poſſit de invaliditate ad liberandum ſuum beneficium.*
15 *Si penſioni conſentiens non habebat jus legitimum in beneficio, tempore quo præſtitit conſenſum penſioni, nihil proficit titulus ſuperveniens ad revalidandam penſionem.*
16 *Conſtitutio penſionis abſque gratia Pontificis, eſt nulla & ſimoniaca.*
17 *Penſio nulla, vel jam extincta, non revalidatur ex ſolo conſenſu partium.*
Hypotheca conſtituta ſuper penſione nulla, vel extincta, non reviviſcit, ſi conſtituens adquirat titulum beneficii penſione gravati, quia nec ipſa penſio convaleſcit: quod latè firmatur, ibid.

PRimam partem hujus quæſtionis exaratam reperies ſuperiùs in *hac 4. par. cap. 4. per tot.* ubi poſt exactam diſputationem reſolvimus, hypothecam ſuper commoditate uſusfructus perſeverare & durare, quantumvis uſufructuarius debitor adquiſierit rei proprietatem, non obſtante conſolidatione à jure inducta in tali caſu, cùm nihil operetur in præjudicium & detrimentum creditoris habentis hypothecam ſuper jure conſolidato; etenim conſolidatio non egreditur perſonam debitoris adquirentis proprietatem rei: & quia commoditas uſusfructus, quæ ſola cecidit in hypothecam, nullam recipit mutationem nec in ejus forma, nec in ſubſtantia, nec in qualitate; ſed eandem in percipiendis fructibus obligatis retinet debitor, prout ante adquiſitionem proprietaris: quod ſufficit ut creditoris hypotheca perſiſtat, & contra eundem debitorem continuetur: quam quæſtionem & reſolutionem validiſſimis & impenetrabilibus juris fundamentis contrariis deſtructis, roboratam & exornatam reperies in *d. cap. 4. per totum.* 1 2 3

Quo legitimo fundamento poſito, facilè evinces noſtræ quæſtionis difficultatem. An hypotheca ſuper emolumentis penſionis (nam ſuper jure ipſo penſionis penes penſionarium debitorem exiſtente, ejuſque perſonæ cohærente imponi non poteſt; ad latè comprobata *in hoc Labyrinth. par. 1. cap. 43. num. 8. & num 36. & ex num. 25. cum multis ſeqq.*) extinguatur eo ipſo quod penſionarius debitor adquiſivit collationem & titulum ejuſdem beneficii ſuper quo habebat penſionem; eamque hypotheca gravatam, ſi ad memoriam revoces, quod penſio Eccleſiaſtica æquiparatur & adæquatur uſuifructui, adeo ut per regulas de uſufructu loquentes 4

decidi

decidi ac determinari debeant omnia dubia contingentia ſuper penſione ; prout ad longum per varias Rotæ Rom. deciſiones, nec non innumerabiles penè Doctores firmavimus *ſupra, hac 4. par. cap. 6. ex num. ſequentibus & uſque ad fin.*

6 Et quamvis in *eodem cap. 6.* reſolvimus, quod penſionario adquirente validè & irrevocabiliter titulum beneficii, extingatur penſio, eo modo quo extinguitur uſusfructus adquiſita proprietate rei per uſufructuarium, adhuc tamen hypotheca ſuper penſione extingui non debet, cum ipſemet debitor ſit qui potitur fructibus
7 hypothecatis, nec illos attingat conſolidatio, quæ nihil operatur in damnum Tertii creditoris, qui hypothecam habebat etiam in eo jure, quod alioquin per adquiſitionem proprietatis ſolet conſolidari, ſicut latiſſimè in uſufructu hypothecato non extingui hypothecam, adquiſita proprietate per fructuarium, validè fundavimus in *d. c. 4. per tot. in hac 4. par.* Ad cujus ſimilitudinem idem erit reſolvendum in hac prima parte noſtræ quæſtionis, ad quam trahenda ſunt omnia fundamenta utriuſque partis ibidem feliciter conſiderata, foret enim admodum faſtidioſum repetere & tranſcribere omnia in omnibus : ea igitur per te videbis *loco citato ;* quia aliud eſt extingui & conſolidari uſumfructum & penſionem in perſona alterius qui non eſt debitor, nec hypothecavit ad quem uſusfructus, & penſio conſolidata tranſit libera, & jus ad fructus commoditatem amiſit debitor, quo reſoluto, reſolvitur hypotheca : aliud verò eſt conſolidari uſumfructum & penſionem in perſona debitoris remanentis in eadem fructuum commoditate, illos percipiendo efficaciore titulo, quia tunc durat ipſamet res hypothecata, ex quo durare debet hypotheca in eiſdem recipientibus novam proprietatis adquiſitionem firmiorem & validiorem ſtatum & exiſtentiam.

8 Accedamus ad ſecundam partem noſtri cap. An hypotheca ſuper penſione Eccleſiaſtica nulliter ab initio impoſita, eo quod qui in eam conſenſit, carebat jure ad beneficium ſuper quo imponi penſionem conſenſit, an jus hypothecæ convaleſcat eo ipſo quod conſentiens adquiſivit poſtea legitimum titulum ejuſdem beneficii.

9 Cujus quæſtionis difficultas videtur evicta ex notiſſimo illo juris principio, quod licèt hypotheca rei alienæ, & conſtituta à debitore qui in ea nullum jus habebat, ſit à principio nulla & invalida ; *l. ſi probaveris, Cod. ſi aliena res pignor. dat. ſit, l. 4. qui prædium, C. eod. l. 1. §. 1. ff. quæ res pign. obli. poſſ. l. 1. §. 1. l. quæ nondum. §. 1. & §. quod dicitur. ff. de pignor. l. rem alienam, & l. 41. ff. de pignor. act. l. ante omnia, de probat. leg. 13. tit. 13. partit. 5. l. 18. eod. & partita.*

10 Adhuc tamen per adquiſitionem poſtea dominii convalidatur & confirmatur hypotheca præcedens, quantumvis invalida ab initio, *l. 1. ff. de pignor. l. rem alienam 41. ff. de pignor. act.* de quorum jurium intelligentia & declaratione exactè poſt plurimos DD. agit Merlin. *de pignor. lib. 1. quæſt. 2. per tot.* ſicuti alia quævis conceſſio, quæ ſi fuerit facta ab eo, qui rei Dominus non erat, convaleſcit, ſi contingat, concedentem ex poſt facto dominum fieri, Cald. Pereira *de poteſt. eligen. c. 10. num. 23.* ubi. *num. ſeqq.* declarat : Auguſt. Barboſ. *in collect. ad l.*

venditrici, per text. *ibid. num 4. God. de rebus alien. non alien. tom. 2. fol. 259.* Igitur licèt ab initio hypotheca ſuper penſione fuiſſet nulliter conſtituta ex defectu conſenſus veri Titularis, tamen poſtquam conſentiens penſioni adquiſivit legitimum titulum ejuſdem beneficii, penſio & hypotheca ſuper ea convaleſcere & confirmari debent.

His tamen minimè refragantibus contraria opi- 11
nio verior & certior eſt, ut hoc caſu hypotheca impoſita ſuper penſione ab initio invalida ob conſenſum ejus nulliter præſtitum qui non habebat jus ad beneficium, nullo modo convaleſcat per novam tituli ad ipſummet beneficium adquiſitionem manifeſtè probavimus.

Supponendo imprimis, ne termini confundan- 12
tur, quod ad noſtrum caſum applicari non debent doctrinæ & jura, de quibus *ſupr. n. 10.* quia in hoc noſtro caſu non agitur debitore hypothecæ ſubjiciente rem alienam, quam poſtmodum adquiſivit ; nam Titularis qui poſtea beneficium adquiſivit in proprietate ac legitimo titulo, nec eſt debitor, nec impoſuit hypothecam, ſed alius Tertius, cui fuit inutiliter conſtituta penſio ſuper beneficio, quod poſtea non adquiſivit : & ideo aliunde quærenda erit difficultatis reſolutio, an ſcilicet penſio nulliter ſic impoſita ex conſenſu non habentis tunc jus ad beneficium, revalidetur per legitimum titulum ſupervenientem conſentienti, ut inde per conſequentiam inferatur ad hypothecæ ſubſtantiam & convalidationem, quia jus hypothecæ derivatur ab exiſtentia rei hæpothecatæ.

In quo firmiter aſſeverandum erit, quod nec 13
penſio ab initio nulla, etiamſi novus acceſſerit conſenſus legitimi Titularis, non poſt convalidari, quando penſio ſive ab initio nulliter conſtituta, ſive poſtmodùm ex alicujus conditionis. in ejus conſtitutione & creatione appoſitæ defectu reſolvatur & extinguatur per ſolum conſenſum partium renovari & reviviſcere non poteſt, non accedente nova Sedis Apoſtolicæ gratia, cum hoc non pendeat à ſola voluntate partium, ſed ſimul & præcipuè à gratia & voluntate Papæ, ex mox allegandis & latiùs comprobandis.

Conſtans eſt enim propoſitio, quod penſio 14
conſtituta ſuper beneficio ad quod conſentiens poſſeſſor nullum jus habet, nulla eſt, & nullius momenti, ita ut verus Titularis opponere de ejus invaliditate & nullitate liberè poſſit, ad effectum ſe ſuumque beneficium liberandi à tali onere, Achill. de Graff. *deciſ. 9. de penſionibus ſeu* 421. Guidobon. *deciſ.* 137. idem de Graſſ. *dec. 6. de penſion. & dec. 1. ſeu dec.* 413. & 418. Cæſar. de Graſſ. *dec.* 103. *n. 9.* Garc. *de benef. par. 1. c. 5. n.* 512. *cum ſeqq. t. 1.* Verall. *dec.* 300. *par. 2.* Farinac. *dec.* 437. *fol.* 400. *& t. 2. dec.* 559. *n. 2. poſthum.* & iterum *t. 1. dec.* 337. *n. 1. poſtum.* Lotter. obiter *de re benefic. l. 1. quæſt. 38. n.* 130. Nos etiam *in hoc Labyr. 2. par. cap. 9. num. 92. verſ. Fulcitur hoc fundamentum.*

In tantum quod ſi conſentiens penſioni, non 15
habebat jus legitimum & validum in beneficio, tempore quo præſtitit conſenſum penſioni, prout clarè firmant Doctores jam allegati, & deciſiones proximè citatæ *num.* 14. nihil proficit titulo ſuperveniens poſt ſuum conſenſum ac revalidationem penſionis, Rota ut per Farinac. *in poſthum. tom. 1. deciſ.* 356. *n. 1.* ibi : *Domini perſeverarunt in deciſis in hac cauſa ſub die 14. Martii*

proximi, quo ſcilicet penſio fuerit nulla, niſi probetur jus Julii qui conſenſit reſervationi penſionis, &c. & eodem *nu. in fin.* ibi, *Tertiò quod potuit ſuperveniſſe jus Julio poſt præſtitum conſenſum, quod non ſuffragaretur ad revalidandam penſionem, ſi ab initio fuit nulla, ut infra dicetur*, &c. & n. 2. ibi: *ſecundò fuit dictum, quod ad effectum validitatis penſionis requiritur jus de tempore conſenſus præſtiti; aliàs ſi penſio ab initio fuit nulla, non potuit per Julium in præjudicium ſucceſſoris convalidari: Caſſiador. deciſ. 4. n. 5. de penſion. iſtud autem jus Julii de tempore conſenſus non probatur, per poſſeſſionem triennalem, quia potuit ſuperveniſſe novus titulus poſt præſtitum conſenſum*; hactenus de ſingulari ad noſtram materiam deciſione.

16 Et ratio fundamentalis illa erit; quia ſicut penſio à principio reſervari non poteſt ex ſolo conſenſu contrahentium, cum principaliter pendeat ex voluntate & gratia Pontificis, ſine qua penſionis conſtitutio eſt nulla & ſimoniaca, ut ad longum per Graciam *de benefic. par. 1. cap. 5. §. 2. ex n. 273. cum multis ſeq.* & Doctores omnes ſtatim citandos.

17 Ita pariter penſio, vel à principio nulliter conſtituta ſeu reſervata vel ex poſt facto ſemel extincta, vel annullata ob defectum conditionis ſub decreto irritanti & annullativo poſitæ in eadem gratia reſervationis, ex ſola partium conventione, vel per alium actum inducentem tacitum vel expreſſum conſenſum partium revalidari non poteſt, niſi denuò accedat ſimul nova gratia Sedis Apoſtolicæ, cùm nova penſio ſit, ex quo prima fuit vel nulla, vel extincta, quæ non reviviſcit ex ſola partium voluntate & conſenſu, à quo non pendet, ſed principaliter à voluntate & gratia Papæ, ita probat Rota in *una Valent. deciſ.* adducta per Garc. *d. cap. 5. §. 4. n. 514.* ibi: *reſolutum fuit, quod ſi penſiones de quibus agitur, ſunt nullæ, poſſunt ipſi Canonici dicere de nullitate penſionis, quia cum iſta materia non pendeat à voluntate & conſenſu partium (ut eſt regulariter in prophanis ſed ab authoritate Pontificis, ſolum quærendum eſt, an verè penſio ſit, vel nè, valida*, &c. & inferiùs, *cùm ut dicitur, totum hoc principaliter pendeat ab authoritate Pontificis, & non partium*, &c. Sarner. *in compend. ſignat. num.* 87. & alii quos refert & ſequitur Flamin. Pariſ. *de reſign. benefic. l. 6. quæſt. 2. n. 8.* optimè Mohedan. *deciſ. 12. de renuntiat.* Gambar. *de offic. & pot. Legat. de lat. lib. 6. num.* 483. *cum ſeqq.* Auguſt. Barboſ. *in voto 5. ex num. 22. & in tract. de jur. Eccleſ. l. 3. cap. 11. nu. 75. in fin. & num. 76. & in tract. de penſionib. quæſt. 9. num. 18.* Nos *in hoc Labyr. 2. par. c. 10. num. 63. & ex. n. 58.* Gigas *de penſionib. quæſt. 49. n. 5. & ſeqq.* Lotter. *de re benef. l. 3. quæſt. 11. ex num. 60. & ſeqq.* ubi allegat bonam *Rotæ* deciſionem, Ferentillus optimè ad Burratt. *deciſ. 528. n. 4. & 5.* Joan. Ant. Bellon. exaliis in *conſ. 27. nu. 7. 8. & 9. & nu. 40.* qui omnes aſſeverant, quod penſio nulliter impoſita, vel ex poſt facto nulla reddita & extincta, non poteſt ex ſolo facto partium & conſenſu tacito vel expreſſo, aut concordia, revalidari, & ſuſcitari, quia validare penſionem invalidam, vel extinctam, non pendet ex facto partium, ſed à poteſtate & gratia Papæ. Quod ulteriùs comprobatur ex *Rotæ* deciſ. adducta per Barboſ. *de jur. Eccleſ. d. cap. 11. num* 31. quâ fuit dictum, poſt contractum à penſionario matrimonium per verba de præſenti, non valere novam concordiam inter Titularem & ipſum penſionarium ſuper penſionis ſolutione abſque Sedis Apoſtolicæ beneplacito & authoritate.

Ea moventur omnes ratione; quia ratificatio actu nullius, eſt novum actum celebrare, Bart. *in l. ab emptione, ff. de pact.* Aretin. *conſ. 128. col. 2. verſ. ſecunda ſpecie*, Menoch. *conſ. 88. num. 66.* Petr. Surd. *deciſ. 70. n. 14.* Giurb. *deciſ. 55. ex num. 16.* Nos plurima & plurimos ad id conduximus in *hoc Labyr. 2. par. cap. 10. ex num. 58. cum multis ſeqq.* ubi quod cenſus impoſitio ſuper bonis majoratus nulliter facta non poteſt validari ex conſenſu tacito vel expreſſo contrahentium, niſi nova & valida ſuperveniat facultas Regia, quia in actu ratificationis hujuſmodi debent concurrere omnes ſolemnitates & formæ requiſitæ ad ipſum actum: atque ideo quemadmodum à principio non potuit conſtitui penſio ex ſola partium voluntate abſque authoritate Papæ, ut *ſupra n. 16.* ita, ſi ſit nulla vel extincta, reviviſcere non poteſt ex ſolo facto partium, non accedente voluntate & nova gratia Sedis Apoſtolicæ: vide Barboſam *d. vot. 5. ex. n. 24.*

Ex quo provenit, quod ſuper penſione nulliter reſervata à principio non potuit conſtitui hypotheca; ut poſt innumerabiles penè Doctores probavmus *in d. cap. 10. num. 64.* quia non entis nullæ ſunt qualitates, nec qualitas poteſt eſſe ſine ſubjecto, & ideo cùm per adquiſitionem proprietatis beneficii ſubſequutam ab eo poſſeſſore qui conſenſerat penſioni tempore quo carebat jure ad illud beneficium; non revalidetur nec reviviſcat penſio præcedens nulliter conſtituta, ex comprobatis *ſupr. ex n. 11. cum ſeqq.* ſequitur quod hypotheca minus potuit convaleſcere nec revalidari ſeu reviviſcere.

Imò potiùs quando in hac penſione concurrerent conſenſus penſionarii & Titularis cum authoritate & nova gratia Pontificis; adhuc non potuiſſet convaleſcere, nec reviviſcere hypotheca ſuper ea nulliter impoſita, quia hæc eſt nova penſio, diverſa à priori, ſuper qua fuerat hypotheca per penſionarium impoſita, quæ nullo modo poteſt extindi & trahi ad hanc novam penſionem, ad latiſſimè tradita in *hoc Labyr. 2. par. 27. ex. n. 36. cum multis ſeqq.* ubi de hypotheca ſuper officio vitalitio extincto, quæ non reviviſcit, ſi iterum idem officium ei à Rege concedatur; ad quod plures alias doctrinas adduximus.

Firmandum erit igitur in noſtro dubio præſenti, hypothecam ſuper penſione Eccleſiaſtica impoſita, quæ à principio nulliter reſervata fuit ex defectu juris, quo carebat eo tempore conſentiens reſervationi, ſicut non revalidatur penſis, adquiſito poſtmodum legitimo titulo ad beneficium per conſentientem, minimè poſſe convalidari, ac propterea creditorem non poſſe in concurſu peracto per debitorem penſionarium gradum accipere ſuper penſione, nec ſuper ea moleſtare Titularem, qui ad illam non tenetur, ſicuti nec etiam ipſe penſionarius in concurſu peracto per Titularem poterit graduari pro penſione, quæ nulla fuit, nec unquam revalidata; quia neuter fuit creditor ad prædictam penſionem.

CAPUT

CAPUT VIII.

Hypotheca ſuper penſione Eccleſiaſtica impoſita per debitorem habentem facultatem Apoſtolicam illam transferendi, an ſimul tranſeat in translatarium.

SUMMARIUM.

1 *Pars negativa proponitur.*
2 *Hypotheca ſuper penſione tantum durat, quantum ipſa penſio.*
Jus quodlibet regulariter extinguitur reſoluta re ſui natura reſolubili ſuper qua conſtitutum eſt. ibid. & n. 9.
3 *Per tranſlationem penſionis, virtute Indulti, prima penſio extinguitur, & nova creatur quæ adquiritur tranſlatario.*
4 *Penſio regulatur per regulas & naturam uſusfructus.*
5 *Quando duobus ſucceſſivè uni poſt alterum relinquitur uſusfructus, non idem uſusfructus tranſit in ſecundam perſonam, ſed alius novus. Declaratur* infr. n. 55.
6 *Hypotheca ſuper penſione extinguitur, extincta penſione, ſicut extinguitur extincto uſufructu. Limitatur, n. 56.*
7 *Hypotheca ſuper officio temporali, feudo, vel emphyteuſi, non durat, illis extinctis, etiamſi jus illud extinctum alii cedatur, & n. 54.*
8 *Prorogatio rei hypothecatæ non durat poſt jus prius extinctum.*
10 *Hypotheca impoſita ſuper juribus regalibus extinguitur per venditionem eorum, quia creantur alia nova jura in favorem emptoris : vide* infr. n. 54.
11 *Quando quis contrahit cum ceſſione juris luendi à Regia Curia ex pacto ſpeciali inter emptorem & venditorem, omnes hypothecæ intermediæ contractæ reſolvuntur in præjudicium creditorum.*
12 *Penſionarius ſi eodem tempore reſervatæ penſionis obtinuit facultatem transferendi; creditor qui accepit eam in hypothecam, debet acquieſcere ſuæ hypothecæ reſolutioni, facta tranſlatione.*
13 *Hypotheca non tranſit cum jure perſonali ſimpliciter ceſſo.*
14 *Penſio tranſlata in veritate & re ipſa, non eſt diſtincta à prima, ſed eadem, quemadmodum pluries decidit Rota.*
15 *Penſio tranſlata dicitur diverſa ab antiqua, reſpectu juris transferentis, ne ulterius penſionem exigat, non autem reſpectu ſubſtantiæ ipſius penſionis, quæ eſt eadem cum antiqua cum omnibus qualitatibus ſuis.*
16 *Adducitur in confirmationem deciſio Rotæ* in una Carpen. penſionis, 29. Maii, 1602. coram Lancelloto : *cujus verba referuntur, & n. 17. 18. & 19.*
20 *Adducitur alia deciſio* in una Papien. penſionis 11. Decembr. 1606. *& numer. 21. & 22.*
23 *Alia*, in una Tertul. penſionis, 15. Decemb. 1610.
24 *Alia*, in una Feron. penſionis 24. Januar. 1613. *& n. 25.*
26 *Frequenter tenuit Rota, penſionem translatam eſſe eandem cum antiqua, & referuntur etiam aliqui Doctores idem probantes.*
27 *Tranſlatio penſionis de una perſona in aliam, non eſt novum gravamen, ſed quædam delegatio ſolutionis alteri faciendæ.*
28 *Quantum ad jus, & actionem, quam transferens habebat ad exigendam penſionem, fit extinctio poſt factam tranſlationem.*
29 *Ipſa penſio tranſlata, prout eſt ſubjectum & materia, in quas jus exigendi exercetur, eſt eadem cum prima, quia in effectu non extinguitur.*
30 *Penſio tranſlata, eſt eadem numero, & non alia à priore diverſa.*
31 *Penſionis tranſlatio non inducit mutationem in ſubſtantia, ſed in perſona tantum.*
32 *Si penſio tranſlata, eſſet nova & diverſa à priore, non tenerentur fidejuſſores ejuſdem.*
33 *Hypotheca ſuſtinetur, ſi res hypothecata non mutetur in ſubſtantia, licet mutetur in qualitate.*
34 *Hypotheca durat, ſi jus temporale ſuper quo conſtituta eſt, ita prorogetur & perſeveret in ſubſtantia, ut non dicatur jus novum & diverſum.*
35 *Penſionis tranſlatio non inducit novationem, & ideo remanent obligationes acceſſoriæ fidejuſſorum, & hypothecarum, & num. 36. & 37.*
38 *Argumentum de re ad perſonam, & è contra, valet.*
39 *Penſionis tranſlatæ identitas verificatur ex ipſo actu transferendi, ratione juris, quod transfertur, cùm tranſlatio non inducat novum actum.*
40 *Penſio tranſlata tranſit in eum ad quem transfertur cum ſua qualitate, onere, hypotheca, & cauſa.*
41 *In qualibet juris tranſlatione, idem jus, & non aliud diverſum tranſit in tranſlatarium.*
42 *Mutatio perſonæ non inducit mutationem in re.*
43 *Hypotheca ſuper penſione impoſita ſuſtinetur adverſus eum ad quem penſio transfertur ex voluntate transferentis.*
Secùs ſi ex neceſſitate præcedente & inhærente. n. 44.
45 *Penſio hypothecata cedi vel remitti non poteſt in præjudicium creditoris.*
46 *Tranſlatio penſionis eſt actus merè voluntarius penſionarii.*
47 *Penſionarius habens facultatem transferendi penſionem, poteſt ea uti, vel non uti, pro ſuo arbitrio.*
48 *Facultas alienandi bona majoratus à Rege obtenta, remittitur arbitrio & voluntati impetrantis.*
49 *Hypotheca non extinguitur per alienationem voluntariam rei obligatæ.*
50 *Facultas transferendi penſionem, non cogit penſionarium ad transferendum.*
51 *Explicatur text.* in cap. 1. §. rurſus ſi fidelis : quib. mod. feud. amitt. in uſib. feud.
52 *Reſoluto jure feudi, reſolvitur hypothecæ ſuper eo impoſita.*
53 *Hypotheca perit ſi pereat res hypothecata in ſua ſubſtantia.*
55 *An ſicut uſufructu duobus ſucceſſivè relicto, novus dicitur uſusfructus in ſecundo fructuario,*

tuario, ita etiam penſio tranſlata, dicatur nova penſio in perſona tranſlatarii, & nu. 56. & 57.

58 *Per tranſlationem penſionis virtute facultatis & gratiæ Apoſtolicæ penſionario conceſſæ, non dicitur creari nova penſio, ſed eadem tranſire de una in aliam perſonam. Nec ideo extinguitur hypotheca ſuper tali penſione impoſita, n.* 59. & 60.

1 ARduam fecit hanc quæſtionem varietas Rotæ Rom. in ea decidenda, quàm propterea ad accuratam revocamus diſputationem. Et pro parte quidem negativa, ut ſcilicet hypotheca ſuper penſione impoſita à debitore penſionario habente facultatem à Sede Apoſtolica eandem penſionem transferendi in quem voluerit, qui ſua facultate uſus eam penſionem in alium tranſtulit poſtea, extinguatur per tranſlationem, & penſio tranſeat libera, non verò gravata priori hypotheca, in alium penſionarium, probari videtur manifeſtè.

2 Primò, nam hypotheca ſuper penſione tantum durat quantum ipſa penſio, & ad ſimilitudinem uſusfructus, ſuper quo impoſita hypotheca extinguitur extincto uſufructu; ſicuti etiam diſſolvitur, reſoluta re qualibet ſui naturâ reſolubili, ut ſervus, equus, nomen debitoris, & ſimilia juxta *l. ſicut* 8. *ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſolv.* ibi: *ſicuti re corporali extincta, ita uſufructu extincto, pignus & hypotheca perit:* idem deciditur in *l. ſervum.* 27. *ff. de pignor.* abundè Nos in *hoc Labyr. 2. par. cap.* 27. *ex n.* 47. *cum multis ſeqq.*

3 Sed ſic eſt quod per tranſlationem penſionis virtute indulti & facultatis Apoſtolicæ, prima penſio extinguitur, & nova creatur, ita ut in tranſlatarium non transferatur illamet penſio, quæ fuit ab initio reſervata transferenti, quam & poſſidebat & hypothecavit ſuo creditori, ſed alia nova & diverſa in tranſlatarium transferatur, prima prorſus extincta, juxta facultatis clauſulam ita dictantem, ut prima penſio extinguatur: probant Gigas *de penſionib. quæſt.* 74. *n.* 1. & *quæſt.* 88. *n.* 8. Mandoſ. *in prax. in princ.* Puteus *deciſ.* 524. *n.* 3. *l.* 2. Flamin. Pariſ. *de reſignat. l.* 6. *quæſt.* 4. *n.* 7. Tiber. Saluſt. *in prax. Audit. Cameræ, l.* 3. *c.* 6. & ejus Addit. Veſtrius *l.* 3. *c. ult. n.* 2. Azor. *inſtit. moral.* 2. *par. l.* 8. *c.* 10. *quæſt.* 5. & *c.* 11. *quæſt.* 1. Gratian. *diſcep. for. c.* 113. *n.* 77. & cum Ferreto idem tenet Joan. Ant. Bellon. *in conſ.* 27. *n.* 12. & pluries ita determinavit Rota, ut *in una Brixien. penſionis* 23. *Maii*, 1594. *coram Mellino*, adducta ad litteram per Garc. *de benef. par.* 1. *c.* 5. *n.* 470. & *alia Placen. penſionis*, 27. *Jun.* 1602. *coram Cordubas* adducta per eund. Garc. *loc. cit. n.* 55. eadem Rota apud Alex. Ludoviſ. *dec.* 18. *n.* 7. ergo impoſſibile eſt, ut hypotheca ſuper penſione extincta & reſoluta poſſit ſubſiſtere & tranſire in tranſlatarium, novam & diverſam penſionem adquirentem.

4 Secundò, quia hæc opinio validiſſimo fundamento roboratur, nam ut ſæpè diximus *hac* 4. *par. cap.* 6. *ex num.* 9. *cum multis ſeqq.* penſio regulatur in cunctis caſuum determinationibus, per determinationes & regulas uſusfructus: ſed ſic eſt, quod quando duobus ſucceſſivè, uni
5 poſt alterum, relinquitur uſusfructus non idem uſusfructus tranſit in ſecundam perſonam, ſed alius novus & diverſus à primo, quia primus uſusfructus per mortem fructuarii primi, aut temporis limitationem extinguitur: text. in *l. ſtipulatio iſta, §. ſi quis iſta, ff. de verb. oblig.* Bald. & Salycet. in *l. antiquitas, Cod. de uſufr.* Noguerol. *alleg.* 21. *n.* 18. Cald. Pereira *de renovat. emphyt. quæſt.* 4. *n.* 15. Nos in *hoc Labyr.* 2. *par. c.* 17. *nu.* 78. & hanc etiam conſiderationem feciſſe in his noſtris terminis Rotam teſtatur Farinac. in *una Carpentoratenſi penſionis*, 29. *Maii* 1602. quæ eſt *deciſ.* 327. *nu.* 3. apud eund. Farinac. his verbis: *Item afferebatur ſimile de uſufructu translato & duobus relicto, qui eſt diverſus, ex authoritatibus allegatis cùm pluries dixerit Rota in deciſionib. allegatis, uſumfructum & penſiones eiſdem regulis regulandas, &c.*

Sed ſic eſt, quod hypotheca ſuper penſione 6
extinguitur extincta penſione in perſona debitoris, ſicut extinguitur extincto uſufructu, ut ad longum probavimus per plurima jura & fundamenta, *hac* 4. *par. cap.* 6. *ex num.* 8. *cum multis ſeqq. & per tot. c.* Igitur cùm in noſtro caſu penſio fuerit extincta & finita in penſionario debitore, eo ipſo quod uſus fuit ſua facultate transferendi, ut dictum eſt *nu.* 3. ergo hypotheca ſuper prima penſione impoſſibile eſt quod poſſit durare contra tranſlatarium, in quem non fuit translata penſio ipſa hypothecata, ſed alia diverſa & nova, noviterque creata.

Tertiò, quoniam hypotheca ſuper officio 7
temporali ſemel extincto, vel ſuper feudo, & emphyteuſi, ſi ſemel extincta fuerint, & ulteriùs vel eiſdem debitoribus vel aliis poſtea conferantur; non durat hypotheca ſemel extincta, quia non durat prima officii, aut feudi conceſſio, ſed per novam conceſſionem novum inducitur feudum, novum officium, primo extincto, ut latiſſimè probavimus per multa juris fundamenta & Doctores in *hoc Labyr.* 2. *par. cap.* 27. *ex num.* 47. *cum multis ſeqq.* ubi etiam 8
quod prorogatio rei hypothecatæ poſt jus priùs extinctum, non durat nec continuatur hypotheca, ſed extinguitur extincto primo jure hypothecato: ex quo loco plurima deduces fundamenta valde conducibilia huic difficultati. Et 9
quod hypotheca ſuper re, aut jure debitoris, ſui natura & juris diſpoſitione reſolubili, variabili, temporali, & extinguibili, extinguatur & reſolvatur extincto eo jure, & re hypothecata perempta, multa jura & Doctores videbis per Acoſtam *de privileg. credit. in præfat. ad regul.* 1. *ex n.* 1. *cum multis ſeqq.* Ergo hypotheca ſuper penſione cum per tranſlationem extinguatur, præcisè extingui debet, & non debet tranſire cum penſione tranſlata, quia alia eſt, nova, ac diverſa.

Quartò hæc pars negativa probatur à ſimili 10
jurium Regalium, ſuper quibus poſſeſſor impoſuit hypothecam ad favorem creditoris ſui, qui poſtea vendidit ea jura regalia alteri Tertio, qui ſupponit pretium tradi fiſco ad redimendum ipſa jura, & illa extinguere, ut noviter creentur alia jura in favorem emptoris, quod vulgò dicitur *Entrada por ſalida*: tunc hypotheca interim & hoc medio tempore impoſita per primum poſſeſſorem reſolvitur, & in ſecundum emptorem jura tranſeunt libera ab hypotheca, cùm tranſlatio fiat cum extinctione priorum jurium regalium, & alia nova creentur in favorem novi emptoris, ut in expreſſo tenent Joan. Garc. *in opuſc. de hypotheca poſt contract. num.* 21. & 22. ubi dicit quod attenta conſuetudine ſic contrahendi in nova emptione horum jurium regalium, extinguuntur hypothecæ

&

& onera in Regiis juribus per poſſeſſorem impoſita: ſequitur Caſanate *conſ.* 10. *numero* 193. *verſ. quibus ſimile eſt:* & in Regalibus juribus Neapol. quæ vulgò *Fiſcalia* dicuntur, idem tradit Ponte, *deciſ.* 28. *num.* 8. in hæc verba: Et quotidie videmus hunc ſolitum morem contrahendi, non ſolum in officiis, ſed & in omnibus aliis introitibus Regiæ Curiæ, quod unuſquiſque ad ſuam cautelam, & ne remaneat obligatus oneribus venditoris, contrahit cum ceſſio-
11 ne juris luendi à Regia Curia ex pacto ſpeciali initio inter emptorem & venditorem, ex qua conventione & tractatu omnes hypothecæ intermediæ contractæ reſolvuntur in præjudicium creditorum, quia fit reſolutio ex neceſſitate, mediante ceſſione juris luendi, &c. ſequitur Molfeſ. *ad conſ. Neapol. tom.* 2. *par.* 4. *q.* 6. *n.* 7. & utrumque referens ſequitur Gaitus *de credito*, *cap.* 4. *quæſito* 12. *n.* 2181. Annell. Amatus *conſ.* 10. *per tot.* Horatius Montan. *in tract. de Regalib. offic. n.* 62. *ad fin. verſ nec ſimile allat. col.* 1. *fol. mihi* 233. ſequitur Noguerol. *alleg.* 14. *ex n.* 94. *cum ſeqq.*

12 Quintò ulteriùs probatur; nam penſionarius eodem tempore reſervatæ penſionis, & in eiſdem litteris reſervationis ſimul obtinuit & habuit facultatem eam transferendi, & ideo creditor qui accepit eandem penſionem in hypothecam, cum eadem qualitate reſolubili inærente, debuit prævidere tranſlationem, & ea facta debet quoque acquieſcere ſuæ hypothecæ reſolutioni, juxta text. *in c.* §. *rurſus ſi fidelis: quib. mod. feud. amitt. in caſib. feud.* cujus verba ſunt: *Rurſus ſi fidelis minus mediante libellario nomine feudum dederit, & ſine hærede deceſſerit, & feudum ad dominum redierit, poſtquam ad libellum dederis, vel pignori obligaverit, domino refutaverit, tunc ille, qui ab eo acciperit, nullo jure adverſus dominium ſe tueri poterit:* ubi ex renuntiatione & refutatione feudi ſpontanea & voluntaria vaſſalli debitoris, præjudicatur creditori, & reſolvitur hypotheca ſuper feudo impoſiti, quod liberum tranſit ad dominum: exornant hunc textum Iſernia *in cap.* 1. *n.* 5. *de alienat. feudi paterni.* Bald. *in d.* §. *rurſus*, *n.* 2. Præpoſit. *n.* 1. Alvarot. *nu.* 2. Martin. Laudenſ. *n.* 5. *in fin.* Petr. de Raven. *in eod.* §. *rurſus*, *in princ.* Capyc. *in inveſtitur. feud. in verſ. feudum dans: col.* 28. *verſ. Tertiò limita*, *in fin. pag.* 257. Ponte *dec.* 18. *n.* 4. *& de poteſt. proreg. tit. de diverſ. proviſionib.* §. 1. *n.* 17. *& ſeqq. & conſ.* 147. *n.* 2. *& ſeqq. & conſ.* 152. *n.* 26. *vol.* 2. Anell. Amat. *conſ.* 10. *n.* 5. *& 6. & conſ.* 49. *n.* 9. Georgius *in repet. feud. c.* 54. *n.* 83. & 84. Tiraquel. *de retract. lineag.* §. 1. *gloſ.* 14. *n.* 110. & 112. *& de retract. convent.* §. 3. *gloſ.* 1. *& unica*, *n.* 13. Igitur ſibi debet imputare creditor, qui ſibi aliter non præcaverit, & acceperit hypothecam in penſione tranſlationi obnoxia: prout expreſsè dicunt præcitati Doctores.

13 Sextò pro hac parte facit, quia etſi attendamus diſtinctionem Lotterii *de re benefic. l.* 1. *quæſt.* 36. *ex n.* 47. *cum ſeqq.* ut penſio tranſlata dicatur extincta duntaxat quoad actionem, cùm mutetur de una perſona in aliam; ita ut primus per hanc ceſſionem & tranſlationem iterum non poſſit agere, obſtante ſibi ſui juris & actionis extinctione, adhuc tamen creditor in ipſa penſione amplius non poteſt prætendere hypothecam, quia hypotheca non tranſit cum jure perſonali ſimpliciter ceſſo, ſi credimus Antonio Fabro, Camillo Medic. Joanni Bapt. Toro: Arr. de Meſſa, & aliis citatis ab Olea *in ſuo erudito tr. de ceſſ. jur.* 1. *act. tit.* 6. *q.* 6. *nu.* 5. quæ omnia ac ſingula fundamenta fortiter evincunt, ne hypotheca ſuper penſione impoſita ab eo qui facultatem habet illam transferendi tranſeat contra tranſlatarium, ſed potius per ipſam tranſlationem reſolvatur & extinguatur.

Quibus tamen & aliis minimè refragantibus, 14
contrarium verius eſſe de jure exiſtimaverim, quoniam ea omnia fundamenta hactenus à principio adducta & conſiderata, unica ſolutione diſſolvuntur & annihilantur, ſi obſerves quod licèt Rota in aliquibus deciſionibus, quas retulimus *ſupr. num.* 3. dixerit, penſionem tranſlatam, eſſe novam & aliam diverſam ab ea quam habebat transferens, nihilominus in pluribus aliis deciſionibus contrarium aſſeveravit, ut ſcilicet ut ſubſtantia & rei veritate eandem, ſit & non alia ſeu diverſa penſio; quæ deciſiones omnes reſpondent ad illam difficultatem præ- 15
cipuam deſumptam ex ipſa gratia tranſlationis, qua dici ſolet ut prima penſio extinguatur, ut procedat reſpectu juris transferentis, ne ulteriùs penſionem exigere valeat, & ut ſciatur, ex cujus perſona extinguenda ſit penſio non autem ad alium finem, ita dixit Rota *in una Carpen. penſionis* 29. *Maii* 1602. *coram Lancell.* quod ad effectum ut ſit habenda ratio penſionum, penſio tranſlata non poteſt haberi pro nova; quamvis enim in tranſlatione procedatur per viam ceſſationis antiquæ, & novæ reſervationis, tamen hoc procedit ad certos effectus ſcilicet mutationis perſonæ, ut unus ſolus poſſit exigere, & ut ſciatur per cujus obitum debeat extingui, item quoad viam executivam & quaſi poſſeſſionem, non autem reſpectu ſubſtantiæ ipſius penſionis, quæ in ſubſtantia eſt eadem cum antiqua cum omnibus ſuis qualitatibus, & ideo quamvis reſpectu ceſſationis antiquæ videatur nova, tamen cùm ipſa caſſatio ſit correſpectiva ad reſervationem novæ, ſolùm ſit mutatio perſonæ, & ſubrogatio unius in locum alterius: quam deciſionem adducit Nic. Garc. *de benefic. par.* 1. *cap.* 1. 5. 256. & aliam Segobien. ad litteram refert *ibidem*, *n.* 257. & præfatam deciſ. Carpen. quæ eſt *deciſ.* 327. *inter recollectas* per Farinac. *fol.* 303. ubi ex *n.* 1. adducit argumenta, ut penſio tranſlata dicenda ſit nova penſio: ſed ex *n.* 4. contrarium firmat, & ſatisfacit difficultatibus, his verbis.

Et primò: quia ad effectum ut ſit habenda ra- 16
tio penſionum impoſitarum poſt primam reſervationem, & facultatem transferendi, penſio tranſlata non poteſt haberi pro nova; cum in ſubſtantia & revera ſit eadem; quamvis enim in tranſlatione procedatur per viam caſſationis antiquæ, & novæ reſervationis; tamen hoc procedit ad certos effectus, reſpectu ſcilicet mutationis perſonæ, ut unus ſolus poſſit exigere, & ut ſciatur per cujus obitum debeat extingui. Item quoad viam executivam, (proſequitur eamdem deciſio num. 5.) *& quaſi poſſeſſionem, & alia hujuſmodi; non autem reſpectu ſubſtantiæ ipſius penſionis, quæ in ſubſtan-* 17
tia eſt eadem cum antiqua cum omnibus ſuis qualitatibus: & ideo quamvis reſpectu caſſationis antiquæ, dicatur nova, tamen cùm iſta caſſatio ſit correſpectiva ad reſervationem novæ, per iſtam novam reſervationem non augetur aliquod onus Eccleſiæ, ita ut poſſit dici novæ penſionis impoſitio, ſed ſit ſolùm mutatio perſo-

næ, & quædam ſubrogatio unius in locum alterius: & ſic quoad effectum de quo agitur, penſio tranſlata non poteſt dici nova; & hoc placuit Dominis: & deciſio Creſcentii 1. de reb. Eccleſ. non alienat. & aliæ deciſiones in cauſa Segobien. penſionis 20. Maii 1598. coram D. meo de Corduba, Bononien. traſlationis 20. Junii 1601. coram D. meo Mellino, & alia Terulen. penſionis 15. Decembr. 1600. coram D. meo Sacrato, & conſ. Baſiſii 5. n. 86. lib. 4. &c. Et num. 7. in hæc: *Hoc quoque ſuadent verba ipſa facultatis transferendi, in qua conceditur facultas penſiones prius reſervatas transferendi, quaſi de una in aliam perſonam, quod tamen fit per viam extinctionis, quia oportet extinguere jus in transferente, ut illud idem in alium tranſeat*, &c. Et in fine, ibi: *& ſic quoad ſubſtantiam & effectum penſio eſt eadem.* Et inferiùs num. 14. ibi: *Sed in hoc caſu quoad ſubſtantiam penſionis nunquam fuit extincta, cum ipſo actu caſſationis antiquæ, fuerit proceſſum per viam ſubrogationis ad illam, ut ſupra dictum eſt*, &c.

Eadem Rota in *una Papien. penſionis* 11. *Decem* 1606. adducta per Farinac. quæ eſt *deciſ.* 122. *fol.* 101. eleganter reſolvit, dum per modum diſputationis, à principio agit, An penſio tranſlata ſit nova? Et num. 9. & 10. ita ait: *Non obſtat quod tranſlatio fit per modum extinctionis: quia iſta extinctio eſt momentanea, & non fit ad finem amittendæ penſionis, ſed adquirendæ alteri: & ideo non eſt in conſideratione, ſed ipſa translatio & creatio, propter quam principaliter fit extinctio, ſecundum eam regulari debet prout notabiliter conſuluit Socinus conſ. 53. num. 27. l. 4. Puteus deciſ. 519. nu. 3. par. 2. Contraria autem locum haberent, ſi eccleſia ſemel à penſione & gravamine eſſet liberata, quia tunc ſi altera ſimilis iterum alteri aſſignaretur, eſſet novum gravamen, & requirerentur omnia quæ in prima reſervatione requiruntur: creſcent. deciſ. 1. de reb. Eccleſ. non alien. quem ſequitur Anton. Auguſtin. in repertor. tit. de tranſlat. penſion. in translatione autem non eſt nova penſio in ſubſtantia, nec dicitur novum gravamen beneficii, vel perſonæ habentis ſolvere, ſed potius mutatio perſonæ, & delegatio ſolutionis faciendæ alteri.* Pariſ. *conſ.* 5. *n.* 86. *lib.* 4. &c. ubi recenſentur aliæ quatuor deciſiones id ipſum reſolventes. Et in *num.* 10. ita proſequitur mirabiliter: *Accedit quod translatio intelligitur facta cum ſuis qualitatibus, l. tranſlatio 6. l. legatum 24. ff. de adimend. legat. ideo translatarius debet uti eodem jure & privilegio, nec in plus gravari quàm eſſet gravatus transferens, cum ille ſuccedat in jus alterius, & ſit omnium rerum ſui prædeceſſoris ingnarus: juxta regul. qui in alterius, de reg. jur. in 6. Simoneta deciſ. 85. fuit dictum in Bononien. 17. Maii 1593. coram illuſtr. Card. Mellino, & d. Neritonen. coram D. meo Litta.* &c.

Iterum ipſa Rota in una *Terulen. penſionis* 15. *Decem.* 1610. inter recoll. per Farinac. *in poſthum. t.* 1. *dec.* 307. *num.* 1. ibi. *Fuit tantum in cauſa Lucana penſionis. 17. Februar. 1592. coram bon. mem. Orano, & facit deciſio Creſcentii 1. de reb. Eccleſ. non alien. ubi dicitur quod in translatione penſionis non eſt neceſſaria expreſſio nec derogatio, quæ in prima; quia penſio translata non dicitur nova penſio: ſequitur Auguſtin. in repertor. tit. de translat. penſ.* &c.

Ulteriùs idem firmavit Rota in *una Feronen. penſionis* 14. *Januar.* 1613. quæ apud Farinac. *in poſthu. 2. tom. eſt dec.* 119. ubi num. 2. ſic ait: *Non obſtat, gratiam translationis fuiſſe ſubreptitiam, non expreſſo quod ſuper eadem parochiali adeſſet alia penſio*, &c. *quia reſpondetur, in hujuſmodi facultate transferendi non eſſe faciendam mentionem de alia peſione qua beneficium eſt gravatum, Anton. Auguſtin. in epitom. tit. de translat. penſ. num.* 1. *Pariſ. de reſign. benefic. l.* 6. *quæſt.* 3. *num.* 43. *Caſſador. deciſ.* 1. *num.* 2. & 3. *de reb. Eccleſ. non alien. nam penſio translata non dicitur nova penſio, nec novum onus, licet obligationis mutatio fiat de perſona in perſonam: ſed in effectu & ſubſtantia eſt eadem cum antiqua, pariſ. conſ.* 5. *num.* 86. *l.* 4. *Vitalin. in Clemen.* 1. §. *eadem, numer.* 3. *de ſupplen. neglig. prælat. Paris de reſign. l.* 6. *quæſt.* 4. *n.* 4. & 6. *& fuit deciſum in cauſa Carpentor. penſionis* 29. *Maii.* 1602. *coram illuſtriſſ. Lancellotto, & in una Terulen. penſion.* 15. *Decemb.* 1600. *coram R. D. meo Damaſceno. Unde quamvis per translationem prorogetur beneficii ſervitus conſiſtens in onere penſionis, Sarner. in reg. de infirmis, qui.* 16. *Caputaqu. dec.* 305. *n.* 10. *par* 2. *Pariſ. de reſignat. ubi ſupr. n.* 6. *non tamen gravatur novo onere beneficium; ſicut quando nova in eo penſio conſtituitur*, &c. *& ſic in caſu noſtro tantummodo ſervitus antiqua de perſona Leandri ſenioris, in perſonam junioris fuit prorogata:* hactenus de deciſione.

Vides igitur quàm frequenter Rota in tantis deciſionibus tenuerit penſionem tranſlatam, non eſſe novam & diverſam; ſed eandem in ſubſtantia cum antiqua, quia ſolum antiqua mutatur ratione perſonæ, ſive transfertur de una in aliam perſonam cum omnibus ſuis oneribus & qualitatibus. Eandem opinionem magis frequenter & certiùs tenuerunt quamplurimi Doctores, Vitalin. *in Clement.* 1. §. *eadem, nu.* 3. *de ſuppl. neglig. prælat.* Creſcent. *dec.* 1. *reb. Eccleſ. non alien.* Anton. Auguſtin. *in repertor. tit. de tranſlat. penſ.* Pariſ. *conſ.* 5. *num* 86. *lib.* 4. idem Paris *de reſignat. benef. l.* 6. *quæſt.* 4. *num.* 4. & 6. Suarez *de Religione, tract.* 3. *l.* 4. *c.* 35. *num.* 6. qui ait, penſionem non extingui per tranſlationem, & penſionem tranſlatam non eſſe aliam, ſed eandem numero: tenet etiam Garc. *de benefic. part.* 1. *c.* 4. *ex numer.* 255. & 256. *juncto num.* 63. *ad. fin.* Gratian. *diſcept. for. tom.* 1. *cap.* 113. *num.* 77. *cum ſeqq.* citatus pro contraria parte *ſupr. num.* 3. qui dum *dict. num.* 77. dicit, penſionem tranſlatam, eſſe novam, loquitur limitatè quoad certos effectus, ſcilicet viæ executivæ, & quaſi poſſeſſionem non continuendam; at *n.* 78. dicit; *quoad ſubſtantiam et rei veritatem penſio tranſlata, non dicitur nova, quamvis transferatur, ſed antiqua:* ad quod allegat Rotæ deciſionem, & iterum ipſe Gratian. *diſcep.* 454. *ex numer.* 14. *t.* 3. ait quod tranſlatio penſionis de una perſona in aliam, non eſt novum gravamen, ſed eſt quædam delegatio ſolutionis alteri faciendæ.

Idem tenet Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 36. *ex num.* 57. *cum multis ſeqq.* cujus diſtinctio in hac controverſia mihi applaudit, quo quantum ad jus & actionem quam transferens habebat ad exigendam penſionem, fit extinctio, poſtquam facta fuit tranſlatio, & ex ipſo facto tranſferendi; quia neceſſe fuit ad effectum transferendi jus in alium, ut iſte poſſet uti actione, ad exigendam penſionem tranſlatam, quod prioris penſionarii actio extincta ſit, nec remaneat penes transferentem, ne duæ perſonæ eandem penſionem exigant.

At

29 At verò, inquit ipse Lotter. *loc. cit. ex n. 66. & seqq.* ipsa pensio translata, prout est subjectum & materia ipsa, in qua jus exigendi exercetur, eadem est cum prima, quia in effectu nec extinguitur, nec alteratur, sed transfertur, & insinuatur tantùm his, cui deinceps solvenda sit pensio eadem, jure quodam delegationis, ubi multa cumulat in comprobationem. Et *nu. 76.* concludit, eandem esse pensionem translatam numero, & non aliam novam, aut diversam; 30 & quod nullam patiatur mutationem saltem in substantia, sed de persona in personam duntaxat, eadem in substantia & in effectu ac rei veritate permanente, in nullo alio colligi potest identitas hæc meliùs quàm in Rotæ determinatione, quâ fidejussores dati in favorem primi pensionarii transferentis, pro securitate solvendæ pensionis continuantur & obligati remanent in favorem translatarii, juxta decisionem quam ad litteram refert Nicol. Garc. *de benefic. par. 1. d. cap. 5. num. 257.* qui aliàs in comprobationem adducit: latè etiam probat ex *Rotæ* decisionibus Gratian. *discept. 113. ex num. 77. usque ad n. 82. tom. 1.* & iterum in *c. 454. ex numer. 14. cum seqq. tom. 3.* per Doctores & Rotæ decisiones, Oliver. Beltram. *in adnotat. ad Alex. Ludovis. decis. 18. num. 9.* ubi allegat duas Rotæ 31 decisiones ad idem; & meliùs *in adnotat. ad eand. decis. num. 12.* ibi: *nihilominus revera & in substantia pensio translata, non est nova pensio, sed antiqua*, Rot. *decis. 333. num. 1. part. 2. in recent. & decis. 327. num. 4. par. 1. recentior.* ubi fuit dictum, quod *quamvis in translatione pensionis procedatur per viam cessationis antiquæ; tamen hoc procedit solùm ad certos effectus, scilicet respectu mutationis personæ, ut sciatur quis possit exigere, & ut sciatur per cujus obitum pensio extinguatur*, &c.

32 Ex quo unum invincibiliter infertur ad identitatem pensionis, nam si fuisset alia nova & diversa, non tenerentur fidejussores, juxta text. expressum in *l. item quæritur, §. qui impleto, ff. locati: l. si cum Hermes, Cod. eod.*

33 Secundò infertur, quòd cùm res hypothecata eadem sit translata, & nihil mutetur in substantia, hoc sufficit ut duret hypotheca, nam rei mutatione in forma aut qualitate non obstante, sustinetur hypotheca, si ejusdem rei substantia remaneat: ad latissimè per Nos comprobata post plura jura & Doctores *in hac 4. par. c. 4. ex n. 31. cum multis seqq. & ex n. 4. cum seqq.*

34 Et quando jus temporale hypothecatum ita extenditur & prorogatur, ut ipsummet jus non extinguatur, sed duret & perseveret in substantia, neque efficiatur jus novum, sed antiquum duntaxat ulteriùs protendatur, certum est durare & continuari hypothecam, ut luculenter probavimus *in hoc Labyr. par. 2. c. 27. ex nu. 47. cum multis seqq.* ergo hypotheca super pensione legitimè constituta per pensionarium debitorem ante translationem, eâ factâ, debet transire contra translatarium, cùm in eum transeat illamet pensio numero, & legitimo tempore hypothecæ subjecta à pensionario debitore, quod onus recipere tenetur translatarius.

Ex his & aliis quamplurimis decisionibus manifestè colligitur, ut his nostris temporibus nulla remaneat jam dubitatio, quominus pensio translata eadem sit & dicatur prima, non alia nova, ut testatur Rota *in una Mantuana pension. anni 1626.* quæ ex recollectis per Merlin. est *decis. 243. tom. 1. ex n. 11. cum seqq.* ubi sic ait: *Tum quia quidquid antiquitus senserit Rota, an facultas transferendi pensionem dicatur nova gratia, & novum contineat gravamen, prorogando servitutem beneficii, ut in Eugubina pension. 11. Dec. 1561. coram Rubeo, & in aliis: certè hodie est constans & receptissima sententia in hoc sacro Tribunali, quod hujusmodi translatio, licèt facta in articulo mortis, cùm & priùs quandocunque fieri potuerit, non sit novum gravamen, nec nova dicatur pensio, sed solùm quædam mutatio personæ, & vitæ transferentis, in personam & vitam translatarii, & delegatio solutionis alteri faciendæ, nec inde resultare præjudicium considerabile, sed eventuale duntaxat, cùm aliquando contingat, translatarios, etiam juniores, præmori ipsis transferentibus: ita Rota apud Crescent. dec. 1. num. 1. de reb. Eccles. non alien. & in Veronen. pens. 14. Januar. 1613. coram R. P. D. meo Verospio, & in Mediol. pens. 17. Jun. 1613. coram R. D. meo Patriarcha Pamphilio, quæ est dec. 505. n. 4. par. 1. recentior. & in Romana pens. 17. Jun. 1622. coram R. P. D. meo Buratto, & in Regien. pension. 6. Februar. & 17. Junii 1624. coram R. P. D. meo Pirovano, & nuper in Firmana pens. 26. Februar. 1625. coram bon. mem. Remboldo, vers. & licèt translatio*, &c. quæ decisio iterum ex *num. 22. cum seqq.* ita prosequitur: *Nec obstat quod non solum reservatio in cujus favorem appositum fuit decretum, quod pensio illi accresceret, præjudicium videatur inferri Ecclesiæ, hoc enim modo diutiùs prægravabitur onere solvendi pensionem, nec libertatem assequetur, nisi defunctis duabus personis, pensionario scilicet & reservatario. Quoniam hoc incommodum quod & pensionarii & reservatarii mors sit expectanda pro libertate beneficii, ipsi reservationi adscribendum est, & idem erat anteaquam pensio transferretur, hocque solum effecit translatio, quod loco obitus D. Stellæ senioris, expectandus sit obitus D. Stellæ junioris, quia ut dictum est, translatio solùm operatur mutationem personæ, cui pensio sit solvenda; & propter incertum eventum, non est hujusmodi præjudicium considerabile, licèt translatio fiat in juniorem, ut in dictis decisionibus fuit resolutum.* Hactenus verba singularis decisionis mox citatæ.

Probatur insuper hæc identitas pensionis, & 35
per consequens perseverantia hypothecæ, nam quemadmodum translato censu de una re hypothecata ad aliam durant fidejussores & cæteræ hypothecæ, nec non translata pensio de uno beneficio ad alterum durant principales obligationes & fidejussores, ut antea tenentur, quia prior obligatio in nihilo mutatur nec innovatur, sed eadem durat. Eodem modo pensio ex facultate Papæ translata de una persona in aliam, fidejussiones & cautiones durant, quia nihil in substantia mutatur, novatur, nec alteratur: hanc similitudinem & comparationem multi Doctores probant, Merlin. *de pignorib. l. 2. quæst. 51. ex num. 6. cum seqq.* & post plurimas Rotæ decisiones Gratian. *discept. forens. c. 454. nu. 14. 15. & 16. t. 3. & tom. 1. c. 113. num. 80. 81. & 82.* Nicol. Garc. *de benef. 1. cap. 5. numer. 257.* ubi ad litteram adducit expressam Rotæ decisionem, Oliver. Beltramin. *in adnotat. ad Ludovis. decis. 445. n. 9.*

Si enim sustinetur in translatione pensionis 36
fidejussio præcedens, multo magis hypotheca: jura sunt expressa in *l. cum quæritur, §. qui impleto ff. locati, l. si Hermes, Cod. eod.* quæ exornavi- 37

mus

mus in *hoc Labyrin. par.* 2. *c.* 27. *ex n.* 61. *cum*
38 *ſeqq.* quia valet argumentum de re ad perſonam, & è contra de perſona ad rem, Cantiuncula *in Topic. legal. in* 25. *ſpecial.* Surd. *conſ.* 262. *numer.* 38. *conſ.* 460. *num.* 36. Otero. *in repetit. c. gratum, de offic. Deleg. n.* 68. Tuſch. *lit. A. concluſ.* 502. *n.* 4.

39 Amplius hæc identitas penſionis verificatur ex ipſo actu transferendi, quoniam tranſlatio juris, vel cenſus conſtituti facta de una perſona in aliam, non inducit novum actum, nec novam juris aut cenſus creationem, ſed illud ipſum jus antiquum transfertur, ita ut ſi debitæ ſolemnitates ab initio intervenerunt, ſi poſtea de una ad aliam perſonam fiat tranſlatio, non requiritur nova ſolemnitas, ea ſolida ratione, quod tranſlatio non inducit novum actum, nec novum contractum, nec aliquam novationem prioris, nec quid diverſum transfertur, ſed illudmet jus prout antea exiſtebat in transferente: jura ſunt expreſſa in *l. pater filium, in princ. ff. de legat.* 3. ibi, *prædia alienare ſeu pignori ponere prohibuerat*, &c. & ibi: *filius prædia quæ pater obligata reliquerat, dimiſſo hæreditario creditore, nummis novi creditoris à priori in ſequentem creditorem pignoris, hypothecæve tranſtulit; quæſitum eſt, an pignus rectè contractum eſſet? reſpondi ſecundum ea quæ proponerentur rectè contractum*, & etiam in *l. ſi pupillarum*, §. *fin. ff. de reb. cor.* ibi: *item videndum eſt, ſi eandem ſortem acceperit, nec gravioribus uſuris obligationem valere, ut jus prioris creditoris etiam ad ſequentem tranſeat.* Exornant hæc jura, Ludovic. Molina, Peregrin. Marinus, Frecia, Gaſpar. Rodriquez, Avendan. Vincent. Fuſar. Mierez, & plurimi alii quos adduximus in *hoc eod. Labyr.* 2. *par. c.* 17. *ex num.* 35. *cum ſeqq.* profitentes quod ex juris tranſlatione de una perſona in aliam, non inducatur novus nec diverſus actus, ſed prior maneat poſt translationem qualis erat antea, quia idem jus eſt quod transfertur, non immutatum.

Juvat etiam illud ſimile quamvis admodum controverſum, cùm in ſecundum creditorem offerentem primo, tranſeat gradus & hypotheca primi, ex juris authoritate & poteſtate, an hypotheca tranſlata, ſit eadem numero quæ erat apud creditorem priorem? quidam putarunt eſſe novam & diverſam, ſed Bartolus & alii plures rectiùs & veriùs dixerunt eſſe hypothecam eandem, & non diverſam; prout latiùs videre eſt apud Merlin. *de pignorib. lib.* 4. *quæſt.* 54. *per tot.*

40 Igitur ſi eadem penſio voluntariè transferatur in aliam perſonam, præcisè, debet tranſire cum ſua qualitate, onere, hypotheca, & cauſa, cum quibus reſidebat dum eſſet in poteſtate transferentis, etenim tranſlatio fit cum ſuo onere, qualitate, & cauſa, *l. legatum ſub conditione*, 24. *l. tranſlatio, ff. de adim. legat.* & *ibid.* Bartol. & idem Bartol. *in l. ſi adimendo, ff. eod.* Paul. Caſtrenſ. *conſ.* 326. *n.* 2. *vol.* 1. *Natta conſ.* 476. *n.* 15. Hieron. Gabriel. *conſ.* 110. *n.* 4. Mantic. *de conject. ultim. vol. l.* 12. *tit.* 3. *n.* 3. Nos in *d. c.* 17. *n.* 52. 53. & 54. prout etiam in his terminis conſideravit in tranſlatione penſionis Rota *in deciſ. Papien. ſuperius adducta ex n.* 20.

41 Quod generaliter verum eſt in qualibet juris tranſlatione & ceſſione, ut in tranſlatarium & ceſſionarium tranſeat illudmet jus, non aliud diverſum, cum omnibus ſuis qualitatibus, & cauſa, diximus *d. cap.* 17. *nu.* 52. & tranſit cum
42 hypotheca & fidejuſſoribus, etiamſi in ceſſione & tranſlatione expreſſè id dictum non ſit, quia per hanc tranſlationem de una perſona ad aliam in nihilo immutatur nec alteratur jus tranſlatum, ut per plurimos DD. ampliſſimè & rectè probat Olea *in tract. de ceſſ. jur. & act. tit.* 5. *quæſt.* 6. *per tot. & numer.* 5. refert Anton. Fabrum, & alios contrarium ſectantes, contra Communem & veram reſolutionem; & quem pro quinto argumento contrariæ partis adduximus *ſupr. numer.* 13. cui per hanc veriorem reſolutionem ſit ſatis.

His igitur ſuppoſitis, quod penſio tranſlata & 43
hypothecata per debitorem transferentem ante tranſlationem, ſit eadem in ſubſtantia, non alia diverſa poſt tranſlationem, ſequitur per neceſſariam conſequentiam, tranſire hypothecam in translatarium ad favorem creditoris ſuper penſione impoſitam; certi enim juris eſt debitorem poſſe quidem rem hypothecatam alienare voluntariè, ſed tranſire hypothecatam cum ipſa re quam ſequitur ut jus reale ad quemcunque vadat, ex *jurib. vulgarib.* quando, ut dixi, res
hypothecata alienatur ex voluntate & libero 44
conſenſu debitoris, ſecùs ſi alienet ex aliqua neceſſitate præcedente & inhærente à principio tempore adquiſitionis, prout ad longum probat ex variis juribus & communi DD. ſententia, Acoſta *de privileg. cred. in præfat. ad reg.* 1. *per tot.* & Nos in his terminis, ut penſio hypothe-
cata à penſionario nequeat cedi, remitti, nec 45
renuntiari in præjudicium creditorum, ad longum probavimus *in iſto Labyr. par.* 1. *c.* 43. *per* 46
tot. & quod tranſlatio penſionis ſit actus merè voluntarius debitoris penſionarii, nullo jure aut neceſſitate præambula cogente, ſed ſit poſita à principio facultatis obtentæ ad transferendum, in mera & libera voluntate & poteſtate penſionarii, patet manifeſtè: quia in conceſſione gratiæ ſibi ſolum datur facultas transferendi, qua poteſt uti, vel non uti, in totum vel pro parte, ad libitum 47
ſuæ voluntatis, ut probant Gigas *de penſion. quæſt.* 86. *ante n.* 1. Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. l.* 6. *quæſt.* 4. *num.* 16. Azor. *inſtit. moral.* 2. *par. l.* 8. *cap.* 11. *quæſt.* 5. Suarez *de legib. tract.* 3. *l.* 4. *c.* 26. *num.* 9. Nec Garc. *de benefic. par.* 1. *cap.* 5. *nu.* 55. ex vulgata juris regula, quod quidquid facultati & poteſtati alicujus relinquitur, non ſubjicitur juris neceſſitati, *regul. non quidquid, de reg. jur. in* 6. prout in terminis facultatis à 48
Rege obtentæ ad alienandum bona majoratus, quod ſit merè facultativa & poſita in voluntate impetrantis, ut ea poſſit uti, vel non uti, pro parte vel in totum pro ſuo arbitrio, ad longum probavimus *in hoc Labyr. par.* 2. *c.* 10. *ex n.* 88. *cum multis ſeqq.* & de alienatione à 49
debitore facta ex cauſa voluntaria, quod non extinguat hypothecam, probatur ex *l. lovem*, §. *ſi pignus, ff. de ædilit. edict. & l. debitor, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolv.* Sed aliud ſit quando ex cauſa præciſa & neceſſaria antecedente hypothecam, jus debitoris reſolvitur, vide latè par Acoſtam *de privileg. credit. ad regul.* 1. *ex nu.* 1. & *per tot.*

Ex quibus ſatisfit quinto argumento ſuperiùs 50
in contrarium deducto *numer.* 12. quo dicitur, facultatem transferendi ineſſe penſioni ab initio, & ſic in præjudicium creditoris hypothecarii validè poſſe debitorem transferre eandem in alium liberam ab hypotheca. Reſpondetur enim quod facultas transferendi penſionem nihil adſtringit, ſed relinquit tranſlationem in mera facul-

tate

tate & libertate debitoris penſionarii.

51 Nec obſtat text. *in c. §. rurſus ſi fidelis, quib. mod. feud. amitt. in uſib. feud.* qui revera ex diametro repugnat ſupra dictæ juridicæ & veræ concluſioni, dum probat, quod ſi debitor feudatarius imponat hypothecam ſuper feudo, & deinde refutet feudum ac voluntariè renuntiet in favorem domini, talis hypotheca antea impoſita reſolvitur. Nam huic textui reſpondent omnes citati Doctores *in d.* argumento, *num.* 12. ut procedat ex particulari & ſpeciali natura feudorum ab initio eis inhærente, ut feudum reſolvatur & redeat liberum per refutationem
52 feudatarii; ac proinde reſolvatur hypotheca ſuper ipſo impoſita, eo modo quo aliter reſolvi ſolet ex ſua natura, *l. lex vectigali, ff. de pignor.* & quod ſibi debet creditor imputare ſi non perſpexerit naturam talis hypothecæ dum eam contraxit: verba plurimorum Doctorum in *d. numer.* 12. allegatorum ad literam ad hoc refert Noguerol. *allegat.* 14. *numer.* 107. & vide omnino Tiraquell. *in locis per nos relatis d. n.* 12. *ſuprà*: quæ ſpecialitas & natura rei feudalis non poteſt trahi in conſequentiam, quia foret ſubvertere totam juriſprudentiam aliàs conſtantem & veram.

53 Ex quibus omnino remanet ſatisfactum cunctis fundamentis in contrarium conſideratis ex *num.* 1. *ad nu.* 9. incluſivè, ut procedant quando res hypothecata periit in ſua forma & ſubſtantia, ſed penſio tranſlata nullam mutationem in ſe recipit, ut latè probatum reliquimus ſuprà ex *n.* 14. *cum ſeqq*

54 Non obſtat quartum argumentum: quia licèt ſupponat jura regalia extingui, & nova creari per ſecundum emptorem, & ſic ſub reſponſione cæterorum præcedentium comprehendatur, quod in tranſlatione penſionis nulla fiat mutatio antiquæ hypothecatæ; adhuc tamen opinio Doctorum in argumento relatorum, nunquam fuit admiſſa in praxi, ſed ſemper in hoc Conſilio Regii patrimonii aſſiduè fuit contempta & reprobata: & hoc verius & ſecurius eſt, ut latiſſimè diſſerit, & contra eam validè reſolvit Acoſta de *privileg. credit. in præfat. ad reg.* 1. *ex n.* 18. *cum multis ſeqq.* ubi refert plures Doctores.

55 Reſtat reſpondere ſecundo fundamento in contrarium propoſito, *num.* 4. 5. & 6. de ſimilitudine penſionis ad uſumfructum, quæ veriſſima eſt, & innegabilis: & ideo quando relinquitur uſufructus duobus ſucceſſivè uni poſt alium, in perſona ſecundi legatarii uſusfructus novus eſt, & non idem numero qui conceſſus & legatus eſt priori fructuario. Fatemur propoſitionem, ſed loquitur quando uni poſt alium ſucceſſivè legatur uſusfructus, cùm per mortem primi fructuarii extinguatur uſusfructus, præcisè ex voluntate teſtatoris alius novus creari & formari debet: in quo nulla datur uſusfructus tranſlatio, ſed poſt extinctionem prioris uſusfructus, novum alium conſtitui neceſſè eſt in ſecundo legatario ſubſtituto.

56 At verò in tranſlatione penſionis diverſum eſt, nam ipſamet numero ceditur & transfertur in tranſlatarium antequam extinguatur in transferente, & in effectu, ita reſpondit Rota penes Farinac. *dec.* 327. in contrarium adducta *ſupra num.* 5. quæ in *n.* 14. ita ait: *Non obſtat ſimile de uſufructu, qui ſi ſit relictus hæredi, & conſtet teſtatorem de ſecundo etiam hærede ſenſiſſe, non eundem, ſed diverſum uſumfructuum habebit ſecundus hæres: nam termini ſunt diverſi; in illis* 57 *enim caſibus ab initio uſusfructus debebatur duabus perſonis & per mortem extinguitur in perſona unius; ſed in hoc caſu quoad ſubſtantiam penſionis nunquam fuit extincta, cum in ipſo actu caſſationis antiquæ fuerit proceſſum per viam ſubrogationis ad illam, ut ſuprà dictum eſt*, &c. quare in uſufructu ſucceſſivè relicto duobus, per mortem primi fructuarii nihil remanſit quod poſſit transferri, quia de non ente ad ens non poteſt fieri tranſitus *l. 2. de uſufr. l. Seiæ. ff. de tutor. & curat. l. ejus, ff. ſi cert. pet. l. ſi Mævia, ff. de hæred. inſtit. l. ſed etſi manente ff. de precar.*

Ex quibus omnibus manifeſtè apparet, per 58 tranſlationem penſionis virtute facultatis & gratiæ Apoſtolicæ conceſſæ penſionario, non extingui primam penſionem tranſlatam, nec in tranſlatarium tranſire aliam novam & diverſam, ſed eandem numero cum prima, nihil alterato nec mutato, ſed eandem eſſe in ſubſtan. quia diverſitas ex diametro repugnaret actui ipſi tranſla- 59 tionis celebrato contra intentionem agentium & contrahentium: atque ideo cùm eadem ſit penſio ſuper qua penſionarius antea habebat impoſitam hypothecam ad favorem ſui creditoris, huic per ſupervenientem tranſlationem & renuntiationem in alium merè voluntariam & facultativam non potuit præjudicare, ſed penſio tranſire debet in tranſlatarium cum onere hypothecæ, qua erat gravata ex facto præcedente tranſferentis.

Quare creditor poterit liberè comparere in 60 judicio & concurſu creditorum formato per tranſlatarium, & legitimè petere gradum ſuper ipſa penſione tranſlata, cùm hypotheca ejus non fuerit per tranſlationem extincta, ex hactenus latiſſimè compobatis.

CAPUT IX.

In mercibus prohibitis quæ per contrabannum, vel aliter incidunt in Commiſſum, an creditores quilibet delinquentis præferantur fiſco.

SUMMARIUM.

1 *Quæſtio proponitur ad partes diſputanda, & Fiſcum creditoribus delinquentis præferri ratione Commiſſi, pars prior tuetur.*
2 *Mercium, quæ in Commiſſum cadunt, dominium ipſo jure amittit delinquens, & in fiſcum tranſit.*
3 *Commiſſum præſcribitur contra Fiſcum per quinquennium.*
4 *Dominus rei in concurſum deductæ præfertur cæteris creditoribus anterioribus & privilegiatis.*
5 *Bona quæ incidunt in Commiſſum ob culpam & pœnam, tranſeunt libera ab omni onere in dominium directum.*
6 *Mercium prohibitarum confiſcatio eſt ſpecialis, nec afficit; reliquum delinquentis patrimonium.*
7 *Confiſcatio ex cauſa Commiſſi, fit ob delictum admiſſum & ad publicam vindictam.*
8 *In atrocioribus delictis domus delinquentis deſtrui poteſt ob publicam vindictam etiam*

in

in damnum creditorum hypothecariorum ipſius.

9 *Prohibito certarum rerum commercio, etiam ipſa fabrica cenſetur prohibita ex legibus Regni.*

Contrarium verius videtur, & probatur, n. 35. & 43. cum aliis ſeqq. ad n. 58.

10 *Lex prohibitiva adquiſitionis, impedit tranſlationem dominii in adquirentem.*

11 *Ex actu nullo dominium non adquiritur.*

12 *Creditores delinquentis ex cauſa Commiſſi non poſſunt prætendere hypothecam in mercibus confiſcatis ob defectum dominii in debitore.*

13 *Dominium mercium confiſcat. amittit delinquens ipſo jure, & adquiritur fiſco*, & 14.

15 *Pœna privationis ipſo jure, inducit reſolutionem & extinctionem juris quæſiti.*

16 *Reſoluto & extincto jure debitoris, ex diſpoſitione legis, in mercibus confiſcatis, reſolvuntur hypothecæ creditorum.*

17 *Pactum contrahentium operatur privationem & extinctionem juris ipſorum.*

18 *Quod poteſt fieri per pactum, longè efficacius fit per legem.*

19 *Merces quæ incidunt in commiſſum non tranſeunt in fiſcum ex conventione contractuali, ſed ex diſpoſitione legis.*

20 *Fiſcus ſuccedit in bonis confiſcatis ex vindicta publica, non per repræſentationem & tranſmiſſionem, ſed per privationem & annihilationem perſonæ delinquentis.*

21 *Succedens in locum alterius per privationem illius, non tenetur ſatisfacere creditoribus anteceſſoris privati.*

22 *Pars poſterior quæſtionis in favorem creditorum habentium hypothecam in mercibus confiſcatis defenditur.*

23 *Dominus rei in concurſu creditorum ipſis præfertur, quando dominium præceſſit hypothecam.*

24 *Debitor non poteſt conſtituere hypothecam in re aliena.*

25 *Res ſemel legitimè à vero dominio hypothecata, quovis modo poſtea alienetur, tranſit in adquirentem cum ſuo onere.*

26 *Bona emphyteutica cadentia in commiſſum redeunt ad dominum libera ex mutata rei & conditione contractus*, & n. 27.

28 *Res hypothecata ſi alienetur ex cauſa neceſſaria præcedente reſolvuntur hypothecæ ſuper ea impoſitæ.*

Etiamſi talis neceſſitas procedat facto voluntario debitoris, n. 29.

30 *Actus voluntarius habetur pro neceſſario, ſi habuerit originem à cauſa neceſſaria præcedente.*

31 *Creditores poſſunt impedire demolitionem domus debitoris ob enorme delictum ipſius, ex communiori DD. ſententia.*

Limitatur n. 32. & 33. *ſed vide* inf. n. 89.

34 *Dominium mercium prohibitarum non adquiritur fiſco ex cauſa Commiſſi, niſi à die delicti perpetrati*, & n. 35. cum aliis ſeqq.

37 *Delinquens ante delictum admiſſum erat dominus, & privatur ſuo dominio tantùm ex quo delictum conſummavit*, n. 42.

38 *Diſpoſitio quantumvis generalis reſtringitur per adjunctum illi inhærens.*

39 *Qualitas nominis determinans verbum, limitat diſpoſitionem juxta qualitatem & tempus verbi.*

40 *Diſpoſitio univerſalis juncta alicui adjectivo, vel participio, reſtringitur ad ſignificationem illius.*

41 *Dictio, ſtatim, eſt ſignificativa temporis quo diſpoſitio incipit operari.*

44 *Pragmaticæ Regni imponentes pœnam confiſcationis mercium prohibitarum referuntur & declarantur*, & n. 45. cum ſeqq. uſque ad num. 48.

49 *Quando lex prohibet aliquid ſub certa qualitate, & modo ultra qualitatem vel modum non extenditur*: & n. 50.

51 *Pragmatica prohibens commercium certarum rerum ſub pœna, non dicitur prohibere abſolutè, neque annullat contractum, ſed tantum pœnam repoſcit ab inobedientibus*: & nu. 52. & 53.

54 *Prohibitio alienationis à teſtatore facta non impedit tranſlationem dominii, ſi pœna fuerit impoſita alienanti.*

55 *Pœna Commiſſi ſolùm incurritur propter introductionem mercium prohibitarum, non verò propter negotiationem & commercium*, & num. 56. & 57.

58 *Quodlibet Commiſſum ſeu contrabannum, eſt crimen*: & *criminaliter judicari ac puniri poteſt*, & n. 59.

60 *Creditores delinquentis etiam chirographarii præferuntur fiſco exigenti pœnam delicti*: & num. 62.

Quæ concluſio magnoperè controvertitur, & referuntur variæ ſuper ea DD. ſententiæ, & diſtinctiones, à n. 61. cum mult. ſeq.

Prima diſtinctio in hac materia fit inter credit. perſonales & hypothecarios, 63. & 64.

64 *Confiſcatio æquiparatur alienationi. Altera diſtinctio, ut pro rebus quæ cadunt in Commiſſum fiſcus præferatur creditoribus, ſecùs in aliis pœnis*, n. 65.

Tertia diſtinctio ut ſi debitor delinquens alia bona habeat, fiſcus præferatur in mercibus confiſcatis, alias non, n. 66.

Quarta diſtinctio, ſi emens merces prohibitas habuerit animum illas introducendi, & revera introduxerit, ut tunc præferatur fiſcus: ſecus ſi non probetur ille animus, n. 67.

Quinta diſtinctio inter Commiſſum propter contrabannum, vel ob non factam profeſſionem ſeu manifeſtationem mercium non prohibitarum: à n. 68. *uſque ad* 71.

Authoris ſententia circa hanc diſtinctionem, n. 72. & 73.

74 *Fiſcum ſemper præferri creditoribus, in mercibus quæ in commiſſum inciderunt quoquo modo, reſolvit Author ex pluribus fundamentis.*

75 *Commiſſi pœna inducit reſolutionem juris delinquentis in mercibus, & adquiſitionem earundem fiſco.*

76 *Dominium rei hypothecatæ tranſit in Tertium cum ſuo onere.*

77 *Reſoluto jure dantis, reſolvitur jus accipientis, & reſoluto jure debitoris in mercibus quæ inciderunt in Commiſſum, reſolvuntur hypothecæ creditorum*: & n. 94. 97. & 102.

78 *Delinquens in atrocioribus privatur ipſo jure dominio & adminiſtratione rerum ſuarum, à tempore delicti.*

79 *De-*

78 *Delictum licèt importet pœnam amissionis bonorum ipso jure, non tamen extinguit hypothecam anteriorem, nec jura creditorum.*

80 *Distinguendum est inter confiscationem universalem bonorum, & specialem mercium ex causa Commissi.*

81 *Fiscus occupans omnia delinquentis tanquam hæres, vel successor universalis, tenetur satisfacere omnibus creditoribus delinquentis, ex bonis confiscatis, in solidum.*

82 *Confiscatio partis quotitativæ bonorum delinquentis non obligat Fiscum erga creditores ipsius delinquentis in solidum, sed tantùm pro rata rerum portione confiscata.*

83 *Confiscatio rei particularis, seu mercium ex causa Commissi non obligat Fiscum erga creditores delinquentis, &* n. 88.

84 *Bona non dicuntur nisi deducto ære alieno: & ideo bonis omnibus confiscatis, vel etiam parte quotitativa, obligatur fiscus creditoribus delinquentis, secus in confiscatione speciali ex causa Commissi, &* n. 83.

85 *Si inter hæredem scriptum, & legitimum, dividatur hæreditas ex titulo transactionis, per Quotas, uterque convenitur à creditoribus hæreditariis, secus si dimissis quibusdam rebus specialibus uni, relinquatur hæreditas alteri, tunc enim solus successor universalis conveniendus est, &* n. 86.

87 *Fiscus tanquam hæres vel successor universalis delinquentis, tenetur stare locationi, sicut tenebitur delinquens.*

89 L. quinque legibus 3. ff. de bonis damnat. *adducitur & exornatur remissivè.*

90 *In confiscatione mercium ex causa Commissi, non attenditur distinctio de alienatione voluntaria, vel necessaria, pro conservanda creditorum hypotheca.*

91 *Casu commissi, non est alienatio, sed privatio & amissio rerum à lege inducta, non attenta voluntate debitoris delinquen. &* n. 92.

93 *Non valet argumentum à voluntaria alienatione rei hypothecatæ, ad casum Commissi.*

95 *Paria sunt actum fieri ex necessitate proveniente ab origine, vel ex dispositione & coactione legis.*

96 *Hypotheca super fructibus beneficii imposita perit, si debitor privetur beneficio.*

97 *Hypotheca super usufructu bonorum adventitiorum filii spectante ad patrem extinguitur, si pater ob dilapidat. privetur jure suo. Hypotheca creditorum donatarii perit, si ob ejus ingratitudinem revocetur donatio.* ibid.

98 *Hypotheca extinguitur, si domus, vel navis, super qua fuit imposita, perierit, licet ex eisdem tignis reficiatur.*

99 *Variis modis potest contingere amissio rei hypothecatæ, & hypothecæ.*

100 *Servus hypothecatus delinquens potest damnari ad mortem, non attento jure domini, nec creditorum, &* n. 101.

103 *Fiscus efficitur dominus pleno jure, & sine onere mercium confiscat. ex causa Commissi.*

104 *Ubi concurrit necessitas & rigor legis, non attenditur Tertii præjudicium, veluti in mercibus, vel mobilibus quæ ob metum pestis comburuntur.*

105 *Princeps potest auferre agrum, vel domum vassallo invito ad publicam utilitatem, data compensatione.*

106 *Ob publicorum ædificiorum constructionem, privata dirui possunt.*

107 *Magistratus pro decore civitatis potest domum privati destrui jubere.*

108 *Idem pro ædificanda, vel extendenda Ecclesia.*

109 *In prædictis, & similibus casibus, extincto & resoluto dominio debitoris, hypothecæ creditorum amittuntur.*

110 *Si bona majoratus, vel fideicommissi alienentur in casibus permissis, juris authoritate interveniente, non attenditur jus successorum.*

111 *In alienationibus quæ fiunt ex vi coactiva legis, non attenditur voluntas domini, &* n. 112.

113 *Quando lex, vel statutum disponit super actu sibi licito, non attenditur præjudicium quod in consequentiam accidere potest.*

114 *Alienatione prohibita, intelligitur ea quæ fit ab homine sine necessitate, non quæ à lege inducitur.*

Idem de obligatione prohibita deciditur. n. 115.

116 *Alienatio quæ à lege inducitur non requirit solemnitates juris, quæ aliàs adhibendæ sunt tam respectu minorum quàm mulierum, &* n. 117. & 120.

118 *Donatio inducta à lege non requirit acceptationem donatarii.*

119 *Alienatio ex causa necessaria à lege inducta, non continetur sub prohibitione alienationis.*

121 *Actus factus ex juris necessitate & compulsione, non comprehenditur sub lege prohibente actum fieri.*

122 *Maximè si talis juris compulsio proveniat ex delicto, vel quasi.*

QUæstio hæc plurimis doctissimis Viris meritò visa 1
fuit difficilis, aliis aliter atque aliter sentientibus: eandem nos ad partes disceptabimus: & pro Fisco, ut in concursu creditorum Fiscus omnibus quibuslibet quantumvis anterioribus & privilegiatis præferatur in mercibus prohibitis introduci in hæc Regna Hispaniæ, quæ per contrabannum, vel etiam quæ ob defectum professionis cadunt in commissum, variis mediis probatur.

Primò, quia omnium mercium prohibitarum, quæ 2
in commissum incidunt, dominium statim & ipso jure amittit delinquens, & in Fiscum transfertur: jura sunt expressa in *l. Commissa vectigalium nomine etiam ad hæredem transmittuntur: nam quod commissum est, statim desinit esse ejus qui crimen commisit, dominiumque rei vectigalis acquiritur: ea propter commiss. persequutio, sicut adversus quemlibet possessorem sic & adversus hæredem competit, ff. de public. vectig. & commiss.* l. cotem ferro, §. dominus, ibi, *Dominus navis, si illicitè aliquid in navem vel ipse, vel vectores, vel conductores imposuerint, navis quoque fisco vindicatur,* & in vers. fin. ibi, *illicitarum mercium persecutio hæredem quoque afficit.* & in §. *Eandem rem, quæ commisso vindicanda est, dominus emere non prohibetur, vel per se, vel per alios quibus mandaverit:* sed vindicatio rei, non nisi domino datur, l. 1. §. *fin. & tot. tit. ff. & Cod. de rei vind. l. in rem actio ff. eod.* & quod ipso jure per commissum amittatur dominium probant. *lex.* 1. *C. de vectig. & commiss. lex* 5. *tit.* 7. *p.* 5. *lex* 26. & 27. *tit.* 18. *l.* 6. *recopil.* Curia Philippica. *l.* 3, *tit. de commercio naval. c.* 10. Penna *de Commisso, n.* 16. & ex Greg. Lopez *in l.* 4. *tit.* 2. *p.* 7. *verb. el señorio*, ex Gerardo, *singulari*

853. probat Bobadill. *in politica*, *tom.* 2. *l.* 4. *c.* 5. *ſub nu.* 30. Cyriac. *controverſ. tom.* 2. *c.* 370. *ex n.* 60. *cum ſeqq. & nu.* 65. *uſque adfin.* ubi latiſſimè
3 poſt plurimos DD. per quinquennium præſcribi Commiſſum, etiam fiſco ignorante, & licet commiſſum fuerit occultum; quod latè proſequitur uſque ad *num.* 74. ſed an hoc ultimum verum ſit, altiùs ſuo loco examinabimus *infrà*, Farinac. *in practic. crimin. tit. de furt. quæſt.* 172. *nu.* 2. Roſental. *de feud. cap.* 5. *concluſ.* 36. Sixtin. *de Regalib.* 1. *c.* 6. *num.* 97. Barboſ. *in d. l.* 1. *Cod. de vectigal. n.* 7.

4 Sed dominus rei in concurſum deductæ tanquam creditor dominii præfertur omnibus & quibuſlibet creditoribus, quantumvis anterioribus, & privilegiatis, prout per plura jura & Doctores diximus *in part.* 1. *cap* 8. *à n.* 38. *cum. ſeqq. & c.* 11. *ex n.* 106. & innumerabiles penè Doctores congeſſimus *par.* 2. *cap.* 24. *ex n.* 13.

Ergo fiſcus in quem dominium mercium, quæ in commiſſum ceciderunt, fuit ſtatim & ipſo jure tranſlatum, debet cunctis aliis delinquentis creditoribus anteferri, quia res ſuas in ſpecie vendicat; & ei tradendæ ſunt.

5 Secundò pro hac parte fortiter urget quod bona quæ incidunt in commiſſum ob culpam & pœnam, in tantum libera tranſeunt in dominum, ut hypothecæ antea ſuper eis impoſitæ diſſolvantur & extinguantur ſtatim ipſo jure, ita ut creditores hypothecarii nullum jus habere poſſint contra eum in quem prædicta bona per Commiſſum fuerunt tranſlata, text. eſt expreſſus in *l. lex. vectigali* 31. *ff. de pignoribus*, tex. *in capit.* 1. §. *rurſus*, *titul. quibus mod. feud. amitt.* & probant quamplures Doctores adducti à Tiraquell. *de retract. convent.* §. 3. *gloſ.* 1. *num.* 13. Mantic. *de contractibus l.* 11, *titul.* 31. *num.* 71. *&* 72. Corbul. *de jure emphyt. titul. de cauſ. privat. ob canon. non ſolut. ampliat.* 34. Oſaſc. *deciſion.* 136. *numer.* 9. Seraphin. *deciſion.* 798. *numero* 2. 3. *&* 4. *&* *deciſion.* 1290. *numero* 13. & ex aliis Merlin. *de pignoribus*, *l.* 5. *quæſt.* 14. *ex numero* 8. *cum ſeqq. & à numero primo* Cyriac. *controv.* 55. *numero* 37. *tomo* 1. & præter hos Doctores, alios quamplurimos congeſſimus *in hoc Labyr.* 3. *part. cap.* 3. *ex num.* 17. *cum ſeqq.* qui loquuntur in bonis emphyteuticariis & feudalibus incidentibus in commiſſum ob culpam poſſeſſoris, & ad dominum revertuntur, extinctis hypothecis antea ſuper eiſdem impoſitis per poſſeſſorem, ita ut libera in dominum tranſeant & devolvantur: ergo eodem modo extingui debent hypothecæ ſuper bonis antea per dominum impoſitæ, poſtquam per Commiſſum, jus & dominium amiſit, & in fiſcum fuit ipſo jure liberum tranſlatum & devolutum; & per conſequens creditores hypothecarii anteriores adverſus fiſcum nullum jus in ipſis mercibus prohibitis, commiſſis, prætendere debent, quia quod in illis habebant, fuit per commiſſum debitoris principalis extinctum ac reſolutum, à quo jus creditorum derivatur & dependet.

6 Tertiò comprobatur, quoniam hæc mercium prohibitarum confiſcatio non eſt univerſalis omnium bonorum, nec quotæ eorum, putà tertiæ, vel dimidiæ partis univerſi patrimonii delinquentis, ſed duntaxat certæ rei, vel rerum ſpecialium quæ fiſco prorſus applicandæ ſunt, abſque contradictione creditorum delinquentis, quorum credita ex eis bonis deducenda non ſunt, ſed ex aliis penes debitorem ſuum remanentibus: text. eſt in *l. ſi marito* 32. *ff. ſolut. matrimon.* cujus verba ſunt: *ſi marito publico judicio damnato, pars aliqua bonorum ejus publicetur, fiſcus creditoribus ejus ſatisfacere neceſſe habet, inter quos uxor quoque erit:* ubi Gloſſa celebris, *verb. aliqua*, *exponit de tertia parte*, *vel* de aliqua quota univerſali, ſecùs de re particulari, ex *l.* 2. *Cod. ad leg. Jul. de vi publ.* ibi, *Tutoris tui lege Julia de vi privata damnati, ſi tertia pars fiſco vindicata eſt, tutelæ actionem pro ea portione adverſus fiſcum dirige, ſi nullo modo præſcriptio locum habeat, nam ſucceſſio pro oneribus portionis ſuæ reſpondet;* ubi Gloſſa *verb. tertia pars:* & de hac diſtinctione eſt text. in *l. ſi debitor*, *Cod. de ſentent. paſſ.* ibi: *ſi debitor, pœnam ſententiæ paſſus eſt, quam bonorum ademptio ſequuta eſt, quamvis poſtea Civitati Romanæ reſtitutus, non totam ſubſtantiam, ſed aliquid ex indulgentia Principis ut haberet impetravit, æris tamen alieni ex præcedente tempore pœna liberatus eſt: ſi verò partem bonorum accepit, pro rata portione ejus tenetur:* ubi bona Gloſſa videnda, *verb. aliquid*, explicat, *ſingulare*, *ut prædium:* & in gloſſ. *verb. partem*, exponit, *id eſt*, *quotam:* ſic ergo refert, quotam partem, vel ſingularem rem habeat, ut *hic*, *ff. ad Trebell. ſi legatus*, §. *multum*, *& Inſtitut. de fideicom. hæred.* §. *ſi quis una*, &c. igitur creditores ad merces in commiſſum incidentes, & ad fiſci dominium applicatas, cùm ſint res ſpeciales & ſingulares, creditores debitoris condemnati nullum poſſunt habere jus.

Quartò invincibiliter probatum videtur fiſci 7
jus in prælatione bonorum quæ in commiſſum incidunt; nam hæc confiſcatio fit ob delictum admiſſum, & ad publicam vindictam, & in Reipublicæ favorem, ne ex commercio & introductione mercium à Regnis & provinciis inimicis Coronæ, extrahantur pecuniæ, ex quibus vires creſcunt inimicorum in detrimentum & deſtructionem Coronæ: ut benè & accuratè ponderat noviſſimè Salcedo *in opuſculo de Contrabanno*, *cap.* 3. *&* *cap.* 4. *per tot.* & ideo pro pœna tanti delicti, mercis introductæ dominium fiſco applicatur: quo caſu creditores ad eam jus habere non poſſunt, nec impediendi confiſcationem; prout in ſimili videmus in 8
domo, vel fundo delinquentis, quæ propter ejus enorme delictum debent deſtrui & devaſtari, eamque deſtructionem & devaſtationem non poſſunt impedire creditores hypothecarii, ſed eis invitis & non ſatisfactis, vindicta publica exequitur ſententiam in præjudicium omnium creditorum quantumvis privilegiatorum, ut uxoris, & ſimilium; prout in praxi obſervari teſtatur Jul. Clarus *in praxi. crimin. quæſt.* 82. *numer.* 4. cujus praxis rationem reddit Farinac. *in prax. crim. tit. de crimin. læſ. majeſt. quæſt.* 116. *numer.* 36. *&* 37. quæ doctrina probabilior redditur ex traditis inferiùs, *numer.* 89. Igitur ex identitate rationis idem dicendum erit in mercibus ob vindictam publicam incidentibus in commiſſum & fiſco applicatis, ut prorſus creditores anteriores excludantur, & fiſci jus attendatur & prævaleat.

Quintò hæc pars manifeſtè probatur, nam 9
per leges patrias loquentes de contrabanno,

com-

commercium rerum omnium, fructuum & mercium, quæ ex provinciis extraneis inimicis huic Coronæ extrahuntur, ita prohibitum eſt, ut etiam in ipſa origine & fabrica facta in prædictis locis inimicis, prohibitio operetur: ex qua prohibitione inevitabiliter infertur, quod creditores introducentis has merces prohibitas in hæc regna jus in illis habere non poſſunt, quia introducens debitor nullum ab origine dominium
10 adquiſivit in eiſdem, eo quod lex prohibitiva reſiſtat initio adquiſitionis & impediat tranſlationem dominii in debitorem contravenientem legi, etſi actum ipſum & contractum ſpecifice non annullet, *l. non dubium*, ibi, *licèt Legiſlator fieri prohibuerit tantum, nec ſpecialiter dixerit, inutile eſſe debere quod factum eſt*, &c. *Cod. de legib.* ut ex Alex. Trentacinquio, Farinac. D. Joan. Vela, Caſtillo & aliis diximus *in hoc Labyrinth. part.* 1. *cap. fin. num.* 79. plures alios noviſſimè in his terminis allegat Salced. *de contraban. cap.* 29. *num.* 10. *& ſequentibus.*

11 Nam ex actu nullo & prohibito non adquiritur dominium, ad quod plurimos DD. adducit Giurba *dec.* 24. *n.* 6. *& 7. per l. filius*, §. *divi. ff. de legat.* 1. *l. peto*, §. *fratre. l. cum pater*, §. *libertis*, *ff. de legat.* 2. *l lex quæ tutores*, *Cod. de adminiſtr. tutor. l.* 1. §. *ſi vir uxori*, *ff. de adquir. poſſeſſ.*

12 Ergo creditores delinquentis nullam hypothecam adquiſierunt, nec habere poſſunt in his mercibus ſic prohibitis, qui nunquam fuerunt in dominio debitoris, quod præcisè requiritur ut hypotheca ſubſiſtere poſſit: innumerabilia jura & Doctores congeſſimus *in hoc Labyrint.* 2. *part. cap.* 9. *ex num.* 73. *cum ſeq.* quem locum & alios Doctores adduxit Salcedo, *d. cap.* 29. *ex numer.* 17. *cum ſeqq.* ubi hoc fundamentum in favorem fiſci contra creditores debitoris introducentis merces, & alia id genus prohibita & contrabannum, ſatis extollit & exornat.

Nam cùm dominium mercium non fuerit quæſitum debitori, in eas non cadit hypotheca, quia requiritur dominii tranſlatio in debitorem ad effectum ut hypotheca ſubintrare poſſit & locum habere, *l.* 1. *ff. de pignoribus*, Celſus Hugo *conſil.* 22. *n.* 30. Pancirol. *conſil.* 118. *nu.* 17, Menoch. *conſ.* 361. *n*, 41. Oddus *conſil.* 100. *n.* 45. Gratus *conſil.* 40. *n.* 32. *l.* 2. Vincent. de Franch. *deciſ.* 506. Marta *voto* 43. Cyriac. *lib.* 2. *controverſ.* 425. *n.* 65. Merlin. *de pignoribus l.* 4. *quæſt.* 41. *num.* 69. *l.* 1. *titul.* 3. *quæſt.* 13. *num.* 1. *&* 4. Sextum & perpulchrum fundamentum in favorem fiſci, & excluſionem creditorum deducitur ex nova ponderatione legum tam juris communis, quàm Regni, in quibus duæ diſpoſitiones reperiuntur in materia Commiſſi. Prima eſt, extinctio juris delinquentis quo privatur
13 ipſo jure; ſecunda applicatio & adjudicatio dominii fiſco ex legis diſpoſitione, *d. l. commiſſa* 8. *ff. de public. & vectig.* ibi: *nam quod commiſſum eſt, ſtatim deſinit ejus eſſe, qui crimen commiſit, dominiumque rei vectigalis acquiritur*, ſcilicet fiſco: text. *in cap. cum ſecundum leges civiles*, ibid: *aut etiam illicitas ſpecies tranſvehens, aut rerum vectarum profeſſionem omittens, earundem ſpecierum & rerum proprietate, hoc ipſo, privetur; & fiſco rerum et ſpecierum dictarum proprietas acquiratur: de hæreticis lib.* 6. *leg.* 1. *tit* 18. *de las coſas prohibitas ſacras del reyno y meter en el*, &c. lib. 6. recopil. ibi, *que aya perdido, y pierda*, &c. & l. 26. ibi, *que pierdan todos ſus bienes:* & inferiùs, *que por el miſmo hecho aian piedido y pierdan todos ſus bienes, y que ſean confiſcados y applicados para la nueſtra Camara y fiſco:* & ex legibus de contrabanno, quas accuratè cumulavit Salced. *in tract. de contrabanno*, & ex *ſchedula* 25. *Junii an.* 1635. quam ad litteram adducit *fol.* 17. ibi *lo qual declaro deſde luego por perdido, y mando que ſu valor*, &c.

Quæ omnia & ſingula verba, ac dictiones, 14
quibus utuntur præfata jura, inducunt privationem & extinctionem juris ipſo facto & ipſo jure, quia ſtatim operantur eo quod ſint latæ ſententiæ: ut de verbo, *amittit*, copiosè Tiraq. per plura jura, in *l. ſi unquam*, *verb. revertatur*, *ex num.* 151. & de verbo, *perdat*, quod ejuſdem eſt omnino ſignificationis, maximè ſi verba illa jungantur cum dictionibus, *ſtatim*, *mox*, *ipſo facto*, vel *ipſo jure*, ex *num.* 155. & de verbo, *privatus*, vel *privetur*, idem probat copiosè ipſe Tiraquell. ubi proximè, *ex num.* 176. *cum ſeqq.*

Et pœna privationis ipſo jure inducit reſolu- 15
tionem tituli, & extinctionem juris adquiſiti, ex doctrina Baldi *in l.* 2. *addit. q.* 3. per text. ibi, *Cod. de jur. emphyt.* & ibi Salycet. *col.* 3. *verſ. & hic clarius:* quos & alios allegat Felin. *in cap. Rodulphus*, *de reſcript.* maximè quando pœna privationis ipſo jure provenit à juris diſpoſitione, quia tunc efficaciter operatur tituli reſolutionem & juris: ut dicunt præfati Doctores, Jaſon in *d. l.* 2. *& l. final. col.* 32. ubi Salycet. *col. penult. verſ. non obſtat*, Panormitan. *in cap. ſi diligenti, col.* 7. *verb. in gloſ. verbo, perdant. de for. compet.* Cardinal. Alexand. *in* §. *callidis*, *col.* 2. *ad fin. tit. de prohib. feud. alien. per Federic.* Ludov. Bologn. & alii apud Tiraquel. *in d. l. ſi unquam, verb. revertatur, n.* 56. *&* 57.

Si enim delinquens privatur ſuo jure in re- 16
bus quæ incidunt in commiſſum per contrabannum, vel alio modo, atque ita jus debitoris & titulus adquiſitionis reſolvitur & extinguitur ipſo jure & facto ex diſpoſitione legis, eodem modo debet reſolvi jus hypothecæ in illis mercibus conſtitutæ; quia reſoluto jure dantis, reſolvitur jus accipientis ſive creditoris hypothecarii, juxta text. *in d. l. lex vectigali lege*, *ff. de pignorib. & in cap.* 1. §. *rurſus*, *quib. mod. feud. amitt.* & communis DD. ſuperiùs adducta *numer.* 5. & pro hac conſideratione videndi ſunt quamplurimi Doctores in iſtis terminis loquentes *infrà*, *nu.* 87. *cum ſeqq.*

Nec obſtat quod in illis juribus privationem & 17
extinctionem juris operatur pactum contrahentium ſic determinans, quod hic deficit. Hoc quidem verum eſt: ſed longè fortiùs operatur juris diſpoſitio inductiva privationis & extinc-
tionis juris ipſo facto: quia quod poteſt fieri 18
per pactum, poteſt & longè efficaciùs per legem: *l.* 1. §. *ſi conveniat*, *ff. depoſiti: l. fin. Cod de reb. alien. non alienand. l. contractus*, *ff. de regul. jur. cap. contractus*, *eod. tit. in.* 6. *l. impoſſibile*, *ff. de pact. l. fin.* ubi Bartol. & Bald. *Cod. de fidejuſſor.* Gloſ. in *c.* 2. *verb. Officiali. in fin. de conſuetud. lib.* 6. Tuſch. *lit. A concluſ.* 501. *nu.* 18. quapropter per præambulam juris privationem & extinctionem, res tranſit libera abſque nexu hypothecæ in dominium fiſci.

19 Roboratur diſcurſus iſte, quoniam merces quæ ceciderunt in commiſſum, non tranſeunt in fiſcum per ceſſionem, venditionem, donationem, vel per alium contractum initum inter dominum mercium, & fiſcum; ſed in fiſcum tranſeunt ex juris diſpoſitione abſque conſenſu & voluntate debitoris, idcirco qui ſuccedit non per tranſmiſſionem, ſed per privationem præambulam, ad nullum factum debitoris privati tenetur; quia ſuccedit ex proprio jure non ex jure privati jam extinctio: *l. Gallus* 29. §. *& quid ſi tantum ff. de liber. & poſthum. l.* 2. cum ſimilib. *ff. de liber. præter.* latè Robles *de repræſentat. lib.* 2. *cap.* 16. *nu.* 106. *&* 107. *& ex num.* 98. *& num.* 100.

20 Et terminis, quod fiſcus ſuccedat in bonis delinquentis confiſcatis ex vindicta publica, non per repræſentationem & tranſmiſſionem, ſed per privationem & annihilationem perſonæ probat *l. ſi conſtante*, §. *fin.* ubi Bald. & alii, *ff. ſolut. matrim.* & notabiliter Platea in *l.* 1. *poſt princip. Cod. de bonis vacantib.* & ex aliis Fontanel. *de pact. nuptial. clauſ.* 5. *glo.* 4. *ex n.* 63. *cum ſeqq. tom.* 2. Acoſta *de privileg. credit. regula.* 2. *ampliat.* 7. *num.* 200.

21 Adſtruitur hoc fundamentum ex abundè deductis *in hoc Labyrin.* 2. *par. cap.* 25. *ex nu.* 9. *& ſeqq. & ex num.* 29. ubi probatur quod ſuccedens in locum alterius per privationem illius, non tenetur ſatisfacere creditoribus anteceſſoris privati, quia venit alio jure ex propria perſona & legis diſpoſitione. Hanc rationem, quæ prorſus evincit totam difficultatem hujus quæſtionis, adduxerunt & etiam in his terminis conſiderarunt ad hanc extinctionem hypothecæ multi Doctores antiqui, & moderni, cumulati inferiùs *numero* 87. & hoc quintum fundamentum exactiſſimè illuſtratur infra, ex *numero* 75. *cum multis ſequentib. uſque ad fin. hujus capitis.* Ergo nec fiſcus ſuccedens debitori in mercibus per commiſſum ſibi quæſitis & applicatis, tenebitur creditoribus delinquentis.

22 His tamen fundamentis (quæ urgentiſſima ſunt) non obſtantibus, alia plura pro parte creditorum habentium hypothecam in mercibus incidentibus in commiſſum, ſive per contrabannum, ſive quovis alio modo, ut fiſco præferri debeant, fortiſſima urgent per commodam contrapoſitionem.

23 Primum erit, quod licet veriſſimum ſit, quod dominus rei ſit primus creditor, & pro ea conſequenda, & extrahenda à concurſu, omnibus quibuſcumque præferatur, ſicuti per jura & Doctores firmavimus *in primo fundamento contrariæ partis, ex num.* 2. Id tamen intelligi debet quando dominium præceſſit hypothecam, quam
24 non potuit debitor conſtituere in re aliena, ex juribus & Doctoribus in *hoc Labyrintho* cumulatis *par.* 2. *c.* 9. *num.* 73. *cum multis ſeqq.* At verò
25 quando debitor dominus rei verus res ſuas hypothecæ ſubjecit, quantumcumque res ipſas alienaverit, earumque dominium poſtea in alium Tertium tranſierit, ſemper res illæ tranſeunt in novum dominium cum ſua cauſa & onere hypothecæ antea impoſitæ; quia hypotheca non impedit alienationem nec dominii tranſlationem, *l. ſi debitor rem tibi jure pignoris obligatam, te non conſentiente diſtraxit, dominium, cum ſua cauſa tranſtulit ad emptorem.* 12. *Cod. de diſtract. pign. l. ſi convenerit* 18. §. *ſi fundus pignoratus venierit, mane-re Cauſam pignoris conſtitit, quia cum ſua cauſa fundus tranſiit, ff. de pign. act. traditio, ff. de adquir. rer. dom. l. res pignoris hypothecæve jure creditoribus obnoxias circa conſenſum eorum, debitores alienantes præcedentem non diſſolvunt obligationem, Cod. de remiſſ. pignor.* cum pluribus aliis: Sed in noſtro caſu agimus de fiſco, cui per Commiſſum & contrabannum fuit adquiſitum mercium dominium poſt contractam in eis hypothecam, à debitore vero domino: Ergo creditores fiſco præferendi ſunt. Ex quo ſatisfit primo argumento, de quo *ſupra n.* 2. *& ſeqq.*

Secundò comprobatur, quia bona emphyteu- 26
tica quando cadunt in commiſſum, licet hypothecæ impoſitæ ſuper illis per emphyteutam reſolvantur & bona ad dominum devolvantur libera, & abſque nexu oneris & hypothecæ; ut probatur in ſecundo argumento, *ſupra num.* 5. Id procedit ex natura rei, & ex conditione contrac- 27
tus appoſita tempore quo debitore eandem rem & bona in feudum vel emphiteuſim recepit à domino; & ideo alienatio & devolutio poſtea contingens, fit ex cauſa neceſſaria præambula, obligationem & hypothecam præcedente, quapropter operatur extinctionem illius hypothecæ interim impoſitæ: textus eſt expreſſus in *d. l. lex vectigali* 31. *ff. de pignorib.* & omnes DD. *in eodem* 2. *argumento* relati: nam quando res hipothe- 28
cata alienatur ex cauſa neceſſaria & præambula, reſolvuntur hypothecæ ſuper ea impoſitæ: ad quod plura jura & innumerabiles penè Doctores congeſſimus in 2. *par. cap.* 13. *ex num.* 11. *cum ſeqq.* Ergo cùm alienatio & extinctio dominii debitoris in illis mercibus, non procedat ex cauſa antecedente jus hypothecæ, quantumque invo- 29
luntaria: ut optimè poſt plures conſiderat Petrus Surd. *in deciſio.* 286. *ex numer.* 10. *cum ſequentibus*, loquens in feudatario & emphyteuta privatis ob culpam & delictum feloniæ, vel ob non ſolutum canonem, ut hypothecæ extinguantur, dicens quod licet non ſolvere penſionem habeatur pro facto voluntario; illud tamen non eſt directè ordinatum & alienandum; ideoque etſi pendeat à voluntate debitoris; habetur pro neceſſario neceſſitate antecedenti, & ſi reſolvitur omne pignus: plures allegat videndos omnino ex *d. num.* 10. *uſque ad num.* 14. & poſt Surd. & Anton. Fabrum, idem tenet Fontanel. *de pact. dotal. tom.* 2. *clauſ.* 7. *gloſ.* 2. *ex num.* 69. *& ſeqq. par.* 9. quia ſufficit quod actus voluntarius habeat originem à cauſa neceſſaria præce- 30
dente hypothecam, ut judicetur neceſſarius ad extinctionem hypothecæ interim contractæ, quia ab initio inerat in contractu acquiſitionis debitoris: ut optimè Amat. *conſ.* 10. *per tot.* Guid. Pap. *deciſ.* 575. Jacob. *de feud. verb. qui quidem inveſtit. num.* 62. *verſ. ad argumentum:* Bertrand. *conſ.* 3. *num.* 28. *vol.* 3. Fabius de Anna *conſ.* 81. *lib.* 1. Hodierna ad Surd. *decis.* 160. *num.* 4. At verò ſi alienatio & amiſſio dominii ſubſequatur ex cauſa nova contingente poſt hypothecam contractam, ob introductionem mercium prohibitarum in hoc regno, debet durare hypotheca creditorum præcedens, ipſique præferendi ſunt virtute ejuſdem hypothecæ fiſco, in mercibus in commiſſum incidentibus.

Tertiò hæc pars pro creditoribus fulcitur ex contrapoſitione illius ſimilis, de quo pro contraria opinione, *ſupr. n.* 7. & 8. ut creditores poſſint 31
impedire demolitionem domus debitoris ob delic-

tum

tum enorme ipſius, prout ex communiori & magis rationabili Doctorum opinione reſolvunt Gandinus *in tit. de bonis maleficor. num* 3. Alberic. *de ſtatutis, par.* 3. *quæſt.* 7. Auguſtin. ad Angel. *in tract. de malefic. in verb. ejus bona, n.* 10. Decian. *in tract. crimin. lib.* 7. *cap.* 40. *n.* 36. *verſ. uxor tamen:* ubi ſcribit in caſu læſæ majeſtatis: Farinac. *in prax. crimin. quæſt.* 116. *n.* 35. 36. *&* 37. Gratian. *diſcept. forenſ.* 216. *num.* 35. 36. *cum ſeqq. & n.* 73. Merlin. *de pignor. lib.* 2. *cap.* 75. *per tot.* ubi ex
32 *num.* 3. poſt Farinac. & Gratian. limitat, niſi alia adſint bona debitoris delinquentis, ex quibus poſſit ſatisfieri creditoribus; vel niſi fiſcus vellet ſatisfacere ipſis creditoribus pro juſta domus diruendæ æſtimatione: ex quibus reſpondetur quarto argumen-
33 to, de quo *ſuprà d. num.* 7. *&* 8. vide tamen *infr. num.* 89.

34 Quartò, quia jus & dominium acquiſitum fiſco in mercibus quoquo modo incidentibus in commiſſum, etiam per contrabannum, nullo modo fiſco defertur niſi à tempore delicti & introductionis mercium prohibitarum in portus horum regnorum, & ab eo tempore operatur & non antea; ideo poteſt comprehendere hypothecas antecedentes, ut firmavimus ex *num.* 23. *ſupr.* quia privatio & extinctio juris debitoris non provenit ex cauſa antecedente, ſed ex nova & ſubſequente, proveniente ex Commiſſo. Nec eſt verum quod ex Salcedo dictum eſt, in quinto fundamento contrariæ partis ex *num.* 9. *cum ſeqq.* prohibitionem mercium ex noſtris legibus loquentibus de Contra-
35 banno, comprehendere originem & fabricam mercium & fructuum, dum adhuc exiſtunt in regnis & provinciis inimicis, & ideo per prohibitionem hujuſmodi nullum dominium earum mercium fuiſſe tranſlatum in debitorem; quo deficiente hypotheca creditorum non potuit imprimi in eiſdem, nec eas efficere: quæ propoſito prorſus improbabilis eſt, & nullo juris tam civilis, quàm Regni, colore veſtiri poteſt.

36 Singulas igitur hujus fundamenti particulas accuratè & invincibiliter probavimus: de jure enim communi res eſt clara, ut dominium fiſci non adquiratur niſi poſt commiſſum, ex textu capituli in hac materia in *l. commiſſa ff. de publican. & vectig.* in illis verbis, *nam quod commiſſum eſt, ſtatim deſinit ejus eſſe qui crimen commiſit dominiumque rei vectigalis fiſco adquiritur*: ex quibus verbis manifeſtè probatur quod ante introductionem mercium, ſive ante delictum erat dominus, tum quia ſtatim ex tunc dominium ejus eſſe deſinit, & eo privatur, quo non privaretur ſi eo careret, quia privatio
37 præſupponit habitum, juxta *jura vulgaria*. Tum etiam quia verbum, & participium illud præteriti temporis ejuſdem textus, ibi *nam quod commiſſum eſt*; & iterum ibi, *qui crimen commiſit*, requirit actus conſummationem & perfectionem, ut habeat locum diſpoſitio: & ſic dominii acquiſitio fiſco, *l.* 1. §. *fin. ff. quod quiſque jur.* notatur in *l. arboribus*, §. *idem tractat, ff. de uſufruct.* Ruin. *conſ.* 226. *n.* 6. *vol.* 1. Nicol. *alleg* 3. *n.* 20. Raudenſ. *conſ.* 56. *n.* 35. 42. *&* 43. *vol.* 1. Surd. *conſ.* 375. *n.* 35. Giurba *in conſuet. Meſſan. c.* 1. *gloſ.* 4. *par.* 1. *n.* 70.
38 *&* 71. *fol.* 88. Et quia quælibet diſpoſitio quantumvis generalis reſtringitur & limitatur per adjunctum, *l. ſed. & ſi adjiciatur, & ibi* Gloſſa, *ff. pro ſocio*, & plurimi Doctores relati à Petro Surdo *conſ.* 34. *n.* 39. *& conſ.* 315. *n.* 26. Idem Surd. *conſ.* 131. *nu.* 28. *vom.* 1. *& conſ.* 45. *nu.* 8. & ſic adquiſitio dominii & tranſlatio in fiſcum regulatur à ſuo adjuncto, *commiſſum*, non antea: & qualitas nominis determinans verbum, limitat diſpoſitionem ad qualita-39 tem & tempus verbi: Bartol. *in l. ex facto col.* 2. *ff. de vulgari.* Felin. *conſ.* 25. *num.* 23. Surd. *conſ.* 322. *n.* 10. *& ſeqq. & conſ.* 106. *a n.* 34. *& ſeqq.* latè plura ſingularia congerit Joan. Ant. Bellon. *conſ.* 29. *à. num.* 8.

Nam & diſpoſitio univerſalis juncta alicui adjec- 40
tivo, vel participio, reſtringitur ad ſignificacionem & comprehenſionem participii, vel adjectivi, *l. ſi quis ex argumentariis*; §. *rationem, ff. de edendo:* Bald. in *l.* 2. § *ult. ff. de liberat. legat.* per text. in *l. Aurelio in fin. ff. eod. tit.* Menoch. *de præſ. l.* 4. *præſumpt.* 164. *n.* 10. Maſcard. *de probat. concluſ.* 975. *ex n.* 28. Caſtillo. *controverſ. lib.* 4. *c.* 41. *à n.* 76. *& c.* 42: *per tot.* Surd. *conſ.* 453. *à n.* 54. *l.* 3. *& conſ.* 151. *à n.* 87. *& ſeqq. t.* 2. plurimos alios, & multa exempla hujus doctrinæ adduximus in noſtris commentariis *de ſupplicat. ad Sanctiſſ. par.* 1. *c.* 14. *n.* 53. *& par.* 2. *c.* 5. §. 4. *ex n.* 5.

Hoc idem colligitur ex dictione, *ſtatim*, poſita 41
in *d. l. commiſſa*, ibi, nam quod commiſſum eſt, ſtatim deſinit ejus eſſe: quæ cùm ſit ſignificativa temporis, ex tunc duntaxat poſt commiſſum abſque temporis intervallo operatur, non antea, ut, in *l. ſi finita*, §. *non autem ſtatim, ff. de damno. infecto & in l. cum quidam ff. de legat.* 2. latiſſimè Tiraquel. in *l. ſi unquam, verb. revertatur, n.* 120. *Cod. de revoc donat.* Surd. *dec.* 57. *n.* 9. *& dec.* 111. *nu.* 32. *& conſ.* 437. *nu.* 31. Nicol. Grac. *de benefic. par.* 2. *c. nu.* 85. Gratian. *diſcep. forenſ.* 41. *n.* 10. qui omnes, præcipuè Tiraquel. probant dictionem illam operari ipſo facto, & ipſo jure.

Patet igitur ex diſpoſitione juris communis, 42
debitorem ante Commiſſum ſemper fuiſſe dominum mercium, cùm per commiſſum dominium illarum amittat ſtatim, nec fiſco ante Commiſſum perpetratum fuit adquiſitum dominium & proprietas ipſarum mercium; ſed facto commiſſo ſtatim, ut dictum eſt, fuit factus dominus dictarum mercium; prout expreſsè apparet ex determinatione *d. l. commiſſa*: & ex iis quæ in ejus exornationem conſideravimus hactenus. Igitur nec poterit dici, quod creditotes delinquentis ante Commiſſum non potuerunt acquirere hypothecam in eiſdem mercibus, quandoquidem in illis dominium habuit debitor ante cauſatum commiſſum, juxta allegata *in d.* 5. *argumento ſupr. ex nu.* 9. *& ſeqq.*

Et quatenus in eo, falsò præſuppoſuimus, per 43
leges Contrabanni, prohibitionem mercium, fructuum aliarumque rerum ex terra hoſtili provenientium, comprehendere fabricas, & afficere ipſam mercium aut fructuum originem, attendi non debet; contrarium enim longe probabilius videtur, cùm in ipſiſmet legibus, ſeu pragmaticis Regni, nullum verbum reperiatur quod indicet ſimilem propoſitionem; imò omnes unanimiter declarant prædictarum mercium prohibitionem ſolum habere locum, poſtquam ipſæ fuerint introductæ in hæc regna & portus eorum, quia duntaxat prohibeat ipſarum introductionem ſub gravibus pœnis, & ſic leges opponuntur & reſiſtunt ingreſſui, ita tamen ut ante introitum & introductionem nihil diſponant, nihilque diſponere valeant circa regna non ſubjecta noſtro Principi; ideoque tales pragmaticæ nullo modo extendi poſſunt ad regna externa ob defectum poteſtatis, ſed præfata prohibitio reſtringitur ad certam qualitatem; putà introitus ſeu aſportationis mercium

aliarumve rerum id genus Terræ hoſtilis, & ad hunc duntaxat finem & effectum fuerunt dictæ leges ſeu pragmaticæ promulgatæ : ut ex eiſdem evidentiſſimè apparet, quas omnes ad litteram accuratè congeſſit Salcedo *in tract. de contrabanno*,
44 ut ex pragmatica 11. Decemb. 1604. *y mando que de el dia de la publicacion deſta, en adelante el tiempo que perſeveraren en ſu deſobediencia, no puedan entrar, ni contratar en ninguna parte ni puerto deſtos mis Reynos, y ſeñorios, por ſi, ni por interpoſitas perſonas, directè, ni indirectè, ni venir à ellos, ni ſus navios, ni mercadurias, ſo pena de la vida, y perdimiento de bienes*, &c. quam adducit Salcedo *fol.* 16. & alia adducta *ibid. fol.* 17. *ad medi-*
45 *um*, his verbis: *prohibir tambien el trato y commercio en todos mis Reynos y ſeñorios, aſſi de mis ſubditos como de otras qualeſquiera perſonas que reſiden en ellos con los de Rey de Francia y ſus Reynos y ſeñorios, y aſſi por la preſente, Ordeno y mando que en ninguno de los puertos de España, ni en otros de mis Reynos, y ſeñorios, ſe admitan de aqui adelante ningunos vageles, mercadurias, ni otras manifacturas y nieren de Francia por qualquier mano que ſea, o ſe labrare en aquel Reyno, lo qual declaro deſde luego por perdido, y mando que ſu valor ſe applique*, &c.

46 Et in alia pragmatica 16. *Maii* 1628. adducta ab ipſo Salcedo 18. *à tergo*, ita diſponitur: *con los revelles y enimigos deella y por eſta razon ſe les ha impedido traher à ellos ſus frutos y mercadurias, y aprobecharſe y hoçar de los deſtos Reynos, ni tener ningun commercio con ellos*, & ibi: *para introducir la entrada de ſus mercadurias*, &c. & in verſ. 2. ejuſ-
47 dem pragmaticæ, in hæc: *que los dichos bandos y prohibiciones, y penas dellos, comprehendan aſſi las perſonas de los reveldes, y enemigos, que vinieren à eſtos Reynos, o llegaren à ſus puertos, o deſenvarcaren en ellos, como los navios que fueren de las tales perſonas, vinieren por ſu quenta y todos los que fueren de fabrica de los dichos revel des, dē Olanda, y las mercadurias que vinieren, no ſolo aquellas que ſe ubieren carcado y vinieren por quenta de los dichos reveldes, y enemigos, ſino tambien las que fueren de ſu fabrica, aunque no venga por ſu quenta, ni en ſu nombre, ſino de qualeſquier otros terceros, que por ſus perſonas y tierras no les eſte prohibido tratar y contratar en eſtos Reynos, aunque ſean vaſſallos mios, porque quanto à eſta parte quiero que la prohibicion ſea real y porga vicio e impedimiento en las miſmas coſas, y los navios en que vinieren las mercadurias prohibidas, aunque ellos no ſean de los prohibidos, ſe confiare, ſi conſtatara por probanças o conjecturas baſtante*, &c. *lo miſmo ſe entienda con qualeſquiera mercadurias, frutos de Tierra con quien eſta y queda permittido el commercio, ſi aviendo tocado en los puertos de los dichos revel des y enimigos y pagado los derechos, ſe navigaren, y vinieren à puertos mios*, &c. Et in diſcurſus pluries facit mentionem de harum mercium introductione & commercio in hæc regna : & in pragmatica 21. *Feбruarii* 1644. *adducta per Salcedum fol.* 25. *à tergo* : ſicut in alia 22. *Maii* 1645. *fol.* 29. & in pragmat. 21. *Januar.* 1647. *fol.* 33. *à tergo* : & in alia 31. *Januar.* 1650. ſolummodo diſponitur de introductione harum mercium prohibitarum, ut paſſim videre poteris in eiſdem pragmaticis.

48 Ex quibus omnibus manifeſtiſſimè apparet, prohibitionem harum mercium & commercii eſſe limitatam ad introductionem, & quatenus res prohibitæ fuerint introductæ & commerciatæ in his regnis, non antea, nec amplius niſi ut poſtquam ingreſſæ fuerunt portus horum regnorum, incidant in commiſſum & confiſcatæ ſint, nulla facta prohibitione ante introitum, ſed ad illum reſtringi debet talis prohibitio, ex latè adductis *ſup. ex n.* 36. *cum ſeqq. verſ. ſingulas igitur, &c.* & inſuper quia quando lex prohibet ſub certa qualitate vel 94
modo, ultra qualitatem vel modum non extenditur nec porrigit vires ſuas, neque extendit de caſu ad caſum, nec de perſona ad perſonam : nec de tempore ad tempus, ſed omnino continetur intra limites prohibitionis ſic qualificatæ : de quo innumerabiles penè Doctores reperies apud Fuſard. *in tract. de fideicom. quæſt.* 678. 679 & 680 *cum duabus* : ubi per te exactè videre poteris, & Nos in *hoc Labyrint. part.* 1. *cap.* 13. §. 2. *ex n.* 16.

Denique, quia ratio prohibitionis eſt introductio & commercium prohibitarum rerum in his regnis : juxta quam prohibitio ipſa regulanda erit ; quia prohibitio reſtringitur & limitatur juxta rationem expreſſam, vel tacitè ſubintellectam in diſpoſitione prohibitiva *l. pater filium*, §. *fundum ff. de legat.* 3. *l. cum pater*, §. *dulciſſimus*, *ff. de legat.* 2. innumerabiles penè Doctores in comprobationem adducit Fuſar. *de ſubſtitut. q.* 678. *n.* 3. 4 5. 6. & 7. & *quæſt.* 679. *n.* 13 & *in q.* 680. *n.* 4.

Quo veriſſimo ſuppoſito, ceſſat penitus quin- 50
tum argumentum de quo *ſupr. ex numer.* 9. *cum ſeqq.* ubi fuit dictum, prohibitionem commercii harum mercium comprehendere eaſdem in ſua fabrica & origine, & ideo non requiri dominium debitoris : & per conſequens nec creditores potuiſſe habere hypothecam in eiſdem. Quia cùm argumenti Major ſit falſa ut ad oculum vidiſti, Conſequentia evaneſcit : quoniam tantùm ſunt prohibitæ quatenus introducuntur & commercantur in his regnis, & non aliter nec ad aliud tempus antecedens retrotrahitur iſta prohibitio, quæ nunquam reſiſtit adquiſitioni antecedenti, nec hypothecis contractis, nec commerciis extra hæc regna initis.

Imò etiam nec procederet argumentum, quam- 51
vis ſupponeremus quod iſtæ pragmaticæ prohibuiſſent & inhabilitaſſent vaſſallos ſubditos à commerciis in provinciis inimicorum, prout acerrimè defendere conatur Salcedo *in tract. de contrabanno*, *d. cap. ex numer.* 36. ubi nullam adducit pragmaticam, ex qua hæc inhabilitas & incapacitas vaſſallorum induci poſſit ; imò omnes pragmaticæ nullatenus prohibent commercium in regnis extraneis & inimicis abſolutè, ſed quatenus ex commerciis reſultaret ingreſſus mercium in hæc regna, & in illis dictarum mercium prohibitarum quomodolibet exerceretur commercium. Hoc, inquam, falſo ſuppoſito admiſſo adhuc dicendum foret, contractus geſtos
etiam à ſubditis non eſſe nullos, nec prohibitio- 52
nem reſiſtere initio adquiſitionis, nec impedire dominii traſlationem in ſubditos & naturales originarios horum regnorum ſic contrahentes extra hæc regna. Quoniam licèt lex prohititiva annullet contractum, ut probatum fuit ſuperiùs *in b. l. argum. ex numer.* 10. id tamen procedit quando lex abſolutè prohibet : at verò quando lex ipſa ultra procedit, apponendo pœnam contravenienti, tunc actus ; & contractus remanet validus, lex- 53
que operatur in ſola pœna : optima fuit Bartoli doctrina in *l. prætor ait* 20. *n.* 3. *ff. de novi oper. nunt. & ibid.* Paul. de Caſtro, & Alexand. & Jaſ. *n.* 11. Gregor. Lopez, *in l.* 28. *gloſ.* 7. *verb. contra noſtra ley titul.* 11. *partit.* 5. Lud. Molina *de primogen.*

mogen. lib. 2. cap. 19. à nu. 17. ubi Addentes alios congerunt: Anguianus *de legib. lib. 3. controverſ. 7. n. 11. cum ſeq.* Joan. Gutierr. *l. 1. practic. quæſt. 144. n. 1.* ubi alios allegat, Nos in *hoc Labyrin. par. 1. cap. fin. n. 169.* quibus adde Vantium *de nullitat. ſentent. tit. quot. & quib. mod. null. n. 54.* & iterum in *tit. de nullit. ex inhabil. ſeu defect. mand. n. 56.* ubi quam plurimos allegat, & ex Baldo, Jacob. de Aren. Alexand. Cardin. Bart. Paul. de Caſt. Joan. Andr. Oldrad. Jac. de Aret. Cyno, Imola, Decio, Ca alc. & pluribus aliis abundè comprobat Alder. Maſcard. *de ſtatut. interp. concluſ. 9. ex n. 38. cum multis ſeqq.* Gutierr. *practic. lib. 1. quæſt. 144.* Carol de Graſſ. *de effectib. Cleric. effect. 8. à n. 6. cum ſeqq.*

Facit etiam quia licèt prohibitio alienationis à
54 teſtatore facta annullet alienationem, & impediat dominii tranſlationem: ſi tamen ultra prohibitionem imponat pœnam alienanti & contra facienti, alienatio tenet, & prohibitio illa non impedit tranſlationem; ſi tamen ultra prohibitionem imponit pœnam alienanti & contrafacienti, alienatio tenet, & prohibitio illa non impedit tranſlationem dominii, Bald. in *l. 1. n. 48. Cod. de his quæ pœnæ nom.* Cuman in *l. filiusfam §. divi, col. 2. ff. de legat. 1.* & *ibi* Jaſ. *in 2. lect. n. 63. verſ. ſecundo limita*: Ferretus *n. 33.* Riſa *n. 22. in fin.* Crot. *n. 5. verſ. quarto limitatur*: Loazes *n. 9. n. 115.* Opiz. *n. 44.* & Socin. jun. *n. 112.* Ruin. *conſ. 113. n. 1. & conſ. 117. n. 5. lib. 2.* Crot. *conſ. 144. n. 26. l. 1.* Riminal. jun. *conſ. 381. n. 10. lib. 4.* ubi comprobat, Burſat. *conſ. 307. n. 14.* Fuſar *de ſubſtit. & fideicom. q. 687. n. 2.* Et cùm in iſtis legibus contrabanni ultra prohibitionem introducendi merces inimicorum in hæc regna, pœna Commiſſi & confiſcationis mercium, & aliæ graviores irrogentur, ſequitur ut contractus & empriones factæ per vaſſallos ſubditos Coronæ, validæ remaneant, & per conſequens creditores in eiſdem mercibus hypothecam anteriorem contrahere potuerunt, maximè quia hæ prohibitiones ad hos contractus non reſpexêre, ſed ſolum ingreſſum & introitum mercium prohibitarum in hæc regna, ipſarumque commercium, ut altiùs probatum reliquimus hactenus.

Nec iis quæ veraciter diximus, & fundamenta-
55 liter ſcripſimus in hoc 4. fundamento ex *num. 34. cum ſeqq. verſ Quarto quia jus*, &c. officit in aliqua Pragmatica *Mau* 1628. ſupra adducta *nu. 46. verſ. & alia pragmatica* in illis verbis: *porque en quanto à eſta parte quiero que la prohibicion ſea real y ponga vicio è impedimento en las miſmas coſas*, quæ vendebantur inſinuare, prohibitionem attingere res prohibitas in ſuis provinciis, & ab eo tempore. Nam ab hoc ſcrupulo facilè nos eximit eadem Pragmatica, dum diſponit merces, quæ revera ortæ ſunt & fabricatæ in provinciis inimicis, non poſſe introduci in hæc regna, etiamſi tranſeant per regna confœderata nobis, & ab eis in hæc veniant, quia non ideo purgaverunt vitium originale, ſed vitium prohibitionis eaſdem merces comitatur uſque ad ingreſſum in portus horum regnorum, ita ut in eiſdem operetur prohibitio & confiſcatio, ac ſi directè venirent ex provinciis inimicorum, & in portus Hiſpaniæ fuiſſent per eoſdem introductæ, ut evitentur fraudes, quæ facilè per has vias indirectas, & interpoſitas perſonas committi poſſent; non enim iſta Pragmatica prohibet commercium extraneis provinciis inter ſe ipſas, hoc enim fieri non poteſt; ſed ne merces inimicorum per manus amicorum introducantur in hæc regna: & hæc eſt principalis hujus & cæterarum Pragmaticarum intentio, & ultimus finis in quem deſtinantur & tendunt tot diſpoſitiones prohibitivæ, impedientes introductionem mercium inimicorum in hæc regna: & ideo diſponit præfata Pragmatica, quod ſi probetur, has merces introductas per manus amicorum, originem traxiſſe ex provinciis inimicorum, confiſcentur, non attento à quibus ſive amicis, ſive inimicis inducantur: itaque ſolùm in introductione conſiſtit delictum & pœna Commiſſi. 56

Præterea obſervandum quod dicta Pragmatica 57
in imponendo vitium reale mercibus inimicorum, loquitur reſtrictivè ad illum caſum de quo loquitur; ut patet ibi: *porque ex quanto à eſta parte, quiero que la prohibicion ſea real*, &c. quia caſus de quo loquitur, quando ſcilicet introducuntur merces inimicorum indirectè per manus amicorum & confœderatorum in ſuas provincias, indigebat hac declaratione, ſaltem tollendæ dubitationis cauſa: an ſemel prohibitionem evaſiſſent per introitum in provinciam confœderatam, ex quo purgatum videbatur vitium originale; at quando directè ex provincia inimica introducuntur, nulla egebat declaratione, quia nulla ſubeſt dubitandi ratio, cùm omnes leges regni ac Pragmaticæ de hoc caſu loquantur expreſſè.

Quintò & ultimò pro hac parte negativa facit, 58
quia quodlibet Commiſſum eſt crimen, ut probatur *in ſæpè allegat. l. commiſſa, ff. de vectigal. & commiſſ.* illic, *nam quod commiſſum eſt, ſtatim deſinit eſſe ejus qui crimen commiſit*, cui correſpondet pœna privationis & confiſcationis mercium ex eadem lege, & aliis adductis *ſupra ex n. 2.* & ex pragmaticis citatis & legibus Regiis adductis ex *num. 13.*

Et idcircò meritò Doctores affirmant cauſam 59
Commiſſi & Contrabanni eſſe criminalem, & criminaliter puniri, & propterea probationem requiri concludentem, non per poſſibile; Farinac. *conſ. 85. n. 50. vol. 2.* Gratian. *diſcept. forenſ. 109. n. 1.* Cyriac. *controverſ. tom. 3. c. 512. ex num. 1. cum ſeqq.*

Ex quo infertur ad vulgarem & notam conſe- 60
quentiam, quemlibet delinquentis creditorem, etiam perſonalem ſeu chirographarium anteferri fiſco exigenti pœnam, & omnibus Fiſcus poſtponitur *l. quod placuit 37. ff. de jure fiſc. l. in ſumma 17. l. Statius Florus 48. §. Cornelio, ff. de jur. fiſc.* bonus text. in *l. non poſſunt bona ulla ad fiſcum pertinere, niſi quæ creditoribus ſuper futura ſunt*, &c. *dicto tit.* & in fin. ibid. *quod ære alieno ſupereſt.* Rubric. cum *l. unic. Cod. pœn. fiſcalib. creditores præferri*, quid igitur hæſitandum ſuper prælatione creditorum delinquentis habentium hypothecam, quando etiam ſimplex quilibet perſonalis fiſco in exigenda pœna anteponitur.

His juribus conatur reſpondere Salcedo *de* 61
Contrabanno, cap. 29. num. 52. & ſeqq. verſ. ſin que nos mueba: dicens procedere quando fiſcus agit pro pœna impoſita per ſententiam aut legem; ſed non procedunt quando fiſcus habet actionem & dominium in ipſis bonis confiſcatis, quia tunc non tenetur creditoribus delinquentis. Quæ reſponſio non ſolùm improbabilis eſt, ſed contra jura expreſſa: *c. cum ſecundum, de hæretic. l 6. leg. 4. tit. 2. partit. 7. & l. 2. tit. 4. p. 5.* quibus addentur aliæ *inferiùs*, quæ diſponunt quod in crimine læſæ majeſta-

majeſtatis divinæ vel humanæ, delinquens ſtatim à tempore delicti privatus fuit & dominio & adminiſtratione bonorum omnium, ita ut non poſſit ſuper iis contrahere, neque ipſa alienare, quia jam ex illo tempore dominium bonorum tranſlatum fuit in fiſcum & ei adquiſitum, & tamen non obſtante dominio ſibi quæſito, fiſcus tenetur ſolvere creditoribus delinquentis, quia fiſco omnes præferun-
62 tur: jura ſunt expreſſa in *l. non poſſunt, ff. de jur. fiſc. l. fin. Cod. de debitor. civitat. l. 1. Cod. de fidejuſſ. l. ſi marito 32. ff ſol. matr. l. ſi mandatori, in fin. princ. ff. de fidejuſſ. l. ſi tutor reipubl. 9. ad fin. ff. de tut. & rat. diſtrah.* Igitur præfata ſolutio tradita per Salcedum, inefficax eſt & fallax, maximè quia dominium tunc prodeſt & excludit creditores, quando fuit adquiſitum ante hypothecam ipſorum non poſt eam; quia res tranſit cum ſua cauſa & onere hypothecæ; quocumque vadat, ex ſuperiùs comprobatis.

63 Quid igitur in hac controverſia dicendum erit? etenim in ea varios reperio ſcriptores; Joan. Hevia Volano *in Curia Philipp. lib. 5. del commercio naval. cap. 10. de la Pena de Commiſſo, nu. 10.* diſtinguit inter creditores merè perſonales, & hypothecarios, ut illi ad merces confiſcatas ob commiſſum nullum jus prætendere poſſint, quia iſti non poſſunt impedire alienationes etiam voluntarias factas à debitore, nec eis remanet ullum jus contra tertios poſſeſſores, juxta *leg. 7. tit. 15. partit. 5.* at creditores hypothecarios eſſe præferendos fiſco in rebus incidentibus in Commiſſum, facta priùs excuſſione in cæteris bonis delinquentis: quia alienatio non valet in eorum præjudicium, ex *l. 14. tit. 13. part. 5.* nec confiſcatio eſt prohibita ubi alienationis prohibitio non adeſt;
64 cùm confiſcatio æquiparetur alienationi, ac in una diſpoſitum, etiam in alia procedere intelligatur, ex *l. Imperator, ff. de fideicomm. libert. l. filius, Cod. de bon. proſcript. & in l. Imperatores. ff. de jur. fiſc.*

65 Doctiſſimus magiſter noſter Joan. de Solorzano *in ſua politica Indiar. lib. 6. cap. 10. fol. 985. cum ſeqq.* refert Regiam ſchedulam quæ in rebus, quæ incidunt in commiſſum, fiſcum, cui ſunt applicatæ, præferri decernit quibuſlibet delinquentis creditoribus, & ita determinaſſe Regium Conſilium Indiarum teſtatur; revocata contraria ſententia Audientiæ Limenſis.

66 Carleval. *de judiciis, tom. 2. lib. 1. tit. 2. diſputat. 1. n. 50. fol. 17.* promiſcuè, genericè & diſtinctè in hoc caſu loquutus eſt, aſſeverans quod quoties incurritur ipſo jure pœna confiſcationis, ſive rei ſingularis, quæ in commiſſum incidit, ſive quotæ partis bonorum delinquentis, ſi ipſe non habeat aliundè, unde ſolvat creditoribus ſuis, creditores eſſe fiſco præferendos, & fiſcum poſt incorporata bona delinquentis, manere obligatum, & debere ſatisfacere creditoribus, etiam chirographariis, juxta vires bonorum & non ultra. Ad hanc indiſcretam reſolutionem, ob generalem mixturam rei particularis, & bonorum univerſaliter confiſcatorum, adducit in comprobationem jura, & Doctores, qui duntaxat loquuntur in confiſcatione omnium bonorum univerſaliter, aut per quotam univerſalem, quæ quidem jura & Doctores non percutiunt punctum noſtrum, in quo agimus de confiſcatione per commiſſum rerum & mercium ſpecialium & particularium: quæ nec in quota patrimonii, nec in toto, concernit univerſalitatem bonorum. Ex quo ejus reſolutio nihil ad rem noſtram pertinet, & à puncto Commiſſi aberrat, prout latiùs ex diſtinctione harum confiſcationum videbimus inferius.

Alberic. Gentil. Advocatus Hiſpan. *lib. 1. cap.* 67
13. allegans Lucam de Penna in *l. cum allegas, Cod. de re milit. lib. 12.* & Sfortiam *de reſcit. in integr. par. 2. queſt. 95. artic. 5. nu. 28.* quos refert Salcedo noviſſimè *in tract. de contrabanno, cap. 29. n. 17. & 18.* aliquid dicit quod poſſet conducere, ſi eſſet verum, quod emens merces ab hoſte, etiam in alieno territorio, non adquirit dominium earum, ſi eo animo emat ut illas introducat in regna Principis prohibentis: ſed hæc Alberici Gentilis aſſertio nullo juris fundamento fulciri nec honeſtari poteſt, neque Doctores ab ipſo allegati ullum verbum tangens punctum quæſtionis adducunt: quærunt enim duntaxat an is qui obtinuit licentiam emendi caſtrum, quod emit poſt infidelitatem & hæreſim incurſam, & poſt ſententiam condemnationis, ſi poſtea fuit reſtitutus à Principe, an valeat emptio & ad eam reſtituatur? Et dicitur quod non; quia fuit effectus incapax & inhabilis tempore emptionis, nec reſtitutio potuit eum reponere niſi in ſtatu quo erat ante crimen perduellionis vel hæreſis, quo tempore nondum emerat caſtrum: quid ad rem? tu videris: ultra quod aſſertioni *Alberici Gentil.* reſiſtunt omnes noſtræ pragmaticæ Contrabanni, & ea quæ in earum comprobationem adduximus *ex num. 34. cum multis ſeqq.* Et inſuper quia ſi fiſcus gravaretur probare animum emendi merces ad illas introducendas in hæc regna, vix unquam illud probare poſſet; tum quia ea quæ in animo conſiſtunt, difficillimæ probationis judicantur, tum etiam quia fiſcus provincias inimicas, ubi emptiones mercium factæ ſunt adire non poterit: & ideo aſſertio Gentilis inanis eſt & ſine effectu, & undique de jure improbabilis.

Salcedus eruditus miniſter, & rogatus Judex 68
Contrabanni, in ſuo pulcherrimo tractatu *de Contrabanno*, admodumque utili, hanc difficultatem accuratè tractavit in *quæſt. 29. per tot.* in qua reſolvit diſtinguendo inter Commiſſum per Con- 69
trabannum, & Commiſſum ob non factam manifeſtationem & regiſtrum mercium, quæ aliàs licitè poſſunt introduci in portus & regna noſtra; ut in primo caſu fiſcus in mercibus quæ per Contrabannum ceciderunt in Commiſſum, præferatur quibuſlibet hpyothecariis creditoribus; in ſecundo verò, creditores omnino fiſco præferantur, ex *n. 69. cum ſeqq. & num. fin.*

Rationem differentiæ reddit inter utrumque 70
caſum, ſcilicet quia in mercibus Contrabanni delinquens nullum à principio acquiſivit dominium, obſtante prohibitione legis, & ideo nec creditores in eiſdem potuerunt adquirere jus hypothecæ: quam rationem comprobare conatur *à principio ejuſd. cap. 29.*

In ſecundo diſtinctionis membro, circa Com- 71
miſſum mercium aliàs permiſſarum, ob defectum profeſſionis regiſtri & manifeſtationis, dicit creditores hypothecarios fiſco præferri, eo quod delinquens debitor ab initio & ante Commiſſum, dominium habebat in ipſis mercibus, & per conſequens creditores hypothecam: quod refert latiùs ex *d. n. 60.*

Prioris membri reſolutioni excluſivæ creditorum in Commiſſo per Contrabannum acquieſco 72

ex

ex protinus adducendis fundamentis diverſis: rationi autem & fundamento reſiſtunt illæ omnes doctrinæ ſuperius adductæ, ex *num.* 34. *cum multis ſeqq.* cum nullibi probetur, introducentem merces vetitas & prohibitas caruiſſe unquam dominio, *ibidem* manifeſtè probavimus, nec dominium adquiſitum fiſco in his mercibus de per ſe eſſe ſufficiens ad excludendos creditores qui ante Commiſſum hypothecam contraxere in eiſdem
73 mercibus eodem inſtanti quo fuerunt in dominio debitoris cum qua tranſeunt in quemlibet, qui poſtmodum dominium earum acquiſierunt, diximus ex *num.* 23. *&* ex *num.* 34. quare de hac ratione & fundamento dominii acquiſiti per fiſcum in Commiſſo, non eſt curandum ad determinationem & reſolutionem hujus noſtræ difficillimæ quæſtionis.

74 Quid igitur in tanta Doctorum varietate & oppoſitione ſequendum? Illud ſecurius arbitror, ut in quolibet Commiſſo ſive per Contrabannum & prohibitionem mercium, ſive per omiſſionem profeſſionis, regiſtri, ac manifeſtationis permiſſarum, & ſic per fraudulentam occultationem, fiſcum in mercibus commiſſis indiſtinctè præferendum quibuſlibet creditoribus delinquentis, non tanquam dominum mercium, ſed ex reſolutione hypothecæ antea quæſitæ per creditores in eiſdem mercibus. Hanc noſtram reſolutionem tribus mediis invincibilibus probabimus, omnem ſcrupulum omneſque dubitandi rationes ſimul excludentibus.

75 Præcipuum & ſingulariſſimum ſit, penitus excluſivum & extinctivum juris creditorum, nam jura omnia tam juris communis quàm Regii in materia Commiſſi, duo determinant, primum eſt, ut inducant privationem, extinctionem, & reſolutionem juris abſolutè delinquentis in mercibus in Commiſſum incidentibus: alterum, ut facta hac juris reſolutione inducatur ſtatim acquiſitio dominii & ejus tranſlatio in fiſcum, quod manifeſtè probant plurima jura ſuperiùs adducta ex *num.* 13. Et licèt ex hac ſecunda juris deter-
76 minatione, nempe ex dominio fiſco adquiſito, creditores excludi non poſſint ob eorum hypothecam præambulo acquiſitam, quia tale dominium tranſlatum in fiſcum non eſt ſufficiens per ſe ad excluſionem creditorum, eo quod dominium in Tertium ſemper tranſeat cum ſua hypotheca inhærente, ut paulò ante notavimus *numero* 73. relativè ad *numer.* 23. *&* 34. *cum*
77 *ſeqq.* ubi latiùs: Tamen ex priori diſpoſitione prædictorum jurium privante & reſolvente ipſo facto titulum & jus omne quod delinquens habebat in iis mercibus, præcisè & neceſſariò ſequitur extinctio & reſolutio hypothecæ anteà contractæ, ex vulgati regula, *Reſoluto jure dantis, reſolvitur jus accipientis:* ac propterea jura providentia in utroque caſu tam privationis, quàm adjudicationis dominii, non ſine myſterio priùs extinxerunt jus delinquentis, eo nempe fine, ut merces in Commiſſum incidentes, liberæ ab omni onere & hypotheca tranſirent in fiſcum abſque impedimento aliquo. Hunc diſcurſum accuratè comprobavimus *ſupr. ex num.* 13. *cum ſeqq.* quo te remitto libenter, ne ulteriùs repetam, quia perdita & radicitùs extincta re hypothecata ex juris diſpoſitione, nullum jus remanet creditori in ea ad jura & Doctores adductos *hac* 4. *par. cap.* 4. *à princip.* & ultra *ibid.* comprobata ex *d. num.* 13. hanc eandem rationem conſiderarunt plurimi Doctores adducti *infrà numero* 87. quos conſule; & hæc reſolutio veriſſima eſt, uberrimè variis & quamplurimis juris fundamentis roborata ex *numer.* 81. *uſque ad fin. hujus cap.*

Hæc tamen veriſſima & tutiſſima noſtra nova 78
conſideratio & reſolutio unam patitur & non levem difficultatem, ortam ex plurium jurium ſimili diſpoſitione, in quibus adeſt expreſſa privatio & amiſſio dominii, & adminiſtrationis bonorum ipſo jure à tempore perpetrati delicti, verum etiam ſimul dominii tranſlatio in fiſcum, text. in *d. c. cum ſecundum leges civiles, de hæretic. lib.* 6. *l. quæſitum ff. qui & à quibus:* ubi quærit Conſultus, *Aliis qui majeſtatis crimine reus factus eſt, manumittere poſſit, quoniam ante damnationem dominus eſt.* Et reſpondit, Imperatorem Antoninum Calpurnio Critoni reſcripſiſſe, *ex eo tempore quo quis propter facinorum ſuorum cogitationem jam de pœna ſua certus eſſe poterat, multo plus cogitatione & conſcientia delictorum, quàm damnatione, jus dandæ libertatis amiſiſſe*: & apertiùs in *l.* 4. *tit.* 2. *part.* 7. his verbis: *Vendida, ni donacion, ni enagenamiento que ubieſſe fecho de ſus bienes el que fueſſe juzgado por traidor, dende el dia que comenco andar en la traicion, faſta el dia que dieron la ſentencia contra el, non debe valer en ninguna manera; ea maguer fueſe en tenencia de los bienes, a la façon que los enagenava,* (nota quæ ſubdit) *perdido avia ya el ſennorio por ſu maldad, e craja de la corona del Rey: e por ende non podria deſpues, ninguna coſa de los bienes, que tenia, enagenar en ninguna manera.*

Et tamen privatio hæc & amiſſio dominii 79
ipſo jure à tempore commiſſi delicti tantum abeſt quod operetur extinctionem hypothecæ anterioris, verùm etiam confiſcatione & tranſlatione ejuſdem dominii in fiſcum non obſtantibus, creditores etiam perſonales ſua credita exigunt, & fiſco præferuntur in bonis delinquentis ipſo jure amiſſis & fiſco applicatis per confiſcationem, prout exactè videre eſt poſt jura & plurimos Doctores apud Anton. Gomez *tom.* 2. *variar. cap.* 3. *ex num.* 11. Acoſtam *de privileg. credit. in reg.* 2. *amp.* 7. *ex num.* 170. *cum multis ſeqq.* Thom. Sanch. *in præcept. Decal. tom.* 1. *l.* 2. *c.* 22. *ex num.* 74. *cum ſeqq.* Carleval. *de judic. tom.* 2. *l.* 1. *tit.* 2. *diſput.* 1. *num.* 50. Fontanel. *de pact. dotal. tom.* 2. *clauſ.* 7. *gloſ.* 2. *ex nu.* 60. *cum ſeqq. fol.* 464. latiùs Farinac. *de delict. & pœn. quæſt.* 25. *ex numer.* 111. *& num.* 168. *cum ſeqq. & ex num.* 174. *cum ſeqq. & de crim. læſæ majeſt. quæſt.* 116. §. 3. *ex num.* 121. & eſt expreſſa lex 2. *tit.* 4. *part.* 5. ibi *qualquier ome que ficieſe alguna delaſma maneras de traicion, que diximos en la Ley antes della, o diere aiuda, o conſejo que la ſagan, deve morir por ello, e todos ſus bienes deben ſer de la Camera del Rey ſacando la dote de ſu muger, e los debdos que ovieſſen a dar que obieſen malevudo, faſta el dia que comenco à andar en la traicion.* Igitur de primo ad ultimum ſequitur, noſtram reſolutionem, de qua ex *num.* 75. & ejus fundamentum corruere & evaneſcere.

Quæ difficultas facilè diſſolvitur, ſi diſtinguas 80
inter confiſcationem univerſalem bonorum, de qua loquuntur hæc jura adducta ex *num.* 78. & inter res certas ſeu merces ſpeciales confiſcatas

propter

propter commiſſum, quo caſu procedit noſtra tutiſſima & undique munita reſolutio, ut per commiſſum extinguatur jus hypothecæ antecedentis, ita ut creditores debitoris introducentis merces prohibitas nihil conſequi poſſint ex prædictis mercibus confiſcatis. Rationem differentiæ petes ab iis quæ altius in proximo ſecundo fundamento dicenda & conſideranda ſunt.

81 Secundum itaque fundamentum quo movemur ad excluſionem creditorum quorumlibet à rebus & mercibus per Commiſſum fiſco applicatis, non minus efficax eſt, ſi breviter diſtinguamus confiſcationis modos ſeu ſpecies: quædam enim eſt omnium bonorum univerſaliter in quibus fiſcus judicatur vel tanquam hæres, juxta jura allegata & frequentiorem opinionem, vel tanquam ſucceſſor univerſalis, juxta aliorum aſſertionem; & utroque caſu fiſcus tenetur omnibus & quibuſlibet creditoribus ſolvere, & ſatisfacere ex bonis confiſcatis, quia in fiſcum tanquam univerſalem ſucceſſorem tranſeunt omnes obligationes activæ vel paſſivæ & naturales: hanc concluſionem per jura ſuperiùs allegata, & magnam Doctorum catervam firmarunt DD. citati *ſupra num.* 79.

82 Secundo modo confiſcari poſſunt bona delinquentis non omnia univerſaliter, ſed pars eorum quotitativa, putà dimidia, tertia, vel quarta pars bonorum ſimiliter univerſaliter, & tunc fiſcus tenetur creditoribus delinquentis non in ſolidum, ſed pro ſua portione & rata univerſali; ex eadem ratione de qua in caſu præcedenti; *l. fin. C. de debitorib. civit.* ibi, *pro rata rerum quas poſſident.* leg. 1. Cod. de fidejuſſorib. ibi, *ſi Lyſias adempta parte bonorum exulare juſſus eſt, non niſi pro parte quam retinuit, creditoribus obligatus eſt l. ſi marito* 32. *ff. ſolut. matrim. l.* 2. *Cod. ad leg. Jul. de vi publ. l. ſi debitor, Cod. de ſenten. paſſ.* plures Doctores per Anton. Gomez. *tomo* 2. *variar. c.* 3. *numer.* 11. Thomas Sanchez poſt Plotum, Simancas, & alios, *in præcept. Decal. l.* 1. *c.* 22. *num.* 74. *&* 75. *& num.* 53. 88. *&* 90. & poſt plurimos DD. Farinac. *de delict. & pœn. q.* 25. *num.* 180. & cum Barboſ. Gaill. Peregrin. Jul. Clar. Amaya & aliis idem aſſerit Magiſter noſter Solorzan *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 26. *numer.* 19. Et iſti duo caſus nihil ad noſtram difficultatem pertinent.

83 Tertio modo fit confiſcatio rei particularis, vel rerum & mercium ſpecialium: & tunc dominium harum ſpecierum ita liberum & abſque ullo onere tranſit in fiſcum, ut nullo modo teneatur ex illis ſatisfacere creditoribus delinquentis: per *d. l. ſi marito* 32. *ff. ſolut. matr. l.* 2. *ff. ad leg. Jul. de vi publ. l. ſi debitor, Cod. de ſentent. paſſ.* probant in terminis Gloſſæ communiter receptæ in *eiſdem legib.* & omnes ordinarii Doctores *ibid.* prout adnotavimus *ſupr. num.* 6. Anton. Gomez *d. cap.* 3. *num.* 11. poſt quem & Peregrinum, Azeved. & alios tenet Thom. Sanchez *d. c.* 22. *num.* 53. Gregor. Lopez *ad leg.* 10. *tit.* 2. *part.* 3. *verſ. puede:* Spino *de teſtam. gloſ.* 27. *nu.* 39. Fulv. Conſtant. ad *l.* 1. *num.* 112. *Cod. de pœn. fiſcalib. & nu.* 118.

84 Ratio diſcriminis inter confiſcationem juris univerſalis & particularis, ea eſt, quia quando bona omnia confiſcantur, hoc intelligitur, poſt ſatisfactionem creditorum, quia bona non dicuntur niſi deducto ære alieno, textus eſt expreſſus in *l. non poſſunt* 11. *ff. de jur. fiſci*, ibi, *non poſſunt ulla bona ad fiſcum pertinere, niſi quæ creditoribus ſuperfutura ſunt: d. l. fin. Cod. de debitorib. Civit. d. l.* 1. *Cod. de fidejuſſ.* exornant Sanchez *ubi proximè ex d. num.* 74. Peregr. *de jur. fiſc. l.* 4. *tit.* 8. *num.* 11. Farinac. *d. quæſt.* 25. *num.* 138. & poſt alios Acoſta *de privil. credit. regul.* 2. *ampliat.* 7. *ex num.* 171. & quia fiſcus hoc caſu eſt ſucceſſor univerſalis, quæ rationes ceſſant in confiſcatione rerum ſpecialium, & ideo tranſeunt in dominium fiſci abſque aliquo onere.

85 Quæ diſtinctio & differentia conſonat juris diſpoſitioni: nam ſi inter hæredem ſcriptum & ſucceſſorem ab inteſtato orta fuerit controverſia ſuper reſciſſione, vel nullitate teſtamenti, & inter eos fuerit ſuper hæreditate tranſactum, dubitari poterit contra quem creditores hæreditarii teneantur dirigere ſuas actiones & exigere ſua credita? In quo DD. in *l.* 3. *& l. controverſia* 14. *ff. de tranſact.* conveniunt unanimiter, quod ſi inter hæredem ſcriptum ex tranſactione, & ſucceſſorem ab inteſtato dividatur hæreditas per quotas, creditores pro rata cujuſlibet portione utrumque convenire debent; & uterque ſucceſſor pro ſua rata & quota tenetur eiſdem ſatisfacere, per text. expreſſum in *d. l. controverſia* 14. *ff. de tranſact.* plurimos Doctores ad idem congerit Cyriac. *controverſiarum tom.* 1. *cap.* 17. *ex numer.* 4.

86 At verò ſi tota hæreditas remanet penes hæredem ſcriptum, & res aliquæ particulares & ſpeciales adjudicentur ſeu concedantur ſucceſſori legitimo, ipſe nihil præſtare tenetur creditoribus hæreditariis, ſed hæres ſcriptus eis ſatisfacere debet in ſolidum, Alberic. in *d. l. controverſia, col.* 2. *verſ. aut dicit teſtamentum: & ibi* Bartol. *num.* 4. Bald. *ſub num.* 4. Jacobin. *in* 1. *lectur. ſub num.* 7. Jaſon. *ſub nu.* 3. *verſ. ſecundo autem caſu, ff. de tranſact.* Odofred. in *d. l.* 3. *in princ. col.* 2. *ff. eod. tit.* Trigona *ſingular.* 94. *num.* 4. Surd. *conſ.* 92. *nu.* 8. Cyriac. *de controv.* 17. *nu.* 3.

Conducit quod ſi condemnatus, poſtea à Principe fuerit reſtitutus in quota parte univerſali, putà tertia, vel dimidia bonorum confiſcatorum, Fiſcus & delinquens reſtitutus tenentur creditoribus ipſius delinquentis pro ſuis portionibus ſatisfacere, *l. tutor filiorum, Cod. de ſentent. paſſ.* ſi tamen delinquens reſtitutus ſit duntaxat ad rem particularem, putà domum, vel fundum, non tenetur creditoribus aliquid contribuere, ſed fiſcus remanet ſolus gravatus & adſtrictus onere ſolvendi: latè Fulv. Conſtant. ad *leg.* 1. *numer.* 118. *Cod. pœnis fiſcalib. credit. præfer.*

Conducit etiam, quod bona patris ad fiſcum delata tranſeunt cum onere alendi liberos, ſi nimirum fiſcus occupat univerſa bona patris; ſecus enim eſt quando ſuccedit in aliqua tantum quantitate, quia tunc non tenetur, Bald. in *l. data opera, nu.* 10. *Cod. de his qui accuſar. non poſſ.* Carpan. *ad ſtatut. Mediol. par.* 3. *cap. omnium, nu.* 769. copiosè Guazin. *de confiſc. concluſ.* 3. *limit.* 20. *nu.* 14. quos ſequitur Giurba *ad conſuetud. Meſſanen. cap.* 7. *gloſ.* 12. *num.* 12.

Conſonat tandem quod is cui legatur quota univerſalis hæreditatis, tenetur pro rata ad onera hæreditaria; at ſi legatum contineat tantùm certam rem ſeu ſpeciem, legatarius ad hujuſmodi

modi onera non tenetur : ut per plures firmat Barboſ. *in collectan. ad leg.* 1. *ex n.* 2. *cum ſeqq. Cod. ſi cert. petat. tom.* 2. Et de hac diſtinctione inter quotam bonorum, vel hæreditatis, & rem aut res ſpeciales & particulares, ut ſucceſſor in quota, vel tota, teneatur ſolus ad omnia onera vel pro rata, non verò ſucceſſor ſingularis; per plura jura & DD. tuetur Solorzan. *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *c.* 10. *& ex n.* 8. *& ſeqq.*

Quò pertinet, quod bonis omnibus confiſcatis, fiſcus tanquam hæres & ſucceſſor univerſalis delinquentis tenetur ſtare locationi, ſicut tenebatur delinquens; at verò ſi confiſcatio eſt rei particularis illius conductæ, putà domus, fundi, fiſcus non tenetur ſtare conductioni, quia in eum dominium tranſivit abſque aliquo onere & obligatione : textus eſt expreſſus in *l. ſi fundus quem, ff. locati*, & per alia jura & Doctores probat Ant. Gomez, *tom.* 2. *variar. cap.* 3. *nu.* 11. poſt quem, & Baldum, Jaſon. Peregrin. & Azeved. idem firmat Sanchez *in præcept. Decal. tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 22. *nu.* 53.

87 Ratio horum eſt, quia cum in hac re fiſcus ſuccedat non per juris tranſlationem, ſed per privationem, ut ſuperiùs diximus ex *numero* 19. ſequitur reſolutio præcedens juris locatoris, & inde jus conductoris quoque reſolvitur, quo finito & extincto, non poteſt convenire fiſcum : hanc ſingularem rationem admodùm conducibilem noſtræ reſolutioni reddunt Abbas in *conſ.* 108. *lib.* 1. Socin. *conſ.* 32. *num.* 6. *vol.* 1. Gratian. *diſcept.* 37. *nu.* 6. Marta *voto* 139. *num.* 5. Farinac. *deciſ.* 400. *numer.* 5. *&* 6. Gutier. *practic. quæſt. lib* 2. *quæſt.* 8 *n.* 8. Oſaſc. *deciſ.* 156. *nu.* 14. Cephal. *conſ.*... Mantic. *de contractib. l.* 5. *tit.* 10. *nu.* 27. *& tit.* 12. *n.* 9. Franchis *dec.* 216. *n.* 4. *& dec.* 302. Tepatus *l.* 2. *variar. tit. locat. an ſucceſſ. ſtare teneatur, col.* 2. Tuſch. *lit. L. concluſ.* 418. *n.* 31. *&* 60. Surd. *dec.* 40. *n.* 10. Barboſ. *in l. filiofam.* §. *fin. n.* 10. *ff. ſol. matr.* Parlador. *lib.* 2. *rer. quotid. cap. fin.* 4. *par.* §. 5. *numero* 11. *&* 12. Cagnol. *in l.* 2. *Cod. de pact. int. empt. numero* 220. Giurba *deciſ.* 63. *n.* 7.

Quæ ratio prorſus evincit & undique roborat noſtram reſolutionem, de qua in hoc ſecundo fundamento ex *num.* 83. & ſimiliter in primo, ex *nu.* 75. *cum ſeq.* ut quoties per privationem & extinctionem juris condemnati ſuccedit fiſcus in mercibus particularibus, creditores hypothecarii, & alii habentes jus dependens à jure debitoris ſuis mercibus privati, non habent actionem adverſus fiſcum, cùm eorum jus fuerit extinctum, reſoluto jure debitoris per privationem.

88 Igitur de primo ad ultimum ſequitur, quod quando per Commiſſum incidit in fiſcum ipſo jure dominium mercium particularium & ſpecialium, quæ non tangunt univerſa bona introducentis, nec quotam eorum, ſed confiſcantur tantum res ſpeciales, ipſæ liberæ ab omni onere fiſco adquiruntur, & abſque obligatione ſatisfaciendi ſeu ſolvendi creditoribus debitoris quantumcunque hypothecariis anterioribus, ex hactenus comprobatis in hoc ſecundo fundamento ex *num.* 81. *& ſeqq.* & ſunt jura expreſſa in *d. l. ſi marito* 32. *ff. ſolut. matr.* ubi agitur de uxore creditrice pro ſua dote, pro qua in bonis mariti habet tacitam & privilegiatam hypothecam, & *d. l.* 2. *Cod. ad leg. Jul. de vi publ.* ubi agebatur de pupillo agente ad bona ſui tutoris confiſcata, in quibus à jure tacitam pupillus habet hypothecam pariter privilegiatam; & tamen juxta verum intellectum communem Gloſſarum & Doctorum, de quibus *ſupr. num.* 83. diſtinguentium inter confiſcationem univerſalem, & rerum particularium, ut in iſtis non teneatur fiſcus, juxta præfata jura.

Comprobatur ulteriùs ex celebri textu in *l.* 89 *quinque legibus damnatæ mulieris dos publicatur, majeſtatis, Juliæ, vis publicæ, parricidii, veneficii, & de ſicariis*, 3. *ff. de bon. damnat.* ubi dos (in qua maritus ante exactionem habet hypothecam, & poſt exactionem, dominium licèt revocabile) tranſit ad fiſcum libera, & abſque onere hypothecæ : quam legem ad hoc ipſum quamplurimi Doctores adducunt & exornant, quos congerit Farin. *de delict. & pœn. qu.* 24. *num.* 5. & latius *quæſt.* 25. *num.* 13. 14. *&* 15. quia mulier in his criminibus ipſo jure amiſit rerum dotalium dominium, & fiſco fuit applicatum liberum omni onere, & hypotheca, qua antea erat gravatum, juxta comprobata *ſupr. ex nu.* 71. *& ſeqq.*

Quæ doctrina hodie de jure Regio procedit in omnibus delictis indiſtinctè, pro quibus mulier condemnata fuerit, quia in bonis dotalibus pœna repoſcitur & executioni mandatur non obſtante præjudicio mariti, ex *leg. Tauri*, quæ eſt *lex* 11. *tit.* 9. *l.* 5. *recopil.* ubi notat Azeved. *nu.* 5. & Ant. Gomez. *in d. l.* 78. *numer.* 2. Carleval. *de judic. tom.* 2. *l.* 1. *tit.* 3. *diſput.* 19. *numer.* 16. 17. *&* 18.

Fulcitur ex illius quæſtionis reſolutione, de qua *ſupr. num.* 7. *&* 8. *& num.* 31. *cum ſeqq.* an domus delinquentis creditori hypothecata, pro cujus debitoris delicto deſtrui vel comburi mandatur; & concluſum fuit affirmativè, quamvis hoc præjudicet creditori, ob vindictam publicam : quæ opinio probabilior eſt, cùm videamus idem determinari in caſu fortiori, nempe quando ipſa domus communis eſt cum alio tertio condomino, ut non obſtante condomini præjudicio, domus, quæ commodè dividi non poteſt, vel in qua condominus habeat partem ſuperiorem, à fundamentis tota deſtrui debet, ut ex Bald. *in l.* 1. *Cod. quib. ex cauſ. ſervi pro præm. l. accip.* & Felin. *in c. quæ in Eccleſiarum, num.* 28. *de conſtit.* tradit Petra *in tract. de poteſt. princ. ſub rubr. de ſpe quam quis habet ab inteſt. in hæred. viven.* §. *ſubjiciamus nunc, num.* 14. *verſ. octavus caſus, fol.* 195. latè Iſernia *in cap.* 1. §. *receptatoribus, in addit. poſt num.* 33. *verſ. quærunt moderni : de pace juram. firm.* ſequitur Fabius Capyc. Galeota *in reſponſo fi.* 28. *ex num.* 13. idem tenet Maſtrill. *de magiſtrat. l.* 3. *cap.* 4. *nu.* 381.

Tertium & ultimum fundamentum excluſi- 90 vum creditorum à mercibus incidentibus in Commiſſum, illud erit, quod cauſa Commiſſi non poteſt regulari per illam diſtinctionem à Doctoribus communiter traditam ad excluſionem vel incluſionem & conſervationem hypothecæ ſuper re poſtea per debitorem alienata; ut ſi alienatio fiat ex cauſa de præterito neceſſaria, putà ex conventione & pacto exiſtente in origine adquiſitionis, ut hoc caſu extinguatur hypotheca : at verò alienatio ex cauſa omnino voluntaria pendente ex ſolida voluntate debitoris, duret & tranſeat hypotheca, ex doctrina ſuperiùs adducta, ex *num.* 26. *& ſeqq.* Tum quia hæc diſtinctio procedit in debitore alienante & operante per contractum ex ſuo facto ſuo conſenſu, & volun-

voluntate ſive neceſſaria, ſive voluntaria, & per ſeipſum ex facto ſuo ordinato immediatè ad alienandum juxta ſupra dicta ex *num.* 29. quod in Commiſſo prorſus ceſſat; nam caſus Commiſſi non tam eſt alienatio, quàm privatio & amiſſio mercium inducta à legis vi & rigore, nulla concurrente voluntate debitoris, nec conſenſu, ſed eo invito & renuente lex ipſa operatur extinctionem juris acquiſiti à debitore propter delictum, fraudem, & audaciam ipſius introducentis merces prohibitas, vel temerè illas occultantis, profeſſione & manifeſtatione omiſſa in portubus & aliis locis à publico deſtinatis ad recognitionem mercium invectarum: qui caſus eſt omninò diverſus ab alienatione ex facto & conſenſu debitoris procedente, de qua loquuntur jura, & Doctores ſuperiorem diſtinctionem adducentes, ſub qua non includitur iſte noſter caſus diverſam habens inſpectionem, & ſub diverſa juris regula incluſus determinari debet juxta varia fundamenta & ſingulariſſimas doctrinas hactenus per totum diſcurſum non ſine ingenti labore requiſitas & cumulatas. 91

Et quantumvis caſum Commiſſi vellemus applicare alicui prætatæ diſtinctionis membro, certiùs aptaretur primo requirenti cauſam neceſſariam præambulam, ut ex alienatione facta per debitorem extinguatur hypotheca, quatenus privatio & ademptio mercium propter Commiſſum, ſit alienatio neceſſaria inducta à lege, quæ quandocunque contingat, eundem effectum operatur, ac quælibet alienatio proveniens ex conventione partium & cauſa præambula: ut ex plurimis Doctoribus adductis *infra numero* 95. quo ſuppoſito poteſt dici hic caſus comprehenſus in primo membro diſtinctionis, non in ſecundo præcisè requirente liberam & abſolutam voluntatem debitoris, ut conſervari poſſit hypotheca, quæ nunquam in hac amiſſione dominii concurrit: neque enim lex indiget voluntate & conſenſu debitoris, ſed per ſeipſam operatur abſque interventu debitoris hanc privationem & amiſſionem mercium, & extinctionem juris debitoris delinquentis, ipſo facto jure, quia debitore invito, renuente, contradicente, & repugnante, per ſeipſam inducit hanc privationem mercium & extinctionem dominii quod habebat debitor in ipſis fraudulenter & contra prohibitionem legis invectis & introductis, vel non profeſſis. Et ideo quocumque tempore ſuperveniat privatio hæc & extinctio dominii; perneceſſe debet operari effectum reſolutivum hypothecæ tanquam ab illo dependentis & adquiſitæ creditori in conſequentiam; juxta regulam, *Cùm principale non ſubſiſtit, non ea quæ ſequuntur locum habent: de reg. jur. in 6.* quia quocunque tempore accidat privatio & extinctio dominii ex legis diſpoſitione, eundem effectum debet operari, quem operatur cauſa alienationis antecedens & præambula: prout evidentiſſimè probabimus ſtatim. 92

Quapropter de iis mercibus quoquo modo incidentibus in Commiſſum, aliter judicandum eſt quàm de alienatione rei hypothecatæ poſtea facta per debitorem nullo juris rigore cogente, ſed ad libitum & ex ſpontanea voluntate volentem fraudare creditores in jure hypothecæ; quod jus non patitur: at in Commiſſo, debitor introducendo merces prohibitas, vel permiſſas non manifeſtans, nihil ordinavit ad effectum alienandi, ex Doctoribus ſuperiùs adductis & citatis *n.* 29. & 30. ſed potius animo lucrandi & adquirendi in malus commodum & utilitatem ſuorum creditorum, qui caſus cùm longè diſcreret à præcedenti, illario quæ fieret ab uno ad alium tanquam irregularis non eſt admittenda. 93

Quia potius ex ſupra dictis ſequitur quod dum leges privant debitorem delinquentem ut ſupra ſuo dominio, & jus ipſius extinguunt & reſolvunt ipſo jure, eo reſoluto & penitus amiſſo, nullum hypothecæ veſtigium remanere poteſt creditoribus ſuper rebus & mercibus propter commiſſum confiſcatis; quia quoquo modo reſoluto per legem jure debitoris, reſolvi debet etiam jus creditoris quod ab illo dependet: ut in expreſſo probant *citata l. ſi marito* 32. *ff. ſolut. matr. l.* 2. *Cod. ad leg. Jul. de vi publ. d. l. quinque legibus* 3. *ff. de bon. damnat.* cum aliis *ſuprà* adductis ex *num.* 87. *& ſeqq. & ex num.* 81. *cum multis ſeqq.* quæ diſponunt excluſionem quorumlibet creditorum etiam hypothecam habentium, ne ex bonis ſpecialibus ſeu mercibus confiſcatis perſequi poſſint quod ſibi debetur. 94

Hinc provenit, quod ad cognoſcendum & diſtinguendum inter actus neceſſarios & voluntarios, Doctores communiter aſſerunt idem eſſe neceſſitatem provenire ab origine vel diſpoſitione partium, & cauſa præambula, vel à diſpoſitione & coactione legis, ut in utroque caſu iidem reſultent effectus, ut ex *Baldo, Signorolo, Caſtren. Corn. Alex. Capra, Cardin. Imola, Aſſlict. Durando, & aliis* tradit Gabriel *conſ.* 16. *num.* 31. *tom.* 1. Oſaſc. *deciſ.* 167. *num.* 21. Alban. *conſ.* 17. *num.* 8. Surd. *conſ* 112. *num.* 63. *ad fin.* Caſtill. *de uſufr. cap.* 46. *num.* 2. & 5. Mantic. *de conject. ult. vol. l.* 10. *tit.* 2. *n.* 2. & 3. Menoch. *de arbitrar. caſu* 182. *num.* 52. *& lib.* 4. *præſumpt.* 109. *n.* 3. *& præſ.* 110. *num.* 4. *& conſ.* 56. *nu.* 15. *& conſ.* 101. *n.* 26. Barboſ. *in l. ſi cum dotem § ſi pater, n.* 2. *ad fin. & n.* 9. *&* 10. *ff. ſol. matr.* Fab. de Ann. *conſ.* 4. *num.* 2. & 63. Peregrin. *conſ.* 37. *nu.* 13. *tom.* 3. Anton. Sola *ad ſtatut. Sabaud. tit. de feud gloſ.* 1. *part.* 2. *num.* 6. Rauden. *de An. log. l.* 1. *cap.* 15. *nu.* 215. Phanut. *de dote gloſ.* 8. *n.* 90. Honded. *conſ.* 39. *n.* 77. *conſ.* 50. *n.* 3. 4. 14. 15. 18. *vol.* 2. Rimin. jun. *conſ.* 774. *n.* 12. *conſ.* 293. *n.* 16. *& conſ.* 384. *num.* 40. Graff. *§. Legatum, quæſt* 16. *n.* 8. Turrec. *conſ.* 10. *num.* 2. *conſ.* 83. *nu.* 2. *conſ.* 95. *n.* 9. *tom.* 2, *conſ.* 18. *nu.* 3. *in* 3. Caball. *conſ.* 115. *n.* 1. & 2. *vol.* 2. Botta *conſ.* 20. *nu.* 12. Simon. de Præt. *de interpr. ult. vol. l.* 4. *dub.* 6. *num.* 9. & 32. Petra *conſ.* 8. *n.* 168. Giurb. *in conſuetud. Meſſ. c.* 9. *gloſ.* 2. *nu.* 10. *p.* 1. Igitur nihil debet obſtare quod neceſſitas alienandi non proveniat ab origine adquiſitionis & actu præcedenti, cùm proveniat à coactione legis quæ idem operatur. 95

Conſonat, quod quamvis maritus non poſſit alienare res dotales, ſi tamen ſit contumax in præſtanda cautione de damno infecto, eo quod res dotalis minetur ruinam, per primum decretum vicinus mittitur in poſſeſſionem ipſius rei; & creſcente contumacia ejuſdem mariti, ex ſecundo decreto dominium rei dotalis tranſit in vicinum: cui ob contumaciam viri adquiritur juris authoritate & diſpoſitione, non attento nec impediente jure uxoris, cùm ſit alienatio neceſſaria ex juris diſpoſitione: ut optimè & latè comprobat Petr. Barboſa *in l.* 1. 5. *part. ex n.* 11. *cum ſeqq. ff. ſolut. matr.*

poſt

poſt jura & Doctores quos *ibi* allegat, nec ſit neceſſitas alienandi præambula & præcedens conſtitutionem & promiſſiones dotis.

Aliud namque eſt, velle debitorem à ſe abdicare & voluntariè admittere jus & dominium quod in re hypotheca habet: aliud eum coactivè privari jure & dominio ſuo in aliqua re per juris diſpoſitionem ob vindictam publicam, quo caſu per reſolutionem hypotheca non poteſt per-
96 durare. Exemplis res fiet manifeſta: ſi quis habet fructus beneficii hypothecatos vel emolumenta officii, & debitor officio aut beneficio poſtea ſit privatus, (ad latiſſimè tradita per Farinacium omnino videndum, *tom.* 1. *tit. de delict. & pœnis, qu.* 20 *ex n.* 42. *cum ſeqq.*) per neceſſariam conſequentiam, jus hypothecæ antea impoſitæ ſuper emolumentis Officii & fructibus beneficii reſolvitur & extinguitur; prout in Officii privatione determinatum affirmat. Regens de ponte *in deciſ.* 18. *in fin. & in deciſ.* 34. quem referens ſequitur Conſtan. *ad leg.* 1. *ex num.* 108. *cum ſeqq. Cod. de pœnis fiſcal. credit. præfer.*

Roboratur ex abundè comprobatis *in hoc Lalyrint. par.* 2. *cap.* 27. *ex num.* 36. *cum multis ſeqq.* ubi exactiſſimè de officio hypothecato, & poſtea perdito ſeu quovis modo amiſſo pro debitore, ut nullo modo ſubſiſtat hypotheca præcedens, ſed pariter pereat & extinguatur cum amiſſione juris debitoris poſtmodum ſuperveniente lege operante: Et in beneficii fructibus hypothecatis, ut ſequuta miſſione & privatione beneficii ob factum vel delictum debitoris titulari, ut pariter reſolvatur & extinguatur hypotheca præcedens expreſſè determinavit. Rota *deciſio.* 329. *numer* 4. inter recollectas per Farinac. *par.* 1. *fol. mihi* 108. quam adduximus ad litteram *hoc Labyrinth. par.* 1. *cap.* 43. *à princip.* & ſignanter *num.* 10.

Quod idem ſimiliter procedit in penſione Eccleſiaſtica Tertio creditori hypothecata, nam ſi debitor penſionarius poſtea ex aliqua juris diſpoſitione fuerit illâ privatus, vel aliter ob delictum ipſam amiſerit; eodem modo perit & reſolvitur hypotheca præcedens ut latiùs inferiùs *hoc cap. ſub num.* 102. *verſ. fulcitur diſcurſus.*

Quibus ſimile eſt, quod quando pater ob dilapidationem bonorum adventitiorum filii, privatur eorundem adminiſtratione & ſimul uſufructu, creditores patris amittunt hypothecam quem habebant in illis fructibus, & tamen hæc privatio provenit non ex cauſa antecedente, ſed ex nova ſuperveniente ex vi & diſpoſitione legis, juxta *leg. ult. §. quib. Cod. de ſenten. paſſ. l. Imperator* 50. *ff. ad Trebell.* Difficultas autem in hoc articulo ſolùm conſiſtit, an pater ſimul privetur fructibus, vel ſolum adminiſtratione bonorum? nam ſi fructibus privetur, dubium non eſt creditores amittere jus in illis, videndus Arias de Meza *var. reſol. lib.* 3. *cap* 37. *ex nu.* 7. & Nos *hac* 4. *par.* 15. *per tot.* ubi latè quæſtionem pro utraque parte diſputante, ex indubitabili jurium & Doctorum obſervantia reſolvimus ex *num.* 13. *uſque ad fin* patrem ſcilicet privari uſufructu per legem ob culpam dilapidationis, & propterea extingui hypothecam creditorum ejuſdem patris.

Ex quo fonte fluit ſimilis doctrina de re perfectè, legitimè, irrevocabiliter donata, & tradita, atque in dominium donatarii perfectè tranſlata, & ab iſto validè hypothecata ſuo creditori, ſi tamen poſtea acciderit, donatarium eſſe ingratum donatori, ita punitur à jure ob culpam ſeu ingratitudinem, ut res donatas amittat, quæ revertuntur ad donatorem reſciſſa donatione; & conſequenter hypotheca antea legitimè conſtituta reſolvitur per culpam donatarii ſupervenientem, quod ſic operatur rigor juris, ut per Alberic. *in l. his. ſolis, Cod. de revoc. donat.* quem ſequitur Ripa, in *l. fin. eod. quæſt.* 42. *num.* 146. & Pinell. *ad leg.* 2. *Cod. de reſcind. vend. par.* 2. *c.* 10. *num.* 19. Mantica *de contractib. l.* 11. *tit* 31. *num.* 76. idem tenet & contrariis reſpondet Tiraquel. *in l. ſi unquam, verb. revertatur, num.* 330. *verſ. & idem quoque*, Pacific. *de Salvian. interd. inſpect.* 5. *cap. unic. num.* 115. Mozius *de contract. tit. de donat. c. quomodo annull. & revoc. donat. num.* 61. & 62. quos & alios ſequitur Hermoſill. *ad leg.* 10. *tit.* 4. *partit.* 5. *gloſ.* 5. *n.* 19. *fol.* 290. *tom.* 1. quam defendit *in l.* 67. *tit* 5. *part.* 5. *gloſ.* 1. *ex n.* 21. *tom.* 2. *fol.* 360.

Idem videmus in donatione rerum perfecta & irrevocabili, quæ tamen reſcinditur ob culpam & ingratitudinem poſtea ſupervenientem donatarii denegantis alimenta donatori, ut hypotheca interim legitimè impoſita per donatarium reſolvatur; quia rigor juris, pœnam imponentis non attendit hypothecam, ſed revocationem dominii rerum donatarum, ex qua ob pœnam privationis ſubſequutæ hic reſultat effectus: ita tenet Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæſt.* 42. *ex num.* 1. *cum ſeptem ſeqq.* & ex *num.* 15. *cum ſeqq.* ubi loquitur de donatione, in qua non aderat pactum præſtandi alimenta, ſequitur Hermoſill. *ad leg.* 67. *gloſſ.* 1. *ſub n.* 21. *verſ. caſus. duodecimus eſt:* & his non citatis, ex aliis pluribus tenet Merlin. *de pignor. l.* 5. *quæſt.* 19. *per tot.* quia in his caſibus jus operatur revocationem donationis ipſo facto, prout in caſu noſtro, ut poſt plurimos Doctores probat Hermoſill. *ad d. leg.* 10. *tit.* 4. *par.* 5. *gloſ.* 7. *n.* 15. *fol.* 96. *tom.* 1. quia ubi lex in pœnam privat delinquentem dominio rei ſuæ ipſo jure, non attendit hypothecam interim contractam.

Item quando dominus amiſit ſervum hypothe- 97
catum, eo quod factus ſit vagabundus, quo caſu dominus perdit dominium ſervi, & adquiritur fiſco Principis, qui poteſt ipſum alteri donare, *l.* 1. *& 2. Cod. ſi vag. petat. mancip.* & colligitur ex *l.* 3. *Cod. de agricol. & cenſit.* Tiber. Decian. *tract. crim. l.* 4. *cap.* 13. *num.* 10. *tom.* 1. pariter creditoris domini reſolvitur hypotheca, & reſoluto & amiſſo jure debitoris quod ab illo dependet.

Item navis hypothecata, diruta, vel molendi- 98
num vi fluminis deſtructum, licèt iterum reædificentur etiam ex eiſdem tabulis & tignis, hypotheca extinguitur, Cenſius *de cenſib. quæſt.* 101. *per tot.* Avendan. *de cenſib. cap.* 60. *ex n.* 14. variis enim modis poteſt contingere amiſſio rei hypothecatæ, & 99
ſimul reſolutio hypothecæ, *l. ſervum* 27. *ff. de pignorib. l. ſicut.* 8. *ſi quib. mod. pign. vel hypoth. ſol. l. ſi cum venderet. §.* 1. *& l. creditor.* 15. *ff. de pignor. act.* cum ſimilib. *l.* 2. *Cod. de ſervo pign. dat. manumiſſ.* ubi hypotheca tacita, vel generali ſuper ſervo reſolvitur propter libertarem ei datam à debitore, quia in ſervo facto libero non poteſt durare hypotheca, ut deciditur in his verbis: *libertas à debitore fiſci ſervo data, qui pignori non eſt ex conventione ſpeciali, ſed tantum privilegio, fiſco obligatus non aliter infirmatur, quàm ſit hoc fraudis*

conſilio effectum delegatur, & idem probat *leg.* 3. *eod.*

100 Hinc fit quod ſervus hypothecatus ſi delictum commiſit, ob quod fuerit damnatus vel in metallum, vel ad mortem, non attenditur jus dominii, nec creditorum hypothecæ, quominus ſententia in ſervum lata mandetur executioni: ut probant Doctores ex *l.* 1. *Cod. de bon. præſcript.* melior text. *in l. ſi fugitivi ſervi deprehéndantur ad barbaros tranſeuntes, aut pede amputato debilitentur, aut metallo dentur, aut qualibet alia pœna afficiantur.* 3. *Cod. de ſerv. fugit. l. ſi quis aliquid*, §. 1. *ff. de pœnis*, *l. metalli ſupplicium tam ad perſonas liberas, quam etiam ad ſervilis pertinet conditionis*, *Cod. de pœn.* atque ita ſervus poteſt hoc modo conditionem domini deteriorem facere: verba ſunt text. in *l.* 1. §. *quidergo*, *in fin. ff. de vi*, *& vi arm.* præfatam concluſionem probant Vincent. de Franch. *dec.* 317. *à n.* 6. Peguera *deciſ. crim.* 22. *per tot.* Jul. Clar. *l.* 5. *recept. ſententent.* §. *fin. quæſt.* 97. *à princ.* Petr. Cavall. *reſol. crimin. centur.* 2. *caſu.* 146. *per tot.* Fulv. Conſtantius *in l.* 1. *n.* 80. *Cod. pœn. fiſcal. credit. præferri*: quos allegat Salcedo *in tract. de contrabanno*, *cap.* 29. *num.* 86.

Et horum jurium & doctorum ratio petenda erit ab his quæ hactenus ex *num.* 74. *cum multis* 101 *ſeqq.* adduximus, quia dominus in his pœnis capitalibus amittit dominium ſervi, adeo ut etiamſi redeat, non redit in dominium domini, ſed ad fiſcum pertinet text. eſt *in l. aut damnum* 8. §. *fin. ff. de pœn.* cujus verba ſunt: *ſervos in metallum, vel in opus metalli, item in ludum venatorium dari ſolere, nulla dubitatio eſt; & ſi fuerint dati, ſervi pœnæ efficiuntur, nec ad eum pertinebunt, ejus fuerint antequam damnarentur*, &c. & ſtatim *Imperator Antoninus rectiſſime reſcripſit quia ſemel domini deſierat eſſe pœnæ ſervus factus, non eſſe eum in poteſtatem domini poſtea reddendum*, *&c.* Cum enim dominus debitor ex juris diſpoſitione amiſit dominium ſervi, creditorum hypotheca pariter extincta & ſimul reſoluta intelligitur. Quia vera 102 eſt concluſio, quod quandocunque & quomodocunque reſolvatur ex juris diſpoſitione, jus & dominium debitoris circa rem hypothecatam, abſque ejus voluntate & conſenſu, nullo modo poteſt ſubſiſtere hypotheca, quia reſoluto jure debitoris, reſolvitur jus hypothecæ creditoris, ex comprobandis ulteriùs.

Et de hac dominii amiſſione propter commiſſum, idem judicandum erit ac ſi ab hoſtibus juſto bello merces captæ fuerint; prout hanc comparationem expreſſe probat *lex* 31. *tit.* 26. *part.* 2. *ibi, E ſin todo eſto tuvieran por derecho que los que llevaſen algunas coſas ſin mandamiento del Rey à tierra de los Enemigos quienes fueſſen Chriſtianos, o Moros, que quien quiera que ſe lo trate, que fueſe ſup. como aquello que ſe gana derechamente en guerra*, Bobadilla *d. tr. c.* 5. *n.* 271. quarum mercium dominium (poſtquam collocatæ ſunt in tuto per viginti quatuor horas) ita dominus amiſit & fuit adquiſitum capientibus, ut ſi à noſtris iterum fuerint recuperatæ, non reſtituantur antiquo domino, qui nullum habet jus ad illas recuperandas, quia ſemel dominium ex juris neceſſitate ac diſpoſitione amiſit, fuitque in alios tranſlatum; ad latè & accuratè ſcripta per Salced. *de contraban. cap.* 11. *per tot. ex fol.* 97. nonne igitur foret abſurdum, velle creditores ratione ſuæ hypothecæ avocare has merces ab amicis illas recuperantibus, quando dominus nullum jus habet ad eas pendendas? hi enim ſunt effectus dominii amiſſi ipſo jure, & alium ex legis poteſtate tranſlati abſque ullo onere.

Fulcitur diſcurſus iſte; quia penſio Eccleſiaſtica Tertio creditori hypothecata ſicut amittitur, & ea privatur ipſo jure penſionarius per matrimonium poſtea contractum, ad latè tradita per Nic. Garc. *de benefic. par.* 1. *cap.* 5. *ex num.* 105. *cum multis ſeq.* & à *num.* 121. eodem modo quo beneficium amittitur ut *ſupr. numer.* 96. ita pariter ſimul extinguitur hypotheca ſuper penſione impoſita, prout determinavit Rota *in deciſ.* 329. *inter recol. per Farin. ac. par.* 1. *fol mihi* 108. per quam Nos reſolvimus etiam *in hoc Labyr. par. cap.* 43. *n.* 3. *&* 15.

Hæc fundamenta acurè & accuratè conſidera- 103
ta ex *d. num.* 75. *cum omnibus ſequent.* adnotabis, quia convincunt prorſus quaſlibet difficultates in contrarium adductas. vel adducendas. Ex quibus fundamentis una reſultat firmiſſima reſolutio quod in mercibus in commiſſum tam per contrabannum, quam per omiſſam profeſſionem & manifeſtationem mercium permiſſarum incidentibus, fiſcus tanquam dominus factus ipſo jure anteponitur quibuſcumque creditoribus hypothecariis delinquentis; quorum hypothecæ ſubito cum dominio debitoris perierunt, extinctæque & reſolutæ fuerunt, nec fiſcus ex prædictis ſpeciebus confiſcatis, tranſlatis ad ipſum aliquo onere, tenetur ſatisfacere creditoribus debitoris illas introducentis. Quam opinionem & reſolutionem veriſſimam arbitror, & in praxi ſervandam, nec unquam vidi, nec audivi creditorem aliquem delinquentis prælatum fuiſſe fiſco agenti pro Commiſſo, in quo ſi admitterentur creditores, omninò fruſtrarentur tam juſtæ & ſanctæ pragmaticæ, & creſceret audacia & temeritas introductioni, in notabilem perniciem & detrimentum Reipublicæ; facillimum enim foret introducentibus merces has prohibitas, fingere, & falsò ſupponere creditores ad liberandum merces in fraudem fiſci: prout ulterius ex variis juris fundamentis noſtra reſolutio undequaque veriſſima apparebit. Ubi enim concurrit neceſſitas & rigor legis motæ ex juſta cauſa non attenditur Tertii præjudicium inde per accidens ſequendum, ut 104
in veſtibus & aliis mercibus peſte infectis, quæ comburuntur juris præcepto, non attento præjudicio domini, nec creditorum in mercibus jus hypothecæ habentium, ut ex *l.* 1. §. *cura carnis ff. de offic. præf. urb.* & ex aliis docet Ripa *de peſte*, *cap.* 6. *numer.* 49. quos referens ſequitur Salcedo *in tract. de contrac. c.* 29. *num.* 96. *&* comprobatur *infr. num.* 113.

Idem conſiderandum in terminis *leg.* 2. *tit.* 1. 105
part. 2. *& leg.* 31. *tit.* 18. *part.* 3. ubi deciditur, poſſe Principem agrum vel domum tollere à vaſſallo invito, quoties illis egeat Princeps ad aliquid faciendum, data recompenſa: quod exornat latiſſimè Cevall. *commun. contra. com. tom.* 4. *quæſt.* 906. *ex num.* 4. *cum multis ſeqq.* Hermoſill. *ad leg.* 3. *tit.* 5. *part.* 5. *ex num.* 9. *tom.* 2. *fol.* 7. & latiùs ex *nu.* 30. *cum ſeqq.* quia tunc deficiat voluntas & conſenſus domini fundi, non conſideraretur alienatio, nec venditio, ſed amiſſio coacta, & ideo dominus non tenetur ſolvere gabellam, ut latè diſputantes probant Lazarte *de decima vendit. cap.* 19. *ex n.* 107. & Gutier. *in tract. de Gabell. quæſt.* 22. *numer.* 26. cùm igitur debitor

coactè

coactè dominium rei amittat, pariter hypotheca ſuper ea impoſita reſolvi debet.

Infertur etiam ad *leg. præſcriptio, l. omnes, Cod. de operib. publ.* udi propter publicorum ædificiorum conſtructionem privata ædificia dirui ſeu deſtrui poſſunt, Carpan. *ad ſtatut. Mediol. c.* 433. *num.* 7. Giurba *dec.* 86. *n.* 4. Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 12. *numer.* 28. ubi pro ampliatione plateæ publicæ compulſus eſt vendere domum ſuam deſtruendam; & pro conſtructione domus Conſilii publici, vel carceris, idem tradit Aviles *in cap. Prætor. c.* 18. *gloſ.* 12. *numer.* 2. & 3. Farinac. *dec.* 854. Guſman. *de evictionum. quæſt.* 52. *n.* 46. Et
107 quod Judex pro decore civitatis poteſt domum privati deſtruere, Paris de Puteo *de ſyndic.* §. *Judex. num.* 26. Roman. *ſingul.* 710. Ripa *in rubr. de damn. infect. num.* 5. Gaſpar. Theſaur. *quæſt. for.* 64. *num.* 4. Avendan. *in cap. Prætor.* 1. *par. c.* 19. *num.* 39. Bobadilla *in politic. lib.* 3. *cap.* 5. *nu.* 26. Giurba *deciſ.* 86. *nu.* 5. Azeved. *in l.* 7. *tit.* 7. *Recopil. num.* 9. Guzman. *de evictionib. quæſt.* 57. *num.* 47. Hermoſill. *ad leg.* 3. *gloſ.* 1. *tit.* 5. *part.* 5. *ex num.* 10. *cum multis ſeqq. tom.* 2. *fol.* 7. ubi infert ad plurimos caſus in quibus dominus compellitur invitus ex juris diſpoſitione vendere domos &
108 bona ſua: & ex *n.* 32. *cum multis ſeqq.* innumerabiles penè referens contra Covar. pro ædificio Eccleſiæ, aut reparatione & extenſione Monaſterii, Hoſpitalis, Capellæ, & ſimilium, poſſe vicinos invitos cogi vendere bona & domos proprias, ex *l. ſi quis ſepulchrum, in princ. ff. de religioſ. & ſump. fun.*

109 In quibus, & aliis ſimilibus caſibus, operante legis potentia, ſicut debitor amittit invitus jus & dominium rerum ſuarum, multo fortiùs creditores debent ſimul amittere jus hypothecæ ex reſolutione juris & dominii debitoris principalis à quo jus ipſorum dependet & derivatur: quo argumento in ſimilibus omnino terminis utitur Rota penes Manticam, *deciſ.* 63. *per tot.* maximè *ex numer.* 4. ubi de ſtatuto cogente dominum vendere domum vicino volenti ædificare ad ornatum Reipublicæ, quod ſi dominum privat ſuo dominio, multo fortiùs tolli debet hypotheca, quam ſuper domo habet Tertius, cùm ſit jus multo debilius.

Idem fundamentum comprobat Rota, ut per Merlin. *deciſ* 465. *ex numer.* 1. & ex *num.* 6. *cum ſeq.* ubi de Bulla Gregorii XIII. per quam quis cogi poteſt domum viliore pretio vendere alteri volenti ædificare pro ornatu urbis: & quod ex hac legis coactione privetur ſocius jure, quod aliàs ei competit ratio ſocietatis & communionis ad retractum, quod fortius eſt jure hypothecæ, ead. Rot. *deciſ.* 437. *ex numer.* 26. penes ipſum *Merlin.* Ergo ſi dominus ratione ſui dominii nequit reſiſtere legis coactioni, abſurdum foret hanc poteſtatem tribuere creditori ratione juris hypothecæ quod longò debilius videtur, ut etiam fortiùs videmus in bonis majoratus ac fideicommiſſi
110 perpetui, prohibitis alienari & in Tertium tranſferri; tamen juris authoritate & potentia interveniente, ut in caſibus relatis, cogitur poſſeſſor majoratus bona vendere & alienare, non attento præjudicio ſuo & familiæ vocatæ, nec non ſucceſſorum omnium quibus jus ex fundatione adquiſitum extat radicaliter & ab origine ipſius, in quibus efficacius jus reſidet quàm in creditore hypothecario: ut probant Leo *dec. Valent.* 90. *num.* 13. Franciſc. Marc. *dec.* 534. *nu.* 6. *par.* 1. Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 12. *n.* 25. 26. & 27. & 2. *par. clauſ.* 5. *gloſ.* 1. *num.* 120. Novar. *de elect. for. ſect.* 2. *quæſt.* 21. *nu.* 9. Giurb. *dec.* 80. *numer.* 16. idem Giurb. poſt Hieron. de Leon. & Mantic. *obſerv.* 46. *num.* 9. & 27. & *ad ſtatut. Meſſan. c.* 10. *gloſ.* 10. *numer.* 4. Gratian. *diſcept.* 742. *num.* 25. & 26. *tom.* 4. Riccius *collect.* 76. & Gratian. *deciſ.* 45. Carocc. *deciſ.* 261. plurimos alios adducit Hermoſill. *ad leg. gloſ.* 1. *tit.* 5. *par.* 5. *numer.* 49. & 50. ubi quod etiam procedit in feudalibus & emphyteuticariis quorum alienatio prohibita eſt: ergo multo magis id operabitur legis poteſtas & coactio in hypothecis creditorum: ut in iſtis terminis determinavit Rota apud Mantic. *in d. deciſ.* 63. *ex num.* 6. & *ſeqq.* ubi optimè comprobatur hoc fundamentum.

Quoniam hujuſmodi alienationes, quæ procedunt ex vi coactiva ſeu compulſiva legis, non ſubjacent regulis juris ordinariis exigentibus conſenſum & liberam voluntatem domini: igitur multo magis procedere debent ſupra ſcripta, quando ob culpam, fraudem & delictum domini debitoris, ipſe dominio ſuo privatur, & per confiſcationem extinguitur & reſolvitur in favorem publicæ diſciplinæ: ut rectè diſtinguit Conſultus in *l. licitatio,* 9. *quod illicitè*, ibi: *alterum enim utilitas privatorum, alterum vigor publicæ diſciplinæ poſtulat. ff. de publican. & vectigal.* conſona lex, *ita vulneratus,* §. *quod ſi quis, ff. ad leg. Aquil.* cum *ſimilib.* ut multo magis jus creditorum hypothecæ debeat reſolvi. 111

Nam quemadmodum amiſſio dominii, & privatio mercium non pendet à voluntate & conſenſu debitoris, ſed ex viſceribus juris, ita præcisè & coactivè operantis, pariter nec requiritur cauſa alienationis præcedens hypothecam, quæ tunc requireretur quando lex ſimpliciter adjudicaſſet merces fiſco; ſed non quando ſimul præmittit amiſſionem, reſolutionem, & extinctionem juris & dominii debitoris, quæ in neceſſariam conſequentiam influit in jus hypothecæ ab illo dominio dependens, juxta viriliter & veraciter hactenus comprobata ex tot variis & validis fundamentis. 112

Nam quando lex vel ſtatutum diſponit ſuper actu licito & permiſſo, non attenditur damnum & præjudicium quod indirectè inde ſequitur; & per quandam conſequentiam accidere poteſt alicui, nec propterea impeditur legis effectus & executio: text. eſt in *l. quis nec cauſam, ff. ſi cert. pet. l. nullus* 6. *de reg. jur.* & aliæ doctrinæ belliſſimæ videndæ ſunt lato calamo adductæ in *hoc Labyr. par.* 1. *c.* 37. *ex n.* 40. *& num.* 32. juſtiſſimè enim lex privat mercibus eum, qui ipſâ contemptâ illas contra bannum publicum introduxit; quid igitur refert præjudicium creditoris habentis in eiſdem jus hypothecæ indirectè & per quandam conſequentiam, quo minus ipſum virtualiter extinctum intelligatur ex natura rei geſtæ hunc effectum producentis, ad quam lex principaliter non fuit deſtinata, ſed ad privationem & extinctionem dominii debitoris delinquentis, juxta abundè comprobata in *d. c.* 37. *nu.* 32. *& ex n.* 40. 113

Deinde quia prohibita alienatione, ſolum intelligitur prohibita illa quæ fit ab homine ex voluntate & conſenſu ejus, non verò quæ inducitur à lege expreſſè vel tacitè: ut ex quamplurimis Doctoribus comprobat Mierez *de majoratu,* 4. *part. qu.* 1. *limit.* 1. *à num.* 6. & quia alienatio quæ 114

à legis disposítione oritur necessaria est, Baldus Pereyra in *l. si curatorem, gloss. contractum feciſti*, *n.* 18. *Cod. de in integr. reſtit.* Monter. *dec.* 1. *n.* 6. Gallinius *de verb. ſign. cap.* 32. *nu.* 5. Giurba *ad conſuetud. Meſſan. cap.* 14. *gloſ.* 6. *ſub n.* 6. & *princip.* ubi multa congerit.

¶15 Et quando obligatio alicui prohibetur, non intelligitur nec comprehenditur obligatio tacitè inducta à lege ex aliquo contractu permisso: optimè Cartar. *dec.* 46. *ex num.* 13. exempla tradit Moneta *de commutat. ult. volunt. cap.* 11. *ex nu.* 222. *fol.* 1545. & ex *Croto*, *Alciato*, & *Rot. dec.* tenet Merlin. *de pignor. l.* 5. *quæſt.* 8. *numer.*

¶16 75. & 76. quia alienatio tacitè inducta à lege, tanquam necessaria ita præcisè obligat, ut comprehendat bona mobilia minoris, exclusis decreto & aliis juris solemnitatibus, latè per Gratian. *discep. forenſ. tom.* 1. *cap.* 27. *à num.* 44. *cum ſeqq.* ubi ponit varia exempla, optimè Pinel. *de bon. matern. in l.* 1. *par.* 3. *ex n.* 45. Tiraquel. *de leg. connub. gloſ.* 8. *q.* 23. *ex n.* 184. ubi de solemnitatibus alias requisitis in contractibus mulierum,

¶17 Rota *dec.* 186. *nu.* 6. ut per Cencium *poſt tract. de cenſib.* Quibus consonat quod donatio tacitè inducta

¶18 à lege operatur suos juris effectus absque acceptatione donatarii, ut per plures DD. probat Mierez *de majorat. part.* 1. *quæſt.* 68. *à num.* 43. & *quæſt.* 36. *à num.* 24.

¶19 Nam alienatio ex causa necessaria inducta à lege, nec est alienatio, nec comprehenditur sub prohibitione alienationis: facit *lex* 1. *ff. de fund. dot.* ibi *quia hæc alienatio non eſt voluntaria*: & *l. alienationes* 13. *ff. famil. erciſc.* ibi, *duntaxat voluntariæ, non quæ cauſam neceſſariam habent*, text. in *l.* 3. *in princ. verſ. pignori*, cum §. *ſeqq. ff. de rebus cor. l. ſi pupillorum*, §. 1. *ff. eod.* & *ex l.* 1. & 3. *Cod. quando decreto opus non eſt*; ut ultra citatos *num.* 14. & 15. latè Fusar. *de ſubſtit. q.* 597. Olea *tit.* 2. *quæſt.* 2. *nu.* 6. Arias de Meza *lib.* 3. *var. c.* 26. & 27. *per tot.*

120 Et in tantùm lex in hujusmodi alienationibus necessariis præcisè & efficaciter operatur, ut nullo modo attendat ad solemnitates aliàs de jure requisitas in favorem partis, vel Reipublicæ, sed absque illis effectum suum perficiat, Castill. *tom.* 6. *controverſ. cap.* 113. *à nu.* 15. Lara *de Anniverſar. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 6. & 64. latè Surdus *conſ.* 70. *per tot.* Guid. Pap. *dec.* 31. *num. fin.* Merlin. *controverſ. centur.* 2. *c.* 74. *num.* 35 & ex Rota, Scaccia, Gratian. idem Merlin. *centuria* 2. *cap.* 39. *à num.* 41.

¶21 Quia Regula est, quod actus factus ex juris necessitate & compulsione, non comprehenditur sub lege prohibente actum fieri, *l.* 1. *ff. de excuſat. tutor. l. ut gradatim*, §. 1. *ff. de muner. & honor.* & per alia plura jura consuluit Anton. Ciosi. *conſ.* 37. *vol.* 1. Ludov. Roman. *conſ.* 393. *per tot.* Aymon. Cravet. *conſ.* 215. Jas. *in l. ſi unus*, §. *pactus*, *num.* 29. *ff. de pact.* Cancer. *var. rer. par.* 2. *c.* 1. *de minorib. ex n.* 178. *cum ſeqq.*

¶22 Maximè si hæc juris compulsio necessaria proveniat ex delicto, vel quasi, quia tunc non obstante prohibitione legis, ne quis possit se obligare, vel bona sua alienare absque certis solemnitatibus, lex absque illis operari potest & publicare, ne delicta maneant impunita, ut in prohibitione facta minori, & prodigo: quæ non extenditur ad alienationem causatam ex delicto, vel quasi, Glos. & DD. in *l. ſi quis in tantum*, *Cod. unde vi*, tradit Bartol. *in l. is qui bonis ff. de verb. oblig.* Franciſc. Baldus *in l. ſi curatorem habens*, *in verſ. non abſimilis*, *num.* 43. *Cod. de integr. teſtit.* Cancer. *variar. par.* 2. *c.* 1. *de minorib. n.* 190. Roder. Suar. *in l.* 15. *tit. de las deudas*, *num.* 16. ubi alios allegat.

CAPUT X.

Hypotheca ex facultate Regia legitimè imposita super bonis majoratus, an extinguatur perveniente majoratu ad ultimum familiæ consanguineum, penes quem vinculum dissolvitur, & bona libera remanent.

SUMMARIUM.

1 *Majoratus familiæ relictus extinguitur, & bona remanent libera penes ultimum poſſeſſorem, poſt cujus obitum familia erit extincta.*
2 *De admiſſione fœminæ excluſæ quando nullus ſupereſt maſculus in majoratu rigoroſæ agnationis: remiſſivè.*
3 *An & quando filii naturales & ſpurii admittantur ex natura majoratus perpetui, omnibus legitimis de familia extinctis.*
4 *An hypotheca ſuper bonis majoratus ex facultate Regia impoſita diſſolvitur, extincto vinculo per extinctionem familiæ? diſputatur ad partes, n.* 5. & seqq.
5 *Mutata rei hypothecatæ forma, hypotheca ipſa extinguitur.*
6 & 7 *Servi, ſicut alia debitoris bona, hypothecariæ obligationi ſubjici poſſunt.*
8 *Servo hypothecato manumiſſo, hypotheca diſſolvitur, etiam in præjudicium creditorum.*
9 *Qualitas nova ſuperveniens enti illud tranſmutat in novam ſpeciem: Declaratur nu.* 23. 24. & aliis seqq.
10 *Extinctâ familiâ, extinguitur vinculum majoratus, & bona remanent libera apud ultimum poſſeſſorem.*
11 *Hypotheca legitimè conſtituta ſuper bonis majoratus extinguitur, extincto majoratu, ſed unus hypothecæ perſeverat.*
12 *Bona majoratui hypothecata ex facultate Regia, non immutantur, vel in forma, vel in qualitate, licèt remaneant libera, apud ultimum poſſeſſorem, familia extincta.*
13 *Forma, ſeu clauſula hypothecæ bonorum majoratus apponi ſolita in reſcripto Regio.*
14 *Bona majoratus hypothecata ex facultate Regia, non dicuntur immutari ratione hypothecæ per ſupervenientem libertatem.*
15 *Hypotheca non diſſolvitur quamdiu remanet ſalva rei hypothecatæ ſubſtantia.*
16 *Libertas ſuperveniens majoratui reſpectu vinculi, non deſtruit ſubſtantiam bonorum ejuſdem.*
17 *Servus hypothecatus per hypothecam generalem omnium bonorum debitoris, poteſt manumitti, & hypotheca extinguitur; ſecus ſi per ſpecialem, n.* 18.
19 *Servi etiam generaliter hypothecati manumiſſio non valet in præjudicium creditorum, ſi debitor non ſit ſolvendo.*
20 *Bona majoratus ſiunt libera authoritate Principis, dum ipſe concedit facultatem ea obligandi jure*

jure hypothecæ, & ideo quoad hypothecam non immutantur per libertatem ſuperveniẽtem ex familiæ extinctione, & n. 24.

21 *Hypotheca bonorum majoratus ex facultate regia, non eſt generalis, ſed ſpecialis, & ideo non extinguitur per libertatem majoratui ſuperveniẽtem.*

22 *Clauſula*, omnia & ſingula, *in obligatione generali bonorum debitoris, operatur ſpecialem hypothecam in ſingulis.*

23 *Qualitas ſuperveniens enti, non immutat illius ſubſtantiam, & n. 24. & 25.*

26 *Qualitas ſuperveniens rei hypothecatæ, non immutat nec extinguit hypothecam.*

27 *Bona hypothecata tranſeunt in quemlibet poſſeſſorem cum ſuo onere.*

28 *Res pluribus creditoribus ſeparatim hypothecata, ſi uni ſatisfactum ſit, non ſit libera reſpectu aliorum.*

29 *Bona majoratus, per extinctionem familiæ, non omnimodam ſed limitatam aſſequuntur libertatem; & ideo cenſus & penſiones quibus erant gravata, non pereunt.*

30 *Hypotheca ſuper uſufructu formali impoſita non extinguitur ſi tranſeat in cauſalem per adquiſitionem proprietatis.*

1 PRo præciſa introductione celeberrimæ quæſtionis, priùs ſupponendum duximus, Majoratum familiæ relictum cum prohibitione alienationis extingui, & diſſolvi vinculum, quoties pervenit ipſe majoratus ad ultimum familiæ conſanguineum, ita ut nullus alius per rerum naturam ſuperſit aut ſupereſſe poſſit ex ea ſive devocatis, & in fundatione comprehenſis: quapropter cùm ceſſet omnino prohibitio alienationis propter familiam inducta per fundatorem: bona majoratus ita libera & alienabilia perveniunt & reſident penes ultimum poſſeſſorem, ut de illis poſſit ad libitum diſponere; & tranſeant ad omnes hæredes etiam extraneos, ſive teſtamentarios, ſive legitimos; vel etiam poſſit novum fundare majoratum ex eiſdem bonis, ſeu aliter pro ſuo arbitrio ea alienare inter vivos & cauſa mortis; ut ſunt jurà aperta in *l. quoties ab omnibus, Cod. de fideicomm. l. qui ſolidum. §. prædium, l. cum pater, §. libertis, ff. de legat.* 2. Noguerol. *alleg.* 25. *ex n.* 10. ubi adducit Rotæ deciſiones; latiſſimè Mierez *de majoratu.* 4. *par. quæſt.* 29. *per tot. & aliis locis*, quæ longa ſerie cum plurimis aliis tractat Caſtill. *lib.* 2. *controverſ. capit.* 22. *numer.* 45. *& per tot.* videndus ex *numer.* 75. *uſque ad fin. & tom.* 6. *c.* 143. §. *unico. per tot. & in capit.* 146. *per tot.* ex Ludov. Molina *libr.* 1. *capit.* 4. *per tot.* plurimos congerit Addit. *ex numer.* 1. *cum ſequentibus junctо. numer.* 23. *& ſequentib.* Fuſar. *de fideicomm. quæſt.* 551. *num.* 2 1. & 2. & latiùs in *quæſt.* 735. ubi innumerabiles pene Doctores adducit, qui etiam tractant de amiſſione fœminæ excluſæ in majoratu rigoroſæ agnationis, quando ſcilicet nullus ſupereſt agnatus, ſed omnes prorſus deficiunt.

3 Imò & filii naturales, & ſpurii penitùs excluſi à ſucceſſione majoratus, omnibus tamen legimis de familia extinctis, admittuntur ex natura majoratus perpetui, perpetuumque in infinitum ſubrogationem deſiderantis: ex Mierez. Flor. de Mena, & pluribus aliis probat Caſtill. *controverſ. tom.* 5. *cap.* 82. *numer.* 49. *& per aliquot columnas uſque ad fin.*

Hac igitur majoratus diſſolutione ſuppoſita, 4 difficultas verſatur an hypotheca, ſuper bonis majoratus ex facultate Regia impoſita, diſſolvatur, extincto vinculo, & bonis redactis ad priſtinam libertatem, extinctis omnibus de familia conſanguineis, ita ut ultimus poſſeſſor de illis diſponat tanquam de bonis liberis; vel an inſuper creditor ad concurſum ab ultimo hoc poſſeſſore, ſeu ejus hærede peractum graduari debeat pro ſuo credito?

Et pro parte affirmativa, Hypothecam ſe- 5 licet extingui per ſupervenientem libertatem in bonis hypothecatis, plura urgent fundamenta.

Primum, quia mutatâ rei hypothecatæ formâ, & ſtatu, hypotheca ſuper ea impoſita extinguitur & diſſolvitur, alia namque & nova res eſt: ad quod plurima jura & Doctores adduximus *hac.* 4. *part. cap.* 4. *ex numer.* 4. *cum ſequentib.* Sed in noſtro caſu mutatur forma rei, & bonorum, quia de vinculatis fiunt libera, & ſub qualitate vinculatorum impoſita fuit hypotheca ſuper ipſis, ideoque facultas hypothecandi fuit à Rege impetrata; ergo hypotheca non poteſt ſuſiſtere poſtquam bona ipſa pervenerunt ad libertatem.

Secundò, pro hac parte viriliter facit, quod 6 ſervus cadit ſub obligationem hypothecæ; quemadmodum cætera bona debitoris, quia ſervi ſunt de ſubſtantia & bonis patrimonii noſtri, *l. ult. in fin. Cod. de verb. ſign.* ubi Gloſſ. & Bartol cum plurimis aliis cumulatis à Tiraquello in *l. ſi unquam, verb. donatione largitus. num.* 323. *Cod. de revoc. donat.* Rebuff. *in l. rei* 5. *fol* 59. *verſ. quinto, ff. de verbor. obligat.* & ideo tam generaliter quàm ſpecialiter expreſsè 7 vel tacitè ſervi obligari poſſunt jure hypothecæ, *l. Paulus* 29. §. *ſi ſciens, ff. de pignorib.* ubi ſi dominus conſentiat ſervum obligare bona ſua, ſub obligatione & hypotheca ipſemet ſervus continetur, ibi *ipſum quoque, qui cavit obligatum eſſe pignoris jure*: & tot. tit. *Cod. de ſervo pign. dat.*

Attamen ſi ab ipſo debitore ſervi hypothe- 8 cati, manumiſſi fuerint, poſtquam conſequuti fuerunt libertatem, eximuntur ab hypotheca, & creditores hypothecæ jus amittunt, text. eſt in *l. libertas à debitore fiſci ſervo data, pignori non eſt ex ſpeciali conventione, ſed tantum privilegio, fiſco obligatus, non aliter infirmatur quàm ſi hoc fraudis conſilio effectum detegatur.* Et in leg. *ab eo, qui bona ſua pignori obligavit, quæ habet, quæque habiturus eſſet, poſſe ſervis libertatem dari certum eſt. Cod. de ſervo pignorib. dat. manumiſſ.* Ergo pariter in bonis vinculatis hypothecæ ſubjectis dicendum erit ut hypotheca diſſolvitur poſtquam eadem bona, ſervitute vinculi diſſoluta, ad libertatem pervenerunt.

Tertiò, probatur hypothecæ extinctio, nam 9 qualitas nova ſuperveniens enti, illud tranſmittit in diverſam & novam ſpeciem, §. *præterea, inſtit. de inutil. ſtipul. cap. num. Marthæ*, §. *quæſiviſti, de celebrat. miſſar. capit. ſtatutum, de elect. lib.* 6. Hypolit. *ſingulari* 520. Menochius, *conſil.* 35. *numer.* 13. *& de recuper. poſſeſſ. remed.* 6. *numer.* 8. Surd. *dec.* 2. *& conſ.* 179. *num.* 40. *& conſ.* 202. *numer.* 8. *& conſ.* 321. *numer* 12. *& ſeqq.* Stephan. Gratianus *diſcept. forenſ.*

forenſ. tom. 5. *cap.* 854. *nu.* 52. *& c.* 936. *num.* 24. Mangil. *de imputat. quæſt.* 179. *numer.* 4. Scacc. *de commerc.* §. 7. *gloſ.* 5. *n.* 159. Sed in hoc caſu, horum bonorum qualitas omnino mutatur, & nova
10 ſupervenit, quia de vinculatis & alienari prohibitis facta ſunt libera & alienabilia, quando extincti ſunt omnes de familia vocati, ut ſupponunt Doctores adducti ſuperiùs *ex num.* 1. & multi alii ab eiſdem laudati; ergo hypotheca ſuper illis impoſita, intelligitur reſoluta & extincta juxta adducta *ſupr. num.* 5.

11 His tamen & aliis minimè refragantibus, Contraria reſolutio tenenda erit uti verior, certior, & probabilior; ut nempe hypotheca legitimè conſtituta ſuper bonis majoratus nullo modo extinguatur, ſed duret & perſeveret in eiſdem, quantumcumque libera remaneant apud ultimum familiæ conſanguineum poſſeſſorem: prout ex invincibilibus fundamentis apparebit.

12 Primò, quia in bonis majoratus hypothecatis ex facultate Regia, nec in forma, nec in qualitate ſupervenit aliqua mutatio, quantumvis ex vinculatis reddantur, libera ceſſante cauſa vinculi; quoniam eadem bona ab initio, quo ex facultate Regia hypothecæ ſubjecta fuerunt, ad effectum ſolvendi debitum propter quod fuerunt creditori hypothecata, facta fuerunt libera, Principis authoritate & poteſtate, revocantis expreſſe prohibitionem alienationis factam & inductam à fundatore majoratus ad effectum illius quantitatis debitæ perſolvendæ; cujus reſcriptum licet per ſe & alio non expreſſo, licentiam & facultatem alienandi poſſit operari, cùm ad hunc effectum alienandi ſcilicet & hypothecandi bona majoratus tale reſcriptum fuerit à Rege poſtulatum & conceſſum; adhuc tamen ad majorem declarationem, & ad tollendam omnimodam ſcrupuli & dubitationis cauſam & occaſionem, Princeps in eadem facul-
13 tate expreſsè dicit & ſpecialiter declarat juxta ſtylum uſitatum & conſuetum, per hæc verba: *e para el effecto ſuſodicho, e no para en otro alguno apartamos e dividimos del dicho eſtado y mayorazgo, y de las clauſulas, vinculos y condiciones del, los vienes y rentas, ſobreque impuſieredes y ſituaredes el dicho cenſo, y los hazemos libres, ni obligados, ni ſujetos a vinculo, ni reſtitucion alguna*, &c. quam ad litteram adducimus *in hoc Labyrinth.* 2. *part. cap.* 9. *num.* 69. & *numer.* 28. & 29. nec non ex *numer.* 60. ubi innumeros penè Doctores congeſſimus, ut facultas ad alienandum bona majoratus, & feudalia, ea reddat libera, ſublato impedimento prohibitionis alienandi.

14 Cùm igitur hæc bona majoratus, quantumvis vinculata & inalienabilia ſint ex præcepto fundatoris, efficiantur libera ex facultate Regia ab initio contractus & hypothecæ, ad cujus effectum Rex diſſolvit vinculum ipſorum bonorum; nihil novi in illis ſupervenit, neque immutantur, per ſupervenientem libertatem propter extinctionem familiæ, nec in qualitate, nec in forma, nec in materia & ſubſtantia, unde induci poſſit aliquod mutationis ſeu alterationis veſtigium in hypotheca legitimè conſtituta præcedente in eiſdem bonis, quæ propterea debent præcisè permanere penes eundem debitorem & ultimum poſſeſſorem & cum ſua cauſa tranſire in ejus hæredes & particulares ſucceſſores inter quos eiſdem bonis diſpoſuerit, prout poteſt ex dictis *ſuprà num.* 1. *& ſeq.* cum eodem hypothecæ nexu.

Et ex hoc unico fundamento diluuntur om- 15
nia prorſus quæ in contrarium conſideravimus ex *num.* 4. *cum ſequentib.* ex quorum & ſingulorum ulterius reſponſione ſpeciali evidentior apparebit veritas noſtræ reſolutionis, de qua ex *n.* 11. *cum ſeqq.*

Non obſtat igitur primum, de quo *ſupra numer.* 5. ubi quod mutata qualitate, ſtatu, & forma rei hypothecatæ, extinguitur hypotheca. Quia reſpondetur, veram non eſſe propoſitionem, quoties remanet ſubſtantia rei hypothecatæ; adhuc enim durat hypotheca, nec diſſolvitur per quamlibet accidentalem mutationem in forma ſeu qualitate: quod abundè probavimus *hac* 4. *part. cap.* 4. *ex num.* 38. & 40. *cum multis ſequentibus* & iterum *ex numer.* 54. *cum ſequentib* quibus locis ad ſaturitatem videbis per jura & varias doctrinas, comprobatam hanc firmiſſimam propoſitionem nullatenus extingui hypothecam per mutationem rei hypothecatæ in qualitate, forma, vel ſtatu; ſi non ſit mutata ſubſtantia, ſed ſalva permaneat, prout verificatur in caſu noſtræ quæſtionis, in quo licet bona antea vinculata reddantur libera amiſſa priori vinculi & prohibitionis qualitate, 16
bona tamen eadem ſunt, nec in ſe ipſis, prout requiritur ad extinctionem hypothecæ, patiuntur aliquam intrinſecam mutationem vel alternationem, ſed tantum in titulo poſſidendi, qui de temporali efficitur perpetuus ad commodum poſſeſſoris majoratus ultimi conſanguinei in vocatione comprehenſi, & ſuorum ſucceſſorum utilitatem, prout exactè comprobavimus in *d. cap.* 4. *ex n.* 24. *cum ſeqq.* ubi videre poteris.

Non obſtat etiam ſecundum & fortius argu- 17
mentum, de quo ex *num.* 6. 7. & 8. ex *l. libertas, & l. ab eo, Cod. de ſervo pignor. dat. manumiſſ.* quibus probatur, ſervum, dum eſt in ſervitute, poſſe pignori & hypothecæ dari, ſed non impediri debitorem, illum interim manumittere, & per libertatem ſubſequutam creditoris hypothecam extingui, quod verum profitemur ſub diſtinctione inter generalem tacitam vel expreſſam obligationem, ut in hac procedat *dictarum legum* diſpoſitio.

At verò in hypotheca ſervi & pignore ſpe- 18
ciali aliud determinant jura, ut debitor non poſſit in præjudicium creditoris hypothecarii libertatem ſervo dare, nec libertatem valere, ut eadem jura expreſſe probant, *d. l. libertas:* ibi, *libertas à debitore fiſci ſervo data qui pignori non eſt ex conventione ſpeciali*, &c. & in *d. leg. ab eo* 3. expreſsè diſtinguitur inter ſpecialem & generalem ſervi hypothecam, in hæc verba, *ab eo qui bona ſua pignori obligavit quæ habet, quæque habiturus eſſet, poſſe ſervis libertatem dari certum eſt. Non idem juris eſt in iis ſervis, qui pignoris jure ſpecialiter traditi, vel obligati ſunt.* Idem probat text. in *l.* 3. *ff. de manumiſſ.* his verbis, *ſervus pignori datus etſi debitor locuples ſit, manumitti non. poteſt, de manumiſſ. l.* 4. *ff. qui & à quibus manum. liberi non fiant*, ibi: *ſervum pignori datum manumittere non poſſumus*, quod fallit in fiſco, ex *leg.* 11. *eod. tit.* Gloſſ. & DD. eamdem differentiam inter hypothecam generalem & ſpecialem ſervorum communiter agnoſ-

agnoſcunt, & obiter notavit Acoſta *de privileg. credit, in præfat. ad regul. 3. ſub. num. 29. fol.* 195. differentiæ tamen rationem non reddunt, nec ego concludentem reddere audeo, cùm videam de jure quoad præſervationem juris creditorum idem operari hypothecam generalem, quod ſpecialis operatur, & ſi attendimus favorem libertatis, in utroque diſtinctionis membro æqualiter verſatur: dicendum itaque quod hoc per quam durum eſt, ſed ita lex ſcripta eſt.

19 Cum eo tamen temperamento jus admittit libertatem, & hypothecæ diſſolutionem ſervi generaliter hypothecati, ut minùs præjudicet creditoribus, tum demum libertatem valere ſi debitor ſit ſolvendo, & bona alia habeat, ex quibus creditores ſua credita exigere poſſint: ſi verò non ſit ſolvendo libertatis dationem non admitti in præjudicium creditorum, jura ſunt expreſſa in *l.* 5. §. *ſi Titius: l.* 8. *ſi miles, l.* 11. §. *ſed divi fratres: l.* 18. *l.* 23. *l.* 29. *ff. qui, & à quib. manumiſſi liberi non fiant:* ſervi autem ſpecialiter pignorati libertas abſolutè negatur & invalida eſt, etiamſi debitor ſolvendo ſit: textus clarus in *d. l.* 3. *ff. de manumiſſ.*

20 Sed quantum ad nos attinet, præfatis legibus dupliciter reſpondetur, primò, quod in caſu de quo agimus quantum ad creditores hypothecarios bona hypothecata ex facultate Regia nullam noviter conſequuntur libertatem, cùm antea à principio creatæ & formatæ hypothecæ bona illa vinculata facta ſunt libera, authoritate & poteſtate Principis interveniente, ut diximus *ſupr. num.* 12.

21 Secundò reſpondetur, jura impedientia libertatem ſervi ſpecialiter hypothechati juxta *dict. leg.* 3. *Cod. de ſervo pignor. dat. & leg.* 4. *ff. qui & à quibus:* favere noſtræ reſolutioni; quia hypotheca ſuper bonis majoratus non eſt generalis, ſed ſpecialis dicitur, ſi credimus doctiſſimo Ludov. Molinæ *de primogenit. l.* 4. *cap.* 6. *num* 29. & 30. quem retulimus *in hoc Labyrinth. part.* 2. & *cap.* 5. *num.* 6. legendus ipſe Molina ex *num.* 17. & 20. ſequitur Caſtillo *controverſ. tom.* 4. *cap.* 26. *num.* 29. 31. *& ſub. nu.* 32. & Addition. ad Molin. *ibid. num.* 17. Nos *hac* 4. *part. cap.* 2. *num.* 91. & *ſequentib.* ubi hæc Molinæ doctrina, quæ tanquam nuda difficilis videbatur, validiſſimis juris fundamentis veſtitur, exornatur, & roboratur.

22 Inſuper confirmari poteſt ex ſtylo univerſali Notariorum qui in obligationibus bonorum omnium, & in hypotheca generali, communiter addunt, *omnia & ſingula:* per quæ verba intelliguntur obligata ſpecialiter ſingula bona debitoris, ut firmant Craveta *conſ.* 381. *nu.* 4. *vol.* 3. Pacific. *in tract. de ſalv. inſerdict. inſpect.* 3. in magna impreſſ. *n.* 4. & in parvâ, *eod. num.* Scapuccin. *de ſingul. ſucceſſ. limit.* 14. *nu.* 15. Cardin. Tuſch: *ver. Pactum, concluſ.* 25. *num.* 19. *tom.* 6. Petrus Surdus *conſ.* 567. *num.* 5. Lanar. *conſ.* 52. *nu.* 10. & ex aliis idem probat Franciſ. Nig. Cyriac. *tom.* 1. *controverſ.* 190. *n.* 8. 9. & 10. *& contr.* 10. *n.* 68. *& contr.* 3. 7. *n.* 17. Mantic. *de tacit. l.* 4. *tit.* 30. *nu.* 18. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 674. *n.* 12. *verſ. ſpecialis:* & quibuſdam ex illis Doctoribus relatis, aliiſque inſuper adductis, latè proſequitur, & validiſſimis fundamentis comprobat Merlin. *de pignor. lib.* 1. *quæſt.* 11. *ex num.* 4. *cum ſeqq. fol.* 11. Lanar. *d. conſ.* 42. *n.* 10. *ex cap. ut circa, verb. omnia & ſingula.* ubi Gloſſ. *de elect. l.* 6. Baldus *conſ.* 88. *l.* 2. Ripa *l.* 3. *conſ.* 5. *in fin.* Oldrad. *conſil.* 30. Socin. *conſil.* 330. *& conſil.* 3. *num.* 17. *l.* 3. Bertrand. *conſ.* 42. *nu.* 13. Surd. *conſ.* 331. *n.* 7. Ant. Gomez. *in l.* 40. *Taur. num.* 19. Gabriel. *conſ.* 144. *n.* 68. & 69. *l.* 2. Cephal. *conſil.* 539. *num.* 29. Caſtill. *deciſ.* 10. *num.* 9. Roderic. *de ann. reditib. l.* 2. *quæſt.* 7. *num.* 14. Roder. Suarez *in l. poſt rem, limit.* 1. *num.* 11. Milanenſ. *dec.* 1. *numer.* 55. *& ſequent. l.* 2. Petr de Gregor. *de cenſib. quæſt.* 6. *nu.* 40. Scipio Rovit. *ad pragmatic. de cenſib. quæſt.* 35. *num.* 9. *& quæſt.* 38. *n.* 6. Anton. de Amat. *var. reſol. cap.* 3. *num.* 37. ubi *num. ſeqq* ponit, quando juramentum adhibitum inducat ſpecialem hypothecam, & alia ſimilia quæ videri poterunt apud ipſum, *num.* 38. Igitur præfata jura in contrarium adducta omnino noſtræ reſolutioni veriſſimæ favere & aſſiſtere fateri debemus.

Minus obſtat Tertium argumentum adductum 23
pro contraria parte, *num.* 9. quo diximus, qualitatem novam ſupervenientem enti, illud transfundere in diverſam naturam & ſpeciem, cui pariter dupliciter ſatisfit.

Primò, quod per libertatem ſupervenientem 24
bonis majoratus hypothecæ ſubjectis, extincto & finito majoratu, nulla ipſi ſupervenit nova qualitas, nec accidens, quia reſpectu hypothecæ & creditoris ab initio obligationis aderat ipſamet libertas, & ideo nihil reſpectu hypothecæ innovare poteſt, ſed permanet hypotheca omninò illæſa & integra, ut antea, non aliter diſſolvenda quàm per ſolutionem, vel conſenſum creditoris, nallamque ex præfatæ libertatis ſupervenientia patitur diminutionem ſeu extinctionem.

Secundò modo efficaciter reſpondetur, quòd 25
per novam qualitatem ſupervenientem enti, non mutatur ſubſtantia rei, Brunus *de augmento, in* 3. *quæſtion. princ. numer.* 7. Tuſchus *lit. A, concluſ.* 82. *numer.* 12. Sebaſtian. de Medic. *de regul. jur. reg.* 6. *numer.* 5. Barboſ. *axiomate* 196. *num.* 5. Alvar. Velaſc. *in eod. tractat. lit. Q. nu.* 9. 10. & 11. qui allegant ad id, *leg. ſi fundus*, §. *ſi res, ff. de pignor.* & §. *minus, Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer.*

Sed ſic eſt quod mutatio rei in qualitate & 26
forma, ſi tamen rei ſubſtantia remaneat, nihil immutat hypothecam; nec extinguit, juxta adducta & comprobata *ſuper num.* 15. Ergo hæc hypotheca tanquam ab initio impoſita ſuper bonis liberis factis authoritate Regia, ſemper integra & illæſa manebit, creditorque ad concurſum horum bonorum ſemper graduandus erit ſuo loco & tempore, ut ex eiſdem bonis ſuum creditum exigere valeat.

Denique noſtra reſolutio probatur; nam hæc 27
eadem bona ex qualitate hac ſuperveniente remanent apud ipſum debitorem, in quem etiam ſi fuerit Tertius poſſeſſor in quam noviter fuerunt hæc bona alienata, debent tranſire cum ſuo onere & cauſa reali hypothecæ, quæ licet adquiſierint libertatem, hoc contingit duntaxat reſpectu prohibitionis inductæ à fundatore majoratus ex cauſa familiæ conſervandæ, ſed cætera onera, quæ legitimè impoſita fuerunt, remanent; quia illa libertas, adquiſita operatur limitativè reſpectu & intuitu vinculi, quæ non extenditur ad alia gravamina & onera impoſita, quia ad id non deſtinatur libertas illa bonorum noviter ſuperveniens ex diverſa cauſa, cùm à

ſeparatis non fiat illatio : ut videmus in hypothe-
28 ca pluribus ſeparatim obligata ; nam ſi uni creditori ſit ſatisfactum de ſuo credito , & proinde res hypothecata libertatem adquiſierit , intelligitur illius creditoris reſpectu , non cæterorum , quorum hypotheca remanet illæſa donec ſimiliter eis fuerit ſatisfactum.

29 Imò etiam ſequeretur aliud abſurdum , ſi hæc libertas ſuperveniens bonis majoratus ex cauſa extinctionis familiæ tranſcenderet ſuos fines & terminos limitatos ; ut nimirum cenſus ſeu penſiones , quibus erant ea bona gravata , extinguerentur , & ampliùs ea onera realia novus poſſeſſor vel ultimus de familia non teneretur præſtare dominis directis & proprietariis : quod dici non debet ; ergo cùm hypotheca ſit onus reale legitimè impoſitum ; non poteſt pariter extingui ex illa non libertate alienandi ſuperveniente , ſed ſequitur quemcunque poſſeſſorem bonorum hypothecæ ſubjectorum.

Et ad hanc noſtram reſolutionem illa ratio fundamentalis trahenda eſt ; de qua *ſupr. cap.* 4. *per*
30 *tot.* præcipuè ex *numer.* 25. *cum ſeq.* ut hypothecato uſufructu , ſi debitor acquirat proprietatem rei , vel rerum , ſuper quibus habeat uſumfructum , licet de uſufructu formali & temporali tranſeat in cauſalem , non ideo diſſolvitur hypotheca , nec ejus reſpectu operatur confuſio , cùm bona ipſa & emolumenta hypothecata remaneant penes ipſum debitorem , licèt mutato titulo & cauſa poſſidendi , quod nullo modo tangit ſubſtantiam rei hypothecatæ , & per conſequens non extinguitur , ſed permanet integra ut antea , quæ doctrina rectè convenit & adaptatur noſtræ veriſſimæ reſolutioni.

CAPUT XI.

Bonis Majoratus abſque Regia facultate hypothecæ ſubjectis ab eo , penes quem familiæ conſanguineum bona ipſa libera remanſerunt , an hypotheca convaleſcat.

Et quid ſi iſte poſſeſſor uni priùs abſque facultate Regia , & poſtmodum alteri ex eadem facultate hypothecavit , quis horum creditorum in concurſu præferendus ſuperbonis ad libertatem reductis.

SUMMARIUM.

1 *Argumentum hujus capitis , & ſtatus proponitur , quæ duas continet difficultates principales , & n.* 2.

3 *Ultimus conſanguineus majoratus poſſeſſor , bona ejuſdem tanquam jam libera poteſt ſubjicere hypothecæ , & n.* 13.

4 *Etiamſi contrahentes hanc bonorum libertatem ignorarent.*
Quod eſt certum per naturam , eſt certum legi , ibid.

5 *Actus ſeu contractus geſtus ſub conditione de futuro , habetur pro puro , ſi jam conditio erit purificata quamvis contrahentes ignoraſſent.*

6 *Majoratus poſſeſſor , tempore quo exiſtunt conſanguineis ad illum vocati , non poteſt jus bona obligareabſque facultate Regia.*

7 *Et quamvis ipſi vocati prædeceſſerint poſſeſſori , non videtur reconvaleſcere hypotheca , ipſis viventibus nulliter bonis majoratus impoſita.*
Sed contrarium probatur n. 9. & ſeqq.

8 *Quod ab initio non valuit , tractus temporis non convaleſcit.*

9 *Rei alienæ hypotheca regulariter.*

10 *Rei alienæ hypotheca ſuſtinetur , quando debitor illam obligans aliquid juris in ea habebat , ex quo poſtea rei dominium acquirit.*

11 *Majoratus poſſeſſor habet verum dominium bonorum vita ſua durante.*

12 *Status ſecundæ difficultatis hujus capitis aperitur , quæ ſub diſtinctione reſolvitur* , & ſeq.

14 *Hypotheca ab ultimo conſanguineo majoratus poſſeſſore impoſita eo tempore quo familia erat extincta , potior eſt illa quæ ab eodem poſtea imponitur ex facultate Regia.*

15 *Facultas regia hypothecandi bona majoratus inutilis eſt , quando bona re ipſa libera ſunt per extinctionem familiæ.*

16 *Diſpoſitio ſub aliquo ſuppoſito , quod falſum detegitur , nulla eſt.*

17 *Quid ſi poſſeſſor majoratus bona hypothecavit uni creditori abſque facultate regia , & poſtea obligavit alteri cum Regia facultate adhuc viventibus quibuſdam ex vocatis qui deinde prædeceſſerunt poſſeſſori , adeo ut vinculum majoratus extinctum ſit , quæ hypotheca prævaleat.*

18 *Afferuntur fundamenta quæ urgent pro primo creditore , ut* ſupr. *n.* 10.

19 *Hypotheca licèt ab initio nulliter conſtituta ex poſt facto convaleſcere poteſt , & ratificari.*

20 *Hypothecæ ratificatio retrotrahitur ad tempus prioris contractus in præjudicium ſecundi creditoris , ut probatur inductionibus.*

21 *Proponuntur rationes quibus reſolvitur quæſtio in favorem ſecundi creditoris.*

22 *Hipotheca ſecundi creditoris contracta cum facultate regia prævalet anteriori factæ ſine illa , licet poſtea ſequatur aſſenſus regius ad eam confirmandam : & n.* 26. & 28.

23 *Facultas regia ſuperveniens hypothecæ jam contractæ , confirmat tantùm illam ut ex nunc , non verò ut ex tunc.*
Extremum inhabile ad quod refertur contractus impedit fictionem retroactivam. ibid.

24 *Si res mea abſque meo mandato ſubjiciatur hypothecæ , quam poſtea ratam habeam , hæc ratificatio non nocet hypothecæ medio tempore contractæ.*

25 *Si minor bona ſua ſine decreto uni hypothecaverit , quæ poſtea major factus obligat alteri , licet priorem hypothecam expreſsè vel tacite deinde ratificet , poſterior tempore erit potior jure.*

26 *Ratihabitio nunquam retrotrahitur in præjudicium Tertii medio tempore jus acquirentis.*

EX reſolutione quæſtionis proximè antece- 1
dentis reſultat præſens difficultas , quando ſcilicet ultimus poſſeſſor majoratus , (in quo bona majoratus libera remanſerunt , ſublato prorſus nexu vinculi à fundatore ſuper eiſdem impoſito , perextinctionem totius familiæ ,) ipſius bona hy-

pothecæ

pothecæ ſubjecit abſque regia facultate, an poſtea dominio dictorum bonorum abſolutè quæſito hypotheca convaleſcat?

In qua quæſtione duplex incidit dubium, ſi bona illa majoratus eo tempore obligavit, quo nullus de familia conſanguineus ſupererat; vel obligavit tempore quo exiſtebant conſanguinei de familia vocati, qui deinde omnes præmortui ſunt & extincti.

3 In primo caſu firmiter tenendum erit, validam fuiſſe hypothecam jam inde ab initio impoſitam ſuper bonis majoratus, quia cùm revera nullus ſupereſſet conſanguineus vocatus, diſſolutum jam erat vinculum majoratus, cujus bona erant prorſus libera apud ipſum ultimum poſſeſſorem, ceſſante impedimento ex prohibitione alienationis ab initio fundationis appoſita; & ideo potuit illa ſine Regis licentia liberè alienare tam in vita, quàm in morte, & pro ſuo arbitrio de illis diſponere, ut ex Molina, Mierez, Caſtillo, Fuſario, Addit. ad Molin. plurimiſque aliis Doctoribus per ipſos conductis probavimus *cap.* 10. *anteced. ex n.* 1. *cum ſeqq.*

Et in terminis, quod is qui à jure, vel ab homine habet facultatem diſponendi de re aliqua, etiam aliena, & illam hypothecæ ſubjecerit, valet hypotheca, etſi expreſſè non dixerit ſe uti facultate ſibi conceſſa, quia tacitè cenſetur illa uti eo ipſo quo rem illam hypothecaverit, & ad favorem creditoris intelligitur ea uti voluiſſe; ut tenent ac probant Pacific. *de Salvian. interd. inſpect.* 3. *capit.* 2. *numer.* 656. & 662. *cum ſequentibus.* Merlin. *de pignoribus libr.* 2. *quæſt.* 1. *numer.* 18. Quanto magis hoc procedet in ultimo majoratus poſſeſſore, qui à jure, & fundatoris voluntate hanc facultatem acquiſivit liberè diſponendi de bonis ipſius majoratus, illo extincto: quibus etiam convenit quod habens facultatem diſponendi de aliqua re, ſi diſpoſuit, & eam hypothecavit tacendo facultatem ſibi competentem, ea tamen uti intelligitur, ut actus valeat potius quàm pereat, de quo multa & pulcherrima videbis *in hoc Labyr. par* 2. *cap.* 23. *ex n.* 4. *cum multis ſeqq.*

Quibus adde, quod facultatem habens à principio aliquid faciendi, ſi ſimpliciter fecit, nulla facta mentione facultatis, ejus virtute feciſſe intelligitur, Aymon. Cravet. *conſ.* 106. *numer.* 9. & 10. Alexand. *conſ.* 55. *col.* 2. & 3. *lib.* 5. Petr. Surd. *conſ.* 10. *num.* 18. *uſque ad num.* 32. & *conſ.* 431. *nu.* 40. *lib.* 3. optimè Gratian. *diſcep. tom.* 5. *cap.* 854. *ex num.* 1. & *ſeqq.* quibus adde Gigant. *de penſionib. quæſt.* 20. *per tot.* ubi quod penſio impetrata à ſpurio, non facta mentione & relatione diſpenſationis antea obtentæ, valida eſt & validè impetrata.

4 Et quia ſi revera tempore obligationis bonorum nullus apparebat, nec verè ſupererat conſanguineus, hypotheca juris cenſura & intellectu legitimè fuit impoſita ab eo qui verum & abſolutum habebat dominium in bonis majoratus, etiamſi id ignoraretur à contrahentibus, & ex tunc lex ipſa operatur & tribuit effectum actui ſeu contractui: etenim quod eſt certum per naturam, eſt certum legi, §. *conditiones* 8. *inſt. de verb. obligat. l. cum ad præſens* 37. *cum duab. ſeqq. ff. ſi cert. pet. l. conditio* 100. *ff. de verb. obligat. l. ſi pupillus* 9. §. 1. *ff. de novat. l. cum quidam* 30. *ff. ſuum hæredem certum, l. hæred.* 31. *ff. de acquir. hæred. l.* 1. & 2. *ff. de condit. & demonſt.* in quibus actus & contractus geſtus ſub conditione de futuro, ſi 5
in rei veritate jam tunc conditio extitit, contrahentibus ignorantibus, actus & contractus habetur pro puro, & non pro conditionali, & ex tunc à principio operatur & habet effectum puri contractus, & non conditionalis, quia quod eſt certum in ſe & per rerum naturam, lex habet pro certo & vero, *l. Titius* 25. §. *Lucius, & ibi* Bartol. Jaſ. & Alexand. *nu.* 6. & 7. *ff. de lib. & poſthum. l. ita ſcriptum* 46. §. *ult. ff. de legat.* 2. *l. ſi jam* 11. *& ibi* Bartol. & Imol. *ff. condit. & demonſ. l.* 12. *ad fin. tit.* 11. *part.* 5. plures allegat Schrader. *de feud. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 5. & 53. *tom.* 1. Singularia ad propoſitum adſunt alia jura in *l. ſi aviam* 3. *Cod. de ingen. manumiſſ. & in l. fin. Cod. de lib. cauſ.* ubi natus lite pendente contra matrem ſuper virtute & libertate ipſius, ſi poſtea appareat ancilla, & talis per ſententiam declaretur, partus judicatur ſervus; ſi verò libera, etiam partus cenſebitur ingenuus: eſt quoque ſimilis textus in *cap. cum in apoſtolica, extr. de ſponſalib.* ubi ſecundum matrimonium celebratum pendente lite ſuper nullitate prioris, judicabitur ab initio nullum, vel validum, juxta declarationem quæ fiet per ſententiam ſubſequentem, ut ſi declaretur prius matrimonium nulliter fuiſſe contractum, ſecundum intelligetur fuiſſe validè celebratum etiam lite pendente: textus etiam ad idem in *l. dominus* 57. *de uſufruct.* ubi legata proprietate rei uſufructuario, ſi ſuper nullitate teſtamenti lis moveatur, & nullum poſtea declaretur, uſusfructus intelligitur manſiſſe & nunquam extinctus fuiſſe per conſolidationem, ibi: *manſiſſe uſusfructus jus integrum ex poſt facto apparuit*: quia quod eſt certum naturæ, eſt certum legi. Quare ſemper ab initio contractus legitimè potuit ultimus poſſeſſor majoratus, illius bona hypothecæ validè ſubjicere.

Secundus caſus magis difficilis eſt, quando 6
ſcilicet hypotheca conſtituta fuit à poſſeſſore majoratus, tempore quo exiſtebant aliqui de familia vocata qui poſſent ſuccedere in majoratu, & impedire ejus diſſolutionem & bonorum libertatem, & per conſequens eidem poſſeſſori adimere facultatem diſponendi de bonis vinculatis in præjudicium ipſorum? Et procul dubio, eo tempore, hypothecæ conſtitutio egebat ad ſui ſubſiſtentiam & validitatem facultate regia, ſine qua, hæc bonorum obligatio jure hypothecæ ab initio nulla fuit ipſo jure, obſtante prohibitione alienationis expreſſa per fundatorem, vel tacitè imbibita in ipſa majoratus & vinculi natura, quæ tunc temporis adhuc durabat, ad latiſſimè tradita *in hoc Labyr.* 2. *par. cap.* 4. 9. 10. 11. atque etiam in *cap.* 22.

Unde ſequitur quod licet ex poſt facto, & pro 7
tempore defecerint prorſus omnes de familia conſanguinei, & bona ipſa facta ſint libera, & in eis ceſſaverit alienationis prohibitio, & debitori fuerit dominium illorum abſolutè ac pleno jure acquiſitum, ut jam de illis liberè diſponere poſſit, ex Doctoribus adductis *num.* 3. *ſup.* Id tamen non confirmat nec revalidat conſtitutionem hypothecæ nulliter à principio factam, ex *vulgari* 8
juris regula, ut quod ab initio non valuit, tractu temporis non convaleſcat, *de reg. jur. in* 6. *cap. quod ſicut, de elect. c. non firmatur* 18. *de reg. jur. in* 6. *l. quod ab initio ff. de reg. jur. l. ſi tutoris. ff. quod juſſu*: ac latè tradita per Merlin. *de pignorib. lib.* 2. *c.* 2. *ex n.* 1. *cum ſeqq.*

Contra-

9 Contrarium tamen verius arbitror ex nova dominii bonorum acquisitione confirmari hypothecam nulliter à principio impositam : nam licèt rei alienæ hypotheca non valeat ab initio, *l. si probaveris, Cod. si aliena res pign. dat. sit* : *l.* 41. *quæ prædium, leg. nexum, eod. tit. l.* 1. §. 1. *quæ res pign. oblig. poss. l.* 1. §. 1. *l. quæ nondum.* §. 1. & §. *quod dicitur, l. rem alienam, & l.* 41. *ff. de pignor. act. l. ante omnia ff. de probat. leg.* 31. *tit.* 23. *part.* 5. *& l.* 18. *eod. tit. & part.* 2. abundè Nos in *hoc Labyr.* 2. *part. cap.* 9. *ex n.* 73. *cum multis seqq.*

10 Attamen licèt debitor rem alienam creditori suo hypothecaverit, quando saltem in ea aliquod jus habebat, sustinetur hypotheca in illo jure, & si ex eo acquisierit postea plenum rei dominium, convalescit procul dubio hypotheca præcedens in tota re : ut ex Negusantio, Gaito, & aliis videre poteris apud Merlin. *de pignor. l.* 2. *q.* 2. *per tot. fol. mihi* 39. *& seqq.* & Nos *hac* 4. *part. cap.* 4. *ex n.* 26. *&* 56.

11 At cùm possessor iste majoratus habeat verum dominium, ex legis dispositione, vita sua durante, de quo plurimos DD. adduximus *in hoc Labyr.* 2. *part. c.* 9. *num.* 62. & possessionem civilem & naturalem, ex *leg.* 45. *Tauri*, & probavimus *ibid.* & ratione tam possessionis quàm dominii quod habebat in ipsis bonis majoratus, sibi fuerint adquisita postea eadem bona pleno jure, nam si non fuisset justus & legitimus possessor & successor in majoratu, non sibi fuisset acquisitum nec applicatum dominium bonorum cum plena libertate de illis disponendi ; benè sequitur ex hoc discursu, omni jure confirmari hypothecam antea nulliter à se constitutam deficiente nimirum facultate regia, postquam pleno jure debitor ille dominium acquisivit : quo supposito, creditor iste hypothecarius debet graduari in concursu ratione suæ hypothecæ in his bonis ad libertatem reductis.

12 Ad secundam partem hujus cap. accedendo, an hypothecatis bonis majoratus ab ultimo possessore illius, apud quem bona libera permanserunt, in favorem unius creditoris absque Regia facultate ; & postea eadem bona alteri hypothecavit facultate interveniente ? quis illorum creditorum in concursu sit præferendus ? non levis est difficultas, in qua cum distinctione procedendum arbitror.

13 Aut enim tempore impositæ hypothecæ in favorem primi creditoris, nullus alius supererat consanguineus ex familia vocata, qui spem haberet succedendi, & posset impedire extinctionem & dissolutionem majoratus, & per consequens libertatem bonorum ; & tunc asseveranter dicendum erit potuisse possessorem ultimum majoratus absque facultate regia, pro suo arbitrio bona ipsa tanquam libera & ad se pleno jure pertinentia priori illi creditori hypothecare, cùm tunc temporis sublatum jam esset prohibitionis impedimentum, ad tradita superiùs ex *numer.* 2. *cum seqq.* & ideo ratione temporis debet præferri
14 secundo creditori hypothecario, cui ex facultate regia bona fuerunt obligata, quæ prorsus inutilis erat, nam talis facultas ad hypothecandum bona majoratus solùm impetratur & requiritur ut per eam tollatur impedimentum prohibitionis alienationis, prout ex plurimis diximus in *hoc Labyrinth. part.* 2. *c.* 9. *ex num.* 61. *per aliquot columnas*, sed eo tempore jam impedimentum illud erat sublatum, quia dissolutus fuit majoratus, & in ultimo illo possessore & consanguineo, finem accepit, bonaque ipsa facta fuerunt libera, ut de illis pro sua voluntate & arbitrio liberè posset disponere ut *sup. cap. proximè*, latè probavimus ex *num.* 1. facultas igitur regia de nihilo servire potuit, nec adfuit subjectum supra quod cadere aut 15
subsistere posset ; quia dispositio facta sub aliquo supposito, non operatur suppositio deficiente, ex *vulgatis juribus.* Et dispositio sub aliquo suppo- 16
sito, quod detegitur falsum, nulla est : plura allegavimus in *hoc Labyr. part.* 2. *cap.* 10. *ex nu.* 29. *cum seqq.* & actus præsupponit habitum, *l. decem* 117. *ff. de verb. oblig. l.* 4. §. *condemnatum, ff. de re judic. l. nec utilem* 20. *ff. ex quib. caus. majores* : *l. Titio ususfructus, ff. de condit. & demonstr. l. manumissiones, ff. de just. & jur.* cum mille aliis : & ideo facultas illa nihil ponit in esse, nec ex ea se juvare potest creditor secundus contra primum qui legitimè contraxit, & ideo meritò debet præferri secundo.

Aut verò prima hypotheca impositа fuit abs- 17
que regia facultate, de tempore quo adhuc existebant aliqui consanguinei de familia vocata, & postea eisdem consanguineis similiter existentibus, impositа fuit secunda hypotheca per eundem majoratus possessorem cum facultate regia, tandemque extincti fuerunt omnes de familia, ita ut in possessore debitore finitus fuerit majoratus, & bona libera penes eundem remanserint, ut jam de illis prò sua voluntate liberè disponere posset ; utrum in concursu utriusque creditoris hypothecati primus secundo vel secundus primo præferendus sit ? quæstio est præ cæteris difficilior.

Pro primo creditore urgent plura ; quia licèt 18
à principio, dum majoratus nondum dissolutus & finitus fuerat, hypotheca nulliter impositа fuerit ex defectu regiæ facultatis, tamen dissoluto vinculo, & libero bonorum dominio pleno jure quæsito debitori, convalescit hypotheca, ut latiùs probavimus *supr. ex n.* 6. *cum seq.*

Et hæc hypothecæ convalescentia & confirmatio 19
operatur ut ex tunc, quia retrotrahitur ad tempus contractus : ut ratificatione hypothecæ nulliter à principio constitutæ probant jure expressa in *l. si fundus*, §. *sine sciente domino ff. de pignor. l. aliena res* 20. *ff. de pignor. act. l. si probaverit. Cod. si aliena res pign. lat. sit*, cum multis aliis congestis in *hoc Labyr. par.* 2. *cap.* 10. *ex n.* 4. Ergo primus ille creditor debet præferri secundo ex facultate regia validè contrahenti.

Secundò, quia hæc subsecuta ratificatio hy- 20
pothecæ retrotrahitur in præjudicium alterius creditoris medio tempore contrahentis : text. est in *l.* 1. *ff. qui pot. in pign. hab.* ubi hypotheca dotis postea solutæ, retrotrahitur ad tempus promissionis in præjudicium creditoris medio tempore contrahentis : facit text. in *l. cum decem* 71. §. 1. *ff. de solut.* juncto textu in *l. si quis offerentis* 58. *in fin. ff. eod.* ubi ratihabitio retrotrahitur etiam ad Tertii præjudicium : facit textus in *leg. qui balneum*, §. 1. *qui potior.* ubi hypotheca conditionalis, adveniente conditione, retrotrahitur ad tempus contractus in præjudicium alterius hypothecæ medio tempore celebratæ favore alterius creditoris : Igitur eodem modo dicendum erit in nostra quæstione, ut convalescentia hypothecæ, à principio nulliter contractæ debeat retrotrahi ad tempus contractus, & primus ille creditor ut potior tempore, debeat præferri secundo,

ſecundo, ſeu ſecundæ hypothecæ interim validè & ſub facultate regia impoſitæ in favorem ipſius ſecundi creditoris.

21 His tamen, & aliis, quæ conſultò omitto, minimè refragantibus, contrarium erit dicendum, ac firmiter tenendum, ut ſecundus creditor validè contrahens, præferatur primo creditori nulliter & ſine facultate regia hypothecam recipienti, non obſtante prioris hypothecæ convaleſcentia ſubſequuta.

22 Probatur primò, quia quando poſſeſſor majoratus, vel feudatarius, hypothecat creditori bona majoratus, vel feudi, abſque Regia facultate, ſeu aſſenſu, vel forte ſub conditione impetrandæ facultatis; & antequam primam ille impetret, idem poſſeſſor alteri cum facultate regia, eadem bona obligavit; deinde primus facultatem impetravit, ſecundus cum facultate contrahens præfertur primò creditori, quantumvis poſtea ſua hypotheca convaleſcat ex ſubſequuta facultate: innumerabiles penè Doctores conduximus in *hoc Labyr. par.* 2. *cap.* 21. *ex numer.* 55. *uſque ad fin. cap. & ex num. cum ſeqq.* quibus adde Velam *diſſertat.* 19. *numer.* 45. quem & Thomam de Mierez, & Franciſc. Solſona refert Acoſta *de privileg. credit. regul.* 1. *ampliat.* 1. *ſub numer.*

23 67. quia cùm prior hypothecata fuerit nulliter conſtituta ex defectu facultatis, facultas ſuperveniens illam confirmans, non poteſt retrotrahi ad initium contractus, tum quia invenit extremum ad quod, inhabile, & tanquam nullum ab initio, ex nunc tantum convaleſcit hypotheca, non ut ex tunc; tum etiam quia fictio retrotractiva non operatur in præjudicium Tertii medio tempore contrahentis: videnda erunt multa *loco cit. ex numer.* 42. *cum ſeqq. ex num.* 52. Ergo in noſtro caſu prior hypotheca tanquam nulla à principio ex defectu facultatis regiæ debet poſtponi ſecundæ cum facultate legitimè contracta: eo tempore quo nondum diſſolutus erat majoratus, nec convaleſcentia prioris poſtea ſuperveniens retrotrahi debet in præjudicium Tertii legitimè & validè interim contrahentis.

24 Secundò, pro hac parte fortiter facit, quod ſi quis ſine meo mandato hypothecavit rem meam Titio, poſtea eandem rem Petro hypothecavi, & deinde pro tempore ratificavi hypothecam Titii, in amborum concurſu Petrus poſterior in hypotheca præfertur Titio, quia hujus hypotheca à principio fuit nulla, & ex ratificatione veri domini ſuperveniente, non debet retrotrahi in præjudicium Petri medio tempore contrahentis; tum etiam quia cum non convalidetur prior hypotheca niſi ex nunc, & non ex tunc, ſemper eſt poſterior & ſic poſtponenda: hæc fuit doctrina originalis Speculatoris quem ſequuntur multi, inter quos Decius *conſ.* 247. Gozadin. *conſ.* 28. *n.* 37. Hieron. Gabr. *conſ.* 186. *nu.* 16. *l.* 1. Corn. *conſ.* 173. *nu.* 27. *l.* 2. Cephal. *conſ.* 617. & 618. *lib.* 5. Curt. jun. *conſ.* 76. *num.* 5. & iterum ipſe Gabriel *conſ.* 69. *n.* 11. quos referens ſequitur Joan. Anton. Mangil. *de eviction. quæſt.* 36. *num.* 5. & ulteriùs ex *n.* 17. Nos in *hoc Labyr. par.* 2. *d. c.* 21. *n.* 52. & 53. quibus adde Cyriac. *t.* 2. *controverſ.* 293. *per tot.* Ergo convaleſcentia prioris hypothecæ ſuperveniens in noſtro caſu ex majoratus extinctione, & dominio bonorum pleno jure ſuperveniente debitori, non poteſt operari prælationem adverſus ſecundam hypothecam legitimè medio tempore contractam.

Tertiò probatur, quia ſi minor dum eſt in minori ætate ſine decreto bona ſua nulliter ſubjecit hypothecæ, & factus major eadem alteri hypothecavit, ac poſtea priorem hypothecam vel expreſſè ratificavit, juxta *leg.* 2. *Cod. ſi minor major fact.* vel tacitè per temporis tranſcurſum, etenim contractus à minore geſtus tacitè ratificatur completis viginti novem annis ſine reclamatione, ex *l. fin. Cod. ſi minor major fact.* ſecundus creditor, validè contrahens, præfertur in hypotheca, priori, non obſtante ratificatione expreſſa vel tacita inducta per illas leges, quia non admittit retrotractionem in præjudicium Tertii medio tempore validè contrahentis: quam reſolutionem poſt longam diſputationem pro utraque parte tenet & fortiter comprobat Petrus Surd. *dec.* 245. *per tot.* cujus fundamenta recenſens ad partes diſputans idem noviſſimè tenet Acoſta *de privileg. credit. reg.* 1. *ampliat.* 1. *ex n.* 60. *cum ſeqq.*

Et ita tenendum eſt in noſtra quæſtione, ut prior 26
creditor, cui à poſſeſſore majoratus bona fuerunt hypothecata abſque facultate regia, eo tempore quo nondum diſſolutus erat majoratus, cùm adeſſent conſanguinei de familia fundatoris qui poterant ſuccedere, debeat poſtponi ſecundo creditori validè contrahenti aſſenſu regio licèt poſtmodùm ſubſequatur convaleſcentia prioris hypothecæ ob extinctam prorſus familiam in ultimo poſſeſſore debitore utriuſque; cum hæc convaleſcentia non retrotrahatur ad initium contractæ hypothecæ primi creditoris, ſed ex nunc tantum capiat vires, poſt jus validè quæſitum ſecundo creditori.

Ad argumenta ſuperiùs adducta ex *num.* 18. fa- 27
cilè reſpondetur, prout ſingulis reſpondent, & manifeſtè ſatisfaciunt Petr. Surd. & Acoſta locis proximè allegatis. Et pro omnimoda ſatisfactione advertendum erit, fictionem, tranſlationem & rationem nunquam retrotrahi in præjudicium Tertii medio tempore jus acquirentis, quia res non eſt ampliùs integra, nec invenit extremum ad quod habile; ut per plures doctrina videre poteris per Surdum *ubi ſupr. ex nu.* 5. *cum ſeqq.* & per Acoſtam *de ampliat.* 1. *ex nu.* 64. *cum ſeqq.* & Nos abundè *in hoc Labyr. par.* 2. *c.* 21. *per tot.*

Quare in hac quæſtione noſtra firmiter aſſeve- 28
randum erit poſteriorem creditorem qui validè ſub facultate Regia contraxit hypothecam in bonis majotatus, tempore quo nondum erat extinctus nec bona facta libera in ipſo debitore illorum poſſeſſore, eo quod tunc aderant aliqui, vel aliquis de familia, omninò præferendum eſſe in concurſu peracto, priori creditori, qui eodem tempore contraxerat cum eodem poſſeſſore majoratus ſub hypotheca, abſque tamen facultate regia, quantumvis poſtmodùm dominium bonorum fuerit pleno jure quæſitum ipſimet debitori, in quem tanquam ultimum de familia bona libera remanſerunt, & quantumvis ex hac nova dominii acquiſitione convaluerit hypotheca ab ipſo debitore impoſita, quia hæc convaleſcentia non poteſt retrotrahi, ut jam dictum eſt, ad initium primi contractus, in præjudicium ſecundi creditoris validè contrahentis ab initio, qui propterea reſpectu hypothecæ dicitur primus, ex tot fortiſſimis juris fundamentis pro hac parte concludenter conſideratis & applicatis.

CAPUT

CAPUT XII.

Concurſu creditorum introducto, an ſolutio facta debitori liberet ſolventem, ſive ſcientem, ſive ignorantem decoctionem. Et an ſententia lata in favorem ejus, qui concurſum ignorabat ſuſtineatur. Et quid in emptore bonorum, concurſus pendentiam ignorante, an valeat emptio.

SUMMARIUM.

1 *Status quæſtionis proponitur.*
2 *Formato concurſus creditorum judicio, debitor privatur bonorum ſuorum adminiſtratione, & habetur pro mortuo.*
3 *Contractus à debitore geſti poſt formatum concurſum, ſunt ipſo jure nulli.*
4 *Debitor exigens ea quæ ſibi debentur pendente concurſu, tenetur crimine ſtellionatus.*
5 *Solvens perſonæ inhabili ſcienter, vel ignoranter, non liberatur.*
6 *Dominus alienans rem alienari prohibitam non transfert dominium, ſed alienatio remanet nulla.*
7 *Pactum initum de non alienanda dote impedit tranſlationem dominii caſu quo alienetur in ſcientem vel ignorantem illud pactum: quod declaratur in n. 8. & 9.*
10 *Ignorantia revocati mandati & mutatæ voluntatis non validat actum poſt revocationem ignoratam geſtum.*
11 *Contrahens cum inſtitutore revocato per mortem domini, qui eum mercibus exercendis præpoſuerat, validè contrahit.*
12 *Solutio facta bona fide debitori decocto liberat ſolventem ignorantem judicium concurſus.*
13 *Actus judiciales geſti à procuratore revocato, adverſario & Judice ignorantibus revocationem, valent.*
14 *Actus extrajudiciales ut contractus, ſi fiant à procuratore revocato ignorante revocationem, ſuſtinentur.*
15 *Mandatum morte ſolvitur: ſi tamen per ignorantiam impletum eſt, competit utilis actio.*
16 *Solvens per juſtam ignorantiam debitori decocto excuſatur & liberatur, & n. 10.*
17 *Secus, ſi ſciverit, vel ſcire debuerit, & num. 18. 19. 20. 21. & 22.*
21 *Ignorantia præſumpta an & quando excuſet.*
23 *Ignorantia ſupina & affectata non excuſat.*
24 *Poſt formatum concurſus judicium debitor decoctus non eſt perſona legitima ad recipiendam ſolutionem à debitore ſuo faciendam, niſi ſolvens probabiliter ignoraverit concurſum & decoctionem, tunc enim propter juſtam ignorantiam debitor ſolvens liberatur.*
25 *Prohibitio alienationis ex pacto cum Tertio inito cujus intereſt rem non alienari, impedit dominii tranſlationem ſi alienetur, ſive acquirens ſciverit prohibitionem ſive ignoraverit.*
26 *Concurſus formatus impedit ne debitor res ſuas alienando poſſit transferre earum dominium in acquirentem in præjudicium creditorum.*
27 *Lex*, ſi pater 4. ff. de manumiſſ. vindicta, & *lex*, quæſitum 15. §. Julianus, ff. qui & à quibus: *declarantur, & conciliantur remiſſivè.*
28 *Mandatum ab Inſtitore ſuſceptum non finitur morte præponentis, & num. 29. juncto num. 53. & 54.*
30 *An ſententia lata contra debitorem decoctum, & in favorem ejus qui concurſum formatum ignorabat, valida ſit. Diſputatur ad partes n. 31.* cum ſeqq. uſque ad n. 42.
31 *Debitor decoctus privatur rerum ſuarum adminiſtratione.*
32 *Sententia lata contra debitorem poſt hypothecam contractam, non nocet creditoribus ignorantibus litem ſuper hypotheca motam.*
33 *Maximè quando debitor bona ſua non poſſidet, ſed Tertius.*
34 *Sententia lata contra debitorem pendente concurſu, valida eſt, ſive adverſarius ſciverit, ſive ignoraverit concurſum: non tamen nocebit creditoribus non citatis. num. 35. & 42.*
36 *Debitor in judicio concurſus eſt pars formalis provocans ſuos creditores ut contra ipſum ſua jura deducant, & legitimus contradictor.*
37 *Pendente concurſu, poteſt conveniri debitor coram alio judice competente, & convenire ipſe ſuos debitores & acta valebunt niſi opponatur exceptio concurſus.*
Non tamen in præjudicium creditorum non citatorum qui adverſus ſententiam reclamare poſſunt. n. 38.
39 *Sententia lata contra debitorem non mandatur executioni contra tertios rerum hypothecatarum poſſeſſores.*
40 *Debitor etſi privetur rerum ſuarum adminiſtratione poſt formatum concurſum, non tamen deſinit eſſe dominus & poſſeſſor. & n. 41.*
43 *An valeat alienatio facta à debitore poſt concurſum formatum, in eum qui concurſum ignorabat? Et videtur valere per jura hic allegata.*
Contrarium verius eſt, & probatur num. 44. & ſeqq.
45 *Nulliter contrahitur cum his quibus bonorum adminiſtratio à jure vel judice interdicta eſt.* (*ignoraverit.*
46 *Etiamſi contrahens talem interdictionem*
47 *Ignorantia non prodeſt illi qui acquiſivit rem alienare prohibitam.*
48 *Alienatio facta à debitore poſt ceſſionem bonorum, ſeu decoctionem, nulla eſt.*
49 *Emens ſcienter ab eo, cui bonorum adminiſtratio interdicta eſt non acquirit dominium.*
50 *Argumentum à contrario ſenſu non valet, quando abſonus inde reſultaret intellectus.*
51 *Lex operatur nullitatem contractus, ſive contrahens ſciverit prohibitionem alienandi, ſive ignoraverit.*
52 *Bona fideicommiſſo ſubjecta poſſunt alienari pro ſatisfactione creditorum teſtatoris.*
53 *Contrahens cum inſtitore poſt mortem præponentis, validè contrahit, ſive mortem domini ſciverit, ſive non: & n. 54.*
55 *Quamvis*

55 *Quamvis solutio facta decocto liberet solventem ignorantem decoctionem; non tamen valet contractus cum eo celebratus.*

1 QUoad primam partem *hujus cap.* An lite concursu introducto jam per debitorem communem inter suos creditores, solutio ipsi facta à suo debitore sciente vel ignorante concursum liberet solventem? Pro parte negativa, ut talis solutio facta debitori pendente concursus judicio, non liberet solventem, sive sciverit, sive ignoraverit concursus pendentiam, multa urgere videntur.

2 Primò, quia debitor, postquam concursus judicium formavit inter suos creditores, omnem à se abdicavit bonorum suorum administrationem, atque ita statum suum mutavit, ut habeatur pro mortuo, nec deinceps habeat velle, vel nolle; ad quod quamplurima jura & Doctores adduximus in *hoc Labyrin. par.* 1. *cap.* 14. *ex num.* 1. *cum multis sequentib.* & in tantum efficitur persona illegitima, 3 ut contractus à se gesti super bonis suis, sint nulli ipso jure, ut probavimus *ibid. ex nu.* 4. *cum multis sequentib.* Imò si se ingerat debitor iste 4 decoctus in administratione bonorum suorum, & exactione quantitatum sibi debitarum, stellionatus crimine tenetur, & à Senatu meritò criminaliter punitur, ut diximus *in dicto cap.* 14. *ex n.* 92. *usque ad fin.*

5 Ex quibus sequitur, quod solutio facta ei, qui non sit legitima persona ad recipiendum, non liberet debitorem solventem, sive scienter, sive ignoranter solverit carenti mandato; sed iterum solvere cogi potest: plurima jura & Doctores ad id conduximus *in hoc Labyrin. par.* 1. *cap.* 36. *n.* 27. & 28. Ergo cùm debitor communis careat prorsus administratione suorum bonorum, solutio ipsi tanquam personæ illegitimæ facta non debet liberare solventem.

6 Secundò probatur, quoniam quando quis rei dominus per contractum & pactum cum Tertio initum, fuit prohibitus alienare, ac promisit se non alienaturum, si pacto contempto alienaverit alienatio nulla est, sive alter contrahens sciverit, sive ignoraverit pactum prohibitivum procedens: prout etiam probavimus in *hoc Labyrin. part.* 1. *cap.* 38. *ex num.* 28. & signanter ex *num.* 38. ubi plurimas doctrinas congessimus, & fundamenta in comprobationem hujus assertionis.

7 Quibus addere possumus communem quandam resolutionem, quæ vult ut pactum de non alienanda do te initum cum Tertio cujus interest, juramento vallatum, impediat translationem dominii in eum, in quem mulier alienavit etiam cum juramento, sive sciverit, sive ignoraverit pactum præcedens prohibitivum alienationis, cùm hoc juramentum non arctet in præjudicium Tertii qui antea pactus fuerat de non alienando rem aliàs de jure, aliave dispositione alienari prohibitam: per *cap. intellecto, extr. de jurejur.* & ex *l.* 28. *tit.* 11. *par.* 2. Glossa communiter recepta *in cap. licet. mulieres, de jurejur. l.* 6. sequuntur Doctores *ibid.* Imola *in cap. cum. contingat, num* 81. & *ibi* Alciat. *num.* 43. *extr. de jurejur.* Abbas *in d. cap. intellecto*, per text. *ibid.* Bartol. *in l. is cui bonis, ad fin. ff. de verb. oblig.* & in *l. si quis pro eo, nu.* 9. *vers. adverte ff. de fidejuss.* Hostiens. *in summa de jurejur.* §. *eo modo censeatur:* Angel. de Aretio *in princip. Instit. quib. alien. lic. vel non:* Ferdin. Vasquez Menchaca *l.* 3. *de success. creat.* §. 26. 39. *& seqq.* Chassan. *in consuetud. Burgund. rubr.* 4. §. 16. *num.* 5. Joan. Crot. *in l. filiusfam.* §. *divi, col.* 25. & *ibi.* Ferdin. de Loazez *num.* 431. *ff. de legat.* 1. Palat. Rubeus. *in repetit. Rubr. de donat. int. vir. & uxor.* §. 45. *n.* 6. Covar. *in relect. cap. quamvis pactum, de pact. l.* 6. *par.* 2. §. 1. *num.* 1. *&* 2. Innocent. & Abb. & communiter Doctores in *d. cap. intellecto, de jurejur.* Bald. & moderni *in l. duobus,* §. *ult.* ubi Alex. *ff. de jurejur.* Jas. *in auth. sacramenta puberum, n.* 60. *Cod. si adverf. vendit.* plurimos alios allegat Matienzo *in. l.* 3. *gl.* 3. *à princip. nu.* 1. *&* 2. *tit.* 10. *l.* 5. *recopil.* Gutierr. *de juram. confirmat. par.* 1. *cap.* 1. *num.* 79. ubi plurimos alios refert, Anton. Gabriel. *l.* 2. *commun. opin. conclus.* 1. *de jurejur. ex n.* 1. *cum seqq.*

Et quamvis nonnulli Doctores citati à Gutier. 8 *d. cap.* 1. *num.* 88. distinguant inter scientiam & ignorantiam ejus qui emit; ut si ignoravit juramentum mulieris antecedens de non alienando dotem, tunc valeat alienatio: quibus repugnant Covarr. Alciat. & Matienzo, *in d. l.* 3. §. 13. *n.* 9. quos etiam referens sequitur Merlin. *de pignor. l.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 18. *n.* 76. *&* 77. ubi quando pactum de non alienanda dote gestum est cum Tertio cujus interest, in ejus præjudicium alienatio subsequens facta per mulierem non valet, sive sciverit emptor rei prohibitæ alienari, sive ignoraverit pactum præcedens, adhuc advertendum erit: ut illi loquantur quando mulier simpliciter, & nullo Tertio interveniente, juravit se non alienaturam dotem; sed secùs erit in casu de quo loquimur, quando pactum hoc præcessit cum Tertio initum, cujus intererat non alienari: 9 quo casu communiter omnes tenent non valere. alienationem postea factam, quia in Tertii præjudicium nullo modo tenet sive emptor sciverit, sive ignoraverit: ut ex pluribus juris exemplaribus per nos adductis *in hoc Labyrin. par.* 1. *dict. cap.* 38. *ex num.* 36. *cum seqq.* & insuper probat absoluta & indistincta determinatio *dict. cap. intellecto, de jurejur. & d. l.* 2. *tit.* 11. *part.* 2. absolutè annullans alienationem factam à Rege etiam cum juramento contra juramentum præcedens de non alienando civitates & bona Coronæ in ejus detrimentum, cum prius pactum juratum sit conforme dispositioni juris, & ideo posterius non potest illi erogare in præjudicium Regni, cujus interest non dismembrari.

Tertiò & pro hac parte urgent notabilia jura, 10 in quibus apertè probatur, ignorantiam revocati jussus & mandati, ac mutatæ voluntatis, non validare actum postea gestum, text. *in l. si pater* 4. *ff. de manumiss. vindict.* cujus verba sunt: *Si pater filio permiserit servum manumittere, & interim decesserit intestatus; deinde filius ignorans patrem suum mortuum, libertatem imposuerit, libertas servo, favore libertatis, contingit; cùm non appareat mutata esse domini voluntas: sin autem ignorante filio, vetuisset pater per nuncium, & antequam filius certior fieret, servum manumisisset, liber non sit: nam ut filio manumittente servus ad libertatem perveniat, durare oportet patris voluntatem: nam si mutata fuerit voluntas, non erit verum volente patre filium manumisisse.* Ad idem est etiam textus optimus & omnino dissimilis in *l. quæsitum,* 15. §. *Julianus. ff. qui & à quibus* his verbis; *Julianus ait; si posteaquam filio permisit pater manumittere, filius ignorans patrem decessisse, manumisit vindicta, non fieri eum liberum; sed si vivit pater, & voluntas ejus mutata erit, non videri volente*

patre filium manumisisse. Ex quibus juribus directè probatur, ignorantiam debitoris solventis ei, qui formando concursum mutavit statum, & factus est non legitima persona ob amissam bonorum suorum administrationem, non liberare solventem.

11 Quartò urget text. in *l. si quis mancipiis* 17. §. *certè ff. de institor. act.* ubi contrahens cum institore præposito, revocato per mortem domini qui eum præposuerat ad mercem exercendam rectè & validè contrahere dicitur, quantumvis sciverit mortem domini præponentis: verba textus sunt, *Certè ejus contractus nomine qui ante aditam hæreditatem interceſſit, etsi furiosus hæres extiterit dandam esse actionem, etiam Pomponius scripsit: non enim imputandum ei est, qui sciens dominium decessisse, cum institore exercente mercem, contrahit.* Ex quo textu clarè probatur, quod scientia vel ignorantia potestatis revocatæ non est in consideratione, ut solutio judicari debeat benè vel malè facta: quod etiam in §. *si impubes, ejusd. l.* 17. probatur.

12 Quibus tamen & aliis minimè refragantibus, contraria sententia verior & probabilior est; imò solutionem factam debitori communi, pendente lite concursus ab ipso mota in suos creditores, liberare solventem ignorantem concursus judicium pluribus juribus probatur, loquentibus in revocatione mandati facti ad aliquid gerendum expressa, vel etiam tacita per mortem mandantis re integra, vel mandatarii, aut per mutationem status alterutrius: tam in judicialibus causis, quam in contractibus seu negotiis extrajudicialibus, & solutionibus factis ei, cui post revocatum mandatum solutum fuit, ignorante solvente revocationem, cùm debuisset ei intimari & significari revocatio mandati, aliàs tam contractus & solutiones, quàm actus judiciales sustinentur & valent, non obstante mandati revocatione ignorata.

13 De actibus judicialibus gestis à procuratore revocato, parte adversa & judice ignorantibus revocationem, plurima jura probant valere, ut in *l. procuratorem* 65. *vers. ult. ff. de procur. l. unic.* §. *itaque, Cod. de fatisdan. l. si ante* 7. *ff. judicat. solv.* text. in *cap. ex parte* 33. *vers. omnis igitur, de rescript. cap.* 3. *&* 4. *& cap. mandato* 13. *procurat. Clement. unic de renuntiat.*

14 Actus quoque extra judiciales, contractus, & alia negotia valere, si gerantur à procuratore interim per dominum mandantem, seu præponentem revocato, ignorantibus tam ipso procuratore sive mandatario, quàm eo qui cum ipso contraxit, cùm utrique debuerit intimari revocatio ne deciperentur, multa jura singularissima probant, ut in *l. si tamen* 14. *ff. ad senatusc. Macedon.* cujus verba sunt: *Si tamen sciente patre creditum sit filio, dicendum est, cessare senatus consultum: sed etsi jusserit pater filio credi, deinde ignorante creditore mutaverit voluntatem, locus senatus consulto non erit, quoniam initium contractus spectandum est.* Alius text. *l.* 1. §. *sed ego quærò an revocari hoc jussum antequam credatur possit? Et puto posse, quemadmodum si mandasset, & postea ante contractum contraria voluntate mandatum revocasset & me certiorasset, ff. quod jussit.*

Est alius text. in. *l. si mandassem tibi, ut fundum emeres, postea scripsissem ne emeres, tu antequam scias me vetuisse, emisses, mandati tibi obligatus ero, ne damno afficiatur is qui mandatum suscepit.* 15. *ff. mandati:* alius text. in *l. inter causas mandati omittendi etiam mors mandatoris est, nam mandatum solvitur morte: si tamen per ignorantiam impletum est, competere actionem utilitatis causa dicitur.* 26. *ff. mandati.* text. in *l. sed & si pupillus*, §. *de quo, & §. proscribere, ff. de institor. act.* in quibus deciditur, publicandam esse prohibitionem à præponente factam, ne quis cum suos institore ulteriùs contrahat: alioquin contractus cum eo per ignorantiam celebratos valere, & domino præponenti præjudicare, *l. quicunque* 5. §. *si ab alio institor sit præpositus, is tamen decesserit, qui præposuit, & hæres ei extiterit qui eodem institore utatur, sine dubio teneri eum oportebit: nec non si ante aditam hæreditatem cum eo contractum est, æquum est, ignoranti dari institoriam actionem.* Item in *l. si quis mancipiis.* 17. §. *Proculus ait, si denuntiavero tibi, ne servo à me præposito crederes, exceptionem dandam, si ille illi non denuntiaverit, ne illi servo crederet, ff. de institor. act.* 15

In solutione facta debitori, pendente concursu 16
ab eo moto, an valeat solutio, ita ut liberet solventem, minor est difficultas; cùm favore liberationis, ignorantia concursus & decoctionis prorsus excuset solventem: ad quod plurima jura adsunt, quæ in variis & scitu dignis casibus disponunt, per tacitam mandati revocationem, videlicet per mortem re integra; vel per expressam, cujus notitiam solvens non habuerit, prorsus liberetur: ut in *l. si servus peculiari nomine crediderit, eique debitor, cùm ignorat dominum mortuum esse ante aditam hæreditatem solverit. Idemque juris erit, etsi manumisso servo debitor pecuniam solverit cùm ignoraret eo peculium concessum non esse: neque interest vivo, an mortuo domino pecunia numerata sit, nam hoc quoque casu liberabitur debitor; sicut is qui jussus est de creditore pecuniam Titio solvere, quamvis creditor mortuus fuerit, nihilominus rectè Titio solvit, si modo ignoraverit creditorem mortuum esse.* 23. *ff. de solutionib.*

Id ipsum probatur. in §. *rectè, Institut. de mandato:* versic. *sed utilitatis causa receptum est, si eo mortuo qui tibi mandaverat, tu ignorans eum decessisse executus fueris mandatum, posse de agere mandati actione: alioqui justa & probabilis ignorantia tibi damnum afferret. Et huic simile est quod placuit, si debitores, manumisso dispensatore Titii per ignorantiam liberto solverint, liberari eos: cùm alioqui stricta juris ratione non possent liberari, quia alii solvissent quàm cui solvere debuerint.*

Textus etiam in *l. vero procuratori* 12. §. 1. *ff. de solution.* ibi, *sed etsi quis mandaverit ut Titio solvam, deinde vetuerit eum accipere: si ignorans prohibitum eum accipere, solvam, liberor: sed si scivero, non liberor.* Alius text. in *leg. qui hominem* 44. §. *si Titium omnibus negotiis meis præposuero, deinde vetuero eum (ignorantibus debitoribus) administratione negotia mea, debitores eis solvendo liberabuntur.* Alius text. in *l. cum quis sibi* 38. §. *si debitorem meum jussero Titio solvere: deinde vetuerim Titium accipere, & debitor ignorans solverit, ita eum liberari existimavi, &c. ff. de solutionibus.* Alius text. in *l. dispensatori, qui ignorante debitore remotus est ab actu, rectè solvitur: ex voluntate enim domini ei solvitur; quam si nescit mutatam qui solvit, liberatur,* 51. *ff. eod.* facit optimus text. in *l. si fidejussor* 29. §. *si cum debitor solvisset ignarus fidejussor solverit, puto eum*

mandati

mandati habere actionem : ignoscendum enim est et si non divinavit debitorem solvisse : debet enim debitor notum facere fidejussori jam se solvisse, &c. *ff. mandatis* idem in *l. inter causas* 26. ibi, *nam mandatum solvitur morte : si tamen per ignorantiam impletum est, competere actionem utilitatis causa dicitur*, &c. & iterum, ibi: *Si quis debitori suo mandaverit ut Titio solveret, & debitor mortuo eo cùm id ignoraret solverit, liberari eum oportet, ff. mandati :* item alius text. in *l. Ejus qui in provincia Stichum servum calendario proposuerat, Romæ testamentum recitatum est, quo idem Stichus liber & ex parte hæres erat scriptus ; qui status sui ignarus pecunias defuncti aut exegit, aut credidit, ut interdum aut stipuletur, aut pignora accipere*, &c. *placebat, debitores quidem qui ei solvissent liberatos esse ; si modo ipsi quoque dominum decessisse ignorassent*, & c. 41. *ff. de reb. credit.* Urget etiam ratio text. in *l. si putatur* 31. *ff. ad leg. Aquil.* ibi, *nam culpa ab eo exigenda non est, cum divinare non potuerit*, &c. textus etiam in *l. si non sortem* 26. *fi* §. *filiosam solvit, cùm esset ejus peculiaris debitor ; siquidem ignoravit ademptum ei peculium, liberatur si scit, & solvit condictionem non habet, quia sciens indebitum solvit : ff. de condict. indeb.*

17 Ex quibus juribus clare apparet debitorem solventem suo creditori, postquam concursus judicium formavit inter suos creditores, quantumvis careat suorum bonorum administratione, omnino consequi liberationem, si probabiliter ignoravit concursus existentiam : secùs autem si sciat fallimentum sui creditoris ob concursum causatum : & ita novissimè tenet Olea *de cess. jur. & act. titul.* 1. *quæst.* 1. *num.* 41. & 42. ex iis quæ ex *num.* 26. *& sequen ib.* adduxerat de solvente procuratori revocato, ignorante
18 revocationem, & quod solvens debitori fallito sciens fallimentum non liberetur, secus si ignoret: tenet Curia Philippica *lib.* 2. *cap.* 11. *del commercio terrestre, num.* 42. & 46. pro qua distinctione adest *lex* 2. *tit.* 19. *lib.* 2. *recopil.* in illis verbis, *mandamos à qualesquier personas, en cuio poder estubieren qualesquier deudas, o mercaderia o mercaderias, o otros qualesquier bienes de los que a si se alçaren, o supieren quien los tiene, no paguen las dichas deudas a las personas que asi se ubieren alçado como dicho es, ni les accedan con los dichos bienes, ni con parte dellos : y retro de treinta dias, despues que en qualquier manera viniere a su noticia, que el tal mercader, o cambiador, o factor se ha alçado vengan a manifestarlo que tienen suio, y les deben*, &c. *so pena que lo que les pagaren, se aia por no pagado, y lo tornen a pagar otra vez*, &c. Idem disponit *lex* 6. *ejusdem tit.* quas leges ita etiam intelligit Curia Philipp. *loc. cit.*

Nos etiam in *hoc Labyrint. part.* 1. *capit.* 28.
19 *ex num.* 29. *cum multis seqq.* resolvimus, multis Doctoribus citatis, multisque fundamentis juridicis adductis, quod nimirum licèt mandatum datum à debitore ad exigendum, exercendum, administrandum sua bona & negotia, extinguatur ipso jure statim quod mandator formavit concursum ita ut ejus virtute gesta, sint nulla & inefficacia, etiamsi non præcedat monitio, & intimatio concursus, & revocatio-
20 nis talis mandati, tamen solutiones factæ huic mandatario revocato per debitores ignorantes revocationem ex concursu, liberant solventes : ad quod adduximus plurimos Doctores ita in his terminis tenentes : unde rectè infertur ad ipsum debitorem dominum constituentem, ut ei ignoranter solventes liberentur.

Et nondum, quod licèt præsumatur ignoran- 21
tia, ubi scientia non probatur, ex *vulgata juris regula*, tamen si aliqua sit præsumptio, vel legitimum indicium, ex quo probabiliter inducatur scientia debitoris adesse concursum formatum à debitore, nihil ei proderit ignorantia allegata, nec juris præsumptio, Mascard. *de probat. conclus.* 879. *n.* 11. *cum seqq.* vel quando ratione officii quis scire & indagare tenetur factum alienum, quia tunc præsumitur scientia : scire, enim, & scire debere, à pari procedunt, ad 22
quod jurà & Doctores refert Valasc. *in axiomat. litt. S. n.* 4.

Neque ignorantia supina & affectata, quan- 23
do quis facilè scire potuit, excusat : de quo plura cumulat Augustin. Barbos. *in Regul. Ignorantia facti, ex n.* 7. *cum multis seqq.* Mascard. *d. conclus.* 879. *n.* 31. *cum duob. seqq.* Pacian. *de probat. l.* 2. *cap.* 19. *ex n.* 60.

Quibus suppositis, non obstant argumenta in 24
contrarium adducta : non primum ex *n.* 2. *supr.* nempe debitorem formantem concursum, non esse legitimam personam ad recipiendam solutionem sibi à suo debitore factam. Quoniam respondetur, quod datâ ignorantiâ probabili & non affectata in solvente, quod fuerit adempta libera administratio bonorum creditori suo cum quo à principio contraxerat, solutio liberat solventem, etiamsi pecunia soluta non pertineat ad recipientem, sed ad creditores decocti ; ut latissimè probavimus *in hoc Labyrint. par.* 1. *c.* 27 *ex n.* 83. *cum multis seqq. & cap.* 28. *ex n.* 28. *& seqq. & par.* 2. *cap.* 9. *ex n.* 144. & urgent tot expressissima jura adducta *supr. ex n.* 12.

Non obstat secundum ex *nu.* 6. quia loquitur 25
in prohibitione alienationis facta ex pacto cum Tertio inito, cujus interest rem non alienari, impeditivo translationis dominii, sive contrahens cum prohibito sciat, vel ignoret pactum præcedens : quia ex contraventione non potest inferri præjudicium Tertio sic pacisceuti super re aliàs de jure prohibita alienari ; ut de dote & bonis majoratus : videnda sunt quæ abundè diximus *par.* 1. *cap.* 38. *ex numer.* 32. & signanter ex *num.* 35. *& seqq.* quæ etiam procedunt in debitore amittente bonorum suorum administrationem, formato creditorum concursu, ut 26
ab eo alienatio facta non transferat dominium in emptorem sive scientem, sive ignorantem concursus pendentiam, de quo inferiùs, *ad* 3. *partem hujus cap. ex n.* 43. *cum seqq.*

Nec obstat etiam tertium argumentum ex *l.* 27
si pater 4. *ff. de manumiss. vindict. & l. quæsitum* 15. §. *Julianus ff. qui & à quib.* ut *supr. num.* 10. quæ jura licèt videantur inter se pugnare, tum concedendo libertatem datam à filio ignorante mortem patris, tum contrarium determinando, tum etiam revocationem mandati admittendo antequam nuntius, seu epistola perveniat ad notitiam filii mandatarii : adhuc tamen hæc jura ita conciliantur per Doctores, ut nullo modo repugnent iis quæ latè probavimus hactenus, quòd actus judiciales & extrajudiciales valeant gesti à procuratore revocato, quando tam ipse, quàm qui cum eo contrahit, ignorant revocationem : sed quia dictarum legum concordia requirit longum examen, lectorem remitti-

mus ad ea quæ copiosè tradit Vela *post dissertationes in tom. 2. ad repetit. cap. fin. de procur. l. 6. in 4. par. repetit. ex num. 2. cum multis seqq.* & signanter de concordia dictarum legum agit ex professo *n. 17. cum seqq.* ubi abundè & eleganter videndus omnino erit.

28 Non obstat tandem quartum & ultimum argumentum de quo *supr. n. 11.* ex. *l. si qui mancipiis 17. §. certè, ff. institor. act.* ubi dicitur, contractum celebratum cum institore præposito ad negotiandum cum scientia mortis domini
29 præponentis, valere. Quia respondetur, illius textus determinationem à juris regulis procedere, nam mandatum institoris non finitur morte domini præponentis, sed durat ut antea quousque ab hærede revocetur, & institor ipse removeatur: & ideo rectè quilibet cum eo contrahi sive sciat, sive ignoret mortem præponentis, cùm institor semper remaneat persona legitima virtute mandati non revocati sed durante, per innumerabiles pene Doctores, quos congessimus *in hoc Labyrinth. part. 2. c. 9. ex num. 111. 112. & 113.* Neque obstat *l. quæsitum. 5. §. si ab alio, ff. eod.* in illis verbis ibi, *ignoranti dari institoriam actionem:* quasi desideret ignorantiam in contrahente; de cujus textus intellectus inferiùs agendum erit in *3. par cujus c.*

30 Quoad secundam partem *hujus cap.* An sententia lata contra debitorem, & in favorem ejus qui concursum formatum ignorabat, valida sit? quam ad partes novissimè disputavit Olea *in suo erudito tractat. de cess. jur. & act. titul. 1. quæst 1. ex num. 21. cum sequent. & ex num. 30. & seqq.* ubi tandem resolvit absolutè, sententiam obtentam contra debitorem pendente judicio concursus, prorsus esse nullam, sive obtinens sciverit, sive ignoraverit concursus pendentiam, tribus potissimùm motus argumentis.

31 Primò, quia debitor post concursum formatum & cessionem bonorum factam, ita à se eorum administrationem abdicavit, ut eidem sit prorsus denegatum exercitium actionum, cum quo ideo nullas potuit litigare, nec judicium movere, ex *l. item si unus, ff. de recept. arbitr.* & ideo sententia contra eum lata nulla est ipso jure, sciente vel ignorante collitigante.

92 Secundò, quia sententia lata contra debitorem post hypothecam contractam, non nocet creditoribus ignorantibus litem supra hypotheca motam, ex *l. judicatæ, 29. §. si debitor, ff. de excep. rei judic. l. superatus ff. de pignorib. l. si mater, §. fin. ff. de except. rei jud.* Gloss. & Doctor. *in l. sæpe, ff. de re judic.* Paul. de Castr. *in l. ob. executorem, §. alio, sub num. 2. ff. de appellat.* Menoch. *l. 3. præsump. 124. numer. 64.* Arismin. Tepat. *variar. titul. 501. cap. 20. versic. sententia lata*, Petr. Surd. *decision. 259. num. 6.* Carrocc. *exceptionib. except. 123. à num. 53.* (qui refert *Covarruv. & Negusant.*) Anton. de Amat. *tom. 2. var. resol. cap. 79. num. 18.* Ann. Robert. *l. 3. rer. judic. cap. 19. in allegatione pro creditore*, & noviter Acosta *de privileg. creditor. in præfat. ad reg. 1. n. 19.* quorum nullus loquitur quando adversarius ignorabat rem esse hypothecatam.

33 Tertiò, Olea *loc. citat. num. 32. & 33.* movetur hoc argumento, quoniam licèt sententia lata contra debitorem noceret creditoribus hypothecariis, ex Noguerol. *allegat. 33. & sequentib.* & Giurb. *decision. 92. num. 12.* Id tamen non haberet locum quando debitor bona non possidet, sed alius Tertius, quia tunc cum illo Tertio rei hypothecatæ possessore noviter agendum erit: ex multis Doctoribus ab ipso Noguerol. allegatis *ex num. 78 & sequentib.* Sed sic est, quod formato jam concursu debitor non possidet bona sua, quia omnia demisit creditoribus, ergo sententia contra eum lata, nulla est, nec poterit præjudicare creditoribus ejusdem.

Quibus tamen non obstantibus, absolutè te- 34
nendum erit, sententiam latam contra debitorem pendente concursu, omnino validam esse, sive adversarius collitigans sciat, sive ignoret pendentiam concursus. In quo tamen distinctè procedendum est, aut enim loquimur respectu debitoris, aut respectu creditorum: & utroque casu validà est sententia, sciente, vel ignorante adversario: respectu quidem debitoris, quia cum parte formali, & cujus principaliter interest, litigavit: respectu etiam creditorum valida erit, quo valet cum parte principali, quanquam eisdem præjudicium non afferet si 35
non fuerint citati, quia poterunt contra eam allegare vel collusionem, vel indefensam causam à debitore convento, vel omissas ab eo exceptiones; quibus discussis, vel declaranda erit valida sententia, vel annullanda, vel rescindenda: quod probatur ex contrapositione argumentorum quæ ab *Olea* fuerunt considerata.

Nam principale ejus fundamentum, nempe 36
debitorem, judicium concursus formantem, non habere exercitium actionum, nec eas movere vel defendere posse, omnino negamus: imò verò asserimus esse partem formalem introducentem judicium, & provocantem suos creditores, ut à se petant & deducant jura sua ideoque ei, & in eum, omnes dirigantur actiones activæ & passivæ, de quo latè egimus, & manifestè comprobavimus in *hoc Labyr. par. 1. cap. 4. ex num. 46. cum multis seqq.* ubi abundè disceptatur pro utraque parte, & *hac 4. par. cap. 1. ex num. 2. cum seqq.* quibus quidem locis satisfit dictæ legi, *si unius, ff. de recept. arbitr.* ut *ibi* videre poteris ad saturitatem: quod testatur praxis omnium Tribunalium in cunctis concursibus creditorum, admittens absque ulla controversia debitorem movere actiones contra suos creditores, vel debitores, tertiosve alios possessores: ideoque ulteriùs hæsitandum non erit.

Præterea supponitur, quod pendente concur- 37
su, quilibet potest extra illius judicium coram alio judice competente movere litem contra debitorem, vel debitor contra alios, & istud judicium quod fit extra concursum validè currit; nisi opposita exceptione concursus pendentis, lis mota ad judicium concursus trahatur; alioquin sententia tenet, ut copiosè fundatur in *hoc Labyrint. par. 1. cap. 4. §. 2. & 3. per tot. & cap. 5. ex n. 17.*

Si tamen, creditoribus concursus non citatis, 38
lis mota & sententia lata fuerit, licèt in se valida sit, creditoribus tamen non nocet, sed eis reclamantibus, trahenda est ad concursus judicium, & iterum poterunt contra eam opponere novas exceptiones à debitore omissas vel etiam collusionem & fraudem debitoris: ut abundè post alios fundavimus *in hoc Labyr. par. 1. cap. 40. ex num. 1. usque ad 8. & cap. 13. nu. 53. & 24. & d. cap. 4. §. 2. & 3. & cap. 5. ex. n. 17.*

Quare

Quare is qui contra debitorem movet litem & obtinet ſententiam, judicium ſuſtinetur & ſententia valida eſt, ſive ſciat, ſive ignoret pendentiam concurſus; quanquam, ut dictum eſt, non præjudicatur creditoribus concurſus non citatis, prout debebant citari, ut pareret illis præjudicium.

Ex quibus ſatisfit primo & ſecundo argumento in contrarium conſideratis.

39 Non obſtat etiam tertium de quo *ſupra n.* 33. ex Noguerol. & aliis, ut ſententia contra debitorem principalem non mandetur executioni contra tertios rerum hypothecatarum poſſeſſores non citatos: in quo caſu loquuntur Doctores in argumento allegati: Et ideò cùm debitor poſt dimiſſionem bonorum non poſſideat, ſed creditores, in quos tranſlatam bonorum poſſeſſionem ſupponit argumentum, eis non poteſt præjudicare ſententia.

40 Cui argumento ſatisfit: ſententiam contra debitorem obtentam non præjudicare ejus creditoribus non citatis, fatemur, ratione ſui intereſſe, quibuſcum in concurſu aſſiſtentibus ſimul debebat lis agitari, ut hactenus probavimus, non tamen ratione & intuitu poſſeſſionis: cùm improbabile valde ſit, in eos ex dimiſſione adminiſtra-
41 tionis bonorum, tranſlatam fuiſſe poſſeſſionem, nam indubitabile eſt, utrumque, tam dominium quàm poſſeſſionem remanere penes ipſum debitorem communem durante judicio concurſus: ut comprobavimus *par.* 1. *cap.* 14. ex *nu.* 1. *cum ſeqq.* ubi de dominii retentione, & ex *num.* 1. *uſque ad num.* 45. & de poſſeſſione non amiſſa per ceſſionem bonorum, nec tranſlata in creditores, in Curiam nec in adminiſtratorem concurſus, ſed quod remaneat integra & illæſa penes eundem debitorem, *ibid. ex num.* 68. *uſque ad nu.* 88. & ideo nullo ex capite procedit argumentum: ſed omnino in hac quæſtione con-
42 cludendum eſt, ſententiam latam contra debitorem, pendente judicio concurſus, eſſe validam ſive eam obtinens ſciverit, ſive ignoraverit concurſus pendentiam.

43 Ad tertiam partem noſtri capituli accedendo, quæritur an alienatio facta à debitore poſt concurſum formatum, in eum qui concurſum per actum ignorabat, valida ſit; Et validam eſſe, datâ ignorantiâ, emptoris probant mirabilia jura determinantia quod emptio facta ab eo cui per Prætorem interdicta erat bonorum alienatio, ob timorem diſſipationis, non erit valida, ſi emptor ſciverit interdictionem, nec præſtabit ei cauſam præſcribendi, quia talis venditio non eſt titulus dominii translativus: textus eſt in *l. ſi ab eo emas, quem Prætor vetuit alienare, idque tu ſcias, uſucapere non potes* 12. *ff. de uſucapion.* textus etiam ſimilis in *l. qui fundum* 7. §. *qui ſciens rem emit ab eo quem prætor ut ſuſpectum heredum diminuere vetuit, uſu non capiet, ff. pro emptore:* mirabilis textus ad propoſitum in *l. ſi ſciens emam ab eo, cui bonis interdictum ſit, vel cui tempus ad deliberandum de hereditate ita datum ſit, ut ei diminuendi poteſtas non ſit: dominus non ero.* 26. *ff de contrah. empt.* Ecce jura apertiſſima, & valde adaptabilia debitori poſt concurſum formatum inter ſuos creditores, qui omnino privatus eſt ſuorum bonorum adminiſtratione, & per conſequens alienandi poteſtate, ut ſimiliter dicamus, alienationes ab eo factas validas eſſe, & dominium, & uſucapiendi facultatem ex illis tranſire in emptores, vel donatarios ignorantes concurſum peractum à debitore alienante licèt ſecus ſit quando emptor conſcius eſſet interdictionis & concurſus pendentis.

Contraria tamen ſententia, imò alienationem 44
bonorum factam per debitorem communem, poſt peractum & à ſe motum judicium concurſus, nullam eſſe & invalidam ipſo jure, ſive is in quem facta fuit alienatio, ſciverit vel ignoraverit concurſus pendentiam; longè verior, & probabilior eſt; prohibita enim eſt debitori bonorum ſuorum adminiſtratio, & alteri à Curia data ſeu commiſſa, in cujus commiſſionis vim bona ſequeſtrata ſunt in favorem creditorum, ne diſſipentur & alienentur, ſed ut in tuto ſint poſita; & propterea cùm debitor jam deſierit eſſe legitima perſona ad contrahendum, alienatio ab ipſo facta prorſus erit nulla, ita ut nec ex ea transferatur dominium, nec poſſeſſio: ut probant text. *in l. Julianus* 10. *ff. de curat. furioſ. dan. l.* 19. & *l. furioſi* 41. *de reg. jur. l. is cui* 6. *ff. de verb. oblig. l.* 9. *tit.* 15. *par.* 5. comprobant etiam in his terminis per *l. item ſi unus, ff. de recept. arbitr.* Bald. *in conſil.* 390. incip. *In libris Theſaurariæ, nu.* 3. & 4. *vol.* 5. Maria. *vot.* 78. *nu.* 10. Valenzuela Velaſqu. *conſ.* 189. *n.* 14. & *conſ.* 19. *nu.* 43. *cum ſeqq. vol.* 1. Noguerol. *alleg.* 19. *nu.* 128. & per *dict. leg. is cui bon.* 6. *ff. de verb. oblig.* probarunt in noſtris terminis Scacc. *de commerc.* §. 1. *gloſſ.* 5. *nu.* 329. & 330. Stracha *de decoctorib. par.* 3. *num.* 28. Gait. *de credito, cap.* 2. *tit.* 7. *n.* 34. Catallan. *de indulto, cap.* 55. *nu.* 83. idem Noguerol. *alleg.* 16. *nu.* 101. quibus adde Oleam *de ceſſ. jur. & tract.* 1. *quæſt.* 1. *ex num.* 34. *cum ſeqq.* latiſſimè variis juris fundamentis nos quoque probavimus *in hoc Labyrinth.* 1. *par. cap.* 14. *ex nu.* 1. *uſque ad num.* 21. ubi multa ad propoſitam materiam videre poteris, & ex *nu.* 8. *uſque ad* 12. ſequeſtrum inducere prohibitionem alienationis & impedire tranſlationem dominii ac poſſeſſionis.

Prædicta etenim jura abſolutè prohibent con- 45
trahere illos quibus bonorum adminiſtratio à jure vel à judice interdicta fuerit annullando contractus ipſo jure ab illis celebratos, nulla facta diſtinctione ſcientiæ vel ignorantiæ contrahentium, quia lex prohibitiva operatur ſtatim & per ſe, *l. prohibitum, Cod. de jur. fiſci, l. non dubium, Cod. de legib.* poſt plures DD. diximus *hac* 4. *par. cap.* 9. *ex num.* 9. ſi enim alienationis prohibitæ à jure, vel ab ho- 46
mine, nullitas penderet à ſcientia vel ignorantia contrahentium, facillimè leges eluderentur, & ſubverterentur diſpoſitiones prohibentes alienationem ſub prætextu ignorantiæ, quæ regulariter à jure præſumitur.

Et in terminis quod quando adeſt prohibitio 47
alienationis legitimè facta, ignorantia contrahentium illis non profit, neque impediat quominus alienatio definat eſſe ipſo jure irrita & nulla; probant expreſſè Corneus, Capra, Ruinus, Cephal. Riminald. Jun. Honded. Surd. Peregrin. Graſſ. Senatus Pedemont. Fuſar. Joan. Ant. Mangil. & infiniti pene alii, quos congeſſimus in *hoc Labyrin.* 2. *par. c.* 22. *ex num.* 15. & noviſſimè, nullo ex illis adducto, optimè probat Olea *ubi prox. tit.* 1. *d. quæſt.* 1. *ex nu.* 34. ubi probat 48
nullam eſſe alienationem factam à debitore communi poſt motum concurſus judicium, & factam bonorum ceſſionem, ſive qui cum illo contraxit, ſciverit vel ignoraverit concurſus moti exiſtentiam: & urgent quæ diximus *ſupr. ex num.* 6. & ita firmiter tenendum erit in judicando & conſulendo.

49 Nec obſtant jura in contrarium adducta ex *n.* 43. *verſic. ad tertiam partem noſtri cap.* nempè *lex, ſi ab eo, ff. de uſur. l. qui fundum, §. qui ſciens, ff. pro empt. & l. ſi ſciens, ff. de contrah. empt.* dum dicunt, quod qui ſciens emit ab eo cui bonis interdictum eſt non adquirit dominium: & ideo videntur requirere ſcientiam interdictionis, ut nulla ſit alienatio.

50 Quibus acutè reſpondit Olea *loco tit. d. tit.* 1. *quæſt.* 1. *ex n.* 37. ſcilicet argumentum à contrario ſenſu eſſe debile; nec ex illis juribus deduci poteſt, ſtante ignorantia valere contractum, quando præceſſit prohibitio alienationis à jure vel homine facta; quia inde reſultaret abſonus intellectus & repugnans tot juris diſpoſitionibus adductis *ſupr. ex n.* 44. *verſ. Contraria tamen, &c.* quoties enim abſurdum ſequitur, non admittitur argumentum à contrario ſenſu, ut videre eſt per Alvar. Valaſc. *in loc. communib. lit. A, n.* 377.

51 Et quod illa jura debent operari nullitatem actus, ſive contrahens cum prohibito alienare ſciat prohibitionem, ſive ignoret, conſtat ex Gloſſ. *in l. pater filium, §. idem quæſit. ff. de legat.* 3. nam cùm textus dicat, ignorantem bona eſſe fideicommiſſo ſubjecta, atque illa ementem ad ſolvendum creditoribus hæreditariis, rectè emere, & valere venditionem: Gloſſ. *ibid. verb. ignoranti*, ita ait: *maximè, nam idem eſſet ſi ſciviſſent:* cum bona fideicommiſſi, quamvis adſit alienationis prohibitio, licere alie-
52 nentur pro ſatisfactione creditorum defuncti, ex multis juribus & Doctoribus adductis *in hoc Labyr. 2. par. cap.* 7. *ex n.* 43. & dictam Gloſſam communiter ſequuntur Doctores *ibid.* & Olea *loc. cit. n.* 58.

53 Quod magis expreſſè probatur ex *l. quicumque* 5. *§. ſi ab alio*, juncta *l. ſi quis mancipiis, §. certè, ff. de inſtitor. act.* nam cùm utraque lex loquatur in contrahente cum inſtitore poſt mortem domini præponentis: utraque probat contractum valere: ſed Juriſconſultus *in d. §. ſi ab alio* loquitur in ignorante mortem, ibi: *nec non ſi ante aditam hæreditatem cum eo contractum eſt, æquum eſt ignoranti dari inſtitoriam actionem:* at in *d. §. certè*, dat actionem contrahenti etiam ſcienti mortem domini, ibi: *non enim imputandum eſt ei, qui ſciens dominum deceſſiſſe, cum inſtitore exercente mercem contrahit*, & ideo Gloſſ. *in d. §. ſi ab alio verb. ignoranti*, addit, *maximè:* ex *d. l. ſi quis, §. certè:* quaſi dicat, ſi cum ſcientia valet contractus, multò magis
54 cum ignorantia, quia mandatum inſtitoris non revocatur per mortem domini, donec ab hærede fuerit revocatum; & ideo cum eo rectè contrahi poteſt ſive ſcienter ſive ignoranter, ut *ſupr. n.* 28. & 29.

55 Sed qua ratione in ſolutione facta decocta & fallito ignorantia concurſus excuſet & liberet ſolventem, ut probavimus & reſolvimus *ſupr. n.* 12. *cum ſeqq.* in aliis verò contractibus celebratis cum debitore fallito, ignorantia fallimenti & concurſus ab ipſo formati non proſit contrahenti quominus contractus ipſo jure nullus remanet? Rationem differentiæ abundè ſcripſimus *in hoc Labyr. 2. par. cap.* 9. *ex nu.* 114. *cum ſeqq. & ſupr. ex n.* 86. *cum multis ſeqq.* ibid. quibus addo Oleam. *in tit. quæſt.* 1. *n.* 43. & Nos referens *in pluribus locis:* noſtram theoricam, & veriſſimam hanc differentiam inter contractus voluntarios & neceſſarios ſequutus fuit idem ipſe Olea *in tit.* 5. *q.* 9. *ex n.* 7. *cum ſeqq. fol.* 425.

CAPUT XIII.

Creditor contrahens cum poſſeſſore majoratus ſub pacto impetrandæ facultatis, quam, poſſeſſore jàm decocto, & lite concurſus formata, impetravit, an graduari debeat.

1 *Status quæſtionis proponitur.*
2 *Debitor qui bonis ceſſit habetur pro mortuo circa actus tangentes bonorum ſuorum adminiſtrationem.*
3 *Facultas alienandi bona vinculata poſt mortem alienantis poſſeſſoris impetrata, non prodeſt ad validandam alienationem.*
4 *Mors civilis æquiparatur naturali.*
5 *Diſpoſitum in uno æquiparatorum, cenſetur etiam diſpoſitum in alio.*
6 *Æquiparatorum idem eſt judicium, ac diſpoſitio eadem.*
7 *Mandatum ad negotia à debitore datum finitur ipſo jure abſque alia revocatione ſtatim atque formavit judicium concurſus inter ſuos creditores: &* n. 12. verſ. nec obſtat.
8 *An facultas alienandi bona feudalia, vel, majoratus, impetrata pendente concurſus judicio valida ſit. Reſolvitur negativè, n.* 16.
9 *Facultas alienandi impetrata ſuper bonis majoratus virtute pacti præcedentis decoctionem, valida eſſe poteſt. Sed contrarium probatur num.* 21.
10 *Mors civilis falliti non adimit ei dominium nec poſſeſſionem bonorum ſuorum.*
11 *Mors civilis non æquiparatur naturali, niſi ubi eadem militat ratio.*
12 *Æquiparatorum diverſum eſt judicium, ubi dari poteſt diverſitatis ratio.*
13 *Feudatarius alienans ſalvo aſſenſu regio, ſi bonis ceſſerit ante aſſenſum impetratum, an proſit aſſenſus poſt decoctionem obtentus; & num.* 14.
15 *Status quæſtionis* hoc cap. *agitatæ declaratur, ejuſque reſolutionem ab aliis juris principiis quàm præmiſſis pendere oſtenditur.*
16 *Facultas alienandi bona vinculata pendente concurſu impetrata, ſera nimis eſt & invalida.*
17 *Facultas contrahendi ſuper bonis vinculatis à quo poſſit vel debeat impetrari.*
18 *Facultatem alienandi vel hypothecandi bona majoratus à ſolo poſſeſſore impetrari poſſe probatur.*
19 *Poſſeſſor majoratus poſt formatum curſum nihil poteſt agere in præjudicium creditorum, nec impetrare reſcriptum confirmatorium præcedentis alienationis.*
20 *Mandatum debitoris ad impetrandum aſſenſum regium ſuper alienatione bonorum majoratus, expirat ſtatim poſt formatum concurſum, adeo ut creditor jam eo uti non poſſit.*
21 *Facultas contrahendi ſuper bonis vinculatis impetrata nomine poſſeſſoris ſine ejus mandato inutilis eſt.*
22 *Niſi poſſeſſor illam ratam habeat expreſſè, vel tacitè.*

23 Quæ

23 *Quæ ratificatio poſſeſſoris poſt decoctionem nullius eſt momenti.*
24 *Facultas Regia ad contrahendum ſuper bonis majoratus operatur tantum ex tempore datæ, non ex tempore contractus.*
25 *Actio retrotractiva requirit utrum extremum habile.*
26 *Debitor decoctus non habet velle, neque nolle.*
27 *Contractus ſuper bonis vinculatis celebratus ſub conditione impetrandi aſſenſum regium, ante impetrationem non obligat contrahentes, qui ab illo recedere poſſunt.*
28 *Feudum alienare promittens ſine aſſenſu domini, poteſt pœnitere, nec tenetur ad intereſſe.*
29 *Beneficiarius conſentiens reſignationi ſalvo beneplacito ſedis Apoſtolicæ, poteſt interim revocare conſenſum.*
30 *Alienatio rerum Eccleſiæ ſalvo beneplacito ſummi Pontificis, poteſt revocari ante beneplacitum obtentum.*
31 *Alienatio rerum Eccleſiæ ſub beneplacito Apoſtolico, ſi obtentum fuerit, pœnitentiam non admittit, etiam ante ejus executionem.*
32 *Reſervatio beneplacito Principis ſuſpendit contractum, & interim partes contrahentes pœnitere poſſunt.*
33 *Secus, poſt expeditionem beneplaciti.*
34 *Clauſula*, reſervato beneplacito, *&c. in contractibus rerum alienari prohibitarum, quid operetur.*
35 *Rejicitur Carleval. dicens non eſſe pœnitentiæ locum in contractu ſuper rebus feudalibus ſub conditione impetrandi aſſenſum domini directi.*
36 *Facultas regia à creditore impetrata etiam in vim pacti præcedentis decoctionem debitoris dicitur impetrata ſine debitoris conſenſu.*
37 *Fictio retrotractiva non nocet contrahentibus quibus medio tempore jus quæſitum eſt.*
38 *Contractus ſuper bonis majoratus ex defectu facultatis regiæ nullus eſt ab initio, licèt ſub conditione illam impetrandi factus ſit.*
39 *Contractus inchoatus & nondum perfectus, incidens in caſum à quo incipere non potuit, vitiatur.*
40 *Creditor impetrans aſſenſum regium poſt formatum concurſum à debitore, graduari non poteſt ad bona majoratus.*
41 *Quæ fiunt tempore prohibito, vel conferuntur in tempus prohibitum, irrita ſunt & nulla.*
42 *Creditores, quibuſcum formatum eſt concurſus judicium, eo pendente poſſunt ex jure & perſona debitoris communis validè impetrare facultatem regiam pro validitate contractuum ſuper bonis majoratus, in favorem ipſius debitoris celebratorum ſub conditione impetrandi regium aſſenſum: &* n. 43. & 44.

1 HUjus quæſtionis reſolutio ex viſceribus juris haurienda erit, utrum ſcilicet creditor, qui ſuper bonis majoratus cum poſſeſſore contraxit ſub pacto de impetranda facultate Regia, quam poſſeſſore ipſo poſtea decocto, & poſt formatam litem concurſus, facultatem à Rege obtinuit, an poſſit ipſi prodeſſe, ita ut tanquam legitimus creditor debeat graduari inter cæteros creditores concurſus ad bona majoratus?

2 Et pro parte negativa, ut nimirum ea facultas tunc temporis impetrata, nequeat revalidare contractum præcedentem, urgent ſequentia fundamenta. Primò, quoniam debitor communis poſtquam bonis ceſſit, ita ſtatum mutaſſe cenſetur, ut ex juris cenſura & legis intellectu habeatur pro mortuo quoad omnes actus tangentes adminiſtrationem bonorum: ut probant *l. is cui bonis, ff. de verb. oblig.* Scacc. *de commerc.* §. 2. *gloſ.* 5. *nu.* 329. & 330. Stracha *de decoctorib.* 3. *part. nu.* 28. Gait. *de credito, c.* 2. *tit.* 7. *num.* 2359. & 2049. & 2421. Noguerol. *allegat.* 16. *nu.* 101. Catalan. *de indult. quæſt.* 55. *nu.* 83. Nos in *hoc Labyr. par.* 1. *c.* 14. *nu.* 18. & 19. quibus adde Carleval. *de judic. tom.* 2. *l.* 1. *tit.* 3. *diſpu.* 6. *nu.* 36. Bellon. *dec.* 10. *nu.* 21. & 13. & *dec.* 131. *n.* 3. & 4. Petr. Surd. *conſ.* 405. *n.* 9 & *nu.* 12. *l.* 3. Tuſch. *lit. D. concluſ.* 105. Azeved. *in l.* 2. *à princip. tit.* §19. *l.* 5. *recopil.* & ita in noſtris terminis conſideravit Camil. de Laratha *in theatr. feudor. tom.* 1. *par.* 8. *dilucidat.* 76. *nu.* 1.

Sed ſic eſt, quod poſt mortem vaſſalli, emphyteutæ, vel poſſeſſoris majoratus alienantis, ſeu hypothecantis bona feudalia & vinculata ſub clauſula & pacto de impetranda facultate, non valeat, nec poſſit facultas impetrata validare contractum præcedentem, ut probant Paris de Puteo *de reintegrat. feud. cap.* 272 *cum trib. ſeqq.* Iſernia *in cap. imperialem, num.* 15. *de prohibit. feud. alien.* Vincen. de Franch. *deciſ.* 86. *numer.* 1. & *dec.* 126. *numer.* 7. *et dec.* 120. *numer.* 3. Capyc. *dec.* 115. *nu.* 4. Camerar. *in d. cap. imperialem, fol.* 88. Carleval. *de judic. tom.* 2. *l.* 1. *tit.* 3. *diſp.* 23. *num.* 18. Ceph. *conſ.* 617. *n.* 168. idem Iſernia *in c.* 1. §. *donare qualiter olim feud. alien. pot. in uſib. feud.* cujus reſolutionem refert & ſequitur Matth. de Afflict. *dec.* 435. *nu.* 12. *cum ſeqq.* Roland. à Vall. *conſ.* 2. *nu.* 145. Molin. *de primogen. lib.* 2. *c.* 7. *ex nu.* 20. *cum ſeq.* Marin. Freccia *de ſubfeud. l.* 2. *cap.* 3. *per tot.* Fontanell. *de pact. nuptial. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſ.* 3. *par.* 2. *ex n.* 23. & *ſeqq.* Joan. Ant. Mangil. *de eviction. quæſt.* 36. *n.* 18. Nos in *hoc Labyr.* 2. *par. c.* 10. *n.* 53. 56. 57. & 58. & *par.* 1. *c.* 33. *ex n.* 1. *cum ſeqq.* ubi plures alii DD. recenſentur, quibus adde Bur. *conſ.* 89. *n.* 29. *l.* 1. Paris *conſ.* 18. *n.* 10. *l.* 1. & *conſ.* 14. *n.* 2. & 3. *eod. lib.* Urſil. ad Afflict. *d. dec.* 335. *n.* 9. Joan. Vincen. Anna *alleg.* 66. *n.* 4. & *alleg.* 67. *n.* 3. Schrader. *de feud. p.* 8. 4. *c.* 4. *n.* 3. Rol. à Vall. *conſ.* 97. *ex nu.* 46. *uſque ad* 54. *l.* 1. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 3. *c.* 514. *n.* 14. & 15.

Igitur facultas impetrata poſt formatum concurſum, & abdicatam bonorum adminiſtrationem à debitore, qui habetur pro mortuo, nullo modo debet admitti, nec ejus virtute poteſt graduari creditor, qui cum poſſeſſore majoratus nulliter contraxit à principio ex defectu facultatis.

Secundò, quia mors civilis æquiparatur nat^u rali, text. *in l. Deo nobis, C. de epiſc. et Cler.* Chaſſan. *in conſuet. Burg. Rubr.* 4. §. 4. Mierez *de major. par.* 2. *qu.* 9. *n.* 36. Medices *in tract. Mors omnia ſolvit par.* 1. *nu.* 47. Menoc. *conſ.* 388. *n.* 23. *et conſ.* 980. *lib.* 10. Alex. Trentacinq. *ſubſtit. par.* 4. *cap.* 6. *n.* 4. Avendann. *in l.* 4. *Tauri, gloſ.* 4. *n.* 2. *et* 3. Gutier. *canonicar. l.* 2. *c.* 1. *n.* 44. *et n.* 60. *cum ſeq. et pratic. l.* 3. *quæſt.* 71. *n.* 10. Ceval. *commun contr. comm. quæſt.* 63. *n.* 1. Surd. *conſ.* 90. *n.* 23. *et ſeqq.* Hieron. Gonzal. *de menſib. et alternat.* §. 5. *proœm. n.* 26. Gracian. *diſcept.* 102. *n.* 7. Calda. Pereyra *de emp. et vendit. cap.* 15. *n.* 34. Caſtill. *de uſufr. c.* 64. *n.* 2. *et cap.* 67. *n.* 18. *et l.* 3. *controv. cap.* 12. *n.* 23. *et ſeqq.*

Sed quando duo caſus æquiparantur à jure, quod

quod noviter fuit disposítum in uno, etiam in altero disposítum intelligitur: per plura quæ adduximus *in nostris Commentar. de supplicat. ad sanctiss. par.* 2. *cap.* 21. *n.* 8. *& cap.* 27. *nu.* 44. *& cap.* 6 31. *ex nu.* 21. *& seqq.* & quia æquiparatorum eadem est ratio, & idem judicium, ac dispositio, *l.* 1. *ff. de legat.* 1. Gloss. in *l. si quis servo, Cod. de furt. & in cap. si postquam*, §. *fin. de elect. l.* 6. Menoch. *de arbitrar. casu* 88. *nu.* 8. Anton. Monach. *decis. Bononien.* 68. *n.* 19. Flamin. Paris. *de consiliden. quæst.* 27. *n.* 74. *& qu.* 28. *&* 82. Mar. Antonin. *variar. resol. c.* 25. *num.* 10. Novar. *in prax. elect. & variat. for. quæst.* 8. *sect.* 1. *n.* 9. *& quæst. for.* 143. *num.* 13. *l.* 1. plenè Farinac. *in fragm. crim. par.* 1. *lit. E, in num.* 202. *cum seqq.*

7 Et ideo videmus, quod sicut morte naturali mandantis extinguitur mandatum re integra; ita mandatum datum per debitorem ad agendum, vendendum, alienandum, & transigendum extinguitur & finitur ipso jure absque alia revocationis intimatione, statim atque debitor formavit concursum inter suos creditores: quia cùm fit revocatio facta à jure, per se statim operatur absque ulla interpellatione, ita ut gesta per mandatarium ex illo die nullius sint momenti: per *leg. si cum Cornelius* 72. *ff. de sol. l. si quis alicui, ff. de acquir. hæred.* & ex Gomez. Arias Decio, Stracha, Scaccia, Fabio de Anna, aliis probat Noguerol. *allegat.* 16. *num.* 101. *&* 102. *& seqq.* quos etiam sequitur Olea *de cess. jur. & act. tit.* 1. *quæst. num.* 36. Nos latissimè quoque probavimus *in hoc Labyr. par.* 1. *cap.* 28. *per tot.* Atque pariformiter dicendum venit, facultatem impetratam post concursum formatum à debitore non posse revalidare contractum absque ea celebratum cum possessore majoratus, cùm, eo tempore, pro mortuo habeatur juris censura, & intellectu.

8 Sed pro contraria parte, plura similiter fundamenta considerari possunt, hactenus adductis fortiora quæ suadere videntur quod facultas impetrata super bonis feudalibus, vel majoratus, valida sit, etiam pendente concursus judicio, peracto à vassallo, vel majoratus possessore, cum quo antea creditor contraxerat sub pacto de impetrando assensu regio.

9 Nam licèt verum sit debitorem fallitum haberi pro mortuo, ut *suprà num.* 2. non tamen ex eo potest impediri facultas impetranda virtute pacti præcedentis, quia in hac morte ficta, cessat penitus ratio, per quam ex morte naturali contrahentis impeditur impetratio facultatis in pactum & contractum deductæ à possessore feudi, vel majoratus, quoniam per mortem naturalem ita jus ipsius extinctum est circa bona majoratus, vel feudi, ac si nunquam fuisset in rerum natura, ut per plures diximus *in hoc Labyrinth.* 3. *par. cap.* 14. *ex numer.* 33. *cum seqq.* sed statim & ipso jure transfertur in successorem legitimum eorum dominium, in cujus successoris præjudicium & absque expresso & novo ejus consensu facultas impetrata ad firmandum contractum cum prædecessore celebratum, nullius est momenti: quam rationem reddunt omnes illi Doctores in contrarium adducti *supr. nu.* 3.

10 At ex morte civili, fallito non adimitur dominium, nec possessio bonorum suorum, sed omnino retinet utrumque dum judicium concursus durat, & quousque per sententiam graduationis distrahantur cum effectu pro satisfactione creditorum, vel eis dentur in solutum, ut sæpe diximus & abundè, per jura & DD. variaque juris fundamenta probavimus *in hoc Labyrinth. par.* 1. *cap.* 14. *per tot.* & signanter ex *num.* 30. *usque ad* 45.

Ex quo sequitur, quod mors civilis nunquam 11
æquiparetur morti naturali, nisi ubi eadem militat ratio, & in casibus à jure expressis vel mens disponentis ita suadet, ut probant jura & DD. *suprà* relati *nu.* 4. quibus adde Barbos. exactè tractantem *in locis communib. loc.* 74. *per tot.* nec caluum æquiparatorum eadem erit dispositio seu idem jus, quoties dari potest inter eos rationis diversitas, ut notant Jas. & cæteri communiter DD. *in l.* 1. *nu.* 9. *ff. de verbor. obligat.* Alvar. Valasc. *de privileg. pauper. p.* 1. *quæst.* 35. *nu.* 15.

Nec obstat quod ultimo loco dicitur *supr. nu.* 12
7. de mandato revocato ipso jure dato per debitorem postquam concursum formavit. Nam cùm debitor ipse formando concursum abdicet à se bonorum suorum administrationem, ita ut amplius in ea se intromittere non possit, eo ipso revocatur mandatum à se antea datum ad res suas administrandas; quia cùm ipse debitor dominus sit privatus administratione bonorum suorum fraus fieret legi & creditoribus si duraret mandatum; quia qui per procuratorem administrat, per se ipsum administrare videtur, ex regula juris, *qui per alium*, & ulterius infrà comprobabitur: atque ideo in illo casu eadem militat ratio, quæ in morte naturali.

Hanc quæstionem tetigit Camill. de Laratha *in* 13
theatr. feud. tom. 1. *par.* 8. *dilucidat.* 76. in qua quærit, si aliquis feudum possidens contraxit debita, pro quibus solvendis obligavit bona feudalia, salvo assensu regio, & ante ipsius assensus expeditionem possessor feudi decoxit, posteaque creditor assensum impetravit, an talis assensus profit. Et pro Negativa *numer.* 1. adducit, quod decoctus, pro mortuo reputatur, & post mortem possessoris feudi assensus nec conceditur, nec prodest concessus. Deinde *num.* 2. dicit contrarium esse verius, & fuisse judicatum per Regentem 14
Levarium in decoctione Banci Ravascherii, per hanc rationem, quia dominium bonorum feudalium, debitore adhuc vivo existente, quamvis decocto, nulli erat quæsitum, & propterea assensum regium posse operari suum effectum. Et *nu.* 3. ait, quod contrarium foret, si debitor revera fuisset mortuus, quia tunc statim dominium rerum feudalium hæredi quæritur, in cujus præjudicium Rex assensum præstare non poterat sine novo ipsius consensu, ut sæpe dixerat: & ex *Isernia* hoc idem firmaverat Camill. de Curte *in suo diversor. jur. feudal. cap.* 5. *num.* 131. *par.* 2. qui ea omnia refert.

Quid igitur dicendum in hac controversia? 15
Et fatemur quod si nostra quæstio solum penderet à difficultate & argumentis propositis, & per Nos consideratis & altiùs illustratis ex *num.* 2. opinionem & resolutionem *Camilli de Laratha, & Camilli de Curte*, veram esse. Sed vereor ne ipsi Doctores difficultatem non penetraverint, ideoque viam veritatis non calluerint; cùm difficultas hujus quæstionis & ejus resolutio pendeat 16
ex aliis juris principiis: & consequenter contra hos Doctores resolvendum arbitror, ut facultas lite super concursu pendente impetrata, nihil creditori impetranti prodesse possit.

Moveor primò, quia facultas, sive assensus 17
regius à nullo alio potest impetrari quàm vel ab ipso majoratus, aut feudi possessore, vel ab ipso creditore recipiente in eodem contractu man-

mandatum & poteſtatem illam impetrandi nomine poſſeſſoris, vel ab aliquo alio extraneo nomine poſſeſſoris nullum habente mandatum: ſed nulla horum caſuum facultas validè impetratur poſt peractam & formatam litem concurſus: ergo nullo modo convalidari poteſt contractus & hypotheca procedens ex tali aſſenſu ſic impetrato, cùm in omnibus his caſibus deficiat habilitas ſeu idoneitas perſonarum in tali impetratione intervenientium.

18 Nam reſpectu poſſeſſoris majoratus quod ipſe ſolus poſſit impetrare facultatem ad alienandum, vel hypothecæ ſubjiciendum bona majoratus, probant Ludov. Molin. *de primogen. l. 4. cap. 3. in princip.* Avendan. *de cenſib. cap. 63. num. 2. 3. & 7.* Nos *in hoc Labyrint. par. 2. cap. 11. num. 129.* ſed
19 ſi ipſe impetraverit poſt motum à ſe judicium concurſus inter ſuos creditores, nullius erit momenti, cùm jam inhabilis omnino factus ſit ad contrahendum vel tranſigendum, aut quovis alio modo diſponendum de bonis ſuis in concurſus judicium deductis, eo quod à ſe eorum adminiſtrationem abdicaverit, adeo ut ſi aliqua bona in concurſum deducta alienare præſumpſerit, non transferat dominium nec poſſeſſionem illorum in contrahentem, nemo enim bonorum ſuorum adminiſtratione privatus valide poteſt illa alienare: text. in *l. Julianus 10. ff. de curat. furioſ. l. 19. de reg. jur. l. is cui bonis 6. ff. de verb. oblig.* bonus text. *in l. furioſi 41. ff. de reg. jur.* per quæ jura hoc probant Scaccia *de commerc. §. 2 gloſ. 5. n. 329. & 330. & n. 445.* Stracha *de decoctor. par. 3. n. 28.* Gait. *de credito, cap 2. ad tit. 7. n. 2049.* Catalan. *de indulto, cap 55. num. 83.* Franchis *dec. 55. n. 5.* Boër. *dec. 203. n. 3.* Noguerol. *allegat. 16. n. 101. & ſeq. & cap. 19. n. 138. & 139.* Valenz. Velaſquez, *conſ. 111. n. 7. cum ſeqq. lib. 2. & conſ. 19. ex n. 43. & 44.* adde Oleam *de ceſſ. jur. & act. tit. 1. quæſt. 1. n. 34. & 35.* licèt neminem alleget; Nos abundè *in hoc Labyrint. par 1. cap. 14. ex n. 4. & ex n. 11. cum ſeqq. uſque ad n. 18.* incluſivè: Ergo ipſe debitor non poterit impetrare facultatem, cùm ſit deſtinata ad hypothecandum & alienandum bona majoratus, aut feudi quorum adminiſtratione poſt concurſum formatum interdictus eſt.

20 Reſpectu creditoris qui cum poſſeſſore majoratus contraxit, ante decoctionem, cui in contractu data fuit poteſtas & mandatum ad impetrandum aſſenſum regium, etiam reſolvendum eſt non valere impetrationem, eo quod tale mandatum, ſtatim poſt concurſum formatum à poſſeſſore majoratus, fuit extinctum & reſolutum ipſo jure; facultas autem impetrata poſt mandati revocationem nullius eſt momenti, quantumvis creditor ignoret mutationem ſtatus debitoris, & concurſus ab ipſo motum; ut abundè probant Doctores ſuperiùs adducti *nu. 7.* ergo ejuſmodi facultatis obtentu impetrans creditor graduari non poteſt ad bona majoratus.

21 Multo minus facultas impetrata ab eo extraneo nomine poſſeſſoris majoratus, neque ſibi, neque alteri poderit: nam cùm eam impetret nomine poſſeſſoris, ſi cum mandato expreſſo poſt concurſum facto, impetratio nulla ſit & ineffi-
cax, ex dictis proximè; multo minus admittenda erit ſub mandato ficto, & nomine ejus qui per
22 ſe illam impetrare non poteſt, quia tantum poteſt quis per alium facere, quantum per ſeipſum, & non amplius: prout conſideravimus *in par. 1. cap. 28. ex n. 20. & ſeq.* & quod alicui ſuo nomine facere non licet, nec alieno licebit, *ex reg. quod alicui 67. de reg. jur. in 6.*

Et quamvis ex ſtylo Curiæ per extraneum impetretur facultas ad alienandum, vel hypothecandum bona majoratus nomine poſſeſſoris, non docto de mandato, ut ad longum probavimus in *par. 1. cap. 39. per tot.* tamen hæc facultas inutilis eſt quo uſque poſſeſſor eam ratificet expreſſe, 23
vel tacitè, eâ utendo, ut videre eſt *in eod. cap. 39. ex n. 31. cum ſeqq.* ubi adde Maſcard. *de probat. tom. 1. concluſ. 368. ex num. 21.* Rotam apud Barboſ. *de penſion. par. 1. quæſt. 1. ex n. 19. cum ſeqq.* Sed hæc ratificatio facta tempore decoctionis & concurſus pendentis, non poteſt prodeſſe, ut ſtatim probabitur: ergo nullo modo valere poterit facultas impetrata poſt concurſum formatum à debitore; nam in his, in quibus principalis eſt inhabilis ad actum, multominus peragi poterit per procuratorem, quantumvis expreſſe conſtitutum, cùm inhabilitas conſtituentis influat in mandatum.

Secundum & efficax fundamentum reddens 24
inutilem & invalidam hanc facultatem, concurſu à debitore formato pendente, impetratam, ex eo provenit, quod facultas regia operatur tantùm ex nunc, à tempore datæ; non ex tunc, à tempore contractus & conſenſus præſtiti à poſſeſſore majoratus; quia ille prior contractus, deficiente aſſenſu ſeu facultate regiâ, fuit nullus & inefficax, & robur dumtaxat recipit ac validitatem à tempore impetratæ facultatis, & non in antea: de quo innumerabiles penè Doctores, & Rotæ Deciſiones, contra Carlevalium congeſſimus, *in hoc Labyrinth. 2. part. cap. 21. ex n. 31. uſque ad n. 41. & ſeq.* & alios etiam quamplurimos, ac Rotæ deciſiones cumulavimus *par. 1. cap. 33. ex num. 19. cum ſeq. & à princip. ejus cap.* ſed eo tempore reperitur poſſeſſor majoratus inhabilis ad contrahendum, ut latiùs remiſſivè diximus *ſuprà ex num. 18, & ſeq. & ex n. 2.* ex quo jam novum conſenſum ad hypothecandum præſtare ſit inhibitus, prior autem fuerit inutilis ante aſſenſum regium, ad latiſſimè comprobata *in hoc Labyr. part. 2. cap. 10. ex n. 58.* & ſuperiùs *ibid.* ergo talis facultas ſubſiſtere non poterit.

Tum etiam quia cùm ille prior contractus fue- 25
rit nullus, ad illum non poteſt retrotrahi facultas in contractu poſita ſub conditione, quia fictio retrotractiva requirit utrumque extremum habile, nempe extremum à quo, & extremum ad quod: & in terminis quod facultas impetranda poſita conditionaliter in contractu initio cum poſſeſſore majoratu ſuperveniens nou ratrotrahatur ad tempus contractus; cum conſenſus fuerit inefficax, ex plurimis Doctoribus probavimus *d. cap. 21. ex num. 42. cum multis ſeqq. & ex num. 55. & ſeqq.* Ergo multo minus admittenda erit retrotractio quando in utroque extremo deficit habilitas; nam facultas accedit poſt formatum concurſum per debitorem, & eo tempore quo inhabilis reperitur ad contrahendum & conſenſum præſtandum: juxta ea quæ ſignanter diximus *d. c. 21. ex n. 42. uſque ad* 45. quia iſte de- 26
bitor jam non habet velle aut nolle, ut probant omnes illi Doctores citati *ſup. n. 2. & 19.*

Et quod contractus celebratus ſuper bonis ma- 27
joratus, vel feudi, vel emphyteuſis, ſub conditione impetrandæ facultatis, ſit nullus & ineffi-
cax ab initio, & pœnitentiam interim admittat, ita ut liceat cuilibet ex contrahentibus libere ab eo reſilire, ad differentiam aliorum con-

tractuum

tractuum conditionalium ſuper rebus alienari non prohibitis initorum cùm ſint à principio validi, nullo jure illis reſiſtente, nullus ex contrahentibus poteſt pœnitere, quia efficaciter & valide, manſuerunt obligati contrahentes ſub conditione caſuali, quæ ſi poſtea purificentur, facile retrotrahitur ad tempus contractus.

At verò ſuper bonis alienari prohibitis ab initio jus reſiſtit, & contractus manet inefficax, & ideo ſuperveniens facultas ex nunc tantùm validat contractum, niſi interim aliquis ex contrahentibus ab eo diſceſſerit, prout poteſt impune: ut ultra innumeros penè Doctores, & Rotæ deciſiones cumulatas in *hoc Labyrint. par.* 1. *dicto cap* 33. *ex n.* 19. *& multis ſeq. & par.* 2. *cap.* 21. *ex n.* 40. plurimi alii addi poſſunt idem tenentes; latiſſimè & eleganter tractat & ita reſolvit Schrader *de feud. tom.* 1. *par.* 8. *cap.* 4. *ex n.* 10. *cum ſequentib. & à princ.* & iterum idem Schrader. *tom.* 2. *p.* 10. *ſect.* 1. *ex num.* 173. *cum ſeqq.* ubi dicit quod vaſſallus ſicut nequit feudum alienare abſque domini conſenſu, ita nec compromittere ſuper bonis feudalibus, quod ſi fuerit, licitum erit quilibet parti anteà pœnitere, & à compromiſſo diſcedere: videndus etiam erit *tom.* 1. *par.* 8. *cap.* 1. *à n.* 43. *& ſeqq.*

Et in optimo caſu idem probavit Rota *in dec.* 68. *ex num.* 10. *poſt. tract. de manutent. Ludov. Poſthii*, his verbis: nec dicatur ſtetiſſe per dominum Flaminium, quominus donatio effectum ſortita fuerit, qui debuit ex conventione impetrare aſſenſum regium, *arg. l. g. jure civili, ff. de condit. & demonſtr.* Quia cùm talis conſenſus potuerit quandocunque impetrari, ut per afflict. *in conſtitut. Reip. l.* 3. *rubr.* 5. *de revocand. alien. feud. n.* 75. ejus impetrationem antevertit D. Anton. eandem terram Foſſæ cæcæ alteri vendendo, ex quo donationem, quæ ante obtentum aſſenſum regium erat in pendenti, Lucas de Penna *in l. civili, n.* 14. *Cod de fund. patrim. lib.* 1. intelligitur revocaſſe: ad tradita per Jaſon. *in l. non omnis, num.* 4 *ff. ſi. cert. pet.* & ita impedivit ne aſſenſus regius ad favorem Flaminii impetrari poſſet, quandoquidem ille non retrotrahitur in præjudicium Tertii, cui interim ex tali alienatione jus fuit quæſitum: ut tradit idem Afflict. *ubi ſuprà n.* 2. 74. *& in deciſ.* 86. ex Bart. *in l. inſtar. n.* 18. *Cod. de jur. fiſci*, Bald. *in l. obſervare*, §. *poſt hæc, num.* 9. *de offic. Proconſ.* & notatur in *l. bonorum, ff. rem rat. hab.* &c. hactenus Rota.

Et quotieſcunque actus ſine conſenſu ſuperioris fieri non poteſt, actus non habet effectum, donec conſenſus ſuperioris ſupervenerit, & interim non eſt obligatorius, ſed remanet nullus, ex celebri doctrina Baldi, & plurimorum aliorum Doctorum comprobavimus latè in *hoc Labyrint. par.* 1. *cap.* 35. *ex n.* 32. *cum ſeqq.* ubi plura applicantur fundamenta, quibus adde pulchra ſimilia ex *par.* 2. *cap.* 4. *ex n.* 36. *uſque ad n.* 42. *& cap.* 21. *ex n.* 55. adeſt etiam pulchra definitio ad hanc materiam, Ant. Fabri, in *ſuo Cod. lib.* 7. *tit.* 3. *de libert. defin.* 2. *per tot. fol.* 788.

28 Conſonat Thoro *in compend. deciſ. tom.* 2. *verb. revocans, fol.* 607. *col.* 2. *poſt med.* ubi poſt alios dicit quod promittens ſine aſſenſu domini alienare feudum, poteſt pœnitere, nec tenetur ad intereſſe: & latiùs *in verb. revocatio alienationis. fol.* 608. *col.* 3. *ad med.* dum ex aliis tenet, in venditione feudi cum clauſula de impetrando aſſenſu, poſſe interim re integra, & gratia nondum data, quemlibet ex contrahentibus pœnitere. ipſe Thoro etiam *in eod. compend. par.* 1. *verb. aſſenſus an præferatur:* probat quod contractus celebratus ſub conditione impetrandi aſſenſum, nullam habet firmitatem, & poteſt interim quælibet pars pœnitere, & liberè ab eo reſilire: & ex *Afflict.* idem firmat Capycius Galeota *controverſ. lib.* 1. *controv.* 66. *à n.* 15. *&. n.* 26. *&* 27. & quod iſte contractus interim nullum jus tribuat contrahentibus ante aſſenſum impetratum, tenet Ricc. *in prax. alien. rer. Eccleſ. in deciſ.* 85. *& deciſ.* 36.

Similiter Auguſt. Barboſa *in vot. deciſ. lib.* 3. 29
vot. 126. *n.* 68. poſt Achill. de Graff. *dec.* 2. *de pact.* Verall. *deciſ.* 12. *par.* 3. Jacob de puteo *deciſ.* 343. *lib.* 1. *in correct.* Mateſcot. *l.* 1. *var. reſol. cap.* 14. *in princ.* Rot. *deciſ.* 614. *n.* 12. *par.* 1. *recent.* affirmat quod contrahens perfectè per ſcripturam publicam ſub conditione impetrandi aſſenſum Pontificium aut Regium, poteſt interim qui contraxit liberè pœnitere ante impetrationem aſſenſus, & ſic à contractu liberè recedere, quicquid dicat Molina *de primogen. lib.* 1. *c.* 3. *n.* 48.

Et quod quandiu non eſt impetrata facultas, interim nullum jus nec in re, nec ad rem ſit quæſitum emptori, arg. text. *in l. ſi quis ſub conditione, ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam.* Aretin. *conſ.* 11. *col.* 1. Caſſador. *deciſ.* 24. *ſuper Reg. Cancell.* Ricc. *in prax. alienat. rer. Eccleſ. reſol.* 70. *nu.* 3. ubi affirmat ita tenuiſſe Rotam *in una Romana Domus*, 9. *Decemb.* 1588. *coram Seraph.* & ideo in alienatione rerum Eccleſiæ ſub beneplacito Sedis Apoſtol. ante illud obtentum poteſt quilibet ex contrahentibus pœnitere: ut pluries tenuit *Rota*, ut videre eſt apud Puteum *deciſ.* 353. *num.* 1. & 2. *lib.* 1. Achill. *dec.* 59. aliàs. 1. *de pact.* Caputaqu. *dec.* 184. aliàs 12. *par* 3. Rot. *diverſ. deciſ.* 573. *n.* 2. *par.* 1. Farinac. *deciſ.* 255. *tom.* 2. *par.* 2. *in recent.* hanc etiam opinionem ut certiſſimum tenet Gonzal. *reg.* 8. *Cancel. de alternat. gloſ.* 12. *ex num.* 81. *cum multis ſeqq.* plures Doctores, & Rotæ deciſiones allegans, ad hoc, ut quilibet ex contrahentibus poſſit interim liberè pœnitere, & à contractu reſilire: & quod ante beneplacitum ſeu aſſenſum impetratum contractus non obliget efficaciter, poſt varios DD. & octo Rotæ deciſiones tenet Ricc. *in deciſ. Cur. Archiepiſ. deciſ.* 31. *tot.* Convenit Lotter. *de re benefic. l.* 1. *quæſt.* 44. *n.* 67. ut conſentiens reſervationi penſionis, aut reſervationi beneficii ſub beneplacito Sedis Apoſtolicæ, poſſit interim liberè pœnitere: multa quoque in propoſito congerit Gonzal. *de Alternativ. gloſ.* 12. *n.* 82.

Et in materia alienationis rerum Eccleſiæ, ſal- 30
vo beneplacito Apoſtolico, optimè loquitur Oliver. Beltramin. *in adnotat. ad Alex. Ludoviſ. dec.* 410. *poſt. n.* 9. dicens Rotam ſequi diſtinctionem, quod aut nondum eſt impetratum beneplacitum, & tunc erit locus pœnitentiæ, ex Puteo *deciſ.* 343. *lib.* 1. Achill. de Graff. *deciſ.* 2. *de pact.* Rot. *deciſ.* 206. *par.* 4. *in noviſſim. & dec.* 624. *in fin. par.* 1. *recentior.* & teſtatur fuiſſe dictum in Romana *Reſciſſionis*, *coram Blanchetto.* impreſſa penes Marcheſan. *de commiſſ. tom.* 2. *fol.* 98. *ſub. num.* 6. & in alia *Nullius de Vaſtalla coram Cardin. Lancell.* impreſſa penes eundem Marcheſan. *d. tom.* 1. *fol.* 100. *nu.* 1. & in altera Romana *Garræ* 5. *Decemb.* 1616. *coram Pamphil.* ubi de reſignatione officii tractabatur, & per plures alias deciſiones Rotæ relatas à Mareſcotto *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 5. Mantic. *deciſ.* 201. ita tamen ut poſt obtentum beneplacitum nullus 31

ex

ex contrahentibus poſſit amplius pœnitere, etiam ante ejus executionem, ex Rota *dec.* 205. & meliùs *dec.* 206. *par.* 4. *in noviſſ.* Mantic. *ubi prox.* & per plures alias deciſiones adductas à Mareſcotto *d. cap.* 14. *num.* 1. ad quod alias etiam duas deciſiones Rotæ adjecit ipſe Beltramin. *d. num.* 9. *ad fin. &* quod contrahentes ſub beneplacito Apoſt. Sed vel aſſenſu impetrando poſſit interim pœnitere, optima adeſt *deciſ.* Farinac. 537. *fol.* 400. *par.* 1. *recent.* ubi quod talis contractus interim non valet etiam firmatus juramento, ubi ad idem aliæ citantur deciſiones.

32 Gratianus *diſcep. forenſ. tom.* 3. *cap.* 514. latè controvertit, & à princip. adducit Doctores denegantes pœnitentiam ante obtentum beneplacitum Apoſtol. & aſſenſum : ſed poſtmodum ex *num.* 7. *cum ſeqq.* poſt plurimas Rotæ deciſiones & Doctorum authoritates idem concludit quod Oliver. Beltram. ut ante aſſenſum & beneplacitum obtentum, poſſit quilibet ex contrahentibus ſub conditione illud impetrandi pœnitere, cùm eadem beneplaciti & aſſenſus reſervatione inducatur contractus imperfectio nullum producens
33 effectum ; ſecùs poſt beneplacitum expeditum, licèt nondum executioni mandatum, ubi latiſſimè videbis : & ſatisfacit juribus quæ incautè adduci ſolent ad probandum quod in contractibus conditionalibus non liceat interim pœnitere : quia illa jura loquuntur in rebus alienabilibus, & in quibus non adeſt alienandi prohibitio, & ſic in contractibus ab initio validis, & omni jure permiſſis.

34 Auguſtin. Barboſa *de Clauſul. cap.* 135. aſſerit hanc clauſulam, *reſervato beneplacito*, in contractibus ſuper rebus alienari prohibitis appoſitam, operari ut contractus nondum ſint perfecti, ſed ut evitetur pœna Commiſſi, ad quod plurimos Doctores conducit.

Et pro fundamento hujus noſtræ certiſſimæ reſolutionis adeſt doctrina Baldi. *in l. ſi in certos.* §. *deportatos. ff de legat.* 3. ibi, *factum, quod eget approbatione vel confirmatione Superioris, non trahit ſuum effectum donec approbetur & confirmetur à Superiore* : quam doctrinam ſequuntur quamplurimi, quos ad longum congeſſimus *in hoc Labyrint. par.* 1. *cap.* 5. *ex num.* 33. *& ex num.* 17. *cum multis ſeqq.* ubi ex *num.* 29. *cum ſeqq.* probatur quod cùm ad perfectionem venditionis aliquid remanet agendum etiam ex voluntate partium, venditio interim dicitur inefficax & inutilis quoad omnes juris effectus, ita ut interim poſſint contrahentes, vel aliter eorum liberè pœnitere : quibus locis multa alia videbis omnino conducibilia : & pro eadem doctrina plurà quoque obſervare poteris, *part.* 2. *cap.* 4. *ex num.* 36. *uſque ad n.* 42. & optimè *ead.* 2. *par. cap.* 21. *ex n.* 55. *cum multis ſeqq.*

35 Hæc adduxi, ut evidentiùs convincatur *Carleval*, autumans non eſſe locum pœnitentiæ in contractu feudali ſub conditione impetrandi aſſenſum, & quod ſit ab initio validus, & retrotrahatur aſſenſus poſtea ſubſequutus : quem ex ipſiuſmet doctrina reprobavimus *in hoc Labyr. par.* 1. *c.* 33. *ex num.* 3. & latiùs *par.* 2. *c.* 21. *ex n.* 33. *& ex nu.* 55. ipſum tamen ſub dubio obiter ſequi videtur Olea *de ceſſ. jur. & act. tit.* 8. *quæſt.* 3. *ex n.* 22. *& ſeqq.*

Quo ſuppoſito, ex ceſſione bonorum ſubſequuta duo reſultant quæ impediunt effectum futuræ facultatis ; alterum eſt, revocatio contractus præcedentis tanquam informis & imperfecti atque inefficacis, nullum tribuentis jus in re, vel ad rem, contrahentibus, ante facultatem obtentam, ex pœnitentia debitoris, & diſſenſu inducto ex juris diſpoſitione ; quo caſu facultas ſuperveniens nihil prodeſſe poteſt, quia non reperit ſubjectum ſuper quod ſubſiſtere valeat, Gloſſ. *in cap. per mas, 6. verſ. premendum de condit. appoſit.* ubi notat Abb. *nu.* 18. Afflict. *in conſtit. Conſtitutionem, numer.* 48. *& dec.* 335. *numer. & ſeqq.* Marin. Frecc. *de ſubfeud. lib.* 2. *in commentar. ejuſd. conſtitut. nu.* 86. *& ſub titul. de aſſenſu, eod. lib. quæſt.* 30. *per tot.* A Ponte *de poteſt. proreg. tit.* 6. §. 1. *nu.* 22. *&* 23. Franciſc. de Amic. *in repetit. tit. de his qui in feud. dar. poſſ.* §. 17. *ſed quia in hypotheca, pag.* 21. Paris de Puteo *de reinteg. feud. c.* 298.

Secundum fundamentum eſt, quia per concurſum formatum, reperitur mutatus rerum ſtatus eo tempore quo accedit facultas, & ideo nihil operatur, Freccia *d. quæſt.* 3. *nu.* 3. *ex nu.* 8. *ad fin. quæſtionis*, facit Molin. *de primogen. l.* 2. *n.* 6. *ex n.* 20. *& ſeqq.*

Conſonat reſolutio Thori *in compen. dec. par.* 1. *verb. aſſenſ. an præferatur* : ubi ait, quod ſi aſſenſus, ſub cujus conditione celebratus fuit contractus, ſupervenit ante pœnitentiam & revocationem, revocatio ſubſequuta non tenet : ſi verò ante impetratam facultatem, iſta non tenet, quia non reperit ſubjectum habile ſuper quo ſubſiſtat : ubi etiam quærit, quid ſi eadem die appareant revocatio, & aſſenſus, quis actus præſumatur præceſſiſſe ? & reſolvit revocationem præſumi præceſſiſſe. Idem tenet Galeota *d. contr.* 66. *à nu.* 49. niſi alter contrahens poſſideat, ut opinatur Olea. *tit.* 8. *d. q.* 3. *nu.* 25. Videndus *à d. n.* 22.

Tertium fundamentum deſtruens facultatem 36
impetratam poſt concurſum formatum à poſſeſſore majoratus, ex eo oritur, quod ipſa facultas reperitur impetrata abſque conſenſu debitoris ; qui licèt à principio adfuerit ante concurſum, eo tamen ſequuto interim, conſenſus ille defecit, quia concurſus interveniens impedit ne facultas poſtea impetrata cum eo jungatur, nam medium inhabile, ex quo tempore perſona debitoris annihilata fuit, & inhabilis facta ad contrahendum impedit extrema conjungi, quia quando medium eſt inhabile influit inhabilitatem in extrema, *l. fin. ff. de flumin. l. qui ſella*, §. *fin. ff. de ſervit. ruſtic. l. tria prædia, ff. de ſervit. urban. conſ.* 8. *præd.* jun. *conſ.* 15. *nu.* 4. *l.* 4. Surd. Socin. *nu.* 171. *& conſ.* 136. *nu.* 34. Anton. Monac. *deciſ. Florent.* 62. *n.* 18. Tuſch. *t.* 5. *litt. M. concl.* 173. *nu.* 31. Rot. *deciſ.* 61. *impreſſa penes Vivian poſt. tract. de jure patron.* Caſtrenſ. *conſ.* 422. *num.* 3. ubi loquitur quod quando extremum debet tranſire per medium inhabile, vires ſuas amittit, Florian. de Sancto Petro *quæſt.* 3. 1. *num.* 22.

Tum etiam quia fictio tranſlativa non opera- 37
tur in præjudicium Tertii, qui medio tempore fuit jus quæſitum, prout ſunt creditores, quibus interim facta fuit ceſſio bonorum & ex ea jus quæſitum valdè conſiderabile, ad latè tradita *in hoc Labyrint. part.* 1. *cap.* 40. *à princip. & hac* 4. *par. cap.* 1. *per tot.* in quorum præjudicium tranſlatio de tempore impetratæ facultatis ad tempus contractus præambuli fieri nequit, ut ex pluribus probavimus *in noſtris commentar.*

de

de ſupplicat. ad ſanctiſſ. par. 2. cap. 17. numer. 52.

38 Deinde quia ille prior contractus & conſenſus de alienando bona majoratus, ex defectu facultatis regiæ fuit ab initio inefficax, informis, imperfectus, & nullus, quamvis ſub conditione impetrandæ facultatis, ut latiùs dicitur *numer. 24. & ex num. 27.* ita ut facultas recipiat tantum robur ex nunc à tempore conceſſionis, juxta Doctores adductos *ſuprà num. 24.* ideo talis contractus imperfectus & inefficax ſumit initium ab eo caſu, quo non poterat inchoari, facto nempe concurſu, ex quo privatur facultate contrahendi, ut *ſup. num. 18. & 19.* quia quando actus non eſt ex omni parte perfectus & conſummatus, corruit omnino, ſi deveniat ad eum caſum à quo initium capere non potuiſſet, *l. pluribus, §. etſi placeat. ff. de verb. oblig. l. inter ſtipulantem, §. ſacram. l. exiſtimo, ff. eod. l. ſi metallum, §. ſi ſervo alieno, ff. de his quæ pro non ſcript. hab. l. pro parte, ff. de ſervitut. l. poſſe finitam, ff. de ſuſpect. tutorib.* Decius *in l. ambiguis, §. non eſt novum, num. 2.* ubi etiam Cagnol. *num. 2. ff. de reg. jur.* Petrus Surd. *deciſ. 51. num. 7. & conſil. 211. num. 10.* ſecus ſi actus fuiſſet conſummatus & perfectus, *l. ſi Gaudentius, Cod. de contrah. empt. l. in ſubſtitutione, ff. de vulgar. l. ſi hæredi, ff. ad Trebell. l. generaliter, Cod. de Epiſcop. & cleric. l. fin. Cod. de nupt.* Tiraquell. *in tract. ceſſante cauſa, limit. 11. numer. 15. & limit. 12. num. 1.* Ant. Gomez. *in l. 6. Tauri, numer. 11. & leg. 40. num. 22. & l. 48. num. 5. & variar. par. 1. c. 19. numer. 14.* Matienzo *in l. 1. gloſ. 4. num. 20. tit. 8. lib. 5. recopil.* Mierez. *de majorat. part. 2. quæſt. 6. n. 38.* Cevall. *commun. contra com. quæſt. 666. nu. 10. & quæſt. 729. n. 18.* Surd. *conſ. 116. n. 47. & conſ. 250. num. 24.* Marta *dec. 22. n. 2.* Ergo nullo modo facultas regia validare poteſt priorem illum contractum, *arg. c. factum legitimè retractari non debet, licet caſus poſtea evenerit, à quo non poterat inchoari, de regul. jur. l. 6.* ubi Auguſt. Barboſ. *in remiſſ.*

40 Ex quibus evidenter deducitur, credi orem, qui cum poſſeſſore majoratus contra it ſub conditione ſive clauſula impetrandæ facultatis, non poſſe graduari ad bona majoratus in concurſum deducta, virtute facultatis impetratæ & obtentæ tempore quo poſſeſſor majoratus debitor bonis ceſſit, & concurſum formavit inter ſuos creditores, quia multis de cauſis ipſa facultas nulla eſt, & prorſus inutilis habilitas; etenim in utroque extremo defecit, ut probavimus hactenus, imò utrumque tempus, contractus ſcilicet, & facultatis obtentæ, reperitur inhabile, cum in utroque juris prohibitio adfuerit; nam facere aliquid tempore prohibito, vel conferre ejus perfectionem in tempus prohibitum,
41 paria ſunt, & tale factum ſemper remanet nullum, *l. in tempus, ff. de hæred. inſtit. l. ſtichus ſervus meus, ff. de manumiſſ. teſtam. l. quod ſponſæ 4. Cod. de donat. ant. nupt.* Decius *in l. eum qui, nu. 4. ff. de juriſdict. omn. judic.* Cravet. *conſ. 175. nu. 8.* Tuſch. *lit. P, concluſ. 88. num. 3.* Thom. Sanct. *in præcep. Decalog. lib. 7. cap. 2. num. 54.* Tiraquel. *in tract. de jur. Conſtit par. 3. limit. 2. numer. 3. cum ſeqq. & in tract. de jur. marit. gloſ. 1. & in tr. de primogen. quæſt. 40. num. 178.* Maſcard. *de probat. concluſ. 1078. num. 1.* Valaſc. *conſult. 77 n. 4.* Connanus *commentar. l. 8. cap. 2. num. 7.* Stephan Gratian. Cald. Pereira *conſil. 17. num. 12.* quanto magis irrita erit & inanis hæc facultas trahens originem ab actu & contractu inutili & prohibito, & ſimul intenditur perfici in tempore ſimiliter prohibito, & à quo incipere non potuit.

Hæc tamen reſolutio veriſſima, fallit in cre- 42
ditoribus, qui etiam concurſu pendente, poſſunt ex jure & perſona debitoris valide impetrare facultatem, ſub qua impetranda debitor communis ad ſui utilitatem contraxerat cum feudatario, vel poſſeſſore majoratus: ut ex pluribus Doctoribus probavimus *hac 4. part. cap. 1. numer. 37.* Et ratio differentiæ eſt; quia in quæſtione de qua agimus, facultas impetratur per creditorem contra bona debitoris communis ad ſui ipſius utilitatem & commodum privatum, atque in damnum & præjudicium tam debitoris communis quàm cæterorum creditorum, quia ex tali facultate diminuitur ipſius debitoris patrimonium: quod admitti non debet, ex hactenus comprobatis, *num. 15. cum ſeqq. & num. 37.*

At verò quando creditores ipſi impetrant facul- 42
tatem ad commodum debitoris communis decocti, & ex ejus perſona & nomine, ceſſant omnes rationes & fundamenta hactenus conſiderata in altero caſu, quia in iſto creditores juſtè tractant de augendo & conſervando patrimonio debitoris; in quo nulla adeſt prohibitio, ad latè comprobata *hac 4. par. cap. 1. per tot.* cùm hoc 14
tendat ad commodum & utilitatem omnium creditorum, & ceſſant omnes rationes, propter quas debitor contrahere prohibetur, quæ tendunt ad diminutionem ſui patrimonii, prout latiſſimè per varia jura & fundamenta probatum reliquimus *in hoc Labyr. par. 1. cap. 14. ex num. 62. cum ſeqq.* & cum contractus celebratus inter debitorem ad ſui favorem, & poſſeſſorem majoratus ſub pacto & conditione impetrandi facultatem, ſit de juribus debitoris decocti, ſi creditores, qui in ejus locum ſubrogati ſunt, illum non impetrarent ejus nomine, debitor ipſe amitteret jus ſibi quæſitum ex tali contractu; quæ jactura cederet in damnum creditorum; & propterea ipſi, non ſecus ac debitor ipſe, ratione ſui intereſſe, ex perſona & nomine ſui debitoris poſſunt impetrare hanc facultatem, ut bona ipſius conſerventur, & augeantur, aut ſaltem nullam patiantur diminutionem: prout abundè ex variis exemplis ex fontibus juris deſumptis oſtendimus *ſupra in d. cap. 1. cum §§. ſeqq. hujus 4. par.*

CAPUT XIV.

Utrum creditor poſſit gradum aſſequi in concurſu, & agere ex priori contractu poſtea novato, quando novatio vel nulla fuit, vel reſciſſa.

SUMMARIUM.

1 *Species quæſtionis proponitur.*
2 *Novatio inducitur ex voluntate contrahentium.*
3 *Voluntas dici poteſt & probari ex actu nullo.*
4 *Voluntas teſtatoris deduci poteſt ex diſpoſitione etiam nulla & irrita.*
5 *Confeſſio facta in inſtrumento nullo ſuſtinetur, vitiato inſtrumento.*

6 *Per*

6 *Per obligationem ex causa transactionis factam contrahitur nova hypotheca in augmentum primæ obligationis, si transactioni non stetur.*
Etiamsi transactio facta sit animo novandi præcedentem obligationem, num. 8. quod declaratur remissivè nu. 22.
8 *Pignora data pro contractu innovato, remanent obligata accessoriè pro primo contractu, licèt nullus irritus sit secundus.*
9 *Prior obligatio non novatur per posteriorem & irritam, vel rescissam: & nu. 16.*
10 *Creditor consentiendo alienationi rei sibi obligatæ, recuperat hypothecam; si contractus alienationis sit nullus.*
11 *Usus fructus non extinguitur per solidationem subsequutam rescissam, vel irritam factam: & nu. 15.*
12 *Actus validus præcedens non tollitur per subsequentem invalidum & nullum.*
13 *Per contractum secundo loco factum non censetur recessum à primo, si secundus sit inutilis.*
14 *Conductio revivisc it, nec extinguitur per emptionem rei conductæ nulliter factam.*
17 *Renuntiatio obligationis principalis nulliter facta non extinguit accessorius.*
18 *Creditor potest agere ex priori contractu nulliter innovato, & debet graduari in concursu.*
19 *Voluntas testatoris declarari potest per dispositionem nullam; secus est in contrahentibus.*
20 *Contrahentes non dicuntur habere animum novandi, si secundus contractus sit inutilis & nullus.*
21 *Rejicitur Ludovis.* decis. 76. *ex aliis Rotæ decisionibus, & communi Doctorum sententia.*

1 HÆc quæstio ingentes patitur difficultates, non considerata à Doctoribus illam tractantibus, quæ majoris elucidationis gratiâ in hanc hypothesim reducitur. Titius creditor centum mutuavit Sempronio debitori sub hypotheca generali, vel speciali: postmodùm per secundum contractum inter eosdem celebratum, prior novatus fuit: pro tempore, secundus iste contractus propter aliquem defectum, vel fuit rescissus, vel nullus declaratus: quæstionis est, an creditor ex priori contractu sic novato agere possit, & creditum suum in judicio concursus deducere, ac per sententiam inter cæteros creditores gradum obtinere debeat.

2 Pro parte negativa, multa urgent: Primò, quod novatio inducitur ex voluntate contrahentium, *l.* 1. *& toto tit. ff. de novat. l.* 3. *& toto tit. Cod. eod.* sed per secundum contractum innovantem, quantum-
3 vis nulliter & inutiliter celebratum probatur voluntas, quæ de per se operatur: textus est *in l. qui à patre tutor scriptus est aut non justo testamento, perinde ac si ex testamento, aut non ut lege præcipiebatur, conformatus est ad tutelam gerendam, perinde ac si ex testamento tutor esset, id est, ut satisdatio ei remittatur,* 3. *ff. de confirm. tut.* item text. in *l. Paulus respondit, etsi testamentum patris irritum esse apparuerit, tamen tutores pupilli, sive curatores filii, nihil contra orationem divorum Principum feciss videri, si secundum voluntatem defuncti testamento scriptam, prædium rusticum pupillare vendiderunt: ff. de reb. eor.* alius text. in *l. etsi transferam legatum in eum, cum quo nobis testamenti factio non est, sive in servum proprium cui sine libertate legavero, licet eis non debeatur, nec illi tamen debebitur cui fuerit adeptum.* 20. *ff. de adimend. leg.* quibus adde *leg. legatum* 24. *ff. eod. tit. l. puberem, Cod. de jur. deliber. l.* 3. *§. qui habet, ff. de servit. rustic. præd.*

Ex quorum jurium determinatione deducunt 4
communiter Doctores, quod ex dispositione nulla, irrita & inutili deduci & inferri potest voluntas testatoris: post alios Tiber. Decian. *cons.* 3. *num.* 36. *& cons.* 49. *num.* 30. *l.* 1. Alvarad. *de conject. ment. defunct. l.* 3. *cap.* 2. *§.* 1. *num.* 5. *fol.* 140. Alvar. Valasc. *consult.* 61. *num.* 15. 16. *&* 17. Mantic. *de conject. ult. vol. l.* 3. *tit.* 20. Mierez *de majorat. initio* 2. *par. num.* 29. Bursat. *cons.* 5. *nu.* 3. Mascard. *de probat. conclus.* 1417. *num.* 40. Menoch. *cons.* 483. *numer.* 10. *l.* 5. *& præsumpt.* 15. *per tot. l.* 4. junct. *præsumpt.* 17. Pereyr. *de fideicum. art.* 25. *num.* 35 *& cons.* 62. *numer.* 24. *l.* 2. Surd. *decis.* 152. *num.* 18. *&* 19. *& de aliment. tit.* 2. *quæst.* 15. *num.* 103. *& tit.* 9. *quæst.* 25. *num.* 92. idem Surd. *cons.* 28. *numer.* 50. *&* 51. *l.* 1. ubi ex hac doctrina deducit quod confessio facta in inf. trumento nullo, sustinetur, vitiato instrumento, 5
quia est quid diversum ab eo, quem refert Castill. *controv. tom.* 5. *c.* 108. *sub num.* 3. *ubi per tot. c.* plurimis Doctoribus citatis, latè de hoc fundamento & doctrina agit. Ergo idem videtur dicendum in nostra quæstione ut licèt secundus contractus ex aliquo juris defectu & impedimento sit nullus & irritus, novatio tamen prioris debeat permanere, cum proveniat à voluntate contrahentium.

Et per hoc fundamentum hanc partem tenuit expresse Rota apud Alex. Ludovis. *decis.* 76. quâ fuit resolutum, quod novatio expressa per secundum contractum, etiam nulliter celebratum, sustinetur & permanet, cùm ex voluntate contrahentium resultet, quæ probatur etiam per actum nullum.

Secundò & pro hâc parte Negativa facit text. 6
in l. fin. ff. in quib. caus. pignor. vel. hypot. tac. contr. ubi hæres tutoris pro administratione tutelæ debitor extitit, & per viam transactionis partem debiti solvit, partem solvere promisit sub hypotheca; deinde ad jus petitionem transactio fuit reciffa, dicit Consultus, quod hypotheca remanet pro veteri obligatione ad quam minor redit rescissa transactione, ex *l. cum proponas* 21. *Cod. de pact & l. sive apud acta* 28. *C. de transf.* & per *d. leg. fin.* hanc conclusionem deducit Bartol. *ibid.* per obligationem ex causa transactionis factam contrahi novam hypothecam tacitam in augmentum primævæ obligationis, si transactioni non stetur: sequuntur Fulgos. *in d. l. fin num.* 1. Negusant. *de pignor. part.* 2. *membr.* 4. *num.* 164. *vers. vigesimus primus casus:* Mantic. *de tacit. convent. lib.* 11. *tit.* 14. *num.* 5. Merlin. *de pignorib. lib.* 3. *tit.* 3. *quæst.* 98. *per tot.* qui *in vers. fin.* post Gloss. Bart. & Fulgos. extendit, etiamsi transactio fuerit facta animo no- 7
vandi præcedentem obligationem: valde quoque consonant quæ ipse Merlin. *l.* 5. *tit.* 1. *quæst.* 43. *num.* 2. tradit: ergo licèt contractus secundus sit nullus, novatio in eo contenta debet remanere valida.

Tertiò fulcitur hæc pars: quoniam si secundus 8
contractus per quem primus novatur, reddatur nullus & irritus, pignora pro secundo data ad-

huc remanent obligata acceſſoriè pro obligatione primi contractus, acceduntque & adjiciuntur pignoribus pro prima obligatione datis, ut per *l. ſi paternam* 8. *Cod ad Velleian.* Bald. *ibidem* Neguſant. *de pignor. part.* 6. *membr.* 3. *num.* 4. Mantic. *de tacit. lib.* 11. *titul.* 31. *num.* 23. Merlin. *eod. tract. lib.* 5. *tit.* 1. *q.* 30. *num.* 27. igitur & novatio debet ſuſtineri & manere ex ſecundo contractu quantumvis nullo & irrito.

9 Quibus tamen minimè refragantibus, contraria ſententia, quod prior obligatio & contractus non movetur per ſecundum nullum, irritum, vel reſciſſum; ſed imo novatione facta per ſecundum non obſtante, prior integra remaneat obligatio, conſtanter ſtabilitur ex pluribus juribus & Doctoribus.

Primò per text. *in l.* 1. §. 1. *ff. de novat.* ibi; *qualiſcumque igitur obligatio ſit quæ præceſſit, novari verbis poteſt*: *dummodo ſequens obligatio aut civiliter teneat, aut naturaliter, ut putà ſi pupillus ſine tutoris authoritate promiſerit*: item per text. *in l. novatione legitime facta, & hypothecæ liberantur & pignus, & uſuræ non currunt*, 18. *ff. eod. tit. de novat.* & per alium text. in *l. novatione legitime perfecta debiti in alium tranſlati, prioris contractus fidejuſſores vel mandatores liberatos eſſe non ambigitur, Cod. de fidejuſſor.* textus eſt etiam in *l. ſi debitor* 4. §. *quæritur, ff. quib. mod. pign.* 10 *vel hypoth. ſolv.* ubi deducitur, quod quamvis obligatio rei hypothecatæ per conſenſum creditoris alienationi præſtitum novetur & diſſolvatur, ſi tamen alienatio facta per debitorem ex aliquo juris defectu & impedimento annulletur, pignoris obligatio permanet: textus verba ſunt, *Quæritur, ſi forte venditio rei ſpecialiter obligatæ non valeat, an nocere hæc res creditori debeat, quòd conſenſit, ut putà, ſi qua ratio juris venditionem impediat; dicendum eſt, pignus valere.* Ad idem eſt text. in *l. ſicut* 8. §. *venditionis autem appellationem generaliter accipere debemus: ut & ſi legare permiſit, valeat quod conceſſit: quod ita intelligemus, ut & ſi legatum repudiatum fuerit, convaleſcat pignus*, item in *l. voluntate creditoris, pignus debitor vendidit; poſtea placuit inter eum & emptorem, ut à venditione diſcederetur, jus pignorum ſalvum erit creditori: nam ſicut debitori, ita & creditori priſtinum jus reſtituitur; neque enim omni modo creditor pignus remiſit, ſed ita demum ſi emptor rem retineat, nec reddat venditori*, &c. & iterum in fin. *ſed in priſtinam cauſam res redit, ſoluta venditone:* 10. *ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolv.*

11 Textus etiam optimus ad hanc concluſionem refertur ex *l.* 64. *ff. de uſufruct.* ubi uſufructuario prædii proprietatem legaverat, uſufructuarius agnovit legatum & poſſedit; poſtmodùm filius teſtatoris reſciſſionem teſtamenti obtinuit: & deciditur jus uſusfructus non fuiſſe extinctum per conſolidationem ſubſequutam revocabilem: verba *text.* ita ſe habent: *Dominus fructuario prædium, quod ei per ſervitutem ſerviebat, legavit: idque prædium aliquandiu poſſeſſum legatarius reſtituere filio, qui cauſam inofficioſi teſtamenti recte pertulerat, coactus eſt; manſiſſe uſusfructus jus integrum ex poſt facto apparuit.* Item in *l. eleganter*, §. *qui reprobos, ff de pignorat. act.* ubi ſolutio inutiliter facta non diſſolvit priorem obligationem.

12 Quod generaliter verum eſt in qualibet materia, ut per actum ſubſequentem, qui nullus, aut inefficax eſt, non tollatur præcedens validus, ſed ſubſiſtat ſub hac tacita conditione, ſi ſubſequens non habeat effectum: text. in *l. ſi jure* 18. *ff. de legat.* 3. ibi: *ſed vix id obtinere poteſt fortaſſis ideo quod ita demum à priori teſtamento recedere velit ſi poſterius validum ſit*, item in *l. ſancimus, Cod. de teſtam* & in *d. l. voluntate*, illic; *nec enim omnimodo creditor pignus remiſit; ſed ita demum, ſi emptor rem retineat, nec reddat venditori.* item in *l. ſi quis ante*, 10. §. *ſi quis conduxerit, & rogaverit precario uti poſſideret: ſiquidem nummo uno conduxit; nulla dubitatio eſt, quin ei precarium ſolum teneat, quia conductio nulla eſt, ff. de acquir. poſſeſſ.* hanc conſtantem concluſionem probarunt Bartol. in *d.* §. *ſi quis conduxerit:* & Jaſon. *n.* 13. Socinus etiam *nu.* 13. Alex. *nu.* 8. idem Alexan. *in conſ.* 193. *nu.* 3. *vol.* 6. Menoch. *conſ.* 381. *ex nu.* 40. *& de arbitr. l.* 2. *centur.* 3. *caſu* 202. *num.* 62. *&* 64. copiosè Petr. Surd. *dec.* 51. Coſta *de ſcient. & ignor. centur.* 2. *diſtinct.* 89. *num.* 10. Giurb. *deciſ.* 63. *numer.* 1. Gratian. *diſcept.* 36. *numer.* 55. Thom Sanch. *de matrim. l.* 8. *diſp.* 22. *ex numer.* 17. *cum ſeqq.* Nos abundè *in commentar. de ſupplicat. ad Sanctiſſ. part.* 2. *cap.* 12. *num.* 34. *num.* 46. *&* 49. *cum aliis ſeqq.*

Facit etiam text. *in l. juris gentium*, §. *ſed ſi fraudandi, ff. de pact.* ex quo probatur, quod per contractum ſecundo loca factum non cenſetur receſſum à primo, ſi ſecundus ſit inutilis. Ad idem eſt text. *in l. à. liberto, ff. de bon. libert.* Bartol. *in l. pacta noviſſima, in princ. in.* 1. *oppoſit. Cod. de pact.* Alberic. *in* 2. *oppoſit.* Decius *nu.* 5. Purpur. *num.* 14. Surd. *deciſ.* 51. *num.* 14. *&* 15. ubi alia jura adducit ad idem, qui ex *num.* 3. *cum* 14 *ſeqq.* abundè probat, quod ſi conductor emat rem conductam videtur recedere à conductione, ſi emptio ſit valida; nam ſi eſt nulla, durat & reintegratur conductio. Et idem ex *num.* 23. quod ſi uſufructuarius emat rem in qua habet uſumfructum, extinguitur uſusfructus: ſecus tamen eſt ſi emptio ſit nulla, vel aliter evincatur, vel non habeat effectum, quia tunc durat uſusfructus: per text. *in l. ſi fructuarius, ff. uſufructuar. quemadm. cau. l. ſi tibi, & ibi* Bald. *ff. quib. mod. uſufr. amitt. l. is. cujus ff. de legat.* 2. Cyn. Angel. & Caſtrenſ. *in l. ſi maritus, Cod. de inoffic. teſtam.* Afflict. Cremen. Cagnol. & Boër. quos citat & ſequitur Tiraq. *de retr. lignag.* §. 1. *gloſ.* 7. *num.* 64. *& ſeq.* plurimos alios recenſet Giurb. *deciſ.* 63. *ex num.* 1. Hodierna *in addit. ad d. deciſ.* 51. *Surdi*, ubi allegat Gratian. Coſtam, & Cancerium.

Et individuo, quod contractus, & obligatio 16 præcedens valida non novetur per ſecundum contractum expreſsè novantem, ſi eſt nullus, vel inefficax, probarunt communiter innumerabiles penè Doctores, per text. *in d. l.* 1. §. 1. *& l. novatione, ff. de novat.* & text. in *d. l. novatione, Cod. de fidejuſſ.* & ubique Gloſſ. & Doctores *in l.* 1. *Cod. etiam ob chirograph. pecun.* Neguſ. *de pignor.* 6. *part. membr.* 3. *num.* 3. Petr. Surd. *deciſ.* 51. *num.* 16. Gaſp. Rodriq. *de ann. reditib. lib.* 2. *quæſt* 16. *numer.* 58. 60. *&* 61. & per eum Giurb. *deciſ.* 63. *nu.* 4. & per eum Gaſp, Rodriq. idem firmat Caſtill. *controverſ. tom.* 4. *cap.* 59. *numer.* 48. Alex. *conſ.* 193. *num.* 4. Bellon. *conſ.* 87. *num.* 15. Gratus *conſ.* 123. *num.* 17. Purpur. *in l. pacta. noviſſima, n.* 14. *Cod. de pact.* Menoch. *l.* 3. *præſumpt.* 134. *nu.* 45. Cavalcan. *deciſ.* 18. *numer.* 11. *par.* 4. Bardell. *conſ.* 7. *numer.* 18. Nos confirmavit *in Commentar. de ſupplic. ad Sanctiſſ. par.* 2. *cap.* 12. §.

alia.

unic. num. 49. Coſta *de jur. & fact. ignor. centur.* 2. *diſtinct.* 89. *num.* 10. Hodier. *in add. ad Surd. deciſ.* 266. *n.* 4. *& add. deciſ.* 51. Cancer. *var. reſol.* 3. *part. c.* 3. *num.* 309. per quem, & Giurbam, noviſſimè, licèt obiter, dixit Olea *in tract. de ceſſ. jur. & act. tit.* 6. *quæſt.* 7. *ſub num.* 9. Pacific. *de Solvian. interd. inſpect.* 5. *cap.* 1. *num.* 80. Mareſcot. *var. reſol. l.* 2. *cap.* 56. *num.* 19. Honded. *conſ.* 30. *num.* 18. Mantic. *de tacit. convent. l.* 11. *tit.* 31. *n.* 24. ubi addit *l. ſi ita ſtipulatus fuero*, 3. *priuc. ff. de verb. oblig.* & per Menoch. *de præſump. lib.* 3. *præſump.* 134. *nu.* 45. & per Rot. *deciſ.* 8. 5. *num.* 8. *part.* 1. *diverſ.* idem tenet Oliver. Beltram. *in addit. ad Alex. Ludoviſ. deciſ.* 70. *num.* 8. & noviſſimè Merlin. *de pignor. l.* 5. *quæſtion.* 30. *numer.* 26.

17 Et iterum ipſe Merlin. *in eod. l.* 5. *quæſt.* 43. ubi *per tot. q.* agit, quod exiſtente nulla, & nulliter facta renunciatione crediti principalis, etiam hypothecæ renunciatio nulla & inefficax eſt: per text. *in l. debitum* 5. *Cod. de remiſſ. pignor.* quæ ita ait: *Debitum, cujus meminiſti, quod per pacti conventionem inutiliter factam remiſiſti, etiam nunc petere non vetaris, & uſitato more pignora vindicare:* ubi Gloſ. *verb. inutiliter:* Bartol. & Salycet. *verſ. alia ſolutio.* Neguſan. *de pignor.* 6. *memb.* 3. *n.* 47. *verſ. fallit*, Mantic. *de tacit. convent. l.* 11. *tit.* 31. *num.* 49. de quo altiùs videndus Merlin. *loc. cit.*

18 Ex quibus reſultat veriſſima concluſio, creditorem ex prima obligatione novata per ſecundum contractum nulliter celebratum, poſſe agere in judicio concurſus, & pro eodem credito gradum accipere: quia prima obligatio non fuit novata: ſed non præſtat impedimentum quod de jure non fortitur effectum, ex *regul. jur. in* 6.

19 Non obſtant argumenta in contrarium conſiderata: non primum ex *n.* 2. *& ſeqq.* voluntatem probari ex diſpoſitione nulla. Nam reſpondetur, hoc procedere in diſpoſitione teſtamentaria, quæ pendet à ſola unius teſtatoris voluntate, quæ quomodocumque appareat, ſequenda eſt, ut probant jura, & DD. *in argumento* allegati. At nos verſamur in contractu qui perficitur voluntate
20 duorum contrahentium, qui nullo modo intendunt recedere à primo contractu valido, ſi ſecundus ſit inefficax, & ſub hac tacita conditione præſumuntur novare priorem, ſi nimirum ſecundus ſubſiſtat, non aliter, ad jura, & Doctores ſuperiùs *ex n.* 12. allegatos: & foret abſurdum, unum ex contrahentibus amittere ſuum jus, & alium indebitè illud lucrari, cùm ex ſecundo contractu nullo ad nihil teneatur, & actus non debeant operari ultra intentionem agentium.

21 Eodem modo ſatisfit Rotæ *deciſioni* 76. *de qua ſupr. ſub num.* 5. cujus determinatio confunditur ex tot juribus hactenus allegatis, & uniformi Doctorum reſolutione, de qua *ſupr. ex num.* 9. *& ſeqq.* imò eadem Rota pluries contrarium, & juxta noſtram communem reſolutionem determinavit, ut videre eſt ex Mareſcoto, Merlin. & Beltraminio *locis ſupr. cit. n.* 16. & ipſemet Beltramin. tenet expreſſe contra præfatam deciſionem.

22 Non denique obſtant cætera argumenta, de quibus *ſupr. num.* 6. 7. *&* 8. ubi quod licèt reſcindatur tranſactio, manet tamen hypotheca bonorum adjecta ad aliam hypothecam prioris obligationis: quia reſpondetur hoc ita ſe habere ob ſpecialem rationem quæ videri poterit apud Doctores *ibidem* allegatos.

CAPUT XV.

Patre privato adminiſtratione bonorum adventitiorum filii, vel majoratus, propter ipſorum dilapidationem, an teneatur filius creditoribus patris viventis ſatisfacere ex fructibus.

SUMMARIUM.

1 *Pater legitimus adminiſtrator bonorum filii, ſi malè perdat & diſſipet illa, privatur eorumdem adminiſtratione.*
Idem de poſſeſſore majoratus, vel fideicommiſſi. ibid.
2 *Quamvis offerat cautionem de bene adminiſtrando, cogitur ante tempus reſtituere.*
3 *An facta reſtitutione bonorum adventitiorum filio ex cauſa dilapidationis, filius teneatur ſatisfacere creditoribus patris ex fructibus dictorum bonorum.*
4 *Privatus adminiſtratione bonorum non propterea privatur uſufructu quem in illis habebat. & n.* 5. *&* 6.
7 *Aliud eſt jus uſusfructus, aliud commoditas fructuum.*
8 *Uſufructu amiſſo, durat hypotheca ſuper commoditate impoſita.*
9 *Hypotheca ſuper uſusfructus, vel penſionis commoditate impoſita non extinguitur per conſolidationem uſusfructus, vel per adquiſitionem tituli in beneficio.*
10 *An filius habeat hypothecam ſuper fructibus bonorum adventitiorum ad conſequenda alimenta, & n.* 11.
12 *Filius non debet præferri creditoribus patris in fructibus adventitiorum. Sed contrarium. probatur, n.* 13. & ſeqq.
13 *Ob dilapidationem bonorum adventitiorum pater non ſolùm privatur adminiſtratione, ſed etiam fructibus, qui pleno jure conſolidantur cum proprietate ad filium ſpectante, & n.* 14. 15. & aliis ſeqq.
Idemque dicendum eſt in majoratu, vel fideicommiſſo, ibid.
Nec tenetur filius, vel ſucceſſor in majoratu aut fideicommiſſo, ſatisfacere creditoribus patris ex fructibus conſolidatis, ibid.
14 *Uſusfructus patris bonis adventitiis filii finitur per abuſum ſeu dilapidationem, non ſecus ac per mortem: & n.* 15.
16 *Uſufructuarius emphyteuta feudatarius, & poſſeſſor majoratus, bona vinculata malè diſſipantes, privantur omni jure, & commoditate illorum: & n.* 17.
18 *Patre privato tum adminiſtratione, tum commoditate bonorum adventitiorum filii ob diſſipationem culpabilem, extinguitur hypotheca ſuper fructibus eorum à patre debitore impoſita; & n.* 19.
20 *Pater interdictus ſola adminiſtratione bonorum filii, non privatur uſufructu: ſed ſecus eſt ſi privetur ob malam diſſipationem.*
21 *Pater privatus uſufructu adventitiorum filii ob dilapidationem, intelligitur privatus non*

tantùm, ſed etiam commoditate fructuum.

22 *Hypotheca ſuper uſufructu impoſita à debitore fructuario non extinguitur, quando ipſe acquirit proprietatem fundi fructilis.*

23 *Extinctio omni jure quod patri competebat in adventitiis filii, extinguitur & reſolvitur hypotheca ſuper eorum fructibus à patre impoſita.*

24 *Renuntiatio uſusfructus à patre facta in favorem filii, ante illius acquiſitionem, præjudicat creditoribus patris.*

25 *Secus poſt adquiſitum patris uſumfructum & jam acceptatum.*

26 *Jus patris quæſitum in bonis filii non poteſt ſponte à patre remitti in præjudicium ſuorum creditorum.*

Secus ſi pater privetur uſufructu ex diſpoſitione juris ob dilapidationem, n. 27.

28 *An pater poſſit, emancipando filium, ipſi remittere uſumfructum bonorum adventitiorum in præjudicium creditorum? remiſſivè.*

29 *Lex*, Imperator 50. ff. ad Trebell. *conciliatur cum* l. jubemus, §. in ſupra dictis, Cod. eod. tit. & authen. unde ſi parens, Cod. de inoffic. teſtam.

30 *Ut pater privetur uſufructu & legitima adminiſtratione adventitiorum filii, non requiritur dolus ex propoſito, ſed ſufficit dilapidatio re ipſa facta, non ſolùm in committendo, ſed etiam in omittendo, & n.* 31.

1 PAter, qui tanquam legitimus adminiſtrator habet uſumfructum in bonis adventitiis filii, vel poſſidet fideicommiſſum aut majoratum, ad quem poſt ejus mortem filius vocatur, ſi malè & fraudulenter, vel dolosè diſſipaverit bona adventitia, vel fideicommiſſi, ſeu majoratus in evidentem filii, aut ſucceſſoris jacturam, privatur ex diſpoſitione legis, adminiſtratione bonorum, & ipſa reſtituere tenetur ante mortem, & adventum conditionis, filio ſuo vel ſucceſſori in majoratu, juxta determinationem textus capitalis in *l. Imperator* 50. *ff. ad Trebell.* quam latè exornant Pinel. *in l.* 1. *par.* 2. *nu.* 33. *cum ſequentib. verſ. etiam ceſſante dolo, ſi pater diſſipet: &* 3. *par. n.* 74. *Cod. de bon. mater.* Roderic. Suar. *allegat.* 4. Fuſar. *de ſubſtit. & fideicomm. quæſtion.* 519. *per tot.* Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæſt.* 25. *ex numer.* 57. *& tit.* 8. *privileg.* 88. *n.* 2. Peregrin. *de fideicomm. art.* 40. *ex num.* 10. Petrus Barboſ. *in l. maritum, ex num.* 19. *ff. ſolut. matrim.* Coſta *de rem. ſubſid. remed.* 4. *à numer.* 1. Pacian. *conſil.* 83. Mierez *de majorat.* 4. *par. quæſt.* 34. *ex nu.* 16. *cum ſequentib.* Azeved. *in l.* 4. *tit... ex num.* 48. *uſque ad* 55. *lib.* 5. *recopil.* Aſcan. Clemens *in tract. de patr. poteſt. cap.* 6. *effectu* 12. *numer.* 14. Franciſc. Burſat. *conſil.* 133. *num.* 56. *lib.* 2. Chaſſan. *in conſuet. Burgun. rubr.* 6. §. 5. *gloſ. legitimè adminiſtratur:* Baëça *de decima Tutor. præſtan. cap.* 4. *n.* 8. Mend. de Caſtro *in repetit. leg. cum oportet, part.* 2. *nu.* 131. Molina *de juſtit. & jur. tractat.* 2. *diſput.* 228. latiſſimè & eruditè Petr. Surd. *conſ.* 116. *per tot.* omnino videndus Caſtillo *de uſufr. cap.* 3. *n.* 99. Gutier. *in tract de tutel. c.* 3. *ex n.* 3. & præ cæteris, pro lata expoſitione & declaratione *dict. leg. Imperator*, videndus erit Ludov. Molina *de primogen. lib.* 1. *cap.*
2 *16. ex nu.* 7. *& per tot. cap.* Qui omnes hoc dicunt procedere, etiamſi pater offerat cautionem & fidejuſſionem de bene adminiſtrandis bonis adventitiis, vel fideicommiſſi, ſeu majoratus; & cum Paſchali *de virib. patr. poteſt. par.* 1. *cap.* 2. *numer.* 92. Eſcobar. *de ratiocin. cap.* 6. *numer.* 3. *& ſeqq.* Boër. *deciſ.* 61. *numer.* 14. Molina, Baëça, Pinello, & Caſtillo, tenet Giurba *ad conſuetud. Meſſan. part.* 1. *cap.* 7. *gloſ.* 17. *num.* 4. *& gloſ.* 3. *num.* 33.

Quo ſuppoſito, ſubintrat noſtra quæſtio, an 3
facta reſtitutione bonorum adventitiorum filio ante tempus, vel fideicommiſſi, ſeu majoratus, ob diſſipationem à patre factam, filius teneatur ex fructibus prædictorum bonorum ſatisfacere creditoribus patris, qui fructus ipſos habebant hypothecæ ſubjectos? Et pro parte affirmativa, ſcilicet creditores patris jus habere ad dictos fructus, probatur multis mediis.

Primò, quia etſi pater, ob diſſipationem 4
bonorum adventitiorum filii, vel fideicommiſſi, ſeu majoratus, privetur ipſorum adminiſtratione, juxta *d. leg. Imperator*, 50. *ff. ad Trebell.* & Doctores *ſup. numer.* 1. cumulatos, plurimoſque 5
alios ab ipſis adductos; adhuc tamen fructibus, ſeu jure uſusfructus pater non privatur: nam cui bonorum adminiſtratio adimitur, non propterea amittit jus quod habet in illis, tam circa dominium, quoad poſſeſſionem, & alias omnes utilitates ex dictis bonis provenientes, prout abundè probavimus *in par.* 1. *cap.* 14. *per tot.* ergo creditores ſemper jus hypothecæ, quod prius habebant ſuper fructibus ad patrem ſpectantibus, conſervare debent illæſum.

Et in his terminis, quando bona adventitia ex 6
ſola culpa patris diſſipantur, & ſola adminiſtratione, non etiam uſufructu pater privatur: & quod ejus creditores non amittant jus quod habent ad fructus eoſdem, tenet Arias de Meza *variar. reſol. lib.* 3. *cap.* 37. *n.* 9.

Secundò manifeſtè probatur: nam quovis caſu, 7
quo pater ex juris vel hominis diſpoſitione privatur uſufructu in bonis adventitiis filii, eorumque legitima adminiſtratione, non tamen privatur commoditate bonorum, quia aliud eſt jus ipſum uſusfructus, aliud commoditas; ut tenet Angelus ex aliquibus fundamentis, relatis per Cald. Pereir. *in l. ſi curatorem, ex num.* 135. *verſ. licet autem hujuſmodi prohibitio, Cod. de in integr. reſtit.* idem tenet Arerin. *in §.* 1. *Inſtit. per quos perſon. nob. acqu.* quam limitationem vocat ſingularem *ibid.* & Jaſ. *in l. cum filio, num.* 157. *ff. de legat.* 1. poſt Cuman. *ibid.* & Jacob. de Belviſ. & Bald. & Dilect. *de arte teſtan. tit.* 6. *cautel.* 16. *nu.* 3. Pariſ. *conſ.* 157. *num.* 5. *vol.* 4. Boër. *deciſ.* 199. *nu.* 8. ita ut ratione hujus commoditatis patri reſervatæ impediatur filius agere, vivente patre; ſicuti impeditur ratione uſusfructus ad patrem ſpectantis: Ergo ſi commoditas uſusfructus reſervatur patri, 8
licèt jus uſusfructus admittatur, durare debet hypotheca ſuper ea per uſufructuarium impoſita; ad latiſſimè comprobata, & variis juris fundamentis reſoluta *in hac* 4. *part. cap.* 4. *& cap.* 6. *per tot. & cap.* 7. *à num.* 1. *cum ſeq.* ubi probatur, quod licèt uſufructuarius, & penſionarius acquirant proprietatem rei, vel titu- 9
lum beneficii, & propterea per conſolidationem extinguatur jus uſusfructus atque penſionis; tamen hypotheca antea impoſita ſuper commoditate uſusfructus, vel penſionis, remanente penes debitorem, & titularium, perſeverat illæſa, non obſtante conſolidatione prædicta.

Tertiò

10 Tertiò pfobatur hæc pars; nam licèt Dilect. *de art. teſtam. titul.* 3. *cautel.* 17. *num.* 2. exiſtimaverit, filium habere hypothecam ſuper fructibus bonorum adventitiorum ad conſequenda alimenta, cujus hypothecæ intuitu poteſt filius excludere creditores patris, & latè defendit Moron. *in*
11 *tract. de treug. & pac.* Adhuc tamen contraria ſententia verior eſt, ut filius nullam habeat hypothecam in illis, nec in aliis bonis patris; cùm pater ſolùm ex pietate & vinculo charitatis teneatur alere filium, non verò contemplatione bonorum: ut docet Covar. *de ſponſal. par.* 2. *cap.* 8. §. 6. *numer.* 22. Lara *in l. ſi quis à liberis*, §. *idem reſcripſit*, *numer.* 8. *ff. de liber. agnoſc.* quos referens ſequitur Arias de Meza *var. reſol. l.* 3. *cap.* 37. *numer.* 1. 2. & 3. & *numer.* 11. latiſſimè: Nos etiam *in hoc Labyrintho* poſt innumera fundamenta & Doctores, *par.* 1. *cap.* 24. *ex nu.* 82. *uſque ad fin. cap.*

12 Ex quo infert & rectè Arias de Meza *loco proximè citato*, *numer.* 4. & 5. contra *Joan. Andr.* filium in fructibus bonorum adventitiorum ſpectantibus ad patrem, non poſſe præferri creditoribus patris: ergo licèt pater propter diſſipationem privetur bonorum adminiſtratione juxta ſupra dicta *à num.* 1. poterit tamen filius excludere creditores patris, neque impedire quominus ex fructibus dictorum bonorum ſatisfactionem conſequi poſſit.

13 Quibus tamen, apparenter fortiſſima ſunt, minimè refragantibus, contraria ſententia verior eſt, ut filius, cui bona adventitia, vel majoratus ſeu fideicommiſſi, ob dilapidationem à patre factam traduntur, non teneatur ex fructibus eorum ſatisfacere creditoribus patris: quod manifeſtè probatur, quia Pater ob diſſipationem doloſam re ipſa, & culpabilem profuſionem privatur omnibus bonis, & filio applicantur pleno jure & integrè, ac ſi veniſſet conditio, vel mors naturalis, per quam finitur uſusfructus patris, vel fideicommiſſum ſeu majoratus devolvitur ad immediatum ſucceſſorem, ut per textum expreſſum in *dict. leg. Imperator*, & alia jura probant abundè Doctores omnes *ſuprà* allegati ex *n.* 1.

Et quod pater non ſolùm privetur bonorum prædictorum adminiſtratione, ſed omni etiam jure quod in illis habebat, & nominatim uſufructu, ita ut propter dilapidationem bonorum finiatur & extinguatur in ejus perſona; non ſecus ac extingueretur per mortem ipſius, probatur manifeſtè *in ead. l. imperator*: ubi pater propter diſſipationem privatus fideicommiſſo, & applicatur filio, ita ut filius ex ejus fructibus alimenta præſtet patri; ſi ſit inops, ut tradunt Bald. *in l.* 2. *numer.* 3. *Cod. ſi in fraud. patr.* & poſt Jaſon. Caſtren. Angel. Alexandr. & Aretin. Morot. *conſil.* 18. *num.* 29. Coler. *de alimen. l.* 1. *cap.* 5. *numer.* 14. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 4. *gloſ.* 9. *part.* 5. *num.* 29. *gloſ.* 22. *nu.* 28. Milanen. *deciſion.* 3. *numer.* 116. *lib.* 2. Gratian. *diſcept.* 519. *num.* 39. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 58. *num.* 6. & *quæſt.* 30. *num.* 30. & plurimi alii adducti per Mar. Giurb. *ad conſuetud. Meſſan. cap.* 7. *gloſ.* 9. *par.* 1. *numer.* 25. *fol.* 432. & ex Cald. Pereira *in l. ſi curatorem gloſ. ſua facilitate*, & *gloſ. læſis*, *nu.* 150. Anton. Gomez *ad leg.* 9. *Tauri. num.* 45. & ex Deciano *conſ.* 12. *numer.* 52. *l.* 5. tenet Giurb. *ubi mox*, *cap.* 7. *gloſ.* 3. *n.* 29. ex quibus clarè deducitur, patrem ob dilapidationem privari uſufructu, & fructus omnes ad filium pertinere.

Et quod pater iterum privetur bonis adven- 14
titiis, vel fideicommiſſo ſuppoſitis ob eorum dilapidationem, non expectata ejus morte, vel conditione fideicommiſſi, ſed ipſa pleno jure applicentur & acquirantur filio, probant expreſſè omnes Scribentes *in d. l. Imperator*, ut obſervat Alexand. *ibid. num.* 5. 6. & 8. Molina *de primogen. l.* 2. *cap.* 16. *nu.* 17. & 31. & *à princ. ejuſd. cap.* & exactiſſimè per plurima fundamenta Petr. Surd. *in conſ.* 116. *ex num.* 24. & 48. ubi allegat Alexandr. & Caſtrenſ. *num.* 4. *in d. l. Imperator*, & Palacium Rubeum *in cap. per veſtras*, §. 17. *n.* 12. *de donat. int. vir.* & plures alios Boër. *dec.* 61. *n.* 17. Mend. de Caſtro *in repetit. leg. cùm oportet*, *par.* 2. *n.* 131. Molina Theolog. *de juſt. & jur. tract.* 2. *diſput.* 228. Caſtill. *de uſufr. cap.* 3. *ex nu.* 100. *cum ſeqq.* optimè etiam Fuſar. *de ſubſtit. fideicom. quæſt.* 554. *num.* 11. latè Hieron. Gabriel. *conſ.* 118. *ex numer.* 11. *uſque ad fin. lib.* 1. Surd. *deciſ.* 142. ibi teſtatur ita fuiſſe judicatum, Gallus *de except. ſucceſſ. tit.* 2. *except.* 4. *num.* 33. *part.* 3. & ex Fuſario *ubi proximè* idem tenet Addit. ad Molin. *dict. cap.* 16. *ſub nu.* 32. *verſ. ampliatur quartò.* Et his Doctoribus omiſſis, alios ad idem quamplurimos congerit Giurba *ad conſuet. Meſſan. part.* 1. *cap.* 7. *gloſſ.* 9. *numer.* 5. & *ſequentib.* & *gloſ.* 17. *num.* 4. Et quod quando 15
pater propter diſſipationem bonorum adventitiorum filii privatur ipſorum adminiſtratione, privetur etiam uſufructu & commoditate, poſt Alexandr. Gutierr. Caſtill. Baëçam, Pinell. Suarez, Molin. Mend. de Caſtr. Barboſ. & Theſaur. probat idem Giurb. *loc. cit. part.* 1. *cap.* 7. *gloſ.* 3. *numer.* 31. *fol.* 413. qui ex *numer.* 30. *cum ſequentib.* abundè diſputat, quando & quibus caſibus aliàs per teſtatorem prohibita fuit patri adminiſtratio bonorum filio relictorum, cenſeatur etiam privatus uſufructu & commoditate ipſorum, iterum poſt plurimos DD. probat ipſemet Giurb. *cap.* 7. *gloſſ.* 9. *num.* 16. *part.* 1.

Quæ doctrina comprobatur, quia uſufructuarius, 16
emphyteuta, vel feudatarius, ſimiliter privantur uſufructu, & rebus ipſis in uſumfructum, emphyteuſim, vel feudum conceſſis, quando illas malè diſſipant; de quo plura cumularunt Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rubr.* 4. §. 6. *gloſſ. ult. à num.* 6. Barbat. *conſ.* 36. *num.* 12. *lib.* 2. Afflict. *deciſ.* 265. *à numer.* 72. Roland. à Valle *conſ.* 49. *numer.* 19. & *num.* 21. *l.* 2. Baëza *de inope debit. cap.* 15. *à num.* 26. & *de decim. Tutor. cap.* 13. *à num.* 1. *cum ſeqq.* Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *centur.* 1. *caſu* 78. *per tot.* quam doctrinam pro fundamento patris diſſipantis, ut uſufructu bonorum ſimul privatus ſit, dum privatur adminiſtratione ob illam cauſam, adduxerunt Caſtillo *de uſufruct. dict. cap.* 3. *ex numer.* 101. Molina *dict. cap.* 16. *num.* 31. Petr. Surd. *dict. conſ.* 116. *ex num.* 24. *uſque ad num.* 30. ubi adducit hæc & 17
quamplurima alia fundamenta quibus probatur, quod quando ob culpam ſeu dolum patris malè verſantis in bonis adventitiis filii, privatur eorum adminiſtratione, & filio applicantur, privetur pater etiam uſufructu, & omni jure quod in illis habebat; ideoque videndus erit omnino ipſe Surdus *dict. conſil.* 16. quia mirabiliter loquitur in hoc articulo, & eadem fundamenta repetit poſt plures alios Doctor. Giurba *ad conſuetud. Meſſan.*

Meſſan. dict. cap. 7. gloſſ. 9. ex numer. 15. part. 1. fol. 431.

18 Cùm igitur ex legis diſpoſitione pater ob culpam ſuam & doloſam adminiſtrationem re ipſa, ut exponunt Doctores *numer.* 1. citati, ſeu dilapidationem privetur uſufructu & omni commoditate bonorum filii, ut ſtatim probabimus ad reſponſionem ſecundi argumenti in contrariam allati, & jus quod in illis habebat, extinguatur; pariformiter extinguetur quoque hypotheca ſuper eiſdem bonis ſeu emolumentis per patrem impoſita in favorem ſuorum creditorum, ex *regal. leg. lex vectigali*, 31. *ff. de pignorib.* ut benè conſideravit in his terminis Arias de Meſa *variar. reſolut. lib. 3. cap. 37. num. 8. & 9. ad fin.* Et quod quando debitor ob culpam ſuam ſeu dolum aut dolum privatur re hypothecata, extinguatur etiam hypotheca creditoris ſuper eadem re impoſita, plurima fundamenta notatu digniſſima obſervabis *in hac 4. part. cap. 9. ex numer. 63. cum multis ſeqq.* ac paſſim *per tot. cap*

19 Ex quibus omnibus reſolvendum erit, quod creditores patris, à quo bona adventitia filii, vel fideicommiſſi, aut majoratus, ob eorum dilapidationem ablata ſunt, & filio applicata fuerunt pleno & integro jure cum uſufructu, quo ſimul cum adminiſtratione privatur pater; nullum jus prætendere poſſunt contra filium reſpectu fructuum, cùm creditorum hypotheca ſuper illis, per patrem impoſita, fuerit ſimul extincta, eo ipſo quòd pater fuit privatus uſufructu ex juris diſpoſitione, ac ſi per mortem ejus extinctus fuiſſet: ut probant DD. allegati *ſup. nu. 13. & ſeqq.*

20 Nec huic veriſſimæ reſolutioni obſtant argumenta ſuperiùs conſiderata in contrarium. Non primum ex *num.* 4. quo diximus, patrem privatum adminiſtratione bonorum filii, & majoratus ſeu fideicommiſſi, non intelligi privatum uſufructu, nec utilitate ſeu commoditate quam in eiſdem bonis habebat, ſed eam cenſeri ſibi eſſe reſervatam. Quia reſpondetur, argumentum legitimum fore, ſi pater privaretur duntaxat adminiſtratione bonorum ob illorum dilapidationem; at cum ſit conſtans Doctor. concluſio quod etiam ea de cauſa privatur uſufructu, prout exactè probavimus *ſuprà ex nu. 13. cum ſeqq.* hoc argumentum vires ſuas prorſus amittit.

Imò potiùs conſtans eſt reſolutio, quod quando pater privatur adminiſtratione bonorum, propter diſſipationem ipſorum, juxta *dict. l. Imperator:* privatus etiam intelligatur uſufructu & bonorum commoditate; imò etiam quando ab homine pater privatur adminiſtratione bonorum filii ob dilapidationem, privetur quoque uſufructu & commoditate ipſorum, ad longum diſputat & reſolvit Giurba *ad conſuet. Meſſanen. cap. 7. gloſ. 3. ex num. 30. cum multis ſeqq.* ex quo deſtruitur argumentum contrarium, ut ex pluribus comprobatur *ſup. num.* 15.

21 Nec obſtat ſecundum ex *num.* 17. quo fuit dictum, in his caſibus in quibus pater privatur uſufructu adventitiorum filii, ipſorum emolumentum ſeu commoditatem conſervari patri, ex aliquorum Doctorum aſſeveratione, Autore Angelo; de cujus doctrina meritò dubitant Roderic. Suarez *in quæſt. Majoratus, num.* 15. & 16. & Gregor. Lopez *in l.* 15. *titul.* 17. *par.* 4. *in gloſſ. verb. el uſufructo:* ſed noſter doctiſſimus Molina *de Hiſpan. primogen. lib.* 1. *capit.* 19. *numer.* 33. dicit ſe non modo dubitare de doctrina *Angeli* in hac materia, imò falſam eſſe, ut contra ipſum *Angel.* latiſſimè fundat Cald. Pereir. *in l. ſi curatorem habens, verb. læſis, ex numer.* 145. *verſ. licèt autem hujuſmodi prohibitio, uſque ad num.* 146. ubi argumentis Angeli & ſequacium viriliter ſatisfacit, affirmans pro certa & veriori doctrina, quod pater privatus uſufructu, ſimul cenſeatur privatus emolumentis bonorum: hoc idem exactè fundat & tenet Petr. Surd. *dict. conſ.* 116. *num.* 73. *l.* 1. Hieron. Gabr. *conſil.* 117. *numer.* 12. *in fin. & numer.* 13. *lib.* 1. *& conſil.* 162. *ex num.* 16. *cum ſequentib. uſque ad num.* 22. & iterum *num.* 31. *l.* 2. Caſtillo *de uſufruct. cap.* 3. *num.* 58. & plurimi alii adducti *ſup. num.* 13. 15. & 20.

Ex quorum veriſſima reſolutione reſultat efficax ſatisfactio dicto argumento & doctrinæ certiſſimæ ibidem relatæ, nempe non extingui hypothecam ſuper commoditate uſusfructus impoſitam, quoties per acquiſitionem proprietatis ſubſequutam & ſupervenientem debitori uſufructuario conſolidatus fuit uſusfructus & extinctus, cùm eo caſu ipſe debitor ſimul retineat commoditatem quæ fuerat creditori hypothecata, quo caſu nil mirum quod hypotheca duret ſeu perſeveret, ut abundè probavimus *hac 4. part. cap. 4. & 6. per tot. & cap. 7. ex num. 1. & ſeqq.* ſed cùm hoc ſuppoſitum deficiat in caſu de quo agimus, imò falſum ſit, patrem retinere commoditatem quando privatur uſufructu, meritò extinctam eſſe hypothecam affirmandum erit. 22

Neque in aliquo opitulatur tertium argumentum ex *num.* 10. *& ſeqq.* Quoniam filius, cui ob diſſipationem & dolum re ipſa patris, fuerunt bona adventitia pleno jure adjudicata, non tractat de excludendis creditoribus patris, neque opponit de aliqua hypotheca propria: nec eam prætendit in fructibus bonorum ſuorum adventitiorum, quia nemo in re propria hypothecam habere poteſt, nam res ſua nemini ſervit, ex juribus vulgar. ſed creditores patris excludit ex alio capite, nempe per extinctionem & reſolutionem hypothecæ ipſorum creditorum, cum ex privatione uſusfructus & commoditatis ſuperveniente patri, eorum hypotheca ſimul reſoluta remanſit, cujus defectu jus nullum poſſunt prætendere contra filium. 23

Nec tandem ultimo loco, ut noſtra reſolutio omni careat ſcrupulo, obſtat diſtinctio illa Doctorum circa dimiſſionem & renunciationem uſusfructus, quam pater facit in favorem filii, ut ſi hæc renunciatio fiat ante acquiſitionem & acceptationem, valeat etiam in præjudicium creditorum patris, cum in non adquirendo fraus illis non fiat patrem debitorem. At ſi fiat renunciatio uſusfructus in favorem filii à patre debitore, poſtquam pater acquiſitum & acceptatum habet uſumfructum, nullo modo tenet in præjudicium creditorum habentium commoditatem obligatam, & hypothecæ ſubjectam, quo minus ipſi creditores jus habere deſinant contra filium, & ab eo poſſint exigere ſua credita ex fructibus, & commoditate bonorum durante vita patris debitoris: quam diſtinctionem exactiſſimè comprobavimus per varia fundamenta, nec non exactam relationem Doctorum *in hoc Labyrint. par. 2. cap. 15. ex num. 50. cum multis ſeqq.* quibus erit addendus 24 25

dus Arrias de Meza *variar. resolut. lib.* 3. *cap.* 37. *num.* 14. post Cald. Pereiram, Joan. Baptist. Costam *de remed. sub l. d. remed.* 1. *n.* 7. Fontanell. *de pact. nuptial. claus.* 6. *glos.* 1. *part.* 1. *nu.* 44. Mantic. *de tacit. convent. lib.* 3. *titul.* 18. *nu.* 12. Peregrin. *consil.* 81. *n.* 23. *t.* 1. Aldovin. *consil.* 53. *n.* 10. Petr. Caball. *consil.* 14. *numer.* 16. & 25. *l.* 5. Alex. Trentacinq. *l.* 1. *variar. titul. de peculio, resol.* 3. Gratian. *discept.* 132. *n.* 12. & 40. & *discept.* 271. *n.* 4. alios etiam quamplurimos addere poteris, quos pro ista vera distinctione congerit Mar. Giurba *ad consuet. Messan. cap.* 7. *gloss.* 11. *nu.* 6. & 7. *par.* 1. *fol.* 435.

26 Quia respondetur hanc remissionem usufructus jam quæsiti, tanquam merè voluntariam, & non necessariam, nulloque jure cogente factam, non posse fieri in præjudicium creditorum: prout latissimè probavimus *in dict. capit.* 15. *ex n.* 50.

27 At verò nos loquimur & versamur in amissione & privatione usufructus à lege in pœnam dilapidationis bonorum imposita, & ob culpam seu dolum re ipsa patris, eo invito & renitente: quo casu, nihil conqueri possunt creditores, qui simul juris dispositioni & rigori subjici debent, ut superiùs probavimus. *n.* 18.

28 Sed utrum poterit pater, in præjudicium suorum creditorum, emancipando filium, illi dimittere usumfructum adventitiorum, cùm per emancipationem filius liberetur à patria potestate, & sic ex dispositione juris resolvatur patris usufructus; videatur Arias de Meza *dict. cap.* 37. *n.* 15.

29 Denique animadvertere poteris, quod dispositio *d. leg. Imperator, ad Trebell.* non est abrogata per *leg. jubemus*; §. *in supra dictis, Cod. eod.* & per *auth. uni si darent, Cod. de inoffic. testam.* per quæ jura consulitur filio in adventitiis per cautionem & fidejussionem, per quam videtur cessare privatio bonorum inducta ex *dict. leg. Imperat.* Contrarium enim verius est, prout accuratè & latè defendi Molina *de primogen. l.* 1. *cap.* 16. *ex num.* 2. quando scilicet magna & evidens est bonorum dissipatio à patre facta; ut tunc nulla cautione excusetur pater à privatione bonorum: Azeved. *in lib.* 4. *titul.* 1. *lib.* 3. *recopil.* Pinell. *in.* 2. *part. leg.* 1. *n.* 36. & 38. *Cod. de bon. matern.* Ascan. Clem. *de patr. potest. cap.* 6. *effectu* 12. *num.* 14. Bursat. *consil.* 133. *n.* 56. *l.* 2. Surd. *cons.* 116. *num.* 25. & *n.* 48. *lib.* 1. Castill. *de usufruct. cap.* 3. *n.* 99.

30 Et quod in hac dilapidatione patris non sit necessaria fraus & dolus ex proposito, sed sola culpa, & dolus re ipsa sufficiat inductus ex magna & manifesta alienatione & dissipatione bonorum filii, resolvit Molina *ubi proximè, dict. cap.* 16. *ex n.* 12. & ex Ruyno *consil.* 23. *nu.* 14. *lib.* 5. Cephalo *consil.* 113. Menochio *cons.* 1220. *n.* 2. Fusarius *de fideicom. quæst.* 519. *n.* 4. qui *n.* 6. ex Alexandro post alios ab ipso relatos *in dict. l. Imperator, n.* 4. & Cephal. *consil.* 113. *n.* 16. firmat hanc privationem locum habere, sive pater dilapidet agendo &

31 committendo, sive omittendo, & quod sola patris negligentia & culpa sufficiat ad removendum ipsum ab administratione, communem dicit Gutier. *in tract. de tutel. cap.* 3. *num.* 4. quem refert Addit. ad Molin. *dict. cap.* 166. *ad. n.* 12. vide etiam Pereiram *decis. Lusit.* 48. *n.* 15.

CAPUT XVI.

Quid in concursu operetur rescriptum Principis circa mutationem prælationis inter creditores.

Et quid si impetretur ab uno ex correis in solidum obligatis, ad hoc ut non nisi pro sua rata conveniatur.

Et quantum hæc rescripta distent à Moratoriis. Et an rescriptum obtentum per unum creditorem personalem, cæteris similiter personalibus aut tertiis possessoribus præjudicet.

SUMMARIUM.

1 *An creditor posterior anterioribus præferri possit ex rescripto Principis.*

2 *Rescripta moratoria sæpè à debitoribus impetrantur validè & efficaciter etiam in dispendium creditorum.*

3 *An Princeps possit subvertere & præposterare ordinem creditorum, & posteriorem priori anteponere.*

4 *Casus quos nectit identitas rationis, eandem subeunt juris dispositionem.*

5 *Lex exemplariter loquens non restringit regulam, sed declarat, & alios casus similes non excludit.*

6 *Decretum* Ferdinandi Regis *quo creditor hypothecariam actionem dividere coactus est, & eam exercere contra omnes bonorum hypothecatorum possessores pro rata, ex æquitate & num.* 7.

8 *Ex rescripto Principis potest creditor acquirere jus hypothecæ in bonis debitoris.*

9 *Rescriptum Principis præposterans ordinem & gradum creditorum, non est admittendum.*

10 *Rescriptum seu privilegium Principis, quod tendit in præjudicium juris alicui Tertio quæsiti, tanquam exorbitans ab omni jure, non debet admitti.*

11 *Rescriptum Principis prævertens ordinem hypothecarum, longè differt à rescriptis moratoriis.*

12 *Moratoria dilatio conceditur à Principe debitori, nisi prævia satisdatione de solvendo post terminum.*

13 *Ex concessione moratoria dilationis, securiores redduntur creditores propter fidejussionem à debitore præstitam.*

14 *Rescriptum præposterationis concessum scilicet creditori posteriori in præjudicium anteriorum, omni ex parte noxium est & perniciosum anterioribus, non solum ratione rei, sed etiam temporis agendum, & n.* 15.

Et ideo toto cælo discrepat à Rescripto moratorio, n. 16. & 17.

18 *Princeps potest per legem generalem constituere de dividenda actione hypothecaria contra unumquemque bonorum possessorem pro rata.*

19 *Non tamen per rescriptum speciale in præjudicium creditorum antea jus quæsitum habentium.*

20 *Reſcriptum ab uno ex correis in ſolidum obligatis impetratum à Principe ne conveniatur pro tota quantitate, non valet.*

21 *Reſcriptum tollens exceptionem Tertio, à Principe concedi non debet.*

22 *Jus creditoribus quæſitum à Principe non tollitur.*

23 *Reſcriptum à creditore poſteriore impetratum quo anterioribus præferatur, ſubrepticium eſt & nullum.*

24 *Princeps non debet concedere jus hypothecæ, vel prælationis uni creditori chirographario, in præjudicium cæterorum.*

25 *Nova hypotheca ſuperveniens non afficit res à debitore prius alienatas, & à Tertio poſſeſſas juſto titulo.*

1 SOlet inportunitas ambitioſa quandoque, proprio commodo ſtudens, aliorum detrimentum machinare, & in perniciem ac præjudicium Tertii nonnulla moliri: quo fit ut unus creditor videns jus ſuum periclitari, eo quod inferiorem gradum habeat in concurſu creditorum, importunè à Principe tentet conſequi reſcriptum, quo ſortem ſuam meliorem faciat, & altiorem inter cæteros creditores gradum occupet, ut ipſe anterioribus præferatur. Quod reſcriptum an validum ſit in præjudicium aliorum creditorum? ſemel diſceptatum vidi.

2 Et pro parte affirmativa ſeu validitate reſcripti, & quo ſortiri debeat effectum; urgere videtur efficaciter ſimile reſcriptum, quod aſſiduè impetrari ſolet per debitorem à Rege, ne creditores illum moleſtent, ſed pro certo termino ſuſpendantur exactiones ac lites, quod reſcriptum, recepto communiter vocabulo, *Moratoria* appellatur & ex juſta cauſa Principi relata & cognita, ab ipſo benignè concedi ſolet ex vi ſuæ ſupremæ poteſtatis & authoritatis, cui obedire omni jure tenentur ſubditi, etiam creditorum præjudicio refragante, textus eſt in *l. univerſa reſcripta, quæ in debitorum cauſis, ſuper impetrandis dilationibus promulgantur, &c. C. de precib. imper. offer. l.* 4. *tit.* 14. *par.* 3. ibi: *Otro ſi pueden pedir merçed los omes, que les alvenge los plaços de las debdas que deben.* & in l. 23. tit. 18. ead. partit. ibi. *agraviados ſon omes las vegadas de pobreça, de manera que no pueden pagar lo que deben a los plaços aquello hac adar e pide por merçed al Rey que les de cartas & que les alvenge el plaço, a que debian pagar, e por que acaeſce à las vegadas, que el Rey ha meneſter ſu ſervicio deſtos a tales en hueſte, o de otra manera, o por ſaber que ha de les façer bien, e merced da les cartas: e que les alvenga el plazo e tal carta como eſta mandamos que vala como quier que reciba por ella algun agraviamiento a quel a quien deben el debdo.* De hac materia abunde egimus *in Labyrin. par.* 2. *cap.* 30. *per tot.*

3 Ergo eodem modo, & ex identitate rationis, poterit Princeps mutare & ſubvertere creditorum gradus, & poſteriorem priori præferre, etiamſi priores ex hac præpoſteratione aliquod damnum recipiant, cùm hoc præjudicium non tangat ſubſtantiam crediti, illud amittant creditores poſtpoſiti, ſed integrum & illæſum illis remaneat, exigendum poſt ſolutionem factam ei, qui reſcriptum prælationis obtinuit, prout in ſimili conſideravit *d. lex* 23. in illis verbis, *como quier que reciba por ella algun agraviamiento a quel, aquien el deben el debdo, por todo eſo en ſalvo finca lo ſuyo, e tenemos por bien que lo cobre, e lo aia*: prælationis etenim tranſmutatio & præpoſteratio ſolum reſpicit tempus exactionis & dilationem, ſicuti Moratoria: igitur quemadmodum iſta licita eſt in Principe cum damno creditorum, pariformiter prælationis reſcriptum debet admitti, & licitum dici: cùm amplius quàm Moratoria jus priorum 4
creditorum non lædat: nam caſus, quos non ſtringit identitas rationis non ſunt quoad juris diſpoſitionem ſeparandi, plura diximus *in Commentar. de protect. Reg. par.* 2. *c.* 6. *num.* 22. & *de ſupplicat. ad Sanctiſſ. part.* 2. *cap.* 31. *num.* 17. Et quia 5
quando plures caſus habent eandem rationem, licet lex de uno duntaxat loquatur, & mentionem faciat, videtur fieri exemplariter non reſtrictivè, quin cæteros ſub ratione comprehenſos includat, plurimos ad idem congeſſimus *in d. tract. de ſupplicat. ad Sanctiſſ. par.* 1. *c.* 9. *ex numer.* 13. *cum multis ſeqq.* quapropter reſcriptum Principis ſuper prælatione inter creditores tanquam juſtum & licitum debet admitti, ſuumque operari effectum.

Secundò & pro hac parte optimè facit doctri- 6
na Matthæi de Afflict. *ſuper conſtit. Reg. ſi quis in poſterum*, 3 *notab. verſ. ſed juxta hoc quæro*; ubi declarationem *leg.* 2. *Cod. de pignor.* dicit, quod licèt quando quis eſt anterior creditor cum hypotheca expreſſa, vel tacita; poſſit agere contra unum poſſeſſorem bonorum hypothecæ ſubjectorum, in ſolidum; nihilo minus ipſe vidit Regem Ferdinandum primum feciſſe decretum, quod divideretur debitum contra omnes poſſeſſores hypothecarum pro rata, ex æquitate *d. leg.* 2. & quod licèt hæc æquitas non reperiatur ſcripta, illam tamen Princeps poteſt introducere contra jus ſcriptum, per *leg.* 1. *Cod. de legib.* Afflictum refert Vincentius de Franch. *deciſ.* 3. *ſub numer.* 2. & per ipſum Vincent. de Franch. & Molinam *de primogen lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 17. firmat Fontanell. *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *gloſ.* 18. *numer.* 87. *par.* 2. *fol.* 452. licèt
creditor poſſit ad libitum agere contra quemli- 7
bet hipothecarum poſſeſſorem poſſe tamen Principem uti æquitate, & mandare ne creditor agat contra unum poſſeſſorem pro tota quantitate, ſed quod dividatur debitum, ſive actio hypothecaria contra omnes poſſeſſores pro rata: ergo eodem modo poterit Princeps per reſcriptum ſubvertere prælationis jus inter creditores, & poſteriori priorem gradum aſſignare, non obſtante præjudicio anteriorum.

Tertiò hæc pars fortiter probatur, nam per & privilegium à principe obtentum poteſt quis adquirere jus hypothecæ in rebus ſui debitoris, text. ex expreſſis in *l. Antiochenſium*, 21. *ff. de privileg. credit.* cujus verba ſunt: *Antiochenſium Cœlæ Syriæ civitati quod lege ſua privilegium in bonis defuncti debitoris accepit, jus perſequendi pignoris durare conſtitit*, lex. 2. *Cod. de jur. Reipubl.* idem decidit his verbis: *An reſpublica, in cujus locum vos ſucceſſiſtis, ideo quia ſatisfeciſſe debito proponitis, jus pignoris in eo fundo habeat, apud ſuum Judicem quæritur? ſi enim nec beneficio ſibi conceſſo id jus nacta eſt, neque ſpecialiter in obligatione pignoris ſibi proſpexit, cauſa ejus non ſeparatur à cæteris creditoribus qui habent perſonalem actionem* text. alius etiam eſt in *l. ſimile*, 10. *ff. ad municipal.* in hæc verba: *Simile privilegium fiſco nulla*

civitas

civitas habet in bonis debitoris, nisi nominatim à principe datum sit. Ex quibus juribus probatur, per Principis privilegium posse aliquem acquirere jus hypothecæ in bonis sui debitoris & per consequens jus prælationis: Gloss. in *d. l. Antiochensium, verb. lege. & verb. consist.* Gloss. *in d. l. 2. verb. nacta est*: Glos. *in d. l. simile, verb. in bonis*: Bart. *in d. l. Antiochensium, n.* 1. Alexan. *numer.* 1. Joan. Anton. Mangil. *de imputat. quæst.* 49. *num* 4. Merlin. *de pignorib. lib.* 2. *quæst.* 116. *n.* 1. *& sub num.* 2. sed in hoc privilegio hypothecæ imbibitur prælatio aliis creditoribus: ergo privilegium simplicis prælationis multò fortius debet valere & admitti.

9 Quibus tamen minimè refragantibus, contraria sententia, imò privilegium obtentum à Principe per creditorem inferioris gradus, continens prælationem aliis creditoribus anterioribus, esse exorbitans, & contra jus naturale & gentium, longè verior & receptior est: cùm enim tale rescriptum tollat jus Tertio quæsitum, quod nulla ratio naturalis, vel civilis patitur, non est observandum, nec admittendum in decisionibus causarum: ut manifestè probant Doctores proximè allegati *num.* 8. dum expresè distinguunt inter jus hypothecæ concessum per legem universalem, & privilegium tendens in præjudicium alterius tertii creditoris, cui jus prælationis jam erat acquisitum; ut in primo casu procedant jura in contrarium allegata, & Glossæ suprà relatæ *ibid.*

Quo etiam casu procedit Bulla Pii V. concedens mercatoribus in urbe Roma secundum locum in judicio & concursu creditorum, ut præferantur aliis creditoribus etiam hypothecariis, pro vestiariis Prælatorum: eo quod Princeps potest per legem generalem ex justa causa præferre posteriores creditores anterioribus: ut ex Cutelli *dec.* 22. num. 19. tenet Ludov. Postius *in tract. de subhastat. tom.* 2. *in addit. ad inspect.* 41. *nu.* 12. & 13. Cum in potestate Principis sit per legem generalem & publicam dare prælationis privilegium creditori cui maluerit: ut ex Bartolo, Alberic. & Ang. *in d. l. Antiochensium*, probat Mastrillus *de magistrat. l.* 5. *cap.* 4. *num.* 320. ab ipso malè citatus, & nullibi invenire potui, sed idem tenet Pareja *de instrum. edit. tit.* 1. *resol.* 3. §. 5. *n.* 67.

10 In secundo verò casu, si nimirum privilegium tendat in præjudicium juris alicui tertio creditori quæsiti, nullo modo admitti debet tanquam omni juri naturali gentium, & positivo repugnans, ideoque subreptitium & à Principis intentione penitus alienum, qui nunquam vult per sua privilegia juris Tertio quæsito detrahere: ita probant & tenent in terminis Bartol. *in d. l. Antiochensium in fin.* Alexan. *nu.* 1. *vers. secundo modo*: Merlin *in d. quæst.* 106. *per tot.* ubi ex *num.* 4. ex pluribus probat, hoc privilegium in præjudicium Tertii non valere, nisi data recompensa ei, cui damnum infertur: & hoc fundamentum per quamplurima jura civilia & Regia altiùs & accuratiùs comprobavimus, Doctorumque innumerabilium authoritate exornavimus *in Commentar. de supplicat. ad Sanctiss. part.* 1. *cap.* 7. *per tot.* ubi plura videri poterunt ad hanc rem conducibilia: & hæc resolutio verior apparebit ex responsione ad contraria argumenta superiùs adducta, quæ contrariæ opinioni minimè opitulantur.

11 Non igitur obstat primum ex *num.* 2. tractans de æquiparatione & identitate rationis inter Moratoriam à Principe obtentam, & privilegium prælationis, de quo sermo noster est. Quia respondetur, non solùm in his casibus non dari similitudinem, sed omnimodam diversitatem & repugnantiam inter ipsos reperiri: etenim per dilationem moratoriam nihil detrahitur juribus creditorum, cùm omnia remaneant per illud tempus in eodem statu, & eo transacto, unusquisque consequitur jus suum secundum sui gradus prærogativam, & prælationem unicuique competentem, quæ ut antea manet illæsa & intacta, ut probant dictæ leges Partitæ *sup.* allegatæ.

Et quatenus dicta lex 33. *tit.* 18. *part.* 3. justissimè consideravit aliquod damnum ex dilatione exactionis creditoribus illatum, ibi, *como quier que reciba por ella algun agraviamento aquel aquien deben el debdo*, modicum tamen illud præjudicium prædicta jura abundè compensare voluerunt ad longè majorem creditorum satisfactionem & securitatem, quandoquidem istæ Moratoriæ per Principem ex justa & legitima causa debitoribus concessæ nullo modo sortiantur effectum, nisi priùs debitor ipse præstet creditoribus idoneam satisdationem & fidejussores, qui eisdem solvere obligantur termino transacto, juxta text. *in d. l. universa rescripta, rescripta quæ in debitorum causis, super impetrandis dilationibus promulgantur non aliter valeant, nisi fidejussione idonea super debiti solutione præbeatur, Cod. de precib. imper. offerend.* qui textus transcriptus est in *can. universa rescripta, caus.* 25. *quæst.* 2. Et fuit idiomate nostro expressus in *d. l.* 33. *partitæ*, ibi, *e por todo esso ensalvo finque lo suio e tenemos por bien que lo cobre, e lo aia, o por que seamos seguro ende; decimos que quando tal carta fuere ganada contra el ege la mostraren, estorice puede demandar fiador a aquel, que quisiere usar della, que le pague al plaço, que el Rey le otorgo, e si el que gano la carta, no le quisiere da fiador, mandamos que no vala la carta, ni empezea a aquel contra quien fue ganada*, innumerabiles pene Doctores in exornationem hujus legis adduximus in *commentariis de supplicat. ad Sanctiss. part.* 2. *d.* 30. *ex n.* 6. *cum seqq.* 12

Et cùm per hanc fidejussionem, & novam cautionem, longè securiora maneant creditorum jura quàm essent antea, quia, ut frequenter accidit, poterat debitor fieri non solvendo, vel esse difficilis exactionis, per hanc autem satisdationem creditores tuti sint, ut benè consideravit dicta lex 33. ibi, *e porque sea mas seguro ende;* hæc securitas multò præponderat damno dilationis concessæ. 13

At verò in rescripto concedente prælationem posteriori creditori in præjudicium anteriorum, totum est contrarium; quoniam substantiam, & jus creditorum intùs tangit, & fortè inevitabile periculum aliis creditoribus infert, quid enim inter creditores concurrentes pretiosiùs & æstimabilius prælatione, ex qua pendet tota ipsorum securitas, *toto tit. ff. & Cod. qui potior. in pign. hab. & tot. tit. de privileg. credit.* & aliis juribus quam plurimis ad hoc ipsum tendentibus, & quid magis tenaciter in judicio concursus prosequuntur quàm jus ipsum prælationis, agnoscentes, in eo versari periculum omne amittendi sua credita, cùm plurimum, solutis prioribus, non superfint bona ad posteriorum 14

satis-

satisfactionem; quod beneficium contrahentibus sibi vigilantibus à jure concessum, si per Principis privilegium adimeretur intolerabile præjudicium & damnum eis afferret, & ideo juri & rationi naturali consentaneum est imo ipsiusmet Principis honori & præsumptæ voluntati congruum, ut talia rescripta tanquam subreptitia nullatenus admittantur.

15 Et quando hæc omnia pericula in dies contingentia cessarent, & bona debitoris omnibus creditoribus sufficientia forent, adhuc ex tali rescripto prolationis grave detrimentum & præjudicium emergeret, propter dilationem ad exigendum, quod resarciri non posset: nam iste privilegiatus creditor eligeret pro suo arbitrio meliora bona debitoris ex quibus facilem & integram satisfactionem consequi posset, *ad leg. qui generaliter, ff. qui pot. in pign. hab. l. creditoris arbitrio, ff. de distract. pign. similib.* & donec sibi satisfeciisset, interim hærerent cæteri creditores, qui vel non possent exigere quæ sibi debita sunt, vel agerent contra bona quæ tardum & difficiliorem exitum haberent, & ideo ex privilegio prælationis posteriori creditori concesso gemerent anteriores videntes occupari bona in quibus jus optimum habebant, neque pro tali damno commodum aliquod compensatorium obtinerent, prout conceditur in dilatione moratoria, ut superiùs advertimus ex *numer.* 12. cùm igitur Princeps non possit tollere jus Tertii nisi ex justa & publica causa dataque recompensa, sequitur etiam non valere tale rescriptum prælationis.

17 Et inde vides apertissimè quàm falsa sit æquiparatio rescripti concedentis prælationem posteriori creditori in præjudicium anteriorum, cùm rescripto concedente moratoriam dilationem debitori, & quanta diversitas versetur in utroque casu, quamque fallibile & inutile sit argumentum de uno ad aliud rescriptum, & ideo à separatis, imò omnino diversis & directo contrariis non valet illatio, *l. Papinianus* 20. *ff. de minorib.* atque hac diversitatis ratione satisfit primo argumento, de quo *supra num.* 2. *cum aliis seqq.*

Minùs obstat secundum *num.* 6. ex doctrina *Matthæi de Afflict & Vicent. de Franchis*, eum referentis circa decretum Regis Ferdinandi, per quod constitutum fuit creditorem non posse exigere totum creditum ab uno ex tertiis possessoribus hypothecatum, sed eos pro rata convenire
18 debere. Cui facilè respondetur, Principem per legem, seu decretum genetale, id posse ordinare, imò etiam per privilegium generale alicui debitori concessum antequam alicui tertio creditori jus sit quæsitum, ut in futurum debitori prosit, ad comprobata *supra ex nu.* 9. *cum seqq.* quia tunc cedit periculo creditoris cum eo contrahentis, nec perscrutantis conditionem ejus cum quo contrahit, ex Regul. *qui cum alio contrahit, vel scit vel scire debet conditionem ejus cum quo contrahit. de Reg. jur.*

19 At verò per rescriptum particulare, & in præjudicium creditorum quibus antea jus quæsitum est hoc fieri nec debet, nec potest, ut efficaciter fuit probatum *supra ex n.* 10. licèt minùs attentè formaverit *Fontanella* valere illud rescriptum, nullo fundamento adducto nisi ex *Vinc. de Franchis* qui solum refert dictum *Afflict.* & ex *Molina* qui nec ullum verbum dixit de hoc rescripto.

Sed quando illi omnes affirmativè & absolutè 20
loquerentur de rescripto speciali & particulari (quod non credo,) iniquissima foret eorum opinio, & contra text. expressum in *l. exprimere* 3. *Cod. de duob. reis*, ubi deciditur, quod si unus ex correis in solidum obligatis impetraverit rescriptum à Principe, ne conveniatur à creditore pro tota quantitate debita, sed pro sua rata duntaxat, non valeat tale rescriptum in præjudicium creditoris: verba textus hæc sunt; *Exprimere debueras tuis precibus, utrumne in partem, an in solidum singuli vos obligaveritis, ac duo rei promittendi extiteritis; cum siquidem ab initio unus quisque pro parte sit obligatus, egredi contractus fidem non possit, si verò in solidum, electio rescripto adimi non debet.* Consonat alius text. *in l. si diversa* 13. *vers. si autem omnes qui conducebant, in solidum locatori sunt obligati, jus ei competens conveniendi quem velit, non debet auferri, Cod. de loc. & conduct.* optimus etiam text. *in l. quoties* 2. *Cod. de precib. imper. offer.* ex quo probatur: & affirmant Gloss. Bald. Salycet. & cæteri 21
DD. *ibid.* quod moratoria rescripta possunt concedi non tamen rescriptum tollens exceptionem Tertio competentem qui textus singularis est etiam ad probandam dissimilitudinem inter Moratoriam, & rescriptum amovens exceptionem, seu jus prælationis creditori competens.

Nam cùm jus & dominium alicui quæsitum ex contractu, vel testamento proveniant à jure gentium, *l. ex hoc jure, ff. de just. & jur.* quod naturalis ratio inter omnes homines constituit §. *jus gentium, instit. de jure natur.* ex quo probavit *Donell.* idem esse jus gentium quod naturale, *lib. 1. commentar. jur. cap.* 6. & constat apud nos ex *l.* 31. *tit.* 18. *partit.* 3. ubi Gregor. Lopez *glos.* 1. tradit, jus gentium apud omnes generaliter dici jus naturale, quia naturali ratione inductum fuit, *l. omnes, fin. Cod. si contra jus, vel util. publ.* juncta Glos. *verb. generali juri*, & comprobat latiùs Larrea *alleg. fisc.* 115. *ex num.* 6.

Ex quibus sequitur, quod Princeps nullo modo possit subvertere contractum inter partes firmatum de jure naturali, absque earum consensu, juxta jura superiùs allegata, & insuper per text. *in l. si à te* 7. *Cod. de pact. int. empt. & vend.* cujus verba sunt: *Si à te comparavit is, cujus meminisii, & convenit, ut si intra certum tempus soluta fuerit data quantitas, sit res inempta remitti hanc conventionem rescripto nostro, non jure petis:* item per alium text. *in l. si donationem* 3. *Cod. de revocand. donat.* ibi, *si donationem jure feciisti hanc authoritate rescripti nostri rescindi non oportet;* similiter in *l. nec filio, ff. de natal. restit.* ibi *nec potest*, &c. item in *l. testamento* 10. *Cod. de testam.* ibi, *si testamentum jure factum fuit & hæres sit capax authoritate rescripti nostri rescindi non oportet:* denique *in authen. de nupt.* §. *disponat, coll.* 4. ibi *nec si sacram impetret formam.* Ex quibus constat, non posse Principem ex potestate absoluta fidem contractuum evellere, & adimere jura partium, nec mutare dispositiones testamentarias quæ legibus & æquitati conveniunt, ut probant communiter omnes in *d. l. si testamentum*: & plures relati à Fortun. Garc. *in l. Gallus, & quid si tantum, ex n.* 18. *ff. de liber. & posth.* Anton. Gabriel. *lib.* 2. *commun. opin. tit. de jur. quæst. non toll. conclus.* 1. *num.* 1. Pereg. *de fideicom. art.* 32. *num.* 127. Fachin. *l.* 8. *controv. c.* 63. Gilken. *in l. causas, C. de transact.* Anton. Petr. *de potest. Princip.*

Princip. c. 24. *num.* 16. Monet. *de commut. ult. vol. c.* 5. *numer.* 8. *& cap.* 9. *num.* 559. Roſental. *de feud. c. concluſ.* 18. *num.* 8. Pinell. *ad l.g.* 2. *Cod. de reſcind. vend. par.* 1. *cap.* 2. *ex numer.* 19. Mendoza *de pact. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 39. Sarmien. *l.* 1. *ſelect. cap.* 8. Padill. *in authen. res quæ, num.* 116. *Cod. commun. de legat.* Menchaca *controv. illuſtr. cap.* 5. *num.* 22. *cap.* 6. Covar. *lib.* 3. *variar. reſol.* Gregor. Lopez *in l.* 3. *titul.* 13. *par.* 6. *gloſ.* 3. *quæſt.* 31. Anton. Gomez, *in* l. 40. *Taur. nu.* 89. Mierez *de majorat. in princ.* 2. *par. num.* 460. Molin. *de Hiſpan. primogen. c.* 8. *num.* 31. *& l.* 3. *c.* 3. *num.* 27. *& l.* 4. *c.* 3. *per tot.* Paz *de Tenuta, c.* 24. *num.* 115. Caſtill. *l.* 2. *controverſ. c.* 28. *& l.* 3. *c.* 28. Valenzuela *conſ.* 96. Hermoſill. *in l.* 53. *gloſ.* 14. *tit.* 5. *p.* 5. Larr. *allegat.* 11. *per tot.* qui omnes loquuntur in jure quæſito tam ex contractu, quàm ex teſtamento, ut Princeps per reſcriptum ei detrahere non poſſit.

22 Non obſtat denique tertium argumentum, de quo *ſupra num.* 8. ubi dicebatur valere privilegium ut quis habeat jus hypothecæ in bonis ſui debitoris, ex *juribus in argum. citatis*, cui optimè ſatisfactum fuit *numer.* 9. *cum ſeqq.* ut hoc procedat per legem generalem, vel privilegium in futurum operaturum, non verò in præjudicium creditorum tunc tempore jus habentium jam quæſitum.

23 Ex quibus omnibus reſolutivè infertur: reſcriptum obtentum à Principe per aliquem creditorem inferioris gradus, ut anterioribus præferatur, nihil debere operari, nec à Judicibus Concurſus admitti, tanquam impetratum contra jus Tertii, cui Princeps nullo modo vult præjudicare, ex dictis & comprobatis hactenus, nec etiam poteſt infringere contractum inductum de jure gentium lege naturali.

24 Sed quid dicendum de creditore perſonali ſive chirographario, an poſſit impetrare reſcriptum à Principe ſibi concedente vel hypothecam in bonis ſui debitoris, vel prælationem inter cæteros creditores ſimiliter perſonales? In quo breviter reſolvendum erit, ut neutro caſu admittendum ſit tale reſcriptum in præjudicium aliorum creditorum: nam cùm omnes debeant concurrere ſimul in eodem gradu pro rata cujuſque crediti quantitate per actionem tributoriam, ſi unus eorum impetraret reſcriptum prælationis, vel hypothecæ in bonis debitoris, poſſet facilè contingere quòd creditor ille univerſas debitoris facultates abſorberet, vel ſaltem cæteri longè minus ex reſiduo conſequerentur, quàm per tributoriam obtinerent; ex quo ipſis reſultaret graviſſimum detrimentum & præjudicium: unde ſicut Princeps non debet concedere reſcriptum prælationis inter creditores hypothecarios, ut probatum remanet ſupra, ita etiam non poteſt inter chirographarios ex identitate rationis, cùm in utroque caſu agatur de jure creditoribus quæſito tollendo, quod fieri non debet, nec præſumitur Princeps id voluiſſe, ex juribus conſideratis *ſupra hac* 4. *par c.* 1. *n.* 23. *& per tot.* & in his etiam terminis loquuntur Doctores ſuperiùs citati ex *n.* 9. *cum ſeqq.*

25 Idem & multo fortius admittendum & reſolvendum erit reſpectu tertii poſſeſſoris rerum debitoris, à quo iſte creditor ex nova hypotheca per reſcriptum noviter conceſſa non poterit illas avocare, tum quia alienatæ ſunt tanquam liberæ ab omni nexu pignoris, & qui illas acquiſivit, poſſidet juſto titulo, tum quia quando ex reſcripto recens impetrato creatur hypotheca ſuper bonis debitoris, tale reſcriptum operatur tantum ut ex nunc, nec poteſt retrotrahi & afficere illa bona à Tertio juſtè acquiſita & poſſeſſa, quorum dominium debitor non habet amplius, & rei alienæ hypotheca non tenet, nec poſſunt creditores perſonales impedire debitorem ne bona ſua alienare valeat, niſi alienatio fiat in fraudem eorum cum conſilio & conſenſu emptorum: tunc enim poſſet revocari juxta ea quæ decidunturr *ff. quæ in fraud. credit. facta ſunt, ut reſtit.* & hæc principio juris per ſe manifeſta ſunt nec alia indigent probatione.

CAPUT XVII & ult.

Utrum pendente Concurſus judicio, debitor liberetur ab intereſſe lucri ceſſantis alioqui propter moram debito.

SUMMARIUM.

1 *Regulariter intereſſe, ſive uſuræ legitimæ debentur propter moram debitoris in ſolvendo.*
2 *Ex ſtylo quorumdam Tribunalium ſupremorum ceſſat intereſſe ex mora, pendente concurſus judicio.*
3 *Concurſus judicium non impedit peti uſuras priùs debitas.*
4 *Debitor propter inficiationem debiti, damnari poteſt ad intereſſe propter moram, etiam pendente concurſus judicio.*
5 *Secus ſi fateatur, & ſola mora ex judicio concurſus procedat.*
6 *Uſuræ non currunt pendente judicio concurſus in præjudicium poſteriorum creditorum.*
7 *Beneficium ceſſionis bonorum quid operetur tam reſpectu debitoris, quàm creditorum ipſius.*
8 *Legitimè impeditus non dicitur eſſe in mora.*
9 *Intereſſe legitimè ab initio ſtipulatum & promiſſum ex obligationis natura, ſemper debetur uſque ad realem ſolutionem.*
10 *Reſcriptum moratorium à principe debitori conceſſum non ſuſpendit curſum uſurarum.*
11 *Reſcriptum moratorium ſuſpendit duntaxat exactionem tam ſortis quàm uſurarum, non tamen ſiſtit curſum ipſarum.*
12 *Intereſſe debitum tantùm ex mora debitoris ſeù judicis officio, tam ante, quàm poſt formatum concurſum, an debeatur? diſputatur ad partes* numeris ſeqq. uſque ad fin. c.
13 *Difficultas ſolvendi non excuſat à mora nec ab intereſſe propter moram debito.*
14 *Tempus non currit legitimè impedito: & juſtum impedimentum excuſat à mora.*
Etiamſi culpa impediti præceſſerit impedimentum, n. 15.
16 *Impedimentum excuſat à mora, quando impeditus non potuit illud removere.*
17 *Debitor formando judicium concurſus voluntarium contrahit impedimentum ſolvendi creditoribus ſuis.*
18 *Impedimentum ſponte procuratum & affectatum non prodeſt impedito.*

19 &

19 & 20 *Impedimentum proveniens ex culpa ad illud ordinata non impedit moram contrahi, & intereſſe deberi.*
21 *Mora commiſſa ante impedimentum legitimum ſuperveniens, obligat moroſum ad intereſſe.*
22 *Debitor ſpeciei, interitu illius liberatur.*
23 *Debitor ſpeciei interitu non liberatur, ſi mora præceſſerit.*
24 *Reſcriptum moratorium non ſuſpendit curſum uſurarum ſi jam inceperint currere propter moram commiſſam ante impetrationem.*
25 *Judicium concurſus ſuperveniens impedit moram contrahi, & intereſſe propter moram deberi.*
26 *Beneficium ceſſionis bonorum, ſive concurſus, conceſſum eſt à lege, & favorabilius eſt reſcripto moratorio.*
27 *In judicio concurſus multa ſunt quæ debitorem excuſant à mora.*
28 *Pendente judicio concurſus, debitor non poteſt validè ſolvere creditoribus.*
29 *Uſuræ debitæ ex officio Judicis ceſſant quandiu bona debitoris inopis ſunt in ſequeſtro.*
30 *Qui jure ſuo utitur, nemini facit injuriam.*
31 *Quæ in conſequentiam veniunt non attenduntur in jure, quando actus principalis eſt permiſſus.*
32 *Nemo tenetur omittere ſuam utilitatem, etiamſi aliis noceat in conſequentiam.*
33 *Beneficium ceſſionis bonorum non imputatur debitori ad culpam.*
34 *Impotentia ſolvendi excuſat debitorem à mora & intereſſe lucri ceſſantis.*
Maximè ſi impotentia præceſſerit moram, numer. 35.
36 *Mora excuſabilis non nocet moroſo.*
37 *Impedimentum concurſus ſuperveniens non tollit uſuras jam debitas ex mora commiſſa de præterito, licet extinguat curſum illarum pro futuro, nu.* 38 & 44.
39 *Uſuræ currentes ante rem judicatam ſuſpenduntur per dilationem conceſſam debitori ad ſolvendum, ex cauſa miſerationis, & nu.* 40.
41 *Uſuræ ex mora non debentur poſt formatum judicium concurſus, quia debitor deſinit eſſe in mora, quæ habet tractum temporis ſucceſſivum, & nu.* 42.
42 *Cauſa quæ producit effectum ſucceſſivum ceſſante, ceſſat effectus.*
43 *Statuto ſtante quod cauſæ viduarum ſint ſummariæ, tales fient ſi lite pendente matrimonium ſolvatur per mortem viri.*

1 FOrmato per debitorem judicio concurſus, dum pendet inter creditores, unus ex eis prætendit intereſſe lucri ceſſantis, ſeu aliàs debitum officio judicis propter moram debitoris, quod non obſtante impedimento ex concurſu reſultante, uſuræ currant uſque ad actualem ſolutionem: quæritur an ſit fundatus.

2 Hanc quæſtionem moverunt Petr. Surdus *in deciſ.* 262 *per tot.* & Cyriac. *contr. forenſ. tom.* 2. *c.* 374. uterque in duobus conveniunt; Primum eſt, ut de ſtylo Curiæ ſeu Senatus decernatur ceſſare intereſſe, propter moram; debitum creditori ex juris diſpoſitione, pendente judicio ſubhaſtationis introducto per debitorem communem: Surd. *loc. mox cit. ſub n.* 1. & Cyriac. *num.* 2

3 Alterum eſt, quod generaliter per Senatum fuit proviſum, ut ſola judicii concurſus pendentia non impediat exactionem intereſſe antea debiti, niſi forte quædam æquitatis rationes concurrant quæ Senatus arbitrium flectant ad aliud decernendum. Surd. *ubi mox, nu. fin.* Cyriac. *d. c.* 374 *n.* 3.

4 Verùm iſti DD. diſſentiunt in circunſtantia facti, nam Surd. intendit in ſuo caſu intereſſe deberi creditori ex hoc fundamento quod debitor acerrimè negaverit debitum, & ideo impedimentum ſolvendi ſuperveniens debitori propter judicium ſubhaſtationis, ei prodeſſe non debeat, neque nocere creditori: quod probat ex *numer.* 7. *cum ſeqq.* ubi alias applicat doctrinas.

5 Cyriacus verò ideo contendit intereſſe non deberi creditori, ex quo formatum eſſe concurſus judicium, quia debitor in ſuo caſu non negavit debitum, & conſequenter juſſum cenſeri impedimentum ſubhaſtationis bonorum & judicii concurſus, ut Senatus arbitrari poſſit intereſſe non deberi propter moram in ſolvendo, pendente judicio diſcuſſionis generalis, quod probat ex *numer.* 5. & *ſeqq.* Neuter tamen eorum adducit concludentia fundamenta pro ſua opinione tuenda.

6 At verò Cæſar Manent. *in deciſ.* 61. *num.* 32. & *numer.* 49. *cum ſeqq.* & alibi paſſim, affirmat contra Surdum dicentem, in hoc judicio ſubhaſtationis univerſalis ſemper currere uſuras uſque ad effectivam ſolutionem, quod hanc opinionem Surd. non ſemper tenuit Senatus, maximè ubi agebatur de præjudicio aliorum creditorum: & ideo probat, uſuras ſeu intereſſe, pendente hoc judicio, non concurrere in præjudicium poſteriorum creditorum.

7 Propterea quid in hoc dubio verius mihi videatur & fecerius, in medium proferam: in primis igitur obſervandum eſt, hoc beneficium ceſſionis bonorum debitori ære alieno oppreſſo indulgeri à jure, nec amplius à ſuis creditoribus moleſtetur, neque interim judicio concurſus pendente conveniri poſſit, ſeu aliquam pati executionem vel exactionem à creditoribus qui debent eſſe contenti hac dimiſſione & abdicatione bonorum, eorumque adminiſtratione, ut ex eis ſatisfactionem conſequi poſſint: prout ad longum diximus *in hoc Labyrinth. part.* 1. *c.* 1. *per tot.*

8 Quo legitimo impedimento debitori ſuperveniente, à jure approbato & conceſſo, non poteſt dici eſſe in mora ſolvendi, cùm ſuorum bonorum adminiſtratione in tantum ſit privatus, ut ex eis nullo modo poſſit, nec ſibi permiſſum ſit ſolvere creditoribus; imò caret omnibus bonis cùm ſint ſequeſtrata, & per Curiam in depoſitum tradita adminiſtratori per eandem nominato: prout latiſſimè videre eſt *in hoc Labyrinth. per.* 1. *c.* 13. & 14. *per tot.* & ſignanter de interdictione ſolvendi creditoribus, *ex numer.* 7. *cum ſeqq.* ubi plurimos citavimus, ultra quos, & quod per hoc judicium concurſus, ſit debitori interdicta bonorum ſuorum adminiſtratio, tenet Surd. *d. deciſ.* 262. *ante num.* 6. & Cyriac. *de contr.* 374. *ex n.* 6. & *ſeqq.* ita ut in poteſtate ſua non ſit amplius præveniendi ſolutiones, nec tempus, quia dilatio pendet à controverſia ipſorum creditorum de jure ſuo diſceptantium in hoc judicio inter ſe ipſos.

Qui

9 Quo ſuppoſito, deveniendum nobis eſt ad noſtram quæſtionem admodum difficilem & variis involutam ambagibus; in qua enodanda cum diſtinctionibus procedendum eſt : nam ſi agimus de illo intereſſe à principio legitimè ſtipulato & promiſſo, quia tunc juſtè debetur jure actionis, ut in annuo cenſu legitimè conſtituto, & in penſionibus ædium, feudi, emphyteuſis, &c. nec non de eo quod debetur ratione rei, ut in terminis *l. curavit. C. de action. empt.* & de dotis reſtitutione retardata, conſtans eſt quod nunquam, quocunque impedimento ſuperveniente non obſtante, impeditur curſus uſurarum, quæ procul dubio currunt uſque ad realem ſolutionem, quando ſcilicet mora ſolvendi præceſſit impedimentum, & curſus uſurarum etiam ante illud, ſumpſit initium : ut in eiſdem terminis dicit obiter Cyriac. *d. contr.* 374. *in princ. to.* 2. latiſſimè & eruditè proſequitur poſt plurimos DD. & fundamentalem rationem Leotard. *in tr. de uſuris, q.* 85. *ex numer.* 9. *cum ſeqq.* & 10 ſignanter ex *num.* 29. ubi loquitur de reſcripto Principis moratoriam dilationem debitori concedente, ut non impediat curſum uſurarum, ſed duntaxat ſuſpendatur interim earum exactio. Et licèt *num.* 14. teneat reditus cenſus redimibilis non currere; contrariam tamen ſententiam veriorem eſſe, illos nimirum currere & deberi oſtendimus in *hoc Labyr. part.* 2. *cap.* 30. *ex num.* 49.

11 Cui opinioni favet uſitatiſſima praxis & conſuetudo in his Tribunalibus Hiſpaniæ, in quibus licèt ob reſcriptum moratorium ſuſpendatur redituum, & cenſuum exactio, tranſacto tamen termino moratorio exiguntur & præſtantur pro toto tempore præterito. Cui congruit aſſertio Leotardi *loc. cit. n.* 15. qui volens effugere cenſuram DD, contrariam opinionem defendentium, dicit ſuam limitari in locis ubi adeſt contrarius ſtylus & obſervantia.

12 Aut verò agimus de intereſſe lucri ceſſantis debito propter moram debitoris, vel aliàs ex officio judicis, in quo eſt tota difficultas, utrum per concurſum & ceſſionem bonorum ſupervenientem ceſſet hujuſmodi intereſſe, & curſus uſurarum, ſive ex mora præcedente impedimentum, ſive contingente poſt concurſum jam peractum, ſive contingente poſt concurſum jam peractum. Et pro parte Negativa ut neutro caſu ceſſet curſus uſurarum, ſeu intereſſe, multis efficacibus fundamentis probatur.

13 Primò, quoniam licèt debitori per concurſum creditorum à ſe ipſo formatum ſuperveniat difficultas ſolvendi, cùm jam careat adminiſtratione ſuorum bonorum : ut dictum eſt *ſuprà num.* 7. & 8. tamen difficultas ſolvendi non excuſat à mora, qua mediante, intereſſe debetur, text. *in l.* 137. §. 4. *ff. de verbor. obligat.* ibi, *& generaliter cauſa difficultatis ad incommodum promiſſoris non ad impedimentum ſtipulatoris pertinet* : ut latè explicat Leotard. *de uſur. q.* 84. *ex n.* 31.

14 Secundò, quia licèt concurſus pendentia ſit impedimentum legitimum ne debitor ſolvere poſſit ſuis creditoribus, quibus, quia jam exutus eſt adminiſtratione ſuorum bonorum, & contra legitimè impeditum non currit tempus, nec mora contrahitur, *l.* 2. §. *quod dicimus, ff. ſi quis cautionib. l. ut perfectiùs, Cod. de annual. except.* Nos latiſſimè diximus *in Commentar. de poteſt. Reg. tom.* 1. *par.* 2. *capit.* 13. *ex num.* 249. *cum plurib. ſeqq.*

Quod procedit, etiamſi culpa debitoris præ- 15
ceſſerit impedimentum : quia hæc culpa ei non obeſt; Becius *conſ.* 104. *nu.* 5. *& ſeqq.* Menoch. *de arbitrar. judic. clauſ.* 153. *num.* 3. Sylvan. *de feudi recognit quæſt.* 77. Pinell. *in authen. niſi tricennale, nu.* 46. *Cod. de bon. matern.* Cravet. *conſ.* 201. *num.* 26. Corbul. *de jur. emphyt. tit. de privat. ob non ſolut. can. limit.* 10. *per tot.* Petr. Surd. *dec.* 262. *nu.* 6.

Nihilominus tamen hoc impedimentum con- 16
curſus non debet excuſare debitorem à mora, nec conſequenter ab intereſſe præſtando : quia tunc prodeſt impedimentum quando impeditus illud removere non potuit, facta priùs omni diligentia requiſita, *l. ſed etſi*, §. 2. *ff. ex quib. cauſ. major.* plura diximus in comprobationem hujus axiomatis *in d. comment. de protect. Reg. c.* 13. *ex nu.* 263. *cum ſeqq.*

Sed tantum abeſt ut debitor fecerit diligen- 17
tiam in removendo hoc impedimento concurſus, quin potius ſua mera voluntate, & ex libero facto ſuo illud procuraverit, formando ipſum concurſus judicium inter ſuos creditores, prout abundè diximus *in hoc Labyr.* 1. *c.* 1. *per tot.* Ergo hoc impedimentum ei prodeſſe non poteſt.

Tum quia eſt impedimentum affectatum quod 18
affectanti non prodeſt, Beccius *conſ.* 99. *nu.* 7. & 8. *& conſ.* 104 *nu.* 5. *& 6. in fin.* Farinac. *q.* 7. *nu.* 64. *& q.* 93. *nu.* 21. *& q.* 94. *nu.* 40. *cum ſeqq. & q.* 99. *par.* 2. *nu.* 296. Surd. *conſ.* 32. *num.* 3. *& conſ.* 241. *nu.* 2. *& conſ.* 299. *num.* 6. idem Surd. *de aliment. tit.* 7. *q.* 16. *n.* 97. 98. *& 99. cum aliis ſeqq.* Peruſin. *dec.* 36. *nu.* 3. Maſcard. *de probat. concluſ.* 6. *num.* 3. Vivius *dec.* 139. *nu.* 1. *& ſeqq.* Decian. *conſ.* 18. *nu.* 266. *l.* 1. Graſſ. *de effectib. cleric. effectu* 16. *nu.* 12. Cancer. *var. reſol. l.* 3. *c.* 2. *de inventar. n.* 29. *&* 30. Coſta *de jur. & fact. ignor. inſpect.* 20. *nu.* 5. Seraph. *de juram. privileg.* 4. *n.* 102. *cum ſeq.* Caball. *de eviction.* §. 2. *nu.* 9. *& ſeqq.* Anton. de Amat. *var. reſol. c.* 46. *ex n.* 5. *cum ſeqq.*

Tum etiam quia eſt culpa ordinata ad caſum 19
impediendi moram ne ex ea præſtetur intereſſe; quo caſu impedimentum non excuſat : quamvis aliàs culpa præcedens impedire poſſit moram contrahi ob impedimentum ſubſequens, ut diximus *ſup. num.* 15. limitatur enim illa doctrina, niſi culpa impediti fuerit ordinata ad ipſum impedimentum : & ita diſtinguit Gloſſ. *in cap. imputari, de reg. jur. in* 6. Abb. *in cap. inter, de except.* Bovius *de præſcript. ſtatut. gloſ.* 21. *num.* 93. Sfort. *de reſt. in integr. quæſt.* 28. *art.* 6. *nu.* 52. ubi alios allegat, Sylvan. *de feud. recogn. quæſt.* 77. *nu.* 5. Corbul. *de jur. emphyt. d. tit. de cauſ. privat. ob non ſolut. canon.* Roland. *conſil.* 47. *num.* 55. *& ſeqq.*
Petr. Surd. *dec.* 262. *n.* 17. *&* 18. qui in noſtris ter- 20
minis hanc conſiderationem facit, & cum *Rolando* dicit, quod ex impedimento procurato per impeditum mora non definit contrahi : ergo non obſtante impedimento judicii concurſus pendentis, debitor dicitur eſſe in mora, & conſequenter præſtare debet intereſſe.

Tertiò, quia licèt impedimentum legitimum 21
non permittat moram committi, ſive impediat moram de novo contrahi, commiſſam tamen ante impedimentum ſuperveniens non tollit, ſed eo non obſtante, uſuræ ex mora antecedenti cauſatæ non deſinunt currere, *argum. l. ſi ſervum, §. ſequitur, l. nemo* §. 1. *ff. de verb. oblig. l. ſi quis ſolutioni*, §. *fin. ff. de uſur. l. quod te mihi* 5. ubi Bart.

& alii, *ff. ſi cert. pet. leg.* 18. *tit.* 11. *par.* 5. quibus omnibus probatur, quòd licèt debitor ſpeciei
22 perempta ſpecie liberetur, & actio perſonalis competens ad rem petendam, reſpectu rei extinguatur perempta ipſa re, ex *l.* 1. *in fin. Cod. de jur. emphyth. l. Titiæ textores*, §. *ult. ff. de leg.* 1. *l. in navem Saufeii ff. locati: l. ſi ex legati, ff. de verb. oblig.* §. *ſi res legata, inſtit. de legat.*

23 Tamen hoc fallit, nec extinguitur actio ad æſtimationem rei peremptæ conſequendam, quando jam mora commiſſa erat, & præceſſerat interitum, & ideo debitor non liberatur, *l. ſi ſervum, in leg. reſp. ff. de verb. oblig. l. cum res*, §. 1. *ff. de legat.* 1. *l. ſancimus, C. de fidejuſſ.* Alexand. *in l. inſulam, fallent.* 15. *ff. de verb. oblig. & in d. l. ſi ex legati cauſa*: Jaſ. *in d. l. quod te, num.* 3. & 4. Decius *num.* 10. & Ripa *nu.* 12. Surd. *dec.* 115. *nu.* 13. & 14. Giurba *dec.* 115. *num.* 3. & 4. Scacc. *de commerc.* §. 2. *gloſ.* 5. *num.* 161. & *nu.* 152. *in fin.* Ant. Gomez, *var. t.* 2. *c.* 2. *n.* 23.

24 Corroboratur hoc fundamentum ex ſimili quod videtur aptabile noſtro concurſui: nam quando per debitorem obtentum fuit à Principe reſcriptum moratorium, ut intra certum tempus creditores illum non vexent, nec petant ſeu exigant quod eis debetur, ſi mora præceſſit reſcriptum, non purgatur, nec impeditur curſus uſurarum ſeu intereſſe, qui jam antea cœperat, ſed ſemper Moratoria durante continuatur ſine interruptione: ne Principis Beneficium creditoribus damnum afferat in jure jam illis quæſito; quamvis, ſicut ſortis, ita & uſurarum exactio differatur: ita ſentiunt Caſtrenſ. & Salicet. in *l.* 2. *Cod. de precib. Imper. offerend.* Maſtrill. *deciſ.* 16. *nu.* 4. Urfill. ad Afflict. *deciſ.* 5. *numer.* 4. Marc. Ant. Cucc. *de morat. præſcript. num.* 148. & ex Felic. de Solis, Avendanno Carolo de Graſſ. Joan. Bapt. Thoro, & Fabro tenet Leotard. *de uſur. q.* 85. *num.* 22. ergo eodem modo debitor, cui beneficio legis indulgetur, ut per bonorum ceſſionem ſuſpendantur creditorum exactiones, ceſſentque moleſtiæ quamdiu pendet lis creditorum introducta per concurſum; & ideo intereſſe ſive uſuræ jam debitæ ex mora præcedente hoc impedimentum & dilationem, curſum ſuum non fiſtunt, ſed debent ſemper currere, licèt earum exactio in finem litis ſuſpendatur.

25 Contrariam tamen ſententiam in noſtro caſu, imò quod impedimentum concurſus ſuperveniens impediat moram contrahi de novo, & ſiſtat contractam, ſive curſum uſurarum, & intereſſe lucri ceſſantis; tenent contra Petr. Surd. Cyriacus *controv.* 374. *t.* 2. Cæſar. Manent. *dec.* 61. *num.* 32. & 49. *cum ſeqq.* præ cæteris Alexand. in *l. quod te mihi, num.* 6. & 23. *ff. ſi cer. pet.* ſequitur Hodierna ad Surd. *d. dec.* 262 *nu.* 5. dicentes quod quando impoſſibilitas ſolvendi talis eſt, quæ privat debitorem bonis ſuis, eorumque adminiſtratione, eum liberat à mora, & conſequenter ab intereſſe: idemque poſt *Frecc.* tenet Camil. de Medic. *conſ.* 39. & plures alii citandi *infr. num.* 29.

26 Quæ doctrina de plano procedit in concurſu ſuperveniente; quia eſt beneficium à lege conceſſum miſeris debitoribus, longè favorabilis reſcripto moratorio; cùm illud ſit introductum à jure communi, & incorporatum in eo, ad latiſſimè per nos tradita *in hoc Labyr. par.* 1. *c.* 1. *per*
27 *tot.* in quo multa concurrunt, quæ ſingula per ſe poſſent debitorem excuſare à mora, nempe oblatio bonorum ſuorum cum depoſito & ſequeſtro penes Curiam, ut ex eis fatisfiat creditoribus, item abdicatio adminiſtrationis eorum, & privatio facultatis ſolvendi ſuis creditoribus, ut annotavimus *ſupr. nu.* 7. & 8.

Hoc igitur impedimentum legitimum eſt ad 28
excuſandum debitorem à mora contrahenda, & jam contracta ſuſpendenda, & tollenda in poſterum, cùm jam in ſua poteſtate non ſit illam purgare ſolvendo creditoribus: & ideo ipſi jure ſuo utenti culpa non debet imputari, ſi non faciat quod factum non prodeſſet, non enim valeret ſolutio per eum facta: ex quibus mora penitus excluditur, juxta *l. pecuniam, & l. cum quidam ff. de uſur.* ibi, *quid enim poteſt imputari ei qui ſolvere etſi vellet, non potuit*: & iterum ibi, *uſuræ enim non propter lucrum petentium infliguntur, ſed propter moram non ſolventium*: & ita tenent *ibid.* Bald. Salycet & Florian. Bart. *in l. item illa, ff. de conſtit pecu. num.* 11. Alex. *conſ.* 92. *num.* 9. & 10. *l.* 1. Rot. per Farinac. *deciſ.* 577. *par.* 2. *in recent. & in poſthum. deciſ.* 29. *numer.* 1. *tom.* 2. Eſcobar. *de ratiocin. cap.* 13. *nu.* 36. & *ſeqq.* Gratian. *t.* 2. *diſcept.* 400. *nu.* 78. Surd. *deciſ.* 87. *nu.* 6. & *dec.* 260. *n.* 5. *cum ſeqq. & dec.* 326. *n.* 69. & factum, quod non relevat, fieri non debet, *l. aliquando* 13. *fin. l. debitrix* 24. §. *ult. ff. ad Senatuſc. Velleian. l. apud Julianum* 11. §. *fin. l. ille à quo* 13. *in princ. ff. ad Trebell. l. hæc ſtipulatio* 14. §. *divus, ff. ut leg. Jeu fid. nom. cau. cap. per tuas* 32. *de ſimon.* cum *aliis vulg.* Et in terminis quod mora non imputatur ei qui non fecit quod factum non prodeſſet, probant Ruyn. *conſil.* 42. *num.* 8. & 9. *lib.* 4. Maſtrill. *deciſ.* 179. *nu.* 11. Gratian. *tom.* 3. *c.* 527. *nu.* 8. & 9. Petr. Luna *conſ.* 15. *nu.* 6. *uſque ad nu.* 11. & *in addit. ad Noguer. alleg.* 7. *nu.* 46.

Et loquendo in uſuris pupillaribus & aliis de- 29
bitis ex officio judicis, non verò per pactum & ſtipulationem; ut non debeantur, nec contrahatur mora, quando debitor redactus eſt ad egeſtatem, & ejus bona, ex quibus tenetur ſolvere, ſunt in ſequeſtro, probarunt ex *d. l. cum quidam*, §. *pupillo*, & *ibi* Gloſſ. *verb. non potuit*: ubi ait, *& ſic nota quod non imputatur alicui, ſi non facit, quod etſi facere vellet, non poſſet.* Gloſſ. in *l. vinum & in l. lecta, ff. ſi cert. pet.* in terminis Scacc. *de commerc.* §. 1. *q.* 7. *par.* 2. *ampliat.* 8. *nu.* 100. Cæſ. Manent. *dec.* 61. *n.* 31. & 32. & *n.* 42. *uſque ad* 46. Novar. *t.* 1. *q. forenſ.* 25. *ex n.* 5. Velaſc. *de privileg. paup. par.* 1. *q.* 17. *ex nu.* 39. Seraph. *deciſ.* 1058. *num.* 8. Minador. *dec.* 17. Noguer. *alleg.* 27. *ex nu.* 64. & 66. & *nu.* 58. Is enim qui aliqua exceptione ſe tueri poteſt, ne ab eo ſolutio exigatur, non dicitur eſſe in mora, & ideo nec ad intereſſe tenetur, *l. lecta* 40. §. *ſed cùm ſatio, verſ. non enim, ff. ſi cert. pet. l. ſi quis ſolutionem, ff. de uſur.* Menoch. *de arbitr. caſu* 220. *num.* 46. Gratian. *diſcept. for.* 42. *ex nu.* 25. Joan. Bad. Steiban. *in tract. de intereſſe, l.* 2. *tit.* 15. *q. un. ex nu.* 6. 7. & 8. Sed quam legitima ſit exceptio, debitori competens ad non ſolvendum ex formato concurſu patet ex ſupra dictis *d. nu.* 25.

Neque hoc impedimentum tribuendum erit 30
culpæ debitoris, quod ſolùm ordinatur, ad proprium damnum vitandum, abſque injuria creditorum, qui de hoc conqueri non poſſunt; provenit enim ab urgente neceſſitate & oppreſ- 31
ſione æris alieni: ex reg. *Qui jure ſuo utitur, nemini facit injuriam*: & quia quando actus

prin-

principalis eſt permiſſus, non attenditur damnum quod ex eo alteri reſultat in conſequentiam : de quo multa ſingularia diximus *par.* 1. *c.* 37. *ex nu.* 31 & 40.

32 Imo quando cum utilitate propria immixtus eſt dolus, ob conjunctam utilitatem, non dicitur propriè dolus, ſed diligentia, quia nemo debet nocere ſibi, ut aliis proſit, nec omittere ſuam utilitatem, etiamſi aliis noceat, ut *ex l. Proculus ff. de damno infect. & l. qui autem 6. ff. quæ in fraud. credit.* latè & optimè exornat Joan. Carc. *in opuſcul. de hypotheca poſt contract. num.* 14. 15. & 16.

33 Ex quibus ſatisfit omnibus quæ de impedimento culpabili, quod non excuſet, diximus *ex num.* 14. *cum ſeqq* quia nulla poteſt imputari culpa debitori facienti quod ſibi à jure permiſſum eſt, & indultum miſerationis cauſa : nec per conſequens nihil ab eo per ceſſionem bonorum ordinatur ad cauſam impedimenti, cùm principalis ejus intentio ad id dirigatur, ut à moleſtiis & vexationibus liberetur.

34 Et quod impotentia ſolvendi ſaltem excuſet debitorem à mora, ne teneatur ad intereſſe lucri ceſſantis, & hoc caſu ſubveniendum ſit debitori, ſentiunt Theologi, ut teſtatur Afflict. *deciſ.* 20. *numer.* 7 & probat Rota Genuenſ. *deciſ.* 99 *num.* 3. Rebuffus *in l.* 1. *gloſſ ult. numer.* 33. *C. de ſenten. quæ pro eo quod inter.* Scacc. *de commerc §.* 1. *ampliat.* 8. *num.* 201. Gaſp. Rodriq. *de ann. reditib. l.* 3. *q* 5 *num.* 35. *verſ. declaro ſextò:* quidquid reluctet Leotard *de uſur q* 81. *num.* 35. & 36. quia ejus doctrina ſolùm procedit in difficultate quam debitor habet reperiendi pecuniam, ut probant DD. & jura ab eo allegata ex *nu.* 31. non verò in impotentia abſoluta & juſto impedi-
35 mento ſolvendi ſuperveniente : qui caſus ſunt omnino diſtincti. Et quod impotentia ſolvendi præcedens moram liberet debitorem ab intereſſe, latè probat Hodierna ad Surdum *deciſ.* 262. *numer.* 9. & *ſeqq.* & urgent ſupra dicta *ex numer* 21. & quod in reſcripto moratorio impediatur curſus uſurarum, & mora, probant plurimi DD. adducti à Leotardo *de uſur.*
36 85. *ex num.* 28. *cum ſeqq.* Præterea ut mora contrahatur, & ex ea debeatur intereſſe, requiritur quod non ſit excuſabilis. & nullo legitimo colore velari poſſit : Gloſſ. *in l quod te, verb. in poteſtate, in fin. ff ſi cert. pet. & ibi* Alex. & alii DD. & ex plurib. Hermoſil *ad leg.* 10 *gloſ.* 4. *nu.* 299. *tit.* 1. *par.* 5. *t.* 1. *fol.* 138. conducunt jura & DD. *ſupr nu.* 29

37 Sed quid dicendum quando hoc legitimum concurſus impedimentum ſupervenit poſt moram jam commiſſam, & intereſſe lucri ceſſantis cœpit currere ? Multi dixerunt non ceſſare, ſed continuari : ut probant omnes DD. adducti *ſupr. ex num.* 21. 22. 23. & *nu.* 24 probat etiam Hodierna ad Surd. *d. dec.* 262. *nu.* 6. & 7. licèt nihil adducat applicabile ad caſum.

38 In hac tamen difficultate verius judico, intereſſe præteritum deberi, non tamen currere poſt impedimentum, ſed omnino ceſſare. Moveor primò ex veriori & probabiliori opinione Doctorum dicentium ex reſcripto moratorio impediri curſum uſurarum ſeu intereſſe debiti officio judici propter lucrum ceſſans, quantumvis mora præceſſerit, quam tenent Natta *conſ.* 591. *num.* 11. Rebuffus *in tract. de litter. moratar. artic.* 1. *gloſ.* 1. *in fin.* Boër. 296. *num.* 5. *infin* Petr. Peſchius *de ſur. ſiſtend. c.* 31. *in fin.* Hering. *de fidejuſſorib. c.* 21. *num.* 43. & ferè omnes DD. quos in contrarium adduximus *ſupr. n.* 24. loquuntur in cenſibus, & intereſſe debito ex contractu, & jure actionis ; prout etiam adnotavimus illud currere pendente concurſu, *ſupr. n.* 9. & 10.

Probatur hæc opinio ex *l.* 1. *Cod. de uſur. rei* 39 *judic.* ubi deciditur, uſuras currentes ante rem judicatam inhiberi per dilationem conceſſam debitori ad ſolvendum, ex cauſa miſerationis : probat etiam text. *in l.* 8. §. 2. *ff. de liberat. leg.* ubi data per teſtatorem dilatione ſuo debitori ad ſolvendum, non incurratur mora, ſed purgetur, nec poſſit hæres petere uſuras ſeu intereſſe : text. optimus in *l. lecta, in fin. ff. ſi cert. pet. l. Titia Seia.* §. *uſuras, ff. de legat.* 2.

Si enim in reſcripto moratorio curſus uſurarum 40 ſuſpenditur, quando ſcilicet in debitoris poteſtate eſt ſolvere creditoribus ſuis, quia bona & eorum adminiſtrationem retinet ; quanto fortiùs erit affirmandum in debitore concurſum formante, qui bonis & adminiſtratione privatus eſt & denegetur ei abſolutè facultas ſolvendi creditoribus ſuis, ut ſæpè diximus.

Deinde manifeſtè probatur, quia licet inter- 41 eſſe ex mora ante impedimentum, decurſum debeatur ; non tamen poteſt deberi in futurum poſt impedimentum ſubſequutum : quia mora, & intereſſe ex ea proveniens, habet tractum ſucceſſivum ; & ex mora annuatim, vel dietim intereſſe producitur ; & ideò ſuperveniente impedimento per concurſum, mora, ſeu intereſſe moroſum, devenit ad tempus & caſum quo incipere non poteſt, & conſequenter non debetur ampliùs, ex adductis *ſuprà num.* 25. & *ſ. qq.*

Et cùm ex tunc ceſſet mora, propter quam 42 debentur uſuræ ſeu intereſſe lucri ceſſantis, ceſſare debent mora ipſa ceſſante : nam cauſa ſucceſſiva ſive momentanea ſucceſſivum producens effectum, ſi ceſſaverit, ceſſat pro tempore futuro ſucceſſivus effectus, Monter. à Cueva *deciſ.* 2. *numer.* 72. Bald. *l. inter Caſtellianum, col. fin. ff. de arbitr.* Jaſ. *in l. ſi quis hæredem, num.* 14. *Cod. de inſtit. & ſubſtit.* Decius *conſ.* 480. *num.* 8. Corneus *conſ.* 7. *num.* 5. *vol.* 1. Angel. *conſ.* 159. *vol.* 2. Rolland. à Vall. *conſ.* 39. *nu.* 55 *vol* 4. Tiraquell. *in l. ſi unquam, verb. ſuſceperit liberos, num.* 152. idem Tiraq. *in tract. ceſſante cauſa, limit.* 12. *nu.* 24. & *limit.* 23. *nu.* 7. & 9. Fenutius *de momento temp. c.* 10. *n.* 7. Monter *dec.* 2. *n.* 62. Foller. *in conſtit. Neapol in Rubr. de Magiſtro juſtitiario, c. ſtatuimus,* 34. 58. & 62. Caravit. *in Ritu Curiæ* 233. *n.* 15. exactè & optimè plura exempla congerens Caſanate *conſ.* 25. *ex nu* 15. & *ſeqq.* multis *ibid.* allegatis, & ex *nu.* 7. & *ſeqq* per quem & Hondedeum *in conſ.* 29. *nu.* 110. *vol.* 1. & Gamam, *dec.* 27. *nu.* 5. obſervat Amon de Amat. *var. reſol. c.* 65 *nu.* 53.

Quò etiam tendit doctrina Angeli ad Bartol. 43 *in l.* 1. *ff. de pœnis*, quam refert Taſerd. *dec.* 50. & ſequitur Lencellot. *de attentat. par.* 2. *c.* 4 *limit.* 20. *n.* 19. Mazol. *conſ.* 22. *nu.* 25. Marcel. Cala, *de modo articul. & proband. nu.* 84. *in fin. & num.* 10. Graſſ. *excep.* 3. *num.* 38. dicentes, quod ſtante ſtatuto, quod cauſa viduæ ſit ſummaria, ſi cauſa fuerit cœpta per mulierem nuptam, & cauſa pendente maritus moriatur, cauſa exinde in articulis ſequentibus ſit ſummaria, & per Gloſſam *in d. l. qui autem, ff. ſi quis cautionib.* Angel.

in l. ſi quis poſtea, ff. de judic. Bald. *in l. ſi quis quemquam ff. ſi quis cautionib.* quam communiter approbatam dixit Ripa *in c. 1. num* 81. *de reſcript.* Anton. Gabriel *tit. de judiciis, concluſ. 4. ſub nu.* 20 Capell. Tholoſ. *dec.* 147. & ex eod. Alexandro, & aliis, Giurba *dec.* 82. *n.* 7.

44 Ex quibus concludendum eſt, quod non obſtante mora incurſa ante impedimentum ex judicio concurſus creditorum peracto à debitore, intereſſe lucri ceſſantis non currit in futurum, licèt creditores intereſſe illius temporis antecedentis ſibi jam quæſitum exigere poſſint poſt ſententiam graduationis.

Non obſtant argumenta in contrarium adducta *ſupra ex n.* 13. cum ſeqq. quibus jam ſatisfecimus per fundamenta hactenus conſiderata ex *n.* 25. *cum ſeqq.*

INDEX

INDEX

Fideliſſimus & Copioſiſſimus Materiarum omnium quæ in hac quarta Parte Labyrinthi Creditorum deciduntur.

Primus numerus Caput, ſecundus ſedem materiæ numeralem, tertius paginam indicant.

A

Actio. Agere.

ACTIONES movet debitor pendente concurſu cum interventu creditorum, cap. 1. n. 4. p. 3.

Actiones movere ſeu experiri nemo poteſt ex jure alterius juxta Cancerium, cap. 1. num. 7. p. 3.

Limitatur 1. ſi quis agat jure proprio à jure Tertii dependente, ibid. & num. 38. pag. 6.

Limitatur 2. ſi creditor deducat jus ſuum, excipiendo, cap. 1. n. 8. p. 3.

Examplificatur in variis exceptionibus, n. 9. 10. & 11. ibid.

Sed vid. n. 38. & 23.

Agendi jus non tranſeat in creditores ex perſona debitoris, pendente concurſu, cap. 1. num. 15. & plurib. ſeqq. p. 4.

Ratio traditur ob quam creditores poſſunt movere Actiones, & opponere exceptiones tangentes debitorem decoctum & ejus bona, cap. 1. n. 23. & 24. p. 5.

Actio intentari dicitur ab eo qui ſolvit, non exceptio, c. 1. n. 29. p. 6.

Actionem læſionis contra emptorem rei debitoris movere poſſunt creditores, c. 1. n. 32. ibid.

Idem procedit in re data in ſolutum, n. 33. ibid.

Agere poſſunt creditores ex pacto retrovenditionis appoſito in favorem debitoris decocti, c. 1. nu. 34. ibid.

Quod intelligitur in ſubſidium, n. 35. ibid.

Actiones perſonales moveri poſſunt à creditoribus contra debitores debitoris ſui, pendente concurſu, c. 1. n. 36. ibid.

Agendo, vel excipiendo, creditores comparere poſſunt ex perſona debitoris in judicio, abſque ceſſione, ad conſervanda bona & jura debitoris decocti, c. 1. n. 38. 39. & 40. p. 6. & 7.

Actionis ceſſio differt à ceſſione bonorum, & de una in aliam non fit illatio, cap. 1. nu. 1. p. 2.

Vid. *Ceſſio.*

Actio intentari poteſt ab uno ex perſona alterius, quod ex ſua conſequi non poteſt, & interdum quis conſequitur ex perſona alterius, c. 1. n. 40. p. 7.

Actionibus debitori competentibus uti poſſunt creditores illius abſque ceſſione, c. 1. §. 2. num. 1. pag. 10.

Vid. *Creditor.*

Actus.

Actus eſt nullus ab uno geſtus, quando ad illum exercendum datur pluribus mandatum ſimpliciter, c. 3. n. 16. p. 29.

Actus geſtus, non ſervata forma ſimultanei concurſus ad gerendum data, irritus eſt, c. 3. n. 30. pag. 30.

Vid. *Statutum.*

Vid. *Notarius.*

Actus nulliter celebratur, ſi non fuerit ſervata forma à ſtatuto præſcripta, c. 3. n. 36. ibid.

Actus agentium ultra eorum intentionem non operantur, c. 5. n. 6. p. 41.

Actus legitimus alterari non debet, licèt caſus evenerit à quo incipere non potuerit, cap. 5. nu. 14. ib.

Actus nullitas ipſo jure introducta in favorem alicujus nihil operatur niſi parte volente, c. 6. nu. 30. & 31 p. 47.

Actus legitimi retractari non poſſunt, licet caſus evenerit à quo incipere non potuerunt, c. 6. n. 40. p. 48.

Ex Actu nullo dominium non acquiritur, c. 9. n. 11. p. 63.

Actus voluntarius habetur pro neceſſario, ſi habuerit originem à cauſa neceſſaria præcedente, c. 9. n. 30. p. 64.

Index Rerum

Actut factus ex juris neceſſitate & compulſione non comprehenditur ſub lege prohibente actum fieri, c. 9. n. 121. & 122. p. 76.

Actum fieri ex neceſſitate proveniente ab origine, vel ex diſpoſitione & coactione legis, paria ſunt, c. 9. n. 95. p. 72.

Actus geſtus ſub conditione de futuro, habetur pro puro, ſi jam conditio erat purificata, quamvis contrahentes ignoraſſent, c. 11. nu. 4. & 5. p. 81.

Actus judiciales geſti à procuratore revocato, adverſario & judice ignorantibus revocationem, valent, c. 12. n. 13. p. 86.

Actus extrajudiciales, ut contractus, ſi fiant à procuratore revocato ignorante revocationem, ſuſtinentur, c. 1. n. 14. ibid.

Ex Actu nullo voluntas elici poteſt & probari, c. 14. n. 2. p. 97.

Actus validus præcedens non tollitur per ſubſequentem invalidum & nullum, cap. 14. nu. 12. pag. 98.

Agere poteſt creditor ex priori contractu nulliter innovato, & debet graduari in concurſu, c. 14. n. 18. p. 99.

Actu principali permiſſo, quæ in conſequentiam veniunt non attenduntur in jure, c. 17. nu. 31. & 32. p. 110.

Actus ut valeat potius quàm quod pereat, quiſque præſumitur velle, c. 4. n. 45. p. 38.

Actus à fine agentium judicatur, cap. 4. num. 45. ibid.

Æquiparata.

Æquiparatorum idem eſt judicium, ac diſpoſitio eadem, c. 13. n. 6. p. 92.

Æquiparatorum diverſum eſt judicium, ubi dari poteſt diverſitatis ratio, c. 13. n. 12. ibid.

Alienatio.

Alienans rem communem ſolùm intelligitur alienare eam partem, jus, & portionem quam in ipſa re habet, c. 5. n. 12. p. 41.

Alienatio rei hypothecatæ fit cum ſuo onere, c. 9. n. 25. p. 64.

Alienationis prohibitio à teſtatore facta non impedit tranſlationem dominii ſi pœna fuerit impoſita alienanti, c. 9. n. 54. p. 67.

Alienationi confiſcatio æquiparatur, c. 9. num. 64. pag. 68.

Alienatio rei hypothecatæ, & caſus Commiſſi, differunt, c. 9. n. 91. 92. & 93. p. 72.

Alienatione facta bonorum majoratus, vel fideicommiſſi, interveniente juris authoritate, non attenditur jus ſucceſſorum, cap. 9. num. 110. pag. 75.

In Alienationibus quæ fiunt ex vi coactiva legis, non attenditur voluntas domini, c. 9. n. 111. & 112. ibid.

Alienatione prohibita, intelligitur ea quæ fit ab homine ſine neceſſitate, non quæ à lege inducitur, c. 9. n. 114. ibid.

Alienatio quæ lege inducitur non requirit ſolemnitates juris quæ aliàs adhibendæ ſunt tam reſpectu minorum, quàm mulierum, c. 9. nu. 116. 117. & 120. p. 76.

Alienatio ex cauſa neceſſaria à lege inducta non continetur ſub prohibitione alienationis, c. 9. nu. 119. ibid.

Alienatio nulla eſt ſi dominus alienet rem alienari prohibitam; nec transfert dominium in acquirentem, c. 12. n. 6. p. 85.

Pactum de non alienando impedit dominii translationem, caſu quo res alienetur, c. 12. n. 7. ib.

Alienationis prohibitio cum Tertio conventa cujus intereſt rem non alienari, impedit tranſlationem dominii in acquirentem, ſive ſciverit illud pactum, ſive non, cap. 12. nu. 25. p. 87.

Alienatio facta à debitore poſt concurſum formatum, in eum qui concurſum ignorabat, an valeat, c. 12. n. 43. & n. 44. & ſeqq. p. 89.

Alienatio facta à debitore poſt ceſſionem bonorum, ſeu decoctionem, nulla eſt, c. 12. n. 47. & 48. ibid.

Alienari poſſunt bona fideicommiſſo ſubjecta pro ſatisfactione creditorum teſtatoris, c. 12. n. 52. p. 90.

Alienandi facultas impetrata pendente concurſus judicio an valeat, c. 13. n. 8. 9. & n. 16. & aliis ſeqq. p. 92.

Vid. *Facultas.*

Alienatio rei hypothecatæ de conſenſu creditoris non extinguit hypothecam, ſi alienatio nulla ſit, c. 14. n. 10. p. 98.

Vid. *Nullitas.*

Apocha.

Apocha data ab uno ex Theſaurariis Regiis abſque aliorum ſubſcriptione, non relevat debitorem, c. 3. n. 20. & 21. p. 29.

Apochæ ſolutionis à Fiſco faciendæ plures ſolemnitates & ſubſcriptiones requirunt quæ non ſupplentur per teſtium probationem, c. 3. nu. 29. p. 30.

Vid. *Theſaurarius.*

Vid. *Solutio.*

Appellare Appellatio.

Appellare poteſt creditor à ſententia lata contra debitores intentantem remedium læſionis, c. 1. §. 2. n. 3. p. 10.

Vid. *Creditor.*

Argumentum.

Argumentum eſt unitum rei hypothecatæ, ergo eſt hypothecatum; non eſt conſtans, ſed fallit in tribus caſibus, c. 2. n. 69. p. 21.

Argumentum valet de tempore ad rem, & de re ad tempus, c. 2. n. 19. p. 17.

Argumentum de re ad perſonam, & è contra, valet, c. 8. n. 38. p. 58.

Argumentum à voluntaria alienatione rei hypothecatæ, ad caſum Commiſſi, non valet, c. 9. n. 95. p. 72.

Argumentum à contrario ſenſu non valet quando abſonus inde reſultaret intellectus, cap. 12. n. 30. p. 90.

Aſſertio.

Aſſertio Principis aut Notarii de facto alieno in præjudicium Tertii non ſtatur, c. 3. uum. 32. p. 30.

Aſſertioni unius non ſtatur quando actus pro forma à pluribus ſimul celebrari debet, c. 3. n. 35. ibid.

Augmentum.

Augmentum rei principalis, unum corpus efficitur cum ea, & ejuſdem naturæ, c. 2. nu. 3. & 4. p. 15.

Ad Augmentum rei principalis in obligationem deductæ diſpoſitio extenditur ex tacita partium voluntate & interpretatione legis, cap. 2. nu. 9. p. 16.

Quod procedit ex multorum ſententia in contractu, ſententia, & privilegio, n. 10. ibid.

Pactum de lucranda dote extenditur ad ejus augmentum ſuperveniens, c. 2. n. 11. ibid.

Statutum diſponens ſuper lucro dotis, extenditur

ditur ad ejus augmentum, num. 12. ibid.
Vid. *Dos*.
Conceſſio Territorii cum juriſdictione à Principe facta extenditur ad augmentum, c. 2. n. 13. ibid.
Jus univerſale hypothecatum extenditur hypotheca ad augmentum illius juris, c. 2. n. 7. p. 15.
Vid. *Hypotheca*.
Augmentum ad eum ſpectat ad quem ſpectat diminutio, c. 2. n. 23. p. 17.
Augmentum & diminutio pari paſſu ambulant, num. 24. ibid.
Augmentum per alluvionem naturaliter cum ipſo fundo unitur, c. 2. n. 27. p. 18.
Vid. *Flumen*.
Augmentum alluvionis accrescit creditori hypothecario, c. 2. n. 33. ibid.
Et uſufructuario, num. 34. ibid.
Et Emphyteutæ ſeu rei emphyteuticariæ, n. 35. ibid.
Augmentum proveniens ex cauſa alluvionis, & ex cauſa conſolidationis, æquiparantur in jure, c. 2. n. 36. cum aliis ſeqq. ibid.
Vid. *Conſolidatio*.
Augmentum proveniens ex præſcriptione quaſi alluvio dicitur, c. 2. nu. 42. ibid.
Vid. *Præſcriptio*.
Sicut Augmentum ſeparabile non auget rem; ita augmentum concretum & affixum rei hypothecatæ auget hypothecam, c. 2. n. 54. p. 19.
Augmentum rei principalis deductæ in contractu an & quomodo ſubjiciatur eiſdem qualitatibus & hypothecis, c. 2. n. 55. ibid.
Augmentum noviter proveniens ex facto contrahentium ſubjicitur qualitatibus, conditionibus, & hypothecis prioris conditionis, c. 2. nu. 68. p. 21.
Augmentum majoratus proveniens ex aggregatione bonorum à Tertio facta, longè differt ab augmento ex natura rei, vel ex facto contrahentium, c. 2. n. 70. & aliis ſeqq. ibid.
Augmentum non ſequitur naturam rei auctæ, quando inter utrumque datur diverſa ratio, c. 2. n. 74. p. 22.
Diſpoſitio ſuper Augmento eſt novus contractus reſpectu Tertii, c. 2. n. 83. ibid.
Augmentum non ſequitur naturam rei auctæ præjudicium Tertii, c. 2. n. 86. p. 23.
Vid. *Majoratus*.
Augmentum comprehenditur ſub nomine univerſali, c. 2. n. 98. p. 24.
In his quæ ſunt ſtricti juris an fiat extenſio ad augmentum, c. 2. n. 10. & 99. p. 16. & 25.
Quando Augmentum provenit à contrahentibus, pacta, conditiones, & hypotheca cenſetur repetita quæ erant in priori contractu, c. 2. nu. 100. p. 25.
In Augmento rerum feudalium nova inveſtitura non requiritur, c. 2. n. 108. ibid.
Augmentum ſeu Acceſſorium permanet illæſum cùm principale non eſt hypothecatum, c. 2. num. 114. p. 26.
Augmentum debet eſſe ejuſdem qualitatis cum ſuo principali, c. 5. n. 25. p. 42.

B

Beneficium ceſſionis bonorum.

BEneficium ceſſionis bonorum quid operetur tam reſpectu debitoris quàm creditorum ipſius c. 17. nu. 7. p. 108.
Beneficium ceſſionis bonorum, ſive concurſus; conceſſum eſt à lege, & favorabilius eſt reſcripto moratorio, c. 17. n. 26. p. 110.
Beneficium ceſſionis bonorum non imputatur debitori ad culpam, c. 17. n. 33. p. 111.
Vid. *Concurſus. Ceſſio*.
Vid. *Debitor*.

Beneficium Competentiæ.

Beneficium legis ne quis conveniatur ultrà quàm facere poſſit deducto ne egeat, competens donatori, marito, ſocio, & aliis quibuſdam, non prodeſt eorum fidejuſſoribus, nec hæredibus, c. 1. §. 1. n. 3. p. 7.
Beneficium iſtud competentiæ eſt merè perſonale, c. 1. §. 1. n. 11. p. 8.
Vid. *Exceptio*.

Beneficium l. 2. C. de reſcind. vendit.

Beneficio *leg.* 2. *C. de reſcind. vendit.* an poſſint uti creditores pro rebus debitoris cum enormi læſione venditis, c. 1. n. 32. p. 6. & §. 2. nu. 2. p. 10. n. 12. cum ſeqq. p. 11.
Beneficium *leg.* 2. *Cod. de reſcind. vendit.* an locum habeat in venditione pignoris facta per creditorem, c. 1. §. 2. nu. 67. cum ſeqq. uſque ad fin. p. 11. & ſeqq.
Beneficium *leg.* 2. eſt perſonale ſolis contrahentibus competens, cap. 1. §. 2. n. 8. p. 10. & num. 20. pag. 12.
Beneficium *leg.* 2. datur vendenti per procuratorem, c. 1. §. 2. n. 17. ibid.
Beneficium *leg.* 2. conceditur debitori in bonis quæ venduntur ad inſtantiam creditorum in ſubhaſtatione, c. 1. §. 2. n. 18. ibid.
Multo magis in pignore vendito à ſolo creditore citra haſtam publicam, n. 19. ibid.
Beneficio *leg.* 2. Tertius uti non poteſt; ſed aliud eſt de creditoribus ex perſona debitoris agentibus, c. 1. §. 2. n. 20. ibid.

Beneficium Eccleſiaſticum.

Beneficium incompatibile non vacat ipſo jure, quandiu poſſeſſio ſecundi non eſt pacifica, ſed litigioſa, c. 6. n. 27. p. 48.
Beneficio acquiſito à penſionario irrevocabiliter, extinguitur penſio, ne reviviſcit quamvis beneficium ipſum poſtea dimiſerit, c. 6. n. 39. & n. 44. 45. 46. p. 49.
Secus ſi revocabiliter tantum, n. 25. p. 46.
Beneficii titulo manente apud penſionarium revocabiliter, non extinguitur penſio, ſed dormit, c. 6. n. 5. p. 45. & 32. p. 47.
Si verò perfectè & irrevocabiliter, extinguitur vi conſolidationis, n. 8. ibid. p. 46.
Vid. *Penſio*.
Beneficiarius conſentiens reſignationi ſalvo beneplacito ſummi Pontificis, poteſt interim revocare conſenſum, c. 53. n. 29. p. 94.

Bona.

Verbum, *Bona*, adjectum genitivo, *Majoratûs*, indicat omnia bona pertinentia ad majoratum, ſive ex dominio, ſive ex poſſeſſione, c. 2. nu. 116. p. 26.
Bonorum diſpoſitio per nomina poſſeſſiva complectitur omnia bona mobilia, & immobilia, jura, & actiones, c. 2. n. 117. ibid.
Bona aggregata Majoratui an veniant ſub hypotheca bonorum ipſius majoratus, c. 2. per tot. p. 15.
Vid. *Facultas*.
Bona aggregata majoratui non ſtant acceſſoriè ad bona antiqui majoratus, ſed æquè principaliter

Index Rerum

paliter considerantur, c. 2. n. 110. p. 25.
Quod limitatur & declaratur, n. 112. ibid.

Bona non possunt manere obligata pro eodem apud eundem, c. 4. n. 38. p. 37.

Bonorum separatio peti potest à creditoribus defuncti, ut ex ejus bonis nihil capiant creditores hæredis, c. 4. n. 37. ibid.

Bona quæ incidunt in Commissum ob culpam & pœnam, transeunt libera ab omni onere in dominum directum, c. 9. n. 5. p. 62.

Bona emphyteutica redeunt ad dominum directum libera, ex natura rei & conditione contractus, c. 9. n. 26. &. 27. p. 64.

Bona non dicuntur nisi deducto ære alieno, & ideo bonis omnibus confiscatis, vel ex parte quotitativa, obligatur fiscus creditoribus delinquentis: secus in confiscatione speciali ex causa Commissi, cap. 9. nu. 84. p. 70. &. n. 88. pag. 71.
Vid. *Fiscus.*

Bona majoratus hypothecata ex facultate regia non immutantur vel in forma, vel in qualitate, licèt remaneant libera apud ultimum possessorem, familiâ extinctâ, c. 10. n. 12. & 14. pag. 78.

Bonorum majoratus substantia non destruitur per libertatem majoratus supervenientem, c. 10. nu. 16. ibid.

Bona majoratus fiunt libera authoritate principis, dum ipse concedit facultatem ea obligandi jure hypothecæ, & ideo quoad hypothecam non immutantur per libertatem supervenientem ex familiæ extinctione, c. 10. nu. 20. ibid. & n. 24. pag. 79.

Bona hypothecata transeunt in quemlibet possessorem cum suo onere, c. 10. n. 27. ibid.
Vid. *Majoratus. Hypotheca.*

Bona majoratus an possint obligari tanquam libera ab ultimo possessore viventibus adhuc vocatis qui postea prædecesserunt possessori, c. 11. per tot. p. 80.

Bonorum administrationis interdictio impedit dominii translationem & alienationem, c. 12. n. 45. & seqq. p. 89.
Vid. *Interdictio.*

Bona vinculata obligari vel alienari non possunt absque facultate regia, quæ an prosit creditori impetrata post concursum formatum, latè discutitur, c. 13. per tot. p. 91.
Vid. *Facultas.*

Bona Feudalia alienandi facultas pendente concursus judicio an sit valida, cap. 13. num. 8. p. 92.

Bona Ecclesiæ si fuerint alienata reservato beneplacito sedis Apostolicæ, an valeat alienatio, c. 13. n. 30. cum aliis seqq. p. 94.

Bonorum adventitiorum filii administratione & usufructu pater privatur ob dilapidationem, non secùs ac per mortem, cap. 15. per tot. p. 100. & maximè n. 13. &. seqq. p. 101.
Vid. *Pater.*

Bona vinculata malè dissipantes privantur omni jure & commoditate illorum, c. 15. n. 16. & 17. ibid.

Bona specificè obligare, vel genericè per nomen universale, ut gregem, peculium, &c. differunt, c. 2. n. 97. p. 24.

C

Cambium.

CAmbii litteras dans non tenetur reddere pecunias acceptas, alio in loco à se solvendas accipienti literas, nisi certus sit fuisse intimatas suo mandatario cui directæ fuerant, ubi redditur ratio, cap. 3. numer. 41. & 42. p. 31.

In literis Cambii traditis creditori non est locus pœnitentiæ unius altero invito, cap. 3. nu. 43. ibid.
Vid. *Protestatio.*

Scriptor literarum Cambii constituitur in mora, si solutio non fuerit facta die & loco assignatis, c. 3. n. 49. p. 32.
Vid. *Mora.*

Cambii Contractus censetur perfectus ex traditione pecuniæ & litterarum, cap. 3. nu. 57. ibid.

Causa.

Causa quæ producit effectum successivum cessante, cessat effectus, c. 17. n. 42. p. 111.

Limitata causa limitatum producit effectum, c. 5. n. 7. p. 41.

Cessio.

Cessio bonorum, & Cessio juris vel actionis, differunt, nec valet consequentia de una ad aliam, c. 1. n. 1. p. 2.

Cessio juris transfert in cessionarium jus competens cedenti, c. 1. n. 2. ibid.

Et de significatione verbi, *Cedere*, ibid.

Cessio bonorum non est translativa & abdicativa juris, sed consignativa & destinativa: & de utriusque differentia, cap. 1. nu 3. & seqq. ibid.

Ex cessione bonorum debitoris tractant creditores duntaxat de justificatione crediti, cap. 1. n. 5. p. 3.

Expenditur ad id Doctor Olea, exponitur & notatur, ibid.

Cessio necessaria non est ut creditores possint movere actiones debitori decocto competentes post concursum formatum, c. 1. nu. 18. 19. p 4. & n. 24. p. 5.

Cessio bonorum varios producit effectus in favorem creditorum, c. 1. n. 20. & 22. p. 4.

Cessio debitoris non requiritur, ut possint creditores in concursu agere vel excipere ad conservanda bona & jura debitoris, c 1. num. 38. 39. & 40. p. 6. &. 7.

Cessio debitoris non est necessaria ut creditores possint intentare læsionem enormem, vel enormissimam, c. 1. §. 2. per tot. p. 10.

Et quid in pignore vendito à priore creditore, an posterior agere possit adversus emptorem ex remedio *leg. 2. C. de rescind. vendit.* nu. 6. & seq. ibid.

Cedi non potest quod transmitti non potest: & è converso: quod transmissibile admittit cessionem, c. 1. §. 1. n. 6. &. 7. ibid.

Cessionis bonorum beneficium quid operetur tam respectu debitoris, quàm creditorum ipsius, c. 17. n. 7. p. 109.
Vid. *Beneficium cessionis bonorum.*

Cessio est juris & actionis ex aliquo titulo in alium facta translatio. c. 1. n. 2. p. 2.

Cessione facta bonorum à debitore decocto, an possit ipse agere in judicio, c. 1. n. 5. p. 3.

& Verborum.

Ceſſionem tantùm lex exigit in Tertio qui nomine proprio agit ad ſuam utilitatem de jure ad debitorem pertinente, c. 1. §. 2. n. 5. in fin. pag. 10.

Secùs ſi agat ex perſona ſui debitoris, nu. 2. & ſeqq. ibid.

Clauſula.

Clauſula hypothecæ bonorum majoratus apponi ſolita in reſcripto regio, cap. 10. num. 13. pag. 78.

Clauſula, *omnia & ſingula*, in obligatione generali bonorum debitoris, operatur ſpecialem hypothecam in ſingulis, cap. 10. nu. 22. pag. 79.

Clauſula, *reſervato beneplacito ſedis Apoſtolicæ*, in alienatione rerum Eccleſiæ, quid operetur, c. 13. n. 30. & 31. p. 94.

Clauſulæ, *ſalvo beneplacito*, &c. in contractibus rerum alienari prohibitarum, effectus, c. 13. n. 34. p. 95.

Commiſſum.

Commiſſum præſcribitur contra Fiſcum per quinquennium, c. 9. n. 3. p. 62.

Commiſſum efficit ut bona delinquentis tranſeant ſeu revertantur libera ad dominum directum, c. 9. n. 5. ibid.

Et n. 26. & 27. in Emphyteuſi, p. 64.

Commiſſi pœna ſolùm incurritur propter introductionem mercium prohibitarum, non verò propter negotiationem & commercium, c. 9. n. 55. 56. & 57. p. 67.

Commiſſum ſeu Contrabannum eſt crimen & criminaliter judicari ac puniri poteſt, n. 58. & 59. ibid.

Commiſſum propter contrabannum, vel ob non factam profeſſionem, an ſit diſtinguendum, c. 9. à n. 68. uſque ad 71. p. 68.

Commiſſi pœna inducit reſolutionem juris delinquentis in mercibus, & acquiſitionem earumdem fiſco, c. 9. n. 75. p. 69.

Vid. *Confiſcatio.*

Commiſſi caſus non eſt alienatio, ſed privatio & amiſſio rerum à lege inducta, non attenta voluntate debitoris delinquentis, c. 9. n. 91. & 92. p. 72.

Vid. *Merx.*

Concurſus.

Concurſu pendente, debitor omnia jura ſua retinet, dominium & poſſeſſionem bonorum ſuorum, movetque actiones cum interventu creditorum, c. 1. n. 4. p. 2.

Concurſus judicio ad bona mulieris peracto, poſſunt creditores, qui eam proprio nomine obligatam habent, excipere de nullitate aliarum obligationum, quas cum marito contraxerat, ex eo quod ſit indotata ratione læſionis ultra dimidium dotis, quamvis ipſa hanc nullitatem omiſerit, c. 1. n. 13. p. 4.

Concurſu legitimè formato, poſſunt creditores movere omnes actiones debitori competentes abſque ceſſione contra quoſlibet, ad effectum, ut ea bona & jura ad concurſum perveniant, c. 1. n. 18. ibid.

Neque hæc poteſtas creditoribus competit omninò ex ceſſione bonorum imbibita in judicio concurſus, c. 1. n. 19. ibid.

Vide *Ceſſio.*

Concurſu pendente an poſſint creditores impetrare facultatem Regiam, quam debitor omiſerat ſuper contractu bonorum Majoratus, vel feudalium, c. 1. n. 37. p. 6.

Vid. *Creditor.*

Concurſu formato à Penſionario beneficii Eccleſiaſtici contra debitorem penſionis, an & quando graduari debeat, cap. 6. n. 48. & 4. pag. 49.

Vide *Penſio.*

Concurſu formato, dominus rei in concurſum deductæ præfertur cæteris creditoribus etiam anterioribus & privilegiatis, cap. 9. num. 4. p. 62.

Contrarium defenditur reſpectu anteriorum creditorum, c. 9. n. 23. p. 64.

Concurſus judicio formato, debitor privatur bonorum ſuorum adminiſtratione, & habetur pro mortuo, c. 12. n. 2. p. 85.

Concurſu formato, debitor decoctus non eſt perſona legitima ad recipiendam ſolutionem rei ſibi debitæ, c. 12. n. 24. p. 87.

Concurſus formatus impedit ne debitor res ſuas alienando transferre poſſit earum dominium in acquirentem in præjudicium creditorum, c. 12. n. 26. ibid.

In Concurſus judicio debitor eſt legitimus contradictor & pars provocans creditores ſuos, c. 12. n. 30. p. 88.

Concurſus ignorantia probabilis liberat ſolventem debitori decocto, c. 12. n. 24. p. 87.

Vide *Debitor. Ignorantia.*

Concurſu pendente, poteſt conveniri debitor coram alio Judice competente & convenire ipſe ſuos debitores, & acta valebunt niſi opponatur exceptio concurſus, cap. 12. nu. 37. p. 88.

Non tamen in præjudicium creditorum non citatorum, qui adverſus ſententiam reclamare poſſunt, n. 38. ibid.

Vide *Sententia.*

Concurſu formato, mandatum à debitore datum ad negotia expirat, c. 13. n. 7. & 12. p. 92. & 20. p. 93.

Vide *Mandatum.*

Concurſus judicio formato, poſſeſſor majoratus nihil poteſt agere in præjudicium creditorum, c. 13. n. 19. ibid.

Concurſu formato an poſſint creditores impetrare facultatem contrahendi ſuper bonis vinculatis, c. 13. n. 42. & ſeqq. p. 96.

Concurſus judicio pendente ceſſat intereſſe ex mora, ex ſtylo quorumdam Tribunalium, c. 17. n. 1. p. 108.

Concurſus judicium non impedit peti uſuras priùs debitas, c. 17. n. 3. ibid.

Concurſus judicio pendente debitor propter inficiationem debiti damnari poteſt ad intereſſe ex mora, c. 17. n. 4.

Limita, ut n. 5. ibid.

Concurſus judicio pendente uſuræ non currunt in præjudicium poſteriorum creditorum, c. 17. n. 6. ibid.

Concurſus judicio à debitore formato, contrahitur impedimentum ſolvendi, ſed voluntarium, c. 17. n. 17. p. 109.

In Concurſus judicio multa poſſunt excuſare debitorem à mora, c. 17. n. 27. p. 110.

Concurſus judicio pendente, debitor non poteſt validè ſolvere creditoribus ſuis, cap. 17. n. 28. ibid.

Concurſus ſuperveniens non tollit uſuras jam debitas ex mora commiſſa de præterito, licèt extinguat curſum illarum pro futuro, cap. 17. n. 37. 38. & 44. p. 111.

Con-

Index Rerum

Concurſus judicio formato, uſuræ ex mora non debentur, quia debitor deſinit eſſe in mora, c. 17. nu. 41. & 42. ibid.

Conductio.

Conductio reviviſcit nec extinguitur per emptionem rei conductæ nulliter factam, cap. 14. n. 14. p. 98.

Confeſſio.

Confeſſio facta in inſtrumento nullo, ſuſtinetur, vitiato inſtrumento, c. 14. n. 5. p. 97.

Confiſcatio.

Confiſcatio ex cauſa Commiſſi, fit ob delictum, & ad publicam vindictam, c. 9. nu. 7. p. 62.

Confiſcatio æquiparatur alienationi, c. 9. nu. 64. p. 68.

Confiſcatio partis quotitativæ bonorum delinquentis non obligat fiſcum erga creditores ipſius delinquentis in ſolidum, ſed tantum pro rata rerum confiſcatarum portione, c. 9. n. 82. p. 70.

Confiſcatio rei particularis, ſeu mercium ex cauſa Commiſſi, non obligat fiſcum erga creditores delinquenti, c. 9. nu. 83. p. 70. & num. 88. p. 71.

In Confiſcatione mercium ex cauſa Commiſſi, non attenditur diſtinctio de alienatione voluntaria, vel neceſſaria, pro conſervanda creditorum hypotheca, c. 9. nu. 90. ibid.

Confiſcatio mercium prohibitarum eſt ſpecialis, nec afficit reliquum delinquentis patrimonium, c. 9. nu. 6. p. 97.

Pragmaticæ Regni imponentes pœnam Confiſcationis mercium prohibitarum referuntur & declarantur, cap. 9. num. 44. uſque ad num. 58. pag. 66.

Confuſio.

Confuſio non admittitur in præjudicium Tertii, c. 4. n. 19. p. 35.

Confuſio ſi in præjudicium Tertii omitteretur, facile aperiretur via fraudandi creditores in ſua hypotheca, c. 4. n. 20. ibid.

Confuſio actionum nunquam extenditur ad hypothecam Tertii, quæ ſemper manet illæſa, c. 4. n. 21. 22. & 23. p. 36.

Confuſio jurium in perſona debitoris, eſt reducibilis ad priorem formam ad effectum præſervandi hypothecam ſuper fructibus, c. 4. n. 35. p. 37.

Confuſa ſpecie cum eandem ſpecie materiæ, res adhuc dicitur extare, c. 4. n. 47. p. 38.

Vide *Hypotheca.*

Conſolidatio.

Conſolidatio uſusfructus cum proprietate, auget hypothecam ſuper fundo contractam, c. 2. nu. 15. p. 16. & nu. 26. p. 17.

Conſolidatio uſusfructus cum proprietate æquiparatur alluvioni, c. 2. n. 36. p. 18.

Ex quacunque cauſa conſolidatio proveniat, nu. 37. ibid.

Conſolidatio dominii utilis cum directo, & uſusfructus cum proprietate, auget majoratum, c. 2. nu. 36. ibid.

Vide *Augmentum.*

Conſolidatione extinguitur uſusfructus, c. 4. n. 3. & aliis ſeqq. p. 34.

Vide *Uſusfructus.*

Aliud eſt extingui hypothecam ſuper uſufructu impoſitam per conſolidationem cum proprietate quam habet Tertius, aliud verò conſolidari jus uſusfructus cum proprietate, nunc reperta apud debitorem obligatum; cap. 4. num. 29. & 30. p. 36.

Conſolidatio contingens in perſona debitoris recipit ſeparationem ad favorem ejus qui habet jus ad uſumfructum, vel emphyteuſim, c. 4. nu. 30. ibid.

Conſolidatio in perſona debitoris ſolum inducit mutationem extrinſecam in commoditate fructuum antea obligata, c. 4. n. 31. p. 37.

Conſolidatio non extinguit hypothecam quoties res obligata eſt reducibilis ad priorem formam, c. 4. n. 34. & 35. ibid.

Vide *Hypotheca.*

Conſolidatio bonorum defuncti & hæredis inducitur ex aditione hæreditatis, ita ut unicum fiat patrimonium, c. 4. n. 36. ibid.

Conſolidatio uſusfructus cum proprietate nihil officit jus creditoris habentis hypothecam ſuper jure conſolidato, c. 7. n. 2. & 3. p. 50.

Aliud eſt conſolidari uſumfructum, vel penſionem, in perſona alterius qui non ſit debitor illius: aliud verò conſolidari in perſona debitoris, c. 7. n. 7. p. 51.

Conſolidatio reſciſſa, vel irrita facta non extingnit uſumfructum, c. 14. n. 11. & 15. p. 98.

Contractus. Contrahere.

Contrahentes ex eodem facto non intelliguntur ſibi ipſis & intentioni ſuæ principali velle contradicere, c. 4. n. 44. p. 38.

Contrahentium intentio ſuper hypotheca uſusfructus videtur eſſe ut ſiniatur per mortem debitoris, c. 5. n. 3. p. 41. & n. 29. p. 43.

Contrahentis obligatio non extenditur ultra expreſſa, c. 5. n. 5. p. 41.

Contractus verba referuntur ad tempus quo fuit celebratus, c. 5. n. 15. & 16. p. 42.

Contractus Cambii. Vid. *Cambium.*

Contractum ſeu commercium certarum rerum prohibitarum ſub pœna lex non annullat, ſed tantum pœnam repoſcit ab inobedientibus, c. 9. n. 51. 52. & 53. p. 66.

Vide *Pragmatica.*

Contractus geſtus ſub conditione de futuro, habetur pro puro, ſi jam conditio erat purificata, licet contrahentes ignorarent, c. 11. n. 5. p. 81.

Contractus primus an poſſit ratificari in præjudicium ſecundi creditoris, cap. 11. n. 20. & ſeq. pag. 82.

Vide *Ratihabitio.*

Extremum inhabile ad quod refertur contractus impedit fictionem retroactivam, c. 11. n. 23. p. 83.

Contractus à debitore geſti poſt formatum concurſum, ſunt ipſo jure nulli, c. 12. n. 3. p. 85. & n. 55. p. 90.

Contrahens cum inſtitore revocato per mortem domini qui eum mercibus exercendis præpoſuerat, validè contrahit, cap. 12. num. 11. pag. 86.

Contractus geſti à procuratore ignorante revocationem mandati ſuſtinentur, cap. 12. n. 14. pag. 86.

Nulliter contrahitur cum his quibus bonorum adminiſtratio à jure vel Judice interdicta eſt, c. 12. n. 45. p. 89.

Etiamſi contrahens ignoraverit interdictionem, n. 46. ibid.

Contractus nullitatem quando lex operatur, ignorantia non prodeſt contrahenti, cap. 12. n. 51. p. 90.

Contrahens cum inſtitore poſt mortem præponentis

ponentis, valide contrahit, ſive mortem domini ſciverit, ſive non, cap. 12. num. 53. & 54. ibid.
Contrahendi facultas ſuper bonis vinculatis à quo poſſit vel debeat impetrari, cap. 13. num. 17. p. 92.
Contrahendi facultas ſuper bonis vinculatis impetrata nomine poſſeſſoris ſine ejus mandato inutilis eſt, c. 13. n. 21. p. 93.
Niſi poſſeſſor illam ratam habeat expreſſè vel tacitè, n. 22. ibid.
Sed hæc ratihabitio poſſeſſoris poſt decoctionem nullius eſt momenti, n. 23. ibid.
Contrahendi facultas regia ſuper bonis majoratus operatur tantum ex tempore datæ, non ex tempore contractus, c. 13. n. 24. ibid.
Contractus ſuper bonis vinculatis celebratus ſub conditione impetrandi aſſenſum regium, ante impetrationem non obligat contrahentes qui ab illo recedere poſſunt, cap. 13. nu. 27. ibid.
Contractus ſuſpenditur ſi reſervatum ſit principis beneplacitum, & interim partes pœnitere poſſunt, c. 13. nu. 32. p. 95.
Secùs poſt expeditionem beneplaciti, num. 33. ibid.
In Contractibus rerum alienari prohibitarum quid operetur clauſula *Reſervato beneplacito, &c.* c. 13. nu. 34. ibid.
In Contractu ſuper rebus feudalibus ſub conditione impetrandi aſſenſum domini directi, pœnitendæ loco eſt contra Carleval. cap. 13. num. 35. ibid.
Contractus ſuper bonis majoratus ex defectu facultatis regiæ, nullus eſt ab initio, licèt ſub conditione illam impetrandi factus ſit, c. 13. n. 38. p. 96.
Contractus inchoatus & nondum perfectus incidens in caſum à quo incipere non potuit, vitiatur, c. 13. n. 39. ibid.
Vide *Creditor.*
Per Contractum ſecundo loco factum, non cenſetur receſſum à primo, ſi ſecundus ſit inutilis, c. 14. nu. 13. p. 98.
Vide *Nullitas.*
Contrahentium voluntas non poteſt declarari ex contractu nullo, quidquid ſit de ultima voluntate, c. 14. n. 19. p. 99.
Contrahentes non dicuntur habere animum novandi, ſi ſecundus contractus ſit nullus & inutilis, c. 14. n. 20. ibid.
Vide *Obligatio.*

Creditor.

Creditor poſt concurſum formatum an egeant ceſſione debitoris ad agendum, vel excipiendum, & defendendum bona ipſius, c. 1. n. 6. & per tot.
Creditores ex ceſſione bonorum tractant ſolùm de ſuorum creditorum juſtificatione, c. 1. n. 5. ibid.
Creditor poteſt repellere fidejuſſorem adverſus debitorem agentem, eo quod omiſerit exceptiones ſibi, & principali competentes, c. 1. nu. 12. p. 4.
Creditores an poſſint opponere in judicio concurſus omnes exceptiones debitori competentes, c. 1. n. 14. ibid.
Creditores quo jure, quave ratione movere poſſint actiones debitori competentes contra quoſlibet poſt concurſum legitimè formatum, c. 1. à num. 15. p. 4. uſque ad 34. p. 6.
Creditores in hoc actionum & exceptionum uſu nihil ſibi exigunt, ſed debitori & corpori concurſus, c. 1. n. 24. p. 5.
Creditores, juris cenſurâ, dicuntur procuratores debitoris decocti, de quibus tanquam intereſſe habentibus lex confidit, cap. 1. nu. 25. ibid.
Creditor ratione ſui intereſſe poteſt ſtipulari debitori, c. 1. n. 26. ibid.
Creditores ad recuperationem bonorum debitoris, non egent mandato expreſſo, ſufficit enim tacitum & legale, c. 1. n. 27. ibid.
Creditor debitoris emphyteuticarii decocti poteſt ſolvere domino directo penſionem debitam abſque mandato debitoris, c. 1. n. 28. & 29. ibid. & ſeq.
Creditores hæreditarii, & legatarii, poſſunt agere contra tranſactionem initam inter hæredem inſtitutum & ſucceſſorem ab inteſtato, & dicere teſtamentum eſſe validum, cap. 1. nu. 30. pag. 6.
Creditor poteſt provocare condominum rei communis hypothecatæ à ſuo debitore, & debitor tenetur ſtare huic diviſioni, c. 1. num. 31. ibid.
Creditores poſſunt agere ad recuperandum pignus debitoris ſui venditum per alium creditorem, c. 1. n. 31. ibid.
Creditores poſſunt intentare actionem læſionis contra emptorem rerum debitoris, cap. 1. nu. 30. ibid.
Idemque procedit in datione in ſolutum à debitore facta, nu. 33. ibid.
Creditores poſſunt agere virtute pacti de retrovendendo appoſiti in favorem debitoris, c. 1. nu. 34. ibid.
Quod intelligi debet in ſubſidium, n. 35. ibid.
Creditores contra debitores debitoris ſui poſſunt movere actiones perſonales, cap. 1. n. 36. ibid.
Creditor donatarii poteſt petere inſinuationem pro validitate donationis, cap. 1. numero 37. ibid.
Creditor pendente concurſu poteſt impetrare facultatem Regiam quam debitor neglexit petere pro obligandis bonis majoratus, vel feudi, c. 1. n. 38, ibid.
Creditores ſive agendo, ſive excipiendo, poſſunt comparere ex perſona debitoris in judicio abſque ceſſione ad conſervanda bona ipſius debitoris, c. 1. n. 39. & 40. p. 7.
Creditores ſinguli admittuntur ad ſe invicem excludendos in judicio Concurſus, c. 1. n. 23. p. 4.
Creditores donatoris an ſibi poſſint deducere portionem debitori competentem ex cauſa donationis ne egeat, c. 1. §. 1. n. 1. p. 7.
Opinio negativa proponitur à nu. 2. uſque ad 8. ibid.
Opinio affirmativa, quod ſcilicet creditores hoc beneficio competentiæ frui poſſint ex perſona debitoris donatoris, nu. 8. & ſeqq p. 8.
Creditores ſatisfaciendi ſunt ex actionibus debitori ſuo competentibus etiam ad ſuſtentationem ipſius, ut declaratur & probatur, c. 1. §. 1. n. 9. cum aliis ſeqq.
Creditores non agunt ex jure ceſſo à debitore donatore, ſed tanquam procuratores ipſius, c. 1. §. 1. n. 17. p. 9.
Creditorum omnium æqualiter intereſt bona debitoris communis defendere; imò multo magis eorum qui perſonalem tantum habent actionem,

Index Rerum

actionem, c. 1. §. 1. n. 18. ibid.

Inter Creditores hypothecarios ex causa lucrativa & onerosa an servetur regula, *Qui prior est tempore*, &c. c. 1. §. 1. n. 19. ibid.

Creditores possunt uti actionibus & exceptionibus competentibus debitori absque cessione, c. 1. §. 2. n. 1. p. 10.

Creditores ex persona debitoris possunt intentare læsionem enormem vel enormissimam, c. 1. §. 2. n. 2. ibid.

Creditor potest appellare à sententia lata contra debitorem intentantem læsionem, n. 3. ibid.

Creditores posteriores possunt movere remedium læsionis contra adjudicationem factam primo creditori, c. 1. §. 2. n. 4. ibid.

Creditor secundus an possit intentare remedium *leg. 2. C. de rescind. vend.* in venditione pignoris facta à primo creditore sine dolo, c. 1. §. 2. n. 6. ibid.

Opinio negativa proponitur n. 7. & aliis seqq. usque ad 12. ibid.

Opinione affirmativa probatur quod tam debitori quàm creditoribus ex ejus persona competat remedium *d. leg. 2.* contra venditionem ritè factam à primo creditore, à n. 12. nsque ad fin. p. 11. & seqq.

Creditores bona majoratus ex facultate Regia hypothecata discutientes, an jus habeant ad augmentum superveniens post obligationem celebratam, c. 2. per tot. p. 15.

Creditores possunt petere separationem bonorum defuncti à bonis hæredis ne creditores ipsius hæredis ex bonis defuncti quidquam capiant, c. 4. n. 37. & 38. p. 37.

Creditores delinquentis an præferantur Fisco in mercibus quæ in Commissum inciderunt, c. 9. per tot. p. 61.

Vide *Confiscatio*, *Commissum*, *Merx.*

Creditores delinquentis ex causa Commissi non possunt prætendere hypothecam in mercibus confiscatis ob defectum dominii in debitore, c. 9. n. 12. p. 63.

Creditores an possint impedire demolitionem domus debitoris ob enorme delictum ipsius, c. 9. n. 31. 32. & 33. p. 65.

Sed vide etiam nu. 89. ejusd. c. p. 111.

Creditores delinquentis etiam chirographarii præferuntur fisco exigenti pœnam delicti, c. 9. n. 60. cum aliis seqq. p. 67.

Quæ tamen conclusio valdè controvertitur, & variæ DD. sententiæ super ea referuntur cum quinque distinctionibus, ibid. usque ad nu. 73. p. 69.

Creditoribus præfertur Fiscus in mercibus quæ in commissum quoquo modo inciderunt, c. 9. nu. 74. & seqq. ibid.

Vide *Fiscus.*

Creditoribus nocere non potest possessor majoratus post formatum concursum: nec impetrare rescriptum confirmatorium præcedentis alienationis, c. 13. n. 19. & 20. p. 93.

Creditor impetrans facultatem alienandi bona majoratus in vim pacti præcedentis decoctionem debitoris, dicitur impetrare sine debitoris consensu, c. 13. n. 36. p. 95.

Creditor impetrans assensum regium post formatum concursum à debitore, graduari non potest ad bona majoratus, c. 13. n. 40. p. 96.

Creditores quibuscum formatum est concursus judicium, eo pendente possunt ex jure & persona debitoris communis validè impetrare facultatem regiam pro validitate contractuum super bonis majoratus in favorem ipsius debitoris celebratorum sub conditione impetrandi regium assensum, c. 13. n. 42. 43. & 44. ibid.

Creditor consentiendo alienationi rei sibi obligatæ, recuperat hypothecam si contractus alienationis sit nullus, c. 14. n. 10. p. 98.

Creditor potest agere ex priori contractu nulliter innovato, & debet graduari in concursu, c. 14. n. 18. p. 99.

Creditor posterior an possit præferri anterioribus ex rescripto Principis, cap. 16. n. 1. p. 104.

Creditor potest acquirere jus hypothecæ in bonis debitoris ex rescripto Principis, cap. 16 nu. 8. ibid.

Vide *Rescriptum.*

Creditori jus quæsitum non tollitur à Principe, c. 16. nu. 22. p. 106.

Vide *Princeps.*

Creditor ex decreto *Ferdinandi Regis* hypothecariam actionem dividere coactus est adversus omnes bonorum hypothecatorum possessores, ex æquitate, c. 16. n. 6. & 7. p. 104.

D

Debitor.

DEbitor sui ipsius nemo esse potest, c. 6. n. 21. 22. p. 47.

Debitor non potest constituere hypothecam in re aliena, c. 9. nu. 24. p. 64.

Debitoris jure resoluto in mercibus confiscatis ex causa Commissi, resolvuntur hypothecæ creditorum, cap. 9. nu. 77. 94. 97. & 102. p. 69. & seqq.

Debitoris delictum an & quomodo noceat creditoribus, c. 9. per tot. p. 61.

Vide *Hypotheca.*

Debitor decoctus post formatum concursus judicium privatur administratione bonorum suorum & habetur pro mortuo, cap. 12. nu. 2. p. 85.

Debitor debitoris decocti non liberatur solvendo ipsi, nisi probabiliter ignoraverit concursum & decoctionem, c. 12. n. 24. p. 87.

Vide *Concursus. Ignorantia.*

Debitor decoctus privatur rerum suarum administratione, c. 12. n. 31. p. 88.

Et ideo sententia contra debitorem lata post formatum concursum non nocet creditoribus, c. 10. nu. 32. & aliis seqq. ibid.

Debitor in judicio concursus est pars formalis provocans suos creditores, ut contra ipsum sua jura deducant, & sic est legitimus contradictor, c. 12. nu. 36. ibid.

Vide *Sententia.*

Debitor etsi privetur rerum suarum administratione post formatum concursum, non tamen desinit esse dominus & possessor, c. 12. nu. 40. & 41. p. 89.

Debitor, etiam pendente concursu, potest coram alio judice competente convenire suos debitores, non tamen in præjudicium creditorum non citatorum, c. 12. n. 47. & 48. ibid.

Debitor post concursum formatum non potest res suas alienando transferre dominium in acquirentem, c. 12. n. 26. p. 87.

Et quidsi acquirens ignoret concursum; nu. 43. 44. & aliis seqq. p. 89.

Vide *Alienatio.*

Debitor exigens ea quæ sibi debentur, pendente concursu, tenetur crimine stellionatus, cap. 12. n. 4. p. 85.
Vide *Solutio.*
Debitor qui bonis cessit, habetur pro mortuo circa actus tangentes bonorum suorum administrationem, c. 13. n. 2. p. 91.
Debitor decoctus non habet velle neque nolle, c. 13. n. 26. p. 93.
Debitores sæpe impetrant rescripta moratoria etiam in præjudicium creditorum, c. 16. nu. 2. p. 104.
Debitor impetrans dilationem moratoriam debet satisdare de solvendo post terminum, c. 16. n. 12. & 13. p. 105.
Debitor propter inficiationem debiti, damnari potest ad interesse propter moram, etiam pendente judicio concursus, cap. 17. numer. 4. pag. 108.
Secus tamen est si fateatur, & sola mora procedat ex judicio concursus, cap. 17. numer. 5. ibid.
Debitor an excusetur à mora et interesse propter moram debito ob difficultatem solvendi, c. 17. n. 13 p. 109.
Debitor formando judicium concursus, voluntarium contrahit impedimentum solvendi creditoribus suis, c. 17. n. 17. p. ead.
Debitor speciei interitu illius liberatur regulariter, c. 17. n. 22. ibid.
Debitor speciei interitu illius non liberatur si mora præcesserit, c 17. n. 23. p. 110.
Debitor non potest validè solvere creditoribus suis, pendente judicio concursus, c. 17. n. 28. ibid.
Debitoris culpæ non imputatur beneficium cessionis bonorum, c. 17. n. 33. p. 111.
Debitor excusatur à mora & interesse propter impotentiam solvendi, c. 17. n. 34. ibid.
Maximè si impotentia præcesserit moram, n. 35. ibid.
Debitor desinit esse in mora quæ habet tractum temporis successivum, post formatum judicium concursus, c. 17. n. 41.

Defendere. Defensor.

Defendere est eandem vicem quam reus subire, c. 1. §. 1. n. 15. p. 8.
Defensor in quo differat à fidejussore, c. 1. §. 1. n. 16. p. 9.

Delictum. Delinquens.

Vid. *Domus.*
Delinquens amittit ipso jure dominium mercium confiscatarum ex causa Commissi, c. 9. n, 13. & 14. cum aliis seqq.
Vid *Creditor. Hypotheca. Merx.*
Delinquens ante delictum admissum erat dominus, & privatur suo dominio tantum, ex quo delictum consummavit, cap. 9. numer. 37. & 41. p. 65.
Delinquens in atrocioribus privatur ipso jure dominio & administratione rerum suarum à tempore delicti, c. 9 n 78. p. 69.
Delictum debitoris licèt importet pœnam amissionis bonorum ipso jure, non tamen extinguit hypothecam anteriorem, nec jura creditorum, c. 9 n. 79. ibid.
Delinquens servus hypothecatus potest damnari ad mortem, non attento jure domini, nec creditorum, c. 9. n. 100. p. 74.
Vid *Commissum. Fiscus.*
Vid. *Confiscatio. Merx.*

Demonstrare.

Idem est demonstrare personam per signum certum, vel ipsam nominatim exprimere, cap. 2. n. 92. p. 23.

Dictio.

Dictio *statim*, est significativa temporis quo dispositio incipit operari, cap. 9. numer. 41. p. 65.
Vid. *Dispositio.*

Dilatio.

Dilatio moratoria non conceditur à Principe debitori nisi prævia satisdatione de solvendo post terminum, c. 16. n. 12. p. 104.
Dilationes moratoriæ concessione securiores reddantur creditores propter fidejussionem à debitore præstitam, c. 16. n. 13. ibid.

Dispositio.

Dispositio super augmento, est novus contractus respectu Tertii, c. 2. n. 83. p. 22.
Vid. *Augmentum.*
In omni Dispositione solùm continentur ea jura quæ existebant tempore dispositionis, non autem futura, c. 2. n. 94. p. 24.
Dispositio bonorum per nomina possessiva complectitur omnia bona mobilia & immobilia, jura & actiones, c. 2. n. 217. p. 76.
In omni dispositione causa primæva & initium attendi debet, c. 2. n. 46. p. 19.
Qui dispositione non potest de actu à se gesto nihil probat asserendo aliquid factum fuisse, c. 3. n. 33. p. 37.
Dispositio etiam expressa ad possibilitatem disponentis adaptatur, c. 3. n. 34. ibid.
Dispositio universalis juncta alicui adjectivo, vel participio, restringitur ad significationem illius, c. 9. n. 40. p. 65.
Dispositio quantumvis generalis restringitur per adjunctum illi inhærens, cap. 9. numer. 38. ibid.
Dispositio sub aliquo supposito, quod falsum detegitur, nulla est, c. 11. n. 16. p. 82.
Vid. *Ignorantia.*
Dispositum in uno æquiparatorum censetur etiam dispositum in alio, c. 13. n. 5. & 6. p. 92.
Ex dispositione nulla & irrita voluntas testatoris deduci potest, cap. 14. nu. 4. & 19. p. 97. & 99.
Secus est contrahentibus, n. 19. p. 99.
Dispositionem juris eandem subeant casus quos nectit rationis identitas, cap. 16. numer. 4. p. 104.
Dispositum in uno, subintelligitur dispositum in altero, quoties duo casus æquiparantur, c. 2. n. 38. p. 18.

Dominium.

Dominium fundi amittitur per occupationem fluminis, c. 2. n. 29. ibid.
Dominium utile consolidatum cum directo, accrescit majoratui in quo dominium directum erat contentum, c. 2. n. 39. ibid.
Dominium utile unitum ex legis dispositione per attractionem transit cum directo ad quemcunque, c. 2. n. 41. ibid.
Dominium fundi à flumine occupati dominus amittit, c. 2. n. 28. ibid.
Dominium mercium ex causa Commissi confiscatarum acquiritur fisco ipso jure, c. 9. n. 2. 13. & 14. p. 61. & 63.
Vid *Fiscus.*
Dominii translatio impeditur, ex lege prohibitiva,

Index Rerum

bitiva acquſitionis, c. 9. num. 10. p. 63.
Dominium non acquiritur ex actu nullo, c. 9. nu. 11. ibid.
Dominium mercium prohibitarum non acquiritur fiſco ex cauſa Commiſſi niſi à die delicti perpetrati, cap. 9. num. 34. & aliis ſeqq. p. 65.
Dominium rei hypothecatæ tranſit in Tertium cum ſuo onere, c. 9. n. 76. p. 69.
Dominium non transfertur in rebus alienari prohibitis, c. 12. n. 6. & 7. & 25. p. 85. & 87.
Dominium non acquirit qui ſcienter emit ab eo cui bonorum adminiſtratio interdicta eſt, c. 12. n. 49. p. 90.
Dominium acquiritur ei qui à non domino rem accepit, ſi concedens ex poſt facto dominus fiat, c. 7. n. 19. p. 51.

Dominus.

Dominus rei in concurſum deductæ præfertur cæteris creditoribus anterioribus & privilegiatis, c. 9. n. 4. p. 62.
Vid. *Commiſſum.*
Dominus rei in concurſu creditorum ipſis præfertur, quando dominium præceſſit hypothecam, c. 9. n. 23. p. 64.
Dominus alienans rem alienari prohibitam, non transfert dominium, c. 12. n. 6. p. 85.
Dominus cogitur recipere penſionem de manu creditoris abſque mandato debitoris emphyteuticarii, c. 1. n. 28. p. 5.
Vid. *Actus.*
Dominus fundi occupati à flumine dominium amittit, c. 2. n. 28. p. 18.

Domus.

Domus delinquentis deſtrui poteſt ob publicam vindictam in atrocioribus delictis, etiam in damnum creditorum hypothecariorum ipſius, c. 9. n. 8. p. 62.
Contraria opinio defenditur quæ communior videtur, n. 31. p. 65.
Limitatur, n. 32. & 33. ibid.
Sed vide infrà, n. n. 89. p. 71.
Domus communis quæ commodè dividi non poteſt an poſſit deſtrui propter delictum unius non obſtante præjudicio alterius condomini, n. 89. verſ. Fulcitur. ibid.
Si Domus, ſuper qua impoſita eſt hypotheca, perierit, licèt ex eiſdem tignis reficiatur, hypotheca remanet extincta, cap. 9. numer. 98. p. 73.
Domum privati Princeps auferre poteſt ad publicam utilitatem, data compenſatione, c. 9. n. 105. p. 74.
Domus privatæ dirui poſſunt ob publicorum ædificiorum conſtructionem, cap. 9. num. 106. p. 75.
Domum privati poteſt Magiſtratus jubere deſtrui pro decore civitatis, c. 9. n. 107. ibid.
Vel pro ædificanda aut extendenda Eccleſia, n. 108. ibid.
Domo deſtructa authoritate publica an extinguantur hypothecæ ſuper ea impoſitæ, c. 9. 109. ibid.

Donator. Donatio.

Donator habet exceptionem ne conveniatur ultra quam facere poſſit deducto ne egeat contra donatarium, c. 1. §. 7. n. 3. p. 7.
Et an hæc exceptio tranſeat ad creditores donatoris, n. 8. & ſeqq. ibid. p. 12.
Vid. *Exceptio.*
Donator delegatus à donatorio an fruatur privilegio ne conveniatur ultra quam facere poſſit contra creditorem donatarii delegantis, c. 1. §. 1. n. 4. p. 7.
Donatio inducta à lege non requirit acceptationem donatarii, c. 9. n. 118. p. 76.
Donatione ob ingratitudinem donatarii revocata, reſolvitur & extinguitur hypotheca ante revocationem impoſita, bonaque donata redeunt libera ad donatorem, c. 9. n. 96. verſ. ex quo fonte, p. 73.

Dos.

Pactum de lucranda dote extenditur ad ejus augmentum ſupervenicns, etiamſi de eo partes nihil dixerint ab initio, c. 2. n. 11. p. 16.
Statutum diſponens ſuper lucro dotis extenditur ad augmentum ejus, c. 2. n. 12. ibid.
Dotis augmentum ſuperveniens an fruatur privilegio hypothecæ pro dote principali ab initio conſtitutæ, c. 2. n. 16. ibid.
Sed vide infr. ibid. n. 60 & 61. p. 20.
Hypotheca pro dotis augmento non nocet contrahentibus cum marito inter dotem principalem & ejus augmentum, c. 2 n. 84. ibid.
Vid. *Hypotheca.*
Pactum juratum de dote non alienanda, impedit tranſlationem dominii, c. 12. n. 7. p. 85.
Quod declaratur, n. 8. & 9. ibid.
Dos ex delicto mulieris confiſcari poteſt non obſtante præjudicio mariti, c. 9. n. 89. p. 71.

Durare.

Durare idem eſt ac *Renovare*, c. 2. n. 66. p. 21.

E

Emere. Emptor.

EMptæ rei periclum & augmentum pertinent ad Emptorem poſt emptionem & venditionem perfectam, c. 2. n. 32. p. 18.
Emens ſcienter ab eo, cui bonorum adminiſtratio interdicta eſt non acquirit dominium, c. 12 n. 49. p. 89.
Emens officium à Principe poteſt conqueri ſi augeatur numerus officiorum pro ſuo intereſſe & damno inde contingente, & impugnare tale augmentum, c. 1. n. 23. p. 4.
Emptor læſus an & quando poſſit reclamare adverſus emptionem, aut venditor adverſus venditionem, c. 1. §. 2. n. 13. p. 11.
Vid. *Beneficium leg. 2. C. de reſc. vend.*

Emphyteuſis.

Emphyteuſim legans non intelligitur legare dominium directum quod poſtea acquiſivit, cap. 5. n. 18. p. 42.
Emphyteuſis ſi revertatur ad dominum directum, revertuntur libera & extinguitur hypotheca ſuper ea conſtituta, c. 5. n. 20. ibid.
Emphyteuſi prorogata ad plures generationes, prorogatur hypotheca ſuper ea conſtituta, cap. 5. n. 21. ibid.
Emphyteutica bona cadentia in commiſſum redeunt ad dominum libera ex natura rei & conditione contractus, cap. 9. n. 26. & 27. p. 64.
Vid. *Commiſſum.*
Emphyteuta privatur adminiſtratione bonorum ob dilapidationem, c. 15, n. 1. p. 100.

Quæ

Quæ tenetur ante tempus reſtituere, nu. 2. ibid.
Emphyteuta privatur omni jure & commoditate fructuum ob dilapidationem bonorum vinculatorum, c. 15. n. 13. 16. & p. 101.

Exceptio.

Exceptiones debitori competentes an poſſint opponi à creditoribus ejuſdem, c. 1. n. 12. 13. & 14. & n. 23. ubi redditur ratio. p. 4.
Vid. *Creditor.*
Exceptio ne donator conveniatur ultra quam facere poſſit deducto ne egeat, an competat creditoribus ejuſdem, c. 1. §. per tot. p. 7.
Exceptio, *deducto ne egeat*, donatori, marito, ſocio, competens, non prodeſt fidejuſſoribus nec hæredibus eorum, c. 1. §. n. 3. ibid.
Exceptio hæc inopiæ, ſeu deducto, nec excipiens egeat, eſt perſonalis, n. 4. ibid. & n. 12. & 13. pag. 8.
Exceptionem hanc, *ne egeat*, opponunt creditores ex perſona ſui debitoris donatoris & tanquam procuratores ipſius, cap. 1. §. 1. num. 14. ibid.
Exceptio Excuſſionis eſt dilatoria, & debet opponi intra terminum dilatorium, cap. 3. num. 38. p. 31.
Exceptionem Tertio competentem Princeps ſuo reſcripto tollere non debet, c. 16. n. 21. p. 106.
Exceptiones omiſſas per debitorem litigantem cum Tertio, Fiſcus pro ſuo intereſſe opponere & deducere poteſt, c. 1. n. 14. p. 4.
Vid. *Mora.*

Extremum.

Extremum inhabile ad quod refertur contractus impedit fictionem retroactivam, cap. 11. num. 23. p. 83.
Extrema habilia requiruntur in fictione retroactiva, c. 13. n. 25. p. 93.

Facultas Regia.

Facultas Regia alienandi ſeu obligandi bona Majoratus, vel feudi, impetrari poteſt à creditore, Concurſu etiam pendente; ſi debitor negligens fuerit in illa petenda, c. 1. n. 37. p. 6.
Vid. *Creator.*
Facultas à Rege conceſſa hypothecandi bona majoratus, an extendatur ad bona poſtea illi aggregata, c. 2. per tot. p. 14.
Facultas Regia impetrata ad obliganda bona majoratus, an extendatur & comprehendat alia bona jam tunc temporis illi adjuncta. ibid.
Facultas, & hypotheca præcedens an extendatur ad augmentum proveniens ex aggregatione bonorum per Tertium extraneum, cap. 2. numer. 25. ſeqq. p. 17.
Facultas limitata alienandi bona majoratus, intelligitur denegata in aliis etiam connexis, c. 2. n. 77. p. 22.
Facultas ad condendum majoratum conceſſa à Principe non extenditur ad bona poſtea aggregata ab eodem conditore, cap. 2. n. 85. p. 23.
Facultas Regia ad hypothecanda bona majoratus an extendatur ad jam aggregata, nulla de illis facta relatione ad principem, cap. 2. num. 103. & 109. p. 25.
Facultas nunquam conceditur ad hypothecandum majoratum, ſed bona ipſius tantùm, cap. 2. n. 103. p. 26.
Facultas alienandi bona majoratus à Rege obtenta remittitur arbitrio & voluntati impetrantis, c. 8. n. 48. p. 58.
Facultas transferendi penſionem non cogit penſionarium ad transferendum, cap. 8. num. 50. ibid.
Facultas regia requiritur ad obliganda bona majoratus eo tempore quo exiſtunt conſanguinei ad illum vocati, cap. 11. num. 6. & ſeqq. pag. 81.
Facultas regia hypothecandi bona majoratus, inutilis eſt, quando bona re ipſa libera ſunt per extinctionem familiæ, cap. 11. num. 15. pag. 82.
Facultas regia ſuperveniens hypothecæ jam contractæ, confirmat tantum illam ut ex nunc, non verò ut ex tunc, c. 11. n. 21. p. 83.
Facultas alienandi bona vinculata, poſt mortem alienantis poſſeſſoris impetrata, non prodeſt ad validandam alienationem, cap. 13. numer. 3. p. 91.
An facultas alienandi bona feudalia, vel majoratus, impetrata pendente concurſus judicio, valida ſit, c. 13. n. 8. p. 92.
Reſolvitur negativè, ibid. n. 16. ibid.
Facultas alienandi bona majoratus, impetrata in vim pacti præcedentis decoctionem, an ſit valida, c. 13. n. 9.
Negativa opinio probatur, ibid. n. 20. p. 94.
Facultas alienandi bona vinculata pendente concurſu impetrata, ſera nimis eſt invalida, c. 13. n. 16. p. 92.
Facultas contrahendi ſuper bonis vinculatis à quo poſſit vel debeat impetrari, cap. 13. num. 17. ibid.
Facultatem alienandi, vel hypothecandi bona majoratus à ſolo poſſeſſore impetrari poſſe probatur, c. 13. n. 18. p. 93.
Facultas contrahendi ſuper bonis vinculatis impetrata nomine poſſeſſoris ſine ejus mandato, inutilis eſt, c. 13. n. ibid.
Declara ut n. 22. & 23. ibid.
Facultas regia ad contrahendum ſuper bonis majoratus operatur tantum ex tempore datæ, non ex tempore contractus, cap. 13. numer. 24. ibid.
Facultas regia à creditore impetrata etiam in vim pacti præcedentis decoctionem debitoris, dicitur impetrata ſine debitoris conſenſu, c. 13. n. 36. p. 97.
Facultatem habens à jure; vel ab homine, diſponendi de re aliqua, ſi illam hypothecaverit cenſetur uti hac facultate, licèt expreſsè non dixerit, c. 11. n. 3. p. 81.

Ferdinandus Rex.

Ferdinandi Regis decretum quo creditor hypothecariam actionem dividere coactus eſt ex æquitate, & eam exercere pro rata contra omnes bonorum hypothecatorum poſſeſſores, c. 16. n. 6. & 7. p. 104.

Feudum.

Feudi jure reſoluto reſolvitur hypotheca ſuper eo impoſita, c. 8. n. 52. p. 59.
Explicatur text. *in cap. 1. § rurſus ſi fidelis, quib. mod. feud. amitt. in uſib. feud.* cap. 8. num. 51. ibid.
Feudalia bona alienandi facultas impetrata pendente concurſu an ſit valida, cap. 13. num. 8. & 16. p. 92.
Feudatarius alienans bona feudalia ſalvo aſſenſu regio, ſi bonis ceſſerit ante aſſenſum impe-

Index Rerum

tratum, an profit aſſenſus poſt decoctionem obtentus, c. 13. n. 13. & 14. ibid.

Feudum alienare promittens ſine aſſenſu domini poteſt pœnitere; nec tenetur ad intereſſe, c. 13. n. 28. p. 94.

Feudatarius privatur omni jure, adminiſtratione, & commoditate feudi propter dilapidationem bonorum, c. 15. n. 13. p. 101.

Fictio.

Fictio retrotractiva requirit utrumque extremum habile, c. 11. n. 23. p. 83.

Et c. 13. n. 25. p. 93.

Fictio retrotractiva non docet contrahentibus quibus medio tempore jus quæſitum eſt, c. 13. n. 37. p. 95.

Fidejuſſor.

Fidejuſſores non fruuntur privilegio donatoris & ſimilibus competente *ne egeant*, cap. 1. §. 1. n. 3. & 13. p. 7. & 8.

Fidejuſſor ex propria obligatione convenitur, c. 1. §. 1. n. 16. p. 10.

Fidejuſſio primi contractus non trahitur ad poſtea conventum, c. 2. n. 84. p. 22.

Fidejuſſor in quo differat à defenſore, cap. 1. §. 1. n. 16. p. 9.

Fidejuſſio operatur in portione aucta per jus accreſcendi, c. 2. n. 14. p. 16.

Filius.

Filius an teneatur ſatisfacere creditoribus patris ſui ex fructibus bonorum adventitiorum, ſi pater ob dilapidationem privetur uſufructu, c. 15. n. 3. & per tot. p. 100.

Filius an habeat hypothecam ſuper fructibus bonorum ſuorum adventitiorum ad conſequenda alimenta, c. 15. n. 10. p. 101.

Filius non videtur præferendus creditoribus patris in fructibus adventitiorum. cap. 15. nu. 12. ibid.

Sed contrarium probatur n. 13. & ſeqq. ibid.

Filius recipit & ſibi conſolidat bona adventitia pleno jure, & ab omni hypotheca à patre impoſita libera, ob dilapidationem à patre factam, c. 15. n. 13. 14. 15. 23. & aliis ſeqq. ibid. & ſeq.

Filius ſi acquirat adventitia pleno jure per renuntiationem à patre factam, an & quando teneatur ſatisfacere creditoribus patris ex fructibus, c. 15. n. 24. & aliis ſeqq. ibid.

Quid etiam per emancipationem filii remiſſivè, n. 28. p. 103.

Fiſcus.

Fiſcus acquirit ipſo jure dominium mercium ex cauſa Commiſſi confiſcatarum, c. 9. n. 2. 13. & 14. 61. & 63.

Vid. *Commiſſum.*

Fiſcus ſuccedit in bonis confiſcatis ex vindicta publica, non per repræſentationem, & tranſmiſſionem, ſed per privationem, & annihilationem perſonæ delinquentis, cap. 9. num. 20. & 21. pag. 64.

Fiſcum ſemper præferri creditoribus in mercibus quæ in Commiſſum inciderunt quocumque modo, reſolvitur ex pluribus fundamentis, c. 9. n. 74. & ſeqq. p. 69.

Fiſcus occupans omnia bona delinquentis tanquam hæres vel ſucceſſor univerſalis, tenetur ſatisfacere omnibus creditoribus delinquentis ex bonis confiſcatis, in ſolidum, c. 9. numer. 81. pag. 70.

Fiſcus non obligatur in ſolidum erga creditores delinquentis, ſed tantùm pro rata, in confiſcatione partis quotitativæ bonorum, c. 9 n. 82. ibid.

Fiſcus non tenetur ſatisfacere creditoribus delinquentis in confiſcatione rei particularis ſeu mercium ex cauſa Commiſſi, c. 9. n. 83. & 88. p. 70. & 71.

Fiſcus tanquam hæres vel ſucceſſor univerſalis delinquentis, tenetur ſtare locationi, ſicut tenebatur delinquens, c. 9. n 87. p. 71.

Fiſcus efficitur dominus pleno jure, & ſine onere, mercium confiſcatarum ex cauſa Commiſſi, c. 9. n. 103. p. 74.

Fiſcus creditor ratione ſui intereſſe poteſt opponere & deducere exceptiones omiſſas à debitore litigante cum Tertio, cap. 1. num. 14. verſ. & quod. p. 4.

Flumen.

Dominus fundi à Flumine occupati, dominium amittit, c. 2. n. 28. p. 18.

Impoſſibile eſt alveum alterius juris eſſe quàm flumen, c. 2. n. 29. ibid.

Fluminis cauſam alveus ſequitur, c. 2. n. 30. ibid.

Alveus à Flumine derelictus, eorum eſt qui prope ripam prædia poſſident, c. 3. n. 31. ibid.

Vid. *Augmentum.*

G

Gabella.

Gabella ſuper tritico impoſita, debetur ex farina, c. 4. n. 49. p 39.

Gabella quæ debetur ex oleo, debetur pro oleo ex quo conficitur tertia ſpecies, putà pro ſapone, c. 4. n. 41. ibid.

Gabella quæ pro ſerico debetur, etiam pro ſerico contexto debebitur, c. 4. n. 52. ibid.

Gabellam non poteſt Princeps augere in damnum conductoris, c. 1. n. 23. ad fin. p. 5.

Genus.

Genus habetur pro ſpecie, quando non poteſt verificari niſi in una ſpecie, c. 2. nu. 92. & 93. p. 23. & 24.

H

Hæreditas.

Hæreditate adita, bona defuncti & hæredis ita conſolidantur ut unicum fiat patrimonium adeuntis, c. 4. n. 36. p. 37.

Si Hæreditas dividatur inter hæredem ſcriptum & legitimum, ex titulo tranſactionis per Quotas, uterque convenitur à creditoribus hæreditariis: ſecùs, ſi dimiſſis quibuſdam rebus ſpecialibus uni, relinquatur hæreditas alteri, tunc enim ſolus ſucceſſor univerſalis conveniendus eſt, c. 9. n. 85. & 86. p. 70.

Vid. *Fiſcus.*

Si tranſactio ſuper Hæreditate facta ſit inter hæredem inſtitutum & legitimum, poſſunt creditores hæreditarii & legatarii illam impugnare & probare validitatem teſtamenti quatenus ipſorum intereſt, c. 1. n. 30. p. 6.

Hypotheca.

Hypotheca competens ex cauſa lucrativa & onero-

oneroſa, an fruantur regula, Qui prior eſt tempore, eſt potior jure, cap. 1. §. 1. num. 19. pag. 9.
Hypotheca generalis non ſolùm comprehendit bona acquiſita, verum etiam noviter incorporata in patrimonio debitoris, cap. 2. num. 5. p. 15.
Hypotheca juris extenditur ad augmentum ipſius juris, c. 2. n. 7. ibid.
Hypotheca eſt ſtricti juris nec admittit extenſionem quando facultas hypothecandi eſt ſtricti juris, n. 8. ibid.
Hypotheca contracta ſuper fundo qui per alluvionem poſtea crevit, ad augmentum extenditur, c. 2. n. 15. p. 16.
Hypotheca tacita dotalis an trahatur ad augmentum poſtea ſuperveniens, n. 16. ibid.
Hypotheca expreſsè pro vino, oleo, tritico, promiſſa, extenditur ad valoris augmentum, ſi poſtea augeatur, c. 2. n. 21. p. 17.
Hypotheca protrahitur ad meliorationes in re hypothecata factas, numer. 22. & 50. ibid. & pag. 19.
Hypotheca præcedens non extenditur ad augmentum proveniens ex aggregatione bonorum facta per tertium extraneum, cap. 2. num. 25. p. 17.
Et n. 78. & 79. p. 22.
Hypotheca contracta ſuper re principali extenditur ad augmentum naturale per alluvionem ſi ex natura rei proveniens, cap. 2. numer. 26. p. 17.
Et per conſolidationem uſusfructus cum proprietate, n. 15. 26. & 36. ibid. & p. 18.
Vid. *Conſolidatio.*
Hypotheca contracta à poſſeſſore beneficii ſuper fructibus ipſius extenditur ad augmentum quod ratione penſionis extinctæ advenit eidem, c. 2. n. 48. p. 19.
Hypotheca præcedens ſimpliciter contracta comprehendit augmentum proveniens ex facto hominis inſeparabiliter ab ipſa re, cap. 2. n. 50. ibid.
Veluti ſi ædificia vel melioramenta facta fuerint in re hypothecata, n. 50. ibid.
Hypothecæ repetitio an ſubintelligatur facta in ſecundo contractu, c. 2. n. 57. p. 20.
Et n. 63. cum ſeqq. p. 21.
Hypotheca data pro augmento dotis, nova eſt, c. 2. n. 59. p. 20.
Hypotheca adjecta augmento dotis diverſa eſt ab illa quæ doti principali adjecta erat, cap. 2. n. 60. ibid.
Hypotheca augmenti dotis oritur ex nunc à tempore contractus augmenti, cap. 2. numer. 61. ibid.
Hypothecæ renovatio non operatur à tempore prioris conductionis, ſed ſecundæ, c. 2. nu. 63. cum aliis ſeqq. p. 21.
Vid. *Augmentum.*
Hypothecatæ rei unitum non eſt ſemper hypothecatum, quod declaratur, c. 2. nu. 69. cum aliis ſeqq. ibid.
Hypotheca ex facultate Regia conſtituta ſuper una re majoratus, non extenditur ad aliam quantumvis connexam, c. 2. n. 77. p. 22.
Hypotheca contracta ſuper re principali qua ratione cenſeatur renovata in augmento proveniente ab ipſius contrahentibus, cap. 2. numer. 78. ibid.
Hypothecæ repetitio ſolùm adeſt inter ipſos principales contrahentes in tacita reductione, c. 2. n. 81. ibid.
Hypotheca præcedens non operatur reſpectu Tertii qui rem ſuam pro ſecuritate contractus hypothecavit, c. 1. n. 82. ibid.
Hypotheca contracta in augmento dotis non operatur in præjudicium contrahentis cum marito inter dotem principalem & ejus augmentum, c. 2. n. 84. ibid.
Hypotheca ſpecialis non extenditur ad bona futura, c. 2. n. 91. p. 23.
Hypotheca ſpecialis eſt quæ limitatur ad certum genus bonorum, c. 2. n. 92. ibid.
Hypotheca reſtricta ad certum genus bonorum non comprehendit futura & noviter quæſita, c. 1. n. 93. p. 24.
Hypotheca bonorum majoratus ex facultate Regia non afficit ipſum majoratum, c. 2. nu. 95. 96. & 97. ibid.
Hypotheca contracta ſuper fructibus beneficii, non extenditur ad fructus beneficii uniti, c. 2. n. 101. p. 25.
Hypotheca contracta ſuper bonis dotalibus non extenditur ad augmentum dotis poſtea datum ab uxore, vel ab alio ejus nomine, c. 2. num. 102. ibid.
Hypotheca facultas bona majoratus an extendatur ad bona jam aggregata tempore conceſſionis, nulla de illis facta relatione ad Principem, c. 2. n. 103. & ſeqq. ibid.
Hypotheca non ſubſiſtente in principali, illæſum manet acceſſorium, c. 2. n. 114. p. 26.
Hypotheca impoſita ſuper jure ex natura ſua reſolutivo, extinguitur ipſo extincto, cap. 4. num. 2. p. 34.
Hypotheca durat ſuper materia confuſa quæ facta ſit alia ſpecies, dummodo ſit reducibilis ad priorem materiam, c. 4. numer. 10. & 11. p. 35.
Hypotheca ſuper uſufructu conſtituta non extinguitur per acquiſitionem proprietatis factam à debitore fructuario, c. 4. n. 16. & 60. ibid. & p. 39.
Hypotheca Tertii remanet illæſa, nec extinguitur per confuſionem actionum inter creditorem & debitorem, c. 4. n. 21. 22. & 23. p. 35. & 36.
Vid. *Tertius.*
Hypothecari non poteſt jus uſusfructus, ſed ſola commoditas fructuum, c. 4. n. 24. p. 36.
Vid. *Uſusfructus.*
Hypotheca confirmatur & validior fit, ſi qui rem alienam hypothecavit tanquam ſuam poſtea ea ejus dominium acquirat, cap. 2. numer. 26. ibid.
Hypotheca confirmatur ſi debitor habens poſſeſſionem rei hypothecatæ poſtea acquirat proprietatem, c. 4. n. 27. ibid.
Hypotheca augetur per augmentum & meliorationem pignoris, c. 4. n. 28. ibid.
Aliud eſt extingui hypothecam ſuper uſufructu contractam, per extinctionem uſusfructus ſeu conſolidationem reſpectu Tertii aliud reſpectu debitoris obligati, cap. 4. numer. 29. & 30. ibid.
Ut hypotheca extinguatur per materiæ obligatæ mutationem, debet materia ita tranſire in materiatum, ut prima materia eſſe deſinat, & incipiat nova ſpecies fieri, cap. 3. num. 34. p. 37.

Index Rerum

Hypotheca durat in re conſolidata, quoties eſt reducibilis ad priorem formam, ibid.

Hypothecam ſuper uſufructu formali poteſt dominus ipſe conſtituere ſeparatim à proprietate ſibi reſervata optimo jure, ſive hypothecæ non obnoxia, c. 4. n. 39. ibid.

Hypothecam non extinguit mutatio rei in ejus qualitatibus tantum, c. 4. n. 40. p. 38.

Hypotheca remanet, etiam forma rei mutatâ, quando non forma, ſed ſubſtantia ipſâ fuit obligata, c. 4. n. 41. & 42. ibid.

Hypotheca durat quando ſpecies eſt ſolum confuſa cum eadem ſpecie materiæ quia res dicitur adhuc extare, c. 4. n. 47. ibid.

Hypotheca ſuper frumento impoſita non extinguitur, quamvis reductum ſit ad farinam, c. 4. n. 48. p. 39.

Hypotheca perſeverat ſi debitor hypothecans uſumfructum vel aliud jus quod habebat in aliqua re, rem ipſam poſtea pleno jure acquirat, c. 4. n. 53. cum aliis ſeqq. ibid.

Hypotheca ſuper commoditate uſusfructus contracta extinguitur, ſi uſusfructus conſolidetur cum proprietate non in perſona debitoris, ſed apud Tertium, c. 4. n. 60. 61. 62. & 63. ibid.

Hypotheca extinguitur mutata re quoad ſubſtantiam, ſecùs aliàs, c. 4. n. 64. & ſeqq. p. 40.

Hypotheca uſusfructus finitur per mortem debitoris fructuarii, c. 5. n. 3. & 19. p. 41. & 42.

Sive proprietatem acquiſiverit, ſive non, num. 4. ibid. & n. 29. & ſeqq. p. 43.

Hypotheca ſuper uſufructu conſtituta non ſe extendit ad proprietatem cum qua conſolidatur, c. 5. n. 9. p. 41.

Hypothecans rem, ſolum videtur eam hypothecare pro jure quod in ea habet, c. 5. num. 10. ibid.

Hypotheca uſusfructus nihil influit in proprietatem, c. 5. n. 13. ibid.

Hypotheca ſuper emphyteuſi conſtituta tantum durat, donec revertatur ad dominium directum, c. 5. n. 20. p. 42.

Hypotheca ſuper emphyteuſi prorogatur, ſi prorogentur generationes quibus conceſſa eſt emphyteuſis, c. 5. n. 21. ibid.

Hypotheca conſtituta in locatione ad certum tempus, extenditur ad reconductionem, c. 5. n. 22. ibid.

Hypotheca à principio limitatè concepta ex voluntate utriuſque contrahentis, manet in ſuo primordiali ſtatu, proprietate per debitorem acquiſita, c. 5. n. 30. p. 43.

Hypotheca conſtituta ſuper penſione durat etiam poſt acquiſitum titulum beneficii à penſionario, c. 7. n. 7. p. 51.

Hypotheca conſtituta non domino rei, ſuper qua conſtituitur, eſt invalida, c. 7. n. 9. ibid.

Hypotheca à principio nulla revalidatur, ſi debitor nanciſcatur dominium rei quo antea carebat, c. 7. n. 10. ibid.

Hypotheca impoſita ſuper penſione Eccleſiaſtica ab initio invalida, non convaleſcit per acquiſitionem ſupervenientem tituli beneficii, c. 7. n. 11. & ſeqq. uſque ad fin. ibid.

Hypotheca ſuper penſione Eccleſiaſtica impoſita tantum durat quantum ipſa penſio, c. 8. n. 2. & aliis ſeqq.

Hypotheca ſuper penſione extinguitur, extincta penſione, ſicut extinguitur extincto uſufructu, c. 8. n. 6. ibid.

Quod ſi limitatur, num. 56. p. 59.

Hypotheca ſuper officio temporali, feudo, vel emphyteuſi, non durat, illis extinctis, etiamſi jus illud extinctum alii cedatur, c. 8. num. 6. p. 54.

Declaratur, n. 54. p. 59.

Hypotheca impoſita ſuper juribus Regalibus, extinguitur per venditionem eorum, quia creantur alia nova jura in favorem emptoris, c. 8. n. 10. p. 54.

Vid. infr. n. 54. p. 59.

Hypotheca non tranſit cum jure perſonali ſimpliciter ceſſo, c. 8. n. 33. p. 57.

Hypotheca ſuſtinetur, ſi res hypothecata non mutetur in ſubſtantia, licèt mutetur in qualitate, c. 8. n. 33. ibid.

Hypotheca durat, ſi jus temporale ſuper quo conſtituta eſt, ita prorogetur & perſeveret in ſubſtantia, ut non dicatur jus novum & diverſum, c. 8. n. 34. ibid.

Hypotheca ſuper penſione impoſita, ſuſtinetur adverſus eum ad quem penſio transfertur & voluntate transferentis, c. 8. n. 43. p. 58.

Secùs ſi ex neceſſitate præcedente & inhærente, n. 44. ibid.

Hypotheca non extinguitur per alienationem voluntariam rei obligatæ, c. 8. n. 49. ibid.

Hypotheca perit, ſi pereat res hypothecata in ſua ſubſtantia, c. 8. n. 53. p. 59.

Hypotheca ſuper penſione Eccleſiaſtica impoſita non extinguitur per tranſlationem ejuſdem penſionis ex gratia Apoſtolica, c. 8. n. 58. 59. & 60. p. 59.

Vid. *Penſio.*

Hypotheca ſuper feudo impoſita reſolvitur, ipſo feudi jure reſoluto, c. 8. n. 52. ibid.

Hypothecæ intermediæ reſolvuntur in præjudicium creditorum quando quis contrahit cum ceſſione juris luendi à Regia Curia ex pacto ſpeciali inter emptorem & venditorem, c. 8. n. 11. p. 55.

Hypothecatæ rei dominium tranſit cum ſuo onere in Tertium, cap. 9. num. 76. & 85. p. 64. & 69.

Hypotheca ſuper fructibus beneficii impoſita perit, ſi debitor privetur beneficio, c. 9. numer. 96. p. 73.

Hypotheca ſuper uſufructu bonorum adventitiorum filii ſpectante ad patrem extinguitur, ſi pater ob dilapidationem privetur jure ſuo, ibid.

Hypotheca creditorum donatarii perit, ſi ob ejus ingratitudinem revocetur donatio, ibid.

Hypotheca extinguitur, ſi domus, vel navis, ſuper qua fuit impoſita perierit, licèt ex eiſdem tignis reficiatur, c. 9. n. 98. ibid.

Hypothecæ, & rei hypothecatæ amiſſio variis modis contingere poteſt, c. 9. n. 99. & ſeqq. ibid.

Hypothecatus ſervus poteſt damnari ad mortem ex delicto commiſſo, non attento jure domini nec creditorum, c. 9. n. 100. p. 74.

Hypotheca creditorum non attenditur, ſi ob publicam vindictam domus debitoris delinquentis deſtruatur, c. 9. n. 8. p. 62.

Hypotheca conſtitui non poteſt in re aliena, c. 9. n. 24. p. 63.

Hypotheca reſolvitur ſi res hypothecata alienatur ex cauſa neceſſaria præcedente, c. 9. nu. 28. ibid.

Etiamſi

& Verborum.

Etiamſi talis neceſſitas procedat ex facto voluntario debitoris, n. 29. ibid.

Hypothecæ creditorum reſolvuntur, reſoluto jure debitoris in mercibus quæ inciderunt in Commiſſum, c. 9. n. 16. 77. 94. 97. & 102. p. 60. & ſeqq.

An Hypotheca ſuper bonis Majoratus ex facultate Regia impoſita diſſolvatur, extincto vinculo per extinctionem familiæ diſputatur ad partes, c. 10. n. 4. & ſeqq. p. 77.

Hypotheca extinguitur, mutatâ formâ rei hypothecatæ, c. 10. n. 5. ibid.

Hypotheca legitimè conſtituta ſuper bonis majoratus non exringuitur, exctincto majoratu, ſed onus hypothecæ perſeverat, c. 10. nu. 11. p. 78.

Hypothecæ forma ſeu clauſula apponi ſolita in reſcripto regio pro bonis majoratus obligandis, c. 10. n. 13. ibid.

Hypotheca non diſſolvitur quandiu remanet ſalva rei hypothecatæ ſubſtantia, cap. 10. num. 15. ibid.

Hypotheca bonorum majoratus ex facultate regia, non eſt generalis ſed ſpecialis; ideo non extinguitur per libertatem majoratui ſupervenientem, c. 10. n. 21. p. 79.

Vid. *Qualitas. Res.*

Hypotheca ſuper uſufructu formali impoſita non extinguitur ſi tranſeat in cauſalem per acquiſitionem proprietatis, c. 10. n. 30. p. 80.

Vid. *Bona. Uſusfructus.*

Hypotheca non extinguitur, nec bona obligata fiunt libera reſpectu omnium creditorum, licèt uni eorum ſatisfactum ſit, cap. 10. num. 28. ibid.

Vid. *Clauſula.*

Hypotheca rei alienæ regulariter non valet, c. 11. n. 9. p. 82.

Hypotheca rei alienæ ſuſtinetur, quando debitor illam obligans aliquid juris in ea habebat ex quo poſtea rei dominium acquirit, cap. 11. num. 10. ibid.

Hypotheca ab ultimo conſanguineo majoratus poſſeſſore bonis impoſita ſuſtinetur, c. 11. n. 3. & 13. cum ſeqq. ibid. & p. 81.

Hypotheca ab ultimo conſanguineo majoratus poſſeſſore impoſita eo tempore quo familia erat extincta, potior eſt illâ quæ ab eodem poſtea imponitur ex facultate regia, c. 11. n. 14. p. 82.

Hypotheca licet ab initio nulliter conſtituta, ex poſt facto convaleſcere poteſt & ratificari, c. 11. n. 19. ibid.

Quæ Hypotheca prævaleat ſi poſſeſſor majoratus bona hypothecavit uni creditori abſque facultate regia, & poſtea alteri cum facultate adhuc viventibus quibuſdam vocatis qui deinde prædeceſſerunt poſſeſſori, c. 11. numer. 17. ibid.

Hypothecæ ratificatio retrotrahitur ad tempus primi contractûs in præjudicium ſecundi creditoris, c. 11. n. 20. ibid.

Sed vide in contrarium, num. 21. & aliis ſeqq. p. 83.

Hypotheca ſecundi creditoris contracta cum facultate regia prævalet anteriori factæ ſine illa, licèt poſtea ſequatur aſſenſus regius ad eam confirmandam, c. 11. numer. 22. 26. & 28. ibid.

Quæ Hypotheca prævaleat, ſi minor bona ſua ſine decreto uni hypothecaverit, quæ poſtea major factus obligat alteri, & ratificat priorem hypothecam expreſsè vel tacitè, cap. 11. num. 25. ibid.

Hypotheca recuperatur à creditore qui conſenſit alienationi rei hypothecatæ, ſi alienatio nulliter facta ſit, vel reſciſſa, c. 14. numer. 10. p. 98.

Quamvis solutio facta decocto liberet solventem ignorantem decoctionem, non tamen valet contractus cum eo celebratus, c. 12. n. 55. p. 90.

Solvere an teneatur filius creditoribus patris ex fructibus adventitiorum quæ ob dilapidationem à patre factam consolidantur in favorem filii, cap. 15. num. 3. 13. & seqq. pag. 100. & 101.

Vide *Filius.*

Quid de successore in majoratu, cap. 15. num. 13. p. 101.

Solvendi difficultas non excusat debitorem à mora, nec ab interesse propter moram debito, c. 17. n. 13. p. 109.

Vide *Mora.*

Solvere non licet debitori creditoribus suis pendente concursus judicio, c. 17. n. 28. p. 97.

Solvendi impotentia excusat debitorem à mora & interesse lucri cessantis, c. 17. n. 34. p. 111.

Maximè si impotentia præcesserit moram, n. 35. ibid.

Statutum.

Statutum disponens super lucro dotis extenditur ad augmentum ejus, c. 2. n. 12. p. 25.

Vide *Dos.*

Statuto requirente consensum mariti, aut interventum duorum propinquorum, ad authorisandum mulieris vel minoris contractum, non sufficit sola præsentia cum taciturnitate, c. 3. n. 26. & 27. p. 29.

Quod fortiùs procedit quando agitur de præjudicio Tertii, n. 28. p. 30.

Et talis contractus non servatis solemnitatibus à Statuto requisitis celebratus nullus est, cap. 3. nu. 31. ibid.

Vide *Thesaurarius.*

Statutum disponens aliquid ultra jus commune, illud censetur forma substantialis, qua deficiente actus corruit, c. 3. n. 36. p. 43.

Statutum prohibens extrahi frumentum, habet locum in farina, c. 4. n. 50. p. 39.

Statutum disponens super actu sibi licito, non attendit voluntatem domini, c. 9. nu. 111. & 112. p. 75.

Statuto disponente super aliquo actu, non attenditur præjudicium quod in consequentiam accidere potest, c. 9. n. 113. ibid.

Statuto disponente quod causæ viduarum sint summariæ, tales fient, si lite pendente matrimonium solvatur per mortem viri, c. 17. nu. 43. p. 111.

Succedere. Successio.

Succedens in locum alterius per privationem prædecessori inflictam an teneatur satisfacere creditoribus prædecessoris privati, c. 9. nu. 21 & seqq. ubi tractatur ad partes, p. 64.

Vide *Fiscus.*

Successorum jus non attenditur in alienationibus bonorum majoratus, juris authoritate interveniente factis, cap. 9. nu. 110. & aliis seqq. pag. 75.

Vide *Alienatio.*

Successor in majoratu an teneatur satisfacere creditoribus primi possessoris ex fructibus ab illo hypothecatis, quando fuit privatus ob dilapidationem, c. 15. n. 13. p. 101.

T

Tempus.

TEmpore prohibito, quæ fiunt vel conferuntur in tempus prohibitum, irrita sunt & nulla, c. 13. n. 31. p. 96.

Contrahentibus quibus medio tempore jus quæsitum est, non nocet fictio retractiva, c. 15. n. 37. p. 95.

Tempus non currit legitimè impedito, & justum impedimentum excusat à mora, c. 17. n. 14. p. 109.

Index Rerum

Vide *Mora.*
Vide *Impedimentum.*
De tempore ad rem, & de re ad tempus, valet argumentum, c. 2. n. 18. & 19. p. 17.

Tertius.

Tertius consequitur æstimationem melioramentorum quæ fecit in re hypothecata, c. 2. nu. 51. pag. 19.
Tertius aggregans bona sua antiquo majoratui non potest comprehendi in contractu antecedente inter hypothecarium & tunc possessorem majoratus celebrato, cap. 2. num. 78. 79. & 80. pag. 22.
Vide *Dispositio.*
Vide *Hypotheca.*
In Tertii præjudicium verba enuntiativa nihil probant, c. 3. n. 34. p. 30.
Vide *Assertio.*
Vide *Verba.*
In Tertii præjudicium non admittitur confusio, c. 4. n. 19. & 20. p. 35.
Vide *Confusio.*
Tertii hypotheca illæsa non obstante confusione actionum inter creditorem & debitorem, c. 4. nu. 21. ibid.
Vide *Hypotheca.*
In præjudicium Tertii non consideratur consolidatio usu-fructus cum proprietate, cum Tertius ipse intermediat pro suo interesse, cap. 4. nu. 59. p. 39.
Usufructu apud Tertium consolidato extinguitur hypotheca super ejus commoditate constituta, c. 4. n. 64. & seqq. p. 40.
Vide *Ususfructus.*
Tertii præjudicium non attenditur, ubi concurrit necessitas & rigor legis jubentis merces comburi ob metum pestis, c. 9. n. 104. p. 74.
Vide *Hypotheca.*
In Tertii præjudicium medio tempore jus acquirentis nunquam retrotrahitur ratihabitio, c. 11. n. 26. & 27. p. 83.
Si Tertii interest ne res aliqua alienetur, pactum de non alienando cum ipso initum impedit dominii translationem, c. 12. n. 25. p. 87.
Tertios rerum hypothecatarum possessores non afficit sententia contra debitorem lata, c. 12. n. 39. p. 89.
Tertii jus lædi non debet per rescriptum à Principe impetratum, c. 16. n. 10. & seqq. p. 105.
Et tale rescriptum tanquam subreptitium non attenditur in præjudicium Tertii, c. 16. n. 21. & seqq. p. 106.

Thesaurarius.

Thesaurarius unus Arcæ Regiæ sine interventu aliorum non potest recipere solutiones, c. 3. n. 1. p. 27.
Thesaurarii Regii nihil possunt extrahere ex arca absque speciali decreto, c. 3. n. 2. ibid.
Thesaurarii arcæ Regiæ non possunt etiam simul recipere solutiones absque decreto Senatus, c. 3. n. 5. p. 28.
Thesaurariorum arcæ Regiæ in quo munus consistat, ibid. & n. 6. ibid.
Thesaurarii arcæ Regiæ recipiunt pecunias fiscales ab exactoribus specialiter deputatis, & ab illis non exeunt, nisi sub certis solemnitatibus, c. 3. n. 7. ib.
Thesaurarius Sedis Apostolicæ recipit pecunias Cameræ solvendas, de quibus computum reddit, c. 3. n. 8. ibid.
Thesaurario solvens ignorans formam mandati, sibi imputet, sicut qui contrahit non servata lege & forma præscripta, si indè damnum sentiat, c. 3. n. 10. 11. & 19. ibid. & 29.
Thesaurarius unus ex tribus deputatis non potest solus recipere solutiones etiam cum decreto Senatus, c. 3. n. 13. & 14. p. 28.
Vide *Solutio.*
Vide *Apocha.*
Thesaurarius qui sine solemnitatibus requisitis recepit solutionem à debitore fiscali, debet primùm excuti; & si solvendo non sit, recurritur in subsidium contra debitorem qui solvit, c. 3. n. 37. p. 31.

Transactio.

Transactio inter hæredem institutum & successorem ab intestato facta impugnari potest à creditoribus & legatariis, quorum interest testamentum sustineri, c. 1. nu. 30. p. 6.
Vide *Creditor.*
Per transactionem contrahitur nova hypotheca illi adjecta in augmentum primæ obligationis, si transactioni non stetur, c. 14. n. 7. p. 97.
Etiamsi Transactio facta sit animo novandi præcedentem obligationem, n. 7. ibid.
Quod declaratur remissivè, n. 22. p. 99.

Translatio.

Translatio pensionis Ecclesiasticæ virtute indulti Apostolici, an inducat novam pensionem, an verò translata sit eadem cum prima, c. 8. n. 3. & 14. & passim per tot. c. p. 54. & seqq.
Vide *Pensio.*
In translatione qualibet juris, idem jus, & non aliud diversum transit in translatarium, cap. 8. numer. 41. & 42. p. 58.
Translatio pensionis est actus merè voluntarius pensionarii, c. 8. n. 46. & 47. ibid.
Translatio domini non impeditur, si in prohibitione alienationis pœna fuerit imposita alienanti, c. 9. n. 54. p. 66.
Vide *Alienatio.*
Translatio dominii impeditur propter prohibitionem alienationis ex pacto cum Tertio inito cujus interest rem non alienari, cap. 12. num. 25. pag. 87.
Translatio dominii impeditur ex pacto jurato de non alienando, cap. 12. n. 7. p. 85.
Vide *Nullitas.*
Translatio dominii impeditur in rebus à debitore alienatis post concursum formatum, cap. 12. numer. 26. pag. 87.
Translatio hypothecæ à priore creditore in posteriorem, per jus offerendi, non inducit novam hypothecam, sed eadem numero transit quæ erat antea, c. 8. n. 39. in fin. n. 58.
Translatio fit cum suo onere, qualitate, & causa, c. 8. n. 40. ibid.

Transmissio.

Quod non est transmissibile, non est cessible, c. 1. §. 1. n. 6. p. 8.
Et vicissim quod est transmissibile, cessionem admittit. n. 7. ibid.

Tutor.

Tutores plures licèt debeant conficere librum rationum, sufficit scriptura unius & subscriptio cæterorum, c. 3. n. 25. p. 29.
Tutoris bonis confiscatis, an & quomodo possit pupillus agere adversus fiscum, cap. 9. n. 88. pag. 71.

& Verborum.

V

Vendere. Venditio.

VEnditione perfecta, periculum rei, ſicut & incrementum, pertinet ad emptorem, c. 2. n. 32. pag. 18.
Vide *Augmentum.*

Venditor an & quando propter læſionem poſſit à contractu diſcedere, c. 1. §. 2. n. 13. p. 11.
Vide *beneficium leg. 2. C. de reſc. vend.*

Vendere quis cogi poteſt ad ornatum urbis, c. 9. n. 109. p. 75.

Verba.

Verba Collegæ, vel alterius qui non poteſt diſponere de actu à ſe geſto, nullam inducunt præſumptionem, c. 3. n. 33. p. 30.

Verba enunciativa in præjudicium Tertii nihil probant, c. 3. n. 34. ibid.
Vide *Aſſertio.*

Verba contractus referuntur ad tempus quo fuit celebratus, c. 5. n. 15. & 16. p. 42.

Verbum, *Bona*, adjectum genitivo, *Majoratus*, indicat omnia bona pertinentis ad majoratum, ſive ex dominio, ſive ex poſſeſſione, c. 2. 116. p. 26.

Verbum, *Videtur*, denotat improprietatem ſui natura, c. 2. n. 67. p. 21.

Unio.

Per unionem unius rei factam alteri, in iſtam omnia emolumenta alterius tranſeunt, cap. 2. nu. 107. p. 25.

Unitæ rei mentio facienda, non eſt in impetratione rei principalis, c. 2. n 106. ibid.

Declara, niſi una res ſit æquè principaliter unita alteri, n. 111. ibid.
Vide *Augmentum.*

Voluntas.

Voluntas elici poteſt & probari ex actu nullo, c. 14. n. 3. p. 97.

Voluntas teſtatoris deduci poteſt ex diſpoſitione, etiamſi nulla & irrita, c. 14. n. 4. ibid.

Voluntas teſtatoris declarari poteſt per diſpoſitionem nullam; ſecùs eſt in contrahentibus, c. 14. n. 19. p. 99.

Uſuræ.

Uſuræ legitimæ debentur propter moram debitoris in ſolvendo, c. 17. n. 1. p. 108.

Uſuras ante concurſus judicium debitas peti non impedit ſuperveniens concurſus, c. 17. n. 2. ibid.

Uſuræ non currunt pendente judicio concurſus in præjudicium poſteriorum creditorum, c. 17. n. 6. ibid.

Uſurarum curſum non ſiſtit reſcriptum moratorium à principe debitori conceſſum, licèt ſuſpendat exactionem illarum, c. 17. n. 10. & 11. & 24. p. 109.

Uſuræ debitæ ex officio judicis ceſſant, quamdiu bona debitoris inopis ſunt in ſequeſtro, c. 17. n. 29. p. 110.

Uſuras jam debitas non tollit impedimentum ſolvendi ex concurſus judicio ſuperveniens, licèt extinguat curſum illarum pro futuro, c. 17. n. 37. 38. & 44. p. 111. & 112.

Uſuræ currentes ante rem judicatam ſuſpenduntur per dilationem conceſſam debitori ad ſolvendum ex cauſa miſerationis, c. 17. n. 39. & 40. p. 111.

Uſuræ ex mora non debentur poſt formatum judicium concurſus, quia debitor deſinit eſſe in mora, quæ habet tractum temporis ſucceſſivum, c. 17. n. 41. & 42. ibid.

Uſuris minoribus promiſſis, ſi poſtea per novum contractum convenerit de uſuris majoribus, an prior hypotheca extenditur ad hoc augmentum majorum uſuratum, cap. 2. nu. 67. verſ. Sed contra. p. 21.

Uſusfructus.

Uſufructu extincto an extinguatur hypotheca ſuper eo conſtituta, c. 4. n. 1. p. 34.

Uſusfructus extinguitur conſolidatione, ſi uſufructuarius nanciſcatur rei proprietatem, c. 4. nu. 3. ibid.

Uſusfructus extinguitur mutata forma rei ſuper qua conſtitutus erat, c. 4. n. 4. ibid.

Uſusfructus formalis transfunditur in cauſalem per acquiſitionem proprietatis, c. 4. nu. 5. ibid.
Et inter utrumque magna eſt differentia. ibid.

Uſusfructus formalis tranſlatus in cauſalem non poteſt reduci ad priorem formam, c. 4. n. 12. p. 35.

Uſufructu conſolidato cum proprietate apud Tertium, extinguitur hypotheca ſuper ejus commoditate conſtituta, cap. 4. num. 60. 61. & 62. p. 39.

Uſusfructus commoditas ſimpliciter hypothecata non patitur mutationem per adquiſitionem proprietatis, c. 4. n. 66. p. 40.

Uſusfructus hypothecatus nihil influit in proprietatem, ſed finitur hypotheca per mortem fructuarii debitoris, c. 5. n. 3. 4. 9. 13. 29. & ſeqq. p. 41. & ſeqq.
Vide *Hypotheca.*

Jus Uſusfructus non poteſt hypothecari, nec cedi, ſed ſola commoditas fructuum, c. 4. n. 24. p. 36.

Uſufructu conſolidato, commoditas fructuum & eorum perceptio eodem modo remanet penes debitorem, quo erat ante conſolidationem, c. 4. n. 25. & 26. & 29. ibid.
Vide *Hypotheca.*

Uſusfructus non tranſgreditur vitam fructuarii, c. 4. n. 32. p. 43.

Uſusfructus eſt ſervitus perſonalis, cap. 6. nu. 18. p. 46.

Uſusfructus finitur per acquiſitionem proprietatis rei fructilis perfectam & abſolutam, c. 6. n. 19. 20. & 21. p. 47.

Uſusfructus reviviſcit, ſi proprietas empta à fructuario, fuerit retracta à conſanguineo proprietarii, c. 6. n. 35. & 36. p. 48.

Uſusfructus finitur per mortem fructuarii, c. 6. n. 10. p. 46.

Uſusfructus tranſit in Monaſterium, durante vita Monachi, c. 6. n. 12. ibid.

Uſufructu duobus ſucceſſivè relicto novus dicitur uſusfructus in ſecundo fructuario, c. 8. n. 5. & 55. p. 54. & 67.
Et an ſimiliter penſio tranſlata dicatur nova penſio. ibid.
Vide *Penſio.*

Uſusfructus non extinguitur per conſolidationem ſubſequutam, reſciſſam vel irritam factam, c. 14. n. 11. p. 98.

Uſusfructus quoad jus diſcrepat ab ipſa commoditate fructuum, c. 15. n. 7. p. 100.

Uſufructu amiſſo, durat hypotheca ſuper commoditate impoſita, c. 15. n. 8. ibid.
Vide *Hypotheca.*

Uſusfructus patris in bonis adventitiis filii finitur per

Index Rerum

per abuſum ſeu dilapidationem, non ſecus ac per mortem, c. 15. n. 14. & 15. p. 101.

Uſusfructus an & quomodo poteſt remitti à patre filio in fraudem creditorum, necne, c. 15. n. 24. 25. 26. 27. & 28. p. 102. & 103.

Vide *Pater.*

Uſufructuarius.

Uſufructuarius dimittens voluntariè proprietatem, non recuperat uſumfructum ſemel conſolidatum, c. 1. n. 14. p. 35.

Uſufructuarius rei ſuæ nemo eſſe poteſt, c. 4. n. 15. ibid.

Uſufructuarius ultro dimittens uſumfructum, non præjudicat creditoribus ſuis, c. 4. n. 17. & 18. ibid.

Uſufructuarius obligans uſumfructum, intelligitur obligare commoditatem, c. 4. n. 43. p. 38.

Uſufructuarius legans uſumfructum quem habet in re aliena, ſi poſtea proprietatem acquirat, eam non præſumitur legaſſe, cap. 5. num. 18. p. 42.

Uſufructuarius omne jus in re fructili amittit per mortem, c. 5. n. 19. ibid.

Uſufructuarius æquiparatur penſionario beneficii, & viciſſim penſionarius fructuario, c. 6. n. 9. cum multis ſeqq.

Vide *Penſio.*

Uſufructuarius tranſmittit fructus perceptos ad hæredes, c. 6. n. 11. ibid.

Uſufructuarius ob dilapidationem privatur omni jure commoditate uſusfructus, c. 15. n. 16. & 17. cum ſeqq. p. 101.

Uſufructuarius acquirens proprietatem ex teſtamento poſtea reſciſſo per contra tabulas, recuperat uſumfructum, c. 6. n. 34. p. 48.

Sed vide nu. 42.

FINIS.

Laus Deo, Virginique Matri Deiparæ ſine macula conceptæ.



D. FRAN-

D. FRANCISCI
SALGADO
DE SOMOZA,
IN REGALI CANCELLARIA
VALLISOLETANA SENATORIS,
TRACTATUS
DE LIBERTATE
BENEFICIORUM
ET CAPELLANIARUM
RECUPERANDA;
ET QUASI POSSESSIONE PRÆSENTANDI
ſubvertenda.

Opus non minus Prælatis Eccleſiaſticis, quàm utriuſque fori Judicibus perutile.

Cum Indicibus Articulorum & Rerum notatu digniorum.

LUGDUNI,
Sumptibus J. B. DELAMOLLIERE.

1792.

INDEX

Articulorum hujus Tractatus.

ART. I. CONSUETUDO legitimè adquisita in Tribunali Ecclesiastico exequendi sententias in provisionibus Capellaniarum non obstante appellatione, laudabilis est, & justa.

Et probata per actus positivos vim legis habet.

Et ubique servanda, tam in Tribunalibus superioribus, quàm in Cancellariis, super causis ad eas delatis per viam violentiæ. pag. 1

II. Responsio ad objectiones ex adverso inaniter oppositas huic constanti consuetudini.

Ad consuetudinis creationem non requiruntur actus positivi judiciales in contradictorio judicio, ex quibus formetur; sed extrajudiciales sufficiunt.

Decreta Regia violentiæ super executione sententiarum in provisione Capellaniarum, non sunt capacia ad detrahendum, nec interrumpendum consuetudinem perfectè formatam.

Decreta violentiæ emanata super repositione executionum sententiarum, quæ aliàs de jure *nullæ* sunt, non opponuntur consuetudini exequendi *validas*, appellatione non obstante.

Consuetudo exequendi sententias appellatione pendente, restringitur ad sententias validas: non tamen extenditur ad nullas. Ex quo decreta violentiæ emanata ex hoc defectu, conformia sunt consuetudinis dispositioni. p. 3. & seq.

III. Consuetudo exequendi sententias super Capellaniis latas, quantumcumque constans sit; non operatur in latis, contempto jure patronatus, seu quasi possessione præsentandi, legitimè quæsita.

Super Capellaniis ab origine fundatis absque jure patronatus, nec quasi possessio præsentandi, nec præscriptio cadere potest. 11

IV. Quasi possessio præsentandi ad beneficium duntaxat attenditur inter ipsos compatronos, inter quos solùm actum fuit de pertinentia juris præsentandi; sed nunquam attenditur, imò potius contemnitur ipsa quasi possessio contra Ordinarium deducentem in judicio libertatem beneficii, & impugnantem existentiam juris patronatus.

Tuncque justè denegatur institutio præsentato per existentem in tali quasi possessione. pag. 16

V. Quasi possessio juris præsentandi ad beneficium nunquam transit in successorem, sive filium, sive hæredem, nisi iste postmodum illam actualiter apprehendat per præsentationem admissam. 19

VI. Quasi possessio præsentandi ad beneficium adquisita cum mala fide, & multò minus cum vera mala fide, ad nihilum suffragatur, etiam immemorialis. 20

VII. Ordinarius repertus in ultimo statu conferendi Capellaniam præfertur quibuslibet, etiam habentibus quasi possessionem quæsitam in antecedentibus vacationibus, ex quo justè denegatur institutio per eundem præsentato.

Verba inepta sententiæ, quæ non conveniunt, nec justificantur ex actis processus, delentur ab ea. 21

VIII. Instrumenta in judicio præsentata, si de falso redarguantur, & non comprobentur, quasi possessionem præsentandi non probant.

Antiqua tamen ultra centum annos à comprobatione excusantur.

Instrumenta producta per sententiam contrariam remanent perpetuò reprobata. 24

IX. Libri visitationis, quibus enuntiatur jus patronatus, nihil probant. Et ex quibus requisitis an indicium deserviant.

Enuntiativa instrumenti nihil probat, postquam de enuntiato dubitari, & controverti contigerit. 25

X. De differentia quoad successionem inter

Index Articulorum.

inter jus patronatus hæreditarium, & gentilitium.

Prætendens jus patronatus hæreditarium, tanquam gentilitium, non potest obtinere in hæreditario ob non deductam hanc causam in judicio, aut ob hujus qualitatis defectum, nec in gentilitio, si in fundatione non legitur scriptum, & expressum. p. 27.

XI. Ad jus patronatus hæreditarium si facta fuit præsentatio tanquam gentilium per consanguineos proximiores, familiare præsumitur interim, quod ex fundatione contrarium non appareat.

At semper ubi ex fundatione docetur hæreditarium, & non gentilitium esse, reducitur ad suum statum originalem: Qualibet quasi possessione antiqua contraria non refragante. 29

XII. Error in apprehensione possessionis respiciens titulum, & causam possidendi, quamvis juris effectibus careat in judicio proprietatis; prodest tamen ad judicium manutentionis.

Error, & falsa causa in apprehensione possessionis, respiciens ipsam rem, nec suffragatur in judicio plenario, nec in summarissimo manutentionis. 32

XIII. Consensus Ordinii requisitus, simul cum fundatione Capellaniæ, ut adquiratur jus Patronatus, nullatenus inducitur ex admissione præsentationum, & institutione facta postmodùm per Ordinarium præsentantis. pag. 33

XIV. De differentia judicii super jure Patronatus moti, nempe inter ipsos compatronos super pertinentia juris præsentandi, & inter ipsos, & Ordinarium moti super existentia ipsius juris Patronatus. 36

XV. Omnes causæ, ex quibus impeditur à jure alicui adquisitio quasi possessionis juris præsentandi, vel adquisita destruitur; omnes eadem influunt in præsentatum ab eo, ne institui possit.

Recensetur constitutio synodalis Diœcesis Compluti Regii ad eundem finem emanata. 39

XVI. De inanibus tramitibus, quibus usus est adversarius abutendo salubri recursu violentiæ.

Violentiæ decreto & provisione inde emanata, semel intimatis, & per Senatum Regium justis de causis denegato complemento; si pars iterum utatur, absque Senatus novo decreto, reus erit pœnæ ob temeritatem. Super appellatione postmodum resoluta, aut renuntiata, seu aliàs nulliter interposita, recursus ad Regem per viam violentiæ cadere non potest. 41

TRACTA-

TRACTATUS
DE LIBERTATE
BENEFICIORUM
ET CAPELLANIARUM
RECUPERANDA;
ET DE QUASI-POSSESSIONE
præsentandi subvertenda.

ARTICULUS. I.

Consuetudo legitimè adquisita in Tribunali Ecclesiastico exequendi sententias in provisione Capellaniarum, non obstante appellatione, laudabilis est, & justa, & probata per actus positivos continuatos, vim legis habet; & ubique servanda, tam in Tribunalibus superioribus, quàm in Consilio Regio, & Cancellariis, super causis ad eas delatis per viam violentiæ.

SUMMARIUM.

1 *Utilitas hujus Tractatus commendatur profuturi tam in judiciis Ecclesiasticis, quàm in Cancellariis.*

2 *Est exclusivus quasi-possessionum juris præsentandi, dum agitur de libertate Beneficii.*

3 *Subtiliter hauritur ex visceribus materiæ juris patronatus.*

4 *Hoc tractatu cessabit contagium præsentationum ad jus patronatus usurpatum.*

5 *Brevis proponitur species litis, ex qua hauritur iste Tractatus, & n. 6.*

7 *Appellatio à sententia lata super provisione beneficii simplicis, est legitima quoad utrumque effectum.*

8 *Limitatur nisi consuetudo Tribunalis Ecclesiastici ejus executionem admittat appellatione non obstante.*

9 *Consuetudini huic assistit præsumptio juris.*

10 *De consuetudine exequendi sententias si constet Tribunali Regio, vim non fieri, declaratur.*

11 *Consuetudo potest introducere, ut sententia in casu non privilegiato possit mandari executioni, appellatione non obstante.*

12 *Consuetudo exequendi sententiam ejus Tribunalis, ad quod fertur, est attendenda.*

13 *Appellatio est de ordinatoriis judicii, & attendenda consuetudo inferioris à quo interponitur.*

14 *De consuetudine ad statutum valet argumentum, cum ad paria procedent.*

15 *Et quantum ad effectum non differt à consuetudine.*

16 *Consuetudo fortior est statuto.*

17 *Constitutione Synodali potest tolli appellatio suspensiva in beneficiis simplicibus.*

18 *Consuetudo Tribunalis Abbatialis exequendi sententias latas super Capellaniis, constans est, & exuberanter probata.*

19 *Et pluribus causis delatis per viam violentiæ declaratum fuit, vim non fieri attenta consuetudine.*

20 *Officialibus ejusdem Tribunalis attestantibus de consuetudine multum defertur.*

21 *Testibus etiam extraneis attestantibus de consuetudine alicujus Tribunalis datur fides.*

22 *Notariis Tribunalis attestantibusde ejus consuetudine magna fides datur.*

23 *Pars contradicens consuetudini, & nihil probans, succumbit.*

24 *Idem est, non allegare, vel allegare, & non probare.*

25 *Pars, quæ in una causa confessa est consuetudinem Tribunalis, & in altera negat, non auditur.*

26 *Refertur casus, quo Cancellaria detulit consuetudini exequendi sententias, & vim non fieri decrevit, & nu.* 27.

1 TRACTATUS iste juridicus, atque magistralis, Tribunalibus Ecclesiasticis, nec non Cancellariis admodum utilis est, illoque consulitur libertati 2 beneficiorum, & capellaniarum, estque exclusivus quasi possessionis præsentandi ab eo acquisitæ, 3 qui jure patronatus caret: & subtiliter hausus ex visceribus, & occultis antris materiæ juris patronatus. Sumpta occasione, à quadam lite controversa in Tribunali Abbatiali Diœcesis Compluti regalis inter D. Petrum de Aranda & Figueroa, presbyterum, & Fiscalem, præ- 4 dictæ Abbatiæ. Variis quæstionibus ornatus omni commendatione, & notatu dignissimis. Quo jam tractatu cessabunt dissidia assiduè contingentia in recuperatione prædictæ libertatis, & contagium usurpationis, atque venenum occultum quasi possessionum præsentandi decipientium viros doctos, facilè, & indistinctè illis deferentes. Ex hac itaque lite mitè, & subtiliter exhaustæ fuerunt omnes difficultates, & quæstiones, quæ ad omnimodam perfectionem novi hujus tractatus desiderantur.

5 D. Petrus de Aranda, præsentatus à D. Joanna Maria de Valençuela contendit, Judicem Ecclesiasticum vim feciisse in exequendo suam sententiam, qua declaravit nullum adesse jus patronatus ad capellaniam, de qua agitur; & nominationem, & collationem ejus pertinere Dignitati Abbatiali, non obstantibus appellationibus ab eis interpositis, eo quod capellania beneficium simplex est.

6 Fiscalis autem Ecclesiasticus constanter prætendit, nullam adesse vim in hujusmodi sententiæ executione, attenta inviolabili consuetudine prædicti Tribunalis Abbatialis.

7 Principium, & regula constans est in jure, sententias latas in contradictorio judicio super capellaniis, & beneficiis simplicibus non posse exequi, nec earum virtute possessionem dari, legitima existente appellatione: hæc namque utrumque habet effectum devolutivum, & suspensivum: ita ad longum præ cæteris comprobamus *in nostris commentariis de Reg. protect.* 2. *part. cap.* 13. *per tot.*

8 Attamen ab hac regula, inter alias limitationes, quam patitur, illa principalis, & selecta est, quotiens adest consuetudo, & stylus legitimè introductus in aliquo Tribunali Ecclesiastico exequendi sententias latas in contradictorio judicio super capellaniis, & aliis simplicibus beneficiis non obstante appellatione, quo casu nullum inducitur attentatum, ut pluries declaravit Rota Romana, prout latè videre est penes Lancellotum Robertum de *de Attent.* 2. *part. cap.* 12. *dub.* 48. Hieron. Gonçales *de Alternat. glos.* 9. *in annotat. à num.* 211. Dom. Perez de Lara *de Anniversar. & Capella. l.* 2. *cap.* 11. *n.* 13. Rota *decis.* 1155. *part.* 3. *divers.* Nicolaus Garcia *de benefic.* 9. *part. cap.* 4. *num.* 27. Resolventes unanimiter, hujusmodi consuetudinem exequendi sententias, & virtute earum mittendi in possessionem capellaniæ, seu cujusvis alterius beneficii simplicis, illos, ad quorum favorem latæ sunt, esse omnino tolerabilem, & laudabilem, quâ reverà extante, & legitimè de ea constito, prorsus cessare attentata, & ita fuisse decisum in Rot. *in una Pampilon paro. hiali.* 16. *Junii, anno* 1557. testatur Gonçales *dict. glos.* 9. *in annotat. à n.* 211. Et in alia Compostellana, de qua testatur Garcia *de Benefic.* 9 *part. cap.* 4. *n.* 27. Et ulteriùs stante juris præsumptione, 9 quam hujusmodi consuetudo in sui favorem habet, prout videre est infra *in articulo* 2. ex n. 59. *cum seqq.*

Quapropter si pro hujusmodi appellationis dela- 10 tione adeatur Curia Regia, si ex actis apparuerit de hujusmodi consuetudine exequendi sententias, vim nullam esse declarabitur.

Quæ omnia congessimus in Tractatu nostro *de* 11 *Reg. protect. dict.* 2. *part. c.* 13. *ex n.* 275. *cum seqq.* Et iterum, *eadem* 2. *part. c.* 8. *n. fin.* ibi: *Illud non omittam, quod consuetudo potest inducere, ut sententia aliquo casu de jure communi non privilegiato possit exequi, appellatione non obstante: Anton. Augustin. dec.* 3. *lib.* 1. *Marescot. var. resol. part.* 2. *c.* 64. *à n.* 16. *&c.*

Et quod ad effectum denegandæ appellationis 12 suspensivæ sit attendendus stylus, & consuetudo, seu statutum fori, quo probata fuit sententia, plenè comprobat Rota *in decis.* 439. *ex n.* 13. *& seqq.* inter recollectas à Ludovisio Postthio *post tractat. de manutent.*

Et cum appellatio sit de ordinatoriis judicii, debet 13 attendi consuetudo judicii inferioris cujus sententia interposita fuit: ita per duas decisiones Rotæ, tenet Ricçius *in collect.* 5. *part. collect.* 2057. *vers. Quartum quando fol.* 329.

Et comprobatur propositio hæc, quoniam de 14 consuetudine an Statutum, valet argumentum, ad paria etenim procedunt. Cyriac. *controvers.* 460. *num.* 16. *tom.* 3. Alderan. Mascard. *de Statut. inter. concl.* 8. *num* 11. *ex l. de quibus, in fine, de legib.* Imò Consuetudo fortior est Statuto. Gonçalez *ad Reg. Cancell glossa.* 45. §. 1. *n.* 78. Joannes Maria Novarius, *qu. for.* 103. *n.* 2. Quantum ad 15 effectum non differt ab statuto, ut plurimis DD. comprobat Bobadilla *in Polit. lib.* 2. *c* 10. *n.* 37. Et pro his omnibus plurimos congerit Giurba *ad constit. Messanens. in proœmio*, 1. *p. num.* 22. D. Valençuel. Velasq. *in cons.* 34. *num.* 149. *& cons.* 4. *num.* 156. *&* 157. *t.* 1. Surd. *de aliment. tit.* 8. *privil.* 56. *num.* 27. *& in cons.* 2. *num.* 29. Mar. Anton. *var. resol. l.* 1. *resol.* 1. *num.* 3. Scaccia *de appellat. quæst.* 2. *num.* 22. Et quod Consuetudo æquiparetur Statuto, imò Statuto 16 fortiorem esse consuetudinem, probat Cened. *q.* 8. *n.* 13.

Sed sic est quod per statutum, sive constitu- 17 tionem Synodalem potest in beneficialibus, & simplicibus beneficiis tolli appellatio suspensiva, quòd sententia diffinitiva executioni mandetur pendente appellatione, ut ad longum per quam plures DD. & Rotæ decis. comprobat (regulam limitans.) Gonçalez *de Alternat. dict. glossa.* 9. *in annotat. ex num.* 213. *cum seqq.* igitur consuetudo, idem disponens, eundem debet operari effectum.

Quam constans, & inviolabilis sit consue- 18 tudo

tudo immemorabilis introducta in Tribunali Abbatiali Diœcesis Compluti Regalis exequendi sententias diffinitivas latas super capellaniis in contradictorio judicio, atque immittendi præsentatum, cui fit collatio, non obstante appellatione, abundè apparet probata, non solum in hoc judicio, verum & in aliis litibus antecedentib. multis adhibitis Notariorum testimoniis ejusdem Tribunalis, ad petitionem partium litigantium, & earum citationibus, & judicum decretis concessis, in quibus innumerabiles actus positivi longissimi temporis recensentur, & quibus qualificata dicitur consuetudo, eo quod sententiæ executæ fuerunt appellatione non obstante, de quibus latius infrà apparebit *in hoc artic.* 1. *ex n. cum seqq.*

Et amplius qualificatur consuetudo ex plurimis testibus ejusdem Tribunalis Officialibus nunc existentibus in eo, aliisque, qui quondam fue-
19 runt, qui omnes deponunt de actibus particularibus, in quibus de latis per viam violentiæ ad Cancellariam Granatensem, attendentem, consuetudinem hanc, & stylum immemorialem, declaravit, vim non fieri à judice Ecclesiastico exequente suam sententiam appellatione non obstante.

Quibus Officialibus, & ministris ejusdem Tribunalis attestantibus de consuetudine ejusdem,
20 maxima fides datur; Gratian. *in dict. discept.* 308. *num.* 16. & 17. Ubi etiam de Procuratoribus, & Advocatis, in dicto Tribunali, cum *Bartolo, Baldo, Socino, & Afflictis*, probat Vivianus *de jur.*
21 *pact. decis.* 14. *n.* 2. Imò etiam quoslibet testes extraneos deponentes de consuetudine Tribunalis sufficere, probat text. expressus, *in cap. Abbate* 25. *de V.* 1. *in vers. Non igitur depositionibus testium diligenter inspectis, invenimus esse probatum, quod à* 40. *annis, & infrà, Monachi Alciatenses Abbatem sibi de Sancti Bertini Monasterio elegerunt: & infra, &c.* & quod ad probandam
22 consuetudinem alicujus Curiæ credatur Notariis ejus, & aliis testibus, optima est Rotæ *decis.* 704. *ex n.* 4. ubi latè comprobat, per Farinac. *part.* 1. *in recent.*

23 Imò, & quod plus est, in hoc articulo hujus litis, cum dict. D. Petrus contradixerit & impugnaverit hanc consuetudinem, cujus contradictio, partibus citatis, fuit admissa, imo quamvis ei assignatus fuit terminus ad probandum suam contradictionem, nullam adhibuit diligentiam, imò primo termino transacto, ad majorem hujus articuli justificationem, novus, & secundus sibi fuit concessus terminus ex officio, & per duo decreta mandatum, sibi tradi acta processus, quæ nec accipere voluit, nec aliquid probare intentavit contra hujusmodi consuetudinem constantem, & indubitabilem, probatio consuetudinis existentis firmissima, & secura remansit, deleta contradictione, cum idem sit non allegare,
24 vel allegare, & non probare: *l. si manumissus* 2. *C. de lib. & eorum filius*, latè Gallin. *de V. S. lib.* 5. *cap.* 16. *ex n.* 17.

25 Et quod magis est, in alia capellania, in qua dict. D. Petrus de Aranda obtinuit sententiam favorabilem, ejus executionem petiit virtute consuetudinis vigentis in hoc Tribunali, eodem modo, quo & in eadem capellania, fuisse executam sententiam ad favorem antecessoris, appellatione in contrarium non obstante, imò introducto articulo violentiæ in cancellaria fuisse decretum, vim non fecisse Judicem Ecclesiasticum, in exequendo sententiam, hujus allegationis, & petitionis copia judicis decreto, & parte citata authoritate notarii exhibita, & præsentata est hac in lite. De hac confessione latissimè agitur infra, *in articul.* 2. *ex n.* 63. *usque ad finem*, ubi comprobatur.

Et iterum in hac eadem capellania, de qua agi-26
tur, cum litigaretur, & fuisset lata sententia in favorem Dignitatis Abbatialis, eo quod nullum apparebat jus patronatus, declaratum fuit, nominationem ad Dignitatem pertinere, & facta nominatione executa fuit sententia appellatione non obstante, & causa deducta ad Cancellariam per viam violentiæ, clarè apparuit sententiam esse nullam, & appellationem legitimam, eo, quod pars appellans petierat accumulationem alterius litis, quo articulo pendente dicta sententia nulla fuit, & ideo justè Senatus protulit decretum tertii generis, *que reponiendo y oyendo de nuevos á las partes, no hazia el Juez Eclesiastico fuerça, y se le remitia, &c.*

Quibus noviter auditis in contradictorio judicio, 27
& per exactam causæ cognitionem, idem judex protulit sententiam, nullum adesse jus patronatus capellaniæ declarans, sed ad Dignitatem Abbatialem pertinere nominationem, quam fecit, & hac sententia executioni mandata, data fuit capellaniæ actualis possessio nominato à Dignitate, quam possessionem multis annis continuavit absque ulla contradictione, seu appellatione, sed dictæ sententiæ tanquam justæ, & legitimè datæ acquieverunt partes, attenta consuetudine; & per obitum hujus possessoris causata fuit vocatio præsens ejusdem capellaniæ, de quâ controvertitur, cum fuerit ultimus status, & hujus consuetudinis justificatio clarior apparebit *ex art.* 2. *seq. n.* 48. *cum seqq.* ubi de hoc exemplo altiùs tractatur, & apertè ostenditur, indubitanter assistere in favorem consuetudinis habentis ex eo ultimum & immediatum statum.

ARTICULUS II.

Responsio ad objectiones. ex adverso inaniter oppositas huic constanti consuetudini.

Ad consuetudinis creationem non requiruntur actus positivi judiciales in contradictorio judicio, ex quibus formetur; sed extrajudiciales sufficiunt.

Decreta Regia violentiæ super executione sententiarum in capellaniis non sunt capacia ad detrahendum, nec interrumpendum, consuetudinem formatam, & perfectam.

Decreta violentiæ lata super repositione executionum sententiarum, quæ aliàs de jure *nullæ* sunt, non opponuntur consuetudini exequendi *validas*, appellatione non obstante.

Consuetudo exequendi sententias appellatione pendente restringitur ad sententias validas: non tamen extenditur ad *nullas*. Ex quo decreta violentiæ lata ex hoc defectu, conformia sunt consuetudinis dispositioni.

SUMMARIUM.

1 *Consuetudo exequendi sententias in cappellaniis latas, concludenter probanda est.*
2 *Actus positivos, inductivos consuetudinis debere fieri in contradictorio judicio, qui tenuerunt.*
3 *Horum Doctorum opinio est communiter reprobata.*
4 *Ad consuetudinem inducendam non requiruntur actus judiciales in contradictorio judicio, juxta receptam opinionem multorum, & num. 5.*
6 *Actus gesti ad introducendam consuetudinem exequendi sententias, sunt judiciales.*
7 *Decreta violentiæ an opponantur consuetudini exequendi sententias, & n. 8.*
9 *Ad consuetudinem introducendam in aliquo Tribunali, actus positivi ejusdem Tribunalis requiruntur.*
10 *Ad interruptionem consuetudinis semel formatæ, contrarii actus ejusdem Tribunalis requiruntur.*
11 *Et per contrarium consensum consuetudinem introducentis.*
12 *Consuetudo semel formata non tollitur, nisi eodem modo contrario, quo fuit creata.*
13 *Et cum eisdem contrariis requisitis.*
14 *Solemnitas quæ requiritur in construendo eadem requiritur in destruendo.*
15 *Decreta violentiæ non sunt capacia interrumpendi consuetudinem Tribunalis Ecclesiastici, & n. 16.*
17 *Tribunali Regio si non constat ex processu delato, de consuetudine exequendi sententias, legitimè vim fieri decernit, absque læsione consuetudinis, & n. 18.*
19 *Constito Tribunali Regio de consuetudine, decreto violentiæ vim fieri, non tribuuntur defectui consuetudinis.*
20 *Sed defectui substantiali processus ex variis causis, quæ assiduè accidunt, impedientibus executionem, etiam in casibus aliàs privilegiatis.*
21 *Sententia nulla non meretur executionem, sed permittit appellationem causantem attentata.*
22 *Decreta violentiæ lata propter nullitatem sententiæ non opponuntur consuetudini, quæ etiam non admittit executionem sententiæ nullæ.*
23 *Statutum, & consuetudo exequendi sententias appellatione non obstante intelligitur de sententiis validis, non nullis.*
24 *Actus difformes si non sint inter se incompatibiles, non impediunt cursum consuetudinis.*
25 *Actus consuetudini contrarii, si possunt attribui alteri causæ, non præjudicant consuetudini.*
26 *Consuetudo semel legitimè formata non interrumpitur per sententiam contrariam.*
27 *Decretum violentiæ, latum est constito de consuetudine. Ergo consuetudo reprobatur; non valet argumentum.*
28 *Varii sunt casus, ex quibus potest variari dispositio legis, & consuetudinis permittentis executionem sententiæ, & n. 29.*
29 *Quatuor decreta violentiæ inferuntur per quæ dicitur vim fecisse Judicem in non deferendo appellationibus ab executionibus suarum sententiarum, ut ex causa nullitatum lata fuisse appareat.*
30 *Decretum primum violentiæ.*
31 *Decretum secundum.*
32 *Decretum tertium.*
33 *Decretum violentiæ quartum.*
34 *De consuetudine exequendi sententias in litibus super quibus superiora decreta violentiæ lata fuere, non constitit Senatui Regio.*
35 *Consuetudo consistit in facto, & ideo non præsumitur, nisi probetur, & n. 36.*
37 *Decreta violentiæ lata propter nullitatem processus conformia sunt consuetudini pariter tunc neganti executionem sententiæ.*
38 *Sententia lata, termino probatorio pendente nulla est, admittens appellationem suspensivam.*
Cum Judex debuerit supersedere, ibid.
39 *A Judice procedente, tempore, quo debebat conquiescere, appellatio legitima est.*
40 *Decretum violentiæ latum ob nullitatem sententiæ compatitur cum consuetudine, pariter tunc negante executionem sententiæ.*
41 *Omnis mundi dispositio sive legis, sive hominis, loquens de actu exequendo, intelligitur de valido, & non de nullo.*
42 *Casus sententiæ nullæ non includuntur in consuetudine, sicut nec in decretis violentiæ, quæ ideo non opponuntur consuetudini.*
43 *Privatio præsupponit habitum.*
Ademptio ejus quod in dispositione non comprehenditur, non operatur, ibidem.
44 *Consuetudo exequendi sententias si non constat Superiori cognoscenti de appellatione, juste super attento declarat.*
45 *Attentati sententia exequenda appellatione non obstante.*
46 *A sententia lata super negotio, quo judex post lapsum terminum probatorium admisit testes nulla est, & admittit appellationem.*
47 *Et si de consuetudine in processu constaret Senatui.*
Et etiam in judiciis, in quibus aliàs permittitur executio prædicta, nullitas appellationem suspensivam admittit, ibid.
48 *Pro consuetudine exequendi sententias super capellaniis latas, ultimus stat status.*
49 *Pendente articulo accumulationis alterius litis, sententia lata nulla est, admittens appellationem.*
50 *Et quo decreti genere tunc utitur Senatus Regius aditus per viam violentiæ, & n. 51.*
52 *Ultimus status assistit consuetudini exequendi sententiam in provisionibus capellaniarum.*
53 *Decreta violentiæ probata in casibus nullitatis processus solum in iisdem casibus interrumperet consuetudinem si illos comprehenderet.*
54 *Actus positivi contra consuetudinem contineri debent intra suos terminos, illos non egrediendo.*
55 *Consuetudo est stricti juris, in qua nihil suppleri debet ultra observantiam.*
56 *Consuetudine contraria, qui se vult juvare non in genere, sed in specie illam probare debet.*
57 *Consuetudo non potest trahi de uno ad alium casum.*
58 *Lex, vel statutum reformatur in parte, in cæteris firmum remanet.*

59 *Pro consuetudine probata, præsumit lex eam ex justa, & rationabili causa processisse.*

60 *Præsumptionem juris, qui pro se habet alia non eget probatione.*

61 *Consuetudo exequendi sententias latas super provisione capellaniarum est laudabilis, & numer.* 62.

63 *Consuetudinem unius Tribunalis confitens pars in una lite, an sibi præjudicet in alia inter diversas partes, quæstio est controversa.*

64 *Confessio partis expressa, & non tacitè inducta ex aliquo actu, præjudicat in alia lite.*

65 *Confessio partis principaliter, & non incidenter facta in uno judicio, sibi præjudicat in alio.*

66 *Confessio partis in uno judicio, si ad aliud trahatur ad eundem finem, & non diversum, sibi præjudicat.*

67 *Confessio partis facta per libellum, in judicio, prodest etiam absentibus.*

68 *Confessio partis in iis, quæ non dependent à sola voluntate ejus sibi non præjudicat, & numer.* 69.

70 *Confessio inter prohibitos præjudicat, concurrentibus adminiculis, & n.* 71.

72 *Indignum est viro provido, quod semel confitendo desideravit, iterum impugnare.*

1 HAnc insuper constantem consuetudinem immemorialem exuberanter & concludenter probatam per omnia legitima media, quæ in Jurisprudentia reperiri possunt, & in qua directè verificatur doctrina Gonçalez, & Nicol. Garcia *supra* allegatorum, *artic. antecedenti. num.* 8. Desiderantium veram, & concludentem probationem consuetudinis ad effectum exequendi sententiam in capellaniis, & beneficiis simplicibus non obstante appellatione, voluit adversarius turbidam reddere & nonnullis fundamentis, totaliter juri, & facto hujus litis contrariis.

2 Inquit igitur primò, hanc consuetudinem non extare probatam, eo quod actus positivi (quorum mentio fit in testimoniis notariorum) non fuerunt gesti in contradictorio judicio, facta per interesse habentes oppositione contra consuetudinem & ea non obstante declaratum fuisse in favorem consuetudinis, ad quod citatur Salazar *de usu, & consuetudine, cap.* 8. *n.* 14. & Posthius *de manuten. observ.* 84. *n.* 72.

3 Horum D D. Doctrina, communiter est damnata, & ut falsa reprobata, *Salazar* etenim reprobat expressè innumerabiles penè D D. protinus allegandos pro vera opinione communi. Posthius verò in sui favorem allegat *Gratianum* in duobus locis, *in c.* 604. n. 56. *&c.* 738. *sub. n.* 10. *& seqq.* Gratianus *in dict. locis*, nec illum verbum tetigit, tangens, vel concernens consuetudinem, ad quam eum allegat *Posthius*; ideo nec de isto D. manente absque teste, & authoritate, mentio facienda est.

4 Sed quando omnes tres id firmarent, simul eadem damnatione, qua *Salazar*, participes forent; nam veritas est quod ad inducendam consuetudinem, non requiruntur actus judiciales in contradictorio judicio, sed extrajudiciales sufficiunt, ut contra *Salazar* contrarium sectantem acriter insurgunt D D. agentes de interpretatione *l.* 5. *tit.* 2. *p.* 1. post quos abunde Molina *de primogeniis, l.* 2. *c.* 6. *à n.* 27. Flores de Mena *variarum*, *Salgad. de Libert. Benef.* Tom. III. *lib.* 1. *qu.* 1. *nu.* 64. optimè Gutierrez *in tract. de tutel.* 2. *part. c.* 1. 32. & 33. qui plures alios allegant, Bobadilla *in Politica, l.* 2. *c.* 10. *n.* 40. & 41. quos omisit Augustin. Barbos. *in c. Abbate* 15. *n.* 2. *de verbor. signif.* idem tenens cum Flam. Paris. *de resignat. beneficio. lib.* 3. *q. n.* 28. Cevallos (qui pro hac parte innumerabiles penè D D. congessit) *in contra commun. quæst.* 358. Bernard. Græveus *ad practic. Cameræ Imperialis, liber.* 2. *concl.* 31. *ex n.* 117. exactè tractavimus, *in Labyrinth.* 1. *par. cap.* 2. §. 1. *ex n.* 57. videndi omnino, ex *n.* 46. *cum multis seqq.*

Et hanc quoque invenio, bene disputatam à 5
Diana *resol. moral.* 6. *tom. in tract.* 1. *de consuetudine, resolut.* 8. *per totam*: ubi resolvit ad acquirendam, & formandam consuetudinem, non requiri actus judiciales, sed duntaxat actus extrajudiciales sufficere: allegat *Præpositum Sylvium, Gordonium Granadum, Lorcam, Vasquez, Suarez, Sales, Donellum, Osvaldum*, & alios; & cum *Abbate Barbatia, Rocho de Curte, Turzano, & Emmanuele Xuarez*, idem tenet Cenedus, *in quæst.* 45. *num.* 30.

Ex quo totaliter manet subversum hoc fal- 6
sum fundamentum: ultra quod, omnes isti actus positivi sunt judiciales, & in judicio quæsiti; quidam, citatis adversariis interesse habentibus, alii allegati, & non impugnati, ut per nos *loco proximè citato.*

Aliud & minoris substantiæ, adest fundamen- 7
tum, adductum per adversarium dicentem, hanc consuetudinem non extare probatam ob varietatem actuum in contrarium intervenientium, & quod ultimus actus adest contra consuetudinem.

Huic diversitati actuum, vult pars adversa attri- 8
buere decreta violentiæ emanata ex Cancellaria Granatensi, ad quam conductæ fuere nonnullæ causæ per viam violentiæ, in quibus quandoque declaratum fuit, vim non facere Judicem Ordinarium exequendo suas sententias, in aliis verò declarasse vim facere, ut deferat, & reponat.

Hoc fundamentum somniatum fuit: hìc agitur 9
de quadam consuetudine introducta, & adquisita in Tribunali Abbatiali, exequendi sententias latas capellaniis appellatione qualibet non obstante, & ad hujus adquisitionis, & introductionis effectum præcisè requirebantur actus positivi gesti in eodem Tribunali (qui sunt innumerabiles pene) sicut manifestè apparent ex testimoniis Notariorum ejusdem Tribunalis inferius inferendis ad majorem consuetudinis evidentiam.

Atque ideo ad destruendum, & interrumpen- 10
dum consuetudinem, semel formatam & legitimè introductam, omnino & præcisè requiruntur alii actus positivi contrarii orti ex eodem Tribunali, non alterius; quia *omnis res per quascunque causas nascitur & per easdem dissolvitur: de regulis juris, In antiquis*; atque ideo per contrarium 11
consensum consuetudinem formantis, *l. nihil tam naturale est quam eo modo quidquid dissolvi, quo colligatum est* 36. *ff. de regulis juris, l. fere* 195. *ff. eodem tiul. l. omnia, quæ jure contrahuntur contrario jure pereunt.* 101. *eodem tit.*

Qua ratione consuetudo semel formata, & im- 12
pleta, nullatenus tollitur nisi eo modo, quo fuit introducta, & sic per illam contrariam consuetudinem: Salazar *de usu, & consuetudine, cap.* 8. *num.* 14. 15. & 16. Cum eisdem requi- 13

tis defideratis in conſuetudinis affirmativa, & in ejus actibus poſitivis, ex qua hæc cauſata fuit: Rota *dec.* 62. *nu.* 1. 2. & 4. *apud Alexand. Ludovif.* Quamplures Doctores per Surdum, *conſil.* 252. *nnm.* 80. & 81. *tom.* 2. & *conſ.* 317. *n.* 3. 14 & *conſil.* 382. *n.* 4. *t.* 3. Eadem namque ſolemnitas, quæ requiritur in conſtruendo, eadem requiritur in deſtruendo, ex Surdo, locis citatis, *l. Pomponius*, §. *præterea*, *ff. de acquirend. poſſeſſ. l. item veniunt*, *in princ.* juncto §. 1. *ff. de petit. hæreditat. c. de illis* 1. *in princ. de deſponſ. impuber.* juncto *c. ultim. eodem tit. lib.* 6. Atque ideo decreta 15 violentiæ emanata è diverſo Tribunali, quantumvis contraria, detrahere nequeunt conſuetudini alibi introductæ.

16 Sed adhuc, quando vellemus capacitatem attribuere decretis violentiæ Regiis interrumpendi conſuetudinem Tribunalis Eccleſiaſtici, exequendi ſententias latas ſuper proviſione capellaniarum, appellatione remota duo caſus ſupponi debent, & neceſſariò diſtinguendi.

17 Primus erit, quando lites hujuſmodi deferuntur ad Tribunal Regium, & ſimul per eas non conſtat de conſuetudine exequendi ſententias appellatione poſtpoſita (quæ eſt exceptio regulæ, prout ad longum comprobatum remanet *ſuprà articul.* 1. *à principio*, *& per totum*) & tunc quid mirum, quod juxta regulam juris dentur in Tribunali Regio decreta, vim fieri exequendo, appellatione non obſtante, cum illi non conſtiterit de limitatione Regulæ, hoc eſt, de conſuetudine Tribunalis Eccleſiaſtici, quam propterea delere non intendit, nec illi opponitur, ut inferius dicetur, quo caſu intacta, & illæſa remanet conſuetudo, quia deficit animus illam impugnandi, ſibi ignotam, nam cum conſiſtat in facto, non præſumitur, ſed debet probari, ut conſtat *infrà n.* 35. & 36.

19 Secundus datur caſus, quando ſimul in litibus delatis ad Cancellariam per viam violentiæ, probata accedit conſuetudo exequendi ſententias in proviſione cappellaniarum, appellatione non obſtante, & nihilominus fertur decretum vim fieri in exequendo ſententiam, & tunc omnino attendenda eſt cauſa, ex qua decretum iſtud latum ſit, cùm temerarium foret illam attribuere defectui conſuetudinis legitimè probatæ, quam omnino obſervare debent cuncta Tribunalia ſuperiora, tam Eccleſiaſtica, quàm Regia, adita per viam violentiæ, prout abundè comprobatum remanet ſuperius, *art.* 1. *à princ. & per tot.*

20 Et tunc accuratè perquirenda erit cauſa, qua motum fuit Tribunal Regium ad ſic decernendum, cum facilè non ſit, attribuere oppoſitioni conſuetudinis legitimæ, de qua illi conſtituefit; ſed potius aliis variis accidentibus litium, quæ poſſunt, & aſſiduè ſolent accidere, quæ illas annullant, atque ſententias vitiant, & juſtas reddunt appellationes; etiam in caſibus aliàs à jure privilegiatis, in quibus non admittitur appellatio; ſed ea non obſtante, permiſſa eſt executio: veluti in executione inſtrumenti guarentigiati, in remedio *l. fin. Cod. de edicto D. Adrian. tollend.* in cauſis alimentorum futuro-
21 rum, & in ſimilibus, in quibus ſi adeſt defectus ſubſtantialis in modo procedendi, ſententia eſt nulla, & prorſus amittit privilegium executionis, quod aliàs de jure habebat, ex quo juſta redditur appellatio, quoad utrumque effectum, juſtèque datur decretum, *vim fieri*, ad latiſſimè cumulata *in commentariis noſtris*, *de Regia protect. 3. p. c. 9. à princ. & per tot.* Manente legis diſpoſitione illæſa ad alios caſus non patientes nullitatem, cum hæ cauſæ accidentales poſſint adeſſe, & abeſſe, abſque legis, conſuetudinis ſeu ſtatuti corruptione, & læſione, iis enim in caſibus accidentalibus decreta violentiæ non feruntur contra 22 legem, nec eidem, aut conſuetudini opponuntur, ſed potius conſuetudini conformia ſunt: etenim, ſtante defectu proceſſus, & nullitate ſententiæ, nullatenus admittit, nec permittit executionem ejuſdem; quia hæc eſt limitatio conſtans, qua creatur conſuetudo, lex, vel ſtatutum, quoties generaliter diſponunt, in aliquibus caſibus ſententias exequi appellatione non obſtante, ut intelligantur de ſententia *valida*, ſed non de *nulla*: juxta text. expreſſum *in l.* 4. 23 §. *condemnatum*, *ff. de re judicata*: Atque abundè comprobata per nos, *in tractat. de Regia protect.* 3. *p. d. c.* 9. *ex n.* 7. *& ſeq. & ex n.* 201. *cum ſeq.*

Cum igitur hæc decreta violentiæ lata ex 24 diverſis cauſis admittentibus de jure appellationem ſuſpenſivam compatiantur cum conſuetudine illam pariter admittente, quia actus diffor-mes, ſi non ſunt inter ſe incompatibiles, non impediunt curſum conſuetudinis prout probat Decius *in conſ.* 11. *num.* 12. *verſic. & advertendum eſt*, cujus doctrinam ſecuta fuit Rota *in dec.* 396. *n.* 4. *part.* 1. *in recent. Farin. fol.* 323. Oliverius Beltramin. ad Alexand. Ludovif. *in deciſ.* 192. *n.* 4.

Et mirabiliter comprobatur, quoniam actus 25 conſuetudini contrarii, quando poſſunt attribui alteri diverſæ cauſæ, non præjudicant conſuetudini, nec contra eam tanquam æquivoci probant, Rota *dec.* 28. *n.* 4. *in poſthumis Farinac. t.* 1. *fol.* 269.

Imò, & quod plus eſt, quod conſuetudo ſe- 26 mel legitimè cauſata, & introducta, non interrumpitur per ſententiam contra ejus diſpoſitionem latam, ſicuti nec legem, juxta doctrinam ſingularem Gloſſæ *in l. cum conſuetudinis*, *ff. quæ ſit longa conſuetudo*: ſequitur Bonifacius, *in peregrin. verbo conſuetudo*, *fol.* 102. *colum.* 2. *ad fin.* Bobadill. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 42. conſonat. Gloſſ. *in l. nemo*, §. *temporales*, *ff. de regul. jur.* Cancerius *variar. reſolut. l.* 1. *c.* 4. *de teſtamentis*, 122. *ad fin.*

Quibus ſuppoſitis non valet argumentum; 27 *latum fuit Regium decretum violentiæ conſtito conſuetudine: ergo videtur reprobata*, quoniam latum fuit ex cauſa diverſa, non impugnata à conſuetudine, ſed huic conformi, & juxta illam, quia non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe: *l. ad probationem* 2. *C. de probat. l. non hoc*, *C. unde legitimi*, *c. in præſentia*, *de probationib.* Cum varii ſint caſus, ex quibus variari poteſt diſpoſitio conſuetudinis, ſicut & legis, qui omnes virtualiter comprehenſi ſunt in conſuetudine, & lege, concedentibus executionem ſententiæ appellatione non obſtante.

Et quod diximus de decretis violentiæ latis 28 in Regio Tribunali, idem poteſt contingere in ipſo Abbatiali Tribunali abſque conſuetudinis læſione; Judex namque ejuſdem, poteſt ſententiæ à ſe latæ executionem denegare, eo quod apparet nulla ex defectu proceſſus, quod prorſus conforme eſt ipſi conſuetudini.

Tota

29 Tota hæc juridica conſideratio mirè convenit quatuor decretis Regiis, in quibus, vim fieri, decrevit Senatus, quorum mentionem faciunt Notarii; & quæ ſibi minùs attentè vult adverſarius adaptare. Sed ut evidenter appareat, in nihilo opitulari conſuetudini exequendi ſententias latas ſuper capellaniis in Tribunali Abbatiali, ad litteram inſeruntur, & cauſæ, ex quibus lata fuere, examinantur, & variis juris fundamentis exornantur, ne amplius adverſarius occaſionem ſumat illam turbandi.

Decreta violentiæ.

ET ut conſuetudo hæc fortior, & efficacior appareat, quatuor inſeruntur decreta, in quibus determinavit Senatus Regius, vim feciſſe Judicem Eccleſiaſticum, in non deferendo appellationibus interpoſitis à ſententiis latis in proviſione capellaniarum, ut juxta factum proceſſuum delatorum ad Senatum Regium conſtet manifeſtè fuiſſe decreta lata ex defectibus ſubſtantialibus, impedientibus de jure executionem, & permittentibus appellationem, quoad utrumque effectum, admodum conformia conſuetudini ad ipſum appetenti.

Primum Decretum.

30 *DA teſtimonio Auguſtin Guerrero, notario deſta Audiencia, como el pleyto Eccleſiaſtico, ſobre la Capellania que fundò Bartolome de Silo, à que ſe opuſieron don Antonio de los Rios y D. Franciſco Mazuelos, à cuyo favor ſe ſentenciò; y aviendoſe apelado de ello ſe hizo la colacion, y diò la poſſeſſion à dicho don Franciſco Mazuelos; en 12. de Enero de 1632. el qual pleyto ſe llevò* por via de fuerça, *a pedimento del dicho don Antonio de los Rios, y en la Chancilleria à 26. de Febrero de 1632. ſe declarò, que en no otorgar el Juez Eccleſiaſtico las apelaciones interpueſtas, haze y comete fuerça, aunque aqui fue por una nullidad notoria, como es pendiente el articulo de prueva paſſò el Juez Eccleſiaſtico a pronunciar ſentencia, como conſta del meſmo auto de la Chancilleria, que eſtà en el pleyto viejo, fol.* 112.

Secundum Decretum.

31 *EL ſegundo es un teſtimonio, que dà Chriſto val Nuño de Medrano, Notario de eſta Abadia, como en el pleyto Eccleſiaſtico, ſobre la Capellania que fundò Miguel de Mora, è que ſe opuſieron los Licenciados Bernabè Cubero, y Pedro Duran, en que ſe diò ſentencia à favor del dicho Bernabè Cubero, a quien ſe hizo la colacion, y diò la poſſeſſion, y aviendo apelado, y ganado letras del ſeñor Nuncio, el dicho Pedro Duran pidio ſe revocaſſe por atentado los deſpues de echo, y executado de las apelaciones interpueſtas, y aviendole repueſto y dado por atentado el Juez de apelacion, apelò de ello el dicho Bernabè Cubero, y lo llevò por via de fuerça à la Chancilleria, y ſe declarò en ella en 7. de Enero de 1628. el Juez no hazia, ni cometia fuerça en no otorgar las apelaciones interpueſtas de aver dado por atendado lo executado deſpues de aver apelado, conſta del pleyto viejo, fol.* 108.

Quartum Decretum.

32 *DA teſtimonio Juan Nuño de Medrano, Notario, como en el pleyto Eccleſiaſtico, ſobre la Capellania que fundò Pedro Fernandez de Alcaraz, à que fueron opoſitores don Pedro de Aranda, y don Alvaro de Valençuela, à quien ſe hizo colacion, y diò la poſſeſſion ſin embargo de apelacion, que interpuſo el dicho don Pedro de Aranda, el qual lo llevò por via de fuerça, y ſe declarò en la Chancilleria, hazia, y cometica fuerça el Eccleſiaſtico en no otorgar las apelaciones al dicho don Pedro, que las otorgaſſe, y repuſieſſe lo deſpues de ellas hecho, y executado, conſta del pleyto viejo, fol.* 106.

Quartum Decretum.

33 *EN el pleyto Eccleſiaſtico, ſobre la Capellania que fundò Diego Monte, ſobre que es el pleyto, en la vacante antecedente, a que ſe opuſieron don Diego Clavijo Civico, y el Licenciado Alonſo Colodrero, aviendoſe dado ſentencia à favor de la Dignidad Abacial, y por devoluta la dicha Capellania, y hecha la colacion, y dado la poſſeſſion al nombrado por la dicha Dignidad: ſe apelò, y dixo de nulidad, por averſe pedido acomulacion de un pleyto al pendiente, ſobre que ſe formò articulo, y ſin averſe hecho la acomulacion, ni pronunciado ſobre eſte articulo, ni citado para la ſentencia à las partes; paſſò à pronunciar ſentencia difinitiva, y a ſu execucion, ſe llevò por via de fuerça, à pedimento del dicho don Diego Clavijo; ſe declarò en la Chancilleria, que reaſumiendo en ſi el Eccleſiaſtico la juridicion, y oyendo de nuevo à las partes, no hazia, ni cometia fuerça; lo contrario haziendo, la hazia; aſſi conſta del dicho auto en el pleyto viejo, fol.* 194.

Omnia hæc quatuor decreta violentiæ, quando in ſe fuiſſent capacia impugnandi conſuetudinem completam, & formatam per immemoriale tempus in Tribunali Eccleſiaſtico (quæ non ſunt, ut per varia fundamenta remanet probatum *ſuprà*, *in hoc* 2. *art. ex numer.* 15. *cum ſequentib.*) nihilominus omnia una ſolutione, & reſponſione generali omnibus conveniente, diſſolvuntur; ea nempe, ut in nulla eorum lite delata ad Cancellariam, conſtitit Senatui de conſuetudine, nec in ulla fuit allegata, nec probata, prout apparet ex eiſdem certificationibus, & teſtimoniis Notariorum, quibus utitur adverſarius. Conſuetudo enim conſiſtit in facto, quæ non præſumitur; ſed præcisè debebat probari, ut nota eſſet Senatui Regio: ut *ſupra hoc art.* 2. *ex num.* 17. abſque qua juſtiſſimè præ oculis habuit jus commune admittens regulariter appellationem à ſententia ſuper capellania lata, habente utrumque effectum, devolutivum, & ſuſpenſivum; *ut ſupr. art. à principio*: ex quo defecit animus ſe opponendi conſuetudini contrarium dictanti ex defectu ſcientiæ, & notitiæ. *l. ſi per errorem ff. de juriſdict. omn. judic.* cum *vulgaribus.* 34 35 36

Sed ultra hanc generalem & communem reſponſionem, ſingula decreta ſpeciale, & particulare habent reſponſum, prout breviter per quodlibet diſcutietur: in quibus etiam data, & ſuppoſita notitia Senatus Regii conſuetudinis exequendi ſententias appellatione non obſtante; 37

obſtante : eo quod quodlibet proceſſus delatus per viam violentiæ, conſuetudinis Tribunalis Eccleſiaſtici probationem ſimul continebat : Adhuc decreta præfata violentiæ conſuetudini non opponebantur, imò cum ea compatiebantur, eo quod etiam in illis caſibus conſuetudo negat executionem ſententiæ, & admittit appellationem, tanquam legitimam ob proceſſuum defectus inſanabiles, & ſententiarum nullitatem, juxta ea, quæ viriliter comprobata remanent *hoc eodem art.* 2. *ex numer.* 20. *cum ſeqq.* quæ omnia verificantur in eiſdem violentiæ decretis, prout ex quolibet apparebit de jure, & de facto.

38 Et quantum attinet ad primum, de quo *ſup. num.* 30. Super proceſſu inter D. Antonio de los Rios, & D. Franc. Mazuelos, juſtè cenſuit Senatus vim feciſſe Judicem Eccleſiaſticum in exequendo, & non deferendo, eo quod tulerat ſententiam diffinitivam pendente termino probationis, ex quo nullitas ſententiæ manifeſtè apparebat, cujus executio evidenter attenta erat atque appellatio legitima, quoad utrumque effectum, cum termino pendente debebat judex ſuperſedere, juxta textum *in l. ſi ſive par, C. de dilationib.* quam in iis, in quibus verſamur, terminis, exactiſſimè exornat Sebaſtian. Vantius *de nullitat. ſentent. ex defectu. juriſdiction. Ordinar. ex num.* 157. *uſque ad num.* 161. & nos *in tractat. de protect. Regia.* 3. *part. c.* 9. *nu.* 31. *&* 32.

39 Et quoniam à Judice procedente tempore, quo debebat conquieſcere, appellatio legitima eſt quoad utrumque effectum, cùm proceſſus, & ſententia interim lata, ſint nulla ipſo jure & cauſent attentata, magnam Doctorum catervam congeſſimus *in Labyrinth.* 1. *part. cap.* 10. *ex num.* 97. *cum ſeqq.* ubi memorantur alia tria loca noſtra in hujus doctrinæ comprobationem, procedentis in judiciis quantumcumque privilegiatis, & aliàs, nullitate ceſſante, non admittentibus appellationem ſuſpenſivam, *ut in dict. cap.* 9. *ex nu.* 99. *cum ſequentibus.*

Hoc igitur violentiæ decretum juſtiſſimè la-
40 otum, tantùm abeſt, quod opponatur conſuetudini, quin imò conforme prorſus eſt conſuetudini, quæ pariter negat executionem ſententiæ nulliter latæ, & appellationem ſuſpenſivam admittit, prout probatum remanet *ſuprà*, *ex n.* 20. *& ſeqq.* & quia
41 omnis mundi diſpoſitio, ſive legis, ſive hominis loquens de actu exequendo, intelligitur de *valido*, non de *nullo* ampliſſimè egimus *in tractatu de protect. Regia*, 3. *part. cap.* 9. *ex n.* 9. *cum multis ſequentibus.*

Comprobatur hæc uniformitas inter decreta
42 violentiæ, & conſuetudinem, nam ſi caſus ſententiæ nullæ non comprehenduntur, nec includuntur in conſuetudine, imò ab ea prorſus excluduntur eodem modo, quo decreta violentiæ; impoſſibile eſt, ut conſuetudini opponantur, contra text. *in l. decem* 117. *ff. de verbor. obligation. l. Titio uſusfructus. ff. de condition. & demonſtrat. l. remitti, ff. de jurejurand. l. manumiſſiones, ff. de juſt. & jur.* Nam privatio præſupponit habitum, & ademptio ejus, quod in diſpoſitione non fuerat
43 comprehenſum, nihil operatur, nec detrahit; *l. legata inutiliter* 14. *l. cum ſervus* 15. *l. & ſi transferam* 26. *& l.* 21. *ff. de adimendis legatis.* Quare hæc decreta violentiæ omnino uniformia ſunt conſuetudini, & cum ea compatiuntur, manente conſuetudinis diſpoſitione illæſa, & intacta ad cæteros caſus in ea comprehenſos, omni ceſſante repugnantia, prout remanet hactenus comprobatum.

Quantum ad ſecundum decretum violentiæ, 44
de quo *ſuprà num.* 31. nihil ad nos pertinet, nec percutit punctum, de quo agitur; nam ſuper ſententia collationis illius capellaniæ, executioni mandatæ per Ordinarium non fuit cauſa delata ad Senatum per viam violentiæ, ſed tantum per appellationem devolutiva fuit ad Nuntii Tribunal, quam delegavit cuidam judici, coram quo de attentato dictæ executionis dictum fuit per appellantem; altera verò pars non allegavit, nec probavit conſuetudinem vigentem in Tribunali Abbatiali, nec aliter de ea ex proceſſu conſtitit Judici : ideo Judex ſequendo juris regulam, de qua ſurſum, *articul.* 1. *ad principium*, juſtè executionem ſententiæ collationis attentatam declaravit; nam ſi de conſuetudine hac ſibi conſtitiſſet, eam omnino ſequi tenebatur; ad latè comprobata in *artic.* 1. *ex n.* 7. *cum ſeqq.*

Ab hac attentati ſententia fuit appellatum, 45
quam nihilominus idem judex delegatus executioni mandavit & delata cauſa ad Cancellariam per viam violentiæ, juſtiſſimè Senatus decrevit violentiam abeſſe à judice delegato exequente ſuam ſentrentiam attentati : clari namque juris eſt, ſententiam affirmativam latam ſuper attentato, de jure tanquam privilegiatam exequi poſſe appellatione non obſtante, prout latiſſimè poſt longam diſputationem comprobamus, *in tractat. de Regia protect.* 2. *part. cap.* 12. *per totum* : Quapropter decretum iſtud violentiæ, nihil conducit, nec punctum, de quo agimus, percutit, cum latum fuerit in caſu omnino diverſo ſuper ſententia attentati tantum, juſtè lata per judicem, cui non conſtitit conſuetudo Tribunalis Abbatialis.

Ad tertium decretum violentiæ, de quo *ſu-* 46
prà numer. 32. accedamus, in quo aſſeverandum erit ejuſdem eſſe qualitatis, cujus & primum, licèt ex diverſa cauſa : nam licèt notarius, in ſuo teſtimonio, duntaxat meminerit ſententiæ collationis, & poſſeſſionis traditæ capellaniæ, ſuper qua litigabatur, appellatione pendente interpoſita ab alio litigante, à quo delatus fuit proceſſus ad Cancellariam per viam violentiæ, ubi decretum fuit Judicem Eccleſiaſticum vim feciſſe in exequendo, & non deferendo : Attamen in hac relatione notarius omiſit cauſam, ſuper qua fundabatur principaliter querela violentiæ, atque proceſſus circumſtantiam, quæ omnino juſtam reddebat appellationem (quantumvis de conſuetudine conſtaret) ea eſt etenim, prout ex eodem proceſſu conſtat, nam cauſa ad probationem inter litigantes recepta cum certo termino, eo jam tranſacto, judex ipſe Eccleſiaſticus alios unius partis novos teſtes recipit, altera contradicente, & impugnante; in quo cauſæ ſtatu judex ipſe protulit ſententiam ſuper cauſa principali, quam executus fuit appellatione interpoſita non obſtante; delatoque proceſſu ad Cancellariam per viam violentiæ, juſtè decrevit, vim fieri, eo quod ſententia nulla erat manifeſtè, & ab ea appellatio legitima fuit cauſans attentatum evidens : nam à ſententia lata ſuper negotio,

negotio, quo judex admisit testes post lapsum terminum probatorium, tanquam ab inordinato processu, legitima est appellatio quoad utrumque effectum, ut per plures D D. Scaccia *de appellationibus q.* 17. *limit.* 27. *membr.* 7. *num.* 40. *& 41.*

47 Quæ doctrina æqualiter procedit, quamvis ex processu constaret de consuetudine Tribunalis Ecclesiastici exequendi suas sententias appellatione remota, & pendente, (de qua non constabat, ut ex eodem processu apparet) adhuc tamen prædata doctrina locum habet in omnibus judiciis privilegiatis, in quibus alias cessante nullitate processus, permittitur executio sententiæ, appellatione non obstante: ut in terminis firmat Bald. *in l. post sententiam* 9. *n.* 7. *& 8. Cod. de sentent. & interlocu. omn. judic.* Aufrerius *ad Capellam Tholosan. dec. ult. n.* 3. Ozascus *decis. Pedemontan.* 25. *sub num.* 14. *vers. contrarium*: Vestrius *in Praxi Romanæ Curiæ. l.* 7. *c.* 1. *sub. num.* 8. *vers. Et quamvis*: Cæsar Contardus, *in l. unica limitat.* 5. *num.* 13. *C. si de momen. possess.* Scaccia, *dist. quæst.* 17. *lim.* 7. *membro* 7. *ex num.* 41. *& seqq.* Ex quibus patet dictum decretum violentiæ, latum non fuisse in contrapositionem consuetudinis, sed ex nullitate, & defectu processus, & sententiæ, cujus nec consuetudo admittit executionem: ad latè comprobata circa primum decretum, *ex n.* 38. & superius, *ex num.* 16. Et quo actus iste positivus evanescit ex eisdem fundamentis, quibus & primus.

48 Accedat quartum decretum, de quo *suprà*, *numer.* 33. quod pro se justè adduxit Dignitas Abbatialis, quantumvis pars adversa pro se, & in sui favorem altiùs illud extollat, asseverans, esse actum positivum ultimi status contra consuetudinem, cui standum. Cum potius sit directè contrarium suæ intentioni, absque ulla ponderatione, sed fideliter relato facto processus juxta attestationem notarii illud referentis & prout fideliter retulimus *suprà*, *articulo* 1. *ex n.* 26. *& seqq.*

49 Pendente articulo cumulationis alterius litis petitæ ab uno ex litigantibus cum debita pronuntiatione, eo quod substantialis esset negotio principali, de quo agebatur & in qua Pars præcipuè jus suum fundabat, super qua cumulatione judex tenebatur cognoscere, & prius pronuntiare superseniendo in judicio principali, præcipitanter, & inordinatè, judex sententiam definitivam protulit; quam (cum nulla fuisset ipso jure ex latè deductis superiùs *ad primum decretum*, *ex num.* 38. *& ad tertium*, *ex numer.* 46.) executioni mandavit appellatione non obstante.

50 Delato processu ad Cancellariam Regiam per viam violentiæ latum fuit decretum tertii generis, *que reponiendo el Juez, y oyendo de nuevo à las partes, no hazia fuerça y se le remitia el processo, y no lo haziendo, la hazia que otorgasse, y repusiesse.* Judex acceptans primam partem alternativæ decreti, audit noviter partes cum plena causæ cognitione, qua legitimè concluśa, sententiam definitivam protulit declarans nullum jus patronatus ad Capellaniam adesse, sed ad collationem pertinere Dignitatis Abbatialis, quam sententiam juxta Tribunalis consuetudinem, executioni mandavit, termino ad appellandum pendente in favorem Clerici nominati per Abbatem; provisus quietè possedit per multos annos, quousque per ejus obitum causata fuit præsens capellaniæ vacatio.

Dicat nunc adversa pars, quid reperiet in 51
hoc decreto violentiæ, quod suæ intentioni assistere possit; Quidque ex eo deduci, quod in minimo repugnet consuetudini? Decretum remisit causam eidem Judici Ecclesiastico, ut noviter procederet & audiret litigantes, attenta nullitate primi judicii, cui etiam consuetudo resistebat, & pariter negat sententiæ nullæ executionem, atque ideo tantum abest, quod ex dicto decreto violentiæ possit induci contrarietas cum consuetudine, sed potius omnimoda uniformitas inter se: juxta latissimè comprobata in *hoc* 2. *articulo.*

Attento igitur progressu præfatæ litis, clarè, 52
& manifestè ex eo deducitur, ultimum statum assistere consuetudini, & eam favere eò quod judex legitimè in causa denuò procedens protulit suam sententiam, & illam executioni mandavit pendente termino ad appellandum, attenta dispositione consuetudinis, quibus omnibus acquieverunt litigantes, nulla facta conditione, nec delatione processus per viam violentiæ ad Senatum Regium, sed immissus in possessionem capellaniæ, eandem quietè possedit per multos annos usque ad obitum, atque ideo ultimus hic status qualificat consuetudinem, & illi evidenter assistit.

Et ad perfectionem prædictorum, & majo- 53
rem stabilitatem hujus inviolabilis consuetudinis, non est omittenda alia subtilis consideratio; nam quando vellemus dare capacitatem decretis violentiæ ad interrumpendam consuetudinem Tribunalis Ecclesiastici (quod viriliter negatur ex supra dictis, *ex n.* 9.) & insuper vellemus in consuetudine admittere comprehensionem, etiam sententiæ nullæ, ita ut simul, & indistinctè consuetudinis dispositio locum habeat, & executionem permittat, & attribuat, tam sententiis nullis, quàm validis, & legitimè latis (quod iniquissimum, & nefandum foret) adhuc decreta præfata violentiæ non possent in totum destruere consuetudinem, sed in illa tantum parte, qua consuetudo admisisset executionem sententiæ nullæ, ejus dispositione illæsa manente, quod sententias validas, manifestè probatur; nam decreta violentiæ duntaxat expedita fuere in casibus, quibus detegebatur nullitas sententiarum, prout hactenus apertè vidimus; ergo isti actus (quando eos vellemus admittere, uti positivos in contraventionem consuetudinis) solum possent operari, & opitulari consuetudini respectu sententiarum nullarum, quas falsò supponimus in ejus dispositione esse comprehensas, & simul incluśas.

Nam isti actus violentiæ positivi, consue- 54
tudini repugnantes, debent restringi, & se continere intra terminos suæ observantiæ; debetque limitari contraria hæc consuetudo intra terminos positivos, ex qua voluit formari, absque eo, quod eorum terminos egrediatur; juxta text. *in cap. fin. de consuetudine*, Alex. *cons.* 110. *Adeo gravis, n.* 15. *volum.* 6. & ex Bart. *in l.* 2. *vers. Si quis hoc interdicto, ff. de itinere, actuque priv.* tradit Rolandus à Valle *cons.* 94. *num.* 19. *vol.* 2. *cap. quoad translationem*, *ubi*

Abb.

Abb. *nota fin. de offic. legati.* Menoch. *de ret. poſſ. remed.* 5. *num.* 62. Greg. Lopez. *in l.* 24. *tit.* 11. *part.* 4. *gloſſ.* 1. Ant. Gabr. *l.* 6. *concl. tit. de præſcript. concl.* 2. *num.* 14. quia ut tradit Bald. *in l. illud, n.* 9. *C. comm. utriuſque judicii, Conſuetudines reſtringuntur per actus ex quibus inducuntur, ut proprios facti terminos non excedant, ex l.* 1. *Julianus, ff. de itinere, actuque privat.* Bald. ſequitur Rolando à Valle *conſ.* 69. *numer.* 31. *volum.* 3. Menoch. *ubi proximè, nu.* 63. D. Valençuela Velaſ. *in conſ.* 8. *num.* 24. 25. 26. *& ſeqq. tom.* 1. Et idem dixit Rota, apud Alexand. Ludoviſ. *deciſ.* 162. ex Bart. ubi proximè, & ex Bald. *conſ.* 275. *circa fin. l.* 2. Natta *conſ.* 555. *poſt num.* 5. Aimon. *conſil.* 30. *numer.* 5. Quod conſuetudo ſit ſtricti juris, & in ea nihil ſupplerí debeat ultra obſervantiam, & ubi non diſponit conſuetudo, nec nos diſponere debemus. 55
Conſuetudo etenim non debet habere majorem poteſtatem, quam uſus ei conceſſerit, Socin. Jun. *conſ.* 101. *num.* 23. *l.* 2. poſt Bald. *in cap.* 1. *in princ. colum. ult. verſic. Adde quod actus: de his, qui feudum dare poſſunt.* Gratian. *diſcept. tom.* 1. *cap.* 88. *num.* 18. Et ipſemet Bald. *in conſil.* 27. *volum.* 1. dixit *Quod conſuetudo tantum habet de potentia, quam de actu, & uſu habet* Surd. *conſ.* 325. *num.* 13. Pedemont. *deciſ.* 29. *n.* 26. Felin. *in cap. auditis, n.* 5. *de reſcript.* quos referens ſequitur Rota, penes Farinac. *dec.* 288. *n.* 4. *part.* 1. *in recent.* Mantica *dec.* 10. *n.* 10. *&* 11. Tondut. *quæſt. can. tom.* 2. *p.* 3. *quæſt.* 142. *n.* 9.

56 Hincque eſt, quod qui conſuetudine contraria ſe juvare voluerit eam non in genere, ſed in ſpecie probare tenetur ita ut percutiat eundem caſum controverſum, per plures Rotæ Alexand. Ludov. *deciſ.* 62. *num.* 1. 2. *&* 4. ubi Oliverius, *num.* 15. *& deciſ.* 45. *num.* 6. & ibi Beltramin. *num.* 8. Surd. *conſ.* 313. *num.* 32. *& conſ.* 371. *num.* 2. *conſ.* 382. *num.* 4. D. Valençuela *dict. conſ.* 6. *ex num.* 24. *cum ſeqq. tom.* 1. *& in conſil.* 34. *num.* 163. *& in conſ.* 4. *numer.* 44. *& conſil.* 8. *num.* 29. *Gratian. diſcept. tom.*
57 1. *cap.* 79. *num.* 10. quia non poteſt trahi de uno caſu ad alium caſum, Mareſcot. *var. reſolut. l.* 2. *cap.* 100. *num.* 4. Cavaler. *dec.* 638. *num.* 3. Tondut. *dict. quæſt.* 142. *nu.* 9. *& quæſt.* 146. *n.* 9.

Ex quibus manifeſtè ſequitur quod hæc decreta violentiæ (quando capacia forent controvertendi conſuetudinem) deberent ſe continere intra ſuos limites, & omnino reſtringi ad ſententias nullas, duntaxat reformantia in eiſdem caſibus conſuetudinem generalem Tribunalis Eccleſiaſtici (dato caſu, quod in ea includerentur, & ſuper illis indiſtinctè conſuetudo diſpoſuiſſet) manente ipſa illæſa, & intacta in cæteris, quoad ſententias validas, in quibus, ut dictum eſt, duntaxat diſponit.

58 Quia quando lex, vel ſtatutum reformatur, ſeu revocatur in parte, in cæteris firmum remanet, plurima congeſſimus, *in tract. de retent. Bull.* 2. *part. cap.* 31. *ex n.* 101. *cum multis ſeqq.* pro quibus eſt text. elegans, in *l. alumnæ, §. qui filius, ff. de adimen. leg.* ibi: *Non à tota voluntate receſſum videri, ſed ab iis tantum rebus, quas reformaſſet: l. tribuimus, §. de milit. teſt.* text. *in l. cùm hic ſtatus, §. ſi ambo, in fine. ff. de don. inter vir. & uxor.* ibi: *Qui quaſdam res ex iis, quos donaverat, legaſſet, quasdam non, videbitur cæteras res ad uxorem voluiſſe pertinere, l. ſi ex toto in princ. ff. de leg.* 1.

Ex quibus omninò præſervata remanet conſuetudo Tribunalis Abbatialis, ad exequendum ſententias validas, latas in proviſionibus capellaniarum, appellationibus non obſtantibus, abſque decretorum violentiæ impedimento.

Et ut conſuetudo hæc omni careat ſcrupulo, 59
& ut in totum maneat præſervata, ſatisfaciendum erit aliis inanibus oppoſitionibus per adverſarium conſideratis: inquit igitur, in conſuetudinis probatione defeciſſe probare, eam rationabilem eſſe; non attendens vivas replicationes; una erit, quod conſuetudine probata præſumit jus ex juſta, & rationabili cauſa proceſſiſſe, Bald. *in l. de quibus, ff. de legib.* Alexand. *conſ.* 123. *num.* 2. *vol.* 5. Dom. Valençuel. *conſ.* 146. *num.* 15. *vol.* 2. *& conſ.* 47. *n.* 4. *&* 6. *t.* 1. Gratian. *diſcept. Forenſ. tom.* 1. *c.* 184. *n.* 22. *&* 23. Et qui pro ſe habet præſumptionem juris, non eget probatione, *l. fin. in principio,* 60
ff. quod metus cauſa: l. ſive nuptura, in fin. ff. de jure dotium l. ſive poſſidetis, C. de probationibus cum *vulgaribus.*

Artera erit, nam Doctores omnes loquen- 61
tes, admittentes hanc conſuetudinem exequendi ſententias ſuper capellaniis latas, expreſsè affirmant, eſſe laudabilem, juſtam, & rationabilem, ob detrimentum notiſſimum, quod beneficia, & capellaniæ ex longa vacatione recipiunt; ut in iis terminis notarunt Hieronym. Gonçal. Nicol. Garc. & alii, qui in individuo allegantur. *in commentariis noſtris, de Regia protect.* 2. *part. cap.* 13. *num.* 275. *& num.* 276. Et ut talem qualificavit hanc conſuetudinem, Rot. Romana *in duabus deciſionib. adductis, d. n.* 275.

Et nullibi poteſt eſſe hujuſmodi conſuetudo 62
tam rationabilis, & juſta, quàm in Tribunali Abbatiali, Compluti Regii, ubi Capellaniæ totius Diœceſis ſunt adeò tenues, ut vix aliqua aſcendat ad centum ducata, oneribus deductis, & generaliter decem ducatorum, & inferioris multò valoris ſunt, maximo Miſſarum onere gravatæ, quarum ſententiæ ſi executioni non darentur, omnes cauſarum perſecutionem deſererent; ſi obligarentur proſequi appellationes ad poſſeſſionis conſecutionem poſt tres ſententias conformes, quorum ſumma paupertas, nullo modo potuiſſet ſupportare intolerabiles litium expenſas: ex quo capellaniarum cauſaretur perpetua vacatio, & per adminiſtrationes, ſeu Œconomos gubernarentur in notiſſimum earum detrimentum: qua ratione attenta, juſtiſſimè fuit introducta conſuetudo hæc exequendi ſententias ritè, & rectè latas.

Dicitur inſuper per adverſarium, confeſſio- 63
nem ſuper exiſtentia conſuetudinis Abbatialis Tribunalis factam, & expreſsè allegatam à D. Petro de Aranda in alia capellaniæ lite, petente executionem ſententiæ in ſui favorem latæ, & apprehenſionem poſſeſſionis, quam obtinuit, & ſibi data fuit non obſtante appellatione, ut apparet *ſupra in art.* 1. *ex n.* 26. Nullatenus poſſe ſibi præjudicare, duplici ratione; prima, quia confeſſio partis facta in una lite, ſibi inter diverſas perſonas non præjudicat: allegat Maſcard.

Maſcard. *de probationib. concluſ.* 368. *num.* 25. (qui quidem in hoc puncto, nec verbum ullum adducit) nec non Petrum Surdum *in conſ.* 268. *num.* 116. qui obiter id dixit, qui tamen *Surdus*, magis attentè, & exactè diſputans hanc quæſtionem, acerrimè contrarium defendit, *in deciſ.* 309.

Sed ut veritas agnoſcatur, dicendum erit, hanc quæſtionem, an confeſſio facta in uno judicio noceat confitenti in alio diverſo inter diverſas partes, eſſe admodum controverſam, ut agnoſcit Noguerol. *allegat.* 29. *num.* 48. Surd. *diſt. dec.* 309. *num.* 7. 23. *& 24. & per tot.* & eſt videre per Hodiernam *ad dict. deciſ.* 309. *Petri Surdi.*

64 Nihilominus affirmativa ſententia, confeſſionem ſcilicet præjudicare confitenti in aliquibus caſibus, in quibus planè, & abſque contradictione, & controverſia currit, qui omnes procul dubio adaptantur huic confeſſioni D. Petri de Aranda: primus ſit, quando confeſſio fuit expreſſa, & non tacita ex aliquo actu inducta, & illata, ut ex complurib. DD. firmat Noguer. *dict. alleg.* 29. Et confeſſio D. Petri de Aranda facta fuit per libellum à ſe in judicio exhibitum, quæ nec magis expreſſa, nec magis clara, nec magis qualificata eſſe poteſt.

65 Secundus caſus, quando confeſſio facta fuit non incidenter, ſed principaliter, prout iſta quæ eſt emanata ad effectum, ut ſententia pro ſe lata executioni mandaretur, & aſſerivè firmavit, conſuetudinem ita eſſe Tribunalis Abbatialis exequi ſententias appellatione non obſtante, quæ confeſſio contra profitentem pariter probat in alio judicio ut poſt plures ipſe Noguer. *dict. alleg.* 29. *à n.* 48.

66 Tertius caſus eſt, quando confeſſio in primo judicio emanata, ad ſecundum judicium trahitur ad eundem finem, & effectum, & non ad diverſum primi; quod verè verificatur in caſu præſenti; cum ad eundem finem, ut exequatur ſententia appellatione non obſtante, emanavit confeſſio in illo judicio, quod & in iſto idem prætenditur, & ideo confitenti verè præjudicat; ſic poſt alios plurimos declarant Cyriacus *controverſ. tom.* 3. *controv.* 447. *n.* 33. & 34. Petrus Surd. *conſ.* 423. *n.* 24. Maſcard. *de probat. concluſ.* 33. *n.* 39. *& ſeqq.* idem Surd. *conſ.* 250. *ex n.* 6. *& ſeqq.* Gratian. *tom.* 1. *diſcept.* 51. *ex n.* 14.

67 Quartus caſus eſt, quod cum hæc confeſſio D. P. fuiſſet facta per libellum in judicio à ſe præſentatum, tantæ eſt efficaciæ, ut etiam abſentibus proficiat, & ab eiſdem in alio judicio eadem poſſit opponi, & partes ea ſe juvare poſſint, ut per *l. jubemus, & ibi* notata. *C. de liberali cauſa l. cum antea, §. fin. l. de arbitris, l. generaliter, C. de non numerata pecun. & cap. per tuas, de probationib.* tenent Alexand. *conſ.* 13. incipit, *Ex iis quæ, n.* 1. *vol.* 1. Cephal. *conſ.* 100. *n.* 17. *t.* 1. quos ſequitur D. Valençuel. Velazq. *in conſ.* 169. *n.* 83. & 84. Ex quibus inevitabile, & inexcuſabile remanet præjudicium confeſſionis factæ per adverſarium.

68 Protervè inſiſtit adverſarius in ſe excuſando à præjudicio præfatæ ſuæ confeſſionis; aſſerens, tunc non præjudicare confeſſionem, quando id, quod confitetur, non dependet à ſola voluntate confitentis, ad quod nulla adducitur doctrina, nec poterit, quæ caſui noſtro adaptari poſſit.

69 Verum eſt, quod in certo, & ſpeciali caſu tantum, confeſſio ejus, quod non pendet à poteſtate confitentis, non valet, nempè inter perſonas prohibitas donare, & diſponere ad Tertii præjudicium, latiſſimè Dom. Valençuela *in conſil.* 174. *ex num.* 15. *uſque ad numer.* 28. & nos, *in Labyrinth.* 2. *part. cap.* 10. *ex num.* 33. *& ex num.* 51. Quæ doctrina extra noſtrum caſum eſt, & nullo modo applicari poteſt.

70 Sed & adhuc in prædicto caſu, quando cum confeſſione inter prohibitos concurrunt alia adminicula, valida eſt confeſſio, & probat inter illos, ut ex Noguerol. *allegat.* 10. *ex n.* 23. *cum ſeqq. & allegat.* 20. *num.* 68. *& allegat.* 32. *nu.* 23. & 24. Et quando in terminis hujus doctri- 71
næ verſaremur, nulla confeſſio poterit inveniri tam adminiculata, quàm iſta adverſarii, in qua virtute conſuetudinis, quam allegavit, adeptus eſt executionem ſuæ ſententiæ favorabilis, & poſſeſſionem capellaniæ actualem, termino appellationis pendente, adminiculata etiam innumerabilibus actibus poſitivis comprobatis, & multitudine teſtium Officialium ejuſdem Tribunalis, & aliorum affirmantium, hujuſmodi conſuetudinem vigere in dicto Tribunali à tempore immemoriali, ut *in art.* 1. *in hoc.* omni contradictione ceſſante comprobatum remanet efficaciter.

Et certè indigna res eſt viri providi, velle 72
nunc impugnare id ipſum, quod ſuo ore ſemel confeſſus eſt, & petiit, & ſibi conceſſum fuit: contra quem acriter inſurgit, & meritò, text. *in l. generaliter* 12. §. *ſed juramento*, in hæc verba: *Quis enim ferendus eſt, ad appellationis veniens auxilium in iis, quæ ipſe facienda procuravit*, & paulò poſt, ibi: *Cum nimis crudele ſit, parti, quæ hoc detulit, propter hoc ipſum, quod judex ejus petitionem ſecutus eſt, ſupereſſe provocationem, C. de rebus creditis*, text. *in l. non erit* 5. §. *dato, ff. de jurejuran.* quæ jura latè exornamus poſt plurimos doctores, *in tract. de poteſt. Regia*, 2. *part. cap.* 1. *ex num.* 165.

Ex quibus omnibus hæc conſuetudo omnibus ſuis partibus conſtans, & ab omnibus impugnationibus defenſa, ſecurè currere debet, & inviolabiliter obſervari, cùm juſtè admittat executionem ſententiarum in capellaniis appellatione non obſtante.

ARTICULUS III.

Conſuetudo exequendi ſententias ſuper capellaniis latas, quantumcumque conſtans ſit, non operatur in latis contempto jure patronatus; ſeu quaſi poſſeſſione præſentandi, legitimè adquiſita.

Super capellaniis ab origine fundatis, abſque jure patronatus, nec quaſi poſſeſſio præſentandi, nec præſcriptio cadere poteſt.

Quantumvis immemorialis ſit, ſi de origine libertatis ex fundationis inſtrumento apparuerit.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Sententiæ nullæ non includuntur in consuetudine permittente executionem, sed ab ea excluduntur.*

2 *Sententia collationis lata, spreto jure patronatus, & quasi-possessione præsentandi legitimè quæsita, nulla est ipso jure.*

3 *Et ab ea appellatio admittenda, quoad utrumque effectum.*

4 *Nisi appareat nullum adesse jus patronatus ab origine executionis capellaniæ.*

5 *Quasi-possessio præsentandi non admittitur contra Ordinarium agentem de libertate beneficii, & capellaniæ, & n. 6.*

7 *Factum litis breviter refertur, & quo jure prætendentes jus præsentandi, comparuere.*

8 *Contradictio fiscalis negans existentiam juris patronatus, & per consequens, nec esse posse gentilitium.*

9 *Probatio, quæ non percutit casum, & punctum, de quo agitur, nec prodest, nec suffragatur, & n. 10.*

11 *Ad juris patronatus existentiam, & pertinentiam attendendus est tenor instrumenti fundationis capellaniæ.*

12 *Clausulæ fundationis insertæ, & n. 13.*

14 *Ex simplici clausula fundationis absque alia solemnitate, prætendere quasi-possessionem præsentandi inane est, & n. 15. & 16.*

17 *In hac capellania ab origine fundationis defuit jus patronatus.*

18 *Jus patronatus non adquiritur ex sola fundatione, absque Ordinarii consensu, & approbatione, & n. 19.*

20 *Jus patronatus non assumit initium à fundatione, sed à consensu Ordinarii.*

21 *Jus patronatus non præsumitur creatum in fundatione, nisi expressè ex ea appareat.*

22 *Interim remanet in juris terminis simplicis donationis, aut legati pii cum onere Missarum.*

23 *Jus patronatus non accedente authoritate Episcopi non potest dici esse in hæreditate fundatoris.*

24 *Jus patronatus non probatur ex fundatione sola, nisi accedat consensus Ordinarii.*

25 *Consensus Ordinarii requisitus ad creationem juris patronatus, non inducitur ex amissione præsentationum ab eo facta.*

26 *Rei non existentis in rerum natura quasi-possessio acquiri non potest.*

27 *Nec seminarii nondum erecti.*

28 *Super non ente, nec possessio, nec præscriptio cadere possunt.*

29 *Contra actionem nondum natam præscriptio dari nequit.*

30 *De libertate beneficii quandocumque constiterit, præscriptio de nihilo servit.*

31 *Et si sit immemorialis.*

32 *Præscriptio non prodest præscribenti jus patronatus, docto de contrario initio libertatis.*

33 *Ultimus status juris præsentandi non attenditur, constito de origine libertatis beneficii.*

34 *Verum esse non potest, quod falso nititur fundamento.*

35 *Non entis nullæ sunt qualitates, & qualitas non potest esse sine subjecto.*

36 *De non ente ad ens non potest fieri transitus.*

37 *Jus patronatus an præscriptione acquiri possit, quæstio est controversa.*

38 *Negativam quis tuetur.*

39 *Contrariam, præscriptione acquiri posse, qui teneant.*

Tertia opinio distinguens verior, communis, & receptior est, ibidem.

40 *Jus patronatus à principio creatum authoritate Ordinarii, ut tunc contra patronatum admittatur præscriptio.*

41 *Jus patronatus ab initio non ortum, nec creatum ex defectu consensus Ordinarii, nulla præscriptione quæsiti potest.*

42 *Nisi accedat tempus immemoriale cum continuatis præsentationibus, & bona fide.*

43 *Præfatam distinctionem sequuntur innumerabiles penè Doctores, & n. 44.*

45 *Quasi possessio, nec præscriptio nulla potest cadere super jure patronatus, ab origine non creato.*

46 *Quotiescumque ex instrumento fundationis constiterit, ab initio non fuisse ortum jus patronatus, præscriptio immemorialis nihil prodest, & n. 47. & 48.*

49 *Adducitur ad idem Rotæ decisio, alias etiam referens.*

VEllet fortasse adversa pars asserere, quod quantumcumque consuetudo exequendi sententias appellatione non obstante, firma sit & constans; nihilominus si sententiæ ipsæ ex aliquo substantiali defectu nullæ appareant, eo 1
quod non ritè, nec rectè latæ fuerint, nullo modo executioni tradi valent, appellatione obstante, quia sententia nulla, nullam meretur executionem, ex textu expresso *in l. 4. §. condemnatum, ff. de re judicat.* quam limitationem exactè examinavimus, & exornavimus, in *tractat. de protect. Regia, 3. part. cap. 9. à principio, & per tot.* Imò tales sententias nullas nullatenus inclusas esse in consuetudine, sed ab ea prorsus repulsas, & non admissas abundè resolutum fuit *art. 2. ex num. 20. cum seqq. & ex numer. 64. cum seqq.* quod verissimum, & innegabile est. Sed sic est, quod hæc sententia de qua agitur in hac lite, & collatio capellaniæ facta ab Ordinario Ecclesiastico est 2
nulla, eo quod capellania sit juris patronatûs, sitque Domina Joanna Maria in quasi-possessione præsentandi, nec non ejus pater, ut clarè constat ex actis: Ergo sententia, & collatio Ordinarii, nulla est ipso jure, spreto jure patronatus, & quasi-possessione patronorum: textus est expressus *in cap. decernimus, 16. qu. 7. cap. cum Bertoldus, de re judicata*, plurimis Doctoribus exornamus, & comprobamus, *in tractat. de protect. Regia, 3. part. dict. cap. 9. ex num. 129. cum multis sequentibus*: ubi etiam ex hac nullitatis causa justam, & legitimam esse appellationem, quoad utrumque effectum, Judicemque Ecclesiasticum, vim committere notoriam 3
illi non deferendo.

Hoc argumentum verissimum est in se, sed non adaptabile casui, ac terminis hujus litis, cum ex ea evidenter constet, hanc capellaniam non esse juris patronatus, nec adfuit, nec adest

adeſt patronus, qui habeat, nec habere poſſit quaſi-poſſeſſionem præſentandi, & quando aliquam fortè adquiſiſſet de facto, hæc non poſſet impedire Ordinarium Eccleſiaſticum, quo minus jure proprio capellaniæ collationem faceret, facta contradictione juris patronatus, & ejus exiſtentiæ, conſtitoque de libertate capellaniæ, manifeſtè cum ab origine ſuæ creationis nulli ſubjecta fuit oneri patronatus, nec impoſterum prætenſa patrona, nec ejus prædeceſſores nec jus patronatus, nec quaſi-poſſeſſionem juris præſentandi conſequi, nec adquirere potuerunt, & per conſequens juſtiſſimè denegata fuit præſentato per illam inſtitutio. Ex quibus ſequitur, ſententiam, nec non collationem factam ab Ordinario in extraneum, non poſſe nullitati præfatæ ſubjici, nec appellationem interjectam ſuſpendere ejus executionem attenta diſpoſitione conſuetudinis Tribunalis Abbatialis, inviolabilis.

6 Hæ omnes hujus reſponſionis ad argumentum ad *principium hujus* 3. *Articuli*, per nos conſideratæ particulæ illæſæ, & inoffenſo pede currunt, ac ſingulæ invincibiliter probabuntur inevitabilibus juris fundamentis, prout clarè apparebit *in hoc* 3. *& aliis articulis ſequentibus*, qui omnes diriguntur in defectum juris patronatus, & ejus exiſtentiæ, nec non in totalem ruinam quaſi-poſſeſſionis prætenſæ, & allegatæ ab aſſerta patrona.

7 Ad quæ in primis ſupponendum erit, in facto hujus litis, ut vacante hac capellania per obitum D. Didaci Clavixo, nominati à Dignitate Abbatiali, virtute ſententiæ tranſlatæ in rem judicatam, & edictis appoſitis, D. Joanna comparuit afferens, eſſe patronam, eſſeque in quaſi-poſſeſſione præſentandi, eo quod pater ejus in duabus vacationibus præcedentibus præſentaverat ad hanc capellaniam, & propterea eidem, tanquam conſanguineæ proximiori fundatricis, jus patronatus pertinere, ſicuti de facto præſentavit D. P. de Aranda. Comparuere inſuper alii, aſſeverantes ſibi, tanquam conſanguineis proximioribus, jus patronatus, & præſentandi pertinere, & ad hunc effectum omnes partes exhibuere, & præſentarunt in judicio clauſulas fundationis, protinus inferendas.

8 Comparuit fiſcalis Eccleſiaſticus, Dignitatis Abbatialis nomine allegans, nullum adeſſe jus patronatus in hac capellania, quod prætendere poſſint conſanguinei fundatoris, cum capellania à ſua origine creata fuiſſet cum ſua libertate, abſque onere, & ſervitute juris patronatus, & dato caſu, quod aliquod jus patronatus ineſſet (quod viriliter negabant) id non poterat eſſe jus patronatus gentilitium, nec ad generationem fundatoris ſpectare, prout partes comparentes prætendebant.

Cauſæ cognitione plenè adhibita, partes ſingulæ probare certarunt conſanguinitatem, erga fundatricem, ſed non curarunt verificare juris patronatus exiſtentiam, acerrimè negatam à Fiſcali Eccleſiaſtico: ac ſimul ultra exiſtentiam probare debebant, jus patronatus eſſe gentilitium, familiæ fundatricis relictum, tanquam principale fundamentum ſuæ intentionis, & in quo conſiſtit tota litis difficultas: & ideo probatio quæ
9 non percutit caſum, punctum, de quo agitur, nihil prodeſt, nec ſuffragatur, Rota per Mareſcotum, *variar. reſolut. l.* 1. *c.* 11. *n.* 18. Salicetus, *in l. matrem. Cod. de probationib.* Bartol. *in l. non ſolum*, §. *ſed ut probari*, *ff. de novi oper. nuntiat.* Jaſon Zucardus, & alii, *in Rubri. C. qui admitti:* Decius *in cap. in præſentia*, *nu.* 13. *de probation.* Aymon. *conſ.* 6. *n.* 106. Riminald junior. *conſ.* 39. *nu.* 28. 29. *libr.* 1. Maſcard. *de probationib. concl.* 824. *n.* 16. Surd. *deciſ.* 75. *nu.* 10. *& conſ.* 135. *num.* 55. *l.* 1. Gratianus *tom.* 5. *diſceptat.* 874. *n.* 43. *&* 44. *& cap.* 721. *n.* 33. *tom.* 4.

Prædictarum partium prætenſio hæc ſemper exaſperata viſa fuit, & à toto juris fundamento aliena, cum capellania hæc à ſua origine creata fuit libera, & liberæ collationis, & abſque onere, & umbra juris patronatus, & caſu negato, quòd aliquod adeſſe potuiſſet, nec eſt, nec eſſe potuit gentilitium, nec reſervatum generationi, & familiæ fundatricis, & ut hæc, & dicenda, clariùs & fundamentaliter appareant, Clauſulæ fundationis ad litteram inſeruntur, quibus nituntur partes adverſæ, quas in judicio ipſæmet præſentarunt.

In hac etenim materia juris patronatus exiſtentiæ, & pertinentiæ, ad unguem attendendus ſemper erit tenor inſtrumenti fundationis, ut advertit Bald. *in conſ.* 322. *lib.* 2. Alexand. *in conſ.* 170. *n.* 5. *& ſeqq.* Alban. *conſ.* 51. *ex nu.* 4. *cum ſeqq.* Ricc. *in praxi fori Eccleſiaſt. deciſ.* 211. *nu.* 270. Julius Vivianus, *in praxi juris patron. l.* 4. *c.* 2. *n.* 3. & ex aliis deciſionibus, animadvertit Rota, penes Farinac. *in recentior. tom.* 1. *deciſ.* 496. *num.* 12.

Clauſula Petri Montis.

HE pagado, è cumplido todo lo que yo mando por eſte mi teſtamento, mando, que el remanente que fincare de mis bienes, muebles, como rayzes, que los tenga, e ſe mantenga con ellos Urraca Alonſo de Aranda, mi ſeñora, y madre, para ſu vida en que ſe mantenga, e deſpues de ſu vida, todos los bienes que de mi quedaren, ſean dotados, con alguna parte, è otro de ſus bienes, que ella nombrare, y ſeñale para una Capellania, ſegun, y en la forma que lo ella mandare, è ordenare en ſu teſtamento de poſtrimera voluntad, o en ſu vida, à la qual mi ſeñora pido que lo aſſi haga, e cumpla: para lo qual la encargo la conciencia, para que ella con mis albaceas nombren, y certifiquen la dicha Capellania, en que forma ſe ha de ſervir: y ſi la dicha mi ſeñora madre de ſus bienes no diere, y dotare para la dicha Capellania, mando, que mis albaceas ſe apoderen en fin de los dias de la mi ſeñora madre en los bienes que à mi pertenecieren, è de mi quedaren, è los doten para la dicha Capellania, nombrando las Miſſas que ſe han de dezir. E mando, que dicha mi ſeñora madre no pueda vender, ni empeñar coſa de los dichos mis bienes.

Clauſula matris, in qua capellaniam fundat.

MAndo, que por quanto yo tengo de mi hijo Pedro Monte, que Dios aya los bienes que le pertenecieron aver de ſu padre que Dios aya, que de ellos y de los mios, que ſe haga toda la hazienda un cuerpo, è el quinto de todo ello, è ſe de para una Capellania è mando, que ſe ſaquen de ello la pia cauſ. de mi anima, è mandas è lo otro que lo den al Capellan que ſirviere la dicha Capellania, y mando que ſe haga un Caliz con que ſe ſirva la dicha

Capellania , è ſe pague de mis bienes , è aſſi conſió por la clauſula del dicho teſtamento.

14 Ex hac ſimplici clauſula, abſque alia authoritate, & ſolemnitate certant adverſæ partes, ſibi pertinere jus patronatus ad præfatam capellaniam, & quod illius adquiſierunt quaſi-poſſeſſionem, eo quod præſentaverant duabus vicibus in capellaniæ vacationibus.

15 Qualificatumque manſiſſe jus patronatus ex duabus viſitationibus ad dictam capellaniam factam per Viſitatorem Eccleſiaſticum.

16 Et quod ab hac ſua quaſi-poſſeſſione, nec ceciderunt, nec illam amiſerunt ob ſententiam contra ſe latam in antecedenti vacatione, qua declaratum fuit, nullam habuiſſe quaſi-poſſeſſionem præſentandi, ſed jus nominandi capellanum ad Dignitatem Abbatialem pertinere, ea motæ ratione, quod dicta ſententia lata fuit ob jus devolutum, quæ pro ſola illa vice potuit prætenſis patronis præjudicare, non tamen in vacationibus ſubſequentibus, prout ita eſt.

17 Cunctæ hæ allegationes adverſæ partis evaneſcunt, quia omni juris fundamento carent, in hac etenim capellania à ſua origine, nunquam adfuit jus patronatus, ſuper quo potuiſſet cadere, nec acquiri quaſi-poſſeſſio, nec ex hac formari, aut noviter creari jus patronatus, etiam per longiſſimum tempus plurimis ornatum actibus poſitivis.

18 Nam licèt verum ſit, quod ex fundatione, & dotatione capellaniæ potuit adeſſe capacitas formandi, & acquirendi jus patronatus fundatori, id tamen duntaxat intelligitur quando cum fundatione, & dotatione, concurrit ſimul conſenſus, & licentia Ordinarii, illam authorantis, & non aliter, ut ex quamplurimis Doctoribus, & Rotæ deciſionibus comprobant, nemine reluctante, Auguſt. Barboſ. *in tractat. de officio, & poteſtate Epiſcopi, tom. 2. allegat. 70. numer. 20.* & poſt plurimos alios Julius Vivianus, *de jure patronat. l. 2. cap. 1. ex num. 8. cum ſeqq.* ubi reddit rationem, *quia cum jus iſtud ſit ſpirituale, non poteſt laicus propria authoritate ſpiritualia ſibi attribuere.*

19 Et cum hæc capellaniæ fundatio reperiatur ſimplex, abſque authoritate, licentia, & conſenſu Ordinarii Eccleſiaſtici nunquam potuit creari jus patronatus, quod fundatori adquiratur : ita Felinus, *in cap. ex parte, el 2. n. 2. de reſcriptis*, cum aliis per Rotam, *deciſ. 361. nu. 13. part. 2. recentior.* Lotterius, *de re beneficiali, l. 1. quæſt. 5. n. 56. cum ſeqq.* Barboſ. ubi proximè, *dict. alleg. 70. ſub n. 35. verſ. Illud demum pro complemento.*

20 Et quod fundatio capellaniæ, & adquiſitio juris patronatus non aſſumat initium ante conſenſum, & approbationem Ordinarii, probat Rochus de Curte, *de jure patronat. in verbo, pro eo, quod Diœceſani, num. 1. verſ. Hinc aliàs ;* Lambertinus, in eodem tractatu, *l. 1. part. 1. quæſt. 2. art. 11. nu. 3. verſ. Quartò elicitur*, quod referens comprobat Rota apud Farinacium, *dec. 561. n. 3. in recent. tom. 2. fol. 440.*

21 Cùm maximè verum ſit, quod dum expreſſè non conſtat de juris patronatus creatione, & exiſtentia, nullatenus præſumitur creatum in fundatione ; ita ut bona relicta pro capellania libera, & abſque onere juris patronatus præſumantur : ut probat Rochus de Curte, *de jure patron. verb. & dotavit*, Lambertin. *in eodem tractat. l. 1. art. 1. qu. 6. num. 3.* Cephalus *conſ. 680. num. 2. tom. 5.* quos ſequitur Mieres *de majoratu, 4. part. quæſt. 10. n. 15.* Seraphinus, *dec. 1353. nu. 1. & 2.* Auguſt. Barboſ. *de offic. Epiſcopi, tom. 2. allegat. 72. ſub num. 20.*

Interim verò remanet in terminis meris cujuſ- 22
dam ſimplicis donationis, & ſimplicis legati pii gravati oneribus Miſſarum, & Anniverſarii perpetui, Rebuffus *in prax. tit. quæ res inſtituunt beneficium, nu. 10.* Lotterius, *de re beneficiali, dict. quæſt. 5. nu. 55. & 56.* Barboſ. *dict. allegat. 70. ſub n. 35. verſ. Illud demum.*

Quod & in tantum procedit, ut interim dum 23
licentia, & authoritas Ordinarii Eccleſiaſtici non intervenit, hoc jus patronatus non dicitur eſſe in hæreditate fundantis capellaniam, cùm à die conſenſus, & non antea initium aſſumat ; ut rectè affirmat Lambertin. *de jure patron. quæſt. 2. art. 11. num. 2.* Vivianus, *eodem tractat. lib. 2. cap. 1. num. 14.* quos ſequitur Barboſ. *dict. alleg. 70. num. 24.* & probant cæteri Doctores, proximè allegati ex *n. 18.*

Et ad hoc propoſitum nullum confert *Rotæ deciſ.* 24
360. apud Cardinal. Manticam, quæ *nu. 5.* ita ait : *Nec ad rem pertinet, quod teſtator voluerit quandam capellaniam dotare : quia debet probari dictam capellaniam fuiſſe dotatam, hoc eſt, bona ei fuiſſe aſſignata, & Epiſcopi conſenſum acceſſiſſe : c. nobis, & ibi omnes, de jure patron. Rochus de Curte, de jure patronat. in verb. pro eo quod diœceſanus, n. 2. & in quæſt. 10. n. 19. &c.*

Et iſte conſenſus, & Ordinarii approbatio, 25
nullatenus inducitur ex eo ſolo, quod Ordinarius admiſerit præſentatos ab aſſerto patrono, dando illis titulum, & inſtitutionem, atque Capellaniæ poſſeſſionem : nam adhuc ex iis actibus non inducitur conſenſus & approbatio juris patronatus, prout ad longum, & efficaciter comprobatur inferiùs, *artic. 14. per totum.* Quare hæc capellaniæ fundatio ſemper ab origine manſit cum libertate, abſque præciſo, & omninò neceſſario requiſito ad creationem juris patronatus.

Ex quo evidenter infertur, quod ſi in hujus 26
capellaniæ fundatione à ſua origine deficit juris patronatus creatio, & ortus ; vana erit prætenſio partis adverſæ aſſeverantis, ſe acquiſiviſſe quaſi-poſſeſſionem juris patronatus, cujus exiſtentia ſi deficit, quia in rerum natura non eſt, impoſſibile eſt acquirere quaſi-poſſeſſionem aliquam, *l. Pomponius*, §. *fin.* ubi Aretinus, *in princip. ff. de acquirend. poſſeſſ.* Bald. *in Rubric. de cauſa poſſeſſ. & propriet. num. 11. & 13.* Paz. *de Tenut. num. 33.* ultra quos idem probant in terminis Nicol. Garcia, *de benef. part. 12. cap. 2. n. 190. & ſeqq.* Hieronym. Gonçalez, *in regula 8. Cancellariæ, gloſſ. 5. §. 7. numer. 68. & ſeqq.* Rota *deciſ. 835. part. 3. in recent. & deciſ. 361. num. 3. 4. & 5. part. 2. in recent.* Dicentes, quod poſſeſſio non poteſt acquiri Seminarii nondum erecti, argumento textus, *in l. quidam referunt*, §. 1. ibi : *Quia hæres, ad quem ſermonem conferat, in rebus* 27
humanis non eſt. Et in principio, ibi : *Nullius momenti eſt ff. de jure codicillor.* text. *in cap. ad Audientiam*, ibi : *Cum nulli Canonici adhuc ibidem exiſtant, quibus privilegium concedatur : de Eccleſ. ædificand. cap. Abbate ſanè*, §. *nec pro eo*, ibi, *Præſertim quia Monaſterio, quod nondum erat, aliqua donatio fieri non valebat : de ſenten. & re judic. lib. 6.* conducit Rota *in dec. 332. Alexand. Ludovis.*

Ludoviſ. ex nu. 1. ibi *impoſſibile eſt enim, ſepulturam, quæ non eſt in rerum naturâ, poſſideri.* Et loquendo in jure patronatus, quod non exiſtit pulcherrimè loquitur *dec.* 381. *per totam, ejuſdem Alexand. Ludoviſii.*

28 Et quemadmodum ſuper non ante non cadit poſſeſſio, ita nec præſcriptio, *l. ſicut, Cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor.* Cenſius, *de cenſib. qu.* 98. *n.* 59. Decianus *conſ.* 13. *num.* 51. *lib.* 2. Bart. *in l. pignori ff. de uſucapionibus*, Azevedus *in l.* 6. *num.* 8. *tit.* 15. *lib.* 4. *recopilat.* nos, in *Labyr. credit. part.* 3. *cap.* 1. §. *unic. num.* 28. Quia ſine poſſeſſione præſcriptio non poſſedit, ex *regula juris.*

29 Quibus adde Doctores *in l. filius familias*, §. *divi, ff. de legatis* 1. Dicentes, quod præſcriptio dari non poteſt contra actionem, quæ nata non eſt; exornant Caſtrenſ. *in conſ.* 466. *à num.* 2. & 3. *l.* 2. Baldus, *de præſcriptionibus*, 1. *part.* 6. *part. principalis*, *num.* 15. & 16. Alexand. *conſ.* 101. *num.* 21. *l.* 7 Molina *de primogeniis*, *lib.* 4. *c.* 16. *n.* 13. Peregrinus *de fideicomm. art.* 41. *n.* 16. & 17. Surd. *conſ.* 276. *n.* 11. *lib.* 2. Gratianus *diſcept.* 577. *nu.* 44. qui multos allegat, Cyarlinus *controverſ. forenſ. cap.* 107. *n.* 62.

30 Et hinc eſt, quod quandocumque conſtiterit de initio libertatis beneficii, & capellaniæ, eo quod ab origine non fuit affecta jure patronatus, ſed in ſtatu libertatis creata; præſcriptio de nihilo deſervit, & quandocumque poteſt impugnari dictum jus patronatus, Rotæ *deciſ.* 254. *num.* 9. *p.* 3. *l.* 3. *diverſorum*, Abbas *in conſ.* 61. *ſub nu.* 6. *verſ. Item antiquitas facti*, Decius *conſil.* 400. *num.* 8. optimè Craveta *conſ.* 248. *ſub n.* 13. *verſiculo, reſpondeo, quod præmiſſa.* Menochius *conſ.* 409. *nu.* 8. Lotterius *de re beneficiali, l.* 2. *quæſt.* 31 7. *ex num.* 31. *cum ſeqq.* ubi reddit rationem, *ex num.* 35. in hæc verba: *Ratio diſtinctionis eſt, quia dum prætenditur jus patronatus de jure communi ab immemoriali, & ſimul ſupponitur ſtatus libertatis ab initio, reſultat manifeſta contradictio in objecto: quod eſt intolerabile*, ubi plurimis comprobat, qui *num.* 38. & 39. ita proſequitur: *Ridiculum enim eſt, beneficium ab immemoriali eſſe patronatum, & ſimul conſtare de libertate; non minus quàm ſi quis eandem mulierem, & eodem tempore, ut liberam & nuptam admittat: prout ait Pomponius, in l. Titiæ* 99. *verſ. Ridiculum eſt enim, ff. de conditionib. & demonſtration. atque ita hoc caſu nullius eſt momenti probatio per teſtes ſuper immemoriali, tenuit Rota apud Seraphinum, deciſ.* 1367. *ſub num.* 1. *verſ. Illud maximè urget: conſuluerunt, etiam in una Canciachenſi Epiſcopat. Boteratus* 2. *Maii* 1616. *coram bonæ memoriæ Buratto, &c.*

32 Et inſuper, quod juris patronatus præſcriptio nunquam profit præſcribenti, quoties conſtiterit de contrario principio, ſeu præcedenti ſtatu libertatis, beneficii, probant per Burattum *deciſ.* 172. *num.* 2. Barboſ. *ad Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *de reformatione cap.* 9. *num.* 21. & *num.* 16. Et in comprobationem hujus ſingularis doctrinæ plurimi alii Doctores, & Rotæ deciſiones adducuntur *infrà, ex num.* 37. *cum ſeqq.*

32 Et quod diſpoſitio text. *in cap. conſultationib: de jure patronatus*, per quam admittitur, & præfertur is qui habet ultimum ſtatutum, & quaſi poſſeſſionem præſentandi ad beneficium; locum non habeat, nec procedat quando conſtet de ſtatu beneficii antecedente, ac de vera ejus origine, firmat Valaſcus *in axiomat. litteræ U. n.* 153. & *ex n.* 151. *per* Rotæ *deciſ.* 188. *n.* 1. *part. in recent.* eandem limitationem aſſignat Auguſtin. Barboſ. *axiom.* 219. *num.* 3. Nam verum eſſe non 34
poteſt, quod falſo nititur principio, *l. cum filius*, §. *hæres, ff. de legatis* 2. Craveta *conſ.* 1008. *pro Genere, n.* 37. Anton. Monachus *deciſ. Florentin.* 58. *n.* 6.

Quibus favent jura, & axiomata vulgaria, 35
quod non entis nullæ ſunt qualitates, & quod qualitas non poteſt eſſe ſine ſubjecto, nec accidens ſine ſubſtantia, de quibus Barboſa *in axiomat. verb. Qualitas*, & verbo, *Accidens*, & verbo, *non entis*: quia de non ente ad ens, non poteſt fieri 36
tranſitus, *Nos, in tract. de ſupplication. ad ſanctiſſ.* 2. *part. cap.* 54. *nu.* 8. ad quod non eſt omittenda doctrina noſtra, *in Labyr.* 2. *part. cap.* 10. *num.* 96. & 109. pluribus comprobata Doctoribus videnda.

Ad omnia, & ſingula, quæ dicta ſunt *in hoc* 37
articul. 3. mirabiliter conducit illa quæſtio admodum inter Doctores controverſa, an jus patronatus præſcriptione acquiri poteſt? Negativam 38
validiſſimis fundamentis amplectitur Archidiaconus *in cap. hortamur.* 71. *diſtinctio.* quem alii ſequuntur.

Contrariam tamen, imò jus patronatus quæri 39
poſſe præſcriptione, acriter defendit Joannes Andreas *in cap. querelam, ſuper verbo, populis, de electione, & in cap. unic. in fin. eodem titul. lib.* 6. & pleniùs *in regula, quod alicui gratiosè conceditur, de regulis juris in* 6. Contrariis fundamentis reſpondens, ſicuti utriuſque opinionis Doctores plenè recenſent Rochus de Curte *in tract. de jure patron. verbo, ipſe, vel is, quæſt.* 36. *ex n.* 82. per *multas colum.* nec non Joan. Franciſ. Baldus, *in tract. de præſcriptionibus*, 1. *part.* 5. *part. princip. qu.* 9. *per totam.*

Tertia tamen opinio eſt inter præfatas diſtin- 40
guens, [quæ, & verior, & magis communiter recepta eſt,] ut ſcilicet, aut jus patronatus fuit à principio formatum, & creatum, & in eſſe jam productum authoritate & conſenſu Epiſcopi, ut tunc contra patronum poſſit ab alio præſcribi, & conſuetudine cum bona fide per tertium adquiri.

Aut jus patronatus non fuit ab initio creatum, 41
nec natum ex defectu authoritatis, & conſenſus Epiſcopi ad illud de jure requiſiti, ita ut ab initio beneficium, ſeu Capellania fuerit erecta, & fundata in libertate; ut tunc nullo tempore præſ- 42
cribatur patronatus, niſi accedat tempus immemoriale cum pluribus, ac continuatis præſentationibus cum bona fide.

Hanc diſtinctionem firmavit Joannes Andr. *in* 43
locis proximè relatis: Joann. Andream ſequuntur Anton. & communiter omnes Doctor. *in dict. c. querelam*, Cardinalis Florentinus *in Clement. plures, in* 5. *quæſt. de jure patronat.* & ſubdit ita tenuiſſe *in dict. cap. querelam*, eandem diſtinctionem ſequitur Abb. Panormit. *in cap. ſanè, de privilegiis*, referens Joann. Andr. *in dict. cap. quod alicui*, idem tenet ipſe Abb. *in conſ.* 76. *incipit, Invocato Chriſti auxilio, in verſ. Circa primum, volum.* 2. dicens, quod iſta opinio Joann. Andr. tanquam communis ſervatur in judicando, eandem diſtinctionem ſequitur Felinus *in tractat. quando litteræ Apoſtolicæ novant patron. Eccleſiarum, in ultima columna*: dicens in conſulendo, & judicando non eſſe recedendum ab opinione Joan.

Joan. Andr sequitur Ludovic. Romanus *in conf.* 368. Alexand. *in con.* 74. *volum.* 4. fuit etiam opinio Speculatoris *in tit. de jure patronatus*, & Franc. Aretin. hanc distinctionem, & plures Doctores referens latè comprobat Rochus de Curte *in tractat. de jure pat. dict. verbo, ipse vel is q.* 46. *ex num.* 82. & ex *num.* 84. concludit; quod ubi constat, Ecclesiam esse juris patronatus, bene posse currere possessionem, & præscriptionem contra patronum; secus ubi Ecclesia sit libera, vel dubitetur; quia tunc creari, & acquiri jus patronatus per laicum, tanquam res spiritualis non potest, nisi per tempus immemoriale, per quod supplentur solemnitates, & requisita substantialia.

44 Eandem distinctionem post longam disputationem sequitur Baldus *de præs.* 1. *part.* 5. *part. principalis*, *quæst.* 9. *à principio*; eandem sequitur distinctionem, Vivian. *de jure patro.* 1. *par. lib.* 2. *cap.* 9. *ex num.* 10. post Lambertin. *lib.* 1. *quæst.* 30. *art.* 5. *n.* 74. Et referendo opiniones Doctorum in hac distinctione, & opinione, uti veriori, & magis communi, residet Cardinalis Dominicus Tusch. *litt. I. conclus.* 604. *per totam* Covarruv. *in cap. possessor.* 2. *part.* §. 10. *per totum de reg. juris in* 6.

Qui omnes licet in comprobationem plures adducant rationes: tamen nulla aptior, quàm ea, quæ *in hoc tertio artic.* fuit viriliter scripta, ut nec possessio, nec præscriptio possit dari nec admitti in jure patronatus, quod ab initio non fuit
45 creatum, nec formatum, quæ omnes doctrinæ *in secundo distinctionis membro* mirabiliter conveniunt, cum in eisdem terminis loquantur.

Et quamvis præfati Doctores in *hoc secundo distinctionis membro*, quando ab initio nempe non fuit creatum, nec ortum jus patronatus, admit-
46 tant præscriptionem immemorialem: illud tamen mirabile, & memoria tenendum simul limirant, & probant ut quotiescumque per instrumentum fundationis constiterit, Ecclesiam fuisse ab initio liberam, & non fuisse creatam cum servitute juris patronatus, immemorialis præscriptio nihil prodest; sed ut reducatur beneficium ad suum pristinum statum libertatis: probant Alexand. *conf.* 75. *num.* 38. *lib.* 4. Boërius *conf.* 6. *maximè*, *num.* 8. Felinus *in dict. cap. causam*, *colum.* 3. *de præscript.* Balbus *ubi proxime sub num.* 9. Rochus de Curte *dict. verbo*, *ipse*, *velis*, *dict. quæst.* 36. *num.* 85. *ad finem.* Asserens, quod, quando ex instrumento fundationis apparet, non
47 intervenisse consensum Episcopi, & per consequens, nec jus patronatus, immemorialem nihil prodesse contra libertatem beneficii: idem tenet Cardinalis Tusc. *litt.* 1. *dict. consil.* 604. *num.* 7. & ex Cardin. *in Clement. plures*, *num.* 5. *in fine*, & ex Lambert. idem tenet Vivianus *de jure patronat.* 1. *part. lib.* 2. *dict. cap.* 9. *num.* 10.
48 Dicentes quod immemorialis nunquam admittenda erit, si ex authentico instrumento constaret Ecclesiam à principio fuisse liberam, in cujus doctrinæ comprobationem plurimæ aliæ congeruntur, idem affirmantes *hoc eodem tertio articulo*, *ex num.* 30. *vers. Et hinc est quod quandocumque constiterit de initio libertatis beneficii*, *&c.* Atque ideo cum in nostro casu evidenter appareat, hanc capellaniam fuisse simpliciter fundatam absque authoritate Ordinarii: in ea uti libera nec possessio, nec jus patronatus potuit ullo tempore quantumcumque longissimo acquiri.

Idem probat Rota *in una Lucana juris patronatus.* 19. *Januarii* 1645. & quæ congerit Diana. *t.* 8. *ad finem*, *fol.* 545. dum *in versiculo*, *minus potest dubitari.* firmat post alias Rotæ decisiones, quod jus præscriptionem, limitat tamen nisi constet de contrario initio libertatis.

ARTICULUS IV.

Quasi-possessio præsentandi ad beneficium, & capellaniam, duntaxat attenditur inter ipsos compatronos, inter quos solùm actum fuit de pertinentia juris præsentandi.

Sed nunquam admittitur, sed potius contemnitur ipsa quasi-possessio contra Ordinarium deducentem in judicio libertatem beneficii, & capellaniæ, & impugnantem existentiam juris patronatus.

Tuncque justè denegatur institutio præsentato per existentem in tali quasi-possessione.

SUMMARIUM.

1 *Error plurimorum attribuentium indistinctè, & promiscuè robur quasi possessionibus juris præsentandi adnotatur.*
2 *Quasi possessio juris præsentandi legitimè quæsita juxta juris regulas attenditur inter ipsos præsentantes.*
3 *Et ejus præsentatio inter cæteros præfertur.*
4 *Quasi possessio juris præsentandi de nihilo servit contra Ordinarium contendentem libertatem beneficii.*
5 *Nec adhuc tunc prodest possidenti ad manutentionem.*
6 *Nisi agatur de patronatu Regio, & n.* 7.
8 *Quasi possessio præsentandi admittitur quando jus patronatus non revocatur in dubium.*
9 *Adducitur ad idem pulchra decisio Rotæ.*
10 *Quasi possessio præsentandi attenditur quando judicium non tractatur cum Ordinario.*
11 *Ubi apparet de non existentia juris patronatus quasi possessio juris præsentandi ad nihilum reducitur, & n.* 12. & 13.
14 *Quando agitur de libertate beneficii, institutio denegatur præsentato per existentem in illa quasi possessione.*
15 C. consultationibus, de jure patronatus; *non habet locum quando agitur de libertate beneficii.*
16 *De libertate beneficii agitur, quando adest Fiscalis negans existentiam juris patronatus.*
17 *Pertinentiam præsentandi debet præcedere probatio existentiæ negatæ.*
18 *Ubi agitur de libertate Beneficii, principaliter agitur de jure patronatus.*
19 *Eandem quasi possessionem prodesse contra compa-*

compatronos, & non prodeſſe contra Ordinarium, repugnantiam pati videtur.

20 *Poteſt quis juſtè poſſidere, quoad unum & injuſtè quoad alios.*

21 *Ubi concurrunt diverſa jura reſpectu diverſarum perſonarum, eadem res poteſt diverſo jure cenſeri.*

1 REſolutioni fundamentali, deſcriptæ *in articulo antecedenti* 3. attribuenda erit quædam admirabilis doctrina admodum conducens rei, de qua agimus, plurimis, etiam doctis viris ignota, errorem patientibus in attribuendo robur quaſi poſſeſſioni juris præſentandi promiſcuè, & indiſtinctè, & abſque caſuum diſcrimine: nempe quod quaſi poſſeſſio juris præ-
2 ſentandi ad beneficium, & capellaniam, legitimè quæſita juxta juris regulas, tunc attenditur, & ſuos effectus operatur, quando agitur duntaxat de pertinentia juris patronatus inter ipſos compatronos, & cui eorum pertineat præſentatio, beneficio vacante; quo caſu cum inter ipſos non dubitetur, nec controvertatur jus ipſum patronatus, ſed potius ſupponatur ejus exiſtentia, & entitas, attenditur, & admittitur præſentatio ejus, qui legitimè contra alios compatronos
3 acquiſivit hanc quaſi poſſeſſionem præſentandi, cujus etiam præſentatio facienda erit inſtitutio à Prælato, ad *text.* cum materia, *in cap. conſultationibus, de jure patronat.* & latè adducta per Noguerol. *allegat.* 28. *ex num.* 37.

At verò, quoties dubitatur, & controvertitur entitas, & exiſtentia ipſius juris patronatus ſi
4 adeſt, vel abeſt; & lis agitur cum Ordinario Eccleſiaſtico negante exiſtentiam juris patronatus, & contendente libertatem beneficii, ſeu capellaniæ (cui juris præſumptio aſſiſtit) & ſic ad ſuam liberam proviſionem, & collationem ſpectare; tunc quaſi poſſeſſio præſentandi quæſita inter compatronos ad nihilum reducitur & nullius eſt momenti reſpectu Ordinarii, cui prætendenti libertatem beneficii, & capellaniæ, nihil officit, nec præjudicat. Imò tunc talis quaſi poſſeſſio manet annihilata, cum non cadat ſuper vera, & certa exiſtentia juris patronatus, quod non eſt in rerum natura; in tantum, ut nec adhuc profit ad manutentionem in præjudicium Ordinarii,
5 ac libertatis beneficii, ſeu capellaniæ, contra quam nunquam adquiri potuit, quæ nunquam litigavit, nec adfuit liti, ſeu litibus controverſis inter ipſos compatronos, contendentes inter ſe ſolos de pertinentia juris præſentandi, prout pluries determinavit *Rota*, hanc diſtinctionem præ oculis ſemper habens, ut ex plurimis conſtat deciſionibus congeſtis à Ludovic. Poſt. *in tractat. de manutentione, obſervat.* 32. *numer.* 4. & 5. in hæc: *Quaſi enim poſſeſſio juris præſentandi in beneficiis juris patronatus prævalet inter patronos jus prætendentes: Vivianus, de jure patronat. l.* 5. *cap.* 4. *num.* 69. *& ibi Rota deciſ.* 78. *num.* 8. *Rota in Piſana Capellaniæ, coram Cardinali Blanchetto apud Marqueſanum de commiſſionibus, part.* 1. *fol.* 438. *numer.* 1. *& attenditur etiam in terminis Concil. Tridentin. ubi non controvertitur patronatus, ſed ejus pertinentia, Rota recent. deciſion.* 274. *numer.* 11. *part.* 2. *Rota recent. deciſion.* 179. *numer.* 2. *deciſion.* 319. *Burattini num.* 17. *&c.* & ipſe Poſth. *numer.* 26. ita proſequitur in hæc: *Quotieſcumque verò non agitur inter patronos de pertinentia patronatus, ſed controvertitur ipſe patronatus, & agitur de libertate Eccleſiæ, & libera collatione, eo caſu poſt Concil. Tridentinum, non ſuffragatur pro manutentione ſola quaſi poſſeſſio præſentandi, niſi agatur de jure patronatus Regio: Rota in Bracarenſi de Gaufer. coram Cardinali Sacrato, apud Marque-* 6
ſanum de commiſſionib. part. 1. *fol.* 1054. *num.* 2. *& part.* 2. *& fol.* 488. *num.* 2. *Cavallerius deciſ.* 609. *numer.* 5. *&c.* Vivian. *de jure patronat. lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 36. ita loquitur. *Tunc autem attenditur quaſi poſſeſſio, quando conſtat de exiſtentia juris patronatus: ſed controvertitur pertinentia; ſecus quando dubitatur de ejus exiſtentia, quia tunc ſola quaſi poſſeſſio non ſuffragatur, niſi verificato jure patronatus cum cauſæ cognitione ad formam Concilii Tridentini: & ſufficit ita ſemel fuiſſe verificatum, ut in Firmiana, juris patronatus* 17. *Junii* 1588. *coram Cardinal. Pamphil. & in Volaterrana capellaniæ* 28. *April.* 1595. *coram Cardin. Blanqueto, & in Comenſi, juris patronatus* 20. *Junii* 1601. *coram Cardin. Seraphin. &c.* Et iterum ipſe Vivianus idem per eadem verba, & per eaſdem deciſiones, repetit *eodem libr.* 5. *capit.* 4. *ſub numer.* 69. verſicul. *Item procedit, quando conſtat de exiſtentia juris patronatus, & ſolum dubitatur ad quem pertineat, ſecus quando non conſtat de juris patronatus exiſtentia, quia ſola quaſi poſſeſſio non ſuffragatur, niſi prius verificato jure patronatus, cum cauſæ cognitione, &c.*

Et quod quaſi poſſeſſio præſentandi quæſita 7
per unum contra alium patronum profit ad præſcriptionem, intelligatur, niſi de initio libertatis beneficii appareat, probat Burattus *deciſion.* 172. *num.* 2. *& in deciſion.* 338. *num.* 1. quas ſequitur Barboſ. *ad Tridentin. ſeſſ.* 25. *de reformat. capit.* 9. *ſub num.* 21. *verſic. Et primo probatur, ad finem, & ſub num.* 30.

Et quod quando jus patronatus non revoca- 8
tur in dubium, ut tunc duntaxat profit quaſi poſſeſſio præſentandi ad beneficium; optima eſt deciſio Farin. *tom.* 1. *in recent.* 374. *num.* 3. *fol.* 342. ubi idem ſæpiſſimè ita determinaſſe Rotam, affirmat, *& in deciſion.* 697. *num.* 2. *eodem tom.* 1. *& in deciſion.* 548. *nu.* 2. *tom.* 2. eandem diſtinctionem attingit Menoch. *conſ.* 90. *n.* 128. *tom.* 1.

Quibus adde pulchram Rotæ deciſionem apud 9
Farinacium *in poſthumis, tom.* 1. *deciſion.* 179. quæ ita ait: *Et non obſtat diſpoſitio ſacri Concil. Trident. ſeſſ.* 24. *de refor. tollens quaſi poſſeſſionem juris patronatus: Quia non habet locum, quando non dubitatur de exiſtentia juris patronatus, ſed agitur tantum de pertinentia inter ipſos patronos, inter quos nihil voluit Concilium innovare, &c. ſatis patet ſacrum Concilium voluiſſe providere ſolùm in caſum, quo ageretur de libertate beneficii, & ſic de ipſa ſubſtantia juris patronatus, non autem de pertinentia inter ipſos, &c.* Eadem Rota apud Farinacium *in poſthumis, dict. tom.* 1. *deciſion.* 132. *nu.* 6. illic: *Rota reſolvit coram Antonio Auguſtino, quaſi poſſeſſionem præſentandi contra Ordinarium apponi non poſſe, niſi appareat legitimè de exiſtentia juris patronatus, & coram Gropperio deciſion.* 157. *inter manuſcriptas diverſorum, &c.*

Hanc doctrinam etiam obiter attingit No- 10
guerol. *allegat.* 28. ubi poſtquam fundavit quaſi poſſeſſionem ſui clientuli juris patronatus gentilitii, & *ex num.* 37. quod per eum præſentato debetur

betur institutio, ut doctrina securè curreret, & absque dubio, ita dixit in *numero seq.* 38. *& cum hæc causa non sit cum Ordinario, sed inter præsentatos à patronis, non est necessarium existentiam patronatus fundare, cum hoc omnes præsentati fateantur, ut per Barbosam de jure Ecclesiastico, l.* 3. *cap.* 12. *n.* 24. *&c.* Qui clarè agnovit distinctionem hactenus fundatam *in hoc artic.* 4. Ut non suffragetur quasi possessio præsentandi contra Ordinarium; postquam liti se opposuit pro libertate beneficii recuperanda.

11 Hæc doctrina prorsus destruit intentum D. Joannæ Mariæ, & per eam præsentati; tum quia evidenter apparet de non existentia juris patronatus; cum ab origine fundationis hujus cappellaniæ defecisset consensus, & authoritas Ordinarii; super quo non potuit cadere quasi possessio, ut firmiter manet comprobatum *in articulo præcedenti* 3. *per totum.*

12 Adhuc tamen cum quasi possessio, quam habere prætendit Dom. Joanna, fuerit acquisita inter alios patronos, inter quos non fuit deductum, nec controversum ipsum jus patronatus, nec ejus defectus, nec de ejus existentia actum, tunc hæc quasi possessio eidem suffragari poterat adversus cæteros compatronos, contra quos fuit acquisita, agendo solum de pertinentia juris præsentandi.

13 At verò postquam in hac antecedenti vacatione capellaniæ, comparuit Fiscalis Dignitatis Abbatialis pro libertate capellaniæ, negans, & impugnans existentiam juris patronatus, asseverans esse meræ collationis pertinentis de jure, Dignitati Abbatiali, non potest contra eam allegare, & opponere quasi possessionem ex tot Rotæ expressis decisionibus, & maxima Doctorum allegatione, *in hoc* 4. *art.* & insuper ubertimè dicendis.

14 Meritò igitur in hac præsenti, & in præcedenti vacatione contempta fuit prætata quasi possessio præsentandi, & simul præsentati excluſi ab institutione per eos prætensa, nam quando agitur de libertate beneficii, non debetur institutio præsentato ab existentibus in quasi possessione præsentandi, nisi prius plenè, & cum causæ cognitione probetur existentia juris patronatus, & ad possessores prædictos pertinere, prout in
15 iis terminis declaravit *S. Congregatio Concil. Tridentin.* & pluries determinasse Rotam, ipsa testatur, *in decision.* 444. *num.* 2. post tractatum *Ludovisii Posthii*: & quod *caput consultationibus de jure patronat.* non habeat locum in isto casu, ex aliis probatur, *artic.* 3. *prope finem*, quod facere non curavit, nec Dom. Joanna Maria; nec ab ea præsentatus, nihilominus quod per Fiscalem Ecclesiasticum instantissimè negatum fuit jus patronatus.

16 Et tunc dicitur tractari de existentia juris patronatus, quando aliquis comparet in lite pro defensione libertatis beneficii, seu capellaniæ negando jus patronatus adesse, quo casu prætendens sibi competere, allegans quasi possessionem, clarè, & apertè tenetur probare plenè existentiam: nam dum hæc controvertitur, & de ea dubitatur, quasi possessio, quæ illam supponit nihil suffragatur; quia interim contra se habet præsumptionem juris, assistentem libertati beneficii, & negantem fuisse onere juris patronatus gravatum, prout probatur superius, *articul.* 3. *numer.* 21. nam prætensionem pertinentiæ necessariò debet præcedere existentiæ cognitio, & probatio, quoties negatur: 17
pulcherrima adest decisio Rotæ, Alexand. Ludov. *decision.* 381. *per totam*, prout ibi, *num.* 2. 3. 4. *&* 5. ita ait: *Ubi simpliciter fuisset actum de pertinentia juris patronatus, in necessarium antecedens fuit suppositia ejus existentia: quia sicut qualitas non potest stare sine subjecto, & substantia, leg. ejus qui in provincia, &c. ita etiam ad cognitionem qualitatis debet præcedere cognitio substantiæ, cùm secundum Philosophum, primò quæratur, quid sit? postea quale sit. Bald. in l.* 2. *sub numer.* 1. *vers. Glossa tenet contrarium, ubi etiam Castrens. sub num.* 3. *versic. Glossa reprehendit, Cod. de bonor. possess. secundum tabulas; nec potest dici probata qualitas, si prius non fuit probata substantia, latè Bald. cons.* 465. *nu.* 1. *cum multis sequentib. ad num.* 4. *Decius consil.* 508. *num.* 5. *Aymon. consil.* 21. *post numer.* 5. *unde cum de existentia juris patronatus partes non sint concordes, de ea prius est agendum, &c.* Hactenus de celebri decisione, iis quæ dicta sunt in *hoc articulo* consonante.

Quia in hoc casu, quo defenditur libertas 18
beneficii, principaliter agitur, cum plena causæ cognitione jus ipsum patronatus, ut per plura comprobat Lotterius *de re beneficiali, l.* 2. *quæst.* 13. *ex num.* 114. *cum multis seqq.*

Sed prius quàm hinc abeamus, difficultas in- 19
gens circa prædicta *à principio hujus* 4. *articuli*, se offert discutienda: tot Rotæ decisiones, nec non tot Doctorum authoritates, constanter affirmant, quasi possessionem juris præsentandi acquisitam contra compatronos super pertinentia, contra illos possessori prodesse. Eandem tamen possessionem contra Ordinarium tractantem de libertate beneficii nullatenus suffragari, nam eadem possessio sibi ipsi videtur repugnare, cum una, & eadem res non debeat diverso jure censeri, *l. eum qui ædes, ff. de usucapionibus, capit. qui circa, de privilegiis.*

Cui difficultati facilè respondes, si consideras, 20
quod potest quis justè possidere quoad unum, & injustè, & vitiosè quoad alium, *l. fin. ff. de acquirend. possess. l.* 1. *§. fin. ff. uti possidetis, l. eodem titul. l. res alienas, Cod. de rei vendicat.* Marta *consil.* 94. *numer.* 2. Noguerol. *alleg.* 31. *nu.* 56. *&* 57. Ludov. Posth. *de manutent. observ.* 40. *ex nu.* 109. Maresc. *variar. resolut. l.* 2. *capit.* 121. *num.* 6. Scaccia *de appell. quæstion.* 17. *limit.* 6. *membr.* 4. *num.* 63. *&* 92. Nos, *in tractat. de protect. Regia,* 4. *part. capit.* 8. *num.* 97. Nam contra compatronos existentes in lite, & se defendentes justa judicatur possessio: contra Ordinarium verò & libertatem beneficii justè injusta dicitur, cum contra Ordinarium, & libertatem beneficii non potuit acquiri, cum non fuerit in lite, nec de libertate beneficii aliàs controversum fuit, ac sic nihil mirum, quod eadem possessio diversimodè operetur, quia 21
ubi concurrunt diversa jura, & separata respectu diversarum personarum, eadem res potest diverso jure censeri, ut post alios Gonçalez *ad regul.* 8. *de Alternativis, §.* 8. *prœmiali, num.* 65. *&* 70. Giurb. *ad constitut. Messanens. capit.* 9. *glos.* 10. *ex num.* 5. Fusarius *de substitut. quæst.* 297. *num.* 24. *ad num.* 28.

ARTI-

ARTICULUS V.

Quasi-possessio juris præsentandi ad beneficium, seu capellaniam, nunquam transit in successorem, sive filium sive hæredem, nisi iste postea illam actualiter apprehendat per præsentationem admissam.

SUMMARIUM.

1 *Tres instantiæ dantur, quarum quælibet destruit quasi-possessionem præsentandi, etiam supposita existentia juris patronatus.*
2 *Quasi-possessio præsentandi quantumcumque legitimè acquisita per patrem, non transfertur in filium, etiam hæredem.*
3 *Nisi ipse possessionem actualem apprehendat præsentando in aliqua vacatione subsecuta.*
4 *Cum hæredes facti sumus, omnia jura ad nos transeunt, præterquam possessio, quæ nisi actualiter apprehendatur, ad nos non transit.*
5 *Animus, quo retinetur possessio, extinguitur cum defuncto.*
6 *Quasi-possessio præsentandi non transit in successorem, etiam filium, etiam stante statuto, ut possessio transferatur in successorem ipso jure.*
Quia tale statutum non admittitur contra Ecclesiam, nec in foro Ecclesiastico, ibidem.
7 *Expræsentatione facta per filium non admissa, nulla acquiritur quasi-possessio.*
8 *Actus quasi-possessionis ad sui essentiam requirit, ut sortiatur effectum.*
9 *Actus præsentandi, qui dedit causam liti, non est in consideratione.*
10 *Filia, quæ nititur præsentationibus patris, post cujus mortem non præsentavit, nihil agit.*
Etiamsi ipsa filia se hæredem sui patris probet, ibidem.
11 *Possessio patris alia est, alia possessio filiæ, etiam hæredis.*
12 *Quasi-possessio præsentandi transit in successorem, si jus patronatus sit annexum dignitati, vel majoratui & de ratione.*
13 *Alia est possessio patris, alia filii.*

IN articulo 4. antecedente prorsus destructam reliquimus quasi-possessionem juris præsentandi ad hanc capellaniam oppositam per D. Joann. Mariam, & ab ea præsentatum, nunc insuper
1 aliæ tres instantiæ dandæ sunt *in hoc 5. articulo*, & in *duobus articulis sequentibus 6. & 7.* & ex quolibet manifestè apparebit, quod etiam supposito, jus patronatus ortum fuisse ab origine fundationis, (quod negatur) ejusdem D. Joannæ quasi-possessio nihil prodesse potest in capellaniæ vacatione, ipsa namque prætendit patri suo acquisitam fuisse quasi-possessionem ex duabus præsentationibus, & sic in eandem, sivè ut filiam, sivè ut hæredem transivisse, quæ quidem prætensio vana est.

Nulla etenim in jure constantior, & probabiliot regula est, quàm negativa sententia in hoc puncto, communiter comprobata, & à nemine contradicta, quod quasi possessio præsentandi ad beneficium, seu capellaniam quantumcumque legitimè acquisita per antecessorem, non 2
transeat, nec transferatur in successorem, etiam 3
hæredem, nec etiam in filium, nisi ipse successor, seu hæres per se postea possessionem actualem, & cum effectu apprehendat, præsentando nempe ad beneficium in aliqua vacatione, præsentatione admissa, & effectum sortita: & ut in uno, quamplurimos Doctores referam, accuratè & plenissimè de hoc tractantem Ludovisium Posthium adduco *in tractat. de manutentione, observatione* 55. *à princip.* omnino ad longum, videndum, & signanter de quasi-possessione præsentandi ad beneficium legitimè acquisita per Authorem, ut non transferatur ad successorem; *ex numer.* 23. *cum multis sequentib.* quamplurimos allegantem Doctores antiquos, & modernos, ac insuper decem & sex decisiones Rotæ, quæ alias plures recensent, juxta text. *in l. cum hæredes facti sumus, omnia jura ad nos transeunt, præterquam possessio, quæ nisi naturaliter apprehendatur, ad* 4
nos non transit, ff. de acquirend. possession. Nam cum possessio animo retineatur, animus in successorem non transfertur, quia cum defuncto 5
animo extinctus fuit & cum eo simul possessio extincta, ideo nulla remansit, quæ transferri possit in successorem, sive filium, sive hæredem, ad quod plura jura, Doctores, & Rotæ decisiones videre est per ipsum Ludovis. Posthium *dict. observat.* 55. *ex num.* 25. *usque ad nu.* 32. amplissimè etiam in nostris terminis Cyarlinus *controversiar. capit.* 107. *ex num.* 25. *cum sequentib.*

Quæ constans doctrina æqualiter procedit, & 6.
operatur, etiam stante statuto, aut lege mandante transferri possessionem defuncti in hæredes, vel successores ipso jure: quia non admittitur contra Ecclesiam, & in foro Ecclesiastico: ut post innumerabiles penè Doctores, & decem septem Rotæ decisiones, probat Posthius *loco proximè citato, ex num.* 33. latissimè Cyarlinus *controv. dict. capit.* 107. *ex numer.* 32. *& sequentib.*

Quomodo igitur poterit D. Joanna Maria ju- 7.
vari possessione quæsita per patrem suum, cum ipsa pro se nullam apprehendisset in aliqua capellaniæ vacatione, quæ licèt in præcedenti præsentare tentaverit, non fuit admissa, sed potius expressè repulsa, & ab ea præsentato justè negata institutio constitit de libertate capellaniæ, non subjecta oneri patronatus; & ideo collata fuit de Ordinario assistente liti, & impugnante illud jus patronatus, ab eoque provisus quietè capellaniam possedit usque ad obitum nemine contradicente, nec reclamante, ut videre est infra *in articulo* 7.

Cum actus quasi-possessionis præsentandi, ad 8
sui essentiam, & validitatem præcisè requirant, ut sortiti sint effectum, *capit. querelam, de election. capit. consultationibus, de jure patron.* plures per Vivian. *de jure patronat. libr.* 5. *capit.* 2. *numer.* 12. Ludov. Posthius *de manutention. observat.* 15. *nu.* 8. Imò ista præsentatio D. Joanne dedit causam liti motæ per fiscalem illi se opponenti pro libertate capellaniæ, & actus,

qui dederunt causam liti, non sunt in considerationе ad quasi possessionem quærendam, Posthius *observat.* 17. *numer.* 44. Alexand. Ludov. *decis.* 669. *numer.* 4. ubi Oliverius Beltraminius *litt. C.* adducit plures Rotæ decisiones concordantes.

10 Et ultra supra dicta non omittenda erit doctrina Cyarlini *dict. controvers.* 107. tanquam aptissima nostro casui, ex *numer.* 25. in hæc: *In quo tamen possessorio D. D. Galinganus bene probavit se possidere dictum beneficium, & D. Episcopum esse in quasi possessione conferendi illud: ita D. Julia malè probavit, se esse in quasi possessione præsentandi, quoniam ipse nunquam præsentavit, sed tantum nititur præsentationibus paternis, ut colligitur expressè ex ejus capitulis, de quibus in processu: & propterea cum ipsa nunquam præsentaverit, non potest dici quod fuerit in quasi possessione præsentandi, & sic non po-*
11 *test juvari beneficio manutentionis, &c.* Quod ad longum prosequitur multis comprobans, videndus *ex numer.* 30. *&* 25. qui *numer.* 27. ita prosequitur ad immediatum casum nostrum, *nec obstant præsentationes à dicto ejus patre, cujus dicta D. Julia fuit hæres; dum ipsa numquam habuerit usum præsentandi, & possessio defuncti ad præstandum non transit ad hæredem sine apprehensione, & actu facti, &c.* adducit
12 plura jura, plures Doctores, & Rotæ decisiones; & *numer. sequentibus* videndus, quia alia est possessio patris, alia filiæ, ut dixit Rota *in una Bracarensi de Gaufer.* 16. *Junii* 1604. *coram Sacrato*, ut apud Marquesan. *de commiss. appell. in poss. Salvian. part.* 1. *§.* 2. *decision.* 43. *numer.* 2. *fol.* 1054. Cyarlin. *dict. cap.* 197. *numer.* 29.

13 Præfati tamen limitant hanc regulam, & ejus doctrinam, ut non procedat, quando jus patronatus est annexum alicui dignitati, vel majoratui, quoniam cum dignitas possideat, cujus possessio non extinguatur per obitum possessoris dignitatis, & majoratus; semper remanet, & continuatur in ipsa dignitate, cujus nomine successor potest agere: ad latissimè cumulata per Ludovis. Posth. *dict. observ.* 45. *ex n.* 99. *usque ad num.* 102.

ARTICULUS VI.

Quasi possessio præsentandi ad beneficium adquisita cum mala fide (& multo minus cum vera mala fide) ad nihilum suffragatur, etiam immemorialis.

SUMMARIUM.

21 Quasi possessio juris præsentandi numquam adquiritur cum mala fide, & n. 2.

3 Præscribens contra instrumentum, quod penes se habet, dicitur esse in vera mala fide excludente quasi possessionis adquisitionem, & num. 4.

5 Præsentato per existentem in quasi possessione præsentandi cum mala fide, denegatur institutio.

6 Et datur præsentato vero patrono habente jus in proprietate juris patronatus.

7 Habens scientiam fundationis disponentis in favorem hæredis. & præscribens, ut gentilitium ob malam fidem; præscriptio non probat.

8 De mala fide præscribentium quotiescumque constiterit aut aliter de injusto principio appareat, etiam possessio immemorialis juris patronatus non suffragatur.

9 In materia juris patronatus ad observandum quasi possessionem præsentandi, idem est constare de proprietate per instrumentum authenticum, quod per rem judicatam, vel confessionem partis.

ALio modo inexcusabilis probatur defectus, & totalis ruina quasi possessionis præsentandi prætensæ à D. Joanna Maria, & patre suo; nam ut jus præsentandi acquiri possit, inter cætera requisita, præcipuum, & magis essentiale est, bona fides; taliter ut hac deficiente, nunquam possit acquiri quasi possessio: copiosè per Vivian. *de jure patron. part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 12. melius, & latius, *cap.* 4. *nu.* 30. *cum sequent.* Garcia *de benef. part.* 5. *cap.* 5. *nu.* 67. *& sequentib.* Gratianus *discept. cap.* 310. *num.* 78. *& sequentib.* Gonçalez *de alter. gloss.* 45. §. 2: *num.* 53. Posth. *de manut. cap.* 32. *num.* 27. Merlin. *in decis.* 870. *numer.* 21. Sed sic est quod D. Joanna Maria, ejusque authores erga præsentationes ad capellaniam hanc, non solum reperiuntur in mala fide, sed etiam in vera mala fide, 2
ergo ab ea præsentatus exclusus est ab institutione, quæ sibi justè denegata fuit, destructa quasi possessione præsentandi ob veram suam malam fidem. 1

Probatur manifestè, quia titulus instrumentalis fundationis (ex quo prætendebant patronatum gentilitium) semper penes eam, & patrem stetit; illique illum exhibuerunt, & præsentarunt in litibus, & illo nitebantur; ex quo non solum non constat de tali patronatu gentilitio, sed nec de patronatu aliquo relicto etiam hæredibus fundatoris, prout ad longum manet verificatum *in articul.* 2. *& articul.* 4. 3

Ex quo resultat vera juris resolutio, quod is, qui penes se habet titulum, & instrumentum, si vult præscribere contra contentum in eo, dicitur habere veram malam fidem, & non potest præscribere tanquam mala fidei possessor; multis comprobant Petr. Barbos. *in rubric. Cod. de præscript.* 30. *vel* 40. *annorum, ex num.* 341. *usque ad num.* 348. sequitur, & simul comprobat Castill. *in tract. de tertiis, c.* 26. *ex nu.* 30. apud quos plurima fundamenta in corroborationem videnda erunt hujus singularis doctrinæ. 4

Unde mirificè infertur, quod quamvis aliàs præsentato per repertum in quasi possessione præsentandi debeat regulariter fieri institutio, juxta dispositionem *cap. consultationibus, de jure patronat.* tamen quando constat de mala fide præsentantis; negatur institutio per eum præsentato, & datur præsentato per habentem jus in proprietate patronatus, ut ex Lambertin. *de jure patronat. l.* 2. *part.* 2. *q.* 3. *art.* 6. *n.* 8. quando ex instrumento fundationis resultat jus pro proprietario, ut in terminis probat Rota apud Farinacium *in posthum. decis.* 180. *ex n.* 1. *& per totam, tom.* 1. *fol.* 172. ubi *num.* 3. firmat hanc sententiam sæpissimè Rotam fuisse secutam: referunturque ibidem undecim 5 6

cim decisiones *Rotæ* pro securitate hujus verissimæ doctrinæ. Unde possessio prætensa à præsentato per D. Joannam Mariam undique invenitur annihilata, prorsus destructa, & sine effectu, & absque ullo impedimento est jus Ordinarii ad meram collationem, & liberam hujus capellaniæ provisionem.

7 Et ad prædicta, celebris est Rotæ alia decisio, penes Merlinum, 750. *tom.* 2. quæ, *ex numer.* 6. 7. & 8. ita determinat: *Verum quatenus etiam præscriptio probata fuisset, non suffragaretur Stephano: Tum quia Joannes tertius, à quo Stephanus jus suum deducit, sciebat, jus patronatus esse hæreditarium, & ad hæredes spectare; nam in præsentatione anni* 1581. *dixit se præsentare ex fundatione Lamberti, in qua expressè legitur, patronatum fuisse pro hæredibus præservatum, &c. qua posita scientia, & mala fide, nullo modo jus præsentandi præscribere potuit*: *Rota decis.* 150. *nu.* 5. *part.* 4. *& dec.* 373. *n.* 5. *part.* 5. *recent. & coram bonæ memoriæ Cardinali Cavalerio, decis.* 69. *n.* 7. *ac decis.* 91. *num.* 10. *&* 11.

8 Et quod quandocumque constet de mala fide præscribentium jus patronatus, vel aliter de injusto principio appareat; immemorialis præscriptio. quantumvis legitimè probata fuerit, nihil eis suffragetur; cum tunc cessat præsumptio, quam regulariter pro se habet immemorialis, traditur per Hierony. Gonç. exactè tractantem, *de alternat. gloss* 18. *n.* 48. *&* 49. Piasequium *in praxi nova Episcop. c.* 5. *num.* 4. Gloss. Riccium, *in prax. fori Ecclesiast. resol.* 129. quos refert Barbos. *in tract. de offic. Episcop. tom.* 2. *alleg.* 72. *numer.* 29.

9 Comprobatur ulterius, quod etiam data vera, & legitima quasi possessione in hac prætensa patrona eo ipso, quod per instrumentum fundationis apparet ad se non pertinere consanguinitatis jure, sed ad hæredes fundatoris, vel ad alium quemlibet, sua quasi possessio resolvitur: in hac etenim materia, ut scilicèt constet de proprietate juris patronatus, ad excludendam quasi possessionem; idem est de illa constare per instrumentum fundationis, quod per rem judicatam, vel confessionem partis; ut per alias decisiones Rotæ comprobat Merlin. *decis.* 450. *ex num.* 4. *cum seqq.* alii DD. & Rotæ decisiones allegantur ad hoc idem, *inferiùs, articulo* 14. *num. penult. & final.* Atque igitur justissimè denegata fuit institutio præsentato per hujusmodi quasi possessionem, de cujus mala fide evidenter apparet.

ARTICULUS VII.

Ordinarius repertus in ultimo statu conferendi capellaniam præfertur quibuslibet, etiam habentibus quasi - possessionem quæsitam in antecedentibus vacationibus, ex quo justè denegatur institutio præsentato per eum.

Verba inepta sententiæ, quæ non conveniunt, nec justificantur ex Actis processus, delentur ab ea.

SUMMARIUM.

1 *Ultimus status pro Ordinario collatore interrumpit quasi possessionem præsentandi antecedentem.*

2 *Status ultimus Ordinarii attenditur, & præfertur cuilibet quasi possessori antecedenti.*

3 *Quasi possessio, præsentandi sicuti unico actu contrario amittitur.*

4 *Ordinarius adquirit quasi possessionem contra patronum, si constet eum contulisse beneficium tanquam liberum.*

5 *Sententia declarans beneficium esse liberæ collationis, à qua non fuit appellatum, bene probat.*

6 *Ex actu ultimo liberæ collationis, denegatur institutio præsentato per habentem quasi possessionem antecedentem.*

7 *Sententia lata jure devoluto non parat perpetuum præjudicium quasi possessori, sed pro illa vice tantùm.*

8 *Quasi possessio Ordinarii ex sententia lata jure devoluto non est perpetua, sed pro illa vice devolutionis.*

9 *Sententia negans absolutè jus patronatus, applicatio provisionis facta postea Ordinario pariter debet esse absoluta, & sine limitatione aliqua.*

10 *Sententia negans jus patronatus, alia applicatione non facta Ordinario, tacitè includit collationem Ordinario pertinentem de jure.*

11 *Beneficium esse juris patronatus & liberæ simul collationis; Contraria sunt, quæ non concurrunt.*

12 *Juris patronatus impedimento sublato, beneficium recuperat libertatem ipso jure.*

13 *Verba judicis debent intelligi secundum mentem juris.*

14 *Sententiæ verba debent impropriari, ut rei de qua agitur, conveniant.*

15 *Et ne mutent substantiam rei.*

16 *Sententiæ verbum vitiosum, non conveniens actis processus, tanquam ineptum deletur ab ea.*

17 *Sententia recipit declarationem ex actis processus.*
Et secundum naturam actus intelligenda, etiam ejus verba impropriando, ibidem.

18 *Non omne verbum Judicis in sententia prolatum vim sententiæ habet.*

19 *Judex in sententia dicens*, per hanc nostram sententiam diffinitivam, *non ideo dicitur diffinitiva, si sui natura est interlocutoria.*

20 *Inepta Judicis assertio in sententia, non est attendenda.*

21 *Judex reservans in sententia sua personæ taxationem expensarum, expresso nomine proprio, deletur, quia contrarium est juri.*

22 *Sæpè supervacaneâ verba scribi solent sine virtute aliquid operandi.*

23 *Non nomen fictum impositum actui, sed effectus actus, qui geritur, attendi debet.*

24 *Inhibitioni habenti effectus* perpetuæ *si à Judice imponatur nomen* temporalis, *& superfessoriæ, non attenditur.*

25 *Devolutio capellaniæ non causatur, si præsentatus aliàs incapax dispensationem ostendat.*

26 *Patronus laicus plures accumulativè præſentans, ſi primus ſit incapax, uni ex aliis inſtitutio facienda erit.*

27 *Sententia applicans proviſionem Ordinario ex cauſa devolutionis, quæ ex actis non apparet, inepta cauſa deletur, manente diſpoſitione illæſa.*

QUando ex tot capitibus quaſi poſſeſſio D. 1
Joannæ undique impugnata, non maneret deſtructa, ſed potius illæſa, & integra; adhuc inſurgeret alia inſtantia, ex qua prorſus efficitur contemptibilis, ſi ultimum, & immediatum ſtatum hujus capellaniæ attendamus. Nam hæc quaſi poſſeſſio (cui D. Joanna, & ab ea præſentatus inaniter militur) interrupta remanſit ex ſententia contra ſe lata proximè antecedenti vacatione, ex qua declaratum fuit, D. Joannam carere poſſeſſione ob defectum probationis, & quod nominatio Capellani pertinebat Dignitati Abbatiali, quæ ſuo jure utens, ad illam nominavit, & contulit D. Didaco Clavixo, qui adeptus eſt titulum, & poſſeſſionem quietam hujus capellaniæ, qua uſus fuit uſque ad ſui obitum, aliis adverſis partibus non impugnantibus, nec appellantibus à dicta ſententia, nec eius poſſeſſione data, ſed patientibus eam tranſire in rem judicatam, prout conſtat ex actis illius vacationis huic proceſſui accumulatis.

Ex quo ſequitur, ultimum ſtatum, & quaſi 2
poſſeſſionem omnino prævalere, & præferri debere cuilibet alterius anteriori poſſeſſioni, ad latè congeſta per Ludovicum Poſthium *de manutention. obſervation.* 71. *& num.* 50. *cum multis ſeqq.* & *obſervat.* 73. *ex n.* 1. Nam poſſeſſio juris præſentandi, ſicuti unico actu acquiritur, unico actu ſimiliter amittitur, ut ex aliis Vivian. *de jure patronat. l.* 5. *cap.* 4. *num.* 63. Ludovic. Poſthius *obſervatione* 18. *num.* 49. Auguſtin. Barboſ. *voto* 47. *num.* 212. *& num.* 205. *l.* 2. *tom.* 1. Et quia quaſi poſſeſſio præſentandi amittitur, ſemel caſſata præſentatione per Epiſcopum, Innocentius *in cap.* 2. *num.* 2. *de reſcriptis*, Vivianus *de jure patronat. l.* 5. *c.* 4. *n.* 42.

Ordinariuſque adquirit quaſi poſſeſſionem con- 4
tra patronum, ſi conſtat contuliſſe beneficium, uti liberum; Hieronym. Gabriel. *conſil.* 185. *l.* 2. Vivianus *ubi proximè numer.* 55. Et ſententia declarans beneficium eſſe libere collationis, ſi ab ea non fuerit appellatum, & ex actis juſtificetur, plenè probat: Barboſ. *voto.* 112. *ex* 5
num. 20. Quod utrumque verificetur in noſtro caſu, adeſt ſententia declarans jus Dignitatis, non appellata, ſed tranſlata in rem judicatam, & executioni mandata, cujus juſtitia manifeſtatur, & juſtificatur ex actis hujus proceſſus, & ex illi accumulatis; ex quibus notoriè conſtat de jure Dignitatis, & de notorio defectu juſtitiæ partis adverſæ, & ex miribiliter comprobatis, *art.* 3. 4. 5. *& 6. in hoc* 7. *cum ſeqq.* quibus nihil obſtare oſtenſum fuit.

Et optimè ad propoſitum conducit Rotæ *dec.* 6
444. *num. fin. & ex num.* 2. Ludoviſii Poſth. *poſt tractatum de manutentio.* in hæc. *De anno tamen* 1577. *aderat collatio Ordinarii capellaniæ, tanquam de libera, quæ fuit effectuata, & erat ultima hodie per mortem proviſi ab Ordinario capellania vacaverit, & ſic ultimus ſtatus erat liberæ collationis ex his fuit concluſum Joannem Baptiſtam præſentatum, non eſſe inſtituendum, &c.* Quæ deciſo videtur emanata pro hoc caſu, & lite, de qua agimus *in præſenti* 7. *art.* ex qua ſimul contemnitur jus præſentandi præcedens, ſed denegatur etiam inſtitutio præſentato.

Arguit forſan adverſarius, & dicit, adſtringor 7
ſolutionibus præcedentibus, *ex art.* 3. *cum ſeqq.* huic tamen contentæ *in hoc* 7. facilè reſponderem, cum ex eadem ſententia conſtet, non manſiſſe perpetuò interruptam quaſi poſſeſſionem ſuam, cum nec condemnatio, nec applicatio juris conferendi fuit perpetua, & abſoluta, ſed limitata tantum ad illam vacationem, cum fuerit lata in cauſa, & caſu devolutionis illius proviſionis ad Dignitatem Abbatialem, ut expreſsè conſtat ex ejuſdem ſententiæ verbis, ibi: *Que devo de declarar, y declaro, que el derecho de preſentar toda por eſta vez à la Dignidad.*

Atque ideo illa quaſi poſſeſſio Dignitatis fuit 8
temporalis, & momentanea, quæ tantum duravit pro vita D. Didaci Clavixo ab Ordinario proviſi, & pro illa vacatione duntaxat, cum verbis ſententiæ ſit ſtandum habentis ex ſui natura ſtrictam interpretationem, ex *vulgaribus.*

Cui facilè ſatisfit, quoniam ſententia à prin- 9
cipio adjudicavit abſolutè proviſionem Ordinario, cum abſolutè etiam neget jus patronatus omnibus illud prætendentibus, quia applicatio facta Ordinario (ad quem de jure pertinet beneficiorum proviſio, ceſſante juris patronatus impedimento (debet correſpondere abſolutæ negationi juris patronatus: cum non deberet proviſio capellaniæ in aëre manere in vacationibus futu- 10
ris; ſed devenire omninò ad eum, qui de jure poteſtatem habet beneficia vacantia conferendi: ad quod ſufficeret ſola negativa ſententia juris patronatus, & ejus exiſtentiæ, ut tacitè includeretur pertinentia providendi ad Ordinarium, cui jus ad hoc aſſiſtit, quia excluſio unius ex contrariis, eſt incluſio alterius; *l. cum Prætor. ff. de judic. l. maritus* 11. *C. de procuratorib. l. quamvis, C. de pignor. l. ait Prætor. §. ſed quod Papinianus ff. de minorib. text. in cap. nonne, de præſumptionib.* quemadmodum contraria ſimul ſta- 11
re non poſſunt: prout foret, ſi beneficium eſſet juris patronatus, & liberæ collationis; ita per remotionem unius ſequitur admiſſio alterius, *l. ſi inter ff. de exept. rei judicatæ l. hæc verba, ille aut ille*, 124. *ff. de verbor. ſignif.* & uno admiſſo, removetur alterum Surdus *deciſ.* 24. *num.* 10. *& deciſ.* 92. *num.* 11. Gonçalez *ad regul.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 45. *num.* 24. *& gloſſ.* 57. *nu.* 6. Gratian. *tom.* 5. *diſcept.* 891. *nu.* 18. Et impedimento juris 12
patronatus ſublato, res redit ad ſuam primævam naturam, & libertatem, prout loquendo in juriſdictione Ordinarii recuperata ſublato impedimento, ſcitu digniſſima videnda erunt in *Commentariis noſtris, de ſupplicatione ad Sanctiſſ.* 2. *part. cap.* 25. *ex num.* 37. *cum multis ſeqq.*

Quare ne hæc ſententia ſibi ipſi videatur repug-
nans, ex *cap. inter. dilectos. §. cæterum, de fide inſtru.* vel interpretanda ad ſenſum juris, ut *pro illa vice*, non excludat cæteras vacationes futu- 13
ras, cum non loquatur taxativè, quia verba Judicis debent declarari & interpretari ſecundum ſenſum juris, ad latiſſimè adducta per nos in tractatu *de protect. Regiæ.* 4. *part. c.* 10. *ex n.* 49. *cum ſeqq.* Et ne ſententia iniqua, & injuſta detegatur, *ex eadem parte, ibidem, num.* 50. Et de

utroque

utroque latius *in eadem* 4. *part. cap.* 32. *ex num.* 62. *cum multis ſeqq.* Et impropriari debent verba, ut rei de qua agitur conveniant: §. *nunc autem admonendi*, ubi gl. verbo, *dederint*, *Inſtit. quibus alienare liceat, vel non*, *l. ſi verò*, *in principio.* ubi gloſſa, Bartolus, & Bald. *ff. locati*, *cap.* 15 *conſtitutus*, *de Religioſ. domib.* Et verba ita intelligenda, ne mutent ſubſtantiam, *l. cum falſa*, *C. de juris & fact. ignorant.* Menoch. *conſ.* 372. *ex numer.* 18. Vel ſi velimus eam intelligere litteraliter, & prout ſonat verbum illud *por eſta vez*; adeo ineptum eſt, ut à ſententia ſit 16 delendum: nam prædictum verbum ſolum cadit ſuper judicio devolutionis, de qua nec ullum verbum tractatum fuit in illo judicio, nec quidquam aderat in eo, ut verificari, vel cadere poſſit devolutionis ſententia, ut ex actis exactè viſis apparet manifeſtè; atque ideo quando in aliqua ſententia reperitur aliquod verbum ſuperfluum, vitioſum, non conveniens, nec applicabile actis proceſſus, & ejus probationibus, tanquam ineptum à ſententia deleri debet: cum ex eiſdem ineptitudo detegatur. Hæc eſt Bartoli doctrina, *in l. demonſtratio*, *in princip. quæſt.* 7. *num.* 15. *ff. de condit on. & demonſt.* Socin. *in l. ſi quis in fundi vocabulo*, *n.* 1. *ff. de legat.* 1. Cephal. *in conſ.* 422. *num.* 14. Bertazzola *in conſ. civil.* 60. *num.* 10. *& ex num.* 6. *& ſeqq.* ubi affirmat, 17 quod ex eo, quod ſententia recipit declarationem ex proceſſu, & actis, quia ſententia debet interpretari ſecundùm naturam actus, ſuper quo lata eſt, ubi alios allegat; etiam verba impropriando Craveta *conſ.* 131. *num.* 7. idem tradit Menochius, *in conſil.* 80. *num.* 44. *& conſ.* 130. *nu.* 33. quos ſequitur Bertazzola *dict. conſ.* 60. *num.* 7. plura per Ozaſcum *deciſ. Pedemontana* 64. *n.* 3. 18 *& ſeqq* Unde fit, quod non omne verbum Judicis in ſententia prolatum vim ſententiæ obtinet: ita per Caputaquenſ. firmat Rota *diverſor. deciſ.* 34. *Concluſum*, *numer.* 12. *verſic. Et non omne verbum*, *part.* 2. Cæſar Contard. *in l. unic. limit.* 2. §. 5. *n.* 19. *C. ſi de momentan. poſſ.* Sigiſmundus Scaccia *de appell. l.* 3. *cap.* 2. *q.* 17. *limit.* 6. *membro* 9. *num.* 9.

19 Hinc optimè Felinus *in cap. ſignificavit*, *de reſcriptis*, *verſic. Similiter:* reddit exemplum, quod licet judex dicat in ſententia, *per hanc noſtram ſententiam diffinitivam*, non ideo dicetur ſententia diffinitiva, ſi ſui naturâ eſt interlocutoria; quem referens ſequitur Craveta *in conſil.* 186. *num.* 5. Magonius *deciſ. Lucenſi.* 18. *nu.* 28. *& ſeqq.* Benintend. *deciſ.* 79. *nu.* 16. *&* 17: inter recollectas per Tamburinum *poſt tractat. de jure Abbatiarum*, optimè Rotæ *deciſ.* 639. *ex num.* 22. *cum ſeqq. in recollectis per* Poſthium *poſt tractatum de manutent.* quia ſubſtantia judicii, non contextura verborum, attendi debet, ex Rotæ deciſione, quam allegat, & Seraphino, & ex *dict. deciſ.* 639. *num.* 24.

20 Et quod inepta judicis aſſertio in ſententia nullum jus tribuat, nec ad aliquod ſit attendenda probat Rot. *in dec.* 206. *ſub n.* 7. *Alexand. Ludoviſ.* ubi alia ad idem allegatur deciſio, quas ſecuta eſt Rotæ *in deciſ.* 115. *ſub num.* 3. *part.* 1. *in recent.* teſte Oliverio Beltramin. *in annotat. ad Alexand. Ludoviſ. in dict. dec.* 106. *littera C.*

21 Hinc ſi judex in ſententia reſervavit ſibi, & ſuæ perſonæ, expreſſo nomine proprio, expenſarum taxationem, cum inepta ſit reſervatio, cum ſit materia concernens juriſdictionem, & non perſonam, deletur à ſententia, & non attenditur, poſt alios Nos *in tractat. de protect. Regia*, 4. *part. cap.* 12. *n.* 10. *&* 11.

Nam, ut inquit Menochius *in conſ.* 179. *num.* 22 20. ſæpè ſupervacanea verba ſcribi ſolent, & ſtant ſine virtute aliquid operandi, ex Jaſon. *in l. petens*, *num.* 8. *C. de pact. & in l. cum proponas*, *num.* 3. *C. de tranſact.* Craveta *conſ.* 80. *n.* 11. & aliis à *Menochio* citatis.

Et inſuper, nam, ut dictum eſt ſuperiùs, cum 23 dicta ſententia à principio adjudicaverit abſolutè jus conferendi hanc capellaniam Dignitati Abbatiali, denegato jure patronatus, quo omninò convenit, & conforme eſt actis proceſſus, quibus utrumque verificatum, & comprobatum apparet; ſi poſtmodum illam juſtam applicationem nominavit *devolutionem*, nullo modo cadentem, nec adaptabilem actis, nullatenus attendi, ſed contemni debet; quia non nomen appoſitum, ſed effectus actus, qui geritur, attendendus eſt, *l. inſulam* 6. *ff. de præſcriptis verbis*, *l. ſi uno. ff. eodem tit. l. in leg.* 32. *eodem*; *l. cum dotem* 10. *C. de jure dotium.* quæ jura latiſſimè exornamus poſt plurimorum allegationes, *in tractatu de ſuppli-* 24 *catio. ad ſanctiſſimum*, 2. *part. cap.* 7. *ex num.* 21. *cum multis ſeqq.* ubi ad noſtrum propoſitum accuratè comprobamus, quod quando inhibitioni Judicis habenti effectus *perpetuæ*, Judex attribuit nomen *temporalis*, & ſuperſeſſoriæ; nullo modo ſit attendendum nomen fictè à Judice impoſitum, ſed effectus perpetuæ inhibitionis, quos operatur.

Voluit adverſarius colorare hanc devolutio- 25 nem, ad effectum applicandi verbum illud ſententiæ ineptum, *por eſta vez*: dicens Don Rodericum de Valençuela, tanquam conſanguineum proximiorem fundatrici capellaniæ ad illam præſentaſſe D. Ludoviſium Alfonſum de Aranda, qui à Religione profeſſus exierat, & factus incapax capellaniæ, & ex hac incapacitate fuit cauſata devolutio. Quod in facto convincitur evidenter, quia ex proceſſu conſtat, D. Ludoviſium præſentatum fuiſſe habilitatum, & diſpenſatum à Sede Apoſtolica, cujus diſpenſationem exhibuit, & in proceſſu præſentavit, quod etiam hodie patens eſt.

Et iterum ex alio capite convincitur affectata 26 devolutio, eo, quod D. Rodericus de Valençuela alios duos accumulativè præſentaverat, quo caſu, quando adeſſet defectus in primo, uni ex accumulatis præciſè debebat fieri inſtitutio conſtito de jure præſentantis, ut abundè per Garciam *de benef.* 5. *part. cap.* 9. *ex num.* 211. *cum ſeqq.* Barboſa *de officio Epiſcopi*, *part.* 3. *allegat.* 73. *nu.* 151. Vivian. *de jure patronat.* 2. *part. l.* 1. *cap.* 1. *ex n.* 1. Ex quo nulla aderat cauſa, ex qua induci potuiſſet devolutio; ſed perpetua applicatio meræ collationis Ordinario, cum ex proceſſu conſtabat, nullum adeſſe jus patronatus, cui poſſit attribui quaſi-poſſeſſio præſentandi, prætenſa per dictum D. Rodericum; & propterea juſtè lata fuit ſententia in favorem Dignitatis liti aſſiſtentis pro libertate Capellaniæ, ad latiſſimè comprobata ſuperiùs *articulo* 3. 4. *& ſeqq.*

Unde ſi totaliter apparet, nullam adeſſe in 27 actis proceſſus cauſam, ex qua deduci poſſit devolutio: verba ſententiæ illam enuntiantis prorſus debent deleri, & non attendi, manente ſententiæ diſpoſitione illæſa, ineptitudine ſublata, & detracta: argumento text. *in l.* 1. §. *ſi ex fundo*

fuiſſet

fuiſſet aliquis ſolus hæres inſtitutus, valet inſtitutio, detracta fundi mentione, ff. de hæredib. inſtituend. l. ſi alterius 10. ibi: *Sabinus ſcribit, perinde habendum, ac ſi nec fundum, nec partes nominaſſet, ff. eodem titul. l. ſi quis ita fuerit hæres inſtitutus ex certo fundo eodem titulo, l. quoties, C. de hæredib. inſtituend.* quæ jura latè exornamus *in Labyrinth. creditor. 1. part. cap. 2. §. unic. ex nu.* 13. *cum multis ſeqq.*

ARTICULUS VIII.

Inſtrumenta in judicio præſentata, ſi de falſo redarguantur, & non comprobentur; quaſi-poſſeſſionem præſentandi non probant.

Antiqua tamen, ultra centum annos, à comprobatione excuſantur.

Inſtrumenta producta per ſententiam contrariam remanent perpetuò reprobata.

SUMMARIUM.

1 *Inſtrumenta præſentata, & de falſo redarguta, ſi non comprobentur, nihil probant, & nu.* 2.

3 *Inſtrumenta antiqua, & ſi redarguantur de falſo, non egent comprobatione.*

4 *Requiritur ad hoc, ut ſint antiqua, quod excedant centum annos, aliter non excuſantur à comprobatione.*

5 *Inſtrumenti data, de falſo redarguti, non attenditur ad ejus antiquitatem.*

6 *Ex tempore, & data inſtrumenti antiqui deducendum eſt tempus, quo duravit lis.*

7 *Ad inſtrumenti antiquitatem plura ultra tempus requiruntur, remiſſive.*

8 *Ut quaſi poſſeſſio præſentandi ex inſtrumentis probetur, debent eſſe clara, ut nullam patiantur contradictionem.*

9 *Inſtrumenta in uno judicio præſentata per contrariam ſententiam perpetuò manent reprobata.*

Idem de confeſſionibus in eodem judicio factis, ibidem.

CUncta, quæ hactenus ſcripta ſunt in deſtructionem quaſi poſſeſſionis juris præſentandi prætenſæ à D. Joanna Maria, & per eam præſentata ad hanc capellaniam per tot articulos
1 præcedentes, ſuperflua videntur, quando pars adverſa illa voluit probare per inſtrumenta ficta, & apparentia, duos nempe titulos præſentationis anteriùs factæ à patre D. Joannæ Mariæ, quos ſtatim fiſcalis Dignitatis redarguens falſi, & falſo fabricator dixit, & inſtanter allegavit, pars autem adverſa redargutioni acquieſcens nunquam tractavit, nec diligentiam aliquam adhibuit, ad illa inſtrumenta comprobandum, & vera, & certa eſſe verificandum, meritò timens, & effugiens difficultatem, & acre periculum imminens, nec ad comprobationem petiit à Judice terminum, ut ex ipſis actis patenter apparet.

2 Ex quo præfata inſtrumenta conſecuta fuere ſuam juſtam juris præſumptionem falſitatis, quæ omnino impedit illorum fidem, nec facere poſſint aliquam probationem, juxta *lib.* 115. *tit.* 18. *part.* 3. ubi Gregorius Lopez, plures Doctores per Noguerol. *allegat.* 25. *ex numero* 233. & cum Parladorio, Hieronym. Gonçalez & aliis, Pareja *de inſtrument. editione, tit.* 1. *reſol.* 3. § 3. *num.* 33. *l.* 1. *fol.* 33. Ex quo quaſi-poſſeſſio juris præſentandi paterna, cui nititur D. Joanna Maria, remanet deſtituta omni genere probationis, eo quod huic, nec poteſt, nec debet ita maculatæ, & vitioſæ deferri, nec fides aliqua adhiberi.

Convicta pars adverſa, volens effugere hoc inevi- 3
tabile periculum, prorſus, & radicitus evellens ſuam intentionem, ad debile remedium confugit, aſſerens, hæc inſtrumenta eſſe antiqua, & comprobatione non egere.

Quæ doctrina in ſe vera eſt: ſed non applicabilis 4
caſui noſtro, nam ad hoc ut inſtrumentum de falſo maculatum excuſetur, & evitet comprobationem illius, requiritur eſſe antiquum, excedens centum annos, ut ex pluribus Doctoribus cumulatis, probat & ſequitur Noguerol. *allegat.* 25. *n.* 255.

Hæc autem inſtrumenta, quando eorum da- 5
tæ fides danda foret, quod eſſe non poteſt, cum eadem facilitate, quâ ea falſo fabricavit quiſquam, eandem potuit attribuere datam ſibi magis conducibilem, & quam magis volverit, ac ideo ex eorum data, nullo modo comprobari poteſt antiquitas eorum: nam cum redarguantur de falſo, omnia in eis contenta infecta remanent, & falſitatis ſuſpicioni ſubjiciuntur; ad latè comprobata per eundem Noguerol. *in dict. allegat.* 25. *nu.* 455.

Adhuc tamen ex ipſorum inſtrumentotum da- 6
ta non deducebatur antiquitas jure requiſita, nam data prioris inſtrumenti eſt anni 1558. quæ non aſcendit ad centum annos, ſed tantum ad octoginta, & unum: ex quibus adhuc deducendi ſunt viginti & octo anni, ex quo cœpit litigari, prout inferius in *articulo* 14. *ex nu.* 12 latius apparebit: quamplura alia requiſita congeſſit No- 7
guerol. *loco proximè citato*, quæ præcisè requiruntur præter tempus, quæ concurrant in inſtrumento antiquo ſimul ad hoc, ut excuſari poſſit à falſitatis oppoſitæ præſumptione, & à fidei inſtrumenti comprobatione; quæ omnia deficiunt in caſu hujus litis.

Et inſuper, nam ut ex præſentationibus conſtare 8
poſſit quaſi-poſſeſſio præſentandi, præcisè requiritur, ut illæ ſint claræ, & tales, ut nullam patiantur contradictionem, ut per Hieronym. Gonçalez *in regul.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 45. §. 2. *num.* 38. *cum ſeqq.* & ex Rotæ *deciſ. in Ticenti. benefic.* 6. *Februarii* 1637. firmat eadem Rota *in deciſ.* 1. *verſ. Præterea ad effectum*, inter recollectas per Dianam *poſt tom.* 8. *fol.* 547.

Et ultimo, quando dicta inſtrumenta effugerent 9
tot repugnantia & manerent in forma probanti (quod toto corde negatur) adhuc pars adverſa eis uti non poſſet ad ſuæ quaſi-poſſeſſionis inanis comprobationem; ad hunc etenimmet effectum fuerunt exhibita, & præſentata in antecedentis vocationis litigio: contra quæ lata fuit ſententia tranſlata in rem judicatam [ut ſæpè dictum fuit] ex qua quidem eadem inſtrumenta remanſerunt perpetuò reprobata, atque etiam omnes confeſſiones, in illo judicio emanatæ, enervatæ ſimul, & reprobatæ intelli-

guntur

guntur per ſententiam in contrarium latam, juxta text. *in c. ſubortam, de re judicata*, illic. *Nimirum ſi præfatum Innocentii privilegium Alexandri judicio fuit præſentatum, & ipſe tulit ſententiam contra illud, intelligitur reprobaſſe*, ubi gloſſa *verb. reprobaſſe*, ait: *Tale inſtrumentum viribus vacuatum manere. l. jucius ff. de his qui notantur infamia, l. 1. C. ſi ex falſis inſtrument. cap. dilectus, de ordine cognit.* per quæ jura ita conſtanter affirmant innumerabiles penè Doctores relati & ſecuti per nos, *in Labyrinth. credit. part. c. 1. §. unic. ex n. 10. uſque ad n. 14.*

ARTICULUS IX.

Libri viſitationis, quibus enuntiatur jus patronatus & ejus pertinentia, nihil probant, & ex quibus requiſitis ad judicium deſerviant.

Enuntiativa inſtrumenti nihil probat, poſtquam de enuntiato dubitari, & controverti contigit.

SUMMARIUM.

1 *Quaſi - poſſeſſio patris non transfertur in ejus filiam hæredem, quæ actualem non apprehendit per ſe poſſeſſionem.*
2 *Viſitator capellaniæ an poſſit approbare enuntiativam factam à poſſeſſore dicente ſe ad præſentationem alicujus eam poſſidere.*
3 *Ex libris viſitationis enuntiantibus jus patronatus ad aliquem pertinere, jus patronatus non probatur.*
4 *Libri viſitationis enunciantes pertinentiam juris præſentandi, probant inter ipſos compatronos, non tamen deſerviunt ad probandam juris patronatus exiſtentiam.*
5 *Libri viſitationis, ut faciant aliquod indicium pro exiſtentia juris patronatus, quæ requirantur.*
6 *Enunciativæ juris præſentandi emanatæ à Capellanis viſitatis, & non à Viſitatore ipſo, nihil probant.*
7 *Enunciativæ emanatæ ab habentibus intereſſe, nihil probant.*
8 *Enunciativæ nihil probant, quoties de enunciato contingit controverti.*
9 *Jus patronatus in aliquo inſtrumento enunciatum non probat, poſtquam de ipſo patronatu oritur controverſia.*
10 *Inſtrumentorum enunciativæ nihil probant in quacumque materia, quoties de enunciato principaliter controvertitur.*
11 *Maximè ſi controvertitur enunciatum cum eo, qui intervenit in inſtrumento enunciante.*
12 *Viſitator nullam habet poteſtatem approbandi, vel reprobandi jus patronatus enunciatum per viſitatos.*
13 *Confeſſio Prælati atteſtantis aliquod beneficium eſſe juris patronatus, & ad aliquem pertinere, nec ſibi, nec libertati beneficii præjudicat.*
14 *Si confeſſio Prælati emanavit abſque cauſæ cognitione, & n. 15.*
16 *Beneficium à ſua origine creatum in libertatem, non poteſt poſtea Prælatus juri patronatus illud ſubjicere.*
17 *Diſpoſitio quælibet ſub cauſa, quæ creditur vera reſolvitur & annullatur, ſi appareat falſa ex defectu conſenſus.*

INſtrumenta, quibus D. Joanna Maria nitebatur, ad probandam quaſi-poſſeſſionem præſentandi ad patrem ſuum pertinuiſſe, prorſus reprobata remanent *in artic. præcedenti.* Nunc tractandum de duabus partitis deductis ex libro viſitationis, quibus per Capellanos hujus Capellaniæ viſitatos enunciatum repetitur, ſe illam poſſidere ad præſentationem duorum aſcendentium D. Joannæ, ex quibus ipſa probare conatur pertinentiam juris præſentandi, & ultra quod quaſi-poſſeſſio anteceſſorum non poteſt tranſire in ſucceſſorem, qui ea ſe juvare non poteſt quando actualem per ſe non apprehendit, ut infallibiliter probatur ſuperius, *artic. 5. per totum.* 1

Adhuc reſtat ſubvertere probationem juris patronatus deductam ex dictis libri viſitationis partitis. Dum igitur Viſitatores accederent ad viſitandam dictam Capellaniam, & compellendum poſſeſſores ad complementum Miſſarum, unus dixit ſe illam habere ad præſentationem Leonardi de Aranda: alius dixit, illam poſſidere ad præſentationem D. Roderici de Valençuela: quos ſuos aſcendentes dicit D. Joanna Maria, inferens ex hac enunciativa, quod cum Viſitatores tunc non impugnarunt jus patronatus enunciatum, illi tacitè aſſenſiſſe, approbaſſe, & ratificaſſe videntur. 2

Sed vana eſt hæc intentio, cùm conſtans, & vera reſolutio ſit, libros viſitationis ad diverſum finem deſtinari, & non ad examen juris patronatus, ideò quamvis in eiſdem libris enuncietur, pertinere ad aliquos, non inde probatur jus patronatus, ut plurimi Doctores conſtanter affirmant, Riccius *in praxi Epiſcopali, part. 2. cap. 5. n. 7.* & Vivianus *de jure patronat. part. 2. l. 11. c. 5. n. 19.* idem Riccius *in praxi fori Eccleſ. reſolut. 125. n. 2.* Molfeſius *in ſumma Theolog. moralis. tractat. 6. cap. 5. n. 45.* Auguſtin. Barboſ. *in paſtorali, tom. 2. allegat. 72. n. 48.* Lotterius *de re beneficiar. lib. 2. quæſt. 13. n. 151.* 3

Quod ſolum procedere poteſt, dum tractatur de pertinentia juris præſentandi ad illam probandam inter ipſos compatronos; non tamen reſpectu exiſtentiæ juris patronatus, quod non controvertitur inter ipſos, ut latè probat *dec. 403. n. 1. & n. 7. & n. 8.* Merlin. *tom. 1.* idem firmat idem Merlin. *in deciſ. 689. ex n. 6. tom. 2.* In qua aliæ plures deciſiones ad idem allegantur; ut ſecus fit quando ipſum jus patronatus controvertitur, ut ſtatim probabitur. 4

Imò, & ad hoc ut libri viſitationis inducant aliquod adminiculum, ſeu indicium juris patronatus, præciſè requiritur, ut fiat viſitatio hac qualitate expreſſa, quod beneficium viſitatur tanquam juris patronatus, & quod iſta qualitas clarè exprimatur in ipſo viſitationis libro, ita ut aliter liber ad nullum adminiculum probet, Barboſ. *dict. alleg. 72. n. 42.* Lotterius *de re benefic. dict. qu. 13. n. 151.* 5

Quod totum deficit in hujus libri partitis, quibus duntaxat fuit enunciatum jus præſentandi per ipſos Capellanos viſitatori, & non per viſitatores ipſos, de quorum intentione non docetur, ſe viſitare dictam Capellaniam tanquam de jure 6

patronatus, nec etiam ſcire juris eſſe patronatus prout in iſtis terminis probat elegans Rotæ *deciſ.* ut per Farinacium *in recent.* 333. *n.* 4. *fol.* 308. in hæc: *Minus viſæ fuerunt obſtare allegatæ aſſertiones Ordinariorum in antiquis viſitationibus: quia aliqui ex Dominis dicebant ſi bene attendatur eſſe potius aſſertiones Rectorum Eccleſiæ ad interrogationes Ordinarii viſitantis, &c.* Ex quo deſtruuntur partitæ libri viſitationis ab altera parte præſentatæ, cum in illis fiat tantum mentio aſſertionum Capellanorum voluntariè, & abſque interrogatione viſitatoris factarum, circa quod nihil operari potuerunt viſitatores, & fictum, & incertum eſt, dicere, illis fuiſſe exhibitam fundationem, & titulos, de quo nullibi apparet, ſed imò contrarium ex ipſis partitis teſtantibus de nudis, & ſimplicibus Capellanorum enunciationibus.

Et omiſſa conſtanti opinione, quod plures enuntiativæ non probant, niſi in antiquis, ſi non fuerint emanatæ ab eis, qui intereſſe habent, prout erant iſti Capellani, quorum jus dependebat à
7 jure præſentandi pertinente iis, qui eos præſentarunt, ut plurimi aſſerunt DD. & eſt videre per Auguſtin. Barboſ. *Trident. ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 9. *n.* 24. & 25.

8 Tamem fortior eſt illa doctrina, ut enuntiativa nullo tempore probet, quoties de enuntiato principaliter dubitatur, & controvertitur. Cum igitur in hac vacatione, & in antecedenti comparuerit Fiſcalis Eccleſiaſticus, contendens de libertate Capellaniæ, & opponens nullum adeſſe, nec ab origine fundationis adfuiſſe jus patronatus, quod & veriſſimum eſt, & conſtanter probatum remanet in *articulo* 3. & *articulo* 4. latiſſimè: prorſus evaneſcit enunciativa relata in libro viſitationis, et de vento ſervit.

9 Hanc doctrinam, quod quoties de enunciato principaliter controvertatur enuntiatio nihil probat, nec proficit; ut loquendo in patronatu enuntiato in aliqua ſcriptura, poſtea principaliter controverſo, probant Paul. Pariſius *conſil.* 94. *n.* 19. Puteus *deciſ.* 381. *n.* 2. *lib.* 1. *n.* 19. Seraphinus *deciſ.* 1278. *n.* 3. firmat Rota *in una Firmiana Altaris* 20. *Junii* 1624. quam refert Vivianus, *poſt tractat. de jure patronat. deciſ.* 16. *n.* 13. *fol.* 23. idem firmat Rota *in una Conſtant. juriſdictionis* 16. *Novembris* 1607. inter recollectas per Ludoviſ. Poſthium *poſt tractat. de manutention. deciſ.* 438. quæ *n.* 4. ita ait: *Tum etiam, quia enunciativæ non probant ubi de veritate enuntiati contingit principaliter dubitari, Puteus deciſ.* 381. *n.* 3. *l.* 1. *fuit dictum in Lucenſ.* 4. *Martii*, 1596. *coram Illuſtriſſ. Cardinali Pamphilio*, *&c.*

10 Quæ doctrina univerſaliter vera eſt in quacumque materia, ut inſtrumentorum enuntiativa nihil probet; quoties de enunciato dubitari contingit & principaliter controverti, quæ eſt communis, & receptiſſima ſententia, Riminald. Sen. *conſil.* 480. *num* 12. *volum.* 3. Mazolius *conſil.* 89. *num.* 32. *l.* 1. Cephalus *conſ.* 540. *num.* 34. ubi infinitos Doctores cumulat, *lib.* 4. Riminald. Jun. *conſ.* 507. *num* 3. *in* 5. *volum.* Gabriel. *conſ.* 40. *num* 20. *volum.* 1. Franciſc. de Ponte *conſ.* 30. *num.* 14. & 15. Burſat. *conſ.* 80. *num.* 23. Menoch. *conſil.* 81. *num.* 23. Surd. poſt. plures Doctores *conſil.* 5. *num.* 16. Rodenſ. *conſ.* 25. *num.* 96. *t.* 2 Gargiarius *patrocin.* 5. *n.* 5. Mancinus *de Juramen. part.* 4. *effectu* 151. *n.* 1. Capicius *deciſ.* 17. *n.* 2. Cacherannus *dec. Pedemont.* 76. *nu.* 12. Farinacius *deciſ.* 166. *num.* 2. Maſcard. poſt alios *concluſ.* 916. *n.* 14. Ampliſſima plura adducens exemplà Genua. *de verbis enuntiativis, lib.* 1. *quæſt.* 4. *per totam.*

Qui *n.* 13. hanc receptiſſimam opinionem multò fortiùs procedere dicit quando de enuntiato 11
diſputari contingit cum aliis, qui non intervenerunt in inſtrumento enuntiante; cum Riminald. Junior. *in conſ.* 365. *n.* 19. & *n.* 20. *tom.* Quæ doctrina, & ampliatio quadrat noſtro caſu, cùm capellania nec Ordinarius ad quem principaliter tangit defenſio libertatis capellaniæ, impugnatio juris patronatus, non interfuerint in viſitationibus, & libri partitis, quibus jus præſentandi enuntiatur à Tertio, nullam poteſtatem habente.

Evacuata igitur fide partitarum libri viſitatio- 12
nis, non eſt curandum de aſſertione partis adverſæ, inferri nempe approbationem, & conſenſum viſitatoris non impugnantis enunciationem juris præſentandi per Capellanos emiſſam: Nam Viſitator nullam habet poteſtatem approbandi, vel reprobandi, tangendi, nec ſe intromittendi ſuper jure patronatus, vel præſentandi, cujus officium limitatum eſt, & tantum deſtinatum ad complementum Miſſarum & onerum à defunctis impoſitum operibus piis, & hoc extrajudicialiter, nulla adhibita cauſæ cognitione judiciali, ſed abſque figura judicii, ut probant Doctores ſuperiùs adducti *ad principium hujus art. n.* 3.

Quod & efficaciùs patet: nam ſi confeſſio ex- 13
preſſa Prælati affirmantis, aliquod beneficium eſſe juris patronatus, & ad aliquem pertinere probarionem; nec approbationem inducit, nec ſuæ Dignitati, & libertati beneficii præjudicat; ut teſtantur Julius Vivianus *de jure patron. p. l.* 11. *c.* 5. *n.* 23. & *n.* 25. Lotterius *de re beneficiar. l.* 2. *quæſt.* 13. *n.* 14. & per Rotæ deciſionem idem Lotterius *n.* 140. Quando ſcilicet eadem prælati 14
confeſſio emanavit abſque plena cauſæ cognitione, & extra contradictorium judicium, ut per eandem Rotæ deciſionem notavit Lotterius *dict. quæſt.* 13. *d. n.* 140. & Vivianus *d. c.* 5. *ex num.* 65.

Quanto minus dicendum erit de Viſitatore, 15
qui nec expreſsè nec tacitè poteſt approbare, nec tractare de jure patronatus, & jure conferendi, ut ex ſua taciturnitate valeat inferri conſenſus, & approbatio ejuſdem obiter aſſeverati, & enunciati à Capellanis.

Et iterum, ſi capellaniam & beneficium à ſua 16
origine erectum in libertate, & abſque jure patronatus, non poteſt ipſemet Prælatus ex poſt facto illud ſubjicere juri patronatus, ut per Abbatem *in conſ.* 160. *n.* 4. *p.* 2. Rochum de Curte, *de jure patronat. in verb. pro eo quod quæſt.* 26. *n.* 34. Staphilæum *de litteris gratiæ titul. juris patronatus prærogativis n.* 3. & *n.* 4. Gigas *conſ.* 48. *n.* 21. & *conſ.* 49. *n.* 26. Boërius *conſ.* 4. *num.* 33. *l.* 2. quos refert, & ſequitur Rota *in una Maceratenſi beneficii* 5. *Julii* 1610. apud Farinacium *dec.* 311. *nu.* 3. *part.* 2. *recent.* Barboſ. *de Offic. & poteſt. Epiſcopi, allegat.* 70. *à n.* 35. Quanto igitur minus poterit Viſitator (etiam ſi poteſtatem ad tractandum de jure præſentandi haberet) conſentire in jure patronatus hujus capellaniæ, quæ ab origine ſuæ fundationis fuit creata in libertate, & abſque onere juris patronatus, ut latè fundatum, & comprobatum remanet ſuperiùs, *art.* 3. *per totum.*

Sed quando approbatio, & conſenſus Viſitatoris, ſive tacitus, ſive etiam expreſſus foret capax ad conſen-

consentiendum, & assentiendum assertionibus Capellanorum, credens veras esse; apparendo hodie, illas fuisse falsas, & nullum jus patronatus
17 adfuisse; visitatoris prætensa approbatio sub nulla credulitate præstita resolvitur, & annullatur ex defectu consensus, nam consensus, & approbatio, & quælibet alia dispositio facta, & inducta sub aliqua causa, quæ creditur, & supponitur vera, quotiescumque postmodum detegitur falsa, resolvitur, & annullatur ex defectu consensus, qui non fuit adhibitus causæ veræ existentis, juxta text. capitalem, *in l. post divisionem, C. de juris, & facti ignorant. lib.* 3. §. *subtilius ff. de conditionib. & demonstrat. l. qui putat ff. de acquirend. hæreditat.* abundè videre est per Nos, *in Labyr. cred.* 2. *part. c.* 10. *ex n.* 20. *cum multis seq.* & latiùs 3. *part. c.* 2. *ex n.* 88. *cum seq.* quoniam actus gestus sub falsa credulitate non tenet, sed vitiatur, Socinus Junior. *cons.* 89. *n.* 23. Boërius *cons.* 15. *n.* 52. *volum.* 3. Surd. *cons.* 107. *n.* 15. Nos *dict. c.* 10. *ex n.* 41. *& seqq.* Et ideo consensus tacitus, vel expressus Visitatoris quantumcumque potestatem ad id habentis, & credentis assertiones Capellanorum esse veras, post falsas detectas, nullius foret momenti.

ARTICULUS X.

De differentia, quoad successionem inter jus patronatus hæreditarium, & gentilitium.

Prætendens jus patronatus hæreditarium, tanquam gentilitium, nec potest obtinere in hæreditario, ob non deductam in judicio hanc causam aut ob hujus qualitatis defectum: nec in gentilitio, quia in fundatione non legitur scriptum.

SUMMARIUM.

1 *Jus patronatus legitimè ab origine creatum, duplicis generis est; hæreditarium, aut gentilitium, & n.* 2. 3. *&* 4.
5 *Jus patronatus hæreditarium legitimè creatum juris dispositione adquiritur hæredibus fundatoris, etiam nulla eorum facta mentione.*
6 *In jure patronatus hæreditario, alius cui deficit qualitas hæredis, succedere non potest.*
7 *Filius, qui hæres non est, non succedit in patronatu hæreditario.*
8 *Jus patronatus gentilitium illud est, quod fundator expressè reliquit suæ familiæ.*
9 *Et tunc succedit proximior consanguineus de familia.*
10 *Qualitas juris patronatus hæreditarii, est naturalis, & à jure inducta.*
11 *Qualitas juris patronatus gentilitii est accidentalis ad nutum fundatoris.*
12 *Jus patronatus in dubio potius præsumitur hæreditarium, quàm gentilitium.*
13 *Nisi contrarium clarè pateat ex tenore fundationis.*
14 *Jus patronatus simpliciter creatum, nulla persona vocata, fundari, & ejus hæredibus acquisitum intelligitur.*
15 *Ad juris patronatus qualitatem agnoscendam, tenor scripturæ fundationis erit attendendus.*
16 *Clausula fundationis hujus capellaniæ inseritur.*
17 *Jus patronatus hæreditarium esse, & gentilitium contraria sunt.*
18 *Ad judicii determinationem attenditur causa, & qualitas, ex qua quis jus suum deducit.*
19 *Jus patronatus non ortum à principio fundationis hæres fundatoris consequi non potest, cum non reperiatur hæreditate.*
20 *Hæres prætendens jus patronatus hæreditarium, non deducens, nec probans qualitatem hæredis, succumbit.*
21 *Sententia fieri nequit super causa non deducta in judicio.*
22 *Jus patronatus hæreditarium prætendens tanquam consanguineus proximior, ac si fuisset gentilitium, non potest obtinere.*
23 *Habens jus utile, & efficax, quo omisso egit ex alio inutili, nec ex isto, tanquam inutili, nec ex altero utili, quod non deduxit, potest obtinere.*
24 *Maritus, qui uti legitimus administrator uxoris potuit agere, & egit tanquam ejus procurator carens mandato, ex nulla qualitate obtinet, & n.* 25. *&* 26.
27 *Agens ad jus patronatus hæreditarium, tanquam gentilitium ex causa consanguinitatis, nec potest obtinere in hæreditario, si qualitate hæredis usus non fuit, nec ex qualitate consanguinitatis, quia gentilitium deficit.*

QUando vellemus supponere, hanc capellaniam à sua origine fuisse creatam cum onere juris patronatus, & non ut liberam (quod falsum foret ex invincibiliter deductis superiùs in *articulo* 3. *per totum*) adhuc impossibile foret, dictam D. Joannam potuisse obtinere, nec in lite vacationis proximè, & immediatè antecedentis, in qua præsentavit; nec in ista hujus ultimæ vacationis; eo quod aggressa fuit unam viam absque exitu, & unam causam, & actionem admodum exasperatam. 1

Prætensum fuit ab ipsa D. Joanna, & suis authoribus, præsentasse ad hanc capellaniam ea causa, tanquam proximior sit consanguinea fundatrici, ex qua causa impossibile erat obtinere, nec illam, nec alios, qui huic causæ, & juri comparentes nitebantur. Ad cujus evidentiam supponi debet. 2

Jus patronatus creatum, & formatum cum consensu, licentia, & approbatione Ordinarii Ecclesiastici (ita ut aliter, nec creari, nec formari possit, nec acquiri, ad tradita post quamplurimos Doctores, per Barbos. *in Pastorali, alleg.* 70. *ex n.* 2. & Nicol. Garciam *de benef. p.* 5. *c.* 9. *ex n.* 171.) dupliciter consideratur, unum hæreditarium, alterum gentilitium, sive familiæ relictum, expressa hac qualitate: ex *Doctoribus mox citandis.* 3 4

Hæreditarium jus patronatus legitimè creatum tacitè adquiritur fundatori capellaniæ, suisque hæredibus propriis, seu extraneis, quamvis eorum in fundatione, nulla mentio facta sit, cum à jure tacitè sint vocati ad juris patronatus successionem (fundatoris voluntate non refragante) ad quod alius, qui careat hæredis qualitate 5 6

ſuccedere non poteſt, *Clementin. plures, de jure patron. c. 3. de jure patron.* plurima DD. per Barboſ. *de univerſ. jur. Eccleſiaſt. l. 3. c. 12. ex num. 20. & in paſtorali, 3. part. allegat. 71. num. 3.* Nicol. Garcia, *ubi proximè, ex nu. 62.* Lotterius *de re benef. l. 2. qu. 11. ex nu. 3. cum ſeqq.* & optima deciſ. Rot. penes Farinac. *in poſthumis, tom. 1. dec. 265. num. 2. & 3.* & præter hos DD. plurimos alios cumulat Vivianus *de jure patronat. l. 4. cap. 2. ex num. 1.*

7 In tantum, quod nec filius admittitur ad hanc ſucceſſionem, de deficiente ſibi qualitate hæredis, Vivianus *de jure patronat. 1. part. l. 4. cap. 2. ex num. 8. cum ſeqq. & num. 41. & 42.* Beroius *de jure patronat. in Rubric. num. 22.* quod etiam explicat poſt Lambertin. & alios Covar. *l. 2. variar. c. 18. n. 2. verſ. Secundo hinc evidenter.* quos refert, & ſequitur Lotterius *de re benef. l. 2. q. 11. num. 28.*

8 Jus autem familiare, & gentilitium illud eſt, quando fundator extra jus commune, expreſsè illud relinquit ſuis conſanguineis generationis ſuæ, quo caſu ſuccedit proximior ejus, ut ex aliis comprobat Barboſ. *dicto c. 12. ex num. 20. cum ſequentib.* Lotterius *l. 2. dict. quæſt. 11. ex nu. 3. cum. ſeqq.*

9 Vivianus *de jure patron. l. 4. cap. 2. ex num. 28. cum ſeqq. & 1. part. l. 1. cap. nu. 29.* Maſſobrinus *in praxi haben. concurſ. ad vacat. parochial. præludio 7. dubio 21. nu. 54.* Rota penes Farinacium *in poſthumis t. 2. dec. 290. n. 1. 2. & 3.*

10 Et cum qualitas juris patronatus hæreditarii ſit naturalis & à jure inducta, ut ex plurimis per

11 Rotam penes Farin. *in poſthumis, tom. 2. deciſ. 287. num. 1.* ubi aliæ deciſiones ad id allegantur, qualitas autem juris patronatus gentilitii ſit accidentalis ad nutum fundatoris; ſtante quod clauſula fundationis ſit dubia, ex qua non clarè deduci

12 poſſit, an jus patronatus ſit hæreditarium, an gentilitium; in dubio intelligendum erit eſſe potius hæreditarium, & non gentilitium, cum præſumatur fundator, ſe velle conformare cum juris communis diſpoſitione, niſi aliud contrarium clarè, & apertè conſtet ex fundationis tenore, quamplurimos Doctores, & Rotæ de-

13 ciſiones ad idem cumulant Barboſ. *de jure univerſ. Eccleſiaſt. lib. 3. cap. 12. quæſt. 12. n. 20. 21. & 22.* Rota penes Farinac. *in poſthum. tom. 2. deciſ. 492. num. 7.* ex Cardinal. Lambertin. & Covarruv. Rotæ *deciſ. 682. num. 7. in recent.* Farinacii *tom. 2.* quamplures Doctores refert eadem Rota *ibidem, deciſ. 707. numer. 8.* Rota *deciſ. 94. penes Merlinum lib. 1.* quæ *num. 1.* ita ait: *Reſolutum fuit, jus patronatus eſſe hæreditarium, ſed tranſitorium ad quoſcumque hæredes, ubi de fundatione contrarium non doceatur, c. 6. cum ſæculum, & ibi Panormita. n. 34. de jure patronat. Clement. plures, ubi Cardinalis, quæſt. 6. & Ancharan. num. 7. & 11. eodem titulo, Lambertinus de jure patron. 2. part. l. 1. quæſt. 2. n. 15. Covarruv. variar. reſolut. lib. 2. cap. 18. n. 6. Gabriel. conſ. 196. n. 5. l. 2. Rota deciſ. 707. nu. 8. part. 1. & dec. 756. n. 1. p. 2. recent. ut fuit reſolutum in Urbinatenſi beneficii 28. Januarii 1613. coram Ubaldo, & in Florentin. Canonicatus 25. Maii 1616. coram Reverend. D. Buratto, &c.*

14 Unde infertur per neceſſariam conſequentiam, quod quando ſuper hac capellania daremus jus patronatus ex ſua origine (quod negatur) hoc præciſè deberet eſſe hæreditarium, & non gentilitium, ſeu familiare, cum ex tenore inſtrument. fundationis, non ſolum reperitur expreſſa vacatio familiæ (prout requirebatur ex hactenus comprobatis) ſed nec alterius perſonæ; quo caſu includitur perſona fundatoris, & ejus hæredum ut dictum eſt *ſupra, n. 5.* quando ſimpliciter fuit quæſitum; ita in iis terminis probat Vivianus *de jure patronat. lib. 4. cap. 2. ex num. 3.* qui *num. 4.* ita ait. *Si in inſtrumento fundationis nihil apparet de perſonis vocatis ad jus patronatus, ſed ſimpliciter conſtet eſſe erectum; tunc ea mente præſumitur erectum, ut ad illud non admittantur alii, quam hæredes fundatoris, ea ratione, quia ſtipulando aliquis pro ſe, intelligitur etiam pro ſuis hæredibus, quamvis de illis nulla facta fuerit mentio,* &c. ubi aliis fundamentis proſequitur.

15 Et cum ad cognoſcendum qualitatem juris patronatus, ſit præciſè attendendus tenor ſcripturæ fundationis, ut clarè indicant Doct. & Rotæ deciſiones paulò antea allegatæ, & alii plures quos ad idem adduximus *ſupra art. 3. n. 11.* & inſuper docet Rota penes Merlinum, *dec. 121.* quæ *n. 4.* ita ait: *Quoniam objectum procederet proviſionis ſi conſtitiſſet de contrario ſtatu anteriori,* & num. 5. ibi: *Præſumiturque non conſtito de contrario, ſtatum antiquum & de præterito beneficii eſſe ſimilem ultimo,* & num. 6. ibi: *Nec contradicit deciſio in Neapolitana 6. Decemb. 1615. coram Eminentiſſimo Cardin. Veroſpio, quia ibi ex publico inſtrumento fundationis apparebat, quod illa capellania erat ſimplex adminiſtratio bonorum, non autem beneficium collativum,* &c. Atque ideo ut manifeſtè appareat nullum jus patronatus gentilitium adeſſe in hac capellania (nec etiam aliud) conveniens erit clauſulam fundationis ad litteram inferere.

Clauſula Fundationis.

16 *MAndo, que por quanto yo tengo de mi hijo Pedro Monte, que Dios aya, los bienes que le pertenecieron aver de ſu padre, que Dios aya, que dellos, y de los mios, que ſe haga toda la hazienda un cuerpo. Y el quinto de todo ello ſe de para una Capellania: è mando, que ſaquen aello la pia cauſa de mi anima, è mandas è lo otro, que lo den al Capellan que ſirviere la dicha Capellania, &c.*

17 Et cum hoc jus patronatus (ſuppoſita illius exiſtentia à principio) debeat eſſe hæreditarium, miſerè partes adverſæ lapſæ ſunt, illud prætendentes tanquam gentilitium, quod eſt omnino contrarium, ut ex Baldo, & alia Rotæ deciſione dixit ipſa Rota *in d. dec. 287. n. 6. in poſthumis Farin.* Atque ideò improbè poterat D. Joanna obtinere in vacatione immediatè antecedente, nec in iſta obtinere, ſed jus, & ejus deſiderium fuit contemptum, & excluſum, cum in clauſula fundationis nulla legebatur vocatio familiæ, nec etiam 18 alterius perſonæ, ſed ſimplex capellaniæ fundatio: quoniam ad judicii determinationem non attenditur niſi illa cauſa, & qualitas, ex qua quis jus ſuum dicit in eo, & ex qua agit, prout altius probabitur ſtatim.

19 Adſtringatur magis diſcurſus iſte, & ſupponatur jus hæreditarium; & ſupponamus etiam, dict. D. Joannam Mariam, & ejus patrem eſſe filios, & deſcendentes fundatricis, & ejus hæredes (cùm

verò

verè non ſint, ſolum enim prætendunt probare deſcendentiam ex quodam tranſverſali ejuſdem fundatricis, quæ deceſſit abſque filiis, & deſcendentibus;) Adhuc foret impoſſibile de jure eos obtinere in illis litibus, nec uti hæredes, nec uti conſanguineos proximiores. Tum quia in hæreditate fundatricis nullum remanſit jus patronatus, quod non erat creatum, & ortum vivente illa ex defectu conſenſus Ordinarii, nec etiam fundatrici acquiſitum; quapropter per conſequens nullum jus patronatus aderat, quod poſſit in hæreditate
20 reperiri, ut *ſupr. art. 3. per tot.* & ſignanter de hoc, *n. 23.* Tum etiam quia quando aliquod jus patronatus manſiſſet in hæreditate fundatricis, nec ipſa D. Joanna Maria, nec ejus pater, nec aſcendentes, hæredes fuerunt ejuſdem, & quando fortè fuiſſent (quod negatur) nec ipſa, nec ejus pater id allegarunt in hoc, & antecedenti judicio, nec unquam hanc qualitatem deduxere, & ex qua nunquam potuerunt obtinere, ſed ſuccumbere debuerunt cum præcisè debeat attendi cauſa & qualitas, ex qua quis agit, & deducit in judicium: ut ſunt jura expreſſa *in l. filius, qui patris 42. ff. de bonis libertor. l. ſi pater. §. qui duos* ibi: *Facit etiam hoc quaſi quilibet, non quaſi avus, ff. de adoptionibus, l. debitor. §. fin. ad Trebellian.* ibi: *Quia non quaſi mater, ex facto accepit. l. tutor petitus, §. quæ tutoribus, ff. de excuſatio. tutor.* ibi: *Cum judicium patris, ut filius, non ut tutor promeruerit, l. prof. Attia, §. Papinianus ff. de jure dotium*, illic: *Magis eum quaſi patrem, quam quaſi curatorem, feciſſe videri, l. qui duos, C. de conjungend. cum emancipat. lib.*

21 Unde fit, quod ſententia ferri nequit ſuper non deductis, nec petitis in judicio, *l. fin. C. de liberali cauſa, l. fin. C. de fideicommiſſar. libertatib.* & ibidem Bald. Cephal. *conſ. 136. n. 14.* Cavalcan. *deciſ. 23. n. 11.* D Valençuel. Velaſq. *in conſ. 26. n. 43.* Scacciavil. *de appellationib. c. 2. quæſt. 11. n. 33.* cum ſententia debeat eſſe conformis libello, *l. non omnis, ff. ſi certum petat. Cap. licèt, Heli de ſimonia.*

Nec etiam potuerunt obtinere ex cauſa, & jure propinquitatis, & conſanguinitatis, quod ſolum
22 duduxerunt, & propoſuerunt, & cui nituntur: nam hoc jus ſemper fuit inutile, & vitioſum, & contrarium clauſulæ fundationis, prout ex ea hactenus fuit oſtenſum.

Unde in illam labuntur conſtantem doctrinam, quod quando quis habet unum jus utile, & legitimum, ex quo potuit juſtè agere, & obtinere; ſi eo omiſſo, & neglecto aliud inutile, & inefficax deducit in judicium nec poteſt ex iſto, tanquam inutili obtinere, nec ex illo utili quod tunc habebat, quia eo non fuit uſus, nec in judicium deduxit, juxta text. ſingularem, *in l. 3. §. ſed ſi forte ff. judicatum ſolvi*, ſingulariter probant Ludovic. Romanus *in conſ. 446. & conſ. 496. dubio 10.* quem ſequitur Maranta, *de ordine judicior. 4. part. diſtinct. 16. n. 17. fol. mihi 242.* Tiraquell. *de retractu linager. §. 10. gloſſa unic. n. 6. &*
247. *fol. 173.* & in noviori impreſſione. *fol. 347.* ubi multa exempla adducit, quod quando maritus tanquam talis, cum ſit legitimus adminiſtrator, potuit comparere in judicio, & eo jure, & qualitate omiſſa, comparuit tanquam procurator uxoris, qui in rei veritate carebat mandato: proceſſus, & judicium nullum redditur, nec ſanabitur ulla alia via legitima adminiſtrationis, & ſibi imputet agendo alia qualitate, & cauſa qua carebat,

& loquendo in conjuncta perſona: idem etiam 25
tradunt Bald. & Salycetus *in l. 1. ille, column. 1. verſ. Ulteriùs oppono;* Salycet. *column. 2.* verſ. *Oppono, quo etiam*, & ibidem Anton. Alexand. *C. de procuratorib.* per ea quæ notat Gloſſ. *in l. ſi filius, in gloſſ. ultim. ff. qui ſatiſda. cogantur*, ipſe Bald. *in cap. nonnulli, col. 2. verſ. Nota, ſi quis opponat, & ibi* Barbatia, Felinus *column. 14. verſ. Limita ſecundo de reſcript.* Bald. *in cap. ex parte Decani, colum. 3. verſic. Quod ſi conjuncta*, Alexand. & Jaſ. *in l. exigendi*, ille, *colum. 2. in ultima fallentia*, iſte, *col. 3. in 6. fallentia, C. de procuratorib.* quos omnes congerimus, & ad idem ſequimur *in tractatu de protection. Regia*, 4. *part. cap. 8. ex n. 270. cum ſeqq.* Et iterum, quando quis habet jus uti- 26
le, & legitimum ad agendum & agit ex alio jure, & cauſa inutili, actus non ſuſtinetur ex utili tunc exiſtente, ſed vitiatur ex jure inutili, quo fuit uſus; abundantiſſimè Noſmet, *in Labyrint. creditor. 2. p. c. 13. ex n. 33. cum multis ſeqq.* & accuratiùs, *in tr. de ſupplicat. ad Sanctiſſ. 2. part. c. 12. ex n. 25. cum ſeqq.*

Igitur, quantumcumque daretur caſus exiſten- 27
tiæ juris patronatus hæreditarii in hac capellaniæ fundatione, & D. Joannæ Mariæ, ſuiſque prædeceſſoribus, tanquam hæredibus fundatricis pertinere; cùm ipſa, nec pater ſuus in hac lite, & præcedentis vacationis, hac qualitate, & jure uſi non fuerunt, nec illud in judicium allegarunt, nec deduxerunt unquam (quo re vera carebant, ut ſuperius tactum fuit) ſed ſolum allegaverunt, & niſi fuerunt juri conſanguinitatis & proximitatis, reſpicienti, & indicanti jus patronatus gentilitium, & familiare, relictum conſanguineis ipſius fundatricis, nunquam potuerunt obtinere in præfatis litibus; non ex qualitate, & cauſa hæreditarii, quia illam nunquam in judicium deduxere, imò illa prorſus carebant: non ex qualitate patronatus gentilitii, ad quam ſe reſtrinxere, quia inutilis, & vitioſa eſt, & omnino aliena à mente, & litera inſtrumenti fundationis, & prorſus improbabilis, prout ex argumento cornuto *hoc art.* 10. adnotatur evidenter.

Quæ omnia ſuperflua ſunt, cum hujus capellaniæ fundatione nullum adfuit jus patronatus à ſua origine, nec hæreditarium, & multo minus gentilitium: ſed pro majori juſtificatione illud ſupponitur.

ARTICULUS XI.

Ad jus patronatus hæreditarium ſi fuit præſentatum tanquam gentilitium per conſanguineos proximiores, familiare præſumitur, dum de fundatione contrarium non apparet.

At ſemper quod ex fundatione docetur hæreditarium, & non gentilitium eſſe, reducitur ad ſuum ſtatum originalem, qualibet quaſi-poſſeſſione antiqua contraria non refragante.

SUMMARIUM.

1 *Jus patronatus hæreditarium ex obſervantia ſubſequuta præſentandi per conſanguineos*

proximiores præſumitur gentilitium.

2 *Si ex fundationis tenore apparet eſſe hæreditarium, ad eam qualitatem reducitur, plurimis præſentationibus contrariis non obſtantibus.*

Vel etiam è contra, ibid.

3 *Alienatio rei Eccleſiæ minus ſolemniter facta, ſi per* 30. *vel* 40. *annos, pacificè poſſideatur, præſumitur beneplacitum S. A. interveniſſe.*

4 *Sed iſta præſumptio ſolum durat interim, quod de contrario non appareat ex inſtrumenti inſpectione.*

5 *In unione beneficiorum poſt triginta annos, cum quieta poſſeſſione, conſenſus Capituli præſumitur interveniſſe.*

6 *Conſtito per inſtrumentum unionis non interveniſſe conſenſum Capituli, præſumptio ceſſat, & unio reſolvitur.*

7 *Præſumptio cedit veritati.*

8 *Jus patronatus, quam plurimis annis poſſeſſum à conſanguineis tanquam gentilitium, conſtito ex inſtrumento fundationis eſſe hæreditarium, pluries reduxit Rota ad ſuam qualitatem primævam.*

9 *Si patronatus eſt hæreditarius, nunquam alius, tanquam conſanguineus admittitur.*

10 *Quaſi poſſeſſionem centum quadraginta annorum præſentandi ad beneficium per conſanguineos rejecit Rota, conſtito ex fundationis inſtrumento, eſſe juris patronatus hæreditarii & non gentilitii, & n.* 11.

12 *Semper, quod ex inſtrumento fundationis appareat beneficium fuiſſe erectum cum libertate, nec immemorialis quaſi-poſſeſſio contraria ſuffragatur.*

13 *Jus patronatus gentilitium poſſeſſum tanquam hæreditarium conſtito ex fundatione eſſe gentilitium, quaſi-poſſeſſionem contrariam contempſit Rota, & n.* 14.

15 *Poſſidentis animus applicatus ad rem cum ſua qualitate, hac deficiente, non remanet ſubjectum cui applicetur illa poſſeſſio.*

16 *Diverſa eſt poſſeſſio rei qualificatæ, alia, & diverſa poſſeſſio rei ſimplicis ſine qualitate.*

17 *Conſtito de non qualitate rei, quam ſub qualitate quis erroneè poſſidebat, nullum ei jus ex tali poſſeſſione quæritur.*

18 *Res qualificata diverſæ naturæ, & ſpeciei eſt, cujus ſimplex.*

19 *Qualitate rei poſſeſſa extincta extinguitur poſſeſſio, & nec tranſit ad ſimplicem tanquam rem diverſam.*

20 *De una quaſi poſſeſſione unius rei non bene infertur ad aliam rem diverſam.*

21 *De una re ad aliam poſſeſſio non migrat.*

1 QUamvis verum ſit quod jus patronatus hæreditarium ex obſervantia ſubſequuta ad illud præſentandi per conſanguineos proximiores, præſumatur gentilitium, & familiare, ut per Noguerol. *allegat.* 28. *n.* 34. *ex Viviano, & Cyarlino.* Hoc procedit & tantum locum habet interim dum ex fundationis inſtrumento non docetur, & apparet contrarium.

2 At verò ſemper, quod ex eo conſtat veritas, non eſſe familiare, ſed hæreditarium, vel è contrà, jus ipſum patronatus reducitur ad ſuam primitivam naturam, quam alterare non poſſunt quamplures præſentationes contrariæ antecedentes, prout pluries determinavit Rota in his terminis, allegans plures Doctores, de quo ſuprà *articul.* 3. *& articul.* 4. latè adducuntur.

Ultra quæ, ulteriùs de hoc particulariter hic tractandum, & comprobatur exemplo alienationum bonorum Eccleſiæ, quæ minus ſolemniter fuere alienata, ſi per triginta vel quadraginta annos pacificè poſſideantur; præſumitur interveniſſe beneplacitum Sedis Apeſtolicæ. Sed hæc præſumptio ſolum durat interim dum de contrario non docetur. At ſi ex inſtrumenti tenore, & inſpectione contrarium apparet, evaneſcit præſumptio, Bellacomba *tom.* 2. *commun. opinion. lib.* 7. *tit.* 14. *n.* 229. Menochius *de præſumptionib. lib.* 3. *quæſt.* 132. *n.* 79. Maſcardus *de probationib. concluſio.* 1140. *n.* 25. *& concl.* 232. *à n.* 33. Peregrinus *de jure fiſci, l.* 6. *tit.* 8. *n.* 25. Gratianus *diſceptat. forenſ. cap.* 268. *n.* 4. Valaſcus *conſultat.* 161. *n.* 20. Caldas Pereira *de emptio. & venditio. cap.* 34. *n.* 40. latè Barboſ. *in paſtorali, tom.* 2. *allegat.* 95. *n.* 72. *&* 73. 3

Quod alio ſimiliter comprobatur. In unione beneficiorum requiritur conſenſus Capituli, qui conſenſus poſt triginta annos poſſeſſionis, & obſervantiæ præſumitur interveniſſe, iſta tamen præſumptio tamdiu durat, quandiu ex inſtrumento unionis contrarium non apparet, poſtquam autem ex eo conſtiterit talem conſenſum non interveniſſe; præſumptio ceſſat, unio redditur nulla, & beneficium unicum recuperat ſuam priorem libertatem, & ſtatum, Craveta *de antiquitat. tempor.* 3. *part. ſection.* 1. *limitat.* 7. n. 26. Cacherannus *deciſ. Pedemontana* 273. Petrus Surdus *de aliment. tit.* 8. *privilegio* 22. *n.* 10. Nicol. Garcia *de benef. part.* 12. *cap.* 2. *n.* 188. *&* 189. Vivianus *de jure patronat.* 3. *p. l.* 14. *cap.* 5. *ex n.* 54. *& ſeqq.* 5

Nam poſtquam de veritate apparet, nihil eſt de præſumptione curandum, quia præſumptio cedit veritati, *l. nuptura filio, ff. ae jure aotium, l. fin. in principio ff. de eo quod met. cauſa. l. cum de indebito, ff. de probationib.* 7

Sed accedendo ad terminos individuales noſtri præſentis caſus, elegantiſſima eſt Rotæ deciſio, penes Farinac. 53. *in recent. fol.* 44. *tom.* 1. qua adducuntur plures doctores, & aliæ duæ Rotæ deciſiones loquentes in eodem caſu, in qua per multos annos antecedentes quidam Duces, poſſeſſores unius ſtatus, & majoratus, tanquam deſcendentes legitimi à fundatore cujuſdam capellaniæ, ad eam præſentabant: at ultimo poſſeſſori, volenti continuare quaſi-poſſeſſionem quæſitam à ſuis anteceſſoribus; & præſentanti, tanquam ſtatus legitimo poſſeſſori, mota fuit lis, ſibi tale jus non pertinere, cùm jus patronatus non eſſet gentilitium, ſed hæreditarium in ſui creatione; prout apparebat ex inſtrumento fundationis capellaniæ, quo conſtito, fuit victus, ſpretaque ejus præſentatio, ut in *dict. deciſ. num.* 3. ita determinante in hæc: *Et ceſſat difficultas; quia inſtrumentum fundationis loquitur de reſervatione juris præſentandi pro Joanne de Langoniſa fundatore, & hæredibus ſuis, & ſic non ſuffragatur moderno Duci, & ejus prædeceſſoribus qui ab anno* 1460. *circa, præſentaverunt; & non conſtat, jure hæreditario ſucceſſiſſe prædicto Joanni fundatori c.* 1. *ubi Abbas n.* 3. *de jure patronat. Archidiaconus in cap. plures, n.* 4. *verſ. Sed pone* 1697. *Bald. conſ.* 409. *n.* 1. *l.* 2. Ancharanus *conſ.* 42. *n.* 2. Cardinal. *conſ.* 122. *n.* 2. Alexand. *conſ.* 73. *n.* 1. 8 tenuit Rota coram illuſtriſſimo Mautica *in una Bracarenſi Parochialis ſub die* 24. *Februarii*, 9

& ite-

& iterùm *die* 1. *Julii* 1592. & per hanc Rotæ decisionem rectè infert Lotterius *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 11. *n.* 46. quod nunquam admittitur consanguineus de familia, si beneficium juris fuerit patronatum hæreditarii.

10 Sed prædictam decisionem 53. ad unum utilissimum, concernens, & adaptabile nostro casui hujus litis, ponderare debemus: illud nempe (quod & nota dignissimum sit) quod centum & quadraginta duo anni quasi possessionis præsentandi acquisitæ per possessores antecessores illius Ducatus, tanquam proximiores consanguinei fundatoris, quia ab anno 1460. constitit de sua possessione ex jure patronatus gentilitio; ut in *dict. dec.* 53. expressè dicitur, & notatur, usque ad annum 1602. quo emanavit dicta decisio, prout testatur ipse Farinacius *in suprascriptione ejusdem decisionis*, ex quo facta temporis computatione apparet dictam quasi possessionem cucurrisse continuativè per dictos centum quadraginta & duos annos, post quos constito ex fundationis instrumento, jus patronatus non esse gentilitium, sed hæreditarium, contempta tam longa, & continuata quasi possessione præsentandi, fuit per dictam decisionem jus patronatus redactum ad suum principium hæreditarium: cum qua decisione concordant in hoc aliæ duæ relatæ in *eadem decisione* 53. & citatæ pro eisdem terminis.

11 Quæ tres decisiones Rotæ bellissimæ sunt, ad totalem subversionem intentionis D. Joannæ, ac suorum antecessorum, prætendentis habere quasi possessionem juris patronatus gentilitii, cum contrarium clarè appareat ex tenore instrumenti fundationis, quo nec patronatus hæreditarium legitur, nec vocatio alicujus personæ successionem, sed simplicissima quædam erectio hujus capellaniæ; ut latiùs remanet adnotatum superiùs *in articulo antecedenti* 10.

12 Quibus Rotæ decisionibus mirabiliter consonant aliæ plures, nec non magna Doctorum caterva, de quibus amplissimè fit mentio *in art.* 3. *per totum*, affirmantium, longissimam quasi possessionem juris præsentandi, etiam immemorialem non sufficagari, semper, quod ex tenore fundationis apparuerit, nullum adfuisse jus patronatus creatum à principio.

13 Præfatæ tres decisiones Rotæ loquentes de quasi possessione præsentandi ad capellaniam, ex capite juris patronatus gentilitii contemnenda, constito illud fuisse hæreditarium, æqualiter procedunt; è converso, quando jus patronatus gentilitium ab aliquo possidetur tanquam hæreditarium, quod, constito esse gentilitium, ad suam originem, & priorem statum reducatur; prout firmat optima Rotæ decisio 290. *in posthumis Farinacii*, *t.* 2. quæ *n.* 1. 2. & 3. ita ait: *Domini resolverunt, jus patronatus de quo agitur, spectare ad agnatos hæredes, non tamen ad hæredes bonorum ex testamento, & movebantur ex tenore fundationis (quæ potissimum in hac materia attendi debet Bald. in l.* 2. *in principio, C. de in jus vocando, Lambertinus de jure patronat. l.* 2. *art.* 2. *quæstionis principalis, n.* 2. *Barbatia conf.* 33. *n.* 8. *lib.* 2. *Peregrinus conf.* 33. *num.* 12. *l.* 1.) *fundator enim declaravit expressè se constituere hoc jus patronatus perpetuum suæ agnationi, unde illud non potest hæredibus bonorum competere, cum illis deficit qualitas agnationis requisita è fundatore, sine qua non possunt esse patroni, Lambertin. ubi supra,* 8. *articul.* 2. *quæstionis principalis, n.* 1. *Rochus de Curte eodem tractat. verb. ipse, vel is, n.* 73. *Gabriel in conf.* 196. *n.* 4. *l.* 2. *&c.* quæ ulterius ad alia in comprobationem progreditur.

Ex quibus omnibus infallibiliter infertur, quascumque quasi possessiones D. Joannæ Mariæ, & 14
ejus antecessorum (si aliquam adquirere potuerint, quin ex variis juris capitibus destructæ remaneant prorsus superiùs *in articulo* 4. *per totum*) sub falsa suppositione, & erronea patronatus gentilitii, cujus contrarium ex tenore fundationis apertè constat, non solum non adesse creatum jus patronatus gentilitium, verum nec etiam hæreditarium; admodum juri conforme fuit, reducere hanc capellaniam ad suum priorem libertatis statum, in qua ex sua origine erecta fuit; declarando per sententias in hac, & in antecedente vacatione immediata, ejus provisionem ad Ordinarium spectare.

Omnium insuper prædictorum ratio est clara; nam cum animus possidendi sit applicatum juri 15
patronatus cum qualitate gentilitii, qualitate hac deficiente extinguitur quasi possessio, quæ restricta ad unam rem qualificatam, deficiente, vel mutata qualitate, non remanet subjectum, in 16
quo ipsa possessio possit subsistere; cum alia sit res diversa, super qua possessio quæsita non fuit atque alia, & diversa fuerit possessio rei qualificatæ; ita eleganter probat Rota in *dec.* 646. post tractatum *de manutent.* Ludovis. Posth. quæ *nu.* 14. *& n.* 15. ita ait: *Quoties enim mutatur qualitas, vel nova supervenit, non datur mandatum de manutenendo, quia altera est possessio ante supervenientem qualitatem, alia post illam, ut fuit dictum in Placentina donationis seu provisionis* 20. *Junii coram Giptio & debet intelligi, rebus sic stantibus, ut ibi dicitur, &c.* Et relativè ad has decisiones idem firmat Posth. *dict. tract. de manutent. observat.* 73. *n.* 47. & 48. qui per *plurimos n. sequentes*, multas applicat doctrinas admodum conducibiles.

Semper igitur, quod constiterit, alteratam esse qualitatem rei, quam sub qualitate, & cum ea quis pos[illegible]; seu constito non adfuisse qualitatem, 17
se[illegible] nec è supponebatur à possidente, nullum ei [illegible] ex sua erronea possessione adquiritur: pulchra in proposito adest Rotæ *decis.* 186. *ex num.* 12. inter congestas à Ludovis. Posth. *post tractat. de manutent.* in hæc verba: *Domini responderunt, inde non aliud inferri posse, nisi errorem tàm Episcopi, quàm etiam Capituli putantium, tales Vicarias esse de jure patron. Ecclesiastico, quo casu fuissent quidem conferendæ per concursum. Verum cum de tali jure patronatus nunquam constiterit, nec hodie etiam constet: sed de simplici unione Ecclesiarum parochialium facta Capitulo cum facultate nominandi Vicarios, juxta constitutionem Pii Quinti: non potuit hic error constituere Episcopum in legitima, & manutenibili quasi possessione conferendi Vicarias prædictas liberè per concursum, non expectata nominatione Capituli, actus enim erronei consensu carere dicuntur, &c.*

Nam quemadmodum res qualificata diversa est à simplici non qualificata, & diversæ naturæ, & 18
speciei, juxta text. *in §. præterea Institut. de inutilibus stipulation. cap. cum Marthæ, §. quæsisti, de celebratio. Missar. cap. statutum, de election. lib.* 6. Menochius *conf.* 35. *num.* 13. *& de recuperand. possess. remed.* 6. *n.* 8. Surdus *dec.* 2. *n.* 9. & *conf.* 179. *num.* 40. & *conf.* 202. *num.* 8. Gratian.

disceptation. tom. 5. *cap.* 854. *n.* 52. *& cap.* 936. *n.* 24. Mangilius *de imputationib. quæst.* 176. *nu.* 4.

19 Scaccia *de commerc.* §. 7. *gloss.* 5. *nu.* 159. Nihil mirum extingui quasi possessionem, extincta qualitate, nec transire, nec remanere in re diversa, & diversæ naturæ, ac speciei: latè Petrus Surdus *in cons.* 135. *ex n.* 63. *cum seqq. l.* 1. Ludovi. Posthius *de manutent. observat.* 73. *ex n.* 99. *cum multis seqq.*

20 Cum de una possessione, seu quasi possessione unius rei non bene inferatur ad aliam diversam, Rota *in Messan. pensionis coram Justo dec.* 379. *n.* 3. *& in eadem causa, coram Penia, dec.* 386. *n.* 3. *& dec.* 647. *post tract. de manutent. Posthii.* Buratus *decis.* 427. *n.* 3. ipse Posth. *observ.* 73. *n.* 10.

21 quia de una re ad aliam, possessio non migrat: juxta doctrinam glossæ *in l.* 3. *in princip. ff. de acquirend. possess.* quam sequitur Bart. *ibidem, n.* 4. Alexan. *n.* 15. Jason. *n.* 3. Parisius *in cons.* 37. *n.* 17. *l.* 1. quare talis possessio sub qualitate quæsita, nec prodest rei qualificatæ ob defectum qualitatis; nec simplici tanquam diversæ, hujus articuli comprobatio ulterius continuatur in *artic.* 12. *proximè sequenti.*

ARTICULUS XII.

Error in apprehensione possessionis respiciens titulum, & causam possidendi, quamvis juris effectibus careat in judicio proprietatis; prodest tamen ad judicium manutentionis.

Error, & falsa causa in apprehensione possessionis respiciens ipsam rem nec suffragatur in judicio plenario, nec in summariissimo manutentionis.

SUMMARIUM.

1 *Quasi possessio apprehensa per errorem respicientem causam possidendi licet quoad petitorium sit vitiosa, quoad judicium manutentionis suffragatur; &c.* 2.

3 *Quasi possessio præsentandi quantumvis legitimè quæsita inter compatronos, nullatenus suffragatur contra Ordinarium, nec in petitorio, nec in possessorio summariissimo.*

4 *Error & falsa causa tangens ipsammet rem, impedit possessionis adquisitionem, quoad omnes juris effectus, tam in petitorio, quàm in manutentione.*

5 *Quasi possessio juris præsentandi ad beneficium, tanquam gentilitii cum non sit tale, erronea est, & ex falsa causa tangente ipsammet rem, ad nullum judicium prodest.*

6 *Actus gestus sub aliqua qualitate, ista deficiente, actus corruit.*

7 *In comprobationem supra dictorum adducitur bona Rotæ decisio.*

IN corroborationem eorum, quæ in *articulo antecedenti* scripta remanent, alia utilia non omittenda, rei, de qua agitur, admodum conducibilia, deducenda ex mirabili quadam theorica tendente similiter ad destructionem quasi possessionis prætensæ per D. Joannam Mariam: quasi possessio etenim apprehensa per errorem respicientem titulum, & causam possidendi, ut exemplo apprehendentis possessionem hæreditatis tanquam ab intestato sibi delatæ cum deberet apprehendere ex testamento, quamvis hæc possessio, quoad juris effectus vitiosa dicatur, circa judicium proprietatis; quia inutilis & inefficax, non attenditur eo in judicio; tamen quoad judicium manutentionis suffragatur, quia in eo solum attenditur existentia in re, & de facto eam teneri; & sic sola detentatio sufficit ad obtinendum in eo judicio manutentionis: sic distinguit post alios Gratianus *discept.* 113. *n.* 9. 10. *& n.* 6. Petrus Surdus *in cons.* 43 *ex n.* 10. *cum seqq.* & per plures Doctores, & Rotæ decisiones observat Oliverius Beltraminius ad Alexand. Ludovis. *decis.* 283. *n.* 7. Posthius *de manutentione, observat.* 64. *n.* 12. bona decisio Rotæ inter recollectas per Posthium 249. *n.* 1. *cum seqq.* illic: *Non obstat, quod de falsa causa dicitur: quia hoc respicit petitorium, an bona sint devoluta ad Ecclesiam, vel non, ut fuit resolutum sub die* 20. *Novembris anni præteriti, vers. Ultimo non obstat, quod fuerit, &c.* Et iterum ibidem: *Sufficit D. Episcopo docere de detentatione, nec enim de proprietate, aut possessione plenè discuti debet, ut per Paulum cons.* 3. *volum.* 2. *Nevizanum cons.* 8. *n.* 3. *Laurentium Sylvanum cons.* 27. *n.* 5. *Covarru. l.* 1. *practicar. c.* 17. *n.* 3. *vers. Sic sane, quod ipse probat efficaci ratione Jurisconsulti, in l. Rutilius Regulus: ubi Castrens. n.* 5. *ff. de donationibus.*

Hac tamen adnotatione, & limitatione adhibita, ut hæc quasi possessio, nec etiam alia quævis possessio legitimè quæsita inter compatronos nil prodest nec suffragatur contra Ordinarium comparentem, & contendentem de existentia juris patronatus, & libertate capellaniæ, etiam in judicio summariissimo manutentionis, prout abunde fuit probatum superius in *articulo* 4. *prope principium, ex num.* 2. *& seqq. vers. At verò quoties dubitatur, &c.* & plurimi alii Doctores id probant, cumulati inferius in *artic.* 14. *num.* 8. ita ut hoc distinctionis membrum in nihilo officiat juri Ordinarii agentis de libertate beneficii.

At verò quoties error, & falsa causa tangit factum ipsum, cadit super ipsammet rem, cujus fuit apprehensa possessio, hæc adeo inutilis & inefficax est, ut nec etiam ad judicium summariissimum manutentionis profit possidenti; hanc theoricam singularem probat Rota *in decision.* 74. inter recollectas per Ludov. Posth. *post tract. de manutent. ex n.* 14. quæ *ex n.* 18. ita loquitur in hæc. *Præterea quidquid dicendum sit, quando falsitas versatur circa factum, quo casu putans capere possessionem unius fundi, non acquirit possessionem alterius fundi, in quo immissus fuit l. si me, in vacuam ff. de acquirend. possessione: Tamen falsitas, qua non respicit factum, sed tantùm versatur circa causam possessionis, non impedit acquisitionem, quia non deficit voluntas possidendi, licet potius ex una causa, quàm ex alia, l.* 2. §. *si à pupillo, l. quod vulgo ff. pro emptore: & facit l. cum in corpus; ff. de acquirend. rerum admin. & notatur per Barbos. & Jason. in l. si is ad quem ff. de acquirenhæredita. & licet ista possessio non sit considerabilis quoad effectum juris, ut illa non dicatur justa possessio, nec producat juris effectum, ut loquuntur Doctores in contrarium allegati: secus tamen est, quoad effectum facti, ut ingrediens dicatur esse in possessione,*

ſione, vel detentatione: quod poteſt probari exemplo Bald. in dict. conſ. 135. *de miſſo in poſſeſſionem à judice nulliter procedente, contra quam poſſeſſionem datur actio ſpolii: Doctores communiter in l. juſtè poſſidet ff. de acquirend. poſſeſſ. latè Aimon Craveta, in conſ.* 188. *n.* 8. *ubi latius proſequitur, &c.*

5 Et cum quaſi poſſeſſio præſentandi ad hanc capellaniam apprehenſa per anteceſſores D. Joan. fuerit erronea, & ex falſa cauſa tangente ipſam capellaniam, & jus præſentandi ad illam, putantes eſſe juris patronatus, cum ſit libera, putantes etiam eſſe juris patronatus gentilitii, & ſub hac qualitate, cum adhuc nec ſit hæreditarium, & ad illud animum ſuum limitativè applicaverint, ſequitur ut cum fuerit erratum in ipſa re, cum non adſit jus patronatus qualificatum, quaſi poſſeſſio eorum inutilis, & inefficax ſit, quia alia res eſt res qualificata, diverſæ naturæ, & ſpeciale differens à ſimplici, ut latius dictum eſt *articulo antecedenti*, & Capellania reperta abſque qualitate à poſſeſſoribus ſuppoſita, poſſeſſio eorum quaſi inefficax evaneſcit quoad omnes juris effectus tam in petitorio, quàm in ſummariſſimo judicio manutentionis, cum erratum fuerit circa ipſam rem.

6 Quoniam actus geſtus ſub aliqua qualitate, iſta deficiente, actus corruit, ut per plura jura tradita Aymon. Craveta *in conſ.* 102. *n.* 13. Dum Valençuela Velaſquiez *in conſ.* 112. *à n.* 77. *& ſeq. tom.* 2. Et quia actus ſub aliquam qualitatem, & ſuos terminos non egreditur: per plura jura, & Doctores adductos per Nos *in Labyrinth. creditor.* 2. *part.* 10. *ex n.* 40.

7 Et ulterius ad propoſitum benè urget Rotæ *dec. anni* 1602. ad litteram adducta per Auguſtin. Barboſ. *in paſtorali, tom.* 2. *in verſ. Quantum attinet, n.* 26. ita diſponit: *Quantum attinet ad ſecundam difficultatem, aliqui ex Dominis dicebant, quod ad effectum poſſeſſionis ſufficit, quod œconomi deputati acceperint poſſeſſionem, etiam de facto, ad effectum ut dicantur eſſe in poſſeſſione, ſeu detentatione, Bald. &c.* ſequitur, & facit: *Cæterum reſpondebatur ab aliis Dominis, quod concluſio procederet, ſi œconomi voluiſſent acquirere poſſeſſionem, nedum nomine Seminarii, ſed etiam nomine proprio, quia iſto caſu falſitas verſatur circa cauſam poſſeſſionis, quare non impediret poſſeſſionem, quia non deficeret voluntas poſſidendi, aut nomine proprio, aut nomine Seminarii l.* 2. *§. ſi à pupillo, l. quod vulgo ff. pro emptore: & facit text. in l. cum in corpus ff. de acquir. rer. domin. prout Bart. & Jaſ. in l. ſi is ad quem. ff. acquir. hæredit. & fuit dictum in cauſa Macerat. hæreditatis* 4. *Junii* 1590. *coram Cardinal. Pamphilio, ſed in hoc caſu, ſi Seminarium non erat erectum, quia pueri nondum erant introducti, non poterant œconomi adquirere quaſi poſſeſſionem, quia noluerunt adquirere nomine proprio: ſed nomine Seminarii, quod cum non ſit erectum, poſſeſſio eſt ex falſa cauſa circa factum, hoc eſt ſuper exiſtentia Seminarii, & ideo eſt nullius conſiderationis, nec producit juris effectus, l.* 1. *§. hæc verba ff. ne vis fiat ei. Bald. d. conſ.* 135. *n.* 2. *Portius Imola conſ.* 74. *n.* 11. *& facit text. ſi me in vacuam, &c.* hactenus de ſingulari deciſione, quæ non ſolum eſt applicabilis defectui qualitatis patronatus gentilitii, ſed etiam ipſi juri patronatus nunquam creato, nec nato; de quo abunde ſuperius.

ARTICULUS XIII.

Conſenſus Ordinarii requiſitus ſimul cum fundatione Capellaniæ ut acquiratur jus patronatus; nullatenus inducitur ex admiſſione præſentationum, & inſtitutione facta poſtmodum per Ordinarium ipſum.

SUMMARIUM.

1 *Ad acquirendum jus patronatus cum fundatione requiritur conſenſus Ordinarii, aliter Capellania cum libertate creatur.*
2 *Conſenſus Ordinarii ad creandum jus patronatus an tacitè inducatur ex admiſſione præſentationum, & num. ſeqq.*
3 *Et induci, qui tenuerunt.*
4 *Si ex admiſſione præſentationum induceretur conſenſus Ordinarii ad noviter creandum jus patronatus, multæ Rotæ deciſiones, & communes Doctorum opiniones ſubverterentur.*
5 *Ordinarius poteſt quandocumque de libertate beneficii agere, non obſtantibus quibuſlibet præſentationibus admiſſis per Ordinarium.*
6 *Ad quaſi poſſeſſionem præſentandi adquirendam requiritur præſentatio, admiſſio Ordinarii, inſtitutio præſentati, & beneficii, poſſeſſionis apprehenſio.*
7 *Omnibus præſentationibus admiſſis præcedentibus, non impeditur Ordinarius agere de non exiſtentia juris patronatus in erectione beneficii, & n.* 8.
Si ex admiſſione præſentationum induceretur conſenſus Ordinarii ad noviter creandum jus patronatus: ſemper ſibi obſtaret agenti quandocumqne, de non exiſtentia juris patronatus: Sed ei non obſtant qualeſcumque præſentationes admiſſæ; ergo ex eis induci nequit conſenſus ad novum ortum juris patronatus, & n. 9.
10 *Præſentationum admiſſio ſolum operatur, & prodeſt ad adquirendam quaſi poſſeſſionem juris præſentandi abſque contractu ipſius juris patronatus.*
11 *Aliud eſt jus præſentandi, aliud jus ipſum patronatus, & poteſt jus præſentandi eſſe apud unum, & jus ipſum patronatus apud alium.*
Et de uno ad aliud non poteſt fieri illatio, nec argumentum, ibid.
12 *Poteſt quis donare jus præſentandi, retento ſibi jure patronatus.*
13 *Jus præſentandi ſolum reſpicit judicium poſſeſſorium: jus patronatus petitorium.*
14 *Conſenſus, qui inducitur ex aliquo actu, ad illum ſe reſtringit, & illum non egreditur.*
15 *Conſenſus præſtitus ab Ordinario ad jus præſentandi, nequit extendi ad jus patronatus.*
16 *Defectum fundationis non continentis jus patronatus ſi ignorat Ordinarius, approbatio corruit ex defectu conſenſus.*
17 *Etiam per mille actus inducentes ratificationem, & approbationem, conſenſus ignorantis non inducitur*
18 *Papa conferens alicui beneficium alias inca-*

incapaci, ſi defectum ignorat, non intelligitur diſpenſare.

19 *Admiſſio præſentationum facta ab Ordinario ſub falſa credulitate exiſtentiæ juris patronatus, corruit detecta falſitate.*

20 *Ordinarius ſi ſciret non adeſſe jus patronatus, non eſt credendum velle illud noviter creare, & n. 21.*

22 *Ordinario atteſtanti aliquod beneficium eſſe juris patronatus non creditur.*

23 *Capellaniam creatam in libertate non poteſt poſtmodum Ordinarius ſubjicere juri patronatus*

24 *Aſſertioni Epiſcopi atteſtantis beneficium aliquod eſſe de jure patronatus, non ſtatur.*

25 *Conſenſus ordinarii deſtinatus ad ſolam admiſſionem præſentationis, non extenditur ad novam creationem juris patronatus.*

26 *Doctores affirmantes conſenſum Epiſcopi requiſitum ad creationem juris patronatus ſufficere tacitè induci ex admiſſione præſentationum, ſibi ipſis eſſe contrarios oſtenditur.*

27 *Admiſſio præſentationum deſervit ad acquiſitionem poſſeſſionis præſentandi.*

28 *Non tamen ad impediendum Ordinarium ne quandocumque poſſit de beneficii libertate agere.*

1 IN *art.* 3. conſtans, & inviolabile requiſitum, ſcriptum fuit, ut ad adquiſitionem juris patronatus ſit præciſus conſenſus Ordinarii concurrens cum fundatione Capellaniæ, quo deficiente, nec acquiri, nec oriri, ſed ipſam Capellaniam creatam manere ab origine ſua cum libertate; & abſque onere patronatus: nunc tractandum an iſte conſenſus tacitè inducatur ex admiſſione præſen-
2 tationum, & inſtitutionibus factis per ipſum Ordinarium ad Capellaniam, & ex hoc induci conſenſum; reperio ſimpliciter & indiſtinctè af-
3 firmaſſe Barboſ. *ad Trident. ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 12. *n.* 10. poſt Rochum de Curte *de jure patronat. in verbo, pro eo, quæſt.* 8. *n.* 20. & Oliverium Beltramin. *ad dec. Gregorii* 15. *n.* 7. & ex *Rotæ dec. impreſſa* per Marqueſa. *de commiſſio. p.* 1, *fol.* 454.

Sed iſti Doctores obiter, minus attentè, & nullo adducto juris fundamento, & abſque dubii ſpeculatione id aſſeverarunt, quorum aſſertio, ſi vera foret, ſubverteret innumerabiles Rotæ deci-
4 ſiones, & Doctor. communem opinionem, qui prorſus contrarium in variis caſibus indicant, & ſupponunt, non obſtantibus quamplurimis præſentationibus admiſſis ab Ordinario, effectum ſortitis, poſſe de libertate beneficii agi, & quandocumque, etiam poſt immemorialem, de ea conſtiterit, & non fuiſſe ab origine fundationis ortum jus patronatus ex defectu apparente conſenſus Ordinarii Diœceſani, ſed beneficium, & Capellaniam reducendam ad ſuam libertatis originem, prorſus contemptis præſentationibus, admiſſis per Ordinarium, & inſtitutionibus earum virtute ab eo emanatis, prout copiosè videre eſt *in art.* 3. *& in art.* 4. *art.* 10. *& articul.* 12. ex quibus clarè, & dilucidè infertur, conſenſum Ordinarii deficientem ab origine erectionis Capellaniæ non induci ex præſentationibus poſtmodum ab eodem admiſſis.

5 Ad cujus majorem comprobationem breviter ſupponendum erit, quod ad acquirendam quaſi-poſſeſſionem juris præſentandi, inter multa requiſita à jure deſiderata, magis præciſum, & eſſentiale illud eſt, ut præſentatio fiat coram Ordinario cum bona fide, Ordinarii admiſſio, & approbatio, inſtitutio præſentanti, quæ effectum ſortiatur per traditionem poſſeſſionis beneficii (quæ refert accuratè poſt plurimorum allegationem, Ludov. Poſthius *de manutent. obſervat.* 32. *num.* 27.) Sed ſic eſt, quod omnibus iſtis actibus præcedentibus non impeditur Ordinarius, quominus agere poſſit de libertate beneficii, & 6
non adeſſe jus patronatus ab origine erectionis illius, ſed fuiſſe creatum cum libertate. Ergo impoſſibile eſt, quod ex admiſſione præſentationum induci poſſit conſenſus Ordinarii ad creationem juris patronatus. Patet, quia ſtante ejus admiſſione, ut præcisè requiritur, ad quaſi-poſſeſſionem præſentandi adquirendam, poteſt de libertate agere quandocumque, ut dictum eſt: quod facere non poſſet, ſi jus patronatus ex ſua inſti- 7
tutione qualificaretur, & ſibi præcisè obſtaret, agenti de libertate beneficii, & de non exiſtentia juris patronatus, nam hujus exiſtentia induceretur ex ſuo conſenſu, & acceptatione, ſeu admiſſione præſentationum: Sed hoc eſt falſum, quia hoc eidem non eſt impedimento ad agendum de non exiſtentia juris patronatus, & libertate beneficii, prout ampliſſimè, & fortiter apparet ex dictis *artic.* 3. 4. 10. *&* 12. ergo falſum eſt aſſeverare, quod ex admiſſione præſentationum facta per Ordinarium inducatur conſenſus fundationis præcedentis abſque eo ad formandum, & creandum jus patronatus; quo indelebili, & indiſſolubili argumento evidenter convincuntur Doctores ſuperiùs relati contrarium per tranſennam, & minus attentè aſſeverantes.

Comprobatur diſcurſus iſte, quoniam ex præ- 8
ſentationibus quantocumque tempore continuatis, admiſſis, & effectum ſortitis non probatur jus patronatus, ut ultra innumerabiles *Rotæ* deciſiones adductas *in dict. art.* 3. 4. 10. *&* 12. niſi continuatæ fuerint per ſpatium centum annorum; aliæ adſunt ſeptem deciſiones idem confirmantes. Has Rotæ deciſiones, & Doct. aliquos congeſſit ipſa Rota *in dec.* 25. *inter recollectas* per Julium Vivianum poſt *tractat. de jure patron.* quæ *n.* 8. ita determinat: *Cum itaque non exhibeantur præſentationes continuatæ per ſpatium centum annorum: non poteſt dici conſtare de jure patronatus, quod non probatur ex præſentationibus: Archidiaconus in c. unic. num.* 10. *poſt medium, verſ. Undè quamvis aliquis de jure patronatus, lib.* 6. *ubi Geminianus, n.* 6. *& Franchis n.* 5. *Caſſiadorus deciſ.* 2. *num.* 3. *poſt medium, verſ. Cujus patronus, de probationib. Mohedanus deciſ.* 3. *de jure patronat. Rotæ coram Orano in Firmiana juris patronatus, Martii* 1591. *& coram Gyptio in Barchinonenſi unionis* 5. *Decemb. ejuſdem anni, in Neapolitana Capellaniæ, coram Cardinali Lancelloto Seniori* 29. *Januarii* 1471. *& in eadem coram Reverend. Atravatenſi* 19 *Decembris* 1608. *&c.* Si enim ex tot præſentationibus admiſſis per Or- 9
dinarium non probatur jus patronatus, ergo falſum eſt aſſeverare, quod per admiſſionem præſentationis factam ab Ordinario inducitur conſenſus qui defecit in erectione beneficii, & Capellaniæ per quem & non aliter oritur, & adquiritur jus patronatus, imò per primam præſentationis admiſſionem jus patronatus crearetur, contra

tot

tot deciſiones, & communes Doctorum opiniones.

10 Comprobatur, quia illa præſentationum admiſſio ſolum operatur quaſi poſſeſſionem juris præſentandi (cæteris requiſitis ſuppoſitis) ad illam adquirendam, abſque contractu juris patronatus, de quo in præſentationibus non agitur nec controvertitur; ſed imò ſupponitur à præſentantibus, ad quas ſolummodo reſtringitur conſenſus, & admiſſio Ordinarii, non admiſſa, nec permiſſa, extenſione ad ipſum jus pa-
11 tronatus, tanquam rem diverſam: quia aliud eſt jus præſentandi, aliud jus ipſum patronatus: & poteſt jus præſentandi eſſe apud unum, & jus patronatus apud alium; de uno ad aliud non poteſt fieri illatio, nec argumentari; ut latè probat Hieronym. Gonçalez, *in regul.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 18. *num.* 90. & 92. & *gloſſ.* 45. §. 2. *n.* 18. (quem non allegat, licet ſic pluries Lotterius *de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 3. *n.* 24. & 25. & cum Alexand. *conſ.* 74. *n.* 5. *lib.* 4. & Lambertin. *de jure patron. lib.* 1. *part.* 1. *queſt.* 11. *art.* 7. *num.* 8. & Rota *in recent. part.* 1. & melius ipſe Lotterius *lib.* 2. *quæſt.* 4. *n.* 14. & 15. & præ cæteris latiſſimè Campanilus, *diverſor. jur. Rubr.* 11. *c.* 13. *ex n.*
12 366. Ubi etiam, quod patronatus poteſt donare alteri jus præſentandi, reſervato ſibi jure patronatus in proprietate tanquam ſeparabili, cum
13 jus præſentandi ſolum reſpiciat judicium poſſeſſorium, & quod jus potronatus reſpiciat petitorium, jus autem præſentandi poſſeſſorium, optimè comprobat Paulus de Citadinis *in tract. de jure patronat.* 6. *part. articul.* 3. *ex num.* 27. per quem & Cæſarem de Graſſis idem firmat Marius Antoninus *variar. reſolut. l.* 1. *reſolut.* 104. *n.* 6. 7. & 8.

14 Comprobatur, nam conſenſus, qui inducitur ex aliquo actu, ſolum operatur in illo actu, & ad illum ſe reſtringit, ultra quem non egreditur, *l. fin. C. ne uxor pro marito*, plura exempla ad hanc doctrinam congeſſit Petrus Surdus. *conſ.* 33. *à n.* 9. & *deciſ.* 116 *ex n.* 19. Gratianus *tom.* 2. *diſceptat.* 356. *ex n.* 35. & *num.* 45. & *tom.* 2. *capit.* 485. *ex num.* 16. Carleval. *de judiciis*, *diſput.* 2. *à num.* 381. & 990. ergo multo minus conſenſus
15 præſtitus ab Ordinario juri præſentandi poteſt extendi ad jus patronatus, uti diverſum, & ſeparatum de quo in præſentationibus non tractatur, quia actus non debet operari ultra intentionem agentis, *l. non omnis*, *ff. ſi certum petat.* Atque ideo non obſtantibus præſentationibus admiſſis, atque quaſi poſſeſſione per eas quæſita inter compatronos, ſemper Ordinario remanet facultas illæſa, & præſervata impugnandi ipſum jus patronatus, & ejus exiſtentiam controvertendi abſque juris ſui præjudicio.

Quod et efficaciter procedit majori cum ratione in caſu, de quo agimus, quoniam in illis duabus præſentationibus (quibus inaniter nititur D.
16 Joanna Maria, quæque variis ex cauſis deſtructæ remanent) nullo modo tractatum fuit de jure patronatus, nec de defectu, & nullitate ejus ob non adhibitum conſenſum Ordinarii in fundatione capellaniæ; ut ortum haberet jus patronatus ipſum; qui ideo defectus incognitus erat Ordinario, credenti patronatus exiſtentiam, & ſub hac falſa credulitate admiſit præſentatos: quapropter ex tali admiſſione conſenſus, & approbatio induci nullo modo potuit: quoniam ut approbatio, & ratificatio habeat effectum, debet ratificatus ſcire 17
defectum, & nullitatem actus ratificandi aliàs illam ignorans, etiam per mille actus inducentes approbationem, & ratificationem, ratificatio, & approbatio non induceretur ex defectu conſenſus, plurima ſcitu digniſſima videre eſt per Nos *in commentariis de ſupplicatione ad Sanctiſſ. in part. cap.* 3. §. *unic. ex n.* 26. & *ſeqq.*

Hinc ſi Papa conferat alicui beneficium ha- 18
benti defectum ad illud obtinendum; non intelligitur, Papam illum removere, ſi illum ignorabat, nec diſpenſare ſuper defectu quem ignorabat, ex defectu conſenſus, plures Doctores per Barboſ. *de offic. Epiſcop. allegat.* 99. *ex n.* 7. *tom.* 1. & *ad Tridentin. ſeſſ.* 23. *cap.* 13. *num.* 9. *de reformation. fol.* 223. Thomas. Sanch. *de matrimon. libr.* 8. *diſput.* 4. *tota.* Ripol. *variar. reſolut. cap.* 7. *ex n.* 141. Ciarlinus *controvers. cap.* 38. *ex. n.* 42. & *ſeqq.*

Et quia admiſſio præſentationum facta per Or- 19
dinarium ſub falſa credulitate exiſtentiæ juris patronatus, corruit, detecta falſitate, ex defectu conſenſus; ut ex pluribus juribus, & Doctoribus probatur ſuperiùs, *in artic.* 9. *ad fin. ex n.* 17. prout in hac lite, & in antecedenti defectus fuit defectus juris patronatus, & ejus exiſtentiæ ob defectum conſenſus Ordinarii omnino requiſiti, ut ortum habeat, & creetur jus patronatus.

Nec eſt credendum, voluiſſe Ordinarium no- 20
viter creare jus patronatus, ſi ſciviſſet nullum adeſſe in Capellania, cum detrimento juris ſui, ſuæ dignitatis, & Capellaniæ erectæ cum libertate; & ſe, & ſuos ſucceſſores privare jure & poteſtate illam conferendi, abſque alterius interventu, cum potius à jure præſumatur, Prælatos eſſe vigilantes ſemper circa libertatem benefi- 21
ciorum, & negationem juris patronatus ob intereſſe proprium; juxta *conſ.* Purpurati 553. *nu.* 6. & *conſtanter tenet* Rot. *dec.* 11. *de jure patron. in novis.* Achilles de Graſſis *deciſ.* 7. *de jure patronat.* Puteus *dec.* 172. *lib.* 1. & *deciſ.* 242. *l.* 2. Caſſiadorus *deciſ.* 2. *de jure patron.* Seraphinus *deciſ.* 1141. *n.* 8. Jacob. Cavaler. *dec.* 55. *n.* 2. & *deciſ. num.* 3. cum aliis citatis à Theodoſio de Rubeis *in ſingularib. Rotæ part.* 2. *verb. Ordinarius*, §. 2. *pag.* 74. illa enim admiſſio, & approbatio præſentationum ſimpliciter facta per Ordinarium, numquam refertur ad id, per quod induceretur renunciatio alicujus juris approbantis: Ancharan. *conſ.* 105. Aimon. Craveta *conſ.* 257. *ſub n.* 4. *verſ. Octavo ſi dicimus*, Decius *conſil.* 450. *ſub num.* 7. Rota ut per Alexand. Ludoviſ. *deciſ.* 317. *n.* 5. & 6. maximè in præjudicium Tertii, ut ex aliis proſequitur *dicta deciſio ſub num.* 6.

Comprobatur, nam ſi expreſſa confeſſio Præ- 22
lati, affirmantis abſque plena cauſæ cognitione aliquod beneficium eſſe juris patronatus, & ad aliquem pertinere, non inducit; nec ſufficit ad probationem, nec approbationem juris patronatus, nec ſuæ Dignitati, nec libertati beneficii præjudicat, ut ex *Viviano*, *Lotterio*, & *Rotæ* de- 23
ciſione dictum fuit *ſupra artic.* 6. *ex num* 13. ubi etiam *num.* 16. de Capellania à ſua origine erecta libertate, ut Ordinarius ex poſt facto non poſſit illam ſubjicere oneri juris patronatus, pluribus Doctoribus, & Rotæ deciſionibus adductis: quia non ſtatur aſſertioni Epiſcopi atteſtantis de jure patronatus, Caputaquenſ. *deciſ.* 128. 24
part. 1. Ciarlin. *controv. forenſ. c.* 57. Quanto minus

nus admitti debet consensus Ordinarii tacitè indubendus ex amissione præsentationum, & sic ex
25 diversa, et separata re ut dictum fuit *suprà ex n.* 10. ad creandum novum jus patronatus, & privandam Capellaniam, sua originali libertate, in tantorum detrimentum; & ideo firmiter tenendum erit, ex admissione præsentationum non posse induci consensum Ordinarii ad canonizandum, & approbandum jus patronatus, quod ab origine non stabat. Cum in Ordinario falso credente illius existentiam, deficiat animus, & voluntas illud denuo creandi, cum ad id ejus consensus destinatus non sit, nec ad illud tanquam rem diversam extendendus, ex latius, & invincibiliter comprobatis *à principio hujus art.* quibus refragari nulla possit ratio, nec juris fundamentum.

26 Et cum ipsimet Doctores in contrarium citati *suprà*, *num.* 2. pariter cum cæteris affirment, posse quandocumque Ordinarium, negando jus patronatus, & ejus existentiam, agere de libertate beneficii, quibuscumque præsentationibus etiam antiquissimis, & quasi possessionibus non obstantibus, ut videre est *in dictis*, §. *seu articulis* 3. 4. 10. & 12. sibi ipsis affirmantibus ex admissione præsentationum oriri consensum ad juris patronatus novam creationem repugnant: Cùm incompatibile sit, creari novum jus patronatus ex præsentationum admissione, & illis non obstantibus posse Ordinarium quandocumque agere de libertate beneficii, cum jam non reperiatur in libertate, si ex ipsarum admissione gravatum diceretur onere novi juris patronatus, quod verè contradictionem implicat.

Tandem præfati Doctores, adducti superiùs, *ad principium hujus articuli*, præcisè intelligendi sunt, quando admissionem præsentati præcessit plena causæ cognitio super ipsa juris patronatus existentia, non aliàs: ad quod allego expressam declarationem Congregationis ad litteram adductam *infrà*, *articul.* 14. *n.* 19. quæ ita disponit: *Censuit Sacra Congregatio non posse Patronum repelli à sua quasi possessione præsentandi, si adhibita causæ cognitione super jure patronatus Ordinarius præsentatum à Patrono admisisset, etiamsi post obitum ejusdem præsentati de validitate juris patronatus iterum contigerit dubitari; secus autem si patroni præsentatio absque causæ cognitione admissa fuisset, &c.*

27 Et ideo inter se ita componendi sunt, ut admissiones præsentationum deserviant ad quasi possessionem juris præsentandi, interim dum non controvertitur jus ipsum patronatus, nec de initio libertatis beneficii appareat, & doceatur, sed inter ipsos patronos, inter quos agentes duntaxat de pertinentia juris præsentandi, fuit ab aliquo contra cæteros quæsita, suppositio per eos jure patronatus, in dubium non redacto: ut tunc interim prosit inter ipsos compatronos, ut il-
28 lis præferatur in præsentando, & ut ab eo præsentato fiat de Capellania institutio, non tamen ad impediendum, ne Ordinarius, negando juris patronatus existentiam, agere possit quandocumque de Capellaniæ libertate: ad latissimè comprobata superiùs, *articul.* 4. *per totum.* quia tunc contra eum nihil prodest, nec opponi potest præfata quasi possessio, ut *in eodem articulo* latius continetur.

ARTICULUS XIV.

De differentia judicii super jure patronatus moti, nempe inter ipsos compatronos super pertinentia juris præsentandi, & inter ipsos, & Ordinarium moti super existentia juris patronatus.

Et quæ requirantur, ut sententia probet jus patronatus, & omnibus præjudicet.

SUMMARIUM.

1 *Inter præsentantes ad vacationem beneficii judicium possessorium movetur, cum inter ipsos de quasi possessione contendatur.*
2 *Existens in quasi possessione præsentandi, cæteris præsentantibus præfertur & præsentato per eum institutio præcisè debetur.*
3 *In judicio possessorio inter præsentantes moto, leviores sufficiunt probationes.*
4 *Judicium in quo assistit Ordinarius negans existentiam juris patronatus, proprietatis est.*
5 *Quando agitur de libertate beneficii, plena requiritur causæ cognitio & concludentes probationes existentiæ juris patronatus.*
6 *Ordinario existente in causa pro libertate beneficii, principaliter agitur de jure patronatus:*
7 *Probationes requiruntur plenæ super existentia juris patronatus, nulla attenta quasi possessione præsentandi.*
8 *Quasi possessio quælibet præsentandi in nullo judicio, sive plenario, sive manutentionis, officit Ordinario, nec contra eum potest opponi.*
9 *Sententia lata inter compatronos, etiamsi enuntiet jus patronatus ad aliquem pertinere, non præjudicat libertati beneficii.*
10 *Pluries determinasse Rotam per decisiones relatas ad litteram.*
11 *Confessio Ordinarii affirmantis aliquod beneficium esse juris patronatus, non præjudicat libertati Ecclesiæ.*
12 *Sententiæ latæ inter compatronos super pertinentia juris præsentandi, multum defertur inter ipsos ad probationem existentiæ.*
13 *Si ista sententia sic enuncians jus patronatus sit antiqua ultra centum annos.*
14 *Ex iis centum annis deducitur totum tempus litis motæ pro libertate beneficii, & num.* 15. & 16.
17 *Sententiæ antiquæ ultra centum annos enuntiantes jus patronatus, inter compræsentantes solum attenduntur, non contra libertatem beneficii, cui nec immemorialis quasi possessio officit.*
18 *Sententia lata super existentia juris patronatus assistente Fiscali pro libertate beneficii cum plena causa cognitione omnibus præjudicat, si sit translata in rem judicatam.*
19 *Sacræ Congregationis declaratio ad idem recensetur.*
20 *Sententia lata super existentia juris patronatus, constito ex fundatione non fuisse creatum jus patronatus, justè fertur pro libertate Capellaniæ.*

21 *In*

21 *In materia juris patronatus ad docendum de notoria injuſtitia illud prætendentis, idem operatur inſtrumentum authenticum fundationis, ac confeſſio, & res judicata.*

22 *Inſtrumento à parte præſentato nihil per eam opponi poteſt.*

DUpliciter formatur, & movetur judicium in cauſis juris patronatus, unum ſuper poſſeſſorio, alterum ſuper petitorio, & proprietate.

1 Poſſeſſorium tunc intentari dicitur, quando in vacatione capellaniæ comparent prætendentes jus præſentandi, inter quos judicio in iſto ſuper quaſi poſſeſſione contenditur, ut probant Philippus Franchus *in capit. unic. n.* 5. *de jure patronat. l.* 6. Caſſiadorus *deciſ.* 2. *fama regulariter*, *num.* 3. *de probationib.* quos referens ſequitur Joann. Hieronym. Campanil. *diverſor. juris Canon. Rubric.* 11. *cap.* 13. *n.* 367. optimè comprobat Paulus de Citadinis *in tractat. de jure patronat.* 6. *part. art.* 3. *ex n.* 27. per quem & Cæſarem de Graſ. idem affirmat Marius Antoninus *variar. reſolut. lib.* 1. *reſolut.* 104. *n.* 6. 7. & 8.

2 Et ratio eſt, quia hoc caſu ſolum attenditur, & tractatur in hoc judicio de quaſi-poſſeſſione juris præſentandi, & qui eam adquiſivit, inter ſuos compatronos prætenſos inter quos ſolum agetur de pertinentia juris patronatus, præfertur in præſentando, & ab eo præſentato præcisè facienda eſt inſtitutio: ad latè tradita per Ludov. Poſth. *in tractat. de manutent. obſerv.* 31. *ex num.* 4. *cum pluribus ſeqq.*

3 Et in hoc judicio poſſeſſionis, quando ſolum contenditur inter ipſos compatronos ſuper pertinentia juris præſentandi leviores probationes, & præſumptiones ſufficiunt, Rota apud Farin. *in noviſſim. noviſſima anni* 1612. *& deciſ.* 45. *num.* 1. & 2. & poſt plures Doctores comprobat Ciarlinus *controverſ. forenſ. cap.* 107. *ex num.* 73. *& ſeqq.* Auguſt. Barboſ. *ad Concil. Tridentin. ſeſſ.* 25. *de reformat. cap.* 9. *n.* 23. ubi plures Rotæ deciſiones, & Doctores allegat.

4 Secundo modo jus patronatus deducitur in judicium ordinarium, quando ſcilicet Ordinarius comparet, negando juris patronatus exiſtentiam, & agendo de libertate beneficii, ſeu capellaniæ, quo caſu agi dicitur de proprietate ipſius juris patronatus, ut probant Paul. de Citadinis *de jure patronat. part.* 6. *artic.* 3. *quæſt.* 17. *num.* 27. *Cæſar. de Graſ. deciſ.* 1. *num.* 3. *de reſtitut. ſpoliator.* Marius Antoninus *variar. reſolut. lib.* 1. *reſolution.* 104. *num.* 6. & ex Philipp. Franco, & Caſſiado. tenet Joan. Hieronymus Campanil. *diverſor. juris*, *Rubric.* 11. *cap.* 13. *n.* 367. & ulterius latius apparebit.

5 Comprobatur, quia quando agitur de libertate Eccleſiæ, plena requiritur cauſæ cognitio, citato, aut alàs comparente Fiſcali Dignitatis, eam allegante, & deducente in judicium, & negante exiſtentiam juris patronatus; quia cum agatur de proprietate illius, plenæ & concludentes probationes requiruntur; ad differentiam judicii poſſeſſorii inter ſolos prætendentes jus præſentandi, & contendentes ſuper pertinentia; uti plenè utrumque probatur ex Rotæ *deciſ.* 238. *num.* 7. & 38. poſt tractatum Ludoviſ. Poſthii *de manutent.* illic: *Hoc autem caſu dubitari non poteſt, quin ageretur de ipſomet jure patronatus, cum ageretur ad effectum inſtitutionis in præjudicium libertatis beneficii maxime cum Fiſcalis eſſet in cauſa; ideoque certum eſt, requiri exactas probationes; ut fuit reſolutum in cauſa Pampilonenſi parochialis de Janſi* 10. *Aprilis*, & 20. *Novembr.* 1599. *coram bonæ memor. Cardinal. Mantic. &c.* plurimos DD. & Rotæ deciſiones ad idem adducit Lotterius *de re benefic. quæſt.* 13. *num.* 117. *& num.* 118. *lib.* 2. & per quamplures Ciarlin. *controverſ. forenſ. cap.* 107. *ex num.* 73. ubi de differentia in hoc puncto inter patronos ſolos agentes ſuper pertinentia juris præſentandi; & inter controverſiam cum Ordinario opponente libertate beneficii, & negante exiſtentiam juris patronatus. Ad eandem etiam diſtinctionem quam plurimi videndi per Auguſtin. Barboſ. *ad Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *de reformat. cap.* 9. *n.* 23.

Comprobatur hæc propoſitio, quia quoties in 6
lite adeſt Ordinarius, ejus Fiſcalis, aut alia perſona certans de libertate beneficii, negans exiſtentiam juris patronatus: principaliter agitur de ipſo jure patronatus reſpiciente proprietatem: ut per plures, Auguſtin. Barboſ. *ad Concil. Tridentin. ſeſſ.* 23. *de reformat. c.* 9. *ſub num.* 23 Et tunc plena requiritur cauſæ cognitio, cum principaliter agatur de ipſo jure patronatus in via ordinaria, ut etiam latè probat Lotterius *de re benef. lib.* 2. *qu.* 13. *n.* 114. *cum multis ſeqq.*

Multò igitur requiritur plena, & exuberans 7
probatio exiſtentiæ juris patronatus, nulla attenta quaſi poſſeſſione juris præſentandi: cum attendatur quod principaliter agitur, *l.* 1. *ff. de authoritat. tutor. c. ad Audientiam, de præſcriptionib.* Tiraquell. *in tractat. ceſſante cauſa, limita.* 22. *in fin.* Surd. *conſ.* 67. *num.* 31. Mangilius *de imputat. qu.* 21. *n.* 9.

Tum etiam, quoniam reſpectu Ordinarii exis- 8
tentis in lite, & defendentis libertatem beneficii, non ſolum non prodeſt quælibet quaſi-poſſeſſio juris præſentandi inter illud prætendentes quæſita, verum etiam, nec in quolibet judicio poſſeſſorio ſummario, vel ſummariſſimo manutentionis (ubi aliàs ſola inſiſtentia de facto prodeſt, & admittitur quaſi-poſſeſſio reſpectu tamen Ordinarii agentis de libertate, nulla prodeſt, nec admittitur quaſi-poſſeſſio, ſed prorſus contemnitur, & excluditur; prout in terminis probant, poſt plures Doctores, & Rotæ deciſiones, Ludovic. Poſthius *de manutent. obſer.* 32. *n.* 26. *& n.* 5. Vivian. *de jure patronat. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 36. Addition. ad Burat. *dec.* 139. *num.* 17. Cum contra eum, quia in ritibus antecedentibus inter ipſos compatronos ſolum tractantes de pertinentia juris patronatus, nulla poteſt dici quæſita quaſi-poſſeſſio, & ſic contra Ordinarium, tanquam tertium, & beneficii libertatem, nihil proſunt, nec conſiderantur, ſed inter ipſos patronos duntaxat, inter quos fuit quæſita, ut ſæpè diximus, & ſignanter in *art.* 4.

Eadem diſtinctio facienda in ſententiis latis 9
in proviſionibus, & præſentationibus beneficii admiſſis; nam ſi lata fuerit inter ipſos compatronos putativos contendentes dumtaxat de pertinentia juris patronatus, & de quaſi-poſſeſſione juris præſentandi, & etiam ſi in ea Ordinarius declaraverit, & enuntiaverit, jus patronatus ad aliquem tanquam patronum pertinere, licèt inter ipſos admittatur, non tamen præjudicat libertati beneficii, non controverſæ, nec deductæ in illud judicium, quia res inter alios acta aliis nec præjudicat, nec nocet, ex *Rubric. C. res inter alios acta*, cum *vulgarib.* & eſt optima Rotæ

decis. 413. *per tot.* penes Farinac. *in recent. part.* 1. *fol.* 376. ubi post *Mohedanum decis.* 8. *in fin. de sentent. & re judic.* ita loquitur. *Sententia approbatoria juris patronatus lata inter compatronos, invicem contendentes de voce in suis præsentationibus; non facit jus contra libertatem Ecclesiæ, cum tunc non agatur cum aliquo proviso tanquam de libero*, &c.

10 Optima etiam decisio, *Joan. Baptistæ Coccini Decani* 106. *num.* 8. illic: *Nec attestatio Episcopi in provisionibus aliquid operatur; quia ut ex prædictis patet, constat de contrario, Felinus in c. quoniam Abbas, propè finem, de offic. delegati, Decius in l. edita. num.* 86. *C. de edendo, & in l. penult. n.* 2. *de institutionib. & substitutionib. & in c.* 2. *col.* 3. *n.* 33. *de rescript. Crescentius decis.* 8. *n.* 5. *de præbendis: & ex prædictis cessant quæ dicuntur de præsentationibus factis per duces: quia ex prædictis constat de non jure patronatus*, &c. Mantica
0 *dec.* 360. *n.* 4. ibi: *Secundo sententia est revocanda, quia adjudicat hoc beneficium, tanquam de jure patronatus, quod ex actis non probatur, & beneficium præsumitur esse liberum: Archidiac. &c.* eadem Rota penes Farinacium *in posthumis, tom.* 2. *dec.* 276. *num.* 11. in hæc: *Non obstat tertium, & ultimum, de duabus declarationibus, nam prima Ordinarii Aretini non meretur allegari, cum Vicarius nihil affirmaverit sed dubitativè enuntiaverit jus patronatus; sententia verò Episcopi Pessulani, de qua suprà, detegitur esse notoriè injusta, nec nocet Ecclesiæ, nec successori: Verall. decis.* 228. *n.* 4. *part.* 2. *Rota in Romana Parochial.* 30. *Januarii* 1600. *coram Corduba; & in Pampilonensi beneficii*, 4. *Junii* 1614. *coram Remoledo, maximè, quia non constat, ipsam fuisse latam habita causæ cognitione, nec citato Fiscali Mensæ Episcopalis, Seraphinus dec.* 1395. *n.* 7. *& in dict. Romana, coram Corduba*, &c.

11 Comprobatur ex Doctoribus, & Rotæ decisionibus adductis *suprà art.* 9. *ex nu.* 13. affirmantibus confessionem Prælati attestantis aliquod beneficium esse juris patronatus, & ad aliquem pertinere, non præjudicare sibi, nec Ecclesiæ libertati, quando non fuit emanata cum plena causæ cognitione juris patronatus, quod & ulterius apparebit.

12 Sed huic sententiæ latæ inter contendentes de pertinentia juris patronatus, & de ejus quasi-possessione enuntianti jus patronatus ad aliquem ex contendentibus, multum defertur ad probationem juris patronatus, inter ipsos, si sit antiqua ultra centum annos; cum aliter sententiæ, & ins-
13 trumenta non dicantur antiqua, in quibus enuntiatur jus patronatus; ut ex aliis pluribus probant Peregrinus *de fideicom. art.* 43. *num.* 84. Marescot. *lib.* 1. *variar. resolut. cap.* 10. *num.* 6. Nicol. Garc. *de benef. part.* 7. *cap.* 15. *num.* 32. *& seqq. & part.* 12. *cap.* 2. *num.* 284. 287. *&* 259. innumerabiles penè congessit Barbos. *in Pastorali, allegat.* 72. *n.* 32. *tom.* 2. Farinac. *dec.* 295. *num.* 6. *&* 7. *part.* 1. *in recent.* Franch. *decis.* 357. *num.* 3. Castillo *controversiar. tom.* 6. *cap.* 123. *n.* 8. *&* 9. Genua *de verbis enuntiativ. l.* 2. *cap.* 1. *num.* 63.
& 85. Lotterius *de re beneficiali, l.* 2. *quæst.* 111. *num.* 110. *&* 111. Trentacinq. *l.* 1. *variar. tit. de verbor. signif. resolut.* 2. *n.* 84. Riccius *in praxi juris patronatus, resolut.* 157. *num.* 4. Capic. Galeo, *controversiar. tom.* 2. *controvers.* 57. *n.* 32. Alfons. de Leon. *de offic. capell. quæst.* 4. *praxi* 3. *nu.* 161. Ferentill. ad Burat. *dec.* 172. *n.* 33. ubi ad longum Olivet. Beltramin. ad Alex. Ludovis. *dec.* 3. *n.* 7. Noguerol. *alleg.* 25. *ex n.* 258. *& in allegat.* 26. *ex n.* 319. ultra quos, plurimos alios congerit Pareia *de instrumentor. edition. tit.* 1. *resolut.* 3. *num.* 82. *fol.* 66.

Ex iis centum annis deducendum est tempus litis, ac litium, qua, & quibus deducta fuit liber- 14
tas capellaniæ, & negata existentia juris patronatus, Rota *dec.* 185. *vers. Dempto tempore litis, & decis.* 188. *n.* 1. *part.* 1. *diversor.* & apud Farinacium *decis.* 160. *sub num.* 9. *in recent.* & penes Burat. *dec.* 278. *n.* 8. ubi Ferentill. *in additionib. lit. A, & in addition. ad addition.* 111. *num.* 14. *& in dec.* 667. *num.* 12. Garc. *de benef. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 267. Seraphin. *dec.* 76. *nu.* 2. Noguerol. *allegat.* 26. *num.* 320. Oliver. Beltramin. ad Alex. Ludovis. *dec.* 205. *num.* 6. *& eadem decis. num.* 4. *& in decis.* 435. *n.* 12. Farinac. 2. *part. qu.* 47. *num.* 116. præter quos, plurimos alios allegat. Pareia *de instrumentor. edit. tit.* 1. *resolut.* 3. §. 3. *num.* 83. *tom.* 1.

Sed horum nihil requiritur in hac lite, & ante- 15
cedenti: non enim in sententiis latis ad præsentationes antecessorum D. Joannæ Mariæ, legitur quod Ordinarius enuntiavit jus patronatus, sed dumtaxat quasi-possessionem juris præsentandi ad illos pertinere declaravit, de qua solummodo contendebatur inter juris præsentantes.

Deinde quia etsi in dictis sententiis fuisset enun- 16
ciatum jus patronatus: adhuc nihil probarent, cùm per multos annos non ascendant ad centum, prout requiritur; nec adhuc ad quadraginta annos prima sententia pervenit; fuit enim lata 31. *Augusti anni* 1579. ut ex nova lite apparet, *fol.* 66. deducto tempore litis, quo cœpit Fiscalis Dignitatis opponere de libertate capellaniæ, 7. *Februarii anni* 1619. ut ex lite nova constat *fol.* 36. quæ controversia deducta in utraque lite, usque adhuc durat, & pendet, cujus tempus omnino totum deducendum erit ex suprà dictis.

Sed quando prædictæ sententiæ enuntiarent 17
jus ipsum patronatus, & fuissent antiquæ, latæ ultra prædictos centum annos, solum attenderentur inter ipsos compræsentantes, & prætendentes jus præsentandi ad istam capellaniam: non tamen officerent Ordinario, quominus valeat quandocumque controvertere jus ipsum patronatus ex supra dictis, *hoc articulo*, & docto de non existentia nihil ei obesset etiam immemorialis, prout ad longum manifeste remanet comprobatum, *art.* 3. *per totum, & in art.* 11. & alibi passim per discursum *hujus tractatus, & art.* 10. superiùs.

Aut verò sententia lata fuit ab Ordinario 18
super existentia ipsius juris patronatus cum plena causæ cognitione, citato, aliter comparente Fiscali Ecclesiastico, vel alia persona defendente libertatem beneficii, ex actis, & plenis adhibitis probationibus utriusque partis; & tunc sententia declarans existentiam juris patronatus, & ad aliquem pertinere, translato in rem judicatam, facit jus quoad omnes, & præjudicat Dignitati, & beneficio, ita ut amplius in alia vacatione de existentia juris patronatus opponi non possit; ut per Rotam *in recentior.* penes Farinac. *dec.* 413. *per totum*, 1. *part. fol.* 26. & post plurimos Doctores, & Rotæ decisiones, præ cæteris comprobat Ciarlin. *controvers. forens. c.* 57. *num.* 9. & 10. & etiam per plures Doctores. Gratian. *discept. forens. cap.* 310. *ex num.* 89. *tom.* 2. Riccius *de probat. jur. patron. resolut.* 145. *n.* 1. & per

Gratian.

Gratian. & Ciarlin. Barbos. ad Concil. Tridentin. sess. 25. de reformat. cap. 9. sub num. 29. & de offic. & potest. Episc. allegat. 72. nu. 9. & ex pluribus Rotæ decisionibus observat Joann. Hieronym. Campanill. *diversor. jur. Canonic. Rubric. 11. cap. 13. n. 224.* ubi post *Gratian.* adducit declarationem S. Congregationis, quæ ita disponit: *Censuit S. Congregatio, non posse patronum repelli à sua*
19 *quasi possessione præsentandi, si adhibita causæ cognitione super jure patronatus, Ordinarius præsentatum à patrono admisisset, etiamsi post obitum ejusdem præsentati de validitate juris patronatus iterum contigerit dubitari; secus autem si patroni præsentatio absque causæ cognitione admissa fuisset,* &c. Videndi etiam sunt, quæ adducuntur suprà, *art. 4. ex n. 6.*

20 Et ideo cum in vacatione antecedenti, & in hac comparuerit Fiscalis Dignitatis Abbatialis super libertate hujus capellaniæ, negans existentiam juris patronatus: super qua plenissima fuit adhibita causæ cognitio inter utramque partem, & notoriè ex tenore instrumenti fundationis de non creatione, & ortu juris patronatus, & multo minus de patronatu gentilitio, & familiari, super quo jus suum fundabat D. Joanna Maria, & ejus antecessores; meritò tunc in illo judicio, & in hoc præsenti, succubuere ex notorio defectu justitiæ; quoniam in hac materia, idem est constare de notoria injustitia ex instrumento
21 fundationis, cui nihil potest opponi, sicuti ex confessione partis, vel re judicata, ut sæpe observavit Rota *in Lucana jur. patronat. coram Dunozeto*, post tractat. *de manutentio dec. 332. n. 4. & 6. & dec 333. nu. 2. & 3.* & Rota *recent. dec. 180. num. 1. & seqq.* & per alias plures decisiones latius comprobat Ludovi. Post. *dict. tractat.* de *manutent. observat. 32. nu. 8.* Alii DD. & Rotæ decisiones ad idem adducuntur superiùs, *in art. 6. num. 9.*

22 Et huic instrumento fundationis tantùm abest, quòd aliquid possit opponi, imò nec poterit, cum fuerit præsentatum in utroque judicio ab eadem D. Joanna Maria & suis antecessoribus; & eo semper usi fuerunt, & usi sunt; quia producens instrumentum videtur fateri, & approbare omnia in eo contenta, etiam sibi contraria, quæ impugnare non potest latissimè Gaito *de credit. c. 2. tit. 8. ex n. 2654. & ex n. 2643. & seqq. fol. mihi* 1635.

ARTICULUS XV.

Omnes causæ, ex quibus impeditur à jure alicui adquisitio quasi-possessionis juris præsentandi, vel adquisita destruitur, omnes eædem influunt in præsentatum ab eo, ne institui possit.

Recensetur constitutio Synodalis Diœcesis Compluti Regii ad eumdem finem emanata.

SUMMARIUM.

1. *Quasi-possessio juris præsentandi ad beneficium præfertur in præsentando, & ab præsentato præcisè fit institutio.*
2. *Jus præsentandi causatur, & derivatum jure quasi possessionis præsentantis.*
3. *Quasi-possessionis præsentantis defectus influit in præsentatum ab eo, ne consequi possit institutionem.*
4. *Causa sublata tollitur effectus.*
   Causa secunda nihil prodest, nisi in quantum vim, & robur recipit à prima, ibidem.
5. *Omne jus potentius est in causa, quàm in causato.*
6. *Jus præsentati ad beneficium procedens à causa, & radice infecta, nihil prodesse potest.*
7. *Præsentatus non potest plus juris consequi à præsentante, quàm iste habeat.*
8. *Infectis primi juris, infecta censentur derivativa.*
9. *Resoluto jure dantis, resolvitur jus accipientis.*
10. *Quasi-possessione præsentantis quomodo destructa præsentato denegatur instrumento.*
11. *Constito de libertate beneficii quilibet præsentatis quasi-possessio annihilatus, & ex hoc defectu negatur institutio præsentato.*
12. *Constito de initio libertatis beneficii destruitur possessio præsentantis.*
13. *Et propterea ob hunc defectum quasi-possessionis præsentantis denegatur institutio ejus præsentato.*
14. *Quasi-possessio præsentantis quæsita cum mala fide sicut non admittitur, pariter nec præsentatur ab eo.*
15. *Quasi-possessio præsentantis semel interrupta sicut non prodest, ita ab eo præsentato denegatur institutio.*
16. *Quasi-possessio præsentandi ad beneficium, ex causa consanguinitatis, & juris patronatus gentilitii detecta, cum sit juris patronatus hæreditarii sicut non prodest præsentanti, ita nec præsentato.*
17. *Idem, & è converso.*
18. *Quasi-possessio per errorem adepti, & ex causa falsa respiciente ipsam rem, non adquiritur.*
19. *Defectus omnes quasi-possessionis relati in hoc art. 15. concurrunt in præsentante ad hanc capellaniam.*
20. *Per necesse influunt in præsentato, ne institui possit.*
21. *Ad hunc eundem finem emanavit constitutio Synodalis Diœcesis Abbatiæ Complati Regii.*
22. *Dicta constitutio Synodalis refertur ad literam, ex qua constat, quod plures capellaniæ sunt injustè usurpatæ.*
23. *Desidia Judicum Abbatialis Dignitatis occasionem præbuit potentibus, usurpandi jus præsentandi, causa nullis assistente.*

QUasi-possessionem juris præsentandi legitimè 1
quæsitam habens in beneficio, planè admittitur ad præsentandum in ejusdem vacatione, ita ut ab eo præsentatus præferatur cæteris præsentatis per alios compatronos, prætendentes præsentare in eadem beneficii vacatione: nam cum inter ipsos sit ab aliquo adquisita possessio, eosdem excludere fas est, & per eum præsentato præcisè danda est institutio beneficii, 2
cujus jus causatur, & derivatur à jure quasi-possessionis quæsitæ legitimè ad eam habentem, & illum præsentante, ad text. cum materia, *in cap. consultationibus, de jure patronatus*, quem

exornant Noguer. *alleg.* 26. *ex num.* 37. & Posth. *de manut. observ.* 71. *ex nu* 50. *cum multis seqq. & observ.* 73. *num.* 1.

3 Si igitur quasi possessio præsentantis illegitima fuerit, vel quia à jure impeditur illius acquisitio, vel acquisita ex aliquo juris defectu destruatur, & non admittatur; necesse est, ut hic defectus quasi possessionis juris præsentandi detectus in præsentante influat præcisè in præsentatum per eum, ne admittatur, & ne consequi possit institutionem, nec titulum beneficii, cum jus suum, & spes dependeat, derivetur, et causetur à jure quasi possessione sui authoris præsentantis, qua detecta, & reperta inutili, & inefficaci nullum effectum producere potest, quia causa sublata
4 tollitur effectus, *l. tutores*, §. *curatore*, *ff. de administrat. tutor.* & causa cessante, cessat effectus, *cap. cum cessante causa, de appellat.* cum *vulgaribus*, & causa secunda nihil prodest, nisi quatenus vim & robur recipit à causa prima, *l. peto*, §. *prædium*, *ff. de legat.* 2. *l. si quis demum*, §. 1. *ff. locuti*, Aristot. *lib.* 2. *physicorum*, *cap.* 7. *qu.* 12. *art.* 2. Surd. *cons.* 480. *num.* 4.

5 Si enim omne jus potentius est in causa, quàm in causato, *l. digna vox*, *C. de legib.* Castrens. *cons.* 129. *volum.* 1. nec potest plus juris esse in causato, quàm in causa cessante, Castillo *controversiar. lib.* 5. *cap.* 103. *num.* 14. præcisè est, ut deficiente, destructa, seu aliàs annihilata quasi possessione præsentantis, à qua jus præsentanti causatur; jus præsentati pariter pereat, & cesset.

6 Jus enim istud præsentati procedens à radice infecta nullum fructum producere potest, *l. maximum vitium*, *C. de liberis præteritis. l. fin. C. de nuptiis*, *l. si viva matre*, *& in l.* 3. *C. de bonis maternis*, *Authenti. de hæredib. ab intestato veniunt*, §. *si igitur defunctis l.* 2. *vers. ex di-*
7 *versor. collatione* 9. nec potest à præsentante plus juris consequi præsentatus, quàm ille habet, *l. nemo plus*, *ff. de regul. jur.*

8 Infecta igitur possessione præsentantis, à qua jus præsentati derivatur, & causatur, infecta etiam redditur præsentatio, & jus præsentati, quia infecta causa primitiva, infecta censentur derivativa, *l. unica. C. qui pro sua jurisdict. judic. dare*, *darive possint: ut per c. cum quid prohibetur*, *de reg. jur.* dicit Tiberius Salustius *in praxi audito. Cameræ l.* 2. *c.* 17. *n.* 8. abunde Nos, *de Regia pro-*
9 *tect. p.* 4. *cap.* 6. *ex n.* 34. *cum multis seq.* quia resoluto jure dantis, resolvitur jus accipientis, *l. lex vectigalis* 41. *ff. de pignorib. l. si. ex duobus*, §. 1. *ff. de in diem adjectione.*

10 Ex his juris fundamentis recte infertur, ut quotiescumque quasi possessio præsentantis ad beneficium non fuerit ei quæsita, vel si aliqua juris dispositione subvertatur, & non admittatur, parem fortunam pati debeat præsentatus ab eo, ne admittatur, & ut ei justè denegetur institutio; ut in iis terminis multi probant in variis casibus, & primus quando constat de initio libertatis beneficii; quasi possessio præsentantis quantumcumque antiquissima contemnitur, & non admittitur, ut abunde probatur in *art.* 4. *ab initio.*

11 Et ex hac quasi possessionis annihilatione pariter infertur ad non admissionem præsentati, ut legitimè denegetur ei institutio beneficii, ad quod fuit præsentatus; ut in terminis declaravit S. Congregat. Cardinal. & pluries declarasse Rotam, ipsa testatur, *in decis.* 444. *numer.* 1. *post tract.* Ludovi. Posth. *de manutent.* & dicitur *in dict. art.* 4. *num.* 14. & 15.

Et quod quando constat de initio libertatis dispositio text. *in cap. consultation. de jure patronat.* arctans fieri institutionem præsentato per la-
12 bentem quasi possessionem juris præsentandi, non habeat locum; cum præsentantis quasi possessio hoc in casu nihil prosit, ex Rotæ *decis.* & Doctorum authoritate. probatum remanet, *art.* 3. *n.* 33. & 34. Pariter præsentato à successore, qui nititur quasi possessione antecessorum (in quem non transferri, probatur supra, *art.* 3. *a principio.*) similiter denegatur institutio ob defectum quasi
13 possessionis præsentantis apertè probatur, *dict. art.* 5. *ex num.* 8.

Inde oritur, quod cum quasi possessio præsentandi, quæsita cum mala fide, nullo modo admit-
14 tatur, ut in *articulo* 6. superiùs abunde probatur; similiter præsentatus ex hoc defectu possessionis præsentantis repellitur ab institutione, & admissione, ut ex aliis probatur in *dict. art.* 6. *ex num.* 5.

Eodem modo, quoties quasi possessio juris
15 præsentandi fuit semel interrupta per unam, & ultimam collationem Ordinarii, non admittitur quasi possessor ad præsentandum, & ab eo præsentatus excluditur, & justè denegatur institutio ex defectu quasi possessionis sui authoris, quod omne probatur *in art.* 7. *à principio.*

Ex hoc fundamentali, & incommutabili prin-
16 cipio fluit, quasi possessionem juris præsentandi, per plurimos annos quæsitam, ad beneficium ex causa consanguinitatis habitum, & reputatum esse jus patronatus gentilitii, postquam postmodum constitit esse juris patronatus hæreditarii ex tenore instrumenti fundationis, esse contemnendam, & ab ultimo possessore præsentatum fuisse excluſum, & denegandam institutionem; pluris determinasse Rotam probavimus ex tribus decisionibus suprà *artic.* 4. *ex num.* 8. *cum seqq.*

Et è converso, quasi possessio juris præsentandi
17 quæsita ab aliquo ad beneficium juris patronatus gentilitii, ex qualitate hæreditarii, postquam ex fundatione constat esse gentilitium, contemnitur, & nullo modo suffragatur possidenti, nec per eum præsentato defectu quasi possessionis sui autoris; à quo jus suum causatur, ex Doctoribus, & Rotæ decisionibus, probatur superiùs *art.* 11. *ex num.* 13. *& seqq.*

Infertur etiam ad quasi possessionem quæsi-
18 tam ad beneficium qualificatum, & sub ejus qualitate suppositа per errorem, & causam falsam, respicientem ipsum beneficium, ut nullo modo adquiratur sic possidenti, & per consequens defectum hujusmodi quasi possessionis influere in præsentatum ab eo, ut excludatur, & ne ei fiat institutio, postquam apparuerit defectus qualitatis beneficii, alteriusve rei tanquam qualificatæ; ad latissimè comprobata suprà *dict. articul.* 11. *num.* 15. *usque ad finem*, *& in articul.* 12. *per totum.*

Cum igitur omnes isti defectus, *ex num.* 10.
19 considerati simul concurrant, & reperiantur in quasi possessione D. Joannæ Mariæ, prout singulos adnotavimus, & veraciter applicuimus hujusmodi quasi possessioni ejusdem, in ipsismet locis adductis, *ex dict. n.* 10. pariter, & per necesse in-
20 fluunt in præsentatum ab ea; cujus jus causatur, & immediatè derivatur à quasi possessione præsentantis, quâ quoquo modo sublatâ, & à juris dispositione excluſâ, & non missâ, institutio prorsus.

prorſus denegatur præſentato, ex abundè comprobatis à *principio hujus art.* 15. Quapropter in hac lite, & in lite antecedenti, juſtiſſime latæ fuerunt ſententiæ excludentes quaſi poſſeſſionem, multipliciter vitioſam, & infectam, D. Joannæ Mariæ, & ab ea præſentati excluſi ab inſtitutione Capellaniæ, de qua agitur, quorum injuſtitia notoriè patet ex actis proceſſus, ut in ſingulis ſuis locis, & articulis, adnotavimus concludenter.

21 Ad hunc eundem finem emanavit Conſtitutio Synodalis hujus Abbatiæ Compluti Regii, qua admonemur, plurimas Capellanias eſſe in hac Diœceſi uſurpatas ſub diſpoſitione juris patronatus, quo carent; quod in vacationibus perperam probant uſurpantes, nec ad illos pertinere jus præſentandi in damnum juris Abbatialis, ad quod ſpectat libera earum collatio exhortans Judices Eccleſiaſticos ad vigilantiam, ut in caſuum occurentia citetur Fiſcalis Eccleſiaſticus, ut ſe opponat præſentationibus hujuſmodi, & jus Dignitatis Abbatialis, & libertatem Capellaniarum in judicium deducat; ne incautè, & abſque defenſione fiat præſentatis nequam inſtitutio; conſtito de præſentantium iniqua, & contra juris diſpoſitionem quaſi poſſeſſione de facto quæſita & de defectu juris patronatus, ut clariùs per contradictionem uſurpatio appareat iſta eſt conſtitutio. 1. *tit.* 7. *de inſtitution. & jure patrona.* ita per hæc verba diſponens.

Conſtitutio Synodalis.

22 *EN las Igleſias de eſta nueſtra Abadia ay muchas Capellonias fundadas, y de muchas de ellas no parecen fundaciones, ni los que pretenden ſer patronos lo pruevan, como devieran, y con las qualidades, y requiſitos que el ſanto Concilio de Trento diſpone: y ay en eſto mucha confuſion, y à vezes recibe gravio, y per juizio el derecho del Prelado en las proviſiones deſtas Capellanias, y algunos eſtan intruſos en los patronatos.*

Por tanto, S. S. A. ordenamos, y mandamos, que acerca deſido, y provar los derechos de patronato, ſe obſerve, y guarde lo que diſpone el dicho ſanto Concilio.

Y nueſtros Juezes en las cauſas, y pleytos de patronatos eſten en eſto muy avertidos, y todas las vezes que ſe ofreciere el caſo, manden dar tranſlato a nueſtro Fiſcal, para que alegue, y pida lo que convenga al derecho de nueſtra Dignidad, ſe haga juſticia.

Benè agnoverunt Antiſtites noſtri uſurpationem potentium, ſe ingerentium in jus præſentandi ad plures Capellanias hujus Diœceſis, in eis deficiente jure patronatus, cum à ſua origine abſque eo fuerint erectæ, & ex ſuppoſitione ejus exiſtentiæ, ad illarum præſentationem inhærentes, & præſentantes ex cauſa conſanguinitatis, & proximitatis fundatori, nullo exiſtente jure patronatus in erectione Capellaniarum vel illud ſupponentes, ad illud præſentant tanquam gentilitium.

23 Sed deſidia judicantium, vel ignorantia principiorum juris ad reſiſtendum, & contendendum libertatem Capellaniarum, vel amore, vel timore potentium uſurpantium, iſtis præbuit occaſionem uſurpandi jus præſentandi injuſtè; Pueri petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Cum igitur, Nos experientia docti, & agnoſcentes hanc ruinam, curavimus recto tramite recuperare libertatem Capellaniarum, & finem uſurpationum imponere pro authoritate & jure ſimul Dignitatis, non parcentes labori; has elucubrationes ſcripſimus, regulas juris firmiſſimas apponendo, ut deinceps cognoſcantur cauſæ, ex quibus deſtruantur quaſi poſſeſſiones juris præſentandi, & detegatur jus patronatus, an fuerit vel non, creatum in fundatione Capellaniarum; & an ſit hæreditarium, vel gentilitium & an poſſit hæreditarium, ut gentilitium quaſi poſſideri, vel gentilitium tanquam hæreditarium etiam per multos annos; Speramus igitur, hunc tractatum admodum utilem Prælatis Eccleſiaſticis, & judicibus utriuſque fori futurum.

ARTICULUS XVI.

De inanibus tramitibus, quibus uſus eſt adverſarius, abutendo ſalubri recurſu violentiæ.

Violentiæ decreto, & proviſione regia inde emanata, ſemel intimata, & per Senatum juſtis de cauſis denegato complemento, ſi pars iterum utatur abſque ejuſdem Senatus novo decreto, reus erit pœnæ ob temeritatem.

Super appellatione poſtmodum reſoluta, aut renuntiata, ſeu aliàs nulliter interpoſita, recurſus ad regem per viam violentiæ cedere non poteſt.

SUMMARIUM.

1 *Libertas Capellaniæ ex inſtrumento fundationis probatur.*

Quaſi poſſeſſio præſentandi nihil prodeſt præſentanti, nec præſentato, Contra Ordinarium contendentem pro libertate Capellaniæ, ibidem.

2 *Conſuetudine exequendi ſententias exiſtente, executio, & immiſſio juſta eſt.*

3 *Fingens diverſam ſententiam, mutando ejus ſubſtantiam, decipit Senatum Regium, & n.* 4.

5 *Sententia quæ non convenit actis, nec ex eis juſtificatur, nulla eſt ipſo jure, & n.* 6.

7 *Sententia lata ex falſa cauſa, quæ ex actis detegitur, nulla eſt ipſo jure.*

8 *A ſententia nulla (etiam lata in quolibet judicio privilegiato) appellatio cauſat utrumque effectum, & attentata.*

9 *Conſuetudo exequendi ſententias non procedit in ſententiis nullis, ſed tantum in validis.*

10 *Decretum violentiæ, quod non convenit actis proceſſus, non obtemperatur.*

Nec ſecunda juſſio conceditur in Senatu vidente diverſitatem factorum.

11 *Pars utens proviſione regia ſemel à Senatu abolita graviter delinquit.*

12 *Sententia per deſertionem ob non factam diligentiam in proſecutione appellationis tranſit in rem judicatam, & n.* 14 & 15.

13 *Appellatio ut nulla reſolvitur, ſi appellans intra decem dies non declarat judicem, ad quem appellat.*

16 *Appellatio frivola eſt, conſtito de notoria injuſtitia appellantis, & n.* 17.
18 *Conſuetudo exequendi ſententias in proviſione Capellaniæ non cauſat attentata.*
19 *Appellatione deficiente, aut quomodolibet reſoluta, ceſſat recurſus ad Regem.*
20 *Quando lex unum ſupponit, & aliud diſponit, non poteſt verificari diſpoſitio, niſi prius verificetur ſuppoſitio.*
21 *Delatio ſupponit appellationis legitimæ exiſtentiam qua deficiente deficit ſubjectum, ſuper quo cadere poſſit.*
22 *Appellatio deſerta ob non factam diligentiam in ejus proſecutione reſolvitur.*
23 *Et ſententia tranſit in rem judicatam.*
24 *Terminum ad ſibi aliquid faciendum impoſitum qui non ſervat, ſuo juri renuntiare intelligitur.*
25 *Qualitas & legitimitas appellationis conſtare debet Senatui ex actorum inſpectione.*
26 *A ſententia declarata deſerta appellatio non cauſat attentata.*
27 *Appellationi nullæ, aut informiter interpoſitæ judex non deferens vim nullam facit.*
28 *Reſcripta emanata à ſuperioribus ſuper appellatione, quæ non ſtat, vel fuit tacitè, vel expreſſe reſoluta, nihil operantur.*
29 *Violentiæ cauſa ceſſante, ceſſat recurſus ad Regem.*
30 *Executio pendente appellatione, nulla, & attentata, convaleſcit ſubſecuta appellationis deſertione, ac ſi ab initio interpoſita non fuerit.*
31 *Appellatione deficiente deficit attentatum, quia quod nullum eſt, nullum producit effectum.*
32 *Sententiâ tranſlatâ in rem judicatam, non curatur de attentatis.*
33 *Duæ mirabiles deciſiones ad idem recenſentur ad literam. & n.* 34. *&* 35.
36 *In executione ſententiæ tranſlatæ in rem judicatam ob deſertionem ſervantur quatuor termini ad docendum de diligentiis geſtis in proſecutione appellationis.*
37 *Multi ſunt in jure caſus, in quibus non ſervantur dicti termini.*
38 *Judex certus ex inſpectione actorum nullam factam fuiſſe diligentiam in proſecutione appellationis, non tenetur ſervare ſolitos terminos.*
39 *Celebris ad idem refertur Rotæ deciſio literaliter.*
40 *Tunc præcipuè conſtare dicitur notoriè de non perſecutione appellationis quando ex actis non apparet, fuiſſe petitos apoſtolos.*
41 *Sententia ſi aliqua juris diſpoſitione poteſt exequi appellatione pendente, hac poſtea deſerta termini non ſervantur, & n.* 42.
43 *Quatuor termini dumtaxat ſervantur, quando agitur de exequenda ſententia quæ ob deſertionem tranſivit ut judicatum: ſecus quando agitur de declaranda deſertione, & tranſitu in judicatum.*
44 *Quando ex actis proceſſus notoriè conſtat de deſertione appellationis, non curatur de male geſto proceſſu, nec ejus defectibus.*
45 *Fruſtra expectatur id, cujus eventus nullius eſt effectus.*
46 *Recurſu ad Regem pendente non currunt termini fatales. & n.* 47. *&* 48.
49 *Terminus appoſitus rei, tunc ſuſpenditur, quando ſuper ipſa re movetur controverſia.*
50 *Articulus motus ſuper re (cui eſt appoſitus terminus) tunc illum ſuſpendit, quando eſt probabilis, non calumnioſus, & n.* 51.
52 *Terminus oblatus ab impedimento, ſuppletur, quantum abſtulit impedimentum, & non amplius.*
53 *Impedimentum recurſus ad regem quantum fuerit, & duravit, facillimè ex actorum inſpectione probatur.*
54 *Conſtito Senatui ex actorum inſpectione de reſcriptione appellationis, nihil ſuper ejus delatione decernere poſt, cum fuerit reſoluta, & annullata.*
55 *Recurſu ad regem pendente, geſta per judicem Eccleſiaſticum non ſubjiciuntur vitio nullitatis, vel attentati, & n.* 56. *&* 57.
58 *Abſentia deſertionis, & tranſitus in rem judicatam appellatio caret ſuſpenſivo effectu.*

UT nihil intactum in progreſſu hujus litis relinquamus, quædam adnotanda erunt, quæ extra ordinem, & curſum legitimum recurſus ad regem per viam violentiæ acciderunt, referre non deſinam, ut modus, quo illis occurrere ſit neceſſe, agnoſcatur, ſuppoſita igitur ſpecie litis de qua ſupra *art.* 1. *ex n.* 5. *& ſeqq.* lata fuit ſententia diffinitiva, ex qua fuit excluſa D. Joan. à jure præſentandi ad hanc Capellaniam, & abſolutè applicatum jus liberæ collationis Ordinario. Quàm juſta fuerit hæc ſententia, nullus qui perlegerit articulos in *hoc tractatu* deſcriptos, *ex art.* 3. *&* 6. *uſque ad* 15. ignorabit, 1
ex iis enim manifeſtè apparet, nec umbram juſtitiæ aſſiſtere præſentanti, nec per eam præſentato, ut admitti poſſit ad inſtitutionem, pluſquam notoriè conſtat, nullum creatum fuiſſe jus patronatus ab origine fundationis hujus Capellaniæ; ſed potius erecta in ſua libertate, ut ex inſtrumento fundationis monſtravit Fiſcalis Eccleſiaſticus; monſtravit etiam per varia juris fundamenta inevitabilia, præſentantem nullam potuiſſe acquirere quaſi poſſeſſionem juris præſentandi, ſed adquiſitam (etiam data exiſtentia juris patronatus) prorſus deſtructam, & contemnendam manere, & ad nihilum prodeſſe contra Ordinarium exiſtentem in lite pro libertate Capellaniæ.

Ab hac juſtiſſima ſententia appellavit præſen- 2
tatus. Judex appellatione non obſtante, executioni mandavit, immittendo in poſſeſſionem Capellaniæ proviſum ab Ordinario, motus notoria, & conſtante conſuetudine vigente ab immemoriali exequendi ſententias ſuper proviſione Capellaniarum, appellatione non obſtante; prout ad longum oſtenſa fuit ſuperius, *art.* 1. *&* 2. quæ ſine ullo ſcrupulo tranſit.

Pars appellans ab hac ſententia uſa fuit recurſu 3
violentiæ, ut ſuæ appellationi deferri, & reponi Senatus decernat, ſed timens conſuetudinis conſtantiam exequendi ſimiles ſententias (cui merito per Regium Senatum defertur, ut *in dict. art.* 3. *ex n.* 8 *cum ſeqq.*) confugit appellans ad extraordinarium modum, fingendo diverſam, & contrariam determinationem ſententiæ, aſſeverans, illam fuiſſe latam ſuper articulo devolutionis (cum abſolute fuerit lata pro libertate Capellaniæ eſſeque liberæ collationis) ut conſequi poſſet decretum violentiæ. 4

Quod facile conſequi poſſet, ſi ejus relatio foret vera, etiam non obſtante conſuetudine, &

ad

ad qualificandam ſuam malitiam (colludente etiam Agente Dignitatis) decipiendo Senatum Regium, monſtravit aliam ſententiam, in illa vacante latam jure devolutionis, fingens illam latam in hac vacatione, à qua appellaſſe ſupponebat.

5 Qua ſiniſtra relatione ſuppoſita, Senatus deceptus declaravit, vim facere judicem deferendo appellationi ab illa ſententia, decrevitque ut deferat, & reponat: Nam ſi ex facto jus oritur pariter ex modica facti mutatione jus variatur totum; cujus decretum juſtiſſimum fuit, ſi enim ſententia lata foret ex cauſa devolutionis (prout fingebatur) foret nulla ipſo jure, tum quia extra acta proceſſus ferebatur, in quibus nec veſtigium aliquod reperitur;
6 ex quo cauſari potuiſſet devolutio de qua nec actum, nec ullum verbum tractatum fuit, ideo ſententia, quæ non convenit actis proceſſus, nec ex iis juſtificari poteſt, nulla eſt ipſo jure, & notoriè injuſta. Pariſ. *conſ.* 54. *nu.* 2. *l.* 4. Cæſar. de Graſ. *dec.* 2. *de ſolutionib.* Gabr. *conſ.* 28. *n.* 6. *lib.* 1. Graſſis *deciſ.* 13. *in fin. de ſentent. & re judicat.* Rota *dec.* 689. *n.* 2. *part.* 1. *in recent. & dec.* 659. *n.* 16. *part.* 2. *in recentior.* Rota ut per Marcheſan. *de commiſſ. tom.* 1. *fol.* 22. Seraphin. *deciſ.* 1261. *nu.* 5. Alexand. Ludoviſ. *deciſ.* 1. *n.* 4. quæ aliam deciſionem allegat, & plurimos ad hoc cumulavit Oliver. Beltramin. *in annotationib. ad Alexand. Ludoviſ. dict. dec.* 1. *n.* 5. 6. 7. & 8. omnino videndus.

7 Deinde quia ſi lata foret ex cauſa devolutionis, cum falſa eſſet, & uti falſa apparet ex actis, pariter nulla foret evidenter, nam ſententia lata ex falſa cauſa, quæ ex actis detegitur falſa, nulla eſt ipſo jure, Felinus *in cap. inter cæteras, num.* 5. *de re judicat.* Aimon. Crave. *conſ.* 134. *in fin.* Rota *dec.* 27. *de re judicat. in antiq.* Alexand. Ludoviſ. *dec.* 2. *numer.* 3. & 4 & per Bart. Abbat. Felin. Contard. Surd. *conſ.* 492. *num.* 4. & *conſ.* 597. *numer.* 9. *lib.* 4. tenet Sigiſmund. Scac. *de ſentent. & re judic. gloſſ.* 14. *q.* 32. *n.* 45.

8 Ex quo ſequebatur; quod à ſententia nulla (etiam lata in caſu, quo aliàs appellatio non admittitur) juſta eſt appellatio, & legitima quoad utrumque effectum, producens attentata, ad latiſſimè per Nos ſcripta *in commentariis noſtris, de Regia protect.* 3. *part. c.* 9. *à princ. & per totum*, in exornationem *l.* 4. §. *condemnatum ff. de re judic.*

9 In tantum, ut huic legitimæ appellationi reſiſtere non poterat conſtans conſuetudo Tribunalis Abbatialis, non admittentis appellationem ſuſpenſivam à ſententiis latis ſuper proviſione capellaniarum, cùm locum habeat in ſententiis validis, ritè, & rectè latis, non in ſententiis nullis, quarum executio à jure negatur, prout ad longum comprobatum remanet ſuperiùs *art.* 2. *ex nu.* 20. *cum ſeqq. & uſque ad finem.*

10 Juſtè igitur inde emanavit decretum violentiæ, ut judex deferat appellationi interpoſitæ à ſententia devolutionis lata; quo decreto inſerto ſub hac relatione, & ſuppoſitione expreſſa expedita fuit proviſio Regia, ut huic appellationi judex deferret, qua intimata, actis viſis, & parte citata, ex illis cum non appareret, nec à parte monſtraretur talis ſententia devolutionis, nec ab ea appellatio aliqua, quâ verificari, & adaptari poſſit decretum violentiæ ad eam reſtrictum, ita reſponſum fuit proviſioni Regiæ; conqueſta fuit pars in Senatu petens ſecundam juſſionem, dictam *ſobrecarta*, ut judex primæ obtemperaret, adductis ad hoc in Senatum Regium actis, ex illis recognoſcentem juſtam reſponſionem judicis Eccleſiaſtici; juſtè denegavit complementum ſui decreti, & proviſionis, & non eſſe locum ſecundæ juſſioni, cujus determinatio tranſivit in rem judicatam.

Poſtmodum poſt longum tempus pars ipſa 11
motu proprio, & abſque novo Senatus Regii interventu, aut decreto, iterum temerè utendo dicta prima proviſione violentiæ, ſic per Senatum Regium rectè revocata, & annihilata: comparuit coram judice Eccleſiaſtico, illam intimavit, petendo ejus complementum, & quod judex deferat, & reponat, prout in illa continebatur. Cui iniquæ prætenſioni Fiſcalis Eccleſiaſticus ſe oppoſuit, allegans temeritatem utentis præfata proviſione revocata, in dedecus Regii Tribunalis, & judicis Eccleſiaſtici, & petens pro calumnia, graviter multari. Protervia ductus adverſarius iterum recurrit ad Senatum Regium, ſimpliciter allegans, omiſſa prædictorum relatione, conqueritur de judice Eccleſiaſtico nolente obtemperari proviſioni Regiæ ſibi mandanti deferre, & reponere, adductis iterum actis conſtito ex eis de falſa, & ſiniſtra relatione partis conquerentis, non venire in ſtatu cauſam decrevit. Comparuit adverſarius coram judice Eccleſiaſtico, petens complementum dictæ primæ proviſionis abolitæ, & ſic declarare debere.

Interim Fiſcalis Eccleſiaſticus introduxit arti- 12
culum admodum ad cauſam principalem utilem, & ſubſtantialem; nempe declarandam eſſe ſententiam in cauſa principali latam tranſiſſe in rem judicatam, eo quod pars ab ea appellans nullam in proſequutione ſuæ appellationis ab ea interpoſitæ feciſſet diligentiam, nec in Tribunali inferioris petendo Apoſtolos, nec in Tribunali ſuperioris, nec etiam in Senatu Regio, ſed omni negligentia per duos annos deſerta manſiſſet appellatio, & ſic nulla, & reſoluta, ac ſi initio interpoſita non fuiſſet.

Ac inſuper ex alio capite etiam oppoſuit Fiſ- 13
calis, nullam, & reſolutam manſiſſe præfatam appellationem eo quod pars appellans intra terminum decem dierum ad appellandum non declaravit judicem, ad quem & coram quo ſignanter volebat illam proſequi, cum multi ſuperiores adſint ad quos poſſit appellari ab hac Dignitate Abbatiali, ut ex actis hoc probatur.

Intimata parti hac articuli petitione, & intro- 14
ductione Fiſcalis Eccleſiaſtici, ut appellans diligentias in proſecutionem ſuæ appellationis oſtenderet nihil allegavit feciſſe, ſed ſibi non cucurriſſe terminum fatalem, eo quod impeditus fuerat, per recurſum ad Regem, tacitè confitens, ad nullas diligentias teneri, ob juſtum hoc impedimentum, & eo durante.

Concluſis his duobus articulis, declaravit judex, 15
ſententiam tranſiſſe in rem judicatam, & deberi executioni mandari: in ſecundo autem articulo tangente complementum primæ proviſionis violentiæ per Senatum Regium abolitæ, multavit partem, ea utentem, ob temeritatem, & calumniam, (& ob contemptum, & irreverentiam decreti Regii Senatus tranſlati in rem judicatam in viginti millia marabitorum applicata operibus piis.) Intimata hac ſententia, à re judicata appellavit, à condemnatione, & mulcta non appellavit; & fuit declarata tranſiſſe in rem judicatam.

Sua inſuper ſolita protervia ducta pars iterum & tertiò recurrit ad Senatum Regium, & facta

omnium prædictorum relatione, conqueritur de judice, nolle ſcilicet illum complere proviſionem Regiam illam primam abolitam & ut ſibi concedatur ſecunda juſſio, hoc eſt *Sobrecarta*, ut judex ejus virtute deferat, & reponat, prout in ea continebatur. Adductis ad Senatum Regium iterum actis, extra ordinem, & per modum inſolitum, declaravit Senatus, non venire per ordinem eo quod non fuit modus cognitus, quo illud primum decretum violentiæ reſtrictum ſententiæ devolutionis, & ab ea appellatione applicari poſſit ſententiæ latæ, & ejus appellationi.

16 Deſtituta jam pars ſuis ineptis remediis, confugit ad illam appellationem à ſententia lata per Proviſorem, qua abſolutè applicaverat jus conferendi hanc capellaniam Abbatiali Dignitati, petens à Senatu illi deferendum, & fore reponendam executionem illius ſententiæ factam per judicem ſua appéllatione pendente.

17 Sed hæc vana partis admodum protervæ prætenſio variis deſtruitur fundamentis; & primum ſit, ejus notoria injuſtitia, quæ ex actis proceſſus, & ex iis, quæ abundanter monſtravimus, ex *art. 3. uſque ad decimum quintum* incluſivè, manifeſtè apparet, nullum ſibi, nec eum præſentanti, jus in poſſeſſione, nec in proprietate competere, ſed potius variis ex cauſis utrique reſiſtere abſque humana aliqua defenſione, umbra, aut ſubterfugio: nam cum iſta appellatio notoriè, & manifeſtè careat omni juris fomento, & quocumque vadat, nequeat effectum aliquem ſortiri, quia cum ſua notoria injuſtitia vadit veſtita, ideo notorie frivola judicatur, cui nec jus defert, nec eſt à judice deferendum, ad latiſſimè per Nos tradita *in tract. de Regiâ protect. 3. part. cap. 6. ex n. 35. cum multis ſeqq.*

18 Secundum ſit, conſuetudo immemorialis vigens in Tribunali Abbatiali Compluti Regii exequendi ſententias latas ſuper Capellaniarum proviſione, non obſtante appellatione, de qua, omnibus juris modis comprobata ſcripta remanet *in primo, & ſecundo art. hujus tractat.* ubi inanibus contradictionibus oppoſitis prorſus deſtructis, reſponſum præbuimus accuratè: quâ igitur conſuetudine ſtante, omnibus Tribunalibus præciſè ſervanda, nullam vim facere judicem Eccleſiaſticum exequentem ſuas ſententias in proviſione Capellaniarum latas, declarandum eſſe à Senatu Regio, altius oſtendimus in *art. 1. ex n. 7. uſque ad finem:* quapropter adverſarius appellans excluſus reperitur à decreto violentiæ obtinendo à Senatu Regio.

19 Tertium & prorſus inevitabile, ſit defectus appellationis, qua quoquomodo deficiente, ceſſat omnino recurſus ad Regem per hanc viam violentiæ, qui ſolummodo deſtinatus eſt ad declarandam violentiam, & tollendam ob denegatam delationem appellationi juſtæ & legitimæ, interpoſitæ, & exiſtenti, juxtà magiſtralem diſpoſitionem, *l. 36. tit. 5. l. 2. Recopilat.* ibi: *Nos pertenece alçar las fuerças que los Juezes Eccleſiaſticos hazen en las cauſas de que conocen, no otorgando las apelaciones, que dellos legitimamente ſon interpueſtas, &c.* Igitur legitima appellatio debet adeſſe, ut

20 delationem conſequi valeat, quia quando lex unum ſupponit, & illud diſponit, non poteſt verificari diſpoſitio, niſi prius verificetur ſuppoſitio, Surdus *conſ.* 150. *n.* 38. *& conſ.* 430. *n.* 17. Cephalus *conſ.* 90. 51. Roland. à Valle *de lucro dotis, quæſt.* 11. *n.* 17. *& conſ.* 10. *n.* 14. *l.* 4. Seſſe *deciſ.* 160. *n.* 24. Beccius *conſ.* 53. *num.* 7. Delatio namque ſupponit appellationis legitimæ exiſtentiam, quæ ſi non ſtat, vel aliquo accidenti, & juris diſpoſitione reſolvatur, deficit ſubjectum, ſuper quo cadere poſſit delatio, cùm non entis, nullæ ſint qualitates, nec qualitas poſſit eſſe ſine ſubjecto. 21

Ex inſpectione itaque actorum conſtabit Senatui Regio notorius, & evidens defectus appellationis, cum interpoſita à diffinitiva, fuerit reſoluta juris diſpoſitione, tranſacto anno fatali, nulla facta per appellantem interim diligentia in proſecutionem ſuæ appellationis, nec coram judice inferiori, petendo Apoſtolos, & teſtimonium appellationis ad ſe præſentandum coram ſuperiori: nec aliter coram iſto comparuit, nec partem appellatam citavit ad aliquid agendum attingens proſecutionem, nec per duos fere annos uſus fuit ſua appellatione præfata in Tribunali Regio uſque modo, quo jam deſerta, & reſoluta reperitur, ob tranſitum duorum annorum à tempore appellationis uſque ad ſententiam, qua declarata fuit appellatio deſerta, & diffinitivam tranſiſſe in rem judicatam, ad cujus declarationem cùm fuiſſet citatus appellans, ut oſtenderet diligentias ab eo factas in proſecutionem ſuæ appellationis, nullam oſtendit, ſed imo potius ad nullam faciendam eſſe adſtrictum, durante recurſu ad Regem (de quo inferius latius agendum erit, *ex num.* 46.) allegavit. 22

Quo ſuppoſito ex ipſiſmet actis patenter apparet, appellationem interpoſitam fuiſſe reſolutam, & ſententiam tranſiſſe in rem judicatam, juxta diſpoſitionem text. *in capit. cum ſit Romana* 5. *de appellationib. l.* 6. ibi: *Intra quod ſi is, qui appellaverat, cauſam appellationis non fuerit proſecutus, tenebit ſententia, ſi poſt ſententiam appellaverit, & à cauſa ſua cecidiſſe videtur, nec amplius ſuper ipſo negotio audiatur appellans* text. *in cap. perſonas* 4. *in ordine, de appellat.* ibi: *Ex tunc judicio ſuo ſuper iis, quæ in quæſtione vertuntur ſine contradictione aliqua ſtare, compellas:* text. *in l. quoniam nonnulli*, ibi: *Placuit, ut ſi intra dies ſolemnitatibus præſtitutos ad facienda, hæc appellatoris cura defuerit, deſerta ab eo provocatio exiſtimetur, moxque debitum exigatur, C. de appellat.* text. *in l. fin. §. illud.* ibi: *Et ſententiam contra eum latam in ſuo robore durare, & ad effectum perduci, tanquam ſi ab initio minimè fuerit provocatum, &c. C. de temporibus appellatio.* quæ jura, & alia accuratè exornavimus, *in tractat. de Regia protect. 3. part. cap. 18. ex nu. 88. cum multis ſeqq.* ad quod vide 24 celebres & magiſtrales Rotæ deciſiones ad litteram adductas infra, *ex numer.* 3. certum eſt enim, ut qui terminum ſibi ad aliquid faciendum præfixum, labi permittit, ſuo juri renuntiare intelligatur; Cephalus *conſ.* 201. *n.* 4. *lib.* 2. *& conſ.* 202. *n.* 18. *eodem l.* Veſtrius *in praxi Rom. Curiæ, l.* 8. *c.* 4. *n.* 21. *adnot. ad Ægidium, num.* 108. *Caſſiador. dec.* 4. *num.* 3. *de dilationibus.* 23

Conſtito igitur Senatui de evidenti defectu 25 appellationis ſemel juris diſpoſitione reſolutæ, & ad nihilum redactæ ex inſpectione auctorum, juxta determinationem *d. l.* 36. *tit.* 5. *l.* 1. *Recopilat.* quæ ad hunc effectum agnoſcendi qualitatem, & exiſtentiam appellationis, acta proceſſus ad ſe perduci jubet, ibi: *Y ſi el Juez Eccleſiaſtico no la otorgara, manden traer à las dichas nueſtras Audiencias el proceſſo Eccleſiaſtico originalmente, el qual traido ſin dilacio lo vean: y ſi por elles conſtare,*

conſtare, que la apelacion eſta legitimamente impueſta, alçando la fuerça, porvean que el tal Juez la otorgue, &c. quo caſu cum non reperiatur, nec ſubſiſtat appellatio, Senatus aditus per hanc viam violentiæ præcisè declarabit, nullam violentiam adeſſe, & cauſam remittendam Judici Eccleſiaſtico, cum deficiat principale, & eſſentiale fundamentum, hanc cauſam introducendi in Senatum Regium.

26 Quod & fortius cum majori ratione procedit, quando jam Senatui apparet, judicis Eccleſiaſtici determinatio ritè facta ſuper eodem articulo deſertionis, & tranſlationis ſententiæ in rem judicatam, cui ſtandum eſt præcisè interim dum per tres ſententias conformes non fuerit revocata per Judices Eccleſiaſticos, cum prædictæ ſententiæ deſertionis, & tranſlationis in rem judicatam effectus non poſſit ſuſpendi per appellationem ab ea interpoſitam, qua non obſtante, executioni mandari, abunde probatum, & fundatum extat in *noſtris commentariis de Regia protect.* 3. *cap.* 18. *à num.* 85. *cum multis ſeqq.* per plurima jura, & fundamenta.

27 Urget inſuper, quoniam appellationi nullæ, aut informiter iuterpoſitæ judex non deferens vim nullam facit, & ita determinat Senatus aditus per viam violentiæ, permittens ſententiæ executionem, ex copiosè reſolutis per Nos *in tractat. de Regia protect.* 3. *part. cap.* 9. *nu.* 106. *cum multis ſeqq.* Ergo fortius, ubi appellatio juris diſpoſitione reſoluta, & annihilata reperitur, quæ nullum juris effectum producere poteſt ultra ſententiæ executionem actualem.

28 Ideoque nullum decretum violentiæ, nullaque proviſio Regia emanata ſuper hac appellatione reſoluta poteſt aliquem ſortiri effectum, quin ſemper poſſit ſatisfieri, & reſponderi, nullam exiſtere appellationem, cui poſſit deferri: cùm certum ſit de jure, omnia reſcripta emanata à ſuperioribus, ſuper appellatione, quæ non ſtat, aut quæ fuit tacitè, vel expreſsè reſoluta, aut renuntiata, nihil operari nec effectum ſortiri poſſe, ut in iis terminis, & in aliis variis, & ſimilibus caſibus abundè ſcripſimus *in noſtris commentariis, de ſupplicat. ad ſanctiſſ.* 2. *part. cap.* 5. §. 1. *ex nu.* 31. *cum ſeqq.* & melius, *ex num* 56. ubi plures Doctores in terminis: & ſimiliter, 2. *part. cap.* 9. *ex num.* 41. *&* 2. *part. cap.* 10. *num* 109. *& num.* 96. recurſus ceſſat, ceſſante violentiæ cauſa ob con-
29 ſenſum partis, Nos *in eodem tractat.* 1. *part. cap.* 13. *num.* 61.

30 Sed denique, ut ſciatur quanta ſit virtus, & efficacia deſertæ appellationis, illud ſcitu, & admiratione dignum adnotandum erit, quod ſi appellatio in ſe legitima à principio fuerit interpoſita, ita ut ea pendente, executio ſententiæ cauſet attentata, revocationi, & repoſitioni ſubjecta; ſi poſtmodum ſuperveniat ipſius appellationis deſertio ob negligentiam appellantis, tranſitum anni fatalis, taliter appellatio ipſa amittit vires, & affectum ſuſpendendi executionem ſententiæ, ut executio ipſa, quæ à principio, & ante deſertionem cauſavit attentatum, poſtea vitio attentati purgato, & deleto per deſertionem ipſam, convaleſcit, et firma manet, ac ſi à principio de jure permiſſa fuiſſet, vel appellatio nulla fuiſſet interpoſita; ex juribus adductis, *ſuprà, ex num.*
31 23. nam appellatione deficiente, deficit etiam attentatum, quia quod nullum eſt, nullum producit effectum, juxta juris regulam, *l.* 4. §. *condemnatum ff. de re judic. l. non putavit.* §. *non quævis, ff. de bonor. poſſ. contra tabul. l.* 2. *ff. de authoritat. tutor. l. ſi aut nullum, C. de legitim. hæred. cap. quod nullum, regul. jur. in* 6. & quia cùm per 32
deſertionem appellationis, ſententia tranſierit ipſo jure in rem judicatam, hac ſtante, non curatur de attentato præcedente.

Hanc mirabilem doctrinam juris fundamentis, 33
& plurimorum Doctorum exornatione pluries in iis terminis canonizavit Rota Romana in pluribus deciſionibus, ut videre eſt *in una capellaniæ, deciſ.* 492. penes Farinac. *in recentiorib.* 2. *part. fol. mihi* 541. quæ à principio ita ait: *Licèt poſſeſſio capellaniæ capta per Petrum pendente termino ad appellandum à ſententia Ordinarii Palentini ad ejus favorem lata, ſubſecuta Andreæ ejus adverſarii legitima appellatione fuerit attentata. c. non ſolum, de appellat. in* 6. *& ibi gloſſa, & privilegio attentatorum revocanda, Francue, ibi, num.* 6. *Seraphinus deciſ.* 1583. *nam.* 1. *tamen contrarium concluſerunt Domini in præſenti cauſa, &c. executio enim facta pendente appellatione, illa deſerta, convaleſcit, quando executio eſt directa ut beneficii controverſi poſſeſſionis adeptio, ſublata enim appellatione, tollitur ſuſpenſio judicati jam inaucta, & executio firma manet; & licèt malè facta ſit, non revocatur, cùm de novo fieri deberet; & firmato principali, videlicet ſententia, firmatur acceſſorium, quod eſt ipſa executio poſt Joannem Monachum, quem refert Joannes Andreas, & utrumque Franchus in cap. licet, nu.* 4. *verſ. Quod autem de ſententia excommunicationis in ſexto. Ancharan. in capit. nonſolum, num* 7. *de appellationib.* 5. *Milis, verbo, executio facta pendente, Lancellotus de attentata appellatione pendente,* 2. *cap.* 12. *ampliat.* 1. *ex n.* 14 *& ſeqq. ad quod facit optimè text. à contrario ſenſu in l. cum ex cauſa. ff. de appellationib. quem adducit Monachus, dict. cap. licet nu.* 1. *verſ. Sed quæro, in princip. &c.* Hactenus de mirabili deciſione.

Similem non omnino in eiſdem terminis de- 34
terminavit Rota *in deciſ.* 496. inter recollectas per Ludoviſ. Poſthium *poſt tractatum de manutentione*, quæ *ex num.* 1. *&* 2. ita loquitur. *Et quoad primam partem Domini non fuerunt concordes. Nam contra attentata adducebatur, quod ſententia A. C. tranſierat in judicatam, utpotè lata* 5. *Decemb.* 1617. *à quo tempore nihil dicitur actum in proſecutione appellationis, nec unquam prorogata fatalia, quo caſu dicitur tranſiiſſe in judicatum l. ultima Authent. cum ſeqq. C. de temporibus appellat. fuit dictum in Artenſ. bonorum* 11. *Aprilis præteriti, coram R. P. D. Cavalerio, & ſæpè alias; ſtante autem re judicata, executio ſententiæ, quamvis alias ab initio fuiſſet attentata propter interpoſitam appellationem, eâ tamen deſertâ, convaleſcit, per deſertionem enim appellationis tollitur ſuſpenſio judicati, & executio firma manet, & licet male facta non revocatur cùm de novo fieri deberet, & firma ſententia remaneat, & ejus executio: Franchus in cap. licet, num.* 4. *verſ. Quia autem: de ſententia excommunic. in ſexto, Lancellotus de attentatis,* 2. *part. cap.* 2. *ampliat.* 1. *n.* 14. *& ſequentib. & dicit Rota dec.* 592. *num.* 3. *part. in recent. &c.* Poſt tantorum Doctorum, & Rotæ deciſionum authoritatem, & magiſtralem determinationem nihil eſt quod deſiderari poſſit in articulo deſertionis, quibus adde Sigiſmund. Scacc. *de appellat. l.* 3. *cap* 2. *quæſt.* 15. *ex num.* 70. *cum multis ſequent.*

Ex

35 Ex quibus præcisè & utiliter infertur, quod si in nostro casu, deficeret consuetudo Tribunalis Abbatialis exequendi sententias in provisione capellaniarum appellatione non obstante, & appellatio adversarii fuisset legitima, & causaret executionem attentatam (quod negatur ex traditis suprà, *artic.* 1. & 2.) adhuc ipsa executio post detectam appellationis desertionem firma maneret, & convalesceret, ac si nulla appellatio fuisset à principio interposita; & per consequens declarandum fore, nullam violentiam commisisse Judicem Ecclesiasticum in non deferendo, nec in exequendo suam sententiam, cum per desertionem subsecutam appellatio fuerit redacta ad non appellationem, cui semel resolutæ, & annullatæ nil remanet, quod referri possit ultra.

36 Hoc desertionis laqueo suspensus adversarius, frustra nititur liberari, & dissolvi duabus inanibus considerationibus, prima est quod in declaratione transitus sententiæ in rem judicatam ob desertionem, non fuerunt servati quatuor termini à jure requisiti, ut condemnatus ostenderet suas diligentias factas in prosecutione suæ appellationis: ad tradita per Nos *in tractat. de Regia protect.* 3. *part. c.* 18. *ex num.* 68. *cum seqq.*

37 Cui difficultati multipliciter respondetur, quod in nostro jure multi sunt casus, in quibus omitti valide possint dicti quatuor termini, qui omnes omnino verificantur, & adaptantur casui nostro, de quo agimus, in quo ad effectum declarandi sententiam transisse in rem judicatam ob transitum anni fatalis adversarius fuit citatus, ut ostenderet suas diligentias; nullam exhibuit, nec

38 adhuc allegavit, & adductis actis processus, & accuratè inspectis notoriè constitit judici, nullam factam fuisse diligentiam in prosecutione appellationis, quo casu judex non tenetur servare illos terminos, ut probant in terminis Lancellotus *de attentat.* 2. *part. cap.* 12. *ampliat.* 1. *n.* 39. & 40. Boer. *dec.* 206. *n.* 11. Rot. *decis.* 1. *decis.* 14. & *decis.* 19. *de appellat. in noviss.* Mohedanus *dec.* 4. *de sentent. & re judicat.* & ita fuisse resolutum coram Achille de Grass. testatur Mandos. *in commiss. executoriali*, *verbo executoriales*, *qu.* 1. pro quo elegans adest decisio *Rotæ* 22. inter recollectas Per Ludovi. Posth. *post tractat. de manutent.* quæ *ex num.* 1. sic loquitur in hæc: *Veritas est, quod quando petitur executio rei judicatæ quæ provenit ob non interpositam appellationem, vel ob appellationem desertam, debeant servari quatuor termini*

39 *ad evitandam pronuntiationem super prædictis, scilicet ad docendum de appellatione, & ejus legitima prosecutione primo pro primu, item pro secunda, item pro tertia, & denique pro quarta dilatione, Vestrius in praxi, l.* 8. *c. ultimo num.* 8.

Sed hujusmodi conclusio fallit, si ex actis judici constat de non legitima appellatione, vel de ejus legitima prosecutione neglecta, quia tunc non est opus alia legitima servatione terminorum, &c. hactenus de dicta decisione, ubi allegantur ad hoc plures Doctores, & Rotæ decisiones.

Idem probat Ludovi. Posth. *in tractat. de manutentio. observation.* 12. *ex num.* 153. in hæc. *Nec etiam esset necessaria citatio, quando appellatio esset deserta, & judex de hac esset certus, Rota dec.* 25. *de appellation. in noviss. Rota decis.* 300. *num.* 15. *part.* 2. *Seraphinus decis.* 565. *num* 5. *Rota coram Cardin. Blanchet. Tarrinensis capellaniæ, apud Marchesan. de commiss. dict. part. fol.* 158. *Coccinus decis.* 130. *n.* 3. *in dict. Perusina Bonorum post tractat. decis.* 22. *num* 2. *&c.*

40 Et tunc præcipuè dicitur notoriè constare ex actis, de non prosecutione appellationis, quando illis visis apparet, non fuisse petitos Apostolos per appellantem à judice inferiori, ut iis terminis ad excusandos terminos prosequitur Rota *in d. decis.* 22. *ex num.* 2. *post tractatum de manutent.* in hæc: *Sed hujusmodi concluso fallit, si ex actis judici constat de non legitima cautione appellationis, quia tunc non est opus alia legitima observatione terminorum, &c.* Sequitur, & facit in hæc: *In casu autem de quo agitur, constat ex actis Apostolos non fuisse petitos, & appellationem nullius fuisse momenti, Rota dec.* 47. *de appellationibus in novissim. Lancellot. de attent. part.* 2. *cap.* 12. *limitat.* 50. *n.* 195. *& seqq. vers.* 6. *causa hujusmodi autem negativa probatur ex ipsa inspectione processus, Milis in repert. in verbo, Processus, appellat. &c. & sunt Apostoli de substantia appellationis & pars illius, Rota decis.* 50. *num.* 3. *de appellationib. in novissim. Lancellot. de attentat. t.* 12. *limit.* 50. *n.* 202. *Surd. cons.* 218. *num.* 4. *volum.* 2. *Cumque ex inspectione ipsius processus non reperiantur petiti, satis ex hoc probatur negativa non petitionis, cum sit coarctata ad processum ipsum Alexand. cons* 123. *n.* 23. *l.* 4. *Vantius de nullitat. tit. à quo. & quibus modis, num.* 12. *& seqq. Milis in verb. sententia, à qua non est appellatum, circà principium, &c.* Ludovi. Posth. *de manutent. observat.* 11. *nu.* 155. & 156. ibi, *Ut si constat ex processu de appellatione, & non reperirentur in eisdem actis petiti Apostoli; Coccinus dict. decis. Perusina bonorum, n.* 2. & 3. *&c.* Atque ideo cum ex horum litis actuum accurata inspectione judex certus fuerit, Apostolos appellationis non fuisse postulatos; securè potuit omittere prædictos quatuor terminos: Rota *decis.* 333. *n.* 3. *in posthum. Farinacci tom.* 2.

Pariter etiam omitti possunt illi quatuor termini 41
requisiti, quando sententia lata in negotio principali, aliquo juris privilegio, statuto, vel consuetudine, potest exequi pendente appellatione, cum effectu executioni fuit tradita: nam si postea superveniat desertio appellationis, ad ejus pronuntiationem pervenitur absque quatuor terminorum observatione, ut pluries determinavit Rota; sicuti apparet ex *dec.* 438. *ex n.* 14. inter recollectas per Posthium *post tract. de manutentio.* ibi: *Nec subsistit, quod ante executionem sententiæ essent servandi quatuor termini, ad docendum de appellatione. Quia placuit responsio; quod cum à sententia A. C. uti in mero possessorio lata per Ægidianam, l.* 16. *c.* 2. *denegatur appellatio, executio illius vigore retardanda non erat; ut post Paris. cons.* 208. *n.* 23. *lib.* 1. *cum aliis allegatis tenuit Rota dec.* 173. *p.* 1. *rec.* & per alias Rotæ decisiones, idem observat Ludovi. Posth. *de manutent. observat.* 12. *n.* 153. & 154.

Quæ doctrina, & limitatio de plano verificatur 42
in casu, de quo agimus, in quo executio sententiæ permissa fuit stante consuetudine legitimè introducta in Tribunali Abbatiali exequendi sententia lata in provisione capellaniarum non obstante appellatione; quo casu dicti termini servari non debent, postea ascendo ad actualem executionem subsequuta desertione.

Deinde adnotandum erit, quod dicti quatuor 43
termini tunc dumtaxat observantur, quando tractatur de exequenda sententia, quæ ob desertionem appellationis transitum fecit in rem judicatam; secus quando solum igitur de declaranda desertione, & transitu in rem judicatam; ut est vi-

dere

dere per Ludovi. Posth. *de manutentio. conserv.* 12. *ex n.* 149. Rotam *dec.* 22. *n.* 1. *& dec.* 438. *n.* 14. inter recollectas per ipsum *Posthium* ; prout contingit in casu præsenti, in quo dumtaxat actum fuit de declaranda desertione appellationis, & transitu, sententiæ in rem judicatam : atque denique in hac materia desertionis, regula est constans, quod quando ex actis processus manifestè
44 constat, de desertione appellationis : nullo modo attenditur, nec curatur de male gesto processu, nec de ejus defectibus ; ut expressè probant plurimi DD. & duæ Rotæ decisiones ad litteram adductæ superius, *ex n.* 33. *cum seqq. vers. Hanc mirabilem doctrinam juris fundamentis, &c.* quæ firmiter hoc tenent.

45 Suprà dictis addi potest, quod cum adversarius fuisset citatus ad docendum diligentias à se factas in profecutione appellationis, non solum nullam ostendit, nec allegavit ; sed imo dixit ad diligentias non teneri, quia sibi non poterat currere fatale tempus ob impedimentum pendentis recursus ad Cancellariam ; ex quo virtualiter fassus fuit nullam diligentiam fecisse : cum dixerit se ad nullum teneri ; ideo frustratorium erat alios illi terminos ad docendum assignare : quia frustra expectatur id, cujus eventus nullius est effectus, & frustratorios actus abhorret lex, ut vulgare est.

46 Secunda consideratio, qua adversarius nititur, ad effugiendam desertionem suæ appellationis, non minus frustratoria est alia præcedenti : allegavit etenim citatus sibi non potuisse currere tempus fatalium, ob impedimentum recursus ad Regem per viam violentiæ in hac causa sæpius intentati, nostras ad idem allegans doctrinas, quæ quidem regulariter, & prout jacent veræ sunt in se, sed non adaptabiles casui nostro.

47 Primò, quia falsum est, & contra facti processus veritatem, asserere late impedimentum ob recursus pendentiam : per totum etenim illud tempus ab appellationis emissione, usque ad sententiam latam super desertione, nullo modo tractatum fuit, nec mota aliqua controversia super præfata appellatione, nec in Regio Senatu per viam violentiæ, nec in alio quovis Tribunali Ecclesiastico, sed intacta semper remansit dicta appellatio, immobilis, &
48 undique derelicta, & prorsus per appellantem oblita, & licet usus fuerit recursu ad Regem, non quidem virtute dictæ appellationis, sed aliam diversam fingens, & contrariam sententiam turpiter, & inaniter prosecutus fuit recursum sibi justissimè bis, & ter denegatum à Senatu Regio, ut est videre superius, *hoc cap. ex n.* 2. quo supposito, recursus pendentia falsa est, & contra omnem facti veritatem.

49 Tunc etiam suspenditur terminus appositus rei, quando super ipsa re oritur controversia ob istud impedimentum : ex abundè per Nos traditis *in tractat. de protection. Regia*, 1. *part. c.* 7. *ex n.* 75. *cum multis sequent.* at super ista appellatione (de qua hodie agitur) nulla hactenus fuit orta controversia, nec adhibitus recursus unquam, ut ex actis manifestè patet. Sed recursus adhibitus fuit super rebus omnino diversis, separatis, & nullo modo tangentibus dictam appellationem, ut est videre sursum *ex numer.* 2. *cum seqq.* ergo terminus fatalis ad ejus prosecutionem appositus suspendi non potuit cum omne cessaverit impedimentum.

50 Secundò respondetur, quod tunc articulus motus super re, habet effectum suspendendi terminum ipsi rei appositum ; quando sit in sui justificatione probabilis : at si fuerit improbabilis, seu calomnios, & vitios, prorsus caret effectu suspendendi terminum rei appositum, ut plurimi probant Doctores, quos allegat, & sequitur Giurba *decis.* 110. *ex nu.* 6. Nos *in tractat. de retention. bullar.* 1. *part. cap.* 15. *ex numer.* 23. & *sequentib.*

At recursus intentatus per adversarium non solum 51
fuit improbabilis, vitios, & calumnios : sed prorsus falsus, & fictus contra verum factum processus illius, & sententiæ substantiâ mutatâ ; ut suprà *ex n.* 2. & ita per Senatum adversarius bis, & ter fuit repulsus ; ergo nullo modo poterat suspendere terminum anni fatalis.

Tertio & ultimo, respondetur, quod dato casu, 52
quod recursus ad Senatum Regium interveniss. justè, & utiliter ; adhuc impedimentum recursus quomodocumque illud admittere velimus non consumpsit, nec attigit annum fatalem ; num etiam deducto omni tempore, quo nequiter, & finistratoriè pars adversa detulit litem ad Senatum Regium, & à quo fuit semper repulsus, remanent tredecim menses, cum dimidio : à die etenim appellationis, usque ad diem, quo lata fuit sententia desertionis viginti menses transierunt, & quatuor dies, è quibus deducto tempore recursuum inanium, remanent tredecim menses, cum dimidio ; quibus causata fuit desertio appellationis, cum à tempore appellationis nulla fuerit facta diligentia super ea in nullo Tribunali, ut dictum est : nam ex toto prædicto tempore transacto nullum aliud tollitur, quam limitatè tempus, quo duravit impedimentum dumtaxat, & non amplius, ita ut impedimento cessante & sublato de medio, tempus currat & conjungatur cum tempore antecedente, non impedito ; ut in iis terminis docuimus in nostris commentariis *de Regia protection.* 1. *part. capit.* 7. *n.* 74. *cum sequent.* & in tractat. *de supplication. ad sanctiss. patr. capitul.* 15. *num.* 8. & 17. & *n.* 20. & 22. plene Romanus *in cons.* 443. *in princip.* Calderin. *cons.* 219. *alias* 4. *de appellation.* Germinia. *cons.* 42. *n.* 10. plura per Roman. *cons.* 496. *n.* 9. Et hoc tempus recur- 53
sus quantum fuerit, & quantum duraverit ejus impedimentum, evidens est, & patens ex actis processus, ex quo legitimè probatur ; ut in iis terminis adnotavimus *in tractat. de Regia protection.* 1. *part. c.* 7. *ex n.* 73.

Quibus omnibus sic suppositis, & cunctis diffi- 54
cultatibus sublatis, clara, & evidens remanet appellationis desertio, notoriè patens ex actis, & eorum inspectione ; cùm in ejus prosecutione nullam unquam adversarius appellans adhibuerit diligentiam, nec coram judice à quo, nec coram judice ad quem, nec coram Senatu Regio, cujus appellationis virtute, nullum recursum intentavit per viam violentiæ usque modo transactis duobus annis, quando jam ipsa appellatio stat sublata, resoluta, & extincta per subsecutam devolutionem, & judicis declarationem transitus sententiæ in rem judicatam, quo tempore non existente jam appellationis vestigio, impossibile est, ut ejus virtute possit recurri ad Senatum per viam violentiæ ; nec tali uti remedio omnino inutili, & inani cum appellationis delatio non possit cadere super appellatione, quæ non stat ; sed est à jure resoluta, prout à *principio hujus articuli* latiùs manet comprobatum.

Pro

Pro coronide non omittamus aliqua, quæ otioſè, vitioſèque attigit adverſarius aſſeverans pro excuſanda deſertione, quod omnia geſta per inferiorem eſſent nulla, & attentata, cùm fuerint geſta pendente recurſu ad Regem, quo tempore Judex Eccleſiaſticus non poterat in cauſa procedere, ſed conquieſcere debebat.

Hæc propoſitio falſa eſt, tam reſpectu facti, 55 quàm reſpectu juris: reſpectu facti, quia illo tempore, quo proceſſum fuit ad judicium deſertionis, nullus articulus erat pendens in Senatu per viam violentiæ, ſed potius omnes, qui nequiter per adverſarium adducti fuerunt, decretis re- 56 pulſionis extincti erant, ut ex actis proceſſus clarè patet: ex quibus etiam decretis acta fuerunt remiſſa Judici Eccleſiaſtico, ut libere in cauſa procederet, juxta determinationem *l.* 36. *tit.* 5. *l.* 2. *Recopilat.* & quæ in ejus exornationem adduximus abundè in noſtris commentariis, *de Regia protect.* 1. *part. cap.* 7. *per tot.*

Reſpectu verò juris, falſa detegitur dicta 57 propoſitio, nam etiam ſuppoſita recurſus exiſtentia in Senatu Regio, Judex Eccleſiaſticus non impeditur interim procedere, nec ejus proceſſus cauſat nullitatem, nec attentata; prout latiſſimè poſt longam diſputationem, validiſſimaque fundamenta probavimus *in tractat. de Regia protection.* 1. *part. cap.* 7. *ex num. uſque ad* 58. omnino videnda.

Tandem advertendum, quod licet adverſa- 58 rius appellaverit à ſententia deſertionis, & tranſitus in rem judicatam, ejus virtute ad Senatum non recurrit per viam violentiæ: & quando recurreret, non poſſet obtinere decretum *vim fieri*, cum in ejus ſententiæ executione nullam vim faciat; non etenim admittit appellationem: prout latè diſputantes poſt plurima jura, & Doctores reſolvimus in *dict. tractat. de Regia protectio.* 3. *part. cap.* 18. *ex numer.* 85. *cum multis ſeqq.*

INDEX

INDEX

Copioſiſſimus Rerum, & Verborum, quæ in hoc Tractatu de Libertate Beneficiorum, & Capellaniarum recuperanda, & de quaſi poſſeſſione præſentandi ſubvertenda continentur.

a. *Articulum ;* n. *Numerum marginalem ;* p. *Paginam denotat.*

A

APPELLATIO à ſententia lata ſuper proviſione beneficii ſimplicis legitima eſt, quoad utrumque effectum, art. 1. n. 7. p. 2. Niſi adſit conſuetudo in tribunali Eccleſiaſtico executionem ſententiæ amittens, appellatione non obſtante, ib. n. 8. ib. Appellatio eſt de ordinariis judicii, ad quam attenditur conſuetudo judicis à quo, art. 1. n. 13. ibid.

Conſtitutione Synodali poteſt tolli appellatio ſuſpenſiva in beneficiis ſimplicibus, ib. n. 17. ibid.

Idem eſt non allegare, quodcallegare & non probare, d. art. 1. n. 23. & 24. p. 3.

Actus judiciales ad introducendam conſuetudinem non requiruntur, ſed extrajudiciales ſufficiunt, art. 2. ex nu. 2. cum ſeq. p. 5.

Actus conſuetudini contrarii, ſi poſſunt attribui alteri cauſæ, non præjudicant conſuetudini, d. art. 2. n. 14. & 25. p. 6.

Appellatio legitima à judice procedente, tempore quo debebat conquieſcere, d. art. 2. nu. 38. & 39. pag. 8.

Ademptio ejus, quod in diſpoſitione non continetur, nihil operatur, ib. n. 43. ib.

Attentati ſententia exequitur appellatione non obſtante, ibid. n. 44. & 45. ibid.

Accumulationis articulo pendente alterius litis ſententia lata nulla eſt, admittens appellationem, d. art. 2. n. 49. p. 9.

Et quo decreti genere tunc utitur Senatus Regius, ib. n. 50. & 51. ibid.

Contra actionem nondum natam præſcriptio cadere non poteſt, art. 3. nu. 29. & ex nu. 26. p. 15.

Alienatio rei Eccleſiæ minus ſolemniter facta, ſi per 30. vel 40. annos pacifice poſſideatur, præſumitur beneplacitum S. A. interveniſſe, art. 11. n. 3. p. 30.

Sed iſta præſumptio ſolum durat interim, quod de contrario non appareat ex inſtrumenti inſpectione, ib. n. 4. cum ſeqq. ibid

Actus geſtus ſub aliqua qualitate, iſta deficiente, actus corruit, art. 12. n. 5. & 6. p. 33.

Si ex admiſſione præſentationum facta per ordinarium induceretur conſenſus ad noviter creandum jus patronatus, multæ Rotæ deciſiones, & Doctorum opiniones communes ſubverterentur, a. 13. ex num. 2. cum. multis ſeqq. p. 34.

Actus præſentandi, qui non ſortitus eſt effectum ad nihil attenditur, nec prodeſt; artic. 5. n. 8. pag. 19.

Actus præſentationis, qui dederunt cauſam liti, non ſunt in conſideratione ad quaſi poſſeſſionem adquirendam, d. art. 5. n. 9. p. 20.

Appelatio uti nulla ſolvitur, ſi appellans intra decem dies non declaret judicem ad quem appellat, art. 16. n. 13 p. 43.

Appellatio frivola eſt, conſtito de notaria injuſtitia appellantis, articul. 16. n. 16. & 17. pag. 44.

Appellatione deficiente, ob quomodolibet reſoluta, ceſſat recurſus ad Regem, art. 16. n. 19. & ſeqq. ibid.

Appellatio deſerta ob non factam diligentiam in ejus proſecutione reſolvitur, art. 16. n. 22. ibid.

Appellationis qualitas, & legitimitas conſtrare debet Senatui ex actorum inſpectione, ib. n. 25. ibid.

A ſententia declarata deſerta appellatio non cauſat attentata, ib. n. 26. p. 45.

Appellationi nullæ aut informiter interpoſitæ judex non deferens vim nullam facit, ibid. num. 27. ibid.

Reſcripta emanata à ſuperioribus ſuper appellatione, quæ non extat, vel fuit tacitè, vel expreſſe reſoluta, nihil operantur, d. art. 16. n. 28. & 29. ibid.

Appellatione pendente executio attentata, & nulla convaleſcit ſubſecuta poſtea appellationis deſertione, ac ſi ab initio interpoſita non fuiſſet, art. 16. n. 30. ibid.

Index Rerum

Appellatione deficiente, deficit attentatum, quia quod nullum eſt, nullum producit effectum, ibid. n. 31. ibid.

Tunc præcipuè conſtare notoriè dicitur de non proſecutione appellationis, & de ejus deſertione quando ex actis non apparet, petitos fuiſſe Apoſtolos, ibid. n. 40. p. 46.

Sententia ſi aliqua juris diſpoſitione poteſt exequi appellatione pendente, hac poſtea deſerta termini non ſervantur, num. 41. & 42. ibid.

B

Beneficium eſſe juris patronatus, & liberæ collationis ſimul, contraria ſunt, quæ non compatiuntur, art. 7. numer. 11. & ſeqq. pag. 22.

Juris patronatus impedimento ſublato beneficium recuperat libertatem ipſo jure, ibid. nu. 12. ibid.

Beneficium ex ſua origine creatum in libertate, non poteſt poſtea prælatus juris patronatus ſubjicere, art. 9. n. 14. 15. & 16. p. 26.

C

Conſuetudo exequendi ſententias in proviſione capellaniarum, non cauſat attentata, a 16. n. 18 p. 44.

Conſuetudini exequendi ſententias ſuper proviſione capellaniarum aſſiſtit præſumptio juris, art. 1. n 8 & 9. p. 2.

De conſuetudine exequendi ſententias, ſi conſtat tribunali Regio, vim non fieri declaratur, ibid. n. 10 ibid.

Conſuetudo poteſt introducere, ut ſententia in caſu non privilegiato poſſit exequi, appellatione non obſtante, ibid. n. 11. ibid.

Conſuetudo exequendi ſententias ejus tribunalis, quo feruntur attendenda, d. articul. 12. ibid.

Appellatio eſt de ordinatoriis judicii ad quam attenditur conſuetudo judicis inferioris, à quo interponitur, d. art. n. 13. ibid.

De conſuetudine ad ſtatutum valet argumentum, cum ad paria procedant, ibid. nu. 14. ibid.

Et quantum ad effectum non differt ab ſtatuto, ibid. n. 15. ibid.

Conſuetudo fortior eſt ſtatuto, d. art. 1. num. 8. & 9. p. 2.

Conſuetudo tribunalis Abbatialis exequendi ſententias latas ſuper proviſione cappellaniarum, conſtans eſt, & exuberanter probata, ibid. n. 18. p. 3.

Et conſuetudine attenta plurimis in cauſis delatis ad Senatum Regium vim non fieri, fuit decretum, d. art. 1. n. 19. ibid.

Officialibus ejuſdem tribunalis atteſtantibus de conſuetudine, multum defertur, ibid. n. 20. ibid.

Teſtibus etiam extrancis atteſtantibus de conſuetudine alicujus tribunalis fides datur, ibid. n. 21. ibid.

Notariis ejuſdem tribunalis atteſtantibus de ejus conſuetudine magna fides datur, d. art. 1. nu. 22. ibid.

Conſuetudinem contradicens, & nihil probans ſuccumbit. ibid. n. 14. & 25. ibid.

Conſuetudinem confitens in una cauſa, & in altera negans, non auditur, d. art. 1. num. 25. ibid.

Caſus in quo Senatus Regius deferens conſuetudini tribunalis Abbatialis, vim non fieri declaravit, refertur, n. 26. ibid.

Conſuetudo exequendi ſententias ſuper capellaniis atas, concludenter probandal eſt, art. 1. n. 1. p. 5.

Actus poſitivos inductivos conſuetudinis debere fieri in contradictorio judicio, qui autumarunt, d. art. 2. n. 2. ibid.

Horum Doctorum opinio eſt communiter reprobata, ibid. n. 3. ibid.

Ad conſuetudinem introducendam non requiruntur actus judiciales in contradictorio judicio, ibid. n. 4. & 5. ibid.

Actus poſitivi ad introductionem conſuetudinis exquendi ſententias, judiciales ſunt, d. art. 2. n. 6. ibid.

Decreta violentiæ an opponantur conſuetudini exequendi ſententias, n 7. & 8. d. art. 2. ibid.

Ad conſuetudinem introducendam in aliquo tribunali, actus poſitivi ejuſdem tribunali requiruntur, ib. n. 9 ibid.

Ad conſuetudinem interrumpendam, actus contrarii ejuſdem tribunalis requiruntur, d. art. 2. n. 10. ibid.

Et per contrarium conſenſum conſuetudinem introducentis, ibid. n. 11. ibid.

Conſuetudo ſemel formata non tollitur, niſi eodem modo contrario, quo fuit creata, ibid. n. 12. ibid.

Et cum ejuſdem contrariis requiſitis, ib. n. 13. & 14. p. 6.

Conſuetudinem interrumpendi decreta violentiæ non ſunt capacia, d. articul. 2. num. 15. & 16. ibid.

Tribunali Regio, ſi non conſtat ex proceſſu delato, de conſuetudine exequendi ſententias, legitimè vim fieri decernit, abſque læſione conſuetudinis, ibidem numer. 17. & 18. ibidem.

De conſuetudine ſi conſtitit tribunali Regio, decreta violentiæ emanata non attribuuntur defectui conſuetudinis, d. articul. 2. numer. 19. ibid.

Sed defectui ſubſtantiali actorum impediente executionem, etiam in caſibus aliàs privilegiatis, ib. n. 20. & 21. ibid.

Conſuetudo exequendi ſententias appellatione non obſtante, intelligitur de ſententiis validis, non de nullis, ibid. n. 23. ibid.

Actus difformes, ſi non ſunt inter ſe incompatibiles, conſuetudinis curſum non impediunt, d. art. 2. n. 24. ibid.

Actus conſuetudini contratii, ſi poſſunt attribui alteri cauſæ, non præjudicant conſuetudini, ibid. n. 25.

Conſuetudo ſemel legitime formata, non interrumpitur per ſententiam contrariam illius diſpoſitioni, ibid. n. 26. ibid.

Decretum violentiæ larum conſtito de conſuetudine, ergo conſuetudo reprobatur, non valet argumentum, ibid. n. 27. ibid.

Varii ſunt caſus, ex quibus poteſt variari diſpoſitio legis, & conſuetudinis permittentis executionem ſententiæ, d. art. 2. n. 28. & 29. ibid.

De conſuetudine exequendi ſententias non conſti-

& Verborum.

conſtitiſſe ſenatui in caſibus, quibus vim fieri decrevit obſtenditur, ibid. ex numer. 34. pag. 7.

Conſuetudo conſiſtit in facto, quæ non præſumitur, niſi probetur, d. art. 2. nu. 35. & 36. ibid.

Decreta violentiæ lata propter nullitatem proceſſus conformia ſunt conſuetudini, pariter tunc neganti executionem ſententiæ, ibid. nu. 37. & 40. ibid. p. 8.

Caſus ſententiæ nullæ non includuntur in conſuetudine ſicut nec in decretis violentiæ, quæ ideo non opponuntur conſuetudini, art. 2. nu. 14. & 41. 42. p. 8.

Conſuetudo exequendi ſententias ſi non conſtat ſuperiori cognoſcenti de appellatione juſtè, ſuper attentatis declarat, ibid. numer. 44. ibid.

Pro conſuetudine exequendi ſententias ſuper cappellaniis latas in tribunali Abbatiali, ultimus ſtat ſtatus, d. art. 2. numer. 48. & 52. pag. 9.

Actus poſitivi contra conſuetudinem contineri debent intra ſuos terminos, illos non egrediendo, ibid. n. 53. & 54. ibid.

Conſuetudo eſt ſtricti juris, in qua nihil ſupplere debet ultra obſervantiam, art. 2. numer. 55. p. 10.

Conſuetudine contraria qui ſe juvat, non in genere, ſed in ſpecie illam probare tenetur, d. art. 2. n. 56. ibid.

Conſuetudo non poteſt trahi de uno ad alium caſum, n. 57. ibid.

Pro conſuetudine probata præſumitur lex, ex juſta, & legitima cauſa fuiſſe introductam, n. 56. & 60. ibid.

Conſuetudo exequendi ſententias latas ſuper proviſione cappellaniarum, eſt laudabilis, d. art. 2. n. 61. & 62. ibid.

Conſuetudinem unius tribunalis confitens pars in una lite, an ſibi præjudicet in alia inter diverſas partes, ibid. n. 62. ib.

Confeſſio partis expreſſa, & non tacite inducta ex aliquo actu, ſibi præjudicat in alio judicio, ibid. n. 64. p 11.

Confeſſio partis facta principaliter, & non incidenter in uno judicio ſibi præjudicat in alio d. art. 2. n. 65. ibid.

Confeſſio partis in uno judicio ſi ad aliud trahatur ad eundem finem, & non ad diverſum ſibi præjudicat, n. 66. ib.

Confeſſio partis facta per libellum in uno judicio prodeſt etiam abſentibus, ibid. numer. 67. ibid.

Confeſſio partis iis, quæ non dependent à ſola voluntate, ſibi non præjudicat, ibid. numer. 68. & 60. ibid.

Confeſſio inter prohibitos diſponere præjudicat concurrentibus adminiculis, d. art. 2. nu. 70. & 71. ibid.

Indignum eſt providi, quod ſemel confitendo deſideravit, iterum impugnare, numer. 72. ibid.

Clauſulæ fundationis Capellaniæ inſeruntur, art. 3. n. 12. & 13. p. 13.

Confeſſio prælati atteſtantis aliquo beneficium eſſe juris patronatus, & ad aliquem pertinere, nec ſibi, nec libertati beneficii præjudicat, art. 9. n. 13. p. 26.

Si confeſſio emanavit abſque cauſæ cognitione, ibid nu. 14 & 15. ibidem.

Conſenſus, qui deducitur ex aliquo actu ad illud ſe reſtringit, & illud non egreditur, art. 13. n. 14. p. 35.

Conſenſus præſtitus ab Ordinario, ad jus præſentandi, nequit extendi ad jus patronatus, ib. n. 15. ib.

Confeſſio Ordinarii affirmantis, aliquod beneficium eſſe juris patronatus, non præjudicat libertari beneficii, articul. 14. numer. 11. pag. 38.

Cauſa ſublata tollitur effectus, art 15. numer. 3. & 4. p. 40.

Cauſa ſecunda nihil prodeſt, niſi in quantum vim, & robur recipit à prima, d. art. 15. ibid.

Omne jus potentius eſt in cauſa, quàm in cauſato, ib. n. 5. ibid.

Jus præſentandi ab beneficium procedens à cauſa, & radice infecta, nihil prodeſſe poteſt, d. art. 15. n. 6. ib.

Conſuetudine exequendi ſententias exiſtente executio lata eſt, art. 16. nu. 2. p. 42.

D

DEcreta violentiæ non ſunt capacia interrumpendi conſuetudinem Tribunalis Eccleſiaſtici, art. 2. n. 15. & 16. p. 6.

Decreta violentiæ lata ob nullitatem ſententiæ non opponuntur conſuetudini, quæ pariter non permittit executionem ſententiæ nullæ, ibid. n. 22. & 23. ibid.

Quatuor decreta violentiæ inferuntur, in quibus vim feciſſe judicem exequentem ſuas ſententias, decrevit Senatus, ut appareat ex cauſæ nullitatum fuiſſe lata, art. 2. nu. 30. uſque ad n. 33. p. 7.

Decretum violentiæ latum ob nullitatem ſententiæ, compatitur cum conſuetudine, pariter tunc denegante executionem illius, ibid. n. 40. & 37. p. 8.

Diſpoſitio omnis de mundo, ſive legis, ſive hominis loquens de actu exequendo, intelligitur de valido, & non de nullo dict. art. 2. n. 41. & ſeqq ib.

Decreta violentiæ prolata in caſibus nullitatis proceſſuum, ſolum in eiſdem interrumperet conſuetudinem, ſi illos comprehenderet, ibid. n. 53. p. 9.

Devolutio cappellaniæ non cauſatur, ſi præſentatus, alias incapax diſpenſationem oſtendat art. 7. n. 25. p. 23.

Diſpoſitio quælibet ſub cauſa, quæ creditur vera reſolvitur, & annullatur apparente falſa ex defectu conſenſus, art. 9. numer. 17. p. 27.

Decreto violentiæ, quod non convenit actis proceſſus, non obtemperatur, art. 16. nu. 10. p. 43.

Et ſecunda juſſio denegatur in Senatu Regio, ibid.

Delatio ſupponit appellationis legitimæ exiſtentiam, qua deficiente deficit ſubjectum, ſuper quo cadere poſſit, artic. 16. numer. 21. p. 44.

Quando ex actis proceſſus notoriè conſtat de deſertione appellationis, non curatur de male geſto, & male fulminato proceſſu, art. 16. num. 44.

Index Rerum

Conſtito in Senatu de appellationis deſertione ex actorum inſpectione, nihil ſuper ejus deſertione decernere poteſt. Cum fuerit reſoluta, & annullata, ibid. nu. 45. & ſeqq.

A deſertionis ſententia, & tranſitus in rem judicatam appellatio caret effectu ſuſpenſivo, art. 16. num. 58.

E

Error plurimorum attribuentium indiſtinctè, & promiſcuè robur quaſi poſſeſſionibus juris præſentandi, adnotatur, art. 4. n. 2. & ſeqq. p. 17.

Enuntiativæ juris præſentandi emanatæ à capellanis viſitatis, & non à viſitatore ipſo, nihil probant, art. 9. n. 6. p. 26.

Enuntiativæ emanatæ ab habentibus intereſſe nihil probant, ib. n. 7. ib.

Enuntiativæ nihil probant, quoties de enuntiato contingit controverti, d. art. 9. num. 8. ibid.

Jus patronatus in aliquo inſtrumento enuntiatum, non probatur, poſtquam de ipſo patronatu oritur controverſia, numer. 9. & 10. d. art. 9. ibid.

Maximè ſi controvertitur enuntiatum cum eo, qui non invenit in inſtrumento enuntianti, ib. n. 11. ibid.

Enuntiativa inſtrumentorum nihil probat in quacumque materia, quoties de enuntiato principaliter controvertitur, d. art. 9. numer. 10. ibid.

Error, & falſa cauſa reſpiciens ipſammet rem impedit poſſeſſionis adquiſitionem, quoad omnes juris effectus tam in petitorio quàm in poſſeſſorio ſummariſſimo, art. 12. num. 4. & ſeqq. p. 32.

Executio pendente appellatione nulla, & attentata convaleſcit ſubſecuta poſtmodum appellationis deſertione, ac ſi ab initio interpoſita non fuerit, articul. 16. numer. 30. & ſeqq. p. 45.

F

Fingens diverſam ſententiam mutando ejus ſubſtantiam decipit Senatum Regium, art. 16. n. 3. & cum ſeqq. p. 40.

Fruſtra expectatur id, cujus eventus nullius eſt effectus, art. 6. n. 45. p. 47.

I

Judicium poſſeſſorium movetur inter ipſos præſentantes ad beneficii vacationem, cum inter ipſos de quaſi-poſſeſſione contendatur, art. 14 n. 1. & 2. p. 37.

In judicio poſſeſſorio inter præſentantes moto leviores requiruntur probationes, d. art. 14. n. 3. ibid.

Judicium, quo aſſiſtit Ordinarius, negans exiſtentiam juris patronatus proprietatis eſt, ibid. nu. 4. ibid.

Super juris patronatus exiſtentia probationes requiruntur exactæ, nulla attentata quaſi-poſſeſſione præſentandi, art. 14. n. 7. ibid.

Inſtitutio beneficii denegatur præſentato ob quemlibet defectum quaſi-poſſeſſionis præſentantis, artic. 15. num. 10. 11. & 12. & n. 13. p. 40.

Clauſula fundationis hujus capellaniæ inſeritur, art. 10. n. 16. p. 28.

Jus patronatus hæreditarium eſſe, & gentilitium, contraria, d. art. 10. n. 1. 7. ibid.

Jus patronatus non ortum à principio fundationis; hæres fundatoris conſequi nequit, cum non reperiatur in hæreditate, ib. n. 19. ib.

Jus patronatus hæreditarium prætendens hæres, non deducens, nec probans qualitatem hæredis ſuccumbit, d. art. 10. n. 20. p. 29.

Jus patronatus hæreditarium prætendens conſanguineus proximior tanquam gentilitium, non poteſt obtinere, ib. n. 22. ib.

Jus utile, & efficax habens, quo omiſſo, erit ex alio inutili, nec ex iſto tanquam inutili, nec ex altero utili, quod non deduxit, poteſt obtinere, ibid. nu. 23. 24. 25. & nu. 26. ibid.

Ad jus patronatus agens hæreditarium tanquam gentilitium ex cauſa proximitatis fundatori, nec poteſt obtinere in hæreditario, ſi qualitate hæredis uſus non fuit, nec ex qualitate conſanguinitatis, quia gentilitium deficit, d. art. 10. n. 27. ibid.

Jus patronatus hæreditarium ex obſervantia præſentandi per conſanguineos proximiores, præſumitur gentilitium, art. 11. n. 1. p. 30.

Si ex fundationis tenore appareat, eſſe hæreditarium, ad ipſam qualitatem reducitur, plurimis præſentationibus contrariis non obſtantibus, ib. n. 2. ib.

Vel etiam è contra, ib.

Jus patronatus, quam plurimis annis poſſeſſum à conſanguineis tanquam gentilitium, conſtito ex inſtrumento fundationis eſſe hæreditarium, pluries reduxit Rota ad ſuam qualitatem primævam, d. art. 11. n. 8. ib.

Jus patronatus ſi eſt hæreditarium, nunquam alius tanquam conſanguineus admittitur, ib. n. 9. 10. & 11. ib. & 31.

Jus patronatus gentilitium poſſeſſum tanquam hæreditarium, conſtito de fundatione eſſe gentilitium, quaſi-poſſeſſionem contrariam Rota contendit, d. art. 11. n. 12. 13. & 14. p. 31.

Ad jus patronatus adquirendum, cum fundatione requiritur conſenſus Ordinarii, ſine quo capellania cum libertate creatur, art. 13. nu. 1. p. 34.

Infecta primitiva, infecta cenſentur derivativa, art. 15. ex numer. 8. & ex numer. 2. cum ſeqq. p. 40.

Cenſenſus Ordinarii, ad creandum jus patronatus, an tacitè inducatur ex admiſſione præſentationum, art. 13. n. 2. & ſeqq. p. 34.

Et inducit, qui tenuerunt, ib. n. 3. ib.

Si ex admiſſione præſentationum induceretur conſenſus Ordinarii, ad noviter creandum jus patronatus, multæ Rotæ deciſiones, & communiter Doctorum opiniones ſubverterentur, art. 13. n. 4. ib.

Ad quaſi-poſſeſſionem præſentandi acquirendam requiruntur præſentatio, admiſſio, inſtitutio præſentati, & poſſeſſionis beneficii apprehenſio quieta, d. art. 13. n. 6. ib.

Præſentationum admiſſio ſolum prodeſt ad adquirendam quaſi-poſſeſſionem juris præſentandi abſque contractu juris patronatus, art. 13. nu. 10. p. 35.

Jus præſentandi aliud eſt, aliud jus ipſum patronatus, ibid. n. 11. ibid.

Et

& Verborum.

Et poteſt jus patronatus eſſe apud unum, & jus præſentandi apud alium, ibid.

Et de uno ad aliud non poteſt fieri illatio, nec argumentum, d. art. 13. d. n. 11. ibid.

Poteſt quis donare jus præſentandi, retento jure patronatus, ibid. n. 12. ibid.

Jus patronatus reſpicit proprietatis judicium, jus præſentandi reſpicit judicium poſſeſſorii, d. art. 13. n. 13. ibid.

Defectum fundationis non continentis jus patronatus, ſi ignorat Ordinarius, approbatio corruit ex defectu conſenſus, ibid. num. 16. ibid.

Etiam per mille actus conſenſum inducentes, conſenſus non induceretur, ib. n. 17. ibid.

Admiſſio præſentationum fit ab Ordinario ſub falſa credulitate exiſtentiæ juris patronatus, & corruit detecta falſitate, art. 13. num. 19. ibid.

Ordinarius ſi ſciret non adeſſe jus patronatus, credendum non eſt velle illud noviter creare, ibid. n. 19. 20. & 21. ib.

Ordinario atteſtanti aliquod beneficium eſſe juris patronatus, non creditur, ibid. numer. 22. ibid.

Capellaniam creatam cum libertate, non poteſt prælatus ſubjicere juri patronatus, d. art. 13. n. 23. ibid.

Aſſertioni Epiſcopi atteſtantis adeſſe jus patronatus non ſtatur, ibid. n. 24. ibid.

Conſenſus Ordinarii deſtinatus ad ſolam admiſſionem præſentationis, non extenditur ad novam creationem juris patronatus, d. art. 13. n. 25. p. 35.

Doctores affirmantes, conſenſum Epiſcopi requiſitum ad creationem juris patronatus ſufficere tacite induci ex admiſſione præſentationum, ſibi ipſis eſſe contrarios oſtenditur, ibid. numer. 26. ibid.

In materia juris patronatus ad docendum de notoria injuſtitia, illud prætendentis, idem operatur inſtrumentum authenticum fundationis ac confeſſio partis, vel res judicata, art. 14. n. 21. p. 39.

Juris patronatus exiſtentiam negans Fiſcalis per conſequens, & adeſſe gentilitium, art. 3. n. 8. p. 13.

Ad juris patronatus exiſtentiam, ſeu pertinentiam attendendus ſemper eſt tenor inſtrumenti fundationis capellaniæ, d. art. 3. numer. 11. ibd.

In capellania, de qua agitur, ab origine fundationis defecit jus patronatus, ibid. numer. 17. p. 14.

Jus patronatus non aſſumit initium à fundatione, ſed à conſenſu Ordinarii, ibid. numer. 20. ibid.

Jus patronatus non adquiritur ex ſola fundatione abſque Ordinarii conſenſu, & approbatione, d. art. 3. n. 18. & 19. ibid.

Jus patronatus non præſumitur creatum in fundatione, niſi expreſſe ex ea appareat, ibid. n. 21. & 22. ib.

Jus patronatus non accedente authoritate Epiſcopi non poteſt dici eſſe in hæreditate fundatoris, ib. n. 23. ibid.

Jus patronatus non probatur ex fundatione ſola, niſi ei accedat conſenſus Ordinarii, d. art. 3. n. 24. ibid.

Conſenſus Ordinarii requiſitus ad creationem juris patronatus, non inducitur ex admiſſione præſentationum ab eo facta, ibid. numer. 25. ibid.

Jus patronatus an præſcriptione adquiri poſſit quæſtio eſt controverſa, n. 37. p. 15.

Negativam quis tuetur, ibid. n. 38. ibid.

Contrariam præſcriptione adquiri poſſe, qui teneant, ib. n. 39. ib.

Tertia opinio diſtinguens verior, & receptior eſt. ibid.

Jus patronatus ab initio creatum authoritate Ordinarii, ut tunc contra patronum admittatur præſcriptio, ib. n. 40. ib.

Jus patronatus ab initio non ortum, nec creatum ex defectu conſenſus Ordinarii, nulla præſcriptione adquiri poteſt, d. art. 3. num. 41. ibid.

Niſi accedat tempus immemoriale cum continuatis præſentationibus, & bona fide, ib. n. 42. ibid.

Præfatam diſtinctionem ſequuntur innumerabiles penè Doctores relati, ib. n. 43. & 44. ib. & p. 16.

Quaſi-poſſeſſio nec præſcriptio non poſſunt cadere ſuper jure patronatus ab origine non creato, d. art. 4. n. 45. p. 16.

Quotieſcumque ex fundationis inſtrumento conſtiterit, non fuiſſe ab initio ortum jus patronatus, corruit præſcriptio immemorialis, ib. n. 46. 47. & 48. ibid.

Ubi concurrunt diverſa jura reſpectu diverſarum perſonarum, eadem res poteſt diverſo jure cenſeri, articul. 4. numer. 19. 20. & 21. p. 18.

Juris patronatus impedimento ſublato, beneficium recuperat ſuam libertatem ipſo jure, art. 7. nu. 12. p. 22.

Jus patronatus in aliquo inſtrumento enuntiatum non probatur, poſt quam de ipſo patronatu oritur controverſia, art. 9. n. 8. 9. & ſeqq. p. 26.

Inſtrumento à parte præſentato, nihil per eam opponi poteſt, art. 14. n. 22. p. 39.

Inſtrumenta præſentata, & de falſo redarguta, ſi non comprobantur, nihil probant, art. 8. n. 1. & 2. p. 24.

Inſtrumenta antiqua, etſi redarguantur de falſo non egent comprobatione, ibid. num. 3. ibid.

Requiritur ad hoc, ut ſint antiqua, quod excedant centum annos, aliter non excuſantur à comprobatione, d. art. 8. n. 4. ib.

Inſtrumenti data de falſo redarguti non attenditur ad ejus antiquitatem; ibid. numer. 5. ibid.

Ex tempore inſtrumenti antiqui deducitur tempus, quo duravit lis mota, ibid. numer. 6. ibid.

Ad inſtrumenti antiquitatem plura alia ultra tempus requiruntur, ibid. numer. 7. remiſſivè, ibid.

Inſtrumenta, ex quibus probatur quaſi-poſſeſſio præſentandi, debent eſſe clara, ita ut nullam patiantur contradictionem, d. articul. 8. ibid.

Inſtrumenta in uno judicio præſentata per contrariam ſententiam perpetuo manent reprobata, ib. n. 9. ib.

Idem de confeſſionibus in eo judicio emanatis, ibidem.

Index Rerum

Inſtrumentorum enuntiativa, nihil probat in quacumque materia, quoties de enuntiato principaliter controvertitur, art. 9. num. 9. 10. & 11. p. 26.

Jus patronatus ab origine creatum duplicis generis eſt, aut hæreditarium, aut gentilitium, art. 10. n. 1. 2. 3. & 4. p. 27.

Jus patronatus hæreditarium legitimè creatum jure operante adquiritur hæredibus fundatoris, etiam nulla eorum facta mentione, d. art. 10. num. 5. ibid.

In jure patronatus hæreditatio alius, cui deficit qualitas hæredis ſuccedere non poteſt, ib. num. 6. ibid.

In jure patronatus hæreditario filius, qui hæres non eſt, non ſuccedit, ib. n. 7. p. 28.

Jus patronatus gentilitium illud eſt quando fundator expreſſè reliquit ſuæ familiæ, ibid numer. 8. ibid.

Et tunc ſuccedit proximior conſanguineus de familiæ, ib. n. 9. ibid.

Juris patronatus hæreditarii qualitas eſt naturalis, & à jure inducta, art. 10. n. 10. ibid.

Iuris patronatus gentilitii qualitas eſt accidentalis ad nutum fundatoris, ib. n. 11. ib.

Jus patronatus in dubio potius præſumitur hæreditarium, quàm gentilitium, ibid. numero 12. ibid.

Niſi contrarium clarè pareat ex tenore fundationis, d. art. 10. n. 10. 13. ib.

Jus patronatus ſimpliciter creatum nulla perſona vocata, fundatori, & ejus hæredibus adquiſitum intelligitur, ib. n. 14. ib.

Ad juris patronatus qualitatem cognoſcendam tenor ſcripturæ fundationis erit attendendus, ibid. art. 10. n. 15. ibid.

L

Lex, vel ſtatutum reformatum in parte, in cæteris firmum remanent, art. 2. numer. 58. p. 10.

De libertate beneficii quandocumque conſtiterit præſcriptio, etiam immemorialis de nihilo ſervit, art. 3. n. 30. & 31. p. 15.

Præſcriptio nulla prodeſt præſcribenti, docto de initio libertatis, ib. n. 32. ib.

Ultimus ſtatus juris præſentandi non attenditur conſtito de origine libertatis beneficii, d. art. 3. n. 33. ibid.

Contra Ordinarium contendentem libertatem beneficii nihil prodeſt quaſi-poſſeſſio juris præſentandi quæſita, art. 4. n. 4. p. 17.

Quando agitur de libertate beneficii, inſtitutio denegatur præſentato per exiſtentem in quaſi-poſſeſſione, n. 14. ib. p. 18.

Conſultationibus de jure patronatus non habet locum, quando agitur de libertate beneficii, art. 4. nu. 15. ib.

De libertate beneficii agi dicitur quando Fiſcalis adeſt in lite negans exiſtentiam juris patronatus, ib. n. 16. ib.

Pertinentiam juris præſentandi debet præcedere probatio exiſtentiæ negatæ, ibid. numer. 17. ibid.

Ubi agitur de libertate beneficii, principaliter tractatur de ipſo jure patronatus, ib. numer. 18. ibid.

Semper, quod ex inſtrumento fundationis apparet beneficium fuiſſe erectum cum libertate, nec immemorialis quaſi-poſſeſſio contraria ſuffragatur, articulum 11. numero 12. cum ſeqquentib.

In libertate creata dicitur capellania, ſi in fundatione deficit conſenſus Ordinarii, art. 12. n. 1. p. 32.

Ad libertatem beneficii Ordinarius quandocumque agere poteſt, articul. 13. numer. 4. & 5 pag. 34.

Omnibus præſentationibus admiſſis præcedentibus non impeditur Ordinarius agere de libertate beneficii, art. 13. n. 7. & ſ qq. ib.

Si ex admiſſione præſentationum inducereturconſenſus Ordinarii ad noviter creandum jus patronatus; ſemper impediretur agere de libertate beneficii, non impeditur quandocumq e agere de ea, ergo conſenſus Ordinarii non inducit jus patronatus noviter creandum, articul. 13. num. 8. & 9. ibid.

De libertate beneficii quando agitur plena requiritur cauſæ cognitio, & concludentes probationes exiſtentiæ juris patronatus, art. 14. n. 4. & 5. p. 37.

Ordinario exiſtente in lite pro libertate beneficii principaliter agitur de jure patronatus, art. 14. n. 6. ib.

Conſtito de libertate beneficii quælibet præſentantis quaſi-poſſeſſio annihilatur, & ex hoc defectu denegatur inſtitutio præſentato, art. 15. n. 10. & 11. p. 40.

Conſtito de libertate beneficii, quælibet præſentantis quaſi-poſſeſſio reſolvitur, ibid. numer. 12. ibid.

Conſtito de initio libertatis beneficii deſtruitur quaſi-poſſeſſio præſentantis, n. 12. ib.

Libertas capellaniæ ex inſtrumento fundationis probatur, art. 16. n. 1. p. 42.

Quando lex unum ſupponit, & alterum diſponit, non poteſt verificari diſpoſitio, niſi prius verificetur ſuppoſitio, art. 16. num. 19. cum ſeqq. p. 44.

Impedimentum ob recurſum ad Regem quantum fuerit, & duraverit, facillimè ex actorum inſpectione probatur, d. art. 16. numer. 53. pag. 47.

N

Non nomen fictum appoſitum, ſed effectus actus, qui geritur attendendus eſt, art. 7. n. 21. p. 23.

Inhibitioni habenti effectum perpetuæ ſi à judice imponatur nomen temporalis, & ſuperſedioriæ, non eſt attendendum, n. 24. ib.

P

Privatio præſupponit habitum, art. 2. n. 42. & 43. p. 8.

Pro conſuetudine probata præſumit lex, ex juſta & rarionabili cauſa fuiſſe introductam, ibid. n. 59. p. 10.

Præſumptionem juris qui pro ſe habet, alia non eget probatione, ib. n. 60. ib.

Probatio, quæ non percutit punctum litis, nec prodeſt, nec ſuffragatur, art. 3. nu. 9. & 10. pag. 13.

Præſcriptio, nec poſſeſſio cadere non poſſunt ſuper re non exiſtente in rerum natura, art. 3. n. 28. p. 15.

& Verborum.

Præscriptio dari non potest contra actionem nondum natam, ibid. numer. 29. & ex numer. 26. ibid.

Præscriptio de nihilo servit, quandocumque constiterit de libertate beneficii. ibid. nu. 30. ibid.

Etiamsi sit immemorialis, ibid. n. 31. ibid.

Præscriptio non prodest præscribenti docto de initio libertatis beneficii, d. art. 3. n. 32. ibid.

Præscriptione an, & quando adquiri possit jus patronatus latè distinguitur, ibid. ex n. 37. cum multis seq. ibid.

Præscriptio immemorialis corruit semper, quod appareat ex fundatione jus patronatus ab origine non fuisse creatum, d. art. 3. n. 46. 47. 48. & 49. p. 16.

Præscribens contra tenorem instrumenti, quod penes se habet, dicitur esse in vera mala fide, excludente quasi-possessionis adquisitionem, art. 6. n. 3. & 4. p. 20.

Habens scientiam fundationis disponentis de jure patronatus in favorem hæredis, & præscribens ut gentilitium ob malam fidem, præscriptio nihil operatur, articul. 6. numer. 7. p. 22.

Mala fides præscribentium quotiescumque constiterit, aut aliter de injusto principio appareat, etiam possessio immemorialis juris patronatus, non suffragatur, d. art. 6. n. 8. ibid.

Patronus laicus plures accumulative præsentans, si unus sit incapax, uni ex aliis institutio facienda erit, art. 7. n. 26. p. 23.

Papa conferens alicui beneficium ignorans incapacitatem, non intelligitur super ea dispensare, art. 13. n. 18. p. 35.

Præsentati jus ad beneficium causatur, & derivatur à quasi-possessione præsentantis, art. 15. n. 2. cum seqq. p. 39.

Jus præsentati procedens à causa, & radice infecta nihil prodesse potest, ibid. n. 6. & seqq. & à n. 3. p. 40.

Præsentatus non potest plus consequi à præsentante, quàm iste habeat, ibid. n. 7. ibid.

Desidia judicum Abbatialis Dignitatis occasionem præbuit potentioribus usurpandi jus præsentandi nullo titulo illius assistente, art. 15. n. 21. 22. & 23. p. 41.

Provisione Regia jam per Senatum abolita utens graviter delinquit, art. 16. n. 11. p. 43.

Q

QUasi-possessionem centum quadraginta annorum præsentandi ad beneficium per consanguineum tanquam juris patronatus gentilitii, ejecit Rota, constito ex fundationis instrumento esse juris patronatus hæreditarii, art. 11. n. 10. & 11. p. 31.

Possidentis animus applicatus ad rem cum qualitate, hac deficiente non remanet subjectum, cui applicetur illa possessio, ibid. n. 15. ibid.

Diversa est possessio, rei qualificatæ, alia, & diversa est possessio rei simplicis sine qualitate, art. 11. n. 16. ibid.

Constito de non qualitate rei, quam sub qualitate quis erroneè possidebat, nullum ei jus ex tali possessione quæritur, ib. n. 17. ib.

Qualitate rei possessæ, extincta, extinguitur possessio, & nec transit ad simplicem tanquam rem diversam, d. art. 11. n. 19. p. 32.

De quasi-possessione unius rei, non bene infertur ad aliam rem diversam, ibid. numer. 20. ibid.

Possessio de una re ad aliam non migrat, art. 11. n. 31. ibid.

Quasi-possessio apprehensa per errorem respicientem causam possidendi, licet quoad petitoriam sit vitiosa quoad judicium manutentionis suffragatur, art. 12. n. 1. & 2. ibid.

Quasi-possessio præsentandi quantumvis legitimè quæsita inter compatronos, nullatenus suffragatur contra Ordinarium nec in petitorio, nec in possessorio summariissimo, d. art. 12. num. 3. ibid.

Error, & falsa causa tangens ipsammet rem impedit possessionis acquisitionem, quoad omnes juris effectus tam in petiterio, quàm in manutentione, ib. n. 4. ib.

Quasi-possessio juris præsentandi beneficium tanquam gentilitium, cum non sit erronea, & falsa causa tangens ipsammet rem ad nullum judicium prodest, art. 12. n. 5. p. 36.

Actus gestus sub aliqua qualitate, illa deficiente actus corruit, ibid. n. 6. ibid.

In comprobationem supra dictorum optima adducitur Rotæ decisio, ibid n. 7. ibid.

Admissio præsentationum defervit ad adquirendam quasi-possessionem præsentandi, art. 13. n. 17. p. 36.

Non tamen ad impedimentum Ordinarii, ut quandocumque possit de beneficii libertate agere, d. art. 13. n. 28. ibid.

Quasi-possessio quælibet præsentandi in nullo judicio sive plenario, sive manutentionis officit Ordinario, nec contra eum potest opponi, art. 14. n. 8. p. 37.

Quasi-possessio juris præsentandi multum attenditur, & præcisè danda institutio beneficii, art. 15. n. 1. p. 39.

Quasi-possessio præsentandi non admittitur contra Ordinarium agentem de libertate beneficii, art. 3. n. 45. & 6. & 7. p. 73.

Ex simplici clausula fundationis velle prætendere quasi-possessionem præsentandi, inane est, ib. n. 14. 15. & 16. p. 14.

In capellania, de qua agitur, ab origine fundationis defecit jus patronatus, d. art. 3. numer. 17. ibid.

Jus patronatus non adquiritur ex simplici fundatione, absque Ordinarii consensu, & approbatione, ib. n. 18. & 19. ib.

Jus patronatus non assumit initium à fundatione, sed à consensu Ordinarii, ibid. numer. 20. ibid.

Jus patronatus non præsumitur creatum in fundatione, nisi expressè ab ea appareat, d. art. 3 num. 22. ibid.

Jus patronatus non accedente authoritate Episcopi, non dicitur esse in hæreditate fundatoris, ib. n. 23. ib.

Jus patronatus non probatur ex sola fundatione, nisi accedat consensus Ordinarii, ibid. numer. 24. ibid.

Consensus Ordinarii requisitus ad creationem juris patronatus, non inducitur ex admissione præsentationum ab eo facta, ibid. nu. 25. ibid.

Quasi-possessio rei non existentis in rerum natura adquiri non potest, art. 3. n. 26. ibid.

Nec seminarii nondum erecti, ibid. n. 27. ibid.

Index Rerum

Super non ente, nec poſſeſſio, nec præſcriptio cadere poſſunt, ib. n. 28. ib.

Qualitas non poteſt eſſe ſine ſubjecto, d. art. 2. n. 35. & 6. ib.

Quaſi - poſſeſſio juris præſentandi legitimè quæſita, attenditur inter ipſos præſentantes ad beneficium, art. 4. n. 1. & 2. p. 17.

Et ejus præſentatio inter cæteros præfertur, ib. n. 2. ibid.

Quaſi-poſſeſſio juris præſentandi de nihilo ſervit contra Ordinarium contendentem libertatem beneficii, ib. n. 4. ib.

Nec adhuc tunc prodeſt poſſidenti ad manutentionem, d. art. 4. n. 5. ib.

Niſi agatur de patronatu Regio, ibid. nu. 6. & 7. ibid.

Quaſi-poſſeſſio juris præſentandi admittitur, quando jus patronatus non revocatur in dubium, ib. n. 8. & 9. ibid.

Quaſi-poſſeſſio præſentandi attenditur, quando judicium non agitur, cum Ordinario, ib. nu. 10. ibid.

Ubi apparet non de exiſtentia juris patronatus, quaſi-poſſeſſio juris præſentandi ad nihilum redditur, d. a. 4. num. 11. & num. 12. & 13. p. 18.

Eandem quaſi-poſſeſſionem prodeſſe contra compatronos, & & non prodeſſe contra Ordinarium, repugnantiam pati videtur, ibid. numer. 19. ibid.

Poteſt quis juſte poſſidere quoad unum, & injuſte, quoad alios, ib. n. 20. & 21. ibid.

Tres inſtantiæ dantur quarum quælibet deſtruit quaſi - poſſeſſionem præſentandi, etiam data exiſtentia juris patronatus, art. 5. numer. 1. p. 19.

Quaſi-poſſeſſio præſentandi legitime quæſita, & juxta juris regulas, attenditur inter ipſos præſentantes, art. 4. n. 2. p. 17.

Et ejus præſentatio cæteris præfertur, ibid. num. 3. ibid.

Quaſi - poſſeſſio præſentandi de nihilo ſervit contra Ordinarium contendentem libertatem beneficii, ibid. n. 4. ibid.

Nec tunc prodeſt poſſidenti ad manutentionem, ib. n. 5. ibid.

Quaſi-poſſeſſio præſentandi quantumcumque legitime quæſita per patrem non transfertur in filium, etiam hæredem, art. 5. n. 2. p. 19.

Niſi iſte poſſeſſionem actualem apprehendat præſentando in aliqua vacatione ſubſecuta, d. art. 5. n. 3. ibid.

Cum hæredes facti ſumus omnia jura ad nos tranſeunt, præterquam poſſeſſio, quæ niſi actualiter apprehendatur, ad nos non tranſit, d. art. 5. n. 4. ibid.

Animus, quo retinetur poſſeſſio, extinguitur cum defuncto, n. 5. ibid.

Quaſi-poſſeſſio præſentandi non tranſit in ſucceſſorem, etiam filium, etiam ſtante ſtatuto; ut poſſeſſio defuncti transferatur in ſucceſſorem ipſo jure, d. art. 5. n. 6. ibid.

Quia tale ſtatutum non admittitur contra Eccleſiam, nec in foro Eccleſiaſtico, ibid. n. 7. ibid.

Filia, quæ nititur præſentationibus patris, poſt cujus mortem non præſentavit, nihil agit, ib. n. 8. ibid.

Etiamſi ipſa filia hæredem ſui patris ſe eſſe probet, ibid. n. 9. ibid.

Quaſi - poſſeſſio patris alia eſt, alia poſſeſſio filiæ, etiam hæredis, d. art. 5. n. 10. p. 20.

Quaſi-poſſeſſio præſentandi tranſit in ſucceſſorem, ſi jus patronatus ſit annexum Dignitati, vel majoratui, & de ratione, d. art. 5. numer. 11. ibid.

Quaſi- poſſeſſio juris præſentandi nunquam adquiritur cum mala fide, a. 6. n. 1. & 2. ibid.

Præſentato per exiſtentem in quaſi-poſſeſſione præſentandi, cum mala fide denegatur inſtitutio, art. 6 n. 5. p. 20.

Et datur præſentato à vero patrono habente jus patronatus in proprietate, ibid. numer. 6. ibid.

In materia juris patronatus ad obſervandam quaſi-poſſeſſionem, idem eſt conſtare de proprietate per inſtrumentum authenticum, quod per rem judicatam, vel confeſſionem partis, d. art. 6. n. 9. p. 21.

Ultimus ſtatus pro Ordinario collatore interrumpit quaſi-poſſeſſionem præſentandi antecedentem, art. 7. n. 1. p. 22.

Status ultimus Ordinarii attenditur, ut præferatur cuilibet quaſi-poſſeſſioni antecedenti, art. 7. n. 2. ibid.

Quaſi - poſſeſſio præſentandi ſicut unico actu adquiritur, pariter, unico actu contrario amittitur, ib. n. 3. ibid.

Ordinarius adquirit quaſi-poſſeſſionem contra patronum, conſtito, contuliſſe beneficium tanquam liberum, d. art. 7 n. 4. ibid.

Ex actu ultimo liberæ collationis denegatur inſtitutio præſentato ab habente quaſi-poſſeſſionem antecedentem, ib. n. 6. ibid.

Quaſi poſſeſſio Ordinarii ex ſententia lata jure devoluto, non eſt perpetua, ſed pro illa vice devolutionis, d. art. 7. n. 8. ib.

Sententia negans abſolute jus patronatus applicatio proviſionis facta per eam Ordinario, pariter debet eſſe abſoluta, ib. n. 9. p. ead.

Quaſi-poſſeſſio patris non transfertur in ejus filiam, quæ actualem non apprehendit poſſeſſionem juris præſentandi, art. 9. n. 1. p. 25.

Qualitas juris patronatus hæreditarii eſt naturalis, & à jure inducta, art. 10 n. 10. p. 28

Qualitas, juris patronatus gentilitii & accidentalis ad nutum fundatoris, ib. n. 11. ib.

Qualitas & cauſa, ex qua quis deducit jus ſuum in judicio attendenda eſt ad terminationem, d. art. 10. n. 18. ib.

A quaſi-poſſeſſione præſentantis ad beneficium cauſatur, & derivatur jus præſentati, art. 15. n. 1. & 2. p. 39.

Quaſi - poſſeſſionis præſentantis defectus influit in præſentatum ab eo, d. art. 15. n. 3. p. 41.

Quaſi-poſſeſſione præſentantis quoquomodo deſtructa præſentato denegatur inſtitutio, ibid. n. 10. ibid.

Quaſi - poſſeſſio præſentantis quæſita cum mala fide, ſicuti non admittitur, ita pariter excluditur præſentatus ab eo, art. 15. numer. 14. ibid.

Quaſi - poſſeſſio præſentantis ſemel interruptæ, ſicut non prodeſt ad præſentandum, ita ab eo præſentatur, negatur inſtitutio, d. art. 15. n. 15. ibid.

Quaſi - poſſeſſio præſentandi ad beneficium ex cauſa juris patronatus gentilitii conſtito eſſe hæreditarium, ſi jus non prodeſt præſentanti, ita nec præſentato, d. art. 15. n. 16. ibid.

& Verborum.

Ita è converſo, n. 17. ibid.

Quaſi poſſeſſio per errorem adepta, & ex cauſa falſa reſpiciente ipſam rem, non adquiritur, d. art. 15. n. 18. ib.

Defectus omnes quaſi poſſeſſionis relati in hoc art. 15. concurrunt in præſentante ad capellaniam, de qua agitur, ibid. 19. p. 61.

Et per neceſſe influunt in jus præſentanti ne inſtitui poſſit, d. art. 15. n. 20. ib.

Et ad hunc eundem finem emanavit conſtitutio Synodalis Diœceſis Abbatiæ Compluti Regii, ibid. n. 21. p. 41.

D. conſtitutio Sydonalis refertur ad litteram, ex qua conſtat, plures Capellanias ſtare injuſte uſurpatas, n. 22. ib. & nu. 23. ib.

Quaſi poſſeſſio præſentandi, nec præſentanti, nec præſentato prodeſt, contra Ordinarium agentem de libertate Capellaniæ, art. 16. num. 2. p. 42.

R

Res qualificata diverſæ naturæ, & ſpeciei eſt, cujus ſimplex, art. 11. num. 17. cum ſeqq. pag. 31.

Reſoluto jure dantis reſolvitur jus accipientis, art. 15. n. 9. & ex n. 2. cum ſeqq. p. 40.

Recurſu ad Regem pendente geſta per judicem Eccleſiaſticum non ſubjiciuntur vitio nullitatis, vel attentati, art. 16. num. 55. 56. & 57. pag. 48.

S

Solemnitas, quæ requiritur in conſtruendo eadem requirit in deſtruendo, art. 2. n. 12. 13. & 14. p. 5. & 6.

Sententia nulla non meretur executionem, ſed permittit appellationem cauſantem attentata, art. 2. n. 20. 21. & ſeqq. p. 6.

Sententia lata termino probatorio pendente, nulla eſt, & admittit appellationem ſuſpenſivam, art. 2. n. 28. ib.

Quia judex debet tunc ſuperſedere, ib.

Sententia lata ſuper negotio in quo judex poſt lapſum terminum probatorium admittit teſtes, nulla eſt, admittens appellationem ſuſpenſivam, & devolutivam, d. art. 2. n. 46. p. 8.

Et ſi de conſuetudine exequendi ſententias conſtaret Senatui, n. 47. p. 9.

Et etiam in judiciis privilegiatis, alias permittentibus executionem, prædicta nullitas appellationem ſuſpenſivam admittit. ib.

Sententiæ nullæ non includuntur in conſuetudine permittente executionem, ſed ab ea excluduntur, art. 3. n. 1. p. 12.

Sententia collationis lata ſpreto jure patronatus, ſeu quaſi poſſeſſione legitime quæſita, nulla eſt ipſo jure, d. art. 3. n. 2. ib.

Et ab ea appellatio admittenda quoad utrumque effectum, ib. n. 3. ib.

Niſi appareat nullum eſſe jus patronatus ab origine erectionis Capellaniæ, ibid. numer. 4. ibid.

Sententia declarans beneficium eſſe liberæ collationis, à qua non fuit appellatum, bene probat libertatem beneficii, art. 7. n. 5. p. 22.

Sententia lata jure devoluto non parat perpetuum præjudicium quaſi poſſeſſori, ſed pro illa vice tantum, art. 7. n. 7. & 8. ib.

Sententia negans abſolutè jus patronatus, applicatio collationis facta per eam Ordinario, pariter debet eſſe abſoluta, & ſine limitatione, ibid. n. 9. p. 22.

Sententia negans jus patronatus, alia applicatione non facta Ordinario, tacite includit collationem Ordinario pertinentem de jure, ibid. n. 10. ib.

Sententiæ verba debent impropriari, ut rei de qua agitur conveniant. art. 7. n. 14. p. 23.

Et ne mutent ſubſtantiam rei, ib. n. 15. ib.

Sententiæ verbum vitioſum non conveniens actis proceſſus, tanquam ineptum deletur ab ea. ib. n. 16. ib.

Sententia recipit declarationem ex actis proceſſus, ib. n. 17. ibid.

Et ſecundum naturam actus intelligenda etiam ejus verba impropriando. ib.

Non omne verbum judicis, in ſententia prolatum vim ſententiæ habet, d. art. 7. numer. 18. ibid.

Judex in ſententia dicens, *per hanc noſtram ſententiam diffinitivam.* Non ideo dicetur diffinitiva, ſi ſui natura eſt interlocutoria, ibid. n. 19. & ſequent. ib.

Inepta judicis aſſertio in ſententia non eſt attendenda, d. art. 7. n. 10. & ſeqq.

Sententia applicans collationem Ordinario ex cauſa devolutionis, quæ ex actis non apparet, cauſa uti inepta deletur, manente ſententia illæſa, art. 7. n. 27. p. 23.

Sententia fieri nequit ſuper cauſa non deducta judicio, art. 10. n. 20. & 21. p. 29.

Sententia lata inter compatronos, etſi annuntiet jus patronatus ad aliquem pertinere, non præjudicat libertati beneficii, art. 14. nu. 9. pag. 37.

Pluries determinavit Rota per deciſiones relatas ad litteram, d. art. 14. ibid. & numer. 10. pag. 58.

Sententiæ latæ inter compatronos ſuper pertinentia juris præſentandi multum defertur inter ipſos ad probationem exiſtentiæ juris patronatus, art. 14. n. 12. ibid.

Si ſententia iſta ſic annuntians jus patronatus ſit antiqua ultra centum annos, ib. numer. 13. ibid.

Ex iis centum annis deducitur tempus litis motæ pro libertate beneficii, ibid. num. 14. 15. & 16. ibid.

Sententiæ antiquæ ultra centum annos enuntiantes jus patronatus ſolum attenditur inter compatronos, non contra libertatem beneficii, cui nec immemorialis quaſi poſſeſſio officit, d. art. 14. n. 17. ib.

Sententia lata ſuper exiſtentia juris patronatus, aſſiſtente Fiſcali pro libertate beneficii, adhibita plena cauſæ cognitione, omnibus præjudicat ſi ſit tranſlata in rem judicatam, art. 14. n. 18. ib.

S. Congregationis declaratio ad idem refertur, ibid. n. 19. p. 39.

Sententia lata ſuper exiſtentia juris patronatus, conſtito de fundatione non fuiſſe creatum juſte fertur pro libertate beneficii, ibid. num. 20. ibid.

Sententia quæ non compatitur cum actis, nec ex eis juſtificatur, nulla eſt ipſo jure, art. 16. n. 5. & 6. p. 43.

Sententia lata ex falſa cauſa, quæ talis detegitur ex

Index Rerum & Verborum.

ex actis, nulla eſt ipſo jure, ibid. num. 6. ibid.

Conſuetudo exequendi ſententias non habet locum in nullis ſed in validis, ibid. num. 9. & 8. ibid.

Sententia ob deſertionem tranſit in rem judicatam, art. 16. n. 12. 14. & 15. ib.

Sententia tranſlata in rem judicatam, non curatur, nec tractatur de attentatis, ib. n. 32. p. 45.

Duæ mirabiles deciſiones ad literam ad idem recenſentur, ib. n. 33. 34. & 35. ibid. & 46.

T

TErminum ad aliquid faciendum ſibi aſſignatum, qui non ſervat ſuo juri renuntiare videtur, art. 16. n. 24. p. 44.

In executione ſententiæ tranſlatæ in rem judicatam ob deſertionem ſervantur quatuor termini ad docendum de diligentiis geſtis in proſecutione appellationis, ibid nu. 36. p. 46.

Multi ſunt in jure caſus, in quibus non ſervantur dicti termini, d. art. 16. n. 37. ib.

Judex certus ex inſpectione actorum factam fuiſſe diligentiam in proſecutione appellationis, non tenetur ſervare ſolitos terminos, ib. num. 38. ibid.

Celebris ad idem refertur ad literam Rotæ deciſio, n. 39. ib.

Quatuor iſti termini duntaxat ſervantur, quando tractatur de exequenda ſententia; quæ ob deſertionem tranſivit in judicatum, ſecus quando agitur tantum de declaranda deſertione, & tranſitu in rem judicatam, d. art. 16. n. 43. ibid.

Termini fatales non currunt pendente recurſu ad Regem, ib. n. 46. 47. & 48. p. 47.

Terminus appoſitus rei, tunc ſuſpenditur, quando ſuper ipſa removetur controverſia, ibid. num. 49.

Articulus motus ſuper re, cui eſt præfixus terminus, tunc illum ſuſpendit, quando eſt probabilis, & non calumnioſus, ib. nu. 50. & 51. ibid.

Terminus ablatus ab impedimento ſuppletur quantum abſtulit impedimentum, & non amplius, ibid. n. 52. & 53. ibid.

V

UTilitas hujus tractatus commendatur, profecturi tam Judiciis Eccleſiaſticis, quàm Regis Cancellariis, art. 1. n. 1. p. 2.

Excluſivus juris præſentandi dum agitur de libertate beneficii, ibid. n. 2. ib.

Subtiliter exhauſtus ex viſceribus materiæ juris patronatus, ibid n. 3. ib.

Tractatu hoc ceſſabit contagium præſentationum ad jus patronatus uſurpatum, d. art. 1. n. 4. ibid.

Brevis proponitur ſpecies litis, ex qua exhauritur tractatus iſte, ib. n. 5. & 6. ib.

Verum eſſe non poteſt, quod falso nititur fundamento, art. 3. n. 34. p. 15.

Verba judicis debent intelligi ſecundùm mentem juris, art. 7. n. 13. p. 22.

Verba ſententiæ debent impropriari, ut de re, de qua agitur conveniant, ib. n. 14. ib.

Et ne mutent ſubſtantiam rei, n. 15. ib. p. 23.

Verbum ſententiæ vitioſum non conveniens actis proceſſus, tanquam ineptum debet ab ea deleri, art. 7. n. 16. ib.

Non omne verbum à judice ſententiæ prolatum vim ſententiæ habet, ib. nu. 18. & ſeqq. ibid.

Verba ſupervacanea, ſæpe ſcribi ſolent, ſine virtute aliquid operandi, d. art. 7. n. 22. ibid.

In unione beneficiorum cum quieta poſſeſſione, conſenſus capituli præſumitur interveniſſe, art. 11. n. 5. p. 30.

Conſtito tamen ex inſtrumento unionis, non interveniſſe conſenſum capituli præſumptio ceſſat, & unio reſolvitur, ibid. num. 6. & 7. ibid.

Violentiæ cauſa ceſſante, ceſſat recurſus ad Regem. art. 16. n. 29. p. 45.

Viſitator capellaniæ an poſſit approbare enuntiativam factam à poſſeſſore, ſe ad præſentationem alicujus poſſidere, art. 9. n. 2. p. 25.

Ex viſitationis libris enuntiantibus jus patronatus ad aliquem pertinere, jus patronatus non probatur, ib. n. 3. ib.

Viſitationis libri enuntiantes pertinentiam juris præſentandi, probant inter ipſos compatronos. Non tamen deſerviunt ad probandum juris patronatus exiſtentiam, d. art. 9 num. 4. ibid.

Viſitationis libri, ut faciant aliquod indicium pro exiſtentia juris patronatus, quibus egeant requiſitis, ib. n. 5. ib.

Viſitator nullam habet poteſtatem approbandi, vel reprobandi jus patronatus enuntiatum per Capellanos viſitatos, d. art. 9. numer. 12. & ſeq. p. 26.

FINIS.

S. ROTÆ ROM.

DECISIONUM

CENTURIÆ DUÆ.

Materiam Labyrinthi Creditorum Concernentium.

EMINENTISSIMO ET REVERENDISS. D. CARDINALI OTHOBONO.

Bononien. Pecuniaria.

Lunæ 10. *Januarii* 1650.

ARGUMENTUM.

Adminiſtratio bonorum ex quibus probetur: ſtatutum Bononiæ de probation. non comprehendit rationem adminiſtrationis.

SUMMARIUM.

1 *Adminiſtratio probatur per Inſtrumentum locationis.*
2 *Et per teſtes.*
3 *Dicta teſtium coadjuvantur, ex adminiculis Inſtrumentorum.*
4 *Statutum Bononiæ de probationibus vers.* poſſit etiam probari per teſtes, *declaratur non habere locum in ratione adminiſtrationis.*
5 *Et in vers.* poſſint tamen Teſtes: *nec minus comprehendere ea, quæ probantur partim ex teſtibus, partim ex inſtrumentis.*
6 *Præteritum arguunt continuationem in futurum, concurrente aliqua conjectura.*
7 *Adminiſtrationis continuatio præſumitur ceſſante cauſa occaſionali.*
8 *Redditio rationum non excludit continuationem adminiſtrationis.*
9 *Cauſa de præterito non excuſat ab adminiſtratione. Secùs verò, cauſa de novo ſuperveniente. ibid.*
10 *Podagra non eſt legitima cauſa excuſandi aliquem ab adminiſtratione.*
11 *Teſtes examinati criminaliter, non probant in civili.*
12 *Teſtium major numerus attenditur.*
13 *Teſtes adminiculati ab Inſtrumentis prævalent.*
14 *Adminiſtrationis præſumptio bonorum extradotalium, eſt contra Viros.*
15 *Inſtrumentis potiùs ſtandum eſt, quàm Teſtibus.*
16 *Adminiſtratio concipit tacitum pactum de ratione reddenda.*
17 *Vir tenetur reſtituere fructus perceptos bonorum extradotalium, Uxore diſſentiente.*
18 *Adminiſtratione admiſſa, ac perceptione fructuum in genere reſpectu quantitatis ſufficiunt conjecturæ.*
19 *Fructuum quantitas probatur à conſuetis percipi in præcedentibus annis.*

DECISIO I.

SOlutis à Carolo Beccadello hærede Laur. Bonſignorii *lib.* 32400. in cauſam adminiſtrationis bonorum extradotalium Geſiæ Baldæ ab eo perceptis ab ann 1602. uſque ad an. 1621. juxtà formam Inſtrumenti à Laurentio tunc vivente confecti ut patet ex ſententia conformatoria mandati AC. & decreto ſuper executione rei judicatæ RR. PP. DD. meorum Rojas, & Bichii præviis Deciſionibus coram iiſdem emanatis, ſcilicet coram D. Roſas ſub die 27. April. 1644. & coram D. meo Bichio ſub diebus 26. Maii 1645. & 19. Januarii 1646. ſubinde quia Laurentius continuavit adminiſtrare eadem bona extradotalia Geſiæ uxoris non ſolùm uſque ad annum 1621. ut apparebat ex dicto inſtrumento ab ipſo confecto, ſed etiam uſque ad annum 1637. quo ipſe deceſſit, ideo fuit hodie diſputatum, An, & quæ ſumma ſit reſtituenda per Beccadellum Laurentii hæredem, & DD. dixerunt eſſe reſtituendas libras 30. mil.

Siquidem adminiſtratio bonorum extradotalium Geſiæ facta à Laurentio Bonſignorio maritò, & continuata uſque ad annum 1637. ac diem 23. Decemb. quo ipſe obiit, probatur ex duobus Inſtrumentis, quorum alterum celebratum anno 1622. continet locationem ad novennium bonorum extradotalium Geſiæ factam à Bonſignorio viro; Alterum verò emanavit de anno 1626. ſuprà eadem locatione, quo mediante fuit Conductori permiſſum, quod penſio quæ vigore dicti inſtrumenti ſolvi debeat unica vice anticipatè ſolveretur in futurum in duobus terminis, *ut in Summ. Geſiæ n.* 3. Verùm locare bona, & cum Conductore paciſci eſt actus indubitatæ adminiſtrationis, *l. Codicillis* 91. §. *inſtituto filio, ibi DD. ff. de legat.* 2. & probant plures relati à Modern. Tudert. *de locat. & conduct. tit. quibus locar. lic. vel non. q.* 6. *n* 1. *fol.* 68. Rot. *in Romana Domus* 17. *Martii præteriti coram R. P. D. meo Bichio.* 1

Eadem verò adminiſtratio probatur per ſex Teſtes pro Geſia examinatos, diſertiſſimè deponentes de adminiſtratione Bonſignorii viri uſque ad obitum, qui etiam coarctant negativam excluſivam adminiſtrationis Geſiæ, excepto tantùm quodam Horto nuncupato di Calamoſco, & cùm prædicti Teſtes ſint numero plures, & deponant de certa ſcientia, proinde ex eis reſultat evidentiſſima probatio, Rot. *dec.* 243. *n.* 12. *p.* 6. & *dec.* 70. *n.* 1. 2. & *dec.* 283. *n.* 2. *p.* 7. *recent.* præſertim quia Teſtium dicta corroborantur, & ſi opus eſſet ſupplerentur etiam defectus qui tamen non adſunt ex eo- 2

4 rum numero, & ex adminiculis Instrumentorum. *Alex. cons.* 149. *n.* 6. *lib.* 5. Rota *coram Cæsar. de Graff. dec.* 5. *n.* 8. & 9. *de sponsal. in recent. dec.* 147. *n.* 3. *p.* 1. & *coram S. M. Greg. dec.* 340. *n.* 6.

Nec eorumdem Testium dicta debilitat Statutum Bononiæ sub Rubr. de prob. dum vetat debitum ultra summam centum librarum probari per Testes, quia hujusmodi Statutum corpore excipit debitum ratione administrationis, ut ibi *Possit etiam probari per Testes ubi petatur reddi ratio administrationis alicujus super quibuscunque ipsam administrationem tangentibus ab utra-*
5 *que parte vel ab altera tantum*, & certè statuti dispositio non extenditur ad casum probationis mixtæ resultantis partim ex Testibus, & partim ex instrumentis, ut in eodem statuto disponitur in *vers. possint tamen Testes ultra dictas summas, &c.* & tradit Jas. *in l. certi condictio* 6. §. *quoniam igitur, n.* 9. *ff. si cert. pet.* Surd. *dec.* 174. *n.* 14. Rota *coram RR. Urgell. dec.* 36. *n.* 6.

Insuper administratio Laurentii probatur ex ipsiusmet confessione emissa in publico instrumento de anno 1621. optimè vindicato à simulatione à Beccadello
6 objecta in decisione R. P. D. mei Rojas quo fatetur statim mortuo Socero suscepisse bonorum administrationem cum pacto reddendi rationem, & fructus retinendi Geliæ uxori, ab administratione etiam gesta in præteritum ducitur validum argumentum continuationis in futurum quando, prout in præsenti casu, ejusdem continuationis aliqua conjectura concurrit ad *l. eum qui* 22. *ff. de prob.* Honded. *cons.* 20. *n.* 12. *l.* Rot. *dec.* 237 *n.* 2. & *dec.* 321. *n.* 4. *p.* 1. *rec.*

Neque dici potest mandatum ad administrandum in præfato Instrumento 1621. à Bonsignorio confessatum expirasse, vel quia cessaverat tenera ætas Geliæ, ob quam susceptum videbatur, vel ex ejusdem tacita voluntate elicita, eo quod in dicto instrumento narratur velle illam statum suum recognoscere, & in posterum de eo deliberare, vel tandem, quia ab anno 1621. Bonsignorius magno ære alieno, ac podagra cœpit gravari.

Nam quoad ætatem animadvertebant Domini, quod Gelia longè ante annum 1621. erat maturæ ætatis, siquidem in dicto Instrumento asseritur quod tempore mortis illius Partis sequutæ de anno 1603. illa agebat decimum quartum, adeoque de Anno 1620. agebat annum trigesimum secundum, cum itaque etiam lapsa tenera ætate uxoris Bonsignorius bona administraverit, patet quod tenera ætas Geliæ non fuit causa finalis
7 aut conservativa administrationis, sed occasionalis, & proinde ea cessante non expiravit mandatum. Bald. *in l.* 1. §. 1. *in fin. ff. de off. ejus.* Ripa *in l. ex facto* 43. *n.* 17. *de vulg. & pupil.* Dec. *consil.* 24. *n.* 1. & *per tot.* Tiraquell. *in tract. cessante causa limit.* 35. Rot. *dec.* 733. *n.* 8. *p.* 2. *recent.*

Nec tacita voluntas Geliæ revocandi mandatum administrationis resultat perneccsse ex eo quod in Instrumento enuncietur se velle de suo statu deliberare, imò verba Instrumenti, ibi, *Si non ad reddendum rationem totalem saltem ad declarandam summam* potius inducunt continuationem, quia ex non redditione rationum totali, & perfecta administrationis præsumitur
8 ea continuata potius quàm finita Corn. *consil.* 61. *l.* 1. Paris. 82. *n.* 37. *ante fin. l.* 1. Socin. *sen. c.* 87. *n.* 13. *lib.* 1.

Æs alienum Bonsignorius contraxerat ante annum 1621. ut deponunt Testes Beccadelli *Sum. n.* 3. prout etiam ante dictum annum cœpisse illius infirmitatem, & podagram deponunt tres Testes dati in eodem *Sum.*
9 *n.* 4. ideò sicuti neutra ex his causis induxit revocationem mandati administrationis usque ad annum 1621. ita nec postea cum ad hujusmodi effectum requiratur, quod causa de novo superveniat Gabr. *cons.* 51. *n.* 30.
10 Over*s.* 7. *tamen id non obstant. l.* 1. Mant. *de tac. & ambig. l.* 7. *tit.* 22. *n.* 46. & *seq.* Rot. *coram Put. dec.* 287. *n.* 4. *l.* 3. & *inter divers. dec.* 200. *n.* 22. & *seqq. p.* 1. & quod podagra non impediat administrationem probatur *ex text. in l. podagr.* 3. *C. qui morb. se excus.* hic enim 11
morbus impedit munia corporalia non autem patrimonialia, ut dicunt relati per Paris. *de resignat. l.* 5. *q.* 3. *n.* 42.

Neque obstant Testes pro Beccadello inducti, nam illos octo examinatos in judicio criminali non nihil relevare resolvit Rota coram R. P. D. meo Bichio 19 Januarii. 1646. sub §. *minus urgent.* quæ decisio de stylo 12
Tribunalis est supponenda; alii verò Testes cedere debent probationi Geliæ cùm sint numero pauciores *cap. in nostra de testibus*, præsertim quia non solum Testes actricis sunt adminiculati ab Instrumentis supra pon- 13
deratis Aym. *c.* 73. *n.* 41. Ruin. *cons.* 35. *n.* 19. *l.* 4. Rot. *dec.* 145. *n.* 3. & *dec.* 315. *n.* 8. *p.* 1. *recent.* ac à solito quod Viri administrant bona extradotalia Cravet. *cons.* 14
91. *n.* 7. *dec.* 343. *n.* 3. *part.* 4. *recent.* & ponderavit *dec. R. P. D. mei Bichii* 26. *Maii* 1645. *sub* §. & *uxori*, sed etiam quia Testibus Beccadelli repugnat confessio Bonsignorii de administratione ab ipso gesta usque ad annum 1621. cum illi contrarium deponant, nempè quod Gelia cœpit administrare ante annum 1620 ut
in *Summar. Beccadelli. n* 5. magisque standum est instru- 15
mentis quam Testibus. *l. cessus.* 10. *ff. de pub. & cess. in c. tertio loco verb. Testium eod. tit.* Rota *dec.* 91. *n.* 9. & *dec.* 183. *n.* 6. *p.* 1. *recent.* & *in Romana Successionis* 9. *Maii* 1644. *in* §. *secundo testes cor. R. P. D. meo Bichio*; & *in Placentina beneficii* 19. *Maii* 1648. *in* §. *major enim coram. R. P. D. meo Cess.*

Prædicta autem pedum probant continuatam admi- 16
nistrationem Bonsignorii Viri usque ad ejus obitum, sed etiam pactum reddendi rationem Uxori de omnibus fructibus perceptis, quod usque ab initio susceptæ administrationis stipularum fuisse falsus fuit Marius in sæpè memorato Instrumento Anno 1621. cum non appareat restrictum ad certum tempus, complectitur omnem administrationem formando sequentem eventum à primordio titul i. debet *l. un. & ib.* Gloss. in verb. *primordium & cod. de imponend. lucrativa descript. l.* 10. Ancharan. *cons.* 4. *n.* 3. Socin. sen. *cons.* 87. *n.* 14. *l.* 2. Rota *decis.* 576. *n.* 3. *p.* 1. *recent.*

Atque adeo probata administratione usque ad obi- 17
tum Bonsignorii is tenetur omnes fructus percepto restituere, cum uxore dissentiente perceperit, *l. de iis* 17. *C. de don. inter vir. & uxor. l. fin. C. de pact. convent.* Bart. *in l. filio, & filio. & filiæ* 93. §. *marius n.* 3. *ff. ad d. l. falcid.* Dec. *cons.* 521. *n.* 4. Socin. *sen. cons.* 82. *n.* 9. *vers. quando lib.* 4. Cravet. *cons.* 193. *n.* 15. Surd. *cons.* 290. *n.* 42. Honded. *cons.* 193. *n.* 15. Surd. *cons.* 290. *n.* 42. Honded. *cons.* 91. *n.* 61. *lib.* 1. & sicuti maritus tenebatur de eis rationem reddere, ita tenetur Beccadellus ejus hæres Bero *cons.* 44. *n.* 17. *lib.* 1. & *firmat. dicta prima dec. Dom. mei Bichii*, ubi etiam offenditur statutum Bononiæ allegatum idem approbare.

Admissa verò ex prædictis administratione Bonsi- 18
gnorii, ac perceptione fructuum in genere respectu quantitatis sufficiunt conjectaræ, ut in *secunda decisione R. P. D. mei Bichii in* §. *tandem.* Quantitas igitur benè desumitur ex prænarrato Instrumento anni 1621. quo inter cætera idem Laurentius fassus fuit fructus 19
perceptos spatio plurium annorum quibus bona coluerat ascendisse ad libras 2. mille annuas, unde fructus postea percepti præsumuntur ascendere ad solitam quantitatem librarum duarum millium Rot. *coram Reverendiss. Urgell. d.* 307. *num.* 5. *in Bononien. liquidationis fructuum* 30. *Maii* 1642. *coram bon. mem. Merlino, extensa per R. P. D. meum Corram, in Bononien. pecuniaria, seu dotis* 18. *Jun. præteriti coram Reverendiss. D. meo Decano, & in Romana domorum in Burgo* 12. *Novembris præteriti in* §. *ex quibus coram Me.* Quantitas enim fructuum probatur à contrariis percipi in præcedentibus annis Achill. *dec.* 22. *de reff. spol.* Seraph. *dec.* 1397. *num.* 3. Putt. *dec.* 173. *n.* 6. & *dec.* 722. *n.* 4.

Fuit itaque resolutum esse restituendas libras 30. mil. utraque parte informante.

R. P. D.

R. P. D. ROYAS.

Avenionen. Pecuniaria.

Veneris 25. *Junii* 1649.

ARGUMENTUM.

Danda est remissoria in prophanis, data aliquali Articulorum relevantia. Unus articulus continens materiam objectivam, non valet impedire remissoriam quoad alios.

SUMMARIUM.

1 *Remissoria conceditur in prophanis, data aliquali articulorum relevantia absque ullo fumo.*
2 *Relevantia articulorum optimè resultat, ubi probatum, quod articulatur, conferret ad victoriam causæ.*
3 *Solutio facta in moneta reprobata et tonsa, non suffragatur, nec liberat solventem, cùm debeat de pecunia currenti et usuali.*
4 *Imò facta in pecunia, quæ licet adhuc non sit reprobata, illa tamen de proximo probanda esset sciente debitore, non valet.*
5 *Articulus unus in plurium numero, continens materiam objectivam, sine fumo admittendus non est. Secùs si alii sint relevantes.*
6 *Articuli unius objectum non valet impedire remissoriam quoad alios.*
7 *Relevantia unius dumtaxat articuli sine fumo, sufficit ut super omnibus sit concedenda remissoria.*
8 *In testibus cessat timor subornationis, ubi examen aliorum Testium in eadem causa examinatorum non est publicatum.*
9 *Et eo maximè quando petitur examinari Testes super diversis articulis.*
10 *Calumniosa protelatio causæ non præsumitur in creditore petente remissoriam, cùm in eo cesset suspicio ut faciat ad effugiendam solutionem.*
11 *Remissoria in Sac. Tribunali Rotæ per solius calumniæ præsumptionem, in ulteriori instantia, non solet denegari.*

DECISIO II.

1 DAndam esse remissoriam resolutum fuit; quia in prophanis data aliquali articulorum relevantia absque ullo fumo conceditur Caputaq. *dec.* 68. *p.* 3. Put. *dec.* 212. *n.* 3. *lib.* 1. *in correct.* Cocc. *d.* 149. *n.* 1. *cum aliis in Anconitana pecuniaria* 13. *Maii* 1647. *coram R. P. D. meo Arguelles, & coram me in Neapolitana pecuniaria* 3. *Ju.* 1645.

2 Relevantia enim illorum optimè resultat, ex eo quia articulatur, quod pecuniæ solutæ per Oliverium de Blanchis Laurentio filio Henrici Creditoris erant defectivæ, & tonsæ, ac quod de tempore d. solutionis Olivarias benè sciebat, ipsas de proximo per edictum reprobandas esse prout successivè evenit ob promulgationem hujusmodi Edicti; Unde hoc probatum valdè
3 relevaret, & conferret ad victoriam causæ, ut admittit *dec. Reverendiss. D. mei Decani emanata* 15. *Januar.* 1649. *in* §. *non obstat.* nam solutio facta in moneta reprobata, & tonsa non suffragatur, nec liberat solventem, cùm fierit de pecunia currenti, & usuali ad *text. expressum in l. eleganter.* §. 1. *Qui reprobos, ff. de*
4 *pig. act.* Purp *cons.* 169. *n.* 7. *vers. & maximè*, Dec. *cons.* 668. *per tot.* latè Tiraq. *de retract. lign.* §. *gl.* 10. *n.* 14. *&* 15. Imò nequè valet solutio in pecunia, quæ licèt adhuc non sit reprobata, illa tamen de proximo reprobanda esset sciente ipso debitore. Bart. *in l. acceptam 4.*

17. *in fin. n.* 28. *C. de usur.* Calcan. *cons.* 14. *num.* 8. *vers. quantum ad tertiam.* Neviz. *cons.* 49. *n.* 16. Brun. *de augm. monet. in* 3. *p. col.* 1. *vers. est verum*, quod Bald. Gabr. *de solut. conc.* 2. *n.* 14. Menoch. *de arbitrar. cas.* 252. *n.* 25. & 26. Grat. *discept.* 260. *n.* 19.

Nec refert, quod septimus articulus contineat materiam objectivam, tanquam tendens ad probandam antidatam quietantiæ, quo casu sine fumo admittendus non est; Quia sat est, quod cæteri alii sint relevantes, 7 objectum enim respectu unius non valet impedire remissoriam quoad alios, præsertim quia in prophanis sufficit relevantia unius dumtaxat articuli etiam sine fumo, ut super omnibus illa sit concedenda Rota *d.* 668. 8 *n.* 1. *p.* 1. *& d.* 661. *n.* 4. *p.* 2. *rec.* Greg. *dec.* 114. *n.* 3. *ac dictum fuit coram me in d. Neapolitana Pecuniaria in pr.*

Non obstat, quod in partibus fuerint alii Testes examinati, tum quia non constet illorum examen fuisse so- 9 lemniter publicatum, quo casu cessat timor subornationis, ut firmavit Rota *in Avenion. dilapidationis* 7. *Maii* 1646. *coram R. P. D. meo Cerro.* Tum etiam quia non petitur examinari testes super eisdem articulis, sed super novis, Burat. *dec.* 163. *n.* 3. *& 6. Gregor. dec.* 497. *n.* 2. *cum aliis alleg. in d. Anconitana Pecuniaria* 13. *Maii* 1647. *coram R. P. D. meo Arguelles.*

Demum suspicio calumniæ adducta attendi non de- 10 bet cùm illa prorsus corruat ex eo quia petens remissoriam est actor, & creditor, in quo non præsumitur 11 protelatio causæ ad effugiendam solutionem Burat. *dec.* 816. *n.* 5. Duran. *dec.* 462. *n.* 13. Ultra quod dum versamur in tertia instantia per solius calumniæ præsumptionem remissoria in hoc Sac. Tribunali non soleat denegari, ut consideravit *dec.* 177. *n.* 3. *p.* 6. *recent.*

Et ità utraque, &c.

R. P. D. BICHIO.

Romana dotis.

Mercurii 31. *Januarii* 1652.

ARGUMENTUM.

Confessio dotis de recepto, à Viro post decoctionem emissa, ubi clara est obligatio de restituendo, probat quoque ad præjudicium tertii, concurrentibus conjecturis; & quæ conjecturæ suffragentur: Remissio hypothecæ non inducitur per actum factum ab eo, qui duplicem repræsentat personam, quando potest actus ex uno capite, absque ea sustineri.

SUMMARIUM.

1 *Confessio dotis de recepto à Viro, post ipsius decoctionem emissa, in præjudicium creditorum fidem non facit, quamvis promissio præcesserit.*
2 *Consensus præstitus venditioni fundi hypothecati, non præjudicat respectu actionis super pretio competentis.*
3 *Nisi jam consensum fuerit etiam distractioni pretii, exinde redigendi.*
4 *Hypothecæ remissio facta debitori ab anteriori in concursu creditorum præjudicat remittenti, quoad potioritatem; ita ut anterioritas sibi remaneat inofficiosa contra creditores hypothecarios.*
5 *Confessio dotis de recepto, à Viro etiam post decoctionem emissa, ubi habetur obligatio de restituendo, probat quoque ad præjudicium creditorum concurrentibus conjecturis.*
6 *Quæ maximè resultant ex præcedenti promissione, diuturna alimentorum præstatione, et juramento confessionibus adjecto.*

7 *Et ex successivis solutionibus residui ipsius dotis.*
8 *Et demum ex sententia absolutoria ad favorem promissoris non obstante allegata ex adverso hujusmodi exceptione.*
9 *Sententia contra unum ex concreditoribus lata, et in judicatum lapsa, vel os claudit aliis, vel saltem magnum præbet in re dubia, veritatis adminiculum.*
10 *Conjectura simulationis elicitur ex contrariorum probatione.*
11 *Defectus investimenti doti promissi, licet releret ipsum male solutam Viro, non tamen ipsum recipientem liberat à restitutione.*
12 *Facultas impugnandi actum ex aliquo defectu competit illis solum ad quorum commodum fuerat gestus.*
13 *Simulatio pro omnibus quorum interest, contenta in oblatione camerali, non suffragatur nisi illis de quorum commodo agitur, vel ab illis causa habentibus.*
14 *Inducta in alicujus commodum, non debent in ipsius odium retorqueri.*
15 *Nemo propria culpa juvari debet.*
16 *Culpa, vel negligentia Viri, vel non investiendo, vel etiam in non exigendo dotem, mulieri præjudicare non potest, maximè quando fuit ab alio, quàm ab ea, promissa. Et Vir quomodocunque semper dotem restituere tenetur.*
17 *Actus gestus ab eo, qui duplicem repræsentat personam, interpretandus est pro ea parte in qua minus læditur.*
18 *Jura dotalia per transactionem factam à Viro alio nomine, nec ex voluntate, sed ex mera necessitate, non censentur sublata.*
19 *Litis merita in transactione expressa, causam ipsius demonstrant, et à narrativa præmii tota regulatur, ac restringitur transactio.*
20 *Causa in transactione dignoscitur ex tenore litis expresso, etiam si in ea legantur clausulæ universales, pro omni et toto eo, et ex quacumque causa.*
21 *Verba in executionem præmissorum in instrumento apposita, subsequentes clausulas, quamtumvis alias universales ad præmissum titulum coarctant.*
22 *Dictio prædicta, est repetitiva.*
23 *Modus loquendi discretivus magni est momenti ad eliciendam voluntatem agentis.*
24 *Consensus alienationi bonorum communis debitoris præstitus ad favorem aliorum creditorum non operatur nisi remissionem juri tunc temporis competentis, et exercibilis.*
25 *Nec operatur remissionem crediti, cujus dies nondum cesserat.*
26 *Privilegium mulieri competens, Viro vergente ad inopiam, agendi ut dos ponatur in tuto pro alimoniis suis, et familiæ, personalissimum est, et nec ad filios transit.*
27 *Jus creditori competens agendi ante diem, si debitor conditionem deterioraverit, exercibile non est ad effectum exigendi.*
28 *Contractus initus à Pupillo, licet cum solemnitatibus statuti, quando nihil ex eo lucratur, sed potius jus suum remittit, resolvitur in meram donationem, et est prorsus nullus.*
29 *Remissio juris, quæ importat donationem, facta à filio ad favorem Patris, est prohibita, et maximè in terminis hypothecæ.*
30 *Conductor agnovit possessionem ex parte locatoris.*
31 *Clausulæ universales in fine contractûs positæ restringuntur ad causam superiùs expressam, ita ut nihil amplius comprehendant: Et maximè quando sunt in executivis Instrum.*
32 *Clausulæ solitæ apponi de stylo Notariorum contractum non extendunt.*

DECISIO III.

CReditores Gasparis Martholi, qui pecunias eis debitas receperunt ex pretio Casalis nuncupati Centocelle data cautione de restituendo prioribus, & potioribus, & contra quos Francisc. Gasparis filius tanquam creditor anterior occasione dotis Cleriæ matris petitoin vim dictæ cautionis relaxati mandatum executivum, duo objecerunt. Primò quod pro rata sent. bis millie, sive 1333. de quibus hodie agitur, Gaspar, cujus defuncto, filius hæreditas dotis debitrix non fit, cùm non probetur à Gaspare recepta, nisi ex confessionibus de recepto emissis, postquam decoxerat, quæ propterea in præjudicium creditorum fidem non faciunt, quamvis dotis promissio præcessisset, Menoch. *præsumpt.* 13. *n.* 24. *vers. est hic distinguendum. l.* 3. Grat. *discept.* 489. *n.* 22. Rot. *dec.* 239. *n.* 9. *&* *n.* 15. *p.* 4 *tom.* 2. *recen. decis.* 306. *n.* 42. *p.* 7. *decis.* 23. *n.* 5. *& seqq. inter impres. apud. Modern. Forolivien sem de pign.* 1

Secundò quod Francisc. in concordia de anno 1611. inita cum Gaspare patre consentiendo, quod nedum præfatum Casale pater venderet quo casu salva sibi actio foret super pretio, ex traditis ad favorem fideicommissarii à Lader. *c.* 73. *sub n.* 11. Pusat. *de substitut. q.* 560. *n.* 31. Cyr. *contr.* 15. *n.* 1. *& per tot. contr.* 495. 18. Rot. *dec.* 788. *n.* 11. *p.* 1. *divers.* sed etiam quod pretium exinde redigendum creditoribus patris solveretur super eodem pretio, remiserit hypothecam dotalem favore creditorum *ex text. in l. ficat*, §. *sed si permiserit*, *ff. quibus mod. pign. vel hypoth. solv. l.* 2. *Cod. remiss. pign.* Caval. *dec.* 528. *n.* 3. & propterea pecunias ipsis solutas vindicare non possit, quia etsi adhuc remaneat creditor anterior patris, tamen ob præjudicium remissionis hypothecæ concreditoribus hypothecariis potior non est, ad hunc effectum requiritur *Caval. dec.* 492. *n.* 1. 2 3 4 1

His non obstantibus contra illos relaxandum esse mandatum pro scutis 1333. Rota censuit, quia clara est obligatio Gasparis patris de restituendo dotem Cleriæ uxoris, & respectivè matris Francisci, quodque illam etiam pro hac rata receperit supra memoratæ confessionis, esto post decoctionem emanassent, probant quoque in præjudicium creditorum concurrentibus conjecturis Surdus *cons.* 498. *n.* 4. Marescot. *var. resol. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 9. *&* 10. Coccin. *dec.* 499. *n.* 3. Rot. *inter recent. decis.* 335. *n.* 2. *p.* 6. *dec.* 24. *n.* 19. *p.* 7. resultantibus in casu nostro tum ex præcedenti promissione dotis Seraphin. *dec.* 795. *n.* 1. *Greg. XV.* 62. *n.* 6. Rot. *inter recent. decis.* 533. *n.* 1. *part.* 4. *tom.* 3. *decis.* 335. *n.* 5. *p.* 6. *& in Romana dotis* 15. *Februarii* 1642. *coram Reverendiss. D. meo Decano, in Arimin. dotis* 4. *Maii & 27. jun.* 1649. *coram R. P. D. meo Verospio, in Romana Sabinen.* 17. *Mart.* 1649. *coram R. P. D. meo Rojas.* 5

Tum ex diuturna alimentorum præstatione, juramento confessionibus adjecto Surd. *d. cons.* 489. *sub. n.* 16. *versic. Quinto concurrit.* Joseph. Ludov. *dec. Perusina* 66. *n.* 11. Rota *dec.* 24. *n.* 8. *p.* 7. *recent. & in Anconitana bonorum* 1. *Jul.* 1643. *coram me, in Anconitana dotis* 17. *Jun.* 1647. *cor. bon. mem. Arguelles*, tum ex successivis solutionibus residui dotis, quas pars adversa non negat, & ad hunc effectum ponderavit Rot. *decis.* 593. *n.* 7. *&* 8. *p.* 4. *tom.* 3. *recent. dec.* 62. *n.* 7. *coram Jan. mem. Greg. XV. & in aliis relatis in dicta Anconitana dotis*, §. *conjecturæ coram bo. me. Arguelles.* Tum tandem ex sententia absolutoria anno 1635. lata ab A. C. ad favorem *promissoris* de non obstante quod Francis. etiam tunc actor allegasset confessiones de recepto à patre decocto factas fidem non mereri, ut novo Summ. Francisci *n.* 1. hæc enim sententia in judicatum lapsa, vel os claudit creditoribus patris, ut easdem confessiones hodie impugnare non valeant, *quatenus illorum procurator in illo judicio citatus fuisset, & comparuisset l. sepè, ubi* Castr. *n.* 1. *&* *seqq.* Alex. *n.* 16. *& in ff. de re judic. cap. quamvis, & ibi gl. verb. res inter alios; eodem tit.* Rimin. sen. *cons.* 344. *n.* 10. Rot *decis.* 230. *n* 4 *p.* 1. *recent.* vel saltem præbet veritatis adminiculum Surdus *dec.* 325. *n.* 11. Rota *dec.* 334. *n.* 6. *part.* 1. *recent.* 6 7 8 9

Non

Non obstat, quod Gaspar pecunias dotales à socero solvendas non investiverit pro rata, de qua agitur in locis montium, vel stabilibus, ut ex forma instrumenti dotalis tenebatur, utque de reliqua dote fecit. Quia vel exinde educitur conjectura simulationis confessionum, & ea elicitur ex toc contrariis suprà ponderaris, ut respondit Rot. *dict. dec.* 62. *nu.* 11. *coram Greg. XV. d. dec.* 24. *nu.* 20. *p.* 7. *recent.* vel exinde inferetur, quod dos fuerit male soluta viro ob non factum investimen-
11 tum promissum, & hoc non liberat virum, qui verè re-
12 cepit, à restitutione Cùmque in vestimentum in capitulis matrimonialibus conventum non fuerit favore ipsius viri, sed ob securitatem soceri solventis, ac sponsæ, ejusque filiorum *Rot. dec.* 49. *n.* 6. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* illis solùm competit facultas dandi de nullitate solutionis ex capite non facti investimenti, non autem creditoribus viri quibus non suffragatur stipulatio pro
13 omnibus, quorum interest contenta in obligatione Camerali, cùm non habeat causam ab illis, quorum commodo investimentum promissum fuit, ut oportere declaravit Rota *dec.* 27. *n.* 13. *coram bon. mem. Urgellen. dec.* 267. *n.* 13. apud Zach. *de obligat. Camer. & in Civitatis plebis Salviani* 9. *Junii* 1647. *coram me.*

14 Alioquin si uxor, ejusque filii repellerentur ex hoc
15 capite à receptione dotis contra virum, qui recepit, retorqueretur in eorum odium, quod pro ipsis conventum fuit, & viro propria culpa in non investiendo suffragaretur, quod ferendum non esse dixit *Rota dec.* 210. *n.* 15. *dec.* 312. *n.* 41. 6. *recent.* & in terminis *in Romana fructuum dotis* 21. *Aprilis* 165. 1. §. *Quoniam*
16 *in fin. coram R. P. D. meo Cerro*, quia potius dos non fuit promissa à muliere, sed à patre, culpa, & negligentia viri, vel in non investiendo, vel etiam in non exigendo dotem mulieri præjudicari non potest, & vir sive non investiverit, sive etiam non exigerit, restituere dotem tenetur *leg. si extraneus* 33. *cum ibi notat. ff. de jur. dot. l. ob res, ff. de pact. dot.* Fontanell. *pact. nupt. claus.* 6. *gl.* 1. *p.* 2. *n.* 77. Cyriac. *controv.* 110. *n.* 5. Rota *dec.* 203. *n.* 9. apud Zach. *de oblig. Camer & in Civitatis Vetulæ dotis* 27. *Februarii* 1643. §. 1. *vers. vel in omnem, coram R. P. D meo Cerro.* Eo magis, quia ex ejus facto hoc est confessione de recepto Francis. Cleriæ filius & hæres per sententiam A. C. rejectus ut suprà fuit ab exactione dotis contra avum maternum illius promissorem.

17 Alterum obiectum cessat, quia Francisc. duplicem personam repræsentabat unam debitoris tanquam fideicommissarius Scipionis avis obligatus hoc nomine restituere Gaspari hæredi gravato legitimam illi debitam in
18 bonis fidei committentis; alteram creditoris ejusdem Gasparis, uti filius & hæres suæ matris cujus rura dotalia per transactionem fideicommissario tantum nomine, nec ex voluntate sed ex mera necessitate, ut infra dicam factam sublata non censentur Aug. Aretin. *conf.* 71. *sub nu.* 10. Remin. sen. *conf.* 71. *nu.* 26. *l.* 1. Burat. *conf.* 32. *nu.* 38. Surd. *con.* 365. *n.* 21. *in fin. & n. seqq.* Rota *dec.* 235. *c.* 9. *& seqq. part.* 6. *recent.* facit Tiraq. *de retract. lig.* §. 1. Gloss. 9. *n.* 141. Gabr. *de rer. alienat. concluf.* 2. *n.* 1. *& seqq.* idem Surd. *dec.* 153. *n.* 17.

19 Factam verò fuisse transactionem ex necessitate & fideicommissario nomine tantum constat ex toto tenore transactionis ponderando, primò quòd sola lis occasione legitimæ Gaspari debitæ super bonis fideicommissi pendens inter illius creditores ex una, & Francisc. fideicommissarium ex altera causam dedit transactioni, ut narratur in ejus proœmio, à quo tota transactio regulatur, ac restringitur Bart. *in l. fin. nu.* 2. *de hæred. instit.* Decian. *conf.* 72. *n.* 49. *l.* 2. Burat. *dec.* 543. *n.* 11. *Greg. XV. in his terminis dec.* 158. *n* 2. nec non à controversia quæ causam dedit transactioni *l. si de certa, C. transf.* Menoc. *conf.* 319. *n.* 20. Surd. *conf.* 418. *n.* 14. Rota *dec.* 29. *n.* 4. *p.* 1. *recent. & in Recanaten. præd.* 14. *Aprilis* 1614 *coram Sanctiss. D. N.* ubi quod hoc præcedit, etiam si in transactione adsint clausulæ universales pro omni, & toto eo, & ex quacumque causa Mant. *dec.* 233. *n.* 3. *Add. ad Jan. mem. Gregor. XV. dec.* 158. *n.* 8.

Secundò, quòd nusquam in transactione fit verbum 20
de dote materna Francisci, nisi ad effectum calculandi integrum valorem fideicommissi, & per consequens tertiam partem pro legitima filii, non obstante prohibitione fideicommittentis detrahendam, cùmque prævia narrativa, quod Gaspar in vim commissionis Sanctissimi obtinuerat ab A. C. sententiam super detractione legitimæ ac ejus separatione à bonis fideicommissi ad effectum aliqua corpora vendendi, & ex pretio solvendi creditoribus suis, ac pariter obtinuerat à Sanctissimo, quod facto deposito scutorum 4. mill. & assignatis creditoribus suis aliis annuis scutis 500. à creditoribus amplius non molestaretur, nec dictum depositum se facere posse nisi per venditionem alicujus membri fideicommissi: 21
ideòque cum Francisco filio ad fideicommissum vocato intendire convenire? cùm inquam prævia narrativa hujusmodi Franciscus ad faciendam rem gratam patri, & in executionem præmissorum consenserit venditioni prædii nuncupati Centocelle, evidens exinde fit ejus voluntas restricta dumtaxat ad titulum fideicommissi, quod solum narratum fuerat obstare alienationi, attentis præsertim tum verbis *in executionem præmissorum* quæ subsequentes transactionis clausulas quantumvis alias universales coarctant ad præmissum titulum fideicommissi, & legitimæ Rota *dec.* 114. *n.* 4. *p.* 1. *recent. & in Romana legati de Marescotis* 22. *Maii* 1627. *coram bon. mem. Merlino.* & in terminis transactionis Franc. Aret. *consil.* 161. *n.* 4. Sard. *conf.* 418. *sub. n.* 14. Cyriac. *Contr.* 215. *n.* 7. Rota *dec.* 428. *sub n.* 6. *p.* 5. *recent.* Tum subsequentib. ibi *hanc autem assignationem, & omnia alia in præsenti instrumento contra idem Franc. facere declaravit in favorem Gasparis ejus patris pro restiduo legitimæ dictum Gasparem tangen. & pro omni, & in toto eo quod quomodolibet prætendere posse, &c. super hæreditate & bonis & juribus præd.* & sic super bonis fideicommissi superius nominati & per dictionem illam *prædictis.* repetiti Aym. *conf.* 929. *n.* 8. Barbos. *dict.* 276. *n.* 22
20. & hic advertendum est, quod licet Francis. assignationem facere declaravit pro omni, & toto eo, quod Gaspar prætendere posset, non tamen dixit se eam facere pro omni, & toto eo quod ipsemet Francis. 23
posset prætendere; magnique est momenti ad eliciendam voluntatem agentis discretivus modus loquendi ex alleg. *in Romana fideicomm. seu Salviani* 26 *April.* 1615. *coram R. P. D. meo Celso.*

Tertiò quòd stante statuto Urbis, deferente marito, uxore mortua lucrum totius dotis, quam tamen liberis communis matrimonii reservare teneatur, non habebat Franciscus de tempore transactionis quo vivebat Gaspar actionem aliquam contra ipsum exercibilem pro restitutione dotis; consensus autem alienationis bono- 24
rum communis debitoris præstitus ad favorem aliorum creditorum operatur quidem remissionem proprii juris competentis tempore præstiti consensus, non autem juris, quod tunc temporis non competebat, & exercibile non erat Castr. *consil.* 375. *n.* 7. *vol.* 1. Gabr. *conf.* 72. *n.* 5. *lib.* 1. Laderch. *conf.* 73. *n.* 7. *ver.* 2. *respondeo.* Surd. *conf.* 70. *n.* 4. *& seqq.* Dec. *conf.* 105. *nu.* 14. *lib.* 3. & in puncto quod non operetur remissionem crediti cujus dies nondum cesserat. Gom. *var. resol. tom.* 1. *c.* 12. *n.* 82. *vers. idem adde il.* 3. vinc. de Franc. 25
dec. 80 *n.* 24. post Bald. *in l. si ita scripsisset in* 2. *notab. ff. de leg.* 2.

Et gratis dicitur actionem dotis fuisse tunc exercibi- 26
lem propter decoctionem patris, quia privilegium mulieri competens viro vergente ad inopiam agendi, ut ponatur in tuto pro alimoniis suis, & familiæ personalissimum est, & nec ad filios transit Curt. sen. *conf.* 57. *n.* 2. Anch. Regien. *p.* 1. *q. familiar. q.* 22. *n.* 4. *& seq.* Gra. *discept.* 427. *n.* 15. & 16. *aliique relati* à moderno Panorm. *var. resol. tom.* 2. *res.* 86. Rota *dec.* 607. *n.* 53. *&* 54. *par.* 4. *tom.* 3. *recent. & in civitatis Cost. Bon.* 7. *Jun.* 1651.

Coram R. D. meo Decano; quod verò jus cuicumque creditori competit agendi ante diem, si debitor conditionem deterioraverit exercibile non est ad effectum exigendi Jas. *l. pecuniam n.* 10. *ff. si cert. pet.* Strac. *decoct. p.* 3. *n.* 56. & 57. Joseph. Ludov. *concl. unica de solut. lim.* 3. Caval. *dec.* 653. *n.* 5. & 6. Rot. *in Romana spolii domus* 29. *Jan.* 1629 *coram bo. m. Merlino.*

Quartò quòd contrahentes adeò enixè curarunt, ut contractus esset ut validus, ob id adhibuerint solemnitates ex parte Franciſci tunc pupilli à Statuto Urbis
28 15. lib. 1. requisitas nullatenus ergo verisimile est voluisse comprehendi jura dotalia, quorum comprehensione contractus esset prorsus nullus eo quòd cùm nihil ex eo Franciſcus lucraretur, sed jus suum remitteret, resolveretur contractus in meram donationem ad favorem patris prohibitam ex dispositione *l. sicut* §. *an paciſci, ff. quibus mo. pig. vel hypoth. solv.* ut in ter-
29 minis remissionis hypothecæ notat. Negus. *de pign. p.* 6. *membr.* 3. *n.* 29. relatus à Modern. Forolivienſi *pign. lib.* 4. *tit.* 3. *q.* 106. *n.* 92. Necnon absque subscriptione donationis (quæ hic non adest) à Stat. Urb. li. 1. c. 149. quod habere locum etiam in remissionibus donationem importantibus ac inter patrem, & filium dixit Rot. *in decisionib. allegatis* à modern. Bersigellensi *in annot. ad dictum Statutum n.* 10. *& seqq.*

Suppositum namque partis adversæ quod Franciſcus mediante hoc contractu acquisiverit bona fideicommissi quæ illi ex tunc pater cessit, cùm tamen cedere non teneretur, nisi post mortem, erroneum detegitur, quia cessio hujusmodi operata solùm fuit extinctionem jurium competentium Gaſpari cedenti ad diminutionem fideicommissi puta occasione legitimæ, dotis Hyeronymæ uxoris fideicommittentis, melioramentorum à Gaſpare factorum, de quibus suprà facta fuerat mentio, & similium, non autem translationem bonorum fideicommissi ex tunc in Franciſcum, ut ipsa observantia successiva demonstravit: nam etiam post hunc contractum creditores Gaſpari remanserunt, aut prius in possessione bonorum fideicommissi ad effectum sibi ex ejus fructibus donec Gaſpar viveret satisfaciendi, & desuper manutentione obtinuerunt
30 ab A. C. quin & ea bona locarunt ipsi Franciſco qui sic, non se, sed creditores possedere agnovit Bart. *in l. quædam mulier n.* 1. *ff. de rei vend.* Gabr. *de locat. concl.* 4. *n.* 14. Caval. *dec.* 446. *n.* 1. Et hæc locatio, ac manutentio referri non potest ad effectum exigendi annua scuta 300. quæ in eodem contractu Gaſpar assignaverit creditoribus, quia manutentio respicit possessionem omnium bonorum, ac fructuum indefinitè à creditoribus capiam ante contractum, & ipsa locatio non restricta ad ratam annuorum scut. 330. sed facta fuit pro pensione scut. 370. & quod plus est ex hac annua pensione fuerunt assignata ipsi Franciſco annua scut. 200. pro ejus alimentis, quæ sanè si aliorum bonorum fideicommissi cessionem translativam à parte reportasset, eaque ut ex adverso asseritum ingentis esset reditus, illi debita non fuissent *l. si quis è liberis*, §. 1. *v. sed si filius, ff. de lib. agnosc.* Molin. *de primog. lib.* 2. *c.* 15. *n.* 6. Peregr. *de jur. fisc. lib.* 3. *tit.* 18. *n.* 74. *aliique relati* à modern. Forol. *de leg. lib.* 2. *tit.* 2. *q.* 30. *n.* 15. Joseph. Sess. *dec. Arag.* 45. *n.* 10. Rot. *coram bo. m. Urgell. dec.* 76. *num.* 37. *dec.* 274. 4. 5. *in fin. p.* 2. *rec.*

31 Quibus positis non obstant clausulæ universales in fine contractûs positæ ibi: *quam donationem &c. Franciſcus promisit servare, &c. contra eam non facere, &c. quovis prætextu, titulo, ingenio, vel causa etiam enormis, vel enormissimæ læsionis, &c. nec alio quovis prætextu hic non expresso, & de necessitate exprimendo.* Quia quidquid sit in aliis casibus, de quibus agunt ex adverso allegati, & ab eis cumulati in *Romana recensionis contractus* 15. *Jun.* 1648. *coram R. P. D. me Corrado*, restringuntur ad causam in transactione expressam concurrentibus superius adductis; ita ut jus dotis quæ tunc exigi non poterat nullatenus comprehendant. Surd. *consil.* 418. *n.* 22. *& seqq.* Cancer. *var. resol. tom. l.* 3. *cap.* 15. *n.* 271. *& seqq.* præsertim quia appositæ sunt in fine instrumenti, & sic in executivis ut bene ad propositum Rota *dec.* 624. *n.* 8. ubi ultra ponderatur, quod sunt clausulæ solitæ apponi de stylo Notariorum, ideòque contractum non extendunt *p.* 2. *rec.*

Tandem non obstat, quòd Franciſcus præsumatur satisfactus de dote ex fructibus bonorum fideicommissi 32
vivente Gaſpare decursis, vel ex quo habuit ratam bonorum, quæ ad Gaſparem occasione legitimæ spectasset, si in calculanda legitima fuisset in debitum fideicommittentis relata dos Cleriæ solum in scutis 4000. non autem in scutis 6000. ut factum fuit. Quia jam fuit suprà demonstratum non adfuisse fructus quibus Franciſcus posset satisfieri, & ad evitandum secundum Franciſcus posset satisfieri, & ad evitandum secundum objectum non relaxatur mandatum pro tota summa scut. 2000. quæ hæreditas Gaſparis ex causa dotis Cleriæ debet, sed solùm pro scut. 133.

Et ita decisum utraque parte informante.

R. P. D. MELTIO.

Romana Pecuniaria.

Veneris 1. *Julii* 1650.

ARGUMENTUM.

Cambia debentur uti damna & interesse, ex capite non adimplementi, ab eo, qui mandatum ad cambiandum suscepit, quando non docuit se feciſſe debitas diligentias, & ad rationem Nundinarum currentium de eo tempore, quo peti possunt; de quibus statur attestationi mercatorum. Quo modo probetur dominium. Et quando mutetur causa possessionis.

SUMMARIUM.

1 *Validitas mandati executivi probatur quando ex revolutione Actorum constat de solitis citationibus, legitimatione Personarum, Jurisdictione Judicis, et sic ser. illud fuisse relaxatum.*

2 *Validitas actus semper in dubio præsumitur.*

3 *Administratio alicujus negotii cum annua responsione, seu provisione, est omnino separata à dominio directo, et utili, exterisque juribus realibus particularium dominorum, ita ut Administrator prorsùs excludatur.*

4 *Cambia, uti damna et interesse, possunt prætendi ab eo, qui, cùm mandatum cambiandum ad se susceperit, illud non adimplevit, nec minus docuit se fecisse debitas diligentias pro recipiendis personis, quæ pecunias ad cambium acciperent.*

5 *Damna interesse passa per decisionem cambiorum ne defectu implementi cambiare debentis, optimè justificantur ex attestationibus mercatorum non defecisse occasiones cambiandi. Et liquidantur ex partitis, ac giratis cambiorum singularum feriarum.*

6 *Decisio in eadem causa facta, de stylo Rotæ non potest oppugnari in alia disputatione, sed præsupponi debet.*

7 *Venditio probat dominium in venditore: et procedit in quolibet contractu, in quo bona accipiuntur ab alio.*

8 *Obligatio simpliciter facta à debitore de satisfaciendo creditoribus Creditoris, extenditur etiam ad non expressè nominatos.*

9 *Exceptio de Jure tertii rejicitur.*

10 *Mandatum dicitur ritè relaxatum, præcedente citatione.*

11 *Obli-*

11 *Obligatio magis attenditur in causis executivis, et summariè commissis, quàm ipsa petitio: unde non quid actor petierit, sed quid ei deberi probatum fuerit, consideratur.*

12 *Cessionarius succedit in locum cedentis, eodemque jure uti potest in re cessa, ac facere potuisset cedens.*

13 *Jus domini superveniens Administratori, illico mutat causam possessionis ex jure administrationis, in jus proprii dominii, et possessionis.*

14 *Dominium non potest in dubium revocari, ubi apparet de confessione, et recognitione facta per Adversarium.*

15 *Confessio adeò plenè probat contra confitentem, ut illa impugnanda non veniat.*

16 *Exceptiones dominii, ad executionem mandati, impediendam, in continenti, clarè, et concludenter sunt probandæ.*

17 *Exceptiones extrinsecæ altiorem indaginem requirentes, non valent retardare executionem obligationis cameralis.*

18 *Mandatum relaxatum ad effectum deponendi pecunias, pro illis posteà consignandi cui de Jure consulit utrique parti, et omnibus interesse habent.*

19 *Mandatum executivum vigore obligationis cameralis relaxatum, ubi per sententiam, vel decretum est vulneratum, non extenditur ad vulnerandam ipsam obligationem cameralem.*

20 *Sententia absque Actis non probat.*

21 *Notoria in justitia semper probata dicitur, quando ex Actis sententia non remanet justificata, cùm Acta ipsa faciant notorium.*

DECISIO IV.

PEr binas decisiones coram me emanatas sub die 14. Maii 1646. & 23. Mart. 1648. fuit resolutum non esse exequendum mandatum de consignando pro scut. 1500. relaxatum ab A. C. ad favorem D D. de Collettis contra D. Laurentium Carolium debitorem Gulielmi Roncalli obligati in cambio contracto pro majori summa ad favorem dictorum de Colletis, sed concessa postmodum nova audientia ad instantiam eorundem de Colletis; & disputato dubio sub die 15. Martii 1649. An esset recedendum à decisis, mandatum Domini quod prius disputaretur aliud dubium, An mandatum relaxatum contra D. Roncallum, ac alios principales debitores esset exequendum, quo proposito & affirmativè resoluto sub die 28. Jun. ejusdem anni 1649. fuit sub hac die, reassumpta prima disputatio, An sit recedendum à duabus primis decisionibus super denegatis executionis mandati de consignando contra d. Laurentium Carolium debitorem debitoris, & ex noviter deductis ex parte illorum de Colletis suis affirmativè resolutum stante validitate, & Justitia d. mandati.

1 Validitas non controvertitur cum ex revolutione actorum constet de solitis citationibus, legitimatione personarum, Jurisdictione Judicis, & sic ser. illud fuisset relaxatum, *juxta decisionem Vetalli* 260. *p.* 2. Rota
2 *decis.* 678. *num.* 1. & 708. *n.* 1. *p.* 2. & *decis.* 318. *part.* 6. *in recent.* & nihilominus illa præsumi deberet, cùm in dubio semper validitas præsumatur secundùm doctrinam Gloss. *in l. si post. C. de jur. & fact. ignor.* Menoch. *consil.* 110. *n.* 6. *l.* 2. & *de præsumpt. l.* 2. *præsumpt.* 67. *n.* 1. & *seq.*

Visa fuit etiam satis probata justitia: Nam licèt in decisionibus quæ revidentur fuerit firmatum non esse exequendum mandatum de consignando relaxatum contra Carolum emptorem rationis fundacalis cantantis, sub nomine Secundini & Roncalli pro credito illorum de Colletis creditorũ Venturæ Mazzantis & ejusdem Roncalli, tum quia creditum prædictum in sc. 1500. visum fuit satisfactum ex pecuniis ab ipsis receptis in causam cambiorum, quæ verè non debebantur, & ideò illæ cesserunt in satisfactionem crediti. Tum quia 3
dicta ratio fundacalis nullo modo spectabat ad eundem Roncallum, cùm fuerit tantum deputatus administrator negotii cum annua responsione scutorum 300. quæ administratio est omnino separata à dominio directo, & utili cæterisque Juribus realibus particularium dominorum ad tradita per Bart. *in l.* 1. *propè* fin. *ff. de jurisd. omn. Jud.* Natt. *cons.* 3131. *col.* 1. *versic. aliud est enim* Rota *dec.* 64. *n.* 22. *p.* 4. *to.* 2. *rec. cum aliis relatis in dec. quæ revidetur emanata sub die* 23. *Mart.* 1648. §. *postremo cessat.* Quod primum fundamentum illud remanet prorsus destructum ex allegata *ult. decisione in causa facta sub die* 28. *Jun.* 1649. *sub* §. *veram quia, & seq.* ubi firmatur quod Colletti 4
prætendunt cambia uti damna, & interesse, eo quia Mazzantes, qui mandatum ad cambiandum suscepérat sub fidejussione Roncalli illud non adimpleverat, nec docuerat, fecisse debitas diligentias pro reperiendis personis, quæ pecunias ad cambium acciperent, nec illas reperiisse. Unde ex tali non adimplemento tam Mazzantes quàm Roncallus ejus fidejussor tenentur 5
ad omnia damna, & interesse, quæ passi fuerunt ipsi Colletti, & optimè per eos fuerunt justificata talia damna, & interesse, cum ex fide nonnullorum Urbis mercatorum constare fecerint non defecisse occasiones plures cambiandi, atque ex partitis, ac giratis cambiorum singularium feriarum cambia nedum ascendisse, sed exessisse scuta sex pro quolibet centenario ad quam summam inter partes illa conventa fuerunt, & in eadem decisione firmatur dubitari non posse de reali existentia crediti dictorum de Colletis, quæ quidem decisio tanquam facta in causa in ista disputatione de stylo Rotæ non potest oppugnari, sed præsupponi debet Rota *dec.* 354. *n.* 3. & 8. *p.* 4. & *dec.* 604. *n.* 4. *p.* 6. *recent. tom.* 2. & *alibi passim.*

Tota igitur difficultas reducebatur ad secundum ca- 6
put respiciens pertinentiam bonorum fundacalium quæ pro rata sc. 6250. ad Roncallum spectasse clarè demonstratum fuit dum illa fuerunt vendita sub die 27. Maii 1646. Laurentio Carolio pretio sc. 13. m. tam à filiis, & hæredibus q. Antonii Secundini, quàm à filiis, & hæredibus ipsius Roncalli ut in summ. illorum de Colletis *n.* 1. Unde negari non potest illius dominium pro dicta summa ad *l. si quis condictionis. C. locat.* quæ procedit in quolibet contractu, in 7
quo bona accipiuntur ab alio Cravett. *cons.* 157. *n.* 1. Mastrill. *dec.* 287. *n.* 29. Caval. *dec.* 171. *n.* 2. & inde sequitur quòd ipsi Colletti uti Creditores Roncalli possunt pretium exigere à Carolio tanquam debitore debitoris stante illius obligatione in forma Cameræ de solvendo infra quadriennium præfatis hæredibus, & pro eis Creditoribus dictæ hæreditatis q. Antonii Secundini, & Gulielmi Roncalli ut in eodem 8
Summario sub *num.* 1. nec relevat, quod dicta obligatio Carolii fuerit facta solùm ad favorem Creditorum in lista descriptorum, quia nihilominus prodest tam descriptis, quàm non descriptis, ut bene declaravit Rota *dec.* 48. *n.* 3. & *sequ. p.* 2. *recent.* Dum igitur Carolius verè, & realiter est debitor pretii dictorum bonorum fundacalium & Judex mandavit illud pro rata credit. dictorum de Collettis consignati ad effectum deponendi non est quod ipse conqueratur, nec potest excipere de Jure Tertii, ut in terminis 9
similis mandati respondit R. *dec.* 312. *n.* 3. *vers. minus obstat, & n.* 4. *coram Ceval.*

Nihilque refert, quod Colleti sequestraverint pecuniam tanquam debitam Mazzanti, quia ad hunc effectum sufficit, quòd mandatum de consignando fuerit relaxatum contra Carolium citatis hæredibus tam Roncalli, quàm Secundini ad videndum rela- 10
xari mandatum ut illud sustineatur contra debitores ipsius Roncalli, ritè enim, ac rectè ad mandati re-

laxationem contra aliquem devenitur, quotiesque præcedit illius citatio Clem. *sæpè ubi Glossa in verbo ad*
11 *id de verbo. signific. l. de unoquoque ff. de re jud.* R. *decis.* 363. *n.* 5. *part.* 4. *recent. to.* 2. & dum Colleti actores obtinere voluerunt ex obligatione per Carolium facta, ut apparet ex prosecutis, ista in Judiciis executivis magis attenduntur, quàm ipsa petitio, quare non habetur in consideratione sequestrum factum fuisse pro credito adversus dictum Mazzantem, Alex. *consil.* 114. *n.* 6. *lib.* 6. Surd. *cons.* 12. *n.* 74. *& decis.* 284. *n.* 14. Rota *decis.* 611. *n.* 5. *versic. ultra quod part.* 1. *recentior. Greg. XV. decis.* 176. *n.* 2. *ubi Add. n.* 12. *refert concord.* qui omnes concludunt in causis summariè commissis non attendi quid actor petierit, sed quid ei deberi probatum fuerit.

Non obstat quòd Gulielmus Roncallus dicatur tantummodò electus Administrator fundaci ab Antonio Secundino cum reservatione annuæ provisionis scutorum 360. ut apparet ex tenore testamenti ipsius Antonii dati in summario DD. de Secundinis; & Roncalli *n.* 1. & ex Inventario per dictum Roncallum facto, ex qua administratione excludatur prorsus illius dominium in dicto fundaco, adeò ut illud in totum spectet ad hæredes Secundini ut firmatur in decisione emanata in causa sub die 23. Martii 1648. §. *postremo cessat.* quia respondetur, quòd licet ex testamento Antonii Secundini ipse fuerit relictus Administrator, tamen postea illi supervenit jus dominii pro rata dictorum scutorum 6250. solutorum Hipolytæ filiæ dicti Secundini ad effectum, ut facilius nubere posset, cum ab ea de Anno 1632. cessionem reportaverit omnium jurium tibi quomodolibet competentium in hæreditate
12 paterna, ut in Summario illorum de Colletis *n.* 2. ex qua quidem cessione ipse successit in locum dictæ Hippolytæ cedentis pro rata ei soluta in hæreditate Secundini, & in illius ratione fundacali, eodemque jure uti potuit, ac facere potuisset ipsa cedens, *l. empt.* ubi Bald. *in* 1. *notab. C. de hæred. vel action. vend.* Surd.
13 *dec.* 308. *n.* 1. *cum aliis per* Cæsar. de Graff. *de except. inprælud. n.* 182. *& seq.* & illico mutata fuit causa possessionis jure administrationis in jus proprii dominii & possessionis Achill. *dec.* 4. *de caus. possess. & proprietat.* Mantic. *dec.* 245. *n.* 4. Coccin. *dec.* 130. *n.* 9. Rot. *decis.* 143. *n.* 4. *part.* 2. *divers.* & fuit resolutum in Bonon. Bonorum 17. Junii 1648. coram R. P. D. meo Cerro. Unde stante tali dominio bene potuit Roncallus de Anno 1643. devenire ad venditionem fundaci pro illa rata, quæ ad eum spectabat.

Tale autem dominium magis comprobatum remanet nedum ex prædicto instrumento venditionis factæ à filiis, & hæredibus ipsius Roncalli bonorum fun-
14 dacalium pro eorum contingenti rata; verùm etiam ex inventario facto mortuo Roncalli nomine illius filiorum, ac hæredum bonorum & jurium fundaci tanquam ad ipsos hæredes, & hæredes Secundini spectantis dicto Summario eorundem de Collettis, *n.* 3. nec non ex obligatione Cæciliæ Secundinæ hæredis Antonii Secundini facta una cum curatore hæredum Roncalli de stando juri ad favorem Creditorum rationis fundacariæ Secundini, & Roncalli eodem Summario *n.* 4. ex qua patet de geminata confessione, & recognitione dominii ita ut eò minus possit in
15 dubium revocari, cùm confessio contra confitentem adeò plenè probat. *Alex. cons.* 71. *n.* 4. *lib.* 3. *Gabr. de confes. concluf.* 1. *num.* 12. *Honded. cons.* 52. *num.* 30. *lib.* 1. *Greg. XV. decis.* 385. *n.* 3. *& dec.* 408. *n.* 1. ut illa impugnanda non veniant *Gregor. XV. dec.* 452. *num.* 2. *ubi* Add. *n.* 22. qui plures alias cumulat Rotæ decisiones. Et ex his cum sublatæ remaneant
16 exceptiones dominii, quæ ad executionem mandati impediendam in continenti probandæ fuissent clarè, & concludenter, ideò dicti mandati non est retardanda executio: maximè accedente obligatione Camerali Carolii de solvendo debitum de quo agitur, à qua rejiciendæ etiam essent hujusmodi exceptiones, tanquam requirentes altiorem indaginem, si dominium
17 non remaneret concludenter probatum Rota *dec.* 200. *n.* 6. *dec.* 212. *n.* 1. *& decis.* 255. *n.* 5. *& seq. post Modern. de oblig. Camer.*

Minus relevat ad impediendam executionem dicti mandati, quòd non fuerit aliqua reddita ratio administrationis factæ de dicto fundaco per Roncallum. Quia hujusmodi expressio minimè competit Carolio obligato in forma Cameræ ad solvendum dictum debitum, maximè cùm hodie non possit controvertere dominium ejusdem Roncalli pro dicta rata scutorum 6250. & per consequens pertinentiam pretii ad illius hæredes, quibus solvere promisit, & ex quo exceptio hujusmodi extrinseca est, ac requirit altiorem indaginem, præsertim quia ex bilanciis, & ex aliis actibus prædictis potius apparet Roncallum esse creditorem, minus ea est apta ad retardandum executionem obligationis Cameralis ex supra allegatis, tantòque magis quia respicit alium articulum nempe reddit ionis rationis faciendæ hærede dicti Roncalli ad favorem hæredum Secundini, qui valdè differt ab illo de quo nunc agitur respiciens solùm consecutionem pretii promissi cum obligatione in forma Cameræ à Crollio emptore fundaci communis hæredis Roncalli, ac hæredibus Secundini, & in omnem casum cessat omnis difficultas, quia mandatum fuit relaxatum non
18 simpliciter ad effectum solvendi pecunias Colletis, sed ut deponerentur pro illis postea consignandis cui de jure, atque ita consultum remansit tam dictis Colleteris, quàm Secundinis, & Roncallis, ut benè in similibus terminis declarat Cavaler. *decis.* 312. *n.* 3. & 4.

Demum non obstat sententia bon. mem. Cittadini
19 per quam fuit declaratum Colettos non esse creditores rationis fundacariæ, sed tantùm Roncalli, & propterea mandatum relaxatum contra bona hæreditaria Roncalli non esse exequendam contra personas, ac bona Cæciliæ Secidinæ, & Carolii. Quia respondetur, ut cùm ex suprà dictis dicta sententia sit notoriè injusta ea non voluerit viam executivam maximè quia percutit tantummodo mandatum relaxatum, non autem ipsam obligationem Cameralem, & quotiescumque mandatum executivum vigore obligationis Cameralis relaxatum est vulneratum, non extenditur ad vulnerandam ipsam obligationem Cameralem ut firmavit *Rota coram Penia dec.* 700. *n.* 4. *cum duobus seqq.* Addito etiam, quòd dicta sententia tanquàm
20 sine actis non probat Rota *divers. dec.* 196. *n.* 5. *part.* 2. *Seraph decis.* 615. *num.* 5. & 6. Cassador. *de* 3. *de Procur.* Iohed. *dec.* 3. *num.* 1. & 2. *de testibus*, & ex hoc resultat notoria injustitia, quæ semper probata dicitur, quando ex actis sententia non remanet justifi-
21 cata, cùm acta ipsa faciant notorium Innoc. *in c. ex insinuatione in fide appell.* Soc. *cons.* 28. *n.* 15. *vol.* 1. Paris. *cons.* 111. *n.* 7. *vol.* 4. Decian. *cons.* 10. *n.* 19. *vol.* 1. Ceph. *cons.* 57. *n.* 34.

Et ita resolutum utraque parte informante, &c.

REVERENDISSIMO D. DUNOZETO DECANO.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 21. *Junii* 1649.

ARGUMENTUM.

Mandato de consignando quando sit locus. Quomodo ex partita pecuniarum descripta in libro per Bancherium, transferatur dominium. Solutio, in quam causam cedat. Et quando in Apocha habeat locum præsumptio *l. scripturas, C. qui potior. in pig. hab.*

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Validitas mandati insurgit ex revolutione Actorum, in quibus apparet intervenisse omnia ad validitatem necessaria, de quibus* ex vulg. decis. Caputaq. 260. p. 2.

2 *Mandatum de consignando denegari non potest, quotiescunque constat pecunias spectare ad debitorem.*

3 *Pecuniæ in Banco, dicuntur esse in dominio illius, sub nomine cujus sunt descriptæ.*

4 *Descriptio pecuniæ in Banco ad favorem alicujus de ordine Domini, habet vim solutionis.*

5 *Descriptio pecuniarum ad favorem ejus, qui non habet titulum, vel causam habilem ad acquirendum, non transfert in ipsum recipientem dominium, sed resolvitur in simplicem traditionem.*

6 *Solutio pecuniæ absque expressione causæ, præsumitur facta ex causa, quæ de proximo procedit.*

7 *Solutio pecuniarum facta Agenti, seu Procuratori, non est ex causa habili ad transferendum in eam pecuniarum solutarum dominium.*

8 *Pecuniæ etiam pignori dari possunt.*

9 *Præsumptio* l. scripturas, C. qui pot. in pig. hab. *ex pluribus colligitur ad infirmandam Apocham.*

DECISIO V.

MAndatum de consignando ab A. C. relaxatum ad instantiam hæreditatis bon. mem. Cardinalis Spinolæ contra Hieronimum Vivaldum in urbe Mercatorem, citato etiam pro suo jure, & interesse Paulo Jordano, tanquam validum, & justum exequendum esse DD. responderunt.

Quoniam validitas patet ex revolutione Actorum, in 1
quibus apparet interveniisse omnia ad validitatem necessaria, de quibus *ex vulg. decis. Caputaq.* 260. *p.* 2.

Justitia verò desumebatur ex eo, quod cùm dictus Cardinalis vivens esset creditor D. Episcopi Mazzarræ in notabili pecuniarum summa ex causa cujusdam pensionis reservatæ super Archimandritatu Ecclesiæ Messano per eundem Episcopum aliàs possesso, ac pro dicta summa sibi debita obtinuisset mandatum executivum, cujus vigore fuerunt subinde sequestrata scuta 3000. spectantia ad dictum Episcopum debitorem in Banco dicti Vivaldi existentia, justum erat quod successivè ad dictam instantiam hæreditatis jacentis dicti
2 Cardinalis interim vita functi, relaxaretur mandatum de consignando, quod denegari non potest quotiescumque prout hic constat pecunias sequestratas spectare ad debitorem ad *l. & quæ nondum* 15. §. *quod dicitur in fin.* ubi gloss. *in verbis oblig. ff. de pign.* Carroc. *de sequest. p.* 3. *n.* 1.

Quod autem in præsenti pecuniæ sequestratæ spectent ad D. Episcopum, convincitur ex eo, quia illæ fuerunt ipsi transmissæ à quibusdam Mercatoribus Panormi per litteras Cambii directas d. Vivaldo qui prædictas litteras recipiendo creavit in suis libris creditorem d. D. Episcopum qui propterea statim evasit illarum
3 dominus, cum pecuniæ dicantur esse in dominio illius sub nomine cujus sunt descriptæ, ut tradunt Anchar. *cons.* 32. *n.* 2. Socin. sen. *cons.* 6. *n* 3. l. 4. *Maria cons.* 185. *n.* 16. Rota *post tres de Cens. dec.* 547. *n.* 13. *& seq.*

Non obstat, quòd tempore sequestri pecuniæ prædictæ reperirentur descriptæ sub nomine d. Pauli Jordani; quia licet descriptio fuerit facta de ordine Domi-
4 ni Episcopi, & habeat vim solutionis ex Theor. Bald. *in l. fœmina* 3. *C. de novat.* quem sequitur Socin. sen. *cons.* 64. *n.* 7. *per tot. lib.* 3. *Mant. de tac. lib.* 17. *tit.* 6. *n.* 7. *per tot. Crot. de cred. cap.* 2. *num.* 2414. *& seq.* Scac. *de Camb.* §. 2. *glos.* 5. *n.* 45. non tamen in hoc casu valuit transferre dominium pecuniarum in Paulum ex quo in eo deficit titulus, vel causa habilis illud acquirendi, 5
unde dicta descriptio resolvitur in simplicem traditionem per quam non censetur translatum in recipientem dominium pecuniarum nisi simul concurrant causæ habiles vel legitimus titulus acquirendi *l. nunquam nuda* 13. *ff. de acq. rerum domin.* Gloss. *in l. traditionibus* 20. *de pact.* Ruin. *cons.* 148. n. 9. *lib.* 1. optimè Surdus *cons.* 4. n. 41. & bene comprobatum fuit in *Rom. legati sent.* 50. *n.* 1. 1. *Apr.* §. *unde sequitur, vers. & facit, coram R. P. D. meo Cerro.*

Deficere autem in Paulo titulum, seu causam habilem, acquirendi has pecunias colligitur non solùm ex ordine solvendi ab Episcopo simpliciter concepto absque ulla expressione causæ propter quam debuisset fieri talis solutio, cùm non sit verisimile quòd Dominus Episcopus mandaverit solvi Paulo adeò considerabilem pecuniarum summam absque eo, quòd in ordine exprimeretur causa solutionis, quæ tamen solet communiter ab omnibus exprimi, sed etiam, quia tam ex causis præcedentibus, quàm proximis dictæ descriptioni, penitus excludi videtur earundem pecuniarum acquisitio; Regulare quippè est hujusmodi actus præsumi gestos ex causa quæ de proximo præcedit *Bart. in l.* 6
triticum 94. *n.* 2. *ff. de verb. oblig. à Titio* 108. *n.* 2. *versic. secundo limita, ff. eodem* Corn. *cons.* 205. *n.* 4. *in fin. vers. nec obstant lib.* 1. *cum concordantibus relatis in eadem Romana legati scutorum* 50. *n.* 26. *Jun.* 1641. §. 1. *versic. non solum, & 1. Aprilis* 1644. *allegato* §. *unde sequitur, versic. & quod is, coram R. P. D. meo Cerro.* & fuit dictum in *Romana locorum Montium coram bon. memor. Remboldo* §. *non obstat quod Zalus.*

Ponderantes igitur DD. causas præcedentes dicebant 7
in Paulo non concurrere nisi causam Agentiæ seu muneris Procuratoris, cùm non controvertantur ipsum quandoque se pro tali gessisse in negotiis D. Episcopi, & signanter tanquam Procuratorem pluries solvisse bon. mem. Cardinali Spinolæ suprà dictam pensionem ab eodem Domino Episcopo debitam, unde hæc solutio præsumitur facta Paulo tanquam Agenti, seu Procuratori; quæ causa non est habilis ad transferendum in eum pecuniarum solutarum dominium *Rot. dec.* 520. *n.* 4. *p.* 3. *recent.* & in terminis Surdus *cons.* 4. *n.* 40. *in fin. hic sed pecuniæ. & n.* 41.

Causa verò proxima visa fuit resultare ex quadam cedula bancaria unciarum 1114. quam fecerat Vivaldus ad favorem ejusdem Episcopi solvendarum in tabula Panormi, & ratione hujus cedulæ Paulus eundem Vivaldum indemnem conservare promiserat, unde cùm pro Domino Episcopo Vivaldus reperiretur obligatus erga tabulam Panormi, Paulus verò erga Vivaldum præsumendum est, quod quilibet ipsorum propriæ indemnitati eo meliori modo quo potuit præcavere curaverit hac occasione tam opportuna dum debitor communis habebat has pecunias in eodem banco Vivaldi. Et ideò Paulus obtinuit ab Episcopo ordinem illas describendi in sui faciem, Vivaldus verò post descriptionem eadem ad sui favorem vinculavit addendo in fine partitæ hæc verba. *Si devoranno tenere per sicureza de quello potesse partire per la mia cedola bancharia di onzo* 1114. *di moneta &c.* & sic clarè dignoscitur prædictam descriptionem non fuisse ordinariam titulo, causa, aut animo transferendi statim pecuniarum dominium in ipsum Paulum, seu Vivaldum, sed ut illas haberent loco pignoris, & tali pacto redderentur undique secuto casu quo foret necessaria solutio unciarum per Vivaldum promissarum sub fidejussione Pauli; nam 8
etiam pecunias pignori dari posse clarè infertur *ex textu in l. idemque* 7. §. *si sibi in fin. ff. qui pot. in pign. habean.* & tradit. Anton. Fab. *in suo C. lib.* 4. *tit.* 26. *def.* 25. *num.* 2. ac proinde sub prætextu hujusmodi descriptionis impediri non potest executio super illis prosequenda ad instantiam dictæ hæreditati creditricis anterioris ex congestis *in dicta Romana locorum Montium* 9. *Februarii* 1614. *coram bon. mem. Remboldo. cum*

præser;

præsertim occasione dictæ cedulæ, nec Vivaldus, nec Paulus se aliquod detrimentum passum fuisse docebant.

Nec quicquam relevat Apocha solidationis computorum confecta inter D. Episc. & Paulum 20. Martii 1648. in qua Paulus constituendo se debitorem Domini Episcopi in scutis 485. 95. monetæ pro residuo pecuniarum ad ejus manus perventarum fuit quietatus, & absolutus de omnibus, & singulis partitis usque tunc per eum exactis cum ordinibus ejusdem Episcopi, unde præenditur partitam controversiam comprehendi sub hac solidatione, & sic constare de titulo, vel causa habili ejusdem Pauli ad acquirendum, quia contra prædictam apocham visa fuit non leviter urgere præsumptio *leg. scripturas, Cod. qui pot. in pign. habean.* non solùm quia Paulus citatus in judicio consignationis pro suo jure, & interesse, illam non exhibuit statim post tot dies quibus illa sibi transmitti potuit à Domino Episcopo tunc apud suam Ecclesiam residentem, sed etiam quia maximè inverisimile redditur, quòd Paulus in generali solidatione computorum constituerit se debitorem scutorum 485. illaque persolverit œconomo Episc. sui creditoris priusquam ingens partita scutorum, 300. in bancho Vivaldi vinculata pro eodem Domino Episcopo discuteretur, ac exitus illius negotii expectatur, & absque eo quod in solidatione de tali partita fuerit facta aliqua mentio, cùm tamen esset speciali nota digna tum propter magnitudinem summæ, tum propter vicinitatem temporis effluxi à die descriptionis, ad diem solidationis computorum, tum denique propter complicationem negotii in qua involuta erat dicta partita, & attento quòd res agebatur inter personas accuratas, & juris peritos. Signum evidens, quòd illa non comprehendebatur in dicta apocha, quia non fuit descriptio ordinata animo transferendi dominium in Paulum, sed ut illud remaneret penes eundem D. Episcopum prout semper apud eum remansisse ex suprà dictis arbitrati sunt DD. qui propterea concluserunt mandatum A. C. esse exequendum.

Et utraque, &c.

REVERENDISSIMO D. DUNOZETO DECANO.

Bononien. Pecuniaria, seu dotis.

Veneris 18. *Junii* 1649.

ARGUMENTUM.

Fructus debentur à die motæ litis: & illorum perceptio, ac liquidatio, ex quibus deducatur.

SUMMARIUM.

1 *Fructus dotales debentur pro tempore, quo lis per mulierem instituta pro assecuratione et successivè restitutione suæ dotis, contra Virum, seu ejus Creditores duravit.*

2 *A die videlicet, quo contractum fuit in judicio habita per adversarium intimatione libelli, et sic à die litis contestatæ.*

3 *Fructuum liquidatio fit, habita ratione annuæ pensionis Affictuum in locatione semel factæ; quæ tam ex dispositione Juris communis, quàm statuti Bononien. præsumitur renovata, et continuata.*

4 *Fructus præsumuntur, à detentoribus bonorum, percepti in illa quantitate, ad quam ascendit annua pensio locationis per aliquod temporis spatium continuatæ.*

5 *Per locationem, et litis sustentationem sicuti probatur possessio, ita etiam remanet justificata perceptio fructuum, qui præsumuntur ab ipso locatore percepti, et in quantitate solita.*

DECISIO VI.

INterjecta appellatione pro parte creditorum q. Alexandri Serpæ à mandato de immittendo relaxato ad favorem DD. de Calderinis pro scutis 7045. auri ad bona prædicti Alexandri per eosdem Creditores possessa pro restitutione dotis Thadeæ Calderinæ uxoris dicti Alexandri scutorum 5500. auri nec non pro alimentis, & fructibus dotalibus constante ac soluto matrimonio usque ad obitum ejusdem Thadeæ decursis, ad quæ dicti creditores nec non restitutionem fructuum à die motæ litis, eaque pendente perceptorum condemnati fuerunt; signatura Justitiæ rescripsit quod ad scuta 5500. auri, parito judicato, in reliquis verò alteri, qui ad ulteriorem exequutionem, &c. juxta formam hujusmodi rescrip. DD. Calderini subhastari curarunt quædam bona pro satisfactione dd. scut. 5500. Verùm quia bona subhastata non ascendunt nisi ad scuta 3335. auri, dicti de Calderinis pro complemento dictæ summæ scut. 5500. auri converterunt se contra dd. creditores pro restitutione dd. fructuum ad quos, ut suprà dictum est, fuerunt condemnati. Unde proposui dubium. An, & ad quam summam dicti fructus essent liquidandi, & Domini responderunt illos esse liquidandos pro tempore, quo lis per Thadeam instituta pro assecuratione, & successivè restitutione suæ dotis contra dictos creditores Alexandri ejus viri duravit, sequendo tenorem sententiarum, in quibus prædicti creditores fuerunt condemnati ad restitutionem dd. fructuum, quæ fecerunt transitum in judicatum, ut firmatum fuit coram Me sub 26. Maii 1645. & coram R. P. D. meo Bichio sub die 27. Aprilis 1646. 1

Itaque quoad illos de Lignanis liquidandi videntur à die 11. Augusti 1606. quo procurator illorum, & aliorum creditorum habita intimatione libelli pro parte Thadeæ producti contraxit, *juxta dispositionem l. rem non novam, §. Patroni in princ. C. de judic.* Rot. *penes sa. mem. Greg. XV. decis.* 27. *n.* 2. *usque ad diem* 8. *Augusti* 1647. quo DD. de Calderinis prædictæ Thadeæ hæredes realem possessionem adepti fuerunt bonorum per dictos de Lignanis occupatorum: & quidem ad rationem librarum 650. monetæ Bonon. singulis annis usque ad diem 25. Septembris 1527. abindè verò usque ad dictam diem 8. Augusti 1547. ac rationem librarum 800. similium, quia constat de locratione facta per eos anno præcedenti 605. sub 10. Maii prædii nuncupati *la Chiusa*, & alterius nuncupari *la Pianta* cuidam Francisco de Casaliis ad annos septem pro annua pensione dd. librarum 650. quæ sanè tam ex dispositione juris communis, quàm Statuti Bononien. præsumitur renovata, & continuata, ut firmavit Rot in Bononien. liquidationis fructuum 30. Maii 1642. coram bon. mem. Merlino extensa per R.P. D. meum Cerrum. in §. *idemque fuit*, usque ad diem 25. Septembris 1627. quo incepit alia locatio ad septennium pariter facta Martino de Campagnolis sub annua pensione dd. librarum 800. quæ continuata probatur usque ad diem 12. Decembris 1642. quo idem Martinus in ea perseverans recognovit in dominos dictos de Calderinis tunc immissos, ut constat ex publicis instrumentis, ex quibus benè ostenditur continuatio ejusdem locationis licèt postea possessioni tunc captæ, tanquam nullæ fuerit renuntiatum per dictos de Calderinis; abindè verò usque dictam diem 8. Augusti 1647. quo Calderini habuerunt immissionem in vim mandati Rotalis attenta continuatione locationum per tanti temporis spatium sub eadem annua pensione librarum 800. fructus præsumuntur in simili quantitate percepti à dictis de Lignanis eorundem bonorum possessoribus. 2 3 4

Quæ verò ad illos de Ninis, & Borellos eorum successores

cessisse debentur liquidandi à die 16. Septembris 1622. quo fuit per eos oppositum petitioni Thadeæ usque ad eundem diem 8. Augusti 1647. quo dicti de Calderinis adhuc eandem possessionem nacti fuerunt ad rationem librarum 180. singulis annis, quoniam tanti constat fuisse ab Ursina eorum hærede, & respectivè Gaspare de Borellis ejus viro locata bona per eos detenta, ut patet ex publicis Instrumentis locationum ad septennium, & quinquennium respectivè factarum Petro de Russis sub diebus 22. & 24. Februarii 1628. & 12 Februarii 1633. quæ similiter renovatæ, & continuatæ censentur ex suprà deductis; Imò probatur ex eo, quod tempore apprehensæ per dd. de Calderinis possessionis in eadem conductione perseverabat idem Petrus de Russis, ut legitur instrumento adeptæ possessionis.

Demum quoad Antonium Greppium arbitrati sunt DD. fructus esse liquidandos à die 7. Junii 1622. quo lis fuit cum eo pariter contestata usque ad diem 23. Aprilis Anni 1644. ad rationem librarum 220. singulis annis, cum constet ex publicis documentis pro eadem pensione bona fuisse locata per hæredes dicti Greppii, & causam ab eis habentes, primum sub die 2. Aprilis 1625. Ludovico de Gardis ad septennium, & deinde 24. Decembris 1631. Joanni de Tartagliis ad aliud septennium, quæ locationes pariter continuatæ censentur sicuti firmatum est supra de aliis usque ad dictum diem 23. April. 1644. quo Rocchus Lucatellus vir Antoniæ hæredis Camillæ Bombasariæ hæredis dicti Greppii eadem bona locavit ad quatuor annos Martino Campagnolis pro annuis libris 180. in quibus DD. dixerunt liquidandos esse fructus perceptos ab eodem Lucatello à dicta die 23. Aprilis 1644. usque ad d. diem 8. August. 1647. de quo tempore dicti de Calderinis possessionem eorumdem bonorum apprehenderunt.

5 Ex quibus equidem locationibus, ac litis sustentatione ab eo tempore citra per prædictos creditores respectivè factis sicuti probatur illorum possessio: ita etiam remanet justificata perceptio fructuum, qui præsumuntur ab ipsis locatoribus exacti Rot. *penes RR. Urgellen. decis.* 307. *sub n.* 4. *& 5. versic. ex quibus locationibus, & sub n.* 8. *versic. & ideo præsumitur, & n.* 12. *versic. & licet, ac in aliis relatis in Romana reintegrationis* 23. *Junii* 1642. *coram Rev. Patavino in §. idcirco in debitum Monasterii, & 22. Junii* 1643. *coram RR. Salamantino in primis etiam dixerunt, & in Macaraten. redditionis rationis* 27. *Martii* 1745. *coram R. P. D. meo Mellio in §. quo verò ad palatium.* Et successivè percenti in quantitate solita, Rot. *penes* Achill. de Grass. *decis.* 2. *de restit. spol. & bon. mem.* Card. Seraph. *decis.* 2245. *sub n.* 6. *& vers. quantum vero ad quantitatem &* Card. *decis.* 17. *sub n.* 1. *vers. à solito enim & decis.* 86. *vers. unde etiam, ac in recent. dec.* 263. *sub n.* 8. *vers. quæ locationes cum seq. p.* 7.

Non obstat, quod clausula, parito judicato, in rescripto Signaturæ apposita, respiciat solum scuta 5500. auri Thadeæ debita pro restitutione dotis, non autem fructus, & alia in sententiis comprehensa, quia fructus à præ dictis possessoribus percepti modo petuntur in quantitate concurrenti pro congrua satisfactione residui, dd. scutorum 5500. auri pro quibus exequenda est res judicata eorumdem fructuum restitutionem comprehendens, ut legitur in eisdem sententiis.

Fructus igitur, quoad illos de Lignanis à prædicto anno 1626. usque ad 1647. ascendunt ad libras 29650. Et quoad illos de Ninis, & Borellos eorum successores ad libras 4500. Quod verò ad Antonium Greppium, & ab eo causam habentes ad libras 5380. & in summis respectivè illos esse liquidandos Domini responderunt.

Et ita dictis de Calderinis, ac illis de Lignanis & Lucatellis informantibus, &c.

REVERENDISSIMO D. DUNOZETO DECANO.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 14. *Junii* 1649.

ARGUMENTUM.

Cambia injustè percepta, extenuant sortem. Debentur ab eo, per quem stetit non cambiari, quando suscepit mandatum ad cambiandum, loco damnorum & interesse: & ad quam rationem debeantur. Facultas in obligatione ad commodum creditoris, non ponit conditionem in ipsa obligatione, & suffragatur creditori, licèt non declaraverit se uti velle.

SUMMARIUM.

1 *Obligatio in forma Cameræ paratam habet executionem.*
2 *Cambia injustè soluta, sortem extenuant.*
3 *Obligatio præcisa et coactiva, non suspenditur, nec minuitur, per facultatem, commodum creditoris respicientem, licèt absque illa, se velle uti, declaratione.*
4 *Continuatio non est primus actus, sed successivus.*
5 *In cambiorum materia mercatorum attestationibus est deferendum.*
6 *Testes ad aliquid deponendum requisiti, si ulterius super negotium judicium ferant, tanquam affectati, rejici debent.*
7 *Observantia in quacumque materia est adeo efficax in declarando, et interpretando, ut etiam propriæ verborum significationi præferri debeat.*
8 *Secus si sit æquivoca, quia tunc non relevat.*
9 *Solutiones, ad causam enunciatam, et veram, non autem ad aliam nullibi apparentem, nec veram, referendæ sunt.*
10 *Testis unicus non probat.*
11 *Nec de inverisimili deponens.*
12 *Confessio, ac declaratio partis, quæ ex observantia subsequuta deprehenditur, in materia probationis Testis depositioni prævalet.*
13 *Cambia non debentur nisi ex pecunia numerata, effectiva, quæ super cambiis negotiari possit.*
14 *Creditor in statu exigendi pecunias à suo debitore, qui sit mercator publicus in Nundinis, cambia exercere solitus, quando non exigit illas pene eundem debitorem, concurrente aliqua consensus conjectura, in Nundinis cambiorum exercendas dimittere censetur.*
15 *Eoque maximè si debitor in Nundinis, ære, vel credito, eam summam reperire, ac paratam habere potest.*

DECISIO VII.

MAndatum Rotale ad instantiam Hieronymi Rosolini relaxatum contra Joannem Antonium Pagninum exequendum esse DD. responderunt; illius enim validitas non controvertitur, & justitia manifestè patet ex apocha per dictum Pagninum subscripta die 30. Decembris 1631. in qua ipse solvere Rosolino scuta bis mille se obligavit in forma Cameræ Apostolicæ, quæ paratam habet executionem Rot. *penes fan. mem. Greg. XV. decis.* 234. *n.* 1. Burart. *decis.* 383. *n.* 1. *ac in aliis congestis in prima decisione hujus causæ edita sub die* 18. *Jun.* 1646. *coram R. P. D. meo Corrado in princip.*

Neque

2 Neque obſtat exceptio compenſationis cambiorum inſuſtè, ut prætenditur, ſolutorum, quæ proinde ſortem extenuant, ut dixit Rot. *in Romana cambiorum* 17. *Februar.* 1642. *coram R. P. D. meo Bichio*, quia illa non ſubſiſtit, nam cum Pagninus ſe obligaverit dictas pecunias Roſolino debitas continuare in cambiis nundinalibus, ita quod nunquam ob ejus defectum ceſſarent, prout legitur in eadem apocha, idque non præſtiterit, jure merito tenebatur Roſolino ad damna, & intereſſe quæ fuerunt ab ipſo Pagnino juſtè ſoluta ad rationem octo pro centenario, ad quam eo toto tempore aſcendiſſe juſtificatur, ut latè probatum fuit in deciſionibus hujus cauſæ *coram R. P. D. Corrado emanatis de anno* 1648. *ſub* 5. *Junii* §. *neque obſtat quod cambia, & ſub* 31. *Jul.* §. *præterea non obſtat.*

Minus ſubſiſtit repetita interpretatio prædictæ apochæ, cujus vigore prætenditur Pagnino fuiſſe injunctum onus continuandi tantummodo dictas pecunias ſuper cambiis, poſtquam Roſolinus illas ab illis eo titulo recepiſſet juxta facultatem ipſi in eadem apocha 3 prius ceſſam; Quoniam obligatio Pagnini præciſa fuit, & coactiva, ideoque ſuſpendi non potuit per meram facultatem in præcedenti, atque diſtincta periodo, Roſolino pro majori ejus favore conceſſam, licet Roſolinus ea uti velle non declaraverit. Dec. *conſ.* 652. *viſo puncto ſub n.* 7. *in fi. verſ. alterius conſideratum eſt cum ſeq.* quem ſequitur Rot. *in Plac. Cambiorum.* 19. *Jan.* 1634. *coram bo. me. Merlino in* §. *tertiò opponebatur.*

Neque repugnat ponderatio illorum verborum apochæ *Promette, &c. de continuar cui medeſmo queſta girata di detti cambii, &c.* quæ præcedentem re- 4 ceptionem pecuniarum ſuper eis videntur ſupponere, cum continuatio non ſit primus actus, ſed ſucceſſivus, ut inquit Rip. *in rubr. ff. ſi cert. pet. n.* 16. Cagnol. *in rub. ff. de orig. jur. n.* 1. *ad med.* Menoch. *conſ.* 848. *n.* 4.

5 Tum quia objectum procedit, quando talia verba referuntur ad creditorem, qui pecunias exburſavit, nam ſi ipſe velit hujuſmodi facere continuationem, neceſſe utique habet illas prius ab alio ſuper cambiis recipere, ut ſubinde continuare valeat, cum illis enim pecuniis, quas alteri ſolvit & amplius non habet, continuare non poteſt, ut explicat Moder. Januen. *de camb. diſp.* 3. *q.* 1. *ſub. n.* 9. *verſic. illa namque facultas.* Non autem quando referuntur ad debitorem, qui pecunias ſibi creditas habet, quas per ſe, vel per alium ad nundinas tranſmittere ac in illis cambium exercere poteſt, nam hoc caſu verba illa verè includunt, atque præ ſe ferunt non ſolum progreſſum, ſed etiam principium actus, ac eorum ipſum negotium perinde, ac ſi dictum fuiſſet, *di tenere, ò girare luy medeſmo queſta ſumma ſupra detti Cambii*, in quo ſenſu congruè verificantur eadem verba etiam in debitore *jux. trad. per d. Moder. loc. præc. ſub d.* 10. *verſ. retinere in fin.* Ac in terminis ſuper apocha de qua agitur ſpecialiter atteſtatur mercatores ſupra triginta tàm Urbis, quam aliarum inſignium Italiæ Civitatum, ut legitur in Summar. Roſolini ſub n. 6. & ſeq. quibus eſt deferendum, ut latè firmatum fuit in prædicta *dec. edita ſub* 5. *Jun.* 1648. *coram R. P. D. meo Corrado*, §. *ſecundo quia illa, &c.* Non attentis contrariis atteſtationibus exhibitis pro parte Pagnini, quia Mercatores, qui illas confecerunt non atteſtantur ſimpliciter de ſignificatione dd. verborum inter Mercatores recepta, quales erant illorum partes, ſed incautè judicium proferunt, 6 quod non debeantur cambia neque ratione damnorum, & intereſſe, atque ita ſi caſus contingeret ſervaretur, quod ſpectat ad Judices, ideoque rejici debent, ut fuit dictum in *Romana juſtificationis creditorum* 13. *Jun.* 1635. *coram bon. me. Pirovano. in rec. deciſ.* 52. *n.* 11. *verſ. in præſenti autem, & ſeq. part.* 7.

Tum etiam quia ſubſequuta ſtatim obſervantia, & continuata per annos circiter tredecim quibus Pagnini abſque ulla contradictione ſolvit Roſolino intereſſe cambiorum, manifeſtè declarat atque interpretatur, quod ſub verbis illis dictæ partes voluerunt onus cambiandi d. pecunias ad Pagninum alio non expectato ſimpliciter pertinere quouſque Roſolinus non declararet illas ab aliis pro majori ſua commoditate, vel in- 7 digentia juxta facultatem ſibi conceſſam, velle recipere; hic enim proprius effectus eſt obſervantiæ, ut re ipſa præ ſe ferat præcedentis conventionem ac declarationem adeò in quacumque materia efficacem, ut etiam propriæ verborum ſignificationi præferri debeat, ex fusè. *alleg. in dd. deciſionibus coram R. P. D. meo Corrado anno* 1648. *emanatis ſub die* 5. *Jun. in* §. *tum etiam ex obſervantia, & ſub die* 31. *Julii in* §. *fin.*

Nec dicatur quod dicta obſervantia ſit æquivoca, 8 ex quo ſolutiones æquè benè referri poſſunt tam ad cambia realia, quàm ad neglecta per Pagninum, idcirco non relevet Rota *deciſ.* 120. *n.* 2. *p.* 2. *recent.* Quia verba ipſarum partitarum in libris Pagnini deſcriptarum removent objectum, cùm referantur expreſſè ad damna, & intereſſe, quæ magis propriè conveniunt omiſſis per Pagninum contrà tenorem ſuæ obligationis, ideoque dictæ ſolutiones ad hanc cauſam enunciatam, & veram, non autem ad 9 aliam nullibi apparentem, nec veram referendæ ſunt; ut fuit dictum in *Cæſenaten. cenſus* 3. *Junii* 1644. *coram R. P. D. meo Corrado. in* §. *Non etiam obſtat.*

Ex quibus manifeſtè patet non adverſari votum morale à pluribus Theologis ſubſcriptum, ſentientibus Pagninum non teneri ad nullum intereſſe Roſolino. Quia fuit redditum cum ſuppoſito, quod Pagninus non obligatus dictas pecunias in nundinis exercere antequam illæ fuiſſent per Roſolinum ab aliis receptæ, cambia ſolvent credens illas fuiſſe verè receptas; Quæ prorſus aliena ſunt à veritate; cùm & ille ſimpliciter obligatus eſſet, & ſolverit ratione intereſſe Roſolini, eo quia ipſe pecunias non exercebat, prout tenebatur, ut dictum eſt.

Minus etiam attendi debet depoſitio unius Teſtis pro Pagnino examinati, deponentis Pagninum ſe obligaſſe continuare exercitium dictarum pecuniarum ſuper cambiis, quando Roſolinus illas cambium ab aliis recepiſſet. ibi, *dico che il Pagnino diede facultà al Sig. Roſolino di poterli pigliare* 3. *cambio, ò quando l'haveſſe preſi il Sig. Roſolini, il Sig. Pagnini promiſe lui di continuare la girata di detti cambii;* Quia ultra quod eſt unicus & non concludit, ut demonſtrant ſequentia verba, 10 ibi, *& promiſe conforme reſtorno d'accordo, & non sò poi come reſtaſſero d'accordo ma mi rimmetto al ſaldo como hè detto, &c.* nec veriſimiliter poteſt reminiſci verborum inter alios per decem & octo annos anteà prælatorum 11 in facto minus notabili, nec ad ipſum pertinente *jux. trad.* per Crav. *conſ.* 54. *ſub n.* 15. *verſ. quin imò*, Rota *penes ſa. me. Greg. XV. deciſ.* 194. *n.* 7. *verſ. præſertim, & fuit dictum in Senogall. ſilviani* 3. *Jun.* 1647. *coram R. P. D. meo Corrado in* §. *altera pariter;* Ejus depoſitio 12 eliditur, ex dicta obſervantia ſubſecuta, quæ contrariam præ ſe fert partium confeſſionem, ac declarationem omnino præferendam, Roman. *conſil.* 391. *ſub n.* 8. *verſ. tertio probatur.* Rota *penes ſa. me. Gregor. XV. deciſ.* 357. *n.* 3. *verſ. ſed voluit, & deciſ.* 434. *n.* 24. *verſ. & clarum eſt.*

Poſtremò non obſtat quod creditum Roſolini præ- 13 ceſſerit ex pretio mercium, non autem ex pecunia numerata & effectiva, quæ ſuper cambiis negotiari poſſet & propterea cambia non debeantur Rota in Romana cambiorum 18. April. 1644. coram R. P. D. meo Peutingerio. Quia cum Pagninus illas biduo ante, ut aſſeri, acceperiſſet in ſolutum à Bonettis, & Bonetallis nomine Roſolini creditoris illorum pro ſumma ſcutorum 2225. 74. cujus creditorem in propriis libris Roſolinum deſcripſit, nihil impediebat quominus Roſolinus, qui pecu- 14 nias ſibi debitas exigere poterat, illas penès eundem Pagninum debitorem in nundinis cambiorum exercendas dimitteret, ut fuit dictum in prædictis *deciſionibus hujus cauſæ de anno* 1648. *coram. R. P. D. meo*

Corra-

Corrado emanatis sub die 5. Jun. in §. præterea, & sub die 31. Jul. in §. minus relevat.

15 Eoque magis cùm pagninus esset publicus mercator in nundinis cambia exercere solitus, ut notum est qui vel ære, vel credito proprio benè complere poterat quod promittebat, eamque summam in nundinis reperire; ac paratam habere Riminald. *jun. conf.* 152. *n.* 3. *vers. accedit.* Lopez *de contract. lib.* 2. *c.* 10. *sub prin. vers. tertium autem genus.* Molfes. *de contract. c.* 7. *sub n.* 44. Filliuc. *tr.* 35. *p.* 2. *sub n.* 344. *& sub n.* 432. *vers. tertia ratio, & sub n.* 344. Eminent. Cardin. de Lugo *disp.* 28. *sub num.* 8. de quibus circumstantiis non constabat in illa Romana cambiorum pro pagnino in contrarium allegata.

Et ita utraque, &c.

Eminentiss. & Reverendiss. D. C. Othobono.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 28. *Junii* 1649.

ARGUMENTUM.

Apocha mutui simulata, nullam meretur exequutionem, licèt sit obigatione camerali munita. Ad convincendam simulationem, sufficit causa simulandi, & concursus saltem duarum conjecturarum: Quid accipiatur pro tali causa. Et quæ habeantur tales conjecturæ. Simulatio est licita de Persona ad Personam, vel de contractu ad contractum, data validitate primi contractûs.

SUMMARIUM.

1 *Apocha mutui simulata nullam meretur exequutionem, licet sit obligatione Camerali munita.*
2 *Simulatio contractus convincitur ex causa simulandi, et concursu saltem duarum conjecturarum.*
3 *Causa simulandi satis deducitur quando apocham mutui præcessit contractus nullus, et inefficax.*
4 *Ad simulationis causam arguendam, sufficit ipsam simulandi causam fuisse à partibus opinatam, et verisimilem.*
5 *Simulationis conjectura oritur ex actuum proximitate.*
6 *Et ex inverisimilitudine.*
7 *Et ex pactis insolitis appositis in instrumento.*
8 *Depositio Testis, licet nulliter examinati, cùm sit pluribus adminiculis fulcita, et sit verisimilis, plurimum inservit ad inducendam simulationis probationem.*
9 *Simulatio, quid licita sit, et permissa de persona ad personam, vel de contractu ad contractum, declaratur procedere, data validitate primi contractûs; secùs autem quando contractus est nullus; quia tunc deficit primæ obligationis substantia, quæ omninò ad hunc effectum requiritur.*
10 *Contractus nullus non convalidatur per subsequentem ratificationem contrahentis, nisi probetur ejus in ipso plena scientia nullitatis, nedum facti, sed etiam Juris.*
11 *Actus ratificatio semper continet in se conditionem, si alias firmus sit et validus.*
12 *Et ea ratione, quia ratificans potuit credere obligationem fuisse validam.*

DECISIO VIII.

1 FUit resolutum mandatum A. C. relaxatum ad favorem Hieronimi Vivaldi pro summa scutor. 1890. ba. 40. esse infirmandum ob Justitiæ defectum, *Decis. ad Salgado Labyrinth.* Tom. II. nam apocha mutui cujus vigore egit Vivaldus tanquam simulata nullam meretur executionem licèt sit obligatione Camerali munita Gallef. *de obligat. Camer. q.* 18. *n.* 5. Farinac. *de simulat. q.* 161. *n.* 64. Rota post Zacch. *de oblig. Camer. dec.* 206. *n.* 1. *&* 207. *n.* 6. *& in recent. decis.* 61. *n.* 9. *part.* 5. *& decis.* 259. *n.* 8. *part.* 6. *& in Romana Cambii* 30. *Januar.* 1643. *in §. Inspecto pariter creditor coram Reverendiss. Domino meo Decano.*

Ad convincendam verò simulationem contractûs 2
sufficit causa simulandi, & concursus saltem duarum conjecturarum, Bart. *in leg. post contractum*, 14. *nu.* 2. *cum seq. ff. de donation.* Rota *in recentior. decis.* 283. *n.* 13. *part.* 5. *& in decis.* 11. *n.* 3. *part.* 7. *& in Firmina prædii* 14. *Maii* 1540. *in §. & quod attinet ad capus coram R. P. D. meo Peutingero.*

In hoc verò casu clara adest causa simulandi nec de- 3
sunt plures conjecturæ quæ eidem causæ famulantur, causa itaque satis deducitur, quia apocham mutui inter Benedictum & Asdentem præcedebat alius contractus cambii nulliter gestus inter Bonanum & Benedictum tunc filium familias sine Patris consensu contra formam statuti Urbis *lib.* 1. *cap.* 152. prout bis pro nullitate similis obligationis Benedicti resolvit Rota *in Romana Societatis officii* 10. *Januar.* 1643. *&* 27. *Januar.* 1644. *coram R. P. D. meo Peutingero.* Unde cùm creditum stante nullitate prædicta non posset Vivaldo suffragari, is induxit Benedictum ad simulandum mutuum.

Quæ causa simulandi ex eo etiam corroboratur, quia Vivaldus creditor ejusdem Bonani consequutus est creditum cambii, jam initi cum Benedicto in summa scutorum 2620. pro scutis 1310. dumtaxat, & sic obstare Vivaldo poterat læsio enormissima, & poterant etiam supervenire alii Creditores anteriores Bonani, & vindicare cambium subhastatum, quæ omnia demonstrant Vivaldum voluisse cambium de medio tollere, mutuumque contraxisse simulando cum Bene- 4
dicto jam sui juris effecto; sufficit enim causam simulandi fuisse à partibus opinatam & verisimilem. Hond. *conf.* 46. *n.* 28. *lib.* 1. Farinac. *d. quæst.* 152. *n.* 138. Rota *coram Buratt. decis.* 901. *n.* 7. *& in recen. decis.* 11. *n.* 4. *& 5. part.* 7. *post* Zacch. *de oblig. Camer. dec.* 181. *n.* 9. *& in Lauretana prædii* 22. *Aprilis* 1641. *in §. neque oportet. Probare coram R. P. D. meo Bichio.*

Pro conjectura verò plurimum est considerandæ proximitas contractuum, nam sub die 24. Januarii Cambium præfatum fuit deliberatum Vivaldo & die 25. subsequenti fuit contractum mutuum, quod intra 5
mensem fuit eidem Vivaldo cessum, unde orirur simulationis conjectura ex tot actuum proximitate. Decian. *consil.* 62. *n.* 83. *lib.* 3. Farin. *d quæst.* 162. *n.* 146. Rota *in Romana Cambii* 27. *Aprilis* 1640. *§. Alia autem coram bon. mem. Merlino* Cyriac. *controv.* 219. *n.* 68.

Urgens etiam est conjectura, quia in mutuo ingentis 6
summæ scutorum 1890. nulla fuit adhibita cautela aut reportata securitas, unde oritur inverisimilitudo quæ plurimum attenditur ad detegendam simulationem Rota *dec.* 61. *nu.* 10. *& dec.* 283. *n.* 11. *par.* 5. *recent. post* Zacch. *de oblig. Camer. dec.* 18. *n.* 19. *& in Romana Cambii* 30. *Janu.* 1643. *§. Secunda quia coram Rev. D. meo Decano*, & hæc conjectura fortius stringit, quia Vivaldus est diligens & accuratus, & Benedictus fuit à Patre exhæredatus, & prohibitus administrare aut usumfructum percipere ex bonis filii hæredis instituti, ut in Summ. Benedicti n. 7.

Præterea Asdens creditor mutui illud cessit pro eodem pretio Vivaldo tale quale erat absque aliqua obligatione de faciendo bonum, ac exigibile creditum cessum, ut fieri solet. Imò cum promissione evictionis ex dato; & facto ipsius cedentis tantum, & non aliàs, ut in Summ. Benedicti n. 3. Unde cùm instrumentum præ- 7
dictum contineat pacta insolita, bene arguit simulationem Paris. *consil.* 55. *n.* 51. & 57. Joseph. Ludov. *concl.* 51. *versic.* 31. *conjectura est.* Decian. *cons.* 2. *nu.* 37. lib. 1.

Menoch. *de præsumpti. præsump.* 122. *n.* 67. *lic.* 3. Farin. *qui plures congerit d. q.* 162. *n.* 164. Rota *dec.* 24. *n.* 6. *part.* 3. *recent. & in d. Romana cambii* 30. *Januarii* 1643. *in §. quarta quia coram Reverendiss. Dom. meo Decano.*

8 Demum ponderanda est depositio Testis in apocha mutui subscripti qui rem palàm detegit, & licèt sit nulliter examinatus, tamen cùm ejus attestatio sit pluribus adminiculis fulcita, & sit verisimilis plurimùm inservit ad inducendam simulationis probationem Mant. 324. *n.* 2. Rota *in recent. dec.* 122. *n.* 7. *p.* 1. *& coram Buratt. dec.* 306. *n.* 6. *& post* Zacch. *de oblig. Camer. d. dec.* 181. *n.* 16.

Non obstat quòd simulatio sit permissa, & licita de persona ad personam, vel de contractu ad contractum; ut per Grat. *discept.* 311. n. 9. *& seqq.* quia hoc proce-
9 dere potest stata validitate primi contractûs, secùs autem quando contractus est nullus prout hic cùm celebratus fuerit cum filiofamilias, hoc enim casu deficit primæ obligationis substantia quæ omnino ad hunc effectum requiritur, ut declarat Bald. *in l. si ex pretio 6. n. 2. vers. quædam est simulatio Cod. si cert. pet.* Surdus *cons.* 150. *n.* 78. Farinac. *de simulat. q.* 162. *n.* 43.

Neque evitari potest hujusmodi nullitas ex eo quòd Benedictus sui juris factus ratificaverit Cambium me-
10 diante mutuo celebrato, ut illud extingueretur, quia non potest dici inducta convalidatio seu ratificatio præcedentis contractûs nulli non probata priùs in Benedicto approbante scientia plena nullitatis nedum facti, sed etiam Juris, Gab. *c.* 6. *n.* 60. *l.* 1. *& cons.* 62. *n.* 26. *& 27. lib.* 2. Rot. *dec.* 406. *n.* 25. *q.* 4. *tom.* 2. *& dec.* 260. *n.* 12. *p.* 6. *recent. coram Caval. dec.* 612. *n.* 28. *coram Buratto dec.* 410. *num.* 10. *& seq. & in Ravennat. dotis* 11.
11 *April.* 1644. *in §. quia fuit responsum coram R. P. D.*
12 *meo Corrado.* & in ratificatione semper subintelligitur conditio si actus aliàs firmus sit & validus, Valenzuel. *cons.* 177. *n.* 53. *lib.* 2. ea ratione; quia ratificans potuit credere obligationem fuisse validam, *Rota post Cenc. de censibus dec.* 278. *n.* 23. *& seq. & in Romana pecuniaria* 23. *Martii* 1648. *§. Nec dictum prætensum creditum coram R. P. D. meo Melito.*

Et ita fuit resolutum, utraque parte informante, &c.

Eminentiss. & Reverendiss. D. Card. Othobono.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 5. *Junii* 1649.

ARGUMENTUM.

Fidejussor Administratoris, pro reliquatu fidejussisse censetur, & maximè ubi verba continent expressam obligationem reddendi rationem.

SUMMARIUM.

1 *Fidejussor administratoris, pro reliquatu fidejussisse censetur.*

2 *Et eo magis, ubi verba continent expressam obligationem reddendi rationem; clarè convincunt promissionem quod Administrator reliquatum restituet.*

3 *Fidejussor reliquatus tenetur ad residuum quousque creditori fuit integrè satisfactum intra summam in fidejussione præstitam.*

4 *Solutionis causa colligi debet à verisimili mente solventis et recipientis.*

5 *Solutio in Administratione, debet in dubio referri ad obligationem solvendi pecunias exactas, non autem ad obligationem solvendi reliquatum.*

DECISIO IX.

POstquam resolutum fuit coram me sub die 15. Martii præteriti relaxan. esse mandatum pro summa sc. 5000. ad favorem D. Matthæi Sacchetti coram R. P. D. Honoratum tamquam fidejussorem Alexii, qui remanserat debitor D. Matthæi ultra prædictam summam, dum Rotam consulerem, ut moris est pro expeditione causæ ad Decisionis præscriptum Agentes, & Procuratores Domini Honorati institerunt, ut denuò super iisdem audirentur & cùm Domini eorum petitionibus annuerint fuerunt sæpissimè citati, moniti, & usque ad hanc ultimam Rotam expectati, sed ipsis informare recusantibus Domini perstiterunt in decisis.

Visa enim sunt subsistere Decisionis jam editæ fundamenta, quæ cùm non fuerint impugnata, alio ea robore fulciri non oportuit, ideò fuit restricta ad objectum in decisione non examinatum, & ab Agentibus D. Honorati vociferatum in eo consistens, quòd tres partitæ positæ ab Alexio in Banco eorum de Valentibus in creditum D. Matthæi sub die 23. Martii 1644. Summ. num. 1. Constituentes summam scutor. 1000. cesserint in extinctionem obligationis, & fidejussionis D. Honorati, & pro prædicta sint deducen. ex summa scut. 3. mill. cum administratio Alexii esset finita per renunciationem ab ipso Alexio factam sub die 21. dicti mentis Martii, ut in Summario D. Matthæi n. 2. Pro hujusmodi objecti solutione fuit consideratum, quòd fidejussio R. P. D. Honorati non est concepta simpliciter pro certa summa, sed pro reliquatu usque ad summam scutorum 3. mill. quod apertè colligitur, tum ex natura negotii, quia scilicet fidejussor Administratoris pro reliquatu fidejussisse censetur Rota *dec.* 301. *n.* 6. *p.* 4. *tom.* 2. *recent.* tum quia Honoratus promisit, quòd Alexius 1
Administrator *Darà buono, e fedel conto della sua esattione, & di tutto quello, che gl'entrarà in mano del detto Signor Matteo, a favore del quale prometta, e facciola sicurta per detto Salvatti si no alla summa di scudi* 3. *mila, e voglio esser tenuto à pagarli à Sua Signoria Illustrissima qui in Roma liberamente senza eccetione alcuna sempre che restasse debitor per la sudetta causa,* quæ 2
verba uti continentia expressam obligationem reddendi rationem claram convincunt promissionem, quòd Administrator reliquatum restituet *l. cum servus* 81 *ff. de cond. & demonstr.* Socin. sen. *cons.* 149. *n.* 3. *lib* 1. Afflict. *dec.* 157. *n.* 2. Rota *dec.* 370. *n.* 4. *p.* 2. *& dec.* 301. *n.* 2. *p.* 4. *tom.* 2. *recent. & coram sa. mem. Greg.* 554. *n.* 2.

Ideòque cùm prædictæ tres partitæ insimul constituentes summam scutorum mille ab Alexio solutæ fuerint die 23. Martii 1644. cedere prædictæ solutiones non possunt in causam fidejussionis, quamvis aliàs graviorem; nam fidejussor reliquatus tenetur ad residuum quousque Creditori fuerit integrè satisfactum intra summam fidejussione præscriptam, ut est textus 3
ad litteram in *L. in fraudem* 45. §. *si principalis*, ibi, *nisi forte minus idonea sint, & in reliquum non ex solutæ quantitatis accesserint, ff. de jure fisci ibique* Cujac. & Gothofr. §. 11. & ponderavit Rota *in Romana fidejussionis coram Cardinali Lancelloto seniori in fine impress. apud Marches. de Commiss. part.* 1. *fol.* 770. *sub. n.* 3. *& n.* 8. *coram Caval. decis.* 139. *n.* 1. *& decis.* 155. *n.* 1. *& in fi. quarum prima Caval. est repetita inter impress. post* 2. *vol. cons.* Farin. *dec.* 304.

Et certè removetur omnis difficultas ex eo, quòd Alexius hujusmodi tres partitas summam sc. m. constituentes adscripsit in computis administrationis ejusdem, & multò post constituit se debitorem reliquatus in summa sc. 3656. b. 90. *per saldo di quanto resta debitore per maneggio d'entrata & uscita*; qua propter nec Alexius met principalis debitor voluit dictorum scut. mille solvere in causam reliquatus, nec in eam Dominus Matthæus recipere, quia nondum constabat Alexium fore debitorem, causa verò in quam sit facta 4
solutio

solutio colligi debet à verisimili mente solventis, & recipientis Corn. *cons.* 295. *n.* 2. *lib* 3. Gratian. *disceptat.* 224. *n.* 95. & assertæ solationes referri debent ad obligationem solvendi pecunias exactas prout eas retulit Alexius, non autem ad obligationem solvendi reliquatum, ut benè ad propositum Rota *in d. decis.* 554. *n.* 4. & 5. *coram San. mem. Greg.*

Et ita fuit resolutum informante tantùm Domino Matthæo.

R. P. D. MELTIO.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 28. *Julii* 1649.

ARGUMENTUM.

Cambia, quæ non debentur uti cambia, quando de eorum realitate non constat ex litteris expeditionis. Et reditus Nundinarum juxta stylum Mercatorum, debentur saltem uti damna & interesse, quando ille, qui mandatum ad cambiandum susceperat non docuit se feciſſe debitas diligentias de inveniendo personas, quæ ad cambium pecunias acciperent. Et quomodo sit facienda talis liquidatio.

SUMMARIUM.

1 *Instrumentum obligatione Camerali vallatum habet executionem paratam, etiam contra fidejussorem in solidum obligatum.*

2 *Mandatum executivum dicitur validum, quando ex revolutione Actorum apparet intervenisse omnia necessaria requisita pro validitate judicii juxta* decis. Caputaqu. 260. part. 2.

3 *Cambia non debentur uti cambia, nisi quando de eorum realitate constat ex litteris, quæ vocantur expeditionis, sive* del landata, *ad nundinas transmissis, ex aliis litteris, quæ nuncupatur redditus de Nundinis, ex quibus illorum justitia sufficienter probatur.*

4 *Cambia quando non constat de istis substantialibus cambiorum non debentur, et exacta cedunt in extinctionem sortis.*

5 *Cambia debentur uti damna et interesse, ab eo, qui, cùm mandatum ad cambiandum susceperit, non adimplevit quod debuit pro inveniendis personis, quæ pecunias ad cambium reciperent.*

6 *Cambia uti damna et interesse, debentur ad illam rationem, ad quam demonstratur ascendisse giratas cambiorum singularum feriarum temporis, quo cambia petuntur.*

7 *Compensationis exceptio non potest admitti in præjudicium illorum, quorum non probatur aliquod creditum.*

8 *Probationes non admittuntur in illa instantia, ubi causa commissa fuit cum clausula* si quid exequendum. *Limitatur. n.* 10.

9 *Debitor condemnatus, quotiescumque facit novas probationes, non impeditur creditor, quin novis juribus, et probationibus uti valeat, ad elidendam probationem jam factam.*

10 *Probationes novæ passim sunt admittendæ ad elidendas novas probationes ex adverso factas, etiam in terminis clausulæ* si quid exequendum.

11 *Citatio ad dicendum contra, in productione Jurium omninò requiritur.*

12 *Jura producta, absque citatione, non dicuntur de Actis.*

13 *Ampliatur quamvis illorum exhibitio facta fuerit coram Notario et Testibus.*

14 *Jura producta absque citatione, tanquam de Actis non existentes, nullam probationem faciunt.*

15 *Exceptio ad effectum ut pro relevanti sit admittenda, opponenda est specificè, non autem in genere.*

DECISIO X.

IN duabus decisionibus coram me in hac causa ema-
natis sub 14. die Maii 1646. & 23. Martii 1648. resolutum fuit mandatum de consignando non esse exequendum stante quod aliud mandatum contra Venturam Mazzantem, & Gulielmum Roncallum, sive ejus hæredes principales debitores relaxatum ab Auditore Cameræ pro scut. 1500. ad favorem Dominorum Collettis pro rata sortis, non sustinetur, quia cambia soluta non debentur, & sic ex illis sors extincta remansit, unde disputato dubio sub die 15. Martii præteriti, an esset recedendum à decisis, dilata fuit resolutio, & Domini ordinarunt quod disputaretur dubium, An mandatum relaxatum sit exequendum contra principales debitores, quo hodie proposito, affirmativè fuit responsum. Dubitatum enim non fuit de credito dictorum de Colletis adversus Venturam Mazzantem debitorem, cùm illud probatum remaneat ex publico Instrumento obligatione Camerali vallato ut in Summ. 1
præteritæ positionis n. 1. cui obligationi tanquam fidejussor accessit Gulielmus Roncallus, qui uti principalis principaliter, & in solidum se obligavit de omnibus, & singulis in d. Instrumento contentis eodem Summ. nu. 2. quod ut habeat exequutionem paratam tradit Ang. *in l.* 4. §. *condemnandum n.* 4. *ff. de re judic.* Gabr. *consil.* 67. *n.* 7. *lib.* 1. Gallesi. *ad formam obligat.* Camp. *p.* 1. *q.* 1. *n.* 11. & 18. & *q.* 2. *n.* 9. & *seq.* Rota *dec.* 273. *n.* 4. *p.* 1. *recen. & alibi passim.*

Quod verò ad mandatum illius validitas controver- 2
ti non potest, quia ex revolutione actorum apparet interveniſſe omnia necessaria requisita pro validitate judicii juxta *dec. caputaq.* 260. *p.* 2. Rota *dec.* 173. *n.* 2. *p.* 5. *rec.* Justitia etiam benè deprehenditur ex dicto Instrumento cambii stipulato sub die 25. Martii 1635. in quo Ventura Mazzantes se obligavit in forma Cameræ restituere eisdem Collettis sc. 2016. nempè quolibet anno ratam partem consistentem in sc. 250. unà cum cambiis, & interesse, cui obligationi, ut dicebatur, quia accessit Gulielmus Roncallus principaliter, & in solidum, eo defuncto justè obtinuerunt Colletti mandatum contra ejus bona hæraditaria pro paghis decursis in summa scutorum 1500. ad computum in extinctionem dictæ sortis.

Non obstat quod in dictis duabus decisionibus in hac causa factis firmatum fuerit assertum mandatum relaxatum non esse exequendum, eo quia sors extincta remansit in fructibus à Collettis, ut asseritur perceptis in summa sc. 2798. quia cambia non debentur. Nam ultra quod Colletti docent partem dictarum pecuniarum cessisse in aliam causam particularem, cessat objectum, quia tunc Rota censuit quod cambia uti cambia peterentur, quæ certum est non deberi nisi quando de eorum realitate constat ex litteris, quæ vocantur expeditionis sive *del landata* ad nundinas trasmissis, prout 3
etiam ex aliis litteris, quæ nuncupantur redditus de nundinis, ex quibus illorum justitia sufficienter probatur, ut per Navarr. *in suo manuali tit. de septimo præcepto, non furtum facies n.* 189. Lauren. de Rodulph. *de usur. part.* 3. *c.* 1. *n.* 1. Rota *Januen. decis.* 37. *num.* 11 Seraphin. *dec.* 946. *num.* 1. At quia tunc non fuit doctum de istis requisitis necessariis, & sic de substantialibus cambiorum, meritò dictum fuit fructus à Collettis exac- 4
tos cedere in extinctionem sortis, cùm cambia nullo pacto ab illis prætendi potuerint, ut ultra allegata in prædictis decisionibus declaravit etiam Rota *in Mediolan. pecuniaria* 27. *Maii* 1602. *coram Litta, & decis.* 711. *num.* 6. *versic. cum illa nullo jure debeantur p.* 3. *& dec.*

& dec. 304. n. 2. p. 4. recentior. & fuit etiam dictum *in Licien. Pecuniaria 29. Maii 1643. coram R. P. D. meo Bichio.*

Utrum quia postea Colleti sese melius declararunt, quod cambia prætendunt ut damna, & interesse ex quo Mazzantes, qui mandatum ad cambiandum suscepérat cum fidejussione Roncalli, illud non adimpleverat, nec docuerat fecisse debitas diligentias ad effectum reperiendi personas, quæ pecunias ad cambium acciperent, nec illas reperiisse, ex tali non adimplemento tam eum quàm ejus fidejussorem teneri ad omnia damna, & interesse, quod provenit ipsis Collettis declarat. *l. si quis alicui 27. §. qui suscepit, ff. mand.* Rota. *dec. 479. nu. 9. & 10. apud Cenc. de cens. Romana, seu Januen. pecuniaria 1. Jul. 1664. §. aut petit, coram R. P. D. meo Bichio, Romana pecuniaria 5. Jun. 1648. §. quia cùm Pagninus. & 1. Jul. ejusdem anni §. quia certum est, & seq. coram R. P. D. meo Corrado.*

Damna autem, & interesse ex parte illorum de Collettis concludenter probantur ex fide, quæ data fuit in eorum Summario præteritæ positionis nu. 1. subscripta ab octo ex principalibus Urbis Mercatoribus, ex qua optimè demonstratur adfuisse plures occasiones cambiandi, & ex partitis, & giratis cambiorum singularum feriarum cambia nedum ascendisse, sed excessisse scuta sex pro quolibet centenario toto illo tempore, quo à Collettis cambia petuntur cùm illa fuerint inter partes conventa ad dictam rationem scutorum sex, ut in eodem Summario num. 1. & ut illa sufficiant ad justificationem prætensorum damnorum, & interesse admittit Rota *in d. Romana pecuniaria 1. Jul. 1648. §. quia certum est ibi justificatur ex juratis Mercatorum attestationibus coram R. P. D. meo Corrado,* stante hac igitur probatione damnorum, & interesse cessat compensatio in sortem, quia compensationis exceptio non potest admitti in præjudicium illorum de Colletis, dum non probatur aliquod eorum debitum, ut declaravit Rota *dec. 224. n. 3. p. 5. rec.*

Minus refragatur replicatio in d. decisionibus data quod damna & interesse non fuerint justificata in prima instantia coram A. C. à quo fuit relaxatum mandatum, quæ hodie ex noviter deductis probari nequeant, stante quod causa commissa fuit in Rota cum clausula si quid exequendum, Rota *decis. 64. n. 1. & 5. dec. 162. n. 1. & dec. 260. n. 5. inter impressas penes Pacif. de Salvian. juxta novam impressionem, & alias sæpè.* Quia cùm à Roncallis, & sociis reis conventis non fuerint exhibitæ ante relaxationem mandati solutiones, quæ prætenduntur in sortem imputandæ, sed post quod benè probatum remanet, nam q. solutiones fuerunt productæ sub die 4. Decemb. 1645. Summario de Collettis n. 14. mandati verò relaxatio processit, cùm decretum fuerit factum sub die 9. Julii 1644. & 2. Dec. 1645. in eodem Summ. num. 6. & 7. sicut exceptio dictorum de Roncallis impugnativa mandati justificatur ex novis probationibus, ita potest ex novis justificari replicatio eorundem de Colletis pro obtinenda ejusdem mandati executione, nam quotiescumque debitor condemnatus facit novas probationes, non impeditur creditor quin novis juribus, & probationibus uti valeat ad elidendam probationem jam factam, benè Rota *dec. 168. n. 10. inter impressas pariter apud Ocundem pacific. de Salvian. Anconitana bonorum 22. Maii 1603. coram bo. me. Justo, & in Papien. pensionis 19. Nov. 1608. coram Ottenbergo,* & passim sunt admittendæ novæ probationes ad elidendas novas probationes ex adverso factas, & hoc optima ratione, ne aperta remaneat via Reo de novo educendi totum, & omne illud quod sibi magis prolicuum existimaverit sub spe quod Actor exhibere non possit nova jura ad exclusionem eorum quæ ab ipso reo fuerunt producta, & sic executivam viam educendi: ut in terminis clausulæ si quid exequendum, explicat Add. *ad Greg. XV. decis. 272. sub. n. 6. vers. sicut etiam quis admittitur* Rota *in Eugubina dotis 12. Februarii 1642. coram Salamantino.*

Eoque magis dicebant Domini non esse attendendam d. solutionum exhibitionem, quia emanavit absque citatione ad dicendum contra, quæ omninò requirebatur secundùm Baid. *in l. 1. in fi. C. de scut. ex brevi recitand.* Cassador. *dec. 1. nu. 5. de exception.* Caputaq. *dec. 99. p. 2.* quæ quidem solutiones, nec possunt dici de actis ex solo defectu dictæ citationis Honded. *conf. 75. n. 34. lib. 2.* Cæs. de Grass. *dec. 3. num. 7. de restit. spoliat.* quamvis illarum exhibitio facta fuerit coram Notario, ac testibus Barbos. *in c. contingat n. 2. de fid. instrum. Roman. conf. 519. n. 13. & seq. cum aliis relatis in dec. 361 sub. n. 3. coram Penia.*

Nec relevat quod dum facta fuit exhibitio solutionum repetita appareant alia jura & solutiones exhibitæ de anno 1643. quia per hujusmodi repetitionem non suppletur defectus d. citationis ad dicendum contra, qui solus operatur, ut tales solutiones licèt productæ nullam probationem faciant tanquam de actis non existentes, ut ultra jam allegata explicat etiam Felin. *in c. quoniam contra. n. 40. de prob.* Rot. *dec. 1. n. 3. de fid. instr. in nov.* Caputaq. *dec. 117. n. 6. p. 3.* Cæs. de Grass. *dec. 16. n. 4. de prob.*

Omitti neque debet, quod dum rei conventi numquam exceperunt specificè de imputatione in sorte solutionum aliàs ab ipsis factarum pro interesse, nec non hujusmodi interesse ex jam deductis verè, & realiter Collettis sit debitum ex causa non adimpleti mandati suscepti à Mazzante pecunias ei traditas ab ipsis Collettis cambiandi, attendenda hodie non sit generalis solutionum exhibitio facta, quia exceptio ad effectum ut pro relevanti sit admittenda opponenda est specificè, non autem in genere juxta *l. scire, §. scire autem oportet, ff. de excusat. tutor. cap. ut circa de electi in 6.* Clem. *Constit. eodem tit.* Felin. *in c. Pastoral. n. 13. d. except.* Bald. *in l. 1. n. 44. C. unde vi,* Manen. *dec. 15. n. 45. & fuit dictum in Beneventana Canonicatus 8. Februarii 1647. §. ad semota coram R. P. D. meo Bichio.*

Et ita utraque parte informante fuit resolutum, &c.

R. P. D. MELTIO.

Brundusina Bonorum.

Sabbathi 23. Januarii 1649.

ARGUMENTUM.

Possessio probatur tum ex confessione qualificata partis, tum ex præcepto de exhibendo & dimittendo. Et plura de possessione, & sequestro.

SUMMARIUM.

1 *Possidere dicitur ad effectum manutentionis, qui detinet rem controversam.*
2 *Confessio qualificata partis recipitur in possessorio judicio favore possidentis absque ulla qualitate vitii.*
3 *Possidere dicitur qui exhibere, vel dimittere rem mandatur.*
4 *Præceptum de discedendo è domo, supponit possessionem in præceptum.*
5 *Probationes leviores sufficiunt in posserio Judicio, ad consequendum mandatum manutentionis.*
6 *Possessio titulata, non titulatæ præfertur in judicio possessorio.*
7 *Sequestrum Judicis, ritè et rectè procedentis, turbat possessionem naturalem, et civilem.*
8 *Citationis omissio vitiat sequestrum.*
9 *Sequestrum*

9 *Sequestrum ut odiosum regulariter est prohibitum, nec concedatur, nisi jure expresso permittente.*

10 *Sequestrum permittitur contra succumbentem in causa, non tamen in Judicio possessorio.*

11 *Possessor, lite pendente, non est removendus à sua possessione.*

DECISIO XI.

1 DOmini dixerunt Joan. Mariæ Monetæ dandum esse mandatum de manutenendo in possessione bonorum hæreditariorum q. Francisci ejus fratris, quia de illius possessione satis constat ex confessione Theo-
2 dori, & litis Consortium ex libello per eos porrecto Reverendiss. Archiepisc. Brundusino Summ. Joan. Mariæ n. 2. in quo dictus Joannes Maria enunciatur habitator Domus, ac detentor bonorum mobilium hæreditariorum dicti q. Francisci, ex tali enim assertione probari possessionem ad effectum manutentionis respondit Avm. *conf.* 150 *n.* 5. & sæpius firmavit Rota, ac signanter *decis.* 802. *part.* 1 *diversi. & coram san. mem. Gregor. XV. decis.* 200. *num.* 2. *ibique Adden. n.* 5. *lit. A.* etiamsi pars asserat aliquem occupatorem, quia tunc quamvis confessio videatur qualificata, ex quo non fatetur possessorem simpliciter, sed cum qualitate vitii, nihilominus recipitur confessio respectu possessionis, rejecta qualitate vitii, quæ habet præsumptionem juris contra se, Bart. *in l.* Aurelius §. *idem quæsivit ff. de liber. legat.* Rota *coram san. mem. Greg. XV. dec.* 358. *n.* 1. *usque ad* 6. *& coram bo. me.* Burato *dec.* 100. *n.* 18.

Idque facilius in proposito casu in quo cum assertione partis enuncians Joan. Mariam habitatorem & detentorem, concurrit etiam decretum Archiepiscopi Brundusini mandantis eidem Joan. Mariæ quod bona hæreditaria Francisci ejus fratris exhiberet, domumque vacuam, & liberam relinqueret, ut in eodem sum-
3 mario n. 3. Exhibitio enim, ac dimissio in necessarium antecedens supponit possessionem penes debentem illam exhibere, ac dimittere non secus ac privatio habitum, per ea, quæ in similibus terminis dixit Rota *in recent. dec.* 347. *n.* 1. *p.* 2. *& coram bon. mem. Buratto dec.* 160. *sub. n.* 5. *versic. qua clarior redditur, & dec.* 149. *n.* 2. *versic. comprobatur eadem possessio.* Et clarum est quod petens, ut alius dimittat, fatetur non se, sed alium possidere, Rota *coram Card. Cavalerio dec.* 106. *num.* 1. *vers. antioritas autem possessionis, & decis.* 619. *n.* 4. *versic. respondebatur, ac coram Buratto d. decis.* 260. *n.*
4 4. *novissimè in Alexandrina Canonicatus* 9. *Dec. præteriti coram R. P. D. meo Cerro in* §. *etenim probat, &c.* & in terminis præcepti obtenti de discedendo ex domo, eamque dimittendo, ut illud probet possessionem præceptari Modern. Peruf. *tr. de manuten. observ.* 19. *n.* 30. *versic. vel obtinuerit præceptum.* Rota *in Ferrarien. bonorum* 2. *Martii* 1626. *coram bon. mem. Buratto.*

Ex his cùm possessio remaneat sufficienter probata ad effectum manutentionis, illa negari non debet Joan. Mariæ Monetæ *vulg.* §. *retinendæ instit. de interd. l. prædia*, ubi Bart. *d. acquir. possess.* Rota *coram bon. mem. Coccino dec.* 486. *n.* 2. *coram Durano dec.* 330. *n.* 1. *coram R. P. D. meo Royas, in Soletano bonorum* 7. *Febr.* 1648. *in princ.* præsertim dum dicta possessio recipit etiam non modicum adminiculum ex præcedenti titulo aditionis hæreditatis cum beneficio l. & inventarii factæ per eundem Joann. Mariam uti hæredem proximiorem
5 dicti q. Francisci ejus fratris Summar. n. 3. in judicio enim sumariissimo manutentionis quamvis sufficiant leviores probationes, Menoch. *de retin. rem. ult. n.* 34. Rota *coram sanct. mem. Greg. dec.* 324. *n.* 5. *coram Cordin. Caval. dec.* 75. *num.* 4. etiam sine justificatione alicujus tituli *l.* 1. §. *sicut interdicti, ff. uti possidetis*, Rota *coram Greg. dec.* 275. *num.* 12. *& dec.* 9. *num.* 9. nihilominus possessio titulata est magis manutenibilis, & semper præfertur possessioni non titulatæ, Me-

rochius *de retin. remed.* 3. *num.* 733. Grat. *discept. for.* 6
cap. 402. *mem.* 1. *&* 2. *Adden. ad Gregor. XV. decis.* 23. *num.* 4.

Neque relevat quod dictus Archiepiscopus Brun- 7
dusinus mandaverit apponi sub sequestro bona hæreditaria dicti q. Francisci, & prætendatur ex facto Judicis Joann. Mariam perdidisse omnem possessionem tam naturalem, quàm civilem, Ang. *in l. clam possidere* §. *qui ad nundinas n.* 2. *in fin.* ubi etiam Jas. *n.* 2. *ff. de acquir. possess.* Rota *penes Mohedan. decis.* 4. *n.* 4. *versic. quinta authoritas Judicis de rest. spol. & dec.* 802. *part.* 1. quia objectum procedit in Judice ritè, & rectè procedente, secus si nulliter & injustè, tunc enim non privat possessione, ex quo videtur procedere tanquam privatus, Corn. *conf.* 293. *n.* 4. *lib.* 3. Rota *penes Buratt. dec.* 158. *n.* 5. & latius probavit *in Romana de Bombellis* 31. *Maii* 1613. *coram bo. me. Sacrato apud Modern. de manut. dec.* 9. *n.* 20. *vers. proinde ficut, & penes Martin. Andream decis.* 29. *n.* 7. *& in Comen. juris patronatus* 25. *Jun.* 1646. *coram R. P. D. meo Corrado in* §. *non obstat ultimo*, & post alios comprobat Grat. *discep. forens. c.* 950. *n.* 30.

Nullitas autem sequestri visa fuit patens tum ex de- 8
fectu citationis d. Joan. Mariæ, qui citari debebat prout in terminis sequestri firmavit Rota *bon. mem. Buratto decis.* 186. *n.* 8. tum etiam quia factum fuit pendente tempore ad appellandum à sententia graduatoria lata per dictum Archiepiscopum ad favorem præfati Theodori, ut colligitur eodem *summar. num. &* 3. *cap. non solùm de oppe. in* 6. imò post appellationem ab eo interpositam *summar. d. n.* 2. Rota *dec.* 168. *n.* 1. *part.* 4. *n.* 2. *recent. cum aliis allegatis in Calaguritana beneficii* 23. *Jun.* 1645. *coram R. P. D. meo Arguelles, & alibi passim.*

Constat etiam de injustitia ex Regula juris vulgata, 9
quod sequestrum tanquam odiosum regulariter est prohibitum *l. un. C. de prohib. sequest. per tot. & ibi gloss. in verb. sequestrari, & ibidem Abb. n.* 7. *& seqq. de sequestr. possess. & fruct.* Rota *decis.* 464. *n.* 2. *part.* 1. *recen. decis.* 324. *n.* 1. *coram Card. Cavalerio novissimè in Mediolanen. Canonicatus, seu præbenda* 8 *Junii præteriti coram R. P. D. meo Bichio in princ.* & ut concedatur debet dari casus exceptuatus in quo jura illud permittant, Rota *decis.* 168. *n.* 2. *p. recent. tom.* 2. *coram san. mem. Gregor. XV. dec.* 118. *nu.* 1. *&* 2. casus autem exceptus probandus venit ab eo, qui petit sequestrum, Paris. *cons.* 41. *n.* 22. *vers. ut igitur part.* 1. *& coram Card. Caval. d. decis.* 324. *n.* 1.

Neque alicujus relevantiæ visum fuit quod post la- 10
tam sententiam sequestratio permittatur contra eum, qui in causa succubuit, licèt à d. sententia appellaverit *ad text. in l. Imperatores*, §. *ult. ff. de appell. l. si fidejuss.* §. *ult. ff. qui satisd. cog.* Natt. *cons.* 584. *n.* 1. & 2. Paris. *cons.* 41. *nu.* 45. *& seq. lib.* 1. Put. *dec.* 162. *lib.* 2. Quia dictæ doctrinæ loquentes de sequestratione fructuum, quæ fieri solet post latam sententiam quando adest timor dilapidationis non sunt applicabiles in se- 11
questratione possessionis, de qua agitur, possessor enim lite pendente non est removendus à sua possessione, ut declarat Bald. *in l. quidam existimaverunt*, & ibi Jas. *n.* 4. *versic. istud ultimum, ff. si certum petat.* Bald. *in d. l. unic. sub n.* 3. *versic. & alia est, C. de prohib. sequest.* Dec. *in l. ultiman.* 7. *C. de edict. D. Adr. tollen.* Paris. *de cons.* 41. *n.* 17. *cum seqq.* Rota *coram Card. Caval. dec.* 324. *n.* 3. *&* 23.

Et ita informante tantùm Joann. Maria Moneta fuit resolutum, &c.

R. P. D. CERRO.

Romana de Luraghis.

Veneris 14. *Junii* 1647.

ARGUMENTUM.

Assignatio, & receptio in solutum pro credito in posterum declarando, nullum habet respectum ad hoc, vel illud creditum.

SUMMARIUM.

1 *Scriptura id continere videtur quod continet illa, ad quam refertur.*
2 *Decretum, vigore cujus fit instrumentum explicatur ab ipso instrumento.*
3 *Assignatio crediti declarandi, se habet indeterminatè ad hanc, vel illam declarationem.*
4 *Declaratio facienda mutat titulum ipso jure, si sequatur in possidente.*
5 *Assignatio rei, cum declaratione facienda, transfert dominium temporaneum et revocabile.*
6 *Breve Pontificium habet vim legis.*
7 *Voluntas quandoque metitur à potestate.*
8 *Mandatum generale suspicit ad electionem, in quam causam cedat solutio, quando creditum est determinandum.*
9 *Molestiæ judicales ab una parte cessantes, judicant ratificationem partis; et quod amplius acta impugnari nequeant.*
10 *Ratificatio idem operatur, ac mandatum, licèt speciale in actu requiratur.*
11 *Sorte extincta, cessant fructus debiti.*

DECISIO XII.

DOmum de qua agitur, traditam Ven. Congregationi Lateranen. cessisse in computum primi partiti Anni 1585. non autem secundi Anni 1588. & sic sententiam A. C. esse infirmandam, resolutum fuit die 4. Junii 1646. & in hac resolutione etiam hodie Domini permanserunt causa quinquies proposita, & acerrimè discussa: Dum enim dicta domus assignata, & recepta fuit pro scutis 13 mil. compensandis in summa, & quantitate pecuniarum, in qua eadem Congregatio fuerit declarata creditrix Joan Baptistæ, & hæredum q. Pompilii, satis sit evidens assignationem non fuisse factam determinatè pro uno credito magis quàm pro alio, sed indeterminatè pro credito in futurum declarando, & proinde dum postea per subsequutam sententiam bon. memor. Justi Congregatio de Anno 1602. fuit declarata creditrix vigore primi partiti, consequens est ut in hanc causam cesserit assignatio usque ab initio, perinde ac si ab eo instanti facta fuisset declaratio, cum per relationem ad declarationem faciendam, eadem declaratio videatur à principio inesse ipsi assignationi, ut
1 sequendo dispositionem *leg. asse toto, ff. de hæred. instit.* firmatum fuit *in præcedenti decisione*, §. *hinc autem.*

Nec obstat, quòd in Decreto Congregationis Deputatorum sub die 25. Junii 1596. in cujus executionem celebratum fuit instrumentum assignationis, & dationis in solutum, Deputati decreverint domum præfatam Congregationis, & Canonic. Lateran. in solutum tradere *à conto del lor credito* nulla adjecta qualitate faciendæ declarationis.

Quia dum in eodem Decreto reservata fuit Instrumenti confectio ad dictamen sapientis, ibi, *si dia in solutum à conto del lor credito alli Padri della Pace, &c. & con el clausule, & cautele da stenderssi nella stipulatione del' Instrumento ad dictamen Sapientis, & juxta stylum, &c. summ. impress. Primicerii nu.* 8. Licitum fuit in ipso Instrumento explicare & adhere per verba explicita, quæ fuerunt de mente & voluntate contrahentium tempore decreti, ut aliis omissis responsum fuit in *Romana quarti decalis* 27. *Aprilis* 1646. *coram me* §. *animadvertendum.* Et sicut decretum antea factum inservit pro declaratione Instrumenti subsequentis, ita etiam subsequens Instrumentum præcedens Decretum declarat ex congestis ad propositum per Alexand. *cons.* 52. *n.* 24. & 25. *lib.* 4. 2

Prout nec subsistit quod tempore decreti, & assignationis creditum primi partiti non esset in substantia certum, sed à Deputatis, aliisque creditoribus acriter controversum. Nam contrarium convincitur ex sequenti facti serie, Decretum enim factum fuit die 25. Januarii, ac assignatio die 9. Aprilis 1596. d. summar. n. 8. & 9. Et tamen Congregatio sub die 14. & 24. Febr. 1595. obtinuit extrahi omnes, & singulas partitas descriptas in libris Luraghi, prout in illius executionem extractæ fuerunt incipiendo ab anno 1585. quo primum partitum initum fuit eodem Summ. n. 3. & 4. ac super illis electi fuere Periti, & Calculatores Summ. Congregationis n. 5. Et denique die 2. Martii ejusdem anni 1595. contra Deputatos, & alios creditores ipsa Congregatio produxit Instrumentum census factorum 5000. venditi Caffarello, quem Luraghi in primo partito extinguere promiserant, & die 5. ejusdem illos citavit ad docen. Luraghos præfatum censum extinxisse, ac 1. Octob. sequentis ipsimet Deputati convenerunt, ut Caffarellus rediret ad primæva jura census non extincti d. Summ. Primicerii n. 6. 7. & 19. Ex his enim clarè patet creditum utriusque partiti eodem tempore fuisse in judicium deductum, & pro utriusque satisfactione pariformiter instatum, adeo ut sicuti creditum secundi partiti erat in substantia certum, ita pariformiter erat certum creditum primi: Quod autem dicitur fuisse controversum à Deputatis, aliisque creditoribus tollitur ex decisione in Romana erroris calculi 16. Novembr. 1601. coram bo. me. Justo, ubi apparet quæstionem, & controversiam pependisse dumtaxat super certis erroribus nonnullarum partitarum in calculo illius commissis. Hinc enim fortius convincitur assignationem nec decretam, nec factam fuisse determinatè pro uno magis, quàm pro alio, sed indeterminatè pro credito in futurum declarando; cum utrumque eodem modo in substantia certum futuram tamen declarationem, & liquidationem, expectasset. 1

Et nihil revelat, quod prius declaratum fuerit creditum secundi partiti in sententia scilicet lata Anno 1600. quam primi per aliam sententiam anni 1602. quia cùm assignatio, ut dictum est, fuerit indeterminatè concepta non respicit magis tempus primæ, quàm secundæ declarationis ex *Theoric. Socc. in l. solemus n.* 6. *ff. de cond. & demonstr.* quam sequuti fuerunt Cafanat. *cons.* 4. *n.* 105. & 106. aliique *relati in altera decisione* §. *similiter.* Non obstante quod sequuta ex prima sententia declaratione crediti secundi partiti, impleta fuerit conditio; & contractus remanserit perfectus ad *l. boves*, §. *hoc sermone, ff. de verb. signif.* Quia cum dicta prima sententia non fuerit simpliciter prolata, sed cum expressa reservatione declarandi aliud creditum ejusdem Congregationis proveniens ex causa primi partiti ibi, *Item Ven. Congregatione Lateran. vigore primi partiti, & Instrumenti anni* 1585. *& alias quomodolibet, quarum causarum cognitionem, & declarationem finalem ac executionem nobis etiam reservamus, &c. Sum Primicerii veteris positionis n.* 8. Dum idem Judex inhærendo d. reservationi subinde illud declaravit graduando Congregationem super omnes in antecedenti sententia nominata tempore posteriores, perinde est ac si in eadem prima sententia istud quoque creditum declaratum, & graduatum fuisset, ut præter deductos in *d. dec.* firmavit Rota *dec.* 1. *in fi. ut. hic pendet. in nov.* Et statim 3

emanata

4 emanata secunda declaratione mutatus fuit ipso jure titulus primæ, & conversus in hanc secundam habentem causam anteriorem, ineptu que remansit contractus, qui ex prima declaratione revocabilem perfectionem habuerat, ipsaque Congregatio ex anteriori credito primi partiti cœpit domum possidere per *l.* 3. §. *qui fideicommissum*, *ff. de hæred. instit. & in l. fundo ff. ad l. falcid.* Bald. *in l.* 2. *sub n.* 63. *v. sed pone. C. de serv. & aqu.* Castr. *cons.* 345. *sub n.* 5. *v. per quod patet, & cons.* 390. *sub n.* 11. *v. quinimo l.* 1. alisque relatis firmavit Rot. *dec.* 97. *n.* 7. *& dec.* 108. *n.* 2. *cum seqq. par.* 5. *recent.*

5 Attenta præsertim expressa protestatione specialiter am ssa in dicto instrumento assignationis, ibi, *sine tamen præjudicio quorumcumque jurium aliis creditoribus si qui sint prioribus, & potioribus competen. in eventum, in quem de tali prioritate, & potioritate, ullo unquam tempore & legitimè constet, & non alias, &c.* Hinc enim statim, ac declaratum fuit creditum anterius, evanuit titulus posterioris crediti, qui dominium in Congregationem transtulerat temporaliter solum, & revocabiliter, donec scilicet, & quousque constaret de credito anteriori, ut respondit Rota *decis.* 161. *num.* 6. *part.* 4. *divers. in Romana pecuniaria* 30. *Aprilis* 1629. *coram bon. mem. Merlino, & in Lucana successionis* 21 *Junii* 1630. *coram R. P. D. meo Ghisserio, in rec. decis.* 270. *n.* 19. *& dec.* 394. *sub n.* 27. *vers. præterea part.* 5.

Sed ulterius hodie Domini existimarunt assignationem usque ab initio factam fuisse in causam primi partiti, cum ex forma Brevis sanct. mem. Clementis VIII. Motu proprio emanati, satisfieri deberet creditoribus illorum de Luraghis juxta ipsorum proprietatem, & potioritatem, ibi, *& mandamus Dilecto filio nostro Cam. Apostol. Auditor. sive, &c. quod statim, &c. possessionem, seu quasi omnium, & singulorum bonorum jurium, actionum, &c. ad dictum Joann. Baptistam &c. spectan. &c. ad se avocet, illaque unicuique ex creditoribus juxta tamen prioritatem, & potioritatem ipsorum, & juxta æstimationem, &c. in extinctionem suorum creditorum assignet recepta ab illis cautione sub obligatione de restituendo prioribus, potioribus, &c. dicto Summ. impress. Primicerii n.* 11. Dum ergo Deputati in illius executionem Domum de qua agitur Congregationi assignarunt, assignatio præsumitur facta in causam primi partiti, ut cautum fuerat in Breve, quod vim legis
6 habet *leg. fin. C. de legib.* Gabr. *cons.* 151. *in princip. lib.* 2. Potius quam in causam secundi contra formam Brevis,
7 & intentionem Pontificis metiendo voluntatem à potestate, *ad l. g. Lucius*, §. *Imperatores*, *ff. ad municip. & l. si quæsita*, *ff. de condition. & demonstrat.* Rota *in recentior. dec.* 652. *n.* 31. *part.* 8.

Et hoc etiam clarius convincitur ex ipsa assignatione. Præmisso enim pro constanti, quod in primo partito simul, & in solidum se obligaverint, tam Joann. Baptista, quam Pompilius de Luraghis, in secundo verò partito. Joan. Bapt ista dumtaxat, dum assignatio facta fuit pro scutis 13. mill compensandis in summa, quantitate, in qua Congregatio fuerit declarata creditrix Joan. Baptistæ, & hæredum Pompilii, ac eodem modo ipsamet Congregatio illam acceptavit; & compensare promisit ibi, *qua scuta* 13. *mil. idem R. P. D. Don Urbanus Procurator prædicto nomine, &c. bona facere, & compensare promisit, prout ex nunc compensavit, & bona facit eisdem DD. creditoribus absentibus &c. in summa, & quantitate pecuniarum, in qua d. Ven. Congregation. fuerit declarata Creditrix d. Joan. Baptistæ Luraghi, & seu hæredum q. Pompilii Luraghi &c.* Consequens est necessarium, quod facta fuit in extinctionem crediti partiti, in quo Pompilius, ut dictum est obligatus reperiebatur, non autem in extinctionem secundi, in quo ipse nec intervenit, nec obligatus fuit.

Comprobantur prædicta. Primò ex subsequutis declarationibus, Congregatio enim mediante ipsius Procuratore iteratis vicibus in judicio declaravit se retinere domum, de qua agitur, ex causa ejus crediti provenientis ex dicto primo partito & vigore istarum Declarationum se defendit in ejus possessione adversus alios creditores anteriores secundo partito *d. Summ. Primicerii n.* 20. Nec hujusmodi declarationes impu- 8
gnari possunt ex defectu mandati procuræ, Tum quia ad effectum eligendi in quam causam cedat solutio sufficit generale mandatum, ex deductis in *dicta decisione §. ex subsequentis;* Tum quia dum Congregatio adversus dictos creditores secundò partito anteriores retentionem obtinuit, & cessarunt molestiæ ab ipsa tacitè ratificatæ censentur, ita ut amplius impugnari non valeant Rot. *decis.* 39. *n.* 1. *de procurat. in nov. & decis.* 208. *n.* 4. *part.* 4. *divers.* Tum denique quia supervenit expressa ratificatio Abbatis Monasterii Sanctæ Mariæ de Pace Procuratoris generalis ipsius Congregationis, qui ratificando omnia, & quæcunque gesta per dictum Procuratorem eundem specialiter substituit in omnibus causis motis, & movendis, activis, & passivis dicto *n.* 20. quæ ratificatio idem operatur, ac mandatum, etiamsi illud speciale requireretur, *l. quod si de speciali* 27 ubi Bart. *D. de minor l.* 3. §. *si Procurator.* ubi Dec. *n.* 2. *in* 2. *notab. D. quod quisque jur. jan. me. Gregor. dec.* 525. *n.* 5. *& bon. mem. Buratt. decis.* 301. *n.* 8. 10
ibique Adden. n. 19. *& seqq.*

Secundò principaliter ex sententia prolata à bon. mem. Merlino 7. *Julii* 1627. in qua Congregatio Lateranen. declarata fuit creditrix Joan. Baptistæ Luraghi in scutis 23935. & bon. 32. ac damnorum, & interesse occasione secundi partiti, & pro illorum satisfactione illi adjudicata fuerunt rubra 149. Casalis Capicottæ ad rationem scut. 90 monetæ pro quolibet rubro, ibi, *Dicimus &c. constare de credito ipsius Ven. Congregationis Lateranen. cum Joan. Baptista Luragho in summa, & quantitate scutorum* 23935. *& bon.* 32. *pro quibus in sententia graduatoria per bon. mem. R. P. D. Justum lata in duodecimo loco occasione conventionis, seu secundi partiti, &c. graduata reperitur, & pro eadem summa &c. fuisse, & esse debita, & eidem Congregationi deberi damna, & interesse ad rationem fructuum censuum non extinctorum, &c. Item Dicimus &c. ad computum summæ &c. ac. damnorum, & interesse fuisse, & esse eidem Congregationi pro currenti quantitate adjudicanda rubra dicta* 149. *scor.* 14. *& quart.* 9. *partis, & de parte dicti Casalis Capicottæ pro indiviso ad rationem scutorum* 90. *monetæ pro quolibet rubro juxta æstimationem &c. prout illa adjudicamus, & adjudicari; & pro adjudicatis haberi mandamus &c.* Hinc igitur amplius controverti non potest assignationem factam anno 1596. cessisse in extinctionem crediti primi partiti, alias enim si domus tunc temporis assignata fuisset in causam secundi utique illud pro concurrenti rata scut. 13 mill. extinctum remansisset, adeo ut pro illius satisfactione nullatenus adjudicari voluissent dicta rubra 149. quorum æstimatio præfatam summam excedit, multòque minus declarari potuisset debiti damna, & interesse, cùm ea statim extincta, & restituta forte tanquam illi accessoria cessassent *l. debitor. D. de usur. leg. si creditrici, & leg. si per tit. C. eod. leg. fin. ubique notant gloss. & DD. D. de eo quod cert. loc.* Rota *Januen. decis.* 61. *sub n.* 2. *vers. & ideo part.* 3. *altisque ad propositum egregiè relatis dictum fuit in Romana pecuniar.* 18. *Junii* 1646. *coram Reverendiss. R. P. D. meo Corrado* §. 11
præterea.

Ex his itaque steterunt Domini indecisis omisso alio fundamento compensationis, de quo in hac disputatione non fuit opus iterum differere, cùm rationes suprà deductæ sufficiant ad resolutionem causæ, utraque &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Bononien. Litterarum Cambii.

Mercurii 19. Junii 1647.

ARGUMENTUM.

Brevi numeratione recensentur requisita habilia ad cessionem crediti, ut solutionem in emptione importet.

SUMMARIUM.

1 *Quod requiratur ad hoc, ut solutio crediti habeat vim solutionis in emptione, et inducere possit novationem.*
2 *Delegatio ad hoc, ut vim solutionis habeat, requirit stipulationem formalem inter debitorem cessum, et cessionarium.*
3 *Alia usque ad finem, circa materiam ponderantur.*

DECISIO XIII.

REpropositio per me dubio super valida litterarum cessione in venditione prædii Potterio facta per Christophorum, an inde potuerit cedentis liberatio contingere; Et ex eodem præteritæ decisionis fundamento fuit iterum hodie negativè responsum. Quia scilicet tunc nulla fuit facta venditio, nec expressa datio in solutum; nec demum delegatio intercessit, sine quibus, nec cessio novationem inducere potuit, neque idcirco vim solutionis obtinere, ac consequenter, nec cedentis liberationem operari, juxta dispositionem
1 *l. 3. Cod. de novat.* ut præter relatos in dicta præterita tradit Dec. *conf. 99. n. 4.* Boer. *conf. 105. n. 35.* Surd. *conf. 145. n. 28. & 29. idem* Dec. *in conf. 421. n. 15. & 16.* Socin. sen. *conf. 37. n. 20. & 21. lib. 4.* Rota *coram Reverend. Urgell. decis. 266. n. 17. & 20. cum seqq.*

Nulla enim potest in hac cessione ponderari delegatio, dum ejus requisita non interfuerunt, formalis
2 scilicet stipulatio inter Debitorem cessum, & cessionarium, nec cedentis mandatum directum Debitoribus cessis, ut cessionario persolverent, juxta dispositionem *text. in l. 1. C. de novat. & in l. 3. §. quod si ff. eod. tit.* ut advertit Alexand. *in conf. 173. num. 3. & 4. lib. 7.* Gabr. *conf. 155. n. 14. & de novat. concl. n. 22. & 26.*
3 Nec ulla legitur facta venditio, nec datio in solutum verbis expressis, qualia requirunt ante cessionem, ut illa dicatur intercessisse, prout advertit Surd. *conf. 145. n. 19.* Patis. *conf. 69. n. 10. lib. 1.* Cartar. *dec. 19. n. 2.* quos sequuta fuit Rot. *coram Reverendiss. Urgellen. in adducta decis. 266. n. 23.*

Neque dici poterit, in solutum litteras acceptasse Potterium in exactione Cambiorum per eundem facta post subsequutam cessionem, præterquam enim prædicta exactio fieri potuit mandatario nomine, prout factam fuisse demonstrat commoratio Christopheri in foro Mercatorum contra debitores cessos, ut debitum cessum consequi posset, & in omnem casum cambia prædicta poterit Potterius retinere loco damnorum, & interesse, ad rationem fructuum ejusdem prædii, juxta dispositionem *leg. curabit C. de act. empt.*

Non obstant duæ exceptiones oppositæ à Christophoro, quod scilicet processus causæ penes Potterium existat; Et Testium depositiones, quibus innititur præterita decisio, non fuerint in actis productæ. Quia D.D. visæ fuerunt irrevellantes, & retardandam causæ resolutionem emendicatæ, dum eundem processum in actis existere, ac Testium Summarium constat ex fide Notarii, præterquam, Testium depositiones ab informantibus pro Christophoro fuisse visas & ponderatas, justificant exceptiones contra eosdem adductæ in decisione præterita.

Et ita utraque parte informante, &c.

P. D. TERRACINEN.

Romana lucri dotis.

Veneris 5. Aprilis 1647.

ARGUMENTUM.

Quartum dotale, juxta statuta detrahendum quando detrahi debeat; & an detrahi possit, præmortua juste, nondum soluta dote.

SUMMARIUM.

1 *Stipulatio committitur, purificata conditione, quæ causam suspendebat.*
2 *Dos promissa post mortem matris, si filia prædecedat, ac extinguatur promissio.*
3 *Conditio, quando censeatur opposita exceptioni, non obligationi.*
4 *Statutum loquens de dote simpliciter, tam promissam quàm datam comprehendit.*
5 *Dos, ad effectum lucri, pro soluta habetur, licet peti non possit antequam dies solutionis cedat.*
6 *Lucrum dotale non deletur, ante tempus solutioni dotis præstitutum.*
7 *Solutio dotis ad tempus dilata, non operatur, quod purè non sit promissa.*
8 *Promissio distinguitur formaliter à repromissa.*
9 *Conditio omnino extitura, non habetur pro conditione.*
10 *Particula copulativa, et quam naturam habeat, et quomodo distinguatur à particula sivè.*
11 *Dictio* aliàs *facit dispositionem contrariam dispositioni præcedenti.*
12 *Promittens factum alienum, de Jure Pontificio censetur promittere operam et diligentiam suam.*
13 *Creditor ex causa onerosa in judicio subsidiario, deficientibus aliis bonis, potest avocare bona ad creditoribus posterioribus cum causa lucrativa, ut sibi satisfiat.*
14 *Avocatio bonorum, nulla excussione hæreditatis facta, favore dotis valet.*
15 *Creditor ex causa onerosa, potest avocare à posteriore, ex causa lucrativa, etiam pecunias bona fide consumptas.*

DECISIO XIV.

BOnæ mem. Card. Lenus in executionem capitulorum matrimonialium in Instrumento dotis promissæ D. Semideæ ejus Nepti uxori destinatæ R. D. Bentivolo tunc temporis laico in summa scutorum quindecim millium in contanti mediante ordine directo Banco illorum, de Palagis solvit scuta decem millia, alia verò scut. quinque millia pro residuo d. dotis promisit, quod Cleria mater Semideæ tempore sui obitus relinquet d. Semideæ, seu futuro Viro, aliàs ipse Card. ad illorum solutionem de suo proprio, uti principalis principaliter, & in solidum teneri voluit cum pacto lucrandi hinc inde quartum dotale loco donationis propter nuptias juxta formam Statutorum Urbis. Cum mortuâ Semideâ sine filiis ante obitum Cardinalis, & Cleriæ fuerit factus locus restitutioni dotis retento quarto dotali, fuerunt restituta scut. 10000. ut suprà in dotem soluta; deinde fuit actum Judicio subsidiario pro quarto scut. 5000. reliqui dotis non relictorum per d. Cleriam contra loca 148. montis Fidei empta ex bonis hæreditariis d. Cardinalis, quorum usumfructum reliquerat Lucretiæ, & Antoniæ ejus sororibus monia-

monialibus Monasterio SS. Dominici, & Sixti, proprietatem verò cum cæteris suis bonis Ecclesiæ S. Caroli ad Cathinarios cum oneribus, de quibus in Testamento, & A. C. sententiam tulit favorabilem, à qua interposita appellatione, causa commissa fuit in Rota, ubi examinata illius justitia, cum de validitate non dubitaretur fuit dictum illam esse confirmandam.

Ratio resolutionis fuit, quia cùm Cardinalis promiserit sub forma Cameræ, quod Cleria tempore sui obitûs relinquet scuta 5000. pro residuo dotis scut. 15000. per ipsum promissorum, & aliàs teneri voluerit ad
1 illorum solutionem de proprio, uti principalis, principaliter, & in solidum, & ad omnia damna; dum Cleria aliquam summam non reliquit, commissa fuit stipulatio contrà Promissorem, ejusque hæreditatem ad solutionem pro quarta parte scut. 5000. pro quarto dotali ob prædecessum Uxoris sine filiis acquisito juxta dispositionem statut. Urbis *lib. 1. c. 131. vers.* liberis non extantibus, fuerunt promissa pro complemento dotis juxta obligationem ejusdem Card. in capitulis matrimonialibus, & instrumento desuper celebrato *l. hujusmodi, l. si quis stipuletur, & leg. à Titio, D. de verb. obligat.* Rota *in Romana Palatii 5. Julii 1624. coram bon. mem. Coccino.*

2 Non obstat, quod cum Semidea prædecesserit Cleriæ matri, evanuerit promissio Cardinalis, quod alia scut. 5000. pro residuo dotis Cleria illi tempore sui obitus relinquet, & ex deficientia personæ cui erat relinquendum, defecerit extremum habile relinquendi *l. unica* §. 1. *C. de caduc. toll.* ideoque soluto matrimonio, antequam Cleria decederet, cùm evanuerit conditio promissionis, lucrum non potuerit prætendi, ut in puncto tradit Rimin. Jun. *cons.* 600. *n.* 1. *& pluribus seqq. & n.* 22. & ferè per totum, & signanter *n.* 31. 39. *&* 52. Hartm. Pistor. *q. jur. lib.* 3. *q.* 8. *n.* 46. *vers. nam si quis verba, & n.* 48. *& seqq.* quia cum tota dos à Cardinali fuerit constituta, & promissa purè & simpliciter in capitulis matrimonialibus, & in instrumento super eis confecto in summa scutorum 15000. ibi, *con dote,*
3 *e nome di dote di scudi* 15000. deindeque fuerit inter partes conventum, quod scuta 10000. solveretur in actu desponsationis, & alia scut. 5000. relinquerentur à Cleria tempore sui obitûs cum promissione de proprio facta ab eodem Cardinali de illis solvendis, quatenus per Cleriam relicta minimè forent dictæ D. Semideæ, vel D. Bentivolo viro pro residuo dictæ dotis, ut suprà Conditio inest executioni, non obligationi, & ex tali promissione statim ab ipso instanti, quo fuerunt in esse deducta capitula matrimonialia fuit orta actio ad favorem D. Bentivoli, licèt delata
4 executio, & exactio ad tempus mortis Cleriæ, quæ omnino expectari debebat pro consecutione dicti residui, cùm etiam si lucrum juxta dictum statutum Urbis debeatur de dota promissa non soluta, eo quia non loquitur de dote data, sed simpliciter de dote, ibi, *dotem lucretur*, sicque comprehendat etiam dotem promissam, quæ ad effectum lucri habetur pro soluta *l. ex morte, in fin. de pact. comment.* §. *dotes, vers. si vero* ubi Angel. *aut de nupt.* Mant. *lib.* 12. *tit.* 4. *n.* 12. Rota *coram sanct. mem. Greg. XV. decis.* 5. *n.* 11. *in Clusina dotis*
5 12 *Jan.* 1598. *coram Peregr. & in Senogallien. dotis* 23. *Januarii* 1606. *coram Sanct. D. N.* quia ratio, quæ locum habet in dote soluta, deservit etiam in dote promissa, attamen peti non potest antequam dies solutionis cedat, sed quod superest tenetur expectare tempus præfixum ad solvendam dotem; quo finito, & non priùs debebitur lucrum, ut latè Rota *coram Mantic. decis.*
6 337. *per tot.* qui idem firmat *in tractat. de tacit. lib.* 20. *tit* 5. *n.* 24. *& n.* 25. Adden. *ad decis. bon. mem. Buratt.* 432. *n.* 11. *cum notat. per Fenzon. add. statutum. cap.* 131. Nam pendente dilatione in promissione dotis appositа
7 ex conventione partium lucrum dotis peti minimè potest *l. eum qui Kalendis* §. *fin. ff. de verb. oblig.* Guido Pap. *dec.* 470. *n.* 3. Etenim absurdum esset eo casu lucrum dotis deberi, quo dos peti non poterat. Bald. *cons.* 467. *n.* 1. *vers. item istud lucrum, lib.* 4. Jas. *in l. si donaturos*, §. 1. *ff. de condi. ob caus.* sed antè diem dos peti non potest, ergo nec lucrum dotis ante tempus solutioni præstitutum peti potest. Ita Rota *contra Mant. d. dec.* 337. *n.* 1. & 12. ita quod; cum dies solutionis dd. scutorum 5000. minimè venerit, quando dissolutum fuit matrimonium per obitum Semideæ, non potest ex illius dilata solutione in dubium revocari, quin tota dos scutorum 15000. fuerit purè promissa; quamvis
8 factum promissum debeat fortiri effectum post mortem Oldrad. *cons.* 114. *versic. sic dico sub n.* 3. Cyn. *in l. extraneum sub n.* 2. *vers. in contractibus. C. de hæred. instit.* cùm ipsa promissio distinguatur formaliter à re promissa; unde dicimus, quod aliud est promissio, aliud factum promissum *leg. si quis stipulatus sit Stichum*, §. *fin. ff. de verb. obl.* Tiraq. *de retract. conven. in fin. n.* 4. *& seq.* Surd. *cons.* 52. *n.* 13. Roland. *cons.* 69. *n.* 17. *lib.* 3. Rota *coram sanct. mem. Gregor. XV. decis.* 18. *n.* 2. ubi Adden. *n.* 4. *& seq.* Eoque magis dicendum est pura promissio Cardinalis; quia in eventum, in quem Cleria non legaret, voluit Cardinalis teneri ad eamdem summam de proprio. Et sic esto, quod incertum esset,
9 an Cleria esset legatura, & quando moritura, certissima tamen erat obligatio Cardinalis, vel de faciendo legatum à Cleria, vel de solvendo de proprio, prout certissimum erat, quo D. Bentivolo d. summam solveretur, vel à Cleria, vel à Cardinali, quia certitudine stante, nedum dies incerta, sed nec ipsa conditio facit actum conditionalem, quia conditio omninò extitura non habetur pro conditione *leg. si pupillus.* §. 1. ibi, *qui sub conditone stipulatur, quæ omnino extitura est, purè videtur stipulari, ff. de novat. & in leg. ea conditio, ff. de condit. indeb. leg. in illa stipulatione in fin. si de verb. oblig.* tradit Pichard. *in* §. *sub condit. n.* 7. *instit. de verb. oblig.* Ant. Fab. *de conject. lib.* 15. *cap.* 8. *nu.* 17. *in fin. & lib.* 18. *cap.* 5. *sub. n.* 4. *vers. cujusmodi.*

Nec prædictis obstant tradita per Rimin. Jun. *d. cons.* 600. cum procedat in terminis longè diversis; ibi enim agebatur de promissione facta copulativè Hieronimo, & Catharinæ Notario pro ea stipulante, quæ ad hoc, ut verificaretur, oportebat ut Hieronimus, & Catharina simul tunc viverent de tempore mortis Joan. Antonii quia copulæ natura est inter duo opposita, quod requirat concursum utriusque copulati, sed in hoc casu id scuta 5000. per Cardinalem fuerunt promissa Semideæ, sive D. Bentivolo ejus Viro, & sic alternati-10
vè; ita ut sufficiat pro illius consecutione præexistentia solius D. Bentivoli; cùm promissio non fuerit facta per verba conjunctiva, sed disjunctiva *juxta textum in lege* 1. §. *sublata, ff. ad Trebellianum;* quin imò Rimin. Jun. *d. cons.* 600. distinguendo firmat, in promissione facta per verba conjunctiva oportere utrumque supervivere tempore obitus illius de cujus bonis erat dos præstanda, *ut sub. n.* 8. *sub.* 25. *&* 27. in promissione verò facta per verba disjunctiva contrarium omnino procedere, *ut sub. n.* 28. *ad fin.* ibi, *quid defecit conditio, sub qua personaliter, & copulativè simul, & non disjunctum vocati fuerunt.* Unde cùm non fuerit facta promissio simpliciter D. Semideæ, & Bentivolo, & sic copulativè, vel conjunctivè, sed super verba disjunctiva, hoc est eidem D. Semideæ, vel D. Bentivolo, satis est, quod alter eorum supervivat de tempore purificatæ conditionis, quo adveniente, & non anteà potuerunt peti à Cleria, vel in illius defectum à Cardinali dd. scut. 4000. pro residuo totius dotis promissis purè, licèt quoad solutionem dd. scutorum 5000. Cardinalis promiserit, quod Cleria illa relinquet tempore suæ mortis, cùm semper verum sit dicere promissionem Cardinalis esse parum, quamvis factum promissum debeat fortiri effectum post mortem Cleriæ, animadvertendo, quòd capitula matrimonialia duo con-

continent, nempè promissionem Cardinalis dotantis, & legatum scut. 500. à Cleria faciendum; dies autem mortis adjecta solum ei legato, ibi *che la Sig. Cleria, li lasciet. al tiempo della sua morte*, cæterum promissio Cardinalis nullam habet vim ibi, *promette detto Illustriss. Sig. Card. Leni, de detta Sig. Semidea &c. sposar à detto Sig. Annibale &c. con dote en nome di dote, di scudi 15000. di moneta di Roma &c.* & ideo cum pateat dotem fuisse promissam purè in supra dicta quantitate scut. 15000. non autem sub aliqua conditione, & solum dilatam solutionem pro scutis 5000. usque ad tempus mortis Cleriæ, & sic suspensum solum exercitium actionis ad petenda dd. scuta 5000. usque ad obitum Cleriæ, eo sequuto factus fuit locus quarto dotali super illis favore D. Bentivoli, qui satis est, quod supervixerit Cleriæ ad hoc, ut contra Cardinalem, & ejus hæreditatem pro solutione lucri dd. scut. 5000. commissa fuerit stipulatio favore sui ipsius.

Neque ulla actio competit pro consequutione d. quarti contra bona Cleriæ, cùm illa nunquam se obligaverit, seu promiserit relinquere scut. 5000. sed tantum Cardinalis; quod ipsa tempore sui obitus relinquet Semideæ; aliàs ad illorum solutionem de suo proprio uti principalis, principaliter, & in solidum teneri voluit, quatenus per Cleriam relicta minimè forent, quo fit, ut cùm Cleria nihil reliquerit, intret obligatio Cardinalis, & dicatur commissa stipulatio dictæ promissioni adjecta; illa enim dictio *aliàs*, facit dispositionem contrariam dispositioni præcedenti sicut dictio,
11 alioquin, & resolvitur nisi non reliquerit Bart. *in l. 1. n. 12. ff. de condit & demonst.* Corn. *cons.* 253. *n. 5. vers. & maximè vol. 1. & cons.* 313. *n. 2. vers. nam hujus vol.* 4. Socin. sen. *cons.* 51. *n. 9. lib. 1.*

Non obstat, quod supra dicta promissio Card. Leni respectu dictorum sc. quinque mill. intelligatur, & interpretatur perinde ac si promisisset se facturum, & curaturum, quod Cleria tempore sui obitûs relinquet scut. quinque mill. & cum de Jure Pontificio, quod in
12 Tertiis Ecclesiæ est observandum, ille, qui promittit factum alienum, censeatur promittere se facturum, & curaturum; quòd ille faciet, adeo ut promissor liberetur, si adhibuit omnem diligentiam, Gabr. *cons.* 131. *n. 5. l. 2.* Mantic. *de tacit. lib. 14. tit. 35. n. 43. & seq.* supra dicta clausula, *aliàs de proprio*, non significet, quòd Cardinalis voluerit simpliciter, & absolutè teneri de proprio, quatenus Cleria non relinqueret, sed solùm operetur, quod Cardinalis teneatur de proprio eo casu, quo non adhibuerit omnem diligentiam in curando, quod Cleria relinqueret; Quia non probatur Cardinalem aliquas feciſſe diligentias apud Cleriam, ut dictam summam legaret, prout facere tenebatur, sed quatenus etiam illas feciſſet, adhuc non relevarent; quia cum Cardinalis aliàs voluerit teneri de proprio, verisimiliter contrahentes voluerunt, quod factum alienum omni modo adimpleretur saltem per præstationem intereſſe ipsius Cardinalis promissoris, aliàs dicta verba essent omninò superflua, ut fuit decisum *in Anconitana fructuum dotis* 14. *Junii* 1624. *coram Manzanedo, & coram sanct. mem. Gregor. XV. dec.* 241. *n. 1. & seq.* & ibi latè Adden. distinguunt hanc materiam promissionis facti alieni sub n. 8. quod intereſſe ex ipsa promissione scut. quinque mill. non eget alia liquidatione.

Minus facit, quod stante Motu proprio fel. record. Urbani VIII. super locis Montium non possit constitui hypotheca sine licentia Papæ, vel Protectorum, aut Officialium in litteris patentibus exprimenda, cum D. Bentivolus non egerit in Salviano super locis Montium, de quibus agitur, sed pro consequutione pecuniarum in satisfactionem crediti retrahendarum ex pretio locorum Montium emptorum ex pecuniis hæreditariis Cardinalis debitoris, & in sententia ad ejus favorem lata fuit pronunciatum, eidem D. Bentivolo esse satisfaciendum de scutis mille ducentis quinquaginta monetæ pro lucro dotali debitæ ex pecuniis retrahendis ex pretio locorum 48. montis Fidei, & quatenus differrent, & negligerent illam satisfacere in eadem sententia pronunciatur esse danda in solutum libera tot ex dictis locis Montium, quod juxta concurrentem illorum valorem eo tempore dationis in solutum satis fuerit ad omnimodam satisfactionem dictorum scutorum 1250 ad effectum ad sui libitum disponendi; Unde patet non fuisse actum in Salviano, & sic non applicari, quæ dicuntur de defectu hypothecæ non cadentis super locis Montium, ex quo sententia non est lata in hypothecaria, sed in judicio subsidiario, quo creditor ex causa onerosa, qualis est D. Bentivolus, potest deficientibus aliis bonis debitoris avocare à creditoribus
13 posterioribus ex causa lucrativa, & consequenter à supra dictis Lucretia & Antonina, ad quas fructus dictorum locorum Montium earum vita durante spectant ex legato per dictum Card. Lenum facto, pecunias, quas receperunt sive bona, sive mala fide consumpserint ex allegatis per Rotam *decis. 595. n. 2. & seqq. & dec. 760. n. 3. par. 2. recent.* latè Cost. *de remed. subsid. remed. 55. n 1. & seq.* & cùm agitur de lucro dotis, spe-
14 ciale est, ut fiat avocatio nulla facta excussione, an aliud extaret in hæreditate, quàm loca montium, de quibus agitur, quando, ut in hoc casu, res debitoris pervenit in tertium ex causa lucrativa, ut distinguendo post alios tradunt Calvin. *de æquit. lib. 1. cap. 34. n.*
15 *15. & seqq. Cost. ubi supra remed. 57. illat. 2. n. 30.* Gutier. *pract. q. l. 5. q. 100. n. 1. 2. & per tot.* Ant. de Marin. *quotid resol. cap. 71. n. 3.* & in istis terminis Rota *in supradictis decisionibus 595. & 760.* admisit creditores ad advocandas pecunias etiam bona fide consumptas, quando titulo lucrativo habitæ fuerunt.

Ex quibus fuit resolutum utraque parte audita, D. Bentivolo deberi lucrum etiam pro rata dictorum scutorum quinque mill. & proinde sententiam ad ejus favorem latam esse confirmandam.

R. P. D. MELTIO.

Romana affictus Fereriæ.

Veneris 25. Junii 1649.

ARGUMENTUM.

Retentio rei locatæ ex parte conductoris, & exactio pensionum ex parte locatoris, important tacitum utriusque partis consensum ad continuandam, seu renovandam locationem, et alia circa materiam tacitæ continuationis, seu renovationis locationis; præcipuè ad relevandum partium consensum & maximè in pupillo & hæreditate jacente; ubi etiam agitur de importantia solemnitatum.

SUMMARIUM.

1 *Sententiæ, et decreta, quò ad telam judiciarum et ordinem processus, justificantur ex legitimatione Personarum, et ex citationibus ad omnes actus substantiales, concurrente Judicis jurisdictione.*

2 *Clausulæ* summariè, simpliciter, sine strepitu, et figura Judicii, *et hujusmodi, in commissionibus appositæ, important facultatem Procedendi executivè.*

3 *Instrumentum facit probatam.*

4 *Et habet pro se omnem juris præsumptionem.*

5 *Retentio rei locatæ ex parte conductoris, et exactio pensionum ex parte locatoris, important tacitum utriusque partis consensum ad continuandam, seu reno-*

renovandam locationem.

6 *Et dicta reconductio intelligitur facta cum eadem pensione, et sub eisdem pactis, et obligationibus positis primo contractu.*

7 *Consensus continuatur, in locatore etiam defuncto per solam existentiam hæredis habitualiter.*

8 *Consensus, et voluntas defuncti antequam hæreditas adeatur, conserventur in hæreditate jacente, quæ personam defuncti repræsentat.*

9 *Obligatio pupilli oriens ex contractu, quando non est nova, sed provenit ex causa præcedentis obligationis, nullis indiget solemnitatibus.*

10 *Defectus solemnitatum non habetur in consideratione in actu pupillo utili, et quando ipse non dat de nullitate: imò agit pro observantia contractûs.*

11 *Minor, quamvis regulariter non teneatur ex contractu nulliter gesto, volens tamen potest compellere contrahentem ad illius observantiam: ex quo solemnitas statutaria fuit illius favore inducta.*

12 *Receptio solutionis ab alio, quàm à debitore, regulariter non inducit liberationem ipsius debitoris deficientibus requisitis necessariis ad delegationem inducendam.*

Quod procedit etiam in receptione novæ obligationis, deficientibus requisitis necessariis ad novationem inducendam; ex quo tunc censetur potiùs facta cumulativè.

13 *Clausula* sine præjudicio *est præservativa jurium priùs competentium.*

14 *Primus conductor, quando post solutionem pecuniarum in causa pensionis, factam à secundo conductore, continuat retinere rem locatam, potest condemnari ad solutionem pensionum posteà decursarum.*

15 *Actus dispositivus ad alium, ab aliquo intentatus quando ille posteà abstinuit devenire ad actum secundum, non inducit aliquam præsumptionem contra ipsum, quæ illi præjudicare possit quoad alia inde obvenientia.*

16 *Et eò magis ubi primus actus potuit aliàs verificari, et fuit munitus clausula præservativa, ut sibi quoad alia præjudicaret.*

DECISIO XV.

FRanciscus Lenius titulo locationis duratæ ad triennium tradidit Sancto Officio & pro eo Patri Commissario Casale Campi Leonis cum Ferreria, & arboreto pro annuo affictu scutorum 200. & cum pacto, quod finito dicto triennio restitueretur *tuti suos ordegni, andante, & lavorante*, ut constat ex publico Instrumento locationis rogato sub die 29. Octobris 1636. *Summ. Franciscæ Antoniæ Lenæ n.* 1. dictum Casale fuit deinde à S. Officio sublocatum 3. Maii 1638. Alexandro Laureto, ut habetur ex responsionibus ad positiones datas pro parte dictæ Franciscæ Lenæ eodem *Sum. n.* 3. qui vice dictæ subconductionis cessit sub die 16. ejusdem mensis Octavio Bagarotto, & Bagarottus Joanni Baptistæ, ac Alexandri fratribus de Siris, ut ex declarationibus, de quibus in *Summ. eorumdem de Siris n.* 3. & 4. Finito dicto triennio in locationem convento, cum dictum Casale non fuerit [illegible] sed longo tempore in eodem affictu postea semper continuatum, Franciscæ Antoniæ de Lenis filiæ, & hæres dicti Francisci primi locatoris egit contra S. Officium pro affictibus decursis etiam post conventum triennium. & pro illis obtinuit à R. P. D. assessores dicti S. Officii relaxari mandatum, simileque mandatum fuit executivè expeditum pro S. Officio contra Laureto, & pro Laureto contra illos de Siris pro liberatione à dictis molestiis, quæ mandata in secunda instantia fuerunt revocata per sententiam R. P. D. Paulutii Consultoris, & judicis istarum causarum deputati.

Prætendente autem Francisca Antonia de Lenis hujusmodi sententiam laborare vitio tam nullitatis ex defectu Jurisdictionis, & citationis, quàm notoriæ injustitiæ, porrexit preces Sanctiss. in quibus petiit hanc causam committi in Rota omni appellatione remota, & Sanctissimus annuit unde fuit expedita Commissio, ac cujus formam dubitavi, An decretum R. P. D. Assessoris sit exequendum, & Domini affirmativè responderunt.

Nam validitas mandati satis probatur, ex quo de Jurisdictione d. Assessoris non dubitatur, & constat de legitimatione personarum ex mandatis procuræ, ac de 1
citationibus ad omnes actus substantiales, ex quibus sententias, & decreta quoad telam judiciariam, & ordinem processus justificari, firmat, vulg. decisio Caputaq. 260. *par.* 2.

Neque illa valet impugnari sub prætextu quòd actum fuerit via executiva, quæ prætenditur non potuisse competere, ex quo obligatio Cameralis apposita in locatione, non censetur repetita in renovatione seu relocatione tacita post lapsum triennii, ex traditis per Felic. *de societ. cap.* 41. *n.* 42. Barz. *decis.* 60. *n.* 8. quia circumscripta etiam obligatione Camerali potuit executivè procedi tam ex dispositione juris juxta *l. Præses, C. locat. & conduct.* ubi disponitur, ea quæ ex locatione debentur exsolvi debere sine mora, quàm vigore Statuti Urbis *lib.* 1. *cap.* 88 mandantis in causis pensionem prædiorum, & Casalium procedi summariè, simpliciter, sine strepitu, & figura judicii, & sola facti veritate inspecta, quas clausulas importare facultatem procedendi executivè 2
tenent Bart. *in extravag. ad reprimendum in verb. figura in fine.* Natt. *in clement. sæpe*, §. *non sic tamen vers. visis supra scriptis n.* 95. Marant. *in specul. de ord. in judic. par.* 4. *dist.* 9. *n.* 8. & firmavit aliàs Rota post Zacchium *de oblig. camer. dec.* 170. *n.* 3. *in ultima impr. & in recent. dec.* 446. *n.* 1. *par.* 2. *& in Romana pecuniaria* 29. *Maii* 1641. *coram R. P. D. meo Roias*, §. *Nec obstat.*

Justitia pariter dicti mandati evidenter deducitur ex dicto Instrumento locationis Ferreriæ Campi Leonis per Franciscum Lenium S. Officio factæ pro annua 3
responsione scut. 220. quòd instrumentum facit probationem probatum, juxta doctrinam Bart. *in l. Imperator num.* 3. *ff. de stat. homin. & l. interest, in ultimo notab. C. de solut.* & habet pro se omnem juris præsumptionem ex latè adductis in *Cremen. seu Januen. pecuniaria prima Julii* 1648. *coram R. P. D. meo Roias*, 4
§. *hæc sunt.*

Opponi neque potest quòd locatio expiraverit per lapsum triennii in dicta locatione conventi. Nam 5
dum S. Officium finito triennio non restituit Casale ad formam suæ obligationis, sed perstitit in re conducta, & ulterius locator petiit pensiones decursas post lapsum dicti triennii; ex his resultat sufficientes utriusque partis consensus pro continuatione seu revocatione locationis ad text. expressum in *l. Item quæritur* 14. §. *quo impleto, ff. locat. & in l. legem, C. eod.* Angel. *in l. cum latis*, §. *caveant. C. de agricol.* 6
& cens. lib. 11. Alex. *cons.* 28. *in fin. lib.* 4. Socin. Jun. *cons.* 63. *n.* 20. *lib.* 2. Peregr. *cons.* 74. *sub. n.* 19. *lib.* 1. Mar. Ancuis. *cons.* 213. *n.* 13. *vol.* 1. Bim. *cons.* 51. *n.* 5. *& vol.* 1. Intrigliol. *cons.* 25. *n.* 29. & dicta reconductio intelligitur facta cum eadem pensione, & sub eisdem pactis, [illegible] tractu Malvas. *cons.* 87. *n.* 39. *vol.* 1. [illegible] *in primo consol. lib.* 1. *cap.* 14. *n.* 65.

Nec relevat, quòd ex quo decessit Franciscus Lenius relicta Francisca Antonia posthuma, non potuerit eo tempore dari ista continuatio, vel renovatio tacita ex defectu simultanei consensus omnino requisiti ad dictam renovationem inducendam, Mant. *de tacit. & ambig. lib.* 5. *tit.* 15. *n.* 10. Trentacinq. *var. resolut. vol.* 1. *lib.* 3. *resol.* 2. *sub num.* 12. Quia ad effectum continua- 7
tionis consensus in locatore sufficit, existentia hæredis habi-

habitualiter ad tradita per Alciat. *in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 17. n. 3. vers. relictis hæredibus* Mantic. *de tacit. lib. 14. tit. 46. n. 21. vers. Item est advertendum,* Menoc. *de præsumpt. l. 3. præsumpt. 85. n. 27. vers. Extenditur septimo.* Cancer. *ubi supra n. 64.* Et antequam hæreditas adeatur, voluntas & consensus defuncti conservatur in hæreditate jacente, quæ personam defuncti repræsentat, Mantic. *loco superius citato, n. 21.* Osasch. *decis. 34. n. 20.* Rota *decis. 520. n. 80 par. 1. divers. & in Romana hæreditatis de Crocellis coram bon. mem. Card. Molino, relata post Posth. de manuten. decis. 375. n. 3.*

8

Minorem relevantiam habet quòd tacita continuatio, vel revocatio non possit præsumi in proposito casu in quo cùm ageretur de contractu populi imo infantis, ultra patientiam requirebatur solemnitas decreti Judicis, & consensus propinquorum, quia contrarium, ut nempè tacita hæc reconductio potuerit fieri absque solemnitatibus visum fuit verius; tum ex eo, quia quando obligatio oriens ex contractu non est nova, sed provenit ex causa præcedentis obligationis nullis indiget solemnitatibus, ut docent Castr.

9

cons. 183. n. 2. lib. 1. vers. nec obstet statutum. Tiraq. *ad l. connubial. glos. 8. n. 8. 196.* Pic. *ad statut. verb. glos. 7. n.*

10

218. vers. & quod statutum. Tum quia defectus solemnitatum non habetur in consideratione in actu pupillo utili, & quando ipse non dat de nullitate, imò agit pro observantia contractûs, ut post alios probat Pignatell. *contr. 21. n. 12.* Surdus *decis. 179. n. 17. & 18.* Ho-

11

diern. ad eundem Surdum *decis. 70. n. 10.* Capic. Latro *decis. 19. n. 6. 7. & 8.* reguraliter enim quamvis minor non teneatur ex contractu nulliter gesto, volens tamen potest compellere contrahentem ad illius observantiam, ex quo solemnitas statutaria fuit illius favore inducta, Abb. *in cap. 1. ne sed. vacant.* Ruin. *cons. 11. n. 6. lib. 4.* Gratian. *discept. forens. cap. 27. n. 41. vers. in electione.*

Neque prætendi potest quod hæres Franciscì exigendo pecunias depositas à Laureto pro dictis pensionibus videatur agnovisse illum in Conductorem & consequenter liberasse Sanctum Officium à futura præsta-

12

tione. Nam ultra quod receptio solutionis ab alio, imò etiam receptio novæ obligationis regulariter non inducit liberationem debitoris deficientibus requisitis necessariis ad delectationem, & novationem inducendam; ex quo tunc censetur potiùs facta cumulativè, quàm animo debitorem liberandi, Gait. *de credit. cap. 2. tit. 3. n. 3281. usque ad n. 2388.* Muta *decis. 2. n. 20. cum duobus seqq.* Rota *divers. dec. 445. n. 1. part 4. & penes Gregor. XV. decis. 217. n. 1.* Cessare videtur omnis difficultas in proposito casu, in quo dictæ pecuniæ exactæ fuerunt sine præjudicio residui; & quorumcumque jurium & præcipuè

13

competentium contra Sanctum Officium, *Summario Franciscæ Antoniæ de Lenis, n. 8.* ex qua quidem præservativa manifestè constat locatorem per receptionem partis solutionis à secundo conductore noluisse amittere jus, & actionem sibi competentem adversus primum conductorem, Ant. Fab. *in suo Cod. lib. 4. tit. 42. effect. 28.*

Quidquam non facit quod ab Alexandro Laureto deposita fuerint in Sacro Monte pietatis de anno 1642. scuta 400 pro tempore, quo ab eo fuerat retenta ferreria, & pro toto eo, quod contra ejus personam prætendere potuisset hæres di[illegible] Fr[illegible] non cantat quia de facili

14

competentium. Unde cùm etiam post exactionem dictarum pecuniarum Sanctum Officium continuaverit retinere ferreriam, jure quidem mero illud condemnari potuit ad solutionem pensionum postea decursarum secundum Bald. *in l. 1. in pro tit. judicio, ff. de eo qui pro tut.* Jas. *in l. si ex legati causa sub n. 14. in 6. limitat. de verb. oblig.*

Minusque adversatur quòd per Tutorem dictæ Franciscæ Antoniæ aditus fuerit Judex ad effectum obtinendi licentiam pro faciendis necessariis laboreriis in dicta ferreria, & sic ille videatur recedere voluisse à continuatione locationis, nec aliquam tacitam & præsumptam relocationem fecisse. Quia tali licentia minimè fuit usus Tutor, & propterea non videtur habuisse 15
animum recedendi à locatione, Alex. *cons. 1. 13. vers. non obstat. l. 2* Menoch. *præs. 85. n. 42. vers. cæterum.* Tum etiam quia obtenta fuit hujusmodi licentia finè præ[illegible]judicio jurium suorum, ex qua etiam præservativa optimè arguitur, eum animum non habuisse sibi præjudicandi in dicta locatione, sed tantummodo utendi 16
licentia pro reparandis damnis ædificii ferreriæ; cujus ruina imminebat, ne in totum corrueret, ex adductis per Mastr. *decis. 48. num. 5. part. 1.* Castill. *decis. 6. n. 40 part.*

Et ita utraque parte informante fuit solutum, &c.

R. P. D. BICHIO.

Romana Census.

Mercurii 26. Junii 1647.

ARGUMENTUM.

Alienatio, seu distractio Bonorum fideicommisso subjectorum, quando sit facienda in defectum liberorum ad dotandam mulierem subsidiariè vigore *Authent. Res quæ C. communia de leg.* Agitur de vigore clausulæ constituti, & de aliis contractibus apponi solitis.

SUMMARIUM.

1 *Clausula constituti ad favorem censuarii, suffragatur, ad obtinendam associationem.*
Declaratur procedere, non quia in censuarium transtulerit dominium, aut possessionem fundi censualis, cum hoc respectu non respiciat rem censitam sed censum.

2 *Clausula constituti opposita in Instrumento Census, videtur inepta; quia venditor census non vendit rem censuariam, nec minùs eam possidet, tam post venditum censum, quàm antea; et consequenter, quem vendidit nullo modo possidet ipse, sed emptor.*

3 *Clausula constituti ad favorem censuarii, præbet ipsè facultatem capiendi propria auctoritate fructus reè censuatæ, ad effectum sibi satisfaciendi de fructu censûs.*

4 *Et illius vigore facultatis, censuario competit associatio contra tertium possessorem fundi censualis.*

5 *Clausulæ ceteratæ in Instrumentum appositæ, recipiunt extensionem juxta formularium Instrumen[illegible] consuetum loci, ubi Instrumenta stipulantur.*

6 *Clausula,* Dans et concedens, etc. *apposita in Instrumento census in Urbe, seu ejus districtu stipulato, continet in ventre explicitam licentiam capiendi possessionem fundi censualis propriâ auctoritate.*

7 *Et hæc sola facultas in omni contractu sufficit pro obtinenda associatione.*

8 *Clausula constituti amittit virtutem, ubi hæres constituentis occupat possessionem fundi super quo cadit constitutum, non reclamante constitutario.*

9. *Quod*

9 *Quod ampliatur etiam procedere quoad possessionem naturalem occupatam per modicum tempus sciente constitutario.*

10 *Limitatur non procedere, ubi constitutarius nititur facultate capiendi possessionem propria auctoritate.*

11 *Possessio constitutarii, compatibilis est cum possessione alterius; imò alium possidere supponit.*

12 *Nec amittitur ex sola patientia, et negligentia modici temporis, sed ex præscriptione triginta annorum.*

13 *Immissio ex utili Salviano Interdicto, odtinetur; probatis extremis necessariis in possessione in Reo convento; nec non credito cum hypotheca.*

14 *Immissio hæc conceditur etiam super fundo censuali, non obstante constituto in instrumento census apposito.*

15 *Constitutum non excludit, quin super eodem fundo oriatur hypotheca ad favorem emptoris census; cui ideo competit etiam Salvianum interdictum.*

16 *Salvianum interdictum hodie potest intentari etiam super locis montium in locum fundi subrogatis, quia perinde est, ac si super ipsis locis montium fuisset ab initio impositus census.*

17 *Census, ubi imponitur super fundo subjecto fideicommisso, vel est nullus, quia ab initio non nascitur hypotheca; vel per mortem impositoris expirat cum ipsa hypotheca.*

18 *Limitatur quando census imponitur pro solutione dotis subsidiariæ alicui fœminæ fideicommittentis descendenti, vigore* Auth. Res quæ C. communia de legatis.

19 *Regula quæ assistit fideicommissario, quod bona fideicommissi non possint creditoribus hypothecari vel ab illis capi, ita ut dicenti se esse in casu limitationis, fundamentum suæ exceptioni probare incumbat: non habet locum in creditore ex causa dotis negante adesse bona libera, cùm imo sufficiat ei simpliciter allegare, ex quo pluralitas de Jure non præsumitur.*

20 *Fideicommissarius, qui vult donationem, seu alienationem ex causa dotis infringere; allegando potuisse dotem constitui, aut solvi in bonis liberis illorum existentiam, in se fundat, probare debet.*

21 *Et eò magis, quando pro negativa concurrit aliqua præsumptio, ut quando Pater puellæ dotatæ erat pauper: et similia.*

22 *Impositio census est species alienationis.*

23 *Dos non debet constitui in creditis ex societatibus officii, et similibus, cùm ut plurimum sint difficilis exactionis, et ideo in his terminis habentur, ac si non existerent.*

24 *Excessus in dote, est probandus ab eo qui illum prætendit, quia dos semper congrua præsumitur. Et firmatur in terminis contra fideicommissarium.*

25 *Versio pecuniarum censualium in solutione dotis, ad hoc ut sustineatur census contra fideicommissum, probanda est à creditore census.*

26 *Expressio causæ in Instrumento census, præbet conjecturam versionis pecuniarum in causam expressam.*

27 *Confessio de recepto non coarctat ad certum tempus, refertur etiam ad solutionem factam de præterito tempore.*

Et in terminis dotis, quando præcedit conventio quod pecuniæ solverentur in actu celebrationis matrimonii præsumptio est quod tunc fuerint solutæ in continenti.

28 *Probatio versionis pecuniarum in causam in Instrumento census expressam, resultat ex vicinitate contractus censualis, et actus de quo fuit causa expressa.*

Quam sufficit esse verisimilem, et conjecturis probari.

29 *Diversitas summæ non excludit versionem ex aliis conjecturis probatam.*

30 *Alienatio bonorum fideicommissi, tenet solùm pro concurrenti quantitate æris alieni ex bonis fideicommissi detrahendi.*

31 *Immissio creditoris in bonis, quæ prætenduntur fideicommisso subjecta, semper datur, ubi exceptio fideicommissi non est omninò clara.*

DECISIO XVI.

Associandi pro fructibus Census decursis ad loca montium subrogata loco domus Censualis & possessa à Francisco Atavante sive in earum possessionem immittendi an sint R. P D. Amadeus & Felix frater dubitavit, & quoad associationem ponderatum fuit, instrumento Census adest clausula constituti ad favorem Censuarii, quæ suffragatur ad obtinendam associationem: non quia in Censuarium transtulerit, dominium aut possessionem fundi censualis, cùm hoc respectu non recipiat rem censitam; sed censum ut dixit Rot. *in Interamnen. manutentionis* 3. *Aprilis* 1620. *coram Ubaldo Seniori, & in Romana Domorum de Scandeleris* 4. *Aprilis* 1636. *coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo impr. part.* 7. *recent. dec.* 14. *n.* 20. & videatur inepta, quia venditor censûs non vendit rem censuariam, nec minus eam possidet post venditum censum quàm antea, & censum quem vendidit nullo modo possidet ipse, sed emptor, ut benè advertit Navar. *in Comment. de usur. n.* 137. quem sequitur Grat. *discep.* 420. *n.* 7. Cenc. *de Censib. qu.* 98. *n.* 24. Mauson. *de cauf. execut. l.* 1. *ampl.* 6. *n.* 82. idem. Grat. *dec.* 20. *n.* 8. Rota Marchiæ *inter decis. impress. post Cenc. dec.* 499. *n.* 13. 1 2

Sed quia Censuario præbet facultatem capiendi propria auctoritate fructus rei censuatæ ad effectum sibi fat sfaciendi de fructibus census, ut notat. Cenc. de *censib. q.* 194. *num.* 13. Mauson. *d. ampliat.* 6. *n.* 86. ubi ponderat quod dicta clausula non est inepta respectu fructuum, ac dictæ facultatis cujus vigore censuario competit associatio contra tertium possessorem fundi censualis, ut in his terminis dixit Rota *decis.* 338. *n.* 1. *vers. constat etiam par.* 1. *recent. & inter impress. apud Moder. Manicalciatenum post commen. in extravag. Pii V. de censib. dec.* 146. *n.* 2. & 3. *decis.* 150. *n.* 1. quas licèt loquuntur ad favorem fidejussoris, æquè prodesse emptori Census advertit Cenc. *d. quæst.* 93. *n.* 13. *& seqq.* & in puncto pro emptore census fuit decisum *in Romana Census* 5. *Julii* 1627. *coram bo. me. Merlino quæ est inter impress. post Cenc. de Censib. dec.* 542. *num.* 2. & 3. *in alia Romana Census* 5. *Martii* 1636. *coram R. P. D. Carillo & in Reatina Census* 23. *Junii* 1642. *coram Illustrissimo D. Episcopo Pavino.* 3 4

Quo magis in casu nostro quo ultra clausulam constituti & alias translativas omnium jurium, ac procuræ irrevocabilis in rem propriam adest clausula *dans & concedens, &c.* quæ juxta formularium instrumentorum Urbis: à quo clausulæ ceteratæ in instrumentis ibidem stipulatis appositæ recipiunt extensionem. Menoch. *cons.* 844. *num.* 18. Corn. *cons.* 225. *in fin. lib.* 3. Rota *apud Pacif. de salv. dec.* 137. *num.* 2. continet in ventre explicitam capiendi possessionem fundi Censualis propria auctoritate, ut in puncto instrumenti Censualis tradit Salust. Tiber. *in formular. Instr. lib.* 3. *fol.* 296. *in princ. & prius lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 14. nec dubitari potest quin hæc sola facultas in omni contractu sufficiat pro obtinenda associatione. Alex. *cons.* 131. *n.* 3. & 6. *l.* 4. Menoch. *de adip. remed.* 6. *num.* 6. *& seqq.* Afflict. *dec.* 326. *n.* 1. Nagon. *dec. Lucen.* 87. *n.* 13. R. *dec.* 129. *n.* 6. *part.* 5. *recent. dec.* 247. *n.* 20. *vers. cum præterea* apud Moder. Perusin. *de Manuten.* 5 6 7

Nec obstat quòd post mortem impositoris Census adversarius ceperit possessionem fundi Censualis, nec Censuarii reclamaverint, quod sufficere solet ut 8

virtus Conſtituti dicatur amiſſa; Tiraq. *de Jur. Conſt. par. 3. limit. 21. n. 9. ubi poſt* Bart. *in l. ſi duo §. 1. ff. uti poſſeſſ.* ſubdit ad hunc effectum ſufficere quod 9 Conſtitutarius ſciat ab hærede Conſtituentis occupatam poſſeſſionem naturalem per modicum tempus Pacif. de Statu *inſpect. 3. cap. 2. num. 1026. & 1027.* Rota *dec. 694. ſub n. 8.* quæ loquitur in term. ad effectum denegandi aſſociationem *par. 1. recen. & in Camerinen. Donationis de Calcaris 7. Aprilis 1631. coram bon. mem. Coccino.* Nam præter quod ex facto tollitur negligentia Cenſuarii; illa noceret quidem ſi aſſociatio peteretur ratione civilis poſſeſſionis aliàs in petitorem per Conſtitutum tranſlatæ, quo caſu inrrat ratio ponderata in *d. deciſ. 694.* & in aliis quod Conſtitutarius aſſociari non poteſt quia patiendo ab alio rem naturaliter poſſideri amittit civilem poſſeſſionem, ex quo videtur ſuſpicatus ſe poſſe repelli; & in his terminis 10 loquuntur quotquot ex adverſo allegari poſſent. Secus verò quando ut in caſu noſtro petens aſſociationem nititur facultate capiendi poſſeſſionem propria auctoritate, quia hæc compatibilis eſt cum poſſeſſione 11 alterius, imo alium poſſidere ſupponit Rot. *dec. 96. num. 4. apud* Moder. *de Manut.* nec amittitur ex ſola patientia, & negligentia modici temporis, ſed 12 præſcriptione triginta annorum, Rota *dec. 338. n. 3. & ſeqq. apud* Cenc. *de cenſibus ſecundum ultimam impreſſ. dec. 5. n. 5. coram Cardinali Cavaler. dec. 300. n. 19.* apud Pacif. *de Salvian. & in puncto fuit dictum in Bonon. Cenſus 4. Maii 1643. coram R. P. D. meo Ghiſlerio.*

13 Quo verò ad immiſſionem ex utili Salviano interdicto non negantur extrema poſſeſſionis ex parte impoſitoris Cenſus rei conventi, quibus probatis nec non credito cum hypotheca ſola concedi immiſſio, ut pluribus relatis tradit Menoch. *de adipiſc. remed. 3. n. 61.* 14 *& ſeq.* & dixit Rot. *dec. 407. n. 1. pár. 5. recentior.* etiam 15 ſuper fundo cenſuali non obſtante conſtituto in inſtrumento cenſu oppoſito, quia cum non transferat in Cenſuarium poſſeſſionem fundi cenſiti, ut ſup. probabam, non excludit quin ſuper eodem fundo oriatur hypotheca ad favorem emptoris cenſus, ut benè declarat Cenc. *de cenſib. quæſt. 98. num. 34. & ſeqq.* 16 ubi concludit emptori Salvianum interdictum, quod hodie intentari poteſt ſuper locis Montium in locum fundi ſubrogatis, quia perinde eſt, ac ſi ſuper ipſis locis Montium fuiſſet ab initio impoſitus cenſus. Grat. *diſcept. 43. n. 24. & ſeqq.* Rot. *coram ſ. m. Gregor. XV. deciſ. 60. n. 1.*

17 Solùm excitata fuit difficultas circa hypothecam, quia domus cenſualis, ſeu loca Montium ſubrogata arctiſſimo fideicommiſſo ſubjacent, ita ut, vel ab initio rejecerit omnem hypothecam, & cenſus ſit nullus Felician. *de cenſibus tom. 2. l. 2. c. 4. n. 4.* Grat. *diſcept. 175. n. 14. & ſeqq.* Seraph. *deciſ. 257. n. 5. dec. 785. nu. 1.* vel per obitum Dominici impoſitoris hypotheca, & cenſus expiraverit *l. lex vectigal. ff. pignoribus,* & in his terminis Rota apud Cenc. *dec. 13. n. 10. dec. 41. n. 4. & 5.*

18 Sed fuit reſponſum quod cenſus fuit impoſitus pro ſolvenda filiæ impoſitoris, & reſpectivè neptis fideicommittentis parte dotis pro qua validè potuit imponi ſuper bonis fideicommiſſo ſubjectis in ſubſidium, vigore *Auth. res quæ C. commun. de legat.* ut in terminis cenſus Grat. *diſcept. 43. n. 31. & ſeq. diſcept. 420. ſub. n. 14. verſ. putarem.* Cenc. *de cenſib. quæſt. 19. nu. 31. & ſeqq.* Cancer. *var. reſol. part. cap. 9. n. 185. & ſeqq.* Coccin. *deciſ. 244. num. 3.* Neque emptor cenſus probare debet non adfuiſſe alia bona libera idonea ſolutioni dotis, nam quicquid ſit an Creditori agenti pro conſecutione ſui crediti ſuper bonis fideicommiſſi ſub prætextu quod pecuniæ creditæ fuerint verſæ in cauſam neceſſariam dotis, vel aliàs ſibi ex bonis fideicommiſſi creditum exigere liceat, incumbat onus probandi quod tempore contractus non adeſſent bona libera, in quo articulo affirmativam ſententiam ſequitur Natt. *conſ. 199. n. 8. & ſeqq. & conſ. 248. n. 6. & ſeq.* quia fideicommiſſarius habet regulam pro ſe quod bona fideicommiſſi non poſſint creditoribus hypothecari, vel ab illis capi, & qui excipiendo dicit ſe eſſe in caſu limitationis, eo quod bona libera non adſunt. Hanc negativam tanquam ſuæ exceptionis fundamentum probare tenetur Molin. *de primogen. lib. 4. cap. 7. n.* 19 34. & 35. quem refert Fontanell. *de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 1. par. 2. num. 18.* Jo. Franc. à Ponte *conſ. 47. n. 4.* alioſque allegat Quæſad. *in addit. ad Molin. d. c. 7. num. 32. verſ. primus caſus,* Cavaler. *deciſ. 246. n. 3.* Contrariam verò ſententiam quod imo creditori ſufficiat allegare non adeſſe bona libera; quia pluralitas de jure non præſumitur, tuetur in puncto creditoris ex cauſa dotis Cancer. *var. reſolut. lib. 1. cap. 9. n. 174. verſ. cenſeo tamen: per gloſſ. in l. cum de lege, verſ. hæredis probatio, ff. probat.* Hieron. Leo *deciſ. Valent. 171. num. 7. & 2. ſeqq.* ubi allegat plures concord. & dicit juxta hanc opinionem fuiſſe indicatum in eo Senatu *lib. 2.* Rota *Mantic. deciſ. 152. ſub n. 5. deciſ. 66. num. 4. part. 1. recent. & in Auximana Dotis 6. Februarii 1623. coram bo. me. Remboldo in Romana dotis de Montoriis 31. Martii ejuſdem anni coram eodem.*

Conveniunt ferè omnes ſcribentes in hanc ultimam 20 ſententiam quando jam fuit deventum ad donationem ex bonis fideicommiſſi ſivè eorum alienationem, quia tunc non agitur de dote conſtituta & fideicommiſſarius qui vult donationem, ſed alienationem infringere allegando potuiſſe dotem conſtitui, aut ſolvi in bonis liberis illorum exiſtentiam, in qua ſe fundat, probare debet, ut poſt Socin. Cur. ſen. & alios tradit Petra *de fideicomm. q. 83. n. 460. in fin. verſ. non omitto,* Peregr. *cod. tract. art. 42. num. 13.* Molin. *ex adverſo allegat. de primogen. lib. 4. c. 7. n. 36.* Gabr. *conſ. 138. n. 40. & ſeqq. lib. 2.* Cyriac. *controv. 5. num. 49. & ſeqq. & n. 110. ſeqq.* Raudenſis *deciſ. Piſan. 29. n. 177.* Milanen. *de Siciliæ. 5. n. 56. lib. 1.* Hieron. Leo. *dec. Valentiæ 171. n. 10. & 11. lib. 2.* Rot. *coram bo. me. Burat. dec. 910. n. 7. & in Bononien. fideicommiſſ. de Rubeis. 15. Januarii 1620. coram bo. me. Ubaldo Seniori in Romana fideicommiſſi de Victoris 2. Junii 1627. coram bo. me. Merlino impreſſ. apud Cenc. de cenſib. dec. 494. n. 1. in Romana Caſalis Auzzanni 27. Junii 1640. coram R. P. D. meo Rojas §. detractio in Romana hæreditatis 14. Decembris 1646. coram R. P. D. meo Arguelles §. & licet.* Quo magis quando 21 pro negativa concurrit aliqua præſumptio Caval. *in ex adverſo allegat. deciſ. 246. num. 3.* Cyriac. *d. contr. 5. n. 115. & ſeqq.*

Qui eſt caſus noſter, quia ex teſtibus examinatis conſtat patrem puellæ dotatæ fuiſſe pauperem, & mulier jam dotata fuit, & dotem habuit ex bonis fideicommiſſi mediante impoſitione cenſus, quæ eſt ſpecies alienationis, Burat. *d. 410. n. 3.* Rot. *inter recent. deciſ.* 22 *676. n. 2. part. 1. d. 456. n. 5. in fin. part. 2. deciſ. 369. n. 3.* apud Cenc. *de cenſib.* Nec allegari poteſt exiſtentia quarumdam ſocietatum officii aut exceſſus donationis, quia vel Societates officii erant difficilis exactionis, 23 & habentur, ac ſi non extitiſſent, cùm dos non debeat conſtitui in hujuſmodi creditis Caſtr. *conſ. 219. ad fin. lib. 1.* Mantic. *deciſ. 152. n. 5.* Reverendiſſ. Urgellen. *deciſ. 145. num. 42. & fuit dictum in Bononien. fideicommiſſi de Malvetiis 10. Martii 1642. coram R. P. D. meo Peutingero in Romana dotis 23. Junii 1645. coram R. P. D. meo Ottobono,* vel fuerunt exigibiles, cùmque Adverſarius illas penes ſe retineat, & forſan exegerit, dolere non poteſt, quod ex illis non fuerit dos conſtituta. Exceſſus verò dotis non probatur, ut 24 debet ab Adverſario, quia congrua præſumitur, Fontanell. *dec. 560. n. 22.* & in terminis contra fideicommiſſarium reſpondit Seraph. *dec. 666. ſub n. 4.* Rot. *in impreſſ. apud Modern. Forolivien. de legit. dec. 10. ſub n. 5. verſ. & demum, & in d. Romana Caſalis coram D. meo Rojas §. minus obſtat.*

Verſio

25 Versio autem pecuniarum censualium in solutionem dotis, quæ probanda est à Creditore, Cenc. *de censib. quæst.* 19. *sub. n.* 33. Fusar. *de subst. quæst.* 531. *num.* 175. Rot. *Bononien. fideicommisso de Formagliaris impress. apud Giovagn. resp.* 22. *n.* 21. & 22. satis probatur attenta serie facti, nam census fuit impositus die 22. Augusti cum expressione quod imponebatur pro sol-
26 venda parte dotis, quæ expressio præbet conjecturam versionis eam causam, quia satis est consonum veritati, quod cum pater pecunias ceperit ad censum cum expressione, quod accipiebat ad effectum solvendi partem dotis, quam postea solvit, solverit de istis pecuniis, & emptor census curaverit de illis solvi pro majori sua cautela, ut benè ratiocinatur Grat. *discept.* 897. *n.* 10. post Alex. 84. *n.* 4. *lib.* 7. Seraph. *decis.* 1093. *n.* 1. Buratt. *decis.* 920. *n.* 4. biduo post fuit celebratum matrimonium, de quo tempore juxta capitula matrimonialia debebant solvi sponso scut. 500. in pecunia numerata, quot sunt, quæ ex censu retracta fuerunt & soluta tunc præsumuntur, licet post mensem sponsus fecerit confessionem de
27 recepto, quia talis confessio non coarctata ad certum tempus refertur etiam ad solutionem factam de præterito tempore celebrati matrimonii, & stante præcedenti conventione, quod pecuniæ solverentur quando matrimonium celebrabatur præsumptio est quod tunc fuerint solutæ, perindeque est ac si confessio explicaret quod pecuniæ fuerunt solutæ in continenti in actu celebrationis matrimonii ad *l. Modestinus, ff. de solut.* Ancharan. *cons.* 7. *sub n.* 2. *teste decis. Aragon.* 262. *n.* 7. & 8. præsertim quia sub eadem confessione de recepta Sponsus confessus fuit recepisse pretium perlatum pro ornatu uxoris promissum quod sanè quis negaverit fuisse traditum in actu matrimonii, unde attenta vicinitate contractus censualis & matrimonii resultat plena probatio versionis Menoch. *de arbitr. cas.* 432. *n.* 38. *& præs.* 53. *n.* 8. *lib.* 3. Grat. *d. discept.* 897. *n.* 11. Rota *decis.* 335. *n.* 2. *part.* 4. *recent. decis.* 114. *n.* 6. & 7. *par.* 5. *decis.* 31. *n.* 3. *coram s. m. Greg. XV. quam sufficit esse verisimilem, & conjecturis probari ex allegat. per Grat. d. discept.* 897. *n.* 14. Add. *ad Gregor. d. decis.* 31. *n.* 11. Buratt. *dec.* 546. *n.* 4. Reverend. Urgellen. *dec.* 256. *n.* 6. Quo magis, quia ut suprà dicebam, per testes probatur dotantem fuisse pauperem, ut per gloss. Bald. & alios *alleg. ab. Add. ad Buratt. decis.* 546. *n.* 9.

28 Nec obstat quod summa confessata sit scut. 450. census verò scutorum 500. quia diversitas summæ non excludit versionem ex aliis conjecturis probatam, Alex. *cons.* 84. *n.* 4. *lib.* 7. Grat. *d. disc.* 897. *n.* 15. & advertendum est quod accidit solvi pro dote solum scuta 450. non quia à principio non fuisset conventum de solvendo dd. scuta 500. in contanti, sed quia bonorum stabilium, quæ in solutum reliquæ dotis tradenda erant pretium præter contrahen-
29 tium opinionem crevit de tempore traditionis. Unde minus dici potest quod census impositus super bonis fideicommissi alienari prohibitis ultra summam versam in dotem sit nullus in totum ut per Cenc. *in ad dd. ad tract. de cens. p.* 1. *c.* 2. *q.* 1. *art.* 6. *n.* 15. *& secundum ult. impress. q.* 19. *sub n.* 33. *vers. ad hoc autem*, quia ut dicebam ab initio, nullus aderat excessus, sed contingit postmodum ex causa mox adducta, sentiebat tamen unus ex DD. censum su-
30 stineri solum pro rata scut. 450. versa in solutionem partis dotis quia alienatio bonorum fideicommissi tenet solùm pro concurrenti quantitate æris alieni ex bonis fideicommissi detrahendi Gabr. *cons.* 218. *n.* 5. *vers.* 2. *lib.* 1. Dec. *cons.* 495. *num.* 18. Bellon. *dec. Gen.* 4. *num. ult.* Hieron. Leo. *in resp. Jur. impress. post decis. Valent.* 173. *n.* 179. *lib.* 2.

31 Ex quibus resolutum fuit utraque parte informante dandam esse immissionem, maximè quia ad hunc effectum sufficit exceptionem fideicommissi non esse omninò claram, Seraph. *decis.* 1200. *n.* 6. Buratt. *dec.* 853. *n.* 4. Fontanell. *decis.* 165. *n.* 7. Rota *inter recentior. decis.* 704. *n.* 1. *ad med. part.* 3.

Emin. R. P. D. Card. CORRADO.

Biturtina Census.

Veneris 24. *Maii* 1647.

ARGUMENTUM.

Intendens gaudere beneficio scripturæ amissæ, debet ante omnia probare, illam in rerum natura extitisse, eaque forma ac tenore conceptam, ut si realiter exhiberi posset, illi omnino profutura esset, deinde casu amissam fuisse. Et plura circa materiam, & probationem amissionis.

SUMMARIUM.

1 *Hæres absque Beneficio Inventarii, tenetur satisfacere eam de proprio creditoribus hæreditariis, licèt aliud sit quoad fideicommissarios universales.*

2 *Inventarium allegatum non relevat Hæredit. quando non fuit exhibitum, quia tunc alleganti non potest suffragari.*

3 *Inventarium non confectum congruo tempore, et cum omnibus solemnitatibus, juxtà formam à lege præscriptam, vel municipali jure, seu legit mæ consuetudine approbatam, ut necessarium est non prodest Hæredi, perinde ac si numquàm factum fuisset.*

4 *Beneficio scripturæ amissæ ad hoc ut quis possit gaudere, debet ante omnia probare, illam in rerum natura extitisse, eaque forma ac tenore conceptum, ut, si realiter exhiberi posset illi omnino profutura esset; deinde verò casu amissam fuisse.*

5 *Testes deponentes instrumentum fuisse factum exprimere debent sic fuisse scriptum, et sic fuisse lectum: alias non faciunt fidem.*

6 *Testes hujusmodi, necessarium est, quòd sint valdè periti, qui defectum Instrumentorum et litteras Notarii rogati cognoscant, et n.* 15.

7 *Testis affectatus non est integræ fidei.*

8 *Testes rem ipsam dumtaxat prout gesta fuit, distinctè exponere debent: alias enim quando depositionibus interserunt talia, quorum cognitio, ac definitio ad Judicem spectat, et sic videntur potius aliquod judicium ferre, confusa ejusmodi depositio nil concludit.*

9 *Præsumptio pro solemnitate actus non juvat, quando controvertitur adhuc illius substantia.*

10 *Solemnitates extrinsecæ ad scripturam requisitæ, non præsumuntur nisi lapsu temporis triginta annorum.*

Et præsertim cùm agatur de gravi præjudicio tertii.

11 *Amissum dici non debet illud, quod peti ac recuperari potest.*

12 *Damnum sentienti competit actio adversus eum, cujus facto, et culpa, damnum evenerit, pro relevatione damni.*

13 *Originale Instrumenti publici, verisimile est, penes Notarium de illo rogatum ut par erat remansisse.*

14 *Amissio scripturæ non præsumitur in eo apud quem nullæ apparent factæ diligentiæ, nullusque contigisse probatur casus, quo perierint ejus scripturæ; et ideò sic allegata, non potest dici justificata.*

15 *Amissio Instrumenti non probatur, si simpliciter testes deponant se illud vidisse; sed necesse est probare amissionem originalis, et quod illi testes sint valdè periti, qui litteras illius Notarii cognoscant.*

16 *Testi deponenti de re ab ipso acta, deferendum est.*
17 *Copia Instrumenti forma probanti extracta, deficiente originali, potest, aliis concurrentibus, suffragari.*
18 *Damnum sentienti ex propria culpa, sive inexcusabili negligentia, quod facile poterat evitare, non est subveniendum.*
19 *Aditio hæreditatis, ex quolibet actu Judicis declaratio, et ex actu per ipsum hæredem simpliciter gesto, qui citra Jus et nomen hæredis fieri non possit, plenè probatur, tum re ipsa, tum expressis verbis.*

DECISIO XVII.

REsolutio in hac causa facta die 27. Nov. 1645. coram me, hodiè denuò discussa fuit per Dominos confirmata. Quia concurrunt omnia requisita pro associatione petita ab Administratoribus Montis familiæ de Labinis ad bona obnoxia Censibus impositis, ac venditis eidem Monti per q. Scipionem Bovium anno 1597. & Franciscum ejus filium anno 1619. ad effectum illis satisfaciendi de fructibus decursis, & non solutis; ut latè probatur in præcedenti decisione.

Neque visa fuit obstare repetita pro parte Octavii, & fratrum de Boviis retentionis exceptio ratione crediti anterioris dotis & antephati q. Virgiliæ eorum matris, cujus sunt hæredes.

Quia cùm pariter sint hæredes Scipionis, Francisci debitorum absq; beneficio Inventarii non possunt ejusmodi exceptione tueri adversus Creditores hæreditarios, vel quia hæreditates præsumuntur solvendo, vel
1 quia ipsi in omnem casum tenentur etiam de proprio illis satisfacere *juxt. text. in l. fin. §. sin verò post quam adierint, C. de jur. delib. & in §. Hinc nobis, vers. Si verò non fecerit, in Auth. de hæred. & falcid.* licèt aliud sit quoad fideicommissarios universales, in quibus terminis procedent notata per Bald. *in l. debitori tuo sub n. 5. v. extra oppono.* ubi Dec. *sub n. 4. vers. dicit tamen*, Bald. ac seqq. & Socin. *n. 9. vers. quid Juris, C. de pactis* (*relati per Franch. dec. 39. n. 3. v. non enim & seq.* ut benè declarat Castr. *in cons. 77. Visa facti narratione sum. n. 1. v. conclus. est ergo p. 2.* Socin. Jun. *cons. 170. n. 4. vers. & cum in casu justo ac seq. l. 2.* Paris. *cons. 48. n. 8. v. non obstabit dec. Bald. lib. 3.* Crav. *cons. 506. n. 13. vers. non obstat altera*, Peregr. *de fideic. art. 36. n. 141. vers. Igitur. & cons. 72. sub n. 1. vers. cum hæreditatem adierint lib. 4. cum aliis in præcedenti decisione relatis in §. non obstat denique vers. Domini dixerunt & nuper in Raven. bonorum. 1. Febr. hujus anni coram me in §. postremo vers. in hoc autem casu.*

2 Nec relevat allegatum Inventarium hæreditatis præfati Scipionis; quia cùm non fuerit exhibitum illis suffragari non potest. Bald. *in d. l. fin. §. & si præfatam sub n. 3. vers. tamen si producat, C. de jur. delib. & cons. 219. Statuto Civitatis Papiæ num. 4. vers. Additur in puncto lib. 1.* Rota *dec. 751. n. 1. v. dictum fuit p. 3. lib. 3. diverf. & in Cesenat. bonor. 13. Jun. 1608. coram S. D. N.* & aliis probat Mod. Rom. *disc. 981. n. 24. v. non obstat prætensa indicatio Inventarii seqq.*

Minus relevat, quod Instrumentum d. inventarii ablatum, atque amissum fuisse dicatur.

3 Primò quia non constat illud fuisse confectum congruo tempore, & cum omnibus solemnitatibus juxta formam à lege præscriptam, vel municipali jure, seu legitima consuetudine approbatam; ut necessarium est, aliàs hæredi non prodest, perinde ac si nunquam factum fuisset per textus *in d. l. fin. §. & si præfatam.* ibique glossa in verbo *censuerunt*, ac DD. *de jur. deliber. & in d. §. Hinc nobis vers. si verò non fecerit in Auth. de hæred. & falcid.* Rot. *cons. 73. n. 28. vers. cùm non confecerit & seqq. lib. 2.* Alb. *cons. 764. sub num. 47. vers. nec obstat si dicatur & seqq.* Natt. *cons. 574. n. 6. vers. ex prædictis concluditur & seqq.* Bertazol. *consil. civ. 107. n. 32. versic. sed hæc difficultas cessat, & seqq.* Surdus *dec. 222. à vers. quia paria sunt,* Rota *penes Verall. decis. 119. n. 4. versic. nam quando, part. 2. & sanct. mem.* Gregor. *dec. 496. n. 2. vers. quia aliàs &c.* Quando enim quis intendit gaudere 4
beneficio scripturæ amissæ, debet antè omnia probare illam in rerum natura extitisse, eaque forma, ac tenore conceptam, ut si realiter exhiberi posset, illi omninò profutura esset, deinde verò casu amissam juxt. text. *l. testium, §. sin verò facta, C. de testib. & in cap. cum olim in primo*, ubi DD. *extr. de* 5
privil. Bart. *in auth. si quis in aliquo sub num. 6. vers. quæro quid si sint plures testes &c.* dicens non sufficere, quòd testes deponant Instrumentum fuisse factum, sed exprimere debent sic fuisse scriptum, & sic fuisse lectum, aliàs non facerent fidem, infertque ideò necessarium esse, quod illi sunt valdè periti qui defectum Instrumentorum, & litteras Notarii rogati cognoscant, Jason. *sub n. 2. Vers. subdit. tamen.* Bard. *C. de edend.* 6
Alb. *cons. 101. n. 7. vers. Et quatenus* Crav. *cons. 411. num. 12. vers. tertiò principaliter respondeo* Arguil. *cons. 14. n. 104. vers. Et oportet probare*, Decian. *cons. 18 n. 13. vers. quod etiam comprobo lib. 2.* & latè explicat Surdus *cons. 109. num. 8. vers. ad hæc omnia respondetur & seqq. usque ad fin.* Honded. *cons. 39. n. 60. vers. aliud de probatione & seqq. lib. 2.* Franc. Viv. *decis. 165. per totum.* Rota *penes Card. Cavaler. decis. 532. num. 4. vers. prætereà* & Buratt. *decis. 505. num. 10. vers. Tum quia acta judicialia, &c.*

Nec obstat quod duo ex testibus pro Boviis examinatis, nempè Jo. Donatus Florellus, & Jo. Jacobus Henricus deponant d. Inventarium fuisse solemniter confectum.

Quia præterquàm quod alter ex eis asserit se fuisse 7
Procuratorem hæredum ad illum actum, in cujus ideo validitate propriam verisimiliter affectat, atque tuetur peritiam, & laudem, ac proinde non est integræ fidei *cap. fi. de testibus in 6. leg. fi. ff. de testibus* Bart. *in l. referre sub n. 2. vers. si verò ad eum non pertinet, ff. de jur. fisc.* Felin. *in c. cum à nobis nu. 13. vers. ex prædictis & n. 14. vers. & in effectu extr. de testibus.* Crav. *cons. 281. sub num. 4. vers. sed ratione affectionis*, Rim. jun. *cons. 26. n. 42. vers. quinimò*, Ceph. *cons. 65. num. 24. vers. accedat*, Osasc. *decis. 79. num. 40. vers. nam ipsi*, Mascard. *de prob. concl. 1317. sub n. 1. & seq.* & alii relati per Farinac. *de testib. q. 60. nu. 17. vers. sic in simili & seq. ac sub n. 21. & 29.* 8
Fuit responsum non sufficere ad hunc effectum, quod testes generìcis illis, atque confusis verbis deponant Inventarium fuisse solemne, nisi facti seriem enarrent, solemnitates in eo adhibitas specialiter enu- 8
merent, ut deinde judicari possit, an omnes ritè, rectèque fuerint servatæ. Nam hujus rei cognitio, ac definitio ad Judicem spectat non ad testes, qui rem ipsam dumtaxat prout gesta fuit distinctè expo- 9
nere debent, aliàs enim confusa ejusmodi depositio nihil concludit *ad l. ætate, §. nihil, ff. de interrog. act. l. ita fidei, ff. de jur. fisc.* Albert. *in l. sciendum n. 6. vers. Unum est tamen circa hoc valdè notandum*, & ibi Jason. *sub n. 14. vers. Limita istam doctrinam, ff. de verb. oblig.* Jo. Fab. *in §. fin. sub n. 4. vers. quid ergo & seq. instit. de fidejussor.* Socin *cons. 24. sub n. 31. vers. quia paria sunt, lib. 1.* Afflict. *dec. 274. sub num. 1. vers. primò debet probari, ac seqq.*

Nec juvat adducta præsumptio pro solemnitate actus; 9
Tum quia controvertitur adhuc sententia, Decian. *cons. 45. num. 46. versic. tertio respondeo, lib. 5.* (Tum quia ab anno 1613. de quo Testes deponunt usque ad tempus inchoati judicii primùm contra Camillum alterum ex dictis fratribus de ann. 1640. & successivè de anno 1642. contra Octavium, non sunt lapsi triginta an- 10
ni, quod tempus requiritur in præsumentibus solemnitatibus extrinsecis scripturam requirentibus ex sententia 11
Rotæ, ut penes Casador. *dec. 3. n. 1. v. nam licet & seq. de procur.*

procur. Put. *dec.* 152. *l.* 2. *in correct.* ac penes Buratt. *dec.* 120 *n.* 37. *vers. nec præsumi potest ac seq. & in recent. dec.* 18. *n.* 16. *minus obstat p.* 7. Et præsertim cum agatur de gravi præjudicio tertii, Menoc. *præs.* 4. *n.* 55. *ver. declaratur act. lib.* 6.

Secundò non probatur allegata Instrumenti amissio ex eo quod testes deponant Antonium Gentilem dd. fratrum Contutorem illud abstulisse, ac penes se retinuisse; Tum quia dum repeti ac recuperari potest, amissum dici non debet, *l. labeo la* 1. §. *amisisse* ibique glossa *in verbo actionem*, & exornat Rebuff. *l. id apud se, l. bonorum appellatio* 1. §. *si ff. de verb. signif. l. rem* 11 *in bonis ff. de aq. rer. dom. l. q. actionem ff. de reg. jur.* Bertazz. *cons. civ.* 56. *n.* 52. *vers. cum illi;* Tum quia in omnem casum eisdem fratribus competit actio adversùs d. tutorem, ac ejus hæredes, ut conserventur indemnes à quocumque damno ex ejusmodi ejus facto, 12 & culpa in eos proveniente *l.* 1. *in princ. & l.* 2. *in princ. ff. de tutel. & rat. distr. l.* 1. *C. si tut. vel cur. interven. & in d. Auth. de hæred. & falc.* §. *illud quoque & §. pupilli autem.* Rot. *dec.* 67. *n.* 5. *v. & certum est ac seq. p.* 5. *rec.*

Tertiò quia præsupponitur d. Inventarium unà cum 13 processu (ut inquiunt) præambulo fuisse confectum per acta publici Notarii, nec satis constat illud à præfato Gentile receptum fuisse ipsum originale, quod verisimilius est penes Notarium de illo rogatum remansisse (ut par erat, *c. quoniam contra v. & omnia extr. de prob.* Rim. jun. *cons.* 821. *n.* 8. *v. cum originale*) apud quem nullæ prorsus apparent factæ diligentiæ, nullusque contigisse probatur casus, quo perierint ejus scrip- 14 turæ; Ideoque meritò dici non potest asserta amissio justificata, ut notat *in d. c. cum olim in primo de privileg. & in d. l. testium, C. de testibu.* Ruin. *consil.* 179. *n.* 5. *vers. & quia non sufficit*, &c. dicens non sufficere, 15 quod testes deponant vidisse instrumentum, sed necesse est probare amissionem originalis, & quod illi testes sint valdè periti, qui litteras illius Notarii cognoscant. *jux. theor. Bart. supra cit.* Seraph. *de privil. juram. privil.* 37. *n.* 9. *vers. & est advertendum.* Rota penes Burat. *d. dec.* 505. *n.* 12. *vers. atque ita, & in recent. d. dec.* 18. *n.* 22. *vers. nec præsumptio p.* 7.

Quartò comprobantur præmissa, quia præfatus Joan. Donatus Florellus teitis pro ipsis Boviis examinatus, & reproductus deponit, *che ha visto li arii del preambulo dell, heredita tal q. Scipione Bovio, li quali sono stati in suo potere portategli dal q. Gio: Francesco Vatta che ne haveße fatto copia, & estratto como già la fece, e l'autentico di sua mano come Notario Regio, ch'era all'hora, e li consegnò, e restitui al medesimo. E questo fu nell' Anno* 1613. *se mal non si ricorda, del mese d'Agosto, e detto preambulo era con le solennità, & inventario fatto &c.* Hinc enim apparet duplicem asserti inventarii confectam fuisse scripturam, alteram scilicet originalem, alteram verò ex ea in forma authentica extractam ab eodem teste, cui circa hoc ab ipsomet actum deferendum est, præsertim contra partem illum indu- 16 centem, ac ejus depositione utentem Cravet. *consil.* 112. *n.* 17. *versic. nec potest excusare.* Rota penes Cardinal. Seraphin. *dec.* 1163. *n.* 6. *vers. & licet, sanct. mem.* Gregor. XV. *dec.* 531. *n.* 10. *versic. nam quoad Sebastianum & seq. & in recent. dec.* 622. *n.* 3. *versic. non obstat, & dec.* 726. *n.* 3. *versic. primo quia & seq. part.* 3. *& decis.* 554. *n.* 3. *versic. quibus ac dec.* 594. *n.* 17. *versic. cum, & unico testi ac seq. part.* 5. Cùm autem una tantùm ex eis ad manus d. Gentilis pervenisse probetur, sivè illa fuerit originalis, sive copia extracta, (quod magis consonat veritati) tamen superat al- 17 tera, quæ perquirenda, & exhibenda erat. Nam etiam copia hic extracta, deficiente originali, posset (aliis concurrentibus) suffragari juxt. Gloss. *in leg. sicut iniquum in verb. facilè in fin. C. de fid. instrument.* & ibi Jason alii DD. Bero *consil.* 92. *n.* 24. *versic. & posito etiam lib.* 3. Alb. *dicto consil.* 101. *n.* 5. *versic. sed pro sustinendo exemplo, & seq.* Bertazzol. *consil. crimin.* 147. *nu.* 11. *versic. & quod etiam exemplum.* Mascard. *de probat. concluf.* 711. *n.* 87. *vers. decimo quarto limita*, & in specie respondit Honded. *d. cons.* 39. *sub n.* 62. *versic. clarè apparet prætensos testes lib.* 2.

Accedit prædictis, quod postmodum iidemmet fratres ann. 1626. & 1627. personaliter comparentes coram M. C. V. petierunt etiam remedia restitutionis in integrum, & obtinuerunt admitti ad confectionem 18 Inventarii hæreditatis paternæ, ac aliorum consanguineor. ut apparet ex publicis actis exhibitis pro parte Administratorum Montis; Et tamen nullum deinde etiam majores effecti confecerunt Inventarium, quare ipsis imputandum est quodcumque damnum ex propria geminata, & inexcusabili negligentia proveniens, quod facilè poterant evitare, ut respondit Rota penes Coccin. *dict. decis.* 59. *n.* 6. *versic. nec excusari potest, & in Romana fideicomm. de Capite ferreo* 19. *Febr.* 1646. *coram Me, in §. nec demùm relevat excusatio ac seq. & in §. sed cessant omnes objectiones.*

Prætereà non obstat, quod respectu Francisci eorum fratris nullum quidem allegatur inventarium: sed absolutè negentur hæredes: Quia contrarium plenè probatur ex Decreto Regiæ Curiæ Bisuntinæ die 15. Decemb. 1422. quo fuerunt declarati hæredes simpliciter d. Francisci eorum fratris ex testamento unà cum Virgilia communi matre, ac pro ejus quota cohæreде; Et ex publico instrumento recepto per Bartholomæum Majolanum publicum Notarium Bisuntinum Anno 1627. 1. Septembris in quo ipsi personaliter tanquam tales expressis verbis agentes promiserunt solvere debitum ejusdem hæreditatis summæ duc. 1380. circiter pro residuo dotis, antephati, & alimentorum Lauræ prædicti Francisci q. Uxori; Ex 19 quibus sanè certum est aditionem hæreditatis plenè probari tum re ipsa, tum verbis expressis *leg.* 2. *C. de jur. deliber.* Bartol. *in leg. gerit sub n.* 14. *versic. aut illa verba, & sub n.* 21. *versic. si verò non poterat facere, D. de ab hæred.* Cravet. *consil.* 148. *n.* 10. *versic modò cum ref. declaraverint se hæredes & seq.* Surdus *consil.* 576. *n.* 34. *versic. quod autem & sequenti* Rota *decis.* 393. *part.* 4. *divers.* & penes Reverendiss. Urgellen. *decis.* 189. *sub n.* 5. *vers. quod vero*, Palma & Coccin. *decis.* 168. *ac in recent. decis.* 360. *n.* 29. *vers. ex illa enim cessione & seq. decis.* 474. *n.* 1. *vers. quæ verba & seq. p.* 5. & in aliis relatis in præcedenti *decis. in §. Quod autem fuerint hæredes*, &c.

Postremò non obstat, quòd etiam cessante inventarii beneficio dicti fratres non teneantur de proprio secundùm jus canonicum: Quia contrarium verius, atque receptius est in foro judiciali, cum in hac parte sacri Canones non solùm legibus civilibus non adversentur *juxta regulam cap.* 1. *de nov. oper. nunc.* sed bene conveniant, ut habetur in *cap. Raynaldus in fine* ibi, *Salvo nihilominùs ei ex jure institutionis beneficio legis falcidiæ in restitutione præfati legati, si infra tempus legitimum voluntati paruerint Testatoris cum inventarium fecerint, & contra voluntatem testatoris lex falcidia inducatur.* ibique glossa *in verbo inventarium extr. de testament.* Hostiens. *in summa de testament. sub n.* 23. *versic. Ad quid hæres*, ibi, *quid si non sufficit hæreditas ad debita persolvenda? Distingue secundum leg. Utrum fecerit inventarium, & tunc non tenetur ultra vires hæreditatis, vel non fecerit, & tunc tenetur. Cod. de jur. deliber. leg. scimus. Et idem videtur secundum jus Canonicum infrà eodem capite, Raynaldus §. penult. in fin. & cap.* Baldus, *in dicta lege final. sub n.* 12. *vers. secundo casu, versic. aut loquimur in obligationibus descendentibus in hæredes, & in §. fin. verò postquam, n.* 1. *C. eodem.* Cardinalis *in cap.* 1. *sub n.* 4. *versic. sed hoc & cap.* ubi etiam alii Doctores *extr. de solut.* Abbas *in repetitione cap. Ecclesia sanctiss. Mariæ, n.* 18. *versic. Et ex his infero de constitutione*, & latiùs probat *in cons.* 73. *Circa primum*

primum dubium sub n. 9. versic. Nec obstat si dicatur, & seq. lib. 2. Barbat. *in cap. 1. in fine, versic. Tertio probo de testament.* ibique Didac. *in relect. sub n. 14. vers. Nisi dixerimus & seq.* Rolandus *de inventar. divers. quæstione 30. & 215.* Monticul. *in eod. tractatu, quæst. 226. n. 8. versic. secunda succedat dubitatio, & sequentibus, & quæst. 228. n. 12. versic. Alioquin & sub n. 39. in versic. duodecimò excipitur versic. quod falsum est.* Phanuc. *in eod. tract. 245. n. 1. versic. contrarium de jure* Grass. *in §. inventarium, quæst. 22. n. 2. versic. Sed an hæres,* Vasquez *de succes. creat. lib. 1. §. 1. n. 27. versic. illud autem;* Rob. Marant. *in disputatione 8. n. 21. versic. quarto adducitur,* & latè probat Menoch. *consil. 89. à n. 136. versic. Non obstat ultimum ac seqq.* Rota *decis. 72. à n. 49. versic. contraria tamen, & seqq. usque ad finem*, ubi concluditur hanc sententiam esse de jure verissimam, & magis communiter receptam *part. 2. divers.* & sequitur Fachin. *contr. lib. 6. cap. 23. vers. sed valde ac alit.*

Atque ita fuit resolutum utraque parte informante, &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana lucri dotis.

Veneris 24. Aprilis 1650.

ARGUMENTUM.

Quartum dotale statutarium, debetur etiam ex portione dotis non soluta actioni subsidiariæ quando sit locus; Quando possit avocari pecunia soluta, posteriori creditori, ab anteriore creditum habente, & multa de excursione debitoris.

SUMMARIUM.

1 *Statutum verbis c. 131. lib. 1. simpliciter loquens quorum dotale deberi intelligitur de dote, tam data, quàm promissa. Et non soluta.*

2 *Dos promissa, et non soluta, ad effectum lucri habetur perinde ac si soluta fuisset.*

3 *Loca montium, ex constitutione Urbana, non cadunt sub hypotheca.*

4 *Anterior creditor, solam personalem habens, regulariter non potest avocare pecunias posteriori solutas.*

5 *Lucrum dotale, sicut ipsa dos, est privilegiatum.*

6 *Creditor anterior, etiam cum sola personali, potest avocare pecunias posteriori solutas, ex causa dotis, et lucri.*

7 *Pecuniæ solutæ posteriori creditori ex causâ onerosa, possunt retrahi per anteriorem, ut de communi opinione testatur à pluribus.*

8 *Causæ lucrativæ et onerosæ distinctio, non potest applicari ad effectum repetendi solutum posteriori creditori quando agitur de locis montium adhuc extantibus.*

9 *Causa onerosa non concurrit in usufructuario, qui habet meram causam lucrativam ex legato, absque ullo onere.*

10 *Idem est in proprietario quantitatis ex legato cum onere, ubi valor legati relicti, injunctum onus excedit.*

11 *Insignia benefactoris seu alterius, exsculpta in fabrica Ecclesiæ à Regularibus, vel aliis Ecclesiasticis constructæ non faciunt, quin ad ipsosmet adhuc pertineat.*

12 *Bonorum alicujus existentia non præsumitur ubi facta discussione, fuit relatum ab exequutore deputato, et per diligentias, non fuisse adinventa.*

13 *In excussione facienda contra pecunias depositas in Banco notoriæ decoctionis, non est necessaria ulterior executio.*

14 *In excussione bonorum hæreditariorum necessaria est citatio hæredis, et deputatio duorum executorum cum judicis decreto, excussionem esse legitimè factam declarantis.*

15 *Hæreditas non dicitur adita à muliere, ex solo mandato per eam ad adeundum dato sine solemnitatibus ad obligandum mulieres, et minores necessariis.*

16 *In excussione, sufficiunt etiam diligentiæ per unum executorem factæ.*

17 *Tutiùs tamen est duos executores deputare.*

18 *In Tribunali A. C. forma judicii non attenditur in rigore. Ideò in excussione, si unus tantùm ibi deputetur executor, non tamen prævertitur excussionis forma.*

DECISIO XVIII.

COram Reverendissimo Terracinen. die 5. Aprilis 1647. & 30. Martii 1648. fuit resolutum, quod quemadmodum R. P. D. Bentivolo ob prædecessum Semideæ ejus uxoris licuit retinere quartum dotale ex scutis 10. m. in limine matrimonii solutis, ità & modò illud petere liceat ex aliis scutis 5000. quæ bon. mem. Cardinalis Lenus in capitulis matrimonialibus, Cleriam ejusdem Semideæ matrem esse relicturam post mortem spoponderit, pro illoque consequendo, ex quo Cleria promissis per Cardinalem defecit, potuisse agi subsidiario judicio contra loca 48. Montis Fidei hæreditaria præfati Cardinalis quorum usufructus Lucretiæ & Antoninæ ejus sororibus professis in Monasterio sanctorum Dominici, & Sixti, proprietas verò Ecclesiæ sancti Caroli ad Cathinarios juxta ipsius dispositionem spectabat.

Quibus cùm Patres sancti Caroli non acquiescerent obtinuerunt coram me in locum ejusdem Reverendissimi Terracinen. suffecto iterum audiri, causaque bis proposita, & prima vice dilata, eaque proposita, Domini steterunt in decisis.

Siquidem non fuit per informantes controversum 1
hujusmodi quartum dotale deberi etiam ex dote promissa vigore statuti urbis cap. 131. lib. 1. simpliciter loquentis, quod propterea comprehendit dotem tam datam, quam promissam, & non solutam, quæ ad 2
effectum lucri habetur, perinde ac si soluta fuisset, ut sæpius respondit Rota penes Achill. *decis. 13. n. 1. & 4. de const. coram sa. me. Gregor. decis. 5. n. 1.* & ibi Addit. *n. 11. dec. 21. n. 1.* cum aliis in utraque decisione hujus causæ congestis.

Et Domini habuerunt pro indubitato licuisse Domino Bentivolo pro tali lucro assequendo dirigere actionem in subsidium ad loca Montium prædicta, licet enim illa ex Constitutione Urbana non cadant 3
sub hypotheca, & anterior creditor solam personalem habens regulariter non possit avocare pecunias posteriori solutas, ut *ex textu in lege pupillus, D. quæ in fraud. credit.* tradit Modern. Mediolanen. *de æquit. lib. 1. q. 34. n. 2. versic. si vero, & n. 70.* hoc tamen 4
non procedit, quando agitur de aliqua causa privilegiata, qualis est nedum dos ipsa, sed etiam dotale lucrum *lege etiam, C. de jur. dot. leg. si constante C.* 5
de donat. ante nupt. Menochius *consil. 155. n. 5.* Tiraquell. *in l. si unquam verbo donatione largitus, n. 226. Cod. de revocat. donat.* Franciscus Molina *de ritu nupt. lib. 3. quæst. 33. n. 16.* Rota *in Romana census 8. Novembris 1616. coram bon. mem. Cardinali Sacrato*, nam isto in casu posse anteriorem creditorum pecunias posteriori solutas avocare, firmat Barbosa *in lege 1. part. 6. n 21. versic. & retenta, D. solut. matrim.* quem sequitur Thesaur. *quæst. forens. lib. 2. quæst. 16. sub n. 6.* Marescot. *variar. resolut. lib. 2. cap. 36. n. 5.* Cost. *remed. subsid. 37. illat. 2. n. 3.* Gait *de credito cap. 4. n. 1303.* Peregrinus *de jur. fisc. lib. 6. tit. 6.*

cum

cum congest. per modern. Foroliv. *de pignor. lib.* 4. *tit.* 1. *quæst.* 29. *n.* 25.

6 Neque Patres sancti Caroli, litis consortes tueri se possunt ex prætensa causa, onerosa, quia quidquid
7 sit de illa quæstione, an soluta posteriori creditori ex causa onerosa, possint retrahi per anteriorem, quod affirmat, communemque asserit opinionem Barbos. *dict. leg.* 1. *n.* 24. post Covarr. *pract. qq. cap.* 29. *n.* 2.
8 Gutierrez *ad legem Tauri* 32. *Glossa* 1. *n.* 7. *in fin.* Capic. *decis.* 78. *sub. n.* 5. *& seq.* cum per alios per modernum Forolivien. *de pignor. dicta quæst.* 29. *n.* 23. *&* 24. cessare videatur in præsenti difficultas, ex quo loca Montium de quibus agitur, adhuc extant, ac proinde distinctio causæ lucrativæ, & onerosæ nullatenus applicari potest, Menoch. *consil.* 25. *n.* 17. *& seq.* Trentacinq. *variar. lib.* 3. *resol.* 23. *n.* 7. *&* 17. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 5. Glossa 8. *part.* 6. *n.* 32. *&* 37. cum cæteris cumulatis per Anton. de Amat. *part.* 2. *resol.* 51. *n.* 21. Rota *in Romana pecuniaria* 2. *Jun.* 1631. §. *neque applicatur, coram Reverendiss. Papilonen.*

9 Sed ex abundanti fuit etiam consideratum, nec hujusmodi causam onerosam hic concurrere. Nam respectu Monialium res dubio caret, quod ipsam meram causam lucrativam habeant in usufructu eis absque ullo
10 onere legato *ad* 1. *legat.* 37. *D. de legat.* 2. §. *legatum; si res aliena institui. eo.* Quod & idem esse, quo ad Patres sancti Caroli proprietarios visum est, quia valor legati ipsis relicti injunctum onus excedit *leg. in ratione* §. *vendere*, *D. ad legem falcid.* Alex. *consil.* 135. *n.* 4. *in fin. & n.* 5. *lib.* 5. Matescott. *variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 74. *sub n.* 5. *versic. fecus*, Ludovic à Peguer. *dec.* 271. *n.* 28. *in fin.*

Quod autem valor legati injunctum onus excedat, patet manifestè, quoniam legatum ascendit ad scuta 37. mill. vel saltem ad 27. mill. quatenus detrahantur scuta 10. mill. à creditoribus Cardinalis evicta, onus autem versatur tantùm circa demolitionem domorum ad Patres spectantium, quam ipsi pro ornamento fabricæ ex præcepto ejusdem Cardinalis pati debuerunt, ascenditque ad scuta 22. mill. Summario Patrum n. 3. neque enim alia scuta 8000. quæ per ipsos fuerunt erogata pro confirmandis lateribus Ecclesiæ ad evitandam ruinam ob nimium Cupolæ pondus suspicatam, in computum oneris sunt referenda, cum
11 hujusmodi expensa non respiciat fabricam à testatore demandatam sed Ecclesiam jam prius à Patribus constructam, & quæ ad ipsos pertinet, quamvis in ea insignia Cardinalis fuerunt insculpta, ut probatur in *lege fin.* ibi manentibus priorum titulis, qui ea opera fecissent *D. de oper. publ.*

Neque prædictis obstat potissimum objectum, cui ex adverso præcipuè insistebatur, nempe actioni subsidiariæ non esse locum nisi prius excussis bonis Cardinalis Leni dotis permissioris, quam Cleriæ matris Semideæ.

Quia ut animadvertit ultima decisio in §. *tandem non obstat;* bonorum Cardinalis excussio bis judicialiter facta fuit; primò scilicet ab excellentissimo Principe Burgesio, ut in extract. A. C. fol. 33. & 35. Secundò à D. Bentivolo, qui citato curatore hæreditatis jacentis, nec non prædictis Patribus, & aliis omnibus interesse habentibus ad indicandum dicta bona hæreditaria ex quo nihil relevans deduxerunt, obtinuit deputari executorem, qui retulit nulla alia bona intervenisse præter loca Montium præfata, ut in eodem extractu fol. 291. & sequent. quare illorum non existentia præsumitur, Bart. *in*
12 *lege in illa*, *n.* 5. *& sub n.* 11. *D. de verb. obligat.* Baldus *in lege* 2. *n.* 9. *C. quando Fiscus, vel privat.* Pacian. *de probation. lib.* 1. *cap.* 45. *n.* 10. *& cap.* 46. *n.* 17. *in fin. & n.* 18. Cyriacus *contr.* 5. *n.* 142. Rota *Bononien. Pecuniaria* 17. *Junii* 1641. *coram reverendiss. Salamantino.*

Nec relevat, quòd fuit indicatum depositum scutorum 1000. factum in Banco illorum de Pelagiis. Quia stante ipsorum notoria decoctione, non est 13 necessaria ulterior executio, Glossa *in lege nisi hoc actum*, D. *de pactis*, Jas. *in lege decem nu.* 27. *D. de verb. obligat.* Roland. *cons.* 9. *n.* 20. *lib.* Pacific. de Salviano *inspect.* 2. *c.* 2. *n.* 20. Negusant. *de pign. part.* 8. *memor.* 1. *n.* 14. cum aliis congestis per modern. Forolivien. *eodem tr. lib.* 5. *tit.* 2. *p.* 68. *n.* 7. & per Rotam *in dict. Bononien. pecuniaria coram Reverendissimo Salamantino.*

Minus officit, quòd in dicta excussione citatus non 14 fuit Marchio Martinenglius Cardinalis hæres mediatus, & unicus tantùm fuerit deputatus executor, cùm duo essent necessarii una cum Judicis decreto excussionem esse legitimè factam declarantis, juxta deducta in Romana de Capis 4. Februarii 1608. coram bonæ memoriæ Lancelloto.

Quoniam præfati Marchionis necessaria non erat 15 citatio, ex quo non constat hæreditatem fuisse aditam per Liciniam ipsius matrem ex solo mandato per eam dato ad adeundum sine solemnitatibus ad obligandum mulieres, & minores necessarias, Castr. *in leg. mutuum in fine* 8. *D. de acquir. hæred.* Pic. *ad statut. Urb. glossa* 7. *n.* 108. & aliàs respondit Rota *decis.* 73. *n.* 17. *part.* 5. *recentior. & in Interam. bonorum* 1. *Febr.* 1641. *coram R. P. D. meo Cerro.* Gratis verò objicitur, quod diligentiæ non fuerint factæ duobus executoribus, cùm contrarium constet ex datis coram reverendissimo Terracinen. Summario Domini Bentivoli nu. 11. licet per unum etiam factæ sufficerent, prout aliàs admisit 16 Rota *decis.* 14. *n.* 2. *in fin. part.* 2. *recentior.* licèt enim tutius sit duos executores deputare, nihilominus si tantùm unus deputetur, non ideo prævertitur excussionis forma, maximè in Tribunali A. C. in quo rigor 17 non attenditur, ut in puncto considerat Lud. à Peguer. 18 *decis.* 271. *n.* 43. *part.* 1. quem sequitur Fontanell. *decis.* 198. *n.* 13. Rota *dicta decis.* 14. *n.* 2. *part.* 2. *recentior.* Et satis esse ad hunc effectum sententiam & declarationem tacitam resultantem ex processu judicis ad ulteriora visum est ex allegatis per modern. Tudert. *de excuss. part.* 2. *q.* 33. *n.* 23. *&* 24. modern. Foroliv. *dicta q.* 69. *n.* 5.

Quod autem bonorum Cleriæ excussio sit facienda per Dominum Bentivolum, caret omni subsistentia, quia cùm ipse non habeat neque obligationem dictæ Cleriæ, neque ejus hæredis, non tenetur contra tertios non obligatos suas actiones dirigere *leg. vel à debitoribus*, *D. de relig. & sumpt. funer.* Rota *in Imolen. bonorum* 4. *Julii* 1639. *coram bon. mem. Coccino*, nec bona litibus involuta (qualia fuisse istæ Cleriæ constat ex fidibus exhibitis) executere. Marin. Mut. *dec. Sicil.* 24. *n.* 38. *&* 39. *coram Reverendiss. Urgellen. dec.* 212. *n.* 16. *in recent. dec.* 167. *n.* 51. *& seqq. p.* 5. *& in Forolivien. census* 29. *Maii* 1626. *coram bon. mem. Patriarcha Hierosolymitano.*

Et omnis tollitur amaritudo, quia onus dotandi Semideam non spectabat ad Cleriam, sed ad Cardinalem, qui cùm fuerit hæres Hieronymi patris, & avi paterni respectivè, ut constat ex solutione hoc nomine facta unius census hæreditarii Hieronymi *ad leg. parentibus*, §. *qui autem agnovit*, *C. de inoff. testament.* Mantica *de conject. ult. vol. lib.* 12. *tit.* 12. *n.* 13. Utique tenebatur etiam Semideam neptem dotare, cùm hoc onus, quod prius incumbebat patri, vel avo paterno *leg. qui liberos ff. de jur. nupt. leg. fin. C. de dot. prom.* eis defunctis non transierit ad Cleriam matrem, quæ tantum tenebatur in subsidium ad *leg. neque mater*, *C. de jur. dot.* sed ad Cardinalem ipsius avi hæredem *leg. si quis à liberis.* §. *iterum rescriptum D. de liber. agnoscend.* Mantic. *de tac. & amb. lib.* 12. *tit.* 18. *n.* 7. Fontanell. *decis.* 560. *n.* 11. cum aliis *in Bononien. Legati de Marescotis* 25. *Aprilis* 1627. *coram bon. memor. Merlino*, *in Camerinen. dotis* 10. *Dec.* 1638. *coram Reverendiss. Terracinen. & in Urbevetana legati* 4. *Maii* 1648. *coram R. P. D. meo Bichio*, *& in Romana Salviani* 23. *Mart. proximè Præteriti* §. *cum non ageretur*, *coram*

R. P. D. meo Verospio, quique cum hæreditatem absque beneficio legis, & inventarii adierit, debet etiam de proprio hoc, & alia debita persolvere, *leg. fin. §. fin. autem C. de jur. deliber. §. hinc nobis §. si verò non fuerit, Auth. de hæred. & falcid.* Vincent. de Franch. *dec.* 80. *n.* 7. Rota *coram Buratto dec.* 521. *n.* 6. *in recentiores dec.* 39. *n.* 8. *part.* 6. *& in Bituntina census* 10. *Decembris* 1649. *§. minus attento quod Boni, coram R. P. D. meo Arguelles.*

Non obstant testes dati in summario responsionis ad probandum, quòd Cleria promisit filiæ in testamento relinquere scuta 5000. quæ Cardinalis ipsam esse relicturam pollicitus fuerat.

Quia de hoc deponit unicus tantùm testis in diversa causa examinatus, & de auditu à Cleria, qui propterea non probat, *cap. licèt, cap. veniens de testibus leg. ubi numerus, D. eodem*, & in omnem casum cum talis promissio Cleriæ, de qua testis deponit, facta fuerit, Cardinale & Semidea absentibus, & nemine pro ipsis acceptante, non peperisset aliquam obligationem, quæ saltem revocabilis non esset juxta naturam testamenti in quo adimpleri debuisset, ut ad propositum advertit Joann. *Fabr. in §. 1. sub n. 1. institut. de legat. Natt. consil.* 73. *n.* 3. *& seqq.* Surdus *dec.* 127. *n.* 6. *&* 7. Rota *in Romana hæreditatis de Scarsellis* 17. *Novemb.* 1645. *prout neque, coram Reverendiss. D. meo Decano, & eadem* 27. *Jun.* 1646. *§. prout nec relevat, coram R. P. D. meo.*

Et ita utraque, &c.

Emin. R. D. Card. CORRADO.

Romana Census.

Veneris 18. *Februarii* 1650.

ARGUMENTUM.

Hypotheca extinguitur quando res hypothecata jam pervenit ad manus creditoris jure dominii, etiam si postea eadem res denuo redeat ad debitorem, sive ejus hæredem vigore redemptionis. Et multa de resolutione hypothecæ.

SUMMARIUM.

1 *Injustitia sententiæ impedit constitutionis Ægidianæ effectum, ac in ea specialiter excepta legitur.*
2 *Salvianum interdictum, non datur absque hypotheca.*
3 *Salvianum, licèt interdictum adipiscendæ possessionis, est tamen de pignoribus, id est de possessione rerum obligatarum.*
4 *Hypotheca cessat per translationem dominii rei hypothecatæ in creditorem.*
5 *Ampliatur etiam si revocetur dominium à creditore, mediante retroventione, quia tunc, non solùm non reconvalescit, sed efficacius extinguitur, n.* 6. 10. *et* 12.
7 *Textus* in leg. fin. Cod. de remiss. pignor. et ibi glossa in verbo indignum, et textus in leg. voluntate creditori, D. quibus modis pig. vel hypoth. solv. *declarantur.*
8 *Actus idem non potest contrarios producere effectus.*
9 *Creditor, recepto pretio rei hypothecatæ, ejusdem rei commodum substantialiter consequutus est perinde ac si illam penes se haberet, ita quod finalem adjudicationis effectum obtinuit.*
10 *Hypotheca, resoluto contractu, tunc solum reintegratur, quando eadem ratio, ob quam contractus resolvitur, æque viget pro conservatione, ac reintegratione hypothecæ, secus si non vigeat.*
11 *Et hoc fortius si ratio resolutionis contractus præ se ferat extinctionem hypothecæ.*
12 *Hypotheca semel extincta, non possunt causam habentes à debitore in re jam hypothecata, ex lucri causis ampliùs molestari.*
13 *Nisi expresso partium consensu fuerit revocata.*
14 *Cessio jurium operatur illorum translationem integrè in cessionarium.*
15 *Cedens jura, non potest eis amplius uti super re cessa in præjudicium cessionarii, et causam habentium ab eo.*
16 *Clausula*, ita quod non retorqueatur, *et aliæ similes appositæ in cessione, non comprehendunt casum, quo ab ipso cedente inferuntur molestiæ super eadem re, cujus pretium illi solutum fuit.*

DECISIO XIX.

PRævia sententia Rotali bon. mem. Pirovano obtinuerunt DD. de Taurinis, & Montagutis mandata contra bona hæreditaria q. Francisci Zeccadori pro summa scutorum 3076. & bajoc. 80. præter damna, & interesse usque ad integram satisfactionem in eadem sententia comprehensa. Quæ fuerunt successivè executa super domo nunc controversa, illis demum adjudicata pro pretio scut. 2300. reservato jure Michaëli Angelo fratri, ac hæredi dicti Francisci cum beneficio regis ac inventarii eam recuperandi infrà terminum sex mensium, prout ab illo recuperata fuit soluto dicto pretio præfatis DD. de Taurinis, & subinde dotis titulo translata in D. Catharinam ejus filiam ac ejus virum, contra quos institurio nuper coram A. C. judicio pro ejusdem DD. de Taurinis prolata fuit sententia immissionis in possessionem ejusdem domus ex remedio utilis Salviani interdicti pro satisfactione residui prædicti eorum crediti. Verùm commissa mihi causa appellationis pro parte dd. conjugum interpositæ cum clausula, *Constito quod sic loco Ægidiana*, &c. 1
Hodie proposui dubium juxta formam rescripti. Cui Domini negativè responderunt stante injustitia sententiæ, quæ impedit illius constitutionis effectum, ac in ea specialiter excepta legitur *lib.* 6. *cap.* 2. *juxta gl. communiter receptam in cap. ex conquestione in verb. post appellationem*, &c. *de rest. spoliat.* Gabr. *conf.* 36. *n.* 1. *lib.* 2. Rota penes Card. Seraphin. *dec.* 603. *in princ.* Mantic. *dec.* 33. *sub n.* 2. *vers. neque ad rem pertinere*, &c. *& n.* 11. *vers. quod autem, & san. mem.* Greg. *dec.* 491. *n.* 5. *vers. quoniam autem*, &c. Burat. *decis.* 152. *n.* 10. *vers. ex quibus*, &c. *& in recent. decis.* 88. *n.* 2. *vers. ad effectum autem*, &c. *part.* 6. *ac in aliis relatis in Bonon. fideicommiss. de Rubeis* 23. *Maii* 1544. *coram me, in §. hincque pariter evitatur*, &c.

Injustitia verò Dominis visa fuit manifesta ob de- 2
fectum hypothecæ dd. DD. de Taurinis, qua cessante 3
certum est propositum Salviani remedium eis non competere, quòd licèt sit interdictum adipiscendæ possessionis, est tamen de pignoribus, id est de possessione rerum obligatarum, *l.* 2. *§. Salvianum*, ubi hoc explicat Gl. *in verb. pignoribus, D. de interd.* & probatur *ex l.* 1. *ac* 2. *D. de salv. interd.* & plenè Rota *decis.* 34. *sub n.* 26. *vers. quo circa stante remissione pignoris*, &c. *cum seq. part.* 2. *divers.* & penes Burat. *dec.* 257. *n.* 14. *vers. & consequenter*, &c. *& decis.* 774. *n.* 7. *vers. verum dixerunt*, &c. Coccin. *& dec.* 50. *n.* 2. *vers. nihilominus*, &c. *ac in recent. dec.* 385. *n.* 3. *vers. data autem nullitate census*, &c. *p.* 1. *ac sæpè in aliis.*

Cùm enim domus hæc fuerit illis in causam eorum 4
crediti adjudicata 16. Martii 1635. ut apparet ex publico instrumento, certum est quod ex ea die, qua illius dominium in ipsos translatum fuit, extincta remansit quævis hypotheca eis prius acquisita *leg. si quis ædes, D. de serv. urb. præd. leg. eleganter, in princip. D. de pign. act. l. Titius, D. quibus modis pign. vel hypoth. solv. l. neque*

l. neque pignus, *D. de reg. jur. leg. si prædium*, *C. de evict.* Surdus *decis.* 51. *n.* 2. *vers. hinc est cum seq. & dec.* 266. *sub n.* 2. *vers. credidit tamen senatus*, *& seqq. per totum*, Rota penès Card. Seraph. *dec.* 1333. *n.* 2. *vers. unde cum casule* &c. *ac seq. & in recent. dec.* 347. *nu.* 6. *vers. & in re propria*, &c. *part.* 5. cum aliis relatis per Statil. *de solv. interd. inspect.* 3. *c.* 2. *sub n.* 368. *vers. & sic non potest dici*, &c. *cum seq.*

Nec obstat, quod translatio dominii non fuerit ex eo contractu irrevocabiliter facta in creditores ob facultatem redimendi dicto Michaëli Angelo concessam, & re ipsa completam.

Quia cum dominii revocatio in proposito casu fieri deberet, prout facta fuit juxta formam etiam præscriptam à Statut. urbis *lib.* 1. *capit.* 194. *versic. possit tamen illa bona*, &c. mediante retrovenditione ac solutione pretii ab eisdem Doctoribus de Taurinis recepti, ut apparet ex publicis instrumentis sub die 8. julii 1636. & sub die 15. Martii 1431. Et hoc sanè non solùm invalescere, ac redintegrari non potuit hypotheca dictorum Dominorum, sed efficaciùs extinctæ fuerunt omnes ejus reliquiæ *lege si debitor*, §. *si in venditione*, ubi Fulgosius *sub n.* 2. *versiculo nota creditorem*, &c. *lege item liberatur*. *in princip lege si consensit in principio legis sicut*, §. *si voluntate*, *& lege penultima D. quibus modis pign. vel hypoth solv. lege* 2. *lege cum te à debitore*, *C. de remiss. pignor.* Crav. *consil.* 218. *sub n.* 10. *versic. ratio igitur*, &c. Gabr. *consilio* 155. *sub n.* 11. *versic. secundo quia*, &c. *libro* 1. Rota penès Durandum, *decis.* 445. *n.* 57. *versic. tamen quia creditor*, &c. *& dec.* 449. *n.* 3. *vers. imò Sforzia eo ipso*, &c. *cum seq.*

Minus obstat, quod resoluta per hujusmodi retrovenditionem vigore reservationis in ipso instrumento factæ adjudicatione, domus in pristinam causam ad hæredem Franciści redierit, ac proinde eisdem hypothecis præcedentibus obnoxia, ut respondit J. C. *in leg. voluntate creditoris*, *D. quibus mod. pign. vel hypoth. solv.* Gloss. *in l. fin. verb. indignum esse vers. vel refert an ex eadem*, *vel similis causa*, *&c. & C. de rem. pign. & juxta theor.* Bart. *in l. in diem*, *sub n.* 1. *vers. tota die contingit*, *&c. de aqua pluv. arcend.*

Quoniam esto (illæsa veritate) quod domus per Michaëlem Angelum hæredem Franciści dictæ facultatis vigore recuperata penès eum subinde fuerit eodem hæreditario titulo, quo ad ipsum antea pervenerat, non tamen in eandem hypothecam Dominis de Taurinis prius competentem reincidisse censeri potest, quæ in ipso recuperationis actu mediante illorum consensu retrovenditioni præstito, & facto receptionis pretii remansit prorsus extincta (prout dictum est) ita ut amplius revivisere non potuerit, licèt futura quoque bona comprehenderet *juxta dict. l. fin.* ubi DD. omnes, *Cod. de remiss. pign.* Negus. *de pignor. in* 3. *membr.* 6. *part. sub n.* 1. *vers. nam res ipsa*, *&c. lib.* 3. Asin. *de execut.* §. 6. *cap.* 102. *sub n.* 2. *vers. nec minus prædicta procedunt*, &c. Surdus *decis.* 163. *sub n.* 1. *vers. extat enim textus*, &c. Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 31. *sub n.* 60. *vers. sed hoc loco advertendum est*, *&c. & decis.* 146. *sub n.* 8. *vers. neque etiam*
7 *obligatio*, *&c.*

Neque repugnant leges pro limitatione adductæ cum glossa *in dict. leg. fin.* quam DD. communiter sequuntur.

Sive quia procedunt in casu quo contractus cum creditore, vel alio, ipso consentiente super bonis hypothecatis celebratus, aut non fuit re ipsa completus, aut ita facto partium, seu judicis resolutus, ut nullum habuerit effectum. Tunc enim justum & æquum est, quod sicut debitori, ita & creditori jus pristinum restituatur, ut respondit J. C. *in d. l. voluntate*, *D. quibus mod. pign.* & comprobatur in præcedenti *leg. sicut*, §. *si voluntate cum* §. *seq. D. eod.* in quibus terminis loquitur Gloss. *in d. l. final.* ac ibidem Placentin. Jacobus de Arena, Cyn. Bart. Bald. & Angel. & post alios explicat Hugo Donell. *sub n.* 7. *vers. remissionis pignori hoc vis est*, &c. Franc. Conan. *in commentar. jur. lib.* 4. *cap.* 19. *sub n.* 3. *vers. quid autem si voluntate creditoris venditum est pignus*, *&c. cum seq.* Non autem quando verâ & bonâ fide initus, atque perfectus fuit, licèt deinde debitor bona ipsa soluto pretio ex eadem, vel alia causa redemerit, ut ex generalibus verbis ac ratione *text. in dicta lege fin. C. de remiss. pignor.* sentiunt ibid. post Franc. Accurs. Alberic. *sub n.* 1. *vers. & licèt gloss.* &c. Hug. Donel. *in fin. vers. sic autem res caret suspicione*, &c. Franc. Conan. *dict. cap.* 19. *sub n.* 4. *vers. aliud est dicendum*, *&c.* & sequitur Asin. *de execut.* §. 6. *c.* 102. *sub n.* 2. *vers. Id autem intellexi*, *&c.*

Sive quia certè intelligi debent prout loquuntur, quando res per debitorem creditoris consensu in tertium alienata ab eodem ex pacto à principio convento recuperatur. Sicque ad pristinam causam redit à qua temporaliter non perpetuò fuerat extracta & sperata; non autem quando ab ipsomet creditore soluto illi pretio redimitur, quia non potest idem actus contrarios producere effectus extinc- 8
tionis nempe ac præservationis hypothecæ *contra legem*, *qui hominem*, §. *fin.* ubi Glossa *in verbo liberatur*, adducit concord. *D. de solut.* Alexand. *consil.* 66. *in causa*, *& lite sub n.* 17. *vers. quinimo*, 9
&c. *lib.* 3. Nec creditor jure conqueri valet, qui recepto pretio ejusdem rei commodum substantialiter consequutus est, perindè ac si illam penes se haberet, ita quod finalem adjudicationis effectum realiter obtinuit *ad leg. labeo.* §. *item si Dominus*, *D. de ver. signif.* ubi Glossa *in verb. pretium abest*, & Doctores Surdus *decis.* 306. *n.* 12. *vers. secundo* 10
respondeo, &c. Cavaler. *dec.* 579. *n.* 4. *vers. utique tale pretium*, &c. Pen. *dec.* 603. *n.* 14. *vers. secundo respondebatur*, *&c.* Ideoque meritò non potest hoc casu revivisere hypotheca per solutionem extincta, ut dictum est, & probatur ex *textu in dicta leg. eleganter in princip. D. de pignor. act. & in leg. si prædium*, *C. de evict.* Glossa *in leg. libera in verba non prohibuerit in fine Cod. de sent. & interloc. omn. Jud.* & benè explicat Mantica *de tacit. lib.* 11. *tit.* 31. *sub n.* 48. *vers. & quidem*, *&c. cum seq.* dicens quod tunc demum resoluto contractu redintegratur hypotheca, quando eadem ratio ob quam contractus resolvitur æquè viget pro conservatione ac redintegratione hypothecæ. Secus autem si non vi- 11
geat. Undè fortius si ratio resolutionis contractus præ se ferat extinctionem hypothecæ, ut in hoc casu.

Postremò non obstat, quod saltem comprehensa fuerit sub hypotheca futurorum bonorum dicti Michaëlis Angeli ad favorem dictorum Doctorum de Taurinis vel divi Joannis alterius ex eis pro satisfactione ejusdem debiti contracta in instrumento sub die 29. Martii 1630. celebrato. 12

Quia per adjudicationem, retrovenditionem ac solutionem pretii (ut dictum est) subsecutas extincta fuit quæcumque præcedens hypotheca super d. domo ex quavis causa competens DD. de Taurinis, ita ut Michaël Angelus, causam habentes ab illo non possint amplius ex hujusmodi causa molestari *ad leg. & si is*, *D. de distr. pignor.* & specialiter deducitur *in dicta leg. fin. C. de remiss. pignor.* ubi Cyn. *in fine*, *vers. postremo*, &c. & Bal- 13
dus *sub n.* 1. *vers. nota quod obligatio habens duo capita*, &c. Salyc. *sub n.* 4. *vers. quæro cur in casu nostræ legis*, &c. & Albericus *sub n.* 1. *vers. alia ratio est*, &c. Negusant. *de pignor. in membr.* 6. *part. sub n.* 41. *versicul. Adverte tamen*, *&c.* Nisi expresso partium consensu fuerit revocata (in quibus terminis DD. in contrarium adducti loquuntur, & intelligi debent) *juxta textus in dict. leg. cum te à debitore*, *Cod. de remiss. pignor.* & probatur *ex dict. leg. si quis ædes*, *versic. & si rursus*, *D. de serv. urb. præd.* ac explicant *in dict. leg. final* Jacob. Cujac.

in

in fine vers. semel remissa hypotheca, &c. & Hugo Donell. *sub dicta n. 7. versic. remissionis pignoris hæc vis est, &c.*

Præterea Domini considerarunt domum hanc retrovenditam fuisse Michaëli Angeli hæredi beneficiato Francisci, soluto ipsum Doctores de Taurinis integro
14 pretio, quo fuerat illis adjudicata, cum cessione jurium, ut legitur in prædictis instrumentis, cujus vigore, si quæ adhuc super dicta domo jura creditoribus competebant non extincta, transierunt integrè in dictum emptorem, ac cessionarium *juxta lege solvitur, si convenerit, vers. aliud est, &c. ibique glossa in verbo integrè, C. quibus modis pign.* Decius *consil.* 104. *& diligenter sub n. 2. versic. sed prædictis non obstantibus, &c. cum seq.* Rota penes Durandum, *dec.* 310. *sub n. 2. vers. cum in eum vigore d. cessionis & decis* 410. *num.* 4. *vers. quia cessionario, &c. ac in recent. decis.* 208. *sub n.* 3. *vers. cum enim, &c. & decis.* 228. *num.* 1. *vers. quia fuit responsum, &c. part.* 4. ac proinde non possunt modò cedentes eis uti super eadem re in præjudicium illius, & causam habentium ab eo *leg. quæritur, §. si venditor, D. de ædilit. edict.* Sur-
15 dus *consil.* 513. *sub n.* 5. *vers. secundo repellenda videtur, &c. & sequentibus*, Rota *decis.* 336. *sub n.* 1. *vers. non potest denuò redire, &c. ac decis.* 282. *sub n.* 1. *vers. quantùm attinet, &c. part.* 1. *& decis.* 373. *sub n.* 22. *vers. atque hoc præsertim, &c. part* 5. *recentior.* & in specie benè probat Cravett. *in dicto consil.* 298. *n.* 10. *vers. ratio igitur, &c. cum seq.* dicens, quod vel hypotheca per adjudicationem, ac venditionem successivè factam communi jure venditoris soluta, & extincta fuit, vel si supersit eo quia res vendita fuerit jure creditoris transiit in emptorem ita quod nullo casu potest ampliùs creditor ad eandem
16 rem experiri.

Nec ejusdem cessionis efficaciam ad hunc effectum offendunt clausulæ, *ita quod non retorqueatur*, & aliæ similes.

Quia non comprehendunt casum, quo ab ipso cedente inferunt molestiæ super eadem re cujus pretium illi solutum fuit. Hoc enim ab omni justitiæ ac æquitatis ratione prorsus abhorret *l. bona fides, D. de reg. jur. c. bona fides, eod. tit. in 6.* Decius *d. cons.* 104. *sub n.* 4. *vers. tertio hoc probatur, &c. cum seq.* & respondit Rota in Romana officii notariatus 25. *Junii* 1641. *coram bon. mem. Merlino in §. neque obstat quod Paradisus cum seq. & rursus in eadem coram R. P. D. meo Peutingero* 20. *Nov.* 1655. *in §. nec refert, quod hæc cessio, &c. confirm.* 27. *fin.* 1646. & 20. *Febr.* 1647. *coram eodem.*

Atque ita fuit resolutum utraq; parte informante, &c.

Emin. & Reverend. D. Card. CORRADO.

Romana legati.

Mercurii 22. *Junii* 1650.

ARGUMENTUM.

Legatum satis probatur ad effectum executionis, ex testamento hæredis legantis, & eo maximè ubi versamur in causa per plura de confessione facta in testamento, & parte non acceptante, & de favore piæ causæ.

SUMMARIUM.

1 *Legatum, etsi ore tenus dispositum, satis probatur absque scriptura, et testium depositione, si per testamentum ab hærede confirmetur ad effectum ut à succesoribus debeatur et executioni mandetur.*

2 *Eoque magis cùm hujusmodi dispositio ad piam causam sit ordinata, et præ se ferat, non solùm suffragium animæ legantis, qui legaverit ea in lege ut sacrificia divina celebrentur, verum etiam exonerationem conscientiæ ipsius hæredis, qui diutiùs defecit, atque distulit adimplere.*

3 *Confessio alicujus non potest impugnari ab ejus successoribus, et causam ab eo habentibus.*

4 *Confessio extrajudicialis ad favorem absentis, pro quo nemo fuit stipulatus, legitimam non inducit probationem.*

5 *Declaratur non procedere secundum æquitatem canonicam, et n.* 7.

6 *Æquitas canonica in causis piis servari debet in utroque foro.*

7 *Æquitate canonica attenta, confessio etiam extrajudicialis ad favorem absentis, pro quo nemo est stipulatus, plenam facit probationem; et Rota semper sequuta fuit hanc opinionem.*

8 *Confessio in testamento facta, regulariter non sufficit ad probationem debiti, quando non concurrit etiam confitentis dispositio.*

9 *Limitatur non procedere in confessione facta ob exonerationem conscientiæ, quæ attenta æquitate canonica bene probat.*

10 *Et sic facta, revocari non potest, nisi erronea probetur, perinde ac si fuisset jurata, vel ex tunc ab ipsis, quorum interest, acceptata.*

11 *Animæ salutis favore actus etiam aliàs de rigore juris imperfecti, sustineri debet, omni meliori et efficaciori modo.*

12 *Quod conceditur favore religionis insitæ juramento, pariter concedi debet favore animæ, pro cujus salute, conscientiæque exoneratione, juramentum ipsum relaxari, et moderari solet.*

13 *Pia dispositio finaliter ordinatur in Deum, ac illius acceptionem præ se fert.*

14 *Verisimilitudo operatur ut confessio attendi debeat in illis etiam casibus, in quibus aliàs non probaret.*

15 *Opinio, per quam consulitur saluti animæ, tanquam tutior, semper est amplectenda, rejectis juris apicibus.*

16 *Declaratio testatoris de solutione legati facienda ex certis redditibus non respicit substantiam legati prius facti, sed illius executionem per viam demonstrationis, non autem conditionis, vel taxationis.*

17 *Hæres non potest ex aliquo suo actu præjudicare legatario in juribus illi competentibus, tam in bonis legantis, quam etiam ipsius hæredis.*

DECISIO XX.

IMmissionem pro parte Ecclesiæ ac Hospitalis Immaculatæ Virginis de Horto nuncupatæ petitam pro satisfactione legati scutorum ducentorum, à q. Leonello de Leonellis eidem facti cum onere perpetuo celebrari faciendi divina sacrificia, Censuerunt Domini concedendam.

Nam illud probatur ex testamento Antonii ejusdem Leonelli filii an hæredis conditio die 7. Febr. 1627. in quo id ore tenus à parte dispositum fuisse fatetur atque ipse confirmat, quod sufficit ad illius probationem & executionem, non aliter ac si testium depositiones, vel scriptura exhiberetur *l. cum te, C. de transf.* & specialiter deciditur *in leg. fin. C. de fideicomm.* ubi Bart. *n.* 3. *vers. nota multum istam legem, &c.* Bald. *n.* 26. *vers. adde huic legi, &c.* Castr. *sub n.* 5. *vers. & secundùm hanc lecturam, &c.* Alberic. *sub n.* 3. *in fi. vers. alii moderni. &c. & n.* 4. Jas. *n.* 14. *vers. secundo nota &c. & in cap. indicante* ibique Glossa & Doctores *in verb. nudis verbis, &c. ac testament.* Ripa *in leg. nemo potest n.* 36. *vers. nota solutionem. D. de l.* 1 Surdus *decis.* 10. *n.* 12. *vers. secundo respondetur, &c. cum sequent.* Rota penes Mantic. *decis.* 57. *sub n.* 9. *versic. & ita vim habet scripturæ, &c.* ac sa. mem. Gregor. *dec.* 434. *n.* 14 *vers. & clarum est, &c. & in rec. dec.* 157. *sub n.* 4. *vers. ac omnem denique suppleat, &c. part.* 4. 1

Eòque magis cum hujusmodi dispositio ad piam causam sit ordinata, quia præ se fert non solùm suffragium animæ Leonelli, qui legaverit Ecclesiæ, ac loco pio, ea etiam ad lita lege, ut sacrificia divina perpetuò cele- 2

celebrentur *juxta textum in cap. animæ defunctorum* 13. *quæst.* 2. Abbas *cons.* 99. *Videtur primo sub. n.* 2. *vers. nam animabus defunctorum, &c. & sequentibus per tit. lib.* 1. Alexand. *consil.* 38. *viso themate sub num.* 3. *vers. potest tamen ad hoc responderi lib.* 1. Navarr. *de reddit Ecclesiast. quæst.* 1. *monit.* 26. *sub nu.* 2. *vers. verum consideratis omnibus, & seqq.* Verum etiam exonerationem conscientiæ ipsius Antonii, qui diutiùs defecerat, atque distulerat illud solvere, ac adimplere ut tenebatur *leg. nulli, Cod. de Episc. & Cler. leg.* 2. ibi, *cum non ex sola scriptura, sed ex conscientia relicti fideicommissi defuncti voluntati satisfactum esse videatur, &c. ad dicta lege fin. in fin. Cod de fideic. & in auth. de hæred. & fac. in §. his igitur à nobis præordinatis, & in dict. cap. indicante, &c. nos quidem, &c. si hæredes, de testament.* Baldus *in dicta lege fin. sub. n.* 36. dicens quod plus peccat ille, de quo plus confidit testator, *Cod. de fideicomm.* Franc. Arc. *cons.* 93. *viso legato, sub n.* 1. *vers. ita quando aliquis scit se ex lege conscia, &c.* & comprobatur ex traditis per Modern. Rom. *disc.* 83. *n.* 1. *vers. ideo talis recognitio est facienda, &c.*

Neque in alterius præjudicium tendit, quàm ejusdem Antonii ac ejus successorum, & causam habentium ab illo, qui hujusmodi confessionem impugnare
3 non possunt, Bec. *cons.* 21. *sub n.* 19. *vers. nam respondetur lib.* 2. Rota penes Buratt. *dec.* 243. *n.* 3. *vers. confessio autem, &c.* Coccin. *dec.* 152. *n.* 1. *versic. & hæ confessiones, ac dec.* 184. *n.* 1. *versic. quæ assertiones, &c. & in rec. decis.* 119. *sub n.* 1. *vers. sed etiam part.* 2. *&* dec. 578. *sub n.* 2. *vers. quod autem, &c. p.* 4.

4 Nec obstat, quod confessio extrajudicialis ad favorem absentis pro quo nemo fuit stipulatus legitimam, non inducat probationem.

5 Quoniam hoc non procedit secundum æquitatem
6 canonicam, quæ in causis piis servari debet in utroque foro, Bart. *in repet. l.* 1. *in fin. n.* 83. *vers. ex quibus conclu. C. de sacr. san. Eccl.* & alii DD. relati per Tiraq. *de priv. piæ caus. priv.* 163. Bec. *c.* 130 *sub n.* 28. *vers. & æquitas, &c.* Alexand. Mon. *de commut. ult. volunt. cap.*
7 20. *sub num.* 150. *versic. in quibus, &c.* Nam illa attenta, hujusmodi etiam confessio plenam facit probationem. Gabr. *cons.* 71. *nu.* 18. *vers. hæc etiam confessio lib.* 1. *& cons.* 40. *n.* 57. *vers. verum in terris Ecclesiæ, &c. lib.* 2. Put. *dec.* 12. *dicens, sub n.* 2. quod Rota semper sequuta fuit hanc opinionem 9. *decis.* 53. *n.* 1. *vers. quia confessio &c. lib.* 2. *in correct. & sa. me* Greg. *dec.* 408. *nu.* 2. *vers. quæ etiam si emanasset, &c. ac in rec. decis.* 158. *sub num.* 11. *vers. quod saltem procedit, &c. p.* 1. *&* dec. 404. *n.* 2. *vers. quæ juvantur, &c. p.* 2. *&* dec. 113. *n.* 9. *vers. unde licet ista confessio, &c. dec.* 136. *n.* 4. *vers. satis est, &c. ac. dec.* 256. *nu.* 2. *vers. quæ confessio, &c. p.* 5. & in terminis nostris probant Bald. *in auth. similiter sub n.* 1. *vers. respondè, &c. C. ad l. fale.* Felin. *in c. si cautio, sub n.* 27. *vers. fallit secundo, de fid. instr.* Corn. *cons.* 215. *sub n.* 5. *vers. quintimo, &c. lib.* 2. Marsil. *sing.* 202. *tu scis regulam, &c. sub num.* 2. *post med. vers. est & alius casus, &c.* Afflict. *dec.* 164 *sub n.* 5. *vers. & inter specialitates, &c.* Tiraq. *in d. tract. privil.* 116. Gabr. *com. concl. lib.* 1. *tit. de cons. concl.* 1. *n.* 68. *vers. decimo octavo limita.* Mascard. *de prob. concl.* 347. *n.* 99. *vers. decimo tertio limita, &c. & concl.* 1171. *n.* 62. *vers. decimò favore piæ causæ, cum seq.* Franc. Vin. *dec.* 486. *n.* 1. *ac seqq.* & Carocc. *dec.* 90. *n.* 4. *vers. contrarium videtur verius, &c. cum seq.*

8 Minus obstat quod confessio in testamento facta regulariter non sufficiat ad probationem debiti, sed magis conferat ad petitionem legati, quando confitentis dispositio concurrit *juxta leg. Lucius Titius, §. quisquis, ff. ad leg.* 2. *l. Lucius §. Semproniæ mulieri meæ. D. de l.* 3. *Aurelius, §. fin. D. de lib. legat.* Bart. *in leg. cum quis decedens; §. codicillis, sub n.* 3. *vers. hæc faciunt, cum seqq. D. de l.* 3. Ac proinde revocari possit, ut factum fuit in alio posteriori testamento ab eodem Antonio condito die 29. Junii ejusdem anni.

Quia non procedit objectio in confessione facta ob 9
exonerationem conscientiæ, quæ attenta eadem æqui-
tate canonica benè probat. Ideoque revocari non po- 10
test (nisi erronea probetur) perinde ac si fuisset jurata, vel ex tunc ab ipsis quorum interest acceptata, sic namque magis consulitur saluti animæ, cujus favore facta 11
censetur, & sustineri debet omni meliori, ac efficaciori modo. Hoc enim quod Bar. *in d. §. Codicillis* 12
sub n. 5. *vers. prædicta vera, &c. n.* 8. *vers. fallit si interveniat juramentum, &c.* concedit favori religionis instiæ juramento, ac præsentiæ, & acceptationi partis, vel alterius pro ea, pariter concedi debet favori animæ, pro cujus salute, conscientiæque exoneratione juramentum ipsum relaxari, & moderari solet *cap.* 1. *& c. debitores, in ult. resp. de jurejurand.* Ac piæ 13
dispositioni quæ finaliter ordinatur in Deum, ac illius acceptionem præ se fert, ut inquit Baldus *in dict. auth. similiter, sub dict. n.* 1. *Cod. ad leg. falcid.* Atque in specie probant idem Baldus *in leg. generaliter n.* 32. *vers. tamen de æquitate canonica, &c. C. de non n. pecun.* Angelus *in dict. leg. cum quis decedens, §. Codicillis*, quem sequitur Barbat. *in repet. l. cum acutissimi, n.* 283. *vers. & ideo singulariter dixit Angel. &c. Cod. de fideommiss.* Felin. *in dict. cap. si cautio, sub nu.* 27. *in* 2. *salient. ad fin. vers. & indubitantem, &c. de fid. instrum.* Socin. jun. *cons.* 90. *sub. n.* 4. *vers. cui confessioni, &c. lib.* 2 Paris. *consil.* 10. *sub. n.* 134 *vers. & verè sine aliquo dubio, &c. lib.* 2. Gulielm. Benedict. *in cap. Raynutius, in verbo si absque filiis, in primo sub n.* 26. *vers. ad hoc facit, &c. cum seq. & sub. n.* 28. *vers. ad prædicta facit, &c. & seq. de testam.* Cattel. Cotta *in memorab. in verb. absenti potest acquiri, &c. vers. confirmo etiam, &c. & in verb. apices juris, vers. ex his inferebat &c.* Franc. Marc. *dec. Delphin.* 461. *sub n.* 2. *vers. tamen illud. fallit, &c. part.* 1. Hercul. *de prob. negat. sub num.* 197. *vers. & ubi fit pro exoneratione conscientiæ, &c.* Afflict. *dict. decis.* 164. *sub num.* 5 *vers. item dicta confessio, &c.* Sebast. Med. *in ejus Opusc.* 4. *sub nu.* 10. *vers. tertio confessio facta, &c.* Durant. *de art. testand. tit. de legat. cautel* 6. *sub n.* 4. *vers. & ignorandum non est, &c.* Tiraquellus *de privileg. piæ causæ privil.* 117. ubi idem comprobant Modern. *in addit.* Mascardus *de probat. dict. concl.* 347. *sub. num.* 101. *vers. & ratio potest esse, cum seqq. ac n.* 25. *vers. quarto limitare poteris, &c. cum seqq. & dicta conclus.* 1171. *num.* 68. *versic. ad hæc*, Marant. *in prax. part.* 6. *art.* 5. *de confessione sub num.* 26. *vers. quarto limita, &c.* Antonius Faber. *in ejus C. lib.* 4. *tit.* 24. *de usur. definit.* 36. *vers. nec voluntatis secundæ, &c.* dices nihil esse indecentius, quàm propriis auribus audire hæredes, qui ne defuncti conscientiam exonerent propriam onerare non timent, & sequuntur plures ex DD. recentioribus scribentibus.

Leges autem, & auctoritates pro contraria opinione relatæ, vel non loquuntur in his terminis, vel procedunt quando testator confessus fuit debitum quod verè non erat tale, ut in *d. leg. Lucius Titius §. quisquis, D. de leg.* 2. *& in leg. Lucius Titius §. Semproniæ*, ac ibi explicat Cujac. *D. de leg.* 3. *ac in d. l. Aurelius §. fin. in fine D. de liber. legat.* vel in aliis casibus, in quibus sive incidenter, ac inconsulto absque nulla causæ expressione, sive in fraudem legis, aut hominis emissa præsumi potest, aut re ipsa redundat, ut in *leg. qui testamentum ff. de probat. l. cum quis decedens, §. penult. D. de l.* 3. *leg. rationes cum Auth. quod obtinet. C. de probat. & in Auth. de in jurand. à morient. præstit ubi gl.* & considerat Bartolus *in dicto §. codicillis, nu.* 4. *versic. præterea, &c.* & ibidem Albericus *sub n.* 9. *versic Adducunt etiam cum seqq.* & comprobat Joan. Crot. *consil.* 194. *lib.* 2. Quæ omnia cessant in hac facti specie, in qua de solo ipsius confitentis, ac ejus successorum agebatur præjudicio, & ex proposito ac matura deliberatione emanavit cum expressione causæ, & qualitatis facti, ac oneris injuncti, & cum specifica declaratione

ratione summæ, quam ipsemet Antonius legare voluit, ultra legatam à patre. Ex quibus omnibus redditur aleo verisimilis hujusmodi confessionis veritas, ut non videatur in dubium revocanda, esto quod in instrumento, vel testamento nullo seu revocato emana-
14 verit. Id enim operatur verisimilitudo, ut confessio attendi debeat in illis etiam casibus, in quibus alias non probaret, Surdus *decis.* 325 *vers. quia verisimilitudo, &c. cum seq.* Rota penes Buratt. *dec.* 100. *sub n.* 17. *vers. tanto magis ac in recent. decis.* 209. *n.* 7. *vers. quæ omnia, &c. part.* 6. fuit in specie consideratum *in Romana fideicommiss. de Capite ferreo* 19 *Febr.* 1646. *coram me, in §. hæc autem visa fuerunt Dominis, vers. cum præsertim, &c.*

15 Et hæc quidem sententia tanquam tutior, atque animæ favorabilior visa fuit Dominis in proposito casu amplectenda rejectis juris apicibus *ad leg. sunt personæ, in fine, D. de Religios. & sumpt. funer.* Archidiacon. *in cap. scriptum n.* 1. *versic. secundum alios 6. quæst.* 3. & plures adducti per Tiraquell. *de privil. g. piæ causæ, privil.* 164. & Cott. *in memorab. dicto verbo apices juris*, Viv. *dicta decis.* 486. *n.* 9. *cum seqq.* & alii suprà relati *in versic. quoniam hoc non procedit, &c.*

Postremò non obstat quod in prædicto testamento Antonius jusserit dictum legatum solvi ex pretio, seu pensionis cujusdam domus, ut in eo legitur, versic. *li quali scudi seicento lascio che si paghino, &c.*

16 Quoniam verba illa non respiciunt substantiam legati prius simpliciter facti, sed illius executionem per viam demonstrationis, non autem conditionis vel taxationis *leg. quidam testamento*, ubi explicat Bartolus *sub princip. versic. aliud enim est dicere, &c. D. de leg.* 1. *leg. Lucius Titius, D. de alim. & cib. leg.* & Castr. *consil.* 338. *quia exceptiones sub n.* 3. *vers. pro intellectu hujus dubii, &c. lib.* 1. Bero. *consil.* 17. *nu.* 23. *vers. & ad sic concludendum l.* 1. Laderch. *consil.* 159. *per totum.* Mantica *de conject. lib.* 9. *tit.* 3. *sub n.* 20. *versic. sciendum est etiam, &c.* Menoch. *consil.* 1162. *sub n.* 15. *vers. respondetur, &c. cum seq.* & cum aliis relatis per modern. Roman. *disceptat.* 256. *sub n.* 1. *& sub n.* 59. *vers. decimoquinto, &c.* & in specie legati ad pias causas facti
17 probat. Tiraquell. *de privil. leg. piæ causæ, privil.* 63. *vers. & hoc expresse, &c.* & sequuta fuit Rota *dec.* 662. *sub n.* 2. *vers. his accedit, &c.* & prius *d. n.* 1. *cum seq. part.* 1. *divers.* Quod certiùs firmandum est quoad summam Leonello legatam Hospitali, cùm non posset Antonius præjudicare juribus illi competentibus tam in bonis legatis: *juxta legem* 1. *C. commun. de legat.* Rota *penes Card. Seraphin. dec.* 1394. *n.* 3. *vers. unde cum pro hujusmodi legato, &c.* Duran. *dec.* 185. *n.* 4. *vers. hypothecariam autem, &c. cum seq.* Buratt. *dec.* 286. *n.* 14. *vers. cum ipsa, &c. & in recentiori decis.* 559. *n.* 1. *cum seqq. parte prima.* Quàm etiam ipsius hæredis juxta terminos, *leg. Is cui, §. si hæredes, vers. Imperator Antonius D. ut in possess. leg. & fideic. & leg. certa ex forma, C. eod. glossa in dict. l.* 1. *in verbo ipsius hæredis*, & Bart. *sub n.* 4. *vers. oppono ultimo, &c. C. comm. de legat.* & alii.

Et ita fuit conclusum utraque parte informante, &c.

Eminentiss. & Rever. D. Card. Otthobono.

Romana, seu Spoletana redditionis rationis.

Lunæ 31. *Januarii* 1650.

ARGUMENTUM.

Relatio Periti non debet excedere fines sui officii. Suspectus de fuga non dicitur qui habet fidejussorem, ac proinde uti talis, non potest carcerari. Obligatio facta ab existente in carceribus, non valet.

SUMMARIUM.

1 *Mandatum executivum corruit, corruente ejus fundamento.*
2 *Obligatio, et alii actus præjudiciales facti per carceratum, nullius sunt roboris.*
3 *Administrator ante dispunctas rationes non potest adhuc dici debitor occasione administrationis per eum gestæ.*
4 *Carcerari non potest debitor, uti de fuga suspectus, liquido non existente debito.*
5 *Carcerari multo minus potest existente fidejussore quo sufficienter sit cautum creditori, absque debitoris carceratione.*
6 *Obligatio non valet, neque subscriptio neque recognitio neque actus consimilis factus à debitore in carceribus existente.*
7 *Peritus ad certam peritiam electus, excedendo fines officii sui nullam reddit suam peritiam.*
8 *Peritus non potest assumere sibi partes Judicis cognoscendo, et declarando.*
9 *Inverisimilitudo debiti oritur ex longa dilatione, exigendi creditum facta à creditore inope, et pecuniis, etiam in exiguis summis, indigente.*
10 *Inverisimilitudo magna, et evidens facit oriri præsumptionem contra veritatem.*
11 *Præsumptio valida plurimum operatur ad movendum animum judicis.*
12 *Mandatum etiam executum, quod deprehenditur injustum, in nulla sui parte potest sustineri.*

DECISIO XXI.

RElaxato per A. C. mandato contra Pantaleonem Lucalbertum, tanquam Benedicti debitorem ratione administrationis per eum gestæ in scutis 3072. 32. & confirmato per R. P. D. meum Peutingerum præviis duabus decisionibus emanatis 5. Martii, & 30. Maii 1646. eoque executo pro scutis 2000. sine præjudicio residui, dum Benedictus instabat pro subhastatione pignorum, signatura mihi rescripsit, ut procederem ad ulteriorem legitimam executionem. Itaque ad formam commissionis dato dubio DD. hodie utraque parte informante responderunt non esse procedendum ad ulteriorem exequutionem.

Visum enim fuit constare de injustitia mandati A. C. utpote fundati super relatione tertii Periti, ut in extractu fol. 579. qua quidem ruente corruit etiam ipsum mandatum, Bur. *in cap. cum causa n.* 6. *de sent. & re judic.* Felin. *in cap. inter cæteras n.* 2. *eod. tit.* Afflict. *dec.* 47. *n.* 3. cum aliis per Vant. *de nullit. ex defect. proceff. n.* 129. Rota *coram Cardin. Seraph. dec.* 251. *n.* 1. *coram Penia dec.* 549. *n.* 1. *& in Milevit. domus*, 15. *Jan. anni præteriti in §. injustitiæ coram me.* 1

Periti autem relatio injusta evidenter probatur quia innititur libro computorum per Pantaleonem subscripto eo tempore, quo adhuc reperiebatur in posse curiæ carceratus ad instantiam Benedicti, unde subscritio, recognitio, & obligatio quæcumque per eum facta pro dicto Benedicto nullius erant roboris vel momenti *leg. qui in carcerem* 22. *D. de eo quod met cauf.* Roland *consil.* 2. *n.* 51. *cum seq. lib.* 1. Rota *dec.* 295. *n.* 2. post 2. *vol. conf. Farinacii in recentio. dec.* 490. *n.* 1. *& n.* 2. *part.* 1. *in Neapolitana domorum* 13. *Maii* 1641. *in princip. coram Eminentiss. D. meo Card. Verospio, in Baren. seu nullius pecuniaria* 1. *Julii* 1644. *& 26. Maii* 1645. *coram reverendo Præside Domino meo Cerro, & in Rom. Salviani* 12. *Jun.* 1646. *coram R. P. D. meo Arguelles Præside Granatensi.* 2

Quæ Pantaleonis carceratio tanquam de fuga suspecti nulla, & injusta fuit, tum quia incertum adhuc erat an ipse remaneret debitor occasione administra- 3

tionis

tionis per eum gestæ ante disjunctis ratione. Alexand. *consil.* 192. *n.* 2. & 3. *lib.* 7. Cephal. *consil.* 768. *n.* 14. Fachin. *cont. jur. lib.* 8. *c.* 58. *verfic. sed hoc fundamentum*, Fontan. *dec.* 234. *n.* 10. Rota *coram Buratt. de-*
4 *cis.* 880. *n.* 4. & tamen liquidum omnino creditum esse debuisset ad hunc effectum tam de jure communi, Baldus *in lege apertissimi* 14. *n.* 11. *C. de Judic. & in leg. consentaneum* 5. *num.* 25. *C. quomodo, & quando judex*, Joseph. Ludov. *Perusina dec.* 41. *n.* 3. Fontanell. *dicta decis.* 234. *n.* 12. Thesaur. *decis.* 200. *n.* 2. Rota *coram Buratt. decis.* 531. *n.* 1. *decis.* 495. *n.* 3. & *decis.* 653. *n.* 5. quàm ex dispositione reformationis fa. me. Pauli V. *sub rubr. de judic. in caus. civil. in §. mandata suspicionis fugæ.* Tum quia aderat fidejussor, adeo ut Benedictio prætenso creditori esset cautum sufficienter absque
5 Pantaleonis carceratione, Roman. *consil.* 320. *num.* 2. Carthar. *decis.* 117. *n.* 1. *in fine*, Rota *in recentior. decis.* 654. *num.* 5. & 6. & *decis.* 727. *num.* 4. *part.* 2. & *coram Buratt. decis.* 908. *sub num.* 8.

Neque obstat, quod Pantaleo tempore subscriptionis non reperiretur intra septa carcerum, sed ductus fuisset ad domum Hieronymi Floranantis Patrui Benedicti, quia etiam tunc reperiebatur in manibus Birruariorum, ideò perinde est ac si in ipsis carceribus subscripsisset, cum ad hunc effectum non sit curandum
6 de loco, sed videndum; an ibi obligans se, haberet plenam libertatem discedendi ad libitum, Natt. *consil.* 451. *num.* 16. Bursatt. *consil.* 72. *n.* 34. Rota *decis.* 25. *num.* 41. *part.* 6. *recentior.* & fuit decisum *in dicta Baren. seu Nullius Pecuniaria.* 1. *Julii* 1644. §. *final. coram R. P. Domino meo Cerro, & in dicta Romana Salviani* 26. *Feb. anni præteriti coram Rev. P. Domino meo Arguelles.*

Insuper Peritus declaravit Pantaleonem debitorem notabilis summæ ex causa augmenti grani ob differentiam mensurarum in eo colligendo, & vendendo
7 adhibitarum, & ex aliis causis, ut ipse Peritus asserit, ideo in hac parte excessit fines officii sui, quod versabatur circa dispungendas, calculandas partitas administrationis, nec poterat alias addere, aut minuere *juxta not. in cap. cum dilecta de rescrip.* Alexand. *consil.* 21. *n.* 4. *lib.* 7. Gabr. *consil.* 43. *n.* 18. *cum seq. lib.* 1. Rota *in recent. decis.* 759. *n.* 2. *part.* 3. *quæ est penes Buratt. decis.* 265. *num.* 5.

Nec minus obstat, quod partitæ à Perito calculatæ videantur justificari ex textibus examinatis pro parte Benedicti, quia cum pro parte Pantaleonis controvertantur, ex depositione aliorum testium ad ejus favorem examinatorum necessaria omnino erat judicis cognitio,
8 ac declaratio, ad quem spectat judicare & cujus partes non potuit Peritus assumere, Cephal. *cons.* 104. *n.* 26. Rimin. Jun. *cons.* 810. *n.* 31. Rota *coram bon. mem. Coccin. decis.* 422. *n.* 7. & *in recent. decis.* 526. *n.* 2. *part.* 4. & *in Milevitana redditionis rationis* 14. *Maii præteriti in fine coram reverendiss. D. meo Decano.*

Corroborantur prædicta ex eo, quod omnino inverisimile est Pantaleonem modicæ administrationi præfectum remansisse debitorem ingentis summæ scutorum 4072. 32. prout retulit Peritus, præsertim spatio decennii ab anno videlicet 1631. usque ad 1641. & absque ulla unquam solutionis, vel rationum instantia fuisse toleratum à Benedicto, quem constat eodem tempore exiguis etiam pecuniarum summis indiguisse, ac de illis sollicitum vehementer fuisse ipsumque Pantaleonem pluries enixè rogasse, ut illas ab aliis quoquo modo inveniret & consequenter non est tandiu
9 sui crediti exactionem distulisse, Alexand. *consil.* 183. *n.* 17. *post medium vers. & hanc partem lib.* 6. Menoch. *consil.* 457. *n.* 1. & 6. *n.* 12. & *de præsumpt.* 135. *n.* 19. *lib.* 3. Pedroch. *cons.* 3. *n.* 71. Simon de Præt. *consil.* 68. *n.* 1. Surdus *dec.* 105. *n.* 3. Rota *in Romana pecuniaria* 10. *Junii* 1624. *coram bon. mem. Merlino in-*

press. post Fenzon. ad statut. urb. dec. 152. §. *in propositio verò.*

Et ex hac quidem inverisimilitudine tam magna, & 10
evidenti resultat præsumptio contra veritatem prætensi crediti *juxta tradita per Bald. in lege.* 1. *n.* 16. *C. de serv. fugit.* Cyriac. *contr.* 328. *n.* 10. Surdus *decis.* 23. *n.* 11
15. Rota *decis.* 149. *n.* 14. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* & hanc plurimum operari ad movendum animum judicis dixit Rota *penes rec. mem. Coccinam, decis.* 423. *n.* 2.

Stante itaque mandati injustitia & executione ejusdem facta in nulla sui parte mandatum potest sustineri, 12
Bart. *in l. si non sortem* 26. §. *si centum in princip. & n.* 6. *ff. de condict. indeb.* Paris. *cons.* 81. *n.* 36. *lib.* 2. Rota *coram sanct. memor. Gregor. XV. dec.* 198. *n.* 1. & *decis.* 485. *n.* 4. *coram Burat. decis.* 91. *n.* 2. *coram Cavaler. dec.* 84. *n.* 1. & 2. & *in Bononien. Legat.* 29. *Maii* 1648. *coram R. P. D. meo Royas.*

Et ita fuit resolutum non esse procedendum ad ulteriorem executionem utraque parte ter acerrimè informante, &c.

Eminentiss. & Reverendiss. D. Card. CORRADO.

Romana Dotis.

Veneris 21. *Februarii* 1650.

ARGUMENTUM.

Confessio Viri de dote recepta, aliàs non justificata, non probat dotis numerationem: ac proinde nulla datur actio mulieri de dote repetenda, sed in tutum collocanda. Donatio inter Virum & Uxorem, & de jure prohibita, & etiam ex dispositione Statuti Urbis, quod ulterius, implicito: ac aliquo apparenti prætextu factas, irritat. Voluntas donandi justificatur ex legitimis conjecturis, & facti circumstantiis, Judicis arbitrio pensandis. Plures conjecturæ simulationis enumerantur.

SUMMARIUM.

1 *Confessio simplex facta à Viro, aliunde non justificata, non probat dotis numerationem.*

2 *Simulatio præsumitur sub colore quæsito, ac apparentis solutionis dotis prætextu: vel ob quandam honorificentiam, ad coæquandam conjugum disparitatem, non raro jactari solitam, nullam habendi veritatis substantiam. Vel ut donandi animus occultetur.*

3 *Donatio inter Virum, et Uxorem, prohibita est de jure communi.*

4 *Donatio inter Virum et Uxorum prohibita est per Statutum Urbis, lib.* 1. *cap.* 135. *cujus dispositio extenditur etiam ad palliatas, et quolibet prætextu vestitas, ubi procedit irritando.*

5 *Donandi voluntas, quæ ex facti circumstantiis apparet, legitimis conjecturis, Judicis arbitrio pensandis, satis justificatur.*

6 *Confessio dotis facta à viro, præsumitur simulata, quando non justificatur, aliundè concurrenti maximè pro conjectura, inverisimilitudine summæ, respectu inopiæ, et exigui status mulieris.*

8 *Paupertas satis dicitur probari, cum Juris communis præsumptioni conveniat, et verisimilis admodum sit: ac proinde ad persuadendum Judicis animum, sufficienter justificatur.*

7 *Paupertas mulieris præ se fert magnum inverisimile quod notabilem summam suum statum excedentem, in dotem solverit. Unde arguitur simulatio promissionis.*

9 *Pacta insolita apposita, et cautionem solitarum omissio in contractu, dat causam magnæ inveri-*

similitudinis quæ plurimum obtinet ut ipse contractus claudicet.

10 *Quæ fortiùs urgent ad conjecturandam simulationem, ubi partes, sive ipsarum altera, fuit aliter studiosa, ac solicita in se præcavendo.*

11 *Animus contrahentium, etiam ex actu nullo deprehenditur, ac probatur.*

12 *Instrumentum secundum super eadem re diversum à primo, voluntatem partium circa primum declarat; quod s. vel partes non intenderunt id verè agere, quod in præcedenti fuerat expressum, sed ex causis tunc eis bene visis simulare; vel saltem voluerunt ab illo postea recedere, ac illud reformare.*

13 *Instrumentum secundum diversum à primo super eadem re, auget præcedentem simulationis præsumptionem.*

14 *Malitia propria cuique suffragari non debet.*

15 *Interpretatio quælibet benignior est facienda, ut malitiæ occurratur.*

16 *Promissio præcedens dotis sequentis veritatis confessionem comprobare solet.*

17 *Declaratur procedere, quando præcedens promissio legitur, vel in antecedenti separato instrumento, vel Apocha matrimoniali, seu aliis aliundè legitimis justificetur probationibus, aliàs enim facile nimium legum dispositio illuderetur, cum eadem proclivitate fieri posset dotis promissio, qua ejusdem solutionis confessio.*

18 *Simulatio oriens ex confessione dotis de recepto facta à viro, non eliditur per justificationem exiguæ illius partis solutionis: et maximè ubi fiat à diversa persona quàm ab ea, ad cujus favorem facta est promissio, aliter suspecta.*

19 *Donatio inter sponsos, ante contractum matrimonium, non est prohibita.*

20 *Donatio inter sponsos quæ simulato receptæ dotis prætextu intenditur fieri, à lege maximè improbatur, ac specialiter irritatur, licèt matrimonii contractum præcesserit, et n. 28.*

21 *Donatio inter sponsos, cujus effectus confertur in tempus sequentis matrimonii, specialiter est interdicta.*

22 *Statutum Urbis, lib. 1. cap. 135. ex particulari dispositione, prohibet expressè donationes, non solùm inter Virum, et Uxorem, verùm etiam inter sponsum, et sponsam, præterquàm in casibus à Jure permissis.*

23 *Augmentum dotis Jure permissum est, etiam constante matrimonio.*

24 *Procedit, quando dotis augmentum est explicitè factum ex justa causa, juxta formam in legibus de hac disponentibus constitutam.*

25 *Non autem quando simulata dotis receptione, donandi animo facta fuit.*

26 *Donatio propter nuptias, etiam matrimonio constante, est à lege permissa.*

27 *Donare licet socrui.*

28 *Dos quæ apparet non data, non potest repeti.*

29 *Instrumentum, quod justæ veritatis essentiam, ac substantiam, obligationis in partium consensu positam, non habet, non est executioni demandandum.*

30 *Instrumentum simulatum, licèt superficialiter appareat Instrumentum tamen substantialiter, et intellectualiter non est tale.*

31 *Instrumentum simulatum, non potest cursu temporis convalidari, quia simulationis exceptio non tollitur quæ perpetua est.*

32 *Neque juramento potest confirmari, quando partes nihil, vel aliquid prohibitum agere voluerunt, quia tunc, vel deest consensus, vel potestas agentium.*

33 *Statutum Urbis l. 1. c. 135. præsumit hujusmodi juramentum, dolo ac metu extortum quo casu nihil operatur.*

34 *Statuta Urbis fuerunt auctoritate Apostolica, in his etiam casibus, in quibus juramenti validitatem restringunt, specialiter confirmata.*

DECISIO XXII.

PRæcedente Instrumento sponsalium inter Cæciliam de Comitibus, & Joannem Jaccium die 9. Januarii 1629. celebrato cum dotis constitutione scut. mille septingentorum, quorum mille quadringentos quadraginta quinque tunc confessus fuit recepisse à Lucretia ejus socru, quæ alios ducentos quinquaginta quinque solvere promisit modo idem convento. Contractum fuit matrimonium die 30. ejusdem mensis; Et cùm plures post annos exactos maritus ad inopiam vergeret obtinuit Cæcilia servatis servandis ab A. C. mandatum pro assecuratione dd. scutorum 1445. sine præjudicio residui, ac subinde illius executionem super nonnullis bonis possessis per DD. Jacobum Zoncham, & Laurentium Laurentinum singulares ipsius Joannis successores titulo emptionis constante matrimonio. Verùm his appellantibus causaque Rotæ commissa dubitavi. An d. mandatum sit exequendum Et Domini negativè responderunt ratione injustitiæ illius.

Quoniam simplex illa Joannis confessio aliundè non justificata non probat Dotis numerationem *leg. 2. ubi glossa in verbo Instrumenti, C. de dot. caut. non numerat. glossa in leg. 1. verbo auxerit, C. de don. ante nupt.* sed præsumitur sub eo quæsito ac simulato solutionis prætextu. Vel apparens quædam honorificentia, ad coæquandam Conjugum disparitatem (qualis in proposito casu inter sponsum honestæ conditionis virum, ac sponsam humilioris gradùs mulierem, ut ex processu apparet, vigebat) non rarò jactari solita nullam habent veritatis substantiam ad *leg. 3. §. fin. cum leg. seq. ubi DD. ff. commodat.* Angelus *in leg. 1. sub princ. Vers. in textu C. de donat. ante nupt.* Roman. *cons. 445. sub n. 8. vers. quare dicta confessio. &c.* & latè probat Paris. *cons. 86. à n. 20. vers. Verum istis non obstantibus cum seq. lib. 3.* Constant. Bugger. *de Dot. §. 5. n. 1. versic. primo casu, &c.* Gab. *cons. 163. n. 40. vers. nam omnes in hoc conveniunt &c. l. 2.* Alvar. Valasc. *consult. 5. sub n. 21. versic. quintus casus &c.* P. Molin. *de justitia, & jure tom. 2. disp. 439. sub n. 8. Versic. & quid tenendum &c.* Sanchez. *de matrimon. lib. 6. disp. 9. sub n. 2. vers. prima conclusio sit*, Rota *penes Barat. decis. 775. sub princ. vers. Veritas autem &c. n. 1.* Duran. *decis. 98. n. 14. vers. & non est novum &c. & in Maceraten. Census 15. Febr. 1641. coram R. P. D. meo Royas in §. Præcipuum Resolutionis fundamentum &c.*

1

Vel donationis animus occultari, quod legibus adversatur tam communibus, *totum tit ff. de don. inter Vir. & Uxor. leg. si non verum & l. creditor. C. eodem leg. 1. C. de donat. ante nupt.* Gabriel *consil. 163. sub n. 30. vers. præterea lib. 2.* Menoch. *præsumpt. 12. sub n. 5. Versic. primus est, &c. lib. 3.* quàm municipalibus Urbis lib. 1. cap 135. Cujus dispositio non solum donationes expresso titulo, verum etiam sub hujusmodi concessionibus, ac aliis prætextibus implicito factas æquè comprehendit ac irritat, ne alias facilè illudatur ejus dispositio Put. *decis. 55. num. 2. versic. & statutum & lib. 3. in Correct.* Gabriel *consil. 142. n. 22. versic. nec obstat. lib. 2.* & in specie firmavit Rota *in Romana Domus de Regardis 13. Januarii 1649. coram Reverendiss. Domino meo Decano in §. Præterquam quod Versic. quod habere locum, &c.*

2

3

4

Nec obstat quod confessiones hujusmodi ante matrimonium contractum ex receptori DD. sententia regulariter factæ censeantur non quidem animo donandi affectionis ardore ac blandimentis allecto, sed verius sub spe futuræ solutionis; cujus non secutæ exceptio ex planè is adductis per informantes pro Cæcilia cessare in hoc casu prætenditur.

5

Quia

5 Quia non procedit objecta conclusio, quando ex facti circumstantiis donandi voluntas apparet quæ legitimis conjecturis Judicis arbitrio pensandis satis justificatur, Castr. *consil.* 58. *viris his, sub n.* 3. *versic. restat respondere, &c. lib.* 2. Anchar. *consil.* 90. *in fin. restat respondere, &c. quia igitur sumus in materia &c.* Paris. *consil. fine versic. quia igitur sumus in materia &c.* 55. *n.* 26. *vers. nam simulatio, &c. cum seqq. lib.* 1. Becc. *consil.* 52. *n.* 47. *vers. ultima est conclusio &c. lib.* 1. Gabriel. *conc.* 74. *n.* 5. *versic. standum igitur est arbitrio Judicis &c. lib.* 1. Mantica *de tacit. lib.* 11. *tit.* 20. *sub n.* 16. *in fine vers. licet ideo &c.* Cæsar Ursil. de Affl. ct. *decis.* 402. *sub n.* 7. *in fine vers. tandem, &c.* Valas. *dicta consultat.* 5. *sub n.* 21. *versic. & probatur.* Rota *penes Cardinal. Seraph. decis.* 660. *sub n.* 3. *versic. & excusationis, &c. ac eundem Mantica decis.* 325. *n.* 3. *versic. & ad probandam simulationem, &c.* Buratt. *decis.* 108. *n.* 6. *vers. prædicta autem &c. decis.* 802. *n.* 1. *vers. nam vulgare est & cap.* 4. *divers. ac in Romana pecuniaria* 9. *Junii* 1636. *coram bon. me. Merlino* apud Modern. *de Cameral. obligat. decis.* 181. *sub n.* 23. *in fine & seqq. vers. Cumque vim & pondus conjecturarum, & decis.* 283. *n.* 13. *vers. cum propter probationis difficultatem &c. parte* 5. *recent.* & in aliis relatis *in Anconitana Donationis* 27. *Jan.* 1648. *coram Me in* §. *Conjecturæ vero, &c.*

Plures autem Dominis visæ fuerunt in hac facti specie concurrere, id omninò convincentes, ac apertè demonstrantes.

6 Primò scilicet & qualitate personæ Cæciliæ, ac Lucretiæ illius matris à qua summam prædictam recepisse Joannes confessus fuit; nam pauperes erant ambæ, ac humilioribus exercitiis (honestis quidem) tenuem sibi victum quærebant: ut Testes examinati deponunt, ita ut Lucretiam per Urbem questuantem interdum vidisse se quidam affirmet. Quorum depositiones corroborantur ex eo, quod pro ipsa Cæcilia dotanda ad piorum largitiones & Confraternitatum subsidia pauperibus virginibus præstari solita, confugisse constat tam ex prædicto, quàm ex alio sequenti Instrumento die 1. Februarii ejusdem anni celebrato. Unde magis detegitur earum inopia, ut non consideravit Rota *in Romana Dotis seu restitutionis in Integrum* 27. *Junii* 1629. *coram bon. mem. Merlino* apud Modern. Forolivien. *post tract. de pignorat. decis.* 23. *in* §. *minus obstat Instrumentum, &c. sub n.* 15. *vers. ex quo arguitur potius simulatam fuisse promissionem, &c.* Quæ visa fuit Dominis ex prædictis etiam secundum donationis tempus satis probari cum juris communis præsumptioni conveniat, & verisimilis admodum sit, ac proindè ad persuadendum Judicis animum sufficienter justificetur *cap. sicut* 47. *dict.* Rota *dec.* 240. *num.* 3. *versic. ex quorum dictis, ac seq. par.* 4. *divers. & in Fanen. dotis* 20. *Nov.* 1641. *coram R. P. D. meo Cerro,* §. *paupertas visa fuit sufficienter probata &c.* Ideoque inverisimile omnino est, quod notabilem illam scutorum mille quadringentorum summam haberent, ac solverint, ut benè probant Salic. *in l.* 2. *sub n.* 3. *vers. & Ideò &c. C. de dot. caut. non numerat.* Gabriel. *dicto conc.* 142. *sub n.* 15. *vers. imo ex qualitate mulieris, lib.* 2. Menochius *de præsump.* 12. *n.* 16. *vers. Hæc tamen opinio, &c. lib.* 5. Rota *penes Buratt. dicta decis.* 108. *sub n.* 7. *versic. secundo considerabant &c.* Duran. *decis.* 98. *n.* 13. *vers. quia d. dotis constitutio, &c.* & in his terminis *in dicta Romana dotis seu Restitutionis in integrum* 27. *Junii* 1629. *coram bon. mem. Merlino sub dicto n.* 5. *dicto vers. ex quo arguitur potius simulatam fuisse promissionem &c. ac seq. & in Macerat. census* 15. *Februarii* 1641. *coram R. P. D. meo Royas in* §. *tertia elicita fuit ex paupertate, &c.*

9 Secundò ex qualitate facti insolito, ac inverisimili modo gesti. Siquidem asseritur in eo Instrumento, quod prædictæ quantitatis numeratio præcessit illius celebrationem, ac ipsum sponsaliorum contractum tunc initum, nullaque penitùs exhibetur cautio, seu publica, seu privata, qua nedum illius assecuratio, sed ne quidem numeratio justificari valeat, quod sanè nullius prudentis judicio admitti potest, pauperes nempè mulieres naturâ timidas, suspiciosas atque tenaces notabilem hujusmodi pecuniarum summam tot laboribus, ac ærumnis (ut asserunt) longo tempore conquisitam, viro juveni, extero, ac nondum probatæ fidei, qui facilè poterat illarum receptionem negare, vel à proposito ipsam ducendi in uxorem divertere, & in alienas partes secedere, ac demum illas restituendi, vel assecurandi facultate carere, ultro crediderint, ut fuit consideratum in *dicta Romana dotis seu Restitut. in integrum coram bon. mem. Merlino* apud dict. Modern. *de Pignor. dicta dec.* 23. *n.* 10. *vers. quæ videntur, &c. & in Romana nullitatis contractus* 18. *Junii* 1631. *coram Reverendiss. Terracinen. in recentiores dec.* 55. *n.* 22. *vers. sed magna insurgit inverisimilitudo, &c. ac seq. part.* 6. *& prius decis.* 239. *n.* 11. *vers. tertio non videtur verisimile, &c. ac seq. parte* 4. *tomo* 2. *& decis.* 61. *sub n.* 9. *vers. prima enim conjectura ac dicta decis.* 283. *sub n.* 8. *vers. & ex pactis etiam insolitis eam seq. parte quinta.* Quæ fortius urgent in proposito 10 casu in quo tanta fuisse dignoscitur in subjecta materia Lucretiæ sollicitudo, ut longe leviores summas, ac exigui valoris mobilia non anteà illi credere voluerit, quam matrimonium cum filia contraxisset, prout legitur in utroque instrumento. Unde magis redditur inverisimile quod aliter exegerit, ubi major vigebat præcavendi ratio, Rota *dicta dec.* 239. *n.* 15. *vers. maxime quia &c. part.* 4. *tom.* 2. *inter recentiores.*

Tertiò quia expressè renuntiavit d. Joannes in ipso actu exceptioni non solutæ, ac numeratæ quantitatis prædictæ, ut apparet ex eodem Instrumento in quo etiam legitur juramentum. Quo casu non censetur con- 11 fessio facta sub spe futuræ numerationis cui specialiter fuit renuntiatum, sed verius animo donandi, qui ex actu etiam nullo probatur *l. fin. ff. de rebus eorum,* Socin. *in leg.* 1. *n.* 100. *vers. quarta conclusio sit. ff. solut. matrimonio* Gabriel. *dicto consil.* 163. *n.* 42. *versic. Prima conjectura est, &c. cum seq. lib.* 2. Mantica *de tacitis lib.* 11. *tit.* 20. *sub n.* 20. *versic. & hæc confessio, &c.* Rota *penes Buratt. decis.* 285. *n.* 2. *vers. quæ opinio &c. absque difficultate procedit, &c.* & in aliis.

Quartò ex postea gestis. Nam celebrato (ut præmissum est) dicto Instrumento die 9. Januarii 1629. Aliud subsecutum fuit die 1. Februarii ejusdem anni, in quo denuo fuerunt contracta sponsalia, & dos constituta d. Joanni in summa scutorum ducentorum, quinquaginta monetæ modo ibidem convento solvenda, pro cujus restitutione (quando casus contigisset) ac lucri dotalis solutione juxta formam statut. Urbis se obligavit sub hypotheca bonorum, forma Camerali, 12 & juramento, ut in eo legitur, quod maximè attendi debet, nam ex eo declarantur partium voluntas, quæ vel non intenderunt id verè agere, quod in præcedenti fuerat expressum, sed ex causis tunc eis benè visis simulare, vel saltem ab illo voluerunt postea recedere, ac reformare juxta *l. pacta novissima, C. de pact.* Baldus *in leg. ab Anastasio sub n.* 10. *vers. item hæc lex. &c.* & ibi Salyc. *sub n.* 4. *vers. item præstat aliud argumentum &c. C. mandat.* Castr. *in lege penult.* §. *si vir uxori sub n.* 2. *vers. ego nescio* ibi. *quia probat numerationem non fuisse factam, &c. ff. solut. matrimon.* Roman. *conc.* 445. *sub n.* 4. *versic. secundus quod aliquando, &c.* Cenc. *conc.* 421. *Plenè & subtiliter, &c. sub n.* 13. *vers. & specialiter facit &c. cum seq.* Curt. senior. *conc.* 54. *sub n.* 11. *vers. fortiùs ad prædicta comprobanda &c.* Soc. sen. *consil.* 27. *sub n.* 24. *vers. Tamen in terminis nostris, &c. & Vers. & probatur ista conclusio &c. cum seq. lib.* 4. Ursil. de afflict. *dicta dec.* 402. *n.* 8. *Vers. verum in prædictis,* Mantica *de tacitis lib.* 11. *dicto tit.* 20. *n.* 7. *Vers. item hæc exceptio n.* 24. *Vers. cæterum &c.*

Nec obstat quod posterius hoc instrumentum fuerit juxta assertum quendam abusum confictum ad extorquenda hujusmodi subsidia dotalia à Ministris Confraternitatum Virginibus tantùm pauperibus, & aliam congruam dotem non habentibus elargiri habentibus.

Quia præterquam quod nec id justificatur, nec est verisimile in hoc præsertim casu; in quo si vera fuisset præcedens dotis constitutio in quantitate præfixa; detestabilis atque illicita omninò esset hujusmodi simulatio, qua mediante bona inopum necessitatibus destinata surripiuntur, ac piæ Testatorum dispositiones fraudantur, & exacta (qualis exposcitur) ac illibata executorum fides, solertia, integritas, & vigilantia, seu decipitur seu redarguitur.

Non ideò eliditur quinimo augetur præcedens simu-13 lationis præsumptio ad *l. non omnes §. A Barbaris ff. de re militar. cap. illo vos in fine.* ubi glossa *in verbo consueverunt*, & DD. *de pignor. cap. fin. el malus de regul. juris in 6.* Menoch. *præsumpt. 122. n. 100. vers. vigesima secunda præsumptio, &c. lib. 3.* Mascard. *de probat. conclus. 445. à n. 5. versicul. Probari etiam poterit simulatus contractus cum seq.* Rota *dec. 179. d. n. 21. vers. sexta conjectura est &c. p. 4. tom. 2. & decis. 594. n. 12. vers. in hac autem materia p. 5. recent. & in Romana pecuniar. 9. Junii 1636. coram bon. mem. Merlino in §. secunda insurgit conjectura &c. in dicta Anconitana donationis coram Me in §. Decima quia.* Nam illa præsumptio quæ ex solito simulandi deduci solet in hac materia urget sanè validius contra eos, qui in tantam propriæ conscientiæ perniciem, ac proximi detrimentum id agere consueverunt, & in eos acrius detorqueri debet, ne propria illis suffra-14 getur malitia contra *text. in cap. ex terrore, §. non igitur de reserv. & in c. 2. vers. verum quoniam, de dol. & contum.* Ut igitur hæc omnia cessent potius 15 censeri debet dictum secundum Instrumentum ad veritatis declarationem, ac præcedentis reformationem, celebratum fuisse, prout justitiæ, ac æquitati congruebat, *lege merito, ff. pro soc. leg. quoties 2. ff. de rebus dub.* Rota *penes sanct. mem. Gregor. dec. 493. n. 5. versic. tamen præsumi debet &c. cum seqq. ac in recent. dec. 254. n. 8. Vers. unde si aliquid præcipit, &c. part. 5. & sæpè in aliis.*

Neque relevat asserta præcedens dotis promissio, 16 quæ sequentis confessionis veritatem comprobare solet. Quia in eodem ipso Instrumento, ac verborum periodo facta legitur, quo illius receptio in summa prædicta fuit confessata, ibi, (Lucretia &c. dedit in legitimam sponsam Cæciliam &c. quæ consensit, & promisit matrimonio cum eo contrahere cum dote, & dotis nomine scut. 1700. monetæ modo infra scripto, videlicet scut. 1445. d. Joannes confessus fuit habuisse, & recepisse à dicta Lucretia, &c. de quibus &c. per pactum exceptioni renunciavit &c. Reliqua verò scut. 255. dicta Lucretia promisit solvere, &c.) Idcoque effectum operari non potest, 17 nisi aliundè ex antecedenti separato Instrumento, vel apocha matrimoniali, seu aliis legitimis probationibus justificetur, alias enim facilè nimium legum dispositio illuderetur cum eadem proclivitate fieri posset dotis promissio, qua ejusdem solutionis confessio, ad *leg. qui testamentum, ff. de probation.* Gratian. *consil. 36. sub. n. 11. versic. quia in casu nostro, &c. cum seq. lib. 1.* & fuit dictum *in Romana Casalis. 13. Jun. 1635. coram Reverendiss. Salamantino, in §. final.* & judicatum referunt Antonius Fabr. *in ejus C. lib. 5. tit. 10. definit. 9.* & alii recentiores.

Nec pariter relevat, quod justificetur in ea parte, 18 in qua subsidia dotalia per Confraternitates solvenda promissa fuerunt. Quia nec illa in omnibus congruit posteriori instrumento, ut patet ex utriusque lectura, nec sufficit pro justificatione alterius partis, tum quia exilem continet summam respectu confessatæ, tum quia à diversis personis solutam, non autem ab ea cujus favore facta fuit confessio aliis suspecta, ut in his termi-

nis respondit Rota *in d. Romana dotis, seu restitutionis in integrum 27. Junii. 1629. co. bo. m. Merlino in d. §. minus obstat Instrumentum solutionis sub n. 13. & seq.*

Præterea non obstat, quod licèt dicta confessio præ se ferat donationem, illa tamen inter sponsos ante con- 19 tractum matrimonium non sit prohibita *jux. l. 1. l. cum in te, leg. si ante matrimonium, l. de rebus, cum seq. C. de don. ante nupt.*

Tum quia conclusio procedit in donatione palam, ac bona fide facta, non autem in ea, quæ simulato receptæ dotis prætextu intenditur fieri. Hanc enim lex maximè abhorret, ac specialiter irritat, licèt matrimo- 20 nii contractum præcesserit *de l. 1. in vers. in vero donandi animo, &c.* ubi glossa *in verbo auxerit, & in verbo nihil actum est, &c.* dicit rationem, quia in tempus sequentis matrimonii confertur ejus effectus, quo specialiter est interdicta *l. quod sponsæ, C. eod.* & concordes notant *in d. l. 1.* Cyn. *in princ. vers. secundo casu, & sub n. 1. vers. modo quæritur &c.* An- 21 gel. *in principio, vers. in secundo,* Fulg. *sub n. 2. vers. aliquando constituetur animo donandi, &c.* Alber. *sub n. 1. vers. si vero &c.* Sicard. *sub n. 2. vers. quicquid autem &c. & alii, Cod. de don. ant. nupt.* Jas. *in leg. si divortio sub nu. 8. vers. subdit Bart. &c. D. de verb. oblig.* Menoch. *præs. 12. sub n. 1. vers. & hæc quidem opinio, &c. lib. 3.* Trentac. *resol. 7. sub n. 3. vers. in primo casu &c. sub tit. de jur. dot. lib. 3.* Valasc. *consult. 5. n. 4. vers. & primus casus est. &c.* Surd. *cons. 196. sub n. 27. in fin. vers. tamen dicunt &c. cum seqq.* P. Molin. *d. discept. 439. sub n. 8. vers. quando autem de confessione dotis receptæ,* &c. Sanchez *de matrim. l. 6. disc. 9. sub. n. 3. vers. secunda conclusio &c.*

Tum quia ex particulari dispositione Stat. Urbis d. lib. 1. c. 135. prohibentur expressè donationes non so- 22 lùm inter virum, & uxorem, verùm etiam inter sponsum, & sponsam præterquam in casibus à jure permissis, qualis non est prædictus, imò expressè prohibitus, ut dictum est.

Nec potest ex eo sustineri, quod cum facta fuerit in ipso Instrumento dotali vim habeat augmenti dotis, quod jure permissum est etiam constante matrimonio *jux. l. si constante, & l. cum multæ, C. de donat. ante* 23 *nupt.* & aliàs fuit dictum *in Albanem. donationis 27. Nov. 1613. coram bon. mem. Merlin. impress. post. 12. Modern. de camer. oblig. dec. 245.*

Quoniam id procederet quando dotis augmentum fuisset explicitè factum ex justa causa juxta formam 24 in præfatis legibus constitutam, & in *l. fin. C. de donat. propter nupt. in Auth. de æqualitat. dot. collat. 7. quæ est Novell. 7. c. 1. & specialiter in d. l. cum multæ in §. simplices etenim donationes,* ibi, *& hoc ipsum significaverit,* &c. prout expressum fuerat *in d. Alban. coram bon. mem. Merl.* ut in ea legitur in §. *neque obstat quod donatio prædicta &c. vers. sed imo potius,* &c. non autem quando simulata dotis re- 25 ceptione donandi animo facta fuit, ut probatur *ex text. in l. creditor,* ibi *cum tam ea quæ simulatè aguntur, quàm quæ in uxorem à marito donationis causa tempore matrimonii procedunt propter juris civilis interdictum pro infectis habeantur &c. C. de donat. inter vir. & uxor.* Imo hoc etiam titulo specialiter prohibetur *in d. l. 1.* ibi, *An verò donandi animo dotem auxerit, ut videatur accepisse quod non accepit* &c. ibique glossa *in verb. auxerit &c. C. de donat. ante nupt.* Cyn. Alber. & alii præcit. DD. Atque ideo in *d. Alban. coram bon. mem. Merlino* fuit declarata valida illa donatio, quia tanquam expressè facta in instrumento dotali pro augmento, ac justa dotis recompensatione importabat in effectu donationem propter nuptias etiam matrimonio constante à lege permissam ut in ea legitur in §. *neque obstat quod donatio prædicta, &c. ac per tot.*

Postremò non obstat quòd in omnem casum nihil 26 præfatus Joannes donaverit Cæciliæ ipsius sponsæ sed Lucretiæ socrui à qua dictam summam recepisse confessus

fessus est quod licuisse videtur *l.* 3. §. *socrui ff. de donat. inter vir. & uxor. & leg. si te in vacuum, C. eod.*

27 Quia constat ex ipso Instrumento donationem principaliter factam fuisse Ceciliæ cujus nomine tanquam mater, & legitima administratrix Lucretia intervenit, cuique nominatim restitutio in casibus contingentibus tam constante, quam soluto matrimonio promissa fuit, ut ibi legitur. Unde removetur objectum. Quod etiam
28 præmissis simulationis præsumptionibus eliditur, *leg. Sulpitius*, §. *si color*, *ff. de don. inter. l. filiæ meæ*, *ff. solut. matrim. l. data. C. de don.* Bald. *Novel. de dot. p.* 10. *sub n.* 14. *Vers. nam tunc*, &c. Menoch. *ad arb. jud. cas.* 459. *sub n.* 28. *vers. ita etiam non potest*, Rota *dec.* 683. *sub n.* 2. *vers. quod etiam DD. dixerunt*, &c. *part.* 2. *recent. & penes Burat. decis.* 612. *n.* 2. *& in aliis.*

29 Quare cùm ex præd ctis appareat nullo pacto justificari prætensæ dotis solutionem non est concedenda illius repetitio *l. pen.* §. *mulier*, *ff. sol. matr.* & concluditur *in d. l.* 1. *in fi.* ibi, *& quod in dotem datum non est repeti non potest*, *C. de don. ante nupt. & in d. l.* 1. ibi, *ita demum te ad petitionem dotis admitti posse, si dotem à te re ipsa datam probatura es*, &c. *C. de dot. caut. l. si quis post hac, in princ. versic. dos etiam*, ibique glossa *in verbo dotalium*, *C. de bon. præscr.* Nec exhibiti Instrumenti
30 executio, quod justæ veritatis essentiam, ac substantiam obligationis in partium consensu positam non habet, Bald. *in l. fi.* §. *in computatione sub n.* 17. *in fin. vers. de illo non est dubitandum.* &c. *cum seq.* dicens quod In-
31 strumentum simulatum licèt superficialiter appareat instrumentum, tamen substantialiter, & intellectualiter non est tale, *C. de jur. delib.* & in his terminis probat Soc. *d. cons.* 27. *sub n.* 24. *vers. & quia iniquum esset*, & *c. n.* 25. *vers. ex quibus sequitur*, &c. *plur. seqq. lib.* 4. Paris. *cons.* 54. *sub n.* 19. *vers. istis tamen non obstantib. cum seqq. lib.* 4. Becc. *cons.* 51. *sub n.* 35. *vers. tertia conclus. cum seqq. lib.* 1. Rota *dec.* 741. *n.* 3. *hoc tamen non obstante*, &c. *p.* 3. *rec.* & fuit resolutum *in d. Rom. pecun. co. R. P. D. meo Decano dec.* 61. *num.* 8. *vers. quæ adminicula*, &c. *c. seqq. p.* 5. *dec.* 159. *sub n.* 7. *vers. neque obstat* &c. *cum seqq. p.* 6. *dec.* 11. *n.* 20. *vers. nam contractus simulatus*, *p.* 7. *eorumdem.*

32 Neque potuit eo cursu temporis convalidari, quia simulationis exceptionem non tollit, quæ perpetua est, ut notant Part. Bald. & alii DD. *in l. si sub specie*, *C. de postuland.* Socin. *in d. l.* 1. *sub n.* 102. *in secunda limitatione*, *vers. sed contraria opinio* &c. *ff. sol. matr.* Paris. *d. cons.* 86. *n.* 55. *vers. & magis ista suadentur*, &c. *lib.* 3. Ceph. *cons.* 163. *sub n.* 21. *vers. quæ conclusio*, &c. *cum seq.* Mant. *de tac. lib.* 11. *tit.* 20. *n.* 29. *vers. secundò extenditur*, &c. Rota *penes Buratt. d. dec.* 208. *n.* 17. *Vers. & ex prædictis*, cum aliis relatis per Modern. Rom. *disc.* 693. *n.* 12. *vers. minus obstat lapsus temporis*, &c.

33 Neque juramento confirmari, quando partes nihil vel aliquid prohibitum agere voluerunt, quia tunc vel deest consensus, vel potestas agentium, ut per Paris. *d. cons.* 54. 41. *vers. hinc postremo*, *cum seqq. lib.* 1. *ac de cons.* 86. *n.* 49. *vers. prout & secundò*, &c. *cum seq. lib.* 3. & latè probat Gabr. *cons.* 142. *sub n.* 6. *vers. verum hoc casu* &c. *cum seqq. usque ad fi. lib* 2. Valasc. *d. consult.* 5. *sub n.* 21. *v. quintus casus principalis etiam est*, &c. Rota *penes Buratt. dec.* 873. *sub n.* 3. *vers. nec obstat*, *ac seq. dec.* 925. *n.* 6. *versic. non obstat præcipuum*, &c. *cum seq. ac in rec. dec.* 55. *n.* 13. *vers. nec quidam facit* &c. *cum seqq. & d. dec.* 259. *n.* 9. *vers. & operatur p.* 6. Ut hæc quidem
34 conclusio magis procedit in hoc casu stante dispositione d. Statuti l. 1. c. 135. præsumentis hujusmodi juramentum dolo, ac metu extortum, quo casu nihil operatur, Bart. *in l. omnes populi sub n.* 25. *vers. sed si statutum* &c. *ff. de just.* & Bald. *in auth. sacramenta puberum*, *sub n.* 5. *vers. & ideo in multis locis* &c. ac ibidem Castr. *n.* 11. *versic. sed si quæritur. C. si adver. vend.* Honded. *cons.* 5. *sub n.* 40. *Vers. ultimum de juramento*, *cum seq. lib.* 2. Rota *penes Buratt. d. dec.* 612. *sub n.* 6. *Vers. tum quia quidquid sit*, &c. *cum seqq. ac in Romana donationis de Cupis* 5. *Jun.* 1602. *coram rec. mem. Card. Pamphilio in §. nec huic conclusioni obstat*, *& penes Duran. dec.* 18. *sub n.* 2. *versic. quod & si in dicto statuto*, &c. *ac seq. ac in recent. d. dec.* 11. *sub n.* 17. *versic. nec relevat*, &c. *cum seqq. par.* 7. Eoque certius cum Statuta urbis fue-35
rint auctoritate Apostolica in his etiam casibus, in quibus juramenti validitatem restringunt specialiter confirmata, ut patet ex litteris sa. me. Gregorii XIII. dat. Kal. Junii 1488. in princ. ejusdem voluminis regiistratis, ac notat Galganet. *ad d. c.* 135. *in fi. verb. nam & si statuta disponentia circa juramentum*, &c. & comprobant Paris. *d. cons.* 86. *sub n.* 53. *versic. & eo magis ista procedunt*, &c. *lib.* 3. Gabr. *d.* 142. *sub n.* 10. *vers. verum statutum.* &c. *cum seqq. lib.* 2.

Et ità fuit conclusum utraque parte informante, &c.

Emin. & reverend. D. Card. CORRADO.

Romana Dotis.

Sabbath. 26. Novembris 1650.

ARGUMENTUM.

Plura de simulatione resultante ex confessione dotis de recepto facta à Viro, absque quod aliundè appareat ejus solutio, & de causis ipsius simulationis. Et de juramento contractui simulato appositio.

SUMMARIUM.

1 *Confessio simulata dotis solet esse, vel ad honestandam, speciosæ dotis prætextu, inæqualem sponsæ conditionem, ut matrimonium cum illa honorificentius appareat.*

2 *Vel ad celandam sub eo titulo donationem, etiam inter sponsos prohibitam ex dispositione Statuti Urbis lib.* 1. *c.* 135.

3 *Confessio dotis simulata non habet executionem.*

4 *Confessio dotis etiamsi facta ante contractum matrimonium, non probat veram numerationem, nisi ex præcedenti promissione, vel aliis probabilibus conjecturis justificetur.*

5 *Conjecturæ simulationis, cum ex variis causarum figuris, et occultatis partium machinationibus multipliciter resultent, non possunt certa omninò lege determinari, sed prudenti arbitrio, in singulis speciebus æstimari debent, ponderatis circumstantiis facti, qualitate personarum, et totius rei gestæ serie, ac præcipuè verisimilitudine.*

6 *Paupertas, ad effectum arguendæ collusionis in Instrumentis dotalibus, satis dicitur probata ex levioribus probationibus, etiam multis adminiculis constantibus, quæ juris communis præsumptioni conveniant, et maxime verisimiles sint.*

7 *Paupertatis justificatio à communiter ac regulariter contingentibus benè deducta, non eliditur ex contrariis assertionibus de iis quæ rarò, et in quibusdam specialibus, et non promiscuè accidunt.*

8 *Paupertas mulieris, et non Viri, facit super inverisimili præsumere confessionem dotis esse simulatam.*

9 *Alimenta præstita à Viro Uxori, non solùm ad maritalem affectionem sed etiam ad conventa et solutæ dotis quantitatem referri possunt, et debent.*

10 *Causa simulandi, sufficit quod sit probabilis, et ex conjecturis justificetur.*

11 *Regis sententiam offendens nihil validè gerit.*

12 *Causa simulatinis, quæ sub honorificæ dotis velamine, conjugii celat disparitatem, vel donationis animum, legibus communibus, seu municipalibus, adversantem obducit, non eliditur, si con-*

feſſio dotis receptæ facta per Virum, emanaverit tempore non ſuspecto, quo non erat alieno ære gravatus, cùm talis animadverſio excludat ſolùm simulationem, quæ fraudem, ac præjudicium creditorum præ ſe ferret: quoniam ex diverſis cauſis proveniunt, diverſasque præ ſe ferunt qualitates.

13 *Lapsus temporis ad opponendum non numeratæ dotis exceptionem, non rejicit simulationem ex conjecturis validis resultantem.*

14 *Simulationis præsumptio validè resultans in actu, non eliditur per interventum personæ diversæ, illi tamen cum quo simulatur conjunctissimæ.*

15 *Commodum cujus respiciat promissio dotis, licèt sit facta diversæ personæ, ad hoc ut cognoscatur collusio potissimùm attendi debet.*

16 *Juramentum pro observantia appositum contractui simulato, non potest actum simulatum confirmare, cùm deficiat totalis partium consensus, ac veritatis essentia, ex quo partes non intendunt, quidquam verè efficere, sed ostentare.*

17 *Statutum Urbis lib. 1. cap. 131. tollit omnem Juramenti vigorem, ubi detegitur simulatio in contractu; præsumens illud dolo, ac metu extortum, et nihil vult omninò operari.*

18 *Cujus statuti dispositio comprehendit utique tam donationes expressas, quàm etiam tacitas ac palliatas confessionum prætextu, quæ legibus adversantur etiam inter sponsos.*

DECISIO XXIII.

REſolutionem in hac cauſa factam die 21. Februarii præteriti coram Me, hodie denuo exactè diſcuſſam Domini confirmarunt.

1 Quia confeſſio dotis in ſumma ſcutorum 1445. receptæ à Joanne Jaccio, facta in inſtrumento ſponſalium inter ipſum, & Cæciliam de Comitibus celebrato ſub die 9. Jan. 1629. non ſolùm juſtificatur, ſed potius ſimulata dignoſcitur vel ad cohoneſtandum ſpecioſæ dotis prætextu inæqualem ſponſæ conditionem
2 ut matrimonium cum illa honorificentius appareret; *juxt. leg. ſi quis poſt hæc verſ. Dos etiam, C. de bon. præſcrip.* & gloſſ. *in l. ſi voluntate in verbo petendi, C. de dot promiſſ.* vel ad celandam ſub eo titulo donationem etiam inter ſponſos prohibitam ex depoſitione
3 Statuti Urbis *lib. 1. cap. 135. jux. l. 1. C. de donat. ante nupt.* Ac proinde petita pro ea ſumma exequutio contra bona poſſeſſa per Zoneam, & Laurentinum ſingulares ejuſdem Jaccii poſſeſſores titulo emptionis concedi non debet, *leg. penult. §. mulier, ff. ſoluto matrim. l. 1. C. de dot. caut. non n. l. 1. C. de donat. ante nupt.* & fuit latius probatum *in præcedenti deciſ. ſub die 21. Febr.* emanata, cujus fundamenta viſa fuerunt inconcuſſa vigere.

4 Si quidem certum eſt quod hujuſmodi confeſſio etiam ſi facta ante contractum matrimonium non probat veram numerationem; niſi ex præcedenti promiſſione, vel aliis probabilibus conjecturis juſtificetur *leg. 1.* ibique gloſſ. final. *in fin. ibi etiam ſi ante matrimonium, &c. C. de dote caut. non numera. d. l. ſi quis poſthac C. de bon. præſcript.* Bart. *in l. ſi divortio ſub n. 3. in fine. Verſ. quæro quid ſi ante matrimonium, &c. ff. de Vera oblig.* Jo. Andreas *in addit. ad Speculat. part. 4. ſub rubr. de donat. inter virum & uxor. ad finem verſ. ſecundo caſu, &c.* Port. *in §. 1. n. 14. verſ. & idem eſſet, inſtit. de literarum oblig.* Gabr. *conſ. 163. n. 11. ver. Et in dubio, &c. cum ſeq. n. 15. ver. in dubio autem, &c. cum ſeq. lib. 2.* P. Molin. *de juſt. & jure tom. 2 diſp. 439. num. 18. verſ. his ita conſtitutis &c. cum ſeqq.*

5 Neque ſub ea ſpe facta cenſetur quando contrariæ urgent conjecturæ ſimulationem præ ſe ferentes, quibus illa bene probatur, & ſatis conſtare cenſetur, quæ cum ex variis cauſarum figuris & occultis partium machinationibus multipliciter reſultent, non poſſunt certa omnino lege determinari, ſed prudentis arbitrio in ſingulis ſpeciebus æſtimari debent ponderatis circumſtantiis facti, qualitate perſonarum, & totius rei geſtæ ſerie, ac præcipuè veriſimilitudine (prout in hoc caſu) cenſuerunt Domini validas & ſufficientes ad demonſtrandam inveriſimilitudinem, atque ſimulationem dictæ confeſſionis relatas in eadem præcedenti deciſione, Dec. *conſ. 644. viſo, & perlecto eleganti conſilio ſub n. 4. ver. circa primum cum ſeqq.* Didacus *præl. quæſt. lib. 3. cap. 7. ſub n. 3. in fine verſ. modo*, Valaſc. *conſult. 5. ſub n. 21. verſ. & probatur*, Menoch. *de Arbitr. Judic. caſu 247.* Becc. *conſ. 52. ex n. 41. verſ. ad probandam ſimulationem*, & aliis relatis reſpondit Rota *in Aven. Simulat. 29. Jan. 1635. coram Eminentiſſ. D. meo Card. Panzirolo in rec. deciſ. 11. ſub n. 13. verſ & ſaltem ex omnibus, &c. cum ſeqq. p. 7. ac in Romana pecuniaria 9. Junii 1636. coram bon. mem. Merlino* apud Moder. Rom. *de obligat. Camer. deciſ. 181. ſub n. 23. in fin. verſ. cumque vim ei pondus conjecturarum, cum ſeqq.* & aliis relatis in præcedenti deciſione in §. *nec obſtat quod confeſſiones hujuſmodi.* &c.

Neque obſtat quòd paupertas præfatæ Cæciliæ, ac Lucretiæ ejus Matris ex qua potiſſimùm redditur inveriſimilis dicta confeſſio, & veritas illius excluditur, non fuerit ſufficienter probata; Quia non ſolùm ex depoſitionibus teſtium pro parte D. Zonchæ, & Laurentini examinatorum illarum conditionis notitiam tempore matrimonii contracti, & longè antea tanquam vicini habentium: verum etiam ex inſtrumento producto juſtificatur, in quo reſiduum dictæ dotis pro ſumma ſcutorum 255. & confraternitatum ſubſidiis pauperibus virginibus præſtari ſolitis, & ex piorum largitionibus redigendum promittitur, prout ex alio Inſtrumento ſub die prima ſequentis Menſis Februarii factum apparet.

Quæ omnia cum Juris communis præſumptioni 6
conveniant, & maximè veriſimilia ſint, neque contrariis aſſertionibus generics, ac informibus, nullaque concludenti ratione fulcitis, ullatenus elidantur, ſatis utique probant ad hunc effectum paupertatem jux. gloſſ. *in Auth. præterea, in verbo locuples, verſ. vel verius, C. unde vir & Uxor.* Bart. *in l. ſi conſtante ſub n. 14. verſ. in caſibus verò ff. ſoluto matrim.* Didacus *reſol. 6. ſub num. 8. verſ. qualiter paupertas probetur lib. 2.* Beninca ſ. *in tract. de paupert. q. 6. ſub num. 14. cum ſeqq. verſic. & ibi perfecta & plena probatio haberi non poteſt, cum ſeqq.* Jo. Lup. *in repet. c. per veſtras §. 18. ſub num. 37. verſ. Bonus ergo Judex ex diverſitate caſuum hoc poterit cognoſcere, f. mihi 211.* Rota *dec. 233. ſub n. 6. verſ. & ita arbitrati ſunt DD. in hac materia paupertatis*, ac proinde elidunt præfatæ confeſſionis vigorem Salicet. *in l. 2. ſub n. 3. ver. & ideo ſolum mihi videtur conſiderandum, C. de dot. caut. non n.* Jo. Campeg. *de dote p. 1. q. 52. ſub n. 6. ver. limita tamen*, Rot. *dec. 685. ſub n. 6. var. & reſpectu Julii p. 2. recent. ac in aliis.*

Et licèt admitteretur quod honeſtioris etiam gradus puellæ dotem ex proprio patrimonio, vel aliunde habentes, hujuſmodi tamen ſubſidia interdum à confraternitatibus conſequantur; id tamen paſſim ac promiſcuè fieri non ſolet, ſed rarò & in caſibus ſpecialiter adeò qualificatis, ut eandem, ac forte majorem attenti perſonarum conditione pauperratis rationem præ ſe ferant, nec illæ ab aliis privatis perſonis, quæ puellarum ſtatum, & inopiam exactius inquirunt, eleemoſynas quæritant; Ideoque ex his, quæ rarò, ac in quibuſdam ſpecialibus caſibus, & non promiſcuè acci- 7
dunt, non eliditur paupertatis juſtificatio à communiter, ac regulariter contingentibus bene deducta *c. 1.* & ibi notant, DD. *de Cler. non reſi. l. 1. nam ad ea, & l. ideo quia antiquiores, ff. de legibus l. quædam, §. nummularios, ff. de edend. ea quæ rarò ff. de reg. jur.* Gloſſ. *in l. neque natales, verſ. & notat. hic argumentum &c. C.*

de

de prob. cum concord. penes Nicol. Everard. *in loco à communiter accidentibus.* Rota *dec.* 484. *n.* 11. *vers. nam respondebant, &c. dec.* 485. *n.* 7. *vers. quia à communiter accidentibus, &c. p.* 3. *lib.* 3. *divers.*

8 Hincque apparet non relevare divitias & qualitatem sponsi eam dotis quantitatem promerentis, cum ad hunc effectum considerari debeant facultates, & possibilitas mulieris ad *l. quæro & l. cum post*, §. *gener. ff. de jure dotium*, nec alimenta longo tempore præstita
9 uxori, quæ non solum ad veram conventæ dotis quantitatem in summa scutorum 255. referri possunt & debent, Socin. *in l.* 1. *n.* 94. *vers.* 7. *limita, &c. ff. soluto matr.* Did. *resol.* 1. *sub n.* 6. §. *sic ex confessione receptæ dotis, &c. vers. addit tamen Baldus, &c. lib.* 1. Menoch. *præs.* 12. *sub n.* 23. *Vers. & hæc posterior opinio, &c. sub n.* 73. *vers. extendit secundo, &c.* & ita utrique objecto respondit Rota *d. dec.* 683. *n.* 6. *vers. ex quibus, &c. sub n.* 13. *vers. minùs præsumi potest, &c. p.* 2. *ac in Romana dotis seu restit. in integrum* 27 *Junii* 1629. *coram bon. mem. Merlino* apud Modern. Forolivien. *de pignoribus decis. quoniam responsum fuit, &c. cum seq. & sæpè in aliis.*

Minus subsistit objectus defectus causæ simulandi, cum ante matrimonium contractum licuerit sponso palam sponsæ donare: ac proindè dotis receptæ color necessarius non fuerit.

Nam illa honorificentiæ ratione humilioris condi-
10 tionis uxorem redarguerunt à notis, & consanguineis cum tenuissima dote duxisse, & etiam juris municipalis prohibitio *d. lib.* 1. *c.* 135. verisimilem præbuerunt simulandi causam quam sufficit fuisse probabilem, & conjecturis justificari, ut in specie tradit Valasc. *de consult.* 5. *sub n.* 21. *in* 5. *casu vers. & probatur l. causa simulationis* Socin. *in d. l.* 1. *sub n.* 101. *vers. reperio etiam, &c. & in vers. quia datur monicum, &c. ff. sol. matr.* Hond. *cons.* 46. *n.* 28. *vers. & quia causa illa, &c. lib.* 1. P. Mol. *de just. & jure d. disp.* 439. *sub n.* 8. *vers. ut quid tenendum sit*, Rota *in Romana restitui pretii Appalt.* 25. *Jun. &* 4. *Jul.* 1584. *coram Robusterio inter Criminal. Farin. & in d. Murinen. simulat.* 29. *Jan.* 1635. *coram Eminent. D. Card. Panzirolo in rec. dec.* 11. *n.* 4. *vers. quæ quidem sufficiens causa fuit simulandi, &c. cum seq. p.* 7. *recent. & in d. Romana pecun.* 9. *Jun.* 1636. *coram bo. me. Merlino decis.* 181. *n.* 8. *vers. quod propriè cum seqq.* apad Modern. *de Camer. oblig.*

Nihil enim tunc sponsus tradidit, donavitque sponsæ, sed quæsito dotis colore (ut præmissum est) verè realiter si quid agere intendit illud sanè eo titulo contulit (porrò ut ipsi utilius erat ratione commodi, ac etiam lucri dotalis municipali jure constituta *eod. lib.* 1. *c.* 132.) in tempus matrimonii, quo traditionem sub prætextu restitutionis promisit *jux. l. cum hic status* §. *oratio, vers. si sponsus sponsæ donaverit, &c.* ubi gloss. *in verbo pertinere, & l. si quis uxori*, ibique Gloss. *in verbo in dotem, ff. de donat. inter vir. & uxor.* ac proinde
11 legis sententiam offendens, nihil validè gessit, nam si quod potuit, noluit, & quod voluit facere nequivit *d. l.* 1. & ibi Gloss. *in verbo nihil actum est, &c.* Cyn. Angel. Fulgos. Alber. Sicard. alii, *& quod sponsæ in verbo sine effectu, C. de donat. ant. nupt. l. creditor.* ibi, *cum tamen ea, quæ simulatè agantur quàm quæ in uxorem à marito, &c. pro infectis habeantur, &c. C. de donat. inter Vir. & Uxor.* Surdus *cons.* 169. *sub n.* 28. *vers. & procedit etiam si fiat ante matrimonium cum seq.* Menoch. *de præs.* 12. *sub n.* 1. *vers. & hæc quidem opinio, &c. lib.* 3. Sanch. *de matrim. lib.* 6. *disp.* 1. *sub n.* 6. *vers. secunda conclusio cum seq. & disp.* 9. *sub n.* 2. *Vers. prima conclusio sit, & seq.* cum aliis relatis *in præcedenti decisione* §. *præterea non obstat, versic. tum quia conclusio.*

Deinde non obstat quod hujusmodi confessio emanaverit tempore non suspecto, quod prætatus Joannes alieno ære oppressus non erat.

Quoniam hæc quidem animadversio causam illam simulationis excludit, quæ creditorem fraudem, ac præjudicium præ se fert de qua in *l. ait prætor* §. *si cum* 12
mulier, ff. quæ in fraud. cred. & in l. 2. *de revocand. his quæ in fraud. cred. & in Auth. sed jam necesse*, ibique Gloss. *in verbo suspicio, C. de don. ante nup.* & de hac modò non agitur; non autem illam in præsentia vigentum, quæ sub honorificæ dotis velamine conjugii celat disparitatem, de qua in *d. si quis post hæc vers. dos etiam*, & Gloss. *in d. l. si voluntate in verbis petentis, C. de dotis prom. vel donandi animum legibus communibus, seu municipalibus adversantem obducit, ut in l. si non verum & d. l. cred. C. de don. inter Vir. & Uxor.* quoniam ex diversis causis proveniunt diversæque præ se ferunt qualitates, ut habetur in dd. ll. & explicant Bart. *in vulg. cons.* 65. *factum tale est.* Petr. Nic. *sub n. Vers. circa secundum cum seq.* Bald. *cons.* 249. *si per libros Thesaurariæ sub n.* 2. *vers. etiam ad evidentiam præmitto lib.* 1. Socin. sen. *cons.* 264. *sub n.* 3. *vers. circa secundam Quæstionem, cum seq. lib.* 2. & in specie declaravit Salyc. *in d. l.* 2. *sub n.* 3. *vers. & ideo solum mihi videtur considerandum, C. de dot. caut. non n.* Bald. *Novel. de dot. priv.* 10. *ult. n.* 12. *vers. si autem dicerent, & alle.* P. Mol. *d.* 439. *sub. d. n.* 8. *v. ut quid tenendum cum seq.*

Qua ratione ob lapsum temporis ad opponendum non numeratæ dotis exceptionem, hæc non rejicitur. Socin. *in leg.* 1. *n.* 102. *vers. sed contraria opi-* 13
nio indubitanter est vera ff. sol. matrim. Didac. de *resol.* 7. *sub n.* 14. *vers. quarto itidem constat. lib.* 1. Sanchez *de matrimon. lib.* 6. *dictæ disp.* 9. *n.* 9. *vers. quando autem hæc confessio habet vim donat.* Rota *penes san. me. Greg. dec.* 67. *n.* 6. *vers. non obstat lapsus biennii & d. dec.* 683. *sub n.* 11. *vers. & ex prædictis. p.* 2. *recent.*

Præterea non obstat quod confessio facta fuerit ad favorem Lucretiæ matris Cæciliæ, à qua Joannes summam supra dictam asseruit dotis nomine recepisse, non 14
autem ab ipsa uxore; ideoque cesset suspicio. Tum quia interventus personæ adeo conjunctæ non elidit, sed magis confovet alias concurrentes præsumptiones simulationis, quæ facilius hoc modo moliri potuit, *l. si sponsus* §. *generaliter tenendum est, l. Sulpitius* §. *si color ff. de donat. inter vir. & uxor. leg. filiæ meæ ff. soluto matrim. l. data*, ibi siquidem clandestinis ac domesticis fraudibus facilè quidvis pro negotii opportunitate consigni potest, vel id quod verè gestum est, aboleri, *C. de donat.* & declarat Bald. *Novel. de dot. p.* 10. *de privileg. ult. sub n.* 14. *versic. nam tunc ratione sanguinis subest suspicio fraudis*, Paris. *cons.* 143. *sub n.* 22. *vers. præterea lib.* 4. Alva Valasc. *d. consult.* 5. *sub n.* 14. *vers. quinto quidam limitant, &c.* Sanchez, *de matrim. d. lib.* 6. *dup.* 1. *sub n.* 8. *vers. tertia conclusio*, Rota *penes Comitol. decis.* 86. *n.* 15. *vers. idque perstatur*, cum aliis adductis *in præced. decisione in* §. *Postremò non obstat cum seq. & in dict. Romana pecuniaria coram bon. mem. n.* 20. *vers. ponderando etiam qualitatem consanguinitatis.*

Tum quia Lucretia in dicto Instrumento tanquam mater, & legitima administratrix Ceciliæ cui etiam nominatim promissa fuit dictæ summæ restitutio, ut in eo legitur & consequenter illa confessio in commodum ac beneplacitum ejusdem Ceciliæ principaliter emanavit, quod maximè attendi debet, ut probatur ex *text.* 15
in dicta leg. Sulpitius in princip. vers. sic color. ff. de donat. inter vir. & uxor. Claud. Seyssel, *in l.* 1. *sub n.* 35. *vers. sextò limitat.* Bald. & ibi declarat Barbos. *p.* 6. *sub n.* 49. *vers. sed cavendum est, &c. cum seqq. ff. soluto matrim.* & comprobat Lup. *in Rubric. de donat. inter Vir. & Uxor.* §. 20. *sub n.* 12. *in fine vers. sed in casu dubii, cum sequentibus*, quem sequitur Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 12. *n.* 85. *vers. quarta est conjectura.*

Non obstat denique juramentum promissorium in

fine dicti instrumenti adscriptum pro observantia in ex
16 contentorum. Tum quia certum est quod confirmare non potest actum simulatum per quem non intenderunt partes quidquam verè efficere, sed ostentare, quia tunc deficit totalis earum consensus, ac veritatis essentia *juxt. text. in cap. animadvertendum 22. quæst. 2. leg. emptionem*, ibid. gloss. *in fin. verbo. quid autem, &c.* Bald. Salyc. & alii *in leg. final. C. plus valet quod agitur* Ruin. *cons.* 130. *n.* 4 *vers. & dato, lib.* 1. *& consil.* 132. *sub n.* 4. *vers. primo casu, & infra lib.* 4. Paris. *cons.* 54. *sub n.* 41. *vers. hinc postremo diximus, &c. cum seqq. lib.* 1. *& cons.* 86. *sub n.* 49. *vers. prout & secundo cum seq. lib.* 3. Gabr. *cons.* 143. *n.* 15. *vers. nec obstat quod in hoc instrumento l.* 2. Valasc. *dicta consultat.* 5. *sub n.* 21. *vers. quintus casus principalis etiam est.* Laderch. *cons.* 189. *n.* 8. *in fine vers. sanè tamen in hac specie, cum seq.* & Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 21. *tit.* 8. *n.* 55. *vers. præterea contractus simulatus, &c.* Seraphin. *privileg. Jurament.* 71. *sub n.* 36. *vers. vel potest dici, & privileg.* 73. *vers. secundò limita, &c.* Rota *penes Buratt. decis.* 612. *sub n.* 6. *vers. tum quidquid sit, cum seq. decis.* 873. *sub n.* 3. *vers. nec obstat cum seq. & decis.* 924. *sub n.* 6. *vers. non obstat præcipuum, & unicum fundamentum cum seq.* Marescot. *res.* 61. *n.* 4. *vers. quia aliàs lib.* 1.

17 Tum quia dicitur omnis instrumenti vigor ex prædicto Statuto auctoritate Apostolico specialiter confirmato, *lib.* 1. *cap.* 131. præsumente illud dolo, ac metu extortum, & nihil omnino operari. Paris. *dicto consil.* 86. *sub n.* 53. *versic. & eò magis ista procedunt lib.* 3. Gabr. *consil.* 142. *sub n.* 19. *versic. verum Statutum Urbis cum seq. lib.* 2. & notat ibidem Galganett. *in Comment. ad finem vers. nam etsi statuta disponentia circa juramentum :* cujus quidem Statuti dispositio com-
18 prehendit utique tàm donationes expressas quàm etiam tacitas, ac palliatas hujusmodi confessionum prætextu, quæ legibus adversantur, etiam inter sponsos, *dicta l. versic. an verbo donandi animo, &c.* ubi glossa *in verbo auxerit, & in verbo nihil actum est, C. de donat. ante nupt. cum concord. supra relatis in §. nihil enim tunc sponsus tradidit*, ne aliàs hujusmodi machinationibus facilè nimis justa, prudensque statuentium illudatur intentio, ut latè probat Socin. *consil.* 66. *sub n.* 10. *versic. postremò prædicta conclusio cum seq. lib.* 1. Gabriel. *dicto consil.* 142. *num.* 22. *versic. nec obstat, lib.* 2. Mantica *de tacitis lib.* 31. *tit.* 1. *sub n.* 18. *& versic. Porrò non solùm donationes expressæ*, & respondit Rota *penes Crescent. decis.* 2. *de confession.* Puteus. *decis.* 7. *& decis.* 55. *sub n.* 2. *versic. & Statutum, lib.* 3. *in correctis, & in his terminis in Romana Domus de Beguardis*, 13. *Jan.* 1649. *coram Reverendiss. Domino meo Decano in §. præterquam quod vers. quod habere locum.*

Cæteris (quæ sunt leviora) benè respondent Informantes pro reis conventis.

Quare fuit resolutum persistendum esse in decisis utraque parte informante, &c.

Emin. & R. D. Card. CORRADO.

Romana Rescissionis Transactionis.

Veneris 29. *Maii* 1648.

ARGUMENTUM.

Transactio inita à filio cum matre ratione Administrationis bonorum, ex causa læsionis enormissimæ rescinditur. Læsio enormissima, quæ de Jure communi, est ultra dimidiam, ex dispositione Statuti Urbis designatur ultra tertiam partem. Multa capita læsionis enumerantur. Et luculenter agitur de competentia, ac congruitate dotis filiæ constituendæ.

SUMMARIUM.

1 *Bilancium, seu calculus informe, confusum, non integrum nec justificatum, et continens partitas, quæ ex ipsa lectura dignoscuntur erroneæ, nullius est relevantiæ pro redditione rationum.*

2 *Tutor cui à testatore Patre pupilli, est simpliciter remissa confectio inventarii, et redditio rationum, non potest excusari à descriptione bonorum.*

3 *Nec ab omnimoda rationum redditione, ac reliquorum restitutione, sed tantùm ab exactissima, et scrupulosa, ut aiunt, inquisitione : nam aliàs facilis nimium præberetur occasio delinquendi, ac pupillos fraudandi.*

4 *Administrator, qui sit credito, et ad cujus manus magna pecuniarum summa ex opulenti patrimonii administratione pervenerunt, præsumitur facta etiam legitimarum, ac verisimilium expensarum detractione, sibi satisfecisse de suo credito in bonis administrationis, donec, redditis rationibus, aliter constet.*

Et hoc expressius in terminis mulieris administratricis, legitimam rationem non reddentis, Rota multis decisionibus comprobat. ibid.

5 *Legitima debetur filio ex bonis matris defunctæ etiam cum testamento, vel illo prædefuncto, ejus filius.*

6 *Legitima quæ debetur filiis, est tertia pars bonorum defuncti.*

7 *Legitima non debetur filiabus fœminis jam donatis ex dispositione Statuti Urbis lib.* 1. *c.* 145.

8 *Legitima debet esse libera ab omni gravamine, et fideicommisso.*

9 *Æstimatio bonorum minuitur, onere fideicommissi adjecto.*

10 *Valor bonorum ratione injuncti fideicommissi, minuitur pro quantitate Judicis arbitrio declaranda, quando non est speciali constitutione determinata.*

11 *Lucrum dotale spectat ad mulierem, superstitibus liberis, quoad usum fructum tantùm, ex dispositione statuti Urbis lib.* 1. *c.* 131.

12 *Et licèt filii postea deficiant, non tam proprietatem acquirit mater superstes, quàm solùm consequit usumfructum, voluerunt statuentes.*

13 *Eventus congruo ordini naturæ repugnans, ac inverisimilis, non est magni faciendus.*

14 *Ususfructus per mortem usufructuarii finito, revertitur ipso jure proprietas ad proprietarium, seu ejus hæredem.*

15 *Proprietas aliquando assignatur usufructuario, quasi loco pretii juris usufructus, s. proprietatis portio.*

16 *Proprietas subjecta fideicommisso cum expressa prohibitione alienationis, non potest assignari, neque ipsi usufructuario.*

17 *Mater tutrix, quæ in dotandis filiabus, excesserit modum à Testatore præscriptum, ipsique benè notum, et dispositioni statutariæ loci consonum, tenetur de proprio satisfacere, vel quia ratione naturalis conjunctionis, pietatis et affectionis censeatur erga illas liberalis esse voluisse. Vel quia non erat profecto à filio relevanda.*

18 *Læsio enormissima, juxta dispositionem Statuti Urbis lib.* 1. *cap.* 54. *designatur ultra tertiam partem veræ importantiæ.*

Ex dispositione auth. Juris communis in l. 2. *Cod. de resc. vend. ultra dimidia veri valoris.*

19 *Læsio enormissima in transactione etiam juramento firmata, attendi debet, quando læditur altera pars in magno excessu ultra dimidiam, nam illa præfert dolum re ipsa, qui semper censetur exceptus.*

Et hanc sententiam sequitur Rota.

20 *Læsionis modus, quando in transactione non est clarus, judicis arbitrio, consideratis considerandis, est remissus.*

21. *Uti-*

21 *Utilitas, quæ provenit ex transactione parti aliter læsæ, non impedit rescissionem ipsius transactionis ex capite læsionis, quando eadem poterat ei alio, etiam meliori titulo competere.*

Nec ideo inde recepta tenetur restituere, donec altera pars justificet, legitimo jure ad se rem assignatam spectare, ex qua utilitas fuit alteri percepta.

22 *Verbà*, salvis prædictis, *in Testamento apposita, ubi filius est prius Hæres universalis institutus, modificant usumfructum matri licet prima facie plenis verbis relictum in bonis hæreditariis, ut non plenum sed potius alimenta ipsius matris præ se ferant, juxta consuetudinem Bulgari ubique fere receptam.*

23 *Ampliatur etiam si mater, relicta insimul Tutrix, Curatrix et pro tempore Administratrix, fuerit à Testatore liberata à confectione inventarii, et redditione rationum: quoniam hæc liberatio congruius refertur, ac respicit ad administrationem bonorum, et magis excludit institutionem in usufructu, quàm ampliet, et alteret legatum illius.*

24 *Dos dicitur congrua, quando constituitur in legitima.*

25 *Testator, qui reliquit filiabus dotes competentes, censetur se voluisse conformare quantitatem taxatam per constitutiones loci: et eo maximè si sint à Summ. Pontif. confirmatæ.*

26 *Dos excessiva ad justam quantitatem, juxtà vires patrimonii moderanda, ac reducenda venit.*

27 *Dos promissa in excessu per minorem, potest pro summa excedenti, non soluta retineri, et soluta repeti.*

28 *Fideicommissum, in congruitate dotis potissimum debet considerari.*

29 *Dos congrua, aliquando major, quàm sit præscriptæ legitimæ quantitas, attenta dignitate viri, et aliis circumstantiis, prudentis arbitrio, potest constitui.*

Declaratur tamen ut moderatè geri debeat, quousque patitur ratio.

30 *Dos non potest constitui in immoderato excessu ad præjudicium minoris, ac eversionem fideicommissi, habita etiam ratione dignitatis, et meritorum viri quando mulier potest alteri nubere æqualis sibi conditionis viro licèt minus qualificato.*

31 *Mulier magis expetit habere dotes suas investitas in Censibus, vel locis montium, seu similibus bonis, quàm in domibus, licèt pluris æstimatis, periculis tamen, ac impensis continuis, expositis.*

32 *Pactum de retrovendendo tanquam onus ac servitutem quandoque præ se ferens, minuit verum rei valorem.*

33 *Contractus, ubi sunt plures, licèt super eadem re debent singuli cum eorum effectibus, et conventionibus, distinctè considerari.*

34 *Pactum de retrovendendo, ubi non est absolutum, ac indefinitè conventum, sed ad certum tempus restrictum, non solet ipsius rei æstimationem minuere ultra sextam partem, ex sententia Rotæ.*

35 *Probatio oriens ex Instrumento adminiculis, et Juris præsumptione pro actus veritate munito, prævalet testi, ipsum esse simulatum deponenti.*

36 *Status hæreditatis firmatus à partibus insimul convenientibus ex decreto Judicis, et cum ipsius præsentia, ubi apparent factæ omnimodæ diligentiæ de omnibus bonis ibi describendis, ita ut arbitrio judicis, si quid aliud superfuisset, verisimiliter etiam deduxissent, omnino attenditur. Et protestatio facta ab altera ex partibus, quod non ideo intendit approbare, alia bona, præter ibi relata non extare suffragatur solum præstanti ad effectum ut possit adhuc aliorum bonorum existentiam probare, non autem ut elidatur status sic firmatus.*

37 *Probationes, in arduis censentur sufficientes, quæ haberi possunt, ac Judicis animum inducere ad credendum talem esse veritatem. Procedit conclusio etiam si agatur de probatione negativa.*

DECISIO XXIV.

DEfuncto Balthasare Bonadies instituto Hærede universali Domino Bartholomæo ejus filio, ejusque filiis legitimis, & naturalibus ex vero, ac legitimo matrimonio nascituris, cum prohibitione alienationis bonorum stabilium, censuum, & locorum Montium amplis verbis concepta, relictisque competentibus dotibus Lucretiæ, Catharinæ, & Orinthiæ filiabus fœminis; Et Domina Laura uxore Tutrice, & Curatrice, bonorumque omnium administratrice, ac usufructuaria, donec viduitatem servaret, & cum filiis cohabitaret. Hæc filiorum nomine hæreditatem adivit, susceptumque tutelæ munus quatuordecim circiter annos exercuit, & bona administravit, nullo prorsus confecto Inventario; & Lucretiam alteram ex prædictis filiabus constituta dote scutorum viginti quatuor millium in nonnullis Domibus, ac locis Montium Hæreditariis Domino Hipolyto Vitellesco nuptui tradidit, duabus aliis vitam Monasticam profitentibus. Alia verò plura loca similia ejusdem hæreditatis sibimet ipsi pro satisfactione dotis, & lucri, ac interusuriorum dotalium à die matrimonii soluti, ac nuptialis donationis, & legati à marito facti assignari curavit insolutum. Deinde verò à præfato Bartholomæo super prædictis, ac redditione rationum conventa fuit unà cum Genero pro ejus interesse, ratione prætensæ nullitatis, & excessus dictæ Constitutionis Dotis Anno 1625. vigore commissionis sanctæ memor. Urban. VIII. coram Rota pluribusque emanatis pro actore Decisionibus coram bonæ memoriæ Coccino sub diebus XXV. Maii, X. Junii, & X. Dec. 1626. inter recentiores *decis.* 14. & *decis.* 25. *part.* 5. & penes Fenzon. ad Statuti Urbis *decis.* 138. inita fuit inter eos Transactio Anno 1629. 13. Augusti. Cujus rescissionis instantia ex speciali Rescripto Sanctiss. Domin. N. Rotæ nuper commissa, & hodie plenè discussa Visa fuit Dominis admittenda.

Quia constat de læsione enormissima dicti Bartholomæi tàm in ea parte, quæ respicit Dominam Lauram matrem, quàm in ea quæ Lucretiam sororem, & Dominum Hippolytum ejus Cognatum concernit. Nam matrem absolvit, & liberavit (nulla reddita ratione) ab administratione per eam gesta ab anno 1611. usque ad 1625. bonorum hæreditatis paternæ, cujus redditus, aliasque pecunias eo tempore ad illam delatas summam scutorum quinquaginta septem millium octingentorum circiter constituisse appareat ex calculo, seu bilancio pro ejus parte tunc composito, & in processu producto, licet informi, confuso, non integro, nec justificato præsertim in partitis ad debitum filii descriptis, quarum nonnullæ ex ipsa lectura dignoscuntur erroneæ, ita ut nullius effet relevantiæ pro redditione rationum, *leg. si cui libertas, leg. cum servus, versic. sed illud, ff. de condit. & demonstrat.* Corn. *consil.* 196. *sub n.* 9. *versic. facit quia lib.* 3. Rimin. junior. *consil.* 338. *num.* 32. *versic. item reperitur.* Menoch. *de Arbitr. Judic. casu* 209. *n.* 20. *versic. secundò observandum* 1
est, Rota *penes Buratum decis.* 14. *num.* 22. *versic. exhibita verò bilancia cum sequent. & decis.* 29. *sub. num.* 14. *versic. erant etiam, &c.* & Coccin. *decis.* 382. *sub. n.* 4. *versic. & cum redditio rationis &c.* & aliis relatis per Modern. Roman. *disceptat.* 529. *à num.* 29. *vers. neque in bilanciis, ac seq.*

Nec enim ex eo quod fuisset illi à marito in ejus testamento simpliciter remissa confectio inventarii, & redditio rationum poterat excusari à descriptione bonorum, ut ex æquiori Doctorum sententia probavit Rota *in Romana fideicommissi de Capite ferreo* 19. *Febr.* 2 3

Febr. 1646. *coram me, in §. ideo merito, versic. & proinde*, nec ab omnimoda redditione ac reliquorum restitutione, sed tantùm ab exactissima, & scrupulosa (ut aiunt) inquisitione, nam aliàs facilis nimium præberetur occasio delinquendi, ac pupillos fraudandi, *leg. quidam decedens, in princip.* & ibi Bald. *l. qui plures, versic. quoniam*, ibique glossa *in verbo non est relicta & in fine, ff. de administrat. tutor. leg. si servus vetitus* ibique gloss. & DD. *ff. de leg.* 1. *l. non solum*, 2. §. *pen. l. si quis rationes, in princ. l. Aurelio*, §. *Cajus, ff. de liberat. legat.* glossa *in l. cum necessitatem, in verbo rationis*, ibique latè Salyc. *sub n.* 1. *ver. sed cave*, & Jason *sub n.* 1. *versic. nota tamen quod in tutoribus, C. de fideicomm.* & benè explicat Angel. *in cons.* 144. *revocatur in dubium per tot.* Castr. *cons.* 445. *Circa primum, sub num.* 3. *versic. super secundo quæsito, lib.* 2. Jason *cons.* 253. *à n.* 5. *versic. sed præmissis non obstantibus, cum seq. per tot. lib* 3. Signor. *cons.* 110. *Testator. in testamento dedit tutores*, Natt. *cons.* 115. *sub n.* 9. *versic. alias ista permissio.* Did. *resol.* 14. *n.* 3. *versic. secunda conclusio, lib.* 2. Menoch. *præs.* 164. *n.* 1. *versic. primus est cum seq. lib.* 4. Galgan. *de tut. & curat. lib.* 3. *q.* 58. *n.* 22. *versic. sed potius, cum seq.* Jo. Gutierrez *in simil. tract. p.* 3. *cap.* 1. *n.* 32. *versic. Adeo est necessaria rationis redditio.* Rot. *in Romana redditionis rationis* 12. *Maii* 1603. *coram Litta in §. imo quod etiam si eis fuerit legata liberatio &c. & in Romana tutelæ Boncompagn.* 13. *Nov.* 1615. *coram bon. mem. Ubaldo in recent. decis.* 762. *n.* 8. *versic. non obstat liberatio, p.* 2. *& in aliis.*

Præterea idem dimisit, assignavit, ac relaxavit census, & loca Montium non vacabilium hæreditatis pro summa sc. sexdecim millium, & ultrà nempè pro restitutione dotis patri solutæ scutorum octo millium, pro lucro dotali duorum millium, septingentorum quinquaginta, pro donatione nuptiali, sivè sponsalitia largitate scutorum mille sexcentorum, pro legato scutorum duorum millium, & loca duo de viginti pro usufructu à marito illi relictis, ut legitur in dicto Instrumento, *versic. Et ex capite, & causa hujusmodi Transactionis, &c.* Quorum tamen respectivè satisfactionem ex opulenti patrimonii administratione, magnaque pecuniarum summa (ut præmissum est) inde redacta, facta etiam legitimarum, ac verisimilium expensarum detractione facile antea consequi potuit, atque præsumitur donec redditis rationibus aliter constet. *l. peculium autem*, §. 1. *versic. sanè cum ex cæteris casibus, ff. de pecu.* Afflict. *decis.* 13. *à n.* 16. *versic. imo præsumitur, & seq.* Surd. *cons.* 299. *n.* 33. *versic. nam creditor:* & in his terminis quando apparet notabiles pecuniarum summas ex bonis debitoris ad manus mulieris, vel alterius administratoris pervenisse, nec alia redditur de illis legitima ratio firmavit Rota *in Romana administrationis tutel.* 2. *Aprilis* 1590. *coram Penia, penes Marchesan. de commiss. tom.* 1. *fol.* 828. *n.* 1. *versic. nam Domini firmarunt &c. & decis.* 407. *in princ. versic. cum enim constet p.* 4. *diversi. & penes Card. Cavaler. decis.* 171. *n.* 7. *versic. & ideo, decis.* 452. *n.* 3. *versic. insuper, & in recent. dec.* 391. *sub n.* 7. *versic. semper obstabit, cum seq. decis.* 547. *nu.* 1. 7. *versic. sed saltem, par.* 5. *& penes Reverendiss. Urgellen. decis.* 258. *n.* 14. *versic. tertia de Trebellianica, & dote Rentiæ, & in hac ipsa causa sub dict. die* 25. *Maii* 1626. *coram Coccino in. rec. d. decis.* 14. *n.* 8. *versic. nam & si quando agitur &c. cum seq. eod. p.* 5.

Demùm eam relevare, atque indemnem servare promisit à quavis obligatione per ipsam contracta ad favorem d. Dom. Vitelleschi, & cujuscumque alterius pro manutentione, defensione, ac evictione dotis prædictæ, illi constat, & aliis, prout legitur *in versic. prædictam D. Lauram suam matrem &c.*

Illa verò è contra assensit, atque convenit, quod census, & loca montium ipsi assignata pro satisfactione ejus dotis scutorum octo millium, & legati scutorum duorum millium (detractis quatuor millibus, de quibus liberè disponere posset) post ejus mortem revertantur & spectent ad d. Bartholomæum ejus filium donec naturaliter vixerit, eoque defuncto ad filios masculos primùm legitimos, & naturales & deinde fœminas eisque omnibus deficientibus vel non extantibus liberè perveniant pro duabus ex tribus partibus ad Lucretiam uxorem præfati D. Hippolyti, ejusque filios masculos, & fœminas, ut legitur *in versic. convertunt invicem puncto expresso &c.* Hic autem est observandum, quod mortua Laura cum testamento debita erat ex legis dispositione saltem legitima Bartholomæo ejus filio, §. 1. *in auth. de trien. & semiss.* §. *aliud quoque capitulum in auth. ut cum de appellat. cognos.* Vel illo prædefuncto ejus filiis, §. *neque illo in auth. de trient. & semiss. p.* §. 1. *in auth. de hæred. ab intest.* Glossa *in l. omni modo in verbo aliis personis, C. de inoff. testam.* Rota *dec.* 543. *num.* 1. *versic. est enim certum p.* 4. *rec.* Eaque erat tertia pars dd. scutor. decem millium, constituens summam scut. 3333. $\frac{1}{3}$ *jux. tex. in d.* §. 1. *auth. de trien. & sem.* unde sumpta est *auth. novissi. C. de inoff. test.* (fororibus jam dotatis exclusis ex dispositione Stat. Urb. *lib.* 1. *cap.* 145. *in fi. versic. quæ filiæ*, Rota *penes Card. Seraph. decis.* 963. *n.* 2. *versic. non enim debetur legitima, dec.* 415. *p.* 4. *div.* Burat. *dec.* 922. *n.* 5. *versic. clarissima namque est conclusio, in rec. dec.* 572. *n.* 4. *versic. neque poterit petere legitimam p.* 5. *ac alibi*) Equidem libera ab omni gravamine, & fideicommisso *l. quoniam in prioribus l. scimus, in princ.* §. *cum autem, C. eod. tit.* Dec. *cons.* 17. *n.* 14. *versic. quæ quidem dos, &c. lib.* 2. Ita ut quidquid supereat usque ad quantitatem scut. 6000. ferè absorbeatur ex adjecto onere fideicommissi, quod minuit æstimationem *jux. l.* 1. §. *si hæres*, ubi Bart. *n.* 2. *versic. secundò nota, & seq.* Jas. *n.* 9. *versic. tertiò nota* Rip. *secundò nota, & seq. ff. ad S. C. Treb. n.* 25. *versic. secundo nota & seqq. ff. ad S. C. Treb.* Alex. *in l. pretia rerum, sub. n.* 3. *versic. in glos.* 2. *ff. ad l. Falc.* Cagn. *in l.* 2. *n.* 243. *versic. & in hac materia, C. de resc. vend.* & ib. Ari. Pin. *n.* 3. *c.* 4. *n.* 18. *versic. pretium aliquando augetur, aliquando minuitur, &c.* Crav. *cons.* 435. *n.* 17. *versic. cujus oneris ratione.* Dec. *cons.* 7. *n.* 96. *versic. ista n. pacta lib.* 1. pro quantitate Judicis arbitrio declaranda quando non est speciali Constitutione determinata, ut respondit J. C. *in l. si servus furtivus in fi. pr.* ibi, *quod si pendente conditione judicaretur, Judex æstimare debebit quanti emptorem invenerit, &c. ibique gl. in verb. invenerit*, DC. *C. de cond. furt.* Ideoque census, & loca prædicta valoris s. 6000. hujusmodi fideicommisso gravata vix pluris æstimanda videntur, quàm libera valoris dd. s. 3333. $\frac{1}{3}$.

Deinde convenerunt quod loca montium eidem assignata pro lucro dotali, sponsalitia largitate, & usufructu à marito relicto quoad proprietatem spectent ad eumdem Bartholomæum, ejusque hæredes, ac successores quibus ea defuncta pleno jure restitui debeant, in *versic. quorum quidem omnium, & singulorum locorum montium, &c.* Hic pariter observandum, quòd cum Balthassar maritus Lauræ decesserit superstitibus liberis, lucrum dotale spectabat ad eam quoad usumfructum tantum ex dispositione Stat. Urbis *l.* 1. *c.* 131. ita quod licet filii postea deficiant, non tamen proprietatem acquirit mater superstes, quam solum consequi usumfructum voluerunt statuentes, ut fuit dictum in *Romana donationis propter nupt.* 14. *Junii* 1540. *coram Put. inter. impr. dec.* 17. *const. & in Rom. quart. dotal.* 16. *Mart.* 1618. *co. bo. me. Remboldo penes Fenzon ad Stat. Urb. dec.* 74. *in §. nec refert quod dicti Joannes, & Marius prædecesserunt Virginiæ matri &c.* & comprobatur in *Romana de Cavaler.* 22. *Mart.* 1632. *coram bon. me. Coccino ibid. decis.* 79. *in §. ratio decisionis fuit, &c.* Donatio autem illa sponsalitia (præter quam quod erat liquida, nec satis justificata) fuerat etiam sub eadem expressa conditione concepta, quod filiis extantibus solus ususfructus ad eam spectaret, ut in ea legitur.

Et

Et licèt in eventum eorum præcedentiæ mater ejusdem donationis vigore proprietatem quoque lucrari deberet; Hujusmodi tamen eventus non fuit visus Dominis in proposito casu magni faciendus, quippe qui congruo ordini naturæ repugnat, ac inverisimilis est *nam & separantibus*, ibique Gloss. *in verb. tamen*, *ff. de inoff. test. l. qui duos*, §. *cum in bello*, ibiq. Gloss. *in verb. patris*, *ff. de reb. dub.* Bart. *in l. inter stipulantem*, §. *sacram*, *sub n.* 7. *vers. aut respicit futurum*, *ff. de verb. oblig.* Rot. *dec.* 365. *n.* 2. *vers. & futurus event. p.* 4. *divers.* Mand. *ad reg. de instrm. q.* 6. *à n.* 6. *ver. redeundo igitur*, *ac seq.* usufructus etiam ejus morte finiebatur, ob quam ideo loca montium eo titulo
14 assignata ad hæredem ipso jure (circumscripta d. conventione) revertebatur. *l.* 3. *si ff. quib. mod. usuf. amit. l. usumfructum cùm moriar. ff. de usufr. l. corruptionem*, *de usufr. & habit.* §. *finitur*, *instit. eod. tit.* Rot. *dec.* 653. *sub n.* 1. *in fi. vers. cujus natura est p.*
15 2. *& decis.* 340. *n.* 10. *vers. unde statim. p.* 5. *rec.* Nec enim quoad proprietatem assignata fuisse probantur, quasi loco pretii juris usufructus juxta terminos *l.*
16 *hæreditatem*, *ff. ad l. falc.* Nec assignari potuerunt obstante fideicommisso cum expressa probatione alienationis aliisque conditionibus in testamento Balthasaris appositis, *l. fi. C. com. de leg. & in auth. de restit. & ea quæ parit. in* §. *quamobrem in princ.* ibique gl. *in verb. alia*, *&c.*

17 Ulteriùs in *vers. item pacti fuerunt*, *&c.* assumpsit in se onus solvendi debita contracta cum Mercatoribus, Artificibus, & familiaribus tempore ejus administrationis ad quod jam tenebatur, cum fructus omnes, ac effectus hæreditarios recepisset. Necnon annuos scutos sexaginta singulis filiabus Religionem professis promissos ultra summam scutorum ter mille ob causam professionis cujuslibet earum impensam, ut apparet ex calculo prædicto. Hinc etiam observandam, quod Balthasar earum pater in d. ejus testamento disposuit illis eo casu persolvi dotes, ac eleemosynas solitas in *versic. item jure*, *ac titulo institutionis*, *&c.* Ideoque cùm in omnibus præmissis D. Laura scienter excesserit modum à testatore præscriptum, ipsique benè notum, atque omninò servandum etiam ex dispositione Stat. Urb. *lib.* 1. *c.* 141. juri satis consonum erat ut de proprio satisfaceret, vel quia ratione naturalis conjunctionis, pietatis & affectionis censeatur erga illas liberalem esse voluisse. Vel quia non erat profectò à filio relevanda *l. cum post mortem* §. *præterea de adm.* Lup. *in rub. de don.* §. 66. *sub n.* 14. *vers. in constituenda tamen dote ac seqq.* Bald. *Novel. de dot. p.* 6. *priv.* 45. *sub n.* 2. *versic. & hoc. nisi talis. mater &c.* Barbos. *in l.* 1. *p.* 4. *sub n.* 149. *vers. quinimo si mater tutrix filiæ*, *ff. solut. matrim.* Gomez *ad leg.* 50. *Tauri sub n.* 24. *vers. si verò mater.* Galganet. *de tut. & curat. lib.* 3. *q.* 50. *n.* 5. *vers. in matre vero.* Guttierrez *in simil. tract. part.* 2. *cap.* 11. *sub num.* 6. *vers. si verò mater.*

Insuper eidem Bartholomæo pro decentiori sustentatione promisit menstruos scutos duodecim solvere donec ipsa viveret in *vers. & ulterius salvis præmissis*, *&c.* Quæ sanè habita etiam aliorum præmissorum ratione, visa fuit dominis longè minus sufficiens retributio, quam hujusmodi transactionis postularet validitas ut
18 cesset læsio enormissima, vel ultra tertiam partem importantiæ ejus quod fuit ab eo remissum atque promissum juxta dispositionem Stat. Urbis d. l. 1. cap. 154. Vel ultra dimidiam juxta dispositionem juris communis in *l.* 2. *C. de rescind. vend.* quæ transactione
19 etiam in juramento firmata servari debet, quando continet læsionem alterius partis in magno excessu supra dimidiam, nam illa præ se fert dolum re ipsa, qui censetur semper exceptus, ut benè probant Corn. *consil.* 27. *à n.* 5. *vers. his tamen non obstantibus*, *cum seqq. per tot. lib.* 4. Cephal. *cons.* 496. *n.* 9. *vers. & nedum venditio*, *cum seq.* Surdus *cons.* 480. *n.* 13. *versic. certum est enim.* Molin. *de primog. lib.* 2. *c.* 3. *sub. n.* 18. *vers. quod temperandum est*, *ac seq.* & hanc sententiam sequitur Rota, *ut per Chisan. dec.* 192. *incip. transactio rescinditur*, *& decis.* 102. *ubi n.* 3. *vers. & dixerunt Domini*, *&c.* dicitur læsionis modum in hoc casu Judicis arbitrio remissum esse consideratis consideran-20
dis *p.* 1. *divers. & in Romana rescis. instrum.* 26. *Nov.* 1612. *coram bo. mem. Ubaldo penes Cenc. de cens. dec.* 275. cum relatis per Reverendiss. Urgell. *dec.* 121. *sub n.* 16. *versic. ea tamen*, *ac seq. & versic. prædicta autem læsione probata. &c. cum plur. seqq. & in rec decis.* 189. *sub n.* 4. *vers. n.* 4 *vers. ex quo ista transactio p.* 4. *decis.* 315. *n.* 9. *vers. unde resultat*, *ac seq. P.* 5. *& in aliis.*

Nec obstat quod illæ teneantur ante omnia restituere pecunias ex ea causa exactas, *juxta l. si diversa*, *C. de transact.*

Qui cum D. Laura priùs consequuta fuerit ex bonis hæreditariis mariti loca montium quadraginta septem & alia comprehensa in Instrumento celebrato sub die 23. Sept. 1617. ob assertam satisfactionem d. ejus dotis & lucri, ac inter ulteriorum dotalium post solutum matrimonium, ut in eo legitur quod deinde concordi Dominorum sententia fuit declaratum nullum in dictis Decisionibus cor. b. me Coccino 25. Maii, & 10. Dec. 1626. in *rec. d. decis.* 14. *&* 25. *p.* 5. Ac præterea non reddiderit rationes administrationis suæ, cujus occasione jam constat longe majores pecuniarum summas ad ejus manus pervenisse, sentiantque Domini liberationem prædictam à filio elicitam ipsi non suffragatur, non videtur justum, neque æquum esse illum adstringere 21
ad restitutionem hujusmodi pecuniarum, quas in effectu tanquam exactas de fructibus eorumdem, locorum montium hæreditatis paternæ matri ex causis prædictis nulliter assignatorum potest eo titulo retinere donec congruè redditis per eam rationibus ejus credita melius justificentur, ut respondit Rot. *d. dec.* 102. *sub num.* 3. *vers. non obstat quod teneatur recepta*, *ac seq. p.* 1. *divers. & penes Card. Seraph. dec.* 922. *num.* 8. *vers. hic autem*, & benè comprobatur *ex trad. in d. dec.* 391. *sub num* 7. *vers. semper obstabit. cum seq. d. dec.* 347. *n.* 17. *vers. sed saltem p.* 3. *rec.*

Minus obstat, quod eadem Domina tanquam hæres usufructuaria à marito instituta liberè posset de fructibus bonorum hæreditatis disponere detractis alimentis filiorum, annuisque necessariis expensis. Quia Bartholomæus fuit institutus hæres universalis, ipsa verò relicta *salvis prædictis* (sunt verba testatoris) Tutrix, Curatrix, & pro tempore administratrix, & usufructuaria filiorum, ac bonorum omnium respectivè, quæ sanè verba filio sic instituto non plenum 22
usumfructum, sed alimenta præ se ferunt, juxta consuetudinem Bulgari ubique ferè receptam de qua Glos. 23
in auth. Hoc locum in verb. denegari, *C. si secund. nup. mul. Rom. cons.* 118. *Quoad primum n.* 1. *ac seqq.* Soc. jun. *cons.* 74. *sub n.* 12. *versic. Demum non displicet*, *cum seq. lib.* 4. Mant. *de conject. lib.* 9. *tit.* 7. *n.* 1. *vers. nam ea generali consuetudine*, *& plur. seqq.* Menoch. *præs.* 139. *n.* 4. *vers. secundus est casus*, *& seq. l.* 4. Surd *de alim. tit.* 2. *q.* 15. *in princ. n.* 1. *ac seq.* Peregr. *de fideic. art.* 12. *n.* 28. *vers. sed contra prædicta*, Rota *dec.* 748. *per tot. p.* 4. *div. & penes RR. Urgell. d. dec.* 258. *n.* 4. *vers. quæ matris institutio*, *& seq. cum aliis relatis per Maref. resol.* 28. *n.* 1. *vers. primus casus est*, *&c. seqq. lib.* 1. Castill. *de usuf. c.* 45. *n.* 6. *vers. secundo constituendum est*, *ac seq.* Licet fuerit (ut dictum est) liberata à confectione inventarii, & redditione rationum, quoniam hæc liberatio congruiùs refertur, ac respicit administrationem bonorum, prout tamen suprà fuit declaratum in §. *Nec enim ex eo*, *&c.* Et magis excludit institutionem in usufructu, quàm amplict, & alteret legatum illius, Ang. *d. cons.* 114 *sub n.* 1. *vers. in contrarium est veritas*, Ruin. *cons.* 17. *n.* 13. *vers. & in casu nostro. lib.* 2. Soc. Jun. *d. cons.* 74. *n.* 1. *vers. & demum displicet ac seq. lib.* 4. Paris. *cons.*

conſil. 21. *n.* 16. *verſ. prout etiam lib.* 2. Rim. ſen. *conſ.* 119. *ſub n.* 31. *verſ. & ſimiliter reſpectu ejus, &c. ac ſeq.* quos ſequitur Mant. *de conject. d. tit.* 7. *ſub num.* 26. *vers. ſed ſi teſtator non expreſſit, &c.*

Quo verò ad aliam partem ejuſdem tranſactionis ſpectantem ad DD. Lucretiam, & Hippolytum; Viſa fuit evidentior læſionis probatio, quoniam Bartholomæus approbavit, & confirmavit in verſ. *Nec ad potiorem cautelam* &c. prædictam conſtitutionem, & aſſignationem dotis pro ſumma ſcut. 24000. in Domibus, & locis montium non vacabilium anteà factam per publicum inſtrumentum ſub die 24 Nov. 1623. nulliter quidem, & maximè exceſſivam habita ratione valoris hæreditatis paternæ; ut fuerat priùs reſolutum *co. bo. me. Coccin. ſub die* 10. *Jun.* 1626. *apud Fenzon. d. deciſ.* 138 *in* §. *Nec dicatur contractum non fuiſſe læſivum, in verſ. Prout nec etiam poteſt evitari, & in* §. *fi.* Nam eſto etiam quod aſcenderet (ut aſſerunt Informantes pro eis) ad ſc. 74000. legitima tamen debita Lucretiæ alteri ex quatuor filiis Balthaſſaris non excedebat quartam partem trientis *jux. text. in d. auth. noviſſim. C. de inoff. teſt. ſumpta ex c.* 1. *in auth. de trient. & ſemiſſ.* & ſic duodecimam totius Aſſis conſtituentem ſummam ſc. 6. 66. circiter ad quam præcipuè referri
24 debet quantitas congruæ dotis, quam pater ipſe reſpexit dum filiabus in ſeculo nubentibus dotes competentes reliquit, ut legitur in prædicto *Verſ. Item jure, ac titulo inſtitutionis &c.* Alex. *conſ.* 83. *n.* 2. *Verſ. Et hoc tanto magis procedit &c. per tot. lib.* 4. Dec. *conſ.* 275. *Proponitur quod D. Jacobus, ſub n.* 1. *verſ. ſecundo etiam reſponderi poteſt. verſ. & à fortiori &c.* Crav. *conſ.* 136. *verſic. Congrua autem dos*, Ceph. *conſ.* 668. *n.* 23. *verſ. non obſtante, cum ſeqq.* Dec. *d. conſ.* 17. *ſub n.* 18. *verſ. ſecundò quando etiam, &c. cum ſeqq. lib.* 2. Gabr. *conſ.* 116. *n.* 8. *verſ. quia ſicut ſtatutum & ſeqq. lib* 1. Surdus *de alim. tit.* 3. *q.* 1. *n.* 60. *verſ. Rurſus.* Mant. *de tac. lib.*
25 12. *tit.* 22. *n.* 31. *verſ. ego vero*, Rota *penes Buratt. dec.* 844 *n.* 11. *verſic. prædicta dos, & fuit dictum in Rom. Dot.* 18. *Junii* 1616. *co. bo. me. Card. Sacr. in rec. dec.* 41. *n.* 4. *ver. quod longe excedit legitimam p.* 4. *tom.* 2. Marcſc. *reſol.* 19. *à n.* 26. *verſ. quintò limita, cum ſeqq. lib.* 2. Vel ad quantitatem taxatam per Conſtitutiones Urbis confirmatas per S. N. Sixt. V. in ejus Bulla incip. *Cum in unaquaque ſub rubr. Moderation. delle Dot. in ordine* 12. cui cenſetur voluiſſe ſe conformare teſtator jux. Theor. Bart. *in l. hæredes mei*, §. *cum ità n.* 4. *verſ. Et pro hoc dico.* & ibi Alex. *ſub n.* 9. *verſic. Et eadem ratione cum ſeqq.* & cæteri DD. *ff. ad S. C. Tert.* Soc. *conſ.* 51. *ſub n.* 21. *verſ. ſecundo principaliter iſta opinio confirmatur, & plur. ſeqq. lib.* 4. Mant. *de conject. lib.* 11. *tit.* 14. *ſub n.* 15. *verſ. nam teſtator præſumitur*, & alii adducti à Menoch. *præſ.*
26 202. *ſub n.* 10. *verſ. extenditur primo &c. lib.* 4. Ac proindè ad juſtam quantitatem moderanda & reducenda erat ad *l. ſi ex cauſa*, §. *in dotis quomodo*, ubi gloſſ. *in verb. ultrà vires in fi. verſ. Unde majori, ff. de min. & l. V.* ubi gloſ. *in verb. pertinuit in fi.* DD. *C. ſi adverſ.* Rot. Rom. *conſ.* 314. *n.* 3. *ver. poſtremò, cum*
27 *ſeq.* Licebatque ſummam promiſſam in exceſſu retinere, & quatenus fuiſſet ſoluta repetere, Caſt. *conſ.* 468. *Ad primum quo quæritur ſub n.* 3. *verſ. præterea, verſ. ex quo quæritur, p.* 1. Silvan. *conſ.* 13. *n.* 7. *verſ. his ſic præſuppoſitis, ac ſeq.* Natt. *conſ.* 658. *per tot.* Gab. *conſ.* 20. *n.* 56. *verſ. fateri oportet, cum ſeqq. lib.* 2. Menoch. *conſ.* 813. *n.* 7. *verſ. attamen ſi frater promiſit, &c.* Odd. *de reſt. in integ. q.* 59. *art.* 5. *per tot.* quibus cum aliis relatis idem comprobat, & judicatum refert Moder. Mantu. *contr.* 507. 508. 509.

Et licet D. Hyppolytus ob ejus nobilitatem, ingeneſque animi dotes & facultates, ampliores promeruerit fortunas, eas tamen validè aſſequi non potuit
28 ex patrimonio minoris paterno fideicommiſſo gravato, quod principaliter in hac materia conſiderandum eſt *l. cum poſt.* §. 1. *ff. de jur. de l. ſi filiæ pater, ff. de l.* 3. Nam licet conſideranda etiam ſit dignitas viri &
29 ob ejuſmodi circumſtantias dos aliquando major, quam præſcripta legitimæ quantitatis prudentis arbitrio conſtitui poſſit, id tamen moderatè fieri debet, quouſque patitur ratio, ut reſpondit J. C. *in l. quæro ff. de jur. dot.* nulloque pacto permitti poteſt in tanto
30 exceſſu ad præjudicium minoris, ac everſionem fideicommiſſi dùm mulier alteri nubere valet æqualis ſibi conditionis viro licèt minus qualificato, Bald. *in Auth. res quæ ſub n.* 18. *verſ. ultimo nota. C. comm. de legat.* Dec. *conſ.* 26. *diligenti pro tenui noſtra facultate*, *ſub n.* 4. *verſic. ſi verò mulier cum minori dote*, Corn. *conſ.* 3. *ſub n.* 3. *vers. nam primò, & principaliter lib.* 3. Decian. *de conſ.* 17. *ſub n.* 24. *vers. neque ex facultate mulieris &c.* Rota *penes Comitul. decis.* 45. *num.* 22. *vers. cum non ſit in facultate mulieris*, Mantica *decis.* 329. *ſub n. vers. nam dos congrua, & latè de tacit. lib.* 12. *tit.* 21. *ſub n.* 26. *vers. neque enim debet eſſe in poteſtate mulieris, & in d. decis.* 41. *ſub num.* 2. *vers. & ſignanter, ac ſeq. p.* 4. *tom.* 2. *recent.* Peregr. *de fideicomm. art.* 24. *ſub. num.* 78. *vers. non tamen conceditur, &c.*

Porrò D. Hyppolitus pro remiſſione hujuſmodi exceſſus dotis approbatione nihil aliud in ea tranſactione retribuit D. Bartholomæo, quàm facultatem recuperandi infra decennium duas Domos prædictas ad computum ejuſdem Dotis jam aſſignatas pretio ſcutorum viginti millium, pro ſcut. ſexdecim millibus in totum. Quæ ſanè facultas, vel inutilis illi erat qui eam pecuniarum ſummam, nec habebat, nec veriſimiliter habiturus, vel ab aliis recepturus erat ad dictum effectum. Vel eiſdem conjugibus magis proficua, quorum fortè plus intereat eam pecuniarum quantitatem in
31 cenſibus, locis montium, vel aliis bonis majoris æſtimationis, ac redditus inveſtiendam, quàm Domos illas licet pluris æſtimatas periculis tamen ac impenſis continuis expoſitas habere, ut fuit dictum in *Romana dotis de Jacobellis* 19. *Junii* 1616. *coram Reverendiſſ. Urgellen. dec.* 41. *ſub. n.* 24. *vers. cum quia magis expedit mulieri, cum ſeq.* Et in omnem caſum ſub incerto futuro reputationis eventu dotem prædictam pro ſola quantitate ſcutorum quatuor millium minuebat, quæ non æquivalet tanto exceſſui, adeo ut ceſſare faciat læſionem prædictam ad effectum, de quo agitur ſufficientem.

Hincque patet non adverſari, quod pactum de re-
32 trovendendo tanquam onus, ac ſervitutem quandam præ ſe ferens minuat verum rei valorem. Ideoque dictæ dotis conſtitutio eo minoris quantitatis cenſeri debeat.

Quoniam objectio procedit quando in uno, eodemque contracta bona cum eo pacto, ac ſervitute traduntur: non autem quando in uno liberè tradita, in alio verò deinde celebrato ex nova partium conventione pactum appoſitum fuit, ut factum apparet in propoſito caſu poſt plures annos, tunc enim ſinguli
33 contractus ac eorum effectus, & conventiones diſtinctè conſiderantur, ut fuit dictum in *Romana domorum* 19. *Jun.* 1611. *penes ſan. me. Gregor. dec.* 492 *ſub. num.* 9. *vers. videbatur etiam Dominus, cum ſeqq. & in Romana fideicommiſſi de Columna* 26. *Junii* 1623. *coram bo. m. Ubaldo in recent. dec.* 492. *n.* 20. *vers. præterea*, &c. *par.* 4. *n.* 2. & ex aliis comprobat modern. Roman. *diſcept.* 786. *ſub n.* 16. *verſic. præterea, cum ſeq.*

Præter quod pactum illud ubi non eſt abſolutum,
34 ac indefinitè conventum, ſed ad certum tempus reſtrictum non ſolet ipſius rei æſtimationem minuere ultra ſextam partem ex ſententia Rotæ penes Card. Seraph. *dec.* 1063. *ſub num.* 5. *vers. quod in Rota ſolet æſtimari &c. & in Romana domus de Montegat.* 29. *Nov.* 1591. *coram Orano*, §. 1. *verſic. merito in pacto temporali, poſt controv. Cyriac.* 261. *& in Romana Domus* 14. *Dec.* 1618. *coram bon. mem. Card. Sacrato in recent.*

recent. dec. 64. *n.* 13. *vers. quod solet æstimari*, ubi aliæ referuntur concord. *ac dec.* 344. *n.* 13 *vers. quando autem est temporale*, *par.* 4. *tom.* 2. *ac sæpè aliis.* Quæ si detrahatur ex pretio scutorum viginti millium, quo duæ domus fuerunt in causam dotis assignatæ, remanet summa scut. sexdecim millium sexcentorum sexaginta sex circiter, qui cum aliis scutis quatuor mille in locis montium assignatis constituunt summam scut. viginti millium sexcentorum, & ultrà longè adhuc excessivam, ut dictum est.

Minus obstat quod prædicta dotis constitutio in ea summa scutorum viginti quatuor millium fuerit simulatè, ac apparenter pro ampliori honorificentia conventa, cum tamen realiter non excederet scutos viginti mille.

Tum quia assertio hæc non probatur ex depositione quinti testis, qui frater germanus est D. Lauræ, & agit de sustinendo contractu ejus opera, & auctoritate gesto, ut apparet ex dicto Instrumento dotali, repugnantque pacta in eo apposita, quibus earundem domorum perpetua manutentio, & conservatio pro ea summa viginti millium specialiter promissa fuit earumque defensio pariter, & evictio, ac demùm lucrum dotale juxta formam Statut. Urbis ex parte utriusque conjugis super tota summa scutorum viginti quatuor millium conventum fuit, quæ profectò substantiam veritatis convincunt, cujus probatio validior ex ipso Instrumento prædictis admi-
35 niculato, & juris præsumptione pro actus veritate vigente munito, quàm ex illius testis depositione resultat ad *l. census*, *ff. de probat. l. optimam C. de contr. & committend. stipulat.* ibique glos. & DD. glos. in *cap.* 1. *in §. postquam autem in verbo in scriptis*, *in fin. vers. fit tamen probatio*, *de cons. in* 6. Bart. *in l. si duo patroni. sub nu.* 3. *vers. nota ergo*, *ff. de jur. jur.* Innocent. *in cap. cum Joannes. sub n.* 6. *vers. si verò testes contradicant Instrumento*, *cum s.q. de fid. instrum.* Crav. *cons.* 54. *sub n.* 15. *vers. quinimo.* Surd. *decis.* 105. *n.* 13. *vers. ita quod Judex*, *& fuit dictum in Urbevetana dotis* 3. *Aprilis* 1609. *coram sanct. mem. Greg. decis.* 409. *& penes Card. Cavaler. decis.* 206. *sub n.* 1. *vers. & propterea cum seq. ac dec.* 294. *sub n.* 1. *vers. quibus non obstabant dicta testium & in rec. dec.* 91. *sub n.* 9 *versic non obstant testes*; *& dec.* 582. *sub n.* 6. *vers ex quibus part.* 1. *& dec.* 146. *n.* 14. *vers. quibus probationibus p.* 4. *& dec.* 185. *n.* 10. *vers. hujusmodi autem probationes p.* 6. Tum quia licèt ea constitutio dotis ad summam scutorum viginti mille redigeretur, adhuc tamen magnus supereret excessus juxta prædicta.

Denique non obstat quod Bartholomæus non justificaverit concludenter statum hæreditatis paternæ probando tot, & alia bona, & non alia in ea remansisse, ut necessarium videbatur pro fundamento intentionis suæ ad convincendum excessum, ac subinde læsionem prætensam.

Quia cum Rota mandaverit sub die 14. Januarii 1647. firmari statum dictæ hæreditatis, & partes ipsæ in executione dicti rescripti ad hunc effectum pluries convenerint coram Me, ac quæcumque exquisitis diligentiis ad illum spectantia reperire potuerunt deduxerint, & si quid superfuisset verisimiliter deduxissent. Eaque in calculo in actis exhibito, & earum subscriptione munita descripta fue-
36 runt. Hinc Domini censuerunt satis probari statum ab eis ordinatum, & tot laboribus constitutum non obstante protestatione in eo apposita pro parte Hippolyti, quod non intendit ideo approbare alia bona præter ibi relata in eadem hæreditate non remansisse quæ illi quidem suffragatur ad effectum, ut possit adhuc aliorum bonorum existentiam probare, non autem ut elidatur status juxta eorum mentem atque Decretum firmatus juxta notata per Socin. *in l. pecuniam*, *sub n.* 6. *vers. ultimò nota cum seq. ff. si cert. pet. & in l. quibus diebus* §. *quidam Titio n.* 10. *vers.*

& ex præmissa, *ac seq. ff. de cond. & demonst.* Bertazzol. *clausul.* 38. *gloss.* 2. Rota *penes Burat. decis.* 546. *nu.* 6. *vers. non obstat clausula in dicta subscriptione appositа*; Eoque magis, quia comprobatur etiam ex alio supra dicto calculo, sive bilancio per Dom. Lauram aliàs producto, & ex culpa illius (quæ inventarium, vel saltem descriptionem bonorum dictæ hæreditatis facere omninò neglexit) non autem filii procedit exactiorum probationum difficultas. Ideoque meritò illæ sufficientes censeri debent 37
quæ haberi possunt ac Judicis animum inducere ad credendum talem esse veritatem jux. tex. *in l.* 3. §. *ideoque Divus. ff. de testib. & theor.* Bart. *in l. admonendi n.* 15. *vers. pro cujus declaratione*, *ff. de jur. jur.* Socin. sen. *consil.* 11. *num.* 6. *vers. illa autem &c. lib.* 3. Socin. junior. *cons.* 32. *n.* 10. *vers. & ad hoc demonstrandum ac seq. & consil.* 167. *n.* 18. *vers. sicut etiam de probatione*, *lib.* 2. Gabr. *cons.* 138. *sub n.* 20. *vers. nam sicut præsumptio quæ oritur ex inventario cum seqq. lib.* 2. Rota *penes san. mem. Gregor. decis.* 245. *à n.* 3. *vers. & ultimo*, *sequ. & in recent. decis.* 198. *sub n.* 2. *vers. & licet part.* 1. Etiam si agatur de probatione negativæ, ut benè comprobat Franc. Herculan. *de negat. proband. sub. n.* 314. *vers. quinquagesimus tertius modus. cum seqq. & sub n.* 317. *vers. quinquagesimus quartus modus &c.*

Et ita fuit conclusum utraque parte informante, &c.

Eminentiss. & Reverend. D. Card. CORRADO.

Romana Rescissionis Concordiæ.

Lunæ 15. *Junii*, 1648.

ARGUMENTUM.

Concordia verbis generalibus, & amplis, quamlibet litis etiam futuræ, & incogitatæ renunciationem præ se ferentibus pollens non potest rescindi, seu postponi sub prætextu Instrumenti, seu juris non memorari. Plura de personarum legitimatione circa natalium restitutionem, ac de firmitate, & observantia transactionis.

SUMMARIUM.

1 *Concordia, litibus, controversiis, ac prætensionibus finem imponit.*
Et tàm pendentibus, quàm futuris, prout partes conveniunt.
Probibetque illas instaurari, et ad trutinam judicialem reduci, ac proinde impedit litis ingressum, ulteriorem processum, non secus ac res judicata.
2 *Concordia præ se fert virtutem rei judicatæ.*
3 *Transactio, atque concordia, semper potest iniri, ubi adsit quævis probabilis dubitandi ratio, quæ calumniam evidentem excludat actoris.*
4 *Legitimatio omnem prorsùs illegitimitatis maculam abolet.*
5 *Legitimatio facta Principis auctoritate, legitimatum ad primævum naturæ jus, quo omnes liberi ac legitimi nascebantur, remotis juris positivi observationibus atque impedimentis, valide restituit.*
6 *Clausula*, sine præjudicio venientium ab intestato, etc. *in Instrumento legitimationis apposita, plenàm legitimationem personæ non impedit, sed effectum successionis duntaxat moderatur.*
7 *Legitimitas personæ dimetitur à tempore conceptionis, ac nativitatis.*
8 *Verba* eúndem et prædictum *sunt personalia.*
9 *Prohibitio restricta ad certam personam, non porrigitur*

rigitur ad alias, ubi etiam concurrit eadem ratio.

10 *Fideicommissum constitutum in transactione, validum est illis pactis et conventionibus, quibus initum est inter partes.*

11 *Verba in transactione concepta adeo ampla, atque prægnantia ut comprehendant quascunque causas, prætensiones, et jura non expressa et in judicium non deducta, elidunt exceptionem non producti in judicio, seu non memorati ulterius instrumenti.*

12 *Verba amplissima et maximè complectentia, in Instrumento transactionis apposita, declarant partium ipsarum voluntatem fuisse augere præcedentia, et alia etiam omnia comprehendere.*

13 *Verba ampla apposita in transactione, per quæ remissa fuit omnis causa et omne Jus, quod competere posset comprehendunt etiam jura ignorata.*

14 *Verba generalia in Transactione apposita, non patiuntur restrictionem, salva ratione recti sermonis, quando conventum fuit quod liberatio esset generalis et plana.*

15 *Pactum comprehendens etiam incognita, plenam parat securitatem.*

16 *Generalitas prolata per verba vel signa universalia,* omnia, etc. quæcumque, etc. *et similia, non potest restringi (alia non apparente partium voluntate) sed generaliter ac universaliter intelligenda est, ac operari debet.*

17 *Dictio* occasionis, *apposita in instrumento, ampliat verba, aliter ampla: ut comprehendant, non solùm causas immediatas, et proximas, sed etiam remotissimas.*

Et sub verborum universalitate facit comprehendere etiam illam dispositionem, ex qua resultaret idem effectus si verè casum comprehenderet.

18 *Consensus defectus non potest opponi, ubi ex ipsis verbis amplissimis manifestè apparet.*

19 *Cogitata censentur omnia, quando constat ex verbis, quòd voluerunt partes conventionem ac transactionem extendi etiam ad incognita; et imputandum est illi qui non cogitat, sub ejusmodi verbis generalibus omnia comprehendi.*

Et hoc fortiùs procedit, stante juramento quod magis deliberatam demonstrat partium voluntatem.

20 *Juramento potest renuntiari ei præscriptæ.*

21 *Pactum resolutivum, cui apposita est aliqua limitio, modificatur ab ea.*

22 *Pactum resolutivum non operatur, deficiente conditione, sub qua conceptum fuit.*

23 *Concordia non potest impugnari, re non amplius integra, postquam partes, sive partium altera, ex ea commodum percepit.*

DECISIO XXV.

PEndente judicio in Rota coram b. mem. Coccino inter DD. Marcellum, & Horatium filios Jo. Baptiſtæ actores, & DD. Tiberium, ac Jacobum filios Pauli primi hæredis q. Cæſaris de Alberinis reos conventos ſuper fideicommiſſo primogeniali ordinato per d. Cæſarem ad favorem lineæ maſculinæ legitimæ ac naturalis præfati Jo. Baptiſtæ inita fuit inter eos concordia, cujus vigore reſervato dicto fideicommiſſo ſuper Caſali nuncupato Campo di Merlo, & Palatio in via Vallis, & quatenus opus ſit ex tunc communi conſenſu ſpecialiter conſtituto in caſu quo deſcendentes omnes maſculi legitimi & naturales ex eodem Tiberio & Jacobo deficerent, cætera omnia hæreditatis bona fuerunt eorum liberæ diſpoſitioni dimiſſa, his additis verbis.

Quam concordiam, tranſactionem, compoſitionem cum omnibus & ſingulis in Inſtrumento contentis, prædicti DD. Tiberius & Jacobus, & Horatius, ac Marcellus ſemper & perpetuo ratas, validas, atque firmas habere tenere, inviolabiliterque obſervare, & attendere promiſerunt, & numquam ſub quovis prætextu etiam Inſtrumentorum, ſcripturarum, probationum ac jurium de novo repertorum, ſeu reperiendorum, & ex quavis alia cauſa & ratione, jure, titulo, & modo cogitatis, & incogitatis etiam ſub prætextu doli, reſtitutionis in integrum ex quocunque capite etiam enormiſſimæ læſionis, & ſi quæ mihi juſtæ cauſæ &c. Renuntiantes cum juramento, &c. dicto beneficio &c. & diſpoſitioni, l. de his & l. cum his, ff. de tranſact. & ſimilibus legibus &c. & omni juris, Legum, Statutorum, & Conſtitutionum auxilio &c. & cuicumque diſpoſitioni &c. atque reſcripto &c. ſive ad petitionem partis &c. ſive motu proprio, & ex officio tam per viam gratiæ, quàm juſtitiæ, & cum quibusvis clauſulis derogatoriis etiam ampliſſimis contra præmiſſa quomodolibet concedendo &c. repetito juramento, &c.

Cùm autem D. Jacobus Tiberio fratri ſuperſtes prætendens ſubſtitutionem lineæ prædicti Jo. Baptiſtæ eo caſu à Cæſare Teſtatore ordinatam, quo Paulus primus hæres ſine filiis maſculis legitimis & naturalibus decederet, procul dubio expiraſſe per ſuperexiſtentiam ipſius, ac Tiberii fratris. Ac inſuper d. Caſale, ac Palatium non potuiſſe comprehendere uti hæreditaria q. Rutilii ejuſdem Cæſaris patris, qui teſtamento expreſsè illi prohibuit diſponere ad favorem perſonæ illegitimæ, & procreatæ ex patre, aut matre illegitimis, cujus diſpoſitionis nullam aſſerit in ea Concordia habitam fuiſſe rationem ſive notitiam, & propterea illam ſuſtineri non poſſe. Obtinuerit ſuper ejus nullitate, ac reſciſſione commiſſionem, Articuloſque ſucceſſivè produxerit ad probandam aſſertam illegitimitatem matris, & Avi Paterni dd. DD. Marcelli, & Horatii qui non ſolum prædicta conſtanter negarunt, verùm ad evitandam litem, expenſa, atque moleſtias dictam Concordiam principaliter oppoſuerunt. Ideò re maturè diſcuſſa hodie DD. reſponderunt illam obſtare.

Hæc enim litibus, controverſiis, ac prætenſionibus finem imponit, *l. actione, l. fratris tui, l. ſub prætextu inſtrumenti leg. ſub prætextu ſpecierum, l. tranſactione C. de tranſactione.* Tàm pendentibus, quàm futuris prout partes conveniunt, *leg. 2. C. eod.* Alex. *conſ. 40. ſuper præmiſſo themate n. 17. verſ. non obſtat lib. 1.* Rota *penes Card. Seraph. dec. 737. n. 7. verſ. præterea ac ſanct. mem. Gregor. deciſ. 286. n. 6. verſ. & tam à lite futura,* Coccin. *deciſ. 337. n. 8. verſ. quia concordiæ & tranſactiones, & in rec. deciſ. 715. ſub n. 5. verſ. tamen ſatis eſt, p. 2. & deciſ. 466. num. 1. verſ. iſta tranſactio part. 4. tom. 2.* prohibetque illas inſtaurari, & ad trutinam judicialem reduci, *l. cum mota, l. cauſas, l. ſi majores, l. tranſactione, l. quamvis, C. eod.* ſanct. memor. Gregor. *deciſ. 354. n. 2. verſ. quia tranſactio, cum ſeq.* Card. Cavaler. *550. n. 2. verſ. quia obſtabit.* Ac proinde impedit litis ingreſſum, ulterioremque proceſſum non ſecus ac res judicata, cujus virtutem præ ſe fert. *d. l. fratres tui,* ubi hoc notant Bart. Salze Ale. & alii *l. non minorem; C. eodem,* Roland. *conſ. 28. n. 17. verſ. quarto accedit, lib. 4.* Surdus *conſ. 451. n. 16. verſ. quia tranſactionis exceptio, cum ſeq.* Rota *penes Verall. deciſ. 51. par. 3.* Seraph. *deciſ. 1157. n. 1.* Mantica *deciſ. 241. n. 7. verſ. unde, cum ſeq. & de tacit. tit. 26. tit. 7. num. 6 verſ. quarto deducitur,* & ſanct. memor. Greg. *deciſ. 184. n. verſ. quia obſtant ſententiæ, dict. deciſ. 286. ſub num. 4. verſ. quibus non obſtantibus cum ſeq.* & Card. Cavaler. *deciſ. 276. num 1. verſic. tranſactio autem, ac in recent. deciſ. 539. ſub n. 1. verſ. quæ propterea, part. 1. deciſ. 414. per totam deciſ. 447. per tot. part. 2. deciſ. 402. num. 4. verſ. & impedit litis ingreſſum, part. 5. & deciſ. 86. n. 1. verſ. quia cum tranſactio, par. 6. & deciſ. 161. n. 1. verſ. quia cum tranſactione, & deciſ. 218. n. 1. verſic. quia illa, cum ſeq. p. 7.*

Nec

Nec obstat, quod substitutio à Cæsare ordinata ad favorem primogenituræ ex linea Jo. Baptistæ jam expirasset per existentiam filiorum Pauli primi ejus hæredis.

Quia contrarium convincitur non solum ex pluribus conjecturis ab ipso Testamento, & Codicillorum contextu per informantes benè deductis; sed ex depositione bon. mem. Cardinalis Crescentii Testatoris consanguinei; ac ultimæ illius voluntatis executoris tunc solemniter examinari affirmantis lineam præfati Joan. Baptistæ fuisse lineæ Pauli quandocumque deficienti in dd. Codicillis ipso, ac Marchione Joan. Baptista ejus fratre præsentibus ordinatis substitutam. Quæ sanè exaberabant ad reddendam rem dubiam, ita ut validè iniri posset inter partes transactio, atque concordia, cum ad hunc effectum sufficiat quævis probabilis dubitandi ratio,
3 quæ calumniam evidentem excludit actoris, *leg. in summa in princ. vers. & quidem*, ibique gloss. *in verbo nulla, cum seq. ff. de condit. indeb. & d. l.* 2. ibi glossa *in verbo nulla, C. de transact.* Paris. *cons.* 32. *sub num.* 17. *vers. ad idem dicendum, cum seq. lib.* 1. Decian. *cons.* 56. *num.* 29. *versic. nam sufficit, cum seq. lib.* 4. latè Becc. *cons.* 109. *sub n.* 8. *vers. nam eo ipso, &c.* Rota *dec.* 104. *sub n.* 2. *vers. & propterea par.* 2. *dec.* 263. *n.* 2. *vers. attamen, cum seq. par.* 3. *& dec.* 348. *sub num.* 4. *vers. & ideo non mutat. p.* 4. *& dicta dec.* 161. *num.* 5. *vers. ad effectum enim, & cap.* 7. *rec. ac in bonorum Transactionis* 25. *Febr.* 1629. *coram bon. mem. Merlino in §. illudque plurimi faciebat Rota, & sæpè in aliis.*

Minus obstat adducta prohibitio Rutilii his verbis concepta, *Prohibens expressè eumdem D. Cæsarem hæredem prædictum, quod in eventum in quem voluerit condere aliquod Testamentum, seu devenire ad aliquam donationem de bonis hæreditariis prædictis in totum, vel in partem, quod non possit instituere, & nominare, nec aliquam donationem facere ad favorem personæ illegitimæ, & naturalis, & procreatæ ex patre illegitimo, & naturali, aut ex matre illegitima & naturali &c.*

Quia (præmissis nunc aliis) non applicatur DD. Marcello & Horatio, quos constat fuisse progenitos ex vero, & legitimo matrimonio à Dom. Joan. Baptista eorum patre contracto cum Cinthia Filia Francisci de Calvis Patritii Romani, eundemque Joan. Baptistam susceptum ex vero, legitimoque matrimonio à Marcello ejus patre contracto cum Laura de Maximis. Objecta verò ejusdem Marcelli eorum Avi illegitimitas, & præter quod impertinens est in proposito casu, in quo Rutilius Testator illegitimitatem personæ instituendæ propriam, atque paternam non Avitam reprobavit, excluditur etiam ex Testamento Joan. Baptistæ senioris illius condito de Anno 1527. die 1. Augusti à quo fuit hæres universalis institutus tanquam filius legitimus & naturalis, & ex aliis juribus per eosdem fratres exhibitis. Illa pariter dictæ Cinthiæ eorum matris omninò refelli ur ex publico Instrumento in quo legitur ipsam parte instante fuisse à Collegio Archivii Apostolica authoritate plenè legitimatam & ad omnia jura legitimorum, ac si de legitimo thoro genita fuisset restitutam Anno 1576. die 3. Aprilis. Ac proinde quando
4 matrimonium contraxit cum D. Joan. Baptista die 31. Augusti 1577. non erat illegitima, cum hujusmodi macula jam fuisset per legitimationem præcedentem penitùs abolita, §. *si quis igitur in primo in Auten. quibus mod. nat. effic. sui.* ibi, *legitimus mox fiet naturalium jure omnino liberatus.* Alciat. *cons.* 14. *n.* 6. *vers. secundum fundamentum lib.* 9. Peregr. *cons.* 7. *n.* 22. *vers. constat autem, cum seq. lib.* 2. Lup. *de illegitim. com.* 3. §. 1. *n.* 41. *versic. utcumque sit*, Rota *decis.* 105. *sub num.* 5. *vers. nam respondetur, part.* 1. *divers.* & penes Reverendiss. Urgellen. *dec.* 95. *sub*

n. 8. *vers. unde cessat etiam in eo omnis macula &* Ipsaque ex tunc verè effecta legitima Principis auc- 5
toritate, qua ad primævum naturæ jus quo omnes liberi, ac legitimi nascebantur remotis juris positivi observationibus atque impedimentis validè potuit restitui, *l.* 2. ibi, *illis enim utique natalibus restituitur in quibus initio omnes homines fuerunt, &c.* & ibi gloss. *in verbo initio, de natal. restituend.* & in Auth. *quibus mod. nat. fil. effic. legitim. in §. si quis sanè, versic. liceat igitur, & in §. fit igitur licentia, nihil à legitimis filiis differentes*, & si Auth. *quibus mod. nat. effic. sui. in §. & quoniam variè*; ibi, *nihil dissimilis à legitimis &c.* gloss. *in cap. per venerabilem in verbo ad ulterius*, ibique Doctores, *extr. qui fil. sint legit.* Bart. *in l. si quis pro emptore sub numer.* 29 *vers. pone ergo, ff. de usucap.* Decian. *cons.* 365. *sub num.* 7. *versic. ad quorum, & seq.* latè Decian. *cons.* 9. *à num.* 46. *versic. quarto cum seq. lib.* 4. Beccian. *cons.* 139. *sub num.* 13. *versic. quæ conclusio cum seq. & cons.* 179. *num.* 8. *versic. nam legitimati, cum seq.* Gabriel. *cons.* 21. *num.* 36. *versic. sicut in simili, cum seq. lib.* 2. & explicat doctè Laderch. *in cons.* 23. *num.* 10. *versic. ergo plenius, cum seq.* Surdus *cons.* 75. *num.* 1. *versi. legitimatus enim*, Lup. *de illegitim. in d. com.* 3. §. 1. *à num.* 36. *versic. ratio autem, cum seq.* Rota *penes Achill. dec.* 5. *qui fil. sint legitim.* & Comitul. *decis.* 37. *num.* 47. *vers. hoc enim, &c. & dec.* 662. *num.* 4. *versic. & quamvis part.* 1. *divers. & in recent. dec. per tot. &* 600. *sub. n.* 1. *vers. & ratio esse potest, p.* 3. non obstante clausula, *sine præjudicio quorumcumque ab intestato &c.* in instrumento ap-
posita. Quoniam hæc plenam legitimationem perso- 6
næ non impedit, sed effectum successionis dumtaxat moderatur, ut latè post alios explicat Lup. *d. com.* 3. §. 1. *à num.* 38. *versic. sed ubi illegitimas*, Eugen. *cons.* 32. *sub. num.* 47. *vers. primo quoad clausulam. lib.* 1. Rota *penes Achill. decis.* 6. *qui filii sint legitim.* & Seraph. *dec.* 880. *n.* 5. *vers. quantum ad alteram objectionem*, & san. mem. Gregor. *dec.* 201. *num.* 3. *vers. unus tamen ex Dominis*, ubi de veriori, & receptiori opinione, & in Rota recepta, *& aliis relatis, dec.* 200. *n.* 3. *versic. qui omnes, part.* 7. *recentior.* Ideoque verissimum est quod præfati Marcellus & Horatius ex ea postea nati, fuerunt legitimi, & naturales & ex utroq; parente legitimo & naturali progeniti inspecto eorum 7
conceptionis ac nativitatis tempore *jux l. emancipatum in fin. princip. & in §.* 1. ibique gloss. *in verbo antequam, & in verbo tempus conceptionis, ff. de Senator leg. si justa in fin. versic. & is quem, C. si mancip. ita fuerit alienat. ut manumitt. l. communium, §.* 1. *vers. illo videlicèt observando, C. de natural. liber. §.* 1. *versic. sufficit autem, Instit. de ingen. cap.* 2. ibique gloss. *in verb. concepti fuerunt, & in verbo ante latam sententiam*, Extr. *qui filii sint legitim.* & comprobatur ex regula *leg. in delictis. §. si extra mens, ff. de noxal. act.* Rota *dec.* 100. *n.* 51. *versic. ut clarè probatur, part.* 5. *recent.*

Præterea dicta prohibitio restricta fuit ad personam Cæsaris filii, ac hæredis ipsius Rutilii, ut patet ex illis verbis, *Prohibens expressè eundem D. Cæsarem hæredem prædictum, &c.* quæ sunt personalia, ut de verbo 8
(eidem) Bursatus *consil.* 64. *à num.* 20. *vers. secundo, cum seq.* & in specie Surd. *dec.* 125. *n.* 1. *versic. dicto enim* (*eidem*) Rota *dec.* 316. *sub n.* 6. *versic. cùm sit facta eidem, part.* 1. *& dec.* 707. *sub num.* 2. *vers. quod autem testator, part.* 1. *recent.* & de verbo (*prædictum*) Alex. *in cons.* 140. *viso dicto testamento, sub num.* 3. *vers. item etiam, lib.* 6. Ripa *in leg. filius familias, §. Divi, sub n.* 111. *vers. ut si testator dixerit, ff. de leg.* item Surdus *consil.* 123. *num.* 13. *vers. illa enim dictio* (*prædicta*) *& cons.* 394. *n.* 4. *vers. illa enim dictio, ac seq. & de aliment. tit.* 8. *privil.* 31. *num.* 4. *vers. nam & verba Rotæ dec.* 47. *sub n.* 2. *vers. ponderando maximè part.* 3. *recentiores.* Atque idò non afficiebat Tiberium & Jacobum §. *nos igitur*, ibi gloss. *in verbo voluisse*, in Auth. 9

de restitut. fideicomm. Bart. *in d. l. filius familias*, §. *Divi. num.* 20. *Vers. quærit*, Dyn. *cum. seq.* ac ubi Jas. *num.* 150. *versic. limita istam communem conclusionem*, & Ripa *sub d. num.* 111. *vers. secundo restringe*, *ff. de leg.* 1. Bald. *cons.* 304. *nobilis vir*, *num.* 1. *Vers. & breviter lib.* 5. Alex. *d. cons.* 140. *per tot. lib.* 6. Alb. *cons.* 501. *num.* 11. *Vers. sed re diligenter considerata cum seq.* Menoch. *cons.* 85. *n.* 116. *vers. cum hæc prohibitio*, *& seq.* Surdus *d. decis.* 125. *per tot.* Peregrin. *cons.* 109. *n.* 15. *vers. prohibitio autem*, *&c. lib.* 3. Rota *d. dec.* 316. *n.* 6. *vers. non obstat prohibitio p.* 1. *& dec.* 397. *n.* 87. *vers. quia d. prohibitio p.* 5. *& dec.* 15. *n.* 11. *Vers. quæ omnia verba*, *p.* 7. *rec.* Ac proinde d. Concordia cum illis inita, & fideicommissum super bonis prædictis particularibus, pacto, & conventione speciali ex integro quatenus opus esset in ea constitutum, ut ibi legitur in vers. item conveniunt quod deficientibus dd. DD. Tiberio, & Jacobo, ibi, *& quatenus opus sit, ex nunc, & ut supra dictum est, constituerunt ad favorem d. lineæ perinde ac si illa fuisset simpliciter, & sine dubio vocata in defectum lineæ prædicti bon. mem. Pauli, quia sic actum* &c. validum utique fuit *ad l. quoties*, *C. de donat. quæ sub mod.* 10 Castr. *consil.* 347. *quia circa donationem factam*, *sub n.* 1. *Vers. videlicet ut Portius l.* 1. Dec. *consil.* 63. *pro tenui facultate n.* 4. *Vers. & primo videtur dubitandum*, Bero. *cons.* 84. *sub num.* 4. *Vers. sed præmissis non refragantibus*, *cum seq. lib.* 2. Cravet. *cons.* 19. *n.* 8. *Vers. in quo dubio breviter respondeo*, Alb. *cons.* 361. *sub n.* 1. *Vers. nam factæ fuerunt*, *cum seq.* Menoch. *cons.* 325. *n.* 1. *Ver. quæ sanè substitutio*, *cum seq. & cons.* 1154. *num.* 12. *Vers. & fideicommissum*, Surdus *cons.* 247. *num.* 3. *vers. cæterum*, *cum seq.* Odd. *cons.* 39. *num.* 13. *Vers. & pro fundamento hujus conclusionis*, & firmavit Rota *penès Cardin. Seraph. dec.* 258. *num.* 7. *Vers. non obstat quod agatur de successione*, *ac seq. & dec.* 828. *sub n.* 1. *vers. receptissimum autem est* &c. *cum. seq. & in recent. dec.* 580. *sub num.* 1. *Vers. cum enim fideicommissum*, *q.* 4. *& in aliis.*

Ex quibus infertur nihil officere, quod Testamentum prædictum non fuerit productum, nec de illo actum in eo judicio, nullaque ejus habita mentio in Instrumento Concordiæ.

11 Tum quia nullum (ut dictum est) facessit negotium; Tum quia verba instrumenti supra relata sunt adeo ampla, atque prægnantia, ut comprehendant quascunque causas, prætensiones, & jura etiam non expressa, & in judicium non deducta, Bart. *in l. si de certa sub n.* 2. *vers. verius puto*, *cum seq. & num.* 5. *vers. si vero loquimur*, *C. de transact.* latè Alex. *consil.* 42. *super themate*, *à num.* 8. *vers. tertio quia generalis fuit*, *& per tot. lib.* 1. *& cons.* 11. *Viso*, *ac ut oportet considerato themate*, *sub n.* 6. *vers. sed præmissis non obstantibus*, *cùm seq. per tot. lib.* 2. Castr. *cons.* 333. *Dubium videtur facere*, *sub n.* 3. *vers. sic etiam occasione unius litis*, *lib.* 2. Crav. *cons.* 290. *sub n.* 3. *vers. octavo considero*, *cum seq. & cons.* 638. *n.* 14. *vers. sexto*, Natt. *cons.* 410. *n.* 6. *vers. fuit etiam liberatio facta*, *cum seq.* Decian. *cons.* 39. *à n.* 51. *vers. quarto & seq. lib.* 2. *& cons.* 11. *vers. & cum in casu præsenti*, *ac seq. lib.* 2. Becc. *cons.* 108. *n.* 12. *vers. nam objectum facilè diluitur*, *& seq.* Surdus *cons.* 267. *sub n.* 5. *vers. cæterum & seq. per tot. & dec.* 176. *n.* 1. *vers. quia generalis transactio & seq. per tot.* Hond. *cons.* 49. *n.* 8. *vers. primò quia & n.* 34. *vers. quartum minus resistit*, *cum seq. usque in fin. lib.* 1. Mantica *de tacit. lib.* 26. *tit.* 6. *sub n.* 16. *vers. sed & advertendum*, *ac seq.* Rota *penès Card. Seraphin. dec.* 520. *num.* 4. *vers. & adeò verba sunt prægnantia*, & sanct. mem. Gregor. *dec.* 354. *n.* 12. *vers. maximè attentis verbis generalibus*, *& in rec. dec.* 447. *sub num.* 1. *vers. tum ex vi generalis renunciationis*, *& dec.* 724. *num.* 3. *vers. quibus concurrentibus*, *& seq. p.* 2.

Ac proinde restringi non possunt ad causas in eodem Instrumento expressas, scilicet ex testamento, & codicillis Cæsaris, super quibus lis pendebat provenientes.

Quia id congruè non patitur amplitudo d. verborum, quascumque alias causas, titulos ac jura etiam de novo reperta & reperienda, cogitata, non cogitata expressè complectentium, ut legitur in d. versic. quam concordiam, &c. Hoc enim casu non admittitur ejusmodi restrictio; sed ipsa verba secundum proprium, ac latissimum eorum significatum intelliguntur. Quia ex illis clarè constat partes voluisse au- 12
gere præcedentia, & alia etiam omnia comprehendere, ut explicat post Cyn. post. Petr. *in d. l. sub prætextu specierum sub n.* 3. *vers. tamen*, *ubi est generalis transact. C. de transact.* Bart. *in l. Aurelio*, §. *Cajus. sub n.* 10. *vers. si vero dicens*, *sub n.* 11. *vers. prædicta verò* &c. quo comprehenduntur etiam jura ignorata quan- 13
do remissa fuit omnis causa, sive omne jus quod competere posset, *ff. de liber. l. & in l. si de certa sub n.* 1. *vers. quandoque verba generalia & seq. Cod. de transactione.* & ibi etiam Salicetus *sub num.* 2. *vers. sed in transactione*, *& in l. age cum Geminiano*, *sub num.* 4. *vers. aut ratio*, &c. *in d. l. sub prætextu specierum sub n.* 2. *ad fin. vers. aut alterum tantum est generale*, *C. eod.* Angel. *in l. tres fratres*, *sub n.* 5. *vers. sequitur in gloss. verb. hoc limita*, &c. dicens quod verba generalia 14
non patiuntur restrictionem salva ratione recti sermonis quando conventum fuit quod liberatio esset generalis & plena, *ff. de pact. & in lege qui jure militari in* 15
princip. Vers. & ignorans jus suum, &c. ubi ponderat pactum comprehendens etiam incognita, &c. ex quo plenam inquit parari securitatem, *ff. de testam. milit.* Alex. *d. cons.* 42. *sub d. n.* 8. *vers. quarto quia*, *& v. quinto pondero*, *& sub n.* 16. *v. secundo respondeo leg.* 1. & rursus idem latè comprobat *d. cons.* 11. *sub n.* 10. *vers. confirmo*, &c. ponderans verba illa, *& alia quacumque ratione*, *vel causa*, &c. & illa, *cognita* &c. quæ salva ratione recti sermonis restringi non possunt ad præmissa *& sub n.* 14. *v. secundo non obstat d. leg. si de certa*, &c. *lib.* 2. plenè Castr. *d. cons.* 333. *sub n.* 2. *vers. si verò*, &c. dicens generalitatem prolatam per verba, vel signa universalia *omnia*, &c. *quæcumque*, &c. & similia non posse 16
restringi (alia non apparente partium voluntate) sed generaliter, ac universaliter, intelligendam esse, ac operari debere, *p.* 2. & latius Socin. *cons.* 103. *sub. n.* 4. *vers. non obstantibus*, *ac seq. lib.* 3. Guid. Panciroll. *cons.* 62. *sub n.* 3. *v. secundò respondetur*, & plenè sequitur Surdus *d. cons.* 267. *sub n.* 12. *vers. non obstat itaque*, *cum seq. & sub num.* 5. *vers. nec. movet*, *ac seq. & cons.* 303. *sub n.* 25. *Vers. & in specie*, *cum seq.* ubi ponderat dictionem (alia) & admittit etiam *in cons.* 418. *sub n.* 26. *in fin. vers. tum etiam quia*, Menoch. *cons.* 336. *à num.* 18. *vers. secundo perpendo*, *& pluribus seq. & cons.* 401. *à num.* 71. *vers. septimo confirmatur præmissa*, *cum seq.* Honded. *d. cons.* 49. *sub num.* 10. *vers. secundò quia*, &c. *cum seq. & sub n.* 4. *vers. secus si præmiserit*, *ac n.* 28. *vers. nec. obstant ea*, *& per tot. lib.* 1. & respondit Rota *in dec.* 149. *sub num.* 2. *v. primo tamen sublimitatur. p.* 1. *diversi.* & penès Seraph. *dec.* 317. *nu.* 2. *vers. tamen sublimitatur cum seq.* à sanct. mem. Gregor. XV. *dec.* 286. *num.* 7. *Vers. Ulterius quando* &c. *& dec.* 714. *num.* 4. *vers. neque visum fuit*, *ac seq. part.* 2. *& dec.* 141. *num.* 4. *vers. secundo ac seq. & n.* 6. *versic. maximè part.* 5. *recent.* cum aliis deductis per Modern. Roman. *disceptat.* 568. *sub num.* 33. *vers. neque aliqua restrictio*, *ac seq.*

Nec repugnant verba illa in fine narrativæ d. Con- 17
cordiæ, *super quibus differentiis*, *litibus*, *& aliis prætensionibus*, *quæ inter dd. partes ortæ sunt*, *& quomodolibet oriri possunt prædicta occasione*, &c. *& infra in Vers. Hinc est*, &c. ibi, *& ratione hujusmodi perpetuæ concordiæ*, *transactionis*, *& compositionis*, *& alias omni meliori modo*, &c. *partes ipsæ cesserunt*, *& cedunt*, &c. *omnibus & singulis litibus*, *& causis*, *quæstionibus*, *& prætensionibus quibuscumque*, &c. *vel alias quomodolibet ortis*, *& introductis*, &c. *& quæ introduci*,

&

& nisi posset constat, & occasione suprà narrata, & infrà dicenda, &c.

Quæ comprehendunt non solùm causas immediatas, & proximas, sed etiam remotissimas sub illa (occasionis) dictione *lex. qui occidit*, §. 1. *vers. hanc si die*, *D. ad l. Aquil. leg. fori*, *C. de alveo. diverso. Jul. leg. si ab*. §. *fil cum in fecimus*, *Cod. de furt. & serv. corrupt.* Decian. *consil.* 47. *n.* 51. *versic. quod amplius lib.* 5. Menoch. *cons.* 335. *num.* 35. *vers. hæc ultima*, Burr. *dec.* 27. *num.* 17. *versic. neque refert.* Mantic. *cons.* 128 *n.* 21. *vers. quia occasio*, &c. Rota *dec.* 714. *num.* 17. *vers. quod verbum occasio part.* 4. *recent.* 3. *recentiores.* Quibus prædicta Cæsaris dispositionis favorem illatæ Joannis Baptistæ, ac ejusdem confirmatio, ac nova constitutio super bonis controversis quomodolibet impugnari posset, etiam extraneis, & adversus ab expressis, ac prorsus incognitis, ut infrà *d. resolut. quam concordiam*, & latiùs explicatur; quare cum idem resultaret effectus ex dispositione Rutilii si verè eatum hunc comprehendisset, sub illa quoque sub verborum universalitate utique comprehensa fuit, ut benè concludit Cast. *d. cons.* 333. *sub d. n. vers. sed omni* 2. & *vers. nam occasio supra sibi* p. 2.

Deinde non obstitit dispositio *leg. de hic*, *D. de transact.* Quia præter quod nulla urgebat necessitas Legendi in testamento Rutilii personas transigentes non afficiens, sufficit enixa, & deliberata partium voluntas ex verbis præmissis apparens comprehendi quæcunque jura, causam, & titulum etiam incognitum, & ex juribus, quæ de novo reperiri possent resultantem cum expressa renuntiatione dolo, restitutionis in integrum beneficio etiam enormissimæ, ac ejusdem Legis de testamentis explicitè dispontentis, 18 renunciando firmata. Nam hoc extra opponi non potest defectus consensus, cùm ex ipsis verbis amplissimis manifestè appareat. Bart. *in d. leg. si decreta fin. num.* 4. *vers. hic adverte*, & *d. num.* 5. *versic. si verò loquitur*, &c. dicens pro[hi]benturi pares de omnibus cogitasse quando evenire ex verbis, quod voluerant convenire. Nam in transactionem extendi etiam ad incognita Paul. *in d. leg. sub cæterum spectatum num.* 2. *in verbo plato.* dicens imputandum esse illi qui non cogitasse sub usitatis verbis generalibus omnia comprehendit, & ibidem Salyc. *sub num.* 2. *vers. sed quæritur*, &c. *C. de transact.* Alexander *d. cons.* 42. *sub d. n.* 8. *vers. quarto pondero*, dicens *sub num.* 17. *vers. nam propter juramentum*, &c. hoc fortiùs procedere stante juramento in transactione præstito, quod magis deliberatam demonstrat partium voluntatem, *lib.* 1. & *dict. cons.* 11. *sub num* 15. *versic. nec obstat*, & *in fin. versic. propterea posito lib.* 2. Ruin. *cons.* 136. *sub num.* 7. *vers. quamvis lib.* 3. Idemque in specie comprobat Socin. *de cons.* 103. *sub dicto n.* 5. *in fin. versic. præterea*, & *secundo*, *ac n.* 6. *lib.* 3. Nate. *cons.* 145. *sub num.* 4. *vers. & juramentum appositum*, &c. & *dicto cons.* 410. *sub num.* 8. *vers. quia respondetur*, &c. Becc. *cons* 198. *num.* 11. *vers. & tam in universalibus*, & *tam amplis verbis*, *cum seq.* Decianus *dicto cons.* 49. *num.* 16. *vers. nam per verba generalia lib.* 2. Honded. *dicto cons.* 49. *à num.* 30. *vers. quod tertio loco dicebatur*, *cum seq. lib.* 1. Mantica *de tacit. lib.* 26. *dict. titul.* 6. *sub num.* 17. *versic. admonere tamen*, & *vers. quod si actio sit particularis*, &c. Matthæl. *dec.* 65. *sub num.* 10. *vers. in tantum*, Rota *dict. tit. coll.* 714. *sub dicto num.* 7. *vers. stante etiam dicta generalitate verborum part.* 2. & *decis.* 498. *sub num.* 3. *vers. generalis vero*, *part.* 3 *recent.* & per Molern. Romanæ *dict. tit. resp.* 568. *num.* 41. *vers. & stantibus* 20 *verbis universalibus*, &c. Neque perfectus fuit in ea lege pactus, cui poterat renunciari cum juramento ut specialiter fuit dictum Joann. de Imol. *in cap. cum inter. de transact. sub n.* 9. *versic. circa secundum & ultimum erit dicendum.* Alexander *in leg. qui Romæ* §. *duo fratres*, *ff. de cond. & dem. vers. videbis*

unus fidem cessit, *ff. de verb. oblig.* & *de cons.* 11. *sub n.* 15. *in fine vers. secus.* & *regulo respondere*, *ac seq. lib.* 2. Jas. *in d. l. de his sub n.* 11. *vers. concludo ergo*, Ruin. *dicto cons.* 150. *sub d. num.* 7. *vers. nec etiam obstat præmissis lib.* 3. Socin. *de cons.* 103. *sub d. n.* 5. & 6. *vers. præterea & secundò*, &c. *lib.* 3. Nate. *de cons.* 145. *n.* 5. *vers. clarum est autem*, *cum seq.* Becc. *de cons.* 198. *n.* 13. *vers.* & *ideo per juramentum*, &c. Surdus *d. cons.* 264. *sub n.* 10. *vers. sed ex alio quoque ac seq.* & latè probat Mantic. *de tacit. lib.* 26. *tit. sub n.* 25. *vers. nam juramento*, *ac vers. neque videtur*, *ac n.* 31. *vers. utrum cum seqq.* & hanc sententiam probavit Rota *in Viterbien. transactionis* 3. *Martii* 1572. *coram Gopper in manuscript. dec.* 374. *in* §. *prima videtur difficultas*, & *dec.* 714. *sub num.* 7. *vers. ulterius p.* 2. & *d. dec.* 598. *sub n.* 3. *vers. nam cum in casu nostro*, *p.* 3. *recent.* & prosequitur Moder. Romanæ *d. disceptat.* 568. *n.* 3. *vers. amplius non obstabit*, *ac seqq.*

Postremò non obstat pactum resolutivum ad rationem Tiberii, & Jacobi in casu cujuscunque impedimenti, ac molestiæ super libera dispositione aliorum bonorum hereditatis Cæsaris à quavis persona inferendo, ut legitur in *v. hinc est*, &c. ibi *Cum hac tamen declaratione*, &c.

Quia non fuit simpliciter conventum, sed cum limitatione, *Dummodo tamen impedimentum non proveniat ex facto & fact. ad DD. Tiberii & Jacobi eorumque hæredum, & successorum quorumcunque*, &c. Quæ 21 illud modificat, *l. cum ab eo ff. de contrah. empt.* Menoch. *de arbitr. Jud. l.* 1. *q.* 86. *n.* 28 *vers. etiam n.* Quare cum molestiæ per D. Hieronymam de Alberinis, ac ejus hæredes illatæ D. Jacobo processerint ex contractu cum eo celebrato, ac speciali etiam obligatione per ipsum facta investitionis annuos scutos quingentos in Montibus Camerinis pro redintegratione d. fideicommissi usque ad summa scutorum 3500. pretii Census venditi d. D. Hieronymæ ut apparet ex publicis Instrumentis celebratis altero sub die 29. Novembris 1635 per acta Columnæ Not. A. C. & altero sub die 15 Julii 1641. per acta Constantini 22 Not. Capitol. &c. Non potest equidem in hac Concordiæ resolutio de tuto vigore dicti pacti, quod hoc casu illi non suffragatur cum damnum ex facto, & culpa ejus propria provenerit, & propterea defecerit conditio sub qua illud conceptum fuit Joann. Andr. *in c. ex tuarum n.* 7. *in verbo dummodo extr. de auctor. & usu pal.* Ruin. *cons.* 202. *sub n.* 4 *vers. & ex illa dictione* (*dummodo*) *lib.* 1. Rota *penes Card. Serap dec.* 1017. *n.* 4. *vers. nam dictio* (*dummodo*) & Buratt. *dec.* 110. *n.* 11. *vers.* 2 *quia*, &c.

Prædicta verò fortiùs procedunt stante longa observantia d. Concordiæ per sexdecim circiter annos, pluribus interea factis per dd. DD. Tiberium, & Jacobum alienationibus, ac Censuum impositionibus super aliis dict. hæreditatis bonis etiam cum consensu dd. Marcelli, & Horatii in executione, & pro adimplemento illius præstito, ita ut res non sit amplius inte- 23 gra, & propterea absurdum videtur postquam pars altera commodum ex ea percepit mediante libera dispositione bonorum etiam ipsius Cæsaris, moto conventum super his de quibus agitur onus subire recusat, Dec. *cons.* 28. *n.* 11. *v. præterea cum seq. lib.* 3. Rota *penes Card. Cavaler. dec.* 407. *n.* 9. *v. accedebat præmissus*, & *in recen. dec.* 86. *n.* 7. *vers. maximè in præsenti casu*, &c. 6. & fuit dictum in Firman prædii coram R. P. D. meo Peutingero 30 *Janu.* 1640. §. *penult. Vers. Hæc vero resolutio*, & 14. *Maii ejusdem Anni in* §. *ad hæc fuit responsum in fin. vers. quid conditionis luis*, &c.

Et ita fuit resolutum utraque parte informante, &c.

Eminentiſſ. & R. D. Card. CORRADO.

Romana Reſciſſionis Concordia.

Veneris 14. *Maii* 1650.

ARGUMENTUM.

Articuli irrelevantes, vel ſuſpecti, non admittuntur contra Inſtrumentum, & nonnullorum irrelevantia in hac hypotheſi truſinatur. Concordia ſatis roboratur verbis generalibus, & amplis, ad hoc ut comprehendatur etiam non expreſſa Teſtatoris voluntas magis elicitur ex verbis Teſtamenti, quàm ex aliis probationibus extrinſecis. Communis uſus loquendi, an habeat locum in Inſtrumento: & quomodo probetur. Et an legitimati veniant ſub nomine legitimorum, ſeu baſtardorum attento communi uſu loquendi.

SUMMARIUM.

1 *Articuli regulariter in Curia admitti ſolent, etiam parte opponente, cum clauſulis præſervativis, quomodo ad cauſam conferant.*

2 *Limitatur, non procedere quando ſunt omnino irrelevantes, vel aliter ſuſpecti; tunc enim præmiſſa cognitione, parte præſertim inſtante, ſunt omninò rejicienda.*

3 *Litigantes, expenſis, ac dilationibus inutilibus fatigari, ſicque eorum jura periclitari, non decet.*

4 *Et hoc eſt à Judice, etiam parte non advertente, apprimè conſiderandum, et ex officio providendum.*

5 *Verba generalia, et Univerſalia in Tranſactione apposita; cum ſint adeò ampla, atque prægnantia, ut quascunque Cauſas, pretenſiones, et Jura, etiam in eo Inſtrumento non expreſſa, ac in illo Judicio non deducta, complectantur, conſiderata propria cujuslibet natura, valeat ſuam imponere cuicunque ſolo cessandi dijectionis, in vim, et conventionis.*

6 *Verba reſtrictiva*, cauſa et occaſione narrata, et infra dicenda, etc. *poſita in Inſtrumento Tranſactionis, comprehendunt quid, aut ordinatur per ſe, vel per accidens, ſive ordinetur ab aliquo per ſe, vel per accidens.*

7 *Præcognitio, et animadverſio generalis, ac intellectualis, explicata verbis amplißimis, et generalißimis, omnium, quæ possunt turbare concordiam; ſufficit ad hoc ut habeantur, ipſius favore, pro expreſſis; ne ipſa concordia illo casu periclietur. Et omnibus generalibus hujusmodi verbis in Inſtrumento appositis comprehendantur etiam incogitata, et in judicium non deducta: et hæc opinio dicitur communis.*

8 *Ignorantiæ prætextus non ſuffragatur ubi varia pro notitia, ac ſcientia concurrunt argumenta. Et an dilatari ſe extendat ſuffecta generalis notitia, et cognitio, quæ res ſint etiam ex renunciatione jurata, ejus cauſa ex foris, contingentis, incogitati ac ſuperveniens, ac documenti de novo reperti.*

9 *Inſtrumentum Tranſactionis, ſecurissimum facit veritatis probationem, quam ſi nec, qui, vel oblivione, vel alio defectu, facile læsi possunt. Ideoque illis eſt præferendum.*

10 *Articulus Inſtrumento publico adversatius, ſuspectus admodum redditur; ac proinde jure meritò rejicitur.*

11 *Judex Tranſactionis circa ſuam voluntatem, seu*

conditum testamentum, nihil operatur, dum ipse mutato consilio, alius post modum in ipso condendo disposuerit.

12 *Testator, qui litteras, ac Rethorum artes non callet, id tantùm censetur voluisse, quod in Testamento verè aliter explicatur: ita ut qualibet verborum circumscriptio non sit apta induci, ipsum non palam, sed in figuris locutum fuisse.*

13 *Consensus, et approbatio contractus præsumitur ex præsentia, interventu, ac fidejussione illius, de quo agitur.*

14 *Filius censetur habere certiorem notitiam intentionis ac voluntatis Patris, quàm alii. Et ideò verisimile est, eum in Testamento mentem ipsius insecutum esse, ac præcepto ejus obtemperasse.*

15 *Memoria in homine decrepitæ ætatis adeò labefactatur ac ruit, ut ejus Testimonium de auditis ab alio in juventute, de re ad ipsum non pertinenti, magna veritatis suspicione laboret: ac quo exactius deponit, eo magis ob omni verisimilitudine, et prudentis judicio alienum suum dictum reddit.*

16 *Communis usus loquendi non probatur, nisi pluribus concurrentibus.*

17 *Legitimati, cum sint verè legitimi, et naturales, secundum Juris interpretationem, appellatione legitimorum ac naturalium comprehenduntur.*

18 *Legitimati in forma ampla, ac ad omnia legitimitatis jura plenè restituti, ac reintegrati sunt atque censeri debent verè legitimi, sublata penitus omni genituræ macula ita ut communis loquendi usus de illegitimis, ad ipsos non possit referri.*

19 *Concordia longo tempore servata, et executa cum ad tollenda partium dissidia sic inita, ne sopitæ litium flammæ ullatenus excitentur ac revivescant æquum est in posterum summoperè servari.*

DECISIO XXVI.

Item jam diu verſantem coram bon. mem. Coccin. inter DD. Marcellum & Horatium filios Joann. Baptiſtæ Actores, & DD. Tiberium, & Jacobum filios Pauli priori hæredis q. Cæſaris de Alberinis reos convent. ſuper fideicommiſſo per dictam Cæſarem ordinato ad favorem lineæ maſculinæ legitimæ & naturalis præfati Joan. Baptiſtæ mediante concordia perpetua inter eaſdem partes pro communi quiete, et conſervatione, atque augmento ſtatus, ac dignitatis eorum familiæ de Alber. inita die 29 Jun. 1642. terminatam, atque ſopitam censuerunt Domini me proponente ſub die 15 Junii 1648 non eſſe inſtaurandam ſub prætexto nullitatis, ſeu reſciſſionis per dictum D. Jacob. modo deducto ob prætenſam incapacitatem dd. Horatii, & Marc. ſuccedendi in bonis controversis nempè Caſtri Rocchæ Campi di Merlo & Domo in Urbe ſitis, ſtante præcepto; ac prohibitione prædicto Cæſari injuncta à q. Rutilio ejus patre (ex cujus hæreditate proveniunt) in teſtamento condito die 10 Aprilis 1590. quod negat ſub ea tranſactione fuiſſe comprehenſum. Verùm quia poſtea exhibitis pro parte ejuſdem Dom. Jacobi nonnullis articulis inſtabatur prolatorum admiſſione ad effectum examinandi Teſtes in curia, quam altero parsimonguabat. Hodie conſulti Domini reſponderunt non eſſe admittendos.

Quia licet articuli regulariter admitti ſoleant in Curia etiam parte opponente cum clauſulis præſervativis quo quomodo ad cauſam conferant *Jaxt. dec. Ferrol. 47. praxi.* 1. & refert Veſtr. *in prax. lib.* 5. *cap.* 14 *ſub n.* 6. *verſic. idem eadem ſententia.* &c. id tamen locum non debet, neque procedit quando ſunt omnino irrelevantes vel aliter ſuſpecti, tunc enim præmiſſa cognitione parte præſertim inſtante tunc omninò rejicienda, cum expenſis ac dilationibus inutilibus litigantes fatigari, eorumque jura periclitari non decet *leg. ſi non patroni ſi item Julianus, in fi.* ubi Bart. *D. de jur.*

&c.

leg. ad probationem. ubi gloss. fin. & Bart. *n.* 1. *vers. nota ex fine*, &c. *C. de probat.* gloss. *in cap. cum contingat in verbo nihilominus*, *versic. cum proponeretur*, ibique Bald. *sub num.* 6. *versic. vol. nisi positio*, &c. *de offic. delegat. Specul. part.* 2. *sub tit. depositionibus* §. 10. *sub n.* 1. *vers. sed quid si pars*, &c. dicens hoc esse ab eo ipso Judice etiam parte non adverrente apprimè considerandum; & ex officio providendum, Neviz. *cons.* 30 *n.* 15. *vers. item quia*, &c. *ac seq* Paris. *cons.* 97. *n.* 131. *versic. & consequenter, cum seq. lib.* 1. *Roland. consil.* 34. *sub n.* 12. *versic. sed præmissis non obstantibus cum seqq. lib.* 3. Bellamer. *decis.* 725. *in princ. & num.* 1. latè Gram. *dec.* 45. *à num.* 4. *vers. & quod gravaverit Commissarius*, &c. *cum seqq. per totum*, Nicol. Ant. Gravat. *Vestr. dicto cap.* 6. *sub n.* 14. *in verbo, sed cum protestatione, vers. quæ quidem clausula, & in fin. versic. & si periti Judices*, ubi declarat praxim. Curiæ Rota penes *fanct. mem. Gregor. XV. decis.* 147. *num.* 7. *versic. cum etiam*, &c. *& in recent. dec.* 661. *num.* 1. *versic. vera est enim conclusio*, &c. *part.* 4. *et dec.* 34. *num.* 25. *versic. unde meritò, ceteri part.* 4. *tom.* 2. *& dec.* 176. *sub num.* 2. *Versic. & articulos*, &c. *ac seq. part.* 7. idemque servat Rota etiam in Curia, ut patet *ex dec.* 216. *num.* 3. *Versic. idcoque*, &c. *ac seq. & latiùs in dec* 521 *à num.* 10. *Versic. neque dixerunt Domini*, &c. *cum seqq.* ubi stylus objectus declaratur, *part.* 5. *recent. & in Fraspempronien. Bonorum* 28. *Jan.* 1641 *coram Reverend. Patr. Dom. meo Royas in* §. 1. *& in Romana census* 1. *Julii ejusdem Anni coram R. P. D. meo Richio in* §. *cumque intrarent, ac in Valentina parochialis coram R. P. D. meo Cerro* 25. *Jun.* 1647. *in* §. *ratio resolutionis*, &c. in quibus aliæ referuntur, & comprobat modern. Roman. *discept.* 803. *num.* 14. *versic. quamvis enim*, &c. *cum seq.*

Irrelevantia verò visa fuit Dominis manifesta. Nam primus articulus continens partes ipsas in celebratione dicti Instrumenti transactionis, ac antea & postea sæpiùs propriam expressisse intentionem ineundi super declaratione tantum voluntati præfati Cæsaris, an scilicet in casu solius obitus Pauli ejus primi hæredis sine filiis: vel absolutè deficiente illius linea, alteram Joan. Baptistæ substituerit, nec cætera jura ipsis alundè competentia sub ea comprehendisse, ibi, *hanno dichiarato, & espresso che intendevano di fare detta transattione, & che la facevano, e rispettivamente, che l'havevano fatta solamente sopra la interpretatione della volonta, senso, & intentione, che detto q. Cesare Alberini haveva havuto in fare detto fideicommisso, e dispositione. E di non volere in detta Transattione comprehendere altere raggioni, che potessero per altra strada havere essi Transigenti*, &c.

Repugnat expressè ipsius Instrumenti tenori, ac verbis tam in parte narrativa, ubi in versic. inter quas, &c. asserunt fuisse judicium inter partes generaliter fuisse institutum de, & super hereditate dicti Cæsaris, in quo licet DD. Tiberius, & Jacobus prætenderent fideicommissum Cæsaris ob mortem Pauli eorum patris ipsis superstitibus expirasse. Tamen DD. Horatius & Marcellus insendebant sibi ipsis, ac descendentibus respectivè suffragari. Ac prout de super prædictis litibus, & aliis prætentionibus, quæ inter partes exortæ erant ac quomodolibet exoriri possent præsicta, & infrascripta occasione plenissimè concordarunt, & transegerunt; quæ etiam in dispositiva, ut legitur ibi. " Et è ,, controverso ex parte dd. DD. Horatii, & fratres prætenderetur in casum mortis dd. DD. Tiberii, & Jacobi absque ipsis legitimis, & naturalibus hæredibus ipsum Horatii primogenitis in d. fideicommisso ex ,, forma practicati testamenti, & Codicillorum, &c. & ,, ibi superquibus de præmissis, litibus & aliis prætentionibus, ipsas, quæ naturales, partes orirentur, & quovis ,, modo exoriri possent præsenta occasione, dicta pro parte ,, te D. Horatii instruebatur processus, tractata perpetua concordia, & compositione tandem universo ,, statu rerum, & aliis prudenter, & maturè consideratis mediante interpositione, &c. Pro amoris inter eos, & familiæ de Albertinis status & dignitatis ,, conservatione concluso, & stabilita fuerit modo ,, & forma infra dicendis, &c. Hinc est; &c. pro ,, se ipsis, ipsorumque hæredibus, & successoribus ,, quibuscunque, &c. sub pactis, & condizionibus ,, infra dicendis, &c. diligenter, & maturè toto ,, statu rerum, & prætentionum inter ipsas partes ,, vertentium considerato, ad hanc Tranfactionem, ,, & perpetuam concordiam [illegible], & conclusam pro communi quiete, modo & forma infra ,, dicendis devenerunt, & ratione hujusmodi perpetuæ concordiæ transactionis, & compositionis ,, & alias omni meliori modo, &c. partes prædictæ ,, cesserunt, et renunciarunt dd. omnibus, & singulis ,, causis, litibus, & quæstionibus, ac prætensionibus ,, quibuscumque, vel alias quomodolibet ortis, introductis & indecisis pendentibus, *& quæ introduci, & moveri possent causa, & occasione suprà narrata, & infra dicenda*, illaque cum omnibus suis incidentibus annexis, & connexis totaque negotio principali perpetuò extinxerunt, &c. eisque perpetuum silentium, ,, & finem, &c. & infr.

,, *Et insuper* per viam transactionis, compositionis, & concordiæ, & *alias omni meliori modo ,, devenerunt ad infrascriptas conventiones*, &c. videlicet, quod liceat dd. DD. Tiberio, & Jacobo ,, non obstantibus quibuscumque vinculis, & prohibitionibus in dictis testamento, & codicillis respectivè appositis liberè disponere de omnibus bonis hæreditariis, &c. excepto Casali nuncupato ,, Campo di Merlo rubr. 170. circiter, & domo ,, posita ad Vallem, &c. Casale autem, & domus ,, supradicta reservata convenerunt, quod subjaceant, ,, & subjacere debeant fideicommisso per dictum ,, Cæsarem facto, &c. & omnibus vinculis in eo ,, contentis.

,, *Volentes* partes ipsæ fideicommissum in dicto Testamento ordinatum deficiente linea masculina dicti ,, Pauli comprehendere debere lineam dicti Joannis ,, Baptistæ, illamque intelligi debere substitutam lineæ ,, dicti Pauli, &c. & infr.

,, *Item convenerunt*, quod deficientibus dd. DD. ,, Tiberio, & Jacobo, absque filiis masculis legitimis, ,, & naturalibus, vel eorum descendentibus pariter ,, sinè filiis masculis, legitimis, & naturalibus succedere debeat in dict. Casali, & Domo supra reserva- ,, ta absque ulla detractione legitimæ, ac Trebellianicæ ,, cum reservationibus antedictis d. Horat. Alberinus, ,, ejusque primogeniti in infinitum, ac si d. Paulus decessisset absque filiis legitimis, & naturalibus, esset ,, factus locus fideicommisso d. Cæsaris, &c.

,, *Quod fideicommissum* dd. Tiberius, & Jacobus ,, declararunt, & voluerunt comprehendere lineam ,, dict. Joan. Baptistæ modo, & forma quibus supra, ,, *& quatenus opus sit ex nunc, & ut supra* dictum ,, est constituerunt ad favorem d. lineæ perinde ac si ,, illa fuisset simpliciter, & sine dubio vocata in defectum lineæ prædicti bon. mem. Pauli, &c. *quia sic ,, actum*, &c.

,, Quam concordiam, transactionem, compositionem ,, cum omnibus & singulis in Instrumento contentis, ,, prædicti DD. Tiberius, & Jacobus, & Horatius, ac ,, Marcellus semper, & perpetuo rata, valida, atque firmis habere, tenere, inviolabiterque observare, ,, & actendere promiserunt, *& nunquam* sub quovis ,, *pretexto*, etiam instrumentorum, & scripturarum productorum, ac juris *de novo reperti*, seu repertorum, & ex *gravi alia causa*, & ratione, jure, ,, titulo, & modo cogitatis *& incogitatis* etiam sub tacito, ,, sensu dolo, rell tutionis in integrum ex quocumque ,, capite etiam enormissimæ lesionis, & si qua mihi

„ justa causa, &c. directè, vel indirectè in judicio, „ vel extra contrafacere, dicere, opponere, vel ve„ nire, nec unquam excipere, vel in contrarium ex„ periri. Renunciantes cum juramento, &c. dicto „ beneficio, &c. dispositioni *l. de his, & l. g. cum hi, ff. de transact. & simil. legibus*, &c. & omni Juris, „ Legum, Statutorum, & Constitutionum auxi„ lio, &c. & quicumque dispositioni, &c. atque „ rescripto, &c. sive ad petitionem partis, &c. sive „ motu proprio, & ex officio, tam per viam gra„ tiæ, quàm justitiæ, & cum quibusvis clausulis „ derogatoriis etiam amplissimis contra præmissa „ quomodolibet concedendis, &c. repetito jura„ mento, &c.

Quibus sanè verbis tam generalibus, quàm uni- 5
versalibus comprehenditur utique proposita modo pro parte d. Dom. Jacobi contra prædictos, DD. Horatium, ac Marcellum incapacitatis objectio ad effectum illos excludendi à fideicomm. in dd. Codicillis, ac Testamento ordinato, & in eadem transactione pacto speciali denuo constituto ad favorem Horatii, ac ejus primogenitorum in infinitum; sunt enim adeò ampla, atque prægnantia, ut quascumque causas, prætentiones, & jura, etiam in d. Instrumento non expressa, ac de illo judicio non deducta, quibus conventa inter partes quovis modo impugnari, & controverti valeant, complectantur in vim pacti & conventionis Bartol. *in leg. si certa sub num. 2. vers. verius puto*, &c. *cum seq. & sub n. 5. vers. si vero loquimur*, &c. *C. de transact.* Castr. *cons.* 333. *dubium videtur facere, sub nu. 2. v. si verò, cum seq. lib. 2.* Alexand. *cons.* 42. *super themate à num. 8. vers. tertio quia generalis fuit*, &c. *cum seqq. per totum lib. 1. & cons. 11. viso ac ut oportet considerato themate, sub n. 10. vers. confirmo*, &c. *& priùs à n. 6. vers sed præmissis non obstantibus*, &c. *cum seqq. per totum lib. 2.* Surdus *cons.* 257. *sub. nu. 5. vers. exterum, cum seqq. per totum & consil.* 303. *à nu. 33. vers. & dum dixit*, &c. *cum seqq.* latè ponderans dictionem (alias) *& dec.* 176. *sub num. 1. cum seqq. ac sub num. 7. vers. Senatus persistendo*, &c. dicens ita judicatum ab illo Senatu, Honded. *cons.* 49. *à n. 10. versic. secundò quia*, &c. *cum sequentib.* bene ponderat verba illa: *& alia quacumque causa*, &c. Mantic. *de tacit. & ambag. lib. 26. tit. 6. sub num. 16. vers. sed est advertendum*, &c. *cum seq.* Rota penes Cardin. Seraphin. *dec.* 317. *sub num. 2. versic. tamen sublimitatur*, &c. *cum seq.* ubi ponderantur verba illa, *& alia quacumque causa*, &c. & sanct. mem. Gregor. XV. *decis.* 286. *num. 7. vers. ulterius*, &c. *& in recent. decis.* 447. *sub num. 5. vers. unde cum partes*, &c. *part. 2. & decis.* 231. *sub num. 3. vers. & in omnem eventum*, &c. *part. 4.* cum aliis latè adductis in præcedenti decisione *in §. ex quibus infertur.*

Neque possunt (ut prætendit D. Jacobus) congruè restringi ad solam controversiam super defectu, vel deratione conditionis, qua Paulus fuit à Cæsare testatore gravatus in judicio tunc deductam ob ea verba præcedentia in principio apposita, ibi, quæ inter dictas „ partes olim fuit, &c. & quomodolibet oriri possent „ prædicta occasione, &c. & infr. in *versic. hinc est*, „ &c. ibi, quæ introduci, & nasci possent causa, & „ occasione supra narrata, &c. & infra dicenda.

Quoniam est advertendum litem inter partes tunc vertentem non fuisse unicam illius concordiæ, & omnium in ea conventorum causam finalem, sed aliam quoque, & quidem præcipuam concurrisse, scilicet conservationis, & augmenti dignitatis ac honorificentiæ familiæ de Alberinis. Ideoque illam non fuisse restrictam ad ipsam litem imò nec ad eas, quæ eam posterum ejus occasione introduci, ac fabricari voluerint; sed cæteras quoque ex pacto comprehendere, quæ ex alio quocumque titulo, jure, & causa etiam ex facti novitate quomodolibet excitari, ac promoveri possent occasione infra dicenda cum explicita renuncia- tione *l. de hac ff. de transact. & aliarum*, ut patet ex ipso instrumenti contextu supra relato in parte dispositiva in *vers. hinc est*, ibi, *causa, & occasione supra narrata, & infra dicenda*, &c. Inferiùs autem nova, ac peculiari dispositione in *vers. & insuper*, &c. non solùm per singulationes, sed concordiæ, & alias omni meliori modo, &c. inter alia plura declarationem voluntatis Cæsaris, non concernentia specialiter fuit conversum, quod fideicommissum ab illo ordinatum comprehendat lineam masculinam d. Joan. Baptistæ patris Horatii, ac Marcelli quodque ipsi, ac Primogeniti prædicti deficientibus ad. Tiberio, & Jacobo eorumque descendentibus masculis legitimis & naturalibus, succedere debeant in d. Casali & domo tanquam comprehenti, & vocat in d. fideicommisso, quod ex nunc quatenus opus sit pacto speciali fuit in eorum favorem constitutum, ut legitur *in versic. volentes partes*, &c. *& in vers. quod fideicommissum*, &c. Et propterea cum omnia modo deducta pro parte D. Jacobi ad probandum Cæsarem voluisse substituere lineam Joann. Baptistæ eo modo, quo prætenditur. Neque id facere potuisse ob allegatam incapacitatem, quam negat fuisse in dicto instrumento comprehensam, eó tendant, ut excludantur à fideicommisso ibidem expressè constituta ac repetita conventione firmato, ut legitur expressè in commissione in Processu producta. Negari sanè non potest hæc ipsa verbis dicti Instrumenti fuisse comprehensa non solùm inspecta propria natura, & significatione illorum, quæ adducuntur pro restrictione, *causa, & occasione supra narrata, & infra dicenda*, &c. quæ latissimè patent, ut inquit Bald. *in const.* 119. *statuto* 6
cavetur num. 7. vers. sed contra hoc, &c. *lib. 2.* dicens sub eis comprehendi quicquid ordinatur ad aliquid per se, vel per accidens, sive ordinatur ab aliquo per se, vel per accidens, & in hac materia probat Castr. *d. cons.* 333. *dubium videtur facere, sub num. 2. versic. sed omnia de quibus dixi, & suprà, ac infra per totum lib. 2.* Verùm etiam attentis pactis, *in vers. & insuper*, &c. & aliis ampliissimis sequentibus (ad quæ referuntur) quibus constat partes voluisse augere præcedentia, & alia etiam omnia comprehendere quæ præcipuam illius concordiæ causam, scilicet quietem, ac pacem inter eas, & familiæ ac bonorum conservationem apprimè contemplatam turbare possent, quorum omnium generalis, ac intellectualis animadversio & prænognitio ad hunc effectum sufficiens est juxt. theor. Bart. *in d. l. si de certa sub d. n. vers. si vero loquimur in fin. C. de transf.* dicentis, quod stantibus generalibus huiusmodi verbis 7
in instrumento appositis comprehenduntur etiam incogitata & in judicium non deducta, ejusque opinionem dicit esse communem Surdus *cons.* 267. *sub num.* 19. *versic. verba igitur*, &c. *& prius à num. 6. & seq. per tot.* Honded. *d. cons.* 49. *sub n.* 35. *versic. quantum minus refiglit tib. 1.* Mantica *de tac. d. lib. 26. tit. 6. sub num. 17. vers. unde Tabelliones*, &c. Seraph. *d. dec.* 317. *n. 3. vers. nec salva ratione recti sermonis*, &c. ponderantes verba illa: *causa, & occasione*, &c. ac cætera generalia suprà relata Menoch. *Cons.* 335. *sub num. 24. vers. sexto renuntiavit, & seqq. per tot.* Barz. *dec. Bonon. 27. n. 10. vers. neque refert*, & alii in præcedenti decisione relati *in §. Ac proinde referingi non possunt*, &c.

Minùs excludi posset prætextu ignorantiæ dispositionis Rutilii, vel qualitatis personarum. Quoniam hanc ex sanguinis conjunctione, ac promiscua domesticarum rerum notitia, scripturisque & adnotationibus penès ipsum D. Jacobum existentibus, ac per eum exhibitis; Illa verò ex repetita dicti testamenti Rutilii mentione cum Codicillis Cæsaris ejus filii, super quibus specialiter transactum fuit plenies ferió habita, ejusdemque retentione, atque exhibitione pariter facta profitendatur *ad l. quorum absit. de reg. jur. Dec. cons.* 206, *non excusat à notoria, sub n. 1. vers. nam talis* 8
notitia,

notitia, cum seq. Surdus *cons.* 82. *num.* 34. *vers. ex quo* &c. Peregr. *de fideicomm. art.* 52. *sub num.* 104. *vers. octavus* &c. Rota *decis.* 281. *sub n.* 2. *vers. nempe ex mentione facta cum seq. & decis.* 342. *sub n.* 4. *vers. ex mentione enim*, &c. *p.* 2. *recent.* Et ob specialem, atque juratam renunciationem *d. l. de his*, *ff. de transact.* ac cujuscumque juris etiam contingentis, incogniti, & supervenientis, ac instrumenti de novo reperti (ut præmissum est) suffragari non potest, cum sufficiat (ut dictum est) generalis ad hunc effectum notitia, & cogitatio, Bart. *in l. Aurelius*, §. *Canis sub n.* 11. *v. prædicta vero, ff. de liber. legat. & in d. l. si de certa, sub n.* 4. *vers. hic adverte, & n.* 5. *v. si verò loquimur, C. de transf.* Rota *penes sanct. mem.* Greg. *dec.* 192. *nec facit*, &c. *& dec.* 714. *sub n.* 7. *v. ulterius*, *p.* 2. *& dec.* 568. *sub num.* 3. *vers. quibus non obstant* &c. *p.* 3. *recent.* cum aliis pæcedenti decisione adductis, *& in Romana fideicommissi de Cosciaris* 16. *Martii* 1648. *coram me*, *in* §. *ac proinde non adversatur*.

Quare ex prædictis non solùm convincitur irrelevantia dicti primi articuli expressè adversantis verbis, & 6 pactis conventis in dicto instrumento Quod clariorem ac certiorem facit veritatis probationem quàm testes, qui vel oblivione, vel alio defectu facilè labi possunt, 10 ideòque illis est præferendum. Imò suspectus admodum redditur, ac proinde jure merito est rejiciendus, ut respondit Rot. *in dec.* 582. *sub num.* 6. *vers. ex quibus*, *part.* 1. *& dec.* 389. *sub n.* 1. *vers. & eo minus*, *part.* 2. *ac dec.* 772. *sub num.* 5. *vers. sextus articulus part.* 3. *& dec.* 305. *num.* 2. *vers. secundus verò*, *& sub num.* 4. *vers. sextus articulus*, *part.* 4. *& d. dec.* 521. *sub num.* 5. *vers. cum enim*, *ac seq. part.* 5. *& dec.* 252. *n.* 2. *vers. cum enim part.* 7. *recent. & in dicta Valentina Parochialis* 23. *Jan.* 1647. *coram R. P. D. meo Cerro*, *in* §. *nihil ergo refert*, *ac in Barthonunen. Parochialis*, *seu Vicariæ* 13. *Junii* 1644. *in* §. *primus enim articulus*, *vers. unde meritò*, &c. *cor. me*, *& sæpè in aliis.*

Secundus verò Articulus in quo deducitur præfatum Rutilium paulò ante conditum ab eo testamentum propriam declarasse voluntatem instituendi Cæsarem ejus filium hæredem universalem, ea tamen lege, ut bona ejus hæreditatis præfato Joanni Baptistæ, sive dd. Horatio & Marcello illius filiis relinquere minimè posset. Idemque post conditum testamentum, & mortem ipsius publica voce, ac fama confirmatum fuisse. Nullius pariter est relevantiæ.

Tum quia illud attendi debet ac observari, quòd in testamento disposuit, non autem, quod antea se dispositurum jactavit, nam plura sæpe jactantur, quæ deindè mutato consilio ad dispositionis, seu executionis actum non deducuntur. Ac proindè cùm in testamen- 11 to deindè condito hoc non expresserit, neque prædictos excluserit, ut facilè poterat, id utique in ipso actu noluisse censetur *ad leg. quidam cum filio fam. vers. respondit*, ubi Bald. *in.* 3. *not.* ac cæteri DD. *ff. de hæred. instit.* Gabr. *cons.* 103. *sub n.* 31. *vers. nec obstat*, *cum seq. lib.* 1. Surd. *cons.* 129. *sub n.* 18. *vers. etiam si aliquando testator*, *cum seq. & dec.* 283. *n.* 4. *vers. & per aliam*, *& sub n.* 14. *vers. quarto cum seq.* Peregrin. *de fideicommiss. art.* 11. *sub n.* 35. *vers. idcirco* &c. & respondit Rot. *penes Card. Seraph. dec.* 1358. *n.* 11. *vers. Tertiò quintus testis de voluntate testatoris deponens*, &c. *ac in rec. dec.* 264. *n.* 6. *vers. non obstant testes adducti*, &c. *part.* 4. *& dec.* 550. *sub n.* 13. *vers. quartus deponit*, &c. *& seq. eadem p.* 4. *tom.* 3.

Neque consistit, quod per quandam verborum circumscriptionem hoc indicaverit in testamento, dum eidem Cæsari filio, ac hæredi instituto prohibuit de bonis hæreditariis disponere ad favorem personæ illegitimæ, & procreatæ, ex patre, aut ex matre illigitima. Quia nec hujusmodi circumscriptio Joann. Baptistæ, vel Horatio, ac Marcello ejus filiis conveniebat, qui legitimi, & naturales, & ex parentibus legitimis, & naturalibus progeniti sunt ex latè deductis in præcedenti decisione sub die 15. Junii 1648. in §. *minus obstat adducta prohibitio cum seqq.* Nec illa usus fuisset testator, qui miles erat, nec Rhetorum artes callebat, sed palam non in figuris illud idem expressisset, quod paulò antea (si verum fuisset) publicè declarasse proponitur in hoc articulo, quare id tantùm voluisse censetur, quod verba sonant, *leg. Labeo*, *vers. cæterum*, *ff. de supellect. legat. leg. un.* §. *fin. autem ad deficientis* 12 *in fin. C. de caduc. tollend.* Gabr. *d. cons.* 103. *num.* 33. *vers. quod cum non fecerit*, &c. *lib.* 2. Peregrin. *de fideicommiss. cit. art.* 11. *sub d. num.* 35. *vers. & cum facilè fuerit Testatori.*

Tùm quia in omnem casum præceptum illud prohibitum ipsi Cæsari injunctum fuit, & ad ejus personam specialiter relatum, ut in dicto testamento legitur, ibi, *Prohibens expressè eundem D. Cæsarem hæredem prædictum, quod in eventum in quem voluerit condere aliquod testamentum, seu devenire ad aliquam donationem de bonis hæreditariis prædictis in totum, vel in parte, quod non possit instituere, nec nominare*, &c. Ideoque non afficiebat DD. Tiberium, & Jacobum cum quibus inita fuit d. conventio cujus vigore pro communi quiete, ac conservatione, & augmento status, dignitatis familiæ de Alberinis, fuit ex pacto speciali renovatum, ac constitutum fideicommissum super dictis bonis particularibus ad favorem dicti D. Horatii, ac ejus descendentium secundum ordinem primogenituræ, ut constat ex verbis supra relatis, *juxt. text. in* §. *his igitur*, ubi glossa, *verb. voluisse*, *in auth. de restitut. fideicommiss.* Bart. *in leg. filius fam.* §. *divi sub num.* 20. *vers. quærit Dyn. cum seq. ac ibid.* alii DD. *D. de legat.* 1. Decian. *consil.* 26. *num.* 22. *vers. tertio non potest*, *lib.* 2. Riminald. jun. *consil.* 536. *num.* 53. *vers. sed ulterius*, *cum seq.* Surdus *decis.* 125. *per tot.* Peregrin. *de fideicommiss. artic.* 32. *sub num.* 69. *vers. & Idem generaliter*, &c. Rota *penes Cardin. Seraph. decis.* 482. *nu.* 2. *vers. quia hujusmodi probatio*, &c. *decis.* 397. *sub n.* 16. *ad fin. vers. quia dict. prohibitio*, *cum seq. part.* 5. *recent.* cum aliis adductis in præcedenti decisione in §. *propterea dicta prohibitio restricta fuit.*

Præterea neque hic articulus suspicione caret; Nam repugnat non solum testamento Joan. Baptistæ senioris condito die 1. Augusti 1527. in quo hæredem universalem instituit Marcellum patrem dicti Joan. Baptistæ Junioris ejus filium legitimum, & naturalem, ex quo certior, ac efficacior videtur resultare veritatis probatio, quam ex altero illo asserto condito die 13. Martii anno 1521. in quo instituti leguntur Horatius, & Marcellus filii legitimati relicta dote nonnullis filiabus pariter legitimatis, quorum omnium nulla penitus facta fuit mentio in d. posteriori condito de anno 1527. sed tantum ipsius Marcelli legitimi ac naturalis. Præter quod istud convincitur prorsus erroneum etiam in denominatione Æmiliæ uxoris Testatoris, cum qua matrimonium contraxisse constat Anno seq. 1524. mense Martio ex publico Instrumento super eo celebrato. Verùm etiam repugnat Instrumento sponsalium, ac dotali celebrato die 1. Augusti 1527. inter dictum Marcellum nobilem Romanum tanquam patrem, legitimum administratorem præfati Joannis Baptistæ ex una, & Franciscum Calvium nobilem Romanum tanquam patrem, & legitimum administratorem Cynthiæ uxoris ejusdem Joannis Baptistæ, ac matris 13 dictorum Horatii & Marcelli cum præsentis, interventu, ac fidejussione ipsiusmet pro cautione, ac restitutione partis dictæ Cynthiæ. Unde infertur ejusdem consensus, & approbatio dicti contractus, ut respondit J. C. *in leg. Pomponius aliàs si gratuitam*, §. *si quis fidejubeat*, *D. in quibus caus. pig. vel hyp. tacit. contr. leg. exceptione*, *C. de evict.* Soc. *cons.* 200. *n.* 3. *vers. quod autem ex casu nostro*, *&c. lib.*

lib. 2. cum aliis relatis per Tiraquellum *de retract. lign.* §. 2. *gl.* 9 *sub n.* 268. *vers. postremo*, &c. *& ad l. connubial.* 15. *gloss.* 7. *n.* 25. *vers. nec ab his dissentit.* Atque inde resultat præsumptio amoris, & affectionis erga dictum Marcellum, ac Joan. Baptistam, ejusque descendentes ex eodem matrimonio, qui ipse propria etiam obligatione consenserat; eliditurque omnis odii, & commerentiæ suspicio, quam articulatæ declarationes præ se ferunt. Repugnat quoque testamento Cæsaris, qui paternæ voluntatis exactissimus fuit executor, ut ex eo constat in vers. *Item voglio & ordino*, &c. ubi Palatii in Platea Columnæ siti recuperationem serio injunxit ejus hæredibus, ut patris intentioni ipsi oretenus insinuatæ obtemperaret. Et tamen nobilis ejus familiæ conservationem, & propagationem extincta propria descendentia in hac linea Joannis Baptistæ constituit, cum qua etiam proprias descendentes fœmi-
14nas, & naturales matrimonio jungi dispositi. Quæ sanè verisimiliter non ordinasset contra mentem, expressumque patris præceptum, si (prout asseritur) verè præcessisset, cum illius certiorem notitiam habuisse censeatur *l. si quis à filio.* §. 1. *D. de l.* 1. Bart. *in l. gerit*, *sub n.* 17. *vers. & si ipse mortuus esset*, *D. de acquir. hæred.* cum aliis in specie relatis penes Menoch. *d. cons.* 459. *sub n.* 17. *vers. tertia affertur conjectura*, &c. *cum seqq.*

Augetur demum suspicio ex attestatione exhibita pro aliquali justificatione, seu fumo (ut aiunt) veritatis dicti articuli, personæ septuagenariæ referentis verba præcisa dictæ declarationis, quæ ipse impubes adhuc ab eodem Rutilio cum alio ipsius testis consan-
15guineo colloquente in Ecclesia immaculatæ Virginis supra Minervam anno 1588. seu 1589. asserit audivisse. Hæc enim ita exactè, ac tenaciter post sexaginta circiter annos in negotio ad ipsum nullatenus spectante ejus memoriæ hæsisse illaque adeò pollere hominem decrepitæ jam ætatis, in qua maximè labefactatur, & ruit, ut habetur Ecclesiastes *cap. ult.* quod explicat Div. Ant. *in ejus sum. part* 1. *tit.* 5. *cap.* 1. §. 6. *vers. circa primum*, &c. ab omni verisimilitudine, & prudentis judicio alienum est. Corn. *cons.* 63. *sub nu.* 3. *vers. & maxime quia elapsis pluribus annis*, *lib.* 1. Rol. *cons.* 33. *sub n.* 12. *vers. & maximè*, &c. *cum seqq. lib.* 2. & latiùs Bertazz. *cons.* 398. *sub num.* 6. *vers. tertio isti testes*, *cum seqq. lib.* 2. *crimin.* Hieronym. Laurent. *decis. Avenion.* 92. *sub n.* 6. *vers. quod non videtur verisimile*, &c. & alii relati per Farinac. *cons.* 110. *sub num.* 2. *vers. & quoad instrumentum*, &c. *& cons.* 172. *sub n.* 7. *vers. adhuc dicitur*, &c. *cum seqq.*

Tertius denique articulus in quo deducitur usus loquendi in urbe tempore conditi per dictum Rutilium testamenti anno 1590. & antea, quo filii illegitimè nati licèt ex Principis rescripto, vel alterius facultatem habentis decreto legitimati, adhuc illegitimi, naturales, & bastardi communiter appellabantur, & adhuc (ut asseritur) appellantur. Irrelevans omninò est.

16 Quia (præter animadversiones facti supra relatas in §. *præterea*, *nec hic articulus*) hujusmodi assertus communis loquendi usus non fuit articulatus cum requisitis necessariis, tàm respectu temporis præcedentis testamenti, quàm speciei, seu qualitatis negotii, ac personarum, de quibus agitur, scilicet testantium juxta doctrinam Bart. communiter receptam *in d. l. Labeo sub n.* 9. *vers. ad declarandum autem communem usum loquendi. & n.* 9. *vers. articulus formaliter*, *sic*, &c. *D. de supellect. l.* & tradita per Rim. jun. *cons.* 540. *n.* 28. *vers. quinimo*, &c. Becc. *cons.* 1. *sub num.* 31. *vers. vel saltem*, & Menoch. *cons.* 266. *sub num.* 63. *vers. respondetur primò*, &c. *& cons.* 459. *sub num* 15. *vers. respondetur primò.* &c. *ac præs.* 79. *sub num.* 39. *vers. cæterum*, &c. *lib.* 4. Mascard. *de prob. concl.* 319. *n.* 5. *vers. quod verò*, *&c. cum seq. per tot.* cum aliis relatis per Alderan. Mascard. *de stat. interpret. concl.* 3. *sub num.* 30. *vers. primo amplia.* Rota *decis.* 174. *sub num.* 22. *vers. maxime cum opus fuisset*, &c. *part.* 4 *recent.*

Secundò quia non attenditur in testamentis latino sermone exaratis quæ secundùm juris interpretationem intelligi debent, ac proinde sub exclusione illegitimorum comprehendi non possunt legitimati, qui vere sunt legitimi, & naturales & appellatione legitimorum, 17
ac naturalium comprehenduntur, *ut in Auth. quib. mod. nat. effic. legitim.* §. *sit igitur licentia*, ubi Gl. *in verbo tali solutio*, & in auth. *quib. mod. nat. effic. sui in* §. *illud tamen*, *vers. sit igitur licentia*, *& in fin. vers. nam sicut in cæteris ab initio legitimis*, &c. Bald. *in l. imperialis sub n.* 4. *vers. & quod dicitur*, &c. *Cod. de nupt.* & ita objecto benè respondit Alex. *in cons.* 2. *visis codicillis*, *legitimatione*, *& aliis*, *sub n.* 17. *vers. secundo quia quotiescumque verba*, &c. *cum seqq. lib.* 1. & latè comprobat Dec. *cons.* 257. *in causa D. Francisci de Cusano*, *sub n.* 3. *vers. sed tamen prædictis non obstantibus*, *cum seqq. qui sub n.* 6. *vers. secundo non obstat & seq.* respondit huic objecto Rol. *cons.* 83. *sub n.* 21. *vers. secundo respondetur*, *cum seq. & prius à n.* 11. *cum seqq. per totum lib.* 3. Rim. jun. *d. cons.* 440. *n.* 29. *vers. tertio responderi quoque potest*, &c. *& prius à n.* 17. *cum seqq. per tot.* plenè Laderch. *cons.* 23. *sub n.* 13. *vers. verba itaque*, *& supra*, *ac infra per tot.* Menoch. *de cons.* 266. *sub n.* 63. *vers. respondetur secundo*, *ac seqq. per tot. & d. cons.* 459. *sub n.* 15. *vers. respondetur secundo*, *cum seqq. per tot. & præs.* 79. *sub n.* 39. *vers. & ibidem*, *cum seq. lib.* 4. & generaliter probant Polet. *de not. & Jur. c.* 62. *dec. cons.* 365. *viso consilio*, *sub n.* 4. *vers. in contrarium autem*, *cum seq. per tot.* Cephal. 194. *sub n.* 30. *vers. circa ultimum*, &c. *cum seqq.* Becc. *d. cons.* 1. *sub n.* 32. *vers. secundo*, Gabr. *cons.* 21. *n.* 30. *vers. sicut in simili lib.* 1. *& cons.* 97. *n.* 11. *vers. sequitur*, *ac seq. lib.* 2. & Peregr. *de fideic. art.* 23. *sub n.* 26. *vers. in terminis autem juris communis*, Rot. *penes Card. Seraph.* 325. *n.* 19. *vers. septimus & ultimus. ac seq. & in civitat. Castel. supplem. legitim.* 1. *Febr.* 1609. *& 19. Martii* 1610. *coram bo. me. Card. Lancell.* apud modern. Foroliv. *post tr. de legitim. dec.* 77. *sub n.* 4. *vers. & propterea*, &c. *cum seq. & latius in Romana legitim.* 27. *Junii* 1614. *coram bo. me. Card. Verospio in recent. dec.* 653. *sub n.* 1. *vers. cum enim Robertus part.* 1. *rec. & in Romana de Javellis* 20. *Junii* 1614. *coram bo. mem. Ubaldo dec.* 600. *per tot. p.* 3. *comprobatam in dec.* 667. *sub num.* 1. *vers. certi enim juris est p.* 1. *& dec.* 578. *sub n.* 4. *vers. non obstant p.* 4. *& dec.* 100. *sub n.* 4. *vers. circa secundam inspectionem*, *&c. cum seq. p.* 5. & alios refert modern. Rom. *disc.* 247. *n.* 72. *vers. cum tales legitimati*, *&c. & disc.* 496. *n.* 10. *vers. unde legitimatus*, *&c.*

Tertiò, quia assertus loquendi usus non refertur ad eos, qui fuerunt adeo amplè legitimati, & ad omnia legitimitatis jura plenè restituti, ac redintegrati, ita 18
ut sint, atque censeri debeant legitimi sublata penitus omni genituræ macula non obstantibus quibuscumque statutis, constitutionibus & consuetudinibus contrariis ut in proposito casu factum legitur in instrumento legitimationis Cynthiæ uxoris dicti Joan. Baptistæ sub die 3. Aprilis 1586. prout respondit Gozad. *cons.* 6. *n.* 73. *vers. non obstat quod communis usus loquendi*, *&c. & vers. vel & secundò &c.* & comprobatur ex traditis per Surd. *cons.* 1. *sub n.* 97. *vers. & quamvis regulariter*, *ac seq.* & per Card. Seraph. *d. dec.* 325. *sub nu.* 16. *vers. quæ clausula*, *&c.* & modern. Rom. *discept.* 596. *n.* 14. *vers. maximè quia*, *&c. cum seqq.*

Et denique quia prohibitio disponendi in illegitimo, (quicumque illi intelliguntur) à Rutilio facta fuit soli Cæsari ipsius hæredi, non autem præfatis DD. Jacobo, & Tiberio, à quibus ex pacto & conventione speciali admissa fuit linea J. Baptistæ, ac nominatim D. Horatius cum ejus descendentib. ad dictum fideicommissum particulare pro conservatione & augmento status, quietis & dignitatis hujus familiæ ut dictum est, constitutum; quibus ex quidem justis ac maximè commendandis

I 9mendandis rationibus, sicut concordia, & conventio prædicta jam diu inita, & longo sexdecim annorum & ultra spatio servata, & executa fuit; eisdem pariter illam in posterum servari ac custodiri, graviaque inter conjunctos dissidia ac sopitas litium flammas latius non excitari, sed prorsus extingui justum, ac æquum esse Domini censuerunt juxta text. *in cap. 1. de transact. l. causas l. sub prætexta la prima. C. eod. tit.* Bald. *in d. c. cum contingat sub d. n. 6 vers. vel sit posito de eo, quod sopitum est, & de offic. deleg.* Rota *penes san. mem. Greg. d. dec. 286. sub n. 9. vers. accedit, &c. cum seq. & dec. 354. sub n. 1. cum seq. & in recent. dec. 715. sub n. 6. vers. accedit etiam, &c. part. 2. & d. dec. 231. sub n. 4. in fin. vers. quæ tamen &c. par. 4. ac dec. 86. sub n. 3. vers. ideo cum seq. p. 6. ac sæpè in aliis.*

Et ita fuit conclusum utraque parte informante, &c

Emin. & Reverend. D. Card. CORRADO

Romana Rescissionis Transactionis

Veneris 16 Junii. 1651.

ARGUMENTUM.

Tutor tenetur reddere rationem administrationis & partitas distinctas in calculo describere. Transactio rescindi debet ex capite enormissimæ læsionis.

SUMMARIUM.

1 *Tutor tenetur reddere rationem administrationis et conficere inventarium, etiam si testator hæc omnia ei remiserit.*
2 *Calculus probat contra ipsum confitentem, n. 52. Et ab eo causam habentem, n. 54.*
3 *Debet ritè et rectè confici, ponendo in eo partitas distinctas, justificandas per juramentum confitentis, si modicæ sint; si verò magnæ, arbitrio judicis.*
4 *Etiam si omnia in eo posita, connexa dici possint, tanquam sub eadem administratione comprehensa.*
5 *Nec debet generica et confusas, inverisimiles et erroneas continere partitas, alias rationes dicuntur in folle.*
6 *Quod exemplificatur.*
7 *Partitæ solutionum debitorum simul junctæ, notabilem summam continentes, debent habere specificatam causam ac quietantias debitorum.*
9 *Soluto matrimonio mulieri non debentur fructus dotis, nisi interpellatis hæredibus.*
8 *Tutor debet expendere secundum qualitatem et conditionem pupilli.*
10 *Nec formam à testatore præfixam transgredi.*
11 *Alias calculus ab eo factus non attenditur, indeque doli, et læsionis pupilli præsumptio resultat.*
12 *Et remissio seu transactio super tali calculo facta, non attenditur.*
13 *Nulliusque est momenti.*
14 *Remissio jurium præsupponit eorum præcedentem acquisitionem et scientiam.*
15 *Mater Tutrix præsumitur satisfacta de suis dotibus, lucris dotalibus, et sponsalitiis largitatibus quando administravit pingue patrimonium, ex cujus fructibus potuit sibi satisfieri.*
16 *Et satisfacta præsumitur etiam admissa detractione legitimarum, ac verisimilium expensarum.*
17 *Quod procedit in excipiendo contra mulierem, vel ejus hæredes dotem petentes, n. 18.*
19 *Item ad probandum intervenisse læsionem in transactione super hac facta cum muliere.*
20 *Filius non tenetur approbare constitutionem dotis per matrem factam filiæ ultra summam per partem in testamento ordinatam, imò debet ab hoc onere relevari per matrem, n. 24.*
21 *Ususfructus morte usufructuarii finitur.*
22 *De ordine naturæ filius præsumitur supravivere matri.*
23 *Debita solvere tenetur administrator bonorum, qui fructus hæreditatis percepit, nec sufficientem de illis assignat rationem.*
25 *Tempus transactionis attendendum in justificanda transactionis justitia, vel injustitia.*
26 *Vita hominis constituenda atque æstimanda est secundum disposita* in leg. hæreditatum. ff. ad l. falcidiam.
27 *Legitima debetur filio, et eo defuncto ejus filiis, num. 28.*
28 *Dilatio solutionis ac detractio fructuum reservatorum, donec conditio evenerit, minuit legatum.*
29 *Item et onus fideicommissi, quantum prudens judex arbitrabitur.*
30 *Dispositio* legis 2. Cod. de rescind. vendit. *attenditur in transactione, stante magna læsione.*
31 *Læsionis modus judicis arbitrio remittitur.*
32 *Donatio existens in transactionibus, non transfundit transactionem in aliam speciem, nec alterat ejus naturam, sed ab ea dependet.*
33 *Maximè attenta magna læsione, quæ dolum præ se fert.*
34 *Petens rescissionem transactionis tenetur restituere quod habuit.*
35 *Quod non procedit, attenta magna læsione, cum detur retentio, donec appareat quid verè debeatur.*
36 *Patris mandatum de filiabus dotandis, intelligitur de dote congrua constituenda, juxta eorum conditionem, statuta et loci consuetudinem, n. 41.*
37 *Quod dignoscitur in ordinatione perpetui fideicommissi, cum prohibitione alienationis bonorum stabilium ob quamcumque causam privilegiatam, et urgentissimam, et ex aliis adductis, 39. 40.*
38. *Et minus quàm fieri possit, detrahi debet de fideicommisso pro dotibus constituendis.*
39 *Etiam si mulier nobiliori nubat.*
40 *Cum pari sit nubendum.*
41 *Publicum instrumentum, quod in se habet repetitas, ac qualificatas partium confessiones juramento formatas, præfertur depositioni unius testis.*
42 *Æstimatio de communi partium consensu facta pro litibus dirimendis, non excludit veritatem æstimationis consuetæ, et juramento firmatæ.*
43 *Contractus factus post aliquem contractum, debet diverso jure censeri, et idem contractus cum primo non debet reputari.*
44 *Actio ad rem non tanti æstimari debet quanti ipsa res.*
45 *Imo inutilis reputatur, si eam habeat persona pauper, vel qui nisi cum magna impensa aliquid consecuturus sit.*
46 *Læsio, quando clara apparet non est opus alia discussione.*
47 *Status hæreditatis probatur ex calculo superinde communi partium consensu, prævia exactissima bonorum inquisitione facta.*
48 *Bona alia non fuisse in hæreditate, quam ea quæ in inventario descripta sunt, præsumitur.*
49 *Vel saltem contrarium asserenti incumbit onus probandi.*
50 *Ampliatio* l. cum dd. in verb. hæredis probatio, ff. de probat.
51 *Præsumptio probabilis resultans ex verisimilitudine bene prob.*
52 *Impeditus aliquid facere, est excusandus.*

DECI-

DECISIO XXVII.

TRansactionem inter D. Lauram & D. Hippolytum Villetescum ex una, ac D. Bartholomæum Bonadies ex altera parte initam an. 1629. 13. August. censuerunt DD. rescindendam ob enormissimam ejusdem Bartholomæi læsionem die 19. Maii 1648. Verum quia illa resolutio multipliciter impugnabatur; Ideo causa denuò proposita, & maturè discussa; Hodie fuit concluſum esse in decisis.

1 Nam læsio visa fuit patens, & inevitabilis tam in ea parte, quæ D. Lauræ, quam in ea, quæ D. Hippolyti interesse concernit. Illa siquidem primo loco dictæ transactionis vigore fuit absoluta ab administratione tutelæ, ac curæ præfati Bartholomæi ejus filii, & universæ hæreditatis patris ipsius, quam quindecim circiter annos scilicet mense Julii 1611. per totum annum 1625. gesserat nullo confecto inventario, nullaque reddita ratione prout tenebatur non obstante remissione mariti *leg. quidam decedens, D. de administr. tut. l. si servus vetitus, ubi gloss. fin.* DD. *D. de l.* 1. Ror. *dec.* 762. *n.* 8. *vers. non obstat liberatio*, &c. *part.* 2. *rec. cum aliis relatis in præcedenti dec. sub die* 29. *Maii* 1648. *in* §. *nec enim ex eo, & prius in Romana fideicomm. de Capite ferr.* 19. *Febr.* 1646. *coram me in* §. *Ideo meritò vers. ut proinde*, &c.

Nec enim relevat calculus, seu bilancium per eam productum in judicio redditionis rationum Tum quia non justificatur, ut necessarium erat, cum contineat erogationem, seu magis profusionem scutorum quinquaginta septem millium octingentorum circiter, quos ad ejus manus hujusmodi administratione durante ex redditibus, ac aliis effectibus hæreditatis perveniſſe
2 constat. Licet enim in hac parte plenè probet contra ipsam, quæ propria confessione convinçitur, in ea tamen, qua referuntur impensæ non aliter attendi debet, quam si fuerit ritè & rectè confectum, & explicitas, atque distinctas indicet causas & partitas, quæ proprio etiam juramento (si modicæ ac verisimiles,)
3 vel aliis legitimis probationibus (si magnæ sint) judicis arbitrio justificentur. *l. Publia,* §. *fin. D. depos. l. qui sub conditione rationum reddendarum*, ubi explicat Bart. *n.* 1. *vers. tunc credo quod non sufficeret, D. de adm. tut. l. sumptus*, ubi gloss *in verb. probabuntur. C. eod.* rursus idem Bart. *in l.* 1. *ff. officio sub n.* 1. *vers. quædam verò sunt, D. de tutel. & rat. detrah.* Bald. *in rub. Cod. de fid. instrum. sub n.* 61. *vers. sequitur vider.* &c. *cum seqq.* Bart. *cons.* 236. *lib.* 1. *part.* 2. P. Benint. *dec.* 43. *n.* 12. *vers. non obstat liberculus*, &c. Damouder *patroc. pupil. tit. de tut. & curat. ration. justificat. c.* 5. *sub n.* 37. *vers. ex superioribus autem habitis.* Mascard. *de prob. concl.* 973. *n.* 60. *vers. quintò amplia*, &c. *cum seqq.* & latè comprobat Garz. *de expens. c.* 20. *n.* 23. *vers. hic autem expensorum codex*, &c. *usque in fin.* Rota *dec.* 743. *part.* 4. *div. & in Signina Salviani* 16. *April.* 1639. *in* §. *quia cum justificetur, coram R. P. D. meo*
4 *Cerro.* esto quod omnia tanquam sub eadem administratione comprehensa generaliter connexa dici possint, ut probat *textus in l. etiam* §. *ex causa, D. de min.* gloss, *in lege, sed & cum aliquis, in verb. contractu, D. de neg. gest.* Rom. *cons.* 436. *nu.* 1. *per tot. nu.* 5. Pacian. *de prob. lib.* 1. *cap.* 28. *à n.* 29. *vers. sextò quæro*, &c. *per tot.* 23.

Tum quia dictus calculus non fuit ea, qua decebat legalitate compositus atque descriptus; quippe graviores impensarum partitas non claras neque distinctas (ut dictum est) sed genericas atque confusas, pluresque inverisimiles, ac erroneas præ se fert, neque redditus ac effectus hæreditatis integrè refert, ita ut congruè dici possint rationes in folle oblatæ, ut inquit
5 J. C. *in c. cum servus vers. nam non utique*, ubi gloss *in verbo in folle, D. de cond. & dem.* rectèque exponit inter alios Alciat. *de verb. sign. lib.* 4. *col. mihi* 8. *vers. in folle offerre* &c. Namque deficit inventarium, vel saltem descriptio bonorum dictæ hæreditatis tam mobilium quam immobilium, & creditorum ac aliorum effectuum; unde illorum quantitas, qualitas, & valor respectivè dignosci possit. Deficiunt etiam in dicto calculo bona sita in territorio Arimin. quorum nulla in eo facta fuit mentio, neque redditiuum ex eis perceptorum nisi confusè in quadam partita his descripta sub anno 1625. *Da Monte Fiore per tutti li anni à dietro.* (scilicet ab anno 1611. per totum dict. annum 1625.) *in diverse volte scudi* 300. *in circa.* Præterea 6
describuntur ad creditum hæreditatis singulis annis pariformiter redditus vinearum in territorio Albani in summa scutorum quingentorum absque ulla prorsus alteratione. Ad debitum verò ejusdem hæreditatis in creditum ipsius tutricis singulis annis ab anno 1612. per totum annum 1622. pro expensis, ac gubernio (ut dicitur) domus scut. 2000. pro anno 1623. scut. 1700. pro anno 1624. scut. 2200. pro anno 1625. scut. 1200. quæ partitæ constituunt summam scut. 26800 nulla facta causarum specificatione, unde illarum veritas facilius justificari valeat. Et tamen maxima nedum repugnat verisimilitudo, quod pro sustentatione, atque gubernio domus, ac familiæ hujus conditionis tanta summa singulis annis erogaretur, eoque minus cum filii patri superstites impuberes essent, & matri viduæ, ac nutrici parcimonia summoperè deceret. Verùm etiam adversantur depositiones testium domesticorum, ac ejusdem expenditoris de quotidianis attestantis. Deindè pariter refertur ad debitum hæreditatis singulis annis ab anno 1612. per totum annum 1616. unica partita scut. 11297. pro annuis debitis solutis, & singulis sequentibus annis usque ad finem administrationis simili modo unica partita minoris respectivè summæ describitur, quæ omnes cumulatæ constituunt scut. 7
11161. circiter, nulla facta causarum, ac debitorum specificatione nullisque relatis quietantiis, ut illarum veritas, quantitas, & cautio apparere valeat Rota *dict. dec.* 743. *sub n.* 5. *vers. & tanto magis* &c. *cum seqq. par.* 4. *divers.* Amplius inter eadem annua debita calculantur fructus, seu interusuria donationis propter nuptias lucri dotalis, ac etiam pretii ejusdem lineæ margaritarum, quæ fuit per Lauram tradita in dotem dicti Balthasari ejus viri æstimata scut 1500. quorum sanè fructuum ratione à viri hæreditate exegit, extraxitque supra summam scut. 2000. monetæ, ut apparet ex publico instrumento sub die 23. Decemb. 1617. celebrato, & ex eodem calculo respectivè, quæ nullo pacto ei debebatur, neque ad debitum hæreditatis referenda erat, cum deficeret legitima hæredum interpellatio, & ipsa D. Laura ex eadem hæreditate alimenta pleno jure perceperit ultra peculiares propriæ dotis redditus, quib. honestissimè vivere poterat, ut in hac ipsa causa bis Rota respondit *coram bon mem. Cocc. sub die* 25. *Maii, &* 10. *Dec.* 1626. *in rec. dec.* 14. *n.* 11. *vers. præterea fuit consideratum cum seqq. & dec.* 15. *in fin. vers. & ita concluſum part.* 5. *rec.* Rursus de anno 1613. describitur ad debitum hæreditatis hæc partita. *Per finire la fabrica delli appartamenti, che si è oppigionata al Sig. Conte di Carpegna scudi* 1300. Et alia de anno 1614. hujus tenoris, *Per la fabrica di Albano scudi* 5000. &c. nulla facta specificatione rerum, materiarum, mercedum, nec personarum quibus pecuniæ fuerint solutæ nullaque enunciata justificatione vel quietantia. Quinimò ex relationibus peritorum, quorum opera dictæ fabricæ constructæ fuerunt apparet impensam illius in urbe ascendisse ad scut. 650. 77. circiter. Et alterius in loco Albani ad scut. 3000. circiter, ut in eis legitur in summa præcedentium positionum Bartholomæi sub n. 8. & 9. & in registro Rotali à fol. 449 cum sequentibus ad fol. 480. Deinde referuntur ad debitum dictæ hæreditatis de anno 1623. scut. 3000. & de anno 1624. alii scut. 3000. in totum scut. 6000. qui asserunt impensi pro collocandis in Monasterium 8
duabus

duabus ejusdem Balthassaris filiabus ultra annuos usus scut. 60. singulis assignatos. Et tamen pater disposuit in testamento illis eo casu solitas dotes, ac eleemosynas solvi, & ex publicis instrumentis subinde celebratis sub
9 diebus 14. Junii 1621. & 15. Martii 1622. apparet dotes, & eleemosynas singulis constitutas fuisse de scutis mille, quibus additis etiam moderatis impensis acconcii, ac aliis solitis personarum qualitati decentibus, adhuc constat nimium excessisse tutricem contra *textum in leg. cum plures*, §. *cum tutor. vers. nam si honestè*, &c. *ac in seq.* §. *fin. D. de adm. tut. & l. si curatores*, ubi Glossa *in verb. moderatum*, *Cod. eod.* in gravem pupilli hæredis jacturam tam in quantitate impensa, (si vera fuit) quàm in modo, cum ob eam causam non suppetentibus, (ut ipsa asseruit) hæreditariis pecuniis distraxerit meliores effectus, neque loca montium, ut patet ex dicto ejus calculo, seu bilancio. Quod si præceptum testatoris servasset, ac rem pupilli accuratè ut tenebatur, gessisset prudenter agendo modicis impensis filiarum conditioni bene congruentibus contenta, poterat utique ex redditibus bonorum hæreditatis, absque ulla proprietatis læsione ejusmodi oneri commodissimè satisfieri, & tam gravis pupilli jactura evitari, cujus patrimonium ex solutione, restitutio-
10 one dotium, aliorumque prætensorum jurium matris, ac sororum, profusaque tutricis administratione (neglecta testatoris dispositione) videtur absumptum contra *l. tutelam*, *C. de adm. tut.* Ac proinde non tantum nullum super eo calculo, seu bilancio fundamentum pro tutrice constitui potest, sed magna inde resultat
11 juris præsumptio doli, atque læsionis pupilli, *ad leg. qui sua conditione*, ubi Glossa & Doctores. *D. de cond. & dem.* Bart. *cons.* 150. *cum prædicta examinarem sub n.* 9. *vers. quæro qualiter debeat esse compositus*, &c. *lib.* 1. Socc. *cons.* 46. *sub n.* 4. *vers. tenet.* P. de Anchar. &c. *lib.* 1. & *cons.* 159. *sub n.* 3. *vers. primo quia*, &c. & *infra lib.* 2. Rol. *cons.* 49. *sub n.* 22. *vers. & in quo*, &c. *lib.* 1. Gabr. *cons.* 148. *sub n.* 5. *vers. ergo fuit in dolo*, &c. *cum seq. lib.* 1. Rota *dicta decis.* 743. *n.* 4. *vers. hæc tamen non procedunt*, &c. *part.* 4. *divers.* Dur. *dec.* 380. *sub n.* 27. *vers. quia etiam*, &c. & *in Macerat. redditio. ratio.* 15. *Maii* 1642. *coram b. m. Merl. in* §. 1. *vers. quia ex illorum omissione*, &c. Quæ pariter influit in se-
12 quentem remissionem, ac transactionem, ut bene probat Cray. *& cons.* 142. *n.* 13. *vers. rursus ista quietatio*, &c. & in specie Rim. jun. *cons.* 338. *sub n.* 65. *vers. tertiò considerandum est* &c. *& sub n.* 70. *vers. tertiò dici potest*, &c. *cum seq.* Ac proinde nullius momenti *l. actione*, *C. de transact.* & in hac materia, *gloss. in*
13 *l.* 3. *verb. liberationem*, *D. de contr. & util. action. tutel.* & plenè probat Socc. sen. *cons.* 159. *sub n.* 10. *vers. quibus præmissis*, &c. *cum seqq. cons.* 190. *per tot. lib.* 2. Rol. *d. cons.* 49. *per tot. lib.* 1. Rota *dec.* 843. *n.* 2. *& infra vers. non obstat*, &c. *part.* 4. *diu.*

Neque subsistit quod Bartholomæus in majore ætate constitutus dictum calculum, ac partitas in eo descriptas approbaverit in præfato instrumento transactionis. Quinimo illum ac illas expressè impugnavit, opposuit, & contradixit, ut apparet in registro fol. 249. & seqq. Postea verò per viam transactionis remisit jura ipsi contra matrem competentia pro legitima redditione rationum allequenda, ut legitur in dicto instrumento, vers.
14 & è contra prædictus III. D. Bartholomæus, &c. Quod sanè approbationem dd. partitarum juris sui exclusivam præ se ferre non potest, dum contrarium supponit quod transactionis titulo matri relaxat *l. si quis*, ibi, *quoniam remittere exceptionem videtur*, &c. *D. de novat. l. si mulier dotem in princip. D. dec.* 3. Soc. *cons.* 103. *sub n.* 1. *vers. sed tamen præmissis non obstantibus*, &c. *lib.* 2. Surdus *dec.* 14. *n.* 3. *vers. præsupponitur enim*, &c. Rota *dec.* 428 *sub n.* 10. *vers. alter vero oppositus excessus*, &c. *part.* 5. *& dec.* 12. *sub n.* 1. *vers. quia finis*, *dec.* 223. *n.* 1. *vers. si verò agitur de renunciatione part.* 6. *recent.*

Præterea secundo loco eidem Lauræ assignati & relaxati fuerunt prædictæ transactionis vigore census, & loca montium respectivè ex melioribus bonis hæreditariis pro scutis sexdecim mille ducentis, & ultra in causam satisfactionis prætensi residui ejus dotis, lucri dotalis, sponsalitiæ largitatis legati, & ususfructus ut legitur in dicto instrumento pag. 7. in princ. vers. ut eadem illust. D. Laura donec tamen, &c. & quousque naturaliter vixerit, &c. cum sequentibus licet de his omnibus ex fructibus, & effectibus ejusdem hæreditatis ad ejus manus durante administratione delatis in summa prædicta scut. 57000. & ultra, ut apparet ex dicto ejus calculo, seu bilancio, quorum legitimam ac sufficientem rationem non reddiderat ut jam fuerat contra eam resolutum coram bo. mem. Coccino suo dicto die 21. Maii 1626. *in rec. dec.* 14. *part.* 5. satisfieri potue-15
rit *juxta leg. debitor meus. D. de negot. gest. l. quoties*, §. *sicut*, *D. de adm. tut.* ac satisfacta præsumeretur admissa 16
ejus legitimarum, & verisimilium expensarum detractione *l. peculium* 2. §. *præterea*, *vers. nam ut eleganter*, ubi not. Angel. referens illam *sub leg. sed si damnum*, *n.* 3. *vers. in textu*, *D. de pecul.* Afflict. *dec.* 13. *n.* 6. *vers. imo præsumitur*, &c. & respondit Rota *penes Cardin. Seraph. dec.* 1445. Cardinalis Cavaler. *dec.* 171. *n.* 7. *vers. & ideo*, & plenius in Romana administrationis tutelæ 2. *Aprilis* 1590. *coram bo. me. Penia dec.* 78. *per tot.* & in hac eadem causa *dicta dec.* 14. *n.* 8. *vers. nam*, *& si quando agitur*, &c. *cum seqq. p.* 5. *rec. & sæpè in aliis.*

Nec obstat quod hujusmodi præsumpta satisfactio prodesse quidem possit excipienti adversus mulierem, vel ejus hæredes dotis restitutionem petentes, non autem agenti contra eam, vel eos ad repetitionem jam 17
restitutæ.

Quia non illam in præsentia deducit Bartholomæus per viam principalis actionis condicendo summas 18
prælictas tanquam indebitè solutas, in quibus terminis teneretur percepta, ac concludentes probationes indebitum justificare *juxta l. cum de indebito D. de probat. cap. is qui conqueritur de solut.* Rota *dec.* 145. *n.* 2. *vers. primo*, *quia*, &c. *part.* 3. *rec.* & respondit eadem Rota *in allegat. Rom. pecun.* 14. *Jan.* 1629. *coram bo. mem. Pirovano dec.* 130. *sub n.* 14. *vers. secundò principaliter opponebatur*, &c. *part.* 5. *earundem*, sed ad probandum se fuisse in hoc etiam graviter læsum, quod legitimam exceptionem sibi competentem adversus dictam D. Lauram, qua poterat illam excludere à consecutione dictorum ejus prætensorum creditorum donec saltem sufficientem reddidisset ejus administrationis rationem remisit, ac renuntiavit absque ulla congrua retributione ut infra dicetur *dict. leg. si quis ibi*, *quoniam remittere exceptionem videtur*, &c. ubi Bart. *sub n.* 1. *vers. nota nex-* 19
tum D. de novation. l. sicut, §. *an pacisci*, ubi glossa *in verbo pro actione C. quibus modis pign. vel hyp. solv.* Socin. *cons.* 20. *n.* 8. *vers. sed etiam alio*, *& secundo fundamento*, &c. *lib.* 3. Gabr. *cons.* 62. *sub n.* 21. *vers. clarissimum est*, *ac seq. lib.* 2. Vinc. de Anna *alleg.* 9. *sub num.* 1. *vers. tertio*, &c. Cæs. Man. *cons.* 142. *sub n.* 20. *vers. quia ex omnibus*, &c. *& seq.*

Postremò ejusdem transactionis causa Bartholomæus convenit, atque promisit matrem relevare, ac perpetuo indemnem conservare ad obligationem per eam facta ad favorem d. D. Hippolyti Vitelleschi pro manutentione, defensione, ac evictione dotis Lucretiæ alterius filiæ in summ. sc. viginti quatuor millium constitutæ, ut legitur in dicto instrumento fol. 17. pag. 1. in versic. Prælictamque D. Lauram suam matrem ibidem præsentem, &c. Licet ad id nullo pacto teneretur, ob magnum excessum, & incongruitatem dictæ dotis, 20
etiam contra Balthassaris ejus patris dispositionem constitutæ per *leg. qui aliena* §. *libertos*, ubi glossa *in verbo erogatum*, *D. de neg. gest. & l. sive generalis*, *D. de jur. dot. cum concord.* & fuerat jam antea per Rotam resolutum sub die 10. Junii 1626. coram bon. mem. Cocci-

Coccino ut patet ex *deciſione impreſſ. penes Fenz. in fin. Commentar. ad Statuti urbis dec.* 138.

Pro congrua verò prædictorum omnium retributione Laura conſenſit: Primò quod loca montium 55. ipſi ad vitam aſſignata pro ſponſalitia largitate, lucro dotali, & uſufructu à marito relicto, poſt ejus mortem ad filium revertantur, ut legitur in inſtrumento d. p. 7. verſ. ut eadem illuſt. D. Laura, &c. & in verſ. quorum quidem omnium, & ſingulorum locorum montium, &c. Quod ſanè nullius prorſus momenti eſt; nam hæc omnia quoad proprietatem ſpectant ad hæreditatem mariti. ac proinde ad filium hæredem, ad quem ideo illa defuncta ipſo jure redire debent, *l.* 3. §. *fin. D. quibus*
21 *modis uſufruct. amitt. l. uſumfructum cum moriar, D. de uſufruct. legat. l. corruptionem, C. de uſufruct.* Nec præcedentia filii in inſtrumento d. ſponſalitiæ largitatis ſcut. 160. reſervata, viſa fuit dominis in præſentia conſiderabilis, cum repugnet congruo naturæ ordini, ac inveriſimilis ſit *leg. qui duos*, §. *cum in*
22 *bello*, & §. *fin. ac utrobique gloſſa, D. de reb. dub. l. num. & ſi parentibus in princip.* ibique gloſſa *in verbo tamen D. de inoff. teſtam. leg. ſcripto in fin. D. unde liber.* Bart. *in l. inter ſtipulantem* §. *ſacram ſub n.* 7. *verſ. aut reſpicit futurum*, D. *de verb. oblig* Mandoſa *ad reg. de inform. quæſt.* 6. *à n.* 6. *verſ. redeunda igitur*, &c. *cum ſequentibus*; Oſaſc. *dec.* 108. *n.* 4. *verſ. ſecunda ratio*, &c. *ſub n.* 15. *verſ. nos autem ſumus*, &c. Menoch. *præſ.* 46. *n.* 30. *verſ. Hinc etiam dicimus*, &c. *cum ſeqq. lib.* 6. Rota *dec.* 365. *n.* 2. *verſ. & futurus eventus part.* 4. *diverſ.* & latius probatum fuit in præcedenti *dec. coram me in* §. *deinde convenit quod loca montium*, &c.

Secundò promiſit d. D. Laura ibidem pag. 8. verſ. item pacti fuerunt, &c. ſolvere debita ejus adminiſtrationis tempore cum mercatoribus, artificibus & fami-
23 liaribus contracta. Quod nihil relevat ad effectum, de quo agitur, tum quia non conſtat quæ, & qualia ſupereſſent ſolvenda & ad Bartholomæum ſpectantia. Tum quia ipſa ad id tenebatur, quæ fructus, ac effectus hæreditatis perceperat, neque ſufficientem de illis rationem reddiderat, ut fuit dictum in præcedenti deciſione in verſ. ulterius, &c.

Tertiò convenit eadem. pag. 8. in verſ. atque etiam in ſe ipſam ſuſcipere, ut ex nunc ſuſcepit onus, &c. ſolvere ejus vita durante annua ſcuta ſexaginta ſingulis duabus filiabus monialibus ultra d. dotem ſcutorum mille cuilibet earum promiſſam. Quod quidem de jure facere tenebatur cum profuse nimium exceſſerit congruum expenſarum modum tam attenta conditione filiarum, quam voluntate, ac diſpoſitione d. Balthaſſaris earum patris, prodigendo notabilem
24 pecuniarum ſummam ut dictum eſt occaſione ingreſſus, ſeu profeſſionis earum ex alienatione locorum montium hæreditatis redactam, cujus fructus ad ſolutionem d. annuæ ſummæ ſatis ſuperque fuiſſent. Ideò jure merito onus hoc ipſi adſcribendum erat, non autem pupillo hæredi, qui ab ea relevari debeat *d. l. qui alienam*, §. *libertos*, ubi Gloſſ. *verbo erogatum*, *D. de neg. geſt. l. ſi creditor*, §. *ſi ſervo tuo*, *D. de pecul. l. cum poſt mortem*, §. *præterea*, *D. de adm. tut. l. ſive generalis*, *D. de jur. dot.* Bald. Novel. *de dot. p.* 6. *privil.* 45. *ſub n.* 2. *verſ. Et hoc niſi talis mater*, Barboſa *in l.* 1. *part.* 4. *n.* 149. *verſ. quinimo ſi mater tutrix filii* &c. *D. ſol. matrim.* Gaig. *de tut. & curat. lib.* 3. *quæſt.* 50. *ſub n.* 5. *verſ. in matre verò*, &c. Guttierez *in ſimil. tract. part.* 2. *cap.* 11. *ſub n.* 6. *verſ. ſicut.* &c. cum aliis relatis *in præcedenti deciſione in* §. *ulterius.* Et in omnem caſum hujuſmodi annua ſolutio ſcut. centum viginti in totum illi ad tempus ejus vitæ accolata non excedit pro novem annis ſummam ſcut. mille octingentorum. nam cum tempore
25 d. tranſactionis, quod in judicanda illius juſtitia vel læſione attendi debet *l. ſi voluntate in fin.* ubi Gloſſa pen. *C. de reſcind. vend. & no.* DD. communiter *in l.* 2. *C. eodem tit.* Crav. *conſ.* 11. *n.* 17. *verſ. ego autem*, &c. *cum ſeq. & conſ.* 114. *n.* 16 *verſ. quarto reſpondeo*, &c. *& conſ.* 161. *n.* 7. *verſ. ſecundò præſuppoſito*, &c. Rimin. Jun. *conſ.* 97. *ſub n.* 14. *verſ. nam in læſione*, &c. Rot. *penes ſa. me. Greg. dec.* 406. *n.* 15. *verſ. hic autem*, &c. *& in rec. dec.* 87. *n.* 4. *verſ. non obſtat quomodo*, &c. *part.* 1. *dec.* 199. *ſub n.* 4. *verſ. tum quia tranſactionem*, &c. *part.* 4. D. Laura in quinquageſimo tertio ejus ætatis anno eſſet conſtituta prædicta obligatio ad vitam ipſius facta ad dictum novennium referenda, ac æſtimanda erat *juxta legem hæreditatum*, *D. ad legem* 26
falcidiã qua in quæcunque hujus generis materia ſervatur, Gloſſa *in lege cum his*, §. *vult. igitur oratio verſ. modus autem*, &c. ubi gloſſ. *in verbo cum juvene*, ac Doctores *D. de tranſact. & in l. omnium bonorum in verb. omnium verſ. Item nota D. de uſufruct.* & latè ad rem noſtram explicat Gabr. *in conſ.* 168. *à n.* 97. *verſ. erat autem Cardinalis*, &c. *cum ſequentibus lib.* 1. Rim. jun. *conſ.* 170. *n.* 24. *verſ. Hancque ſententiam*, &c. Peregrinus *conſ.* 94. *n.* 24. *verſ. nam ex illa lib.* 1. & aliis relatis bene comprobat Surdus *de aliment. tit.* 9. *q.* 11. *à n.* 26. *verſ. & adverte quod in calculanda juſtitia contractus*, &c. *cum ſeqq.*

Quartò conſenſit pag. 16. in *verſ. quo verò ad dotem propriam*, &c. & infra quod ex ſcutis decem millibus illi aſſignatis pro reſtitutione partis dotis ſcut. 8000. & ſolutione legati ſcut. 2000. à præfato Balthaſſare marito ei facti poſt ejus mortem ſex mille reſtituantur Bartholomæo cum onere fideicommiſſi ad favorem ejus filiorum, eiſque deficientibus præfatæ Lucretiæ uxoris 27
D. Vitelleſchi, & filiorum illius reſervata ſibi facultate diſponendi de reſiduo, ex ea verò ſumma ſcut. 6000. detrahenda eſt primùm tertia pars d. ſcut. decem milium, quæ eſt ſcut. 3333. pro legitima, eo tempore debita eidem Bartholomæo *juxt. text. in* §. *1. in auth. de trient. & ſemiſſ. & in* §. *aliud quoque* 28
capitulum, in Auth. *ut cum de appellat. cognoſc.* Vel ipſo tunc prædefuncto ejus filiis, §. *neque illo*, in eadem auth. *de trien. & ſemiſſ.* §. 1. in Auth. *de hæred. ab inteſt.* Gloſſa *in l. omni modo*, *in verbo aliis perſonis*, *C. de inoff. teſtam.* abſque ullo onere, *l. quoniam in prioribus*, ubi Gloſſa *in verb. tollatur*, *verſ. item nota*, *hic*, *& in l. ſcimus*, *in princ. &* §. *cum autem*, *C. eod. tit.* Qua detracta remanet dd. ſcut. 2666. Hæc autem certè tam æſtimari, & in præſenti 1
calculo accepto ferri non debet habita relatione (ut dictum eſt) ad tempus dictæ tranſactionis cum nulla facta fuerit dictæ quantitatis ſolutio, ſed quanti minoris eam reddunt æſtimationis. Tum dilatio poſt mortem Lauræ, ac proinde detractio fructuum illi donec 2
vixerit reſervatorum, qui calculati habita ratione ætatis prædictæ in qua tunc erat conſtituta ad novem annos, ut ſupra dictum eſt ad rationem cenſuum, ſeu locorum Montium reſpectivè in quibus fuerant aſſignati dd. ſcut. decem mille, ut patet ex dicto inſtrumento, & ex alio præcedenti ſub die 23. Sept. 1613. conſtituunt ſum 29
mam ſcut. 97. circiter *jux. l. circa legem*, ibi, *ſi decem ſub conditione alicui fuerint relicta, eaque conditio poſt decennium forte exiterit, non videtur decem huic legata, ſed minus decem, quia intervallum temporis, & interruptum hujus ſpatii minorem facit quantitatem decem*, &c. ibique gl. *in verbo quantitatem*, *& l. quantitate*, §. *magna*, *v. in diem relicta*, ibi: *In diem relicta legata ulterius eſſe juris palam eſt, cum ea omnimodo tam ipſi legatario, quàm hæredibus ejus deberi certum ſit. Sed tanto minus erogari ex bonis intelligendum eſt quantum interea donec dies obtigerit hæres lucrativus eſt ex fructibus, vel uſuris*, &c. *ac in lege qui in quadringenta* §. *fin. ad fin.* ibi: *quare ſtatuendum erit tanto minus in tuo legato eſſe, quantum ex fructibus ejus hæres perceperit*, *D. ad legem falcid.* Ac Pinel. *in lege* 2. *part.* 3. *cap.* 4. *ſub n.* 34. *verſ. in prædictis*, &c. Tum etiam 30
onus fideicommiſſi ſuperimpoſiti quod minuit æſtimationem quantum prudens judex arbitratur *juxt. l. ſi quis uxori*, *in fin.* ibi: *pendente autem conditione tanti æſtimandus eſt, quanti emptorem poteſt invenire. D. de furt. & leg.*

& lege si servus furtivus in fin. princip. ibi, *quod si pendente conditione judicetur, judex æstimare debebit, quanti emptorem invenerit, &c.* ibique glossa *verb. invenerit*, & Doctores *D. de cond. furt.* & comprobatur *in lege fundi partem, ad finem vers. nam hoc ipsum, D. de contrah. empt.* Cavalcan. *dec.* 36. *n.* 5. *vers. nam bona fideicommissa, part.* 1. Lup. *de usur. com.* 2. §. 5. *sub n.* 116. *vers. & advertendum est, cum plur. seq.* Rota *penes Buratt. dec.* 668. *n.* 5. *vers. & quæ habent*, &c. *& in Romana fideicomm. seu Salvian.* 15. *Junii* 1650. *coram reverendiss. D. meo Decano, in* §. *convincitur ulterius*, &c. Quibus omnibus detractis ad exiguam redigeretur quantitatem.

Quinò denique, obligavit se donec pariter vitam ageret pag. 10. in princ. *vers. & ulterius salvis præmissis*, &c. soluturam dicto Bartholomæo ejus filio menstruos scutos duodecim. Quæ quidem summa, & longe major illi debita erat tàm ratione dictorum locorum Montium à matre, ac tutrice perperam distractorum, quam ex aliis prædictis, & in omnem causam calculata per dictum tempus novennii juxta præmissa constituit scut. 1296.

Quare facta collatione, & supputatione eorum, quæ Bartholomæus Lauræ remisit, atque promisit cum his quæ illa retribuit, habitaque etiam ratione lucis, manifestè probatur læsio; sive attendatur dispositio juris communis *in l.* 2. *C. de rescind. vend.* quæ pariter in transactione stante magna læsione locum habet, ut ibi notat Bartol. *n.* 7. *vers. quæro* 31 *utrum hæc lex*, & prius *in lege si qui cum aliter, vers. quæro quid. si in contractu transactionis, D. de verb. oblig.* Rota *dec.* 102. *n.* 2. *vers. neque obstat*, & *dec.* 732. *n.* 1. *vers. nam licet, cum sequenti, part.* 1. *divers.* ubi *sub n.* 3. *vers. & dixerunt Domini*, &c. læsionis mo- 32 dus in hujusmodi causis Judicis arbitrio remittitur, *& in Roman. rescission. instrum.* 26. *Nov.* 1612. *coram bon. mem. Ubald. apud Cenc. post. tr. de Censibus, dec.* 276. *sub n.* 1. *& seq.* cum aliis relatis penes Durandum *decis.* 121. *n.* 12. *vers. prædicta autem*, &c. *in præcedenti decis. in* §. *insuper eidem Bartholomæo*, &c. *sive statuti urb. lib.* 1. *c.* 154. *sub rub. de læsione.*

Non obstat, quod læsio quæcumque in præfato instrumento transactionis remissa fuerit, etiam titulo donationis inter vivos.

Nam verba illa non important puram & absolutam donationem ex mera liberalitate provenientem, sed sunt accessoria, & consecutiva principalis contractatus transactionis, & contemplatione illius apposita, ut in eo legitur part. 15. ibi, (Et è contra prædictus illustrissimus Dominus Bartholomæus contemplatione præsentis contractus, & attentis, ac salvis semper præmissis, & infra dicendis, illisque semper firmis, & irrevocabiliter manentibus, & non aliàs, aliter, nec alio modo, de quo expressè protestatur, &c. 33 cessit, & renunciavit, &c.) Ideoque non transfundunt illum in aliam speciem, nec alterant ejus naturam, sed ab ea moderantur, ac dependent, ut probat Decius *cons.* 2. *pro tenui facultate mea, sub n.* 10. *vers. nam istæ clausulæ*, &c. Rota penès san. mem. Greg. *decis.* 311. *n.* 5. *vers. non obstant clausulæ*, &c. & plenius declaratur penes Durandum *dicta dec.* 121. *sub n.* 20. *vers. nec. obstat contraria*, &c. *cum seq. in recent. dec.* 318. *n.* 13. *vers. neque relevare videbantur verba illa*, &c. *cum seq. part. tom.* 2. *& in Baren. seu Neapolit. pecun.* 12. *Dec.* 1642. *coram RR. P. D. meo Rojas, in* §. *nec obstat quod in eodem instrumento dicatur*, &c. Præsertim stante magna læsione, quæ 34 tolum re ipsa præ se fert Gabr. *cons.* 62. *sub n.* 2. *vers. ex his concludo*, &c. *lib.* 2. Cæs. Mant. *d. cons.* 142. *n.* 19. *vers. secundò certa erat victoria*, &c. Rota penes Duran. *dicta decis.* 21. *n.* 29. *vers. & ratio est.*

Minus obstat quod Bartholomæus transactionis resci- 35 ssionem petens teneatur ante omnia restituere dictas menstruas pecunias ipsi illius vigore solutas *juxt. l. si diversa, C. de transact.*

Quia stante læsione prædicta jam per Rotam cognita, & bis firmata, non videtur Dominus teneri illas restituere, sed justè posse eas retinere tanquam ex bonis hæreditatis paternæ ad ipsum spectantis per- 36 ceptas, donec legitimè redditis per Lauram administrationis rationibus appareat, an, & quæ summa illo pro prætensis ejus creditis verè debeatur, ut respondit Rota *decis.* 102. *sub n.* 3. *vers. non obstat quod teneatur restituere recepta, &c. cum seq. part.* 1. *divers.* & penes Cardin. Seraph. *dec.* 922. *n.* 8. *vers. hic autem subest causa*, &c. *ac in recent. d.* 315. *n.* 17 *cons. tum etiam quia cum bona recepta*, &c. *p.* 5. & in aliis in præcedenti decisione adductis in §. *non obstat quod ille teneatur.*

Altera verò transactionis pars concernens interesse D. Hipolyti eodem prorsus defectu evidenter laborat. Nam illi constituta fuit summa scutorum viginti quatuor millium pro dote Lucretiæ filiæ præfati Balthassaris viri curialis causa & negotia in urbe agentis, qui dictam Lucretiam ac Orinthiam, & Catharinam ejus filias competenter dotari jussit, hæredem verò universalem dictum Bartholomæum filium masculum instituit cum onere fideicommissi, atque ampla prohibitione alienationis bonorum immobilium, Censuum, & locorum Montium in hæreditate remanforum, ut legitur in testamento. Ac proinde hujusmodi dotis amplitudo longe excedebat justam quantitatem, tam attenta patris dispositione, qui dum jussit filias competenter dotari, procul dubio intendit de dote congrua earum conditioni juxta statuta, & consuetudinem urbis, ut benè declarat Paris. *cons.* 16. *n.* 77. *ostenditur clare, &c. cum seq. lib.* 2. Rol. *cons.* 85. *sub n.* 15. *vers.* 37 *& congruam, &c. cum. seq. lib.* 1. Menoch *cons.* 251. *n.* 10. *vers. quarto, & ultimò*, &c. *de arb. judic. lib.* 2. *cas.* 149. *sub n.* 38. *vers. considerabit etiam judex*, Mantica *de conject. lib.* 11. *tit.* 23. *n.* 38. *vers. quarto*, &c. Rota penes eundem, *decis.* 329. *sub n.* 8. *vers. nec dubium est*, &c. san. mem. Greg. *decis.* 63. *n.* 11. *vers. facit etiam*, &c. *cum seq.* Rota Bonon. apud Barz. *decis.* 127. *sub n.* 6. *vers. congrua ea est*, &c. *sub n.* 10 *vers. potissimum verò*, &c. Quæ sanè illius intentio inde etiam clarè convincitur, quod filio masculo hærede universali instituto perpetuum ordinavit fideicommissum cum amplissima (ut dictum est) alienationis bonorum stabilium, censuum, & locorum Montium prohibitione, ob quamcumque causam, & occasionem quantumvis pri- 38 vilegiatam, urgentem, urgentissimam, & necessariam, ut benè advertunt Decianus *consil.* 17. *sub n.* 47. *vers. octavò & ultimò*, &c. *cum seq. lib.* 2. Menoch. *vers.* 737. *sub n.* 19. *vers. est dubitatio*, &c. *cons.* 852. *sub n.* 5. *vers. quartò & ultimò*, Rota penes Cardin. Seraphin. *decis.* 440. *sub n. vers. hanc sententiam*, &c. fuit dictum in Romana dotis de Palluzzis 13. *Junii* 1631. *coram bon. mem. Motman. dec* 49. *sub n.* 9. *vers. quia imo*, &c. *cum sequenti p.* 6. *recent.* Quam etiam attenta conditione ejus 39 personæ, ac familiæ, ac demum patrimonii quantitate, habitaque ratione, quod aliæ duæ existabant filiæ fœminæ, quæ ampliſſimam jam fecerant renunciationem ad favorem fratris, ut apparet ex prædictis publicis instrumentis per acta Gargarii sub diebus 14. Junii 1621. & 15. Martii 1623. Et dictus Bartholomæus filius masculus in minori ætate constitutus hæres universalis hujusmodi fideicommisso gravatus. Quæ omnia pro justa do- 40 tis constitutione omninò considerauda erant juxt. *leg. si filiæ pater.* ibi. *Labeo quærit quemadmodum appareat quantam dotem cuique filiæ viri boni arbitratu constitui oporteat, & ait id non esse difficile ex dignitate, ex facultatibus, & ex numero liberorum testamentum facientis æstimare, &c. D. de l.* 3. *glossa in lege si curatores, in verbo moderatum, Cod. de admitt. tut.* & bene explicat Paris. *consil.* 63. *sub n.* 49. *in fin. vers. nec obstat si diceretur, &c. cum plurimis seq. lib.* 2. dicens congruam esse dotem, quæ correspondet legitimæ, moribus regionis, 41 & qualitati patris ac filiæ arbitrio boni viri, quodque hæc prævalent soli qualitati viri, Rol. *dicto cons.* 85. *n.* 15.

n. 15. *& ideo ſequitur, cum ſeq. lib.* 1. Becc. *conſ.* 112. *n.* 6. *verſ. & in hoc, &c.* Menoch. *de arb. judic. dict. caſ.* 149. *n.* 34. *verſ. tertia eorum fuit opinio, &c. cum ſeq.* & Peregrinus *de fideicomm. art.* 42. *ſub n.* 78 *verſ. cum autem ex cauſa dotis, &c.* Barz. *dicta deciſione Bonon.* 127. *ſub n.* 10. *verſ. cum non ex facultatib. mariti tantum, &c.* cum aliis relatis per Fuſar. *conſil.* 38. *n.* 11. *verſ. concludo igitur, &c. cum ſeq.* Rota penes Manticam *dict. dec.* 329. *ſub n.* 5. *verſ. ex quibus, &c. cum ſequenti.* Durandus, *dec.* 26. *n.* 15. *verſ. quo verò ad ſecundam partem, &c.* Non autem ad diſtractionem bonorum ſtabilium, ac locorum Montium facilè adeo, ac improvidè devenire poterat
42 contra expreſſum teſtatoris præceptum, quod licet legis diſpoſitioni ob univerſale Reipublicæ bonum inductæ cedat, ac neceſſariam filiarum, & deſcendentium dotationem non excludat, efficit tamen, ut parcius agendum ſit, ita ut (illæſa quo magis fieri poteſt teſtatoris voluntate ſervata) id tantum ex bonis fideicommiſſo ſubjectis in eam cauſam erogetur, quod præfatis circumſtantiis judicio prudentis bene penſatis honeſtum ac neceſſarium eſſe dignoſcitur, ut probatur *ex d.* Auth. *res quæ* ibi: *permittitur res prædictas in eam cauſam alienare, & obligare pro modo honeſtati perſonarum congruo, &c.* ubi Baldus *n.* 18. *verſ. ultimò nota, &c. C. comm. de legat.* & in Auth. (*unde ſumitur*) *de reſtitut. & ea quæ parit in §. quamobrem*, ibi: *ſi non ſufficerit legitima pars ad dotis, aut antenuptialis donatione obligationem, honeſte, & ſecundum perſonarum qualitatem, & merita, &c. ex reliqua ſubſtantiæ parte excipere, &c.* & ibi glolſa *in verbo ſi non ſufficerit, &c. in verb. merita, &c.* & concludit Franciſcus Aret. *conſil.* 17. *Conſiderati diligentiſſimè, ſub n.* 20. *in fine, verſ. fateor tamen, &c.* dicens, quod judex bonus debet omninò arbitrari minorem dotem eſſe conſtituendam, ut quanto minus fieri poſſit filio, ac fideicommiſſo præjudicetur, idemque probat Præp. *de fideicomm. quæſtione* 9. *ſub n.* 465. *verſ. ſecundò qualitatem perſonæ, & familiæ, &c.* Decian. *dict. conſ.* 17. *ſub n.* 21. *verſ. tertiò præſuppoſito, &c. cum plurimis ſeq. lib.* 2. & Peregr. *de fideicomm. art.* 42. *ſub dicto n.* 78. *verſic. cum autem ex cauſa dotis*, Rota penes Mantic. *dicta deciſ.* 329. *ſub n.* 1. *verſ. nec enim bona ſubjecta fideicommiſſo*, & *ſub n.* 6. *verſ. unde ſi dos, &c. ac ſub n.* 7. *verſ. ſed ex deductis, &c.* & in aliis mox allegandis, &c.

Nec aliud ſuadere valet præſtantior D. Hippoliti qualitas, & præclarum virtutis meritum. Quoniam hæc
43 quoque conſiderari quidem debent, ſed cum moderamine rationis, quantum ſcilicet teſtatoris diſpoſitio, mulieris conditio, patrimonii quantitas, liberorum numerus, aliæque facti circumſtantiæ, diſcreti viri judicio patiuntur, *lege quæro*, ibi, *modus facultatibus, & dignitate mulieris, maritique ſtatuendus eſt, quouſque ratio patitur, &c. D. de jur. dot. & in dicta lege ſi curatores*, ibi, *& quod moderatum eſt honeſtæ perſonæ præſtare cogantur, &c.* ubi glolſa *in verbo moderatum, &c. C. de adminiſtr. tutor.* Non enim licuit, ut mulier nobiliori, ditiori, ac magis accepto nuberet viro, paternum evertere fideicommiſſum, tantamque hæreditatis partem, eamque meliorem abſumere, neque ille juſtè conqueritur, quod inæqualis fortè conditionis mulierem, ſeu aliquo corporis defectu affectam, qui formæ venuſtati detraheret, acceperit in uxorem, ſed utique imputandum eſt mulieri ſcilicet, quod majoris conditionis vi-
44 rum potius, quàm ſibi æqualem elegerit. Viro autem quo l ſpecioſam magis dotem, quàm formoſam mulierem concupiverit, dum ambo poterant, & debebant numero pari juxta illud Ovidianum, &c. ut benè reſpondit Baldus, *in dict. auth. res quæ n.* 18. *verſ. ultimò nota, &c. C. Commun. de legat.* Pariſ. *dict. conſ.* 63. *n.* 55. *verſ. nec conſideranda eſt, &c. cum ſeq. lib.* 2. Rol. *dicto conſ.* 63. *n.* 55. *verſ. & ſimiliter, &c. lib.* 1. Cephal. *conſ.* 668. *ſub n.* 23. *verſ. non obſtant, quæ videbantur oppoſita, &c. cum ſeq.* Decian. *dicto conſil.* 17. *n.* 24. *verſ. neque eſt in facultate multis is, &c. lib.* 2. Peregr. *de fid. icommiſſ. dicto art.* 42. *ſub n.* 70. *verſ. non tamen conceditur, &c.* Fuſar. *conſ.* 17. *n.* 6. *verſ. & quamvis, &c.* & probavit Rota *in deciſionibus prædallegatis*, & Matias *in Romana hæreditatis* 14. *Dec.* 1646. *coram bon. mem. Aguilles in §. & ſupra dicta communis doctrina, &c. cum ſeq. & in Romana Caſalis Acuzzani* 26. *Nov.* 1648. *coram Reverendiſſ. Domino meo Decano in §. Præterea ſubdebant Domini, & cum ſeq.*

Neque obſtat, quod dos verè, ac ſubſtantialiter fuerit de ſcut. viginti millibus aucto apparenter pretio domorum hæreditatis pro ſolutione partis illius aſſignatarum ad alios ſcutos quatuor mille ob ſolam honorificentiam.

Quia hujuſmodi aſſertio non probatur ex depoſitione unici teſtis fratris germani D. Lauræ contra publicum inſtrumentum dotale, in quo partes jurejurando aſſeruerunt illam verè eſſe quantitatis prædictæ ſcut. 24. mil. & dicti Doctores Laura, & Bartholomæus ſpecialiter convenerunt manutenere dictas domos, atque illarum evictionem præſtare pro dicto pretio ſcutor. viginti millium, è contra verò D. Hippolitus expreſsè promiſit quartum dotale totius ſummæ prædictæ in caſu ſoluti matrimonii juxta diſpoſitionem ſtatuti urbis *lib.* 1. *cap.* 151. ut in eo legitur ſub die 24. Nov. 1623. 45
celebrato. Quod cum tot præ ſe ferat repetitas, & qualificatas partium confeſſiones, etiam jurejurando roboratas, & corroboretur ulterius ex eadem repetita dotis quantitate, & confeſſione in alio ſequenti inſtrumento tranſactionis, de qua agitur, præferendum omnino eſſe præfati teſtis depoſitioni Domini exiſtimarunt *juxta legem* 3. *in princip. & §.* 1. *D. de teſtibus, lege optimam, §. & ſi inter præſentes, C. de contrah. & committend. ſtipulat. lege generaliter, Cod. de non num. pecun.* Innoc. *in capite cum Joannes ſub n.* 6. *verſ. ſi verò teſtes contradicant inſtrumento, &c. de fid. inſtru-* 46
ment. Rota penes ſanct. mem. Gregor. *deciſ.* 459. *n.* 5. *verſ. & tamen teſtes, &c.* Card. Caval. *deciſ.* 206. *ſub n.* 1. *verſ. & propterea &c. cum ſequenti dec.* 294. *ſub n.* 1. *verſ. quibus non obſtant. &c. & dec.* 375. *n.* 6. *verſ. ſed eſto, &c.* Burat. *deciſ.* 567. *n.* 5. *verſ. & tanto magis, &c. in recent. deciſ.* 91. *n.* 9. *verſ. non obſtant teſtes, &c. ac deciſ.* 736. *in* 6. *verſ. ſed eſto, &c. part.* 3. *& deciſ.* 146. *n.* 14. *verſic. quibus probationibus, &c. part.* 5. *ac dec.* 185. *n.* 10. *verſic. hujuſmodi autem probationes, &c. part.* 6. Præter quod etiam in aſſerta ſumma viſa fuit Dominis attentis prædictis exorbitans, & exceſſiva, ut fuit conſideratum in præcedenti deciſione. §. *minus obſtat quod prædicta dotis conſtitutio, &c. in fine.*

Nec obſtat appretiatio facta in calculo coram me inito alterius ex dictis domibus de ſcutis ſex millibus, quæ fuerat in dicto inſtrumento dotali aſſignata pro ſcut. ſeptem millibus. Nec hæc fuit communi partium conſenſu in ea ſumma concordata ad reſcindendas controverſias, quæ nimium protrahebant concluſionem ſtatus hæreditatis dicti Balthaſaris; ideoque non excludit veritatem precedentis æſtimationis in dicto inſtrumento dotali conventæ, ac jurejurando firmatæ, Rota *dec.* 228. *ſub num.* 1. *verſu primo quia, ſub num.* 7. *verſ. ſed contrarium*, &c. *deciſ.* 724. *n.* 5. *verſu quia confeſſio*, &c. *parte* 4. *diverſ.* Cardin. Seraph. *deciſ.* 733. *ſub n.* 4. *verſu quo enim ſit*, &c. & apud Pen. *deciſione* 668. *ſub n.* 13. *verſu cum confeſſio, & in recent. dec.* 481. *n.* 15. *verſu confeſſio enim, & declaratio*, &c. *part.* 5.

Ulterius non ſubſiſtit detractio, quæ multipliciter facienda prætenditur ex pretio dictarum domorum ob facultatem illas recuperandi infra decennium pro ſcutis ſexdecim millibus in pecunia numerata conceſſam Bartholomæo in tranſactione prædicta.

Quia cum illæ fuerunt in inſtrumento dotali libe-
rè aſſignatæ pretio convento ſcut. viginti millium abſque ullo onere, ſeu pacto reluendi. Licèt poſt ſexennium circiter facultas hujuſmodi ex nova cauſa, in-

alio separato, ac diverso instrumento concessa fuerit,
47 nullo pacto minuere potest æstimationem in præce-
denti jam diu firmatum, sed uterque contractus tan-
quam diversus, ac separatus distinctè considerari ac
judicari debet ad *legem jurisgentium*, §. *ut puta post divortium*. ibi. *Ea enim pacta insunt, quæ legem contractui dant, id est, quæ in ingressu contractus facta sunt*, &c. *item respondit Scio à Papiniano, & si post emptionem ex intervallo aliquid extra naturam contractus conveniat ob hanc causam agi ex empto non posse*, &c. *D. de pact. & l. fundi partem in fine*, ibi, *nam hoc ipsum pretium fundi videtur, quod eo pacto venditus fuerit eaque jure utimur*, &c. ibique Glossa fin. & Doctores *de contrah. emptione*, Cephal. *cons.* 370. *n.* 95. *vers. ubicumque enim eodem tempore*, &c. *& fuit dictum in Romana domorum* 19. *Junii* 1611. penes sanct. mem. Gregor. *decis.* 492. *sub n.* 9. *versic. videbatur etiam Dominis*. &c. Gratian. *disceptatione* 786. *sub n.* 16. *versic. præterea*, &c. *cum seq.* cum aliis relatis in præcedenti decisione *in* §. *quoniam objectio*, &c. Ac proinde facultas hujuscemodi tantummodo est consideranda tanquam retributio quædam ex parte Vitelleschi data Bartholomæo pro remissione excessus dotis ab eo facta mediante dicta transactione. Atque ideo inquirendum, an æquivalens, vel saltem talis fuerit, quæ læsionem ab ipso actu excludat, qualis profectò visa fuit Dominis censeri non
48 posse. Non solum quia tanti æstimari non debet quanti si Bartholomæus eas cum effectu recuperasset, ac scutos quatuor mille superlucratus fuisset *ad leg. minus est*, *D. de reg. jur.* Corn. *consil.* 263. *sub n.* 7. *vers. item licet actio competat*, &c. *libro* 3. Navarr. *in manual. cap.* 13. *sub n.* 231. *vers. nobis tamen videtur verum*, &c. Cùm præsertim domus ut plurimum ad rigorosam æstimationem non vendantur, ac ideò pretium scut. sexdecim millium in pecunia numerata benè congruum communiter esse possit illius rei, quæ viginti millibus in causam dotis justè fuit æstimata. Præterquod nota erat ipsius Bartholomæi conditio, qui facultatem non habeat, nec verisimiliter habiturus erat, seu saltem non nisi sub gravibus
49 usuris, damno, atque dispendio eam pecuniarum summam solvendi, ut recuperationis commodo frueretur, atque ideò illi erat planè inutilis, & apparentem potius contractus honestatem, quàm realem, ac substantialem præ se ferebat ejus utilitatem. Castr. *cons.* 293. *pro evidentia dicendorum sub n.* 2. *ad finem vers. sed etiam fine*, &c. *part.* 2. Loffred. *consil.* 52. *sub n.* 29. *ad fin. versic. & quia hæc differentia*, &c. Verum etiam, quia si tanti æstimaretur, & dos ipsa ad scutos viginti mille reduceretur, non ideo cessaret læsio, ut fuit consideratum etiam in dicta præcedenti decisione in §. *porrò D. Hippolytus*, &c. *cum seqq.*

Non obstat demum quod pro parte D. Bartholomæi non fuerit plenè justificatus hæreditatis paternæ status cum negativa existentiæ aliorum bonorum pro concludenti probatione læsionis.

Quia præter quod læsio etiam ex conditione mulieris, ac patris dispositione, & aliis facti circumstantiis supra deductis bene resultat, ita ut illam, absque ulla patrimonii discussione tanquam certam, ac inevitabi-
50 lem firmaverit Rota *coram bon. mem. Coccino sub dicto die* 10. *Junii* 1626. *in* §. *nec. dicatur, vers. quia hoc verum*, &c. *& in fin.* §. *& eo magis*. &c. apud Fenzon. *ad stat. urb. dict. decis.* 138. Satis etiam visus fuit Dominis in hoc casu probari hæreditatis prædictæ status ex calculo perinde communi partium consensu prævia exactissima bonorum omnium per anni spatium & ultra inquisitione eorum jussu firmato, atque subscripto
51 & in actis producto non obstante protestatione in subscriptione D. Hippolyti adiecta, ut respondit Rota *coram R. P. Domino meo Bichio in Montis falisci supplemento legitimæ* 18. *Junii* 1642. *in* §. *valor autem hæreditatis paternæ*, &c. *& in Romana, seu Veliterana* Afflict. 24. *Junii* 1647. *in* §. *nec obstat quod Marcellus*, &c. Quem elidunt, sed magis confirmant probationes nuper factæ per D. Hippolytum super existentia, & valore bonorum ejusdem hæreditatis in territorio Ariminen. Nam bona omnia in illa 52
Flaminiana provincia existentia relata fuerunt in dicto calculo coram me firmato, cum expressione pretii scut. 475. quo fuerunt à dicto Bartholomæo vendita, ut ex publico instrumento apparet, quod licet à Domino Hippolyto tunc controversum modo vere probaretur ascendere ad scut. 1106. (ut ille prætendit) non tamen excessum ac læsionem excluderet; sed hæc quidem exacta prædictorum indagatio magis corroborat, atque confirmat præsumptionem, quod si alia superfuissent bona ipse D. Hippolytus illa verisimiliter non prætermisisset, juxta theor. Innoc. *in cap. auditis sub n.* 3. *versic. sed præsumptio est contra eum*, &c. *de in integr. restit.* Bellamer. *dec.* 38. *sub num.* 1. *vers. & quia præsumitur*, &c. Crav. *consil.* 134. *sub num.* 3. *vers. præterea verisimile est*, &c. Rota penes san. mem. Greg. *dec.* 441. *sub n.* 1. *vers. credendum est enim*, &c. & in specie consideravit Jas. *dict. consil. sub num.* 34. *versic. quia si alii fuissent*, &c. *lib.* 1. & comprobant Alciat. *dict. præs.* 20. *sub num.* 3. *vers. unde intellige*, &c. *reg.* 3. Gabr. *dict. cons.* 138. *sub num.* 20. *vers. nam sicut præsumptio*, &c. *cum seqq. lib.* 2. Barbosa *in loco supra cit.* Præterea concurrunt duo calculi, seu bilancia pro eadem D. Laura in judicio redditionis rationum *coram bon. mem. Coccino producta die* 16 *Febr.* & 17. *Maii* 1626. *in registr. fol. & fol.* 203. *cum* 53
seqq. quæ non solum probant contra illam *ad l. fin. in princ. vers. fin autem*, ibique gloss. & DD. *C. arb. tut.* sed etiam contra D. Hippolytum ab ea quoque in præfata dotis constitutione causam habentem *d. l. Publia* §. *fin. D. depositi.* Crav. *cons.* 29. *sub n.* 1. *vers. ex quib. verbis*, &c. Rota *dec.* 594. *n.* 5. *versic. quæ confessio.* &c. *p.* 1. *diverf. & in recent. decis.* 349. *sub n.* 3. *versic. quæ confessio*, &c. *part.* 2. *& dec.* 131. *n.* 4. *vers. quæ confessio, & decis.* 261. *n.* 7. *vers. quam confessionem*, &c. *part.* 7. & fuit dictum in Anconitana bonorum 4. *Julii* 1614. *coram bon. mem. Manzanedo, in recent. dec.* 612. *n.* 5. *versic. ulterius*, &c. *p.* 3. Et quidem omnibus simul junctis probabilis resultat, efficaxque præsumptio non exis-
tentiæ aliorum bonorum, ut saltem contrariæ pro- 55
bationis onus transferatur in ipsum D. Hippolytum juxta glossam *in leg. cum de lege in verbo hæredis probatio est*, &c. *D. de probat.* quæ procedit non solum quando pro negativa viget præsumptio resultans ex inventario per hæredem legitimè confecto, verum etiam si alia concurrat judicis arbitrio consideratis 56
singulorum casuum circumstantiis sufficiens, Alexan. *consil.* 54. *consideratis verbis sub n.* 6. *vers. & satis erit*, &c. *lib.* 1. Jac. *d. cons.* 34. *ad motiva data sub n.* 1. *vers. ego denuò dico*; &c. *& infra versic. & puto sine scrupulo aliquo* &c. *l.* 1. Gabr. *comm. concl. l.* 1. *de probat. concl.* 7. *n.* 7. *versic. amplius ut idem sit*, &c. Didac. *var. res. lib.* 2. *c.* 6. *sub n.* 3. *versic. ego sane*, &c. *l.* 2. Masc. *de prob. concl.* 205. *sub n.* 21. *versic. idem est si alia præsumptio*, &c. Pacian. *in simil. tr. lib.* 1. *c.* 46. *sub. n.* 49. *versic. ex quibus succedit*, &c. *cum seq. &* 57
infra sub n. 54. *versic. ex quo possumus concludere*, &c. *ac seq.* Gabr. *d. consil.* 138. *sub n.* 20. *versic. nam sicut præsumptio quæ oritur ex inventario*, &c. *cum seqq.* ubi bene probat sufficere præsumptionem probabilem resultantem ex verisimilitudine *l.* 2. & idem sentit Alciat. *de præsump.* 20. *sub n.* 3. *vers. unde intellige*, &c. & Barbosa *in l. maritum* 12. *sub n.* 25. *vers. ego autem*, &c. *cum seq. D. solut. matrim.* Qualis profecto ea est, quæ ex prædictis omnibus in propolito resultat pro D. Bartholomæo, cui ob culpam matris, quæ dure nimis inventarium, vel saltem descriptionem bonorum dictæ hæreditatis facere renuit, & noluit, prærepta fuit exactoris probationis facultas, ideo jure merito succurri debet *jux. l. non exigi-* 58

mus, §. 1. *D. ſi quis caut. l. ſi cum ipſe*, *D. de excuſ. tut. & l. ult. in fin. C. ad l. Jul. de Adulter.* & in propoſito bene probat Peregr. *conſ.* 64. *ſub n.* 20. *verſ. in ſpecie autem noſtra negativa hæc lib.* 3. &c. Rota 308. *n.* 22. *verſ. vel eſt excuſandus*, &c. *p.* 5. *recent.*

Et ita fuit concluſum utraque parte informante, &c.

R. P. D. MELTIO.

Callien. Bonorum.

Lunæ 8. *Aprilis.*

ARGUMENTUM.

Stante Bulla felic. recordat. Urban. VIII. de qua in Bullario novo in ordine 51. §. 2. vetante alienationem bonorum jurisdictionalium abſque beneplacito Apoſtolico; ſi Eccleſia, defunctis omnibus illis, quibus facta erat inveſtitura, promittat fœminæ deſcendenti ex inveſtitis facere inveſtituram, quatenus beneplacitum Apoſtolicum obtineatur, poſſit, eo obtento, alterum inveſtire & fœminæ detur reſtitutio in integrum adverſus inveſtientes.

SUMMARIUM.

1 *Reſtitutio in integrum non denegatur adversus sententiam nullam, et injustam.*
2 *Nullitas sententiæ probatur, quando lata est contra minorem, nulla prævia citatione, neque deputatione curatoris.*
3 *Et minor restituitur ut investituram consequi possit.*
4 *Et nunquam sententia transit in judicium.*
5 *Investitura non potest denegari, quando cum juramento est promissa, et legitimè fuit petita.*
6 *Et sufficit investituram esse petitam, ut dicatur facta, et n.* 21.
7 *Processus factus cum procuratore pupilli à tutoribus constituto ante litem contestatam sine judicis decreto non valet.*
8 *Investitura tam æquitate attenta concedi debet proximiori superstiti.*
9 *Quàm ex consuetudine Ecclesiastica, quæ attendi debet.*
Maximè quando Ecclesia non vult pro se retinere emphyteusim, et n. 12.
10 *Aliàs fit injuria quatenus denegatur.*
11 *Magis attenditur consuetudo contrahentium, quàm regionis.*
13 *Fœminæ dicuntur exclusæ, quando emphyteusis est concessa pro masculis.*
14 *Quod procedit, ipsis tantum existentibus, sed eis deficientibus, fœmina proximior admittitur ad petendam renovationem, quæ ex æquitate petitur, non vigore investituræ.*
15 *Maximè quando Ecclesia non vult pro se retinere, fœmina, tam ex ordine charitatis, quàm affectionis debet præferri.*
16 *Signatura gratiæ semper attendi, ac servari debet.*
17 *Et in rescriptis Papæ merè gratiosis nunquam attenditur signatura regentis.*
18 *Rescriptum Papæ intelligitur secundum postulata, ita ut correspondeat omnibus in commissione petitis.*
19 *Facultas à Sanctissimo concessa Ecclesiæ renovandi, non dicitur data contemplatione personarum etiamsi solum attendatur utilitas Ecclesiæ.*
20 *Annus conceditur ad petendam investituram.*
21 *Instantia facta de revocando, est sufficiens ad conservandum jus competens instanti, cùm dicatur tunc renovatio concessa quatenus de jure concedenda sit, maximè contra extraneum postea investitum.*
22 *Annus investituræ petendæ non currit, nisi à die recuperationis bonorum, et adeptæ possessionis per dominum directum.*
23 *Imo quando investitus est extraneus, facultas petendi renovationem durat* 30. *annis.*
24 *Gratia Papæ subreptitia nihil operatur, cùm non censeatur velle jus alteri tollere, et maximè quando juris alieni notitiam non habuit.*

DECISIO XXVIII.

CAſtra Rocchæ Leonellæ Guerri, & alia bona illis annexa fuerunt à Capitulo, & Canonicis Eccleſiæ Callien. ab immemorabili in emphyteuſim conceſſa majoribus Philomenæ Brancaleone, prout de anno 1450. renovata fuerunt Octaviano Brancaleone pro Canone unius arietis pinguis pro ſe, ejuſque filiis, & nepotibus maſculis, uſque in ejus tertiam generationem, quæ cum fuerit finita ex cauſa obitus q. Joannis Franciſci Brancaleoni, fuit ab eodem Capitulo, & Canonicis Call. facta renovatio quoad bona allodialia tantum ad favorem Philomenæ ejuſdem Joan. Franciſci ultimi inveſtiti ex filio prædefuncto neptis & hæredis pro ſe, ejus filiis, & nepotibus maſculis, quæ ulterius mediante obligatione Camerali, & juramento promiſerunt renovationem quoque dd. Caſtrorum facere non obſtante conſtitutione ſanct. mem. Urbani VIII. in novo Bullario in ordine 51. ſub §. 2. quæ prohibet alienationem bonorum juriſdictionalium abſque beneplacito Apoſtolico, cujus naturæ ſunt dicta caſtra quam tamen obligationem, atque promiſſionem locum habere voluerunt ſtatim ac à Sede Apoſtolica licentia renovandi eadem caſtra fuiſſet obtenta ut ex inveſtitura, & inſtrumento conceſſionis datis in ſummario Philomenæ n. 1. & 2. Verum qui fuerunt poſtea dd. caſtra per Cameram Apoſtolicam ſub prætextu quod unà cum ſtatu Urbani poſt obitum Lucis Franciſci Mariæ fuiſſent ad eandem Cameram devoluta, vano poſtmodum repetito hujuſmodi prætextu, fuerunt illæ eiſdem Canonicis reſtituta, qui vigore licentiæ obtentæ ab eodem Urbano dicta caſtra conceſſerunt qui Hieronymo Martinotio, pro ſeipſo, ejuſque filiis, & nepotibus maſculis pro eodem Canone unius arietis pinguis dicto ſummario nume. 4. & ab eo fuit illorum adepta poſſeſſio; cum autem ad ipſius inſtantiam, vigore commiſſionis jactationis jactationum, fuerit in Camera cauſa commiſſa, & contra eandem Philomenam minorem ſententiam obtinuerit, ſequuto deinde obitu dicti Hieronymi ſine filiis maſculis, prædicti Canonici renovarunt inveſtituram de dictis Caſtris Petro, & Joſepho de Martinotiis, ejuſdem Hieronymi Agnatis, adhuc eadem Philomena in minori ætate conſtituta quæ adita ſignatura Sanctiſſimi, obtinuit cauſam reſtitutionis in integrum Eminentiſſ. Dom. Cardin. Procamerario de voto Rotæ committi adverſus dictam ſententiam, & immiſſionis in poſſeſſionem; propoſito igitur ſub hac die dubio, an conſtaret de cauſis reſtitutionis in integrum, fuit per dominos reſponſum ad favorem ejuſdem Philomenæ, ſcilicet ipſi eum competere, cum non denegetur adverſus ſententiam nullam, & injuſtam *cap.* 1. ubi Abbas *de reſtitutione in integrum*, Rota *dec.* 1. *eod. tit. in novis*, Riminaldus junior. *conſ.* 747. *n.* 121. Gratianus *diſcept. forenſ. c.* 233. *n.* 7. 1

Nullitas enim ex eo reſultat, quia ſententia fuit lata contra Philomenam minorem nulla prævia citatione neque deputatione curatoris in hac cauſa, quæ propterea non ſuſtinetur uti lata contra minorem indefenſum, *lege & minores. C. ſi adverſus rem judicatam*, ubi Bartolus *in Summ. n.* 1. Baldus *n.* 1. Angelus *n.* 2. Salic. 2

in lege

in lege ſi præſes, C. quomod. & quid judic. ubi gloſſa *in verſic. Auditore* Becc. *conſ.* 12. *n.* 35. *&* 36. Ruin. *conſ.* 36. *n.* 4. *lib.* 5. Menoch. *conſ.* 100. *n.* 122. Cæſar de Graſſis *dec.* 9. *de ſent. & re jud.* Gregorius *deciſ.* 43.
3 *n.* 11. *deciſ.* 48. *n.* 5. Caval. *deciſ.* 585. *n.* 1. *& in recent. deciſ.* 406. *n.* 4. *in princ. part.* 2. Burattus *dec.* 627. *n.* 7. Unde adverſus talem ſententiam danda eſt reſtitutio ad effectum, ut minor poſſit inveſtituram conſequi, Clar. *in §. feudum quæſt.* 49. *verſ. ſed quæro*, Odd. *de reſtitut. in integr. quæſtione* 77. *n.* 5. 28. & 29. Menoch. *conſ.* 757. *n.* 1. Becc. *conſ.* 12. *n.* 61. Decian. *conſ.* 4. *n.* 13. *cum ſeqq. lib.* 4 Peregrinus *conſ.* 94. *n.* 53. *cum ſeq. lib.* 2. Rota *dec.* 459. *n.* 2. *coram Papa Gregorio & in rec. deciſ.* 492. *n.* 1. *part.* 1. 307. *part.* 2. 516. *eodem n.* 1. *part.* 5. quo caſu uſque tranſit in judicatum, Mantic. *de tacit. & amb. lib.* 7. *tit.* 11. *n.* 6. Me-
4 noch. *de arbitr. caſ.* 484. *n.* 8. Graſſis *deciſ.* 2. *n.* 6. *cum ſequentibus de ſolut.* Cavaler. *deciſ.* 270. *n.* 5. *& in rec. dicta deciſ.* 507. *n.* 1. *in fine*, *deciſ.* 516. *n.* 2. *part.* 5. Quæ quidem inveſtitura non poterat à Ca-
5 nonicis denegari, dum fuit legitimè petita, necnon cum juramento eidem Philomenæ promiſſa, Bald. *in leg. ne cui in* 1. *lectura. C. de locat. & conduct.* Caſt. *conſil.* 338. *circa finem*, ibi, ſed petiit ſe inveſtiri,
6 *lib.* 2. Berou. *conſil.* 77. *n.* 34. *verſ. quoad Sigiſmundum, &c.* & paulò inferiùs declarat ſufficere ad hoc, ut dicatur, & cenſeatur inveſtitura facta, quod quis à Domino illam petierit, &c. uſque ad finem, vol. 1. Rota in Murinen. emphyteuſis 7. Maii 1632. coram Rever. D. meo Decano.

Non obſtat, quod in cauſa fuerit citatus Antonius Amatorius, qui habebat à tutoribus Philomenæ mandatum generale procuræ in Curia; quia cum iſte Procurator fuerit ab illis conſtitutus ante litem conteſtatam abſque judicis decreto pro illius validitate requiſito ex forma ſtatuti juxta *l. neque tutores, Cod. de procurator.*
7 & nullas fecerit defenſiones, dicta conſtitutio non attenditur, & proceſſus cum eo factus corruit ad tradita per Bald. *in lege* 1. *ſub n.* 3. *verſ. & eſt ratio, C. de bon. matern.* Mynſinger. *obſervat.* 48. *cent* 2. Simoncel. *de decret. in præfat. n.* 81. *in fine*, Baldus *conſ.* 417. *n.* 5. *lib.* 2. Honded. *conſ.* 45. *num.* 15. 35. *lib.* 1. Rota *dec.* 373. *n.* 1. *coram Papa Gregorio Peruſina expenſarum coram Penia per Pic. ad ſtatuti urbis dec.* 9. *n.* 40. Grat. *dec. Marchiæ* 15. *per totam. in rec. dec.* 406. *n.* 4. *verſ. ultra quod, p.* 4.

Injuſtitia dictæ ſententiæ etiam patet, quia dum de deſcendentia ipſius Philomenæ non dubitatur mediante perſona Joannis Franciſci ejus patris, qui fuit filius
8 Octaviani inveſtiti de anno 1530. de dictis caſtris, ac illi tanquam proximiori ſuperſtiti conceſſa à Capitulo renovatio inveſtituræ aliorum bonorum ut apparet ex dicto inſtrumento, erat pariter eidem concedenda etiam quoad dicta caſtra tam ex æquitate legis, Bartolus *in l. permittitur ſub n.* 1. *verſ. & hoc nota pro emphyteuſi. D. d. aqu. quot. æſtiv. in lege* 1. *n.* 1. *privileg. cred.* Cald. *de emphyteuſi concluſ.* 9. *num.* 5. relati per Fulgineum *de jur. emphyt. in tit. de renov. quæſt.* 2. *n.* 24. *& in tit. de ſucceſſ. in bon. emphyt. q.* 2. *n.* 10. Papon. *conſil.* 25. *n.* 54. Decius *conſil.* 231. *n.* 2. *verſic. & in Eccleſia major.* Roman. *conſ.* 22. *n.* 5. *verſ. quoad ultimum Brixien. feudi.* 15. *Maii* 1583. *coram Bubalo* penes Fenzon. *dec.* 67. *Ferrarien. de Schianchis* 20. *Aprilis* 1617. *coram S. D. N. & in rec. dec.* 176. *n.* 28. *part.* 5. *dec.* 74. *n.* 12. *part.* 6. *deciſ.* 198. *n.* 2. *part.* 2. *diverſ. Ravennaten. emphyteuſis.* 6. *Martii* 1637. §. *pro cujus affirmativa coram reverendiſſ. Domino meo Decano Eugubina renovationis emphyteuſis* 7. *Junii* 1641. *coram reverendiſſ. Patre Domino meo Bichio*, quam ex conſuetudine
9 ipſius Eccleſiæ in principio ejuſdem inſtrumenti enunciata, quæ in hac materia attendi debet ut per Baldum *in auth. ſi quas ruinas ſub n.* 6. *verſ. ſecundo, C. de Sacr. Eccl.* Jaſ. *in l. fin. ſub n.* 33. *verſ. tertiò, fuit renovatio, C. de jur. emphyt.* Fulgineus *d. tit. de reno. d. q.* 1. *n.* 30. *&* 61. *q.* 4. *n.* 5. Mant. *de tac. & amb. lib.* 22. *tit.* 30. *n.* 19. *verſ. quod intelligitur* Berou. *conſil.* 116. *n.* 4. *verſ. tamen ſtante loci conſuetudine lib.* 1. Cephal. *conſ.* 725. *n.* 15. *l.* 5. Corn. *conſ.* 250. *n.* 3. ibi tamen ſtante conſuetudine *lib.* 3. Curt. ſen. *conſ.* 49. *n.* 91. Gozad. *conſ.* 75. *n.* 28. Aliàs enim fieret injuria quatenus 10
denegaretur talis reformatio emphyteuſis, Bart. *in d. §. permit.* Bald. *in l. ne uni. C. de loc. in c. an præſentia in* 9. *col. de prob.* Jaſ. *conſ.* 227. *n.* 26. *lib.* 2. Atque ita conſuetudo in contrarium allegata per illos de Martinotiis ſcilicet, quod Eccleſia non ſoleat renovare fœminas eliditur, dum capitulum de bonis allodialibus Philomenam renovavit, unde magis eſt
11 attendenda conſuetudo contrahentium, quàm regionis *text. in l. cum univerſorum. D. de pign. act. l. hæredes palam. §. ſi quid poſt in fine*, ibi ex conſuetudine patris familias, vel regionis, *de D. teſtament.*
12 Mantica *de tac. & ambig. lib.* 3. *in* 85. *n.* 27. maximè cum Eccleſia in præſenti caſu noluerit hanc emphyt. pro ſe retinere, dum eadem illis de Martinotiis extraneos conceſſit, *in d. leg.* 1. *D. de privileg. credit.* Alciat. *in leg. ſi mihi, & Titio, n.* 31. *D. de verb. obligat.* Mareſcotus *variarum reſolutionum, lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 11. *verſ. nec eſt verum circa fin.* Gozadin. *conſil.* 39. *n.* 21. Mantic. *deciſ.* 10. *n.* 9.

Nec obſtat, quod talis emphyteuſis fuerit renovata
13 Octaviano pro ſe, & ejus filiis, & nepotibus maſculis, & ſic fœminæ dicantur excluſæ, Baldus *in c.* 1. *n.* 2. *de his qui feud. dar. poſſ.*

Quia hoc procedit quatenus extant maſculi ex primo inveſtito deſcendentes, ſed his deficientibus admittitur etiam fœmina proximior illius deſcendens ad petendam renovationem, licet inveſtitura ſit per ſolos maſculos, cum renovatio petatur ex æquitate, non
14 autem vigore inveſtituræ, Bartholus *in dicta lege* 1. §. *permittitur, D. de aqua quot. & æſtiv.* Angelus *in eodem §. permittitur ad med.* Mareſcotus *variarum reſolut. lib.* 1. *c.* 3. *n.* 6. Fulginat. *dicto tit. de renovat. quæſt.* 1. *n.* 14. *per totum.* Berou. *conſ.* 98. *n.* 6. *lib.* 1. Giovagius *conſil.* 44. *n.* 115. *cum ſeq.* 121. *lib.* 2. Pariſ. *conſil.* 22. *n.* 36. *lib.* 1. Seraph. *deciſ.* 610. *n.* 6. *deciſ.* 242. *n.* 13. *verſic. non obſtat dicto tantum part.* 1. *diverſ. dicta deciſ.* 67. apud Fenzon. Durandus *deciſ.* 334. *n.* 2. *verſ. non obſtat, cum ſeq. & in rec. dec.* 176. *n.* 30. *part.* 5. *Mutinen. emphyteuſis* 26. *Junii* 1630. *coram reverend. Dom. meo Decano, d. Ferrarien. de Schianchis* 28. *Apr.* 1617. cum æquitas ſuadeat, ut dummodo Eccleſia nolit pro ſe retinere, fœmina proximior, ut eſt Philomena, præferatur tam ex ordine charitatis, quam affectionis, Bartolus in dicto 15
§. *permittitur*, Anchar. *conſ.* 171. *n.* 5. 6. *conſ.* 134. *n.* 2. *ad med.* Rom. *conſ.* 22. *n.* 5. *verſ. contrarium tamen.* Clarus *in §. emphyteuſis q.* 43. *in princip.* Gabriel. *de jur. emphyt. concl.* 1. *n.* 1. *Imolen. bonorum* 18. *Junii* 1618. *coram bon mem. Coccino in ordine.* 66. *verſicul. quo vero ad ſecundum*, apud Fenzon. *ad ſtatutum urbis.*

Minùs obſtat conſtitutio Urbani Octavi, quæ eſt in Bullario 51. incip. *Humanæ ſalutis auctor.* in §. 2. Quia hæc Bulla nullibi tollit jus competens Agnatis proximioribus ultimi inveſtiti petendi renovationes ab Eccleſia, ſed tantum prohibet illas fieri niſi obtento prius beneplacito Apoſtolico, quod quidem in præſenti caſu fuit à Philomena obtentum, ſtante Sanctiſſimi reſcripto Emin. D. Cardinali Procamerario directo, cujus vigore conceſſa illi fuit ſpecialis facultas renovandi, cujus ſufficientia revocari non poteſt in dubium, num tale reſcriptum emanaverit in ſignatura Gratiæ, ac 16
fuerit ſimplex, & abſolutum, reſpiciat merè gratioſa: unde abſque ulla reſtitutione contentorum in commiſſione intelligi, ac ſervari debet. Seraph. *deciſ.* 928. *n.* 4. *verſic. & ſemper.* Adden. ad Buratt. *dec.* 621. 17
n. 26. *in fine.* quia in reſcriptis Papæ merè gratioſis nunquam attendi ſolet ſignatura Regentis, Rota *dec.* 219. *n.* 7. *fin.* 4. *recent. tom.* 3. & illius extenſio attenditur ſolùm in reſcriptis ſignaturæ. juſtitiæ. Creſc. *dec.* 1. *de reſcript.* Seraph. *deciſ.* 123. *n.* 4. *& in recentior. deciſ.*

330. *n.* 15. & 15. *part.* 5. atque ita rescriptum Sanctissimi intelligendum venit secundum postulata, ita ut correspondeat omnibus in commissione petitis, Corn.
18 *consil.* 233. *n.* 2. *lib.* 5. Bisign. *decis.* 2. *n.* 5. *in fine*, Rota *decis.* 162. *n.* 2. *part.* 3. *recentior.* & in omnem casum posset etiam suffragari facultas concessa illis de Martinotiis, cujus vigore ad illorum favorem fuit à Capitulo facta renovatio, cum talis facultas data non fuerit respectu personarum, sed contemplatione actus, scilicet renovationis hujus emphyteusis; nam in concessione beneplaciti pro alienatione rerum Ecclesiæ Papa considerat utilitatem Ecclesiæ, non autem personas, quibus conceditur, tali casu hujusmodi beneplacitum attenditur etiam de persona ad personam, Camer. *in*
19 *cap. Imperialem fol.* 44. *concluf.* 2. *litera S. de prohibitione feud. alien.* Lupanel. *ad Iserniam eodem titulo, columna* 6. *versic. Sempronio, ante med. versic. quod tamen eleganter, Bonon. transactionis* 8. *Junii* 1637. *coram eminentissimo D. Card. Verosi. in ordine* 228. *n.* 31. *p.* 7. *rec. confirmata sub* 26. *Febr.* 1639. *coram bon. mem. Merlino.*

20 Cessat pariter aliud objectum, scilicet, quod Philomena non petierit investituram infra annum qui ad hunc effectum datur. Cald. *de renovat. emphyt. quæst.* 2. *n.* 34. *lib.* 1. Fulgin. *dicto tract. tit. de renovation. quæst.* 1. *n.* 20. *cum seq.* Gozzadin. *cons.* 7. *n.* 3. Rota *decis.* 756. *n.* 3. *part.* 4. *divers.*

21 Quia non solùm contrarium probat ex lectura publici instrumenti investituræ bonorum allodialium, ex qua apparet de instantia, & petitione per eam facta ad effectum illam obtinendi etiam in istis Castris statim mortuo ejus patre ob deficientiam masculorum, quæ sufficiens fuit pro conservatione juris illi competentis; cum ab eo tempore censeatur concessa quatenus de jure concedenda foret, maximè contra extraneum, deinde investitum, Cald. *de renov. emphyt. quæst.* 10. *n.* 17. *vers. ex quibus l.* 1. Castr. *consil.* 33. *in fine, vers. & prædicta duo l.*
22 2. Berou. *consil.* 77. *n.* 34. *& consil.* 98. *n.* 4. *cum sequenti l.* 1. Riminaldus jun. *consil.* 444. *n.* 50. Rota *dec.* 198. *n.* 5. *part.* 2. *diversorum.* Seraph. *decis.* 610. *n.* 8. *decis.* 630. *n.* 1. *ac in rec. decis.* 791. *in fine vers.* 4. *dec.* 73. *n.* 31. *part.* 5. *Imolen. bonorum* 18. *Junii* 1618. §. *non obstat, quod res non sit integra, coram bon. mem. Coccino, & in Matien. emphyteusis* 26. *Junii* 1630. §. *nec obstat quod res*, 7. *Maii* 1632. *coram R. P. D. meo Decano.*

Imo quia eidem Philomenæ fuit concessa investitura tantum in bonis allodialibus, & Castra supra dicta fuerunt per Cameram Apostolicam occupata sub prætextu devolutionis ob mortem Ducis Urbani, ex hoc annus non cæpit currere nisi à die recuperationis bonorum, & adeptæ possessionis per Dominum directum, Tiraquellus *de retract. consanguin.* §. 1. glossa 10. *n.* 36. *cum seq.* Caldas *dicta quæst.* 7. *n.* 13. Rosent. *de feud. cap.* 6. *concluf.* 52. *n.* 3. Grat. *discept. forens. cap.* 707. *n.* 20. & Abbas *consil.* 67. *ad fin. lib.* 2. Anchar. *consil.* 174. *sub n.* 6. Felin. *consil.* 32. *n.* 17. & 18. Menoch. *consil.* 759. *n.* 12. Surdus *decisione* 189. *n.* 16. Imo cum fuerit investitus extraneus, facultas petendi talem renovationem durabat
23 spatio 30. annorum, Maresc otus *variarum resolut. lib.* 1. *c.* 3. *n.* 22. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *gloss.* 10. *n.* 9. Fulgin. *dict. tit. de renovat. part.* 1. *n.* 20. Gratian. *discept. forens. c.* 758. *n.* 6. Gabr. *de jur. emph. concl.* 1. *n.* 12. Jason. *cons.* 7. *in fine lib.* 3. Dec. *cons.* 395. *pariter in fine*, Seraph. *dec.* 610. *n.* 8. *& dec.* 630. *n.* 1. *de Ferrarien. de Schianchis coram Sanctissim. D. N.*

Tandem nihil refert, quòd illi de Martinotiis fuerint investiti ex speciali licentia ejusdem Urbani VIII. cum derogatione prædictæ Bullæ; quia cum Pontifici nulla fuerit facta mentio de jure Philomenæ, non censetur illud tollere voluisse, cujus notitiam Pontifex non ha-
24 buit, nec in illius præjudicium Martinotiis talem emphyteusim concedere, & per consequens talis gratia tanquam non carens vitio subreptionis nihil operatur, Lanar. *cons.* 15. *n.* 23. *cum seq.* Dec. *cons.* 142. *n.* 5. *vers. non obstat, quod cum auctoritate Papæ*, Rain *cons.* 157. *n.* 411. *lib.* 1. *vers. nec dici potest*, Rota *decis.* 65. *n.* 2. *p.* 2. *divers.* Buratt. *dec.* 576. *n.* 4. *vers. præsertim quia.*

Et ita utraque, &c.

R. P. D. MELTIO.

Callien Bonorum.

Veneris 24. *Januarii* 1648.

ARGUMENTUM.

Habetur in decisione præced. in hac causa facta 8. Aprilis 1647.

SUMMARIUM.

1 *Ecclesia, cui ob lineam finitam obvenerunt bona, potest ad sui beneplacitum alterum investire, nec tenetur investire proximiores defuncti.*
2 *Quod procedit, quatenus vellet Ecclesia pro se retinere, quo casu non tenetur ad favorem proximiorum renovare.*
3 *Secùs, quando non vult retinere, quia tunc tenetur proximiores investire.*
4 *Et licitum est proximiori appellare, et petere ut extraneus investitus removeatur.*
5 *Etiam si proximior esset fœmina.*
6 *Licèt prima Investitura de ea non loquatur, cùm sufficiat ut pacta prima Investituræ, in renovatione non alterentur, neque immutentur.*
7 *Investitura concessa proximioribus, ob lineam finitam non censetur nova concessio, sed renovatio prioris tituli jam concessi.*
8 *Cùm iterum concedi dicatur.*
9 *Emphyteusis devoluta ad Ecclesiam ob alienationes factas, et Canones non solutos, et ab Ecclesia acceptata, ampliùs non debet concedi proximioribus.*
10 *Sed hoc intelligitur quando devolutio est clara, et patens, et nullo modo potest controverti, et n. seq.*
11 *Secùs quando etiam probabiliter potest de ea dubitari.*
12 *Promissio de investiendo inducit contractum, et idem operatur ac si investitura facta fuisset.*
13 *Et importat stipulationem.*
14 *Caducitas quæ prætenditur incursa per investitum si eo vivente non declaratur, non potest declarari post illius mortem per successorem.*
15 *Tutor tenetur conficere Inventarium.*
16 *Alias omnia gesta ante confectionem, sive cum procuratoribus pupilli, in ejus præjudicium, nulla sunt.*
17 *Sententia lata contra pupillum indefensum, est ipso jure nulla.*
18 *Fœminæ superstiti ex investito descendit de æquitate concedenda renovatio, imò etiam de consuetudine, n.* 19.
21 *Stante pacto inito de fœmina proximiore investienda, si alius investiatur, investitura redditur inefficax.*
22 *Intra annum investitura petenda, et concedi potest proximiori emphyteuticæ investiti, etiam emphyteutica vivente, sub conditione quod locum habeat secuta morte ultimi emphyteutæ investiti, dum bona ob illius mortem ad Ecclesiam revertebantur.*
23 *Pupillus tamen si eam non petat, et tempus labatur, habet restitutionem in integrum.*
24 *Constitutio Urbani Octavi mandat investituras non fieri de jurisdictionibus, nisi obtento beneplacito Apostolico.*
25 *Signatura Papæ potius attendenda, quàm extensio Regentiæ Cancellariæ, sive agatur de materiis merè gratiosis, sive Justitiæ, cùm sufficiat ipsum Pontificem rescripsisse, et signasse.*

26 *Inve-*

26 *Investitura concessa pro masculis tantùm intelligitur, ipsis extantibus, sed ipsis deficientibus, et fœminis concedi potest.*

DECISIO XXIX.

IN hac causa sub 8. Aprilis præteriti coram Me fuit per Dominos resolutum bona de quibus agitur esse renovanda Philomenæ Brancaleone nepti, & hæredi Joan. Francisci Brançaleoni ultimi Investiti, quia nulli extant masculi ab illo descendentes, cui resolutioni
1 non acquiescentibus Dominis de Martinottis fuit sub hac die dubitatum. An esset à decisione emanata cedendum, quam non obstantibus in contrarium deductis Domini confirmarunt.

2 Primum enim contra fundamenta dictæ decisionis objiciebatur quod bona, de quibus agitur fuerint devoluta ob mortem Joan. Francisci Brancaleoni ultimi investiti ad capitulum, istud potuerit illa alteri ad sui beneplacitum concedere, nec teneretur Philomenam proximiorem investire *juxta leg. ne cui*, *Cod. de loc.* Petra *consil.* 112. *princip.* cum pluribus cumulatis per Honded. *conf.* 32. *n.* 13. *lib.* 2. Sed hoc procedere posset, quatenus voluisse Ecclesia pro se retinere, quo casu cogi non posset ad proximiorem renovandum, Abb. *in cap. hinc il* 2. *n.* 28. *versic.* in gloss. *fin. de postul. Præl. Imol in l. si mihi & Titio* 100. *n.* 2. *vers. sed adverte*, *ff. de verb. oblig.* Rota *in Forosempron. bonorum* 4 *Mart.* 1641. *coram R. P. D. meo Royas*, & alibi passim quod transit sine controversia. Secùs verò, dum noluit pro se retinere quia Martinottos investivit, quod facere non potuit
4 excludendo dictam Philomenam proximiorem dicti Joann. Francisci, quam tenebatur investire, Bart. *in leg.* 1. §. *permittitur*, *D. de aq. quotid. & æst. & in l.* 1. *n.* 1. *ff. de privil. credit.* Cald. *de emphyt. concl.* 8. *n.* 5. Fulg. *eod. tract. tit. de renovat. quæst.* 1. *n.* 69. Rota *Mutin. emphyt.* 26 *Junii* 1620. & 28. *Maii* 1638. *coram R. P. D. meo Dec. Eugubina renovationis* 7. *Junii* 1641. *coram R. P. D. meo Bichio* & in *recent. dec.* 101. *n.* 17. *p.* 5. §. *tom.* 2. qua renovatione denegata, bene potuit Philomena appellare, & petere, ut extraneus investitus removeretur. Juxta doctrin. Bart. *in dicta l.* 1. §. *permittitur*, Castr. *consil.* 412.
4 *n.* 1. *lib.* 2. Paris. *consil.* 22. *n.* 36. *lib.* 1. Honded. *conf.* 51. *n.* 6. *lib.* 1. Tob. Non. *conf.* 3. *per totum*, Seraph. *decis.* 610. *n.* 1. *cum seqq. & decis.* 177. *n.* 31. *part.* 5. *recentiores.* Quod procedit etiam si proximior non sit masculus, sed fœmina, quia si Ecclesia nolit pro se retinere, injuriam faceret proximioribus etiam fœminis si non renovaret, ut inquit idem Fulgo. *loco supra citato n.* 96.
5 *vers. attamen, &c.* Roman. *c.* 22. *n.* 5. Alexander *consil.* 80 *n.* 10. & *n.* 20. *lib.* 1. Dec. *consil.* 131. Paris. *cons.* 29. *n.* 1. *lib.* 1. Seraphin. *decis.* 910. *n.* 1. & *dicta decis.* 176. *n.* 29. nihilque facit, quod prima Investitura non loquatur de fœmina, cùm pro illius comprehensione sufficiat, ut pacta dictæ Investituræ primæ non remaneant alterata, sive immutata in renovatione, Bero. *consil.* 98. *n.* 99. *lib.* 1. Marescot. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 3.
6 *n.* 5. Fulgin. *loco citato diction.* 69. *vers. etiam si non sint comprehensæ in Investitura*, Rota *dec.* 176. *n.* 30. *p.* 5. *recentior.* Imolen. bonorum, seu emphyteusis 18. Junii 1628. coram Coccino, quia Investitura concessa proximioribus ob lineam finitam non causatur nova concessio, nec titulus novus, sed prioris tituli jam concessi renovatio, Bart. *in leg. si mihi & Titio n.* 7. & ibi Alexander *ff. de verb. obligat.* Valasc. *de jur. emphyt. quæst.* 11. *n.* 16. *ad finem.* Cald. *de renovat emphyt. quæst.* 3. *n.* 1. &
7 2. Qui post infinitos, quos allegat dicit, ut renovatio emphyteusis regulanda sit, juxta terminos Investituræ antiquæ non novæ, sed antiqua emphyteusis dicatur, Fulgin. *in tit. de renovat. d. q.* 1. *n.* 72. *cum seqq.* Curt. sen. *conf.* 48. *n.* 46. Cistr. *conf.* 18. *n.* 1. & licèt Aret. *in suo conf.* 41. *n.* 13. his non obstantibus vocet novam Investituram; tamen in puncto quod non solum concessio, seu locatio renovata dicatur semper una cum prima, etiam si illa jam fuerit finita, atque extincta, cum iterum concedi dicatur, vel ipsi investito vel consorti, vel filiis, est textus, & ibi gloss. *in c.* 2. *de feud.* Imol. & alii 8
per gloss. *in cap. non facit* 34. *q.* 2. & *c.* 1. *de donat. & in c. cum venerabilis de conf.* Bero *cons.* 116. *n.* 1. *col.* 1. Card. *de renov. emph. q.* 2. *n.* 16. Rota *d. dec.* 176. *n.* 1
33. 34. & 43.

Alia objectio deducebatur ex eo, quod talis emphyteusis fuisset ad Capitulum devoluta, ex quo non fuerint pacta prioris Investituræ servata, & ob 9
alienationes factas ab antecessoribus Philomenæ sine consensu Capituli, & ob Canones non solutos, ex quibus cum Capitulum devolutionem acceptaverit, nunc non amplius licet Philomenæ petere hanc renovationem, ut inquit Honded. *consil.* 32. *n.* 10. *cum seq. vol.* 2. Rimin. jun. *cons.* 257. *n.* 101. & *n.* 110.

Verùm ad effectum, ut devolutio sit inducta debet 10
illa esse adeo clara & patens, ut nullo modo possit converti, Fachin. *controv. jur. lib.* 1. *capit.* 95. *in fin.* Gratian. *discept. forens. cap.* 76. *n.* 8. Modern. Perus. *de manus. observat.* 26. *n.* 47. Rota *decis.* 359. *n.* 4. *p.* 5. 207. & 409. *part.* 7. *recent. & decis.* 105. *n.* 15. *coram Papa Gregor. XV.* Hoc tamen dici nequit quando etiam pro- 11
babiliter potest de ea dubitari, ut in præsenti casu. Imò pro privando emphyteuta, sive ejus successore debet concludenter constare illos destitutos esse omni auxilio, ac emphyteusim fuisse finitam, Caval. *decis.* 316 *n.* 7. *vers. quia hoc procedit dec.* 16. *n.* 2 & *decis.* 26. *n.* 8. *p.* 3. *recent.* Famen seu Senogallien. bonorum super Immissione 14. Mart. 1646. coram Me, §. *quia cum Magnia Ducissa.* Hic autem nulla potest considerari devolutio, cum illa non justificetur, & quatenus etiam justificatur obesse neque posse Philomenæ cum ei de Anno 1626. sub 12. Decembris per Capitulum, & Canonicos ex causa obitus dicti Joannis Francisci de Brancaleonibus fuerit facta renovatio respectu bonorum allodialium, & insuper in eodem Instrumento fuit quoque facta promissio renovationis respectu Castri, & bonorum Jurisdictionalium, obtenta tamen licentia Apostolica cum obstaret Constitutio Urbani VIII. in nov. Bullar. in Ordine 51. §. 2. ut narratur in proœmio primæ decisionis hujus causæ. Unde obtento postea Beneplacito Apostolico dd. Canonici vigore dictæ promissionis tenebantur ad concessionem dictæ renovationis, & cum per ipsos steterit, quo minus illa 12
fuerit facta, in qua sola voluntas contrahentium sufficiebat hujusmodi promissio parit exceptionem adversus eosdem Canonicos pari modo, ac si renovatio fuisset facta, cum inducat contractum Burate. & Angel. *in l. si intra*, *ff. de pact.* Aret. *in l.* 1. *n.* 1. *ff. de pignor. act.* Mantic. *de tac. & amb. lib.* 3. *tit.* 16. *n.* 27. & *tit.* 3. *n.* 14. *lib.* 4. Valasc. *de jur. emphyt. q.* 14. *n.* 11. § *quid item.* Rosentall. *de feud. c.* 3. *concl.* 1. *n.* 1. *vers. sed investitura*, Caroc. *de excuss. bonorum p.* 2. *q.* 542. ibi, & importat stipulationem, Fulgin. *de emphyt. tit. de alien. p.* 1. *n.* 227. *cum seqq.* Burs. *conf.* 110. *n.* 11. *vers. confirmatur*, *&c. lib.* 1. Corn. *conf.* 25. *n.* 25. *vol.* 2. & *conf.* 13
246. *vol.* 2. maximè cum afferta caducitas prætendatur incursa per dictum Joann. Franciscum contra quem quia non fuit declarata ipso vivente, minus declarari potuit post illius mortem contra illius successorem ad
text. in leg. fin. ubi Bald. Salic. & alii *C. revocat. do-* 14
nat. gloss. & DD. *in cap. fin. de don.* Mantic. *de tac. lib.* 22. *tit.* 27. *n.* 34. Marc. Anton. *var resol. lib.* 1. *resol.* 98. *n.* 10. Fulgin. *in d. tract. de emphyt. tit. de var. conduc. q.* 8. *n.* 1. Honded. *conf.* 55 *n.* 20. *lib.* 1. Bero. *conf.* 98. *n* 27. *lib.* 1. Rim. jun. *consil.* 752. *n.* 23. Cussard. *dec.* 2. *n.* 2. *de locat.* Mart. Andr. *dec.* 63. *n.* 3. Rota *dec.* 529. *n.* 27. *coram Papa Greg.* Romana præsentiæ devolutionis 18. Febr. 1636. coram R. D. meo Decano, & in Mantuana feudi 17. Junii 1541. coram R. P. Domino meo Royas.

Nullitas verò sententiæ latæ in Camera contra Philomenam citato Amatorio Procuratore constituto

§. 2

per illius Tutores Testamentarios patet non solum quia per eosdem Tutores de tempore Constitutionis dicti Procuratoris confectum non fuerat aliquod Inventarium, ut necessarium erat, dum talis confectio illis non erat à Testatore remissa, ut colligitur ex Testamento relato in Summario illorum de Martinotiis *nu.* 9. *ad leg. ultim* §. *fin. ibique not.* Bart. *Cod. arbitr. tut.* & declarat Afflict. *decis.* 262. *n.* 6. *versic. & bene potuit*, & sic ante talem confectionem quicquid in præjudicium Pupillæ gestum fuit sive cum eisdem Tutoribus, sive cum Procuratore ab illis constituto nullum prorsus fuit *leg. fin. C. arbitr. tut.* Guttierr. *de tutel. p.* 2. *cap.* 1. n. 1. *cum seq.* Mont. *de tutel.* c. 52. & *reg.* 51. 1. & 2. Castr. *cons.* 465. *post n.* 1. *vers. At iste actus lib.* 2. Rota *dec.* 530. *n.* 1. *coram Papa Greg. XV. & in recent. dec. if.* 204. *n.* 1. & 6. *p.* 4. *tom.* 2. *dec.* 178. *n.* 11. *p.* 7. Verùm etiam quia dicta Philomena dicto Judicio, Imò fuit defensa ab ass. Procuratore, à quo non fuerunt oppositæ exceptiones renovationis ex legis æquitate, & ex promissione Capituli jurata delatæ ac propterea dicta sententia con. d. Pupillam lata non defensam est ipso jure nulla, l. *contra Pupillum ff. de re jud.* Brese. *dec. 9. de re jud.* Gregor. *decis.* 43. *n.* 9. & 10. & *decis.* 487. *n.* 5. Sevall. *decis.* 585. *num.* 1. Rum. *consil.* 36. *num.* 4. *lib.* 1.

Injustitia pariter dictæ sententiæ patet, quia cum Philomena descendat mediante persona Jo. Francisci ejus Patris à Co. Octavio Investito de anno 1530. de hoc Castro illi soli superstiti erat concedenda renovatio non solum ex æquitate legis approbata per Bart. *in leg.* 1. §. *permittitur n.* 1. *vers. & hoc nota pro emphyteusi*, *ff. de aqu. quot. & æst.* Rom. *cons.* 22. n. 5. *vers. quoad ultimum*, quæ procedit etiam in bonis feudalibus Ecclesiasticis licet fuerint concessa *tit. emph.* ut fuit resolutum in Brixien. feudi 16. Maii 1583. co. Bubalo penes Fenzon. *ad Stat. dec.* 67. & in Ferrar. de Schianchis 20. Aprilis 1617. coram S. D. N. *ac in rec. decis.* 176. *n.* 3. *cum seq. p.* 5. quam ex consuetudine illarum partium admissa in Breve S. D. N. Urbani VIII. datum sub die 10. Sept. 1642. relato in primo Sum. n. 3. quæ consuetudo in simili materia, ut valde sit attendenda, testatur Bald. *in cuth. si quas ruinas n.* 5. *vers. secundò*, *C. de Sacr. Eccl.* Jas. *in l. fin. n.* 33. *vers. tertiò*, *fit renovatio C. de jur. emphy.* Bero. *cons.* 116. *n.* 4. *vers. tenent fiante loci consuetudine lib.* 1. Verum etiam ex pacto, & promissione supra script. cujus vigore, concessio subinde facta illis de Martinotiis nulla, & inefficax reddita fuit. Bald. *in l. ne cui in princ. vers. & est valde notabile & n.* 1. *vers. bene valde*, *C. de locat.* & post alios probat Franc. Cald. *de jur. emphyt. lib.* 1. *q.* 5. *n.* 89. *vers. cæterum.*

Neque obstat quod talis renovatio non fuerit per Philomenam petita infra annum post mortem Joann. Francisci ultimi Investiti, juxta *text. in cap. Titius filios si de feud. ediff. cont. tit. int. dom. & Vassal. in Usib. feud.* quia contrarium evidenter apparet ex jam deductis cùm talis renovatio fuit petita imminente periculo mortis Joan. Francisci tam quoad Castrum, quàm quoad alia bona allodialia, & pro parte dd. bonorum fuit ab eisdem Canonicis d. Philomenæ facta renovatio, quo verò ad Castra fuit facta promissio renovationis obtento tamen prius beneplacito Apostolico, ut ex Instrumento supra relato demonstratur, & declaratur in decisione, quæ revidetur sub § quia non solum, & in §. Imò quia quæ sanè petitio, seu concessio non potest impugnari, ex quo fuerit facta, dum Joan. Franc scus extremis laborabat cum adhuc in ipso duraret præcedens Investitura, nec bona emphyteutica essent tunc devoluta. Quia Canonici vivente etiam Joan. Francisco emphyteuta ejusdem dict. Emphyteusis possessores potuerunt Philomenæ, quæ ei erat successura novam Investituram concedere sub conditione quod locum haberet secuta morte ultimi investiti dum d. bona ob mortem illius ad Ecclesiam revertebantur Juxta *text. in* 1. *versic. sed si ille*, *qui. Successor feud. dar. teneantur. & cap.* 1. §. *omnibus d. tit. de feud. cont. sit inter Domin. & Vassal. in Usib. feud.* Mern. *de feud. tit. de feud. dato invicem*, *cap. si quis instituitur vers. sed Mediol. & Cremonen. ux* 1. *fol. mihi* 75. Marescot. *variar. resolut. lib.* 1. *resol.* 39. *num.* 10. *vers. quarto amplia*, &c. Bald. *consil.* 451. *ad evidentiam præmitten. n.* 6. *vers. ubi est impressum l.* 2. Sed esto etiam citra veri præjudicium quod elapsum fuisset tempus petendi renovationem. Attamen judicio Philomenæ consultum optimè fuit beneficio restitutionis in integrum cum de illo tempore in pupillari ætate ipsa reperiretur, ut per Clar. *in* §. *feudum quæst.* 49. *vers. sed quæro pene*, Cald. *de jur. emphyt. quæst.* 5. *n.* 21. *vers. diximus supra cum seq. lib.* 1. Menoch. *consil.* 757. *n.* 13. *vers. præterea*, Peregrin. *consil.* 94. *n.* 52. *vers. decimo*, & *ultimo lib.* 2.

In contrarium neque facit dispositio Constitutionis S. M. Urbani VIII. editum an. 1625. Kal. Novembris incip. *Humanæ salutis auctor* in ordine 51. Bullar. p. 4.

Quia non tollit Jus renovationis competens Agnatis proximioribus ultimi investiti, sed tantum prohibet illas fieri non obtento beneplacito Apostolico, ut in eo legitur in §. 2. in fine. Unde illo obtento censetur quoque permissa renovatio. *Text. in leg. quibus diebus* §. *etiam Titio*, *ff. de condition. & demonstrat.* Decian. *cons.* 10. *n.* 24. *vers.* 2. *cum seqq. n.* 19. *vers. non obstat*, & *lib.* 4. Buratt. *decis.* 359. *n.* 6. *vers. ad primam namque ac seqq.* cum aliis adductis in Sarsinaten. feudi coram R. D. meo Decano 22. Junii 1645. §. 4. *conjecturæ* & 18. Decemb. ejusdem anni §. *successivè ponderabatur.* nec dubitare contingit in proposito casu datum fuisse tale beneplacitum cum illud probetur ex Commissione directa Eminentiss. D. Cardinali Procamerario S. D. N. manu signata cujus Tenor potius attendi debet, quam extensio quibuslibet clausulis facta per Regentem Cancellariæ sivè agatur de materiis merè gratiosis, sive Justitiæ cum sufficiat ipsum Summum Pontificem rescripsisse ac signasse, ut benè declarat Seraph. *dec.* 922. *n.* 4. *vers. & super Romana Domus ad Peregr.* 17. *Febr.* 1620. *coram bo. me. Coccino in ordine* 181. *n.* 13. *p.* 4. *tom.* 2. *recent.*

Quæ autem denuò replicantur, scilicet quod talis emphyteusis non possit concedi Philomenæ tanquam fœminæ dum Octavianus fuit investitus pro se, ac ejus filia & nepotibus masculis tantum, tolluntur ex eadem decisione, quæ revidetur sub §. *quia procedit*, *&c.* & ultra DD. ibi congestos, idem quoque firmat Marescot. *variarum resol. lib.* 1. *c.* 3. *n.* 4. Grat. *discept. forens. c.* 88. *n.* 52. Castr. *cons.* 159. *in fin. vers. non obstat quod debuit lib.* 2. Giovag. *cons.* 44. *n.* 15. *n.* 121. *lib.* 2. Rota *dec.* 198. *n.* 2. *p.* 2. *diverf. & in recent. decis.* 60. *n.* 5. & *dec.* 176. *n.* 40. *p.* 5. & fuit etiam resolutum in Farsen. bonorum 9. Dec. 1644. coram R. P. D. meo Corrado.

Atque ita fuit resolutum utraq; parte informante, &c.

R. P. D. GHISLERIO.

Romana Societatis de Rotignis.

Lunæ 10. *Februarii* 1648.

ARGUMENTUM.

Socius tenetur ad debita societatis, etiam inita post dissolutionem societatis, quando contrahentibus cum sociis non notificata dissolutio.

SUMMARIUM.

1 *Socius complementarius potest obligare societatem; et omnes Socii ex ejus facto in solidum tenentur, et n.* 2.

2 *Etiam dissoluta societate, quando mercatoribus, cum quibus negotiatio, non est denunciata solutio societatis.*

Inter

Inter mercatores bona fides servanda, et favor publici commercii non patitur, ut inter se decipiant.

3 *Etiam si tacita renovatio contingat per mortem alterius ex sociis quando complimentarius palam negotiatur.*

4 *Limitatur si mors sit notoria. Sed fallit, n.* 21.

5 *Vel lapsum tempus, quo duratura est societas.*

6 *Cum denuntiatio solum requiratur, quando dissolutio evenit durante societate, secus ea finita, vel lapsum temporis.*

7 *Cum tempore finito, debeant creditores investigare, cum quo negotiantur.*

8 *Prout etiam pacta, vigore quorum inita est societas, et pro quanto tempore duret aliàs sibi imputandum.*

9 *Institor usquè ad certum tempus præpositus, eo finito, non obligat præponentes, licet contrahentes ignorent finitum esse officium.*

10 *Contrahentes cum aliquibus sociis, non debent attendere capitula, et conventiones initas inter socios, sed litteras oblatorias ipsis contrahentibus transmissas.*

11 Cons. Castr. 104. p. 1. *declaratur.*

12 *Societate contracta inter duos mercatores simpliciter etiam si postea dissolvatur, alter tamen tenetur ex contractibus ab altero celebratis, nisi faciat proclamare, et omnibus notificari dissolutionem societatis.*

13 *Mandati fines sunt diligenter custodiendi.*

14 *Dissolutio societatis non præsumitur, sed continuare creditur quando contrarium non demonstratur stantibus litteris oblatoriis indefinitè prolatis, et n.* 17.

15 *Societas contracta cum hæredibus, verificatur in uno tantum superstite; et per unius mortem non finitur.*

16 *Actus sociales, an probent societatem, quæ nunquam apparet contracta, remissive.*

17 *Sed, et præexistente, probant continuationem, vel illius præsumptionem.*

18 *Et dicitur continuata si omittantur computa, rationes et solidationes.*

19 *Probatur et inducitur, quando conceditur facultas exercendi illos actus, qui citrà nomen societatis fieri nequeunt.*

20 *Res inter alios acta, si ei cujus interest, non denuncietur, non præjudicat.*

21 *Maximè quando justàm habet causam aliter credendi.*

22 *Plus est facto, quam verbis aliquid facere.*

23 *Omne solvi debet eo vinculo, quo ligatum est.*

DECISIO XXX.

CAusa per duas vices utraque parte informante proposita, Domini, ut in decisionibus sub diebus 19. Junii 1645. & Martii 1646. iterum dixerunt Joannem Mariam teneri ad debita Societatis ab ipso initæ, cum Hæredibus q. Joannis Andreæ Rotigni etiam contracta post mortem Joannis alterius ex dictis Hæredibus.

Fundamentum resolutionis fuit, quia cum in litteris oblatoriis in aperitione Rationis Bancharię, in Urbe, 1638. suo nomine dict. Joann. Mariæ, & Hæredum q. Joann. Andreæ Rotigni juxta stylum, qui servatur à Mercatoribus transmissis in diversis partibus, fuerit expressè cautum, quod præstari deberet fides litteris socii, quousque contrarium non esset notificatum, ibi, *à quali prestarete solamente fede fin che in contrario vi sarà detto*, notificatione non secuta, remansit obligatus Joann. Maria, ac si duraret societas, debebat enim, ut se eximeret ab omni præjudicio, & obligatione erga Creditores, qui vigore complimenti Francisco fratri Joannis, & cohæredi Joann. Andreæ 1 concessi, adstrictus erat erga Creditores, cum potuerit obligare societatem, & omnes socii, qui eum propositerunt ex ejus facto in solidum tenentur ad tradita per Bart. *in eandem in princip. & si ff. de duobus reis*, ut per Rot. Genuen. *diverf. dec.* 13. *num.* 29. & 30. *dec.* 135. *in princ. verf. in primis enim, ac decif.* 185. *fub* 1. *verfic. fecundum dubium*, illis pariter notificare solutionem ejusdem societatis, ac negotiationis, nè aliàs sub fide ejus nominis, maximè crediderunt deciperentur, quod repugnat bonæ fidei inter Mercatores præcipuè servandæ, ac publici commercii favori ad *leg.* 1. §. *Magistrum autem, ff. de exercit. act. leg. quicumque* §. *fin. ff. de fid. instr. l. sed* 2 *etsi pupillus* §. *de quo palam. l. si quis mancipiis*, §. *si impubes ad fin. verf. non enim imputandum ei est, leg. in eum* §. *si Dominus, ff. de instit. act.* tradit Cyn. *in leg. mandatum sub n.* 6. *verf. aut adversarius erat contemplatione Domini gesturus, D. infra C. mand.* bald. *in d. l. sed etsi pupillus d.* §. *de quo palam n.* 3. *verf. nota quando*, ibique Castr. *n.* 2. *verf. nota primo, ff. de instit. act.* quorum sententia procedit etiam in tacita revocatione contingente per mortem, quando complimentarius palam negotiationem prosequitur, ut habent in *d. leg. si quis mancipiis d.* §. *si impubes*, ibi, *non* 3 *enim imputandum ei est, qui socios, Dominum decessisse cum institut. exercente mercem, contrahit, ff. de institut. actio vel mors ignoratur, leg. inter casus in princip. ff. mandat. & leg. actione* §. *morte, verf. Item si alicujus, ff. pro soc.* Cic. *in d. l. mandatum sub num.* 4. *verf. Item in secunda, C. mandati*, quas obligatorias fuisse scriptas de consensu Joannis Mariæ constat non solum, quia fuerunt subscriptæ à Complimentario Rationis, sed etiam ex epistola, quam scripsit Joannes Maria nepotibus sub die 18. Nov. 1638. ex qua probatur illius scientia prædictarum litterarum oblatoriarum; ibi, *è ben vero, che habbiamo invitato tutti gli amici per negotiar con quella realtà, e termini mercantilli con loro, che si deve, &c.*

Non obstat, quod ex quo societas prætenditur totaliter dissoluta ob mortem Joannis unius ex sociis sequutam mense Oct. 1641. notoriam propter facinus 4 ejus, qui mortem violentam intulit, §. *solvitur, inst. de societ. leg. societat. coire, dissociamur, leg. actione*, §. *morte, ff. pro socio*, necnon per lapsum temporis cum de anno 1638. fuerit inita societas duratura ad 5 triennium, ut in capitulis socialibus initis sub die 26. Junii 1638. ibi, *che detta Compania deva principiare dal prossimo mese di Luglio come sopra, & habbia da durare per anni tre*, quam terminata de consensu partium anno 1640. Namque aliàs inspectis capitulis societas fuisset duratura etiam post tempus, quo facta fuerunt nova capitula, fuit de novo illa incœpa 30. Decemb. ejusdem anni duratura ad annum proximum ut pariter in subsequentibus capitulis socialibus, ibi, *che il detto negotio deva principiare sotto li* 30. *Dec.* 1640. *& seguitare per un anno solamente da finirsi per tuto Decem.* 1641. excludatur necessitas denunciationis dissolutionis societatis finitæ, & per mortem alterius ex consociis, & per tempus finitum; quæ requiritur quidem quando dissolutio intercedit durante societate, secus vero post societatem finitam vel per mortem, vel per lapsum temporis, Castr. *in l.* 1. §. *non autem n.* 3. *ff. de exercit. act.* idem Castr. *cons.* 104. *num.* 2. *verf. potest ergo quod cessarent*, & *cons.* 415. *num.* 2. *verf. constat parte.* quem sequitur Stracc. *de mercat. tit. de contract. n.* 13. & *seq.* siquidem respectu temporis debebant creditores investigare de qualitate, & conditione Francisci cum quo contrahebant, ex allegati per Castr. *d. cons.* 104. *n.* 1. & consequenter pacta, cum quibus inita fuerat societas, & pro 7 quanto tempore duraret, aliàs sibi imputare debent, ut in puncto benè distinguendo declarat Gomes. *var.* 8 *resol. tom.* 2. *cap.* 5. *de societ. sub n.* 6. *col. penult. verf. tertio modo, usque ad finem*, ubi loquitur in terminis ad effectum, ut unus ex sociis non teneatur ad debita postea contracta, Menoch. *cons.* 121. *n.* 67. ubi allegat

allegat concordantes Decian. *conſ.* 60. *n.* 31 *in princ. & 32. lib.* 2. & ſignanter quod non excuſentur contrahentes, ſi ignorant ſub qua forma, & ſub qua lege fuerit inſtitor præpoſitus, & quod ſi fuit præpoſitus uſque ad tempus, finito illo tempore non obliget præponentem, licet tunc contrahentes ignorent officium finitum, notat Caſtr. *in l. ſed & ſi pupillus*, § *conditio autem propoſitionis in* 1. *notat. n.* 2. *ff. de inſt. act.* Pariſ. *conſ.* 94. 9 *n.* 24. *in fin. lib.* 1. *& conſ.* 93. *n.* 52. *lib.* 5. Surdus. *conſ.* 32. *n.* 13. *verſ. nec fiſtit cum ſeq.* Felic. *de ſoc. c.* 30. *n.* 7. 8. *&* 9. Franc. Ant. Coſt. *conſ.* 55. *n.* 6. *lib.* 1. reſpectu verò mortis, cum eſſet notiſſima, nulla alia requirebatur intimatio. Quia cùm non ſint attendenda ſupra dicta capitula, & conventiones inter ſocios privatim factæ tam de anno 1638. quàm anno 1640. nuper in actis pro parte Joannis Mariæ productæ, ſed ſint attendendæ litteræ oblatoriæ in aperitione rationis bancharię *d. l. & ſi pupillus*, §. *de quo palam*, *ff. de inſt. act.* Caſtr. *d. conſ.* 10 104. *n.* 1. *ad med. verſ. quod ergo dicitur p.* 1. ut in punct. dixit Rota in Januen. ſeu Romana cambii 12. Dec. 1644. coram RR. D. meo Decano in §. quemadmodum ad eundem effectum abſque ulla temporis limitatione, & cum qualitate quod contrahentes credere debebant *alla mano del noſtro S. Gio. Maria, & aquella S. Gio. è Franceſco Rotigni ſuoi nepoti, &c. a quali preſtarete ſolamente fede, ſin che in contrario vi ſarà detto*, nulla habita relatione ad ſupra dicta capitula, & conventiones, & nulla eorum facta mentione, non poterant contrahentes divinare limitationem temporis in capitulis, quæ nunquam prodierunt in lucem contentam, ſed cedere debuerunt litteris oblatoriis, quod ſocietas ſine præfixione temporis inita fuiſſet.

Neque obſtat Caſtr. *d. conſ.* 104. *part.* 1. cum in illo 11 caſu ageretur de mandato à principio limitato uſque ad certum tempus, ut ſub *n.* 1. *verſ. mandatum tamen iſtud;* in hoc autem caſu non ſolum ab initio non fuit mercatoribus notificata limitatio, ſed potius datum mandatum liberum, & generale, quod tutò, & bona fide poterant contrahere cum unoquoque ex nominatis *ſin che in contrario vi ſarà detto*, & propterea Caſtr. in ſuo caſu firmat, quod ex quo limitatio fuit appoſita ab ipſo principio, debet imputari contrahentibus ſi ultra tempus præfixum crediderunt, & in pluribus locis in eodem conſilio declarat ſuam concluſionem procedere, quando limitatio temporis fuit appoſita ab ipſo principio, ut ſub *n.* 1. *in verſ. prima ratio eſt*, ibi, quia tempore contractæ ſocietatis prædictæ fuit appoſitum tempus trium annorum, & ſex menſium, inferius ſub eodem *num.* 1. *verſ.* reſpondeo, ibi, ex quo fuit appoſita ab ipſo principio debuit eſſe nota, & ibi, ſicut in qualibet lege, vel conditione appoſita ab ipſo principio in mandato, & clariùs *n.* 2. ibi, non ergo pertinet ad præponentem manifeſtare formam, vel limitationem appoſitam à principio, ſicut quando apponitur ex poſt facto, & ante *n.* 3. ibi, ſed quando vivente mandante finiretur mandatum ex cauſa, vel revocatione ſubſequuta ex poſt facto, tunc notificanda eſſet revocatio. Alias admittit, quod debeat fieri notificatio quotieſcumque mandatum fuit factum à principio ſimpliciter, & ſine temporis præfinitione; tunc enim cum contrahentes ſciant, vel ſcire præſumantur quod ſimpliciter, & quandocumque poterant contrahere ſecundum formam mandati, remanerent ſub bona fide decepti, niſi eis notificaretur diſſolutio, ut tradit Caſtr. *eod. conſ.* 104. *num.* 1. *poſt med. verſ. quod ergo dicitur in leg. ſed & ſi pupillus.* Hanc di- 12 ſtinctionem inter ſocietatem ab initio contractam limitatè, liberè ſequitur idem Caſtr. *in d. leg.* 1. §. *non autem*, *n.* 3. *verſ. ſecus ſi fuiſſet*, *ff. de exerc. act.* ubi, quod contractâ ſocietate inter duos mercatores ſimpliciter, non autem ad certum tempus alter ipſorum tenetur ex contractibus celebratis cum altero licèt poſtea eſſet diſſoluta, niſi feciſſet proclamare, & notificare omnibus, quod erat diſſoluta, idem repetit in *d. l. ſed & ſi pupillus*, §. *conditio n.* 2. *verſ. quod ergo dicitur*, dicens continuo menti tenendum revocationem publicè, & palam debere notificari quando inſtitutor fuit conſtitutus ſimpliciter ſine præfinitione temporis, aliàs ſecus Gomeſ. *var. reſol. d. tom.* 2. *c.* 5. *de ſocict. ſupra dicto verſ. tertio modo* firmat neceſſariam notificationem quando ſocietas ab initio ſimpliciter fuit contracta, Menoch. *conſ.* 121. *allegatus in temerarium*, *n.* 66. *verſ.* verè cum Petro de Ubaldis diſtinguit, quòd aut eſt contracta ſocietas ad tempus incertum, & tunc ſi unus ſociorum vult recedere id facere debet mediante renuntiatione; aut contracta eſt ad tempus certum, & tunc non eſt neceſſaria denuntiatio, Decian. verò *conſ.* 60. *n.* 31. *& num.* 32. *lib.* 2. refert eandem doctrinam Petri de Ubald. Pariſ. *conſ.* 94. *n.* 25. *in fin.* retorquetur, dum juxta conſil. Petri de Ancharano 332. dicit inſpiciendum eſſe tenorem ſocietatis contractæ, & quid ſit invicem conſociis demandatum, quapropter habuerunt creditores juſtam cauſam credendi ſocietatem duraturam uſquequo contrarium fuiſſet eis notificatum, ut in ſupra relatis verbis litterarum oblatoriarum.

Stante autem hac infinita oblatione, ſeu mandato 13 ad contrahendum donec contrarium notificaretur, non debuerunt creditores inquirere capitula particularia ſocietatis inter ſocios inita, ſed neceſſaria fuit ex forma ipſius mandati, cujus fines obſervandi ſunt *leg. diligenter*, *ff. mand.* denunciatio diſſolutionis ſocietatis etiam ſi ſecuta fuerit mors unius ex ſociis eamque creditores non ignoraverint, cùm ſtante dicto mandato exiſtimare potuerint quod ſocii, quia non denuntiarunt, diſſolutam eſſe ſocietatem, voluerint eam poſt mortem inter ſe continuare ut potuerunt, Menoch. *dict. conſ.* 121. *n.* 7. *verſ. primus itaque eſt caſus*, *& præſ.* 57. *n.* 4. *lib.* 3. Rim. jun. *conſ.* 711. *n.* 17. Mantic. *de tac. lib.* 6. *tit.* 24. *n.* 28. Giurb. *ad conſuet. Meſſan. c.* 1. *gloſſ.* 6. *n.* 40. *& cap.* 9. gloſſ. 12. *n.* 80. Ratio eſt, quia cum ſocietas non fuiſſet contracta cum Franciſco & Joanne, ſed cum hæredibus Joann. Mariæ, etiamſi obierit Joannes, cùm nomen hæredum Joannis Andreæ uri collectivum, ſatis verificetur in Franciſco ſuperſtite, non inde ſequutus fuit effectus diſſolutionis ſocietatis, 14 prout individualiter tenet Pariſ. *conſil.* 82. *n.* 15. & *n.* 32. *lib.* 1. quem ſequitur Felin. *ſocier. cap.* 32. *n.* 14. *in fin. verſic. ſed hoc non procedit*, & Blaſ. Michalor. *de fratr. p.* 2. *cap.* 40. *n.* 4. eoque magis, 15 quia etiam poſt mortem Joannis dantur plures actus ſociales, qui quicquid ſit an ſufficerent ad probandam ſocietatem, quæ nuſquam contracta apparet, in quibus terminis procedunt deciſ. in Tudertina Societatis 21. Junii 1638. coram Eminentiſſ. Card. Panzirolo, & in Roman. prætenſæ ſocietatis 12. Junii 1645. & 10. Decem. 1647. coram R. P. D. Orthobono, ſanè præexiſtente certa ſocietate 16 ſufficiunt ad probandam illius continuationem, vel præbuerunt ſaltem juſtam cauſam creditoribus opinandi illius continuationem poſt mortem, dum ipſis non fuit contrarium notificatum, prout promiſſum fuerat in dictis litteris oblationis, & in caſibus prædictarum deciſionum, omnes actus, qui prætendebantur citra jus, & nomen ſocietatis fieri poterant, tanquam æquivoci ſocietatem non inducebant, differuntque plurimum ab hoc caſu quia poſt obitum Joannis remanſit indiviſum lucrum, & nullæ fuerunt factæ rationes, computa, aut ſolidationes, quarum omiſſio, junctis aliis ſupra deductis extra jus & nomen ſocietatis nullo modo fieri poteſt, Socin. *ſen. conſ.* 87. *n.* 12. *&* 13. *lib.* 1. Menoch. *præſumpt.* 57. *n.* 1. *lib.* 3.

Nec relevat quod Joan. Maria diſſenſerit, ac re- 17 vocaverit facultatem in apocha cum Franciſco celebrata poſt mortem Joannis ſub die 12. Nov. 1641. tribus teſtibus munita, in qua Franciſcus promiſit in poſterum nolle ullo pacto uti nomine Joan. Mariæ in ſcriptu-

scripturis, & negotiis, ac successivè die 21. ejusdem mensis, & anni registrata in Archivio Urbano, ac demum obtinuerit sub die 10. Martii 1643. inhibitionem ab A. C. contra Franciscum, ne amplius illius nomen expenderet in negotio: Quoniam hæc acta cum Francisco pariter erant notificanda Mercatoribus, eòdem modo quo à principio initiatæ rationis fuerunt invitati ad effectum, ut cavere possent à fraudibus, ne decíperentur, dum is non amen is idem Franciscus publicè continuavit negotia sub eo lem nomine usque ad decoctionem, sciente, & patiente eodem Joan. Maria, ut firmat utraque dectio, & evidentissimè probat apocha in qua sub die 29. Novemb. 1641. Joan. Maria dat facultatem Francisco vendendi, hypothecandi, &c *qual si voglia effer di mercantia, & crediti dogni sorte spettanti alla regione di Gio. Maria & heredi di Gio. Andrea Rotigni per la somma & quantità disc. 4. m. d'oro stampe.* continens confessionem ipsius Jo. Mariæ, quod tunc temporis extabat societas, de qua ex supra dictis capitulis in actis productis amplius nequit dubitari, ita quod cum talis licentia sit unus ex illis actibus, qui citra nomen societatis fieri non possunt, non solum probat societatem, sed etiam
19 illam inducit Corn. *cons.* 54 *v. tacitus etiam lib.* 1. Sim. de Præt. *cons.* 24. *n.* 7. *lib.* 1. Palm. *cons.* 100. *n.* 9. Rota *decis* 214. *n.* 15. *p.* 6. *rec.* Alias gesta inter ipsos non poterat præjudicare Mercatoribus, qui ex publica ejusdem nominis continuatione justam habuerunt causam credendi ejusdem quoque societatis continuationem *juxt. text. d. l. si quis mancipiis*, §. *si impubes in fi. vers. non enim imput. ei est*,
20 *ff. de inst. act.* & post Cin. sensit Bald. *d.* §. *de quo palam*, & ibid. explicat Castr. *d. n.* 2. *vers. nota primo*, & *seq.* Gomes. *variar. resol. tom.* 2. *tit. de societ. c.* 4. *sub n.* 6. *vers. verum tamen est.* ac ibi Add. & comprobatur *ex leg. sed & socius*, §. 1. ubi gloss. *in verb. scierit. ff. pro soc.*

Neque loco denunciationis d. solutionis societatis deservire possunt litteræ scriptæ responsalibus super morte Joannis, quia præter illas scriptas Mercatoribus Fulginei sub die 23. & 30. Nov. 1641. in quibus se excusant, si ipsis non credíderint, tanquam occupati nel fardello stralcio, reliquæ continent solum suspensionem, seu verius excusationem, si tunc litteris Cambii non satisfaciebant, eò quod sequuta fuerat mors Joannis & aberat Franciscus consocius, ut patet, ibi
21 *stante la morte del nostro Sig. Giovanni, & per esser assente il Sig. Francesco si sono sospesi li scudi 1163. che ne ha tratto Giovanni Pettichi de Venetia*: & in alia ibi: *stante la morte del nostro S. Giovanni, che li giorni adietro restò assassinato, e morto, compatirete il trattenimento delli nostri interessi*, & demum in alia ibi *stante la morte del nostro S. Gio. non trovandosi qui il nostro S. Francesc. non habbiamo potuto servirvi*, quasi quod si adfuisset Franciscus, litteræ suum habuissent complementum. Ex prædictis itaque litteris solùm resultat, quod mercatores habuerint scientiam mortis Joannis, sed non sufficit talis scientia stantibus supra dictis litteris oblatoriis, & actibus continuativis: Attento etiam quod ex dictis litteris dum tolum occasione obitus Joannis, & absentiæ Francisci excusant suspensionem negotiorum, eliditur animus continuandi non dissolvendi.

Minus relevant particulares declarationes, conquestiones, & protestationes factæ à Joan. Maria cum diversis personis, de quibus deponunt testes examinati tàm in Urbe, quàm Anconæ, cum semper deficiat denunciatio promissa in d. litteris oblatoriis, & tamquam actus gesti vel intra privatos parietes, vel particulariter non afficiunt mercatores qui magis credere debuerunt actibus socialibus gestis post mortem Joannis, de quibus deponunt testes creditorum, quàm ipsius Joann. Mariæ verbis; dum eis non obstant, videbant nomen Joann. Mariæ publicè expendi, ac eandem ipsam rationem bancariam per Franciscum publicè continuari, quæ facta verbis ipsius sunt præferenda: plus enim est facto, quam verbis aliquid facere *leg. Paulus respondit, ff. rem ratam haberi c. delicti* 2. ibiq. Gloss. *in verb. facto provocare de opp.* Rota *cor. Caval. dec.* 100. *n.* 7. *& coram bo. mem. Bur. dec.* 113. *n.* 20.

Et quemadmodum in scriptis mercatores fuerant 22
invitati ad contrahendum, donec contrarium denunciaretur, par erat, quod ita in scriptis mandatum in litteris oblatoriis contentum revocaretur, cùm æquum sit unumquodque eo vinculo dissolvi, quo ligatum fuit, *leg. nihil tam naturale, ff. de reg. jur. cum vulgaribus*: ultra quod testes examinati Anconæ non concludunt, & is qui fuit examinatus Romæ tanquam varius, & mendax in substantialibus, non 23
desinit esse de falso suspectus.

Et ita cum ex d. litteris oblatoriis in partibus transmissis appareat, nedum societatem fuisse initam inter eandem Joan. Mariam Rotignum, ac Franciscum, & Joannem hæredes Jo. Andreæ, sed ampliùs illam eo fuisse duraturum, quò mercatorib. quibus litteræ fuerant admissæ in contrarium scribetur, Domini non sequuta ratificatione solutionis ejusdem societatis, censuerunt fundamenta supra dictarum decisionum sustineri, & Jo. Mariam teneri ad omnia debita societatis.

Eminentiss. & Reverend. D. Card. CORRADO.

Romana Successionis.

Lunæ 24. *Januarii* 1648.

ARGUMENTUM.

Statutum Urb. lib. 1. c. 131. quo cavetur, uxori superstiti deberi lucrum dotale præ defuncto Viro, quomodo intelligatur extantibus liberis ejusdem matrimonii. Impensa funeris uxoris, quando facienda. Contractus filiifamilias validus redditur, interveniente Patris consensu. Exceptio requirens altiorem indaginem, non impedit restitutionem dotis.

SUMMARIUM.

1 *Lucrum dotale quod per St. Urb. l.* 1. *c.* 131. *defertur uxori superstiti, viro prædefuncto, intelligitur quoad usum fructuum tantum.*
Ideò ad suos hæredes non transmittit Uxor.
2 *Impensa funeris uxoris detrahitur de ipsius dote, quando nulla alia extant bona.*
3 *Illius quantitas arbitrio Judicis moderatur.*
4 *Attenta qualitate personæ, et quantitate dotis.*
5 *Debitum, quod habet hæres cum defuncto, computatur in hæreditate defuncti.*
6 *Ex Statuto Urbis lib.* 1. *cap.* 47. *majores* 20. *annis habeantur pro majoribus* 25. *annis.*
7 *Patris consensus validum reddit contractum filiifamilias.*
8 *Exceptio firmat regulam in casu excepto.*
9 *Dilatio concessa debitori ad solvendum, cessat, si debitor succedat creditori.*
10 *Contra declarationem solemniter factam in Instrumento, non admittitur probatio unius testis, nec testium de auditu.*
11 *Legatum non probatur ex depositione legatariorum, nec aliorum singularium testium de auditu.*
12 *Exceptio requirens altiorem indaginem, non potest impedire restitutionem bonis matris faciendam, multis decisionibus declaratam.*
13 *Quæ restitutio comprehenditur, quando maritus stipulatus est in instrumento dotis, eam restituere illis quorum interest.*
14 *Quo casu, nullo retardanda.*

DECISIO XXXI.

POstquam Rota pluries resolvit Lelio Barisciano de Perentiis legitimam in bonis Imperiæ matri, ac dimidiam ususfructus per eam relicti D. Com. Fabio Carandino secundo viro, necnon tertiam partem proprietatis æqualiter cum Camillo, & Anna Maria filiis ex ipso Com. Fabio progenitis hæredibus universalibus ab illa institutis, ut apparet ex decisionibus sub diebus 18. Maii 1646. & 14. Junii 1647. & 17. Maii 1649. emanatis coram Me. Plura fuerunt pro parte d. D. Comitis, ac filiorum respectivè deducta ex eisdem bonis (ut prætendebatur) prius detrahenda, quibus hodie discussis censuerunt Domini detrahendam esse duntaxat summam sc. mille præfatæ Imperiæ ob causam lucri dotalis juxta dispositionem Stat. Urbis *lib.* 1. *cap.* 131. solutam de bonis Julii Perentii primi viri, & in constitutione Dotis Com. Fabio assignatam, ac post ejus mortem eidem Lelio patris hæredi restitutam. Et aliam scut. 156. b. 55. in Funus illius impensam.

Nam lucrum dotale quod ex dispositione Stat. Urb. 1 *lib.* 1. *d. cap.* 131. debetur uxori viro prædefuncto superstiti quando ejusdem matrimonii liberi acquiritur ipsi quoad usumfructum tantum ut ibi legitur in versic. si verò maritus &c. Ideoque ex instanti mortis mulieris consolidatur cum proprietate apud hæredes viri existente, nec remanet in bonis illius, nec ad hæredes transmittitur, ut fuit dictum in Romana quarti dotalis 16. Martii 1618. coram bon. mem. Remboldo apud Fenzon. ad Statut. Urbis *decis.* 74. §. 1. *vers. fundamentum autem dictæ resolutionis* &c. & in Rom. de Cavaler. 22. Martii 1632. coram bon. mem. Coccin. ibi *decis.* 79. §. 2. *vers. ratio decisionis fuit* &c. & infrà ac in Romana hæreditatis 26. Aprilis 1632. coram bon. mem Cardinal. Ubaldo, ibid. *decis.* 80. *sub princ. vers. si igitur, ac infrà quæ est decis.* 117. *p.* 6. *recent.* & in aliis relatis in Romana redintegrationis 31. Maii 1649. coram R. P. D. meo Otthobono in §. *neque obstat quod Paulus*, &c. Quare cùm fuerit à Com. Fabio jam restitutum in summa dd. scut. mille præfato Lelio tanquam patris hæredi vigore mandati A. C. per Rotam confirmavit præviis Decisionibus coram R. P. D. meo Cerro sub diebus 17. Aprilis 1646. & 11. Martii 1648. jure merito detrahi debet.

Impensa verò funeris detrahenda est integrè ex ipsa 2 dote, cùm nulla extent alia Imperiæ bona *leg. in eum*, ubi gloss. *in verb. conferre*, *l. seq. ac in l. Celsus*, *cum l. seq. ff. de Relig. & sumpt. fun. l. si vir*, *ff. ad l. fal. l. quod in uxorem*, §. *in funus*, *C. de negot. gest.* Jo. de Camp. *de dot. p.* 2. *q.* 61. *n.* 1. *vers. cujus autem expensis. Rol. de luc. dot. q.* 90. Matth. Brun. *conf.* 139. *n.* 44. *vers. de quibus omnibus* &c. *& seq.* Franc. Viv. *dec.* 307. *per tot.* Garz. *de exp. c.* 8. *n.* 15. *vers. itaque funeris sumptus. ac n.* 41. *vers. hactenus dixemus* &c. *& seq.* Rot. penes Greg. *dec.* 573. *n.* 9. *vers. expensæ funerum* &c. Imol. *leg.* 1. *Julii* 1644. *co. RR. D. meo in fin.* At quantitas 3 illius arbitrio Judicis moderanda *l. si quis sepulcrum*, *& sumptus* ubi gl. & DD. *de rel. & sump. fun.* Surd. *dec.* 255. *n.* 28. *vers. quæ autem*, *& quanta impensa* &c. *cum seq.* Mastr. *dec.* 203. *n.* 23. *vers. & si in casu prædicto* &c. Visa fuit DD. satis congrua usque ad d. summ. sc. 4 156. *p.* 55. quam idem Co. Fabius in eam causam erogavit, attenta qualitate personæ, & quantitate dotis *jux. tex. in d.* §. *sumpt. in l. & si quis*, *in* §. *æquum ff. eodem* Garc. *de exp. d. c.* 8. *n.* 16. *vers. quæ quidem admittenda sunt.* &c. Joseph. Lud. *dec. per* 97. *n.* 16. *vers. dixi quod impensa*, &c. *& seq. p.* 2. Rot. *dec.* 399. *n.* 17. *V. cum in illarum* &c. *p.* 5. *rec.*

5 Verùm alia partita scut. mille, Com. Fabius constante matrimonio restituit uxori unà cum scutis tercentis, seu alia veriori summa pro interusurii recompensativis damni emergentis inter partes conventis, non est detrahenda ad diminuendam portionem debitam Lelio in bonis & hæreditate matris. Quia cum fuerint ea lege restituti, ut cederent in extinctionem æris alieni quo dictus Camillus filius communis ipsorum conjugum opprimebatur, attento quod ipse convenit, ac se obligavit illos matri restituere unà cum interusuriis, ipsamque omnino indemnem conservare, ut legitur in Instrumento solemniter celebrato sub die 6. Maii recensseri debent in hæreditate Imperiæ *l. maritus in princ. ff. ad l. falc.* Ac imputari in partem ejusdem Camilli penes ipsum Comitem Fabium ejus patrem, & legitimum administratorem remanentem *l.* 1. §. *id quod natura*, *vers. si debitor creditori hæres*, ibique gl. *in verb. computetur*, *& DD. ff. ad l. falc. l. Nesen. vers. quid enim &c.* ubi gl. & DD. *ff. de neg. gest. l. alimenta*, *vers. si quid autem*, ubi gl. *in verb. materna pietate &c. in fin. vers. aliis autem expensis*, *& in verb. obstenderis &c.* alia gl. *in l.* 1. *verb. non admittit &c. in fin. C. eod. tit.* Cuch. *in tract. de legit. sub rub. dot. inter viv. non imputar. in legit. n.* 20. *vers. primo limitatur*, *&c. & n.* 55. *in fin. vers. sed tamen &c.* Surd. *de alim. tit.* 6. *q.* 8. *n.* 64. *vers. limitatur secundo*, *& seq.* Peregr. *de fideic. art.* 36. *n.* 138. *vers. art. voluntariè solvit. &c.* cum aliis relatis per mod. Pisaur. *de imput. q.* 40. *n.* 33. *vers. aut filius erat inops.* Rot. penes Seraph. *dec.* 568. *n.* 3. *vers. huic argumento*, & s. m. Greg. *dec.* 368. *n.* 3. *vers. minus etiam*, *&c. & in aliis.*

Neque subsistit objecta nullitas obligationis Camilli, seu quia minori ætate, seu quia in patria potestate constitutus esset, ex Stat. Urbis lib. 1. c. 151. & 152.

Quoniam uterque defectus ex facto eliditur. Constat enim, quod ille sacro fonte lavatus die 12. Julii 1618. tempore celebrationis dicti Instrumenti vigesimum secundum excesserat, quæ (peracto vigesimo) legitima erat Divis Romanis ætas, ut specialiter cavetur Stat. Urb. *lib.* 1. *c.* 47. Rota penes Card. Seraph. *dec.* 746. *n.* 2. *vers. & ex forma Stat. Urb. &c. dec.* 751. *nu.* 2. *vers. sed difficultas tollitur &c. in rec. decis.* 431. *sub n.* 3. *vers. quia fuit responsum & p.* 1. ac sæpè in aliis. 6

Præterea cùm in eodem Instrumento Pater ipse intervenerit dd. pecunias in extinctionem æris alieni per filium contracti erogandas restituens uxori illas sub ea lege recipienti attenta restitutionis obligatione per filium unico contextu facta, ut ibi legitur. Hinc sanè 7 resultat patris consensus pro validitate hujusmodi actus sufficiens, *l. sed Julian.* §. *quanquam in fin. vers. sed si sic &c. l. si tamen*, *ff ad S. C. Mac. l.* 4. *C. eod.* Soc. *conf.* 100. *n.* 2. *vers. & hoc etiam &c. lib.* 2. Mant. *de tac. lib.* 10. *n.* 43. *vers. si verò pater*, *&c.* Barb. *in l.* 2. §. *fin. n.* 29. *vers. nam qui præses est &c. ff. sol. mat.* Rot. *dec.* 811. *n.* 23. *vers. & quamvis*, *ac seq. p.* 1. *div.* & in his terminis fuit d. in *Rom. null. cont.* 20. *Nov.* 1613. *cor. b. m. Seleuc. in rec.* 527. *n.* 4. *vers. idemque tanto magis. p.* 1.

Quod evidenter demonstrat declaratio ab eodem Com. Fabio facta in principio dicti instrumenti, ibi, (quod per ejus assensum, seu præsentiam infra dicendo contractui adhibendum, &c. non censeatur dictus Camillus liberatus à patria potestate &c. nec illi juvet quoad alios contractus per ipsum forsan fiendos &c.) Quæ sanè verba tam explicitè, quam etiam implicitè 8 dum excludunt patris consensum ab aliis contractibus per filium ineundis utique in ipso tunc celebrato præ se fuerunt *l. cum prætor*, *ff. de jud. c. nonne*, ubi gl. *in verb. tacendo*, *vers. item argumentum*, *&c. de præs.* Grav. *conf.* 214. *n.* 13. *vers. rursus reservatio*, *&c. cum seq.* Rot. penes sa. m. Greg. *dec.* 257. *n.* 4. *vers. hæc n. exceptio*, *dec.* 579. *n.* 2. *vers. item cum D. &c.*

Minùs obstat pendentia decennalis dilationis ad restituendam dictam summam Camillo concessæ. Quia 9 per subsequentem obitum matris, ac successionem in bonis illius cessavit causa dilationis, ac proinde ipsa dilatio *ad leg. aliquando* §. *fin. ac S. C. Velleia. & l. A filia*, §. *alumno*, *ff. ad S. C Trebell. l. continuus*, §. *cum ita*, *ff. de verb. obligat.* Bald. *consil.* 212. *eundo ad verita-*

veritatem juris, lib. 4. Alex. *consil.* 54. *viso Instrumento sub n.* 5. *vers. non obstat si dicatur, &c. cum seqq. lib.* 2.

Altera summa scutorum centum per d. Corn. Fabium soluta Jo. Baptistæ Capannæ asserto Imperiæ creditori non est detrahenda. Quia in fine Instrumenti super eo credito celebrati rogato per acta Paciuchelli Mot. Cap. sub die 27. Sept. 1642. legitur illius satisfactio, & cassatio rogat. eodem Not. die 6. Martii 1643. enuntiata etiam in alio per Com. Fabium exhibito. Neque adducta d. mollaris confessio pro exoneratione conscientiæ ipsi Com. Fabio oretenus facta probatur ejus assertione, seu famulæ extra judicialem Imperiæ enunciationem referentis, seu aliorum de au-
10 ditu ab eadem famula, & à creditore, vel aliis deponentium dum agitur de præjudicio dicti Lelii, quo casu plenè justificari debet præsertim contra prædictam ejusdem creditoris declarationem antea solemniter in d. Instrumento factam, quo casu efficacior requiritur probatio *c. cum Joannes* §. *porrò* ibique gloss. *in verbo quodlibet Instrumentum, de fid. instr.* Soc. sen. *cons.* 189. *n.* 62. *vers. nam licèt aliàs &c. l.* 2. Rota penes Same. Greg. *decis.* 375. *n.* 3. *v. & adversus instr. &c. & decis.* 409. *n.* 3. *v. & probationes* &c. *ac in Maceraten. pecuniaria* 27. *Jan.* 1745. *coram R. P. D. meo Otthobono in* §. *& ea, quæ fuerunt pro parte Monasterii deducta*, &c. *in fin.*

Eademque ratione non sunt detrahenda nonnulla legata, quæ à prædicta Imperia facta dicuntur. Quia non justificantur ex depositione dictæ famulæ, vel alterius legatariæ, nec aliorum singularium testium de
11 auditu deponentium *juxt. l. nullus, ff. de testibus l. omnibus* ubi Fulg. *sub n.* 3. *vers. de legatario die*, &c. *C. eod. c. licet causam*, ubi Gloss. *in verbo singulares, de prob.* Masc. *de prob. concl.* 970. *n.* 4. *vers. primo limita* &c. *& concl.* 1367. *n.* 7. *vers. atque adeo* &c Rota penes Sam. mem. Greg. *decis.* 310. *n.* 6. *vers. tamen in hoc*, &c.

Postremo demum adducta pro parte dd. Camillæ, & Annæ Mariæ valoris partis domus in constitutione dotis Imperiæ comprehensæ, quæ post ejus mortem ex alio particulari titulo fideicommissi per Marsilium Barisc ianum ad eos spectare prætenditur, in præsentia non potest admitti. Quia testatoris dispositio, Instrumenti dotalis contextus, & objectarum detractionum relevantia super quibus Lelius dum vixit, & nunc ejus
12 hæredes vehementer insistunt, altiorem in competenti judicio discussionem exposcunt ac dubiam reddunt hujusmodi prætensionem donec fuerit legitimè definita *l.* 1. & ibi gloss. ac Jas. *sub n.* 19. *& seq. & l. post rem judicatam, ff. de transact.* Castr. *consil.* 464. *viso laudo sub n.* 1. *vers. præterea etiam, &c. ac vers. præterea illa dicuntur, lib.* 1. Osasch. *decis. Pedem.* 129. *sub n.* 7. *vers. & licet* &c. Rota penes Card. Seraph. *decis.* 275. *sub n.* 5. *versic. non obstat* &c. *& sub n.* 6. *vers.*
13 *ex his* &c. Ac proinde portionis debitæ Lelio in bonis, & hæreditatem matris tot decisionibus jam declaratæ restitutionem impedire non valet *l. fin. C. de compens.* Afflict. *decis.* 381. *n.* 6. *versic. ad secundum dubium* &c. *cum seq.* Rota penes Seraph. *decis.* 1455. *n.* 3. *vers. secundò quia*, &c. *cum seq.* Mantic. *decis.* 349. *n.* 6. *vers. quæ autem* &c. sanct. mem. Gregor. *decis.* 220. *n.* 5. *vers. Interim. non est differenda executio &c.* Buratt. *decis.* 803. *n.* 9. *vers. & præterea &c.* Duran. *decis.* 113. *n.* 7. *vers. quia quicquid sit &c. decis.* 197. *sub n.* 1. *vers. quia ad hoc &c. ac in recent. decis.* 679. *sub n.* 5. *vers. & denique &c. cum seq. p.* 1. *decis.* 243. *n.* 11. *vers. non obstat denique exceptio, &c. retentionis &c. p.* 3. *decis.* 254. *sub n.* 1. *vers. nam quoad primum, &c. ac decis.* 411. *n.* 24. *vers. neque creditam &c. p.* 5. *& in Interam. Census* 14. *Maii* 1728. *coram bon. me. Privato apud Modern. Pensionis de manut. decis.* 487. *n.* 9. *vers. tamen in hoc omnes conveniunt &c. cum seq.* Quæ sub obligatione Cameralis per Com. Fabium in Instrumento dotali contracta pro omnibus quorum interest benè comprehenditur, ut fuit dictum coram R. P. D. meo Cerro sub die 27. Aprilis 1646. & 1. Maii 1640. ideoque minùs est retardanda, ut aliàs simili exceptioni respondit
14 Rota *in decis.* 641. *n.* 16. *vers. quo vero fideicommissum cum seqq. usque in fin. p.* 1. *divers. dec.* 536. *sub n.* 9. *ad fin. vers. maximè cum agatur &c. ad decis.* 947. *n.* 8. *vers. non obstat quod dicta bona &c. p.* 4. *recent. ac in Romana Census coram R. P. D. meo Meltio* 10. *Feb.* 1645. *in* §. *exceptiones vero &c. &* 14. *Junii ejusdem anni, in* §. *neque ad impendium &c.*

Et ita fuit concluſum utraque parte informante, &c.

DECISIO XXXII.

In editionibus præcedentibus eadem erat per erroneam duplicationem, ac LXXV. *Ideoque hic omittitur, ac solùm ejus servatur numerus, ne sequentium ordo perturbetur.*

Emin. & Rev. D. C. Otthobono.

Beneventana Domus.

Lunæ 10. *Maii* 1659.

ARGUMENTUM.

Immissio ex remedio utilis Salviani interdicti conceditur concurrentibus extremis. Quæ enumerantur multa de præscriptione, & scientia, quæ ibi requiritur. Minor potest agere contra Tutorem, ex cujus scientis negligentia passus est præscriptionem.

SUMMARIUM.

1 *Extrema Salviani sunt. Creditum cum hypotheca. Possessio debitoris de tempore obligationis. Et possessio præsens detentoris, contra quem dirigitur actio: quibus concurrentibus, immissio est concedenda.*

2 *Hæredum omissa mentio in contractu, ubi agitur de re sui natura ad hæredes transitoria, non excludit, quin in dubio censeantur comprehensi, cùm omnia pacta tam activa, quam passiva, transeant in Hæredes.*

3 *Maximè dum agitur vigore obligationis cameralis, quæ ipsos indubitanter comprehendit.*

4 *Pacti de retrovendendo natura est, quod transeat Hæredes.*

5 *Obligatio Cameralis continet hypothecam, absque nulla dubitatione.*

6 *Præscriptio statutaria non habet locum in actione reali.*

7 *Restitutio in integrum adversus præscriptionem, competit ex capite probabilis ignorantiæ.*

8 *Scientia tutoris sufficit ad præscribendum contra pupillum.*

9 *Quo casu datur actio minori contra tutorem.*

10 *Curator in testamento relictus non attenditur, nisi à minore petatur, et à judice confirmetur.*

11 *Scientia tutoris in ulla re cujus implementi durat tempus post finitam tutelam, non debet illi in negligentiam imputari, si finita tutela, inde sequatur minori aliquod præjudicium; et maximè in terminis præscriptionis.*

12 *Minores, nullam habent actionem contra tutorem non negligentem, pro relevatione damni ex præscriptione passi, cùm præscriptio non potuerit tribui negligentiæ tutoris, dum post tutelam adhuc tempus ad agendum superest.*

13 *Remedium subsidiarium restitutionis in integrum eatenus competit minori, quatenus habere non*

potest recursum contra tutorem scientem, et negligentem, occasione passæ præscriptionis.

14 *Scientia tutoris post finitam tutelam, uti personæ privatæ non nocet minori.*

15 *Cohabitatio inducit præsumptionem scientiæ actuum successivorum, qui fiunt domi, et patet ex oculari inspectione, secus est in actibus momentaneis, et his, qui continentur in instrumentis et contractibus.*

16 *Tutor relictus filiis masculis nominatim, non extenditur ad fœminas.*

17 *Scientia in fœminis non præsumitur ex retentione scripturarum. Et maximè in terminis restitutionis adversus præscriptionem.*

18 *Scientia litis consortium non nocet ad effectum præscriptionis.*

19 *Statutum Beneventanum excludit fœminas propter masculos.*

20 *Exclusio statutaria fœminarum propter masculos, habet tacitam conditionem, quatenus soli masculi velint succedere, et fœminas dotare.*

DECISIO XXXIII.

DOmini perstiterunt in decisis coram Me sub die 13. Nov. proximè præteriti, qua die firmarum fuit Catharinæ & aliis de Carissimis agentibus ac hæredibus Bartholomæi, & Antonii concedendam esse immissionem ex remedio utilis Salviani interdicti in domo, de quo agitur in vim pacti de restituendo eandem domum sub obligatione camerali apposita in apocha confecta per Lurium Mustum authore Claudiæ.

1 Ratio resolutionis fuit eadem, quæ aliàs fuit deducta, nempe quia concurrunt omnia extrema, quæ in Salviano requiruntur. Creditum cum hypotheca possessio Lurii debitori de tempore obligationis, & possessio Claudiæ contra quam hodie dirigitur actio, his verò concurrentibus immissio ex Salviano est concedenda Menoch. *de adipisc. remed.* 3. *n.* 61. *cum seq.* Rota *decis.* 491. *n.* 6. penes sa. me. Gregor. XV. *& in rec. decis.* 407. *n.* 1. *part.* 5. *& alibi sæpissimè.*

Neque dici potest, quod creditum deficiat, ex quo pactum de restituendo domum uti conceptum ad favorem qq. Bartholomæi, & Antonii absque ulla mentione hæredum non egrediatur personas eorum ad quorum favorem fuit conceptum; Ideoque non transeat ad eorum hæredes *l. si tibi* 18. §. *si quis*, *ff. de pact.*

2 Quia in proposito licet nulla sit facta mentio Hæredum; tamen cùm expressè actum non fuerit ut contractus non transeat ad hæredes agatur de re de sui natura ad illos non transitoria, hæredes in dubio censentur comprehensi; nimis enim certum est, quod omnia pacta tam activa, quam passiva transeunt ad hæredes *l. si pactum* 9. *ff. de prob. l. si necessarius* 8. §. *de vendendo ff. de pignor. act.* Surdus *cons.* 540. *n.* 31. *cum seq.* Rota *decis.* 659. *n.* 5. *part.* 4. *tom.* 3. *rec.* maximè dum agitur de vigore obligationis Cameralis, quæ ipsos indubitanter comprehendit, Rota apud Zacch. *de*

3 *oblig. Camer. decis.* 93. *n.* 23. *& decis.* 253. *n.* 2. & est de natura pacti de retrovendendo, quod transeat ad

4 Hæredes, Gloss. *in l. si fundum* 2. *in verbo sive hæredes*, *C. de pact. inter emptor. & vend.* Mantic. *de tac. lib.* 4. *tit.* 32. *n.* 17. *&* 18. Covarr. *pact. quæst. cap.* 39. *sub n.* 2. *vers.* 4. *adversus communem*, Dec. *cons.* 614. *n.* 11. *cum seq.* Surdus *dicto consil.* 540. *n.* 32. Joseph. Ludov. *decis. Perus.* 23. *n.* 39. Fontanell. *decis.* 86. *n.* 6. Rota *inter recentiores decis.* 502. *n.* 2. *p.* 2. *& dec.* 525. *n.* 2. *part.* 4. *tom.* 3. *& coram Buratto decis.* 937. *n.* 1.

5 Hypotheca omninò clara resultat ex obligatione cameali, quæ ipsam continet absque ulla dubitatione Grat. *disc.* 391. *n.* 48. Rota *decis.* 141. *n.* 5. *decis.* 187. *n.* 3. penes Zacch. *& coram Buratt. dec.* 687. *n.* 4. *& in Aveiion. Saviniani* 8. *Junii proximè præteriti in* §. *creditum autem coram R. P. D. meo Bichio.*

Neque obstat præscriptionis exceptio, super qua informantes pro Claudia acriter instituerunt, quia statutaria tam Urbis, quam Beneventi, non habet locum in actione reali, Gabr. *concl.* 4. *n.* 17. *de præscr.* Rota *decis.* 727. *n.* 5. *p.* 1. *div. & decis.* 9. *n.* 5. post Pacific. *de Salv.* cum aliis relatis in decisione hujus causæ *in* §. *neque relevat.* 6

Alia vero legalis etiamsi completa censeri posset, adhuc tamen non obstaret Carissimis agentibus; quia ipsis uti hæredibus qq. Bartholomæi, & Antonii, quibus fuit facta promissio, competit restitutio in integrum in actis jam petita saltem ex capite probabilis ignorantiæ, quam in his terminis competere firmat Maresc. *variar. resol. cap.* 98. *n.* 7. *lib.* 2. Natt. *cons.* 492. *n.* 4. *& sequen.* Raud. *dec. Pisa* 12. *n.* 52. *& seqq. part.* 1. 7

Hujusmodi vero restitutio in integrum excludi non potest ex eo, quia Scipio tutor eorum de Carissimis, pacti, de quo agitur, scientiam habuerit, hanc verò esse sufficientem ad præscribendum, contra pupillum est text. in *leg.* 3. §. *fi. ff. de tribut. act. leg. fi tutoris* 23. *Cod. de adm. tutor.* Natt. *dict. cons.* 492. *n.* 6. *& seqq.* ubi quod eo casu minor debet agere contra tutorem, idemque dicit Bero. *cons.* 121. *num.* 19. *& seq. lib.* 3. Rota *in Bonon. prædii* 27. *Jan.* 1642. §. *fi. coram R. P. D. meo Correo.* 8 9

Quia objectum ex facto corruit animadvertendo, quòd tutela incipere non potuit nisi ab Anno 1631. quo Bartholomæus instantium pater decessit, ut in Summario primæ positionis *n.* 4. & completa fuit ad summum de Anno 1634. quo nedum Octavius natus Anno 1606. & Joseph natus Anno 1613. filii masculi dicti Bartholomæi, sed etiam filiæ fœminæ, nempè Joanna Anno 1617. Leonora Anno 1620. & Catharina Anno 1622. orta pubertatem excesserant, ut ex fidibus Baptismatis hodierno Summario *n.* 2. & 3. Ideo tutela verificari non potest saltem respectu Octavii, Josephi, & Joannæ cohæredum, qui de tempore obitus Bartholomæi erant minores, non vero pupilli, quibus tutor non datur nec minus curator, cum hic detur petenti, ut in terminis curatoris in Testamento relicti, quod non attendatur, nisi à minore petatur & à judice confirmetur, Gabr. *cons.* 35. *n.* 9. *cum plurib. seq. lib.* 2. Rota *decis.* 470. *n.* 2. *p.* 1. *recent. & in Romana Salviani* 17. *Martii præteriti sub* §. *subsistere etiam visum fuit*, *& seq. coram Me.* 10

Sed, & eo magis restitutio in integrum Carissimis venit concedenda, quia præscriptio objecta non habuit suum complementum de tempore tutelæ, sed longè post, quapropter quatenus tutor legitimus extitisset, & pactum sciviset, attamen ex hoc negligens reputari non posset, cum in præsenti adhuc tempus post tutelam supereset ad redimendam domum, idemque duraret per decem annos *l. sicut.* 8. §. *non videtur ff. quibus mod. pign. &c.* Surdus *cons.* 45. *n.* 46. *& in decis.* 62. *n.* 13. *& decis.* 302. *n.* 13. 11

Ideo sicuti minores nullam habent actionem contra tutorem non negligentem pro relevatione damni ex præscriptione passi, cùm præscriptio non potuerit tribui negligentiæ tutoris, dum post tutelam tot anni ad agendum supererant, ita cessante negligentia ejusdem tutoris subintrat remedium subsidiarium restitutionis in integrum, quod eatenus privantur minores, quatenus habere possunt recursum contra eorum tutorem scientem, & negligentem, Bart. *in l. qui duos* 10. *n.* 6. *ff. de rus dub.* Natt. *dicto consil.* 492. *n.* 6. *cum seq.* Bero. *dicto consil.* 121. *n.* 20. *lib.* 3. Odd. *de restitut. in integ. quæst.* 86. *num.* 37. *&* 44. Surd. *cons.* 226. *n.* 15. *cum seq.* 12 13

Nec post tutelam scienti à tutore personæ privatæ Carissimis noceret, Gratian. *discept.* 957. *n.* 4. Rota *decis.* 508. *n.* 2. *p.* 1. *recent.* 14

Itaque nullo modo scientia Scipionis tutoris potuit præjudicare Carissimis, quorum scientiam nec minus 15

æquum

æquum est inducere, eo quia cum Scipione simul cohabitaverint, nam ex cohabitatione præsumitur quidem scientia actuum successivorum, qui sunt domi, & patent ex oculari inspectione, secus verò dicendum est in in actis momentaneis, & hi continentur in instrumentis, & contractibus, Surdus *d. cons.* 45. *n.* 51. Rota *decis* 541. *n.* 42. *& seqq. p.* 5. *decis.* 262. *n.* 5. *p.* 6. *recent.*

16 Et in omnem eventum visa fuit cessare omnis amaritudo respectu Joannæ Eleonoræ, & Catharinæ sororum fœminarum Bartholomæi, quæ nunquam fuerunt sub tutela Scipionis recipiuntur his illis masculis nominatim *l. si quis ita* 16. §. *ff. d. testam. tutor.* Joann. Har-
17 precht. *in* §. *si quis filiab. sub n.* 3. *vers. aliud vero Instit. qui testam. tutor. dar. poss.* & penes quas ex retentione scripturarum non præsumitur scientia earumdem ut in puncto restitutionis adversus præscriptionem, Mascard. *de p. conc.* 1080. *num.* 19. Bartz. *dec.* 101. *sub n.* 16.
18 nec scientia aliorum litis consortium illis nocet, Covar. *pract. q. cap.* 15. *n.* 7. Rota *dec.* 426. *n.* 15. *coram Urgellen.*

Non obstat, quod in Testamento Bartholomæi patris, non fœminæ, sed soli masculi fuerint Hæredes in-
19 stituti, quia quicquid sit hæreditate paterna, dictæ mulieres agunt etiam uti Hæredes q. Antonii eorum patrui ab intestato defuncti, cui pariter competebat pactum prædictum, & licet vigore Statuti Beneventani essent, propter masculos exclusæ, cum tamen masculi illas ad-
20 miserint secum ad adeundam hæreditatem illius; eamque una cum ipsis adiverint, cessat exclusio, quippe quæ uti inducta masculorum favore habet tacitam conditionem quatenus soli masculi velint succedere, & fœmina dotare Tort. *ad stat. Papiæ rubr.* 95. *in civil. n.* 153. *fol.* 547. Honded. *cons.* 1. *n.* 85. *lib.* 2. Gabriel *consil.* 139. *n.* 32. *lib.* 2. Rota *decis.* 375 *n.* 14. *par.* 4. *tom.* 2. *recent. & in Interamn. dotis* 27. *Jan.* 1648. *in* §. *non obstat alterum statutum coram Rever. Terracinen.*

Quæ facilius procedunt, quia hujusmodi admissio fœminarum non est dolosa pro obtinenda restitutione in integrum, cum de tempore additionis de Anno 1640. non esset completa præscriptio, ideoque cohæredes masculi non indigebant eorum auxilio pro restitutione in integrum obtinenda.

Perstiterunt itaque DD. in jam decisis utraque parte &c.

R. P. D. CERRO.

Romana Dotis.

Lunæ 27. Maii 1547.

ARGUMENTUM.

Testator non potest derogare Testamento facto jam perfecto per Epistolam, vel aliquem simplicem actum, absque solemnitatibus ad Testamentum requisitis. Per epistolam duobus testibus munitam potest à Testatore declarari dispositio Testamenti dubia. Legatarius in re legata præfertur Creditoribus non habentibus hypothecam, quando Hæreditas est solvenda.

SUMMARIUM.

1 *Testator per Epistolam, vel alium simplicem actum voluntatis declarationem, diversum de disponendo, non potest derogare dispositioni in testamento factæ, et perfectæ, non adhibitis septem Testibus, aliisque solemnitatibus adhiberi solitis.*

2 *Textus* in leg. Epistola §. ff. ad Trebel. *dispones quod liceat Testatori voluntatem suam per Epistolam declarare, ubi duo tantùm Testes sufficiunt, declaratur procedere ubi dispositio est dubia, secus ubi omnino est clara, et perfecta; non recipit declarationem.*

3 *Non potest fieri declaratio continens novam dispositionem, nisi adhibitis septem testibus, aliisque solemnitatibus in testamento requisitis.*

4 *Obligatio, et exhibitio, nisi ad actum perducatur, nihil ponit in esse.*

5 *Testator, qui novam dispositionem non fecit, in eadem permansisse censetur: Epistola superinde ab ipso scripta, resolvitur in simplex ratiocinium; ita ut haberi debeat perinde ac si scripta non fuisset.*

6 *Bona hæreditaria, statim post hæreditatis acceptationem, cadunt sub hypotheca ad favorem creditorum hæredis.*

7 *Legatum non debetur legatario, nisi prius deducto ære alieno gravantis.*

8 *Et creditoribus competit adversùs eum retentio.*

9 *Legatarius in re legata præfertur cæteris Creditoribus Testatoris, quando hæreditas est solvenda; secus autem ea reperta non solvendo, declaratur. n.* 12.

10 *Quo casu eisdem creditoribus incumbit onus probandi inopiam hæreditatis.*

11 *Creditores testatoris non tenentur discutere res admodum intricatas, et litibus involutas, sed possunt se dirigere in rem legatam, etiam ad præjudicium legatarii.*

12 *Legatarius præfertur in re legata creditori chirographario non habenti hypothecam.*

13 *Secus verò habenti hypothecam ex obligatione Camerali; quod procedit etiamsi Hæreditas sit solvenda.*

14 *Creditor sub obligatione Camerali potest eligere unum ex pignoribus debitoris sibi benè visum pro satisfactione sui crediti.*

15 *Et testator non potest hoc jus creditoribus impedire.*

16 *Legatarius non valet exercere tacitam hypothecam sibi pro legato competentem, nisi in eo quod remanet, satisfactis creditoribus.*

17 *Debita Testatoris de jure sunt solvenda ab Hærede, absque mandato Testatoris.*

DECISIO XXXIV.

POstquam his resolutum fuerat Instrumentum dotale, de quo agitur non esse exequendum, Reproposito iterum eodem Articulo idem pariter decisum fuit pro tertia vice, non obstante quod etiam hodie Informantes pro Anna acriter contendente, repetendo ipsam non fuisse hæredem Crescentii, sed Lauræ, cùm hoc abunde supletum fuerit ex responsionibus latè deductis in decisionib. sub diebus 25. Junii 1643. & 2. Dec. 1644. cum quibus etiam hodie Domini transierunt.

Nec relevat Epistola noviter producta post conditum Testamentum transmissa Crescentio in qua Laura declaravit suæ voluntatis esse, quod Creditores non possent consequi satisfactionem super bonis à se illis relictis, sed quod Crescentius posset ex illis extinguere aliquod debitum magis sibi benè visum, ibi, *è questo è contro la mia volontà, che è stata, & è, che della robba mia V. S. se ne possa servire per pagare qualche suo debito proprio che à lei più paterrà, ò per altro suo bisogno, ma che non possi mai esser forzato da nessuno sopra la mia heredità nè V. S. ne chi haverà da lei, ò in vita, ò in morte.*

Quia omissa exceptione non factæ recognitionis, de qua valde poterat dubitari, & hæc sola interim sufficeret, fuit animadversum hujusmodi Epistolam adversarii testamentariæ dispositioni, ubi Laura concessit eidem Crescentio hæredi instituto amplissimam facul-

facultatem disponendi de bonis sibi relictis tàm in vita, quàm in morte, ibi. *In tutti, è singuli miei*, &c. *Instituisco mio universale herede il Sig. Crescentio Crescentii mio fratello, al quale lascio l'universa mia heredità*, &c. *li concedo facoltà amplissima di poter disporre del restante di suo arbitrio in vita, & in tempo di morte*, &c. Dum enim voluit posse Crescentium ad libitum suæ voluntatis disponere etiam in vita, censetur etiam voluisse quod posset illa hypothecare,
1 vel vendere pro satisfacien. Creditoribus, & sic non potuit Laura dispositioni in Testamento factæ, & perfectæ derogare per simplicem Epistolam aliter disponendo, non adhibitis septem Testibus, aliisque solemnitatibus adhiberi solitis *l. hæredes palam §. si quid post factum*, ubi Gloss. & Bart. *n.* 4. aliique communiter *ff. de testam.* idem Bart. *in l. 2. in quæst. 5. princ. versic. quæro ergo, & revoco, ff. de vulg. & pupill.* Bero. *consil.* 127. *n.* 1. *li.* 1. Hond. *cons.* 51. *n.* 76. *lib.* 1. Surdus *consil.* 129. *n.* 29. Mantic. *de conjecl. ult. vol. lib.* 12. *tit.* 16. *n.* 10. & 11. Rota *in rec. decis.* 604. *n.* 21. *p.* 5.

2 Nec facit quod liceat Testatori voluntatem suam per Epistolam declarare, *l. Epistolæ* 75. *ff. ad Trebell.* & duo tantum Testes sufficiant, ad notata per gloss. *in d. l. hæredes palam d. §. si quid post factum de testam.* quam sequuta fuit Rota *in Romana successionis* 21. *Junii* 1641. *coram RR. D. Præside Vallisoletan. §. Quoniam objectum.* Procedit enim ubi dispositio est dubia, secus ubi est omninò clara & perfecta, hæc enim non
3 recipit declarationem, nec potest fieri declaratio continens novam dispositionem, nisi adhibitis septem Testibus, aliisque solemnitatibus in Testamento requisitis, ut præter allegatos tradunt ad propositum Jo. de Anan. *consi.* 84. *n.* 1. *vers. Præterea licèt communiter*, & Surd. *consil.* 380. *n.* 51.

Præterea dicta Epistola continet potiùs quandam obligationem, & exhibitionem aliter disponendi, si Crescentius veluerit, quàm novam actualem dispositionem, ut clarè indicant verba illa, *hò mandato presto à V. S. la copia del mio Testamento, che vedesse se era di suo gusto, perche altrimente ne farò un' altro*, & ibi, *se poi vuol che specifichi più chiaro me l'avisi, che ne farò*
4 *un' altro.* Oblatio autem, & exhibitio nisi ad actum producatur nihil ponit in esse, *arg. text. in l. qui decem*, §. *Idemque responsum est*, ibique Bart. *ff. de solut. & in l. servus si hæredi in fin. ff. de testat. liber.* Ideò dum Laura novam dispositionem non fe-
5 cit, in eadem permansisse censetur, & Epistola resolvitur in simplex ratiocinium, ita ut haberi debeat perinde ac si scripta non fuisset, ad *l. si quis sub conditione* 8. *ff. si quis omiss. caus. testam. l. pecuniam* 36. *in fi. ff. si cert. pet.* Menoch. *cons.* 660. *n.* 3. *cum aliis in Arboren Canonicatus* 24. *Jan.* 1633. *Merlino in rec. dec.* 173. *n.* 2. *p.* 6.

Prout etiam nihil relevat quod Anna fuerit tantummodo instituta hæres particularis, proindèque non intret exceptio *l. vindicantem, ff. de evict.* Quia dum om-
6 nia bona, actiones, & jura dotalia Lauræ sequuta acceptatione hæreditatis effecta fuerunt proprium matrimonium Crescentii hæredes instituti, illicò ceciderunt sub hypotheca ad favorem suorum creditorum, unde licet Anna fuerit tantummodo hæres particularis, quæ habetur loco legatarii, adhuc tamen vindicare non po-
7 test hæreditatem Lauræ à Creditoribus Crescentii, cum legatum non debeatur legatario nisi prius deducto ære
8 alieno legantis, *l. universæ, C. de leg.* Bald. *consil.* 222. *n.* 1. *lib.* 4. Alex. *consil.* 5. *sub n.* 2. *lib.* 6. Et Creditoribus competit adversus eum retentio *leg. si non sortem* 26. §. *si centum* ubi Bart. & alii, *ff. de condit. & demonstrat.* Rota *in Faventina bonorum* 27. *Junii* 1586. *cor. Pleito* apud **Marchesan.** *commiss. part.* 1. *fol.* 976. *n.* 2. & coram sanct. mem. Greg. *dec.* 254. *n.* 13. ibique Add. *n.* 7. *& in rec. dec.* 612. *n.* 5. *part.* 3. & *in Maceraten. Spoliani, seu spolii* 12. *Maii* 1608. *coram Manzanedo* post Zanch. *de oblig. Cam. decis.* 130. *n.* 6.

Nec obstat quod legatarius in re legata præferatur 9
cæteris Creditoribus Testatoris, quando hæreditas est solvendo, licèt secus ea reperta non solvendo ut tradit Cin. *in l.* 1. *circa medium*, ibique Alberic. *n.* 2. *C. qui pot. in pig. hab.* quem sequitur Bart. *in l. is cui*, §. *postquam circa fin. ff. ut in poss. legat.* Natt. *consil.* 199. *n.* 8. Surdus *decis.* 316. *n.* 12. eisdemque Creditoribus incumbat onus probandi inopiam hæ- 10
reditatis; ex alleg. per Surd. *decis.* 316. *n.* 14. *cum concordant.*

Quia præter quod (si verum prout dicebant Informantes pro Creditoribus) ex Inventario ab hæredibus universalibus confecto apparet in hæreditate Crescentii nulla alia bona adesse præter jura dotalia Lauræ, & mobilia Urbis ipsi Annæ relicta, prætensiones vero
mobilia Urbis ipsi Annæ relicta, prætensiones vero 11
Palatium, Domus ad usum salsamentariæ ad Rotun-
dam de quibus meminit Rota in Romana Salviani 7. Maii 1646. coram R. P. D. Peutingero, cum sint admodum intricatæ, & involutæ litibus discuti non debent à Creditoribus, ut probat *l. vel à debitoribus ff. de relig. & sumpt. funer.* & firmavit Rota *coram RR. Urgellen. decis.* 212. *n.* 12.

Conclusio procedit in Creditore Chirographario non 12
habente hypothecam, in quibus terminis loquitur Gloss. hujus opinionis magistra *in d. leg. is cui §. Postquam in verbo non habebitur ff. ut in possess. leg.* Secus
vero ubi, prout hic, Creditor ex obligatione Camerali 13
habet hypothecam. Tunc enim præfertur legatario in re legata, etiamsi hæreditas sit solvendo, & in his terminis egregiè firmavit Rota in Asculana Domus 3. Junii 1602. coram bon. mem. Coccino, inter ejus *impress.* 67. *n.* 7. *cum pluribus seqq.* & in Venetina Legati 28. Junii 1623. coram eodem in *rec. decis.* 493. *n.* 26. &
27. *part.* 8. Creditor enim sub obligatione Camerali 14
potest eligere unum ex pignoribus debitoris sibi benè visum pro satisfactione Crediti *leg. qui generaliter ff. qui pot. in pign. hab. & leg. Creditoris, ff. de distract. pig.* Surdus *dec.* 44. *n.* 6. Rota *dec.* 741. *n.* 1. *part.* 3. *recentiores*, & *coram bon. me. Coccino dicta dec.* 67. *n.* 9. ponderans pro ratione quo Testator non potest hoc jus Creditoribus impedire, legatarius vero 15
exercere non valet tacitam hypothecam sibi pro le- 16
gato competentem nisi in eo quod remanet satisfactis Creditoribus, ut monuit Bart. *in leg. Creditoribus n.* 3. *ff. de separat.*

Quod dicitur facultatem disponendi fuisse conditionaliter datam Crescentio, sub conditione scilicet quod infra biennium à die obitus Testatricis tenetur extinguere omnia debita quibus eadem Testatrix reperiebatur obnoxia ibi, *Con obligo però, e poso precisò di sodisfare in termine di due anni doppo la mia morte tutti li miei debiti, nulli quali mi trovo obligata.* Domini non habuerunt in consideratione, advertentes institutionem fuisse puram, & verba superiùs relata non fuisse apposita ad suspendendam dispositionem, sed solum pro ma-
jori declaratione, & ad inducendum in Hærede obli- 17
gationem, & onus solvendi debita Testatoris quæ de jure inerat ex deductis in Viterbien. fideicommissi 17. Febr. 1617. coram Manzanedo *in recent. decis.* 401. *n.* 1. *p.* 4.

Et ita utraque parte, &c.

R. P. D. PEUTINGERO.

Romana Domus.

Lunæ 20. *Maii*, 1647.

ARGUMENTUM.

Agitur latissimè de alienatione emphyteusis ex pacto, & providentia.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Emphyteusis concessa pro se, filiis, ac nepotibus, est ex pacto, et providentia.*

2 *Et proinde talia Bona emphyteutica sunt inalienabilia.*

3 *Clausula*, Ad habendum, *in Investitura apposita, facit emphyteusim hæreditariam.*

4 *Limitatur quando clausula* Ad habendum, *aliquo modo per alia verba restringitur, quia tunc non reddit emphyteusim ex pacto et providentia, hæreditariam in præjudicium vocatorum.*

5 *Concessio pro filiis, et Nepotibus, etc. facit emphyteusim pactionatam.*

6 *Verba*, prout quilibet similis emphyteuta de simili conducta facere, et disponere potest: *apposita in contractu emphyteutico immediatè post clausulam*, Ad habendum, *vires ipsius clausulæ enervant.*

7 *Bona emphyteutica etiam ex pacto et providentia, possunt alienari à primo acquirente.*

8 *Declaratur, si primus acquirens habeat descendentes vocatos in potestate, aliàs ipsis præjudicare non potest.*

9 *Primus acquirens dicitur solus ille, qui investituram stipulatus est, eo verò mortuo, ejus filius non habetur tanquam primus acquirens.*

10 *Primus acquirens, quod possit alienare emphyteusim, intelligitur de primo acquirente ex causa onerosa, non verò ex causa lucrativa.*

11 *Filii, et alii investiti in causa onerosa, dicuntur habere bona illa à primo acquirente, sed in causa lucrativa, illa recipiunt ex liberalitate emphyteusim concedentis, et ex propria persona, tanquam ad illa vocati sub nomine collectivo filiorum, vel descendentium.*

12 *Et hoc secundo casu, bona filius aliunde habet, quàm à Patre.*

13 *Unde sicut Pater adventitia filii bona in ejus præjudicium alienare non potest, ita neque pariter ad ejus præjudicium de ejusmodi emphyteusi disponere valet.*
Præsertim sive consensu domini directi.

14 *Emphyteusis ex causa lucrativa est cum annuus canon est satis tenuis respectu valoris rei, neque primus acquirens aliquam pecuniam domino directo, pro habenda investitura dederit.*

15 *Causa onerosa non resultat in emphyteusi, ex quo acquirens promisit, bona meliorare, Bona enim Ecclesiæ semper conceduntur ad meliorandum.*

16 *Et dum melioramenta non fuerunt promissa in quantitate notabili, adeoque gratia concedentis præponderet, tanto magis dicuntur esse ex causa lucrativa concessa.*

17 *Alienatio bonorum emphyteuticorum valet quando de præjudicio solius domini directi agitur.*

18 *Domini concedentis emphyteusim non interest quòd bona citius ad remotiorem transeant, ad quem alias quandocumque sunt transitura, et ab initio erat notus concedenti, ac secundum ejus voluntatem accedit.*

19 *Alienatio nullo modo tenet, etiam si fiat inter comprehensos in investitura quando per eam fit præjudicium aliis anterioribus in gradu comprehensis.*

20 *Et intra defectus potestatis in alienante, qui neque cum consensu domini ex comprehensis, in præjudicium aliorum comprehensorum, qui ex lege investituræ prius succedere debuissent, disponendo gratificare potuit.*

21 *Dotis privilegio bona emphyteutica alienari possunt, talique modo alienata, mortua muliere, transferuntur ad hæredes.*

22 *Procedit quando solùm consideratur præjudicium domini directi, quia si dominus prætendit caducitatem, vel laudemium, quia dos est causa necessaria, præsertim quando aliunde mulier dotari non potest.*

23 *Quando autem agitur de præjudicio Investitorum in gradu proximiorum alienatio ex causa dotis non tenet, quia in hac in jure dos non reperitur specialiter privilegiata.*

24 *Et tali casu alienatio durat solùm ad vitam emphyteutæ dotantis, eo verò mortuo, bona revertuntur ad comprehensos in Investitura.*

25 *Nisi forte quando dotans ex ipsa lege Investituræ facultatem habuisset, comprehensis investitura præjudicare.*

26 *Statum Urbis cap. 22. l. 1. disponens bona emphyteutica dari posse in dotem, cum non habeat verba universalia apta etiam comprehendere bona Ecclesiæ, alia bona non comprehendit.*

27 *Talia statuta, quamvis auctoritate Apostolica condita, non comprehendunt bona Ecclesiæ, nisi fuerint saltem ibi implicita, et sub universalitate verborum specificata.*

28 *Filiæ plures matri pro virili succedunt.*

29 *Emphyteusi unius lineam ingressa, in ejus descendentia permanere debet, exclusis illis alterius lineæ, donec aliquis de illa linea supersit.*

30 *Pignora, pecunia soluta ipso jure, ad dominum revertuntur.*

31 *Hæredibus ultimi investiti, etiam non comprehensis in investitura, immissio danda est, donec de eorum jure cognoscatur.*

32 *Melioramenta de re emphyteutica non debentur, donec plenissimè probatum fuerit, quid impensum ut melioratum fuerit.*

DECISIO XXXV.

MArgarita Constantina uti filia, & hæres Fulviæ ab A. C. sententiam favorabilem super Immissione in possessionem Dom. de qua agitur contra Margaritam Grappolinam eam possidentem obtinuerat, quam Rota sub die 4. Dec. 1443. coram Me dixerat esse confirmandam, sed hodie ad instantiam ejusdem Grappolinæ causa reproposita, Domini recesserunt à decisis, quia compertum fuit hanc Domum concessam 1
fuisse Alexandro Janotto de anno 1549. pro se, & suis ac nepotibus, & si ex pacto, & providentia ad traditas per Clar. *in §. feudum, q. 9. n. 5.* in his terminis Rota *decis.* 483. *n. 1. par. 4. recent. tom. 2. & decis.* 74. *n. 1. part. 6. recent.* Reverendiss. Urgellen. *decis.* 410. 2
n. 5. & 431. n. 5. Capyc. Latro *decis. 70. n. 41.* Undè hujusmodi bona emphyteutica sunt inalienabilia, Bart. *in l. patroni n. 3. ff. ad Trebell.* Honded. *conf. 55. n. 21. lib. 1.* Surdus, *decis. 324. n. 2.* cum pluribus allegatis per Modern. Fulgin. *de jur. emph. tit. de alien. q. 1. n. 1. & seq.* Rota *dec. 403. n. 1. p. 1. & decis. 211. n. 2. p. 6. rec.* Et ideò resultat non subsistere alienationem primo factam in Martiam filiam primi acquirentis, deindè in Fulviam ejusdem acquirentis neptem ex causa dotis in qua ratione se fundabat decisio, quæ revidetur.

Neque obstat prima responsio adjecta in decisione §. 3
quia dato nimirum, quod vigore clausulæ ad habendum in Investitura appositæ, emphyteusis effecta sit hæreditaria Curt. *conf. 4. n. 1.* Crav. *conf. 256. n. 4.* Cavaler. *dec. 293. n. 2.* Quia quicquid sit quando hæc clausula apposita est in Investitura non pactionata, nec aliquo modo est restricta, in quibus terminis loquuntur Doctores ex adverso allegati, sed certum est apud omnes, quod quando emphiteusis est ex pacto, & provi- 4
dentia, & clausula ad habendum aliquo modo per aliqua verba restringitur, tunc ipsam clausulam non reddere emphyteusim hæreditariam in præjudicium vocatorum,

torum, Menoch. *conſ.* 61. *n.* 20. & *conſil.* 545. *n.* 5. *cum ſeqq.* Gratian. *diſcept.* 344. *n.* 11. Rota *dec.* 11. *cum ſeq. par.* 1. *diverſ. deciſ.* 415. *n.* 21. *p.* 4. *recent. tom.* 3. & *deciſ.* 74. *n.* 9. *cum pluribus ſeqq. part.* 6. *recent.* Attamen in hac inveſtitura non ſolum præcedit conceſſio pro filiis & nepotibus, quæ facit emphyteuſim pactionatam, ſed & mox immediatè poſt clauſulam ad habendum juxta extenſionem in contractibus emphyteuticis fieri ſolitam, de qua per Saluſt. *de contract. rei emph. l.* 1. *cap.* 19. *n.* 9. Sequuntur verba reſtrictiva *Prout quilibet ſimilis emphyteuta de re ſimili conducta facere, & diſponere poteſt*, quæ verba vires clauſulæ ad habendum enervant, cum ſimiles emphyteutæ ſcilicet ex pacto, & providentia bona emphyteutica alienare non poſſint ut in puncto Serap. *dec.* 794. *n.* 8. & *dec.* 1290. *n.* 12. Rota *deciſ.* 10. *n.* 18. 19. *par.* 5. *recent.* 6

Nec relevat ſecunda reſponſio in eadem deciſione allata, quod videlicet primus acquirens potuerit alienare bona emphyteutica etiam ex pacto, & providentia, Rota *dec.* 435. *n.* 13. *p.* 1. *rec.* RR. Urgell. *deciſ.* 295. *n.* 2. Quia alienatio non fuit facta ab Alexandro primo acquirente, ſed ab ipſius uxore, ipſo jam defuncto, quæ tamen deſcendentibus in Inveſtitura vocatis, quos in poteſtate non habebat nullo modo Domum alienando præjudicare potuit, ut diſtinguendo inter alienantem habentem comprehenſos in poteſtate, nec ne, tradit Bald. *in l.* 1. *ante ſi. C. per quas perſonas nobis acq. & in Auth. ſi quas ruinas ſub n.* 10. *verſ. ſed ut dixi. C. de Sacroſ. Eccleſ.* Natta *conſil* 475. *ſub n.* 4. & 5. Grat. *diſcept.* 405. *n.* 2. *cum ſeq.* & primus acquirens dicitur ſolum ille, qui Inveſtituram ſtipulatus eſt, eo verò mortuo ejus filius non habetur tanquam primus acquirens, Rovit. *deciſ.* 94. *n.* 22. Modern. Fulginat. *tit. de renov. q.* 1 *n.* 67. Cyriac. *controv.* 23. *n.* 30. Imo ulterius animadvertendum eſt, quod Doctores admittentes primum acquirentem poſſe alienare emphyteuſim, loquuntur de primo acquirente ex cauſa oneroſa, non verò ex cauſa lucrativa ex optima diverſitatis ratione, quia in cauſa oneroſa filii, & alii inveſtiti dicuntur habere bona illa à primo acquirente, ſed in cauſa lucrativa illa recipiunt ex liberalitate emphyteuſim concedentis, & ex propria perſona tanquam ad illa vocati ſub nomine collectivo filiorum, vel deſcendentium, ut benè diſtinxit Bald. *in d. auth. ſi quas ruinas, n.* 5. *verſ. ſecunda ratio*, & *n.* 6. quem ſequitur Aret. Crot. & alii plurimi relati à Mareſc. *variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 74. *n.* 2. *cum* Gabr. *de jure emphyt. quæſtion.* 2. *nu.* 45. Rota *dec.* 366. *nu.* 2. *part.* 4. & *deciſ.* 50. *nu.* 1. & 2. *part.* 6. *recent.* & Adden. ad Burat. *deciſ.* 822. *n.* 6. & ultra hos tradit Surdus *conſil.* 351. *n.* 28. ubi addit, quod hoc ſecundo caſu bona filiis aliunde habes quàm à Patre, undè ſicuti Pater adventitia filii bona in ejus præjudicium alienare non poteſt, ita pariter neque ad ejus præjudicium de hujuſmodi emphyteuſi diſponere valet, Rota *deciſ.* 741. *n.* 31. & 32. *part.* 4. *tom.* 3. *recent.* præſertim ſine conſenſu Domini directi, Capic. *deciſ.* 70. *n.* 42.

Emphyteuſis verò hujus Dominus eſt ex cauſa lucrativa, cùm annuus Canon ſit tantùm ſcutorum ſeptem neque primus acquirens aliquam pecuniam Domino directo, pro habenda Inveſtitura dederit juxta theoricam, quam tradit Mantica *de tacit. l.* 22. *tit.* 6. *n.* 23. & *tit.* 24. *n.* 18. Mareſcott. *d. cap.* 74. *n.* 1. & *n.* 5. Add. ad Grego. XV. *dec.* 529. *ſub n.* 23. *verſic. Quæ opinio* cum aliis allegatis per Fulginat. *de jur. emphyt. in præludio quæſt.* 16 *n.* 2. *in tit. de contract. emphyt. quæſt.* 1. *ſub n.* 24. Nec ad effectum, ut conceſſio hujus Domus cenſeatur ex facto ex cauſa oneroſa ſufficit acquirentem promiſſis bona meliorare. Bona enim Eccleſiæ ſemper conceduntur ad meliorandum, Modern. Fulginaten. *ſub tit. de var. caducit. quæſt.* 1. *n.* 11. & dum dicti meliorata non fuerunt promiſſa in quantitate notabili, atque gratia concedentis præponderet, tantò magis dicuntur eſſe ex cauſa lucrativa conceſſa, ut per Socc. Baldus Rolandus alleg. à Mareſcott. *d. cap.* 74. *ſub n.* 5. *verſ. ſecus ſi gratia.*

Nec contrarium ſuadet, quod alienatio prius fuerit facta in Martiam & deinde in Fulviam, quæ ambæ in Inveſtitura comprehenſæ ſunt, nam ex hoc capite non ità indiſtinctè alienatio ſuſtinetur, ſed duo caſus diſtinguendi ſunt, unus eſt quando de præjudicio ſolius domini directè agitur, & tunc valet alienatio facta in comprehenſos in Inveſtitura, quamvis remotiores, quia videtur potius refutatio, quàm alienatio. Domini enim intereſt, quod bona citius ad remotiorem tranſeant, ad quem aliàs quandocumque ſunt tranſitura, & ab initio erat notus concedenti, ac ſecundum ejus voluntatem ſuccedit, *ut ex text. in c.* 1. *ſi & ſi Clientulus, de feud. alien.* Surdus *conſil.* 505. *n.* 33. ubi alleg. Concord. Maſt. *deciſ.* 81. *n.* 38. Rota *deciſ.* 741. *ſub n.* 16. *par.* 4. *tom.* 3. *recent.* Alter caſus eſt quando per alienationem aliis anterioribus in gradu comprehenſis fit præjudicium, tunc enim alienatio nullo modo tenet, quia ratio refutationis ſuprà conſideratæ in proximè ſucceſſuro ceſſat, ut diſtinguendo utrumque caſum benè advertit Camillus de Medices *conſil.* 104. *n.* 20. & intrat defectus poteſtatis in alienante, qui neque cum conſenſu Domini uni ex comprehenſis in præjudicium aliorum comprehenſorum, qui ex lege Inveſtituræ prius ſuccedere debuiſſent diſponendo gratificari potuit Pariſ. *conſil.* 10. *n.* 5. Bero. *conſil.* 70. *n.* 36. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 975. *n.* 19. *cum ſeq.* Cephal. *conſ.* 23. *n.* 47. *cum ſeq.* Rota *in Bonon. bonorum emphyteuticorum* 18. *Aprilis* 1597. *coram clar. mem. Card. Hieronymo Pamphilio, & in Bonon. fideicommiſſi de Lucio* 9. *Dec.* 1619. *coram Card. Sacrato.*

Similiter nec tertia reſponſio deciſionis applicatur quod videlicet alienatio facta ſit ex cauſa dictis, cujus privilegio bona emphyteutica alienari potuerunt, talique modo alienata mortua muliere transferuntur ad ejus hæredes ex allegatis per Grat. *diſcept.* 511. *nu.* 9. & 10. Rota *in Romana Domorum* 9. *Dec.* 1641. *coram R. P. D. meo Royas* § *minus obſtare.* Quia videlicet eadem ſupra dicta diſtinctio locum habet quod aut Dominus directus ob alienationem factam ex cauſa Dotis ſine ſuo conſenſu ipſemet prætendit caducitatem, vel laudemium, & hujuſmodi caſu alienatio in præjudicium Domini valet abſque ſolutione laudemii, quia dos eſt cauſa neceſſaria, præſertim quando aliundè mulier dotari non poteſt, & in his terminis loquitur Cald. *de emph. lib.* 4. *cap.* 10. *n.* 24. *cum ſeq.* Rota *in Romana Domorum* 9. *Dec.* 1641. *coram R. P. D. meo Royas*, §. *penultimo & in eadem* 19. *Aprilis* 1644. *coram R. P. D. meo Ghiſilerio*, §. *ſecundum*, *quòd & in Romana Vineæ* 24. *Aprilis* 1646. *coram R. P. D. meo Corrado* §. *altera verò.*

Aut verò ut in caſu præſervati concurrunt inveſtiti in gradu proximiores, & tunc in iſtorum præjudicium alienatio ex cauſa Dotis non tenet, quia in hoc dos in jure non reperitur ſpecialiter privilegiata, ut benè advertit Ruin. *conſ.* 165. *n.* 3. *lib.* 1. ubi quod alienatio durat ſolùm ad vitam emphyteutæ dotantis, eo verò mortuo bona revertuntur ad comprehenſos in inveſtitura Caſtr. *in l. uſufructu. n.* 6. *ff. ſolut. matrim.* Corbul. *de cauſ. privat. ob alien. lib.* 1. *Limit.* 20. *n.* 4. aliique relati à Modern. Fulginaten. *de jur. emph. tit. de alienat. quæſt.* 1. *n.* 262. Niſi fortè quando dotans ex ipſa lege Inveſtituræ facultatem habuiſſet, comprehenſi in inveſtitura præjudicare, ut benè idem Corbul. *declarat. d. limit.* 20. *ſub n.* 4. ibi ſi dotans ſit talis & allegati per Fulgin. *dict. quæſt.* 1. *num.* 263. *in fin.* in quibus etiam terminis loquitur Corn. *conſil.* 51. *n.* 16. *lib.* 3. quem ſequitur Mantica *de tacit. lib.* 22. *tit.* 28. *n.* 41. Grat. *diſcep.* 511. *n.* 10. ibi quando iis potuit præjudicari per primum acquirentem, vel niſi alii comprehenſi ſint hæredes dotantis, iſque etiam in comprehenſorum

rum præjudicium voluerit bono pro dote alienari.

26 Neque Constantiæ suffragatur Statutum Urbis *cap.* 22. *lib.* 1. disponens bona emphyteutica dari posse in dotem, quia cùm non habeat verba universalia apta etiam comprehendere bona Ecclesiæ talia bona non comprehendit, prout in terminis similis statuti loquentis de bonis emphyteuticis fuit dictum in Romana relationis Domus 13. Martii 1595. coram Giptio, & in Romana relocationis Casalis 16. Maii 27 1615. coram Cardin. Sacrato. Et generaliter de Statutis Urbis, quamvis auctoritate Apostolica conditis, quod non comprehendant bona emphyteutica Ecclesiæ, nisi fuerint saltem ibi implicita, & sub universalitate verborum specificata fuit dictum novissimè *decis.* 58. *num.* 28. *cum seq. part.* 9. *recent.* ubi contraria conciliantur, & in aliis citatis per Adden. Burat. *decis.* 880. *sub num.* 6. nec in contrarium potest allegari Romana Dotis 20. Aprilis 1643. coram Reverendiss. D. Cirillo nunc Præside Vallisoletano, quia ibi loquitur de emphyteusi hæreditaria, ut patet in §. *Ideoque procedit.* Prout neque facit decisio in Romana Vineæ 27. Aprilis 1646. coram R. P. D. meo Corrado §. *altera*, quia ibi incidenter tantum fit mentio de Statuto Urbis dict. cap. 22. illaque decisio intelligenda est juxta alias ibi allegatas in supra dicta Romana Domorum coram R. P. Dom. meis Ghisilerio, & Royas, quæ loquuntur in terminis juris communis in præjudicium comprehensorum in investitura.

28 Sed dato denique etiam, & non concesso, quod alienatio hujus Domus valeat pro dote Martiæ, quia tamen ipsi non solum Fulvia auctrix Constantinæ, sed etiam Grappolina, & Septima sorores hæredes extiterant, utique per hoc sententia dans Constantinæ immissionem in totam Domum remanet eo ipso excessiva, cum plures filiæ matri pro virili succedant ex allegatis per Cancer. *var. resol. lib.* 5. *cap.* 2. *n.* 197.

Similiter nihil refert eandem Domum Fulviæ quoque fuisse datam in dotem, quia ex ipso Instrumento 29 dato in Summario Grappolinæ num. 4. apparet fuisse datam in pignus & ad usufructuandum, donec ipsi residuum Dotis scutorum 100. solverentur, nec non alia scuta 200. ipsi ex aliis causis debita, quæ post modum cum fuerint soluta saltem in scutis 266. excessus sententiæ evitari non potest; cum ac si nihil restitutum fuisset condemnatio facta fuit, & immissio in totam Domum Constantiæ concessa, sic satis patet hujusmodi casui malè applicari conclusionem, quod emphyteusis in lineam Fulviæ ingressa, in ejus descendentia permanere debeat exclusis illis alterius lineæ, do- 30 nec aliquis de linea Fulviæ superfit, ut ex pluribus dixit Rota in Romana Domus 25. Junii 1615. coram Cardinali Sacrato, & in Cesenaten. emphyteusis 14. 1635. coram bon. mem. Merlino quia rectè procederet quando titulo emphyteusis in lineam Fulviæ ingressa fuisset. Cæterum quia ingressa est duntaxat jure pignoris, vel antichresis per dict. solutionem pecuniarum, pro quibus ad manus Fulviæ pervenerat resolutum fuit, pecunia enim soluta, pignora ipso jure ad Dominum revertuntur, *l. debitor*, §. *fin. ff. de pignor. actio.* Negus. *de pign. part.* 7. *in princ membr.* 2. *n.* 4. Pariter denique nec Constantinæ servit assertio, quod hæredibus ultim. 31 investiti Immissio danda sit etiam non comprehensis in Investitura, donec de eorum Jure cognoscatur, ut latissimè dixit Rota in Fanen. seu Senogallien. bonorum 14. Martii 1646. §. *exhibuit* coram R. P. Dom. meo Meltio. Quia in præsenti causa Constantiæ Fulviæ hæres non negat bona esse emphyteutico, sed allegat titulum maternum, qui ex d. solutione debiti intinenti probatur resolutus, & sic etiam de bono Jure apparet: Quæ ulterius Domus hujus possessionem de consensu Constantini dictæ Constantinæ fratris tunc viventis Summario Grappolinæ n. 10. & n. 10. cum seq. ingressa fuit prius quam successio Fulviæ ad favorem Constantiæ aperiretur, adeo quod cum sine vitio, & cum titulo hanc Domum possideat, utique est legitima Contradictrix, ad impediendam ipsi Immissionem.

Melioramenta tandem à Constantia prætensa non 32 obstare Domini dixerunt, eo quia Domus hujus status anterior, non fuit probatus, neque quid impensum, aut melioratum fuerit, ut opus esset ex plenissimè, & eleganter allegatis in Romana fideicommissi de Spiritibus 12. Dec. 1644. co. R. P. D. meo Bichio §. *ex quibus resolutum, cum seq.*

Quare pro recessu à decisis resolutum fuit utraque parte informante. &c.

Emin. & R. D. Card. CORRADO.

Romana Vineæ.

Veneris 24. *Junii* 1647.

ARGUMENTUM.

Hæc decisio latè tractat de emphyteusi Ecclesiastica; ejus clausularum natura, caducitate, identitatis rei probatione, associatione domini directi: illius judicio, & causis: spolio, ac reintegratione inde occurrente, ac aliis fusè ad materiam facientibus & obiter incidentibus: adeo ut plenior horum tractatus vix desiderari queat, prout magis distinctè per Summarium.

SUMMARIUM.

1 *Identitas fundi, varia quantitate, et qualitate confinium, quibus prius invenitur descriptus, sufficienter non probatur generalibus demonstrationibus quæ aliis æquè poterat congruere.*

2 *Et in terminis bonorum emphyteuticorum, latè probavit Rota.*

3 *Quod maximè procedit, ubi nullo pacto constat possessores bonorum à primis investitis causam habuisse.*

4 *Caducitas censetur remissa ex petitione mandati, expeditione ac illius executione pro Canone per biennium non soluto, ubi hæc gesta fuerint antè declaratam, vel agnitam caducitatem, petitamque ex ea causa immissionem.*

5 *Et ex his omnibus diligentiis resultat efficax præsumptio actualis solutionis, ac satisfactionis, quæ etiam ex aliis corroborata, et adminiculata inducit justam causam excusandi à caducitate.*

6 *Caducitas in emphyteuta Ecclesiæ, non potest declarari nisi per defectum solutionis Canonum per biennium continuum ante intentatum super ea judicium.*

7 *Nec proindè absque eo potest prætensa justificari.*

8 *Fundus emphyteuticus potest dari in dotem à fœmina sub nomine filiæ, et hæredis in Investitura comprehensa sine alio domini directi consensu.*

9 *Dominus directus, recipiendo annuos Canones à tertio fundi emphyteutici posssessore, absque ullâ protestatione, vel contradictione: dicitur contractum cum eo per emphyteutam gestum, approbasse, et in eum consensisse.*

10 *Locatio ad septennium potest validè fieri ab emphyteuta, absque domini directi consensu.*

11 *Alienatio facta per emphyteutam, non pura, sed conditionalis, et sic suspensa sub expresso pacto, seu reservatione consensus superinde obtinendi in tempus illius præstandi à directo domino, ad nullam dirigitur caducitatem, ipso non interveniente; sed contractus resolvitur, vel pro non facto habetur.*

12 *Clau-*

12 *Clausula* omni meliori modo, *in contractu apposita talis efficaciæ expenditur, ut æquipolleat alii clausulæ magis præcisæ, quæ ibi de natura contractus desideratur, modo aliunde declaretur animus contrahentium conformis.*

13 *Clausula*, alias, etc. *præ se fert conditionem adversativam antecedenti protestationi, atque dissensum protestationis in casu contrario supra expresso, perinde ac si dictum fuisset: aliter habeatur pro non facto.*

14 *In judicio possessorio associationis ad bona emphyteutica ratione caducitatis per emphyteuticam incursæ, quæ probari requirantur.*

15 *Contumacia possessoris, sive detentoris bonorum satis excusatur ob quamlibet causam, etiam probabilem et coloratam, quam haberet contradicendi.*

16 *Mandatum postquam fuit executum in præjudicium partis, conquerentis se fuisse illius vigore injustè spoliatam, non justificatur ex probationibus, quæ in prima justificabant; in secunda instantia adductis, sed debet in pristinum statum ante omnia reponi, ac redintegrari.*

17 *Decisiones plures S. Rotæ, quæ videntur obstare hujus inclusioni, declarantur juxta particulares rationes, ac circumstantias in illis casibus vigentes.*

18 *Sententia ex novis probationibus potest justificari quando agitur de illius confirmatione, non autem si agatur de manutentione ejus, qui de tempore instituti judicii possideat.*

19 *Eademque ratione id ipsum dicitur quando agitur de redintegratione illius, qui injustè fuit spoliatus.*

20 *Nec aliud constitui debet in judicio associationis.*

21 *Mandatum de associando in bonis emphyteuticis, quod à Judice petitur extra judicium ad evitandas rixas, et scandala: nec citationem partis nec causæ cognitionem requirit.*

22 *Quæ citatio et cognitio causæ, ac proinde justificatæ, necessario debent præcedere Judicis decretum in eo, quod petitur in forma judicii, et quando possessor se opponit, et prætensam caducitatem impugnat.*

23 *Sententia, et decreta justificari debent ex eisdem actis.*

24 *Admitti tamen solent probationes et adjuvativæ Antecedentium.*

25 *Conclusio hæc quomodo intelligenda sit.*

26 *Probationes postea, ex culpa vel tarditate unius partis suo tempore missæ factæ in alio judicio, ad justificandam sententiam, seu decretum, non debent parti officere. Et quæ sit ratio.*

27 *Possessio ad effectum redintegrationis expoliati, satis probatur ex ipso Judicio, contra eum per expoliantes instituto, mandatoque petito, ac relaxato.*

28 *Spoliatus dicitur ille, penes quem verè erat possessio, ac proinde redintegrari debet.*

29 *Jus prætensi spoliantis ad effectum impediendi redintegrationem injustè spoliati, debet evidenter constare per confessionem partis, vel rem judicatam ut aliam æquè indubitatam probationem: aliàs enim dici non potest constare de jure vel non jure alterius partis, quandiu contrarium probari valet.*

DECISIO XXXVI.

CUm informantes pro RR. Monialibus non acquiescerent resolutioni in hac causâ factæ 27. Aprilis 1646. coram Me: præcedentes ad hunc mandatum de associando illis ex decisa contra D. Alphonsum Ferrum & q. Petrum ejus uxorem ex eodem processu, vel saltem ex novis probationibus coram Rota productis justificari, atque ideo sententiam Rotalem pro redintegratione ejusdem Terri prolatam non esse confirmandam: Volui considerare secum Dominos qui causâ denuò, quæ fulcitur naturaliter defecisse, fleterunt in decisis.

Quia certum est, quod coram Judice à quo non fuit probatum (ut necessarium erat) Vineam de qua agitur esse eandem, quæ investituris, tunc exhibitis pro parte Monialium fuerunt de an. 1567. 1568. vel q. Antonio de Libertariis, vel q. Nicolao Calderario respectivè concessa, quinimò differebat ab utraque in quantitate, qualitate, & confinibus, ut apparet ex lectura dd. Investiturarum, & monitorii, ac articulorum in illo judicio productorum. Neque generales demonstrationes, quæ aliis æquè poterant congruere sufficiebant, ut explicat Bard. *in leg. demonstratio, sub n. 15. verf. vel quod alius est*, & ibi Castrens. *sub num. 6. verf. vel nisi esset, alia res*, *D. de cond. & demonstr.* & in his terminis latè probavit Rota penes bon. mem. Burat. *decis. 132. n. 8. verf. nec ad probandam identitatem*, &c. *ac per tot. & recent. decis. 295. sub nu. 8. verf. & tamen ad probandam identitatem, ac per tot. p. 1.* Nec ullo pacto constabat reos conventos à præfatis investitis causam habuisse, ut fuit consideratum in Romana Devolution. 17. *Martii* 1621. *coram bon. mem. Card. Verospio in rec. dec. 281. n. 4. verf. prout nec similiter*, &c. *& per tot. p. 4. tom. 2.* 1 2 3

Minusque fuerunt justificatæ causæ prætensæ caducitatis; nam illa deducta ex non solutione canonum per biennium eliditur prorsus ex partitis exhibitis librorum ipsius Monasterii, ex quibus constat illos fuisse solutos usque ad annum 1615. & ex petitione facta pro non solutis de anno 1616. pro quibus non solum fuit relaxatum mandatum, sed executum, ac consummatum per captionem pignorum, subhastationem, ac deliberationem, deputat usque præterea ad instantiam Monialium Custos Vineæ ad percipiendos illius fructus usque ad integram satisfactionem, ut apparet ex eodem processu per acta Lucarelli sub diebus 30. Augusti, 13. Sept. & 8. Octob. dicti anni 1616. transportato ad Rotam, ex quibus sanè ante declaratam, vel agnitam caducitatem, petitamque ex ea causa immissionem, vel associationem gestis censetur remissa caducitas, si quæ ideo fuisset incursa. Surd. *dec. 317. sub n. 11. & n. 14. verf. tota ergo difficultas*, & in his terminis respondit Rot. *in Romana Domus 17. Junii 1619. coram bon. mem. Mazan. in recent. decis. 708. n. 5. verf. ultra quod & seq. part. 4. tom. 3.* comprobat modern. Rom. *discept. 633. n. 39. verf. Ita ut, ac seqq.* Eoque magis quia ex prædictis omnibus diligentiis resultat efficax præsumptio actualis solutionis, ac satisfactionis, quæ etiam corroboratur, & adminiculatur ex aliis publicis actis, & attestationibus respectivè sub diebus 7. Octob. 1616. & 21. Maii 1617. & 8. Nov. 1641. pariter productis, ex quibus apparet notabilem viri quantitatem ex eadem vinea ad Moniales eo anno pervenisse, ac proinde, vel satis inde justificatur illarum satisfactio, vel saltem inducitur justa causa excusandi dd. Conjuges à caducitate, ut fuit dictum in Florentina prætens. devolut. 18. Maii 1622. penes Burat. *decis. 624. n. 7. verf. quæ probabilis credulitas, & seq.* & post alios idem Roman. *d. discept. 633. sub n. 4. verf. cum etiam, & seqq.* Atque ideo quando facta fuit declaratio caducitatis, ac institutum super ea judicium de anno 1617. die 22. Junii non vigebat defectus solutionis canonum per biennium continuum, qualis requirebatur ad d. effectum in emphyteuta Ecclesiæ *juxt. text. in c. potuit*, §. *emphyteuta quoque ext. de locat.* & Auth. *Hoc jus porrectum in §. qui rem. C. de Sacr. Sanct. Eccles.* & Auth. *De non alienand. §. sive autem*, nec proinde ex eo poterat justificari prætensa caducitas, ut fuit conclusum, *in dicta decis. 708. part. 4. tom. 3. recent. & sæpè in aliis.* 4 5 6

Alia verò deducta ex alienationibus factis à Porria, quæ jure dotis Vineam hanc tandiu tenuit primùm in Joan. Baptistam Guidum, & deinde in d. Alphonsum Ferrum ejus secundum virum nullius erat considerationis, cum non fuerint probata, atque exhibita instrumenta 7 8

menta dotalia, ex quibus constaret, quod illius dominium fuisset in eorum viros simpliciter translatum. An potius tradita in fundum dotalem quod (præsupposita etiam identitatis probatione) Portiæ licuisset absque alia Domini directi consensu, tanquam filiæ, ac Hæredi Alexandri caput, & consequenter comprehensæ in concessione illi facta ab eisdem Monialibus ex Instrumento sub die 27. Febr. 1595. celebrato ac per ipsum eo judici producto, Specul. *in tit. de emphy.* §. *nunc aliqua*, n. 133. *vers. centesimo nono quæritur*, Jas. *in l. fin. sub n.* 107. *vers. primo ergo*, *C. de jur. emphyt.* Crav. *consil.* 215. *n.* 3. *vers. in contrarium est veritas, cum seq.* Corbel. *de caus. priv. ob alien. limit.* 20. *sub num.* 1 *vers. amplitur*, Pasc. *consil.* 53. *sub n.* 1. *vers. & de donatione in dotem*, & *fuit dictum in Romana Dominorum coram R. P. D. meo Royas* 9. *Dec.* 1640. *in* §. *minus obstare dicebant Domini*, & 16. *Jan.* 1643. *in fin.* §. & *coram R. P. D. meo Ghislerio* 18. *Apr.* 1644 *in* §. *sciendum vers. Et licet etiam deducantur.* Idemque admiserunt Moniales recipiendo annuos Canones à præfatis Guido, & Ferro eorum, ac Portiæ nominibus, absque ulla pro-
9 testatione vel contradictione, ut apparet ex dictis partitiis, quo pacto dicuntur contractus cum eis gestos approbasse, & in eos consensisse ad *l. Paulus*, *ff. rem ratihab.* Rom. *cons.* 103. *sub n.* 5. *vers. His tamen non refragantibus, ac seqq.* Rim. *sen. cons.* 16. *sub n.* 23. *versic. quæ idem operatur*, & Rimin. jun. *cons.* 22. *à n.* 8. *vers. istis tamen non obstantibus, ac seq.*

Quatenus autem adducebantur venditiones successivè factæ per dd. Conjuges Carolo Antonio Braschæ die 8. Augusti 1617. & Jo. Francisco Rochæ 24. Maii 1618. neque ex eis justificatur caducitas; Nam (præter quod posterior non fuit in judicio probata) in utraque fuit reservatus in primis, & ante omnia consensus Monialium, & non aliàs, &c. Ac ulterius conventum quod dominium, ac possessio Vineæ remanerent penes venditores, nec esset in emptores translata, donec pretium integrè fuisset solutum infra septennium, quo pendente illis concessa fuit titulo locationis sub annua pensione conventa ut legitur in Instrumentis pro parte Monialium exhibitis, & neutra habuit effectum, nam prima post sex circiter menses fuit revocata ob non implementum Braschæ, altera verò resoluta ob mandatum de associando ad favorem Monialium de mense Septembri ejusdem anni relaxatum, & executum, & novam concessionem ab eis factam præfecto Rochæ die 4. Febr. 1619. in quod nulla ex hujusmodi contractibus de-
10 duci potuit caducitas contra dd. Conjuges, non quidem ratione locationis, quæ absque Domini directi consensu pro eo tempore valide fieri potuit Specul. *in tit. de Emphyteus. d.* §. *nunc aliqua*, *n.* 149. *quæst.* 113. Cal. *in* §. *Emphyteusis*, *quæst.* 19. Franc. Cald. *de jur. emph. lib.* 4. *c.* 1. *n.* 14. *vers. quo argumento*, & *seqq.* neque ratione alienationis, quæ non fuit pura sed conditionalis, & ex vi, ac amplitudine d.
11 reservationis suspensa in tempus præstandi per Dominium directum consensus, ita ut anteà haberentur pro non factis, ob idque nulla ex eis fuit incursa caducitas secundum receptiorem, & æquiorem DD. sententiam, quam sæpiùs Rota probavit in decisionibus relatis in antecedenti sub die 27. April. 1646. coram Me in §. *Præterea cum seq.* ubi in §. *nec denique obstat*, fuit plenè responsum pacto in eisdem Investituris apposito.

Nec relevat, quod in primo Instrumento celebrato cum Brascha non legantur postea verba, reservato in primis, & antea omnia consensu prædictarum Monialium, &c. Clausola, & non aliàs, &c.

Quia loco illius leguntur aliæ, æquipollentes scilicet, de quo protestatus fuit, &c. omni, &c. aliàs, &c. quæ satis manifestè declarant animum contrahentium, eorumque nexum demonstrant voluntatem reservandi consensum, ac jura Domini directi, eo meliori modo quo expediebat pro validitate contractus, ponderando clausulam illam (omni meliori modo) Crav. *consil.* 141. *n.* 3. *vers. & istud sine dubio procedit*, Rota penes 12
Veral. *dec.* 91. *n.* 5. *vers. præsertim p.* 1. *ac dec.* 366. *n.* 11. *vers. præsertim, part.* 1. *divers.* & penes Sanct. mem. Gregor. *dec.* 204. *n.* 19. *vers. Sed etiam addit*, & *in recent. decis.* 943. *sub n.* 4. *versic. licèt autem part.* 4. & *decis.* 962. *n.* 6. *vers. cum in contractu eadem part.* 4. *to.* 2. Ac etiam excludunt eorum voluntatem, & con- 13
sensum aliter contrahendi, ponderandi sequentem Clausulam aliàs, &c. quæ præfert conditionem adversativam antecedenti protestationi, atque dissensum protestantis in casu contrario supra expresso, perinde ac si dictum fuisset, & aliter habeatur pro non facto *leg. Alias* ibique gl. 1. *ff. de jur.* gloss. *in l. divortio in verb. alias ff. de negot. gest.* Bart. *in l.* 1. *n.* 12. *vers. quintò quæro*, &c. *ff. de cond. & dem.* Jas. *in* §. *in personam sub n.* 8. *vers. in textu*, & *sub n.* 23. *vers. non obstat etiam textus noster*, *instit. de Action.* & post alios probat Tiraq. *de retract. lignag.* §. 8. gloss. 6. *sub n.* 1. Rota *dec.* 192. *sub n.* 7. *vers. fuit responsum & seq. part.* 5. *rec.*

Quare ex prædictis infertur non obstare quod in judicio possessorio leviores sufficiant probationes.

Quia (præter quod ex processu ipso satis apparet judicium per Moniales intentatum, ac prosecutum non 14
fuisse purum, ac simplex possessorium) esto quod fuisset ejusmodi, attamen necessarium omninò erat probare tria illa requisita in antecedenti *decis. deducta in* §. *fuit responsum quod etiam in possessorio*, & in Decisionibus repetitis per informantes pro Monialibus *in rec. dec.* 290. *n.* 9. *vers. in quo sufficit part.* 1. & *dec.* 325. *sub n.* 5. *vers. Et nihilominus part.* 3. & *dec.* 79. *n.* 8. *vers. præsertim part.* 4. *decis.* 163. *n.* 1. & 3. *vers. dubitatum solum fuit de extinctione ipsius emphyteusis, part.* 7. & *latius in portuen. stagn.* 27. *Aprilis* 1630. *coram Emin. D. meo Card. Panzirolo ad fin. princip. vers. cum igitur ad obtinendum in hoc judicio*, &c. nempe concessio non fuit justificata ob defectum legitimæ probationis identitatis, ut supra dictum fuit. Illiusque extinctionem, ad finem, vel ob deficientiam comprehensorum in ea, vel ob aliam legitimam causam. Et demum contumaciam possessoris vel detentoris bonorum in eorum restitutione, quæ neque fuerunt probata; nam extinctio emphyteusis non fuit deducta ob lineam finitam, cum viveret adhuc Portia filia, & hæres Alexandri investiti, (cujus etiam supersunt filii) sed ob canones non so- 15
lutos, & alienationes factas, quæ quidem non consistebant, ut ex præmissis apparet; Ideoque cessabat etiam contumacia possessorum, cum justam haberent contradicendi causam, licet probabilis, & colorata sufficiens esset pro illorum excusatione, ad *leg. igitur*, & *generaliter*, ubi DD. *ff. de libert. caus.* & firmavit Rota penes Card. Seraph. *dec.* 794. *n.* 20. *vers.* & *causa dubitabilis*, & sa. mem. Gregor. *decis.* 388. *n.* 4. *vers. ex quibus* ac Burat. *de decis.* 624. *n.* 8. *vers. prout etiam*, & *in recent. dec.* 261. *num* 5. *vers. cum adhuc qualibet causa part.* 1. & *decis.* 232. *n.* 2. *vers. Accedit*, *p.* 2. & *d. decis.* 281. *n.* 5. *vers. Et proinde p.* 4. *tom.* 2. & *dec.* 293. *n.* 23. *vers. Tum quia agebatur p.* 6.

Deinde non obstat, quod probationes deficientes in eo judicio suppleantur ex productis coram Rota, quibus mandatum D. Judicis à quo benè possit justificari.

Quia neque ex productis coram Rota justificantur adductis caducitatis causæ, ut hactenus fuit probatum: 16
Neque etiam ex his posset justificari mandatum postquam fuit executum in præjudicium partis conquerentis se fuisse illius vigore injustè spoliatum, sed debet in pristinum statum ante omnia reponi ac redintegrari *just. decis. Chisanen.* 172. quam Rota sequitur, ut apparet ex Decisionibus relatis in antecedenti §. *Nam equidem attendere* &c. & in Romana fideicomm. Vinæ de Alexiis 18. Maii 1590. coram bon. me. Penia *in* §. *cæterum*

Domini

Domini & ſeq. & penes Conſitol. *dec.* 78. *nu.* 8. *verſ. quamquam*, & Coccin. *deciſ.* 73. *nu.* 2. *verſic. & cùm agatur*, ac Burat. *dec.* 848. *ſub n.* 6. *verſ. quia ſententia*, &c. & latè comprobat aliis relatis Modern. Rom. *diſcept.* 734. *à nu.* 5. *verſ. præterea*, & *n.* 22. *verſ. & quicquid alii teneant*, refert Deciſiones concordantes.

Neque ab hac concluſione Rota receſſit in Deciſionibus allegatis pro Monialibus, ſed juxta particulares rationes ac circumſtantias in illis caſibus vigentes reſponſum fuit; nam in caſu *dec.* 356. *p.* 3. *lib.* 3. *diverſ.* fuerat apprehenſa poſſeſſio nomine Cameræ vigore Brevis removentis vitium ſpolii, ut ibi legitur *nu.* 1. *verſ. præterea & n.* 5. *verſ. & omnium votis, ac ſeq.* & comprobatur penes Veral. *dec.* 180. *part.* 3. In caſu dec. ejuſdem Verall. 114. & 115. *p.* 5. non agebatur de juſtificatione ſententiæ exequutæ, ſed exequendæ, & de illius confirmatione, ut ex eis apparet, & fuit animadverſum penes Cocc. *dec.* 417. *n.* 8. *verſ. quia fuit reſponſum*, & RR. Urgell. *dec.* 133. *n.* 6. *verſ. præterea & ſeq.* In caſu *dec.* 453. *part.* 2. *rec.* præceſſerant tot probationes coram primo Judice, quæ ſufficere poterant etiam pro juſtificatione illius ſententiæ, ut in ea legitur *ſub n.* 3. *verſ. accedit*, &c. Et menſura- 19 tio poſteà producta non tantum reddebat magis perſpicuam ejus juſtitiam, verum & injuſtitiam poſterioris ſententiæ redintegratoriæ A. C. convincebat, quòd etiam ex novis probationibus ad effectum impediendi illius executionem fieri poterat, ut ibi *ſub n.* 4. *Verſ. nam cùm hodie agatur*, & penes Verall. *d. deciſ.* 114. *n.* 2. *verſ. & ſicut ſententia*, *part.* 3. & Cocc. *dec.* 56. *ſub n.* 3. *Verſ. Et licèt inſtrumenta.* In illa vero coram eod. Coccin. 417. *ſub n.* 8. *verſ. neque releva*t, &c. dicitur ſententiam ex novis probationibus poſſe juſtificari, quando agitur de illius confirmatione, non autem ſi agatur de manutentione ejus qui de tempore inſtituti judicii poſſidebat, ut in ea legitur, eademque ratione idipſum dicitur, quando agitur de redintegratione illius, qui injuſtè fuit ſpoliatus, ut reſpondit Rota in d. Romana fideicomm. Vineæ de Alexiis coram Penia, & penes Card. Seraph. *dec.* 279. *n.* 5. *Verſ. Nam ſi ad effectum exequutionis*, &c. in aliis prælegatis.

20 Nec aliud conſtitui debet in judicio aſſociationis ex traditis in Romana Domus ad Imag. Pontis coram bon. mem. Cardin. Lancell. relata per Theod. *de Rub. in ejus ſtyn. part.* 1. *fol. mihi* 347. *in §. limitatur iſta concl. n.* 9. *Verſic. Tametſi talis expulſio ac ſeq.*

21 Quia concluſio ibi firmata procedit in mandato de aſſociando, quod à Judice petitur extra judicium ad evitandas rixas & ſcandala, in quo nec citatio, nec cauſæ cognitio requiritur de quo loquitur dicta deciſ. & glia in Velitern. Caſalis 11. Dec. 1579. coram eodem quæ eſt *dec.* 806. *n.* 3. *Verſ. non obſtat Decretum Judicis cum ſeq. part.* 4. *diverſ.* & declarat Alex. *conſ.* 131. *In cauſa inter Univerſitatem*, *n.* 4. *Verſ. tamen ſecus eſt l.* 4. Jaſ. *in l.* 2. *ſub n.* 113. *verſ. Si autem proprietarius Cod. de jur. emphyt.* Neguſ. *de Pign. part.* 4. *ſub n.* 23. *verſ. Tertia decima concluſio, & ſeq. & verſic. ſecundo modo*, Urſil. ad Aſſlict. *dec.* 326. *ſub n.* 1. *& ſeq.* in eis allegati, & diſtinguendo explicat Rota in Regien. bonorum 20. Decembris 1613. coram bon. mem. Seleucien. *in §. non obſtat*, quod ubi petitur per Judicem aſſociatio, & nuper in Romana ſeu Velitern. reſtit. in integr. 17. Dec. 1646. coram R. P. D. meo Bichio *in §. Hæc verò nullitas evitari non poteſt*, & latè Cald. *de jur. em-* 22 *phyt. l.* 4. *cap.* 17. *n.* 42 *verſ. verum & ſub n.* 59. *verſ. quorum ego ſententiam ac ſeq.* Non autem in eo quod petitur in forma judicii, ut factum fuit in hoc caſu, & fieri decet quando poſſeſſor ſe opponit, & prætentam caducitatem impugnat, tunc enim citatio & cauſæ cognitio, ac proinde juſtificatio neceſſaria præcedere debet Judicis Decretum juxta ſententiam Spec. *in tit. de emphyt. §. Nunc aliqua ſub n.* 62. *verſ. Tu dic, ac ſeq.* & Bart. *in leg.* 2. *n.* 3. *verſ. mihi videtur & ſeq. Cod. de jur. emphyt. & in l.* 3. *n.* 14. *verſ. Si enim non præceſſit, & n.* 26. *verſ. mihi autem videtur, & infr. C. de pign.* Corn. *conſ.* 163. *ſub n.* 3. *verſ. Aut. emphyteuta recognoſcit Dominum*, *lib.* 3. Afflict. *deciſ.* 97. *n.* 2. *verſ. & pro deciſione ac ſeq.* Gabr. *conſ.* 67. *à n.* 17. *verſ. Illa etiam ratione lib.* 2. Corbul. *de cauſ. priv. ob non ſolut. canon. quæſt.* 12. *ſub n.* 3. *verſ. tertia fuit opinio*, Rota penes Mantic. *dec.* 194. *ſub n.* 2. *verſ. quia Domini cenſuerunt, & ſeq. & in Bonon. de Cardinalib.* 11. *Jan.* 1602. *coram bon. mem. Card. Pamphil.* penes Marchef. *de commiſſ. part.* 2. *fol. mihi* 545. *ſub n.* 2. *verſ. neque obſtare*, *quod dicebatur*, *& in Ariminen. Devolut. bonorum coram bo. mem. Card. Sacrato* 27. *Junii* 1608. penes Modern. Peruſin. *de Manuten. dec.* 111. *à n.* 7. *verſ. non obſtat*, *ac ſeq. &* 16. *Febr.* 1609. apud eumdem Marchef. *part.* 1. *fol.* 566. *ſub n.* 1. *verſ. quibus non obſtare viſum fuit*, & bon. mem. And. *deciſ.* 56. *n.* 6. *verſic. Hinc ceſſat aliud objectum*, *& ſeq. ac deciſ.* 61. *n.* 71. *verſic. nec relevat*, *& in d. Regien. bonorum coram Seleucien. in §. Præterea conſiderabant Domini*, & *in recent. dicta deciſ.* 409. *ſub n.* 7. *verſ. quia Reſpondebatur p.* 1. & ex aliis probat Modern. Roman. *dicta diſcept.* 633. *ſub n.* 1. *verſ. tamen iſtud pactum*, *& plur. ſeq.*

Præterea non obſtat, quod etiam poſt ſententias & 23
Decreta, quæ ſpecialiter juſtificari debent ex eiſdem
actis admitti ſoleant probationes coadjuvativæ ante- 24
cedentium.

Quia concluſio hæc intelligenda eſt ſano modo quan- 25
do ſcilicet ſententiæ ſeu Decreta hujuſmodi impugnantur ex novis; vel præceſſit ſubſtantia probationum ad inſtruendum animum Judicis neceſſaria, licet pro familiaritate judicii, vel pro majori illarum elucidatione aliquid deſideretur, ut declaravit Rota in Cæſarauguſtana Portionis 16. Nov. 1605. coram bo. me. Juſto penes Marchef. *de Commiſſ. p.* 11 *fol.* 340. *ſub n.* 4. *verſ. quoniam præmiſſa*, idemque ſenſit. *in dec.* 479. *n.* 2. *§. non obſtat*, *verſ. ſecus autem ubi agebatur p.* 4. *diverſ.* & per Add. ad *ſ. m.* Greg. *dec.* 272. *n.* 9. *verſic. ſed tamen* &c. Non enim decet ex culpa, vel tarditate unius partis, tam grave alteri præjudicium inferri, quæ ubi præcedentes probationes ſufficere cognoviſſet, poterat à lite deſiſtere, ac celeri ſatisfactione Judicis ſententiam, & mandatum prævenire, poſſeſſioniſque & fructuum ac majoris diſpendii, vel alias graviores fortè evitate jacturas, quas illis non præcedentibus injuſtè paſſa fuit, ut ſenſit etiam Rota in hac eadem cauſa coram Reverendiſſ. Domino Carrillo 27. Nov. 1641. *in §. nec ad tollendum primum fundamentum*, *& in § fin. verſic. & ideo.* Quare non applicatur caſui noſtro in quo probationes factæ coram Judice à quo non erant procul dubio ſufficientes, aliæ verò exhibitæ coram Rota ex parte quidem ſunt coin- 27
tegrales, non autem ſimpliciter adminiculativæ, & ex parte omninò novæ.

Non obſtat demùm quod redintegratio non comperat Alphonſo; vel quia poſſeſſio hujus Vineæ non eſſet penes illum eo tempore quod fuit per Moniales apprehenſa, ſed in dictos Braſcham, vel Rocham prius tranſlata; vel quia in præſentia conſtet de bono Jure Monialium, quod longo etiam ejus ſilentio fuit comprobatum.

Quia poſſeſſio illius non ſolùm ſatis probatur ex ip- 28
ſo judicio per Moniales contra eum principaliter inſtituto mandatoque petito ac relaxato, ut fuit dictum penes *ſ. m.* Greg. *dec.* 458. *n.* 2. *verſ. de qua conſtat*, & in Romana Domus 16. Febr. 1632. coram bon. me. Pirovano penes Modern. *de manut. dec.* 336. *num.* 2. *v. quæ petitio*; verùm etiam ex d. Inſtrumento cum Braſcha celebrato per eas tunc, & ex alio cum Rocha modò exhibito, in quibus dominium, & poſſeſſionem ſibi ſpecialiter reſervavit, ac præfictis Vineam locavit pro tempore ſolutioni prætii ſtatuto. Ideoque cum penes eum eſſet verè poſſeſſio, ipſe principaliter dicitur fuiſſe ſpoliatus ac proinde redintegrari debet ad *l.* 3. §. *quod*

quod si servus, leg. si colonus, & l. seq. §. si conditio, ff. de acquir. poss. & l. fin. ff. de vi & vi armat. Soc. *cons.* 49. *num.* 3. *v. ex quibus omnibus, lib.* 3. Gabriel, *comm. concl. lib.* 5. *de restitut. spoliat. concl.* 5. *n.* 2. *vers. Decim. quarto amplia*, Menoch. *de recup. rem.* 1. *n.* 62. *vers. quæro quarto, & seq. ac rem.* 15. *n.* 49. *vers. quæro octavo, & seq.*

29 Jus autem RR. Monialium non est clarum, sed controversum, & quoad prætensam caducitatem ex hactenus deductis elisum, cùm tamen ad hunc effectum impediendi redintegrationem injustè spoliati necessarium esset, quod de eo evidenter constaret per confessionem partis, vel rem judicatam; aut aliam æquè in dubitatam probationem; aliàs enim dici non potest constare de jure, vel non jure alterius partis quandiu contrarium probari valet. Gabr. *cons.* 51. *num.* 17. *quia hæc exceptio & seq. lib.* 1. Rota penes Ægid. *dec.* 103. Non videtur constare Varall. *dec.* 175. *num.* 4. *versic. & quia constat notoriè p.* 3. & Coc. *dec.* 389 *sub n.* 1. *vers. & in omnem eventum, ac in recent. d. dec.* 409. *num.* 5. *v. Tertiò apponebatur, & dec.* 537. *sub num.* 5. *vers. Sicuti licet dicatur p.* 1. *& dec.* 229 *num.* 4. *& propterea, ac dec.* 471. *num.* 5. *v. & propterea, non dicitur. p.* 2. & fuit etiam consideratum *in d. Regien. bonor.* 20. *Decemb.* 1615. *coram Seleucien. in §. nec relevat. exceptio*, & aliis relatis probat modern. Rom. *d. discept.* 734. *à n.* 23. *vers. non obstat prætensæ retentio. & plur. seqq.* Neque objectas temporis cursus legitimam præscriptionem non attingens illi potest præjudicare, ut fuit responsum *d. dec.* 409. *n.* 8. *vers. non obstat taciturnitas, part* 1. *rec. & in aliis.*

Et ita fuit conclusum utraque parte informante, &c.

REVERENDISS. D. DUNOZET. DECANO.

Verulana Bonorum.

Lunæ 5. *Julii.* 1649.

ARGUMENTUM.

Attentatorum materia, secundum præcipuas inspectiones ad terminos judicii enucleatur.

SUMMARIUM.

1 *Attentata purgantur mediante manutentione spoliati.*
2 *Depositum ritè et rectè factum, vel à parte approbatum, parit effectum liberationis.*
3 *Attentata petuntur revocari via privilegiata.*
4 *Veniens autem ex alia via, neglecta via attentatorum, non gaudet illius privilegio.*
5 *Attentatorum purgationis prætextus quoad expensas, damna et cætera, quæ sunt purganda, non potest retardare processum negotio principali, quando de illis non constat saltem in genere et attentas potest supplere mediante deposito unius Julii, cum oblatione solvendi residuum, facta liquidatione.*

DECISIO XXXVII.

1 ATentata commissa per Communitatem Verulanam Domini dixerunt esse purgata, nam possessio capta intra terminum ad appellandum in vim mandati de redintegrando relaxati à Judice commissario suspecto allegato cum appellatione ab ulteriori processu fuit dimissa, ac plenariè restituta Antonio, & aliis de Spanis mediante manutentione eis à Rota in gradu appellationis concessa unde respectu hujusmodi attentati nil aliud remanet purgandum, cum manutentio benè deserviat pro illius revocatione ad trad. per Cancer. *variar. resol. c.* 14. *num.* 74. *p.* 3. Fontanell. *de pact. nup. clauf.* 7. gloss. 3. *part.* 10. *n.* 10. *tom. ultim.* Rota *dec.* 15. *n.* 5. post Pacific. *de Salvian. dec.* 1176. *num.* 6. *coram Seraphin. & decis.* 380. *num.* 3. penes bon. mem. Coccin.

Respectu fructuum nulla afferebatur probatio illos fuisse perceptos à Communitate, imò tantum abest quod hoc probetur, quin potiùs constat de contrario, quando quidem simul ac illa ingressa fuit possessionem bonorum controversorum, Spani obtinuerunt à bon. m. Cardinali Virili tunc Signaturæ Justitiæ Vicepræfecto nonnullas litteras provisionales directas Ordinario Verulano, quarum vigore ipse mandavit deponi, prout in effectu fuerunt depositi omnes fructus penes idoneam personam, quemadmodum benè probant instantiæ Judiciales postmodum factæ ab eisdem de Spanis contra depositarium pro recuperandis dictis fructibus; Quare cùm depositum tanquam factum ad instantiam dictorum de Spanis, fuerit ab eis approbatum, Communitas remansit totaliter liberata ex vulgata regula, quod depositum ritè, & rectè factum; vel à parte approbatum parit effectum liberationis, Surd. *cons.* 86. *n.* 32. Grav. *cons.* 107. *n.* 2. 2
Rota *dec.* 2911. *nu...* post. Cen. *de consib. dec.* 339. *n.* 19. *p.* 4. *tom.* 2. *rec.* Add. ad sanct. m. Greg. XV. *dec.* 480. *n.* 7.

Quod verò ad expensas judiciales, videlicet transportationis actorum, registri, ac mandati de manutenendo, animadvertentes DD. quod illæ fuerunt factæ pro judicio manutentionis petitæ ex parte nullitatis, & injustitiæ, ut patet ex decisione edita coram Reverendiss. Tarracinen. 21. Febr. 1628. dixerunt nil esse purgandum. Nam privilegium recuperandi expensas in causa attentatorum factas antequam prosequatur negotium principale, competit petenti revocationem attentatorum per viam extraordinariam Justitiæ, implorando scilicet officium judicis mercenarium principaliter, quoniam hæc vocatur via privilegiata, ut docet Lancell. *de attent. part.* 3. *c.* 21. *quibus & quot mod. attent. revoc. num.* 15. *in fin. vers. & ista est via, & in fin. c.* 30. *de priv. attent. n.* 2. Alex. *cons.* 89. *lib.* 1. *in fin.* 3

Non autem suffragatur ei qui penitus neglecta via attentatorum revocationem obtinet per viam alicujus actionis beneficio nullitatis vel injustitiæ, cum hujusmodi via non proveniat ex privilegio attentatorum, ut trad. Lancell. *dict. tr. de attent. d. p.* 3. *c.* 21. *num.* 38. *vers. quamvis enim*, nec sit privilegiata, ut via attentatorum, idem Lancell. *d. tr. de priv. attent.* cum aliis ibi relatis. 4

Aliæ autem expensæ extrajudiciales, damna, & interesse quæ prætenduntur à dictis de Spanis, nullo modo probantur, propterea sub prætextu purgationis attentatorum non potest retardari processus in negotio principali, cum hujusmodi exceptio solummodo illum retardet, quando constat saltem in genere de eo quod venit purgandum, quo casu attentans, quia est aliquo modo certus, si vult procedere ad ulteriora tenetur liquidare, sive saltem impetrare Commissionem, in qua præfigatur terminus adversario ad liquidandum expensas, damna & cætera quæ sunt purganda, sed quando prout hic de prædictis non constat saltem in genere attentans potest supplere, prout supplevit Communitas mediante depositi unius Julii, cum oblatione solvendi residuum facta liquidatione, ut benè explicat Add. ad sa. mem. Gregor. XV. *dec.* 403. *sub n.* 9. & fuit novissimè dictum in Civitatis Castellanæ attentatorum 5. Maii 1669. cor. Me. 5

Atque ita utraque, &c.

R. P. D. MELTIO.

Cenat. Emphyt.

Veneris 15. Martii 1652.

ARGUMENTUM.

Emphyteusis ex pacto & providentia, per suos articulos latè expenditur, ad inferendum præcipuè circa renovationem, quid juris sit de comprehensis in investitura, & quid de proximioribus. Plura de alienatione, ac ipsius translatione; graduum prorogatione; linearum ratione, & consimilibus.

SUMMARIUM.

1 *In emphyteusi hæreditaria, instantia cœpta per defunctum, trânsit in hæredem.*

2 *Quod secùs est in emphyteusi concessa ex pacto, et providentia, ubi, ut suffragatur instantia defuncti, debet hæres esse de comprehensis in Investitura.*

3 *Repræsentatio non admittitur in emphyteusi Ecclesiastica sub hac forma, pro se, filiis, et nepotib.*

4 *In tali enim casu non defertur jure hæreditario, sed jure contractus, et ita filius non assumit locum Patris.*

5 *Et hac de causa, quia in emphyteusi sub tali forma concessa; unusquisque ex propria persona, censetur vocatus.*

6 *Et ea ratione, quod in tali casu succedatur, non Jure hæreditario, sed jure sanguinis.*

7 *Emphyteusis ut duret, non solum requiritur quod extent vocati, sed ulterius quòd ipsi etiam sint intra tempus in Investitura limitatum, aliàs semper dicitur emphyteusim expirare, et dominium utile consolidari cum directo.*

8 *In emphyteusi, prorogatio gradus concessionis in personas non approbatas, sine consensu, non est admittenda.*

9 *Sententia, quæ dat immissionem non habenti requisita copulativè necessaria, tam temporis, quàm vocationis, ad bona emphyteutica, uti injusta, est revocanda.*

10 *Pactum de revocanda appositum in Investitura, operatur ut proximiori debeat investiti emphyteusi extincta ex quadam æquitate desumpta ex doctrina Bart. tam de Jure, quàm ex Indulto Pontificio.*

11 *Ex quibus oritur quidem actio personalis competens contra Ecclesiam pro consequenda renovatione emphyteusis, sed non inde acquiritur jus reale, quo agi possit contra tertios, in quos bona cum consensu domini fuerunt alienata.*

12 *Decisiones Sacræ Rotæ, quæ prima facie videntur adversari huic conclusioni, non obstare declarantur: ex quo in diversis terminis loquuntur.*

13 *Remissio juris futuri inducitur per promissionem factam inter contrahentes de habendo perpetuò rato contractu, juncta promissione de evictione, et aliis clausulis amplissimis respicientibus, non solum jus præsens, sed etiam jus futurum.*

Et probatur de magis communi.

14 *Reservatio juris tacita, in contractu non inducitur ubi alterius juris in eodem contractu est facta renunciatio expressa: quia id pariter, si voluissent, partes expressissent.*

15 *Observantia subsecutiva contractus, declarat contrahentium intentionem.*

16 *Emphyteusis translatione semel facta valida in alios, non attenditur amplius linea primi acquirentis, nec illius proximitas, sed eveniente casu renovationis, illabetur proximioribus ejus, in quem facta fuit alienatio.*

17 *Insinuatio in contractibus minorum requisita à constitutione Ægidiana, præsumitur ex cursu triginta annorum cum observantia intervenisse.*

18 *Agnati acquirentes, et primi investiti, qui lapso tempore, renovationem ex æquitate prætendunt, nullum jus quæsitum habent in re, sed tantùm in spe, quod ad effectum inficienda alienationem emphyteusis alias valide factam, non censetur considerabilem.*

19 *Renovationi emphyteusis ut sit locus, res debet ad dominum directum esse reversa.*

20 *Emphyteutica res legitimo jure manet penes illos, in quos fuit validè facta alienatio, antecedente nova investitura à domino directo: ad præjudicium eam proximiorum primi acquirentis, ampliatur, n. 24. et 25.*

21 *Emphyteutica res titulo divisionis, unius lineam ingressa, in ea continuare debet usque ad totalem illius extinctionem.*

22 *Et in hac, dicta in feudo, habent etiam locum in emphyteusi.*

23 *Et in emphyteusi Ecclesiastica.*

24 *Emphyteutica res uni ex hæredibus investiti in partem obventa, donec superest aliquis ex dicta linea, alii de diversa linea, etiam si sint in investitura comprehensi, non admittuntur.*

25 *Et ita si emphyteusis pervenit ad aliquem, durat in eo ejusque descendentibus, non solum masculis, sed etiam fœminis.*

DECISIO XXXVIII.

EPiscopus Cesenaten. an. 1569. titulo emphyteusis 1
investivit pro sexaginta futuris annis ad renovandum, de quadam domo in dicta Civitate existen. Gasparem Argentinum seniorem pro se, ejusque filiis, & nepotibus masculis ex recta linea masculina tantum descendentibus, prout ex instrumento dictæ concessionis Summ. Argentinæ. *n.* 1. Dicta domus ex divisione deinde secuta anno 1599. post obitum dicti Gasparis primi acquirentis inter Joannem Franciscum, & Gasparem juniorem ejus filios pervenit ad Joannem Franciscum qui ann. 1600. de consensu Episcopi eam vendidit Dominis de Bandis, qui novam investituram obtinuerunt Defuncto postmodum dicto Joan. Francisco, & ex eo superstite tantum Hippolyta unica ejus filia, Gaspar junior tanquam in investitura comprehensus instituit anno 1628. judicium immissionis coram Vicario Cæsenæ contra illos de Bandis, sed post nonnullos actus, cum tempus sexaginta annorum in investitura præfixum expirasset, non fuit causam ulterius processutus, & dictum judicium semper siluit usque ad annum 1650. quo tempore renovata instantia ac prosecuto immissionis judicio per Silviam Gasparis junioris ex Argentino filio neptem, emanavit sententia absolutoria ad favorem dictorum de Bandis, quæ in secunda instantia fuit ab A. C. revocata, concedendo Silviæ petitam immissionem ac removendo illius de Bandis ab investitura. Ab hac sententia commissa mihi causa appellationis, Dubitavi an dicta sententia A. C. esset confirmanda vel infirmanda, & Domini pro infirmatione responderunt ex utroque vitio tam nullitatis quàm injustitiæ.

Nullitas visa fuit resultare ex eo, quod Silvia prosequuta fuit judicium immissionis introductum de anno 1628. à Gaspare juniore tanquam in investitura comprehenso, quod facere non potuit, nam ipsa est tantum proneptis Gasparis senioris primi acquirentis, & sic non est de comprehensis in investitura, quæ gradum nepotum non egreditur.

Neque

Neque infantia, & iis coepta per dictum Gaspa-
rem potuit Silvia, etiò quod ipsa fuerit facta Gaspa-
ris heres, ad hunc effectum suffragari, quia cum
sit, sicut in emphyteusi non hæreditaria quo casu in-
stantia coepta per defunctum transit in hæredem. *l. si*
pendente 31. *de figuratione actus*; *ff. de jud.* Bart. *in l. Lu-*
cius §. 8. *negotium ad fin. ff. ad Trebell.* Mohed. *decis.*
2. *de judic.* sed in emphyteusi concessa pro filiis,
& nepotibus, & ita ex pacto, & providentia, insti-
tuendi in tali casu transeat in hæredem debet is
esse ille comprehensus in investitura, & in his ter-
minis loquitur Peregr. *de fideic. art.* 53. *n.* 26. *vers.*
Limita, &c.

Neque contrahensionem pretendere valet Silvia
ex eo quod præcedat subingressio locum Argentini
ejus patris, siquidem reparatorio non admit-
titur in emphyteusi ecclesiastica facta sub hac forma
verborum, filiis, & nepotibus, ex communiori sen-
tentia, quam sequitur Bald. *in Auth. post. fratres,*
C. de sacr. Eccles. Camer. in dec. [illegible] *ita*, §. *in fideic.*
commiss. ff. de legat. 2. Sec. Jason. *consil.* 73. *n.* 17.
vol. 1. Menoch. *de præs.* 495. *n.* 19. & 20. &
de arbitr. cas. 12. Mantic. *de conject. ultim. lib.* 22. *tit.*
de fideic. n. 9. *cum seq.* ubi quod in tali casu non de-
fertur jus hæreditarium, sed jure consolidationis, & ita
fuisse mentem illius testatoris hoc idem defendit Cap.
Tusc. decis. 129. *per totam*, 2. ubi terminis similis
emphyteusis de filiis pro tempore filiis & nepotibus, tenet non
dari præsentationem, eo quia quisque censetur
ex propria persona vocatus, & hanc opinionem uti
veriorem probavit etiam Rota *decis.* 219. *num.* 4.
de regular. in antiq. tract. p. 4. *diversi* ex ratione, quod
filius qui succedatur non jure hæreditatis, sed jure
proprio.

Non etiam visum fuit posse vim aliquam fieri in
præmissis ex clausulis factis à filiis Gasparis junioris ad-
dictis viginti libris, & quæ sunt nepotes primi acquiren-
tis, ad favorem Silviæ, quia cum emphyteusis, de
qua agitur, jam diù expiraverit per lapsum sexa-
ginta annorum investituræ præfixorum, unique nul-
lus per modum successionis subsistit, etiò quod esset de
investitura emphyteutica petenda, cui tamen hujusmodi
clausulæ eadem requirunt, quod constet vocati. sed
quod si etiò fuit intra tempus in investitu-
ra [illegible] à filiis Gasparis dictæ emphyteusis ex-
tincta, & hominium inde consolidari cum directo,
Rebuff. in addit. ad Speculat. tit. de locat. n.
ampliat. n. 172. *quæst.* 145. Ruin. *consil.* 167. *n.* 12.
vol. 1. *Mascardus conclus.* 1200. *consil.* 119. *in prosecut.*
vol. 2. *vol.* 1. ubi agitur de concessione facta
[illegible] *de renovando*; Cotta *de*
[illegible] *fol. mo.* [illegible] *fideicom.* *n.* 9. *cum*
[illegible] Rota *in Ecclesia bonorum* 20.
[illegible] *Bichio*; ratio similitudinis est
[illegible] quia cum ea non
[illegible] dos jura operari
[illegible] Bichii, alias ipso facto
[illegible] gratias concessis in personas
[illegible], quod non declarandum *juxta*
[illegible] *cons.* cum aliis copiose rela-
[illegible] *Mandos. de jur. emph. tit. an alien. q.* 1.
n. [illegible]

etiam infallibile DD. confirmant d. [illegible]
[illegible] revocandum, quia in eorum favorem
[illegible], quæ non obtinent emptionis nisi in investi-
[illegible] emptionis temporis, &
[illegible] facta per lapsum temporis limitati in
[illegible], prout in casu nostro, ubi
[illegible] Rota
[illegible] Julii 1631. coram R. P. D.

Neque talis insufficientia evitari potest præsertim sub 10
& quatenus extincta fuisset dicta emphyteusis, nihilo-
minus illius renovatio Silviæ ut proximiori concede-
retur, tam ex æquitate defumpta ex doctrina Bart. *in*
leg. 1. §. *permittunt*, *ff. de aqua quot. & æstiv.* quàm
ex Instituto fa. me. Innoc. VIII. emanato per Lonis
emphyteuticis Cæsenæ, ac etiam ex pacto de reno 11
vando in investitura posito, quia ex his oritur qui-
dem actio personalis competens contra Ecclesiam
pro consequenda renovatione emphyteusis, sed non
inde acquiritur jus reale, quo agi possit contra
tertios, prout sunt Domini de Binis in quo bonâ
cum consensu Domini fuerant alienata juxta verio-
rem opinionem, quam tuentur Gab. *cons.* 68. *num.*
12 & 13. *vers. quia res non est integra lib.* 2. Angel.
cons. 184. *n.* 2. *vers. & illa verba ad recuperandum.*
Alexander. *cons.* 56. *num.* 3. *vers. nec prædicta vol.* 2.
Mantic. *tac. lib.* 22. *tit.* 23. *n.* 5. *vers. tertia deducitur*,
Rota *eo. Greg. dec.* 348. *n.* 3. *vers. & per illud nullum*,
& ibi Add. *lit. B. dec.* 567. *n.* 2. & nuper in pendio
firmatum fuit in Cæsen. emphyteusis 23. Jun. 1631.
coram. R. P. D. meo Alberg.

Neque contrarium decisum fuit coram Durante *de-* 12
cis. 451. quia ibi non fuit allegatus articulus, An pro-
ximiori liceret agere judicio immissionis contra ter-
tium investitum ante obtentam renovationem, sed tan-
tum an jus ei competeret petendi renovationem post-
quam Dominus directus alteram investierat, sicetiam
non contraficiunt decisiones in Cæs. bonorum 8. Apri-
lis 1647. Jan. 1648. coram Me. Quia in eo ca-
su Dominus directus sub juramento, & obligatione
Camerali promiserat investire proximiorem ultimi
investiti, statim atque obtenuisset beneplacitum Apos-
tolicum, unde cum illud deinde obtentum fuisset jure
merito resolutum fuit pro immissione ad favorem pro-
ximioris, cum haberet jus in re quæsitum ex præce-
denti promissione cum juramento, & hypotheca quæ
hic prorsus deficit.

Præterea penitæ, & à Silvia obtentæ immissioni val-
dè obstare etiam Domini dixerunt divisionem fac-
tam anno 1599. inter Joan. Franciscum & Gaspa-
rem juniorem, à quo Silvia prætendit habere cau-
sam; etenim cum dicta divisio concepta legatur ver- 13
bis, & clausulis amplissimis respicientibus non solum
jus præsens, sed etiam futurum, prout colligitur,
tum ex pacto apposito, nullo unquam tempore litem,
& quæstionem inferendi super bonis in parte obvenis,
quod omne tempus includit, tum ex promissione per
dividentes facta indendi dictam divisionem perpetuo
ratam, juxta etiam promissionem evictionis ex qui-
bus inducit remissionem juris fatui firmant communi-
ter Doctores in *l. qui Romæ*, §. *duo fratres*, *D.*
de verb. oblig. Cur. sen. *cons.* 62. *col.* 17. *vers. quæ-*
rò præsertim his, art. jur. *cons.* 49. *Col. penult. versic. omissa.*
Parl. *cons.* 71. *nu.* 8. & 9. *vers. eo magis lib.* 3. Hon-
dedeis *consil.* 53 *num.* 15. *lib.* 1. Gabr. *de fideicomm.*
conclus. 1. *num.* 23. ubi de magis communi, aliisque
plures, quos refert, & sequitur Giovagnon. *consil.* 14
100. *n.* 72. *lib.* Tum ex sola reservatione jurium pa-
terni fideicommissi, quæ indicat, ut si dividentes
voluissent reservare jura emphyteusis, id pariter ex-
pressissent *lege unica*, §. *sin autem ad effectum. C.*
de cadue. tollend. Rota *in recent. dec.* 669. *n.* 2.
part. 1. *vers. & confirmatur*, & benè Giovagn. *dict.*
consil. 100. *num.* 72. *lib.* 1. Gabr. *de fideicomm. con-*
clus. 1. *num.* 40. Tum demum subsecuta obtentio 15
ex eo indocta, quod neque ex dividentibus bona
existentia sibi in divisione obvenura sib realiena-
ri signum evidenter est, quod licet non per dictum
dividentem in una emphyteusis reperiretur, ac quamlibet
[illegible] *dominum* [illegible] *ad*
[illegible] *Ruin. cons.* 115. *num.* 11. *vers. quia vero*
[illegible] *lib.* 2. Rota *in Romana jurisdictionis* 5. *Iri-*
[illegible] *Rom.* 1600. §. *cum vero, vers. ac secundum*
[illegible] *R. P. D. meo Sacco*, [illegible] *quod*

Franciscus aliter ex dividentibus potuerit controversam dictum de consensu Domini directi alienare, prout alienavit in illos de Bandis, qui novam investituram reportarunt, atque ita malè contra eos concessa fuerit immissio ad favorem Silviæ, quæ nullo modo ei competere poterat, neque jure com-
16 prehensionis, quia ipsa non est de vocatis, neque jure renovationis, quia semel facta valida transmissione emphyteusis in alios, non attenditur amplius linea primi acquirentis, nec illius proximitas, sed eveniente casu renovationis illa debetur proximioribus ejus in quem facta fuit alienatio, ad tradita per Corn. *consil.* 250. *num.* 3. *lib.* 3. *v. & ideo censeatur concessa emphyteusis.* Gabr. *cons.* 68. *n.* 13. *lib.* 2. Mantica *de tac. lib.* 2. *tit.* 23 *n.* 5 Rota *coram Sen mem. Greg XV. dec.* 348. *n.* 1. *& seqq.* ub Adden. *sub lit. D.* allegat plures concordantes Benint. *dec.* 87. *per totam.*

Neque pro relevanti habita fuit objecta nullitas divisionis deducta ex defectu insinuationis in contractu minorum, quales erant dividentes de tempore contractus divisionis requisitæ à constitutione Ægidiana,
17 quia illa præsumitur ex cursu triginta annorum cum observantia, Ruin. *consil.* 23. *num.* 1. *lib.* 5. Felin. *consil.* 2. *num.* 22. Rota *dec.* 122. *num* 5. & 6. *dec.* 447. *n.* 2. *part.* 1. *recentiores.* Et licèt Gaspar litem de anno 1628. moverit, de quo tempore à die divisionis elapsi tantum fuerant 29. anni, non exinde excludetur allegata præsumptio solemnitatis; quia lis à dicto Gaspare introducta non fuit super nullitate divisionis ex defectu solemnitatum, sed ex eo, quia prætendebat per obitum Joan. Francisci sine liberis masculis bona emphyteutica ad se reverti debere.

Nec etiam obstat, dictam alienationem, prout novam investituram non potuisse validè fieri in præjudicium nepotum ex propriis eorum personis vocato-
18 rum, quia quidquid dici posset respectu comprehensorum, tamen respectu agnatorum, qui ipso tempore renovationem ex æquitate prætendunt, alienatio subsistere videtur, quia nullum jus quæsitum habent in re sed tantum in spe, quod ad hunc effectum non censetur considerabile & ulterius, quia ut sit locus re-
19 novationi, res debet ad Dominum directam esse reversa, quod hic dici non potest. Non stante alienatio-
20 ne, & nova investitura concessa ab Episcopo ad favorem illorum de Bandis, domus hodie penes ipsos reperitur, ut in his terminis firmat Ruin. *consil.* 45. *n.* 20. *vers. nec præjudicatis, vol.* 1. Gabr. *de jur. emphyt. concl.* 1. *num.* 26. Caldas *de renovat. emphyteut. lib.* 1. *quæst.* 9. *in princip.* Gabriel. *consil.* 36. *num.* 21. *lib.* 1. *& consil.* 78. *n.* 12. *lib.* 2.

Demum tollere quamcumque difficultatem hoc unum posse videtur, quia admissa etiam nullitate alienationis, & novæ investituræ cum controversia domus titulo divisionis pervenerit in Joan. Fran-
21 ciscum, atque ita ingressa fuerit ejus lineam, in ea continuare debet usque ad totalem illius extinctionem *ad textum expressum in cap.* 1. *in fine de natura succes. feud.* ubi Baldus *num.* 1. Afflict. *n.* 77. qui
22 licèt loquantur de feudo, habet locum etiam in emphyteusi, ut voluit Ruin. *consil.* 166. *n.* 10. & *cons.* 9. *n.* 5. *lib.* 1. *versic. quinimo videtur.* Corn. *consil.* 263. *num.* 10. *lib.* Hondedeus *consil.* 36 *num.* 35. *lib.* 1. loquens de emphyteusi Ecclesiastica, Natt.
23 *consil.* 22. *num.* 1. *lib.* 1. cum aliis latè cumulatis in *Cæsenatem emphyteusis* 14. *Dec.* 1635. §. *secundo quia coram bon. mem. Merlino*, & per modern. num Fulginaten. *de emphyt. lib. tit. de successore in bon. emphyt. quæst.* 2. *n.* 18. ubi commendat decisiones Rotales firmat, quod quando emphyteutica uni ex hæ-
24 redibus investiri in parem debent, prout in terminis casus nostri donec lapsa sit quis ex recta linea, alii de diversa linea etiamsi fuit investitura comprehensi non ad eo tractantur, & ita si emphyteusis pervenit ad aliquem datur in eo, ejusque descendentibus non solum mas-
culis, sed etiam fœminis ut præter suprà allegatos con 25
sulverunt Bero *consil.* 93. *n.* 26. *lib.* 1. Decian. *consil.* 98. *n* 13. *lib.* 3. Mantica *de tac. lib.* 22. *tit.* 27. *n.* 18. & in specie eodem *lib.* 23 *tit.* 33. *num.* 17. Cum itaque ex Joan. Francisco superstes adhuc sit Hypolyta filia, nullo modo controversa domus emphyteutica redire potuit ad lineam Gasparis Joan. Francisci fratris à quo descendit Silvia, quæ immissionem reportavit, sed illa in omnem casum, quo prædicta cessarent, prout benè subsistunt, remanere deberet in dicta Hippolyta.

Atque ita resolutum fuit, utraque parte informante, &c.

R. P. D. ROYAS.

Milevitana Hæreditatis.

Lunæ 17 *Decembris* 1646.

ARGUMENTUM.

Agitur de materia donationis inter vivos, quæve potissimum ad illam concurrant. Item aliqua, ex quibus arguatur donatio causa mortis. Item, & de materia Spolii respectu bonorum Ecclesiasticorum. Item & de constituto donationi appositio.

SUMMARIUM.

1 *Donatio universalis omnium bonorum competit immissio post mortem donantis contra tertium, tam ex remedio*, lege fin. Cod. de Edict. D. Adrian. tollen. *quàm ex Silviano.*

2 *Donatio acceptari potest etiam post mortem donantis, si modo donator medio tempore bona in alium non transtulerit titulo singulari.*

3 *Bona Ecclesiasticorum præsumuntur acquisita ex redditibus Ecclesiæ, et ideò cadunt sub spolio, n.* 14.

4 *Donatio inter vivos reputatur, si quis id claris verbis, et iisdem id expresserit.*

5 *Spolium non intrat in his, quæ transferuntur etiam in infirmitate, si ex ea infirmitate disponens non decedat, etiam quod effectus translationis collatus sit in tempus mortis.*

6 *Donans inter vivos tenetur sibi reservare certam quantitatem causâ testandi.*

7 *Clausula constituti, clausula ad habendum, insinuatio, ac promissio rati, conveniunt naturæ donationis inter vivos, n.* 8. *et* 9.

10 *Reservatio facultatis revocandi donationem, tam in vita, quàm in morte, est vehemens Conjectura donationis causa mortis, nisi urgeant potentiores conjecturæ in contrarium.*

11 *Per reservationem facultatis revocandi donationem adhuc donatio dicitur irrevocabilis inter vivos, resolubilis, tam quatenus donans disposicio, n.* 10.

13 *Bona donata revocabiliter cadunt sub spolio. In quibus terminis intelligatur, n.* 14.

15 *Testes licèt deponant de proprio judicio, tamen si reddant optimam rationem scientiæ, probant.*

16 *Ecclesiasticus sive Clericus, quidquid impendit in victu, et vestitu, præsumitur impendere de rebus Ecclesiæ.*

17 *Clericus, de quæsitis aliunde quàm ex redditibus Ecclesiæ, potest testari.*

18 *Fructus bonorum patrimonialium, ac laicalium non cadunt sub spolio.*

19 *Exceptio turbida, et requirens altiorem indaginem, non impedit immissionem.*

20 *Donatarius universalis reputatur loco hæredis.*

21 *Constitutum cessat si sit stipulatum eo absente, et constituta vias in vita constituentis non acceptaverit*

verit, nec ad effectum possessionis sufficit stipulatio Notarii, n. 23.
Aut juramentum, n. 24.
22 *Animus requiritur ad acquirendam possessionem.*
24 *Juramentum respicit personam donantis, non supplet consensum donatarii absentis.*
25 *In donatione merè lucrativa acceptatio non est necessaria, secus in aliquiter onerosa.*
26 *Medium impedimentum impedit retrotractionem.*

DECISIO XXXIX.

Dictum fuit coram me sub die 19. Febr. præteriti esse concedendam manutentionem, nec non immissionem Andreæ Vassallo tunc solum informanti in bonisque Bartholomæi Vassalli Decani Eccleſiæ Meliten. ejus Germani fratris vigore donationis inter vivos ei factæ per dictum Bartholomæum, subsequuta hæredis institutione; qua decisione hodie revisa (informante etiam Camera magistrali eminentissimi magni Magistri, quæ spolii prætextu possessionem bonorum, de quibus agitur, dicto Bartholomæo vita functo apprehendit) Domini steterunt in decisis quoad immissionem; quo verò ad manutentionem à decisis recesserunt.

Nam quoad immissionem benè subsistunt illius fundamenta, cum verum sit dicere præfatum An-1 dream Vassallum esse donatarium universalem bonorum dicti Bartholomæi fratris, quam donationem remansisse confirmatam dicebant Domini per successionem ei delatam ex testamento, quibus omnibus in casibus immissio fuit meritò concessa ex remedio *l. final. Cod. de edict. Divi Adrian. tollen.* vel ex Salviano, dum bona extant penes tertium ob hypothecam in donatione appositam pro observantia donationis. Menoch. *de adipiscend. remed.* 3. *num.* 55. Rota *decis.* 44. *num.* 4. *part.* 1. *diverſ. & decis.* 539. *num.* 1. *part.* 5. *decis.* 178. *in princip.* & post. Pacif. *de Salv. dec.* 98. *num.* 4 Ad quem effectum exuberat acceptatio donationis etiam post mortem Bartholomæi donatoris, quando medio tempore donator dominium in alium non transtulit titulo 2 singulari, ut in casu nostro, & ratio est in promptu, quia per stipulationem Notarii donatio remansit ab initio perfecta ex parte donatoris, & irrevocabiliter transiata in Donatarium actio pro observantia donationis; Covar. *de testam. part.* 3. *n.* 13. Molin. *de primog. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 77. Cancer. *var. resol. tom.* 1. *c.* 8. *de donat. num.* 43. Castill. *controv. jur. lib.* 4. *cap.* 37. *num.* 45. *& seqq.* ubi latè exornat, & adducit concordantes Marcabrum *conſ.* 10. *num.* 15. *& seqq.* Surdus *decis.* 111. *num.* 5. 10. *&* 11. Modern. *Assisten. dec. form. Eccles.* 81. *nu.* 25. *verſ. quia respondetur*, Rota *dec.* 683. *num.* 5. *part.* 1. *diverſ.* quidquid in contrarium dixerit Caphal. *conſ.* 440. *n.* 44. dum communis opinio stat contra eum ex supradictis Doctoribus, ac decisionibus supremorum Tribunalium.

Nil obstat, quod bona controversa uti priùs spec-3 tantia ad Bartholomæum Decanum Eccleſiæ Meliten. cadant sub spolio ad favorem Cameræ magistralis, cum ea præsumantur acquisita ex redditibus Eccleſiæ, ut per Didac. *in cap.* 1. *num.* 6. *cum seqq. de testam.* Surdus *consil.* 333. *num.* 14. quia sat est dicere quod agatur de bonis donatis à Clerico beneficiato mediante donatione inter vivos, dum Bartholomæus præfatus 4 dixit, se donare irrevocabiliter inter vivos, unde talis reputatur. *lege non aliter de leg.* 3. *leg. Labeo de suppellect. legat.* Barthol. Imol. Castrenſ. Alexand. & Jason. *in lege quæ dotis, D. solut. matrimon.* Menochius *præsump.* 35. *num.* 2. *lib.* 3. Jason. *conſ.* 5. *colum. penult. lib.* 5 3. *& consil.* 169. *col. ult. lib.* 4. Decian. *consil.* 305. *per tot. &* 470. *num.* 1. *&* 6. nec inde intrat spolium, licet donatio facta legatur ab infirmo, dum ex illa infirmitate non decesserit, Jason. *in l. quæ dotis, num.* 28. *D. solut. matrim.* Jo. Francis. à Ponte *conſ.* 83. *num.* 5. *lib.* 1. etiam effectus donationis fuerit collatus post mortem, Baldus *in l.* 2. *C. de jur. dot.* Jo. Franc. à Ponte *d. conſ.* 83. *n.* 61. *& seqq. lib.* 1. Rota *dec.* 9. *n.* 24. *& seqq. part.* 7. *recent.* præsertim dum idem Bartholomæus sibi reservavit certam quantitatem causa 6 testandi, quæ reservatio fuisset superflua, nisi donasset inter vivos: cum tunc de omnibus bonis potuisset disponere. Ruin. *conſ.* 182. *n.* 1. 7. *lib.* 1. *Baldus conſ.* 197. *n.* 2. *lib.* 2. Socc. sen. *conſ.* 53. *n.* 3. *& seqq. lib.* Panzir. *conſ.* 59. *n.* 93. *&* 94. Menoch. *præsumpt.* 33. *lib.* 3. Mastr. *decis.* 211. *n.* 23. Rota *dec.* 9. *n.* 2. *p.* 7. *rec.*

Quibus accedit quod donator apposuit clausulam 7 constituti, & clausulam & habendum, quæ alioquin essent ineptæ ut per Rol. *conſ.* 61. *n.* 45. *&* 48. *l.* 2. Surdus *conſ.* 45. *n.* 26. Cyriac. *controv.* 314. *n.* 15. Rota *decis.* 9. *n.* 21. *part.* 7. *rec.* & in Lau- 8 tana donationis 20. Febr. 1641. coram Eminentissimo Cardinale Verospio, voluitque donationem insinuari infra tres dies, aliàs haberi pro insinuata, quæ insinuatio congruit donationi inter vivos, Mantic. *de conject. lib.* 1. *n.* 16. promisitque omnia in donatione contenta, rata, & grata habere, quæ verba operantur pariter, at donatio censeatur inter vivos. Alex. *conſ.* 14. *n.* 1. *vol.* 1. *&* *conſ.* 78. *n.* 4. *vol.* 4. 9 *conſ.* 7. *n.* 14. *vol.* 6. Natt. *conſ.* 104. *n.* 6. Rol. *conſ.* 8. *n.* 26. *vol.* 1. *conſ.* 61. *n.* 43. *vol.* 2. Bell. jun. *conſ.* 8. *n.* 6. *&* 7. Gabr. *concl.* 9. *n.* 7. *lit* 4. *de jur. jur.*

Minus obstat quod donator voluerit sibi licere, donationem revocare tam in vita, quàm in morte, quem 10 esse vehementem conjecturam pro reputanda præfata donatione causâ mortis inculcabant informantes pro Camera magistrali, cum tale pactum repugnet illius substantiæ Doct. *in l. Seia. §. ultim. D. de don. cauſ. mort.* latè Bell. jun. *dicto conſil.* 8. *num.* 22. *& sequentib.* Menoch. *conſil.* 1092. *num.* 27. Mart. *vot.* 77. *n.* 1. Molin. *de prim. lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 40. *&* 52. Rota *decis.* 9. *num.* 13. *p.* 7. *recent.*

Sed fuit per Dominos responsum, præfatam conjecturam non sufficere, quando, ut in casu nostro urgent potentiores conjecturæ in contrarium ut in præsenti, quibus concurrentibus dicta donatio sic concepta reputatur inter vivos, resolubilis tamen quatenus donator alienet, sive aliter disponat de bonis donatis; 11 Mantica *conject. ultim. vol. lib.* 1. *tit.* 13. *num.* 20. Natta *consil.* 270. *num.* 4. Seraph. *decis.* 559. *num.* 21. Rota *decis.* 456. *num.* 26. *part.* 4. *tom.* 3. *recent.* Quæ conjecturæ non concurrebant in casu Doctorum adductorum in contrarium.

Nec pariter obstat, quod bona donata revocabiliter 12 cadant sub spolio. Port. Imol. *conſ.* 114. Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 31. quia fuit animadvertendum, 13 Port. Imol. non loqui in terminis revocabilitatis, provenientis ex dispositione magis accedente ultimæ voluntati; quam contractui inter vivos, & quando constat bona fuisse acquisita ex redditibus Eccleſiæ, ut in specie Grat. *disc.* 381. *n.* 6.

Sed cessat omnis difficultas, ex quo bona, de quibus 14 agitur nullo modo possunt cadere sub spolio, quatenus etiam spolium dictæ Cameræ magistrali competeret, quia cùm redditus Decanatus non excederent scuta 200. vel 300. ut testes comprobant, & ex testibus constet, quod Decanus, defunctus pro sui servitio detinebat tres famulos, duas Asellas, & mulam, civi- 15 les vestes induebat, & cibis melioribus vescebatur, qui testes hoc benè comprobant, licet deponant de proprio judicio, dum reddunt optimam rationem scientiæ. Farin. *de testibus, quæst.* 68. *num.* 111. Buratt. *decis.* 430. *n.* 2. Rota *part.* 1. *diverſ. decis.* 73. *n.* 2. quæ omnia minori impendio, quam scutorum 300. quinimo 500. fieri valuisse non est hæsitandum, inde satis dicitur probatum, quod quidquid acquisivit dictus Bartholomæus Vassallus decanus, non acquisivit ex bonis Eccleſiæ, 16 sed ex propria industria licita, & permissa, cum esset

Juriſconſultus, quidquid verò fuit impenſum in victu, certè præſumitur impenſum ex redditibus Eccleſiæ, Innoc. *in capite cum inoffic. num.* 4. *de teſtam.* Menoch. *de arbitr. cap.* 195. *num.* 5. 7. & 8. *cum ſeq.* Caputaq. *deciſ.* 503. *lib.* 1. *in manuſcript.* unde ſequitur, quod redditus Decanatus fuerunt conſumpti in victu, & 17 veſtitu dicti Bartholomæi Decani; de acquiſitis verò aliundè, quam ex dictis redditibus Eccleſiæ, valuit certè idem Decanus teſtari etiam ex diſpoſitione juris communis, *Auth. licentiam Cod. de Epiſcop. Cler. cap. relatum il.* 2. §. *Cæterum, cap. quia nos de teſtam.* Covarr. *in c.* 1. *num.* 11. *verſic. & Presbyteris eadem tit.* Rota *in Forolivien. de Monſignanis* 26. *Febr.* 1603. *coram Penia.*

Accedit omnibus, quod hodie eſt in cauſa dicta Camera magiſtralis, quæ ſolùm prætendit acquiſita ex fructibus dicti Decanatus, cujus prætenſio remanet eliſa, nedum ex impenſis ſuprà ponderatis, verùm etiam quia dictus Bartholomæus defunctus plura bona 18 patrimonialia ac merè laicalia habuit, & antequam Decanatum aſſequeretur poſſidebat Archipresbyteratum ejuſdem Eccleſiæ annui reditus ſcutorum 250. cujus fructus nullo pacto cadunt ſub ſpolio ob conſtitutiones felic. record. Pii Quarti, & Pii Quinti; quo circa remanſit clarum, acquiſitiones factas non eſſe ex redditibus Decanatus, meritò dictum fuit, Andreæ Vaſſallo dandam eſſe immiſſionem uti hæredi, ſive ex teſtamento remedio *leg. fin.* ſive ab inteſtato remedio *quorum bonorum*, ſive donatorio defuncti; ad quem effectum ſufficit poſſe dubitari, 19 an dictæ Cameræ magiſtrali competat jus ſpolii, & an tali juri fuerit derogatum in dictis indultis Pianis conceſſis Clero Meliten. dum exceptio defectus proprietatis non valet retardare immiſſionem ſi non eſt clara, & requirit altiorem indaginem, ut in hoc caſu, Roland. *conſ.* 2. *n.* 38. *& ſeq lib.* 3. Rota *deciſ.* 186. *n.* 4. *poſt.* 2. *vol. conſ.* Farinac. *&* Foroliv. *de Monſignanis* 26. *Febr.* 1603. *coram Penia*, & latè comprobat modern. Bonon. *de acquir. poſſ. quæſt* 3. *n.* 1023. Rota *p.* 7. *rec. dec.* 110. *n.* 12.

20 Demum non obſtat, quod aliqua corpora fuerunt donata aliis perſonis, quia cùm alii Donatarii non comparent, omnia debentur eidem Andreæ, quia eſt hæres, ac Donatarius univerſalis qui reputatur loco hæres, Rota *dec.* 207. *n.* 9. *part.* 6. *recent. & dec.* 377. *n.* 7. *&* 8. *p* 4. *tom.* 3. *rec.* legatarii etiam particulares debent capere de manu hæredis, Duran. *dic.* 62. *n.* 8.

Quò verò ad manutentionem conceſſam Andreæ do- 21 natario in vim clauſulæ conſtituti in *dec.* 10. Februar. præteriti, hodie reviſa, fuit à deciſis meritò receſſum, ex quo effectus conſtituti, à quo ſumitur poſſeſſio dicti Andreæ Donatarii ceſſat in caſu noſtro, quia conſtitutum, & ipſa donatio legitur concepta ad favorem abſentis, neque conſtat de acceptatione conſtitutarii in vita donantis, eo autem defuncto, dum Camera magiſtralis poſſeſſionem bonorum dicti Bartholomæi accepit non competit manutentio adverſus eam dicto Andreæ hæredi, qui priùs poſſeſſionem non apprehendit, §. *retinendæ inſtit. de interdict.* Redoan. *de ſpoliis, quæſt.* 15. *n.* 24. *verſ. & Eccleſiam, vel Cameram*, quin 22 imò nec conſtat de animo ejuſdem Andreæ acquirendi & tamen ad hunc effectum requiritur animus acquirentis & tradit Tiraq. *de jur. conſt. limit.* 30. *n.* 1. *& ſeq. per l.* 3. *in princip. & leg. quemadmodum; l. quod meo*, §. *ſi furioſo l. ſi ſervus communis, primo, D. de acquir. poſſeſſ. l. ſi ego, D. de negot. geſt.*

23 Nil relevat, quod pro Donatario abſenti Notarius fuerit ſtipulatus, quia licet ob dictam ſtipulationem donatio ex parte donantis fiat irrevocabilis, & donatario abſenti acquiritur ab initio actio perſonalis ad rem donatam conſequendam, non tamen acquiritur rei donatæ poſſeſſio ante acceptationem ea ratione, quia poſſeſſio non niſi animo acquiritur, Tiraq *de jure conſtit. d. limit.* 30. *n.* 7. *& ſeqq. n.* 38. 59. Ruin. *conſ.* 119. *n.* 8. *verſ. antequam conſ.* 126. *n.* 10. *verſ. rati ergo habitio, conſ.* 172. *n.* 16. *lib.* 1. Laderch. *conſ.* 76. *n.* 1. Mant. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 7. *n.* 25. Cyriac. *contr.* 322. *n.* 8. *& ſeq. controv.* 415. *n.* 22. *cum ſeqq.* Oſaſch. *dec.* 35. *n.* 12. Amat. *reſol.* 30. *n.* 6. Rota *dec.* 68. *n.* 4. *part.* 1. *rec. & dec.* 70. *n.* 10. *part.* 4. *tom.* 3. *rec.* non obſtante quocunque juramento appoſito 24 in d. donatione, dum illud dicitur reſpicere perſonam donatoris, non autem valet ſupplere conſenſum donatarii. Abb. *in. cap. ſicut il.* 3. *n.* 5. *de jur.* Gutier. *in cap. quamvis, n.* 55. *de pact. in* 6. Rota *dec.* 27. *n.* 11. *& ſeqq. part.* 7. *rec. & in Romana cenſ. coram R. P. D. meo Bichio.*

Animadverſum etiam fuit, quod in præſenti, vi- 25 vente dicto Bartholomæo donatore, donatio nullo modo legitur acceptata, præſertim cum in ea diverſa legantur onera; nec ſufficit, quod devenerit ad notitiam donatarii ad effectum præſumendi acceptationem licet ſecus eſſet ſi donatio merè lucrativa extaret, Rota *dec.* 274. *n.* 4. *p.* 6. *rec. dec.* 27. *n.* 21. *& ſeqq.* ubi in terminis donationis juratæ *part.* 7. *rec.* acceptatio verò dictæ donationis poſt mortem dicti donatoris in præjudicium Cameræ ejuſdem magiſtralis, quæ ſtatim defuncto dicto Bartholomæo poſſeſſionem bonorum illius apprehendit, nihil prodeſt ad effectum reportandi manuten- 26 tionem, quia de tempore acceptationis poſſeſſio non reperiebatur penes Bartholomæum conſtituentem, ſed penes dictam Cameram magiſtralem, & medium impertinens impedit retrotractionem, Mantic. *de tac. lib.* 13. *tit.* 7. *n.* 9. Rota *dec.* 627. *n.* 1. *part.* 4. *diverſ. relat.* per moder. Peruſ. *de manut. obſerv.* 55. *n.* 150. & in terminis Amat. *reſolut.* 16. *n.* 6. Tiraq. *de jur. conſtit. limit.* 30. *n.* 2. & 8. Caſtil. *controverſ. jur. lib.* 4. *cap.* 37. *ſub n.* 39. *col. ult. verſic. uſque adeo*, Rota *dec.* 683. *n.* 4. *p.* 1. *diverſ.*

Et ita fuit reſolutum utraque parte informante, &c.

R. P. D. CERRO.

Bononien. de Toſtinis.

Lunæ 31. *Maii* 1649.

ARGUMENTUM.

Tranſactio habet in ventre exceptionem litis finitæ. Emanata ex falſa cauſa, eſt ipſo jure nulla; debet tamen per tres ſententias conformes declarari. Suſtinetur ex quavis probabili dubitandi ratione. Fideicommiſſarius quando poſſit impedire immiſſionem hærede ſcripto.

SUMMARIUM.

1 *Transactio omnibus controverſiis, et prætenſionibus finem imponit, agentem à limine judicii repellit ex quo obſtat exceptio litis finitæ.*

2 *Jura ceſſa adeo irrevocabiliter acquiruntur ceſſionario, et ejus hæredibus ac ſucceſſoribus, ut cedens ad illa amplius regreſſum habere non valeat.*

3 *Transactio emanata ex falſa cauſa, eſt ipſo jure nulla, nec aliquem operari poteſt juris effectum.*

4 *Declaratur procedere ſolum in cauſa finali.*

5 *Dictio* forte, *quando reſpicit factum, dubitationem præ ſe fert.*

6 *Minori non ſolùm licitum eſt denuo cum beneficio adire, ſed hæreditatem totaliter repudiare.*

7 *Tranſactio quæ prætenditur nulla, ſeu invalida ex falſitate cauſæ, remanet in ſtatu validitatis, donec, et quouſque per tres ſententias conformes reſcindatur.*

8 *Ad tranſactionem ſubſtinendam, quævis probabilis dubitandi ratio ſufficit, dummodo calumniam evidentem excludat.*

9 *Reſervatio jurium*, prout de jure, etc. et non aliter, etc

10 *Fidei-*

10 *Fideicommissarius non potest impedire immissionem hæredi scripto, nisi tribus copulativè concurrentibus. Quod doceat in continenti de jure suo. Quod nihil sit detrahendum, et Quod possideat sine vitio.*

11 *Contradictor legitimus quis dici non potest, non docto in continenti de jure suo.*

DECISIO XL.

PEr sententiam Rotalem prononciatum fuit dandam esse immissionem Alexandro Vitali hæredi scripto per Guidonem de Tostinis super omnibus bonis ejus hæreditate repertis, quam hodie coram me in gradu appellationis confirmandam esse responsum fuit, quia illius validitas non revocatur in judicium, justitia verò probatur ex decisionibus emanatis coram R. P. D. meo Peutingerio 1. Dec. 1647. & 5. Junii 1648.

Nec obstat exceptio fideicommissi pro parte fororum de Tostinis iterum deducta ex testamento Philippi.

Quia cùm ipsæ in instrumento transactionis celebratæ 4. Febr. 1604. amplissimè cesserint, & renunciaverint eidem Guidoni omnia, & quæcumque jura eis quomodolibet competentia, ac competitura, & signanter vigore institutionis & substitutionis ad earum favorem factarum per eundem Philippum, ipsarum sum. *n.* 6. utique eis obstat exceptio litis finitæ, cùm
1 transactio omnibus controversiis & prætensionibus finem imponat, & agentem repellat à limine judicii, *cap.* 1. *de lit. contest. in* 6. *causas*, & *l. fratris*, *C. de transactione*, & præter auctoritates deductas in præcedentibus decisionibus responsum fuit in Romana successionis de comitibus 26. Junii 1647. coram Reverend. dicto Terracinen. §. *Ratio quæ movit*, & in Romana rescissionis concordiæ 15. Junii 1648. coram
2 R. P. D. Corrado §. *Hæc enim*. Dictaque jura irrevocabiliter acquisita fuerunt ipsi Guidoni cessionario, ejusque hæredibus, & successoribus, ita ut dictæ sorores amplius ad illa regressum habere non valeant, ut plenè probant rejectis contrariis, Peregrinus *conf.* 54. *n.* 16. *lib.* 5. Franch. *dec.* 375. *n.* 1. Rota *in rec. dec.* 587. *n.* 9. *part.* 1. *dec.* 109. *n.* 1. *cum seq. & dec.* 141. *n.* 22. *p.* 5. *coram bon. mem.* Buratt. *dec.* 310. *n.* 5 *vers. quo vero ad Margaritam ac n.* 6. *&* 7. in Romana fideicomm. de incoronatis 5. Nov. 1639. coram bon. mem. Pirovano, aliisque pluribus dictum fuit in Romana fideicommissi de Cesetaris 16. Martii 1648. coram R. P. D. meo Corrado § *firmata igitur*.

Nec subsistit quod transactio emanaverit ex falsa causa, ex eo scilicet quod Guido non approbaverit testamentum paternum, cujus tamen contrarium appareat ex instrumento ipsius approbationis confecto 23. Julii 1602. dicto Sum. *n.* 2. & ideo sit ipso jure
3 nulla, nec aliquem operari possit juris effectum, *l. si ex factis*, *C. de transactione*.

Dupliciter enim responsum fuit, & primò quod hujusmodi defectus approbatione fuerit quidem in dicto instrumento narratus, sed sub dubiis, non autem certis, & determinatis verbis, ibi, prout sic non fuit
4 fortè per solemne instrumentum approbatum. Dictio enim illa *fortè* quando, prout hic respicit factum, dubitationem præ se fert, Ruin. *conf.* 170. *n.* 5. *lib.* 2. Paris. *conf.* 29. *n.* 18. *lib.* Menoch. *conf.* 759. *n.* 4. Et nihil certum inesse ponit, ut post alios dixit Rota *coram bon. mem.* Buratt. *dec.* 550. *n.* 2. Ideoque hujusmodi defectus dici non potest causa finalis ipsius tran-
5 sactionis, dum nec habitus fuit pro constanti, ut ponderavit Rota *decis.* 104. *n.* 1. *part.* 2. *rec.* & consequenter non suffragatur pro illius invaliditate qua ad istum effectum sola causa finalis attenditur ad *not. in leg. domus*, *C. de condit. & demonstrat.* Rota *dicta dec.* 104. *num. in fin. vers. quæ ut causa.*

Secundò quòd ibidem non fuit simpliciter narratum Guidonem non approbasse testamentum paternum, sed quod illud non approbaverat saltem ut voluerat Philippus ejus pater, ex quo illius hæreditatem adjuverat cum beneficio legis, & investarii ibi, ob non factam per eundem Guidonem approbationem expressam dicti testamenti, saltem prout dispositum à dicto testatore fuerat, &c. & ibi prout sic non fuit fortè per solemne instrumentum approbatum per dictum Dominum Guidonem, ut voluerat d. D. Philippus ejus pater, sed tantum adeundo hæreditatem cum beneficio legis inventarii, &c. ut in regist. fol. 176. à tergo cum sequentibus. Quæ quidem narrativa tantum abest quod sit falsa, quinimo est verissima, qui Guido ultra dictam approbationem simpliciter factam 23. Julii 1602. Summario dicto *n.* 2. eadem die, vel ut respondendo in contrarium adductis firmatur in utraque decisione R. P. D. mei Peutingerii, vel ut ultra pars prætendit 27. ejusdem prævia curatoris deputatione hæreditatem paternam 6
iterum adivit cum dicto beneficio leg. & inventarii ac cum protestatione quod si quid ab eo factum fuerit nomine vel jure hæreditario id semper fore, & esse factum salvo, ac reservato sibi dicto beneficio, & non aliàs aliter, nec alio modo eodem summario *n.* 3. Hujusmodi enim aditio & nova approbatio omninò est attendenda, cum facta fuerit legitimo tempore & versamur in minore cui licitum est non solum denuo cum beneficio adire, sed hæreditatem totaliter repudiare, ut per *l. sicut major*, *C. de re jud. & abst. in hæred.* dictum fuit in Romana fideicommissi de maximis 11. Januarii præteriti coram me, §. *penultimo vers. quam minoribus.* cum aliis deductis in
prima decis. hujus causæ, §. *Præterea quamvis.* Ac per 7
consequens prætensa falsitas causæ penitus excluditur & transactio remanet in statu validitatis saltem quousque per tres sententias conformes rescindatur ex probatis in utraque præcedenti decisione, & signanter in prima, §. *fin.*

Et ulterius Domini ponderabant quòd transigentes principaliter devenerunt ad hujusmodi transactionem ob varias prætensiones hinc inde extrajudicialiter deductas; nam dictæ sorores prætendebant à Guidone libras 8 mill. & apparatum Leone promissum à prædicto Philippo; nec non legatum annuorum scutorum centum ab eodem ipsis relictum; pro parte verò Guidonis replicabatur ad nihilum teneri, quia se vocatum dicebat ad antiquius fideicommissum q. Hieronymi Patrui ejusdem Philippi, quodque illius vigore omnia bona ab ejus parte relicta possideat, ut proinde, nec dicta promissio sibi obstaret, nec Philippus in ejus præjudicium præfatum legatum illi relinquere valuisset & quatenus aliquid adesse proprium dicti Philippi illud sibi deberi prætendebat pro restitutione dotis Angelæ ejus matris ut clarè habetur in eodem instrumento dictæ transactionis sub illis verbis, hincque ideo orta cum sequentibus, unde cum ex his appareat causam finalem dictæ transactionis fuisse controversias super præmissis extrajudicialiter deductas, & litium occasiones, quibus partes cautè occurrere voluerunt utique hoc superabundat, ut de illius nullitate, & falsa causa apponi
non valeat, cùm pro sustinenda transactione quævis 8
probabilis dubitandi ratio sufficiat dommodo calumniam evidentem excludat, *leg. in summ.* ibique glossa. *& verba nulla D. de condition. indeb.* Parisius *conf.* 32. *n.* 17. *lib.* 1. Decian. *conf.* 56. *n.* 29. *& lib.* 4. Becc. *consil.* 109. *n.* 8. *vers. nam eo ipso* Rota *in recent. decis.* 263. *n.* 2. *part.* 3. *& decis.* 348. *n. q. vers. etiam si medica. part.* 4. ac dictum fuit in Bononien. transactionis 25. Febr. 1639. coram bon. mem. Merlino §. *illudque*, plurimi faciebat cùm aliis latè congestis in dicta Romana rescissionis concordiæ coram R. P. D. meo Corrado, §. *quia contrarium.*

Denique minus relevat reservatio jurium super bonis ex hæreditate ejusdem Hieronymi.

Quia non fuit facta simpliciter, sed sub his verbis, ibi reservatis juribus suis in bonis hæreditatis dicti

9 Hieronymi, &c. post mortem dicti Guidonis sine filiis, &c. si tamen, &c. & prout de jure, &c. & non aliter, &c. Et ideo cum adhuc concludenter doctum non fuerit, ipsis aliquod jus competere; utique vigore istius reservationis petitam immissionem hæredi scripto nequeunt impedire ex *notat. in lege filium fratribus*, ibique Gloss. *verbo metu placuit*, & Doctores, *C. ad Senat. Consult. Trebell. & ex lege 2. C. de Edict. Div. Adrian. toll.* Bartolus *in lege finali, n. 22. vers. quæro ubi fideicommissarius, D. eodem*, & comprobat Angelus *de legitim. contr. ad. quæst. 10. art. 15. n. 215.*

10 *cum seqq.* Et licèt reperiantur in possessione authore Prætore, nihilominus quia ad istum effectum tria copulativè requiruntur, nempè quod fideicommissarius doceat in continenti de jure suo, quod nihil sit detrahendum, & quod possideat sine vitio ex plenè deductis in Bononien. bonorum 31. Jan. 1646. coram Reverend. D. meo Decano, §. *nec ad impediendam.* Non docto in continenti de ipsarum jure non dicuntur legitimæ contradictrices, quamvis possessio non videretur vitiosa, ut respondit Rota coram bo. mem. Buratto *dec. 544. n. 1. n. 2. & melius decis. 589. & n. 2.* ac in aliis late relatis in eadem Bononiens. bonorum §. *nam primo.* Ultra quod ex persona ejusdem Guidonis competunt detractiones legitimæ & dotis maternæ ponderatæ in secunda decisione coram Reverendiss. P. Dom. meo Peutingerio in fine.

Atque ita utraque, &c.

Emin. & Rev. D. C. Corrado.

Perusina Bonorum.

Veneris 29. Maii 1648.

ARGUMENTUM.

Fatalia appellationis, spatio triginta annorum intereunt; quod limitatur in sac. Tribun. Rotæ, stante injustitia sententiæ: & plura de materia rei judicatæ. Exceptio illiquida requirens altiorem indaginem nom valet impedire immissionem judicati. Plura de præscriptione, ac temporis lapsu, & de stylo Rotæ circa executionem.

SUMMARIUM.

1 *Tempus triginta annorum facit interire omnia fatalia causæ appellationis.*
Et ideo sententia transitum fecit in judicatum, n. 3.
Limitatur in sacr. Tribunalis Rota, stante injustitia sententiæ, quia tunc lapsus fatalium attendi non debet, n. 7.
Ac proinde exequi debet, n. 4.
Etiam instante hærede illius, pro quo lata fuit, n. 5.
Eoque facilius quando ex decisionibus Rotalibus plene justificatur, n. 6.
2 *Causa restitutionis in integrum, infrà quadriennium est terminanda.*
8 *Res inter alios acta, vel judicata, alteri nocere non debet.*
9 *Alienationis probatio non deducitur ex instrumento non effectuato; cum nullius sit ad hunc effectum considerationis, perinde ac si celebratum non fuisset.*
10 *Legitima ex legis dispositione debetur nepotibus, ex filia prædefuncta, primum locum obtinentibus tempore mortis aviæ.*
11 *Et est tertia pars bonorum.*
12 *Et debet esse libera prorsus ab omni gravamine, ac fideicommisso.*
13 *Dos filiæ censetur constituta ex bonis paternis prout fieri debet.*
14 *Dos materna non imputatur in legitimam ex bonis aviæ, matre prædefuncta, debitam Nepoti ex propria persona, cum illam ipse consequatur vigore stipulationis adhibitæ in instrumento dotali, uti hæres matris.*
15 *Exceptio illiquida, et requirens altiorem indaginem apposita per detentorem rei, non valet impedire immissionem, quæ venit in executionem judicati.*
16 *Eoque minus concurrente perceptione fructuum die litis contestatæ regulariter constituendorum, unde augetur illiquiditas, magis excluditur objecta retentio.*
17 *Per lapsum annorum triginta, actio, tam in factum, quàm judicis officium competens pro executione judicati, regulariter præscribitur.*
18 *Præscriptio contra hæredem, non inchoatur, nisi ab aditione hæreditatis.*
19 *Præscriptionem opponens, tenetur principium, ac finem temporis necessarii pro ejus complemento probare.*
20 *Heredi substituto non potest præjudicare negligentia primi instituti, cum antea non posset agere, quàm purificaretur ejus vocationis conditio.*
21 *Præscriptio interrumpitur ex actis, et instantiis judicialiter factis, et similibus.*
22 *Præscriptioni detrahendum est tempus pupillaris ætatis illius, contra quem prætenditur.*
23 *Rota observata, retaxari litteras executoriales pro executione sententiæ loco mandati executivi, post sententiam.*
24 *Et executio sic cœpta, impedit cursum præscriptionis secundum opinionem, quam sequitur Rota.*

DECISIO XLI.

INstituto aliàs judicio coram gubernatore civitatis Perusiæ nomine Monasterii, ac RR. Monachorum S. Petri Ordinis S. Benedicti Congregationis Cassinier. contra D. Andream à Cornea prolata fuit die 6. Maii 1568. sententia decernens illos uti hæredes Panthasileæ uxoris q. Hieronymi Vibii manutendos esse in possessione bonorum d. hæreditatis excepto prædio nuncupato, *il Palazo di Mandonna Pantha*, & duodecim seminis alterius prædii nuncupati *del Teverone*, in quorum possessionem præfatum Andream, sive illius prædefuncti Procuratorem dominium litis effectum immittendum declaravit. Hæc autem in ea parte quæ respiciebat manutentionem Monachorum suum obtinuit effectum, alterius verò partis concernentis immissionem Andreæ, ac ejus hæredum cum præteretur executio coram gubernatore ejusdem civitatis anno 1580. 16. Aprilis nominibus Guidonis à Cornea hæredis instituti, ac Hieronymi Martinelli substituti à præfato Andrea, fuit impedita mediante inhibitione Rotali per Monachos exhibita, quare abito mox recursu ad signaturam causa fuit à s. mem. Greg. XIII. ad eundem gubernatorem missa per Breve expeditum die 5. Julii 1580. & deinde à s. mem. Clemente VIII. ad Card. Legatum per aliud Breve expeditum 26. Nov. 1601. Et demum post plura acta fuit Rotæ commissa, ut apparet ex ipsis Brevibus productis in processu coram bo. mem. Ortembergo fol. 56. & seq. à quo præviis pluribus decisionibus sub diebus 24. Nov. 1608. 14. Jan. 18. Martii, & 16. Junii 1613. confirmata fuit sub die 4. Julii ejusdem anni sententia dicti Gubernatoris, ac denuò decreta immissio in possessionem eorundem bonorum ad favorem dicti Hieronymi Martinelli hæredis substituti à præfato Andrea (præmortuo tunc Guidone instituto) & relaxatum mandatum de immittendo. Verum exhibita die 6. Sept. ejusdem anni 1611. commissione causæ restitutionis in integrum instantibus

Monachis

Monachis bo. mem. Luedunen. ac deinde die 5 Nov. sequenti eisdem mem. Coccino subrogato, coram quo fuerunt repetitæ nullitates quæ iam pro eorum parte oppositæ ut apparet ex decisionibus sub diebus 24. Feb. & 3. Mart. 1612. Obiit die 24. Oct. eiusdem anni dictus Hieronymus, cujus filius, ac hæres Constantius cùm moto instaret pro executione d. mandati vigore specialis commissionis executorialis à signatura obtentæ, Dubitavit an constet de re judicata quæ sit exequenda. Et Domini affirmativè responderunt.

1 Quia cùm ab eo tempore citra (elapsis jam triginta annis & ultrà) intercesserint omnia fatalia, nedum causæ appellationis, verum etiam restitutionis in integrum infra quadriennium terminandæ *juxt. l. final.* 2 *C. de tempor. in integ. restit.* & ibi Cl. *in verbo finiendamque litem c. 1. de restit. in integr. in 6.* Clem. unica, *eodem tit.* Rota penes Card. Serap. *dec. 945. sub n. 4. vers. hæc aut mi stantia, & in rec. d. 13. sub n. 2. vers. ultrà quod, & dec. 592. sub n. 6. vers. & quatenus, p. 2. & dec. 233. sub n. 4. vers. imo quod fuerit lapsum omne tempus, p. 7. & in Tiburtina hæreditatis 22. Junii 1637. coram reverendiss. Salamantino in §. tum etiam quia, versic. imo quod fuerit lapsum omne tempus.* Certum est quod sententia Rotalis transitum fecit in judicatum *juxta cap. cum sit Romana, de appellat. lege fin. §. illud etiam, ac seq.* & Auth. *ei qui C. de temp. & repar. appellat.* Rota penes Buratt. *decis. 74. per tot &* 4 *dicta decis. 502. n. 6. parte 2. recentior. & in aliis.* Ac proinde exequi debet *l. post rem judicatam, D. de re jud. l. 1. C. eod. leg. 2. l. fin. C. de execut. rei judic.* Rota *decis. 601. n. 2. versic. & consequenter, parte 4. tomo 3. decis. 16. n. 3. versic. & ideò, & dec. 229. n. 16. versiculo ideoque, parte 5. & dec. 68. n. 3 versic. venit, exequenda parte 6. & dec. 168. nu. 9. versiculo quia cum mandatum A. C. p. 7. recentior. & in dicta Tiburtina hæreditatis in §. ex quibus res* 5 *judicata vel... ò exequenda, &c.* etiam instante hærede dicti Hieronymi pro quo lata fuit. *leg. si à te, §. Julianus scribit leg. si mater §. idem Julianus, leg. exceptio rei judicatæ, D. de except. rei jud.* Glossa *in lege & ait eadem, in verbo perfectarum, quod large eod. tit.* hanc *C. in cap. quamvis, sub n. 2. vers. aliàs autem res judicata,* ibi etiam Imol. *sub n. 1. vers. & adverte, de sent. & re judic.* Alexand. *in lege sæpe, num 69 vers. una est, D. eodem.* Pancirol. *consil. 13. sub n. 9. versiculo et licet amplius non vivant, & seq.* Surdus *consil 312. num. 12. versic. & ratio est,* 6 *&c.* Eoque facilius quia ex prælictis decisionibus Rotalibus penè tota firmatur Rota *decis. 84 n. 1. versic. nam licet* Rota, *part 1. diversi.* & penes fam. mem. Gregor. *dec. 124 n. 4. versic. & pro bono jure, &c. ac in recen. dec. 647. sub num. 2. vers. justitia verò, parte 1. & dec. 628. sub n. 1. vers. justitia pariter, p. 2. & dec. 213 n. 12. vers. & ex decisionibus, parte 5.*

7 Neque visa fuerunt relevantia quæ objiciebantur pro RR. Monachis ad probandam injustitiam ejusdem sententiæ, quæ stante lapsu fatalium in hoc S. Tribunali attendi non solet.

Nam quod primo loco deducitur ex sententiis bo. men. Groppell. & Orani prolatis an. 1570. & 1590. pro ipsis Monachis in causis tunc vertentibus inter eos, & quosdam de Signorelis super eisdem bonis, obesse non potest præfato Andreæ à Cornea, & Martinello ejus hæredi, quibus sententiæ prædictæ nullum potuerunt præjudicium inferre, cum à diversis personis, 8 diversisque prorsus causis, ac titulis jus suum deducant, de quibus in illis judicis non fuit actum, nec cognitum, minusque ipsi citati, licèt emanasset de anno 1568. d. sententia Gubernatoris Perusiæ ad favorem præfati Andreæ, ac ejus hæredum, *l. sæpe, re judic. l. 1 cum quæritur, & l. si. cum. uno hærede, ff. de except. rei jud. l. 1. & tot. tit. C. quibus res judic. non noc. l. 1. C. res inter alios act. cap. dilecto filio in ult. verbus.* ibique Glossa *in verbo non obsistat, vers. sed secus est hic, &c. de præb.* Alexand. *in dicta l. sæpe n. 6. vers. ex quibus habes. & n. 23. vers. ultimò nota, & n. 77. vers. circa primam, D. de rei jud.* Did. P.P. *quæst. cap. 13. sub n. 5. vers. nec enim dubium esse potest, vers. quod si lis, ac infr. vers. cujus rei ea est potissima ratio, & vers. hæc sane ratio,* Surdus *decis. 256. à n. 4. vers. in contrarium tamen, & sequentibus usque in fin.* Rota penes Manticam, *dec. 66. n. 2. vers. neque obstat. cum seq. & in Reat. in conf. 6. Febr. 1626 coram bo. me. Rembaldo* apud modern. Perusin. *de manut. dec. 504. vers. & inter alios, ac seq. & sæpe in alias.*

Minus obstat quod deducitur ex assertis alienationibus bonorum hæreditatis dictæ Panthasileæ factis per Sebastianum Vibium ab illa institutum pro dimidia atque gravatum fideicommisso ad favorem Monachorum cum prohibitione cujuscunque detractionis; & per dictum Andream à Cornea ejus hæredem, pro quorum redintegratione prætenditur ipsis Monachis competere retentionem eorum de quibus agitur, contra Martinellum ab illis causam habentem.

Quia (prætermissis aliis) non satis justificantur, nam instrumentum celebratum anno 1556 die 8. Aprilis inter dictos Sebastianum ex una & Andream ex altera parte, non continet realem divisionem bonorum dictæ hæreditatis, sed verbalem paramque enuntiationem quod pro dimidia parte ad singulos eorum spectaret, cum cessione jurium, quæ Sebastianus habebat, & habere sperabat super dimidia parte cujusdam horti olim dictæ Panthasileæ, ut in eo legitur. Nullibi autem constat ad actum fuisse deventum, nec quicquam ejus conventionis vigore traditum unquam Andreæ, vel ab eo possessum, quin imo manifestè repugnat præcedens instrumentum de anno 1550. 5. April. ex quo apparet possessionem eorundem bonorum prævio decreto judicis fuisse apprehensam communi nomine dictorum Monachorum, ac ejusdem Sebastiani in executione testamenti Panthasileæ, in quo specialiter fuerat dispositum quod ab eis communiter pro indiviso possiderentur, ideòque ipsis Monachis insciis, ac dissentientibus in alios transferri, neque dividi poterant; quare nulla redici valet concludens alienationis probatio ex eo instrumento quod non fuit effectuatum, cum nullius sit ad hunc effectum considerationis perinde, ac si 9 celebratum non fuisset, Baldus *in l. cum precibus, sub. n. 1. vers. nota quod illud, C. de probat.* Cephal. *cons. 441. n. 106. vers. nec constat, cum seq.* Becc. *cons. 6. n. 3. vers. & non refert, & respondit* Rota penes Verall. *dec. 11. n. 4. vers. & cum reus, ac seqq p. 1. & in rec. dec. 223. sub n. 5. vers. & consequenter, ac seq. p. 4. & dec. 460. n. 15. versic. quia d. divisio non habuit effectum, ead. p. 4. tom. 2. dec. 460. n. 6. vers. & sequenter. p. 5.*

Alterum verò celebratum anno 1551. 7. Nov. quo Bernardus, & d. Andreas filii Prosperi à Cornea vendiderant Orlandino de monte Vibiano tertiam partem omnium bonorum mobilium se moventium & immobilium, quæ possidebantur per dict. Panthasileam, ac in ejus hæreditate remanserant in locis ibi enunciatis; & alterum de anno 1560. quo idem Orlandinus, prævia narratione dict. emptionis vendidit Aurelio de Monte Vibiano duas ex tribus partibus bonorum ab eo ut suprà emptorum existentium in Castro Ciboriæ, ac ejus pertinentiis, &c. Præter quod eisdem responsionibus eliduntur, alia etiam ratione non urgent, quia scilicet præfatis Bernardo & Andrea tanquam nepotibus Panthasileæ ex Margarita filia prædefuncta primum locum obtinentibus tempore mortis Aviæ debitæ erat ex legis dispositione legitima. §. 10 *neque illo in auth. de trient. & semiss. &* §. 1. *in auth. de hæred. ab intest.* Gl. *in l. omnimodo in verb. aliis personis, C. de inoff. test.* Rota *decis. 543. sub nu. 1. versic. est enim certum, part. 4. rec.* Quæ eandem tertiam bonorum partem comprehendebat *juxta* §. 11

1.

1. *l. fi. C. auth. si aliqua. & fem. unde sumpta est. nov. Sessiana Cod. de test. n. 4.* Item. Liberum profus ab omni
12 gravamine [illegible] *l. fi. C. de dotis. & l. fi. C. de dotis. C.* Ex
minat vocetur do totem Margaritæ [illegible] gnatam hæredem instituit, & Raphaël [illegible] res, de
13 [illegible] communi [illegible] rum [illegible] bonis paternis [illegible] *l. fin. ff. de ... ff. ad Sctum Trebell. vel l. fin. ff. de ... ff. ad Sctum Treb. Rot. dec. 1. n. 13. vers. sed hic ... ad Sctum. dec. 1. n. 1. vers. sed hic ... ff.

R. P. D. BICHIO.

Forosempronien. Bonorum.

Lunæ 14. Martii 1650.

ARGUMENTUM.

Matri debetur legitima ex bonis filii prædefuncti: limitatur in binuba quoad bona à patre provenientia. Excutiuntur textus, in leg. fœminæ, §. illud, Cod. de secund. nupt. in §. cum igitur, Auth. de non elig. secund. nub. & in §. hinc nos, Auth. de nupt. & in proposito agitur de pœna matris secundò nubentis. Item & non petentis à judice tutorem filio impuberi. Et quomodo intelligatur, & de aliis ad speciem facientibus.

SUMMARIUM.

1 *Supplementum legitimæ debetur matri ex bonis filii prædefuncti.*
2 *Cui debito non officit mors matris ante illud agnitum.*
3 *Quia cum ipso jure à lege deferatur, transmittitur ad quoscunque hæredes, etiam extraneos, licèt non agnitam.*
4 *Et firmatur in puncto matris.*
5 *Neque præscribitur minori spatio triginta annorum.*
6 *Textus in leg. fœminæ §. illud Cod. de secund. nupt. restringit matris binubæ successionem in bonis filii prædefuncti ad solum usumfructum, donec vixerit reservata proprietate aliis filiis prioris matrimonii.*
7 *Quæ matre mortua, etiam usumfructum ad se trahit.*
8 *Quod procedit etiam in legitima alioquin matri debita.*
9 *Mater, quæ transiens ad secundas nuptias, tutorem filio impuberi à judice dari non petierit, excluditur ab illius successione, etiam quoad usumfructum.*
10 *Et in terminis legitimæ firmatum.*
11 *Textus in leg. fœminæ, §. illud. C. de secund. nupt. declaratur non loqui de bonis aliundè quam ex paterna substantia, filio defuncto quæsitis, et n. 16.*
12 *Quo casu binubatus non obstat matri quoad successionem pleno jure, et per consequens quoad legitimam, ac si secundò non nupsisset.*
13 *Textus dispositio in dicta lege fœminæ corrigitur per textum in §. cum igitur Auth. de non elig. secund. nub.*
14 *Legitimæ supplementum debetur matri in bonis filii prædefuncti, sive cum testamento, sive ab intestato.*
15 *Distinguitur, ex mente Menochii consil. 327. n. 12. inter bona paterna, et alia: ubi videatur distinctio.*
16 *Pœnæ secundò nubentium quoad successionem in bonis filii, non habent locum, nisi in provenientibus ex paterna substantia, et n. 19.*
17 *Legitimæ supplementum filius non potest prohibere matri, quæ secundò non nupsit.*
18 *Neque si secundo nupsit, ex bonis aliunde, quàm ex paterna substantia sibi quæsitis.*
20 *In proposito legitimæ, non est considerabilis differentia, an contra voluntatem, vel secundum voluntatem filii mater veniat, sed tantum spectandum est, an matri sit debita legitima.*
21 *Legitima debita matri, etiam invitis filiis, debet.*
22 *Textus in §. hinc vos, Auth. de nuptiis, declaratur, n. 50.*
23 *Legitimæ supplementum est contra testamentum.*
24 *Legitima extraneo, aut ejus supplementum non debetur.*
25 *Legitima relinqui debet titulo institutionis.*
26 *Textus in §. cum igitur Auth. de non elig. sec. nupt. corrigitur per textum in §. hinc nos, Auth. de secund. nupt. contrarium, n. 37. 38. et 41.*
27 *Transitus mulieris ad secunda vota infert injuriam, tam marito, quam filio prædictis.*
28 *Quam injuriam filius potest remittere quoad suâ successionem.*
29 *Sed remissio operatur taxative in eo, quod matri reliquit, cum prohibendo ne plus petat, declaraverit quod in reliquo noluit remittere.*
31 *Mater binuba non succedit filio ab intestato in bonis paternis, nisi quoad usumfructum.*
32 *Filius moriens non prohibetur testamento relinquere pleno jure bona sua, sive paterna, sive adventitia matri superstiti sicuti ea relinquere et potest extraneo.*
33 *Filii morientis voluntas est servanda quatenus favet matri, et jura legitimæ ejus, sivi ex paterna substantia, sive aliunde provenientia non minuit.*
34 *Legitima descendentibus, etiam titulo legati potest relinqui.*
35 *Legitimæ petendæ jus, nunquam censetur à lege, vel statuto prohibitum, ubi in lege, vel statuto non legatur dictio aliqua taxativa, aut nominatim exclusiva.*
36 *Mater consequendo partem relictam per testamentum in bonis filii, non prohibetur quia possit etiam, si quid legitimæ deest obtinere authoritatis legis, conditione ex lege.*
37 *Textus in §. hinc nos Auth. de secund. nupt. reservavit expressè leges favorabiles matri in bonis aliunde, quàm à patre filio obventis.*
38 *Et per hunc textum præservatur potius quàm corrigatur dispositio textus in §. cum igitur, Auth. de non eligen. secun. nub.*
39 *Textus correctio nunquam censetur inducta, nisi expressim.*
40 *Aut necessaria legis posterioris incompatibilitate id suadente.*
41 *Textus in §. hinc nos Auth. de secund. nupt. non corrigit §. cum igitur Auth. de non eligen. secund. nub. sed cum ipso concordat.*
42 *Major binuba, non capit ex bonis profectitiis filiis morientis, nisi quod ei filius relinquit, quia censetur agnita seu instituta, vel quilibet extraneus et hoc ob injuriam filio illatam, ob quam excluditur à plena successione intestati.*
43 *Quæ injuriæ ratio non habetur in bonis aliunde quæsitis, in quibus potest pleno jure ab intestato succedere.*
44 *Pœnæ secundò nubentium favore filiorum inductæ non militant in bonis aliunde quam ex patre quæsitis.*
45 *Verbum*, rogo, *aptum est quandoque importare præceptum, ac prohibitionem in ultimis voluntatibus.*
46 *Resolvitur tamen in simplices preces, sic suadente testatoris voluntate ex aliis testamenti partibus elicita.*
47 *Verba quatenus de jure debeatur in testamento filii apposita, non important prohibitionem legitimæ per matrem prætensæ, sed tantum servari dispositionem legis: ac proinde imputationem legati ejus favore, in illam pro concurrenti quantitate.*
48 *Legitimæ detractio facta per matrem ex hæreditate filii dicitur secundum tacitam ejus voluntatem ubi non adest expressa illius prohibitio.*
49 *Tutor non datur pupillo existenti in potestate aut paterni, et proinde superflua est ejus petitio.*
50 *Mater, quæ transiens ad secunda vota, non petiit à judice tutorem filio impuberi, dicitur redintegrata ad ejus successionem, si filius major factus, dum viveret, matri hujusmodi exceptionem non posuit.*

51 *Ad*

51 *Ad legitimæ supplementum agi non potest ante firmatum statum hæreditatis.*
52 *Intelligitur quando dubitari contingit illam deberi.*
53 *Legitima jure debita in successione statuitur in trienti bonorum ex quibus debetur.*

DECISIO XLII.

1 PEti à Comitissa. Camilla Paciotta hærede Ascanii filii, & hæredi Dianæ supplementum legitimæ in bonis Antonii alterius filii prædefuncti eidem Dianæ dubium, §. 1. *itaque Auth. de hæred. & falc.* Peregr. *de fideicom. art.* 49. *in fin.* Seraph. *dec.* 1331. *n.* 15. nec
2 mors Dianæ ante illud agnitum, nec lapsus temporis
3 vetat; siquidem quia ipso jure à lege defertur, transmittitur ad quoscunque hæredes etiam extraneos, licet non agnitum, Aym. *cons.* 142. *n.* 2. Mont. *de*
4 *conject. lib.* 7. *tit.* 8. *n.* 10. Grat. *dec. March.* 4. *n.* 2. &
5 3. & in puncto matris Mart. *cons.* 151. *n.* 2. Neque præscribitur minori spatio 30. annorum, ut reprobatio Bartol. declarat, Bald. *in l. si quis filium, num.* 6. *in fin. C. de inoff. testam.* Calvan. *cons.* 13. *num.* 108. Negus. *q.* 535. *n.* 6. Rota *dec.* 489. *n.* 1. *& seqq. coram sa. mem. Greg. XV. dec.* 256. *nu.* 5. *coram bon. mem. Card. Cavaler.*

Utique tamen vetare videbatur ejusdem Dianæ transitus ad secunda vota Antonio filio adhuc vivente,
6 ob claram dispositionem *text. in l. fœminæ*, §. *illud*, *C. de secund. nupt.* restringentis matris binubæ successionem in bonis filii prædefuncti ad solum usumfructum donec vixerit reservata proprietate aliis filiis
7 prioris matrimonii, quæ matre mortua etiam usumfructum ad se traxit, *leg. si quis prioris*, §. *illud*, *C. sec. nupt.* §. *finitur*, *instit. de usufruct.* Rota *dec.* 209.
8 *n.* 2. *part.* 1. *rec.* Idque procedere etiam in legitima alioquin matri debita tradit Bald. *in Auth. ex testam. ante n.* 1. *vers. pone ergo. C. de sec. nupt.* Peregr. *cons.* 78. *n.* 5. *lib.* 1. *& cons.* 17. *n.* 4. *l.* 3. Menoch. *cons.* 237. *n.* 7. *cum seqq.* Sanchez *de matr. disp.* 89. *n.* 19. *lib.* 7. Rota *dec.* 80. *n.* 7. *&* 9. *part.* 6. *recent.*

9 Imò cum Diana Antonio tempore dicti transitus impuberi tutorem à judice dari non petierit ei nec quod usumfructum succedere ab initio potuit, *l. omnem*, *C. ad Sen. Cons. Tertull.* Gutier. *de tutel. part.* 1. *cap.* 16. *n.*
10 32. *& seq.* & magis in terminis quod privetur penitus legitima tradit Bald. *cons.* 140. *sub n.* 1. *vers. ista igitur mater*, *lib.* 1. post Bart. *in l.* 2. *n.* 13. *D. qui per tutor.* Gabr. *de tutel. concl.* 1. *n.* 15 Negus. *q.* 627. *n.* 5.

Verùm quia supplementum legitimæ hodie petitur in bonis aliundè quam ex paterna substantia Antonio
11 quæsitis, de quibus ex adverso allegatus *text. in l. fœ-*
12 *minæ* non loquitur, binubatus non obstat, debeturque in illis matri successio, & per consequens legitima pleno jure, ac si secundo non nupsisset, ut probat *text. in l. mater. ibi, extrinsecus quidem quæsita filio filiæve, simili firmitate possideat. C. ad Tertul.* §. *cum igitur. Auth.*
13 *de non elig. sec. nub.* per quem corrigi dispositionem *de l. fœminæ* advertit Alba *cons.* 349. *n.* 1. Castr. Bald. Joan. de Garronib. Graff. & alii plures quos refert, & sequitur Rota *in Faventina bonorum* 5. *Julii* 1649. §. *alia verò* & §. *seqq. coram R. P. D. meo Celso*, quibus additur Sichard. *in auth. ex test. n.* 3. *C. de sec. nupt.* Aug. Barb. *ib. n.* 4. *&* 5. Gom. *in l.* 14. *Tauri sub n.* 2. Mart. *recop. lib.* 5. *tit.* 1. *l.* 3. gl. 2. *sub n.* 15. Azeved. *recop. lib.* 5. *tit.* 1. *lib.* 4. *n.* 43. Facch. *cons.* 18. *num.* 2. *lib.* 1. Bellon. *jun. cons.* 75. *n.* 54. *& seqq.* Negus. *q.* 367. *n.* 51. Fontanell. *dec.* 52. *n.* 19.

14 Sive filius decesserit intestatus, sive cum testamento, ita ut si in eo minus legitima matris reliquerit, agere matri liceat ad legitimæ supplementum, Baldus *in dict. auth. ex testament. ante n.* 1. *versic. pone ergo & n.* 1. *& consil.* 314. *n.* 3. *lib* 4. Castr. *cons.* 416. *in princip. & n.* 2.
15 *lib.* 1. Socin sen. *cons. penult. n.* 4. *lib.* 4. Menoch. *cons.* 237. *n.* 12. ubi distinguendo inter bona paterna, & alia; ait, in illis si filii primi matrimonii supersunt; & defunctus cum testamento decessit matri non deberi legitimam; in illis verò deberi, prout debetur successio, si intestatus decessisset, quia jus petendi legitimam metimur à successione ab intestato, Rim. jun. *cons.* 305. *n.* 17. *& seq.* Peregrinus *cons.* 80. *n.* 22. *lib.* 1. *cons.* 417. *n.* 3. *lib.* 3. Facchin. *cont. jur. lib.* 3. *cap.* 63. *cap. quibus non obstantibus.* Mart. *de succes. legal. part.* 2. *quæst.* 4. *art.* 1. *n.* 28. cum aliis quos refert, & sequitur Modern. Pisaur. *de imput. q.* 6. *n.* 6. *cum seq.* & Moder. Urbinaten. *in tract. de fratr. part.* 3. *cap.* 13. *n.* 51. *cum seq.*

Etiamsi in testamento prohibuisset matri, ne plus pe-16 teret, quia cum in bonis aliunde quæsitis locum non habeant pœnæ secundo nubentium ex suprà allegatis sicuti filius prohibere supplementum legitimæ non po-17 test matri, quæ secundo non nupsit; Suar *in l. quoniam in prioribus ampliat.* 16. *n.* 3. *Cod. inoffic. testam.* Gomes. *variar. resolut. tom.* 1. *cap.* 11. *sub n.* 24. Azeved. *recopil. lib.* 5. *tit.* 8. *leg.* 1 *sub n.* 459. Ita nec potest matri binu-18 bæ, ut probat *text. in* §. *cum igitur*, ibi, sed etiam contra testamentum ei datis allegationibus, si fortè filius eam prætermiserit, aut irrationabiliter exhæredatam fecerit, Auth. *de non eligen. sec. nub.* confirmatur in §. *hinc nos infra, med.* ibi, residuis verò omnibus rebus quæ aliunde erant filio præter paternam successionem; ve-19 niant secundum vocationem nostram, & in fine ibi, aliis omnibus, quæ de successionibus dicta sunt parentum in filiis intactis remanentibus, Auth. *de nupt.* & tradit Joannes de Garronibus in dict. Auth. *ex testament. n.* 29. *in fine*, ubi signanter dicit rationem, quia ad hæc bona non extenditur pœna secundarum nuptiarum *Cod. eodem tit.* & reprobata contraria sententia Socin. & Bero. quos sequutus est Laderch. *cons.* 33. *n.* 5. *cum seq.* Modern. Foroliven. *de legitim. lib.* 4. *tit.* 2. *quæst.* 2. *n.* 6. *cum seq.* tradit remissivè Rimin. junior. *dicto cons.* 305. *n.* 17. *cum seq. per tot.* ubi respondet omnibus contrariis Peregrinus *d. consil.* 80. *n.* 26. ubi ait quod in proposito 20 legitimæ non est considerabilis differentia, an contra voluntatem, vel secundum voluntatem filii mater veniat, sed id tantum spectandum est, an matri sit debita 21 legitima, & si debita sit, invitis filiis debetur *lib.* 1. Castr. *consil.* 416. *in princip. vers. nec excluditur lib.* 3. Ancharan. *cons.* 421. *n.* 3. *vers. secundo casu.* Modern. Urbinaten. *decis. forens. Eccles.* 33. *sub n.* 1 *vers. contrarium, & n. seqq. per totum*, qui omnes Modern. sequendo Rim. jun. *loco alleg.* respondet cunctis adversantium objectis.

Quorum duo præcipua sunt, nempè *text. in d.* §. 22 *Hinc nos*, Auth. *de nupt.* ibi, *si igitur legitimè filius testatus fuerit, & reliquit matri substantiam, sive partem ejus aliquam, hanc illa accipiat per scripturam; quia ubique custodiri morientium volumus voluntates, & habeat quod dimissum est aut datum, & secundùm proprietatem, & secundùm usum, sicut enim licebat relinquere alicui extraneorum, ita & matri relinquens sive institutionem, sive legatum, rectè relinquat dominium, & usum, sive ex rebus quæ extrinsecus advenerunt, fuerit facultas, sive ex paternis, nihil ex hoc fratribus condicere valentibus*, ponderando tum verbum, *per scripturam*, hoc est testamentum, & sic non contra testa-23 mentum, prout esse supplementum legitimæ voluit Dec. *in leg. precibus n.* 24. *C de impub.* & aliis subsistit, Socc. Curt. junior Ruin. & alii relati à Peregrino, *dicto consilio* 80. *n.* 24. Tum præceptum quod servetur vo-24 luntas morientis, tum æquipatentem matri cum extraneo, cui sanè legitima, aut eius supplementum non debetur, Rota Bononien. *in consil. unic. impress. post decisionem Barq. n.* 74. Tum tandem verba illa, *sive institutionem, sive legatum*, per quæ datur intelligi, quod Imperator voluit testamentum filii servari, quamvis legitimam non reliquerit, sed aliam suæ substantiæ partem titulo legati; quod in legitima non verificatur, 25 quia illa relinqui debet titulo institutionis, ut in terminis legitimæ ascendentium, Baldus *in l. omni modo, C. de inofficios. testam.* cum aliis allegatis à Matthien. *recopilat.*

recopilat. lib. 5. tit. 8. l. 1. Glossa 7. nu. 2. ubi quod licet Bartholus contrarium senserit, nemo cum sequutus fuit Purpur. *consilio* 164. *n.* 16. ex quibus corollariè concludunt contrariæ opinionis Assectæ, quod per hunc textum loquentem in specie etiam de bonis aliunde quæsitis, corrigitur alter in §. *cum igitur*, Auth. *de non eligen. sec. nuben.* 26

27 Secundo in id expendunt rationem, propter injuriam videlicet illatam, & marito, & filio mortuo per transitum ad secunda vota, §. *prospeximus*, Auth. *de non obligan. secund. nub.* §. *soluto*, §. *quæ verò*, ubi 28 glossa, *verbo & defuncto*, Auth. *de nupt.* Rota *decis.* 171. *n.* 3. *parte* 3. *recent.* quem potuit filius remittere, sed remissio operatur taxativè in eo quod matri re- 29 liquit, cum prohibendo ne plus petat declaraverit quod in reliquo noluit remittere, ut in proximis terminis contra matrem ratiocinatur, Marcabrun. *consil.* 79. *n.* 182.

30 Cæterum ad adducta ex textu in q. *Hinc nos* respondetur quod Imperator ibi non intellexit jura matri competentia restringere, sed amplare, mandando quod ejus favore servetur filii voluntas, plenumque jus, id est, proprietatem, usumfructum mater acquirat; totius, vel partis substantiæ, quam quovis titulo ei filius reliquerit, tàm de aliunde quæsitis, quàm de paternis, 31 quamvis in his ab intestato non nisi quoad usumfructum succederet, ut benè advertit Fachin. *controvers. dicto lib. 3. cap. 63. vers. ad primum*, & exemplo extranei utitur Imperator, non ut illi matrem penitus æquiparet, sed ne illo mater sit deterioris conditio- 32 nis, redarguendo in hoc constitutiones anteriores, nempe, ne prohibitum sit filio morienti relinquere matri in testamento bona sua paterna, aut adventitia pleno jure, cum ea relinquere non prohiberetur extraneo, ut ponderat Rimin. junior. *dicto cons.* 305. *n.* 97. *cum seqq.* Peregr. *in cons.* 80. *n.* 22. *vers. nec text. lib.* 1.

33 Itaque servanda est voluntas filii, sed ut ait Peregrin. *dicto consil.* 80. *n.* 26. *in fine*, quatenus favet matri, & 34 jura legitimæ ei ex aliis juribus provenientia non minuit, & sic quatenus legitimam (quam ascendentibus, quidquid sit in descendentibus titulo legati posse relinqui voluit Barrolus *in Auth. novissima n.* 4. *C. de inoffic. testam.* Joannes Franciscus à Ponte *consil.* 66. *n.* 3. *l.* 1. *q.* 1. Rovit. *decis.* 22. *sub num.* 12.) pars illi à filio relicta adæquet, ut supposuisse Imperatorem colligitur: tum quia loquutus fuit de filio qui legitimè testatus fuerit ibi; *si igitur filius legitimè testatus fuerit*, qualis non est qui matri legitimam non reliquit, Sesse *decisione Aragon. decis.* 270. *nu.* 6. Hieronymus Leo *in resp. post decis.* 210. Valent. *nu.* 78. & *n.* 79. in puncto 35 Fachin. *dicto cap.* 63. *versic. ad primum in fine*, Rim. junior *dicto cons.* 105. *nu.* 51. & 53. Tum etiam quia usus non fuit dictione aliqua taxativa, aut nominatim exclusiva, sine qua jus petendi legitimam nunquam censetur a Lege, vel statuto prohibitum Ruin. *consilio* 97. *num.* 2. *l. b.* 1 Franciscus Molina *de rit. nupt. lib.* 3. *quæst.* 57. *n.* 8. Thesaur. *decis.* 184. *num.* 3. Barz. *decis.* 79. *n.* 46. & stant simul quod mater per scriptu- 36 ram, hoc est testamentum consequatur partem relictam, si qui vero legitimæ deest, obtineat authoritate legis conditionem ex lege Socin. *in lege si ex toto, n.* 3. *in* 2. *notab. D. d. legat.* 1. Ripa *in lege in quartam n.* 116. *D. ad legem falcidiam.* Ruin. *consilio* 55. *num.* 7. *lib.* 1. Peregrinus *dicto consilio* 80. *num.* 25. Negusant. 37 *tract.* 4. *part.* 6. Tum tertio, quia in bonis aliunde quàm a patre illo obventis, reservavit expressè leges favorabiles matri, atque hinc gratis dicitur fecisse ex hoc 38 certa correctoria dispositionem *text. in §. cum igitur*, 39 Auth. *de non eligen.* cum imo præfertur Negusant. 40 *tract.* 4. *part. sub nu.* 36. & correctio nunquam censetur 41 nisi certa expressa, Ceph. *consil.* 515. *num.* 19. Negusant. *tract.* 2. *part. sub nu.* 13. aut necessaria legis posterioris incompatibilitate id faciente *leg. sed posterio-*

ris, D. legibus, Glossa *in lege sciendum in princip. D. qui satisd. cogant.* Cancer. *variarum resolut. tom.* 3. *c.* 14. *n.* 7. *n.* 8. & in puncto quod *textus in* §. *hanc nos* non corrigat, sed cum §. *cum igitur* concordet, observat Bellon. junior. *cons.* 59. *n.* 21.

Ad rationem limitatæ remissionis injuriæ, respondetur applicari quidem in bonis profectitiis filii, in quibus lex punit injuriam filio illatam, & propterea mater exclusa à plena successione testati, licet agnita in testamento filii non capit nisi quod ei filius reliquit, quia censetur agnita, seu instituta in quolibet extra- 42 neo, Baldus *consilio* 49. *nu.* 1. *in fine lib.* 5. Barbat. *consil.* 50. *col.* 6. *versic. capio nunc. volum.* Alexand. *consil.* 3. *num.* 10. *& seqq. lib.* 7. Azeved. *recopilat. lib.* 5. *tit.* 1. *lege* 4. *n.* 49. Rota Bononien. *divers. decis.* 21. *nu.* 5. Secus verò in bonis aliunde quæsitis: nam quoad hæc 43 non est opus remissione injuriæ, cum nec injuriæ ratio habeatur, ut egregiè ponderat Bellon. junior. *dicto consilio* 59. *sub n.* 21. *versic. ad secundum*, & *n.* 22. ubi id probat ex quo lex eorum etiam proprietatem matri binubæ defert, Marcabrun. *consil.* 79. *nu.* 62. & *nu.* 63. post Salycet. *in auth. sed & si quis colum.* 2. *in princip. Cod. secund. nupt.* aliosque ibi allegatos, unde etiam dicimus, quod in hujusmodi bonis, pœnæ secundo 44 nubentium favore filiorum dictæ, non militant, ut supra probatum fuit.

Sed præterea in casu nostro filius non prohibuit matri ne plus peteret, sed rogavit, ibi. *La prego contentar si per tutto quello che potesse pretendere della mia heredita*, & verbum rogo, aptum quandoque importare præceptum, ac prohibitionem in ultimis voluntatibus *lege* 2. *C. de legat.* Fusar. *de substitut. quæst.* 243. *nu.* 2. resolvitur in simplices preces, sic suadente testatoris 46 voluntate ex aliis testamenti partibus elicita, Castr. *in lege peto* 71. *n.* 2. *D. de lege* 2. quæ hic evidens colligi videtur ex superiori parte testamenti, ubi filius quatenus mater legitimam prætenderet, & ei de jure deberetur, quod non credit, gravavit hæredem certo onere favore cujusdam Monasterii erigendi, id enim demonstrat; quod filius noluit addere prohibitionem, sed tantum servari dispositionem legis, & in puncto, quod verba illa quatenus de jure debeatur, non im- 47 portent prohibitionem legitimæ, sed solum imputationem legati in illa pro concurrenti quantitate, Corn. *consil.* 200. *sub nu.* 5. *versic. & illa habet & 3. cum seqq. libro* 3. quem refert, & sequitur Ripa *in lege in quartam nu.* 154. *in fine, D. ad legem falcid.* Rota *in Romana hæreditatis de Fabiis IV. Aprilis* 1642. §. *antepenultimo in fine coram me*, quodque ubi non adest ex- 48 pressa prohibitio filii, legitimæ detractio fieri dicatur secundum tacitam ejus voluntatem, Joan. de Garronibus *in dicta Auth. ex testamento sub nu.* 29. *vers. sed in casu. C. secund. nupt.*

Negligentia verò matris in petendo tutorem filio impuberi, evitatur, quia tunc vivebat avus paternus, in cujus potestate cum filius esset, superflua erat tutoris petitio, Alexander *consil.* 185. *num.* 12. *lib.* 6. facit Socin. senior. *cons.* 153. *num.* 38. *versic. sed clarum est,* 49 *lib.* 2. Fulgosius *consil.* 137. *sub nu.* 3. *versic. in quare.* Robertus Marant. *consil.* 51. *num.* 4. Gabriel. *de tutel. conclusione* 1. *nu.* 66. Gutierrez *eod. tract. parte* 1. *cap* 50 16. *num* 99. & in omnem eventum, quia filius non decessit in pupillari ætate, sed major factus; nec vivus hujusmodi exceptionem matri opposuisse probatur, re integra diceretur mater ad legitimam filii successionem ut ad litteram disponit textus, in *lege matris, C. ad SC. Tertullianum.* & notant Glossa, & Doctores *in lege sciant, Codice hæred. legat.* Castrensis *consilio* 416. *sub num.* 1. *libro* 1. Corn. *consilio* 234 *nu.* 2. *versic. si autem decesserint puberes, lib.* 4. Nicolaus de Ubald. *de success. ab intestat. parte* 2. *in tertia limitatione* Gabriel. *dicta concl.* 51. *num.* 45. Gutierrez *dicto cap.* 16. *num.* 77. *versic. secus si fuerint pubes.* Gometius *in leg.* 14. *Tauri, sub n.* 18. *versicolo Secus verò, si moriantur*

puberis, Cyriacus *controversia* 167. *n.* 30. & 31. Rot. *dec.* 479. *num. nono*; *versiculo ultra quod part.* 1. *recent.*

51 Non obstat, quod ante firmatum statutum hæreditatis agi non possit ad supplementum legitimæ juxta theoricam Barthol. *consil.* 17. *lib.* 1. quia ex datis in Summario Comitissæ numero decimo septimo cum sequentibus, satis constat quod legatum scutorum viginti quinque Dianæ matri ab Antonio relictum minus est legitima, cumque propterea dubitari non con-

52 ringat. An supplementum debeatur, in quibus terminis loquitur Bartolus; sed de ejus quantitate firmari poterit status hæreditatis, quando decernenda erit certa quantitas supplementi, statuendo interim legiti-

53 mam in triente medietatis bonorum aliunde quàm à patre acquisitorum, quia alia medietas spectat ad Ludovicum Antonii fratrem utrinque conjunctum juxta Auth. *defuncto*, *C. ad Tertullian.* ac tradita à Negus. *tr.* 512. *n.* 36. Gabriel. *consil.* 49. *n.* 20. *lib.* 1. Thesaur. *dec.* 172. *n.* 6. *in fin.* Rota *dec.* 39. *n.* 18. *inter impress.* post Modern. Forolivien. *de legitim.* cum aliis allegatis ab eodem Modern. *lib.* 1. *tit.* 4. *quæst.* 7. *n.* 12. & 14. Hector. Felic. *allegat. jur. part.* 3. *allegat.* 22. *n.* 1. & *n.* 3. *in fin.* Rovit. *dec.* 22. *n.* 13. Rota in Imolen. *legitimæ* 20. *Nov.* 1645. *coram Rever. D. meo Decano.*

Et ita decisum utraque parte, &c.

R. P. D. GHISLERIO.

Romana Census.

Veneris 22. *Martii* 1648.

ARGUMENTUM.

Virtus Clausulæ constituti latè inspicitur: ubi facultas capiendi possessionem propria auctoritate, inde resultans, non modicum expenditur: Et quid singulariùs in censu operetur. Hinc sumpta occasione, Associationis materia dilucidatur; & termini possessionis civilis, ac naturalis in propositum suaptè veniunt.

SUMMARIUM.

1 *Clausula constituti, continet facultatem capiendi possessionem propria auctoritate.*

2 *In contractu census apposita, præbet facultatem capiendi dispositionem propria auctoritate fructus rei censitæ ad effectum sibi satisfaciendi de fructibus census.*

3 *Clausula dans et concedens in censu apposita, secundum formularium Instrumentorum Urbis habet in ventre explicitam facultatem capiendi possessionem propria auctoritate.*

4 *Quæ sola de per se suffragatur pro obtinenda associatione.*

5 *Virtus dictarum clausularum non expirat per mortem constituentis.*

6 *Minusque ex negligentia constitutarii in apprehensione naturalis possessionis.*

7 *Limitatur, clausulam constituti non procedere, quando post mortem constituentis ipsa res fuit ab ejus hærede apprehensa, et postmodum constitutarius neglexerit apprehendere possessionem naturalem.*

8 *Associatio petita ratione civilis possessionis, non datur constitutario, qui petendo ab alio rem naturaliter possidere, amisit civilem possessionem.*

9 *Petita verò vigore facultatis capiendi possessionem propria auctoritate datur, quia hæc est possibilis cum possessione alterius, et n.* 10.

10 *Quinimo aliam possidere supponit.*

11 *Civilis possessio, quæ resultat ex pacto constituti, semper amittitur ubi constitutarius patitur alium possidere, et negligit capere naturalem possessionem.*

12 *Associatio, quæ fundatur in facultate capiendi possessionem propria auctoritate, non amittitur ex sola patientia, et negligentia modici temporis, sed præscriptione triginta annorum.*

13 *Et non perit, nisi quò ad effectum retinendæ tantùm, secùs quò ad alios.*

14 *Constituti virtus, quòd expiret per decennium, procedit ad effectum obtinendi manutentionem, non autem immissionem ex alio Judicio possessorio.*

15 *Constitutarius, qui agit contrà tertium, debet docere de dominio constituentis de tempore pacti constituti.*

16 *Possessio probatur ex testibus.*

17 *Et ex locationibus effectuatis cum perceptione pensionum.*

18 *Mandatum de immittendo supponit possessionem in Adversario.*

19 *Possessio probatur per sustentationem litis illius qui uti possessor convenitur.*

20 *Filius exercendo actionem hæreditariam in bonis paternis, censetur ipsius Patris hæres, ubi agitur de ejus commodo.*

21 *Tutor, ubi pupillus sit major infante, et fari possit, habeatque aliquod animi judicium, non potest solus contrahere; sed requiritur ut pupillus præsens cum auctoritate Tutoris contrahat.*

22 *Contrarium probatur, et n.* 23.

24 *Hujus ratio duplex assignatur.*

25 *Associatio petita, per exceptionem nullitatis super articulo juris controverso, ut per opinionum discrepantiam, non potest retardari.*

26 *Exceptio Juris dubii, in quo hinc inde adsunt opiniones, æquiparatur exceptioni facti altiorem indaginem requirenti, et n.* 28.

27 *Exceptio requirens altiorem indaginem facti, debet ad merita reservari.*

28 *Exceptio requirens longam, et dubiam juris altercationem ob varias DD. opiniones, rejicitur ad merita causæ.*

29 *Fructus dotis liquidantur à Statuto Urbis lib.* 1. *cap.* 138. *ad rationem septem cum dimidio.*

30 *Fructus census taxantur ad rationem sex cum dimidio.*

31 *Exceptio fideicommissi, admitti non debet ad retardandam executionem Judicii possessorii.*

32 *Census ad effectum solvendæ dotis mulieri à fideicommittente descendenti, validè potest imponi super bonis fideicommisso subjectis in defectum liberorum dispositione Auth. Res quæ C. communia de legatis, cujus remedium est subsidiarium.*

33 *Existentia bonorum liberorum pro satisfactione dotis sufficientium, ad effectum excludendi remedium Auth. Res quæ C. communia de legatis, debet ab allegante, tanquam fundamentum suæ intentionis probari.*

34 *Et quod talia essent bona tempore restitutionis dotis, ut ex illis sine lite, et controversia dos debita cum effectu posset restitui.*

35 *Verba coram Me Notario, etc. manualiter, etc. habuit et recepit ab N. presenti danti, etc. in tot. Julis, et Testonibus, et duplis aureis, etc. in contractu apposita; sivè similia verba in Instrumento apposita, numerationem probant.*

DECISIO XLIII.

PLacuit DD. concedere filiis, & hæredibus q. Renati 1
Materii associationem ad Casale Aguzzam pro fructibus decursis, & non solutis, ac in futurum decurren. census annui redditus scutorum 65. in forte principali scutorum 1000. super eo impositi de anno 1625.

per

per Carolum Franciscum Rebibam ad favorem dicti Renati cum clausula constituti, tam ad favorem ipsius Renati, quàm hæredum, pacto adjecto inter partes, quod dicta scuta mille solverentur Camillæ Ricciæ matri ipsius Caroli Francisci ad computum restitutionis suæ dotis, dictaque Camilla teneretur cedere Renato omnia, & singula jura, omnesque actiones, & privilegia etiam prioritatis, & potioritatis, & dotalia sibi quomodolibet competentia contra quoscumque translativè & non extinctivè pro dicta summa scutorum mille, prout effectivè in instrumento sub die 11. Aprilis dicti anni 1623. tam solutio, quàm concessio ad formam dicti pacti factæ fuerunt.

Ratio resolutionis fuit, quia cum successivis temporibus hæredes dicti Caroli Francisci defecissent in solutione fructuum dicti census intentato judicio per dictos de Maretiis super associatione ad fundum censuatum dubitari nequit, quin clausula constituti in contractu census, de quo agitur, apposita, quæ continet facultatem capiendi possessionem propria auctoritate, suffragetur, & præbeat facultatem capiendi propria auctoritate fructus rei censitæ ad effectum sibi satisfaciendi de fructibus census, ut in terminis difficilo articulo plenè firmavit Rota in Romana Census 26. Junii superioris Anni coram R. P. D. meo Bichio, ubi aliæ concordantes decisiones referuntur, ex cujus sola lectura decisa penitus remanet præsens controversia. Et ulterius in ea firmatur clausulam (nec non dans, & concedens) appositam in censu secundum formularium instrumentorum Urbis habere in ventre explicitam facultatem capiedi possessionem propria auctoritate quæ sola de per se suffragaretur pro obtinen. associatione, ut benè per Rotam in dicta Romana census, §. *quia magis in casu nostro*, &c. dictæ clausulæ sicuti præbent facultatem capiendi propria auctoritate fructus rei censitæ ad effectum sibi satisfaciendi de fructibus census, ita censuario, ac illius hæredibus plenè suffragantur ad obtinen. associationem, ut habetur in *leg.* 3. ibique glos. *in verbo non videntur*, *C. de pignorat.* Menoch. *de adipiscend. remed.* 5. *num.* 107. Rota *decis.* 887. *num.* 5. *coram bon. memor. Buratto in Bituntina census* 27., *Nov.* 1645. *coram R. P. D. meo Corrado*, & *in dicta Romana Census coram R. P. D. meo Bichio*, quarum virtus non expiravit per mortem dicti Caroli constituentis, minusque ex eo, quod Maretii neglexerint apprehendere naturalem possessionem à Maximis, uti tertiis occupatam, Rota *in Romana Domus* 4. *Decembris* 1615. *coram Francisco Ubaldo*, apud Cencium *de censibus decis.* 253. *num* 10. & *num.* 12. *cum seqq.* ubi limitatur, clausulam constituti non procedere, quando post mortem constituentis ipsa res fuit ab ejus hærede apprehensa, & postea ipsum constitutarius neglexerit apprehendere possessionem naturalem, quia, ut fuit dictum suprà decisione R. P. D. mei Bichii in suprà allegata Romana census in §. *non obstat.* plenè tollitur utriumque objectum distinguendo, quod aut petitur associatio ratione civilis possessionis, & illa non datur, ex quo constitutarius patiendo ab alio rem naturaliter possideri amisit civilem possessionem aut petitur, ut in hoc casu, vigore facultatis capiendi possessionem propria auctoritate, & tunc datur associatio, quia hæc est compatibilis cum possessione alterius: quin imò alium possidere supponit ex qua distinctione cessant deducta per Rotam in supra dicta *dec.* 263. *post. Genc.* cum procedat, quando censuarius peteret associationem annixus in sola civili possessione, quæ semper amittitur, ubi patitur alium possidere, & negligitur accipere naturalem possessionem; secus verò quando, ut dictum est, associatio fundatur in facultate capiendi possessionem propria auctoritate, quæ non amittitur ex sola patientia & negligentia modici temporis, sed præscriptione triginta annorum, ut in puncto distinguit Cyriacus *controvers.* 258. *num* 30. & *na.* 47. ubi quod non petit, nisi quoad effectum retinendæ tantùm, secus quoad alios Grat. *decis. March.* 15. *nu.* 3. Pacific. *de Salvian.* *inspect.* 3. *c.* 2. *n.* 1029. Rota *in Romana Salviani* 29. *Januarii* 1618. *coram Remboldo*, & *in Bononien. Census* 4. *Maii* 1643. *coram Me*, *in* §. *nihil enim facit*, *in fine*, cum quod virtus constituti expiraverit per decennium procedat ad effectum obtinendi manutentionem non autem immissionem ex alio judicio possessorio, ut in d. Bonon. census coram Me.

Nec dubitari potest, quin doceatur de dominio, & possessione Caroli Francisci impositoris census de tempore impositionis, ut requiritur, quando non agitur contra constituentem vel habentem ab eo causam, sed contra tertium, Socin. senior *consil.* 106. *num.* 2. *versic. concurrit*, *lib.* 3. Tiraq. *de jur. constit. limitat.* 1. *num.* 23. Rota *decis. num.* 11. *part.* 1. *diverse.* quales sunt DD. de Maximis hæredes fideicommissarii Francisci, qui non veniunt ex Jure dicti Caroli Francisci, qui censum imposuit, sed possident ex fideicommisso, quia illa non solum probatur ex eodem instrumento impositionis census: sed ex testibus examinatis, ac locationibus effectuatis cum perceptione pensionum, ut agnovit, & firmavit aliàs super hoc Casale Aguzzani, Rota coram Reverend. Urgellen. *dec.* 269. *n.* 1. illamque negare non possunt, dum post mortem dicti Caroli Francisci cito illius hærede intentarunt judicium adipiscendæ, & in idem, uti ab eo possessum fuerunt immissi, quod nullatenus obtinuissent, nisi revera Carolus Franciscus Casale hujusmodi in vita possedisset; alias non fuisset concessum mandatum de immitten. cum per illud supponatur possessio Caroli Francisci. *leg. un. C. de alien. mut. jud. caus. fact.* Rot. *coram Seraph. dec.* 2074. *in princ. in recent. dec.* 618. *n.* 14. *part.* 4. *tom.* 3. Possessio verò illorum de Maximis, qui fuerunt in hoc judicio conventi non controvertitur, & probatur ex eo, quod ipsi sustinent litem tanquam possessores junctis aliis adminiculis deductis informantes.

Quod autem Maretii tunc agentes sint hæredes Renati emptores census probatur ex eo quod justificatur eos esse Renati filios; Nam hoc casu cum ipsi agant, & agatur de eorum commodo, censentur etiam ejusdem Renati hæredes, Rota *decis.* 302. *part.* 3. *recent. & in Bononien. Spolii* 16. *Martii præteriti coram R. P. D. meo Otthobono.*

Neque hanc associationem impedire potest oppositæ nullitas census impositi à curatore dato à Judice loco matris tutricis, & suæ dotis creditricis eidem Carolo Francisco pupillo, annorum scilicet decem, ut asseritur in eodem instrumento, qui nec fuit præsens instrumento, etiamsi esset major infanti, quia cum in hoc Doctores non conveniant, absque eo quod in præsenti firmatur, quæ ex opinionibus verior sit, an affirmativa, quod ubi pupillus sit major infante, & fari possit, habeatque aliquod animi judicium, non possit solus tutor contrahere, sed requiratur, ut pupillus præsens cum auctoritate tutoris contrahat, ut notat Castr. *in l. neque tutores*, *n.* 5. *Cod. de procurat.* Soc. 24. *num.* 45. *lib.* 1. Peregrin. *conf.* 74. *sub n.* 4. *lib.* 3. Gomes. *variar. resolut. tom.* 2. *cap.* 14. *n.* 1. & dixit Rota *in Bononien. de Berois* 28. *Junii* 1641. *coram. R. P. D. meo Carillo*, §. *nullitas*, seu potius negativa contraria sententia, nempe, quod non requiratur præsentia pupilli, etiamsi major sit infante, quam tuetur Art. Pinel. *in leg.* 1. *part.* 2. *Cod. de bon. patern. n.* 66. *verf. ego autem*, *& infra*, *verf. videretur. que ridiculum*, Jacob. Mandel. de Alb. *consil.* 205. *n.* 38. *cum seq.* ubi quod solus tutor sine præsentia pupilli potest alienare cum decreto, etiamsi pupillus sit major infante, quia præterquam quod jura dirigunt verba in tutores adest ratio omnino concludens, videlicet, quod durante tutela tutor censetur habere administrationem cum libera, ergo potest alienare, dummodo non dilapidet, hanc opinionem multis comprobat, & respondet omnibus contrariis, eam lem amplexa fuit Rota

25 *in recentior. decis.* 296. *num.* 8. *cum seq. n.* 4. *tom.* 2. *recent.* ipsa controversia, & opinionum discrepantia in hoc
juris articulo sufficit, ut hujusmodi exceptio, nul-
latis petitam associationem retardare non possit
26 quia exceptio juris dubii, in quo hinc inde adsunt
opiniones, æquiparatur exceptioni facti altiorem in-
27 daginem requirenti, & sicut exceptio requirens al-
tiorem indaginem facti, debet ad merita reservari
leg. 3. §. *ibidem*, *ff. ad exhib. leg. ille à quo*, §. 1 *ff.*
28 *ad Trebell.* ita & requirens longam, & dubiam juris
alienationem ob varias Doctorum opiniones, Ca-
pic. *dec.* 10. *n.* 19. & 20. Rota *coram Seraphin. decis.*
27. *sub n.* 6. *decis.* 64. *n.* 6. *inter impressas* apud Pacif.
de Salvian. in Bononien. bonorum, seu fideicommissi de
Sanctis 17. *Maii* 1647. §. *final. coram R. P. D meo*
Bichio. Eoque facilius est rejicienda hæc exceptio,
dum census fuit necessarius pro restitutione dotis &
utilis pupillo, quia fructus dotis liquidantur à Statuto
29 Urbis lib. 1. cap. 138. ad rationem septem cum
30 odimidio, fructus verò census taxantur ad rationem
sex cum dimidio.

31 Tandem non obstat altera exceptio deducta ex anti-
quissimo fideicommisso, cui dictum Casale subjectum
prætenditur, quia ultra quod redditur turbida, cum
pro non existentia fideicommissi adsit sententia Ro-
talis, & adhuc lis pendeat indecisa coram me; ad-
mitti non debet ad retardandam exequutionem ju-
dicii possessorii ut benè per Rotam in dicta Romana
census coram R. P. D. meo Bichio in fin. & antea
coram bon. memor. Buratt. *decis.* 853. *n.* 4. & in
aliis relatis *dec.* 704. *n.* 1. *part.* 5. *recentior.* cum cen-
sus, de quo agitur fuerit impositus pro solvenda
32 dote dictæ Camillæ Recciæ matris Caroli Francisci
impositoris, ac descendentis Francisci de Salomoni-
bus fideicommittentis validè potuit imponi super
bonis fideicommisso subjectis in defectum bonorum
liberorum ex dispositione Auth. *res quæ C. comm. de*
legat. Cencius *de censibus q.* 19. *n.* 32. *cum seq.* Duard.
eodem tract §. 1. *q.* 7. *n.* 33. Rota *coram bo. mem. Cocc. de-*
cis. 244. *n.* 3. & ita passim, cujus remedium, licèt sit
subsidiarium, suffragatur materiis, donec ex adverso
probetur, quod existerent bona libera restitutioni doti
sufficientia, cum non agatur de dote constituenda, sed
de restitura, & de alienatione jam facta mediante cen-
sus impositione, quam cum ex capite existentiæ alio-
rum bonorum liberorum sufficientium pro satisfactio-
ne dictæ dotis infringere prætendant, illam probare
33 debent concludenter, tanquam fundamentum propriæ
intentionis, ut probant relati per R. P. Dominum meum
Bichium in sæpè allegata Romana census, in §. *conve-*
niunt ferè omnes, cum quibus transierunt DD. quam-
vis alias Rota, dum agebatur de dote Victoriæ, dixe-
rit adfuisset bona libera, hoc tamen ad effectum, de
quo agatur, non sufficit, quia probanda esset hujus-
modi bonorum existentia de tempore impositionis cen-
34 sus pro restitutione dotis Camillæ, & quod talia essent,
ut ex illis sine lite, & controversia dicta dos cum effec-
tu posset restitui, ut dixit Rota in Romana Dotis
23. Jan. 1645. coram R. P. D. meo Otthobono.

Objectum denique in alia propositione sub die 27. Junii 1646. deductum, quod ageretur de dote con-
fessata cessat ex facto, quia ex instrumento dotali pro
rata scutorum 1558. pro integro complemento scu-
torum 3000. monetæ dotis prædictæ, quæ rata major
est censu, apparet dotem fuisse solutam in contanti,
ibi coram Me Notario, &c. manualiter, &c. habuit,
& recepit ab eisdem DD. Alexandra & Camilla præ-
35 sentibus, dantibus &c. in tot Juliis & Testonibus,
ac scutis, & duplis aureis &c. quæ verba veram nu-
merationem probant, Bart. *inl. ex cautione*, *n.* 1. *versic.*
si verò Notarius, *C. de non num. pecun.* Roman. *in leg.*
prædia sub nu. 4. *D. de acqu. poss. ff.* Bertaz. *clausul.* 34.
gloss. 8. *n.* 1. Rota *decis.* 310. & *decis.* 382. *n.* 4. *part.* 4.
recent. & consequenter, dotem præfatam fuisse verè,
& realiter solutam in longè majori summa, quam
importat census de quo agitur.

Ex quibus fuit resolutum filiis hæredibusque Re-
nati Marii esse dandam associationem ad possessionem
Casalis Aguzzani pro fructibus decursis, & non solu-
tis, ac in futurum decurren. denegata petita dilatione
cum interesse habentes pluribus lacessiti citationibus
neglexerint informare.

Eminentiss. & Reverendiss. D. Card. Otthobono.

Romana Redintegrationis.

Lunæ 13 *Maii* 1649

ARGUMENTUM.

Immissio in Salviano cessat ex satisfactione crediti: & illius continuatio provocat ad actionem spolii. Calculus probat contra scribentem. Variæ illius inspectiones circa legitimum creditum in hac specie perpenduntur, ubi ea magis, de lucro, Interusuriis dotalibus aperitur.

SUMMARIUM.

1 *Immissionis causa cessante in Salviano ex satisfac-*
tione crediti, qui passus est immissionem, redinte-
grandus est ad pristinam possessionem.
2 *Et contra denegantem restitutionem datur actio spolii.*
3 *Calculus probat contra producentem.*
4 *Nec valet amplius impugnari.*
5 *Quartum dotale, quod superlucratur conjux supers-*
tes ex dispositione Statuti Urbis lib. 1. *c.* 131. *su-*
per extantibus filiis communis matrimonii, debetur
mulieri quo ad usumfructum tantùm et acquiritur
filiis uti hæredibus Patris; non autem ex propria
persona.
6 *Interusuria dotalia non debentur mulieri, pendente*
mora restitutionis dotis, viro prædefuncto facta
per ipsam interpellatione, ex dispositione Statuti
Urbis lib. 1. *c.* 137. *non debetur, nisi interpellatio*
sit judicialis.
7 *Et interpellatio non prodest, si fiat alii, quàm pro-*
priis hæredibus illius de cujus bonis agitur.
8 *Retentio pro interusuriis dotalibus, etiam reservatis*
in sententia, non competit, nisi facta ipsorum li-
quidata ratione incertitudinis.

DECISIO XLIV.

FUit per DD. resolutum dandam esse redintegratio-
nem ad possessionem Domus, de qua agitur Joan.
Baptistæ, & aliis de S. Petro, quia Paulus Querrus
filius, & hæres Septimiæ, quæ vigore Salviani inter-
dicti per A. C. immissa fuit in possessionem dictæ Do-
mus, quousque ex illius pensionibus satisfieret in sum-
ma scutorum 900. pro residuo suæ dotis est satisfactus,
ut constat ex calculo exhibito, quo mediante Paulus-
met fassus fuit exegisse post immissionem ab Inquilinis
Domus, & Apothecarum subtus domum scuta 1431.
64. cessante itaque immissionis causa ex satisfactione
crediti illi de Sancto Petro sunt procul dubio redinte-
grandi ad eorum pristinam possessionem, & contra de-
negantem restitutionem datur actio spolii, Pacific. *de* 1
Salvian. inspect. 4. *c.* 1. *n.* 216. & *n* 220. Rota *coram*
Buratt. dec. 160. *n.* 10. *coram Sanct. Mem. Gregor. decis.*
254. *nu.* 1. ubi Adden. *nu.* 6. *in Romana spolii* 9. *Junii* 2
1627. *coram bon. memor. Merlino. & in Tiburtina Castri*
S. Angeli 27 *Junii* 1642. *Coram R. P. D. meo Scutingero*, *& in Bononien. spolii* 16. *Martii* 1648. *in §. quod*
spolium coram Me.

Calculus

3 Calculus autem prædictus cum fuerit exhibitus per Paulum contra ipsum producentem, benè probat Baldus *in leg. scripturæ* 14. *n.* 2. *Cod. de fid. instrum.* Alex. *conf.* 30. *n.* 1. *lib.* 1. Rota *coram San. mem. Gregor. decis.* 238. *n.* 5. & ibi Adden. *n.* 15. & *in recent. dec.* 29. *n.* 46. *part.* 7. nec valet hodie amplius impugnari *cap. cum venerabilis, ubi omnes de except.* Felin. *in. c. imputari n.* 7. *de fid. instrum.* Add.
4 *San. mem.* Gregor. *d. decis.* 238. *n.* 15. cum aliis relatis per Rotam *in Mil vitana canonicatuum* 15. *Nov.* 1647. *in princ. coram Me.*

Neque obstat, quod Paulus adhuc prætendat retinere dictam domum quousque ex illius pensionibus satisfiat de quarto dotali debito Septimiæ ejus matri ex dispositione statuti Urbis lib. 1. c. 131. quia
5 hujus statuti vigore quartum dotale fuit superlucratum à Septimia quoad usum fructum tantum cum supereſſent filii communes ex Thoma ejus viro prædefuncto, & acquiritur tunc filiis uti hæredibus patris, non autem ex propria persona, ut dixit Rota *in decis.* 117. *n.* 3. *& seq. p.* 6. *rec. in Romana de Cavaleriis post Fenz. dec.* 79. *per tot.* in Romana fideicom. de Cæsareis 24. Nov. 1638. coram Reverend.
6 Terracinen. & in Romana Salviani 1. Julii 1643. coram R. P. D. meo Peutingero.

7 Nec minus Paulo potest competere retentio ob interusuria dotalia eidem Septimiæ debita occasione prætensæ moræ à die interpellationis incursæ ob non restitutionem dicti residui dotis juxta dispositionem Statuti lib. 1. c. 137. quia in hoc casu non fuit facta judicialis interpellatio prout statutum requirit ad hoc, ut interusuria debeantur, Rota *in recent. dec.* 106. *n.* 5. *part.* 3. *in Romana fructuum dotis* 13. *Nov.* 1624. *coram Remboldo impress. post Gilian. ad statut. Perus. decis.* 72. *n.* 9. *coram san. mem. Gregor. decis.* 269. *n.* 1. & ibi Adden. *n.* 7. *& in Romana dotis* 18. *Febr.* 1647. *in §. nam cum à prædicta die, coram Me.*

Nec suffragari potest interpellatio facta Paulo: quia cum idem conventus fuerit tanquam hæres Thomæ viri, non potuerunt ea in mora constitui hæredes Stephani, de cujus bonis hodie agitur *l. mora* 32. §. *in bonæ fidei, ff. de usur. leg. in condemnatione* 134. §. *unicuique*, ibique gloss. *ff. de reg. jur.* Roland. *conf.* 58. *n.* 10. *ad fin. lib.* 2. Honted. *conf.* 50. *n* 34. *lib.* 1. Rota *decis.* 182. *n.* 6. *& n.* 7. *part.* 4. *tom.* 2. *rec. & in Romana dotis* 18. *Febr.* 1647 *sub §. & hinc profecto, coram Me.*

8 Et in omnem casum cum hujusmodi credita ratione interusuriorum non essent adhuc liquida, sed tantum reservata in sententia A. C. nec deinde fuerint declarata, aut liquidata ratione incertitudinis, aut illiquiditatis Paulo non potest competere retentio; Rota penes Buratt. *dec.* 160. *n.* 13. & ibi Add. *n.* 20. Post Zach. *de oblig. Camer. decis.* 130. *n.* 8. *in Recanaten. manutentionis* 28. *Jun.* 1642. *in fin. coram R. P. D. meo Cerro, in Tusculana Salviani* 17. *Junii* 1647. *in §. non tamen visa fuit coram R. P. D. meo Verospio, & in Romana domus* 4. *Maii anni præteriti in fin. coram R. P. D. meo Bichio.*

Fuit itaque resolutum redintegrationem esse concedendam Joan. Baptistæ, & aliis de S. Petro, utraque parte informante, & c.

R. P. D. MELTIO.

Romana supplementi Legitimæ.

Lunæ 21. *Junii* 1649.

ARGUMENTUM.

Supplementum legitimæ debetur filio, & pro eo ejus Hæredibus in bonis Patris. Status hæreditatis concordatus à partibus coram Judice attenditur, donec de errore concludenter probetur, ipsius deterioratio, quomodo probetur. Legitima debetur juxta valorem status de tempore obitus Patris. An imminuatur diminutione bonorum, quæ contingit, & post. Diminutio, pendente mora solvendi supplementum, sequitur hæredem possessorem.

SUMMARIUM.

1 *Supplementum legitimæ debetur filiæ, et ex ejus persona, illius hæredibus, in bonis Patris prædefuncti.*

2 *Status Hæreditatis coram Judice à partibus concordatus, est attendendus, donec de errore concludenter probetur.*

3 *Status hæreditatis deterioratio, causata ex bello, peste, et aliis accidentibus, quomodo probetur, remissivè.*

4 *Legitima debetur filiis de omnibus bonis, juxta eorum valorem et statum, de tempore obitus Patris.*

5 *Diminui an valeat, diminutione rerum, et bonorum contingente post mortem Patris: remissivè.*

6 *Diminutio pretii hæreditatis, quæ contingit, pendente mora contumaciali Hæredis ad solvendum supplementum legitimæ filio debitæ cedere debet ad damnum ipsius possidentis.*

DECISIO XLV.

1 STeterunt Domini in decisis coram Me sub die 2 Dec. 1647. sub qua fuit resolutum sententiam Rotalem esse confirmandam. Supplementum autem legitimæ deberi Mariæ, & ex ejus Persona illis de Cherubinis ejus hæredibus in bonis Riccardi Rotigni ejus Patris, probat expresse *l. omni modo, C. de inoff. test.* & fuit abundè firmatum tam in d. decis. quæ revidetur, quàm in aliis emanatis cor. R. P. D. meo Cerro. Undè super hoc non esse amplius insistendum ordinarunt Domini, & restricta fuit tota difficultas ad solam quantitatem hujus supplementi, quæ ut sit sc. 8215. ba. 88. juxta liquidationem factam in d. sententia, & comprobata in eadem decis. cor. Me emanata sub d. die 2. Dec. 1647. visum fuit non posse amplius in dubium revocari.

Nam ex statu hæreditatis d. Riccardi concordato cor. me de ordine Rotæ, præsentibus partibus ac earum Procuratoribus & Calculatoribus constat, quod factis bonis omnibus erroribus, & omnibus creditis prætensis inexigilibus ab Anna Rotigna, nihilominus d. summa 2
remaneat liquida, & indubitata, cui statuti sic firmato, ut standum sit donec de errore concludenter probetur, tradit. Soc. *in l. qui pecuniam n.* 10. *ff. si cer. pet. & in l. quibus diebus* §. *quodam Titio n.* 10. *ff. de cond. & dem.* Ursil. ad Affl. qui in computis socialibus *decis.* 105. *n.* 7. Bertaz. *clauſ.* 38. *gloss.* 2. *n.* 1. Rot. *cor. Burat. decis.* 546. *n.* 6. *verſ. non obstat clausula, & in Romana Rescissionis Transactionis* 29. *Maii* 1648. *cor. R. P. D. meo Corrado*, §. *ult. vers. hinc DD. censuerunt.*

Dici neque potest quod supplementum sit diminuendum attenta diminutione pretii bonorum stabilium in 3
hæreditate repertorum causata ex bello & peste, quia ultra quod talis deterioratio non probatur, prout requiritur secundum Gloss. & DD. *in l.* 2. *C. de resc. vend. c.* 3. *de emp. & vend.* Natt. *conf.* 650. *n.* 8. Mod. Perus. *de sub. h. insp.* 60. *n.* 1. & 2. Rota penes Buratt. *dec.* 538. *n.* 1. *verſ. nam dictæ mulieres*, quatenus etiam probaretur illam non relevare. Nam quidquid sit (ex quo legitima debetur filiis de omnibus bonis juxta eorum 4
valorem & statum de tempore obitus Patris ad *l. omni modo in fi. C. de inoff. test.* Rot. post Merl. *dec.* 113. *n.* 1. *dec.* 62. *n.* 73. *p.* 5. *rec.*) an rerum, ac bonorum dimi- 5
nutiones

nutiones, quæ contingunt post mortem Patris valeant diminuere legitimam filii, de quo latè dixerit Peregr. *de fideic. artic. 56. n. 16. usque ad n. 35.* Merl. *de legit. lib. 5. titul. 3. q. 7. n. 12. cum seq.* Quia in proposito casu concurrit mora Annæ hæredis, quæ sæpius requisita, & interpellata fuit ad solvendum dictum supplementum, ac semper recusavit, prout hodie etiam pertinaciter recusat, diminutio pretii si quæ contingit pendente tali mora contumaciali, certum est quod cedere debeat
6 in damnum hæredis possidentis, ut declarat Rim. jun. *c. 227. n. 73.* Capyc. Latr. *cons. 78. n. 22.* & fuit dictum in Romana fideicommissi de Episcopis 29. *Nov. 1634. coram Eminent. Card. Hieronymo Verospio*, & in eadem confirmata 22. *Junii 1643. coram R. P. D. meo Verospio.*

Et ita informantibus tantùm Dominis de Cherubinis altera tamen parte sæpius monita, & expectata, ac semper informare recusante, fuit resolutum, &c.

Emin. R. P. D. Card. CORRADO.

Romana Successionis.

Lunæ 17. Maii 1649.

ARGUMENTUM.

Dispositio leg. hac Edictali, Cod. de secund. nupt. ubi occurritur præjudicio filiorum primi matrimonii, sedulò perpenditur & conjecturæ contemplationis habitæ secundi Viri à muliere binuba restante, luculento ratiocinio recensentur, & latè de materia.

SUMMARIUM.

1 *Dispositio testamentaria mulieris binubæ intuitu et contemplatione secundi mariti, extantibus filiis primi matrimonii, fieri prohibetur ex leg. hac Edictali, C. de secund. nupt.*

2 *Probationes in materia difficilis probationis, fiunt conjecturis, ac præsumptionibus, Judicis arbitrio pensandis.*

3 *Præsumptio, quod dispositio testamentaria sit facta contemplatione alterius, non tollitur ex eo quod commodum ipsius referatur in alterum, concurrentibus aliis, quibus ea rectè percipitur demonstrationibus.*

4 *Et in terminis filii instituti hæredes ad commodum Patris, textus expressus.*

5 *Datum illis videtur cujus consensu, contemplatione, ac opera, alteri quid conceditur.*

6 *Legislator in l. hac Edictali, C. de secund. nupt. apprimè intendit occurrere industriis, ac machinationibus, quæ in fraudem ipsius legis, ac in præjudicium filiorum præcedentis matrimonii, moliri solent, ubi referuntur verba legis.*

7 *Participatio commodi proprietatis in Hæreditate filiis relicta satis resultat, et evidenter probatur in parte, ex institutione ipsius in usufructu cum plena bonorum administratione, ac ab omni redditione rationum, ac confectione inventarii plena liberatione.*

8 *Distinctio institutionis filiorum in proprietate, et Patris in usufructu, apertè convincit, Testatoris uxorem nullam proprietatis commodum marito tribuere voluisse.*

9 *Ususfructus hæreditatis relictæ filiis, ex legis dispositione acquiritur Patri, sive sint absolutè instituti sive in proprietate, non alio addito. Nullum autem Jus proprietatis ipsi regulariter acquiritur.*

10 *Testator instituens filios alterius, potest prohibere usumfructum Hæreditatis Patri.*

11 *Contemplatio mariti resultat ex institutione filiorum facta per Uxorem, quæ non prohibuit ipsi usumfructum.*

12 *Ususfructus semper in proposita specie censetur ex tacita disponentis voluntate prohibitus, ad sustinendam dispositionem, quæ aliter redderetur invalida.*

13 *Clausula, quò magis adhibetur in rebus suspectis, eò magis præsumitur fraus, ac dolus.*

14 *Decius acriter et jure merito invehit contra DD. excogitantes, et approbantes cautelas in fraudem leg. hac Edictali ac præjudicium filiorum primi matrimonii.*

15 *Et dicit illas esse verbales, et rejiciendas.*

16 *Commodum, quod ex amplitudine verborum institutionis, ac tota testamenti serie, intenditur Testatricem voluisse conferre marito, qualecunque sit, sufficit ad hunc effectum.*

17 *Ususfructus debetur Patri ex Hæreditate filii à matre obventa ex dispositione Statuti Urbis l. 1. c. 131. sub rub. ad lucr. dot.*

18 *Declaratur hoc Statutum providere, et disponere quando extant soli filii communis matrimonii, non autem quando concurrunt alii ex præcedentibus nuptiis suscepti.*

19 *Statuto cessante attenditur dispositio Juris communis.*

20 *L. hac Edictali favet filiis primi matrimonii.*

21 *Repudiatio seu renunciatio commodi Hæreditatis Uxoris, facta à Victrice, non potest tollere Jus filiis primi matrimonii ex leg. hac Edictali proveniens, quibus, expectata alia ipsius acceptatione, statim illud defertur.*

22 *Repudiatio hujusmodi præsumitur facta in fraudem filiorum primi matrimonii ad privandum illos lucro à lege delato.*

23 *Substitutio facta in testamento, licèt in futurum, ac incertum eventum collata, est considerabilis ad effectum, ut præsumatur contemplatione illius, cujus linea in propria, et descendentium personis vocaturis.*

24 *Et facultas specialis à testatore concessa hæredibus instituti disponendi ad favorem certæ personæ descendentis illius, de cujus contemplatione dubitatur et illius descendentium ad solam ejus contemplationem referri potest.*

25 *Contemplatio secundi Viri præsumitur habita fuisse à muliere binuba in odium filiorum primi matrimonii, quando in casu contradictionis ipsorum suæ odiosæ dispositioni, imposuit caducitatem alieni portioni, et illi reliquit executorem primum secundum virum, deinde suos filios hæredes institutos, cum plenissima liberatione à redditione rationum.*

26 *Pariterque ad onus portionis, tunc iis adjudicandæ, detractionem caducatæ, et legata etiam annua referri voluit.*

27 *Exoneratio gravaminum in hæreditate, non solius proprietarii, sed usufructuarii etiam commodum, et contemplationem præ se fert.*

28 *Judicium idem prorsùs resultat institutionis unius, ubi ex antecedentibus, et sequentibus institutionis de ejus filiis partibus apparet testantem præ oculis habuisse, et contemplatur fuisse illum.*

29 *Ad formandum hujusmodi judicium totius Testamenti contextus, non autem singulæ illius partes disjunctim, omnesque simul præsumptiones undique resultantes considerari debent, cum vicissim adminiculentur.*

30 *Contemplationis prædictæ nullæ major certitudo adduci posse videtur, et quæ ipsius testatoris ore prolata fuit.*

31 *Legatum annuli pretiosi ob memoriæ conservationem, cæteris junctis, ex eodem testamento conjugis morientis insurgentibus adminiculis, est præstantior probatio amoris, quàm sit quælibet contraria ex testibus elicita, odii, ac discordiæ, qui essent inter Conjuges.*

32 *Ratio prima in periodo testantis, licèt addita secunda ad ejus corroborationem, præ se fert contemplationem*

templationem testatoris, ac dispositionis finalem, et præcipuam causam.

33 *Licèt ad hunc effectum sufficeret quod esset æquè principalis, et conjunctim adjecta.*

34 *Imò et secundaria.*

35 *Eoque maximè ubi sunt commemorata merita filiorum, meritorum ob ætatis tenuitatem non comput. nisi Patris contemplatio supplevisset.*

36 *Dispositio mulieris secundò nuptæ, ex qua filii ex primis nuptiis suscepti neque legitimam consequantur tanquam iniqua, ac injustis artibus extorta, penitus reprobatur.*

37 *Tempus testamenti attendi debet, quando inquiritur testatoris intentio circa disposita in eo.*

38 *Causæ odii filiorum debent esse graves, quæ inducant matrem ad disponendum in illorum præjudicium: aliàs sic disponens præsumitur extraneis artibus, ac suasionibus circumventa.*

39 *Rationes expressæ, et cumulatæ in testamento facto à muliere, censentur deductæ ad obtegendam, et colorandam mariti contemplationem, quando aliæ fortiores, pro ea vigent conjecturæ, ac verba, quæ non solùm suadent, sed demonstrant principium, medium, et finem, ac totius dispositionis substantiam, fuisse in præscripta contemplatione constitutam.*

40 *Et propterea, licèt alias veræ forent, cùm tamen sic adjectæ censeantur in fraudem, ac circumscriptionem legis, attendi non debent, sed sunt rejiciendæ.*

41 *Forma relicti non est consideranda, sed effectus rei.*

DECISIO XLVI.

VOluerunt Domini tertia vice audire D. Com Fabium. Verùm causa denuò exacto studio discussa, nulla demum visa fuit pro ejus parte deduci relevans ratio, ob quam sit recedendum à resolutionibus coram Me factis sub diebus 18. Maii 1646. & 14. Junii 1647.

1 Nam ponderato, ut fieri debet, toto contextu testamenti Imperiæ illius uxoris, clarè dignoscitur quod ejus intuitu, & contemplatione conditum fuit contra

2 dispositionem *l. hac edictali, C. de secund. nupt.* Hoc enim in subjecta materia difficilis probationis benè probatur conjecturis, ac præsumptionibus Judicis arbitrio pensandis, *ad leg. licet Imperator.* cum ibi not. per DD. *ff. d. l.* 1. *l. dolum. C. de dol. c.* 2 *de renunciat. in* 6. Bart. *in l. si filio fam. nu.* 1. *vers. si apparet, ff. de donat. caus. mort.* Aug. *in l. fi. sub n.* 2. *vers. & ideo, C. de usufruct.* cum aliis latè adductis per Mascard. *de probat. conclus.* 815. *sub n.* 1. *vers. quæ in re, &c.* & in specie tradunt Socin. jun. *cons.* 16. *n.* 4. *vers. & ante omnia præsupponendum est, &c. ac seqq. lib.* 4. Rim. jun. *consil.* 243. *n.* 34. *vers. & cum in fraudibus, & seqq.* Lancellot. Gall. *consil.* 18. *n.* 25 *versic. & hæc quoad juris præsumptionem. cum seqq. & sub n.* 53. *vers. nec obstat, ac seqq.* Card. Bardellon. *cons.* 4. *sub n.* 66, *versic. standum igitur est conjecturis, ac seq.* Fachin. *controv. lib.* 3. *cap.* 66. *in fin. versic. ex variis porrò causarum figuris, &c.* & confert Lup. *de illegitim. tom.* 1. §. 5. *sub n.* 158. *versic. unde secus est, &c.* Quæ in præcedentibus Decisionibus fuerunt plenè deductæ, & comprobatæ.

3 Nec obstat, quod ex institutione communium filiorum secundi matrimonii, quam fecit Imperia in proprietate bonorum ejus hæreditatis, nullum resultet commodum dicto Com. Fabio eorum patri quo circumscripto, cessare videtur in ea parte (super qua insistebant informantes) ejus contemplatio ni præsumptio.

Quia præter quod illa quidem efficax est contemplationis hujusmodi demonstratio, sed non unica, nec exclusiva aliarum præsumptionum quibus eadem rectè

4 percipitur, licèt dispositionis commodum referatur in alterum, ut probat littera *text.* & explicat ibi Goffredus & Fulgos. *in leg. si fideicommissa, §. pen.* ibi, *plerumque autem intelligendum est privati causa hoc fecisse, licet emolumentum publicano quæratur,* &c. *ff. de leg.* 3. & melius ad rem nostram *in leg pen. in fin. princip.* ibi *facilior que suspicio per filium scriptum hæredem quamvis emancipatum adeuntem, liberti hæreditatem ipsum patronum habere, cum omnia quæ nostra sunt, liberis nostris ex voto paremus,* &c. ibique gloss. *in verb. patronum habere, ff. de bon. libertor.* Nam illi datum videtur cujus consensu, contemplatione, ac opera alteri quid conceditur *l. solutum, ff. de pignor. act. si sponsus, §. generaliter. ff. de donat. cum simil.* Rip. *consil.* 1. *sub n.* 9. *vers. ad fundamentum Baldi,* &c. *de sec. nupt.* Quæ sanè conclusio facilius procedit in hac materia, in qua Legislator apprimè intendit occurrere industriis ac machinationibus, quæ in fraudem ipsius legis ac præjudicium filiorum præcedentis matrimonii moliri solent, ut legitur in *d. l. hac edictali, in princip. vers. sin verò* ibi. *omni circumscriptione, si qua per interpositam personam, vel alio quocumque modo fuerit excogitata cessante,* &c. *& in §. optimè,* ibi, *nulla machinatione neque per suppositas personas, neque per aliquam aliam causam interponi valente,* &c. in Auth. *de nupt.* Præsertim inter domesticos quibus sunt faciliores, ac frequentiores, *leg. data, C. de donat.* & in specie probant Castr. *in consil.* 150. *viso puncto sub n.* 2. *ad fin. vers. nec obstat, quod saltem proprietatem, lib.* 2. & prius Joan. de Lignan. Franc. Aret. & Riccard. de Salyc. inter consil. ejusdem Castr. *consil.* 261. *ac* 263. *& post cons.* 264. *lib.* 1. Ruin. *in cons.* 112. *sub n.* 8. *vers. & isto casu, l.* 1. Menoc. *cons.* 511. *sub n.* 11. *versic. & quæ quidem cautela,* &c. Rim. jun. *cons.* 241. *sub n.* 46. *vers. moventur etiam, cum seqq. & dicto cons.* 243. *nu.* 27. *vers. subjungens, & seqq.* Thesaur. *decis.* 170. *sub n.* 33. *vers. ideo cautelam,* Eugen. *cons.* 1. *sub n.* 27. *versic. contrarium tamen cum seqq. lib.* 2. Hond. *consil.* 14. *sub n.* 32. *vers. quintum lib.* 1. Lancellot. Gall. *consil.* 18. *sub n.* 42. *vers. sed quando pater,* Mantic. *de tacit. lib.* 12. *tit.* 33. *sub n.* 10. *vers. aliud autem dici potest & vers. neque est omittendum,* &c. Rovit. *decis.* 12. *sub n.* 4. *vers. rationem assignant,* &c. *cum seqq. & sub n.* 9. *versic. ex quibus patet,* &c.

Ex facto etiam removetur objectum, cùm ipse Com. 7
Fabius fuerit in usufructu ejusdem proprietatis hæres pariter institutus, cum plena bonorum administratione; ab omni redditione rationum, ac inventarii confectione expressè liberatus, ex quo evidenter probatur commodi illius in eadem proprietatis filiis relicta participatio, Castr. *dicto cons.* 150. *sub n.* 2. *vers. nos loquimur, &c. & vers. sed hic ultra processit, &c. lib.* 2. Rim. Jun. *dicto cons.* 241. *sub n.* 49. *versic. & certe, &c.* Thesaur. *d. dec.* 170. *n.* 28. *versiculo ampliatur tertio. &c.* dicens hoc esse indubitatum, Laderch. *cons.* 147. *sub n.* 1. *versic. secunda est suspicio,* Mart. *Vot.* 39. *sub n.* 15. *versic. ex his sequitur, & seq.* Mastrill. *dec.* 175. *n.* 21. *vers. item quia patri, & seq.* Rovit. *d. decis.* 12. *nu.* 3. *versic. prout si in eadem dispositione,* & fatetur Bellon. jun. *in objecto consil.* 82. *sub n.* 26. *versic. ad secundum verò, &c.* sententiam prædictam in his terminis veram esse.

Nec relevat contraria illatio ex eo deducta, quod 8
distincta hujusmodi dispositio, qua filiis proprietas, viro autem, ac patri eorum ususfructus separatim fuit relictus, apertè convincat Testatricem nullum proprietatis commodum marito tribuere voluisse; ut sensit Dec. *in. cons.* 462. *visa legitimatione sua, n.* 40. *versic. ad removendum istâ, &c.*

Quinimò contemplationem illius evidentius demonst- 9
rat. Nam si hæredibus simpliciter, vel etiam in proprietate alio non addito filiis posterioris matrimonii institutis decessisset Imperia, quo casu ex legis dispositione idem ususfructus nullum autem jus proprietatem regulariter acquiritur parti *leg. cum oportet, Cod. de bon. quæ liber.* Attamen id censetur mariti contemplatione fecisse, ea sola ratione, quia cum 10

illum expreſſè, ut poterat *Auth. excipitur eodem tit.* non prohibuerit, dicitur ideo filios inſtituiſſe, ut per eos patri acquireretur ab *l. cum filiofam. in princip.* ubi gloſſ. *in verb. patri, & ſeqq.* ac DD. *ff. de leg.* 1. *& l. ſi ita quis, la* 2. §. *ea lege ff. de verbor. obligat.* & probavit Paſd. *in conſil.* 161. *quædam Nobilis Domina, lib.* 1. recedens à contraria opinione, quam prius tenuerat in *conſ.* 22. *quædam Domina Nicolina, per tot. lib.* inter conſ. Caſtr. *conſil.* 226. *viſis punctis & conſil.* 264. *ego Baldus, lib.* 1. idem Caſtr. *dicto conſil.* 150. *ſub nu.* 2. *verſic. ſed hic ultra proceſſit, lib.* 2. Surdus *conſilio* 250. *ſub n.* 33. *verſic. præterea* Laderch. *de conſil.* 147. *ſub n.* 1. *verſic. primò eſt quia major*, &c. Mantic. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 37. *ſub nu.* 29. *verſic. illud etiam*, latè Maſtrill. *dicta dec.* 175. *ſub nu.* 14. *verſic. contrariam tamen*, &c. *cum ſequentibus* Eugen. *dicto conſil.* 1. *nu.* 30. *verſic. ſecundo principaliter*, &c. *lib.* 2. & alii. Quorum ſententiam non aliter evitant ſectatores contrariæ, ac ipſa Rota penes ſan. mem. Gregor. *deciſ.* 173. & 443. niſi quia uſusfructus eo caſu cenſeri debeat patri ex tacita diſpoſitionis voluntate prohibitus, ad ſuſtinendum diſpoſitionis validitatem per *leg. quod ſervus ff. de acquir. poſſeſſ.* ubi notat Bart. *& in dicta lege ſi filiofam. ſub nu.* 2. *verſic. ſi verò poſſit quæri ipſi filio*, &c. *ff. de donat. cauſ. mort.* Dec. *dict. conſ.* 562. *ſub n.* 20. *in fine, verſic. non obſtat quod in caſu*, &c. Paleot. *de noth. & ſpur. cap.* 53. *ſub n.* 8. *verſic. docuitque Bartholus*, &c. *& legitur in dicta deciſ.* 137. *n.* 6. *verſ. nec facit, & d. deciſ.* 443. *ſeq. num.* 4. *verſic. nec eſt inferendum, ac ſeqq.* ſan. mem. Gregorius Bellon. jun. *dicto conſil.* 82. *ſub nu.* 19. *cum ſeqq.* Multo magis idem eſt judicandum, ubi eandem ejus voluntatem ad favorem mariti expreſſis verbis declaravit, quibus dum legis ſcopulos præmeditata illa diſtinctione ſolertius evitare ſategit, eo magis illis ſe involvit, quippe non tantum legem circumvenire, ſed etiam illius interpretationem detorquere curavit, ut reſpondit J. C. *in leg. ita fidei hæredis commiſit, verſiculo imo in priori ſpecie, Digeſtis de jure fiſcali*, Baldus *conſil.* 487. *apparet quoddam inſtrumentum, ſub num.* 1. *verſiculo quanto plus, lib.* 1. dicens, quò major cautela in rebus ſuſpectis adhibetur, eò magis præſumitur fraus, ac dolus, Corn. *conſil.* 217. *nu.* 2. *verſ. in iſtis autem terminis, cum ſeq. & n.* 7. *verſ. itaque iſtis autem terminis, cum ſeq. & n.* 14. *verſ. ex aliis ratione, lib.* 3. Berò. *conſil.* 58. *ſub n.* 14. *verſ. ex aliis etiam, lib.* 3. Theſaur. *dicta deciſ.* 170. *ſub n.* 17. *verſ. ad Decium*, &c. ubi acriter, & jure quidem merito invehit contra DD. excogitantes, & approbantes hujuſmodi cautelas in fraudem dictæ legis ac præjudicium filiorum primi matrimonii *& ſub dicto nu.* 28. *ac* 33. *verſ. ſed ut ſupra dicebam*, &c. dicit illas eſſe verbales, rejiciendas, Rim. jun. *dicto conſil.* 241. *ſub n.* 49. *verſ. & certè, ac ſub n.* 57. *verſ. ſed ille caſus*, &c. Bardellon. *dicto conſil.* 4. *ſub n.* 74. *verſ. nec vim facit*, &c. ubi reſpondet argumento Decii. Quod certius eſt in propoſito caſu in quod ex amplitudine verborum inſtitutionis mariti, ac tota teſtamenti ſerie conſtat Teſtatricem vere intendiſſe commodum etiam proprietatis illi viventi conferre, quod qualecumque ſit, ſufficit ad hunc effectum *juv. leg. Sulpitius*, ibi, *ſi hoc egit uxor, ut aliquid ex eâ re interim commodi ſentiret maritus*, &c. *ff. de donat. inter vir. & uxor.* Rim. jun. *dicto conſil.* 243. *ſub n.* 43. *verſ. & in caſu noſtro*, &c. *cum ſeqq.* & comprobat Pachin. *dicto cap.* 66. *verſ. ſic, & ipſe ſtatuto*, &c. ibi: *& id actum tacitè, vel expreſſè, at Victricus emolumenti aliquid ſentiret*, &c.

Minus relevat, quod uſusfructus prædictus pariter deberetur Com. Fabio ex diſpoſitione Statut. Urbis *lib.* 1. *cap.* 151. ſub Rubr. *de luer. Dot.* qui propterea cum repudiavit, ac declaravit nolle conſequi ex teſtamento uxoris.

Quia ſtatutum illud diſponit, atque procedit, quando extant ſoli filii communis matrimonii, non autem quando concurrunt alii ex præcedentibus nuptiis ſuſceptis. Atque ideo caſus iſte remanet ſub diſpoſitione juris communis, ac proindè *dicta lege hâc edictali* comprehenſus, ut aliàs fuit reſolutum in Romana prætenſ. dotis 25. Decembris 1594. coram Corduba, *p.* 4. *diverſ. deciſ.* 255. & latius probatum in prædictis coram Me, ſub die 18. Maii 1646. in §. *prædictis verò non adverſatur, cum ſeq.* & ſub die 14. Junii 1647. in §. 1. *& ſeqq.*

Reputatio autem, Declaratio, & Proteſtatio facta per Com. Fabium die 30. Decemb. 1648. poſt dictas reſolutiones Rotales, viſa fuit Dominis non ſuffragari. Quia (præter ea quæ ex præſtatione legatorum, ac aliis in facto deductis, pro illius præcedenti acceptatione reſultant) jus filiorum primi matrimonii procedit ex ipſa diſpoſitione *leg. hac edictali*, &c. quæ ex inſtanti obitus matris cum ejuſmodi teſtamento defunctæ operata fuit effectum ſuum deferendo ſtatim jus ejuſdem filiis non expectata acceptatione Victricis, cujus ideo ſubſequens renuntiatio, ſeu repudiatio illud tollere non potuit ad *leg. fin. ff. de pacto. leg. ſi poſt mortem*, §. *fin. ff. de bonorum poſſeſſ. contra tab.* & in his terminis benè probat Steph. Bertrand. *in repet. dict. legis in verb. ſi verò plus, ſub n.* 19. *verſ. ſed pro clariori intellectu*, &c. Rip. *in leg.* 1. *ſub n.* 88. *verſ. et per illum textum, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* dicens quod hujuſmodi reputatio præſumitur facta in fraudem filiorum primi matrimonii ad privandum illos lucro à lege delato, &c. Boër. *deciſ.* 201. *ſub nu.* 6. *col. penult. in princip. verſ. quod ſi Victricus.* Surdus *dicto conſ.* 250. *ſub n.* 22. *verſic. quinto eo ipſo, cum ſeq.* Honded. *dicto conſil.* 14. *ſub n.* 30. *verſ. nec reſiſtit quartum cum ſeq. lib.* 1. Rovit. *d. deciſ.* 12. *ſub n.* 26. *verſ. nec poterat eſſe in conſideratione*, &c. & fuit dictum in Romana quarti Dotal. 15. *Maii* 1635. *coram eminent. D. meo Card. Verospio, in* §. *neque viſum fuit, verſ. præſertim ad effectum, de quo agitur.*

Præterea plura concurrunt alia commoda ex eo teſtamento Com. Fabio reſultantia, quibus ejus contemplatio in univerſa alia diſpoſitione convincitur; tum ex eo, quia ipſe, ac alii ejus deſcendentes fuerant immediatè ſubſtituti prædictis ejus filiis hæredibus inſtitutis, eorumque deſcendentibus, quo licèt in futurum, ac incertum eventum deficientis illorum lineæ, collatum tamen eſt conſiderabile, ut in ſpecie tradit Caſtr. *dicto conſil.* 150. *ſub n.* 2. *d. verſ. ſed hinc ultra proceſſit, lib.* 2. & latè probat Laderch. *conſ.* 27. *n.* 9. *verſ. nunc aliqua de ſpe ſubſtitutionis, cum ſeq.* & latius *conſil.* 18. *ſub num.* 10. *verſ. nunc aliqua de ſpe*, &c. *& plur. ſeqq.* & ſenſit Eugen. *dicto conſ.* 1. *ubi n.* 30. *verſ. tertiò fortiùs*, cum aliis adductis in præcedenti Deciſ. ſub die 14. Junii 1647. in §. *quia contrariæ verſ. ulterius*, &c. Tum ex eo quia tam ipſi, ac hæredibus inſtitutis, quam deſcendentibus præfatis conceſſa fuit ſpecialis facultas diſponendi de bonis hæreditatis Teſtatricis ad favorem Franciſcæ ipſius Comitis Neptis, ac deſcendentium ex ea, quod ad ſolam ejus contemplationem referri poteſt *juxta leg. ſed ſi plures*, §. *in arrogato, ff. de vulg. & pup.* Theſaur. *dicta deciſ.* 170. *num.* 5. *verſ. tertiò facit*, Rim. jun. *d. conſ.* 243. *nu.* 27. *verſ. ſubjungens*, &c. Trentacinq. *var. reſol. lib.* 3. *tit. de matrimon. reſolut.* 5. *col. antepenul. ſub num.* 35. *verſ. hinc inferitur*, &c. Menoch. *de arbitr. Jud. caſ.* 459. *ſub num.* 28. *verſ. iſtaetiam*, &c. Honded. *d. conſil.* 14. *n.* 17. *verſ. & propterea cum ſeqq. lib.* 1. & alii in dicta deciſione allegati *in loco mox citato.* Deindè quia diſpoſitione decimæ partis ejus dotis in caſu contradictionis D. Lelii ex præcedenti matrimonio filii ad opera pia ordinatæ, executorem primum reliquit Com. Fabium à quacumque rationum redditione pleniſſimè liberatum, ac ſucceſſivè ejus filios hæredes inſtantes; pariterque ad onus portionis tunc eidem Lelio adjudicandæ detractionem dictæ decimæ partis, & legata erga

annua

annua referri voluit, quod non foliùs proprietarii, ſed uſufructuarii etiam commodum & contemplationem, præ ſe fert *l. Aurelius* §. *Titius*, *ff. de liberat legat.* Corn. *dicto cons.* 217. *ſub n.* 2. *vers. liberatio à redditione rationis*, &c. *lib.* 3. & ponderavit Lancellot. Gall. *dicto conſ.* 18. *ſub n.* 65. *verſ. quia etiam hæc verba*, &c. *cum ſeq.* Maſtrill. *dicta deciſ.* 175. *n.* 22. *verſic. item quia fuerat relictus*, &c. & comprobat Mart. *d. Vot.* 39. *ſub n.* 16 *verſiculo tamen ubi*, &c.

28 Et licèt hæc non videantur immediatè ex ipſa filiorum inſtitutione procedere, demonſtrant tamen Teſtatricem præ oculis ſemper habuiſſe & contemplatam fuiſſe Com. Fabium ejus virum, tam in partibus præcedentibus, inſtitutionem filiorum, quam in ſequentibus, unde idem prorſus reſultat ipſius inſtitutionis judicium juxta gloſſam *in lege apud Celſum*, *in verbo cauſa*, *ff. de dol. exceptione & in lege illâ à quo*, §. 1. *in verba*, *verſiculo item ex præcedentibus*, & *ſequentibus*, *ff. ad S. C. Trebel.* Cravet. *conſ.* 143. *ſub n.* 9. *verſic. fraus enim arguitur*, &c. Maſcard *de probat. dicta concluſ.* 815. *num.* 16. *verſ. ſexta conjectura*, &c.

29 Rot. *deciſ.* 11. *n.* 41. *verſic. cum talia &c. & ſeqq. part.* 5. *recent.* Nam ad formandum hujuſmodi judicium, totius teſtamenti contextus (prout dictum eſt) non autem ſingulæ illius partes disjunctim, omneſque ſimul præſumptiones undique reſultantes conſiderari debent, cùm viciſſim adminiculentur, ut in his terminis concludit Caſtr. *d. conſ.* 150. *ſub n.* 2. *verſic. ſed hic ultra proceſſit*, *uſque ad fin. lib.* 2. Socin. jun. *conſil.* 59. *n.* 33. *verſ. ex his tribus*, *lib.* 3. & *dicto conſ.* 16. *ſub n.* 9. *verſic. prætereà &c. lib.* 4. Lancell. Gall. *d. conſ.* 18. *ſub n.* 128. *verſic. ſexta huic proximè inſurgit conjectura*, & *ſub n.* 131. *verſ. unde in cauſa cum ſeqq.* Laderch. *dicto conſ* 14. *ſub n.* 1. *verſic. quarta eſt*, Maſtrill. *d. deciſ.* 175. *ſub n.* 19. *verſ. uſque magis in caſu iſto*, *cum ſeqq.* cum aliis relatis in *Romana fideicommiſſi de Cæſaris* 16. *Martii* 1648. *coram Me*, *in* §. *hæc autem Teſtatricis voluntas*, &c. & *in præcedenti deciſione hujus cauſæ ſub* 24. *Junii* 1647. *in* §. *quia contraria*, *verſ. ac demum totius teſtamenti contextus*, *cum ſeq.*

Demum hanc veritatem Teſtatrix ipſa his verbis exhæredationem D. Lelii immediatè ſeqq. patefecit, *Dichiarando di volere, che la mia roba reſti nelli infraſcritti miei heredi non ſolo, per l'amore che li porto, ma per gratitudine delli ſervizii, e beneficî fatti dal Sign. Conte Fabio mio marito à me, & à mia Madre, & in ricompenſa delle ſouventioni dateli, &*
30 *ſerviſi rilevanti da lui fatti ad Sign. M Antonio Incaſati mio Zio per riſpetto mio anche al meleſimo Signor Lelio, mio Figlivolo, del primo matrimonio &c.* Inferius autem hæredes ſcripſit primum Com. Fabium in uſufructu; deinde filios in proprietate, ac illis eorumque deſcendentibus eundem Com. Fabium, ac alios deſcendentes ex eo ſubſtituit; quare nulla major certitudo dictæ contemplationis adduci poſſe videtur, ea quæ ipſius Teſtatricis ore prolata fuit ad *l.* 2. *filius famil.* §. *Divi Severus & Antoninus*, *l.* 2. *verſ. quod ſi liberis*, *ff. de l.* 1. *l. labeo*, §. *id Tubero*, *verſ. & quidem non arbitr. ff. de ſupp. leg. c. per tuas*, *de probat.* gloſſ. *in l. non aliter in verb. Teſtatorem*, *ff. d. l.* 3. Menoch. *conſ.* 497. *nu.* 16. *verſ. nam ubi dubitamus de intentione &c.* & in his terminis probat Corall. Bardell. *d. conſ.* 4. *n.* 66. *ad fin. verſ. prout certo ſtaretur*, &c.

31 Hinc que prorſus eliditur obiectio diſcordiæ ac odii inter præfatos Conjuges; quia (præter exceptiones adductas tam contra perſonas, quàm contra dicta Teſtium ſuper eo deponentium) certum eſt, quod non juſtificatur (ut neceſſarium erat) de tempore conditi teſtamenti prælicti, quinimò ex ejus lectura omninò refellitur, & contrarium apparet, cum ultra inſtitutionem viri in uſufructu, & alia plura in ejus commodum ac contemplationem ordinata, legaverit etiam illi annulum pretioſum ob ejus memoriæ conſerva-

tionem, quod eximii amoris eſt argumentum. Unde reſultat probatio longè præſtantior hujuſmodi teſtium depoſitione *leg ſi inſtituta*, §. *fin. ff. de inoffic. teſtam. l fin.* ubi Bart. *ſub n.* 3. *verſ. & ſic habes.* Imol. *ſub n.* 4. *verſ. item nota quod præfationes*, & *infr. ff. de hæred. inſt.* Rota penes Buratt. *dec.* 616. *ſub nu.* 16. *verſ. nec enim ſufficit*, &c. & plenè ac doctè probatum in *Romana ſucceſſ.* 9. *Maii* 1644. *coram R. P. D. Bichio*, §. *ſecundò Teſtes non probant*, & *ſeqq.*

Poſtremò non obſtant aliæ rationes adductæ ſive amori, ac benemerentiæ filiorum poſterioris matrimonii, ſive odii, & commerentiæ alterius ex præcedenti ſuſcepti, ſive amplioris hujus fortunæ.

Nam (prætermiſſis exceptionibus contra teſtes ſuper eis examinatos eorumque diſpoſitiones, & præci- 32
puè Octavi plenius deponentis de anno 1637. & ſic poſtquam conditum fuerat teſtamentum anno 1630. 5. Oct.) Prima ratio ex amore filiorum ſecundi matrimoni addita fuit in eadem periodo ad corroborandam alteram contemplationis, & gratificationis viri efficacioribus verbis expreſſam, quibus utique appa- 33
ret hanc fuiſſe diſpoſitionis illius præcipuam atque finalem, Alciat. *de præſ. reg.* 1. *præſ.* 30. *ſub n.* 4. *verſ. unde putarunt*, & *infr.* Menoch. *præſ.* 29. *ſub n.* 64. *verſ. verum reſpondetur. lib.* 3. Licèt ad hunc ef- 34
fectum ſufficeret, quod eſſet æquè principalis, atque conjunctim adjecta ex theor. Bart. *in l. ambitioſa*, *ſub n.* 19. *verſ. hoc præmiſſo*, *ff. de decr. ab ordin. faciend.* Rot. penes Put. *dec.* 246. *n.* 1. *verſ. quia aut omnes lib.* 1. *in correct. & deciſ.* 582. *ſub n.* 5. *verſ. tum & ſecundo. p.* 1. *diverſ.* & Pen. *dec.* 162. *n.* 17. *verſ. nec refert cum ſeqq.* imò & ſecundaria Eugen. *d. conſ.* 1. *ſub n.* 33. *verſ. quia reſpondetur. & ſeqq. lib* 2. Bardell. *de conſ.* 4. *n.* 78. *verſ. ſi quidem ad hoc*, *ut quid dicatur*, &c.

Eoque certius, quia tempore conditi teſtamenti præ 35
fati filii hæredes inſtituti maſculus, nempe in ætate duodecim, fœmina verò ex annorum circiter erant conſtituti. Ac proindè nondum compotes meritorum, niſi patris contemplatio ſuppleviſſet, Bald. *in d. l. cum oportet ſub n.* 4. *verſ. quod præſumitur*, *C. de bon. quæ li.* Menoch. *præſ.* 28. *ſub n.* 9. *verſ. hinc colligitur*, *lib.* 3. Peregr. *de jure fiſc. lib.* 3. *tit.* 18. *n.* 48. *verſ. conjectura autem notabilis eſt*, &c. Jo. Bapt. Lup. *de illeg. com.* 1. §. 5. *ſub n.* 158. §. *unde ſecus eſt*, *verſ. & hanc notabilem.* præter quod nec eo caſu licet 36
tantam inæqualitatem inter filios inducere, ut ex primis nuptiis ſuſcepti neque legitimam conſequantur; aliàs enim hujuſmodi diſpoſitio tanquam iniqua, ac injuſtis artibus exorta penitus reprobatur. Rim. jun. 241. *n.* 52. *verſ. ſi tamen habent unum*, *ac ſeq. conſil.* 428. *n.* 7. *verſ. ſi tamen*, &c. *cum ſeq.* & comprobat Cancer. *var. reſ. lib.* 3. *cap.* 15. *ſub n.* 339. *verſ. ſed ubi apparet*, &c.

Illa verò odii alterius filii ex prioribus nuptiis, non 37
fuit juſtificata tempore teſtamenti, quod attendi debet, quando inquiritur teſtatoris intentio circa diſpoſita in eo *l. ſi ita*, & *l. ſi in princ. ff. de aur. & arg. legat.* cum concord. penes Mantic. *de conject. lib.* 3. *tit.* 11. *ſub n.* 11. *verſ. decimò*, *lib.* 5. *tit.* 15. *n.* 21. *verſ. ſed adhuc*, &c. Bardell. *d. conſ.* 4. *n.* 70. *verſ. quinimò*, &c. Rota *deciſ.* 111. *n.* 39. *verſ. & in ſimili &c. p.* 5. *recent. ac in d. Romana ſucceſſ.* 9. *Maii* 1644. *coram R. P. D. meo Bichio*, *in* §. *& quatenus attendi debeant*, *verſ. quæ omnia*, &c. cùm teſtes de poſteriori deponant. Præterea nec cauſas referunt graves quæ prævaleant pietati maternæ, ut neceſ- 38
ſarium eſſet, nam aliàs præſumitur extraneis artibus ac ſuaſionibus circumventa, ut inquit J. C. *in leg.* 4. *ubi gl. in verb. in linimentis*, *ff. de inoffic. teſt.* & comprobatur *ex l. lex quæ tutores*, §. *lex enim non ſolum*, *C. de add. tit.* Cagnol. *in d. l.* 4. *quam commentatur cum l.* 2. *n.* 7. *v. ſextò nota &c. ff. de inoff. teſt.* Rim. jun. *de conſ.* 241. *n.* 48. *v. quinimò*, &c. & aliis relatis Lancell. Gall. *d. conſ.* 18. *à n.* 19. *v. ubi infert*, *ac ſeq. ſub n.* 130. *verſ. quare ad hæc &c.* Eug. *d. conſ.* 1. *n.* 28. *verſ. quod autem*, *& ſeq.*

& seq. l. 1. Mastr. *d. dec.* 174. *n.* 19. *vers. Item quia lex. præsumit, &c. & sub n.* 24. *vers. in tantum*, Rot. *in Romana domus* 12. *Nov.* 1638. *coram RR. Salamant. in §. minus relevat, &c.*

Tertia denique ratio nec plenè subsistens visa fuit, nec juncta etiam cum aliis prædictis suffragari. Quoniam omnes censentur expressæ, & cumulatæ ad colorandam, & obtegendam mariti contemplationem, quando aliæ fortiores urgent conjecturæ, ac verba su-
4 Opra relata, quæ non solùm suadent sed demonstrant principium, medium, finem, ac totius præfatæ dispositionis substantiam fuisse in ea constitutam. Et propterea licèt veræ forent, cùm tamen in proposito casu
4 1 adjectæ censeantur in fraudem ac circumscriptionem legis, attendi non debent, sed sunt rejiciendæ, *l. si quis sub conditione*, ibique gloss. Bald. & alii, *ff. de cond. instit. l. si libertus minorem ff. de jur. patron. d. l. ita fides hæredis, vers. imò in priore specie, ff. de jur. fisc.* & decidit *in d. §. optimè*, in Auth. *de nupt. & in d. l. hac edictal. sub princ. in d. vers. si verò*, ubi Bald. *sub n.* 19. *vers. juxta hoc &c.* dicit, quod non est consideranda forma relicti, sed effectus rei, & cæteri DD. sequuntur *C. de sec. nupt.* Rip. *cons.* 1. *n.* 4. *vers. præmissis, & similibus non obstantibus &c. ac seq. de sec. nupt.* & comprobat Thesaur. *d. dec.* 170. *n.* 17. *vers. ad Decium &c. cum seqq. & sub n.* 23. *vers. sed ut supra dicebam &c.* Menoch. *cons.* 314. *sub n.* 31. *vers. hæc itaque causa*, Rim. jun. *d. cons.* 241. *sub n.* 49. *vers. & certè cum seqq. ac sub n.* 57. *vers. sed ille casus*, Lancell. Gall. *de. cons.* 18. *sub n.* 64. *respondeo, & plur. seqq.* Mant. *de tac. lib.* 12. *tit.* 33. *sub n.* 10. *in fin. vers. neque est omittendum.* Hond. *d. cons.* 14. *sub n.* 21. *vers. cum in fraudem legis fiat, & seq. lib.* 1. Bardell. *d. cons.* 4. *sub n.* 59. *vers. qui modus testandi, ac seq. & sub n.* 79. *vers. nec obstat expressio, &c.* & latius fuit probatum in præcedenti decis. 18. Maii 1646. in §. *altera verò ex eo deducta.*

Quare fuit conclusum utraque parte informante standum esse in decisis. Reservata cognitione super aliis detractionibus à Fabio prætensis, &c.

R. P. D. ROYAS.

Avenionen. Hæreditatis.

Mercurii 9. *Junii* 1649.

ARGUMENTUM.

Ægidiana constitutio, quando habeat locum, effectum rejiciendi appellationem saltem suspensivam interpositam à sententia in Judicio possessorio lata. Agitur de mixtura Judicii: & quando ex Juribus post sententiam deductis, executio illius sit retardanda. Et quando competat retentio creditori.

SUMMARIUM.

1 *Immissio in bonis hæreditariis debetur Hæredi scripto, juxta dispositionem* leg. final. Cod. de Edict. Div. Adri. tollend.

2 *Ægidiana constitutio rejiciens appellationem suspensivam locum sibi vindicat quotiescumque sententia lata in judicio possessorio, est valida.*

3 *Verba in sententia prolata, quæ nullam habent clausulam taxativam, non sunt taxativa, sed simpliciter demonstrativa.*

4 *Et respicientes quantitatem, sunt solummodo enuntiativa quantitatis, hactenus in eo judicio probatæ.*

5 *Liquidatio summæ ad effectum in possessorio in ipso judicio possessorio, non facit sententiam continere mixturam.*

6 *Exequutio sententiæ retardanda est, quando ex juribus post eam deductis, appareat de ejus injustitia.*

7 *Retentio non competit pro credito illiquido.*

8 *Retentio in tantum denegatur, in quantum præsumitur creditor satisfactus.*

9 *Excipitur in dote, in qua, uti privilegiata, nulla considerari potest præsumptio satisfactionis ex fructibus perceptis, nisi constet, ad manus creditoris tot fructus pervenisse, ex quibus probabiliter satisfieri potuerit.*

10 *Eoque magis ubi non intercessit tempus adeò considerabile, ut tot fructus percipere potuisset ex quibus integram satisfactionem consequutus fuisset.*

DECISIO XLVII.

DUæ emanarunt in hac causa decisiones; Altera sub die 10. Junii 1648. ubi dictum fuit esse locum Ægidianæ Constitutioni ad effectum rejiciendi appellationem saltem suspensivam interpositam à Sententia per A. C. in Judicio possessorio lata ad favorem Honorati Jaques, ex quo illa detegebatur valida, & justa; Altera 17. Martii præteriti in qua licet non revocaretur in dubium justitia, & validitas prædictæ sententiæ, attamen DD. opinantes, illam continere mixturam, & complicationem petitorii cum possessorio ex eo quia in ea liquidatur dos Joannæ Sabinæ in scutis 600. dum A. C. mandavit quod solvantur per dictum Honoratum scuta 300. pro restitutione medietatis dictæ dotis; ex hoc solum capite dictam decisionem revocarunt; ut ex fundamentis in utraque decisione deductis, prætermisso tamen semper articulo, ad quem aliàs restricta fuerat disputatio; An dictæ Joannæ competeret retentio bonorum, super quibus concessa fuit prædicto Honorato immissio, pro creditis ab eo de novo productis, ac justificatis, & reproposita hodiernæ causa resolutum fuit, competere retentionem Joannli in bonis hæreditariis Josephi Viri pro creditis dotaæ bus, firmis tamen remanentibus fundamentis primæ decisionis; cum mixtura in 2. decisione considerata videtur evanescere.

Etenim justitia & validitas A. C. nullam patitur controversiam; dum in ea conceditur immissio eidem Honorato, non solùm super bonis quæ proveniebant ex fideicommisso q. Bartholomæi ad illius favorem purificato, sed etiam super medietate bo- 1
norum hæreditariorum prædicti Josephi in qua fuit hæres scriptus juxta dispositionem *l. fin. C. de Edi. D. Adr. toll.* ut firmatur in prima decisione sub §. *justitia, pariter, & seq.*

Quapropter ambigendum non est, dictam Ægidianam Constitutionem in præsenti locum sibi vindicare, quotiescumque enim sententia lata in judicio pos- 2
sessorio est valida, & justa, intrat dispositio dictæ Constitutionis rejicientis appellationem suspensivam, Rota *decis.* 445. *in fin. part. diverf. & dec.* 80. *n.* 14. *cum seq. part.* 4. *tom.* 2. *recent.* cum aliis congestis in principio primæ decisionis.

Mixtura verò in secunda decisione considerata, quæ efficit causam appellabilem ad utrumque effectum non obstante prædicta constitutione prorsus corruere visa fuit; Quia quamvis in sententia concedatur prædicta immissio solutis tamen dictæ Joannæ scutis 300. pro medietate suæ dotis; hæc tamen verba non inducunt mixturam seu complicationem petitorii cum possessorio; quoniam cum ex parte Joannæ justificatum 3
non fuerit coram A. C. ejus creditum dotale excedere summam scutorum 600. Judex mandavit ut solverentur solum scuta 300. pro medietate; Exinde enim non infertur fuisse dictam dotem in prædicta summa taxatam; quia dd. verba non sunt taxativa dotis, sed 4
solùm demonstrativa illius; dum nullam habent clau- 5
ulam taxativam, ut post Jason. *in l. si quidem n.* 4. *C. de transact.* & alios benè advertit Altograd. *cons.* 34. *num.* 42. & 43. eoque magis quia in eadem sententia præcipitur præstari cautionem in forma depositi de si-

venda medietate aliorum Creditorum, quoniam adducta non fuerat sufficiens justificatio; Undè resultat, non fuisse in prædicta summa liquidatam, & taxatam hujusmodi dotem, cùm illa verba sint solum enuntiativa quantitatis hactenus in eo Judicio probatæ, quæ obstare poterat immissioni. Ulterius prorsus excluditur præsens mixtura ex eo, quia principaliter agebatur super possessorio ad cujus effectum dum sequuta fuit liquidatio in prædicta summa, dicendum non est, hujusmodi sententiam continere mixturam, ut notat Dec. *conf.* 38. quem Rota sæpè sequuta est, coram Seraph. *decis.* 452. *n.* 4. & 5. Buratt. *decis.* 625. *n.* 10. Greg. *dec.* 232. *n.* 6. *in addit. & in Romana melioramentorum* 24. *Novemb.* 1617. *coram Virili, ac in Interamen. prædii, de Tomassonis* 31. *Jan.* 1642. *coram Me* §. *nec pariter obstat.*

Quamobrem licèt dicta liquidatio dotis uti non ducens mixturam retardare nequeat effectum Ægidianæ constitutionis; nihilominus ad exequutionem prædictæ sententiæ procedi non debet, respectu tamen bonorum dumtaxat Josephi; cum Joannæ super illis competat retentio pro ejus Creditis dotalibus de novo productis, quamvis sententia in hoc casu justificari debeat ex eisdem actis, per regulam, quod quando ex Juribus post sententiam deductis appareat de illius justitia retardanda est ejus exequutio ad relata per Caputaq. *d. c.* 14. *n.* 12. *p.* 2. cum aliis adductis *in prima dec. sub* §. *alia verò Credita in fine.*

Nec dicatur hujusmodi Credita illiquida remansisse ex fructibus d.d. bonorum per Joannam perceptis sicque nulla competere potest retentio ex firmatis per Rotam *dec.* 679. *n.* 5. *p.* 1. *dec.* 433. *n.* 2. *p.* 2. *dec.* 743. *n.* 11. *p.* 3. & *p.* 5. *rec. dec.* 411. *n.* 27. Buratt. *dec.* 160. *n.* 14. ubi Add. *n.* 20. & 21.

Quoniam in tantum denegatur retentio, in quantum præsumitur ex fructibus Creditor satisfactus sed cum hujusmodi Credita proveniant ex causa dotis in illis uti privilegiatis nulla considerari potest præsumptio satisfactionis ex fructibus perceptis; nisi constet, ad manus Joannæ tot fructus pervenisse, ex quibus probabiliter satisfieri potuerit juxta veriorem, & communem opinionem, quam firmat Negus. *de pign. p.* 1. *mem.* 5. *n.* 36. Gutier *de Tut. p.* 2. *c.* 9. *nu.* 52. Viv. *dec.* 517. *n.* 1. & *seq. lib.* 2. Gramm. *cons. civil.* 114. *n.* 11. Ricc. *collect. dec. p.* 3. *collect* 1317. *ad fin. vers. quartò An retentio.* & rejecta contraria opinione firmavit Rot. *in Sancti Severini dotis* 16. *Dec.* 1619. *coram Ubaldo, & in Romana seu Viterbien. restitutionis dotis* 8. *Febr.* 1627. *coram Virili, & in Fan. dotis* 17. *Martii* 1642. *coram R. P. D. meo Cerro, ac coram R. P. D. meo Verospio in Ariminen. dotis.* 22. *Junii* 1646. eoque magis quia non intercessit tempus adeo considerabile, ut tot fructus Joanna percipere potuisset, ex quibus integram satisfactionem consequuta esset; ut consideratum fuit in 10 dicta Rota seu Viterbien. restitutionis dotis sub §. *in casu de quo agitur.* Idcirco super bonis solum Josephi Viri eidem concedenda est retentio; non autem super bonis fideicommissariis quorum respectu retardari non potest executio prædictæ sententiæ ex fundamentis adductis in decis. 11. Martii præteriti.

Atque ita utraque, &c.

Emin. & R. D. Card. Otthobono.

Milevitana Territorii.

Veneris 3. *Decembris* 1649.

ARGUMENTUM.

Fideicommissarius quando debeat possessionem bonorum fideicommisso subjectorum obtinere. Agitur de possessione defuncti continuata in hæredem. Termini donationis nonnulli inspiciuntur. Exceptio requirens altiorem indaginem, redintegrationem adversus spolium, retardare potest.

SUMMARIUM.

1 *Fideicommissarius non potest possessionem bonorum de facto apprehendere, sed tenetur citare Hæredem, de cujus manu erat capienda possessio, vel eo citato, ser. ser. ex decreto Judicis.*

2 *Possessio continuat in Hæredem defuncti, vigore constitutionis Regis Ferdinandi.*

3 *Et proinde spoliato, et ejus Hæredi debita est redintegratio, prout expressè in eadem constitutione disponitur.*

4 *Statutum, seu constitutio de capienda possessione, non intrat in bonis fideicommisso subjectis, quæ non sunt transitoria ad Hæredes.*

5 *Intelligitur quando fideicommissum est omnino clarum, et apertum, et in nulla sui parte controversum, quia tunc intrat constitutio, seu statutum, et hæredi competunt remedia possessoria.*

6 *Verba, totum, integrum, indiminutum, et similia, apposita in donatione, totalitatem significant et voluntatem donandi totum efficiunt, ut totum comprehendatur, adeò ut veniat etiam ea pars, quæ ad donantem non spectabat, et quam ad se non spectare donator sciebat.*

7 *Et probatur in terminis verborum, sine aliqua diminutione.*

8 *Donatio facta conjunctæ personæ, et contemplatione matrimonii, latè est interpretanda.*

9 *Donans, verba donationis, quatenus essent dubia declarare etiam ex intervallo potest.*

10 *Donatio in dubio censetur comprehendere solùm jus donatori competens.*

11 *Verba posteriora limitant, et coarctant amplitudinem et prægnantiam antecedentium.*

12 *Donans eo modo quo ipse possidet, non censetur voluisse includere, nisi partem, quæ sua erat.*

13 *Exceptio respiciens merita causæ, et requirens altiorem indaginem, redintegrationem adversus spolium retardare non potest.*

DECISIO XLVIII.

PRoposui causam super resolutis coram Me, die 17. Maii præteriti, & DD. cum informantes hinc inde acquiescerent primo decisionis fundamento, sed contra secundum luculenter scripsissent, adhuc ex secundo perstiterunt in decisis. Certum est enim, quod cum Catharina Manduca, & alii litis Consortes prætenderent Territorium Diarazzanum, de quo agitur vigore substitutionis, ac fideicommissi ordinati per olim Francis- 1
cum Xerri non poterant possessionem de facto apprehendere vigore d. fideicommissi ut fecerunt, absque vitio spolii, sed tenebantur citare Imperiam hæredem Gregorii junioris de cujus manu erat capienda possessio, vel excitata servatis servandis ex decreto Judicis *l. ff. quorum legatorum.* Rot. coram Seraph. *dec.* 271. 2
n. d. 1665. *n.* 3. coram sa. me. Gregor. *dec.* 206. *n.* & in aliis relatis in secunda decisione hujus causæ §. *verum his omissis.* Atque ideo eidem Imperiæ, in cujus personam 3
vigore Constitutionis Regis Ferdinandi continuavit possessio tanquam hæredem Gregorii Junioris, debita erat redintegratio, prout expresse in eadem Constitutione disponitur ac idem profecto competebat; & competit Cumulo ejusdem Imperiæ hæredi, Fontan. *decis. l. lib.* 1. *n.* 130. *n. seq.* Rot. cor. Crese. *dec.* 1. *de rest. spoliat* coram sa. me. Greg. *dec.* 542. *n.* 2. & *in Rom. Domorum in Burgio* 18. *Maii* 1648. *in fin. coram Me.*

Nec relevat, quod agatur de bonis fideicommisso subjectis

4 subjectis, quæ non sunt transitoria ad hæredes, quo casu non intrat Constitutio, seu status tum de continuanda possessione, Menoch. *cons.* 159. *n.* 18. Maresc. *var. resol. lib.* 2. *c.* 116. *n.* 7. Rot. *dec.* 76. *n.* 27. 4. *diu* 5 quia hujusmodi objectum procedere posset quando fideicommissum esset omnino clarum, & apertum, & in nulla sui parte controversum, secus verò est dicendum, quotiescumque fideicommissum non est omnino clarum, quia tunc intrat continuatio possessionis in hæredem per constitutionem, seu Statum inducta, ac ipsi hæredi competunt remedia possessoria, Rot. pen. Andr. *dec.* 36. *n.* 3. *in Tetrac. fideic.* 14. Dec. 1643. *in §. nec statutum, coram me.*

Quod verò nos versemur in fideicommisso non omnino clarè colligitur, quia instrumentum fideicommissi, & donationis acriter à Cumulo impugnatur, dum prætendit non esse comprehensam medietatem Territorii Diarazzani, de qua agitur tanquam acquisitam per Gregorium filium Francisci donatoris nomine proprio, ut patet ex Instrumento celebrato sub die 23. Martii 1585. dato in præcedenti positione Summ. Cumuli *n.* 6.

Et licèt pro comprehensione totius & integri Territorii ponderentur verba prægnantia donationis ibi, in toto, & integro Territorio & infra ibi, quod to- 6 tum, & integrum Territorium appellatum Diarazzanum integrum, & indiminutum, quæ verba cum totalitatem significent, & voluntatem donandi totum efficiunt, ut totum comprehendatur, adeo ut veniat 7 etiam ea pars, quæ ad donantem non spectabat, & quam ad se non spectare Donator sciebat, ut ex *l. Julianus* 66. *ff. de leg.* 3. tradit Ceph. *cons.* 773. *nu.* 35. & 28. Menoch. *cons.* 1145. *nu.* 15. & 16. qui 8 loquitur in terminis verborum sine aliqua diminutione. Salon. de Pace *cons.* 25. *n.* 22. Rota *dec.* 118. *n.* 23. & 26. *in fin. p.* 6. *rec.*

Et insuper suadet comprehensionem totius Territorii donatio facta conjunctæ personæ, & contemplatione Matrimonii, quam latè esse interpretandam dixit 9 Rot. *dec.* 282. *num.* 7. *p.* 1. *rec.* Tum etiam quia imperia, quæ unà cum Francisco donavit asseruit postmodum in suo testamento totum, & integrum Territorium fuisse donatum, ut in Summ. Testaferratæ *n.* 5. littera D & benè potuit donans verba donationis quatenus essent dubia declarare etiam ex intervallo Decian. *cons.* 7. *n.* 99. *lib.* 1. Rot. *coram Seraph. decis.* 837. *n.* 14. *in recent. decis.* 238. *n.* 5. *part.* 3. *in Bononien. successionis* 4. *Maii* 1646. §. *quæ opinio coram R. P. D. meo Bichio, & in Pisauren. donationis* 26. *Julii* 1647. *in* §. *relevantia autem coram me.*

10 Tamen in contrarium pro non comprehensione totius Territorii adducitur regula, quod in dubio censetur solum comprehensum jus donatori competens, *l. si domus* 74. §. *fin. ff. de leg.* 3. *c. Pastorali de don.* Surd. *dec.* 172. *n.* 7. & verborum prægnantia sæpiùs ponderata plurimum relevaret, nisi in parte dispositiva donationis limitaretur à verbis, adjectis ibi, & sint donata cum omnibus, & singulis eorum 11 oneribus, & gravitiis, & prout illa d. Franciscus tenet, & possidet ac tenebat & possidebat, & non aliàs, nec alio modo, quæ sanè verba posteriora 12 limitant, & coarctant amplitudinem, & prægnantiam antecedentium, Bart. *in l. generalis* 32. §. *uxori n.* 4. *ff. de usufr. leg.* Rot. *cor. Burat. dec.* 621. *n.* 7. & *in rec. dec.* 194. *n.* 94. & *seqq. dec.* 596. *n.* 12. *p.* 5. *in Lauden. pensionis* 14. *Martii* 1646. *in* §. *quia Domini, in Tirason. unionis.* 26. *Febr. præteriti in* §. *ex quibus coram me.* Et quod donans eo modo quo ipse possidet non censeatur voluisse includere nisi partem, quæ sua erat, dixerunt Rim. sen. *cons.* 124. *n.* 10. Rot. *dec.* 143. *n.* 16. *p.* 5. *dec.* 118. & *seqq. p.* 6. *rec.* & *facit decis. in Romana Casalis Aguzzani* 7. *April.* 1644. *in* §. *præterea coram RR. Terracin.*

Ideo parum relevat, quod agatur de donatione facta conjuncto, & contemplatione matrimonii, quia cùm voluntas donatoris sit restricta ad jus sibi competens, inhærendum est illius voluntati, sed quatenus etiam ambiguum esset an in prædicta donatione comprehendatur medietas Territorii de qua est quæstio, & sic an illa subjaceat fideicommisso nec ne, pendente hac dubietate interim Judicandum est de medietate Territorii tanquam de libera, & nulli fideicommisso subjecta ad effectum ut dicatur continuata possessio defuncti in Imperium, nam quod continuationi possessionis in hæredem locus non sit in bonis fideicommissi, id intelligendum venit, si fideicommissum sit undequaque clarum, secus verò si adsit dubium an bona cadant sub fideicommisso, ut supra visum est.

Quibus sic se habentibus non poterat, nec potest denegari Cumulo uti hæredi Imperiæ redintegratio non constante exceptione evictionis, quam donator, & Imperia omnibus donatariis promiserant, quia hæc promissio amplectitur dumtaxat bona donata, cumque ex prædictis medietas Territorii de qua agitur sub donatione, aut fideicommisso non comprehendatur, vel 13 dubitabile hoc sit, remanet pari modo illiquidum, & incertum, an intret promissio evictionis respectu ejusdem medietatis, & per consequens hujusmodi exceptio tanquam respiciens merita causæ, & requirens altiorem indaginem redintegrationem retardare non potest *cap. in litteris de rest. spoliat.* Rota coram Seraph. *dec.* 804. *n.* 1. *in rec. dec.* 307. *n.* 14. *dec.* 408. *n.* 5. *p.* 1. & coram san. mem. Gregor. *dec.* 500. *n.* 9.

Perstiterunt itaque Domini in decisis utraque parte acerrimè informante, &c.

R. P. D. CERRO.

Romana, seu Albanen. divisionis.

Lunæ 1. *Februarii* 1649.

ARGUMENTUM.

Divisionis stabilium, facultas desuper peritorum in ponenda servitute, & illius verba in scriptura qualitas duorum Instrumentorum coram eodem Notario, Testibus, & in continenti celebratorum attenta correspectivitate, seu dependentia, vel non contractuum: ipsorum successivitas, & continuatio, seu diversio, & alia his cognata suaptè ponderantur.

SUMMARIUM.

1 *Divisio, quæ pro justa, et valida à partibus accepta fuerit, non potest postea ab altera earum ex parte impugnari.*

2 *Imò in omnibus ejus partibus, secundùm illius validitatem, et sequutam acceptationem, debet sustineri.*

3 *Et omnia quæ continentur in eodem Instrumento, et coram eisdem Notario, et Testibus facta fuerint, dicuntur pars illius contractus, et ex omnibus unicus duntaxat reputatur, tot diversisque partibus compositus.*

4 *Et in fortioribus terminis: si duo Instrumenta eodem die, et loco, et coram eisdem Notario, et testibus confecta videntur unum alteri inesse, et perinde habentur, ac si unico instrumento peracta fuissent.*

5 *Clausula, Actum, in Instrumento apposita, regulariter indicat consummationem actus, et contractus perfectionem.*

6 *Conclusio hujusmodi procedit, quando apposita fuit in fine ipsius contractus, et instrumenti.*

7 *Secus autem ubi apposita legitur in principio, vel in medio, non casu, quia post eam declaratio inesse appareat*

apparet ad ulterius negotium, et terminationem actus jam incepti, nullatenus importare potest perfectionem contractus.

8 *Subscriptio partium denotat actus perfectionem, et complementum contractus.*

9 *Successivitas, et continuatio sine aliqua diversione, in contractu, denotat contrahentes non habere contractum pro perfecto.*

10 *Periti in divisione, post adjudicatas unicuique suas portiones, non possunt imponere servitutem.*

11 *Procedit quando servitus imponitur ex intervallo.*

12 *Secus autem ubi apposita fuit in continenti, tunc n. servitus imponi potest.*

13 *Verba in divisione apposita, mandarunt esse liberam, divisam, et exemptam, etc. intelliguntur de libertate, et exemptione à consortio dominorum, non autem de libertate servitutis, si etiam posteà reservarunt.*

14 *Regulare est ejusmodi declarationes intelligi de libertate alterius oneris, quam expressi, ne in continenti inducatur correctio.*

15 *Correspectivi dicuntur illi contractus quorum unum sine alio partes non fecissent.*

16 *Proindeque non applicatur quod in eodem Instrumento contineri possint plures contractus distincti, et separati, ac inter se non correspectivi.*

17 *Contractus in eodem Instrumento contenti, sunt ad invicem independentes, et non correspectivi, quando unus non venit ad determinationem alterius, secùs autem è converso.*

18 *Contractus plures in eodem Instrumento, tunc dicuntur ad determinationem unus alterius, quando aliàs ad alterum illorum contrahentes non devenissent.*

DECISIO XLIX.

SEquuta Divisione anno 1645. Casalium, de quibus agitur (juxta votum traditum per bo. mem. Pirovannum) à Consulibus Artis Agrariæ, & Peritis desuper electis, illaque à Partibus acceptata, quia tamen D. Dux Cæsarinus prætendens se gravatum in ea parte, qua reservatus legitur Dominis de Gaffarellis antiquus
1 transitus per medium Tenutæ nuncupatæ Piancimino, ab ipsa appellationem interposuit, ideo delata Mihi causa per Signaturam dubitavi, Sanctissimi Divisio sustineatur,
2 & sustineri, etiam quo ad reservationem transitus Domini existimarunt; Cum enim ejus validitas à neutra partium controverteretur, sed ab omnibus pro justa, & valida acceptata fuerit, non potest hodie D. Dux Cæsarinus illam pro parte (quo ad dictam scilicet reservationem) impugnare, sed id totum acceptare tenetur *l. nam absurdum, ff. de bon. liber. l. si ita stipulatio in fin. ff. de oper. lib.* An proinde secundum illius validitatem, & prædictam acceptationem Divisio in omnibus debet sustineri ad *l. Pomponius scribit, ff. de neg. gest.*

Dictam autem reservationem esse partem hujus Divisionis apparet ex lectura, & toto contextu ipsius Instrumenti, cum apposita fuerit immediatè post mensurationem, & positos confinés, ac post assignatam unicuique metam suæ portionis in unaquaque tenuta contingentem, ibi, (Et quia in Tenuta Piancimini adest via, seu stradellum per quam, seu quod itur ad Tenutam Castagnolæ reservarunt dictis D. de Gaffarellis transitum, seu jus transeundi per illam, seu illud, &c.
3 & versa vice D. de Gaffarellis teneantur præstare patientiam, & dare transitum belluis affidatis in portionibus Gognæ d. D. Ducis Cæsarin. ad effectum abbeverandi in piscina magna, &c.) Hinc enim dum ea omnia in eodem Instrumento, coram eisdem notario, & Testibus facta fuerunt, hujusmodi mutua hinc inde reservatio dicitur pars ipsius Divisionis, & ex omnibus unicus contractus dumtaxat reputatur tot diversisque partibus compositus, *l. juris gentium, §. quinimo. ff. de*

pact. l. lecta, ff. si cert. pet. Bald. *in l. Sempronius* 38. 4
ff. de leg. 2. Tiraq. *in l. si unquam, verf. donatione largietur. n.* 117. *C. de revoc. don.* Nat. *conf.* 115. *n.* 2. in quiens in fortioribus terminis quod si duo Instrumenta eodem die, & loco, & coram eisdem Notario, & Testibus fuerint confecta, videatur unum alteri inesse, & perinde, habeatur ac si unico Instrumento peracta fuissent, sequitur Surd. *conf.* 551. *n.* 10. idemque firmatum fuit in Romana pecuniaria, 17. Martii 1645. coram R.P.D. meo Corrado. §. *quia cum utraque.*

Nec obstat, quod post divisam, & unicuique assignatam suam portionem in Tenuta della Gogna, & ante prædictam reservationem apposita fuerit clausula Actum, quæ regulariter indicat consummationem actus, & contractus perfectionem, ex theoric. Bald. in Auth. *quod sive, n.* 1. *verf. & ideo tabelliones, C. de testam.* Rota *dec.* 714. *n.* 1. *p.* 1. *decis.* 628. *n.* 3. *p.* 2. *rec.* 5

Quia conclusio procedit, quando apposita fuit in fine ipsius contractus, & instrumenti, ut declarat Natt. in add. ad Alexand. *conf.* 14. *litt. S. l.* 6. Purpur. *conf.* 581. *n.* 6. Surd. *conf.* 187. *num.* 22. Simon de Præt. *de interpr. ult. vol. lib.* 2. *interpret.* 1. *dub.* 2. *fol.* 2. *n.* 34. Mart. *de claus.* 3. *n.* 3. Secus autem ubi, prout hic, apposita 6
legitur in principio, vel in medio. Hoc enim casu, quia post eam deventum fuisse apparet ad ulteriorem divisionem, & terminationem actus jam incœp. nullatenus importare potest perfectionem contractus, ut benè ad propositum respondent Paris. *conf.* 27. *n.* 17. *lib.* 2. Roland. à Vall. *conf.* 32. *num.* 33. *verf. ratio est, vol.* 2. Mar. *d. claus.* 4. *d. n.* 3. *verf. secus si in Principio*, Rota *d. dec.* 628. *n.* 7
5. *p.* 2. *rec.* Sed potius videtur posita ad designandum dumtaxat locum ubi fiebant singulæ assignationes, & confinium appositiones, quia cum ob Casalium diversitatem, & distantias in quinque corporibus consistentium divisio unica sessione, & unica die expleri non potuerit, ideo ad ostendendum distinctè loca diversa, distinctè pariter dictam clausulam apposita fuisse dicendum est, ut commodè dignosci posset locorum diversitas, & Tenutarum ibidem comprehensarum situatio.

Eòque fortiùs, quia post hujusmodi clausulam Consules, & Periti dividentes in recompensam bonitatis portionis obventæ D. Duci Cæsarino assignarunt DD. de Gaffarellis rubra 23. in Tenuta nuncupata la Castagnola, & subsequenter devenerunt ad dictam reservationem; Undè multò magis excluditur quod Divisio antea fuisset perfecta, & sicuti non attenta dicta præcedenti clausula à Partibus non controvertitur hujusmodi recompensationem esse comprehensam in d. Divisione, tanquam partem illius, ita pariter controverti non potest, præfatam reservationem inde subsequentem esse ejusdem naturæ & qualitatis, ac ibidem omnino comprehendi.

Comprobantur prædicta ex nova clausula Actum, apposita post dictam reservationem cum subsequuta 8
subscriptione eorundem Consulum Peritorum, & Assessoris, licet enim dividentes incipiendo à Prædio Cognæ singula prædia diviserint, Divisionem tamen non subscripserunt nisi post omnium corporum partitionem, & dictam reservationem; Hinc igitur hujusmodi subscriptio verè denotat actus perfectionem, & complementum contractus, atque exindè arguitur, tunc solum, & non antea perfectam fuisse Divisionem ad notata per DD. *in leg. contractus, C. de fid. instrument.*

Idque clariùs convincit successiva continuatio negotii absque alia diversione ad actus extrinsecos: A principio enim cœptæ Divisionis, usque ad ultimam subscriptionem semper continuatum fuit idem negotium per verba successiva, ibi, & prosequendo terminationem, ibi, & prosequendo Divisionem, ibi, successivè, & in continenti, & sibi successivè prosequendo Divisionem, & similia; Hinc enim succes-

9 vitas, & continuatio sine aliqua diversione, usque ad prædictam reservationem manifestè indicat; nec dividentes, nec censuales habuisse prius contractum pro perfecto, sed omnia in continenti facta fuisse, ut advertit Alex. *in l. in bonæ fidei* 13. *sub n.* 12. *vers. sed in dubio, C. de pact.* Gabr. *conf.* 69. *n.* 3. *lib.* 1. Mant. *de tac. lib.* 3. *tit.* 15. *n.* 47.

10 Nec obstat, quod Periti post adjudicatas unicuique suas portiones non potuerint imponere servitutem per *l. item Labeo* 23. *ff. famil. erciscund.* Procedit enim
11 quando servitus imponitur ex intervallo, ut explicat gloss. *ibidem. verb. adjudicando, vers. & dic.* Secus autem ubi, prout hic apposito fuit in continenti, &
12 in ipsa repartitione, tunc enim servitutem imponi posse probat idem text. ibi, sed etiam cum adjudicaverit, poterit imponere aliquam servitutem ut alii alium servum faciat, &c. idemque tradit Alberic. *ibidem n.* 1. *vers. dic. secundum.*

13 Nihilque refert, quod dividentes declaraverunt portiones assignatas debere esse liberas, & exemptas: Quia præter quod intellexerunt de libertate, & exemptione à consortio condominorum, ut litteraliter patet, ibi, Mandarunt esse liberam, divisam, & exemptam, & pro divisa haberi & teneri voluerunt à portionibus,
14 & ratis spectantibus ad dictum D. Ducem Cæsarinum, &c. Non autem de libertate servitutis, quam statim reservarunt: Regulare est hujusmodi declarationes intelligi de libertate alterius oneris, quam expressi, ne in continenti inducetur correctio vulg. jurib.

Et in hanc sententiam eo libentiùs inclinarunt Domini, quia ex tota facti serie apparet hujusmodi mutuam reservationem fuisse correspectivam omnibus aliis
15 in Divisione appositis, ut præ cæteris indicat protestatio facta à Dominis de Gaffarellis, quod absque dicta reservatione nolebant Divisionem acceptare ut depo-
16 nit primus testis eorum Summar. num. 3. Correspectivi enim dicuntur illi contractus, quorum unum, sine alio partes non fecissent, ut pluribus relatis probant Giur. *dec.* 85. *sub n.* 28. *vers. imo correspectivi.* Proindeque non applicatur, quod in eorum instrumento contineri possint plures contractus distincti, & separati, ac
17 inter se non correspectivi ex deductis in Romana cambii, seu pecuniaria 22. Junii 1639. coram Rever. D. meo Decano, & in Romana, seu Veliterna restitutionis in integrum 17. Dec. 1646. coram R.P.D. meo Bichio. Quia ut eædem decisiones optimè declarant, tunc contractus in eodem instrumento contenti sunt ad invicem independentes, & non correspectivi quando unus non venit ad determinationem alterius, secus autem è converso: In casu autem nostro reservatio transitus venit ad determinationem ipsius Divisionis, dum Domini de Gaffarellis aliàs ad illam non deveniss-
18 sent, ac propterea necessaria dicitur correspectiva cùm divisio ab ipsa penitus dependeret, ex juribus supra allegatis.

Et ita resolutum utraque, &c.

R. P. D. CERRO.

Interamnen. Ususfructus.

Veneris 18. *Aprilis* 1649.

ARGUMENTUM.

Agitur de statuto, fœminarum propter masculos, à Successione exclusivo. De cautione ab Usufructuario præstanda, beneficio Legis & inventarii. De Jure accrescendi circa legata. Et de melioramentis, quando habentur in consideratione.

SUMMARIUM.

1 *Statutum Civitatis Interamnæ lib. 2. sub fol. 40. Rubr. quod mul. dotat. nunc succed. est fœminarum exclusivum.*

2 *Ac proinde filias defunctæ ab intestato succed. exclusis sororibus.*

3 *Usus fructus, in quo unusquisque Uxor à Viro instituitur, in totum ei acquiritur in ejus Hæreditate, sicut in totum ipsa bona relicta, ut proprium ejus patrimonium, ad eum spectabant.*

4 *Statutum Interamnen. ob solam masculorum existentiam, excludit fœminas etiam indotatas, juncto fratribus onere dotandi pro viribus patrimonii.*

5 *Statutum, quando excludit fœminas, si fuerint dotatæ, requirit expressam et formalem dotationem; quæ censetur causa finalis statuentium.*

6 *Quando tamen illas excludit propter masculos, et mandat ipsas dotari, nisi fuerint dotatæ, non est necessaria pro ipsarum exclusione, cum favor masculorum et agnationis conservatio, causa finalis, et principalis in statuentibus reputatur.*

7 *Dotatio actualis in fœminis, non est necessaria de tempore successionis, ad effectum statutariæ ipsarum exclusionis.*

8 *Dos non debetur, nisi matrimonium, et nuptiæ actualiter contrahantur.*

9 *Virilis portio hæreditatis paternæ videtur condecens dos pro muliere.*

10 *Statutum Interamnen. videtur excludere fœminas tantummodo ab hæreditate dotantis, dum, numerando personas, à quarum successione illas excludit, procedit per dictiones alternativas.*

11 *Procederet si dictum statutum, tàm in parte dotationis, quàm in parte exclusionis, uteretur verbis, et dictionibus alternativis.*

12 *Secùs ubi procedit per dictiones alternativas duntaxat in parte donationis, in parte verò exclusionis utitur verbis, et dictionibus conjunctivis, et copulativis.*

13 *Tunc non censetur exclusisse fœminas ab hæreditate solius dotantis, sed unica dotatio sufficit, ut ab omnibus hæreditatibus personarum ibidem specificatarum illæ dicantur exclusæ.*

14 *Statutum exclusivum fœminarum propter masculos, non eas excludit perpetuo, sed temporaliter quousque adsint masculi de Agnatione, ipsis verò defunctis, fœminæ ad successionem redintegrentur.*

15 *Non procedit in Statuto Interamnen. quod fœminas expressè excludit, non solum ad favorem fratrum, sed etiam eorum Hæredum, aliorumque ab eis causam habentium: et recensentur ibi ejusdem Statuti verba.*

16 *Statutum, cum à longissimo tempore citra apparet observatum, etiam in Judicijs contentiosis, et signanter in Sac. Trib. Rotæ. etiam si non probetur Apostolica auctoritate confirmatum, tamen confirmatio Apostolica intervenisse præsumetur.*

17 *Aditio hæreditatis in masculo requiritur ad effectum hujusmodi exclusionis in fœmina.*

18 *Pater retinendo bona dotalia uxoris usque ad ejus obitum, censetur hæreditatem illius prædefunctæ, nomine filii, cui delata fuit, adivisse.*

19 *Hæc conclusio procedere videtur in solis filiis infantibus, secus verò in majoribus infante.*

20 *Limitatur quando filius post mortem Patris eademmet bona possedit, et sua vita durante, de illis disposuit, utique faciendo se illorum dominum, et possessorem, censetur enim paternam aditionem ratificasse, vel dictam hæreditatem iterum sufficienter adivisse.*

21 *Assertio facta in Inventario hæreditatis, probationem, nisi aliunde justificetur non concludit.*

22 *Aditio,*

22 *Aditio, quæ desumitur ex possessione Patris bonorum hæreditariorum nomine filii, intelligitur ad favorem solius masculi, licet adsint et fœminæ, statuto fœminarum exclusivo.*

23 *Admissio sororis ad hæreditatem, et renunciatio statuti ex ea resultans, requirit per necesse specificam expressionem, cum non possit ex alio inferri.*

24 *Cautio Mutiana non est præstanda, nisi in institutione, non autem in legato ususfructus temporaliter duraturo.*

25 *Cautio de utendo et fruendo arbitrio boni viri, sufficit ut præstetur ab usufructuario in actu pacificæ consequutionis ususfructus.*

26 *Uxor relicta usufructuaria, quamvis teneatur ad debita mariti prædefuncti: attamen deduci non potest ususfructus sibi relictus, nisi prius ex substantia totius hæreditatis æs alienum illius integrè persolvatur.*

27 *Solutionem æris alieni deducenti contra bona hæreditaria debitoris, sufficit vera et actualis solutio, ut proinde absque alia cessione super illis satisfieri debeat de concurrenti quantitate summæ persolutæ.*

28 *Hæredi cum beneficio Legis, et Inventarii impediri non potest integra satisfactio ejus crediti, in bonis hæreditariis.*

29 *Aditio hæreditatis cum beneficio Legis, et Inventarii præservat actiones separatas, ne confundantur.*

30 *Imaginaria solutio, et confusio actionum, quæ resultant ex aditione hæreditatis absque beneficio Legis et Inventarii, procedunt tantummodo respectu crediti penes hæredem existentis tempore additionis, secùs autem respectu crediti, quod ipse deinde acquisivit, adita jam hæreditate, prævia solutione debitorum defuncti, propriis pecuniis per acta.*

31 *Voluntas testatoris legantis ad unguem servari debet aliàs legatum amitteret.*

32 *Legatum in parte vacante accrescet collegatario.*

33 *Quomodo in proposito procedat.*

34 *Et redditur ratio.*

35 *Melioramenta, quæ non justificantur neque in specie, neque in genere, non habentur in consideratione.*

DECISIO L.

DEfuncto Joan. Alexandro Paciano, institutis hæredibus proprietariis Lucia, & Doralice sororibus, usufructuaria Catharina Campia uxore, inter istas mulieres variæ ortæ fuerunt controversiæ tam super hæreditate dicti Jo. Alexandri fratris, & mariti respectivè, quàm super hæreditatibus Fulvii, & Alcidæ illius Parentum. Ideoque coram Reverend. Dom. Ghislerio tunc S. Rotæ Auditore, nunc verò Episcopo Terracinen. suscepta disputatione super hæreditatibus Fulvii, & Jo. Alexandri tantum resolutum fuit Doralice, & Luciæ dandam esse manutentionem in duabus partibus bonorum Fulvii, Catharinæ in alia tertia parte eorundem bonorum, & in omnibus bonis Jo. Alexandri ejus viri, titulo tamen solius ususfructus, & cum oneribus contentis in decis. 27. Jan. 1640.

Acquieverunt præfatæ mulieres huic resolutioni, sed prosequentibus coram Me in locum dict. Reverendiss. Terracinen. particulariter subrogato disputationem super hæreditate Alcidæ ibidem non comprehensa, sub die 31. Maii præteriti proposui dubium. An in bonis Alcidæ sit danda manutentio Catharinæ in totum, sed Domini ordinarunt, quod videretur de bono jure, quo dubio hodie proposito constare existimarunt de bono jure utriusque partis.

1 Catharinæ scilicet, & quidem in omnibus præfatis bonis quoad usumfructum sibi relictum à d. Joan. Ale-
2 xandro ejus viro: Cum enim ex dispositione Civitatis Interamnæ *lib. 2. sub fol. 40. rubr. quod mul. dotat. non succed.* relati in ejus Summario n. 2 fœminarum exclusivi, ipse solus tanquam masculus successerit d. Alcidæ ab intestato defunctæ exclusis penitus Lucia, & Doralice sororibus, prout etiam resolutum fuit in Interamnen. hæreditatis de Paradisis 12. Dec. 1605 coram S. D. N. *in recentior. decis.* 104 *p.* 1. confirmata coram eodem 6. Martii 1606. & admittitur in d. decisione edita coram Reverendiss. Dom. Terracin. §. *non obstat alterum.* Sicut hæreditas d. Alcidæ in 3
totum spectavit, & effecta fuit proprium patrimonium ipsius Jo. Alexandri, etiam ejus usufructus in totum spectare debet ad Catharinam ab ipso universalem usufructuariam in testamento scriptam ac *text. in l. uxori meæ. 37. ff. de usufruct. legat.*

Idque etiam d. sorores expressæ dotatæ non fue- 4
rint. Cum enim præfatum statutum in verbis specificè excludat non solum dotatas, sed etiam indotatas juncto fratribus onere dotandi pro viribus patrimonii, sola existentia masculorum sufficit pro ipsarum exclusione ut responsum fuit in dict. Interamnen. hæreditatis de Paradisis 6. Martii 1606. § *non obstat dum dicebatur*, & in similibus terminis dixit Rota *decis. 540. per tot. & signanter sub n. 1. versic. non enim propter dotem part. 1. diversi. in recentior. decis. 406. n. 22. cum seqq. part. 5.* & plenius in Romana supplem nti legitimæ 18. Maii 1640 15. Aprilis 5
1644. & 26. Jan. 1646. coram Me. Licet enim, quando statutum excludit fœminas, si fuerint dotatæ expressa, & formalis requiratur dotatio, quæ censetur causa finalis statuentium. Quando tamen, prout hic, illas excludit propter masculos, & mandat ipsas 6
dotari, nisi fuerint dotatæ, dotatio non est necessaria pro ipsarum exclusione, cum favor masculorum, & agnationis conservatio causa finalis, & principalis statuentibus reputetur juxta distinctionem Castr. *communiter approbatam in leg. Titio centum*, §. *Titio genero*, *n.* 8. *vers. ego pluries*, *ff. de condit. & demonstr. & in cons.* 286. *num.* 2. *lib.* 1. quem sequuntur 7
Socin. sen. *cons.* 75. *n.* 8. *usque in fin. lib.* 3. aliique relati per Rotam *d. dec.* 540. *n.* 1. & *seqq. part.* 1. *divers. in Perusina fideicommissi de Alfanis* 17. *Maii* 1621. *coram clar. mem. Coccino* penes Merlin. *de legitim. decis.* 106. *nu.* 7. *in Tiburtina hæreditatis* 13. *Febr.* 8
1634. *coram Eminent. Card. Hieronymo Verospio* penès Benjon. *ad Statut. Urb. dec.* 113. *sub versic. & licet.* Præsertim quia d. sorores numquam nuptæ fuerunt, & ideo objicere non possunt defectum dotationis, cum ad istum effectum non sit necessaria actualis dotatio de tempore successionis. Card. Seraph. *decis* 112. *n.* 1. & *per totam.* Et dos non debeatur, nisi matrimonium, & 9
nuptiæ actualiter contrahantur, ut probat Castr. *d. cons.* 276. *n.* 2. *vers. unde & tunc relictum lib.* 1. Rota *d. decis.* 540. *n.* 1. *vers. distinctio autem part.* 1. *divers. & d. decis.* 405. *n.* 26. *vers. neque ejus obligatio part.* 5 *rec.* Tum etiam quia satis condecentem dotem habuisse videntur, dum ipsemet Joan. Alexander illas admisit una secum pro æquali portione ad paternam hæreditatem, & eas universales hæredes proprietatis in omnibus suis bonis instituit.

Nec obstat, quod d. statutum videatur excludere fœminas tantummodo ab hæreditate dotandis dum 10
enumerando personas à quarum successione illas excludit, procedit per dictiones alternativas, ut dixit Rota in Narnien. successionis 7. Febr. & 29. Novem. 1629. coram bon. memor. Merlino *recentior. dec.* 217. *n.* 19. *versic. verum quando part.* 5. & *dec.* 326. *n.* 16. *cum seq. parte* 6.

Objectum enim procederet, si d. statutum tam in 11
parte dotationis, quàm in parte exclusionis ut retur verbis & dictionibus alternativis, in quibus terminis loquuntur præfatæ decisiones Narnien. successionis. Secus autem ubi, prout hic, procedit per dictiones 12
alternativas dumtaxat in parte dotationis, in parte verò exclusionis utitur verbis, & dictionibus conjunctivis, & copulativis, ibi, Nec actionem habeant, nec

petere possunt contra patrem, patruum, nec fratres carnales, vel eorum hæredes, nec ab eis causam habentes, &c. Tunc enim non censetur excluſisse fœminas ab
13 hæreditate solius dotantis, sed unica dotatio sufficit, ut ab omnibus hæreditatibus personarum ibidem spe-
14 cificatarum illæ dicantur excluſæ, ut declarant Baldus *consil. 73. circa medium verſ. & consideranduin lib. 4.* Becc. *consil. 55. num. 3. verſ. nam respondetur*, Alciat. *consil. 5. ſub num. 11. verſ. item quando ſtatutum loquitur lib. 2.* Menochius *conſ. 873. ſub nu. 12. Verſ. quintus eſt caſus*, Surdus *consil. 100. n. 9.* Bell. jun. *consil. 74. n. 48.* Thesaur. *deciſ. Pedemont. 62. n. 7. verſ. imò ſi ſtatutum idemque admiſit* Rota *in dd. Narnien. ſucceſſionis, ut in deciſ. 247. n. 18. & n. 19. part. 5. & dec. 329. n. 15. & n. 26. part. 6.* ac responsum fuit coram Cardin. Seraphin. *deciſ. 1291. nu. 1. in Balneo. regien. bonorum 16 Maii 1594. coram recol. mem. Cardin. Hieronymo Pamphillio, & in Romana hæreditatis de Stellis 16. Januarii 1608. coram bon. memor. Ottemb.rgho* penes Fenzon. *ad Stat. Urb. deciſ. 115. & deciſ. 116. per tot.*

Minusvè obstat, quod hujusmodi fœminarum exclu-
15 sio non sit perpetua, sed temporalis, quousque scilicet adsint masculi de agnatione, ipsi verò defectus fœminæ ad successionem redintegrentur ad tradit. per Brun. *ad tract quod ſtant. maſcul. art. 10. n. 12. & n. 23.* cum aliis relatis *in d. deciſ. Reverend. Terracinen. §. non obſtat alterum, verſic. tum quia.* Quoniam in casu nostro tollitur ex facto hæc difficultas, cum statutum fœminas expressè excludat non solum ad favorem fratrum, sed etiam eorum hæredum aliorumque ab eis causam habentium ibi, nec actionem habeant, &c. nec fratres carnales, vel eorum hæredes, nec ab eis causam habentes, &c.

Nec facit, quod d. Statutum non probetur Apostoli-
16 lica auctoritate confirmatum: Quia cum à longissimo tempore citra appareat observatum etiam in judiciis contentiosis, & signanter in hoc Sacro Tribunali confirmatio Apostolica interveniſſe præsumitur ad notat. per DD. *in cap. illud de præſumpt. & in cap. ſicut de re judic.* Card. Seraphin. *deciſ. 507. n. 3. & deciſ. 536. n. 5.* cum aliis in Barchinonen. Statuti 3. Martii 1636. coram Eminentissim. Dom. Cardin. Hieronym. Verospio in *recent. deciſ. 107. num. 24. part. 7.*

Prout nec subsistit, quod non doceatur Joan. Ale-
17 xandrum adiviſſe maternam hæreditatem, prout ad effectum requiritur

Cum enim hujusmodi hæreditas consistat potissi-
18 mùm in bonis dotalibus, quæ Fulvius maritus per quatuordecim annos usque ad ejus obitum penès se retinuit, ex præfata retentione adiviſſe censetur dictam hæreditatem nomine Joan. Alexandri communis filii, cui ipsa delata fuerat, ut probat *textus in leg. qui in aliena, § ſed, & ſi non adiverit, ff. de acquir. hæredit.* Bartol. *conſ. 129. n. 2. ſub* 1. Natt. *conſ. 74. n. 11.* Surdus *conſ. 243. n. 32.* Paschal. *de viribus patr. poteſt. part. 1. cap. 2. n. 35. verſ. imò etiam,* Rota *deciſ. 259. n. 3. & deciſ. 723. num. 14. verſ. & in propoſito par. 2. & dec. 527. n. 4. part. 8. recent.* Et licèt hæc conclusio procedere videatur in solis filiis infantibus, ad tradita per Ale-
19 xand. *conſ 20. n. 1. lib. 7.* Surd. *conſ. 244. n. 2. ſecus verò in majoribus infante* idem Surdus *deciſ. 140. n. 11.* Nihilominus quia ipsemet Joan. Alexander post mortem Fulvii patris eademmet bona possedit, & sua vita
20 durante de illis disposuit, ut probatur ex inventario confecto à dictis sororibus eodem Summario num. 5. utique faciendo se illorum dominum, & possessorem, censetur paternam aditionem ratificasse, vel dictam hæreditatem iterum sufficienter adiviſſe *leg. pro hærede, & leg. gerit, C. de acquir. hæredit. leg. ſi filius familias. C. de petit. hæredit. leg. C. ad S. C. orfician. §. penultim. inſtitut. de hæred. & qualit. & differ.* Cattr. *in leg. potuit num. 4. C. de jur. deliber.* Baldus *conſil. 272. ſub n. 2. verſ. tertia ratio eſt. lib. 5.* Aymon. *conſ. 33. nu. 14.* Honded. *conſ. 61. nu. 58. lib. 2.* Surdus *conſ. 253. n. 31.* Mant. *de conject. ult. vol. lib. 12 tit. 12. nu. 8. & dec. 245. n. 11.* Ian. mem. Gregor. *dec. 7. n. 2. dec. 98. n. 1. & dec. 236. n. 2.*

Nihil obstante, quod in dicto Inventario præfatæ 21
sorores asseruerint bona ibidem descripta possessa fuisse per Jo. Alexand. pro indiviſo, & in communi cum ipsis.

Quia præter quod hujusmodi eis suffragari non potest, nisi concludentibus probationibus assertam communionem justificent ad *leg. C. 1. de probat.*

Cum præfata hæreditas deberetur soli Joanni Ale- 22
xandro masculo ob prædictam statuti dispositionem ex dicta possessione ad ejus dumtaxat favorem, non autem ferorum quibus illa delata non fuerat, desumi potest aditio, ut declarant Surdus *dicto conſ. 253. d. num. 31.* Mantic. *d. tit. 12. dicto n. 8. verſ. quod ſcilicet probatio.* Boer. *deciſ. 33. num. 25. verſic. albàs ſi eſſet*; cum cæteris suprà allegatis. Minusvè præsumi potest, quod dictus Joan. Alexander voluerit ipsas admittere unà secum ad maternam hæreditatem, ex quo eas admiserat ad hæreditatem paternam, ideoque renuntiasse videatur dictæ statutariæ dispositioni, ut firmatum fuit in dicta præcedenti decisione. Quia cum 23
præfata admissio expressè facta, & restricta fuerit ad bona paterna, exindè inferri non potest, quod voluerint eas pariter admittere ad materna, cum admissio renunciatio ex ipsa resultans eandem specificam expressionem perneceſſe desiderent ex probatis ferè terminis per Gabriel. *conſ. 60. num. 2. & 3. & nu. per tot. lib. 1.* Surd. *conſ. 445. n. 58. & 59.* Moroc. *conſil. 3. n. 19. cum ſeqq.*

Denique non obstat, quod Catharina nullam præstiterit cautionem, sive Mutianam, sive de utendo & fruendo arbitrio boni viri.

Respectu enim Mutianæ responsum fuit eam non 24
esse præstandam, dum non versamur in institutione, sed in legato ususfructus temporaliter duraturo, donec scilicet legataria viduitatem servaverit, ut distinguendo firmant Natt. *conſil. 459. n. 17. verſ. tamen ſecus eſt*, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 696. n. 11.* Thomat. *dec. Maceraten. 105. n. 7. & 8.* Bart *Bonon. 73. n. 29. cum* 25
ſeqq. Respectu verò cautionis de utendo, & fruendo arbitrio boni viri, oblitem postea motam, acriter agitatam visum fuit Dominis sufficere, quod præstaretur in actu pacificæ consequutionis prælicti ususfructus juxt. Theoric. Bald. *in l. 2. ſ. b n. 11. & circa fin. C. comm. de leget.* quam pluribus ad luctis sequuta fuit Rota *in Avenionen. uſu-fructus 4. Febr. 1637. coram Reverend. Dom. meo Decano, & 1. Julii ejuſdem Anni, coram Eminentiſſ. Dom. Card. Panziolo in recent. dec. 195. n. 19. & n. 20. & dec. 238. num. 11. part. 7. ac 29. Aprilis 1641. coram Reverendiſſ. Dom. Terracinen. §. finel. & noviſſimè in Firmana codicillorum 1. Martii præteriti coram Me, §. quin ſub eademmet die.*

Quod verò ad præfatas sorores existimarunt Domini constare de ipsarum bono jure, tum pro summa scut. 850. tum etiam pro rata ususfructus, quam Catharina tenetur illis communicare

Pro summa scilicet dictorum scutorum 850. quæ ab eis persoluta fuerunt eidem Catharinæ pro restitutione dotis sibi debitæ à dicto Joan. Alexandro Testatore ejus viro, ut apparet ex publico Instrumento ipsarum, Summario num. 1. Quamvis enim uxor re- 26
licta usufructuaria non teneatur ad debita mariti præ-defuncti; attamen deduci non potest ususfructus sibi relictus, nisi prius ex substantia totius hæreditatis æs alienum illius integrè persolvatur per *leg. fiſcal. ff. de uſufruct. leg. & in leg. uſufructu bonorum, ff. ad leg. Falcid.* Gabriel. *conſ. 114. n. 8. lib. 1.* Gall *prax. obſerv. lib. 2. obſerv. 146. c. 7.* Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 143. ſub. n. 13. verſ. altera ſint opinio* Mantica *de conject. ult. volunt. lib. 9. tit. 6. n. 12.* plenè Mastril. *deciſ. 3. ſub n. 4. cum pluribus ſeqq. part. 1.* & dictum fuit in dicta præcedenti decisione Reverend. Dom. Terracin. §. *neque poteſt verſ. & juxta.*

Nec

27 Nec refert, quod Catharina in acta exactionis dictæ dotis cesserit jura talia qualia, dummodo contra ipsam retorqueri non possint: Quia dictæ sorores non utuntur hujusmodi cessione, nec agunt contra cedentem pro repetitione soluti, sed deducunt hujusmodi solutionem æris alieni contra bona hæreditaria debitoris, ad quem effectum ipsis sufficit vera & actualis solutio, ut proinde absque alia cessione super illis satisfieri debeant de concurrenti quantitate summæ persolutæ *l. qui à debitore, ff. qui pot. in pignor. hab. l. si potiores*, ibique glos. *C. de his qui in prior. cred. loc. succe.* Manti *decis. 69. num. 3. vers. diversum est autem.*

Et parum relevat, quod sint hæredes dicti Jo. Alexandri debitoris.

28 Quia præter quod illius hæreditatem adiverunt cum beneficio legis, & inventarii, proindeque eis impediri non potest integra satisfactio ipsarum crediti ad tradita per Bald. *in l. si §. in computatione n. 3.* ibique Jas. *n. 5. C. de jur. deliber.* Paris. *cons. 69. num. 161. lib. 1.* Rota *in rec. decis. 528. n. 1. p. 2. decis. 127. n.*
29 *10. p. 7. decis. 46. n. 6. & decis. 513. num. 12. p. 8.* Ea ratione, quia per additionem cum dicto beneficio actiones non confunduntur sed separatæ præservantur *d. l. fin. d. §. in computatione, vers. si verò ipse, C. de jur. delib.* Bald. *in l. si uxor, n. 2. C. de bon. auth. jud. poss.* Castr. *cons. 186. in prine. vers. sive dicamus quod facto inventario l. 2.* Surdus *cons. 7. n. 31.* Rota *dec. 63. n. 2. in fin. p. 3. decis. 114. num. 12. p. 7. decis. 145. num. 7. p. 8. rec.* Cum tempore additionis dictæ sorores non essent creditrices, sed tales affectæ fuerint post aditam hære-
30 ditatem persolvendo de proprio hujusmodi debitum dotis Catharinæ, utique etiam si non essent hæredes beneficiatæ, adhuc ipsis prædicta satisfactio denegari non poterit; Imaginaria enim solutio, & confusio actionum, quæ resultant ex additione absque dicto beneficio, procedunt tantummodo respectu crediti penes hæredem existentis tempore additionis, secus autem respectu crediti, quod ipse prout hic, deinde acquisivit adita jam hæreditate prævia solutione debitorum defuncti propriis pecuniis peracta, ut in puncto distinguendo firmavit Rota *coram Card. Caval. decis. 367. n. 1. 2. & 3. & in Bonon. fideicommissi de Cattáneis 10. Martii 1617. coram bon. mem. Pirovano in rec. decis. 432. num. 10. vers quia creditum p. 4.*

31 Pro rata verò ususfructus, quia testator eidem Catharinæ legatariæ expressè mandavit, quod illud communicaret cum prælatis suis sororibus; Voluntas enim testatoris in proposito ad unguem servari debet, aliàs legataria legatum amitteret, ut firmatum fuit in Spoletana alimentorum 24. Maii 1593. coram Card. Gypsio in Florentina alimentorum 20. Nov. 1630. coram Emin. D. Card. Hieronymo Verospio, & in Romana legati cibi & potus 25. Jul. 1635. co. RR. D. meo Decano relatis in *d. dec. d. §. neque potest.*

32 Nec obstat, quòd cum ipsæ sorores institutæ fuerint hæredes proprietariæ, hujusmodi legatum ad ipsarum favorem non sustineatur, sed accrescat Collegatariæ dispositione *l. plane 54. §. si duobus, ff. de leg. 1.* approbata in Recanat. manut. 27 Junii 1631. coram Me, *§. & huic intellectui, vers. tam per legatum.*

33 Conclusio enim procedit quando hæres à semetipso legatum consequi debet, ut clarè legitur in d. ibi, *A semetipso ei legatum inutiliter videtur, &c.* secus autem ubi, prout hic, illud capere debet è manibus Collegiatæ propter onus communicandi illi injunctum tunc enim legatum tanquam validum sustinetur, nec ipsi Collegatariæ accrescit, ut declarat glos. *in d. verb. inutiliter, vers. item à legatorio*, quam sequuntur Alex. *in d. §. si duobus, n. 2. vers. quia sicut quando*, aliique relati per Bellon. *de jur. accres. cap. 7. q. 29. n.*
34 *14. & 15. & 16.* ubi reddit optimam rationem, quia scilicet hujusmodi legatum nullam continet obligationem ipsius hæredis, sed illius tantummodo, qui fuit gravatus & n. 90.

Cæterum prætensa melioramenta, ut asseritur facta 35
per Fulvium in bonis controversis, Domini non habuerunt in consideratione, quia non justificantur, neque in specie, neque in genere.

Atque ita resolutum fuit utraque parte informante, &c.

Eminentiss. & Reverend. D. Card. CORRADO.

Romana Vineæ.

Veneris 27 Aprilis 1646.

ARGUMENTUM.

Agitur de devolutione rei emphyteuticæ ad directum, ob alienationem factam ab emphyteuta, ipso irrequisito, & quando habeat locum, & ob defectum solutionis Canonum per biennium, & quando habeat locum: & ubi dominus teneatur probare suum dominium: & de pactis in Investitura appositis: de alienatione conditionati; & aliis consimilibus.

SUMMARIUM.

1 *Validitas sententiæ probatur ex revolutione processus, in quo fuerunt servata servanda.*
2 *Mandatum de associando, quod non justificatur ex actis injustum est.*
3 *Ac proinde resultat justa causa restitutionis in integrum adversùs illud, ac cætera omnia in ejus exequutione gesta.*
4 *Dominus directus, qui vult deducere devolutionem bonorum emphyteuticorum ob alienationes irrequisito domino factas, Canones solutos, dominium directum plenè ac concludenter probare debet.*
5 *Et identitas rei emphyteuticæ cum ea, quæ in Investitura comprehenditur, per probationes concludentes et non æquivocas, justificanda est, ita ut de illa dubitari non possit.*
6 *Acquisitio dominii directi, quando agitur de illius probatione ad effectum rei emphyteuticæ devolutionis, non autem simplicis recognitionis est directò justificanda secundum jus gentium, vel civile.*
7 *Confessionem fictam Rota non attendit.*
8 *Eoque minus, quando non fuit servata forma.*
9 *In judicio possessorio, leviores probationes sufficiunt pro justificatione domini, cum de illa tunc non agatur principaliter, sed incidenter.*
10 *Judicium non videtur simplex, ac purum possessorium, quod principaliter fundatum est in devolutione, tanquam præ se ferens dominium directum penès actorem.*
11 *Actor probare debet fundamentum suæ intentionis.*
12 *In Judicio possessorio per dominum directum instituto, tria sunt necessario probanda. Primò scilicet, quod constet de Investitura, seu concessione ipsius rei, de qua agitur identificè. Secundò, quod illa sit finita. Tertiò quod adsit contumacia non restituentis.*
13 *Jura in secunda instantia producta ad justificandum mandatum primæ instantiæ, non attendi solent ex sententia Rotæ, post exequutionem mandati: sed pars, quæ facto judicis, ex processu non justificato nulliter, ac injustè procedentis, spoliata fuit, ante omnia in pristinum statum restitui, ac de causæ meritis cognosci debet.*
14 *Alias enim institutus judiciorum ordo perverteretur, si prius exequerentur sententiæ, deindeverò probationes fierent.*
15 *Canonum solutionis defectus per biennium continuum requi*

requiritur ad effectum ut emphyteuta Ecclesiæ, ex eo capite expelli possit.

16 *Biennium hujusmodi suppleri non potest ex tempore decurso pendente lite.*

17 *Instrumenta in Judicio debent exhiberi, ad hoc ut de eis habeatur ratio.*

18 *Dotes possunt constitui mulieribus ex bonis emphyteuticis, sine consensu domini directi, etiam aliter ex pacto convento, ex speciali dispositione Statuti Urbis lib. 1. c. 122.*

19 *Contractus venditionis bonorum Emphyteuticorum, cum expressa reservatione ejus dominii, ac possessionis usque ad integram pretii solutionem et interim locatio sub annua pensione, non requirit domini directi consensum, alias in alienatione necessarium.*

20 *Verba importantia reservationem consensus directi domini, cum clausula, et non aliàs, etc. apposita in contractu venditionis feudi emphyteutici reddunt hujusmodi contractum conditionalem, ejusque congerunt perfectionem in tempus præstiti per dominum directum consensus, ita ut antea habeatur pro non facto; et propterea nulla ex eo inducitur caducitas, quia cessat ejusdem domini contemptus, ex quo provenit hujusmodi pœna.*

21 *Ampliatur hæc conclusio ut procedat esto quod deventum fuerit ad traditionem rei alienatæ ante petitum et obtentum domini consensum; quia stante hujusmodi clausula, eadem censetur inesse ipsi traditioni conditio.*

22 *Intelligenda est tamen conclusio cum temperamento æquitatis, ut scilicet eo pacto contrahentes teneantur, deinde absque mora contractum hujusmodi domini denunciare, ac ejus consensum legitimè requirere, ne aliter in eorum sit facultate illum debito laudemio ac justa recognitione fraudare.*

23 *Emphyteuta, qui requisierit dominum directum de suo consensu, et negatum fuerit, alienatio non est imputanda.*

24 *Pactum speciale conventum in Investitura consensum domini directi intervenire debere ante alienationem, vel in actu alienationis faciendæ, sub pœna devolutionis, intelligendum videtur de alienationibus puris, et absolutis, non autem de illis, quæ factæ fuerunt sub expressa reservatione dominii, et consensus domini directi, cum clausula et non aliàs, etc.*

25 *Alienatio facta cum hujusmodi clausula reservationis, non est perfecta, sed conditionalis, et remanet in suspenso, ut habeatur pro non facta, donec hujusmodi consensus intervenerit.*

26 *Emphyteuta vendens, irrequisito domino pro pretio declarando per tertium, illo non declarante, non cadit à jure suo, quia negotium est imperfectum.*

27 *Pacta hujusmodi, in hac præsertim materia odiosa, et præjudiciali, stricte intelligi debent, et in dubio contra stipulantem.*

28 *Notitia pacti devolutionis requiritur ad hunc effectum in emphyteuta, certa, explicita, et indubitata, ita ut nullo modo excusari possit.*

29 *Notitia Authoris primi investiti non probato de aliquo pacto investituræ, præsumitur ignorantia in illis, qui successerunt in locum illius.*

DECISIO LI.

1 SEntentiam Rotalem in hac causa prolatam hodie Domini confirmandam esse censuerunt; Nam illius validitas probatur ex revolutione Processus in quo fuerunt servata servanda juxta vulg. *Decisione Verall. 262. part. 2.* Justitia verò ex Decisionibus emanatis coram, RR. PP. DD. meis Carillo, & Otthobono, ex quibus constat mandatum de associando ad possessionem Vineæ de qua agitur Reverendiss. Monialibus concessum à Reverendiss. P. D. Locum tenente Eminentiss. D. mei Cardinalis Vicarii, contra Dominum Alphonsum Ferrum, & quondam Portiam ejus Uxorem non justificari ex actis coram eo. Unde resultat 2
illius injustitia, ut fuit dictum in Burgen. *Quidem 16. Martii 1617. coram bon. mem. Ancrea decis. 23. & n. 20. Verficul. fuit responsum*, & bon. mem. Burat. *decis. 363. n. 2. versicul. nam prædictum mandatum, cum seq.* ac Reverend ss. Urgellen. *decis. 50. nu. 12. versic. & quamvis, & dec. 81. n. 1. versic. fuit responsum, cum seq. & in recentiores, decis. 659. sub nu. 15. versic. demùm part. 2.* Ac proindè justa causa restitu- 3
tionis in integrum adversùs illud, ac cætera omnia in ejus executione gesta, Rota *decis. 1. de Restitut. in integrum in noviss.* & penès Cæs. de Graff. *decis. 10. num. 12. versic. nam ad hunc effectum, cum seq. de sentent. & re Judicata*, & Verall. *decis. 94. part. 3.* & Cardin. Seraphin. *dec. 251. num. 12. versic tamen in hoc convenerunt cum seq.* & Sanct. mem. Greg. *dec. 209. ac in Recentior. dec. 492. sub n. 1. vers. sed hodie part. 1.*

Primò siquidem, quia non processit probatio di- 4
recti dominii monasterii super hac ipsa Vinea, ut necessarium erat, cùm fuerit deducta illius devolutio ob alienationes irrequisito Domino factas, & Canones non solutos, quo casu dominium prædictum plenè ac concludenter probari debet, *juxta leg. officium, & leg. In rem D. de rei vendit. leg. cum res*, ubi Glossa, & Doctores *C. de probat.* Specul. *lib. 4. titul. de Emphyteut. §. nunc aliqua, sub nu. 194. vers. 168. quæritur*, Rota penès Verall. *dec. 280. part. 1.* & Card. Seraph. *decis. 1453. sub n. 1. versic. Verum in casu isto, ac seq.* & Andr. *dec. 63. n. 1. cum seq. per tot. ac in Recentiores dec. 606. n. 1. p. 1.* & in aliis infra citandis.

Nec enim relevabant binæ Investituræ productæ, Altera scilicet facta de Anno 1567. 18. Maii Antonio de libertariis de sex petiis terræ, & tribus quartis, & altera facta Nicolao Calderario de Anno 1568. 17. Novembris de aliis petiis novem. Quia neutra conveniebat, nec in quantitate, nec in qualitate, nec in confinibus, cum Vinea petita petiarum quatuordecim cum Domo, & aliis Ædificiis, ut legitur in 5
monitorio, & articulis pro parte Monialium tunc exhibitis. Certum est autem quod identitas illius cum iis quæ in dictis Investituris comprehendebantur omnino justificanda erat per probationes concludentes, & non æquivocas, ita quod de illa dubitari non posset, Specul. *in loco mox citato, sub num. 75. versic. Item Ecclesia, quæ concessit, cum seq.* Alban. *consil. 244. sub num. 34. versic. quartò, videtur, cum seqq.* Rota penès Cardin. Seraphin. *decis. 869. in princip. & in fine* & Burat. *decis. 142. num. 4. versic & sic quod doceretur, & decis. 393. nu. 10. versic. Secundo, ac decis. 424. num. 3. versic & tamen, ac num. 5. versic. nec etiam, & in recentior. decis. 407. num. 1. versic. tum quia part. 4. & plenè in Perusin. Emphyteut. 13. Februarii 1640. & 21. Junii 1641. coram Reverend. Domino meo Decano, ac in Romana Domorum 9. Decembris 1641. coram Reverendiss. P. Domino meo Royas.*

Non etiam sufficiebat assertio Conjugum de Ferris 6
in Instrumentis celebratis cum Carolo Antonio Braschа, quod Vinea dotalis Portiæ petiarum quatuordecim in eis descripta esset directi Domini dd. Monialium, quia cùm ageretur de illius probatione non ad effectum simplicis recognitionis, sed devolutionis erat directo justificanda illius acquisitio secundum Jus gentium, vel Civile *juxt. dict. leg. in rem, D. de rei vendit. & theoric.* Bartol. *in leg. penultim. num. 4. versic. primo casu, D. de condit. infert.* Abb. *in cap. cum ad sedem num. 2. versic. sed sic extra de restit. spol.* Rota penès Verall. *dicta decis. 280. nu. 5.* & ita fuit tentum parte prima & Card. Seraphin. *decis. 1453. n. 1. versic. & confessio, ac in recentiore dicta decis. 606. num. 3. versic. tum quod dicta confessio,*

part. 1.

part. 1. penès Reverendiss. Urgellen. dec. 431. à num. 8. versic. ulterius, cum seq. cum aliis relatis in hac eadem causa *coram Reverendiss. Domino meo Carillo 10. Junii 1639. in §. nam se fundarunt, & 26. Novemb. n. 1. §. 1.*

Neque vis fieri poterat super positionibus productis pro parte Monalium quæ fuerunt habitæ pro con-
7 fessis contra dd. Conjuges non respondentes : nam hujusmodi fictam confessionem Rota non attendit, ut fuit dictum *in Romana Vineæ 1. Febr. 1613. coram Sanctissimo Domino Nostro in §. final.* apud Fenzon. *ad statut. Urb. decis. 41.* & penès Sanct. Mem. Gregor. XV. *dec. 460 num. 14. versic. quia ultra alias responsiones*, & Card. Cavaler. *dec. 562. num. 1. vers. quamvis enim, ac in recent. decisione num. 6. versic.*
8 *in venditione capsarum, & decisione 556. num. 8. vers. Præterea part. 3. idemque fuit responsum in dicta decisione 10 Junii 1639. in §. quod eo facilius coram præfato D. meo Carrillo.* Eoque minus quando non fuit servata forma *cap. 1. de confess. in 6. ut est necessarium juxta not.*, ibi per Franch. *sub num. 9. vers. nam dicit Bald. & ibi.* Rot. *decis. 3. de Confess. in Antiq.* & penès Card. Seraphin. *dec. 408. num. 4. versic. tum etiam quia*, ac bon. mem. Coccin. *decisione 470. num. 6. vers. neque est verum, cum seq.*

9 Nec obstat quod fuerit per Moniales institutum judicium possessorium, in quo leviores probationes sufficiunt pro justificatione dominii cum de illo tunc non agatur principaliter, sed incidenter.

10 Nam præter quod Judicium illud non videtur fuisse simplex, ac purum possessorium quia fuit principaliter fundatum super devolutione Vineæ ob Canones non solutos ac alienationes irrequisitis Dominis directis factas, ut apparet ex conclusione Monitorii & petitione, & positionibus prædictis, ac cæteris in eo processu actis solum dominium Monialium, ac devolutionem respicientibus, quo casu concludenter
11 probari debet, tanquam fundamentum intentionis agentis, Innoc. *in cap. ex parte, Abbatissæ, sub n. 1. versic. Hoc tamen teneas, extr. de privileg.* Castrens. *in leg. interpositis, sub n. 7. vers. sed Innocentius*, Ibique Jason. *sub n. 6. versic. limita ex eo, C. de Transact.* Eoque magis ubi non fuit facta petitori suspensio, ut distinguendo fuit dictum in *Ordana Sanctiss. Trinitat. 15. Junii 1577. coram bon. mem. rubeo* penes Statil. *de Salv. Interdict. decis. 230. num. 2. versic. In eventum verò*, quod petitorium non fuisset suspensum *& in Terracinen. bonorum 6. Junii 1623. coram bon. mem. Merlin. in recentiores part. 4. tom. 2. dec. 405. n. 16. vers. Vel denique.*

12 Fuit responsum, quod etiam in Judicio possessorio per Dominum directum instituto, tria sunt necessariò probanda, primo scilicet, quod constet de investitura, seu concessione ipsius rei de qua agitur identificè, secundo quod illa sit finita ; Tertio, quod adsit contumacia non restituenti. Menochius *de recup. remed. 11. num. 31. vers. quæro quartò cum seq.* Rota penès Seraphin. *decis. 1458. num. 4. versic. & ita procedunt ac per tot.* & fuit dictum in *Ariminen. bonorum 4. Febr. 1611. coram bon. mem. Cardinal. Marcoman. in recent. decisione 325. n. 5. versic. & nihilominus parte 3. & in Portuen. stagni 27. Aprilis 1640. sub princip. in §. cum igitur ad obtinendum in hoc judicio coram Eminent. D. meo Cardinali Panzirolo*, quæ in proposito non fuerunt probata, ut dictum est.

Minus visa fuerunt Dominis obstare Jura in hoc judicio producta, ex quibus prærendunt informantes pro monialibus prædicta omnia justificari.

13 Nam equidem attenderentur si ageretur de confirmatione demandati antè factam illius executionem. At postquam facta fuit, attendi non solent ex sententia Rotæ, sed pars quæ facto Judicis ex processu non justificato nullitèr, ac injustè procedentis, spoliata fuit antè omnia in pristinum statum restitui, ac de causæ meritis deindè cognosci debet ad text. 14 *in cap. conquerente, extr. de restitut. spoliat.* aliàs enim justus judiciorum ordo perverteretur, si prius exequerentur sententiæ, deindè verò probationes fierent, atque ita fuit resolutum penès Chisan. *decis. 172. sententia nulla, & in Romana de Pinellis 20. Febr. 1598. coram bon. mem. Oran. dec. 102. num. 9. vers. num. executio.* apud Zacch. *de obligat. Camer.* & penès Sanct. Mem. Gregor. XV. *decis. 105. num. 10. versic. potuit ista immissio :* ubi aliæ referuntur, *ac dec. 209.* & Card. Cavaler. *decis. 632. num. 6. vers. secus tamen est*, & Buratt. *dec. 584. num. 6. versic. & nihilominus, ac Reverend. Urgellen. dicta dec. 81. n. 1. vers. sic fuit responsum ac in rec. decis. 346. sub n. 1. vers. & est receptum ac per tot. & part. 2. & in hac eadem causa coram eodem D. meo Carillo. dict. 27. Nov. 1641. in §. ne ad tollendum primum fundamentum.*

Secundò principaliter, quia non fuerunt probatæ causæ devolutionis ejusdem Vineæ. Nam illa deducta ob canones non solutos concidit ex partitis librorum monasterii exhibitis, ex quibus constat de illorum solutione usque ad annum 1615. & ex petitione, atque executione facta pro debitis de anno 1616. per acta Lucatelli, ita, quod de tempore declarationis factæ per moniales, ac instituti earum nominibus judicii super devolutione sub die 22. Junii 1617. non fuerat defectum in eorum solutione per 15 biennium continuum prout requiritur ad effectum, ut Emphyteuta Ecclesiæ ex eo capite expelli possit *jux. tex. in cap. potuit in §. Emphyteuta quoque, extr. de locat.* & in Authent. *Hoc jus porrectum, §. qui rem, C. de Sacrosanct. Eccles.* & Auth. *de non alienand. §. scire autem relat. in cap. 2. 10. quæstione 2.* 16 Neque suppleri potuit ex anno decurso lite pendente, quia (prætermissis aliis) requirebatur super hoc nova declaratio, sive petitio pro parte Monialium, quæ facta non fuit, Rota penes Achill. *dec. 1. n. 9. versic. Primo quod dicta decisio, &c. de locat. & bon. mem.* Card. Mantic. *dec. 336. n. 5. vers. quod autem & decis. 187. num. 4. versic. nec obstat, part. 2. diverf.*

Altera verò deducta ex alienationibus irrequisitis Monialibus factis non justificatur ex allegatis Instrumentis dotalibus inter Portiam, ac Joan. Baptistam Guidum primum, & d. Alphonsum Ferrum secundum ejus maritum celebratis ; quia nec fuerunt exhibita, & propterea non est de illis habenda ratio, ut fuit responsum coram præfato Domino meo Carillo dicta decisione 10. Junii 1639. in §. *Præte-* 17 *rea versic.* & de aliis, præter quod in hujusmodi constitutionibus dotis non requiritur consensus Domini directi, etiam alias ex pacto conventus, ut specialiter 18 cavetur. *Statut. Urbis lib. 1. c. 122.* & in prædicta Romana Domorum coram R. P. D. meo Royas dicta die 9. Dec. 1641. in §. *minus obstare dicebant Domini*, & 16. Jan. 1623. in §. *fin.* & coram Reverendiss. Patre D. Ghislerio 18. Aprilis 1644. *in §. sciendum quod, Versiculo & licet etiam deducantur.*

Minus probatur ex dd. Instrumentis celebratis cum Brascha, quia non continent perfectum, ac absolutum contractum venditionis Vineæ, sed cum ex- 19 pressa reservatione ejus dominii, ac possessionis usque ad integram pretii solutionem ad favorem dd. conjugum, à quibus interea illi locata fuit ad septennium sub annua pensione scutorum centum, ut in eo legitur ; quo casu non requiritur Domini directi consensus, aliàs necessarius in alienatione *juxt. leg. fin.* ubi gloss. *in verb. aliis vendere*, & Jas. *sub num. 112. versic. quartò quæro, C. de jure Emphyteut. specul. lib. 4. tit. de emphyteut. in §. nunc aliqua sub num. 149. quæst. 123.* Imol. *in cap. potuit sub num. 22. vers. item potest quæri, extr. de locat.* Surdus *decis. 305. num. 39. vers. nam pactum, cum seq.* Corbul. *de emphyteut. de caus. privat. ob alienat. limitat. 24.* Valasc. *in simil. tract. quæst. 20. sub num. 9. cum seq.* pari-

terque Respondetur alteri Instrumento celebrato cum Joan. Francisco Rocha sub die 24. Martii 1618. quod in illo judicio neque productum fuit.

20 Præterea in præfatis omnibus Instrumentis cum Braſcha, & Rocha celebratis reservatus fuit in primis, & ante omnia consensus monialium, *& non alias*, &c. quæ verba reddunt hujusmodi contractus conditionales, eorumque conferunt perfectionem in tempus præstiti per Dominum directi consensus, ita quod antea habeantur pro non factis, & propterea nulla ex eis inducitur caducitas, quia cessat ejusdem Domini contemptus, ex quo provenit ejusmodi pœna Bald. *in cap.* 1. §. *denique sub nu.* 5. *versic. sed pone Pater ita dicit*, &c. quæ fuit prim. caus. benef. amittend. Alberic. *in leg. final. sub nu.* 10 *versi. quærit.* Alb. Papien. *C. de jur. Emph.* Luc. de Pen. *in leg. nulli sub n.* 1. *versic. potest quidem alienari*, *C. de fund. patrim. lib.* 11. Felin. *in capite quæ in Ecclesiarum sub n.* 85. *versic. salvatur tamen & sub num.* 86. *versic. tertius, casus est extr. de Constit.* Afflict. *in cap. Imperialem, in quæst.* 38. *sub n.* 54. *& seq. fol. mihi* 165. *de prohibit. feud. alien.* per Feder. Roland. *consilio* 51. *sub nu.* 30. *vers. Verum lib.* 2. *& cons.* 63. *à num.* 16. *vers. verum maturius*, *plur. seq. lib.* 4. Bursatt. *cons.* 181. *num.* 14. *versic. Verum.* ubi hanc æquiorem, & receptiorem Dd. sententiam, Cephal. *cons.* 118. *à num.* 9. *versic. nam venditio*, *cum seq.* Franc. *decis.* 267. *sub nu.* 2. *versic. Dicebatur pro convento*, *cum seq.* Cald. *de Jur. Emphyteut. lib.* 4. *cap.* 6. *à nu.* 33. *versic. Imo*, *& alia justificatur*, Rota penès Andream *decis.* 63. *sub num.* 3. *& seq. versic. Aut verò caducitas prætenditur*, *& coram Rever. D. meo Carillo d.* 10. *Jun.* 1539. *in* §. *Præterea*, *&* 27. *Nov.* 1641. *in* §. *alterum*, *& secundum*, *& in* §. *penultim. & in dicta Romana Domorum* 9. *Dec.* 1641. *coram Reverendiss. P. D. meo Royas in* §. *final. & latius in Romana Devolutionis Domus* 17. *Junii* 1641. *in* §. *secundò evitatur etiam*, *& in* §. *sed cessat difficultas*, *& rursùs*, 20. *Novemb. ejusdem anni.* §. *Tertiò*, *esto etiam ac seq. coram bon. mem. Merlino* in quibus firmatum fuit hanc conclusionem procedere,

21 esto, quod deventum fuerit ad traditionem rei alienatæ antè petitum, & obtentum Domini consensum, quia stante hujusmodi clausula eadem censetur inesse ipsi traditioni conditio, & coram Rever. P. Domino meo Otthobono 27. Junii 1644. *in* §. *final.* quod probant etiam DD. citati, & alii relati per Modern. Roman. *discept.* 633. *sub n.* 27. *versic. neque etiam cum seq.* hoc autem certius est in proposito casu, in quo traditio facta fuit expresso locationis titulo pro annua conventa pensione, ut dictum est.

22 Et licet prædicta conclusio videatur cum temperamento æquitatis intelligenda, ut scilicet eo pacto contrahentes teneantur deinde absque mora contractum hujusmodi Domini denuntiare, ac ejus consensum legitimè requirere, ne aliàs in eorum sit facultate illum debito laudemio, ac justa recognitione fraudare ad tradita per Salycet. *in leg. final. sub n.* 5. *versic. sed nihilominus*, *C. de jur. emphyteut.* & in specie probat Bursat. *dicto cons.* 181. *num.* 15. *versic. dico secundo*, *cum seq. & sub num.* 18. *versic. propterea ac seq.* Carol. Bardellon. *concil.* 14. *num.* 75. *versic. Respondetur septimò*, *& cons.* 100. *num.* 22. *versic. secus intra certum tempus*, & comprobat Surdus *consil.* 372. *sub nu.* 4. *versic. quarto addo cum seq. & cons.* 437. *nu.* 35. responderi etiam potest. Et in dicta Romana devolutionis Domus coram bon. mem. Merlino agebatur de mora unius mensis, ut legitur in dicta decisione 20. *Novemb.* 1641. *in* §. *nec obstat quod Januarius distulerit*, & fuerat petitus consensus, ac depositum laudemium ante acceptatam legitimè caducitatem ut habetur in antecedenti sub dicta die 17. Junii ejusdem anni in §. *nec obstat quod fuerit jam deventum*, *versic. quia non constat.* Non tamen in hoc casu videtur longior mora considerari posse, quia Braſcha, & Rocha solius locationis titulo Vineam possederunt, & ille quidem novem circiter menses, & non ultra; Iste verò post contractum cum eo initum decem circiter menses fuit à Monialibus investitus, ut apparet ex Instrumento Investituræ sub die 4. Febr. 1619. Ferrus autem in actu avocationis, & deliberationis illius earundem consensum requisivit, qui fuit illi negatus, ut apparet ex publica attestatione ejusdem Notarii Lucatelli exhibita, ita quod nihil ipsi potest imputari ad *leg. qui Romæ*, 23 §. *cohæredes*, *D. de verborum obligat. leg. in final. fin. C. de jur. Emphyteut.* Baldus *in cap.* 1. *in* §. *Auth. si libellario. nu.* 3. *vers. quod intelligo. Quibus mod. feud. amitt.* Dec. *in dicto cap. quæ in Ecclesiarum sub num. versic. & hoc intelligendum videtur*, *extr. de Constitut.* Menoch. *de Arbitr. Jud. cass.* 182. *num.* 11. *versic. quod si eam licentiam is concedere recusat*, *cum seq. lib.* 2. & fuit dictum coram præfato D. meo Carillo sub d. die 17. Nov. 1641. in §. *fin.* ubi alia etiam adducitur responsio.

Nec demum obstat quod ex pacto speciali commento in prædictis Investituris factis de anno 1567. Antonio de Libertariis, de anno 1568. Nicolao Calderario consensus Monialium requiri, atque intervenire deberet ante alienationem, vel in ipso actu alienationis sub pœna devolutionis.

Tum quia pactum illud intelligendum videtur de 24 alienationibus puris, & absolutis; non autem de illis, quæ factæ fuerunt sub expressa reservatione dominii, & consensus Dominii directi, *& non alias*, &c. quæ tanquam conditionales non sunt perfectæ, sed remanent (ut dictum est) in suspenso, & habentur pro 25 non factis donec hujusmodi consensus intervenerit per *textus in leg. hæc venditio*, *in principio* ibi, *conditionales autem venditiones tunc perficiuntur*, cum impleta fuerit *conditio*, &c. *D. de contrah. empt. per quem textum ibidem.* Baldus *in text. noviss. sub n.* 3. *versic. dico quod si emphyteuta*, notat quod si emphyteuta vendit irrequisito Domino pro p..tio declarando per 26 tertium, illo non declarante non cadit à Jure suo, quia negotium est imperfectum, in *lege cum manu fata in fin.* ibi, *nemo potest videri eam rem vendidisse de ejus dominio id agitur ne ad emptorem transeat*, *sed hoc aut locatio est*, *aut aliud genus contractus*, *D. de contrah. emption. & in leg. necessario in princip. versic. quod si sub conditione*, *& infra versic. quod si pendente conditione res tradita sit. D. de peric. & commod. rei vend.* & comprobatur *ex leg. prima*, §. *Annus autem D. de jur. cot. & leg. Bovem*, §. *final. vers. si sub conditione*, *D. de ædilit. edict. & leg. cum notissimi* §. *illud C. de præscript. triginta*, *vel quadraginta annorum*, Curt. sen. *cons.* 8. *n.* 6. *vers. secundò moveo*, *cum seq.* Nam hujusmodi pacta in hæc præsertim materia odiosa, & 27 præjudiciali strictè intelligi debent; Et in dubio contra stipulantem *leg. veteribus*, *D. de pact. leg. Labeo*, *de contrahend. emption. leg. quicquid adstringendæ in princ. D. de verborum obligat.* Bart. *in leg. si extraneus n.* 2. *vers. & ista lex de cond. caus. dat.* Alex. *consil.* 140. *Circa primum dubium*, *n.* 4. *vers. secundo lib.* 6. Ruin. *cons.* 187. *num.* 7. *vers. & ideo lib.* 1. Socin. jun. *cons.* 103. *sub n.* 3. *vers. quia sumus*, *& nu.* 4. *vers. & confirmatur lib.* 3. Natt. 676. *n.* 31. *in fin. vers. si igitur & seq.* Mant. *de tacit. lib.* 2. *tit.* 4. *sub n.* 64. *vers. similiter*, & alii.

Tum quia non fuit probata notitia hujusmodi pacti præfatis Conjugibus, quæ ad hunc effectum requiritur, 28 certa quidem explicata, & indubitata, ita ut nullo modo excusari possit. Alias enim præsumitur illius ignorantia in eorum personis, quæ successerunt in aliorum, quinimo nec adhuc constabat habuisse causam à 29 prædictis primis investitis, cum quibus tale pactum initum fuit ad *Reg. leg. qui in alterius locum*, *D de Reg. juris capite præsumitur eodem titulo in 6 leg. verius D. de probat. leg. ult. in fine*, *pro suo.* Glossa final. *in dicta leg. ultima*, *in verbo fed qui si ille solo jure*

decuit

, debuit ignoravit, ac ibi Doctores, *C. de jure emphyt.* Rota penès Cardinal Cavaler. *decis.* 94. *num.* 1. *Versic. Visum enim fuit ac seq. & Reverend. Urgellen. decis.* 426. *num.* 9. *versic. prima exceptio fuit*, *& pluribus seq. & in recentiores dec.* 95. *num.* 1. *versic. quo casu*, *cum seqq. part.* 1. *& dec.* 393. *sub nu.* 4. *versic. secundum fundamentum part.* 2. *& decisione* 559. *num.* 5. *versic. nec quod de ea part.* 5. & in his terminis fuit decisum in Romana *Casali*, 19. *Martii* 1580. *cor. bon. mem. Gypsio in* §. *quod maximè*, *ac per tot.* & in Romana devolationis domus 11 *Maii* 1616. *coram bon. memo. Andrea dicta decis.* 63. *num.* 5. *versic. nec facit*, *& seq.*

Et ita fuit resolutum, utraque parte informante, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana, separationis bonorum.

Lunæ 25. *Junii* 1646.

ARGUMENTUM.

Dominium locorum montium, quomodo ostendatur. Confessio emanata in Judicio, est quibusdam aliis efficacior. Plura de confessione, Negativa, Errore. Aditione Hæreditatis; ac de Statuto Veronen. Circa exterorum successiones in stabilibus.

SUMMARIUM.

1 *Locorum montium dominium ostenditur ex litteris patentibus, ubi descriptio vim habet traditionis fictæ, veræ, æquiparabilis.*
2 *Confessio emanata in Judicio, præferri debet aliteri extrajudicialiter emissæ in testamento.*
3 *Descriptio nominis dominium concludere non valet inter consanguineos, inter quos nomen adhiberi solet in re ad alterum consanguineum spectante.*
4 *Confessio erronea defuncti facta in testamento potest ab hærede revocari, non secus ac ab ipsomet defuncto, si adhuc degeret in humanis.*
5 *Confessio relativa ad aliquid ex quo ipsius error dignoscatur, tanquam erronea, potest ab ipsomet confitente impugnari.*
6 *Clausula salutaris*, quod habeatur pro non apposito quod describendum non foret *in scriptura validè operatur.*
7 *Possibilitas non erroris, non admittitur contra habentem fundatam intentionem in errore.*
8 *Ad convincendum descriptionis errorem, admittuntur etiam conjecturæ moraliter certæ.*
9 *Negativa debet concludenter probari ab eo, qui se fundat in ea.*
10 *Aditio hæreditatis inducitur ex cessione facta per hæredem jurium sibi competentium.*
11 *Declaratur intelligi de simplici cessione facta favore extranei præsupponente præcedentem aditionem, sine qua locum sibi vindicare non posset eadem cessio, secus verò si hæc fiat favore proximioris in gradu cum tunc repudiationem ostendat, ut subsequens gradus jure suo succedat.*
12 *Statutum Veronen. denegat in bonis stabilibus successionem exteris, qui onera civilia non solverint.*
13 *Hæreditas semel repudiata ex cessione adiri denuò non potest.*
14 *Error juris præsumptus justam errandi causam præbere potest.*
15 *Et præsertim factum in eo fundatam plus in opinione, quàm in veritate consistentem annullat.*
16 *Error debet probari ab eo, qui se fundat in illo.*
17 *Etiam quod alicujus actus causa extiterit.*
18 *Renunciatio hæreditatis facta ab eo ad cujus proximiorem postea deferatur, censetur facta ut alteri quæreretur.*

DECISIO LII.

DEcisum fuerat coram Me sub die 20. Aprilis proximè prætériti loca decem Montis Ursini spectasse ad Fabritii hæreditatem, eamque Julio Cæsari; non autem Horatio fuisse quæsitam, quam decisionem hodie Domini confirmarunt approbando illius fundamenta.

Respectu enim locorum montium hæc empta probantur de pecuniis hæreditariis Fabritii in persona Julii Cæsaris illius hæredis ab intestato, prout patet 1
ex ipsis patentibus litteris ab Horatio approbatis, ex quibus Julii Cæsaris dominium ostenditur, cum descriptio vim habeat traditionis fictæ, veræ æquiparabilis, ut præter relatos in alia decisione notat Angel. *in leg. num.* 2. *C. de dot. caut. non num.* Soc. sen. *cons.* 6. *num* 9. *lib.* 4. Bertolius *cons.* 178. *num* 8. *& 9. lib.* 2. Modern. Rom. *discept. for.* 152. *num.* 1. Rota *dec.* 262. *nu.* 3. *part.* 1. *diver.* Concurrit attestatio Butelli publici Mercatoris de facto proprio deponentis, ac repetita ejusdem Horatii confessio in exactione fructuum ad Julium Cæsarem, uti hæredem ab intestato spectantium. Quæ dum etiam emanavit in ju- 2
dicio, debet alteri præferri extrajudicialiter emissæ in testamento, ut notat Bart. *in leg. rura*, *n.* 2. *C. de omni agr. de solis* §. 11. Menoch. *cons.* 275. *num.* 12. & 13. Marant. *de ord. jud. part.* 9. *tit. de confess. n.* 20. *fol.* 394. & alii relati in *dec.* 337. *n.* 14.

Ex his verò tollitur objectio repetita contra des- 3
criptionem, quod illa dominium concludere non valeat inter consanguineos, inter quos nomen adhiberi solet in re ad alterum consanguineum spectante, ut notat Anch. *cons.* 32. *n.* 4. Rom. *cons.* 291. *n.* 10. *in fin. vers. fin autem* Rota *in Romana de Torniellis* 17. *Martii* 1617. *in* §. *visum enim fuit coram Romboldo* penès Post. *dec.* 136. *n.* 1. cùm prædicti Domini loquantur in terminis simplicis descriptionis nullis adminiculis fulcitæ.

Cessant etiam, quæ repetuntur circa confessionem Horatii emanatam in ultima voluntate, & ipsius Julii Cæsaris in inventarii confectione emissam super hæreditate Horatii. Prima enim probatur erronea tàm ex attestatione Butelli, quàm ex ipsis patentibus litteris, ubi legitur nomen tantum Julii Cæsaris, & pro eo, ac de pecuniis hæreditariis Fabritii loca prædicta empta fuisse, quamvis in testamento nomen Julii Cæsaris, & proprium enuncietur. Ideòque prædicta 4
confessio potest à Julio Cæsare Horatii hærede revocari, non secus ab ipsomet Horatio si adhuc degeret in humanis ex notat. in *leg. post divisionem C. de jur. & fact. ignor.* & in his terminis Menoch. *cons.* 89. *num.* 18. *versic. sexto adducebantur*, *& in cons.* 1094. *num.* 38. & 39. Altera verò Julii Cæsaris ab eodemmet potest impugnari, dum relationem habet 5
ad litteras patentes, ex quibus error ipse dignoscitur, ut notat Bald. *in leg.* 2. *C. de error. Advoc. n.* 4. Bart. *in leg.* 1. *num.* 2. *C. de error. calcul.* Alexand. *cons.* 83. *num.* 1. *vers. modus autem lib.* 1. Curt. jun. *cons.* 192. *n.* 21. *lib.* 3. Dec. *resp.* 35. *num.* 25. *vol.* 4. Rota *coram Burat. decis.* 282. *num.* 2. *& coram RR. Urgell decis.* 6
337. *num.* 34. & adest clausula salutaris, ut habeatur pro non apposito, quod describendum non foret *Rota dec.* 288. *n.* 3. *p.* 3. *rec.*

Non obstat ad excludendum descriptionis errorem adducta possibilitas præcedentis conventionis inter 7
Horatium, & Julium Cæsarem, ut proprio nomine describerentur loca montium, licet ad ipsum non spectarent. Quia non admittitur hæc possibilitas contra eumdem Julium Cæsarem habentem fundatam intentionem in patentibus litteris, etiam referentes tes-

tamenti

tamenti errorem ostendentibus, ut censuit Rota in Cavallicen. feudi, 16. Aprilis 1613. & in Aquitamen. Prioratus 11. Aprilis 1642. coram bon. mem. Pirovanno inter impressas *part. 4. recent. tom. 2. dec.* 8 337. *n.* 56. ubi etiam admittuntur conjecturæ moraliter certæ ad convincendam descriptionis errorem.

Non obstat nullam fuisse redditam Julio Cæsari rationem de fructibus horum locorum montium exactis & quod hinc consurgat verisimilitudo exclusiva dominii penès eum, qui fructus non percepit; quia talis negativa uti propriæ fundamentum intentionis non justificatur ex adverso, prout concludi debuisse notant DD. communiter *in leg. penult. §. docere, ff. quis eum,* 9 ub. Bart. & Bald. *n.* 2. Ang. *in* 1. *notab.* Castr. *n.* 5. aliique per Pacian. *de prob. lib.* 1. *c.* 51. *n.* 28.

Quo verò ad alteram decisionis partem super hæreditate Fabritii eam ad Julium Cæsarem spectasse, ite- 10 rum Domini responderunt ex pluribus actibus, in præterita decisione deductis §. *quo verò*, ex quibus in Horatio elici censuerunt voluntatem repudiandi Hæreditatem, ut Julio Cæsari, licet gradu remotiori deferretur.

11 Nec ejusdem hæreditatis aditio inducitur ex cessione jurium sibi competentium facta per Horatium, ex qua eam concludunt Corn. *cons.* 52. *num.* 9. *lib.* 2. Paris. *cons. num.* 118. *lib.* 2. Surdus *cons.* 249 *num.* 18. Cum prædicti DD. loquantur de simplici cessione facta favore extranei, præsupponente, præcedentem aditionem, sine qua locum sibi vindicare non posset eadem 12 cessio; secus verò si hæc fiat favore proximiori in gradu, cum tunc repudiationem ostendat, ut subsequens gradu jure suo succedat Mantic. *de conject. ult. vol. lib.* 21. *tit.* 12. *n.* 17. *vers. aut verò renunciatio*, aliique in præterita decis. adducti *sub §. ultim.* attenta præsertim dispositione Statuti Veronen. denegantis in bonis stabilibus successionem exteris, qui onera civilia non solverint, & sententia Venetiis prolata deferente ab intestato Julio Cæsari hæreditatem Fabritii, qua usus est Horatius in judicio ad favorem Julii Cæsaris, tanquam hæredis ab intestato, pluribusque aliis actibus repudiationem necessariò importantibus, nam ex cessione adiri denuò non potest hæreditas semel repudiata juxta text. in *leg Octav. 9. ff. unde cogn. & in l.* 13 *pro hærede* 20. *ff. de acq. hær.* Fulg. *in l. ult. n.* 5. Ang. *n.* 3. *C. de repud. hær.* Aymon. *cons.* 959. *n.* 21.

Nec repudiatio tollitur ab errore juris præsumpto, quæ dum justam errandi causam præbere potuit Horatio, ut notat Bald. *in l. si ex pecunia n.* 28. *C. de furt.* 14 Dec. *consil.* 282. *num.* 9. Surdus *cons.* 149 *num.* 14. ejusdem etiam repudiationem annullat plus in opinione quàm in veritate consistentem, ut notat *gloss. in* 15 *legis qui putavit, vers. certus, ff. de acqu. hær.* Imol. *in l. recusari num.* 2. *ff. eod.* Card. Mant. *de contract. ult.* 16 *vol. lib.* 12. *tit.* 14. *num.* 27. Talis enim error non solum probari debuisset, ut notat Bart. *in l.* 2. *n. in fin. & num.* 12. *ff. de confessis*, Butr. *in cap. gravis n.* 10. *vers.* 17 *debet tamen probari*, Imola. *n.* 3. *restitut. spoliat.* Mascard. *de prob. concluf.* 78. *n.* 7. & alii relati per Lambertengum *de contract.* Gloss. 1. *num.* 131. sed etiam quod repudiationis causa extitisset, ut notat Bard. *in l. inter omnes, rectè n.* 3. *circa fin. ff. de furt.* Rim. jun. *cons.* 612. *n.* 58. Surdus *consil.* 149. *num.* 9. *& cons. & consil.* 349. *numer.* 53. Tiraquell. *de pæn. temperandis, cons.* 43. *num.* 9. & tamen excluditur ex tenore 18 sententiæ Julium Cæsarem ab Intestato hæredem declarantis; & tot multiplicatis actibus in præterita decisione deductis, ex quibus excluditur error, & Horatii voluntas manifestè convincitur, quod noluerit sibi hæreditatem quærere, Julio Cæsari nepoti suo deferretur. juxt. nota. in *leg. si mulier.* 2. *C. ad Vellei.* Dec. *consil.* 185. *n.* 13. Rot. *dec.* 387. *n.* 4. *part.* 5. *rec.* cum aliis per Galler. *de renunc. lib.* 5. *c.* 5. *n.* 14.

Et ita utraque parte, &c.

R. P. D. ARGUELLES,

Mediolanen. bonorum.

Mercurii 19. *Junii* 1650.

ARGUMENTUM.

Fructus restituendi sunt à die motæ litis, & ulteriùs Causa appellationis est eadem cum prima, licèt instantia sit diversa. Plura de materia, & de mala fide respectu possessoris. De locatione circa probationem; ac de melioramentis tàm circa liquidationem, quàm circa restitutionem.

SUMMARIUM.

1 *Fructus rei litigiosæ restituendi, ab initio litis sunt computandi.*
Et exinde constituitur possessor in mala fide.
2 *Nec debet condemnatio restringi ad diem motæ litis in Rota, sed de ejus initio in partibus.*
3 *Causa per appellationem non mutatur, sed continuatur.*
4 *Mala fides non tollitur ex sententia in prima instantia favorabili.*
5 *Quia per appellationem extinguitur judicatum, vel suspenditur.*
6 *Et appellans reponitur in eo statu, quo erat tempore litis contestatæ.*
7 *Et sic nullum potest effectum producere.*
8 *Nec propter eam fructuum restitutio impeditur.*
9 *Et sententia non purgat malam fidem possessoris.*
10 *Nec interest quod lis fuerit constata à possessore.*
11 *Fructus restituuntur ratione malæ fidei, quæ per controversiam motam inducitur.*
12 *Imò et post litis denunciationem debentur.*
13 *Mala fides, cum propter motam controversiam inducatur, nihil interesse poterit, an victor pulset aut pulsetur cum utroq. modo controversiam faciat.*
14 *Mala fides, et fructuum restitutio inducitur per solam denunciationem factam emptori, quod venditor dominus non erat.*
15 *Ad fructuum restitutionem, non solum à die motæ aut denunciatæ litis, sed ab ipsa occupatione, sufficit declarari titulum fuisse injustum, per quod, titulus reducitur ad non titulum.*
16 *Fructus ex aliqua re vigore tituli invalidi percipiens, regulare est, quod omnes restituere tenetur perceptos etiam ante litem.*
17 *Titulus, quando resolubilis est facta resolutione fructus omnes interim percepti restituuntur.*
18 *Sententia, cujus causa quis possidebat, revocata, res cum fructibus est restituenda.*
19 *Instantia non transit in singularem successorem.*
20 Decisio 240. post Cene. de consil. *declaratur loqui de fructibus petitis accessorie ad mandatum de manutenendo, ut omnes aliæ in hoc allegatæ.*
21 *Quæ loquitur in petitorio, et in possessore malæ fidei.*
22 *Locatio probat fructuum perceptionem, et quantitatem in locatore.*
23 *Et probatur juris præsumptione perceptio fructuum usque ad diem restitutionis.*
24 *Clausula, Donec, apposita in locatione, est repetitiva, ita ut finita locatio, est repetita censeatur.*
25 *Et extendit locationem ad beneplacitum partium, ita ut duret donec appareat revocata.*
26 *Imo ex ipsa contractûs natura, ex quo perseveratum est in conductione, præsumitur eodem pretio; et conditionibus renovata.*

27 *Et*

27 *Et præsumitur perseverasse, nisi contrarium probetur.*
28 *Et sufficit ad effectum, de quo agitur, quod bona prædicta tanti fuerint solita locari.*
29 *Valor in futurum probatur, ex valore præcedentis decennii.*
30 *Valor locationum non apparentium regulatur ex locationibus, quæ apparent.*
31 *Probationes exactissimæ non requiruntur in materia liquidationis, sed leviores sufficiunt.*
32 *Rota non onerat malæ fidei possessores in fructibus qui percipi potuerunt quando violenti non sunt.*
33 *Vel aliquo titulo colorato se defendunt.*
34 *Judex nulliter et injustè procedens, dicitur spoliare.*
35 *Possessor malæ fidei est condemnandus ad fructuum etiam non exactorum, et qui poterant exigi, restitutionem, quando debitores minus idonei reperiantur.*
36 *Excomputantur tamen remissiones factæ colonis causa tempestatum.*
37 *Testes loquentes ex suo capite nulla reddita ratione non debent attendi.*
38 *Melioramenta sunt probanda secundum formam traditam à Rota* in Romana hæreditatis 14. Decemb. 1646. à §. nec magis, usque ad §. minus suffragatur, coram eodem Arguelles.
39 *Impensæ in meliorationibus cœpta lite mala fide inductis, à possessore in re facta nullo modo possunt conservari, nec per retentionem.*
40 *In melioramentorum æstimatione ineunda, multum judicis arbitrium versatur, et ideo Rota mediam viam elegit.*
41 *In meliorationibus, quando res meliorata restitui debet à malæ fidei possessore, et impensæ turbidæ, ac illiquidæ apparent, fieri debet restitutio, data cautione restituendo facta liquidat.*
42 *Sumptus facti in plantatione arborum, et vitium quia cedunt solo, non restituuntur possessori, nec pro illis habet retentionem et multo magis malæ fidei.*
43 *Neque pro palis ad vitium sustentationem positis.*
44 *Collectæ et Tributa, quæ solverentur ratione rei controversæ à victore, si non soluta fuerint, ratione particularis exemptionis, seu privilegii, à victo detentor, non debentur illi in restitutione fructuum condemnata excomputari.*
45 *Locupletari cum aliena jactura, est contra naturam.*
46 *Nec fortè interesset si detentor sic immunis, sponte solvisset.*

DECISIO LIII.

1 FRuctus, quos Domini Vicecomites debent Dominis Bustiis restituere ex sententiis Rotalibus ab initio litis computandos, ipsæ decreverunt sententiæ prout juris est, *l. sed & si res, §. si ante litem 7. ff. de petit. hæred. l. Julian. 17. §. 1. junctio principio, D. de rei vind. facit l. 3. D. de interd. l. partum 10. D. de usur. l. cerum 22. C. de rei vind. l. 2. C. de fruct. & lit. expens. §. 2. Institut. de off. jud. Basilic. tom. 1. lib. 9. tit. 3. cap 66. pag. mihi 515. ex impress. Parisien. an. 1647.* in quibus juribus, Glossa & omnes communiter Rota *coram sanct. mem. Gregor. XV. dec. 74. n. 1. & in Camerinen. spolii 4. Julii. 1646 in princ. coram Reverend. Patre D. meo Otthobono, & in Seguntina beneficii 1643. §. cæterum coram R. D. meo Decano.*

2 Nec debet condemnatio restringi ad diem motæ litis in Rota, sed de ejus initio in partibus Seraph. *dec. 1245. n. 4. & 5.* (ubi in fortioribus terminis, nempè, quia lata sententia, & in judicatum transacta per multos annos siluerat causa, ut ibi *n. 1. & 2.*) Burat. *dec. 568. n. 17. & 337. n. 16. & in Romana domorum 25. Junii 1646. coram R. P. D. meo Bichio* (ubi etiam in fortioribus) *& Romana fideicommissi de Marianis 3. Junii 1647. coram R. P. D. meo Royas, & dec. 19.* Post Modernum, *de manut. n. 1. & 8.* & jura supra allegata & indistinctè loquuntur, nempe fructus deberi ab initio litis & exinde constitui possessorem in mala fide.

Nec obstat, quod Dominus Primicerius habuerit sententiam favorabilem in prima instantia, quia per appellationem causa non mutatur, sed continuatur. 3 *Rota in d. Romana fideicommissi de Marianis in princ. coram R. P. D. meo Royas.*

Nec mala fides tollitur ex sententia in prima instantia favorabili, Burat. *d. dec. 568. nu. 16. & 17.* quia per 4 appellationem extinguitur judicatum. *l. 2. §. fin. D. ad Turpill.* vel suspenditur *l. furti 6. D. de his qui not. infam.* intelligendæ cum distinctione Bald. *in rubr. Cod. de appellat.* Scacc. *in eodem tr. q. 3. n. 82. verf. concordari,* 5 qui eo non citato sequitur ejus distinctionem, & appellans reponitur in eo statu, quo erat tempore litis con- 6 testatæ *ibi n. 84.* & sic nullum potest effectum producere, ut benè *d. l. furti l. 2. C. de execut. rei jud.* Basilic. 7 *tom. 1. lib. 9. tit. 3. cap. 87. pag. mihi 518.* nec propter 8 eam fructuum restitutio impeditur, ut in allegatis 9 decisionibus 1245. coram Seraph. 568. penès Burat. & 19. post Modern. *de manut.* Et sententiam non purgare malam fidem possessoris, probat Roman. *in l. si per errorem. C. de usucap.* & notabiliter prosequitur Lambertengus *de contract. sine solemnit. fact. gl. 1. à nu. 320.* Barbos. *ad l. sicut 3. Cod. de præscr. 30. vel 40. à n. 125. cum seqq.* ubi explicat. *l. generaliter D. de noxalib.*

Nec interest quod lis fuerit intentata à dicto Primi- 10 cerio; nam etiam in simili casu loquuntur dec. Seraph. & dec. post Modern. *de manut. & dec. 220. n. 7. & 8. part. 7. rec.* intelligenda est, quando non inter vic- 11 tum, & victorem fuit lis agitata sed inter alios fructus, namque restituuntur ratione malæ fidei, quæ per controversiam motam inducitur *in d. l. sed & si 28. dict. §. si ante litem,* ibi, *Quamquam enim litis contestatæ mentio fiat in Senatus Consulto, tamen, & post motam con-* 12 *troversiam omnes possessores pares fiunt, & quasi prædones tenentur, C. de petit. hæred.* Imo, & post litis denuntiationem *l. item veniunt 22. §. præter 6. in fin. verf. petitam.* ibi, *Quo primum scierit quisque eam à se petit; id est, cum primum aut denunciatum esset, aut literis, aut edictis evocatus esset, ff. eod. tit. de petit. hæred.* Gottofr. *d. §. si ante litem litt. P.* ubi alia jura adducit Barbos. 13 ad *l. sicut 3. Cod. de præscriptione, n. 275.* Nam si propter motam controversiam mala fides inducitur, quid interesse poterit an victor pulset, aut pulsetur, cum utroque modo controversiam faciat & optimè facit *l. fundum 17. C. de rei vind.* ubi solam denuntiationem 14 factam emptori, quod venditor Dominus non erat, inducitur mala fides, & fructuum restitutio.

Præterquam quòd ad istam fructuum restitutionem 15 non solum à die motæ, aut denunciatæ litis, sed ab ipsa occupatione sufficit declarari titulum fuisse injustum per quod titulus reducitur ad non titulum, elegans text. *in lege 2. C. de fide, & jur. hastæ fiscal. alias de fide & instrum. & jur. hastæ fiscal. l. 10. tit. 3.* Tiraq. plures referens *in leg. si unquam, C. de revocand. donat.* Rom. *cons. 454. sub n. 27.* Natta *cons. 535. num. 12.* Gonsal. *regul 8. gloss. 15. n. 100.* Ofasch. *dec. 160. nu. 12.* Surd. *dec. 163. n. 16. & cons. 268. n. 29. cum seqq.* Buratt. *dec. 568. n. 17.* Rota *decis. 693. n. 1. p. 1. rec. & in Milevi-* 16 *ta. fructuum 8. Februar. 1649. §. nec illos prætendere coram R. P. D. meo Decano,* & regulare est quod percipiens fructus ex aliqua re vigore tituli invalidi omnes restituere tenetur, perceptos etiam ante litem, *cap. si quis presbyterorum 6. de rebus Eccl. non alien.* ubi glossa & DD. *l. 1. C. de fid. & jur. hastæ fiscal.* Valenz. Vela *c. cons. 196. n. 27. vers. unde,* Rom. *tom. 2.* Unde quoquo se vertant Domini Vicecomites, effugere non possunt fructuum restitutionem, & saltem negari non potest titulum illum per sententiam inductum manere resolubilem propter appellationem, at quando titulus re- 17 solubilis est, facta resolutione fructus omnes interim percepti restituuntur *l. 4. in princ. cum aliis §§. l. item quod 6. l. Imperator [illegible] ff. de in diem addit. l. is*

qui

18 *jui* 11 §. *ſi fundus* 10. *ff. quod vi aut clam. l. fin. D. de jure fiſc. l cum autem* 23. §. *cum redhibetur*, *D. de ædil. edict. l. videamus* 38. §. *item ſi* 2. *D. de uſur. l.* 1. *C. de his qui ut indign.* Et revocata ſententia cujus cauſa quis poſſidebat, rem cum fructibus eſſe reſtituendam, eſt *text. formalis in l. filio* 16. §. *fin. D. de inoff. teſt.* (ubi notandum eſt litem cum alio factam fuiſſe & contra eum ſententiam obtentam & tamen per aliam ſententiam condemnari ad fructus ab initio perceptos) quam omnes extollunt Abb. *in cap. cum cauſam ult. notab. de off. deleg.* & aliis relatis Garz. *de expenſ. c.* 23. *n.* 24. Rauden. *de Analog. c.* 37. *n.* 209. Gutierr. *conſ.* 15. *n.* 11. & 12. Rim. jun. *conſ.* 333. *n.* 19. Surd. *conſ.* 14. *n.* 16 & *cons.* 113. *n.* 11. & *conſ.* 168. *n.* 20. & *conſ.* 372. *n.* 21. Peregr. *conſ.* 3. *n.* 71. *vol.* 1. Menoch. *de recup. remed.* 15. *n.* 638. iterum Surdus *dec.* 45. *n.* 10. *cum ſeq. dec.* 25. *à n.* 21. & *de alim. tit.* 1. *quæſt.* 224. *n.* 8. Giurb. *dec.* 89. *per tot.* Maſtr. *dec.* 29. *n.* 4. Gratianus *diſcept. for.* 157. *n.* 27.

19 Parum juvat, litem cœptam non eſſe cum ipſis Buſtiis, quia inſtantia non tranſit in ſingularem ſucceſſorem, ex allegatis à Burat. *dec.* 337. *n.* 1. & *n.* 2. quia ipſe optimè reſpondet *n.* 3. & *n.* 4. ſan. mem. Gregor. *deciſ.* 121. *n.* 2. Rota *dec.* 189. *n.* 4. *p.* 6. *recent.* ubi multi citantur, & à Grat. *diſcept. forenſ. c.* 459. *n.* 4 *tom.* 3.

20 Non obſtat etiam *dec.* 240. poſt Cenc. *de cenſ.* quia loquitur de fructibus petitis acceſſoriè ad mandatum de manutenendo, ut omnes aliæ ex adverſo allegatæ, nos ſumus in petitorio, & in poſſeſſore malæ fidei ex ſupra allegatis.

21 Fuit autem lis cœpta de menſe Februarii 1618. & poſſeſſio capta die 8. Decembris ejuſdem, & inde fructus reſtituendi ex ſupra dictis.

Liquidatio autem facilis eſt, quia conſtat ex publicis inſtrumentis, quæ ne controvertunt Domini Vicecomites ab anno 1619. fuiſſe bona locata pro annuis libris 1275. ultra appendices aſcendentes ad annuas libras 18. à quo die uſque ad 12. Junii 1641. quo videtur facta reſtitutio bonorum, calculo ducto, ſumma aſcendit ad libras 29236. & 3.

22 Nec Domini Vicecomites negant per novennium de quo locationes cantant, dictas libras percepiſſe, & ſatis per eas probatur, & conſtat de appendicibus, Rota *dec.* 61. *in fin. part.* 2. *diverſ.* & 481. *n.* 5. *part.* 3. *recent* & penès Urgell *dec.* 507. *nu.* 4. & *in Neapolitana liquidationis fructuum* 21. *Junii* 1610. *coram Lancellot.* apud Marcheſ. *de commiſſ. part.* 1. *fol.* 104. *n.* 3. & *in d. Camerinen. ſpolii* 4. *Julii* 1646. & *in Romana fideicommiſſi de Maſſimis* 20. *Nov.* 1644. *coram R. P. D. meo Otthobono*, & *in Milevitana optionis* 16. *Aprilis* 1649. §. *tertiò concluſum coram R. P. D. meo Peutingero*, in quibus multi Doctores, & deciſiones adducuntur, & *in Bonon. pecuniar. ſeu dotis* 14 *Junii* 1649. §. *itaque in princip. coram R. P. D. meo Decano.*

23 Nec poſſunt etiam negare uſque ad dictum annum quo reſtitutio facta apparet, fructus percepiſſe, quia hoc juris præſumptione probatur. *l. Julianus* 13. §. *ex vendito*, *verſ. poſſeſſionem alias eſt.* §. *poſſeſſionem* 21. *D. de action. empt.* Rota *dec.* 25. *de præb. in nov.* & *coram ſan. mem. Gregor. XV. dec.* 50. *n.* 2. & Caval. *dec.* 138. *n. etiam* 2. & *dec.* 586. *n.* 1. latè Rota *in d. Bononien. pecuniaria, ſeu dotis* §. *ex quibus coram R. P. D. meo Decano.*

24 Non etiam uſque ad ſummam locationum; quia prima facta eſt ad novennium cum clauſula *Donec*; quæ eſt repetitiva, ita ut finita locatio repetita cenſeatur. *arg. l. ſicut* 3. *in princip. verſ. inde tractum eſt*, *D. quibus*
25 *modis uſusfruct. amitt.* Cened. *ſingul.* 46. *n.* 7. Et extendi locationem ad beneplacitum partium, ita ut duret donec apparet revocata, Baldus *in cap.* 1. *nu.* 9 *de feud.*
26 *Guardiæ*, Surdus *conſ.* 524. *n.* 3. *in fine*. Imò ex ipſa contractus natura, ex quo perſeveratum eſt in conductione, præſumitur eodem pretio, & conditionibus renovata *l. lege* 17. *C. de legat. l. item quæritur* 14. §. *qui impleto*, & 1. *qui ad certum* 15. *D. eodem*, ubi omnes. Gottofr. *lit. C. E. F.* Mantic. *de tac. l.* 5. *tit.* 15. *n.* 19. Caroc. *de locat. p.* 3. *ſub tit. de novat. locat q.* 30. *n.* 1. Pichard. *inſt. de locat.* & *cont. ad rubr. n.* 32. Rota *in citata Bonon. pecuniaria*, *ſeu dotis d.* §. *itaque ad medium coram R. D. meo Decano.* Et præſumitur perſeveraſſe, 27
niſi contrarium probetur, Rota *in Romana integrationis* 23. *Junii* 1642. *coram R. Patavino*, §. *cumque Antonius*, *confirmata* 22. *Junii* 1643. *in princip. coram R. Salamantino*, & *in Maceraten. redditionis* 27. *Martii* 1645. §. *quo vero coram R. P. D. meo Mel-* 28
tio, in quibus multi adducuntur, & ſufficit ad effectum de quo agitur, quod bona prædicta tanti fuerint ſolita locari, Surdus *conſ.* 263. *n.* 31. Achil. de Graff. *dec.* 22. *de reſtitut. ſpoliat.* Caval. *dec.* 17. *n.* 1. & 586. *n.* 2. Coccin. *dec.* 439. *n.* 3. Rota *dec.* 343. *n.* 3. *p.* 1. *rec.* & *in Bononien. bonorum* 26. *Febr.* 1649. *coram R. P. D. meo Otthobono*, & *in Bononien. manutentionis* 28. *Junii ejuſdem anni coram R. P. D. meo Peutingero*, & *in mox alleg. Bononien. pecuniaria*, *ſeu dotis dicto* §. *itaque in fine.* & *dicto* §. *ex quibus ad finem coram Reverend. D. meo De-* 29
cano. facit optimè quod ex valore præcedentis decennii probatur valor in futurum, Garz. *de benef. parte* 5. *cap.* 3. *nu.* 228. *cum ſeq.* Put. *dec.* 374. *n.* 3. *lib.* 3. *in correct.* Rota *in Cæſar auguſtana penſionis* 31. *Martii* 1645. *coram R. P. D. Bichio*, *ubi exornatè.* Et ex locationibus quæ apparent, regulari valorem 30
non apparentium, Eſcobar. *de ratiocin. cap.* 16. *n.* 40. *ex text. ſingulari in lege ſi fundum* 35. *cum lege ſeq. D. mandat.* Nec in materia liquidationis requiruntur exactiſſimæ probationes, ſed leviores ſufficiunt, Rota 31
apud Seraph. *dicta dec.* 1245. *n.* 7. & *in dicta dec.* 19. *n.* 19. Poſt Modern. *de manutent.* & *in Romana de Cæſareis* 50. *Maii* 1639. *coram Reverend. D. meo Terracinen.*

Ex qua Summa ſupra calculata deducendas eſſe annuas libras 125. pro canone in confeſſo eſt apud partes, ſed & libras 4292. quas Domini Vicecomites aiunt non exactas, ſed adhuc à Colonis deberi deducen. (dum tamen ipſi probent verè deberi, & actiones cedant inſtrumentis conſignatis) dixerunt Domini, ſumma quidem benignitate. Nam licet 32
Rota non oneret malæ fidei poſſeſſores in fructibus, qui percipi potuerunt, quando violenti non ſunt, ut *dec.* 11. *de reſtitut. ſpoliat. in antiq.* Menoch. *de* 33
recuper. remed. 15. *nu.* 11. vel aliquo titulo colorato ſe defendunt, ut *dec.* 512. *n.* 1. *cum ſeq. part.* 1. *diverſ.* & penès Creſcent. *deciſ.* 8. *de cauſ. poſſeſſ.* & *propr. ſic temperando text. in l. domum* 5. *C. de rei vind.* 1. *verſ. poſt litem*, *C. de petit. hæred. l.* 2. *C. de fruct.* & *lit. expenſ. d. l. ſed* & 628. §. *ſed & fructus* 4. *de petit. hæred.* Quod temperamentum amplexus eſt etiam Amaya *ad leg.* 1. 2. 4. *num.* 15. *C. de fide*, *& jure haſtæ fiſcal. lib.* 10. poſt alios congeſtos à Pichard. §. 2. *inſtit. de off. jud. num.* 66. *pro concordial.* 17. *C. de rei vind. ſtatim citanda*, Baſil. *tom.* 1. *lib.* 9. *cap.* 66. *fol. mihi* 613. *lege præterea* 20. *lege ſi navis* 63. §. *fin. D. rei vind. lege apud Julianum* 40. *alias l. cum ſervus*, §. *apud Julianum*, *D. de lege* 1. & alia multa jura, DD. *per Pichard. congeſta in dicto* §. 2. *n.* 1. & multi alii per Harprecht. *in* § *ſi quis à non Domino* 35. *n.* 93. *cum ſeqq. inſt. de rer. diviſ. qui ad legem ſi fundum* 17. *Cod. de rei vend.* ſequitur interpretationem Pichard. *ubi ſuprà*, eo non citato.

Tamen Dominis Vicecomitibus non ſolum deficit titulus coloratus; ille enim decreti, ut per appellationem extincti, vel ſuſpenſi (ut ſuprà dictum eſt, & nulli & injuſti, & ſpoliativi ſuffragari non poteſt, quia judex nulliter, & injuſtè procedens dicitur ſpo- 34
liare Bartolus *in l. meminerint* 6. *n.* 2. *in fine*, *C. de rei vend.* & alii multi per Larream. *dec. Grammat.* 2. *n.* 15. Poſt. *de ſubhaſt. ſpect.* 30. *n.* 12. & poſt eundem *in tr. de manut.* Rota *d.* 943. *n.* 29. 541. *n.* 1. *part.* 5. *tom.* 2. *recent.* & *paſſim.* Nec coloratus fortè dici poteſt, ſed & apparet de eorum negligentia in exigendo, cum debito vocationis ab anno 1643. & antea, dicant non exactum 35
anno 1650. & ſaltem condemnandos (dicebat onus

ex

ex Dominis) si debitores minus idonei reperiantur ac *leg. final. tutor. de constitution.* 15. *l. si fine hærede* 23. §. *Modestinus admin. tut. l. fin.* §. *item rescripserunt nomicum.* 9. *ff. de administr. rer. ad civit. pert. l.* 2. *C. arbitr. tut. per agr. à fortiori* Escob. *de ratio. cap.* 16. *n.* 1. *cap.* 16. *n.* 21.

36 Jusserunt identitatem excomputari libras 600. pro remissionibus factis Colonis causa tempestatum (quibus

Sternuntur segetes, & deplorata colonis
Vota jacent, longèque perit labor irritus anni.

ut ait Ovid. *lib.* 1. *Metamorph.* & latius Virgilius *Georg.* 1. *versu* 311.) *ad l. licet* 8. *C. de locat. & cap. propter sterilitatem extra eod. tit.* & latè tradita innumeris congestis Neothericis, & antiquioribus, Amaya *lib.* 3. *observ. cap.* 3. *n.* 12. *per tot.* (quibus adde Greveam, ad Gail. *l. observ.* 23. *p. mihi* 67.) ubi multis etiam humanioris litteraturæ authoribus. Non enim in ampliori summa factam remissionem probatur, nam licet aliæ duæ videantur factæ summario Vicecomitum n. 6. una pro anno 1620. cujus quantitas non explicatur & alia pro anno 1628. calculata anno 1630. tamen istæ videntur comprehensæ in calculo anni 1632. ut in libercolo cujus partita cantat *più per la pretensione della tempesta, e ogn' altro di a questo giorno à dietro lire* 600. *d. n.* 6.

Melioramenta verò, quæ prætenduntur facta in domibus Coloni, licèt dicantur necessaria à testibus Dominorum Vicecomitum n. 1. non tamen probatur, quid
37 fuerit impensum, & licèt n. 3. deponant primus, & secundus testis fuisse impensas lib. 6203. & quartus libr. 600. & ultra, loquuntur ex suo capite nulla reddita ratione, & sic non debent attendi. Hondedeus *conf.* 7.
38 37. & 38. *lib.* 1. Rota apud Verall. *dec.* 278. *n.* 1. *part.* 3. *decis.* 136. *n.* 1. *part.* 1. *recent.* Sunt enim probanda secundum formam traditam à Rota *in Romana hæreditatis* 14. *Dec.* 1646. §. *nec magis usque ad* §. *minus suffragatur coram me*, ubi jura, & Doctores possunt vi-
39 deri, & eas impensis confundunt cum expensis factis in domo nobili, quas nullo modo asserunt necessarias nec utiles, nec quid in unaquaque sit impensum, aut melioratum, cum tamen lite jam cœpta, & mala fide inducta ex supra allegatis appareant factæ, quapropter utiles nullo modo possunt conservari, nec per retentionem *lege domum* 5. *C. de rei vend.* Garz. *de exper. c.* 2. *à n.* 2. *cap.* 5. *n.* 1. *cum seq. & n.* 16. & alia plura congerit Donell. *lib.* 20. *comment. cap.* 7. *vers. utilium*, milii urenti impress. Francofurtensi 1595. pag. 432. & multos Doctores antiquos, & modernos Olvald. *ibi lit. E.* Harpprecht. *in* §. *ex divers.* 30. *à n.* 30. *instit. de rer. divis.* Richard. *d.* §. 2. *n.* 32. *vers. instit. de offic. jud.* Rota penes Seraph. *dec.* 898. *n.* 3. *dec.* 695. *n.* 2. *part.* & 130. *n.* 18. *part.* 7. *recent.* Domini tamen mediam viam eligentes, ut in simili
40 casu Rota apud Seraph. *dic. dict.* 1245. *n.* 7. & quia in æstimatione meliorationum ineunda multum judicis arbitrium versetur, ut ait *textus in lege in fundo* 39. *in princip. D. de rei vend.* ibi *bonus judex variè ex personis causisque constituet.* Agias *lib.* 1. *var. cap.* 49. *n.* 29. Statuerunt ut excomputarentur libræ 3000. ut facilius res expediatur aliis, cum impensæ turbidæ, & illiquidæ appareant fieri deberet restitutio, data cautione de restituendo facta liquidatione, Rota aliis congestis *in dicta Romana hæreditatis*, §. *præcipue Ciampinus in fin. coram me.*

41 Eodem modo respondetur ad prætensam deductionem pro plantatione vitium & arborum quia nec
42 probantur necessariæ nec utiles, imo ex ipsis testibus apparet plures vites, & arbores adfuisse de tempore, quo Dominus Primicerius intrusus fuit in possessione bonorum, & in pancho vitium, est optimus text. *in C. Gregorio, leg.* 1. *de rei vend.* cujus hæc sunt verba. *Vites in alieno agro institutas solo cedere, est à malæ fidei possessore id factum sit sumptus eo nomine erogatos per retentionem servari non posse incognitum non est.*

Eadem responsio adaptatur ad prætensionem sump-43 tuum pro palis ad vitium sustentationem positis vocabulo patrio dicti manegge, Theophrastus *lib.* 2. Historiæ nominat palum, & sunt hæ fortè de quibus *Virgil. Georgic. lib.* 2. *vers.* 358.

Tum leves calamos, & rasæ hastilia virgæ
Fraxineasque aptare sudes, furcasque bicornes:
Vitibus eniti quarum & contemnere ventos
Assuescant.

Nec magis admissa fuit computatio pro collectis, &44 tributis, quæ Bustii solverent, si possedissent; cum ipsi Domini Vicecomites clericatus privilegio non solverint, ut in terminis disputata quæstione resolvit Tiraquell. cum aliis inde petendis *de tract. lignag.... 29. glossa num.* 20. & facit eleganter text. quem ipse non adducit *in lege final. C. de fruct. & lit. expens. Quoniam non est ferendum eos, qui præfatas prærogativas (ut jam ante latum est) præcendunt aliquid plus ab adversariis suis quærere concedit, quàm ipsi ab aliis pulsati facere patiantur :* Basilic. *dicto tom.* 1. *lib.* 9. *tit.* 3. *pag. mihi* 515. *cap.* 70. *Non enim æquum est, ei, qui scit se in minores condonandum, majores ab adversario refundi propter rationes à glossa adductas dicta lege finali, verbo cum quidam*, Bald. *n.* 4. *vers. item nota* Gothofred. *lit. B.* esset contra naturam aliena jactura locupletari, quia45 Bustius cogetur à communitate solvere ex Tiraq. *ubi supra n.* 3. *in fine*, nec Domini Vicecomites dicent se solvisse, nec forte interesset, si sponte solvissent, Bal-46 dus *dicta lege fin. n.* 7. & 11.

Et sic utraque parte, &c.

Emin. & R. D. Card. CORRADO.

Perusina bonorum.

Veneris 18 *Junii* 1649.

ARGUMENTUM.

Res judicata in terminis luculenter demonstratur. Hæredi fideicommissario, adversus immissionem ex adverso petitam competit retentio pro valore bonorum fideicommisso subjectorum ab hærede gravato alienatorum. Plures recensentur fideicommissi in proposito legitimæ detractionis. Statutum Perusinum, fœminarum propter masculos exclusivum, perpenditur, & quando exceptio fideicommissi valeat impedire exequutionem rei judicatæ.

SUMMARIUM.

1 *Validitas sententiæ probatur ex ipso processu, in quo constat de jurisdictione, mandatis, et citationibus, ac observantia terminorum substantialium* juxta dec. Verall. 262. part. 2.
2 *Fatalia appellationis intercunt spatio* 30. *annorum.*
3 *Et restitutionis in integrum.*
4 *Et propterea exequi debet sententia.*
5 *Sententia, quæ transiit in judicatum, et suam habuit executionem, non potest per aliam sententiam revocari.*
6 *Limitatur non procedere quando sententia est in diversa causa, etiam cum diversis personis.*
7 *Contradictor legitimus ille dicitur ad quem causa ipsa, ejusque defensio principaliter spectat.*
8 *Sententia non potest transire in judicatum contra non citatos, et super articulo judicato interesse non habentes, nec illis ullum potest inferre præjudicium.*
9 *Hæredi fideicommissario adversus immissionem ex adverso petitam non competit retentio pro valore*

bonorum fideicommisso subjectorum ab hærede gravato alienatorum.

10 *Legitima quæ debetur nepotibus ex filia prædefuncta, est tertia pars hæreditatis aviæ.*

11 *Quæ fideicommissi onere gravari non potest.*

12 *Et quota hæreditatis alienata, censetur ab eis electa fuisse.*

13 Statutum Perusinum lib. 2. Rub. 45. *ab hæreditate matris ab intestato excludit fœminas dotatas, ac descendentes ab eis stantibus masculis, et masculina descendentia.*

14 Statutum præscriptum in §. item si aliquis receperit, vers. et intelligitur dos, etc. *ponit casum, dotem posse esse constitutam de bonis mulieris dotatæ.*

15 *Filia debet dotari de bonis paternis, ex dispositione dicti* Statuti in §. item si aliquis Pater: *et ex dispositione juris communis.*

16 Statutum prædictum *refertur expresse ad successionem, et hæreditatem dotantis.*

17 *In terminis ejusdem statuti firmatur quod filia fœmina admitti debeat una cum fratre, ad successionem matris, nisi probetur ab ea fuisse dotatam.*

18 *Pater per superiorum legitimationem non potest privare legitimam sobolem debita portione.*

19 *Legitima non imminuitur ob legatum factum ab avia nepotibus, nec ullum ipsis inferri potest præjudicium.*

20 *Et illius specifica approbatione non probatam, illam integrè petere, ac consequi non prohibentur.*

21 *Fideicommissi juribus non potest detrahi contra tenorem testamenti fideicommittentis, neque dominorum bonorum sub eo comprehensum, in alios transferri.*

22 *Manutentio non tradit possessionem, sed illam prius traditam, sive habitam fuisse, declarat, atque confirmat, etiam absque alia executione facti, quam ipsa præ se fert implicitam.*

23 *Clausula* constituti *operari non potest translationem possessionis eorum bonorum, quæ non apparent penes ipsum constituentem realiter extitisse.*

24 *Legitima debetur filio naturali in bonis aviæ, patre prædefuncto, quæ firmiter asseruit, illum fuisse, ipsa instante, legitimatum, et pro tali haberi voluit, atque disposuit.*

25 *Hæres gravatus potest commoditatem fructuum bonorum fideicommissi, validè cedere, et alienare pro tempore vitæ suæ.*

26 *Compromissum non potest extendi ad alia, quam in eo expressa.*

27 *Actus non potest impugnari per eum, qui approbavit utendo.*

28 *Exceptio retentionis prætextu fideicommissi jure admitti non debet ad impediendam sententiæ, et rei judicatæ exequutionem, si apparet, vel non subsistens, vel saltem turbida, et illiquida.*

29 *Eoque minus attenta perceptione fructuum ex eisdem bonis à die litis à longo tempore contestatæ.*

DECISIO LIV.

COnstare de re judicata sententiæ Rotalis à bonæ mem. Ottembergo prolatæ de an. 1611. ad favorem Hieronymi Martinelli hæredis Andreæ à Cornea contra Venerab. Monasterium, ac Monachos sancti Petri civitatis Perusiæ, eamque ideo exequendam instante Constantio illius filio, ac hærede fuit resolutum die 29. Maii 1648. coram me. Verùm quia informantes pro Monachis insistebant adhuc vehementer super nullitate, ac injustitia dictæ sententiæ. Ideo causa denuò proposita, exacteque discussa Domini fleterunt in decisis.

1 Quia validitas ejusdem sententiæ probatur ex ipso processu in quo constat de jurisdictione, mandatis, & citationibus, ac observantia terminorum substantialium *jux. dec. Verall. 262. p. 2.* & ex decisionibus super ea emanatis coram bon. mem. Coccino diebus 24. Febr. & 3. Maii 1612. justitia verò ex aliis præcedentibus coram eodem Ottembergo diebus 24. Nov. 1608. 14. Jan. & 18. Martii ac 6. Junii 1611. Ex tempore autem 2
triginta annorum, & ultra decurso planè convincitur interitus omnium fatalium tàm appellationis *l. fin. §. illud etiam, & auth. ei quæ C de tempor. & reparat. appellat. cap. cum sit Romana, de appellat.* Quàm restitutionis in integrum *l. fin.* ibique glossa *in vers. finiendamque litem, &c.* DD. *C. de tempor. in integr. rest. cap. 1. de restit. in integr. in 6.* Clement. unic. *eodem tit.* Rota penes Burat. *dec. 77. n. 8. vers. & quatenus, &c. & dec. 741. per tot.* Et propterea exequi debet *l. post rem judicatam. D. de re judicat. l. 1. C. eod. l. 2. & l. fin. C. de execut.* 3
rei judic. Rota *in Tiburtina hæreditatis 22. Junii 1637.* 4
coram R. Salamantino in §. ex quibus res judicata venit omnino exequenda, &c. cum aliis relatis in præcedenti dec §. 1.

Neque subsistit objecta nullitas ex eo deducta, quod 5
sententia fuerit prolata contra alias præcedentes bon. mem. Gropperii anno 1570. & bon. mem. Orani 1590. ad favorem Monasterii, & Monachorum prædictorum super eisdem bonis tàm in judicio possessorio, quàm petitorio contra quosdam de Signorellis, quæ in judicatum jamdiu transierant, plenamque obtinuerant executionem *controvers. lege 1. C. quand. provoc. non est necess.*

Quoniam conclusio non procedit, quando sententiæ fuerunt inter diversas personas, & ex diversa causa prolatæ ut in proposito casu, in quo Monachi uti hæredes in effectu Panthasileæ uxoris q. Hieronymi Vibii egerant primum contra illos de Signorellis judicio possessorio manutenendæ, ac respectivè redintegrandæ ob molestias, turbationes, ac spolia, per eos illatas & illata. Deinde verò petitorio pro canonizatione juris proprii contra illorum jactationes ex prætensis antiquorum fideicommissis, vel aliis causis. Et in utroque sententias contra illos obtinuerunt non intervenientibus neque citatis Andrea à Cornea, sive Guidone, & Hieronymo Martinello ejus hæredibus pro quibus emanaverat sententia immissionis in possessionem Prædii nuncupati il Palazzo di Madona Pantha, & terrarum de quibus agitur à Gubernatore Perusii alio judicio, & ex diversis causis, nempè donationes ejusdem Prædii, & terrarum facta per dictam Panthasileam q. Rosato à quo fuit legatum Sebastiano Vibio, cui successit ex testamento d. Andreas, & dationis in solutum terrarum per filios, ac hæredes dicti q. Hieronymi Vibii Margaritæ eorum sorori, ac matri præfati Andreæ pro residuo doti illi debitæ, ut apparet ex instrumentis, processu, ac decisionibus Rotalibus prædictis; Ideoque nulla ratione præsendi potest, quod sententiæ, ac res judicata super diversa causa cum Signorellis præjudicium 6
intulerint alteri cum his vertenti, ac nullitatem sententiæ in ea prolatæ potuerint inducere per *l. & an eadem, D. de excep. rei judic.* & bene declarat Bartolus *in dicta lege 1. vers. nam secundum quod intelligo, & seq.* Salycet. *sub n. 5. vers. tertio casu,* &c. ac alii *C. quando provoc. non est necesse,* Innocent. *in cap. causam quæ il. 2. sub n. 7. vers. sed quæris,* & ibi Butr. *sub n. 14. vers. non obstat quod sententia contra sententiam, &c. qui fil. sint legitim.* Felin. *in cap. inter Monasterium sub n. 24. vers. limita nono,* &c. *de re judic.* & respondit Rota *in Leodien. fruct. 30 April. 1652. in recent. dec. 119. sub n. 1. versic. quia ultra quod, cum seq. part. 6.*

Minus subsistit quod judicium, & sententiæ latæ cum Signorellis eorundem bonorum tunc possessoribus, ac proinde legitimis contradictoribus, alios etiam afficiant.

Quia nec in facto justificatur objectio, quando quidem sententia bon. mem. Gropperii in judicio possessorio prolata fuit ad favorem Monachorum, qui medietatem bonorum tunc possidebant; alterius verò medietatis possessione fuerant à dd. Signorellis injustè spoliati, & executa anno 1570 Alia verò bon. mem. Orani in pe-

perfonis anno 1570. Monachis ipsis possidentibus, eorum jactationibus se liberat. Instigentibus, ut ex processu, nec eo gerunt cedit propositio, nam ... distrahi ad hunc effectum legitimas contradictor, ... quam causa ipsa ejusdem defensio principaliter ... tat, Alexand. *in leg. sæpe n. 77. vers. circa pri-... D. de re judic.* Rota penes Mohed. *dec. 8. de ... & re judicat.* & Cu... ol. *dec. 133. n. 10. vers. ... contradictor.*, &c. Didac. PP. *quæst. c. 13. sub ... vers. & legimus contradictor.* Quare potuerunt ... Ignorelli legitimi appellari contradictores respectu causæ, ac interesse proprii, non autem respectu causæ, ac interesse Andreæ à Cornea, ejusque hæredum nullam cum eis connexionem, ac dependentiam habentis, sed omnino separati, & ex diversis personis, & causis provenientis de quibus cum in illo judicio nec actum, nec ipsis citatis ... ogitum foerit, nulla sane inde deduci potest fuerit res judicata, nullumque eorum præjudicium ... *l. ... antoque, D. de re judicat. leg. cum quæritur, ... duabus seq. l. si cum uno hærede, D. de except. ... judic. leg. 1. & seq. C. quibus res judic. non noc. ... cum sequenti, C. res inter alios act. cum super ... judic. c. dilecto filio, in finalibus verbis*, ibique ... *in verb. non obsistat, vers. sed secus est hic, ... &c. de præb.* Castr. *cons. 76. in facto isto in fin. vers. ... ritas, lib. 2.* Didac. *PP. quæst. dict. cap. 13. ... sub n. 5. vers. nec enim dubium esse potest*, &c. *& in fr. ... Molin. de primog. lib. 4 cap. 8. sub n. 11. vers. non ... in cap. ult.*, &c. Surdus *dec. 256. à nu. 4. vers. ... contrariam tamen*, &c. *cum seqq. & cons. 418. nu. 13. vers. at sententia*, &c. Rota penes Caid. Seraphin. *dec. 1477. n. 2. vers. num sententia*, &c. *& n. ... vers. neque obstat*, &c. Mantic. *dec. 66. sub n. 1. ... in fin. &* Pon. *dec. 1. n. 11. vers. nec officiebant*, &c. *ac seq.* cum aliis relatis in præcedenti dec. *in §. ... non quod primo loco deducitur*, &c.

Præterea non obstat exceptio injustitiæ eo quia adversus immissionem à præfato Andrea à Cornea, ejusque hæredibus petitam competeret Monachis uti hæredibus, ac fideicommissarius dictæ Panthasileæ retentio pro valore bonorum eidem fideicommisso subjectorum, quæ fuerunt à Sebastiano Vibio eorum cohærede gravato, ab ipsoque Andrea Cornea illius pariter hærede alienata, ut asseritur probari ex instrumentis celebratis anno 1551. die 7. Nov. & anno 1556. 9. Aprilis, anno 1560. & anno 1561. die 20. Aprilis juxta tradita à Peregr. *consilio 35. sub n. 11. vers. neque lib. 3. & in Romana legat 1648. 25. Maii coram Reverend. Patre D. meo Royas in §. in ... autem nostro*, &c. Quæ tamen illis non fuit ... concessa.

Quia primum instrumentum celebratum anno 1551. ... 7. Nov. continet quidem venditionem factam à dicto Andrea à Cornea, & Bernardo ejus fratre, ac Brandino de Montevibio tertiæ partis omnium bonorum, quæ remanserunt in hæreditate Panthasileæ in locis ibidem nominatis, ut eo legitur in Summario Monachorum sub num. 11. sed vel illa non habuit effectum, nam dicta bona possidebantur à Monachis, ... a Sebastiano Vibio ejus hæredibus, ut apparet ... præcedenti instrumento illorum apprehensionis auctoritate judicis factæ die 4. Aprilis 1550. in eodem ... sub n. 2. in qua quidem possessione iidem Monachi mortuo Sebastiano cohærede obtinuerant ... teneri ex sententia Gubernatoris Perusii anno ... Ideoque non satis hinc probatur realis dimissio ... omissi, super qua prætensi per Monachos ... fundatur. Vel si hoc in effectum, nihil ... detractum fuit juribus dictæ fideicommissariæ, cum eadem tertia pars debita esset ratione legitimæ ... Panthasileæ testatricis ipsis Andreæ, & Bernardo ejus neporibus ex Margarita filia tunc præmortua *§. ... præterea, in Auth. de Trient. & semiss. §. 2. ... ab intest.* glossi. *in ... nisi modo, in ...* Legato Labyrinth. *Tom. II*

verbo aliis personis, C. de inoffic. testament. quæ fideicommissi onere gravari non potuit, *lege quoniam ... prioribus, lege scimus in princip. & in §. cum autem, C. eod.* Atque ideo in ea quota alienata censentur ab illi electa fuisse *lege Marcellus §. res quæ* ibi Doctores *D. ad S. C. Trebell.* Cephal. *cons. 189. n. 19. vers. secundò*, &c. *cum seq.* Hondedeus *cons. 72. n. 5. vers. verum prædictis non obstantibus*, &c. *lib. 1.* Rota *decis. 429. n. 1. vers. quemadmodum enim*, &c. *part. 4. diver.* & penes ... fan. mem. Gregor. *dec. 580. n. 2. vers. & clarum est*, &c. *cum seq.* Andr. *dec. 80. sub n. 1. vers. & cum dicta vinea*, &c. *& seq. & dec. 105. sub n. 8. vers. præterea ac seq. & in recent. dec. 215. n. 1. vers. quibus præsuppositis part. 2.* & alii relati per Sfort. Oldd. *de prohibit. alienat. q. 34.° sub n. 4. vers. ad primum*, &c. *cum seq. & in Romana fideicommissi de Capiteferreo coram me sub die 11. Martii 1645. in §. neque subsistit*, &c. *& 19. Jan. 1646. in §. nam hoc procedit*, &c. *& alibi sæpè.*

Nec obstat quod legitima non deberetur dictæ Margaritæ, nec proinde filiis ejus, quippe non poterat matri ab intestato succedere, tum quia fuerat dotata, tum quia supererat dictus Sebastianus testatricis nepos legitimatus ex Raphaële filio legitimo prædefuncto, quibus casibus excludunter fœminæ, ac descendentes ab eis, ex dispositione *statut. Perusin. lib. 2. rub. 45.*

Quia fuit illa quidem dotata, sed à Raphaële ac Balleono ejus fratribus, ut constat ex instrumento anno 1529. die 2. Jan. celebrato. Ideoque vel ex propriis bonis ipsius mulieris dos illa constituta fuisse censetur, ut in dicto statuto cavetur, in *§. item si aliquis receperit, versic. & intelligatur dos fuisse de bonis mulieris dotatæ*, &c. Vel saltem ex bonis paternis, (ut tenebatur etiam vigore dicti statuti in *§. item si aliquis pater*) *juxta* theoric. Baldi. *in lege finali, sub n. 17. versic. sed hic pone. quod frater dotavit sororem*, &c. *cum seq. Codice de dot. promiss.* Menoch. *de arbitr. jud. cas. 88. sub n. 46. versic. sic in fratre*, &c. *ac seq. lib. 1.* Rota. *decis. 44. sub nu. 7. versic. quod eo fortius*, &c. *cum seq. parte 4. tom. 2. recent.* cum aliis allegatis *in præcedenti decis. in §. alterum verum*, &c. Ideoque hac ratione non erat exclusa ab hæreditate, & successione matris cum statuti dispositio referatur expressè ad successionem, & hæreditatem dotantis, ut in eo legitur in principio, & fuit responsum in Perusina *bonorum 27. Junii 1597. coram Gypsio* apud Moder. Perusin. *ad statut. ejusdem civitatis decisione 14. nu. 6. versic. quoniam responsum fuit*, &c. *& sequenti*, ubi in terminis illius statuti firmatur, quod filia fœmina admitti debet unà cum fratre ad successionem matris, nisi probetur ab ea fuisse dotata & comprobatur in *recent. decis. 180. n. 2. versic. nec obstat dictum statutum*, &c. *ac seqq. & decisione 213. n. 3. versic. quantum attinet ad primum*, &c. *cum seq. parte 4. tom. 2. & decisione 247. n. 6. versic. aliud vero statutum*, &c. *& decis. 321. num. 13. versic. & hujusmodi statuto*, &c. *& seqq. & num. 23. versic. neque satisfuisse, & seq. parte 5.* Ob existentiam verò dicti Sebastiani (quatenùs validè probaretur legitimatus, seu dispensatus) exclusa quidem fuisset ab hæreditate; sed non à legitima ex juris dispositione debita, quam ejusdem statuti verba præservant, dum masculos legitimatos, seu dispensatos admittunt ad succedendum secundùm tenorem, & valorem legitimationis, seu dispensationis, ac voluntatem, & dispositionem Domini bonorum ad cujus instantiam fuerint legitimati (juri tamen non contrariam) nam juris ac æquitatis rationi adversaretur, si parentes legitimam sobolem debita portione per ejusmodi spuriorum legitimationes privare possent contra legum dispositionem, *lege omnimodo, lege quæ nuper, lege quamvis in prioribus, lege sanimus, § cum autem, & §. sancimus. C. de inoffic. testam. ac in §. aliud quoque caveatur*, in authent. *de ea, quæ pellation. cognosc.* & probatur ex textu *in §. quoniam verò*, in Authen. *quibus modis nat. effic. sui* Menoch. *cons. 19. sub n. 25. versic. quo circa si*, &c. Rota

penes ſanct. mem. Gregor. *deciſ.* 134. cum aliis relatis per Moder. Piſaurien. *de imput. quæſt.* 83. *n.* 5. *verſic. quod ampliatur*, &c. *cum ſeq.* & fuit dictum in Peruſina bonorum de Ubaldo 5. *Maii* 1586. *coram bonæ mem. Orano*, apud dictum Modernum *ad ſtatutum Peruſiæ deciſ.* 106. *ſub n.* 4. *verſic. neque repugnat ſtatutum Peruſiæ cum ſeqq.*

Minus relevat legatum florenorum 2000. cum onere plus non petendi, & aliis in eo adſcriptis à Panthaſilea factum dd. ejus nepotibus.

Quia nullum ex eo potuit inferri præjudicium, nec
19 quicquam detrahi legitimæ ipſis competenti, *dicta lege omni modo*, ibique gloſſa *in verbo exigere*, *& dicta lege quoniam in prioribus*, *C. de inoffic. teſtam.* Cephal. *conſ.* 95. *ſub n.* 8. *verſic. ratio eſt*, &c. *ac ſeqq.* Rota *Romana legitimæ* 25. *Junii* 1618. *coram bonæ mem. Remboldo in §. nec obſtat prohibitio Brigidæ facta*, &c.
20 *& ſæpè in aliis.* Ideoque non probata illius ſpecifica approbatio illam integrè petere, ac conſequi non prohibentur, Cravett. *conſilio* 312. *ſub n.* 4. *in §. tertio principaliter quæro*, *verſic. tunc enim agendum eſſet*, &c. Antonius Fab. *in ejus C. ſub tit. de inoffic. teſtam. def.* 9. Rota penes ſanct. mem. Gregor. *dec.* 489. *n.* 21. *verſ. reſpondetur, cum ſeq. & in recent. dec.* 568. *n.* 3. *verſ. tertia reſponſio fuit*, &c. *& dec.* 543. *n.* 2. *verſ. non obſtant prohibitiones*, &c. *p.* 4. cum aliis relatis per Modern. Brixienſ. *de ſubſtit. q.* 296. *ſub n.* 47. *verſ. ampliatur decimo quartò*, &c.

Aliud autem inſtrumentum celebratum anno 1556. 9. Aprilis continet ſimplicem conventionem inter dictos Sebaſtianum, & Andream initam, quod hæreditas Panthaſileæ æquis portionibus ad utrumque ſpectaret cum reciproca jurium ceſſione ſpecialiter per Andream facta ad favorem Sebaſtiani ſuper dimidia parte bonorum dotalium Margaritæ matris, & viciſſim per Sebaſtianum ad favorem illius pro dimidia parte jurium ad ipſum ſpectantium ſuper quodam horto ibi deſcripto ut legitur in dicto ſummario num. 12. ſed nec inde probatur alienatio, atque diſtractio bonorum fideicommiſſi, quæ realiter habuerit effectum. Tum quia non conſtat bona tunc fuiſſe penes Andream, imò probatur dictam hæreditatem ex teſtamento delatam Monachis, ac Sebaſtiano, eoſque illam realiter adeptos fuiſſe ab anno 1550. citra, & ſpecialiter dictum hortum in inſtrumento eorum immiſſionis deſcriptum, cum expreſſa prohibitione cujuſcunque alienationis amplis verbis concepta, ac etiam diviſionis uſque quo idem Sebaſtianus filios maſculos ex legitimo matrimonio ſuſcepiſſet, ut legitur in dicto teſtamento, contra cujus tenorem nihil detrahi potuit juribus fideicommiſſi, neque dominium bonorum ſub eo comprehenſum in alios transferri, *lege fin.* ibique gloſſa, &
21 Doctores, *C. de rebus alien. non alienand.* Gloſſa *in lege cum pater*, *§. libertis in verbo ne id alienarent*, *verſic. item his*, *D. de leg.* 2. & not. Doctores *in lege filius fam. §. Divi D. de legat.* 2. Gratianus *conſ.* 27. *n.* 16. *verſ. imo impetitur*, &c. Rota penes Card. Seraph. *deciſ.* 311. *n.* 13. *verſ. ſed etiam prohibitio alienationis*, *& dec.* 512. *n.* 1. *verſic. quod multo magis*, *parte* 4. *diverſorum.* Cardinalis Cavaler. *dec.* 81. *n.* 6. *verſ. quia ſtante expreſſa prohibitione alienandi*, &c. *& dec.* 108. *n.* 2. *verſ. quia cum teſtator*, *& ſeq.* Coccin. *dec.* 166. *n.* 1. *verſ. hæc prohibitio*, &c. *ac infr.* cum aliis relatis per dict. Modern. Brixienſ. *de ſubſtitut. quæſt.* 717. *à n.* 1. *cum ſeq. & n.* 18. *verſic. infertur ex prædictis cum ſeqq.* Tum quia Sebaſtiano ſine filiis defuncto Monachi ejus cohæredes, ac pro indiviſo cum eo omnia dictæ hæreditatis bona poſſidentes juxta teſtatricis diſpoſitionem continuarunt eorundem poſſeſſionem in ſolidum, & in ea fuit illis contra dictum Andream conceſſa manutentio per dictam ſententiam Gubernatoris Peruſii, ex qua juſtificatur illorum præcedens poſſeſſio, cum manutentio non tradat poſſeſſionem, ſed illam prius traditam,
22 ſive habitam fuiſſe declaret, atque confirmet etiam abſque alia executione facti, cum ipſa præ ſe fert implicitam, Menoch. *de retinend. remed. ult. nu.* 57. *verſic. præterea*, &c. & in ſpecie fuit reſponſum in Auximana Cenſus 23. *Junii* 1636. *coram Reverend. Terrac.* apud Modern. Peruſin. *de manutent. deciſ.* 647. *n.* 33. *verſ. & ſi non doceatur de exequutione*, &c. *cum ſeq.*

Alterum verò celebratum anno 1560. nil plus relevat alio præcedenti ſub die 6. Nov. 1551. de quo actum fuit ſuprà in §. *quia primum inſtrumentum*, &c. Continet enim venditionem factam ab illo Orlandino de Monte Vibio cuidam Aurelio ejuſdem terriæ partis bonorum ipſi prius venditæ mediante dicto inſtrumento præcedenti ab Andrea, & Bernardo Fratribus à Cornea; Ac alterius etiam tertiæ partis ad Cleopham ejus uxorem ſpectantis. Et licèt in eo legatur clauſula conſtitutionis, &c. hæc tamen ope-23
rari non poteſt tranſlationem poſſeſſionis eorum bonorum, quæ non apparent penes ipſum conſtituentem realiter extitiſſe, Gloſſa *in lege 2. verbo tradita ſit*, *C. de ſequeſtr. poſſeſſ.* Angel. *in lege quædam mulier ſub n.* 2. *verſic. item attende*, &c. *D. de rei vendic.* Franciſcus Aret. *in l. interdum in fin. princ. verſ. & vide omnium*, &c. *D. de acquir. poſſeſſ.* Alexander, *conſilio* 10. *viſo proceſſu*, &c. *ſub n.* 2. *verſ. nec obſtat conſtitutum*, &c. *l.* 4. Rota penes Cardin. Seraph. *dec.* 302. *n.* 6. *verſ. ſequitur quod quemadmodum*, &c. Buratt. *deciſ.* 136. *n.* 11. *verſ. unde nec conſtitutum*, &c. cum aliis relatis per Modern. Roman. *diſcept.* 954. *ſub n.* 3. *verſic. ſecus autem reſpectu tertii*, &c. *cum ſeq.*

Poſtremum denique celebratum anno 1562. die 20. Aprilis in dicto ſummario num. 17. continet venditionem nonnullorum bonorum (quæ propria erant dicti Andreæ) factam per ipſum præfato Sebaſtiano, cui venditor accepto tulit ad computum pretii florenos octingentos quadraginta duos ab ipſo debitos emptori pro juribus eidem competentibus ſuper bonis in hæreditate dictæ Panthaſileæ remanſis, ac prædicto Orlandino de Monte Vibio de ejus conſenſu ut ſuprà venditis. Verum nec ex eo probatur intentio Monachorum, quia non dicitur ibi, quod Sebaſtianus alienaverit, vel conſenſerit alienationi bonorum fideicommiſſi, ſed jurium ſibi competentium in dictis bonis, quæ duplicis erant ſpeciei fideicommiſſi oneri obnoxia. Scilicet ratione legitimæ ipſi debitæ in bonis
aviæ (Raphaële patre prædefuncto) quæ firmiter aſ- 24
ſeruit illum fuiſſe ipſa inſtante legitimatum, & pro tali haberi voluit, atque diſpoſuit Gloſſa *in authent. ſi qua mulier*, *verb. liberos*, *Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* Alexander. *conſilio* 139. *eleganter fuit concluſum*, *in princip. verſic. ſecundò concludo*, &c. *libro* 1. Rolan. *conſ.* 96. *num.* 51. *verſic. quia concluſione præmiſſa*, *cum ſeq. lib. tertio*, Rimin. junior. *conſilio* 156. *num.* 36. *verſiculo*, *quoniam legitimato filio*, &c. *cum ſeq.* Laderch. *conſil.* 170. *nu.* 2. *verſ. hinc fit*, &c. *cum ſeqq.* Rota penes Card. Seraph. *dec.* 801. *nu.* 8. *verſ. tamen cum Simon.* &c. *dec.* 355. *ſub n.* 1. *verſ. & moti ſunt Domini part.* 1. *diverſorum ac in recent. dec.* 653. *n.* 3. *verſ. prout etiam part.* 1. *confirmata deciſ.* 368. *part.* 4. *& ſæpè in aliis.* Et ratione
fructuum eorumdem bonorum, quorum commodita- 25
tem validè potuit cedere, & alienare pro tempore vitæ ſuæ *lege ſi uſusfructus*, *D. de jur. dot. leg. uſufructu*, ubi Bartolus & alii, *& ſolut. matrim.* Baldus *in lege codicillis*, *§. inſtituto ſub n.* 1. *verſ. & per hoc induco*, &c. *D. legat.* 2. Jaſon. *in lege filius famil. §. divi*, *ſub n.* 11. *in* 11. *limitatione*, *D. de legat.* 1. Molina *de primog. lib. cap.* 20. *ſub n.* 12. *verſ. quo fit*, &c. *cap.* 21. *ſub n.* 25. *verſ. in tertia*, *& ultima ſpecie*, &c. Peregrinus *de fideic. nemiſſ. art.* 4 *ſub n.* 110. *verſ. attamen poterit*, &c. *n.* 117. *verſ. quamvis autem*, &c. Menoch. *conſ.* 777. *n.* 8. *verſ. & quod in*, &c. *cum ſeq.* Præd. *de fideicommiſſ. quæſt.* 8. *n.* 102. *verſ. ſextò limitatur*, &c. cum aliis relatis p r dict. Molern. Brixienſ. *de ſubſtit. quæſt.* 525. *n.* 17. *verſ. porro* &c. *& quæſt.* 527. *n.* 5. *verſic. ſed averte*, &c.

Non obſtat denique compromiſſum de anno 1558.

à præfatis Andrea, Sebastiano, & Orlandino factum in M. Antonium Eugenium insignem I. C. nec laudum subsecutum.

Quia respicit tantùm bona hæreditatis Hieronymi Vibii, non autem dictæ Panthasileæ. Quinimo referuntur in eodem laudo alienationes ab illa indebite factæ, ut legitur in dicto Summario sub *n.* 18. & 19. Ideoque
26 ad effectum de quo agitur induci, neque extendi potest, *lege penult. D. de his qui sui vel alien. jur. leg. Paulus. D. de re judic.* Bartolus *in lege Julianus, n.* 5. *vers. probo etiam, D. de condict. indebit.* Alexander. *cons.* 18. *circa dubia, n.* 3. *vers. & sententia arbitri, &c. lib.* 7. Ruin. *cons.* 116. *n.* 6. *vers. quia sententia, vel laudum, &c. lib.* 4. Paris. *consil.* 5. *sub n.* 19. *vers. & etiam quia verba, &c. lib.* 3. Rolandus *cons.* 79. *à n.* 10. *vers. nam indubitati juris est, &c. cum seq. lib.* 3. Surdus *cons.* 313. *n.* 14. *vers. non autem sumus, &c.* Rota penès Manticam *dict. dec.* 66. *sub n.* 3. *vers. accedit etiam, &c. dec.* 145.
27 *n.* 5. *vers. & cum laudum, &c. part.* 5. *dec.* 76. *n.* 13. *vers. Et laudum, ac seqq. part.* 7. *rec.* Neque illud potest per Monachos impugnari, quando ipso usi fuerunt, ac utuntur *l. Publica, §. fin. D. depos.* Rota penès Buratt. *dec.* 602. *n.* 6. *vers. ex quo & in recent. dec.* 360 *n.* 3. *vers. & ideo cum seqq. part.* 5. *& dec.* 88. *sub n.* 21. *vers. & quamvis productio cum seqq. part.* 6.
28 Quare cum ex prædictis objecta retentionis exceptio appareat vel non subsistens, vel saltem turbida, & illiquida jure admitti non potuit coram bon. mem. Ortembergo. Minusque potest in præsentia ad impediendam illius sententiæ ac rei judicatæ executionem, *lege fin. C. de compens. leg.* 2. *& lege* 4. *C. de re judic. leg.* 2. *leg. fin. C. de execut. rei judic.* & fuit dictum in Perusina bonorum de Balleon. 26. *Junii* 1591. *coram bon. mem. Comitulo dec.* 167. *sub n.* 3. *vers. nullam habet, &c. cum seqq.* & penès sanct. mem. Gregor. *dec.* 220. *n.* 5. *vers. interim, &c. ac dec.* 254. *n.* 3. *vers. sed tamen non procedit, &c.* Buratt. *dec.* 260. *n* 14. *vers. quia cum à dicta sententia, &c.* Reverendissimus Urgell. *dec.* 113. *n.* 7. *v. quia quidquid sit, &c. & in recent. decis.* 435. *sub n.* 4. *vers. præterea, &c. part.* 2. *& dec.* 743. *n.* 11. *vers. non obstat denique exceptio retentionis, &c. parte* 3. *& decis.* 411. *n.* 4. *vers. neque creditum, part.* 5 *ac sæpè in aliis.* Eoque minùs attenta perceptione fructuum ex eisdem bo-
29 nis (de quibus agitur) per Monachos possessis à die litis tandiu contestatæ citra, ut respondit Rota *in Romana domus de Barberel.* 26. *Aprilis* 1591. *coram eod. Comitulo dec.* 145. *n.* 11. *vers. quia nil morantur, &c.* ac penès Reverend. Urgell. *decis.* 360. *sub n.* 6. *vers. & in omnem casum, &c. & in recentior. decis.* 249. *sub. n.* 20. *vers. reliquæ verò detractiones, &c. ac seq. parte* 6. atque in aliis relatis in Arimin. Salviani 19. *Junii* 1648. *coram Rever. Patre D. meo Bichio in §. non obstat retentio, &c.* & in præcedenti decisione coram me, in §. *quare cum hujusmodi Monachorum prætensio, &c.*

Et ita fuit resolutum utraque parte informante, &c.

Emin. & Rev. D. C. Corrado.

Mediolanen. Bonorum.

Lunæ 31. *Maii* 1649.

ARGUMENTUM.

Salviani interdictum. Clausulæ apprehensionis bonorum, & pacta exequutiva instrumentorum evictionis remedium, ac judicium. Prohibitio alienationis. Substitutio. Fideicommissum. Detractiones. Incapacitas successionis: & consimilia facti speciem suapte contingentia, summo studii calculo per suas inspectiones digeruntur.

SUMMARIUM.

1 *Validitas sententiæ probatur ex revolutione processus, juxta dec. Veral.* 262. *p.* 2.
2 *Justitia sententiæ Rotalis probatur ex decisionibus.*
3 *Extremum primum in judicio Salviani, est creditum cum hypotheca.*
4 *Pacta executiva apposita in instrumento venditionis juxta formularium, ac stylum Notariorum civitatis Mediolani, continent facultatem apprehendendi bona venditoris; eaque etiam jure pignoris retinendi pro defensione, ac observantia conventa.*
5 *Clausula promissionis, defensionis, ac pacta executiva, seu similes apprehensionem bonorum importantes, appositæ in instrumento contractus, et distinctæ et multò magis conjunctæ, præ se ferunt hypothecam bonorum partium pro plena observantia illius contractus, et conventorum in eo.*
6 *Observantia contractus debetur ex voluntate contrahentium, quibuscumque verbis, etiam generalibus, atque indefinitis apparente.*
7 *Quinimò ex verisimili, atque probabili ratione deducta, etiamsi verba oporteat extendere, ac pleniùs interpretari.*
8 *Ex juramento præstito super observantia promissorum in instrumento.*
9 *Quod pleniorem obligationis formam, ac proinde cum hypotheca bonorum importat.*
10 *Et ex communi usu, et observantia ubique ferè recepta circa formam contrahendi in similibus negotiis.*
11 *Clausulæ generales quæ in fine instrumenti apponuntur, ad omnia in eo conventa congruè referuntur.*
12 *Evictionis remedium competens pro restitutione pretii soluti, extenditur etiam ad damna, et interesse.*
13 *Obligatio defendendi, et in forma communi, etc. et juris, etc. comprehendit etiam litis susceptionem, refectionemque damnorum ac interesse, etc. Et plenam indemnitatis conservationem.*
14 *Confraternitates, et aliæ Congregationes Laicorum, non fori exemptione, ac privilegio Ecclesiæ frauntur, nisi Episcopi, vel alterius facultatem habentis auctoritate institutæ fuerint, et alia ad hunc effectum necessaria concurrant.*
15 *Alienatio bonorum fideicommisso subjectorum sustinetur saltem ratione legitimæ, et aliarum detractionum, venditoribus in bonis debitorum.*
16 *Prohibitio alienationis realis, et verbis ampliativis particulari oratione principaliter ordinata, continet absolutum, atque perpetuum fideicommissum inter illos, quorum favore facta censetur, ut eadem bona inter eos perpetuò conserventur.*
17 *Dispositio subsequens certas personas comprehendens, ac gravans præcedentem illarum vocationem comprobat.*
18 *Substitutio personarum ordine superiùs expresso facta, certiorem reddit testatoris intentionem pro illarum in casu successiva vocatione in præcedenti parte testamenti.*
19 *Testamenti omnes partes conjungi debent ac insimul considerari, ad convincendam voluntatem testatoris.*
20 *Professionem solemnem emittens in aliqua religione prohibita in testamento succedere perinde habetur ac si mortuus fuisset, ad effectum purificationis successivæ substitutionis.*
21 *Bona fideicommissi, viventibus naturaliter professis, regulariter remanent penes monasteria aliter capacia, et retinendi in communi, interea-que substituti non admittuntur.*
22 *Limitatur conclusio non procedere, quando repugnat testatoris voluntas, expressis verbis illa excludentis, quæ cessante religionis odio maximè attendi, atque servari debet.*

23 *Monasteria aliter bonorum capacia, ex disponentiam tamen ipsorum voluntate à successione exclusiva, perinde afficiuntur, ac si ex propriis regulis, seu constitutionibus, talium bonorum essent omnino incapacia.*

24 *Declaratio facta à testatore in una parte testamenti aliter invalida, et sine effectu, est tamen efficax ad ejus intentionem demonstrandam, et certiorem voluntatem reddendam.*

25 *Vocatus in fideicommisso, non solum in casu mortis, verùm etiam in casu alienationis, statim post alienationem sequutam, potest agere ad vindicanda bona alienata, non expectata morte alienantium.*

26 *Etiam si alii adhuc extarent prævocati capaces; qui tamen agerent, nec velle agere declararent pro illorum revocatione.*

27 *Detractione, ex fideicommisso legitimæ, per alienationes sequutas censentur factæ; et in supellectilibus, mercibus, ac aliis hæreditatis effectibus, ad eas prætendentem delatis, alio non constito, censentur consumptæ.*

28 *Horum valoris liquidatio probatur per sententias conformes, ac in judicatum transactas cum legitimis contradictoribus scientibus etiam, ac intimatis interesse habentibus, latas, donec aliud appareat.*

29 *Citatio non coactiva, nec ullius roboris contra tertium facta non inficit processum, ac sententias, contra alios pro eorum particulari, ac distincto interesse, legitimè latas.*

30 *Evictionis judicium est maximè bonæ fidei.*

DECISIO LV.

1 SEntentia Rotalis per Reverend. Patrem Dominum meum Richium prolata in remedio utilis Salviani interdicti ad favorem DD. Priorum ac deputatorum Confraternitatis, seu Scholæ immaculatæ Virginis apud S. Satyrum contr. RR. Præpositum, & Clericos
2 Regulares Collegii sancti Barnabæ Civitatis Mediolani visa fuit Dominis confirmanda. Nam ex processu probatur ejus validitas, juxta vulgarem decisionem Verall. 262. parte 1. Justitia verò ex duabus decisionibus pleno doctoque calamo exaratis ab eodem Domino meo sub die 26. Junii 1647. & 18. Maii 1649.

3 Primum enim (ut aiunt) extremum in hoc judicio necessarium, scilicet creditum cum hypotheca constat ex publico instrumento celebrato die 3. Julii anni 1601. quo mediante Nicolaus etiam uti hæres Desiderii & Octavianus fratres, filiique Joannis Pauli de Besutiis jure proprio vendiderant præfatis Prioribus, & Deputatis dictæ Scholæ nonnulla bona pretio libr. duodeviginti millium sexcentarum viginti trium, & solid. quatuor, ad denar. unius Imperialium cum mutua, & solemni stipulatione (sunt verba ejusdem instrumenti) ac obligatione (non tamen bonorum dictorum Priorum, sed ipsius Scholæ tantùm.) Atque obligatione defendendi, &c. in forma communi, & juris, &c. Ac
4 pactis executivis, &c. quæ juxta formularium, ac stylum Notariorum dictæ Civitatis continent facultatem apprehendendi bona venditoris, eaque etiam jure pignoris retinendi pro defensione, ac (observantia conventa) & cum promissione jurata non contravenicndi, &c. etiam sub refectione, &c. Quæ sanè clausulæ, & distinctæ, & mul ò mag s conjunctæ præ se ferunt hy-
5 potheeam bonorum pr ium pro plena observantia illius contractus, & conventorum in eo, cum ad hunc
6 effectum sufficiat contrahentium voluntas quibuscunque verbis etiam generalibus, atque indefinitis apparens, *juxta leg. contrahitur*, ibi, *nec ad rem pertinet, quibus ſi. verbis, ſicuti eſt in his obligationibus, quæ conſenſu contrahuntur, &c. D. de pignor. leg. fin. C. quæ res pignor. obligar. poſſ.* Negusantius *de pignor. parte 3. memb. 1. ſub n. 3. verſic. nem. contrahitur*, &c. Barsat. *conſil.* 39. *n.* 37. *verſic.* 1. *quia ex ſola voluntate*, &c. Cephal. *conſil.* 41. *n.* 19. *verſiculo præcipuæ cum ſimplici voluntate*, &c. & aliis relatis, Mantica *de tacit. lib.* 11. *titul. ſub n.* 5. *verſiculo, tertio deducitur.* Quinimo ex 7
verisimili, atque probabili ratione deducta, etiam si verba oporteat extendere, ac plenius interpretari, *l.* 3. §. *finali*, ubi glossa & Doctores *D. qui pot. in pignor. hab. l.* 2. *& dicta lege finali* ibi, *cum juſtum ſit voluntatem contrahentium magis, quàm verborum conceptionem inſpicere, &c. C. quæ res pign. obligar. poſt* ibique Bart. *ſub n.* 1. *verſ. ſecundo nota*, &c. Bald. *n.* 1. *verſ. nota quod verba inſtrumentorum*, &c. Angel. *ſub n.* 2. *verſ. voluntates contrahentium*, &c. Salicet. *ſub n.* 1. *verſic. item quod voluntas*, &c. ac alii, & rursus idem Baldus *in leg.* 3. *verſ. quia mutuavi Titio*, &c. *C. de pignor.* ubi loquitur de hujusmodi pactis, & clausulis apprehendendi bona, & simil. ac sequuntur Cattr. *conſil.* 336 *dubium facit, ſub n.* 2. *verſic. hoc important illa verba*, &c. *parte* 2. Fulgosius *conſilio* 83. *Bonacurcius condidit teſtamentum, ſub n.* 2. *verſic. & ſic pro eâ etiam competat hypotheca*, &c. Negusantius *de pignor. dict. memb.* 1. *ſub n.* 4. *verſic. item conſtituitur, ac ſeq.* Rim. senior, *conſ.* 290. *ſub n.* 18. *verſic. & iſtud oſtenditur evidenter, ac ſeq.* Surd. *conſ.* 243. *ſub n.* 10. *verſ. ſeptimo facit*, &c. Mant. *de tacit. dict. tit.* 3. *n.* 15. *verſ. præterea cum ſeq.* Rota penes Reverend. Urgell. *dec.* 40. *ſub n.* 20. *verſ. ſed unum eſt*, &c. *cum ſeq.* & latius in *Rom. Salviani de Caſalibus* 21. *Junii* 1641. *coram Reverend. Patre D. meo Cerro, in* §. *& in hanc ſententiam, verſ. quæ veriſimilis mens, ac ſaq.* cum aliis relatis per Modern. Rom. *diſcept.* 685. *à n.* 2. 8
verſ. accedit, ac ſeq. Et ex juramento præstito pro observantia promissorum in instrumento, quod pleniorem obligationis formam, ac proinde cum hypotheca bono- 9
rum importat, ut probant Cephal. *dicto conſ.* 41. *ſub n.* 18. *verſ. quibus infertur*, &c. *cum ſeq.* Seraphin. *de privileg. juram. privil.* 158. *per totum*, Surdus *dec.* 225. *ſub n.* 9. *verſ. ad ſecundum dicebant, ac ſeqq.* & alii. Ac 10
demum ex communi usu, & observantia ubique fere recepta sub hac forma contrahendi in hujusmodi negotiis, ut bene advertit Burlat. *dicto conſ.* 39. *n.* 4. *verſ. idem ergo debet importare*, &c. & respondit Menoch. *conſ.* 104. *ſub n.* 70. *verſ. id quod pro more*, &c. Surdus *dec.* 213. *ſub n.* 4. *verſ. certum eſt autem*, &c. Quibus equidem editur prorsus objectio, quod clausula (illa pacta executiva, &c.) respiciat solam conventionem super fructib. correspectivis, tum quia contrarium apparet ex lectura instrumenti, in cujus fine legitur inter clausulas generales *Renunciantes*, &c. *pluri pretio*, &c. *& juraverunt habere ratum, & non contravenire*, &c. quæ ad omnia in eo conventa con- 11
gruè referuntur, ut patet ex earum verbis, ac juri consonum est, *l. talis ſcriptura.* §. *fin. D. leg.* 1. *cap. ſecundò requiris, in princip. c. inquiſitioni, de appell.* Rota *deciſione* 378. *ſub n.* 1. *verſic. ut patet ex illa clauſula part.* 4. *diverſ.* & penes Manticam *deciſ.* 52. *n.* 2. *verſic. quæ clauſula, cum ſeq.* Buratt. *deciſ.* 161. *n.* 12. *verſic. & ideo dicta clauſula*, &c. Tum quia pro justificatione hypothecæ cætera præmissa satis, superque sufficiunt.

Ideoque secuta dictorum bonorum evictione licuit emptoribus præfato remedio experiri contra dictos Clericos posteriores possessores aliorum, quæ tempore dicti contractus, seu postea venditorum fuisse, ex 12
ipso processu probatur, pro restitutione pretii solati, ut ex publicis instrumentis apparet ac pro damnis, & interesse passis juxta juris dispositionem *leg. edicta re D. de evict. leg. non dubitatur, l. ſi cum quæſtio, C. cod.* Mynsinger. *obſervatione* 54. *n.* 1. *centuria* 1. & in specie respondit Rota *deciſione* 9. *n.* 1. *verſic. hypotheca enim, & per tot deciſionem* 13. *n.* 2. *verſ. cum ex natura evictionis, &c. parte* 4. *diverſ. & deciſione* 497. *n.* 8. *verſic. & demùm cum ſeq. parte* 5. *recent.* Ecto quod sola 13
legatur obligatio defendendi, &c. in forma communi, &c. & juris, &c, nam illa æquè comprehendit litis

fu-

susceptionem, refectionemque damnorum, ac interesse, &c. & pietam in temnitatis conservationem *per text. in lege pater dotem, D. de dot. prælegat.* Ruin. *consil.* 187. *sub n.* 1. *versic. sed promissis non obstantibus, cum seq. lib.* 1. Paris. *consil.* 16. *n.* 125. *vers. ad quid etiam facit, lib.* 2. cum aliis relatis à Modern. Pisauren. *de eviction. q.* 2. *n.* 13. *vers. nam parificantur.*

Nec obstat quæ reperuntur impugnando justificationem creditorum, quos propria negligentia, & culpa evictionem passos fuisse prætenditur tum quia consenserunt in judices laicos quorum jurisdictioni dicta Schola, seu Confraternitas non est subjecta; tum quia fuerunt ab eis Prætermissæ exceptiones, quibus facile poterant evincentes excludi.

Siquidem objectus jurisdictionis defectus ex hactenus deductis non probatur, ut necessarium esset, alias enim hujusmodi Congregationes Laicorum à quibus reguntur, & gubernantur, licet locum habeant in quo conveniunt, & Capellam sive Altare in Ecclesia Sancti Satyri, ac opera pietatis exerceant eaque ratione sint permissæ, ac plurimum commendandæ, non tamen loca Ecclesiastica censeri possunt, ut fori exemp-
14 tione, ac privilegio fruantur nisi Episcopi, vel alterius facultatem habentis auctoritate institutæ fuerint & alia concurrant ad hunc effectum necessaria. *juxta textum in capite ad hæc*, cum ibi not. per DD. *de relig. domib.* Bartolus *in lege cum senatus, sub num.* 4. *versic. quæro quid si relinquitur, &c. D. de rebus dubiis, & in lege fin. sub n.* 6. *versic. quædam Collegia approbantur, D. de Colleg. illicit* Baldus *in lege, si quis ad declinandum, §. in omnibus, sub n.* 19. *versic. respondeo, &c. C. de Episc. & Cler.* & explicat Innocentius *in cap. dilecta, sub n.* 2. *vers. societas est, & sub n.* 4. *vers. item videtur, cum seq. de excess. Prælat.* Imol. *in cap. officii sub n.* 20. *vers. circa primum*, &c. *sub n.* 21. *vers. circa secundum, &c. vers. unde adverte pro ista parte, &c. vers. sed adverte, quia ut dicit Baldus, &c. vers. adverte quia pro opinione D. Card. &c. de testam.* Felin. *in d. quarta, sub n.* 11. *versiculo secunda declaratio, &c. de præscr.* Calder. *consilio* 4. *de relig. domib.* Cald. Florent. *consilio* 11. *pro enucleatione omnium, sub n.* 2. *versic. oppositum de jure ce seo, cum seq. & consil.* 13. *pro elucidatione dubiorum sub n.* 2. *vers. contrarium est verum, &c. ac seq. per tot* Fed. de Sen. *consilio* 130. *factum est taleæ, quædam omnis, sub n.* 2. *versic. sed contra videtur*, Abbas *consilio* 51. *ad clarandam dectionem, sub n.* 1. *versic. sed his non obstantibus, &c. cum seq. per tot. parte* 1. Castrensis *consil.* 301. *prædicta dubia, sub n.* 2. *versic. nec possunt dicere illi de Schola, lib.* 2. Alexand. *cons.* 120. *super eo quod quæritur sub n.* 3. *vers. prout etiam respondet, lib.* 1. Jason. *consil.* 118. *quoniam ut inquit Philosophus, sub n.* 1. *versic. ultra ergo, &c. cum seq. lib.* 2. Paris. *consilio* 34. *à n.* 9. *vers. istis tamen non obstantibus, cum seq. lib.* 4. Antonius Gabr. *commun. conclus. lib.* 6. *tit. de pia caus. conclus.* 1. *& n.* 7. *vers. tenendo primam opinionem. & n.* 13. *versic. quartò infertur, ac seq.* Hieronymus Gabriel. *consil.* 162. *n.* 2. *versic. primò quia, &c. cum seq. lib.* 1. Magdalen. *de n. test. in testament. requisit. part.* 1. *cap.* 13. *n.* 21. *versic. prout in proposito, & parte* 2. *cap.* 2. *n.* 24. *vers. prout etiam, &c. cum plurib. seq.* Joseph. Ludov. *decis. Perusin.* 90. *sub n.* 9. *vers. primò quia, &c.* Magon. *dec. Lucen.* 19. *n.* 15. *vers. sic ad secundam, cum seq.* Valasc. *consult.* 105. *num.* 5. *versic. sed hoc est intelligendum, cum seq. sub n.* 47. *vers. si vero, cum seq. per tot. num.* 54. Mastrill. *decisione* 110. *sub num.* 16. *versic. & controversia*, Monet. *miss. ultim. volunt. Cap.* 4. *sub num.* 26. *versic. ex hoc facile erit, &c.* Rota penes Comitol. *decisione* 94. *n.* 3. *versic. cum enim, &c. & latius dec.* 117. *n.* 13. *versic. Ecclesiastica tamen, cum seq. n.* 37. *versic. & sane, &c. ac decis.* 574. *sub n.* 3. *versic. ideo si debet attendi, &c. cum seq. part.* 1. *divers.* Coccin. *de* 210. *n.* 1. *vers. nam licet confraternitas cum seq.* Castill. *decis.* 2. *num.* 12. *vers. nec poterat, &c. lib.* 1. & alii relati per Carolum de Grassis *de effect. Clericat. effect.* 1. n. 122. *vers. quia dixi, cum seq.* & Rever. Episcopum Ugentin. *de offic. Episcop. allegat.* 75. *num.* 24. *vers. verùm hæc resolutio, &c. & de jur. Ecclesiastic. lib.* 2. *cap.* 11. *sub n.* 78. *vers. quare circa utrumque, & sub n.* 80. *vers. si de ipsis confraternitatum corporibus, cum seq.* Neque protestatio facta parte Fisci sæcularis coram Vicario Archiepiscopali judice Remissoriali sub die 3. Dec. 1648. ullum convincit impedimentum examini, ac prosecutioni processus dictorum Clericorum verè præstitum fuisse, sed verbalem nullitatis oppositionem in forma, qua non attenta procedi poterat ad ulteriora stante repetita instantia pro eisdem Clericis die 17. Martii 1649. & expresso consensu confraternitatis ipsamet die præstito, ut patet ex actis exhibitis.

Exceptiones autem pro parte Clericorum adductæ, quibus prætenditur evictionem evitari potuisse, ad duo præcipuè capita rediguntur; alterum scilicet quod fideicommissum per Joan. Paulum seniorem de Busutiis ordinatum ad favorem ejus filiarum, & descendentium ab eis, in casu quo Nicolaus, & Desiderius filii masculi hæredes instituti decederent sine filiis masculis legitimis & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis, & procreatis, cujus vigore bona per ejus filios vendita confraternitati fuerunt evicta, defecerit per existentiam Joan. Pauli, & Felicis filiorum Nico- 15
lai superstitum tempore mortis patris. Alterum verò, quod alienatio illa saltem ratione legitimæ, & aliarum detractionum venditoribus debitarum in bonis patris fideicommittentis sustineretur *per leg. Marcellus, §. res quæ, D. ad S. C. Trebell.* quorum neutrum subsistere Domini censuerunt.

Quoniam fideicommissum à Joan. Paulo institutum est successivum inter masculos primum, ac subinde fœminas earumque descendentes in perpetuum ut apparet tam ex prohibitione alienationis in eodem testamento, ibi, *Et ulteriùs etiam prohibeo bona mea usque in perpetuum quovis modo alienari, obligari, hypothecari, & si fieret alienatio, vel obligatio, quod sit nulla, & invaliaa & pars alienata, vel obligata applicetur alteri non alienanti, nec obliganti*, &c. quæ cum 16
fuerit realis, & verbis ampliativis in particulari oratione principaliter ordinata, continet absolutum atque perpetuum fideicommissum inter prædictos, quorum favore facta censetur, ut eadem bona inter eos perpetuò conserventur, nam aliàs ejusmodi prohibitionis perpetuitas inanis esset, ac verificari non posset, *lege filius fam. §. Divi* 2. *D. leg.* 1. Bartolus *in lege qui Romæ, §. cohæredes, sub n.* 3. *vers. quod puto verum, &c.* D. *de verb. obligat.* Decianus *cons.* 41. *sub n.* 36. *vers. quia conclusio indubitatè procedit, &c. lib.* 1. Rota *dec.* 112. *n.* 4. *vers. tum quia part.* 2. *divers.* & penes Cardin. Caval. *dec.* 167. *n.* 1. *vers. de fideicommisso autem, &c. & in recent. dec.* 14. *part.* 1. *& decis.* 357. *n.* 2. *versic. ex ista enim annullatione alienationis, &c. part.* 4. *t.* 2. *decisione* 284. *sub n.* 7. *versic. & in hoc casu cessat omnis difficultas, &c. cum seq. parte* 6. cum aliis per Modern. Roman. *discept.* 828. *n.* 7. *vers. aliud est quando, &c. ac seq.* & latius probatur in utraque 17
decisione coram R. P. D. meo Bichio. Quam etiam ex subsequenti dispositione in casu delicti, vel fideicommissi, ac obligationis bonorum, & fructuum, in quibus ipsos filios masculos institutos, eorumque pariter descendentes comprehendit, eosque gravavit, unde præcedens illorum vocatio comprobatur *lege ab eo Cod. de fideicomm.* Socin. jun. *cons.* 136. *sub n.* 24. *vers. ex quibus omnibus lib.* 3. Decian. *dict. cons.* 41. *sub n.* 33. *vers. quinta conjectura, cum seq. lib.* 1. Ac demum proprias filias fœminas, & descendentes ex eis 18
eodem ordine superiùs expresso substituit, ex quo pariter certior redditur ejus intentio pro illarum successiva vocatione post descendentes masculos filiorum suorum in præcedenti parte testamenti *ad legem qui filiabus*,

in princip. lege ſi ſervus plurimum, §. *fin D. de leg.* 1. Rota penes San. mem. Gregor. *dec.* 315. *ſub n.* 2. *verſ. longè magis, cum ſeq. in recent. dec.* 10. *n.* 9. *verſ. minùs facit*, &c. *& dec.* 14. *ſub n.* 5. *verſ. quia vulgare eſt*, &c. *part.* 1. *& dec.* 4. *n.* 7. *verſ. quod propterea*, &c. *part.* 4. *tom.* 2. cum aliis relatis per Fuſ. *conſ.* 41. *ſub n.* 102. *v.* 19 *hi. accedat. & n.* 122. *verſ. & proinde*, &c. Et ex aliis partibus ejuſdem teſtamenti optimè ponderatis in præcedenti deciſione coram Rever. Patre D. meo Bichio ſub die 18. Martii 1648. Quæ ad convincendam teſtatoris voluntatem conjungi debent, ac in ſimul conſiderari, Rota penes ſan. mem. Gregor. *dict. dec.* 315. *n.* 9. *verſ. quæ conjecturæ, ac in recent. dec.* 266. *n.* 19. *verſ. nam conjecturis*, &c. *p.* 1. *dec.* 211. *n.* 16. *verſ. & conjecturæ ſingulæ, cum ſeqq. p.* 5. & ſæpè in aliis.

20 Quare cum præfati Felix, & Joan. Paulus perfectiorem vitam eligentes ſolemnem profeſſionem emiſerint; ille ſcilicet in congregatione Clericorum Regularium ſancti Pauli, iſte verò in religione Patrum Minorum Conventualium S. Franciſci, quas teſtator non quidem in religionis odio (quod ab intentione Chriſtiani hominis prorſus alienum cenſeri debet) ſed favore deſcendentium ex proprio ſanguine, inter quos voluit ejus bona perpetuò conſervari, ut clarè convincit prædicta ſubſequens alienationis prohibitio, ab ejus bonis excluſit, ut legitur ibi: *Et ſi omnes deceſſerint ſine filiis legitimis, & ut ſupra (ſcilicet de legitimo matrimonio natis, & procreatis) ita ut ſpurii etiam legitimati non ſuccedant, vel aliquod Monaſterium, quod tunc ſuccedant filiæ meæ, & earum filii legitimi, & ut ſupra, in ſtirpes, & non in capita, ſine detractione*, &c. Et tunc purificata fuit ſucceſſiva ſubſtitio filiarum ac deſcendentium ex eis perinde ac ſi illi naturaliter præmortui fuiſſent, quales ad hunc effectum, ſtante expreſſa Monaſterii excluſione reputantur, ad textum *in capite placuit il.* 2. ubi gloſſa *in verb. mortuus* 16. *quæſt.* 1. & theor. Bartol. *in lege Deo nobis, n.* 1. *verſic. item ingreſſus, cum ſeq.* ibique Baldus *ſub n.* 10. *verſic. fol. dicit. Cyn.* &c. & Caſtrenſis *ſub n.* 5. *verſic. ubicumque ergo apparet*, &c. *C. de Epiſc. & Cler.* & in Auth. *niſi rogati, ſub n.* 3. *verſ. ſi ergo appareat de contraria intentione, C. ad S. C. Trebell.* & rurſus idem Baldus *in cap. in præſentia, ſub n.* 41. *verſic. in contrarium*, &c. ubi Dec. *ſub n.* 229. *verſic. ſed mihi nullo modo conſona*, &c. *de probat.* & iterum Dec. *conſilio* 258. *viſis his quæ noviſſimè ſcripta ſunt*, &c. *ſub n.* 3. *verſic. circa primum*, &c. *cum ſeq. prope finem, verſic. & ideo cum bona, de quibus agitur, conſilio* 426. *in duobus dubiis, n.* 2. *verſic. circa primum arbitror*, &c. Decian. *conſilio* 41. *ſub n.* 30. *verſic. quarta conjectura, cum ſeq. lib.* 1. *conſ.* 51. *ſub n.* 2. *verſic. quia reſpondetur, cum ſeq. lib.* 5. Oſaſch. *deciſione* 126. *ſub n.* 19. *verſ. quare cum dicendum non ſit, ſub n.* 24. *verſ ex prædictis igitur*, &c. *cum ſeq.* Marzar. *de fideicommiſſ. quæſt.* 32. Menoch. *præſumpt.* 83. *n.* 3. *verſic. & dicendum eſt*, &c. *lib.* 4. Franch. *dec* 29. *ſub n.* 5. *verſ. nec obſtat textus cum ſeq.* Sfort. Odd. *de compend. part.* 6. *art. ult. in ſecund. dub. ſeu quæſt. n.* 22. *verſ. limita decimo*, &c. *cum ſeq.* Didac. *reſol.* 19. *ſub n.* 11. *verſic. quartum verum eſſe cenſeo, lib.* 1. Mantic. *de conject. lib.* 8. *tit.* 12. *ſub n.* 25. *verſ. ſed ego puto. n.* 28. *verſ. ſed certe*, &c. *cum ſeq. lib.* 11. *tit.* 7. *ſub n.* 18. *verſ. decimo debet reſtringi, cum ſeq.* Gutierrez *canon. quæſt. c.* 32. *n.* 26. *verſ. ſecundo, eadem recepta ſententia*, &c. cum aliis relatis per Sanchez *ad præcept. decal. lib.* 7. *cap.* 15. *ſub n.* 19. *verſ. & confirmatur*, &c. *cap.* 16. *ſub n.* 22. *verſ. ſed multo verius exiſtimo*, &c. Mareſc. *reſ. l.* 21. *n.* 65. *verſ. undecima limitatio*, &c. *cum ſeq. l.* 5.

21 Neque applicatur objecta concluſio regulariter vera, communique D D. ſententia recepta, quod ſaltem viventibus naturaliter profeſſis bona remaneant penes Monaſteria alias capacia ea retinendi in communi, intereaque ſubſtituti non admittantur.

22 Quia non procedit, quando repugnat teſtatoris voluntas expreſſis verbis illa excludentis. Hæc enim ceſſante (ut dictum eſt) religionis otio, maximè attendi, atque ſervari debet §. *diſponat* in Auth. *de nupt. cap. ultima voluntas* 13. *quæſt.* 2. Ac proinde ſtatim 23
patet aditus ſubſtitutis, non aliter, ac ſi ipſi Monaſteria ex propriis regulis, ſeu conſtitutionibus eſſent omninò incapacia, prout in effectu in hujuſmodi caſibus ex voluntate diſponentium efficiuntur, ut benè probat Didac. *dicta reſol.* 19. *ſub n.* 11. *verſ. quartum verum eſſe cenſeo, lib.* 1. & declarat Peregrinus *de fideicomm. art.* 28. *ſub n.* 82. *verſic. intellige niſi teſtator*, Nicol. Intrigliol. *de ſubſtitut. centuria* 3. *quæſt.* 63. *ſub n.* 42. *verſic. & tunc excluſio*, &c. ac aliis relatis Mareſcott. *dicta reſolut.* 21. *n.* 81. *verſic. rurſus intelligi debent*, &c. *cum ſeq. lib.* 3. & reſpondit Rota *Bononien. fideicomm.* 21. *Maii* 1636. *coram Rev. D. meo Terracinen. in recentior. deciſ.* 135. *ſub n.* 15. *verſic. nec facit quod cum Joannes*, &c. *cum ſeqq.* ubi dictum fuit ſecundum hanc diſtinctionem intelligendos eſſe DD pro Monaſterio adductos part. 7. Et hæc quidem teſtatoris voluntas certior redditur adhuc ex præcedenti parte ejuſdem teſtamenti, in qua legavit Horatio alteri filio jam profeſſo in Monaſterio Montis Oliveti annuas tantùm libras duodeviginti donec naturaliter vixerit cum expreſſa declaratione quod nullum ſuper eis jus vel actio dicto Monaſterio acquiretur; quæ declaratio (quidquid ſit de 24
illius validitate, & effectu) efficax tamen eſt ad demonſtrandum ejus intentionem excludendi Monaſteria etiam durante vita filii ingreſſi, ut bene in ſpecie advertit & probat Decian. *conſ.* 61. *ſub n.* 4. *verſ. addo etiam*, &c. *cum ſeq. lib.* 5.

Præterea ceſſare videtur omnis difficultas, quia filiæ teſtatoris, & deſcendentes ex eis fuerunt vocatæ non ſolùm in caſu mortis maſculorum, verùm etiam cujuſcumque alienationis, obligationis & hypothecæ bonorum hæreditatis, vel eorum fructuum, ut legitur in dict. verſ. *& ulterius etiam prohibet*, &c. & inferiùs in *verſ. prohibeoque etiam dictis filiis, & deſcendentibus meis*, &c. procul dubio evenit tam ob alienationem dictorum bonorum per Nicolaum primum hæredem venditorum dictæ Confraternitati, quam per univerſalem donationem, ac diſpoſitionem reſpectivè factas à dictis Felice, ac Joan. Paulo in perſonas, & loca ſub dicto fideicommiſſo non comprehenſa, quia etiam 25
prohibitas nempe Octavianum, & monaſteria prædicta, ideoque ex hoc quoque capite ſtatim agere potuerunt ad ea vendicanda, non expectata morte alienantium *lege peto.* §. *fratres, leg. cum pater*, §. *ſi liberis, D. de legat.* 2. *leg. cum fidei hæredis, lege quidam, & lege rogo, D. de fideicommiſſ. Liberto* Molina *de primogen. l.* 1. *cap.* 16. *n.* 32. *verſic. unum tamen*, &c. Rota *deciſ.* 379. *num.* 2. *verſic. nam teſtator, parte* 1. *diverſor.* & in ſpecie declarant Petr. *de fideicommiſſ. quæſt.* 8. *ſub n.* 516. *verſic. declaratur modo*, &c. Didac. Spin. *in ſpecul. teſtament. gloſſa* 27. *princip. ſub n.* 27. *verſic. quid autem erit in Monaſterio Capuc.* &c. *cum ſeq.* & Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 430. *n.* 6. *verſic. declaratur quartò*, &c. Etiam ſi alii adhuc extarent prævocati capaces, qui tamen non agerent, nec velle agere declararent pro illorum re- 26
vocatione, Cephal. *conſil.* 318. *nu.* 33. *verſic. cum igitur omnes*, &c. *cum ſeq.* Rota *deciſione* 73. *pag.* 1. *recentior.* cum aliis relatis per Modern. Brizen. *de ſubſtitut. quæſt.* 318. *n.* 115. *verſic. ampliatur tertiò*, &c. *cum ſeq.*

Altera verò exceptio detractionis legitimæ, ſive alia- 27
rum competentium filiis teſtatoris, qui bona prædicta vendiderunt, non poterat impedire evictionem ſtantibus præcedentibus alienationibus per eos factis, ac ſupellectilibus, & mercibus, cæteriſque effectibus hæreditariis ad eos delatis, quibus (alio non conſtito) cenſentur abſumptæ, Peregrinus *de fideicommiſſ. art.* 39. *ſub n.* 4. *verſic. effectus autem eſt*, &c. Rota penes Cardin. Seraphin. *deciſ.* 321. *ſub num.* 17. *verſic. ideo cum*

ex ceſ-

exceptio, ac seq. in recentieres, decis. 462. sub num. 6. versic. & in octavam eventum, &c. cum seq. part. 4. ac decis. 542. sub n. 8. vers. quia Dominis placuit responsio, &c. part. 5. & in aliis relatis *in Romana fideicommissi de Capite ferreo coram me sub die 10. Martii 1645. in §. non obstat, quod hæc portio, cum seq. sub die 19. Febr. 1646. in §. altera verò detractio, &c. versic. pro ea verò parte, &c.* Prout fuit etiam declaratum per sententias conformes judiciam ejusdem civitatis sub die 30. Junii 1613. & 22. Martii 1617. in executione aliarum duarum conformium præcedentium super meritis prolatarum in judicatum transactas, & evictioni mandantes; quæ tanquam latæ cum legitimis contradictoribus, scilicet cum Priore, & Deputatis Schedæ possessoribus ac rei principaliter conventis scientibus etiam, ac intimatis Auc-
28 toribus, sive eorum hæredibus, ac successoribus sufficiunt ad probandam hujusmodi liquidationem, donec aliud appareat *leg. auctore laudato*, ubi Bald. *in princip. n. 1. Vers. nota ergo quod sufficit, C. de evict.* Natt. *consil. 300. sub n. 1. Versic. & ita cum dicto Terreno, &c.* Didac. *PP. Quæst. cap. 13. sub n. 5. Versic. nec enim dubium esse potest*, Rota *decis. 161. sub n. 4. versic. idem probatur ex sententia Magistratus Mediolani, part. 2. 739. nu. 19. vers. maximè quia, &c. cum seqq. part. 4. n. 3. ac decis. 340. n. 8. Vers. attamen sententia, &c. part. 5. recent.*

Neque subsistit quod dd. sententiæ fuerint latæ contra dictos Clericos Sancti Barnabæ in illo judicio citatos; quia licet ab initio fuerit illis intimatus Actorum libellus cum citatione si sua putarent interesse, nihil tamen contra ipsos factum fuit, neque
29 fuerunt in dictis sententiis nominati, vel comprehensi. Ideoque citatio illa non coactiva, nec ullius roboris adversus eos non inficit processum, ac sententias contra laicos pro eorum particulari ac distincto interesse legitimè latas, juxta theoric. Barthol. *in leg. jurisperito §. final. Versic. Et si est causa, D. de excusat. tut.* Felin. *in cap. cum inter, sub n. 10. Versic. similiter, &c. & infr. de sentent. & re judicat.* Marian. Socin. *in cap. 1. sub num. 18. Vers. decima quinta declaratio est, &c. de for. compet.* Gabr. *consil. 56. n. 16. versic. quia conclusio supra dicta non procedit, &c. cum seq. lib. 1.* Rota *decis. 451. sub n. 7. Vers. Et è converso, &c. p. 2. recent.*

Cùm itaque ex prædictis, aliisque pleniùs adductis in præcedentibus Decisionibus coram præfato Reverendiss. Patre D. Bichio justificetur evictio, quam passa fuit Schola, sive Confraternitas, jure meritò fuit illi concessa immissio pro restitutione pretii, ac refectione damnorum, & interesse, prout convenit bonæ fidei, quæ maximè attenditur in his judiciis, ut res-
30 pondit *J. C. in leg. exempto, in princip. & leg. emptorem,* ubi Bartol. & DD. *D. de actio empt. leg. Herrenius Modestinus, vers. quæritur cum emptrix D. de eviction.* Alexander. *consil. 63. Diligenter inspectis & consideratis his, sub n. 12. Vers. fortius dico, &c. lib. 6.* Didac. *variarum resolut. lib. 3. cap. 17. sub n. 6. Versic. sextò quamvis, &c.* Surdus *decis. 22. sub n. 7. Versic. nec dicatur, cum sequent.* Rota *in Tusculan. relevat. indemnitat. 20. Junii 1614. coram Sanctiss. Domino Nostro in recentior. decis. 630. sub n. 4. Vers. minus refragari, &c. part. 1. & decis. 18. n. 36. Versic. & aliàs certum est, part. 4. to. 2. & decis. 390. n. 1. versic. admittunt enim DD. ac seq. part. 5.* & penes Coccin. *decis. 27. n. 3. Versic. Sed tollitur omnis scrupulus, &c.* & in aliis.

Et ita fuit resolutum utroque parte informante, &c.

Emin. R. P. D. Card. CORRADO.

Bononien. Prædii.

Lunæ 21. Junii 1649.

ARGUMENTUM.

Remedium evictionis, ad quæ extendatur, quando illi sit locus: & quæ in ejus Judicio deducantur. Valor bonorum quis attendatur, & quomodo probetur, & quomodo hæc procedant in permutatione, ubi *Statutum Bononiæ sub Rubr. Pactum constituti, & libelli in permutatione consideratur.*

SUMMARIUM.

1 *Obligatio de evictione se extendit etiam ad restitutionem fructuum passam per evictum, n. 7.*
2 *Et hoc procedit etiam in Bonorum permutatione.*
3 *Et non tam de jure communi, quàm vigore* Statuti Bononien. sub Rubr. Pactum constituti, et libelli in permutatione, *quando in Instrumento ibi celebrato adest pactum speciale pro defensione, etc. et evictione, etc. et constituti, etc. ac alia executiva latiùs extensa in formulario dictæ Civitatis Instrumentorum, inter contrahentes vicissim conventa leguntur.*
4 *Mandatum potest relaxari contra eum, qui suscepit in se Judicium, ac defensionem causæ cum propria obligatione penes acta, ex eodem processu, pro indemnitatis succumbentis.*
5 *Valor rei probatur ex Instrumento venditionis, in quo legitur illius æstimatio.*
6 *Valere tanti censetur res, quanti fuit empta; nisi aliud probetur, quia emptor non præsumitur stultus.*
7 *Interesse quod passus est evictus ob evictionem, attendi debet, ac proinde præstari ab eo, qui est de evictione obligatus, vigore suæ obligationis.*
8 *Procedit etiam vigore pacti specialis refectionis damnorum, et interesse instrumento convertitur, juxta intentionem formularii Instrumentorum Bononiæ.*
9 *Materia hæc clare explicatur per* Rot. in Ferrarien. decimarum coram bon. mem. Ubald. in recent. decis. 217. et in dec. 710. p. 4. tom. 2. et 3. alibi.
10 *Liquidatio fructuum bonorum immobilium, sit ad rationem quinque pro centenario et anno, quia ex præsumptione legali tanti regulariter hujusmodi fructus æstimari solent.*
11 *Jactare voluisse suum, plus debito solvendo, non potest censeri diligens, ac prudens Paterfamilias, ut successu temporis litibus, atque dispendiis ab ejus Auctoribus recuperaretur.*
12 *Liquidatio fructuum in materia evictionis, stante ipsius, ac temporis certitudine, leviores probationes requirit, arbitrio Judicis.*
13 *Et ad hunc effectum, sufficit etiam æstimatio, seu calculus etiam inter alios factus.*
14 *Et solæ conjecturæ Judicis animum persuadentes, sufficiunt.*
15 *Detractiones possunt eximere bona à fideicommissis.*
16 *Bona à fideicommisso possunt eximi, mediante aliorum liberorum subrogatione, concurrente Apostolica derogatione.*
17 *Actio pro liberatione à molestiis contra Authorem, non competit priusquam ipsæ molestiæ sint illatæ.*
18 *Eoque minus stante facultate emptori attributa pleniorem procurandi securitatem.*
19 *Obligatus investire certam summam pro evictione, excusatur à non implemento, quando ex defectu illius*

illius nullum damnum ſenſerit alteri ex contrahentibus, ac illi nihil deperierit.

Et eo magis quando in contractu permutationis paſſus eſt, imò ipſemet molestia pro evictione recepro.e ab altero promiſſa.

DECISIO LVI.

FActa nonnullorum bonorum immobilium in Agro Bononien. exiſtentium permutatione inter Co. Franciſcum Mariam Boſchettum ex una, & Marchionem Joan. Mariam Fontanam ex altera parte, alienavit Marchio Prædium ex ea receptum in loco nuncupato Bagnarolæ Joſeph, & Ludovico Fratribus de Ghellis pretio lib. triginta quatuor millium monetæ illiarum partium; à quibus cum nonnullos poſt annos fuerit per Ludovicum filium Alphonſi de Sabatinis evictum vigore præcedentis Fideicommiſſi primogenitalis qu. Marci Antonii ejus patrui magni, condemnatus fuit idem Marchio eorum author ad reſtitutionem pretii unà cum fructibus, quos dd. Fratres ex bonis evictis percipere non potuerunt loco damnorum & intereſſe, & ſatisfecit, ut apparet ex publico Inſtrumento inter eos celebrato die 5. Junii 1642. in quo dd. fructus annorum octo, & dierum ſexdecim; quibus præfati de Ghellis remanſerunt ob eam cauſam ipſis bonis privati, fuerunt concorditer liquidati ad ſummam lib. tredecim millium ſexcentarum ſeptuaginta quinque, & ſolidorum undecim, inito calculo ad rationem quinque pro centenario d. pretii conventi, ut legitur in d. Inſtrumento. Quare inſtante modo Marchione contra Co. Claudium filium, & hæredem d. Com. Franciſci Mariæ Boſchetti, ac de evictione obligatum ex d. contractu permutationis pro refectione, ac reſtitutione hujuſmodi damnorum, & intereſſe, Dubitavi, An pro qua ſumma Comes teneatur, & ſit contra eum relaxandum mandatum. Et Domini pro Actore informante reſponderunt.

Quia cum ex proceſſu conſtet Prædium à q. Com. Franciſco Maria d. permutationis titulo traditum Marchioni Fontanæ jam diù realiter evictum, atque ablatum fuiſſe à dd. de Ghellis ab ipſo Marchione cauſam habentibus, illumque ſubindè coactum præviis deciſionibus coram R. D. meo Terracin. ſub die 27. Junii 1630. & 13. Februar. 1640. ac ſententia Rotali interpellato, cauſæque aſſiſtente d. Com. Boſchetto prolata ad reſtitutionem pretii, & fructuum prædictorum. Hinc pariter ſequitur Com. Claudium Patris hæredem teneri ad eorum omnium reſtitutionem ratione intereſſe Marchionis, tam ex diſpoſitione Juris communis per *l. ſi venditione, & l. evicta re 2. D. de evict. l. ſi controverſia, l. ſi cum quæſtio, l. cum ſucceſſores. C. eod.* quarum legum diſpoſitio procedit etiam in permutatione l. 1. *C. de rer. permut. l. ſi permutationis, C. de evict.* Menoch. *præſ.* 118. *n.* 18. *verſ. atque in permutatione, &c. lib.* 3. Cabal. *de evict. §.* 4. *n.* 43. *verſ. quid in contractu permutationis, &c.* cum aliis per Modern. Piſaurien. *in ſimil. tract. de evict. q.* 140. *ſub n.* 1. *cum ſeq.* quàm ex pactis ſpecialibus pro defenſione, &c. & evictione, &c. bonorum permutatorum, &c. & Conſtituto, &c. ac aliis executivis, &c. inter contrahentes viciſſim conventis; quæ leguntur in d. Inſtrumento in proceſſu fol. 18. p. 2. & ſeqq. latius extenſis in Formular. Civit. Bonon. ubi fuit celebratum, in fin. ſecund. Volum. ſtatutorum fol. 18. ac ſeq. ſub Rubr. Pactum Conſtituti, & Libelli in permutatione, &c. *l. ſecundum, ff. de evict.* Franch. *de ſ. 34. n.* 2. *verſ. ſed quia in Inſtrumento permutationis, &c. ac ſeq.* Rota penes Cardinal. Seraph. *dec.* 387. *n.* 1. *verſ. unde cum habeamus expreſſum pactum, &c.* & ſanct. mem. Gregor. *deciſ.* 25. *per tot. in rec. deciſ.* 552. *ſub n.* 10. *verſ. ſecundum part.* 3. *dec.* 281. *ſub n.* 1. *verſ. fundamentum deciſionis fuit, &c. cum ſeq. part.* 4. Et decimum ex peculiari obligatione ipſius Comitis Claudii ab ejus Procuratore ipſe aliter conſtituto per Inſtrumentum mandati celebratum die 3. Martii 1639. facti, in actu ſuſceptionis d. judicii, ac defenſionis cauſæ per acta Franciſci Puccobelli Notarii Rotalis ſub die 14. ejuſdem menſis, quo caſu poteſt contra eum relaxari mandatum ex eodem Proceſſu pro indemnitate Marchionis, juxta *leg. minor.* 25. *anno ff. princip. verſ. nam ſi ex fundus D. de evict.* Caſtr. *in leg. cum conſtat ſub n.* 3. *verſ. imò & per viam executivam, C. ubi Caſ. Fiſcal.* P. Barboſa *in leg. Venditor ſub n.* 188. *Verſic. quinimo, ff. de Judic.* 4

Pretium autem in ea ſumma librarum triginta quatuor millium comprobatum non ſolum ex Inſtrumento Donationis ejuſdem prædicti per d. q. Marcum Antonium de Sabatinis factæ anno 1591. die ultima Octobris Alphonſo ejus ex Patre Nepoti, ac ejus primogenito cum perpetuæ inter eos hdeicommiſſo in quo fuit particulariter aſſertum valoris fcutorum circiter ſeptem millium ſeptingentorum d. ſummam propè attingentibus, qui ſucceſſivè poſtea liter augeri potuerit. Verùm etiam ex inſtrumento alienationis per Marchionem Actæ ſub d. de Ghellis anno 1628. 22. Oct. in quo tanti fuit æſtimatum. Bald. *in leg. cum fundus, §. quæſitum ſub n.* 1. *ff. ſi fin. verſ. in gloſſ. ex fundus*, dicens quod emptor non præſumitur ſtultus & ideò res tanti valere cenſetur, quanti vendita fuit niſi aliud probetur, *ff. de reb. eorum*, Cephal. *conſ.* 26. *ſub n.* 15. *Verſ. Poſtremo, &c. ac ſeq.* Menoch. *conſ.* 338. *ſub n.* 22. *verſ.* 5. *conſert, &c. cum ſeq.* Sutd. *conſ.* 181. *ſub n.* 21. *verſ. tamen falſa, &c.* Maſtrill. *deciſ.* 280. *n.* 52. *verſ. Et res tanti dicatur valere, &c. cum ſeqq.* Et ex alio ſub die 5. Julii 1642. in quo eandem ſummam ipſis Emptoribus à Marchione reſtitutam fuiſſe apparet præcedentibus dictis Deciſionibus ac Sententia Rotali ita expreſsè declarantibus; ipſumq. Marchionem condemnationibus. Quæ ideo attendi, ac Marchioni reſtituenda eſt ratione intereſſe, quod paſſus eſt ob d. evictionem, atque præſtari debet 7
tam ex natura contractus, *l. evicta 1. & 4. ubi gloſſ. &* DD. *l. ſi cum venditor, §. fin. ff. de evict.* cum aliis ſuprà citatis, quam ex pacto ſpeciali refectionis damnorum, & intereſſe in dicto Inſtrumento explicite convento, ac plenius in præcitato formulario extenſo, Caſtr. *in l. Titius cum decederet n.* 3. *verſic. ex deciſione vero, &c. ff.* 8
de action. empt. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 52. *ſub n.* 55. *verſ. punctus, &c.* & reſpondit Rota *in deciſ.* 15. *num.* 1. *verſic. qui debet attendi, &c. cum ſeq. ac deciſ.* 378. *n.* 1. *verſ. 6. quod hujuſmodi tempus, &c. part.* 4. *diverſ.* & latius in Ferrarien. *Decimarum coram bon. mem. Ubald. in recent. deciſ.* 227. *n.* 3. *verſ. quia hunc objecto fuit reſponſum, &c. cum ſeq. ac deciſ.* 710. *part.* 4. *tom.* 2. 9
& 3. in quibus clarè explicatur hæc materia, & in aliis relatis per Marec *reſolut.* 79. *ſub n.* 5. *verſ. & eſt ſtendum, &c. cum ſeq. lib.* 2. & per Modern. Piſaurien. *in a. tract. de evict. quæſt.* 179. *à n.* 20. *verſic. At contra, &c. cum ſeq.*

Liquidatio verò fructuum in d. ſumma librarum tre- 10
decim millium ſexcentarum ſeptuaginta quinque, & ſolidorum undecim calculata ſuper eodem valore ad rationem librarum quinque pro ſingulis centenariis, & annis ab evictione re ipſa ſecuta, & ablatione bonorum vigore executionis factæ anno 1639. Vita fuit Dominis proportionabilis & taxe mitificata tam ex præſumptione legali, ſecundum quam fructus bonorum hujuſmodi immobilium tantum regulariter aſſimilantur, juxta gloſſ. in Auth. *perpetua verb. inſtr. C. de Sacroſ. Eccleſ.* & in his terminis reſpondit Rota in d. *Ferrarien. Decimarum coram bon. mem. Ubald. in recent. deciſ.* 718. *num.* 1. *verſ. qui valor apparet taxatus &c. part.* 4. *tom.* 3. Theſaurus Jun. *quæſt. forenſ.* 3. *in fin. verſ. cum fructus, lib.* 2. Quam ex dicto Inſtrumento die 5. Julii 1642. celebrato inter dd. de Ghellis & Marchionem qui ſanè maximè prudens ac diligens pa- 11
terfamilias cenſeri non poteſt propterea tantam ſolu-

ut succesſu temporis, litibus, atque diſpendiis ab ejus Auctoribus recuperaretur, ad *leg. cum de indebito verſ. qui enim ſolvit*, &c. *D. de probat.* In hac
12 enim materia ſtante certitudine evictionis, ac tempore quo Prædium fuit à Ghellis ablatum, leviores probationes pro liquidatione fructuum arbitrio Judicis admittuntur, ut in ſpecie reſpondit Rota *deciſ.* 317. *n.* 21. *verſ. & in conſueto*, *ac ſub n.* 24. *verſic. ſed in caſu noſtro ac ſeq. part.* 4. *tom.* 2. *& deciſ.* 718. *n. & verſ. ſupra dicta cum ſeq. eadem p.* 4. *tom.* 3. *& in deciſ.* 521. *ſub n.* 10. *verſ. ſuper quantitate*, &c. *cum ſeq. p.* 5. *recentior. ubi n.* 16. *verſic. Id quod etiam*, &c. dicitur ad hunc effectum ſufficere
13 æſtimationes, ſeu calculos etiam inter alios factos, poſt Alciat. *conſil.* 116. *à n.* 3. *verſic. dico igitur*, &c. *cum ſeqq. lib.* 5. loquentem de hujuſmodi liquidatione in tranſactione inter alias perſonas facta, quia ſolæ conjecturæ Judicis animum perſuadentes ſufficiunt.

14 Nec obſtat, quod bona quoque per Marchionem Fontanam cum Com. Boſchetto permutata fideicommiſſis majorum ſubjecta dicantur.

15 Tum quia nec improbatur attentis præcipuè detractionibus quæ in omnem caſum illa potuerunt ab eis (ſi quæ apparerent) eximere *leg. Marcellus*, §. *Res quæ D. ad S. C. Trebell. leg. quoniam in prioribus*, *& leg. omnimodo*, *C. de Inofficioſ. teſtament.* Oſaſc. *deciſ.* 148. *ſub n.* 13. *verſ. ratio pariter*, &c. Decian. *conſil.* 85. *ſub n.* 1. *cum ſequent. lib.* 2. Peregrin. *de Fideicommiſſ. art.* 36. *n.* 27. *verſ. Præterea*, Rota *deciſ.* 342. *n.* 4. *verſ. ceſſare viſo fuit p.* 3. *recent.*

Tum quia hoc ſpecialiter fuit narratum in dicto Inſtrumento ex parte Marchionis, quod non fecit Comes ex parte ſua. Imò idem Comes pro abundantiori cautela conſtitutus fuit Procurator ad petendam, & impetrandam Apoſtolicam derogationem, & aliorum Marchionis bonorum ſubrogationem, quo magis ſecu-
16 rus eſſet, ut in eo legitur in Proceſſ. fol. 22. pag. 2. Verſic. Convenientes, &c. juxta tradita per Rotam penes bon. memor. Cardin. Millin. *deciſ.* 116. *n.* 2. *verſic. de quo dicebant Domini*, &c. *cum ſeq. & in recentior. deciſ.* 402. *n.* 14. *Verſic. Hodie tamen*, &c.
17 *part.* 4. *tom.* 2. Quare cum nullæ adhuc fuerint ob hanc cauſam Comiti bene notam, ac ſpecialiter inſinuatam illatæ ipſi, vel ejus ſucceſſoribus moleſtiæ, non poteſt utique Marchio ea ratione conveniri pro liberatione, vel aliis, ſive in exercitio Juris ſui impediri *leg.* 1. §. *venditorem*, *in fine ff. de act. empt.* Surdus *deciſ.* 265. *ſub n.* 17. *verſic. & quamvis*, *ac ſeqq.* & reſpondit Rota penes ſan. mem. Gregor. XV. *deciſ.* 90. *à n.* 8. *verſic. præterea non procedit*, *cum ſeq. ac in recentior. deciſ.* 753. *ſub n.* 2. *verſic ſecundo*, &c. *part.* 3. *& dec.* 207. *n.* 13. *Verſic. Ideoque cum juvari non valeret*, &c. *cum ſeq. part.* 5. Eoque minus ante
18 facultate Comiti attributa plenitudinem procurandi ſecuritatem ad *leg. debitor meus*, *D. de adminiſtr. tutor.* Roman. *conſil.* 187. *n.* 5. *verſic Aut non ſolvit*, &c. Alban. *conſil.* 217. *n.* 24. *verſic. Ad prædicta*, Surdus *conſil.* 290. *ſub n.* 33. *Verſic. Verum ego*, &c. cum aliis relatis per Hering. *de ſit lejuſſor. cap.* 27. *part.* 1. *ſub n.* 264. *Verſic. Decimo tertio quando bona debitoris*, &c. *cum ſeq.*

Minus obſtat, quod Marchio non inveſtiverit Libr. quatuor mille ſibi ſolata à Com. Boſchetto pro æquatione contractus, ut tenebatur ex pacto ibidem convento partes præſentæ, &c.

19 Quia cum nullum ob id damnum ſenſerit Comes, neque ejus hæredes, ac ſucceſſores, nihilque prorſus illis deperierit, excuſatur Dominus Marchio, ut probat Surdus *dicta deciſ.* 265. *n.* 39. *verſic. & defectus implementi*, &c. & reſpondit Rota penes Card. Seraphin. *deciſ.* 1243. *n.* 5. *verſic. non obſtat quod captor poſſit agere*, &c. *& in Romana Palatii ſeu Cenſus* 7. *Maii* 1590. *coram Bubalo apud Marcheſan. de commiſſ. part.* 1. *folio* 747. *ſub n.* 5. *verſic. non obſtat quod qui promiſit*, &c. Pen. *deciſ.* 531. *n.* 2. *verſic. cum Bartholomæus emptor. & ſeqq.* ac ſan. mem. Gregor. XV. *deciſ.* 247. *n.* 11. *verſ. Ita ut propterea*, ubi Add. *n.* 20. *verſic. exceptio non implementi*, &c. referunt concordantes. Et magis etiam ſtantibus prædictis moleſtiis, litibus, ac evictionibus, quæ poſtea ſupervenerunt; Satiſque opportunè præfatæ conventioni in effectu parebit eandem quantitatem inveſtiendo ex ſummis, ut dictum eſt, per Dominum Com. Boſchettum reſtituendis juxta dicta deciſ. Card. Seraphin. 1243. *Verſic. ſufficit enim*, &c. *cum ſimilibus.* 20

Atque ita fuit concluſum informante tantùm D. Marchione Fontana. Sed D. Com. Boſchetto ſæpè ſæpiùs citato, & diu expectato, &c.

R. P. D. PEUTINGERO.

Romana quatuor domorum.

Lunæ 21. *Julii* 1649.

ARGUMENTUM.

Extrema in Salviano requiſita, quæ ſint. Obligatus inveſtire pecunias, in caſu non implementi ad quæ teneatur. Præſcriptio quando detur.

SUMMARIUM.

1 *Extrema requiſita in Salviano, ſunt poſſeſſio bonorum, de quibus agitur, in obligato de tempore obligationis, moderna poſſeſſio illius, cum quo Judicium intentatur.*

2 *Obligatio Cameralis dat executionem paratam.*

3 *Obligatus ad inveſtimentum pecuniarum in cenſibus, ſeu locis montium in casu non adimplementi, tenetur ad fructus, qui ex hac capitali percipi potuiſſent, facto inveſtimento.*

4 *Præſcriptio non datur contra actionem non natam.*

5 *Neque intrat in vita illius, qui eſt in mala fide.*

DECISIO LVII.

JUdex ab A. C. deputatus inter Sor. Fenitiam Creſcentiam, & D. Franciſcum Serlupium; pronuntiavit Sor. Fenitiæ Creſcentiæ Moniali dandam eſſe immiſſionem in quatuor domos, de quibus agitur in Salviano pro ſcutis mille donec de earum penſionibus ipſi ſatisfiat in hac ſumma ſibi ſolvi promiſſa per bon. mem. Octavianum Creſcentium ejus Patrem, & pro ſcutis 367. pro fructibus decurſis ab ipſa prætenſis; Cauſa appellationis ad Rotam delata Domini immiſſionem pro ſorte ſcutorum mille approbarunt; ſed de fructibus mandarunt ſeparatim videri; Nam quoad ſortem ſcutorum mille monetæ inveſtien. in aliquo cenſu, ſeu locis montium infra tres annos proximos, quorum dominium ipſa conſequeretur, & de iis ad libitum diſponere poſſet, ut ipſum Inſtrumentum oſtendit, & interim quolibet anno ſolvere ſcuta 40. per Inſtrumentum obligationis factæ ab Eq. Octaviano die 3. Maii 1600. res caret difficultate, habetque executionem paratam dum omnia in Salviano requiſita extrema obligatio nempè 1
Octaviani omnium bonorum, intra quæ tunc aderant hæ quatuor domus, earumque moderna poſſeſſio Franciſci cum hypotheca ad favorem Monialis ſatis fuerunt juſtificata, ut in ſimili fuit dictum in Romana Salviani de Caſalibus 21. *Junii* 1641. *coram R. P. D. meo Cerro & in eadem* 11. *Mart.* 1643. Rota poſt Cenc. *de cenſ. dec.* 48. *n.* 2. & apud Modern. *tract. de manut. deciſ.* 219. *n.* 4. Dur. *dec.* 401. *n.* 3. 2
maxi-

maximè ſtante obligatione Camerali Seraph. *dec.* 935. *num.* 2.

Non obſtat quoad pecunia regulariter non pariat pecuniam, quia Octavianus non ſimpliciter promiſit ſcuta mille, ſed inveſtienda ad favorem monialis in cenſibus, ſeu locis montium, de quo inveſtimento cum non doceatur intrat obligatio ad fructus, qui ex hoc capitali percipi potuiſſent ex pluribus allegatis per Pacific. *de Salv. dec.* 39. *per tot.* apud Cenc. *de cenſ. deciſ* 479. *n.* 11. Poſt. Modern. Forolivien. *tr. de legit. dec.* 29. Rota *dec.* 85. *n.* 14. *p.* 4. *tom.* 2. *rec.* cum aliis cumulatis in Bonon. de Lambert. 3. *Julii* 1647. *coram R. P. D. meo Bichio.* 3 4

Nec Serlupias contra Moniales exceptione præſcriptionis ſe tueri poteſt non ſolven. dictam ſortem ſcut. mil. ſeu Capitale. Quia præſcriptio ante triennium datum ad inveſtiendum currere non potuit uſque ad diem 5. Maii 1605. cum contra actionem non natam non detur præſcriptio *l. cum notiſſimi* 7. *C. de præſcr.* 30. *vel* 40. *ann.* §. *illud*, neque vita Octaviani propter ejus malam fidem cum juramento inveſtire promiſit. 5

Et ita fuit utraque parte, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana, retentionis domorum.

Sabbathi 23. *Junii* 1649.

ARGUMENTUM.

Ægidiana non habet locum, ſtante injuſtitia ſententiæ. Bona fideicommiſſi debent contribuere ad ſolutionem legatorum. Extinctio crediti, quomodo inducatur interſocios. Probationes poſt ſententiam, cujus ſint valoris. Legata de quo ſolvantur, an de ſubſtantia, an de fructibus. Hæreditatis attento fideicommiſſo, & modo legandi Teſtatoris.

SUMMARIUM.

1 *Ægidiana conſtitutio excluſiva appellationis in Judiciis omninò ſummariis, non habet locum, attenta injuſtitia ſententiæ.*

2 *Bona fideicommiſſo particulari obnoxia debent contribuere ad ſolutionem legatorum ab eodem fideicommittente relictorum, dum patrimonii vires legatorum onera non ſuſtinebant.*

3 *Creditum inter ſocios ſuper aliquo negotio, ex aſſignatione totius negotii cum clauſulis plenissimis translationem dominii importantibus ac omnibus juribus activis, et paſſivis, facta ab altero ex ipſis, vel remanet extinctum.*

4 *Vel ſaltem præſumitur ſolutum, quia in præcedentem ſatisfactionem crediti prius debuerat imputari.*

5 *Injuſtitia ſententiæ, ad effectum excludendi Ægidianam, ex eisdem Actis reſultare debet.*

6 *Relatio ſecunda periti, et ſi poſt ſententiam, conformis primæ ante ſententiam in proceſſu exiſtenti, non uti nova probatio, ſed convalidatio ejuſque primæ dilucidatio reputatur.*

Adeoque pro coadjuvanda probatione juſtitiæ ſententia admitti debet, ac ſi tunc temporis fuiſſet in Actis producta.

7 *Clauſula* Ad habendum, *in contractu apposita, in ſtipulantem tranſfert dominium, dum pro ipſius translatione habilis cauſa præceſſit.*

8 *Fideicommiſſarii, et legatarii à Teſtatore, attenta Juris exequatione, cenſentur æq. delicti.*

9 *Prohibitio facta à Teſtatore de alienandis bonis, quæ fideicommiſſo ſupposuit, non extenditur ad præjudicium legatariorum in eodem Teſtamento, ſed videtur potius adjecta ex erronea pinguioris fortunæ credulitate, quam teſtator in ſuo patrimonio ſperaverat.*

10 *Dilatio conceſſa hæredi pro legatorum implemento, in ſolam ipſius utilitatem, à teſtatore attributa cenſetur, quando ex temporis curſu, non decurrat tot ex redditibus hæreditatis, quos pro ipſorum implemento ſufficiat: quo caſu de fructibus, abſque diminutione hæreditatis, ſolvi deberent.*

11 *Et eo magis, ubi illa nos annuali ſolutione, ſed unica erant vicepræſtanda, quæ proinde ex ſubſtantia hæreditatis ſtatim exſolvi poterant, et ſi fuerint de proprio patrimonio per hæredem perſoluta, ſuper hæreditariis corporibus legitimè retineri.*

12 *Nec ullo modo debent compenſari cum fructibus medio tempore retractis, quos hæres beneficiatus facit ſuos, ubi cum legatariis, ſeu fideicommiſſariis particularibus inſurgit quæſtio.*

13 *Fructus hæreditatis ad favorem creditorum ſunt computandi.*

DECISIO LVIII.

IN ſententia A. C. fuerat attributa facta retentio Domorum, de quibus agitur, D. Nereo Scarlatto poſſeſſori pro ſumma ſcutorum 8150. ſibi debita per Laurentium, & Joſephum de Carpianis hæredes inſtitutos in teſtamento Jacobi, ac in controverſis corporibus particulari erga propriam familiam fideicommiſſo gravatos, qui Hæreditatis prædictæ creditores extiterant in ſummam longè majori diverſis Jacobi legatariis perſoluta: Hæc autem retentio cum poſtmodum per alteram ſententiam fuiſſet denegata D. Scarlatto ad hujus inſtantiam de lata mihi cauſa dubitavi. An Ægidiana Conſtitutio excluſiva appellationis in Judiciis omninò ſummariis interpoſitæ provocationi reſiſtat, & Domini negativè reſponderunt ex injuſtitiæ fundamento ipſius vim Conſtitutionis elidente, juxta opinionem Corb. *in conſ.* 10. *n.* 2. *lib.* 4. & Contard *in leg. un. C. de mon. poſſ. lim.* 9. *n.* 22. ſemper in hoc Tribunali receptum, & atteſtat in Rota *Avenion. hæreditatis* 20. *Junii* 1648. *coram R. P. D. meo Reyes in principio, & antea in deciſ.* 324. *n.* 3. *part.* 2. *recent. & coram Buratto deciſ.* 630. *n.* 1. & 850. *n.* 4. 1

Hujus verò injuſtitia ſententiæ beneficiatis hæredibus, ac ejuſdem hæreditatis creditoribus retentionem denegantis in bonis ſtabilibus particulari fideicommiſſo ſuppoſitis elucefcit ex relatione Damiani Periti in actis prioris inſtantiæ producta unà cum infra ſcripta aſſignatione, comprobata ex altera Fuſci relatione noviter de communi partium conſenſu à Rota deputati, ex qua conſtat nihil in Patrimonio Jacobi de tempore obitus remanſiſſe, præter adducta ſtabilia particulari fideicommiſſo obnoxia, quorum contributio excludi non poterat à Judice prioris inſtantiæ, dum patrimonii vires legatorum onera perfideicommittentem relicta non ſuſtinebant, ex notatis in *leg. Pater filium, D. de leg.* & ibi Bart. & Alberic. *n.* 1. *cæteriſque communiter*, Jac. *in l. commodis n.* 4. *ff. de re jud.* Cuman. *in l. pen.* §. *Prædium n.* 3. *ff de v.* 2. 2

In ſua enim relatione oſtendit idem Fuſcus creditum Jacobi in ſcutis 13. m. cum Laurentio hærede contractum occaſione negotiationis tecum antea initæ provenire ex cauſa volgari *utili, e diſvanzi* juxtà mercatorum ſtylum inexigibili adeoque concludit in ipſius hæreditate imputari non poſſe; tanquam ærcam, attenta præſertim aſſignatione totius negotii cum omnibus juribus activis, ac paſſivis, ſingulisque effectibus, debitis, ac creditis per eundemmet Laurentium facta Jacobo uſque ab anno 1603. ſub ampliſſimis clauſulis dominii tranſlationem importantibus, ex qua præſidium creditum, vel remanſit extinctum ex diſpoſitione Juris 3 4

relata

relata in *leg. debitori*, *C de pœd. & leg. quod de bonis*, §. *quod Avus*, *D. ad l. falcid.* & notant utrobique Doctores, Rota *in Firmana legitimæ* 16. *Febr.* & 22. *Junii* 1618. *coram bon. mem. Ubaldo*, & *in Viterbien. Castrorum* 9. *Junii* 1626. *coram bon. mem. Coccino*, *in* §. *quod autem*, vel saltem præsumitur solutum ex assignatione prædicta, quæ in præcedenti satisfactione crediti priùs debuerat imputari, secundùm Gloss. *in leg. Marcellus*, §. *res quæ*, à DD. ibidem communiter approbatam, *D. ad Trebell.* & ibi Bart. *in princ.* Ang. *n.* 2. Jas. *n.* 6. cæterosque relatos *in Romana fideicommissi de Capiteferreo* 19. *Febr.* 1646. *in* §. *deinde conclusio coram R. P. D. meo Corrado.*

5 Non obstat, quod ad excludendum Constitutionem Ægidianam injustitia sententiæ ex eisdem debeat actis resultare, ut notat idem Corn. *in ad ludo consil.* 10. *n.* 2. *vers. cum igitur*, *libr.* 3. Conrad. *in adducta leg. un. limitat.* 9. *n.* 22. & ponderavit Rota *coram Seraphino decis.* 772. *n.* 2. *& coram Buratto* 630. pariter *n.* 2. *&* 830. *n.* 4. adeoque conjici non valeat ex nova relatione Periti Rotalis in actis prioris
6 instantiæ non producta. Quia dum injustitia sententiæ resultabat ex præcedenti relatione Damiani in actis tunc existente, & ex infrascripta assignatione, hæc secunda relatio non uti nova probatio, sed convalidatio primæ, ejusque dilucidatio reputatur, secundum Baldum *in cap.* 1. *de fide instrument.* Dec. in Auth. *si quis in aliquo n.* 3. *C. de Eden.* Rota *coram Cæsar. de Graff. decis.* 20. *de probat. num.* 11. Adeoque pro coadjuvanda injustitiæ probatione admitti debet, ac tunc temporis fuisset in actis
7 producta, ut respondit Rota in Cæsaraugustana portionis 16. Nov. 1605. coram Justo post Marches. *de commiss. part.* 1. *cap.* 1. *folio* 340. *sub num.* 4. *&* 5. Præsertim quia de tempore prioris instantiæ, adhuc producta fuerat assignatio totius negotii per Laurentium facta Jacobo sub clausula, *ad habendam*, adjecta facultate liberè disponendi, ac pacto capiendi possessionem propria auctoritate nullo jure assignanti reservato, quæ proindè à Laurentio stipulata censetur, ut totius negotii dominium, ad proprietatem in Jacobum creditorem in extinctionem proprii debiti transferret, dum habilis causa pro translatione dominii præcessit, ut notat Bart. *in leg. constante n.* 98. *ff. solut. matrim.* Gozad. *consil.* 38. *n.* 11. Becc. *cons.* 105. *n.* 19. Rota *coram Burrato decis.* 574. *n.* 4. *& in Romana subhastationis de Alexiis* 12. *Dec.* 1644. *coram R. P. Domino Cerro*, *& in Regien. bonorum* 23. *Februarii* 1646. *coram R. P. D. meo Corrado*; Ac consequenter subsecutam sententiam ostendit injustam, quæ denegavit contributionem particularis fideicommissi sub falso supposito crediti adhuc in hæreditate existentis, quod tamen ex assignatione prædicta extinctum fuisse dignoscitur.

Neque adducta contributio poterit evitari, vel ex arctissima alienandi prohibitione eidem fideicommisso per testatorem adjecta, quasi ipsius in se voluntas arguatur deferendi integrum fideicommissum in specialiter gravatos. Cæteros verò legatarios privandi re legata, quatenùs legati onus patrimonii vires non sufferrent, vel ex dilatione quinquennali hæredibus attributa pro adimplendis legatis, quasi præsumatur destinata legatorum solutio per Testatorem in fructibus, non autem in substantia hæreditatis.

8 Quia ex ea prohibitione argui non potest resistentia voluntatis ex Testatore, qui æqualiter fideicommissarios prælexisse censetur, ac legatarios ex juris dispositione in omnibus exæquatos, de qua in *l. prima*, *ff. de*
9 *leg.* 1. *& in l.* 1. *&* 2. *Cod. communia de lega.* sed ea potiùs prohibitio videtur adjecta ex erronea pinguioris fortunæ credulitate, quam Testator in suo patrimonio speraverat, ut inquit textus in §. *in fraudem Institut. quibus ex causis manum non licet* & ponderavit Franc.
10 *in decis* 236. *n.* 11. Dilatio verò quinquennalis con-

cessa pro legatorum implemento in solius utilitatem hæredis attributa censetur, dum legata prædicta scuta 16. Mil. excedebant, nec intra spatium quinquennii persolvi poterat ex fructibus hæreditatis non excedentibus redditum scutorum 650. ex notatis per DD. *in leg. ult.* §. *fin autem legata*, *C. de bonis*, *quæ lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 7. §. *tertio considerandum* Graff. *in* §. *legatum q.* 35. *n.* 2. Fusar. *cons.* 67. *n.* 3. Peregr. *de fide instrument. art.* 5. *n.* 24. *in fine.* Nec illa an- 11
nuali solutione, sed unica erant vice præstanda, quæ proinde ex substantia hæreditatis statim exsolvi poterant, & si fuerint de proprio patrimonio per hæredem persoluta super hæreditariis corporibus legitimè retineri juxta textum in adducta *l. ult.* §. *fin autem legata C. de bonis quæ liber.* & notat ibi Bart. *& in l. ultim. ff. de usufruct. legat. n.* 6. Alex. *in leg. usufr. ff. ad leg. falcid. n.* 3. Jason. *in leg.* 1. *n.* 14. *col.* 2. *ff. ad Trebell.* Covar. *variarum lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 7. §. *cæterum*, Fusarius *de substitution. quæst.* 665. *n.* Rota 12
decis. 399. *n.* 38. *part.* 5. *rec.* nec ullo modo debentcompensari cum fructibus medio tempore retractis, quos hæres beneficiatus facit suos, ubi cum legatariis, seu fideicommissariis particularibus prout hoc casu contingit, insurgat quæstio juxta textus in *ratione in principio*, *& leg. in quantitate*, *ff. ad l. falcid. & in* §. *quantitas Institut. eodem tit.* Fusar. *de subst. q.* 665. *n.* 7. Rota post Merl. *de legat. decis.* 20. *n.* 12. & latè comprobat Peregr. *de fideic. art.* 48. *n.* 47. distinguendo inter legatarios, ac creditores, ad quorum tamen favorem fructus hæreditatis favore computandos fir- 13
mavit Rota in Romana quarti dotalis 19. Jun. 1645. coram R. P. D. meo Cerro.

Et ita utraque, *&c.*

Eminentiss. & Reverend. D. Card. CORRADO.

Anconitana Salviani.

Lunæ 19. *Junii* 1651.

ARGUMENTUM.

Possessio ex decreto Judicis capta est manutenibilis in præjudicium anterioris Adversarii. Salvianum cujus sit naturæ. Possessio, quæ provenit ex aditione hæreditatis, est merè civilis. Exceptiones illiquidæ non impediunt immissionem in Salviano, & plura de manutentione.

SUMMARIUM.

1 *Possessio Judicis auctoritate adepta, justam præbet manutentionis causam.*

2 *Atque adversarii anteriorem elidit, ac excludit, ita quod illa non est manutenibilis.*

3 *Sententia Judicis præsumitur justa.*

4. *Et probatur valida ex processu, in quo fuerunt rectè servati termini, et cætera omnia Judicii ordinem concernentia*, juxtà dec. Verall. 262. pag. 2.

5 *Salviani interdicto necessaria sunt, creditum Actoris cum hypotheca omnium bonorum debitoris præsentium, et futurorum. Et quod de tempore instituti Judicii possiderentur ab Adversario, quod probatur etiam per sustentationem litis. Quæ ad obtinendam in hoc Judicio immissionem plenè sufficiunt.*

6 *Salviani interdicti remedium, cum sit in rem scriptum, sequitur possessorem bonorum.*

7 *Exceptio apposita à Reo in Salviano, se non possidere, ubi mediantibus Instrumentis locationum cum receptione pensionum, vel aliis similibus probetur, non est attendenda, nisi justificetur.*

8. *Protestatio asserens aliquid cum careat asserti justi-*

ficatione, nullius eſt momenti ad effectum impediendi executionem ſententiæ jam antea prolatæ.

9 *Additio hæreditatis, non transfert in adeuntem, naturalem bonorum poſſeſſionem antequam fuerit, actualiter apprehenſa.*

10 *Eoque minus quando alter ex hæredibus poſſidet ſolus ac de bonis ad libitum diſponit.*

11 *Solutio liberat fundam ab hypotheca.*

12 *Exceptiones illiquidæ, ac diſcuſſionem requirentes, non valent impedire immiſſionem in Salviano interdicto, cum ejus Judicii ſummarii natura admittat ſolùm quæ certa ſunt, et liquida, nullamque probabilem recipiant controverſiam, et num.* 13.

14 *Fideicommiſſum, ubi hæres gravatus ſub conditione deficientiæ illius filiorum, ipſis de tempore ejus mortis ſuperextantibus, evanescit.*

15 *Interpretatio voluntatis Teſtatoris ex conjecturis adducta, ſubdubia eſt, ac plurimum controverſa, ita ut conſtans, ac certa dici non poſſit, antequam fuerit per rem judicatam approbata.*

16 *Ideoque admittenda non eſt in poſſeſſorio, ſummarioque Salviani Judicio.*

17 *Neque in ſummariſſimo manutentionis attendi debet.*

18 *Eoque minus objectæ detractiones, alienationes, ac alia pro exceptione deducta, longiorem diſcuſſionem exposcunt, quàm ſubjectæ materiæ postulat ratio.*

19 *Manutentionis remedium contra Judicis ſententiam ac ejus auctoritate immiſſum quibus caſibus concedi ſolcat: et quomodo procedatur.*

DECISIO LIX.

FRatres de Lafranchis creditores fructuum cenſuum q. Æneæ Ferreti in ſummis ſc. 1280 immiſſi fuerunt utilis Salviani remedio ex ſententia Locumtenentis Civitatis Ancoræ in poſſeſſionem nonnullorum bonorum debitoris contra Anton. illius filium, & hæredem, qui prætendens nulliter, ac injuſtè proceſſum petebat manutentionem. Verùm (hæc hodie cauſa diſcuſſa) viſa fuit Dominis concedenda Lanfranchis.

1 Quoniam illi poſſeſſionem adepti fuerant Judicis auctoritate, quæ juſtam præbet manutentionis cauſam *leg. juſte poſſidet, ff. de acq. poſſeſſ. l.* 1. & 2. *ff. ne vis fiat ei*, Rota penes ſan. mem. Greg. *deciſ.* 580. *n.* 2. *verſ. tanto magis*, &c. Cardin. Caval *deciſ.* 42. *ſub n.* 1. Durand. *deciſ.* 141. *n.* 1. *verſ. quia cum ille*, & *in rec. deciſ.* 513. *ſub n.* 2. *verſ. præſertim accedente decreto Judicis*, &c. *part.* 1. & *deciſ.* 448. *n.* 1. *verſ. ideoque*, &c. *part.* 4. *tom.* 2. & *deciſ.* 229. *ſub n.* 1. *cum*
2 *ſeq. part.* 5. cum aliis relatis in Romana Salviani 18. *Febr.* 1647. *in princ. coram R. P. Dom. meo Royas, ac in Lauretana Salviani* 28. *Jan.* 1650. *coram. Rever. D. meo Decano in §. ſi quidem conſtat*, &c. Atque adverſarii anteriorem elidi, ac excludi, ita quod illa non eſt manutenibilis, *l qui univerſes, §. item cum prætor*, ubi Odofred. Cuman. Ang. Alex. & alii, *ff. de acq. poſſeſſ.* Rota *deciſ.* 802. *ſub n.* 6. *verſ. idem enim operatur immiſſio*, &c. *cum ſeqq. part.* 1. *diverſ.* & penes ſan. mem. Greg. *d. deciſ.* 582. *ſub n.* 3. *verſ. nec obſtat*, &c. *cum ſeq.* Card. Caval. *d. dec.* 42. *n.* 2. *verſ. nec obſtat poſſeſſio*, &c. & *in rec. dec.* 644 *ſub n.* 5. *verſ. ſecundo principaliter, &c. n.* 1. & *d. dec.* 148. *ſub n.* 2. *verſ. & non eſt habenda in conſideratione*, &c. *part.* 4. *tom.* 2. & ſæpè in aliis.

3 Neque obſtat quod Judex præfatus nulliter, ac injuſtè proceſſerit.

Quia contrarium probatur non ſolùm ex juris præſumptione, quæ pro illius ſententia viget *dict. leg. juſtè poſſidet, ff. de acq. poſſeſſ. l.* 2. ubi not. DD. *C. de offic. civil. Judic.* Rota penes Mantic. *deciſ.* 272. *n.* 3. *verſ. ſeq. obſtat*, &c. ſan. mem. Greg. *dec.* 326. *n.* 14. *verſic. cum poſſeſſio*, &c. Durand. *deciſ.* 7. *num.* 19. *verſ. & ratio eſt*, &c. *ac dec.* 65. *num.* 1. *verſ. ſententia enim*, &c. *& in recent. deciſ.* 94. *nu.* 1. *verſ. ſententia enim* &c. *deciſ.* 654. *ſub n.* 6. *verſ. tam maximè*, &c. *part* 1. *ac dec.* 314. *ſub num.* 2. *verſic. nam cum cenſus*, &c. *dec.* 646. *ſub num.* 5. *verſic. cum alias pro Judice*, &c. *part.* 2. & *dec.* 489. *ſub n.* 2. *verſio etenim regulariter*, &c. *part.* 3. *dict. deciſ.* 148. *n.* 4. *verſic. attamen Judex in dubio præſumitur*, &c. *p.* 4. *tom.* 2. Sed ex ipſo proceſſu, in quo fuerunt rectè ſervati ter- 4
mini, & cætera omnia Judicii ordinem concernentia *juxt. deciſ. Verall.* 261. *p.* 2. Et plenè juſtificata quæcumque in hoc interdicto neceſſaria, ſcilicet creditum Actorum cum hypotheca omnium bonorum debitores præſentium, & futurorum ex duobus publicis Inſtrumentis cenſuum altero ſub die 23. Aprilis 1597. & altero ſub die 18. ejuſdem menſis 1598. celebratis per Æneam Ferretum ad favorem Curtii Lanfranchi, cujus ſunt in effectu hæredes Carolis, & Franciſcus fratres prædicti, ut Teſtes plures legitimè recepti deponunt. Quodque res de quibus agitur, fuerint in bonis præfati Æneæ poſt contractam hujuſmodi hypothecam conſtat ex pluribus Inſtrumentis actis, ac etiam confeſſionibus judicialibus ipſius Antonii in proceſſu productis. Et quod demum tempore Judicii hujus inſtituti ab ipſo Antonio poſſiderentur apparet ex eodem quoque proceſſu, & ſpecialiter ex publicis Inſtrumentis locationum cum exactione penſionum, ac cenſuum reſpective longâque litis ſuſtentatione; Quæ ad obtinendam in præſenti Judicio immiſſionem planè ſufficiunt, Bart. *in l.* 1. *ſub n.* 3. *verſ. quæro quæ eſt differentia*, &c. *ff. de ſalv. interd. & in l.* 1. *ſub n.* 1. *verſ. quæro quid differt*, &c. *C. eod. tit.* Rol. *conſil.* 14. *n.* 13. *verſic. primo requiritur*, &c. *lib.* 1. Neguſ. *de pignor. part.* 8. *memb.* 3. *ſub n.* 10. *verſ. ſeptima concluſio eſt*, &c. Menoch. *de adipiſc. rem ſub n.* 160. *verſic. quæro vigeſimo nono*, &c. *cum ſeqq.* Rota *deciſ.* 186. *in princip. & n.* 1. *part.* 4. *diverſ.* & penes ſan. mem. Gregor. *deciſ.* 318. *deciſ.* 491. *n.* 6. *verſic. juſtitia ſententiæ*, &c. apud Pen. *deciſ.* 601. *n.* 1. *verſ. cum enim*, &c. *deciſ.* 623. *per tot.* Buratt. *deciſ.* 728. *n.* 14. *verſic. quibus concurrentibus*, *per tot.* Durand. *deciſ.* 40. *n.* 1. *verſic. quibus concurrentibus*, &c. *ac deciſ.* 461. *ſub n.* 1. *verſ. juſtitia verò*, &c. *ac in recent. deciſ.* 294. *ſub num.* 1. *verſ. quia de credit*, &c. *cum pluribus ſeqq. part.* 1. *deciſ.* 775. *ſub num.* 1. *verſ. quibus ſtantibus*, &c. *part.* 2. & *deciſ.* 560. *ſub num.* 1. *Verſ. Domini affirmativè reſpondendo*, &c. *part.* 3. *ac deciſ.* 512. & *dec.* 513. *eadem part.* 4. *tom.* 3.

Non enim ſubſiſtit objecta nullitas ob defectum citationis Domini Franciſci Equitis Hieroſolymitani Fratris Antonii, atque cohæredis Æneæ communis eorum Patris.

Quia non fuit actum perſonali actione, ſed utilis 5
Salviani remedio, quod cùm ſit in rem ſcriptum, ſequitur poſſeſſorem bonorum qualis erat Antonius, ac proinde ille ſolus jure merito fuit conventus, & condemnatus *leg.* 1. ubi gloſſa, *verbo competit, ff. de Precar. & ſalv. interd. leg. fin. C. ſi unus ex plur. hæred.* Gloſſa *in leg.* 1. *in verbo non prohibueris, C. de hæred. action.* Menoch. *de adipiſc. d. rem.* 3. *n.* 55. *verſic. quæro ſeptimo*, &c. *cum ſeq.* Surdus *deciſ.* 174. *ſub n.* 8. *verſic. primum eſt*, &c. *conſ.* 191. *ſub n.* 9. *verſ. hoc autem non habeo pro abſoluto*, &c. Peregr. *de fideic. art.* 53. *n.* 53. *verſ quæ optimè corroborantur*, &c. & reſpondit Rota *deciſ.* 179 *ſub n.* 2. *verſ. quamvis enim*, &c. *cum ſeqq. ac deciſ.* 186. *n.* 5. *verſ. non obſtat quod dicitur*, &c. *cum ſeq. p.* 4. *diverſ.* & ſan. mem. Gregor. *deciſ. n.* 4. *verſ. Et remedium Salviani*, &c. *ac deciſ.* 252. *ſub n.* 5. *verſ. Et ſic D. Carolus*, &c. *part.* 4. *rec.* & fuit dictum *in Æſina Salviani* 18. *Junii* 1627. *coram RR. D. meo Decano, in Feretran. Paroch.* 18. *Febr.* 1628. *cor. bon. mem. Card. Viril.* apud Moder. Peruſ. *de manut. deciſ.* 219. *n.* 3. *verſ. nam reſpondetur*, &c. *deciſ.* 518. *n.* 16. *verſic. defectus nullitatis*, &c.

6. Nec

6 Nec relevat assertio ejusdem Antonii in ejus scriptura oppositiva libello actorum ac respondendo positionibus, quod possideret dicta bona pro indiviso cum ejus fratribus, & specialiter cum d. Eq. Francisco.

7 Quia cùm ex prædictis, & ex publicis Instrumentis tam locutionem, eorundem bonorum cum pensionum exactionibus, quàm dispositionis ac alienationis illorum mediante asserta donatione facta cæteris ejus filiis constet quod ipse solus ea possidebat, non est attendenda hujusmodi exceptio nisi justificetur, *leg.* 1. *ff. de except. l.* 2. *ff. de prob.* March. *part.* 2. *de comm. quod terr. ad caus. admitt. folio mihi* 260. *num.* 54. *vers. unde si aliquis*, &c.

Minus relevat protestatio ejusdem Equitis Francisci ad impediendam executionem d. sententiæ jam antea
8 prolatæ facta cum Inhibitione A. C. obtenta. Quia cùm illa pariter careret justificatione assertæ illius possessionis nullius erat momenti ad effectum impediendi executionem, ideoque jure merito præfata inhibitio fuit moderata ad *leg.* ubi glossa *in verbo restituantur*, *C. de privil. Fisc. gloss. in l. ob maritorum*, *in verbo probaveris*, *C. ne uxor pro marit.* Imol. *n. l. à Divo Pio* §. *si super rebus, sub n.* 15. *vers. Et an incumbat ei onus probandi*, &c. *in fr. vers. sed debebit probare*, &c. & benè declarat *ibid.* Alb. *n.* 1. *vers. Ex isto*, §. *colligitur quod nullus potest impedire executionem*, &c. *sub n.* 3. *vers. quia dato quod referens controversiam*, &c. *ff. de re jud.* Bart. *in d. l. ob maritorum*, *sub n.* 1. *vers. secus si ipsa uxor*, *in lect. antiq. sub n.* 2. *vers. secundò quæro*, &c. Bald. *sub n.* 2. *vers. sufficit ergo protestanti*, &c. *C. ne uxor pro marit.*
9 Specul. *part* 2. *sub rub. de prim. & secundo Decreto*, §. *restat* 3. *sub n.* 4. *versic. quid si apud eum*, &c. *juncto n.* 5. *vers. sed qualiter probabit*, &c. *infra*, Rota *decis.* 100. *sub n.... vers. præterea non sufficit*, &c. *cum seq. p.* 1. & *d. decis.* 197. *sub n.* 2. *versic. quamvis enim*, &c. *p.* 4. *div.* & penes Card. Seraph. *decis.* 314. *n.* 2. *vers. quo stante*, &c. *cum seq. dec.* 804 *sub n.* 1. *vers. nam ad hunc effectum*, &c. Caval. *dec.* 429. *n.* 1. *vers. non enim videbatur*,
10 &c. Buratt. *dec.* 206. *n.* 5. *vers. sicut non retardatur*, &c. *in rec. dec.* 335. *p.* 1. Siquidem aditio hæreditatis paternæ singulis fratribus pro eorum portionibus facta non æquè in eos transtulit naturalem bonorum possessionem, antequam fuerit actualiter apprehensa *l. cum hæredes*, *l. qui universus*, §. *quod per colonum. ff. de acq. poss.* Baldus, *in leg. fin. n.* 2. *versic. item ex hoc*, &c. *C. de Edict. Div. Adr. toll.* Crav. *cons.* 202. *n.* 35. *versic. nam dominum.* Eòque minus dum constat alterum ex eis solum, nempè Antonium conventum, & condemnatum possidere, ac de illis ad libitum disponere juxt. theor. Cyn. *in d. l. ob maritorum sub. n.* 1. *vers. aut res in quibus fit executio sunt penès conventum*, *& condemnatum*, &c. *C. ne uxor pro marit.* Bart. *in d.* § *si super rebus*, *sub n.* 4. *vers. aut istam rem possidebat ille*, &c. & ibi Cuman. *sub n.* 3. *vers. sed quando possidebatur ab illo*, &c. & cæteri Scribent. Olas. *dec.* 38. *per tot.* Rot. *d. decis.* 100. *n.* 33. *versic. præterea non sufficit*, &c. *part.* 1. *div.* & penès Buratt. *decis.* 186. *sub n.* 14. *vers. tandem visum fuit non obstare*, &c.

Præterea minus subsistit injustitia ejusdem sententiæ ex eo deducta, quod Actorum petitio elideretur exceptione anterioris hypothecæ præfato Antonio, ac ejus fratribus competentis ratione dotis maternæ, ac jurium censuum, seu creditorum anteriorum per eos respectivè super Æneæ patris acquisitorum, pro quibus illi retentionem de jure competiisse prærenditur.

Nam dos materna pro ea parte, quæ consistebat in fundo dotali, fuit restitutra. Pro summa verò scut. 3500.
11 expressa in Instrumento dotali sub die 27. Nov. 1588. celebrato fuit satisfacta mediante illius prædio Montis Torti ex publico Instrumento sub die 2. Julii 1615. quo I post mortem d. Æneæ ejus viri ab illa fuit alienatum pretio scut. 5000. ipti realiter soluto, ut constat ex alio publico instrumento sub die 16. Aprilis 1636. Ideoque extinctum fuit prædictum creditum, & quævis hypotheca pro illo competens *leg. item libera*, *ff. quibus mod. pignor. vel hypoth. sol. & leg. Stichum aut Pamphilium*, §. *naturalis*, *& leg. pen. ff. de solut. & habetur in princ. tit. inst. quibus mod. toll. oblig.* Surd. *decis.* 113. *sub n.* 1. *versic. senatus autem*, &c. Rot. penes Card. Mantic. *decis.* 146. *sub n.* 1. *vers. nam solutione*, &c. Burat. *de.* 283. *sub n.* 1. *vers. & sic solutione debiti*, &c. *in Romana Domorum de Regardis* 12. *Junii* 1651. *coram* RR. D. *meo Decano*, *in* §. *post. hanc postremam resolutionem*, &c.

Census autem, & debita hæreditatis paternæ à præfatis Doctoribus de Ferrettis soluta, & respectivè acquisita pluribus exceptionibus probabiliter impugnantur, quibus illorum validitas, ac relevantia in dubium efficaciter revocatur, ita ut majorem discussionem requirant, quam admittit summarii hujus judicii natura, in quo ea tantum, quæ certa, & liquida sunt, nullamque probabilem recipiunt controversiam impediunt immissionem, *leg. fin. C. quorum bonorum*, Natt. *cons.* 352. *n.* 4. *vers. ex prædictis* 12
sequitur, &c. Menoch. *de adipiscend. possess. d. remed.* 3. *sub n.* 180. *vers. & est hujus sententiæ ratio*, &c. Rota *decis.* 34. *sub n.* 11. *& n.* 23. *& part.* 2. *divers. & in Bononien. Dotis* 4. *Junii* 1665. *coram Litta* apud Statil. *de Salvian. interdict. decis.* 61. *per tot.* & penes fan. mem. Gregor. *decis.* 563. *n.* 15. *vers. licet sufficeret dicere*, *& decis.* 411. *n.* 24. *vers. neque creditum*, &c. *ac seq. p.* 5. *recent.* & in aliis adductis per eundem Statil. *de Salvian. interd. inspect* 2. *cap.* 1. *sub. n.* 71. *versic. aliud autem servatur in Salviano*, &c. *& cap.* 2. *n.* 42. *versic. in judicio Salviani*, &c. *cum seqq. inspect.* 5. *cap. unic. sub n.* 9. *vers. quod tamen intelligendum est*, &c. & fuit dictum in d. Lauretan. Salvian. 28. *Jan.* 1650. *coram Reverendiss. D. meo Decano in* §. *sed omnis cessare visa fuit difficultas*, &c. cum aliis relatis in Perusina Bonorum 18. *Junii* 1649. *coram Me in* §. *fin.*

Accedit etiam quod cum Antonius sit hæres Æneæ 13
patris, eoque titulo plura bona hæreditaria ad ipsum pervenerint ut apparet ex Inventario ab eo confecto, teneaturque ideo in prætensa ejus credita computare quidquid ex hæreditate recepit. Hinc etiam exceptiones prædictæ magis redduntur illiquidæ, ac proinde non erant in d. judicio admittend. Rota penes Card. Seraph. *decis.* 1178. Buratt. *decis.* 429. *n.* 4. *vers. Et alterius*, &c. *decis.* 852. *n.* 3. *vers. Et hæc exceptio*, &c. *in recent. decis.* 559. *sub n.* 3. *vers. sed ad hoc fuit responsum*, &c. *cum seqq. sub n.* 6. *vers. alia sunt credita*, &c. *part.* 1. *& decis.* 61. *n.* 4. *versic. accedit*, &c. *ac decisione* 377. *n.* 7. *versic. ex quibus*, &c. *part.* 2. *& decisione* 704. *part.* 3. *& decis.* 381. *sub n.* 4. *vers. ad quem effectum*, &c. *part.* 4.

Eadem ratione concedit exceptio Aviti fideicommissi par d. Antonium apposita.

Quia ex lectura testamenti non probatur, quin po- 14
tius excluditur. Cùm dict. Æneas ejusdem Testatoris filius gravatus sub hac conditione, *quod si d. Æneas decederet*, *seu decesserit sine filiis legitimis*, *& naturalibus*, *sive in pupillari ætate*, *sive postea quandocumque portio illi obveniens hæreditatis ipsius Testatoris pleno jure*, *& sine aliqua diminutione deveniat ad supra dictos Julium*, *Alexandrum*, *& M. Antonium ejus filios æquis portionibus*, &c. obierit pluribus superstitibus filiis legitimis, & naturalibus, *leg. ex facto*, §. *ex facta*, *ff. ad S. C. Trebell. leg. jubemus*, §. *pen. C. eod. leg.* 1. & ibi gloss. *in verb. deficere*, *C. de cond. insert.* Oldrad. *in ejus vulg. consil.* 21. *thema tale est. n.* 1. *versic. Et mihi videtur cum seqq.* Crass. *in* §. *fideicommissum quæst.* 34. Mantic. *de conj. ultim. volunt. lib.* 11. *tit.* 6. *sub n.* 8. *vers. hoc amplius*, &c. Peregrin. *de fideicomm. artic.* 28. *sub n.* 5. *versic. quod secundum jura scripta*, &c. *cum seq.* Rustic. *ad leg. cum anus lib.* 6. *cap.* 6. *& cap.* 7. Fusar. *consil.* 64. *n.* 6. *versic. secundo facit*, &c. Rota penes Buratt. *decis.* 280 *sub n.* 1. *vers. & ideo*, &c. Interpretatio

verò ex conjecturis adducta subdubia est, ac plurimum
15 controversa, ita ut constans, ac certa dici non possit antequam fuerit per rem judicatam approbata, Rota *decis. 477. n. 5. vers. quintò dicebatur, &c. p. 2. rec.*

16 Ideoque admittenda non erat in possessorio, summarioque Salviani judicio, ut respondit Rot. penes Card. Seraph. *decis. 1200. n. 6. vers. Et fidei commissum, &c. & in Romana Salvian. 3. Martii 1608. coram Pen.* apud Statil. *de Salvian. interd. decis. 59. n. 1. vers. tum etiam quia, &c. decis. 107. sub n. 1. vers. non obstabat,*
17 *&c. cum seqq. & in recentior. decis. 387. n. 3. vers. quibus non obstat receptio fideicommissi, & decis. 559. sub n. 7. vers. exceptio autem, &c. part. 1. decis. 456. n. 6. vers. Et in omnem eventum part. 2. & decis. 587. vers. non obstat exceptio fidei commissi, &c. part. 3. ac in Romana Census 26. Jun. 1647. in fin. coram R. P. D. meo Bichio.* Neque in hoc summariissimo manutentionis debet Rota penes Buratt. *decis. 623. n. 9. vers. quæ dicebantur de*
18 *prætenso fidei commisso, &c. & recentior. decis. 596. sub n. 5. vers. cum aliud. &c part. 3. ac in Romana Domus 16. Febr. 1629 coram Reveren. Terracinen.* apud Moder. Perus. *de manut. decis. 521. n. 12. vers. nec obstat, &c.* Eoque minus cum objectæ detractiones alienationes, ac alia ex utraque parte deducta longiorem discussionem exposcant, quàm subjectæ materiæ postulat ratio. Rota penes Burat. *decis. 853. sub n. 3. vers. nam omissa responsione, &c. cum seqq. d. decis. 559. sub n. 8. vers. Et licet conclusio, &c. cum seq. part. 1. rec.* cum aliis relatis in d. *Romana Domus coram Reverendiss. Terracinen. & in Romana successionis 24. Jan. coram me in §. fin.*

19 Postremò est adverrendum propositum manutentionis remedium contra Judicis sententiam, ac ejus auctoritate immissum facile nimium usurpari; Nam in illis demum casibus concedi solet, quibus constat Judicem de facto potius instar privati, quàm judicialiter processisse (quod sanè dici non potest in proposito casu.) Non autem quando legaliter processit esto quod intellectus errore captus injustè, vel nulliter judicaverit, tunc enim ordinario appellationis, seu nullitatis, atque aliis competentibus juris remediis, quidquid nulliter, vel injustè actum fuit revocatur, ac præjudicium parti illatum reparatur, nec congruus judiciorum ordo confunditur, ut explicat Rota penes Buratt. *decis. 185. sub n. 5. ad fin. versic. ex hac tamen, &c. cum seq* & latius in *Romana de Bombel. coram bon. mem. Card. Sacrato* apud Modern. Perus. *post tract. de manut. decis. 9. à n. 19. vers. super hoc considerarunt Domini, &c. cum pluribus seqq. & in Bononien. de Gozzadin. 23. Junii 1624. coram bon. mem. Card. Verospio*, apud eundem Modern. *de manut. decis. 465. n. 4. vers. ita multo minus, &c. cum seq. & in recent. decis. 674. sub. n. 3. vers. inter ea stante turbiditate, &c. part. 1. & decis. 646. n. 2. vers. talis autem injustitia, &c. cum seq. part. 2. & dec. 503. n. 17. vers. quia ad effectum notoriæ injustitiæ, & ac sed. part. 4. tom. 2.*

Et ita fuit resolutum utraque parte informante, &c.

R. P. D. Peutingero.

Anconitana Cambiorum.

Lunæ 2. Augusti 1649.

ARGUMENTUM.

Quando debeantur cambia illi, qui habuit facultatem recipiendi pecunias ad cambia: quomodo intelligatur illa facultas: & cambia quando debeantur uti damna, & interesse.

SUMMARIUM.

1 *Facultas concessa cum hoc verbo:* bisognando: *non est simplex, et absoluta, sed conditionalis.*

2 *Dictio* parimente, *repetit conditionem appositam in alio casu immediatè præcedentem, eamque purificat, atque connectit cum sequenti.*

3 *Junctis præsertim aliis verbis relativis,* come di sopra, *quæ item referunt omnia in præcedenti casu expressa.*

4 *Eoque magis cum eadem conditio utrique casui bene conveniat, et æqualiter adaptetur.*

5 *Facultas concessa sub conditione, non potest priùs exerceri, quam purificata sit hujusmodi conditio, dum non aliter, priùs ipsi censeretur concessa.*

6 *Faeultate recipiendi pecunias sub interresse cambiorum concessa sub aliqua conditione: purificatione conditionis, et facultatis executio debet concedenti intimari, tùm pro justificatione mandatarii, tùm pro indemnitate mandantis: ut ille posset, vel pecunias uliundè sub levioribus fortè usuris, vel aliter providendo, graviores cambiorum evitare, vel ab eis demum se eximere, et liberare.*

7 *Nec scientia mandantis præsumpta sufficiens est, sed certa, et indubitata requiritur ad effectum ut ad interesse cambiorum teneatur.*

8 *Librorum inspectio inter socios post finitum negotium, non suffragari potest pro justificatione cambiorum priùs minùs legitimè receptorum, quæ à consensu et voluntate partium non pendent.*

9 *Cognoscere prætensa post litem cum Adversario contestatam cambia, quando non debentur uti cambia; an debeantur saltem ratione damnorum et interesse, cadit sub illa inspectione. An constet de credito liquido Actoris.*

10 *Et an Reus conventus justam habuerit contradicendi causam: et alia concurrant, quæ traduntur à Rota in decisionibus hic allegatis.*

DECISIO LX.

AUditis denuò partibus, relatisque in Congregatione memorabilibus per eas exhibitis, censuerunt Domini non esse differendam ulteriùs traditionem voti. Quia licèt Sturano concessa fuerit per Angelum de Orimaldis facultas recipiendi pecunias sub interesse cambiorum non solùm pro solvendo pretio olei à Betto empti, verùm etiam alterius cujuscumque quantitatis necessariæ pro servitio appaltus ab eodem Angelo comparandæ, ut legitur in instrumento inter eos celebrato sub die ultima Dec. 1630. illa tamen non fuit simplex & absoluta, sed conditionalis scilicet, Rot. (*bisognando*) penes Card. Seraph. *dec. 593. n. 1. vers. & cum illa facultas*; Nam verbum illud adjectum in primo casu solvendi pretii olei à Betto empti, fuit repetitum in sequenti, in quo agitur de solvendo pretio ab aliis per An- 2
gelum comparandis mediantibus illis verbis (*con pigliare parimente denari à cambio, o altro interesse, che si potrà come sopra;*) Quæ sanè dictio (*parimente*) eandem repetit conditionem appositam in alio casu immediatè præcedenti, eumque purificat, atque connecti cum sequenti
ad *cap. venerabilem*, §. *quod autem extr. de elect.* Rebuff. 3
in l. paries 157. in fin princ. vers. de adverbio, pariter, ff. de verb. signif. Præsertim junctis aliis verbis relativis (*come di sopra*) quæ item referunt omnia in præcedenti 4
casu expressa, Rota *dec. 168. sub n. 8. vers. præcipuè p. 2. rec.* Eoque magis cum eadem conditio utrique casui benè conveniat, & æqualiter adaptetur, cum non sit verisimile Angelum voluisse in alterutro casu latiorem concedere facultatem, quatenus pecuniæ ex revenditione olei retrahendæ superessent, vel aliter provideri possent, sed urgente tantùm necessitate, ut in his terminis respondit Rota *decis. 711. sub n. 1. vers. cum in eo tantum casu, & sub n. 2. vers. non obstat, ac seq. p. 3. rec.*

Atque ideò non poterat Sturanus illam antea exercere, quam purificata esset hujusmodi conditio, cùm non 5
aliter nec priùs ipsi censeretur concessa *l. pecunia m, ff. si*

ff. si cert. pet. l. grege §. si sub conditione, ff. pig. l. si sub conditione, ff. si quis omis. caus. test. Bald. *cons.* 149. *isti executores lib.* 4. Surdus *cons.* 91. *n.* 11. *vers. & conditio* cum aliis adductis per Galgan. *de condit. & demonstrat. part.* 1. *cap.* 88 *sub n.* 1. *cum seqq.*

Quare justum & æquum erat, quod tam conditionis purificatio, quàm facultatis executio Angelo intimaretur, tum pro justificatione mandatarii, tùm pro indemnitate mandantis, ut ille posset, vel pecunias aliundè sub levioribus fortè usuris, vel aliter providendo praviores cambiorum evitare, vel ab eis demùm se eximere, ac liberare, ut benè probat Rota Genuen. *diverf. decis.* 14. *sub n.* 9. *vers. quarto concessis prædictis* & fuit resolutum in Mediolan. *pecuniaria* 27. *Mart.* 1602. *coram Litta decis.* 775 *sub n.* 1. *vers. secundum est*, ubi aliæ plures referuntur concordantes *p.* 4. *divers. & in Romana Cambiorum* 4. *Jul.* 1618. *coram bon. mem. Manzanedo in princ* ac in aliis relatis in præcedentibus decisionibus in hac causa emanatis. Et propterea cum in his omnibus Sturanus defecerit, non possunt illi cambia deberi, esto quod cætera requisita, quæ desiderantur, fuissent plenè probata.

Nec relevans visa fuit præsumpta illius notitia ex eo deducta, quod sciverit pecunias in negotio collocatas non reperiri, ac libros Sturani viderit.

7 Quia nec scientia præsumpta ad hunc effectum sufficiens erat, sed certa ac indubitata requirebatur, Rot. penes Card. Seraph. *decis* 991. *sub n.* 2. *versic. cum enim simus*, & sanct. mem. Greg. XV. *decis.* 425 *n.* 5. *versic. quæ tamen cum seq. & decis.* 525. *n.* 8. *vers. & requirebatur certa*, & in his terminis in *d. Romana cambiorum* 4 *Jul.* 1614. *coram Manzanedo in fine princ. vers. de qua intimatione*; Eòquo magis quia cum pecuniæ ex revenditione olei redigendæ ad manus Sturani pervenire deberent, ut specialiter conventum fuit in d. instrumento, ibi, (*che tutto il denaro, che giornalmente entrarà di detto olio che si vendrà à minuto vadi in mano del detto Sig. Storano per sua sicurezza come sopra, à à esso S. Storano stia tuto il maneggio del detto, raratto per pagare li ogli, che occorrerano,*) non poterat Angelus esse certus, quod pecuniæ ad negotium spectantes non reperirentur penes Sturanum administratorem, nisi specialiter admoneretur.

8 Nec illa librorum inspectio post finitum negotium satis justificatur, neque suffragari potest pro justificatione cambiorum priùs minùs legitimè receptorum, quæ à consensu, & voluntate partium non pendent, ut fuit responsum in *dicta decis.* 775. *n.* 2. *vers. nec facit part.* 4. *divers. & in d. dec.* 711. *sub n.* 6. *vers. obstat part.* 3. *rec. & in d. Romana Cambiorum coram Manzanedo in* §. *quibus non obstat.*

9 An autem cambia per Sturanum prætensa debeantur saltem ratione damnorum, & interesse post litem cum Dario Scalamonte Angeli fidejussore contestatam, alia est inspectio pro cujus resolutione videndum esset; An constet de crediti liquido Actoris, ut fuit dictum in Lauretana bonorum 31. *Febr.* 1618. *coram bon. mem. Card. Sacrato in rec. dec.* 12. *part.* 4. *tom.* 2. cum aliis relatis per moder. Rom. *discept.* 42. *n.* 23.

10 *vers.* 5. *an debitum sit liquidum, cum seq.* Et an Reus conventus justam habuerit contradicendi causam, *l. lecta ad fin. vers. non enim in mora est, ff. si cer. pet. leg. si quis solutionis, ff. de usur. cap. non est de reg. jur. in* 6. Card. Mant. *dec.* 68. *n.* 5. *vers. nam sicut, decis.* 23. *n.* 3. *vers. quoniam mora cum seq.* inter consilia Farin. Et an alia concurrant tradita per Card. Serap. *dec.* 946. *n.* 5. *vers. ideoque & seqq.* Cocc. *dec.* 256. *n.* 4. *vers. circa interesse, ac dec.* 362. ante consilia Farin. Scac. *de camb.* §. 1. *q.* 7. *p.* 2. *ampliat* 8. *n.* 100. *vers. accedo ad primum, cum seq.* quæ ex hactenus deductis non videntur satis justificari, ideò Domini voluerunt de iis particulariter videre.

Et ita, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana fructuum Census.

Mercurii 24. *Novembris* 1649.

ARGUMENTUM.

Accollatio facta ab emptore, non extenditur ultra expressa in venditione Dispositio *leg. curabit, C. de actio. empt.* exornatur, & declaratur. Evictionis periculum, si excusat emptorem retinentem pretium à mora, non excusat à fructibus compensativis.

SUMMARIUM.

1 *Accollatio facta in venditione ab emptore, ad aliam causam, præter ibi expressam, referri non potest.*

2 *Æquitas* leg. curabit. *semper admitti solet favore domini rei venditæ, ac ipsius hæredum, quoties conventum pretium cum gravi ejusdem jactura penes emptores, vel in totum, vel in aliqua sui parte remanserit.*

3 *Dispositio* leg. curabit, *declaratur obtinere locum in casu, quo pretium penes emptorem prosecurit.te evictionis remansisset.*

4 *Evictionis periculum, solum excusat emptorem retinentem pretium, à mora, non autem à fructibus compensativis.*

5 *Emptor fundi obligatus in aliquem casum, pretium investire pro subroganda evictione in locum rei venditæ: eveniente illo casu, ejusdem obligationis vigore jure poterit conveniri loco damnorum et interesse, pro fructibus qui ex investimento percepti fuissent.*

DECISIO LXI.

FUerat coram me pro duabus vicibus resolutum indebitos esse fructus à Margarita, & Aurelia petitos ex capituli scut. 500. olim pro dote Lucretiæ ipsarum auctricis assignato, ac cauto super vineæ extra portam Angelicam consistente quam summam in ejusdem venditione vineæ conventum fuit, ut Petrus Emptor teneretur in casu restitutionis dotis investire in locis Montium, censibus, seu stabilibus, interim verò pro ea persolvere eidem venditori annuum redditum scut. 37. cum dimidio ab eodem Emptore in eam causam accollatum, & à successivis ipsius vineæ emptoribus promissum, eos proinde fructus exigi non posse responsum fuit, sivè ex jure dotali Lucretiæ, postquam per ipsum obitum fuerat matrimonium dissolutum, sivè ex re propria, seu fundo dotali, dum dos ipsa fuerat constituta in pecunia, & solum assecurata in eadem vinea sive ex titulo censuali, cum ipsius creatio neque per instrumentum, neque per testes ex adverso justificetur, sivè demum ex dispositione *leg. curabit* Domino rei venditæ fructus attribuentes, donec integrè pretium consignetur, ex quo per accollationem integra solutio præcesserat; quo dubio ad disputationis trutinam hodie revocato, animadverterunt Domini tria prima decisionum fundamenta in suo robore persistere, ultimum verò ex facto corruere, adeoque à decisis recesserunt.

Ex ipso enim venditionis Instrumento convincitur 1
annuum redditum scut. 37. cum dimidio ab ipsomet Emptore fuisse tantum accollatum sub expressa declaratione, ut in quocumque casu restitutionis dotis illud teneretur restituere, quæ proinde accollatio ad aliam causam præter ibi expressam referri non poterit, sive extinctionem capitalis operari juxt. cons. Soc. 65. *n.* 5. *lib.* 4.

Rota Romana, *dec.* 1. *n.* 8. Rota *coram Card. Caval. dec.* 165. *n.* 2. *&* 120. *n.* 5. & in aliis relatis in *Romana pecuniaria* 18. *Jun.* 1646. *coram R. P. D. meo Corrado in §. 2. partita, & in §. demum* ne ipsis proinde mulieribus hæredibus Joan. Baptist. Baccii primi venditoris, ac Domini ejusdem vineæ obesse quin beneficio *leg. curabit*, ubi possint, cum ea legis æquitas semper admitti soleat favore Domini rei venditæ, ac ipsius hæredum, quoties conventum pretium cum gravi ejusdem jactura penes emptores, vel in totum, vel in aliqua sui parte remanserit, ut ex verbis ejusdem textus manifeste colligitur, & in *leg. fructus, C. eodem tit.* notat gloss. *in* 2 *leg. Julianus §. ex venditio ff. de act. exempt.* Bal. *in leg. 2. n. 7. C. de usur.* Castr. *n.* 1. Honded. *consil.* 30. *n.* 34. Rota *in Romana Cafaletii* 20. *Jun.* 1616. *coram Sacrato, & cor. Merlino inter impress.* 378. *n.* 3. *& in Romana pecuniaria* 15. *Junii* 1641. *coram Emin. D. Card. Verospio* confirmata, deinde coram me *de anno* 1646. *sub die* 8. *Junii* & pluribus comprobant moder. Rom. *discept. forens. c.* 939. *n.* 17. & 18. ubi præterea declarant dispositionem ejus legis obtinere locum in casu, quo pretium penes Emptorem pro securitate evictionis remansisset prout in proposito casu contingit, quia evictionis periculum solum excusat à mora, non autem à fructibus 4 compensativis. Quos fortè fructus eò facilius admittendos esse in casu proposito Domini responderunt, quòd ipsemet Emptor eventente casu restitutionis dotis prædictæ fuit 500. erogare promissurat in census, stabilia, 5 vel loca montium pro evictione subrogenda in locum venditæ vineæ, cujus vigore obligationis idem jure poterit conveniri loco damnorum, & interesse pro fructibus, qui ex investimento percepti fuissent, juxta *l. Tutor, §. si post ff. de adm. tutor. leg. si Procuratorem. §. mandati actio ff. mand.* Honded. *cons.* 139. *n.* 3. *cum seqq. lib.* 2. Rota *in Romana multiplici* 25. *Febr.* 1619. *coram Ubaldo inter impress. decis.* 85. *part.* 4. *tom.* 2. *recent. n.* 14. ubi conclusionem ampliat etiamsi requisita, Castr *in leg.* 3. *ff. de eo quod certo loco* non justificentur, *& in Bononien. de Lambertinis* 3. *Julii* 1647. *in §. ratio primæ partis cum seq. coram R. P. D. meo Sicilio, & in Romana quatuor annorum* 21. *Jun. præteriti coram R. P. D. meo Peutingero.*

Et ita utraque parte decisum, &c.

F. F. D. ARGUELLES.

Romana Cambii.

Mercurii 9. *Junii* 1649.

ARGUMENTUM.

Obligatio conditionalis mandatur executioni impleta conditione: concipitur etiam adverbium futuri temporis. Demonstratio est quid diversum à conditione. Sententia lata cum legitimo contradictore, afficit etiam non citatum, in consequentiam. Pupillus, sicut obligari, neque sine tutore conditionem implere potest. Non creditur procuratori, nisi mediante exhibitione mandati. Mandatum aliquando probatur conjecturis, & præsumptionibus, & quocumque legitimo modo probatum, validum reddit judicium. Plura hujus generis habentur, ut in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Conditio accepta per adverbium futuri temporis, est conditionalis.*

2 *Quando, quando* vel quandocumque, *est futuri temporis.*

3 *Verbum*, quandoque *accipitur etiam pro* quandocumque, *et importat conditionem.*

4 *Res judicata valet declarare quem verum alterius Creditorem.*

5 *Obligatus sub conditione, potest cogi vigore obligationis, implicita conditione.*

6 *Pari, et purificati eadem est conditio.*

7 *Obligatio cameralis habet paratam executionem, et ideo ejus vigore agitur executivè.*

8 *Demonstratio conditionem non inducit.*
Et nihil interest, an vera sit, aut falsa, dummodò constet de demonstrato.

9 *Demonstratio nihil aliud est, quàm signum adjectum pro majori declaratione.*

10 *Demonstratio, et conditio inter se differunt, remissivè.*

11 *Verba demonstrationem inducentia, in dubio potius demonstrativè, quàm dispositivè sunt accipienda.*

12 *Verba demonstrativè prolata non disponunt.*

13 *Conditio est futurus eventus, in quem dispositio confertur.*
Et idèò ad casum præteritum referri non potest.

14 *Nec etiam conventio.*

15 *Verba sunt intelligenda secundum statum, et materiam, ad quam partes se præparant.*

16 *Verba in dubio, de futuro sunt intelligenda.*

17 *Et secundùm magis verisimile.*

18 *Sententiam non afficit non citatum ad vulg. reg.* Res inter alias acta, etc.

19 *Sententia lata cum legitimo contradictore ad quem causæ defensio primo loco pertinet, nocet etiam non citatis (licèt non ut exequi possit contra eas) saltem in consequentiam.*

20 *Ad Judicium, et litis examinationem tantùm vocandus est ille, quem negotium principaliter tangit, non autem quos in quandam consequentiam litis defensio potest attingere.*

21 *Dies obligationis conditionalis, cessit, et venit, impleta conditione.*

22 *In conditionis implemento non requiritur præsentia, aut scientia disponentis.*

23 *Nec gravati.*

24 *Conditio in Testamento eo, à quo relictum est, etiam invito, impleri potest.*

25 *Et absente.*

26 *Præsentia, vel scientia contrahentium generaliter in implemento conditionis non est necessaria.*

27 *Damnum nullum infertur contrahentibus sub conditione, ex ipso conditionis implemento.*

28 *Actio, vel obligatio in contractu conditionali, non oritur ex conditionis implemento, sed ex præambula conditionali dispositione.*

29 *Pupillus sine Tutoris auctoritate, conditionem implere potest.*

30 *Pupillus obligari non potest sine Tutoris auctoritate.*

31 *Quoties quid venit ad implementum alterius, non agitur ex implente, sed ex impleto.*

32 *Protestatio* neminem audiri, nisi docto de legitimo mandato, *nullum reddit quidquid actum fuerit absque eo.*

33 *Nec tunc sufficit esse verum procuratorem, et adesse mandatum, nisi ostendatur et in actis producatur.*

34 *Neque etiam tunc sufficit probare mandatum per conjecturas.*

35 *Procurator in judicio non creditur quidem, nisi mandatum proferatur ita ut legi possit.*

36 *Nec etiam sufficit probari per Testes.*
Ratio penes Castr. in l. 1. n. 1. C. de procur.

37 *Mandatum, ex consuetudine, imo ex lege promulgata Cathaloniæ non admittitur in Judicio, nisi fuerit subscriptum ab Advocato, declarante esse sufficiens.*

38 *Quid servetur in variis locis, et ex variis statutis.*
39 *Communis opinio subscribitur à multis, quod possit probari per testes.*
40 *Mandatum in scriptis debet produci, et vix posset obtineri, nisi produceretur cum multa substantialia requirantur, quæ non possunt probari per testes.*
41 *Probatio mandati facta per testes nihil operaretur, nisi ad cautelandum Procuratorem à pœnâ falsi, et expensis.*
42 *Probatio mandati facta per testes Reum juvare non potest si quando is experit postea à dominio convenire.*
43 *Et sic eluderetur judicium, et Reus parta victoria frui non posset.*
44 *Mandatum quando est dubium, juretur ut procurator caveat de ratificatione de rato.* Pichard. inst. tit. de satisd. §. 2. num. 9. cum seqq. *non modicam lucem huic conclusioni præstat.*
45 *Producens Instrumenta debet satisdare de rato: probatur in puncto.*
46 *Probatio testium, circa existentiam mandati si sufficiens non est, ut securus maneat Reus, multominùs probatio præsumptiva.*
47 *Præsumptio mandati ex productione Instrumentorum, est præsumptio semiplena.*
Et non admittitur ex ea procurator, nisi cum cautione de rato.
48 *Sed esto esset plena, nec sufficeret.*
49 *Ratificatio gestorum à Procuratore, facta protestatione nullius momenti est post sententiam.*
Etiam si protestatio non processerit, n. 51.
50 *Et ante sententiam.*
52 *Rota æquiorem sententiam amplexa, voluit sufficere eâdem stante protestatione, mandatum probare conjecturis, et præsumptionibus, et validum esse Judicium.*
53 *Conjecturæ potentissimæ mandati sunt, productio Instrumentorum, et expensæ in litigando factæ.*
54 *Et eis mandatum probari sentit Rota.*
55 *Mandatum quocunque legitimo modo probatum validum reddit Judicium.*
Imò et à cautione de ratione de rato excusatum procuratorem ac si per Instrumentum in actis productum, et per formam si Procuratorem 65. ff. de Procurat. *probatum esset.*
56 *Legitimus modus probandi mandatum, est etiam per præsumptiones, secundum Rotam.*
57 *Doctores, qui detestantur probationem mandati per testes declarantur: non dicunt, quod mandato sic probato, judicium sit nullum, sed quod tunc etiam debeat procurator cavere de rato.*
58 *Quod æque negant alii.*

DECISIO LXII.

PRomiserat Hyppolitus Coccapanius scuta 2069. sibi debita, & solata à Marchione Pallavicino restituere sacro Monti Pietatis, vel Joanni Mancino, quandocumque d. Mancinus fuisset declaratus verus, & legitimus creditor d. Marchionis, quam conditionem impletam fuisse per rem judicatam coram R. P. D. meo Peutingero contendens, Joannes obtinuit mandatum ab A. C. executivum contra Hyppolitum, ob cujus appellationem causa commissa, mandatum esse exequendum Domini responderunt.

1 Certum est enim obligationem istam fuisse conditionalem, ut potè conceptum per adverbium futuri temporis scilicet, *Ogni volta che sarà dichiarato* quod
2 latinè reddit, quandocumque declarabitur, & sic intrat regula Bart. *in l.* 1. *n.* 15. *& n.* 22. *ff. de cond. & dem.* ibi, *subjicio tamen hic regulam, quod omne adverbium quod dispositionem suspendit in aliquem futurum eventum facit conditionem.* Galgan. *de cond. & demonstr. part.* 1. *c.* 5. *n.* 2. *part.* 2. *c.* 1. *q.* 2. 5. *& melius d. part.* 1. *c.* 89. *n.* 8. Et de verbo quando, seu quandocumque Alberic. Spiegel. *& Calvin. in Lexic. verbo quando, & verbo quandoque*, ubi multis adductis juribus probat verbum quandoque accipi pro quandocumque, & importare conditionem, & de verbo quando, Barb. *cum aliis juribus, & Doctoribus dict.* 307. 3

Fuisse autem Joannem declaratum verum creditorem Marchionis, constat ex re judicata, Alberic. *in l. qui Roma* 122. §. *Agerius n.* 1. *ff. de verb. obligat.* Jason. ex Jacob. de Aren. Rayner. Imol. Aret. *per leg. primam, ff. de re jud. leg. res judicata* 207. *ff. de reg. jur.* & per eadem jura Alex. *ibi n.* 3. (quibus possunt addi vulgaria jura per Velasc. *axiom.* 87.) Mantic. *de tacit. lib.* 2. *tit.* 1. *n.* 45. faciunt tradita per Bolognett. *ad d. leg.* 122. §. *dico fratres n.* 21. 35. 37. 40. *cum seq.* Surd. *decis* 218. *n.* 8. 4

Impleta verò conditione Hyppolitum cogi posse ad restitutionem non minus clarum est *vulg. text. in leg. credere diem* 213. *ff. de verb. signif. l. Bovem.* 43. §. *si sub conditione, ff. de cond. & demonstr.* ibi expleta conditione *l grege* 13. *ff. de pign. l. quoties* 1. *in ordine* 5. *ff. de verb. oblig.* & aliis citatis Rota *decis.* 34. *n.* 1. *part.* 4. *& dec.* 109. *n.* 1. *part.* 7. *recent.* Seraph. *decis.* 1396. *n.* 2. *& n.* 3. Verall. *decis.* 272. *n.* 1. *part.* 2. & post Zacch. *de oblig. Camerali dec.* 160. *n.* 2. Quia puri, & purificati eadem est conditio *leg. fin.* §. 1. *ff. de vulg. leg. sed, & si de sua* 34. §. 1. *ff. de acq. hæred. cum aliis* per Velasc. *tit. P. axiom. fi.* Galgan. *cum pluribus, de condit. & demonstr. p.* 2. *cap.* 1. *quæst.* 66. *n.* 14. & executivè, cum obligatio Cameralis sub qua se obligavit Hyppolitus paratam habeat executionem, ut est vulgarissimum, & mille testantur apud Zacch. *de oblig. Camer. q.* 1. *num.* 5. *& puncto decis.* 52. *num.* 1. *& 2. p.* 3. *rec.* 5 6 7

Non obstat exceptio, quod non appareat declaratum per Judicem Criminalem, sed solum per civilem, quia verba illa *super quo pendet controversia tam civilis, quam criminalis*, non stant conditionaliter, ut utriusque Judicis quærenda sit declaratio; sed demonstrativè ut ostenderetur de quo cambio loquebantur contrahentes, sic enim sunt verba concepta. *Sara obligata restituir li, &c. o al Signor Giovanni ogni volta che sara dichiarato sia vero, e legitimo creditore di noi infra scritti Pallavicini del cambio sopra il quale verte controversia, &c. tanto civile quanto criminale.* Demonstrationem autem conditionem non inducere satis constat, ex eo quod nihil interest, an vera sit, aut falsa, dummodo constet de demonstrato, vulgaria jura in *l. demonstratio* 17. *l. falsa* 33. *leg. quibus* 40. §. *dotalem leg. cum tale* 72. §. *falsam cum seqq. ff. de condit. & demonstr. l. nominatim* 34. *l. si sit legatum* 78. §. 1. *ff. de leg.* 1. *l. Quintus* 10. *l. scribit* 54. §. *item scribit. ff. de aur. & arg. leg.* §. *huic proxima* 80. *Institut. de leg. multis aliis*, Gothofr. *d. l.* 33. *lit. X.* Gomez 1. *tom. var. cap.* 12. *n.* 74. Cujac. Petr. Greg. & alii penes Pichard. *d.* §. 30. *n.* 1. *ubi* Theoph. reddit rationem; quia demonstratio nihil aliud est, quàm signum adjectum pro majori declaratione, & facit Ulpian. *in l. quoties*, 9. §. *si quis nomen, ff. de hæred. instit.* Petr. Greg. *syntagm. lib.* 42. *cap.* 32. *n.* 53. ubi differentiam inter demonstrationem, & conditionem scribit, & optimè Jurisc. Floren. *in dict. leg. nominatim* 34. §. 1. *& leg. Stichum* 6. *& leg. quidam testamento* 96. *ff. de leg.* 1. rectè Cujac. *in recitation. ad cund. tit. d. l.* 6. *mihi, qui uter, impressione Lugdunensi* 1600. *tom.* 2. *col.* 798. *sub lit. C.* & faciunt benè tradita per Martam *consil.* 106. *n.* 7. Galganet. *ubi suprà de condit. & demonstrat. p.* 1. *c.* 91. & quod notat juribus, & Doctoribus *n.* 11. quod in dubio potiùs demonstrativè, quàm dispositivè sint accipienda, Mart. *ubi supra cum aliis n.* 13. Durand. *decis.* 342. *n.* 4. & 409. *n.* 3. Et quod verba demonstrativè prolata non disponant præter relatos Galganet. *ubi proximè cap.* 90. *n.* 7. Rota *decis* 505. *n.* 3. *part.* 4. *n.* 3. & 314. *part.* 5. *recent.* qui multos congerunt, & favent pro responsione hujus objecti, quæ dicentur in §. sequenti. 8 9 10 11

13 Nec adversatur fuisse cambium usurarium declaratum per sententiam Locum tenentis Criminalis A. C. quia contractus fuit factus non solum post eam, sed etiam post sententiam revocatoriam à Senatore secundæ instantiæ in causa criminali Judice prolatam, quæ tranſitum fecerat in judicatum. Unde apparet contrahentes sensisse de sententia Rotæ in qua pendebat per appellationem causa civilis; quia ad 14 futurus eventus in quem dispositio confertur *leg. institutio talis* 10. §. *fin. ff. de condit. instit. leg. itaque* 39. *ff. de reb. cred. d. l. nominatim.* 34. §. *fin.* 15 *ff. de condit. & demonstr.* & præter Ordinarios *in dictis juribus*, & *in leg.* 1. *ff. de condit. & demonstr.* 16 Galganet. *d. cap.* 1. *part.* 1. *n.* 12. Pichard. *in Rubr. Institut. de vulg. n.* 15. Faber, *d. l.* 37. Gothof. *lit. N. & O.* Nec etiam conventio, ut ex Bartol. Mant. 17 benè ad propositum Altogr. *cons.* 95. *n.* 62. Præterquam quod verba sunt clarissimè concepta in tempus futurum, ut *in* §. *proximè præterito*, imò verba esse intelligenda secundum statum, & materiam ad quem partes se præparant, ait Surd. ex Natt. & aliis *consil.* 395. *n.* 33. Imo in dubio verba, de futuro esse intelligenda *l. solemus* 9. & ibi Bart. *l. si vir* 61. *de cond. & demonstr.* & secundum magis verisimile Fontanell. *decis.* 76. *num.* 11. *ex l. nuptura* 58. *ff. de jur. dot.* Et sic nec conditio, nec conventio potuit referri ad sententiam criminalem jam transactam in judicatum, nec interest quid fuerit in ea dictum, cum inter partes verbis expressis in futurum prolatis convenerit de sententia ferenda.

18 Non remoratur quod Hyppolitus non fuerit citatus ad causam, per quam Joannes fuit declaratus legitimus creditor, *ex vulg. regula res inter alios acta, &c. tit. C.* cum mille vulgatis per Gothofr. *ibi*, & Ve- 19 lasc. *lit. R. axiom.* 104. Quia præterquam quod sententia (ut respondebant informantes pro Joanne) lata cum legitimo contradictore ad quem causæ defensio primo loco pertinet, nocet etiam non citatis (licèt non ut exequi possit contra eos) saltem in consequentiam, Covar. *pract. cap.* 13. *n.* 2. *versic. nec obstant*, & *n.* 6. *vers. hoc ipsum* cum aliis penes 20 Coccin. *decis.* 216. *num.* 4. registrata apud Marches. *de commiss. part.* 1. *cap.* 5. *fol.* 234. *& in Romana Salviani* 15. *Jan.* 1644. §. *cum enim coram R. P. Dom. meo Verospio*: Quia ad judicium & litis examinationem tantùm vocandus est ille, quem negotium principaliter tangit, non autem quos in quandam consequentiam litis defensio potest attingere, insignis Gloss. communiter recepta secundum Covar. *ubi supra* qui multos congerit, & ultra eos, & alios à Rota supra congestos faciunt optimè verba Alex. *consil.* 86. *visis dubitationibus nu.* 13. *lib.* 2. ibi, *Licet sententia possit in consequentiam facere præjudicium alicui, tamen non debet citari nisi illud præjudicium de sui natura tenderet principaliter in damnum ipsius tertii, &c.* & ponit exemplum in terminis fortioribus & alios citat, quos sequitur Hyppolitus de Marsil. *in repet. tit. l. de unoquoque* 47. *ff. de re jud. n.* 116. *& fere idem. n.* 72. Hyppolyto verò non nocet sententia, nec ex jure viribus rei judicatæ; imò nec in con- 21 sequentiam, quia nihil ex his, quæ in illa lite, vel sententia continentur petitur contra eum nec ulla actio 22 aut exceptio, vel jus, quod ex illa oriatur, aut formetur, contra intentetur, aut ulla evictio ob quam ipse teneatur, sed tantum obligatur ex ea stipulatione scilicet conditionali, cujus dies cessit & venit 23 impleri conditione *d. l.* 213. *ff. de verbor. signif.* in cujus 24 implemento, nec requiritur præsentia, aut scientia disponentis, *l. si ita* 45. *alias* 46. §. *fin. ff. de leg.* 2. *l. quidam relegatus* 6. *ff. de reb dub. l. hæc conditio* 10. 25 §. *sic. cum l. seq. ff. de condit. & demonst.* nec gravati 26 *l. mortuo* 15. *l. si peculium* 20. §. 1. *ff. de stat. lib.* quia eo à quo relictum est, etiam invito impleri conditio 27 potest *l. statu liberos* 3. *ff. de stat. lib.*, & *absente*, *l. cum hæres* 4. *ff. eod.* & generaliter præsentiam vel scientiam contrahentium necessariam non esse in implemento conditionis tenuit Bart. *in l. si quis arbitratu* 43. *n.* 7. *vers. præterea*, *ff. de verb. oblig.* & 28 ibi Donell. *n.* 20. quia nullum damnum infertur ex ipso conditionalis implemento *opt. text. in l. conditio* 5. ibi, *Nam hoc jure potestatis fieri non conditionis expletæ*, & ibi Gothofr. *lit. Z. l. si pupillus* 26. *ff. de condit. instit.* Non enim ex conditionis implemento 29 oritur actio, vel obligatio, sed ex præambula conditionali dispositione, ut benè advertit Bald. *in l. ex placito* 3. *n.* 7. *C. de rer. permut.* Castr. *in d. l.* 5. *ff. de condit. & demonstr. n.* 2. Gothof. *lit. E.* & ibi etiam Bald. Natt. *cons.* 176. *num.* 1. Galganet *de* 30 *condit. demonstrat. part.* 2. *cap.* 1. *q.* 53. *num.* 4. & *q.* 98. *num.* 1. Aliàs pupillus sine tutoris auctoritate conditionem implere non posset, contra *d. l.* 5. & 26. Cum sine ea obligari non possit, *l. obligari* 9. *ff. d. auct. tut. princ. instit. eod.* ubi latè Pichard. & omnes & Bart. *in d. l.* 3. *num.* 4. regulam constituit, quod quoties quid venit ad implementum alterius, 31 non agitur ex implemento, sed ex impleto *ex l. si ita stipulatus* 6. §. 1. *cum l. seq. ff. de novat.*

Magis urgere videbatur defectus mandati, cum 32 semper fuerit potestatem neminem audiri, nisi docto de legitimo mandato, qua stante protestationem esse nullam quicquid actum fuerit, Buccafer. *respons.* 104. *n.* 11. & *seqq.* Rota penes san. mem. Greg. XV. *decis.* 264. *n.* 1. & multis juribus, & Docto- 33 ribus *in Maceraten. censuum* 22. *Junii* 1646. §. *quarta nullitas coram me*, *quæ est decis.* 254. *n.* 22. post Zach. *de oblig. juxta noviss. impress.* Nec tunc sufficere esse verum procuratorem, & adesse mandatum, nisi ostendatur, & producatur in actis, firmarunt plurimi apud Posth. *de manut. observ.* 86. *n.* 4. Barbos. *in collect. ad l. licet.* 24. *n.* 7. *C. de procur.* Rota *decis.* 105. *n.* 2. *part.* 1. *diverss. & decis.* 3. *n.* 3. post Mangil. *de subhast. & decis.* 128. *n.* 1. post Zach. *de obligat. Camer.* & san. mem. Greg. XV. *decis.* 330. *n.* 1. Buratt. *decis.* 296. *n.* 1. & multas alias congerit Rubeus *singul. part.* 2. *verbo mandatum*, *fol.* 69. *col.* 1. *num.* 4. Nec tunc sufficere mandatum probare per conjecturas 34 Gratian. *discept. forens. cap.* 573. *n.* 51. Rota apud clar. mem. Cardin. Millin. & satis clarè *decis.* 22. *n.* 10 ibi, *Nam licet ex præsumptionibus* (ait) *deductis per informantes pro Collegio præsumatur mandatum, tamen cum esset oppositum à Procuratore D. Cæsaris neminem audiri* 35 *nisi docto de legitimo mandato ad effectum, ut acta subsequuta sustineantur, erat necessaria realis productio mandati in actis.* Mantic. *de tacit. lib.* 7. *tit.* 4. *n.* 10. ibi, *Neque etiam quisquam debet credere aliquem esse procurato-* 36 *rem nisi mandatum proferatur, ita ut legi possit, & alios citat.* Imò nec sufficere probari per testes dixit Castr. *in l.* 1. *n.* 1. *C. de procur.* non insubtili ratione ibi videnda, Joan. Andr. *in addit. ad specul. tit. de procur.* §. *ratione autem*, *n.* 2. *super lit. A*, quam doctrinam se- 37 quuntur Hispani, & legibus apud eos cautum invenitur, ut refertur in dicta Maceraten. censuum 22. 38 *Junii* 1646. *coram me d.* §. *quarta nullitas*, & alii possunt dici apud Rodrig. ibi citatum Cancer. *var. part.* 2. *tit.* 14. *de procur. n.* 193. ubi benè distinguit, & servari ex consuetudine omnium Tribunalium ex Castr. & ex consuetudine Cathaloniæ testatur, licet fallatur, quatenus dicit hoc esse de consuetudine Castellæ, quia non est consuetudo, sed lex expressa, scilicet *l.* 3. *tit.* 2. *lib.* 4. *recopil.* & ibi Azeved. *n.* 4. & *l.* 5. *tit.* 17. *de lib.* 4. & *l.* 55. *tit.* 2. *lib.* 3. (Imò amplius jubetur *l.* 24. *tit.* 16. *lib.* 2. *recopil.* quod non admittatur mandatum, nisi fuerit subscriptum ab Advocato de- 39 clarante esse sufficiens Paz. *in prax. tom.* 1. *Annot.* 4. *n.* 7. *cum seqq.* alter Paz. *ad ll. styli l.* 16. *n.* 4. & 6. *fol.* 107. qui *n.* 5. ait non vidisse in Cancellariis, nec inferioribus Tribunalibus observare dictarum ll. tenorem sed notandum, quod scripsit antequam fuisset factus auditor Regiæ Vallisoletanæ Cancellariæ, ubi hoc fine dubio

dubio vidit obſervari, ut vidimus, & alii; nam ibi ll.
40 exactiſſimè obſervantur, maximè cum inter ſpeciales ipſius Cancellariæ conſtitutiones radiat hæc etiam. Verum eſt quidem quod in Tribunalibus inferioribus non ita exactè ſervatur) dictus ll. exornat etiam Carleval. *de jud. tom. 2. lib. 1. tit 2. diſput. 4. n. 27. pag. 49. & 50.* & teſtatur idem cautum noviori jure Neapolitano
41 loco ibi citato, idem cautum Statuto Bononiæ ſcribit Barz. *deciſ. 46. n. 56. & de ordinatione Luſitaniæ* fidem præſtat Cardoſ. *in prax. Advocatorum verbo procurator n. 8. fol. 300. colum. 2.* Qui tamen omnes cum Jaſone
42 & aliis de jure communi fatentur poſſe probari per teſtes, & eſſe magis communem, Oſvald. aliis citatis a Donell. *lib. 18. comment. cap. 13. lit. Y. pag. 111. col. 1. ad fin.* ſed benè occurrit Joſeph. Ludovic. *comm. opin. de mandato concl. 2. verſ. in practica verò* (ait)
43 *Vix poſſet obtineri, niſi produceretur mandatum in ſcriptis cum multæ ſubſtantialia requirantur: quæ non poſſunt probari per teſtes, & dicta probatio mandati facta per*
44 *teſtes nihil operatur, niſi ad excuſandum procuratorem à pœna falſi, & expenſis. Non enim multum hæc probatio reum juvare poteſt, ſi quando is cæperit poſtea à Domino convenire*, Donell. ait *d. lib. 18. comment. cap. 13. verſ. altero modo in meis, impreſſionis Francof. anni 1595. pag. 208. ſub n. 10. in fin.* ubi latè diſputat, & ſic eluderetur judicium, & reus parta victoriâ frui non poſſet. Caſtr. *ubi ſup.* Pichard. *de ſatiſd. §. 2. n. 5. in fin. & n. 15.* & ideò quando dubium eſt mandatum, jubetur, ut procurator caveat ſatisdatio de rato *lib. 1. C. de procur. l. ſervum 33. §. ait Prætor. 3. l. non ſolum 39. §. qui alieno, ff. de procur.* & ibi Gothofr. *lit. M.* Pichard. cum multis *loco mox citato, n. 9. cum ſeqq.* (videndus, quia non modicam lucem huic concluſioni præfert) Faber. *d. §. qui alieno*, Donell. *de lib. 18. comment. c. 12. verſ. diverſa fol. 190. ſub n. 10. cum ſeqq.* Vveſembec. *in Paratitla ad tit. de procur. ff. n. 6. verſ. ſin autem in impreſſione Baſilica an. 1598. fol. 141. in princ.* Cujac. *obſervat. lib. 7. c. 26. colum. 1511. ſub littera E*, & eſt text. expreſſ. *in d. §. fin autem inſtit. de ſatiſ.* ubi additio Gloſſæ *littera L. verbo confirmaverint*, & præter jura, & DD. à Pichard. congeſtos
45 *n. 1.* probat rotundus text. *in l. ſi is à quo 3. ſi procurat. ff. ut in poſſeſſ. leg.* quod in præſenti factum non eſt, & in puncto de eo qui inſtrumenta produxit debeat ſatisdare de rato, eſt clarus *text. in cap. coram 34. de offi. & pot. judic. deleg.* & ib. Innoc. *n. 1.* Bart. *in l. vulgo 24. n. 4.*
46 *ff. de adminiſtr. tutor.* & alios jungit *lit. C.* Joſeph. Ludov. *deciſione* Peruſ. *deciſ. 110. part. 2.* Veſter vel potius ejus Add. *lib. 4. c. 5. n. 19.* ſi ergo probatio teſtium ſufficiens non eſt, ut ſecurus maneat reus, multò minus pro-
47 batio præſumptiva, maximè cùm dicat Mantic. *d. lib. 7.*
48 *tit. 9. n. 9.* Præſumptionem ex productione inſtrumentorum eſſe præſumptionem ſemiplenam, & ſic non admitti ex ea procuratorem niſi cum cautione de rato. Sed eſto ſit plena, nec ei ſufficere dixit Donell. *ubi ſupra verſ. quando p. mihi 209. in fin. vidend. per tot. & in fine ibi. Cum videamus probationem mandati non ſtatui quamlibet, ſed nominatim ad certas ſpecies inſtrumentorum referri, puta eorum, quorum & fides certa ſit & poteſtas penes reum uti reus his cùm volet:* & inferius *non aliam ob cauſam quam quod alia probatio non eſt in poteſtate rei ut ſe quandoque ea adverſus Dominum tueri poſſit, & efficere ne iterum jure ab eo conveniatur*, Pichard. *ubi ſupra à n. 13.* & benè faciunt tradita per Buccafer. *dict. reſponſ. 104. n. 15.*
49 Addebatur his non obſtare reſponſionem, quod Joannes poſt ſententiam ratificaverit geſta à Procuratore,
50 quia facta proteſtatione ratificatio nullius momenti eſt, nec ante ſententiam Barboſ. *in collect. C. de procurat. l. licet 24. n. 2.* Vant. *de nullit. ex defect. inhabilit. & mand. n. 116.* Cardoſ. *ubi ſupra n. 11. in fin. verſ. quarto*
51 *decimo fol. 301. col. 1. in fi.* Bucaf. *d. reſponſ 104. de n. 11. & 12. & 17. latè* Rota Bonon. *diverſ. dec. 85. n. 20. & ſeqq.* Graziam. *deciſ. Macerat. 105. n. 15.* cum multis ubi citatis Rota *d. deciſ. 105. n. 2. part. & deciſ. 3. poſt Mangill. n. 3.* Poſt ſententiam autem ratificationem nullius momenti eſſe, etiam ſi proteſtatio non præceſſerit, Cravet. *conſ. 108. n. 1.* Chriſtoph. de Paz *d. l. 16. n. 13.*

His tamen omnibus facillimo negotio reſponſum, nempè jure optimo Rotam amplexam fuiſſe æquiorem 52
ſententiam, videlicet ſufficere etiam ſtante proteſtatione mandatum probari conjecturis, & præſumptionibus, & validum eſſe judicium ita mille apud Poſth. *d. obſerv. 86. n. 6.* Serapb. *deciſ. 933. n. 1. & dec. 725. n. 4. part. 3. & dec. 441. n. 2. rec.* regiſtrata penes Poſth. *de manut. dec. 309.* Add. ſan. mem. Greg. XV. *deciſ. 111. n. 17. littera A. & deciſ. 230. n. 5. lit. etiam A.* Add. ad bon. mem Buratt. *deciſ. 296. n. 10.* Rota *in d. Maceraten. Cenſuum 22. Junii 1646. §. ſed tamen coram me* Joſeph. Ludovic. *deciſ. Peruſin. deciſ. 110. in fine parte 2.* qui omnes, & Mantica, & Rubeus ſuprà citati millies teſtantur innumeris adductis productionem inſtrumen- 53
torum, & expenſas litigando factas eſſe ad hoc potentiſ- 54
ſimas conjecturas, eis mandatum probari, & ipſa Rota, & aliis citatis Oſvald. *d. lib. 18. cap. 13. ſub lit. B, verſ. cæterum in Lugdunenſi impreſſ. anni 1619. part. 112. col. 1. Poſt princip.* Vveſembec. *ubi ſupra n. 17. in fine*, qui multos refert *lit. L.* & quotidie in Rota.

Ad rationes, & Argumenta Donelli benè reſpondet Oſvald. *in notis d. cap. 13. lit. Y.* ex Bart. viden. *d. l. 1. & l. licet, C. de procur.* & multis citatis, explicando etiam *text. leg. ſi procuratorem 65. ff. de procur.* quam Donell. affert, & præter citatos ab eo, & à Vaſquez. Menchac. ibi relat. qui multos congeſſit. Bald. *ad leg. prohibitum 5. n. 20. C. de jure fiſci*, & quocumque legi- 55
timo modo probatum ſit mandatum, tam validum eſſe Judicium, imò tam à cautione de rato excuſatum pro- 56
curatorem, ac ſi per inſtrumentum in actis productum, & per formam *d. l. ſi procurator 65.* probatum eſſet Oſ- 57
vald. *ſupra pag. 1111. col. 2. poſt princ. verſ. quia cum, &c.* Legitimum autem modum probandi mandatum per dictas præſumptiones eſſe ex Rota ipſo Oſvald. *& mul-* 58
tis aliis ſuprà ſatis probatum eſt. Præterquam quod Donell. & Caſt. non dicunt, quod probato mandato per teſtes judicium ſit nullum, ſed quod tunc etiam debeat procurator cavere de rato, quod æquè negant Bart. & Oſvald. *ubi ſupra*, qui multos congerit.

R. P. D. Meltio.

Romana fructuum Cenſus.

Lunæ 12. Decembris 1650.

ARGUMENTUM.

Cenſus impoſitus à minore abſque ſolemnitatibus eſt nullus, nec juramento convalidatur: præſumitur enim à Statuto Urbis dolo, & metu extortum; Ratificatur tamen ab ipſo facto majore; & ſolvente fructus, nullitatem non ignorante. Privilegium minoris executionis, & ratificationis materia tangitur: obligatio naturalis ligat ſolam conſcientiam. Promiſſio facta de ſolvendo debito intelligitur de debitis legitimis. Procurator excedendo fines mandati, principalem non obligat. Judex in judicando debet attendere factum cum circumſtantiis.

SUMMARIUM.

1 *Cenſus impoſitus à minori, non adhibitis ſolemnitatibus ſtatutariis, eſt nullus ipſo jure Et proinde nulla oritur obligatio, neque civilis, neque naturalis ad favorem creditoris.*

2 *Privi-*

2 *Privilegium minoris qui agit de damno vitando, prævalet privilegio mulieris, quæ agit de lucro captando.*
Probatur in puncto census venditi per minorem mulieri.
3 *Ratio damni, quando ex utraque parte vigeat, melior causa reputatur ejus, qui convenitur, et partes rei sustinet.*
4 *Census nulliter impositus à minore, non potest convalidari ex juramento in venditione apposito, et redditur ratio.*
5 *Juramentum à minore in censu nulliter imposito præstitum à Statuto Urbis præsumitur dolo, et metu extortum, et nihil operatur, n. 7.*
6 *Statutum Urbis est auctoritate Apostolica confirmatum, prout constat ex litteris san. mem. Gregorii XIII. in principio appositis.*
8 *Ratificatio census à minore nulliter impositi, inducitur ex solutione fructuum ab eo majore facto.*
9 *Limitatur non procedere per solam acquiescentiam, imò neque ex alio actu positivo, non probata prius in hujusmodi ratificante scientia plena nullitatis, et non solum facti, verùm etiam juris.*
10 *Ratificatio actus nulli non inducitur ex scientia præsumpta, sed certa, atque explicita requiritur cum omnibus suis qualitatibus.*
Ratio autem est, quia alias in ratificatione semper intelligitur illa conditio, si actus firmus sit, et validus.
11 *Dolus in contractu minoris absque solemnitatibus, à statuto præsumptus, excludit omnem ratificationem ex lapsu temporis deductam.*
Firmatur in puncto ratificationis inductæ ex l. fin. c. si major, etc. *et est communis opinio à DD. attestata, et magis in praxi recepta et conservata.*
12 *Testator legans aliquam summam pro extinctione omnium ejus debitorum, censetur per hujusmodi dispositionem intellexisse de quibuscunque debitis, et sic etiam de iis, quæ obligationem civilem non habent, sed solam naturalem.*
13 *Testator, qui in ultima voluntate mandat solutionem omnium debitorum intelligit principaliter saluti animæ prospicere, propriamque conscientiam exonerare.*
14 *Conscientia non minus obligatur ex debito naturali tantum, quàm ex naturali, et civili simul juncto.*
15 *Contractus nullus, nullam producit obligationem, neque civilem, neque naturalem.*
16 *Solemnitates statutariæ inductæ fuerunt favore publicæ utilitatis, et proinde illarum defectus magis impediunt ortum obligationis naturalis.*
17 *Conscientia non obligat, quos natura non ligat.*
18 *Contractus gestus cum minore absque solemnitatibus, aptus est parere obligationem naturalem, quæ obliget contrahentem in foro conscientiæ, declaratur in quibus terminis procedat.*
19 *Contractus cum minore gestus, contra formam statuti, ubi concurrunt circumstantiæ, ex quibus tollatur suspicio præsumptæ fraudis, et doli, nullam producit ortum obligationis, neque naturalis, neque civilis: testantur DD. de veriori et receptiori sententia.*
20 *Provisio hæredis facta de solvendo omnia debita, et legata testatoris, intelligenda venit respectu debitorum legitimorum.*
21 *Fidejussor obligatus remanet eodem modo, et forma, quibus obligatus erat ejus principalis.*
22 *Obligatio fidejussoris accessoria est obligationi principalis, cujus proinde naturam induit.*
23 *Maximè attenta expressa relatio à fidejussore in sua obligatione facta ad obligationem ipsius principalis, operatur, ut omnia contenta in obligatione principalis, censeantur inserta atque repetita etiam in propria.*
24 *Mandatum factum à muliere ad vendendum censum debet, ut valeat insinuari ex constitutione Ægidiana lib. 5. c. 25.*
25 *Nec etiam sufficit decretum Judicis quod habeatur Instrumentum pro insinuato.*
26 *Mandatum ad unam rem, non potest à Procuratore, seu substituto extendi ad alium, maximè quando excessus tendit ad præjudicium principalis.*
27 *Procurator non potest in exequendo mandatum, recedere à forma seu conditione ipsius.*
28 *Et ex hoc defectu principalem suum obligare non potest, dum ejus consensus sic prorsus deficiat.*
29 *Et si actum fecit, perinde est ac si nihil actum fuisset.*
30 *Declaratio facta ab aliquo, se in contractu non servire, nisi de nudo nomine, substantiam verò totius commodi et incommodi spectare ad alterum, operatur, quod nullam ex eo sibi quæsiverit actionem, nullumque Jus, quod alteri solo fuit quæsitum.*
31 *Secus verò quando in eadem apocha declarationis sibi reservavit facultatem agendi nomine proprio.*
32 *Declaratur tamen procedere diversitas, quando actio primo loco fuisset dicto declaranti originaliter acquisita, ac in ejus persona radicata; tunc enim in cessione postea alteri facta de dicta acione potuit facultatem agendi nomine proprio sibi præservare.*
33 *Judex in judicando debet attendere propositas casuum species, atque circumstantias.*

DECISIO LXIII.

PLacuerunt Dominis fundamenta decisionis in hac causa emanatæ coram me sub die 24. Junii 1647. 1
in qua ex capite injustitiæ resolutum fuit mandatum relaxatum ad instantiam Sacconarii contra hæredes q. D. Tiberii Astalli Senioris non esse exequendum. Injustitia si quidem adhuc visa fuit patens ex eo quod dictum mandatum fuit relaxatum pro fructibus census impositi à Joan. Baptista Ponciallo in minori ætate constituto, nullis adhibitis solemnitatibus à Statuto Urbis *lib.* 1. *cap.* 151. requisitis, quo circa dictus census nullus fuit ipso jure, & propterea illius vigore nulla 2
oriri potuit actio ad favorem creditoris resistente statuto nativitati utriusque obligationis tam naturalis, quàm civilis, juxta theoricam Bartol. *in leg. cum lex n. 4. ff. de fide juss.* quem sequuntur Imola *in cap. cum contingat, de jurejur.* Covarruv. *in cap. quamvis pactum in 2. parte §. 4. n. 6. de pactis in 6.* Gabr. *consil. 20. n. 44. vers. & quod cum seq. lib. 2.* Carcer. *var. res. part. 2. cap. 1. n. 59.* Gratian. *discept. forens. cap. 122. n. 1.* Rot. *coram Durano. decis. 18. n. 13. & seqq. Anconitana nullitatis concordiæ 16. Aprilis 1646. coram bonæ mem. Arguelles,* & *in Anconitana census 9. Maii præteriti coram R. P. D. Otthobono*, idque procedit non obstante quod impositio, & venditio census facta fuerit ad favorem Cæciliæ Marchesiæ mulieris; Quia etiam in tali casu prævalet privilegium minoris, qui dicitur agere de damno vitando quamvis pecunias receperit, nisi simul probetur dd. pecunias versas fuisse in evidentem minoris utilitatem, textus expressus *in leg. verum 12. §. item quæritur leg. si minor. 35. ff. de minor.* Lambertengh. in terminis pecuniæ traditæ à muliere *de contract. mulier. in fin. 125.* Perug. *conf. 77. n. 39. lib. 1.* Rota *coram san. mem. Greg. XV. d. 473. n. 13. & in Romana Salviani 27. Jan. 1640. §. finali coram Reverendiss. D. meo Decano*, & in puncto census venditi per minorem mulieri fuit dictum *in Romana seu Perusina census 23. Junii 1645. §. adeo quod, coram R. P. D. meo Bichio, & in Anconitana census 1. Junii 1649. coram* R. P. *meo Cerro, §. quia cum probatum non fuerit*, ubi etiam dictum fuit hoc procedere, quamvis ex utraque parte ratio damni vigeret, nam adhuc melior causa reputatur ejus, qui convenitur, & rei partes sustinet. Lambertengh. *ubi supra n. 122. & 125.* Peregr. *de conf. 77. num. 39. lib. 1.* Rota *coram Greg. XV. dec. 473. n. 14.*

n. 14. *& in Romana pecuniaria* 27. *Aprilis* 1637. *coram bon. mem. Merlino.*

4 Nec potuit dictus census convalidari ex juramento in eo apposito, quia cum statutum introductum fuerit ob publicam utilitatem ad obviandum nempè fraudibus, quibus de facili minores decipi possunt, eaque ratione juramentum in hujusmodi contractibus præstitum dolo, & metu extortum præsumat, dic-
6 tosque contractus, & obligationes nullius roboris, ac momenti esse declaret, ac dictum statutum auctoritate Apostolica confirmatum etiam fuerit, prout constat ex litteris fan. mem. Gregor. XIII. in prin-
7 cipio dd. Statutorum appositis, utique juramentum super eis interpositum, nihil operatur Bartol. *in leg. omnes populi sub n.* 25. *versic. sed si statutum, ff. de de justit. & jure*, Bald. *in Authent. Sacramenta Puberum, sub num.* 5. *versic. & ideo in multis locis, &c.* ubi Castrens. *sub n.* 11. *versic. sed si quæritur, &c. C. si adversus venditionem.* Honded. *consil.* 5. *num.* 40. *versic. ultimum de juramento, & seq. lib.* 2. Rota *decis.* 54 *n.* 2. *part.* 1. *recent. & in Romana donationis de Cupis* 5. *Junii* 1602. *coram bon. mem. Cardin. Pamphilio, ac inter impressis* apud Pich. *ad Statut. Urbis decis.* 22. *num.* 3. *versic. nec huic conclusioni obstat cum seq.* & penes Urgellen. *dict. decis.* 18. *sub num.* 2. *versic. quod & si in dicto statuto, &c. cum seq. & per totum, & in Ravennaten dotis coram me* 11. *Aprilis* 1644. *sub* §. *non etiam obstat, &c.* Mar. Anton. *var. resol. lib.* 2. *resol.* 3. *n.* 8. *versic. cæterum, &c.*

8 Minus subsistere visa fuit præsupposita ratificatio dicti census aliàs deducta ex eo quod Joannes Baptista major factus solverit spatio longi temporis fructus; nec unquam de utilitate dicti census aliquid dixerit ad *leg. fin. C. si major. fact. alienation. fact. sine decret. rat. habuer.* Quia solutio fructuum non fuit hactenus justificata, neque per simplicem acquiescentiam, imò
9 neque ex alio actu positivo induci potuit ratificatio census nulliter contracti non probata prius in Joan. Baptista ratificante scientia plenæ nullitatis non solum facti ad textum expressum *in leg. fin.* ibi per ignorantiam facti, *ff. ad Senat. C. Macedonian.* Gloss. *in leg. Zenodorus var. novatione, C. eod.* sed etiam juris Bald. *in l. mater, C. de rei vendic.* Surd. *cons.* 49. *à n.* 32. *versic. secundo respondeo, &c. & seq. & sub n.* 45. *versic. dum verò, &c.* Gabr. *cons.* 62. *n.* 27. *& 28. lib.* Gratian. *discept. forens. c.* 449. *n.* 32. Rota *decis.* 282. *n.* 6. *versic. neque obstat, &c. part.* 4. *diversic. & recent. decis.* 293. *n.* 17. *part.* 1. *Urbevetana*
10 *census* 7. *Maii* 1646. *cor. bon. mem. Molines, quæ est decisio* 260. *part.* 6 *recent. n.* 12. *& seq. & in Arconitana census* 7. *Maii* 1646. *coram R. D. meo Peutingero confirmata* 7. *Martii* 1647. *&* 9. *Junii* 1648. *coram eodem.* Neque pro ratificatione actus nulli sufficit scientia præsumpta, sed certa atque expressa requiritur cum omnibus suis qualitatibus ad tradita per Buratt. *decis.* 410. *n.* 11. ubi Add. *n.* 15. & fuit resolutum in Romana pecuniaria 28. *Jan. præteriti coram R. P. D. meo Otthobono.* Ratio autem est, quia alias in ratificatione semper intelligitur illa conditio si actus firmus sit, & validus, Valens. *cons. l.* 177. *n.* 53.
11 *lib.* 2. Rota *in Romana pecuniaria* 23. *Maii* 1648. §. *nec dictum prætensum creditum coram me*; quæ etiam facilius procedunt stante dolo, qui à Statuto Urbis interv enisse præsumitur in contractu cum minore gesto absque solemnitatibus, qui dolus quamvis præsumptus secundum veriorem & receptiorem Doctorum sententiam, excludit omnem ratificationem ex lapsu temporis deductam, Natt. *consil.* 162. *nu.* 31. *versic. demum respondetur*, Malvas. *consil.* 86. *sub n.* 15. *versic. sed ubi*, &c. *cum seqq.* Surd. *cons.* 49. *n.* 37. *versic. tertiò respondetur cum seqq.* Verall. *decis.* 1. *n.* 1. *part.* 3. Buratt. *decis* 410. *n.* 10. & in puncto ratificationis inductæ *ex lege fin. C. si major*, &c. *consuluerunt Roman. cons.* 54. *in fine*, Curt. jun. *cons.* 50. *n.* 6. & 7. Ruin. *cons.* 170. *n.* 29. Gratian. *discept. forens. c.* 824. *n.* 30. firmavit etiam Rota *decis.* 102. *n.* 12. *part.* 2. *diversic. coram san. mem. Greg. XV. dicta decis.* 473. *n.* 18. *& in Romana donationis de Cupis coram bon. mem. Cardinali Pamphilio* 5. *Julii* 1602. *sub n.* 7. *versic non obstat, quod Alexander*, & ita etiam sensit. Mar. Anton. hanc quæstionem ad partes disputans *dicta resolut.* 3. *sub n.* 20. *versic. articul. igitur erit*, qui *in versic. in hac contrarietate*, &c. hanc esse testatur communiorem DD. opinionem, & magis in praxi receptam, & observatam.

Nec etiam elidi potest ratificatio, ex eo quod cum Ponciallus in testamento per eum jam in majori ætate constitutum, atque proximum conditio legaverit duas
12 vineas Propertio Fontanellæ cum onere solvendi pro earum pretio scuta bismille ducentum in extinctionem omnium ejus debitorum, & legatorum censeatur per hujusmodi dispositionem intellexisse, de quibuscumque debitis, & sic etiam de iis quæ obligationem
13 civilem non habent, sed solum naturalem ex ratione assignata tam per Aretin. *consil.* 93. *n.* 3. quàm per Dec. in Authent. *præterea n.* 11. *C. unde vir. & uxor.*
14 quæ est quod ubi quis in ultima voluntate mandat solutionem omnium debitorum, intelligatur principaliter saluti animæ prospicere propriamque conscientiam exonerare, quæ non minus obligatur ex
15 debito naturali tantùm quàm ex naturali & civili simul juncto, & ita etiam firmavit Rota *decis.* 62. *n.* 2. *decis.* 81. *n.* 1. *& decis.* 119. *n.* 3. *part.* 7. *recent.* Verùm huic objecto fuit sufficienter satisfac-
16 tum cum responsione jam data in præcedenti *decisione sub* §. *non obstat quod Ponciall.* ut nempè cum versemur in contractu nullo ex defectu solemnitatum, cui statutum expressè resistit, nulla exinde oriri poterit
17 obligatio nec civilis, nec naturalis *leg. sancimus, C. de donat. leg. sed. & servi, ff. de fidejuss. in leg. antiquæ* §. *fin. C. ad Velleian.* Bald. *in leg. non dubium col. fin. versic. secundo quæro, n.* 29. *C. de legibus.* Roma *cons.* 12. *nu.* 4. *& confir.* 37. in primo dubio, eoque magis quia dictæ solemnitates inductæ fuerunt favore publicæ utilitatis quo casu illarum defectus magis impediunt ortum obligationis naturalis, Rot. *coram Duran. dict. decis.* 18. *n.* 17. *&* 18. cum aliis allegatis, *in decisione coram me emanata sub dicto* §. *non obstat quod Ponciallus ad med.* deficiente autem obligatione naturali certum est quod quis in foro conscientiæ obligari non potest ex recepta Bartoli traditione, quem natura non obligat, conscientia non ligat, Navarr. *consil.* 9. *de empt. & vendi. n.* 6. *&* 7. *lib.* 3. *vol.* 3. Joan. Valesius *de differentia inter utrumque forum. lib.* 1. *verb. ad præludia, n.* 25. Durand. *dicta decis.* 18. *n.* 14.

Quare non obstant firmata per Rotam *in decis.* 62.
18 *n.* 2. *& decis.* 81. *part.* 6. *recent.* quod nempè contractus gestus cum minore absque solemnitatibus, aptus sit parere obligationem naturalem, quæ obliget contrahentem in foro conscientiæ; nam illa procedunt secundum distinctionem à Rota approbatam in *dict. dec.* 81. *& dec.* 119. *n.* 7. *eadem parte* 7. *recent.* quando scilicet contractus initus fuit cum bona fide, & cum probabili credulitate quod solemnitates statutariæ non requirentur, vel cum utilitate, ac locupletatione minoris, & sic quando cessat fraudis, ac deceptionis suspicio, cujus correctio est causa finalis ejusdem Statuti. Secus autem quando non concurrunt circumstantiæ, ex quibus tollatur suspicio præsumptæ fraudis, & doli in contractu cum minore gesto contra formam Statuti. Nam tunc ex eo nullam oriri obligationem naturalem, nec civilem communiter Doctores, qui hanc veriorem, & receptiorem sententiam dicunt, & ultra
19 superius citatos tradit etiam Romanus *consil.* 437. *num.* 1. *versic. videndum igitur*, Olasch. *decis.* 165. *num.* 16. *versic. hinc sequitur bene*, Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *præsumpt.* 80. *num.* 16. *versic. diversum est*, &c. *& n.* 37. *versic. infertur septimo*, Mantic. *de tacit. & ambig.*

ambig. lib. 21. *tit.* 1. *n.* 4. *vers. sed hæc ratio*, &c. & ita declaratum etiam fuit in *decis.* 373. *n.* 1. *vers. & in primis*, &c. *ac decis.* 177. *num.* 12. *versic. non obstat denique part.* 1. *recent.* & sequitur Moder. *de cens. quæst.* 15. *sub num.* 15. *vers. quæ conclusio*, &c. Sanchez *de matrim. lib.* 1. *disput.* 7. *sub n.* 16. *vers. tertiò*, &c. Cancer. *var. resol. part.* 2. *cap.* 1. *de minor.* 25. *annor. num.* 209. *versic. neque allegata*, & *seqq.* Gratian. *discept. forens. cap.* 691. *num.* 24. *vers. nam ex contractu gesto*, *cap.* 13. *n.* 66. *vers. ideò videmus.*

Firmata igitur ex prædictis nullitate impositionis census, ac obligationis Joan. Baptistæ Poncialli justè conveniri non potuit Fontanella ejusdem Jo. Baptistæ legatarius, nam promissio per eum facta de solvendo omnia debita, & legata intelligenda venit respectu
20 debitorum legitimorum *ad leg. si is cui*, §. *Flavius Januarius*, *ff. de solut.* & juxta theoricam Bartol. *in leg. legavi n.* 3. *versic. ultimò nota ff. de liber. legat.* ac ibi Castr. *sub n.* 2. *versic. si testator ff. de condition. & demonstrat.* Bald. *in lege si creditori sub n.* 1. *versic. & ideo testator. D. de legatis* 1. Castrens. *consilio* 50. *viso Codicillo sub n.* 2. *versic. constat autem*,
21 &c. Cephal. *consilio* 14. *n.* 19. *vers. & propterea si fiat mandatum hæredi*, Surd. *decis.* 38. *n.* 13. *verficulo & facit decisio* 269. *sub n.* 12. *verficulo adeò quod voluit*, Bartol. *consilio tertio*, *sub n.* 14. *vers. & verba cum seqq.* Gratian. *discept. forens. cap.* 713. *n.* 86. *vers. cum etiam*; & ita etiam se declaravit idem Fontanella, dum suam obligationem expressis verbis restrixit ad debita de jure solvenda, ibi, *de valore seu pretio solvere omnia*, *& singula debita*, *& legata Jo. Baptistæ*, *quæ de jure venirent solvenda*, ex quo sequitur quod nec minus conveniri potuerit hæreditas quondam Div. Tiberii Astalli, nam dum fide-
22 jussit pro Fontanella obligatus tantum remansit eodem modo, & forma quibus obligatus erat dictus Fontanella ejus principalis, *lege grege*, §. *illud*, *& lege sicut D. de fideijussione* Surdus *decisione* 118.
23 *num.* 9. & ita concludit Jason. *in lege si non sortem in principio n.* 2. *versic.* 4. *nota de condit. indebit.* Socin. *consilio* 273. *in præsenti consultatione col.* 1. *lib.* 1. obligatio enim fidejussoris accessoria est obligationi principalis cujus proindè naturam induit maximè attenta expressa relatione facta ad obligationem ipsius Fontanellæ principalis, quæ operatur, omnia contenta in obligatione principalis censeantur inserta atque repetita etiam in obligatione fidejussoris, Authent. *si quis in aliquo C. de edend.* Paris. *consilio* 79. *num.* 10. *lib.* 3. Ruin. *consilio* 85. *num.* 4. *lib.* 1. Caputaquen. *decis.* 104. *num.* 4. *part.* 1.

Præterea addebant Doctores, quod admissa etiam non tamen concessa pro valida impositione dicti census adhuc nulla competere poterat actio Sacconario supra consecutione dictorum fructuum, pro quibus obtinuit mandatum ab A. C. nam venditio, ac cessio dicti census, cum fructibus viginti duorum annorum decursis, & non solutis ad ejus favorem facta per Franciscum Berghignum Procurato-
24 rem constitutum, & respectivè substitutum à Jo. Baptista Ridulphetto tam nomine proprio, quàm nomine Lucretiæ, Antoniæ, ac Cæciliæ filiarum, ac coheredum dictæ Cæciliæ de Marchesiis, visa fuit nullius momenti, tum quia mandatum per dd. mulieres factum in personam dicti Ridulphetti ad vendendum censum, caret insinuatione, quæ omnino necessaria erat ex Constitutione Ægidiana *lib.* 5. *cap.* 25. ad tradita per Boccar. *in commentar. ad eadem* glos. 8. *n.* 15. *versic.* 3. *extenditur* & fuit dictum in Auximana bonorum 15. *Aprilis* 1603. *coram bonæ*
25 *mem. Card. Mellino*, quæ inter impressas est *decisio*
26 568. ubi firmatur: ut nec etiam sufficiat decretum Judicis, quod habebatur Instrumentum, pro insinuato. Tum quia cum dictæ mulieres fecissent mandatum in persona Ridulphetti ad vendendum censum in sorte scutorum 400. &c. ad petendum fructus decursos in summa scutorum 700. utique non potuit Berghignus Procurator à dicto Ridulphetto deinde substitutus excedendo fines dicti primi mandati vendere censum, & cedere fructus decursos unico pretio suorum octingentorum in grave præjudicium & damnum mulierum constituentium, ut dicitur *in leg. non absfulit*, & ibi Bald. *sub n.* 1. *verficulo glossæ. dicit*, &c. *ac seqq. C. de novat.* Roman. *consilio* 352. *sub n.* 2. *verficulo pro hac conclusione*, &c. *cum seqq.* Surdus *decisione* 219. *sub num.* 27. *vers. & addunt simile.* Rota penes s. mem. Gregor. XV. *decisione* 311. *n.* 5. *verficulo ex quibus constat.* &c. Buratt. *decisio* 374. *n.* 8. *verficulo & ideo*, &c. & sequitur Moder. Perusin. *de cons. quæst.* 109. *n.* 47. *versic. quia sicut is*, *& sub n.* 53. *versic. pro qua etiam conclusione*, *cum seqq.*

Accidit defectus alterius formæ, sive conditionis ap- 27
positæ per Ridulphettum in substitutione, per eum facta in personam Berghigni, ut nempe ex pretio à venditione dicti census redigendo per emptores solverentur in manibus Gasparis Morelli scuta 700. ad effectum exequendi voluntatem ipsius Domini Joan. Baptistæ quæ tamen conditio, & forma præscripta, cum neglecta fuerit ex quo dictus Berghignus ven- 28
didit, ac cessit dictum censum, ac fructus Sacconario nulla per eum facta solutione præfato Gaspari, sed tantùm promissione de solvendo infra annum quæ nunquam facta fuisse probatur, imò neque simpliciter, sed sub conditione ibi: *secuta*, *& facta tamen prius ratificatione à suprà dictis DD. Cæcilia*, *Lavinia*, *Antonia*, *& Jo. Baptista*, &c. quod facere non potuit, Bald. *in d. leg. non absfulit*, *sub n.* 2. *versic. contrarium est verum*, *C. de novat.* & est textus *in leg. qui Romæ*, §. *Callimachus*, ubi Jason. *n.* 9. *versic. quintò nota*, &c. *D. de verb. obligat.* Berou. *consil.* 174 *sub num.* 7. *versic. quibus tamen non obstantibus cum seq. lib.* 1. hinc sequitur quod ex hac etiam ratione Berghignus nulliter egerit nec suos principales obligare potuerit, dum eorum consensus in præmissis, prorsus deficiebat *diligenter*, *l. si quis pro eo*, *D. mandat.* Oldrad. *consil.* 126. *n.* 9. *versic. quarto*, &c. Paris. *consil.* 47. *num.* 41. *versic. quibus stantibus*, &c. *& seqq. lib. primo* Surdus *decis.* 209. *sub num.* 5. *versic. & propterea cum seqq.* Rota Genuen. *decis.* 174. *sub n.* 5. *verficul. in contrarium consideratum fuit*, *cum seqq. &* perinde est ac si nihil actum fuisset, Rota *coram Reverendiss. P. D. Durano decis.* 146. *n.* 47. *vers. unde*, &c.

Subsistere etiam visum fuit illud fundamentum quod 29
neque Sacconario ulla actio competeret ex quo ipsemet declaravit nudum nomen tantum in dicto contractu præstitisse, substantiam verò totius commodi, & incommodi spectasse ad Thomam Berghignum, prout legitur ex apocha confecta sub eadem die celebrati contractus nempe sub die 26. Aprilis 1644. qua stante declaratione nulla illi quæri potuit actio nullumque jus, quod quæsitum fuit soli prædicto Thomæ, de quo partes senserunt *l.* 4. §. *si ab ignota*, *ff. de manumiss. leg. si non verum*, *l. si filii tui*, *C. de donat.* 30
inter virum, *& uxorem*, *l. cum propria*, *& l. militum interest*, *C. si quis alteri vel sibi*, Rota penes Cardin. Seraph. *dec.* 660. *n.* 8. *vers. sed acquiritur jus.*

Nec obstat, quod in eadem apocha reservata fuerit 31
præfato Fulvio Sacconario facultas agendi nomine proprio, usque ad consecutionem tam sortis principalis quàm fructuum decursorum unde inter dispositio. *text. in leg. apud Celsum*, §. *si quis pupillo*, *versic. quod si is cui pecunia debebatur*, *D. de dol. mal. & met. excep.* quia posset sibi locum vendicare si actio primo 32
loco fuisset d. Sacconario originaliter acquisita, ac in ejus persona radicata, tunc enim in cessione postea alteri facta de dicta actione potuisset facultatem agendi nomine proprio sibi præservare, ac cum in hoc casu

Sacco-

Sacconarius nudum tantum nomen in contractu habuerit, ac nullam actionem sibi acquisiverit, sed tantum illi ad quem negotium spectabat frustra consensisse videtur, quod ejus nomine ageretur *c. & g. traditio, D. de acquirend. rerum dominio leg. Moaestin. D. de solutionibus*, cum concordan. penes Baratt. *dec.* 458. *n.* 2. *vers. & hac cessa.*

Ac, ne ex his apparet non adversari, quæ de more plenè, & luculenter deducta fuerunt in decisionibus extensis in hac causa coram R. P. D. meo Cerro. Nam illis suppositum fuit, quod Poncialius major factus per plures annos solverit fructus census, sicque novo consensu contractum legitimè ratificaverit prout legitur in decision. 11. *Dec.* 1645. *sub §. quo vero ad justitiam*; Quodque Berghignus fines mandati servaverit, ut in posteriori decisione emissa sub die 7. *Maii* 1646. *in §. secundum.* Demum quod primæva actio fuisset acquisita Sacconario, quæ deinde validè potuerit exerceri in judicio proprio ejus nomine, *ut in eadem decis. sub §. quia cum*, &c. Quia hæc omnia in præsenti disputatione justificata minimè fuerunt, ac respectivè eliduntur ex facto, ideoque nil mirum imò justitiæ maximè est consonum, si secundum propositos casuum species, atque circumstantias prior sententia reformetur *leg. si ex plagis, §. in clivo. vers. respondi, D. ad leg. Aquiliam. leg. quidam referunt. versic. in proposito igitur. De jur. codicil.* Bald. *cons.* 304. *non est novum in princip. lib.* 1. *& consil.* 52. *obligatio prima facta sub n.* 2. *vers. pridie consulai*, cum aliis allegatis in Feudalem beneficii, seu Oratorii 14. *Martii præteriti coram R. P. D. meo Corrado in fine principii.*

Et ita informante D. Marchione Astallo, altera tamen parte citata, & expectata.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Subhastationis.

Veneris 10. *Junii* 1650.

ARGUMENTUM.

Nullitas mandati extenditur ad inde sequentia. Et insurgit ex relaxatione contra minorem absque curatore. Citatio ipsiusmet absque curatore, quomodo sit considerandæ. Actio pro certa summa non competi, non liquidata summa. Retentio pro summa debita in spolio non admittitur, ne judicium reddatur eluforium.

SUMMARIUM.

1 *Nullitas mandati, in subsequutæ etiam subhastationis influit nullitatem.*
2 *Mandatum contra minorem curatore non deputato, relaxatum est nullum.*
3 *Minor, etiam nullo assignato curatore, valide conveniri potest.*
4 *Declaratur conclusio, ut scilicet adultus existens in loco Judicii, citari quidem possit ad effectum, ut legitimè compareat, et Judicium cum Curatoris interventu sustineat.*
5 *Quem tantum si non habeat, Judex eidem, licet invito, decernat.*
6 *Cum alias quidquid in ejus tanquam indefensi præjudicium gestum fuerit, irritum ipso jure reddatur, ac nullum.*
7 *Sin autem adultus absit à loco Judicii, non nisi citato curatore, possit valide conveniri.*
8 *Actio pro certa summa experiri non potest, antequam ipsius liquidatio præcesserit.*
9 *Hæres non potest condemnari nisi pro hæreditaria portione.*
10 *Limitatur in actione ad factum individua, cujus virtute tenetur hæres unusquisque in solidum.*
11 *Interesse ob aliquod non adimplementum de sui natura dividuum, ac proportionibus tantummodo hæreditariis proinde à cohæredibus præstandum.*
12 *Actio à principio intenta ad factum contra unum ex hæredibus, distinguuntur ab actione æquè principaliter contra eundem excitata ad solvendum interesse, ut primo casu teneatur in solidum, secundo verò tantùm pro virili.*
13 *Retentio pro summa debita in spolio præsertim judiciali non admittitur à Sac. ritibus Rotæ, ne justus judiciorum ordo pervertatur admittendo probationes post sententiam executioni demandatam.*

DECISIO LXIV.

Dissoluta inter Joannem Paulum de Pisentibus, & Ludovicum Braccium Societate, inter utrosque fuit stipulata transactio, ut sociales libri, donec Joannes Paulus ex scut. 5. mill. sui capituli 4. mill. reciperet, ac insuper quantitatem scutorum 1136. uti creditor societatis consequenter penes ipsum remanerent; quos tantum quoties requisitus, Ludovico teneretur exhibere, ut residuorum partem sibi tangentem post completam in prædicta quantitate consocii satisfactionem, posset exigere, hic verò triginta post annos cum inter cæteros Joannis Pauli mediatos hæredes Olivam, Honestam pupillas ab Urbe absentes pro exhibitione librorum citationis edicto vocasset, easque loco damnorum, & interesse, quæ ex præfata causa subierat, ad scuta 1000. pro nunc pertolvenda ex reliquo capitalis obtinuisset condemnari, executione quoque peracta mediante subhastatione trium, ac decem locorum montium ad easdemmet pupillas spectantium. Ad quarum instantiam commissa mihi causa dubitavi, An prædicta subhastatio possit sustineri, & ex utroque nullitas, ac injustitiæ fundamento corruere fuit hodie responsum.

Siquidem nullitas mandati quæ in subsequutæ etiam subhastationis influit nullitatem secundum Bartol. *in leg. si non sortem. §. si ceatum, D. de condit. indebiti.* ibique Jason. *n.* 2. Rota *in Assissien. subhastationis* 15. *Nov.* 1596. *coram Orano post Marchesi. de commiss. part.* 3. *fol.* 47. in dubium revocari non potest in casu proposito, quo mulieribus pupillis, curatore non deputato, ac ipsis proinde indefensis fuerat relaxatum contra *leg. dicta, §. fin. D. de re judic. & leg. cum, & minores. C. si adversus rem judicatam.* notat Cald. *in l. curatorem habens in princip. sub num.* 8. *C. de in integ. restit. minorum.* Vantius *de nullitat. ex defectu mandati n.* 28. Roland. *consil.* 85. *n.* 28. *vol.* 2. Ossasch. *dec.* 35. *n.* 25. *&* 26. Giarba *dec.* 109. *n.* 5. Rota *coram Puteo decis.* 306. *n.* 7. *lib.* 2. *& in Maceraten. hæreditatis* 2. *Dec.* 1639. *coram R. P. D. meo Royas, & in Urbevetana legati* 4. *Julii* 1646. *in §. sententia prima, & in §. hanc opinionem coram R. P. D. meo Bichio, & in Romana Salviani* 1. *Julii* 1648. *&* 17. *Martii* 1649. *coram R. P. D. meo Otthobono.* 1

Et licèt præfatæ mulieres excessissent ætatem pupillarem, adeoque potuissent validè nullo etiam assignato curatore conveniri *per leg* 1. *§. sufficit.* ibique Bartol. *n.* 1. *D. de administrat. tutorum.* Gratianus *decisione Marchiæ* 73. *n.* 1. Rota *dec.* 674. *n.* 6. *part.* 1. *recent.* 3

Hæc tantum conclusio non debet simpliciter, sed cum sequenti declaratione admitti. Ut scilicet adultus existens in loco Judicii citari quidem possit ad effectum, ut legitimè compareat, & judicium cum curatoris interventu sustineat, ut declarat J. Consult. *in dict. § sufficit*, quem tantum si non habeat Judex eidem licet 4 5 6

invito decernat *juxt. text. in §. Item invito inſtitut. de curat.* Cum aliàs quidquid in ejus tanquam indefenſi præjudicium geſtum fuerit, irritum ipſo jure reddatur, ac nullum *per dict. leg. octa §. ult. D. de re judic. & leg.*
7 *cum & minores*, ubi poſt gloſſ. notant communiter, *C. ſi adverſ. rem judicatam.* Baldus *in dict. §. ſufficit n.* 7. *&* 8. *D. de adminiſtr. tutor.* Decius *conſil.* 509. *n.* 1. Caldas *in addit. l. ſi curatorem habens n.* 15. *in fine.* Sin autem adultus abſit à loco judicii nonniſi citato Curatore poſſit validè convenini, ut ſubdit idem J. C. *in dict. leg.* 1. §. *ſufficit*, *verſic. in abſentibus autem*, *D. de adminiſtr. tutor.* & notat ibi Bartol. *n.* 3. *& in leg.* 2. *D. de curat. bon. dand. n.* 1. *& in leg.* 3. §. *ſi quidem*, *D. qui pet. tutor. vel curator. n.* 1. Angel. *conſil.* 103. *n.* 1. Alexander, *conſil.* 100. *in fin. lib.* 6. Montan. *de cuct. tutor. cap.* 30. *n.* 28. ubi de communi teſtatur ac praxi. Adeoque præfatæ mulieres, nec in Urbe præſentes, ſed in patria longè remota commorantes, nec aliter in judicio defenſæ nulliter ibidem condemnatæ cenſentur, ut reſpondit Rota *in addicta Ulyſſiponen. legati in §. & quidquid ſit de prædictis coram R. P. D. meo Bichio.*

8 Alterum iniquitatis fundamentum quo mandatum ipſum, ſubſtratio ejuſdem conſecutiva laboret, apertè convincitur dum ex inſtrumento tranſactionis, cujus vigore tam ipſe, quàm Jo. Paulus conſcius convenerant, quod ſatisfacto prius ipſo Jo. Paulo de quantitate ibidem expreſſa, reſiduum effectuum ſocietatis inter eos deberet æqualiter dividi. Quare non antea validè potuit idem Ludovicus actionem pro certa ſumma experiri, quam illius liquidario præceſſiſſet, *ad l. tertia*, *C. de ſententiis*, *quæ ſine certa quantit.* Bartol. *in leg. proinde*, §. *notandum*, *D. ad leg. Aquil.* Bald. *in leg.* 2. *C. de execut. rei jud.* Surdus *conſil.* 248. *n.* 12. Rota *coram Seraph. deciſ.* 1178. *n.* 5. *& dec.* 686. *n.* 3. *part* 1. *recent.* Tum etiam ex relaxata condemnatione
9 in ſolidum contra mulieres pro integra ſumma ſc. 1000. loco damnorum & intereſſe, contra quam tamen etiam hæredes pro tertia parte Antonii Avi hæredis pro dimidia præfati Jo. Pauli poterat pro hæreditariis tantum portionibus decerni: ad *leg.* 2. *C. de hæredit. act* ubi gloſſ. & Doctores, *& in leg. pacto*, *C. de pactis*, Surd. *conſil.* 415. *n.* 14. Cravett. *in §. hæreditas quæſt. ult. n.* 12. Rota *coram bon. mem. Urgell. dec.* 68. *n.* 1. *& in Tudertina reddit. rationis* 28. *Junii* 1645. *in princip. coram R. P. D. meo Otthobano.*

10 Non obſtat, quod actio ad facta exhibitionis librorum inventata per Ludovicum, exiſtat individua, cujus virtute teneatur hæres unuſquiſque in ſolidum, ſecund. Alciat. *in leg.* 4. §. *Cæſ. n.* 41. Socin. jun. *n.* 84. *D. de verbor. obligat.* Craſſ. attendens de communi *in dict. §. hæreditas*, *ſucceſſ.* 12. *n.* 17.

11 Ex mulierum enim ſummario conſtat ipſas æquè principaliter fuiſſe convenitas, & condemnatas ad ſolutionem intereſſe de ſui natura dividuum, ac pro portionibus tantummodo hæreditariis proinde præſtandum, *ad l. in executione*, §. *in ſolidum*, *& l. cum ex cauſa ff. de verb obligat.* nota Bart. *in l.* 2. §. *ex his n.* 9. *&* 10. *d. tit. verb obligat.* nota Bart. *in l.* 2. §. *ex his n.* 9. *&* 10. d. Rinaguendo inter actionem à principio intentatam ad factum contra unum ex hæredibus æquè principaliter contra eundem excitatam ad ſolvendum intereſſe, ut primo caſu teneatur in ſolidum, ſecundo verò tantum pro virili, & ibi etiam Alex. *n.* 6. Caſtr. *n.* 3. *verſ. ſed ſi*
12 *æſtimatio petatur jure actionis.* Imol. *n.* 22. *D. de verb. obligat.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 323. *n.* 7.

13 Hinc ceſſat objecta retentionis exceptio ſaltem pro ſumma debita; tum quia creditum ex adverſo prætenſum dignoſcitur eſſe illiquidum; tum quia retentio ab hoc Tribunali non admittitur in ſpolio præſertim judiciali, ne juſtus judiciorum ordo perverteturadmittendo probationes poſt ſententiam executioni demandatam, *juxt. deciſ. Chiſalen.* 172. *Gregorii* 103. *n.* 10. Buratt. 584. *n.* 6. & aliorum quos ſecuta fuit Rota *in Romana Viroe* 27. *Aprilis* 1646. *in §. nam equidem attenditur*, *& §. quia neque ex productis*, *coram R. P. D. meo Corrado.*

Et ita utraque, &c.

R. P. D. PEUTINGERO.

Romana reddit. rationis.

ARGUMENTUM.

Emergentia circa rationum redditionem in Adminiſtratore neceſſariam hic breviſſimo contextu validè perſpicua cadunt, & notatu digna, prout in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Standum eſt peritis in arte.*
2 *Solidatio et reddito rationis inter partes habentes principale intereſſe in aliquare absque intervento creditorum fieri potest.*
3 *Reddito rationis præbendi non potest ab eo, ad cujus manus non apparet rem rationi obnoxiam pervenisse.*
4 *Redargutio particularum tanquam in ſufficientia deſcriptarum non potest fieri, ubi non probatur ad manus deſcribentis, rem in rationis quantitate pervenisse, ac deſcriptam inveniatur.*
5 *Frumenti nomine veniant etiam legumes.*
6 *Libertatio à redditione rationis Adminiſtratori per Teſtatorem in Teſtamento legata ex natura ut rigoroſa redditio ab eo exigi non possit, nec circa dolum condemnari.*

DECISIO LXV.

DOmini ſub die 10. Dec. 1646. coram me firmarunt Claudiam de Fortis Tutricem, & pro tempore Curatricem filiorum à Franciſco Baratello viro deputatam non teneri pro quinque partitis, ad quas diſputatio tunc fuit reſtricta rationem reddere, ſed eſſe legitimè redditam, & obtenta à Creditoribus nova audientia, cauſaque ſæpiùs propoſita, tandem Domini ſteterunt in deciſ.

Quia quoad primam partitam herbarum ex Caſali Vaccarecciæ à Claudia perceptarum à Creditoribus appoſitam, quod in rationibus ab ea redditis non legatur ad debitum ipſius, ſeu Felicis ejus filii adnotata, res caret difficultate, nam eaſdem herbas pro nutrimento 53. equarum, & 33. boum circiter, qui in hæreditate Franciſci viri remanſerant apparet fuiſſe conſumptas, cum longè majori quantitate indigerent quam ex dict. Caſali rubr. 160. circiter percipiebatur, quemadmodum affirmarunt plures Periti dati pro parte Claudiæ, & ut firmatum fuit in deciſione, quæ hodie revidetur *ſub §. petita enim herbarum*, ideo quod in eadem pabuli dd. animaliam caſalium ulterius ſcura 375. circiter fuerint impenſa, ut ex partitis inter partes concordatis reſultat, & prout in eadem deciſione deductum fuit.

Et ſic non obſtat aſſertio creditorum Baratelli, quod a Emilia etiam venditione herbarum facta per Felicem, adhuc ſupereſſent in Caſali tot herbæ, quæ pro paſcendis animalibus prædictis ſufficerent; nam hoc ex ipſa quantitate rubr. ejuſdem Caſalis 297. ut conſtat ex Inſtrumento locationis & ex Peritorum atteſtati ne de quantitate paſcuorum in ſimilibus Caſalibus aſſignari ſolita, omninò eliditur, cum i- hoc ſtandum ſit relationi Peritorum, ut firmat dict. deciſio in hac cauſa facta, I
Rota *dec.* 526. *n.* 5. *in fin. p.* 4. *dec.* 151. *n.* 14. *p.* 6. *recent.*

Ita etiam corruit exceptio creditorum, quod dicta animalia toto tempore triennii adminiſtrationis Claudiæ in hæreditate Franciſci non exiterint, dum contrarium probatur ex Inſtrumento venditionis eorundem animalium anno 1612. factæ.

Sed quamvis etiam pretium herbarum venditarum perveniſſet ad manus Claudiæ, cujus contrarium ex præſtitis apparet, dum ipſa anni 1619. 1620. & 1621. emit herbas pro animalibus hæreditatis in tenuta Campi Mortui, Praticæ, & Procliani pretio ſcutor. 365. ut fuit dictum, & juſtificatur ex quietantiis, illud vetet compenſandum dd. ſc. 375. ut deducitur *in deciſ. quæ revidetur*, *dict. §. partita enim herbarum.* Q.d

Quò verò ad salmas 108. fœni dicitur consumptas fuisse pro alendis animalibus hæreditatis, videlicet equo quo utebatur Felix, ut præesset culturæ Casalium, & conservationi animalium, & aliis equis venientibus ad Urbem ad effectum transportandi panem, & similia pro victu agricultorum, & pastorum; & asportandi caseum, lanam, & alios fructus Massariæ pecudum.

Quoad secundam partitam concernentem fructus Casalis Turris novæ de anno 1618. Pariter censuerunt Domini firmam remanere decisionem stante Instrumento solidationis rationum sub die 24. Nov. ejusdem anni initæ inter Bizzarum principalem ipsius Casalis Conductorem, & Felicem Baratellum filium Francisci, & Claudiæ, à quo fuerunt administrati, ut habetur in Summariis Claudiæ, & ut ponderatur in *decisione quæ revidetur sub §. neque partita.*

Cui resolutioni non obstat quod fructus d. Casalis (detractis prius expensis, ac pensionibus debitis DD. de Aldobrandinis) vigore conventionis initæ inter Bizzarum, & Franciscum de anno 1618. die 24. Nov. per acta Octavii Capogalli Notarii, & dum de interesse creditorum Bizzarri ageretur pro quibus Franciscus Baratellus fidejusserat, in horum satisfactionem impendi debuissent. Ideoque d. solidatio absque creditorum interventu fieri non potuerit.

2 Quia semper subsistit, quod principale interesse spectabat ad Bizzarrum principalem Conductorem ejusdem Casalis, & verum Dominum ejus fructuum ac Baratellum ejus fidejussorem, pro cujus indemnitate dicta conventio facta fuit, & consequenter ex tali conventione nullum tale jus creditoribus acquisitum fuit, quin inter partes ad solidationem, & redditionem rationis validè, postea deveniri potuerit, ut ritè factum fuit, Rota *in Narnien. Societatis* 19. *Febr.* 1619. *coram bon. mem. Pirovano impress. decis.* 77. *n.* 4. *& seqq. p.* 4. *tom.* 2. *recent.*

Sed cesset insuper objectum, considerando quod ex solutionibus sc. 2300. dd. Aldobrandinis ab ipso Felice factis pro affictu d. Casalis Turris novæ usque per totam die 24. Nov. 1618. quo tempore per solidationem computorum factam cum Bizzarro expiravit illius mandatum, & ex aliis solutionibus factis diversis creditoribus ejusdem Bizzarri, de quibus in secundo Summ. Claudiæ, apparet ad ejus manus majoris valoris fructus non pervenisse, & propterea d. redditio rationis prætendi non potest ad tradita per Bart. *in l.* 1. *n.* 9. *& seq. ff. de eden.* Cravett. *cons.* 231. *n.* 14. Rota apud Greg. XV. *dec.* 220. *n.* 3.

Nec refert quod in compendio rationum Claudiæ
3 ad debitum hæreditatis Francisci sui viri descripta fuerit partita scutor. 820. soluta pistoribus die 4. Nov. 1618. ante confectionem d. Instrumenti solidationis computorum. Ideoque pariter redditus ex d. Casali percepti essent describendi ad ejus debitum.

Quia ultra quod semper creditoribus resistit d. solidatio facta cum Bizzarro Conductore Casalis, & verò Domino frumenti, ut in alia decisione firmatum fuit, respondetur nequaquam constare, quod ista Pistoribus facta solutio sit respectu Casalis Turris Novæ, quod tamen esset pro parte creditorum concludenter probandum maximè dum verba quietantiæ repugnant, & aliæ partitæ à die 23. Julii usque ad diem 3. Nov. solutionem factarum nedum DD. Aldobrandinis, sed etiam aliis creditoribus Bizzarri in ultimo compendio rationum Claudiæ non fuerunt descriptæ ut in hoc partes conveniunt, sed fuerunt adductæ pro majori justificatione solidationis rationum in d. Instrumento factæ.

4 Similiter placuit DD. eandem decisionem confirmare quoad tertiam partitam concernentem fructus Casalis Turris Novæ de anno 1619. eo ipso quod à creditoribus non probatur concludenter majorem quantitatem fructuum, quàm in rationibus Claudiæ descripta fuit, ad ejus manus pervenisse, quæ tamen probatio necessaria erat ad condemnandam Claudiam, & ad convincendam partitarum ab ipsa descriptarum insuffi-

cientiam, Alexander *in leg. n.* 22. *vers. in ea, D. de eden.* Socin. sen. *cons.* 24. *n.* 55. *lib.* 1. Rota *in Nepesina Tutelæ* 22. *Aprilis* 1622. *coram bon. mem. Ubaldo impress. dec.* 380. *n.* 3. *vers. & in omnem eventum part.* 4. *tom.* 2. *recent.*

Non obstat quod ratio de herbis ex d. Casali eodem anno perceptis reddita non fuerit, quia sufficit pro hujusmodi anno ad creditum hæreditatis Baratelli appositam fuisse quantitatem scutorum 2830. quæ retracta fuerunt ex venditione lanæ, & agnorum, quæ lanæ, & agni non extitissent nisi ex herbis d. Casalis oves bis mille nutritæ fuissent, cum nulla alia pro alendis ovibus impensa facta in istis rationibus adnotata legatur, ut ex ultima Giribaldi Periti electi relatione in 6. partita reservata apparet.

Pariter Domini dixerunt decisionem confirmandam quoad quartam partitam frumenti de anno 1620. in prætensa Rubric. 800. quantitate collecti. Nam ultra quod à Claudia tanta quantitas recollecta negatur, & talis negatio ex attestatione officialis annonæ in ejusdem Claudiæ Summ. *n.* 5. aliàs relata adminiculatur, si ex dicta quantitate Rubrorum 800. Rubror. 80. pro 5 seminibus necessaria deducantur, & juxta Peritorum assertionem decem rubra à quolibet centenario ob rationem diversitatis mensurarum demantur, atque hordeum, & blanda, cum etiam segetes sub nomine frumenti comprehendantur, Gloss. *in leg.* 1. *§. de eo opere, D. de aq. pluv. arc. & in leg. triticum* 94. *verbo, triticum, D. de verb. obligat.* Rebuff. *in leg. fragem* 77. *vers. frumentum dicitur, D. de verb. signif.* Forcatul. *in pœn. jur. civil. cap.* 6. *per tot.* utique partita hæc in rationibus ad creditum hæreditatis in Rubr. 539. eo anno vendentis descripta sustinetur, ut ex Periti relatione in 51. partita reservata dignoscitur, & ut in alia decisione deductum fuit *sub §. quamvis etiam.*

In eamdem sententiam quoque Domini descenderunt quoad quintam partitam redditionis integræ rationis equarum 53. nam boves 12. fuerunt lanionibus venditi, & alii 23. Camillo Bonavent. ut in Summ. Claudiæ decetur, prout etiam de 20. equabus pro scutor. 15. pro qualibet Michaëli Angelo Riofredo venditis, ut ex relatione supra dicti Periti in quinta partita reservata demonstratur; Ita quod pro 33. equabus deficien. ad d. pretium valutatis valoris scutorum 495. poterit hoc debitum Claudiæ, quæ ex eisdem rationibus in longè majori quantitate creditrix remanserat, cum hoc ejus credito compensari prout in decisione, quæ revidetur fuit ponderatum, in §. *fin.*

Quæ omnia eò facilius videbantur Dominis esse ad- 6
mittenda, cùm hic agatur de muliere Francisco Batatello ejus viro quoad fidem, & integritatem optimè cognita, adeo ut, eam ab hujusmodi rationum redditionum onere, ut in ejus testamento legitur, plenè liberavit, & sic ab ea rigorosa redditio exigi non possit, nec citra dolum condemnari *l. Aurelio* 21. §. *Caius, ff. de lib. leg. l. cum necessitatem* 18. ubi Gloss. fin. & Doct. *C. de fideicommiss.* Cravet. *consil.* 193. *n.* 9. Rota *decis.* 762. *n.* 8. *part.* 2. *decis.* 331. *n.* 1. *seq. part.* 3. *& decis.* 409 *n.* 2. *& 6. part.* 4. *recent.*

Præsertim advertendo quod ipsa de gestis per Felicem filium pariter à patre Francisco liberatum post rationem de utraque administratione jam diu solemniter redditam, molestatur, postquam fuit per sententiam Judicis liberata, & creditrix declarata, ut ex sententia, aliisque juribus in Summ. ejusdem Claudiæ apparet; unde merito ab omni sinistra suspicione immunis habenda est, ut decisio firmat quæ revidetur, in qua propterea Domini permanserunt utraque, &c.

R. P. D. MELTIO.

Januenn. prætensæ separationis Thori.

22. *Junii* 1650.

ARGUMENTUM.

Nullitas excessus valdè inficit adjudicatio-

nem, & exequutionem. Exequutio quomodo fiat in annuis præstationibus. Læsio ultra dimidiam datur in subhastatione; & proinde remedium *l. fin. C. de rescind. vend.* contra eam habet locum. Fructus dotales veniunt in judicio dotis. Præsentia partis supplet defectum intimationis. Pignoris natura, & necessitas in executione examinatur. Stylus fori est attendendus: & quomodo probetur. Læsio, quomodo probetur. Res civili vinculo alligata, pretio minuitur. Manutentio non datur sine spoliato.

SUMMARIUM.

1 *Adjudicatio notoriè nulla non privat quemquam sua anteriori possessione.*
2 *Excessus in adjudicatione sufficit ut detur in aliqua parte effectum, ut executio adjudicationis in totum annullata remaneat.*
3 *Possessor est citandus in Judicio commissionis.*
4 *Exequutio annuis præstationibus fieri debet eodem modo, quo fit in immobilibus.*
5 *Exequutio pignoris prætorii, etiam in annuis præstationibus, debet præcedere adjudicationem.*
6 *Læsio ultra dimidium justi pretii rescindit subhastationem, sive adjudicationem.*
7 *Remedium* l. a. C. de rescind. vend. *habet etiam locum in subhastatione.*
8 *Confessione de recepto emissa de tempore, quo nulla aderat suspicio, valdè attendi debet.*
9 *Crediti dotalis nomine venit creditum alimentorum dotalium.*
10 *Judicium quodlibet factum pro repetitione dotis comprehendit de sui natura fructus dotales, quamvis illi in libello expressè non fuerint.*
11 *Fructus dotis tanquam accessorii ad eandem dotem, illam adeo concomitantur ut comprehendantur sub judicio universali facto pro dotis restitutione, quamvis de illis nulla facta fuerit expressio.*
12 *Excessus ex quo penditur injustitia adjudicationis, debet esse adeo evidens, ac clarus, ut nullo modo possit de eo dubitari.*
13 *Probatio, quæ respectu temporis dubia redditur, attendenda non est.*
14 *Tempus, quotiescumque est de substantia ejus, quod agitur, clarum est, quod precisè probari debet, aliàs probatio non suffragatur.*
15 *Præsentia partis supplet defectum citationis.*
16 *Intimatio non necessaria, sed facta ex abundanti cautela, licèt nulliter sit facta, non est apta ad destruendum processum, et ad inferendum præjudicium.*
17 *Executio mediante captione pignorum, non est necesse quod procedat ex primo decreto adjudicationem, quotiescumque bona adjudicata reperiuntur jam supposita pignori, et hypothecæ ad favorem creditoris.*
18 *Aliud dici potest respectu adjudicationis pignoris prætorii.*
19 *Pignore conventionali cessante, præcedere debet executio, ex qua formatur pignus prætorium. Quod necessarium non est, si præcedat pignoris conventio.*
20 *Stylus Civitatis Neapolis est, quod ad venditionem fiscalium, sive illorum adjudicationem procedatur nulla præcedente executione, si illi sequestrati sint ad instantiam creditorum.*
21 *Stylus fori alicujus loci satis probatur per attestationes Curialium, ac Notariorum loci.*
22 *Stylus, et consuetudo contraria ubi vigent, inducunt tacitam derogationem solemnitatibus à jure in subhastationis judicio requisitis.*
23 *Et talis stylus est omnino attendendus.*
24 *Læsio debet probari ab eo, qui se fundat in ea.*
25 *Et quidem plenè concludenter.*
26 *Et percutere debet tenous secutæ adjudicationis, circa probationem valoris rei adjudicatæ.*
27 *Læsio excluditur ab adjudicatione facta per Judicis decretum, attenta vel sola præsentia Judicis.*
28 *Testis deponens de facto proprio etiam si esset unicus, plusquam semiplenam facit probationem.*
29 *Et ejus dictum adminiculum aliis duabus depositionibus facit plenam probationem.*
30 *Pretium certum rei omninò requiritur, ad effectum probandi læsionem.*
31 *Bona subhastata minori pretio illorum veri valoris vendi solent.*
32 *Præsertim quando illa sunt vacabilia per mortem debitoris.*
33 *Vincula imposita alicui rei tendunt ad diminutionem valoris illius. Et reddituum.*
34 *Incertitudo valoris rei, excludit læsionem.*
35 *Læsio et illius suspicio cessat per oblationem retinentis rem, super qua illa prætenditur ad illam retrocedendum.*
36 *Quando agitur de solutione pro rata, creditoribus facienda, consideranda est quantitas, quæ à quolibet fuit contributa.*
37 *Manutentio non datur contra decretum adjudicationis executioni ad hominem demandatum.*
38 *Scientia adjudicationis, et acquiescentia facit censeri quem pro spoliato, unde non intrat præsumptio continuatæ possessionis, et ad hunc effectum, sufficiens etiam est spatio paucorum dierum.*

DECISIO LXVI.

POst resolutionem coram me emanatam sub die 28. Junii 1646. favore Dom. Marchionis ab Auria in qua fuit dictum illi dandum esse mandatum de manutenendo in redditibus Fiscalibus, de quibus agitur, eo quia adjudicatio reportata dd. redditumFiscalium per Dominam Barbaram Spinolam uxorem d. Dom. Marchionis à Regio consilio Neapolis pro restitutione suæ dotis erat notoriè nulla quæ propterea D. Marchionem sua anteriori possessione non privavit, instituit pro nova audientia d. D. Barbara, qua illi concessa sub hac die fuit resolutum dandum esse mandatum de manutendo D. Barbaræ pro rata scut. 48. mill. tantum, & sic recedendum à decisis. 1

Nullitates in decisione ponderatæ d. adjudicationis fuerunt tres, quarum prima dicebatur ratione excessus, cum dos Dominæ Barbaræ ascendat in totum ad summam ducatorum 48. mill. monetæ Neapolis, adjudicatio autem secuta fuit pro ducatis 50. mill. unde appareret de excessu in ducatis 2000. qui sufficit ut detur in aliqua parte ad effectum, ut executio adjudicationis in totum annullata remaneat ad *leg.* 1. §. *hæc verba ff. ne vis fiat ei*, Bartol. *in l. si non sortem*, §. *si centum*, ex qua etiam omnes idem notant, *ff. de condict. indeb. n.* 7. Put. *dec.* 323. *n.* 2. *lib.* 1. Greg. XV. *dec.* 198. *n.* 1. cum aliis relatis *dec.* 682. *n.* 1. & 4. *p.* 4. *recent. tom.* 3. 2

Secunda nullitas deducebatur, ex quo in Judicio adjudicationis prætendebatur citatum non fuisse D. Marchionem, nec aliquem ejus legitimum Procuratorem, & tamen ipse tanquam possessor dd. redditum fiscalium citandus erat, dum per adjudicationem immittenda erat in illorum possessionem D. Barbara, ad hoc ut privatus remaneret sua possessione ad *l. de unoquoque, ff. de re judic.* Rota *dec.* 802. *n.* 7. & 8. *part.* 1. *diverf.* & *dec.* 267. *n.* 12. *part.* 4. *recent. tom.* 2. 3

Tertiam nullitatem in eo consistere firmatum fuit, 4
nam ad adjudicationem fuit processum, non captis pignoribus Prætoriis, mediante exequutione; quæ in annuis præstationibus fieri debet eodem modo quo fit in immobilibus ex juribus allegatis *in dict. dec. sub* §. *oritur etiam*, ubi pariter firmatur talem executionem debere præcedere adjudicationem.

Ex

5 Ex capite etiam læsionis dicta fuit nulla adjudicatio, & lesio deducebatur, quia D. Barbara ad effectum sibi satisfaciendi de duc. 50. mil. adjudicationem obtinuit, ac ad ejus creditum in libris Regiæ Cameræ Neapolis describi curavit omnes redditus fiscales spect. 6 ad D. Marchionem constituentes capitale ducat. 107. mill. ex quibus retrahebantur annui fructus ducator. 8000. quæ quidem læsio tanquam ultra dimidium justi pretii rescindit subhastationem, sive adjudicationem, cùm ex hoc constet de illius injustitia juxta terminum *l. 2. C. de rescind. vend.* cujus remedium ut habeat etiam locum in subhastatione declarat Cornel. *cons.* 56. *n.* 2. *lib.* 3. Reb. *in comment. tom.* 2. *de rejcind. contract. art. unic.* gloss. 15. *n.* 38. *& in tit. de præcon. art.* 7. gloss. *in fin.* Cagnol. *in l.* 2. *n.* 161. & ibi Pinell. *n.* 25. *C. de* 7 *rescind. vend.* Gabr. *de empt. & vend conclus.* 1. *sub n.* 61. *versic. contrarium.* Seraphin. *decis.* 1478. *sub n.* 1. *versic. neque ista deliberatio.*

Hæc autem fundamenta decisionis ex noviter deductis per Dominam Barbaram visa fuerunt non subsistere: Nam allegatus excessus ducator. 2000. redditur valdè turbidus, ex quo adjudicatio pro dote d. D. Barbaræ cantat simpliciter pro ducatis 48. mill. summa autem ducator. 2000. liberata fuit in aliorem causa à Regio consilio Neapolitano, nempe in causam alimentorum, & fructuum dotalium, ut apparet ex pluribus actis datis in ultimo summ. d. D. Barbaræ *n.* 1. & hujusmodi adjudicationem fuisse factam pro utroque credito comprobatur nedum ex sequestro, ac decreto facto pro alimenti favore Dominæ Barbaræ, ut in d. ejus summ. eod. *n.* 1. verum etiam ex reiteratis attestationibus Notarii Actuarii factis de ordine Judicis explicitè id affirmantibus primo sum. ipsiusmet Dominæ Babaræ *n.* 8. & 11. quibus accedunt etiam confessiones ejusdem Dominæ Barbaræ, quia adjudicatio facta fuit pro dote ducatorum 48. mill. & pro aliis ducatis 2000. in causam alimentor. ut in dicto ejus primo Summario *n.* 9. & 10. quæ cùm fuerint emissæ post adjudicationem, & de tempore quo nulla aderat suspicio, ut ex hoc capite excessus adjudicatio impugnaretur ac judicialiter appareant factæ, valdè attendi debent *l. generaliter C. de non num. pecun. cap. ac si clerici*, ubi Abb. & Dec. *in* 4. *notab. de Judic. l. cum te*, *C. de transact.* Bald. *cons.* 142. *col.* 2. *lib.* 2. cum aliis relatis per Surd. *consil.* 60. *n.* 1. *& decis.* 327. *n.* 28.

8 Ponderatum etiam fuit quod post emanatum decretum adjudicationis ad favorem D. Barbaræ procurator D. Marchionis longè post contra illud opposuit quatuor nullitates, ut in primo Summario d. D. Barbaræ *n.* 14. nulla de ista respectu excessus habita ratione, quæ certè inter illos fuisset connumerata tanquam valdè substantialis, nisi procurator agnovisset, quod adjudicatio comprehendebat tam creditum dotis, quàm creditum ratione alimentorum, ex quibus concludendum venit verba decreti adjudicationis comprehendere, nedum creditum dotis, sed etiam creditum alimentorum dotalium, maximè quia sub nomine crediti dotalis venit creditum alimentorum dotalium, ad trad. per Bart. *in leg. item veniunt*, §. *item non solum n.* 3. *D. de petit. hæredit.* ubi Bald. *n.* 9 1. qui concludunt in quolibet judicio facto pro repetitione dotis venire de sui natura fructus dotales, quamvis illi in libello expressi non fuerint, & hoc ea ratione, quia fructus dotis tanquam accessorii ad eandem dotem *leg. merito*, §. *fin.* & ibi Roman. *n.* 31. *D. solut. matrim.* illam adeo concomitantur, ut comprehendantur sub judicio universali facto pro dotis restitutione quamvis de illis nulla fuerit facta expressio, Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 11. *tit.* 19. 10 *n.* 15. Surdus *de aliment. lib.* 8. *privileg.* 49. *num.* 1. ubi allegat plures concordantes, Rota inter impress. apud Fenzon. *ad Statut. Urb. decis.* 85. §. *nihil etiam* 11 *obstare.* At in omnem casum sufficit, quod ex istis saltem reddatur dubius prætensus, ut Domino Marchioni competere nequeat manutentio. Cùm ad hunc effectum requiratur, ut excessus ex quo penditur 12 injustitia adjudicationis, sit adeò evidens ac clarus, ut nullo modo de eo possit dubitari, Rota *dec.* 646. *n.* 2. *part.* 2. *recentior. & dec.* 182. *n.* 8. *decis.* 236. *num.* 2. inter impress. apud Moder. *de decis. manutent. cum vulg.*

Non obstat, quòd per Dominum Marchionem dentur nonnullæ solutiones in ejus summario responsionis *n.* 12. quæ factæ apparent Dom. Barbaræ à Cornelio Spinola in summa ducatorum 10575. ex quibus præsupponitur dictam Dom. Barbaram remanere satisfactam de prædictis ducatis 2000. ei debitis ratione alimentorum, quia dictæ solutiones factæ apparent usque de anno 1633. alimenta autem in scutis 2000. fuerunt assignata de anno 1637. & sic valle post, unde cùm probatio hujusmodi respectu temporis dubia addatur, attendenda non est, Natta qui alios 13 allegat *cons.* 170. *n.* 9. quotiescumque enim tempus est de substantia ejus, quod agitur, clarum est, 14 quod præcisè probari debet, alia probatio non suffragatur, Gloss. fin. *in lege cum actum*, ubi Bartolus *n.* 6. *D. de negot. gest.* & post alios Surdus 73. *decis.* 75. *n.* 10. Rota *dec.* 53. *n.* 20. *part.* 4. *recent. tom.* 2.

Secunda nullitas ex defectu citationis in eadem decisione ponderata hodie cessat, stante quod ex facto appareat decretum adjudicationis fuisse factum sub die 24. Dec. 1637. præsente, & contradicente Bartholomeo Criscolo procuratore D. Marchionis, qui in illius personam fecit mandatum sub die 31. Maii 1636. ac ab eo fuit acceptatum, ut in summario *nu.* 1. Dominæ Barbaræ *n.* 16. & seq. & sic perperam desideratur citatio, ubi habetur præsentia, quæ supplet hujusmodi defectum, Jason. *in lege nequicquam*, *n.* 15 26. *vers.* 2. *limita D. de offic. Procons. & legat. & in lege* 1. *n.* 1. *D. de in jus vocand. & in rubric. n.* 3. *vers. veritas est*, *C. eod.* Marant. *in prax. part.* 6. *membr.* 1. *n.* 10 Vant. *de nullitat. quibus modis sentent. nullitat. descend. possess. num.* 116. cum aliis copiosè satis relatis *in decis.* 274. *nu.* 7. *part.* 4. *recentior. tom.* 2. Nec procuratoris mandatum dici potest, quod fuisset expiratum de tempore dicti decreti super adjudicatione emananti, quia ut dicebatur dictum decretum factum fuit sub die 24. Dec. 1637. & de illo tempore adhuc durabat mandatum cum restrictum fuerit ad totum, & integrum annum 1647. Quare non obstat, quod postea de mense Januarii 1638. & sic de tempore quo Criscoli mandatum jam fuerat expiratum ei decretum adjudicationis fuerit intimatum; nam cùm intimatio hujusmodi non requireretur ex forma dicti decreti simpliciter, ac absolutè loquentis, nec ex dispositione juris, cum procurator habuisset notitiam illius, ex quo factum fuerat eo præsente, utique intimatio ista dici debet facta ex abundanti cautela, quæ propterea licet nulliter facta apta non fuit ad destruendum processum, & ad inferendum præjudicium *lege testamentum*, *cum ibi not. C. de lege qui mutuam*, *D. mand. cum concord. congestis*, per Roman. *cons.* 343. *n.* 7. Rota *decis.* 319. *n.* 9. *part.* 1. 16 *& decis.* 715. *n.* 6. *part.* 4. *recent. tom.* 1.

Postrema nullitas ex eo deducta, quod executio non præcesserit ex primo decreto adjudicationem mediante captione pignorum pro irrelevanti habita etiam fuit, 17 nam ex juris dispositione executio ista non requiritur quotiescunque bona adjudicata reperiantur jam supposita pignori, & hypothecæ ad favorem creditoris, prout in præsenti casu redditus fiscales, de quibus agitur supposita reperiebantur pignori, ac hypothecæ 18 ad favorem Dominæ Barbaræ, quidquid aliud dici possit respectu adjudicationis pignoris Prætorii, in quibus terminis intelligendæ sunt doctrinæ allegatæ in decisione quæ revidetur *sub* §. *oritur.* & verita nullitas, & cum hac distinctione in simili materia procedendum esse declarat Fenzon. *ad statut. urb. cap.* 194. *n.* 13. cujus

15. cujus opinionem ſequitur Modern. Peruſin. *de ſubhaſtatione*, *inſpect.* 13. *n.* 75. & latius *inſpect.* 11.
19 *n.* 1. *cum ſeq.* ubi dat formam procedendi in utroque caſu ſub ea diſtinctione, ut ceſſante pignore conventionali præcedere debeat executio ex qua formatur pignus Prætorium, quod neceſſarium non ait, ſi præcedat pignoris conventio, ut reaſſumendo firmat *ſub n.* 17.

20 At circa hoc tollit quamcunque difficultatem ſtylus vigens in civitate Neapolis, qui per tres teſtes firmiter examinatos eſſe probatur, ut ad venditionem Fiſcalium ſive illorum adjudicationem procedatur nulla præcedente executione ſi illi ſequeſtrati ſint ad inſtantiam creditorum, & deponunt, quod viderunt ita practicari, ut in ultimo ſummario Dominæ Barbaræ
21 *n.* 14. quod ſequeſtrum hic fuiſſe factum non controvertitur licet ad probandum hujuſmodi ſtylum ſatis eſſent etiam atteſtationes plurimorum Curialium, ac Notariorum datæ in primo ſummario Dominæ Barbaræ *n.* 19. ut declaravit Rota *deciſ.* 255. *n.* 2. inter impreſſ. ad Modern. *de manut.* & apud eundem *de ſubhaſt. dec.* 34. *n.* 13. cum aliis congeſtis per Mangil. *eodem tract. quæſt.* 59. *n.* 12. qui ait cenſeri derogatum ſolem-
22 nitatibus à jure requiſitis in judicio ſubhaſtationis quotieſcumque viget ſtylus, & conſuetudo contraria, &
23 quod ſimilis ſtylus omninò ſit attendendus declarat Guido Pap. *dec.* 22. *n.* 1 *in fin. verſ. ſed contrarium.* Rota *dicta deciſ.* 54. *n.* 17. apud eundem Modern. *de ſubhaſtat.*

24 Quo verò ad læſionem in qua D. Marchio valde ſe fundat clarum eſt, quod eam probare tenetur, Bart. & alii *in l. nam*, *& poſtea*, §. *ſi minor. D. de jur. jurand.* Gonzal. *conſ.* 44. *n.* 8. & quidem plenè & con-
25 cludenter, Abb. *in cap.* 1. *in* 2. *notab. de reſtit. in inte-*
26 *grum.* Dec. *conſil.* 474. *n.* 11. & percutere debet tempus ſecutæ adjudicationis circa probationem valoris prædictorum fiſcalium, *juxta lege voluntate*, *in fin. C. de reſcind. vend.* Gloſſa & Doctores *in lege* 2. *eod.* & *in lege pretia rerum D. ad legem falcid.* Burat. *dec.* 578. *n.* 9. & *dec.* 278. *n.* 4. *part.* 4. *recent. tom.* 2. Ad effectum autem illam probandi datæ fuerunt plures venditiones horum reddituum fiſcalium factæ de ann. 1637. & 1638. ad rationem ſeptem pro quolibet centenario abſque ulla diminutione, ut in ejus primo ſummario *n.* 12. cum duobus ſequent. quæ cum percutiant tempus adjudicationis factæ de dicto anno 1637. omnium fiſcalium ad D. Marchionem ſpectantium, quæ conſtituebat capitale ducat. 107. mil. pro ducatis 50. mil. ad favorem Dominæ Babaræ, propterea dicitur, ut illa ſalvari non poſſit à manifeſta læſione.

Hoc tamen minimè obſtante conſideratum fuit, ut cùm hujuſmodi adjudicatio fuerit facta per judicis de-
27 cretum, ſola judicis præſentia ſufficiat ad excludendam læſionem, Cravet. *conſil.* 114. *n.* 2. Dec. *in l. ſingularia ſub n.* 13. *D. ſi cert. pet.* Buratt. *deciſ.* 783. *n.* 14. ubi aliæ referuntur deciſiones.

Præterea eo magis ceſſare videtur læſio dum ex depoſitionibus trium teſtium inductorum per Dominam Barbaram clarè apparet quod redditus fiſcales ad forenſes ſpectantes, venditi fuerunt de anno 1637. & 1638. etiam ad rationem 30. vel. 40. pro centenario,
28 ut in ultimo ſumm. Dominæ Barbaræ. *n.* 15. Imò ſecundus teſtis deponit ſe illos emiſſe pro tali pretio à particularibus, & à Bartholomæo Aquino, qui nomine Regiæ Cameræ vendebat, ac inſtrumentum ſuper tali emptione celebratum fuiſſe, ſtipulatum per Maximum Piſſerum ejuſdem Regiæ Cameræ Notarium; qui tanquam deponens de facto proprio etiamſi eſſet unicus, pluſquam ſemiplenam faceret probationem, Achil. *dec.* 31. *de prob.* Cæſar de Graſſis, *deciſ.* 2. *de empt. & vendit.* Caputaq. *deciſ.* 281. *part.* 3. Se-
29 raph. *deciſ.* 889. *n.* 3. Rota *deciſ.* 252. *num.* 2. *part.* 2. *in rec.* quare adminiculato illius dicto ex depoſitionibus aliorum duorum teſtium, ut ille faciat plenam probationem tradit Caſtrenſis *in l. quicumque in fin. C. de ſerv. fug.* Cror. *de teſt. num.* 209. Socinus junior *conſil.* 61. *in fin. lib.* 1. Cephal. *conſil.* 432. *num.* 31. maximè juncta fide Proxenetæ ante adjudicationem exhibita, ex qua apparet non ſemper hos redditus fuiſſe venditos pretio contento in inſtrumentis venditionum per D. Marchionem productis, ſed aliquando longè minori, & propterea ex his colligitur non poſſe in illis conſtitui certum pretium quod omnino requiritur ad effectum probandi læſionem. Quibus additur etiam quod bona ſubhaſtata minori pretio illorum 30
veri valoris, vendi ſolent, præſertim quando illa ſunt 31
vocabilia per mortem debitoris, ut accidit in hoc
caſu ex quo dd. redditus pro rata ducatorum 22. mill. 32
circiter empti fuerunt ſub periculo vitæ ejuſdem D. Marchionis, & quod decreta adjudicationis, facta fuerint ſub duplici vinculo, unum videlicet, quod capitalia non valeant reemi inconſulto regio conſilio, alterum quod fructus dd. capitalium pro rata ducatorum mille annuorum, non liceat Dominæ 33
Barbaræ exigere, ſed remaneant ſequeſtrati pro alimentis, quæ à filiis petita fuerunt, quæ quidem vincula dubitari non poteſt, quin tendant ad diminutionem valoris dictorum reddituum, Pinell. *in lege* 34
2. *part.* 3. *cap. ult. n.* 22. *cum ſeqq. C. de reſcind. vendit.* Rota *deciſ.* 44. *n.* 9. apud Modern. Peruſin. *de ſubhaſt.* Greg. XV. *dec.* 553. *num.* 14. ex quibus cum ſaltem incertitudo valoris fiſcalium oriatur, læſio remanet excluſa, Baldus *in lege fin.* §. *ſed ſi quis*, *C. commun. de legat.* Rolandus *conſilio* 28. *n.* 24. *libro* 4. Gratianus *diſcept. forenſ. cap.* 761. *n.* 6. & 7. Rota *in Gerunden. anniverſariorum* 14. *Nov.* 1586. *coram Orano.*

Sed videbatur etiam Dominis, quod Domina Barbara magis excludat quamcumque ſuſpicionem læſionis, dum ea ſeſe obtulit paratam prout de præſenti quoque ſe offert ad retrocedendum omnes redditus fiſcales ei reſtituta tamen à D. Marchione ſua dote ducatorum 48. m. vel retentis dictis fiſcalibus tot quorum valor aſcendat ad ſummam dd. ducator. mil. ei debitorum, quam retroceſſionem facto acceptare Dominus Marchio nunquam voluit, & per hujuſmodi oblationem ceſſare læſionem firmavit Rota *coram Merlino deciſ.* 236. *n.* 2. quapropter reſolutum fuit 35
dictæ Dominæ Barbaræ eſſe dandum mandatum de manutenendo pro rata ducat. 48 mill. tantum in dictis fiſcalibus, quæ quidem dictio pro rata intelligi debet, ut fiſcalia penes Dominam Barbaram remanſura eſſe debeant talis valoris, ut importent illam quantitatem, in qua D. Barbaræ fuit conſtituta dos, quæ D. Mar- 36
chioni fuit conſignata dos, ut declarat Rom. *conſ.* 89. *n.* 1. ubi quod quando agitur de ſolutione pro rata creditoribus facienda conſideranda eſt quantitas, quæ à quolibet fuit contributa.

Ultimò denique cum cauſa pendeat in gradu reſti- 37
tutionis in integrum, ac decretum adjudicationis factum favore Dominæ Barbaræ longè ante petitam reſtitutionem in integrum à D. Marchione fuerit executioni ab homine demandatum, non poteſt dari aliqua manutentio D. Marchioni, ut diſtinguendo juret executionem factam ab homine, & à lege, bene declaravit Rota penes Burat. *deciſ.* 604. *n.* 16. & 17. *& in Sipontina penſiones* 8. *Aprilis* 1647. §. *fin.* 1. *Julii ejuſdem anni.* §. 1. & 8. *Junii* 1648. §. *quia*, *coram R. P. D. meo Peutingero*, & ratio eſt quia cum Dominus Marchio ſcientiam habuerit prædictæ adjucationis, ac per ſpatium plurium annorum diſtulerit hoc judicium promovere ceſſat quæcumque 38
præſumptio continuatæ poſſeſſionis in eo, qui propterea cenſeri debet, ut ſe habuerit pro ſpoliato, & ad hunc effectum ſufficiens etiam fuiſſet ſpatio paucorum dierum; ut explicat Cravet. *conſ.* 235. *nu.* 1. *verſic. & dicitur negligere*, & plures Rotæ deciſiones cumulando tradit etiam Modern. *de manutent. obſervat.* 58. *ſub n.* 1.

R. P. D.

R. P. D. CELSO.

Romana Domus.

Lunæ 25. Februarii 1647.

ARGUMENTUM.

Agitur de devolutione rei emphyteuticæ ob finitam lineam, & canones non solutos, ubi plura, secundum propositam facti speciem, congerentur ad materiam; & in specie de facultate Domino directo competenti, capiendi possessionem rei propria authoritate: de probatione deponentis de facto proprio, & de emphyteutæ excusatione ob non solutos canones.

SUMMARIUM.

1 *Possessio emphyteutæ probatur ex locutionibus rei emphyteuticæ continuatis, et effectum sortitis.*
2 *Confessio quædam superat quamcumque probationem.*
3 *Mandatum de manutenendo conceditur existenti in possessione, ipsa probata.*
4 *Possessio apprehensa propria auctoritate, et sine citatione, dicitur clandestina, et turbativa.*
5 *Et nullum vero possessori infert præjudicium.*
6 *Domino directo non permittitur exercitium propriæ authoritatis in capienda possessione rei emphyteuticæ prætextu devolutionis, et caducitatis ob non solutos Canones, dum non versatur in claris, et indubitatis.*
7 *Sed judicio petitorio contra possessorem agendum est.*
8 *Qui interim debet sua possessione manuteneri.*
9 *Ampliatur procedere, etiam attenta facultate capiendi possessionem propria authoritate.*
10 *Clausula* ad habendum et quicquid voluerit faciendum, etc. *adjecta investituræ concessæ, pro se hæredibus et successoribus quibuscumque in perpetuum, comprehendit hæredes etiam extraneos.*
11 *Relationis ad instrumenta natura est, quod relatum habeatur in referente.*
12 *Hæredes et successores extranei necessario debent intelligi in concessione investituræ conceptæ pro hæredibus, et successoribus quibuscumque in perpetuum comprehensi, quando primus investitus erat Clericus de tempore investituræ, et talis enunciatus in ea.*
13 *Concessio emphyteutica non potest dici finita, ob lineam vocatorum finitam, dum dominus directus per spatium longi temporis tertios in emphyteutas recognovit, recipiendi ab eis laudemium deinde Canones.*
14 *Devolutio rei emphyteuticæ ob non solutos Canones aliquo tempore, non potest à domino directo prætendi contra mulierem minorem.*
15 *Et absentem.*
16 *Sequestrum à domino directo contra inquilinos fundi emphyteutici facit cessare devolutionem contra emphyteutam, ob non solutos de eo tempore Canones.*
17 *Sicut etiam assignatio talium pensionum, cum obligatione inquilini de illis solvendis, acceptata ab ioso domino directo.*
18 *Testi attestanti aliquam rem uti mediatori, tanquam de negotio ab ipsomet gesto, cum alias sit notæ integritatis, plurimum deferendum venit. Juncta præsertim alia attestatione.*
19 *Credibilitas probatis in emphyteuta, Canones fuisse solutos, sufficit ipsi ad evitandam caducitatem.*
20 *Causa quælibet, etiam fatua, et injusta, excusat à devolutione, et à pœna.*
21 *Manutentio non datur possessionis nullæ, et attentatæ.*
22 *Manutentio, sicut cessat quando non constat de possessione, ita etiam quando possessio est nulla, improba, vel infecta.*
23 *Manutentio data proprietario vigore possessionis civilis per extinctionem lineæ investiti, et caducitatem: sustineri non valet, dum non fuit de eis doctum quæ per allegantem probari debent.*
24 *Devolutio, ubi non est clara, non potest procedi per viam manutentionis.*
25 *Et sic constat de injustitia mandati de manutenendo.*
26 *Virtus primæ sententiæ, et illius effectus remanet suspensus per appellationem.*

DECISIO LXVII.

PRætendens modernus Rector Sanctorum Simonis, & Judæ ob linam finitam, & Canones non solutos, devolutam esse ad ejus Ecclesiam domum aliàs sub die 17. Oct. 1547. in emphyteusim concessam Vincentio de Ferrariis, & per Franciscam Felicem possessam; sub die 23. Jan. 1643. de facto illa non citata possessionem præfatæ domus accepit.

Unde introducta à principio causa coram Reverendiss. Urbis Vicesgerente, qui Rectori mandatum de manutenendo concessit, & per definitivam sententiam, nullam jus dictæ Franciscæ Felici competere, pronunciavit, & deinde per viam appellationis, mihi commissa, proposui dubium, cui esset dandum mandatum de manutenendo, & Domini ad favorem Franciscæ Felicis responderunt, ex quo constat de anteriori possessione illius, non solùm ex pluribus locationibus ejusdem domus continuatis, & effectum sortitis juxta Glossam *in lege qui universas, §. qui per Colonum, in verb. Colonum*, ibique Aret. *n. 6. D. de acquir. possess.* Bartolus *in lege ad probationem, vers. pone enim. C. locat.* Gabr. *de locat. conclus. 4. n. 2. cum seqq.* Rota *coram Andrea, decis. 61. n. 3.* 1

Sed etiam ex confessione propria ipsius Rectoris, qui in instrumento publico sub die 8. Dec. 1636. declaravit recepisse scut. 28. b. 80. pro canonibus decursis, & non solutis præfatæ domus emphyteuticæ per dictam Felicem possessæ, quæ confessio superat quamcumque probationem, Felin. *in cap. olim l. 10. vers. limita secund. de rescr.* Menoch. *de retin. remed. 3. n. 596. vers. rursus*, Rota *dec. 708. n. 1. p. 4. tom. 3. rec.* 2

Et propterea debet illi concedi mandatum de manutenendo, ut in his terminis firmavit Rota *cor. Andrea d. decis. 61. n. 4. in Bonon. de Carnalibus 11. Jan. 1602.* penes Marches. *de comm. tom. 2. fol. 545. per tot. & in recent. dec. 420. n. 3. & 23. p. 4 tom. 3.* 3

Nec obstat possessio posterior Rectoris capta 28. Febr. 1643. quia uti apprehensa propria auctoritate, & sine citatione dicitur clandestina, & turbativa, nullumque Franciscæ Felici præjudicium inferre potuit, *cap. licet causam, de prob. cap. licet Episcopus de præbend. in 9.* Bartholus *in l. si duo n. 4. vers. si vero testes, D. uti possidetis*, Rota *decis. 466. n. 2. part. 1. rec.* Burat. *dec. 163. n. 3.* & penes posth. *de manut. dec. 330. n. 21. cum seqq. cum aliis in Imolen. beneficii 22. Jun. 1645. coram R. P. D. meo Conrado.* 4 5

Prætentio verò, quod ob lineam finitam, & Canones non solutos, licuerit de facto Rectori possessionem accipere, cessat ex eo, dum devolutio & caducitas non erat clara, & indubitata, prout requiritur ad hunc effectum, sed plures patiebatur difficultates, & probabiliter controverti poterat, quo casu non permittitur Domino directo exercitium propriæ authoritatis, sed judicio petitorio contra possessorem agendum est, qui interim debet in sua possessione manuteneri, juxta doctrinam Speculat. *in tit. de emphyt. §. nunc aliqua q. 48. n. 26. vers. tu dic.* Corn. *consil. 193. n. 3. lib. 3.* Gabr. *consil. 67. n. 17. lib. 2.* Corbul. *de caus. priv. ob non sol. c. an. quæst. 12. n. 3. cum seq.* Fachin. *controvers. lib. 1. cap. 95. in fin.* Gratianus *cap. 736. n. 7. & 8.* Thomat. *decis. 16.* 6 7 8

n. 16. Relatà Poſth. *de manut. obſerv.* 16. *n.* 46. *cum ſeq.* Rota *poſt eundem dec.* 111. *n.* 7. *cum ſeqq. dec.* 178. *eod. n. dec.* 385. *n.* 7. *dec.* 293. *n.* 3 & apud Pacific. *de Salv. deciſ.* 141. *n.* 9. *cum ſeqq.* & penes Marchef. *de comm. part.* 1. *fol.* 566. *n.* 1. *& per tot.* Andr. *dec.* 36. *n.* 6. *deciſ.* 61. *n.* 7. *& in recent. dec.* 409. *n.* 7. *part.* 1. *deciſ.* 420. *n.* 22. *&* 25. *part.* 4. *tom.* 2. *deciſ.* 359. *n.* 4. *&* 5. *part.* 5. *& in Uladiſlavien. Villæ d. Hoppembruch.* 13. *Aprilis* 1646. *coram R. P. D. meo Cerro.*

9 Quam opinionem procedere etiam attenta facultate capiendi poſſeſſionem propria auctoritate, probat Mant. *de tac. lib.* 22. *tit.* 22. *n.* 14. *verſic. cum autem, & dec.* 194. *n.* 2. *cum ſeq.* Ad ad ſan. mem. Greg. *deciſ.* 105. *lit. A* & penes Poſth. *de manut. dec.* 336. *q.* 8. & latè firmatum fuit in Fanen. ſeu Senogall. bonorum ſuper immiſſione 14. *Martii* 1646. *coram R. P. D. meo Melzio.*

Quatenus enim devolutio deducitur, ob finitam li-
10 neam Vincentii de Ferrariis, illa non poterat dici clara, dum conceſſio fuit facta Vincentio ac ejus hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque in perpetuum, cum clauſula ad habendum, & quicquid voluerit faciendum, quo caſu venire hæredes etiam extraneos, probat Cald. *de jur. emphy. lib* 2. *quæſt.* 23. *n.* 52. *&* 53. Clar. §. *emphyteuſis, quæſt.* 28. *n.* 4. Cavaler. *dec.* 250. *n.* 1. *&* *dec.* 263. *per tot. Bonon. emphyt.* 16. *Jun.* 1597. *coram Penia, Romana Vineæ* 22. *Martii* 1602. *& in Papien. bonorum* 10. *Maii ejuſdem anni coram clar. mem. Cardinal. Pamphilio, cum pluribus in Sarcinat. feudi* 22. *Junii &* 18. *Dec.* 1645. *cor. R. D. meo Dunozetto Decano.*

Et licèt in ſupplicatione, & precibus Sanctiſſimo porrectis non legantur verba quibuſcumque, & ſimilia, nihilominus cùm in eadem ſupplicatione habeatur relatio ad inſtrumentum prædictum ibi, & prout ple-
11 nius dicitur contineri in ipſo inſtrumento conceſſionis, potuit Franciſca Felix vigore præfatæ relationis juſtè prætendere, quod omnia contenta in inſtrumento cenſeretur repetita in ſupplicatione, Baldus *in lege* 2. *n.* 4. *C. de error. Advoc.* & in terminis Rota *dec.* 14. *n.* 42. *& ſeqq. part.* 6. *dec.* 549. *n.* 13. *p.* 4. *tom.* 3.

12 Maximè cum idem Vincentius eſſet eo tempore Clericus, & talis enunciatus, tam in inveſtitura, quam in confirmatione Apoſtolica, & paulo poſt ad Epiſcopatum promotus, ita ut dicta verba ad ejus filios, & deſcendentes nullo modo adaptari poſſent, & propterea de hæredibus, & ſucceſſoribus extraneis neceſſariò deberent intelligi, ut notat Curt. *de feud.* 2. *part. nu.* 40. Clar. §. *feudum q.* 79. *n.* 4. Cald. *q.* 20. *n.* 23. *&* 37. *& quæſt.* 23. *n.* 69. Socin. *conſ.* 13. *n.* 1. *lib.* 3. cum aliis per Fuſar. *de ſubſtitutione, quæſt.* 339. *n.* 42.

Quod comprobavit etiam obſervantia ſubſecuta, nam idem Rector præſtitit conſenſum alienationi prædictæ domus factæ de anno 1605. ad favorem Virginii Martini authoris Franciſcæ Felicis, recipiendo ab eo laudemium, & Canones, prout etiam eoſdem Cano-
13 nes recipit à prædicta Franciſca, adeo ut non poſſit dicere conceſſionem eſſe finitam, dum præfatos de Martinis per ſpatium quadraginta annorum in emphyteutas recognovit, Corbul. *de cauſ. privat.*, *ex eo quod emphyteuta non oſtendit Domino inſtrum. renovationis n.* 2. Rota *deciſ.* 261. *n.* 4. *part. prima recentiores.*

14 Quatenus autem devolutio prætenditur ob Canones non ſolutos, ab anno 1639. uſque ad tempus apprehenſæ per Rectorem poſſeſſionis, & reſiſtit non ſolum
15 minor ætas Franciſcæ Felicis, illiuſque abſentia ab urbe, prout de muliere, & Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 27. *n.* 42. Ruin. *conſil.* 110. *n.* 7. *lib.* 1. Speculat. *tit. de emphyt.* §. *nunc aliqua q.* 14. *n.* 24. *& ſeqq.* Et de abſente Corbull. *de cauſ. priv. ob non ſolut. can. limit.* 10. *n.* 5. Dec. *conſ.* 338 *n.* 9. Rota *deciſ. n.* 3. *& dec.* 718. *n.* 8. *&* 9. *p.* 4. *tom.* 3. *rec.*

16 Verum etiam ſequeſtrum factum contra inquilinos ſuper penſionibus ejuſdem domus, Rota *d. dec.* 7. 9. *n.* 10. *&* 11. *p.* 4. *tom.* 3. *recent.* Et quod magis eſt affig 17
nato dictarum penſionum, cum obligatione inquilini de illis ſolvendis acceptata ab ipſo Rectore, ut deponit Joannes Palumbus Curialis notæ integritatis, cui 18
tanquam mediatori, & atteſtanti de negotio ab ipſomet geſto, plurimum deferendum venit juncta præ ertim a teſtatione Bizozari, ejus juramento recognita, Bartolus *in l.* 1. §. *idem Cornelio, n.* 2. *verſ. ultimo vides, D. de q.* Rota *coram ſan. mem. Gregor. dec.* 204. *n.* 3. *dec.* 247. *n.* 6. *& ſeq. dec.* 521. *n.* 2. *& dec.* 544. *n.* 18. *&* 19. cum aliis per Add. ad Burat. *dec.* 116. *n.* 16.

Exquibus apparet Franciſcam Felicem, vel Canones perſolviſſe, vel ſaltem juſtè potuiſſe credere illos fuiſſe ſolutos, & Rectorem de eis ſatisfactum, quæ proba- 19
bilis credulitas ſufficit ad evitandam caducitatem. Jaſon. *in lege* 253. *quæſt.* 16. *verſ. limita tamen; C. de jure emph.* Caputaq. *dec.* 180. *n.* 4. *part.* 1. ſan. mem. Greg. *dec.* 388. *n.* 4. Burat. *dec.* 624. *n.* 7. *cum ſeqq. Romana prætenſæ devolutionis* 22. *Jun.* 1624. *coram Remboldo*, Grat. *cap.* 633. *n.* 24. *cum ſeqq. &* 675. *n.* 33.

Cum quælibet cauſa etiam fatua, & injuſta excuſet 20
à devolutione & à pœna *l. igitur*, §. *poteſt D. de lib. cauſ.* Corbul. *de cauſ. privat. ob non ſolut. can. limit.* 17. *n.* 2. *Romana devolutionis* 12. *Nov.* 1610. *coram Coccino & in alia Romana prætenſæ devolutionis* 22. *Jun.* 1624. *coram Remboldo, & in recentiores, dec.* 281. *n.* 15. *p.* 4 *t.* 2.

Minus obſtat alia poſſeſſio capta per eundem Rectorem ſub die 22. Jan. 1644. vigore mandati de manutenendo obtenti à R. Vicesgerente, nam cum prior poſ- 21
ſeſſio fuerit nulla, & attentata in vim illius manutentio dari non poterat, nam ſicut illa ceſſat quando non 22
conſtat de poſſeſſione. §. *retinendæ, Inſtitut. de interdict.* ita etiam quando poſſeſſio eſt nulla, improba, vel infecta, Rota *in Columbrien. præſtimoniorum* 18. *Jun.* 1632. *cor. R. D. meo Decano*, apud Poſth. *dec.* 320. *n.* 18.

Nec dicatur, quod ſaltem eadem manutentio potuerit concedi vigore poſſeſſionis civilis, quæ remanet penes proprietarium, nam illa ſuſtineri non valet, 23
dum non fuit dictum de extinctione lineæ, & de caducitate, quæ per allegantem probari debet Speculat. *in tit. de emphyt.* §. *nunc aliqua n.* 66. Rota *coram Buratto deciſ. ſub n.* 5. *verſ. injuſtitia verò & numeris ſeqq. & in recent. dec.* 25. *n.* 1. *cum ſeqq. part.* 6.

Et ex his patet reſponſio ad deciſionem in contrarium adductam in Romana de Bombellis 31. Maii 1613. coram Sacrato, nam dum devolutio non erat clara, non poterat procedi per viam manutentionis, 24
& ſic conſtat de injuſtitia mandati de manutenendo, Rota *in Romana domus* 16. *Febr.* 1632. *coram Pi-* 25
rovano, apud Poſth. *deciſ.* 336. *n.* 5. cum aliis ſuprà allegatis.

Non obſtat ſententia lata in petitorio, in qua dictum fuit nullum jus competere Franciſcæ Felici, quia cum ab ea fuerit appellatum, & appellatio ſimpliciter per ſignaturam admiſſa, interim poſſidens non poterat ſua poſſeſſione privari, ſed in ea debebat manuteneri, quia virtus primæ ſententiæ, & illius effectus rema- 26
nebat ſuſpenſus per appellationem, Abb. *conſ.* 99. *num.* 2. *verſic. ſed in caſu noſtro lib.* 1. Alexander. *conſilio* 189. *num* 6. *lib.* 2. Add. ad Burat. *deciſ.* 436. *num* 22. & in terminis, Rota *dicta deciſ.* 336. *num.* 9. *&* 10. penes Poſth. *de manut.*

Et hæc dixerunt Domini ad effectum manutentionis tantummodo partibus hinc inde informantibus.

R. P. D. PEUTINGERO.

Romana prætenſæ reſtitutionis dotis.

Lunæ 27. *Junii* 1650.

ARGUMENTUM.

Actio ſpolii non competit adverſus ſententiã ſim-

simpliciter injustam, quando injustitia non est valdè notoria. Competit spoliato ex mandato ex falsa causa relaxato pro omnibus etiam inde sequutis. Læsio enormis datur etiam in subhastatione rei facta vilissimo pretio citra omnem proportionem. Executio judicis à quo, injusta, potest revocari à judice ad quem, per viam attentatorum.

SUMMARIUM.

1 *Redintegratio non competit spoliato ob sententiam injustam, quando judex, licèt injustè, non tamen notoriè injustè processit: quo casu debet spoliatus ordinariis juris remediis agere.*
2 *Mandatum ex falsa causa relaxatum est injustum, cum omnibus in executionem illius gestis; et proinde suffragari non potest obtinenti, quin teneatur ad plenam habitorum vigore illius, restitutionem.*
3 *Procedit etiam in casu subhastationis, factæ mandato judicis.*
4 *Læsio enormis insurgit etiam ex re, vilissimo pretio citra omnem valoris proportionem subhastata.*
5 *Locupletari quis non debet cum alterius jactura, vel longa defatigatione judiciorum.*
6 *Executio judicis à quo, quando est injusta potest optimè revocari per judicem ad quem, etiam per viam attentatorum.*

DECISIO LXVIII.

DOmini hodie iterum approbando resolutionem sub die 4. Feb. præteriti coram me datam ad duo capita dubii propositi in hac causa videlicet an mandatum A. C. sit infirmandum ita ut sit danda redintegratio hæredi q. Antimi Ursini ad bona subhastata contra D. Emilium Cavalerium D. Cleriæ Sannesiæ maritum deliberatarium dictorum bonorum, de quibus agitur, responderunt injustitiam in primis sententiæ subhastationis A. C. constare ex abundanter satis dictis in decisione in hac causa emanatis sub diebus 15. Jan. & 21. Junii 1649. & dicto die 4. Febr. hujus
1 anni, prout etiam non competere d. hæred. Antimi redintegrationem ad bona subhastata sed ordinariis ei juris remediis agendum esse, quia judex licet injustè, non tamen notoriè injustè processit, ut in §. *quod verò locus non sit, dicta decisione quæ revidetur.*

Nihilominus tamen DD. censuerunt ex capite summæ læsionis d. Emilium teneri d. hæredi q. Antimi restituere quicquid ad instantiam ejus uxoris pro summa nequaquam debita ad ipsum pervenit de bonis
2 d. Antimi, qui ut omnes supra dictæ decis. justissimè firmarunt. injustum erat d. mandatum A. C. ex falsa causa relaxatum cum omnibus in executionem illis gestis ad text. *in l. si non sortem*, §. *si centum D. de cond. indeb.* ideo suffragari non potest d. Emilio, sed tenetur ad restitutionem dd bonorum *l. 2. l. pen. C. si vend. pig. agatur.* Fulg. *cons.* 190. *visis toto processu, n. 3. ad fin. vers. contra emptores verò*, Negus. *de pig. memb.* 1. *part.* 6. *n.* 28. *vers. sed dubitatur*, & in his terminis fuit resolutum *in Romana spol.* 21. *Febr.* 1600. *coram Justo dec.* 36. *co. Sac. in Ancon. spol.* 9. *Jan. eodem anno dec.* 282. *per tot. part.* 3. *recent.* ac etiam probatur in *decis.* 506. *n.* 7. *vers. nec obstare visum fuit, & seqq. p.* 5. *rec. tom.* 2. latissimè prosequitur Giurb. *dec.* 89 *sub n.* 1. *vers. etiam contra tertium, & seq.* & concurrit stat. nrb. lib.
3 1. cap. 154. Mod. Perus. *de subhast. inf.* 49. *n.* 69. ubi in terminis dicit procedere etiam in casu subhastationis factæ mandato judicis.

4 Enormis autem læsio ex eo manifesta, & palpabilis apparet, quod dicta bona Antimi in sorte sc. 14500. ex d. mandato ex falsa causa relaxato subhastata utilissimo pretio sc. 4600. & cum maxima læsione, consideratis etiam oneribus, quibus subjecta reperiuntur, à d. Emilio empta fuerint, unde resultat damnum hæredis d. Antimi. *l. uxor.* 3. ibique Glossa *in l.* 1. *in verbo male fide, C. si vend. pign.* agatur, & aliis relatis probat Mod. Pisaur. *de subhast. quæst.* 45. *n.* 14. *vers. nec isto casu*, quare justum non est, ut pacto cum alterius jactura, vel longa defatigatione judiciorum locupletur *d. l.* 1. *ad med. vers. quod si de bonis, & d. l. si uxor, C. si vend. pignor. agatur*, & utrobique notatur per Glossam, & Doctores. 5

Non obstat doctrina Baldi in Auth. *& qui jurat, sub n.* 47. *in fin. vers. sed quid si fuit processum, C. de bon. auth. jud. poss.* Franch. *dec.* 120. *n.* 8. *vers. item quod est fortius, & dec.* 660. *per tot.* cum pluribus allegatis.

Quia ista jura non procedunt, quando judex à quo mandatum relaxavit, & executio facta est pro summa majori quàm sit debitum, & sic longè fortius pro summa nullo modo debita, ut hic Rota *d. dec.* 281. *n.* 1. *vers. non obstat. p.* 3. *rec. & in Senogall. bonorum* 14. *April.* 1617. *coram. bon. mem. Remb.* Etenim quando executio judicis à quo est injusta, potest optimè per ju- 6
dicem ad quem revocari, etiam per viam attentatorum, ut pluribus allegatis firmant Add. ad Greg. *dec.* 91. *n.* 13. *& dec.* 132. *n.* 4. *in fin.* Burat. *dec.* 185. *n.* 6. *& prius dec.* 171. *n.* 8. & fuit dictum *in Milevitana attentatorum* 20. *Junii* 1630. §. *fin. coram Rev. D. meo Decano.*

Et ita utraque, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana supplementi legitimæ.

Lunæ 20. *Junii* 1650.

ARGUMENTUM.

Sententia probatur valida ex revolutione Actorum, & Rotalis justa ex decisionibus. Excessiva, est injusta. Dos filiæ imputatur in legitimam. Legitima filiis debita, est tertia pars hæreditatis. Exceptio partitæ non justificata, non valet retardare executionem sententiæ. Legitima non minuitur ex legatis hæreditatis etiam debentis. Distractiones, ac deductiones quales admittantur, & quomodo justificentur, ad præjudicium legitimæ.

SUMMARIUM.

1 *Sententiæ validitas resultat ex revolutione Actorum.*
2 *Decisio* Verali. 260. p. 2. *hujusmodi decernens semper in Sac. Trib. Rotæ fuit recepta.*
3 *Sententiæ Rotalis justitia deducitur à Rota ex decisionibus in ea causa factis.*
4 *Sententia excessiva, est injusta.*
5 *Dos filiæ imputatur in legitimam, de jure communi.*
6 *Et eò magis si ab ipsomet Patre demandata fuit imputatio, quæ ideo exequi debet.*
7 *Legitima de universo Patrimonio, supputatis etiam dotibus est detrahenda.*
8 *Legitima filiis debita, est tertia pars hæreditatis.*
9 *Exceptio partitarum non justificatarum non valet retardare sententiæ executionem.*
10 *Præjudicium præservatum, resultare non potest ex partitis, de quarum veritate principaliter disputari contingat.*
11 *Patrimonium defuncti, ex legatis in testamento relictis, in præjudicium legitimæ non potest minui.*
12 *Etiam si legata per testatorem ad pios usus essent destinata.*
13 *Neque distractio stabilium ex causa pestis, ac belli, ex longo post casus tempore facta.*
14 *Distractio causa pestis, ac belli solummodo approbatur in illis bonis, quæ tunc temporis, vel paulo post distrahuntur.*
15 *Instrumentorum venditionis bonorum, qua ex causa*

causa in jure admissa, prætenduntur detrahi in diminutionem patrimonii defuncti; dato quod aliàs esset justificata; non concludens verum eorundem valorem, in præjudicium hæredis non approbatur.

16 *Et eò maximè si distractio est facta pendente lite, et post moram incursam.*

17 *Nec expensæ factæ pro creditorum exactione, si non justificentur.*

DECISIO LXIX.

POst editas super legitimæ supplemento ex bonis Riccardi Patris taxato favore Mariæ, ac illorum de Cherubinis ejusdem hæredum in scutis 7215. & obulis 83. super earum executione conformium commissa mihi causa dubitavi, an locus esse possit urbis statuto de duabus conformibus exequendis; & ex ea ratione potissimum affirmativè Domini responderunt, quod 1 requisita per statutum in casu proposito non possunt in dubium revocari, sive inspecta personarum qualitate utrinque admissa, sive validitate sententiarum ex adverso non impugnata, ac ex actorum revolutione resultante 2 juxta decisionem Verall. 260. *part.* 2. semper in 3 hoc Trib. receptam; sive demum earundem justitia abunde justificata ex decisionibus coram R. P. D. meo Cerro in prima instantia, in altera verò coram R. P. D. meo Mellio luculenter extensis, prout aliàs justitiam sententiarum exinde Rota in pluribus decisionibus relatis in Ravennaten. seu Ferrarien. Decimarum 24. Jan. 1650. & in Anconit. dotis 30 Maii ejusdem anni coram me.

Non obstant reperita errorem objecta ad excludendum legitimæ supplementum in præfata quantitate taxatum in præcedentibus instantiis ex quibus sententiæ 4 tanquam excessivæ injustitiæ ex adverso supponuntur obnoxiæ, per *leg. in hoc judicio, D. fam. erc.* Rota *coram Put. dec.* 315. *n.* 1. *cum seq. lib.* 1. *& coram Buratto* 216. *n.* 11. Quia prædictarum sententiarum excessum ex facto corruere apertè demonstrant tum divisionis instrumentum, tum ipsius negotii libri, ex quibus valor hæreditatis, detractis debitorum partitis, deprehenditur in summa scutorum 111946. & obulorum 37. supplementum verò legitimæ convincitur æquare valorem scutorum 8657. & obulor. 72. cum dimidio, prout melius ex calculo inferius recensendo constabit.

Supputatis siquidem debitis atque detractis aliis detrahendis, hæreditaria Riccardi credita ad sc. 67764. & obulos 17. non solùm ostendunt adducta jura, sed etiam ipsa Farsetti Periti relatio ab hoc Tribunali judicialiter deputati.

Aliqua quoque credita in eadem relatione non calculata ut par erat, ad debitum Capsæ constituere summam scut. 8942. & obulorum 27. cum dimidio; loca præterea Montium, nec in Farsetti relatione comprehensa æquare valorem scut. 21880. prædicta quoque jura convincunt, hac horum fructus vivente Riccardo decursos, & non exactos ducentorum scutorum numerum explere, ac obulor. 77. Et demum tum Bergomensis territorii stabilia ab ipsamet Anna, pendente lite distracta conficere summam sc. 17385. & obulorum 30. si ratio monetæ earum partium habeatur, secundum verò æstimationem monetæ Romanæ quantitatem scut. 12169. & obulorum 50. (ut Anna prætendit) ex inventario, ac divisionis instrumento dignoscitur, tum 5 solutas denique dotes in vita Patris summam scut. 20000. conficere, dotalia instrumentum justificant; quam tamen summam dotis occasione receptam in filiæ legitimam imputandam esse Domini censuerunt, vel quia imputatio juris dispositioni conformis existit. *lege quoniam novella, Cod. inoff. test.* ubi inter cæteros Jason. *n.* 9. Bartolus *in leg. in quartam n.* 10. *D. ad legem falcid.* ibique Ripa *n.* 148. Soc. junior. *n.* 242. Pic. *n.* 382. & de communi testatur Craff. *in §. legitima, qu.* 23. *n.* 1 *&* 15. Peregrinus *de fideicomm. art.* 36. *n.* 131. Ciriac. *controv. ju.* 385. *n.* 6. Rota *in civitatis Castelli supplem. legitimæ* 11. *Martii* 1526. *coram Maximedo*, vel quia ab ipsomet Patre demandata fuit imputatio, adeoque 6 exequi debet per *leg. si quando §. generaliter, C. de inoff. testam.* Picus *in adducta lege in quartam n.* 187. *D. ad legem falcid.* ubi de communi Ferdin. Vasquez *de successione creat. §.* 20. *n.* 258. Graff. *in addendo §. legitima quæst.* 22. *n.* 2. Rota *coram Greg. dec.* 565. *n.* 2. *& in Romana legitimæ* 15. *Maii* 1600. *coram Justa* post Pacif. *de Salv. decis.* 253. *n.* 8. *& in hac eadem causa* 6. *Junii* 1646. *coram R. P. D. meo Cerro.* Prout etiam eandem 7 summam decreverunt esse computandam in calculanda legitima, de universo Patrimonio, supputatis etiam dotibus, detrahenda, ut tradit Gabr. *consil.* 132. *n.* 1. *lib.* 2. Crivell. *decis. Dolan.* 97. *n.* 8. Petra *de fideicommissione, quæst.* 15. *n.* 148. *in §. Tertiò retento eodem themate, & in §. quod autem attinet*, Fontanel. *de pact. nupt. clausula* 9. *glossa un. p.* 2. *n.* 36.

Ex hoc autem Riccardi ære, æquante valorem scut. 128948. & obulorum 71. cum dimidio, infra scriptas solummodo partitas detrahendas esse Domini censuerunt scuta scilicet 9929. & obulos septem cum dimidio, pro totidem assignandis errorum causa ad creditum Capsæ, alteram sc. 98. & obulorum 53. pro errore in libris ejusdem Capsæ deprehenso, scuta 5434. & obulos 74. in diversarum utilitatem personarum insumpta; ac denique scuta 1540. pro totidem locis Montium, quæ duplicatis vicibus descripta probantur in iisdem libris. Quibus proinde detractis, Riccardi hæreditatem in sc. 8 111946. & obulis 37. responderunt esse taxandam, ac tertiam partem pro filiorum legitima debitam ex dispositione Auth. *novissima, C. de inoff. test.* calculandam in scutis 57315. & obulis 45. cum duobus tertiis, ejusque supplementum summam scutor. 8656. constituere, & obolorum 72. cum dimidio.

Hinc verò sententiarum justitia resultat ex adverso perperam impugnata, quæ nec ex sequentibus partitis ab Anna prætensis poterit elisa censeri. Alteri enim sc. 13168. & obulorum octo ex causa debitorum sive inexigibilium, sive præscriptorum ex adverso petita, corruit ex sententiis in utraque instantia hactenus editis, ex quarum tenore convincitur legitimæ supplementum constitutum fuisse in bonis hæreditariis deductis in processu juxta eorum assignationem in executione faciendam.

Reliquas verò partitas pro rata, videlicet sc. 2175. in causam alimentorum, ac dotis Paulæ de Gianneilis insupra, sive scut. 4134. pro totidemque Ascornio assignatis; sive scut. 1210. & aliorum 440. in excomputationem locorum Montium, quæ supponuntur duplicia & denique aliorum sc. 1700. pro reductione valoris eorumque locorum Montium ex adverso prætensa, ob justificationis defectum non esse accepto fe- 9 rendas DD. responderunt ad longius retardandam sententiarum executionem, prout alias similes partitas non justificatas rejicit Rota in *una civitatis Castelli juris parcendi l. Dec.* 1623. *coram Ubaldo, inter impressas, part.* 4. *tom.* 2. *rec.* 498 *n.* 12. *cum seqq.*

Neque poterit justificatio desumi ex calculo coram R. P. D. meo Mellio in præcedenti instantia extra judicialiter acto, quo partitæ supra rejectæ ab hæredibus Mariæ ex adverso dicuntur acceptatæ: etenim, ut calculi lectura demonstrat, non per viam declarationis, 10 ac definitivè, earum partitarum tunc fuit habita ratio, sed solùm suppositivè, repetita sæpiùs declaratione expressa, ut ex eo nullum parti posset præjudicium inferri, dum solum ad convincendam injustitiam contractionis Annæ, ipsius licet prætentionibus non impugnatis ab hæredibus Mariæ admittebatur; adeoque cum de illarum veritate partitarum nunc principaliter disputari contingat, præservatum expressè à dictis hæredibus præjudicium exinde ipsis resultare non debet, ut tradit Lotiher. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 40. *n.* 287. Rota *coram Puteo, dec.* 32. *lib.* 2. *& dec.* 61. *n.* 2. *lib.* 3. *cor. Greg. dec.* 352. *n.* 4. & ibi Addent. *n.* 6. referunt concordantes.

Non

11 Non etiam potuerunt Riccardi Patrimoniam adducta superius quantitate taxatum, in præjudicium legitimæ minuere, sive Legata diversis personis testamento redicta, ex notatis in *leg. simus antea*, *C. de inoff. test.* ibique DD. communiter, & in Auth. *si qua mulier*, *C. de Sacrof. Eccles. & ibi Jas. in l. Marcellus*, § *res quæ n.* 17. *D. ad Trebell.* Gabr. *conc.* 137. *n.* 6. & 14. *lib.* 2. Rubin. *conc.* 52. *n.* 23.

12 *lib.* 1. & plures alii relati per Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 1.

13 *q.* 10. *n.* 10. Rota *coram Greg. dec.* 539 *n.* 6. ubi conclusionem firmat in casu fortiori si legata per testatorem ad pios effectus destinata, sive distracta post bellum Bergomentium, quæ ex causa pestis, ac belli de proprio valore decreverant, ac pro solis sc. 9500. ex instrumento venditionis ostium fuer stipulata, non enim justificatur quid, & quantum ob hujusmodi casus (brevi temporis curso Deo propitio extinctos) fuerit de communi bonorum stabilium valore, in illis partibus diminutum; quæ licet probata fuissent, nec relevarem. Tum quia prædicta diminutio, nisi temporali existens, non autem perpetua in hac venditione, duodecim post annos habet, quo belli casus, ac pestis contingerent ab

14 hæreditibus Riccardi peracta, non videtur admittenda, cum in iis solummodo bonis, quæ tunc temporis, vel paulo post belli casus, ac pestis, distrahuntur, approberur in jure relato in *l. prædia rerum*, §. *vel. D. ad l. falcid.* ibique post Gl. tradit Imol. & Alex. *in ultimo notabili*, Cravetta *n.* 213. Angel. *in* §. *si quis agens n.* 1. & 4. ibique Jas. *n.* 6. *inst. de act.* Castr. *in consil.* 109. *n.* 2. *in* §. *nec obstant testes. l.* 2. Cæsar. Manent. *de coner. libelli quæst.* 5. *n.* 66. *vers. quia bellum, ac pestis*, &c. Rota *dec.* 65. *n.* 7. *part.* 2. *divers.* Tum quia instrumentum venditionis voluntariæ ab Anna peractum, præterquam nec videtur integrum præ se ferre Bergomentium bonorum venditionem dum ut ipsius lectura demonstrat, solius prædii vulgo Palatii continet distractionem, non autem aliorum corporum descriptorum in inventario,

15 ibique consistentium, neque concludit verum eorundem valorem in Mariæ fororis præjudicium, ac ejus hæredum, ut notat Bart. *in l. cum emptor*, §. 1. *in fine*, *D. de damno infect.* Alex. *in l. falcid.* §. *corpora n.* 2. *D. ad l. falcid.* Dec. *in l. quatenus*, *n.* 6. *D. de reg. jur.* idem Alex. *cons.* 28. *n.* 5. *lib.* 5. Rota *co. Burat. dec.*

16 850 *n.* 5. Dum maximè pendente lite fuit facta distractio, & post rem ab infamet Anna incursum, ut ponderavit Rota in hac eadem causa cor. R. P. D. meo Melto sub die 21. Junii 1649. in ult. §.

De lege hæc fiant distractionem in præjudicium legitimæ operari non; onerent expensæ pro creditorum exactione pretio hæ; earum enim respectu, quæ adhuc in genere exactæ, nulla videtur assignationis adesse necessitas, cum res ipsæ quoque proportionabiter juxta te-

17 norem sententiæ, hæredes Mariæ assequi debeant supplementum, respectu verò jam exactorum, dum nec quotiens, nec impensæ in eam causam factæ justificantur, ut necessarium foret, accepto ferri non debent, ad *l. in bello*, §. *bella*, *D. de cont. & postlim. reversis*, Peregr. *de fideicomm. art.* 35. *n.* 9. *in* §. *dubium tamen est*, Rota *co. Cavalcr. d.* 256. *n.* 1. & 126. *n.* 23. *p. rec.* Et in omnem casum cedere debuissent damno ipsius Annæ, quæ adhuc atque recusavit partem suam assignare Mariæ, ejusque hæredibus, à quibus forsan nunc exacta fuissent, vel saltè præfatæ impensæ; si quæ veræ extitissent, poterunt commodum cum commodo ex creditorum exactione recepto, sive cum mobilibus, atque pecuniis hæreditariis Riccardi, de quibus nulla fuit reddita ratio.

Et ita utraque parte, &c.

R. P. D. MELTIO.

Romana, hæreditatis de Gratianis.

Veneris 11. *Decembris* 1648.

ARGUMENTUM.

Via executiva non habet locum contra tertium. Limitatur in succedente in re litigiosa. Interdictum *quorum bonorum*, est actio personalis. Res litigiosa, excepta dotis, legati transactionis, & divisionis, fine vitio alienari potest. Collusio, & si regulariter non præsumatur, cùm tamen secretè soleat committi, etiam ex conjecturis, & suspicionibus probatur, plures enumerantur in casu conjecturæ. Quinquennium non tollit collusionem, nisi ingenuitatis in alienatione facta in fraudem, ubi existant alia bona penes alienantem, non potest agi recta via contra tertium possessiorem, sed prius agendum est revocatoria ad rescissionem contractûs.

SUMMARIUM.

1 *Via executiva contra tertium procedi non potest.*
2 *Translatio rei religiosæ non sustinetur ad præjudicium collitigantis.*
3 *Et super ea potest executivè procedi, non secus ac si dicta translatio sequuta non fuisset.*
4 *Res semel effecta litigiosa, transit cum suo onere, et cum eodem vitio litigiosi.*
5 *Succedens in re litigiosa sustinet omnimodam personam ejus, in cujus locum successit, adeo ut sententia lata contra principalem, ac si is possideret pari modo sit exequenda contra illius successorem.*
6 *Interdictum* quorum bonorum *est actio personalis.*
7 *Super actione personali non contrahitur vitium litigiosi.*
8 *Executio sententiæ contra principalem, ut intret contra intrusum, lite pendente, sufficit litem motam fuisse super possessorio.*
9 *Ex hujusmodi intrusione redditur litigiosa possessio, quæ validè acquiri ac in alium transferri non potest in præjudicium actoris.*
10 *Bona in litem deducta possunt ex causa dotis, legati, transactionis, et divisionis, sine vitio litigiosi alienari.*
11 *Ex causa dotis, ampliatur; sive agatur de constitutione, sive de restitutione.*
12 *Ratio finalis est publica utilitas, ne scil. mulieres innuptæ remaneant.*
13 *Causa legis cessante, cessat ipsa legis dispositio.*
14 *Dispositio legis fin. Cod. de litigios. declaratur non procedere, in alienatione facta collusivè, et non bona fide, et in fraudem executionis, et judicialis auctoritatis.*
15 *Collusio regulariter non præsumitur.*
16 *Cum tamen soleat secretè committi, probatur etiam ex conjecturis, et suspicionibus.*
17 *Imo ex solis præsumptionibus, et conjecturis plenè illa probatur.*
18 *Collusionis hujus conjecturæ, ac præsumptionis enumerantur usque ad unum.*
19 *Conjectura collusionis desumitur ex arctissima sanguinis conjunctione.*
20 *Sanguinis conjunctio, licet de per se non sufficiat, juncta tamen cum aliis, urgentissima considerari solet conjectura collusionis.*
21 *Collusionis adminiculum oritur ex sustentatione longæ litis illius, qui poterat ab ea se eximere.*
22 *Simulatio, ac collusio nascitur ex insolitis, et ex inverisimilitudine.*
23 *Scientia non exigit exactam probationem, sed satis est, quod illa colligatur ex indiciis, et præsumptionibus.*
24 *Maximè dum agitur de probanda scientia, quæ dolum, et alienandi fraudem infert.*
25 *Scientiam talem, Rota, et DD. deduceretur plurimum solent ex subhastationibus, quæ præcesserunt*

runt alienationem rei litigioſæ.

26 *Scientia hæc aliunde etiam probari potest, et ſufficit quod de ea quomodo conſtet, licèt nullæ appareant factæ ſubhastationes.*

27 *Ad effectum præſumendi fraudem in hac materia, duo copulativè requiruntur, nempe ſcientia litis in tertio poſſeſſore de tempore alienationis, et quod alienans non haberet alias res, præter alienatas, declaratur. n.* 29.

28 *In alienatione facta in fraudem, data exiſtentia aliorum bonorum penes alienantem, non potest agi recta via contra tertium poſſeſſorem, ſed prius agendum est revocatoria ad reſciſſionem contractus.*

29 *Quod duo concurrere debeant, ut suprà ad præſumendam fraudem, declaratur procedere in creditore agente ſimpliciter actione perſonali ſolutionem æris alieni, tunc enim habet neceſſe probare utrumque requiſitum, nempe ſcientia, tam litis pendentis, quàm inopiæ debitoris.*

30 *Secus autem est, quando agitur reſpectu certæ rei, et ad rem aliquam petendam, atque ad illius traditionem.*

31 *Nam tunc, quamvis dicta res petatur actione perſonali, et ultra rem petitam exiſtant alia bona, nihilominus alienatio dictæ rei factæ, pendente lite, et cum ſcientia pendentiæ litis, dicitur facta in fraudem executionis, et judicialis auctoritatis.*

32 *Alienatio rei facta, pendente lite, et cum ſcientia pendentiæ litis, et ſic in fraudem executionis, et judicialis auctoritatis, non impedit, quin absque novo judicio, et absque ulla revocatoria possit executivè procedi contra tertium poſſeſſorem.*

33 *Obtinens mandatum immiſſionis in bonis unius, ad illa tantum, et non ad propria alterius agere potest.*

34 *De collusione, lapso quinquennio, amplius opponi non potest.*

35 *Declaratur procedere in collusione ingenuitatis, cujus ſpeciali favore sancitum videtur, ut contra eam exceptio collusionis non perpetuetur, ſed limitati intra quinquennium tantum opponi possit.*

36 *Remedium* quorum bonorum *non competit niſi in bonis poſſeſſis per defunctum de tempore ipsius obitus.*

37 *Sub univerſali judicio hæreditatis contra aliquem intentato, ac ſententia subinde prolata comprehenditur etiam res, prius alienata, et postmodum ad hæreditatem reverſa.*

38 *Filiatio, et legitimitas alicujus regulariter probatur per communem reputationem.*

Et quod pro filio fuerit habitus, et tractatus, cùm in hac materia ſufficiant.

DECISIO LXX.

COnceſſo per Rotam mandato de immittendo Franciſco Gratiano in poſſeſſionem medietatis omnium bonorum q. Octavii ejus patrui adverſus Lælium alterum patruum eorum occupatorem ex fundamentis deductis in deciſione coram R. P. D. meo Royas emanata ſub die 7. Febr. 1642. reſolutum etiam poſtea fuit illud eſſe exequendum ſuper quadam domo ſita in campo Martio poſſeſſa Jo. Franciſco Attavante, quam eſſe hæreditariam d. Octavii partes non controvertunt, & probatur ex inventario bonorum hæreditariorum ejuſdem Octavii Sum. Franciſci Gratiani *n.* 1. Ad cujus reſolutionis formam facto decreto, ab eo appellavit d. Attavantes, & addita Signatura juſtitiæ, reſcribi mihi obtinuit cum facultate procedendi ad legitimam executionem. Unde ſub hac die ſuper hoc propoſito dubio, DD. affirmativè reſponderunt, moti ex eo quod 1 licèt contra tertium executiva via procedi non poſſit, Felin. *in c. cum ſuper n.* 15. *de ſent. & re jud.* Caſtr. *in l. à Divo Pio, § ſi ſuper rebus, n.* 2. & ubi Part. Ang. *n.* 1. Alex. *n.* 28. *verſ. & pro hoc benè ſcit, D. de re jud.* Ruin. *conſ.* 87. *n.* 1. *cum ſeq. lib.* 4. Rota *cor. ſanct. mem. Greg. XV. dec.* 22. *n.* 1. & 2 *in Romana compoſitorum* 8 *Mart.* 1594. *et bon. mem. Card. Millino, & in Romana Vitæ* 20. *Oct.* 1617. *cor. bon. Manzanedo.* Tamen ex quo domus, de qua agitur translata fuit per Lælium Gratianum in d. Jo. Franciſcum Attavantem lite pendente, & poſtquam poſſeſſio d. domus vitio litigioſi affecta fuerat per interdictum quorum bonorum intentatum ad inſtantiam præfati Franciſci Gratiani, talis translatio non ſuſtinetur, *toto tit. D. C.* & in Authen. *de litigioſ.* Abb. *in cap. Eccleſ.* 1. *n.* 9. *ut lit. pend. l.* 2. ubi Gl. DD. *C. de litig.* Bart. *in l.* 1. *D. eodem* Alex. *conſ.* 45. *n.* 5. *lib.* 3. *verſ. quia res litigioſa*, Rim. *conſ.* 89. *n.* 5. *vol.* 1. Burlat. *conſ.* 100. *n.* 23. *verſ. quod nec pars contraria negat. lib.* 1. Aſſlict. *dec.* 396. Guido Pap *dec.* 337. adeoque ſuper dicta domo poſſit executivè procedi, non ſecus ac ſi d. translatio ſecuta non fuiſſet, ut præter relatos in dec. R. P. D. mei Royas text. eſt *in l. Chirographis § fin. de adminiſtrat. tut. & l. fin. C. de litigioſ.* & ibi Bald. *n.* 1. Bart. *in l.* 1. *D. eodem*, Jaſon. *inſtit. de act. §. omnium n.* 84. Surdus *conſ.* 355. *n.* 13. *verſ. accedat quod ubi alienatio*, Bero *conſ.* 155. *n.* 40. *vol.* 1. Ruin. *conſ.* 34. *n.* 12. *lib.* 5. *verſ. quantum vero ad ſecundum*, Negus. *de pignor. in* 1. *membr.* 8. *parte ped. n.* 17. *verſ.* 3. *fallit.* Concerius *var. reſolut. cap.* 15. *n.* 17. *cum ſeqq.* Res enim ſemel effecta litigioſa tranſit cum ſuo onere, & cum eodem vitio litigioſi, Grat. *diſcept. foren. cap.* 502. *n.* 36. qui ad hoc plures alios cumulat; & ſuccedens in re litigioſa, quod ſubſtineat omnimodam perſonam ejus, in cujus locum ſucceſſit; adeo ut quemadmodum ſententia immiſſionis lata contra Lælium principalem, ſi is poſſideret, contra eum exequenda eſſet, pari modo ſit exequenda contra Attavantem illius ſucceſſorem tradit Menoch. *conſ.* 319. *n.* 13. *lib.* 4. & firmavit ſæpiùs Rota *ſignanter dec.* 392. *n.* 39. *part.* 5. *recentiores.* 2 3 4 5

Obſtare neque viſum fuit, quod interdictum *quorum bonorum* intentatum per Franciſ. Gratianum ſit actio perſonalis, ſuper qua non contrahitur vitium litigioſi, Socin. junior. *conſ.* 13. *n.* 1. *lib.* 4. Rolandus *conſ.* 5. *n.* 8. *lib.* 2. Hondedeus *conſ.* 20. *n.* 42. *lib.* 1. Menochius *conſ.* 1187. *n.* 2. *lib.* 13. cum aliis adductis à ſcribentibus pro parte Attavantis. Quia placuit DD. reſponſio data in dicta deciſione R. P. D. mei Royas *ſub §. nec dicatur*, quod nempe ut intret executio contra intruſum lite pendente ſufficit litem motam fuiſſe ſuper poſſeſſorio, nam ex hoc redditur litigioſa poſſeſſio, quæ validè acquiri, ac in alium transferri non poteſt in præjudicium actoris, & ultra adductos in dicto §. *nec dicatur*, declarat textus in *leg. Divus*, ibique Gloſſa *D. de petit. hæreditat. leg. alienationes, D. familiæ erciſc. lib.* 2. *C. de litigioſ.* Lancell. *de attent. part.* 2. *cap.* 4. *in præfatione, n.* 181. *verſic. quamvis autem*, Pariſ. *conſilio* 108. *n.* 4. *verſic. & quia quæſtio erat ſuper poſſeſſorio. lib.* 2. bene Ceph. *conſil.* 19. *n.* 15. *verſic. verum eſt, tom.* 2. Aſſlict. *dec.* 396. *n.* 8. *in fine*, & 9. Rota *deciſ.* 3. *ut lit. pend. in novis*, & in terminis litis ſuper immiſſione, *dec.* 557. *n.* 20. & 21. *parte §. tomo* 2. *rec. & cor. bon. mem. Burat. dec.* 917. *n.* 2. *verſ. tum quia, cum ſeqq.* 6 7 8 9

Neque ullius eſt relevantiæ, quod dicta domus pervenerit in Attavantem ex cauſa dotis Caſſandræ filiæ Lælii Gratiani, ex qua prout etiam ex cauſa Legati, Tranſactionis, & diviſionis bona in litem deducta poſſunt ſine vitio litigioſi alienari, juxta limitationem de qua in *lege fin. C. de litig. ibi exceptis*, &c. Angel. *in Authent. de litig. n.* 7. *verſ. item ex cauſa*, ubi ampliando declarat, dictam limitationem procedere ſive agatur de conſtitutione ſive de reſtitutione dotis, refert & ſequitur Natt. *conſ.* 401. *n.* 1. Crav. *conſ.* 481. *n.* 2. *lib.* 3. Decianus *conſil.* 169. *num.* 10. *lib.* 3. Lancel. *de at ent. parte* 2. *cap.* 4. *num.* 548 Cancer. *variar. reſolut. parte* 2. *cap.* 12. *n.* 51. & 52. Quia ultra reſponſiones datas 10 11

datas in dicta decisione R. P. D. mei Royas adhuc
2 objectum tollitur ex eo, quod ratio finalis dictæ limitationis in casu dotis est publica utilitas, ne scilicet mulieres innuptæ remaneant, ad tradit. per Cujac. *ad tit. C. de litigios. col. 3. in fin.* & per Castill. *decisione* 110. *n.* 4. *versic. ne remaneant indotatæ contra favorem*
3 *publicum*, *lib.* 2. In proposito autem casu cum Cassandra filia dicti Lælii de tempore motæ litis jam nupta, & dotata reperiatur deficit dicta causa finalis, qua cessante, cessat dispositio legis, *leg. adigere*, §. *quamvis de jure patr. cap. cum cessante de appellat.* Gloss. singular. ubi Bartolus *in leg.* 1. *in princip. versf. providentia*, *D. de legit. tut.* Decianus *in cap.* 1. *concl.* 5. *versf. tertia conclusio de constit.* Gratianus *discept. forens. cap.* 546. *n.* 21. *versf. qua cessante.*

Ulterius neque dictæ domus alienatio DD. visa fuit
4 facta bona fide, sed potius colluſivè, & in fraudem executionis, & judicialis auctoritatis, quo casu dispositionem *d. legis finalis*, non procedere tradit Innocen. *in cap. Ecclesia* 1. *ad finem*, *versf. sed opponens ut litteræ pend.* Angelus *in dicta lege fin. n.* 3. *in fine*, *versic. transactione facta bona fide non in fraudem*, Farinac. *in fragm. verb. litigiosa*, *n.* 257. *versic. declara dummodo*, Cast. *decis.* 110. *n.* 4. *lib.* 2. *versic. & illi qui loquuntur*, Giurb. *decis.* 62. *n.* 11. *versf. si ex causa oneros dotis.*

5 Et quamvis collusio regulariter non præsumatur,
6 cùm tamen soleat secretè committi, probatur etiam ex conjecturis, & suspicionibus *legi quia autem* §. *non simpliciter ibi*: si tamen nulla suspicio collusionis religionem prætoris instruxerit, *D. si quis omiss. caus. testam.* Bald. *in leg.* 1. *in fine ff. eodem*, Corn. *consil.* 29. *n.* 17. *versf. tamen dolus ipse vol.* 3. Crav. *conf.* 997. *n.* 16. *lib.* 6. Bellam. *decisione* 614. Gigas *de pensionibus*, *quæst.* 42. *n.* 3. & ut ex solis præsumptionibus, & conjecturis plenè illa probetur firmat Cast. *decisione n.* 19. Mut. *dec.* 75. *n.* 25. & dixit Rota apud Caputaq. *dec.* 143. *part.* 1. *& dec.* 23. *n.* 3. *part.* 1. *rec. & coram Mant. dec.* 246. *n.* 6.

7 Præsumptiones autem, & conjecturæ hic non de-
8 sunt, & prima desumitur ex arctissima sanguinis
9 conjunctione, quæ licet de per se non sufficiat, juncta tamen cum aliis urgentissima considerari so-
10 let conjectura collusionis, *text. in leg. data C. de donat. & in leg. pen. l. in princip. de bon. liber.* & notat Bartol. *in leg. non solum*, *D. de rit. nupt.* Jason. *in* §. *si quis in fraudem n.* 55. *inst. de act.* Anchar. *consil.* 251. Dec. *respons.* 11. *n.* 11. *n.* 116. *libro* 1. Casan. *conf.* 28. *n.* 23. Papp. *conf.* 63. *n.* 11. *&* 25. Menoch. *de præsumptione*, *præs.* 29. *n.* 11. *versic. quinto est*, Giurb. *dec.* 62. *num.* 5. Burat. *decisione* 365. *n.* 6. *versf.* 2. *autem ex eo.*

Alia, eaque fortis conjectura elicitur ex eo quod cum dos Cassandræ esset constituta, ac jam soluta pro scut. 2000. in domo sita ad viam Babuini sub prætextu quod dicta domus non ascenderet ad dictum valorem, sed deficerent scut. 500. loco illius assignata fuit domus litigiosa, quæ quidem assignatio apparet collusivè facta ad eludendum; nempe judicium contra ipsum intentatum, quandoquidem non fuit prius justificatum prout opus erat, dictam domum non fuisse valoris conventi, & cum neque etiam negetur alia bona libera potuisse pro dicta dote assignari, mala fide videtur alienata domus litigiosa de qua agitur, quam conjecturam valde ponderavit, ac admisit Rota in hoc casu *dicta dec. coram R. P. D. Royas* §. *nihil obstat*, *in fin.*

Nec autem collusio evidentius concluditur alia urgentiori præsumptione ex eo deducta, quia Attavantes quamvis potuerit expedire, & executive ab hujusmodi molestiis se eximere stante promissione sub obliga-
11 tione Camerali ad ipsius favorem Lælio facta de faciendo consentire omnem, & quamcumque personam interesse habentem, tamen magis voluit & vult longam litem sustinere, quod præbet magnum adminiculum collusionis, & manifestè demonstrat totum id fieri in gratiam, & sumptibus Lælii ejus socri ex traditis per Mutum *dec.* 6. *n.* 20. *dec.* 35. *n.* 17. Surdus *dec.* 259. Vivian. *dec.* 530. *lib.* 4. Simulatio enim, ac collusio nascitur ex insolitis, & ex inverisimilitudine
12 Castr. *conf.* 74. *in causa mota col.* 2. *lib.* 2. Crav. *consilio* 56. *n.* 9. Decian. *conf.* 62. *num.* 72.

Prædicta facilius procedunt stante scientia litis in Attavante bene deducta ex conjecturis in decisione R. P. D. mei Royas ponderatis, scilicet ex diuturnitate litis, continua cohabitione, & sanguinis conjunctione inter eundem Attavantem & Lælium, ista enim simul junctæ sufficienter probant scientiam, siquidem in ea probanda non exigitur tam exacta probatio, sed satis
13 est, quod illa colligitur ex indiciis, & præsumptionibus, Crav. *conf.* 193. *n.* 7. *versf. quæ scientia* Rimin. jun. *conf.* 234. *n.* 326. Alb. *conf.* 281. *n.* 4. Cost. *de scient. & ignor. insp.* 64. *n.* 2. Rota Januen. *dec.* 72. *n.* 9. *versic. siquidem in scientia.* Maximè dum agitur
14 de probanda scientia, quæ dolum, & alienandi fraudem infert. Mar. Anguisol. *conf.* 16. *nu.* 10. Et quamvis talem scientiam, Rota, & Doctores deducere, ut plurimum soleant ex subhastationibus quæ præcesserint
15 alienationem rei religiosæ, tamen non inde sequitur, quod aliunde etiam probari non possit, & sufficit quod de ea quomodolibet constet, licet nullæ appareant fac-
16 tæ subhastationes Giurba *dicta dec.* 62. *n.* 13. *versf. illud tamen.*

Nec refragatur, quod ad effectum præsumendi fraudem in hac materia duo copulativè requirantur, nempe scientia litis in tertio possessore de tempore alienatio-
17 nis, & quod alienas non haberet alias res præter alienatas alias data prout hic existentia aliorum bonorum, nequaquam possit agi recta via contra tertium possessorem, sed prius agendum sit revocatoria ad res-
18 cissionem contractus ad tradita per Bar. *in l. creditores n.* 23. *versf. videmus ergo*, §. *de pig. & in l. si quis missum*, §. *Judex. n.* 3. *versf. quæro qui si ante*, *ff. de dam. infect.* Covar. *pr. q. c.* 15. *n.* 7. *versf. imo eis hac*
19 *scientia* Rota *coram Buratt. dec.* 231. *n.* 5. *versf. & ideo.*

Quia opinio Bartoli procedit in creditore agente simpliciter actione personali ad solutionem æris alieni, tunc enim habet necesse probare utrumque requisitum, nempe scientiam tam litis pendentis, quàm inopiæ debitoris, nam eo solo quod tertius possessor sciat pendentiam litis, non inde resultat fraus, si creditori potuit in aliis bonis satisfieri, prout nec sufficit sola scientia inopiæ, quia ex illa deducitur quidem fraus contra creditorem, sed non contra judicem. Secus est, quando, prout hinc agi
20 tur respectu certæ rei, & ad rem aliquam petendam, atque ad illius traditionem; nam tunc, quamvis dicta res petatur actione personali, & ultra rem petitam existant alia bona, nihilominus alienatio dictæ
21 rei facta pendente lite, & cum scientia pendentiæ litis, dicitur facta in fraudem executionis, & judicialis auctoritatis, & ita non impedit, quin absque novo judicio, & absque ulla revocatoria possit executivè
22 procedi contra tertium possessorem, Bald. *in l. ob maritorum*, *C. ne uxor pro marito*, *l. certa forma*, *C. ut in poss. leg. & in l. executionem*, *C. de exec. rei jud. n.* 26. Castr. & alii DD. *in l. Divo Pio*, *super rebus*, *D. de re judic.* & in his terminis Covar. *d. c.* 15. *n.* 7. *versf. sed si actione personali.* Giurb. *d. dec.* 62. *n.* 11. Cancer. *var. resol. c.* 17. *de sentent. & execut. n.* 467. Idque sine difficultate procedit, si consideretur, quod existentia aliorum bonorum penes Lælium nullo
23 modo suffragari potest Francisco Gratiano, cum ipse obtinuerit mandatum immissionis ad medietatem bonorum hæreditariorum q. Octav. ad illa tantum, & non ad propria Lælii agere potest.

Non obstat pariter, quod à die alienationis d. do-
24 mus lapsum sit quinquennium, & ita de collusione amplius opponi non possit, ad *leg. collusionem detegere*, *D. de collusionibus.* Quia omissis aliis responsionibus,

præsertim, quod d. lis loquitur de collusionibus ingenuitatis, cujus speciali favore sancitum videtur, ut contra eam exceptio collusionis non perpetuetur, sed limitatè intra quinquennium tantum opponi possit juxta Gl. *in d. l. coll. detegere*, *v. aliter* objectum tollitur ex facto, nam alienatio domus facta fuit de an. 1639. prima autem decisio in hac causa coram R. P. D. meo Royas emanata legitur sub die 29. Maii 1643. & sic antequam effluxerit dictum quinquennium.

Non obstat postremò, quod actum fuerit ex remedio *quorum bonorum*, quod non competit nisi in
36 bonis possessis per defunctum de tempore ipsius obitus, & domas, de qua agitur, non fuerit possessa per Octavium tempore mortis illius secutæ anno 1627. ex quo vendita jam fuerat Marco Antonio durante ejus vita, qui obiit de anno 1633. Quia cùm per obitum dicti Antonii reversa fuerit ad hæreditatem, eoque titulo delata ad Lælium prætensum hæredem universalem, à quo successivè possessa fuit, ac demum anno
37 1639 translata in Joan. Franciscum Attavantem; ideo jure meritò comprehensa fuit sub illo judicio universali contra eum intentato, ac sententia subinde prolata summ. Francisci sub *n.* 2. ut bene Menoch. *de adipisc. possessione*, *rem.* 1. *sub n.* 71. *versic. verum opinor*, & *versic. hic casus fortior procederet*, *per textum in lege* 4. *D. de pet. hæred.* quem etiam in hoc remedio locum habere affirmat.

Quæ opponuntur per Attavantem legitimationi personæ Francisci fuerunt aliàs rejecta, prævia approbatione decisionis super ea emanatæ 7. Feb. 1641. coram R. P. D. meo Royas, cujus fundamenta visa fuerunt adhuc inconcussa, vigore, cum præsertim ille reperiatur in quasi possessione filiationis, non solùm quoad Horatium ejus patrem, sed etiam quoad Octavium, de cujus hæreditate agitur, & Lælium ejus
38 patruum, à quibus semper fuit habitus & tractatus pro tali tam in judicio, quàm extra. Regulariter enim filiatio alicujus, & legitimitas probatur per communem reputationem, & quod pro filio fuerit habitus, & tractatus, cum ista in hac materia sufficiant, juxta textus in *cap. per tuas de prob.* Menoch. *consilio* 490 *n.* 18. Cæsar de Grassis *decisione* 6. *n.* 2. *filii sint legit.* Rota *decis.* 406 *n.* 5. & *decis.* 434. *n.* 7. *parte* 1. *recent.* & cum plura alia ad istum effectum in dictis decisionibus R. P. D. mei Royas fuerint ponderata, quæ deficiunt in Farfn. bonorum 25. Jan. 1647. coram R. P. D. meo Card. Bichio, pro Attavante allegata, utique illa Francisco Gratiano non adversatur.

Et ita utraque parte informante, &c.

R. P. D. BICHIO.

Romana hæreditatis de Gratianis.

Lunæ 28. *Junii* 1649.

ARGUMENTUM.

Vitium litigiosi, quando afficiat possessionem. Et quomodo in actione personali contrahatur. Alienatio dotis nomine potest fieri. Non obstante vitio litigiosi. Nonnulla afferuntur de privilegio dotis. contractus simulatus redditur nullus. Actus judiciales non nocent non citato. Via executiva competit contra tertium, attento vitio litigiosi, & fraude.

SUMMARIUM.

1 *Vitium litigiosi non contrahitur per solam litis pendentiam in judicio possessorio, vigore interdicti. Quorum bonorum, non enim afficitur dominium rei.*
2 *Possessio litigiosa non potest in alium, lite pendente, transferri.*
3 *Ratio est quia licèt non agatur de dominio rei, agitur tamen de dominio possessionis, quam ideo non licet in alium transferre, lite pendente.*
4 *In actione etiam personali, si contenditur de ipsa re, efficitur litigiosa ipsa res, et actio.*
5 *Judicio pendente in actione personali, si actum fuit ratione certæ rei, potest processus exequutivus completus contra principalem, consummari adversus tertium possessorem, qui, lite pendente, acquisivit.*
6 *Ratio assignatur, ne alioquin eveniat, ut Victoris durior conditio fiat per factam sine se in suo alienationem.*
7 *Alienatio dotis nomine potest fieri, non obstante vitio litigiosi, ob privilegium doti concessum ab Imperatore Justiniano in* l. fin. Cod. de litigios.
8 *Ideoque non potest executivè procedi contra tertium possessorem, ad quem ex causa dotis bona litigiosa transierunt.*
9 *Ignorantia quod res sit litigiosa, quæ alienatur ob dotem, rejicitur in dicta* l. fin. C. de litig.
10 *Alienatio ex causa dotis est necessaria.*
11 *Et est publicæ utilitatis.*
12 *Reipublicæ interest dotibus favere, quia propter dotes facilius nuptiæ contrahuntur, et justi liberi procreantur.*
13 *Hæ rationes necessitatis, et publicæ utilitatis cessant in muliere jam nupta et dotata.*
14 *Privilegium dotis, ut pro eo constituenda, vel restituenda alienari possint bona fideicommissi, non habet locum si post nuptias secutas, ac dotem solutam, aliquid amplius nomine dotis detur.*
15 *Facultas concessa Patri legandi filiæ spuriæ dotem, cessat, si spuria cum alia dote jam nupsit.*
16 *Privilegium non suffragatur, ubi privilegii ratio non appellatur.*
17 *Valor res datæ in dotem, aliundè, quàm ex assertione partium emissa constante matrimonio, non justificata, non probat in præjudicium tertii.*
18 *Privilegia dotis non militant, quando probatio desumitur ex sola assertione emissa constante matrimonio.*
19 *Titulus dotis non sufficit ad evitandam executionem contra tertium possessorem, lite pendente possessionem nactum, ubi intervenit fraudis suspicio.*
20 *Contractus simulatus est nullius momenti, et ipso jure nullus.*
21 *Fraus, et collusio conjecturis probantur.*
22 *Actus judiciales etiam conjecturis suspecti redduntur.*
23 *Actus judiciales non possunt nocere non citato.*
24 *Via executiva competit contra tertium possessorem ex prætenso titulo oneroso; tam ratione vitii litigiosi, quàm fraudis.*
25 *Quoad fraudem, requiritur ipse fraudis eventus, videlicet quod alia bona debitoris non adsint, quando alienatio fuit facta titulo oneroso.*
26 *Fraudis eventus dicitur adesse in alienatione rei facta pendente lite, nisi alia extent bona apud alienantem, dum lis erat non super quantitate quæ ex aliis bonis debitoris possit recuperari, sed super ipsa re alienata consequenda.*
27 *Rota assignatur.*

DECISIO LXXI.

NE super domo hæreditaria Octavii Gratiani pendente lite inter Franciscum, & Lælium, à Lælio in Attavantem translata titulo dotis, fieret executio vigore mandati de immittendo possessionem bonorum hæreditariorum d. Octavii obtento à Francisco, idem Attavantes objecit, se tanquam tertium possessorem

non

non posse executivè conveniri. Quo tamen non obstante fuit contra ipsum relaxata executio à R. P. meo Royas, & successivè coram R. P. D. meo Meltio, cui ad instantiam Attavantis per signaturam commissa fuerat causa appellationis cum clausula, *Alteri*, qui procedat ad legitimam executionem, Rota decrevit esse ad exequutionem procedendum. A quo pariter decreto interposita per Attavantem appellatione, ejusque causa mihi commissa, cum clausula Alteri, qui ad ulteriorem: Dubitavi hodie an sit procedendum ad ulteriorem executionem, fuitque affirmativè responsum, non ex capite litigiosi, quàm fraudis.

1 Ex primo; quia etsi lis penderet in judicio possessorio vigore interdicti, quorum bonorum, ideoque litigiosum non esset illorum dominium juxta Theoric. Gloss. cummuniter receptam *in c. primo verbo litigiosè de* 2 *confirm. util. vel inutil.* reddita tamen fuit litigiosa ipsa possessio, quæ propterea non potuit in alium lite pendente transferri, ut præter allegatus in *decisione coram RR. PP. Dominis Royas, & Meltio* notant in 3 dicto *cap. primo* Anton. de Butr. *sub n.* 4. *versic. sed hoc puto*, & clariùs Abbas *sub n.* 5. ubi ait, ita intelligendam esse dictam glossam, & reddit rationem, quia licet non agatur de Dominio rei, agitur tamen de Dominio possessionis, quam ideo non licet in alium trans- 4 ferre lite pendente, eamque sequitur Decius *ibidem n.* 36. Rota *in Toletana beneficii coram Justo, impress.* apud Marches. *de comm. parte folio* 285. *sub n.* 9. *versiculo & ideo possessio*, post Bartolum *in l.* §. 1. *D. de litige. qui sub n.* 2. *vers. si verò contenditur*, ait, quod etiam in actione personali, contenditur de ipsa re, efficitur 5 litigiosa ipsa res, & actio. Unde, quod etiam si judicium penderet in actione personali, si actum fuit ratione certæ rei, possit processus executivus completus contra principalem consummari adversus tertium possessorem, qui lite pendente acquisivit, voluit Antonius Faber *in Cod. tit. de exequutione rei judican. definit.* 7. *in fin.* ubi dicit rationem, ne alioquin eve- 6 niat, ut Victoris durior conditio fiat per facta sine se in suo alienationem, eumque sequitur Cancer. *variarum resolut. tomo* 3. *capite* 17. *sub n.* 467. *versic. his adde*, Giurb *decisione* 62. *sub n.* 11. *versicul. Secus*, Parlad. *rerum quot. lib.* 2. *capite finali*, *p.* 4. §. 5. *num.* 9.

Neque hic intrat excusatio, vel propter ignorantiam litis pendentis tempore alienationis, vel ob privilegium doti concessum ab Imperatore Justiniano 7 *in lege finali*, *C. de litigios.* ubi habetur quod non 8 obstante vitio litigiosi potest dotis nomine fieri alienatio, ideoque non posse executivè procedi contra tertium possessorem, ad quem ex causa dotis bona litigiosa transierunt tradunt allegati per Fontanell. 9 *de pact. nupt. clausula* 6. *Glossa* 1. *parte* 3. *n.* 49. Antonius de Amat. *resolut.* 45. *num.* 17. Ignorantia enim tollitur ex facto, & rejicitur in ipsa *lege finali* ad effectum, ut nihilominus sit nulla alienatio ibi, *sive scientem*, *sive ignorantem*, *ut in puncto* post Bartolum Covar. & alios advertit Rota *coram R. D. Urgellen. decis.* 88. *n.* 5. & 6. à qua in hac parte non fuit recessum in *decisione* 281. quam gratis impugnat Modernus Forolivien. *controvers. jur. tomo* 4. *lib.* 24. *cap.* 3. *n.* 16. *cum seq.* & fuit dictum in *Romana domus* 27. *Nov.* 1643. §. *nam vitium*, *versic. sive tertius coram me.*

10 Privilegium verò dotis sive ineniatur rationi necessitatis, quia nempe alienatio ex causa dotis sit necessaria, ut voluit Anton. de Amat. *dicta res.* 45. *n.* 18. sive publicæ utilitatis, ut aliis allegatis notat Cancer. *varia-* 11 *rum resolut. tomo* 2. *cap.* 12. *num.* 15. Rota *coram R. Urgell. dicta decis.* 281. *n.* 3. interest siquidem Reipublicæ dotibus favere, quia propter dotes facilius 12 nuptiæ contrahuntur, & justi liberi procreantur, *l.* 1. *D. de jure dot.* Arias de Mesa *variarum resolut. lib.* 3. *cap.* 32. *sub num.* 12. Capic. Latr. *decis.* 109. *n.* 11.

Cessat in casu nostro quo tempore alienationis hujus 13 domus mulier jam fuerat nupta, & dos promissa scutorum 2000. soluta in alia domo sita ad viam Babuini, & sic neque militat ratio necessitatis, neque publicæ utilitatis, cum jam mulier nupta, & dotata, 14 sicuti in simili diximus, quod privilegium dotis, ut pro ea constituenda, vel restituenda alienari possint bona fideicommissi, non habet locum si post nuptias secutas, ac dotem solutam aliquid amplius nomine dotis detur, ut in Auth. *res*, *quæ C. comm. de legat.* notat 15 Curt. junior *n.* 45. Marzar. *consil. primo*, *num.* 41. *cum seq.* Gratianus *disceptatione* 498. *sub n.* 58. *cum* 16 *seq.* Cæsar. Manent. *decis.* 35. *n.* 18. Burat. *decis.* 568. *n.* 15. Sic etiam facultas concessa Patri legandi filiæ spuriæ dotem, cessat si spuria cum alia dote jam nupsit, Cæsar Manent. *decisione* 42. *n.* 18. ubi allegat concordantes, ubi enim privilegii ratio non applicatur, nec ipsum privilegium suffragatur, *lege penult. D. de milit. testam. leg. final. Cod. qui long. tempor. præscr.* Capic. Latr. *dec.* 102. *n.* 8. Fontanell. *dec.* 586. *sub num.* 6.

Nec obstat, quod in instrumento assignationis domus, de quo agitur, celebrato constante matrimonio contrahentes asseruerint, se devenire ad hanc assignationem, eo quod tractu temporis compertum fuit do- 17 mum ad viam Babuini prius datam in solutum pro scutis bis mille non esse valoris scutorum 1500. Quia cum hoc aliunde justificatum non fuerit partium asserentium emissa constante matrimonio non probat in præjudi- 18 cium tertii *lege duobus* §. 1. *D. de jure jurand.* Natta *consilio* 458. *n.* 9. Surdus *decis.* 325. *n.* 3. Burattus *decis.* 873. *n.* 9. & magis in terminis, quod privilegia dotis non militent, quando probatio desumitur ex sola assertione emissa constante matrimonio Glossa *in lege assiduis*, *verbo dote*, *Cod. qui pot. in pignor. hab.* Covar. *variorum resolut. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 4. Ludov. à Peguer. *decis.* 147. *in fin.* Cæs. Manent. *decis.* 40. *n.* 17. *cum seq.*

Eo minus, quia eadem assertio non caret vehementi suspicione fraudis, qua suspicione concurrente non esse satis titulum dotis ad evitandam executionem contra tertium possessorem lite pendente posses- 19 sionem nactum comprobatur ex adductis à Moderno Forolivien. *controvers. tomo* 4. *lib.* 24. *cap.* 3. *n.* 20. *in fin.* Capic. *decisione* 128. *sub n.* 10. *versic. & quamvis*, post Baldum *in l.* 2. *n.* 8. *C. ne uxor pro marit.* Parlador. *rerum quotid. lib.* 2. *cap. fin. part.* 4. §. 5. *n.* 10. ubi dicit rationem, quia contractus simulatus est nullius momenti, & ipso jure nullus, cum allegatis in *decisione coram R. P. D. Meltio* §. *Ulterius.*

Simulatio autem, seu fraus, ut scilicet imminentem exequutionem Lælius reus conventus in judicio tunc 20 pendente eluderet alienando hanc domum in Attavantem, qui imminentiæ exequutionis conscius erat, apparet ex pluribus conjecturis in decis. bis datis in hac causa coram *R. P. D. meo Royas* 29. *Martii* 1643. §. *Et nihil*, *& coram R. P. D. meo Meltio* 11. *Dec.* 1648. §. *præsumptiones*, *& §. seq. adductis*, quibus fraudem & collusionem probari ultra ibi allegatos dixit Rota penes Burat. *decis.* 724. *n.* 3. *decis.* 928. *n.* 2. Advertendo quod eædem conjecturæ 21 suspectos reddunt, etiam actus judiciales, qui post litem à Francisco motam facti asseruntur coram A. C. super existimatione domus ad Babuinum inter eosdem Lælium, & Attavantem, ut per Mant. *de tacit. lib.* 8. *tit.* 25. *sub n.* 37. *versic. Quamobrem*, 22 Rota *in Romana domus ad Transtiberium* 18. *Junii* 1638. *final. coram Emin. D. Cardinali Panzirolo*, *& in Rossanen. decimarum* 28. *Julii* 1641. §. *probata in fine coram Me*, & nocere non valent Francisco ibi non citato, *leg. si servus plurium*, §. 1. *D. leg.* 1. 23 Menoch. *consil.* 321. *n.* 25. cum aliis allegatis in *Romana fideicommissi de spiritibus* 12. *Jan.* 1643. §. *penult. in fine coram Me.*

24 Adeo ut tam ratione vitii litigiosi, quàm fraudis, ut initio dicebam, quæ sola sufficeret competat via executiva contra Attavantem, licet tertium possessorem ex prætenso titulo oneroso ex allegatis à Papponio *consil. 63. n. 18. & seqq. ubi signanter n. 19.* ait, quod si acquirens scivit litem pendere, dicitur particeps fraudis, Giurba *decis. 62. num. 12. & 13. num. 15. cum seq.* Coler. *de process. exequutivo part. 2. cap. 3. num.* 418. Rota *coram R. Urgellen. decis. 364. num. 58. &*
25 *n. 65. cum seq.* ubi & si ulterius ad hunc effectum requiratur eventus fraudis, videlicet, quod alia bona debitoris non adsint, quando alienatio fuit facta titulo oneroso, quod necessarium esse dixit etiam Covar. & alii relati ab Add. ad Buratt. *decis. 917, n. 19.* utique, & hoc requisitum adest in casu nostro, in quo non fuit actum pro quantitate, quæ ex aliis bonis debitoris possit recuperari, sed pro hac ipsa domo consequenda tanquam hæreditaria Octavii, quæ nisi è ma-
26 nibus tertii possessoris recuperari posset executivè, eventus fraudis, ac damnum actoris evidens esset, quia Franciscus actor breviorem rei ad se pleno jure spectantis captum amitteret, neque illi æquè utile est ipsius rei pretium consequi actione, quæ competeret contra alienantem, ex quo desierit dolo possidere juxta tradita
27 per Menoch. *de adipisc. remed. 1. n. 65.* Peregr. *decis. Patavin. 120. n. 2. & 4.* aliosque plures, quos secuta est Rota *in Civitatis Castelli supplementi Legitimæ 31. Martii 1640. coram bon. mem. Merlino.*

Et ita informante solùm Francisco, præviis tamen octo citationibus adversario præsentatis, &c.

Eminentiss. & Rever. D. Card. OTTHOBONO.

Verulana Domorum in Burgo.

Veneris 12. Decembris 1649.

ARGUMENTUM.

Fructus etiam in Judicio spolii debentur à die motæ litis, quando spolium non est attentatum, vel violentum; non debentur tamen qui percipi potuerunt. Spolium judiciale, quando dicatur attentatum, aut violentum. Fructus civiles præsumuntur in simplici possessione rei penes aliquem. Fructus domus veniunt ex habitatione, & ex locatione: Ex ultima locatione infertur ad alias respectu pensionum domus. In spolio Canones soluti à spoliatore, debent refici per spoliatum.

SUMMARIUM.

1 *Fructus in omni judicio liquidari solent à die motæ litis.*
2 *Lis quoad Reum mota intelligitur, à die, qua fuit execututum, ac productum monitorium.*
3 *In judicio spolii etiam veniunt fructus à die motæ litis, quando spolium non est attentatum, vel violentum.*
4 *Spolium judiciale non dicitur attentatum, aut violentum, nisi fuerit commissum cum vi expulsiva.*
5 *In spolio non violento, nec attentato non debentur à die motæ litis fructus, qui percipi potuerunt, sed dumtaxat illi, qui fuerunt à Reo convento percepti.*
6 *Contrarium aliqui DD. senserunt: tamen major pars in hac sententia residet, quàm deinde perpetuò servavit Rota.*
7 *Fructuum perceptionis præsumptio non intrat ex possessione simplici subsequuta Rei, quotiescumque sumus in fructibus civilibus, quales sunt fructus domorum.*
8 *Domus ut sint fructiferæ, requiritur aliquod extrinsecum, ultrà possessionem, nempe locatio, vel simile.*
9 *Fructuum perceptio in domo, resultat ex habitatione, non secùs à locatione, ad effectum restitutionis ratione spolii.*
10 *Paria sunt ad hunc effectum, quòd quis inhabitaverit, vel quod locaverit.*
11 *Testis dictum à causa scientiæ regulatur.*
12 *Testis unicus in Judicio liquidationis non probat, quando probatio non versatur simpliciter circa quatitatem fructuum, sed circa perceptionem.*
13 *Actus plenè probatur ex dispositione duorum testium.*
14 *Ex ultima locatione domus infertur ad præcedentes, et subsequentes annos, ut totidem fuerint pensiones perceptæ et exactæ.*
Et multò magis infertur ad minorem summam.
15 *Canones soluti à spoliatore, debent refici per spoliatum.*

DECISIO LXXII.

OBtenta per Franciscum de Alexandris sententia redintegratoria ad possessionem quarundam Domorum in Burgo prævia decisione coram me emanata die 18. Maii 1646. executa sententia subinde cœpit prætendere fructus perceptos à Mauritio, & aliis de Fabiis spoliatoribus. Proposito itaque per me dubio ad quam summam essent liquidandi fructus DD. dixerunt esse liquidandos in summa scutorum 1433. & 25. exceptis canonibus & reaptationibus Domorum quatenus à Mauritio justificentur quod adhuc factum non fuit.

In liquidandis enim fructibus initium sumi debet à 1
die motæ litis prout in omni judicio liquidari solent, *leg. certum 22. Cod. de rei vendic. l. 2. C. de fruct. & lit. expens. l. sed & si lege 28. §. si ante*, ubi gloss. & Bart. *ff. de petit. hæred.* Caputaq. *dec. 27. n. 1. cum seqq. part. 2.* san. mem. Gregor. *dec. 74. n. 1. in recent. decis. 740. n. 3. part. 4. tom. 3. & in Camerinen. spolii 4. Junii 1646. in princip. coram Me.* Lis verò quoad
reum mota intelligitur à die, qua fuit executum, ac 2
reproductum monitorium ut dicta Rota *coram Buratt. decis. 662. n. 2. & in Romana Fideicommissi de Maximis 20. Nov. 1647. in §. ut verò coram Me.*

Neque obstat quod versemur in spolio, quia etiam
in tali judicio veniunt fructus à die motæ litis, quando 3
spolium non est attentatum, vel violentum, Rota *coram Caval. decis. 586. num. 4. coram recol. mem. Coccino dec. 439. n. 1. in recent. dicta decis. 740. n. 3. part. 4.* 4
tom. 3. & decis. 187. n. 17. part. 7. & in Romana Domorum 25. Junii 1646. coram R. P. D. meo Bichio ubi in §.
nos autem, subditur spolium judiciale non dici attenta- 5
tum, aut violentum nisi fuerit commissum cum vi expulsiva.

Insuper ex quo versamur in spolio non violento, non attentato non debentur à die motæ litis fructus qui percipi potuerunt, sed dumtaxat illi, qui fuerunt à Reo convento percepti, Bellamer. *in cap. gravis num. 40. verf. & isto justificatur de restit. spol.* & ibidem glossa *in verbo fructus*, ubi etiam Abb. *n. 7.* Bisignett. *eodem tit. dec. 11.* ubi licet aliqui ex DD. contrarium sense- 6
rint, tamen major pars in hac sententia resedit. quam deinde fuisse perpetuo servatam fuit dictum in *Romana fructuum, seu spolii Domus, & hypothecæ coram Litta, impress.* apud Marches. *de comm. p. 2. fol. 204. n. 1.* ubi allegat concordantes, *& in decis. 100. n. 20.* apud Modern. Perusin. *de subhast.*

Tempus etiam à quo fructus restituendi sunt liquidandi, non est simpliciter desumendum ab actu litis contestatæ, vel possessionis domorum per Fabium spo-
liatorem apprehensæ, quia cùm agatur de fructibus 7
civilibus, quales sunt fructus Domorum, non intrat præsumptio perceptionis ex possessione subsecuta, de qua in *l. Julianus 13. §. ex vendito, ff. de act. emptio.*

Natta

Natta *conf.* 384. *n.* 2. Sed requiritur aliquod extrinsecum, nempè Locatio, vel simile ad hoc Domus sint 8 fructiferæ, Rota *decis.* 259. *n.* 32. & *decis.* 304. *n.* 15. *part.* 5. *recent. in Romanæ laudi, seu Domus* 1. *Julii* 1643. §. *pro hoc, coram R. P. Domino meo Bichio, & in Romanæ legitimæ del Nero* 22. *Junii* 1644. *sub* §. *fructus autem Domus, &* 29. *Maii* 1644. *sub* §. *& noviter coram Me.*

Elicit igitur Franciscus spoliatus perceptionem fructuum Domus magnæ, ex quo spoliator ipsam inhabitavit, percepto enim resultat ex habitatione non secus, ac incepta à locatione, cùm ad hunc effec- 9 tum paria sint, quod quis inhabitaverit, vel quod 10 locaverit, ut Bald. *in l. in summa* 65. §. *in frumento, D. de cond. ex leg.* Socinus *de alim. tit.* 6. *quæst.* 8. *n.* 22. Rota *in Anconitana fideicommissi* 26. *Maii* 1642. *quod tertiam partem coram R. D. meo Decano, & in Romana de Architeis* 27. *Novembris* 1643. *coram R. Salamantico.*

Ad probandum verò habitationem Joan. Lucæ spoliatoris dantur duo testes quorum alter deponit Joan. Lucam cœpisse domum inhabitare post mensem circiter à die captæ possessionis, secundus verò dicit cœpisse Joan. Lucam cognoscere ab anno 1620. quo ipse testis domum vicinam inhabitabat, ut in Summ. Actoris ultimæ positionis num. 6. & sic secundus testis concludit de habitatione spoliatoris ab anno 1620. cum de tempore anteriori nihil deponat, & testis dictum à causa scientiæ regulatur. Rota *dec.* 7. *n.* 3. *dec.* 167. *n.* 8. *& dec.* 344. *n.* 1. *p.* 13. *rec.*

11 Qua propter necesse est exordiri liquidationem fructuum Domus magnæ ab anno 1620. quia circa tempus anterius unicus adest testis, qui nec in judicio liquidationis probat, quando probatio non ver- 12 satur simpliciter circa quantitatem fructuum, sed circa perceptionem, ut declarando docti. Bald. *in l.* 1. *n.* 21. *C. de fruct. & lit. expens.* distinguit in puncto liquidationis fructuum ratione spolii, Rota *decis.* 439. *n.* 2. *coram rec. me. Coccino, & in dict. Romanæ laudi, seu domus* 1. *Julii* 1643. §. *quia hoc, §. ftn. coram R. P. D. meo Bichio*, & facit Achill. *dec.* 22. *n.* 3. *de rest. spol.*

13 Quod verò Joan. Lucas cum Helena sorore usque ad eorum mortem habitaverint domum magnam concludunt duo testes dati in penultim. Summ. Francisci num. 5. & in ultim. Summ. ejusdem num. 6. & 7. & quod statim defunctis Joan. Luca, & Helena domum conduxerit Eques, Compagnonus deponit primus testis juxta 5. cujus d. corroboratur ex secundo teste, qui juxta 6. deponit non vidisse post mortem Joan. Lucæ, & Helenæ habitari ab alio, quàm ab Equite Compagnono, quem habitasse usque ad annum 1646. deponunt ambo testes super primo, & coadjuvatur ex relatione executoris mandati de redintegrando à me relaxati, qui in fine asserat reperisse in domo Equitem Compagnonum Inquilinum, ab eoque fuisse Franciscam in Dominum recognitum, ut in penult. Summ. Francisci n. 4. itaque prædicti actus remanent plenè probati ex depositione duorum testium *l. ubi numerus* 12. *ff. de test. lib.*

Ex quibus probatum remanet, quod ex domo magna fuerunt percepti fructus à spoliatore ab anno 1620. usque ad diem 20. Augusti 1646. Quantitatem verò fructuum perceptorum ex domo statuerunt DD. scutis 54. annis concurrentibus in id, tum attestatione ipsius Equitis Compagnoni, tum partitis extractis ex Monte Pietatis solutionem ab Equite factarum de anno 14 1646. ut in ult. Summ. Francisci n. 5. tum etiam ultima locatione facta Emin. Card. Capponio pro pensione scut. 75. annuatim, ex quo quasi infertur ad præcedentes, & subsequentes annos, ut totidem fuerint pensiones percepta, & exacte Rota *coram RR. Urgellen.* dec. 307. *n.* 5. multo magis inferri potest ad minorem summam scut. 54. prout prætendit spoliatus, eandemque quantitatem statuerunt DD. pro tempore quo spoliatores habitarunt ex supra dictis motivis.

Quoad domunculam ex partitis datis in moderno Summario Francisci num. 9. constat ab Inquilinis fuisse soluta scut. 95. 25. quibus addendo scut. 1338. pro domo magna ad rationem sc. 54. annorum pro annis 25. & mensibus octo, ut visum est, conflatur summa scut. 1433. 25. ad quam summam liquidando esse fructus hodie fuit resolutum.

Quoad canones per spoliatores solutos cum nulla 15 adsit justificatio, nec minus quoad reparationes Domus DD. non potuerunt figere pedem, cum alioquin canones soluti à spoliatore debeant reflci per spoliatum juxta deducta in d. Romana de Archileis 27. Nov. 1643. coram Rev. Salamantino. Quò verò ad discussionem partitarum quarum compensationem spoliator prætendit nihil fuit firmatum, cùm hoc sit alterius inspectionis.

Et ita fuit resolutum utraque parte informante, &c.

R. P. D. ARGUELLES.

Bituntina Census.

Lunæ 5. *Junii* 1649.

ARGUMENTUM.

Instrumenta habent viam executivam. Pacta fiunt ad libitum partium, modò licita, & honesta Clausula guarentigia, sive obligatio Cameralis, non est necessaria ubi adest publicum Instrumentum obligationis. A Statuto ad pactum valet Argumentum, & è contra, saltem affirmativè. Hæres, & defunctus, una & eadem persona censentur. In via executiva licita est variatio. Statuta laicorum non comprehendunt Clericos. Limitatur, in Clerico hæreditario rei hæreditariæ, convenitur tamen in suo foro, & coram suo Judice.

SUMMARIUM.

1 *Rotæ decisiones semper supponuntur, nec licet eas in dubium revocare.*
2 *Mandatum executivum relaxatur vigore Instrumenti, ubi legitur pactum executivum, licèt non fuerit expressa clausula guarentigia, aut obligationis Cameralis, et de Jure communi.*
3 *Obligari unusquisque potest, ut voluerit.*
4 *Pacta, quæ contra Jus, et bonos mores non sunt, debent servari.*
5 *Quod possit per pactum fieri ut creditor propria auctoritate valeat capere, et in carcerem detrudere debitorem non solventem, disputatur remissivè.*
6 *Clausula guarentigia non est necessaria, ubi adest publicum Instrumentum obligationis.*
7 *Jus exequendi Judicis auctoritate, et partium conventione æquiparatur.*
8 *Lex, et contrahentium pacta, æquipollent.*
9 *Pacisci potest ut quis in carcerem pro debito detineatur, sed per hoc pactum executivum paratur executio.*
10 *Statuto fieri potest, ut omnia Instrumenta publica habeant paratam executionem.*
11 *A statuto ad pactum valet argumentum, et è contra, saltem affirmativè.*
12 *In regno Neapolitano semper intelligitur apposita clausula* per viam ritus.
13 *Instrumentum Census executionem paratam habere, sæpissimè tenuit Rota.*
14 *In Regno Neapolitano hac lege speciali Regis Alphonsi cautum est.*

15 *In hæredem dari easdem actiones civiles, quæ competebant contra defunctum vulgatissimum est.*
16 *Quia est una persona cum defuncto.*
17 *Et ad omnia jura passivè, et activè succedit.*
18 *Si statutum disponat, qu.. posse in carcerem detrudi, etiam hæres detrudi potest.*
19 *Obligationis conditio non ex persona hæredum immutatur.*
20 *Citandus ille non est, quem constat nullam habere defensionem.*
21 *Executione facta in una re, potest ad aliam fieri transitus, ubi non est creditor plenè satisfactus.*
22 *In una executiva potest variari.*
23 *Creditorem, usque quo probetur plenè satisfactum, etiam post executionem, seu immissionem, aut assecurationem super una re factam, potest variari, et Judex, et Judicium, et remedium, et captura personæ.*
24 *Statuta concedentia publicis Instrumentis executionem, nullo modo comprehendunt Clericos.*
25 *Opinio Covarruviæ tenentis, hoc non procedere Statutis conditis à Principe, habente Jura Imperii, cum sint licita, et honesta, rejicitur.*
26 *Clericus, quando succedit laico executivè obligato, subjicitur dispositioni statuti laici in eo, in quo successit.*
27 *Obligatio defuncti, ex persona hæredis immutari non potest.*
28 *Hæredes, adeundo se obligant, et quasi contrahunt cum creditoribus defuncti.*
29 *Forus tamen mutatur, nam Clericus hæres convenietur coram suo Judice.*

DECISIO LXXIII.

1 EX latè, & luculentissimè deductis in Bituntina census 27. Nov. 1645. & 24. Maii 1647. coram R. P. D. meo Corrado, decisa penès remanet præsens controversia. Firmatum enim ibi multis juribus ac Doctoribus, Bovios teneri in solidum, quia constat, quod sunt hæredes, nec ullibi appareat, quod confecerint inventarium, optimè rejectis omnibus tunc ab eis latissimè deductis, & partim licèt brevius, nunc frustra inculcatis, tum quia plenissimè satisfactum, tum etiam quia Rotæ decisiones semper supponuntur, nec licet eas in dubium revocare, Rota apud Buratt. *decis.* 596. *n.* 2. & 857. *n.* 4. post Zacch. *de oblig. Cam. dec.* 275. *n.* 1. *in Mediolanen. pensionis* 17. *Junii* 1646. §. *fuisse, coram R. P. D. meo Bichio, in Bononien. fideicomm. de Guidottis* 23. *Jan. præsentis anni in princ. coram Me.* Tum denique quia earum virtuti data associatio, quam habuisse effectum contendunt, & ipsi de Boviis, & eam servare vovent.

2 Agitur nunc de executione ipsorum Instrumentorum, quorum validitas nec tunc controvertebatur, in quibus cùm adsit pactum executivum, non potest negari mandatum executivum, (quod esse relaxandum contra bona, & personas dictorum Rota decrevit) licèt non fuerit expressa clausula guarentigia, aut obligationis Cameralis, etiam de jure communi, nam unusquisque potest obligari, ut voluerit cùm pacta quæ contra jus, & bonos mores non sunt, debeant servari
3 *l.* 1. §. *si convenerit, ff. deposit. l.* 1. *extra de pact.* & aliis
4 vulgaribus Velasc. *lit. P. axiom.* Azev. *ad l.* 2. *tit.* 16. *l.* 4. *recop.* Vela *dissertat. Hispal.* 12. *n.* 86. Asin. *de exec.*
5 §. 9. *n.* 3. *in fin.* & fieri ut creditor propria auctoritate possit capere & in carcerem detrudere debitorem non solventem disputat idem Azev. *contra Quæst. l.* 2. *tit.* 13. *lib.* 8. *rec. n.* 205. & faciunt rationes Azeved. *in l.* 2. *tit.*
6 21. *lib.* 4. *recop. n.* 54. pubus probat, non esse necessariam clausulam guarentigiam, ubi adest publicum instrumentum obligationis, facium tradita ab Abb. *in c.*
7 *de causis* 4. *de offic. & potestate jud. de leg.* quia jus exequendi Judicis auctoritate & partium conventione æquiparatur *l. pen. C. de pig. act. l. cum creditorem, C.* 8
de furt. & quia lex, & contrahentium pacta æquipollent *l. fin. C. de reb. alien. non alien. leg. cum quasi* §. *si plures, ff. de fideic. libert.* ut istis juribus probat Asin. *sup. c.* 15. *n.* 2. & 3. & prosequitur aliis rationibus, & Doctoribus; Et licet hoc limitare velint nonnulli ad executionem realem, non verò personalem, ut per relatos à Zacch. *de obl. Cam. q.* 2. *n.* 41. & à Canc. ibi non citato *lib.* 2. *var. c.* 3. *n.* 4. contrarium tenent Boër. *decis.* 295. *n.* 10. Asin. ubi proximè *n. fin.* Azev. *d. l.* 2. *tit.* 13. *lib.* 8. *recop. n.* 205. dum aiunt posse pacisci, ut quis in carcerem pro debito detineatur, sed per hoc pactum executivum, parati executionem, tenuit Rota *dec.* 172. *n.* 2. 173. *n.* 6. & 177. n. 9. Post Zacch. *de oblig. Cam. in Baren. seu nullius* 9
pecuniaria 26. *Maii* 1645. *coram R. P. D. meo Cerro*, quo à nullo modo possunt negare, vel ipsi suprà relati, cum teneant statuto fieri posse, ut omnia instrumenta publica habeant paratam executionem relati à Zacch. 10
d. q. 2. *n.* 19. & multò plures ab Asin. *d.* §. 1. *c.* 26. Parlad. *rerum quot. c. fin.* 1. *p.* §. 11. *n.* 8. cum à statuto ad pactum valeat argumentum, & è contra 11
saltem affirmativè dicant citati à Velasc. *lit. A. axiom.* 490. & quod in regno Neapolitano semper intelligatur apposita clausula per viam ritus, Franch. *dec.* 12
366. *in fin. juncta n.* 6. Modernus Licien. *in semicenturia discept. for. c.* 15. *n.* 57. 58. & 60.

Sed quicquid sit de omnibus extra dubium Præsens resolutio est, cùm fundetur in instrumento census, quod executionem paratam habere sæpissimè tenuit Rota, & multi alii citati per Cenc. quos sequitur *cens. q.* 13
95. Præterquam quod in Regno Neapolitano hâc lege 14
speciali Regis Alphonsi (emanata ad acceptationem, & corroborationem Bullæ Nicolai V. inserta in ipsa pragmatica, & utraque relata à Duard *de cens. in pr.*) cautum expressè legitur & ita testantur Petr. de Greg. *ad dict. Bullam q.* 6. *num.* 4. & alii relati per Duard. *ubi sub* §. 3. *q.* 24. *n.* 9. *in med. vers. in Regnis quoque*, Buratt. *decis.* 879. *n.* 3. *vers. ultra quod.*

Non obstat quod Bovii sint hæredes, vulgarissimum 15
enim est in hæredem dari easdem actiones civiles, quæ competebant contra defunctum; *cur enim recusare, quam recusare non potuit is cujus hæreditatem suscepit? I. C. tus ait in l. postulante* 44. *in princ. ff. ad S. C Trebell.* Bald. *in leg. fin.* §. *in computatione n.* 3. *Cod. de jure delib.* Quia est una persona cum defuncto, Auth. *de jurejur. in fi. principii Basylicon. lib.* 41. *n.* 6. hoc 16
autem, & ibi Scholiastes optima ratione, & aliis juribus, & auctoribus, Velasc. *axiom.* 19 *lit. H*, Carp. *de execut. lib.* 1. *c.* 20. *n* 12. Et ad omnia jura passivè, 17
& activè succedit, & aliis vulgaribus par Sallust. Tiber. *in pra. A. C. lib.* 1. *c.* 45. Paz *in prax. p.* 4. *to.* 1. *c.* 3. *n.* 46. Parlad. *dict. lib.* 2. *rer. quotid. c. fin. part.* 3. §. 1. *à n.* 1. Asin. *ubi supra d.* §. 1. *q.* 29. *n.* 10. (ubi quod si statutum disponit, quem posse in carcerem detrudi, posse etiam hæredem detrudi) multis juribus & DD. 18
Carleval. *de jud. lib.* 1. *tit.* 3. *disp.* 9. *num.* 1. Non enim 19
ex persona hæredum conditio obligationis immutatur, ait Paulus *in l.* 2. §. *ex his* 2. *ff. de verb. obl.* Ciarl. *contr. lib.* 1. *c.* 34. *n.* 51. Graff. *de effect.* 1. *n.* 287. Rota *dec.* 28. *n.* 4. *p.* 5. & *dec.* 39. *n.* 1. & 8. *p.* 6. *rec. & in Romana cambiorum* 4. *Dec.* 1592. *coram Merlino* quæ est apud Marches. *de comm. p.* 2. *fol.* 151. *n.* 6. quæ loquitur in puncto viæ executivæ, facit fan. mem. Greg. XV. *dec.* 539. *num.* 23. & doctè tradita in Bonon. fideic. de Rubeis 11. *Martii coram R. P. D. meo Corrado* & in pacto executionis census multis citatis Cenc. *de cens. q.* 73. *n.* 17. *q.* 95. *n.* 12. & *q.* 96. *à n.* 2. ubi latius Rota *d. c.* 39. *n.* 1. 8. & 9. *p.* 6. *rec. & dec.* 269. *n.* 12. post Zacch. *de oblig. Camer.*

Non obstat, quod aiunt de inventario, nam plenissimè fuit responsum in supra allegatis Bituntinis census, & ex eisdem rationibus ibi adductis respondetur ad id, quod dicitur, quod non fuerint citati

ad

ad ostendendum inventarium & ad bona inventariata exhibenda, & reddendam rationem ex Salust. Tib. *dec.* 45. *n.* 17. nam hoc procedit, quando dubitatur
20 An hæres sit cum beneficio legis, & inventarii, non quando jam decisum contrarium, ut in præsenti citandus enim ille non est, quem constat nullam habere defensionem, Rom. *cons.* 499. ibique Add. *lit. G.* Felin. *in c. cum olim n.* 11. *de jud.* cum sexcentis per Mol. Pan. *de citat. d.* 19. *n.* 41.

Nec refragatur, quod aliàs fuerit motum judicium super associatione, ut videtur sentire Surd. *alleg. cons.*
21 1414. *n.* 18. quia si ipse Surdus bene inspiciatur, concludit contrarium *n.* 19. videlicet, quod ubi non est
22 creditor plene satisfactus, potest etiam post factam executionem in una re ad alias transire, & quod in via executiva possit variari hac ipsa die, Rota decrevit in Romana census, §. *Veriam, quod dicta sententia, coram me*, & tenent Corlev. aliis antiquioribus adductis *l.* 1. *de jud. tit.* 2. *disputat numero* 16. Gallesi. *de oblig. Cam. quæst.* 11. *n.* 2. & ibi multi citati per Zacch. *ante n.* 1. Clarius Grat. *disc.* 593. *n.* 6. *vers. nec facit cum seqq.* Cenc. *de cens. dict. quæst.* 95. *n.* 32. & 33. Marta *de jurisd. cas.* 177. *n.* 1. *cum seqq.* & rectè ad propositum explicat Rota *dec.* 163. *n.* 3. & 161. *à n.* 4. *per tot.* & 140. *n.* 10. & 273. *n.* 11. post Zacch. *de obl. Cam.* & *dec.* 161. *n.* 23. *part.* 6. *rec.* & *in Romana dotis* 4. *Junii* 1635. *coram Pirov.* qui omnes benè
23 explicant, quod usquequò probetur plenè satisfactum creditorem etiam post executionem, seu immissionem, aut assecurationem super una re factam posse variari & judicem, & judicium, & remedium, & capturam personæ, alios refert & sequitur Canc. *lib.* 1. *var. c.* 17. *n.* 47.

24 Tandem non obstat, quod sint Clerici: nam licèt jam dubitari non possit, quòd statuta concedentia publicis instrumentis executionem, nullo modo comprehendunt clericos, ut benè probant multi laudati à Sperell. *dec.* 10. *n.* 13. Marta *de jurisd. p.* 4. *centur* 1. *cas.* 61. *n.* 13. Rejecta opinione Cov. *pract. q.* 18. *n.* 5. *ad med. vers. nihilominus* (Quia tentavit hoc
25 non procedere in statutis conditis à Principe habente jura Imperii; cùm sint licita & honesta, *ex c.* 1. *de nov. oper. nunc.*) & Asin. multis relatis pro utraque sententia *de exeq. ante* § 1. *cap.* 3. *n.* 4. Paz. *in prax. tom.* 2. *part.* 3. *c. unic. n.* 1. Parlad. *d. c. fin.* §. 12. *n.* 28. Vela alios referentis *disceps. Hispalen.* 23. *n. fin.* Bart. relati ab Abb. & penè recepti *cons.* 33. *lib.* 2. *n.* 3. *ex c. constitutus* 8. *de in integr. restit.* & *c.* 3. *de eo qui*
26 *mittitur in poss.* &c. *cum causam* 8. *de re jud.* rejecta etiam consuetudine Regni Neapolitani relata per Genu *in prax. Episc. Curiæ Neap. q.* 15. *n.* 2. Ricc. *in decis. ejusdem Curr. part.* 1. *dec.* 155. *à n.* 4. *cum seqq.* Graff. *ubi sup effect.* 2. *n.* 305. & constitutione Synodali ipsiusmet Archiepiscopalis Curiæ, quæ omnia rejicit optime Rota *d. dec.* 693. post Zacch. *n.* 12. & quacumque consuetudine etiam mixta Clericorum & sæcularium, quam non esse attendendam, benè ait Ciarlin. *d. lib.* 1. *c.* 31. *n.* 16. cui favet *d. dec.* 163. omnino videnda; quamvis contrarium asserat RR. Ungent. *d. c. constitutus, n.* 5.

Attamen ad præsentem causam ista necessaria non sunt, cùm hic agatur de Clericis qui successerunt Laico executivè obligato; cujus obligatio ex persona
27 hæredum immutari non potuit ex supra allegatis, & Surdus *c.* 222. *n.* 10. Gom. *lib.* 2. *var. c.* 11. *n.* 11. & 24. March. *ubi sub n.* 3. & 6. qui adeundo se obligant,
28 & quasi contrahunt creditoribus *l.* 3. §. *fin. ff. ex quibus caus. in poss ff. eat* §. *hæres inst. de obl. quæ ex contractu*, & latè ibi Pichard. *ad l. stipulationes non dividuntur* 71. *n.* 55. *ff. de verb. oblig.* Salust. Tiber. *in prax. d. lib.* 1. *c.* 45. *n.* 13. Duaren. *ad tit. ff. de acqu. hæred. c.* 6. §. 4. 6. Sanchez *in decalog. lib.* 6. *c.* 11. *n.* 12. Mutatur quidem forus, nam iste Clericus hæres convenietur co-
29 ram suo Judice, Card. de Graff. *de effect. Cler.* multis relatis *effect.* 1. *n.* 181. ubi utrumque probat, nempè convenient. executivè, coram suo Judice, Marta *de jurisd. p.* 4. *cent.* 1. *cas.* 33. *n.* 7.

Et ita utraque, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Civitatis Castelli Census.

Veneris 10. *Decembris* 1649.

ARGUMENTUM.

Extinctio census potest fieri etiam consignatione speciei, in locum pecuniæ, concurrente consensu. Traditio rei quomodo possit fieri: epistola probat contra scribentem. Quietantia Procur. habentis facultatem, à principali impugnari non potest. Fides defuncti majorem vim habet. Publica vox & fama probatur mediante attestatione Gubernatoris loci. Actus in tempus collatus potest de consensu partium ulteriùs prorogari.

SUMMARIUM.

1 *Fructus non debentur censu extincto.*
2 *Extinctio census, ex consignatione alterius speciei, sive æstimatæ, sive in solutum datæ non reprobatur à jure, quoties domini consensus accedit.*
3 *Confessio adversarii est quibuscumque probationibus præferenda.*
4 *Traditio rei existentis penes creditorem nascitur ex consensu debitoris, ei in solutionem ipsam rem dantis, ac deliberantis, juncta ipsius recipientis creditoris acceptatione.*
5 *Epistola transmissa, contra scribentem plenè concludit.*
6 *Quietantia à Procuratore sub amplissimis clausulis ad exigendum, et quietandum constituto, per acta, eandem vim probationis obtinet, ac si ab eodemmet principali fuisset conscripta, ita ut tanquam minus legitima, ab eodem impugnari nequeat.*
7 *Consignatio rei convincitur ex fide mediatoris, juncta attestatione alterius.*
8 *Fides, defuncto teste, vires sumit, junctis adminiculis.*
9 *Et ex epistola conscripta à consignatario, ubi deprehendatur sensus hoc importans.*
10 *Et ex publica voce, et fama comprobata etiam ex litteris à Gubernatore loci conscriptis ac de ea attestantibus.*
11 *Et ex taciturnitate ejusdemmet creditoris, qui licet aliàs diligens esse soleat in suis exactionibus, hanc tamen distulit post obitum debitoris, licèt mandatum sufficiens habuisset expeditum.*
12 *Fides facta ab aliquo verisimilis, ac de facto proprio concludens, ex pluribus conjecturis fulcita, ejusque obitu adminiculata, plenè probat.*
13 *Actus, qui juxta legem conventionis non expeditur intra certum tempus dum tantum de utriusque partis consensu post dictum tempus expleatur remissum quodcumque interesse inde resultans censetur, ac si intra tempus conventum fuisset expeditus.*

DECISIO LXXIV.

RElaxatum fuerat mandatum ab A. C. contra Pirrum, pro fructibus Census propriis bonis in Civitatis Territorio consistentibus impositi, ac venditi Domino Lutio Vitellio, pro scutis 1200. à quo appellationis causa sub clausula, si quid exequendum, mihi

commiſſi ; dubitavi An mandati prædicti exequutio, debeat ipſius Lucii favore decerni, & Domini negativè reſponderunt. Quia poſt prædicti Cenſus extinctionem, atque ab anno 1621. ſubſequutam, mandatum jure relaxari non potuit pro fructibus, ex tunc eidem Lucio indebitis, uti tradit Cenc. *de Cenſib. part. 3. cap. 1. quæſt. 3. art. 7. n. 76. & cap. 2. n. 2.* & reſpondit Rota *coram Buratt. 645. n. 2. & in Romana fructuum dotis 14. Maii 1612. coram Manzanedo in Ariminen. Cenſus 26. Junii 1610. coram Remboldo, & in Romana Cenſus 26. Junii 1610. coram Remboldo, & in Romana Cenſus 2. Febr. 1611. & in Farfer. pecuniaria 25. Maii 1618. coram Sanctiſſ. D. N.* in Add. ad eund. Cenc.

1 *in ult. cap. part. 3. n. 2.* & in aliis manu congeſtis *in Ceſenaten. Cenſuum 3. Junii 1644. coram R. P. D. meo Corrado.* Ab eo verò tempore prædicti Cenſus extinctionem contigiſſe convincitur ex apocha à Pirro ac Lucio ſubſcripta, qua inter utrumque legitur inita tranſactio, ſeu conventio, ut ille ſtaria ultra ſexcenta frumenti conſignaret, quorum quadraginta recollecta de anno antecedenti in ipſiuſmet Butii horreo ſub Alberti Francelli cuſtodia repoſita fuerant. Alia verò ducenta, & ultra tum de anno currenti, tum à diverſis debitoribus exigenda. Hic verò ejuſdem frumenti partem in ſatisfactionem fructuum, hactenus decurſoram reciperet, reliquam verò in extinctionem Cenſus teneretur concurrere. Ex hac enim conſignatione frumenti integrè ſubſequuta ex tunc Cenſus remanſit extinctus, quamvis actus retroſimilis nu-

2 meratæ pecuniæ non interceſſerit cum talis extinctio ex conſignatione alterius ſpeciei, ſive æſtimatæ, ſive in ſolutum datæ, non reprobetur à jure quoties prout his Domini conſenſus accedat, prout *in l. ſatisfactio, ff. de ſolutionibus, & in leg. ſi rem*, §. *omni, ff. de pignor. act.* & tradit Navarr. *in comm. de uſur. in 37. quæſt. n. 113.* Cenc. *de cenſ. quæſt. 108. n. 1. cum ſeq. & quæſt. 109. n. 13.* Rota *in Ariminen. Cenſus 26. Junii 1620. coram Remboldo, & in Romana Cenſus 7. Maii 1629. coram Rev. Terracinen. impreſſa poſt eund. Cenc. deciſ. 351. n. 2. & 530. n. 8.*

Hanc quoque conſignationem in ſtariis quadringen-

3 tis, juxta legem conventionis præceſſiſſe comprobat propria ipſius Lucii confeſſio quibuſcumque probationibus præferenda ex diſpoſitione *l. cum te C. de tranſact. & l. generaliter, de non num. pecun.* Atque reſultans, tam ex ſequentibus ejuſdem Apochæ verbis videlicet, *detto Sig. Pirro da, & promette al medeſimo Sig. Lutio preſente, & accetante ſtaria 400. de grano fino Sig. Lutio preſente, & accetante ſtaria 400. de grano fino Sig. Lutio preſente, & accetante ſtaria 400. de grano fino

contractus. Relatio periti de consensu partium facit probationem probatam. Pacta inter emptorem et venditorem, circa modum solutionis pretii, nocere nequeunt creditoribus, nec graduationem turbare.

SUMMARIUM.

1 *Appellatio per biennium, ubi non prorogata fuerint fatalia remanet deserta, sententia in rem judicatam transeunte, ac si nunquam ab ea fuisset appellatum.*
2 *Statutum Eugubinum prohibet appellationem à secunda sententia, quæ concordet cum prima.*
3 *Sententiæ quando una confirmat alteram utique secunda, tam in substantia, quàm in qualitate concordare videtur cum prima, et dicuntur conformes.*
4 *Statutum quod prohibet ulteriorem, quàm unicam appellationem, operatur ut duæ sententiæ habeant vim trium, et constituant rem judicatam executioni demandandam.*
5 *Idque etiamsi posterior prolata fuerit in curia per A. C.*
6 *Sententia lata in Curia in gradu appellationis interpositæ à priori lata in partibus, utique comprehenditur sub dispositione statuti loci, quod proinde servari debet etiam in Curia.*
7 *Appellatio dicitur de Appendiciis illius instantiæ cujus est sententia, à qua interponitur.*
8 *Illiusque causa censetur eadem in secunda instantia prout erat in prima.*
9 *Ita ut proinde semper subjaceat statutis illius fori, in quo prima sententia prolata fuit.*
10 *Appellationis simplex delatio, efficit quidem ut Judex à quo, non possit amplius se in ea causa intermittere; non autem ut causam inappellabilem reddat appellabilem, in præjudicium partis.*
11 *Apostoli reverentiales dati pro responsione appellanti à judice appellationis, non simpliciter, sed in forma, quando causa non est appellabilis, continet etiam refutatorios.*
12 *Venditor promittens manutenere rem venditam liberam, et expeditam ab omnibus juribus, et actionibus sub clausulis obligationis executivis, si postmodum detectum fuerit super illa fuisse hypothecam, jure merito condemnari potest ad deponendam summam pretii habiti, pro cautione, et indemnitate emptoris, donec res vendita ab onere liberetur.*
13 *Quinimò Emptor justam habet causam agendi pro rescissione contractus, et compellendi venditores, cæterosque obligatos ad restitutionem pretii, quamvis evictio actualiter sequuta non fuerit.*
14 *Relatio Periti, et calculatoris de consensu partium electi facit probationem probatam, et omnino debet attendi, donec de errore plenè et concludenter doceatur.*
15 *Exceptio apponi non potest à tertio, nisi concludenter per eum probetur.*
16 *Modus solutionis inter emptores, et debitores variatus, nullum potest creditoribus præjudicium inferre, neque illorum gradum et participationem ullo pacto turbare.*

DECISIO LXXV.

VEndiderunt anno 1635. Aloysius, & Joan. Carolus de Maggis quasdam terras sitas in Territorio Eugubii Petro, & Septimio de Becchettis pretio scutorum 2786. sub expressa assertione illas esse liberas, & expeditas ab omnibus juribus, & actionibus, & aliis non esse datas, cessas, nec quovis modo alienatas; cui venditioni, & assertioni accesserunt uti principales, principaliter & in solidum Sebastianus, & Jo. Baptista de Sebastianis, *Jum. de Becchettis n.* 3. Verum habita notitia per emptores quod dictæ terræ reperiebantur gravatæ nonnullis censibus fortis principalis scutorum 1865. ideò institerunt coram prætore Eugubii pro relatione mandati contra dictos venditores, alioſque obligatos ad effectum deponendi in monte Pietatis quantitatem illis correspondetem, donec dictas terras liberas præstiterint, & sententiam favorabilem reportarunt, quæ deinde in gradu appellationis, confirmata fuit ab A. C. Sed causa mihi commissa cum clausula, constito de re judicata exequatur; proposui dubium, an constet de re judicata, quæ veniat exequendo, vel potius de causis restitutionis in integrum, & Domini affirmativè 1
quoad primam partem, negativè verò quoad secundam responderunt. Cùm enim appellatio interposita fuerit 19. *Dec.* 1646. & toto sequenti biennio nihil actum in causa nec prorogata fatalia, ipsa remansit deserta, & sententia in rem judicatam transivit perinde, ac si nunquam ab ea fuisset appellatum, Auth. *ei qui, C. de tempor. appell. cap. cum sit Romana extr. de appellat.* Clem. *si appellationem eod. tit.* Scacc. *de appell. quæst.* 15. *art.* 8. *n.* 119. *cum seqq.* Vestr. *in prax. lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 2. cum aliis plenè adductis *in Caurien. juris patronatus* 13. *Martii* 1645. *coram R. P. D. meo Royas in Aquilana juris patronatus* 4. *Junii* 1646. *coram R. P. D. meo Corrado* §. *quia cum ab eo tempore, in Cajetana bonorum* 3. *Dec. ejusdem anni, & in Januen. fructuum dotis* 8. *Febr.* 1646. *coram me.*

Et insuper inevitabilis visa fuit res judicata ob 2
dispositionem statuti Eugubini prohibentis appellationem à secunda sententia, quæ concordet cum
prima *dicto fun. n.* 6. Unde cùm in casu nostro una 3
confirmet alteram *eodem summ. n.* 4. *&* 5. utique secunda tam in substantia, quàm in qualitate concordare videtur primæ, & dicuntur conformes, Gloss. & DD. *in clem.* 1. *de re judicat.* Rot. *in recent decis.* 491. *n.* 1. *part.* 5. cum concordantibus adductis *in* 4
Senogallien. supplementi legitimæ 17. *Maii* 1645. §. *conformitas, & in Romana domorum de Regardis* 15. *Jan. præteriti*, §. *si quidem conformitas coram R. D. meo Decano*: Et consequenter intrat dispositio dicti statuti, quod prohibendo ulteriorem appellationem operatur, ut præfatæ sententiæ habeant vim trium, & constituerit rem judicatam exequutioni demandandam, ut in terminis similis statuti respondit Rota *coram fun. mem. Greg. decis.* 492. *n.* 1. *coram Cardinali Cavaler. dec.* 387. *n.* 2. *coram bon. mem.* Buratt. *dec.* 130. *n.* 3. *& dec.* 567. *n.* 1. ac dictum in Romana Salviani 13. *Aprilis* 1646. *coram R. P. D. meo Otthobono.*

Idque etiam si hæc posterior prolata fuerit in Curia 5
per Auditorem Cameræ.

Quia cùm emanaverit in gradu appellationis inter- 6
positæ à priori lata in partibus, utique comprehenditur sub dispositione præfati statuti, quod proinde servari debet etiam in Curia, ut in proximis terminis tenuit Rota *in Bononien. successionis* 12. *Maii* 1609. *coram bon. mem. Sacrato* penes Pacific. *de Salvian. decis.* 54. *n.* 10. *vers. quod quidem statutum, & in Bononien. administrationis de Linis* 1. *Julii* 1620. *coram recol. mem. Coccino.* Appellatio enim dicitur de Appendiciis illius instantiæ cujus est sententia, à qua interponitur *l. in judiciis*, ubi DD. *Cod. de procurat.* Castr. *in l. ab exequutore*, §. *si procurator n.* 1. *ff. de appellat.* 7
& in l. multus 4. *C. de procurat.* Angel. Aret. *in l. fin.* §. *si procurat. n.* 4. *ff. an per alium cau. appell. quæst.* 5. *n.* 12. *vers. ratio est, & quæst.* 18. *n.* 2. *vers. primo quia,* Achill. de Graff. *decis.* 4. *n.* 1. *de appell.* Rota *divers. decis.* 330. *n.* 1. *part.* 2. *repetita* penes eundem Pacific. *decis.* 248. *n.* 2 & dictum fuit in Bononien. legati 3. *Julii* 1645. *coram me*, §. *prout etiam, vers. hic auctoritate.* 8

ritate, Illiusque causa censetur eadem secunda instantia, prout erat in prima, Gloss. *in l. si ita demum verb. agitur*, ibique Salyc. *in fin. & in dicta l. invitus n.* 15. *C. de procurat.* Joan. Petr. Ferrar. *in pract. Papien. de form apponen. contr. test.* gloss. *suntque publicatis sub n.* 3. *vers. aut enim hæc nova.* Rota Bononien. *divers. decis.* 138. *n.* 116. *& coram recol. mem. Coccino decis.* 42. *n.* 6. *vers. nam causa.* Ita ut proinde semper subjaceat statutis illius fori in quo prima sententia prolata fuit, ut pro-
9 bat Scacc. *dicta quæst.* 18. *per tot.* & ad propositum respondit Rota *divers. dicta decis.* 330. *n.* 2. *part.* 2. & penes Pacific. *de salvian. dicta decis.* 154. *sub n.* 10. *versic. & fuit ponderatum, & dicta decis.* 248. *dicto n.* 2. *vers. & ideo subjacet.*

10 Nec refert, quod A. C. detulerit appellationi, dum pro responsione de Apostolis dedit *Reverentiales.*

Quia præter quod simplex appellationis delatio efficit quidem ut Judex à quo non possit amplius se in ea causa intromittere, *capit. cum appellationibus frivolis de appellat.* non autem ut causam inapellabilem reddat appellabilem in præjudicium partis ut latè probat Gabr. *conc.* 35. *n.* 4. & 5. *l.* 1. Rota *in Romana domorum*, &
11 *intereſſe* 10. *Junii* 1591. *coram bon. mem.* Penia *inter ejus impress. decis.* 179. *n.* 4. *vers. sed Domini, & seqq.* Add. ad bon. mem. Buratt. *decis.* 556. *n.* 17. Dum A. C. non dedit Apostolos Reverentiales simpliciter, sed in forma *dicti sum. nu.* 7. exinde non censetur detulisse appellationi nisi ipsa competeret, cum sub hujusmodi responsione, quando causa (prout hic) non est amplius appellabilis contineantur etiam refutatorii ad tradita per Vestr. *in prax. lib.* 7. *cap. ult. num.* 2. Cassad. *decis.* 7. *n.* 5. *appellat.* Rota *in Anconitana de Gozzis* 1. *Julii* 1592. *coram clar. mem. Cardinali Hieronymo Pamphilio* relata per Add. ad bon. memor. Buratt. *dicta decisione* 556. *n.* 16. idemque his adductis firmatum fuit *in Volaterrana Prioratus* 15. *Dec.* 1645. *coram R. P. D. meo Bichio*, §. *final.*

Et prædicta indubitanter procedunt concurrentibus validitate, & justitia sententiarum, quarum prima resultat ex revolutione processuum, secunda verò probetur ex publico Instrumento supradictæ venditionis, in quo post emissam assertionem, quod terræ venditæ erant expeditæ sub omnibus juribus, & actionibus, nullisque datæ, cessæ, nec quovis modo alienatæ venditores illorumque fidejussores in solidum
12 sese obligarunt illas conservare liberas, & vacuas ab omnibus oneribus, & ipsos emptores indemnes penitus manutenere ad quamlibet eorum simplicem requisitionem, ut in extract. fol. 42. *& dicto summar. n.* 3. Unde cum deinde detectum fuerit venditores super illis antea imposuisse plures census fortis principalis scutorum 1865. Jure merito condemnati fuerunt ad deponendum dictam summam in Monte Pietatis pro cautione, & indemnitate ipsorum emptorum, donec dictæ terræ ab illorum oneribus fuerint liberatæ, ut eleganter probat *l. ex iis prædiis, C. de*
13 *evict.* quem sequuntur Surd. *consilio* 13. *n.* 15. & 16. Mangil. *de evict. quæst.* 122. *n.* 20. *cum pluribus seqq.* Cacheran. *decis. Pedem*, 24. *num.* 4. & firmatum fuit coram Card. Seraphin. *decis.* 321. *n.* 19. & 20. Quinimo emptores justam habeant causam agendi pro rescissione contractus, & compellendi venditores, cæterosque obligatos ad restitutionem pretii, quamvis evictio actualiter sequuta non fuerit, ut tenuit Rota *divers. decis.* 304. *n.* 1. & 2. *part.* 4. repetita penes Cenc. *de cens. decis.* 46. *n.* 1. *cum pluribus seqq. in Bononien. prædii* 27. *Junii* 1639. *coram R. D. meo Terracinen.* §. *quæ dicuntur, & in Urbevetana bonorum* 4. *Febr.* 1643. 13. *Maii* 1644. & 19. *Junii* 1645. *coram R. P. D. meo Royas.*

Nec obstaret, quod Becchetti assignaverint venditoribus pro parte pretii convenienti censum quem habebant cum illis de Brunis fortis principalis scutorum 1350. sub ea expressa lege quod in eventum, in quem ipsi non intrarent in concursu, & sententia graduatoria ferenda ad favorem omnium creditorum præfatorum de Brunis tenerentur ad solutionem dictorum scutorum 1350. atque ideo cum ipsi non intraverint in præfato concursu conveniri possint ad dictam solutionem, & consequenter præfatam summam imputare debeant in quantitate per ipsos petita.

Difficultas enim visa fuit penitùs removeri, tum ex sententia graduatoria, in qua ipsi de Becchettis positi, & graduati fuerint in loco decimo nono *dict. summ. n.* 2. Tum etiam ex relatione periti, & Calculatoris ab A. C. de consensu partium electi, ex qua apparet integrum debitum dictorum de Brunis non excedere summam scutorum 16307. eodem *summ. n.* 14
8. & ideò cum valor bonorum ad ipsos spectantium, & per eosdem Maggios emptorum ascendat ad scuta 18000. utique ipsi de Becchettis necessariò intrant in concursu, & graduatione dictorum creditorum. Relatio enim Periti, & Calculatoris de consensu partium electi facit probationem probatam; & omnino debet attendi donec de errore plenè, & concludenter doceatur juxt. gloss. *in l. item si unus*, §. *principaliter, verb. authoritati in fin. ff. de recept. arbitr.* Bart. *in l. instar. n.* 6. *C. de jur. fisc.* Angel. *in l. adversus, C. de usur. & fruct. Legat.* Neviz. *conc.* 94. *n.* 18. Paris. *conc.* 96. *n.* 3. *lib.* 1. Scacc. *de appell. lib.* 3. *cap.* 2. *quæst.* 17. *limit.* 35. *sub n.* 1. San. mem. Greg. *decis.* 220. *n.* 4. Rota *in recent. decis.* 354. *n.* 1. *part.* 1. *decis.* 533. *n.* 1. *vers. & propterea part.* 3. *decis.* 129. *n.* 6. *part.* 5. *decis.* 47. *n.* 7. *part.* 7. & dictum fuit in Romana supplementi legitimæ 6. *Julii* 1646. *coram me*, §. *nec dubitari.*

Et hinc etiam cessaret prætensio, quod creditores anteriores ratione fructuum censum eis debitorum assumerent integram summam dictorum scutorum 18. mill.

Quia præterquàm quod hujusmodi exceptio opponi 15
non poterit à Maggiis, qui sunt tertii, nisi concludenter per ipsos probetur, ad notata per Joan. Andr. *in cap. super his* 16. *n.* 6. *vers. quia objiciatur de accusation.* Lap. *allegat.* 94. *n.* 4. *prop. fin. vers. nam si accuso Titium*, Cæphal. *conc.* 47. *n.* 5. Amat. *decis. March.* 61. *n.* 13. & 14. Tollitur omnis scrupulus ex dicta relatione, cum ex ipsa appareat integrum dictarum de Brunis non excedere supra dictam summam scutorum 16307. cui proinde omninò standum esse videtur, ut præter superius allegatos dixit Rota *decis.* 10. *n.* 12. *part.* 6. *recent.*

Prout nec subsisteret quod in dicto concursu sit habenda ratio de scutis dumtaxat 12. mill. in pecunia numerata persolutis, non autem de aliis scutis sex mille assignatis in tot. bonis.

Quia cùm creditores dictorum de Brunis haberent obligata, & hypothecata omnia ipsorum bona, & signanter præfata vendita dictis de Maggiis, atque ideò in judicio concursus pariformiter deducta, & in sententia graduatoria pro dicta quantitate scutorum 18. mill. ad ipsorum favorem comprehensa fuissent; modus solutionis inter emptores, & debi-
tores variatus nullum potuit ipsis creditoribus præ- 16
judicium inferre, neque illorum gradum, & participationem ullo pacto turbare, ut probat *textus apert. in lege debitorum pactionibus, C. de pactis.* Surdus *decis.* 132. *n.* 8. *vers. & pactum.* Ac per consequens sive dictum pretium promissum, & persolutum fuerit in quantitate, sive in bonis de eo integraliter erit habenda ratio. Quod etiam ipsimet emptores, & debitores agnovisse videntur, dum instrumento dictæ venditioni convenerunt, quod si creditores describendi in sententia graduatoria excederent scuta 18. mill. venditio haberetur pro non facta; signum evidens, quod ipsi creditores participare debebant de integro bonorum pretio, non autem de solis scutis 12. mill. Et ita unica tantùm, &c.

EMINEN-

Emin. & R. D. Card. OTTHOBONO.

Romana Vineæ.

Mercurii 2. *Junii* 1649.

ARGUMENTUM.

Remedium *l. fin. Cod. de Edict. Divi Adr. toll.* competit hæredi scripto. Quæ sint illius extrema. Possessor cum titulo, est legitimus contradictor. Agitur de validitate tituli & de possessione vitiosa. Hæres beneficiatus potest immitti jure proprio, & non hæreditario.

SUMMARIUM.

1 *Extrema interdicti adipiscendæ ex remedio* leg. fin. Cod. de evict. Divi Adr. toll. *quod hæredi scripto competit, sunt: exhibitio testamenti non abolìti, aut cancellati, docere de obitu testatoris, et de identitate rei.*

2 *Et quando sumus in substitutione: docere etiam de morte illius, quo casu legitur facta substitutio.*

3 *Possessor cum titulo est legitimus contradictor, ad impediendum judicium executivum immissionis.*

4 *Legitimus contradictor in judicio immissionis, non potest dici ille, qui vitiosè possidet, ac titulum habet invalidum.*

Et proinde sublatum non est hæredi beneficium l. final.

5 *Sententia lata in judicio pendente in alio tribunali, dicitur attentata, et eodem vitio laborat possessio ejus vigore capta: quæ proinde dicitur vitiosa.*

6 *Lis introducta contra authorem, transit etiam in illius successorem qui eadem persona reputatur ac eodem jure defensionis utitur.*

7 *Modus census præscriptus à testatore in alienatione rei juxta facultatem ab eo concessam est omnino servandus, aliàs venditio est nulla.*

8 *Hæres beneficiatus non confundit ejus propria jura cum juribus.*

9 *Et potest ex propria persona vendicare rem à defuncto alienatam, ex fideicommisso, et testamento anteriori sibi competentem.*

10 *Quinimo quando alienatio facta à defuncto est nulla, potest etiam circumscriptio inventarii beneficio, illam impugnare, ac retractare.*

11 *Acquisita per filium degentem sub patria potestate, cum pecuniis à Patre profectis, Patri sunt quæsita pleno jure.*

12 *Creditum nullo modo præbere potest retentionis commodum.*

DECISIO LXXVI.

1 SUb die 25. Maii anni præteriti coram Reverendiss. Terracinen. utraque parte informante fuit resolutum Joannæ Baptistæ de Curtis uti vocatæ ad universale fideicommissum institutum à Camillo de Curtis in defectum lineæ masculinæ Rever. P. D. Francisci de Curtis hæredis dicti Camilli concedendam esse immissionem vigore *legis finalis, Cod. de edict. Div. Adr. toll.* in possessionem vineæ, de qua agitur, ut in editione desuper emanata super qua concessa Fabio nova audientia, reassumpta hodie disputatione coram me in hac causa subrogato DD. perstiterunt in decisis, nam Joan. Baptista docet de testamento non abolito,
2 aut cancellato de obitu testatoris, ac R. P. D. Francisci de Curtis sine filiis masculis, quo casu substitutus legitur, ac de identitate vineæ, quæ sunt extrema interdicti adipiscendæ *ex remed. leg. fin. quod hæredi* scripto competit Menoch. *de adipisc. remed.* 4. *n.* 199. Rota *decisione* 206. *n.* 1. *coram San. mem. Greg. & in recent. decis.* 35. *n.* 20. *& seq. part.* 1.

Neque hanc immissionem impedire potest Fabius ex eo quia R. P. D. de Curtis hæres dicti Camilli alienaverit hanc vineam in personam Nicolai Clarelli, & quod ipse Fabius obtinuerit illius possessionem in vim Salviani intentati coram A. C. adversus dictum Clarellum pro satisfactione sui crediti anterioris credito
3 pro quo in dictam vineam immitti obtinuit Camillus fideicommittens. Quia licèt possessor cum titulo sit legitimus contradictor ad impediendum judicium executivum immissionis, ex alleg. per Argel. *de legit. contrad. quæst.* 7. *art.* 1. *n.* 30. *& seq.* Rota *decis.* 127. *n.* 3.
4 & 4. *parte* 7. *recent.* Tamen cùm Fabius vitiosè possideat, ac titulus tam alienationis quàm crediti sit invalidus, non potest is dici legitimus contradictor, nec per consequens sublatum est hæredi *benef. leg finalis*, ut de titulo invalido consuluit Rolandus *cons.* 48. *n.* 12. *lib.* 1. Rota *coram Cardin. Seraphin. dec.* 256. *n.* 1. *in Bononien. fideicomm. de Rubeis* 20. *Maii* 1626. *coram R. P. D. meo Corrado in fin. &* 16. *Martii* 1648. *coram R. D. meo Decano, & in aliis relatis in Romana domus* 4. *Maii ejusdem anni coram R. P. D. meo Bichio*, & de Possessione vitiosa Bartolus & Castr. *in l. filiam* 56. *D. ad Trebell.* Dec. *in l. fin. n.* 48. *C. de edict. Div. Adr. toll.* Menoch. *de adipis. remed.* 4. *n.* 635. Rolandus *consilio* 78. *n.* 14. *& seqq. lib.* 3. Argel. *de legit. contrad. quæst.* 6. *n.* 23. Rota *dec.* 115. *part.* 2. *recent. & coram Sanct. mem. Greg. dec.* 206. *n.* 6.

Quod autem possessio Fabii sit vitiosa controverti non potest, nam sententia A. C. cujus vigore apprehensa fuit excusari non potest à vitio attentatorum dum hujusmodi causa pendebat in Rota, ut
5 constat ex commissione *summ. n.* 2. ac ex productione jurium per ipsum Fabium facta *n.* 3. adeo ut tam dicta sententia, quàm possessio ejus vigore capta sit attentata Rota *decis.* 10. *ut lit. pend. in nov. coram Buratt dec.* 262. *n.* 3. *coram Sanct. mem. Greg. dec.* 465. *n.* 4. *in recent. decis.* 393. *per totam part.* 2. *recent.* & in aliis adductis *in Romanæ fideicommissi seu attentatorum* 12 *Febr.* 1647. *in §. si quidem coram R. P. D. meo Arguelles.*

Nec facit quod lis quæ in Rota pendebat esset inter Fabium, & Camillum, causa verò coram A. C. ageretur inter ipsum Fabium, & Nicolaum Clarellum, quia cum Clarellus esset successor Camilli ex persona Francisci hæredis illius d. litis pendentia respicit etiam
6 personam Clarelli, ex quo lis introducta contra authorem transit etiam in illius successorem qui persona reputatur, ac eodem jure defensionis utitur, Lancell. *de attent. part.* 2. *cap.* 20. *de attent. post inhib. limit.* 24. *n.* 17. *&* 18. & dicit Rota *dec.* 1. *ut lit. pendent. in antiq. & facit dec.* 2. *n.* 3. *&* 4. *de judic.* apud Cæsarem de Grassis *in Vicen. Canonicatuum* 28. *Junii* 1647. *sub §. ratio resolutionis fuit coram Reverend. Terracinen.*

Sed neque alienatio hujus vineæ facta per Reverendissimum Dominum Patrem Franciscum sustineri ullatenus potest, quia licet testator facultatem alienandi
7 hæredibus concesserit, tamen certum modum quoad hoc servandum præscripsit ut legitur in summario hodie dato *n.* 5. quo non servato certum est quod venditio est omnino nulla, *l. si pupillorum* 7. *si Prætor D. de rebus coram.* Rim. senior. *cons.* 435. *n.* 17. Bero *cons.* 182. *nu.* 9. *&* 10. *lib.* 1. Rota *decisione* 83. *num.* 4. *& seq. coram Reverend. Urgell.* & in aliis relatis *in Romana domus* 4. *Mai* 1648. *in §. secundo coram R. P. D. meo Bichio.*

Neque relevat quod Joanna Baptista sit hæres R. P.
8 D. Francisci alienantis, ac per consequens teneatur habere ratum factum illius, ac alienationem hujusmodi approbare, quia cum ipsa sit hæres cum *benef. leg. & inventarii* ejus propria jura non potuerunt confundi,

9 fundi, nec prohibetur ex propria persona vindicare hanc vineam ad se spectantem ex testamento, & fideicommisso Camilli, Baldus *in lege si uxor. 7. n. 1. Cod. de bon. Auct. jud. poss.* Surdus *cons. 7. n. 31.* Laderch. *cons. 133. n. 4.* Peregrinus *de fideicommissione, art. 52. n. 97.* Rota *in Romana domorum de Sciandeleriis 4. Aprilis 1636. coram Emin. D. Cardinali Panzirolo, & in Bonon. fideicommissi de Rubeis 30. Maii 1646. in §. nec obstat quod ille sit hæres coram R. P. D. meo Corrado.* Quinimo cum alienatio uti facta contra
10 expressam testatoris voluntatem, seu illa non servata sit nulla, ut dictum est, posset Joanna Baptista etiam circumscripto inventarii beneficio illam impugnare, ac retractare, Laderch. *d. consil. 238. n. 1.* Fusar. *cons. 149. n. 6. & de substitut. quæst. 557. n. 8.* Rota *dec. 110. n. 1. & seq. part. 2. divers. in recent. dec. 176. n. 48. & seq. part. 5. in Bonon. prædii 27. Junii 1639. coram R. Terracinen.* & in aliis relatis *in d. Bonon. fideicommissi de Rubeis coram R. P. D. meo Corrado.*

11 Titulus pariter deductus ex credito anteriori credito Camilli fideicommittentis relevare non potest ad impediendam immissionem, tum quia hujusmodi creditum uti acquisitum à Fabio cum pecuniis à patre profectis, dum ipse degebat sub patria potestate, patri fuit quæsitum pleno jure, Cordub. *in l. si quis à liberis, §. sed si filius, n. 136. Cod. de liberis agnosc.* Petrus de Ubald. *de duobus fratribus part. 5. quæst. 14. n. 17.* cum aliis relatis *in Romana fideicommissi de Spiritibus 12. Dec. 1644. coram R. P. D. meo Bichio*, tum etiam quia Rota aliàs coram Remboldo censuit illud creditum quoad fructus esse satisfactum, & quoad sortem cum esset census perpetuus non esse exigibile, ut decisione edita 5. Junii 1619 Neque vinea retineri potest pro fructibus postea decursis, qua compensari debeat cum fructibus perceptis ex domo debitorum censuum quam Fabius hodie possidet, & propterea cum assertum cre-
12 ditum sit illiquidum, nullo modo præbere posset retentionis commodum, Rota *in Romana retentionis domorum 27. Maii 1642. coram Rever. D. Terracinen. & in Romana domus quarto Maii anni præteriti coram R P. D. meo Bichio in fine.*

Et ita fuit resolutum informante tantum Joanne Baptista altera parte citata, &c. & moras inexcusabiles afferente.

Eminentiss. & Rever. D. Card. Otthobono.

Romana domorum.

Veneris 20. Junii 1650.

ARGUMENTUM.

Excessus, ad hoc ut vitiet deliberationem, debet concludenter probari, excluditur ex non impugnatione partitarum in actis productarum, citata parte. Solutio quando dicatur facta metu mandati. Ordo Solutionis demandatæ, quam vim habeat in termino satisfactionis. Sententiâ secunda lata, non potest validitas Primæ controverti.

SUMMARIUM.

1 *Deliberatio judicialis præsumitur justa et valida.*
2 *Deliberatio pro manutentione sufficit quod non constet clarè, et notoriè de nullitate, et injustitiâ deliberationis, ex eisdem actis.*
3 *Excessus prætensus in deliberatione, debet concludenter probari.*
4 *Dictio in circa apposita in confessione, ubi adest verbum* pro residuo : *nec concludit confessionem certam, et determinatam.*
5 *Lirarum pretium in* Statut. Urb. lib. 1. cap. 197. *taxatur ad bajoc. 15. pro qualibet.*
6 *Mandati verba intelligenda sint eo modo, quo excessus evitatur.*
7 *Productio calculi, cum nihil ex adverso fuerit oppositum post lapsum terminum ad dicendum contra jura producta, tribuit jus quæsitum parti producenti, præsertim post latam sententiam.*
Adeo ut standum sit notulæ per creditorem traditæ, donec contrarium concludenter probetur.
8 *Excessus excluditur ex non impugnatione partitarum in actis productarum citata parte.*
9 *Solutio fructuum post deliberationem decursorum in subjecta materia inducit approbationem calculi, super quo fundatur, et ipsius deliberationis.*
Maximè quando pars solvens notitiam ipsius habuit.
10 *Solutio, ad hoc ut possit dici facta coactè metu mandati, requirit præcedentem hujus protestationem, quamvis mandatam etiam præcesserit.*
11 *In deliberationis acta præsens pecunia de jure requiritur.*
12 *Ordo solutionis faciendæ, ad sacrum montem Pietatis directus, cum is qui dirigit, habeat ibi illam summam concurrentem postmodum translatione, seu versione partitæ ad favorem illius cui solutio est destinata, habet vim numerationis pecuniæ ad validandum actum, ubi ea de forma intervenire debet.*
13 *Declaratio procuratoris in judicio se nolle esse procuratorem non inficit actum, postquam est jam dominus litis effectus invito Actore, qui propterea validè contra ipsum prosequutus fuit judicium.*
14 *Jus vendendi totum fundum hypothecatum pluribus creditoribus, committi cuilibet ex illis, etiam aliis satisfactis.*
15 *Pariterque si plures creditores fundum hypothecatum possideant, alterove illis satisfacto, potest aliter peragere bonorum venditionem.*
16 *Sententia secunda lata non potest validitas primæ controverti, cum oppositio illius debuisset fieri ante secundam sententiam.*

DECISIO LXXVII.

FUit post duas causæ propositiones, utraque parte informante, habitas resolutum mandatum de manutenendo petitum à Paulo Orlando, esse illi concedendum in domibus, de quibus agitur, quia cùm non revocetur in dubium possessio in ipsum translata vigore desiderationis factæ juxta formam commissionis Sanc- 1
tissimi, ipsi profectò est danda manutentio, cùm militet præsumptio pro validitate, & justitia deliberationis *lege quoties, 13. D. de rebus dubiis, leg. quoties 8. D. de verb. obligat.* Alexander *in lege qui Romæ 122. §. duo fratres, n. 29. D. eodem*, Cravet. *consil. 188. n. 8.* Abbas *cons. 41. n. 2. lib. 1.* Rota *decis. 48. n. 1.* apud Mangil. *de subhastat.* & eidem Orlando deli- 2
beratorio extraneo sufficit, quod non constet clarè, & notoriè de nullitate, & instantia talis deliberationis ex eisdem actis, ex adduct. per moder. Perus. *de manut. observat. 12. n. 8.* & per Rotam *in Romana Censuum 27. Aprilis 1644. coram R. P. D. meo Royas.*

In præsenti autem nullo modo constat de nullitate, vel injustitia, sed potius de justitia deliberationis Orlando factæ, cùm ad eam fuerit deventum, servatis omnibus de jure servandis, & vigore commissionis Sanctissimi ob causam, quod creditores olim Prosper. Caffarelli ex Salviano immissi in possessionem domorum de quibus agitur, non poterant de eorum creditis satisfieri spatio decennii, quæ causa verificata fuit in calculo tunc exhibito per DD. Martinengos creditores,

qui

qui etiam comprobatur ab Orlando in ejus ſummario Primæ propoſitionis *n.* 6. & ſecundæ propoſitionis, *num.* 7.

Neque juſtitia deliberationis turbatur ex prætenſo exceſſu quantitate crediti, ex quo deducitur etiam defectus legitimæ probationis, quod intra decennium
3 creditores ex fructibus domorum ſatisfieri non potuiſſent, quia prætenſus exceſſus debet concludenter probari, Rota *coram Seraphino, dec.* 1189. *num.* 1. & 2. *in recent. deciſ.* 405. *n.* 2. *part.* 3. & *deciſ.* 309. *n.* 26. *part.* 7. & ideo non reſultat ex ſolo mandato procuræ
4 facto à DD. de Martinenghis *per ſcodere ſcudi mille in circa de lire* 7. *l'uno.* Quia ultra quod, ſtante illa dictione *in circa* verbum *pro reſiduo* non concludit confeſſionem certam, & determinatam ex traditis per Giurb. *ad conſuetud. Meſſan. cap.* 2. *gloſſa* 3 *n.* 1. *non* poteſt inde deſumi concludenter, quod ſenſerint de moneta Brixien. & non de moneta Romana, cum & in urbe currant liræ Florentinæ, & etiam in Stat. Urb. *lib.* 1. *cap.* 197. lirarum pretium taxetur ad bajoc. 15. pro qualibet, & ſic ſeptem ex eis conſtituunt au-
5 reum papalem, vel Florentinum juliorum decem cum dimidio. Ideo hoc mandatum non concludit exceſſum,
6 cum verba ſint intelligenda eo modo, quo exceſſus evitatur, ut dixit Rota *coram bonæ mem. Coccino deciſ.* 144. *n.* 12. & *ſeq. in recent. deciſ.* 123. *n.* 3. & 4. *part.* 5. & *in Bononien. fideicommiſſi de Cataneis* 1. *Febr.* 1634. *coram Merlino.*

Verùm Dominis viſum fuit tolli quemcumque exceſſum ex calculo prædicto in actis exhibito parte citata; ſtante enim præfati calculi productione cum
7 nihil fuerit oppoſitum poſt lapſum terminum ad dicendum contra jura producta; fuit jus quæſitum parti producenti exaltè adductis per Adden ad ſanct. mem. Gregorium, *deciſ.* 292. *n.* 6. præſertim poſt latam ſen-
8 tentiam. Mantic. *deciſ.* 12. *n.* 2. Adeo, ut ſtandum ſit notulæ per creditorem traditæ, donec contrarium concludenter probetur. Rota *deciſ.* 161. *n.* 29. *part.* 6. *recent.*

Et in terminis excludendum eſſe exceſſum ex non impugnatione partitarum in actis productarum, citata parte, dixit Rota, *deciſ.* 48. *num.* 6. & 7. poſt Mang. *de ſubhaſtatione, & in Bononien. fructuum* 14. *Nov.* 1617. *in §. Accedebat etiam calculus, coram bon. mem. Pirovano.*

Et ulterius exceſſus tollitur, etiam ex eo, quia DD. de Caffarellis poſt deliberationem calculum prædictum approbarunt, ſolvendo fructus poſt deliberatio-
9 nem decurſus, quos ſanè non ſolviſſent, ſi in dicto calculo fuiſſet exceſſum, maximè, quia deliberationis notitiam habuerunt, ut conſtat *ex ſecundo ſummario Orlandi num.* 10. indè enim benè reſultat reprobatio deliberationis, & calculi prædicti, *l. ſi cui* 60. ubi Bart. *D. de legat.* 2. *l. ſi quidem* 24. *C. de tranſact. lege ad ſolutionem* 5. *C. de re judic.* Becc. *conſilio* 106. *nu.* 41. Rota *coram Cavaler. dec.* 100. *n.* 7. & *in Romana Cenſus* 18. *Maii* 1646. *ſub §. fin. coram R. P. D. meo Meltio.*

Nec obſtat, quod DD. Caffarelli ſolverint coactè, vigore mandati, quia ultra quod adſunt etiam aliquæ ſolutiones ſponte factæ, verè non præceſſerat, niſi
10 mandatum gratioſum, & DD. Caffarelli ſolverunt abſque ulla proteſtatione, quæ neceſſaria erat ad hoc, ut coactè ſolviſſe dicerentur, quamvis mandatum etiam rigoroſum præceſſiſſet Rota *coram Seraphin. deciſ.* 1047. *num.* 11. cum alleg. ad Add. ſanct. mem. Gregorium *dec.* 365. *n.* 4. & *in Lauretana Prædii* 28. *Januarii proximè præteriti coram R. P. D. meo Decano.*

11 Obiectum, quod in acta deliberationis non adeſſet præſens pecunia, prout de jure requiritur, ſed tantùm ordo ad ſanctum Montem Pietatis, tollitur, quia,
12 cum liquidè conſtet, quod Orlandus licitator de eo tempore haberet pecunias in Monte pietatis, eaque die ſequenti tranſlatæ fuerint in creditum Curſoris juxta formam mandati de ſubhaſtando hoc ſufficit, cum his concurrentibus ordinem ad Montem haberem vim numerationis in fortioribus terminis firmaverit Rota *in Romana Salviani* 4. *Martii* 1644. *coram R. P. D. meo Veroſp.*

Nullitas verò ſubhaſtationis deducta ex eo, quod Procurator DD. de Caffarellis citatus fuerit poſtquam declaravit ſe nolle eſſe procuratorem, corruit, quia hoc procurator declarare non poterat, cum jam eſſet effec-
13 tus Dominus litis, invito Actore, qui propterea validè contra ipſum conſequutus fuit judicium Abbas *in cap. auditis, n.* 8. *& in cap. non injuſtè, n.* 4. *in fin. de procurat.* Felin. *in cap. ex part. il.* 3. *n.* 27. *de reſcript.* Rota *in Romana cenſus, ſeu depoſiti* 26. *Januarii* 1646. *coram R. P. D. meo Merotio, & in Melevitana tenutæ* 14. *Junii* 1647. §. 1. *coram R. P. D. meo Bichio.*

Nec relevat, quod commiſſio deliberationis eſſet obtenta à Com. Paulo Æmilio, & Ricciardo ab iſta
14 verò tantum fuerit proſequutum judicium ob præcedentem ſatisfactionem Com. Pauli Æmilii, quia jus vendendi totum fundum hypothecarum pluribus creditoribus, competit cuilibet ex illis, etiam aliis ſatisfactis, ut eſt *textus* ad litteram *in l. ſolutum* 11. §.
15 *ſi creditori, D. de pignor. act.* Pariterque ſi plures creditores fundum hypothecatum poſſideant altero ex illis ſatisfacto, poteſt alter peragere bonorum venditionem, ut ſunt verba *text. in l. cum unus* 12. *verſ. aliter atque, de bon. auth. jud. poſſid.*

Pluribus nullitatibus contra primam ſententiam in Salviano obtentam cumulatis pro parte DD. de Caf-
16 farellis, ſatisfaciebant informentes pro Orlando, & ſufficiens viſa fuit reſponſio, quod in ſecundo judicio præfixo termino ad deducendum omnia, non fuerunt appoſitæ iſtæ nullitates; Ideò lata ſententia non poteſt validitas primæ controverti, cum nullitas opponi debuiſſe in ſpecie ante ſecundam ſententiam Rota *dec.* 572. *n.* 2. & 3. *parte* 2. *recent.* Et ita fuit reſolutum utraque parte informante, &c.

R. P. D. CERRO.

Cajetana bonorum.

Lunæ 3. *Junii* 1646.

ARGUMENTUM.

Nonnulla recenſentur circa ordinatoria judicii, ad firmandam validitatem ſententiæ. Quamplura de Emphyteuſi Eccleſiaſtica, ubi cadunt multa obſervatione digna circa clauſulas in ea apponi ſolitas, & circa prohibitionem alienationis. Confraternitas inſtituta ad pium opus, habens Eccleſiam, & alia Eccleſiaſtica ſigna non poteſt dici merè laicalis, manus mortua, ad effectum incapacitatis, emphyteuſis quæ dicatur.

SUMMARIUM.

1 *Appellatio per biennium non prorogatis fatalibus efficitur deſerta, ac ſi nusquam interpoſita fuiſſet.*

2 *Appellatione deſerta, ſufficit pro re judicata, causam ad partes remitti, et impedimenta removeri.*

3 *Sententia est valida quæ habet requiſita* vulg. dec. Caputaq. 260. parte 2.

4 *Stylus fori in ordinariis probatur ex attestationibus Notariorum, et Causidicorum loci, licèt extrajudicialibus.*

5 *Citatio ad sententiam, non restricta ad primam diem, sed concepta cum clausula.* et deinde antea cum continuatione, *protrahitur ad duas, et tres alias sequentes dies juridicas.*

6 *Circumductio citationis non pendet à voluntate partium, sed judicis.*

7 *Emphyteusis Ecclesiastica, finita generatione, ad Ecclesiam revertitur, nec transit extraneos.*

8 *Hæredum, et successorum appellatione, in materia emphyteusis, veniunt soli hæredes sanguinis, et sic descendentes ab ipsis investitis.*

9 *Clausula*, Ad habendum, *apposita in emphyteusi in parte dispositiva, intelligitur juxta naturam contractus emphyteutici.*

10 *Nec illam immutat, sed restrictionem recipit ad limites ipsius contractus, cui apponitur.*

11 *Et ideo quando emphyteusis de sui natura, non est transitoria ad extraneos, non tribuit facultatem alienandi in extraneos in præjudicium vocatorum, ne in una, eademque investitura inducatur manifesta contrarietas, et repugnantia.*

12 *Solemnibus non adhibitis in Emphyteusi, clausula* Ad habendum, *non potest extendere concessionem.*

13 *Prohibitio expressa alienationis, in emphyteusi, enervat vim præcedentis clausulæ,* Ad habendum, *adeo ut tribuere solum possit facultatem alienandi inter illos de linea comprehensos in investitura, secus in extraneos.*

14 *Prohibitiones alienationis maturo consilio in investituris appositæ, plus attendi debent, quàm clausulæ generales, ut plurimum per Notarios apponi solitæ.*

15 *Prohibitio alienationis repugnat naturæ clausulæ* Ad habendum.

16 *Clausula*, Ad habendum, *ubi nihil aliud resistit, tribuit facultatem alienandi.*

17 *Prohibiti alienandi concepta cum duabus negativis, puta* non possit alienari, nisi cum consensu *in affirmativam resolvitur, et importat positivam licentiam alienandi.*

18 *Concepta autem una negativa, puta* non possit, *prohibitio remanet absoluta, et præceptum negativum importat.*

19 *Clausulæ generales investituræ, alias quæ comprehenderent extraneos, stante prohibitione alienationis per præceptum negativum, restringuntur ad hæredes sanguinis.*

20 *Clausula* in perpetuum, *apposita in cessione de sui natura non transitoria ad extraneos, perpetuat concessionem inter personas comprehensas, illam tamen non extendit ad extraneos non vocatos.*

21 *Clausulam* in perpetuum *tritum est regulari et intelligi juxta subjectam materiam, in qua apponitur.*

22 *Clausula* in perpetuum *apposita in concessione ex pacto, non facit illam hæreditariam.*

23 *Bona emphyteutica Ecclesiastica, in Ecclesiam, uti manus mortuas devenire non possunt.*

24 *Nec minùs per viam institutionis.*

25 *Relatio supponit relatum in referente, ita ut pacta in antecedente investitura, ad quam præsens relationem habet censeantur in hac repetita, perinde ac si etiam in ista eadem fuissent apposita.*

26 *Pactum quod res emphyteutica non possit devenire ad manus mortuas, nec minus in illas potest transferri pro assequenda æstimatione, quia pactum hujusmodi resistit æstimationi.*

27 *Confraternitas instituta ad pium opus habens Ecclesiam, aliaque Ecclesiastica signa non potest dici merè laicalis.*

28 *Manus mortua, ad effectum incapacitatis emphyteusis alienari prohibita dicitur etiam universitas Ecclesiastica, et laicalis, quæ nunquam moritur.*

DECISIO LXXVIII.

MOnasterium Cassinense D. Director bonorum, de quibus agitur, concessit in emphyteusim cum pacto renovandi de 29. in 29. annis, & juxta formam antiquarum concessionum nonnulla bona sua in territorio Trajettæ Flaminio Vellono, tam proprio nomine stipulanti, quàm vice, & nomine Fabritii fratris, ac pro ejus hæredibus, & successoribus pacto adjecto, quod bona præfata, nec aliquam ipsorum partem posset vendere, nec alienare sine licentia, & assensu præfati Monasterii.

Defuncto prius Flaminio, obiit etiam Fabritius frater scriptis sibi hæredibus Fratribus Ordinis S. Francisci de Observantia, & quatenus essent incapaces Ecclesia Sanctissimi Sacramenti dictæ Terræ, quæ ob incapacitatem prædictorum Fratrum anno 1629. hæreditatem Fabritii adivit, & possessionem dd. bonorum emphyteuticorum apprehendit, sed habita de his notitia anno 1631. Monasterium Cassinense in Curia Episcopali Cajetæ judicium devolutionis intentavit præcipuè ob mortem Flaminii & Fabritii sine liberis, & quia bona devenerunt in manus mortuas, & ann. 1643. emanavit sententia pro devolutione ad favorem Monasterii cum condemnatione alterius partis ad restitutionem fructuum indebitè perceptorum, summario Monasterii, num. 2. & 3.

Appellarunt Agentes pro Ecclesia à præfata sententia ad Aud. Cam. & transportatis actis prioris instantiæ, ac sententia in judicatum transacta ob causæ non persecutionem intra biennium, idem moderatus fuit inhibitionem vigore supra dictæ appellationis concessam à cujus moderatione cum fuerit iterum appellatum pro parte Ecclesiæ Signatura mihi rescripsit cum solida clausula constituto, ideo dubitavi, an constet de re judicata, quæ veniat exequenda, vel potius de causis restitutionis in integrum, & affirmativè, quoad primam partem, negativè verò quoad secundam DD. responderunt, cùm enim appellatio fuerit interposita die 1. Aprilis 1643. & totum sequenti biennio nihil 1
actum in causa, nec prorogata fatalia, remansit deserta, & sententia in rem judicatam transivit perinde, ac si numquam ab ea fuisset appellatum, Auth. *ei qui, C. de tempor. appell. cum sit Roma extr. de appell. Clem. si appellationem eod. tit.* Vestr. *in prax. lib. 3. cap. 5. n. 2.* Scacc *de Appell. quæst. 15. art. 8. num. 119. cum seqq.* Rot. *in recent. decis. 476. num. 1. decis. 548. num. 2. part. 8. in Tiraſonen. Unionis 26. Junii 1645. coram R. P. D. meo Otthob. in Aquilina Jurispatr. 4. Junii proximè præteriti coram R. P. D. meo Corrad. §. non obstat quod fuerit ab ea appellatum.*

Non obstante, quod super desertione causæ nulla 2
emanavit expressa declaratio, cùm sufficiat deserta removerit *ad leg. si contra majorem, C. de appell.* Card. appellatione causam ad partes remitti, & impedimenta Alexand. *in cap. ex ratione, num. 44. vers. in contrarium est communis.* relat. per Sacc. *ubi supra lib. 3. cap. 2. quæst. 11. n. 154. & 155.* & dictum fuit in Pampilon. decimarum 19. *Junii* 1628. *coram Eminentiss. D. meo Card. Verospio.*

De validitate sententiæ dubitarì non potest, cùm 3
omnia requisita concurrant vulg. decis. Caputaquens. 260. *part.* 2. nec obesse potest, quod citatio ad sententiam fuerit exequuta *die* 23. *Martii*, reproducta *die* 16. sententia verò lata non fuerit, nisi *die.* 23. quia cum in Curia Episcopali Cajetæ tribus tantum diebus singulis hebdomadis fiat audientia, exceptis diebus Veneris
mensis Martii, ut ex fidelibus, & attestationibus No- 4
tariorum, & Causidicorum illarum partium, quæ licet extrajudiciales bene probant stylum in ordinariis; Rot. *in recent. decis. 393. n. 2. part. 1. & decis. 101. n. 11. vers. & cum iste stylus part.* 3. cum aliis per bon.

bon. mem. Burat. *decis.* 124. *n.* 8. & *decis.* 690. *n.* 16. & citatio, de qua agitur non fuerit restricta ad primam diem, sed concepta fuerit cum clausula, & *deinde in antea cum continuatione* die autem 23. fuerit *tertia dies* judicata, ut ex oculo sententia dicitur lata in termino habili, quia citatio cum simili clausula protrahitur ad duas, & tres alias sequentes dies juridicas Cæs. de Grass. *dec.* 9. *n.* 6. *de sentent. & re judic.* Rot. *in recent. decis.* 307. *n.* 9. *part.* 1. *& coram bon. mem. Buratt. decis.* 317. *n.* 3. *& in Toletana hæreditatis* 6. *Junii* 1618. *coram bon. mem. Andrea.*

5

6 Prout etiam nihil refert subsequuta jurium productio, dum neutra pars citata fuit, nec Judex interloquutus pro eorum admissione, circumductio enim non pendet à voluntate partium, sed Judicis, Grat. *discept. for. cap.* 438. *num.* 11. *in fin. vers. ubi etiam, quod ad effectum*, Rot. *in recent. decis.* 277. *n.* 2. *in fin. vers. nec facit p.* 1. *& decis* 69. *n.* 5 *part.* 6. coram sanct. memor. Gregor. *decis.* 457. *n.* 7. Addent. ad eundem. *decis.* 140. *numer.* 16. *vers. sed ad istum effectum*, & coram bon. memor. Buratt. *dict. decis.* 72. *numer.* 2.

7 Justitia verò est evidens, quia emphyteusis Ecclesiastica finita generatione ad Ecclesiam revertitur, nec transit ad extraneos, §. *emphyteusim*, *Auth. non alien.* Mantic. *de tacit. lib.* 14. *tit.* 19. *n.* 6. Cald. *de nominat. emphy. lib.* 2. *quæst.* 33. *à n.* 23. *vers. in emphyteusi vero cum seqq.* Rota *in recent. decis.* 81. *n.* 2. *part.* 5. *& decis.* 217. *n.* 9. *part.* 6. Quamvis

8 concessa fuerit pro hæredibus, & successoribus cum in hac materia illorum appellatione veniant soli hæredes sanguinis, & sic descendentes ab ipsis investitis, ut docuerunt Imol. *in leg. quod dicitur. D. de verb. obligat.* Castrens. *in leg. etiam n.* 4. *D. solut. matrim.* Bald. *cons.* 214. *n.* 2. *vers. sed istud lib.* 5. Alexander *cons.* 83. *n.* 1. & 2. *lib.* 7. Roland. *cons.* 96. *& seqq. lib.* 1. Rimin. sen. *cons.* 437. *n.* 2. Rimin. jun. *cons.* 165. *n.* 3. *part.* 9. *lib.* 2. Socin. sen. *cons.* 121. *nu.* 18. *lib.* 4. Socin. jun. *cons.* 71. *num.* 3. *lib.* 1. Dec. *cons.* 171. *n.* 1. & 2. Ruin. *in cons.* 23. *nu.* 34. *lib.* 5. Honded. *cons.* 92. *num.* 19. *& seqq lib.* 1. Beron. *cons.* 102. *n.* 14. *lib.* 1. Cephal. *cons.* 400. *num.* 56. & 57. Gabr. *cons.* 84. *n.* 51. *lib.* 3. Mantic. *ubi supra lit.* 22. *tit.* 19. *n.* 20 *cum seqq.* Car. plures referens *in* §. *emphyteusis quæst.* 28. *sub n.* 5. *tertius est casus*, *vers. fundamentum autem*, Grat. *discept. forens. cap.* 351. *n.* 17. & firmavit Rota *coram Card. Seraphin. decis.* 868. *n.* 1. *& 2. latius in decis.* 211. *num.* 3. *& 4. cum seqq. part.* 6. *recent. & in Navar. bon.* 13. *Jan.* 1642. *coram bon. mem. Merlino.* §. *peccat demum*, *& primum Junii* 1644. *coram R. D. meo Decano.* §. *p.* 1. *quia Alexand.* 6.

9 Non obstat clausula *ad habendum* apposita in parte dispositiva, cùm hæc intelligitur juxta naturam contractus emphyteutici, ut dixit Rota *coram Card. Seraphin. dec.* 794. *num.* 8. *& coram. bon. mem. Coccino inter ejus impress. decis.* 75. *num.* 10. nec illam immutat, sed restrictionem recipit; ad limites ipsius

10 contractus, cui apponitur ut pluries dixit Rota & signanter *in recent. decis.* 60. *num.* 12. *&* 13. *part.* 5. *dec.* 74. *num.* 9. 10. *&* 11. *& decis.* 211. *num.* 12. *part.* 6. & ideò quando, prout hic emphyteusis de sui natura non est transitoria ad extraneos tribuit fa-

11 cultatem alienandi in extraneos in præjudicium vocatorum ne in una eademque investitura inducatur manifesta contrarietas, & repugnantia, ut ex his rationibus consulendo tradunt Bald. *nu.* 5. *lib.* 5. Dec. *cons.* 54. *n.* 6. Simon. de Pret. *cons.* 20. *n.* 21. *lib.* 11. Rub. *cons.* 110. *num.* 5. *vers & sic* Menoch. *cons.* 61 *rura.* 20. Bardellon. *cons.* 4. *n.* 2. *&* 3. Giovagnon. *cons.* 44. *n.* 107. *&* 108. *lib.* 2. & pluries firmat Rota *coram Card. Seraph. decis.* 1290. *nu.* 12. *coram Card. Coveler. decis.* 293. *num.* 4. *coram bon. mem. Coccino dict. decis.* 75. *nu.* 9. *coram Reverendiss. Urbin. decis.* 212. *num.* 20. *in recent. dec.* 294.

in fin. part. 2. *dec.* 265. *n.* 5. *part.* 4. *dec.* 60. *n.* 12. *& dec.* 86. *n.* 15. *part.* 5. & articulo maturè discusso *dict. dec.* 74. *n.* 6. *cum seqq. usque in fine*, *& dict. dec.* 211. *n.* 7. *cum seqq. part.* & aliis relatis in *dec.* 415. *n.* 20. *&* 21. *part.* 8.

12 Quod sine difficultate recipiendum est in casu nostro, quo solemnia non fuerunt adhibita, sine quibus hæc clausula non potest extendere concessionem, ut advertit Dec. *in cap. in præsentia n.* 33. *aliàs* 153. *vers. sic. ergo conclusio de probat.* Aldobrand. *cons.* 42. *n.* 3. Covar. *var. resolut. lib.* 2 *cap.* 17. *n.* 5. *dicta dec.* 74. *num.* 14. *&* 15. *part.* 6. & quod plus

13 est adsit expressa prohibitio alienationis, quæ infringit, & enervat vim præcedentis clausulæ *ad habendum*; adeo ut tribuere solum possit facultatem alienandi inter illos de linea comprehensos in investitura secus in extraneos. Dec. *cons.* 171. *sub. n.* 3. Gratian. *discept. for. cap.* 344. *n.* 11. quos sequuta fuit Rota *in recent. dec.* 294. *n.* 8. *part.* 2. *& dicta dec.* 74. *n.* 13. 14. *&* 15. *& dec.* 211. *num.* 8. *cum*

14 *seqq. part.* ubi respondetur omnibus contrariis, & subditur plus attendi debere prohibitionem alienationis maturo consilio appositam quàm hujusmodi clausulas generales, ut plurimum per Notarios apponi solitas, & in Cæsenaten. *emphyteusi* 4. *Dec.* 1635. *coram bon. mem. Merlino in recent. dec.* 781. *n.* 17. *part.*

15 8. Prohibitio enim repugnat naturæ clausulæ *ad habendum*, quæ ubi nihil aliud restitit, tribuit facultatem

16 alienandi, Dec. *dicto consilio* 171. *dicto n.* 3. *vers* 4. *& ult.* Curt. jun. *cons.* 130. *n.* 6. *versic. præterea & secundò*, Corbul. *privil. emphyteut ob alienat. limit.* 3. *n.* 2. & 3. Cacher. *dec.* 164. *sub n.* 4. *cum aliis alleg. in suprà dictis decisionibus.*

17 Pro quorum comprobatione ponderarunt Domini prohibitionem esse arctissimam cum una solum negativa, ibi, *tali etiam pacto quod bona præfata, nec aliquam partem possit vendere, vel alienare sine licentia & assensu præfati Monasterii*, quicquid enim sit quando

18 concipitur cum duabus negativis puta *non possit alienari, nisi cum consensu*, quas in affirmativam resolvi, & importari positivam licentiam alienandi dixit Rota *Sarsinaten. feudi* 22. *Junii*, *&* 18. *Dec.* 1645. *coram R. D. meo Decano.* Quando prout hic una solum adest negativa, ibi *non possit* prohibitio remanet

19 absoluta, & præceptum negativum, importat, quod clausulæ generales investituræ aliàs aptæ comprehendere extraneos restringantur ad hæredes sanguinis, ut in fortioribus terminis tradit Afflict. *in cap.* 1. § *feudum ea lege*, *n.* 35. *vers. videlicet quando contractus si de feudo fuerunt controv. inter D. & agnat.* Boss. *de bon. publ. sub num.* 34. Dec. *dict. cons.* 171. *vers.* 4. *& ult.* Rosental. *de feud. cap.* 2. *cons.* 36. *n.* 36. *n.* 5. vers. ubi *idem*, Cald. *de emphyt. lib.* 10. *qu.* 10. *n.* 16. *vers. cæterum ego.* Manent. *dec.* 2. *n.* 38. *cum duob. seqq.*

20 Hinc etiam nihil facit clausula *in perpetuum*, quia, ubi prout hic apponitur in concessione de sui natura non transitoria ad extraneos perpetuas concessionem inter personas comprehensas, illam tamen non extendit ad extraneos non vocatos ut probat *text. in dict.* §. *emphyteusim. vers. licentia.* Auth. *de non alienand.* Roland. 96. *n.* 7. 8. *&* 19. *lib.* 1. Alexander. *cons.* 9. *n.* 9. *in fin. vers. sed solum dicunt. lib.* 2. Mantic. *de tacit. lib.* 27. *tit.* 10. *n.* 21. Cald. *ubi supra dict. lib.* 2. *quæst.* 23. *num.* 19. *cum seqq. & aliis relatis*, Rota. *in recent.* 21

dec. 381. *n.* 4. *part.* 5. *& sæpius dict. dec.* 211. *n.* 7. *part.* 6. tritum enim est clausulam hujusmodi *in perpetuam*, regulari, & intelligi juxta subjectam materiam, in qua apponitur, Gloss. *in leg. & in perpetuum*, *D. de procurat.* Alexander *in leg.* 2. *n.* 2. *D. solut. matrim.* Cardin. Seraphin. *d.* 874. *n.* 5. Rota *dec... n.* 18. *part.* 22

7. *recent. & in Bononien. census* 21. *Febr.* 1642. *coram R. P. D. meo Ghisilerio*, & ideo apposita in concessione ex pacto non facit illa hæreditariam, ut de magis communi testatur Dec. *in cap. in præsentia num.*

53. *vers. sit ergo conclusio de probat.* Rol. *conf.* 96. & *n.* 6. & 18. & 19. *lib.* 1. Mantic. *de tacit. lib.* 2. *tit.* 19. *n.* 27.

Sed ulterius dixerunt Domini rem esse extra difficultatem, & devolutionem esse inevitabilem, ex
23 quo bona fuerunt relicta Ecclesiæ, in quam uti manus mortuas bona Ecclesiastica devenire non possunt *adnotat. in c.* 1. *de alien. feud.* & ibi Afflict. *in princ. n.* 4. & 5. Gloss. *in cap. potuit. verb. prohibeatur*, & ibi Abb. *n.* 10. Imol. *n.* 25. *extr. locat.* Burs. *conf.* 199. *n.* 42. *vers.* 3. Rota *coram san. mem. Greg. dec.* 520. *n.* 11. ibique Addent. *n.* 14. *coram R. Urgellen.*
24 *dec.* 334. *n.* 11. *in fin.* & dictum fuit in Neapolitana laudemii 14. *Dec.* 1640. *coram bon. mem. Coccino*, nec minus per viam institutionis, Rota *d. dec.* 211. *n.* 20. *p.* 6. *recent.*

Imò cùm in antiquis investituris juxta quarum formam facta fuit hæc de qua agitur, adsit explicata pro-
25 hibitio, ne bona deveniant ad manus mortuas, & vigore istius relationis pactum habeatur perindè, ac si etiam si in ista fuisset appositum, ut in his terminis di-
26 xit Rot. *d. decis.* 211. *n.* 5. & 6. *part.* 6. non potuerunt bona in Ecclesiasticam transferri, nec minus pro assequenda æstimatione, quia pactum hujusmodi resistit acquisitioni, Aldobr. *consil.* 40. *n.* 9. *lib.* 1. Bus. *conf.* 299. *n.* 48. Doctores *lib.* 2. san. mem. Greg. *dec.* 529. *n.* 10. & latiùs *dict. decis.* 211. *n.* 31. *part.* 5. *recent.*

27 Quod autem Confraternitas Ecclesiæ Terræ Trajectæ sit merè laicalis, nec justificatur cùm instituta sit ad pium opus venerationis Sanctissimi Sacramenti, habeatque Ecclesiam, aliaque Ecclesiastica signa per ea, quæ dixit Rot. *in Romana bonorum* 19. *Jan.* 1643. *coram R. P. D. meo Ghisilerio, & in Romana Salviani, seu attentorum* 23. *Maii ejusdem anni coram R. D. meo Præside Vallisoletano*, nec non relevat cum ad hunc effectum idem sit Universitas Ecclesiastica, & Laicalis, quæ nunquam moritur, ut declarat Petr. Pecch. *de Amoniz. bon. cap.* 2. *per tot. in tract. magnas tom.* 11. *part.* 1. *fol.* 316. Cal. *de renovat. emphyteus. lib.* 1. *qu.* 19. Corbul. *de caus. propriet. ob alienat. irrequisivit.*
28 *Domin. fact. ampl.* 12. *n.* 6. Anchar. *conf. ult. sub n.* 3. *vers. propter hoc videtur*, & latè firmavit Rota *coram Martin. And. decis.* 6. *n.* 2. & 3.

Et ita utraque, &c.

R. P. D. CERRO.

Cajetana Bonorum.

Mercurii 10. *Junii* 1648.

ARGUMENTUM.

Clausularum emphyteusis importantia pertractatur. Nonnulla de beneplacito Apostolico & de linea finita ad effectum devolutionis, ac de prohibitione alienationis in emphyteusi, recensentur: sententia recipit declarationem à libello.

SUMMARIUM.

1 *Verba pro hæredibus et successoribus in concessione emphyteusis Ecclesiasticæ comprehensa, extenduntur solum ad hæredes sanguinis, et descendentes ab eis investitis.*

2 *Clausulæ* Ad habendum, ac in perpetuum, *intelliguntur juxta naturam contractus, cui adjiciuntur. Indeque in emphyteusi Ecclesiastica non tribuunt facultatem renuntiandi, nec alienandi, in extraneos.*

3 *Hæ clausulæ in emphyteusi Ecclesiastica, non impetrato Beneplacito Apostolico, non possunt extendere concessionem ultra personas expressas.*

4 *Beneplacitum Apostolicum, aliæque solemnitates requisitæ in alienatione emphyteusis Ecclesiæ in extraneos præsumuntur ex cursu temporis nisi simul concurrat observantia.*

5 *Prohibitio alienationis rei emphyteuticæ in concessione apposita, enervat vires præcedentium clausularum.*

6 *Præsumptio, quod concessio emphyteusis concepta, pro se, suisque hæredibus, et successoribus sit facta etiam in extraneos, non efficaciter inducitur ex eo solo, quod unus ex ibi nominatis sit Clerus, et proinde filiationis incapax, dum etiam in descendentes alterius nominati verificari potest ipsa concessio.*

7 *Linea ad effectum devolutionis emphyteusis, non potest dici finita per existentiam in Religiosis ultimæ ex ipsa, dum saltem ejus vita durante commoditas bonorum remaneat penes monasterium, declaratur n. seq.*

8 *Declaratur dispositio* S. Conc. Trid. sess. 25. c. 3. de regul. *de hac loquentis, intelligi tantum de Capucinis, non autem de Monialibus.*

9 *Procedit in emphyteusi privatorum, vel in emphyteusi Ecclesiastica concessa etiam pro extraneis, et cum solemnitatibus requisitis.*

Secus verò in emphyteusi Ecclesiastica non transitoria ad extraneos, et in qua deficiunt solemnitates requisitæ, et Beneplacitum Apostolicum.

10 *Hoc enim casu etiam si monasterium esset capax bonorum in communi, nihilominus bona in ea comprehensa ab ipso nec prætendi, nec minus retineri possunt pro sola fructuum commoditate, durante vita monachi.*

11 *Prohibitio contrahentium explicita, ne bona emphyteutica Ecclesiastica relinquantur et deveniant ad aliam Ecclesiam, juncta legali prohibitioni per relationem ad antiquas investituras, interdicit omnem, et quamcumque potentiam alienandi dicta bona usque ab initio, ita ut nullo unquam tempore, et ad nullum effectum illa à monasterio possint acquiri, et apud ipsum retineri.*

12 *Nec minus ad effectum vendendi personæ habili, et æstimationem consequendi cum hujusmodi pactum, et contrahentium prohibitio resistat principio acquisitionis.*

13 *Prohibitio alienationis in emphyteusi Ecclesiastica, omnem casum comprehendit, etiam hæreditariæ institutionis, alteriusque ultimæ voluntatis.*

14 *Bona emphyteutica Ecclesiæ ad aliam Ecclesiam, uti ad manus mortuas devenire non possunt.*

15 *Mors civilis monachi ob emissam professionem, æquiparatur naturali, ad effectum devolutionis emphyteusis Ecclesiæ.*

16 *Sententia intelligitur et declaratur secundum libellum, et petitionem Agentis.*

17 *Libellus, et petitio quando continet duo capita ad fundandam intentionem Actoris, et judex in corpore sententiæ libello favorabilis unum dumtaxat expresserit, censetur etiam de secundo intellexisse, ut illi sententiam plenius conformaret.*

Accedente præsertim clausula, omni meliori modo, *ibidem apposita.*

18 *Clausula* omni meliori modo *apposita in sententia, comprehendit omnem modum meliorem, quo sententia sustineri potest, etiam non expressum.*

DECISIO LXXIX.

DEcisionem sub die 3. Dec. 1646. coram me emissam in præsenti disputatione DD. confirmarunt. Quia omissa validitate sententiæ non amplius ab altera parte in dubium revocata, justitia patet, repetito quod agitur de emphyteusi Ecclesiastica, quæ finita generatione ad Ecclesiam revertitur, nec a l extra-

extraneos transit, licet concessa pro hæredibus, & successoribus, cum in hac materia verba hujusmodi extendantur solum ad hæredes sanguinis, & descendentes ab eisdem investitis, ex late deductis in 1. *vers. Justitia verò est evidens.*

Nec contrarium suadent pactum renovandi de 29. 2 in 29. annos, & clausulæ, ad habendum, ac in perpetuum; Quia ut pariter responsum fuit in dicta decisione intelliguntur juxta naturam contractus cui adjiciuntur indeque in emphyteusi Ecclesiastica non tribuunt facultatem renovandi, nec alienandi extraneos, ubi latè deducitur in Mediolanen. Bonorum 30. *Maii* 1633. *coram bon. mem. Merlino quæ est dec.* 211. *à nu.* 7. *cum pluribus seqq. part.* 6. *rec. cum aliis relatis in* 1. *dec.* ubi ulterius fuit animadversum præfata facilius admittenda, cum nec solemnia fuerant adhibita, nec 3 impetratum Beneplacitum Apostolicum sine quibus hujusmodi clausulæ non possunt extendere concessionem ultra personas expressas *ex authoritatibus ibidem cumulatis.*

Præsumptio autem Beneplaciti Apostolici non oritur ex lapsu 30. annorum dum non probantur factæ alienationes in extraneos, & præfato tempore observatæ. Receptum enim & solum cursum temporis non 4 inducere præsumptionem Beneplaciti, aliarumque solemnitatum nisi simul concurrat observantia concessionis, ut respondit Rota apud Put. *decis.* 7. *de præsumpt. coram bon. mem. Coccino. dec.* 301. *n.* 2. & 3. cum aliis *in Perusinæ Redintegrationis* 13. *Junii* 1644. *coram R. P. D. meo Royas & in Comitellana Parrochialis* 10. *Febr.* 1645. *coram R. P. D. meo Verospio vers. quia cum ex tit. circa fin.*

Et proinde non applicantur decisiones in contrarium adductæ, Decisio enim 294. *part.* 2. *rec. repet. part.* 3. *in ord.* 286. Loquitur de concessione habente explicatam facultatem alienandi in extraneos quæ multum movit Dominos *ut infra num.* 6. in altera verò 548. *p.* 8. *rec.* aderat Beneplacitum Apostolicum, & ostendebantur alienationes factæ extraneis, *ut n.* 11. 16. & 17. Decisio verò Card. Caval. 293. loquitur in investitura nullam habente prohibitionem, quæ concurrit in casu nostro, & enervat vires præcedentium 5 clausularum, ut respondit Rota *in Forosempronien. emphyteusis coram bon. mem. Merlino, quæ est dec.* 74. *n.* 8. *cum seqq. part.* 6 *recent. cum aliis in* 1. *dec. vers. quod sine difficultate cum vers. seqq.*

Minus urgent duæ conjecturæ ponderatæ in contrarium. Prima enim, quod bona de quibus agitur, devenerint in Flaminium, & Fabritium, successione cujusdam Marii Velloni cum permissione, & consensu ejusdem Monasterii Cassinensis directi Domini cessat ex facto, cum Monasterium non approbaverit Marii successionem, sed de novo locaverit, & concesserit, ibi *hodie præfatus D. Germanus Procurator locavit, & de novo concessit præfato, &c.* ac ibi, & 6 *titulo locationis, ac de novo concessionis præfatæ.* Secundò verò ex eo quod concessio stipulata fuerit à Flaminio pro se, suisque hæredibus, & successoribus, qui tamen cum esset clericus descendentes habere non poterat, sed solos hæredes extraneos nihil relevat dum investitura fuit ab eodem Flaminio recepta etiam pro Fabritio fratre qui uti Laicus habere potuit Descendentes. Adducta autem præsumptio foret efficax si solum in extraneis concessio verificari posset, ut tradunt Clar. *in* §. *feudum q.* 74. *n.* 4. Card. *de nomin. emphyt. lib.* 2. *q.* 20. *n.* 37. & plures alii relati per Fusar. *de subst. q.* 339. *n.* 42. & 44.

7 Demum nihil obstat quod Fabritius decesserit relicta unica filia fœmina Monali Capucina, qua existente declarari non potuit esse factum eodem devolutioni ob lineam finitam cum talem ejus vita durante commoditas bonorum, de quibus agitur remanserit penes Monasterium, ut tradunt *Mill. in cas. pyl cef-*

finem n. 14. *de probat.* Anchar. *cons.* 420. *n.* 1. & *seq.* Barsat. *cons.* 60. *n.* 41. Sanchez *in præcept. decalog. tom.* 2. *lib.* 7 *cap.* 15. *n.* 34.

Quia omisso an sufficienter probetur existentia dictæ 8 filiæ, & non obstet dispositio S. Concil. Trident. *sess.* 5. *cap.* 9. *de regul.* loquentis tantum de Capucinis, non autem de Monialibus. Placuit responsio quod objectum procedit, vel in emphyteusi privatorum, ut tradit Jas. *in leg.* 2. *n.* 400. *C. de jur. emph* vel emphyteusi Ecclesiastica concessa etiam pro extra- 9 neis, & cum solemnitatibus requisitis, in quibus terminis loquuntur suprà allegati, & præter illos primus omnium tradit Bald. *in auth. ingress. in* 2. *fact. n.* 37. *vers. quæro ergo C. de sacr. sanct. Eccl.* aliique relati per Corbul. *de emphyteut. tit. de caus. priv. ob mort. civil. num.* 6. *cum pluribus seqq.* Rota *in rec. dec.* 261. *num.* 7. *part.* 1. & *coram bon. mem. Barat. dec.* 394. *nu.* 3. Secus verò emphyteusi Ecclesiastica non transitoria ad extraneos, & in qua, prout hic, deficiunt solemnitates requisitæ, Beneplacitum Apos- 10 tolicum. Hoc enim casu etiamsi Monasterium esset capax bonorum in communi, nihilominus bona in ea, comprehensa ab ipso nec prætendi, nec minus retineri possunt pro sola fructuum commoditate durante vita Monachi, ut secundùm veriorem, & communiorem sententiam firmant Oldfred. *in d. auth. ingressi sub nu.* 10. *C. de sacr. sanct. Eccl.* ibique Alberic. & Castr. *num.* 34. quos refert, & sequitur in punctualibus terminis pro veritate respondens Bursatt. *cons.* 198. *à n.* 8. *usque in fin. lib.* 2. eandemque approbarunt Corbul. *ubi supra sub nu.* 4 *vers.* Bursattus tamen, & Fulgin. *de jure emph. titul. de success. in bon emph. quæst.* 14. *n.* 8. *vers.* & *licet*, ac si distinguendo responsum fuerit in *Bonon. bonorum* 7. *Junii* 1647. *coram R. P. D. meo Milio*, §. *nec relevat quod fortem*, & 27. *Martii præteriti coram R. P. D. meo Verospio.*

Quæ nullam in proposito recipiunt dubietatem, 11 quo ultra legalem per relationem ad antiquas investituras, adest etiam explicata contrahentium prohibitio, ne bona relinquantur & deveniant ad aliam Ecclesiam, ex vi enim hujusmodi duplicis prohibitionis fuit penitus interdicta omnis, & quæcunque potentia alienandi dicta bona usque ab initio, ita ut nullo unquam tempore, & ad nullum effectum illa Monasterio possint acquiri, & apud ipsum retineri §. *Sanctissimus*, Auth. *de alien. emph.* Imol. *in* § *filius fam.* §. *divi. vers. extra gloss.* & ibi Alexand. *n.* 2. *circa med. off. de legat.* 1. Simon. de Præt. *cons.* 54. *n.* 4. 5. & 6. Bursat. *dict. cons.* 299. *n.* 11. *vers. non puto*, & *n.* 48. *vers.* 3. *Doctores*, *aliisque relatis firmatur in Bononien. Bonorum coram R. P. D. meo Milio*, *vers. quæ prohibitio.* Nec minus ad effectum vendidi 12 personæ habili, & æstimationem consequendi; cum hujusmodi pactum, & contrahentium prohibitio retinet principio acquisitionis, ut distinguendo opinionem Specul. *tit. de locat.* §. *nunc aliqua*, *n.* 143. firmavit Rota apud fan. mem. Greg. *dec.* 529. *n.* 10. *in recent. d. dec.* 211. *n.* 31. *cum pluribus seqq. part.* 6. *& in aliis in d. decis. relatis*, §. *Imo cum in antiquis.* Nullatenus subsistente, quod per hujusmodi prohibitionem censeatur dumtaxat prohibita alienatio per contractum, non autem per ultimam voluntatem, sed hæredis institutionem, quia verior & communior est opinio quod in emphyteusi Ecclesiastica prohibitio eorum casum alienationis comprehendat etiam hære- 13 ditariæ institutionis, alteriusque ultimæ voluntatis, ut in terminis consulendo firmat Aldobrand. *d. cons.* 46. *sub n.* 9. *vers. cum igitur lib.* 1.

Hinc igitur subsistit pariter alterum decisionis fundamentum, quod scilicet devolutio sit omnino clara, & non dubia, ex quo bona de quibus agitur fuerunt 14 relicta Ecclesiæ eorum uti manus mortuæ bona Ecclesiastica deveniri non possunt nedum attenta juris dispositione, ut not. *Ias. in l.* 1. *de alien. feud.* sed etiam ob prædi-

prædictam contradictorium prohibitione, *ex deductis dicam §. fi autem n. cum seq.*

Hæc non refragatur quod sententia de Partibus declaret esse locum devolutioni ob lineam finitam. Quia dum Monasterium non potuit hæc bona retinere, nec mansit frater vita Monialis propter naturam emphyteuseos Ecclesiasticæ ad extraneos non transitoriæ ex superius deductis. Utique linea dicitur finita, quia filia Fabritii habetur pro naturaliter mortua, cum hoc casu mors civilis ob emissam professionem æquiparetur naturali, secundum Barth. *in auth. si quæ mulier, C. de sacros. Eccl.* DD. communiter *in cap. præsentis de probat.* Alex. *conf.* 13. *n.* 1. *lib.* 3. Parisi. *conf.* 65. *n.* 7. *lib.* 2. Corbal. *ubi supra d. cit. de caus. privat. ob civil. n.* 1.

Tamen ex duplici capite in prima instantia fuit petita devolutio bonorum, de quibus agitur, primò scilicet ob lineam finitam, secundò ex quo bona pervenerunt ad manus mortuas *Sum. Monasterii præteritæ positionis n.* 2. Unde cum sententia intelligatur, & declaretur secundum libellum, & petitionem Agentis, ad trad. per Aym. *conf.* 188. *n.* 1. *Cresc. dec.* 9. *n.* 2. *de sent. & re judic.* Card. Seraphin. *dec.* 640. *n.* 1. Licèt judex incorpore ipsius sententiæ expresserit dumtaxat causam lineæ finitæ, nihilominus censeri debet declarasse devolutionem etiam ex secundo capite petitionis, ut illi sententiam conformaret, prout in dubio præsumitur, per ea quæ tradunt Aym. & Card. Seraph. *in locis supra allegatis.* Accedente præsertim clausula, *omni meliori modo*, ibidem apposita, quæ comprehendit omnem modum meliorem quo sententia sustineri potest, etiam non expressum. Ruin. *conf.* 9. *n.* 9. *lib.* 5. Achil. *dec. unic. de verbor. signif.* Rota *in rec. dec.* 553. *n.* 20. *part.* 1. *& in Senogallien. Præddi* 28. *Junii* 1645. *coram R. P. D. meo Meltio, vers. attendi etiam.*

Et ita utraque, &c.

R. P. D. ARGUELLES.

Pisauren. Jocalium.

Lunæ 28. *Junii* 1649.

ARGUMENTUM.

Jocalia pretiosa, & vestes festivæ transmissæ per Sponsum sponsæ, an soluto matrimonio, veniant restituendæ, & quomodo.

SUMMARIUM.

1 *Jocalia pretiosa, et vestes festivæ transmissæ per Sponsum sponsæ, non censentur donatæ, sed ad usum dumtaxat accomodatæ, ut sponsa gratia ipsius sponsi honorificentior, et speciosior incederet.*

2 *Et ideo soluto matrimonio veniunt restituendæ.*

3 *Et quod sponsus donare dixisset: quia juxta subjectam materiam intelligendum esset de donatione ad usum.*

4 *Et hoc procedit etiam in rebus sponsæ transmissis à consanguineis sponsi, quæ uti ad hunc spectantes, ejus hæredi sunt restituendæ.*

5 *Licèt sint res ad usum solius mulieris aptatæ, et convenientes.*

6 *Et magis quando propter culpam sponsæ, matrimonium non est consummatum.*

DECISIO LXXX.

VIsa Domini decisio coram me edita 22. Junii [illegible] fuit jocalia pretiosa & vestes festivæ transmissæ per bonæ mem. Dom. Camillum Pamphilium Sponsum D. Camillæ Mariæ Laurææ Santinelle sponsæ dissoluto per sponsi obitum matrimonio, illius hæredi fore restituen. Ideoque eandem Decisionem hodie confirmarunt, eo præcipuè fundamento, quod res prædictæ non censentur donatæ, sed ad usum dumtaxat accomodatæ, ut sponsa gratia ipsius sponsi honorificentior, & speciosior incederet, & sic soluto matrimonio veniant restituendæ *l. hoc legatum* 45. *ff. de leg.* 3. *l. mortis causa* 54. *ff. de donat. int. vir. & uxor.* quos bene inducit Sanchez *de matrimon. lib.* 6. *disput.* 25. *num.* 10. *post principium.* faciunt relati per Mascard. *de probat. conclus.* 564. *n.* 2. & 3. ubi quod hæc conclusio unanimi Doctorum sententia approbatur, Afflict. *dec.* 315. *n.* 1. & 2. ubi ita plures judicasse Concilium Neapolitanum sanct. mem. Greg. XV. *dec.* 474. *num.* 1. Rota *dec.* 113. *num.* 4. *part.* 1. *recent. Romana focalium* 11. *Dec.* 1641. §. *propositio autem*, &c. *coram Merlino*, & aliis in dicta decisione præterita hujus causæ, §. *aut sumus in dubio*, &c. *& seq. coram me cumulatis.* 1

Etiam si sponsus donare dixisset; quia juxta subjectam materiam intelligendum esset de donatione ad usum Bart. *in lege* 1. §. *nec Castrense n.* 10. *vers. & ideo puto*, &c. *ff. de collat. bon.* Palat. Rub. *de donat. int. vir. & ux.* §. 7. *n.* 1. *& seq. &* §. 11. *num. eod.* Ursil. ad Afflict. *d. dec.* 315. *n.* 1. *cum pluribus in præterito, absque eo*, &c. *vers. tum quia*, &c. 3

Et hoc procedere etiam in rebus sponsæ transmissis à consanguineis sponsi, quas uti ad hunc spectantes, ejus hæredi restituendas tradit Bart. *in l. sed & si plures* 10. §. *in arrogato*, *n.* 4. *versic. si quidem donatio est facta à consanguineis ex parte viri*, &c. ibique Adden. *lit. H. versic. quam uxori ff. de vulg. & pupill.* Jas. *in l. ut liberis nu.* 17. *Cod. de collation. ubi de magis communi.* Clar. lib. 4. *sententiarum*, §. *donatio*, *quæst.* 10. *num.* 2. *vers. sed nunquid ea*, &c. Jo. Lup. *rubr. de donat* §. 11. *n* 9. Sanchez *de matrim. dicto lib.* 6. *disput. n.* 11. *versic. eadem distinctio*, &c. 4

Licèt sint res ad usum solius mulieris aptatæ, & convenientes, ut rejecta opinione Angeli benè Imol. *in dict. l. sed & si plures* 10. §. *in arrogato*, *sub num.* 11. *vers. sed certè hæc opinio Angeli non placet*, &c. & melius ibi Alex. *sub n.* 13. ubi rejicit Angelum, ac etiam Baldum qui contra Bartolum limitaverat, subdens quod hæc non est limitatio, sed destructio doctrinæ Bartoli *ut versic. hæc sua limitatio*, &c. *de vulg. & pupill.* 5

Et magis ex quo propter culpam sponsæ, matrimonium non fuit consummatum, Gregor. Lopez, *in l.* 3. *tit.* 21. *part.* 4. Gomes. *in l.* 50. *Tauri*, *n.* 3. Sanchez *d. lib.* 6. *disput.* 19. *n.* 3. *versic. hinc refertur*, &c. & fuit latè offensum in præterita, §. *unus tamen*, *& seq.* 6

Et hæc quoad jocalia, aliaque descripta in præterita decisione, §. *Et hæc concordes Domini*, &c. Quod verò ad alias res minoris valoris, neque in hodierna disputatione Domini fuerunt concordes. Ideo, &c. Unica, &c. altera tamen citata, & intimata, &c.

R. P. D. CERRO.

Pisauren. Administrationis Montis.

Lunæ 27. *Junii* 1650.

ARGUMENTUM.

Possessio quæ sufficiat ad effectum manutentionis, & quomodo probetur, & quando sit vacans; observantia circa solum in ordinariis Judiciis, quomodo consideretur, & an inducatur per actum merè voluntarium.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Possessio ad effectum manutentionis probatur ex confessione Adversarii, petentis immitti.*
2 *Possessio capta, non citato Adversario præsumitur clandestina, et turbativa.*
3 *Secundo genitus per mortem primogeniti, primogenitus efficitur.*
4 *Possessio limitata ad durationem alicujus gradus, expirato gradu statim expirat.*
5 *Et consequenter subintrans in illo gradu, potest ingredi ipsam possessionem etiam propria auctoritate, et eo non citato.*
6 *Expressio in dispositione quod per deficientiam unius, alter in ejus locum subrogetur, ex propria ejus natura vacationem per mortem significare videtur.*
Et ubi alio modo contingat, requirit altiorem indaginem, et majorem discussionem exposcit.
7 *Possessio non vacat, ubi non est clara dispositio de ejus vacatione, et propterea donec in judicio ordinario, et petitorio, cognita, et terminata fuerit, allegari non valet extincta, sed debet manuteneri.*
8 *Unus actus non potest inducere observantiam, quæ pro sequentibus sufficientem tribuat interpretationem.*
9 *Observantia amittendi citationem, ut potè omnino contraria dispositioni juris, nedum civilis, et canonici, sed etiam divini, quamvis interpretativa, debet esse legitimè præscripta per spatium quadraginta annorum.*
10 *Actus mere voluntarius observantiam inducere non valet.*

DECISIO LXXXI.

1 CEnsuerunt Domini dandam esse manutentionem Com. Francisco in quasi possessione administrationis montis Santinelli, de quo agitur, quia probat ejus anteriorem possessionem nedum ex publico instrumento adeptionis, & illius cessionis sibi factæ 11. *Februarii* 1631. *ejus summ. n.* 2. sed etiam ex propria confessione alterius partis, quæ contra ipsem perfit immissionem 13. *Januarii præteriti eodem summ. n.* 2. Hujusmodi enim confessionem optimè inservire pro illius justificatione ad effectum de quo agitur ex theor. Bart. *in leg. Aurelius idem quæsivit, n.* 2. *ff. de liber. legat. & in lege si duo sub numero* 4. *ff. uti possid.* pluries respondit Rota in decisionibus relatis in Leodien. Dominii 10. *Jan. præteriti coram me*, §. *Probatur si quidem.*

2 Non obstat possessio Com. Alexandri, quia cùm sit posterior, & capta eo non citato præsumitur clandestina & turbativa *cap. licet Episcopus de præbend. in* 6. *cap. licet causam de probation. lege item possidere*, §. *qui nundinas*, *D. de aquir. poss.* cum vulgar. adductis in Beneventana Parochialis 29. *Nov.* 1649. *coram me.*

Nec subsistit, quod possessio Com. Francisci esset
3 temporalis, & limitata, duratura scilicet tantummodo quo usque ipse continuasset in gradu secundo geniti, & ideo cùm per obitum Comitis Odoardi olim primogeniti ipse defierit esse secundo genitus, & ipso jure transiverit in primogenitum, Tiraquell. *de jur. pri-*
4 *mog. quæst.* 3. *n.* 6. & 7. utique expirato gradu statim expiravit possessio, ut in similibus terminis dictum fuit in Celsonen. Parochialis 17. *Nov.* 1642. *coram R. P. D. meo Pautingero* §. *tollebatur etiam, & in Leodien. Præposituræ Tongren.* 22. *Martii* 1647. *coram me* §. *Ideo-*
5 *que eo facilius*, Alexander & c. qui quatuor Comes effectus secundogenitus potuit ingredi possessionem etiam propria autoritate, & eo non citato ex doctrina Innoc. *in c. ex paroc. sub n.* 3. *vers. sed opponetur quod non potest.*

6 Quia cùm administratio montis, de quo agitur legata, & demandata fuerit secundogenito ab quo ulla temporis limitatione, sed solum cum substitutione tertiogeniti casu deficientiæ illius sibi, *Ec mancando lui, terzo di età habbia tal cura*, &c. Cujus sanè deficientiæ expressio ex propria ejus natura vacationem per mortem significare videtur *juxta* §. *hinc nobis*, ibique gloss. *verb. deficientis* Auth. *de hæred. & falcid.* Paris. *consil.* 95. *n.* 9. *lib.* 2. Cephal. *consil.* 150. *n.* 15. Menoch. *consil.* 166. *n.* 342. Fusar. *consil.* 68. *n.* 4. Rota *in Germana Fideicommissi de Corradoris* 11. *Nov.* 1630. *coram R. D. meo Decano in rec. dec.* 341. *num.* 6. *part.* 6. Et propterea allegatæ resolutionis exceptio (non desumptæ ex morte secundogeniti adhuc viventis,
7 sed ex transitu ipsius ad gradum primogeniti ob deficientiam majoris natu) totaliter dependeat ab interpretatione dispositionis Comitis Petri Antonii testatoris, ac proinde non fit adeò clara & perspicua, ut non possit in dubium probabiliter revocari, sed requirat altiorem indaginem, & majorem discussionem exposcat: Donec in judicio ordinario, & petitorio cognita & terminata fuerit possessio Comitis Francisci, allegari non valet terminata, & extincta, sed debet manuteneri, ut ad propositam respondit Rota in *Elberen. præstationis annuæ* 1. *Julii &* 2. *Decemb.* 1616. *coram bon. mem.* Andrea inter *ejus impress. dec.* 75. *n.* 7. & 8. & *dec.* 81. *n.* 3. *in Romana subcollectoria* 17. *Martii* 1645. *coram R. P. D. meo Bichio*, §. *quæ omnia ad impugnandum*, & *in Romana Parochialis.* 23. *Maii proximi præteriti coram me.* Decisiones verò Celsonen. Parochialis, & Leodien. Præposituræ *Tongren.* non applicantur, quia loquuntur in terminis Œconomi, alterisque temporalis administrationis, cujus possessionis, seu detentionis relatio, & terminatio clara penitus, & incontrovertibilis apparebat.

8 Minusve suffragatur prætensio probandi observantiam capiendi hujusmodi possessionem sine citatione possessoris, prout continetur in positionibus ab altera parte exhibitis.

Quia etiamsi probaretur, nullatenus tamen non relevaret; aut enim defumitur ex possessione Comitis Alphonsi apprehensæ de anno 1622. & tanquam unicus actus non potest inducere observantiam, quæ pro sequentibus sufficientem tribuat interpretationem, ut responsum fuit *in Assisien. emphyteus.* 18. *Martii*
9 1540. *coram bon. mem. Merlino in rec. dec.* 513. *n.* 6. *p.* 5. Eoque certius in proposito quo agitur de observantia omittendi citationem, quæ utpotè omninò contraria dispositioni juris nedum civilis & Canonici, sed etiam Divini, quamvis interpretativa debet esse legitimè præscripta per spatium 40. annorum, Anton. Butr. *in c. cum dilectus n.* 18. *vers. ita & in quantum de consuetud.* Socin. Sen. *cons.* 260. *n.* 19. *l.* 2. Put. *dec.* 15. *n.* 4. *l.* 3. *in correct.* Aut verò deducitur ex possessione ejusdem Comitis Franc. & cum ista apprehensa fuerit prævia cessione Odoardi, tunc temporis illius
10 possessoris tanquam actus merè voluntarius prætensam observantiam inducere non valet, ut tradunt Burfat. *cons.* 360. *n.* 82. *l.* 4. Marcabrun. *cons.* 108. *n.* 13. & 14. Cyriac. *controvers. forens. c.* 460. *n.* 28.

Et ita resolutum utraque, &c.

Eminentiss. & Reverendiss. D. Card. OTTOBONO.

Romana Redintegrationis.

Lunæ 31. *Maii* 1649.

ARGUMENTUM.

In Salviano, secundo creditoris satisfactione si denegetur redintegratio, datur actio spolii. Calculus probat contra producentem.

centem. Interusuria dotalia debentur viduæ. Facta interpellatione pro credito illiquido, & incerto non competit retentio.

SUMMARIUM.

1 *In Salviano, cessante immissionis causa ex satisfactione crediti, illi qui possidebant, sunt procul dubio redintegrandi ad eorum pristinam possessionem, et contra denegantem restitutionem datur actio spolii.*

2 *Calculus exhibitus, contra producentem probat. Nec volet amplius impugnari.*

3 *Quærenda dotale, quod debetur conjugi superstiti ex* Statuto Urbis lib. 1. cap. 137. *existentibus filiis communis matrimonii superlucratur ab uxore quoad usumfructum tantum et acquiritur tanc filiis, uti hæredibus patris, non autem ex propria persona.*

4 Statutum Urbis lib. 1. cap. 137. *requirit quod ad hoc ut debeantur interusuria dotalia mulieri relictæ, ob commissam moram in restitutione dotis, seu residui, fuerit facta interpellatio judicialis.*

5 *Interpellatio hæc facta alteri, quam hæredi illius, ex cujus bonis est faciendæ solutio dotis, non constituit illum in mora.*

6 *Pro credito illiquido, et incerto non competit retentio.*

DECISIO LXXXII.

FUit per DD. resolutum dandam esse redintegrationem in possessionem Domus de qua agitur Joan. Baptistæ, & aliis de S. Petro, quia Paulus Querrus filius, & hæres Septimiæ quæ vigore Salviani interdicti per A. C. immissa fuit in possessionem dictæ domus, quousque ex illius pensionibus satisfieret in summa scutorum 900. pro residuo suæ dotis satisfactus, ut constat ex calculo exhibito, quo mediante Paulus nec sallus fuit exegisse post immissionem ab Inquilinis Domus, & Apothecarum subus domum scuta 1431. 64. Cessante igitur immissionis causa ex satisfactione crediti, illi de S. Petro sunt procul dubio redintegrandi ad veram pristinam possessionem & contra denegantem restitutionem datur actio spolii, Pacif. *de Ex. lan. resol.* 4. *cap.* 1. *n.* 216. & 220. Rota *coram Ruta. dec.* 160. *n.* 10. *Coram fan. mem. Gregor. dec.* 254. *n.* 1 ubi Add. *n.* 6. *in Romana Insti* 9. *Junii* 1623. *coram bon. mem. Merlino, in Tiburtina Cassi. S. Angeli* 27. *Junii* 1642. *coram R. P. D. meo Peutingero, & in Donorien. Spoli* 16. *Martii* 1648. *in* §. *quod spolium coram me.*

2 Calculus autem prælibatus cum fuerit exhibitus per Paulum contra ipsum producentem benè probat Bald. *in leg. fori tarræ* 14. *nu.* 2. *C. de fid. Instrum.* Alexand. *consil.* 50 *n.* 1. *lib.* 1. Rota *coram fan. mem. Greg. dec.* 238. *n.* 5. & ibi Add. *n.* 15. *& in recent. dec.* 29. *n.* 46. *part.* 7. nec volet hodie amplius impugnari *cap. cum venerabilis*, ubi omnes *de excep.* Felin. *in cap. imputari n.* 7. *fin. instrum.* Add. *ad fan. mem. Greg. dict. dec.* 248. *n.* 15. cum aliis relatis per Rot. *in Melevitana canonicatuum* 15. *Nov.* 1647. *in prine. coram me.*

3 Neque obstat, quod Paulus adhuc prætendat retinere dictam domum, quousque ex illius pensionibus fecerit de quanto debiti debito Septimiæ ejus matri, ex Statuto Statuti Urbis *lib.* 1. *c.* 151. quia hujus Statuti vigore quærenda dotale fuit superlucratum à Septimia quoad usumfructum tantum, cum superessent filii communes ex Thoma eius viro prætefuncto, & acquirat tanc filiis ut hæredibus patris, non autem ex propria persona, ut dicit Rota *in decis.* 117. *n.* 2. & *seq. part.* 2. *recent. in Romana de Cavalcantis* post Bergum *dec.* 29. *n.* 10. *in Romana fel. recent. ff. de Cessi. bon.* 24. *Januarii* 1654. *coram Rev. mis. ff. Ferrarien.* & *in Romana Salviani* 1. *Julii* 1643. *coram R. P. D. meo Peutingero.*

Nec minus Paulo potest competere retentio ob interusuria dotalia eidem Septimiæ debita occasione prætensæ moræ à die interpellationis incursæ ob non restitutionem dicti residui dotis juxta dispositionem Statuti *libro* 1. *cap.* 137. quia in hoc casu non fuit facta judi- 4
cialis interpellatio prout Statutum requirit ad hoc ut interusuria debeantur, Rota *in recent. dec.* 106. *n.* 5. *parte* 3. *in Romana fructuum dotis* 13. *Nov.* 1624 *coram Remboldo impress. post Gilian. ad Statut. Perus. dec.* 72. *n.* 9. *coram fan. mem. Gregor. dec.* 269. *n.* 1 & ibi Add. *n.* 9. *coram fan. mem. Gregor. dec.* 269. *n.* 1 & ibi Add. *n.* 7. *& in Romana dotis* 18. *Febr.* 1647. *in* §. *nam cum à prædicta die, coram me.*

Neque suffragari potest interpellatio facta Paulo 5
quia cum idem conventus fuerit tanquam hæres Thomæ viri, non potuerunt ex ea in mora constitui hæredes Stephani, de cujus bonis hodie agitur *leg. mora* 32. §. *in bonæ fidei, ff. de usur. leg. in condemnatione* 134. §. *uniquique*, ibique Gloss. *D. de reg. jur.* Roland. *cons.* 47. *n.* 10. *ad fin. l.* 2. Honded. *cons.* 50. *n.* 34. *l.* 1. Rota *dec.* 18. *C. n.* 6. *& 7. part.* 4. *tom.* 2. *& in Romana dotis* 18. *Feb.* 1647. *sub* §. *& hinc pro facto, coram me.*

Et in omnem casum dum hujusmodi credita ratione 6
interusuriorum non essent adhuc liquida, sed tantum reservata in sententia A. C. nec deinde fuerint declarata, aut liquidata ratione incertitudinis aut illiquiditatis Paulo non potest competere retentio, Rota penes Buratt. *dec.* 160. *n.* 13. & ibi Add. *n.* 20. post Zacch. *de oblig. Camer. dec.* 130. *n.* 8. *in Recanaten. manutentionis* 27. *Junii* 1642. *in fin. coram R. P. D. meo Cerro, in Tusculana Salviani* 17. *Junii* 1647. *in* § *non tamen visa fuit coram R. P. D. meo Verospio, & in Romana domus* 4. *Maii anni præteriti in* §. *fin. coram R. P. D. meo Brchio.*

Fuit ita resolutum redintegrationem esse concedendam Joan. Baptistæ, & aliis de S. Petro, utraque parte informante, &c.

R. P. D. CERRO.

Romana hæreditatis de Gratianis.

Veneris 28. *Maii* 1649.

ARGUMENTUM.

Filiatio respectu Patris, cum sit difficilis probationis, probatur per conjecturas, quarum nonnullæ recensentur, & per testes aliàs inhabiles, & quomodo per confessionem illius, de cujus negotio agitur: legitimatus per subsequens matrimonium, efficitur verè, & propriè legitimatus.

SUMMARIUM.

1 *Probatio filiationis respectu Progenitoris, cùm sit vel impossibilis, vel difficillima, solæ præsumptiones, et conjecturæ admittuntur cum iste simul concurrat in hac materia, juvant plenam, et concludentem probationem contra quascumque.*

2 *Partita libri Baptismalis magnam præbet pro descripto argumentum filiationis in ordine ad probationem.*

3 *Interventus personalis Patris ad sacrum Baptisma filii, instando ipsum tanquam proprium filium baptizari, plurimum confert ad probationem filiationis.*

4 *Filiatio probatur ex nominatione, tractatu, prestationes alimentorum, educatione ac communi reputatione, et fama apud omnes, et signanter apud vicinos, etc.*

5 *Et*

Et quid non solum contra parentes ita tractantes, et dominantes, sed etiam contra tertium, præsertim aliis concurrentibus.

5 *Formæ similitudo corroborat filiationis probationem.*

6 *Filius concubinæ certus, præsumitur etiam filius illius, qui eam in concubinam retinebat.*

7 *Testes, etiam inhabiles admittuntur ad probandam rem difficilis probationis, ubi non ita de facili possunt reperiri omnes exceptiones majores, et veritas aliter haberi non potest.*

8 *Confessio filiationis facta à Patruo constituit nepotem in quasi possessione filiationis contra ipsum confitentem, et illum pro tali denominantem.*

9 *Confessio facta in diverso Judicio, et ad diversum effectum, quando est adminiculata, probat contra confitentem in quocumque alio Judicio, et ad quemcumque alium effectum.*

10 *Confessiones emanatæ circa statum personæ, plures et geminatæ, variari non possunt.*

11 *Minusque revocari in præjudicium Juris alteri quæsiti.*

12 *Confessio emissa, quæ omnino dependet à voluntate confitentis, ipsi præjudicat.*

13 *Testes informati, verisimilia deponentes, et concludentes de loco et tempore, in concursu præferuntur aliis tales qualitates non habentibus.*

14 *Confessiones regulariter prævalent mille testibus in contrarium examinis.*

15 *Legitimatus per subsequens matrimonium, efficitur verè et propriè legitimatus.*

16 *Legitimatus per subsequens matrimonium, est habilitatus ad succedendum, proindè ac si ab initio ex legitimo matrimonio progenitus fuisset, dum nulla causa impedimenti inter ipsos conjuges intercessit.*

17 *Jus repræsentationis facit succedere in stirpes in concursu cum aliis ejusdem gradus repræsentatis.*

DECISIO LXXXIII.

1 LÆlius de Gratianis Francisci patruus non revocavit in dubium validitatem sententiæ Rotalis latæ ad favorem ipsius Francisci, sed illius justitiam, & iterum repetebat, quod ille nunquam probaverit se esse filium Horatii. Quod tamen etiam hodie DD. reliquerunt, & pro confirmatione sententiæ responderant ea moti ratione, quia cum probatio filiationis respectu Progenitoris, vel sit impossibilis, vel difficillima, solæ præsumptiones & conjecturæ admittuntur, cum istæ simul coacervatæ in hac materia faciant plenam, & concludentem probationem contra quoscumque *cap. per tuas, de probat. leg. si vicinis, C. de nupt.* Alexander. *cons.* 68. *sub*

2 *n.* 9. *vers. tamen istis non obstantibus lib.* 7. Natt. *cons.* 235. *n.* 1. *cum seq.* Rota *dec.* 430. *n.* 13. & 14. *part.* 5. *decis.* 314. *num.* 19. *vers. quoniam quoad qualitatem, & n.* 20. *part.* 6. ac admissum fuit in Farfen. bonorum, 23. *Jan.* 1647. *coram R. P. D. meo Corrado*, §. *quia licet*, & firmatus in Bononien. spolii 16. *Martii* 1648. *coram R. P. D. meo Otthobono* §. *quod verò.*

3 Conjecturæ enim, & præsumptiones, quæ pro Francisco deducuntur in decisione emissa 7. Febr. 1642. coram R. P. D. Royas, efficaces omnino, & concludentes adhuc Dominis visæ fuerunt.

4 Primam itaque ex eo desumpta, quod ille in lucem prodiens anno 1613. ex Olympia de Mercadantibus sacro baptismatis fonte ablutus fuit tanquam filius ejusdem Horatii, & uti talis descriptus in libro baptismali, ut ex partita exinde extracta Summ. Francisci n. 2. vehementius offendit argumentum filiationis, ut præter dictos in dicta decisione consideravit Rota *in Romana fil.* [illegible] 10. *Junii* 1611. §. 2. *subsequitur. coram bon. mem. Pirovano in Romana de Javellis* 13. *Nov.* 1613. *coram bon. mem. Ubaldo, & in Romana de Catalanis* 27. *Nov.* 1630. *coram bon. mem. Merlino in recentior. decis.* 409. *n.* 5. & 6. *part.* 5. Eoque magis cum ex depositione secundi testis juxta 8. *Interrogatorium* probatur in dicto actu personaliter interveniſſe eundemmet Horatium Patrem, ipsumque instituisse, ut Franciscus tanquam ejus proprius filius baptizaretur dicto Summ. num. 3. quod proinde plurimum confert ad probationem filiationis, ut in fortioribus terminis tradit Surdus *cons.* 1. *num.* 45. & dixit Rota *in recent. decisione* 199. *num.* 2. *vers. Baptizatio part.* 3. *& in dicta Romana filiationis dicto* §. *secundo subsequitur circa finem*, ac admisit in *Romana de Bonellis* 28. *Nov.* 1614. *coram bon. mem. Ubaldo* §. 1. *vers. Nam conjectura.*

Secunda ex nominatione, tractu, præstatione alimentorum, educatione, ac communi reputatione & fama apud omnes, & signanter apud vicinos, quod Franciscus esset filius Horatii, & tanquam talis ab eo educaretur, alimentaretur, ac denominaretur ut deponunt Testes, Summ. dicto num. 13. efficax pariter & valida non solum contra Parentes, ita tractantes, & denominantes, sed etiam contra tertium, præsertim aliis concurrentibus deducta fuit per Rotam. *dec.* 472. *n.* 8. *vers. verum etiam* 1. *parte dicta dec.* 409. *n.* 10. & plenius dicta *dec.* 430. *n.* 67. *& n.* 68. *parte & dicta dec.* 314. *n.* 3. *part.* 6. *recentiores, ac in dicta Romana Filiationis*, §. *Tertiò convincitur.*

Tertia ex formæ similitudine probata per Testes, 5
Summ. num. 4. licèt ut plurimum fallax de se sola non relevet; juncta tamen, cum aliis illas corroborat, & adminiculatur, ut dixit Rota *dicta decis.* 314. *nu.* 10. *parte* 6. *recentior.*

Quarta deprompta ex aliis pluribus Testibus concludentibus Olympiam è statu meretricio transitum fecisse ad concubinatum cum solo Horatio, quodque tempore conceptionis, & nativitatis Francisci ad illam nemo habebat accessum præter ipsum Horatium, qui eam domi ab eodem conductæ, & sitæ è conspectu propriæ habitationis ad meliorem illis custodiam amore maritali retinebat, ibique alimenta, & alia necessaria dictum subministrabat sub spe illam ducendi in uxorem, prout tandem in articulo mortis eam duxit eodem Summ. num. 9. & 10. Ex quo 6
propterea necessaria resultat juris præsumptio, quod Franciscus verè sit Filius Horatii illam pro concubina retinentis secundum Gloss. magistr. *in cap. Michaël de fi presbyt.* quam sequitur Alex. *cons.* 157. *n.* 5. *vers. tamen non ita præsumatur, lib.* 5. aliique relati in dicta decis. R. P. D. mei Royas §. *quinta elicita*, idemque tenuit Rota *dicta decis.* 314. *n.* 14. *part.* 6. ac admissum fuit in dicta Farfen. Bonorum. § *nam testes.* Et licèt nonnulli ex præfatis testibus patiantur aliquas exceptiones personales, quia tamen agitur de re, in qua non est ita facilè reperire testes omni exceptione majores, & veritas aliter haberi non potest ad eam probandam admittuntur testes etiam in- 7
habiles ad textus in *cap. veniens* 2. *in fine de Testibus*, & præter adductos in *dict. decisione*, §. *nec obstant exceptiones*, in puncto responsum fuit in supra allegata Romana filiationis coram bon. mem. Pirovana, §. *final. & in d. dec.* 314. *n.* 27. *p.* 6. *rec.*

Quinta denique resultans ex propriis confessionibus eorum ipsimet Lælii, & Octavi Patruorum tam extrajudicialibus, ex quo post mortem Horatii ipsi sollicitè affecta sunt Francisci curam Summ. num. 5. & passi fuerunt ipsum possidere hæreditatem paternam, quæ aliàs ad eos spectasset: quàm judicialibus agendo contra eundem Franciscum ut filium, 8
& hæredem Horatii, & contra ipsum obtinenda mandatum executivum pro debito hæreditario illius, quod deinde exequi curarunt super quadam Domo pariter illius hæreditaria, ejusque pretium consequuti fuerunt, eodem Summ. num. 6. 7. & 8. cunctam

omnibus

omnibus aliis validior, & ſe ſola ſufficiens illum conſtituit in quaſi poſſeſſione filiationis contra ipſos Lælium, & Octavium Patruos ita confitentes, & illum pro tali denominantes ad *leg. cum precum, C. de liberal. cauſ.* ut ad propoſitum tradunt Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 53. num. 23.* Gratian. *diſceptat. foren. cap. 653. nu. 71. & 754. num. 32.* cæterique adducti in *dicta deciſione, §. Quarta, & quæ omnes*, & præter ipſos faciunt deducta per Alex. *conſ. 181. num. 8. lib. 7.* Pariſ. *conſ. 10. n. 89. cum ſeqq. lib. 2.* Natt. *conſ. 59. n. 15. lib. 1.* Petr. *de fideic. q. 11. n. 299.*

Nec relevat, quod hujuſmodi confeſſiones factæ fuerint in alio judicio ad alium finem, & effectum, quodque fuerint revocatæ, non præjudicent in non dependentibus à voluntate confitentium,

9 Quia ultra alias reſponſiones datas in dicta deciſione R. P. D. Royas, confeſſio facta in diverſo judicio, & ad diverſum effectum, quando prout hic eſt adminiculata probat contra confitentem in quocumque alio judicio, & ad quemcumque alium effectum, ut reſpondit Rota in Romana Fideicommiſſi de Guidis 28. Junii 1630. coram Eminent. Dom. Cardin. Hieronymo Veroſpio in *recentior. dec.* 10 338. *num. 7. part. 6.* Et cùm confeſſiones de quibus agitur emanaverint circa actus filiationi proportionabiles, & proprios, ac circa ſtatum perſonæ Franciſci, ſintque plures, & geminatæ variari non potuerunt *leg. ingenuum cum ubi notat, D. de ſtat. homin.* Alexander *conſ. 35. n. 13. lib. 7.* cum aliis per Gratian. 11 *diſceptat. forenſ. cap. 869. n. 1.* Minuſve revocari in præjudicium juris ipſi Franciſco acquiſiti, Gloſſ. *final. in dicto cap. per tuas*, ibique Felin. *n. 14. verſ. quia ſicut de probat.* Surdus *conſil. 169. num. 8.* Gratian. *ubi ſupra cap. 116. nu. 5.* cum concordantibus congeſtis in *Avenionen. Alimentorum 28. Jan. 1647. coram R. P. D. meo Corrado, §. nam aſſertio, verſic. Nec deinde,* 12 *& §. quoniam aſſertiones*, prout nec revocatæ fuerunt, & præſertim ab Octavio, de cujus hæreditate agitur, imò ab utroque effectuatæ per ſupra dictam crediti exactionem; Nec dicuntur emiſſæ circa non dependentia à voluntate confitentium, quia exinde non prætenditur, quod Franciſcus efficiatur filius Horatii, ſed deducuntur ad effectum probandi veritatem ejus filiationis, quod omnino dependeret à voluntate confitentis, ipſique præjudicat, ut benè reſpondetur in altera deciſione *nec obſtat quod confeſſio.*

Cæterum iterum DD. dixerunt non obſtare depoſitiones teſtium pro Lælio examinatorum tum quia detecti fuerunt non informati, inveriſimilia deponunt, convincuntur de mendacio, & non percutiunt tempus conceptionis, & nativitatis Franciſci; tum etiam quia in concurſu cum illis aliis pro Fran- 13 ciſco examinatis numero pluribus, melius informatis, veriſimilia deponentibus, & concludentibus de loco, & tempore, non ſunt attendendi cum magis ſit credendum præfatis teſtibus Franciſci tot meliores qualitates habentibus, ut ſingulas ponderando reſponſum fuit in dicta deciſ. §. *minus obſtat, quod probatio, cum quatuor ſeqq.* Ideoque præſertim junc- 14 tis ſupra ponderatis confeſſionibus quæ regulariter prævaleant mille teſtibus in contrarium examinatis, per ea quæ tradunt Aym. *conſil. 61. n. 3. verſic. Confeſſio enim* Gabr. *de teſtibus, concl. 4. nu. 45.* bon. mem. Buratt. *dec. 317. n. 8.*

Firmata igitur filiatione Franciſci per ſubſequens matrimonium inter dictos Horatium, & Olympiam ejus Progenitores contractum anno 1621. effectus fuit verè, & propriè legitimus, §. *primo, Auth. quibus mod. natur. effic. leg.* Jaſ. *in leg. generaliter §. cum autem, n.* 15 *6. C de inſtit. & ſubſtitut.* Rip. *in leg. ſi unquam n. 86. C. de revoc. donat.* Honded. *conſil. 72. n. 16. lib. 2.* Lup. *de illegit. comment. 4. §. 3. n. 1. cum ſeqq.* Mantic. *de conject. lib. 1. tit. 12. ſub n. 4.* Gabriel *de legitimat. conſ. 1. n. 18. cum ſeqq.* aliique adducti in dicta deciſ. §. *quod verò.* Ac habilitatus ad ſuccedendum proinde ac ſi uſque ab initio ex legitimo matrimonio progenitus fuiſſet dum nulla cauſa impedimenti inter ipſos conjuges interceſſit, *leg. nemo quis, verſic. Neque, enim, C. de nat. lib.* Hond. *dicto conſil. 72. n. 27. lib. 2.* Ita ut proinde ipſi ritè & rectè conceſſa fuerit immiſſio pro medietate hæreditatis dicti Octavii Patrui in con- 16 curſu cum Lælio altero Patruo ſuccedendo in ſtirpes jure repræſentationis ejuſdem Horatii Patris, & reſpectivè germani fratris præfatorum Octavii, & Lælii juxta claram diſpoſitionem §. *ſi igitur, Auth. de hæ-* 17 *red. ab inteſt.* ut probatur in eadem deciſione §. *Tota difficultas.*

Ad ea verò quæ longa ſerie in contrarium deducta fuerunt, vel pleniſſimè ſatisfactum fuit tam in prædicta deciſione R. P. D. mei Royas, quàm in aliis deciſionibus contra Attavantem emanatis coram eodem 26. Maii 1643. & coram R. P. D. meo Meltio 11. Dec. 1648. vel non indigente reſponſione.

Et ita utraque, &c.

R. P. D. ROYAS.

Æſculana Hæreditas.

Lunæ 7. Junii 1649.

ARGUMENTUM.

Immiſſus juſtè à Judice in poſſeſſionem debet manuteneri. Quis ordo in ſucceſſione Fratrum ſervetur. An fœminæ dotatæ, à ſucceſſione per Statutum excluſæ, ſint etiam excluſæ à bonis provenientibus ex linea materna. Renunciatio facta per fœminas ſucceſſioni reſolvitur in pactum de non ſuccedendo, & quando requirat inſinuationem.

SUMMARIUM.

1 *Appellatio, licèt infra legitima tempora interposita, cùm non fuerit infrà biennium prosequuta, non impedit rem judicatam.*
Attenta præsertim sententiæ validitate, et justitia.
2 *Immissus in possessionem auctoritate Judicis ritè, et rectè procedentis, debet manuteneri.*
3 *In fratris successione, sorores utrique conjuncto præferuntur fratri consanguineo.*
4 *Frater consanguineus succedit fratri in bonis quæsitis à linea paterna, uterinus verò à linea materna.*
Et est regula generalis.
5 *Statutum excludens fœminas, et à dotantium successione attendi debet, et prævalet Juri communi, in territorio statuentium.*
6 *Ambigitur inter DD. an sub hujusmodi exclusione comprehendantur bona, quæ ex materna linea proveniunt, et referuntur qui tenent negativam.*
7 *Referuntur qui stant pro affirmativa.*
8 *Renunciatio facta per fœminas dotatas de omnibus bonis paternis, maternis, fraternis, quæ quomodocunque, et qualitercunque tam ex testamento, quàm ab intestato ac alia quavis causa prætendere possint, etc. clausulis amplissimis et generalibus concepta. Resolvitur in pactum de non succedendo eisdem, in quorum hæreditate, nullum Jus, ob dotem receptam, nec competebat, nec competere poterat.*
9 *Stipulatio in actu facta pro hæredibus, illis etiam suffragari debet.*
10 *Insinuatio non requiritur in renuntiatione, quæ fit de hæreditate incerta et nondum quæsita, super qua nullam*

nullum Jus, nec in re, nec in spe, renuntianti competebat.

11 *Odium conceptum contra virum, ob transitum ad secunda vota non extenditur ad filios ex eodem matrimonio procreandos.*

12 *Renunciatio alicujus, quantumvis ampla non excludit renuntiantem à lucro sibi obvento ob transitum parentum ad secunda vota.*

13 *Renunciatio materna non valet non præjudicare filiis venientibus ex persona propria, ob præcedentiam matris.*

14 *Declaratur non procedere, quando mater renunciavit, excepta dote, hoc enim casu renunciatio per ipsam facta, nocet filiis, quamvis ex propria persona, et mater decesserit antequam sit delata successio.*

15 *Eoque magis, dum renuntians promisit pro se, et Hæredibus.*

DECISIO LXXXIV.

1 QUamvis à mandato de manutenendo per A. C. ad favorem Fulchi de Fulchis decreto fuerit infra legitima tempora interpositа appellatio, cum tamen illa non fuerit infra biennium prosequuta, ideo resolutum fuit constare de re judicata præfati decreti ad textus in *c. personas, &c. cum sit Romana de appell. clement. sicut eodem tit.* Alexander. *conf.* 164. *n.* 2. *lib.* 2. Cassiod. *d.c.* 6. *n.* 18. *de app.* Crescent. *dec.* 8. *eod. tit.* Rota *dec.* 11. *n.* 2. *dec.* 69. *n.* 8. *part.* 6. *recop.*
2 attenta præsertim illius validitate, & justitia, validitas enim non revocatur in dubium, justitia verò oritur ex eo quod dum dictus Fulchus in possessionem bonorum, de quibus agitur immissus fuerit auctoritate Judicis ritè & rectè procedentis eidem denegari non poterat manutentio, *leg. justè possidet*, ubi *DD. de acquirr. possess.* Rota *dec.* 589. *n.* 7. *part.* 2. *recentior. & part.* 5. *decisione* 229. *n.* 1. *& dec.* 27. post Pacific. *de Salvian. interdict.* Caval. *dec.* 24. *n.* 1. *& dictum fuit in Romana Manutentionis de Cecchinis* 8. *Junii* 1646. *coram R. P. D. meo Otthobono, & coram me in Romana Salviani* 18. *Febr.* 1647. *&* 15. *Junii* 1648.

3 Nec prætendi potest quod hujusmodi immissio Fulcho concessa fuerit injusta dum agebatur de successione fratris in qua præferendæ erant illius sorores utrinque conjunctæ excluso d. Fulcho fratre consanguineo, ut expressè cavetur in Auth. *defuncto, & ad Senat. cons. Tertull. auth. cessante, C. de legit. hæred.* & Auth. *itaque re commun. de succes.* Bart. *in leg. conjuncti nu.* 62. *D. de legat.* 3. Jas. *consil.* 143. *n.* 8. *versic.* 2. *lib.* 4. & dixit Rota *coram Durant. dec.* 36. *num.*
4 27. *&* 111. *num.* 9. *ac in Firmana fideicommissi* 28. *Nov.* 1646. *coram R. P. D. meo Otthobono & coram me in Ravennat. hæreditat.* 23. *Jan. præteriti.* Eoque magis quia dd. bona proveniunt ex hæreditate materna, & ideo intrat regula generalis quod frater consanguineus succedat fratri in bonis quæsitis à linea paterna, uterinus verò à linea materna juxta Gloss. *communiter recept.* in Auth. *post fratres, verbo filii, C. de legit. hæred.* Bart. *de succes. ab intestat. num.* 8. *ad fin.* & Durand. *d. dec.* 36. *num.* 27. idcircò in dd. bonis provenientibus ex linea materna prædictis Fulchus ut Frater consanguineus nullam prætendere poterat successionem, cum illa deferenda esset ad sorores utrinque conjunctas fratris prædefuncti.

Quoniam stante dispositione statuti Asculani lib. 1. c. 5. ubi fœminæ dotatæ, vel à patre vel à fratre sive
5 ex illorum bonis excluduntur ab illorum successione cujus vigore hæreditas Vincentii intestati defuncti defertur ad Fulchum fratrem consanguineum exclusis sororibus illud attendi debet, ac prævalet juri communi in territorio statuendum *leg. omnes populi D. de just. & jur.* Cephal. *consil.* 291. *n.* 9. *versic. cum statutum, & seq.* Rota *in Bononien. diverse. dec.* 1 *n.* 2. *versic. nam ubi adest statutum, & dec.* 14. *n.* 46. act. dictum fuit *in dec.* 36. *n.* 43. *part.* 5. *recent. cum vulgaribus.* Et licèt inter Scribentes disceptetur an sub hujusmodi ex- 6
clusione comprehendantur, bona quæ ex materna linea proveniunt, nam negativam opinionem tenuit Castr. *in auth. itaque mortuo sub n.* 2. *versic. in contrarium, C. commun. de succes. & consil.* 291. *n.* 1. *lib.* 2. Gabr. *conf.* 6. *n.* 5. circumscriptis prædictis cum seq. Ciarlin. *controv. forens. lib.* 1. *cap.* 80. *n.* 2. *vers. & quamvis*, Peregr. *dec. Patav.* 75. *n.* 1. *cum seqq.* Marr. *de succes. legal. p.* 3. *quæst.* 4. *art.* 4. *n.* 5. Donat. Anton. de Marinis *quotid. resol. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 9. & 10. Blas. Michalor. *tract. de fratr. part.* 3. *cap.* 13. *n.* 33. Franc. *dec.* 199. *n.* 1. & 3. *& per tot.* & tenuit Rota *coram Caval. dec.* 50. *n.* 2. *& dec.* 167. *n.* 18. *&* 19. *part.* 6.

Contrariam verò sententiam latè tuetur Anton. de 7
Rossel. *de succes. ab intest. n.* 167. *vers. ad unum.* Socc. sen. *cons.* 89. *num.* 5. *& per tot. lib.* 4. Riminald. *sen. conf.* 251. *per tot.* Ruin. *conf.* 37. *n.* 10. *&* *n.* 13. *lib.* 3. Minad. *dec.* 36. *n.* 11. Covar. *de succes. ab intest. n.* 8. *versic. verum extante*, Capreol. *eodem tract. lib.* 3. *n.* 131. Bart. *eodem tract. l.b.* 18. *tit. quomodo collateral. succed. n.* 5. *versic. certe si per Statutum Fland.* Tort. *ad statut. Papiæ cap.* 96. *n.* 25. *cum seq. usque ad n.* 47. Larat. *conf.* 8. *n.* 18. *versic. & licet* Peregrin. *dec.* 13. *n.* 6. *post medium versic. qua ratione* & admisit Rota *dec.* 206. *n.* 27. *versic.* & Castr. *part.* 6. *recent.* Nihilominus quicquid sit de veritate utriusque opinionis DD. existimarunt nullo modo dd. sorores admittendas esse ad Successionem fratris prælefuncti, attenta illarum amplissima renunciatione, ubi expressè, & generaliter renunciarunt omnibus bonis paternis, maternis, & fraternis, quæ quomodocumque, & qualitercunque tam ex testamento, quàm ab intestato, ac alia quavis causa prætendere possint ad favorem Galeatii patris, & Vincentii fratris, ac illorum hæredum: quo circa dum agitur de successione Vincentii prædicti cui 8
expressè renunciatum fuit, utique ambigendum non est quin non sint dictæ sorores ad illam admittendæ stante dicta renunciatione amplissimis verbis concepta, quæ cum fuerit facta ad favorem patris, & fratris tunc viventium resolvitur in pactum de non succedendo eidem in quorum hæreditate nullum jus dictis sororibus tunc competebat, nec competere poterat ob dotem receptam *leg. post emancipationem*, §. *illud.* ubi Bart. *n.* 2. *&* 3. *D. de lib. caus.* idem Bart. *in leg. fin. in ult. quæst. n.* 18. *C. de pact.* Buratt. *dec.* 333. *nu.* 1. quæ renuntiatio cum stipulata fuerit etiam pro hæredibus illis etiam suffragari debet. Rota *dec.* 393. *num.* 1. *&* 2. *parte* 1. *diverse. & part.* 1. *recentior. dec.* 587. *num.* 2. *& num.* 3. Greg. *dec.* 85. 9
n. 1. *cum seqq.* Buratt. *dec.* 310. *num.* 7. *ac dec.* 894. *num.* 4.

Nec dicatur hujusmodi renunciationes corruere ex defectu insinuationis, quia cùm in ipsis renunciatum non fuerit hæreditatibus certis, & jam delatis, sed incertis, & nondùm quæsitis super quibus renuncian- 10
tibus nullum jus competebat nec in re, nec in spe, opus non erat aliqua insinuatione, ut tradit Baldus *in reg. illud, n.* 41. *versic. quid ergo, C. Sacrosc. Eccles.* Gabr. *consil.* 6. *n.* 3. *cum seqq. vol.* 2. Gratian. *discept.* 13. *n.* 10. *cum seq.* & alii congesti per Buratt. *dec.* 333. *n.* 3. *&* *n.* 4. *& dec.* 12. *ac dec.* 320. *pariter n.* 12. *p.* 6. *recentiores.*

Nec refert quod mater juxta cujus voluntatem renunciationes factæ fuerint odio habuit secundas nuptias Galeati viri, adeo ut hac de causa illam privavit mediatè usufructus bonorum eidem relicti: proindeque dicendum est dictas renunciationes suffragari non posse Fulcho ex dicto secundo matrimonio procreato, ac sub eodem odio comprehenso, quia odium conceptum contra virum ob transitum ad secunda vota non 11
exten-

extenditur ad filios ex eodem matrimonio procreandos ut firmat Theſaur. *dec.* 170. *n.* 26. & *n.* 32. *verſic. & ex hoc videtur Merlini. de legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 21. *n.* 24. Gregor. *dec.* 173. *n.* 4. & admiſſo etiam quod odium prædictum conſiderari poſſit in Fulcho ex dicto matrimonio ſuſcepto, hoc tamen non efficit ut renunciationes illi non ſuffragentur dum ſtipulatæ fuerunt ad favorem Vincentii, & ejus hæredum prout eſt Fulchus, qui ab inteſtato ſuccedit ex ſupra adductis.

12 Minus obſtat, quod renunciatio quantumvis ampla, non excludat renunciantem à lucro ſibi obvento ob tranſitum parentum ad ſecunda vota, & benè declarat Faber *in Cod. lib.* 5. *tit.* 5. *de ſecund. nupt. deffinit.* 15. *num.* 6. Fontanell. *de pactis nupt. clauſul.* 5. Gloſſ. 8. *part.* 4. *num.* 40. *cum ſeqq.* qui alios refert, quia lucrum proveniens ex tranſitu ad ſecunda vota conſiſtens immediate uſusfructus non ſpectabat ad ſorores renunciantes, ſed ad Vincentium fratrem, ideo effectum fuit dictum lucrum de hæreditate ipſius cui dum expreſſè renunciarunt remanſerunt inhabiles ad ſuccedendum, & animadvertit Fontanell. *loc. cit. n.* 44. *in fine.* Merlin. *de legit. loco cit.*

13 Demum non afficit quod hodie Corinda filia Virginiæ renunciantis ob præcedentiam matris veniat ex perſona propria, ideo illi nulla modo obſtare deberet renunciatio materna ex adductis per Gratianum *diſ-*
14 *ceptat.* 785. *n.* 21. quia non procedit quando mater renunciavit excepta dote, hoc enim caſu renunciatio per ipſam facta nocet filiis quamvis ex propria perſona, & mater deceſſerit antequam ſit delata ſucceſſio, ut tradit Roman. *in l. qui ſuperſtitis vol.* 4. *verſ. quod limita, D. de acquir. hæred.* Caſtrenſ. *conſ.* 419. *in fine verſic.* 4. *principalis*, Ruin. *conſil.* 181. *n.* 7. Surdus *conſil.* 355. *n.* 42. *verſic. tertio reſpondetur, & num.* 43.
15 Michalor. *de fratribus part.* 3. *cap.* 12. *num.* 38. eoque magis dum renuncians promiſit pro ſe, & hæredibus, ut firmat Surdus *dicto conſil.* 355. *n.* 40. & 41. Theſaur. junior. *lib.* 2. *quæſt.* 90. *nu.* 5. Noal. *de tranſmiſſ. conſil.* 73. *num.* 5.

R. P. D. CELSO.

Melevitana Hæreditatis.

Veneris 28. *Maii* 1649.

ARGUMENTUM.

Salvianum quando intret, & quibus concurrentibus. Clericus, quam diſpoſitionem habeat in fructibus beneficii. Immiſſio ex remedio *l. fin. Cod. de Edict. Andr. toll.* quando habeat locum.

SUMMARIUM.

1 *Salvianum intrat, ubi est clausula constituti, cum hypotheca et obligatione bonorum concurrentibus extremis.*
2 *Salvianum datur etiam contra tertium titulo possidentem.*
3 *Etiam pro consequendis bonis donatis.*
4 *Clericus, cessante fraude potest disponere de fructibus Beneficii per viam contractus, et donationis.*
5 *Beneficiatus habens administrationem in vita, æquiparatur usufructuario.*
6 *Clericus potest disponere de bonis patrimonialibus, et industrialibus.*
7 *Altari qui servit, de altari vivere debet.*
8 *Immissio* ex remed. l. fi. C. de Ed. Div. Adr. toll. *conceditur ad exhibitionem testamenti non variati nec cancellati, in quo exhibens institutus sit hæres.*
9 *Exceptio de Jure tertii non admittitur in Judicio possessorio.*
10 *Legatarii tenentur capere de manu Hæredis.*

DECISIO LXXXV.

SEntentiam Rotalem, per quam Andreæ Vaſſallo conceditur immiſſio in bonis Bartholomæi fratris, dixerunt Domini, eſſe confirmandam; Siquidem conſtat de donatione ad ejus favorem facta cum clauſula Conſtit. nec non hypotheca & obligatione omnium bon. mobilium, & ſtabilium pro illius obſervantia, cujus vigore, concurrentibus extremis intrat Salvianum probat textus in *lege* 1. ubi 1
Bart. *D. de ſalv. interd. leg.* 1. *C. de precar. & ſalu.* Aretin. *in §. item Serviana n.* 9. *inſtitut. de actio.* & in his terminis dixit Rota *dec.* 292. *n.* 2. *poſt Pacif. de ſalv. & in recent. dec.* 539. *n.* 1. *part.* 4. *dec.* 308. *in princip. & dec.* 578. *n.* 1. *part.* 5. *& dec.* 205. *per tot. part.*

Dari autem Salvianum, etiam contra tertium ti- 2
tulo poſſidentem, notat Gloſſ. *in leg. verb. utile, D. de ſalv.* Rol. *conſil.* 14. *n.* 1. *lib.* 1. Menochius *de adipiſc. rem.* 3. *n.* 54. Pacific. *de ſalvi inſp.* 1. *cap.* 7. *n.* 14. Rota *coram Seraph. dec.* 955. *n.* 3. & etiam proſequendis bonis donatis *d. dec.* 301. *n.* 3. *p.* 5. 3
in rec.

Quibus ſtantibus non intrat ſpolium, ſub prætextu, quod eadem bona præſumantur acquiſita ex fructibus beneficii, quod retinebat Bartholomæus in Eccleſia Cathedrali Meliten. dum poſſit Clericus, ceſſante frau- 4
de, de illis diſponere per viam contractus, & donationis juxta gloſſam communiter recept. *in cap. præſenti, verbo reſervari off. ord. in* 6. Abb. *in cap. ad hæc, n.* 4. *verſ. ſed quando de teſtamentis, & in cap. cum conſtet n.* 5. *de pig. & aliis cautel.* Redoan. *de rebus Eccl. non alien. q.* 1. *cap.* 5. *in princ. fol. mihi* 282. *& cap.* 14. *n.* 2. *cum ſeqq. & cap.* 16. *à n.* 1. Molin. qui affirmat ſemper vidiſſe ita pronuntiari *de primog. Hiſp. lib.* 7. *cap.* 10. *n.* 33. *&* 34. alter Molin. *de juſt. & jur. diſp.* 148. *verſic. ſecunda concluſio*, Sarmient. *de redd. Eccl. part.* 4. *c.* 4. *n.* 5. *in fin. & n. ſeq.* Azor. *inſtitut. moral.* 2. *part. lib.* 7. *cap.* 9. *quæſt.* 5. Garz. *de benef. part.* 2. *cap.* 1. *n.* 10. Lotth. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 36. *n.* 45. Corn. *conſil.* 313. *lib.* 3. Petr. Nunez. *reſp.* 19. *n.* 6. Rota *coram ſa. me. Gregor. dec.* 401. *n.* 1. Beneficiatus enim habens 5
adminiſtrationem in vita æquiparatur uſufructuario, Clar. *lib.* 3. *ſent. §. teſtament. q.* 28. *n.* 8. Barboſa *in c. præſenti eodem num. de off. ord. in* 6. Bellon. *conſ.* 3. *n.* 2. *cum ſeqq.* Rota *dec.* 41. *n.* 2. *cum ſeqq. de probat. in antiq.* & coram Seraph. *dec.* 594. *n.* 7.

Ulterius ex teſtibus formiter examinatis conſtat Bartholomæum, non ſolum poſſediſſe bona beneficii, ſed etiam patrimonialia, & fuiſſe ſolitum lucrari ex induſtria licita; ita ut præſumendum ſit, conſumpſiſſe fructus beneficii in alimenta, & alias impenſas neceſſarias excedentes reditus ejuſdem beneficii, prout deponunt iidem teſtes, & de bonis patrimonialibus, & induſ- 6
trialibus diſpoſuiſſe, quod utique facere potuit juxta notat. per Abb. *quæſt.* 2. *n.* 14. Soccinus *conſ.* 91. *col.* 3. *n.* 3. *verſ. ſecundum quod præſupponitur. lib.* 3. Alex. *conſ.* 119. *n.* 3. *cum ſeqq. lib.* 7. cum pluribus adductis Surdum *de alim. quæſt.* 12. *n.* 11. *& ſeqq.*

Et ratio eſt quod, qui Altari ſervit de Altari vivere 7
debet, *cap. cum ſecundum Apoſtolum de præb.* Innoc. *in cap. Epiſcop. n.* 1. *eodem tit.* Abb. *in c.* 1. *n.* 3. *de magiſtr.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 195. *n.* 4. Rot. *coram Verall. dec.* 306. *n.* 4. *& in rec. dec.* 30. *n.* 17. *p.* 7.

Eoque facilius Domini pro confirmatione reſponde- 8
runt, quia idem Andreas ultra prælictam donationem exhibet etiam teſtamentum præfato Bartholomæo condirum non vitiatum nec cancellatum, in quo ipſe reperitur inſtitutus hæres, ita ut benè propterea illius vigore fuerit conceſſa immiſſio ex *rem. leg. fin. C. de edict. Div. Adr. toll.* Contard. *in l. un. in ampliat.*

ſeu

seu quæsi, *n.* 98. *C. si de mom. poss.* Salust. *in prax. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 1. Menoch. *de adipisc. remed.* 4. *n.* 16. Rota *coram San. mem. Gregor. dec.* 206. *n.* 1. *in rec. decis.* 140. *eodem num. part.* 6.

Non obstat exceptio, quoad legata facta ab eodem
9 Bartholomæo, nam illa, uti de jure tertii non admittitur in hoc judicio, Alex. *in dicta lege finali*, *n.* 23. *circa medium*, *vers. secus si allegatur*, *C. de edict. D. Adr. toll.* Peregrinus *de fideicommissis art.* 38. *n.* 46. Rota *in Foroliviен de Monsignanis* 3. *Junii* 1602. *coram Peria*, & tamen est certum quod legatarii tenentur capere de manu hæredis *cap. Raynaldus*, ubi Gl. & DD. Rota *cor. Duran. dec.* 62. *num.* 8. *cum seq. & in recentiores*, *dec.* 305. *n.* 5. *part.* 5.

Ex quibus, & aliis latè deduct. in decisionibus R.
10 P. D. mei Royas responsum fuit pro confirmatione sententiæ Rotalis, altera tantùm, &c.

R. P. D. MELTIO.

Romana locorum Montium.

Veneris 3. *Junii* 1650.

ARGUMENTUM.

Causa, quando efficiatur deserta, etiam interpositа appellatione citationis. Reproductio, an sit necessaria, & qua de causa. Loca montium subrogata aliis extractis mediante pecuniarum conversione, efficiuntur fideicommissaria, non minus quam alia, quibus subrogata fuere. Primogenituræ vinculum, quando habeat locum: quæ requirantur ad hoc ut donatarius universalis teneatur servare factum defuncti.

SUMMARIUM.

1 *Causa efficitur deserta si appellatio interposita non fuerit intra tempus debitum prosequuta, et non obtenta fatalium prorogatione, perinde est res judicata, ac si non fuisset interposita appellatio.*

2 *Appellans, si causam non prosequatur, videtur ab appellatione recedere, et facto proprio sententiam confirmare.*

Ac proinde illa exequi debet.

Etiam instantibus hæredibus illius, ad cujus favorem ea lata fuit.

Eoque facilius attenta validitate, et justitia sententiæ.

3 *Validitas sententiæ probatur ex processu, in quo constat de jurisdictione mandatis, et citationibus, ac observatione terminorum substantialium.*

4 *Monitorii reproductio non requiritur de essentia, ubi pars citata comparet.*

5 *Citationis reproductio non alia ratione requiritur, quàm ad effectum reddendi certum judicem de vera, et actuali executione monitorii.*

6 *Citationis reproductio realis deducitur ex productione facta à cursore subillis verbis*: facto realiter ac tenoris, etc. *productionem realem denotantibus.*

7 *Immissio justa concessa defuncto, venit exequenda ad instantiam hæredis.*

8 *Loca montium fideicommisso subjecta in extractione conversa in aliorum locorum emptionem cum eisdem vinculis, et oneribus, obtinent emptorum omnimodam, plenariam subrogationem.*

9 *Identitatis bonorum probatio, est requisitum substantiale ad obtinendam remissionem vigore* leg. fin. Cod. de Ed. Div. Adr. toll.

10 *Loca montium empta subrogata aliis fideicommissariis extractis, cum iisdem juribus, et prærogativis, perinde habentur fideicommissaria, ac si onus, et vinculum dicti fideicommissi, illis à principio adjectum fuisset.*

11 *Hypotheca regulariter super feudalibus non cadit.*

12 *Primogenituræ vinculum diuturna observantia declaratur.*

13 *Actio ex empto contra venditorem, datur emptori ad tollendum fraudem.*

14 *Donatarius universalis, ad hoc ut teneatur servare factum defuncti, duo copulativè requiruntur, nempe quod donatio sit universalis omnium bonorum, et quod nullus alius datus fuerit hæres universalis.*

DECISIO LXXXVI.

TUlit A. C. de anno 1639. sub die 22. Augusti sententiam immissionis in possessionem 25. locorum Montium communitatis secundæ, tertiæ erectionis ad favorem D. Fabii Columnæ uti fideicommissarii q. Alphonsi ejus patrui, contra Ecclesiam sanctorum Ambrosii, & Caroli de Urbe dictorum tertiam possessitricem, quæ licet appellaverit, appellationem tamen prosequi, & fatalia jam elapsa prorogari nunquam curavit. Defuncto dicto Fabio DD. Marius & Dominicus Columna tanquam fideicommissarii prædicti Alphonsi, & ejusdem Fabii filii, & hæredes prætendentes dictam sententiam fecisse transitum in judicatum, obtinuerunt illius executionem mihi committi à signatura justitiæ, quæ rescripsit cum solita clausula *constito de re judicata*, ad cujus rescripti formam posito hodie dubio, an constet de re judicata fuit per Dominos affirmativè responsum, siquidem à sententia lata sub dicta die 22. Augusti 1639. licet fuerit appellatio interposita die 7. Octobris ejusdem anni, tamen, quia 1
commissio appellationis non fuit impetrata, & si impetrata dicatur, non docetur de citatione facta ad dicendum contrà intra annum, imo lapsum fuit integrum decennium absque eo quod in causa quidquam actum fuerit, sive aliqua fatalium prorogatione, utique appellatio effecta fuit deserta, & sententia ipsa fecit transitum in judicatum, perinde ac si ab ea appellatum non *capite cum sit Romana extr. de appell. clem. si appellationem eod. tit. lib.* 2. *& lege fin. & Authent. ei qui*, *Cod. de tempor. & repar. appell.* Rota *coram* Pot. *dec.* 28. *lib.* 2. *& in recent. dec.* 414. *numer.* 3. *part.* 5. & ex similibus circumstantiis pro re judicata respondit Rota coram reverendissimo Domino meo Decano in 2
alia simili causa inter eosdem Doctores Columnenses, & excellentissimum D. Principem Burghesium, *ut ex decisione coram d. R. D. meo Decano emanata sub* 15. *Februarii* 1641. & idem comprobatur *in Aquilana Juris patronatus* 4. *Junii* 1646. *coram R. D. meo Corrado*, *§. quia cum ab eo tempore citra*; ubi declaratur, quod appellans si causam non prosequatur videatur ab appellatione recedere, & facto proprio sententiam confirmare, *& in Perusina bonorum* 18. *Junii* 1649. *coram eodem*, *§.* 1. *& in aliis*: ac proinde illa exequi debet *leg. post rem judicatam*, *D. de re judicat. leg.* 1. *C. eodem l. fin. Cod. de execut. rei judic.* Rota *in recent. decis.* 601. *n.* 2. *vers. & consequenter*, *part.* 4. *tom.* 3. etiam instantibus hæredibus Fabii, ad cujus favorem ea lata fuit, *leg. si à te*, *§. Julianus scribit*, *l. si mater*, *§. idem Julianus*, *l. exceptio rei judic. D. de excep. rei judic.* Glossa *in l. & an eadem in verb. personarum eod. tit.* Alex. *in l. sæpè n.* 69. *vers. una est*, *D. sent. & re jud.* eoque facilius attenta validitate, & justitia dictæ sententiæ. Rota *in Asculana hæreditatis* 7. *Junii* 1649. *coram R. Patre D. meo Rojas in princip.*

Validitas probatur ex ipso processu, in quo constat de juri dictione, mandatis, & citationibus ac observatione terminorum substantialium juxta decisionem 3

Verall. 262. *part.* 1. Objecta autem nullitas ex præ-
tenſo defectu monitorii, illiuſque reproductionis viſa
fuit irrelevans, nam reproductio ultra quod non re-
quiritur de eſſentia ubi pars citata comparet, Caputa-
4 quen. *dec.* 112. *part.* 1. Rota. *dec.* 16. *de judic. in an-
tiq. dec.* 447. *n.* 3. *part.* 1. *diverſ.* Lancell. *de atten.* 2.
part. cap. 4. *in præfat. à n.* 128. *uſque ad* 142. & com-
probat Modern. *de cit. cap.* 16. *n.* 64. Rota *coram ſanct.
mem. Gregor. XV. dec.* 37. *n. & ibi adden. n.* 9. Ex
5 comparatione enim citati reſultat ſufficiens probatio
monitorium fuiſſe ritè, ac rectè executum, quod ſuffi-
cit, cùm alia ratione reproductio non requiratur, quàm
ad effectum reddendi certum judicem de vera, & actua-
li executione monitorii. Caputaquen. *dicta dec.* 142. *n.*
1. & benè Gratianus *diſcept. forenſ. cap.* 639. *n.* 1. *cum
ſeq.* Viſum etiam fuit Dominis reproductionem realem
adeſſe, cum illa optimè deducitur ex productione facta
à Curſore ſub illis verbis facto realiter, ac tenoris de no-
tantibus productionem realem, Gratianus *diſcept. fo-
renſ. cap.* 121. *n.* 33. *add. ad Greg. XV. dec.* 59. *n.* 13.
Rota *in Ferrarien. bonorum* 9. *Maii* 1594. *coram
Lancell. & Urbevetana fideicommiſſi* 16. *Nov.* 1619.
coram bon. mem. Coccino.

6 Juſtitia dictæ ſententiæ ſatis etiam eſt evidens: nam
non controvertitur in partes, quod Alphonſus Co-
lumna donaverit ſuam tertiam partem Caſtri Rubiani
Mario ſeniori ejus germano fratri, cum fideicommiſſo
ad favorem primogeniti, ſin minus ſecundogeniti, ſer-
vato perpetuo ordine primogenituræ, & quod eadem
pars Caſtri fuerit deinde vendita D. Carolo Barberino
bon. me. pretiumque inde redactum ſubrogatum pro
fideicommiſſo ordinato in dicta dotatione in tot locis
Montium, quibus ſic ſtantibus cum Marius & Mutius
ejus primogenitus prædeceſſerit Alphonſo donatori,
7 ſicque factus fuerit locus fideicommiſſo ad favorem
Fabii ſecundogeniti, utrique immiſſio eidem Fabio
conceſſa vigore fideicommiſſi in d. donatione contenti
fuit juſta, & conſequenter venit hodie exequenda ad
inſtantiam Marii junioris, & Dominici ejus filiorum,
ac hæredum, *leg. ſi à te*, §. *Julianus ſcribit*, *D. de
except. rei judic.* Innoc. *in cap. quamvis ſub n.* 2. *verſ.
aliàs res judicata*, ubi etiam Immol. *ſub nu.* 1. *verſ. &
adverte de ſent. & re judicat.* Pancirolus *conſ.* 13. *ſub
n.* 9. *verſ. & licet amplius non vivant cum ſeqq.* Surdus
conſ. 312. *n.* 12. *verſ. & ratio eſt*, Modern. Neapol.
ad Peregr. *art.* 53. *fol.* 558. *col.* 1.

Quibus non adverſatur, quod immiſſio conceſſa fue-
rit contra loca Montium Communitatum ſecundæ, &
tertiæ erectionis, quæ libera eſſe prætenduntur, ex quo
loca provenientia ex pretio Caſtri ſint primæ erectio-
nis. Quia ex datis in ſummario DD. Columnenſium
apparet dicta loca primæ erectionis extracta fuiſſe,
illaque converſa in emptione aliorum locorum ſecun-
dæ, & tertiæ erectionis cum eiſdem vinculis, & one-
ribus, quæ important omnimodam, & plenariam ſub-
rogationem *l. impari*, §. *hi, qui* ubi Dec. & Cagnol.
ff. de reg. jur. Cravet. *conſ.* 263. *n.* 7. Socin. *ſen. conſ.*
8 30. *n.* 3. *lib.* 1. Rota *poſt.* 2. *volum. conſ. Farinac. dec.* 82.
n. 2. & 91. *num.* 2. Unde patet non deficere requiſi-
tum ſubſtantialem ad obtinendam immiſſionem vigore
9 *l. fin.* ſcilicet probationem identitatis, quandoquidem
omnia jura, & prærogativæ tranſierunt in loca ſubro-
gata *l. decernimus*, ubi Bartol. *de aquæduct. lib.* 11. *l.
ſi cum* §. *qui injuriarum*, *D. ſi quis caut.* & habetur
perinde, ac ſi onus, & vinculum d. fideicommiſſi ad-
jectum fuiſſet à principio locis ſecundæ, & tertiæ
10 erectionis, Gratianus *diſcept. forenſ. cap.* 114. *n.* 81.
& *cap.* 454. *n.* 16. *lib.* 3. Greg. XV. *dec.* 60. *ſub. n.*
1. & 2.

Minus relevat aliud prætenſæ injuſtitiæ objectum ex
eo deductum, quod cum Alphonſus in donatione in
qua dictum fideicommiſſum, ac primogenituram conſ-
tituit, ſibi expreſſè reſervaverit mobilia, & gemmas,
nec non ratam ſcut. 2000. ex hæreditate Lauræ ejus
aviæ, loca Montium, de quibus hodie agitur cenſeri
debeant alienata in dictam cauſam, veniantque prop-
terea imputanda in partem detractionis competentis
eidem Alphonſo vigore dictæ reſervationis *ad l. Mar-
cellus*, §. *res quæ*, ubi communiter Doctores, *D. ad
S. C. Trebell.* Nam dicta loca Montium empta fuerunt
ex pretio Caſtri: reſervatio autem ratæ ſcutorum bis
mille, & facultas de illis diſponendi cadit tantum ſu-
per hæreditate Lauræ Columnæ ejus aviæ, ad quam
certum ſit d. Caſtrum non pertinuiſſe, nec minus
eam habuiſſe ſuper d. Caſtro aliquam hypothecam quæ
regulariter ſuper feudalibus non cadit, *cap. ſi de feudo*, 11
§. *licet vaſſallus*, & *verſ. in generali ſi de feud. defunct.
contr. fuer.* Speculat. *de pignor. n.* 30. Neguſantius *eo-
dem tract. 2. part. 2. memb. n.* 49. Gabr. *de reg. jur.* 12
concl. 12. *n.* 15. & 21. Maſtrillus. *deciſ.* 86. *n.* 2. utique
objectum penitùs evaneſcit, eoque magis attenta obſer-
vantia ſubſecuta, dum Eccleſia dicta loca ſuper poſſedit
ſub expreſſa ſubjectione primogenituræ, ex quo ſequi-
tur ut ipſamet agnoverit in dictis locis non intrare dictam
facultatem diſponendi, & ſic in illis negari hodie non
poteſt vinculum primogenituræ ut in his terminis reſ-
pondit Rota *deciſ.* 68. *n.* 11. *deciſ.* 108. *n.* 33. apud
Moder. Peruſ. *de ſubhaſt. & in Romana Salviani de
Caſalibus* 17. *Nov.* 1637. §. *& demum*, *coram bonæ mem.
Buccabella. Romana Salviani* 14. *Martii* 1650. §. *non
obſtat*, *verſ. ſed tertii poſſeſſore*, *coram R. P. D. meo
Bichio.*

Non obſtat denique, quod præfati Marius, & Do-
minicus prout nec alii ſucceſſivè vocati ad dictam pri-
mogenituram tanquam donatarii univerſales, qui loco
hæredis habentur, impugnare non valeant alienatio-
nem factam per Alphonſum donantem, ſed imo te-
neantur illam defendere, ac manutenere Eccleſiam cau-
ſam habentem ab Andrea Turrio dictorum locorum
Montium emptore.

Qui primò reſpondetur, quod nec etiam ipſe Al-
phonſus cogi poſſet ad aliquam manutentionem favo-
re Turri emptoris, ex quo in reſignatione dictorum lo-
corum Montium per ipſum facta procedendo bona fide
expreſſit omnia vincula, quibus dicta loca ſubjacebant, 13
ſicque ceſſat ratio fraudis cujus cauſa datur emptori
actio ex empto contra venditorem, *ad text expreſſum
in lege* 1. §. *venditor ſicum ſcilicet*, & *leg.* 4. *D. de
act. empt. & vendit.* Mangil. *de evict. q.* 167. *n.* 23.
& *ſeqq.*

Secundò prorſus removetur objectum ex eo, quod
Marius nequaquam dici poteſt Donatarius univerſalis,
ſtante reſervatione plurium rerum facta per donantem,
ſcilicet uſusfructus Caſtri donati, nec non ratæ ſcut.
2000. competent. ſuper hæreditate Lauræ aviæ, atque
alterius portionis ad effectum teſtandi prout de ea teſ-
tatus fuit, ſcribendo reſpectu illius ſibi hæredem. Un- 14
de ſequitur, quod nec dictus Marius, nec alii ſuc-
ceſſivè vocati ad primogenituram haberi poſſit loco
hæredum, nec teneantur ſervare factum defuncti, cum
ad hunc effectum duo copulativè requirantur, nempe
quod donatio ſit univerſalis omnium bonorum, &
quod nullus alius datus fuerit hæres univerſalis, Ran-
chin. ad Guid. Pap. *q.* 105. Celſus Ugo *conſ.* 13 *n.*
22. Ger. Spin. *conſ.* 75. *n.* 33. & 34. Caravit. *dec.* 25.
n. 9. *verſ. & præfata vera ſunt.*

Et ita utraque parte, &c.

Emin. & R. D. Card. Otthobono.

Piſauren. donationis.

Veneris 8. *Februarii* 1647.

ARGUMENTUM.

Donatio facta alicui contemplatione matri-
monii ubi intervenit ſtipulatio pro hæredi-
bus & ſucceſſoribus, quando ob generalita-

tem

rem verborum extenditur etiam ad filios ex secundo matrimonio natos. Quæ habeatur hujusmodi donationis causa finalis, & quæ impulsiva. In concursu capitulorum, & instrumenti, cuinam sit standum?

SUMMARIUM.

1 *Bona donata Nepoti ab Avo in causam matrimonii contrahendi nulla facta mentione filiorum ejusdem, sive ex primis, sive ex secundis nuptiis, censentur etiam æqualiter acquisita pro omnibus filiis ex quocumque matrimonio procreandis, concurrente æquali actione erga omnes, tam Avi donantis, quàm Patris donatarii.*

2 *Filii ex quocumque matrimonio suscepti, ad successionem parentum æqualiter sunt admittendi.*

3 *In donatione facta Patri, absque mentione filiorum familiæ, tam primi, quàm secundi matrimonii possunt consequi contingentem sibi portionem rei donatæ. Et hoc in terminis fuit semel, atque iterum judicatum per Senatum Cathaloniæ.*

4 *Donatio facta stipulanti pro se, ac hæredibus, et successoribus, extenditur ob verborum generalitatem, ad filios etiam ex secundo matrimonio nascituros.*

5 *Clausula* ad habendum, etc. *in instrumento donationis apposita, convincit personam donatarii fuisse principaliter contemplatam, non autem filios ex eo aut ex alio matrimonio nascituros.*

6 *Donatio contemplatione matrimonii, quando facta fuit viro, ac mulieri pro seipsis, ac eorum filiis stipulantibus, de filiis ex eorum matrimonio est intelligenda stipulatio.*

Hæc tamen opinio recipit distinctiones, et declarationes.

7 *Donatio contemplatione matrimonii facta conjugibus, vel alteri ex eis stipulantibus pro se, ac pro filiis, ex ipsis, vel ex eo matrimonio nascituris, ad alios extendi non potest, quia stipulationis verba ad certas personas restricta sunt.*

8 *Causa finalis est omnium prima, ac potissima in intentione agentis, summa verò, ac postrema in exequutione, in cujus complemento animus quiescit.*

9 *Matrimonium in donatione facta contemplatione matrimonii, est magis causa efficiens, aut impulsiva quàm finalis.*

10 *Causa finalis, et potissima in donatione facta contemplatione matrimonii, est commodum et honorificentia donatarii, atque ideo donans honestiores, ditioresque nuptias affectat, tanquam media ad consequutionem illius ultimi finis.*

11 *Causæ duæ possunt concurrere ad eundem finem.*

12 *Causa amoris, et affectionis oritur ex sanguinis conjunctione, et ex impulsu naturæ.*

13 *Causa amorem, conjunctionem, ac vinculum naturale respiciens, comprehendit in donatione facta contemplatione matrimonii, suo effectu, omnes filios tam ex primis, quàm ex secundis nuptiis genitos.*

14 *In donatione, licet contemplatio matrimonii fuisset causa finalis, non tamen ex ea sequitur quod filii donatarii veniant ex propria persona, nisi sint expressè, et dispositivè vocati.*

15 *De dote, quæ datur contemplatione matrimonii, mulier potest disponere; et filii non possunt in ea jus aliquod prætendere, nisi uti hæredes.*

16 *Intellectus* textus in l. si inter virum et uxorem 24. de pact. dotal.

17 *Liberorum appellatione inter conjuges, et maximè circa dotem, veniunt filii ex eis nati.*

Secùs verò est quando verba non proferuntur à conjugibus, sed à tertio.

18 *Intellectus* text. in l. si quid earum 45. §. interemptum, ff. de legat. 3. *et* in l. Divi Constantini S. C. de nat. lib.

19 *Filii legitimati per subsequens matrimonium æqualiter succedunt cum aliis fratribus ex eodem matrimonio legitimè postea natis in dote, ac donatione antenuptiale.*

20 *Filii omnes ex quocumque matrimonio suscepti, admittuntur in bonis paternis.*

21 *In concursu capitulorum matrimonalium, et instrumenti, magis est standum primis, quæ à partibus fiunt, quàm secundo, quod sit à Notario.*

22 *Inter capitula matrimonialia, et instrumentum, ubi non adest contrarietas substantialis, semper est facienda interpretatio ut non discordent.*

23 *Interpretatio ea semper desumi debet, per quam æqualitas inter filios resultet.*

24 *Stipulatio pro filiis in donatione expressa foret necessaria, ad hoc ut aliquod jus filiis nasciturs quæsitum dici posset.*

DECISIO LXXXVII.

JOannes Andreas Oliverius donavit Petro Antonio ex filia Nepoti scut. 36000. in tot bonis stabilibus pro se, & ejus hæredibus, ac successoribus cum clausula ad habendum, tenendum, utendum, possidendum, vendendum quicquid deinceps perpetuo dicto Petro Antonio, suisque hæredibus, ac successoribus placuerit faciendum, quæ quidem donatio fuit facta ad effectum ut sequeretur Parentela, & successivè matrimonium inter dictum Petrum Antonium ejus Nepotem, & Mariam filiam Hectoris de Muschis, & ob sinceram dilectionem, & perfectum amorem, quem, & quam habeat versus d. Petrum Antonium ejus Nepotem erga ipsum semper obedientem, &c.

Ex dicto matrimonio procreatus fuit solus Joannes Andreas junior; sed defuncta Maria Petrus Antonius ad secundas nuptias convolavit, & Dominicum, Annibales, aliosque filios suscepit. Demum mortuo Petro Antonio orta est controversia inter Joan. Andream ex primo, & alios ex secundo matrimonio genitos super ante dicta donatione scut. 36000. causaque mihi commissa dedi Dub. An bona donata spectent in totum ad Joan. Andream juniorem, & Doctores causa ter prope fita partibus acerrimè informantibus responderunt bona donata non spectare in totum ad Joan. Andream, sed ad omnes filios Petri Antonii de Oliveriis tam ex primo, quàm ex secundo matrimonio procreatos.

Movit primum DD ea ratio, quod cum hæc bona fuerunt per Joan. Andream Avum maternum donari promissa, & deinde donata Petro Antonio ejus Nepoti nulla facta mentione filiorum ejusdem sive ex primis, sive ex secundis nuptiis, censentur etiam æqualiter acquisita pro omnibus filiis ex quocumque matrimonio procreandis concurrente æquali affectione erga omnes tam Avi donantis, quàm Patris donatarii *leg.* 3. *C. de inoff. testament.* §. *fin. auth de nupt.* Baldus *in authent. qui rem. n.* 7. *de Sacros. Eccles.* Dec. *cons. C.* 236. *n.* 6. Parisius *cons.* 59. *num.* 7. *lib.* 3. Decianus *consilio* 16. *n.* 80. *lib.* 1. *consilio* 134. *num.* 18. *lib.* 2. Surdus *cons.* 72. *numer.* 10. Tiraquellus *de tract. connub.* §. 11. Glossa 1. *numer.* 14. Mantica *de conject. ult. vol. lib.* 8. *tit.* 7. *sub numer.* 3. Fontanella *de pact. nuptial. clausula* 4. *glossa* 9. *sub n.* 3. *parte* 1. Mart. *de successione legal. parte* 4. *quæst.* 10. *art.* 1. *nu.* 3. Gregorius Lopez *part.* 2. *tit.* 15. *lib.* 2. Glossa 10. *quæst.* 7. 1

Cui quidem rationi leges distipulantur, quibus sæpè cautum fuit filios ex quocumque matrimonio susceptos ad successionem parentum æqualiter fore admittendos, *ut in l.* 1. *Cod. de legit. hæred. l. cum aliis* 4. §. *ad maternas, Cod. de secund. nupt.* §. *nec illud quoque auth. de nupt.* 2

3 Et hinc Doctores testati sunt quod quando donatio facta est Patri absque mentione filiorum, hoc casu tam filii primi, quam filii secundi matrimonii, possunt consequi contingentem sibi portionem rei donatæ, Rovit. *consil.* 94. *sub n.* 3. Menoch. *consil.* 40. *num.* 20. & 22. Thesaur. *quæst. forens. lib.* 4. *quæst.* 2. *n.* 4. Cancer. *variarum resolut. part.* 1. *cap.* 8. *sub n.* 70. *versic. circa istas donationes*, & *part.* 3. *cap.* 7. *n.* 100. & 112. ubi ait in terminis præsentis quæstionis ita semel, atque iteram fuisse indicatum per Senatum Cathaloniæ, Fontanell. *de pact. nupt. dicta clausula* 4. Glossa 9. *part.* 1. *n.* 36. Joannes Maria Novar. *quæst. forens.* 83. *nu.* 6. *part.* & fuit dictum in Interamnen. donationis coram Burat. inter ejus impress. *dec.* 861. *per tot.*

4 Et hæc quidem maximè locum sibi vendicant, quando donatio facta fuit viro stipulanti pro se, ac hæredibus, & successoribus; nam esto quod fiat ipsis capitulis matrimonialibus contemplatione certi matrimonii, nihilominus receptissimum est, quod comprehenduntur quicumque filii, ac hæredes Donatarii, quia ex hujusmodi verborum generalitate constat partium intentionem non fuisse restrictam ad filios ex primo matrimonio nascituros. Camill. de Laratha *cons.* 9. *n.* 14. & *seq.* & *n* 24. dixit hanc esse communem, & veriorem sententiam, Pereg. *cons.* 77. *n.* 1. *lib.* 3. Menoch. *cons.* 388. *n.* 16. & 32. Marescott. *variarum resolut.* 20. *n.* 7. *libro* 2. Flores de Mena *in additione ad decis. Gammæ* 233. *in fine* & dixit Rota *decis.* 251. *n.* 6. *part.* 5. *recent.*

5 Præsertim verò, quia in instrumento donationis factæ Petro Antonio fuit adjecta clausula *ad habendum*, & quicquid perpetuò dicto Petro Antonio, suisque hæredibus placuerit faciendum, nam hæc convincit personam donatarii fuisse principaliter contemplatam non autem filios ex eo, aut ex alio matrimonio nascituros, Laderch. *cons.* 1. *n.* 8. Molfes. *cons.* 2. *num.* 33. & 34. Menoch. *dicto consilio* 40. *n.* 16. Cutel. *de donat. contempl. matrimon. tom.* 2. *tract.* 2 *discurs.* 1. *special.* 36. *n.* 28. *fol. mihi* 477. & firmavit Rota *d. dec.* 861. *n.* 4. *coram Burat.*

6 Et quamquam ab informantibus pro Joan. Andrea allegaretur auctoritas plurium Doctorum faventium filiis primi matrimonii, tamen si rectè eorum dicta perpendantur, clarè apparet, quod loquuntur in diverso casu, nempe vel quando donatio contemplatione matrimonii facta fuit viro, ac mulieri pro se ipsis, ac eorum filiis stipulantibus, & in his terminis de filiis ex eodem matrimonio esse intelligendam stipulationem censuerunt Rim. junior. *cons.* 295. *num.* 42. & *consilio* 569. *numer.* 38. & *seq.* Feder. Scor. *cons.* 9. *n.* 7. & 8. *tom.* 2. *lib.* 2. Joannes Franc. de Ponte *cons.* 25. *num.* 3. & 4. & *cons.* 8. *n.* 16. *lib.* 1. Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *quæst.* 11. *per to.* Staiban. juniori *resol.* 22. *n.* 21. & *seq. lib.* 1. Mar. Cutel. *de donat. contempl. matrim. tom.* 2. *tract.* 2. *discurs.* 1. *special.* 36. *n.* 8. *ac* 14. *per tot.* Cald. *de jur. emphyt. lib.* 2. *quæst.* 15. *n.* 8. & 28. Gamm. *dec.* 233. *n.* 1. & ibi Add. Vivius *dec.* 257. *num.* 2. Larea *dec. Granaten.* 33. *n.* 24. quidquid tamen sit de illa opinione, quæ recipit distinctiones, & declarationes, certissimum verò est huic casui DD. prædictos applicari non posse.

7 Vel loquuntur quando donatio contemplatione matrimonii fuit facta conjugibus, vel alteri ex eis stipulantibus pro se, ac pro filiis ex ipsis, vel ex eo matrimonio nascituris, & tunc ad alios donatio extendi non potest, quia stipulationis verba ad certas personas restricta sunt, & is erat casus decis. Gammæ 223. relat. per Cald. *de jur. emphyt. dicta quæst.* 15. & *lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 12. & Lareæ *decis.* 33. *n.* 17. & *sub. n.* 24. & 26. Federic. Scott. *dicto cons.* 9. *n.* 7. & 8. *tom.* 2. *lib.* 2. Rovit. *dicto consil.* 94. *sub n.* 22. Noguerol. *allegat* 23. *sub num.* 162. & *seq.* ideo certum est, quod non applicantur casui, de quo agitur.

Neque obstat, quod donatio de qua agitur facta fuerit contemplatione certi, ac determinati matrimonii inter Petrum Antonium, & Mariam, contrahendi, & ut illud sequeretur, ideoque contracto matrimonio jus fuerit acquisitum solis filiis ex eo progenitis, non aliis ex secundo matrimonio procreatis, quia contemplatio talis matrimonii non fuit causa finalis Joan. Andreæ donantis, nam causa finalis est omnium prima, ac potissima in intentione agentis, summa verò, ac postrema in exequutione, in cujus complemento animus quiescit, ut declarat Bartolus *in lege ambitiosa*, *n.* 19. *D. de decret. ab ord. fac.* Rim. junior. *consilio* 662. *n.* 31. Covar. *variarum resol. lib.* 1. *resol.* 20. *n.* 2. matrimonium verò magis est causa efficiens, aut impulsiva, ut in specie not. Bertrand. *cons* 1. *n.* 4. *vol.* 1. *part.* 2. Decianus *cons.* 239. *n.* 2. Oldrad. *consilio* 5. Natta *consilio* 609. *n.* 10. Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 22. Rota *coram Burat. dicta decis.* 861. *n.* 7. & ibi Add. *lit. A*, *inter recent. decisione* 20. *n.* 5. & 10. & *decisione* 251. *n.* 1. *parte* 5. finalis autem, atque potissima hujus donationis fuit commodum & honorificentia Petri Antonii Nepotis ex filia ipsius Avi donantis, atque ideo honestiores, ditioresque nuptias affectabat tanquam media ad consequutionem illius ultimi finis, ut probatur ex tradit. per Covarr. *sub dicto n.* 2. quem sequitur Rimin. junior. *dicto consilio* 662. *sub n.* 30. *ac seq.* Bec. *consilio* 20. *n* 32. Surdus *consilio* 361. *sub n.* 14. & *seqq. sub n.* 25. Bomb. *cons.* 61. *num.* 9. Tellus Fernandez *in leg.* 22. *Tauri n.* 27.

Præterea certum est, quod contemplatio matrimonii non fuit sola causa donationis, cùm fuerit etiam expressa alia nempe amoris, & affectionis Avi erga Nepotem, ut ibi, & ob sinceram dilectionem, & perfectum amorem, quem & quam habet versus dictum Petrum Antonium eius Nepotem, & erga ipsam semper obedientiam, &c. donavit, &c. ideo sivè hæ causæ donandi fuerint æquè principales, prout posse concurrere duas causas ad eundem finem tradit Bartolus *in dicta l. ambitiosa*, *n.* 19. *D. decret. ab ord. fac.* sive fuerit potior, ac fortior causa amoris, & affectionis, quæ oritur ex sanguinis conjunctione, & ex impulsu naturæ *juxta leg. Tutor.* 31. §. *quæ Tutoribus*, *D. de excus. Tutor.* & probant Dec. *consilio* 120. *n.* 4. Cephal. *cons.* 81. *n.* 12. & *cons.* 210. *n.* 21. Surdus *cons.* 361. *sub n* 14. & *sub n.* 23. *versic. Demum*, non adversatur Rota *dicta decisione* 20. *n. parte* 5. *recent.* hoc unum certè, absolutè, ac inevitabiliter resultat, quod licet una ex prædictis causis desit in filiis secundi matrimonii, non tamen deficit altera amorem, conjunctionem, ac vinculum naturale respiciens, cujus effectus comprehendit omnes filios tam ex primis, quàm ex secundis nuptiis progenitos, quod satis est, §. *affinitatis instit. de nupt.* Cephal. *consilio* 81. *n.* 13. Surdus *cons.* 361. *n.* 14. & *consilio* 351. *n.* 7. Barz. *dec. Bonon.* 25. *n.* 86. & in his terminis Rota *coram Buratto d. dec.* 861. *n.* 9. *dec.* 251. *n.* 12. & *seqq. part.* 5. *in recent.*

Sed etiam licèt contemplatio matrimonii fuisset causa finalis donationis factæ Petro Antonio, non tamen ex ea sequitur, quod filii veniant ex propria persona, nisi sint expressè, & dispositivè vocati, ut tradunt Decius *consil.* 216. *n.* 5. *vers. & illa verba in favorem*, Alciat. *consilio* 7. *ad finem*, *lib.* 8. Scipio Theodor. *allegatione* 42. *n.* 2. Suarez *consilio* 9. *n.* 9. ubi dat exemplum dotis, quæ datur contemplatione matrimonii, tamen mulier potest de ea disponere, & filii non possunt jus aliquod prætendere, nisi uti hæredes, ut firmavit Rota *coram Buratto dicta decis.* 891. *n.* 8. & latius in Rom. fideicomm. de Incoronatis 5. *Novembris* 1639. & 5. *Martii* 1640. *coram bon. mem. Pirovano.*

Neque plures textus allegati ab informantibus pro Jo. Andrea obstare visi sunt, quia *l. si habitatio* 10. §. *sed si D. de usu*, & *habuit*, quatenus dicit quod causa finalis arcta legatum ad ejus terminos, non est applicabilis hujus

huic casui, quia matrimonium Petri Antonii cum Maria, vel non fuit causa finalis, & præcipua, vel non
16 sola donationis, ut visum est. *Textus* verò *in lege si inter virum, & uxorem* 24. *D. de pact. dotal.* loquitur de pacto inter viram & uxorem super dote refinenda initio
17 ob liberos intervenientes, quorum appellatione inter ipsos coniuges, & maximè circa dotem veniunt filii ex eis nati, *juxta textum in lege cum vir uxoris* 25. *& in lege* 9. *vir uxoris* 60. *cum lege seq. D. de condit. & demonstr.* secus verò est quando verba non proferantur à Conjugibus, sed à tertio, ut in specie respondent Surd. *cons.* 72. *n.* 13. & Cancer. *d. p.* 3. *c.* 7. *n.* 105. & quoad hoc cessat omnis difficultas in præsenti casu cùm nulla fuerit facta mentio filiorum in donatione.

13 Minus officiunt *textus in lege si quid earum* 45. §. *inter emptum, D. de legat.* 3. *& in l. Divi Constantini* 5. *C. de nat. lib.* quia ibi primus textus loquitur de rebus
19 emptis pro persona primæ uxoris, donatio autem de qua agitur non fuit facta uxori, neque pro illius persona. *textus* verò *in dicta lege Divi Constantini*, decernit, quod per subsequens matrimonium legitimati æqualiter succedant cum aliis fratribus ex eodem matrimonio legitimè postea natis in dote, ac donatione antenuptiali, quod juri, & æquitati consonum esse do-
20 cet *textus in dicta lege cum aliis* 4. *C. de secund. nupt.* tamen contrarium servatur in bonis paternis, in quibus omnes filii ex quocumque matrimonio suscepti admittuntur *juxta in l.* 1. *C. de legit. hæred. cum aliis supra citatis.*

Demum non obstat quod in capitalis matrimonialibus inter partes initis nulla mentio facta fuerit de hæredibus, & successoribus, nec adsit clausula *ad habendum*, quæ reperitur inserta cum prædictis verbis in in-
21 strumento dumtaxat postea celebrato, adeo ut in concursu capitulorum, & instrumenti magis sit standum primis, quæ à partibus fiunt, quàm secundo, quod fit à Notario, ut tradit Surdus *decisione* 71. *n.* 4. *& seq.* Add. ad san. mem. Gregorium. *decisione* 168. *n.* 18. Rota *decis.* 59. *n.* 12. *part.* 4. *& decis.* 250. *n.* 16. *cum seq. part.* 6. *recent. & in Romana Situs* 25. *Maii* 1644. *coram R. P. D. meo Royas.*

Quia certum est, quod quando inter capitula, & instrumentum non adest contrarietas substantialis, sem-
22 per est faciendà interpretatio, ut non discordent, Dec. *consilio* 195. *sub n.* 3. Paul. de Montepico *consilio* 52. *n.* 18. Cravett. *cons.* 70. *n.* 5. Torniell. *cons.* 49. *n.* 35. Rota *decis.* 250. *n.* 13. *parte* 6. *recent.* ideoque cùm in præsenti casu, ut visum est, concurrant verba, & mens disponentis, quæ nequaquam fuerunt restricta ad filios primi matrimonii, ex hoc apparet, quod capitula benè ad concordiam reduuntur; & semper de-
23 buit fieri interpretatio, per quam æqualitas inter filios reservetur. Armin. *cons.* 1. *n.* 163. Honded. *cons.* 29. *n.* 95. *& seq. cons.* 59. *n.* 60. *& seq. lib.* 1. Gratian. *discept.* 755. *n.* 8. Rota *in recent. decis.* 252. *n.* 22. *& 23. part.* 6. & maximè apparet substantialis concordia capitulorum, & instrumenti in eo, quod neutrobique fuit facta mentio filiorum donatarii; ad hoc verò ut aliquod jus filiis nascituris quæsitum dici
24 posset, necessaria fuisset expressa stipulatio pro filiis Dec. *dicto consilio* 216. *n.* 6. *vers. non obstat ad finem junctis dictis in princip. n.* 2. firmat sæpe citata decisio Boratt. 851. *sub n.* 1. cum aliis suprà allegatis.

Fuit itaque resolutum bona donata non spectare in totum ad Jo. Andream, utraque parte informante, &c.

Eminentiss. & Reverendiss. D. Card. Otthobono.

Pisauren. donationis.

Veneris 31. *Januarii* 1648.

ARGUMENTUM.

Hîc cadit thema præcedentis decisionis.

Decis. ad Salgado Labyrinth. Tom. II.

SUMMARIUM.

1 *Benevolentia, et amor erga donatarium Nepotem ex sanguinis conjunctione proveniens, in donatione antenuptiali, vel est causa præcipua et finalis totius dispositionis, vel est æquè finalis cum aliis expressis.*

2 *Causa amoris, cùm in donatione antenuptiali, sit expressa, et naturalis, venit præferenda omnibus aliis, et prævalet accidentibus.*

3 *Conventio certi et determinati matrimonii in donatione antenuptiali facta viro, reddit donationem irrevocabilem respectu uxoris interesse, ut vir scilicet sit dives, et sibi alimenta pinguiora ab ipso præstari valeant.*

4 *Non tamen excludit præcipuam ipsiusmet viri donatarii contemplationem, ac interesse, cùm fuerit in ipsius solam personam concepta.*

5 *In successionem ad donationem factam intuitu certi, et determinati matrimonii, ubi filii non sint dispositivè vocati, veniunt æqualiter admittendi filii donatarii ex quocumque matrimonio suscepti: nam sola illius matrimonii, et conventionis ratio excludere nequit filios ex secundis nuptiis susceptos; nisi ex verbis ipsis, vel alias id actum appareat.*

6 *Et exclusio aliquorum ex his filiis à successione in bonis donatis, non inducitur nisi per expressa etiam propria, seu saltem æquipollentia verba: importandum est enim ei, qui cum id intenderet, qualitates donationis non investigavit, vel clarius non expressit.*

7 *Dos, et donatio propter nuptias, quæ constituuntur ex causa certi matrimonii, soluto matrimonio, spectant ad filios tam ejusdem, quam alterius matrimonii.*

8 *Clausula*, ad habendum, etc. *adjecta instrumento super capitulis matrimonialibus celebrato, supplet stipulationem in illis omissam, partium intentionem in capitulis antecedentibus declarando.*

9 *Expressum facit cessare tacitum, et interpretativum.*

10 *Dispositio facta in testamento valet interpretari quid vivens testator senserit.*

11 *Æqualitas inter filios apprimè venit servanda.*

DECISIO LXXXVIII.

Approbarunt Doctores fundamenta resolutionis coram me emanatæ die 8. Februarii superioris anni, & proinde steterunt in decisis; duo enim objiciebant informantes pro Joan. Andrea, alterum videlicet, quod donatio fact. 36. mil. per Jo. Andream seniorem Petro Antonio ejus nepoti facta fuerit contemplatione certi, & determinati Matrimonii cum Maria contrahendi, alterum verò quod donatio non processerit ex mera voluntate, & liberalitate donantis, sed ex necessitate conventionis præcedentis in capitulis matrimonialibus cum Patre Mariæ initis, à quo fine tali donatione non fuisset Petro Antonio data in uxorem, ideoque inferebant bona donata spectare in totum ad Joan. Andream juniorem ex q. D. Maria, & Petro Antonio filium, non autem ad alios Petri Antonii filios ex secundis nuptiis ex D. Victoria Jordana susceptos.

Sed hæc visa fuerunt nihil relevare, nam licèt Jo. Andreas illam tunc fecerit donationem Petro Antonio ut matrimonium cum Maria contraheretur, tamen hæc non fuit sola nec summa causa donationis, sed potius contemplatio commodi donatarii, ac honorificentiæ familiæ illius, quem summoperè diligebat, ut videre est instrumento celebrato in executionem capitulorum, ibi, *ad effectum ut dicta parentela, & matrimonium sequeretur, ob sinceram dilectionem, & per factum amorem, quam, & quem habet versus dictum*

Petrum Antonium ejus Nepotem, & erga ipsum semper obedientem sponte, &c. donavit, &c.

1 Patet ergo, quòd benevolentia, & amor erga Nepotem ex sanguinis conjunctione proveniens, vel est causa præcipua, & finalis totius dispositionis, vel est æquè finalis cum aliis expressis, ut in his terminis benè ostendunt Surd. *consilio* 361. *n.* 14. *& seqq.* Bec. *cons.* 20. *n.* 32. Cephal. *consilio* 81. *n.* 12. Marescot. *variar. resol. lib.* 2. *cap.* 20. *n.* 8. Rota *coram Buratto decis.* 861. *n.* 9. *& in Romana Donationis de incasatis in recent. decis.* 251. *n.* 12. *parte* 5. & cum causa amoris sit expressa, & naturalis, venit præferenda omnibus aliis, & prævalet
2 accidentalibus *l. qui habet* 3. ubi Bartol. *ff. de tutel. l. Tutor.* 31. §. *quæ tutori ff. de excus. Tutor.* Alex. *in l. si donatione* 13. *n.* 2. *C. de collat.* Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 30. Gloss. 1. *n.* 26. Rota *dec.* 20. *n.* 7. *part.* 5. *recent.*

Nec donans tali modo aliud, vult Mulieri donatum, ut ratiocinatur Alciat. *cons.* 7. *sub n.* 22. *& seqq. lib.* 8. Jo. Franciscus à Ponte *cons.* 80. *n.* 11. *& seqq.* sed vult tantùm eum allicere ad matrimonium per donationem sponso factam, quæ causa magis demonstrat affectionem, & amorem erga Donatarium, in quem confert,
3 & conventio reddit quidem donationem irrevocabilem respectu interesse Uxoris, ut Vir scilicet sit dives, & sibi alimenta pinguiora ab ipso præstari valeant, ut probant plures relati per Add. ad Burat. *d. decis.* 861. &
4 firmavit Ror. *dec.* 44. *per tot. parte* 6. *recent.* sed non excludit præcipuam Petri Antonii contemplationem, ac interesse, cùm in ipsius solam personam concepta, non autem Uxoris, ac filiorum, ut ibi, *che faccia donatione al Sign. Pietro Antonio inter vivos irrevocabile*, ut in individuo similis donationis fuit resolutum in *dict. decis.* 861. *coram Buratto*, in cujus facti contingentia similis huic omnino præcesserat conventio in a pocha matrimoniali sequentibus verbis concepta, *E detto Sig. Gabriele similmente promette di pigliar per sua legitima sposa la sudetta Sig. Arpalice con questo però, e non altrimente che prima, &c. Item la Sig. Prudenza*, &c. *& il Sig. Ludovico suo figliuolo*, &c. *faccino libera donatione al detto Sig. Gabriele intuitu matrimonii*, ut apparet ex revolutione processus illius causæ, & pariter *in Romana fideicommissi de Incoronatis* 5. *Nov.* 1639. *&* 5. *Maii* 1640. *coram bon. mem. Pirovano.* Donatio facta fuerat Francisco contemplatione certi, & determinati matrimonii cum Emilia de Cavaleriis contrahendi, ut explicitè dicitur *in* 2. *decis.* §. *non obstant.* quæ replicantur, & intuitu, causa, & favore dicti matrimonii, & liberorum procreandorum, ut dicitur in principio primæ decisionis, & tamen Rota resolvit filios non fuisse depositivè vocatos, sed donationem hæreditariam censendam.

Ac proinde omnes filii Donatarii ex quocumque matrimonio susceptí ad ejus successionem æqualiter
5 veniunt admittendi, nam sola illius matrimonii, & conventionis ratio excludere nequit filios ex secundis nuptiis susceptos, nisi ex verbis ipsis, vel aliàs legitimè id actum appareat, Menoch. *cons.* 40. *n.* 39. *vers. non obstat septimum, & cons.* 268. *n.* 30. Rovit. *cons.* 94. *n.* 3. Thesaur. *quæst. forens. lib.* 5. *quæst.* 2. *n.* 4. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 8. *parte* 1. *sub n.* 36. *vers. per hæc ego*, Cancer. *var. resol. part.* 3. *cap.* 7. *n.* 111. Cutel. *de donat. tract.* 2. *discuss.* 1. *special.* 36. *n.* 12. & 13. & dixit Rota *in d. dec. Romana de Incoronatis coram Pirovano.*

Ex lectura autem, & contextu capitulorum liquidò constat partem sponsæ invendisse, ut illa nuberet Viro diviti, Avum verò sponsi illum donatione prosequi voluisse, ut ditiorem uxorem inveniret, ut majoribus undique opibus conquisitis familiæ statum decentius sustentaret, sed ex neutra parte apparet voluntas constituendi ullum discrimen, aut differentiam inter filios donatarii, vel aliquos ex eis à bonis donatis repellendi, prout necesse erat saltem æquipollentibus verbis exprimere, aliàs imputandum est ei, qui cùm id intenderet qualitates donationis non investigavit, vel clarius non expressit, *l. labeo scribit* 21. §. *de contrah. empt.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 2. *tit.* 27. *n.* 9. & in his terminis Alciat. *de cons.* 7. *n.* 29. *lib.* 8. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 4. gloss. 9. *parte* 5. *n.* 152. Cutell. *de donat. tract.* 2. *discurs* 1. *special.* 36. *sub n.* 18. *vers. quod sumus.*

Et quod ad hunc effectum non operetur sola causa 6
finalis certi matrimonii, patet ex dote, & donatione propter nuptias, quæ indubitanter constituuntur ex causa certi matrimonii, ut ejus oneribus inserviant, & constante matrimonio alienari non possint, nec alterari, sed ex hoc non sequitur, quin soluto matrimonio spectent ad filios tam ejusdem, quàm alterius matrimonii, ut de utraque est *text. clarus in l. si liberis* 18. *C. de donat. ante nupt.* & ibi Bald.

Quæ certiora redduntur ex verbis instrumenti super 7
iisdem capitulis matrimonialibus celebrati, in quo donatio apparet facta, *sponte, pure, liberè, ac simpliciter eidem Petro Antonio stipulanti pro omnibus quorum interest, intererit, seu quomodocumque interesse poterit, &c.* cum claus. ad habendum, alienandum, & quic-
quid perpetuo d Petro Antonio, ejusque hæredibus, 8
& successoribus placuerit faciendum, quæ sanè verba non solùm convincunt personam donatarii fuisse principaliter contemplatam, nec donationem fuisse restrictam ad filios ex primo matrimonio nascituros, ut firmatur in alia *decisione hujus causæ in §. & hæc quidem, & seq.* verùm etiam manifestant dictam Partium intentionem in capitulis antecedentibus, & declaratur, ac suppletur stipulatio in illis omissa, *l. sed Julianus* 8. §. *proinde, ibique gloss.* & DD. *ff. ad S. C. Maced.* Cravet. *cons.* 964. *n.* 24. Surd. *cons.* 202. *n.* 24. Afflict. *dec.* 319. *n.* 5. Ror. *decis.* 174. *n. p.* 4. *t.* 2. *rec.* expressum verò facit cessare tacitum, & interpretativum *l. cum ex filio* 39. §. 1. *l. ex facto* 43. §. *item* 9
quæro ff. de vulgar. leg. fin. C. de pact. convent. Crav. *resp.* 1. *pro Genero n.* 282. Rota *coram Buratto dec.* 949. *n.* 2.

Accedit Jo. Andreæ Donatoris testamentum in quo jussit ipsi Petro Antonio consignari tot bona hæreditaria, quæ sufficerent pro satisfactione scutor. 36. mil. donatorum, in reliquis ex æquo instituit hæredes universales Jo. Andream & præfata Maria susceptum, & omnes ejus filios masculos ex legitimo matrimonio nascituros, & ex hoc enim apparet Donantem principaliter fuisse contemplatum personam Nepotis, ac illius commodo bona donata maximè cedere voluisse, non autem aliorum, cùm etiam ex dispositis in Testamento liceat interpretari quid vivens senserit *l.* 10
uxori 32. §. *cum Sejus, ff. de legat.* 3. Suarez *cons.* 1. *n.* 20. Roman. *cons.* 179. *n.* 11. Boër. *decis.* 172. *n.* 22.

Omitti poterat ab informantibus pro Jo. Andra. quod ipsi obvenerint in divisione scuta 27. mill. tantum fratribus verò scuta 81. mill. quia cum fratres ex secundo matrimonio sint tres, debent habere æqualem portionem bonorum paternorum, & sic perfecta resultat æqualitas inter ipsos, quæ inter filios apprimè venit ser- 11
vanda *l.* 3. *C. de inoff. testam.* §. *fin.* Auth. *de nupt. cum aliis in superiori dec. allegatis.*

Fuit itaque resolutum bona donata non spectare in totum ad Jo. Andream confirmando decisionem emanatam die 8. Februarii superioris anni, utraque parte acerrimè informante.

R. P. D. ROIAS.

Romana Cambij.

Mercurii 23. *Martii* 1650.

ARGUMENTUM.

Quando habens interesse admittatur ad causam, & quale debeat interesse haberi. Transactio super sententia, non nisi per tres sententias conformes rescindi potest.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Damnum passurus ex condemnatione alterius in judicio, dicitur habere interesse ad illam causam: et ideo venit admittendus.*

2 *Admittendus ad causam, cùm non agitur de suo interesse principali, sed incidenter, sufficit quod apparenter doceat de Jure, et det fumum per leviores et semiplenas probationes.*

3 *Post sententiam, à qua non appellavit, audiendus non est aliquis iterum super eo, quod in alio judicio principaliter excipiendo ad eundem finem deduxit.*

4 *Lis per transactionem terminata, non debet denuò instaurari.*

5 *Decisio Sacræ Rotæ non potest impugnari, ubi non agitur principaliter super illius revisione, sed est supponenda, juxta laudabilem et inveteratum stylum hujus S. Tribunalis.*

6 *Justitia et validitas sententiæ agnoscitur per transanctionem super ea factam.*

7 *Unde donec tam sententia, quam transactio, per tres conformes rescindantur, ab ea recedi non potest.*

DECISIO LXXXIX.

VErtente lite inter Jo. de Mancinis, & Hippolytum Coccapanium super restitutione sc. 2069. quam idem Coccapanius in actu receptionis illorum facere promisit, quotiescumque d. Mancinus fuisset declaratus verus, & legitimus Creditor Marchionis Pallavicini, à quo dd. sc. 2069. uti debita fuerunt Coccapanio soluta. Insurrexit idem Marchio, & prætendens ad d. causam, dum agebatur de ejus interesse admitti; fuit sub die 28. Junii præteriti coram bon. mem. Arguelles disparatum dubium, ac responsum, constare de ejus interesse ad effectum admissionis ad causam; super quo hodie reproposita causa DD. responderunt Marchionem esse admittendum reformam. tamen interesse in altera decisione excessivè consideratum.

1 Siquidem d. interesse resultat ex eo, quia si Mancinus obtineret condemnari Coccapanium ad restituendum d.l. scut. 2069. juxta formam obligationis ejusdem; Marchio teneretur uti Debitor ipsius Coccapanii d. summam eisdem reficere, ideò sua valde interest, illum defendere, Coccin. *decis.* 237. n. 4. quod sat est ad hoc ut ipse sit admittendus, cum quando non

2 agitur de interesse principali, sed incidenter ad effectum admissionis ad causam sufficiat apparenter docere de jure, & dare fumum per leviores, & semiplenas probationes, ut norant Abbas in *capit. veniens il 2. num.* ubi Fel n. *n.* 13. Bald. *n.* 2. *& seq. de Testibus* Cancer. *variar. resolut. lib.* 3. *tit.* 16. *n.* 32. & sæpè dixit Rot. *decisione* 11. *de rescript in antiq. decis.* 13. *n.* 7. *coram Buratto, et decis.* 325. *n.* 9. *& 19 parte* 6. *recent. & parte* 7. *decis.* 176. *n.* 10. *&* 11. cum aliis latè relatis in præterita decis. *sub* §. *Certum est enim.*

In esse verò hujusmodi considerari minimè potest in scutis 5000. pro sorte principali Cambii debiti Mancino; Quia dum dictum creditum canonizatum fuit

3 per sententiam R. P. D. mei Peutingerii; à qua Marchio non appellavit respectu dictæ summæ ad causam admittendus non est, non enim debet iterum aliquis audiri super eo, quod in alio judicio principaliter excipiendo ad eundem finem deduxit, ut per multos citatos tradit Gabr. *de recept. concl.* 2. *n.* 10. *& in puncto* Feder. de Sen. *consil.* 242. *circa med. vers. aut vult admitti*, Gratian. *discept.* 445. *n.* 10. *& seqq.* Nunez *in declarat. ad l.* 4. *&* 5. *Regni tit. de las excepciones, n.* 49. *impress. post ejus consil.* Et ultra dictam sententiam, quæ transivit in judicatum, concurrit pro existentia dicti crediti transactio inter eundem Marchionem, & Mancinum postea facta, in qua idem Marchio in illius exequutionem solvit Mancino scuta 1900. cum promissione solvendi residuum, ex qua transactione uti impediente litis ingressum, non debet 4 ad causam super dicta summa Marchio admitti, ne lis denuo instauraretur, dum fuit per transactionem terminata, ad *text. in capite* 1. *ibique gloss. verb. transactio de lit. contest. in* 6. *l. quamvis, ff. de transact.* Bald. *in l. terminato in* 2. *notab. C. de fruct. et lit. expens.* cum aliis adductis per Rotam *decis.* 354. *n.* 1. & 2. *coram Greg. XV.* Unde certum est quod Marchio d. summam solvere debet tam vigore sententiæ quàm vigore transactionis, aut illam solvat Mancino Creditori, aut reficiat Coccapanio, nullam in hoc considerari potest interesse, pro quo veniat admittendus.

Nec subsistit, ut in præterea decis. finiatur, sententiam prædictam esse nullam & injustam; Tum quia illius justitia plenè justificatur ex decis. in eo Judicio sub die 13. Jan. 1645. coram eodem R. P. D. meo Peutingero emissa quæ cum hodie non agatur 5 principaliter super illius revisione, nec in gradu appellationis adversus d. sententiam, in hoc articulo impugnari non potest, sed supponenda est juxta laudabilem, & inveteratum stylum hujus S. Tribunalis, de quo Buratt. *decis.* 596. *n.* 1. *decis.* 857. *numer.* 4. *ac decis.* 354. *n.* 3. *in fin. n.* 8. *part.* 4. *recent.* & fuit dictum in Mediolanen. Pensionis 27. *Junii* 1646. *coram Bichio.* Quapropter non est insistendum super nullitatibus adversus d. sententiam in prædicta decis. ponderatis; Ideo in hac parte illam DD. reformarunt, cum hæc inspectio non cadat super præsenti dispositione.

Tum etiam quia ultra d. sententiam adest transactio 6 prælicta, per quam Marchio videtur agnovisse illius justitiam, & validitatem ipsiusque debiti subsistentiam, juxta adducta per Buratt. *dec.* 783. *n.* 19. Unde donec 7 tam sententia quàm transactio per tres conformes rescindatur ab ea recedi non potest, Decian. *resp.* 28. *n.* 11. lib. 3. Mantic. *de tacit. lib.* 26. *tit.* 9. *n.* 47. Caval. *dec.* 407. *n.* 9. cum aliis latè relatis *in dec.* 86. *n.* 9. *p.* 6. *rec.*

Sed tamen interesse Marchionis ad effectum admissionis in hoc casu desumitur ex eo, quia Mancinus in contractu transactionis ad computum sui Crediti consistentis in prædictis scut 3000. recepit ab eodem Marchione scut. 1900. itaque remansit solut. creditor in scut. 1100. ad quorum solutionem prædictus Marchio dumtaxat tenetur ad formam sententiæ, & transactionis, non autem pro scutis 2069. quorum restitutione pulsatur Coccapanius, qui quatenus ad hoc condemnaretur, procul dubio resultaret interesse Marchionis in scutis 969. quæ excedunt d. Summam scut. 3000. dum ultra scuta 1900. soluta in actu transactionis, teneretur reficere Coccapanio succumbenti prædicta scuta 2069.

Et ita solùm Mancino informante in d. summa scut. 969. DD. resolverunt constare de interesse Marchionis ad effectum admissionis coram bon. mem. Arguelles, quo morte prævento ante extensam hujusmodi decis. ego in ejus locum subrogatus hoc munus explevi.

Eminentiss. & Rever. D. Card. OTTHOBONO.

Cervien. Bonorum.

Lunæ 18. *Junii* 1649.

ARGUMENTUM.

An de melioramentis debeatur laudemium, & de quo tempore attendatur valor bonorum in renovatione facienda, & an plura sint solvenda laudemia, si plures erant faciendæ renovationes.

SUMMARIUM.

1 *Durantibus præcedentibus investituris non licet novam facere investituram, nec alterare formam antiquarum.*
2 *Cessante culpa Emphyteutæ melioramenta non devolvuntur ad Ecclesiam, sed remanent in Dominio Emphyteutæ.*
3 *Et in renovatione Emphyteusis quoad illa non requiritur consensus Domini directi, et nullum solvitur laudemium.*
4 *Melioramenta sequuntur naturam rei emphyteuticæ, et ideo pro eis solvi debet laudemium.*
5 *Quod procedit quando res cum melioramentis alienatur in tertium vel devolvitur ob delictum, secus in simplici renovatione facta ipsi emphyteutæ.*
6 *Cessante mora non est locus alicui interesse.*
7 *In renovatione emphyteusis perpetuæ valor bonorum calculatur de tempore ultimæ venditionis.*
8 *Quia tunc renovatio nullam habet speciem novi contractus.*
9 *Pactum de renovando adjicitur ad faciliorem probationem dominii directi, non pro substantia contractus.*
10 *Declaratur Feret. in cons. 21.*
11 *Solutum laudemium judicari non potest, nisi ex præcedentibus solutionibus.*
12 *Suadente materia valor et pretium bonorum pro eodem accipi possunt.*
13 *Tot solvuntur laudemia quot renovationes fieri debebunt juxta pactum, quia omnia pacta emphyteutica sunt servanda.*
14 *Laudemia non exacta transmittuntur ad successorem.*
15 *Ubi contractus est ab initio nullus, cessat exactio laudemii.*

DECISIO XC.

FUit per Rotam resolutum coram R. D. Terracinen. sub die 23. Martii 1648. investituram factam à Cardinali Vicecomite Episcopo Cerviæ de anno 1595. esse nullam, quia durantibus aliis præcedentibus investituris non licebat Prælato supplantando successores novam facere investituram, *ut in c. 1. qui successores feudor. teneant.* nec minus circa substantialia alterare formam consuetam antiquarum investiturarum absque Beneplacito Apostolico, & sine utilitate Ecclesiæ, ut latè fuit deductum in supra dicta decis. sub §. *non sustinetur*, & seqq.

Idcoque R. D. Episcopo Cervien. fuit dictum dandam esse associationem in bonis in quibus non fuit petita renovatio juxta antiquas investituras; addito tamen (ex æquitate Canonica quam semper Rota servat) nisi Fabius Lucatellus, qui habet investituram observata ab anno 1595. usque ad diem motæ litis ann. 1635. petat intra tres menses renovationem juxta formam antiquarum investiturarum purgando moram, & reficiendo damna si quæ adsunt, ut in prædicta decis. sub §. *verum* usque ad finem.

Utraque pars acquievit decisioni, sed cum Lucatellus in partibus petierit novam investituram ad formam 1
antiquarum, ortæ sunt plures controversiæ super quantitate laudemiorum solvendorum mensæ Episcopali, quæ in investituris sunt taxata ad rationem quinque pro centenario valoris bonorum. Prima enim difficultas est an de melioramentis, quæ plurima, & magni valoris reperiuntur facta in dictis bonis à Lucatello debeatur laudemium, secunda an pro æstimando valore bonorum sit inspiciendum tempus quo fuerunt vendita bona ultimo loco, vel tempus præsens faciendæ renovationis; tertia an debeantur plura laudemia, prout plures sunt lapsi termini renovationis faciendæ ex forma antiquatum investiturarum aut verò unicum tantùm debitum pro hac præsenti renovatione.

Et DD. quoad primam difficultatem responderunt, Lucatellum emphyteutam non teneri in proposito casu ad solutionem laudemii pro melioramentis, ratio est, quia cùm Rota admiserit Lucatellum ad purgationem moræ in petendo renovationem, cessat ex hoc capite devolutio ob culpam ipsius, nec per consequens melioramenta sunt devoluta ad Ecclesiam, sed adhuc remanent in dominio emphyteutæ juxt. trad. per Char. *in §. emphyteusis. q.* 45. Bero. *quæst.* 19. *n.* 3. Modern. 2
Roman. *discept.* 810. *n.* 7. Rot. *coram* Cæsar. de Graff. *decis.* 5. *n.* 2. *de rebus Eccles. non alienand. & in rec. decis.* 292. *n.* 6. & *seq.* ideo quoad illa non requiretur in renovatione aliquis consensus Domini directi, 3
& proinde nullam debet solvi laudemium, Bart. *in l. & ideo* 12. *n.* 4. *D. de condict. furtiv.* 1. M. Alb. Brun. *consilio* 44. *n.* 12. & *seq.* Socin. jun. *consilio* 70. *n.* 2. *lib.* 3. Amid. à Ponte *de Laudem. quæst.* 13. *n.* 1. & 2. Antonius Faber *cod. tr. def. ad* 4. *error.* 1. *n.* 12. & 13.

Neque obstat, quod meliorameuta sequantur naturam rei emphyteuticæ, & ideo etiam pro illis solvi 4
debeat laudemium *jux. leg. fin. C. de jur. emphyt.* & ibi Jal. *n.* 44. Maur. Burg. *de laudem. parte* 2. *inspect.* 6. *per tot.* quia prædictæ auctoritates, & quotquot ad idem allegari possent procedunt quando res emphyteutica simul cum melioramentis alienatur in tertium, vel aliis devolvitur ob delictum, quo casu cum etiam quod melioramenta requiratur novus directi Domini consensus, meritò quoque pro illis solvitur laudemium, non autem quando fit simplex renovatio ipsi 5
emphyteutæ, ut sonant verba *dict. leg. fin. C. de jur. emphyt.* ibi *meliorationes suas aliis vendere, vel jus emphyteuticum transferre*, & de alienatione in tertium loquitur Burg. *de laudem. parte* 2. *inspect.* 6. *sub n.* 15. Corbul. *de emphyt. tit. de caus. privationis ob alienationem ampliat.* 39. *n.* 1. cum pluribus relatis à Modern. Fulginaten. *de jur. emphyt. tit. de laudem. q.* 8. *num.* 25.

Neque adversatur pactum adjectum in antiquis investituris, quod si emphyteuta non petierit debito tempore renovationem investituræ, aliaque promissa, & conventa non adimpleverit, cadat ab omni jure suo, & liceat Reverendiss. Episcopo capere possessionem bonorum emphyteuticorum unà cum melioramentis, illaque pro se retinere, quia omissa importantia dicti pacti hodie cœptum est, quod cum Rota concesserit Lucatello terminum trium mensium ad purgandam moram in petendo renovationem, & pendente termino illam petierit stante purgatione moræ nulla pœna potest Lucatello emphyteutæ infligi cum mora cessante non sit locus alicui interesse *leg. lecta* 40. ubi DD. 6
si cert. petat. Ruin. *consilio* 48. *n.* 1. *lib.* 5. Aym. *consilio* 87. *in fin.* latè Honded. *consilio* 50. *n.* 21. *libro* 1. & *consilio* 38. *num* 9. *lib.* 2. Rot. *dec.* 622. *num* 5. *p.* 2. *recent.*

Quod verò ad secundam difficultatem DD. responderunt in proposita facti specie valorem bonorum em- 7
phyteuticorum in renovatione esse calculandum inspecto tempore, quo hæc bona emphyteutica fuerunt ultimo loco vendita seu respectivè empta à Lucatellis, nam investituræ, de quibus agitur cum non sint limitatæ ad tempus, sed perpetuæ, & renovatio non fiat ob finem finitum, sed sint Lucatello in primis concessionibus comprehenso, & ad eorundem corro- 8
borationem ab antiquis investituris tanquam à suo initio debet regulari, cùm renovatio nullam habeat speciem novi contractus, ut in puncto distinguendo inter emphyteusim temporariam, & perpetuam respondet Alciat. *consilio* 42. *n.* 1. *libro* 8. Corbul. *de emphyteus. caus.* 11. *de caus. privat. ob contr. usufructum n.* 17. Bero *consilio* 117. *n.* 17. *versic. ubi facit libro primo.* Quando enim investituræ sunt perpetuæ prout hic 9
pactum

pactum de renovando de certo tempore incertum tempus adjectum censetur dumtaxat ad faciliorem probationem dominii directi, non autem pro substantia contractus, neque ideo renovatio dicitur contractus novus, ut benè declarat Rota *decisione* 438. *n.* 1. *parte* 1. *recent. & in Bononien. bonorum emphyteuticorum* 30. *Aprilis præteriti in fin. coram R. P. D. meo Celso.*

Et licèt Æmilius Ferrett. *in conf.* 21. *per tot.* abundè probet in solutione laudemii in renovatione attendendum esse valorem rei de tempore renovationis, non autem de tempore concessionis, aut vendicationis, illumque sequatur Marius Burg. *in tractatu de laudem. parte* 2. *inspect.* 6. *n.* 26. attamen præterquam quod in præsenti casu versamur in contractu perpetuo, & unico, ut visum est, accedit, quod ex pacto expresso
10 appositio in singulis investituris, de quibus agitur quantitas laudemii est determinanda ex solito, & consueto; nam verba pacti sunt *de viginti novem in vigenti novem annos ad renovandum, & tunc solvendum debitum, & consuetum laudemium ad rationem quinque pro centenario valoris dictorum bonorum* at consuetum, ac solitum
11 laudemium judicari non potest nisi ex præcedentibus solutionibus *ad leg. Mela* 14. *D. de alim. & cibar. legat.* ubi Bart. *num.* 1. *& alii*, ideo casus iste etiam distat à casu Ferretti, cùm in illo non fuerit habita relatio ad solitum, & consuetum laudemium.

12 Nec refert quod verba habeant relationem ad valorem bonorum, quia valor & pretium pro eodem accipi possunt, sic suadente materia, Bursatt. *conf.* 149. *n.* 74. & 75.

13 Ad tertiam verò difficultatem DD. responderunt tot esse solvenda laudemia quot sunt renovationes, quæ fieri debebant juxta pactum antiquarum investiturarum, omnia enim pacta emphyteutica sunt servanda *l.* 2. *C. de jur. emphyt.* Albert. Brun. *conf.* 44. *n.* 1. & 4. *in fin.* Bursat. *conf.* 127. *n.* 55. & 57. Amad. à Ponte *de laudem. q.* 4. *in princ.* Burg. *eod. tr. p.* 1. *inspect.* 6. *n.* 4.

Neque obstare potest, si dicatur hujusmodi laudemia non esse solvenda Reverendiss. Dom. Episcopo Cervien. nunc viventi, qui de tempore renovanda-
14 rum investiturarum nullum jus habebat in Episcopatu, quia laudemia non exacta transmittuntur ad successorem, Joan. Bapt. Costa *in tract. re integra quid liceat, distinct.* 53. *n.* 7. Mar. Burg. *dict. lib. inspect.* 4. *num.* 55. & 56. Modern. Fulginaten. *de tut. Emphyt. tit. de laudem. q.* 28. *n.* 1. Rot. *decis.* 809. *n.* 1. *p.* 1. *divers.* hoc tamen DD. ita intellexerunt, ut computari debeant scuta 550. soluta à Lucatellis pro laudemio renovationis anni 1595. nam ubi contractus est ab initio nullus,
15 cessat laudemii exactio, Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. Gloss. 2. *n.* 7. *& retract. convent.* §. 6. Gloss. 2. *n.* 6. Ant. Faber. *de laud. dec. ad* 1. *error.* 1. *num.* 1. Cassan. *ad consuet. Burgund. rubr.* 11. §. 1. *n.* 3. Cald. *de emphyt. lib.* 4. *c.* 6. *n.* 10. *in fin.* &c. *c.* 16. *n.* 3. Peguer. *dec.* 156. *n.* 3. Amad. à Ponte *de laudem. q.* 39. *n.* 1. *ibique not.* Carolus Antonius Blancard. *in princ.*

Itaque modo prædicto DD. mandarunt responderi dubio, quod proposueram in qua summa debeantur laudemia, nam facto calculo inter partes, & sublatis ut suprà difficultatibus, poterit per simplicem calculatorem de facili videri quæ summa debeatur. Et ita fuit decisum utraque parte informante, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Anconitana dotis.

Lunæ 30. *Maii* 1650.

ARGUMENTUM.

Quæ exceptiones non retardent executionem mandati relaxati pro restitutione dotis, maximè exceptio fideicommissi.

SUMMARIUM.

1 *Cœpta executio mandati ritè debet terminari, ut lites finiantur.*
2 *Ex revolutione actorum constat validitas mandati.*
3 *Decisiones Rotæ demonstrant justitiam ejusdem mandati.*
4 *Confessio viri de recepto urgentibus conjecturis fulcita probat veram dotis solutionem.*
5 *Subhastatio mobilium reddit immunes ab eorum restitutione hæredes, et successores uxoris.*
6 *Nec tenentur ad eorum valorem, donec solvatur integra dos.*
7 *Pro validitate et justitia subhastationis, viget præsumptio Juris.*
8 *Exceptio illiquida et incerta non retardat executionem mandati.*
9 *Quoties bona libera non supersunt sunt hypothecata pro restitutione dotis bona fideicommisso ascendentis supposita vigore auth.*
10 *Sive petatur restitutio dotis ab ipsa muliere, sive ab hæredibus ejus.*
11 *Et ista actio ipsa muliere vigente orta fuit.*
12 *Tertii possessores non possunt impedire executionem quando contra eos in quolibet actu reperitur citatio.*
13 *Pro sustinenda validitate sententiæ omnis interpretatio sumi debet, ut inutiles circuitus evitentur.*
14 *Exceptio fideicommissi ad impediendam executionem debet in continenti justificari de praxi omnium tribunalium.*

DECISIO XCI.

MAndatum Rotale contra hæreditaria bona Hieronymi relaxatum pro dote Franciscæ uxori restituenda ipsa præ defuncta, sancitum fuerat in sententia ad Dianæ hæredis instantiam, ac Demetrii hujus cessionarii in hoc Tribunali postmodum edita, exequendam esse contra bona per fratres de Fanellis modo possessa, Avito licet q. Galeati fideicommisso subjecta, cum nulla Hieronymi debitoris bona supersint super cujus ulteriori executione sententia, proposito per me dubio, affirmativè hodie DD. responderunt; Quia jam cœpta per mandati relaxationem executio ritè ta- 1
men, ac rectè peracta, debet prævio ad ulteriora processu terminari, ut debitus tandem litibus finis imponatur, *leg. quidam existimaverunt in fine, D. de rebus cred. leg. terminato, C. de fruct. & lit. expens. leg. properandum. C. de judic.* Soccin. *in leg. singulis, n.* 2. *D. de except. rei judic.* Alexand. *in leg. qui bona, §. ultim. n.* 2. *D. de damn. infect.* Surd. *consil.* 271. *n.* 15. Rot. *in montis Falisci supplementi legitimæ* 18. *Junii* 1642. *in §. Cujus ratio coram R. P. D. meo Bichio, & in hac eadem causa* 24. *Aprilis* 1643. *coram R. P. D. meo Cerro.*

Mandati autem validitatem acta ipsa revoluta de- 2
monstrant, ex quibus omnia à jure requisita ibidem convincitur contineri, juxta traditam praxim. *in decis. Verall.* 260. *part.* 2. sæpius in hoc Tribunali recepram.

Justitiam verò designant decisiones hactenus editæ 3
in hac causa tam coram bon. mem. Bucabella sub die 26. Martii, & 3. Dec. 1535. quàm coram R. P. D. meo Cerro die 25. Aprilis 1643. & 9. Dec. 1648. ut aliàs firmavit Rota *in una Ravennaten. seu Ferrarien. Decimarum* 24. *Jan.* 1650. *coram me.*

Neque præfatam executionem retardare poterunt exceptiones, à Fratribus de Fanellis demo repetitæ. Siquidem prima non justificatæ dotis objectio, quippe quæ ex sola Hieronymi viri confessione de recepto ab ipsa uxore, ejusque hæredibus deducatur, tollitur ex decisionibus hactenus edictis in hac causa, quibus fulcita dignoscitur adducta confessio pluri- 4
bus, atque urgentibus conjecturis legitima proinde, vere dotis probationem præ se ferentibus secundum

ſecundum Salicet. *in leg. ſi mater. n.* 1. *C. de contrahend. empt.* Baldus *in leg.* 1. *n.* 4. *C. de privileg. dot.* Dec. *conſil.* 96. *numero tertio*, Natt. *conſil.* 548. *numero* 25. Surdus *conſil.* 486. *n.* 7. *& 8. cum ſeqq.* Card. Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 20. *nu.* 19. Rota *coram Greg. dec.* 62. *n.*

Altera verò objectio exinde deducta, quod in ipſa dotis conſignatione ex A. C. decreto debuerant ab hæredibus Franciſcæ mobilia reſtitui in computum dotis receptæ, vel ſaltem certus eorundem valor tunc temporis compenſari; Removetur pariter ex alio ejuſdem A. C. decreto, quo mediante à pluribus annis legi-
5 tima eorundem mobilium ſubhaſtatio præceſſit, quæ proinde Franciſcæ ſucceſſores ab eorum reſtitutione mobilium reddidit immunes, ut reſpondit Rota *coram R. P. D. meo Cerro ſub die* 6. *Dec.* 1648. *in §. aut verò præxendatur.*

6 Ad compenſationem verò valoris (dum in eodem decreto reſtricta fuit ad caſum integræ dotis reſtitutæ) adhuc arctati non fuerant, dum dos integrè ſoluta non extitit, ita ut ſe poſſint etiam retentionis ope tueri *per leg. ſi. non ſortem, ſi centum, D. de cond. ind. ubi poſt gloſſ. in verb. retinebitur*, tradit Bart. *in fine*, Caſtrenſ. & Alexand. *n.* 6. Jaſon. *num.* 10. cæterique communiter, idem Caſtrenſ. *in leg. ſi quis aliam, n.* 4. *D. de ſolut. & in l. petenti in fine, D. de pignor. & act.* Neguſ. *de pignor. in* 2. *membr.* 3. *p. n.* 20.

7 Non obſtat, quod eadem ſubhaſtatio nullitati videtur obnoxia poſtquam non obſtantibus oblationibus, atque depoſito per fratres de Fanellis oblato, ad eam Judex procedi mandavit cum præfata nullitatis objectio ex contraria præſumptione tollatur, pro ſubhaſtationis validitate, atque juſtitia vigente ex tradita per Bald. *in l. ordo n.* 5. *C. de reſcind. vend.* Gloſſ. *in l. à Divo Pio, ſi pignora in verb. quam, ff. de re jud.* ubi etiam Jaſ. *n.* 2. *&* 3. Surdus *conſ.* 256. *n.* 8. Rot. *in Narnien. dotis* 4. *Febr.* 1628. *coram Ubaldo* poſt moder. Peruſ. *de ſubhaſt. dec.* 75. *n.* 9. Dum maximè damnum ex diſtractione mobilium Fanellis illatum ac læſio exinde contingens adhuc probata non fuit, nec obligationes integrè factæ fuerunt ab ipſiſmet Fanellis, ut allegant illius Informantes.

8 Tertia denique exceptio ex jure fideicommiſſi petita per quæ Galeatium de Fanellis eorundem avum præordinati (ſuper quo propterea negant mandatum contra bona hæreditaria Hieronymi relaxatum exequi poſſe) ob nondum juſtificatam bonorum identitatem nec conſumptionem detractionum ipſi Hieronymo fideicommittentis deſcendenti competentium illi quiddam redditur, atque incerta, adeoque mandati executionem retardare non valet, *juxt. leg. ut C. de compenſat.* Affl. *deciſ.* 381. *ſub n.* 15. Rot. *coram Seraph. deciſ.* 1455. *numer.* 3. *coram Gregor.* 220. *n.* 5. & aliis recenſitis in Romana ſucceſſionis 24. *Januarii præteriti coram R. P. Domino meo Corrado in ult. §. Removetur præterea ex* Auth. *reſp. Cod. Communia de leg. deſumpta, ex auth. de reſtitut. & ea quæ*
9 *pariter in §. quamobrem*, cujus virtute diſpoſitionis aſcendentium bona licet fideicommiſſo ſuppoſita hypothecata redduntur pro reſtituenda dote deſcendentibus quoties bona libera, prout in propoſito caſu non ſuperſunt, ut pluries firmavit Rot. *videlicet coram Seraphin. deciſ.* 278. *numer.* 5. *in Romana dotis* 30. *Martii* 1618. *coram bon. mem. Card. Veroſpio, & in alia Romana dotis* 23. *Maii* 1645. *coram Reverend. Patre D. meo Otthobono, & in hac eadem cauſa* 9.
10 *Dec.* 1648. *in §. omiſſis enim coram R. P. Domino meo Cerro*, ſive ab ipſa muliere, ſive ab ejus hæredibus dotis reſtitutio petatur, ut notat Caſtr. *in auth. res quæ n.* 10. Menoch. *conſ.* 34. *n.* 42. Rot. *coram*
11 *Seraph. deciſ.* 688. *n.* 11. ubi præterea conſiderat, quod actio (prout in caſu propoſito) ipſa vivente muliere orta jam fuerat, *in Romana dotis* 14. *Februar.* 1642. *in §. cujus auth. diſpoſitio, coram R. D. meo Decano, & in hac eadem cauſa* 24. *Aprilis* 1643. *in ult. §. coram R. P. D. meo Cerro.*

Neque iidem fratres de Fanellis uti tertii bonorum 12
poſſeſſores proceſſum executivum poterunt impedire, vel quia in quolibet actu contra ipſos repetita citatio, juxta theoric. Caſtr. *in l. cum filius ſum. n.* 3. *D. de verb. ſignif.* quam probarunt Dec. *conſ.* 187. *n.* 2. Ruin. *conſ.* 34. *in fin. vol.* 5. Aymon. *conſ.* 12. *n.* 8. Surdus *conſ.* 334. *n.* 12. & plures alii relati per Mareſc. *variar. lib.* 1. *cap.* 86. *n.* 51. *& lib.* 2. *cap.* 121. *num.* 7. Scacc. *de appell. quæſt.* 17. *limit.* 6. *membr.* 4. *n.* 52. Rot. *in hac eadem cauſa ſub die* 24. *Aprilis* 1643. *coram R. P. D. meo Cerro, & in Civitatis Caſtelli Spolii* 17. *Mai* 1638. *coram Reverendiſſ. Terracinen.* Et licet citatio contra ipſos, ut hæredes Hieronymi ſupponatur executa, non autem ut fideicommiſſarios Galeatii, dum tamen de utroque titulo in actis conſtabat, citationes ex utroque jure cenſentur executæ ad ſuſtinendam actus, atque ſententiæ va- 13
liditatem, pro qua uti inutiles, & calumnioſi circuitus evitentur, omnis debet interpretatio deſumi *l. quoties, & l. merito, ff. pro ſocio, l. cum in teſtamento, §. hæc verba ff. de hæred. inſt.* Alciat. *reg.* 3. *præſumpt.* 42. Rot. *coram Gregor. dec.* 282. *n.* 7. ibique Add. *n.* 12.

Vel quia, ut ſuperius ponderatum fuit, & coram R. P. D. meo Cerro ſub die 24. Aprilis 1643. excepta 14
fideicommiſſi turbida redditur, atque illiquida, cujus proinde reſpectu mandata executiva contra hæreditaria Hieronymi bona relaxata, exequi poterant contra bona, quæ uti fideicommiſſo ſuppoſita ex adverſo allegantur poſſideri, dum ipſius ſubſiſtentia atque efficacia apta ad impediendam executionem in continenti juſtificata non fuit, prout omnium Tribunalium praxis obſervare ſolet, de qua teſtatur Rot. *in Senogall. Prædii* 10. *Junii* 1619. *coram bon. mem. Pirovano, & in aliis recenſitis in d. deciſione R. P. D. mei Cerri in §. contraria verò in fine.*

Et ita utraque, &c.

R. P. D. BICHIO.

Romana Domorum.

Mercurii 15. *Decembris* 1649.

ARGUMENTUM.

Ex quibus probetur devolutio Emphyteuſis, dominium directum Eccleſiæ, & quando non teneatur inveſtire proximiorem ultimi Emphyteutæ.

SUMMARIUM.

1 *Finita Emphyteuſi per extinctionem generationis competit domino directo remedium retinendæ.*
2 *Quod procedit quando devolutio eſt clara, ſecus è converſo.*
3 *Mors hominis præſumitur ex lapſu centum annorum.*
4 *Fides Parochi extractæ è libris mortuorum probant mortem.*
5 *Dum non probatur quis in rerum natura extitiſſe, non eſt probanda illius deficientia.*
6 *Producens ſcripturam implicitè confitetur contenta in illa.*
7 *Dominium directum Eccleſiæ probatur ex Inſtrumento inveſtiturę et ſolutionibus Canonum.*
8 *Proximiori ultimi Emphyteutæ debetur renovatio Inveſtiturę.*
9 *Intellige quando Dominus vult extraneos inveſtire, ſecus ſi velit pro ſe retinere.*
10 *Nemo tenetur de propria alteri beneficium facere.*
11 *Etiamſi res emphyteutica ſit ſoluta renovari, niſi probetur conſuetudo etiam in caſu quo velit Dominus pro ſe retinere.*

12 *Ante-*

12 *Antequam licentia pro renovando Investituram obtineatur, post Rector pœnitere, et pro se retinere, secus potest illam obtentam.*

13 *Statutum non utens verbis aptis comprehendere personas Ecclesiasticas, præsumitur eas noluisse comprehendere.*

DECISIO XCII.

CUm facultate manutendi quem de jure commissa mihi causa appellationis à mandato de manutenendo ad favorem Ecclesiæ S. Salvatoris in Unda ejusque rectoris relaxato per R. P. D. Cinsium Locumtenentem Eminentiss. Dom. Card. Vicarii in possessione trium domunculorum, quæ in locum alterius domus emphyteuticæ ejusdem Ecclesiæ alias subrogatæ fuerunt, dubitavi hodie cui sit dandum mandatum de manutenendo, & pro Ecclesia responsum fuit ex communiter recepta conclusione, quod finita Emphyteusi
1 per extinctionem generationum ad quas fuit concessa competit Domino directo remedium retinendæ ratione suæ civilis possessionis animo retentæ pro recuperatione naturalis adversus successores ultimi emphyteutæ, Bart. *in l.* 1. §. *quod ait prætor num.* 17. *D. uti possid.* Beio. *consil.* 102. *n.* 43. *& seqq. lib.* 1. Hond. *consil.* 21. *n.* 19. *lib.* 2. Rota *dec.* 79. *c.* 3. *dec.* 117. *n.* 12. *part.* 5. *recent. & in aliis pluribus alleg. in Auximana prædii* 15. *Maii* 1645. *coram R. D. meo Decano.*

2 Et licet ista conclusio procedat quando devolutio est clara, secus è converso, ut distinguendo declaravit Rota *dec.* 268. *n.* 8. & 8. *dec.* 293. *inter impress. apud Modern. Peruf. de manut.* casus noster præ se fert claram devolutionem, quia mors Ludovici, & Nicolai, quibus ad eorum tertiam generationem emphyteusis con-
3 cessa fuit de an. 1538. præsumitur ex lapsu centum, & amplius annorum ad *text. in lege an usufruct. D. usufruct. legat. lege, ut inter divinum*, §. 1. *leg finali, C. de sacros. Eccl.* Buratt. *decis.* 551. *n.* 5. & in his terminis dictum *in supra citata Auximana prædii*, §. *finis coram R. D. meo Decano.* Finis pariter trium gene-
4 rationum Ludovici nempe obitus Constantiæ ejus filiæ, & Cæciliæ ex dicta Constantia neptis, ac Joan. Antonii Hieronymi ex Cæcilia pronepotis, probatur ex fidibus Parochi formiter extractis è libris mortuorum, quibus notum est adhiberi fidem, Imol. *consil.* 100. *in fine*, Rota *decisione* 605. *n.* 4. *part.* 2. *recent. decisione* 168.
5 *n.* 11. *part.* 7. Cumque ex adverso non probetur alios descendentes infra tertiam generationem dictorum Ludovici, & Nicolai in rerum natura extitisse, de eorum deficientia ulterior probatio non requiritur, Aldob. *consilio* 80. *n.* 4. *seqq.* Seraph. *dec.* 1487. *in* 1. Reverendiss. Urgellen. *dec.* 301. *n.* 5. Rota *in Licien. bonorum* 14. *Maii* 1641. *coram R. Patavino, & in d. Auximana prædii* §. *contra quam*, & §. *seq. coram R. D. meo Decano.*

6 Dominium directum Ecclesiæ, & bonorum identitas negari ex adverso non potest, cùm ipsemet Joan. Petrus adversus produxerit memoriale in quo utrumque continetur, & productioni insit implicata confessio contentorum in scriptura producta, ut notant Doctores *in cap. cum venerabilis* ubi præcipuè, Dec. *n.* 90. *de except.* aliique cumulati per Surdum *consil.* 151. *n.* 16. Burat. *dec.* 934. *n.* 4. Add. ad sanct. mem. Gregor. XV. *dec.* 238. n. 15. & ex abundanti dominum probatur ex instrumento investituræ, pluribus solutionibus canonum per longum tempus factis, & subrogatione domunculorum de quibus agitur admi-
7 niculato juxta doctrinam Bartoli *communiter receptam in lege ad probationem, Cod. locat. quam pessim secuta est* Rota *dec.* 299. *n.* 1. penes Cardinalem Cavaler. *dec.* 602. *n.* 1. penes Buratt. *dec.* 164. *n.* 7. *part.* 6. *recent.*

Non obstat, quod Joann. Petro adversario uti proxi-
8 miori ultimi emphyteutæ debeatur renovatio investituræ ex æquitate, Bartol. *in l.* 1. §. *permittitur. D. de aq. quotid. æstiv.* quia æquitas hujusmodi militat quando Dominus vult extraneos investire, quia prima charitas 9
incipit à se ipso *cap. cum satis* 87. *distinct. leg. præses, C. de servit. & aq.* torquetur æquitas ad favorem Domini directi, cum nemo proprio teneatur alteri beneficium facere, ut in puncto respondit Rota penes Manticam, *decisione* 10. *n.* 6. & 7. *decis.* 201. *n.* 15. *& seq. part.* 7. *recent. confirmata* 19. *Jan.* 1646. *coram R. D. meo De* 10
cano, & est doctrina originalis Abb. *in cap. bonæ* 2. *n.* 28. *versic. hoc dictum limitarem de postu præli.* quem sequitur Curt. senior. *consil.* 47. *n.* 10. Ruin. *consil.* 152. *n.* 3. *usque ad fin. lib.* 1. Clar. *in* §. *emphyteusi, quæst.* 44. *in fine*, Trentacinq. *variarum resolut. lib.* 3. *tit.* 1. *resol.* 5. *n.* 7. Marescot. *variar. resol. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 11. & 12. ubi hoc ampliat quamvis res sit solita renovari, nisi in specie probetur consuetudo etiam
11 in casu quo Dominus velit retinere pro se, Hondet. *consil.* 51. *n.* 41. *& plur. seq. lib.* 1. aliique relati à Modern. Pedemontio *in tract. de jur. emphyt. quæst.* 65. *per tot.*

Voluntas autem Ecclesiæ ejusque Rectoris retinendi pro se evidens est non attento quod alias Rector supplicaverit sacræ Congregationi Concilii pro obtinenda licentia renovandi investituram ad favorem Jo. Petri geniti ex ultimo emphyteuta, quia preces hujusmodi 12
nusquam sortitæ fuerunt effectum, & quanquam petita licentia, seu beneplacitum Apostolicum obtineatur, est locus pœnitentiæ, licèt secus sit post illud obtentum etiam nondum secuta sententia per executorem ferenda, ut declarando decisionem Putei 343. *lib.* 1. *in correct.* distinguit Rota *in nullius emphyteusi de Guastalla* 16. *Nov.* 1607. *coram Card. Lancelloto jun. impress. apud Marches. de commiss. tom.* 1. *fol.* 100. *n.* 1. *in dec.* 201. *n.* 35. *& seqq. p.* 7. *recent. & in Ravennaten. emphyteusis* 19. *Januarii* 1646. §. *minus prodest, cor. R. D. meo Decano*, aliasque decisiones congerit, ac sequitur Maresc. *var. resol. d. lib.* 1. *cap.* 14. *n.* 1. Gratianus *discept.* 514. *n.* 7. *& seq.* Eoque magis pœnitere licitum est in casu nostro, quo tempore dictæ supplicationis vivebat adhuc ultimus emphyteuta.

Minus debetur renovatio vigore statuti urbis, lib. 1. cap. 214. quia cùm statutum nec verbis explicitis, nec universalibus aptis comprehendere Ecclesias, & Ecclesiasticas personas utatur, illas comprehendere no-
luisse præsumitur, ut in puncto fuit decisum in Roma- 13
na relocationis domus 13. *Martii* 1598. *coram Gypsio impressi. apud Pich. ad statutum urbis, dec.* 38. *per tot. in Romana relocationis Casalis* 16. *Martii* 1615. *coram Card. Sacrato, in Romana domus* 29. *Maii* 1647. *coram R. P. D. meo Peutingero*, & in terminis alterius statuti urbis loquentis de bonis emphyteuticis dantis in dotem dixit Rota *in dicta Romana domus*, *& in alia Romanæ domus* 27. *Maii* 1647. *coram R. D. meo Decano*, & generaliter in terminis statutorum urbis adsunt plurimæ decisiones relatæ in Romana dotis 11. *Febr.* 1647. *coram me.*

Et ita decisum una tantùm parte informante prævis tamen pluribus citationibus contra Joan. Petrum adversarium executis.

R. P. D. CERRO.

Firmana Codicillorum.

Lunæ 3. *Martii* 1649.

ARGUMENTUM.

Ex quibus appareat legatum ususfructus relictum uxori non esse relictum ad sola alimenta, sed integrè deberi etiam existenti filio, & ipsa uxor dicatur implesse conditiones appositas,

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Non dicitur Procurator qui onus sibi demandatum non acceptat.*
2 *Ususfructus relictus uxori existentibus filiis, restringitur ad alimenta.*
3 *Fallit quando aliter constat de intentione Testatoris volentis plenum usumfructum uxori legare.*
4 *Quando manifestè apparèt testatorem ampliora voluisse relictum alias in solis alimentis uxori destinatum.*
5 *Verba generalia, omnia et singula et universa, desinant integrum usumfructum, non sola alimenta.*
6 *A consecutione legati conditionalis excluditur, qui conditionem non implet.*
7 *Dos à patre profecta soluto matrimonio per mortem viri ad patrem revertitur, etiam superexistentibus filiis.*
8 *Procurator ad lites non potest recedere à declaratione facta à principali et illi præjudicare.*
9 *Legitima statim mortuo patre et singulis corporibus hæreditariis separatur ipso jure.*
10 *Nec comprehenditur sub usufructu universali uxori relicto.*
11 *Verba sententiæ intelliguntur prout de jure et ab eo interpretantur.*
12 *Usufructuarius tenetur præstare cautionem de utendo et fruendo arbitrio boni viri.*
13 *Stante tamen lite non tenetur ante rem judicatam, et actualem ususfructus consequutionem, cautionem offerre.*
14 *Et satis est quod per sententiam ad ejus præstationem adstringatur.*
15 *Ususfructus relictus sub conditione cohabitandi cum filio eo mortuo extinguitur.*
16 *Magis communis opinio est contraria quia censetur reliquisse contemplatione ipsius uxoris.*
17 *Et quando ususfructus relictus legitur pro toto tempore vitæ ipsius legatariæ.*
18 *Et quando non ulterius providet testator non extinguitur legatum per mortem hæredis, sed durat in vita legatariæ.*

DECISIO XCIII.

DUm hodie coram me quæreretur, an sententia Rotalis esset confirmanda, vel infirmanda, non impugnabatur amplius subsistentia codicillorum, sed tota disceptatio reducta fuit ad alia objecta, tam in præteritis, quàm in hodierna propositione noviter excitata, quibus tamen non obstantibus pro illius confirmatione Domini responderunt.

Nullitas enim iterum apposita, ex quo sententia R. D. Terracinen. lata fuit per contradictas ob mortem Jacobi Francis. Vineæ Procuratoris, cum tamen indictis constaret de mandato procuræ Sinibaldi, qui proinde citandus erat: removetur penitus ex responsion. datis in decisione edita 25 *Maii* 1648. *cor. P. D. meo Otthobono*, & signanter quia non fuit processum dumtaxat per contradictas, sed etiam citato Valerio, cujus mandatum, sive expressum, sive præsumptum justificatur tam ex Chirographo substitutionis *Summariolo Dianæ*, *num.* 1. quàm ex conjecturis, & præsumptionibus in eadem decisione deductis; nec opus erat ulteriori citatione contra eundem Sinibaldum; quia etto etiam, quod in tactis constaret de ejus mandato, non constabat tamen de illius acceptatione omnino ad hunc
1 effectum necessaria, cum quis Procurator non dicatur, nisi onus sibi demandatum acceptet *juxta leg.* 2. *D. de procurat. cap. is qui eodem tit. in* 6. Capua aq. *decis.* 319. *n.* 2. *part.* 1.

Prætensam verò injustitiam ex pluribus desumptam dixerunt Domini funditùs enervari singula discutiendo.

Primò enim non obstat, quod Dianæ concedatur usufructus integræ hæreditatis ejus viri, cum tamen superexistente Philippo communi filio alimenta dumtaxat conseq ii deberet, ex quo usufructus existentibus 2
filiis restringatur ad alimenta juxta consuetudinem Bulg. relatis per Glossam in auth. *hoc locum verb. derogari, vers. sed secundum, C. de secund. nupt. commun. receptam.*

Quia ab hujusmodi consuetudine receditur, quoties alia colligitur testatoris intentio volentis plenum 3
usumfructum, non autem sola alimenta uxori relinquere, ut tradunt Doctores *relati in dec.* 241. *n.* 13. *p.* 5. *recent. & in dicta decis. coram R. P. D. meo Otthobono*, §. *minusque relevat.* Hic autem præ cæteris illam ostendit discretivus modus loquendi; nam Franciscus Maria in præcedenti testamento nullos menses antea condito, dum volebat illam providere de solis alimentis, disposuit per hæc verba, ibi, *& dargli quel tanto, che gli fara bisogno per vitto & vestito, per lei, & detto mio figliuolo.* In codicillis autem, non se restrinxit ad victum & vestitum, sed verbis universalibus loquutus fuit, ibi, *reliquit & esse voluit, & fieri mandavit d. D. Dianam ejus uxorem Dominam, Madonam, & usufructuariam, omnium & singulorum honorum, ac universæ hæreditatis ipsius; &c.* Hinc igitur clarè liquet, hujusmodi relictum non restringi ad sola alimenta, sed intel- 4
ligi de integro, & plenario usufructu, cum manifestè appareat, testatorum illa ad ampliare voluisse, *ut in puncto* tradit Rimin. *sen. conf.* 456. *n.* 12. Bero. *conf.* 34. *n.* 5. *lib.* 2. Mantica. *de conject. lib.* 9. *tit.* 7. *n.* 25. *in fine vers. verum enim vero*, Menoch. *de præsumptione, lib.* 4 *præsumpt.* 139. *n.* 44. Aliique congesti *in dicta decis. dicto* §. *minusque relevat. vers. tum etiam quia.* Ponderando præsertim generalitate illam *omnium, & singulorum bonorum, ac universæ hæreditatis*, quæ non patitur restrictionem ad alimenta, sed integrum, & plenarium usumfructum designat, *ut post* Bald. *in lege finali C. de indirect. Viduit.* tradit Socin. sen. *conf.* 1. *n.* 11. *vers. unde primo facit, quem sequuntur* Gabr. *de usufruct. conclus.* 2. *n.* 50. & Mant. *d. tit.* 7. *n.*

Idque etiamsi restringendo relictum codicillare ad sola alimenta, nihilominus ipsa uxor majorem utilita- 5
tem consequi videatur, quàm consequeretur vigore testamenti: cùm ex forma illius teneretur conferre fructus dotales, ac alimenta recipere è manibus hæredis, & tamen vigore Codicillorum, nec teneretur ad onus conferendi dictos fructus dotales, ac alimenta consequi poterat propria auctoritate cum præeminentiam in domo, quia cum verba eorundem Codicillorum superius ponderata sint tam ampla & effrænata, extendunt omnino, & ampliant substantiam præstationis, & relicti ad plenarium usumfructum, nec restringi, aut verificari posse videntur ad simplicem præeminentiam, & non communicationem dictorum fructuum dotalium ex juribus suprà allegatis, cum præsertim Doctores ad propositum adducti ejusmodi præeminentia tanquam modicæ utilitatis casum, & fundamentum non faciant, sed ita dictante defuncti voluntate integrum usumfructum, non autem alimenta uxori consignari defendant.

Secundò minus obstat, quod præfatum relictum non fuerit purum, sed conditionale, quatenus scilicet ipsa, seu ejus pater, aut alius, ad quem spectaret dotem testatori traditam recuperare, contentus fuerit illam sibi restitui in iisdem terrenis, & bonis, in quibus illi tradita, & consignata fuerat. *Summ. Monasterii, n.* 1. Ita ut proinde cùm Diana hujusmodi conditionem non impleverit, sed perierit, & obtinuerit insistentiam, & manutentionem super omnibus bonis mariti in civitate, & territorio Firmano existentibus *eodem summ. num.* 9. Utique à consequutione dicti relicti exclusa omnino videatur *per l. hæc conditio, D. de condit. & demonst.*

Placuit enim responsio, quòd cùm repetitio hujus dotis spectat ad Claudium Dianæ Progenitorem, ex
7 quo dos à patre profecta, dissoluto matrimonio per mortem viri ad eundem patrem revertitur etiam superexistentibus, filiis, *l. dos à patre*, ubi Baldus *n.* 1. *C. solut. matrim. l. si ab hostibus*, *D. eodem*, *l. jure succursum*, *D. de jur. dot.* Bartolus *in leg. post dotem*, *n.* 31. ubique Alexander *n.* 25. & Barbosa *nu* 49. *D. eodem*, Baldus *consilio* 7. *nu.* 1. *lib.* 1. Castrensis *cons.* 11. *n.* 1. *lib.* 1. Hondedeus *consil.* 75. *n.* 28. *lib.* 1. Fulgosius *consil.* 66. *per tot.* Thesaur. *decis. Pedemont.* 138. *n.* 2. Rota *in recent. decis.* 708. *n.* 1. & 4. *part.* 1. *dec.* 108. *n.* 6. 7. 16. & 17. *part.* 8. Ipse verò Claudius tam proprio, quàm filiæ nomine sub die 11. Junii 1641. acceptaverit dictos Codicillos, & obtulerit se ipsum, & filiam paratos recipere consignationem, & restitutionem dotis juxta illorum formam, & tenorem *dicto sommario*, *n.* 2. Idemque postea in effectu eademmet Diana confirmaverit acquiescendo d. sententiæ R. D. Terracinen. mandantis, quod ipsam reciperet suam dotem in eisdemmet bonis in quibus tradita & consignata fuerat *eod. summariolo num.* 3. Inde plenè satisfactum videtur præfatæ conditioni in eisdem Codicillis adscriptæ, nec per actus deinde factos à simplici procuratore ad lites recedere potuit, à dicta præcedenti legitima declaratione, & contraventionem in præjudicium principalis induci *per textum in leg.* 3. §. *si Procurator*, *D. quod quisque jur.* &c. *l. si hominem*, *D. mand.* quem ad propositum expendit Rota *coram bon. mem. Buratto*, *decis.* 354. *num.* 6. 7. & 8. Ultra quod dum idem Procurator in actu supra dictæ insistentiæ, & manutentionis declaraverit suam principalem sibi mutasse causam possidendi titulo dotis, & codicillorum *Summ. Monasterii d.* n. 9. Hujusmodi declaratio congruè referri potest ad titulum dotis super bonis dotalibus. Ad titulum verò Codicillorum quoad cætera bona hæreditaria, viri ratione integri usufructus sibi ibidem relicti, ac proinde tanquam actus saltem æquivocus multominus inducere valet prætensam contraventionem, cùm præsertim non fuerit factus voluntariè, sed coactè ob necessitatem defensionis ab instantiis Monialium, quæ primum contravenientes dispositis in præfatis Codicillis Dianam d. usufructu privare satagebant.

Tertiò nil facit, quod in eadem sententia illi fuerit adjudicatus integer usufructus, nulla facta mentione, neque detractione legitimæ eidem Philippo filio competentis.

8 Quia cùm legitima filiorum legis ministerio, & juris dispositione absque ullo facto hominis statim mortuo patre ex singulis corporibus hæreditariis separetur *lege si minus*, §. *repletionem*, *C. de inoff.*
9 *testament. lege jubemus*, *C. ad Sen. Consul. Trebell.* Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 32. *num.* 2. Non comprehenditur sub usufructu universali uxori
10 relicto, ut tradit in terminis Alexander. *consil.* 29. *versic. quia talis ususfructus. lib.* 4. Surdus *de aliment. tit.* 2. *quæst.* 15. *nu.* 178. Thesaur. *dec. Pedemont.* 137. *n.* 3. Et proinde sub verbis sententiæ illum generaliter adjudicantis subintelligi nequit;
11 verba enim sententiæ intelliguntur prout de jure, & ab eo interpretationem recipiunt, *lege miles*, §. *decem*, *D. de re judic.* Angel. Aretin. *consil.* 95. *nu.* 13. & *seqq.* Rota *diversic. dec.* 112. *num.* 2. *part.* 2. *coram sanct. mem. Gregor. dec.* 74. *num.* 70. & *dec.* 176. *num.* 3. *coram bon. mem. Buratto dec.* 240. *nu.* 29. Cessatque difficultas dum in sententia R. P. D. mei Otthoboni, de cujus confirmatione hodie agitur, ad majorem cautelam explicitè declaratur, in dicta præcedenti sententia R. D. Terracinen. non esse comprehensam tertiam partem bonorum jure legitimæ Philippo debitam; hinc enim dum in hac parte dictam præcedentem sententiam declaravit, nullo pacto hoc prætextu potest de injustitia redargui.

Non obstat quarto, quòd Diana in petitione usus- 12
fructus non præstiterit, nec obtulerit cautionem de utendo, fruendo arbitrio boni viri, prout de jure requiritur *per leg. si ususfructus in princip. D. de usufruct.*

Quod sub eademmet die, qua Claudius ejus pater ipsius nomine Codicillos acceptavit, & obtulit se, & filiam paratos recipere dotem juxta illorum formam, & tenorem, ut suprà dictum est, obtulit etiam hujusmodi cautionem præstare, omniaque adimplenda adimplere *dicto Sum. dicto nu.* 2. tamen stante lite pro parte Philippi contra eam institura super nullitate, & intelligentia dictorum Codicillorum, quæ adhuc nimis dirè contenditur prævia retentione proprietatis, & ususfructus totius integræ hæreditatis, non tenebatur utique ante rem judicatam, & actualem dicti ususfructus consequutione præfatam cautionem offerre 13
juxta Theoricam Baldi *in leg.* 2. *sub. num.* 11. *& circa finem*, *Cod. com. de leg. & in consilio* 408. *n.* 10. *lib.* 1. communiter receptam, ut per Burfatt. *consilio* 184. *n.* 10. *lib.* 2. Ruin. *consil.* 19. *num.* 8. *versic. nec obstat lib.* 2. Roland. *consil.* 92. *nu.* 12. *lib.* 1. idem firmavit Rota *in Avenionem. ususfructus* 4. *Febr.* 1637. *coram R. D. meo Decano*, & 1. *Julii ejusdem anni coram eminentissimo D. Cardinali Panzirolo in recentior. decisione* 195. *n.* 19. & 20. & *dec.* 238. *n.* 11. *part.* 7. *ac.* 29. *Aprilis* 1641. *coram R. D. Terracinen.* §. *fin.* Ideoque providè processit R. P. D. meus Otthobonus, dum in sua sententia declarando 14
per alteram præcedentem Dianam non fuisse exemptam ab onere præstandi hujusmodi cautionem ad illius præstationem ipsam adstrinxit, quod satis esse probant Castrensis *in l.* 1. *num.* 3. *versic. quid si non obtulit. Cod. de usufruct. &* Decianus *consilio* 418. *num.* 18.

Quinto denique, nec subsistere visum fuit, quòd cùm 15
ipsa relicta fuerit usufructuaria, dummodo convixerit, & cohabitaverit cum prædicto Philippo communi filio, sequuta morte ipsius filii ususfructus censeatur extinctus per ea quæ tradunt Menoch. *consil.* 972. *n.* 26. Modern. Mantuan. *contr.* 50. *n.* 8. *cum seqq.*

Fuit enim responsum, quòd hujusmodi conditio cohabitandi cum filio adjecta, duntaxat intelligitur donec possit impleri, durante scilcet vita ipsius filii, ipso verò defuncto non operatur legati resolutionem, & extinctionem, sed illud integrè debetur uxori legatariæ superviventi, donec ipsa naturaliter vivat, ea scilicet ratione, quia testator relinquendo uxori usumfructum omnium suorum bonorum, censetur illum reliquisse contemplatione ipsius uxoris, non autem filii univer- 16
salis hæredis instituti, etiamsi cum eo cohabitare deberet, & proinde per mortem ipsius hæredis legatum non remanet extinctum, ut rejectis contrarium sententientibus sequendo Anchar. *consil.* 185. *versic. salvo tamen saniori consilio*, Dec. *consil.* 601. *n.* 4. & Purpurat. *consil.* 416. *per tot.* juxta magis communem & veriorem opinionem firmavit Rota *in Ferrarien. legati* 4. *Februarii.* 1626. *coram bon. mem. Manzanedo*, *in recentiori dec.* 636. *per totum*, *p.* 8.

Idque præsertim in casu nostro, quo ante dictam conditionem cohabitandi testator appposuit alteram conditionem servandæ viduitatis, ibi, *quousque tamen*, & *donec ipsa Domina Diana naturaliter vixerit*, & *cohabitaverit cum prædicto D. Philippo.* Hinc enim multò 17
magis censeri debet, legatum fuisse relictum contemplatione uxoris non autem filii dum conditio viduitatis præcedit conditionem cohabitationis; & ususfructus relictus legitur pro toto tempore vitæ ipsius legatariæ ut notat. Dec. *dict. consil.* 501. *nu.* 5. *versic. & cum respectu uxoris*, illumque sequitur Rota *in. d. Ferrarien. Legati n.* 8. *cum quatuor seq.*

Ponderando insuper quod testator simpliciter apposuit legatariæ dictum onus cohabitandi, nec ulterius processit aliter providendo in casu, quo non cohabi- 18
taverit. Unde quicquid sit, quando testator aliter providet:

videt : certum est, quod in casu non factæ ulterioris provisionis nullatenus legatum extinguitur per mortem hæredis, sed durat durante vita legatariæ, ut distinguendo tradit Modern. Mant. *d. contr.* 50. *n.* 21.

Atque ita resolutum fuit utraque : parte informante, &c.

R. P. D. DUNOZET.

Romana fideicommissi, seu Salviani.

Mercurii 13. *Junii* 1650.

ARGUMENTUM.

Fideicommissarii non possunt impugnare extinctionem census legitima alienatione factam. Et ex quibus dicatur verè extinctus non in alienum translatus.

SUMMARIUM.

1. *Stante legitima alienatione fideicommissi pro solvendo ære alieno testatoris, non competit actio fideicommissariis.*
2. *Pro sorte census non datur immissio ex Salviano.*
3. *Solutione ejus quod debetur, tollitur omnis obligatio.*
4. *Instante censuario Dominus census tenetur extinguere.*
5. *Nec alii fideicommissarii possunt impugnare.*
6. *Cessio jurium reportata à creditoribus ad favorem uxoris importat solum anterioritatem hypothecæ; & jurium prius competentium creditoribus de pecunia dotali satisfactis.*
7. *Conventio facta pro majori cautela non debet converti in præjudicium.*
8. *Per clausulam omni meliori fine, & effectu dicitur electus omnis melior modus.*
9. *Res subjecta fideicommisso multiplico & evictioni vilius æstimatur.*
10. *Census dicitur extinctus dum exacti fuerunt fructus alterius census ex pretio primi acquisiti, nec unquam exacti amplius fructus primi census.*
11. *Emptor bonorum fideicommissi non tenetur esse sollicitus de multiplico ex forma brevis fiendo, deque ejus securitate.*
12. *Licèt secundus census ex pretio primi acquisitus sit inexigibilis, non ideo reviviscit primus extinctus.*
13. *Locatio facta de re propria conductionis nulla est.*
14. *Clausula fine præjudicio jurium conservat omne jus protestantis.*

DECISIO XCIV.

SEntentiam ab A. C. latam ob favorem Cæciliæ & sororum de Amadeis contra D. Marchionissam Liviam primam Sanctam Cruciam, & D. Tarquinium juniorem ejus filium, tanquam injustam infirmandam esse, DD. responderunt.

Injustitia ex eo resultare visa fuit, quia dicta sententia concedit prædictis sororibus ad fideicommissum Francisci conjugii vocatis, immissionem ex Salviano in possessionem domus, olim dicto fideicommisso subjectæ, quam Lucretia hæres dicti Francisci, & Petrus Paulus primus fideicommissarius prævia æstimatione Peritorum, ac derogatione Apostolica, pro dissolvendo ære alieno testatoris alienarunt in Tarquinium seniorem Sanctam Cruciam pretio scut. 5380. qua stante legitima alienatione, nulla desuper competebat actio fideicommissariis, Molina *de primogen. lib.* 4. *num.* 49. 1
versic. si verò facultas, &c. *cum aliis allegat. in Romana Vineæ* 2. *Maii* 1644. *coram R. P. D. meo Bichio* §. *consensus autem, versic. quia cum Breve.*

Non obstat, quòd immissio concessa fuerit occasione trium censuum, quos sub diebus 1. Sept. 1611. 29. Martii 1616. ac. 1. Oct. 1619. ex parte dicti pretii, & illius fructibus ad formam Brevis derogatorii multiplicatis, dictus Tarquinius emptor super eadem domo imposuit ad favorem dicti Petri Pauli & aliorum fideicommissariorum, quia ultra quod pro sorte census non datur immissio ex Salviano, ut dixit Rota *in Imolen. Salviani* 2. *Dec.* 1633. *coram bonæ mem. Coccino apud Cencium de cens. decis.* 551. *n.* 1. *v. quod dubium*, &c. Census prædicti apparent ex publico instrumento extincti usque sub die 26. Sept. 1620. & consequenter pro illis nulla competebat actio, cùm per solutionem ejus quod debetur extinguatur, & tollatur omne debitum, & obligatio *instit. quibus modis toll. obligat. in princip.* gloss. *fin. in l. cum plures ff. de evict.* Rota *dec.* 374. *n.* 14. *part.* 5. *recent.* 2 3

Non refert, quòd extinctio facta fuerit à prædicto Petro Paulo, qui cùm esset pariter gravatus restituere, non poterat præjudicare aliis post eum vocatis, quoniam responsum fuit actum illum extinctionis, tanquam necessarium validè fuisse ab eo gestum, cum extinctio fuerit sequuta instante, & requirente Censuario, quo casu Dominus Census tenetur extinguere ut expressè sancitur in Bulla sanct. mem. Pii Quinti super forma creandi census, *in versic. postremo census omnes*, & tradit Cenc. *de censib. quæst.* 105. *n.* 3. Rota *dec.* 153. *n.* 8. *post eundem tr. de cens.* qua propter ob prætensum defunctum ejus potestatis, hodie ab aliis fideicommissariis successivè vocatis impugnari non valet dicta extinctio, *argum. leg. ante restitutam* 104. *ff. de solut.* & respondit Rota *coram bon. mem. Remboldo in Avenionen. fideicommiss* 15. *Novemb.* 1614. *& in Ariminen. census* 26. *Junii* 1620. *& in Romana liberationis à fideicommisso* 20. *Nov.* 1619. apud Modern. Perusin. *de cens. dec.* 351. *sub num.* 4. *versic. nec subsistit. dec.* 363. *num.* 1. *versic. non solum quia*, &. *num.* 5. *vers. nec obstat &* 469. *n.* 10. *versic. tum quia licet vinculum fideicommissi*, &c. & aliis relatis probat Giurba *dec. Sicil* 79. *à n.* 16. *versic. cæterum, & plur. seqq. per tot.* ad idem. Modern. *de censib. quæst.* 109. *à n.* 58. *versic. ego vero*, &c. *cum seqq.* 4 5

Neque obstat, quod dicatur census prædictos non fuisse extinctos, sed tantummodo translative cessos dictæ Marchionissæ Liviæ, unde infertur illos adhuc vigere, & actum translationis factum à Petro Paulo fuisse voluntarium, per quem propterea nullum illatum fuit præjudicium posterioribus fideicommissariis; nam objectum removetur ponderando; quod solutio, ac restitutio sortis & fructuum dictorum facta fuit per Tarquinium de pecuniis dotalibus ipsius Marchionissæ Liviæ, quæ dum nupsit Francisco ejusdem Tarquinii filio, specialiter convenit cum ejus Viro, & Socero, quod certa pars suæ dotis, erogaretur in solutionem debitorum dicti Tarquinii soceri, & signanter in extinctionem censuum, de quibus agitur, quodque ad ejus favorem reportarentur à creditoribus satisfactis jurium cessiones, pro cautiori conservatione & recuperatione dictæ dotis, adversus posteriores creditores, & alios quoscumque supervenientes, prout factum fuit, unde dicta solutio veram, ac substantialem præ se fert extinctionem censuum formalium, & cessio non importat illorum translationem in Dominam Liviam, sed solius anterioritatis hypothecæ, & jurium prius competentium Petro Paulo domino sensuum pecunia dotali extinctorum, ut benè probavit Rota *in Romana Salviani interdict.* 27. *Maii* 1619. *coram bon. mem. Pirovano* apud dict. Modern. *de cens. dec.* 368. *sub num.* 1. *versic. atque ita non obstant verba*, &c. *& seq. per tot. ac in Romana Redintegrationis* 22. *Junii* 1943. *coram Rever. Salamantino in* §. *nec subsistit quod cessio, & in Maceraten. Salviani* 16 *Junii* 1648. *coram R. P. D. meo Peutingero*, in quibus respondetur omnibus objectis, & comprobat Anton. de Amat. 6 10 11

resolutione

resolution. 7. sub num. 32. versic. tertius est casus lib. 1.

7 Potissimè cum in capitulis matrimonialibus conventum fuisset cessionem fieri debere ad favorem Dominæ Marchionissæ pro majori cautela suæ dotis, & idem in Instrumento dotali expressè repetitum, quod certè contingere non potuisset si census extincti non remansissent, sed cessi essent Dominæ Marchionissæ, in hoc enim casu tenderet in perniciem dotis & effectus omnino contrarius resultaret, Rota *dec.* 178. *n.* 8. *part.* 5. *recentior.*

8 Quod eò facilius affirmandum, cum addita etiam fuerit clausula illa *& in ogn' altro meglior fine, & effetto più proficuo a detta Signora Sposa*, & sic dicendum census extinctos, cum ille sit melior modus, & effectus, Honded. *consil.* 44. *n.* 25. *&* 31. *&* 45. *volum.* 2. Rota *in Reatina hæreditatis* 3. *Martii* 1600. *coram Justo.*

Convincitur ulterius, considerando, quod nimis repugnat, quod Domina Marchionissa emere voluisset census, & fideicommisso, & evictioni, & multiplico subjectos, & dotem totali amissionis periculo subjicere, exbursando eandem quantitatem pecuniæ, quam pro acquirendo censu omnino libero persolvisset, unde 9 longè minorem quantitatem exbursassет, cum res fideicommisso, multiplico, & evictioni subjecta, longè viliori pretio acquiratur, Cenc. *de cens. part.* 2. *cap.* 2. *quæst.* 2. *artic.* 6. *n.* 21. *& seqq.* Rota *in Romana resciss. tranſactionis* 29. *Maii* 1648. *coram R. P. D. meo Corrado.*

Quod etiam benè confirmatur ex observantia subsequuta, cum pretium dictorum censuum à prædicto Tarquinio seniori depositatum in Banco illorum de Bonannis, fuerit deinde ab eodem Petro Paulo, pro cautione eorundem fideicommissariorum in aliis censibus sub diebus 12. Nov. ejusdem anni 1620. 15. Aprilis 1624. ac 14. Aprilis 1625. super eadem domo noviter constitutis, ab eodem Tarquinio seniori, pro complemento multiplici in Instrumento venditionis domus convenri, ac cum vinculo fideicommissi dicti Contugii, & demum de anno 1626. ab Excellentissimo D. Philippo Columna, qui à dicto Marchione Francisco emeret Terram Patricæ, & dictos census in diminutionem pretii in se accollaverat, fuerunt extincti, quorum pretium depositatum in Monte Pietatis in alium censum per eosdem fideicommissarios, ad favorem vocatorum ad eundem fideicommissum 10. Dec. ejusdem anni fuit investitum Summario Mar- 10 chionissæ n. 12. quorum fructus exegerunt dictus Petrus Paulus, & alii fideicommissarii, ac etiam prædictæ sorores, ut constat ex quietantiis in Summario Marchionissæ relatis sub n. 12. & è converso dicta Domina Marchionissa nunquam exegerit, vel prætenderit, nec prætendat fructus dictorum censuum, ut supra extinctorum, unde omnis eliditur difficultas *ad l. item* 7. *§. proinde, ff. ad S. C. Maced.* Cravett. *consil.* 101. *n.* 4. Menoch. *consil.* 49. *n.* 20. *& seqq.* Surd *consil.* 224. *n.* 7. & in nostris terminis, Rota *dicta dec.* 368. *n.* 4. *versic. & observantia subsequuta* apud eundem Modern. *de cens. ac in dicta Maceraten. Salviani §. ulterius hoc idem comprobatur*, &c.

Minus obstat, quod dictæ sorores prætendant multiplicum in dicto Breve derogatorio ordinatum, & instrumento venditionis domus inter partes conventum, non esse completum, & census ultimo loco emptos 11 per Petrum Paulum esse inexigibiles, & non bonos, ob anterioritatem quam super domo censuata acquisivit dicta Marchionissa Livia, nam quoad multiplicum, præter quod ex publico Instrumento celebrato sub die 14. Aprilis 1625. constat illud fuisse completum, atque perfectum; onus ejusdem non spectabat ad Tarquinium qui nec de eo, ejusque securitate non tenebatur esse sollicitus, ut jam bis respondit Rota *coram Eminentissimo D. Cardinali Panzirolo sub* 20. *Aprilis* 1640. *in §. quod verò multiplic. esset faciendum*, &c. *& coram me sub* 23. *Jan.* 1643. *in §. & hinc cessat*, &c. *cum seqq.*

Quo verò ad inexigibilitatem, & malam qualitatem censuum, dicebatur nihil imputari posse dicto Tarquinio, ita ut teneretur fideicommissariis ad interesse, cum census multiplicati, usque ad summam conventam in Instrumento venditionis domus, fuerint exigibiles, tam quoad fructus, quàm quoad sortem, dum ab 12 Excellentissimo D. Philippo Columna, qui illos, ut dictum est, in se accollaverat, fuerunt extincti, & pretium illorum, ad effectum reinvestiendi provocatis ad fideicommissum, in Monte Pietatis fuit depositatum, quod licet postea defuncto Tarquinio, a dictis fideicommissariis fuerit reinvestitum in alio censu, cum Marchione Francisco illius filio, quod asseritur inexigibile, non ideo reviviscere possunt extincti, nec ullum inde præjudicium inferri potest Marchionissæ cui dicta anterioritatis jura pecunia dotali antea acquisita fuerunt juxt. tradit. per Merlin. *ubi supra de primog. lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 49. & fuit responsum *in d. Avenionen. fideicomm. coram Remboldo* apud Cenc. *de cens. dec.* 469. *sub d. n.* 10. *versic. tum quia licet*, &c. *cum seqq. & in d. Romana Vineæ* 2. *Maii* 1644. *coram R. P. D. meo Bichio d. §. census autem.*

Nec quicquam facit locatio ejusdem domus à dd. sororibus nuper facta D. Marchionissæ Liviæ sub die 13. Nov. 1649. quia cùm facta fuerit de re propria, fuit nulla etiamsi ipsa existimasset sententiam A. C. fuisse justam, ut est *text. apertus in l. qui rem* 20. *C. locat.* præsertim dum fuit fasta à mulieri, absque solemnitatibus Statuti Urbis, & legitur facta cum expressa jurium, ac litis pendentiæ reservatione, ibi *sine tamen* 13 *præjudicio pendentiæ litis in Rota, ac jurium ambarum* 14 *partium*, &c. quo fit ut nullum super ea constitui possit fundamentum in præjudicium D. Marchionissæ, cum dicta clausula conservet omne jus protestantis, Rota penes Cardin. Seraphin. *dec.* 144. *num.* 6. *versic. sed dato, & seq. & dec.* 718. *n.* 21. *p.* 4. *tom.* 3. *recentior.*

Atque utraque, &c.

R. P. D. MELTIO.

Ravennaten. seu Ferrarien. Decimarum.

Veneris 8. *Martii* 1649.

ARGUMENTUM.

Jus decimandi non potest concedi Laicis, secus commoditas percipiendi fructus decimales. Et ex quibus constet conceff. hujusmodi non posse restringi ad solos fructus decimales, sed in totum corruere.

SUMMARIUM.

1 *Valida est sententia quando concurrunt requisita Caputaquen.*

2 *Citatio generalis sufficit ad tollen. nullitatem ex defectu citationis.*

3 *Et non comparente citato potest ad ulteriora procedi absque alia citatione.*

4 *Processus per contradictas de stylo Curiæ fit potius ex urbanitate quam ex necessitate & substantia causæ.*

5 *Nec attenditur nullitas ex defectu citationis quando citati non potuissent impedire vel mutare sententiam.*

6 *Decimæ & Jus decimandi non possunt esse sub commercio Laicorum.*

7 *Concesso Jure decimandi concessa dicitur nedum commoditas percipiendi decimas quod est temporale,*

sed ipsa spiritualitas quæ nequit segregari à jure decimandi.

8 *Aliud est jus decimandi, aliud res quæ dantur nomine decimarum.*

9 *Sola facultas percipiendi fructus decimales consistit in mera temporalitate, & potest pertinere ad Laicos.*

10 *Concessio de decimis & jure decimandi nequit restringi ad fructus decimales.*

11 *Declarantur DD. ex adverso allegati.*

12 *In usufructu alienabili respectu solius commoditatis si fiat transactio expresse de usufructu commoditatis.*

13 *Facultas percipiendi fructus decimales nomine proprio prohibetur Laicis per Conc. Lateranen.*

14 *Una & eadem res diverso Jure censeri non debet.*

15 *Fuit correcta & declarata erronea opinio Bonifaciannæ constitutionis super Jure decimandi per Paulum V.*

16 *Voluntas concedentis regulatur à potestate & capacitate quam concedens habere opinatur juxta consuetudinem, & communem intellectum.*

17 *Quid fuerit comprehensum in concessione, declaratur ad observantia.*

18 *Pro observantia interpretativa sufficit unus actus.*

19 *Nemo potest controvertere intellectum à semet ipso datum.*

20 *Standum est declarationi Papali, & ex certa scientia.*

21 *Verba concessionis sunt intelligenda secundum potentiam concedentis & capacitatem subjecti.*

22 *In claris non est confugien. ad interpretationem.*

23 *Clausula omni meliori modo operatur, ut si actus sustineri non potest eo modo quo fit, valeat omni alio meliori modo.*

24 *Concessio nulla in parte substantiali in totum corruit ratione connexitatis, & individuitatis.*

25 *Clausula omni meliori modo de per se non est apta vim addere & effectum tribuere actui revera nullo.*

26 *Clausulæ accessoriæ non alterant principalem dispositionem contractus.*

27 *Jus decimandi est spirituale, nec cadit sub commercio Laicorum.*

28 *Illius concessio facta Laicis semper est invalida sive fiat per modum infeudationis, sive locationis.*

29 *Maximè si fiat Jure principalis affectus per quem transfertur utile dominium.*

30 *Non est standum protestationi contrario facta.*

31 *In contractu directè contrario constitutioni protestatio de contrahent. juxta ejus formam non sustinet contradictum.*

32 *Declara id procedere quando est facta simpliciter, secus si verbis amplissimis, ita ut totum, quod constitutioni repugnat habeatur pro non appositio.*

33 *Concessum ad tempus post tempus censetur prohibitum.*

34 *Beneficium sub conditione concessum ea non adimpleta resolvitur.*

35 *Et concessum sub conditione aliquid adimplendi infra certum tempus eo elapso mora est impurgabilis, non competit instititio.*

DECISIO XCV.

SEntentia Rotalis concedens Capitulo, & Canonicis Cathedralis Ecclesiæ Ravennaten. redintegrationem ad quasi possessionem decimarum & juris decimandi, eo quia investituræ per dictum Capitulum factæ ad favorem Doctorum de Tassonis, continent jus decimandi cujus Laici sunt prorsus incapaces, visa fuit valida, & justa, ac proinde illam confirmandam esse Domini responderunt.

Validitas autem probatur ex concursu omnium requisitorum, de quibus per Caputaq. *dec.* 160. *part.* 2. Neque illa valeat impugnari ex defectu citationis, dum non fuerunt citati aliqui ex reis in commissione Rotali nominati. Quia respectu Galeatii primi acquirentis, cum de tempore litis introductæ in Curia super novo judicio redintegrationis ex hac vita migrasset, procul dubio contra ipsum exequi non poterat citatio, minusque citandus erat Nicolaus, qui cùm sit nepos primi acquirentis, & investitura comprehendat tantum primum investitum, ejusque filios ut ex tenore dictæ investituræ relatæ *in summ. Capituli n.* 6. nullum interesse potest prætendere in hac causa. Et nihilominus cum tam Fornaccinus actor 2
specialiter deputatus in hac causa Elisabeta Estensi matre, ac Tutrice testamentaria dicti Nicolai *eodem summ. Capituli n.* 3. quàm alii Procuratores aliorum DD. de Tassonis, qui in judicio de partibus intervenerant, fuerint personaliter citati vigore dictæ commissionis Rotalis ad totam causam *summ. num.* 4. talis citatio generalis sufficit ad tollen. nullitatem ex defectu citationis provenientem *l. si Prætor de judic. l. consentaneum. C. quomod. & quand. judic.* Castrens. *in l. ad peremptorium num.* 6. *ff. de judic.* Rota *coram Seraphin. dec.* 455. *n.* 8. *vers. secunda nullitas*, Minsinger. *observat.* 71. *sub. n.* 1. *centur.* 3. Modern. *de citat. tom.* 2. *cap.* 11. *n.* 437. ex simili enim citatione censetur satisfactum defensioni naturali, ita ut si citatus postèa non compareat, possit ad ulteriora procedi absque alia vocatione, *cap. consuluit de offic. delegat.* Et licet stylus Curiæ sit, non comparente citato, procedere per contradictas, istud tamen respicit quandam potius urbanitatem, quam necessitatem, & substantiam causæ Rot. *diverf. dec.* 132. *n.* 3. *part.* 3. *li* 3. *in antiquis dec.* 4. *de dol. & contumac. in nov. dec.* 8. *de testib.* Put. *dec.* 381. *circa fin. lib.* 2. cum pluribus aliis relatis per eundem Modern. *de citat. tract. cap.* 11. *n.* 440. & Adden. *ad Gregor. decisione* 430. *n.* 6. 3 4

Eoque minus Domini dixerunt esse attendendam hanc 5
prætensam nullitatem ex defectu citationis, quia nec docetur quod etiamsi ipsi fuissent citati, & auditi potuissent impedire hujusmodi redintegrationem, vel aliquid adducere quod traheret Rotam in diversam sententiam, 6
Alexand. *in leg. non solum*, §. *morte*, *n.* 47. *ff. de nov. oper. nunciat.* Cravet. *consilio* 179. *n.* 6. *versic. pro hoc adduco.* Surd. *consil.* 181. *n.* 27. *cum seq. & consil.* 227. *n.* 17. Vant. *de nullit. tit. quib. mod. sent. null. repar. poss. n.* 107. cum plurib. cumulatis per Surd. *loco cit.*

Justitia pariter dictæ sententiæ controverti non potest ex plenè deductis in binis decisionibus in hac causa emanatis coram R. P. D. meo Cerro sub diebus 25. Febr. & 6. Junii anni 1647. & illa clarè resultat ex nullitate investituræ factæ de decimis, & jure decimandi, quæ sub commercio Laicorum esse non possunt propter resistentiam Concilii Lateran. de quo *in c. prohibemus de decimis.*

Neque obstat unicum fundamentum scribentium pro parte dd. de Tassonis, quod dicta investitura sustineri debeat respectu commoditatis, & emolumenti, quorum Laici sunt capaces. Nam quidquid dicendum esset quando concessio cantaret simpliciter de decimis, quo casu quæri posset an intelligeretur concessum primario jus decimandi, vel mera perceptio decimarum, quæ temporalis est, & ab ipso jure spirituali sejuncta; in proposito casu, quia investituræ nedum quæ ultimo loco de an. 1608. factæ fuerunt ad favorem Julii, & Galeatii de Tassonis, sed quæcumque aliæ antecedentes relatæ in *summ. impresso Capituli n.* 243. 4. & 5. continent expressam 7
concessionem decimarum, & juris decimandi, res visa fuit extra omnem difficultatem, ut nempè, sub dicta concessione veniat solùm commoditas 8
prout est quid temporale, sed ipsa spiritualitas, quæ à jure decimandi segregari non potest, gloss. *in cap. quamvis verb. concesserit decim. & in can.*

can. pervenit 3. *quæst.* 1. *verb. laicalibus*, *& in cap.* 2. *verb. statutum de locat.* Div. Thom. 2. 2. *quæst.* 87. *articulo* 3. *versic. respondeo*, ubi quod aliud est jus decimandi, aliud res, quæ dantur nomine decimarum, & hanc distinctionem sequitur Bald. *in l. usufructus* 67. *in leg. antiqu. n.* 2. *vers. nota quod licet jus decimarum*, *ff. de jur. dot.* Decian. *consilio* 22. *n.* 36 *&* 37. *lib.* 1.

9 Vis enim juris decimandi consistit in perceptione decimarum propria auctoritate de manu colentium prædia, quæ trahit secum jus sperituale, & valde differt à sola facultate percipiendi fructus decimales nomine Ecclesiæ, quæ sola uti consistens in mera temporalitate ad Laicos pertinere potest, Alb. *in cap. ad hæc*, *n.* 4. *vers. & intelligo hoc de decim.* Azor. *institut. moral. l.* 7. *cap.* 34. *quæst.* 7. *n.* 1. Suar. *de Relig. lib.* 1. *cap.* 25. *n.* 6. Rebuff. *de decim. quæst.* 10. *n.* 34. *in fine.* Grat. *discept. forens. cap.* 238. *n.* 21. *cum seqq.* sic etiam Pereg. *cons.* 74. *sub n.* 12. *lib.* 1. ibi de decima, & jure decimandi, & in specie inter concessionem decimæ, & juris decimandi post Calderin. distinguit Barbos. *in lege Titia* 35. *sub n.* 45. *verficulo quia quando*, *& sub. n.* 46. *versic. & ideo*, *ff. solut. matrim.* Covarr. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 17. *sub num.* 5. ibi; decimarum fructus non quidem jus ipsum percipiendi decimas, Giovagn. *responsi.* 27. *n.* 27. *&* 28. *lib.* 2. Hancque opinionem in præcisis terminis concessionis factæ æquè principaliter, ac nominatim de decimis, & jure decimandi quod non valeat restringi ad fructus deci-

10 males, sed in totum corruat, firmavit sæpius Rota, & signanter *dec.* 545. *n.* 2. *part.* 4. *recent. Mediolanens. rescissionis permutationis* 21 *Maii* 1597. *coram recent. mem. Card. Hieronymo Pamphilio*, *Albiganen. decimarum* 25. *Junii* 1527. *coram bon. mem. Card. Virili*, ac in aliis relatis in secunda decisione edita in hac causa *coram. R. P. D. meo Cerro*, *in §. objectum.*

11 Ullus neque Doctor ex allegatis pro parte dd. de Tassonis prætatæ conclusioni repugnat, vel loquitur in concessione juris decimandi, nam Bald. *consi.* 274. *n.* 1. *lib.* 5. & Giovagn. *responsi.* 27. *num.* 40. *lib.* 2. loquuntur ibi de decimis cantat concessi, vel locato,

12 Bero *consilio* 84. *n.* 4. *nu. seq.* loquitur de decima temporali, & Div. Thom. 2. 2. *quæst.* 87. *artic.* 3. *ad* 3. de perceptione decimarum nom ne Ecclesiæ, Grat. *discept.* 238. *n.* 25. non repugnat, imò suffragatur huic opinioni, dum firmat aliud esse jus, aliud fructus, seu

13 utilitatem, quæ ex dicto jure percipitur. Et exemplum de usufructu alienabili respectu solius commoditatis, retorquetur, nam quando venditio seu translatio facta fuit expressè de usufructu (multo magis si de jure usufructus) dicta translatio non sustinetur, nec etiam respectu commoditatis, Monter. *dec.* 46. *n.* 16. Castill. *de usufr. c.* 69. *n.* 9.

Quæ eo magis procedere videntur dum concessio, de qua agitur facta apparet de decimis, & jure decimandi reservato solum pro ecclesia directo dominio, ex qua quidem reservatione sequitur fuisse in investitos de Tassonis translatum utile dominium includens facultatem percipiendi fructus decimales nomine proprio, quod tamen fuit per Concilium Lateranen. prohibitum, ut declarant Abb. *in d. cap. ad hæc.*

14 15. *num.* 4. *versic. in effectu volunt. decim.* Monet. *de decim. cap.* 5. *num.* 68. Laym. *Theolog. moral. lib.* 4. *tractat.* 6. *cap.* 6. *num.* 4. *versic. deinde verò*, Barbos. *d. l. Titia d. num.* 37. *versic. sed quando util. ff. solut. matr.* Grat. *discept. forens. c.* 238. *sub num.* 22.

Præterea actum fuisse de decimis prout sunt quid spirituale arguitur ex eo quod plures investituræ, & præsertim illæ factæ ad favorem Doctorum de Tassonis, loquuntur de jure decimandi pro duabus partibus pro indiviso cum Rectoribus Ecclesiarum, qui cum percipiant eorum tertiam partem nomine proprio. & ratione administrationis spiritualium, benè exinde infertur, quod etiam Concessionarii in partibus sibi pro indiviso coæqualiter concessis proprio nomine percipere valeant, ne alioqui una, & eadem res diversa cen-

15 seretur contra *vulgat. Text. in leg. in hoc jure*, *ff. de de vulgar. & pupillar.* & ita in individuo dictum fuit *in dict. Albiganen. decimarum*, *coram Cardinal Virili*, *§. quarto quia*, *& in Ferrarien. decimarum coram bon. mem. Pirovano*, *quæst.* 684. *part.* 1. *recent. n.* 2. *&* 3.

Accedit etiam quod ex quo de tempore investitu- 16 rarum videbat communis illa reputatio, quam postea erroneam declaravit fel. rec. Paulus V. per suam particularem Constitutionem, ut in generalitate Bonifacianæ comprehenderetur facultas concedenti jus spirituale decimandi, & decimas percipiendi, prout testatur Rimin. jun. *consilio* 429. *nu.* 25. & expressè declararunt statuentes *lib.* 2. *cap.* 127. *sum. impresso. Capituli n.* 8. ut exinde sequatur in dictis concessionibus actum fuisse de decimis spiritualibus regulando voluntatem à potestate, & capacitate quam Ferrarienses opinabantur habere juxta consuetudinem regionis, & communem intellectum, Abb. *in cap. ex parte n.* 3. *de sensibus*, Bart. *in leg. viros n.* 1. *C. de divers. offic. lib.* 12. Jas. *in l.* 1. *n.* 11. *vers. ter-* 17 *tiò principaliter ff. si quis jus dicen. non obtemper.* Gabr. *concl.* 1. *n.* 67. *de consuet. lib.* 6. Mant. *de tacit. & ambig. lib.* 3. *tit.* 19. *n.* 22. qui communis intellectus comprobatus etiam fuit ex subsequuta observantia, dum postea investiti dictum jus decimandi nomine proprio nullaque facta mentione Capituli aliis vendi- 18 derunt *summ. Capituli n.* 2. & ad instan. eorumdem investitorum promulgata fuerunt ab Ordinario edicta contra Debitores Decimarum, ne segetes ab Agris amovere auderent absque licentia ipsorum, declaratur namque ab observantia quid fuerit in concessione comprehensum ex allegatis per Surd. *consilio* 527. *n.* 11. 19 Rot. *dec.* 261. *n.* 4. *dec.* 301. *n.* 8. *part.* 1. *recent.* in specie Rota *in d. Albiganen. decimarum coram Virili §. tertio quia*, ibi, *& in executionem Rodina ab ipsis Parochianis exegerunt*, *&c.* & pro observantia interpretativa sufficit unicus actus, Decian. *responsi.* 51. *n.* 56. *lib.* 2. Rota *dec.* 136. *n.* 6. *dec.* 419. *n.* 6. *part.* 1. *recent.* Unde Tassoni modo nequeunt contrarium profiteri, & intellectum ab ipsismet jam datum controvertere *l. post mortem. ff. de adopt.*

Sed prædicta visa fuerunt evidentius comprobari ex 20 Bulla Pauli V. Nam illa declarat litteras Bonifacii non comprehendisse, neque comprehendere jus decimandi, indulgetque, ut concessiones fiant de novo, non quoad jus decimandi, nec quoad decimas, sed quoad ipsarum Decimarum emolumentum tantum, de quo tamen Laici teneantur infra biennium accipere novam investituram, aucto canone, ergo ex hujusmodi declaratione, cui tanquam Papali, & ex certa scientia standum est, Angel. *consil.* 274. *n.* 1. *post med. &* 2. Bellam. *consil.* 33. *n.* 39. *&* 41. Dec. *consil.* 114. *& pro tenut. n.* 5. remanet sublata omnis difficultas, quandoquidem apparet quod pro validitate fieri debet concessio de sola commoditate, & facta de decimis, & jure decimandi non sustineatur.

Non obstat, quod verba sua posita in investituris, 21 *Cecimas & jus decimandi*, intelligenda sint secundum potentiam, ac facultatem Capituli concedentis, & capacitatem Laicorum, & ita de jure percipiendi ex decimis id quod est temporale, non autem de Jure spirituali non concessibili *ad text. in cap. fin. ne Prælat. vic. suas*, quia objectum posset procedere quatenus versaremur in casu dubio, tunc enim locus fieret ex præsumpta mente concedentis, & ex capacitate subiecti. secus est quando investituræ expressè loquuntur de jure decimandi. Nam tunc clara est mens concedendi, & 22 consequendi decimas ipsas ipsumque jus decimandi, in claris autem non est opus confugere ad interpretationem aliquam, *ex l. ille aut ille* 25. *§. cum in verbis ff. de leg.* 3. Cyriac. *contr.* 210. *n.* 12. Rota *dec.* 135. *n.* 8. *&* 9. *part.* 7. *rec.*

Nec etiam relevat quod conceſſiones fiant de decimis, jure decimandi fructuſque decimales percipiendi, & ita quatenus ſub jure decimandi veniret ipſa ſpiritualitas, poſſint nihilominus dividi, & ſuſtineri reſpectu perceptionis fructuum ex clauſula omni meliori modo, quæ apposita in inveſtituris operatur, ut 23 ſi illæ non poſſint ſuſtineri eo modo, quo fuerunt factæ, valeant, & ſuſtineantur omni alio meliori modo ex notat. Scriben. *ibi*, & *ſi quis ita*, *D. de verbor. oblig. & in cap. cum ſuper de offic. de legat.* quia ubicumque eſt conceſſum jus, mentio fructuum ſtat conſecutivè à dicto jure, eundemque admittit ſpiritualitatis intellectum, unde tota inveſtitura corruit prout 24 alias dixit Rota in jam allegata *dec.* 545. *n.* 2. *part.* 4. *recent. & in Albinganen. coram Card. Viriti*, & in terminis nullitatis conceſſionis in parte ſubſtantiali, ut in totum illa corruat ratione connexitatis, & individuitatis firmavit Rota *dec.* 30. *n.* 3. & 4. *part.* 1. & 176. *n.* 44. *p.* 5. *recent.* non obſtante dicta clauſula omni meliori modo, quæ apta de per ſe non eſt ad vim addendam atque effectum tribuen. actui revera nullo, Ancharan. *conſilio* 358. quem ſequitur 25 Menoch. *arbit. jud. l.* 1. *q.* 17. *n.* 4. *cum ſeqq.* Dec. *conſ.* 413. *num.* 9. *verſ. quia clauſula*, Barboſ. *de clauſ.* 95. *n.* 60.

Minuſque refragantur clauſulæ *ad habendum uſufructuandum*, *&c.* poſitæ in ultima inveſtitura dicti anni 1668. relata *in ſumm. impreſſo Capituli*, *n.* 6. ex quibus informantes pro Taſſonis prætendunt reſtitutionem conceſſionis ad ſolam commoditatem emolumentorum, Quia tanquam acceſſoriæ non habent alterare principalem diſpoſitionem contractus, Dec. *conſil.* 413. *n.* 9. *verſic. clauſula*, Curt. junior. *conſ.* 56. *n.* 3. Franch. *dec.* 6. *n.* 6. propterea cum principaliter fuerit alienatum jus decimandi quod uti ſpirituale ſub commercio Laicorum eſſe non poteſt, ut præter jam allegatos teſtantur Abb. & Imol. *in cap. cum Apoſtolico de iis quæ fiunt à Prælat.* Felin. *in cap. cauſam quæ n.* 3. *de præſcript.* Rebuff. *de decim. quæſt.* 13. *n.* 69. Rota *dec.* 215. *part.* 2. *diverſ. & in Pampilonen. decimarum* 12. *Oct.* 1599. *coram bon. mem. Gard. Hierony. Pamphilio*, dictæ clauſulæ reſpiciunt fructus, qui ratione connexionis participant de eadem ſpiritualitate, prout benè Grat. *diſcep. forenſ. c.* 38. *n.* 61.

Viſum pariter fuit ſatis leve argumentum deductum ex eo, quod inveſtituræ factæ fuerint jure perpetualis affictus, & ita titulo ſimplicis locationis, quæ conductori aliud jus non tribuit, quàm percipiendi fructus ex re conducta: nam dum conceſſio facta fuit Laicis de jure decimandi, quod eſt ſpirituale, ſemper eſt invalida ſive facta appareat per modum infeudatio- 28 nis, ſive locationis, ut benè firmat Abb. *in dicto cap. ad hæc*, *n.* 4. *verſ. & intelligo hoc decim.* Redoan. *de rebus Eccleſ. non alien. quæſt.* 63. *n.* 5. *verſic. nec etiam poteſt Laico locari*, etiamſi dicta locatio fieret ad modicum tempus Abb. *dicto cap. ad hæc. n.* 7. *verſic. nam jus decimandi.* Redoan. *quæſt.* 93. *n.* 6. quod 29 fortius procedit, quia hic demonſtratur, ut facta fuerit jure principalis affictus, per quem fit tranſlatio dominii utilis *ad. l.* 1. §. *quod autem*, *D. de ſuperfic.* Abb. *ibi ſupra n.* 4. *verſic. ſed. per conceſſionem ad modicum tempus*, Caſtr. *in l. uſusfructus* 58. *col. ult. in princ. verſic. unde facit. n.* 3. *D. ſolut. matr.* Mantic. *de tacit. & ambig. l.* 5. *tit.* 3. *n.* 11. *in fin.* facta autem tranſlatione utilis dominii conductor efficitur dominus decimarum antequam illæ ſint perceptæ eaſque colligit nomine proprio contra diſpoſitionem *dicto cap. prohibemus de decim.* Gratianus *dicto cap.* 238. *num.* 22.

Neque ullius eſt relevantiæ, quod conceſſiones factæ fuerint ſequendo famam Bonifacianæ, in qua ſanct. mem. Paulus V. declaravit non comprehendi decimas, & jus decimandi, ſed ſolùm decimarum emolumentum.

Quia dicta Bonifaciana non loquitur de decimis, & jure decimandi, neque mentionem aliquam facit de fructibus ſeparatis ab ipſo jure, ſed generaliter declarat de bonis, & juribus Eccleſiarum removendo caducitatem ob non ſolutum canonem, & in hac quæ- 30 ſtione verificatur relatio ad Bonifacianam, non autem reſpectu emolumenti de quo illa nominatim, & expreſsè nihil deponit, imo cum communiter crederetur Bullam Bonifacianæ comprehendere etiam jus decimandi ex mentione *juriam*, cum dictione illa univerſali, *quæcumque*, motivum retorqueretur, & relatio ad Bonifacianam patefacit intentionem contrahentium fuiſſe transferendi jus decimandi, prout eſt quid ſpirituale juxta opinatam capacitatem Ferrarienſium, licet erroneè, & idcirco ad occurrendum ulteriori abuſui, & corruptelæ emanavit Paulina declarans Bonifacianam non comprehendere decimas, & jus decimandi, & ceſſat difficultas omnis, quia cum inveſtitura loquatur in ſpecie de jure decimandi ſpirituali, non poteſt ſuſtineri in vim ſimplicis relationis ad Bonifacianam quatenus illa de emolumento temporali diſponeret, ſtandum enim potius eſt expreſſioni juris decimandi, quàm relationi, ſeu ſimplici proteſtationi de contrahendo juxta formam Bonifacianæ cum talis proteſtatio ſit contraria facto, Peregrinus *de fideicommiſſ. art.* 10. *n.* 111. *verſic. limita*, Surdus *conſil.* 440. *n.* 54. *& ſub n.* 55. *& conſ.* 524. *n.* 15. & 16. aliique relati ab Adden. ad Burat. *dec.* 52. *nu.* 13. Rota *in Romana attentatorum* 27. *Aprilis* 1640. *coram R. P. D. meo Bichio*, & quod contrahens per hujuſmodi proteſtationes non poſſit efficere ut ille contractus, qui in ſui formalitate di- 31 rectè contrariatur Bonifacianæ illi conveniat, cenſeaturque factus, & celebratus juxta illius formam egregiè explicat Boccac. *de cenſibus*, 2. *num.* 138. *& ſeq.* Surdus *conſil.* 318. *n.* 22. præſertim dum dicta relatio poteſt operari ſuum effectum quoad remiſſionem canonis, alia privilegia in eadem Bonifaciana expreſſa. Ponderando etiam quod inveſtituræ, de quarum validitate nunc agitur non ſunt relativæ ad Bonifacianam tantùm, ſed etiam ad antiquas inveſtituras, quæ loquebantur de jure decimandi.

Obeſſe neque videtur ſimile adductum de pactis illicitis appoſitis in contractu cenſus cum proteſtatione, contrahendo juxta formam Bullæ Pianæ. Nam licèt hujuſmodi proteſtatio ſuſtineat contractum in aliis non illicitis quando concepta eſt verbis ampliſſimis, ita ut totum id quod repugnat Conſtitutioni Pianæ habeatur pro non appoſito, & reducatur ad illius formam, verumque ſenſum juxta quem intendunt velle contrahere, & non aliàs, aliter, nec alio modo, in quibus terminis loquuntur Giurb. *deciſione* 85. *n.* 8. & 9. Rota 32 *deciſione* 374. *n.* 18. apud Cencium *de cenſ.* ſecus eſt quando dicta proteſtatio ſimpliciter ut in caſu iſto concepta fuit, ut benè diſtinguendo declarat Cencius *de cenſ. quæſtione* 61. *n.* 3. & 7.

Non obſtat denique quod vigore dictæ Paulinæ Taſſoni pretendant novam inveſtituram quoad ſolum emo- 33 lumentum. Quia cum facultas fuerit per dict. d. Conſtitutionem reſtricta ad tempus biennii uſque expiratum anno 1921. & ſic per longum tempus non videtur quod amplius ſit locus renovationi inveſtituræ, ex regula, quod conceſſa ad tempus poſt tempus prohibita cenſentur ad tradita per Surdum *dec.* 75. *nu.* 1. & 2. & *dec.* 291. *n.* 21.

Quo verò ad prætenſam reſtitutionem in integrum. Ultra quod illa non petitur in actis, nec cadere videtur ſub diſputatione præſentis dubii, Domini tranſierunt cum reſponſionibus jam datis in prima, & ſecunda deciſione in hac cauſa emanatis coram R. P. D. meo Cerro. Quibus abdebant etiam ut cum verſemur in inveſtituris ab initio nullis Taſſoni dicantur deſtituti omni titulo, unde non poſſunt applicari terminis reſtitutionis in integrum, quæ ſupponit aliquod jus ſemper radicatum in ipſis petentibus ab initio: ſumus

enim

enim in ſimplici beneficio Principis conceſſo ex cauſa lucrativa, & ſub conditione accipiendi novam inveſtituram infra biennium cum augmento canonis, qua 34 conditione non adimpleta beneficium reſolvitur, & habetur perinde ac ſi conceſſum non fuiſſet, ex plenè deductis per Gabr. *conſil.* 162. *per tot. l.* 1. Cyriac. *controv.* 240. Corbul. *de jur. emphyt. tit. de cauſ. priv. ob non ſolut. canon. ampliat.* 28. *n.* 4. ubi in terminis de non amplianda conditione petendi inveſtituram intra tempus præfixum Rota *dec.* 572. *n.* 3. *part.* 1. *& dec.* 869. *in fine verſic. nec ſumus, p.* 1. *diverſ. & dec.* 282. *n.* 11. apud Paciſ. *de ſalv.* Greg. XV. *dec.* 559. *n.* 6. & ibi Adden. *n.* 10. *limit.* 3. *& dec.* 203. *n.* 20. *p.* 6. *rec. in Toletana decimarum de Sajedon.* 13. *Junii* 1590. *coram Penia inter ejus impreſſas dec.* 93. *nu.* 8. & in terminis conceſſionis ſub conditione aliquid adimplendi infra certum tempus, quod eo elapſo mora ſit impurgabilis, nec competat reſtitutio 35 Staiban. *juxta reſolutionem forenſem* 36. *n.* 12. *& reſolutione* 17. *n.* 11.

Et ita utraque parte informante, fuit reſolutum, &c.

R. P. D. PEUTINGERO.

Romana Salviani.

Mercurii 22. *Junii* 1650.

ARGUMENTUM.

Quando validitati Cenſus non obſtet Conſtitutio Pauli V. 108. licèt confirmata per Conſtitutionem Urbani VIII. 65.

SUMMARIUM.

1 *Competit remedium utilis Salviani contra poſſeſſores vigore hypothecæ.*
2 *Conſtitutio Pauli V.* 108. *non comprehendebat Cenſus.*
3 *Licet Conſtitutio Urbani VIII.* 65. *eam extendat ad Cenſus, non tamen obſtat eis quibus confirmavit contractus Cenſus cum denegatione, &c.*
4 *Et Conſtitutio poſterior non præjudicat cum reſpicit tantum futura.*
5 *Bulla Baronum removet impedimentum fideicommiſſi.*

DECISIO XCVI.

NOn acquieſcente D. Alexandro Caietano reſolutioni ſub die 24. Januarii præſentis anni captæ coram me ad favorem Reverendiſſimorum Beneficiatorum in Eccleſia Lateranen. à felicis recordationis Papa Urbani VIII. inſtitutorum, in qua dictum fuerat ad ulteriora in judicio Salviani coram Vicario Eminentiſſimo dictæ Eccleſiæ Archipresbyteri procedendum eſſe, hodie denuò cauſam propoſui, & DD. ſteterunt in deciſis quia de credito, & hypotheca Beneficiatorum ſuper bonis cenſuatis, aliiſque Proſperi Caierani, qui cenſum ſcutorum 104. de cujus fructibus agitur, ipſis vendidit, conſtat ex inſtrumento ſub die 19. Auguſti anni 1625. ſtipulato, cujus hypothecæ poſtea tranſlatio facta ſuper locis Montium ſancti Bonaventuræ ſecundæ erectionis emptis ex pretio venditorum dictorum bonorum vinculatorum verificatur ex Chirographo præfati ſummi Pontificis, cujus vigore 1 eadem loca Montis eſſe Beneficiatis hypothecata, proindeque eorundem locorum poſſeſſionem utilis Salviani remedia ab ipſis poſſeſſoribus, ſeu detentoribus poſſe avocari manifeſtum eſt *l. ſi eum* 10. §. *qui injuriarum, D. ſi quis caut. & præter allegatos in dec. quæ revidetur in fine principii*, Greg. XV. *dec.* 511. *n.* 30. *& 31. & dec* 181. *n.* 7. *p.* 1. *recent.*

Neque ex Conſtitutione fel. record. Pauli V. de anno 1617. Kal. Decembris edita in ordine 108. incip. *Paſtorale munus in* §. 5. *pretera Bullar. to.* 3. *ex adverſo allegata* hujus impoſiti cenſus nullitas aliquo modo ſubſiſtit, dum hæc conſtitutio impoſitiones cenſuum 2 tunc non comprehendebat, eo quia ſuper Caſtris cenſuatis, creditoribus nullum jus nec quoad dominium ſeu proprietatem, nec quoad poſſeſſionem, aut juriſdictionem, ejuſque exercitium acquirebatur, ſed in ſolam hypothecam per emptionem annui cenſus nanciſcebantur ut reſpondit Rota *in Romana, ſeu Sabinen. Cenſus* 13. *Nov.* 1628. *coram Lud. Virili impreſſ. dec.* 211. *n.* 5. *& 6. part.* 5. *recent.* Et quod dicta Conſtitutio Pauli V. prout alia fel. record. Clem. VIII. non comprehendat cenſus ζ fuit in puncto firmatum *in dicta dec.* 211. *dicto n.* 5. *& 6. part.* 5. *& dec.* 118. *n.* 19. *part.* 6. *recent.*

Nec refert, quod felicis recordationis Urban. VIII. 3 de anno 1627. Kalendas Junii per novam Conſtitutionem in ordine 65. incip. *Deceins, & æquum eſſe cenſemus in* §. *Ac quæcumque etiam ad quaſcumque Bull. to.* 4. ſupra dictam Conſtitutionem Pauli V. ad contractus, & quaſcumque impoſitiones cenſuum annuorum extenderit, quia dum idem pontifex hunc contractum cenſus, de quo dic agitur cum ampla derogatione quarumcumque Conſtitutionum, quas cenſeri poſſet prohibitus, confirmaverit, ut in ipſo tenore confirmationis dato in ſumm. Beneficiatorum *n.* 8. legitur, de tempore quo nulla hujuſmodi nullitatis acceptio vel 9 objectio facta fuerat, neque alicui ſuper ea jus quæſitum, Beneficiatis obſtare eadem Conſtitutio non poteſt ut in ſimili fuit dictum *in Romana Barchi* 19. *Jan.* 1622. *in S. non poteſt, coram bonæ mem. Remboldo.* Subſiſtit etiam optima ratio, quod dicta extenſio ad cenſus tanquam poſterior non præjudicat, cum non habeat oculos retro, & reſpiciat tantùm futura *l. leges* 4 *7. C. de lege, cap. 2. & cap. finali de conſtit.* Rota *in Romana aureorum octo Zeccharum coram Cardin. Lancellotto impreſſ. apud Marcheſ. de commiſſ. tom.* 1. *fol.* 652. *n.* 5. *& in dicta dec.* 211. *n.* 1. *p.* 5. *rec.*

Minus obſtat facultas ab eodem Urbano VIII. in Chirographo confirmationis hujus contractus conceſſa ſolvendi creditoribus ex eiſdem locis Montium vel ex eorum pretio, quia cum talis facultas non fuerit cum beneficiatis deducta ad actum rectè eiſdem licet agere pro conſecutione fructuum hujus eorum cenſus, donec eis ſatisfiat, vel ſaltem per legitimam obligationem in eodem Chirographo præſcriptam caveatur ut fuit in ſimili reſolutum *in dec.* 260. *ante num. primum verſ. & deberi fructus p.* 4. *rec.*

Ceſſat quoque objectum, quod bona de quibus agitur ſint ſubjecta fideicommiſſario, quia hanc difficultatem ſuſtulit Bulla Baronum, ut latè dixit Rota *in Ter-* 5 *racinen. bonorum* 20. *Dec.* 1621. *coram Emin. Card. Fabritio Veroſpio.*

Reliqua objecta repetita ſatis fuerunt in ſupra dicta deciſione ſublata, ideoque Domini eam confirmarunt utraque, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Portuen. Stagni.

Veneris 8. *Februarii* 1647.

ARGUMENTUM.

Manutentio non datur ſine poſſeſſione, & quando poſſeſſio ad hunc effectum non juſtificetur.

SUMMARIUM.

1. *Excluditur poſſeſſio portionum ex petita earundem intermiſſione.*

2 *Denegatur manutentio non justificanti suam possessionem.*
3 *Possessio penes duos in solidum esse non potest.*
4 *Decretum manutentionis sine actuali apprehensione non transfert possessionem.*
5 *Locatio non probat possessionem, dum pensio non probatur recepta.*
6 *Nullitas possessionis impedit quin possit mutare causa possidendi.*
7 *Et potest etiam in summariissimo opponi ex quo perimit possessionem.*

DECISIO XCVII.

1 REpropositio dubio super manutentione portionum in Campo Salino, ac Stagno Portuen. Participantibus absolutè denegata, Victorio verò Piccino post obitum sui Patris, cui tanquam ultimo licitatori fuerant deliberatæ, sed eadem forma iterum hodie Domini eadem denegarunt. Quia Victorio post mortem Patris obstat defectus possessionis nullis actibus justificatæ, ac exclusæ expetita tunc temporis immissione earundem portionum, ut tradit Card. Mantica *dec.* 20. *n.* 1. & 174. *n.* 5. & 7. *p.* 4. *diverf. & coram Seraph. dec.* 1268. *in fine coram Caval.* 534. *num.* 5. *coram Burat.* 16. ubi latè Add. *n.* 17.

2 Participantibus verò pariter obstat non justificata possessio, sine qua manutentio nunc conceditur, vulgato §. *retinendæ*, & §. *hodie instit. de interd.* Menoch. *de retinend. remed.* 3. *n.* 260. Bocc. *de interd. uti possid. c.* 20. *n.* 7.

Hæc enim Participantium possessio excluditur durante vita Marci Catalani ex pluribus locationum instrumentis proprio nomine stipulantis à Francisco Piccino effectum sortitis per receptionem pensionis conventæ, tum penes duos in solidum esse non possit, juxta *reg. text. in lege* 3. §. *ex contrario*, *D. de acquir. possessione*, & *lege si duo*, *D. uti possid.* Post obitum verò ejusdem Marci, nec probata dici potuerit, vel ex decreto manutentionis reportato à judicibus per A C. deputatis, dum illud absque actuali apprehensione possessionem transferre non potuit juxta *leg.* 1. §. *si vir*, *D. de acquir. possess.* & *leg. denique*, *D. quibus ex causis major* Oldradus *consilio* 227. *n.* 5. *versic. sed ad id respondetur duplicitèr*, Rota *coram Gregorio*, *dec.* 546. *n.* 9. & *coram Cassad. dec.* 7. *de caus. poss.* & *prop. n.* 1. Vel ex locationibus de anno 1633. & 1639. post obitum Francisci peractis, dum conventa ibidem pensio à locatoribus non probatur recepta, ut probat *text. in cap. inter dilectos in fine de fid. in instr.* & notant Doctores *in lege qui universas*, §. *qui per colonum*, & *in l. quamvis* §. *si conduct. D. de acquir. possess.* Gabr. *de locat. concl.* 4. *n.* 1. Rota *dec.* 1. *fid. instrum. in antiquis.*

Non obstat, quod omnia emolumenta ex prædictis locationibus retracta, divisa probentur inter participantes, qui idcirco, uti portionum controversarum detentores debeant manuteneri, attento præsertim supervenienti titulo juris accrescendi per obitum Marci Aurelii purificato, ex quo detentionem in possessionem legitimam absque alia animi declaratione sibi mutasse dencentur.

Quia controversarum portionum possessio Francisco antea attributa, non probatur à Participantibus formaliter occupata post illius obitum, nec videtur idcirco manutenibilis uti innixa soli juris accrescendi titulo per plures decisiones coram Emin. D. meo Cardinali Panzirolo excluso, atque rejecto; ejus enim nullitas impedimento fuit, quin participantes causam possidendi sibi mutare potuerint, ut præter relatos in decisione præterita notant Add. ad decisionem Gregorii 546. *n.* 5. & advertit Rota *in Romana domus ad Trans Tyberim* 18. *Aprilis* 1644. *coram R. P. D. meo Bichio*, & potest in hoc, licet summariissimo possessionis judicio opponi, ex quo possessionem perimit, ut firmat adducta *dec. in Romana dom. ad Trans Tyberim*, & *in Roman. officii mandatariatus* 23. *Martii* 1637. *coram Enin. Card. Panzirolo.*

Et ita utraque, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Bononien. Pecuniaria.

Veneris 5. *Aprilis* 1647.

ARGUMENTUM.

Quando simplex subscriptio Curatoris in litteris Cambii non inducat ejus obligationem vel fidejussionem.

SUMMARIUM.

1. *Subscriptio simpliciter concepta censetur facta in executionem præcedentis decreti, & ad ejus limites restricta.*
2 *Actus præsumitur expeditus in executionem præcedentis mandati.*
3 *Maximè præcedente speciali deputatione ad certum tantùm actum.*
4 *Et intercedente brevitate temporis inter decretum, & actum.*
5 *Imo actus licet post longum temporis intervallum expeditus adscribitur præcedenti mand.*
6 *A præcedentibus, & sequentibus intermedia declarantur.*
7 *Simplex subscriptio in litteris cambii denotat obligationem proprio nomine contractam.*
8 *Confitens debitum proprium, & agnoscens creditum uti suum, sibi præjudicat.*
9 *Actus licet nomine proprio gestus adscribitur præambulo decreto.*
10 *Epistola verbis aulicis, & officiosis conscripta non inducit obligationem scribentis.*
11 *Ex statut. Bon. minor.* 25. *annis non potest se obligare sine solemnitatibus ab eodem requisitis.*
12 *Statutum aliquid prohibens ad certum tempus post illum concedere videtur.*
13 *Argumentum à contrario sensu in statuto sub verbis præsertim negativis concepto strictè recipitur, & ad limites dispositionis in sensu directo sancitæ.*

DECISIO XCVIII.

JOannes Baptista Medicus instituto hærede ventre prægnante decesserat, ac pluribus in hæreditate relictis cambiorum litteris subscribendis ad proximas tunc Augusti Nundinas transmittendis, pro quarum subscriptione coram Eminentissimo Legato Bononien. instantibus creditoribus, ab eo fuit in procuratorem ad hunc tantum subscriptionis actum deputatus Guicciardus frater Joan. Baptistæ, quamvis in minori adhuc esset ætate constitutus, qui litteras prædictas sub clausula in solidum conceptas simpliciter, subscripsit prævio tamen Legati Decreto, quod nullum inde præjudicium Guicciardo contingeret, sed litterarum extinctio cum solutione cambiorum ad hæreditatem ipsam pertineret. Cum verò in curia Bonon. ejus vigore subscriptionis fidejussorio nomine conventus fuisset Guicciardus à Ludovico Giovagnono, altero ex creditoribus hæreditariis, & sententiam absolutoriam ibidem obtinuisset, sed deinde in Tribunali A C. revocatoriam reportasset, per appellationem devoluta mihi causa dubium proposui; an hinc teneatur Guicciardus, & ipsum non teneri fuit hodie responsum, quia subscriptio

quam-

quamvis simpliciter concepta, in executionem præce-
1 dentis Decreti facta censetur, ad ejusque limites restricta, *ut not. in lege quædam mulier*, 176. *D. de rei vendic. & in lege* 2. *C. de acquir. possessione*, Baldus *in lege jubemus n.* 1. *Cod. ad Velleianum*, Surd. *dec.* 217. *n.* 3. Rota *dec.* 28. *n.* 5. *p.* 4. *t.* 2. *rec. & in Barchinon. Vicariæ* 13. *Junii* 1644. *coram R. P. D. meo Corrado in* §. *atque*
2 *ideo*, prout etiam actus in executionem antecedentis mandati præsumitur expeditus ex dispositione *l. servus communis*, *D. de stipulatione servorum*, *& l. ult.* §. *quid enim*, *C. per quas personas nob. acquir.* & notant Doctores communiter *in l. qui aliena*, §. *is cui ff. de acquir. hæ-*
3 *red.* ubi Bart. & Ang. *n.* 1. Imola *n.* 7. Castrensis *n.* 2. Jason. *in l.* 1. §. *nuntiatio n.* 3. *D. de oper. nov. nunciat.* dum maximè præcessit deputatio specialis ad certum tantum actum subscriptionis ponderata per Jas. *in d. l.* 1. §. *nunciatio n.* 3. *in* 5. *notab.* ubi etiam Burt. *n.* 36. *D. de operis novi nuntiat.* Angelus *in l. si pupilli* §. 1. *n.* 4. *D.*
4 *de neg. gest.* Ruin. *in l. post. dotem n.* 17. *D. sol. matr.* Alciat. *de præsumpt. reg.* 2. *præsumpt.* 24. *n.* 9. & brevitas temporis intercessit inter decretum, & actum subscriptionis septem dierum spatium non excedens, licèt
5 hanc temporis brevitatem, nec fore necessariam tradat Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 49. *n.* 14. *&* 15. adscribens idcirco mandato præambulo actum locum licet post temporis intervallum expeditum, sequitur Alc. *de præs. reg.* 2. *præsumpt.* 24. *n.* 10. Lamberteng. *de contract.* glossa 8. *nu.* 9. & not. DD. communiter *in l. qui mihi donatum*, *D. de donat.* ubi Alexand. in Apostill.
6 ad Bart. Imol. *in* 2. Rom. *n.* 5. ac denique plures antecedunt, ac subsequuntur ejusdem Guicciardi subscriptiones ad prædictum Legati decretum se referentes, à quibus debet intermedia subscriptio simpliciter concepta declarari *juxta l. si servus plurimum*, §. *ult. D. de legat.* 1. *l. hæredes palam* §. *sed si notam*, *D. de testam. l. si fuerint*, §. *ult. D. de rebus dub. l. ille aut ille* §. *cum in verbis*, *D. de legat.* 3.

7 Hinc non videtur urgere prædicta Guicciardi subscriptio simpliciter in litterarum cambiis exarata ad denotandam ejusdem obligationem proprio idcirco nomine contractam *juxt. l. si pupil.* §. 1. *in* 2. *responso*, *D. de neg. gest.* ubi id in specie not. Ang. cum aliis per Manticam *de tacit. lib.* 8. *tit.* 11. *num.* 14. *&* 15. Neque epistola ab eodem transmissa sub hac forma Giovagnono creditori, videlicet, *subito aggiustato, che trovaro modo, è maniera che sarà sodisfato lei, è tutti i miei creditori*, qua fatendo debitum proprium, ac ipsum agnoscendo creditorem suum sibi præjudicasse censetur, ut advertit in specie Cyriacus *controv. forens. cap.* 244. *nu.* 10. & tradit Mantica *de conject. ult vol. lib.* 12. *tit.* 12. *n.* 26. Rot. *coram Gregorio dec.* 460. *n.* 13.

8 Actus enim subscriptionis, proprio quamvis fuisset nomine gestus adscribi nihilominus debet præambulo Legati decreto, ut notat Angelus *in lege qui in aliena*, §. *is cui*, *vers. & mandatarius*, Surdus *consilio* 19. *n.* 24. & aliis relatis authoritatibus firmavit Rota *in Romana societatis* 12. *Junii* 1645. *coram R. P. D. meo Otthobono, & in Faventina societatis* 16. *Aprilis sequentis anni coram R. P. D. meo Celso in* § quamvis fuerit initus nomine proprio; epistola verò, vel declarationem recipit
9 ab eodem Decreto, vel dum probatur à Guicciardo transmissa post aditam Jo. Baptistæ hæreditatem pro prio illis obligationem designat ex jure tamen hæreditatis resultantem, vel saltem uti aulicis verbis, ac officiosis
10 conscripta ejusdem obligationem inducere non potuit, ut notant Doctores communiter in *capite cum venissent de institut.* Tiraquell. *de privil. piæ caus. privilegio* 51. Genua *de scriptura privata lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 14. Rota *coram Seraph. dec.* 136. *n.* 2.

11 Ex alio præterea fundamento fidejussoriam Guicciardi obligationem aliqui ex DD. excludebant, quia scilicet idem tunc temporis vigesimum quartum suæ ætatis annum non expleverat ex dispositione statuti Bonon. *in tit. de contract. commun. & fil. fam.* requisitum pro substantia obligationis sine solemnitatibus peractæ de cujus observantia testatur Rota *in Bonon. census* 17. *Martii* 1608. *&* 20. *Febr.* 1609. *coram Marquemontio impress. post Picum decis.* 59. *&* 60. *& coram Burat. decis.* 27. *n.* 1.

Neque eisdem DD. hujus vis statuti visa fuit elidi ab altero statuto de foro mercatorum per verba negativa prohibente, quod nullus minor annorum 22. qui per semetipsum, au alium, artem, seu mercaturam non exerceat, uti magister vel socius validam contrahat obligationem, quasi à contrario sensu per idem statutum approbata fuerit obligatio Guicciardi vigesimum secundum suæ ætatis annum tunc excedentis, ut in terminis statuti ad certum tempus ali- 12
quid prohibentis videtur sensisse Castrens. *in cons.* 106. *n.* 1. *&* 2. *lib.* 2. per Surd. *dec.* 73. *n.* 5. & per Rot. *coram Buratt. dec.* 396. *n.* 2.

Quia censuerunt per hanc constitutionem solum habilitatos fuisse minores annorum 22. per semetipsos, vel per alios artem, seu mercaturam exercentes in sensu directo ibidem recensitos, non autem alios majores annorum 22. non artifices, nec mercatores in sensu directo Constitutionis non nominatos, qui idcirco per argumentum à contrario sensu ibidem non censentur inclusi, sed tanquam omissi remanent sub dispositione, vel legis communis, vel prædictum statuti de contract. cum minori ac filiisfam. vigesimum quintum annum expresè requirentis, ut advertit Decian. *in leg.* 1. *n.* 53. *D. de officio ejus*, *in con-* 13
sil. 110. *n.* 5. ubi hujus distinctionis rationem subjicit, quod in statuto sub verbis præsertim negativis concepto argumentum à contrario sensu pretium nonnisi strictè recipiatur, & ad limites dispositionis in sensu directo sancitæ, quam etiam consideravit Zas. *super ead. leg. num.* 7. Butr. *in cap. cum Apostolica num.* 10. *de his quæ fiunt à Prælatis sine consensu Capituli* Aym. *consil.* 460. *num.* 12. Honded. *cons.* 16. *num.* 60. *lib.* 1. & aliis relatis juribus firmat Osasch. *dec.* 85. *n.* 14. ac egregiè discusso articulo censuit Rota *in Romana seu Perusina census* 12. *Dec.* 1644. *coram R. P. D. meo Bichio*, ubi præterea respondet argumento deducto ex tempore limitato per statutum, quod scilicet non procedat quoties idem statutum suum operetur effectum in censu contrario, qui benè resultat in casu statuti de foro mercatorum permittentis contrahere magistros, vel socios minores annorum 22. dum ibid. prædictam ætatem excedentes validè contraxisse censentur.

Eadem pariter responsione tollitur objectio petita ab altero statuto de foro mercatorum habilitante majorem annorum 18. ad contrahendum, quod scilicet solum disponat de personis mercaturam, vel artem exercentibus sub qua idcirco comprehensa dici non poterit obligatio Guicciardi, nec artificis, nec mercatoris.

Et ita utraque parte, &c.

R. P. D. COCCINO MEO DECANO.

Romana de Mazzatostis,

Lunæ 22. *Junii* 1626.

ARGUMENTUM.

Quando in bonis futuris obligatis sub conditione, ea eveniente convalescat pignus, vel hypotheca ad favorem primi creditoris, licèt medio tempore fuerint ante impletam conditionem in alterum alienata. Et plura distinguuntur & declarantur circa conditionem casualem mixtam, & conditionem potestativam.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Obligatio ad bona futura intelligitur sub conditione si acquirantur.*
2 *Post tamen acquisitionem factam convalescit pignus.*
3 *Ad effectum hypothecæ generalis sufficit quod res fuerit in dominio contrahentis sive de tempore contractus, sive post.*
4 *Alienatio debitoris non potest facere conditionem creditoris deteriorem.*
5 *Hypotheca anterior licèt generalis præfertur specialiter posteriori.*
6 *Eveniente conditione casuali obligatio retrotrahitur ad initium convenientis hypothecæ.*
7 *Tunc enim dicitur jus quæsitum conditionaliter, & eveniente conditione retrotrahitur, & primus creditor præfertur secundo posteriori.*
8 *Alienatio habet suam causam annexam, videlicet hypothecam anteriorem & sic habilitatem extremi.*
9 *Beneficium concessum si consentiat tertius potest alteri conferri ante præstitum consensum qui licèt postea superveniat non retrotrahitur in præjudicium ultimi.*
10 *Distingue id procedere in conditione potestativa, secus in conditione casuali.*
11 *Quia conditio potestativa non retrotrahitur.*
12 *Quando verò est casualis dicitur Jus quæsitum, & retrotrahitur.*
13 *Ad effectum acquisitionis dominii gratia prima data sub conditione etiam casuali vel mixta ad favorem secundi potest revocari, quod procedit etiam in donatione.*
14 *Secus respectu hypothecæ quæ semper sequitur rem.*
15 *Declarantur DD. ex adverso allegati.*
16 *Hypotheca conditionalis conditione casuali vel mixta retrotrahitur ad diem contractus licèt hypotheca non fit purificata ante alienationem.*
17. 18. 19. *Declarantur DD. in l. qui balneum, §. Titia ff. qui pot. in pign. habeantur.*
20 *DD. allegantes legem secundum ejus terminos sunt intelligendi.*
21 *In legatis, & donationibus causa mortis, tempus existentis conditionis inspicitur.*
22 *Donatio facta inter vivos quatenus tamen donans moriatur sine filiis non dicitur donatio causâ mortis.*
23 *In obligatione de non contraveniendo donationi censetur repetita conditio de qua in donatione principali.*
24 *In hoc tamen casu videtur suspensum exercitium hypothecæ non ipsa hypotheca videtur simpliciter conditionalis.*

DECISIO XCIX.

JUlius Mazzatostus sub conditione si decesserit sine filiis donavit omnia bona sua præsentia, & futura Carolo de Castro, pro cujus donationis validitate obligavit bona præsentia, & futura, ac promisit non contravenire d. Instrumento donationis, & pariter etiam in hoc casu obligavit bona præsentia & futura.

Postmodum verò acquisivit alia bona, & purè cum traditione possessionis aliam donationem de bonis præsentibus, & futuris fecit bon. mem. R. P. D. Bonaventuræ. Unde fuit dubitatum; An dicta bona medio tempore quæsita veniant sub hypotheca primæ donationis ad effectum de quo agitur, scilicet prælationis, & his affirmativè fuit resolutum coram R. D. meo Patriarcha Hierosolymitano videlicet 27. Junii 1622. & 23. Jan. 1623. Quæ sententia hodie per mere propositio dubio tertia vice placuit Dominis ex duplici fundamento. Primo, quia etsi 1
obligatio ad bona futura intelligatur sub conditione si acquirantur *leg. si fundus §. aliena, de pign.* Bero. *cons.* 46. *n.* 22. *lib.* 1. Tamen post acquisitionem factam per Julium convaluit pignus Caroli de Castro, Bart. *in leg. licèt n.* 20. *C. qui pot. in pign. hab.* Bald. *in leg. hac edictali §. his illud, C. de secund. nupt.* Ad effectum enim hypothecæ generalis quæ comprehendit etiam bona futura sufficit quod res aliquando fuerit in dominio donan- 3
tis, sive de tempore contractus, sive post leg. *& quæ nondum §.* 1. *D. de pign.* Bart. *in leg. rem alienam n.* 5. *vers. si vero ex generali, D. de pignorat. act.* Negus. *de pign.* 8. *p.* 3. *memb. n.* 6. & in puncto videtur text. expressus, qui in contrarium allegatur *in leg. qui balneum, §. Titia, qui pot. in pign. hab.* Ubi inquit Africanus, Quod Titio prædium alienum pignoris dedit, post Mævio, deinde Domina ejusdem pignoris facta marito in dotem æstimatum dedit, si Titio soluta sit pecunia non ideo magis Mævii pignus convalescere placebat, tunc enim priore demisso sequentis pignus confirmatur, cum res in bonis debitoris inveniatur, in proposito autem maritus emptoris loco est, atque ideo neque tunc cum Mævio obligaretur, neque cum Titio solveretur in bonis mulieris fuerit, nullum tempus inveniri quo Mævii pignus convalescere possit, hactenus Africanus qui claris verbis concedit pignus post acquisitionem bonorum ad favorem Titii convaluisse, & nil mirum si nunquam ad favorem Mævii convaluit, quia dum bona obligavit ad favorem Mævii, bona non erant in bonis Titiæ quæ obligationem fecerat, dum verò solvit Titio qui habebat priorem hypothecam bona erant alienara, & sic nullum tempus invenitur quo pignus Mævii convalescere possit, quæ est ratio text. quia non inde sequitur quod etiam si tempore contractus fuisset pignus in bonis debitoris, id fuisset obligatum, cum adesset Titius anterior Mævio, quicquid dicat Fulgos. *in dict. §. Titia*, cum pignus non esset tale ut ex eo utrique posset satisfieri, semper enim requiritur quod in bonis debitoris reperiatur pignus in tempore in quo potuerit convalescere. Et ideò text. dicit de utroque tempore, quia eo casu nullo tempore respectu hypothecæ Mævii fuit in bonis debitoris, & ideo illius hypotheca nunquam convaluit, qui non est casus noster sed casus Titii qui habebat priorem hypothecam, quæ statim facta acquisitione convaluit: Et licèt postea fue- 4
rit alienata, tamen transeunt cum sua causa, scilicet affecta hypotheca cùm alienatio debitoris non possit facere conditionem creditoris deteriorem *leg. debitorem, si de pign. l. res pignoris, C. de remiss. pign.* eleganter Gabr. *cons.* 141. *n.* 8. *l.* 1. & in nostris terminis dicit etiam Bero. *cons.* 46. *n.* 15. *juncto n.* 7. & 8. Ex quibus numeris colligitur quod loquitur in casu nostro *lib.* 1. & ita intelligit hunc text. Cujac. *in comment. ad Africanum tract.* 8. exponendo illam legem *fol.* mihi 1171. Inquit enim quod non est quærenda alia ratio quàm quæ ab Africano redditur, nullum scilicet tempus inveniri posse, quo pignus datum Mævio valuerit, aut convaluerit, non valuit quo tempore contractum est, nec convaluit quo tempore dimissus est Titius, quia, & hoc, & illo tempore res fuit aliena. Ratio est sumpta ab enumeratione partium, quia certè verius est, nec medio tempore convaluisse pignus Mævii, quia ei obstabat Titius qui eum præcedebat, nec poterat utrumque pignus implere, ac proinde infirmum erat Mævii pignus ex duabus causis, quod res aliena erat, & quod Titius prior erat, quarum una tantum efficit quantum altera, ex una quidem causa convaluit pignus medio tempore dominio acquisito mulieri, altera non convaluit, qui medio tempore dimissus Titius non est, sed quoad æstimationem demum aut venditionem rei in maritum factam; nullo igitur tempore plene convaluit, & ideo nec agitur hypothecaria in maritum ignorantem, in scientem agit, quia id egit dolo malo cum muliere, ut res æstimaretur fraudandi Mævii causa, quæ sunt ultima verba text.

quæ

quæ non faciunt ad casum nostrum, & subsequitur Cujac. quod cum Accurs. hæc non perciperet, multa commiscet in hunc §.

5 Hinc sequitur quod cùm hypotheca ad favorem Caroli convaluerit, etiam quod sit generalis cum sit anterior, præferatur hypothecæ speciali Bonaventuræ *leg. generaliter, C. qui pot. in pign. hab. l. ult. C. quæ res pign. oblig. poss. leg. qui generaliter leg. potior. D. qui pot. in pign. hab.* Et hæc conclusio procedit etiam quod Carolo sub conditione bona fuerint obligata, cùm postea fuerint obligata Bonaventuræ. Nam adveniente conditione prout evenit, in casu isto retrotrahitur obligatio ad initium conventionis
6 hypothecæ, cum conditio sit casualis, nunc autem protestativa, ita ut dictus Carolus inveniatur prior, & antiquior creditor; ac præferatur Bonaventuræ posteriori creditori puro; ex dispositione *dict. leg. qui balneum §. Titia, & leg. potior, §. videamus ff. qui pot. in pign. hab.* Quando enim dispositio est
7 sub conditione casuali, dicitur jus quæsitum licèt conditionaliter, & ideo adveniente conditione retrotrahitur, & primus ille creditor præfertur secundo posteriori ut in præcitatis juribus, quæ in puncto allegat Menoch. *consil.* 852. *numer.* 38. *in fin. vers. ratio differentiæ.* Et nil mirum, cum nulla detur inhabilitas extremi à quo, quia inhabilitas solùm consideratur quando persona vel res periit, aut fuit interempta, non quando non est in bonis debito-
8 ris facto suo qui illam alienavit, cùm alienatio habeat suam causam annexam; videlicet hypothecam anteriorem, *leg. debitorem, Cod. de pign. leg. res pignoris, Cod. de remiss. pign.* Et ita habilitatem extremi declarat Negusan. *de pign. memb.* 2. 5. *part. nu.* 41. Et hanc sententiam *ex text. in dict. leg. qui balneum, §. Titia in dict. leg. potior. §. videamus*, tenent ferè omnes infra scripti DD. videlicet Bart. *in leg. si quis pro emptore n.* 46. *&* 47. *D. de usucap.* & ibidem Jas. *n.* 311. idem etiam Bart. Angel. Alexand. & reliqui in *leg. filius, D. de verb. obl.* Din. *cons.* 4 quem sequitur Joann. Andreas *in addit. ad speculat. in tit.* 1. *de Teste, §. nunc tractemus, vers.* 18. *in addit. magna*, Alberic. *in dict. l. potior per tot. ff. qui por. in pign. hab.* & ibidem Fulgos. *n.* 2. Socin. *sen. cons.* 41. *n.* 19. *lib.* 4. Gabr. *cons.* 141. *n.* 8. *lib.* 1. iterum Alberic. *in d. leg. qui baln. §. Titia, ibi in bonis mulieris fuerit*, & Fulgos. *n.* 1. *&* 5. Oldrad. *cons.* 114. *n.* 4. Paris. *cons.* 11. *n.* 83. *&* *seqq. lib.* 1. Alciat. *respons.* 131. *n.* 4. eleganter Menoch. qui ponit rationem diversitatis inter conditionem protestativam & casualem *dict. cons.* 852. *nu.* 37. *&* 38. Rebuff. *in tractat. de constitut. reddit. tit.* 1. Gloss. 8. *n.* 9. Rodericus Suarez *in leg. post rem judicatam in declaratione legis regni limit.* 17. *n.* 4. *ad fin.* Gutierrez *allegat.* 4. *nu.* 16. Negusan. *de pignor. memb.* 2. *part.* 5. *num.* 12. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 12. *tit.* 23. *n.* 29. *& lib.* 14. *tit.* 46. *n.* 19. & de communi testatur Bero. *cons.* 46. *num.* 15. *&* *seqq. lib.* 1. cum infinitis qui possent allegari, & hanc etiam sententiam tenuit Rota apud Mohed. *decis.* 1. *de pign.* & alias etiam tenuisse testatur Mantica locis citatis, & bis in hac causa in prædictis duabus *decis. coram R. D. meo Patriarcha Hierosolymitano*, & prius *coram R. P. D. meo Verospio* 24. *Junii* 1617.

Neque est verum quod huic opinioni videatur resistere *text. in cap. si pro te rescript. in* 6. *&* *in Clement.* 1. *de concess. præben.* ubi si concessum fuerit beneficium, si alicujus consensus accesserit, deinde ante præstationem consensus illud alteri fuerit concessum sim-
9 pliciter, iste ultimus est potior, quamvis postea supervenisset consensus illius tertii, quia iste consensus non trahitur retro in præjudicium illius qui medio tempore jus quæsivit, prout dicta jura ponderat Giovagnionius modernus J. C. Bononien. *in cons.* 35. *nu.* 46. *&* *cons.* 98. *num.* 11. *vers. & pro hac opinione*, ubi conatur etiam probare *n.* 25. *&* 27. quod hæc sententia habet multos contradictiones. Nam huic motivo fuit responsum nullatenus prædicta jura officere, quia ibi non agitur de conditione casuali prout in casu nostro, sed conditione protestativa, quæ licet dependeat à voluntate tertii, non tamen trahitur retro ad tempus concessionis actus, sed vires assumit tantum tempore quo adest conditio, quæ cùm non dependeat neque à Papa, neque à proviso; sed à tertio, absque injuria primi medio tempore Papa conferre potuit Joann. Andr. *in dict. c. si pro te, n.* 3. Joan. Monachus *n.* 2. Geminian. *num. quinto*, Franc. *num. tertio.* Anchar. *num.* 1. Gugliel. de Monte Lauduno *col.* 1. *vers. unde hæc conditio.* At secus est in conditione mixta vel casuali qualis est ista, ut dicunt DD. præcitati, & in terminis *dict. Clem.* 1. *conditio erat merè protestativa à voluntate proviси, cum Papa providerit cum conditione nisi beneficium minoris valoris duxerit acceptandum.* Unde ante declarationem potuit Episcopus utrumque beneficium conferre, quia illa conditio protestativa non retrotrahitur, Vitalis *in dict. Clem. n.* 4. Cardinalis *n.* 9. *vers. secundo oppono.* Anchar. *n.* 21. Abb. *col.* 1. Joan. de Imola *num.* 3. *&* *seqq.* Et ratio est quia quando conditio est protestativa nullum jus dicitur parti acquisitum, ex quo pendet à voluntate alicujus quod actus perficiatur, non enim ante impletam conditionem contractus dicitur initus, sed ineundus, & ob id non trahitur retro. Ac secus est quando conditio est casualis, quia hoc casu dicitur jus quæsitum, licèt conditionaliter, & ideo veniente conditione retrotrahitur, & ille prior creditor præfertur secundo posteriori, prout est casus noster, ut post Joan. de Lignano, Paul. de Eleazaris, Joan. de Fantuccio, Gemin. & alios, distinguit Menoch. *dict. cons.* 852. *num.* 39. *cum pluribus seq.* & optimè Socin. sen. *in cons.* 41. *in princ. lib.* 4.

Alia etiam fuit per Dominos data responsio videlicet quod etiam si conditio de qua in juribus illis fuisset casualis vel mixta ad effectum acquisitionis dominii gratiâ prima ad favorem secundi faciendo illi collationem puram potuit revocari, ita ut dominium acquiratur secundo, *leg. quod de rei vendicat.* Bart. *in leg. si quis jusjurandum n.* 1. *Cod. de reb. credit.* Afflict. *in c.* 1. *mihi n.* 31. *de Vassal. qui contra constit.* Lotar. & latè Menoch. *cons.* 388. *n.* 34. *lib.* 3. Surdus *cons.* 382. *numer.* 79. *&* 80. *lib.* 3. Quod etiam fuit admissum in hac causa ad effectum acquisitionis dominii per Bonaventuram, cui simpliciter fuit facta donatio cum traditione possessionis ut in *decis. sub die Aprilis* 1617. *&* 7. *Maii* 1618. *coram R. P. D. meo Verospio.* At secus est respectu hypothecæ quæ non poterat considerari in casibus prædictorum jurium, quæ quidem hypotheca semper sequitur rem quæ dicitur transire cum sua causa, ut suprà probatum est, & eleganter distinguit Gabr. *d. cons.* 141. *n.* 8. *lib.* 1.

Ad DD. verò allegatos per Giovagnon. fuit responsum quod aliqui loquuntur quando extremum à quo non reperitur habile, quod non est in casu nostro cùm sit habile ut suprà probatum est. Et ita loquitur Negus. *de pignor. dict. part.* 5. *membr.* 2. *n.* 40. *&* 41. Magon. *dec. Florent.* 21. *num.* 13. Tiraquell. *de jur. constit. ampliat.* 17. *n.* 6. & in hunc sensum loquitur Surdus *in cons.* 43. *n.* 40. *&* 41. *lib.* 2. dum agit de restitutione facta à Principe, *& in cons.* 382. *n.* 79. *&* 80. dum loquitur respectu dominii. Alii verò DD. dicunt quod Constitutum conditionale non retrotrahitur purificata conditione, quando medio tempore fuit facta realis traditio alteri, quod est verum cùm de possessione, & dominio tractatur, ea ratione, quia donatio præcedens conditionalis impedire nequit, quin dominium & possessio in alium transferatur, ideo ut is in quem antea translata sunt fit potior, quasi is qui donavit efficere possit ne dominium & possessio primo donatario acquiratur, illam in aliam ante purificatam condi-

10 11 12 13 14 15

conditionem transferendo, ut in *dict. leg. quoties*, *C. de rei vendic.* quia purificato constituto extrema non sunt amplius habilia. At secus est respectu hypothecæ, cùm extrema sint habilia, cùm hypotheca semper sequatur rem, ut suprà dictum est, & ita respondet Gabr. *dict. conf.* 14. *n.* 8. *lib.* 1. & in istis terminis, qui non faciunt ad propositum loquuntur DD. allegati per Govagnion. nempe Signorol. *conf.* 217. *n.* 1. Decian. *conf.* 247. *num.* 3. *vers. non obstat quod supra dictum*, *& in leg. contractus* 23. *n.* 22. *vers. sexto limitatur*, *ff. de reg. jur.* Rip. *conf.* 8. *tit. de donat.* & ad Trebell. *fol. mihi* 76. Gozadin. *conf.* 58. *n.* 37. & 38. Grat. *conf.* 69. *nu.* 11. Mardell. *conf.* 103. *l.* 1. Monterent. *ad Statut. Bononiæ tit. de pacto præt.* §. *ita demum vers. solutio in fin.* Tiraquell. *de jure constitut. ampliat.* 17. *n.* 5. *& seqq.* Honded. *conf.* 18. *num.* 67. *vol.* 2. Marcabr. *conf.* 31. *per tot.*

16 Non obstat quod in omnem eventum prædicta procedere si hypotheca fuisset purificata ante alienationem, vel fuisset ab initio pura, secus autem quando purificatur post alienationem, quia isto casu nulla adest lex aut doctor qui hoc dicant, imo multi DD. teneat expressè contrarium, ut dicit Giovagnon. *d. conf.* 35. *num.* 33. *quod tuetur conf.* 98. sed certè ex prædictis apparet de contrario, quia verissima est conclusio quod hypotheca conditionalis conditione casuali vel mixta retrotrahitur ad diem contractus, ut supra probatum est, quod habet etiam locum quando bona futura fuerunt obligata, si postea acquirantur, & potest considerari tempus quo bona sint affecta, ut etiam supra probatum est ex *d. l. qui balneum*, §. *Titia*, supra inductum, quem DD. supra citati passim allegant ad probandam prædictam conclusionem, ut habeat hunc intellectum: Et propterea ex eo non potest firmari conclusio, quod ad hunc effectum requiratur quod bona sint in bonis, vel de tempore contractus, vel de tempore purificatæ conditionis, quia iste non est verus intellectus istius text. ut supra ex Cujac. probatum est, sed sufficit quod aliquando pignus convaluerit prout in casu nostro, quo statim acquisitis bonis convaluit, ut jam dictum est.

17 Nec DD. per ipsum Giovagnon allegati contrarium dicunt; nam Bart. quem primò allegat in *d. l. qui balneum*, §. *Titia*, *in princ.* ponens casum ibi. Primo obligavi Titio rem alienatam, secundo obligavi etiam Cajo, tertio emi rem alienam, quarto illam rem Sempronio vendidi, & pretium solvi primo creditori, quamvis dicat quod secundus non potest avocare à primo possessore, quia nunquam fuit illa res sibi obligata, quod est verissimum & non negatur; non tamen dicit quod non convaluerit hypotheca Titii cui res fuit primo obligata, ita ut si non fuisset satisfactus non potuisset agere contra pignus quod amittit text. ut supra ponderatum fuit, & benè facit Angel. in contrarium per Giovagnon. allegatus, qui ponit utrumque casum, videlicet Titii primi, & Mævii secundi creditoris in Summario legis, casum Titii ponit hoc modo. *Conditio existens retrotrahitur*, *si habet extrema habilia*, & infra ponit casum Mævii ibi, Secundo, nota *regulam auream* hujus §. *quod tunc demum per subsequens dominium confirmatur pignus à principio invalidum si in bonis debitoris tempore confirmationis inveniatur.* Ergo non sufficit sola acquisitio dominii, nisi perseveret tempore confirmationis quia tempore quo fuit confirmatum pignus Mævii per solutionem factam Titio pignus non erat amplius in bonis, secus si fuisset in bonis prout in casu nostro.

18 Ad doctrinam Baldi, in qua Giovagnion. facit maximum fundamentum *in d.* §. *Titia* in lectura antiqua. Responderunt quod primo loco Bald. nihil aliud facit quàm redigere in summarium text. in facti contingentia, ut patet ibi, in §. *Titia prædium.* In re quæ non est in bonis debitoris tempore contractus non tempore conditionis existens, licet sit medio tempore non trahitur hypotheca, hactenus Bald. cujus sensus est dum dicit, si bona non reperiuntur in bonis tempore conditionis existentis non trahitur hypotheca, licet medio tempore fuerit, quod si non reperiantur in bonis quando hypotheca convalescit si non fuerint alienata in tertium qui est casus d. §. Titia, quem in compendium redigit Bald. secundum quod propterea est intelligendus Bart. *in leg. non solum*, §. *liberationis verbo*, *n.* 7. & ibi addent. *D. de legat. liberat.* qui non est casus noster: Quia convaluit hypotheca Caroli de Castro statim quando bona fuerunt acquisita, & sic erant in bonis quando hypotheca convaluit, ut suprà probatum est. Et in hunc sensum loquitur in secunda lectura antiqua dum dicit. Nota quod dominium superveniens debitori, qui obligavit rem bona fide creditori sub casu, vel conditione de futuro non confirmat pignus, nisi tempore confirmationis res sit in bonis debitoris, quia requiritur quædam habilitas tempore confirmationis. Verba enim illa sub casu, vel conditione debent intelligi secundum *d.* §. *Titia.* Videlicet si bona mea erunt, vel si Dominus consenserit, & sic Bald. explicando illum text. loquitur sub casu, vel conditione de futuro, quæ respiciunt ipsum pignus, non autem res, & bona pro quibus conditionaliter fuit datum pignus, quia hoc casu sufficit, quod hypotheca convalescat, hoc est quod teneat primum locum, & non excludatur ab alio, quo casu etiam quod sit conditionalis conditione casuali, vel mixta purificata conditione retrahitur in præjudicium tertii, cui medio tempore fuit dominium quæsitum; ut suprà est probatum.

Et ex prædictio tollitur facillimè dictum Fulgos. dum 19
redigit in summ. §. *Titia* ibi, Pignus in re alienata contractum non potest confirmari si tempore, quo causa confirmationem supervenit non fuerit in bonis debitoris, hoc est, quia cum pignus Mævii esset exclusum per anterius pignus Titii, cum bona fuerint alienata, & postea satisfactum Titio, licet fuerit per talem satisfactionem Titii confirmatum pignus Mævii, non tamen suffragatur, cum bona non essent amplius in bonis debitoris, quod clarè ipse Fulgos. declarat hoc modo *n.* 1. in loco in contrarium per Giovagnon. allegato dum dicit. Nota quod solutione facta primo creditori, ita demum pignus secundi creditoris confirmatur cum res pignorata in bonis debitoris invenitur, quod ita verum puto si tempore ipsius pignoris secundi res non fuerit in bonis debitoris.

Et secundum terminos *d.* §. *Titia*, sunt intelligendi 20
Ripa *in leg. privilegia*, *n.* 42. *D. de privileg. credit.* Asin. *de execut.* §. 7. *cap.* 33. Negus. *de pig. part.* 5. *memb.* 2. *n.* 41. & Bursat. *conf.* 45. *n.* 17. *lib.* 1. qui allegantur per Giovagnon. qui omnes cum allegant text. in d. §. Titia, juxta illius terminos sunt intelligendi, ex doctrina Bart. *in d. l. non solum*, §. *liberationis verbo sup. allegato.* Nec est curandum de Grato *conf.* 69. *n.* 11. *lib.* 1. quia loquitur in constituto, & huic objectioni late supra fuit satisfactum.

Non obstat tandem quod ista videatur donatio cau- 21
sa mortis ex adductis per constan. Roger. *de protestat.* §. 3. *n.* 49. & ideo sicuti in legatis tempus existentis conditionis inspicitur, ita & in donationibus causa mortis, Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 14. *t.* 46. *n.* 11. & 12. Quia fuit responsum quod Rogerius ponit casum quando quis donat bona sua inter vivos post mortem suam, & dicit sensum esse quod donat ex tunc inter vivos, ita tamen quod effectum, & executionem sortiatur post mortem suam, quæ dies mortis cum certo sit extitura dicit hanc donationem esse puram, & dicit statim valere stipulationem quoad substantiam, licet secus quoad effectum exactionis. Et subdit secus esse si quis donat purè inter vivos cum protestatione quod habeat locum post mortem si decesserit sine filiis propter repugnantiam, quia primò dixit

pure,

purè, & deindè si decesserit sine liberis, rapugnantia non potest salvari, & ideò dictum hujus Doctor. non officit in casu nostro. Quia Julius donavit purè inter vivos, quatenus ipse Julius moreretur sine filiis, &
22 sic optimè salvatur ista donatio quod sit pura inter vivos, ad exclusionem donationis causa mortis, quatenus tamen ipse Julius moreretur sine filiis, non autem simpliciter pura, quia erat facta sub conditione quatenus moreretur sine filiis, Alexand. *cons.* 14. *n. vers.* & dicit Bart. *lib.* 1. ubi si dono post mortem quamvis in dubio dicatur donatio causa mortis, tamen secus dicendum quando exprimitur, quod sit inter vivos prout in casu nostro, & dixit Alexand. hanc esse communem opinionem, maximè cum fuerit promissum de non contraveniendo donationi, ut statim dicitur loco prædicto.

Secundum principale fundamentum decis. fuit quia in Instrumento donationis factæ per Julium Mazzatostum Carolo de Castro duæ sunt obligationes. Prima de qua suprà dictum est. Secunda verò est de non contravenien. d. Instrumento, & donationi, nec faciendo actum ipsi contrarium, & hæc obligatio, & promissio habet etiam suam particularem hypothecam ibi. Pro quibus omnibus obligarunt sese, & bona, &c. Unde Carolus loco damnorum & interesse potest agere ad bona medio tempore quæsita, quia cadunt sub hypotheca ex supra ponderatis.

Neque obstat, quod in d. obligatione censeatur repetita conditio, de qua in donatione principali ex Castrens. *in cons.* 225. *in princip. vers. nam omnia*
23 *verba part.* 2. quia hoc est verum ad effectum quod donatio non teneret si conditio deficeret: non autem ad effectum, quod si fuisset contraventum, obligatio non censeretur pura, ita ut ex eo Carolus posset juvari, ut per eundem Castren. *loco citato num.* 1. ibi. Sicut enim ad hæredem defuncti transisset onus solvendi, si assignatio prædicta, vel solutio facta non fuisset, & conditio fuisset impleta. Ita & deficiente conditione debet ad hæredem ejus transire emolumentum, & sic exercitium hujus hypothecæ videbatur tantummodò suspensum,
24 non autem ipsa hypotheca videbatur in hoc casu simpliciter conditionalis, ut innuit Castr. *loco allegato*, Bellamer. *cons.* 39. *n.* 17. *&* 18. *cum seqq.*

Et ita fuit conclusum causa bis proposita, ac maturè discussa, &c.

R.P.D. CERRO.

Romana Renunciationis.

Mercurii 23. *Martii* 1650.

ARGUMENTUM.

Quando & ex quibus dicatur captatoria voluntas. Et renunciatio matris facta filio, ut de suis bonis disponat ad favorem familiæ, non dicitur captatoria dispositio, neque à jure improbata.

SUMMARIUM.

1 *Pacta restringentia libertatem ultimæ voluntatis etiam facta cum eo de cujus hæreditate agitur, improbantur à jure.*

2 *Sustinentur reciprocæ ultimarum voluntatum dispositiones, quando fiunt ex mutua affectione.*

3 *Secus quando ex præambula conventione, & pacto fiunt quia tunc censentur captatoriæ alienæ voluntatis.*

4 *Dictio* supra dicta *est personalissima, & restringit dispositionem ad personas contemplatas, nec ultra eas extenditur.*

5 *Considerata conservatione agnationis omnes filii in pari gradu existentes considerantur tanquam capita familiæ.*

6 *Mater præsumitur habere æqualem affectionem erga omnes ejus filios.*

7 *Nec natus, nec conceptus tempore testamenti non potest dici de familia, & agnatione disponentis.*

8 *Non videtur agnationis conservationi prospicere, qui unicum tantùm vocat, & unicum facit substitutionis gradum.*

9 *In renunciationibus debet Judici causa insinuari & liberè exprimi cum omnibus suis circumstantiis, non sub involucro verborum.*

10 *Stante enormissima læsione non sustinetur renunciatio, sed ab ipso renunciante potest impugnari.*

11 *Concurrentibus solemnitatibus à Statuto requisitis præsumitur omnimodo validitas instrumenti.*

12 *Captatoria voluntas tribus modis distinguitur, & qui sint hujusmodi.*

13 *Qui non renuntiat sub pacto ut certæ personæ instituantur, sed approbat voluntatem futuræ dispositionis jam sibi declaratam, non captat liberam testandi facultatem.*

14 *Quando dispositio non est conditionalis, sed modalis sustinetur, & vitio captatoriæ voluntatis nequit impugnari.*

15 *Quando renunciatarius potest instituere hæredes sibi visos nec umbra captandæ voluntatis potest considerari.*

16 *Ex quibus dicatur, quis constituisse perpetuam primogenituram omnes in testamento expressos & ordine successivo vocatos.*

17 *Ordo successivæ vocationis censetur repetitus inter descendentes secundi, & ulterius geniti, ut plus videatur tribuere remotioribus, quàm proximioribus magis dilectis.*

18 *Primogenituræ dicuntur institutæ pro majori agnationis conservatione.*

19 *Quia melius conservatur decor familiæ, si conservant bona in primogenitis quàm inter plures ea distribuant.*

20 *Dicitur reliquisse familiæ, qui uni de familia etiam remotiori relinquit.*

21 *Mandans institui hæredem pro augmento decoris familiæ dat facultatem disponendi ad libitum etiam in unam tantùm de familia.*

22 *Instituens nepotes ex fratre dicitur agnationem conservare.*

23 *Omnes testatoris descendentes tam ex linea effectiva quàm contentiva ultra decimum gradum dicuntur de ipsius familia, & agnatione.*

24 *Et admittuntur ad fideicommissum perpetuum, & pro conservatione agnationis ordinatum.*

25 *Nati longè post obitum avi non illi succedunt in præjudicium alterius etiam remotioris tunc temporis superexistentis.*

26 *Instituens hæredes filios fratri censetur illos instituisse favore conservandæ agnitionis.*

27 *Onus assumendi cognomen & insignia familiæ indicat testatorem voluisse illam semper, & perpetuo conservare.*

28 *Ad effectum renuntiationis sufficit causam fuisse expressam, nec est necessarium ejus veritatem expendere.*

29 *Ex concursu omnium solemnitatum omnia præsumuntur vera, ita ut dubitari non possit de sufficientia & veritate causæ expressæ.*

30 *Causa pro conservatinne agnationis est pia, & laudabilis, & removet omnem læsionis suspicionem.*

31 *In renuntiatione Juris dependentis à futuro eventu nulla potest considerari læsio.*

DECISIO C.

SEntentia Rotalis lata per Reverendiss. P. D. meum Otthobonum, præsidente decisione edita 14. Junii 1649. in qua dictum fuit renuntiationem sustineri hodie impugnabatur à Valentia de Valentibus renunciante.

Et primò, quia ipsa fecit dictam renuntiationem ad favorem Philippi ejus filii, ut ipse de integra sua 1 hæreditate disponeret ad favorem certarum personarum, de quibus se certioratam asserunit; ideoque exinde filio ablata remansit libera testandi facultas, & consequenter renunciatio, tanquam captatoria nullius est roboris, & efficaciæ, cum hujusmodi pacta restringentia libertatem ultimæ voluntatis à jure improbentur, etiam si fiant cum eò, de cujus hæreditate agitur, ut probant text. *in leg. licet* 19. *Cod. de pact. in leg. stipulatio hoc modo concepta* 61. *ff. de verbor. oblig.* gloss. *in leg ex eo instrumento, verb. successive, Cod. de inutil. stipulat. & in l. si fratres* 53. *§ idem respondit il primo verb. ideò, ff. pro soc.* Alexand. *cons.* 28. *per tot lib.* 3. Bertrand. *cons.* 346. *n* 7. *lib.* 6. Bero. *cons.* 30. *n.* 23. *usque in fine lib.* 3. Capell. Tolosan *quæst.* 453 *n* 2. *& per tot.* Tiraqu. *de jur. primogen. quæst.* 6. *numer.* 18. *cum seqq.* Gratian *discept. forens. cap.* 908. *numer.* 1. *cum seqq.* Ossasch. *decis. Pedemont.* 100. *n.* 17. cum aliis per Rotam *in Romana de Cavaleriis* 25. *Junii* 1632. *&* 12. *Febr. coram clar. mem. Coccino in rec. dec.* 178. *n.* 3. *&* 4. *&* 350. *n.* 11. *&* 13. *part.* 6.

Idque eo fortius, cùm illa non fecerit simpliciter ex affectione erga filium, sed ea lege & pacto, ut instituerent personas inter ipsos conventas, ibi *Certior facta de ipsius voluntate circa institutionem hæredis, &c. ut hoc faciat summopere desiderans obtulit eidem ejus filio renunciare, &c.* & ibi, *Hanc autem renunciationem fecit, &c. ad effectum, ut dictus D. Philippus de tota, & integra sua hæreditate ad ejus libitum disponere valeat ad favorem supra dictarum personarum, &c.* Licèt enim 2 sustineantur reciprocæ ultimarum voluntatum dispositiones, quando fiunt ex mutua disponentium affectione *per leg. captatorias, ff. de hæred. instit.* Secus tamen 3 est, ubi (prout hic) factæ fuerunt ex præambula conventione, & pacto inter ipsos disponentes præcedenter inito, tunc enim excluditur mutuæ affectionis ratio, & dispositiones censentur captatoriæ alienæ voluntatis, ut tradit Bartol. *in dict. licet sub num* 1. *Cod. de pact.* DD. communiter *in leg. captatorias, Cod. de testam. milit. & in leg. ille autem institutiones, ff. de hæred. instit.* Gratian. *dict. cap.* 908. *n.* 5. *cum seqq.* Rota *in recent. decis.* 272. *n.* 1. *part.* 8. *& in Romana hæreditatis de Scarsellis* 17. *Decemb.* 1645. *coram Reverend. Dom. meo Decano, &* 27. *Jun.* 1646. *coram R. P. D. meo Celso.* Attenta præsertim stipulatione, & acceptione facta à Philippo renunciatio pro se, suisque hæredibus, & successoribus in testamento declarandis, quæ non sit adjecta ultimæ voluntati, sed renunciationi factæ per contractum inter vivos induxit necessitatem causativam testandi ad favorem earundem personarum, & indicat; Valentiam aliter non renunciasse, nisi filius renunciatarius sic testari promisisset. Quæ quidem necessitas remissa non fuit ex facultate deindè ipsi concessa disponendi ad ejus libitum, dum addita fuerunt sequentia verba, ibi *ad favorem supra dictarum personarum*, quibus satis explicatur, facultatem non suffragari ad disponendum extra personas concor- 4 datas: Dictio enim illa, *supra dictarum*, tanquam personalissima restringit dispositionem ad personas contemplatas, & ultra eas non compatitur extensionem, Aym. *cons.* 98. *n.* 8. Menoch. *cons.* 86. *n.* 43. *&* 44. *& cons.* 610. *n.* 22. Fusar. *cons.* 99. *nu.* 4. Surd. *cons.* 123. *numer.* 13.

Secundò quia deficit causa, cujus contemplatione renunciatio facta fuit; Valentia enim renunciavit pro conservatione bonorum in augmentum decoris familiæ, & agnationis, ac proindè omnes ejus filii in pari gradu existentes, tanquam capita familiæ erant instituendi ad trad. per Molin. *de primogen. lib. primo, cap.* 5. *num.* 31. Ponderatis præcipuè tum illis verbis *ad favorem supra dictarum personarum*, quæ demonstrant plures personas à renunciante fuisse contemplatas; tum etiam qualitate ipsius renunciantis, quæ cùm sit communis mater, æqualem præsumitur habere 6 affectionem erga omnes ejus filios, & sic voluisse, quod omnes æqualiter instituerentur, ad tradita per Angel. *in §. illud quoque, auth. de nupt.* Dec. *in leg.* 1. *sub nu.* 2. *C. und. liber.* Ideoque illi satisfactum non fuit à Philippo renunciatio, dum non instituit præfatos eius fratres, & respectivè filios dictæ renunciantis viventes, & extantes, sed nepotem nasciturum ex uno ipsorum tunc nec etiam conjugato, qui cum eo tempore nec natus, nec conceptus fuisset, non 7 poterat dici de familiâ, & agnatione disponentis *leg. si quis filio, ff. de injust. rupt. & irrit. testam. l. Titius exhæredato filio, ff. de suis & legit.* Nec agnationis con- 8 servationi prospexisse videtur, dum unicum tantum vocavit, & unicum gradum substitutionis fecit, ex allegatis per sanct. mem. Gregor. *dec.* 464. *n.* 17.

Tertiò, quia decretum Judicis interpositum non 9 fuit, causa cognita, eique insinuata, prout requiritur per Statut. Urb. *lib* 1. *cap.* 151. Nam modus conservandi agnitionem per institutionem nepotis nasciturì cum exclusione omnium fratrum non erit palliandus sub involucro verborum, sed liberè exprimendus cum omnibus suis circumstantiis, ut mater posset deliberare, an vellet eidem consentire, ac judex illum intelligere, & approbare per ea quæ dicit Rota *coram bon. mem. Buratto dec.* 120. *num.* 8. *& 22. & in recent. dec.* 1. *n.* 21. *& dec.* 203. *&* 33. *&* 23. *part.* 8. *ac in Romana domuncularum* 10. *Febr.* 1648. *coram reverendiss. D. meo Decano, §. non obstant. in fine.*

Quartò denique, quia fuit enormissimè læsiva, cum pro tenui menstruo legato scutorum 25. temporaliter duraturo ipsa renunciaverit legitimam ascendentem ad 10 scuta quinquaginta mille, & ultra. Stante enim enormissima læsione, renunciatio non sustinetur, sed ab ipsamet muliere renunciante validè potest impugnari, ut respondit Rota *decis.* 102. *num.* 1. *cum sequentibus, part.* 2. *diversiculo decis.* 38. *num.* 1. *cum seq. par.* 8. *recent. & in Romana donationis* 16. *Martii* 1643. *coram R. P. D. meo Bichio.*

Verùm causa proposita, his minimè obstantibus, Domini iterum existimarunt renunciationem sustineri, & sic sententiam Rotalem esse confirmandam, quia ejus validitas non revocatur in dubium, & justitia con- 11 vincitur ex ipso renunciationis Instrumento, in quo servatæ fuerunt omnes solemnitates per statutum nostrum requisitæ *lib.* 1. *cap.* 151. omnimodæ validitatis præsumptionem præ se ferentes, ex juribus allegatis in dicta decisione edita coram Reverend. P. D. meo Otthobono, *§. ratio est, & in Romana prætensæ restitutionis dotis* 15. *Jan. &* 21. *Junii* 1649. *coram R. P. D. meo Peutingero.*

Primum siquidem objectum removeri visum fuit 12 ex qualitate dispositionis captatoriæ, quæ regulariter tripliciter dividitur. Primò scilicet, quando substantia ultimæ voluntatis principaliter, & directò confertur in liberam voluntatem alterius, ut puta si testator dixerit, *instituo hæredem Sempronium, si Titius voluerit:* quia si Titius dicat se nolle, Sempronius non erit institutus, & Testator remanebit deceptus decedendo intestatus, *lege si quis Sempronium* 68. *ubi gloss. in figuratione casus, D. de hæredit. instit.* gloss. *in lege captatorias verb. alienæ. D. eodem in lege captatorias. Cod. de testam. milit.* Secundò quando non principaliter, sed per indirectum committitur substantia dispo-

dispositionis, *ut instituo, quem Titius voluerit;* Nam Titio nolente, vel non eligente, institutio remanet vacua. Tertiò denique quando institutio fit sub spe alterius institutionis, videlicet, *Instituo te, si instituieris me.* gloss. *in dict. l. captatorias d. verb. captatorias. C. de testam. milit.* & hisce tribus modis captatoriam voluntatem distinxerunt Covarr. *in c. cum tibi num.* 1. *de testam.* Graff. *in §. institutio, quæst.* 18. *num.* 2. & Rota *in superius allegata Romana de Cavaleriis* 25. *Junii* 1532. *coram clar. mem. Coccino in recent. d. decisione* 350. *num.* 4. *usque ad* 14. *part.* 6. Tertia verò species subdividitur etiam & comprehendit casum, quo institutio, vel alterius dispositionis conditio tendat ad alium extraneum hæredem instituendum, ut puta, *Titius habeat centum, vel hæres meus esto, si Mævium hæredem instituerit, per t. de lege si fratres* 53. *d. §. idem respondit, D. pro soc. & in illa autem institutione* 71. *versic. sed illud quæ in potest. D. de hæredit. institut.* Covar. *in d. cap. cum tibi, n.* 2. *versic. & ideo idem erit.*

Nulla autem ex præfatis speciebus congruit casui nostro. Prima siquidem, & secunda non indigent discussione: tertia verò penitus tollitur ex contextu renunciationis: Valentia enim non renunciavit sub prætensa promissione, pacto, seu conditione, quod Philippus renunciatarius certas personas instituerit; sed approbavit dumtaxat ejus voluntatem futuræ dispositionis antecedenter sibi oretenus declaratam, atque ad renunciandum mota fuit, ut eo magis filius eandem suam voluntatem jam sibi cognitam posset adimplere, ut sunt clara verba ejusdem renunciationis, ibi, *Per-illustrissima D. Valentia, &c. exposuit, &*
a3 *narravit, quod Per-Illustrissimus D. Philippus de Valentibus ejus filius, &c. volens de bonis suis disponere proposuit testari, ipsaque exponens certior facta de ipsius voluntate circa institutionem hæredis, & de causa, ex qua movetur pro bonorum conservatione in augmentum decoris familiæ, & agnationis, &c. hujusmodi voluntati adhærens, idemque intendens, ac propterea ut hoc faciat summoperè desiderans obtulit eidem ejus filio renunciare legitimam, & aliam quamcunque portionem sibi in bonis illius de jure quomodolibet debitam, &c.* & ibi, *renunciavit, &c. legitimæ & alteri cuicunque portioni, &c. ipsamque legitimam, & aliam quamcunque portionem, ac jura, &c. ut supra cessit, &c. dicto D. Philippo ejus filio præsenti, & pro se, suisque hæredibus, & successoribus in dicto testamento nominandis, seu declarandis acceptanti, &c. Hanc autem renunciationem fecit, &c ad effectum, ut dictus D. Philippus de tota, & integra ejus hæreditate ad ejus libitum disponere valeat ad favorem supra dictarum personarum, &c.* Hinc
14 igitur institutio hæredis pendebat ab arbitrio renunciatarii jam anteà declarato, & consequenter renuncians per hujusmodi renunciationem non captavit, neque aucupavit illius liberam testandi facultatem ad tradita per Fontanell. *de pact. nuptial. claus.* 5. *gloss.* 10. *part.* 2. *n.* 19. *fol. mihi* 241. Mastrill. *dec. Sicul.* 190. *n.* 1. & 2. verba verò illa ibi, *ut hoc faciat summopere desiderans*, & ibi, *dictus D. Philippus de tota, & integra ejus hæreditate ad ejus libi-.um disponere valeret ad favorem supra dictarum personarum, &c.* non important conditionem, sed modum, nec faciunt dispositionem conditionalem, sed modalem, quæ proinde sustinetur, & vitio captatoriæ voluntatis impugnari non potest, esto quod si modus esset illicitus, & à jure improbatus rejici deberet, ut docet gloss. *in lege cum donationis, verb. adstringitur, vers. si vero remittat, C. de transact.* Ruin. *cons.* 20. *num.* 2. & 3. *lib.* 2. Peregrin. *cons.* 34. *n.* 3. *cum seqq. lib.* 5. & *fideicommiss. art.* 33. *n.* 63. Fusar. *de substit. qu.* 503. *n.* 27. *cum seqq.*

Indeque cessant omnia superiùs in contrarium ad-

ducta: Procederent enim, si Valentia renunciasset sub explicita conditione instituendi certas personas, ita ut filius renunciaturus contra ejus voluntatem adstrictus esset unum magis quàm alium habere hæredem, ut ad litteram probant text. gloss. & DD. suprà allegati, & facit Socin. jun. *cons.* 143. *n.* 40. *lib.* 1. Secus autem, ubi renunciavit (prout hic) per modum simplicis approbationis, & adhærendo voluntati ejus filii sibi antea declaratæ. Hoc enim casu cum renunciatarius instituere potuisset hæredes sibi visos & quos vellet, nec minus umbra captandæ filialis voluntatis in matre renunciante considerari potest, ut optimè tradit Bart. *cons.* 72. *sub n.* 1. *vers. sed in proposito, vol.* 1. quem refert & sequitur Socin. jun. *d. cons.* 143. *num.* 41. Acceptatio verò, & stipulatio pro hæredibus in testamento declarandis nullus est relevantiæ, quia illorum nominatio non pendebat à voluntate renunciantis, sed à libero arbitrio renunciatarii juxta declarationem præcedentem ab ipso oretenus factam quod à jure non improbatur juxta auctoritates superius allegatas.

Secundum penitus tollitur, tam in Facto, quàm in Jure: In facto scilicet, quia causa renunciationis non fuit in eo constituta, quod Philippus deliberaverit instituere ejus familiam, vel agnationem simpliciter, & absolutè, sed quia deliberaverat instituere 15
hæred. pro conservatione bonorum in augmentum decoris familiæ, & agnationis, ibi, *Ipsaque exponens certior facta de ipsius voluntate circa institutionem hæredis, & de causa, ex qua movetur pro bonorum conservatione in augmentum decoris familiæ, & agnationis, &c. hujusmodi voluntati adhærens, &c.* Unde cum ipse in ejus testamento hæredem instituerit Primogenitum Andreæ Angeli ejus fratris, & illi substituerit omnes ejus filios, & descendentes masculos in perpetuum omnibusque defectis, vocaverit secundogenitum, & ejus descendentes pariter masculos, ac demum eodem modo tertium, quartum, & ulteriorem gentium, cum perpetuo, & cessivo ordine primogenituræ. Et casu quo Andreas Angelus non haberet filios, vel omnes illius descendentes decesserint, substituerit alios ejus nepotes, scilicet Joannem Baptistam, eiusque filios, & descendentes, ac deinde Jacobum, illiusque pariter filios, & descendentes, ut supra, cum prohibitionibus, oneribus, & aliis in testamento adscriptis pro perpetua ejus agnitionis & familiæ conservatione, ibi, *In tutti e singoli altri miei, &c. mio herede universale faccio, &c. il primo figliuolo maschio legitimo, e naturale, che haverà con la Dio gratia il Sig. Andrea Angelo mio fratello, & à lui voglio, che gli succedino volgarmente, e per fideicommisso li suoi figliuoli, nepoti, e pronepoti, & altri descendenti maschi legitimi, e naturali in perpetuo, & infinito; E mancando detto figliuolo, e sua descendenza mascolina voglio, che similmente succeda il secondo genito di detto Signor Andrea Angelo, e la sua descendenza mascolina legitima, e naturale come sopra, e così il terzo, quarto, & altri geniti di detto Sig. Andrea Angelo, e loro descendenza, &c. E caso, che detto Sign. Andrea Angelo non haveſſe figliuoli, ò descendenti maschi, come sopra, ò morissero, &c. in quisto caso voglio, che in detta mia heredità intieramente, e senza diminutione alcuna succede detto Sig. Gio. Battista mio nepote, e li suoi figliuoli, e descendenti maschi, come sopra, & in defetto loro restando finita la lora descendenza, voglio, che succeda detto Sig. Giacomo fratello, e mio nepote, li suoi figliuoli, e descendenti come sopra; eseluse sempre in qualsivoglia di dette descendenze le femine, e loro descendenti, & in defetto di questi, ò vero mancando, e restando paramente finita loro descendenza voglio, che quello, che sarà ultimò, possa disporre di tutta la mia heredità, instituendo herede universale un figliuolo naturale di una di dette descendenze, se pure per fragilità humana ci fosse, à sua elet-* 16

tione, e quando ci fusse uno legitimo, e naturale delli nostri piu prossimi, parimente à sua elettione, con le vocationi, sustitutioni fideicommissi, prohibitioni, & altro, che saranno necessarii per la perpetua conservatione, e nome della mia famiglia, &c. che percio voglio, che quello, che succeder à pro tempore, pigli, & usi cognome, e l'arme della mia Casa, &c Utique constituisse videtur perpetuam Primogenituram inter omnes in eodem testamento expressos, & dicto ordine successivo vocatos, ut tradit Menoch. *cons.* 904. *num.* 44. *vol.* 10. Rot. *in Avenion. fideicommissi* 5. *Decembris* 1635. *coram Eminentiss D. Card. Panzirolo in recent. decisione* 77. 17 *num.* 24 *part* 7. Licet non expresserit ordinem successivæ vocationis inter filios, & descendentes primi, secundi, & ulterioris geniti, cum in ipsis repetitus censeatur, ne alias valeat plus tribuisse remotioribus, quàm proximioribus magis dilectis, ut in puncto respondent Anchar. consilio 27. *per tot.* Roman. *consilio* 438. *numer.* 13. Peregrinus *cons.* 38. *num.* 6. *usque in fine lib.* 5. Menoch. *consilio* 1006. *numer.* 49. *volum.* 10. Tiraquell. *de jure primog. quæst.* 3. *numer.* 6. *cum seq. & signanter num.* 20. Molin. *de primogenit. lib. cap.* 5. *numer.* 10. & 10. cum aliis optimè adductis *in Tiburtina fideicommissi* 25. *Maii* 1646. *& lucet*, 14. *Januarii* 1647. §. *nec dubitare fecit, coram Reverend. P. D. meo Arguelles.* Et consequenter con- 18 troverti non potest, ipsum plenè adimpleviss e causam conservationis decoris familiæ, & agnationis in dicto Instrumento renunciationis expressam; cum primogenituræ introductæ, ac institutæ dicuntur pro majori agnationis conservatione, Cepol. *consilio* 251. *num.* 48. *libro* 2. Decian. *respons.* 31. *sub numer.* 9. *versic. secundo ad probandam volum.* 1. Gabr. *consilio* 106. *num.* 3. *versic. tamen dubium fecit libr.* 1. Menoch. *cons.* 204. *num.* 18. *vol.* 3. Tiraquellus *ubi supra quæst.* 71. *n.* 2. & 3. Mantic. *de conject ultim. volunt. lib.* 16. *tit.* 15. *ante numer.* 16. *versiculo item* 19 *si testator*, Rota *in recent. decisione* 427. *numer.* 40. *part.* 5. Ea scilicet ratione, qua familiarum decor, & dignitas melius conservantur ex inita bonorum conservatione in personis primogenitorum, quàm per illorum distributionem inter plures, ut optimè ponderarunt Socin. senior *consilio* 47. *numer.* 6. *lib.* 3. Paris. *consilio* 72. *numer.* 82. *part.* 4. benè ad propositum relati *in dicta decisione coram Reverend. P. D. meo Otthobono*, §. *quia tantum abest*, quos *refert*, & sequitur Surd. *consilio* 241. *numer.* 14. & doctæ comprobavit Rota *in Romana locorum Montium* 15. *Februarii* 1641. *coram R. D. meo Decano* §. *de jure namque.*

In jure verò, quia familiæ reliquisse dicitur, qui uni de familia etiam remotiori reliquit, ut probant 20 text. clari *in leg. filius famil.* 117. §. *cum prætor*, ibi, *Verum est in familia reliquisse, licet uni reliquisset*, *D. de legatis* 1. *& in leg. unum ex familia*, ibi, *Itaque si cum fonte tres ex familia ejus essent, qui fideicommissum reliquit eodem, vel dispari gradu, satis erit uni reliquisse*, &c. ibique Gloss. *dict verb. uni*, *D. de leg.* 2. Castrens. *consil.* 32. *in fin. part.* 1. Alciat. *cons.* 120. *num.* 9. *lib.* 9. Crott. *cons.* 48. *ante num.* 12. *vers. huic objectioni lib.* 1. Ruin *cons.* 114. *num.* 10. *& signanter, vers. ideo potest fieri*, *cons.* 116. *num.* 13. *vers. & propterea*, *& cons.* 127. *num.* 13. *vers. sicut quando lib.* 2. benè Surd. *cons.* 19. *num.* 6. *& 7. cum segq.*

Ideò non refert, quod mater censeatur æqualem habere affectionem inter omnes ejus filios.

Quia ipsa in dicta renunciatione nullam dispositionem fecit, nec fieri mandavit ad favorem familiæ ex qua proinde censeri posset, omnes æqualiter instituisse, vel instituì voluisse in quibus terminis loquuntur jura ab altera parte allegata: sed tantummodo approbavit (ut dictum est) voluntatem renunciatarii sibi ore tenus declaratam instituendi hæredem pro augmento decoris familiæ, & agnationis, ideoque illi dedisse videtur absoluram disponendi facultatem de re sibi renunciata, ut posset de ea ad sui libitum disponere etiam in unum tantum de familia ex juribus supra adductis, & signanter Ruin. *d. cons.* 114. 21. *sub n.* 10. *& d. cons.* 116. *n.* 12. *vers. ratio ergo*, qui pro ratione considerat quod similis renunciatio in favorem renun- 21 ciatarii principaliter facta censetur.

Nec subsistit quod primogenitus Andreæ Angeli, tanquam non natus, neque conceptus in vita testatoris non dicatur ejus agnatus & sic deficiat causa conservandæ agnationis.

Quia præter quàm quod objectum evitatur animad- 22 vertendum, quod dum testator in defectu linearum omnium descendentium masculorum Andreæ Angeli sustinuit dictos Jo. Baptistam, & deinde Jacobum, eorumque descendentes pariter ejus ex altero fratre nepotes tunc natos, & superexistentes, in ipsis causa agnationis conservandæ suum congruum habuit effectum, ut respon- 23 sum fuit *in Romana successionis* 13. *Junii* 1624 *coram bon. mem Merlino in rec. dec.* 561. *n.* 70 *part.* 8. Tollitur hæc difficultas faciliori responsione, quia omnes descendentes testatoris tam ex linea effectiva, quàm 24 contentivâ etiam in remotissimo tempore ultra decimum gradum progeniti, & usque ad actualem linearum extinctionem dicuntur de ipsius familia, & agnatione *leg. Prætor ait. D. de suis & legitim.* Ac admittuntur ad fideicommissum ab eo institutum, quotiescumque ipse perpetuitatem consideravit, & voluit agnationem conservari, ut post Peregr. *cons.* 44. *num.* 6. *lib.* 4. *& cons.* 42. *sub num.* 6. *lib.* 5. Surdus *dict. cons* 241. *numer.* 50. dictum fuit in Ferrarien. fideicommissi de Rasuriis 12. *Dec.* 1622. *coram bon. mem. Merlino in recent. dec.* 436. *num.* 5. *& 6. part.* 5. Quomodo enim concepti, & nati post obitum testatoris admitti potuissent ad ejus fideicommissum pro agnationis conservatione ordinatum, nisi de illius familia, & agnatione extitissent? Textus verò in objecto allegati non dicunt non esse agnatum testatoris, qui post ejus mortem co cipitur, & nascitur; sed quod nepos conceptus, & natus longè post obitum patrui, vel avi, illi ab intestato non succedit in præ udicium 25 alterius etiam remotioris tunc temporis superexistentis, ut sunt verba *dict. leg. si quis filio*, ibi, *Cæterum si postea conceptus est. Marcellus scribit, neque ut suum, neque ut nepotem, aut cognatum ad hæreditatem, vel ad bonorum possessionem posse admitti, D. de injustit. rupt. & irrit. testam. & in leg. Titius exhæredato filio*, ibi, *Respondi, qui post mortem aut sui concipitur, is neque legitimam hæreditatem ejus tanquam suus hæres neque bonorum possessionem tanquam cognatus accipere potest, quia text.* 12. *tabularum eum vocat ad hæreditatem, qui moriente eo, de cujus bonis quæritur, in rerum natura fuerit*, &c. *D. de suis & legitim.* ac benè explicat Petr. *de fideicommiss. quæst.* 9. *n.* 180. *&* 181.

Et hinc etiam corruit suppositum, quod unicum tantum vocaverit, & unicum gradum substitutionis fecerit, ideoque non prospexerit agnationis conservationi.

Quia ultra quod frater instituendo sibi hæredes 26 filios alterius fratris etiam futuros, & incognitos, censetur illos instituisse favore conservandæ agnationis, ut probat Soccin. jun. *cons.* 172, *sub numer.* 26. *versic. respondetur quod lib.* 2. Ex lectura testamenti superius recensita evidenter apparet, plus personas instituisse, vocasse, & substituisse usque in infinitum, pluresque gradus substitutionum fecisse, se, semper vocando masculos, & excludendo fœminas, deorumque descendentes juxta nominandis onere assumendi cognomen, & insignia ejus familiæ pro perpetua agnationis conservatione; ita ut per consequens clarior deducatur disponentis intentio,

quod

quod voluerit illam semper & perpetuo eo magis conservare, ut in puncto tradit Surdus *dict. cons.* 241. *n.* 13 san. mem. Gregor. *dict. decis.* 464. *n.* 18. Rota *in recent. decis.* 135. *n.* 7, & 8. *& edict. dec.* 427. *num.* 35. 36. & 39. *part.* 5. *& decis.* 126. *num.* 8. *part.* 7.

Ex his itaque cessat pariter tertium, quia cùm ipsamet Valentia Judici asseruerit ad dictam renunciationem devenire propter augmentum familiæ & agnationis, nec non etiam, quia sciebat Philippum renunciatarium velle ipsi renuncianti relinquere scuta 25. quolibet mense sibi anticipatè solvenda: utique ex facto apparet non solum hujusmodi causam cognitam fuisse, & Judici insinuatam, prout attestatur notarius rogatus super interpositione decreti, ibi, *Ex nunc dictus D. Judex ut supra sedens visis, &c. consideratis, &c. causaque plenè cognita, & maturè discussa, &c.* Sed etiam manifestè convincitur veritas, & effectuatio ejusdem causæ, dum filius renunciatarius omnia à renuntiante eidem Judici exposita punctualiter adimplevit, licèt ad istum effectum sufficiat, causam fuisse expressam, nec sit necessarium ejus veritatem expendere, ut
28 dixit Rota *in Romana donationis de Grandis* 16. *Febr.* 1601. *coram bon. mem. Penia apud Pic. ad Statut. Urb. decis. num.* 11. Ex ipsa enim decreti interpositione juncta auctoritate consanguineorum, sive aliorum ejusdem renunciantis filiorum, & Curatoris, qui eidem renunciationi interfuerunt, eorumque consen-
29 sum, & auctoritatem præstiterunt, omnia præsumuntur vera, & rationabiliter, ac solemniter gesta, ita ut de sufficientia & veritate causæ expressæ dubitari non possit, ut respondit Rota *decis.* 345. *n.* 9 *part.* 4.
30 *recent. in Anconitana redditionis rationis* 2. *Decembris* 1747, *coram Reverendiss. D. Terracinen.* §. *est enim & in dict. Romana prætensæ restitutionis dotis* 15. *Januarii, cujus quidam, & 21. Junii* 1649. §. *cujus quidam, &* §. *sed etiam coram Reverendiss. P. D. meo Peutingero.*

Quartum denique optimè sublatum fuit in dicta decisione emissa coram R. P. D. meo Otthobono §. *penult. & fin.* Ea scilicet ratione, quia hujusmodi renunciatio facta fuit non solum contemplatione dictæ menstruæ præstationis scutorum 25. sed etiam pro agnationis conservatione, ut toties dictum est, quæ causa tanquam pia, & laudabilis quamcunque removet læsionis suspicionem ad tradita per Rotam in similibus terminis coram san. mem. Gregorio *decis.* 120. *num.* 12. *& seqq. & in recent. decis* 74. *n.* 23. *part.* 5. Accedente insuper, quod non agebatur de jure jam purificato, sed à futuro eventu mortis filii dependente, cui licet infirmo mater ipsa septuagenaria poterat prædecedere, vel saltem bona illius ab eo tempore usque ad obitum valde diminui (prout quotidie maximè in mercatoribus contingere solet) ita ut per consequens nulla penitus læsio considerari valeat, ut ponderatur in dicta decis. §. *final.*

Atque ita resolutum fuit, utraque parte informante, &c.

R. P. D. BICHIO.

Romana, seu Januen. Pecuniaria.

Prima Junii 1645.

ARGUMENTUM.

Agitur de justificatione cambiorum, de liquidatione interesse, & damnorum, & aliis ad negotiationem facientibus.

SUMMARIUM.

1 *Confessio debiti inter creditorem, & debitorem non probat in præjudicium alterius creditoris etiam posterioris, ne sit in potestate debitoris, creditores circumvenire.*

2 *Maximè quando debitor de tempore confessionis erat de proximo decocturus.*

3 *Paria sunt quod tempore confessionis debitor sit decoctus, vel de proximo decocturis.*

4 *In materia cambiorum non statur confessioni seu solidationi factæ inter partes, ne sub prætextu hujusmodi confessionis, aperiatur via fraudibus, & illicitis usuris, & n.* 19.

5 *Onus probandi cambia, competit creditoribus, qui sunt Actores.*

6 *Lex solutum in causam indebitam, interpretatur in causam debitam.*

7 *Promittens pecunias negotiari super cambiis, tenetur ad negotiandum, alias ad interesse, nec curatur an negotiatus fuerit, necne.*

8 *Dans pecunias ad cambium, non tenetur probare, illas fuisse ad cambium negotiatas.*

9 *Procurator qui mandatum suscepit ad aliquid faciendum docere debet de illius executione, alioquin condemnatur.*

10 *Mandans si petit cambia uti cambia, tenetur probare pecuniarum transmissionem ad nundinas, & de ratione.*

11 *Quæ transmissio probatur exhibendo saltem litteras redditus.*

12 *Sed si petit cambia tanquam damna & interesse, illa obtinebit absque eo quod probet pecunias fuisse per mandatarium ad cambium datas, n.* 13.

14 *Mandatarius ad certam quantitatem, loco damnorum & interesse condemnari non potest, nisi mandans probet quantum post mandatum susceptum, fuerit ab aliis ex cambiis perceptum.*

15 *Et id solum consequi debet, nec ultra petere potest.*

16 *Liquidatio interesse, seu quantitatis debitæ facienda est à creditore, etiam in judiciis executivis.*

17 *Cambia non sunt uniformia, sed reddunt modo plus, modo minus, imò quandocumque damnum afferunt.*

18 *Procurator debet restituere domino, etiam indebitè percepta, n.* 19.

20 *Susceptio rifici facta ab eo, qui simpliciter in se suscepit rificum capitalis, aut illud restituere promisit, intelligitur de alio periculo amissionis capitalis, quam proveniente ex natura negotii, & habentur exempla.*

21 *Promissio de restituendo capitale, non intelligitur de toto capitali, sed de eo quod supererit.*

22 *Inter Mercatores, idem est* Stare del credere *quod periculum amissionis respectu nominatorum debitorum.*

23 *Dictio* Etiam, *est ampliativa, & implicat etiam materia stricta. & n.* 24.

25 *Verbum* Aliquo, *est universale, & omnes casus comprehendit.*

26 *Conventio, seu susceptio omnis periculi est illicita, & usuraria.*

27 *Est contra jus, quod dans pecunias habeat caput salvum, & accipiens habeat caput fractum, perdendo oleum, & operam.*

28 *Est contra omnem justitiam, & æquitatem, quod accipiens pecunias ad cambium subeat omne damnum & illas dans omne lucrum percipiat.*

29 *Quod procedit, tam in contractu Societatis, quam assecurationis, cum semper requiratur justa compensatio periculi suscepti, dimittendo saltem assecuranti certam partem lucri ex pecuniis percipiendam.*

30 *Usuraria dicitur conventio per quam alteri, qui subit omne periculum capituli, concedatur pars lucri, quatenus certam summam excedat, non autem si non excedat.*

DECISIO CI.

FRatres de Ferrariis uti Creditores Franciſci Viviani in duab. partitis, altera ſcut. 6253. & ſolidorum 13. auri marcarum, altera ſcutorum 9000. ſimilium quæ Vivianus promiſerat negotiare, ſeu negotiari facere ſuper cambiis, egerunt pro reſtitutione ſortis principalis contra Octavium Coſtam Creditorem poſteriorem ejuſdem Viviani, qui pecunias communis debitoris receperat ſub cautione de reſtit. prioribus, & potioribus creditoribus.

Ea excipiente Coſta de ſatisfactione Ferrariorum ex pecuniis Viviani, quæ ad illorum manus pervenerant, quæ imputari debent in ſortem, quia cambia non debentur; fuit coram bon. mem. Coccino propoſitum dubium, An conſtet de tali ſatisfactione? Quo ſæpè propoſito, & nunquam reſoluto, tandem DD. mandaverunt, ut videretur an cambia utriuſque partitæ ſint juſtificata? Cujus dubii diſcuſſione aſſumpta coram me in hac cauſa ſubrogato per obitum bonæ mem. Coccini, Informantes pro Ferrariis, commiſſa pro nunc partita ſcutorum 6253. inſiſtebant alteri, ſcut. 9000. ejuſque cambia non eſſe juſtificata reſolutum fuit.

1 Neque enim ad hunc effectum ſufficit confeſſio Viviani debitoris in inſtrumento ſaldi, facti cum Ferrariis, tum quia confeſſio debiti inter Debitorem, & Creditorem non probat in præjudicium Coſtæ, ſeu alterius Creditoris etiam poſterioris; ne ſit in poteſtate debitoris, Creditores circumvenire, Cin. *in l. ubi adhuc, n.* 1. *Cod. de jur. dot.* Caſtr. *in l. Seiæ Mancipia, n.* 5. *ff. ad Velleianum*, Bald. *conſ.* 432. *n.* 1. *lib.* 1. Grat. *diſc.* 287. *n.* 1. *& ſeqq.* Rota *coram bon. mem. Burat. dec.* 9. *n.* 1. *& dec.* 104. *n.* 1. *&* 2.

2 Eo minus quando debitor tempore confeſſionis erat de proximo decocturus, Baldus *dicto conſilio* 492. *& conſ.* 299. *n.* 3. *lib.* 5. *Straca. de decoct. tit. qui pot. in bon. decoct. n.* 17. Grat. *diſcept.* 768. *n.* 7. 8. Caſtill. *dec.* 22 *n.* 36. *lib.* 1. Burat. *d. deciſ* 9. *& dec.* 104. ut in caſu noſtro erat Vivianus quia poſt 20. dies deceſſit cum fama publica decoctionis, relicto ære alieno, ſupra ſuas facultates, in ſumma ſcut. 10000. ut teſtantur primarii Cives, & Mercatores Januen. & comprobat deputatio aſſumptorum, & deſcriptio bonorum illico facta, ad inſtantiam creditorum, prævio decreto Senatus, ut in *Summario Coſtæ n.* 1. *&* 2. paria enim ſunt,
3 quod tempore confeſſionis debitor ſit decoctus, vel de proximo decocturus. Urſill. ad Afflict. *dec.* 402. *n.* 7. cum aliis allegat per Buratt. *d. dec.* 9. *lit. B.*

4 Tum etiam quia in materia Cambiorum non ſtatur confeſſioni, ſeu ſolidationi factæ inter partes, ne ſub prætextu hujuſmodi confeſſionis aperiatur via fraudibus & illicitis uſuris Grat. *diſcept.* 852. *num.* 11. 12. & 23. Rota *dec.* 775. *n.* 2. *part.* 4. *diverſ. deciſ.* 51. *num.* 5. *deciſ.* 559. *n.* 2. *parte prima rec Dec* 29. *n.* 34. *part.* 7. *& in Romana Cambii* 17. *Februarii* 1642. *coram me, &c.*
5 Incumbit autem onus probandi juſtificandi cambia Ferrariis creditoribus, qui ſunt Actores, *ad leg. nimis grave, Cod. de teſtibus l. cogi poſſeſſionem, C. de petit. hæred. leg. exceptionem Cod. de probat. gloſſ. in leg cum de lege, ff. eod.* Grat. *conſ.* 38. *n.* 6. *lib.* 2. quamvis hodie non petant cambia, ſed ſortem principalem; nam pecunias quas hactenus receperunt pro cambiis, niſi illa juſtificentur, ceſſerunt ipſo jure in extinc-
6 tionem ſortis; cum lex ſolutum in cauſam indebitam, interpretetur in cauſam debitam, Roman. *conſ.* 238. *n. primo* Franc. Ant. Coſta *conſ.* 37. *n.* 58. Jo. Franciſc. de Ponte *conſ.* 70. *n.* 25. *& ſeqq lib.* 1. *dec.* 373. *n.* 1. Et in puncto, Rota *in dec. Romana Cambii* in qua reſpondetur omnibus contrariis, & in alia licentia pecuniaria 29. Maii 1643. coram me.

Nec relevat, quod agatur ex obligatione Viviani, qui promiſit ſcuta 9000. negotiari ſuper cambiis, ideo-
7 que opus non ſit juſtificatione, quod pecuniæ fuerint cambiatæ, cùm talis promiſſor ratione mandati ſuſcepti ad negotiandum, tenetur; nec curatur an negotiatus fuerit necne, ut in ſpecie Joſeph. Roman. *conſ.* 41. *nu.* 12. & 13. ubi quod dans pecunias, non teneatur 8
probare pecunias fuiſſe ad cambium negotiatas *lib* 1. Bellon. *dec. Januen. n.* 5. *diſtinct.* 24. *n.* 2. Dec. 209. *n.* 2. *verſ. ſed Jo. Baptiſta inter impreſſ. poſt.* 2. *vol. cenſ. Farin.* Ea ratione, quia Procurator, qui manda- 9
tum ſuſcepit, docere ipſe debet de illius executione, alioquin condemnatur, *l. ſi procuratorem* 8. *l. idemque* 10. *§. procur. l. ſi mandavero* 22. *§. ſicut ff. mandat, leg. ad comparendas* 26. *Cod. eod.* Cyriac. *contr.* 265. *n.* 1. Surdus *dec* 304. *n.* 4. 5.

Quia hoc procedit cum diſtinctione; Aut enim man- 10
dans petit cambia, uti cambia; cumque illa non debeantur niſi fuerit executum mandatum per affectivam tranſmiſſionem pecuniam ad nundinas, debet actor eandem tranſmiſſionem tanquam ſuæ intentionis fun- 11
damentum probare; Mant. *dec.* 283. *n.* 5. Exhibendo litteras redditus, juxta *dec.* 951. *in fine, lib.* 2. *part.* 3. *diverſ. Deciſ.* 274. *n.* 6. *part.* 5 *rec. Dec.* 32. *n.* 21. *coram Reverend. Urgell. & in Anconitana Cambiorum* 8. *Febr.* 1629. *coram bon. mem. Cardinali Ubaldo.*

Aut petit cambia tanquam damna & intereſſe, & 12
niſi mandatarius doceat feciſſe diligentias, nec invenire potuiſſe, quia pecunias acciperet ad cambium, aut tempeſtivè mandato ſuſcepto, ex juxta cauſa renunciaverit, idque denunciaverit mandanti, juxta terminos *leg. ſi quis aliqui* 27. *§. qui ſuſcepit*, & ibi notata per Odofredum, *ff. mand.* Mantica *de tacit. lib.* 7. *titul.* 21. *ſub num.* 46. obtinebit actor abſque eo, quod probet, pecunias fuiſſe per mandatarium ad cambium datas, aut requiſitas, Caſtr. *in lege* 3. *ff. eo* 13
quod certo loco, dummodo adfuerint generaliter occaſiones cambiandi, ut fuit decretum in *Romana multiplici* 25. *Februarii* 1619 *coram bon. mem. Ubaldo Seniori, quæ eſt deciſio* 479. *nu.* 9. *&* 10. *inter impreſſas poſt Cencium de cenſ. ſecundum impreſſionem Taurinen.* & deſumitur originaliter ex traditis à Bartol. *in lege Tutor, §. ſi poſt. n.* 3 *ff. adminiſtr. tutor.* quem ſequitur Dec. *conſ.* 178. *circa finem.* Cabriel. *conſ.* 26. *n.* 9. *lib.* 1. Hondedeus *conſ.* 39. *n.* 6. *lib.* 2. Gratianus *diſcept. for. cap.* 240. *num.* 36.

Ut autem Mandatarius ad certam quantitatem con- 14
demnetur loco damnorum & intereſſe, incumbit mandanti onus probandi quantum poſt mandatum ſuſceptum fuerit ab aliis, ex cambiis perceptum, Hondedeus *dicto conſ.* 39. *n.* 13. Gratianus *dict. diſcept.* 240. *nu.* 35. 36. quia id ſolum ei intereſt, nec ultra petere 15
poteſt, *lege ſi fundus* 36. *ff. locati*, & liquidatio inte- 16
reſſe, ſeu quantitatis debitæ facienda eſt à creditore etiam in judiciis executivis. Cagnol. *in rubr. C. de Sentent. quæ pro eo quod inter. ſub num.* 7. *& lege un. num.* 52. *&* 54. *Cod. eod.* Aym. *conſ.* 164. *num.* 2. Surdus *conſ.* 248. *num.* 13. Mant. *dec.* 194. *num.* 5. Burat. *dec.* 545. *num.* 1. Præſertim in caſu noſtro, quo fuit expreſsè conventum, quod cambia non aſcenderent ad ſcuta ſeptem, cum uno quinto pro quolibet centenario, & anno, illud minus ſolvi deberet pro intereſſe cambiorum, & cambia non ſunt uniformia, ſed reddunt modo plus modo minus; imo quando- 17
que damnum afferunt. Molin. *de contr. diſp.* 410. *n.* 6. Seraph. *dec.* 59. *n.* 1. *& dec.* 446. *n.* 4. Rota *dec.* 315. *n.* 6. *part.* 2. *diverſ. Deciſ.* 304. *n.* 5. *verſ. quia cambia, par.* 2. *recent.*

Cùm igitur non probetur lucrum ex cambiis ab aliis perceptum, & confeſſio ſeu agnitio debiti facta à Viviano debitore non ſufficiat; conſequens eſt, ut deſideretur juſtificatio ex parte Ferrariorum, qui gratis dicunt, Vivianum, lucrum, quod petitur, percepiſſe ab aliis, quibus pecunias dederat ad cambium, & propterea teneri reſtituere Ferrariis, ſive licitè, ſive illicitè perceperit, cùm Procurator deberet reſtituere Domino 18
etiam indebitè percepta, *lege qui proprio, §. Procurator ff. de procur. lege ſi quis abſentis negotia, ff. de neg. geſt. l. cum autem §. cum adhiberetur, ff. de ædil. edict.* Franc. *deciſ.* 172. *n.* 4. *&* 5. Nam in ſaldo facto cum Ferrariis, Vivianus non aſſeruit hoc lucrum ab aliis perceptum, &

quate-

19 quatenus assereret, ejus assertio non deberet attendi in materia suspecta usurarum, & in præjudicium Costæ posterioris creditoris, ex supra allegatis. Et in hanc sententiam DD. eo libentius venerunt, quia contractus ipse principalis inter Ferrarios, & Vivianum redolere videtur usurariam pravitatem, cum Vivianus non
20 susceperit simpliciter in se rificum capitalis, aut illud restituere promiserit, quo casu susceptio rifici intelligitur de alio periculo amissionis capitalis, quàm proveniente ex natura negotii: puta per decoctionem mercatorum, quibus dantur pecuniæ ad cambium, vel ex alio accidenti propter naturam negotii, ut dixit Rota *dec.* 304. *n.* 45. *in fine*, *& n.* 7. *parte* 1. *recent. decis.* 556. *n.* 5. *part.* 2. sicut promissio de restituendo capitali, non intelligitur de toto capitali, sed de eo quod supererit, Rota *dict. decis.* 557. *n.* 5. *& Decis.* 130. *n.* 3. *& decis.* 4. *inter impress. post. consil. Farin.*

22 Sed susceperit rificum verbis amplissimis exprimentibus in specie periculum amissionis respectu nominatorum debitorum, quod Mercatores appellant, *stare del credere*; & quodcumque aliud ibi, *risico semper periculo, & fortuna ipsius Magnifici Domini Joannis Francisci etiam respectu debitorum causando in quocumque foro, & loco, & non ex aliquo dictorum Magnifi-*
23 *corum de Ferrariis*, ponderando verbum *etiam*, quod est ampliativum, & implicat alias periculi species, *leg.* 2. *Cod. de testam. Clement.* 1. §. *fin. de re judic.* Paris. *consil.* 46 *n.* 30 *& seq. lib.*4. Rota *decis.*51. *n.*8. ubi quod
24 hoc procedit etiam materia stricta *part.* 1. *rec.* nec non
25 verbum *aliquo*, cujus vigore Ferrarii eximuntur ab omni periculo, sive tamen mandatum negotii, sive præter contingat; cùm sit universale, & omnes periculi casus comprehendat. Gloss. *fin. in cap. si propter, de rescripto, in* 6. Germin. *cons.* 29. *n.* 2. Socin. *consil.* 3. *n.* 10. *lib.* 3. Surd. *consil* 137. *n.*20. *& decis.* 283. *n.*5. *part.* 1. *divers.*
26 Hæc namque conventio, sive susceptio omnis periculi est illicita, & usuraria, ut tradunt Beatus Jo. de Capistrano, *de usuris part.* 2. *n.* 98. *inter tract. divers. tom.* 2. *fol.* 108. dicens esse contra jus, quod dans pecunias, ha-
27 beat caput salvum, & recipiens habeat caput fractum, perdendo oleum, & operam Laur. de Rodulph. *de usuris part.* 2. *quæst.* 19. *n.* 61. *tom.* 2. *fol.* 21. Lupus *in cap. navigant. de usur.* §.9. *n.* 24. Mantic. *de tacit. lib.*6. *tit.* 6. *n.* 22. Corrad. *de contract. quæst.* 97. *per tot.* Molin. *de justit. & jur. disp.* 417. *num.* 9. *in* 20. *conclus.* Scacc. *de Cambiis*, §.3. *gloss.* 3. *c.*35. Rota *in Romana Cambii* 18. *Aprilis prox coram R. P. D. meo Peutingero.*

Maximè quia ex conventione partium in casu quo cambia redderent tantùm scuta septem cum uno quinto pro quolibet centenario, vel minus, nihil lucri remaneat Viviano in recompensationem susceptionis peri-
28 culi, & assecurationis capitalis, & sic evenire potest, quod Vivianus subeat omne damnum, & Ferrarii omne lucrum percipiant, quod est contra omnem justitiam & æquitatem *leg. si non fuerit*, §. *final. ff. pro soc.* Salon. *de contr.* Socin. *cap.* 18. *art.* 3. *n.* 11. *per tot.* Felic. *de Societ. cap.* 18. *c.* 15. *& seq.* Rota *dec.* 304. *sub n.* 7. ibi data aliqua competenti mercede, *part.* 2. *rec.* tam
29 in contractum Societatis, quàm in contractum assecurationis, cum semper recompensatio periculi suscepti dimittendo saltem assecuranti certam partem lucri ex pecuniis percipiendis, Reginald. *in prax. pen. lib* 25. *cap.* 29. *sub n.* 400. Bonacin. *de contr. disp.* 6. *quæst.* 3. *punct.* 11. *sub n.* 2. *versic.* 3. *est post.* Azor. *inst. moral. part.*3. *lib.*9. *cap.*3. *quæst.*7. *per totam.* Pater Layman. *Theol. moral. lib.* 3. *tract.* 4. *quæst.* 20. *sub n.* 21. *versic. quis.* Salon. *de just. & jur. part.* 2. *tit. de contrah. assecur.*
30 *art.* 2. *sub n.* 7. *condict.* 3. & in puncto quod fit usuraria conventio per quam alteri, qui subit omne periculum capitalis conceditur pars lucri quatenus certam summam excedat, non autem si non excedat, ut in casu nostro Ruin *consil.* 10. *n.* 2. *versic. quia cum sit actum, & versic. quia quamvis, & vers. quia si lucrum non excederet, & per tot. lib.* 1.

Et ita utraque, &c.

R. P. D. CELSO.

Faventina. Societatis.

Lunæ 16. *Aprilis* 1646.

ARGUMENTUM.

Contractus socialis producit obligationem, actionem, & excessionem consociorum quomodo talis esse deprehendatur; & alia de Societate.

SUMMARIUM.

1 *Socius potest obligare consocium in solidum.*
2 *Socius censetur habere mandatum, & consensum tacitum ad obligandum consocium in iis, quæ spectant ad Societatem.*
3 *Ad effectum ut socius remaneat obligatus, sufficit quod contractus fuerit factus intuitu & contemplatione Societatis.*
4 *Quod procedit etiam si fuerit initus nomine proprio, & nomen socii non fuerit expressum.*
5 *Expressio causæ operatur idem, ac si contractus sociali nomine celebratus fuisset.*
6 *Conjectura, quod Socius contraxerit nomine proprio, non est adeo urgens, quin tolli possit levioribus probationibus.*
7 *Consuetudo, & observantia resultans ex actibus socialibus multum operatur ad probandum acquisitionem sociali nomine fuisse factam.*
8 *Acquisitio nomine sociali facta dicitur, si merces acquisitæ ad artem, & exercitium Societatis pertinent.*
9 *Societas non dicitur finita per disdictam si non constet, talem disdictam fuisse exequutam, & reproductam.*
10 *Confessio suspecta non est in consideratione habenda.*
11 *Nec potest retrahi in præjudicium creditorum, qui medio tempore contraxerunt.*
12 *Confessio quæ in actis non reperitur, non probat.*

DECISIO CII.

CUm inter Matthæum Montanarium, & Franciscum Vichium quædam Societas artis Figuli usque de anno 1633. inita fuerit, fratres de Majolis qui eidem Vichio præposito, & administratori prædictæ Societatis plures merces tradiderant, obtinuerunt ab A. C. pro pretio illarum, duo mandata executiva contra Joannem Paulum dicti Matthæi hæredem, alterum pro lib. 3094. 13. alterum verò pro lib. 3541. Unde proposito dubio, An illa essent exequenda, Doctores affirmativè responderunt.

Et quo ad primum, res visa fuit transire sine difficultate, quia relaxatum fuit pro debito contracto de annis 1635. 36. 37. quo tempore Societas non controvertitur, & pro quo Vichius non solum se ipsum, sed etiam 1
Matthæum consocium in solidum obligavit, prout facere potuit, *ad l.* 1. §. *fin. & l. si tamen plures, ff. de exerc. act.* Bald. *in l. cum te in Galliam sub n.* 2. *vers. aut sunt plures*, & ibi Sal. *circa fin. C. si certum pet.* Rot. *d.* 246. *n.* 8. *& seq. p.* 6. *rec. & fuit dictum in Romana Societatis de Rotignis* 19. *Junii* 1645. *coram R. P. D. meo Ghisterio.*

Socius enim censetur habere mandatum, & consensum 2
tacitum ad obligandum consocium in iis, quæ spectant ad Societatem Surd. *dec.* 213. *n.* 2. & 8. Gratian. *disc. Forens. c.* 279. *n.* ubi loquitur in specie de Obligatione Camerali, & *c.* 967. *n.* 40. Rot. *in Claravall. Orani*, 22. *Junii* 1590. *cor. Orano & cor. Greg. XV. dec.* 302. *n.* 1.

Quo verò ad aliud mandatum pro lib. 3541. & pro quo acrius insistebant informantes, responderunt pariter

Domini pro executione, quia provenit ex pretio mercium receptarum pro usu exercitii Figulariæ, & pro servitio apothecæ, quam constat esse socialem; nam ad
3 effectum, ut socius remaneat obligatus, sufficit, quod contractus fuerit factus intuitu, & contemplatione Societatis, juxta Gloss. *in l. jure Societ.* 83. ubi Bald. *vers. & ista lex, ff. pro socio.* Bart. *in l. post mortem, §. tutor n. 3. ff. quando ex fact. tut.* Decian. *in l. si socius* 15. *n. 3. vers. & hoc declaratur, ff. si certum pet. & cons.* 98. *n. 2. vers. quia etiam*, Aym. *cons.* 159. *n.* 8.

4 Quamvis fuerit initus nomine proprio, & nomen socii non fuerit expressum, Castr. *cons.* 242. *n.* 2. *versic. prædicta procedunt lib.* 1. Ronchegall. *in l. eandem, n.* 195. *in fine vers. licet sit contractu ab uno, ff. de duob. reis*; Rota Janu. *dec.* 14. *n.* 13. *vers.* 4. *inter alia & n. seq.* & firmavit Rota *in Rom. prætensæ Societat.* 12. *Junii* 1645. *coram R. P. D. meo Otthobono.*

5 Expressio enim causæ operatur idem, ac si contractus sociali nomine celebratus fuisset. Bart. *in l.* 1. *§. non autem, n.* 2. *vers.* 2. *nota ff. de exerc. act. & in l. post mortem, ff. tutor, n.* 3. *vers. expressio enim causæ ff. quando ex fact.*
6 *tut.* Cum talis conjectura, quod socius contraxerit nomine proprio, non sit adeo urgens, quin tolli possit latioribus præsumptionibus, Rot. *in Roman. Societatis lignorum* 22. *Martii* 1638. *coram bon. mem. Coccino.*

Idque facilius dicendum venit in præsenti casu; tum quia Vichius erat solitus expendere proprium nomen, dùm contrahebat occasione Societatis, ut apparet ex declaratione per ipsum facta in instrumento rogato sub die 19. Augusti 1638. *Sum. Fratrum de Majolis, n.* 1.
7 quæ consuetudo & observantia, resultans ex actibus socialib. plurimum in hac materia operatur, Bald. *in l. si patruus, n.* 4. *in princ. & n.* 5. *vers. nam si consueverit, C. com. utr. Jud.* Petr. de Ubald. *de duob. fratr. p.* 5. *n.* 3. *vers. nec obstat, quod emit nomine proprio*; Fel. *de Soc. c.* 3. *n.* 51. Rot. *d.* 220. *n.* 4. *vers. & tanto magis, part.* 4. *tom.* 2. *recent.*

8 Tum etiam quia merces per eum à Majolis receptæ & pro quibus fuit relaxatum mandatum, pertinent ad artem, & exercitium Figulariæ, ut benè considerat idem Ubald. *de duob. fratrib. p.* 5. *n.* 3. *vers. an verò non causa lucri*, Monach. *dec. Bonon.* 51. *n.* 9. *vers. & hæc eo magis*, Milanen. *dec. Sic. l.* 11. *n.* 54. *& 55. lib.* 1. Rot. *in Rom. Saponis.* 13. *Febr.* 1634. *cor. Emin. D. Panzirolo.*

Non obstat quod hujusmodi debitum fuerit contrac-
9 tum de an. 1640. quo tempore non durabat Societas, attenta disdicta emanata de anno antecedenti, quia hujusmodi disdicta non constat, nec fuisse executam, nec reproductam; & propterea non relevare ex defectu primi requisiti firmat Cast. *cons.* 81. *n.* 3 *lib.* 2. & plures cumulat Mand. *ad reg.* 34. *de Annal. q.* 35. *n.* 5. *v. tertium est & ex defectu secundi*, Fel. *de Soc.* 35. *n.* 34. Grat. *discept. forens. c.* 715. *n.* 1. *& seqq.*

Et quamvis socii in instrumento Concordiæ, inito 13. Maii 1641. fassi fuerint illam fuisse intimatam Francisco Vichio die 10. Febr. 1639. de mandato D. Vicarii Gener. Faventiæ, & in illius actis reproductam, ad quam
10 ejusdem intimationis; Nihilominus hujusmodi confessionem tanquam suspectam, dixerunt Domini non esse habendam in consideratione, ex trad. per Soc. sen. *cons.* 78. *n.* 4. *lib.* 4. Rot. *dec.* 104. *n.* 1. *& seq. coram Buratto, & in Rom. Vineæ, seu Salv.* 1. *Julii* 1620. *cor. Manzan.*
11 Nec potuisse retrotrahi in præjudicium creditorum, qui medio tempore contraxerunt, *ad l. qui Balneum, & l. prior ff. qui pot. in pig. hab. Rot. cor. Greg. XV. dec.* 227. *n.* 2. *Duran. dec.* 463. *n.* 8.

12 Præsertim cum ex actorum revolutione nullo modo illa appareat, Bart. *in l. qui ad Civilia, n.* 4. *vers. & hic adverte, Cod. de appell.* Menoch. *de præsump. præs.* 2. *n.* 1. *lib.* 2. Vant. *de nullit. ex defectu citat. n.* 14. Rot. *dec.* 167. *n.* 42. *n.* 1. *rec. & coram Cavaler. dec.* 35. *n.* 2. *& fuit dictum in Pampilonen. Pensionis* 14. *Maii* 1612. *coram Sacrato, & in Rom. legati* 19. *Febr.* 1620. *coram Ubaldo.*

Et ita decisum utraque parte informante, &c.

R. P. D. CELSO.

Romana Pecuniaria.

Veneris 26. *Junii* 1648.

ARGUMENTUM.

De probando debito, ex solidatione subscriptione Apochæ, & debiti ipsius agnitione per solutionem patris ipsius.

SUMMARIUM.

1 *Solidatio probat concludenter creditum in summa quæ fuit in solidatione firmata.*
2 *Præsertim quando causa debiti fuit in solidatione expressa.*
3 *Verba* Resto debitore, *apertè debitum demonstrant.*
4 *Subscribens Apocham, vel scripturam, omnia in Apocha, & Scriptura contenta approbat.*
5 *Debitum agnitum, & acceptatum per solutionem partis, amplius impugnari non potest.*
6 *Creditori, cui facienda est solutio, sufficit negare sibi factam esse solutionem.*

DECISIO CIII.

REsolutum fuit, constare de credito Eminentissimi Cardinalis Columnæ in ducatis 1132. 53. monetæ Regni. Nam cùm in solidatione facta de mense Aprilis, 1639. Philippus remanserit debitor occasione suæ administrationis in ducatis 2961. 29. & ab inde citra solverit tantummodo in quinque vicibus scuta 1728. 47. monetæ Romanæ constituentia ducatos Regni 1828. 76. remanet creditum Cardinalis in prædicta summa ducatorum 1132. 93. Solidatio enim probat 1
concludenter creditum, in summa quæ fuit in solidatione firmata, ut notat Alex. *cons.* 141. *n.* 4. *lib.* 6. ubi præsertim quando causa debiti fuit in solidatione 2
expressa, & sequitur Genua *de script. priv. lib.* 2. *tit.* 1. *de Apocha manu deb. subsc. n.* 6. Rebuff. *de lib. oblig. art.* 6. *gloss.* 3. *n.* 37. Modern. *Rom. discept. forens. c.* 39. *n.* 1. Rot. *in Rom. pecun.* 13. *Maii* 1644. *& in Leodien. pecun.* 28. *Januar.* 1647. *&* 2. *Martii* 1648. *coram R. P. D. meo Bicchio.*

Et maximè in præsenti casu, in quo præmissis par- 3
titis dati, & accepti, ac verbis illis, *Resto Debitore, &c.* quæ debitum apertè demonstrant, adest subscriptio 4
Philippi in fine, ibi, *Io Filippo Matthei Erario confermo quanto di sopra*, per quam subscriptionem omnia in Apocha, & scriptura censentur approbata, §. 1. *Instit. de empt. & vendit. leg. sicut. §. non videtur*, ubi Bart. *num.* 1. *ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv.* Angel. *in leg. si ita stipulatus*, 126. §. *Chrysogonus n.* 1. *ff. de verbor. obligat.* Dec. *in cap. quoniam contra. n.* 210. *de probat.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 66. *n.* 7. Gabr. *eod. tract. concl.* 3. *n.* 1. *& seqq.* Gonzal. *super reg.* 8. *gloss.* 60. *n.* 3. *& n.* 17. *& seqq.* Rot. coram *Buratto dec.* 750. *n.* 1. *& in recent. dec.* 263. *n.* 13. *&* 14. *part.* 4. *tom.* 2.

Imò ultra prædictam subscriptionem debitum hujus- 5
modi fuit agnitum, & acceptatum per solutionem partis; Ita ut ampiius impugnari non valeat, *l. si cui res*, ubi Bart. *ff. de legat.* 2. *l. cum annis, n.* 10. *C. de pactis.* Dec. *consil.* 618. *num.* 2. Menoch. *præsumpt.* 135. *n.* 18. *lib.* 3. & dictum fuit in *Æsina pecuniaria*, 26. *Junii* 1647. *&* 17. *Februar.* 1648. *coram R. P. D. meo Peutingero, & in allegata Leodien. pecuniaria coram R. P. D. meo Bicchio.*

Non obstant reliquæ prætensæ solutiones, nam dum illæ nullo modo probantur sufficit Eminentiss. Cardi- 6
nali negare, illas fuisse factas, ad *leg. quinquaginta, ff. de probat. gloss. in l.* 2. *verb. repellere*, ubique Bart. *num.* 4.

num. 4. *C de jur. emph.* Rot. *decis.* 516. *n.* 2. *p.* 2. *rec.* & coram san. mem. Gregor. *dec.* 139. *n.* 1. *& seqq.* Et ita decisum fuit altera tantùm parte informante.

R. P. D. BICHIO.

Romana, seu Januen. Cambii.

Lunæ 27. *Decembris* 1651.

ARGUMENTUM.

Tractatur Magistraliter de speciebus Cambii, litterarum ejus; Executio an sit parata pro ipsis; Et de debitis nundinalibus.

SUMMARIUM.

1 *Liber nuncupatus* Scartafaccio di fiera *durantibus nundinis, fidem non facit, eo quod adhuc partitæ ibi descriptæ possunt variari, & contra scribi.*
2 *Sed completis nundinis, plena fide dignus asseritur; & de ratione.*
3 *Idem est dicere, Nundenas esse completas, at Scartafaccia, & Bilancia singulorum Banchiariorum ritè processisse.*
4 *Ex inveterato stylo Mercatorum, quis sibimet solvere potest.*
5 *Una & eadem persona duarum vices repræsentare non potest.*
Secus tamen, quando persona consideratur ratione officii, quia cum possit plura officia exercere, nihil prohibet, quin unico nomine plures personas repræsentet.
6 *Multa tractantur, quæ non perficiuntur.*
7 *Mandatum procuræ per Epistolas dari, & probari potest.*
8 *Litteræ* d'Avisо *viam executivam non habent.*
9 *Facultatibus A. C. est locus ex litteris Cambii, non autem in illis* d'Avisо, *& similibus mandatis de solvendo.*
10 *A. C. licet vigore suarum facultatum, manu regia procedat in cedulis mercantibus, admittitur tamen appellatio ad utrumque effectum, quæ efficit ne mandatum sit exequendum.*
11 *Cambium nuncupatum* con la Ricorsa *cessante facultate cambiandi, & recambiandi, ac cæteris requisitis est illicitum.*
12 *Cambia contracta solum ob moram solutionis sunt reprobata.*
13 *Quemadmodum & regularia pro secundis, & ulterioribus nundinis.*
14 *In cambiis tam nundinalibus, quàm in irregularibus, seu intercalaribus, requiritur justificatio.*
15 *A. C. habet in facultatibus potestatem procedendi inter, & contra Mercatores Curiæ usque ad quamcunque summam, summariè simpliciter & de plano sola facti veritate inspecta, & manu regia*
16 *Pro debito in nundinis contracto executivè proceditur.*
17 *Litteræ* d'Avisо *concurrentibus effectuatione, partis adversæ approbatione, & confessione executionem merentur, non secus ac litteræ cambii.*
18 *Via executiva, quæ competit ubi exhibetur publicum instrumentum testamenti, locum habet, etiam in instrumento minus solemni à parte confessato, & effectuato.*
19 *Scriptura privata si vera apparet, vim publici instrumenti habet.*
20 *Scriptura privata adminiculis fulcita idem operatur, quod publicum instrumentum.*
21 *Verba* Ponete à nostro conto, *in litteris cambii posita non stant otiosa, & efficacius mandantem obligant.*
22 *Cambia* con la Ricorsa *quomodo contrahantur.*
Et quale verè dicatur cambium con la Ricorsa, *nu.* 23. *&* 24.
25 *Formula litterarum cambii* con la Ricorsa, *remissivè.*
26 *Satis est cuilibet Procuratori ad effectum agendi contra mandatem contraria actione mandati, docere se mandatum adimplevisse.*
27 *Nova negotia, & cambia in dies inter Mercatores contrahuntur, non complicata prioribus, & quæ habent suam particularem executionem.*
28 *Solutio cambiorum ob affirmante, & non à negante solutionem est probanda.*
29 *Exceptio altiorem indaginem requirens non valet retardare mandati A. C. executionem.*

DECISIO CIV.

RElaxavit A. C. ad instantiam Franciſci Mariæ Baldi contra Joan. Baptistam, & Alexandrum de Siris mandatum executivum in scutis 5448. auri marcarum occasione totidem, quæ idem Baldus, mandantibus Siris, solvit in nundinis Terræ Novi, in vim litterarum Cambii, sub die 3. Septembris 1649. ipsi directarum è Civitate Mediolani à Joan. Baptista Fliſco. A quo mandato commissa mihi per Signaturam Justitiæ causa appellationis, cum clausula, si quid exequendum dubitatum hodie fuit an illud sit exequendum, & affirmativè responsum.

Solutio enim facta à Baldo in vim dictarum litterarum Fisci, probatur, nedum ex libro nuncupato *Scartafaccio di fiera*, qui licèt fidem non faciat durantibus nundinis, eo quod adhuc partitæ ibi descriptæ possunt variari, & contrascribi, *Bellon. dec. Januen. prima, n.* 10. *n.* 19. *&* 10. plena fide completis nundinis dignus asseritur à Modern. Januen. *de camp. disp.* 2. *q.* 1. *n.* 16. *&* 17. *clarius q.* 17. *n.* 14. ea ratione quia amplius dictæ partitæ variari non possunt, & quia tam respectu debiti, quam crediti, relativæ sunt ad alia Scartafaccia, & Bilancia aliorum Bancheriorum, quibus nisi ad amussim correspondarent, fieri non potuisset generale bilancium, sine quo nundinæ dicuntur completæ, ut propterea idem sit dicere, nundinas esse completas, ac scartafaccia, & bilancia singulorum Bancheriorum ritè processisse; sed etiam ex quietantia ipsius Balbi, qui juxta præfatas litteras Mediolani, sibimet solvit, ut potuit, ex inveterato stylo Modern. Januen. *de camb. disp.* 1. *q.* 15. *per tot post* Azor. *instit. moral. part.* 3. *lib.* 10. *de camb. c.* 9. *q.* 2. Nec abhorret à jure communi, quo licet eadem persona non possit repræsentare vices duarum, quando habetur respectus personæ ad personam, non potest tamen, quando consideratur persona ratione officii, quia cum possit plura officia exercere, nihil prohibet quin hoc nomine plures personas repræsentet, *leg. stichum.* 95. *§. additio, ff solut leg.* 1. *§. finał. ff. depositi. leg. fistulas, §. fundum ff. contrahen. empt.* Surd. *cons.* 7. 32 *&* 33. Put. *dec.* 270. *sub n.* 2. *lib.* 1. *in correct.* Et hic est casus præsens, quia Baldus solvit tanquam Procurator Donorum de Siris, & recepit tanquam Procurator Fisci scribentis.

Quod verò Baldus solverit tanquam Procurator, mandantibus Siris, apparet evidenter ex illorum litteris, ibi, *visar à tratto in Milano sotto vostro nome scudi* 5448. *&c. vi piacer à compirgli, e valervi del mancamento nella seguente Fiara d'aperitione, &c.* Summario Baldi num. 2 sive dictæ litteræ sint *di spaccio*, sive *di aviso*, & qui etsi in hac secunda specie litterarum fieri non possit jus ad fundamentum creditum, cùm sint tanquam tractatus, & multa tractentur, quæ non perficiuntur, ut tradunt Doctores, *in leg. si voluntate, C. rescind. vend.* Alex. *consil* 28. *n.* 3. *lib.* 1. in puncto Gamma *dec.* 336. *n.* 4 Rot. *dec.* 26. *n.* 12. *&* 13. *p.* 5. *recent.* fieri nihilominus potest ad probandum mandatum cum hoc respectu contineant determinatam dispositionem, illuaque etiam per epistolas dari, & probari valeat, *l.* 1.

l. 1. *leg. si procuratorem absentem, ff. de procur. Clementin.* 1. *eod.* Caputaquen. *decis.* 185. *per tot. p.* 2. Burat. *dec.* 190. *num.* 1. & ibi Adden. *lit. B.* cum aliis allegatis à Modern. Paravin. *descript. privat. lib.* 3. *quæst.* 14. *num.* 1. *& num.* 7. *& seqq. fol.* 129. junctis præsertim adminiculis, & signanter approbatione Dominorum de Siris, solutionis, ut supra factæ Domino Baldo *d. Sum. num.* 6. & gratis dicitur dictas litteras conscriptas fuisse sub die 21. Jan. 1650. ac loqui de solutione facienda in nundinis apparitionis, ac proinde referri non posse ad præcedentes litteras Mediolani, solutionemque factam de anno 1649. in nundinis Sanctorum. Nam duæ sunt litteræ à Siris missæ ejusdem summæ, primæ sub die 23. Oct. 1649. effectuatæ ut supra per successivam solutionem, posteriores allegatæ in objecto, in quibus Siri approbata solutione eorum tractæ in dictis scut. 5448. sequuta in præcedentibus nundinis Sanctorum, fecerunt novam tractam totidem summæ pro subsequentibus nundinis apparitionis, & hanc Baldus adimplere recusavit, eo quod Siri non acceptarunt similes litteras solvibiles Gerardo quas illis dixerat, ut se reimburfaret de summa ut supra soluta.

8 His positis duplex adhuc supereft difficultas, altera nempe circa validitatem mandati executivi A. C. utpotè fundati in Sirorum litteris *d'Aviso* quæ viam executivam non habet. Monach. *dec. Florent.* 70. *n.* 10. *& seqq.* Giurb. *observ.* 105. *n.* 13. *p.* 1. non obstantibus
9 facultatibus A. C. quibus locus est in litteris cambii, non autem in litteris *d'Aviso*, & similibus mandatis de solvendo Salust. Tiber. *in praxi A. C. lib.* 2. *num.* 3. ubi, quod præter litteras cambii in aliis cedulis etiam
10 quod super re mercatili agatur, & licet in illis A. C. vigore suarum facultatum manu regia procedat, admittitur appellatio ad utrumque effectum, quæ efficit, ne mandatum fit exequendum. Rot. *decis. n.* 19. apud Pic. *ad Stat. Urb. & in Rom. dotis* 11. *Febr.* 1646. *cor. me.*
11 Alter circa justitiam cambii, prætendentibus Siris, illud non esse purum, ac novum, sed *con la ricorsa*, ut aiunt & provenire ex interesse multiplicato cambiorum, & recambiorum præcedentium, contractorum pro secundis, & ulterioribus nundinis, quod cessante facultate cambiandi, & recambiandi, ac cæteris requisitis illicitum omnino esse tradit Camil. Medic. *consil.* 155. *n.* 1. Filliuc. *oper. moral. part.* 2. *tract.* 35. *cap.* 7. *n.* 410. *& seqq.* Modern. Foroliv. *de camb. nundin. c.* 2.
12 *n.* 18. *& c.* 3. *n.* 82. Cum omnino reprobentur cambia contracta solutionis: Rota *coram Card. Mellino dec.*
13 12. 16. *n.* 1. 774. *per tot. part.* 1. *diversor.* & regularia pro secundis, ac ulterioribus nundinis. Azor. *instit. moral. tom.* 3. *lib.* 10. *tit. de camb. cap.* 8. *in fin. vers. quinta conditio, & cap.* 10. *versic.* 7. Filliuc. *d. c.* 7. *n.* 424. Scacc. *de camb. §.* 1. *q.* 7. *limit.* 2. *n.* 1. *& lim.* 14. *n.* 1. Modern. Januen. *eod. tract. disp.* 1. *q.* 13. *n.* 81. &
14 82. semperque tam in cambiis nundinalibus, quàm in irregularibus, seu intercalaribus requiratur justificatio. Azor. *d. cap.* 8. *versic. dicendum est, & seqq.* Filliuc. *d. c.* 7. *n.* 411.

Quoad primam: quidquid sit, An litteræ *d'Aviso*, etiam in casibus, quibus probant, habent, necne,
15 viam executivam, cessare videtur difficultas in casu nostro ponderando simul tum facultates A. C. dantes potestatem procedendi inter, & contra Mercatores Curiæ usque ad quamcunque summariè, simpliciter, & de plano, sola facti veritati inspecta, & manu regia, ut ponderavit Rota *dec.* 170. *num.* 3. *&* 4. *& seqq. inter impress. apud* Zacch. *de oblig. Cameral.* Tum quod Siri in litteris dederunt Baldo expressam facultatem se revalendi ab ipsis in sequentibus nundinis, ibi *e valervi del mancamento nella seguente fiera d'apparitione*, & sic
16 executivè prout in cambiis nundinariis, & in nundinis pro debito ibi contracto proceditur ut post Bald. Salic. Fulg. & alios tradit Peck *de jure sisten. cap.* 10. *n.* 6. *inter tract. diversi. tom.* 3. *p.* 2. *fol.* 16. aliique relati à Moderno Aquilano *de caus. execut. ampliat.* 1. *n.* 20. Tum quod etiam in litteris cambii Mediolani disponitur quod Baldus debitores creet Siros, & ab illis se revaleat, prout fecit creando illos in nundinis Novi debitores summæ solutæ. Cùmque postmodum Siri id totum approbaverint, & confessi fuerint *Summ. Balbi n.* 5.
non versamur in simplicibus terminis litterarum *d'A-* 17
viso, sed ultro concurrit earum effectuatio, ac adversariorum approbatio, & concessio, quæ illis etsi litterarum cambii vim non haberent, vim tribuit ut executionem mereantur non secus, ac litteræ cambii viam executivam, 18
quæ etiam in simili *ex remed. leg. fin. C. de edict. Div. Adr. toll.* competit ubi exhibetur publicum instrumentum testamenti, quod locum habere etiam in instrumento minus solemni à parte confessario, & affectuario, dixit Rota *in Bononien. fideicommissi de Amorinis* 18. *Maii* 1648. §. *non obstant decisiones coram R. P. D. meo Meltio.* ubi allegantur concordantes, facit Menoch. *de adipisc.* 28
remed. 4. *n.* 103. *& seqq.* Rald. *conf.* 198. *n.* 5. ubi quod scrip- 19
tura privata si vera appareat, vim habet publici instrumenti *lib.* 1. *& conf.* 279. *sub num* 1. ubi quod scriptura 20
privata adminiculis fulcita, idem operatur, quod publicum instrumentum *lib.* 4. Cyriac. *controv.* 252. *n.* 13. Rota Bononien. *diverf.* 15. *nu.* 8. Et alioquin nusquam pro sui relevatione, competeret contra mandantem via executiva Mercatori, qui de mandato responsalis per simplices litteras dato, solvit litteras ab alio 29
Mercatore sibi directas sub explicata conventione se revalendi à mandante, quia isto casu mandans non conficit litteras cambii, sed solum in mandato apponi verba *e ponette à nostro conto*, vel similis; quæ non 21
esse otiosa, & efficaciùs obligare mandantem, advertit Scacc. *de com.* §. 2. *gloss.* 9. *num.* 3. *&* 4. ubi loquitur in specie de via executiva Burs. *conf.* 39. *num.* 4. *lib.* 1. Manen. *dec.* 72. *num.* 6. Giurb. *observ.* 105. *num.* 12. *p.* 1.

Altera cessat ex facto, quia non agitur de pecuniis à 22
Balbo numeratis Siris; ut eas in nundinis, vel alio loco illi solverent, & ob earum non solutionem recursu ad responsalem Baldi in alio loco existentem, ut ipse Baldo cambium solvat, qui est propriè casus cambii *con la ricorsa* juxta tradita per Modern. Januens. *de camb. disp.* 3. *q.* 13. *n.* 48. *&* 51. Mod. Foroliv. *de camb. nundin. c.* 2. *n.* 1. *n.* 4. *& per tot.* vel de secundo cambio, 23
rogantibus Siris, contracto à Baldo, pro obtinenda satisfactione primi, quod in loco destinatæ solutionis effectum habere non potuerat, ex quo illius litteras nemo acceptare voluisset, quod verè esset cambium cum recursa, tradit Scacc. *de camb.* §. 1. *qu.* 5. *n.* 85.
vel tandem de secundo cambio, qui ministet, seu pro- 24
curator Baldi existens in loco destinatæ solutionis primi contraxerit cum Siris, ut se relevaret de pecuniis pro eodem primo cambio solutis Baldo, quod dici cambium cum recursa, tradit Azor *inst. moral. p.* 3. *lib.* 10. *cap.* 9. *q.* 2. Neque etiam agitur de fructibus cambii, aut recambii præcedentium cambiorum.

Sed de repetenda forte principali cambii liberi, ac novi sc. 5448. quæ mandantis Siris Baldus animo ab eis se revalendi solvit in nundinis Novi in executionem litterarum Mediolani à Fisco conscriptarum non cohæ- 25
rentium formulis cambii, *con la ricorsa*, relatis à Scacc. *d. qu.* 5. *n.* 88. *& seqq.* & moder. Forolivien. *d. cap.* 2. *n.* 1. *in fin.* aut formulæ litterarum recambii relat. *in dict. cap. sub n.* 15. Unde satis est justificasse, quod Baldus juxta formam mandati Sirorum dictas pecunias solverit, prout satis est cuilibet procuratori ad 26
effectum agendi contra mandantem contraria actione mandati, docere se mandatum adimpleviss e *leg. si vero non renumerandi* 12. §. *si mihi mandaveris, l. si mandato meo* 45. ibique Bald. *in princ. ff. mand.* Mozz. *de mand. tit. de natural. mand. n.* 32. Cald. *de empt. & vendit. c.* 33. *numer.* 25. *& seqq.* Monach. *dec. Lucen.* 35. *n.* 19. *&* 20.

Nec obstat, quod alia negotia, & cambia inter Si- 27
ros, & Balbum præcesserint, dum hoc illius connexum, & ab illis dependens non probatur, docet enim quoti-

diana

diana praxis, quod in dies inter Mercatores nova negotia & cambia contrahuntur non complicata prioribus, quæque ideo habent suam particularem executionem Soccin. *in leg. pecuniam quam, n. 18. ff. si cert. pet.* Gramm. *dec. 8. n. 11.* Vinc. de Franch. *dec. 292. n. 2* Rota *in Aquitanien. Prioratus 19. Aprilis 1644. coram bon. mem. Pirovano.* Et quamvis in supra memoratis litteris mandati dati à Siris dicatur, quod Balbus se revaleat *del mencamento nella seguente fiera d'apparitione;* hæc verba non denotant connexionem cum aliis negotiis antecedentibus, sed relata ut debet ad ipsam summam scutorum 5448 .quam à Balbo solvi Siri mandarunt, habent hunc sensum, ut scilicet Balbus se revaleat de totidem, quæ sibi deficiunt, quia ea solvit in exe-utionem mandati, vel quod quatenus Siri ante nundinas apparitionis eum reimbursare deficerent, possit
28 ille se in dictis nundinis revalere, quem casum evenisse constat, cum Siri aliter Balbum reimbursasse non probant, ut debent, *leg. quinquaginta, ff. probat.* Natt. *consi.* 569. *num.* 1. *& seqq.* Surd. *dec.* 105. *n.* 9. Rot. *dec.* 725. *n.* 8. *p.* 4. *tom.* 3. *rec.*

Et in omnem eventum, negari non potest, quin ex prædictis, aliis adductis ab informantibus pro Balbo ex-
29 ceptio oppositа à Siris altiorem indaginem requirat, ac propterea retardare non valeat executionem mandati ab A. C. relaxari Buratt. *decis.* 803. *n.* 9. *cum aliis allegatis in dec. n.* 5. *inter impress. apud* Zacch. *de Oblig. Cameral. juxta ultimam impressionem.*

Quod exequendum esse decisum fuit, causa bis proposita, & utraque parte hodie informante.

R. P. D. BICHIO.

Romana, seu Januen. Cambii.

ARGUMENTUM.

De eadem re, & comprobatione Litterarum cambii, ac solutionis factæ. Et de mandato ad solvendum.

SUMMARIUM.

1 *Scripturæ quæ fiunt sine testibus, possunt recognosci per testes habentes notam manum scribentis.*
2 *Judex in contumaciam partis potest decretare scripturas haberi pro recognitis.*
3 *Identitas mandati ad solvendum summam, in litteris cambii contentam, ex quibus probetur.*
4 *Solvens vigore alicujus mandati, pro summa soluta agere potest contra mandantem contraria actione mandati.*
5 *Solutio stante brevitate temporis, facta præsumitur in vim præcedentis negotii.*
6 *Maximè si non constat, tunc temporis aliud negotium inter partes emanasse.*
7 *Solutio probatur ex confessione partis.*
8 *Et ex quietantia.*
9 *Liber nuncupatus* Scartafaccio *post completas nundinas, concurrentibus adminiculis, plenè probat.*
10 *Exceptio requirens altiorem indaginem, non est apta retardare executionem, quam litteræ cambii habent.*

DECISIO CV.

OBjecta ab Alexandro, & Joan. Baptista de Siris in memoriali mensibus præteritis porrecto pro obtinenda nova audientia (prout tunc obtinuerunt) adversus decisionem editam die 27. Novembris, proximè præteriti, cujus hodie examen assumptum fuit, circa tria versabantur. Negarunt enim primò litteras quarum vigore Balbus creditor agit esse recognitas. Secundò, solutionem factam à Balbo sibimet in executionem litterarum cambii, quas è Civitate Mediolani sub die 3. Sept. 1649. ipsi dixerat, diei posse factam vigore mandati de solvendo à Siris per litteras recepti: quippe hoc emanavit die 23 Octobris, & sic longe post litteras Fisci. Tertiò, cambium non esse purum, ac directum, sed ut dicitur *con la ricorsi*, & conflatum ex fructibus aliorum cambiorum præcedentium.

Primum objectum tollitur, quia litteræ cambii con- 1
scriptæ à Fisco, cognitæ sunt per testes bonam rationem reddentes, & cùm agatur de scriptura, quæ sine testibus confici solet, satis est quod testes deponant se habere notam manum scribentis, juxta stylum Curiæ, præsertim A. C. de quo testatur Scacc. *de Judic. lib.* 2. *cap.* 11 *n.* 971. Buratt. *decis.* 382. *n.* 1. *dec.* 724. *n.* 1. Ad recognoscendas verò alias literas scriptas à Siris, continentes mandatum de solvendo, citati fuerunt ipsimet Siri, & ob illorum contumaciam in recognoscendo Judex decrevit eas haberi pro recognitis, ut 2
solet in Tribunali A. C. ubi recognitio facta fuit, & disponit Statutum Urbis *lib.* 1. *cap* 25. ac satis esse tradit Coler. *de proceff. execut. part.* 3. *c.* 1. *n.* 95. *&* 139. Gail. *observ. lib.* 1. *observ.* 80. *n.* 6. Scacc. *de Judic. d. cap.* 11. *n.* 1055.

Alteri objecto satisfit animadvertendo, quod literæ cambii, etsi scriptæ die tertia Septembris, solvendæ non erant nisi in nundinis Sanctorum, ut constat ex ipsis literis, ibi *in cotesti pagamenti di fiera prossima de Santi, pagarete. &c.* unde satis est, quod mandatum de solvendo ante dictas nundinas emanaverit, præsertim cum idem mandatum non possit referri ad alias literas cambii, sed concordet cum istis, tum in nomine scribentis, ac loco, ibi, *vi sarà tratto da Misano*, tum in summa, ibi, *scudi* 5448. 19. *oro marche*, in tempore solutionis ibi, *nulla prossima fiera de Santi;* tum in personis à quibus debetur relevatio, ibi, *per detto nostro conto*, & in litteris cambii, ibi, *e ponete à conto delli Signori Gio. Battista, & Alessandro Siri:* tum tandem in persona ejus cui litteræ cambii pagabiles erant, ibi, *sotto vostro nome*, quæ omnia, abundè 3
identitatem probant, juxta theoricam Bart. communiter receptam *in l. demonst. n.* 14. *ff. condit. & demonstr.* Alex. *cons.* 93. *n.* 6. *lib.* 3. Socc. *cons.* 89. *n.* 1. *lib.* 1. Caval. *dec.* 311. *n.* 4.

Unde cum Balbus dictas litteras cambii solverit in nundinis Sanctorum, & jam præcesserit mandatum Sirorum, cujus contemplatione solvit, dubium non
est, quin pro summa soluta agere possit contra man- 4
dantem contraria actione mandati, ex allegatis in prima decisione, §. *altera, in fin.* præsertim quia succesivè sub die 11. Novembris, Balbus de dicta solutione per epistolam monuit Siros, ut *in summario præteritæ positionis num.* 5. & Sirii respondendo, solutionem approbarunt ibi, *in ripostа del vostro spaccio de fiera prossima passata de Santi, si dice haver accommodato scrittura di vostra conformità del negotiato per nostro conto di detta fiera.* Dicto Sum. n. 6. Quæ approbatio subsecuta 5
cohærens in responsionem ad Epistolam Balbi, ac proxima tempori, quo Balbus ubi supra solverat litteras cambii, refertur per necesse ad hoc ipsum negotium. Menoch. *de arbitr. cas.* 432. *n.* 38. *& præsumpt.* 35. *sum. n.* 8. *lib.* 1. Grat. *discept.* 897. *n.* 11. Rot. *dec.* 114. *n.* 6. *&* 7. *part.* 1. *recent.* maximè quia non constat aliud inter 6
has partes de dicto tempore emanesse, ut per Bart. *in l. qui Romæ, §. duo fratres, n.* 16. *ff. de verb. oblig.* Bald. *in rubr. C. de verb. signific. n.* 4. *vers. nisi aliud,* Rom. *in l. si constante n.* 33. *vers. hoc limitarem, ff. solut. matrim.* Surd. *cons.* 267. *n.* 31. *& seqq.* Bacc. *cons.* 34. *n.* 14.

Hinc gratis negatur, quod Balbus litteras cambii à Fisco missas solverit, cum id Siri in dicta appobatione implicitè fassi fuerint, quod sufficit Ægid. Bellamer 7
dec. 683. *ante n.* 1. Rot. *in Marsicen. Jurisdictionis.* 9. *Januarii* 1644. §. *primum adminiculum in fin. coram me*, & ulterius probatur ex quietantia ipsius Baldi data

in

9 *in dicto summario n.* 4. nec non ex libro nuncupato *scartafaccio di fiera*, qui post completas nundinas, concurrentibus præsertim dictis adminiculis, plenè probat, esto quod aliàs non probaret. Caputaq. *dec.* 234. *n.* 2. *p.* 1. Rot. *dec.* 198. *n.* 2. *part.* 1. *recent. dec.* 418. *n.* 5. *p.* 2. *decis.* 716. *n.* 4. *coram bon. mem. Buratto.*

Tertium objectum evacuatur ex deductis in prima decisione §. *alteram*, ibi comprobatum fuit, nos versari extra speciem cambii nuncupati *con la ricorsa*, de quo ultra ibi allegatos, loquitur Salon. *de just. & jur. tom.* 2. *tit. de camb. quæst.* 4. *art.* 2. *numer.* 2. *& seqq.* Et in
10 omnem eventum, exceptionem hanc uti requirentem altiorem indaginem, aptam non esse retardare executionem, quam litteræ cambii paratam habent Scacc. *de camb. §.* 7. *gloss.* 4. *numer.* Rota *dec.* 7. *nu.* 2. *apud Zacch. de oblig. Cameral.*

Et ita decisum informante solum Balbo; expectatis tamen diu, & citatis septies adversariis.

R. P. D. BICHIO.

Romana, seu Januen. Cambii.

Veneris 16. *Junii* 1653.

ARGUMENTUM.

Pergitur in materia Cambiorum. Differitur de earum speciebus, litteris in ipsis usitatis, & eorum probatione.

SUMMARIUM.

1 *Recambium dicitur, novum cambium.*

2 *Diversitas summarum, etiam partitarum diversitatem demonstrat.*

3 *In cambiis continuatis, ex dispositione Sacræ Congregationis à s. mem. Urbano VIII. deputatæ semper est in potestate debitoris illorum sortem restituere.*

4 *Cambium dicitur reale, quando constat de transmissione litterarum ad singulas nundinas.*

5 *Transmissio litterarum cambii dicitur probata ex litteris redditus.*

6 *Litteræ originales vocatæ* d'andata *solent remanere penes Mercatorem cui diriguntur.*

Et illarum præexistentia in necessarium antecedens resultat ex litteris responsivis, quales dicuntur litteræ redditus, n. 7.

8 *Verba* in ripostà del vero spatio, *non congruunt litteris* d'aviso, *sed litteris redditus, sive responsivis, idem importantibus.*

9 *Litteræ Mercatorum scriptæ ad extraneum, non probant pro tertio contra tertium.*

Secus si scriptæ reperiuntur ad ipsos, contra quos agitur, & ab ipsis producantur, n. 10.

11 *Personæ Mercatorum scribentium censentur repræsentatæ in personis illorum, quorum nomine, & in quorum debitum cambia contrahuntur.*

12 *Litteræ redditus non sunt intrinsecè de substantia cambii. Sed ejus realitas consistit in litteris* d'andata, *à legitimo Campsore, verè, & non fictè transmissis ad locum nundinarum, n.* 13.

14 *Litteræ redditus recipiunt probationem, quod Campsarius in nundinis recepit, accepavit, & adimplevit litteras* d'andata.

Et hujusmodi probatio non est coacta ad unum, vel alterum probationum genus, n. 15.

Et desumi etiam potest ex copiis litterarum in libris Mercatorum registratis: quæ probant, n. 16.

1 *Maximè concurrentibus adminiculis, quæ efficiunt ut etiam in casibus habentibus à lege vel Statuto præscriptum certum genus probationum aliud genus admittatur, n.* 17.

Item supra dicta probatio elici valet à libro nuncupato Scartafaccio, *qui completis nundinis, fidem facit, n.* 18.

Similiter ex multiplicitate partitarum, etiam si non versemur in antiquis, n. 19.

Præsertim attenta punctuali earum distinctione in singulas ferias, cum annotatione temporum, & subordinata continuatione, n. 20.

21 *Litteræ* d'andata, *etiam absque recognitione concurrentibus quamplurimis adminiculis, aut plenè probant, aut saltem vehementem veritatis præsumptionem faciunt.*

22 *In epistolis subscriptio attenditur, licèt per alienam manum illæ scriptæ reperiantur.*

23 *In materia etiam de usuris suspecta, concurrentibus adminiculis statur confessionibus, maximè geminatis, & judicialibus.*

24 *Inter mercatores bonæ famæ, existimationis non rigor, sed bona fides spectanda est.*

25 *Interesse recambiorum semper vertitur in capitale, & cambium licitum, dummodo currant dispatia.*

DECISIO CVI.

TRibus decisionibus editis sub die 21. Nov. 1651. die 18. Maii & 26. Junii 1652. coram me, firmantibus, exequendum esse mandatum pro scutis 5448. auri marcatum; ad instantiam Baldi, contra Siros relaxatum; quarta hodie dictarum confirmatoria accessit, ex rationibus ibi deductis.

Semper enim urget dilemma quod aut cambium de quo agitur, est novum; quale etiam dicitur recambium: Scacc. *de cambiis* 1. *quæst. §.* 1. *n.* 3. Rot. *dec.* 353. *num.* 3. *part.* 4. *tom.* 3. *recent.* & sufficit Baldo, qui literas Cambii, sibi à Fisco, è Civitate Mediolani directas, solvit: de ordine Sirorum docere, (prout docuit) de solutione, ut à Siris pecuniam solutam possit repetere, rejectis ab hoc judicio executivo ex adverso deductis, ad excludendum, quod Cambium non sit novum, & independens; cum saltem altiorem indaginem requirat; ponderando præsertim, quod hæc summa scutorum 5448. nullatenus correspondet cambiis in sorte principali, scutorum 40000. de anno 1640. inter has partes, contractis aliquibus illa ex adverso dicitur derivare, quod diversitatem utriusque partitæ demonstrat, ut notant Doctores *in leg. quinquaginta, ff. de probat.* Surd. *cons.* 80. *n.* 14. Menoch. *de arbitrar. cas.* 432. *n.* 38. 1 2

Aut cambium est præcedentium continuativum, & cum semper fuerit in potestate debitoris illorum sortem principalem restituere; ut necesse esse in cambiis continuatis declaravit Sacra Congregatio à fel. record. Urbano VIII. deputata, & relata à moder. Januen. de Camb. *disp.* 3. *quæst.* 1. *prolegomena, sub num.* 33. doceaturque, dicto anno 1640. usque ad 1649. quo emanarunt litteræ cambii, de quibus agitur, fuisse in singulis feriis transmissas litteras cambii, & effectuatas; adhuc debetur, & reale est. Cagnolus *in leg. un. sub num.* 46. *versic.* 3. *quia, Cod. de sentent. quæ pro eo*, Lup. *de Usur. cap.* 3. §. 2. *num.* 22. Bellon. *decis. Januen.* 25. *num.* 11. Rot. *in Rom. seu Florentina cambiorum* 12. *Januarii* 1615. *coram bon. mem. Archiepiscop. Seleucien.* 3 4

Et quod attinet ad transmissiones prædictarum litterarum, in singulis feriis, satis illa dicitur probata ex litteris redditus, per ipsosmet Siros productis Durand. *dec.* 32. *n.* 21. Burat. *dec.* 903. *n.* 1. Rot. *inter recent. dec.* 614. *sub num.* 2. *part.* 4. cum aliis allegatis in postrema Decisione hujus causæ, §. *penult.* quia nimirum litteræ originales, quas vocant *d'andata* remanere solent penes Mercatorem, cui diriguntur; & illarum præexistentia in necessarium antecedens resultat ex litteris responsionis, quales dicuntur litteræ redditus, Rot. *dec.* 274. *n.* 6. *part.* 3. *recent.* 5 6 7

Gratisque dicitur, litteras à Baldo missas ad Siros, &

& ex adverso ductas, esse *d'avisо*, nec censeri posse redditus, cum non fuerint directæ ad Fiscum Mediolani, & Gilibertum Neapoli commorantes; qui litteras *d'andata* scripserant ad Balbum: Nam prima pars objecti tollitur ex lectura dictarum litterarum Balbi, ubi *in risposta del vero spaccio*, quæ forma scribendi non congruit litteris *d'avisо*, sed litteris redditus, sive responsivis, idem importantibus; ut bene colligitur ex utriusque speciei litterarum formulis, relatis à Scacc. *de camb.* §. 1. *quæst.* 5. *num.* 78. & 79.

9 Secunda pars urgeret, si litteræ scriptæ fuissent ad extraneum in hoc negotio interesse non habentem, quia tunc non probarent pro tertio contra tertium, *leg. epistola in princ. ff. de pact.* Bald. *in leg. non epistolis* 10 *nu.* 5. *Cod. de probat.* Rip. *in leg. admonendi*, *n.* 14. *ff. de Jure jur.* Menoch. *dict. arbitr. cas.* 94. *n.* 22. Rot. *dec.* 717. *n.* 6. *part.* 2. *recent.* At in casu nostro, quo litteræ scriptæ sunt ad ipsos, contra quos agitur, & & ab ipsis productæ, & quod plus est, illi præcedenter scripserant ad Balbum; ac, ut constat ex litteris *d'andata* ibi, *E ponete in conto de' Signori Gio. Battista, & Alessandro Sirio* (nec ex adverso controvertitur) negotium horum cambiorum contra illos principaliter currebat & de illorum ordine Balbus litteras cambii solvebat, nihil interest, an litteræ res- 11 ponsivæ fuerint directæ ad Mercatores, qui scripserunt litteras *d'andata*, vel ad Siros, tum quia Mercatorum Medionali, & Neapoli scribentium personæ censentur repræsentatæ in personis Sirorum, quorum nomine, & in quorum debitum cambia contrahebantur, ad *l. tres tutores*, §. *non solum*, *l. ita autem* §. *gessisse*, *ff. administrat. tutor. l. solutam*, *ff. de solut.* Larr. *dec. Granatens.* 45. *sub n.* 19. Rot. *dec.* 355. *sub n.* 4. *part. recent. & in Rom. Pecun.* 15 *Junii* 1643. §. 1. *coram me.*

12 Tum etiam, quia cùm litteræ redditus non sint intrinsecè de substantia cambii; quippe cujus realitas 13 consistit in litteris *d'andata* à legitimo campsore verè & non fictè transmissis ad locum Nundinarum; earumque sincera, ac reali effectuatione, juxta superius allegatam decisionem *in Romana, seu Florentina Cambiorum coram D. Archiep. Seleucienst*, litteræ verò redditus respiciant potius probationem, quod campsarius in nundinis recepit, acceptavit & adimplevit lit- 14 teras *d'andata* satis est, quod ejusmodi sint, ut probent contra debitorem reum, conventum, quæ pro- 15 batio non est coarctata ad unum, vel alterum genus probationis, *l. quoniam* 5. *in finalib. verb. ubique Gloss. verb. angustentur*, *C. de Hæret. l. current. ff. de testibus l. ne quid*, §. *de iis*, *ff. de Incend. ruin.* 16 *& naufr.* Salo de Pace *Cons.* 19. *n.* 28. Surd. *dec.* 153. *n.* 25. Unde etiam copiis litterarum, registratis in libro Mercatoris, fidem præbuit Rot. *in supra citata Romana, seu Florentina Cambiorum*, §. *non obstat*, *coram bon. mem. Seleucienst.*

17 Eo magis concurrentibus adminiculis, quæ efficiunt, ut etiam in casibus habentibus à lege, vel Statuto præscriptum certum genus probationum, aliud admittatur, Bald. *cons.* 229. *sub n.* 1. Ciriac. *controv.* 258. *n.* 13. Rot. *in Bononien. Hæreditatis.* 24. *Martii* 1651. *coram me.* Resultant autem ex productione dictarum litterarum reditus per Siros facta ex computis cujuslibet Feriæ, per Siros pariter productis, congruentibus ad amussim singulis dictis litteris, partitis extractis 18 à Scartafaccio & palancio singularum feriarum: quod completa feria probare, firmant primæ Decisiones 19 hujus causæ. Item ex multiplicitate dictarum partitarum: 20 etiamsi non versemur in antiquis. Soccin. Sen. *consil.* 187. *n.* 16. *vers. confirmatur*, Rot. *decis.* 472. *num. part.* 1. *recent.* attenta præsertim punctuali earum dictione, in singulas Ferias, cum annotatione temporum: & subornata continuatione, quam in proximis terminis, magni facit Rota, *Decis.* 286. *n.* 7. *part.* 6. *recent.*

21 Fueruntque ex abundanti nuper productæ litteræ *d'andata*, quæ, etiam absque recognitione (ubi tot adminiculis veritas elucescit, aut plenè probant, aut saltem vehementem veritatis præsumptionem faciunt, *leg. instantia domestica*, *Cod. de probat.* Bald. *consil.* 204. *n.* 7. *lib.* 3. Rota *decis.* 198. *n.* 6. *decis.* 310. *n.* 3. *part.* 1. *recentior.* Nihil obstante quod omnes, tam 22 exaratæ Medionali, quàm Neapoli asserantur scriptæ in corpore, eadem manu: Nam præterquàm quod id non probatur satis, ex diversa manu (prout diversi erant Mercatores, Medionali, & Neapoli) fuisse subscriptas; quæ subscriptio sola suffragatur. Alexan. *consilio* 147. *nu.* 3. *versic. ad hoc ostendendum*, *& nu. seqq. lib.* 2. Castrens. *consil.* 216. *nu.* 3. *lib.* 1. Peregrin. *consilio* 108. *n.* 1. *lib.* 5. Seraphin. *decis.* 419. *nu.* 8.

Ex suprà deductis apparet quoque probata effectuatio litterarum, ita ut non versemur in casu simplicis confessionis, quæ in similibus materiis non attenditur, sed probationis per scripturas fidem facientes, ac tot adminiculis suffulta, quibus concurren- 23 tibus, etiam in materia dicta, usuris suspecta, stari confessionibus, & maximè geminatis, ac judicialibus, dixit Rota *in Bacen. Salviani*, 24. *Martii proxim.* 24 *coram me.* Et inter Mercatores bonæ famæ & existimationis, non juris rigor, sed bona fides spectanda est, ut in terminis decisum fuit *in supra citata Romana, seu Florentina Cambiorum*, §. *fin. coram bon. mem. Seleucienst.*

Non obstat, quod Cambium hoc derivet ab inte- 25 resse aliorum cambiorum; quia non probatur, & passim admittuntur recambia, & interesse illorum vertitur in capitale, & Cambium licitum: dummodo, in casu nostro, currant dispaccia, & alia de quibus supra. Scacc. *de Camb.* §. *septimo*, *glossa* 2. *sub numer.* 50. ubi allegat. concordat.

Et ita decisum utraque parte informante, &c.

R. P. D. BICHIO.

Beneventana Dotis.

Veneris 27. *Junii* 1653.

ARGUMENTUM.

Agitur de credito dotali cessè, ejus probatione, jure, exactione, præscriptione, &c.

SUMMARIUM.

1 *Dispositiva attendi debet.*

2 *Verba*, Proprio, privato, & principali nomine facta, &c. *posita in instrumento acquisitionis cessionis per Tutricem stipulato excludunt nomen officii Tutoris.*

3 *Et important acquisitionem nomine proprio.*

4 *Tutor acquirens cum bonis pupilli, ipsi acquirit, licèt proprio nomine contraxerit.*

5 *Creditum probatur per publicum instrumentum.*

6 *Dictio* Cujuslibet, *est distributiva totius in singulos, & efficit, ut singuli promissores obligentur in solidum.*

7 *Præscriptio Statutaria Urbis, aut tricennaria suffragatur debitori dotis.*

8 *Maritus ad libitum potest dotis debitorem liberare, & si id facit jussu actoris; uterque, tam debitor, quam maritus sunt liberati.*

Si verò non jussu uxoris liberatur debitor, sed maritus tenetur.

9 *Debitor dotis potest liberationem consequi, etiam mediante præscriptione completa vivente viro, firma tamen manente mulieris actione de dote contra bona viri.*

10 *Fundus dotalis est inalienabilis, & consequenter imprescriptibilis constante matrimonio.*

11 *Decisiones* 213. n. 7. coram Caval. & 193. n. 8. apud Zacch. de oblig. Cam. *in quibus terminis loquantur.*

12 *Præscriptio, ne dum ordinaria, sed nec longissimi temporis currit mulieri impeditæ constante matrimonio.*

13 *Præscriptio Statutaria Urbis excipit in ventre creditum dotis.*

14 *Mala fides debitoris excludit tricennariam, & resistit etiam ejus hæredi, ne præscribere possit.*

15 *Promissio mariti, de renunciatione uxoris ad favorem dotantium, omnibus hæreditatibus, paternis, fraternis, & aliis sibi deferendis, dicitur adimpleta per matrimonium juxta formam dictæ promissionis contractum, & consummatum.*

16 *Et ex quo mulier non contradixit, neque aliquid ex dictis hæreditatibus perit cursu longissimi temporis.*

17 *Tutor creditor pupilli, ex quo administravit omnia ejus bona, præsumitur satisfactus de suo credito.*

18 *Sed hoc procedit, quando probat ad ejus manus pervenisse tot bona, ex quibus potuerit satisfieri.*

19 *Aditio hæreditatis inducitur ex qualibet voluntatis deliberata dispositione, & etiam ex declaratione verbali.*

20 *Hæres per sententiam Judicis declaratus, licèt bonorum possessionem acceperit, non exinde sequitur, quin alius prædictam hæreditatem adire possit.*

21 *Persona defuncti, etiam sine bonis in hærede repræsentatur.*

22 *Verba sententiæ debent intelligi prout jus disponit.*

23 *Mandatum excessivum, & executioni non missum de stylo A. C. sustinetur pro summa debita.*

24 *Rota potest declarare mandata A. C. quando ei à dictis mandatis commissa fuit causa appellationis cùm clausula,* Si quid exequendum.
Et si de dictorum mandatorum injustitia constat, ex integrò mandatum relaxare potest.

25 *Clausula* Si quid exequendum, *si constat de bono jure, præservat viam executivam pro nova mandati relaxatione.*

DECISIO CVII.

DOcuit D. Vincentia Caracciola coram A. C. de cessione sibi facta à Lavinia Morra Crediti doralis ducatorum bis mille contra Juliam Moram, nec dubitari potest, quin eadem cessio acquisita fuerit ipsi Vincentiæ, quamvis Tutrix esset filiorum hæredum pro medietate d. Juliæ debitricis, cum in parte dispositiva, 1 quæ debet attendi, Buratt. *dec.* 206. *num.* 20. stipulata legatur Vincentiæ, nomine proprio, ibi, *proprio, privato, & principali nomine ejusdem D. Vincentiæ, ut in* 2 *Summ.* 2. quæ verba excludunt nomen officii tutoris. *l.* 5. §. *tutor, & ibi Gloss. verb. rectè*, Bart. *num.* 1. *ff. quando ex fact. tut.* Rot. *in Cæsaraugustana Beneficio de Linares*, 22. *Junii* 1643. §. *saltem, coram me*, ac important acquisitionem nomine proprio, præsertim cum pro ha- 3 benda dicta cessione Vincentia domum non pupillarem, sed propriam cedenti assignaverit, & sic non applicatur 4 conclusio, quod tutor acquirens cum bonis pupillorum, ipsis acquirit licet proprio nomine contraxit, *l. Lucius*, 47. *tutorem, ff. de admin. tut.* Larr. *dec.* 92. *num.* 9. & *seqq.* Rota *in Rom. prætensæ Societ.* 12. *Junii* 1645. §. 2. *responsum, coram Eminent. D. Card. Ottobono.*

Docuit pariter de credito Laviniæ cedenti per pu- 5 blicum instrumentum promissionis dotis in summa ducatorum 3500. à Livia unà cum filiis factæ cum 6 dictione *& cujuslibet*, ibi, *& cujuslibet ipsorum nomine*, &c. quæ cùm sit distributiva totius in singulos, efficit ut singuli promissores obligentur in solidum. *l. pluribus*, 52. & ibi Gloss. *verb. sed omnes, ff. de l.* 2. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 31. *gloss. unica, n.* 11. Rota *dec.* 22. *nu.* 2. *decis.* 23. *num.* 3. *inter impress. apud* Zacch. *de oblig. Cameral.*

Neque contra idem creditum objici potest, vel præs- 7 criptio Statutaria Urbis, aut tricennaria, quam sustragari debitori dotis dixit Rota penes Seraph. *decis.* 569. *nu.* 2. ea ratione quia cum possit Maritus ad libitum, 8 debitorem liberare, & si quidem id faciat jussu uxoris, uterque tam debitor, quàm Maritus sint liberati, si verò injussa uxore liberatur quidem sed Maritus tenetur. *l. debitor. l. vir ab eo, ff. de jur. dot. l. penul.* §. 9 *si vir socero, ff. solut. matr.* potest debitor liberationem consequi, etiam mediante Mulieris actione de dote contra bona viri; & ad contraria respondetur quod procedunt, quando agitur de præscribendo fundo dotali, qui cum sit inalienabilis. *l. si fundum, ff. fund. dot.* 10 est per consequens impræscriptibilis constante matrimonio, ex dispositione tex. *in l. in rebus*, §. *omnis, C. de jur. dot.* & in his terminis loquitur Caval. *dec.* 213. 11 *num.* 7. & intelligenda est *dec.* 197. *num.* 8. *impress. apud Zacch.* secus vero in debitore dotis, contra quem dos hoc privilegium à lege non habet; eandemque distinctionem secutus fuit *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 6. *gloss.* 1. *p.* 2. *n.* 61. *& duob. seqq.*

Nam præscripto Statutaria Urbis excipit in ventre 12 creditum dotis, Put. *dec.* 88. *lib.* 1. *in Corr.* Rot. *in Romana Salviani*, 23. *Martii* 1650. *coram R. P. D. meo Verospio.* Tricennariam verò Juris communis ex- 13 cludit mala fides debitoris, resistens etiam ejus hæredi, ne possit præscribere. Covarr. *in c. possessor. malæ fidei, p.* 2. *select.* §. 8. *num.* 3. *& seqq.* Fachin. *contr. forens. lib.* 8. Surd. *cons.* 296. *num.* 10. *& in Romana Divisionis* 15. *Junii.* 1640. *in Civitatis Plebis Salviani*; 1. *Julii* 1647. *coram me.*

Minus objici potest defectus implementi, eo quod scilicet Maritus cui fuit promissa dos, promiserit Laviniam uxorem renunciaturam ad favorem promissorum, 14 hæreditatibus paternis, fraternis, & aliis sibi deferendis, id enim adimpletum dicitur, quo mulier juxta formam dictæ promissionis, matrimonium contraxit, 15 & consummavit, ut in simili, Rot *dec.* 89. *num.* 10. *& 11. p.* 2. *dv.* ex quo neque contradixit, neque aliquid ex dd. hæredibus petiit cursu longissimi temporis, quod promissam à viro renuntiationem secutam fuisse præsumi facit, Soc. Sen. *consil.* 46. *num.* 3. *vers. præterea, lib.* 3. Gozz. *consil.* 12. *num.* 16. Soc. jun. *consil.* 48. *num.* 9. & 10. *lib.* 2. Mant. *dec.* 13. *num.* 9. Rot. *dec.* 159. *num.* 6. *versic. & quatenus, part.* 1. *rec. Dec.* 64. *n.* 3. *p.* 4. *& in Romana Divisionis*, 20. *Junii* 1639. *coram me.* Gratis etiam excipitur, quod Vincentia Cessionaria præ- 16 sumatur de hoc credito satisfacta; quia administravit tanquam tutrix, bona filiorum, qui sunt hæredes Juliæ debitricis dotis, nam præter quod non probatur ad ejus manus pervenire tot bona, ex quibus potuerit fa- 17 tisfieri, præsumptio hujusmodi militare posset pro rata debiti ad dictos filios passivè spectantis, & sic pro medietate, pro qua sunt hæredes Juliæ, juxta *l. pro hæreditariis, C. hæred. act. l. licet pacto, Cod. fam. ercis.* Surd. *consil.* 415. *num.* 13. & 14. pro alia medietate hæreditas Juliæ delata fuit ad D. Marchionem Goffredum Juniorem Adversarium, quem adivisse hæreditatem Patris, & Juliæ Aviæ, constat ex actis in id gestis ejus 18 nomine de anno 1646. in Curia Beneventana, & decreto Judicis desuper emanato, *Summ. Vincentiæ nu.* 3. & ad hunc effectum sufficit quælibet voluntatis deliberatæ positiva declaratio, etiam verbalis Bald. *consil.* 224. *vers. nam quatuor, lib.* 2. Rot. *dec.* 360. *n.* 30. & *dec.* 474. *n.* 1. *dec.* 478. *n.* 3. *p.* 5. *rec.*

Nihilque urget, quod de anno 1623. hæres Juliæ 19 fuisset à Judice declaratus per sententiam Vincentius de Morra Juliæ Nepos, ipseque bonorum possessionem accepisset, *Summ. D. Marchionis, n.* 2. & 3. Quia hoc non excludit, quin postea adire hæreditatem potuerit, ut fecit etiam D. Marchio, qui pariter Juliæ Aviæ Nepos est, & propterea illi non secus ac d. Vincentius successit, Bertrand. *in l. hac edictali, versic. quam observationem.* 4. *C. de secund. nupt.* Cancer. *var. resol. lib.* 3. *c.* 2. *n.* 197. Jo. Vinc. de Ann. *alleg.* 117. *n.* 14. Surd. *dec.* 73. *n.* 10. Cumque hodie agatur solum contra bona hæreditaria non interest à quo ex cohæredibus possideantur, 20 ac de

ac de cætero etiam sine bonis persona defuncti repræsentatur in hærede *l. item veniunt, ff. de pet. hæred. leg. hæreditas, ff de verb. signif.*

Ex his meritò A. C. relaxavit ad instantiam Vincentiæ Cessionariæ mandatum executivum, citato D. Marchione, tanquam Juliæ hærede, quod etsi indefinitè conceptum, intelligendum est pro medietate ex bonis hæreditariis debita ab eodem Marchione, pro qua, ut dicebam, est hæres Juliæ debitricis, detractis insuper ducatis 268. pro quibus in alio instrumento cum Cessionaria postea celebrato, Lavinia cedens declaravit nolle hæreditatem Juliæ posse molestari; *Summ. Marchionis, n. 6.* Atque ita mandatum restringendum est
21 ad ducato. 732. sivè quia ita senserit A. C. declarando verba ejus sententiæ à dispositione Juris ut debet, Franc. *dec.* 527. *n.* 12. Capic. Latr. *decisione* 25. *sub n.* 38. Rot. *dec.* 66. *n.* 3. *p.* 2. *rec. & in Burgun. Salviani*, 10. *Junii* 1652. *coram me.*

22 Sive quia cùm nondum executioni missum fuerit, sustinetur pro summa debita de stylo A. C. de quo Salust. *in prax. lib.* 1. *c.* 37. *n.* 4. add. ad Buratt. *dec.* 19. *n.* 7. Rot. *Romana Cambii*, 23. *Junuarii* 1651. *coram Reverendiss. Archiep. Tarraconensi*, §. *idque nec non.*
23 Quod mandatum intelligendum sit contra bona hæreditaria Juliæ, ut implicite in decreto A. C. continetur, declarare potest Rota cui ab eodem mandato commissa fuit causa appellationis cum clausula, *Si quid exequendum*, ut fuit decisum *in d. Romana cambii*, quinimo quod de justitia ut in casu nostro constat possit
24 Rota mandatum etiam ex integro relaxare. fuit decisum *in Romana pecuniaria*, 27. *Maii* 1651. *cor. R. P. D. meo Celso*, ubi *in . fin.* redditur ratio; quia clausula, *Si quid exequendum*, quando constat de bono jure,
25 præservat viam executivam pro nova relaxatione mandati, & allegantur decisiones concordantes.

Proposito ideo per me hodie dubio, an mandatum A. C. sit exequendum, Domini censuerunt exequendum, & quatenus opus sit, relaxandum esse contra bona hæreditaria Juliæ pro ducatis 732. Utraque Parte informante, &c.

R. P. C. Bichio.

Beneventana Dotis.

Mercurii 10. *Maii* 1654.

ARGUMENTUM.

Cessio acquiritur ei, cujus interest. De præscriptione Statutaria 30. annorum adversus creditum dotis. Et de renunciatione ipsius per uxorem facta.

SUMMARIUM.

1 *Relati restringitur ad immediatè expressa.*
2 *Cessio acquisita, & nomine proprio stipulata præsumitur, quando ipse acquirens etiam nomine proprio aliquid cedenti tradidit.*
3 *Singula singulis referri debent.*
4 *Res acquiritur illis ad quos negotium spectat.*
5 *Cessio acquiritur habenti onus solvendi.*
6 *Promittens uti principalis, principaliter, & in solidum, & sub obligatione Camerali, constituitur principalis debitor.*
7 *Mulier constante matrimonio, nec respectu actionis personalis contra promissorem dotis agere potest, sed benè vir*
8 *Non valenti agere non currit præscriptio.*
9 *Debitor dotis constante matrimonio perpetuam liberationem consequi potest à solo viro, mediante receptione, aut confessione de recepto.*
10 *Vel mediante gratuita alienatione, aut remissione,*
11 *Aut mediante triginta annorum præscriptione.*
12 *Quod est alienabile, & post remissibile, est etiam præscriptibile.*
13 *Qui patitur præscribi, dicitur alienare.*
14 *Præscribens similis est solventi.*
15 *Actiones omnes perpetuo tolluntur præscriptione* 30. *annorum.*
16 *Fundus dotalis sicut non potest alienari, ita nec præscribi ex negligentia viri, secus est in debito dotis, cum maritus possit talem debitorem ad libitum liberare.*
17 *Decisio loquens perfunctoriè, & ex abundanti non attenditur.*
18 *Præscriptio non currit stante mala fide præscribentis.*
19 *Quæ mala fides etiam nocet debitoris hæredi, qui non potest præscribere.*
20 *Ad præscribendum dotis debitum* 30. *anni completi requirantur.*
21 *Statutaria præscriptio solutionis per lapsum* 30. *annorum cessat, quoties militat contraria aliqua præponderans præsumptio.*
22 *Promissor dotis, si in aliquo instrumento se illius debitorem agnovit, certa est dictæ dotis non solutio.*
23 *Præscriptio locum non habet contra debitorem ex propria confessione contentum.*
24 *Præscriptio inchoari non potest contra hæredem, qui hæreditatem non adivit.*
25 *Renunciatio ab uxore facienda secundum viri promissionem in capitulis matrimonialibus adscriptam, censetur facta, vel remissa stante longissimi temporis silentio, & junctis solutionibus à socero factis, nusquam petita dicta renunciatione.*
26 *Et ex eo, quod ipsa mulier dicta capitula subscripsit.*

DECISIO CVIII.

EVertere singula fundamenta decisionis editæ sub die 27. Junii 1653. conati sunt hodie, ut ab ea recedatur, informantes pro D. Marchione Goffredo, sed iterum solidissima visa sunt. Quod enim Jura Laviniæ competentia contra Juliam debitricem dotis cessa fuerunt Dominæ Vincentiæ Caracciolæ nomine proprio, mediante persona Fulvii ejus procuratoris, legitur ocularitер in instrumento cessionis, ibi; *proprio privato, & personali nomine ejusdem Vincentiæ;* nec non infra, in ea parte, qua pro reportanda dicta cessione, Fulvius Laviniæ cedenti assignavit Domum propriam ipsius Vincentiæ, tanquam illius procurator; ibi, *detto Signor Fulvio, procuratorio nomine di detta Signora Vincenza dà in solutum, & pro soluto, à detta Signora Lavinia, &c.* consonant subsequentia verba cessionis, ibi; *renunciarunt dictæ D. Vincentiæ, &c. prædicto Fulvio nomine quo supra, &c.* Gratisque Clausula nomine quo supra, ex adverso refertur ad nomen filiorum Vincentiæ, quorum etiam Fulvius procurator erat, quia imò supra fuit expressum tantum nomen Vincentiæ; cumque eo tantum, procurator in recompensam cessionis rem propriam Vincentiæ tradidisset cedenti ad idem nomen, perneceſſe prædicta Clausula refertur, sic suadente tum regula, quod relatio restringitur ad immediatè expressa, ut notant Doctores, *in cap. Cum dilecti, de bona.* Rot. *coram Greg. XV. dec.* 4545. *n.* 14. *inter rec. dec.* 627. *n.* 9. *p.* 2. tum correspectivitate acquisitionis ad traditionem; quia nimirum sicuti domus propria Vincentiæ ejus nomine tradita fuit cedenti; eodem nomine cessio acquisita, ac stipulata præsumitur. Ruin. *consil.* 159. *nu.* 10. *versic. tamen alia, lib.* 1. Decian. *consil.* 73. *num.* 8. *versic. quæ etiam verba, lib.* 1. Mant. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 8. *num.* 36. Caval. *dec.* 219. *num.* 6.

Unde nihil urget, quod in instrumento mandati procuræ in personam Fulvii Vincentia illum procuratorem constituisset, tam nomine proprio, quam uti tutrix filiorum, quia nomen filiorum appositum fuit respectu concordiæ super quantitate debiti, & aliis prætensionibus

sionibus Laviniæ, à procuratore faciendæ; nomen verò Vincentiæ respectu solutionis de re propria Vincentiæ, & cessionis ad ejus favorem portandæ; prout successivè
3 reportata fuit, & sic singula singulis debent referri, juxta *leg. negotia, ff leg. gest l quoties. C. fam. ercisc.* Decian. *consil.* 186 *num.* 4. Rota apud Peniam, *decis.* 231. *n.* 9. *decis.* 240. *n.* 7. Mines urget quod cessio
4 censeatur acquisita filiis, eo quod ad illos negotium spectaret, ex allegatis per Bell. *decis. Januen.* 14. *n.*
5 46. Quia spectabat quidem ad filium onus solvendi dotem, sed non jus reportandi cessionem translativam; quam imò reportare, cum interesset solius Vincentiæ, quæ de proprio solvit, ipsis merito cessio acquisita fuit; ut ad litteram est textus, *in leg. post mortem*, §. *tutor.* ibique notat Bartol. *in Summ. ff. quand. ex fact. tutor.*

Quod verò Julia, contra quam cessio emanavit Laviniæ cedentis, sit debitrix dotis, apparet ex alio pu-
6 blico instrumento, in quo ipsa simul cum filiis uti principalis personaliter, & in solidum, & sub obligatione Camerali, dotem Laviniæ solvere promisit; atque ita (esto, sine veri præjudicio) quod onus dotandi spectaret ad filios, ipsa respectu creditricis, cujus favore promisit, quidquid sit respectu Filiorum, constituta fuit principalis debitis, Aym. *consil.* 33. *n.* 8. Surdus *consil.* 150. *n.* 57. Rota *dec.* 167. *n.* 6. ibique Add. *n.* 10. *dec.* 445. *num.* 2. *coram sanct. mem. Gregor. XV. decision.* 118. *num.* 8. *inter impress. apud Zacch. de obligatione Camerali*, & in puncto dotis promissæ ab eo qui dotare tenebatur, & ab alio; Surdus *consil.* 458. *num.* 1. *in fin.*

Aliud objectum præscriptionis tricennariæ, sive præsumptæ solutionis à Statuto Benevent. ex lapsu viginti annorum inductæ, fuit sublatum in prima decisione, §. *neque*, Quidquid enim sit, an tricennariam, dotis debitor inchoare potuerit, in præjudicium Uxoris, marito vivente, quod etiam respectu actionis personalis,
7 negant infra allegandi, eo quod tunc Mulier agere contra promissorem non poterat, sed Vir. *leg. si pro dote, C. de dot. promiss. leg. doce ancillam, C. de rei*
8 *vendicat.* Paris. *consil.* 53. *n.* 67. *lib.* 1. & non volenti agere non currit præscriptio, *lege* 1. §. *finali. C. de annal. except. lege cum notissimi*, §. *in his, C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annorum*, & in puncto Menoch. *consil.* 88. *n.* 43. quem sequitur Rimin. Jun. *consil.* 670. *num.* 31. Rota *in Romana Dotis, & Legati*, 16. *Januarii*, 1620. *coram bon. mem. Manzanedo.* Contraria verò sententia probatur, ex quo sicuti constante matrimonio de-
9 bitor dotis perpetuam liberationem consequi potest à solo viro, mediante acceptilatione, aut etiam confessione de recepto, *leg. in iis rebus*, 66. §. *si Vir so-*
10 *cero*, *ff. sol. matrim.* sive gratuita alienatione, & remissione, *leg. vir. ab eo* 50. *in fin. ff. de Jur. dot.* ita
11 mediante triginta annorum præscriptione; cum eo
12 modo, quo aliquid est alienabile, ac irremissibile, sit etiam præscriptibile juxta theoricam quam tradit Marian. Socc. *in cap. cum contingat, sub n.* 13. *& seqq. de for. competen.* Rolan. *consil.* 3. *n.* 83. *lib.* 1. Michaël. Ilgur. *de regim. mund. quæst.* 3. *n.* 78. *inter tract. diversf. tom.* 16. *fol.* 120. *à tergo*; & alienare dica-
13 tur, qui patitur præscribi, Vasquez *Illustr. cap.* 52. *n.* 3. *& seq.* Surd. *consil.* 516. *n.* 7. Menoch. *consil.*
14 825. *n.* 54. & 55. Sitque præscribens similis solventi, *lege, si pupillus, in fine, ff. de administratione tutorum*, Surdus *consil.* 234. *n.* 12. Ac nimis durum videatur, quod si matrimonium longissimo tempore duraverit, promissor dotis, qui bonam fidem habuit,
15 non valeat contra mulierem uti præscriptione triginta annorum, qua omnes actiones perpetuo tolluntur, *lege sicut, lege fin. C. de præscriptione triginta annorum*, Negusant. *quæst.* 535. *n* 9. Surdus *consil.* 296. *nu.* 1. *& decis. nu.* 2. Fontanel. *decis.* 78. *num.* 9. Et in puncto hanc opinionem distinguendo, inter præscriptionem fundi dotalis, & actionis de dote,
16 secutus est idem Fontanel. *de pact. nupt. clausula* 6. *glossa* 1. *parte* 2. *n.* 63. post Beraph. *decis.* 569. *num.* 2. Quam non revocat ex adverso allegata decision. *In Romana Dotis, & Legati, coram Manzanedo*, sed loquitur perfunctoriè, & ex abundanti *ultra quod*, 17 *&c.*

Quidquid, inquam, sit de his, placuit responsio, quod præscriptio currere non potuit, stante mala fide præ- 18
scribentis, gnaræ videlicet, se fuisse semper debitricem, ut constat etiam ex ejus ultimo testamento, ubi dotem promissam, solvi ab hærede mandavit; & sic illam non præscriptam, sed continuo à se debitam fuisse agnovit, Rota *decisione* 62. *n.* 1. *& seqq. Dec.* 81. *n.* 1. *decis.* 119. *n.* 1. *part.* 7. *recent.* eademque mala fides 19
nocet etiam debitricis hæredi ne potuerit præscribere; ex allegatis *in* 1. *decisione*, §. *nam præscriptio*, maximè quia à die mortis testatricis lapsi non fuerint, nisi 27. anni, & ad hanc præscriptionem requiruntur 20
30. completi Jason. *in leg.* 3. §. *Labeo*, *n.* 17. *ff. de acquir. poss.* Negus. *quæst.* 330. *n.* 95. Bald. *de præscr.* 3. *part.* 6. *part. princip. q.* 1. *num.* 8. Rot. *dec.* 304. *nu.* 2. *part.* 1. *recentior. & in Romana pretii viridarii*, 11. *Martii* 1624. *coram bon. mem. Ubald. Sen.*

Statutaria præscriptio solutis per lapsum 30. anno- 21
rum cessat, quoties militat contraria aliqua præponderans præsumptio. Seraph. *dec.* 692. *n.* 4. *dec.* 976. *n.* 3. Melin. *dec.* 125. *n.* 118. Rota *in Romana pretii Viridarii*, 11. *Martii* 1624. §. *nec dicatur*, *in fin. coram bon. mem. Ubaldo Sen. & in Ravennaten. Census*, 26. *Aprilis* 1641. §. *quare*, *coram Me*; prout in casu nostro, quo cum Livia debitrix, se in testamento debitricem dotis 22
agnovit ejusdem; exinde fit, quod dotem solverat, ut ponderat in terminis similis statuti allegati per adduct. ad Burat. *dec.* 8. *n.* 10. *versic.* 4. *calus*; ea verò mortua, filii ejus fatentur dotem non solvisse, & satis 23
est quod statutariam præscriptionem non allegent. Azeved. *in reg. Constit. Hispan. lib.* 4. *titul.* 15. *n.* 64. & 65. Cancer. *variarum resolut. tom.* 1. *cap.* 18. *n.* 28. Rot. *In Romana Census, seu Salviani*, 26. *Junii* 1646. §. *præscriptio item statutaria*, *coram Me*. Adversarius autem qui hæreditatem Juliæ voluisse ait, de anno 1646. à quo tempore tempus statutarium non concur- 24
rit, asserere non potest se antea solvisse; cùm solvere non teneatur antequam hæreditatem adiret, *in l. si prædium*, *ff. de in diem adject.* Bald. *consil.* 48. *in fin. vers. revertendo*, *lib.* 1. Alexand. *consil.* 4. *num.* 18. *lib.* 2. Balbus *de præscriptionibus*, *in* 1. *parte*, 6. *partis princip. in* 25. *casu*, *n.* 47. *& sequenti.*

Tandem non obstat defectus renunciationis faciendæ 25
ab uxore, & à viro promissæ in capitulis matrimonialibus; quia stante silentio longissimi temporis, junctis aliquibus solutionibus Dotis à Socero factis, nusquam petita dicta renunciatione, illa præsumitur, vel facta, vel remissa, ut in terminis decisum fuit *in Æsculana Dotis*, 24. *Januarii* 1648. §. *ulterius*, *coram R P. D. meo Celso*, *& in eadem* 24. *Janu.* 1653. §. *considerarunt*, *coram R. meo Decano*; præsertim quia si Sponsa Capitulis matrimonialibus talem promissionem conti- 26
nentibus subscripsit, ex hoc ipso resultat affectus renunciationis, ut per Bartol. *in leg. si intra*, *n.* 4. *ff. de pact.* Cast. *consil.* 342. *n.* 1. *lib.* 2. Tiraquell. *de retract. convent. in fin. n.* 28. Cart. *dec.* 92. *n.* 13. & 14. cum aliis, quos refert & sequitur Surd. *cons.* 392. *n.* 11. *& cons.* 557. 13. Ex quibus, & aliis in prima decisione deductis, Domini steterunt in decisis; Utraque parte informante.

R. P. D.

R. P. D. CELSO.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 28. *Aprilis* 1654.

ARGUMENTUM.

Agitur de Obligatone Camerali. Confessio de recepto extrajudicialis voluntariè facta à Tutore, non præjudicat Pupillo, & de conjecturis, & præsumptionibus pro comprobatione solutionis.

SUMMARIUM.

1 *Obligatio Cameralis habet executionem paratam, & in vim illius potest executivè procedi.*
2 *Clausula*, Si quid exequendum, *non vulnerat obligationem; sed suspendit tantùm executionem mandati, donec de illius justitia cognoscatur.*
3 *Confessio de recepto extrajudicialis voluntaria facta à Tutore, non præjudicat Pupillo, dum de vera solutione non constat.*
4 *Amplia etiam in quolibet administratore.*
5 *Et adducuntur DD. qui contrariis respondendo, prædictam sententiam comprobant.*
6 *Confessio de recepto operatur crediti contracti remissionem, quæ sapit naturam donationis.*
7 *Donatio rerum pupilli expressè est Tutori, & Curatori prohibita.*
8 *Si pro modica summa pecuniarum reperitur quietantia, utique est major summa fuisset soluta, similis quietantia reperiretur.*
9 *Non est verisimile, quod quis solvat quantitatem magnam pecuniarum sine quietantia.*
10 *Non est credendum, quod quis voluerit solvere, id ad quod de jure non tenebatur.*
11 Decisio 28. n. 8. part. 6. recent. Decis. 163. n. 1. 4. & seq. part. 2. diversor. & Decis. 605. n. 1. coram Gregor. XV. *in quibus casibus procedant.*
12 Text. in l. Lucius, ff. de administrat. tutor. *quomodo sit intelligendus.*
13 *Subscriptio concludit veritatem subscriptionis factæ à Tutore, non autem veritatem confessionis de recepto.*
14 *Simplex confessio Tutoris non potest nocere pupillo.*
15 *Una conjectura tollit aliam, fortior debiliorem vincit.*
16 *Tempus non est modus tollendæ, vel inducendæ obligationis.*
17 *Præsumptio, quæ deducitur ex tarditate petendi, est levis.*
18 *Præscriptio esset frustratoria, si ex morositate in petendo creditum, præsumeretur solutum.*

DECISIO CIX.

1 CReditum Rainaldæ hæredis Antonii Patris, cujus vigore fuit relatum mandatum contra Michaëlem Mariottum, & deinde, Exequatur, contra bona hæreditaria ipsius resultat ex Instrumento publico venditionis freni, & utensilium cum juramento, & obligatione ampliſſima in forma Rev. Cam. Unde censuerunt Domini, mandatum prætatum esse exequendum. Quia obligatio Cameralis habet executionem paratam, & in vim illius potest executivè procedi, ut dixit Rot. post Zacch. *de oblig. Cam. dec* 69. *n.* 1. *&* *dec.* 203. *eod. n.* Et Clausula Si *quid exequendum*, non vulnerat obligationem, sed suspendit tantum executionenem mandati, donec cognoscit de justitia illius, ex pluribus relat. probat Grat. *discept. for. c.* 968. *n.* 2. *& seq.* & firmavit Rot. *in Roman. pecun.* 7. *Maii* 1649. *coram Me, & in Romana Cambii* 23. *Januarii* 1641. *coram Reverendiss. Terracinen.*

Nec fuit habita in consideratione solidatio reportata à Joan. Ferro uno ex Tutoribus dictæ Rainaldæ, in quadam apocha sub die 12. Aprilis 1630. in qua reciquadam apocha sub die 12. Aprilis 1630. in qua recipiendo scuta viginti, fatetur scut. 450. fuisse solura Antonio Testatori, & scut. 350. Ugolino Magnino; hujusmodi enim confessio de recepto extrajudicialis voluntaria facta à tutore non præjudicat pupillo, dum de vera solutione non constat ubi probat *l. Lucius* §. 47. *in fine*, ibique Bart. *in* §. *tutelæ*, *n.* 1. *vers. dico ergo, ff. de adminis. & peric. tutorum*, quem sequitur Jason. 4 *in l.* 2. *sub n.* 20. *vers. ego tamen pondero*; ibique etiam Alciatus *sub n.* 16. ubi examplificat in tutore, & quolibet administratore, *ff. si certum pet.* Arétin. *in* §. *venditæ*, *n.* 5. *instit. de rerum divis.* Alex. *cons.* 97. *n.* 3. *vers. quia respondeo*, *lib.* 7. Anguisc. *cons.* 265. *n.* 5. *& seqq. cons.* 266. *n.* 14. Cald. qui plures cumulat *consil.* 32. *n.* 25. Mascard. *de probationibus concl.* 370. *n.* 1. Cavalc. *de tutore & curat. c.* 1. *n.* 274. Grat. *c.* 766. *n.* 556. Franc. Marc. *dist.* 248. 1. *p.* 1. Surd. *dec.* 229. *sub n.* 24. *vers. allegabat, & n. seqq.* 3

Et hanc opinionem respondendo contrariis, pluribus 5 rationibus & auctoritatibus comprobat Natt. qui illam veriorem asserit, *cons.* 543. *sub n.* 18. *& seqq.* & de communi testatur Tiraq. *de retr. convent.* §. 4. *Gloss.* 6. *n.* 12. & 13. Pasch. *de viribus patriæ potestat. c.* 2. *n.* 12. Vivius *comm. concl.* 145. *per tot.* & firmavit Rota *dec.* 714. *n.* 2. *p.* 3. *recent.*

Et optima quidem ratione; nam cum ex confessione 6 de recepto resultat remissio crediti jam contracti, illa sapit naturam donationis, quæ cum tutori, & curatori 7 sit expressè prohibita consequenter prohibita est etiam confessio, prout ex *leg. contra Juris*, 28. §. *ult. ff. de pactis*, & *l. pactum Curatoris*, 12. *Juncta Gloss. verb. remitt. C. eod.* probat Aym. *consil.* 494. *n.* 9. Corn. *consil.* 263. *n.* 7. *versic. si enim*, *lib.* 1. Menoch. *consil.* 31, *n.* 36. *& seqq.* Surd. *d. dec.* 229. *sub n.* 24. *vers. prima*, *& moventur prædicti.*

In præsenti verò casu, non solum apparet de hujus- 8 modi receptione, quinimo illa redditur valdè inverisimilis, dum tutor fatetur fuisse soluta Antonio Testatori scuta 450. & tamen exhibet quietantiam tantummodo 9 de scut. 100. reputatam parùm ante ejus obitum sub rogitu publici Notarii. Nam si major summa fuisset soluta, utique quietantia similis reperiretur, ut benè in proposito arguit Lancellot. Gall. *consil.* 86. *n.* 6. Riminald. jun. *consil.* 489. *n.* 9. *lib.* 5. & dixit Rota *in Romana Dotis de Paluzzellis*, 26. *Oct.* 1601. *coram Litta & Decis.* 565. *n.* 22. *coram Penia*, præsertim quia agitur de notabili summa, ita ut non sit credendum quod desuper non fuerit reportata quietantia, ut ponderavit Rota *coram Merlino decis.* 195. *n.* 1. *dec.* 485. *n.* 7. *part.* 3. *lib.* 3. *diversor. & in recent. dec.* 772. *sub n.* 3. *& dec.* 259. *n.* 5. *&* 6. *part.* 6.

Rursus in eadem solidatione declarat tutor fuisse solu- 10 ta scuta 350. Ugolino Magnino, qui tamen non erat creditor in hujusmodi summa; inverisimile est autem quod Antonius voluerit solvere id ad quod de jure non tenebatur, ad *l. cum de indebito, ff. de probat.* Rota *coram Durand. dec.* 319. *n.* 6. *&* 7. *dec.* 73. *n.* 8. *p.* 4. *tom.* 2. *recent.*

Nec obstat Decisio 28 *num.* 8. *part.* 6. *recentior.* & 11 aliæ in contrarium adductæ; Quia procedunt concurrentibus adminiculis, & quomodo aliunde constat de vera, & effectiva numeratione in quibus terminis loquitur *decis.* 107. *n.* 1. 4. *& sequentibus*, *parte secunda diversorum*, *coram San. mem. Gregor. dec.* 506. *n.* 1. *& seq.* Et intelligendum esse Textum, & Glossam *in dicta* 12 *lege Lucius*, *ff. de administrat.* 1. *peric. tutorum*, latè probat Jason. *in dicta l.* 2. §. *ult. n.* 20. *si certum pet.* ubi ponderat verba, *si solvissent*, quæ important veram numerationem, Riminald. Junior. *consil.* 147. *n.* 14. *lib.* 1. Natt. *consil.* 843. *sub n.* 18. *& seq.* Menoch. *consil.* 39. *n.* 63. sequitur Gutierrez *de juram. confirm. parte* 1. *cap.* 50. *num.* 6. *&* 7.

Adminicula verò quæ deducuntur ad probandum numerationem hujusmodi, vel sunt levia, vel retorquentur in contrarium; primum enim quod dicta quietantia

tantia subscripta ab eodem Ugolino Magnino, & An-
13 gelo Herculano non relevat, cùm talis subscriptio concludat quidem veritate subscriptionis factæ à tutore, non autem veritate confessionis de recepto, & ideo cùm nullum præbeat adminiculum confessio, re-
14 manet simplex quæ pupillo nocere non valet, prout supra allegatos tradit Romanus *consil.* 352. *n.* 5. ibi adden. *lit. F.* Magon. *decis. Luc.* 5. *num.* 5. Mancin. *de confessione, cap.* 9. *art.* 2. *num.* 2. & 4. ubi refert decis. Rotæ *coram Rubeo*, & fuit dictum *in Marcilien. pecuniaria* 9 *Jan.* 1607. *coram Lancelloto.*

Alterum quod Mariottus esset diligens in solvendo, ex quo solverit Antonio scuta 100. ante diem contrarium, tollitur ex eo quod post mortem ejusdem Antonii distulit solvere scut. 50. ad annum 1629. quæ solvi debebant de anno 1625. Unde ex hac morositate, & tarditate per tot annos cessat conjectura supra de-
15 ducta, cùm una conjectura tollat aliam, & fortior debiliorem vincat, *leg. non solum, ff. de ritu nuptiarum, cap. litteras, de præsumpt.* Decian. *consil.* 470. *n.* 10. Rota *coram Greg. dec.* 247. *n.* 3.

Lapsus verò temporis non meretur allegari, quia durante tutela, Rainaldo non poterat agere, ea verò finita non probatur habuisse scientiam præfati crediti,
16 & tamen est certum, quod tempus non est modus tollendæ, vel inducendæ obligationis *leg. obligatione ferè, §. planè, ff. de actione, & obligat. leg. si certis annis,*
17 *C. de pact.* & præsumptio, quæ deducitur ex tarditate petendi est levis, ut advertit Honded. *consilio* 55. *n.* 69. *lib.* 5. Hieron. Palm. *consil.* 45. *num.* 6. ubi ait,
18 quod præscriptio esset frustratoria si ex morositate in petendo creditum præsumeretur solutum, quod etiam firmavit Rota *dec.* 708. *num.* 12. *part.* 1. *diversi.* & coram Penia *dec.* 575. *n.* 19.

Et ita utraque parte, &c.

R. P. D. CELSO.

Romana Census, seu Salviani.

Mercurii 22. *Maii* 1655.

ARGUMENTUM.

De Hypothecæ viribus, quoad hæredes debitoris; De hypotheca dotali præcipue sine beneficio Inventarii adeuntibus. Creditum dotale anterius præfertur posteriori creditori, etiam cum expressa hypotheca. De adjudicatione bonorum debitoris juridicè facta creditori: Et hypotheca ob redintegrationem fideicommissi.

SUMMARIUM.

1 *Hytpotheca non competit creditoribus super bonis ad hæredem debitoris spectantibus.*
2 *Ex aditione hæreditatis, per quam hæres quasi contrahit cum creditoribus hæreditariis, oritur contra ipsum sola actio personalis.*
3 *Hypotheca competit super bonis hæredis, vel quando adivit sine beneficio legis, & inventarii, vel quando defunctus expressè ejus bona obligavit.*
4 *Testator potest disponere de bonis hæredis.*
5 *Hæres simpliciter adeundo, factum defuncti totaliter approbat.*
6 *Immissi nunquam conceditur contra creditorem possidentem anteriora, & potiora jura habentem.*
7 *Hypotheca tacita dotis præfertur anterioribus creditoribus qui habent expressam in bonis quæsitis à debitore post ipsius dotis hypothecam.*
8 Text. in leg. is qui res, ff. de jure fisci *licet loquatur de Fisco, locum etiam habet in dote.*
9 *Lex inducens hypothocam ad favorem mulieris, citiùs operatur, quam hypotheca inducta ab homine.*
10 *Bona debitoris adjudicata creditori, efficiuntur propria ipsius ob præcedentem illorum adjudicationem sibi factam à Judice.*
11 *Crediti anterioritas justificatur ex instrumento publico.*
12 *Hæres gravatus tenetur redintegrare fideicommissum, & pro hujusmodi redintegratione super ejus bonis copetit fideicommissariis hypotheca, si ille alienaverit dolosè.*
13 *Quæ hypotheca non incipit à die alienationis, sed à die qua cœpit administrare.*
14 *Hæres gravatus dicitur dolosè alienasse, quando scientiam fidejussor habuit.*
15 *Et quando alienando potuit cogitare, se non futurum solvendo.*
16 *Retentio non competit pro fructibus, de quorum perceptione præcisæ quantitatis non constat.*
17 *Fructus post mortem hæredis gravati alienantis, maturati, non decursi ad quem spectent.*

DECISIO CX.

LAurentio, & aliis de Piordiis, uti creditoribus q. Anastasii Coronæ ex causa fructuum Census per ipsum impositi, & venditi 22. Martii 1607. Hortensiæ Pratæ de Piordiis petentibus immissionem in bonis q. Martini Coronæ, hæredis dicti Anastasii, nempè in vinea extra Portam Latinam, tertia parte Officii Notariatus Curiæ Capitolinæ, & domo ad Divum Marcum, 1
hodie possessa per Petrum Paulum de Rosis; proposito particulari dubio DD. negativè responderunt non ex eo, quod actoribus non competat hypotheca super dictis bonis ad hæredem debitoris spectantibus; quia etiam si 2
regulariter ex aditione hæreditatis, per quam hæres quasi contrahit cum creditoribus hæreditariis oriatur contra ipsum sola actio personalis, *leg. penult. ff. de act. & oblig.* cum aliis latè allegat. per Franc. *decis.* 13. *n.* 7. *cum seqq.* 3
nihilominus, quatenus hæres adivit sine beneficio inventarii, & defunctus expresè obligavit, prout hic, etiam bona hæredum super ipsis pariter competit hypotheca, concurrentibus in id, cum potestate defuncti, 4
qui potuit etiam de bonis hæredis disponere, cum voluntate ipsius hæredis, aut adeundo simpliciter, factum defuncti totaliter approbasse censetur, juxta punctuales 5
decisiones, *In Romana Solviani domus*, 27. *Nov.* 1634. *coram bon mem. Buccabella*; *Et Sancti Severini Dotis, seu Salviani.* 4. *Maii* 1640. *coram Reverendiss. Decano, apud* Zacch. *de obl. cameral. decis.* 187. *n.* 6
26. & 27. & *decis.* 639. *per totam*, sed ex quo, dicto Petro Paulo illorum moderno possessori debetur retentio, ex causa ex qua creditorum, quæ anteriora, vel potiora sunt, nunquam impeditur immissio, ut respondit Rota, *coram Cardin. Mantica decis.* 69. *n.* 1. & alibi passim.

Primò siquidem ipso credito dotali Mariæ Providæ uxoris dicti Martini non obstante, quod uti contractum 13. Oct. 1611. sit posterius credito actorum, quia super Vinea, & tertia parte officii acquisiti à Mar- 7
tino viro, de anno 1653. & sic post contractam hypothecam dotalem, mulier præfertur omnibus creditoribus, expressam hypothecam habentibus. per *leg. in his* 8
qui, 28. *de jure fisci* suffragantem etiam doti; cùm minora fisci privilegia habeat, tradunt in terminis Angel. *in leg. assiduis, n.* 8. *Cod. qui potior. in pignor. hab.* & *in lege* 1. *parte* 2. *n.* 17. *solut. matrim.* Cancer. *variarum resol. tom.* 1. *cap.* 9. *n.* 2. Mantica *de tacitis, lib.* 11. *tit.* 6. *num.* 23. Ubi de magis communi, & hanc opinionem, quicquid in contrarium sentiunt allegati per Modernum Forovil. *de pignoribus, lib.* 3. *quæst.* 88. *per totam*, ut favorabilem doti secuta fuit Rota *in Romana Salviani*, 10. *Decembris* 1629. *coram Quipp. in recentior decis.* 328. *num.* 19. *cum seqq. part.* 5. Ubi pro ratione considerat, quod 9
lex

lex inducens hypothecam ad favorem mulieris, citius operatur, quam hypotheca ea inducta ab homine; gratis autem dicitur Mariam de sua dote remansisse integraliter satisfactam, quia contrarium patet ex calculo de Ordinatione Rotæ extrajudicialiter facto.

Secundò etiam super domo, pro quodam Censu sortis principalis scutorum 200. imposiri ab Anastasio communi debitore, anno 1604. & cesso eidem Mariæ translativè, & non extinctivè, *Sum. n.* 5. *&* 6. Cui non obstat, quod ipsa cessionem reportaverit, mediantibus
10 pecuniis, ac bonis hæreditariis Martini; quia ista fuerunt effecta ipsius propria, ob præcedentem illarum adjudicationem sibi factam à Judice, & ad ejus favorem declaravit Rota *coram bon. me. Merlin. decis.* 645. *n.* 11. *versic. non obstat quod Maria.*

Tertiò pro scutis 681. quæ à Maria, & successivè à Stephano de Rosis verè persoluta probantur Francisco Coron. occasione annuæ præstationis illi à Mar-
11 tino promissæ, *Sum. n.* 10 Franciscum enim fuisse creditorem anteriorem, saltem pro rata scutorum 60. annuorum, justificatur ex Instrumento promissionis celebrato decima Januarii 1606. *dicto Sum. n.* 8. & firmavit Rota *in decis. Merlin.* 645. *sub num.* 10. & quamvis informantes pro Petro Paulo, hac de causa prætenderet retentionem pro scutis 1638. DD. pro dictis scutis 681. dumtaxat illam ipsi competere existimarunt; quia hæc solum quantitas persoluta probatur: advertentes ulterius quod rata aliorum scutorum 20. annuorum eidem Francisco promissa fuerit anno 1612. ut patet *in dicto Sum. n.* 8. Quodque non sunt calculandi fructus bonorum fideicommissi ad Sulpitiam Mariæ filiam spectantis, quia prætenduntur à Francisco hac de causa percepti, quia *in Sum. num.* 9. adest quoddam Mandatum de immittendo, ejusque executio facta contra bona dictorum ad instantiam ipsius Francisci; sed quod fructus ex dictis bonis percepe-
rit, non apparet.

Quartò demum pro scutis 1400. occasione dictæ alienationis factæ à Martino alterius domus, & septem locorum Montium fideicommissorum, *eodem Sum.*
12 *n.* 12. *&* 13. Tenetur namque hæres gravatus redintegrare fideicommissum, & pro hujusmodi redintegratione, super ejus bonis, competit fideicommissariis hypotheca; si ille alienavit dolosè, ut declaravit præcedens decisio, *in Romana Salviani* 28. *Junii* 1641. Et responsum fuit *in Romana Fideicommissi seu Salviani* 26. *Nov.* 1650. *coram R. D. Decano*, §. *nihilque*, *& in Placentina Bonorum* 16. *Junii*, 1613.
13 *coram R. P. D. meo Zarat. in fine*, quæ non incipit à die alienationis, sed à die qua cœpit administrare, ut pluribus adversis auctoritatibus, firmavit Rota *in Tiburtina redditionis rationis*, 3. *Junii* 1647. *coram*
14 *Reverend. P. D. meo Meltio* §. *quia dum hypotheca*, dolosè autem alienasse convincitur, ex quo sciebat adesse fideicommissum, bon. mem. Merlin. *decis.* 844. *n.* 6. *cum concordantibus allegatis in Romana fideicommissi de Mutis*, 1. *Dec.* 1650. *coram me*, *quia*
15 *objectum*, *cum seqq.* & fortius, si cogitare potuisset, se postea evasurum non solvendo, ex probatis per Cyriac. *contr.* 282. *n.* 32. *& seq.* licèt huic partitæ
16 addita fuerint alia scuta 160. pro fructibus dictorum bonorum, pro eis tamen non competit retentio quia non constat de perceptione illorum præcisè quanti-
17 quæ etiam probata non essent calculanda, nisi fructus post mortem alienantis, maturati non decursi, ipso vivente, ad eum spectabant, ut notant Doctores *in leg. deducta*, §. *qui fortè*, *ff. ad Trebell.* Rota post Modern. Forolivien. *de legitima*, *decis.* 20. *num.* 12.

Et ita utraque parte informante, &c.

R. P. D. BICHIO.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 28. *Junii* 1655.

ARGUMENTUM.

Locator tenetur de levi solùm culpa, non de leviſſima. Correi fidejubendi qui dicantur. De diligenti officii administratione, &c.

SUMMARIUM.

1 *Obligatio in forma Cameræ, habet executionem paratam.*
2 *Plures obligati non dicuntur invicem fidejussores ejusdem summæ, nisi pro eadem persona, & eadem summa, apud eundem, eodem tempore, vel saltem contemplatione mutui periculi fidejusserint.*
3 *Fidejussor non dicitur accessisse contemplatione mutui periculi, nisi ab initio fuisset conventum, quod alius daretur fidejussor.*
4 *Locator operarum de leviſſima culpa non tenetur. Contrarium per text.* in leg. si merces, §. qui columnam, ff. locati, *num.* 6.
5 *Locatoris culpa abest, si omnia facta fuerint, quæ diligentissimus quisque observaturus fuisset.*
7 *Superlativus quandoque pro positivo ponitur in legibus.*
8 *Locator si obligatione legali tenetur pro levi culpa, eo magis accedente ejus promissione de diligenter administrando.*
9 *Verba*, diligenter administrando, *posita in instrumento locationis recipiunt interpretationem à subjecta materia, & natura locationis obligantis ad levem tantùm culpam.*
10 *Obligatio fidejussorum restringitur ad ea quæ ratione officii persona ad illud assumpta facere tenebatur.*
11 *Obligatio fidejussoria non extenditur ad pertinentia, partim ad unum officium, partim ad aliud, vel per accidens cum eodem officio conjuncta.*
12 *Fidejussor officialis non tenetur, si officium pro quo fuit præstita fidejussio, aliquam præstiterit errandi occasionem.*
13 *Aliud est delinquere in officio, aliud delinquere occasione officii.*
15 *Statuta non comprehendunt gesta ante eorum publicationem.*
15 *Ad Computistæ officium solùm spectat subducere rationes, & calculare.*
16 *Decisiones de stylo Rotæ supponendæ sunt.*
17 *Officialis Montis conventus, post emanatas sententias, earumque consummatam executionem, non potest prætextu illarum injustitiæ, evitare relevationem Monti debitam, sed sibi imputet, si tunc vocatus passus fuit Montem condemnari.*
18 *Locator, stante promissione diligenter administrando, tenetur de leviſſima culpa.*
19 *Verba* diligenter, & cum omni qua decet diligentia, *augent obligationem legalem, & obligant locatorem etiam ad leviſſimam culpam.*
20 *Et de ista leviſſima culpa potest cum locatore pacisci.*
21 *Ad effectum, ut locator de leviſſima culpa, non est necessaria illius individualis expressio, sed satis est verbum universale* omnem.
22 *In lata culpa dicitur esse, qui est negligens in arte, & officio suo.*
23 *Ignorantia juris non excusat eum, qui facilè potuit consulere Peritos.*
24 *Consuetudo ex tribus actibus, juncto decennii lapsu inducta, demonstrat, quæ sint partes officii.*
25 *Officialis dicitur in culpa, quando non facit illud, quod fieri est consuetum.*

26 *Fidejussor, qui accessit obligationi de administrando officium diligenter, & cum omni diligentia, tenetur etiam de iis, quæ saltem ratione consuetudinis annexa sunt officio, licèt expressa non sint.*

28 *Locator excedens fines officii, actione ex contractu locationis non caret.*

28 *Rota in respicientibus stylum, vel peritiam Mercaturæ, judicium Mercatorum sequi solet, secus in dependentibus à dispositione juris.*

DECISIO CXI.

MOns Pietatis Urbis, per tres sententias conformes coactus iterum solvere Domino Duci Sancti Gemini secuta 15000. quæ aliàs solverat Flaminio Razzanti, eo quod primam solutionem fecerat, non servata forma, & lege depositi, nempè non habita fide, à Fonthia Notario, de adimplemento conditionum in Instrumento census contentarum, culpa Petri Pauli Bonilli Computistæ, & Ratiocinatoris Montis, id eveniſſe afferens; agit executivè pro sui revelatione contra hæredes Pierotii Altoviti, & Joannis Altoviti quorum primus in ipso Instrumento obligationis Bonilli, pro eo ad favorem Montis fidejussit, usque ad summam scutorum 68. mille; alter per Instrumentum separatum eadem die pariter fidejussit usque ad summam scutorum bis mille. Et examinato hodie articulo, An sit relaxandum mandatum, pro summa, & contra quæ bona? Rota censuit esse relaxandum pro scutis bis mille contra bona hæreditaria Pierotii, & pro aliis scutis bis mille. contra bona hæreditaria Joannis; Nam utriusque obligatio dictis summis apertissima
1 est in forma Cameræ habetque propterea executionem paratam, Zacch. *de obligat. Camerali. quæst.* 2. *n.* 5. Cumque non modo fidejusserint simul, & semel in eodem Instrumento pro una summa. sed per diversa instrumenta, nulla facta mentione in primo, de fidejussione facienda ab alio, nec in secundo
2 de facta à primo; & summa promissa duplicationem reciperet, non cententur invicem confidejussores ejusdem summæ, tales enim non sunt, nisi qui pro eadem persona, & pro eadem summa apud eundem, eodem tempore, vel saltem contemplatione mutui periculi, fidejusserunt Gottofred. *in lege, si à Titio*, 43. *ff. de fidejussoribus.* Valenz. *consilio* 9. *n.* 42. & 43. Franchis, *decis.* 55. *n.* 10. & 11. Rota *decis.* 617.
3 *n.* 3. & *seqq.* Ubi in specie dicitur non dici fidejussiones accessisse contemplatione mutui periculi, nisi ab initio fuit conventum, quod alius detur fideussor, *part.* 5. *recentior.*

Quod verò contra fidejussores commissa fuerit stipulatio, pendet à duplici inspectione; videlicet, an solutioni, ut supra factæ Razzanti causam dederit culpa Bonilli, ex qua ille possit conveniri; & quatenus possit, an ad hunc casum obligatio fidejussorum porrigatur. Primum negabant informantes pro hæredibus Altovitis, vel quia solutio legitimè facta fuerit, & nulla nedum Bonillo, sed nec ipsi Monti culpa tribui valeat; vel si quæ Bonilli interveniſſet, leviſ-
4 sima ad summum esset de qua locator operarum. qualis ille erat, non tenetur: nam licèt text. *leg. si merces*, §. *qui columnam*, *ff. locat.* locatoris culpam
5 abesse declarat, si omnia facta fuerint: quæ diligentissimus quisque obſervaturus fuisset: Unde aliquibus visum est, locatorem teneri de leviſſima, quam significare solet superlativum illud, *diligentissimus*, tamen
6 juxta magis communem opinionem superlativum usurpari hic debet regulariter pro positivo: & sic pro levi culpa, ut advertit Gloſſa, *in dicto* §. *qui columnam*, *verbo diligentissimus*, quam sequitur ibidem Sa-
7 lycetus *n.* 8. Baldus, *in lege, in judicio n.* 4. & 5. *Cod. locat.* Myſingerius *in* §. *pro usu*, *n.* 2. *verſic. diligentissimus*, *Institution. eod.* Pichard. *ibidem*, *n.* 4. & 5. Azzo, *in summa*, *Cod. in rubric. de locat. & conduct. n.* 14. Azorius Institut. moral. *part.* 3. *lib.* 17. *cap.* 7. *in princip.* Molin. *de justit. & jur. tom.* 2. *disp.* 494. *n.* 4. *verſic. item*, ubi per plures rationes latiſſimè id comprobat Gratian. *cap.* 91. *n.* 24. Cavalcan. *decis.* 37. *n.* 12. & 13. *n.* 21. & 22. *part.* 1. Rota *in Bononien. Mercium.* 26. *Maii prox.* §. *neque*, *coram R. P. D. meo Priolo*; & ſicuti id procedit quando Locator tenetur ſolùm obligatione legali, ita accedente etiam ejus promiſſione de diligenter admiſtrando, quia verbum *diligenter* recipit interpretationem à ſubjecta materia, natura Locatoris non obligantis niſi ad levem culpam, ut notat Add. *ad* Dec. *conſ.* 274. *lit. A.* Rimin. Jun. *conſil.* 795. *num.* 31. & 3. *ſeqq.* Gozzadin. *conſil.* 63. *n.* 20. Fulgoſ. *conſ.* 193. *ſub num.* 2.

Alterum, quia fidejuſſorum obligatio reſtringitur ad ea, quæ ratione officii Computiſtæ Bonillus ad illud aſſumptus facere tenebatur, Alberic. *in leg. fidejuſſores*, *num.* 2. *ff. de fidejuſſor.* Marſil. *in rubric. ff. eod. n.* 208. *& in leg. final. n.* 167. *ff. de Juriſ. omn. Jud.* Bald. *conſ.* 142. *n.* 1. *verſiculo quinimo*, *lib.* 5. Ubaldis *de duobus fratribus*, *part.* 8. *quæſt.* 40. *n.* 41. *verſic.* 2. *quia fidejuſſor.* Giurb. *deciſ.* 88. *n.* 8. Rot. *deciſ.* 156. *n.* 7. *parte* 5. *recentior.* Ita ut fidejuſſoria obligatio non extendatur ad pertinentia partim ad officium Computiſtæ, partim ad aliud, vel per accidens cum eodem officio conjuncta, Bald. *dict. conſil.* 142. *n.* 1. *verſic. & ideo*, *lib.* 4. Dec. *conſil.* 107. *n.* 4. & *ſeqq.* etiam ſi officium, pro quo fuit præſtita fidejuſſio aliquam præſtitiſſet errandi occaſionem Giovagn. *reſponſ.* 43. *n.* 44. & 45. ubi ait quod differt delinquere in officio, & delinquere cauſâ officii, libro primo, errore autem de quo Bonillus redarguitur, eo quod non habita fide à Notario de conditionibus, ideoque non ſervata lege depoſiti, mandaverit Canſerio Montis, ut ſolvat Razzanti, aut non adeſt, quia Bonillo exhibita fuit fides Notarii adimplemento conditionum, neque eam Juriſconſultorum menſura debita metiri; aut non verſatur circa officium Computiſtæ, & quod (circumſcripto Statuto Montis, longè poſt fideiuſſionem condito, & propterea eam non comprehendente, ad text. *in lege tertia*, *C. de legibus.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 185. *n.* 1. & *per tot.* remiſſivè) non ſpectat niſi ſubducere rationes, & calculare; non autem diſcernere an conditiones fuerint adimpletæ, & mandata Capſerio dirigere. Bart. *in leg. Inſtar*, *n.* 8. *C. de error. calc.* Ciriac. *controverſ.* 202. *n.* 67. Thomas *deciſ. Marc.* 1. *n.* 4.

Sed quoad primum, reſponſum fuit hodie non poſſe in dubium revocari culpam Montis, ejuſque Miniſtri. Cum ea canonizata fuit in duabus deciſionibus, *ſub die* 8. *Martii*, & 21. *Junii* 1641. *coram R. D. meo Decano* inter Montem, & Dominum Ducem Sancti Gemini, editis ipſo etiam Bonillo citato, quæ deciſiones juxta
16 ſtylum hujus Sacri Tribunalis ſupponendæ ſunt; nec poſt emanatas ſententias, earumque conſumm tam exe-
17 cutionem poteſt Bonillus prætextu illarum injuſtitiæ, evitare relevationem debitam Monti, ſed ſibi imputet, ſi tunc vocatus, paſſus fuit Montem condemnari, Gloſſ. *in leg. ſi dictum*, §. *ſi præſenti*, *verb. poſſet*, *ff. de evict. & leg.* 2. *C. de ſentent. & interloc. omn. Judic. & in leg. final.* §. 1. *ſub n.* 5. *verſ. nam qui ſemel*, *ff. de uſur. rei judic.* Alex. *in leg.* 2. §. *voluntatem*, *n.* 15. *ff. ſolut. matrim.* Decian. *conſil.* 69. *n.* 17. *lib.* 4. Rot. *deciſ.* 395. *n.* 15. *part.* 4. *tom.* 2. *recentior. & in Mediolanen. bonorum* 26. *Junii* 1647. §. *non obſtat*, *coram Me.*

Eandemque culpam (eſto leviſſima eſſet) ſufficere ad
18 condemnandum locatorem, ſentiebant aliqui ex Dominis, ſtante expreſſa promiſſione Bonilli, nedum de adminiſtrando diligenter, in quibus terminis loquuntur Rimin. Jun. & alii ſupra ex adverſo allegati; Sed ulte-
19 rius cum omni diligentia ibi: *officium*, &c. *diligenter*, *& cum Omni*, *qua decet diligentia*, juncto præſertim ſigno univerſali, *omni*, ne otioſa ſit, augere debet obligationem legalem, & obligare etiam ad leviſſimam culpam.

culpam. Joan. Harprech. *& in §. Conductor autem, n.* 11. *in fin.* ubi loquitur in puncto, de eo qui diligentiam promisit, *& n.* 20. ubi de promissione cum signo universali, *& n.* 32. *& seq. Inst. locat. & in §.* 15. qui sequitur, *n.* 21. *in fin. Instit. de mandato.* Gabr. *conf.* 199. *n.* 29. *lib.* Decian. *consil.* 274. *n.* 3. *versic. & à fortiori, & versic. & magis diligens.* Neguss. *quæst.* 192. *sub n.* 1. *versic. hoc tamen, & num.* 2. *& quarto fuit.* Menoch. *consil.* 1114. *num* 4. *& seqq.* de qua certum est posse cum locatore pacisci, Azor. *instit. moral.*
20 *part.* 3. *lib.* 8. *cap.* 7. *in princ.* Post Amol. *cons.* 143. *n.* 16. & 18. Bec. *consil.* 94. *n.* 34. & 35. qui in tor-
21 tioribus terminis firmant non esse ad hunc effectum necessariam individuam expressionem; sed satis esse verbum universale, *Omnem.*

Sed in casu nostro, levissima dici non potest, & levior, imo etiam laram esse, firmatum fuit in supra citata decisione *coram reverendiss. D. meo Decano* 8. *Martii* 1641. §. *nec dicatur, in fine*, ibi, *unde Ministri Montis debeant perquirere an illa essent apta adimplere conditiones requisitas in instrumento, & propter hujusmodi omissionem non possunt excusari à negligentia*, ac
22 in §. *seq.* ibi, *& in lata culpa dicatur esse, qui est negligens in arte, & officio suo:* Estque advertendum quod hæc verba decisionis diriguntur præcipuè ad Bonillum, qui mandavit Capserio, ut solveret; nam Capserius tenebatur obedire mandato, solusque Bonillus peccavit mandando solvi, non adimplens prius Conditionibus, & sibi non exhibita fide Notarii Fonthiæ, de conditionibus adimpletis, prout fuerat in depositio promissum, nihil suffragante fide Notarii de exhibitione instrumentorum, quia lex depositi non loquitur de fide exhibitionis, sed adimplemento conditionum, ibi, *semper che dal medemo Notaro ci sarà fatta fede, che*
23 *siano state adempite le conditioni contenute*, &c. & facile erat Bonillo, si fidem diligenter legisset, agnoscere eam hujusmodi an esset; cùmque facilè posset consulere peritos, nec ignorantia juris eum excusat, Menoch. *consil.* 35. *n.* 23. 24. Odd. *de restit. in integrum, quæst.* 10. *art.* 8. *num.* 59. & 60. Ciriac. *controv.* 128. *n.* 214. *& seq.*

Quo ad secundum, ponderarunt Domini, quod Bonillus, ne dum fuit deputatus in Computistam, sed etiam in ratiocinatorem Depositorum Montis, & ad hæc officia spectare, mandata de solvendo, Capserio dare, sive depositi fuerint libera, sive conditionata, & consequenter conditionis implementum antea scrutari, satis colligi ex pluribus mandatis in utraque depositorum specie factis, ab antecessoribus Bonilli, & signanter ab eo in cujus locum Bonillus assumptus est, & ab eodem Bonillo; consuetudo enim quæ ex
24 tribus etiam actibus juncto decenni lapsu inducitur; demonstrat, quæ sunt partes officii Ratiocinatoris, & Bonillus simpliciter in Ratiocinatorem deputatus explere ratione officii debet ea, quæ ipsi officio incumbunt; vel ex speciali provisione, vel ex consuetudine, ut per Purpur. *consil.* 306. *n.* 29. Mozz. *de contract. tit. de mandat. rubric. de naturalibus mandat. n.* 18. & 19. Surd. *decis.* 223. *n.* 12. & 14. Arias de Mesa *variar. resolut. lib* 1. *cap.* 45. *n.* 3. *in fin.* & in terminis locationis, Cavalc. *decis.* 44. *n.* 76. *versic. nisi esset consuetudo, part.* 1. aliisque relatis à Modern. Lucano *in Pragmatica Regn. Neapol. pragmat. de locat. & conduct. Collectanea* 2. *n.* 37. *for.* 322. magis in specie quod dicatur in culpa, officialis, qui non facit illud,
25 quod consuetum est fieri, & è converso, tradit Bart. *in leg. si pignorare*, §. *ult. n.* 1. *ff. de pignorat. act.* Bald. *in leg. is penes, in fine, C. depositi.* Aym. *cons.* 145. *n.* 12. Roland. *consil.* 58 *n.* 19. *lib.* 4. Gutierrez *pract. quæst. lib.* 3. *quæst.* 29. *num.* 22. Arias de Mesa. *dict. cap.* 45. *sub n.* 3. *versic. & ideo*, Joseph Ludovic. *decis. Perus* 62. *n.* 14.

26 Quapropter fidejussores, qui accesserunt obligationi Bonilli de officio administrando diligenter, & cum omni diligentia, tenentur etiam de iis quæ saltem ratione consuetudinis annexa sunt officio, licèt expressa non fuerit. Bart. *in leg. Lucius* 47. §. *Paulus in princip. versic. in eo, quod dicit, ff. de administrat. Tutor.* Henrig. *de fidejussorib. cap.* 24. *n.* 277. *& seqq.* Mant. *eod. tract. sect.* 5. *cap.* 2. *n.* 79. *fol. mihi*, 314. eo magis, quia Joannes alter ex fidejussoribus bene sciebat hanc consuetudinem, cum dicto anno 1601. die 11. Julii fecisset quietantiam nomine Ursolinæ Trombettæ, pecuniarum ei solutarum à Capserio, vigore mandati facti à Computista antecessore Bonilli, quatenus Bonillus excessisset fines officii, isto etiam casu competit actio ex contractu locationis, cum fidejussores accesserunt, *l. præterea, & l. seq. fin. ff. mand.* Picard. *in §. is qui* 27 *exequit. num.* 2. *& 3. instit. de mandato.*

Et ita decisum utraque parte informante, non obstante contrario judicio Mercatorum, quod Rota inspicientibus stylum, vel peritiam mercaturæ; non tamen in dependentibus, à dispositione juris, qualia sunt ista, sequi solet, ut, & aliis allegatis, fuit dictum in Romana Cambii, 17. *Febr.* 1642. §. *ad secundum, in fine, coram Me.* 28

R. P. D. CELSO,

Romana Pecuniaria.

Lunæ 5. *Junii* 1655.

ARGUMENTUM.

De Apocha non habente requisita *l. scripturas, C. qui potior.* Novatur debitum per creationem novæ partitæ. In illud fit executio, quod fuit in obligatione deductum.

SUMMARIUM.

1 *Creditor quis appareat ex instrumentis in actis productis.*
2 *Obligatio de restituendo prioribus, & potioribus semper exequi potest contra obligatos, quando constat de prioritate & potioritate & in instrumentis productis obligatio Cameralis reperitur.*
3 *Clausula* ad omne mandatum Domini, *operatur, ut pecuniæ dicantur extare, perinde ac si nunquam consignatæ fuissent.*
4 *Clausula* Si quid exequendum, *stante validitate & justitia mandati, non vulnerat obligationem Cameralem, sed producitur ad ulteriorem executionem.*
5 *Apocha privata, carens requisitis* l. scriptura, C. qui pot. in pign. hab. *non probat.*
6 *Novatio tunc dicitur inducta, quando prima obligatio transfunditur in secundam.*
7 *Solutio referri debet ad causam expressam.*
8 *Pecunia si est in obligatione, illa venit restituenda, non autem quantitas.*
9 *Pecunia debetur loco rei, si ipsa res præstari non potest.*

DECISIO CXII.

JO. Baptista, & alii de Scottis, quibus ex pretio Vallis Montaneæ consignata fuerunt scut. 28000. monetæ sub obligatione de restituendo Prioribus & Potioribus creditoribus DD. de Sfortiis, & ad omne mandatum cujusvis Judicis, compulsati ab anterioribus, coacti fuerint dictas pecunias restituere, egerunt pro eorum redintegratione contra Philippum hæredem Octavii Costæ, qui ex eodem pretio scut. 45000. receperat sub simili obligatione de restituendo. Et quia ab A. C. mandatum executivum reportarunt, dubitavi an illud esset exequendum? Et DD. affirmativè responderunt; nam cum Scotti ex Instrumentis in actis productis appareant creditores de annis 1618. 19. 20. 22. 23. 26. Costa verò de anno 1627. rectè fuit contra ipsum relaxatum mandatum vigore 1

prædictæ

prædictæ obligationis, ut probat Manent. *decis.* 45.
2 *num.* 16. & 17. & firmavit Rota coram Seraph. *decis.* 1396. *num.* 1. & *seq. in Romana anterioritatis, penes Zacch. de oblig. Cam. dec.* 135. *nu.* 1. & *in Romana Pecuniaria* 7. *Maii* 1649. *confirmata* 27. *Maii* 1650. *coram Me.* In quibus decisionibus, & præsertim in
3 prima, ponderata fuit clausula, *ad omne mandatum Domini*, quæ operatur, ut pecuniæ dicantur extare perinde, ac si nunquam consignata fuisset, quod prius dictum fuerat *in decis.* 114. *n.* 6 *part.* 4. *tom.* 2. *recent. & in Romana Salviani de Casalibus coram R. P. D. meo Cerro, penes eundem* Zacch. *d.* 189. *n.* 35. Quamvis
4 signata tuta rescripserit cum clausula, *Si quid exequendum*, quia stante validitate, & justitia mandati, dictum rescriptum non vulnerat obligationem Cameralem; sed proceditur ad ulteriorem executionem, Rota post Zacch. *de oblig. Camer. dec.* 12. *n.* 4. & *apud* Cenc. *de Cens. d.* 384. *n.* 1. & 2. cum aliis adductis Gratian. *cap.* 968. *n.* 2. & *seqq.*

5 Prætensio verò quod Octavius sit Cessionarius Abraham Hebræi creditori Apochæ privatæ de anno 1624. parùm relevat ad hunc effectum; Tum quia dicta Apocha non habet requisita *l. scriptur. C. qui potior. in pign. hab.* Caval. *dec.* 492 *n.* 2. Burat. *d.* 14. *n.* 36. Imo
6 fuit novata per solidationem, & creationem novæ partitæ de anno 1627. per quam exctincta fuit origo debiti antecedentis, & sublata obligatio procedens, *l. novat. & post.* Rebuff. *ad constit. regulares, tom.* 2. *tit. de mercat. vend. art. p. gloss.* 20. *n.* 1. & *seqq.* tradit Gratian. *c.* 273. *n.* 53. Rota *in recent. dec.* 150. *n.* 19. & *seq. part.* 5. Tum etiam quia idem Octavius non recepit scuta 4500. in dictam causam, sed ad computum scutorum 10065. alterius mutuatorum bon. m. D. Duci Alexandro sub die 29. Martii 1627. ut apparet ex ordine cujus vigore exegit ibi: *Saranno contenti pagare al Sig. Ottavio à buon conto di sorte principale di scut.* 10065. *di prestito fatto al Sig. Duca Alessandro nostro Padre, come per gli atti del Belgio* 29. *Marzo* 1627. & ideo
7 cum causa fuerit expressa, in illam, & non aliam solutio referri debet, *l.* 1. *ff. de sol.* Rota *d.* 293. *n.* 5. *p.* 5. *recent. & in Romana, seu Veliterna restitutionis dotis* 17. *Dec. coram R. P. D. meo Bichio.*

Non obstat, quod idem Octavius sit debitor speciei, non autem quantitatis, ex quo dicta scut. 4500. investiverit in locis Montium, eaque vinculaverit loco cautionis, & pro adimplemento contentorum in Chirographo venditionis Vallis Montanæ; Nam cùm ipse
8 receperit à DD. de Sfortiis pecuniam, non loca Montium, illaque restituere promiserit, pecunia qua est in obligatione, venit restituenda, non obstante prætenso investimento, ut dixit Rota in *Romana locorum Montium* 27. *Nov.* 1637. *coram Pirovano, & firmatum fuit pro iisdem de Scotis in Urbevetana Census* 6. *Julii* 1640. *coram Reverendiss. Terracinen.*

Præsertim cùm ex *Summario sub n.* 5. constet hujusmodi loca fuisse alienata per eundem Octavium; ita ut
9 hæres ipsius illa amplius præstare non potuerit, quo casu teneri solvere pecuniam, probat *l.* 1. *ff. de penu legat. l. si quis* 57. *ff. de solut. l. cum fine* 19. & *l. si penum.* 24. *ff. quando dies leg. cedat*, Barz. *dec.* 84. *n.* 7. & *seqq.* Rota coram Durano *decis.* 47. *n.* 1. & 2.

Ex quibus pro exequutione mandati responsum fuit, informantibus tantùm fratribus de Scottis, altera parte pluries, & pluris citata, &c.

R. P. D. CELSO.

Romana Mercium.

Lunæ 28. *Junii* 1655.

ARGUMENTUM.

Potest creditor agere contra debitorem sui debitoris; & si adsit obligatio Cameralis, etiam non præmissa primi debitoris excussione. De actione in venditorem ad rem, vel pretium, aut interesse, &c.

SUMMARIUM.

1 *Sententia ob non prorogationem fatalium, remanet deserta, & transit in judicatum.*
2 *Paria sunt, non appellare, & debito tempore appellationem non prosequi.*
3 *Creditor benè potest agere contra debitores sui debitoris, etiam non facta excussione, attenta obligatione Cameralis.*
4 *Creditum non probatum ex publico instrumento, vel Apocha, trino teste munita, num.* 5.
5 *Contra venditorem agi potest, vel pro rei venditæ consignatione, vel pro pretii restitutione.*
6 *Re per venditorem non tradita, potest emptor repetere pretium, non ut pretium, sed ut interesse, sicut re evicta.*
7 *Solutio, si fuerit promissa intuitu alicujus rei, debet servari ordo, ut res prius tradatur, & postea solutio fiat.*
8 *Ex duobus contravenientibus, attenditur tantummodo contraventio primi, nec defectus secundi est in consideratione habendus.*

DECISIO CXIII.

LUdovicus Pompilius creditor Caroli Tarditi in scutis 3000. monetæ obtinuit per sententiam condemnari hæredes Jo. Andreæ Rotigni, uti debitores sui debitoris, ad solvendum sibi scuta 500. Et quia ab anno 1641. quo fuit interposita appellatio, nihil fuit gestum, minusque prorogata fatalia, remansit deserta, 1
& sententia transivit in judicatum, *Auth. hodie, C. de appellat. Clem si appellationem, & Clem. sicut, eod. tit.* Rota *decis.* 233. *num.* 2. 3. *part.* 7. *recent. & in Cajetana Bonorum* 3. *dec.* 1646. *coram R. P. D. Cerro.*

Paria enim sunt non appellare, & debito tempore 2
appellationem non prosequi, *l. final.* §. *illud etiam, C. de tempor. app.* & dixit Rota *in Aquilana juris patronatus* 4. *Junii* 1649. *coram Eminentiss. Card. Corrado.*

Executio verò dictæ rei judicatæ nulla dici nequit ex eo, quod Rotigni non sint debitores Pompilii, sed tantùm Caroli Antonii Tarditi; nam cùm Pompilius 3
sit creditor ejusdem Tarditi, benè potuit agere contra Rotignos tanquam debitores sui debitoris, etiam non facta executione attenta oblig. Cam. ad *l. nomen. ubi DD. C. quæ res pign. oblig. poss.* Rota post Zacch. *de oblig. Cam. dec.* 7. *n.* 1. & *dec.* 190. *n.* 14. & 15. coram Merlino *decis.* 189. *n.* 4. cum aliis per Add. ad Burat. *decis.* 793. *n.* 10.

Minus de Creditis dubitari potest; siquidem credi- 4
tum Pompilii contra Tarditum resultat ex instrumento publico sub die 12. Febr. 1639. *ut in Sum. n.* 1. Creditum Tarditi adversus Rotignos ex Apocha sub. Aprilis 1640. Ab iisdem subscripta, & trino teste munita, in 5
qua fatentur habuisse scuta sex: & occasione illarum promiserunt intra quatuor menses consignare merces conventas cum juramento, & obligatione Camerali, ut latiùs *in Sum. n.* 2. Unde cùm nec tempore convento, nec postea dictas merces consignaverint minusque pecunias receptas solverint, merito ad illarum consignationem, & in defectum consignationis, ac pecuniarum restitutionem fuerunt condemnati, ut firmat Bald. *in l. si traditio, n.* 7. *Cod. de act. empt.* Ubi quod re non
tradita post emptor repetere pretium, non ut pre- 6
tium, sed ut interesse, sicut re evicta, *Ruin. consil.* 141. *n.* 9. *vers. nec obstant allegata in contrarium, lib.* 1. cum adductis per Gratian. *discept. for. cap.* 701. *n.* 1. & *in recent. decis.* 322. *n.* 2. *part.* 5.

Nec possunt Rotigni juvari exceptione non implementi, sub prætextu quod Tarditus non solverit alia scuta

ſcuta 500. prout promiſerat: nam cùm illa non eſſent ſolvenda, niſi poſt tres menſes à die conſignationis mercium, & dictæ merces nunquam conſignatæ fuerint, utique Tarditus nullo modo tenebatur implere.
8 Nec obſtat etiam hujuſmodi exceptio, quia ordo prius ſervari debet, juxta ea quæ notat Bald. in *l. 1. n. 22. verſ. cùm enim primum, C. de uſur & fruct. legat.* Rot. *deciſ.* 139. *num.* 2. *& ſeqq. poſt.* Zacch. *de obligat. cam. & in recent. deciſ.* 90. *num.* 13. *part.* 4. *tom* 2. *& Deciſ.* 136. *eod. n. part.* 5. Et regulare eſt, quod ex duobus contravenientibus attenditur tantummodo contraventio primi, nec defectus ſecundi eſt, habendus in conſideratione, ut docet Matheſilan. *ſingul.* 10. Bald. *in l. cum proponas* 21. *n.* 1. *Cod. de pact.* & dixit Rota *deciſ.* 86. *n.* 15. *part.* 4. *diverſ.*

Et ita altera parte tantùm informante, &c.

R. P. D. CELSO.

Anconitana Mannæ.

Mercurii 22. *Martii* 1656.

ARGUMENTUM.

Inſtrumenta vinculata obligatione Camerali habent paratam executionem. De probationibus, & variis conjecturis ſatisfactionis. De quietantiis, receptionibus, & aliis ad rem.

SUMMARIUM.

1 *Creditum probatur ex inſtrumento publico, quod indubitatam & manifeſtam probationem facit.*
2 *Et ex confeſſione partis in inſtrumento edita.*
3 *Inſtrumenta obligatione Camerali vallata paratam executionem habent.*
4 *Et non ſolùm in Tribunali A. C. ſed etiam in Rota, quando illa procedit cum facultatibus A. C. ei in commiſſione communicatis.*
5 *Creditor accipiens à ſuo debitore rem æquivalentem ſatisfactioni ſui crediti, præſumitur ſatisfactus, donec contrarium plenè, & concludenter probetur.*
6 *Creditor, ſi vendat rem à ſuo debitore acceptam, & concludenter non probet quid ex tota re retractum fuerit, tunc intrat præſumptio, quod ipſa res ſufficiens fuerit pro ſatisfactione debiti.*
7 *Dati ob cauſam, cauſa ſequuta, ceſſat repetitio.*
8 *Partitæ relatæ ad debitum unius negotiationis, non ſunt trahendæ ad diverſum negotium.*
9 *Quietantia ſemper præſumitur reportata à ſolvente.*
10 *Et ſine quietantia non eſt veriſimilis ſolutio, maxime quando ſumma ſoluta eſt notabilis.*
11 *Deponenti de proprio intereſſe, & de ſe exonerando non creditur. & n.* 14.
12 *Solutio præſumitur in cauſam debitam, dum nil aliud fuit expreſſum.*
13 *Diverſitas temporis & ordinis arguit diverſitatem rei.*
15 *Debitor ſolvens alteri de ordine creditoris liberatur.*
16 *Exceptiones turbidæ non debent admitti pro retardatione obligationis Cameralis.*
17 *Relatio extrajudicialis Periti non valet.*
18 *Item quando eſt erronea.*

DECISIO CXIV.

DUm inſtarent ſorores de Fanis hæredes Marini Fani pro relaxatione mandati in ſumma ducati 2172. monetæ Neapolitanæ; occaſione petii controverſæ Mannæ contra illos de Petrobellis, Rota conſtat ſub die 21. Junii 1649. relaxandum eſſe mandatum pro ſcut. 900. tantùm, relicto in ſuſpenſo reſiduo, ad effectum, ut ſuper eo meliùs rei veritas diſcuti, hac haberi poſſet, ſolutis per Petrobellos dictis ſcut. 910. Eædem ſorores obtinuerunt ſub die 23.... 1651. diſputari dubium ſuper reſiduo, ſed eo non reſoluto, ordinatum fuit, ut eligeretur extrajudicialiter peritus, quo electo, & facta per eum relatione, repropoſita fuit cauſa, & reſolutum coram R. P. D. Bichio bon. me. mandatum eſſe relaxandum pro aliis ſcut. 1272. ejuſdem monetæ. Quod eſt reſiduum dictæ ſummæ in ſuſpenſo relictæ. At quia idem R. P. D. Bichius morte præventus deciſionem extendere non potuit, in ejus locum ego ſubrogatus illam edidi.

Fundamentum reſolutionis fuit. Quia creditum illorum de Fanis in dicta ſumma proveniens ex capitali Mannæ per Fanos tranſmiſſæ, uſque de anno 1613. è Civitate Neapolis ad Civitatem Anconæ, hæredibus Pauli Petrobelli apparet omninò clarum, & liquidum, tùm ex publicis Inſtrumentis, quæ indubitatam ac manifeſtam faciunt probationem, *l. qoties in fine, C. de Judic l. cum præcib. de probat. l. mancipat. C. de fid. Inſtr. Bald. in l. Intereſt.* 21. *n.* 2. *C. de ſolut. Rota coram Cavalerio, deciſ.* 282. *n.* 4. *coram* Burat. *deciſ.* 540. *n.* 4. *& in Urbinaten. Salarii* 26. *Junii* 1652. *coram R. D. meo Zarate.* Tum ex proprio DD. de Petrobellis confeſſione, emiſſa in publico Inſtrumento, in quo faſſi ſunt dictam Mannam recepiſſe, illiuſque pretium aſcendiſſe ad dicta ſcut. 2172. *l. cum te, 2. Cod. de tranſact. l. generaliter,* 13. *Cod. de non num. pecun. cap. per tuas* 1. *de probat.* cum aliis in *Regien. penſionis* 2. *Junii* 1653. §. *penult. coram Merlino:* Et cum dicta jura ſint obligatione Camerali vallata, habent executionem paratam, Galleſ. *de obl. Camer. quæſt.* 2. *ſub n.* 8. *verſ. nempe,* Rot. *coram Durano, deciſ.* 112. *n.* 2. *in recent. deciſ.* 455. *num.* 3. *& deciſ.* 520. *num.* 1. *verſ. ſatis enim, parte* 1. Et non ſolùm in Tribunali A. C. ſed etiam in Rota, quando (prout hic) illa procedunt cum facultatibus A. C. ei communicatis in commiſſione: Rota coram Caſſadoro *deciſ.* 8. *de reſcript.* & poſt Zacch. *de oblig. Cameral. dec.* 12. *n.* 4. *&* 5.

Neque hujuſmodi exequutionem retardare valent nonnullæ prætenſæ partitæ ſolutionum à Petrobellis factarum. Quia prima ſcut. 120. pro pretio pannorum venditorum Marino Fano, remanet compenſata cum ſcut. 147. quæ vice verſa Petrobelli retraxerunt ex libris 500. Mannæ ſibi ab eodem Marino traditæ ad effectum vendendi, & de ejus pretio ſibi ſatisfaciendi, ut reſpondit deciſio in hac cauſa emanata 21. *Junii* 1649. *coram Eminentiſſ. D. Cardin. Corrado,* §. *quia non reſultat.*

Secunda Partita conſiſtens in ſcut. 800. per Petrobellum traditis in duabus vicibus Marino Fano, nec pariter viſa attendenda, quia in illius extinctionem recepit Petrobellus, alias libras 1100. Mannæ, quæ cùm æquivalerent ſatisfactioni ejus crediti, intrat præſumptio ſatisfactionis, donec contrarium plenè, & concludenter probetur, juxta Gloſſ. *in l. 2. verbo, redigere, C. de pignor.* Jaſ. *Inſt. de action. in princ. n.* 94. Pariſ. *conſ.* 50. *n.* 28. *vol.* 1. Surd. *dec.* 49. *n.* 16. *verſic. benè verum eſt.*

Neque talis præſumptio excluditur ex eo, quod per quoddam aſſertum calculum hodie probatum remanere dicatur Petrobellum non reſtrixiſſe ex dicta Manna majorem ſummam ſcu. 348. Quia dicta ſcuta fuerunt tantum pars pretii Mannæ venditæ, & ita dum non exhibentur rationes, & concludentius non probatur quid ex tota Manna retractum fuit, ſemper viget præſumptio, quod Manna ſufficiens fuerit pro ſatisfactione d. debiti, Neguſ. *de alg. in* 2. *membr.* 3. *p. princ. n.* 37. *verſic. Add. tamen in prædictis.*

Tertia partita ſcutorum 1290. habita per Marinum Fanum, ad effectum illa erogandi in emptione olei, evaneſcit eo ipſo, quod per Inſtrumentum ſtipulatum ſub 28. Aprilis 1614. juſtificatum remanet, oleum emptum

emptum fuiſſe, illudque conſignatum unà cum aliis mercibus Petrobellis tranſmiſſis, in totum aſcenden.
7 ad ſcut. 2675. & b. 31. dati enim ob cauſam, cauſa ſecuta ceſſat repetitio. *leg.* 1. *& tot. tit. de condit. cauſa data.*

Quarta partita ſcutorum 800. rectè fuit *in eadem*, *deciſ. Eminentiſſ. D. Card. Corradi*, rejecta ex quo apparet, quod litteræ Cambii continentes dictam ſummam, & quæ erant directæ Andreæ Bonello Mercatori Neapolitano non fuerunt per eum acceptatæ, ſed rejectæ, unde etiam peritus agnoſcens hanc veritatem, nec minus ipſe in ſuo calculo hanc partitam retulit.

Quo verò ad alias ſex partitas, ſuper quibus Rota reſervavit particulariter videre, ultra quod ſemper viget reſponſio data in dicta deciſione. Emin. Card. Corradi, ut ſcilicet tanquam reſpicientes alias cauſas, quæ in aliis rationibus initis cum Petrobellis relatæ
8 fuerunt ad debitum Marini, propterea non ſint trahendæ ad hoc diverſum negotium Mannæ, contra intentionem Partium, volentium illud à cæteris computis eſſe diſtinctum; nihilominus & regulariter diſcuſſæ nullius apparuerunt relevantiæ pro retardanda exequutione obligationis Cameralis. Prima enim ſcut. 627. deducta ex quibuſdam aſſignatis litteris Cambii directis Balbis, Friſonis Mercatoribus Neapolitanis non ſuffragatur, quia non probatur, quod dictæ litteræ fuerint effectuatæ mediante actuali ſolutione, quæ ſi revera ſecuta fuiſſet, de illa conſtaret per quietantiam fieri ſolitam ab iis qui pecunias reci-
9 piunt: Quietantia enim præſumitur ſemper reportata à ſolvente, Rota coram S. mem. Gregor. XV. *dec.*
10 253. *n.* 1. & ſine quietantiis non eſt veriſimilis ſolutio, maximè quando (prout hic) ſumma ſoluta, eſt notabilis. Rot. *coram eod. Gregor. XV. dec.* 188. *n.* 3.

11 Neque ad id ſuffragantur Epiſtolæ Mercatorum reſponſiva illis Petrobelli in quibus dicunt, ſolviſſe pecunias Marino Fano. Nam ex quo agitur de proprio illorum intereſſe, ac de ſe exonerando, illis non creditur. *leg. omnib. C. de teſtibus.* Burat. *in l. deferre, poſt. med. verſ. exemplum, ff. de jure fiſc.* Caſtr. *conſ.* 301. *in fin.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 727. *num.* 8.

Alia partita ſcutorum 290. ſolutorum in tot. Cecchinis Donato Borello non eſt referenda in debitum
12 illorum de Fanis. Quia in eorum computum conſtat ſuiſſe ab eodem Borello conſignatas de ordine Fani ſex capſas Mannæ, de quibus dum nulla redditur ratio, ſolutio cenſetur facta in cauſam dictæ Mannæ, & non alterius rei, Rota *cor. Gregor. XV. dec.* 62. *n.* 9. & 10. *Deciſ.* 478. *n.* 9. & *Dec.* 611. *n.* 2. & 3.

Neque ſubſiſtit prætenſio, quod dictæ ſex capſæ Mannæ fuerint comprehenſæ in conſignatione dictarum librar. 9000. Quia in inſtrumento conſtat unica vice conſignatas fuiſſe dictas libras 9000. unde non poteſt in eis computari alia quantitas data diverſo tempore, & cum diverſo ordine; nempè prima cum ordine illam tranſmittendi Venetias, ſeu Piſas; ſecunda verò liberè, & abſque ullo ordine miſſa fuit,
13 hujuſmodi autem temporis, & ordinis diverſitas arguit diverſitatem rei, *leg. triticum, ff. de verbor. oblig. l. quinquaginta. ff. de probat.* Rota *coram Buratto, dec.* 298. *n.* 4. *verſ. Tum quia.*

Quarta partita ſcutorum 273. & quinta ſcutorum 220. conſiſtentes in quibuſdam litteris Cambii, viſæ pariter fuerunt irrelevantes, ex quo non apparent juſtificatæ illorum ſolutiones per quietantiam factam, ſed ſolum per Epiſtolas Mercatorum reſponſivas illis Mercatoribus, à quibus dictæ litteræ cum ordine ſol-
14 vendi ſcriptæ fuerunt, quod non ſufficit, dum, ut dictum fuit, agitur de ſe exonerando.

Sexta, & ultima partita ſcutorum 100. quorum debitor remanebat Marinus Fanus, occaſione tot mercium receptarum à Petrobellis, erat ex conventione Partium ſolvenda Guerrino Mercatori Ravennæ; Et quia iſti factam fuiſſe ſolutionem, probatur ex computo ejuſdem Guerrini, qui receptionem pecuniæ fatetur; utique hinc fatis liberatio Fani deducitur, ex vulgata juris regula; quod debitor ſolvendo 15
alteri de ordine creditoris, liberatur, §. *ſi quis alii, Inſtit. de inutil. ſtipul. l. ſi ita ſtipulatus, ff. de ſolut.*

Ex his itaque cùm creditum illorum de Fanis 16
appareat liquidum; è contrà verò exceptiones reſpectu prætenſæ ſatisfactionis datæ, vel non ſint veræ, vel ſaltem reddantur turbidæ, hoc ſufficit, ut illæ non ſint admittendæ pro retardatione obligationis Cameralis, Marcus Anton. *variar. reſolut. lib.* 2. *reſolut.* 96. *num.* 11. Zacch. *de oblig. Camer. q.* 17. *n.* 71. Rot. *in Romana Cambiorum*, 17. *Junii* 1633. *coram bon. mem. Cardinali Veroſpio.*

Neque adverſatur relatio Periti; Tum quia ex- 17
trajudicialis, Gabr. *conſ.* 168. *n.* 110. *lib.* 1. Tum quia erronea. ob non juſtificationem partitarum, 18
quæ propterea non videntur attendendæ: Gabr. *conſ.* 43. *n.* 18. *lib.* 1. Monac. *dec.* 110. *n.* 30. *ad med.* Burrat. *deciſ.* 165. *n.* 5. *ad med.*

Et ita utraque parte, &c.

R. P. D. BEVILAQUA.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 16. *Aprilis* 1657.

ARGUMENTUM.

Agitur de Ceſſionis virtute, & qualitate. Et de Compenſationis effectibus.

SUMMARIUM.

1 *Creditor, qui in ſatisfactionem ſui crediti fuit contentus accipere nomen debitoris ceſſi, non poteſt deinde ad primævas actiones, & jura redire, quia debitum unius, & creditum eſt extinctum.*
2 *Creditum probatur ex exhibitione inſtrumenti.*
3 *Inſtrumentum facit probationem probatam.*
4 *Ceſſio ſi fundata reperitur in credito reſoluto, non poteſt operari extinctionem debiti, ſed illæſa remanet prima obligatio erga debitorem.*
5 *Compenſatio, per neceſſarium antecedens præſupponit præexiſtentiam, veritatem, & liquidationem crediti.*
6 *Cedens nomen ſatisfacit, quando illud nomen eſt verum, & de jure ipſi obligatum tempore ceſſionis.*
7 *Relatio operatur, ut omnes conditiones, & qualitates cenſeantur ſpecialiter expreſſæ, & inſertæ in datione in ſolutum.*
8 *Creditor ſi acceptat jura ceſſa, tunc extinguuntur omnes actiones ad favorem ipſius, contemplatione cedentis.*
9 *Amplia magis procedere quando debitor cautè agendo expreſſe declaravit cedere creditum pro tale quale erat; nec ad illius manutentionem teneri, quo ſit ut ad illud non teneatur.*
10 *Compenſatio extinguit primævam actionem non ſecus ac datio in ſolutum.*

DECISIO CXV.

AD reſtitutionem pecuniarum Campionum teneri, iterum Domini reſponderunt inhærendo fundamentis, de quibus in Dec. coram Me emanata, 24. *Martii* 1656. Certum enim eſt, quod Pavia intendens Campiono ſatisfacere, creditum ſcut. 961. 1. quod habebat cum Eminentiſſimo Dom. Cardin. Barberino ei ceſſit, & in ſolutum dedit, & vice verſa Campionus illud acceptando per ampliſſimam quietantiam de omnibus habitis, & receptis illum abſolvit, & liberavit, ut ex inſtrumento concordiæ initæ, *Aprilis* 1650. *Summ. utriuſque partis, n.* 1. & 2. Unde non potuit deinde Campionus pecunias, de quibus agitur ex effectibus Paviæ provenientibus, exigere; & ad primævas ſuas actiones

actiones, & jura redire, dum debitor prædictus in satisfactionem sui debitoris nomen cesserat, & ipse contentus fuit acceptare, & recipere; qua acceptatione mediante, fuit extinctum debitum unius, & creditum *l. satisfactio*, 52. *ff. de solut. l. solutionis*, 176. *ff. de verb. signif.* Paris. *cons.* 96. *n.* 16. *lib.* 4. Rota Januan. *de mercatur. dec.* 4. *num.* 11. *& in. Romana sequestri*, 11. *Dec.* 1645. §. *quia quicquid*, *& seq. coram Eminentiss. D. Card. Otthobono.*

Quod autem D. Cardinalis tempore cessionis esset in prædicta summa certus Paviæ debitor, apparebat
2 ex instrumento antecedente scilicet, 4. Septemb. 1649. inter ipsos stipulato, in quo prævia rescissione contractus afflictus Abbatiæ Griptæ Ferriatæ, per d. Campionum sibi sublocat eidem D. Cardin. Abbati, & Commen. effectus, nomina debitorum, & bona omnia ibi existentia dimisit pro scutis 1500. ad effectum ut possit satisfieri de summa scutorum 532. in quibus tunc certus creditor extabat, reliqua autem usque ad summam scutorum 962. dicto Paulo restituere, ut ex instrumento pariter ab utraque parte, in Summario dato per quod abundè remanet justificatum creditum, cùm faciat probationem probatam,
3 *l. emancip.* 11. *Cod. de fide instr. d. cum dilect.* 6. *de donat.* Bald. *in leg. interest.* 21. *num.* 2. *C. de solut.* Gregor. XV. *dec.* 180. *num.* 1.

Nec contra subsistentiam prædicti crediti suffragati potest repetitum objectum quod inter D. Cardinalem, & Paviam in dicto instrumento recessus à subconductore Abbatiæ conventum fuit quod scuta 962. vel alia rata erant restituenda ipsi Paviæ quatenus creditum D. Cardinalis tunc temporis certum in præfata summa scutorum 537. ad majorem factis calculis non ascenderet: Cùmque per sententiam subindè latam
4 declaratum fuit D. Cardinalem nihil teneri restituere Paviæ, sed dictum creditum esse compensandum in aliis expressis, sequitur quod cessio de illa facta Campiono uti fundata in credito resoluto non potuit operari extinctionem debiti, sed illæsa remansit prima obligatio erga Paviam pro satisfactione non sequuta, *l. si quis ante*, *n.* 10. §. *si quis*, *ff. de acquir. poss.* Giurb. *dec.* 63. *n* 1. *&* 2.

Placuit enim responsio data in decisione quod de tempore cessionis, creditum non erat resolutum, nec purificata conditio; sed extabat verum reale non exactum, nec alteri cessum, quale promiserat. Quod satis superque etiam comprobat effectus subsecutus, sci-
5 licet compensatio apposita per D. Cardinalem, & obtenta prævia dicta sententia A. C. nam compensatio per necessarium antecedens præsupponit præexistentiam, veritatem, & liquidationem crediti, perinde ac si illud Cardinalis effectualiter Paviæ solvisset, ad *l. debitor, alias si debitor*, *ff. qui pot. in ping.* Bald. *in l. cum Papinianus*, *num.* 8. *C. d. sent. interloq.* Surd. *dec.* 24. *num.* 7. Rot. *dec.* 626. *num.* 7. *part.* 1. *divers.* & coram Ducan. *dec.* 379. *n.* 9. & ex hac existentia, & realitate de tempore factæ assignationis illius Campiono, insurgit, ut cessio non dicatur sine effectu, & nullius momenti, sed adimpleta pro-
6 missio realitatis, & veritatis illius; quia ille, qui cedit nomen, satisfacit quando illud nomen est verum, & de jure ipsi obligatum tempore cessionis, ut præter allegatos *in d. dec.* §. *nec visum fuit & §. sequenti*, est text. *in d. l. inter causas*, 26. §. *abesse*, *ff. mandati*, *l.* 3. *in fin. ff. de fidejuss.* Bald. *in. l. si nomen*, 4. *num.* 2. *ff. de hæred. vel act. vend.* Gloss. *in l. si plus vel minus*, 74. *verb. exigi*, *ff. de evict.* Modern. *de usur. quæst.* 80. *num.* 41. *& de cens. quæst.* 72. *n.* 23. Rota post eundem *Dec.* 476. *num.* 1. *& seq. &* *Decis.* 506. *n.* 4. *&* *Decis.* 307. *n.* 2.

Et eo libentius in hanc sententiam iverunt Domini, quoniam optimè innotescebat Campiono qualitas crediti hujus, ex eo quod in instrumento habetur expressa relatio ad illud, in quo dominus Cardinalis se constituit debitorem Paviæ in dicta quantitate scutorum 962. ac resolutione, quæ poterat evenire non attento illo, quod simpliciter in sui satisfactionem recepit, quæ relatio operatur, ut omnes conditiones, & qualitates 7
censeantur specialiter expressæ, & insertæ in datione in solutum, Bar. *in l.* 1. *in princ. ff. de recept.* Bald. *cons.* 212. *lib.* 1. Aym. *cons.* 45. *n.* 4. Surd. *cons.* 200. *n.* 5. *&* *cons.* 288. *n.* 24. Menoch. *cons.* 1. *n.* 83. cum aliis in alia decisione adductis, §. *nec facit.* Quapropter non valet amplius redarguere Paviam cedentem, nec regressum prætendere ad antiqua jura sub prætextu; quod creditum ob præexistentem con- 8
ditionem, deinde purificatam evanuerit, eo enim ipso quod creditor acceptavit jura cessa, extinguuntur omnes actiones ad favorem ipsius contemplatione cedentis, Cravet. *consil.* 166. *in fine*, *& consil.* 191. *n.* 3. Rot. dict. *decis.* 507. *n.* 1. apud Cens. *de Cens.* Præsertim quia Pavia cautè agendo expressè declara- 9
vit, se creditum cedere pro tale quale erat; nec ad illius manutentionem teneri voluit, quo fit ut ad illud non teneatur ex citata decis. quæ revidetur, §. *præterea*, *& seq.*

Prætensio verò Campioni, quod cessio loquatur duntaxat de scut. 528. 80. non autem de tota summa scutorum 962. non visa fuit relevans, quia ex instrumento cessionis deprehenditur, quod scut. 128. 80. est residuum scut. 962. quod jam fuerat compensatum cum duabus partitis ab ipso Campiono debitis in judicio deductis, & super dicto nomine cessio exequutis; 10
ficque cessio non est restricta ad dictam ratam tantùm sed continet integrum debitum Cardinalis licèt pro rata compensatum; compensatio enim extinguit primævam actionem, non secus ac datio in solutum, ac actualis solutio, cui æquiparatur ad effectum liberationis, *leg. si peculium*, §. *usura*, *ff. de stat. liber. leg. amplius non peti*, *ff. rem. rat. haben.* Gratian. *discept. forens. cap.* 728. *num.* 7. *& seq.* cum concord. suprà, & plenè allegatis. *In Romana Domus*, 17. *Martii* 1649. §. *fin. coram bon. mem. Bichio.*

Ex quibus, & aliis in alia decis. adductis Domini in ea perstiterunt pro restitutione pecuniarum sub obligatione restituendi potioribus & anterioribus creditoribus exactarum; Utraque parte informante, &c.

R. P. D. Bevilequa.

Amerina Successionis.

Veneris 22. *Junii* 1657.

ARGUMENTUM.

Jus Retentionis non intrat pro credito; nisi cum est liquidum, & bona retinenda proveniunt ex eadem crediti causa.

SUMMARIUM.

1 *Retentio pro credito non datur, nisi creditum sit liquidum in substantia, & quantitate.*

2 *Creditum quando dicatur incertum, & illiquidum, ita ut non detur retentio.*

3 *Creditor si immissus fuerrit in possessionem bonorum debitoris, intrat exceptio, quod credita, aut fuerunt extincta per compensationem cum fructibus faciendam.*

4 *Aut ideò diminuta, & effecta illiquida, ut nisi iterum liquidentur, non valeat affirmare de illis constare.*

5 *Retentio datur creditori, quando ad eum bona perveniunt ex eadem causa illius crediti, pro quo vult retinere: secus si ex causa diversa.*

6 *Fideicommissarius facit fructus suos, nec illos restituere tenetur, nec cum creditis compensare.*

7 *Decisio, secundum stylum Tribunalis Rotæ, in nova disputatione est supponenda; & non potest in dubium revocari, nisi partibus, denuò super ibi decisis auditis, revideatur.*

DECISIO CXVI.

DUm in hac causa sub die 15. Maii 1656. quæreretur, An Monasterio S. Stephani de Ameria, ex persona mariæ Hieronymæ monialis ibi professæ, danda esset immissio in bonis liberis Antonii fratris, Catharina communis soror opposuit retentionem pro diversis creditis ex solutionibus factis. Sed Rota immissionem pro medietate bonorum concedendam esse respondit, & quod de retentione particulariter videretur; Super qua assumpta hodie disputatione, illam competere, fuit responsum.

1 Quia ad effectum, ut locus sit rententioni, opus est, quod creditum, pro quo prætenditur, sit certum, & liquidum in substantia & qualitate; aliàs enim si tale non est, & in aliquam patiatur controversiam, non intrat retentio. DD. *in l. unica C. de compens.* Surd. *dec.* 46. *in fi.* Rot. *dec.* 559. *num.* 3. *&* 9. *& dec.* 639. *num.* 1. *p.* 1. *recent. Decis.* 433. *num.* 2. *p.* 2. *Decis.* 743. *num.* 11. *p.* 3. *Decis.* 157. *n.* 19. *p.* 4. *tom.* 2. *& Dec.* 411. *n.* 24. *p.* 5. *coram Gregor. XV. Dec.* 254. *n.* 3. Buratt. *dec.* 60. *n.* 14. Card. Caval. *dec.* 539. *n.* 3. *&* 6.

2 Hujusmodi autem visa non sunt credita per dictam Catharinam adducta; nam de pluribus non dabatur sufficiens justificatio. Alio verò multa soluta apparebant à quodam Consacco, non autem ab ipsa Catharina, ut patebat ex 8. 9. 19. 21. & 24. partitis, in calculo dato contentis. Unde certa procul dubio diei non possunt credita, ut requiritur ex supra allegatis, & dixit etiam Rota *dec.* 130. *n.* 8. apud Zacch. *de oblig. camer. & Dec.* 151. *n.* 5. apud Modern. Forolivien. *de pign. & hypoth.*

3 Præterea ubi credita essent omnia justificata, adhuc turbida, & illiquida remanent. Cum enim Catharina fuerit usque de anno 1644. immissa in possessionem bonorum hæreditoriorum Antonii, quorum restitutionem modo Monasterium petit, & ab indè citra, lite pendente fructus perceperit: Intrat proinde exceptio, quod credita aut fuerunt extincta per compensationem cum dictis fructibus faciendam; Ruin. *cons.* 135. *n.* 10. *lib.* 3. Soccin. Jun. *cons.* 136. *n.* 14. *lib.* 1. cum aliis relatis *in dec.* 312. *n.* 4. *&* 10 *coram bon. me. Merlino.* Aut adeo diminuta, & effecta illiquida, ut nisi iterum liquidentur non valeat affirmari de illis constare, ad effectum impediendi immissionem Monasterii, Paris. *cons.* 25. *n.* 63. *lib.* 1. Rot. *d. decis.* 433. *n.* 4. *p.* 2. *Decis.* 77. *n.* 15. *Decis.* 391. *n.* 6. *& dicta Decis.* 411. *n.* 27. *part.* 5. *rec.* apud Duran. *dec.* 113. *n.* 2. Caval. *dec.* 539. *n.* 3. *dec.* 647. 59. post Modern. Perus. *de manut. & in Bononien. fideicommissi de Pancaldis*, 21 *Junii* 1649. §. *præterea*, *coram bon. me*, *Peutingero.*

5 Ex alio etiam dicebatur, retentionem non competere Catharinæ; quoniam bona de quibus agitur, non fuerunt sibi adjudicata pro hisce creditis, sed ex causa successionis, quam solam prætendebat in bonis Antonii ab intestato defuncti: quo casu non potest illa retinere, quamvis vera, & realia essent credita: ex quo retentio datur creditori, quando bona ad eum proveniunt ex eadem causa illius crediti pro quo vult retinere: secus si ex causa diversa, juxta distinct. Bart. *in l. non sortem*, 26. §. *centum*, *n.* 8. Bald. *in fin.* Castr. *n.* 5. *ff. de condi. l. indeb.* Negus. *de pign.* 4. *memb.* §. *n.* 4. *in fine*, Rota *coram Card. Cavaler. dict. dec.* 539. *n.* 4. *& Decis.* 543. *n.* 3. Buratt. *dec.* 449. *n.* 3. *& citata Dec.* 411. *n.* 15. *part.* 5. *rec.* & non Mangil. *de subhast. dec.* 54. *n.* 5.

6 Non obstat, quod bona ex quibus fuerunt percepti fructus, proveniant ex fideicommisso Archimandritæ Messanen. purificato ad favorem ipsius Catharinæ, juxta antecedentes resolutiones & sententias promulgatas; ideo ipsa illos fecit suos, nec sunt restituendi vel cum creditis modo liquidis compensandi; Siquidem jam fuit 7
resolutum in ultima decisione *sub d. die* 15. *Maii edita.* bona ista esse libera Antonii, & successionem in illis æqualiter ad eandem Catharinam, & Monasterium spectare; quæ decisio, secundum stylum Tribunalis, in hac nova disputatione est supponenda, & non potest in dubium revocari, nisi partibus denuo super ibi decisis auditis, revideatur, & responsum fuit coram bon. mem. Buratt. *dec.* 596. *n.* 2. *Decis.* 857. *n.* 5. *& in rec. Decis.* 604. *part.* 5. *& in Romana Census*, 28. *Apr.* 1653. *coram R. P. D. Cerro.* & in aliis sæpè.

Et ita utraque, &c.

R. P. D. CELSO.

Viterbien. Transactionis.

Mercurii 11. *Decemb.* 1658.

ARGUMENTUM.

Non debentur fructus pro simplici debito pecuniario, etiam inter Mercatores, nisi intervenientibus legalibus requisitis.

SUMMARIUM.

1 *Fructus taxati, & promissi pro simplici debito pecuniario, non intervenientibus requisitis, Castr.* in leg 3. §. fin. ff. de eo quod certo loco, *nullo modo prætendi possunt.*
2 *Fructus indebiti, & usurarii debent in sortem computari.*
3 *Amplia, etiam si illi scienter & sponte soluti fuerint.*
4 *Lex in solvente usuram, præsumit coactam voluntatem; ne scilicet molestetur in sorte.*
5 *Fructus indebiti, & usurarii non debentur, non obstante quacunque conventione contraria, quia non debet esse in potestate partium facere licitas usuras, de jure prohibitas.*
6 *Mercatores non solent retinere pecunias otiosas.*
7 *In Mercatoribus licet adsit generalis destinatio ad lucrum, deesse tamen potest particularis, ad hoc, vel illud investimentum.*
8 *Mercatores quamvis sint soliti lucrari multoties, tamen jacturam faciunt.*
9 *Taxatio interesse pro tempore futuro, est illicita, & Fœneratitia, etiam in Mercatore solito negotiare.*
10 *Instrumentum divisionis benè probat contra dividentes, & habentes causam ab eis.*
11 *Societas non præsumitur, nisi probetur.*
12 *Fructus debentur ex pecunia, quando illa ex pacto debet investiri.*
13 *Creditores non possunt fructus pecuniæ debitæ prætendere, quando non ad debitorem, sed ad illos spectat onus investiendi.*

DECISIO CXVII.

POst secundam resolutionem capram super capitali, & forte scut. 1000. quæ fuerunt promissa per Dominicum & Tullium in instrumento transactionis initio de anno 1634. cum filiis, & hæredibus Pauli, prosequendo disputationem super reservatis. Dubitavi, An prodicta summa deberentur fructus, juxta promissionem factam per eosdem fratres; & Negativè fuit responsum, sive illi prætendantur, ut fructus recompensativi, & provenientes ex re cessa tanquam fructifera, sive ex eo quod eadem summa destinata esset ad effectum investiendi.

Etenim respectu primæ partis, exceptis scuti; consistentibus in stabilibus, & bonis de sua natura fructiferis, & debitis filiis qui Pauli pro eorum tertia parte ex hæreditate fraterna, & ab eisdem cessis, & renuntiatis

ad fa-

ad favorem Patruorum, quod bona ceſſa, & renunciat eſſent fructifera; Et remiſſoria, quæ ad hunc effectum uſque de menſe Junii 1656. conceſſa fuit, adhuc non apparet expedita; atque ideo ceſſante hujuſmodi pro-
1 batione, fructus promiſſi, & taxati pro ſimpli debito pecuniario non intervenientibus requiſitis, Caſtr. *in l.* 3. §. *final. ff. de eo quod certo loco*, nullo modo prætendi poſſunt, juxta *leg. uſura pecuniæ*, 121. *ff. de verb. ſignif. cap. plerique*, 14. *quæſt.* 3. *c* ... 8. *diſtinct.* Et probat Bald. *conſ.* 133. *ſub n.* 1. *lib.* 3. Purpur. *conſ.* 11. *n.* 14. Rota *in rec. dec.* 72. *n.* 1. *part.* 2. *& in Romana quatuor Domorum*, 21. *Junii* 1649. *coram bon. mem. Peutingero.*

2 Imò fructus hucuſque ſoluti, tanquam indebiti, & uſuarii debent in ſortem computari, *l. indebitas*, 18. *C. de uſur. l. ſi non ſortem*, ibique Bart. *n.* 4. *ff. de condit. indebit.* Roman. *conſ.* 238. *n.* 1. *& ſeq.* Surd. *dec.* 328. *n.* 14. & 15. Rota coram Greg. XV. *dec.* 80. *n.* 9. & latè
3 firmatum fuit coram Merlino, *dec.* 409. *n.* 29. & 30. Ubi dicitur, concluſionem procedere etiam ſi ſcienter;
4 & ſponte illi ſoluti fuerint; quia lex in ſolvente uſuram præſumit coactam voluntatem, ne ſcilicet moleſtetur pro ſorte, Ruin. *conſil.* 66. *n.* 11. *verſ. nec obſtat, lib.* 4. Rot. *cor. Eminentiſſ' Otthobono, dec.* 2. *n.* 1. *& ſeqq. & præſertim, n.* 7. *in Romana Cambii*, 17. *Febr.* 1642. *coram bon. me. Bichio*, & cumulatis concordantibus, dictum fuit *in Romana pecuniaria*, 23. *Martii* 1648. *coram R. P. D. me Meltio*, ubi non obſtante quacunque
5 conventione contraria, quod non debet eſſe in poteſtate partium facere licitas uſuras, quæ de jure ſunt prohibitæ, *dec.* 775. *n.* 2. *p.* 4. *diverſ. & in Licien. pecuniaria*, 29 *Maii* 1643. *coram bon. mem. Bichio.*

6 Nec placuit reſponſio, quod agatur inter Mercatores, & ſolitos negotiari, qui pecunias ſuas non ſolent retinere otioſas; nam licèt in illis adſit generalis deſti-
7 natio ad lucrum, deeſſe tamen poteſt particularis, ad
8 hoc, vel illud inveſtimentum; & quamvis ſint ſoliti
9 lucrari, multoties tamen jacturam faciunt; & ideo nec etiam favore ipſorum ſuſtineri ſimile intereſſe, firmavit Rot. *poſt.* 2. *vol. conſ. For. dec.* 325. *n.* 1. *& ſeq.* & ultra plures cumulatos per Grat. *c.* 67. *n.* 13. & 14. late diſcuſſo articulo diſcuſſum fuit *in Avenionen. pecuniaria*,
10 *Feb.* 1640. *coram bon. me. Bichio* penes Merlin. *de pign. dec.* 24. *per tot. & præſertim n.* 5. *& in Senogallien. Prædii*, 27. *Junii* 1644. *& 28. Junii* 148. *coram R. P. D. meo Meltio, & in Colonien. pecuniaria*, 26 *Maii* 1553. *coram Reverendiſſ. Præſide Valliſoletano.*

Objectum quod hæc promiſſio quoad reliqua ſcuta 9166. 6. facta fuerit, habito reſpectu ad bona ſtabilia hæreditaria Pauli per ipſos filios, & hæredes ceſſa, nullo modo videtur ſubſiſtere; quia ex inſtrum. diviſionis inito de anno 1627. apparet, omnia ſtabilia etiam fructifera obventa in portionem Pauli, non excedere
10 ratam ſcutorum 833. 33 $\frac{1}{3}$ quod inſtrumentum propterea benè probat contra dividentes, & habentes ab eo cauſam Pariſ. *conſ.* 26. *n.* 54. *lib.* 2. Rota coram Gregor. *dec.* 271. *n.* 9 *in rec. Dec.* 122. *n.* 1. *p.* 4. & coram Merlin. *dec.* 470. *eod. n.* 1.

Prout minus videtur ſubſiſtere quod inter prædictos Dominicum, & Tullium, ac filios Pauli, eorum nepotes poſt ſequutam diviſionem, inita fuerit de novo ſocietas feudacalis, ex effectibus ejuſdem ſocietatis plura fuerint empta bona ſtabilia; Siquidem hujuſmodi
11 aſſertio nulla probatione fulcitur, & regulare eſt, quod ſocietas non præſumatur, niſi probetur, Surd. *conſ.* 138. *n.* 9. Conſ. Ale. 134. *n.* 4. *vol.* 5. Rot. *in Tud. Societ.* 21. *Jun.* 1628. *coram Panz. & Dec.* 50. *n.* 6. & 7. *cor. Emin. Otthob.*

12 Reſpectu verò ſecundæ partis, licèt DD. non revocarent in dubium quod etiam ex pecunia fructus debeantur, quando dicta pecunia ex pacto debet reinveſtiri, ut notat Grat. *c.* 920. *n.* 26. *& ſeq.* Ubi quod de illa judicatur ſicut de ſpecie, non ſicut de quantitate *& in dicta Romana quatuor Domorum*, 24. *Junii* 1649. *coram bon. me. Peutingero.*

Attamen, cùm onus inveſtiendi non ſpectaret ad debitores, qui tantùm pecunias debeant ſolvere, ſed illud creditori injunctum fuit, utique fructus ex hoc capite prætendi non poſſunt, ut firmavit Rota *in Romana crediti dotalis*, 2. *Martii* 1645. *coram R. P. D. meo Veroſpio; & in Romana fructuum dotis*, 21. *Apr.* 1651. *coram Reverendiſſ. D. meo Cerro.*

Et ita utraque parte informante, &c.

REVERENDISSIMO D. Meltio, Epiſcopo PAPIEN.

Bononien. Pecuniaria.

Veneris 20. *Februarii.* 1660.

ARGUMENTUM.

Quietantia pro Reſiduo, & Taciturnitas creditoribus diuturna arguunt pro ſolutione. De teſtibus ſuper recognitione ſcripturarum.

SUMMARIUM.

1 *Verba*, Pro reſiduo, *poſita in quietantia, facta à Matre tutrice, & curatrice filiorum cum debitis ſolemnitatibus, præſupponunt omnimodam ſolutionem aliarum antecedentium partitarum.*

2 *Et mediante tali quietantia, cenſetur inducta omnimoda liberatio ad favorem ſolventium.*

3 *Confeſſio facta per Tutricem, regulariter non importat liberationem in præjudicium pupillorum, niſi pro illa ſumma, quæ verè, & realiter recepta fuit.*

4 *Limita id non procedere, quando pro corroboratione prædictæ confeſſionis, concurrunt plures conjecturæ.*

5 *Confeſſio facta pro majori parte debiti, arguit veritatem etiam reſpectu reſidui.*

6 *Solutionis præſumptio reſultat ex diligentia creditoris in exigendo ſua credita.*

7 *Et ex taciturnitate per multos annos.*

8 *Quod facilius in Mercatore, cùm non ſit veriſimile, Mercatorem diù differre ſui crediti exactionem.*

9 *Teſtes ſuper recognitione ſcripturarum privatarum, quomodo deponere debeant.*

10 *In ſcripturis privatis, quæ regulariter fieri ſolent abſente parte, non requiritur rigoroſa probatio.*

11 *Probatio ſimplex reſultans ex ſcripturarum comparatione admittitur in coadjuvanda finali quietantia per Tutricem facta.*

12 *Teſtis de credulitate, licet non probet, fallit tamen in iis quæ pendent à judicio ipſius Teſtis.*

DECISIO CXVIII.

ALexander, & Laurentius fratres de Lentiis, anno 1641. in ſatisfactionem integri pretii negotii Artis Coraminis, quod aliàs à Jacobo Gaddio de anno 1629. pro pretio liberarum 11037. emerant, cum reſervatione ſolvendi in pluribus paghis, libras 90000. exburſarunt Antoniæ de Paulinis Matri, ac Tutrici, & Curatrici Caroli, & Peregrini filiorum, & hæredum ipſius Jacobi Venditoris, lib. 650. pro reſiduo dicti pretii; cum decreto Judicis, aliiſque ſolemnitatibus ſtatutariis, & ampliſſimam quietantiam, & liberationem per inſtrumentum publicum ab ea reportarunt; quæ ſucceſſivè fuit approbata è prædictis hæredibus de anno. 1645. mediante quietantia facta ad favorem ipſius Mulieris, de geſtis & adminiſtratis tempore ſuæ tutelæ & curæ, quæ poſtea per plures annos nunquam fuit in dubium revocata.

De anno 1657. inſurrexerunt prædicti hæredes adverſus Fratres de Lentiis ſub prætextu, quod liberatio ab eis reportata nullitatis vitio ſubjaceret, & introducto

judicio in Curia Auditoris Generalis Bononiæ, obtinuerunt relaxari mandatum pro lib. 7970. residualibus d. pretii quod tamen postea in gradu appellationis per A. C. fuit reductum ad lib. 7350.

Verùm, cum deinde causa in tertia instantia ad Rotam devenerit, dubitatum fuit die 31. Martii superioris anni, An & pro qua summa esset relaxandum mandatum; & quia ex parte dictorum de Lentiis ad comprobandam integram solutionem pretii, afferebantur nonnullæ receptæ privatæ; & litteræ venditionis, quæ tantum ab informantibus pro illis de Gaddis controvertebantur, ex capite recognitionis, fuit responsum ut coadjuvarentur probationes; cujus vigore, prævia remissoria ad partes, transmissæ fuerunt formiter super ea testes examinati; Unde hodie dubio repropositio, DD. responderunt, mandatum non esse relaxandum.

Quia satisfactio integri pretii satis resultat ex publica quietantia, facta ab Antonia, tanquam Tutrice, &
1 Curatrice dictorum filiorum, & hæredum venditoris cum debitis solemnitatibus, in qua asseruit se recepisse lib. 650. pro residuo dicti crediti, cum illa verba *pro residuo*, præsupponant omnimodam solutionem aliarum antecedentium partitarum, juxta *leg. si ex pluribus*, ubi Gloss. *in verbo reliquum, ff. de solut.* Alex. *cons.* 216. *n.* 4. *ad med. l.* 7. Becc. *cons.* 47. *n.* 8. Bero. *cons.* 192. *n.* 1. & *seq. l.* 1. Bursatt. *cons.* 104. *n.* 15. Rota Januen. *dec.* 16. *n.* 9. & *dec.* 60. *n.* 6. Coram Buratt. *decis.* 344. *n.* 18. Coram Caval. *dec.* 228. *n.* 2. *In recent. dec.* 4701. *n.* 4. *part.* 4. *to.* 2. & *dec.* 57. *n.* 2. *part.* 4. *t.* 3. *In Romana*
2 *Salviani* 30. *Januarii* 1645. *coram bon. me. Bichio in fine*, & proinde ad favorem solventium, mediante tali quietantia, censetur inducta omnimoda liberatio *l. verborum obligatio*, 107. *ff. de sol. Rota* Coram Eminentissimo D. Card. Otthobono *decis.* 64. *n.* 1. & *in Romana Pecuniaria* 24. *Nov. præteriti, coram me*, §. *quibus non adversatur.*

3 Et licet confessio facta per Tutricem regulariter non importet liberationem in præjudicium Pupillorum, nisi pro illa summa, quæ verè ac realiter recepta fuit, per *l. Certum*, §: *sed an ipsos*, *ff. de Confess.* Bart. *in leg. Lucius*, §. *tutelæ*, *ff. de admin. tutor.* Rota *dec.* 714.
4 *n.* 2. *p.* 3. *rec.* Id tamen non procedit quando pro corroboratione hujusmodi confessionis concurrunt, prout in casu proposito conjecturæ, ut dixit Rota *dec.* 305. *n.* 2. *part.* 5. *rec.* Coram S.M. Greg. XV. *dec.* 506. *n.* 2. Coram Buratt. *dec.* 239. *n.* 2. apud Zacch. *de oblig. Camer. dec.* 192. *n* 6. & 17. *In Romana crediti dotalis* 13. *Martii* 1645. §. *ad hujus etiam crediti*, *coram R. P. D. meo Verospio*; *In Romana fideicommissi de Candidis*, 15. *Aprilis* 1653. *coram eodem*, §. *neque obesse.* & 7. *Junii dicti anni coram Rev. Terraconen.* §. *tum etiam quia.*

Conjecturæ verò, quæ in hac facti specie concurrunt, plures sunt, & quidem urgentissimæ, quarum prima resultat ex quatuor receptis per Jacobum venditorem, ab anno 1630. usque ad annum 1634. continentibus diversas pecuniarum solutiones, ac etiam ex epistola per eundem transmissa de ann. 1635. Fratribus de
5 Lentiis, in qua fatetur, se remanere creditorem in libris mille; quæ sanè confessio uti facta pro majori parte debiti, arguit veritatem etiam respectu aliarum librarum, usque ad totalem integram summam. Arg. *l.* 2. ubi Gloss. & Doctores, *C. de non numer. pec.* Bero *cons.* 60. *n.* 43. *lib.* 2. Soccin. Sen. *cons.* 82. *n.* 2. *vers. Confirmo*, *l.* 3. Aym. *cons.* 158. *n.* 6. Rota *dec.* 151. *n.* 8. *part.* 2. & *dec.* 263. *n.* 2. *p.* 2. *divers.* Coram Gregor. XV. *dec.* 62. *n.* 7. *In Anconitana bonorum*, 1. *Junii* 1643. *coram bon. mem. Bichio*, §. *validissimam*, &c.

Alia similis conjectura resultat ex diligentiis adhibitis per d. Jacobum pro faciliori sui crediti consequutione, adversus fidejussores emptorum, & in specie contra Antonium Sopranium, & Franciscum de Lentiis, dum obtinuit mandatum, illudque summa celeritate exequi
6 curavit super bonis fidejussorum, ac ipsorum Francisci de Lentiis debitorum, & propterea ex hac diligentia creditoris facilius præsumendum est fuisse etiam postea deventum ad effectuationem dictæ solutionis, ut tradit Paris. *cons.* 83. *n.* 27. & *seq.* Aym. *cons.* 129. *n.* 6. Cyriac. *controv. Foren. cap.* 516. *n.* 17. Surd. *dec.* 105. *n.* 2. Monac. *dec. Floren.* 2. *n.* 4. & *seqq.* Afflict. *decis.* 13. *n.* 22. *vers. Decimo adducitur.* Rota coram Mant. *dec.* 370. *n.* 1. & 2. & coram Merlin. *decis.* 24. *n.* 19. & *seqq.*

Plurimum etiam ad idem comprobandum, facit taciturnitas 20. annorum, & ultra, qui lapsi fuerunt post 7
dictam confessionem emissam à Jacobo in sua Epistola, & aliorum quindecim respective à die celebrationis instrumenti quietantiæ; cùm non sit verisimile, Creditorem Mercatorem adeo diligentem in exigendo, 8
voluisse tandiu differre exactionem hujusmodi crediti; ad tradita per Honded. *cons.* 39. *n.* 77. *lib.* 2. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 135. *n.* 3. & 4. Ciriac. *d. contr. foren.* 516. *n.* 14. Surd. *d. dec.* 105. *n* 4. Rim. Jun. *cons.* 407. *n.* 13. & 14. coram Rota Mant. *d. dec.* 370. *n.* 2. *vers. quod eo facilius.* Coram Buratto *dec.* 98. *n.* 2. & *in Ravenaten. seu Faventina pecuniaria* 3. *Dec.* 1655. *coram bon. mem. Dunozetto.*

Neque urget defectus legitimæ recognitionis dictarum receputarum ac Epistolæ, quia cùm ex relatis in 9
præsenti summario illorum de Lentiis, appareat fuisse super tali recognitione examinatos nonnullos testes in partibus, vigore remissoriæ, deponentes se habere notam manum ipsius Jacobi, ex quo pluries illum viderunt scribere, & alios recognovisse per comparationem dictarum scripturarum fuisse subscriptas ab eodem Jacobo, satis est ad effectum de quo agitur; cum in scripturis privatis quæ regulariter fieri solent absente parte, non requiratur magis rigorosa probatio, 10
ut tradit Socin. *in l. si ita scripsero*, *col. penult. ff. de condit. & demonstr.* Rota *dec.* 570. *n.* 2. *part.* 1. *divers. in recent. dec.* 41. *n.* 1. *p.* 4. ubi quod talis recognitio sufficit de stylo Rotæ, & latè distinguendo fuit responsum in *Bononien. de Magnolis*, 3. *Martii* 1626. *coram Remboldo*, §. *aut agitur.*

Eoque magis visa fuit sufficiens talis recognitio; quia 1
hujusmodi receputæ, ac litteræ dicuntur pro adminiculanda supra dicta finali quietantia facta per Tutricem, quo casu admittitur etiam simplex probatio 11
resultans ex comparatione scripturarum, juxta notata per Bard. Imol. & alios, quos refert & sequitur Scacc. *de judic. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 999. & 1029.

Nihilque facit quod præfatus Testis dictas receputas, & epistolam pro parte Alexandri, & Francisci productas recognoverit de proprio judicio ibi, *dico*, 2
che per quel poco giudicio m'ha dato Dio, *esser tutta una mano stessa.* Quoniam in hac materia dependente judicio testis, fides adhibetur etiam deponenti de propria credulitate. Grat. *discept. forens. cap.* 895. *n.* 33. & 50. 12
Rota coram Card. Seraph. *dec.* 522. *num.* 1. 3. 4. coram Card. Caval. *dec.* 553. *n.* 6. & *in Romana Testamenti* 22. *Martii* 1656. *coram Reverend. D. meo Decano.* §. *Identitas autem*, *in fine.*

Et ita informantibus tantùm illis de Lentiis altera 3
tamen parte pluries intimata, ac informare recusante, 4
fuit resolutum, &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana Salviani.

Martii 9. *Junii* 1660.

ARGUMENTUM.

De Salviani requisitis. Illud non retardatur ex credito illiquido etiam dotali. De meliorámentorum retentione, & probatione. 5

SUMMARIUM.

1 *Salvianum ut competat, quæ requirantur.* 2 *Credi-*

2 *Creditum cum hypotheca probatur ex publico instrumento.*
3 *Instrumentum facit rem claram, & manifestam.*
4 *Possessio debitoris justificatur ex instrumento venditionis.*
5 *Possessio Rei conventi probatur ex instrumento locationis, juncta sustentatione litis.*
6 *Cedens non potest amplius juribus cessis, & ad commodum cessionarii suum effectum sortitis uti, nec de illis excipere.*
7 *Reservatio in cessione jurium est incompatibilis, & pro non apposita habetur, & respectu jurium expressorum, nihil operatur.*
7 *Fructus dotales post mortem uxoris non possunt, quia cessant matrimonii onera, quorum ratione percipiuntur.*
9 *Exactio indebitè facta venit imputanda in computum crediti.*
10 *Creditum dotis illiquidum non retardat immissionem in Salviano.*
11 *Retentio melioramentorum ut detur, probandus est plenè, & concludenter status antiquus rei melioratæ.*
12 *Ad melioramentorum probationem requiritur justificatio impensi & meliorati*
13 *Retentio pro melioramentis non datur, quando illa mala fide facta fuerunt, & post monitorium super immissione melioranti executum.*
14 *Fructus veniunt restituendi à die motæ litis.*
15 *Compensatio de fructibus mala fide perceptis admittitur ad melioramenta in re facta.*

DECISIO CXIX.

PRo credito scutorum ultra 1484. petiit Dominus Joannes Taurinus immissionem in Salviano super domo hæreditaria Michaëlis Angeli Zeccadori debitoris ppsita in regione Campi Martii ad radices mon-
1 tis Pinti, à Spigliatis detenta, quam concedendam esse Domini censuerunt; Quia probantur omnia in hoc judicio necessaria; Creditum cum hypotheca, Possessio debitoris post contractam obligationem, & Recens possessio illorum de Spigliatis; quibus concurrentibus commissio denegari non potest, Menoch. *de adipis. rem.* 3. *q.* 29. *num.* 161. Rota coram S. M. Greg. *dec.* 491. *n.* 6. *Romana Salviani* 5. *Junii* 1657. *coram R. D. meo Papien. in princip.*

Creditum cum hypotheca probatur ex publico Instrumento, in quo dictus Michaël Angelus omnia sua
2 bona hypothecavit ad favorem dicti Domini de Taurinis, quod tanquam faciens rem claram & manifestam, bene probat hunc extremum Dec. *consil.* 423. *num.* 10. Rot. post. Zacch. *de obligat. Cam. dec.* 273. *n.* 2. *& in Romana Salviani* 20 *Martii* 1651. *Coram R. P. D. meo Verospio* §. *Sententiarum.* Prout possessio
3 debitoris justificata remanet ex Instrumento venditionis domus ab ipso ad favorem illorum de Spigliatis
4 facto *Sum. n.* 1. Rota *in Romana Salviani* 14. *Junii* 1641. *Coram. bon. mem. Cardin. Panzirolo*, §. *siquidem omisso.* Et Reorum possessio ex Instrumento locutionis ab ipsis facta, juncta sustentatione litis, coram A. C. agitata Rota coram Buratto *dec.* 584. *n.* 3. *& in Tiburtina Salviani.* 8. *Junii* 1646. *coram R D. meo Decano*, §. *quod autem, & in dicta Romana Salviani* 5. *Aprilis* 1658. *coram me*, §. *etiam à possessione.*

Nec suffragari potest exceptio aliàs à R. P. D. Zeccadoro oppolita, quod ipse sit creditor anterior ex
5 causa dotis Lucretiæ matris in summa Scutorum 1466. tum quia usque de anno 1650. ad vitandas molestias super alio domo illatas à creditoribus dicti Michaëlis Angeli patris, cessit hujusmodi creditum D. Catharinæ ejus Sorori, una cum omnibus Juribus, & actionibus sibi competentibus, & cum clausula, *Ad haben-*

dum, ponens. Constituens, nullo Jure, ad hoc ut dicta Jura cessa ipsa Catharina experiri possit super dicta domo sibi in dotem pro Scutis 3700. ab eodem Michaële Angelo patre assignata, ut ex instrumento nuper producto *summ. n.* 3. prout cum effectu excludendo creditores, dictam domum retinuit ex prædicto titulo, adhuc retinet. Unde cedens non potest amplius Juribus 6
cessis, & ad commodum cessionarii, suum effectum sortiis uti, nec de illis excipere, *leg.* 3. *C. de novatio.* Paris. *cons.* 19. *n.* 64. *lib.* 3. Modern. *de pignor. l.* 2. *quæst.* 32. *n.* 29. Rota *coram. Urgellen. dec.* 99. *n.* 1. non obstante quod in eadem cessione R. P. D. Zeccadorus sibi reservaverit facultatem utendi superdicto credito ad effectum retentionis aliorum effectuum hæreditariorum matris; quia per cessionem Jura fuerunt 7
plenissimè translata, & per retentionem dictæ domus extincta; & proinde hujusmodi reservatio, tanquam incompatibilis, habetur pro non appolita, & respectu Jurium expressorum nihil operari potest, ut post Oldrad. tradit Cravet. *cons.* 144. *n.* 15. Rollan. *cons.* 472. *n.* 4. *Tudertina fundaci.* 4. *Maii* 1654. §. *nihilque refragatur, Et* 29. *Nov.* 1654. §. *minus relevat. Coram R. D. meo Papien.* tum etiam quia de dicto credito fuit plenè satisfactum, cùm post obitum Lucretiæ matris ex domo posita in Regione Aremulæ, fructus per-
ceperit ab anno 1644. citra, qui ex Instrumento loca- 8
tionis dato *in summ. n.* 9. ascenderunt ad annua scuta 72. illique in sortem imputantur; cùm post obitum mulieris fructus dotales amplius exigi non possint; eo quia cessant onera Matrimonii, ratione quorum recipiebantur Alex. *cons.* 74. *n.* 1. *&* 2. *lib.* 5. Grat. *dec.* 527. *n.* 1. *& seqq.* Rota coram Caval. *dec.* 292. *n.* 1. *dec.* 607. *n.* 13. ubi plenè *part.* 4. *recent. t.* 3. *Romana Salviani* 4. *Decemb.* 1643. §. *respectu vero. Coram R. P. D. meo Verospio* & aliis relatis *in Romana fructuum dotis* 21. *Aprilis* 1651. *Coram R. D. meo Decano in princ.* pro cujus crediti dotalis satisfactione etiam concurrit exactio scutorum 600. facta per eandem Lucretiam de pecuniis hæreditariis Francisci Zeccadori, occasione sortis principalis census totidem summæ, altera videlicet à Grespis, altera verò ab Angelo Luciano, ex Instrumentis datis *Sum. n.* 6. *&* 7. quæ secunda exactio tanquam indebitè facta venit imputanda in computum 9
dicti ejus crediti dotalis, vel in omnem eventum ex prædicta perceptione fructuum, creditum videretur illiquidum, & proinde non aptum apponi ad hunc effectum, ut in specie, quod creditum dotis illiquidum 10
non retardet immissionem in Salviano, Rota *dec.* 59. *n.* 8. post Modern. *de pignor. & in Romana Vineæ, seu Salviani* 22. *Junii* 1658. *coram R. D. meo Decano*, §. *his positis.*

Nec illis de Spigliatis ex capite melioramentorum 11
competere potest retento sive quia non probatur status antiquus domus plenè, & concludenter, prout ad effectus requiritur, & asserta melioramenta non erant necessaria, cum unus ex testibus eorundem deponat, quod domus erat commoda & habitabilis, & tamen in istis terminis debet constare quid impensum fuerit, & quod 12
melioratum, ut per Rotam, coram Seraph. *dec.* 898. *num.* 1. *Romana fideicommissi de spiritibus*, 16 *Junii* 1643. *&* 4. *Dec.* 1644. *coram bon. mem. Bichio*, §. *duæ autem;* Vel etiam quia mala fide facta, post executum contra eosdem de Spigliatis monitorium super immis- 13
sione in possessionem dictæ domus *Sum. n.* 26. ad eludendum Judicium super eadem intentatum Gabriel. *cons.* 157. *n.* 3. *lib.* 1. plenè Rot. *in dicta Romana fideicommissi de spiritibus* 4. *Dec.* §. *augetur mala fides, & in Firmana domus seu fideicommissi* 1. *Febr.* 1658. *coram* 14
me, §. *fin.* Sive tandem quia post melioramenta tot fructus perceperat, ex quibus remanent de illis satisfac- 15
ti, qui fructus restituendi veniunt à die motæ litis; & in his terminis admittendam esse compensationem, de fructibus mala fide perceptis, ad melioramenta in re facta, tradit Rota *dec.* 391. *part.* 5. *recentior. n.* 6.

Romana hæreditatis 1. *Aprilis* 1647. *coram bon. mem. Arguelles* §. *penult. & in Romana Fideicommissi de Zuccaris.* 4. *Febr.* 1650. *coram bon. mem. Dunozetto*, §. *postremo & in Bononiens. primogenit.* 26. *Maii* 1656. *coram bon. mem. Bichio*, §. *idem respondetur.*

Et ita altera tantùm parte pluries citata, & informare recusante, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Locationis.

Veneris 10 *Junii* 1661.

ARGUMENTUM.

Quando, & ex quibus mora dicatur incursa; De probatione per Epistolam; Novatione; Solutione in certam causam, &c.

SUMMARIUM.

1 *Solutione ejus quod debetur extinguitur omnis obligatio.*
2 *Accipiens litteras missivas simpliciter, & sine contradictione, videtur consentire, & approbare contenta in illis.*
3 *Quod procedit etiam ex ejus productione speciali.*
4 *Mora per debitorem nunquam incursa dicitur, quoties creditor de tempore solutionis peragendæ in destinato loco non constitit, vel Procuratorem ibidem non elegerit.*
5 *Ex receptione pecuniarum absque ulla protestatione subsecuta, mora quæcumque licèt incursa, remissa censetur.*
6 *Epistola probationis gradum constituit contra scribentem.*
7 *Epistola referens proprium scribentis factum, debet attendi.*
8 *Solutio adscribi debet causæ duriori habenti usuras, & n.* 11.
9 *Solutio facta censetur ad normam obligationis.*
10 *Solutio quantitatis proportionata ad unum debitum, creditur facta per extinctionem dicti debiti, non autem diversi.*
12 *Solutio quæ fuit facta in certam causam, non potest deinde in aliam converti, sine consensu partium.*
13 *Novatio non censetur inducta, dum contractus compatiuntur ad invicem, nec secundus alteri adversatur.*
14 *Idque magis concurrente contrahentis utriusque voluntate, novationi contraria, n.* 14.
15 *Creditum jam extinctum amplius non revivisc it.*
16 *Fructuum exactio fieri non valet, cessante mora.*

DECISIO CXX.

POstquam Rota pluribus decisionbus firmavit justitiam locationis Venæ Ferrariæ; fuit à DD. Rinuccinis Conductoribus petita relaxatio mandati contra D. Plumbini Principem, cum pro reliquo Cambii scutorum 175000. ac fructibus, tùm etiam pro damnis, & interesse, exinde resultantibus, quod locationis tempore, nondum expirato, ipsos ab affictu excluserit; Hodie verò super Cambiorum articulo per me proposito dubio, petitam mandati relaxationem exinde DD. denegarunt, quod Conductores à die adstipulati contractus, tertia videlicet Junii, anni 1635. usque ad 15 Martii 1641. summam scut. 225000. exegerunt à
1 D. Principe in causam Cambii, ex qua solutione, creditum sortis, ac fructuum longè excedente, actio quæcumque ipsis debita, extincta fuit, *ad l. pro me, ff. de solut. & l. nulla tibi, C. eod.* Rot. cor. bon. mem. Merlino *dec.* 463. *n.* 14. *& dec.* 366. *n.* 9. *p.* 9. *rec.*

Fructus autem hujus Cambii non debent singulis annis in scutis septem pro quolibet centenario taxari, licet quantitas hæc in Instrumento conventa fuerit. Si quidem inter ipsosmet contrahentes pactum speciale præcessit de mense Decembris 1636 ut quoties intra mensem Junii sequentis anni scuta 60. m. D. Princeps in causam Cambii consignaret, ac pretium Venæ pro propriis officiis venditæ dissolveret, Cambia scuta quinque non excederent ut ex ejusdemmet Principis Epistola apertè convincitur, ibi, *Ho inteso quel tanto si è stabilito con V. S. e con il Sig. Carlo in materia della redutione degl' interessi, che io pago alle Signorie loro dalli sette alli cinque, ogni volta, che Jo per tutto Giugno li paghi li scudi sessante mila, & il prezzo della Vena: il concertato si come è uniforme al mio desiderio, e anche profittevole, così l'accetto, e ratifico.* 7

Cujus Epistolæ tenor non valet à Dominis Rinuccinis amplius impugnari postquam ex illius receptione sine ulla contradictione scuta, ab ipsis approbatus esse censetur, ex theor. Bart. *in leg. si filius familias, ff. ad senat. Conf. Maced.* Bald. *in leg. Titius* 24. *n.* 2. *post med. ff. de constit. pecun.* Corn. *consil.* 319. *n.* 5. *post med. lib.* 3. Paris. *consil.* 91. *n.* 3. *lib.* 1. Rot. coram Cassad. *dec.* 3. *n.* 2. *de rescript. & dec.* 811 n. 9. *part.* 1. *divers. & in Rom. Pecuniaria* 18. *Junii* 1658. *in* §. *adminicula coram R. P. D. meo Celso*, etiam ex ejusdem productione speciali, ut not. Abb. *in cap. cum Venerabilis, n.* 31. *de except.* Aym. *consil.* 201. *n.* 5. *vers. nec potest.* Rot. *dec.* 123. *n.* 5. *p.* 1. *& dec.* 88. *n.* 19. *ad finem, & n.* 20. *p.* 6. *rec. & in Pisana damnorum & interesse* 10. *Junii* 1652. *coram R. P. D. meo Celso.* 2 8

Dum itaque D. Princeps ex sui parte, promissa in totum explevit, mediante solutione scutorum septuaginta millium, facta Nerlio Procuratori ad hunc effectum specialiter à Conductoribus constituto; debet reductionis beneficio potiri; licet solutio infra mensem Junii præfixum non prodierit, sed ea dilata fuerit ad mensem Maii, sequentis anni. 3

Siquidem Constitutio Procuratoris prius non præcesserat in Urbe, ubi solutionem Contrahentes destinaverant, ex qua causa D. Princeps excusationem à mora consequi debet, per debitorem nunquam incursa, quoties Creditor de tempore solutionis peragendæ in destinato loco non consistat, vel procuratorem ibidem non elegerit, ut tradit Bartol. *in l. item illa* 18. *n.* 11. *ff. de constit. pec.* Bald. *in leg. acceptam, num.* 41. *C. de usur.* Alex. *conf.* 92. *n.* 9. *&* 10. *lib.* 1. Dec. *conf.* 566. *n.* 4. Roland. *conf.* 97. *n.* 14. *cum seq. lib.* 1. Rota coram Mohed. *decis.* 15. *de locat. & dec* 806. *n.* 1. *p.* 4. *divers & decis.* 219. *n.* 6. *cum seqq. p.* 5. *recent.* cum aliis relatis per Add. ad Buratt. *dec.* 571. *n.* 7. Quinimo ex receptione pecuniarum, absque ulla protestatione subsecuta, mora quæcumque licet incursa, remissa censetur, ut admitti Bald. *conf.* 108. *lib.* 5. Gratian. *discept. forens. cap.* 301. *n.* 58. *&* 59. *& cap.* 302. *nu.* 15. *&* 16. *cum seq.* Rot. coram Greg. XV. *dec.* 7. *sub n.* 2. *ibique Add. n.* 5. *& decis.* 148. ubi pariter Add. *nu.* 3. coram Caval. *decis.* 58. *n.* 3. *& in rec. decis.* 577. *n.* 10. *part.* 1. *& coram* Buratt. *decis.* 640. *n.* 17. *cum seqq.* 4 5

Præterea dubitationem omnem videtur excludere Domini Joannismet Rinuccini Epistola Theodosio Henriquez anno 1651. conscripta sub his verbis, *Ci obligammo à dare Cambio scudi* 175000. *à prezzo limitate di sette, che di poi per servire Sua Eccellenza, che ne fece instanza, furi datto à cinque.* Talis quippe litterarum tenor reductionem apertè concludens. Juris Canonici æquitate perspecta, in dubium probationis gradum constituit contra scribentem, licet tertio transmissus fuerit, ut not. Abb. *in cap.* 2. *n.* 8. *fid. instrum.* Put. *dec.* 12. *n.* 2. *lib.* 2. Menoch. *de arbitr. cas.* 94. *n.* 9. Genu. *de script. privat. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 193. *cum seqq.* Rota *in Viterbien. Census* 7. *Junii* 1638. *in* §. *hæc ad finem, coram bon. mem. Card. Hieronymo Verospio. in recent.* 6

cent. dec. 153. *n.* 9. *cum seqq. part.* 8. *& in Romana Pecuniaria* 18. *Junii* 1658. *in §. final. coram R. P. D. meo Celso, & In Romana Cambii* 23. *Martii præteriti in §. penult. coram me.*

Cui adversari non valet altera Epistola ab eodemmet Theodosio de anno 1641. Ludovico Rudulpho conscripta, ac continens dumtaxat tractatum reductionis; ipse enim non benè informatus ostenditur, dum contrarium omninò resultat ex superius recensitis, & ex
7 Epistola signanter D. Joan. quæ uti proprium ipsius Scribentis factum referens, debet attendi, ex juribus suprà relatis.

Hinc non urget, quod Conductores de tempore secutæ solutionis, ex Venæ causa Creditores existerent; in summa scutorum 16000. cujus virtute contenditur, Creditum hoc ex persoluta quantitate prius extinctum extitisse.

Præter quam etiam in dubio solutio hæc causæ Cam-
8 bii debet adscribi, tanquam duriori, ratione usurarum, quas continet, ad *l.* 1. *& 3. & leg. cum ex pluribus* 97. *ff. de solut.* Roman *cons.* 94. *n.* 2. Gabr. *cons.* 151. *n.* 3. *lib.* 1. Rot. *dec.* 92. *n.* 1. *dec.* 679. *n.* 6. *part.* 1. *divers.* coram S. M. Greg. *dec.* 521. *n.* 8. *&* 10. cum aliis relatis *in Romana Cambiorum* 10. *Martii anni præteriti in §. neque valent, coram me;* Exindè corruit objectio, quod creditum ex venæ distractione proveniens, scuta decem mille de tempore initæ conventionis non exce-
9 debat; quæ proinde quantitas dumtaxat in eam causam præsumitur persoluta; residuum verò in Cambii diminutionem cessit, ad normam obligationis à Domino Principe contractæ, in cujus executionem censetur secuta solutio; juxta doctrinam Bartol. *in leg. triticum* 94. *n* 2. *ff. de verbor. obligat.* Aym. *cons.* 71. *num.* 9. Decian. *cons.* 52. *n* 41. *cum seqq. lib* 3. Rot. *dec.* 25. *n.* 1. *ad med. p.* 3. *recent.* coram S. M. Greg. *dec.* 468. *n.* 5. Merlin. *dec.* 820. *n.* 1. *& dec.* 456. *n.* 19. *& dec.* 647. *n* 6. *p.* 4. *recent.*

Cùm maximè procuræ mandatum conceptum fuerit sub speciali facultate exigendi scuta sexaginta millia, uti
10 debita in majori summa, quæ expressio perneccsse relationem habet ad Cambium, dum præter illud creditum in maiori quantitate Conductoribus non competebat, ut admittit Rimin. Sen. *cons.* 348. *n.* 5. *lib.* 2 Magon. *dec. Florent.* 13. *n* 26. Rot. Coram Seraph. *dec.* 645. 2. 5. *& penes* Zacch. *de obligat. Cam. lec.* 152 *pariter n.* 5.

Qui præterea intellectus debet eo facilius admitti, quod locator cum aliis Redditibus Venæ solutionem destinaverat, ut expresse ipsius convincit Epistola, non longè ante actum solutionis Conductoribus transmissa, nec non ab ipsis successivè producta.

Neque poterunt Domini Rinuccini, pretium Venæ, de quo agitur, nec non alteram successivè in Dominum Principem distractam compensare pro concurrenti rata cum annuis scutis 225000. occasione locationis Venæ terrariæ eidem D. Principi debitis.

11 Hæ namque pensiones in causam potius Cambii, tanquam duriorem debent accepto referri, quàm in alterius crediti dissolutionem, nullis usuris obnoxii, Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 136. *n.* 15. Rot. coram mem. Merlino *decis.* 507. *n.* 7. *&* 8. *& in Romana Pecuniaria de Columna*, 11. *Oct.* 1615. *coram Card. Sa-*
12 *crato.* Dum maximè hæc relatio in extinctionem sortis, ac fructuum fuit expressè conventa in instrumento Locationis, & Cambii, cujus virtute pacti nequeunt Conductores solutionem in hanc causam destinatam convertere in extinctionem alterius crediti, omninò diversi, nullo adhibito Dom. Principis assensu, ad *leg.* 1. *in principio, & l. creditor, §. cum de sorte ff. de solut.* Rot. coram S. M. Gregor. *dec.* 366. *n.* 4. Cavaler. *dec.* 165. *n.* 3. & coram bon. memor. Merlin. *dec.* 471. *n.* 7. & 8. cum aliis relatis *in Perusina Censuum* 23. *Martii præteriti in §. penult. coram me.*

Et licèt pretium Venæ idemmet Princeps penes se retinuerit, à præcedenti tamen conventione non videtur recessisse, seu ejusdem Cambii dissolutioni impedimentum aliquod præstitisse, ut ex adverso contenditur.

Venæ quippe venditio cum augmentis, ac lucro scutorum decem pro quolibet centeno pondere peracta, contractum omnino novum, ac independentem à primo constituit; Princeps enim qui de tempore locationis fucinas non possidebat, non jure locatoris, sed uti Titius contraxit, quem proindè poterant Conductores non secus, ac cæteros Emptores, pro pretii consecutione compellere; Quinimo in eorum potestate resi-
debat, venditionem Venæ D. Principi denegare, cujus 13
dominium in ipsos translatum fuerat; Hinc cessat prætextus impedimenti, & dum contractus compatiuntur ad invicem, ne secundus alteri adversatur, non censetur inducta novatio, ex theorica Bald. *in leg. pacta novissima n.* 12. *ubi etiam* Dec. *n.* 5. *C de pact.* Alex. *cons.* 193. *n.* 3. *lib.* 6. Aym. *cons.* 26. *n.* 7. Paris. *cons.* 78. *n.* 14. *cum seq. lib.* 3. Gabr. *cons.* 170. *n.* 5. *lib.* 2. Menoch. *cons.* 562. *n.* 2. *&* 3. Surd. *dec.* 288. *num.* 39. *&* 40. Rot. *dec.* 571. *n.* 2. *part.* 1. *divers. & dec.* 620. *n.* 11. *p.* 4. *to.* 3. *rec. & not.* Add. ad dec. Gregor. 76. *n.* 8. concurrente præsertim Contrahentis utriusque voluntate, novationi 15
contraria, ac exinde resultante, quod Venditores penes Principem successivè institerunt pro hujus consecutione crediti, cujus solutionem idemmet Princeps ex redditibus aliis peragendis demandavit, ut superiùs ostensum fuit.

Non urget, quod D. Princeps sub die 26 Sept. 1636. Conductoribus injunxerit, ut ex pretio Venæ, fructus alterius Cambii persolverent in scutis 40000. cum Nerlio contracti, perindè ac si dum hujus virtute ordinis, scuta octo mille ipsi consignarunt, debeat ex pensionibus locationis quantitas hæc detrahi, licèt in proprii Cambii extinctionem destinatis.

Posset equidem admitti objectio in casu dumtaxat ordinis per Nerlium, ac Conductores acceptati tempore debito; secus verò dum ille de anno 1639. propriis in libris descripsit Cambia, tunc usque decursa ad debitum D. Principis, & acceptatio cum solutione ex eorundem librorum inspectione solum in anno 1641. peracta convincitur, de quo tempore locatio expiraverat; Hoc sanè casu Conductores quantitatem persolutam detrahere nequeunt ex pensionibus annor. 1636. ac trium sequentium, dum tunc temporis nondum ipsi Creditores evaserant, & ex pensionibus ad formam pacti quolibet semestre, & anno extincti fuerant fructus, nec non rata proprii Cambii, quæ proindè non 15
valuit revivisccre, admittit Cephal. *consil.* 423. *n.* 53. *lib.* 3. Rot. *decis.* 409. *n.* 12. *part.* 9. *to.* 2. *rec.*

Pro recambiis verò perperam petuntur fructus præterquam enim maxima difficultas insurgit, an ea sortem constituant in Cambio limitato, ita ut valeant super Cambiis transmitti super quo articulo nihil pro nunc Domini firmarunt; Dum Domini Rinuccini fructus proprii Cambii ad mensem usque Junii 1639 exegerunt, ex pensionibus Locatæ Venæ, quicumque in Do- 16
mino Principe, moræ incursus excluditur; qua cessante nulla fructuum fieri valet exactio. Aym. *cons.* 87. *ad fin.* Honded. *cons.* 50. *n.* 21. *lib.* 1. *& cons.* 30. *n.* 6. *lib.* 2. Rot. *dec.* 622. *n.* 5. *p.* 2. *rec. & coram* S. M. Greg. *dec.* 158. *n.* 2. *ibique Add. n.* 4.

Et ibique utraque, &c.

R. P. D. ROYAS,

Postea Episcopo Terracon.

Civitate Castelli Salviani.

Lunæ 18. *Februarii* 1641.

ARGUMENTUM.

Præscriptio solutionum fructuum ut intret, necessarius est cursus decem annorum, cùm

tunc poſſit conſiderari negligentia, aut mora creditoris in non exigendo, cùm tunc in pœnam tam magnæ negligentiæ intret præſcriptio.

SUMMARIUM.

1 *Ad præſcriptionem ſolutionum fructuum requiritur ſpatium decem annorum.*
2 *Præſcriptio ſolutionum fructuum fundatur in negligentiâ, aut morâ creditoris.*
In cujus pœnam talis præſcriptio eſt fundata, ibid.
3 *Salviani vigore agitur contra tertios poſſeſſores.*
4 *Præſcriptio non currit contra non valentem agere.*
5 *Præſcriptio remanet interrupta per ſolutionem partis fructuum.*
6 *Negligentia ceſſat, dum quis non valet agere.*
7 *Præſcriptio fundatur in negligentia.*
8 *Ignorantia præſumitur in facto alieno.*
9 *In Præſcriptione quacumque jurium requiritur ſcientia, & illa eſt probanda.*
10 *Præſcriptio materia eſt odioſa.*
11 *Præſcriptio ſemper, & quando poteſt, eſt evitanda.*

DECISIO CXXI.

JOannes Vincentius Marchio Vitellius impoſuit annuum cenſum scutorum 48. Monetæ de anno 1583. pretio ſcutorum 600. quem ſic impoſitum vendidit Angelo Guerrino, cui acceſſivum uti principale principaliter, & in ſolidum q. Thomas de Fuccis, nec Philippus de Comitibus cum obligatione dicti Joan. Vincentii pro eorum relevatione; ſucceſſivè de anno 1589. prædictus Angelus Guerrinus cenſum præfatum ceſſit Florido de Libellis, & fructus fuerunt ſemper à Floridò exacti uſque ad annum 1613. & 1615. licèt ultimi termini ſolutionum non fuerint integrè ſoluti.

Poſtmodùm cùm hæredes dictis Marchionis Jo Vincentii fructus dicti cenſus ſolvere recuſaverint ſub prætextu, quod omnia bona dicti Marchionis impoſitoris cenſus eſſent obnoxia antiquo fide commiſſo, ideò prædictus Floridus de Libellis egit coram A. C. de anno 1623. & obtinuit mandatum executivum pro ſcutis 506. contra DD. Fratres de Fuccis, uti hæredes ſupra dicti q. Thomæ fidejuſſoris cenſus, qui fratres de Fuccis ad hoc ut ſe liberarent ab eorum obligatione emerunt dictum cenſum, ejuſque fructus uſque ad annum 1628. decurſos perſolvunt, cum reportatione Jurium ceſſione in farinâ, cujus vigore de anno 1633. egerunt contra Dominos de Ubertis tanquam tertios poſſeſſores vigore emptionis ſecutæ de anno 1613. unius prædii olim poſſeſſi per q. Philippum de Comitibus in hoc cenſu pariter cum ſupradicto Thoma de Fuccis obligatum, & lata ſententia in Salviano in partibus coram Vicario Civitatis Caſtelli ad favorem ſupra dictorum de Fuccis fuit eis conceſſa immiſſio ex Salviano in bonis, de quibus agitur poſſeſſis per Ubertos cauſa in gradu appellationis ad Rotam fuit devoluta, dubitavi, an obſtaret præſcriptio dictis Doctoribus de Fuccis quominus poſſent venire contra prædium poſſeſſum per Ubertos, ad hoc ut Fucci valeant ſatisfieri fructibus dicti cenſûs ſolitis, ac decurſis, & in poſterum decurrenda, & Domini negativè reſolvunt.

Ex eo quia ab anno 1615. quo fructus adhuc exigebantur à Florido de Libellis Domino cenſûs uſque ad annum 1623. tempore litis motæ coram A. C. fuit factum pro ſolutione dictorum fructuum vix elapſi ſint octo anni, † quod tempus non eſt ſufficiens ad inducendam præſcriptionem ad quam ad minus requiritur curſus decem annorum juxta *l. ſin autem, C. de præſcript. longi temporis.* Alex. *conſ.* 118. *n.* 116. *lib.* 2. Cephal. *conſ.* 29. *n.* 14. Maſcard. *de probat. conc.* 1214. *n.* 68. Gratian. *dec. Marchiæ* 15. *n.* 12. Thomat. *dec. March.* 44. *n.* 2, Joſeph. Ludov. *deciſ. Lucen.* 31. *n.* 18. & fuit dictum in *Spoletana Salviani* 3. *Junii* 1639. *coram R. P. D. meo Merlino*; cum ante dictum temporis ſpatium non poſſit conſiderari aliqua + negligentia aut mora in Creditore, in cujus pœnam talis præſcriptio eſt fundata, & ſine quibus præſcriptio non habet locum, Anchar. *in cap. poſſeſſor n.* 4. *reg. jur.* Surd. *dec.* 236. *n.* 4. Chaſſan. *in conſuetud. Burg. rubr.* 11. *de cenſ.* §. 2. *n.* 37. Foller. *de cenſ. verbo, hujuſmodi n.* 95. Conc. *de cenſ. quæſt.* 98. *n.* 49. & 50. Rota *dec.* 407. *n.* 16. *part.* 5. *recentior.* Quamvis Uberti emerint bona, de quibus agitur uſque ab anno 1613. & contra eos fuerit actum in Salviano, ut poſſeſſores de anno 1633. propterea + eos eſſe tutos ab hypotheca, nec eſſe amplius moleſtandos, cùm non tantum bona poſſederint ſpatio, decem verùm etiam 20. annorum nihil facit, quia cùm uſque ad annum 1615. fructus fuerint ſoluti per Joan. Vincentium principalem debitorem, ab inde de anno 1623. fuit actum pro ſolutione fructuum & reportatum mandatum executivum de anno 1624. coram A. C. quo tempore nondum effluxerunt anni decem requiſiti ad præſcriptionem inducendam ex prædictis, & ſucceſſivè de anno 1629. Fucci ſolverant hoc debitum cum reportatione jurium propterea benè fuiſſe intentatum Salvianum de anno 1633. Nec Fuccis obſtare præſcriptionem, quia tempore quo fructus ſolvebantur à dicto Joan. Vincentio Vitellio principali debitore non poterat agere Floridus de Libellis Dominus cenſus, nec ſua jura experiri contra tertios poſſeſſores; ideò nulla ei currebat præſcriptio. Chaſſaneus *in conſuet. Burgund. rubr.* 11. *de cenſ.* §. 2 *à n.* 37. *verſ. dicuntur, cum ſeq.* Foller. *in præx. cenſual. verbo, hujuſmodi n.* 95. Conc. *de cenſ. q.* 98. *n.* 49. & 50. Cevall. *in ſpecul. com. contr. q.* 3. *num.* 9. & 10. & dixit Rota *part.* 5. *recent. dec.* 407. *n.* 15.

Nec ex eo quòd dictus Floridus de Libellis de anno 1624. reportavit mandatum pro ſolutione fructuum dicti cenſus pro annis pluſquam decem venit dicendum + fuiſſe elapſos integros decem annos, & conſequenter completam præſcriptionem decennalem, quia cùm conſtet pro annis 1613. & 1615. fuiſſe ſolutam aliquam partem fructuum, quamvis non integros fructus, prout de tali ſolutione dictum fuit per quietantias quamvis cantantes ad bonum † computum dictorum annorum per ſolutionem partis fructuum eorundem annorum remanet interrupta talis præſcriptio decennalis, ut per Foller. *in præxi cenſual verbo hujuſmodi. num.* 93. *fol.* 181. Rot. *in Romana Dotis, & legati* 15. *Jan.* 1610. *coram Manzanedo jux. l. cum notiſſima. & de quibus C. de præſc.* 30. *ann.* Natt. *conſ.* 402. *n.* 64.

Præterea cenſuerunt Domini non intrare præſcriptionem, quia ultra ceſſationem decennalem requiritur etiam quòd Creditor ſciat alienationem bonorum factam fuiſſe in tertium, quod hic deficit. + Unde contra ignorantem agere non valentem, non poterat currere præſcriptio, quia in eo ceſſabat negligentia, in qua fundatur præſcriptio + & cùm agat de facto alieno, ignorantia præſumitur, *l. verius ff. de probat. Div. in cap. præſumitur de reg. jur. in* 6. & in his terminis firmant Chaſſan. *in conſuetud. Burgun. rubric.* 11. §. 2. *num.* 44. qui in fine *d. gloſſ.* refert ita ſecundum ſuam opinionem fuiſſe judicatum, Foller. *in prax. cenſual. verbo, hujuſmodi ſub n.* 95. *verſ. item quarto facit*, Rodrig. *de ann. reddit. l.* 2. *quæſt.* 9. *ſub n.* 65. Thomat. *dec. Maceraten.* 44. *n.* 26. & *ſeqq* ubi quòd ſcientia requiritur in quacumque præſcriptione jurium, & illa eſt probanda, Rot. *dec.* 407. *n.* 18. *part.* 5. *rec.* & fuit dictum in *Spoletana Salviani* 3. *Julii* 1639. cor. R. P. D. meo Merlino.

Maximè cum agatur de materia præſcriptionis fatis odioſa, & ſemper quando poteſt evitanda, & *quantum fieri poteſt*, reſervanda, ex traditis per Angel. *in l. g.* 1. *Cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annorum dec. conſ.* 68 *ſub*

sub n. 5. versic. sed tamen. Decian. *consil.* 108. *n.* 28. & sæpius firmavit Rot. *dec.* 304. *n.* 2. *in fin. part.* 1. *recent. & coram bon. mem.* Buratto, *dec.* 457 *in fin.* cum aliis latè congestis per *R. P. D. meum Merlinum in Spoletana Salvian.* 3. *Junii* 1639.

Et ita resolutum utraque parte informante, &c.

R. P. D. CERRO.

Sacræ Rotæ Decano.

Leodien. Modiorum Speltæ.

Lunæ 1. *Martii* 1641.

ARGUMENTUM.

Contractus, quod sit Emphyteuticus ex quibus tutò arguatur. Dominus directus, sicuti invitus cogi non potest ad vendendum emphyteutæ jus directum, ita cogi nequit emphyteuta vendere Domino dominium utile. Census in dubio judicatur irredimibilis.

SUMMARIUM.

1 *Contractus essentia regulariter declaratur ex verbis.*
2 *Modicitas annuæ præstationis arguit contractum esse emphyteuticum.*
3 *Contractum esse emphyteuticum, ex quo pacto argui possit.*
4 *Emphyteuta cogi non potest ad redimendam suam annuam præstationem.*
5 *Dominus directus cogi non potest invitus ad vendendum emphyteutæ directum dominium.*
6 *Census in dubio judicatur irredimibilis.*
7 *Census antiquissimis illis temporibus ante Bullam Pii V. de censibus frequentissimè erant irredimibiles.*
8 *Census ex quo arguatur quod fuerit irredimibilis.*
9 *Census si fuerit constitutus in perpetuum absque ulla præfinitione temporis, arguitur quod sit irredimibilis.*
10 *Dominus directus aliud est, quod titulo venditionis directum Dominium, vel annuam præstationem cedat.*
11 *Et aliud est, quòd debitor canonis det facultatem redimendi, seque in posterum liberandi ab annua præstatione.*
12 *Illatio non fit ad diversa.*

DECISIO CXXII.

SEntentias de partibus condemnantes Abbatem Ecclesiæ Vallis Sanct. Lamberti ad admittendam redemptionem annuæ præstationis 24. modiorum Speltæ quam Ludovicus Marsilion hodie solvit dictæ Ecclesiæ dixerunt DD. tanquam injustas esse infirmandas, cùm Abbas nullatenus astringi posset ad hujusmodi redemptionem admittendam, sive contractus, de quo agitur, judicetur emphyteuticus, sive censualis.

1 Si enim judicatur emphyteuticus, ut videntur suadere tunc verba contrahentium ibi in emphyteusim perpetuam, ex quibus regulariter essentia contractus declaratur, *ut ex l. qui fundum, §. qui agrum, vers. fundi venditor, ff. de contrahen. empt.* tradunt in proposito *Natt. cons.* 49. *n.* 13. *post med. vers. tamen præmissis & cons.* 164. *n.* Decian. *respons.* 2. *n.* 62. *lib.* 2. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 105. *n.* 1. & 2. Tum modicitas præstationis respectu bonorum, quæ nedum
2 numero plura recensentur in instrumento concessionis factæ usque ab anno 1394. Sed etiam à qualitatibus expressis liquet esse magni valoris, ex qua modicitate tractum præsumi emphyteuticum advertunt Speculat. *tit. de emphyteut. §. nunc aliquo, n.* 2. *vers.* 2. *quæritur. Jas. in l.* 1. *n.* 31. *C. de jur. emphyt.* Bald. *in cap. litteræ n.* 3. *extrà de dilat.* Ruin. *cons.* 161. *n.* 22. *l.* 1. Barbat. *cons.* 14. *n.* 35. & *seq.* Ubi quod ita pluries, & vidit judicari, & *alii alleg. per* Menoch. *ubi supra de præsumpt.* 104. *n.* 5. & *sequent.* Juncto præsertim pacto opposito in d. instrumento, quod in casum moræ in solvendo
3 dictam præstationem possent † Joanna quæ concessionem facit, & ab ea causam habente redire, & manus apponere ad prædicta bona uti propria, ex quo etiam contractum judicandum esse emphyteuticum firmant. Dec. *cons.* 138. *n.* 7. *vers. secundo personaliter.* Brunor. à Sole *quæst. legal.* 5. *n.* 15. Roder. *de ann. redd. lib.* 2.
4 *quæst.* 22. *n.* 11. Utique Abbas cogi † non poterat ad admittendam redemptionem hujusmodi præstationis
5 debitæ ex causa emphyteusis, quia aliàs dominus directus cogeretur † invitus ad vendendum emphyteutæ directum dominium contra *l. invitum* 11. & *l. dudum.* 11. *de contrah. empt.* quas probavit Rota *in recent. decis.* 372. *n.* 1. *part.* 1.

Quatenus verò ex verbis, & pactis appositus in dicto instrumento & in aliis quæ dantur in summario possit judicari censualis, prout multis rationibus unus ex DD. deducebat, nihilominus dicta præstatio erat irredimibilis uti debita pro censu reservativo antiquissimo
6 longè ante Bullam san. mem. Pii V. † qui in dubio irredimibilis judicatur, ut tradunt Covar. *var. resolut. ca.* 10. *n.* 5. *vers. primum illud, & vers.* 3. *deprehendi potest, & versic. quarto, quoties l.* 3. quem referunt & sequuntur Boccac. *de censibus part.* 2. *n.* 188. Roder. *de annuis redditibus, lib.* 1. *quæst.* 15. *n.* 23. & Molin. *de contract. disp.* 182. *n.* 2. *vers. secundus contractus*, & plene, ac distinctè Avendan. *de censibus Hispan. cap.* 14. *n.* 6. Quem sequitur novissimè multis argumentis confirmans hanc opinionem Duard. *de censib. in proœm. quæst.* 19. *n.* 3. & *seq.* Eaque affertur ratio,
7 † quia antiquissimis illis temporibus istorum censuum irredimibilium usus erat frequentissimus, unde tales præsumendi sunt, ut ex Paris. *cons.* 52. *n.* 44. & *cons.* 13. *n.* 29. *lib.* 1. & Cald. *de empt. l.* 3. 11. *n.* 11. tradit. Grat. *discept. forens. cap.* 985. *n.* 12. & firmavit Rota *in Romana census* 9. *Dec.* 1621. *coram bon. mem. Card. Verospio, quæ est dec.* 394. *n.* 1. & 2. post Cenc. *de censib. secundum Modern. impress. Taurinen.* Ponderando
8 præsertim in casu nostro illud verbum † in perpetuum, quod denotat censum fuisse constitutum sine ulla præ-
9 finitione temporis, † eumque semper duraturum *l. pure §. fin. ff. de dol. except.* Cald. *cons.* 17. *de verb. signific.* & in puncto Bald. *cons.* 372. *sub n.* 2. *lib.* 4. & Rota *in dicta Romana Census n.* 1.

Nec ex eo quòd Joannes de Liers, & ejus filia alteri vendiderint hujusmodi † præstationem, illa videtur
10 effecta redimibilis, nam aliud est, quod Dominus titulo venditionis in aliud transferat suum directum dominium, vel annuam præstationem sibi debitam, aliud
11 verò quod debitori † canonis emphyteutici, vel censûs reservativi det facultatem redimendi; seque in posterum liberandi ab eorum præstatione, quia hæc nihil habent commune inter se, ut patet ad sensum, ideoque intrat vulgata reg. *l. Papinianus ff. de minor.* quod
12 ex diversis non fit illatio.

Et ita resolutum informante tantum Abbate.

R. P. D. ROYAS,

Postea Episcopo Tarracon.

Romana Pecuniaria.

Martis 29. *Maii* 1641.

ARGUMENTUM.

Debitor cambii si fuerit citatus ad docendum de

de remissa, dum de eâ non fuerit doctum, rectè contra eundem relaxatur mandatum. Auditor Cameræ inter & contra Mercatores, procedit uti Princeps.

SUMMARIUM.

1 *Sententiæ validitas colligitur ex revolutione actorum.*
2 *Jura ab aliquo producta plenè contra eundem probant.*
3 *Ad mandati relaxationem quando bene dicatur deventum.*
4 *Auditor Cameræ potest procedere inter, & contra Mercatores Curiæ usque ad quamcumque summam de plano, & sine figura judicii.*
5 *Inter Mercatores auditor Cameræ potest procedere executivè manu Regiâ, & sola facti veritate inspectâ.*
6 *Judex quando possit procedere, uti Princeps. Clausulæ manu Regiâ, & solâ facti veritate inspectâ quid important, n. 5. & 6.*
7 *Inter Mercatores Judex procedere debet ex bono & æquo.*
8 *Vendens habitâ fide de pretio quis conveniri non potest, nisi prius discussis emptoribus: limitat. n. 10.*
9 *Litteras Cambii transmittere ad nundinas quid sit.*
10 *Debitor principalis, quando quis efficiatur suscipiens in se nomina debitorum.*
11 *Mercatorum fidei, concernenti eorum professionem multum deferendum venit.*
12 *Clausula, sine præjudicio, præservat præjudicium in non expressis.*

DECISIO CXXIII.

DIxerunt hodie Domini mandatum ab A C. relaxatum pro scutis auri marcarum 612. contra Antonium de Federinghis debitorem Jacobi Brigoni esse exequen. uti validum, & justum: De validitate constat † ex revolutione actorum, in quibus leguntur omnes citationes necessariæ in hoc judicio, Varel. *dec.* 260. *part.* 2. Durand. *dec.* 310. *n.* 1.

Justitia verò desumpta fuit, ex eo quia Federighius præfatus scripsit d. Brigono sub die 1. Decembris præteriti se remisisse dd. pecuniarum summam Procuratori Christophori Brigoni ad proximas Nundinas Apparitionis Placentiæ, hocque pro aliis scutis 910. monetæ de quibus per *conto soldo* dederat creditum D. Jacobo, nec non ex adnotatione facta in propriis libris ejusdem Antonii de Federinghis, ex quibus omnibus benè remanet probatum creditum Brigoni præsertim, cùm fuerint ab eodem Antonio producti, † quæ ideò contra eum plenè probant Rota *in recent. decis.* 120. *n.* 4. *part.* 1. & 2. *decis.* 2. *n.* 1. & 142. *n.* 3. Greg. XV. *decis.* 138. *n.* 4. ubi addit. *n.* 15. Durand. *decis.* 185. *n.* 17. qua propter cùm D. Antonius fuerit conventus coram A. C. ad docendum de remissa, & de ea non fuerit doctum, † utique fuit benè deventum ad relaxationem mandati, ut in similibus terminis firmat Scacc. *de camb.* §. 7. *gl.* 4. *n.* 1.

Nec obstat quod fuerit actum sine obligatione Camerali, & absque litteris Cambii, pro quibus tantummodò executivè procedi solet: fuit enim respònsum A. C. benè potuisse executivè in hoc casu procedere per ampliſſimas facultates, quas habet in negotiis spectantibus ad Mercatores, ut in ejus facultatibus impressis post Salustium Tiber. *in prax. num.* 19. ubi expresse dicitur † Auditorem Cameræ posse procedere inter, & contra Mercatores Curiæ usque ad quamcumque summam summariè, simpliciter, & de plano sine strepitu & figura judicii, † sola facti veritate inspecta, & manu Regia, quæ clausulæ remittunt solemnitates juris, Dec. *in cap. Pastoralis, n.* 17. *de appellat.* Oldrad. *conſ.* 115. Hond. *conſ.* 49. *n.* 32. *l.* 1. Cravet. *ad vestr. lib.* 5. *cap.* 1. *n.* 6. Mart. *de clauſ. part.* 1. *clauſ.* 80. Scacc. *de appellat. quæst.* 161. *limit.* 1. *n.* 76. Rot. *dec.* 446. *n.* 1. *part.* 2. *recent.* & *part.* 5. *dec.* 120. *nu.* 1. & operantur † ut Judex possit procedere uti Princeps. Mandos. *conſ.* 65. *num.* 10. & *conſ.* 96. *col.* 1. Gratian. *decis. March.* 68. *n.* 5. Jason. *in* §. *bonæ fidei, inſtit. de action. n.* 45. Brun. *de cess. bon. quæst.* 36. *in* 4. *quæst. princ. n.* 6. cum aliis per Gratian. *d. decis.* 68. *n.* 2. cum inter † Mercatores procedatur de bono & æquo, Menoch. *de arbitr. q.* 51. *n.* 396. Thes. *dec.* 166. *n.* 7. Franch. *dec.* 303. *n.* 3. Rota Januen. *dec.* 23. *n.* 15. & *p.* 1. *dec.* 641. *in fin.* & *par.* 5. *dec.* 395. *n.* 12.

Minus obstat, quod D. Antonius de Federighis sit debitor prædictæ summæ occasione mercium transmissarum ad effectum vendendi, † quæ successivè fuerunt venditæ diversis personis habita fide de pretio, & consequenter illum non esse conveniendum, non discussis prius emptoribus.

Fuit enim dupliciter respònsum. Primò, debitum præfatum scut. 612. auri marcarum bene provenire ex litteris Cambii cum D. Antonius debitum de quo agitur pro tali recognoverit, dum dixit, quod pro eo extinguendo transmiserat ad nundinas Placentiæ litteras continentes proprii debiti solutionem, transmittere † autem litteras hoc modo nihil aliud importat, quàm transmissionem litterarum cambii pro solutione faciendа; ita Navar. *consil.* 31 *l.* 6. *de usur.* Alex. Rand. *in opus super banco S. Ambrosii n.* 37. Rota Januen. *dec.* 1. *per tot. præsertim, n.* 10. & 11.

Secundò, respònsum fuit, quod dum Antonius & Brigonus convenerunt, *del stare del credere*, suscipiendo dictum Antonium duplicatam provisionem, hoc casu non esse deveniendum ad excussionem eorum, qui merces emerunt, sed eundem Antonium esse reputandum † principalem debitorem, & in se successisse nomina debitorum. Scacc. *de camb.* §. 3. *num.* 6. & hoc verbo *del stare del credere est decis.* 120. *part.* 5. *recent.* ulterius data fuit fides Mercatorum attestantium hæc verba importare, quod Mercatores teneantur post acceptam duplicatam provisionem ac conventionem *del stare del credere* maturatis paghis mercium venditarum transmittere pecunias retractas, quamvis non † exactas, & de proprio absque ulla debitoris excussione, quibus plurimùm in hac materiâ esse deferendum dixit Bald. *conſ.* 40. *n.* 10. *lib.* 5. Socc. Jun. *conſ.* 27. *n.* 22. *lib.* 2. Greg. XV. *dec.* 126. *n.* 2. & 7. Durand. *dec.* 368. *n.* 12.

Ultimò non obstat quòd in Epistola dicti Antonii adsint illa verba *senza pregiudicio*, quia dicta verba benè † præservant præjudicium in aliis non autem expressis, ita Oldrad. *conſ.* 330. *n.* 9. *in fin.* Gratian. *discept.* 867. *n.* 10. Mant. *de clauſ. part.* 1. *clauſ.* 142. *n.* 2.

Et ita resolutum, utraque parte informante.

R. P. D. CARILLO,

Postea Præside Vallisoletano.

Bononien. Pecuniaria.

Lunæ 5. *Junii* 1641.

ARGUMENTUM.

Nomen debitoris cessi cum promissione exigibilitatis, ut inexigibile probetur, sufficiunt diligentiæ executorum, unà cum citatione facta contra cedentem ad judicandum bona debitoris. Instrumentum illud attenditur, quod magis præcisè loquitur, & clarius, ubi alterum per extensum, alterum verò solum per Abacum summam in eo contentam specificat.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Inexigibilitas debitoris cessi probatur ex mandato contra eum relaxato, quod exequi non potuit propter legitima impedimenta.*
Quinimò ex citationibus factis contra cedentem ad judicandum bona debitoris, ibid.
2 *Inexigibilitatem ad probandam quoties agitur vigore obligationis de manutenendo nomen debitori exigibile.*
Sufficiunt diligentiæ executorum, & citationes pro indicatione bonorum, nec formalis requiritur excussio, ibid.
3 *Inexigibilitas debitoris probatur ex cessione bonorum per eum facta.*
Excussio non requiritur, ubi notoriè apparet de inexigibilitate debitoris, ib.
4 *Bona æstimantur ad rationem quinque pro centenario.*
5 *Instrumentum extractum à substituto Notarii causæ plene probat etiam sine citatione partis.*
6 *Instrumentum si alterum summam per extensum specificet, alterum verò illam per abacum enunciet magis, attenditur quod per extensum loquitur.*
Instrumentum illud attendi debet, quod clarius loquitur; ibid.
7 *Instrumenta ubi duo sunt, quorum alterum ab alio discrepat, statur pleniori.*

DECISIO CXXIV.

JOannes Cecchellus duo credita ascendentia ad libras 5300. quæ habebat contra Petrum de Funis, & Joannem de Zamettis cessit cum promissione exigibilitatis D. Marchionis Fontanæ qui eadem nomina debitorum sic cessa denuò cessit Emilio de Sartis cum simili promissione exigibilitatis; sed quia dictus Emilius Cessionarius nihil consequi potuit à debitoribus cessis, nec è Cecchello cedente, Semidea ejusdem D. Emilii filia & hæres judicium contra D. Marchionem instituit vigore obligationis per ipsum factæ de manutenendo Cecchellum exigibilem, & devoluta in gradum appellationis causa ad Rotam, mihique commissa dubitavi; An constet de exigibilitate Joannis Cecchelli, quæ suffragetur D. Semideæ, & affirmativè fuit responsum.

Quando quidem in Summario ejusdem Semideæ apparet contra D. Cecchellum fuisse relaxatum mandatum, & non potuisse exequi ob inhibitionem & decretum visitæ gratiosæ Civitatis Bononiæ, quæ mandaverit eundem Cecchellum non molestari neque realiter, neque personaliter, attenta cessione bonorum per ipsum facta Creditoribus, prout constat ex relationibus
1 Executorum, † & ulterius dantur citationes contra dictum Marchionem ad judicandum bona debitoris super quibus fieri posset executio, qui sunt boni modi probandi inexigibilitatem, juxta theoricam Gloss. *in l. à Divo Pio, §. in venditione verb. capiantur, ff. de re judic.* Quam sequuntur Angel. Imol. Pacian. & alii plures relati per Ciriac. *in contr.* 5. *à n.* 142. *usque ad n.* 147.

Nec erat necessaria formalis excussio citato ipso Marchione: quia dum agitur vigore obligationis de
2 manutenendo nomen debitoris exigibile sufficiunt † prædictæ diligentiæ Exequutorum & citationes pro inclinatione bonorum Aretin. *§. si quis in fraudem n.* 13. *instit. de action.* Papien. *in inform. resp. libel. in action. hypothec. verb. exceptionem Excussionis n.* 17. Thomat. *d.* 61. *n.* 10. *&* 11 *cum seq. facit dec. Forolivien. cessionis census* 29. *Maii* 1626. *coram bon. mem. Patriarcha Maranedo*; præsertim cùm ex decreto Visitæ emanato vigore cessionis bonorum notoria facta fuisset inexigibilitas Cecchelli, † qua notorietate stante opus non erat ulteriorem facere excussionem Bald. *in cons.* 198. *lib.* 1. Roland. *cons.* 9. *n.* 20. *lib.* 1. Negusant. *de pig. part.* 8. *membr.* 1. *n.* 14. Corn. *consil.* 46. *col. pen. lib.* 2. Joseph. Ludov. *decis. Perus.* 45. *n.* 15.

Non obstat quod in indicationibus, & Decretis Visitæ enuncientur plura bona anni redditus librarum 3000. † quorum proprietas æstima ad rationem quinque 4
pro centenario *juxta gloss. final. in auth. perpetua de Sacr. dec. sanct. Eccles.* ascendat ad libras 60. mil. circiter, Credita autem pro quibus bona prædicta fuerant assignata non excedant libras 26. mille & sic dicta Semidea potuerit se satisfieri procurando subhastationem dictorum bonorum.

Qui non subsistit quòd Credita prædicta sint in libris 26. mill. sed benè in scutis 26. mill. ut legitur in instrumento originali producto pro parte dictæ Semideæ duabus ab hinc mensibus parte citata, † quod plenè 5
probat, uti extractum à substituto Actuarii causæ licet absque citatione partis, *juxta Greg. VX.* 59. *n.* 4. ubi aliæ plures Rotæ decisiones concordantes cumulantur, quo supposito in facto certum est quod nec redditus librar. 3000. nec proprietas ad rationem quinque pro centenario ejusdem redditus satis fuisset pro solvendis dd. scut. 26000.

Nec releva instrumentum pro parte d. D. Marchionis productum loquens de libris per abacum, quoniam visum fuit Dominis magis standum † esse alteri instru- 6
mento loquenti per extensum tam ex eo quod clarius loquitur, ad notata per Rotam Januen. *in dec.* 96. *n.* 1. 2. *&* 3. quàm etiam quia plus continet, quando autem 7
duo adsunt instrumenta, quorum alterum ab alio discrepat, statur pleniori, ut tenet Alex. *in cons.* 105. *n.* 3. *lib.* 2. *arg. l. si ita scriptum fuerit* 67. *ff. de hæred. inst. & l. si quis ex argentariis §. si initium. ff. de edend.*

Et ita utraque, &c.

R. P. D. ROYAS,

Episcopo Tarracon.

Romana Domorum.

Lunæ 9. *Decembris* 1641.

ARGUMENTUM.

Dominium directum ad effectum caducitatis ad probandum, instrumenta locationum, solutionum, aliæque confessiones, & adminicula nullius sunt roboris, & momenti. Emptor rei emphyteuticæ, qui se obligavit assensum Domini impetrare, quem postea neglexit, si exinde caducitatem incurrit, non potest evictionem prætendere.

SUMMARIUM.

1 *Restitutio in integrum conceditur stante injustitia sententiæ, qualiscumque illa sit etiam non notoria.*
2 *Tribunalia suprema revocant sententias ubi in actis constat de illorum injustitia.*
3 *Devolutioni locus esse non potest, nec identitate rei devolutæ, nec directo probato dominio.*
4 *Devolutionis in casu ad probandum dominium directum, ac identitatem rei devolutæ non sufficiunt locationis, solutionis, aliæque confessiones & adminicula.*
5 *Caducitas non intrat in locatione.*
6 *Consensus Domini directi reservatus cum clausula quatenus requireretur, & non aliàs, non præjudicat naturæ locationis.*
Sed imò tutetur ab omni præjudicio, ib.
7 *Evictio ut alicui præjudicet, debent illi intimari molestia.*

8 *Mo-*

8 *Molestiæ intimatæ procuratori non legitimo, non habentur in aliqua consideratione.*

9 *Emptor qui assensum Domini directi impetrare tenebatur, si illum non impetravit, ac proinde res ipsi fuerit evicta, non potest agere de evictione, & n.* 12.

10 *Caducitati locus esse solet ex alienationibus irrequisito Domino factis, & sine solutione laudemii.*

11 *Alienatio rei emphyteuticæ facta, ex causa necessaria, qualis est assignatio dotis, non requirit consensum Domini directi, nec illi solvitur laudemium.*

12 *Evictionem prætendere non potest, qui fuit causa evictionis & supra n.* 9.

13 *Venditione facta rei emphytheuticæ cum clausula* Salvo assensu, & non alias, &c. *non dicatur incursa caducitas, quamvis ad traditionem fuerit deventum & n.* 14.

DECISIO CXXV.

STeterunt hodie Domini in decisis coram me sub die 22. Junii 1640. in qua dictum fuit constare de
1 causis restitutionis in integrum ad favorem Alphonsi Ferii, illis potissimum fundamentis, desumptis ex injustitia sententiæ Vicarii urbis contra Alphonsum latæ, quæ sufficit ad hunc effectum qualiscumque sit, etiam non notoria Cæs. de Graff. *decis.* 10. *numer.* 12. *de sent. ac re judic.* Seraph. *decis.* 251. Caputaq. *decis.* 94. *part.* 3. Rota *in recent. decis.* 492. *n.* 1. *p.* 1. & 307. *n.* 1. *p.* 2. & fuit dictum *in Arim. fideicommiss.* 24. *Martii* 1640. *coram R. P. D. meo Cerro.*
2 præsertim in supremis Tribunalibus, in quibus sententiæ † revocantur, ubi in actis de industria constat, ut per Guid. Pap. *dec.* 215. *n.* 7. & 368. Cæs. de Grass. & Seraphin. *ubi proxime.*

3 In præsenti illa desumpta fuit ex pluribus; Primo quia non fuit probatum vineam permutatam ab Alphonso cum domibus Horatii Colutii extare sub directo do-
4 minio Monialium, nec † identitatem ejusdem, quibus deficientibus devolutioni locus esse non poterat. Sarmien. *de redd. Eccles. part.* 3. *c.* 2. 23. & 24. Caputaq. *decis.* 280. *part.* 1. *numer.* 1. & 5. ubi quod tali casu non sufficiunt instrumenta locationum, solutiones aliæque confessiones, & adminicula Seraph. *decis.* 1453. *num.* 1. & *in Portuen. Stagni* 29. *Junii* 1637. *coram R. P. Dom. meo Panzirolo*, & *in Perusina emphyteusis* 13. *Feb.* 1640. *coram R. P. D. meo Dunozet.* quamvis de novo fuerit adducta quædam re-
5 levatio facta per Bartholomæum. Perinum usque de anno 1571. in qua fatentur se retinere in locationem à Monialibus Sancti Cosmatis petias sexdecim terreni, &c. attamen dicta revelatio non probat bona controversa esse emphyteutica, imò ea potius remanet exclusa, dum revelatio loquitur de locatione, in qua non intrat caducitas Seraph. *decis.* 286. *n.* 5. *usque ad* 16. & 288. *per totam.*

6 Nec obstat reservatio consensus Monialium in venditione secuta de anno 1590. quia fuit animadversum non legi simpliciter reservatum, sed cum clausula *quatenus requireretur, & non aliàs, &c.* non inde præjudicat propriæ naturæ locationis, sed imò tuetur ab omni præjudicio Surd. *consil.* 86. *n.* 10. Seraph. *d.* 107. *n.* 7. Grat. *dis.* 926. *n.* 5. *p.* 6. *rec. d.* 110. *n.* 13. & 14.

Secundò quia evictio vineæ secuta non potuit nocere dicto Alphonso, cùm ei non fuerint intimatæ molestiæ
7 † prout erat necesse Pip. *in cap. cum M. Ferrarien. nu.* 162. *de cons.* Rota *dec.* 388. *n.* 2. *part.* 3. *recent.* cum aliis in decisione hodie confirmata, & quamvis habentes causam à Colutio contenderent intimationem fuisse secutam, attamen sufficienter constitit istam fuisse factam
8 Joanni Dominico Belgio, † qui non erat legitimus procurator Alphonsi, nec inde fuit habita in consideratione uti non legitimè executa.

Tertiò, dicebant Domini inconcussum remanere fundamentum, quod evictio fuerit secuta culpam Colutii, nam si vinea fortasse esset sub proprietate Monasterii, ad Colutium tamen spectabat impetrare consensum Monialium ex peculiari conventione. Unde si Colutius neglexit consensum impetrare, prout tenebatur propriis sumptibus non inde valebat † agere ad evictionem cui 9
ipse dederat causam, non curando assensum illius, Azo *in l. Sicomen. C. de evict.* Surd. *cons.* 15. *n.* 24. Rota *in Romana Societatis officii* 4. *Januarii* 1594. *cor. Corduba & part.* 5. *rec. dec.* 337. *n.* 16.

Minus obstare dicebant Domini quòd devolutio intentata per Moniales fuerit prætensa ob alias alienationes prius secutas, & primò ob alienationem factam à Portia Domina utili in Joannem Baptistam Guidum ejus primum virum; secundo, in Alphonsum dum cum eo transivit ad secunda vota, & tertio, in Colutium semper absque solutione Laudemii ac consensu Monialium, ex quibus alienationibus sic secutis † factum fuisse locum caducitati 10
juxta *l. fin C. de jur. emph. cap. potuit de locat.* Inde ex istis esse præsumendum fuisse intimatam caducitatem, fuit tamen replicatum prætatas primas alienationes per Portiam factas fuisse ex causa assignationis dotis, & sic ex causa necessaria, † quo casu non requiritur consen- 11
sus Domini directi, nec solvitur laudemium *in §. emphyteus. in auth. de non alien.* Alex. *consil.* 173. *lib.* 2. Jas. *in l. fin. C. de jur. emphyt. nu.* 107. Cephal. *consil.* 59. *n.* 33. *lib.* 1. cum aliis per Cald. *de jure emph. l.* 4. *cap.* 16. *n.* 21. & 22. Nec venit dicendum devolutionem fuisse intentatam ex d. causa, quod fuerit vinea data in dotem, dum ex ea non fuit incursa caducitas sed benè ex alienatione facta in Colutium, cui ille dederat causam non impetrando assensum Monialium, ut dictum est sibi imputandum venit. † Nec valet agere ad evictionem, *l.* 12
si mancipium in princip. ff. de evict. Corn. *cons.* 326. *vol.* 1. Surd. *d. n.* 1. & *p.* 5. *rec. d.* 337. *n.* 16.

Demum non obstat quod ultima permutatio fuerit facta ab Alphonso in Colutium cum reservatione consensus Monialium, qui non legitur impetratus, fuit tamen responsum in permutatione legi etiam clausulas *& non aliàs, aliter nec alio modo*, &c. quæ operantur ut venditio non censeantur facta non adhibito consensu, nec ideò fuisse incursam caducitatem quamvis fuerit devenum ad traditionem rei ante impetratum consensum Rimin. jun. *cons.* 185. *n.* 57. Corb. *in tit. de caus. privat. ob alien. lim.* 37. Grammat. *d.* 163. Clar. *in §. emphyteus. quæst.* 13. *n.* 5. Rota *in Romana vinearum, &c. Junii* 1639. *coram R. P. D. meo Carillo*, postea confirmata sub die 27. Novembris præteriti, & duo dicta verba *& non aliàs*, &c. † faciunt deducere partium consensum, 13
ita ut nihil egisse videatur, nisi Domini consensus accesserit, Curt. Sen. *cons.* 8. *n.* 4. Corad. *cons.* .. *n.* 2 .. Jas. *cons.* 86. *n.* 16. *lib.* 3. Cephal. *cons.* 118. *n.* 13. cum aliis per Marescod. *var. lib.* 1. *c.* 78. *n.* 3. Inde restitutio in integrum venit concedenda.

Et ita resolutum utraque parte informante, &c.

R. P. D. ROYAS,

Postea Episcopo Terracon.

Maceraten. Census.

Veneris 21. *Junii* 1647.

ARGUMENTUM.

Apocha penes aliquem existens cum aliqua adnotatione à tergo illius qui per antea dicit ea adnotatione caruisse probare debet. Simulatio scripturæ matrimonialis factæ in majori summa & quantitate pro matrimonii honorificentia ex quibus deducatur.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Observantia veritatem demonstrat.*
2 *Administrator censetur dotasse de bonis administratis.*
3 *Non probatur hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.*
4 *Scriptura penes aliquem existens cum aliqua adnotatione, semper eadem adnotatione, penes illum extitisse præsumitur, dum de statu præcedenti contrario non constat.*
5 *Probabilitas valdè urget ad præsumptionem inducendam.*
6 *Confessio simpliciter loquens, recipit declarationem ex verbis præcedentibus, & subsequentibus.*
7 *Copulativæ orationis una pars declarat alteram.*
8 *Articuli inserti in instrumento dicuntur pars illius.*
9 *Confessio facta in capitulis in instrumento jurato contentis, & ipsa jurata dicitur.*
10 *Præsentia in actu stipulationis instrumenti arguitur ex verbis illius.*
11 *Calculus erroneus non habetur in consideratione.*
12 *Verba quæ aliter verificari non possunt, eam admittunt intelligentiam, quæ illis adaptatur.*

DECISIO CXXVI.

PLacuerunt hodie Dominis fundamenta decisionis in hac causa factæ sub die 25. Februarii præteriti in qua fuit resolutum Decretum Rotale esse infirmandum, & sic depositum consignandum Cæsari, ex quo dos primi Matrimonii Hieronymæ realiter fuit scutorum 3190. licèt apocha ab ea producta cantet pro scutis 4000. cum expressio in majori summa facta fuerit ad honorificentiam, & ad pompam, præsertim stante adnotatione à tergo apochæ per illa verba, *Nota chè questo scritto non si deve rendere se non ci è il consenso di Geronyma, Ludovico, e Mario, & all' incontro di Messer Gtoseppe, e Messer Cessare Ridolfini, altrimente ci rimetteriano della conscientia dell' honore, e della robba*, ex quibus verbis apocham esse simulatam deductum fuit, maximè quia primus maritus Hieronymæ erat vir Pompaliæ,, & in loco aderat consuetudo conficiendi similes apochas; ad matrimonii honorificentiam accedit etiam quod apocha nunquam fuit consignata Hieronymæ de cujus interesse principaliter agetur, sed semper fuit retenta tàm à Vincentio quàm à Ludovico ejus fratre, † ac hærede, ex qua observantia benè desumitur veritas ipsius adnotationis Surd. *consilio* 262. *num.* 26. Gratian. *discept.* 951. *num.* 8. & demum concurrunt sex illæ conjecturæ in decisionem ponderatæ, quæ Dominis hodie placuerunt ex rationibus in ea deductis. 1

Ex eo autem quòd dos constituta Hieronymæ in primis nuptiis realiter fuerit scut. 3150. sequitur, quòd dum Cæsar administrator in secundis nuptiis anno 1573. constituit eidem dotem scutorum 4800. censeatur connumerasse in dicta quantitate etiam sortem principalem census scutorum 550. dictæ Hieronymæ assignari una cum alia de bonis, ab hæredibus primi viri in concordia anni 1592..pro restitutione scutorum 400. primæ paghæ dotis, & pro complemento scutorum 1600. occasione legatorum usufructus, & aliorum sibi relictorum à primo viro. Administrator enim † censetur dotasse de bonis administratis ex Bart. *in l. uxorem* 39. §. *pater naturalis. n.* 1. *ff. de leg.* 3. Corn. *cons.* 124. *col.* 2. *vers. idem voluit. lib.* 1. *& cons.* 316. *num.* 4. *in fine l.* 4. Rota *in Romana de Cinciis* 5. *Junii* 1604. *coram Cardinale Merlino, & in Ariminem. dotis* 13. *Maii* 1624. *coram R. P. D. meo Merlino, & admittit prima decisio in hac causa facta coram R. P. D. Verospio*; ex quibus benè remansit extinctus dictus census scutorum 550. in quo Cæsar fide tusserat ex latè deductis *in decisione*, hodie confirmata *vers. nec obstat.* 2

Nec obstare dicebant Domini deducta ad excludendam existentiam dictæ adnotationis à tergo apochæ de tempore quo fuit confecta, ex eo quia in transumpto obtento per Hieronymam de anno 1620. dicta adnotatio non fuerit apposita. Quia ultra quod per dictum transumptum non † probatur hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, *l. non hoc C. unde legit.* cum vulgatis transumptum apparet extrajudicialiter ad hoc ut Hieronyma haberet copiam apochæ ejusque intererat, quod adnotatio non transumptaretur. Quinimò cum apocha originalis nunquam exiverit è manibus Vincentii mediatoris, semperque remanserit inter ejus scripturas, usque quo Hieronyma illam habuit, & in hac causa cum dicta adnotatione produxit, utique venit dicendum à principio penes illum extitisse cum eadem adnotatione eodem modo ac forma, prout in præsenti legitur, † dum non constat de statu præcedenti contrario; ut post Oldrad. & Bald. comprobant Ruin. *cons.* 143. *num.* 20. *vers. in casu autem nostro, & num.* 2.... *lib.* 5. Rota *dec.* 203. *n.* 5. *& 6. p.* 5. *res. & in Pisana Jurispatronatus* 14. *Junii* 1630. *coram bon. mem. Motmanno.* Eoque magis, quia nedum † concurrit aliqua probabilitas, Bald. in leg. si *qui n.* 4. ibi Salic. *n. C. ad Jul. de adulter.* Rota *in Illerden. Canonicatus* 14. *Februarii* 1620. *coram Patriarcha Manzanedo.* Sed etiam veritas ejus facti eluceseit ex litteris à Ludovico scriptis Passarino ejus agenti anno 1620. in quibus legitur quòd non poterat Hieronymæ consignare apocham sine consensu aliorum interesse habentium stante prædicta adnotatione à tergo facta per Vincentium ejus fratrem, eique injunxit, ut sumptam censici curaret, eique tradere, cùm nil aliud ad ejus favorem facere permissum esset; hocque etiam remanet comprobatum ex depositione dicti Passarini in vim litterarum monitorialium ut ex summario dato in responsione pro Cæsare. 3 4 5

Minus obstare dixerunt adducta per Hieronymam contra quartam conjecturam primæ decisionis, quòd confessiones factæ à Ludovico, & D. Mario ejus fratribus in instrumentis cum ipso Cæsare cantent de solutione, non de constitutione dotis florenorum 2300. constituentium scut. 3150. Nam confessio Ludovici clarè loquitur, quòd Cæsar administrator pro nubendis Sororibus præfatorum Ludovici, & Marii juxta conditionem familiæ, & qualitatem temporum fuit coactus constituere Hieronymæ pro ejus dote dictos florenos 6300. Confessio verò D. Canonici Marii, licet cantet de solutione; remanet †. tamen declarata ex præcedentibus, & subsequentibus verbis, ex quibus colligitur dotis Sororum constituere fuisse à Censore in eadem summâ persoluto. Nant. *dec.* 23. *n.* 3. Buratt. *dec* 660. *n.*1.quod comprobatur ex eo quia confessio eisdem verbis copulativè facta legitur de dote Hieronymæ, & Artemisiæ, unde cum indubitatum sit dotem Artemisiæ fuisse in summa expressa constitutam, & solutam eodem modo, in summa expessa constitutam, solutam illam Hieronymus intellexit, cùm † una pars copulativæ alteram declaret. Soccin. *in lib.* 1. *num.* 1. *ff. de rubr.* 6 7

dub. Surd. *dec.* 124. *num.* 9. & quamvis confessio facta fuerit in articulis, attamen quia articuli fuerunt exhibiti ad effectum inferendi (prout inserti fuerunt) in instrumento † dicuntur pars illius, & Seraphin. *decis.* 460. *num.* 3. & consequenter cùm in fine adsit obligatio cameralis, & juramentum continens omnia in instrumento contenta esse vera † utique confessio facta in articulis remanet per dictum juramentum comprobata, Alex. *cons.* 17. *n.* 2. *lib.* 3. Ruin. *cons.* 137. *n.* 6. *lib.* 1. Greg. XV. *dec.* 215. *n.* 2. 8 9

Neque aliquid facit responsio data contra quintam conjecturam, quòd Hieronyma tacuerit in petendis fructibus dicti census, ex quo non intervenerit in transactione anni 1592. & ignoraverit sibi cessum fuisse. Quia ultra ponderata in dicta decisione coram me facta, replicatum fuit quid in prima decis. in hac causa, ad cujus favorem emanata coram R. P. Dom. meo Verospio *vers. Cætera*, fuit firmatum se fuisse præsentem † 10

dictæ transactioni, & sic cessioni Census, ut patet ex illis verbis instrumenti, ibi, *Però adesse essa Madonna Geronima elegge, & esso Misser Odoardo Glidà*, &c. ex quibus, & aliis in dicta decisione ponderatis, non potest controverti, ejus præsentia, ac consequenter scientia cessionis Census.

Tandem non obstat calculus hodie datus per Hieronymam, ad demonstrandum quòd in consignatione secundæ dotis scutorum 4800. non fuerit comprehensus
11 census scutorum 550. Quia calculus detegitur erroneus,† & captiosus, supponit enim id de quo disputatur, videlicet quòd sors principalis dicti census non fuerit comprehensa in dicta summa scut. 4800. secundæ dotis, quod detegitur manifestè erroneum ex quo sive faciamus calculum in genere & ex supra, ac in decisione hodie confirmata ponderatis patet, quod in dicta quantitate scut. 4800. fuit comprehensa tam prima vera dos scut. 2350. quàm legata relicta Hieronymæ à primo viro constituentia scuta 600. & sic ipsum censum benè remansisse extinctum mediante compensatione, ac integrali restitutione scutor. 4800.

Sive faciamus calculum magis specificè, & appareat quòd 4. census, nempe census scutorum 550. de quo agitur, & alii tres scutorum 1050. simul constituentes scuta 1600. cessi fuerunt Hieronymæ in dicta transactione pro infra scriptis partitis scrilicet pro restitutione scutor. 400. primæ paghæ dotis solutæ primo viro, & pro scutis 160. deficientibus æstimationi legati vestium, & jocalium factæ tantummodo in scutis 440. nec non pro scutis 1000. ratione legati usufructus ab eodem primo viro sibi relicti, ac pro scut. 40. pro impensis funerum, quæ partitis simul calculatæ constituunt eandem summam scut. 1600. & propterea dum Cæsar in secundo matrimonio pro dote scutor. 4800. assignavit tam dictos tres census scutor. 1050. quàm integram primam dotem scutor. 3150. ac etiam vestes, & jocalia pro scutis 600. utique per hanc assignationem remansit extinctus dictus census scut. 550. in quo ipse fidejusserat, cum d. partitæ constituant summam scutor. 4800. in qua necessario comprehenditur pretium ejusdem census cessi Hieronymæ in transactione pro satisfactione dictorum scutorum 400. primæ dotis, & scutorum 160. pro supplemento legati vestium, & jocalium, stante præsertim, quòd dicta secunda constitutio dotis (ratificata per Hieronymam, ut in alia latè deductum fuit) facta fuit cum ea lege, quòd Hieronyma deberet esse tacita, & contenta de omni, & toto eo quod prætendere posset à fratribus, & à Cæsare patruo, quod venit intelligendum de jure competendæ Hieronymæ ex dicta transactione, in qua fuerat sibi cessus dictus Census, ex quo præter verba generalia, dicta constitutio dotis scutor. 4800. longè excedebat primam dotem, & sic verba non poterant intelligi de
12 jure ratione dotis & dabantur alia habita in dicta † transactione, nempe dicti tres Census scutorum 1050. vestes, & jocalia, unde perinde est ac si de censu fuisset pecialiter dictum, cum in alio non possit verificari. ‡Giurb. *decis* 45. *nu.* 9. Castill. *de usufruct. cap.* 39. *nu.* 29. & 30. Greg. XV. *decis.* 90. *num.* 3.

Et ita resolutum utraque parte informante, &c.

R. P. D. GHISLERIO,

Postea Episcopo Terraconen.

Romana fideicommissi de Incoronatis.

Veneris 10. *Maii* 1642.

ARGUMENTUM.

Disputatur articulus an donatio præcedens etiam cum hypotheca præjudicare possit creditori posteriori habenti causam onerosam; & negativè concluditur, quoties vel ille repetitur in possessione, vel donatio fraudulenta simulata convincitur.

SUMMARIUM.

1 *Pater non potest filium gravare in legitima, & si fuisset gravatus, rejicitur onus.*

2 *Dispositio generaliter facta non porrigitur ad casum, in quo quis non habet potestatem*

3 *Bona super quibus filius elegit legitimam, non continentur sub fideicommisso.*

4 *Donatio, & si anterior, & cum hypotheca, non præjudicat ementi postea rem donatam, si ille sit in possessione, & n. seqq. Amplia ut sub n.* 10.

5 *Donans potest ante traditionem liberè disponere de re donata.*

6 *Clausula constituti & similium effectus cessant per actualem traditionem postea subsecutam.*

7 *Clausulæ quæ veniant accessoriè ad contractum, si contractus est simulatus, & ipsæ simulatæ judicantur.*

8 *Simulatio probatur ex confessione partium, & contrahentium.*

9 *Fraus non ita de facili præsumitur, ut simulatio.*

10 *Donationis fraus & simulatio præsumitur ex immensitate donationis, ac conjunctione sanguinis.*

Donatio simulata, & fraudulenta non præjudicat creditoribus posterioribus ex causa onerosa, ibid.

11 *Exceptio detractionis legitimæ, quæ fideicommissario competebat, competit etiam emptori bonorum illius.*

12 *Amplia conclusionem, quamvis ipse fideicommissarius per præcedentem donationem omnia bona fideicommisso subjecisset, ibid.*

DECISIO CXXVII.

FUit per DD. resolutum tam ex fideicommisso Marcelli Incoronati de anno 1593. quàm ex donatione Francisci filii de anno 1618. factæ inter vivos Cæsari filios præsenti, & acceptanti, ejusque filiis, & descendentibus masculis, illisque deficientibus, Marcello alteri filio, ac descendentibus ex ea, in eorumque defectum proximiori sibi in gradu: non esse D. Angelo Incoronato dandam immissionem sive agat ex *l. fin. Cod. de edict. Div. Adr. toll.* sive ex remedio utilis Salviani in possessionem Casalis Aquæ Traversæ vendenti anno 1625. Excellentissimo D. Principi Burgesio pretio scut. 14000. ad eodem Francisco de Incoronatis, sub expressa narrativa approbata per eosdemmet Cæsarem, & Marcellum donatarios, quod tibi deberetur legitima in bonis Marcelli Patris, & quod ad illius computum elegisset dictum Casale, illudque ad se spectare pleno jure dominii, & pertinere, & esse penitus liberum, & immune ab omni & quocumque censu, canone, & responsione, recognitione, gravamine, aut servitute, non esse subjectum caducitati, devolutioni, restitutioni, vel alicui vinculo in toto, vel in parte, minusque fuisse venditum, datum, donatum, cessum, atque concessum, aut alio quovis modo alienatum, alienationis vocabulo latissimo, nec de eo in totum, vel in partem contractum, distractum, aut aliud quidquam factum fuisse, promittendo insuper huic venditioni facere consentire omnem personam jus aliquod habentem, seu quomodo libet habere prætendentem ad solam, simplicem, & extrajudicialem requisitionem prædicti excellentissimi D. Principis emptoris.

Non ex fideicommisso Marcelli leviotis, quia cùm Franciscus alius auctor D. Principis elegerit pro sua legitima Casale, in cujus possessione Angelus petit im-

immitti, & pater non possit filium gravare in legitima,
1 † & si gravatus fuisset, onus rejiciatur ut est in casu *l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testam.* Nec dis-
2 positio generaliter facta porrigatur ad casum, † in qua quis non habet potestatem, *cap. nobis in 2. de sent. excomm. notat.* Bart. *in l. si quis sub conditione, ff. de condit. instit.* Bald. *in l. fin. §. in computatione, C. de Jur. delib. cum similibus.* Casale de quo agitur
3 non continetur sub † dicto fideicommisso, ut decidit *gloss. in l. precibus, C. de impub. & aliis substit.* & communiter omnes, *in l. ex tribus, C. de inoff. test. & in l. 1. ff. de vulg. & pup. per l. cohæredi, § filiæ, ff. ad Trebell.*

Nec ex donatione dicti Francisci, quia cum Franciscus post donationem factam ad favorem filiorum, & descendentium, vendiderit casale D. Principi, cum relatione dominii, & possessionis : asserta donatio,
4 etiam si anterior, & cum hypotheca, † non præjudicat Principi habenti causam onerosam, ut est *text. in l. fin. §. Lucius, ff. de donat.* Ubi Lucius Titius donaverat Mævio fundum, & ante traditionem eundem fundum post paucos dies, Seio pignori obligaverat, deinde dictum fundum tradidit Mævio, cui prius illum donaverat, & cùm dubitaretur, an donatio fundi esset perfecta : ita ut posteà pignori subjici potuerit, respondit Scævola Jurisconsultus perfectam quidem esse donationem per traditionem, sed creditorem, licet posteriorem firmam habere pignoris obligationem inductam ante traditionem, atque ita donans potest
5 ante traditionem, † liberè disponere de re donata, ut tradit Carocc. *decis.* 125. *nu.* 7. & est ponderanda expositio Bartholi *ad illum text. in §. Lucius Titius in princ.* Ubi verbum dicti textus, *donavit*, exponit, id est in causa donationis, obligavit, vel promisit, & sic *Bart.* intelligit illum textum, & præsupponit quod fundus ibi expressè obligatus pro donatione ipsi donatario, ut bene advertit Gutier. *de actib. jud. jurat. c.* 15. *sub n.* 22. *pro hac eadem opinione*, accedit ex positio Bart.

Nec dici potest in hac donatione interveniisse traditionem ex clausulis reservationis usufructus, & constitu-
6 turi, quia vis & effectus istarum clausularum † ubi donatio fuisset vera, cessasset per venditionem à donatore postea factam Principi & actualem traditionem subsecutam, ut benè Grat. *cons.* 36. *n.* 38. & 39. *lib.* 1. Gabriel. *de empt. & vend. concl. n.* 28. Carocc. *decis.* 125. *nu.* 8. Sed cum donatio DD. visa fuerit simulata, non est de his clausulis curandum cùm veniant
7 accessoriè ad contractum, † in quo sicut simulatio fuit adhibita, ita etiam censeri debet adhibita circa accessoria. Aretin. *in l. 1. §. si vir uxori, col. 3. ante med. vers. sed hoc esset concedend. de plano, ff. de acquir. possess.* quem sequitur Alciat. *ibid. col. 2. in princ. n.* 4. ubi etiam Bonogn. *num.* 65. *in princ.*

Simulatio autem hujus donationis est evidens ex assertione venditionis, cui assenserunt etiam Cæsar & Marcellus Donatarii, quod de Casale vendito nulla præcesserat donatio. Undè cùm veritas hujus assertionis non possit stare cum veritate præcedentis donationis, necesse est intelligere dictam donationem simulatam, perinde ac si partes dixissent nullam ad Casale præcessisse donationem veram & validam : cùm non
8 sit dubium ex confessione partium, * & contrahentium probari simulationem, Berov. *cons.* 17. *n.* 11. *lib.* 1. Decian. *cons.* 52. *n.* 51. & 52. & *post n.* 65. *vers.* 2. *convincitur ista simulatio lib.* 3. Angel. *cons.* 47. *n.* 2. *versic.* 5. *si post donationem*, ubi ponderat confessionem donatarii ad probationem fraudis, quæ cùm non ita facilè sit præsumenda, ut simulatio * ex quo hæc est honestior quàm illa Cuman. *cons.* 155. *n.* 4. Utique si ex confessione donatarii probatur fraus, à fortiori probabitur simulatio, maximè concurrente immensitate hujus donationis, quæ continet omnia bona præsentia, & futura, & conjunctione sanguinis ex quibus præsumit
10 fraudem, & simulationem donationis * ut propterea non præjudicetur creditoribus posterioribus ex causa onerosa, resolvit, & latè probat Carocc. *dec.* 1. *per totam*, quam approbat Amat. *var. resol.* 26. *n.* 7.

Ulteriùs cùm ex supra dictis pateat D. Principem emptorem habere fundatam intentionem in Instrumento emptionis obstante præcedenti donatione, eo magis censuerunt Domini dicendum esse, ipsum habere intentionem fundatam in detractione legitimæ debitæ donatori, † qui in specie in ipsa venditione
11 dixit eam consequi in Casali de quo agitur ex allegatis *per Rotam coram Seraph.* 416. *à num.* 8 *usque ad finem.* Hæc autem exceptio detractionis legitimæ debitæ eidem donatori ; & venditori respectivè in bonis relictis ab ejus ascendentibus suffragatur D. Principi non obstante quod idem donator omnia bona in dicta donatione præcedenti subjecisset fideicommisso cum prohi-
12 bitione cujusvis detractionis.

Ex his duobus exceptionibus utraque parte auditâ resolverunt Domini immissionem esse denegandam.

R. P. D. PANZIROLO,

Posteà S. R. E. Cardinali.

Romana, seu Florentina restitutionis in integrum.

Veneris 10. *Maii* 1641.

ARGUMENTUM.

Majoribus 25. annis, quantumvis ex capite justæ ignorantiæ non soleat concedi restitutio in integrum adversus aditionem hæreditatis sine inventario factam, tamen remoto in tali hærede omni dolo, datur talis restitutio in integrum, quando magnum æs alienum patens, contra communem omnium expectationem, in hæreditate emersit.

SUMMARIUM.

1 *Filius continuans habitare in domo paterna, & bona defuncti patris possidere, dicitur simpliciter adire hæreditatem paternam, & num.* 18.
2 *Statutum Florentinum sub Rubr.* 29. *de hæred. &c. quid disponat.*
3 *Restitutionis in integrum remedium regulariter conceditur minoribus, & non majoribus.*
4 *Major etiam restituitur in integrum concurrente justo errore, vel ex ignorantia facti, vel ex novâ, & magnâ causâ.*
5 *Majori succurritur per restitutionem in integrum, si adsit rationabilis causa.*
6 *Major justo errore ductus, vel ignorantia facti lapsus adeundo hæreditatem primo aspectu lucrosam, si eam deinde reperiat debitis onustam, tunc auditur petendo restitutionem in integrum.*
7 *Vel malit talem hæreditatem creditoribus relaxare.*
8 *Restitutio in integrum, ex qua causa concedatur majoribus, qui hæreditatem adiverunt sine inventario.*
9 *Major non restituitur adversus aditionem hæreditatis sine inventario, nisi magna adsit causa.*
10 *Majori competit restitutio in integrum ex clausula si qua mihi justa causa ex dicto minorum adversus hæreditatem inconsulto aditam.*
11 *Ignorantia regulariter præsumitur in hærede, & maximè in rebus occultis, & n.* 12. & 13.
14 & 15. *Factum quando sit occultum, ita ut fallere possit hominem etiam magnæ prudentiæ, & sagacem.*

16 *Restitutio in integrum ex justa causa ignorantiæ conceditur majori ad lucrum quærendum per additionem hæreditatis, quam prius repudiaverat.*

17 *Multò fortiùs concedenda venit majori si agat tantùm de damno vitando.*

19 *Major adversus additionem hæreditatis sine inventario aditam, restituitur ex justa causa, etiamsi post additionem fecerit aliquem contractum, dummodo nihil perceperit, vel paratus sit reddere.*

20 *Majoribus 25. annis etiam in contractibus enormiter læsis, beneficium restitutionis in integrum ex justis causis conceditur.*

21 *Actus principalis si corruat, omnes alii actus ex eo dependentes pariter corruunt.*

22 *Minor an restituatur in integrum si paternæ hæreditati se immiscuit, & major factus pecunias hæreditarias exegit.*

23 *Majores adversum additionem hæreditatis ex capite justæ ignorantiæ non sunt restituendi.*

24 *Contraria tamen opinio est verior, suadente tamen aliqua insigni causa.*

25 *Statutum Florentinum jubet, quod inventario non obstante hæres creditoribus hæreditariis satisfaciat.*

26 *Hæredes, dum non possunt juvari beneficio inventarii, æquum non est, ut etiam restitutio in integrum denegetur.*

27 *Quod sanè durum admodum videretur, quod simul, & semel denegaretur inventarium, & restitutio in integrum, dum sunt sine dolo enormiter læsi.*

DECISIO CXXVIII.

CUm post mortem bon. mem. Marchionis Bernardi Capponii sequuram in Civitate Florentiæ D. Vincentius ejus filius, quamplurima bona, tam in statu Ecclesiastico, quàm in ditione Florentina in paternâ hæreditate invenisset, ac inter alia vigere Florentiæ Rationem bancariam magni nominis, ac etiam Romæ accommanditam, credens propterea, tam ex his quàm ex inferius deducendis hæreditatem esse maximè lucrosam, licet super illius additione nullum fuerit actum
1 expressum † nihilominus continuando in paterna domo habitare, & bona ut priùs possidere dictum est adivisse hæreditatem simpliciter, stante Statuto Florentino sub *Rubr. 29. de hæredib. & hæreditatibus*
2 *debitorum conveniendis*, in † quo disponitur, quod hæres masculus major annis 18. possidens, seu detinens bona hæreditaria post 15. dies à die obitus Testatoris, hæreditatem simpliciter adivisse intelligatur.

Verùm cùm illinc ad quatuor menses super prædicta hæreditate maximum detectum fuisset æs alienum, quod de tempore supradictæ taciræ additionis omninò latebat, absorbens nedum totam substantiam, sed superans illius vires in scutis ferè ducentis millibus; Ideò D. Vincentius, qui hujusmodi debita prorsus ignorabat omnibus præfatis bonis, una cum illorum possessione priùs liberè dimissis obtinuit à Signatura Justitiæ committi causam restitutionis in integrum, prout de jure adversus creditores Bernardi patris cum rescripto A. C. ut de voto Rotæ procederet cum clausula, si qua mihi justa causa. Quapropter sæpissimè monitis prædictis creditoribus, ut ex falciculo citationum exhibitarum, & informare negligentibus, tandem hodie propositâ causa, resolutum fuit constare de causis restitutionis in integrum.

3 Licèt enim regulariter hoc † remedium sit pro minoribus læsis; attamen concurrente justo errore, vel ignorantia facti, vel ex nova, & magna causa competere etiam majoribus 25. annis tradunt Oinotim. *in §. extraneis num. 5. vers. vel etiam si majores just. de hæ-*
4 *red. qual. & diff.* Qui dicit Prætorem deceptis † succurrere per restitutionem in integrum, etiamsi majores sint, quoties grande æs alienum latens ab adita hæreditate præter opinionem emerserit, sive sint milites, sive Pagani. Maurit. *de rest. in integr. cap.* 130. *n.* 6. *vers. sed qui opiner. tractat. tom.* 5. *fol.* 145. Ubi 5
dicit posse Majori succurri † per restitutionem in integrum, si adsit rationabilis causa, ut puta, quia hæreditatis substantiam ab initio scire non potuit, & postea competit esse debitis onustam, nec longum tempus effluere permisit ad ea traditione, cui opinioni adstipulatur etiam Rebuffus *in constitut. Regiæ tom.* 1. *tit. de restit. art.* 1. *num.* 33. in quo dicit majoribus se vicissè succurrere. *Odd. de restit. in integr. part.* 2. *quæst.* 62. *art.* 14. *num.* 133. Ubi dicit 6
quod si major justo errore, vel ignorantia facti † lapsus est adeundo hæreditatem primo aspectu lucrosam, & quam quilibet oculatissimus paterfamilias talem judicasset, & audivisset, sed postea reperitur plena ære alieno, litibus & periculis, audiendus est, si desideret adversus dictam additionem restitui. & 7
malit hujusmodi † hæreditatem creditoribus relaxare, *& qu.* 89. *art.* 7. *n.* 52. *vers. primo ut procedat, & sub num.* 53. Subdit ad hunc effectum magnam causam reputari, si major post aditam hæreditatem casu 8
reperiet adesse magnum æs alienum, * quod priùs ignorabatur, tunc enim inquit ex capite justæ ignorantiæ succurritur etiam majori per *Text. singul. in §. extraneis versic. sciendum tamen Instit. de hæred. qualit. & differ.* Capell. Tolos. *decis.* 55. *num.* 7. Gratian. *discept.* 797. *num.* 19. *& seq.* Ubi de veriori Marches. *de commiss. rest. in integr. part.* 2. §. 3. *n.* 154. *fol.* 185. Ubi dicit quod major adversus non confectum inventarium, vel ejus confectionem non restituitur in integrum, nisi in magna subsistente * causa nempe si 9
adita hæreditas reperiatur magna ære alieno conflata, quod additionis tempore ignorabatur.

Et quod generaliter ex clausula, si qua mihi justa causa, quæ datur ex edicto minorum competat restitutio in integrum etiam majori adversus hæreditatem * inconsulto aditam, Castr. *cons.* 328. *n.* 3. *vers.* 3. *lib.* 10
2. Corn. *cons.* 184. *sub n.* 9. *vers. etiam licet l.* 3. Menoch. *cons.* 932. *n.* 11. Phanuc. *de invent. part.* 1. *n.* 20. *& part.* 2. *n.* 22. *&* 23. Franciscus Narc. *dec.* 291. *n.* 3. *part.* 1. Mart. *clauf.* 366. *num.* 2.

Quod autem in D. Vincentio filio adfuerit justa ignorantia, non solum ex eo patere visum est, quod regulariter * in hærede illa præsumitur, *l. qui in alie-* 11
nis, ubi DD. ff. de reg. jur. & in terminis restitutionis in integrum firmavit Rota *dec.* 43. *n.* 2. Post Moder. Perus. *de cons. in addit. Caval. decis.* 14. *num.* Sed specialiter dum vidit, quòd Marchio Bernardinus Pater, qui pro viro summæ prudentiæ & aliàs oculato patre familias communiter ab omnibus reputabatur, ut deponunt testes formaliter examinati, non solum reliquit * quamplurima bona stabilia maximi valoris 12
ram in statu Ecclesiastico quàm in Ditione Florentina, cum ratione bancaria, & accommandita, prout suprà dictum fuit, sed quod magis est in ejus testamento, & codicillis perpetuum fideicommissum ad favorem descendentium masculorum ordinavit, & de opulentissima hæreditate se disponere disposuit. Unde nihil mirum, si D. Vincentius filius lucrosam pariter paternam hæreditatem credidit * præsertim. cum ipse 13
longo tempore à patria abfuerit, & dum in ea permansit, nunquam in rebus domesticis, & multò minùs in rationis bancariæ administratione se ingessit, quod pro causa restitutionis in integrum adversus additionem etiam majori 25. annis sufficere tradit *ad p. ubi supra qu.* 62. *n.* 133.

Accedit quòd idem D. Vincentius mortuo Patre suas adhibuit diligentias cum Ministris per Patrem viventem retentis, pro habenda notitia virium hæreditatis, * & illi (qui aliàs communiter pro viris probis, 14
& fide dignis habebantur) firmiter asserebant hæreditatem esse maximè lucrosam, ut etiam super his benè deponunt testes, adeò ut cùm post 4. menses à die obitus Bernardini Patris in ipsius hæreditate maximum æs

alie-

15 alienum † quod antea latebat, emerserit superans illius vires in scutis 200000. negari non potest quin appareat de justa causa, per quam debeat in integrum restitui, juxta mentem Doctorum suprà allegatorum.

Quæ quidem facilius amplectenda sunt, ex quo D. Vincentius nititur maxime æquitate, scilicet ex sola
16 dispositione statuti ultra vires hæreditarias, † solvat scut. 200. mill. ex proprio. Si enim restitutio ex justa causa ignorantiæ conceditur Majori ad lucrum quærendum per additionem hæreditatis, quam prius repudiaverat *l. Pantonius ff. de acquir. hæred ubi* Bart. Alex. *consil.* 269. *num.* 15 *in princip. lib.* 2. Surd. *consil.* 222. *num.*
17 83. multò fortiùs videtur concedenda † D. Vincentio Majori agenti de damno tantùm evitando, inter quos maxima viget differentia, teste Alex. *d. consil.* 169. *n.* 14. *in princip.*

Nec revelare visum est, quod post mortem Bernar-
18 dini Ministri rationis Bancariæ nonnulla cambia † continuaverint, quia aut hæc fecerunt pro ratione bancaria, quæ adhuc cantabat sub nomine defuncti, aut quemadmodum ei succurrendum est adversus hæreditatem aditam, ita pariformiter si post additionem fece-
19 rit aliquem contractum † ex eadem causa additionis, dummodo ex eo nihil perceperit, vel paratus sit refundere, si quid perceperit ex adduct. per *Odd. dict. quæst.* 62. *art.* 14. *num.* 133. Et facit regula quod
20 Majoribus 25. annis etiam in contractibus enormiter † læsis beneficio restitutionis iisdem ex supradict. causis succurritur *juxta l. in contractibus, C. quibus ex causis major.* Cum aliis adductis per *Odd. d. q.* 51. *art.* 1. *n.* 4. *& seqq.* & quidem si corruit aditio, omnes etiam
21 actus † ex eâ dependentes corruere debent. *l. cum principalis, ff. de reg. jur. & in his terminis est Textus in l.* 3. §. *Seio, ff. de minor.* Ubi de minore, qui paternæ hæreditati se immiscuerat, & major factus
22 pecunias hæreditarias exegerat, † quod nihilominus restituitur, de quo per Angel. *in l. damni*, §. *Sabini num.* 2. *ff. de damn. infect.*

Nec adversari visa fuit opinio quamplurimorum
23 Doctorum, quod scilicet majores † adversus additionem ex capite justæ ignorantiæ, non sunt restituendi, ex quo habent beneficium inventarii prout *juxt.* §. *pupillis & §. quia verò auth. de hæred. & falcid.* Tradunt Bart. *consil.* 154. *num.* 2. *&* 4. *lib.* 1. Felin. *in cap. quoniam num.* 5. de Simon. Alciat. *consil.* 139. *num.* 7. *lib.* 9. Rol. *de invent. quæst.* 81. *col.* 2. *fol.* 59. Petr. Pech. *de testam. conjug. cap.* 23. *n.* 2. Phanuc. *de invent. part.* 1. *n.* 24. Marc. Anton *var. l.* 2. *resol.* 11. *n.* 19. *in fin.* Quia nihilominus alia opinio in præsenti casu magis placuit Dominis. Tum quia æs alienum, quod
24 fuit defectum est maximum, † & propterea suadente insigni aliqua cau'a etiam Majoribus, saltem ex æquitate judicis officio succurendum esse ultra Doctores allegatos, tenet idem Pecch. *de d. cap.* 23. *sub n.* 6. *vers. ego existimo.* Tum etiam quia D. Vincentius
25 beneficio Inventarii, quatenus etiam voluisset, uti non poterat propter Statum Florentiæ, quod hæres inventario non obstante creditoribus hæreditariis satisfacere cogatur, de quo tradit Phanuc. *de invent. part.* 8. *n.* 138. Quo casu, sicut non potuit uti beneficio
26 inventarii, † ita nec etiam privari debuit beneficio restitutionis in integrum, ut post Castr. *consil.* 322. *quod incipit viso puncto n.* 3. *lib.* 1. *cum aliis allegatis.* In terminis d. Statuti Florentini tradit Phanuc. *ubi suprà, n.* 138. Et certè durum † admodum videretur quod simul & semel denegaretur inventarium, & restitutio in integrum, etiam quando, prout hic semoto in hærede omni dolo, magnum æs alienum latens, contra communem omnium civium expectationem, & credulitatem in hæreditate emergeret.

Et ita D. Vincentio solùm informante resolutum fuit, &c.

R. P. D. ROYAS.

Postea Episcopo Tarracon.

Urbevetana restitutionis dotis.

Veneris 13. *Januarii* 1642.

ARGUMENTUM.

L. hac edictali, C. de secund. nupt. disponens quod mulier quæ transivit ad secundas nuptias, non possit plus relinquere secundo viro, quàm relinquit filio primi matrimonii, ea lex intelligenda venit, quod sive mulier filium primi matrimonii instituerit hæredem, sive non, semper prius est detrahenda legitima filii primi matrimonii, alias, &c.

SUMMARIUM.

1 Text. in l. hac edictali C. de secund. nupt. *mens qualis sit.*
2 *Bursatt. & Bertrand. distinctio refutatur.*
3 *Matri non est danda ansa fraudandi dispositionem* l. hac edictali.
4 *Legitima debetur filiis, velint, nolint parentes.*
5 *Filius non tenetur miscere cum legitimâ, quod capit ex diversis principiis.*
6 *Filius quod capit ex substantia matris, tenetur imputare in legitimam.*
7 *Statutum Urbisveter.* lib. 2. rubr. 18. *jubet matri, ut omnia sua bona relinquat filiis.*
8 *Filius tunc debet imputare in legitimam, quidquid habet ex substantia parentum.*
9 & 10. *Quando filius id habuit extra judicium parentum alius secus.*
11 *Bona debita filio ex substantia matris per dispositionem statutis prohibentis mulieri aliis quàm filiis relinquere bona sua.*
12 *Id habet filius ex præcepto statuti, quamvis mater ea bona filio reliquerit in testamento.*
13 *Statutum si prohibeat matri, nec alii quàm filiis relinquat bona sua.*
Tunc filii tanquam successores universales per conditionem ex statuto, possunt prætendere hæreditatem recusando dispositionem matris.
14 *Legitima acta per statutum an veniat etiam detrahenda ex alia portione, remanente sub libera dispositione parentum.*
15 Hodiern. in l. hac edictali. C. de secund. nupt. quæst. 22. & seqq. *quo casu loquatur, & declaratur* num. 22.
16 *Statutum aliud est, quod permittat matri liberum dispositionem, & aliud si omnino inhibeat ei, ut possit tantum inter liberos disponere de rebus suis.*
17 *Statuentes ex defectu jurisdictionis ultra territorium non possunt disponere.*
18 *Patrimonia censentur diversa, respectu diversorum Territoriorum.*
19 *In Patrimoniis sitis in diversis Territoriis in unoquoque patrimonio servandum est statutum loci in quo degit, & n.* 20.
21 & 22. *Mulier transiens cum viro ad ejus patriam remanet soluta legibus loci patris sibi odiosis.*
23 *Mulier alibi nupta, in his quæ ipsam non sejungunt à servitiis, & obsequiis maritalibus semper reputatur de origine paterna.*
24 *Statutum porrigit vires extra Territorium, quando inhabilitat personam subditi, non secundum quid, sed simpliciter.*

25 *Statutum Urbisveter.* libr. 2. rubr. 58. *non cunctatur in sola prohibitione faciendi testamentum à muliere, sed in faciendi illud cum consensu viri, &c.*

26 *Mulier alibi nupta, quo casu obligetur legibus patriæ, & quocunque vadat, semper remaneat subdita illis.*

27 *Statutum prohibens ne mater possit aliis quam filiis relinquere bona sua cedit in publicam utilitatem.*

28 *Statuentium obligatio est, conservandi bonum publicum suæ patriæ.*

29 & 30. *Jus, quando alicui fuit quæsitum non potest ei amplius præjudicari.*

31 *Liberare quis non potest se à nexu proprii statuti, nec etiam per pactum.*

32 *Statutum non auferens in totum mulieribus facultatem testandi, sed nisi favore filiorum dicendum est favorabile.*

33 *Statutum dum est valdè odiosum, eget confirmatione Principis.*

34 & 35. *Statutum Urbisveteris* libr. 1. rub. 58. *prohibens mulieri disponere de rebus suis, nisi æqualiter inter filios, quare reputandum sit favorabile.*

36 *Statuta illa reputanda sunt favorabilia, si emanarunt, ne mulieres decipiantur fragilitate sexûs, vel aliorum blanditiis.*

DECISIO CXXIX.

DOmini dixerunt esse confirmandum sententiam Rotalem mandantem ex scutis duobus millibus legatis de sua dote à Lucretia Testaficca Comiti Aberto Ponfreno secundo viro restituendam, & solvendam, & solvendum fore fratribus de Testaficcis hæredibus Josephi Aviamonsii filii dictæ Lucretiæ ex princ. matrimonio nati, tertiam partem pro legitima Josephi, ac de residuo medietatem ex dispositione *l. hac edictali, C. de secund. nupt.*

Ejus enim validitas non controvertebatur, justitia verò resultat ex luculenter de more deductis à Reverendiss. D. meo Decano in decisionibus 6. Februarii, & 14. Decembris 1640. ex quibus optime apparet verio-
1 rem ac æquiorem esse † sententiam eorum Doctorum qui indistinctè tenent mentem *d. l. edictali*, eam esse quod sive mater filium primi matrimonii instituerit, sive non semper esse prius deducendam legitimam filii ex priori matrimonio procreati, & residuum deinde posse dividi inter ipsum & Vitricum, & hanc opinionem in prædictis decisionibus plurium DD. authoritate firmatam, solidis argumentis munitam denuo amplexi
2 fuerunt Domini rejectaque distinctione *Burfatt. & Bertrandi* eam omnino sequendam, uti melioribus nixam rationibus unanimi consensu commendârunt, ne alias daretur ansa matri fraudandi filium prioris
3 matrimonii æqualiter res instituendo, sicque declinandi † præfatam dispositionem *d. l. hac edictali*, cujus verba bene ponderata *à Rimin. jun. conf.* 311. *num.* 19. & 20. *cum seqq. & conf.* 333. *n.* 3. *cum seqq. relato in secunda dd. decisionum sub §. nec est recipienda*, in omni casu semper præservant legitimam quæ sicut debetur,
4 filio velit, † aut nollit mater §. *fin. instit. de hæred. quæ ab intest. defer. cum concordantibus.* Ita nunquam venit in unum miscenda cum lucro *d. l. hac edictali* debito filio ex diversis principiis, nempe propter
5 transitum matris † ad secundas nuptias, ut animadvertunt *Hodierna ad l. hac edictali quæst.* 7. *n.* 19. & 24. & *alii in dd. decis. relati.*

Nec erat amplius ambigendum circa alterum principale fundamentum, quod multum inculcabant informationes pro Ponfrenis, nimirum, quod alia scuta
6 1900. Urbeveteri existentia, à dictâ Lucretia in eodem testamento relicta Josepho filio, essent ei imputanda in dictam legitimam, vel tanquam percepta substan-
7 tia matris, vel tanquam censenda eademmet legitima, virtualiter aucta per statutum Urbisveteris *lib.* 2. *rubr.* 58. mandans matri relinquere filiis bona sua, ut alias in simili statuto admisit Rota *decis.* 588. *num.* 3. *part.* 4. *recent. & in hac eadem causa, in prima dd. decisionum §. verum nec applicatur, vers. & dicitur virtualiter.*

Nam quoad primam partem dicti fundamenti placuit responsio, quòd & si filius † debeat imputare legitimam quidquid habuit ex substantia parentum *juxta l. quoniam novella C. de inoff. testam.* & docent Bart. *in l. in quartam n.* 10. *in princip. vers. aut capitur*, ubi Ripa *num.* 158. *ff. ad l. falcid. cum similibus.* Hoc tamen non esse admittendum † dicebant Domini, quando filius id habuit extra judicium parentum, ex congestis in terminis *d. l. hac edictali in primâ dd. decis. sub §. penult.* Ex quo cum Josephus dd. scuta 2. mill. perceperit ex sola dispositione statuti Urbisveteris extra judicium matris (licet ab ea sibi relicta) sequitur per necesse quod non veniunt imputanda † in aliis ejus bonis non sibi debitis vigore dicti statuti.

Et quòd bona debita filio ex substantia matris per dispositionem statuti prohibentis mulieri † relinquere sua bona aliis quàm filiis non censeantur obventa ei ex testamento matris, quæ in eo eadem bona filio reliquerat, sed tantum ex præcepto statuti, † magistraliter tradidit Castr. *in conf.* 441. *part.* 1. Ubi per totam materiam plenè examinat & *num.* 5. *vers. vocatur* reddit rationem, quia scilicet dd. filii vocantur † ad dd. bona non tanquam hæredes ex testamento, vel ab intestato, sed tanquam successores universales per conditionem ex statuto. Ideoque *dicto num.* 5. *vers. ex quibus*, ulterius prosequitur posse dd. filiis succedere matri uti successoribus universalibus, recusando ejus hæreditatem: quod idem etiam tenuerunt relati per *Ruin. conf.* 132. *num.* 8. & 11. *lib.* 2. Phanuc. *de lucr. dot. gloss.* 4. *n.* 11. & *seq.* Surdus *conf.* 81. *num.* 9. & 11. Molphes. *ad consuet. Neapol. part.* 4. *de success. ab intest. quæst.* 61. *à num.* 6. *per plures seqq.* Tapia *decis. Neapol.* 56. *nu.* 3. Modern. Foroliv. *de legitim. lib.* 3. *tit* 1. *quæst.* 24. *nu.* 15. & alios congestos *à R. D. meo Decano in prima dd. decisionum sub §. verum.*

Quo verò ad secundam partem Domini dixerunt, quod etiam pro veriori admissa opinione Molphes. *ad consuetud. Neapol. d. part.* 4. *de success. ab intest. quæst.* 14
60. *num.* 11. Nimirum † quod aucta legitima per statutum, seu consuetudinem, non veniat etiam ulterius detrahenda ex alia portione remanenti sub libera dispositione matris, adeo ut ex hac ratione inferat Hodiern. *ad l. hac edictali quæst.* 22. *num.* 10. *& seq.* Quod dictum augmentum sit inputandum filio, ne de residuo libero ad quod concurrit Vitricus possit prætendere aliam detractionem vigore *d. l. hac edictali*, 15
non tamen prædicta sententia sit applicabilis casui nostro.

Non enim versamur in terminis consuetudinis, seu statuti permittentis matri liberam dispositionem de aliqua portione, sed in statuto prohibente † omnimodam 16
dispositionem de tota & integra substantia, unde casus quod filius ultra substantiam sibi delatam à statuto prætendat etiam pertrahere legitimam ex aliis bonis matris, non potest evenire, nisi quando dd. alia bona sint extrà Territorium Urbisveteris † ad quæ ex de- 17
fectu potestatis statuentium non possit trahi præfata dispositio statuti, ut evenit in præsenti, ideoque sequitur quod cum respectu diversorum Territoriorum, 18
diversa etiam censeantur patrimonia ex latè cumulatis in *Narnien. successionis coram R. D. meo Decano decis.* 177. *num.* 35. *part.* 5. *recent. & nuper coram R. P. D. meo Cerro in Romana supplementi legitimæ.* 18. *Maii* 1640. Sic respectu bonorum sitorum Urbeveteri veniat servanda forma statuti, & respectu bonorum † 19
existen. Perusiæ, sit servandum jus commune, nulla habita consideratione d. statuti, sicque legitima debita de jure communi detrahenda ex dd. bonis extantibus Perusiæ remansis sub † libera dispositione matris 20
vigore d. juris communis, & non ex permissione statuti,

prout

prout ita dictam suam opinionem declarat Hodiern. *d. quæst* 22. *n.* 11. *in fine vers. exceptis bonis.*

Neque obstat quòd cum Lucretia, transeundo cum
21 secundo viro ad civitatem Perusianam, remansisset soluta legibus patriæ sibi odiosis, poterat testari secundum statuta civitatis viri, sibi permittentia liberam facultatem testandi, & non secundum statuta originis
22 in odium † sui prohibentia dispositionem suorum bonorum.

Nam ultra duas responsiones datas in dd. decisionibus, prima nempe quòd mulier alibi nupta in illis,
23 quæ illam non sejungunt à servitiis, & † obsequiis conjugalibus, semper reputetur de origine paterna, *juxta doctr.* Bart. *in l. fin. §. item rescripserunt, n. 6. ff. ad munic. communiter receptam à DD. cumulatis in decisione sub §. non obstat quod Lucretia*, & altera quod dictum statutum porrigat vires suas extra territorium
24 † cum inhabilitet personam mulieris, non secundùm quid, sed simpliciter *secundum Theoricam* Bart. *in l. cunctos populos num.* 3. *C. de sacros. Eccles.* quam pluribus relatis sequuta fuit Rota *decis.* 238. *n.* 2. & 3. *cum pluribus seqq. part.* 6. *recent.* & in specie similis statuti in Mediolanen. *hæreditatis* 11. *Martii* 1596. coram Cardin. Mellino *decis.* 7. *post* Fenzon. *ad stat. urb.* Fuit hodie omnino sublatum objectum aliâ novâ responsione.

25 Et est quod statutum prædictum non cunctatur † in sola prohibitione faciendi testamentum à muliere nisi cum consensu viri, vel nisi cum aliis solemnitatibus, ut statuta de quibus loquuntur Bald. *cons.* 4. 8. *l.* 4. *& cons.* 139. *lib.* 5. aliique adducti ab informantibus pro Poofrenis, sed ulteriùs prosequitur tacitè conferendo filiis substantiam matris, quo casu mulier alibi
26 nupta obligatur legibus patriæ, & quocumque vadat semper remanet mancipata nexu jurisdictionis suæ civitatis, ut in puncto perbellè distinxit Bald. *cons.* 226. *num.* 1. *vers. solutio vol.* 5.

Ac meritò, quia cum statutum tunc videatur cedere
27 in publicam utilitatem municipii, † ut scilicet municipales viri libentius contrahant matrimonia, tunc quòd non aliis quàm filiis relinquant dotes suas mulieres, per hoc statutum liberæ à captiosis circumventionum deceptionibus, ut ex Bald. *in cap.* 1. 8. *si quis per triginta, num.* 9. *si de feud. farrit. contr. inter Domin. & Agnat. Vassal. arguit. R. Urgellen. dec.* 18. *num.* 4. Non est dubitandum, quin etiam extra Territorium
28 extendat † effectum suæ dispositionis, qui est obligatio subditorum conservandi bonum publicum suæ patriæ ad plenè tradita per Castro Pal. *oper. moral. tract.* 3. *disput.* 1. *punct.* 24. §. 5. *n.* 16. *& 22.*

Et tunc cessat omnis scrupulus in præsenti in quo
29 Lucretia, non primas, sed secundas nuptias contraxit extra Urbemveterem superstite Josepho ex primo viro Urbeveterano, cui ex d. jure municipali in ejus favorem ad bonum publicum emanato fuerat acquisitum tale jus succedendi in bonis matris juxa formam ibi præscriptam, ut quemadmodum ipsa vigore ejusdem statuti nequisset in præjudicium d. filii aliquid dis-
30 ponere de suis bonis in ejus vita, quod potuisset valere post mortem, ut per Castr. *dict. cons.* 441. *num* 3. *ante med. vers. hæc est ipsa, qui sub num.* 2. *vers. & sic magis*, ideo illorum comparaverat usufructuariæ, eumque ibi sequitur Rota *d. decis.* 588. *num.* 2. *vers. ibi dicit. part.* 4. *recent.* Ita etiam est dicendum quod non potuit in præjùdicium d. juris filio acquisiti liberare se à nexibus Patrii statuti per transitum ad secundas nuptias
31 extra Territorium Urbisveteris, prout non posse per pactum cum secundo viro tradunt Camill. Med. *cons.* 161. *n.* 12. *vers. & quod tale jus*, & Tap. *de decis. Neapol.* 59. *n.* 3. *vers. quæ illi præjudicare.*

32 Ex qua eàdem ratione cùm etiam pateat, quòd dictum statutum sit dicendum principaliter favorabile tanquam non auferens in totam facultatem testandi, sed sine favore filiorum in specie Anchar. *cons.* 25. *n.* 3. *vers. istud autem statutum* Mart. *de succes. part.* 2. *quæst.* 3. *art.* 13. *in princ.* Camill. Medic. *vicio cons.* 161. *num.* 11. Thesaurus *decis.* 270. *num.* 13. *cum aliis relatis in primâ dictarum decis. coram R. D. meo Decano sub §. non obstat*, quod statutum hinc tollitur, & alterum objectum, quod dictum statutum Urbisveteris tanquam odiosum † ut valeret egusset speciali confirmatione Sedis Apostolicæ.

Ultrà quòd Rota *coram Puteo decis.* 388. *lib.* 1. *in cor-* 33
rect. censuit validum esse hoc idem statutum Urbisveteris; prohibens mulieri disponere de bonis suis, nisi æqualiter inter filios dictam decisionem sequitur fuit 34
in puncto hujusmodi statuti *in d. Mediolanen. hæreditatis* 11. *Martii* 1596. *coram* Cardin. Millino *dec.* 7. *post Fenzon.* Idemque etiam censuit in terminis alterius similis statuti Beneventani *dicta decis.* 588. *num.* 13. *vers. respondetur part.* 4. *recent.* Ubi Rota admisit pro indubitato, † hæc statuta esse favorabilia & attendenda 35
tanquam emanata, nec mulieres imbecillitate sexus, & aliorum blanditiis deceptæ aliis suas dotes relinquant, quàm propriis filiis.

Et ita resolutum utraque parte informante, &c.

R. P. D. GHISLERIO,

Postea Episcopo Taracino.

Anconitana bonorum.

Lunæ 12. *Martii* 1641.

ARGUMENTUM.

Donatio quando conditionaliter est facta, & in casu contraventionis opposita aperiatur clausula, quod in casu non adimplementi donatio aliàs, nec aliter, nec alio modo valeat; tunc eis conditionibus non adimpletis, necesse est ut donatio penitus corcorruàt.

SUMMARIUM.

1 *Donatio conditionalis, nisi serventur conditiones in ea appositæ, resolvitur.*
2 *Quod multò magis procedit, si adsit pactum resolutivum in casu inobservantiæ.*
3 *Clausula* non aliàs, aliter, nec alio modo, *quid operetur in donatione conditionali.*
4 *Clausula* non aliàs, aliter, &c. *est tantæ efficaciæ, ut faciat deficere consensum partium.*
5 6 & 7 *Et si non concurrunt omnes qualitates desideratæ annullat dispositionem, in qua apponitur.*
8 *Donatoris intentioni est satisfaciendum.*
9 *Donatio quando dicatur omnino evanuisse.*
10 *Tempus certum, quando fuit præfixum post dictum tempus, censetur denegatum.*
11 *Consensus dicitur deficere mutato rerum statu.*
12 *Donatarium & maximè affinem non præsumitur donans voluisse in plus gravare quàm sit res donata.*
13 *Donatio facta ad finem conferendi lucrum, & utilitatem donatario, non debet in ejus damnum retorqueri.*
14 *Donans in donatone potest apponere pacta, & conditiones sibi bene visas.*
15 *In donatione valet pactum quod donatarius teneatur ad solutionem debitorum donantis, etiam de proprio.*
16 *Donatio facta sub certis conditionibus, & cum clausulâ* non aliàs, &c. *censetur donante n noluisse donare, nisi cum dictis conditionibus.*

17 *Acquiescentia, & patientia, colligitur mensem donantis esse non revocandi donationem conditionalem.*
18. 19. & 20. *Et ex quibus dicatur evacuata dicta acquiescentia, & patientia.*

DECISIO CXXX.

POstquam bon. mem. Cinthius Cardinalis Aldobrandinus 31. Julii 1609. donatione irrevocabili inter vivos donavit omnia sua bona existentia in territorio Senogalliæ. & Anconæ q. Jo. Baptistæ, & Constantino Passaris de Troglionibus cum pacto expresso, quòd si in terminis trium mensium talem dotationem cum suis conditionibus non acceptassent, nempè quod tenerentur ad omne commodum, & quod relevarent ipsum Cardinalem ab omni obligatione, dicta donatio esset nulla, ac si facta non fuisset, &c. Et dicti de Troglionibus eodem anno 11. Aug. prædictam donationem acceptarunt cum declaratione tamen, quòd nolebant teneri nisi de pretio, valore, & retractu dictorum bonorum donatorum, & non aliter, non ultra; addentes etiam nolle in plus esse obligatos, &c. Idem Cardinalis Cinthius suum ultimum condidit testamentum, in quo hæredem universalem instituit bon. mem. Petrum Cardinalem Aldobrandinum cum expresso onere quòd omne id quod supereset ex sua hæreditate detracto ære alieno distribueretur absque aliquâ detractione pro salute suæ animæ, & in renumerationem familiæ: & cum insurrexerit Fabrica S. Petri, & illius Procuratorio nomine D. Guidobaldus Triumphus uti etiam assertus creditor dicti Cardinalis Cinthii prætendens ad se devolutam dictam hæreditatem; ex eo quòd neque Cardin. Petrus hæres, neque ejus executores Testamenti partem ullam dictæ hæreditatis distribuerant pro salute Animæ ipsius testatoris, prout mandaverat sese opposuerunt successores donatariorum prædictorum, prætendentes bona sita in territorio Senogalliæ; & Anconæ ad se spectare vigore prædictæ donationis. Ideò fuit disputatum an dicta donatio eis suffragetur, & fuit negativè resolutum ex rationibus deductis per Rotam in propriis terminis istius donationis factæ Authoribus supra dictorum, *coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo inter recent. decis.* 612. *& dec.* 644. *part.* 3. *& dec.* 338. *part.*
1 4. In quibus ob † non impletum, per Joannem Baptistam, & Constantinum fratres de Troglionibus modum, & conditionem adjectam in donatione per Cardinalem Cinthium illam fuisse resolutam, & non suffragari fuit firmatum.

Nam cum dicti fratres acceptaverint donationem eodem modo, & sub illis pactis, quibus eis fuit facta donatio ob non adimplementum fuit resoluta, stan-
2 te expresso pacto resolutivo in donatione † appositio quod præcedens donatio sit nulla, & nullius roboris & momenti, ac si facta non fuisset, quia sic, &c.
3 Cum clausula † *& non aliàs aliter, nec alio modo*, quæ operatur, ut dominium rei donatæ retro transferatur in donantem. *Ex notatis* per Salve. *ex l. lege C. de condit. ob caus. in ultima oppositione.* Felin. *in cap. cum dilecta col. S. vers. septimum signum de rescript.* Paris. *cons.* 19. *n.* 18. *vol.* 2. Dec. *cons.* 528. *in fin.* Cephal. *cons.*
4 118. *n.* 13. Talis enim clausula est tantæ efficaciæ † & virtutis, ut faciat deficere consensum partium, Ceph. *d. cons.* 118. *n.* 14. *& cons.* 296. *n.* 11. & si non concurrunt in actu omnes qualitates præcedentes, talis clausula
5 annullat dispositionem in † quâ proferuntur, Tiraquell. *de utroque retractu*, §. 8. *gloss.* 6. *n.* 2. Paris. *cons.* 16. *n.* 10. *vol.* 192. Rol. à Vall. *cons.* 63. *n.* 39. *& seqq. lib.* 4. Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 30. *n.* 31. Donationem autem non fuisse acceptatam juxta conditiones in eadem appositas, patet, quia in donatione fuit expressè cautum, ut donatarii tenerentur infra tres menses Donationem acceptare, † & in seipsos assumere, & incipere omne commodum, & incommodum ex dictis bonis, & juribus donatis, & promittere ab eis indemnem, & penitus sine fundamento relevare ipsum donantem etiam sub obligatione in forma Cameræ, & insuper relevare & indemnem Bartholomæum Masserium; &c. quarum neutrum tantùm abest, quod adimpleverint: quinimò instrumento acceptationis Donationis 11. Augusti ejusdem anni expresè declararunt, acceptando Donationem quoad onera & gravamina, nolle alio modo teneri, nisi de pretio ac valore bonorum donatorum, & non aliter, nec ultra, cum de proprio, nempe in plus nolint, & intendant ad dicta onera, & gravamina esse obligatos, dum autem † ipsi 7
limitarunt eorum promissionem ad valorem, & retractum bonorum donatorum, & sic noluerunt teneri, quatenus dicta onera excedant, utique non fuit satisfactum intentioni Donatoris, qui voluit esse securus, † 8
quòd non posset unquam pati aliquam molestiam, & ideò voluit quòd simpliciter omnia onera assumerentur, & propterea implementum ad hoc, ut suffragetur debet esse liberum, & purum, non autem conditionale, & Donatarii tenebantur se ipsos obligare in forma Cameræ tam pro securitate & indemnitate, & relevatione personæ donantis ab omnibus oneribus impositis super bonis donantis de scriptis & registratis in fine Donationis, quam personæ Masserii, qui erat obligatus pro scutis 50. mill. Montis fidei † quorum cùm 9
neutrum ab ipsis in neutro fuerit factum, meritò per Rotam in supradictis tribus decisionibus fuit formatum donationem evanuisse nulloque modo suffragari posse Troglionibus successoribus.

Secunda acceptatio onerum dictæ Donationis plenariè facta cum declaratione, quod conditio adjecta in acceptatione Donationis anteà facta 11. Augusti 1609. secundùm eorum intentionem in nullo adversabatur acceptationi simpliciter faciendæ per ipsos, & quod se obligabant relevare, & conservare indemnes & penitus sine damno dictos donantem, & Masserium revocando dictam conditionem, quatenus in aliquo defeciissent, non suffragatur † cùm fuerit facta longè 10
post lapsum trium mensium dictæ acceptationi, & obligatione præfixum à Donatore cum dicto pacto resolutivo, & clausula, *non aliàs*, *&c.* Mortuo jam Donatore, & Constantino altera ex duobus Donatariis. Nec potuit unus ex Donatariis † altero defuncto, 11
nec non etiam ipso donante acceptare Donationem, quia mutato rerum statu defecit consensus Donantis, & unius ex Donatariis, ut tenuit Rota *in Perusina hæreditatis* 11. *Dec.* 1628. *cor. mem. Card. Virili.*

Non obstat quod stante declaratione Donatoris opposita in limine Donationis, qua declarabat se ad donandum motum fuisse ex fraternâ dilectione, qua prosequutus fuerat, & prosequebatur Donatarios fratres Consobrinos † non sit verisimile quòd voluerit eos in 12
plus gravare quàm pateretur valor, & retractus bonorum Donatorum, ut voluit Rota *in recentio. dec.* 254. *num.* 12. *part.* 6. Ne contingat quòd Donatio inducta ad finem † conferendi lucrum, & utilitatem 13
retorqueatur in damnum. Quia subsistit responsio data in *decis.* 12. *num.* 3. *part.* 3. *recent.* Ex regulâ quod Donator in contractu Donationis possit apponere conditiones, † modos, & pacta sibi benè visa, cùm valeat pactum inter Donantem & Donatarium, 14
quod iste teneatur de proprio ad omnia debita Donatoris, † & sibi imputet Donatarius si tale pactum 15
acceptavit. Unde in proposito casu Triglioni non poterant Donationem cum certis pactis, & formis factam acceptare, & hujusmodi pacta per modum conditionis appositа recusare stante præsertim pacto resolutivo cum clausula † *non aliter*, *nec alio modo*, 16
cùm semper subsistat Donatorem noluisse donare nisi supra dictis conditionibus.

Nec relevat quod cùm Donator habitâ scientia acceptationis Donationis mediante adeptione, possessionis bonorum donatorum, non solùm non curaverit

verit recuperare bona & uti pacto resolutivo sed nun-
17 quam contradixerit, † ex acquiescentia, & patientia quòd Donatarii possiderent sequatur declaratio, quod implementum præcesserit juxta ejus intentionem, quia satisfacit *dicta decis.* 104. *p.* 3. in qua datur particulari dubio, An dicta scientia, & approbatione Donatoris constaret, negativè fuit resolutum, cum quâ DD.
18 transierunt, & tantùm abest quòd probetur, † quod Donator habuerit scientiam dictæ acceptationis, & illam ratificaverit, quinimò magna resultat verisimilitudo de contrario ex eo quod dictam Donationem disponendo de omnibus suis bonis mobilibus, & immobilibus injunxit hæredibus eadem onera priùs
19 injuncta Donatariis † nempe solvendi debita, & conservandi ipsum Masserium indemnem, quod verisimiliter non fecisset, si jus Masserii sciviset salvum fuisse, & nisi existimasset donationem resolutam, non dispo-
20 suisset † iterum de bonis jam donatis, & præsertim in remunerationem familiæ, & salutem ejus animæ.

Supersest exceptio retentionis bonorum donatorum pro debitis solutis à Donatariis de mandato Donatoris, & vigore obligationis impositæ, in Donatione de qua poterit particulariter videri.

Et ita utraque parte, &c.

R. P. D. CERRO,

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Domus.

Lunæ 25. *Februarii* 1641.

ARGUMENTUM.

Creditum cum hypotheca fuit probatum, & possessio debitoris de tempore hypothecæ, & possessio ejus, contra quem agitur de tempore litis, tunc non potest denegari immissio vigore Salviani. Sententia difformis libello, licèt invalida sit, tamen id non procedit, quando sumus in judicio summario, & quare. Instrumento impugnato, quod usque quis uti valeat.

SUMMARIUM.

1 *Immissio vigore Salviani, quando non possit denegari.*
2 *Sententia difformis libello, & excessus est valida.*
3 *Sententia non potest dici difformis libello, & excessiva si aliquid veniat accessoriè, & inest virtualiter in petitione.*
4 *Sententia etiam non conformis libello in judicio summario, quale est Salvianum.*
5. *In judicio summario non attenditur quid fuerit petitum, si quid in prosecutione Judicii fuit probatum.*
6 *Instrumenti impugnatio non impedit, quominus quis eo uti possit, & petere ejus executionem, donec pendet lis super istius rescissione.*
7 *Præstationem annuam existens in quasi, & possessione exigendi, agere potest absolutionem, non obstante pendentia litis.*
8 *Donatione quia non est privandus, donec non fuerit per rem judicatam rescissa, & resoluta.*
9 *Donatarius pendente lite manutenendus est in possessione rerum donatarum.*
10 *Donatarius pendente lite est manutenendus in possessione rerum donatarum, sic eidem debentur quoque earundem rerum donatarum.*
11 *Retentio pro melioramentis non datur nisi fuerit probatus status anterior rei, & an melioramenta sint necessaria vel utilia.*

Melioramenta voluptuaria non resciuntur, ibid.

12 *Melioramentorum exceptio non est apta ad impediendum immissionem.*

Et hoc maximè quando in ipsa sententia fuit ordinatum de præstanda cautione; quatenus melioramenta probentur, & veniunt reficienda.

13 *Creditor creditorum succedit in eorum locum ac jus, & habent, ac exercere possunt omnes actiones utiles, quas sui debitores exercere valent.*
14 *Judicium criminale priùs incœptum impedit ne interim judicium civile possit exerceri.*
15 *Retentio nulla potest competere pro credito litigioso, ac illiquida adversus creditum liquidum, & certum.*

DECISIO CXXXI.

ANno 1625. D. Paulus Emilius Ursinus donavit inter vivos omnia, & singula bona sua, & signanter domum, de qua hodie agitur, D. Clarici Sabellæ, quæ vice versa eidem Donanti solvere promisit annua scuta 800. Monetæ ejus vita durante sub obligatione Camerali, & hypotheca omnium bonorum præsentium, & futurorum.

Deficiente post modum Clarice in solutione dictæ præstationis, D. Ursinus intentavit coram A. C. Salviannm interdictum adversus Lucretiam Fedelem super d. domo sibi vendita à Clarice, petendo se immitti in possessionem illius, donec sibi satisfieret de scutis 500. pro aliquibus terminis decursis, & non solutis, ac pro scutis 800. interim decurrendis.

Cùm verò A. C. pro Ursino contra Lucretiam sententiam definitivam protulisset in gradu appellationis fuit coram me dubitatum, An sententia A. C. esset confirman. vel infirman. & Rota confirman. censuit.

Nam tria extrema in hoc judicio requisita, nempe creditum cum hypotheca D. Ursini, possessio Lucretiæ de tempore motæ litis contra quam hodie dirigitur Salvianum, in controversiam non cadunt, & pars non impugnat, quibus probatis immissio non
† solet denegari juxta opinionem quam sequitur Rota 1
Card. Seraph. *dec.* 1100. in princ. san. mem. Greg. XV. *dec.* 191. R. D. meus Decanus *dec.* 135. *n.* 4. *part.* 6. *rec.*

Nec obstant tria ab informantibus pro Lucretia contra sententiam opposita.

Primum enim quod sententia sit difformis libello, & † excessiva, cùm monitorio petita fuerint solum 2
modo scuta 500. sententia verò condemnet in scutis 890. dictum fuit non subsistere, quia petitio non fuit restricta ad sola scuta 500. Sed ulterius petita fuerunt scuta 800. pro terminis in posterum decurrendis, ut in summario Lucretiæ *num.* 3. & ita cum à die petitionis decurrissent alia scut. 360. Judex potuit etiam pro illis condemnare Lucretiam, nec inde † sententia dicitur 3
difformis, & excessus, cum venirent accessoriè, & inessent virtualiter in petitione, Bald. *in l. fin. n.* 10. *C. de fideicomm. libert.* Felin. *in cap. licet, n.* 23. & 25. *de simon.* Ofasch. *decis.* 1. *n.* 24. Maximè in judicio † sum- 4
mario quale est Salvianum in quo sustinetur sententia etiam non conformis libello Verall. *in decis.* 126. *n.* 1. *part.* 3. Rota *decis.* 256. *sub n.* 2. & *n. seq. part.* 1. & *dec.* 44. *n.* 2. & 3. *part.* 2. *divers.* & *in recent. decis.* 611. *n.* 5. *part.* 1. Nec attenditur quid petitum fuerit, sed † 5
quid in prosequutione judicii fuerit probatum Felin. *ubi supra n.* 28. Paris. *cons.* 76. *n.* 12. *cons.* 90. *nu.* 20. & *seq. cons.* 113. *n.* 3. *lib.* 1. Rota, *apud Caputaq. decis.* 262. *num.* 1. & 2. & *in rec. dec.* 69. *n.* 13. *part.* 1.

Nec refragatur quod pro terminis lite pendente decursis Ursinus agere non potuerit, cùm ad ejus instantiam fuerit introducta lis super rescissione donationis, quia † impugnatio instrumenti non impedit, 6
quo-

quominus quis possit eo uti, & petere illius executionem, donec pendet lis super illius rescissione, Felin. *in cap. capitulum, n. 9. & 13. de rescript.* Rebuff. *ad constitut reg. tot. de rescis. contract. n. 7.* Franc. *decis. 373. per tot. Intrig singul. 55. lib. 2.* Cartar. *decis. Genuen. 2. n. 8.* Cum aliis plenè adductis per Giurb. *decis. 2. num. 1. decis. 55. num. 11. & decis. 100. n. 33.* Imò cùm Ursinus reperiatur in quasi possessione † exigendi hanc annuam præstationem, agere potest ad solutionem non obstante pendentia litis, quia non est privandus sua possessione, donec donatio non † fuerit per rem judicatam rescissa & resoluta Bero. *consil. 119. n. 1. vers. tertia disput. libr. 3.* Honded. *cons. 17. num. 15. lib. 2.* Gutierrez *de juram. confirm. part. 1. cap. 2. num. 23. versic. Sic etiam si sit instrumentum*, Franc. *d. decis. 373. vers. & sicut reus*, Gratian. *discept. forens. cap. 796. n. 39. & seqq.* Rota, *post Cencium de censibus decis. 213. n. 7. & 8. decis. 235. in fin.* Et id suadet maxima æquitas, quia sicuti Clarix non † obstante lite permansit, & adhuc permanet in possessione bonorum donatorum, & fructus ex illis percipit, ita etiam omnis ratio postulat, quod teneatur, ad solutionem pecuniarum in recompensam † donationis promissarum ex traditis per Bald. *in l. 2. nu. 7. C. de usuris*, Cagnol. *in l. curabit num. 31. & seq. C. de actionibus empti.* Dec. *consil. 119. num. 5. vers. 6. adduci potest.* Natta *cons. 384. num. 22.* Cephal. *consil. 609. num. 3. vers. sed his non obstantibus, & n. seqq. plenè.* Surdus *consil. 101. n. 23.* Gabriel. *tit. de empt. & vend. concl. 4. num. 9.* Covar. *var. resol. lib. 3. cap. 4. num. 6. vers. duodecimo hinc adducitur*, Borgnin. Caval. *decis. 5. num. 5. part. 1.* Mastrill. *decis. 160. n. 13. & seqq.*

Secundum verò quod Lucretiæ competat retentio pro melioramentis DD. non placuit, * quia cum non fuerit probatus status anterior domus, & an meliramenta sint necessaria vel utilia, quia voluptaria non reficientur, Rota coram Cardin. Seraph. *decis. 1453. n. 5.* & coram Buratt. *decis. 834. num. 11.* eorum exceptio non est apta retardare missionem. Rot. *decis. 312. num. 4. part. 2. divers. & in recent. decis. 610. n. 3. part. 1.* Et in omnem casum Lucretiæ fuit consultum per condemnationem * in ipsa sententia factam de præstanda per Ursinum cautione de illis reficiendis quatenus probari, & liquidari contigerit, Put. *decis. 261. lib. 2. in correct.* Rot. *in recent. decis. 322. sub n. 13. part. 4. & decis. 276. n. 3. & 4. part. 6.*

Major difficultas videbatur consistere in tertia oppositione, nempè quod cum Honorius, & Lucas de Sabellis ex una parte sunt debitores Lucretiæ ob fidejussionem, & promissionem de evictione ad ejus favorem præstitam in emptione ejusdem domus, ex aliâ verò sunt creditores anteriores Ursini in majori quantitate occasione census ad eodem impositi usque & de anno 1623. ad favorem prædictorum Honorii, & Lucæ, quemadmodum iisdem competeret retentio adversus Ursinum eorum debitorem, ita eadem competere debeat Lucretiæ, quæ * uti creditrix creditorum succedit in eorum locum, & jus habet; ac exercere potest omnes actiones utiles, quas sui debitor habere & exercere posset, *l. nomen. C. quæ res pignor. poss.* Bart. *in l. cum grege § cum pign. n. 3. & ibid.* Salicet. *n. 3. ff. de pign.* Neg. *de pig. 3. memb. 2. p. n. 24.* Surd. *cons. 4. n. 23.* Quo refert & sequitur Thomat. *dec. Maceraten. 14. n. 11. & 13.*

Sed objectum hoc visum est facilè evitari, quia cum super instrumento census pendeat judicium criminale, * quod uti prius inceptum impedit, nec interim civilis possit haberi ratio ejusdem instrumenti, *l. fin. C. de ordine cognit.* Dec. *in l. edita n. 65. C. de edend.* Put. *dec. 268. per tot. lib. 1. in correct.* Pro dicto credito litigioso, & illiquido nulla potest competere retentio adversus creditum Ursini certum * & liquidum Neguss. *de pignor. 5. p. memb. 1. n. 37. vers. ex quo etiam infertur.* Surd. *dec. 184. n. 12. in fin. vers. & dicit.* Neguss. Mastrill. *dec. 88. n. 4.* Rota *dec. 433. n. 5. v. & consequenter part. 2. recent. & Reverend. Urgellen. dec. 113. n. 7.*

Et ita resolutum utraque, &c.

R. P. D. CERRO,

Sacræ Rotæ Decano.

Reatina Census.

Luna 10. *Junii* 1641.

ARGUMENTUM.

Census licèt eo ipso extinguatur, quo fundus super quo impositus fuit per anteriores creditores evictus appareat, tamen dum reperitur in statu validitatis debentur fructus. Census dum fuit impositus super diversis fundis, si aliqui ex eis fuerint evicti, cum illi qui remanent, sint ejus valoris, ut illum sustinere valeant, tunc census non dicitur extinctus.

SUMMARIUM.

1 *Census resolvitur eo ipso, quod fundus censualis evincitur, seu avocatur per creditores anteriores.*
2 *Census quando stat in validitatis statu, adhuc non dicitur extinctus, & ideo debentur fructus.*
3 *Census imponi potest, etiam super fundo obnoxio hypothecis.*
Census impositus super fundo obnoxio hypothecis, quo usque duret, num. 3.
4 *Pro census sufficientia fundus præsumitur donec docetur de insufficientia.*
5 *Census, si impositus reperiatur super diversis bonis, si aliqua ex eis evincantur, dum ea quæ remanserunt, sint capaces illius, non dicitur extinctus.*
6 *Census, quando fuit impositus bona fide, & fundus de tempore impositionis reputabatur liber, & evictio ejus secuta fuit ignorante creditore, tunc debentur fructus.*
7 *Census sustinetur in præjudicium imponentis.*
8 *Fructus census quando fuit bona fide impositus & fundus fuit evictus, debentur ratione damnorum, & interesse usque ad integram sortis satisfactionem.*
9 *Fidejussor census, eo extincto regulariter non tenetur ad damna, & interesse.*
10 *Fidejussionis materia sanè non patitur extensionem.*
11 *Fidejussor census tunc tenetur ad damna, & interesse, etiam extincto censu, quando se obligavit, uti principalis principaliter, & in solidum.*
12 *Compensatio ipso jure intrat ad impediendum cursum usurarum.*
13 *In Censibus compensatio non fuit ipso jure, sed solum factâ congrua oppositione, quæ loco oblationis est.*
14 *Census quando est redimibilis ex utraque parte statim secuta evictione fundi censuati, statim agendum est ad restitutionem pretii.*
16 *Census quando differat ab aliis creditis usurariis, in quibus licet liciti sint, datur tamen compensatio ipso jure.*
17 *Per evictionem fundi quando non dicatur contractus census effectum esse redimibilem.*
18 *Census quando per evictionem bonorum non fuit extinctus, ut quia adsunt alia bona sufficientia ad illum sustinendum.*
19 *Et tunc non obstante tali evictione census remansit irredimibilis sicuti antea.*

12 *Igno-*

20 *Ignorantia ſtante ceſſat omnis negligentia.*

21 *Compenſatio omnis quando excluditur compenſatio tunc ſolum intrat, quando creditor poteſt ſortem exigere.*

22 *Compenſatio quando evitari non poteſt, tunc potiùs admittitur, quoad extinctionem fructuum, quàm ſortis.*

23 *Compenſatio regulariter non admittitur inter debita diverſarum perſonarum.*

24 *Compenſatio non admittitur de credito particulare ad debitum ſociale.*

DECISIO CXXXII.

SEntentias Rotales quæ in prima parte declararunt cenſum ſcutorum 12800. fuiſſe extinctum tantum modo pro ſcutorum 7000. firmo, & in ſuo robore remanente pro reſiduo pretii non reſtituti uſque ad ſummam ſcutorum 5800. In ſecunda verò formant fructibus illius ratæ cenſus inextincti concurriſſe, & currere, & propterea D. Nicolaum, & fratres de Gavottis condemnandos fore, & eſſe ad ſolvendum fructus hactenus decurſos, & non ſolutos conformandas eſſe reſponſum fuit, cum earum validitas non controvertatur, & de juſtitia ſatis conſtet ex deductis in deciſionibus hujus cauſæ ſub die 2. Dec. 1639. & 11. Maii 1640. coram R. P. D. meo Merlino, & 4. Febr. præſentis anni coram R. P. D. meo Peutingero.

Nec viſa ſunt obſtare ea, quæ contra primam partem ſententarium noviter in contrarium excitata fuerunt; Quod enim Dorothea Manfrona uxor Vallati impoſitoris cenſus ob vergentiam viri ad inopiam obtinueri anno 1626. Aſſociationem bonorum cenſui ſuppoſitorum ſuper quibus habebat hypothecam anteriorem ratione ſuæ dotis; nihil facit, quia licèt cenſus
1 reſolvatur, & evaneſcat ſtatim ac eo ipſo quod fundus cenſualis evincitur, ſeu avocatur per creditores anteriores, ut advertit Cencius *de cenſ. quæſt.* 110. *nu.* 1. & *ſeqq. ſecundum impreſſ. Taurinen.* & ſæpius fuit à Rota firmatum, *in Romana cenſus* 29. *Aprilis* 1630. & 13. *Nov.* 1631. *coram R. P. D. meo Dunozetto* quæ habentur *poſt eundem Cenc. ordinem deciſ.* 548. & 549. & *in Firmana cenſus* 14. *Junii* 1634. *coram R. P. D. meo Merlino*, & *coram R. Urgellen. dec.* 449. *num.* 2. *E. in alia Romana cenſus* 21. *Maii* 1635. *coram R. P. D. meo Veroſpio.* Pro reſponſione tamen hujus objecti D. D. duo tempora diſtinxerunt. Alterum à die impoſitionis cenſus uſque ad annum 1626. quo prætenditur ſequuta evictio, & alterum poſt d. annum
2 1626. Primo tempore ſine † ulla hæſitatione dictum fuit cenſum non fuiſſe extinctum, ſed fructus percipi potuiſſe tanquam de cenſu vero, & valido, quia cum evictio, ut pars adverſa contendit, ſequuta non fuerit niſi de anno 1626. quamvis fundi per prius hypothecati ad favorem Dorotheæ adhuc pro tempore antecedenti cenſus fuit in ſtatu validitatis, & minimè
3 defecit, cum etiam ſuper fundo hypothecis † obnoxio cenſus imponi poſſit, & impoſitus duret quo uſque fundus evincitur ex cauſa neceſſaria prioris hypothecæ. Intrigliol. *ſuper bulla de cenſibus, qu.* 29. *n.* 2. Petr. de Gregor. *de cenſ. quæſt.* 5. *nu.* 9. Cum pluribus quos refert & ſequitur Cenc. *de cenſ. ubi ſuprà qu.* 19. *n.* 1. & *quæſt.* 44. *n.* 7. & Rota *poſt eum cum deciſ.* 6. *n.* 4. *in fin. & ad dec.* 548. & 549. *Utrobique n.* 2. Coram R. P. D. meo Dunozetto.

Idemque reſponſum fuit pro tempore ſubſequenti. Cum enim cenſui ſubjugata fuerit vinea Petiarum 35. in loco nuncupato Roſaro unum cannetum in eodem vocabulo, tres domus cum apothecis in Platea Judæorum, ac aliæ duæ domus poſitæ in foro piſcium ſumm. de Gavottis *n.* 1. Aſſociatio autem fuerit ſolum conceſſa ſuper vinea extra portam portuenſem ſuper una domo, ac duobus apothecis in foro piſcium, & ſuper apothecis in platea Judæorum; & pretio terræ nuncupato il canneto, *ſumm. num.* 7. ideoque ex bonis cenſus adhuc remaneant tres domus in platea Judæorum, alia domus in foro piſcium, quæ ſuppetere præſumuntur pro ſuſtinendo cenſu ſcut. 5800. donec † inſufficientia probetur ab allegante, ut in his 4
terminis dixit Rot. *in recent. deciſ.* 350. *n.* 2. *part.* 1. cenſus pro ea rata dici nequit extinctus, quantumvis aliqui ex fundis ſuper quibus eſt + impoſitus, evicti 5
fuerint, avocari, cùm adhuc remaneant alii fundi capaces pro illius ſuſtentatione, *ex adductis per Euard. de cenſ. §.* 1. *quæſt.* 3. *nu.* 6. & 10. *cum pluribus ſeqq. & num.* 30. *verſ. Niſi pereat in Romana cenſus* 14. *Januarii* 1602. coram bon. mem. Cardin. Sacrato impreſſ. per eoſdem Duard. & Cenc. *utrobique deciſ.* 9. *num.* 8. *& in Romana Cenſus* 1. *Julii* 1627. *coram R. P. D. meo Merlino poſt. Cenc. deciſ.* 542. *n.* 7. & in Imolen. Saviani 11. *Maii* 1635. *coram Reverendiſſ. Ferrarien.*

Præterea ubi etiam fuiſſet ſequuta totalis evictio omnium corporum cenſualium, quod tamen abſolutè non poteſt dici, non idem minus fructus deberentur, quia cum cenſus fuerit impoſitus † bona fide, & 6
fundus de tempore impoſitionis reputaretur liber, evictio verò ſequuta fuerit ignorante creditore, ſicut cenſus ſuſtinetur in præjudicium imponentis, ita certum eſt deberi fructus ſaltem ratione damnorum + 7
& intereſſe uſque ad integram ſortis reſtitutionem. *Cenc. ubi ſup. quæſt.* 9. *à num.* 1. *uſque ad fin. & quæſt.* 42. *num.* 13. *cum ſeq.* Rota *poſt eum deciſ.* 13. *n.* 1. *& dec.* 17. *n.* 2. *&* 3. *& dec.* 59. *num.* 12. & 13. *& coram Card. Seraph. deciſ.* 787. *num.* 7. *& coram Reverend. Urgellen. deciſ.* 449. *num.* 15. & in pluribus aliis relatis à Duard. *ubi ſup. §.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 8. *& quæſt.* 7. *n.* 43. *& ſeqq.*

Nec relevat quod agatur contra Gavottum fidejuſſorem qui regulariter † extincto cenſu non tenetur 8
ad damna & intereſſe *l.* 2. *§. fui ff. qui ſatiſd. cogant.* Concluſio enim procedit quando fidejuſſor reſtrinxit obligationem duntaxat ad cauſam fructuum, † quo 9
caſu natura ejus obligationis non patitur, ut extendatur ultra cauſam expreſſam DD. *in l. quæro ubi Salicet. num.* 1. *in fin. ff. locati gloſſ. in l. centum Capuæ verb. augeri verſ. ſed oponitur ff. de eo quod certo loco.* Secus quando prout hic ſe obligavit ut principalis principaliter, & in ſolidum † pro toto contractu, tunc enim 10
indiſtinctè tenetur etiam ad damna & intereſſe, prout ipſe principalis imponens, *ut poſt* Alex. *conſ.* 34. *n.* 5. *lib.* 2. Cravet. *conſ.* 45. *n.* 6. Firmat articulo plenè diſcuſſo Bero. *conſ.* 193. *num.* 43. *verſ. aggredior uſque ad n.* 56. *lib.* 1. quem Rota ſequitur ſic diſtinguendo *in Romana Cenſus* 29. *Aprilis* 1630. *coram R. P. D. meo Dunozetto impreſſ. poſt. Cenc. in ordine dec.* 549. *n.* 6. & 7. & admiſit *in alia Romana fructuum Cenſus* 21. *Maii* 1635. *coram R. P. D. meo Veroſpio.*

Minus contra ſecundam partem ſententiarum refragari dictum fuit, quod Puteobonellus eſſet creditor Reverendiſſ. P. D. Herreræ in ſumma, ut prætenditur ſcut. 1636. Pro quibus, ſicut & pro alia & pro alia quantitate pecuniarum eiſdem ſolutarum pro fructibus ratæ cenſus ſcutor. 5800. decurſis ab anno 1614. uſque ad annum 1617. † Videtur ipſo jure inductu 11
compenſatio ad impediendum curſum uſurarum, *juxt. l. ſi conſtat, Cod. de compenſ.* Surd. cu p'ures cumulat *deciſ.* 117. *num.* 2. & dictum fuit *in Romana computorum* 23. *Martii* 1618. *coram bon. mem. Coccino*, Quia ultra quod exceptio compenſationis non eſt præſentis inſpectionis cùm hodie quæretur tantummodo de extinctione cenſus, & de formando credito D. Herreræ, qui verè dici poteſt creditor ex cauſa fruc- 12
tuum, quamvis ex aliâ causâ eſſet debitor in magnâ quantitate, ut dixit Rota *in Melevitana expenſarum* 31. *Jun.* 1631. *coram P. P. D. meo Ghiſſerio, quæ eſt dec.* 10. *num.* 18. *part.* 6. *recent.* Reſponſum fuit

con-

13 conclusionem non procedere in quibus compensatio † non fit ipso jure, sed solùm facta congrua oppositione, quæ loco oblationis sit Peregr. *consil.* 107. *num.* 3. *vers.* & *ad hoc text. lib.* 2. Navarr. *de usur. quæst.* 40. *num.* 125. Roderic. *de annuis redd. lib.* 2. *quæst.* 18. *num.* 9. *& seqq.* Et ita consultus respondit Dominus Ranuccius qui in hac causa contrarias partes defendit, *in ejus responso allegato per extensum à Cenc. de cens. quæst.* 88. *sub n.* 6. *vers. contrarium tamen existimo, secundum impress. Taurinen.*

Nec evertitur ista responsio ex replicatione, quod hoc procedat ex censu vero, & irredimibili ex parte
14 creditoris, secus autem † quando est redimibilis ab utraque parte, prout contenditur fuisse censum de quo
15 agitur, cùm stante evictione fundi † censualis D. Herrera statim, & quandocumque agere posset ad restitutionem pretii. Grat. *decis. Marchiæ* 13. *num.* 28. Rota *apud Cenc decis.* 47. *n.* 1. *&* 2. Ac proinde cum esset redimibilis ex parte utriusque, statim & ipso jure in-
16 ducta fuerit † compensatio, cum isto casu census nihil differat ab aliis creditis usurariis, in quibus etiam liciti sint, datur compensatio ipso jure. Peregrin. *d. consil.* 107. *num.* 3. *&* 4. Roderic. *ubi sup. d. quæst.* 18. *num.* 14.

Plures enim fuerunt datæ responsiones, & primò
17 negatum fuit per † evictionem fundi censum fuisse effectum redimibilem, quia cùm in facto fuerit justificatum ex corporibus censitis, remansisse quatuor domus, quæ præsumuntur sufficere pro sustinendo residuo census
18 inextincti, ut supra dictum est, † utique non obstante evictione illorum corporum census remansit in eodem statu validitatis, ejusdemque naturæ, & sic irredimibilis prout erat antea, ex juribus supra allegatis.

Secundò, fuit animadversum dictam replicationem potuisse procedere, si Dominus Herrera sciens agi posse ad repetitionem sortis propter associationem, tunc
19 tam à creditoribus anterioribus super † fundo censuato, neglexisset agere pro illius consequutione, tunc enim induceretur compensatio, & præsumeretur, quod ideo non exegisset, quia pecunia debitoris penes se retinebat in computum proprii crediti. Verùm cùm penitus
20 ignoraverit factum associationis, & evictionis † non solùm cessat quælibet negligentia, & præsumptio, sed sicuti propter ignorantiam reputatur, perinde ac si sortem exigere non potuisset, *l. annus* ibi *qui nescit videtur facultatem experiendi non habere, ff. de calumniat.* Ita & consequenter excluditur prætensa compensatio, quæ locum solum † habet, quando creditor potest sor-
21 tem exigere, ut declarando *d l. si constat*, tradit Rodericus *de annuis reddit. quæst.* 18. *n.* 14 *vers. & intellige ex eo tempore.*

Tertiò, cum de eo tempore essent in magnâ quantitate decursi fructus diversorum censuum pro quibus Puteobonellus uti principalis, principaliter, & in solidum erat obligatus ad favorem D. Herreræ † in omnem ca-
22 sum, quatenus compensatio evitari non posset, cessisset prius in extinctionem dictorum fructuum, sicuti cessisset ipsa realis solutio *juxta l. Paul.* 2. *§.* 1. *ff. de solut. & l. cum in sortis ff. de pignorat. act.* Grat. *discept. forens. c.* 224. *n.* 30. *& seqq in puncto*, Roderic. *d. quæst.* 18. *num.* 8. firmavit Rota *in recent. decis.* 403. *num.* 16. *part.* 5 & fuit dictum *in Mediolanen. census* 17. *Maii* præteriti, coram R. P. D. meo Verospio, & in Senogallien. compromissi 3. hujus coram R. P. D. meo Dunozetto.

Quartò, & demum cessare visa fuit omnis difficultas quia debitum census est sociale & commune inter Gavottos, & Puteobonellos, creditum autem scutorum 1636. est proprium, & particula ipsius Puteobonelli; unde cùm societas sit quid distinctum à sociis in particulari, non potest esse locus compensationi, cùm † regulariter non admittatur inter debita adversarum personarum, nec de credito † particulare ad debitum sociale Salicet. *in l. ejus, n.* 2. *C. de compensat.* Cuman. *cons.* 172. *in princip.* Socin. sen. *consil.* 63. *num.* 10. *lib.* 1. Tindar. *de compensat. §. omnem debitorem, n.* 7. Gratian *dicept. forens. cap.* 948. *num* 3. Rota *Januen. decis.* 26. *num.* 30. & Rota, *nostra decis.* 380. *sub num.* 1. *part.* 3. *recent.* & coram Card. Cavaler. *decis.* 38. *num.* 5. *cum aliis allegat. per ad san. mem.* Greg. XV. *decis.* 366. *num.* 7.

Et ita resolutum fuit utraque parte informante.

R.P.D. CORNELIO,

Postea Episcopo Patavino.

Reatina Census.

Lunæ 23. *Junii* 1642.

ARGUMENTUM.

Clausula constituti licèt non transferat dominium & possessionem in emptorem census, tamen non potest denegari ei associatio pro fructibus censûs. Census si remaneat sine fundo, fructus ex eo non debentur.

SUMMARIUM.

1 *Dominium, & possessio fundi censuati non transit in emptorem census.*
2 *Verum tamen est quod illi competit associatio in illo pro fructibus ejusdem census.*
3 *Liberatio quando non fuit realis, sed tantùm personalis, tunc fundus non liberatur à speciali hypotheca.*
4 *Pactum personale ne scilicet aliquid à persona petatur, non liberat ab hypotheca, sed solùm ab actione personali.*
5 *Dictiones* solum ipsi *sunt personalissimæ.*
6 *Verba personalia restringuntur ad obligationem ad casum expressum.*
7 *Effectus restringitur ad limites suæ causæ.*
8 *Censuarius non præsumitur quod voluerit ut census remaneret sine fundo.*
9 *In Contractibus non attenditur, quid unus sensit, sed quod ambo verisimiliter crediderunt.*
10 *Ex Censu, qui est sine fundo, non possunt percipi fructus.*
11 *Solvere pro alio quilibet potest.*
12 *Verba quando sunt clara, non est opus conjecturis.*

DECISIO CXXXIII.

POst trinas propositiones fuit sub hac die resolutum esse standum in ultimo loco decisis coram me sub die 17. Februarii præteriti, quia mandatum de associando ad possessionem prædii, de quo agitur relaxatum fuit ad favorem Vincentini emptoris Census impositi à D. Vecchiatello, super eodem prædio vigore clausulæ constituti, † quæ licet non transferat dominium, & 1
possessionem fundi censuati in emptorem census, nihilominus operatur, † ut illi competat associatio pro 2
fructibus ejusdem census, ut sæpè Rota *resolvit & signanter in Bononien. de Zevaliis post Cenc. de Cens. dec.* 149 *dec.* 150. *& dec.* 542. *n.* 2. *juxta* Modern. *impress. & in Romana Census* 5. *Martii* 1636. *coram R. P. D. meo Cyrillo.*

Neque obstat quod Vincentinus liberavit D. Vecchiarellum, & alios Abundantierios à dicto censu, ex eo quod Abundantierii successores recognoscentes bonam

bonam fidem declaraverit se velle tenere ad solutionem fructuum ac restitutionem sortis ejusdem Census.

3 Quia placuit responsio, nimirum dictam liberationem fuisse solùm personalem † non autem realem, &
4 sic fundum fuisse liberatum à speciali hypotheca desuper constituta, cum pactum personale, † ne scilicet à persona petatur non liberet ab hypotheca, sed solùm ab actione personali, *leg. solvitur, & ibidem* Oddofred. *in princip.* Angel. *in notabil. fulgos. post princip. in Gloss. iste intellige.*

Quod autem dicta liberatio fuerit solummodo personalis clarè colligitur ex verbis in antecedenti decisione ponderatis in principio, & signanter ex illis, *ma questa serua à loro solamente per non potere essere molestati, & inquietati per nessuno tempo da me detto Censo*, quæ dictiones *solamente essere* tanquam personalissimæ restringunt liberationem ad casum expressum,
5 juxta conclusiones in decisione firmatas; attenta præsertim causa ob quam facta fuit liberatio, quia nimirum novi Abundantierii obligarunt pro † solutione d.
9 census, nulla tamen facta assignatione alterius fundi. Unde apparet Vincentinum voluisse liberare personas Vecchiarelli, & aliorum antecessorum in officio, non
7 autem † fundum censuatum, cum effectus restringatur ad limites suæ causæ. Bald. *in leg. neque mater, n.* 3. *C. de jur. dot. & in l. sed & si me putem*, §. *cum inter, ad fin. ff. de cond. indeb.* Castr. *cons.* 83. *n.* 2. *lib.* 2. Mant. *de tacit. & amb. lib.* 1. *tit.* 9. *n.* 2. Rota *dec.* 46. *n.* 26. *part.* 5. *recent.*

Nec relevare videntur conjecturæ ex adverso ponderatæ pro liberatione fundi. Nam prima desumpta ex eo, quòd non sit verisimile Vecchiarellum finito officio, ratione cujus census fuit impositus voluisse
8 res suas remanere sub periculo, quia nempe etiam † est verisimile Vincentinum voluisse censum impositum ad sui favorem remanere sine fundo. In contractibus autem non attenditur id quod unus sensit, sed id quod
9 ambo verisimiliter † crediderunt *l. si repetendi, C. de condit. ob causam l. inter stipulantem*, §. *si stichum, de verb. oblig.* Decian. *respons.* 21. *n.* 1. *lib.* 2. Cravet. *consil.* 620. *n.* 7. Gabr. *cons.* 168. *n.* 33. *lib.* 1. Mant. *de tacit. lib.* 2. *tit.* 4. *n* 11.

Secundo verò quòd Vincentius esset tutus propter obligationem factam à novis Abundantieriis non subsis-
10 tit, quia si fundus censuatus esset liberatus, † census remaneret sine fundo, sine quo fructus illius sumere non possunt, juxta constitutionem san. mem. Pii V. & ex traditis in decisione.

Tertia ducta ex observantia solutionis factæ à novis Abundantieriis non concludit liberationem fundi cen-
11 suati, † cum quilibet possit pro alio solvere *l. solutionem, ff. de solut. & libert. l. solvend. ff. de negot. gest.* Roland. à Valle *cons.* 14. *n.* 10. *lib.* 1. Rom. *cons.* 428. *n.* 8. Surd. *dec.* 174. *n.* 27.

Quarta demum quod debitum dicti Census uti contractum ratione annonæ non obliget, nisi ratione officii, tollitur ex verbis Instrumenti, in quo Vecchiarellus ne dum propriam possessionem, verùm etiam propria bona, & proprium fundum obligavit; ubi enim verba sunt clara, non est opus conjecturis. L. *ille*, §. *cum in verbis, ff. de leg.* 3. *l. continuus*, §. *cum ita, ff. de verb. oblig* Mantic. *de tac. & amb. lib.* 2. *tit.* 4. *n.* 101. Rota *dec.* 106. *num.* 4. *dec.* 583. *n.* 4. & 754. *n.* 3. *p.* 2. *rec.* Gregor. XV. *dec.* 157. *n.* 12.

Et ita utraque, &c.

R. P. D. CERRO.

Sacræ Rotæ Donatio.

Romana, seu Nepetina Tutelæ.

Veneris 4. *Julii* 1642.

ARGUMENTUM.

Tutor si promiserit reddere bonum & fidele computum, aliàs voluit teneri ad damna, id includit obligationem, restitutionem, reliquatum. Tutor, quod remanserit debitor in redditione rationum, ex quibus satis dicatur constare.

SUMMARIUM.

1 *Administrator quilibet tenetur reddere rationem, & restituere reliquatum.*
2 *Administrator promittens reddere bonum, & legale computum, & aliàs voluit teneri ad omnia damna, quid hoc includat.*
3 *Mandatum executivum relaxari potest stante obligatione Camerali.*
4 *Inventarium tutelare benè probat contra Tutorem.*
5 *Libri depositariæ publicæ sufficienter probant pro tertio contra tertium.*
6 *Liber privatus benè probat contra scribentem, & ejus hæredes.*
7 *Librum privatum à se scriptum in actis producens, fortius contra ipsum probat, cùm censeatur illum quoad omnia approbasse.*
8 *Tutor in actis producens librum tutelarem, si ex eo non potest elici veritas partitarum, non probat ad sui favorem.*
9 *Liber tutelaris, ut validè dicatur factus, & tentus, qualiter debeat confici & teneri.*
10 *Liber tutelaris si in aliquibus partitis reperitur erroneus, nulla fides in reliquo est adhibenda.*
11 *Titor administrans gregem, & armenta, non solùm tenetur restituere animalia, verum etiam fructus, & fœtus.*
12 *Libris tutelaribus dum probatur aliquibus partitis fuisse erratum, ita etiam in cæteris potuit errari.*
13 *Inventariam plenè probat contra Tutorem scribentem.*
14 *Testes aliqui si deponant de majori summa, & alii de minori, ista minori summa dicuntur omnes concordes.*

DECISIO CXXXIV.

CUm Veronica de Piscibus tanquam filia, & hæres q. Jacobi de Piscibus conviciset Dionysium de Sanctis ad reddendam rationem administrationis, bonorum, & introitum, cæterorumque effectuum hæreditariorum dicti Jacobi, quæ ipse uti ejus Tutor, & Curator spatio 14. annorum administravit, ista obtinuit à Sanctissimo hujusmodi causam cognosci ab A. C. de voto Rotæ appellatione remota. Unde proposito hodie dubio, An, & pro qua summa mandatum sit relaxandum. Domini informante tantùm Veronicâ dixerunt pro nunc esse relaxandum pro scutis 4587. Nec non pro restitutione animalium descriptorum in Inventario tutelari sine eorum valore, ac pro rata Vaccarum, aliorumque animalium n. 13. quæ constat remansisse in hæreditate Jacobi, & à Dionysio, fuisse retenta in sociam, sine tamen præjudicio residui.

Nam quoad scuta 4587. constat Dionysium esse debi-

torem scutorum 19233. pro fructibus bonorum hæreditariorum, pecuniis in hæreditate repertis, indiciis exactis, ac pro frumenti, & animalium, aliorumque fructuum, quæ ad ejus manus perveniſſe apparet ex partitis regiſtratis in Summario Veronicæ *n.* 3. *cum ſeqq.* Ex quibus demptis ſcutis 11951. erogatis in emptoribus Cenſuum, & locorum Montium ad favorem pupillæ, ac in expenſis neceſſariis, quæ informantes pro Veronica admittunt eſſe ponenda in credicum Dionyſii, nec non relictis in ſuſpenſo quatuor partitis conſtituentibus in totum ſcuta 2695. nempe prima ſcut. 1836. pro rubris 51. ſementæ, ſecunda ſcut. 240. pro rubris decem hordei, tertia ſcut. 319. pro tot ſuibus datis, ut dicitur à credenza diverſis perſonis, & quarta ſcut. 300. pro ſorte unius cenſus, qui prætenditur extinctus cum Communitate Formelli, quas Domini cenſuerunt adhuc non eſſe ſufficienter juſtificatas, debitum Dionyſii remanet certum, & liquidum in dd. ſcutis 4587. pro quibus mandatum eſt relaxandum, tam ex diſpoſitione juris communis, quàm quòd quilibet adminiſtrator de jure teneatur reddere † rationem & reſtituere reliquatum. *l. §. officio, ff. tutel. & rat. diſtrah. l. rationes C. de adminiſtr. tutor.* 1

Quam etiam vigore ejus particularis promiſſionis, quia ipſe ſub obligatione Camerali promiſit de adminiſtratis reddere bonum, & legale computum, aliàs teneri voluit ad omnia damna, ut in *ſummâ num.* 2. quæ promiſſio † includit obligationem ſolvendi reliquatum, *l. cum ſervus, ff. de condit. & demonſtr. l. boves, §. fin. & ibi gloſſ. ff. de verb. ſign.* Rota coram ſan. mem. Greg. XV. *dec.* 554. *n.* 2. *& in Romana fidejuſſionis* 21. *Junii* 1631. *coram Emin. Dom. meo Card. Veroſpio*, & ſtante obligatione † Camerali relaxandum 2
eſt mandatum executivum, ut dictum fuit in Imol. *Tutelæ* 2. *Dec.* 1593. *coram bon. mem. Card. Pamphilio ſen. & in Romana redditionis rationum* 19. *Dec.* 1598. *coram Litta, & in Arimin. adminiſtrationis tutelæ* 24. *Nov.* 1625. *coram R. P. D. meo Merlino Decano.* 3

Nec dubitari poteſt de veritate partitarum, ex quibus deducitur debitum Dionyſii. Quia plenè juſtificantur, partim ex inventario tutelari quod † contra
tutorem ſcribentem plene probat, *ad trad. in leg. fin.* 4
ubi Gloſſ. & DD. *C. arbitr. tut.* Rota coram bon. mem. Buratto *dec.* 557. *num.* 6. & 7. *& dec.* 637. *nu.* 6. *& in recentior. dec.* 301. *num.* 4. *part.* 6. *& in ſupra citata Ariminen. adminiſtrationis coram eodem D. Merlino.* Partim ex publicis inſtrumentis, & ex partitis formaliter extractis ex publicis libris depoſitariæ Sacri Montis Pietatis Urbis, qui ſufficienter
probant pro tertio contra tertium Bart. *in leg. quædam,* 5
§. nummularios n. 4. *ff. de edend.* Card. Seraph. *dec.* 1078. *n.* 4. Rota *in recent. dec.* 19. *n.... part.* 7. & fuit dictum *In Tiburtina adminiſtrationis rationis* 9. *Dec.* 1641. *coram R. P. D. meo Dunozetto.* Partim ex receptis, & notulis manu ejuſdem Dionyſii deſ-
criptis in ſuo † libro, qui licet confectus à privato, 6
probat tamen contra ipſum, ejuſque hæredem, *l. publica* 16. *§. fin. depoſit. ſpecul. in* 3. *parte tit. de inſtrum. edit. §.* 7. *Nunc dicendum n.* 5. *verſic. niſi contra eum.* Alex. *conſ.* 84. *n.* 1. *lib.* 7. Surd. *conſ.* 239. *n.* 20. *lib.* 4. Rota *in recent. deciſ.* 195. *num.* 6. & 7. *part.* 6. *& in ſupra citata Tiburtina adminiſtrationis.* præſertim cum dictus liber fuerit in actis productus ab eodem Dionyſio, qui propterea cenſetur tacitè quoad omnia
approbatus, *l. ſcripturas, C. qui pot. in pign. hab.* Boe- 7
rius *dec.* 333. *n.* 9. *verſ. & in hac cauſa Reverend. Urgellen. deciſ.* 315. *n.* 2. *&. dec.* 368. *n.* 4. cum plurib. adductis in dicta Tiburtina.

Nec relevat dictus liber, quatenus Dionyſius illum exhibet pro ſui exoneratione, & ad ſuum debitum extenuandum. Quia cum appareat confectus de recenti, & in eo fere omnia ſint in confuſo inordinatè, & in genere deſcripta ſine expreſſione cauſæ, & diei, ita ut
non poſſit elici veritas, & deprehendi juſtificatio par- 8
titarum in eo deſcriptarum, non probat ad ejus favorem, deſervire poteſt pro redditione rationis, quia ad hujuſmodi effectum liber tutelaris debet deſtinctè, & ſingulariter continere, quid in ſingulos annos, menſes, & dies præceptum fuerit, quibus, & qua de cauſa datum, & impenſum, à quo fundo fructus 9
recollecti, exactamque & integram continere deſcriptionem omnium datorum, & receptorum, ac introitus, & exitus totius temporis quo continuavit adminiſtratio. Bart. *in leg. comperimus, C de navic. lib.* 10. *& conſ.* 250. *n.* 9. *in fin. part.* 1. Rip. *in leg. admonendi n.* 116. *ff. de jurejur.* Eſcobar. *de ratiocin. adminiſtr. cap.* 10. *n.* 42. *&* 43. *& n.* 47. *cum ſeqq.* Roland. à Valle *conſ.* 49. *n.* 20. *& ſeqq. lib.* 1. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 563. *n.* 32. Menoch. *de arbitr. Judic. caſu* 208. *n.* 18. *& ſeq.* & ſæpiùs Rota *tenuit, & ſignanter in recentior. dec.* 590. *n.* 5. *part.* 1. *& deciſ.* 111. *n.* 5. *part.* 7. & fuit dictum *in dicta Ariminen. coram R. D. meo Merlino*, & aliis multis relatis *in Romana redditionis rationis* 25. *Dec.* 1636 *coram bon. mem. Coccino. & in d. Tiburtina coram R. P. D. Dunozetto.*

Idque multò magis cum in multis partitis dictus liber detectus ſit erroneus nempe in ſeptima, octava, 10
& nona † in quibus Veronica creatur debitrix ſcut. 1512. b. 20. pro expenſis in alendo boves, vaccas, & cætera animalia eorumque cuſtodes, quæ tamen non erant ponendæ ad ſui debitum, tum quia hujuſmodi expenſæ ſpectant ad ſocium minorem juxta morem conſuetum omnium locorum, & uſum ſpecialem illarum partium, de quo dantur atteſtationes in Summario *n.* 23. tum quia compenſantur cum fructibus eorundem animalium, quorum tutor poſſeſſionem non 11
fecit prout debebat, cùm Tutor adminiſtrans gregem, & armenta non ſolum teneatur reſtituere animalia, ſed etiam fructus, & fœtus *l. ſed & ſi* 25. *§. fin. cùm duobus ſeqq. ff. de peti. hæred.* latè Laderch. *conſil.* 99. *n.* 9. & 10. Idem creatur debitrix in quinque partitis conſtituentibus ſcuta 2411. ba. 34. pro alimentis præſtitis Donato Veronicæ, & Hortenſiæ de Piſcibus, Felicique eorum matri, Antinæ & aliis perſonis ſpatio quatuor annorum, hoc eſt ab anno 1624. uſque & per totum 1628. ad rationem ſcut. ſex pro ſingulis quolibet menſe, & tamen ex teſtibus datis in Summario *n.* 21. & 22. probatur Antinam nihil habuiſſe pro victu, Donato verò, Veronicæ, cæteriſque perſonis ſubminiſtrata fuiſſe ſolum ſcuta tria, vel tria 1-2. pro omnibus in ſimul, multæque aliæ partitæ fuerunt appoſitæ ad debitum Veronicæ nullatenus apponendæ, & aliæ plures repertæ ſunt exceſſivæ, quas ſigillatim denumerant informantes pro Veronica, & propterea dicto libro ad ejus favorem minimè eſt ſtandum, niſi omnes 12
partitæ aliundè plenè juſtificentur, quia ſicut ſuprà dictis intervenit error, ita etiam in cæteris potuit errari, Gabr. *conſil.* 148. *n.* 9. *lib.* 1. Farinac. *conſil.* 100. *n.* 14. *lib.* 2. Rota *diverſ. deciſ.* 743. *n.* 1. *& per tot. part.* 4. & *coram ſanct. mem. Greg. XV. dec.* 79. & *ibi adden. n.* 6. & *in recent. d. dec.* 111. *n.* 9. *p.* & fuit dictum *in Papien. bonorum* 1. *Junii* 1605. *coram Ortembergo, & bis in Romana Tutelæ de Ferratinis, nempe* 13. *Martii* 1595. *&* 19. *Junii* 1600. *coram bon. mem. Card. Pamphilio, quæ tres deciſiones habentur impreſſæ apud Marchef. de commiſſ. part.* 1. *fol.* 898. Correcto tamen errore fol. & latè *in D. Rom. redditionis* 15. *Dec.* 1636. *coram bon. mem. Coccino.* 13

Quo verò ad animalia, pro illis quæ deſcripta ſunt in Inventario nulla adeſt difficultas, cùm Inventarium plenè probet contra Tutorem ſcribentem *c. fin. C. tut.* Paris *conſ.* 28. *n.* 55. *lib.* 2. Rota *diverſ. deciſ.* 71. *n.* 3. *part.* 1. *& in recent. deciſ.* 862 *num.* 1. *part.* 2 *& in dicta Arim. Adminiſtrationis tutelæ* 24. *Novembris* 1625. *coram R. D. meo Decano.* Pro iis verò quæ in ſocietatem retinebat ipſe Dionyſius dictus numer. 113. animalium juſtificatur ex duobus teſtibus datis *in ſumm. n.* 18. quibus non obſtat quod ſint in quantitate diſcordes,

ex

ex quo alter deponat de 150. alter de 113. quia in hoc minori numero in quo conveniunt dicuntur conteſtes, & probant *l. diem proferri, ſi plures, ff. de arbitr. DD. in l. penult. ff. de in litem jur. & in l. 1. §. ſi poſtulanti, ff. de verb. oblig.* Rota cor. Greg. *de* 558. *n.* 2. ubi adden. ſub littera A. & coram Buratt. *dec.* 865. *n.* 2. 4

Et ita tuta tantùm, &c.

R. P. D. CARRILLO,

Poſteà Præſide Valliſoletano.

Anconitana Succeſſionis.

Veneris 4. *Julii* 1642.

ARGUMENTUM.

Compulſoria ſpecialis, ut concedatur, quidnam veniat probandum Epiſtolæ, ut aliqui probent quid requiratur. Remiſſoriam Rota ſolita eſt concedere etiam ſuper eiſdem articulis, ſed quid ad hoc ſit neceſſarium. Remiſſoriæ petitio rejicitur quando didicita ſunt juſtificata, & quando dicantur didicita.

SUMMARIUM.

1 *Compulſoria ſpecialis tunc datur quando conſtat de exiſtentia, & relevantia ſcripturæ compulſandæ.*
2 *Scripturæ vera exiſtentia ex quo non probetur.*
3 *Epiſtolæ privatæ debent recognoſci, & recognitio in actis produci, alioquin nullam merentur fidem.*
4 *Copiæ, & exempla quando præbeant ſufficientem fumum ad præſumendam exiſtentiam alicujus ſcripturæ.*
5 *Scripturarum exiſtentia penes hæredes præſumitur, ſi conſtet fuiſſe penes defunctum.*
6 *Compulſoria ſpecialis dum petitur, oritur vehemens ſuſpicio calumniæ, & ad qu.d.*
7 *Compulſoria ſpecialis petitio ob ſuſpicionem calumniæ ſæpè denegatur.*
8 *Remiſſoria denegatur, tum ob vehementem ſuſpicionem calumniæ, tum ob timorem ſubornationis teſtium.*
9 *Calumniæ vehementis ſuſpicio in petenda remiſſoria ſatis arguitur, ex quo plures teſtes jam fuerunt examinati, & nihil fuit probatum.*
10 *Remiſſoria ſuper ejuſdem articulis Rota, quando ſoleat concedere.*
11 *Rota ut concedat remiſſoriam ſuper eiſdem articulis, requirit ut major explicitas non ſit in cortice verborum.*
12 *Remiſſoria quando datur ſuper eiſdem articulis, articuli novi quid comprehendere debeant.*
13 *Remiſſoria non conceditur poſtquam teſtificata ſunt didicita, & n.* 14.
15 *Quod procedit etiam ſi ſunt didicita teſtificata alterius partis ſolùm.*
16 *Teſtificata quo fuerunt didicita non eſt dubitandum quando utrique fuit datum ſummarium examinis.*
17. *Teſtium exceptiones quando fuerunt diſcuſſæ tam circa dicta quàm perſonas, quid ex hoc ſequatur.*
18 *Teſtium ſummarium ſimplex abſque nomine teſtium quando partibus fuit datum, an dicantur didicita teſtificata.*
19 & 20 *Rota benignius agendo, ac ſequendo ſuum ſtylum, facilè in Curia admittit novos articulos.*

DECISIO CXXXV.

DUæ in hac cauſa emanarunt deciſiones inter ſe contrariæ, in quorum altera deciſum fuit teſtamentum Henrici Vicourt ſuſtineri ad favorem Henrici junioris ſui nepotis, non obſtante quod Cæcilia ejuſdem teſtatoris filia prætenderet teſtamentum præfatum fuiſſe conditum ex falſa cauſa, & ſic ſucceſſionem ad ſe ſpectare, quia re vera ex tunc deductis prætenſa falſa cauſa concludenter non probabatur, & in altera receſſum fuit à primo loco deciſis, eo quia ex teſtibus noviter hinc inde examinatis conſtitit, teſtatorem realiter ex falſa cauſa motum fuiſſe ad teſtandum, favore nepotis. Dumque debebat proponi dubium, an eſſet ſtandum in primo, vel ſecundo loco deciſis; Agentes pro d. Henrico juniori exhibuerunt in actis quaſdam copias epiſtolarum; (ut prætendunt dicti Henrici teſtatores) ac inſimul articulos pro examinandis teſtibus in Curia, & extra, ad effectum habendi compulſoriam ſpecialem; & probandi d. teſtatorem non ex falsâ causâ inſtituiſſe nepotem ex fratre, ſed ob amorem, quo ipſum proſequebatur, & obtinuerunt ab A. C. Judice hujus cauſæ dubium, an ſit concedenda compulſoria ſpecialis, & admitti debeant articulo ad effectum examinandi in Curia, & extra cum remiſſoria, ſuper quo hodie conſulta Rota reſponſum fuit, compulſoriam ſpecialem non eſſe dandam, nec remiſſoriam, ſed admittendos articulos, in Curia duntaxat.

Ratio quæ movit Dominos ad ſic reſpondendum fuit, quia quoad compulſoriam ſpecialem, illa tunc demum datur, † quando conſtat de exiſtentia & relevantia ſcripturæ compulſandæ. Veſtr. *in prax. lib.* 6. *c.* 1. *n.* 12. Mantic. *d.* 216. *n.* 3. Burat. *d.* 555. *n.* 1. 1

In præſenti autem non conſtat de exiſtentia, quia licet fuerint exhibitæ in actis quædam copiæ aſſertarum epiſtolarum d. Henrici teſtatoris, attamen ex quo poſſibile eſt quod illæ fuerint ſtudiosè compoſitæ ab eadem parte, non poteſt inde deſumi vera exiſtentia, † ſed debebant examinari teſtes ſaltem ad perpetuam rei memoriam ſuper reali exiſtentia, vel debeant eædem epiſtolæ recognoſci, & recognitio produci in actis, †alioquin nullam fidem merentur, *ad notat. in §. ſi quis igitur Auth. de inſtr. caut. & fid.* Ruin. *conſ.* 61. *n.* 3. *l.* 4. Afflict. *dec.* 181. *nu.* 9. Franch. *dec.* 105. *n.* 9. Rota *dec.* 1156. *n.* 1. *ad fin. lib.* 3. *part.* 3. *diverſ.* Doctores verò allegati ex adverſo, qui dicunt quòd copiæ, & exempla præſtant ſufficientem fumum in hac materia, loquuntur de exemplis, & copiæ alicujus publici inſtrumenti † tranſſumpti extrajudicialiter à Notario, quod longè differt ab iſto caſu, & propterea non applicantur, qua quidem exiſtentia ceſſante, non eſt opus diſcutere relevantium. 2 3 4

Præterea conſideratum fuit quod plures ex aſſertis epiſtolæ ſi veræ ſunt, uti ſcriptæ Parti Adverſarii, † præſumuntur originaliter exiſtere penes eundem adverſarium Patris hæredem ad tradit. per Aretin. *in conſ.* 120. *n.* 1. *verſ. defunctus ergo*, Caval. *d.* 545. *n.* 1. & ſic non eſt neceſſaria alia compulſio, cum eæ originaliter in actis exhiberi poſſunt. Aliæ verò quæ ſupponuntur ſcriptæ cuipiam nuncupato majori de Hiraſmont, cùm in illis non contineatur niſi intereſſe ejuſdem Adverſarii, de facili poſſunt ab eodem de Hiraſmont, recuperari, & pariformiter originaliter produci, vel ſaltem negari non poteſt quin vigore compulſoriæ generalis illæ compulſari poſſint; † unde dum petitur ſpecialis oritur vehemens ſuſpicio calumniæ, quod hoc fiat dumtaxat ad effectum impediendi proſequutionem, & expeditionem cauſæ, ut fuit in ſpecie dictum *in deciſ.* 376. *nu.* 7. *coram Durano inter ejus impreſſ.* quo caſu paſſim † denegatur compulſoria ſpecialis, Felin. *in cap. de cætero n.* 12. *de re jud.* Caſſad. *dec.* 3. *de dilat.* Caputaq. *deciſ.* 169. *n.* 1. *part.* 1. 5 6 7

Quod verò ad remissoriam, dictum fuit, eam esse denegandam, tam ob vehementem suspicionem calum-
8 niæ, † quàm ob timorem subornationis testium, ut fuit servatum *Camerin. Pensionis* 4. Maii 1640. coram R. P. D. meo Bichio.

Vehemens autem calumniæ suspicio deducitur ex eo quod adversarius plures testes super eadem materia
9 examinavit, † & nihil probat & tamen præsumitur elegisse meliores, & magis informatos, Aym. *cons.* 134. *n.* 31. Rotam coram san. mem. Greg. XV. *in dec.* 211. *n.* 6. *& d.* 23. *n.* 2. *&* 3. *coram Burato*, & fuit dictum *in Corduben. Decimarum de Lucena.* 5. *Julii* 1638. *coram me.* Et quamvis Rota soleat concedere Remisso-
10 rium † super eisdem articulis, quando continent materias magis explicitas, Greg. XV. *d.* 191. *n.* 3. hoc tamen procedi, dummodo, prout hic major explicitas,
11 † & distinctio non sit in cortice verborum, Rota *dec.* 467. *n.* 7. *coram & reg. XV. & dec.* 266. *n.* 14. *part.* 6. *rec.* Antiqui enim articuli continent idem, quod moderni, ut patet ex eorum lectura, & ideo non debet super
12 eis concedi remissoria, † cum ad hunc effectum requiratur, quod articuli antiqui tacitè idem non comprehendant, quoad necessitatem facti, & probationis, sed solum quoad necessitatem facti, non autem probationis, ut benè explicat Abb. *in cap. fraternitatis n.* 8. *de testib.* Aym. *dicto cons.* 139. *n.* 47. Rota *dec.* 235. *n.* 15. *part.* 5. *rec.*

13 Timor tandem subornationis resultat ex eo, quod jam tria processerunt testium examina in hac causa, super quibus duæ emanarunt decisiones Rotales, qua occasione fuerunt publicatæ, attestationes, didicita testificata, tunc enim neutiquam conceditur remissoria
14 super eisdem articulis, vel de directo contrariis per textum expressum *in dicto cap. fraternitatis ubi D. omnes de testib. Clem. fin. eod. tit. Auth. At qui semel*, ubi Bartol. *in princ. & n.* 1. *C. de probat.* Greg. XV. *in dec.*
15 497. *n.* 1. quod procedit etiam, quod fuerint dicta testificata alterius partis *d. Auth. at qui semel in princ.* ibi, *Auth. ab Adversario*, &c. sequitur Gloss. *verb. dixerit cum cæteris scribentibus*, *C. de probat.* Marian. Socc. *in d. cap. fraternitatis n.* 46. *& 61. in fin.* & fuit resolutum *in Cremonen. Pensionis* 4. *Maii* 1635. *coram bon. mem. Coccino.*

16 Quodque in proposito fuerint didicita testificata, hæsitari non potest, quia utrique parti fuit datum integrum testium summarium, illorumque dicta plenissimè percuncta, & in informationibus hinc inde datis in disputatione dubiorum, recensita sunt nomina pro-
17 pria testium, ac in dec. 2. emissa sub die 21. Junii superioris anni fuerunt discussæ omnes exceptiones allegatæ tam circa dicta, quàm circa eorum personas, & sic perinde est, ac si patres, sive eorum procuratores penes se habuerint processum originalem, illumque perlegerint, & per consequens testificata dicuntur didicita ad §. *quia vero vers. vero ibi*, aut omnino pro eo agens *Auth. de testib.* latè Farin. *de testib. q.* 75. *n.* 86. Greg. XV. *in d.* 497. *&* 583. *utrobique n.* 1. & fuit in specie dictum in dicta *Cremonen. Pensionis coram bon. mem. Coccino sub vers. quòd autem fuerint didicita*, quidquid sit,
18 & quando fuit datum simplex testium summarium absque eorum nominibus, & cognominibus, in quibus terminis procedunt decisiones, & doctrinæ, quæ in contrarium allegari possent.

19 Quæ omnia licèt forsan essent quoque sufficientia pro exclusione admissionis articulorum in Curia: Attamen Domini benignius agendo dixerunt illos esse admittendos sequendo stylum hujus Tribunalis, de quo *in d.* 24. *de testib. in antib. & in d.* 47. *part.* 7. apud Caputaq. ubi
20 quod articuli in Curia passim admittuntur.

Et ita utraque, &c.

R. P. D. ROYAS,

Postea Episcopo Terracon.

Romana Situs.

Lunæ 15. *Decembris* 1642.

ARGUMENTUM.

Vendens aliquid in quo ipse nullum habet jus asserens esse suum, dum postea non reperitur esse tale, tenetur emptori ad interesse, cùm sumus in contractibus onerosis. Capitulis contrahentium, quando magis standum est, quàm instrumento, & è contra.

SUMMARIUM.

1 *Situs quando fuit venditus cum domo, si reperiatur quod d. Situs est publicus, venditor tenetur ad interesse emptori, amplia n.* 2.
3 *Venditoris assertio dum reperitur erronea in contractibus onerosis, semper obligat asserentem ad illius justificationem, & alias ad interesse.*
4 *Quòd maximè procedit stante peculiari promissione de præstando interesse in eventum contrarii.*
5 *Obligatio Cameralis habet executionem paratam.*
6 *In contrahentibus si capitula discordent ab instrumento potiùs standum Capitulis quàm instrumento.*
7 *Capitula contractuum fiunt à partibus, instrumenta verò à Notariis.*
8 *Capitulis quod potius sit standum, quàm instrumento, id intelligitur, quando statim fuit celebratus contractus.*
9 & 10 *Secus verò si post temporis intervallum, quia censetur recessum à Capitulis, & intrat præsumptio novæ voluntatis.*
11 *Partes quando dicantur recessisse à Capitulis datis Notario.*
12 *Declaratio nihil de novo addit.*
13 *Instrumentum magis venit attendendum, quàm Capitula, quando instrumentum magis clarè loquitur.*
14 *Vendere quis non potest id, in quo nullum jus habet.*
15 *A restitutione pretii succedentis loco interesse, quando venditor excusari non possit.*
16 *Ex pretii quantitate arguitur quantitas rei.*
17 *Pretii argumentum potest devenire ex causa melioramentorum, & n.* 18.
19 *Valor bonorum immobilium ex varietate temporum, varietatem pretii recipit.*

DECISIO CXXXVI.

VIrginius Pontinus vendidit domum, unà cum juribus Situs controversi, 15. Januarii 1591. Dominico Hattono pretio scutorum 3300. de qua venditione fuerunt sub eadem die confecta capitula, & pro arrha, & parte pretii recepit scuta 100. monetæ, alia verò scuta 1200. fuerunt promissa solvi in actu stipulationis instrumenti, quod fuit stipulati Decretum per totum mensem Martii sequentis, cum pacto quod pro assecuratione dictorum scut. 1200. se obligarent, tam Virginius, quàm Angela uxor: quò verò ad alia scuta 200. fuit conventum, quod emptor deberet ea penes se retinere; & donec, & quousque sibi fuisset sufficienter cautum pro evictione sc. 2501. cum hoc, quod interim emptor teneretur solvere fructus compensativos, ad rationem scutorum sex pro Centenario successivè sub die 22. Februarii sequentis fuit confectum instrumentum ven-

venditionis in quo non fuerunt vendita jura situs, sed absolutè vendita dicta domus, una cum dicto situ existente ante eam, uti ad venditorem pleno jure spectante, fueruntque soluta scuta 1200. absque aliqua assecuratione, uti in capitulis priùs fuerat expressum; fuit deinde eadem domus, unà cum juribus situs vendita de anno 1616. bon. m. Cardinal. Pignatello pretio scut. 4009. & deinde ab hæredibus D. Cardinalis Abbati Pompilio Zuccarino, qui cùm tentasset ædificare in situ prædicto, insurexerunt vicini, qui reperta antiqua sententia lata de anno 1587. per Magistros Viarum, cum voto Eminentissimi Camerarii contra eundem Virginium primum venditorem, in qua fuerat declaratum dictum situm esse publicum, indeque fabricari prohibuerunt.

Unde Pompilius sic exclusus, tanquam cessionarius hæredum Cardinalis Pignatelli, Judicium intentavit contra D. Comitem Arconatum Hartoni hæredem, coram R. P. D. meo Caballeto, & æstimatio Situ in scutis 701. mandatum executivum pro dicta summa reportavit, & addita signatura fuit rescriptum sine præjudicio cujus vigore omnes fuit coactus solvere, qua solutione sequuta actum fuit ad ejus instantiam coram eodem D. Caballetto pro repetitione dictorum scutorum 703. contra hæredes Virginii Pontini primi venditoris eadem via, qua fuerat conventus, super quo articulo consulta Rota, & deputato Eminentiss. Cardinali Verospio, in cujus locum ego subrogatus, proposui hodie dubium, an Hæredes quandam Virginii tenerentur restituere D. Comiti Arconato, & litis consortibus scuta 703. per ipsos soluta Abbati Pompilio Zuccarino, & fuit affirmativè resolutum.

Ex quo si attendatur instrumentum venditionis, res caret omni scrupulo, dum in eo iste Situs reperitur absolutè venditus simul cum domo. Unde cum venditor non certioravit emptorem de sententia prædicta contra eum lata per Magistros Viarum in judicatum transacta, declarante Situm esse publicum; tenetur ad interesse, & loco illius ad restitutionem scutorum 703. juxta æstimationem Peritorum, præsertim dum jam primi † emptores solvere coacti fuerunt, præcedente litis intimatione, juxta *leg.* 1. §. *venator juxta leg. in venditione*, & *leg. creditor*, §. 1. *ff. de action. empt. leg. ex iis prædiis*, *Cod. de evict.* Ciriac. *controv.* 37. *n.* 10. Surd. *cons.* 13. *n.* 9. 17. & 18. & *per tot.* Rota *decis.* 46. *post Cenc. de Cons. lib.* 2. quæ assertio venditoris † dum remanet erronea in contractibus oneris, semper obligat asserentem ad illius justificationem; & alias ad interesse *l. Julianus* 14. *ff. de act. empt. l. si plus* 74. §. *quæ nomen vers. aliqua. ff. eodem.* stante præsertim peculiari † promissione Virginii de præstando interesse in eventum contratii Bursat. *cons.* 184. *n.* 29. Surd. *cons.* 13. *n.* 23. Osasc. *decis.* 129. *n.* 1 nec non obligatione † Camerali, quæ habet executionem paratam Gabr. *cons.* 67. *nu.* 8. & 9. *lib.* 1. Gratian. *discept.* 978. *n.* 1. Rota *dec.* 866. *n.* 1. *p.* 2. *rec.* Durand. *dec.* 283. *num.* 3.

Non obstat quod in contractibus † si Capitula discordent ab instrumento, potius standum sit Capitulis, quàm instrumento; ex quo Capitula fiunt à partibus; † instrumentum verò a Notario per *l. Titia* §. 1. *ff. de verb. oblig. l. item quia ult. ubi communiter DD. ff. de pact.* Alex. *cons.* 56. *n.* 8. *lib.* 6. Surd. *cons.* 102. *n.* 19. & *decis.* 71. *n.* 4. Add. Greg. XV. *dec.* 168. *n.* 8. & *in rec. dec.* 50. *n.* 13. *part.* 4. & 250. *n.* 8. *part.* 6. quia fuit responsum conclusionem præfatam limitet in præsenti casu; dum instrumentum † fuit celebratum post temporis intervallum, nempe unius mensis, & ultra; indè censendum esse contrahentes in ea parte recessisse à Capitulis & initiante præsumptionem novæ voluntatis, dum contrarium, † eo quod in Capitulis fuerat conclusum disertis verbis reperitur in instrumento expressum, Dec. *consil.* 195. *n.* 2. *vers. sed tamen prædictis*, Paul. de Mont. Pic. *cons.* 62. *n.* 17. *ad med.* & *seq.* Terviell. *cons.* 49. *n.* 35. cum aliis per Rotam *d. decis.* 250. *num.* 16. *part.* 6. *recentior.* Eoque magis, quæ ex ratione Capitulorum solvi debebant scuta mille in partem pretii sub cautione, † & obligatione etiam uxoris venditoris, & tamen in instrumento eadem scuta mille fuerunt ab emptore liberè soluta, absque aliqua obligatione, seu cautione, & sic in instrumentum fuit etiam executum contrarium, quod in Capitulis extabat determinatum; propterea in hac parte venit † dicendum contrahentes novasse, & à Capitulis voluisse credere per *l. pacta novissima*, ubi Dec. *n.* 2. *C. de pactis*, Amat. Panorm. *resol.* 50. *n.* 4. Greg. XV. *dec.* 90. *n.* 15. *dec.* 167. *n.* 6.

Dicebant etiam Domini quòd licèt in Capitulis dictum fuerit, quòd vendebantur jura Situs; nihilominus in instrumento specificatum fuit jus utilis Dominii, non videntur discordare Capitula ab instrumento, cum tantùm in eo declaretur pertinentia Situs ad favorem dicti Virginii, quæ in capitulis offuscata remanebat, propterea magis venit attendendum instrumentum, in quo † fuit dicta qualitas Dominii dilucidata, *Rom. cons.* 53. *n.* 4. Alex. *cons.* 158. *n.* 4. & 5. *l.* 5. cum aliis per Mant. *de tacit. lib.* 3. *tit.* 3. *n.* 18. Put. *dec.* 265. *in lib.* 2. *in correct.* Et stante prædicta sententia lata per Magistros Viarum in judicatum transacta non poterat Virginius vendere jura Situs, † cùm nullum jus haberet. Unde sive attendatur instrumentum, sive capitula, utroque casu Virginius non potest excusari à pretii † restitutione succedentis loci interesse, *l. si plus* §. *fin. ff. de evict.* Eug. *cons.* 93. *n.* 2. *lib.* 2. Surd. *dec.* 288. *post. nu.* 8. *vers. ad id autem.*

Nihil obstat quòd dicta domus primo loco fuerit vendita de anno 1591. pretio scutor. 3300. Posteà verò de anno 1616. pretio scut. 400. & sic cum secunda venditio excedat in pretio primam in scutis 700. censum esse in prima non fuisse venditum prædictum Situm, sed benè in secunda facta Cardinali Pignatello, ob dictum excessum, præsertim dum in secunda † venditione expresè venditur Situs de quo agitur. Quia fuit responsum dictum augmentum pretii potuisse provenire tam ex melioramentis factis in domo † per Hattonem Durand. *dec.* 153. *n.* 15. quàm etiam quia de anno 1591. illa Regio erat fera inhabitata, & ideo pretium domus minus æstimabitur, quòd sufficit ad excludendam intentionem Pontini, ut inter unam, & alteram venditionem effluxerit spatium 25. annorum † & valor bonorum stabilium ex varietate temporum varietate pretii recipiat juxta *leg. pretia rerum* 63. §. *fin. ff. ad l. falc.* Rota *decis.* 241. *n.* 2. & 4. *vers. quia de qualitate part.* 4. & *dec.* 46. *n.* 10. *part.* 6. *rec.* & fuit in puncto resolutum in *Romana fideicommissi de Feuschis* 2. *Dec.* 1641. *post med.* §. *nec relevat quòd prædicta domus, coram Rev. D. meo Decano.*

Et ita resolutum utraque parte, &c.

R. P. D. CARRILLO,

Posteà Præside Vallisoletano.

Romana Successionis.

Mercurii 11. *Martii* 1643.

ARGUMENTUM.

Scripturarum recognitio, licèt de jure rigorosè fieri debeat per testes, qui fuerunt præsentes, quando illæ fuerunt scriptæ; attamen talis cessat rigor, quando scribuntur epistolæ missivæ, vel similes, quæ scribi solent sine alicujus præsentia, & qualiter tunc fiat talis cognitio.

SUMMARIUM.

1 *Litteræ missivæ regulariter solent scribi sine alicujus interventu.*
2 *Litterarum missivarum recognitio etiam fieri potest per testes habentes notam manum scribentis, quamvis non viderint eas scribere.*
3 *Recognitio illa rigorosa, quæ fieri solet de scripturis privatis per testes, qui fuerunt præsentes, dum illa scribebantur.*
4 *Cessat quando sumus in epistolis missivis, & schedulis mercatorum, quæ scribi solent sine nullius interventu.*
5 *Adminicula quæ requiruntur, dum fit recognitio scripturæ per recognitionem habentes notam manum scribentis, non requiruntur in recognitione epistolarum missivarum.*
6 *Scripturarum recognitio rigorosa fieri debet in scripturis, in quarum confectione solent adhiberi testes.*
7 *Secus cùm testes non requiruntur, nec solent adhiberi, dum scribitur.*
8 *Ab arbitrio Judicis pendet materia recognitionis manus scribentis.*
9 *Recognitio manus scribentis, quando fit per testes habentes notam manum scribentis, quando etiam conjunctim sit facienda per comparationem.*
10 *Scripturarum recognitio per comparationem, quando fit, prius debet constare de certitudinali alicujus scriptura, ad quam est facienda comparatio.*
11 *Fraudibus ut occurratur in materia recognitiones scripturarum, est adhibenda omnis diligentia.*

DECISIO CXXXVII.

AGentes pro Henrico Juniore postquam viderunt Rotam respondisse non esse dandam compulsoriam specialem pro compulsandis litteris missivis (ut aiebant) conscriptis ab Henrico seniore, quibus probare intendunt dictum Henricum Seniorem non ex falsa causa instituisse dictum Henricum Juniorem nepotem, sed ob amorem, quo ipsum prosequebatur, exhibuerunt in actis easdem litteras originaliter, & eorum recognitionem procurabant. At quia pro parte Joannis Thomæ hæredis Cæciliæ filiæ ejusdem Testatoris impugnabatur modus faciendi dictam recognitionem, dubitavi an, & quomodo sit facienda recognitio, & Domini eam esse faciendam responderunt modo prout infra exprimendo.

Agitur enim de recognitione litterarum missivarum, quæ regulariter † scribi solent absque interventu 1
alterius personæ, & propterea judicatum fuit eam fieri per testes, qui habeant notam manum scribentis, & 2
viderint eum aliàs scribere, juxta distinctionem factam per Soccin. *in leg. si ita scripsero col. penult. in fin. ff. de demonstr.* benè Ruin. *cons.* 70. *n.* 4. & sequitur Rota in terminis epistolarum *in decis.* 570. *n.* 2. *p.* 2. *divers.* ubi 3
firmatur rigorosam † illam recognitionem faciendam de scriptura privata per testes qui fuerunt præsentes, dum ipsa scriptura scriberetur, & recognoscebant manum scribentis cessare in † epistolis, & schedulis mercatoriis 4
quæ scribi solent absque alterius interventu, idemque declarat Salust. Tiber. *in praxi A. C. lib.* 1. *cap.* 14. *n.* 10. & 11. & esse de stylo Rotæ dictum fuit *in dec.* 150. *n.* 2. coram Seraphin. & *in dec.* 173. *n.* 3. coram Coccino, & *in dec.* 450. *n.* 4. coram eodem.

Addo, quod in isto casu hæc minus videantur necessaria adminicula, † quæ aliàs cum testibus habentibus 5
notam manum scribentis concurrere debent, ut firmatur *in decis.* 61. *n.* 8. *part.* 5. *recentior.* & in aliis relatis per Add. ad Gregor. XV. *in decis.* 389. *n.* 6. quia tam *d. dec.* 61. quàm omnes aliæ in contrarium obligatæ loquuntur in recognitione scripturæ privatæ, † in cujus 6
confectione solent adhiberi testes, ut patet ex earum littera, secus verò est dicendum, quando testes non sunt necessarii, nec solent adhiberi, ut colligitur ex allegatis in præcedenti §. & *ex dec.* 452. *n.* 4. coram Cavaler. & *dec.* 354. *n.* 7. *part.* 5. *recent.* 7

Verumtamen ex quo versamur in materia qua omnis ratio suadet, ut † exuberet officium Judicis, à cujus 8
arbitrio pendet relevantia recognitionis. Trentacinq. *variar. resol. vol. lib.* 2. *tit. de fid. instrum. resol.* 7. *sub n.* 6. *vers.* 2. est opinio. Scacc. *de judic. lib.* 2. *c.* 11. *n.* 1044.

Ideo existimatum fuit, quod non attenta recognitione hactenus facta rursus † alia fiat, non solùm per 9
testes habentes notam manum, sed etiam conjunctim per comparationem juxta tradita per Gaspar. Anton. Thesaur. *quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 24. *n.* 14. & 18. & per Scacc. *de judic. lib.* 2. *c.* 11. *n.* 1105. & *seqq.* & per Caball. *in cons.* 150. *n.* 7. *lib.* 1. constito prius de existentia † certitudinali alicujus scripturæ manu dicti 10
Henrici Senioris conscriptæ, ac servatis aliis requisitis enumeratis à Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *cas.* 114. *n.* 25. & *seqq.* Caball. d. *cons.* 150. *n.* 5. & 6. *lib.* 1. & ut fraudibus obvietur in quantum † fieri possit voluerunt 11
Domini, ut prædicta recognitio fiat cum interventu alicujus procuratoris de Collegio.

Et ita utraque, &c.

R. P. D. CARRILLO,

Posteà Præside Vallisoletano.

Anconitana Cambiorum.

Mercurii 1. *Junii* 1643.

ARGUMENTUM.

Pecunias accipiendi ad cambium, ubi alicui conceditur facultas in certis casibus, ut cambia debeantur, probari debet, & conditionis eventus, & quod ille fuerit debitori intimatus.

SUMMARIUM.

1 *Cambiandi, & recambiandi facultas in certis casibus concessa, illis non evenientibus nihil operatur.*
2 *Facultas accipiendi pecunias ad cambium conditionaliter alicui data, ut suum operetur effectum, qua probari debeant.*
3 *Denuntiatio conditionis eventus, sub qua fuerat concessa facultas accipiendi pecunias ad cambium probari debet maximè respectu fidejussoris.*
4 *Cambia ut licitè debeantur de realitate illorum cum effectu constare debet, per partitas nempè librorum, aut litteras nuncupatas*, de spacci.

DECISIO CXXXVIII.

COnsules Mercatorum Civitatis Anconæ pro definienda controversia, quæ coram eis vertitur inter Joannem Sturanum administratorem deputatum ab Angelo Grimaldo in appaltu olei dictæ Civitatis ex una, & Darium Scalamontem relevatorem ejusdem Sturani ex altera, consuluerunt nostrum Tribunal super dubiis sequentibus, nempe.

An D. Joan. Sturanus fidejussor, & administrator appaltus reddiderit rationem de datis, & receptis D. Angelo Grimaldo principali ipso vivente; & posito quod non, An possit hodie consequi suum creditum contra D. Darium Scalamontem, & an debeantur cambia, & recambia.

Cùm autem in positione habita 28. Novembris 1641.

Domini

Domini mandassent, quod Sturanus redderet rationem citato etiam Scalamonte, fuerunt in partibus eo citato exhibiti libri administrationis, & postea iterum posita causa sub die 24. Aprilis anni currentis, quia visum fuit ex datis summariis utriusque partis non constare de realitate crediti dicti Sturani responsum fuit, eligantur periti, verùm ex quo Consules prædicti reservando sibi hanc cognitionem verificationis crediti supplicarunt, ut credito supposito decideretur, an cambia, & recambia debeantur, hodie proposui hoc dubium, & negativè fuit resolutum, scilicet cambia, & recambia non deberi.

Ratio resolutionis fuit, quia licèt Angelus principalis conductor appellatus dederit prædicto Sturano administratori facultatem accipiendi pecunias ad cambium, attamen hæc facultas restricta fuit ad duos casus tantùm, scilicèt quatenus pecuniæ retractæ ex pretio olei sibi consignati non sufficerent pro solvendo partito olei, tunc empti à Bertis, & quatenus idem Angelus non provideret de oleo necessario in futurum, quo † fit, ut non constito prædictos duos casus evenisse dicta facultas cambiandi, uti conditionalis nihil operetur, 1
ad *leg. cedere diem ff. de verb. signif. leg. necessaria* §. *quod si pendente, ff. de peric. & commod. rei vendit. l. pecuniam quam*, & ibi Alex. *n.* 4. *ff. si cert. pet.* Paris *consil.* 8. *n.* 25. *lib.* 3. Cravet. *cons.* 170. *n.* 8. Mant. *dec.* 343. *n.* 1. Gregor. XV. *dec.* 428. *n.* 3. Rota *dec.* 173. *n.* 1. *part.* 6. *recent.*

Quinimò quatenus etiam purificata fuisset conditio sub qua concessa fuit facultas accipiendi pecunias ad cambium, † deberet ostendi Sturanum accepisse re vera pecunias ad cambium in d. causam, & eidem Angelo denuntiasse conditionis eventum, ad effectum ut certè sciret debitum esse sub usuris, & ab eis se liberare posset in futurum si voluisset solvendo quod debebat, ut 2
in specie dixit Rota *in dec.* 52. *n.* 2. *& 3. p. recent.* ubi allegat concordantes. Quod eò magis venit dicendum † quoad Scalamontem fidejussorem, Rota *dec.* 19. & 3
20. *impress.* apud Cenc. *post addit. ad tract. de cens.*

Præterea advertendum Domini quòd in Summario non apparet de realitate assertorum cambiorum, prout apparere debet, & quidem per partitas librorum, † & per litteras nuncapatas *spacci* vere transmissas ad 4
nundinas, ad hoc ut cambia licitè debeantur. Lup. *de usur. cons.* 3. §. 2. *n.* 23. Azor. *moral. instit. part.* 3. *lib.* 10. *tit. de cambiis c.* 10. *vers.* 1. *quando.* Scacc. *de camb. lib.* 1 *q.* 7. *q.* 3. *limit.* 5. *n.* 1. Rot. *dec.* 559. *n.* 2. *p.* 2. *recent.* & fuit dictum in Romana Cambiorum 4 Julii 1642. coram R. P. D. meo Peutingero.

Et ita utraque, &c.

R. P. D. ROYAS,

Postea Archiepiscopo Terracon.

Romana depositi.

Sabbathi Rota Martiniana 23. *Jan.* 1644.

ARGUMENTUM.

Pecunias quas recepit creditor vigore ordinis sui debitoris alicui banco directi, nullatenus ille restituere tenetur, quamvis appareat pecunias solutas debitoris minimè fuisse, idque nec in subsidium locum habere potest, quoties solventi contra dirigentem ordinem remanet actio.

SUMMARIUM.

1 *Creditor, qui vigore ordinis sui debitoris ab aliquo pecunias recepit simpliciter, & absque conditione, condemnari non potest restitutioni.*

2 *Depositarius, qui vigore ordinis debitoris pecunias creditori solvit, valet tantum contra facientem ordinem per suas actiones dirigere, non contra recipientem pecunias.*

3 *Repetitio non datur contra eum, qui suum recepit, quantumvis ab alio, quàm à suo debitore pecunias recipiat.*

4 *Repetitioni locus esse debet, si solutio ex falsa causa emanavit.*

5 *Solutio facta de ordine creditoris, perinde est ac si ipsi creditori facta fuisset.*

6 *Pœna incurri non potest stante bona fide.*

7 *Pecunia alicui soluta in continenti fit accipientis, ita ut nullatenus condici, aut vindicari possit.*

8 & 9. *Venditor recipiens pecunias vigore ordinis sui debitoris, quæ tamen illius non erant, quando in subsidium illas restituere teneatur.*

10 *Remedium subsidiarium non datur, quoties competit ordinarium, & n.* 11.

11 *Actio extraordinaria non conceditur, ubi alicui competit ordinaria, & supra n.* 10.

12 *Actio extraordinaria ob restitutionem pecuniarum non datur adversus eum qui recipit, quod sibi verè debebatur, & bona fide consumpsit.*

DECISIO CXXXIX.

POst plures decisiones in hac causa emanatas coram Reverendiss. D. meo Decano in quibus solutum fuit Sacr. Mont. Pietat. teneri ad restitutionem depositi scutor. 15000. facti per bon. mem. D. Joan. Ant. Ursinum Ducem S. Gemini, & successivè lata sententia, quæ fuit coram me confirmata, & reservatum videre An Mons posset dicta scuta 15000. repetere ab hæredibus q. Flaminii Razzantis, cui fuerunt soluta de ordine DD. de Aquaviva debitorum Razzantis, & ad quorum favorem cantabat depositum. Dubitavi hodie An hæredes dictique Flaminii Razzantis teneantur reportare in Banco Sacr. Mont. Pietat. dicta scuta 15000. per eundem Flaminium extracta, & DD. negativè resolverunt.

Quia cùm Razzantes dictas pecunias exegerit à DD. de Aquaviva ejus debitoribus pro extinctione proprii crediti, & sic titulo oneroso, nec ullum vinculum reperiatur appositum in mandato reportato, † inde ad aliquam restitutionem non potest Razzantes condem- 1
nari, ut probant *express. leg.* 51. 15. 11. ubi DD. communiter *l. qui hominem.* 31. *in princ.* ibi (non Titio, sed tibi partem hominis condicet) ubi Gloss. *& l. si alicui* 78. *ff. de solut.* Dec. *in l. singularia n.* 6. *ff. si cert. pet.* Joseph. Ludov. *decis. Lucen.* 25. *n.* 4. Buratt. *decis.* 2. *n.* 1. *cum seqq.* cum aliis per Rotam *dec.* 77. *n.* 3. *p.* 6. *recent.*

Indubitatum est enim Montem Piet. purè, & simpliciter acceptasse ordinem illi directum è præfatis DD. de Aquaviva, ad hoc ut Razzanti solveret dicta scut. 15000. depositа ad eorum favorem, per quam acceptationem venit dicendum Montem voluisse sequi fidem illorum, unde si Mons malè, vel indebitè solvit, † valet tantùm actionem dirigere adversus præfatos DD. de Aquaviva ordinem facientes, non autem con- 2
tra Razzantem *l. si procurator in fin. ff. de condict. indeb.* Surd. *cons.* 4. *n.* 10. *& cons.* 258. *n.* 18. *vers. si igitur solverunt, & n.* 29. Gratian. *discept.* 304. *n.* 1. Menoch. *cons.* 300. *n.* 30. cùm repetitio non detur contra eum, qui suum recipit † licèt ab alio quàm à suo debitore pecunias recipiat, *l. repetit.* 44. *ff. de condict. indeb.* ubi optimè Faber in rationabili Caval. *dec.* 460. *n* 4.

Nec obstat quòd Ministri Sac. Mont. solverint dicta scuta 15000. indebitè, sive ex falsa causa, prout remanet 3
justificatum ex decis. emanatis adversus eundem Montem coram R. D. meo Decano ad favorem Excellentiss.

D. Ferdinandi Ursini Ducis S. Gemini, propterea † esse locum repetitioni, argum. *l. eleganter* 23. *ff. de condit. indeb.* quia Ministri Sac. Montis solverunt ex falsa causa DD. de Aquaviva adversus quos competit actio repetitionis indebiti, non autem contra Razzantem verum & legitimum creditorem DD. de Aquaviva, de quorum mandato fuit q. Flaminio Razzanti facta solutio † quo fit ut perinde habeatur sive reputetur, ac si
5 præfatis DD. de Aquaviva sive eorundem procuratori persolutum fuisset, ad *leg. vero procurator, leg. qui hominem*, §. *si Titium*, *ff. de solut. add.* ad Greg. XV. *decis.* 139. *n.* 7. *versic. ad exigendum*, Rota *decis.* 217. *n.* 1. *part.* 6. *recent.*

Remansit etiam indubitatum Razzantem etiam ignorasse solutionem faciendam per Montem de sc. 15000.
6 fuisse indebiti factam † qua bona fide stante non valuit aliquam in pœnam incurrere, argum. *l. quicumque ubi gl. in verbo incusare*, *C. de servis fugit. l. si quis absentis supr. v. longè magis*, *ff. de action. & obl. si procuratorem* §. *si ignorantes*, *ff. mandati.*

Dicebant etiam Domini quòd cùm solutio facta Razzanti non fuerit facta nomine proprio Montis, sed nomine debitorum Razzantis, & ad effectum dictum debitum extinguendi, ita ut dicatur sequuta commixtio pecuniarum bona fide, & successivè consumptio facta rei propriæ inde ad restitutionem pulsari nullatenus posse, cùm pecunia statim alteri soluta † in con-
7 tinenti fiat accipientis ita, & taliter cendici, aut vindicari non potest. *leg. si alieni nummi* 78. *ff. de solut. l. singularis*, *ff. de rebus credit. & si cert. pet.* ubi Bart. & Aug. *n.* 7. Menoch. *consil.* 399. *n.* 32. Surd. *cons.* 4. *n.* 10. *& cons.* 528. *n.* 16. *& 29.* Rota *dec.* 77. *n.* 31. *p.* 6. *recent.*

Nec dicatur Razzantem teneri ad restitutionem pe-
8 cuniarum, saltem ex æquitate, & in subsidium, † juxta *l. si me, & Titium*, *ff. de rebus vendit. si cert. pet.* quia objectum procederet si Razzantes dicta scuta 15000. recepissent titulo lucrativo, quo casu contra eum fortasse daretur dicta actio subsidiario, sicut vero dum dictas pecunias recepit titulo oneroso in extinctionem proprii sui crediti præcedenti quietantia, ac
6 jurium cessione, quo casu nulla de jure competit actio subsidiarii, Alex. *cons.* 92. *n.* 6. *lib.* 1. Menoch. *de recup. remed.* 4. *n.* 2. *&* 4. Costa *de remed. subsid. remed.* 12. *n.* 4. *versic. secundum est*, Surd. *consil.* 528. *n.* 21. Rota *dec.* 77. *n.* 23. *cum tribus seq. part.* 6. *recent.* Buratt. *dec.* 874. *n.* 9.

Sed in præsenti cum detur remedium ordinarium
10 adversus DD. de Aquaviva in favorem Montis cessat utique subsidiarium, quod non datur, nisi quando quis reperitur destitutus omni alio juris auxilio, & aliunde parti consulere non possit, *d. l. si me & Tertium* ubi Socc. Rimin. & Alex. Costa *de remed. subsid. prælud.* 7. *n.* 9. *& remed.* 12. *num.* 5. Surd. *consil.* 528. *n.* 19. & 20. Giovagn. *cons.* 72. *n.* 38. *lib.* 1. Rota *in recent. dec.* 351. *n.* 9. *p.* 5. *& dec.* 77. *n.* 27. *part.* 6. *& Anconitana censuum* 24. *Febr.* 1643. *coram me.*

Nihil obstat quòd Monti veniat tanquam minori
11 concedenda restitutio in integrum adversus solutionem perperam factam, quia cùm ut supra dictum est habeat actionem ordinariam adversus mandantes, quibus solutio facta fuit, non autem Razzanti habenti causam ab illis, cessat inde quæcumque restitutio sive extrac-
12 tio extraordinaria, Menoch. *cons.* 244. *nu.* 66. Odd. *de rest. in integr. q.* 17. *art.* 2. *n.* 1. *& art.* 1. *n.* 48. *cum* ea non detur adversus eum qui recipit quod ei verè competebat, & bona fide consumpsit. Rot. quæ alios refert, *d. dec.* 77. *n.* 30. *&* 31. *part.* 6. *recent.*

Et ita resolutum utraque parte, &c.

R. P. D. CERRO,

Sacræ Rotæ Decano.

Æsina Census.

Mercurii 27. *Aprilis* 1644.

ARGUMENTUM,

Tertius redimens censum pro alio cujus intentionis esse dicatur, & an actiones in eum transeant translativè, vel extinctivè. Verba *cessit, concessit, & translulit*, licèt importent veram translationem, tamen secundùm subjectam materiam sunt intelligenda.

SUMMARIUM.

1 *Censum tertius redimens pro alio potest acquirere jura translativè, etiamsi inscio debitore solvat.*
2 *Sed non potest acquirere jura extinctionis.*
3 *Ad census redemptionem, invitus cogi non potest debitor ad redimendum, & n.* 4.
5 *Verba, cessit, concessit, & translulit, important veram dominii translationem, & n.* 13.
6 *Clausula*, ponens in suum locum, *quid importet? Clausulæ non sunt judicandæ inutiles.*
7 *Tertius solvendo pro alio censum extinguit.*
8 *Rotæ* decisio. 398. & 399. *post Cenc. quo casu loquuntur.*
9 *Debitor & creditor ejusdem census qui esse non potest.*
10 & 11. *Tertius solvendo pro alio censum, cujus intentionis esse dicatur.*
11 *Tertius solvens inscio debitore, & stipulans ad sui favorem cessionem, qualiter censeatur facta.*
12 *Contra census naturam est, quòd sit perpetuus.*
14 *Verba sunt intelligenda secundum subjectam materiam, & n.* 15.
16 *Contrahentium mens potius est attendenda quàm verborum formula.*
17 *Observantia subsecuta deservit pro interpretatione.*
18 *Observantia subsecuta plurimum deservit in materia extinctionis jurium.*
19 *A proprietate verborum, quando sit recedendum.*
20 *Ad volùntatem declarandam ea, quæ deducuntur, suffragantur, licèt ex intervallo deducantur.*

DECISIO CXL.

ANnuum perpetuum Censum scutorum sexdecim, quem Ludovicus Bondulus anno 1616. imposuerat super quodam ejus prædio Æsino, & pretio scut. 200. vendiderat Hieronymæ Ridolphinæ, eadem Hieronym. anno 1622. retrovendidit eidem Bondulo absenti, & pro eo Scipioni Baldassino præsenti, cui ejusque Hæredibus, & successoribus quibuscumque omnia jura, & privilegia prioritatis, potioritatis cessit, & concessit, transtulit, & renuntiavit ad habendum, &c. ponens, &c. constituens, &c. declaramus hanc retrovenditionem, & cessionem facere, eo quia manualiter habuit, & recepit à d. Scipione præsente, solvente, & solvere declarante de suis propriis pecuniis pro habendis supra dictis juribus, & actionibus, & non aliàs, aliter nec alio modo, scuta bis centum pro sorte principali, &c. ut latius haberur ex instrumento retrovenditionis, *Summario Baldassini, num.* 1.

Decessit Ludovicus census impositor, eique successit Isabella Germana soror, cui pariter decedenti hæres remansit Joanna Ursina; Scipioni verò census redemptori successit Petrus Nicolaus Baldassinus nepos,

inter

inter quos orta controversia super extinctione dicti census, & moto judicio coram Judice Æsino fuit ab eo pronunciatum censum fuisse extinctum, ejusque sententia fuit ab A. C. in gradu appellationis confirmata, sed obtenta par Baldassinum commissione restitutionis in integrum adversus prætensam rem judicatam, fuit me proponente dubitatum: An constet de re judicatâ seu potiùs de causis restitutionis in integrum, & DD. negativè quoad primam, affirmativè verò quoad secundam partem responderunt, ob evidentem injustitiam sententiarum.

Si quidem retrovenditio facta fuit à Scipione nedum absque mandato Bonduli, debitoris sed eo inscio, & absente, & quod plus est, pecuniæ fuerunt solutæ non ad effectum liberandi debitorem ad obligatione census, sed ad effectum acquirendi cessionem jurium, contra eundemmet debitorem census ibi, *solvente, & solvere declarante de suis propriis pecuniis pro habendis supra dictis juribus & actionibus & non alias, aliter nec alio modo.* Unde videtur facta translativè, non
1 extinctivè, quia † tertius redimens censum pro alio potest quidem acquirere jura translativè, etiam si inscio debitore solvat, ut latè probat Roder. *de ann. redd. lib. 2. quæst. 17. n. 1. cum seqq* & plures relati
2 per Modern. Hispan. *de judic. t. 2. disp. 35. n. 23.* Capic. Latro *dec. 16. n. 28. & 29.* Sed non potest acquirere jura extinctionis, cum debitor invitus cogi non possit ad census redemptionem, & extinctionem
3 † ut expressè cavetur in Bulla prima, & veriora tradunt Roderic. *ubi supr. quæst. 16. n. 7. cum seqq.* quem sequuntur Avend. *de censib. cap. 106. num. 6.* Felician. *eodem tract. tom. 1. lib. 4 cap. 1. n. 11. vers. verum.* cum aliis adductis à Cencio *q. 105. n. 13. & seqq.* & dixit Rota *in Romana Salviani interdicti coram bon. mem. Pirovano, quæ est decisio 368. n. 5. post. eundem Cenc.* Aliàs cessio quam Scipio tantopere desideravit, foret inutilis, ex quo extincto
4 † censu fructus amplius non deberentur, & sors principalis à debitore invito extorqueri non posset.

Idque manifestè deducitur ex Verbis cessionis ibi, *cessit, concessit, & transtulit*, quæ cum veram dominii
5 translationem importent, acquisitionem potius † translativam, quàm extinctivam significant ut ad propositum notant Hector Capic. Latro *d. dec. 16. n. 14. 34. & 45.* & Rota *in dec. 368. n. 2.* post Cenc. & ex clausula
6 *ponens † in locum suum* quæ idem operatur. Capic. *d. dec. 16. n. 55.* nec non ex clausula constituti, quæ aliàs esset inutilis, ut advertit Cenc. *quæst. 103. n. 17. vers. mentem autem.*

Nec adversantur Authores, & Rotæ decisiones fir-
7 mantes posse tertium † solventem pro alio censum extinguere, quia vel loquuntur in solvente de consensu, & mandato debitoris, vel quando solutio fit ab Accol-
8 latario census, in quibus terminis † loquitur *de decis. 368. & 369.* post Cenc. Hoc enim casu cum Accollatarius sit verus debitor non potest ad sui favorem acquirere jura translativè propter incompatibilitatem,
9 † quod idem sit debitor, & credito ejuidem census, ut advertit *eadem decisio 368. n. 2. 3. & 4. & clarius declaratur in dec. 559. n. 18. 19. & 20. penes eund. Cencium*, vel demum loquuntur, quando tertius intendit
10 solum liberare † debitorem, in quibus terminis loquitur *dec. 171. n. 2. & 3.* post eundem Cenc. & consonant tradita per Roderic. *lib. 2. qu. 17. n. 1. cum. seqq.* Ubi verò tertius solvit inscio debitore, & stipu-
11 latur ad sui favorem cessionem jurium, † cessio non potest censeri facta extinctivè, sed translativè, ne vel remaneat inutilis, vel debitor invitus cogatur ad
12 sortis restitutionem contra naturam census † de sui forma perpetui, & contra mentem expressam Bullæ, ut suprà dictum est.

Hinc nullum potest fieri fundamentum super illis
13 verbis, *retrovendidit, retrocessit*, quæ † videntur importare veram census retrovenditionem, & extinctionem. Quia cùm hæc, sicut omnia alia, sint intelligenda secundum subjectam materiam, possent † quidem ope- 14
rari extinctionem in redemptione census facta per debitorem, vel extraneum, qui in se censum accollasset, vel qui non fuisset sollicitus de cessione jurium, sed curasset solum debitoris liberationem; sed in redemptione facta, prout hic per extraneum solventem de propriis pecuniis ad effectum in specie † repor- 15
tandi, cessionem contra debitorem, non possunt intelligi de extinctione, sed de translatione, ut inservianti menti contrahentium, quæ potiùs attendi debet, † 16
quàm verborum formula ut ad propositum arguunt in terminis Cenc. *quæst. 103. n. 17. vers. etiam quod*, Amat *var. resolut. resol. 7. sub. n. 34.* Modern. Hispan. *d. disp. 35. n. 45. tom. 2.* Capic. Latro *d. dec. 16. n. 33. & 34.* Rota *dec. 366. n. 8. & 9.* post Cenc.

Comprobatur hæc interpretatio ex observantia sub- 17
secuta, Isabella enim hæres Ludovici Impositoris, & auctrix Ursinæ agnovit censum non fuisse extinctum, sed translatum in Baldassinum obligando se ad fructuum solutionem ad ipsius favorem. Observantia au- 18
tem plurimum deservit in hac materia, ut in terminis admisit Rot. *d. dec. 368. n. 4.* Ubi quod hoc casu recedi potest à proprietate verborum; Juncta præser- 19
tim declaratione Hieronymæ cedentis, quod intellexit censum transfere, non extinguere, *Summ. n. 3.* quæ cum adducatur tantummodo ad probandam & declarandam ejus voluntatem, suffragatur licèt ex intervallo facta fuerit, ut distinguendo tradit Bart. *in l.* 20
non solum, § morte in prima specie protestationes, ff. de nov. oper. nuntiat. quem sequuntur Ruin. *cons. 149. n. 14. in fin. vers. & est satis lib. 3.* Merlin. *de legit. lib. 2. tit. 2. quæst. 25. n. 4. 5. & 6.* Verisimilius enim est tertium solventem de propriis pecuniis cum supra dicta declaratione voluisse potiùs acquirere censum, & fructus lucrari quàm illum extinguere, & simplicem pecuniæ creditorem effici, ut dixit Rota *d. dec. 366. n. 8. & 9.*

Et ita utraque, &c.

R. P. D. CECCHINO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Romana pecuniaria seu locorum montium.

Veneris 13. Maii 1642.

ARGUMENTUM.

Administrator tenetur reddere rationem suæ administrationis, & restituere reliquam, aliàs potest condemnari ad restitutionem rei una cum fructibus, quamvis ipse eos non perceperit Epistola plenè probat contra confitentem, quando est recognita manus.

SUMMARIUM.

1 *Epistola plenè probat contra scribentem.*
2. *Bona alicujus quando quis administravit, potest conveniri ad reddendam rationem administrationis.*
3 *Administrator si aliquid non fecit ad quod tenebatur, ad id poterit condemnare cum fructibus.*
4 *Quod procedit sive ipse fructus perceperit, sive non.*
5 *Epistola quod sit scripta manu alicujus, quando non possit controverti.*
Epistola quod sit manu alicujus scripta, bene probatur per duos testes habentes notam manum scribentis.
Quod procedit licèt testes non viderint scribere scripturam, quam recognoscunt, si sint de illis scripturis, in quibus non adhibentur testes.
6 *Epistola, & de illis scripturis, quæ dum scribuntur, non adhibentur testes.*

7 *Scriptura benè recognoscitur per testes habentes notam manum scribentis secundum observantiam Rotæ, & maximè concurrentibus adminiculis.*
8 *Actus sequens declarat præcedentem.*
9 *Epistola ab aliquo subscripta probat contra eum, perinde ac si ab ipsomet esset scripta.*
10 *Testium contrarietates quando non sunt contra substantialia, non attenduntur.*
11 *Testium dicta non sunt cavillanda, sed potius adjuvanda.*
Testes deponentes super recognitione manus alicujus, sat est, quod omnibus simul junctis characteribus, deponant de ea.
12 *Testes ut à falsitate, & mendacio salventur, facienda est omnis interpretatio.*
13 *Referens non probat sine relato.*
14 *Verba enuntiativa, & ad aliam prolata non relevant.*
Limitatur tamen id, quando tenor scripturæ habetur in referente.
15 *Verba quando dicantur dispositive, & deliberatè prolata.*
16 *Numerus pluralis saltem duo comprehendit.*
17 *Loca montium notorium est, quod æstimantur ad rationem scutorum.*
18 *Locorum Montium fructus quales sint.*
Fructus quando taxentur absque alia liquidatione.

DECISIO CXII.

SEntentiam Rotalem R P. D. mei Cerri, in qua D. Abba Paulus de Angelis condemnatus fuit ad restituendam D. Episcopo Pactensi loca duo Montium seu scuta pro eorum valore, & scuta centum pro eorumdem fructibus, confirmandam esse Domini dixerunt. Patens est enim assertio Abbatis in Epistola ad Dom. Episcopum scripta, quod ipsius currum, & equos vendiderat, & ex pretio emerat loca Mon-
A tium: Ex qua quidem Epistola A. sicuti oritur plena
1 probatio contentorum † in præjudicium Abbatis, *leg. Publica §. fin. ff. depos. leg. cum tabernam, §. idem quæsivit in fin. ff. de pignor.* Covar. *pract. quæst. c. 22. num. 7.* Rota apud Cardin. Caval. *dec. 248. num. 3.* & apud Buratt. *dec. 266. num. 4. & dec. 360. num. 5.* cum aliis relatis in decis. R. P. D. mei Cerri in hac causa facta. Ita potuit Abbas actione mandati, vel negotiorum gestorum conveniri
2 † ad reddendam rationem in ea confessatorum, Bart. *in leg. decem in fine, ff. de verb. oblig.* Jason. *in l. certi conditio, §. si nummos num. 34. ff. si cert. pet.* Surd. *cons. 48. num. 50.* & insuper condemnari ad præstanda loca montium sive illorum pretium, unà
3 cum † fructibus, sive loca montium emerit, sive non, *l. idemque. §. si procurator, & ibi Doct. ff. mandat.* Menoch. *de arbitr. cons. 209. n. 32.* cum aliis alle-
4 gatis *in d. decis. R. P. D. Cerri*, & jure † fructus perceperit, sive non Card. Seraph. *dec. 1245. num. 6.* Rota *decis. 269. nu. 2. part. 1. recent.* & coram sen. mem. Greg. *decis. 50. n. 2. ubi addent. littera B. allegant. concord.*

Quòd autem Epistola fuerit scripta manu Abbatis,
5 non † videbatur posse controverti, cùm fuerit plenè recognita per duos testes habentes notam manum:
B B. quod sufficit, licèt non viderint illum scribere,
6 cum simus in iis in quibus testes adhiberi † non solent, ut præter alios in eadem decis. R. P. D. Cerri allagatos de observantia Rotæ testatur. Card. Seraph. *decis. 150. n. 2.* Rota *diversi. decis. 343. n. 4. & dec. 570. n. 2. part. 1. & decis. 303. n. 1. part. recent.* Card. Mant. *decis. 25. nu. 2.* Card. Cavaler. *decis. 452. n. 4.* junctis
7 † præcipuè adminiculis Rota *diversi. decis. 124. num. 3. part. 7.* & apud Buratt. *decis. 475. n. 7.* & in Tiburtina Castrorum 4. Julii 1608. coram bon. mem. Cardin. Marquemontio. Quæ adminicula satis hîc verificantur ex præcedenti mandato D. Episcopi facto in persona Abbatis † præsentis, & acceptantis ad vendendum 8 equos, & currum, & ex subsequuta venditione equorum plenè probata ex partita libri Gabellæ, ut firmatur in eadem decis. R. P. D. mei Cerri.

Nec fides dictæ Epistolæ minuitur, quia non scripta, sed subscripta fuerit † manu Abbatis. Sola enim subs- 9
criptio operatur, ut omnia in Epistola contenta ab ipso actualiter scripta dicantur, Jas. *in auth. si quis in aliquo, n. 3. vers. sed cave, & num. 4. C. de edend.* Natt. *cons. 287. n. 4.* Cephal. *cons. 272. n. 84.* Surd. *cons. 61. n. 31.* Rota *decis. 603. sub. n. 2. part. 2. recent.* & apud sanct. mem. Greg. *dec. 454. n. 5.*

Prout nec eandem fidem minui visum fuit ex his, 10
quæ objiciebantur contra dicta testium. Nam contrarietates, seu potiùs varietates ab informantibus pro Abbate consideratæ, non sunt circa substantialia recognitionis, super qua deponunt Roman. *cons. 30. n. 2.* Natta *cons. 96. n. 4.* Rota apud sanct. mem. Greg. *decis. 194. num. 9. & dec. 248. n. 13. & dec. 351. n. 29.* Et sat est quòd omnibus characteribus simul junctis habuerint notam manum Abbatis, † testium 11
enim dicta non sunt cavillanda, sed potius coadjuvanda, Bart. *in l. de ætate n. 7. circa med. vers. sed contrarium, ff. de minor.* Corn. *cons. 119. n. 6. ante finem lib. 3.* Alex. *consil. 185. sub. n. 5. lib. 7.* Rota apud san. mem. Greg. *dec. 252. n. 11. & d. dec. 351. c. 37. dec. 487. n. 6. & 7.*

Nec ex eo quòd primus testis dicat se nescire fuisse deletum ex albo Confratrum Nationis Siculæ, & tamen constet fuisse deletum, potest argui ipsum fuisse mendacem, & falsum. Possunt enim simul stare, quòd 12
re vera fuit deletus, & tamen † illud ignoraverit, & sufficit, quòd hæc interpretatio fieri possit, ut testis à mendacio, & falsitate salvetur. Felin. *in cap. cum tu n. 13. de test.* Alex. *cons. 101. n. 21. lib. 7.* Bertazzol. *cons. crim. 8. n. lib. 1.* Surd. *cons. 530. n. 13.* Rota san. mem. Greg. *d. dec. 252. n. 11.*

Non obstat quòd dicta Epistola sit relativa ad aliam epistolam † ante scriptam, ideoque non probet non 13
exhibito relato. Quia cùm relati tenor circa venditionem, & emptionem respectivè adsit in † referente, 14
non est necessaria exhibitio relati ex allegatis in eadem decis. R. P. D. mei Cerri, quibus addi possunt Felin. *in cap. inter dilectos n. 7. de fid. instr.* Dec. *consil. 63. n. 6.* Paris. *cons. 33. n. 9. lib. 1.* Ruin. *cons. 31. n. 7. & cons. 231. n. 5. & 6. lib. 1.* & fuit dictum *in Romana locorum Montium 15. Maii 1161. coram bon. mem. Ubaldo Seniore*, & gratis dicitur verba Epistolæ fuisse † enuntiativa, & prolata ad alium effectum: 15
cum in eo dispositivè & deliberatè reputant id quod latius in præcedenti Epistola continebatur.

Nec denique obstare videntur, quæ dicuntur de liquidatione, quia respectu locorum montium cum Epistola loquatur † in numero plurali, & sic duo saltem 16
loca montium includat, ut ultra citatos in eadem decisione R. P. D. Cerri tradit Cardin. *in clem. 1. §. præmissa n. 1. de supplenda neglig. Prælat.* Rota apud Bur. *dec 161. n. 8.* Quatenus Abbas recuset præstare loca montium, bene potuit fieri liquidatio juxta † noto- 17
rium illorum pretium ad rationem scutorum 100. pro loco, Bald. *in leg. si fundum in fine, C. de rei vendit.* Achill. *dec. 22. de restit. spoliat.* Card. Caval. *dec. 17. num. 1.*

Respectu vero fructuum, illis calculatis à data Epistola 13. Martii 1631. ad rationem minimi redditus locorum montium, scilicet scut. 4. 1. 2. quolibet anno pro uno quoque loco montium, † satis justificatur con- 18
demnatio Abbatis absque alia liquidatione. Card. Cavaler. *decis. 323. n. 4.* Rota *in recent. dec. 58. n. 26. part. 6.*

Et ita utraque, &c.

R. P. D.

R. P. D. BICHIO.

Marsicen. Jurisdictionis.

Veneris 21. *Junii* 1644.

ARGUMENTUM.

Subtrahens aliquam scripturam oritur mala præsumptio contra occultantem, qualiter tamen veniat facienda talis probatio deputatus ad custodiam talis scripturæ, si ea fuerit amissa, ut deputatus liberetur, sufficit probare fuisse amissam non culpa sua.

SUMMARIUM.

1 *Subtrahere non inducit præsumptionem pro adversario.*
2 *Subtractio cùm arguat dolum, & sic non præsumatur, ideoque plenè, & concludenter est probanda.*
3 *Factum ipsum cùm non præsumatur, probandum venit.*
4 *Ad Episcopum spectat deputatio Notarii Curiæ Episcopalis.*
5 *Ad Notarium, & non ad Episcopum spectat custodia actorum Curiæ Episcopalis.*
6 *Doli præsumptio intrat illum, qui judicialiter requisitus aliquid produceret, & recusat producere.*
7 *Ad custodiam deputatus Scripturarum liberatur probando casum amissionis, absque sua culpa.*
8 *Scriptura aliqua an sit originalis necne, quando sit superfluum quærere.*
9 *Scripturæ amissio ex quo datur justificata.*
10 Abb. in cap. accipimus sub n. 5. de fid. instr. *refutatur.*
11 *Episcopus an occultando aliquem processum, oriatur sinistra præsumptio contra Ecclesiam.*
12 *Probatio incerta & non concludens, non relevat.*
13 *Probationes superfluæ non sunt attendendæ.*

DECISIO CXLII.

ROta confirmavit ultimam decisionem pro Reverendissimo D. Episcopo Marcisensi non obstantibus iterum ex adverso deductis, quæ referendo ad olim Episcopum Parisium culpam subtractionis processus compilati de anno 1578. inter Episcopum Marsicensem, & Archipresbyterum Terræ Saponariæ super controversia Jurisdictionis conabantur exinde elicere
1 præsumptionem, * quod in eodem processu probata esset intentio Archipresbyteri, etiam in præjudicium successorum in Episcopatu, *juxt. Doctrinam Abbatis in cap. accepimus sub n. 5. vers. aut non potest de fide instr.*

Verùm hæc præsumptio non applicatur casui nostro quia non constat processum fuisse ab Episcopo Parisio dolosè subtractum * quod ex adverso probandum
2 esset plenè, & concludenter; nam licèt præsumptionem probare non oporteat, quia jus illam inducit,
3 tamen factum ipsum ex quo * resultat præsumptio, probare necesse est, *cap. cum inter, de elect. cap. 3. loco de probat. cap. illud de præsumpt.* & in his terminis notat Henricus Boych. *in cap. pervenit id primo n. 2. de testib. cogen.* quem sequitur Bellam. *ibid. n. 2. & est textus in l. testium in fin. ubi gloss. in verb. probantibus, C. de testib. gloss. fin. in l. possess. C. probat.*

Hujusmodi autem probatio nullatenus educi potest ex eo, quod processus in Archivio Curiæ Episcopalis non reperiatur, quia exinde non sequitur culpa, vel dolus
4 Episcopi, cùm ad ipsum spectet * solùm deputare, Notarium actuarium, *cap. statutum, § Notarium de refeript. in 6.* Bero *in cap. quoniam, contra n. 46. de probat.* Bald. *consil. 137. n. 1. lib. 3.* Asin. *in praxi, §. 14. cap. 8. n. 2. cap. 20. n. 1.* Ad quem, non autem ad * Episcopum 5
spectat custodia actorum, & scripturarum Curiæ Episcopalis Abb. *in cap. quoniam, contra n. 3. & 4. de probat.* Rota *dec. 97. n. 1. & 4. dec. 339. n. 1. inter impress. post conf.* Farinac. & in puncto. *coram bon. mem. Card. Cavaler. dec. 542. n. 1. & 2.*

Et quatenus testes examinati ad instantiam Archipresbiteri deponunt, quòd processus transmissus ad Archiepiscopum Salernitanum, ac deinde de ordine Sacræ congregationis super negotiis Episcoporum ad Curiam Romanam, rediit tandem ad manus Episcopi Parisii, qui ad hunc effectum, Nuntium specialem miserat ad Procuratorem, penes quem reperiebatur. Objectum facile tollitur, tum quia iidem testes addunt plura folia originalia ex dicto processu retinuisse eundem procuratorem, eaque mediante opera Galeotti consignata, deinde fuisse Archipresbytero Cloffo, prout etiam aliàs fassus fuit idem Archipresbyter, ut ponderat prima decisio §. *primum adminiculum*, & cùm illa exhibere recusaverit, * quamvis ad id monitus judicialiter fuisset, in ipsum doli præsumptio retroquetur. Menoch. *præsumpt. 91. 91. n. 4. lib. 2. cum aliis allegatis in 1. decis. §. quartum.*

Tum quia testes examinati ad instantiam moderni Episcopi testantur de visu, ac certa scientia, quod statim mortuo Episcopo Parisio, Cæsar ejus nepos processum subripuit è quodam scrinio Episcopi, & ultro quod illud consignavit mediante pecunia Archipresbytero Cloffo. Et esto quod in hac secunda parte non bene concluderent, remanet saltem probata prima pars subtractionis factæ à Cæsare, quod sufficeret, etiamsi ipsemet Episcopus processum custodire debuisset, quia obligatus * ad custodiam scrip- 7
turarum liberatur probando casum amissionis absque sua culpa, Bart. *in l. si quis ex argentariis §. an hæc hæredi n. 2. & 4.* & Castr. *in §. orator ait n. 5. & 6.* Alberic. *in §. prohibetur in fin. ff. de edend.* Grat. *cons. 23. n. 19. lib. 1.* Gozzadin. *cons. 17. n. 11.* Surd. *cons. 109. sub n. 10. vers. idem.*

Non dubitari potest, quin processus ut supra subtractus à Cæsare nepote esset originalis, quia quintus testis deponit in specie de originali, & de eo intelligendi sunt alii testes genericè loquentes, præsertim quia unicus tantum processus probatur pervenisse ad manus Episcopi Parisii, quæ sive originalis esset, sive copia, subtractus fuit à nepote, licèt verius sit fuisse originalem, ut pluribus comprobat prima decisio. Igitur supervacaneum est quærere, an processus transmissus ad Curiam Romanam esset * sump- 8
tus ex originali, qui remansisset in Archivio Marsici, an ipsemet originalis; nam præter quod illum fuisse originalem comprobat prima decisio §. *præter quod*, nec non *decis.* Buratti 278. Ad favorem adversarii emanata *n.* 13. in omnem eventum, data etiam distinctione processuum satis est moderno Episcopo probasse per testes amissionem ejus, quem antecessor habuerat, alterius verò, in Archivio dicitur remansisse, cura cùm ad actuarium spectaret, probatur, * 9
amissio quoad Episcopum eo ipso quod factis diligentiis in Archivio non reperitur, Felin. *in cap. sicut col. 7. vers. quinta declaratio de re judic.* Aretin. *in cap. fin. in 3. notab. de probat.* Bart. *in l. 15. post n. 20.* ibi, *sed opinio est ff. de acquir. hæredit. per l. 3. §. nerva ff. de acq. possess.* Surd. *cons. 109. sub n. 6. versic. dicit.* Aretinus.

Atque ita corruunt omnia fundamenta decisionum pro Archipresbytero, quia supponunt culpam Episcopi in occultando processum, avi negligentiam in perquirendo in Archivio, & cogendo actuarium, ut exhibeat, quæ ex probationibus postea factis, & aliis supra deductis minimè urgent. Eòque minus vigent contra Modernum Episcopum successorem mediatum illius à quo processus occultatus afferitur quicquid * dixerit Abbas 10
initio allegatus, cui non assentitur Felin. *in cod. cap. accepimus sub n. 15. de fide instr.* & pro successione in

Episco-

& 532. nu. 4. & in Romana domus coram Ubaldo post Mangil. de subhast. decis. 54. n. 6. & 7.

Tum etiam quia aut obstat Chrispoltis exceptio satisfactionis, cum illi possederint bona subhastata per 20. annos enumerando tempus ante motam litem, vel post intentatum Judicium quod fuit de anno 1634. 2 per novennium † à quo tempore indubitanter fructus annui veniunt restituendi *Cap. gravis de restit. Spoliat.* Verall. *decis.* 28. *n.* 2. *part.* 2. Coccin. *dec.* 439. *n.* 2. Caval. *decis.* 586. *ad fin.* Duran. *dec.* 454. *num.* 6. Qui fructus ascendunt ad annua scuta 5000. ut testes comprobant, sunt ideò compensandi cum dicto credito scutor. 4000. quia ex tunc per contestationem litis sublata 3 † remansit bona fides, aut saltem venit dicendum remanere prorsus illiquidum creditum illorum de Chris- 4 poltis, ita ut illius vigore non valeant † impedire reintegrationem, Gratian. *descept.* 734. *n.* 13. Surd. *decis.* 46. *num.* 16. Pota, *decis.* 433. *n.* 2. *part.* 2. *recent. & 411. n.* 24 *part.* 5. *& dec.* 54. *sub n.* 11. post Modern. Perus *de Manut.* Caval. *decisione* 539. *n.* 5. & fuit dictum *in Auximana census* 10. *Maii* 1646. *coram R. P. D. meo Ghislerio.*

Nec obstat quòd Domini de Chrispoltis prætendant ex perceptione fructuum non fuisse extinctum, nec 5 redditum illiquidum eorum creditum, ex † quo emerint sub hasta à fisco, ob cujus privilegium feciisse fructus suos, nec teneri imputari in sortem per *l. fundus qui ff. de rescind vendit. in l. fin. C. si adverf. fisc. in l si minor. C. de jur. fisc. in l.* 1. *& 2. C. de fid. inst.* Peregr. *de jur fis. l.* 6. *tit.* 4. *n.* 21. Quia fuit per Dominos responsum in præfatis juribus nullibi 6 reperiri scriptum, quod emptor non amoveatur † nisi restitutio pretio soluto, aliud autem est pretium, aliud verò fructus ex bonis emptis percepti, quos 7 restituendos esse, quando subhastatio † est nulla etiam ab eo qui emit instante fisco disponit ad literam *text.* 8 *in l.* 1. *Cod. de fid. instrum. cum fructibus* & text. loquitur non solum quando fuit facta subhastatio, & 9 deliberatio nomine fisci à non persona legitima sed etiam, quando deficiunt aliæ solemnitates, ibi, *neque omni ordine peracto*, inducant necessitatem aliarum solemnitatum copulativè, ita ut una deficiente intret dispositio dicti textus, ut declarat ibid. *gloss. in verb. in omni ordine.*

Ultra quod ad effectum acquisitionis fructuum re- 10 quiritur vel dominium, vel † bona fides possessoris, *l. fructus, & l ex diverso juncta l. in fundo ff. de rei vendic. Herennius, ff. de usur.* At privilegium fisci non 11 efficit, ut qui nulliter emit sub hasta, dominium † acquirat optimè, *gloss. in d. l. fundus, verb. satisfactum esset in fin. ff. de rescind. vendit.* ibi, *& ideo dicitur esse non statim*, in bonis actoris, *scilicet ut possit petere cum effectu, suus tamen est, & esse non desitit.* Hinc Curt. jun. *cons. ult. n* 4. *lib.* 2. adducitur Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 6. *tit.* 4. *n.* 21. Ad comprobandum privilegium 12 fisci, ait, † *Emptorem retinere rem loco pignoris propterea fructus suos non facere.*

Nec privilegium fisci efficit, ut emptor constituatur 13 in bona fide, imo in mala, † quæ præsumitur eo ipso, quod in subhastatione non fuit servatus ordo, *gloss. in d. l.* 1. *verb. mala fide instr. & jur. hast. fisc. lib.* 10. Præsertim stante litis contestatione, quæ indis- 14 tincte malam fidem inducit Bart. *in l. sed & si leg. §. si ante n.* 1. *ff. de petit. hered.* Surd. *consil.* 293. *n.* 9. Bursat. *decis.* 130. *n.* 8. *in fin. &* 714. *nu.* 8. Quæ etiam 15 causatur ex venditione † longe ultra dimidium justi pretii facta Castr. *cons.* 156. *n.* 1. *vers.* 1. *quia lib.* 2. Ubi adducuntur alia jura, cùm testes deponant bona valere scuta 12000. Et ita post litem contestatam, & 16 sequutam sententiam tenetur † emptor restituere fructus, vel eos in sortem imputare quia nulliter sub hasta emit ad instantiam creditoris, *l. prima Cod. si vendit pign. agat.* hocque etiam expresè disposuit, *imperator in d. l.* 1. *C. de fid. instrum. & jur. hast.* Gratian. *decis.* 206. *n.* 15. Caval. *decis.* 409. *n.* 1. Cum titulus reducatur ad † non titulum, ex cujus defectu possidens tenetur ad restitutionem fructuum, Rot. *dec.* 693. 17 *n.* 1. *post med. part.* 1. *recent.* Nec fisicus in hoc aliquo † in loco reperitur privilegiatus à jure Gramm. *decis.* 18 77. *sub num.* 1. *vers. nec est speciale.* Fiscus autem in casibus in quibus † non reperitur à jure privilegiatus, 19 utitur eodem jure, quo alii, *l. quod placuit ff. de jur. fisc. gloss. communiter approbata in l. item veniunt, § in privatorum ff. de pet. hær.* Dec. *cons.* 331. *n.* 3. Peregr. *de jur. fisc. lib.* 7. *tit.* 7. *per tot.* Fontanella *decisione* 221. *n.* 4. Durand. *decis.* 380. *n.* 7. & 8. Imo quando ut in † præsenti subhastatio fuit nulla ob 20 imperitiam judicis duriùs agitur contra fisicum, quàm contra privatum, quia cùm subhastatio † facta cum 21 judice electo per fisicum, vel habente ab eo causam, † cui eligendi sibi judicem competit jure facul- 22 tas, sibi imputari debet fisicus, si judicem imprudentem, & ignarum elegit, ut in terminis subhastationis Caball. *de evict. §.* 5. *num.* 227. Fontan. *decis.* 221. *n.* 23. & 24.

Minùs obstat, quòd dum non fuerunt oblata dicta scuta 4000. Chrispolti fecerint fructus suos per *text. præfatos in d. l. fundus, & l. ex diverso, & l. in fundo ff. de rei vindic.* ibi, *oblata pretio.* Quia fuit 23 per DD. responsum, Ubaldos non fuisse obligatos ad oblationem præfatorum scutorum 4000. antequam non fuisset oppositum de retentione pro dictis scutis 4000. ut in puncto respondit Osascus *decis.* 160. *n.* 16. 24 & 17.

Nec pariter obstat, quòd fructus percepti ex istis bonis veniant compensandi cum fructibus cujusdam census impositi per Martiam præfatam matrem eorum de Chrispoltis occasione hujus subhastationis, & pro 25 solvenda pecunia fisco, unde impugnans subhastationem, tenetur ad restitutionem pecuniarum cum usuris *l. usuræ, & l. si prædium, C. de præd. minor.*

Quia fuit sublata difficultas, tum ex eo quod fructus prædii longè majores sint, quàm fructus census: tum etiam quia *text. in d. l. usuræ*, loquitur contra 26 debitorem, qui pretium rei venditæ receperat, & in sui utilitatem converterat, undè æquum videbatur, ut pretii à se nulliter recepti solveret legitimas usuras, dum repetebat fructus fundi ab emptore, à quo pretium receperat, in quibus terminis loquitur Modern. Pisaur. *de subhast. q.* 91. *per tot* allegando præfata jura. At in casu nostro cessat dicta æquali- 27 tas, quia non agit debito se totius ex fideicommisso majoratum ad bona vocatus, quique nullum ex subhastatione commodum senserat, imò in hoc casu nec ipse debitor ad usuras teneretur, cum nunquam eas promiserit, nec interpellatus fuerit à Chrispoltis, quando pecunias ad census acceperunt, ut requirebatur ad hoc ut Ubaldi tenerentur ad restitutionem 28 fructuum. Gratian. *discept.* 85. *n.* 14. & 15. Rot. *decis.* 52. *n.* 3. *part.* 1. *rec.* & in *Romana pecuniaria* 24. *Aprilis* 1637. *coram bon. mem. Merlino.*

Quin imo cùm census sit quid diversum à credito, neque subhastata fuerint bona pro censu, sed pro pœna pecuniaria fisco debita ob contraventionem Paroli, non potest pro fructibus census retinere 29 bona, cùm retentio non competat, nisi pro eadem causa, & pro eodem credito, pro quo subhastatio facta fuit, Surd. *decis.* 46. *n.* 2. Caval. *decis.* 539. *n.* 4. & 543. *n.* 3. *& post Mangil. de subhast. decis.* 54. *n.* 5.

In omnem casum cùm pretium oblatum sub hasta per Martiam ascendat tantum ad scuta 4000. pro quibus in se accollavit censum ad dict. summam ascendentem, & fructibus bonorum de quibus agitur longè excedant interusuria præfati census, inde non potest negari quin creditum præfatorum de Chrispoltis remanserit saltem illiquidum, quo casu nunquam datur 30 retentio ex supra dictis.

Et ita resolutum utraque, &c.

R. P. D.

R. P. D. CERRO.

Sacræ Rotæ Decano.

Bononien. fideicommissi de Pancaldis.

Veneris 23. *Januarii* 1643.

ARGUMENTUM.

Filius quidquid habet à patre tunc multò magis proveniſſe præſumitur, quando bona ſunt in eo loco, quo à patre poſſidebantur, quia niſi doceatur de nova acquiſitione, præſumuntur paterna. Aliqua habes circa probationem identitatis, & maximè ſi ſumus in antiquis.

SUMMARIUM.

1 *Filius quidquid habet, à Patre proveniſſe præſumitur.*
2 *Bona poſſeſſa à filio in loco, ubi pater ejus poſſidebat, præſumuntur eſſe illa eadem quæ à patre poſſidebantur.*
3 & 4. *Intellige dum non exhibetur alius titulus, nec apparet de acquiſitionibus filii amplis.*
5 *Identitatis probatio ex quibus reddatur indubitabilis.*
6 *Ad bonorum identitatem probandam ſufficiunt duæ demonſtrationes.*
7 *Identitatis probatio ex quibus ſatis juſtificetur.*
8 *Identitas facilius probatur, quando ſumus in materia antiquiſſima, tunc probatur ſolis conjecturis, & præſumptionibus.*
9 *Identitatis probatio perſonam percutiens, qualiter veniat probanda*, & n. 10. 11. & 12.
13 *Teſtes examinati inter alias perſonas, non probant inter diverſos.*
14 *Teſtes probant pro & contra hinc inde, & ſucceſſores tam particulares, quàm univerſales.*
15 *Tertius admiſſus ad cauſam in ſtatu & terminis in quibus reperitur, omnia acta facit ſua.*
16 *Tertius admiſſus ad cauſam in ſtatu & terminis, in quibus reperitur, dicitur ratificaſſe omnia geſta antea.*
17 *Identitatis probatio ex quibus non remaneat offuſcata.*
18 *Jus idem eſt de parte, quod de toto.*
19 *Summa minor ineſt majori.*

DECISIO CXLV.

SUpposita exiſtentia fideicommissi ad favorem Thomasiæ de Pancaldis in omnibus aliis deciſionibus hujus cauſæ latè deductis & præcipuè 18. Junii 1642. coram me, pro obtinenda immiſſione ſuper prædio tornaturarum 30. de quo agitur contra fratres Beatæ Mariæ Charitatis Bononiæ illius poſſeſſores. Domini enim hodie ſteterunt in deciſis, quoad identitatem prædicti prædii, ſuper qua fuit reſolutum ordinatum, ut ſtrictè informantes inſiſterent.

Nam quod iſtud prædium de quo agitur fuerit poſſeſſum à Berto Teſtatore de tempore obitus ex eo benè deducitur, quod idem Teſtator poſſedit in communi Longariæ multas petias terræ arativas, arboratas, & vitatas, juxta bona illorum ab oleo, & alios confines, ut apparet ex ejus Teſtamento, & poſt ejus obitum Joannes Baptiſta ejus filius in eodem loco, & vocabulo poſſedit terras, de quibus hodie agitur ad eo perventas ad Fratres Charitatis mediante Abberto Balzano, ut infra probabitur, habentes eaſdem qualitates & eoſdem confines. Unde præſumuntur illæ eædemmet, quas Bertus Teſtator in dicto loco poſſedit, non ſolùm hoc ſuadente illa generali præſumptione, quod quidquid habet filius a patre proveniſſe præſumitur, *l. C. de patr. poteſt* Menoch. *conſil.* 207. *n.* 17. Marzar. *in epit. de fideicomm. quæſt.* 58. *r. & pro fideic.* Rota *in Montis falisci fideicommiſſi*, 10. *Aprilis* 1628. *coram Eminentiſſimo Cardin. Ubaldo*: ſed etiam ex alia magis ſtricta, & urgenti præſumptione, quod bona † poſſeſſa à filio in loco, in quo ejus pater poſſedit, præſumentur illa eademmet, quæ ibidem pater poſſidebat, dum non exhibetur alius titulus, nec apparet de acquiſitionibus † filii juxta vulgatum *conſ.* Fulgoſ. 145. *ſub n.* 2. quod ſequuntur Peregr. *de fideicomm. art.* 44. *n.* 22. Ciriac. *controverſ.* 204. *n.* 15. Rot. cor. ſan. mem. Gregor. XV. *deciſ.* 575. *n.* 9. & 11. & *deciſ.* 131. *n.* 5. *part.* 1. & *deciſ.* 42. *n.* 4. *et deciſ.* 129. *n.* 2. *part.* 5. Et paſſim in aliis.

Quod efficacius procedit in caſu noſtro, cùm hic non habeamus ſolummodo præſumptiones, ſed ulterius concurrant qualitates & demonſtrationes † identitatis probationem concludentes, nempe qualitas prædii arativi, arborati, & vitati, ac etiam convenientia confinium, cùm identificentur confinia, † viæ publicæ, ſtradelli, & bonorum illorum ab oleo, cùm tantum ſufficiant duæ, *juxt. doctr.* Part. *in l. demonſtratio falſa, ff. de condit. & demonſtrat.* Quæ qualitates, & demonſtrationes junctis cum ſupra dictis præſumptionibus, non eſt dubium, quod plenè probant identitatem accedentibus præſertim depoſitionibus teſtium examinatorum in hac cauſa de anno 1579. deponentium, quod bona hæreditaria Berti Teſtatoris pervenerunt ad Joan. Baptiſtam ejus filium, ut patet ex datis in Summario ultimæ poſitionis *n.* 19. maximè cum verſemur in materia adeo antiqua ultra 100. annos, quo caſu identitas probatur etiam ſolis conjecturis, & præſumptionibus, *Juxta cap. cum cauſam, de probat.* Soccin. Sen. *conſ.* 116. *n.* 2. *lib.* 1. Rimin. jun. *conſ.* 254. *n.* 11. Rota, *in rec. deciſ* 81. *n.* 20. & 360. *n.* 10. *part.* 5. & *dec.* 58. *n.* 14. & 164. *n.* 38. *part.* 6. *cum aliis in deciſ. allegatis.*

Quod autem Joan. Baptiſta poſſederit terras de quibus hodie agitur, & quod ex eo devenerunt ad Fratres Charitatis, prout probandum eſt ad effectum, ut probationes identitatis percutientes perſonam Joan. Baptiſtæ afficiant etiam dictos fratres tanquam illius ſucceſſores & ab eo cauſam habentes clariſſimè patet. Nam mortuo dicto Jo. Baptiſta Albertus Balſanus ejus ex Franciſca filia nepos adivit ejus hæreditatem, & cepit poſſeſſionem omnium ejus bonorum, & ſignanter terrarum, quas ille poſſidebat in communi Longariæ habentes eaſdem qualitates, & eoſdem confines quantitatis tornaturarum 120. ut apparet ex petitione ejuſdem Alberti judicialiter facta, nec non ex mandato de immittendo ad eius favorem expedito, & demum ex Inſtrumento poſſeſſionis illius vigore adeptæ, ut in eodem Summario, *n.* 19. Ex quibus terris poſtea Fratres Charitatis acquiſiverunt iſtas tornaturas 30. quæ hodie controvertuntur, mediante mandato de aſſociando, quod ipſi obtinuerunt contra Albertum pro quodam eorum credito, cujus vigore in poſſeſſionem dictarum tornaturarum 30. immitti obtinuerunt, ut in dicto Sum. *n.* 21. Ex quo tranſitu bonorum Teſtatoris de illo in Jo. Baptiſtam ejus filium, & ſucceſſivè de iſto in Albertum, & de Alberto in Fratres, incertiſſima redditur identitatis probatio, non ſolum reſpectu ipſius Jo. Baptiſtæ Teſtatoris, ſed etiam reſpectu dd. Fratrum, & aliorum quorumcumque illius ſucceſſorum, aliàs cauſam ab eo tam mediatè, quàm immediatè habentium, tam titulo, & nomine univerſali, quàm particulari, Caſtr. *conſ.* 94. *in fin. lib.* 2. Barbat. *latiſſime conſ.* 37 *per tot. lib.* 2. Cravet. *conſ.* 29. *n.* 1. Marzar. *in epitom. ſideic. quæſt.* 60.

Peregr. *de fideic. art.* 44. *n.* 33. Fusar. *de subsist. quæst.* 628. *n.* 50. Rota *in recentior. decis.* 706. *n.* 2. *part.* 2. *& decis.* 160. *n.* 1. *part.*

Nec obstant ea, quæ ad infringendam identatis probationem in contrarium excitata fuerunt. Et pri-
13 mo quòd Testes deponant * super successione Joannis Baptistæ in bonis paternis fuerint de anno 1579. inter alios examinati, quia ultra quod vis probationis non desumitur ex solis testibus, ut patet ex jam dictis, respondetur quòd dicti Testes fuerint ser. examinati ad instantiam Petriavi, Thomasiæ, & aliorum de Pancaldis, qui tunc agebant contra tertios possessores pro istis, & aliis bonis vindicandis ab Authoribus fratrum, & ab aliis, ac proinde probant pro & contra
14 hinc inde successores, tam particulares, quàm universales, Aret. *cons.* 36. *nu.* 3. *vers. secundo dico*, Soccin. sen. *cons.* 82. *nu.* 4. *lib.* 3. Peregrin. *de fideicom. art.* 47. *n.* 27. *in fin.* Rota coram Gregor. *decis.* 535. *n.* 1. *cum aliis in decisione coram me allegatis*, *vers. quæ verò objiciebantur.*

15 Eoque magis, quia Thomasia post mortem parentum obtinuit admitti ad prosequutionem causæ per ejus auctores motæ in statu, & terminis, in quibus ea reperiebatur, & ab eadem Fratres quo-
16 que postea vocati venerunt, quo casu collitigantes dicuntur fecisse omnia acta sua, & ratificasse * omnia antea gesta, Innoc. *in cap. cum super n.* 6. *vers. si autem hæc tertia persona*, & ibi Butr. *n.* 18. Felin. *n.* 17. *de re judic.* Put. *decis.* 32. *n.* 2. *lib.* 3. Rota *in Cæsaraugustana distributionum*, 4. *Dec.* 1634. coram R. D. meo Patriarcha Panzirolo.

Minùs obstat secundò, quòd prædium adjudicatum Fratribus sit tornaturarum 30. & prædium quod Al-
17 bertus habuit ab hæreditate Jo. Baptistæ esset tornatur. 120. quia dum ex præcedentibus constat, quòd Fratres non acquisiverunt totum prædium, sed solummodo ex eo tornaturas 30. hinc nulla potest præten-
18 di diversitas, nec offuscari identatis probatio, sed imo magis eluescit, quia dum non controvertitur, nec controverti potest, quod totum integrum prædium fuerit possessum à Testatore, ita etiam dicendum est de his 30. tornaturis ab eo detractis, cum idem jus sit de parte, quod de toto, *l. quæ de tota*, *ff. de rei vind. l. cujus effectus*, *ff. de reg. juris*, & utrobique DD. & regulariter minor summa inest
19 in majori, ut his terminis, pro salvanda identitate respondet Rota, *decis.* 87. *n.* 8. *part.* 5. *recent.*

Et ita decisum, utraque parte informante.

R. P. D. CERRO.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Salviani.

Veneris 17. *Aprilis* 1643.

ARGUMENTUM.

Salviani interdictum quibus concurrentibus intret. Bona quantumvis sint prohibita strictè alienari, hypothecari, &c. nihilominus immissio potest concedi super commoditate percipiendi fructus donec, & quo usque, &c.

SUMMARIUM.

1 *Creditum cum hypotheca, probandum venit in judicio Salviani.*

2 *Stipulatio nostræ relevationis indemnitatis, quando dicatur commissa.*

3 *Possessio de tempore obligationis probanda venit, ut obtineatur in judicio Salviani.*

4 *Item possessio adversarii de tempore motæ litis, quæ probatur ex ipsa litis sustentatione.*

5 *Domus si sit prohibita quoque modo vendi, aut alienari, irrequisito proprietario sub pœna caducitatis, tunc super ea non potest restitui hypotheca.*

6 *Alienatio etiam latissimè sumpto vocabulo, hypothecam etiam comprehendit.*

7 *Venditio, & alienatio quid comprehendat.*

8 *Per hypothecam simplicem bona non alienantur, sed remanent in bonis hypothecantis.*

9 *Immissio potest concedi super commoditate percipiendi fructus.*

10 *Commoditas percipiendi fructus venit in generali obligatione, & semper remanet hypothecabilis, quamvis omnis hypotheca prohibita fuerit.*

11 *Quod procedit etiam in materia feudali.*

12 *Fructus percipiendi, qui habet facultatem & commoditatem, alienare non dicitur obligando illos.*

13 *Salvianum etiam intrat, ratione commoditatis percipiendi fructus cadentes, sub obligatione generali.*

14 *Et conceditur immissio creditori, in possessionem rei prohibitæ alienari, & ad quem effectum.*

15 *Immissio, quando conceditur super commoditate percipiendi fructus, non tangitur substantia rei, aut utile dominium.*

16 *Domino directo nullum præjudicium infertur, si alius habeat utile dominium, & iste alteri fructus consignet, ut sibi satisfaciat de suo credito.*

17 *Fructus percipiendi facultas, quando non sit perpetua, nec ad hæredes extraneos transitoria.*

18 *Emphyteusis quando est hæreditaria, tunc prima acquirens potest illius fructus, ne de ejus vita durante, sed perpetuo etiam hypothecare in præjudicium emphyteutæ, & quorumcumque hæredum, & successorum.*

20 & 21. *Emphyteusis acquisitio, quando fuit facta ex titulo oneroso, tunc sanè primus acquirens potest præjudicare cæteris.*

DECISIO CXLVI.

ANno 1580. Vincentius de Vetera super una ejus domo dotali imposuit annuum perpetuum censum scut. 35. sortis principalis scutorum 500. ad favorem filiorum, & hæredum bon. mem. Hieronymi Verospii sub fidejussione q. Lutii Lilii, quem dictus Vincentius impositor relevare, & indemnes servare promisit sub obligatione Camerali, Summar. illorum Vetera *n.* 1.

Decessit postmodum d. Lutius fidejussor instituto sibi hærede universali Torquato de Vetera ejus nepote, cui quandocumque decedenti substituit primum filium masculum Valerii, si vocabitur Lutius Lilius; sin minùs secundum, seu illum, qui hujusmodi nomen, & cognomen habuerit, cum facultate illud assumendi, eodem Sum. *n.* 3. Undè cùm per obitum Torquati factus fuerit locus substitutioni præfatæ in favorem Lutii Vincentii Lilii secundo geniti dicti Valerii, & ab Ersilia Zimenes cessionaria creditorum census fuisset evicta una domus hæreditaria dicti Lutii Lilii fidejussoris, fuit pro relevatione indemnitatis introductum Judicium Salviani à Lutio Vincentio filio substituto contra Petrum Paulum Rosciolum detentorem unius domus olim spectan. ad q. Vincentium principalem debitorem dicti census, & sententiam favorabilem immissionis super commoditate fructuum à Judice ab A. C. deputato obtinuit, à qua commissa tantùm in devolutivo causa appellationis in Rota, dubitavi, an immissio sit revocanda, vel confirmanda, & Domini confirmandam esse dixerunt.

Quia cùm de validitate dubitari non possit, & legitimatio personarum; justificetur in actis ex fide obitus Torquati primi hæredis instituti, & ex testibus depo-

nentibus

deponentibus Lutium Vincentium Lilium posse filium secundogenitum Valerii, ejusque cognomen assumpsisse statim, ac notitiam habuit de obitu Torquati, primogenitum verò dicti Valerii ante obitum d. Torquati ingressum fuisse Religionem Canonicorum Lateranen ibique possessionem emittendo dimisisse nomen,
1 & cognomen Testatoris, quod habebat Justitia pater ex concursu viam extremorum ad obtinendum in hoc Judicio. Creditum enim † cum hypotheca probatur ex Instrumento census, in quo Vincentius sub obligatione Camerali promisit relevare indemnem Lutium
2 fidejussorem juncto alio Instrumento immissionis obtentæ ab Ersilia pro fructibus d. census super domo hæreditaria Lutii, per quam fuit commissa stipulatio relevationis Rota *in recent. decis.* 456. *num.* 2. *part.* 2.
3 Possessio verò domus de qua agitur † de tempore obligationis probatur ex Instrumento acquisitionis factæ per Vincentium ab illis de Naris, à quibus fuit investitus de d. terreno, super quo domum postea fabricavit, *dicto Sum. nu.* 9. Junior autem possessio Roscioli
4 satis probatur † ex litis sustentatione, Caputaq. *decis.* 369. *part.* 2. Cæsar de Graff. *decis.* 4. *de restitut. spoliat.*

Nec obstat defectus hypothecæ, ex eo quod domus hæc sit emphyteutica prohibita quoquomodo vendi,
5 aut alienari irrequisito proprietario sub pœna † caducitatis, quia præter quod non fuit expressè prohibita hypotheca, nec alienatio latissimè sumpto vocabulo,
6 quæ hypothecam etiam cumprehenderet, *gloss. in l. final. verbo, vel hypothecam Cod. de rebus alienis non alienand.* Soccin. *cons.* 73. *numer.* 2. *lib.* 1. sed solùm
7 venditio, & alienatio, † per quam scilicet jus illud emphyteuticarium; in alterum transferatur, quæ nullo modo capit simplicem hypothecam, per quam
8 bona non alienantur, sed remanent † in bonis hypothecantis, *l. pignus C. de pignor.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 22. *tit.* 28. *num.* 51. 52. & 53. Rota,
9 *divers. decis.* 426. *n.* 6. & 7. *part.* 1. Immissio † fuit solum concessa super commoditate percipiendi fructus, quæ venit in generali obligatione, & semper remanet
10 hypothecabilis; quantumvis omnis † hypotheca prohibita fuerit, ut post Bartholum *in l. si is qui, §. usus-fructus, n.* 2. *ff. de pign. tradit* Negus. *eo tit.* 2. *membr.* 5. *part. n.* 9. *ante med. vers. Tamen hoc non obstante,* Aym. *cons.* 213. *num.* 2. Menoch. *cons.* 102?. *num.* 6. *vers. Tertia est dubitatio, & num.* 7. & 2. *cum pluribus seqq.* Gratus *cons.* 54. *num.* 14. *& seqq. lib.* 1. Giurba, *ad consuetud. Messan. cap.* 1. *gloss.* 2. *part.* 1. *num.* 110. Gratianus *discept. forens. cap.* 43. *numer.* 11. *cum seqq.* Rota, coram Put. *decis.* 111. *l.* 3. *in correct.* Quod
11 idem in materia feudi tradunt Joan. Faber §. *Item servianta numer.* 26. *vers. sed fructus inst. de action. Isernia in cap. imperialem n.* 5. ibique Alvarot. & cæteri communiter *de prohib. feudi alienan. per Federicum* Alex. *cons.* 18. *nu.* 4. *ante med. vers. sed hunc obligationem lib.* 5. Clarus *attestans de communi §. Feudum quæst.* 31. *n.* 9. Rosental. *de feudit. cap.* 9. *concluf.* 10. *numer.* 4. *verfic. hoc omnibus placet* Schrader. *eodem tract. part.* 8. *cap.* 1. *num.* 25. *ad fin. vers. licet feudum,* Coler. *de proceff. execut. part.* 2. *cap.* 3. *n.* 295. Kopper.
12 *Dec. Germ. n.* 12. *cum seq.* Qui enim habet facultatem, & commoditatem percipiendi fructus, alienare non dicitur illos obligando, Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 20. *n.* 10. *cum seqq.*
13 Et ratione hujus commoditatis cadentis sub obligatione generali intrat Salvianum, & conceditur immissio creditori in possessionem rei prohibitæ alienari ad effectum, ut immissus tandiu fructibus, & commo-
14 ditatibus † fruatur, donec sic de suo credito satisfiat, Specul. *de pignor.* §. 1. *n.* 30. *in fin. vers. creditor tamen,* Coler. *dicta part.* 2. *cap.* 3. *n.* 20. *cum seqq.* Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *gloss.* 7. *nu.* 49. *cum seqq.* & dixit Rota in Romana Salviani 15. *Apr.* 1622. *coram bon. mem. Merlino impress. apud Cencium de censibus in ordine* 403. *n.* 7. 8. & 9. Non enim modo immissio datur in ipsa re, ut tangatur † ejus substantia, aut utile do- 15
minium, ad hoc ut Domino directo invito alteri introducatur, sed ad effectum dumtaxat percipiendi commoditates, ex quarum perceptione nullum Domino directo 16
præjudicium infertur, Coler. *ubi sup. cap.* 3. *n.* 297. Kopper, *d. dec.* 39. *n.* 11.

Minùs obstat quod hujusmodi facultas percipiendi fructus non sit perpetua, † nec ad extraneos transito- 17
ria, sed restringatur ad vitam obligantis: objectum enim † procedit in emphyteusi ex pacto, & providen- 18
tia, secus innuere hæreditaria, prout hæc acquisita à Laicis pro se, & hæredibus, in hac enim primus acquirens potest illius fructus ne dum ejus vita durante sed perpetuò obligare, & hypothecare in præjudicium emphyteutæ, & quorumcumque hæredum, & succes- 19
sorum, & ab eis causam habentium, ut distinguendo tradunt Ruin. *cons.* 176. *num.* 13. & 14. *lib.* 1. Alex. *cons.* 173. *num.* 3. & 4. *lib.* 2. Roland. *cons.* 55. *nu.* 39. *cum seqq. lib.* 3. Caldas. *de emphyt. extinct. lib.* 4. *cap.* 5. *n.* 75. Scapucc. *de Salvian. l.* 2. *quæst.* 10. *n.* 3. Grat. *discept. forens. cap.* 43. *num.* 15. Rota in Casanaten. *emphyteusis* 14. *Dec.* 1635. *coram bon. mem. Merlino.* Præsertim quia acquisitio fuit facta titulo oneroso, dum 20
Vincentius non solùm promisit pro situ fructifero annuum canonem solvere, sed domum suo proprio ære fabricare, quo casu reputatur, sicut reliquum patrimonium, & primus † acquirens potest absque difficultate 21
hæredibus successoribus, & ab eis causam habentibus præjudicare, Maresc. *variar. resolut. l.* 1. *cap.* 74. *n.* 3. & 4. Rota in Perusina de Alphanis 4. *Dec.* 1625. & 2. *Maii* 1625. *coram bon. mem. Coccino.*

Et ita utraque, &c.

R. P. D. CERRO,

Sacræ Rotæ Decano.

Civitatis vetulæ dotis,

Mercurii 11. *Aprilis* 1643.

ARGUMENTUM.

Dos constituta primo viro, licèt etiam censeatur constituta quoque secundo viro, ita ut si vir secundus administraverit bona extradotalia præsumatur de sua dote sibi satisfecisse, tamen id non procedit, quando dictus secundus vir ignoravit quantitatem dotis datam primo viro, quæ tamen ignorantia non præsumitur in viro sagaci, & industrioso, & præsertim cùm in hoc soleant esse soliciti mariti ad sciendum quantitatem dotis. Hæres, quando dicatur particularis.

SUMMARIUM.

1 *Dos constituta primo viro, censetur data quoque secundo, limita, n.* 3.
2 *Maritus si administraverit bona extradotalia uxoris; præsumitur sibi satisfecisse de sua dote.*
4 *Maritus quando est sagax, & industriosus, non est verisimile, quod per longum tempus non investigaverit quantitatem dotis sibi promissæ.*
5 *Maritus quilibet solet esse valde sollicitus de investiganda quantitate dotis, eoque magis dum administrat bona extradotalia uxoris, in quibus nullum habet interesse.*
6 *Maritus dum est informatus de bonis extradotalibus*

uxoris, multo magis censetur informatus de bonis dotalibus, quorum fructus ad eum spectant.

7 *Ignorantia dum est justa, & probabilis excusat, secùs verò si sit crassa, & supina.*

8 *Fructus bonorum extradotalium, quando spectant ad maritum, tunc cessat præsumptio, quod maritus sibi satisfecerit de sua dote.*

9 *Fructus bonorum dotalium, quando de voluntate uxoris percipiuntur à marito, & fuerunt consumpti in ejus utilitatem, vel communem usum, tunc cessat præsumptio satisfactionis dotis.*

10 *Secus verò si adhuc extent, & maritus factus fuit locupletior.*

11 *Fructus bonorum extradotalium maritus non lucratur, sed omninò restituendi sunt uxori, vel ejus hæredibus.*

12 *Debitor si sit institutus hæres universalis à creditore, tunc actiones remanent confusæ, & extinctæ.*

13 *Hæres universalis, quando quis non possit dici, sed potiùs particularis, & legatarius.*

14 *Institutio generalis in hæredem, quando restringitur ad certa bona particularia, non adeò dicitur hæres generalis, sed particularis.*

15 *Institutio semper reputabitur particulari, si non sit de integra hæreditate, vel quotæ.*

16 *Institutus in re certa benè colligitur, quod si hæres particularis, si postea alius hæres universaliter fuerit nominatus.*

17 *Hæres universalis, quando est institutus, procul dubio institutus in re certa remanet particularis, & legatarius.*

18 *Institutus in re certa particulari, tunc habetur pro hæreae universali, quando alius hæres universalis non fuit datus.*

19 *Institutus in re certa particulari non dato alio hærede universali, tunc per jus accrescendi tota hæreditas defertur instituto in re certa.*

20 *Defunctus quando non possit dici, quòd decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus.*

21 *Institutus in re certa particulari semper remanet hæres particularis, dato universali hærede.*

DECISIO CXLVII.

ITerum placuit DD. respondere pro confirmatione sententiæ Rotalis ex eisdem fundamentis, cùm enim negari possit Jo. Philippo primo viro, dotis nomine ultra scuta 900. in mobilibus, stabilibus, & lapidibus pretiosis soluta fuisse per Veronicam scuta 300. constituentia in totum scuta 1200. eademque ex præsumptione *l. dotem* 31. & *l. divus* 41. *ff. de jur.*
1 *dot.* Fuisse tradita Marino secundo viro, utique hæredes illius tenentur ad restitutionem, cùm ex administratione bonorum extradotalium, ipse præsumatur sibi de sua dote satisfeciisse, ut latissimè firmatum fuit in deci-
2 sione hujus causæ 17. *Martii* 1642. *coram R. D. meo Dunozetto Decano vers. quod autem, & in alia* 27. *Februarii præteriti, coram me, vers. solutio verò.*

3 Et licèt hæc conclusio limitetur, quando secundus vir ignorat quantitatem dotis primo viro traditam juxta distinctionem Ruini communiter receptum, *rubr. ff. sol. matrim. n.* 207. quem refert, & sequitur, Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 6. *n.* 43. Hujusmodi tamen ignorantia non potest allegari à Marino, cum matrimonio inter ipsum, & Veronicam duraverit per 15. annos, & ultra; ipseque esset Physicus, vir sagax, & industriosus, ut deponunt testes, verisimile enim non est, eum fuisse adeò supinum, & negligentem ut tanto tempore quo habuit uxorem, & sustinuit onera matrimonii, nunquam investigaverit dotem primo vi-
4 ro traditam, sibique debitam, de quo quilibet solet esse valde sollicitus, eòque magis dum administravit
5 † bona extradotalia Veronicæ; unde sicut ex eorum administratione notas habuit facultates extradotales mulieris, in quibus nullum habebat interesse, Honded. *consil.* 66. *n.* 88. *lib.* 1. Rota *in Bononien. denegationis audienti*; 24. *Nov.* 1636. *coram R. D. meo Decano.* Multò magis præsumi debet informatus de bonis dota- 6
libus, quorum fructus ad ipsum spectabant, *l. dotis fructuum, ff. de jur. dot. l. pro oneribus, C. eod.* & in quibus agebatur de proprio interesse, ad trad. *in l. quamque ff. ad Velleian.* Limitatio autem superius adducta recipitur solùm, quando ignorantia est probabilis † ac justa, secùs ubi crassa est, & supina, tunc enim 7
non excusat, Rom. *consil.* 340. *in fin.* Aret. *cons.* 15. *pariter in fin.* Roland. *cons.* 59. *num.* 21. *lib.* 4. Rot. *bon. mem. Buratto decis.* 134. *n.* 7.

Non obstat fructus bonorum extradotalium spec- 8
tare ad maritum; ideòque non cessisse in dotis satisfactionem, hoc enim procedit ubi fructus de voluntate uxoris à marito percepti, fuerunt consumpti in ejus utilitatem, vel in communes usus ad honorem † matri- 9
monii, & communium liberorum, secus quando prout hic adhuc extant, ex eisque maritus fuit effectus locupletior emendo 17. loca montium, † aliaque ad sui 10
favorem, ut apparet ex datis in Summario Veronicæ n. 7. Hos enim maritus non lucratur, sed omnino restituendi † sunt uxori vel ejus hæredibus, ut distinguen- 11
do tradunt Bart. *in leg. penult. in princip. ff. ad l. falcid.* Bald. *cons.* 276. *in fin. lib.* 3. Soccin. *sen. consil.* 83. *sub n.* 8. *post med. vers. circa primum casum, lib.* 4. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 9. *lib.* 6. Latè Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 6. *gloss.* 2. *part.* 7. *num.* 18. Thesaur. *decis.* 187. *n.* 3. Ursill. *ad Afflict. decis.* 44. *n.* 7.

Minusque justificatur alterum suppositum, in quo valde hodie insistebant informantes pro altera parte, Veronicam scilicet fuisse institutam hæredem universalem, indeque † actiones fuisse confusas & extinctas per 12
l. debitori, C. de pact. quia ut advertebatur in alia decisione coram me, *vers. quatenus verò*, Veronica fuit solùm instituta hæres in certis bonis sitis in civi- 13
tate Vetula, unde dici non potest hæres universalis, sed particularis, seu legataria ex adductis per *DD. in l. quoties, Cod. de hæred. instit.* Cujus actiones non confunduntur, nec extinguuntur, ut probat Fontanel *de pact. nupt. claus.* 7. *gloss.* 3. *part.* 7. *numer.* 53. *cum seqq. aliis in dicta decisione adductis d. vers. quatenus verò.*

Nec contrarium suadent verba universalia, quibus institutio non concipitur, ibi, *& in his omnibus, & aliis bonis in civitate Vetula ad ipsum spect. hæredem instituit universalem*, cùm enim hæc universalis institutio fuerit restricta ad bona certi loci, nempe † Civi- 14
tatis Vetulæ, non ideò desiit esse particularis, ut probat *l. ubi autem §. illud, ibi, sed qui vinum, aut oleum, vel triticum, quod in horreo est stipulatus certum stipulari intelligitur, ff. de verb. oblig.* Sufficit enim constitutionem non esse de integra, † aut de quota 15
hæreditatis, ut semper reputetur particularis, & de certa. *DD. omnes in d. l. quoties C. de hæred. Inst.* Bald. *in l. cum à matre n.* 3. *vers. adverte, C. de rei vendic.* Alex. *cons.* 175. *in princ. & n.* 1. *lib.* 6. Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 13. *vers. ut autem cum sequentibus.*

Idque sine difficultate, cum subsecuta fuerit hæredis universalis institutio ad favorem alterius, ibi, *in om-* 16
nibus autem suis bonis mobilibus, stabilibus, semoventibus, juribus, actionibus ubicumque, undecumque, & qualitercumque ad ipsum testatorem spect. exceptis bonis Civitatis Vetulæ relictis suprad. Veronicæ hæredes suos universales instituit, & ore proprio nominavit Dominicum Stephani, & Cattherrum Augustini. quando enim alter est institutus universalis hæres procul dubio institutus in re certâ remanet particularis, & lega- 17
tarius, ut distinguendo tradunt Alex. *in d. l. quoties sub n.* 5. *vers. quod videtur intelligendum ibiq.* Alberiq. *num.* 3.

n. 3. *vers. si verò institut.* Molin. *de primog. d. lib.* 1. *c.* 14. *n.* 8. *vers. aut institutus fuit.* Covarr. *var. resol. li.* 2. *cap.* 18. *sub n.* 5. §. 11. *in vers. modo alius*, Menoch. *de adipisc. rem.* 4. *q.* 19. *&* 20. Grassus *in* §. *hæreditas quæst.* 7. *&* 8. Franc. *decis.* 385. *n.* 3. Gregor. *decis.* 495. *n.* 3. *&* 4. R. Urgellen. *decis.* 224. *n.* 18.

18 Et proinde non adversantur † Bertrand. *cons.* 808. *lib.* 8. nec Bellon. *de jur. accres. cap.* 7. *quæst.* 10. *n.* 2. *cum seqq.* probantes institutum in re certa reputari hæredem universalem ; loquuntur enim, quando nullus alius datus est hæres universalis, vel datus deficit,
19 quo casu ne hæreditas remaneat in suspenso, vel defunctus partim remaneat testatus, partim intestatus, tota hæreditas per jus accrescendi defertur ad institutum in re certa, ut claris verbis docet Bellon. *ubi supra in princ.* Secus verò alio dato universali hærede, tunc enim hæreditas non est in suspenso, nec defunctus
20 † remanet pro parte intestatus, cùm integra hæreditas deveniat ad heredem universalem, ideòque non recedendum à communi conclusione supra firmata,
21 sed sic institutus † semper remanet hæres particularis, ut probant omnes suprà adducti, & optimè explicat Surd. *cons.* 439. *n.* 18. *cum seqq.*

Quæ repetebantur ad inducendam compensationem cum legato DD. non habuerunt in consideratione, cùm abundè fuerint sublata in aliis decisionibus hujus causæ, adeò ut supervacaneum sit illis denuo respondere.

Et ideo utraque, &c.

R. P. D. CORNELIO.

Postea Episcopo Patavino.

Romana redintegrationis.

Lunæ 27. *Junii* 1642.

ARGUMENTUM.

In Salviano tunc datur retentio, quando sumus in claris, quod procedit quamvis immissus ex illa causa fuerit ingressus possessionem, intellige tamen nisi ab initio prohibeatur, quòd ingressus fuerit vitiosus. Locator præsumitur exegisse pensiones. Locationes tacitè renovantur. Mandatur habens ad creandum censum, an possit illum accollare.

SUMMARIUM.

1 *Sententia transit in judicatum, si appellatio infra biennium non fuerit prosecuta absque prorogatione fatalium.*
2 *Rota non exequitur sententias aliorum tribunalium, nisi gustata earum justitia, & validitate.*
3 *In Salviano retentionis exceptio admittitur, quando res est clara.*
4 *Quod procedit, quamvis ex alia causa, quis fuerit possessionem ingressus.*
5 *Quidquid veniat dicendum, si ab initio fuerit vitiosus ingressus.*
6 *Possessio alicujus boni probatur, ex quo contra ipsum fuit obtenta associatio.*
7. *Possessione bonorum locatorum data, pensiones præsumuntur à locatore exactæ.*
8 *Ita ut sufficiat semel locatam fuisse domum, nisi ex adverso probetur, deinde domum remansisse vacuam.*
Locationes tacitæ renovantur, quando prima locatio evanuit, ibid.
9 *Locationes quando sunt finitæ tacitè renovantur, pro eadem tamen pensione.*
10 *Ex Locationum fructibus demendum venit id quod probatur impensum, in reaptatione, & restauratione rerum locatarum.*
11 *Accollatio nihil aliud est quàm obligationis alienæ in se susceptio.*
12 *Mandatum habens ad imponendum censum, an possit illum sibi accollare.*
13 *Mandatum habens ad accollandum censum super bonis principalis, multò magis illud habebit imponendi super bonis alienis.*
14 *Procurator potest meliùs, & pinguiùs meliorem faciendo conditionem principalis, adimplere mandatum.*
15 *Procurator habens mandatum imponendi censum super bonis ipsius principalis, multò magis potest agnoscere bonam fidem census jam impositi super rebus alienis.*
16 *&* 17. *Censum sibi obventum in divisione, ex quibus dicatur in totum illum agnovisse.*
18 *Ex fructuum solutione benè arguitur ratificatio contractus.*
19 *Census non potest dici extinctus, quando verba sunt præcisa translativè, & non extensivè, & sub promissione evictionis.*

DECISIO CXLVIII.

CUm q. Antonius Burius de anno 1601. annuum perpetuum censum scutorum 12. cum diminuo super quàdam domo, & apothecis existentibus in foro Piscium imposuerit, illudque Barbaræ Rectaræ pretio scutor. 300. vendiderit cum fidejussione q. Cæsaris Sanctorii, quarum apothecarum, & domus q. Anna Projidia Mater Michaëlis, & Joannis de Buriis pro restitutione suæ dotis affecuta fuit possessionem, & Joannes Tarditus filius, & hæres supra dictæ Barbaræ creditor fructuum dicti census de anno 1625. vigore clausulæ Constituti associetatem obtinuit ad possessionem dictarum domus, & apothecarum, donec, & quo usque, &c. Et de eodem anno D. Maria Cherubina Sanctoria Monialis in Monasterio Sancti Ambrosii filia, & hæres d. q. Cæsaris Sanctorii fidejussori in dicto censu, ne Tarditus contra bona hæreditaria sui patris ageret, solvit fructus decursos, expensas usque ad mensem Julii prædicti anni, pro quibus reportavit jurium cessionem tam mandatorum, quàm possessionis, ut in *Sum. de Buriis n.* 1. Cujus cessionis vigore d. Monialis Sanctoria, dum vixit, & post ejus obitum Monasterium possederunt, domum, & apothecas illarumque pensiones exegerunt, & prætendentes dicti de Buriis de anno 1639. Moniales esse de eorum credito integrè satisfactas, nec non majorem quantitatem, & summam recepisse. Idcircò Judicium Redintegrationis intentarunt ad possessionem domus, & apothecarum coram A. C. & sub die 2. Cec. 1639. Sententiam Redintegratoriam obtinuerunt ut *in Somm. n.* 2. Causaque appellationis commissa bon. mem. Coccino, in cujus locum cùm fuerim subrogatus, & dicti de Buriis asserentes sententiam supra dictam fecisse transitum in judicatum, † ob non persecutam 1
appellationem infra biennium absque prorogatione fatalium, juxta *c. cum sit.* Rim. *de appell. l. fin. cap. d. temp. opport.* Clem. *sicut, eod. tit.* Rota coram Mantic. *dec.* 176. *n.* 2. *& in rec. dec.* 332. *num.* 3. *par.* 7.

Sed quia Rota sententias aliorum † Tribunalium 2
non exequitur, nisi cognita earum justitia, & validitate † *ut ex decis.* 69. *n.* 4. *& decis.* 159. *n. ultimo p.* 6. *rec.* Bur. *decis.* 31. *n.* 1. Idem *dec.* 650. *n.* 3. *& decis.* 746. *n.* 20. etiam si essent in judicatum transactæ, Durand. *in dec.* 71. *n.* 2. cum aliis per Add. *ad san. mem. Greg. dec.* 208. *n.* 5. Ideòque dato dubio an constet de re judicata,

cata, quæ exequenda in caſu, &c. Illoque bis propoſito, quia juſtitia ſententiæ viſa fuit pendere à calculo faciendo DD. in reſolutum ſub hac die juſſerunt ut fieret calculus ad rationem infrà exprimendam, cum in Salviano exceptio * retentionis admit-3 tatur, quando eſt clara, Neguſ. *de pign. memb.* 2. *p.* 3. *q.* 10. *n.* 20. Rota *in rec. dec.* 743. *n.* 11. *p.* 3. *dec.* 411. *n.* 24. *p.* 5. Quamvis ex alia cauſa quis 4 fuerit poſſeſſionem ingreſſus * ex allegat. per Gratian. *in diſcept.* 16. *n.* 36. & 356. *n.* 27. Surd. *deciſ.* 46. *n.* 7. & 14. Cavaler. *deciſ.* 539. *n.* 8. Gregor. XV. *deciſ.* 254. *n.* 2. & ibi *adden. n.* 7. Quidquid dicendum 5 eſſet, ſi ab initio fuiſſet * vitioſus ingreſſus, in quibus terminis loquuntur allegata pro parte DD. de Buriis.

Nec intrat defectus probationis primi extremi, quia 6 poſſeſſio Annæ perinde probatur * ex quo contra ipſam fuit ex adverſo obtenta aſſociatio. *Rota in recent. deciſ.* 130. *n.* 1. *part.* 7. Gregor. *deciſ.* 458. *n.* 1. *cum ſeq.* Buratt. *deciſ.* 160. *n.* 4. cum ſimilibus.

Idcircò in debitum Monaſterii Rota computandas eſſe voluit omnes penſiones decurſas uſque ad præſentem diem, licèt non probentur exactæ, quia data poſ-7 ſeſſione bonorum * locatione, & habitatione præſumuntur exactè, ut fuit dictum *in Romanâ reſtitutionis in integrum* 7. *Maii* 1633. *coram bon. mem. Buccabella, & in Romanâ, ſeu Ceſenaten, Hæreditatis* 1. *Febr.* 1638. *coram bon. mem. Pirovano.* Seraphin. *deciſ.* 1143. 8 *n.* 1. Ita ut ſufficiat ſemel fuiſſe † locatam niſi ex adverſo probetur deinde remanſiſſe vacuam, quia locationes præſumuntur tacitè renovatæ, juxta *l. cum quæritur, §. qui impleto, & l. qui ad certum ff. locati, & l. legem, C. eod.* Menoch. *præſumpt.* 85. *nu.* 1. *& ſeq. lib.* 3. Mant. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 15. *n.* 1. Joann. Andr. *in addit. ad ſpecul. in tit. de præſumpt. §. ſpecies, n.* 5. 9 *in verſ. prædictis*, juxta tamen † quantitatem in inſtrumentis locationis contentam, *ad l. ſi defectus, C. arbitr. tut. & l. cum de indebito, ff. de probat.* Ægid. *diſcſ.* 703. *nu.* 1. Achill. *deciſ.* 22. *de reſtit. ſpol. n.* 2. Seraph. *deciſ.* 1397. *n.* 4. & 1245. *n.* 6. Burat. *deciſ.* 173. *n.* 6. & poſt Galian. *ad Stat. Peruſ. deciſ.* 85. *num.* 4.

Ex quibus penſionibus excomputandæ, ac demendæ 10 ſunt illæ, quæ probantur † erogatæ in reaptionem, & reſtaurationem domorum, nec non quæ probantur ab aliis perceptæ.

Ad creditum verò Monialium ponendum eſt creditum illis ceſſum à Joanne Tardito, cujus vigore idem Tarditus fuerat immiſſus in poſſeſſionem domûs, & Apothecarum, & ſucceſſivæ Moniales tanquam ceſſionariæ dicti Tarditi, etiam reſpectu poſſeſſionis fuerunt conſequutæ fructus huc uſque decurſos cenſûs ceſſio; de quo credito certum eſt Moniales eſſe ſatisfactas.

Sed ultra id voluerunt Doctores ad creditum Monialium calculari annuum cenſum ſcut. 24. in ſorte verò ſcutorum 300. accollatum à Fabritio Burio proprio nomine Antonii fratris, ut publica documenta teſtantur, de quibus in Sum. Monialium, *n.* 3. 4. & 5. quia per accollationem Antonius fuit ſubrogatus in locum 11 principalis debitoris, & impoſitoris † cùm accollatio nihil aliud ſit quàm obligationis alienæ in ſeipſum ſuſceptio, Colia *de rem. ſubſid. rem.* 54. *nu.* 2. Greg. *dec.* 386. *n.* 1. *cum aliis in Auximana Alimentorum* 6. *Feb.* 1640. *coram R. D. Dunozetto Decano.*

12 Neque obſtat, quòd Fabritius † non haberet mandatum ad accollandum, ſed tantùm ad imponendum.

13 Tum quia datur poteſtas Procuratori imponendi cenſus ſuper bonis Antonii, ergo multò magis accollandi 14 † cenſus in bonis alienis impoſitos, adeò ut Procurator accollando mandatum pinguius, & utilius implevit, & meliorem fecit mandantis conditionem, ut facere potuit, *l. diligenter §. fin.* & ibi Bart. *ff. mandati §. is qui exequatur in fin. inſtit. eod.* Jaſon. *in l. qui quantam §. primo ff. de leg.* 1. *& in l.* 1. *§. ſi ſtipulanti col.* 2. *verſ. ſed iſtum. ff. de verb. oblig.* Tiraq. *de retract. lign. §.* 36. *gl.* 2. *n.* 59. Rota *dec.* 32. *p.* 2. *diver.* Bur. *dec.* 561. *n.* 1. *& dec.* 287. *n.* 12. *&* 13 *p.* 7. *recent.* & in puncto; quod Procurator habens faculiatem * imponendi cenſus 15 ſuper bonis mandatis multò magis agnoſcere poſſit bonam fidem cenſûs impoſiti ſuper bonis alienis. Rota *in deciſ.* 194. *n.* 5. *p.* 6. *rec.*

In calculum deducendus eſt etiam annuus cenſus ſcutorum 3750. in ſorte 500. venditus à Sanctoriis Jacobo Piccardo, cujus ſolutio ſpectat ad Antonium Burium vigore diviſionis inter ipſos, & Sanctorius factæ ab eodem Fabritio proprio nomine Antonii, qui ſolvendo deinde fructus cenſuum, ibi ad ejus debitum deſcriptorum * ſub expreſſâ mentione diviſionis 16 dicitur totum debitum cenſus in diviſione ſibi obventum agnoviſſe, ex *l. ſi cui*, ubi Bart. *ff. de legat.* 2. *l. ſiquidem* 24. *verſ. ſi vero certam C. de tranſact.* Dec. *conſ.* 61. *num.* 2. Rota, coram R. Urgellen. *deciſ.* 324. *num.* 5.

Quæ verò ad annuum cenſum ſcut. 16. venditum quibuſdam de Taſſis, cùm tantùm Moniales ratificationem deſumant ex dicta præcedenti ſolutione fructuum dicti primi cenſus venditi Piccardo, cum diviſio ratificata, quoad d. debitum cum Piccardo, cenſeatur * etiam ratificata quoad alterum eo quia dicti 17 Burii dant de inobſervantia d. deciſionis reſpectu ejuſdem ſolutionis, ut in Summ. Burii *num.* 21. viſum fuit non eſſe inductam ratificationem, niſi quoad expreſſa, & ſic quoad cenſum tantum venditum * Pic- 18 cardo, de cujus ratificatione expreſsè apparet ex ſolutione fructuum, Soccin. ſen. *conſ.* 159. *n.* 50. *lib.* 1. Cravet. *conſ.* 737. *n.* 16. Rimin. jun. *conſil.* 62. *n.* 45. Ciriac. *controv.* 204. *n.* 21.

Medietas etiam alterius annui cenſûs ſcut. 18. venditi pro pretio ſcut. 400. Hieronymo Cialiæ calculanda eſt, cùm creditum videatur liquidum, ut *in Summ. n.* 16. nec dici poteſt extinctum, quia verba ſunt præciſa tranſlativè, non extenſivè, & ſub pro- 19 miſſione evictionis, Gratian. *diſcept.* 885. *n.* 25. Rota *deciſ.* 278. *n.* 19. *part.* 5. *recent.* & per adden. ad Buratt. *deciſ.* 645. *n.* 16.

Et ita reſolutum utrâque, &c.

R. P. D. VEROSPIO,

Romana, Pecuniaria.

Lunæ 11. *Maii* 1643.

ARGUMENTUM.

Controverſa licèt valdè ſit in jure quæſtio, an compenſatio de quantitate ad quantitatem ipſo jure admittatur abſque alia oppoſitione, vel potiùs admittatur ex partis exceptione, attamen prima opinio palmam reportat, eamque amplectitur Rota, & maximè quando ſumus in cauſis Mercatorum, cùm & hoc ſit de ſtylo inter eoſdem. Aliqua etiam habes jura circa literas cambii.

SUMMARIUM.

1 *Compenſatio de quantitate ad quantitatem, an ipſo jure inducatur, vel potius ex partis oppoſitione, in jure controverſum eſt.*

2 *Compenſatio de quantitate ad quantitatem quòd ex juris miniſterio admittatur, multi DD. id tenent.*

3 *Compenſatio de quantitate ad quantitatem non admittitur, niſi à parte fuerit oppoſita ſecundum aliquot DD.*

4 *Compenſatio ſecundum ſtylum Mercatorum, & conſuetudinem inter eoſdem admittitur ipſo jure, licèt creditum & debitum procedat ex cauſa diverſa.*

5 *Com-*

5 *Compensatio admittitur ipso jure inter Mercatores licèt credita & debita sint diversa & in diversis libris descripta.*

6 *Mercatorum testimonio plena fides est habenda circa materiam probationis stili.*

7 *In mercatorum causis semper eorum stylus est servandus.*

8 *Compensatio inter credita & debita, si inter mercatores non admitteretur, sequerentur multa incommoda.*

9 & 10 *Compensatio, quando ipso jure admittatur, licèt alias admitteretur partis oppositio.*

11 & 12. *Litteræ cambii, licet sint acceptatæ à Mercatoribus, quibus directæ fuerunt, non liberant tamen scribentem à debito, nisi, donec cum effectu solutæ erunt.*

13 *De Mercatorum stylo est, quòd per solam acceptationem litterarum cambii non liberatur scribens litteras cambii, nisi cum effectu illæ solutæ fuerint.*

14 *Litterarum cambii acceptatio fit sub spe numerationis futuræ, nec fit contractus novus, sed pars contractus litterarum cambii.*

15 *Per litterarum cambii acceptationem videtur facta novatio, cum contractu depositi.*

16 *Contractus cambiorum, & depositi sunt inter se diversi.*

17 *Depositarius præsumitur solvisse penes se depositatis.*

18 *Contractus litterarum cambii dicitur nominatus, cùm reputatur emptionis & venditionis.*

19 *Pœnitentiæ non est locus, quando sumus in contractu nominato, etiam si res sit integra.*

20 *In contractu litterarum cambii acceptatio litterarum fit pro pecuniæ solvenda, non autem soluta.*

21 *Novatio non potest dici facta, nisi contractus effectum fuerit sortitus.*

22 *Novatio requirit implementum contractus in eo qui illius exceptionem opponit.*

23 *Donatio donec effectuetur remanent jura prima obligationis.*

24 *Cambii contractus non potest dici impletus, ob non solutionem pecuniarum.*

25 *A contractu, quamvis nominato, quis potest recedere, dum adimplementum ab altera parte faciendum est impossibile.*

DECISIO CXLIX.

OB defectionem rationis Bancariæ Roberti primi mercatoris in Urbe illius creditores, in quos transiverant omnia ejusdem rationis jura, judicium intentarunt contra Philippum Costam uti successorem alterius Rationis Bancariæ DD. de Herrera, & Costa pro duabus partitis, altera scilicet scutorum 330*. auri, cujus illa fuerat descripta debitrix in libro Roberti vulgo listæ nuncupato, altera vero scutorum 3879. monetæ, cujus etiam constituta fuerat debitrix ipsa ratio in libro vulgo quaderno capsæ appellato. Cum vero idem Philippus Rationem ostenderet descriptam creditricem ipsius Roberti in eodem libro listæ ex causa depositi pro summâ longè majori, quam esset debitum, quod cum ipso Roberto contraxerat, cujus causa ipso jure fuisse inductam compensationem inter utrasque partitas assereret ad petitionem Eminentissimi Cardinalis Pamphilii, qui Judex in hac causa deputatus voluit Rotam consulere, proposui dubium, an utraque partita solvi debeat à Philippo creditoribus Roberti; an potiùs illæ fuerint compensatæ cum credito, quod rationi competebat ex causâ depositi, & DD. non esse solvendas responderunt, licet enim controversa sit in jure opinio, an compensatio de quantitate ad quantitatem ipso jure inducatur, an potiùs ex partis oppositione admittatur & opinionem affirmativam † quod scilicet ex juris ministerio procedat tueatur Martinus antiquus Glossator relatus à *gloss. in l. si constat, & in l. ult. C. de compensat.* quem sequitur Tindar. *de compens. art. 6. num. 47. & 51.* Trentacinq. *var. lib. 3. tit. de compens resolut. 1. n. 24.* Molin. *de contract. disput. 560. n. 3.* Scaccia *de cambiis §. 2. gloss. 5. nu. 244.* Afflictis *decis. 121. n. 1.* Rota Januen. *decis. 4. n. 22.* Negativam verò sententiam, quòd compensatio † scilicet tunc solùm admittatur, cum à parte opponitur illius exceptio, tenet Bart. *in l. verum ff. de compens. n. 1.* Ubi etiam Bald. *n. 1. post gl. in verb. male peto gl. in l. si quid in verb. eligere ff. de compens. & in §. in bona fide, in verb. compensatio, inst. de act.* Ubi etiam Aret. *n. 8. & 9.* & notam DD. *in l. si constat. C. de compens.* ubi Cyn. Bart. & Bald. *n. 1.* Salicet. *n. 2. post gloss. in verb. ipso jure,* & de communi testatur Viv. *opin. 114. n. 1.* Trentacinq. *var. lib. 3. n. 24.* Surd. *cent. 246. n. 27. & in decis. 17. n. 4.* eâ potissimùm ratione, quia antequam compensatio † fuerit oppositа jus compensandi solùm in potentia existit non autem in actu. Primam tamen opinionem affirmativam amplexi fuerunt Domini hoc casu, quia est conformis consuetudini & stylo mercatorum, ex cujus dispositione admittitur ipso jure inter eos compensatio, licèt debitum & creditum procedat ex causis diversis, & in diversis libris fuerit descriptum, qui stylus cum justificetur ex plurium Mercatorum attestatione pro parte Philippi exhibita, quorum testimonio plurima fides in hac materiâ styli adhiberi solet, ut pluries censuit Rota *ut in decis. 358. num. 12. & decis. 416. nu. 8.* coram Rever. Urgellen. & coram Buratt. *decis. 298. n. 16.* & coram Gregor. *dec. 126. n. 2. & 3.* & aliàs fuerit à Rota approbatus, *ut in decis. 331. n. 4. part. 3. & decis. 137. num. 15. part. 5. recent. & in Romana pecuniaria 13. Januarii 1642.* coram bon. mem. Pirovano. in † illorum casus semper debet admitti, ut tradit Soccin. jun. *cons. 27. n. 22.* Corn. *cons. 319. n. 12. lib. 3.* Bald. *in leg. 1. in fin. C. d. quæ sit long. consuet.* Rot. coram Gregor. *d. decis. 126. n. 3. & in Romana liberationis, seu pecuniaria 6. Februarii 1643.* coram R. P. D. meo Ghisslerio.

In eandem etiam sententiam affimativam inclinarunt Domini propter detrimentum, quod Philippo contingeret, si ex juris ministerio † secuta non fuisset compensatio inter credita & debita ipsius Roberti, cum idem Philippus tenetur solvere creditoribus Roberti debitum Rationis Herreræ, Costæ, & tamen propter ejusdem Roberti decoctionem consequi non posset creditum quod dictæ Rationi competebat ex causa depositi, & debitum excedebat, quo casu admitti compensationem ipso jure, licèt aliàs requireretur partis exceptio, probat text. *in d. leg. si constat, C. de compens.* & notant ibi communiter Doctores *& in l. cum alteri, ff. eod. gloss. in l. si quod in verb. eligere, ff. eod.* Soccin. jun. *in l. Julianus. n. 9. ff. de condit. & demonst. & in com. 130. num. 20. lib. 4.* Joan. Faber. *in §. Iti bonæ fidei n. 12. vers. unde credo instit. de action.* ubi etiam Aret. *nu. 9.* Alex. *cons. 74. n. 4. li. 5.* Sebast. Medic. *de compens. part. 1. q. 22. n. 3.* Tiraquell. *de retract. lign. §. 3. gloss. 3. n. 8. & 9.*

Quod verò creditum Philippi ex causa depositi superet illius debitum ex causa cambii visum fuit justificari ex calculo ab eodem exhibito, ex quo si detrahatur partita scut. 15000. aut descripta ab debitum Herreræ, & Costes, & proveniens ex litteris cambii, quæ non fuerunt solutæ, sed redierunt protestatæ, apparet illius creditum excedere in summa scut. 11000. quam partitam detrahendam esse ex eodem calculo Domini censuerunt. Quia dictæ † litteræ cambii, licèt fuissent acceptatæ ab iis mercatoribus, quibus detectæ fuerant, non poterant nihilominus liberare Robertum scribentem à debito, quod † cum Ratione Herreræ & Costeæ habebat, donec cum effectu solutæ fuissent ut probat *l. si litterarum C. de solut. ubi post. gloss. in verb. non impleto tradit.* Bald. & Salic. *n. 1.* Cagnol. *in singularia n. 161. vers.*

vers. sed contraria, ff. de red. credit. & ibi etiam Soccin. Sen. n. 18. Bologn. *n.* 89. *vers. sed in contrarium*, ubi testatur de communi, & plures formavit Rot. in unâ Romana litterarum cambii 12. Maii 1595. coram Sacrato, & in Venetiarum litterarum cambii 28. Maii 1583. coram Gipsio, & coram Buratto *decis.* 486. *n.* 4. & coram Gregor. *decis.* 217. n. 1. & de consuetudine mercaturæ, quod scilicet per so-
13 lam † acceptationem non liberetur scribens litteras cambii, nisi cum effectu illæ solutæ fuerint testatur Rota Januens. *decis.* 1. *n.* 2. & 21. & *decis.* 8. *n.* 17. & 18. cùm talis acceptio fiat sub spe futuræ numera-
14 tionis, † nec fit contractus novus, sed pars contractûs litterarum cambii, ut consuluit Bald. *in cons.* 348. *n.* 1. *vol.* 1. Rota Januens. *decis.* 2. *n.* 10. Sacc. *de camb.* §. 2. *gloss.* 5. *n.* 323.

Non obstat quòd per eam acceptationem litterarum
15 videatur facta novatio † cum contractu depositi, quod habebat Ratio Herreræ, & Costæ cum Roberto, dum
16 † utrique contractus erant inter se incompatibiles, ut consideravit Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 184. *n.* 39. Mant. *de tacitis, & ambiguis lib.* 17. *tit.* 3. *n.* 13. & 14. cujus vigore novationis cum præsumatur facta solutio à Roberto pecuniarum † penes se depositarum, ut probat *l. rem*, §. *si duo*, *ff. de novat. & l. quamvis*, §. *interdum ff. ad Velleian.* Mant. *eod. lib.* 17. *tit.* 7. *n.* 5. non videtur in contractu nomi-
18 nato, qualis reputatur 18. contractus † litterarum cambii, qui dicitur emptionis, & venditionis, ut testatur Bald. *in adducto cons.* 348. *n.* 5. & 6. Bero. *cons.* 193. *n.* 37. *lib.* 1. Rota Januen. *decis.* 1. *n.* 41. potuisse locus esse pœnitentiæ post sequutum ad implementum ex parte unius ex contrahentibus, sed so-
19 lum Philippo competere potuisse † viam exequutivam contra Robertum pro adimplemento contractus nominati, ut probat *l. civili, C. de rei vindicat. & l. non idcirco, C. de contrah. empt.* & firmavit Rota *decis.* 517. *n.* 5. *part.* 1. *divers.* & coram Seraph. *decis.* 1275. *n.* 1. & 2.

Ad hoc enim objectum responsum fuit, quod in con-
20 tractu cambii acceptio † litterarum sit pro pecunia solvenda, non autem pro soluta, ut tradit Salicet. *in l. si liter. n.* 1. & 2. *ff. de solut. & in l. filius n.* 2. *ff. ad Maced.* Rota Januen. *dec.* 2. *n.* 11. Scacc. *de camb.* §. 1. *gloss.* 5.
21 *n.* 323. & ita donec cum effectu dictæ pecuniæ solutæ † non fuerint dici non potest facta novatio, ut plenè tradit Mastrill. *dec.* 221. *n.* 17. Rota *decis.* 629. *n.* 2. *part.* 1. *rec.* dum illa requirit implementum contractus in eo, qui illius exceptionem opponit, ut tradit Gozz. *cons.* 39. *n.* 9. Socc. Se. *consil.* 21. *n.* 11. *lib.* 1. Surd. *cons.* 385. *n.*
22 21. sed remanent jura † primæ obligationis, ut notat Bald. *in si litterarum n.* 1. *C. de solut.* ubi etiam Salic. *n.* 2. *& in l. si pro debito n.* 4. *circa fin. C. de bon. auth. jud. possid.* Marc. Ant. de Amar. *dec Ferrar.* 2. *n.* 12. Rota cum Greg. *dec.* 217. *n.* 2. Et cùm ob non solutionem pe-
23 cuniarum dici non possit † adimpletus contractus cambii ex parte Roberti, poterit Philippus ab eo contractus quamvis nominatio recedere, dum præsertim tale
24 adimplementum † per decoctionem Roberti redditur impossibile, ut notat Castr. *in l. bona fides n.* 2. *ff. de act. empt.* Soc. Sen. *cons.* 26. *li.* 3. Surd. *cons.* 381. *n.* 6. Rota coram Burat. *dec.* 106. *n.* 7. & in Senogallien. prædii 5. Junii 1617. coram Andrea, & in his terminis consulit Bald. *consil.* 348. quem sequitur Marant. *in spec.* part. 6. *tit. de testam. product. n.* 52.

Et ita utraque, &c.

R. P. D. MELTIO,

Postea Episcopo Papien.

Romana locorum Montium.

Veneris 18. *Maii* 1643.

ARGUMENTUM.

Evictio quando generaliter, & verbis amplis fuit promissa, tunc quamvis, quando promissio evictionis fuit facta non veniat, quando ea secuta fuit ex natura rei, tamen id non intrat, quando, ut dictum est, amplè fuit promissa evictio. Ecclesia an teneatur conficere inventarium bonorum hæreditariorum, & quare tale inventarium fiat.

SUMMARIUM.

1 *Loca Montium dicuntur bona stabilia*, & n. 15. *Loca Montium si pertineant ad aliquam Ecclesiam, non possunt alienari sine beneplacito Apostolico*, n. 1. & 16.

2 *Hæreditas quando fuit adita cum beneficio legis, & inventarii, tunc hæres in nihilo potest gravari.*

3 *Mandatum relaxatum pro majori summa, non tenet.*

4 *Possessor auctoritate Judicis ritè, & rectè procedentis privari potest sua possessione.*

5 *Judex valet privare possessorem sua possessione, illamque in alium transferre.*

6 *Remedium possessorium non datur contra factum Judicis, nisi injustitia, & nullitas sit ita patens, ut nulla ratione possit velari.*

7 *Venditor non tenetur de evictione, si ea proveniat ex naturâ rei.*

8 *Evictio, quando debeatur, quamvis proveniat ex natura rei.*

9 *Promissio de evictione, quando fuit ampliſſima, tunc quælibet evictio promissa censetur.*

10 *Evictio dicitur promissio, quando quis se obligavit in se suscipere omnem litem.*

11 *Emptor quando nullo modo scivit rem emptam esse subjectam evictioni, & tunc illa ei debetur, quamvis proveniat ex naturâ rei.*

Stante generali promissione de evictione, n. 11.

12 *Venditor tenetur certiorare emptorem de natura rei venditæ*, & n. 13.

14 *In officio manuali non censetur quis voluisse erogare magnam summam pecuniarum, cùm altera die possit ab illo amoveri.*

17 *Alienatio, quando est necessaria, non requiritur aliqua solemnitas.*

20 & 21. *Inventarium bonorum hæreditariorum fuit inventum ad evitandas fraudes.*

Fraus non præsumitur in Ecclesia, & ideo non tenetur conficere inventarium bonorum hæreditariorum.

21 *Hæres cum est citatus ad exhibendum inventarium, ac bona inventariata, dum id non adimplevit, præsumendum est, ipsum in propriam utilitatem bona consumpsisse, undè tenetur de suo.*

22 *Ecclesia præsumitur facta locupletior, ex hæreditate sibi relicta, dum bona hæreditaria, & non sua pro servitio Ecclesiæ impendit.*

23 *Mandatum ratione excessus, ut sit nullum, sufficit excessus etiam in minimo.*

24 *Actione ex empto quando agitur attenditur tempus evictionis, sivè res sit melior, sive deterior facta.*

25 *Venditio de diversis rebus, quando est facta simul, & unicum pretium fuit constitutum videtur unicus contractus, & individuus.*

26 *Evictione secuta in parte quoque illa debetur nisi constet, quòd emptor, nisi totum fuisset empturus.*

DECISIO CL.

LOca Montium de quibus agitur erant propria Monialium S. Josephi ad Capita domorum hæredum Francisci Sotii, quæ fuerunt judicialiter deliberata,

rata, & pretium Jacobo Cesio exbursatum pro evictione officii Bancheriorum Hebræorum, emptum à dicto Francisco per Michaëlem Angelum Scarpellium cùm pecuniis ejusdem Cesii unà cum pulpitis, libris, protocollis, tastellis, & aliis ad dictum officium spectantibus, & cum caminibus in apothecâ, in quâ exercetur existentibus pretio scut. 3250. asserens idem venditor dictum officium esse liberum, & ad ipsum pleno jure spectare & pertinere, nulli fideicommisso esse obnoxium, nec aliquod factum in præjudicium, prælentis venditionis, eamque sibi facere licuisse, & omnem litem in se suscipere promisit, & quamcumque personam prætendentem interesse desuper facere consentire, ac in possessione dicti officii manutenere, ac generaliter de omni, & quacumque evictione generali, & particulari in formâ juris validi, & in Urbe consuetâ teneri voluit, & ad prædicta se in formâ Cam. obligavit, ut latiùs in instrumento dictæ venditionis Summario Jacobi *n.* 1. Hodie dd. Moniales prætendunt manutentionem super dd. locis Montium sub prætextu,
1 quòd tale officium sit manuale quod dicta loca Montium, cum dicantur bona stabilia, non potuerint alienari absque beneplacito Apostolico quod executio fieri non potuerit in bonis propriis Monialium, cum istæ
2 acceperint hæreditatem cum beneficio legis, & tandem quod mandatum per Iacobum successorem in dicto officio mediante venditione sibi facta à Scarpelio, & possessorem tempore evictionis ex eâdem causâ obten-
3 tum fuit excessivum, eo † quia obtentum fuerat pro scutis 4500. His tamen non obstantibus, fuit per Dominos responsum negativè.

Potuerunt enim dd. Moniales sua possessione dictorum locorum Montium privari † auctoritate Judicis
4 ritè, & rectè procedentis, *l. justè possidet, ff. de acquir. poss.* Angel. *in leg. clam possidere, §. qui ad nundinas n.* 2. *in fin. eod.* Rota *decis* 802. *n.* 7. *part.* 1. *divers.* & 341. *n.* 2. *part.* 3. *recent.* & 582. *n.* 4. & 5. coram Greg. XV. *in recent. decis.* 173. *n.* 2 *p.* 1. illamque in deli-
5 beratarium † transferre, ut in *decis.* 78. *n.* 4. *eâdem part.* 1. *recent.* adversùs quam sententiam Judicis adju-
6 dicantis talem subhastationem ser. non † datur remedium possessorium, nisi injustitia, & nullitas sit ita patens, & notoria, ut nulla ratione possit velari, Abb. *in cap. cum causa n.* 4. *vers. secùs, de off delegat.* Contard. *de moment. poss. limit.* 7. *n.* 25. & *seq.* Rota *post* 1. *volum. consil.* Farinac. *decis.* 106. *n.* 1. Poth. *de manut. observ.* 12. *n.* 8. & 9. Gratian. *discept. forens. cap.* 912. *n.* 53. & *dec.* 646. *n.* 1. & 2. *part.* 2. *recent.*

Et primò non obstat quòd tale officium sit manuale, ut firmatur *in decis.* 15. post Fensonium ad statutum
7 Urbis, & sic Sotius non teneatur de evictione, † quæ provenit ex natura rei juxta *l. si servus venditus in princip. ff. de evict. gl.* Bart. & Bald. *in si filiæ, C. fam. ercis.* Rom. *cons.* 503. *n.* 14. Cravet. *cons.* 2011. *n.* 6. & Mangil. *q.* 21. *n.* 1. & *seqq.*

Quia cùm venditio ejus officii fuerit facta eisdem verbis, & modo quo venditum fuerat illud officium
8 Capitolinum pro eodem pretio, cum expressâ declaratione, quòd ambo erant libera, & ad venditorem pleno jure spectant, junctâ promissione de faciendo consentire omnem personam, ut superiùs fuit narratum, quam venditionem Cardinalis Camerarius admisit ad vitam emptoris, utique sub hac ampliissima evictionis promis-
9 sione comprehenditur etiam evictio, quæ provenit ex naturâ rei Tiraq. *de retr. lign.* §. 1. *gloss.* 9. *num.* 55. *junctis quæ scribit ad fin. tit.* 98. Decian. *cons.* 55. *n.* 94. *lib.* 3. Honded. *cons.* 3. *n.* 75. *lib.* 1. Marescot. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 32. & *seq.* Ciriac. *controv.* 283. *n.* 54. Rota *divers. decis.* 152 *n.* 1. *part.* 2. & in specie
10 dicitur promissa evictio, † quando quis se obligavit in se suscipere omnem litem, ut inquit idem Hond. *eod cons. versic. ac etiam*, ex hâc enim amplâ promissione Sotii clarè patet Jacobum nullam habuisse scientiam, officium supra dictum esse talis quantitatis, ut per Moniales prætenditur, & cessante tali scientiâ, † debetur etiam evictio, quæ provenit ex naturâ rei, per illam generalem promissionem evictionis, Surd. *consil.* 311. *n.* 27. cùm tali casu teneatur † venditor cer- 12
tiorare emptorem de natura rei, Bald. *in l. si filiæ n.* 1. *C. famil. ercisc. & cons.* 443. *vol.* 5. Alvarot. *cons.* 95. *vol.* 4. Corn. *cons.* 190. *vol.* 2. Cravet. *cons.* 83. *num.* 3. Surd. *cons.* 145. *n.* 8. & *decis.* 265. *n. pariter* 8. & licèt *in decis.* 15. apud Fenson ad statut. Urb. firmatur hoc officium esse veniale, seu vacabile, tamen non indè
sequitur Socium † noluisse teneri de evictione prove- 13
niente ex naturâ rei stantibus clausulis prægnantibus in instrumento venditionis appositis ut in similibus terminis firmat Seraphin *decis.* 468. *num.* 7. & quatenus etiam tale officium esset vacabile, tamen ex dd. clausulis contrahentes videntur magis † respexisse ad 14
illorum contractum, quàm ad naturam officii, ut firmat idem Seraph. *in decis.* 486. *in fin.* cum sit inverisimile, quod quis erogare vellet scuta 3250. pro emendo officio manuali, à quo die sequenti amoveri posset.

Secundò non obstat quòd loca † Montium inter sta- 15
bilia connumerentur, ut firmavit Rota in Nornien. successionis 22. Maii 1628. coram bon. mem. Merlino, & *in decis.* 177. *n.* 38. *part.* 5. *divers.* & sic non potuerint alienari absque beneplacito † Apostolico *c.* 1. *de reb. Ec-* 16
cles. non alien. in 7. Clem. I. *eodem tit.* Rota in Papien. bonorum 27. Maii 1622. cor. bon. mem. Coccino.

Quia cùm talis alienatio fuerit † necessaria ex causa 17
obligationis contradictæ propter additionem hæreditatis nulla solemnitas erat necessaria. *Auth. hoc jus. Cod. de sacros. Eccl.* & ibi Bart. & DD. communiter Rodoan. *de reb. Eccles. non alien. rubr. de casibus in quibus fit alienatio vers. est etiam alienatio n.* 1. *seq. fol.* 260. Fenson. *de statut. Urb. in annot. cap.* 113. *u.* 20. *lib.* 1. Rota *decis.* 31. *per tot.* coram Gregor. XV. Verall. *decis.* 199. *n.* 9. *part.* 3. Buratt. *decis.* 49. *nu.* 17. & *seq.* & 408. *num.* 4.

Tertiò non etiam relevat † quòd talis executio fieri 18
non potuerit in bonis propriis dd. Monialium, quæ cùm acceperint hæreditatem cum beneficio legis, † 19
non tenebantur ultra vires hæreditarias, nec in obolo poterant gravari, etiamsi non confecerint, inventarium juxta claram dispositionem *leg. fin. §. etsi præfatam, C. de jure delib.* Rota *decis.* 181. *n.* 1. *part.* 6. *recentior.* cùm inventarium fuerit inventum ad obviandas fraudes quæ 20
videntur cessare in Ecclesiâ, & sic non tenentur illud conficere, ut inquit Monticul. *de invent. tract. tom.* 8. & *part.* 2. *fol.* 270. *part.* 2. *n.* 1.

Quia si bona omnia extarent hæreditatis, non teneretur Ecclesia aliquid exponere † de suo, sed dum dd. 21
Moniales citatæ ad exibendum inventarium, ac bona inventariata, non adimpleverunt, præsumendum est, easdem ipsarum utilitatum res hæreditatis consumpsisse, & ideò tenetur de suo, † cum dicantur factæ locu- 22
pletiores, dum bona hæreditatis, & propria pro servitio Monasterii impenderunt, *ut in l. pupillo, ff. de solut* Rota *dec.* 72. *n.* 40. *part.* 2. *divers.* Grat. *discept. forens. cap.* 720. *n.* 12. & *seqq.* Abb. *cons.* 33. *n.* 4. *vers. venio nunc ad tertium dubium*, Rata in Sabinen. Census 21. Junii 1641. coram bon. mem. Piravano.

Quartò tandem non obstat, quòd executio fuerit excessiva, cùm fuerit consummata pro scutis 4500. & pretio esset scut. 3250. & uti talis non possit sustineri, cùm ad hunc effectum sufficiat excessus 23
etiam in obolo, ut firmavit Rota *in decis.* 198. *n.* 1. coram Greg. XV.

Quia licèt à principio tale officium fuerit emptum pretio scut. 3250. tamen probatur, quòd de tempore evictionis idem officium locabatur ad rationem scut. 540 correspondentem pretio sc. 4500. quo fuit emptum ab ipso Jacobo, qui propterea in tanta summâ dicitur damnificatus, pro quibus fuit relaxatum mandatum 24
pro evictione, & dum agitur actione ex empto, attenditur tempus evictionis, sive res si melior, vel deterior facta

l. re

l. re evicta 2. ff. de evict. Franch. *dec.* 297. *n.* 2. *& seq.* Steph. *dec.* 1114 *n.* 2. Magon. *dec. Florent.* 110. *n.* 2. *& seq.* Mangil. *de evict. q.* 20. *n.* 28. *& seq.* Nec dictus excessus potest considerari in supra dictis mobilibus, pro quibus non fuit promissa evictio. Quia cùm unica
25 fuerit venditio, & de istis in hac fuerit † facta mentio, & unicum pretium fuerit constitutum, ita videtur unicus contractus, & individuus, & per consequens dicitur etiam promissa evictio pro istis mobilibus, cùm
26 non sit verisimile † emptorem voluisse emere officium sine dd. mobilibus, pro quibus dicitur promissa evictio, dum est secuta pro negotio principali, *l. quod autem, in fine, & leg. quod si uno, ff. de in diem adject.* Tiraq. *de retract. lignag.* §. 23. *gloss.* 1. *n.* 5. Mang. *de evict. q.* 133. *n.* 4. Soccin. jun. *cons.* 26. *n.* 10. *n.* 20 *vol.* 1. Becc. *consil.* 106. *n.* 40. Surd. *cons.* 359. *n.* 30. *& dec.* 296. *n.* 17. Et ita utraque, &c.

R. P. D. CARILLO,

Postea Præside Vallisoletano.

Rheginen. seu Salernitana bonorum.

Veneris 19. *Junii* 1643.

ARGUMENTUM.

Obligatio carcerati ad favorem sui creditoris facta, si pro illo carceratus, detinebatur nullius est roboris, vel momenti, quod proceditur ubi carceratio detegitur injusta, vel invalida; secùs si valida, & justa. Sententia quando possit ferri extra diem cadentis citationis. Absolutio à juramento, an sit necessaria in obligatione facta in carcere, & an plures requirantur absolutiones ubi plura intervenerunt juramenta.

SUMMARIUM.

1 *Manutentio illi conceditur, de cujus anteriori possessione constat.*

2 *Clausula constituti transfert possessionem in constitutarium, etiam ad effectum manutentionis.*

3 *Obligatio facta in carcere ad favorem creditoris, ad cujus instantiam debitor detinebatur carceratus nullius est roboris, vel momenti. Intellige conclusionem procedere, ubi debitor injustè carceratus detinebatur, secùs si juridicè, & validè.* n. 4 & 5.

5 *Carceratio injusta dicitur, ubi juris ordo servatus non fuit.*

6 *Sententia lata sub die, in qua non cadebat citatio, perinde est, ac sine citatione lata fuisset.*

7 *Sententia potest ferri etiam post aliquot dies cadentis citationis, absque eo quod illa reiteretur, ubi in die, qua cadit citatio accusato Rei conventi contumacia.*

8 *Et in hoc attendatur stylus loci circa tempus, quo illa promulgari potest sed vide* n. 11.

9 *Consanguineus, aliaque persona conjuncta admittitur in judicio civili, etiam sine mandato.*

10 *Reus attenta comparatione personæ conjunctæ, non dicitur contumax, ubi agitur in judicio civili.*

11 *Sententia licèt ferri possit etiam post diem, in qua cadit citatio, hoc tamen procedit, ubi tantùm die immediatè sequenti illa promulgetur.*

12 *& 13. Stylus tantum attenditur, quantum secundum consuetum ille servetur, ita quod nihil ultra solitam observantiam suppleri possit.*

14 *& 15. Ritus magnæ curiæ Vicariæ Regni Neapolis, non habet locum contra clericos.*

16 *Stylus, seu consuetudo repugnans immunitati Ecclesiasticæ, nullo unquam tempore præscribitur.*

17 *Corruptela dicitur consuetudo, quæ est contra immunitatem Ecclesiasticam.*

Constitutio Synodalis non sufficit adversùs Ecclesiasticam immunitatem, ibid.

18 *Absolutio à juramento non est necessaria, ubi agitur de obligatione in carceribus facta.*

19 *Absolutiones à juramento tot esse debent, quot sunt juramenta.*

20 *Absolutio à juramento, ubi plura sunt juramenta, sufficit quod verbis generalibus fuerit concepta.*

21 *Absolutio à juramento obtenta post sententiam suffragatur, ubi antea de eâ non fuit oppositum.*

32 *Creditori cui fuerunt per debitorem data bona in solutum, licèt manutentio non competat ob invaliditatem dationis in solutum, competit tamen retentio.*

23 *Intellige conclusionem procedere, ubi creditum est omnino liquidum, aliàs secus.*

DECISIO CLI.

COncessa coram R. P. D. meo Peutingerio manutentione in bonis, de quibus agitur, ad favorem Joannis Thomæ contra D. Principem Satriani, iste adivit Signaturam, & causam mihi committi obtinuit cum facultate manutenendi, quem de jure, quamobrem dubitavi, cuinam sit danda manutentio, & eam esse dandam Joanni Thomæ fuit responsum, quia tam ex instrumento dationis in solutum horum bonorum factæ per ipsum ad favorem Principis, quàm ex depositionibus duorum testium noviter examinatorum constat de ejus anteriori possessione, ob quam conceditur manutentio, *cap. licet causam, de probat.* Bart. *in leg. si duo* 1
in princ. n. 4. *ff. uti possid.* Covarr. *pract. q.* 16. *vers.* 12. *in hac controv.* latè Menoch. *retinend. remed.* 3. *n.* 723.

Non obstat quòd à dictâ possessione Joannes Thomas deciderit facto primo, dum bona hujusmodi dederit in solutum D. Principi suo creditori cum clausula constituti, quæ transfert possessionem in constitutarium etiam ad effectum manutentionis, *l. quod me, l.* 2
interdum, ff. de acq. poss. Rota *dec.* 551. *n.* 4. *part.* 2. *recent.* & fuit dictum in Romana Palatii 16. Nov. 1639. coràm me, quia cum instrumentum dictæ dationis in solutum fuerit factum tempore quo prædictus Joan. Thomas prætensus debitor detinebatur in carceribus ad instantiam ejusdem Principis † nullius est momenti, 3
ut expressè decidit *l. qui carcerem, ff. quod met. caus. l. si quis Sempronium, ff. de hær. instit.* Gutt. *de juram. confirm. part.* 1. *c.* 57. *& seqq. part.* 6. *recent.* & in terminis fuit dictum in Neapolitanâ domorum 13. Maii 1641. coram Eminentiss. D. meo Card. Hieronymo Verospio.

Et quamvis hoc non procedat quando is qui obligationem fecit in carceribus erat validè, & justè carceratus, ut advertunt Bart. *in d. l. qui in carcerem n.* 1. *ff.* 4
quod met. caus. & ibid. Bald. *prima lectura vers. item*, Albert. *n.* 2. Less. *de just. jur. lib.* 2. *cap.* 17. *dub.* 6. *n.* 36. *in fin. & n.* 41. Rot *decis.* 122. *n.* 7. *part.* 6. *recent.* in præsenti tamen clarè constat de invaliditate carcerationis † ob non servatum jus ordinem, Cuman. 5
cons. 157. *per tot.* Gutier. *de juram. confirmat. d. cap.* 57. *num.* 7. *vers. diceris*, Farinac. *de carceribus tom.* 2. *part.* 1. *q.* 35. *num.* 28. Afflict. *decis.* 149. *n.* 1. Rota *decis.* 26. *n.* 7. *part.* 6. *recent.* Actum enim fuit vigore litterarum executorialium relaxatarum in vim sententiæ latæ sub die quâ non cadebat citatio, † & sic perinde 6
est, ac si sententia prolata fuisset sine citatione Bartol. *in leg. aut qui aliter, princ. & in leg. ult.* §. *fin. ff. quod vi aut. clam.* Vant. *de nullit. ex defect. citat. n.* 73. Rota *decis.* 252. *n.* 2. *& decis.* 340. *n.* 1. *part.* 1. *recentior. & decis.* 546. *num.* 6. coram Gregor. XV.

Quæ

Quæ quidem nullitas non tollitur ex eo, quòd accusata Rei conventi contumacia in ipsa die, quâ cadebat citatio, † possit sententia ferri post aliquot dies 7 absque aliâ citatione, Bald. *in leg. cùm in eo die n. 1. versic. ego contrarium consului quando provoc. non est necess.* Doctor. *in cap. consuluit*, & præcipue Felin. *n. 4. verf. & vota de offic. delegat.* Decian. *consil. 18. n. 212. lib. 1.* attento maximè stylo Curiæ illarum partium 8 de pronuntiando per triduum, post † accusatam Rei conventi contumaciam, Rota *decis. 141. n. 3.* coram Durano.

Quia hoc non procedit quando tempore cadentis citationis nomine Rei conventi legitimè comparitum fuit, prout in casu nostro factum fuit conjunctam per- 9 sonam, † sicuti fieri potuit in judicio profano ad defensionem etiam sine mandato, *ad leg. sed & hæ personæ, ff. de procurat.* Rota *decis. 6. n. 1. verf. in persona tamen de procurat. in novis ibid. Add. & decis. 34. n. 1. eod. tit. in antiq.* quâ comparitione attentâ reus 10 conventus non potest dici contumax, *cap. 2. ubi gloss. verf. contumaciter de dol. & contum. leg. contumacia in princip. & §. 1. ubi etiam gloss. ff. de re jud.* & in terminis dixit Rota *in decis. 409. n. 2. in fin. part. 1. recent.* Imo hunc modum proferendi sententias in contumaciam post lapsum diei, qua cadebat citatio Rota 11 alia reprobavit † nisi quando probata fuisset sententia die immediatè sequenti, ut de magis communi testatur *in decis. 265. n. 4. part. 1. recent.* sententia verò in præsenti fuit lata post 10. dies, adeò quod quatenus etiam adesset contumacia, & stylus ex adverso allegatus proferendi sententiam per triduum post accusatam contumaciam esse legitimè probatus, adhuc non posset suffragari ultra triduum, tantùm enim 12 stylus habet de potentia, † quantum de usu, sicut dicimus de consuetudine, Bald. *in l. fin. verf. unum aliud scias, C commun. utriusque judic.* Cephal. *cons. 26. n. 17.* Roland. *cons. 94. n. 17. vol. 2.* Surd. *consil. 414. num. 43.* Rota *decis. 288. in fin. part. 1. recent.* 13 nihilque debet in eo suppleri † ultra solitam observantiam, ut inquit Bald. *in consil. 175. in fin. vol. 2.* Surd. *consil. 371. num. 3.* Olasch. *decis. 19. num. 16.*

Prætereà executoriales prædictæ quidquid ex adverso dicitur relaxatæ fuerunt vigore ritûs magnæ Curiæ, ut patet ex lecturâ sententiæ, & tamen ritus magnæ Cu- 14 riæ † non poterat habere locum contra dictum Jo. Thomam Clericum, articulo maturè discusso firmatum fuit in Baren. seu Neapolitanâ pecuniariâ 24. Maii 1641. coram R. P. D. meo Royas, & in Hidruntina pecuniaria 26. ejusdem mensis, & anni coram bon. mem. Merlino allegatis in decisione hujus causæ emissæ sub die 13. Junii superioris anni coram R. P. D. meo 15 Peutingerio, & in hâc sententiâ residet † Rota, ut benè examinatâ materiâ deducitur in præcitatis Baren. & Hidruntina, quidquid ex abundanti fuit dictum in Neapolitana pecuniaria 5. Julii 1632. Coram Eminentissimo Dom. meo Cardin. Verospio, & ibi, & dabat præterea, &c.

Nec relevat assertus stylus illarum partium dandi viam executivam ritui magnæ Curiæ etiam Clericos, quia quatenus esset legitimè probatus non esset attendendus tanquam repugnans immunitati Ecclesiasticæ 16 contra quam penitus exemptam à potestate laicali nullo tempore poterit aliquis stylus induci, seu præscribi, *cap. ad audientiam, de consuet. cap. inter causam quæ elect.* Carol. de Grassis *effect. 1. num. 377. & seqq* ubi 17 quod est corruptela, † imò nec sufficere constitutionem Synodalem fuit declaratum in d. Baren. seu Neapolitana coram R. P. D. meo Royas.

Prout non officit exceptio perjurii, quia ultra quod 17 in hoc casu ubi agitur de juramento oppositio † in obligatione facta in carceribus non videtur esse necessaria absolutio per ea, quæ tradunt Roland. à Valle *cons. 2. num. 76. & seqq.* & præcipuè *n* 82. *lib. 1.* Gutier. *de juram. confirmat. part. 1. cap. 57. n. 19. verf. sed pro contrario*, & sentit Rota *in decis. 26. n. 49. part. 6. recentior.* cessat penitus difficultas ex absolutione obtenta, de qua in hodierno Summario *num. 5.* & quidem omnium juramentum ibi *petit, & obtinuit, à juramento, seu juramentis in dd. instrumentis præstito, seu præstitis, quos cujusvis generis, & speciei ad effectum agendi tantùm absolvi, &c.* adeò dubitari non possit quin ad- 19 sint tot absolutiones, † quot juramento, prout requiritur ex Felin. *in cap. constituris num. 14. de rescript.* Paris. *consil. 99. n. 18. lib. 1.* Roland. *cons. 240. num. 5. lib. 1.* Rot. penes Zacchum post tractat. Gallesi. de obligat. Cameral. *decis. 29. n. 3. & 4.* & quod sufficiat absolutio † verbis generalibus concepta tenet Maresc. 20 cot. *var. resolut. lib. 2. cap. 84. num 6. & seqq.* & licèt absolutio obtenta fuerit post latam sententiam ab A. C. super invaliditate carcerationis, & obligationis in carceribus factæ, adhuc tamen Jo. Thomas est audiendus † quia nunquam fuit appositum de perjurio ante absolu- 21 tionem obtentam, ex bene ponderatis per Surd. *cons. 299. n. 21. & 22.* Cravet. *cons. 199. n. 12. verf. tertio respondeo*, facit Maresc. *loco supra citato n. 16.* & sequitur Fontan. *de pact. nupt. claus. 7. gloss. 2. part. 7. n. 7.*

Denique non facit, quod Principi nisi competat manutentio ob invalidam carcerationem, & obligationem sui debitoris † competat saltem retentio pro suo 22 credito ex allegat. per Surd. *in decis. 46. n. 11. & 13.* quia quidquid sit an hæc exceptio possit admitti in hac disputatione certum est, quod creditum D. Principis non est omnino liquidum, imò est impugnatum, ac litigiosum, cùm reus conventus obtinuerit ab A. C. sententiam revocatoriam litterarum executorialium, quas pro credito prædicto Princeps reportaverat, quando creditum non est ita liquidum, ut contrarium non possit probari in petitorio, tunc non competit reten- 23 tio, & decidit eadem decisio Surdi 46. *in fin. & decis.* 184. *n. 6.* sequitur Gratian. *discept. 774. n. 13. & seqq.* Rota *in decis. 1455. n. 1.* coram Card. Seraph. *& in decis. 539. num. 5. & 6.* coram Card. Cavalerio.

Et ita utraque, &c.

R. P. D. GHISILERIO,

Postea Archiepiscopo Tarracinen.

Romana Palatii.

Veneris 22. Aprilis 1644.

ARGUMENTUM.

In Spolio, ut quis obtineat ad effectum obtinendi redintegrationem, primum extremum exactissimis, & concludentissimis probationibus venit justificandum, & quando illius nullatenus dicatur justificatum mandatum de deliberando, quando dicatur nulliter relaxatum. Pro validitate sententiæ stat præsumptio.

SUMMARIUM.

1 *In spolio, ut obtineatur, quid sit necessarium.*
2 *De Ratificatione mandati procuræ, quando dicatur constare.*
3 *In spolio primum extremum requirit exactissimas probationes.*
4 *Et quidem concludentissimis probationibus justificari debet.*
5 *& 6. Possessio ex actu nullo non potest validè acquiri.*
6 *Possessio legitima in judicio attendenda venit.*
7 *A terminis vel confinibus designantur bona stabilia.*
8, 9. *& 10. Periti circa solidationem computorum, quid agere debeant.*

11 *Mandatum de adjudicando non inservit pro adjudicatione.*
12 *Possessio capta vigore mandati de adjudicando, non est valida, si non fuerit servandis obtentum.*
13 *Mandatum de adjudicando, quando agitur de re stabili non debet interponi, nisi infra mensem.*
14 *Possessio quando non dicatur considerabilis, ad effectum obtinendi in spolio.*
15 *Possessio si sit incerta ratione loci, & quotæ, non potest dici valida.*
16 *Et maximè ad effectum obtinendi aliquam redintegrationem.*
17 *Possessor mediantibus sententiis contra eum prolatis, spoliatur omni possessione.*
18 *Possessionem quam quis acquisivit authore Prætore non dicitur spoliasse.*
19 *Remedium redintegratorium non competit contra possidentem authore Prætore.*
20 *Sententiæ nulliter, & injustè prolatæ non prosunt.*
21 *Pro sententiæ justitia & validitate stat præsumptio.*
22 *Sententia ex processu debet justificari.*
23 *Sententiæ nullitas & injustitia, à quo sit justificanda.*
24 *Pro actus validitate stat præsumptio stante causa longissimi temporis.*

DECISIO CLII.

ROta coram me sub die 29. Aprilis anni præteriti, censuit Dominis de Cataneis hæredibus ex testamento Liviæ, & aliorum hæredum Nicolai Pallavicini creditoris una cum Daniele Spinola, Petri Franciſci Pallavicini, Episcopi Alerien. non esse concedendam redintegrationem ad possessionem medietatis 1
Palatii de quo agitur, eo quia non probarunt possessionem Nicolai Pallavicini, eorum authoris prout necessariò requiritur ad obtinendum in spolio juxta *gloss. in l. 1. verb. filium esse circa med. vers. tu dic. C. quorum bonorum, cum aliis allegatis in decis.*

Re proposita causa super eisdem, Domini steterunt in decisis, quia quidquid sit de sufficientiâ mandati procuræ Theſei de Rubeis Procuratoris constituti à Nicolao Pallavicino, & Daniele Spinola, etiamsi ex 2
deductis ab informantibus pro Cataneis † posset dici constare saltem de ratificatione possessionis partis Palatii, de quo agitur, per Theseum captæ eodem Nicolao facta. Tum ex partitis ejusdem Nicolai manu descriptis in ejus propriis libris, tum ex publicis instrumentis. Altero scilicet 30. Maii 1577. quo eandem partem Palatii assignavit pro fundo dotali Juliæ de Nigris ejus uxoris, eaque se illius nomine possidere constituit cum expressa mentione, & relatione ad instrumentum possessionis captæ perdictum Theseum. Altero verò 28. Junii 1578 ex quo constat dictum Nicolaum ejusdem partis Palatii pensione exegisse, nihilominus ex suprà dictis Domini censuerunt non constare sufficienter de primo extremo ad favorem dicti Nicolai, scilicet de 3
illius possessione de anno 1500. quo tempore † prætenditur de facto spoliatus à Marchionissâ Montoria, quod quidem extremum præcipuè de stylo Rotæ, quæ in hoc requirit probationes exactissimas, & indubitatas, Rota coram Seraph. *dec.* 30. *in princ. dec.* 952. *sub n.* 1. & 2. cor. bon. mem. Buratto, & *dec.* 4
768. *n.* 7. *p.* 2. *rec.* plenè justificari debet * clarissimis, & evidentissimis probationibus juxta supra dictam *gloss. in l.* 1. *Cod. quor. bon.*

Siquidem considerabant Domini Palatium de quo agitur sive illius partem non fuisse deliberatam supra dictis Nicolao, & Danieli tanquam in licitatione plus offerentibus, sed illis immissionem fuisse decretum ibi in portione, & parte medierantis Palatii in executione captâ seu partium dicto D. Episcopo, & illius hæreditati competentium pro concurrenti quantitate, crediti infra scriptorum, DD. instantium, & pariter fuisse * executam juxta ejusdem decreti, & mandati tenorem nullâ præcedente æstimatione, separatione, 5
atque adjudicatione, ex tali * autem actu nullo potuit acquiri possessio legitima, quæ in judicio attendi debeat 6
jura *l.* 3. §. *incertam, ff. de acquir. poss. l. Marius* §. *duobus, ff. de legat.* Bero. *cons.* 159. *sub n.* 19. *vers. præmissa etiam lib.* 1. in his probat Surd. *cons.* 225. *sub n.* 12. *vers. accedat*, & firmavit Rota coram bon. mem. Buratto *dec.* 952. *sub n.* 4. & 5. ubi aliæ concordantes referuntur. Nam incerta penitus fuisse constat pars dicti Palatii, quæ spectaret ad prædictos Pallavicinum, & Spinolam: Tum ratione quotæ, nam illis non fuit concessa immissio in possessionem medietatis, vel alterius quotæ dicti Palatii, sed tantum in portionem, & partem dictæ medietatis pro concurrenti quantitate illorum crediti: cùm ratione loci, quia stante communione ejusdem Palatii inter Episcoporum Alerien. eorum debitorem ac alios ejus fratres, quilibet eorum habebat partem in qualibet parte, ita ut decerni non posset locus, ac * pars propria singulorum ante factam 7
partium separationem, cum nec aliquis fuerit expressus terminus, vel confinis, à quo ea portio designari posset, ut latè explicat Rota in Maceraten. hæreditatis 13. Junii 1588. coram bon. mem. Card Pamphilio, quæ est *decis.* 161. *part.* 4. *divers.* stante autem tali incertitudine, necessarium omnino erat, cum non intervenerint oblatores, & ipse Nicolao asserto creditori facta fuerit talis adjudicatio, tam ex verbis decreti suprà relatis quam ex ipsius rei * qualitate 8
eligere Peritos, qui æstimarent, & separarent partem coæqualem credito Pallavicini, & Spinolæ: eaque subinde illis adjudicaretur, juxta tradita per Affict. *decis.* 358. *n.* 5. *& seqq. vers. quarta ratio*, & sequitur Rota coram Seraph. *decis.* 984. *n.* 2. ubi firmatur, quòd ea verba in sententia * vel decreto Judicis appositа pro 9
concurrenti quantitate, &c. important, ut res non censeatur tota adjudicata in solutum pro credito, sed tantùm * pro rata justæ æstimationis, idem firmatur 10
cor. bon. mem. Buratto *dec.* 524. *sub n.* 6. & 7. *dec.* 725. *p.* 2. *rec.* & in Spoletana bonorum 1. Junii 1615. cor. Remboldo, quæ est *dec.* 226. *post Statil. de Salv. interdict.*

Ulterius considerant Domini non apparere nisi de solo mandato de adjudicando, quod non sufficit, dum non constat de actuali adjudicatione per curſorem factâ, * ut necessariò requiritur, eo quia mandatum de 11
adjudicando non inseruit pro adjudicatione, nisi doceatur de effectuatione subsecutâ, Rota in Romana Sylvæ 28. Junii 1628. coram Emin. Card. Verospio, in quâ spoliativâ declarata fuit possessio capta vigore mandati de adjudicando expectata adjudicatione, * & non ser- 12
vatis omnibus, quæ in ipsa erant necessaria, sequendo istis terminis resolutionem Rotæ cor. Can. *decis.* 171. post *n.* 4. *vers. similiter non putabant*, & cor. Burat. *decis.* 124. *n.* 12. Eoque magis, quia fuit deventum ad decretum supra dicti mandati de adjudicando, nisi ad primam diem & * tamen cùm ageretur de re stabili 13
debebar fieri, nisi infra mensem de stylo Curiæ, de quo testatur Salustius Tiber. *in praxi R. C. lib.* 1. *cap.* 43 *n.* 2. & *n.* 12. Unde quamvis ex supra dictis inferri posset ad ratificationem possessionis adeptæ per Theseum, attamen * non ex hoc sequitur acquisitam 14
fuisse Nicolao aliquam considerabilem possessionem pro obtinendâ redintegratione in hoc judicio spolii. Quoniam sat est, quòd ex mandato de deliberando appareat non fuisse concessam, nisi possessionem pro indivisa cum aliis compossessoribus, ac aliis creditoribus, sicque fuerit incerta ratione loci, & quotæ, ut ea mediante non fuerit acquisita aliqua considerabilis possessio, quæ * deservire valeat pro redintegra- 15
tione assequendâ *l.* 3. §. *incertam ubi gl.* Bart. & alii *de acq. poss.* cum multis adductis per Surd. *cons.* 423. 16
n. 38. *lib.* 3. Rota *d. dec.* 151. *sub n.* 2. & *seq. p.* 4. *divers.* & in puncto ad exclusionem spolii Pont. *de spol. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 131.

His omnibus accedit quod supra dicti Pallavicinus, & Spi-

& Spinola, quibus prætenditur adjudicatam fuisse partem Palatii, fuerunt eâ privati per sententiam Fuscherii, qua eadem medietas Pallatii citato, & comparente eodem Theseo fuit adjudicata omnibus creditoribus Episcopi Alerien. in ea descriptis pro concurrenti quantitate eorum crediti, non autem solis Nicolao, & Danieli, quæ sententia fuit executioni demandata, cùm illius vigore fuerint expedita mandata, & facta locatio medietatis dicti Palatii, nec non exactæ pensiones per Augustinum Justinianum. Post dictam sententiam Fulcherii supervenit sententia Rotæ, qui eandem confirmavit redacta adjudicatione proprietatis ejusdem
17 Palatii ad fructus, ac pensiones illius. Propterea non est habenda ratio possessionis captæ per dictum procuratorem, stantibus prædictis sententiis successivè prolatis, quam vigore prædicti Pallavicinus, & Spinola fuissent eâ privati, si quam legitimam acquisivissent. Angel. *in l. clam possidere, §. qui ad nundinas, sub n. 2. in fin. ff. de acq. poss.* quem ibi sequitur Alex. *sub num. 2. in fin. vers. dicit tamen.* Imol. Roman. Jason. & alii adducti per Rot. *decis.* 802. *n.* 7. *vers. potest enim judex p.* 1. *divers.* & in Romana Vineæ 7. Februarii 1620. coram bon. mem. Rever. Seleucien.

Ad exclusionem petitæ redintegrationis facit, quòd usque de anno 1590. Marchionissa Hieronyma Montoria assecuta fuit possessionem hujus Palatii, quam in præsenti retinet auctoritate Judicis; tam ex persona
18 propria, quàm Annæ de Flores matris, ut ex + pluribus sententiis & mandatis etiam Rotalibus ad eorum favorem emanatis, quæ cum possideat authore Prætore non dicitur supra dictos spoliasse, nec adversùs illam competit intentatum remedium redintegrationis *l. justè*
19 *possidet, ff. de acquir. poss.* Angel. *qui universas, §. item cum Prætor. ff. eodem*, Bald. *in l. in* 1. *art. Cod. unde vi.* Rota in Romana prætensi spolii 2. Junii 1634. coram Reverendiss. Urgellen. *dec.* 454. *ac alibi*, & licèt Caranei prætendant sententias prædictas tanquam
20 nulliter, ac injustè prolatas, & + non citatis eorum auctoribus illius non obesse, neque excludere intentatum remedium pro eorum parte, hoc tamen ubi agitur, ut in hoc casu de spolio judiciali, debent plenè, ac concludenter probare, nec sufficiunt duo extrema solita, sed actor testium quoque tenetur concludenter probare, scilicet judicem nulliter, ac injustè processisse, nam
21 aliàs præsumitur pro justitiâ, & validitate sententiæ, atque decreti, ut latè probat Rota *dec. 7. n.* 10. *& seqq. & dec.* 454. *num.* 4. *& seqq.* coram R. Urgellen. & coram san. mem. Gregor. XV. *decis.* 485. *n.* 3. *& decis.* 668. *sub num.* 1. *part.* 3. *recent.* Ubi quòd nullitas, vel injustitia hoc casu debet esse adeò patens, ut nullo pacto colorari possint.

Demùm non obstat quòd pro parte Marchionissæ non fuerint exhibiti processus, ex quibus dictæ sententiæ justificentur. Quia cùm illa possideat, & conveniatur in hoc judicio, sententiaque ac decreta prædicta jam à 50. circiter annis emaneverint, & executionis complementis usque ad tempus hujus litis motæ habuerint, inde resultat efficax præsumptio, sufficiens ad
23 ejus defensionem, † ut propterea ad eam non spectet illas justificare, sed Cataneis, quorum est onus, nullitatem, atque injustitiam probare eosdemque processus tenetur exhibere, ut plenè fuit firmatum coram R. Urgell. *d. dec. 7. n.* 16. 21. *&* 24. & comprobatur, *de-*
42 *cis.* 223. *n.* 8. *part.* 7. *recent.* ubi + ad præsumendum omnia fuisse ritè, ac rectè facta consideratur cursus 40. annorum.

Ex quibus utraque parte informante iterum fuit deductum non constare de primo extremo, & sic Cataneis non esse dandam redintegrationem, &c.

R. P. D. CORRADO,

Postea S. R. E. Cardinali.

Romana Pecuniaria.

Veneris 16. *Januarii* 1646.

ARGUMENTUM.

Creditum quando est plenè, & concludenter probatum, quæritur tunc incasè impediri, seu retardari ejus executio propter compensationem crediti illiquidi, & turbidi. Sententia lata pendente termino probatario, quando dicatur nulla, quando valida.

SUMMARIUM.

1 *Sententiæ validitas benè colligitur ex revolutione actorum.*
2 *Crediti probatio facta per confessionem partis adversæ superat omnem probationem.*
3 *Inter Mercatores, Auditor Cameræ procedit summariè, de plano, ac manu regiâ.*
4 *Salarii creditum, ex quo reddatur turbidum.*
5 *Creditum quando dicatur illiquidum.*
6 *Creditum liquidum non potest compensari cum illiquido, & turbido.*
7 *Ad creditum liquidandum est assignandum congruum tempus.*
8 *Crediti oppositio quando fuit dilata, postquam sunt lapsi termini substantiales, tunc Judex longiorum delationem decernere non tenetur.*
9 *Compensatio ubi fuit oppositа ante sententiam, non assignantur novæ dilationes, sed si quod superfit ad agendum, id remittitur arbitrio Judicis circa dilationes.*
10 *Sententia in causa principali, quando non possit retardari ob novas oppositiones partis*, & n. 11.
12 *Exceptio quando requirat altiorem, vel breviorem indaginem, id remittitur arbitrio Judicis.*
13 *Crediti probatio quando dicatur requirere ampliorem indaginem.*
14 *Exitus acta probat.*
15 *Creditum illiquidum non debet admitti ad impediendam scientiæ prolationem super debito liquido & claro.*
16 *Sententia lata pendente termino concesso ad probandum est nulla.*
17 *Decretum quando est conditionale, si non appareat de non adimplemento conditionis, evanescit.*
18 *Decretum, quando remaneat suspensum, & inane.*
19 *Termini substantiales, quando fuerunt servati, & reiterati, censentur revocatæ omnes dilationes probatoriæ antecedentes.*
20 *Judex parte instante, si jam plenè fundavit suam intentionem, potest revocare dilationes probatorias concessas.*
21 *Sententia quando non possit dici nulla, si fuerit lata pendente termino concesso ad probandum.*
22 *Judex ex causâ potest tollere dilationes concessas ad probandum, & id facere solent Notarii in Curia etiam absque partis instantia.*
23 *De Sententiæ justitiâ quando constat, ea venit confirmanda, etiam si sit nulla, quod procedit etiamsi pars contradicat.*
24 *Quod tamen procedit si objecta nullitas non implicet totalem jurisdictionis defectum, vel non subsistens, vel saltem dubio probetur.*
25 *Sententia, quæ justa dignoscitur, confirmari debet.*
26 Constitut. sanct. mem. Innoc. VIII. 13. in Bul. tom. 1. *quando conveniat.*

27 *Creditum, si dicatur quod non est liquidum, non ex hoc dicitur reprobatum.*

28 *Creditum, quando erit liquidatum, tunc de eo habenda erit ratio.*

DECISIO CLIII.

CEnsuerunt Domini sententiam A. C. esse confirmandam, nam illius validitas probatur ex inspec-
1 tione processus, * ex quo constat illam fuisse prolatam servatis servandis juxta *dec. Verall.* 262. *p.* 2. & penes sanct. mem. Gregor. *dec.* 228. ac bon. mem Buratt. *dec.* 812. *n.* 1. & mem. Coccin. *decis.* 429. Justitia verò ex partitis librorum DD. de Siris propriâ manu D. Francisci conscriptis, legitimè extractis, & habitis pro recognitis, quibus apparet illorum debitor de aureis 8238. 19. 9. stamp. (ad quorum restitutionem fuit condemnatus) pro residuo majoris summæ. Unde ipsius
2 resultat * confessio, quæ omnes alias probationes præcellit, & paratam adversùs illum habet executionem *c. tuas extr. de prob. l. cum te.* 2. *C. de transf.* Rota in Rom. pecuniaria 9. Dec. 1644. *in §. Justitia* pariter cor. R. P. D. meo Bichio, & Modern. Rom. *discept.* 184. *à* 10. *& seqq. vers. quibus adde*, &c. præsertim inter mercatores,
3 inter, & contra quos idem A. C. procedere * potest summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figurâ judicii, ac manu regiâ, ut legitur in Bullâ Greg. XIII. Dat. prid. id. Dec. 1590, *in §.* 10. *eas videlicèt, & seqq.* & fuit ponderatum *in dec.* 446. *sub n.* 1. *vers. nam inter*, &c. *part.* 2. *rec.* & in d. Romana pecuniar. 13. Maii 1644. *in §. post hæc*, & Dec. ejusd. anni *in §. nam validitas* cor. præfato R. P. D. meo Bichio.

Neque redargui potest ob non admissam compensationem Salarii per eundem Franciscum prætensi pro spatio 11. circiter annorum, quibus ministerium ac operam suam impedit in negotiis dd. de Siris, & participationis lucrorum ex nonnullis cum eo communicatis.

Quia cùm illi impugnent prætensum ejus creditum, non solùm ratione qualitatis servitii, ac quantitatis salarii, quod non fuit inter eos conventum, verùm
4 etiam in substantiâ prætendentes ipsum fuscepti muneris partes ex æquo non præstitisse, & deductam participationem negant, ut apparet ex eorum responsibus ad positiones pro parte d. Franciscí productas. Hinc certè dubium redditur, * & illiquidum ejus creditum,
5 Rota *dec.* 520. *sub n.* 2. *vers. nam instrumenta*, &c. *& seqq. p.* 1. *divers.* atque ideò non erat compensandum cum credito actorum certo, ac indubitato ex dictis partitis probato *l. fin.* ibique gl. & Cyn. *n.* 2. *vers. secundò nota*, &c. Odofr. *in princ. vers. & primus est*, &c. Bart. *n.* 4. *vers. quæro dicitur hic*, &c. Bart. *n.* 4. *vers. secundò nota*, &c. Alber. *sub n.* 1. *vers. & quod de non liquido*, &c. Ang. *sub n.* 1. Salic. *sub n.* 1. *vers. item nota quod compensatio*, &c. & alii DD. *C. de compens.* Rota penès bon. mem. Card. Seraph. *dec.* 1455. *n.* 4. *vers. tamen hoc procedit*, &c. & *in recent. dec.* 194. *sub n.* 3. *vers. & per consequens part.* 1. & *dec.* 380. *sub n.* 3. *vers. Quantum ad compensationem*, &c. *p.* 3. *ac dec.* 125. *n.* 5. *vers. non obstat*, &c. *part.* 2. 4. & *dec.* 305. *n.* 4. & *seqq. vers. cum itaq.* &c. *part.* 5. ac penes Coccin. *dec.* 326. *n.* 3. *vers. nec exceptio.* &c.

6 Nec obstat quod * ad liquidandum hujusmodi creditum assignanda esset congrua dilatio Francisco.

Quia cùm ipse distulerit illud deducere postquam lapsi erant termini substantiales in causa principali ser-
7 vati, non tenebatur Judex * longiorem dilationem statuere, sed benè potuit (ut fecit) illius juribus, uti majorem exposcentibus discussionem reservatis super
8 actoris instantia * jam plenè probata sententiam definitivam proferre juxta *d. l. fin. Cod. de compens.* ubi ita declarat Bart. in lectura antiq. *sub n.* 8. *vers. ad hoc respondeo*, &c. dicens, quod ubi compensatio fuerit oppo-
9 sita ante sententiam, non * assignantur novæ dilationes, sed si quid superfit agendum, in causa principali admittitur intra eundem terminum ejus probatio, sin minus est arbitrio judicis illam admittere, vel reservare, ad hoc * ut sententia in ipsa principali causa non 10
impediatur, & sequitur Castr. *in l. in ea sub n. vers. vel dic melius*, &c. *Cod. eod.* dicens hanc * probatio- 11
nem esse faciendam intra terminum principalis instantiæ, ita quod ex causa suspendi, vel prorogari non sit necesse post Azor. *in summ. ejusd. tit. sub num.* 12. *vers. si verò majorem*, &c. id enim arbitrio remissum est, quando scilicet hujusmodi exceptio * altiorem, 12
vel breviorem requirat indaginem (& dilationem, ac proinde admitti, vel reservari debeat, ut probatur ex *d. l. fin. ibique no gl. in verb. indaginem vers. vel officio Judicis*, &c. Cyn. *sub num.* 18. *vers. alii dicunt*, &c. Bald. *sub n.* 9. *vers. secundò oppono*, &c. & alii DD. communiter, & rursus idem Bald. *in d. l. in ea. sub n.* 4. *C. de recompens.* & alii relati per Modern. Roman. *decis.* 129. *à n.* 16. *& seqq. vers. præsertim quando*, &c.

Justè arbitratus fuit Judex in proposito casu deducta pro parte, Francisci ampliorem exposcere indaginem, quippe undique etiam in substantia (ut dictum est) controversa ad sui perfectam liquidationom * exactiones 13
facti probationes, & judicialem declarationem requirebat Bald. *in l. item, quia in secundâ lecturâ sub numer.* 2. *vers. nec potest dici*, &c. *ff. de pact.* & sequitur Rot. penes bon. mem. Mantic. *decis.* 221. *sub n.* 8. & 9. quæ non nisi longo cum temporis intervallo perfici poterant, * ut exitus comprobavit, cum adhuc elapso 14
jam fere anno post introductam causam in Rota minùs completa fuerit, ideoque merito ad retardandam sententiam super credito liquido admittenda non erant, 15
ut bene probat Surd. *cons.* 246. *à n.* 4. *vers. & quamvis*, &c. *seqq.* Rota penes Cæsar. de Grassl. *dec.* 2. *sub n.* 2. *vers. unde cùm non appareat*, &c. *ac seq. de solut.* & san. mem. Greg. *dec.* 220. *n.* 5. *vers. & denique*, &c. *p.* 1.

Minùs visa fuit relevans objecta nullitas ejusdem sententiæ ex defectu jurisdictionis, quia scilicet postquam Judex admiserat articulos pro parte ejusdem Francisci
productos, mandaveratque super eis * recipi testes ad 16
primam, & 30. sequentes dies, nihilominus eâ dilatione pendente sententiam protulit contra *l. sive pars, C. de dilat. c. consuluit extr. de ff. deleg. cap. Significante de appell.*

Quia (quidquid sit de effectu illius Decreti) Domini existimarunt cessare difficultatem. Tum quia † non fuit 17
simpliciter factum, sed sub conditione, *nisi tamen pars adversa hinc ad primam*, &c. *aliquid relevans deduxerit cum intimatione priùs d. parti adversæ legitimè facienda*, &c. quæ cùm ex processu non appareat sub- 18
secuta, & ideò decretum ipsum suspensum, & inane remansit Grat. *cons.* 138. *sub n.* 7. *vers. quod apertiùs demonstratur*, &c. *l.* 1. Osas. *decis.* 145. *sub n.* 5. *ad fin. vers. & idem dicendum est*, &c. Rota *in recent. decis.* 90. *sub n.* 4. *vers. nec tertium Decretum*, &c. *p.* 13. *& prius dec.* 17. *sub num.* 3. *vers. non obstat*, &c. *& decis.* 167. *sub num.* 7. *vers. secundò*, &c. *ac decis* 725. *num.* 8. *ac seq. vers. secundò principaliter*, &c.

Tum quia deinde instantibus prædictis de Siris fuerunt per eundem Judicem citatâ parte, reiterati termini
substantiales, & facta conclusio in causa, * cujus vigore 19
censentur revocatæ omnes dilationes probatoriæ antecedentes juxta text. *in cap. cum dilectus, ibique gloss. in verb. conclusam & DD. extr. de fid. instr.* Alex. *cons.* 77. *in causâ accusationis n.* 9. *vers. quia respondetur lib.* 1. Cephal. *cons.* 51. *sub n.* 19. Præterea Gail. *observ.* 108. *n.* 2. *lib.* 3. cum aliis adductis per Modern. Rom. *de judic. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 16. *& seqq.* Quod quidem Judex
facere potuit * dum pars instabat pronunciari super 20
eo, quod jam plenè liquebat ad *leg. quod jussit*, ubi Bald. *sub n.* 5. *vers. veniamus*, &c. & alii DD. *ff. de re judic. gloss. pen. in d. leg. sive pars* & ibi Bald. *sub n.* 1. *versic. nisi Judex*, &c. *C. de dilat.* & successivè sententiam
proferre * quæ ex hoc capite nulla dici non potest 21

Vestr.

Vestr. *in praxi lib. 7. cap. 1. à n. 15. vers. cæterum et seqq.* dicens *sub n. 17. vers. mos judiciorum inolevit*, etc. quod in Romana Curia hujusmodi stylus adeò recep-
22 tus est, quod solent † Notarii absque alia partis expressâ petitione prædictam revocationem extendere tanquam clausulam solitam Grat. *cons. 77. sub n. 16. et seq. vers. non obstat. lib. 2.* Gabr. *com. concl. lib. 2. tit. de dilat. concl. 1. n. 9. vers. Tertio limita*, etc. Lancellot. *de attent. part. 2. cap. 7. n. 10 et 11. v. Primò nisi Judex*, etc. Mysinger. *observ. 10 lib. 1.* et Rot. penès Put. *decis. 65. lib. 1. in correct.* et Card. Seraph. *decis. 515.* ubi agitur de sententia A. C. *n. 4. vers. stante autem*, etc. part. 2.

Et in omnem casum cùm ex deductis coram Rota
23 jam constet de justitia † prædictæ sententiæ, illa potest confirmari Bart. *in l. si expressim sub n. 14. vers. et dico quòd Judex Nullitatis*, etc. *ff. de appellat.* Alex. *cons. 111. viso themate supra scripto per tot. lib. 5. et cons. 73. in casu appellationis sub n. 11. vers. Tertiò respondeo lib. 6.* et adducti per Vant. de *nullit. lib. fin. à n. 129. vers. erit etiam consilium*, etc. *et plur. seqq.* Rimin. jun. *cons. 591. à num 16. vers. sed ulterius*, etc. *et seqq.* et alii, etiam si pars contradicat, quia cùm in proposito casu
24 ejusmodi objecta † nullitas non implicet totalem jurisdictionis defectum, ut firmavit Rota penes Puth. *d. dec. 65. à n. 2. vers. fuit conclusum*, etc. *lib 1.* nec clara dici possit, quin imo ex prædictis, vel non subsistens, vel saltem dubia probetur: Ideò illius oppositione non at-
25 tentâ, confirmari potest sententia, † quæ justa dignoscitur. Rota penes sanct. mem. Gregor. *decis. 131. sub n. 1. et n. 8. vers. præsertim*, etc. *in recent. decis. 474. sub n. 11. vers. nisi nullitas cadat in dubium*, etc. *et decis. 572. sub n. 5. vers. tertia est*, etc. *part. 2.* Gabr. *cons. 28. n. 2. versic. si nullitas non sit clara*, etc. *lib. 2.*
26 quod etiam convenit † constitut. sanct. mem. Innoc. VIII. *incip. finem litibus*, §. 10. *et si prima, vel secunda sententia Constit. 13. Bullar. part.*

Licèt autem Domini ex prædictis non potuerint habere rationem prætensi crediti Francisci tanquam adhuc non liquidi, non tamen intenderunt illud repro-
27 bare, sed ipsi salva esse jura, quæ competunt, ut fecit etiam D. Judex à quo juxta text. *in l. si autem §. final. de neg. gest. et in l. quod in diem, ff. si rationem, ff. de comp.* Ant. Fab. *def. 5. de compens.* quòd si in
28 ulteriori processu fuerit sufficienter liquidatum † habebitur de eo ratio, prout juri consonum erit ad *l. si cum milit. §. cum intra diem ff. eod.* Bald. *in d. l. in eâ sub. n. 4. C. eod.* Modern. Roman. *discept. 445. sub n. 22. vers. nam si Judex*, etc.

Et ita fuit conclusum utrâque parte, etc.

R. P. D. BICHIO.

Bononien. Pecuniaria.

Veneris 19. Januarii 1646.

ARGUMENTUM.

Confessio mariti in publico instrumento nata circa administrationem bonorum extradotalium cum consensu ipsius uxoris, et pacto reddendi rationem eorum fructuum, sanè probat contra confitentem, eamque approbare tenetur, et quando ex dictis fructibus præsumatur, maritum solvisse debita propria.

SUMMARIUM.

1 *Hæres quatenus suppetunt vires hæreditariæ tenetur solvere debita defuncti.*
2 *Notarius successor potest extrahere instrumenta rogata per antecessorem.*
3 *Hæres bonis hæreditariis utens censetur adire hæreditatem.*
4 *Notarii successoris assertioni quòd instrumentum fuerit repertum inter rogitus Notarii defuncti, an standum sit vel facienda sit recognitio. n. 5.*
6 *Notarii negligentia non debet præjudicare veritati.*
7 *Verba temporis præsentis functionem temporis præteriti non recipiunt.*
8 *Contrarietas ut evitetur, facienda est interpretatio.*
9 *Repugnantia ut evitetur, capienda est omnis interpretatio.*
10 *Notarius postquam fidem fecit de instrumento si deinde fuerit deperditus rogitus existens in folio volanti, hoc partibus nocere non debet.*
11 *Confessionis error ut probetur ad hoc requiruntur probationes omnino concludentes, ac necessariæ.*
12 *Confessio, quando est multis adminiculis suffulta, tunc pleniores probationes requiruntur ad probandum ejus errorem.*
13 *Bona Extradotalia uxorum, mariti de consuetudine solent administrare, uti procuratores.*
14 *Mandatum maritus non habet à lege pro administratione bonorum extradotalium.*
15 *Testium depositionibus super interrogatoriis potius est standum, quàm super articulis.*
16 *Testes examinati in judicio criminali probant etiam in judicio civili, si agatur de eadem re, et inter easdem personas.*
17 *Testes examinati in judicio criminali tunc probant etiam in judicio civili quando fuerunt examinati parte citata, secùs si pro informatione Curiæ sine citatione.*
18. *Maritus si fassus fuerit convertisse fructus bonorum extradotalium in proprios usus modo si testes asserant quod uxor administrabat d. bona, qualiter id interpretandum veniat.*
19 *Administrare ille dicitur, qui per alium administrat.*
20 *De fructuum perceptione in genere, quando constat, tunc quantitas eorum conjecturis probatur.*
21 *Maritus quando possit deduci quod solverit debita propria ex fructibus bonorum extradotalium uxoris.*
22 *Donatio inter maritum et uxorem est prohibita.*
23 *Insinuatio non requiritur ubi donatio est roborata juramento.*
24 *Donatio inter virum et uxorem morte confirmatur.*
25 *Hæres tenetur stare facto defuncti.*

DECISIO CLIV.

INstante Carolo Beccadello fuit hodie reassumpta disputatio super decisis 26. Maii 1645. coram me, et non obstantibus ab ea longâ serie deductis, Domini steterunt in decisis, respondendo constare de re judicata, non autem de causis restitutionis in integrum; nam ipsa fuisse tempore ad appellandum non negatur, justitia verò sententiæ residet in publico instrumento continente confessionem Laurentii Bonsignori de administratione bonorum extradotalium Gesiæ uxoris ipsâ consentiente, prævio tamen pacto, quod fructuum perceptorum rationem reddere tenetur, ac de quantitate dd. fructuum in summâ librar. 32400. in proprios usus viri conversa, quam confessionem instrumento publico probatam, et roboratam juramento Beccadellus, cùm sit hæres confitentis, tenetur † 1
approbare, saltem quatenus vires hæreditariæ ferunt, Menoch. *cons. 86. n. 43.* Honded. *cons. 3. n. 53. lib. 1.* Rota *in rec. dec. 61. n. 4. dec. 256. n. 5. p. 2.*

Nec relevant sæpius allegatæ exceptiones, vel contra fidem instrumenti, vel contra veritatem confessionis, vicæ enim sunt licì ex deductis in primâ decisione hujus causæ edita 27. Aprilis 1644. coram

R. P. D. meo Royas : et in alterâ coram me, cum instrumentum ex rogitibus Laurentii Ciocchæ de eo ro-
2 gati † fuerit extractum à Jo. Baptista illius Patre, ut potuit etiam absque partis citatione vigore statuti Bononiæ concedentis hanc facultatem Notarii defuncti hæredi, qualem Joan. Baptistam constat, quia est pater, ac tanquam hæres hoc instrumentum è rogitibus filii vigore dicti statuti in publicam formam redegit,
3 omnesque alios filii rogitus retinet Retinendo enim, et utendo rogitibus filii defuncti probatur illius hæreditatem adivisse, cum sint bona hæreditaria fructifera, et spectativa ad hæredem, Azeved. *ad novam recop. lib.* 4. *titul.* 25. *lib.* 4. *n.* 1. Guid. Pap. *decis.* 19. *n.* 6. *ex text. in* §. *quæ verò aguntur. Auth. de defensor. Civit.* cum aliis allegatis per Borell. *in summ. decis.* 16. *num.* 235. *et* 275. *et* 276.

Et gratis opponitur de non recognitione instrumenti, cùm illa nec deficiat instrumento compulsato ad instantiam Beccadelli, quo Gesia non utitur, nec in originali, quod Gesia produxit, nam uti rogitus filii fuit
4 recognitus, ac transumptus à Patre pariter † Notario, cui cùm statutum Bononiæ det facultatem transumptandi, status illius assertioni, quòd instrumentum fuerit repertum inter rogitus filii defuncti, quamvis (quod
5 tamen est falsum) cor. Judice † compulsoriali nulla deinde fuisset facta recognitio. Seraph. *dec.* 1028. *n.* 8. ubi hoc ampliatur quando adversarius eodem instrumento usus fuit, qui est casus noster, quia Beccadellus instrumentum produxit, neque tunc impugnavit ex capite non recognitis, sed solum, quia non fuit protocollatum, aut registratum, ut statutum Bononiæ requirit; aut in aliquo libro descriptum, quæ non tollunt finem instrumenti, quia registratio abiit in dissuetudinem, et omissio Notarii rogati in protocollando ac describendo instrumentum in libro, sivè provenerit à casu, ut verius est, quia ille, paulò
6 post † rogitum decessit, sivè à negligentiâ ejusdem Notarii, veritati instrumenti non detrahit, Castar. *cons.* 307. *n.* 1. *vers. breviter ergo libr.* 1. Cavaler. *decis.* 122. *n.* 11. *ubi allegantur concordantes.*

Non obstat quòd idem Joan. Baptista Pater Notarii rogati declaraverit sub die 20. Dec. 1636. se in protocollis, rogitibus, et scripturis filii non invenire instrumentum, de quo agitur, quia inde non sequitur, quòd non invenerit de mense Aprilis præcedentis, quo instrumentum tanquam repertum inter filii rogitus reassumpsit, † cùm verba temporis præsentis functionem temporis præteriti non recipiant, ut notant
7 DD. *in leg. si ususfructus*, *ff. usufr. leg.* Bald. *in cap. licet, sub n.* 2 *vers tu dic. contra de suppl. neglig. Prælat.* Ruin. jun. *cons.* 203. *num.* 92. præsertim ad evitandam contrarietatem, quæ ut evitetur intelligenda
8 est dicta declaratio de tempore † diverso, Felin. *in cap. translato. num.* 8. *circa med. de const.* Ruin. *cons.* 130. *num.* 6. *lib* 3. Rota *decis.* 147. *num.* 18. *part.* 1. *recent. decis.* 351. *n.* 31. coram Gregor. XV. de rogitibus, ac scripturis descriptis in protocollo, vel in libro, non autem existentibus in foliis volantibus, inter quæ aderat præsens rogitus, maximè quia ipse
9 Joan. Baptista de anno 1640. affirmavit † instrumentum reperisse in fasciculo rogituum filii, et omnis interpretatio sumenda Alex. *cons.* 185. *num.* 4. *et seqq. lib.* 7. *dec.* Rot. 167. *n.* 51. *et seqq. p.* 1. *rec.* vel in omnem eventum esto postquam instrumentum
10 de mense Aprilis fuerat reassumptum, deperditus † fuisset rogitus existens in folio volanti, hoc partibus non noceret. Corn. *cons.* 210. *n.* 5. *et* 6. *lib.* 4. Aym. *cons.* 121. *num.* 11. *vers. alibi scribit. il.* 1. Paris. *cons.* 104. *n.* 62. *et* 63. *lib.* 1. Gratian. *discept.* 468. *n.* 41. *et* 42.

Quo verò ad errorem confessionis quamvis allegari
11 possit, probandus tamen est per probationes † omnino concludentes, ac necessarias, et quæ excludant etiam per possibile veritatem confessionis. Rota inter recent. *dec.* 261. *d.* 25. *p.* 7. *dec.* 337. *n.* 34. *et seq.* cor. R. Urgellen. et in aliis allegatis in 1. *dec. cor. me* §. *et uxori*, maximè quia confessio emanavit pro exoneratione † conscientiæ, et fulcitur adminiculis 12
ibidem ponderatis, quibus concurrentibus solidior evadit, ut per Bald. *in l. fin. n.* 3. *v. ex quibus verbis*, *C. de probat.* Grammat. *decis.* 8. *sub n.* 9. *et decis.* 72 *n.* 4. *Boër. decis.* 163. *n.* 17.

Tales autem non sunt probationes, quæ eliciuntur ex locationibus bonorum factis communi nomine uxoris, et viri ex mandato Procuræ uxoris personam ejusdem viri ad petendam associationem ad bona caducata et similibus quia benè se compatiuntur, quod maritus Gesiæ etiam nomine uxoris locaverit, et alios actus fecerit, et tamen administratio fuerit † penès virum, 13
cùm etiam vigeat consuetudo, quòd viri bona extradotalia administrarent uxorum nomine tanquam Procuratores Aym. *consil.* 91. *num.* 7. Rot. *dec.* 529. *n.* 8. *part.* 5. *recent.* dictoque mandato Procuræ ad exigendum judicialiter ad bona caducata opus fuerit, quia in bonis extradoralibus † qualia sunt ista, mari- 14
tus nec de jure communi habet mandatum *leg. maritus*, ubi Bart. *num.* 2. *Cod. de Procur.* cum aliis allegatis *in prima decis.* §. *non etiam*, nec de jure municipali Bononiæ, quo bona dotalia, et extradotalia æquiparantur solùm respectu acquisitionis fructuum faciendæ per virum ex præsumptâ voluntate uxoris.

Minùs urgent testes, quia examinatorum in partibus primus super interrogatoriis deposuit se nescire, quòd Gesia administraverit ante annum 1620. sed solùm post infirmitatem viri, qui incœpit anno 1621. et † inhærendum est depositioni super interrogatoriis, 15
potiùs quàm super articulis Rota *dec.* 774. *n.* 3. *part.* 3. *recent.* secundus percurrit tempus ante annum 1621. ut ponderat prima decisione § *assertum* ubi ultra solvuntur depositiones testium examinatorum in Curiâ, tam in judicio civili † quàm in criminali, et quatenus 16
additur, quòd examinati in criminali probant in civili, si agitur de eâdem re, et inter easdem partes ex allegatis per addent. ad Buratt. *dec.* 118. *n.* 15. respondetur hoc procedere, quòd testes fuerint examinati parte citatâ, † secùs verò si pro informatione Curiæ 17
sine partis citatione, ut per allegat. per Add. *ibid. num.* 14. et alios quos refert, et sequitur Rota *inter impress. post cons.* Farin. *decis.* 89. *num* 2. *decis.* 150. *n.* 1.

Cum præterea à stante confessione viri quod bona administravit, et fructus in suos usus † convertit, testes 18
deponentes de administratione dependente à viro, ut explicat primus testis Gesiæ examinatus in prætenso judicio criminali, adeò quo semper verum est dicere, quòd vir fructus consumpsit, et bona administravit, cùm administrare † dicatur, qui per alium administrat 19
leg. tres tutores, §. *non solum*, *leg. ita autem*, §. *gessisse*, *ff. de administr. tut. leg. vero Procuratori. ff. solut.* glos. *in leg. quicumque*, §. *non tamen verb. dumtaxat. ff. de instit. act.* Grat. *discept.* 677. *n.* 23. *et seqq.* Rot. Januen. *decis.* 14. *num.* 2. *et* 3.

Tandem error circa quantitatem fructuum percentorum tollitur ex deductis in 1. *decis.* §. *penult.* maximè quando † constito de perceptione fructuum in genere 20
quantitas etiam conjecturis probatur Menoch. *præs.* 9. *n.* 26. *lib.* 3. et solutio æris alieni ad uxorem spectantis eo magis præsumi debet facta de bonis ipsius uxoris, quia alioquin maritus non se constituisset successivè debitorem totius summæ librarum 32400. Unde concurrentibus adminiculis, nempe quod maritus bonorum administratorum inventarium non confecit, † quod 21
non reddidit rationem de bonis mobilibus, quæ in dantibus tam urbanis, quàm rusticis adfuisse potest ex testamento Patris Gesiæ, et aliis, resultat saltem possibilitas, quod maritus æs alienum non solverit de proprio, aut si fuerit aliis bonis uxoris resimbursatus Jas. *in l. si quidem n.* 3. *C. transact.* Aym. *cons.* 129. *n.* 9. Hond. *cons.* 47. *n.* 3. *lib.* 1. *C. cons.* 39. *n.* 66. *lib.* 2.

Et in omnem eventum † si confessio viri esset ex- 22
cessiva,

cessiva, quod negatur et sic aliquomodo præsumi posset facta in fraudem prohibitæ donationis, ut latè probat Guttier. *de juram. confirm. p.* 1. *c.* 15. *n.* 2. *et penult.* quæ tanquam vallata juramento, † propter quod cessat necessitas insinuationis ex allegatis in Auximana *fideicommissi* 28. *Jan.* 1641. §. *nec dicatur* coram R. D. mea Decano morte viri confirmata fuisset *l. cùm hic status* 33. *in prin. ff. donat. inter vir. et uxor. l. donat.* 25. *C. eod.* Ita ut Beccadellus, quia est hæres viri, † sive confessioni, sive donationi stare teneatur *l. cùm. à matre* 14. *C. de rei vindicat. cum vulgar.*

Et ita resolutum utraque parte, etc.

R. P. D. BICHIO.

Romana alimentorum.

Mercurii 10 *Junii* 1642.

ARGUMENTUM.

Socer et maritus, licèt pro virili teneantur præstare alimenta nurui, tamen tunc socer potest condemnari ad totam sustentationem, quando constat de inexigibilitate filii, nam et quando plures tenentur aliquem alimentare, eo casu si aliqui ex eis sint difficilis exactionis, cæteris ad id licitum est condemnare reliquos.

SUMMARIUM.

1 *Socer videtur in subsidium obligatus tradere alimenta nurui.*
Maritus et socer pro virili videntur condemnandi ad præstanda alimenta nurui. ibid.
2 *Super matrimonii validitate litem agens socer tenetur præstare alimenta nurui, non secus ac filio.*
3 *Quod procedit etiam si filius duxisset uxorem sine consensu patris.*
4 *Socer tenetur in solidum præstare alimenta nurui, si filius jam diu versatur in longinquis partibus.*
5 *Inexigibilitas debitoris probatur ex relatione executorum.*
6 *Alimenta plures, quando alicui præstare tenentur, et difficilis est ab aliquo ex eis ratæ exactio.*
7 *Tunc licet unum ad totam summam condemnare, ne alimentarius ob minutam exactionem damnum patiatur.*
8 *Alimentarius ne ob non facilem exactionem totius summæ necessariæ suæ sustentationi, fame pereat, et cum plures sunt obligati, quod sit faciendum.*
9 *De filii inexigibilitate, quando constat, quoad præstationem alimentorum uxori, tunc socer actione subsidiaria potest condemnari ad totalem subministrationem.*

DECISIO CLV.

PEtronilla, cui præstanda esse alimenta à Francisco viro et Nicolao socere validitatem matrimonii judicialiter impugnantibus decisum pluries fuit instetit in relationibus causarum ut mandatum exequutioni mitteretur contra socerum pro integra summâ.

Ad quam Socerum non teneri informantes ex adverso deducebant, sive quia Socer videatur obligatus
1 tantùm in subsidium, sive quia, cùm teneantur † ad præstationem alimentorum Socer et Vir quilibet pro virili videtur condemnandus, *l.* 1. *C. si plur. una sent. l. si quis separatim* §. *quoties, ff. de appell.* Bertrand. *cons.* 260. *n.* 1. *lib.* 3. Surd. *cons.* 150. *sub n.* 35. Cost. *de port. rat. q.* 33. *n.* 3. Milanens. *decis.* 14. *n.* 86. *lib.* 1.

Sed nihilominus Domini dixerunt, quòd saltem præviis diligentiis contra Virum pro ratâ ad illum spectante, Socer nedum ad suam ratam, sed etiam filii, et sic ad integra alimenta tenetur, fuit enim per alias decisiones in causâ emanatas declaratus alimentorum debitor non solum in subsidium, sed etiam tanquam principalis, quia eodem nomine litem agit super matrimonii
2 validitate, et debet de alimentis providere Nurui, non secùs ac filio, ut præter allegatos *in decis.* tradit Barbosa *in l. maritum.* 59. *vers. et facit ff. solut. matr.* Rimin. jun. *cons.* 133. *n.* 46. *ex l. si quis à liberis*, §. *non tantùm, ff. de lib. agnos.* Menoch. *de arbitr. cas.* 348. *n.* 14. *vers. et quemadmodum cent.* 4. Cost. *de remed. subsidior. remed.* 105. *sub n.* 3. Viv. *dec.* 523. *n.* 1. *et* 5. ubi † ampliat quamvis filius uxorem duxisset
3 sine consensu patris *l.* 4.

Undè cùm difficile sit ratam à filio exigere, ut patet, tum quia ille jamdiu † moratur in longinquis
4 partibus Hispan. *ad Auth præsente*, et ibi Cyn. *n.* 3. *C. de fidejuss.* Alexand. *cons* 100. *sub n.* 10. *vers. nam quando lib.* 5. Grat. *cons.* 28. *n.* 17. *lib.* 1. Henriq. *de fidejuss. c.* 27. *p.* 2. *n.* 62. Guid. Pap. *dec.* 57. *n.* 1. *et seqq.* Tum quia est filiusfamilias peculio carens, et patebit clariùs ex relationibus executorum, et citationibus Soceri ad indicandum bona filii, † per
5 quas illius inexigibilitas probatur, juxta theoricam *gloss. in l. à Divo Pio* §. *in vend. verb. capiantur, ff. de re jud.* quam sequitur Ang. Pacian. et alii allegati à Ciriac. *cont.* 5. *n.* 142. *et seqq.* Rota in Bonon. pecuniaria 17. Jun. 1641. R. P. D. meo Carillo.

Potest executio fieri † contra Socerum pro totâ
6 summâ, ita mandante judice, cui ubi plures ad alimenta alicui præstanda tenentur, et difficilis est † ab
7 altero ex illis ejus ratæ exactio, licet unum ad totam summam condemnare, ne alimentarius ob minutas exactiones incommodum patiatur, † sive ob non facilem exactionem totius summæ necessariæ suæ sustentationi fame pereat, ut est text. express. *in l. solent. in prin. de alim. et cibar. legat. et ex hoc textu notat.* Bart. *in l. cum ii.* §. *ult. igitur n.* 6. *ff. de transact.* Fulgos. *ibid. n.* 4. *in fin.* Jas. *n.* 12. Ruin. *cons.* 81. *sub n.* 4. *vers. quia plurib. lib.* 2. Anch. *cons.* 254. *circa fin. vers. nisi ad ipsorum.* Surd. *de alim. tit.* 3. *q.* 9. *n.* 22. Grat. *in addit. ad dec. March.* 107. *n.* 55.

Præter quod constituto de inexigibilitate filii intrat, quatenus opus sit, etiam actio subsidiaria contra Soce- 9
rum, Ruin. *cons.* 144. *n.* 6. *vers. vel si non potest lib.* 5.

Et ita utrâque, etc.

R. P. D. CARILLO,

Posteà Præside Vallisoletano.

Eugubina Erroris Calculi.

Lunæ 10. *Junii* 1641.

ARGUMENTUM.

De veritate quando constet, et clarè appareat de eâ, tunc non obstantibus quibuscunque attendenda venit, et quando dicatur de errore constare. Ratio semèl reddita licèt amplius reddi non debeat, tamen quando id non procedat.

SUMMARIUM.

1 *Veritas ubi constat, non est attendendus error.*
2 *Negativa benè probatur ex inspectione rei.*
3 *Partitæ error, ex quo satis dicatur constare.*
4 *Computa, et pistolæ bene probant contra eas confitentes.*
5 *Error probatur eo ipso quòd docetur rem aliter se habere.*
6 *Ratio semel reddita non debet amplius reddi.*

7 *Periti relationis acceptatio, constito de notabili errore non præjudicat.*
8 *Computa sæpius revideri possunt, et denuo tractari constito de causa erroris.*
9 *Contractus à conventione partium legem accipiunt.*
10 *De veritate aliqua non potest dici constare, dum de contrario apparet.*

DECISIO CLVI.

SEntentiam Rotalem confirmatoriam alterius A. C. quâ Michaël Angelus Zeccadorus hæres Francisci fratris condemnatus fuit ad restituendum Conventionis duas partitas, nempe unam ducatorum 216. aurei de Camera, et alteram scutorum 700. monetæ, dixerunt DD. esse confirmandam attentâ ejus validitate, et Justitiâ.

Validitas enim non impugnatur, et Justitia elucescit ex tribus decisionibus in Causa factis coram R. P. D. meo Pirovano Decano sub diebus 27. Februarii, 22. Junii, et 16. Nov. anni præteriti, in quibus luculenter fuit discussum, et obstensum partitas præfatas adhuc deberi d. Zeccadoro non obstantibus instrumentis solidationis computorum, et acceptationis calculi
1 facti ad † relationem Periti de communi partium consensu electi attento manifesto errore in prædicta relatione calculi detecto, *l. unica, C. de error. Calcul.* et tradunt communiter scribentes *in l. 2. C. de jur. fisc. l. emptor. ff. de pact.* Roland. *consil.* 49. *num.* 44. *lib.* 1.

Error autem quoad primam partitam ducatorum 216. clarè probatur, ex eo quod d. Franciscus Zeccadorus uti Procurator Mutii Conventini exegt eandem summam à depositariis officii Plumbi, et tamen Peritus in d. calculo non posuit eam ad creditum eorundem Con-
2 ventinorum, ut patet ex ejus inspectione, qui † est bonus modus probandi negativam Bart. *in l. fin. Cod. de reb. credit.* Natt. *consil.* 45. *n.* 3. *et cons.* 377. *n.* 9. Roland. *cons.* 1. *n.* 72. *et cons.* 2. *n.* 131. *volum.* 1.

Quod verò ad secundam scut. 700. pariter error patet, quia peritus faciens debitorem d. Mutium Conventinum d. Zeccadori in scut. 2167. et b. 67. subjunxit, *annullando la Poliza di scudi* 700. *per esser compresa in un pagamento di scudi* 1130. *per il banco de Doni Sotto li* 22. *Settembre* 1601. et tamen in computis postea transmissis ab eodem Francisco de
3 anno 1602. pædicto Mutio, idem † Mutius describitur creditor in scutis 42. pro fructibus dd. scut. 700. juxta pactum inter eos conventum in supra dicta Apocha à Perito annullatâ in suâ relatione calculi, signum evidens, quod si revera dd. scut. 700. fuissent restituta, et comprehensa in d. partitâ scutorum 1130. soluta de anno 1601. anno subsequenti non descripsisset Zeccadorus Conventinum creditorem pro fructibus, qui ex debito extincto provenire non possunt.

Idemque comprobatur tam ex aliis computis manu dicti Michaëlis Angeli scriptis, ac eidem Mutio transmissis, quàm ex epistolis ejusdem Francisci, et etiam Michaëlis Angeli, in quibus respectivè apparet d. partitam scutorum 1130. fuisse contra dictinctè positam à d. partita scutor. 700. hancque enunciatam uti existentem, non autem extinctam, quæ quidem con-
4 fessio ex dd. computis, et epistolis resultans † sicut plenè probat contra scribentes, *l. publica, ff. de polit.* Felin. *in cap. 2. de fid. Instr.* Cravet. *de ant. temp.* 1. *part. n.* 4. et in computis, et epistola dixit Rota Januen. *in decis.* 18. *n.* 8. ita quoque ad oculum
5 demonstrat errorem, † qui probatur eo ipso, quòd cùm constet rem aliter se habere *leg. si post divisionem, Cod. de jur. et fact. ign.* Soccin. *consil.* 25. *num.* 3. *volum.* 4. Crav. *cons.* 188. *num.* 9. *vers. probatur autem.*

Non obstat quòd Instrumentum solidationis computorum fuerit factum per viam transactionis, † quo casu
6 ratio semel reddita ampliùs reddi non debet, ut notat *in d. l. unic.* ibi, *si res judicatæ non sunt, vel transactio non intervenit, Cod. de error. calcul.* Bart. *in l. 2. C. de jur. fisc.* Quia transactio non fuit facta super computis solidatis, imo in eâ fuit explicitè reservata revisio computorum per Peritum faciendа, in d. Instrumento *vers. et nihilominus*, acceptio verò relationis calculi d. Periti postea secuta minus † præjudicat, constito de errore in considerabili quantitate, ut consuluit Soccin. *in consil.* 190. *incipien. nemini col.* 3. *v. ex quibus patet lib.* 2. et ex pluribus author firmat Munoz. *de ratiocin. admin. cap.* 41. *n.* 5. *et* 2. cum aliis relatis *in* 1. *decis. causæ*, §. *attamen in fin.* et ratio est quia nemo debet locupletari cum aliena jacturâ *l. nam hoc natura, ff. de cond. indeb.* Maximè cùm super calculo nulla lis præcesserit, tunc enim acceptatio calculi cum pacto de non conveniendo non impedit, quominùs ex † causâ erroris ratio etiam sæpiùs computata revideri, et denuò tractari debeat, ut per *d. l. un. Cod. de error. calcul.* declarat Ruin. *consil.* 134. *ante fin. lib.* 1. Quem in terminis sequitur Tob. Non. *consil.* 63. *num.* 19. *et* 20. et vixit Rota in Romana seu Camerin. pecuniaria 16. Febr. 1626. coram bon. mem. Remboldo.

7 8

Demum non adversatur, quod d. partita scutor. 700. asseratur remissa dict. Michaeli Angelo contemplatione remissionis honorarii prætensi ob patrocinia præstita à d. Francisco per annos 40. in litibus eorundem Conventinorum defendendis, et propterea inducta sit compensatio in prætensâ transactione.

Quoniam ex lecturâ ejusdem Instrumenti tollitur objectum, dum apparet, partes post mutuam compensationem utriusque prætensionis subjunxisse, ibi, *et nihilominus non obstantibus suprà expressis, ut veritas circa præmissa habeatur convenere dictæ partes per pactum expressum, quod computa inter eas jam facta, ut asseruere de datis et receptis iterum fiant, et revideri possint, et debeant. etc. Prout etiam convenere dictum Michaelem Angelum teneri ad præcisius docendum, et ostendendum scuta 700. esse comprehensa in computis, seu pecuniis d. Mutio Viventi restitutis per d. Franciscum, prout dict. Michael Angelus restituta esse asseruit.* Unde patet quod non obstante remissione prætensi honorarii idem Zeccadorus se obligavit aliundè docere præcisa restitutione dd. scut. 700. et propterea cessat compensatio ex pacto apposito in ejusdem transactionis contractu † quia partium conventione legem accipit, *l. contractus* §. *sed hoc ita ff. de reg. jur. lib.* 1. §. *si conveniat. ff. deposit. l. legem C. de pact.* Mant. *de contract. lib.* 1. *tit.* 14. *num.* 5. Tantùm enim abest, quòd docuerit de verâ restitutione dd. scut. 700. quin potiùs † 10
contrarium constet ex superiùs deductis, et fusiùs ponderatis in decisionibus emanatis coram R. P. meo Decano, in quibus fuit plenè satisfactum cæteris omnibus objectis, quæ contra prædicta replicabantur pro parte Zeccadori.

Et ita decisum unâ tantum parte informante, alterâ tamen pluries citatâ.

R. P. D. PANZIROLO,
Postea S. R. E. Cardinali.
Romana fructuum dotis.
Lunæ 14. *Aprilis* 1643.

ARGUMENTUM.

In instrumento dotali, si fuerit promissa magna dos ad pompam et honorificentiam matrimonii, si postea inter partes fuit declarata veræ dotis quantitas, tunc quoad illud plus, quod fuit expressum, non debentur fructus dotales.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Dotis fructus debentur ei, qui onera matrimonii sustinuit.*
2 *Socer quando dicatur præstitisse alimenta filio, & nurui.*
3 *Per errorem quando constat, quòd aliquid fuit factum, non attenditur.*
4 *Apochâ si quis uti intendit ad sui favorem, debet etiam stare ei, in eis quæ sunt contra se.*
5 *Epistola si sit comminatoria, & fiat in simplicibus terminis comminationis, non relevat.*
6 *Fructus dotis constitutæ ad majorem pompam, non debentur quoad excessum.*
7 *Renunciare juri quæsito, & nolle acquirere, paria non sunt.*
8 *De jure tertii quis dare non potest, & quando id cesset.*
9 *Hominis specialis provisio facit cessare provisionem legis.*
10 *Dotis quantitas alia est attendenda, quæ ab initio fuit constituta, non autem ea quæ fuit expressa ad majorem pompam.*
11 *Declaratio ex intervallo facta non potest præjudicare ei, cui medio tempore fuit jus quæsitum.*
12 *Veritatis actus ab initio dum ex post facto fuit declaratus, tunc ille est attendendus.*
13 *Filiis non est præsumendum, quòd parentes voluerint præjudicare.*
14 *Jactare suum nemo præsumitur temerè velle. Actus geminati eò magis attendendi sunt.*
15 *Simulationis causa quando adest, tunc facilius præsumitur simulatio.*
16 & 17. *Simulata ea omnia præsumuntur quæ fiunt in executionem actus simulati.*

DECISIO CLVII.

OCtavius Costa nuptui tradidit D. Aureliam filiam de anno 1616. D. Carolo de Aste cum dote, prout fuit assertum, & Joan. Baptistam Caroli patrem scut 16. mil. auri, quam promisit solvere infra quinquennium, vel Carolo, vel Joanni Baptistæ, & deinde ad omne eorundem beneplacitum, & interim teneri voluit ad fructus ad rationem dumtaxat scutorum quinque pro centenario, & anno.

Post aliquos menses à die celebrationis prædicti instrumenti Joan. Baptista, & Octavius mediante apochâ privatâ ab eisdem subscripta declararunt ad pompam, & pro majori honorificentia matrimonii dotem fuisse promissam in summâ scutorum 16000. auri, sed revera illam ab initio constitutam solum fuisse in scutis 14000. auri, & idem Joan. Baptista tam suo proprio nomine, quàm dictorum conjugum promisit, & se obligavit nihil fore petituros præter dictam summam scutorum 14000. auri, quam postea sub die 22. Aprilis 1622. recepit ab Octavio, eamque esse asseruit pro integrâ, & finali solutione dotis promissæ, reliqua verò scuta 2000. dixit relaxasse juxta formam prænarratæ declarationis.

Verùm D. Carolus post obitum Joan. Baptistæ patris coram A. C. petit interusuria dictorum scutorum 2000. ut supra non solutorum decursa à die promissionis usque ad obitum dicti Jo. Baptistæ ad rationem scutorum quinque pro quolibet centenario, & anno, & post obitum usque ad præsens ad rationem taxatum à statuto urbis, videlicèt septem cum dimidio constituentia in totum scuta 2425. auri, pro quibus obtinuit ab A. C. relaxari mandatum contra bona hæreditaria Octavii, & fuit usque ad summam scutorum 710. auri pro fructibus decursis post obitum Joan. Baptistæ ad rationem scut. septem & ſ. pro centenario executioni demandatum, à quo interposita pro parte D. Philipp. Costæ hæredes Octavii appellatione, causâque per Signaturam mihi commissâ proposui dubium, An mandatum A. C. esset confirmandum, vel infirmandum, & Domini responderunt esse infirmandum, quoniam quoad fructus decursos vivente Jo. Baptistâ patre non potest relaxari ad favorem D. Caroli cùm dicti fructus patri, * qui onera matrimonii sustinuit sive ejus hæredi non autem Carolo, qui non sustinuit, nec est hæres deberentur, *l.* 5. *is qui stichum* 57. §. *ibi dos, ff. de jur.* Bald. Novell. *de dot. part.* 7. *privil.* 2 *n.* 2. *vers. si autem ipse filius*, Rol. *de jur. dot. quæst.* 110. *n.* 2. Alex. Galvan. *cons.* 26 *n.* 24. *& plur. seqq* Barb. *in l. si cum dotem*, §. *transgrediamur num.* 41. *ff. solut. matrim.* Fontan. *de pact. nuptialib. claus.* 6. *gloss.* 1. *part.* 1. *num.* 42. 1

Quod autem pater sustinuerit dd. onera patet ex articulis medio juramento pro parte Caroli productis, ubi fatetur se fuisse semper sub cura, & potestate patris in illiusque domo, unà cum uxore, filiis, & familia † inhabitasse, & congrua alimenta recepisse, cum aliis ponderatis in Romana Legitimæ 22. Junii præteriti coram R. P. D. meo Dunozetto. 2

Non obstat, quod in apochâ prædictæ declarationis legantur hæc verba: *perche in tanto il Sig. Carlo sostenta il peso del matrimonio, pero il d. Sig. Ottavio s'obliga per detti cinque anni pagali cinque per cento per detti scudi* 14. *mila in loco d'alimenti*, quia ultra quòd ex antecedentibus, & subsequentibus verbis dictæ apochæ appareret, illud nomen, *Carlo*, erroneè fuisse appositum loco *di Gio. Baptista*, & hæc rei veritas convincitur ex propriâ, & explicitâ ipsius Caroli confessione in dictis articulis emanata, si Carolus vult uti enuntiativa † circa sustentationem onerum matrimonii contenta in dictâ Apochâ tenetur ei stare contra se in eo, quod ibidem particulariter disponitur nimirum, quod verè dos fuerit constituta in scutis 14000. auri duntaxat *l.* 1. *quæritur, ff. de admin. tut.* Tiraquell. *de retract. convent. ad fin. tit. num.* 4. *versic. ex quibus, & seqq.* Rota *decis.* 184. *num.* 3. *part.* 2. *recent.* 3 4

Nec etiam obstat epistola minatoria partis Carolo directa, quod cogitaret * se & uxorem alere ex fructibus dotis, quia stat in simplicibus terminis minarum, & adhuc eâ non obstante pater sustinuit onera matrimonii, ut latè in d. Romana Legitimæ firmatur, nec adversatur, quo Joann. Baptista noluit acquirere fructus dd. scutorum 2000. dum illa per d. declarationem renunciavit, & perpetua quod debeantur Carolo, quia declaratio Joan. Baptistæ, quod dos ab initio † fuerit constituta, in scutis 14000. est vera, & certè fructus istorum scutor. 2000. de jure non debentur, aut declaratio non est vera, dum ipse fecit amplissimum pactum, de non petendo ad favorem debitoris dici non potest noluisse fructus acquirere, † sed renunciasse juri jam quæsito, quod facere poterat, nec de hoc Carolus potest conqueri, ex quo non sustinuit onera matrimonii. 5 6 7

Non obstat quod hæres Octavii videatur dare de jure Tertii, quia cum † ipse sit reus, & possessor bonorum contra quæ agit D. Carolus potest se, & suam possessionem defendere etiam allegando jus Tertii exclusivum juris Agentis, Surd. *cons.* 495. *n.* 16. Menoch. *de adipisc. remed.* 4. *num.* 595. Gratian. *discept.* 855. *num.* 24. Caputaq. *decis.* 133. *n.* 2. *part.* 3. Gregor. *decis.* 415. *n.* 4. & ibi addent. *n.* 6. *vers. fallit.* 2. *regula.* 8

Quo vero ad fructus decursos post mortem Joan. Baptistæ usque ad diem petitionis Carol. mandatum apparet excessivum, ex quo fuerunt taxati juxta dispositionem statuti Urbis ad rationem scutorum septem cum dimidio pro quolibet centenario, & anno; cùm tamen illi, posito quod deberentur, essent potiùs taxandi ad rationem scutorum quinque juxta pactum expressum in Instrumento dotali, quod cum sit speciale hominis facit cessare provisionem legis, *l. fin. de pact. convent.* Cephal. *cons.* 156. *num.* 45. Surd. *cons.* 156. 9

num.

num. 21. & in terminis Rota Romana alimentorum 25. Junii 1632. coram bon. mem. Motmanno.

Præterquam quod duo ex Dominis dicebant expressionem dotis in scutis 1600 o. auri fuisse simulatam uti factam ad pompam, ac pro majori honorificentia matrimonii, cùm re vera illa ab initio fuerit constituta solum in scutis 4000. auri, ut constat ex prædicta declaratione facta per ipsos contrahentes parentes dictorum conjugum, & consequenter illam majorem quantitatem scutorum 2000. haberi pro non adjectâ, ut in specie trad. Valasc. *consult.* 251. *num.* 11. Buratt. *decis.* 775. *num.* 1. Reverendi T. Urgellen. *dec.* 98. *n.* 10. *ad med. & seqq.* Rota in Romana pecuniaria 25. Junii 1632. coram R. D. meo Decano, & in Romana dotis de Puliaschis 10. Dec. 1639. coram R. P. D. meo Dunozetto.

Nec obstare videbatur, quòd dicta declaratio uti facta ex intervallo non potuerit præjudicare Carolo, cui fuerat jus quæsitum ex instrumento dotali, Peregrin. *cons.* 80. *num.* 7. cum aliis allegatis.

Quia cum illa patefaciat veritatem rei ab initio gestæ, ac sit verisimilis, & roborati pluribus adminiculis suadentibus dictam dotem fuisse scutor. 14000. auri tantùm videtur attendenda in præjudicium D. Caroli quamvis facta intervallo Grivell. *decis.* 48. *num* 11. & *seqq.* quem sequitur in his terminis Fontanella *de pact. nupt. claus.* 7. *num.* 3. *part.* 12. *n.* 61. Surd. *decis.* 55. *num.* 3. & *per tot.*. Rota *decis.* 496. *num.* 1. *part.* 1. *divers.* & in Tudertina Societatis 21. Junii 1638. coram me.

Verisimilitudo hic autem est, quia res gesta fuit à parentibus, quos non est præsumendum voluisse præjudicare filiis; pro adminiculis verò concurrunt quantitas notabilis scutor. 2000. auri, qualitas personæ D. Joannis Baptistæ viri maximè prudentis, qui non passus fuisset dotem diminui, si verè fuisset scutorum 16000. ne aliàs videretur temerè voluisse jactare suum, geminatio prædictæ declarationis, nam priùs emanavit memediante apochâ, & postea in instrumento quietantiæ totius dotis fuit ratificata, & similis constitutio dotis scutorum 14000. auri facta per Octavium aliis filiabus, quæ juncta causa simulandi videlicèt, ut matrimonium honorificentius appareret sufficienter videbantur probare simulationem ex benè deductis, in his terminis in Maceraten. Census 25. Februarii præteriti coram R. P. D. meo Royas.

Nec adversari dicebatur, quòd Octavius in precibus porrectis Sanctissimo pro derogatione Constitutionis Sixti super excessivis dotibus, narraverit Dotem D. Aureliæ esse scutorum 16000. auri, quia † hujusmodi preces uti factæ in consequentiam promissionis dotis in summa scutor. 16000. retinent qualitatem ejusdem simulationis, adeo ut eodem modo quo promissio facta instrumento detegitur simulata, † sic etiam dicatur narrativa facta in dictis precibus, ex deductis per Farin. *de falsit. & simulat. quæst.* 162. *num.* 32. Rot. in dict. Maceraten. census coram R. P. D. meo Royas, §. *nec conjectura.*

Et ita parte utraque, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Salviani.

Veneris 15. *Januarii* 1646.

ARGUMENTUM.

Immissio vigore Salviani in vanum datur stante defectu crediti, & hypothecæ, & quando dicatur illud adesse. Et aliqua habes circa præsumptionem *leg. Quintus ff. de don. inter vir. & uxor.* Vidua sumens tutelam filiorum sine debitis solemnitatibus, an transiens ad secunda vota teneatur postulare tutorem filii apud judicem.

SUMMARIUM.

1 *Ægidiana non intrat stante injustitia sententiæ.*
2 *Immissio in judicio Salviani stante defectu crediti, & hypothecæ perperam datur.*
3 *Bona mulieris præsumuntur esse mariti, ad hoc ut in dubio excludatur præsumptio turpis quæstus.*
4 *Sententia lata conta tertium possessorem, eo non citato illi non officit.*
5 *Præsumptio* l. quintus ff. de donat. inter vir. & uxor. *cujus favore intret.*
6 *Dec. opinio* in cons. 137. *refutatur.*
7 *Præsumptio* l. quintus *an intret in judicio possessorio.*
8 *Paupertas alicujus ex quibus probetur.*
9 *Bona præsumuntur uxoris, & non viri, quando mulier præstitit consensum in alienatione eorum.*
10 *Hypothecæ cessatio quando legitimè fieri possit per mulierem.*
11 *Mulieri dos restitui debet, si ipsa sibi eam constituit.*
12 *Hypotheca tacita legalis regulariter pro dotis restitutione contrahi solet in bonis mariti.*
13 *Mater dum legitimè non suscepit tutelam filiorum, an transiens ad secunda vota teneatur illam dimittere.*
14 & 15. *Mater dum non servatis juris solemnitatibus administravit bona filiorum non censetur administrasse.*
16 *Facto alterius nemo debet prægravari.*
17 *Lex non debet ultra casum extendi.*
18 *Mulier illa non debet esse prioris conditionis, quæ servato juris ordine filiorum tutelam suscepit, quam illa, quæ de facto administravit.*
19 *Hypotheca non admittitur nisi in casibus à jure expressis, amplia*, num. 20.
21 *Matris obligatio fortior est, dum legitimè tutelam suscepit, ac expresse spopondit Judici non nubere, quàm illa alterius matris, quæ de facto administravit.*
22 *Mater quæ legitimè suscepit tutelam filiorum antequam transeat ad secunda vota, rationem reddere, & reliquatum solvere tenetur.*
23 *Promittens aliquid non facere, fortiùs id tenetur servare, quam ille qui non promisit.*

DECISIO CLVIII.

IMmissionem obtinuerant in judicio Salviani ab A. C. fratres de Ciambrottis super Vineâ per Parisanum professa, quam antea in bonis Sanctii secundi viri Dignameritæ matris extitisse probaverant, & onere affectam hypothecæ contendebant ex generali obligatione bonorum ejusdem Sanctii contracta pro restitutione dotis consistentis in pluribus jocalibus, ac mobilibus pretiosis, quorum illa nullam rationem reddiderat post administratam filiorum tutelam, à quâ sententia interposita per eundem Parisanum appellatione juxta rescriptum commissionis, proposui dubium, an sit locus Ægidianæ, & Domini negativè responderunt ob justitiam sententiæ, quæ † ejus constitutionis effectum impedit, ut in dictâ constitutione sancitur inter alias impressas *lib.* 6. *cap.* 2. & advertit Menoch. *de adipisc. remed* 4. *num.* 450. Rota coram Mantic. *dec.* 33. *num.* 2. & coram Gregorio *decis.* 491. *num.* 5. *& in decis.* 221. *n.* 7. *part.* 4. *recent.* & deducitur ex defectu * crediti, & hypothecæ, sine quibus corruit immissio in judicio Salviani decreta, *l.* 1. *ff. de Salvian.* Cont. *in l. un. C. de moment. possess. limit.* 14. *n.* 11.

1

2

Aretin.

Aretin. *in §. item Serviana. n.* 31. *inſtit. de action.* Menoch *de adipiſc. remed.* 3. *n.* 163. cum aliis per Honded. *conſ.* 17. *n.* 1. & 13. Rota coram Seraphino, *deciſ.* 1290. *num.* 5. & *d.* 775. *num.* 1. *part.* 5. *recent.*

Et licèt prædictum creditum deducerent iidem Cambrotti ex ſententiâ ab eodem A. C. ſuper ejus veritate obtenta contra matrem, ob plura jocalia, ac pretioſa mobilia Sanctio ſecundo marito tradita in dotem, quæ
3 † tanquam in domo Dominici primi viri reperta ejuſdem fuiſſe cenſetur, ad evitandam turpis quæſtûs præſumptionem juxta *l. Quintus Mutius de donat. inter vir. l. etiam C. eod.* ubi gloſſ. *in verbo merita, & in l. cùm oporteat. C. de bon. quæ liber.* ubi gloſſ. *ver. ejus ſubſtantiæ.* & Bald. *num.* 12. Alciat. *de præſ. reg.* 3. *præſumpt.* 26. *num.* 1. Mareſc. *variar. lib.* 2. *c.* 82. *nu.* 1. Non tamen viſa fuit eadem ſententia juſtificare præ-
4 dictum creditum contra Pariſanum † terrium poſſeſſorem in eo judicio non citatum, *l. ſcp. ff. de re jud. & cap. quamvis eod. tit. & in l. ſi unus § ante omnia ff. de pactis*, & notant ubique DD. Bart. *in l. ſi ſuperatus n.* 1. *ff. de vig.* Covar. *pract. quæſt. cap.* 16. *num.* 1. Surd. *deciſ.* 256. *num.* 4. Contra quam tan-
5 quam extraneum, nec † militat ea legis præſumptio ſolum inducta contra uxorem favore mariti, & illius hæredem, ut notant Bald. *in l. ſi uxorem ſuam, C. de cond. inſert. num.* 8. Alex. *in l. qui jure n.* 8. *ff. de acq. poſſ. & in conſ.* 101. *num.* 3. *lib.* 7. Et reprobata opinione Dec. *conſ.* 237. tradit Rim. jun. *in §. primo inſt.*
6 *per quas perſ. nub. acquir. num.* 202. Burſatt. *conſ.* 109. *num.* 23. Mareſ. *var. lib.* 2. *cap.* 82. *num.* 7. Maximè
7 in hoc judicio poſſeſſorio, † in quo illa non admittitur, ut notat idem Bald. *in d. l. uxorem C. de cond. inſert. n.* 8. Gabr. *de præſ. concl.* 16. *n.* 2. quos ſecuta fuit Rota *deciſ.* 209. *n.* 7. *part.* 2. *diverſ.* & dum concurrit paupertas Dominici primi viri, quem ex teſtium diſpoſitione conſtat ex modico Extractiſtæ lucro ſibi victum comparâſſe, & ad uxoris domum poſt contractum ma-
8 trimonium fuiſſe † traductum, quia proprià carebat, & hanc habitationis indigentiam ad excludendam præſumptionem, *d. leges.* ponderat Salic *in d. l. ab maritorum, nu.* 4. *C. de uxor. pro marito*, Socc. ſen. *conſ.* 128. *num.* 2. *verſ. pro hoc accedat, vol.* 1. Aym. *conſ.* 61. *num.* 7. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 51. *n.* 4. Gabr. *eod. tit. concl.* 15. *num.* 23.

Expreſſæ defectus hypothecæ oſtenditur in hâc Vineâ, tum ex conſenſu ſolemniter præſtito per Dignameritam, dum eam Sanctus alienavit ut ſancitum eſt *in l. jubemus, Cod. ad Velleian. & in unica, §. & cum lex, verſ. licet enim, C. de rei uxor. action.* Petr. Bart.
9 *in l.* 1. 5. *part. num.* 59. *ff. ſolut. matrim.* Ant. Fabr. *in Cod. tit. ad Senat. C. Velleian. deciſ.* 15. *in princ.* Neguſ. *de pign.* 4. *memb.* 4. *n.* 84. *ad med. & n.* 88. Rota coram Gregor. *deciſ.* 76. *n.* 7. & coram Rever. Urgellen. *deci.* 141. *num.* 5. Tum etiam ex tranſactione per eamdem inita cum Pariſano poſt obitum Sanctii, in qua venditionem Vineæ iterum approbavit, & caſſationi hypothecæ conſenſu, quæ caſſatio legitimè fieri potuit
10 ab eâdem Dignamerità † etiam in præjudicium crediti filiorum antequam per denunciationem interdicta fuiſſet, ut probat *l.* 3. *de nov. & l. nomen. Cod. quæ res pign. oblig poſſ.* ubi poſt. gloſſ. *in verb. certus*, tradit Cyn. *n.* 1. Bart. *num.* 2. & 5. Albert. *n.* 5. Megus *de pign.* 3. *mem.* 3. *part. num.* 26. Pacific. *de Salvian. in ſpecl.* 3. *cap.* 2. *n.* 206. Rota *deciſ.* 364. *n.* 6. *p.* 4. *recent.* Et non obſtante ſtipulatione pro reſtitutione dotis alternativè conceptâ ad ſui favorem vel ejus cui de jure,
11 dum ex juris diſpoſitione † prius ipſi mulieri dos reſtitui debet, quæ ſibi dotem conſtituerat, & alternativè ſe poſuerit in primâ parte ſtipulationis, ut notant DD. *in l. Caius, ff. ſolut. matrim.* & ibi Bart. & Cæſtrenſ. *num.* 5. Rom. *n.* 19 & 24. Gomeſ. *ad l. Tauri* 51. 52. & 53. *n.* 28. *in fin.* Surd. *conſ.* 226. *n.* 25. Bald. *nov. de dot. privi.* 28. *n.* 2. Macerat. *var. lib.* 2. *reſolut.* 59. *caſu* 26.

Neque concurrit tacita legalis, quæ regulariter pro dotis reſtitutione contrahi † ſolet in bonis ſecundi viri, 12
quoties mater ad ſecundas convolat nuptias ante poſtulatum a Judice tutorem filiis, eiſque redditam adminiſtrationis rationem juxta *l.* 2. *§. ne ſit facilis, Cod. qu. mul. tut offic. fung. poſſ. & in §. ſi autem tutela.* Auth. *de nupt.* & advertit Neguſ. *de pignorib.* 2. *part. membr.* 4. *numero* 156. Pacific. *de Salvian. inſpect.* 3. *cap.* 4. *n.* 500. Gabril. *de ſecundis nuptiis, concluſ.* 9. *n.* 4. & 6.

Quia ipſa Dignamerita filiorum † tutelam legitimè 13
non ſuſceperat, prout ad hunc effectum expreſſè requirit *l. ſi mater; C. in quib. cauſ. pign. vel hypoth. tac. contr. & d. l.* 2. *Cod qu. mul. tut. offic. fung. poſſ.* & voluit Bald. *in l. cum oportet, §. ult. n.* 4. *verſ. modo incidenter, Cod. de bon. liber.* Dec. *conſ.* 591. *num.* 1. Surd. *conſ.* 460. *n.* 7. Urſil. ad Aſſlict. *dec.* 75. *n.* 3. Gabr. *de ſecund. nupt. concluſ.* 9. *n.* 27. Montan. *de tut. cap.* 15. *n.* 98. Mant. *de tac. lib.* 11. *tit.* 16. *num.* 5. ubi licèt *n.* 4. in bonis matris legalem hanc hypothecam conſtituat, eam tamen negat in bonis ſecundi viri. Dum enim † mater non ſer atis juris ſolemnibus ad- 14
miniſtravit, non cenſetur adminiſtraſſe, ut tradit Martha *de ſucceſſione legati part.* 2. *quæſt* 4. *art.* 4. *ſub num.* 13. *verſ. quamobrem.* Fachineus *conſ.* 66. *num.* 25. *circa finem lib.* 1. Rota *deciſ.* 543. *num.* 4. *part.* 3. *diverſ.* & coram Put. *deciſ.* 141. *num.* 1. *lib.* 1. Prout adminiſtrare debuiſſet, ut privignis tacitè † hypothe- 15
cata ſint bona ſecundi viri, ut voluit Gutierr. de *tutelis, part.* 1. *cap.* 9. *num.* 30. Bologn. *in l. penult. C. in quibus caſibus pignus, vel hyp. contrah. in prima interpr.* Boër. *in conſuetudines Bituricenſes de jure perſonarum §. ult. col.* 2. Bacl. *de decim. cap.* 7. *num.* 17. *verſ. ſic licet.*

Alia à DD. prædictis adducitur ratio, quod obligatio mariti propter uxoris debita à jure communi exorbitat, ex cujus diſpoſitione nemo † alterius facta de- 16
bet prægravari, ut *in l. ſi quis in ſuo §. legis autem C. de inofficioſo teſtam. l. crimen. ff. de pœnis l. ſancimus C. eod.* & improbatur, *in tot. tit. ff. ne uxor. pro marito conveniatur*, nec ideo extendi debet ultra expreſſum caſum legis, videlicet ſi mulier tutelam legatione ſuſcepit, † ſicut nec etiam extenditur privatio ſucceſſio- 17
nis contra matrem tutricem inducta, ſi illa ſolum pro tutricis officio fungatur. *ult. C. de interd. matr.* Bald. *in l. omnem num.* 9. *C. ad Cen. conſ. Tertull.* Beil. jun. *conſ.* 110. *num.* 19. & reprobata contraria opinione Caſtr. latè proſequitur Surd. *conſ.* 175. *n.* 38. & 39.

Et licet ab hac opinione diſſentiant Joan. de Garron. *in auth. eiſdem n.* 9. *C. de* 2. *nupt.* Brun. *de form. limit.* 15. *verſ. & mulier.* Adden. ad Dec. *d. conſ.* 591. *lit.* A. Caſtr. *conſ.* 154. *n.* 2. Trentacinq. *var. lib.* 2. *tit. de arb. reſol.* 2. *n.* 20. *verſ. ego concurro*, ex ea po- 18
tiſſimum ratione quod melioris conditionis eſſe non † debeat mulier, quæ ſervato juris ordine tutelam aſſumpſit, quàm quæ de facto adminiſtravit. Hæc tamen ratio non viſa fuit vigere in hypotheca legali, quæ non admittitur niſi in caſibus † in jure expreſſis, notat 19
gloſſ. *in l.* 2. *in fin. ff. de privil. credit.* Ripa *in l.* 4. *§. ſi quis cum tutor, n.* 9. poſt Bart. *n.* 9. *ff. eod.* Aym. *conſ.* 69. *n.* 2. Pacific. *de Salvian. inſp.* 3. *cap.* 4. *num.* 55. Surd. *deciſ.* 31. *nu.* 9. præſertim * in præjudicium 20
viri, qui ex facta uxoris convenitur, ut reſpondet Dec. *conſ.* 595. *n.* 5. & 6. aliique prioris ſententiæ ſectatores.

Diverſitatem præterea inter utrumque caſum ponderat Bald. *in d. l. cum oporteat §. ult. n.* 4. *ff. de bon. quæ liber.* quia † fortior eſt obligatio matris, quæ tute- 21
lam legitimè aſſumpſit, dum expreſsè ſpopondetat Judici non nubere, & ante tranſitum ad ſecunda vota rationem reddere, ac reliquatum reſtituere † ſtatim 22
ac ſibi tutelam decrevit, ea verò quæ de facto adminiſtravit hac obligatione non ſe adſtrinxit, & ideò

tutelam

23 tutelam ſprevit, † nec contra fidem officii ad ſecundas nuptias convolavit, & ſequitur Jo. de Garron. *in dc auth eiſd. n. 9. C. de ſecund. nupt.* Surd. *conſ.* 136. *num.* 98. *in fin.* Pacific. *de ſalvian. d. inſp.* 3. *cap.* 4. *n.* 498. Et ita utraque, &c.

Piſaren. Repetitionis.

Fructuum.

Lunæ 14. *Decembris* 1643.

ARGUMENTUM.

Empta ſi ſit aliqua res, cum pacto ſolvendi fructus recompenſativos per aliquod tempus, ſi appareat fructus taxatos excedere quantitatem fructuum, qui ex ipſa re percipiuntur, tunc exceſſus vel poteſt repeti condictione indebiti, vel computati in ſortem principalem, atque venditori agenti ad pretium, emptor opponere valebit, illud fuiſſe diminutum ex causâ de quâ ſuprà. Remiſſoria facilè conceditur ſuper omnibus articulis, data relevantia unius articuli, & maximè ſi ſimus in prophanis.

SUMMARIUM.

1 *Remiſſoria ſine dubio conceditur, quando materia articulata eſt relevans.*

2 *Emptor non tenetur ultra quantitatem perceptam ſolvere venditori fructus recompenſativos.*

3 *Emptor ſi ſolvat venditori fructus recompenſativos ultra quantitatem perceptam, an exceſſus vadat in ſortem.*

4 *Solutionem factam in cauſam debitam lex interpretatur in cauſam debitam.*

5 *Condictio indebiti ſemper habet locum in repetitione uſurarum.*
Quæ concluſio procedit, ſive ſolutio ſit facta ſcienter, ſive ignoranter.

6 *In uſurarum ſolutione præſumitur in ſolvente coacta voluntas, ne ſcilicet aſtringatur ad ſolutionem petit principalis.*

7 *Venditori agenti ad ſolutionem pretii rei venditæ poterit opponi diminutio ſortis, ſi emptor ſolverit fructus recompenſativos ultra debitum.*

8 *Conventio fructuum recompenſativorum ad rationem ſeptem pro centenario, quando poſſit eſſe licita.*

9 & 10. *De conventionis exceſſu quoties conſtat, toties ea redditur illicita.*

11 *Exceptio illiquidæ non poteſt impedire executionem obligationis cameralis.*
Gratian. diſcept. forenſ. 864. num. 19. *in quo caſu loquatur, ibid.*

12 *Remiſſoria ſuper omnibus articulis conceditur ſtante relevantiâ unius articuli.*

13 *Remiſſoria datur in materiâ prophanâ in qualibet inſtantiâ, etiam ſine ſumo.*

14 *Remiſſoria non conceditur quando materia articulata tendit ad probandum delictum, & quando id non ſit verum.*

15 *Fructus bonorum ſtabilium non præſumuntur excedere quinque pro centenario.*

16 *Manutentio non poteſt denegari exiſtenti in poſſeſſione.*

17 *Manutentio, quod uni concedatur, alteri verò remiſſio, Rota paſſim ſervat, & tunc.*
Remiſſoria conceditur ſine retardatione executionis. ib.

18 *Juriſdictionis defectus quando perperam opponitur.*

19 *Computatio legalis fructuum in ſortem, ipſo jure extenuat ſortem.*

20 *Compenſatio opponi poteſt etiam in ſecundâ inſtantiâ, imò etiam poſt rem judicatam.*

DECISIO CLIX.

MAſtini emerunt à Joan. Maria Cavalca, & Lavinia Cariola conjugibus quædam bona, & pro parte pretii non ſoluti promiſerunt ſolvere fructus recompenſativos ad rationem 7. pro quolibet centenario, & anno; Independentes nunc Maſtini probare fructus ab ipſis ſolutos exceſſiſſe perceptos in dictis bonis inſteterunt pro remiſſoriâ, quam Domini concedendam eſſe dixerunt.

Nam pactum ſolvendi fructus recompenſativos ad ſummam ſcut. 7. pro centenario non controvertitur inter partes, & conſtat ex inſtrumento venditionis, ſumm. illorum de Cavalchis *num.* 1. de relevantia materiæ † articulatæ non videtur dubitari poſſe, quia ſi 1
probabitur fructus perceptos, & qui percipi potuerunt non aſcendere ad ſummam conventam, non ſubſtinebitur pactum prædictum, nam emptor non tenetur ultra quantitatem perceptam † ſolvere venditori fructus 2
recompenſativos. Alex. *conſ.* 69. *n.* 4. *lib.* 1. Crav. *conſil.* 105. *n.* 1. Cephal. *conſ.* 290. *n.* 14. Gratian. *diſcep.* 716. *n.* 1. Rota coram Greg. XV. *deciſ.* 347. *n.* 4. *& ſeq.*

Si verò dictos fructus ſolverit, † ſtatim miniſterio 3
legis imputantur in cauſam, ſortis, *l. ſi non ſortem* 26. *in princ.* & ibi Bart. *num.* 4. *ff. de condict. indeb. l. & poſt rem judicatam* 7. §. 1. *verſ. ſi tamen. ff. de tranſact.* Surd. *dec.* 328. *n.* 14. & 17. quamvis expreſsè fuiſſent ſoluti in cauſam fructuum, quia ſolutionem factam ex 4
causâ indebitâ lex interpretatur in cauſam verè debitam Roman. *conſ.* 238. *n.* 1. quem ſequitur Caſtill. *dec.* 99. *num.* 1. Viv. *dec.* 373. *n.* 1. Joan. Franc. Ant. Coſta *conſil.* 73. *num.* 58. Rota in Romana Cambii 7. Febr. 1642. cor. R. P. D. meo Bichio.

Unde vel repeti poſſunt condictione indebiti, quæ ſemper † locum habet in uſuris, ſive ſcienter, ſive 5
ignoranter fuerint ſolutæ, quia in omnem caſum præſumitur † in ſolvente coacta voluntas, ne videlicet 6
aſtringatur ad ſolutionem ſortis principalis, Bart. *in d. l. ſi non ſortem* 26. §. *ſi quis falſa ff. de condict. indeb.* Menoch. *conſil.* 300. *num.* 13. Rimin. jun. *conſil.* 399. *num.* 70. Rota *deciſ.* 301. *n.* 29. *& ſeq. part.* 5. *recent.* & in Avenion. pecuniaria 10. Febr. 1640. coram R. P. D. meo Bichio; Sive per viam imputationis in ſortem † adeò ut creditori agenti ad ſortem opponi poſſit 7
eam eſſe diminutam; quatenus ſolutum fuerit ultra quantitatem fructuum verè debitam, ut in dicta Romana Cambii *ſuprà* allegatâ.

Neque obſtat quod in caſu noſtro adſit expreſſa mentio fructuum recompenſativorum ad rationem ſeptem pro centenario, quæ † licita eſt, tanquam ſit 8
quædam tranſactio inſpecto futuro eventu, ut tollatur difficultas probationis, Gratian. *diſcept.* 864. *n.* 19. Quia quoties † conſtat de exceſſu conventionis ea red- 9
ditur illicita, Aymon. *conſ.* 189. *n.* 5. *& ſeqq.* Sylvan. *conſ.* 10. *num.* 46. *& ſeqq.* Rimin. jun. *conſ.* 218. *n.* 86. *& ſeqq.* Burſatt. *conſ* 320. *n.* 53. Sicut è converſo licita redderetur, ſi ex probationibus faciendis probaretur correſpondens † fructibus. Cagn. *in l. curabit* 5. *n.* 58. 10
C. de act. empt. Dec. *conſ.* 39. *num.* 5. Burſat. *d. conſ.* 320. *n.* 54. Surd. *conſ.* 485. *ſub n.* 6. Donec itaque probationes fiant, eſto quòd non poſſet per exceptiones † exceſſus tanquam adhuc illiquidi re- 11
tardari executio obligationis cameralis, in quibus terminis loquitur Gratian. *de diſcep.* 864. *n.* 19. totum tamen revocabitur factis probationibus juxtà prædicta.

Datâ autem relevantiâ unius articuli circà exceſſum conventionis † concedenda eſt remiſſoria ſuper omni- 12
bus. Mant. *deciſ.* 312. *n.* 1. *& ſeqq.* Coccin. *deciſ.* 149. *n.* 3. Greg. *deciſ.* 403. *in fin.* Caval. *deciſ.* 289. *n.* 2. Burat. *dec.* 246. *n.* 10. Dura. *dec.* 61. *n.* 8. *in recent. deciſ.* 661. *n.* 4. *p.* 2. *& dec.*

et dec. 212. *n.* 3. *p.* 6. Maximè in materiâ prophanâ,
13 * in qua datur remissoria in quàlibet instantiâ, etiam sine fumo. Caputaq. *dec.* 68. *n.* 1. *part.* 3. Coccin. *d. dec.* 149. *num.* 1. Gregor. *d. decis.* 403. *n.* 3. *in recent. decis.* 36. *num.* 1. *et seq. part.* 3. *et decis.* 266. *n.* 1. *part.* 6.

Non obstat quòd materia articulata tendat ad probandam usurariam pravitatem, quia cùm principaliter
14 * non petatur remissoria ad probandum crimen, sed quòd fructus rei venditæ non ascendunt ad valorem taxatum, non potest ex isto capite denegari remissoria, Felin. *in cap. cum causam* 37. *n.* 23. *de testib.* Socin. jun. *cons.* 60. *n.* 13. *lib.* 2. Menoch. *de recup. remed.* 15. *n.* 361. Maximè accedente fumo, pro quo sufficit
15 verisimilitudo, quæ consistit in eo quòd * fructus stabilium præsumuntur non excedere quinque pro centenario. *gloss. in auth. perpetua verb. pensio ista C. de sacros. Eccles.* quam Rota sequitur, ut coram Gregor. *decis.* 553. *num.* 8. *et in recent. decis.* 448. *num.* 3. *part.* 2. *et decis.* 135. *num.* 18. *part.* 6. *et decis.* 94. *num.* 56. *part.* 7.

Ad illud verò objectum, quòd si concedatur remis-
16 soria Mastinis, * videatur controverti manutentio, quæ illis de Cavalca denegari non potest ob possessionem, in qua reperiuntur exigendi istos fructus quolibet anno juxta conventionem ab initio inter ipsos
17 initam, fuit responsum, * quòd Rota passim servat, ut uni concedatur manutentio, alteri verò remissoria, quæ datur sine retardatione executionis, Seraph. *decis.* 294. *num.* 1. *et* 2. Caval. *decis.* 610. *n.* 2. *in recent. decis.* 142. *num.* 10. *part.* 7.

Minùs relevat defectus jurisdictionis, quia emptor
18 non egit judicio condictionis indebiti, sed cùm * in prima instantia fuerit condemnatus ad restitutionem sortis, vult in secunda instantiâ revocari, aut reforma-
19 ri hanc condemnationem imputando in sortem * fructus excessivè, et indebitè solutos, vel per viam imputationis legalis, quæ ipso jure sortem extenuat ex suprà allegatis, vel per viam compensationis, quæ opponi potest etiam in secundâ instantiâ, imò et post rem judicatam, *l.* 2. *et ibi DD. Cod. de compens.* Afflict. *dec.* 121. *num.* 3. Surd. *decis.* 191. *num.* 7.
20 Rim. jun. *consil.* 451. *num.* 37. Gratian. *discept.* 660. *num.* 29. Ciriac. *controv.* 224. *num.* 6. et Rota coram Gregor. *decis.* 342. *num.* 2.

Et ita utràque, etc.

Maceraten. Salviani.

Mercurii 27. *Junii* 1646.

ARGUMENTUM.

Immissio in Salviano conceditur, constito de credito cum hypothecâ, concessione debitoris de tempore contractæ obligationis, vel post, et possessione Rei conventi de tempore motæ litis, eaque immissio competit hæredi, sicut competebat ejus Authori. Census dicitur extinctus per actum retrosimilem, dum fuit retrovenditus pretio.

SUMMARIUM.

1 *In Salviani judicio creditum cum hypotheca justificari debet.*
2 *Et probari debet possessio rei controversæ, quoad debitorem, de tempore contractæ obligationis.*
3 *Possessio rei conventi in judicio Salviani probari potest ex litis sustentatione, junctis adminiculis.*
4 *Immissio in Salviano conceditur, constito de credito cum hypotheca, possessione debitoris de tempore contractæ obligationis, et possessione recenti rei conventi.*
Hæredi competit immissio, quæ competebat ejus authori. ibid.
5 *Crediti anterioris exceptio frustra allegatur contra creditum posterius, si illud appareat satisfactum.*
6 *Cessio censûs aliud est, et aliud retrovenditio, et extinctio.*
7 *Census quando retrovenditur pro eodem pretio, cùm interveniat actus retrosimilis, censetur extinctus.*

DECISIO CLX.

PRonunciavit A. C. per sententiam definitivam vigore Salviani interdicti dandam esse immissionem Ludovico de Ulyssis Hieronymi filio possessionem bonorum, de quibus agitur, solutis priùs per ipsum scutis 688. monetæ Franciscæ Cotæ Guidonæ pro credito competente Laurentio ejus viro, quam sententiam hodie in gradu appellationis Domini confirmarunt.

Constat enim de extremis in hoc judicio Salviani requisitis, nam creditum * cum hypothecâ Ludovici 1
Filii, et hæredis Hieronymi de Ulyssis justificatur ex publico instrumento impositionis, et venditionis censûs, de quo agitur factæ per Hieronymum de Guidonibus Cæsari Pellicano de anno 1590. 8. Januarii, *summario* Ludovici *num.* 1. Qui census postea venditus fuit præfato Hieronymo de Ulyssis Patri ejusdem Ludovici de anno 1577. 10. Octobris, *eodem Sum. num.* 2. Quod verò Hieronymus de Guidonibus de tempore impositionis censûs * possederit bona super quibus 2
concessa fuit immissio Ludovico apparet ex testibus datis *in Sum. n.* 5. Ex aliis verè ibidem relatis *num.* 6. probatur eadem bona nunc possideri per Franciscam eam conventam, * de cujus etiam possessione constat 3
ex ipsa litis sustentatione, quæ junctis adminiculis probat possessionem, Rota coram Cæsar. de Grass. *decis.* 4. *num.* 2. *restitut. spoliat. et dec.* 3. *part.* 5. *recent.* et in Romana Salviani 15. Junii 1643. et 4. Martii 1644. coram R. P. D. meo Verospio. His autem concurrentibus rectè * concessa fuit immissio Ludovi- 4
co, qui est hæres Hieronymi de Ulyssis, et Dominus dicti Censûs, Alexand. *cons.* 185. *num.* 4. *lib.* 6. Socin. Sen. *cons.* 112. *n.* 6. *lib.* 4. Roland. *cons.* 14. *num.* 73. *lib.* 1. *vers. secundo quæritur.* Afflict. *decis.* 583. *n.* 4. Rota coram S. M. Gregor. *decis.* 491. *num.* 6. *et in recent. decis.* 294. *num.* 3. *et decis.* 307. *num.* 4. *part.* 1. *et dec.* 308. *n.* 1. *et seq. part.* 5. *rec.*

Nec prædicta immissio retardari debet propter exceptionem retentionis per Franciscam oppositam ratione crediti anterioris competentis Laurentio de Guidonibus. Quia cùm idem Laurentius jam fuerit consecutus scuta 512. causam dicti crediti ut *in Summar. n.* 7. et pro residuo ejusdem crediti Aud. Cam. mandaverit eidem solvi scuta 688. Antequam Ludovicus consequatur possessionem, ut legitur in sententiâ, *Summar. num.* 4. Utique * exceptio hujus crediti anterio- 5
ris, quod ex prædictis remanet satisfactum, non potest impedire immissionem Ludovici posterioris creditoris juxta *l. et quæst.* 15. §. *qui res suas ff. de pign.* Ronchegall. *in lege eadem* 9. *sub num.* 282. *vers. si vero ff. de duobus reis.* Statil. *de Salvian. interd. inspect.* 3. *capit.* 2. *num.* 438.

Miùus obstat prætensa retentio, seu compensatio ratione alterius censûs per Hieronymum Pellicanum super ejus bonis impositi ante factam cessionem Hieronymo de Ulyssis ad favorem illorum de Angelellis à quibus deinde cessum fuisse prætenditur Hieronymo: quia * ista non fuit cessio, sed retrovenditio et extinctio, 6
ut apparet ex instrumento inter eos celebrato de anno 1640. 4. Decembris *Summario num.* 8. quo mediante census non fuit simpliciter cessus, * sed retro- 7
ven-

venditas, pro eodemmet pretio, ideòque dum actus retrosimilis intercessit, census extinctus censetur, Rota post Modern. *de cens. decis.* 369. *et* 396. *Utrobique num.* 1. Giurba *decis.* 24. *n.* 11.

Fuit itaque resolutum, sententiam A. C. esse confirmandam, Ludovico tantùm de Ulissis informante, citatâ tamen alterâ parte.

Viterbien. redditionis Rationis.

Veneris 13. *Maii* 1644.

ARGUMENTUM.

Administrator si reportaverit generalem quietantiam omnium administratorum in vim rationum redditarum, non potest iterum cogi ad eas reddendas, cùm in dubio censeantur benè et validè redditæ, et sic sine errore et dolo, et quatenùs pars instaret, ut ad id cogeretur, teneretur ipse petens priùs, probare dolum certum, clarum, et evidentem, cùm habeat contra se præsumptionem Juris.

SUMMARIUM.

1 *Ratio semel reddita amplius reddi non potest.*
2 *Quietantiæ duæ, quando reperiuntur circa redditionem rationis, tunc eò minùs quis potest cogi ad eam denuò reddendam.*
3 *Revisioni computorum judicialiter petitæ renunciari potest cum juramento.*
4 *Renuntiatio revisionis computorum redditur nulla, si renuncians sit minor 25. annorum.*
5 *Statutum Urbis* lib. 1. cap 47. *disponit, quòd completo vigesimo anno, minor habeatur pro majori.*
6 *Statuta Urbis habent locum in toto districtu, non existente alio statuto particulari.*
7 *Quietantiæ redditionum rationum habent statutum validitatis, donec non datur de earum invaliditate.*
8 *Dolus in dubio non præsumitur.*
9 *Ad rationes iterum reddendas, ut quis cogi possit, debet constare de dolo certo et evidenti.*
10 *Ad rationes reddendas tunc iterum quis cogi poterit, dum non tantùm constat de dolo certo et evidenti.*
11 *In Rationum redditione, quando censeatur sublatus omnis error, et quæcumque suspicio falsitatis.*

DECISIO CLXI.

POstquam Ascanius Collemodius dispunctis omnibus debitis, et creditis tutelaribus, quietavit in ampla formâ, et sub duplici juramento Capitaneum Terentium Collemodium suum in pupillari ætate tutorem, iterum institit coram A. C. et obtinuit mandatum pro novâ redditione rationis, à quo cùm appellasset Capitaneus Terentius et casus fuisset mihi commissus cum clausula *si quid exequendum*, et fuit per Dominos negativè responsum; Quia cùm Capitaneus Terentius reportaverit ab Ascanio nepote generalem quietantiam omnium administratorum in vim tutelæ susceptæ de
1 anno 1623. intrat regula, quòd amplius non veniat cogendus ad reddendam rationem, dum ratio semel reddita fuit *l. semel* 2. *C. de apoch. public.* Joan. Menoch. *in cap. unico, num.* 9. *de Cleric. ægrot. lib.* 6. *et ibid. Archidiac. num.* 11. Joan. Andr. *n.* 3. Rota *decis.* 185. *n.* 1. *part.* 2. *et decis.* 256. *n.* 4. *part.* 4. *recent.* Gregor. *decis.* 536. 2. cum aliis relatis in Romana computorum 23. Januarii 1640. coram R. P. D. meo Cerro, §. *ex quibus.*

Quod eò magis procedit, quia * in casu proposito 2
sunt datæ quietantiæ, et in secunda quietantia ratificatur prima, et renunciatur cum juramento revisioni computorum * judicialiter petitæ, cui renunciari po- 3
test, ut ex *l. Lucius* 13. *in fine ff. de liber. legat.* Thesaur. *decis.* 260. *n.* 7. *et seqq.* Rota in d. Romana computorum 23. Jan. et 20. Aprilis 1640. coram R. P. D. meo Cerro.

Neque talis renunciatio redargui potest de nullitate ob defectum solemnitatum * statuti urbis lib. 1. *c.* 4
151. quia Ascanius de tempore renunciationis esset minor, nam existente Civitate Vetula intra districtum urbis * intrat statutum 47. disponens, quòd completo 20. anno minor habeatur pro majore, sta- 5
tutum enim urbis habet locum in toto districtu, non 6
existente alio statuto particulari Bartol. *in l.* 1. *num.* 41. *C. quæ sit longa consuet.* Rota coram Greg. *decis.* 269. *num.* 2. et in Sabinen. seu Farsen. fideicomm. 2. Martii 1640. coram R. P. D. meo Bichio, et Terracinen. fideicommissi 14. Dec. 1643. coram me §. *addebant insuper.* Et in omnem partem, quia Ascanius * 7
hodie non dat de nullitate secundæ quietantiæ, eo tacente, illa habet statutum validitatis Roland. *cons.* 100. *num.* 71. *lib.* 4. Surd. *dec.* 70. *num.* 23. *et seqq.* Gratian. *discept.* 102. *num.* 15. Rota *dec.* 62. *n.* 19. *et decis.* 119. *num.* 25. *et decis.* 165. *num.* 37. *part.* 7. *recent.*

Minùs dici potest quietantiam esse * dolosam, quia 8
ultra quòd dolus non præsumitur maximè, ut ex illius capite iterum rationes reddendæ sint, quo casu requiritur dolus certus, clarus, et evidens, ut tradunt Menoch. *de arbitr. l.* 2. *casu* 209. *n.* 40. *et cons.* 22. *n.* 20. Escob. *de ratiocin. cap.* 41. *n.* 58. Rota *decis.* 184. *n.* 4. *part.* 5. *recent.* et in Meliten. revisionis computorum 30. Octobris 1595. cor. bon. mem. Card. Pamphilio seniore, quæ est *decis.* 101. *n.* 4. *post* 1. *vol. consil.* Farinac. In hoc autem casu non solùm dolus non probatur, sed evidenter apparet contrarium, quia ex computis factis constat ad manus Terentii pervenisse scuta 314. è converso ipsum erogasse pro pupillis nepotibus scuta 3876. ut *in summ.* 10
num. 3.

Accedit quòd in *Summ.* Terentii *num.* 9. datur declaratio Ascanii, quâ fatetur litem motam coram 11
A. C. pro revisione computorum fuisse calumniosam, eique propterea in ampla formâ cessit, et renunciavit, ex qua etiam declaratione videtur sublatus omnis error, et quæcumque suspicio falsitatis, ad *l. un. C. plus petit.* Roman. *cons.* 391. *num.* 6. Menoch. *cons.* 22. *et cons.* 214. *num.* 40.

Et ita fuit resolutum informante Capitaneo Terentio tantùm, Ascanio pluries citato.

Romana Fideicommissi De Maximis.

Mercurii 20. *Novembr.* 1647.

ARGUMENTUM.

Liquidationis fructuum materia admittit leviores probationes, et in ea superabundat probatio desumpta ex locationibus effectuatis bonorum, quæ fuerunt in lite.

SUMMARIUM.

1 *Lis dicitur mota quoad reum, à die quo monitorium fuit reproductum.*
2 *In liquidationis fructuum materiâ non requiruntur exactæ probationes.*
In liquidationis fructuum materiâ leviores probationes sufficiunt. ibid.

3 *Ex*

3 *Ex locationibus effectuatis resultat certa, et sufficiens probatio pro liquidatione fructuum.*

DECISIO CLXII.

LAtis tribus sententiis conformibus ad favorem Petri, et aliorum de Maximis super immissione in possessionem quatuor partium cum dimidia Casalis nuncupati Bravo, cum condemnatione in fructibus à die motæ litis dubitavi, ad quam summam fructus sint liquidati.

Ut verò rectè procedi posset in calculo peragendo DD. firmârunt, quòd calculus erat inchoandus à die 17. Nov. 1642. quâ fuit reproductum monitorium, ut apparet ex *Summario* Petri *num.* 1. quia tunc dici-
1 tur lis mota, quoad reum, ut dixit Rota in Casalen. Canonicatus 16. Nov. 1609. coram Marcquemont. impress. per Marques. *de commission. part.* 3. *fol.* 76. *num.* 3. Et in Romana divisionis Societatis coram Buratto inter ejus impress. *decis.* 652. *num.* 2. et progredi debet usque ad actualem immissionem, quæ concessa fuit 2. Aprilis 1647. ut *in eodem Summar. nu.* 3.

Visa etiam fuit indubitabilis probatio ad effectum liquidationis hujusmodi quæ resultat ex locationibus factis Petro Zaccono de integro Casali Bravo pro sum-
2 ma annua scutorum 830. Ad hunc enim effectum * non requiruntur probationes exactæ, sed sufficiunt leviores; et proindè cùm locationes prædictæ duraverint toto
3 tempore litis pendentis * sequitur quod ex illis sic effectuatis resultet certa et sufficiens probatio. Rota coram Rev. Urgellen. *decis.* 307. *sub num.* 4. in Neapolitana liquidationis fructuum 21. Junii 1610. coram Lancelloto Marches. *de commission. part.* 1. *fol.* 104. *num.* 3. In Bononien. de Bonsignoribus 16. Febr. 1632. coram Motmanno in Novarien. Decimarum 5. Julii ejusdem anni coram bon. mem. Pirovano, et in Camerinen. Spolii 4. Julii 1646. coram me.

Prædicta verò summa scutorum 830. redacta ad quatuor partes cum dimidia ex duodecim totius Casalis constituit summam scutorum 211. b. 25. singulis annis, quæ pro annis quatuor, et mensibus quatuor cum dimidio ascendit ad summam scutorum 1361. 72. in quâ summâ DD. fructus liquidarunt.

Neque huic liquidationi obstare potest, quòd afflictus non fuerint exacti ab Horatio, et actoribus illius, sed insimul etiam à creditoribus Innocentii Dominici, et Valerii de Maximis.

Quia hodie Petrus et consortes non agunt pro repetitione fructuum, vel afflictuum exactorum, sed solùm pro illorum liquidatione, etiam adversùs prædictos creditores, qua firmata intendunt afflictus exactos repetere proportionabiliter à dictis creditoribus, juxta formam sententiarum, quæ proinde condemnant, nedum Horatium, sed omnes etiam præfatos assertos creditores ad fructuum restitutionem.

Fuerunt itaque fructus liquidati in summâ scutorum 1361. 72. Utràque parte informante, etc.

Firmana Prædii.

Veneris 3. *Junii* 1644.

ARGUMENTUM.

Subhastatio quando est nulla, tunc non discutitur validitas deliberationis. Creditor speciei licèt possit super ea facere executionem absque aliâ liquidatione, tamen secus erit si ipsa species amplius non extet, et in diversa re facienda sit executio, quia tunc requiritur liquidatio. Sententia corruit, quoties lata est ex causa quæ non subsistit. Calculatorum relationi est standum, dum à Judice fuerunt deputati, et ab illorum relatione non fuit appellatum.

SUMMARIUM.

1 *Subhastatio quando dicatur evidenter nulla.*
2 *Creditor speciei potest speciem ipsam vindicare, vel super eâ executionem facere, quatenus extet.*
3 *Si verò species non extat, et super aliâ re fieri velit executio, tunc præcedere debet liquidatio speciei.*
4 *Debitor speciei non extante specie tenetur ad interesse.*
5 *Interesse quando est incertum, tunc omnino requiritur liquidatio.*
6 *Pretia rerum quotidie variantur, non solum ex tempore, sed etiam ex loco, aut ex aliis accidentibus.*
7 *Speciei valor quando omnino sit liquidandus.*
8 *et* 9. *Retentio hypothecæ in spolio datur solùm pro vero credito, quando possessio fuit amissa ob culpam rei conventi, aliàs secus.*
9 *et* 10. *Redintegratio competit quando Judex nulliter procedit.*
Judex nulliter procedens dicitur spoliare.
11 *Manutentio etiam ei competit, qui fuit redintegratus facto Judicis ritè et rectè procedentis.*
12 *et* 13. *Deliberatio ex quibus reddatur invalida.*
14 *De subhastationis invaliditate quando constat, tunc non venit discutienda validitas.*
15 *Calculatoris relationi standum est, quando à Judice ad id fuit deputatus.*
Calculatoris relationi à Judice electi nunc maximè est standum, si ab eâ partes non appellarunt. ibid.
16 *Sententia redintegratoria facit redintegratos veros possessores, et sic sunt manutenendi.*
17 *Sententia corruit, quando causa propter quam fuit lata, devenit ad non causam.*
18 *Sententia si fundetur super suppositis evidenter nullis, ipsa etiam sententia erit injusta.*
19 *Sententia notoriè injusta nunquam transit in rem judicatam.*

DECISIO CLXIII.

OCtavianus Rosellus, et Joannes Angelellus Creditores q. Baptistæ de Matthæucius scutorum 434. pro consequenda manutentione prædii de quo agitur, aut Fundatorum intentionem in subhastatione sequutâ usque de anno 1622. aut in concordia de anno 1627. et neutram suffragari eisdem Rosello, et Angelello, Domini resolverunt, et ideò perstiterunt in decisis coram R. P. D. meo Carillo Præside Vallisoletano sub die 26. Junii præteriti.

Visum enim fuit primum fundamentum decisionis solidissimum, et irrefragabile, nempè nullitas subhastationis, quia cum mandatum ad instantiam Roselli, et Angelelli fuerit relaxatum pro quatuor milliaribus olei, ante executionem, subhastationem, et 1
deliberationem prædii omnino erat necessaria, et præcedere debebat liquidatio pretii ipsiusmet olei, Bald. *in l.* 2. *num.* 7. *et* 8. *C. de execut. rei judic.* Alexand. *cons.* 115. *num.* 10. *lib.* 7. Cravett. *cons.* 231. *num.* 8. *et* 9. Surd. *decis.* 27. *num.* 6. *et seq.* Rota coram Andrea, *decis.* 42. *num.* 4. *in recent. decis.* 330. *num.* 5. *part* 1. In Flaventina hæreditatis coram bon. mem. Manzanedo impress. apud Modern. *de subhast. decis.* 49. *num.* 4. et in terminis similis subhastationis factæ pro frumento, quod erat in obligatione Gregor. *decis.* 485. *n.* 3.

Cujus rei ratio est apertissima, quia licèt verum sit 2

quòd creditor possit speciem ipsam vindicare, vel super eâ executionem facere, si extat *juxta theoric. gloss. in l. qui restituere* 68. *verb. condemnandus*, *ff. de rei vindicat.* attamen si super aliâ re fiat executio, et speciem debitam præstare debitor non possit, tunc omnino necessaria est liquidatio speciei debitæ, quia 4 hoc casu debitor solùm tenetur ad interesse. Bart. *in l. stipulationes* 72. *num.* 38. *ff. de verb. obligat.* Addent. ad Alex. *consil.* 214. *lit. L. lib.* 7. Interesse 5 verò est incertum non liquidato valore, etiamsi sit certa; quia pretia rerum quotidie variantur, non 6 solùm ex tempore, sed etiam ex loco, aut ex aliis circumstantiis, ut est text. *in l. pretia rerum* 63. §. *non nullam*, *ff. ad l. falcid.* Cephal. *cons.* 719. *num.* 14. Cyriac. *contr.* 161. *num.* 15. Greg. *decis.* 101. *n.* 3. et consequenter speciei valor omninò prius liqui- 7 dari debuisset Covar. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 1. *vers. in summa*, Osasc. *decis. Pedem.* 129. *num.* 6. Surd. *decis.* 27. *num.* 4. *et seq.* Rota in Romana domorum in Burgo coram Ubaldo impress. apud eundem Modern. *de subhast. decis.* 70. *num.* 4.

8 Neque hodie Rosellus, et consortes possunt prædium, de quo agitur, retinere pro vero eorum credito, quia hoc procederet si possessio fuisset amissa culpa rei conventi ob ejus contumaciam, ut declarat Alex. *in l.* 3. §. *fin. num.* 27. *et* 28. *ff. de acquir.* 10 *poss.* Secùs verò quando reus comparuit, et se opposuit deliberationi, ut hîc fuit factum per Matthæuccios Gratian. *discept.* 734. *n.* 48. *et* 49. Caval. *dec.* 539. *n.* 10. *et dec.* 543. *n.* 4. Cum aliis relatis in Perusinâ spolii 19. Januarii 1643. coram R. P. D. Meo Royas. Et ideo Matthæucciis competit, non solùm redintegratio, cum Judex nulliter procedens dicatur spoliare, ad *l. memineris* 6. *C. unde ut* Abbas 11 *in cap. cum causa* 22. *in* 4. *notab. de offic. delegat.* Caput. *decis.* 186. *part.* 3. Cesar. de Grass. *dec.* 1. *n.* 4. *tit. de const.* Greg. *dec.* 362. *num.* 4. Cum aliis allegatis in Anconitana Spolii 9. Junii 1610. coram bon. mem. Cardin. Sacrato impress. apud Marches. *tom.* 2. *fol.* 235. *num.* 1. Sed etiam manutentio, quæ competit ei qui fuit redintegratus facto Judicis ritè, et rectè procedentis *l. juste possidet* 11. *ff. de acquir. poss.* Greg. 582. *num.* 2. *in recent. dec.* 173. *n.* 1. *et dec.* 513. *n.* 2. *part.* 2. *et dec.* 305. *n.* 2. *p.* 6. *et dec.* 199. *n.* 1. *p.* 7.

12 Circa secundum, et tertium fundamentum decisionis R. P. D. Carilli, nempe quòd sub unica obla- 13 tione ad deliberationem fuerit deventum, et quòd deliberatio facta fuerit per imaginariam personam licitatoris, Domini hodie nihil firmare voluerunt, et quidquid sit de dictis conclusionibus, præsertim in hoc casu, cessat hodie earum discussio, quia satis apparet de nullitate subhastationis ex supra dictis.

14 Concordia verò anni 1627. Rosello, et Angelello suffragari minimè potest, quia cùm in ea fuerit expressè stabilitum, *Che li sudetti Rosello, Angelello siano obligati, all'hora, quando saranno sodisfatti delli detti scudi* 434. *rilassar libera tutta la detta possessione* (*de qua agitur*) *à detti heredi tanto nel possessorio, quanto nella proprietà*, cùm dicti con- 15 sortes sint satisfacti juxta formam concordiæ ex relatione calculatoris à Judice deputati, cui standum est, præsertim cum ab illa relatione appellatum, aut reclamatum non fuerit, Paris. *cons.* 96. *num.* 31. *lib.* 1. Rot. *dec.* 531. *num.* 1. *part.* 1. *et dec.* 393. *num.* 2. *part.* 4. *recent.* Gregor. *dec.* 220. *num.* 4. Buratt. *dec.* 419. *num.* 9. *et dec.* 913. *num.* 3. Meritò redintegrari debuerunt, et sententia redintegratoria facit 16 redintegratos veros possessores, ita ut illis sit debita manutentio, *l. qui universas* 30. §. *item cum Prætor. ff. de acquir. poss.* Gregor. *decis.* 9. *num.* 4. *et decis.* 682. *num.* 2. *et decis.* 305. *n.* 2. *part.* 6. *recent.* cum aliis suprà allegatis.

Non obstat sententia contraria prolata anno 1633. à Reverendiss. Capuano ad favorem Roselli, et Angelelli cum impositione perpetui silentii, quia de eo tempore non constabat dictos consortes fuisse satisfactos ex fructibus prædii juxta formam concordiæ; ho- 17 diè verò, cum ex relatione Calculatoris ad oculum demonstretur non solùm sufficiens satisfactio, sed excessiva, corruit vis dictæ sententiæ, quia causa propter quam fuit lata sententia, devenit ad non causam stante satisfactione dd. consortium ex fructibus prædii juxta concordiæ præscriptum Felin. *in cap. suborta* 21. *n.* 10. *et seq. de re jud.* Ruin. *cons.* 89. *num.* 15. *lib.* 1. Surd. *cons.* 268. *n.* 14. *et seq.* Cum aliis relatis à Gratian. *discept.* 408. *n.* 2. et fuit optimè responsum in decisione quæ confirmatur.

Si verò dicta sententia fundatur in subhastatione, et deliberatione, cum subhastatio sit evidenter nulla, 18 sententia quoque erit notoriè injusta, quæ nunquam 19 transit in judicium. Rota *decis.* 427. *num.* 2. *lib.* 3. *part.* 3. *divers. et decis.* 594. *part.* 2. *recent.* et alibi passim.

Et ita utrâque, etc.

Romana Sequestri.

Lunæ 11. *Decembris* 1645.

ARGUMENTUM.

Inter Mercatores, ac in eorum libris passim fit contrapositio partitarum crediti, et debiti, eâque mediante inducitur compensatio, solutio, et debiti extinctio, ac iidem libri legaliter tenti, et adminiculati probant etiam pro scribente contra tertium. Hypotheca generalis non impedit mercium venalium alienationem, nec ex eâ datur avocatio ab eis, in quos translatæ sunt, ne commercium impediatur. Debitor potest ante diem solvere, et creditore volente quælibet satisfactio est vera solutio.

SUMMARIUM.

1 *Mandatum non potest relaxari contra sequestratarium qui non reperitur debitor.*
2 *Ex contrapositione debiti, et crediti in libris Mercatorum inducitur compensatio, et debiti extinctio.*
3 *Libris fundacalibus plena fides adhibetur, quando legaliter sunt tenti.*
4 *Libri Mercatorum concurrentibus adminiculis plenè probant pro ipso scribente contra tertium.*
5 *Libris Mercatotum major fides est adhibenda, quando pars adversa eorum partitis usa fuit.*
6 *Libris Mercatorum si quis declaraverit velle stare pro et contra, illos deinde impugnare non valet.*
7 *Creditor hypothecarius in reipsa hypothecata est præferendus aliis creditoribus.*
8 *Hypotheca generalis non impedit mercium venalium alienationem.*
9 *et* 19. *Commercia impedirentur, si vigore hypothecæ generalis merces venditæ avocarentur ab emptoribus.*
10 *Creditor ante diem solutionis non potest agere contra debitorem vigore obligationis ad ejus favorem factæ.*
11 *Debitor potest quandocumque etiam ante tempus satisfacere suæ obligationi creditore volente.*
12 *Creditore volente quælibet satisfactio est vera solutio.*
13 *Compensatio habet vim solutionis.*
14 *Mandatum excessivum non est exequendum.*
15 *Excessus mandati nullum reddit ipsum mandatum,*

adeò

adeo ut exequi nullo modo possit.

16 *Obligatio de aliquid agendo ad omne mandatum Judicis, intelligitur de mandato justo et valido.*

17 *Mandati excessus non excusatur eo, quod fuerit relaxatum ad effectum deponendi, et per modum provisionis.*

18 *Dominium transfertur ex venditione rei, vel datione in solutum.*

DECISIO CLXIV.

Geppius, et Sparapanius Mercatores præfecerunt proprio fundaco penès Dohanam existenti Bernabeum Benignum, qui anno 1643. transmisit Julio Chiriaco à Marhelica lanam, et pecunias ad effectum recipiendi ab eodem tot petias panni, prout habuit usque ad concurrentem quantitatem pretii lanæ et pecuniarum transmissarum. Verùm de mense Novembris ejusdem anni, cùm Antonius Ferretus Mercator assereret de mense Aprilis præcedentis Chiriaco vendidisse illam quantitatem lanæ cum reservatione dominii etiam super pannis ex eâ conficiendis, cœpit prætendere petias 14. Bernabeo transmissas fuisse ex ejus lanâ confectas, et à R. P. D. Præside Dohanarum obtinuit, illas describi modo quo tunc erant. Adiit deinde Ferretus A. C. qui mandavit illas restitui, dimissâ tamen particulâ uniuscujusque petiæ penes Paschalem Paternum Mercatorem apud quem de illius mandato fuerunt exhibitæ; Idem Ferretus, jurato de metu dilapidationis bonorum, et tanquam asserrus creditor Chiriaci petiit ab A. C. sequestrum, quod exequi fecit contra Benignum, contra quem ut sequestratarium, mutato deinde judicio, instetit pro consignatione scutorum 1403. 90. ad quam summam ascendit pretium 42. petiarum panni Bernabeo transmissarum, et obtinuit mandatum pro pretio petiarum 22. ad effectum deponendi. Commissa mihi à Signatura causa appellationis cum clausula, *si quid exequendum*, et clausula *quam*, *et quas*, ac cum eo toto negotio principali, dedi dubium, An Mandatum A. C. esset exequendum pro pretio 22. petiarum, et respectivè aliud relaxandum pro pretio aliarum 20. petiarum panni, et fuit per Dominos resolutum mandatum non esse exequendum, nec de novo relaxandum.

Cùm enim Bernabeus Benignus conventus uti sequestratarius nullo modo appareat * debitor Chiriaci 1
prætensi debitoris Antonii Ferreti, mandatum contra eum relatum exequi non potest *l. 1. C. de prohib. sequestr. pecun.* Gratian. *discept.* 485. *num.* 1. Burat. *decis.* 595. *num.* 1. Ex libris verò fundacalibus Benigni, in quibus descriptæ sunt partitæ dati, et accepti inter Benignum, et socios ex unâ, et Chiriacum ex altera, constat, Benignum non esse debitorem, cum sit contrapositum debitum, et creditum utriusque partis, ex quâ quidem contrapositione partitarum benè inducitur
2 compensatio, et solutio, ac debiti extinctio, ut passim fit inter Mercatores Alex. *cons.* 85. *n.* 5. *lib.* 3. Socin. sen. *cons.* 65. *n.* 5. *lib.* 4. Rota Januen. *dec.* 16. *n.* 7. *et* 8. Menochius *cons.* 121. *n.* 43. Rota coram Gregor. XV. *dec.* 466. *n.* 3. et coram Card. Caval. *dec.* 165. *num.* 1. *et in rec. dec.* 321. *n.* 1. *et seqq. part.* 2. *et dec.* 33. *n.* 5. *p.* 5.

3 Libris autem * fundacalibus prædictis plena fides est adhibenda, quia sunt legaliter habiti, et plura concurrunt adminicula, cum justificentur in aliquibus litteris Cambii, et quietantiis exhibitis in Summario Benigni *num.* 3 quibus concurrentibus omnimodè
4 probant etiam pro ipso scribente contra tertium Bartol. *in l. admonendi* 31. *num.* 27. ubi etiam Jason. et alii *ff. de jurejur.* Sund. *decis.* 199. *num.* 11. *per tot.* Caval. *dec.* 552. *num.* 1. Buratt. *decis.* 344. *num.* 9. *in rec. dec.* 650. *num.* 4. *part.* 1. *dec.* 321. *num.* 2. *part.* 3. *et decis.* 246. *num.* 13. *part.* 5. Et præsertim cum Ferretus ipse fecerit dictis libris extrahendo * ab illis partitas,
5 per quem eum ab illo approbari censentur Cravetta. *Cons.* 275. *n.* 2. surd. *d. dec.* 599. *n.* 6. cum aliis adductis per S. M. Greg. *dec.* 238. *n.* 5. et ibi Addent. *n.* 15. sed etiam quia * ipsemet Ferretus declaravit, se velle iis 6
stare pro, et contra, adeo ut hodie illos impugnare non possit, *l. Pomponius* 10 *ff. de negot. gest.* Mantica *decis.* 363. *n.* 2. *et in recent. dec.* 223. *n.* 9. *p.* 7.

Nec compensatio ante dicta ex libris fundacalibus resultans impediri, aut tolli potest, eo quod Ferretus vigore hypothecæ generalis * ad ejus favorem contrac- 7
tæ super bonis aut pannis Chiriaci esset in istis petiis panni præferendus, tanquam creditor hypothecarius, quia nullo modo probatur, quod petiæ panni Benigno transmissæ ex lana Ferreti confectæ fuerint, et * hy- 8
potheca generalis non impedit mercium venalium alienationem, nec ejus vigore * possunt advocari ab eis, 9
in quos translatæ sunt, aliàs impedirentur commercia, *l. cùm tabernam* 34. ubi omnes DD. *ff. de pign.* Bartol. *in l. si constante* 25. *num.* 73. *ff. solut. matr.* Covarr. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 2. Strac. *de mercat. tit. mandati* §. *ult. num.* 7. *inter tract. divers. de mercat. fol.* 428. *Puteus decis* 289. *lib.* 2. et fuit dictum in Romana pecun. 9. Junii 1573. coram S. M. Clem. VIII. et in Romana pecudum 24. Aprilis 1598. coram Gypsio et 24. Maii 1900. coram Card. Mellino penès Statil. *de salvian. interd. dec.* 125. *et* 126. et 205.

Non obstat quòd Benignus non esset creditor Chiriaci pecuniarum, sed dederit illi lanam ad pannos conficiendos, qui de tempore transmissionis petiarum panni, de quibus agitur, non adhuc confecti esse potuerint, atque ideò * cùm nondum venisset dies illorum tradi- 10
tionis, nec etiam poterat agere vigore obligationis ad ejus favorem factæ *l. necessario* 8. §. *quod si pendente ff. de peric. et commod. rei vendit.*

Quia (quidquid sit de hoc) certum est quòd Chiriacus debitor potuit * quandocumque etiam ante tem- 11
pus satisfacere suæ obligationi creditore volente *l. stipulatio ista* 38. §. *inter certam ff. de verb. oblig.* Et sic alias tradere petias * panni qualitatis conventæ, vel 12
ulterius dum eas Benignus creditor contentus fuit acceptare, et recipere, *l. satisfactio* 52. *ff. de solut. et l. solutionis verbo* 176. *ff. de verb. signific.* Rota Januen. *dec.* 4. *n.* 11. Paris. *cons.* 69. *n.* 16. *lib.* 4.

Ex quibus sequitur quoad pannos transmissos ante sequestram pretium potuisse compensari absque dubio, etiam in præjudicium anteriorum, quia sequens sequestrum repetiit compensationem jam factam, et eâ mediante * extinctum debitum Chiriaci, et creditum Be- 13
nigni, *l. si debitor.* 4. *qui potior. in pign. hab.* Paris. *cons.* 121. *n.* 19. *lib.* 1. Rota coram R. Urgellen. *dec.* 379. *n.* 9. *et in rec. dec* 374. *n.* 29. *part.* 5. *et dec.* 158. *n.* 6. *part.* 6.

Mandatum etiam non esse exequendum ex eo Do- 14
mini dixerunt, quia fuit relaxatum pro pretio 22. petiarum panni, et tamen ex actis apparet, quod usque ad diem sequestri 10. et 8. tantùm petiæ fuerunt ad Benignum transmissæ, ut habetur in Summ. Ferreti, *num.* 5. amplius constat, quod tempore sequestri 14. tantùm extabant, cæteris jam divenditis per Benignum, ut in *eod. Summ. num.* 6. *et* 7. Qui excessus nullum reddunt * ipsum mandatum, adeo ut exequi 15
nullo modo possit, Rota penès S. M. Greg. *dec.* 198. *et* 480. *n.* 5. *et seq.* Burat. *dec.* 91. *n.* 2. *et* 4. *in rec. dec.* 359. *n.* 8. *p.* 1. *et dec.* 36. *n.* 3. *et seq. p.* 3.

Ideoque cum mandatum A. C. non fuerit justum nihil relevat obligatio facta per Benignum de præsentando * petias panni ad omne mandatum, quod semper 16
intelligitur de justo et valido *l.* 4. § *condemnatum ff. de re jud.* Neque etiam ab excessu excusat, quod mandatum fuerit * relaxatum ad effectum deponendi 17
tantùm, et per modum provisionis, quia cùm mandatum ex prædictis appareat injustum, non potuit ab A. C. relaxari Rota *dec.* 130. *n.* 6. *p.* 4. *rec.*

Idemque prorsus dicendum venit, quoad petias panni

transmissas post sequestrum, quæ transierunt in Do-
18 minium Benigni, cùm fuerint illi à Ciriaco † venditæ vel datæ in solutum *l. si prædium* 4. cum *ibi* notatis *C. de evict.* Surd. *cons.* 145. *n.* 14. *et seqq.* Burat. *dec.* 627. *n.* 1. *et dec.* 889. *n.* 1. et ex generali hypothecâ
19 Ferreti, † à Benigno avocari non possunt, ut suprà visum est.

Fuit itaque resolutum mandatum A. C. non esse exequendum, nec aliud relaxandum, utrâque parte informante, etc.

Romana Domus.

Mercurii 27. Junii 1646.

ARGUMENTUM.

Manutentio datur locatori docenti de instrumento locationis, et perceptione fructuum, nec subconductor potest intervertere possessionem locatoris, cùm pro eo censeatur possidere. In judicio summariissimo manutentionis leviores probationes sufficiunt, et rejiciuntur ea, quæ requirunt altiorem indaginem.

SUMMARIUM.

1 *Manutentio datur locatori, quando constat de instrumento locationis, et subsequuta perceptione pensionum.*
2 *Ex locationibus, et solutionibus pensionum alicui factis, probatur ejusdem possessio manutenibilis.*
3 *Quod multò magis procedit junctis aliis adminiculis.*
4 *Probationes leviores sufficiunt in summariissimo judicio manutentionis.*
5 *Possessionem domus accipiens titulo subconductionis non potest intervertere possessionem locatoris, cùm pro eo censeatur possidere.*
6 *In Manutentionis summariissimo judicio non discutiuntur ea, quæ requirunt altiorem indaginem.*

DECISIO CLXV.

FUit per Dominos resolutum Matthiæ et Plautillæ Conjugibus dandum esse mandatum de manutenendo in possessione superioris appartamenti domûs, de quâ agitur, quia ex publico Instrumento relato in Summario dd. Conjugum *num.* 1. constat, hujusmodi appartamentum fuisse datum in dotem Terentiæ matri Plautillæ, et ab illa fuisse possessum, deponit testis examinatus ad instantiam Victoriæ, quæ etiam hoc fatetur in suis positionibus contra Terentiam datis, ut *eodem Summario num.* 7.

Unde cum posteà Terentia assignaverit idem appartamentum Plautillæ ejus filiæ pro sua dote, ut in *dicto Sum. num.* 4. Et ex juribus ibidem datis *num.* 5. appareat Matthiam et Plautillam illud pluries locasse
1 cum * perceptione pensionum, sequitur quòd illis concedendum sit mandatum de manutenendo, cùm ex prædictis locationibus, et solutionibus pensionum dic-
2 tis Conjugibus factis * probetur eorundem possessio manutenibilis, ut firmavit Rota coram Seraphino *decis.* 896. *num.* 1. *in recent. decis.* 171. *num.* 1. *et decis.* 649. *num.* 2. *part.* 2. et in impress. penès Modern. *post. tract. de manut. decis.* 130. *num.* 1. Accedentibus præsertim instrumentis assignationum dotis,
3 et aliis * adminiculis superius consideratis, quæ juncta cum prædictis locationibus superabundant ad probandam possessionem dd. Conjugum in hoc summariis-
4 simo Judicio manutentionis, in quo * sufficere leviores probationes passim dixit Rota, ut coram S. M. Greg. *decis.* 258. *num.* 3. *et decis.* 324. *n.* 5. *et dec.* 458. *num.* 7. et in Florentinâ Hospitii coram Ubaldo impress. apud Modern. post. tract. de manut. *decis.* 222. *n.* 5.

Non obstat possessio victoriæ: quia cùm illam acceperit titulo subconductionis ac ultima conductrice,
* non solum intervertere non potuit possessionem Mat- 5
thiæ et Plautillæ, quinimo pro illis censetur possidere juxta notata *in l. quod meo, ff. de acq. possess.* Corn. *cons.* 40. *n.* 6. *lib.* 4. Rota *decis.* 315. *n.* 2 *part* 1. *divers. et in recent. decis.* 208. *n.* 2. *part.* 2. *et decis.* 513. *n.* 8. *part.* 4. *tom.* 3. Quæ verò dicuntur de donatione
factâ Victoriæ ejusque marito, * et filiis non sunt præ- 6
sentis inspectionis, sed cum requirant altiorem indaginem ad petitorium sunt remittenda Rota *dec.* 477. *n.* 3. *et dec.* 614. *n. part.* 1. *rec. S. M. Gregor. decis.* 549. *n.* 6.

Et ita utraque, etc.

Terracinen. fideicommissi.

Mercurii 4. Julii 1646.

ARGUMENTUM.

Pater tenetur dotare filiam, et non patruus, ideò dos detrahi debet ex bonis patris, non autem ex fideicommisso patrui. Communio universalis non potest dici probata inter fratres, nisi interveniant requisita necessaria. Succedens ex propriâ personâ in fideicommisso, non tenetur ad debita hæredis gravati.

SUMMARIUM.

1 *Filiam propriam dotare, est debitum patris, et non patrui.*
2 *Fidejussor est servandus indemnis à principali, vel ejus hærede, etiamsi talis indemnitas non fuisset promissa.*
3 *Communio universalis inter fratres nequaquam dicitur probata, nisi probentur requisita ad hoc necessaria.*
4 *Clausula* sciens, etc. *extenditur sciens non teneri, sed teneri volens.*
5 *Communio universalis bonorum excluditur inter fratres, quando alter ex eis promittit, uti principalis, alter verò uti fidejussor.*
6 *Fideicommissarius succedens ex propriâ personâ non tenetur ad debita hæredis gravati antecessoris.*
7 *Fideicommissario non retardatur immissio propter detractiones oppositas, si illæ possent compensari cum fructibus perceptis ex bonis à die purificati Fideicommissi restituendis.*

DECISIO CLXVI.

BIs fuit resolutum coram me, dandam esse immissionem Marco Paschali juniori in bonis Bonifacii Paschalis fideicommittentis, et in ultimâ decisione emanatâ sub die 17. Februarii anni præteriti fuerunt firmatæ quædam detractiones; cui non acquiescente Marinangelo Drago, placuit DD. mitius agendo eum de novo audire, sed cum nihil relevans deduxerit, perstiterunt in decisis.

Nam quoad bona Laurentiæ olim sororis Bonifacii fideicommittentis, et Horatii, qui hæc promisit pro dote Ludovicæ ejus filiæ, et quæ esse detrahenda Marinangelus plurimum contendit, satis fuit responsum in ultima decisione sub §. *nihil verò detrahendum.* Non enim apparet, quòd Livia à quâ causam habet Marinangelus, fuerit hæres Laurentiæ, nec quod Bonifacius fideicommittens ad huiusmodi debitum ullo modo
sit * obligatus, sed sit proprium Horatii, ad quem spec- 1
tat propriam filiam dotare *l. quis liberos* 19. *ff. de ritu nupt. l. final. Cod. de dot. promiss.* Seraphin. *decis.* 451. *n.* 9. Durand. *decis.* 26. *num.* 9. ideo nec Bonifacius, nec ejus

ejus hæredes conveniri possunt vigore fidejussionis factæ pro Horatio ejus fratre à Liviâ ejus filiâ, et hærede quæ in omnem casum teneretur illum, * ac ejus hæredes relevare indemnes, etiamsi relevatio non fuisset promissa *leg. ex mandato* 20. *l. qui fideic.* 53. *ff. mand.* §. *si quid autem inst. de fidejuss.* Burat. *dec.* 470. *n.* 6. 2

Nec dici potest, quòd vigeret communio universalis bonorum inter Bonifacium, et Horatium fratres, quia hæc universalis communio neutiquam probatur à testibus examinatis pro parte Marini Angeli, cùm non concurrant * illa requisita, ex quibus universalis societas induci solet juxta *cons. Rom.* 291. Felic. *de societ. cap.* 10. *num.* 17. imò ex verbis instrumenti relatis in Summ. Marinang. *n.* 3. *sciens, etc.* * quæ extenditur, sciens, se non teneri, sed teneri volens, apparet non extitisse communionem universalem bonorum, * sed Horatium esse principalem debitorem, Bonifacium verò fidejussorem Bertazz. *claus.* 39. *gloss.* 3. *per tot.* 3 4 5

Quo verò ad debita soluta per Liviam, quæ prætendit retinere Marinus Angelus ab eâ causam habens, cùm non constet, debita spectasse ad hæreditatem Bonifacii fidei committentis, sed Marci, et Gregorii, qui fuerunt primi hæredes gravati, non tenetur Marcus junior modò agens ex propria persona uti fideicommissarius Bonifacii ea solvere juxta notat. *in l. fin. peto* 71. *prædium, D. de legat.* 2. *et in l. fin.* §. *sed quia, et* §. *fin. autem, C. com. de legat.* 6

Cætera fuerunt sublata in decisione 17. Februarii anni præteriti, ad cujus formam fuit resolutum dandam esse immissionem Marco Paschali juniori, sine præjudicio melioris liquidationis faciendæ per Marinum Angelum Liviæ hæredem, quæ * poterunt compensari cum fructibus à Marino Angelo perceptis ex fideicommisso à die hujus litis contestatæ juxta praxim Rotæ *in decis.* 391. *n.* 5. *et dec.* 249. *n.* 21. *part.* 5. *rec.* 7

Et ita utrâque, etc.

Romana liberationis à Molestiis.

Lunæ 3. *Decembris* 1646.

ARGUMENTUM.

Creditor accipiens pecunias sub usuris ob moram debitoris, debitum solvere recusantis, non potest illas repetere ex capite damni emergentis, nisi constet de antecedenti interpellatione, et subsequutâ intimatione factâ debitori, quod debitum esset sub usuris, et quod verè, et realiter pecunias ex eâ causâ acceperit, nec attendatur damnum quod à creditore apparet affectatum. Expensæ litis quales, quomodo taxentur in Rotâ.

SUMMARIUM.

1 *Cambia et recambia non debentur creditori à debitore ob retardatam solutionem, nisi constet de antecedenti appellatione, et subsequuta intimatione facta debitori, quod debitum esset sub usuris.*

2 *Cambia et recambia non debentur creditori à debitore ob retardatam solutionem, nisi constet realiter dictas pecunias fuisse acceptas in causam debiti.*

3 *Debitor ut condemnetur ad interesse, et damna passa per creditorem ob retardatam debiti solutionem, quid requiratur.*

4 *Damnum passum à creditore ob dilatam solutionem quando apparet affectatum, non est reficiendum per debitorem.*

5 *Litis expensæ, quæ res taxentur in Rota, remissivè.*

DECISIO CLXVII.

FUit per duas sententias Rotales condemnatus Philippus Costa ad liberandum D. Abbatem Joan. Antonium Costam à molestiis sibi allatis occasione cambii scutorum 2115. nec non ad damna, expensas, et interesse passa, et in futurum patienda: unde hodie dubitatum fuit coram me, ad quam summam sint liquidanda damna, et interesse, nec non expensæ, et propositæ dubitationi DD. responderunt, non constare de damnis, et interesse, quæ debeantur; expensas verò esse liquidandas pro summâ in hac decisione exprimendâ.

Prætendebat enim Abbas pro solutione debiti provenientis ex antedicto cambio accepisse primò ad cambium tantumdem à Julio Castellano, qui posteà illud cessit Aloysiæ Erreræ, prævia interpellatione facta contra Philippum, ut in *Summ.* Abbatis *num.* 3. eidemque Aloysiæ solvisse pro fructibus ejusdem cambii scuta 104. b. 30. deinde præcedente nova interpellatione, de qua *in Summ. n.* 7. extinxisse cambium prædictum, sed summam præfatam recepisse ad Societatem officii à Josepho Cataneo, et Carolo de Ferrariis, et pro fructibus similis Societatis solvisse Cataneo scuta 83. b. 33. Ferrario vero scuta 116. b. 66. et sic in totum summam scut. 304.

Verùm prædicta DD. non sunt visa justificata, quia non constat de præcedenti interpellatione facta Philippo pupillo, vel ejus Tutori, * minusque de subsequuta intimatione ad effectum, ut habita notitia interesse currentis posset ab illo eximere, et liberare Gratian. *discept.* 829. *n.* 9. Rota *dec.* 52. *n.* 3. *part.* 1. *rec.* Quinimò nec constat, * pecunias illas in effectu fuisse acceptas, et erogatas in extinctionem debiti prædicti cum hæredibus Petri Erreræ, quæ omnia sunt necessaria ad effectum repetendi, etiam ex * capite damni passi. Honded. *cons.* 50. *sub. n.* 3. *circa finem lib.* 1. Grat. *discept.* 240. *n.* 8. et dixit Rota *in d. decis.* 52. *nu.* 3. *et* 4. *part.* 1. *recent.* 1 2 3

Quo verò ad Societates officiorum contractas in alterâ ex eis, quæ fuit inita de mense Martii 1645. non fuit expressa hæc causa, nullaque fuit facta mentio dicti debiti, altera verò non apparet, quo tempore inita fuerit, licèt referatur in *Summ.* Abbatis *num.* 6. nec etiam constat, quod Abbasalio minùs dispendioso modo non posset præfatum cambium solvere, ideo damnum * resultans magis censetur affectatum, adeo ut Abbati non possit competere actio pro illius repetitione, ut concludit Baldus *in l. etiam* 5. *n.* 5. *in fin. vers. et modo dubitatur, C. de exec. rei Judic.* Surd. *de alim. tit.* 1. *quæst.* 45. *n.* 33. *et seqq.* Gratian. *discept.* 67. *n.* 17. *et dicta discept.* 829. *n.* 7. 4

Quod verò ad expensas litis DD. mandarunt, ut eas taxarem in scutis 118. b. 17. juxta listam per senem, et probatum Notarium de more * subscriptam, servatis tamen quoad omnia dispositionibus in decis. Maceraten. hæreditatis 14. Januarii 1642. coram R. P. D. meo Bichio, quam DD. in omnibus, et per omnia approbarunt. 5

Et ita fuit resolutum, utrâque parte etc.

Romana Prætensæ Societatis.

Lunæ 10. *Decembris* 1646.

ARGUMENTUM.

Societas non probatur ex Apochâ imperfectâ, nec tacita inducitur ex actibus æquivocis, qui citra jus, et nomen Societatis fieri possunt. Fama, et communis reputatio non sufficit ad probandam societatem

licèt sufficiat ad probandam hominis qualitatem, eaque ut probetur per testes, quid requiratur. Socius conveniri non potest ex contractu celebrato à consocio, suo proprio nomine, maximè quando contrahens nullam habuit notitiam societatis, nisi probetur versio pecuniarum, in illius utilitatem, quæ tamen est plenè, et concludenter probanda.

SUMMARIUM.

1 *Appellans si non redit pro Apostolis intra terminum juris, censetur appellationi renunciare, et sententia transit in judicatum.*
2 *Jurisdictio Aud. Cameræ non expirat per obitum Summi Pontificis.*
3 *Fatalia in Tribunali A. C. currunt Apostolica Sede vacante, et etiam tempore novendialium exequiarum.*
4 *Societas non probatur ex apochâ imperfectâ, et non observatâ.*
5 *Societas tacita non probatur per actus æquivocos, et qui aptissimè possunt referri ad alios titulos, et n. 8. et 9.*
6 *Societas tacita nunquam inducitur, nisi actus sint omnino certi, et concludentes, et qui citra jus et nomen societatis fieri non possunt et n. 7.*
10 *Testes, ut probent publicam vocem, et famam, debent deponere quòd sic publicè, et palam ab omnibus diceretur, et crederetur.*
11 *Testes deponentes super publicâ voce, et famâ debent referre personas certas, à quibus audiverint.*
12 *Et ideo non probant si asserant, quod fama orta fuerit ex sermonibus incertis, variis, et contrariis.*
13 *A personis vilibus, dum publica vox et fama ortum habuit, non attenditur.*
14 *Fama et communis reputatio non sufficit ad probandam Societatem, vel alium contractum.*
15 *Fama et communis reputatio sufficit ad probandam hominis qualitatem.*
16 *Socius conveniri non potest ex contractu celebrato ab altero socio, suo proprio nomine, et sub obligatione sui, et suorum hæredum.*
17 *Ampl. quando contrahens nullam habuit notitiam Societatis, nec intentionem obligandi consocios.*
18 *Socius quamvis in contractu non nominatus tenetur saltem utili actione pro contractu alterius Socii, si pecuniæ versæ fuerunt in ejus utilitatem.*
19 *Versio est plenè et concludenter probanda cum qualitate tituli lucrativi, et locupletationis.*
20 *Socius neque actione subsidiaria tenetur ad debita socialia, si sit creditor Socii in majori summâ, quàm importet rata socialis.*
21 *Cessionarius non debet esse melioris conditionis, quàm cedens.*

DECISIO CLXVIII.

DOmini hodie perpensis fundamentis decisionis coram me emanatæ sub die 12. Junii anni præteriti steterunt in decisis. Nam res judicata satis resultat ex
1 desertione appellationis, quæ benè justificatur * ex non reditu pro Apostolis intra 30. dies, qui non solùm de-
2 currerunt Apostolicâ Sede vacante * cum jurisdictio A. C. per obitum summi Pontificis non expirat juxta gloss. *in Clem. ne Rom.* 2. §. *eo tamen, in verbo expirare,*
3 *de elect.* sed etiam, * novendialium exequiarum tempore, quo concurrunt fatalia (licèt secùs esset in actibus judicialibus, ut dixerunt Franc. *in cap. si justus metus* 73. *n.* 25. *de appellat. et in cap. ab eo* 6. §. *illud autem, d. tit. in* 6. et ibi Geminian. *num.* 5. Rota *decis.* 82. *de appell. in antiq. et decis.* 40. *n.* 2. *eod. tit. in nov.* cum aliis adductis in aliâ decisione hujus causæ sub §. *neque etiam dicendum est.*

Quo verò ad prætensam in integrum restitutionem eam non competere DD. iterum firmârunt, cum nulla probetur societas inter Petrum Antonium Riccium, et Franciosonum; Non expressa, * quia hæc nullo 4
modo consistere potest, aut residere in apochâ imperfectâ, et non observata. Tacita verò minus resultat ex actibus per DD. Actores productis, * quia sunt æqui- 5
voci, et possunt aptissimè referri potiùs ad titulum Amicitiæ, Agentiæ, vel creditoris suam curantis quovis modo satisfactionem, quàm ad * titulum societatis, 6
quæ nunquam inducitur, nisi actus sint omnino certi et concludentes, et * qui citra jus, et nomen societa- 7
tis fieri non possint Dec. *cons.* 21. *n.* 1. *circa fin. vers. talis enim societas,* Cephal. *consil.* 247. *n.* 20. *et seqq.* Corn. *cons.* 251. *n.* 3. *vol.* 4. Aldobr. *consil.* 116. *et ult. n.* 2. *lib.* 1. Mantic. *de tacit. lib.* 6. *tit.* 10. *n.* 21. Mascard. *de probat. concl.* 1316. *n.* 48. *vol* 3. Cyriac. *contr.* 477. *n.* 8. *Rota coram Buratt. dec.* 467. *n.* 7. In casu verò proposito plures concurrunt actus exclusivi Societatis, ut latè firmatum fuit in aliâ decisione hujus causæ, §. *præterea cum seqq.*

Verùm ex testibus ultimo loco per DD. Actores examinatis magis corroboratur decisio emanata, et excluditur societas, cùm testes deponant Riccium opem tulisse Franciosono in inveniendis pecuniis pro retinendis affectibus Casalium, * et fecisse omnia 8
facta Franciosoni circa eosdem affectus, uti ejus amicissimum et confidentissimum, non uti socium, sed uti procuratorem reddentes optimam rationem sui dicti, quia qui gerit negotia aliena non intelligitur socius, sed procurator; et deponant de aliis actibus æquivocis, et qui ad amicitiam, familiaritatem, * et 9
procuram congruè adaptantur, ideòque nihil relevant, ut supra visum est. Nec vis fieri potest in publica voce, 10
et fama, quia cùm Testes dicant, quod sic publicè et palam ab omnibus diceretur et crederetur, neque referant * personas certas, à quibus audierint, sed quod 11
orta * fuerit in sermonibus incertis, variis, et contra- 12
riis, addentes, quod sic loquentes nihil concludebant, et erant pecudarii, * et aliæ viles personæ, illa ex 13
eorum depositionibus formiter ac legitimè ut opus esset non justificatur juxta tex. *in cap. licet ex quadam* 47. *de testib. in cap. qualiter et quando* 2. *de accusat. et in l.* 3. §. *tu magis scire, ff. de testibus* Mascard. *de probat. concius.* 748. *n.* 9. *et conclus. seqq.*

Præter quàm quod communis reputatio, aut fama 14
non sufficit ad probandam societatem, vel alium contractum, licèt * sufficiat ad probandam hominis qua- 15
litatem. Ruin. *cons.* 92. *n.* 10. *in fin. et seqq. lib.* 1. Rimin. jun. *cons.* 377. *n.* 37. Felic. *de societ. cap.* 11. *n.* 20. Mantic. *de tacit. d. lib.* 9. *et tit.* 10. *n.* 23.

Alterum quoque fundamentum Domini amplexi sunt: nam esto quod inter Riccium, et Franciosonum fuisset contracta particularis societas in locatione, de quâ agitur, vel super illius emolumentis, tamen cùm contractus principalis societatis, et cambii respectivè fuerint celebrati cum DD. Actoribus, nempe contractus locationis cum D. Principe, et contractus cambii, cum D. Eugenià per Franciosonum duntaxat, * suo 16
proprio nomine, et sub obligatione sui, ac suorum hæredum, non potest Riccius conveniri, qui hujusmodi contractibus non intervenit, nec se obligavit, *l. jure societatis* 83. *ff. pro soc.* Dec. *cons.* 98. *num.* 2. Paris. *consil.* 9. *numer.* 22. *lib.* 1. Cephal. *cons.* 635. *numer.* 4. *et seqq.* Thesaur. *decis.* 136. *num.* 2. *et* 6. latè Rim. jun. *consil.* 331. *n.* 5. *seqq.* Rota penès Buratt. *decis.* 514. *num.* 3.

Quod maximè locum habet; quia non constat DD. Actores ullam habuisse notitiam dictæ societatis, nec minus ullam habuisse intentionem obligandi consocios, quod * tamen necessarium esset ad effectum, ut 17
dici

dici posset illos societati credidisse, et proinde socios sibi obligatos esse voluisse, ut est text. *in l. fin.* ibi, *ita illud exigendum*, *ff. de exercit. act.* Alex. *cons.* 44. *sub n.* 6. *lib.* 2. *et cons.* 217. *num.* 14. *lib.* 7. Natt. *cons.* 567. *num.* 6. Gratian. *discept.* 725. *num.* 8. *vers. præterea*, Seraph. *dec.* 375. *num.* 6.

18 Neque obstat prætensa versio in societatis utilitatem ex qua saltem * utilis actio deduci possit juxta *leg. jure societatis* 83. *in fin. ibique gloss. penult. ff. pro soc.* quia hæc versio esset plenè, et concludenter * pro-
19 banda cum qualitate tituli lucrativi, et locupletationis, quod adhuc factum non fuit, ut firmat decisio hujus causæ *sub §. minus obstat.*, *quod Riccius.*

Demùm Riccius etiamsi fuisset socius Franciosoni,
20 neque actione subsidiaria teneretur ad debita socialia, quia * est creditor Franciosoni in longe majori summa quam importet rata socialis medietatis crediti DD. Actorum ut constat ex juribus relatis in Summ. primæ positionis Riccii juxta text. express. *in l. si pro part.*
21 10. §. *idem quærit ff. de in rem verso.* et ibi Bart. Bald. et Salicet. et declarat Castrus *in d. l. in §. Domini nu.* 2. ideo sicuti Franciosonus si ageret, remaneret exclusus, * ita excluduntur Domini præfati ex eodem jure Franciosoni agentes arg. *leg. non debet* 42. *ff. de reg. jur.* Natt. *cons.* 398. *n.* 3. Rota *dec.* 205. *n.* 4. *p.* 1. *rec.*

Fuit itaque resolutum ad favorem Riccii, eo tantùm informante, altera tamen parte pluries citata, et expectata, ac informare recusante, etc.

Neapolitana pecuniaria.

Lunæ 1. *Julii* 1647.

ARGUMENTUM.

Instrumenta in vim Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ Neapolis habent executionem Paratam etiam favore hæredum, maximè si agitur ex causâ promissionis dotis, cujus petitionis actio transit etiam ad hæredes. Minoris obligatio facta ex causa necessaria valida est, nec irritari potest, præsertim quando minor factus major tacuit per quinquennium, cum ex hoc eandem obligationem approbasse, et ratificasse censeatur.

SUMMARIUM.

1 *Instrumentum habet executionem paratam vigore Ritûs Magnæ Curiæ Vicariæ Neapolis.*
2 *Et hoc procedit etiam favore hæredis.*
3 *Et præsertim, si agatur de obligatione ex causâ dotis.*
Actio petitionis dotis transit etiam in hæredem, n. 3.
4 *Hæredem se probare tenetur, qui uti talis agere intendit.*
5 *Qualitas hæreditaria quomodo probatur ex stylo, et consuetudine Neapolis.*
6 *Fratres plures æqualiter succedunt in hæreditate maternâ.*
7 *In hæreditate fraternâ proveniente ex bonis maternis æqualiter succedit frater ex latere matris cum aliis utrinque conjunctis, juxta consuetudinem Nobilium Neapolis*, et n. 8
9 *Minoris obligatio facta sine debitis solemnitatibus est nulla*
10 *Minoris obligatio pro constitutione dotis, ad quam tenebatur, et pro alia causâ necessaria est valida*, et n. 11.
12 *Minor, major factus, si per quinquennium tacuerit, nec dederit de nullitate contractus gesti sine solemnitatibus, intelligitur obligationem approbasse, ratificasse.*
13 *Sententiæ validitas apparet ex revolutione processûs.*

DECISIO CLXIX.

INformante tantùm Portiâ de Rinaldo fuit hodie resolutum, affictus, de quibus agitur, deberi et sententiam A. C. esse confirmandam. Siquidem constat de datione in solutum dictorum affictuum, et insuper de obligatione de illis solvendis ex causâ dotis per Horatium ad favorem Victoriæ Actricis Portiæ ex instrumento celebrato die 7. mensis Aprilis anno 1604.
ut in *Summ. n.* 1. quod sicuti vigore Ritûs Magnæ 1
Curiæ Vicariæ, cujus * est munitum, paratam haberet executionem pro eorumdem affictuum exactione ad favorem Victoriæ, Vincentius de Franchis *dec.* 118. *n.* 6. *et dec.* 341. *in princ.* ita idem instrumentum de- 2
bet habere paratam executionem * ad favorem Portiæ pro portione hæreditaria ad eam spectante tam uti hæredem Victoriæ cohæredis Grass. *de success. §. hæreditas, quæst.* 12. *n.* 5. Galles. *de oblig. Camer. secundum ordin. Zacchiæ, quæst.* 4. *n.* 1. 12. *et* 14. et apud eam Rota *decis.* 69. *n.* 1. præsertim quia agitur de obligatione ex causa promissionis dotis * cujus petitionis ac- 3
tio transit etiam in hæredem, *leg. unic. C. ut act. et ab hæred. contra hæred.* Surd. *decis.* 24. *n.* 8. *in fine.* Rota in Bononien. fideicommissi de Gavalea 13 Maii 1641. *in §. nam. primo non obstat*, coram R. P. D. Decano.

Quia verò ad hunc effectum potiùs * tenebatur pro- 4
bare se esse hæredem, *l. non ignorat*, 6. ubi Bart. *C. qui accus. non poss.* Menoch. *de adipisc. remed.* 3. *n.* 164. Rota apud Zacch. *de oblig. Camer. n.* 2. sufficienter illa demonstravit se esse talem ex decreto vocato * 5
præambuli secundùm stylum et consuetudinem Civitatis Neapolis, nempe pro quinta parte ex persona propria, et pro alia quarta parte ex persona Francisci fratris quod quidem fuit justificatum ex testibus datis in *Sum. n.* 3. nec hujusmodi qualitas hæreditaria, fuit unquam controversa coram aliis Judicibus, ut constat ex revolutione processus.

Ideòque Portiæ debentur affictus in ducatis 90. quam summam constituunt, tam quinta pars eidem debita hæreditatis maternæ, * pro æquali portione cum 6
aliis quatuor fratribus juxta *l. cum aliis* 4. §. *ad maternas*, *C. de secund. nupt. et in §. nec illud vers. reliqua vero quæcumque*, *auth. de nupt.* quàm alia quarta pars hæreditatis fraternæ, * quæ sibi æqualiter 7
competit etiam in concursu cum aliis utrinque conjunctis respectu affictuum, de quibus agitur, tanquam provenientium ex bonis d. Victoriæ communis matris, juxta consuetudinem * Nobilium Civitatis Nea- 8
polis, de qua testatur Neapodan. *in constit. Regn. si quis, vel si quæ ab intestato decesserit. n.* 241. Molphes. *ad consuetud. Neap. p.* 4. *de success. ab intest. qu.* 39. *n.* 8. Ursil. ad Afflict. *dec. n.* 7. Vinc. de Franch. *dec.* 99. *n.* 2.

Neque obstat quod Horatius esset minor de tempore obligationis, et proinde illius * obligatio nullius 9
fuerit roboris, et momenti. Quia cum se obligaverit ex causa necessaria † dotis constituendæ, ad quam te- 10
nebatur, vel tanquam Patris hæres, vel tanquam frater, obligatio Horatii minoris * ex hac causâ necessariâ pro- 11
veniens est valida Bald. *in l. fin n.* 2. *C. de legit. tutel.* Corn. *cons.* 254. *sub n.* 2. *vers. quarto, et ult. lib.* 1. Caputaq. *dec.* 199. *n.* 2. *p.* 3. Put. *dec.* 100. *n.* 3. *lib.* 2. *in correct.* Rot. post Pic. ad Stat. Urb. *dec.* 16. *n.* 1. in Camerinen. dotis. Dec. 163. *in §. ratio resol. fuit*, coram R. P. D. meo Ghisleriò, et in Reginaten. dotis 11. Aprilis 1644. *n. §. nam. id procedit*, cor. R. P. D. meo Corrado, et cum major factus per quinquennium, et ultra * tacuerit, oblig. approbasse, et ratificasse intelli- 12
gitur *leg. fin. C. si maj fact. alien.* Menoch. *consil* 242. *n.* 42. *et in tract. de recup.* 1. *remed.* 15. *n.* 179. Rota

dec.

dec. 81. *n.* 6. *p.* 8. *et dec.* 306. *n.* 53. *p.* 7. *rec.* in Romana fideicommissi de Alberinis 8. Aprilis præteriti *in §. nec relevat*, et in Romana domus 27. Maii præteriti *in §. quia ex cursu coram me.*

Firmato itaque ex supra dictis hujusmodi affictus deberi, evidenter resultat, quod sententia A. C. qua condemnatus fuit Horatius ad illos solvendos sit
13 justa: cùm verò eadem sententia sit valida, ut * apparet ex revolutione Processus juxta *dec. Caputaq.* 260. *part.* 2. jure merito DD. illam confirmandam esse hodie censuerunt.

Et ita hodie resolutum D. Portia tantum informante, citata tamen sæpius, et expectata altera parte, etc.

Milevitana Canonicatuum.

Mercurii. 13. *Novemb.* 1647.

ARGUMENTUM.

Producens simpliciter instrumentum, illud approbare censetur; et illud stare debet, cum ampliùs impugnari non posset. Sequestrum judiciale non privat possessorem sua possessione, nisi alia probetur Judicis voluntas; et est omnino nullum, quando fuit concessum absque cognitione causæ, et partis citatione. Jus non acquiritur ex contractu limitato, nisi cum sua limitatione.

SUMMARIUM.

1 *Producens instrumentum, seu scripturam, illam approbare censetur.*
2 *Et tenetur illi stare, cùm ampliùs impugnare non possit.*
3 *Possessio probatur ex sequestro petito contra possidentem.*
4 *Possessio probatur ex confessione adversarii.*
5 *Sequestrum judiciale non privat possidentem sua possessione, nisi alia probetur ipsius Judicis voluntas.*
6 *Sequestrum est nullum, quando fuit concessum absque partis citatione.*
7 *Sequestrum, ut validè dicatur concessum, debet decerni causa cognita.*
8 *Citatio necessario requiritur, ut quis ritè sua possessione privetur.*
9 *Jus non acquiritur ex contractu limitato, nisi cum sua limitatione.*
10 *Possessor anterior, qui non habuit se pro spoliato, venit manutenendus.*

DECISIO CLXX.

HOdie per contradictas proposui dubium, Cui sit dandum mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi annuum redditum scutorum trecentorum: et DD. dixerunt, dandum esse Philippo Borg. de cujus anteriori possessione constat, tum ex instrumento dotationis Collegiatæ Ecclesiæ S. Helenæ Reginæ celebrando die 4. Junii 1632. quod uti * productum judicialiter à Matthæolo, et Salvatore adversùs
1 Philippum, consequenter ab ipsis censetur approbatum Bart. *in l. post. leg.* 3. *n.* 4. *ff. de his quibus ut indign.* Balb. *in l. script.* 14. *n.* 2. *C. de fid. instr.* Alex. *cons.* 30. *n.* 1. *lib.* 7. Rot. cor. S. M. Greg. *dec.* 238. *n.* 5. et ibi Add. *n.* 15. ita ut non * valeat ampliùs impugnari *cap. cum venerab. 6. ubi omnes de excep.* Felin. *in cap. input.* 13. *n.* 7. *de fid. instrum.* Vestr. *in prax. lib.* 6. *tit.* 1. *n.* 5. Add. ad S. M. Greg. *d. dec.* 238. *n.* 15. Caputaq. *dec.*
2 188. *n.* 4. *p.* 1. Tum etiam ex sequestris ab iisd. Matthæolo et Salvatore * petitis, et obtentis die 27. Januar. 4
3 1644. adversùs Philippum possidentem. Rota post 5
Pacif. de Salv. *dec.* 141. *n.* 2. et coram Cavaler. *dec.* 242. *n.* 1. Addita etiam eorundem confessione relata *in Summario*, *n.* 9. ut in *dec.* 113. *n.* post Modern. Perus. *de manut.*

Neque Philippus possessione privatus remansit per sequestrum à Vicario Milevitano concessum. Tum 6
quia sequestrum judiciale non * privat aliquem suâ possessione, nisi alia probetur ipsius Judicis voluntas, ut distinguendo declarat Cyn. *in l. unic. sub n.* 1. *vers. sed quid de necessaria C. de prohibit. sequestr.* Sarnen. *in reg. de annal. quæst.* 46. *n.* 4. Menoch. *de retinen. remed.* 3. *n.* 88. Rota *dec.* 162. *n.* 9. *et dec.* 170. *n.* 8. *p.* 4. *divers.* Mantic. *dec.* 252. *n.* 6 S. M. Gregor. *dec.* 9. *n.* Caval. *dec.* 86. *n.* 6. Tum etiam quia fuit nullum, * utpotè concessum absque partis citatione, An- 7
gel. *cons.* 107. *n.* 1. Alex. *cons.* 6. *n.* 9. *lib.* 4. Marcabr. *cons.* 11. *n.* 2. Rota cor. Buratt. *dec.* 186. *n.* 8. et in Romana Casalis 4. Julii 1602. coram Penia impress. Marches. *de commiss. p.* 1. *fol.* 1219. nec causa * co- 8
gnita, prout requiritur. Ang. *d. cons.* 107. *n.* 1. Decius, *cons.* 386. *n.* 13. Benintend. *dec.* 73. *n.* 3. *et* 4. Rota in Bracharen. Parochialis de Basto 15. Dec. 1606. coram Card. Sacrato, quæ est *dec.* 229. *n.* 3. *post.* 2. *vol. cons.* Farin.

Immissio verò concessa per eundem Vicarium Milevitanum super bonis assignatis pro dote Canonicatuum, ad quos fuerant nominati Matthæolus, et Salvator, non privavit Philippum sua possessione, nec iisdem Matthæolo, et Salvatori suffragari potest: quia Philippus licèt bona assignaverit, fructus tamen sibi reservavit sua vita durante, ideoque enim exactio dictorum fructuum ad ipsum Philippum spectaret, ipse erat omninò citandus *leg. fin. C. si per vim, vel alio modo, cap. licèt Episcopus* 28. et ibi gloss. *vers. te non vocato de præbend.* in 6. S. M. Greg. *dec.* 46. *n.* 7. *et dec.* 500. *n.* 7. cum aliis allegatis in Colonien. Canonicatus, seu Ferculi 17. Junii anni currentis in *§. nec possessio*, coram R. P. D. meo Meltio.

Minùs relevat, quod Philippus nominaverit Salvatorem, et Matthæolum ad Canonicatus, et proinde ad ipsos spectare debeant fructus: quia nominatio utriusque legitur facta à Philippo * cum expressa reservatio- 9
ne annuorum scut. 300. ejus vita durante, et non aliàs, aliter, nec alio modo, ideò nominatio non potest à reservatione dividi, sed acceptari debet cum sua qualitate, *l. Pomponius* 13. *§. cum quis utitur, ff. de acquir. poss.* Aym. *cons.* 245. *n.* 4. Tiraq. *de retract. convent. ad fin. tit. n.* 9. Rota *dec.* 853, *n.* 10. *part.* 4. *divers.* et cor. Buratto *dec.* 223. *n.* 25. *et dec.* 246. *n.* 8. *et* 9.

Cùm itaque Philippus non fuerit privatus sua anteriori possessione, * nec habuerit se pro spoliato, in eâ 10
venit manutenendus Seraph. *dec.* 1041. *n.* 1. *et seqq.* S. M. Greg. *dec.* 9. *n.* 4. *et seqq. et dec.* 46. *n.* 9. Caval. *dec.* 432. *n.* 1. *et* 2. Bur. *dec.* 250. *n.* 8. Rever. Urgellen. *dec.* 220. *n.* 4. et fuit dictum in Rossanen. Parochialis 14. Junii 1645. *§. fin.* coram me.

Et ita fuit resolutum per contradictas, etc.

Ravenatens. Residui dotis.

Lunæ 16 *Aprilis* 1646.

ARGUMENTUM.

Quietantia amplissimis verbis concepta liberat penitus solventem et alios obligatos, et concludenter probari. Dos constituta in scutis auri, quæ postmodum fuerunt abrogata, restitui debet ad æstimationem monetæ antiquæ currentis tempore contracti matrimonii.

S. M.

SUMMARIUM.

1 *Absolutio, et quietantia amplissimis verbis concepta liberat solventem, et alios coobligatos.*

2 *et* 12. *Confessio si impugnatur tanquam erronea, error debet probari concludentissimis probationibus.*

3 *Dos constituta in scutis auri, in auro, diverso modo accipitur, quàm si fuerit constituta in scutis auri simpliciter.*

4 *Dos constituta in scutis auri simpliciter intelligitur de scutis, quæ tunc temporis currebant.*

5 *Hæres non potest impugnare confessionem defuncti.*

6 *Hæres hæredis non potest aliquid opponere contra confessionem defuncti.*

7 *Dotis restitutio debet fieri secundùm valorem monetæ quæ currebat de tempore constitutionis dotis.*

8 *Dos constituta in scutis auri post modum abrogatis restitui debet, non ad æstimationem monetæ novæ currentis, sed ad æstimationem antiquæ currentis tempore contracti matrimonii.*

9 *Testes examinati in una causâ, non probant in diversâ.*

10 *Testes non concludentes, et tempora non distinguentes, non relevant.*

11 *Testium depositiones dum sunt dubiæ, et quæ ad aliud referri possunt, non sunt attendendæ.*

13 *Per debiti accollationem quis efficitur principalis debitor, ac si ab initio ad debiti solutionem se obligasset.*

14 *Debiti solutionem hæres frustra petit, si statim id restituturus sit.*

DECISIO CLXXI.

COntracto matrimonio an. 1587. inter Antonium Lunardum, et Valeriam spretam cum dote, et supra dote scutorum 2250. auri * eóque soluto per mortem Antonii, cùm factus fuerit locus restitutioni dotis, Valeria illam recepit in tot bonis stabilibus pro summâ scut. 2250. ad rationem solid. 84. pro quolibet scuto, ut apparet ex ejus finali quietantia Summ. Josephi, et litis consortium *n.* 7. Verùm, quia Ant. Lunardus junior hæres ex testamento Valeriæ prætendebat dotem restituendam esse in scutis auri, et ideò sibi deberi il ius supplementum, seu residuum usque ad verum illorum valorem, egit coram A. C. qui sententiam protulit ad favorem Josephi, et litis consortium: causâ verò appellationis mihi commissâ proposui dubium an Antonio d. Supplementum debeatur, quod Domini negativè resolverunt.

Etenim ex præfictâ quietantiâ apertè constat, Valeriam fuisse integrè satisfactam de suâ dote, et supra dote mediante assignatione tot bonorum stabilium eidem factâ per Vincentium unum ex obligatis ad d. dotis restitutionem, qui cum reportaverit absolutionem
1 * amplissimis verbis conceptam, non solùm idem Vincentius, qui solvit, sed etiam Joseph. et alii coobligati fuerunt penitus liberati juxt. *l. verb. oblig.* 107. *ff. de solut. l.* 2. *et* 3. *ff. de duobus Reis* Mant. *de tac. lib.* 15. *tit.* 6. *n.* 1. *et* 2. Surd. *cons.* 221. *n.* 58. Rota in Ravennaten. dotis 11. Apr. 1644. cor. R. P. D. meo corrad. § *cum itaque*.

Undè cùm Antonius hæres Valeriæ impugnet illius confessionem in eadem quietantiâ emanatam tanquam erroneam, ex eo quod dos fuerit constituta in scutis auri, dos verò facta fuerit in scutis valoris solid. 84.
2 tenet respondere hujusmodi errorem * exactissimis, et concludentissimis probationibus, ita ut res aliter se habere non possit juxta *l. cum de indeb.* 25. § *ult. ff.* ubi notant DD. communiter. Ruin. *cons.* 10. *n.* 15. *lib.* 3. Soc. Sen. *cons.* 57. *n.* 11. *lib.* 4. Rota *decis.* 251. *num.* 25. *part.* 7. *recent.* Qui tamen error nedum hodiè non probatur, sed imò contrarium evidenter constat ex ipsâ Apochâ sponsalium *d. Summ. n.* 1. in
3 qua legitur * dotem constitutam fuisse, non in scutis auri in auro, ut loquuntur Doctores, et decisiones in contrarium adductæ, sed in scutis auri, simpliciter, pro quibus solutus fuit valor tunc currens in monetâ argenteâ, ut etiam apparet ex instrumentis foliorum,
4 *eod. sum. n.* 2. *et seqq.* ideoque intelligi debet * dotem constitutam fuisse in scutis auri solid. 84. quæ tunc temporis communiter currebant in Civitate Ravennæ, ac in Provincia Romandiolæ, ut dixit Rota in Forolivien. legati 13. Jan. 1642. coram Emin. D. Card. Panzirolo, et fatetur etiam Jacobus Lunardus Socer Valeriæ dum in suo instrumento declaravit, hujusmodi dotem sibi solutam fuisse in scutis 2250. ad rationem solid. 84. pro scuto, quam summam mandavit
5 etiam restitui, ut in *eod. sum. n.* 4. quam * confessionem scuti non potuisset Vincentius illius hæres impugnare, ita nec potest aliquid contra eam opponere Antonius ejusdem Vincentii filius, et hæres, ut
6 * dixerunt Rond. *cons.* 3. *n.* 54. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 87. *n.* 127. *et seq.* Rot. cor. Andrea *dec.* 86. *n.* 6. *et in rec. dec.* 265. *n.* 3. *p.* 1. et propterea in eadem summâ scut. 2250. ad rationem solid. 84. pro
7 * scuto debebat fieri dotis restitutio, Natta *cons.* 454. *per tot.* Joseph. Ludov. *concl.* 10. *col.* 2. *vers. sed quidquid*, et firmavit Rota in Forolivien. dotis 3. Dec. 1629. cor. bon. mem. Coccino, et in Ravenatens. Concordiæ 5 Martii 1638. cor. D. meo Carillo, et in d. Foroliv. legati §. *nec visum fuit*, cor. Emin. Panziolo.

Præterea dum dicta scuta aurea, quæ de tempore contracti matrimonii currebant, fuerint de anno 1598. abrogata et prohibita à S. M. Clem. VIII. neque hodie reperiantur, sed remanserint scuta imaginaria, ut dicitur in supra dictis decisionibus, utique dotis *
8 restitutio non debetur ad æstimationem monetæ novæ currentis, sed ad æstimationem antiquæ quæ currebat de tempore contracti matrimonii, ut tradunt Isern. *in usib. feud. tit. quæ sint regalia* §. 1. *n.* 20 *vers. quocumque modo* Cynus *in l. quod te* 5. *n.* 9. *vers. Sabinus, ff. si cert. pet.* et ibi Alex. *n.* 6. Abbas *in cap. quanto* 18. *n.* 12. *de jurejur.* Peregr. *cons.* 13. *n. fin. lib.* Minsinger. *observ.* 1. *n.* 3. *seq. cent.* 4. Chartar. *decis. Januen.* 134. *n.* 6. Rota in Romana aureorum cor. Card. Lancell. apud Marches. *p.* 1. *pag.* 652. *n.* 1. *et impress. penes Cenc. post tract. de censibus dec.* 216. *n.* 1. *et n.* 6. *et dec.* 217. *n.* 1. et coram Bur. *dec.* 428. *n.* 1.

Non obstat quòd decisiones Foroliv. superiùs allegatæ loquantur de tempore longè diverso, quo constituta fuit hæc dos: quia cùm de anno 1569. scuta aurea solidor. 48. fuerint abrogata à Clemente VIII. ut supra dictum est, sequitur, quòd ante dictum tempus, et sic de anno 1587. quo dos constituta fuit erant in usu; Testes verò, *Summ.* Antonii *n.* 9. asserentes, quòd scuta aurea de anno 1586 et 1587. erant ejusdem valoris, prout sunt scuta hodie currentia, nihil relevant, quia præterquàm quòd
9 * sunt examinati in alia causa, et hâc lite pendente, neque etiam concludant, quòd
10 tunc temporis non adesset, nisi una species scuti * aurei; et dum deponunt, scutum aureum ascendisse ad medietatem duplæ, intelligi possunt sensisse de aureis justi ponderis, quæ non fuerunt abrogata, non autem de illis solid. 84 in quibus constituta fuit dos, de quâ agitur, et ideò illorum * depositiones non erat attendenda,
11 tanquam dubia et quæ ad aliud referri potest. *c. in præsentia* 8. ubi Gloss. et DD. *de probat. l. non hoc* 4. ubi Jas. *n.* 4. *C. unde legit.* Rev. Ungellen. *dec.* 397. *n.* 37. *et seq.* maximè ad ostendendum errorem supra dictæ quietantiæ, * quo casu requiruntur probationes
12 concludentissimæ, ut dixit Rota *dec.* 261. *n.* 25. *p.* 7. *rec.* cum aliis *suprà* allegatis.

Et eò libentius in hanc sententiam iverunt Domini, quia Vincentius in instrumento divisionis factæ de anno 1614. inter se acceptæ hæredes Jacobi de Lunardis accollavit sibi hoc debitum dotis, et Valeria tam divisionem, quàm accollationem acceptavit, ut in *Summ.*

Josephi

13 Josephi *n.* 5. *et* 6. per quam accollationem * idem Vincentius effectus fuit principalis debitor, ac si ipse ab initio ad d. doris restitutionem se obligasset, ut dixit Rota *dec.* 547. *n.* 1. *et* 2. *impress. apud Cencium tract.* 14 *de censibus.* ideò Antonius cùm sit filius, * et hæres ejusdem Vincentii, frustra petit doris suplementum, uti hæres Valeriæ, quod statim restituturus esset tanquam hæres Vincentii juxt. *l. aliquando* 13. §. *fin. ff. ad Senat. Cons. Velleian. et in l. hæc stipulatio* 14. §. *divus*, *ff. ut legat. nom. caveatur*, nam sive dos esset solvenda in scutis auri solid. 84. sive in scutis auri, quæ constituunt medietatem duplæ, tamen non potest An- 15 tonius molestare * Josephum, et alios coobligatos, quos mediante accollatione prædicta tenetur eodem tempore conservare indemnes, ut firmavit Rota in Romana prætensæ nullitatis 14 Maii 1614. coram bon. mem. Cardin. Verospio.

Et ita utraque, etc.

Romana Domorum in Burgo.

Veneris 18. *Maii* 1646.

ARGUMENTUM.

In judicio redintegrationis duo extrema sunt necessariò probanda, scilicèt anterior possessio actoris, et recentior rei conventi, illaque datur adversus factum Judicis, quando nulliter, et injustè processit. Subhastatio bonorum pupilli facta pro parvo debito de re magni valoris, existentibus rebus minoris valoris, nullo modo potest sustineri, ac ulteriùs evidenter corruit, quoties fuit in ea citatus Tutor, qui verè non erat talis, imo falsus posteà fuit declaratus.

SUMMARIUM.

1 *Possessio anterior alicujus probatur ex mandato, subhastatione, et deliberatione contra eum factâ.*

2 *Possessio probatur ex instrumento adeptæ possessionis.*

3 *Possessio moderna partis probatur ex sustentatione litis, quæ junctis adminiculis sufficit in judicio redintegrationis.*

4 *Possessione quis privatur mediante deliberatione rei possessæ facta à Judice.*

5 *Judex nulliter, et injustè procedens dicitur spoliare, et spoliato competit redintegratio.*

6 *Subhastatio, et deliberatio est nulla, quando fuit facta contra pupillum, citato eo, qui non erat tutor.*

7 *et* 8. *Et fortiùs si Tutor fuit declaratus falsus, quo stante non potest dubitari de invaliditate totius processûs.*

9 *Tutor quando verè non est talis, et fuit falsus declaratus, tunc ex ejus actibus non potest aliquod præjudicium inferri pupillo.*

10 *Subhastatio est injusta, dum pro modico debito res magni valoris subhastatur.*

11 *et* 12. *Pro debito parvo non potest subhastari res pupilli magni valoris, maximè dum constat adesse bona minoris valoris.*

13 *Ad redintegrationem agens probare tenetur duo extrema, nempe possessionem anteriorem suam, et juniorem adversarii.*

14 *et* 15. *Redintegratio, quæ competebat auctori, competit etiam ejus hæredi.*

DECISIO CLXXII.

RESolverunt Domini concedendum esse mandatum de redintegrando Francisco de Alexandris hæredi q. Antonii junioris de Guidis ad possessionem domorum in Burgo de quibus agitur, quia extrema necessaria in hoc judicio concludenter probantur. Primum enim anterioritas possessionis Antonii probatur ex * mandato, subhastatione, et deliberatione dictarum domorum contra ipsum Antonium facta, Rota coram S. M. Gregor. *dec.* 362. *in princ. et decis.* 402. *n.* 2. *et seq. et in rec. decis.* 406. *n.* 2. *part.* 4. *et decis.* 229. *n.* 1. *part.* 7. 1

Secundum verò extremum, videlicet junior, et moderna possessio illorum de Fabiis non controvertitur, et satis probatur, *nedum ex instrumentom adeptæ 2 possessionis, de quo in summ. Francisci *n.* 3. ut firmavit Rota cor. Buratt. *decis.* 363. *n.* 1. Sed etiam ex ipsa litis sustentatione, * quæ junctis adminiculis sufficiunt 3 in hoc redintegrationis, juxta *dec.* Caputaq. 372. *p.* 2. *et d. dec. n.* 3. *p.* 4. *et dec.* 229. *n.* 4. *part.* 7. *rec.*

Non obstat quòd Antonius dictâ possessione privatus * fuerit mediante deliberatione facta per Judicem, 4 ad text. *in l. justè possidet* 11. *ff. de acquir. poss.* Quia cùm Judex nulliter, et injustè processerit, talis deliberatio non * est attendenda, nec potest aliquo modo 5 redintegrationem impedire, Aym. *cons.* 18. *n.* 8. *et cons.* 302. *n.* 1. Grat. *cons.* 76. *n.* 3. *lib.* 2. Rol. *cons.* 6. *num.* 34. *lib.* 2. Rota *dec.* 229. *n.* 2. *et dec.* 264. *n.* 3. *impress. apud. Pacif. tract. de Salv.*

Nullitas autem subhastationis, et subsecutæ deliberationis, * ex eo ostenditur, quia actum fuit contra 6 Antonium, qui tunc temporis erat pupillus citato Vincentio Berna, tanquam ejus Tutore, qui verè talis non erat, imò falsus * declaratus fuit ut constat ex sententia relatâ in Summ. Francisci *n.* 4. ideòque dubitari 7 non potest de invaliditate * totius Judicii, ac nullitate 8 prædictæ subhastationis, et deliberationis, ut ex *l. si tuto.* 4. ibique Bald. *num.* 1. *C. in quibus caus. rest. in integr. necess. non est.* Montan. *de tutor. cap.* 34. *reg.* 1. et dixit Rota coram Card. Cavaler. *decis.* 67. *n.* 7. *et in rec. decis.* 167. *num.* 2. *et decis.* 406. *n.* 4. *part.* 4. *rec.*

Nec relevat quòd Vincentius se publicè gereret pro tutore, et pro tali haberetur, ac etiam pro pupillo in causa comparuerit. Quia cùm ille verè tutor non esset, sed fuerit falsus declaratus, ut suprà dictum est, non potuit * ex hujusmodi actibus aliquod præjudicium in- 9 ferri pupillo, ut est text. express. *in l.* 1. §. *idem Pomponius et toto tit. ff. quod falso tutore.* Auth. *leg. qui neque* 8. *ff. de reb. eorum*, Montan. *de tutor. cap.* 34. *reg.* 1. *n.* 1. *et seq.* Rota coram Card. Caval. *decis.* 67. *n.* 7.

Concurrit præterea evidens injustitia prædictæ subshastationis, * nam pro modico debito scutorum 200. 10 fuerunt subhastatæ domus valoris scut. 4000. ut constat ex relatione periti *in Summ. n.* 2. Tamen certum est pro parvo debito non posse subhastari res magni 11 valoris, præsertim cùm ex inventario confecto ab ipsomet Vincentio, appareat plura extitisse loca Montium, ex quibus, vel ex eorum venditione poterat non solum prædicto sed * etiam alteri prætensæ 12 dotis debitor satisfieri et tantum pupilli præjudicium, atque dispendium excitari, juxta *leg. magis puto.* 5. §. *non passim. ff. de reb. eor.* Rot. cor. Card. Caval. *dec.* 585. *n.* 4. Bur. *dec.* 627. *n.* 9. *et in rec. dec.* 406. *n.* 5. *part.* 4. *et dec.* 229. *n.* 16. *p.* 7.

Probatis igitur extremis in hoc judicio necessariis, videlicet anteriori possessione harum domorum Antonii, ac * earum posteriori possessione illorum de Fabiis, 13 et probata etiam nullitate, ac injustitia subhastationis, utique concedenda est redintegratio ad possessionem earundem domorum * quæ sicut competebat Antonio 14 anteriori possessori juxta doctrinam Abb. *in cap. conquerente* 7. *n.* 1. *de rest. spol.* R. *dec.* 406. *n.* 1. *p.* 4. *rec.*

ita com-

15 ... competere debere Francisco ejusdem * Antonii hæredi, ut dixit Rota cor. Crescent. *dec.* 3. *de restit. spoliat.* sanct. mem. Greg. *dec.* 542. *n.* 2. Burat. *dec.* 271. et in Narnien. bonorum 22. April. 1622. cor. Rembaldo.

Et ita parte utraque, etc.

Romana officii Notariatûs.

Veneris 19. *Junii* 1648.

ARGUMENTUM.

Venditor recipiens pretium rei venditæ ab emptore, et cedens ipsi emptori jura sua sub obligatione de non contraveniendo, alia ad damna et interesse, stante contraventione posteà secuta justè condemnatur ad restitutionem pretii, cum ob contraventionem fuerit commissa stipulatio in eum casum concepta. Obligatio Cameralis habet executionem paratam.

SUMMARIUM.

1 *Læsio quando cessat, non est locus restitutioni in integrum.*

2 *Sententiarum justitia bene remanet comprobata ex decisionibus Rotalibus in causa factis.*

3 *Obligatio si non impletur, committitur stipulatio ad damna, et interesse in eum casum concepta.*

4 *Via executiva rectè agitur vigore obligationis cameralis, cùm ea habeat executionem paratam.*

5 *et* 6 *In contractibus nominatis non licet recedere ob non implementum alterius partis, sed agi debet ad implementum, et ad interesse,*

7 *Sub obligatione ad damna et interesse venit etiam restitutio pretii.*

8 *Renunciatio aliqua, quòd fuerit tantùm verbalis, ex quo satis convincatur.*

9 *Actus non effectuatus non debet attendi.*

DECISIO CLXXIII.

VEndidit Paradisus medietatem officii Notariatûs Marcello Jannotto pretio scut. 3100. et cùm tractu temporis idem Jannottus alienasset quintam partem dictæ medietatis in Righezzium, Paradisus recepit ad computum dicti pretii scuta 250. ab eodem Righezzio, illique cessit jura sua pro dictâ ratâ, cum promissione de non contraveniendo aliàs ad omnia damna sub obligatione Camerali. Verùm quia Paradisus ex causa non adimpleti contractûs, ob non extinctionem certi censûs debiti Ascanio Mandosio per Jannot. primum emptorem promissam, obtinuit sibi adjudicari prætatam officii medietatem, Righezz. egit pro restitutione pretii soluti, ex quo rata cessa spoliatus mandatum executivum ad A. C. obtinuit, quod Rota dixit esse exequendum in secunda instantia cor. bon. mem. Merl. et in tertia cor. R. P. D. meo Peuting. præviis pluribus decisionibus. Commissâ mihi verò causâ, ac disputato dubio, An constet de census restitutione in integrum, DD. negativè responderunt.

Ratio resolutionis fuit, quia satis superque constat de justitia, ac validitate mandati A. C. Z. Exequatur concessi ab hoc Sacro Tribunali; quibus concurrentibus cessat læsio, 1 * sine qua nunquam datur restitutio in integrum. *l. quod si minor*, 25. §. 1. *ff. de minor.* Cartr. *in l. fin. n.* 5. *vers. in Curia*, *C. in quibus caus. in integr. rest. non est necess.* Alex. *consil.* 21. *n.* 6. *lib.* 1. Odd. *de rest. in integr. p.* 1. *q.* 4. *art.* 1. *per tot.* Rota cor. Seraph. *dec.* 1238. *n.* 1. *et dec.* 194. cor. Cavad.

Validitas enim controvertitur solum ex eo quòd Signatura commiserat causam R. P. D. meo Peutingero, cum clausulâ, *alteri, qui ad legitim. executor. procedat*, cujus rescripti formam non fuisse servatam contendit Paradisus, ex quo nunc fuit disputandum debuisse an sit procedendum ad legitimam executionem. Sed hujusmodi objectum cessat ex facto, attentâ decisione emanatâ sub die 27. Maii anni præteriti cor. eod. D. meo Peutingero. Justitia verò plenè * remanet comprobata ex decisionibus in secundâ et tertiâ instantiâ emanatis 26. Maii 1641. coram bon. memor. Merlino 20. Novemb. 1645. 27. Maii 1646. et 20. Febr. 1647. cor. Dom. meo Peutingero. Siquidem Paradisus dum recepit à Righezzio emptore quintæ partis officii scuta 250. illique cessit jura sub obligatione de non contraveniendo aliàs ad damna, et interesse, stante contraventione posteà secuta ex adjudicatione obtentâ etiam pro ratâ Righezzio cessâ, justè fuit Paradisus * condemnatus ad restitutionem pretii, cùm ob contraventionem fuerit commissa stipulatio in eum casum concepta, juxta *l. stipulationes non dividuntur* 72. *ff. de verb. oblig. l. fœnerator* 6. *vers. si navis ff. de naut. fœnor.* Rota coram S. M. Gregor. *dec.* 564. *n.* 4. cum aliis relatis in Romana Permutationis 20. Febr. 1647. *in §. siquidem*, coram R. P. D. meo Bichio, et quidem justè etiam actum fuit viâ * executiva in vim obligationis Cameralis, quæ habet executionem paratam; Zoch. *de oblig. Camer. quæst.* 2. *num.* 5. Rota post eundem *decis.* 12. *num.* 1. *et decis.* 118. *num.* 5. *in rec. decis.* 258. *n.* 1. *part.* 6.

Nec relevat, quòd in contractibus nominatis, qui * suum effectum sortiri sunt, prout est contractus, de quo agitur, quatenus altera ex partibus deficiat in implemento, non liceat alteri à contractu resilire, sed agi debeat ad implementum, ac ad ea damna, * quæ ob non implementum altera pars passa fuit, ut dixit Rota coram S. M. Gregor. *dec.* 130. *n.* 2. Quia cùm in præsenti Paradisus promiserit non contravenire aliàs ad * damna, et interesse, certum est, quòd sub hujusmodi obligatione damnorum, et interesse venit etiam restitutio pretii, ut latè probat Gratian. *discept.* 301. *n.* 10. *et seqq.* Ruin. *cons.* 141. *sub n.* 9. *post med. lib.* 1. Rot. *dec.* 741. *n.* 1. *part.* 1. *divers. post Pacif. dec.* 28. *n.* 3. et coram S. M. Gregor. *decis.* 88. *n.* 3. Adden. *ad ejusdem dec.* 564. *n.* 5. et dictum fuit in hâc causâ. 26. Junii 1641. *in §. justum apparet*, coram bon. mem. Merlino.

Minusque relevat renunciatio facta per Paradisum dationi in solutum, ac judicationi obtentæ totius medietatis officii. Quia cùm appareat illum actualiter apprehendisse possessionem dicti officii, ut legitur in instrumento relato in fine Summarii illorum de Lercariis, in eaque post dictam renunciationem continuasse, ac litteras patentes super titulo ejusdem officii à Dataria obtinuisse, ac demum de anno 1641. illius amplam donationem fecisse Angelæ propriæ filiæ ex his sanè convincitur, renunciationem illam * fuisse verbalem; nam si realis fuisset, prædicta uti de directo contraria, ac renunciationi repugnantia facta non fuissent, nec fieri potuissent, *l. sicut* 8. §. *supervacuum ff. quibus modis pign. vel hypoth. solv.* Bart. *in l. post contract.* 15. *n.* 4. *ff. de donat.* Mantic. *de tac. et ambig. lib.* 13. *tit.* 36. *n.* 1. Farin. *de falsit. et simulat. quæst.* 162. *n.* 243. et latè probatur in decisione in hac causa emanata 20. Feb. 1647. cor. R. P. D. meo Peuting.

Nec contrarium deduci potest ex mandato, et declaratoria post dictam renunciationem per Paradisum obtentis ab A. C. contra Jannottum. Quia in eo casu actum fuit contra Jannottum, non pro sorte principali Censûs, pro qui prius obtenta fuerat adjudicatio prædicta, sed pro scutis 627. et b. 70. per Paradisum soluris Mandosio creditoi censûs pro fructibus ejusdem censûs, ad quos vigore præcedentis accollationis tenebatur dictus Jannottus, ut patet ex ipso mandato, et

declaratoria, Summario Paradisi *n.* 9. unde hinc nulla potest deduci probatio effectuationi renunciationis
9 prædictæ, quæ ideò * uti non est effectuata, in nulla consideratione habenda est, ut bene respondit Rota in hac causa 20. Febr. 1647. *in §. neque Paradisum*, cor. R. P. D. Puetingero.

Fuit itaque resolutum, non constare de causis restitutionis in integrum, utraque parte informante, etc.

Beneventana domus.

Veneris 16 *Novembris* 1648.

ARGUMENTUM.

Immissio in vim Salviani interdicti conceditur, constito de credito cum hypothecâ, possessione debitoris de tempore obligantis, vel post, ac possessione modernâ Rei conventi. Pactum de retrovendendo transit ad hæredes, et tanquam individuum, potest à quolibet ex hæredibus exerceri. Præscriptio Urbis statutaria non habet locum in actione reali, et adversùs legalem datur hæredibus restitutio in integrum ex capite probabilis ignorantiæ, quæ semper in hærede præsumitur, nisi contrarium probetur.

SUMMARIUM.

1 *Immissio vigore Salviani interdicti, quibus concurrentibus denegari non possit.*
2 *Apocha subscripta plenè probat contra subscribentem.*
3 *Sub obligatione Camerali, quod veniat hypotheca dubitari non potest.*
4 *Clausula*, Constituti, *probat possessionem constituentis contra constitutarium.*
5 *Possessio posterior rei conventi in judicio Salviani probatur ex clausula*, Constituti, *in ejus favorem in instrumento apposita.*
6 *Item ea probatur ex mandato judicis, super manutentione ad ejusdem favorem relaxato.*
7 *Item ex sustentatione litis, quæ sola sufficit, juncto aliquali adminiculo.*
8 *Pactum de retrovendendo transit ad hæredes.*
9 *Pactum de retrovendendo, tanquam individuum, potest à quolibet ex hæredibus exerceri.*
10 *Præscriptio Urbis Statutaria, non habet locum in actione reali.*
11 *In hæredibus præsumitur ignorantia.*
12 *Hæredibus datur restitutio in integrum ex capite ignorantiæ adversùs præscriptionem.*
13 *Ex scripturæ retentione in hærede, licèt arguatur scientia dictæ scripturæ, non tamen concluditur scientia alicujus pacti in ea contenti.*
14 *Præsertim si agatur de magno præjudicio.*
15 *Scientia certa, et indubia requiritur, dum agitur de magno præjudicio, nec sufficit præsumpta.*

DECISIO CLXXIV.

POstquam Rota concessit manutentionem in possessione Domus, de quâ agitur, Claudiæ Mustæ, ut in decisione coram Me emanata 14. Dec. 1646. Catharina et alii de Carissimis, acquiescentes decisioni prædictæ, ac refectis omnibus expensis, convolarunt ad aliud judicium, et in vim pacti de restituendo eandem domum sub obligatione Camerali appositi in apochâ confectâ per Lucium Mustum Actorem Claudiæ ad favorem Bartholomæi, et aliorum de Carissimis Actoram Catharinæ, et aliorum nunc Agentium, petierunt ex remedio utilis Salviani immissionem, quam hodiè DD. concedendam esse censuerunt.

Nam constare visum fuit de omnibus extremis necessariis in hoc Judicio, nempe de credito cum hypothecâ, de possessione Lucii, qui promisit domum restituere, et demum de possessione Claudiæ reæ conventæ, * quibus concurrentibus immissio ex utili Sal- 1
viano interdicto denegari non debet Rota cor. S. M. Greg. *dec.* 491. *n.* 6. *in rec. dec.* 104. *n.* 2. *p.* 4. *tom.* 2. *et dec.* 407. *n.* 1. *p.* 4. *rec.* et alibi passim.

Creditum enim cum hypothecâ evidenter resultat ex pacto de restituendo sub obligatione Camerali contento in Apochâ prædictâ quæ uti per Lucium subscripta, ac pluribus testibus munita, * et formiter recogni- 2
ta, plenè probat contra scribentem et habentem causam ab eo *l. publica* 26. *§. fin. ff. de posit. leg. si ego* 10. *versic. Planè*, *ff. de jure dot. auth. contra qui propriam*, *Cod. de non num. pec.* Rot. *decis.* 650. *n.* 1. *rec.* sub * obligatione verò Camerali contineri hypo- 3
thecam dubitari non potest, ut tradit Galles. *super form. ejusdem oblig. q.* 5. *n.* 3. ibique Zacch. *n.* 37. Rot. post eundem *dec.* 189. *n.* 10. *dec.* 194. *n.* 15. *et dec.* 266. *n.* 1. et coram Burat. *decis.* 905. *n.* 2.

Possessio Lucii promissoris probatur ex instrumento assignationis, ac donationis in dotem factæ ad favo- 4
rem Claudiæ * cum clausula *Constituti* quæ probat possessionem Constituentis contra Constitutarium Rota *dec.* 766. *n.* 11. *p.* 1. *divers. et decis.* 150. *n.* 5. post Cenc. *de cens.* coram Seraph. *decis.* 1415. *n.* 2. *et in rec. dec.* 412. *n.* 3. *et dec.* 539. *num.* 2. *part.* 4. et demum probatur possessio posteriot Claudiæ, * 5
nedum ex clausulâ prædictâ ad ejus favorem appositâ in dicto Instrumento Rot. *d. dec.* 539. *n.* 3. *part.* 3. *recent.* Verùm etiam ex mandato Rotali super manutentione ad ejusdem favorem relaxato, ac ex litis sustentatione, * quæ sola sufficit, juncto aliquali admi- 7
niculo. Rota post Pacif. de Salvian. *dec.* 98. *n.* 11. *et dec.* 73. *n.* 4. *in fin. post primum vol. cons.* Farin. *in recent. dec.* 481. *n.* 7. *part.* 4. *tom.* 4. et coram Cavaler. *dec.* 204. *n.* 6.

Non obstat quòd pactum de restituendo fuerit conceptum ad favorem Bartholomæi, et aliorum de Carissimis, non autem Catharinæ, et Eleonoræ nunc Agentium. Quia cum Catharina, et alii de Carissimis * sint hæredes Bartholomæi, ac aliorum, quorum favo- 8
re fuit promissa restitutio, ut in eorum *Summ. n.* 3. in ipsos transivit pactum prædictum Rota coram Burat. *decis.* 937. *n.* 1. et cùm sit individuum, posset à quolibet etiam ipsorum hæredum exerceri. Jas. *in l. stipulationes non dividuntur* 72. *sub. n.* 21. *versicul. Tene. ff. de verb. oblig.* Rub. Alex. *consil.* 90. *n.* 4. Tiraquell. 9
de retract. convent. §. 1. *gloss.* 6. *n.* 37. Mantic. *de tac. et ambig. lib.* 4. *tit.* 32. 27. Boër. *dec.* 251. *n.* 2. Ludov. *decis. Perus.* 112. *sub n.* 11. *et seqq.* Mastrill. *dec.* 21. *in princ. et in fin.* Rota cor. Buratto *decis.* 937. *n.* 8.

Neque relevat exceptio præscriptionis, quæ fuit deducta * per Claudiam in Judicio manutentionis: 10
quia Statutaria urbis præscriptio non habet locum in actione reali Gabr. *concl.* 4. *n.* 17. *de præscript.* Rota *dec.* 727. *n.* 5. *p.* 1. *divers.* cor. Penia *decis.* 601. *n.* 7. et in Firmana Salviani 10. Dec. 1618. *in §. nec visum fuit*, coram Remboldo. Præscriptio verò legalis, quatenus etiam completa fuisset, obstare non potest, quia cùm Catherina, et alii de Carissimis sint hæredes Bartholomæi, et aliorum, ad quorum * favorem fuit 11
promissa restitutio domus, ut dictum est, in ipsis præsumitur ignorantia hujus promissionis Bartol. *in l. Æmilius* 39. *n.* 5. *ff. de minor.* Surd. *consil.* 226. *n.* 10. *et seqq.* Eugen. *cons.* 95. *n.* 23. *lib.* 1. Rot. coram R. Urgellen. *dec.* 426. *n.* 9. ac proinde eisdem Actoribus ex hoc capite * competit restitutio in integrum 12
Surd. *d. cons.* 226. *n.* 11. *et seqq.* Caball. *cons.* 123. *n.* 4. *et* 5. *lib.* 1. Thesaur. *dec.* 103. *n.* 4. Rota coram R. Urgellen. *d. dec.* 426. *n.* 12.

Nec

Nec hujusmodi probabilis, ac præsumpta ignorantia
13 excludi potest ex eo, quod Catharina, & alii de Carissimis retinuerint apocham, in quâ legitur pactum de rest-
14 tituendo: * quia licèt ex hujusmodi retentione deduci possit scientia scripturæ, non tamen concluditur scientia pacti in ea appositi, * dum præsertim agitur de maximo præjudicio Rot. coram R. Urgellen. *d. decis.* 426. *n.* 6. & 18. nam tali casu requiritur certa, & indubitata
15 scientia, * nec sufficit præsumpta Rot. *dec.* 95. *n.* 2. & *dec.* 111. *n.* 7. *p.* 1. *recent.*

Fuit itaque resolutum, dandam esse immissionem, Carissimis tantùm informantibus, altera tamen parte sæpiùs vocatâ.

Anconitana dotis.

Lunæ 28. *Junii* 1649.

ARGUMENTUM.

Quietantia facta à marito de tota & integra dote, aliquo modo promissa, non probat solutionem alterius partis dotis, alio modo aliqua promissa fuit. Non dicitur augmentum dotis, sed major dos, quod vidua in limine matrimonii secundo viro tradidit, & propterea pro restitutione habet privilegium. *Auth. res quæ, Cod. commun. de leg.*

SUMMARIUM.

1 *Verba prædicantia de tota & integra dote sunt limitativa totalitatis in quantitate certa, & probant negativam quantitatis majoris.*
2 *Intellige de dote data, seu promissa, eo modo de quo prædicta verba loquuntur, non autem de aliâ parte dotis, si alio modo promissa fuit,* & n. 4.
3 *Verba generalia restringuntur, & interpretationem recipiunt ab aliis verbis specialiter adjectis.*
5 *Probatum, & admissum in præcedentibus decisionibus, supervacaneum est rursus ostendere.*
6 *Dotis augmentum magis suspectum est, quàm dos.*
7 *Augmentum dotis non dicitur, sed major dos, quod in limine secundi matrimonii vidua tradidit ad compensandam viduitatem.*
8 *Vidua indiget majori dote, quàm virgo.*
9 *Dotis augmentum factum ab uxore in limine secundi matrimonii habet pro restitutione privilegium.* Auth. res quæ Cod. commun. de legat.
10 *Cùm sit verè, & propriè dos, idemque de eo judicetur, ac de ipsâ dote.*
11 *Et pro illius solutione, & restitutione alienari possunt bona fideicommissaria in subsidium.*

DECISIO CLXXV.

PEr plures decisiones, & duas sententias Rotales fuit firmatum, dotem Franciscæ Lanfroconæ scutorum 4000. fuisse constitutam in limine ipsius contractûs matrimonii, adeo ut nihil prorsùs supereset deducendum; Concessa tamen ex benignitate nova audientiâ, visum fuit, quòd ea quæ hodie denuo allata fuerunt, sublata remanent, tam ex decisionibus in hâc causâ emanatis coram bon. mem. Buccabella quàm aliis coram R. P. D. meo Arguelles, coram Rev. Decano, & demùm coram me sub die 1. Martii præteriti, cujus decisionis fundamenta, etiam hodie DD. approbando, perstiterunt in decisis.

Nam Fanelli iterùm in medium adducebant vetus, & sæpè deductum objectum desumptum ex instrumento celebrato de anno 1623. iterum dato in Summario

de Fanellis *n.* 1. cujus verba sunt. *Cum fuerit contractum matrimonium cum dote, &c. verbo tenus, &c. scuta* 2250. & infra ibi, *Hieronymus d. ejus uxorem præsentem de tota, & integrâ dote sibi verbo tenus promissa ex nunc, prout ex tunc, quietavit, &c.* ex quo Instrumento Fanelli potissimum ponderabant illa † 1
verba, *de tota & integra dote*, quæ sunt limitativa totalitatis in quantitate certa & probant negativam quantitatis majoris, ut ex doctrina Bald. *in l. Actor.* 23. *num.* 6. & *seqq. C. de probat.* Oldrad. *consil.* 254. *nu.* 14.

Sed hujusmodi decretum fuit sublatum ex responsionibus datis in decisione in hac causâ emanata 16. Martii 1635. coram bon. mem. Buccabella, & in aliis duabus coram R. P. D. meo Arguelles 17. Junii 1647. *in §. nec attendenda venit*, & 31. Januarii 1648. *in §. minor sexta*, & coram me 1. Martii præteriti, *sub §. vetus objectum.*

Et profectò DD. animadvertebant difficultatem penitus cessare ex eo, quia dos Franciscæ fuit partim verbo tenus promissa, ut loquitur instrumentum suprà relatum, partim verò constituta, ac cum effectu tradita secundo viro in mobilibus, gemmis, & pecuniis in limine matrimonii & eodem die quo mulier ad illum accessit; unde licèt quietantia prædicta anni 1623. loquatur de tota, * ac integrâ dote; & sit 2
verbis generalibus concepta, tamen cùm loquebatur expressè de dote verbo tenus promissâ, quietantia restringenda est ad hujusmodi partem dotis, cùm verba generalia * restringantur, & interpretationem 3
recipiant ab aliis verbis specialiter adjectis *leg. sed si adjiciatur* 13. ubi gloss. pro soc. Felin. *in cap. fides* 15. *n.* 3. *de rescript.* Burd. *cons.* 34. *n.* 39. Rota *dec.* 587. *num.* 1. *in fin.* coram Card. Seraph. & in aliis relatis in Eugubina refectionis domorum 4. Junii 1540. §. *fin.* coram Reverendiss. Salamantino. Ac propterea nullo modo ex quietantia dotis verbo tenus pro- 4
missæ * deduci potest probatio negativæ majoris summæ dotis diverso modo constitutæ, ac traditæ, ut dictum est.

Fuisse verò à Franciscâ in limine matrimonii tradita, & secundum adduxisse quando accessit ad domum viri plura mobilia ingentis valoris, gemmas, & pecunias, adeò probatum fuit in aliis * hujus causæ 5
decisionibus, ut supervacaneum DD. judicaverint rursùs hoc ostendere, & sole clarior probatio resultat ex deductis in decisione 16. Martii 1635. *in princ. & sub §. ex testib. & seqq.* coram bon. mem. Buccabella & in decis. R. P. D. mei Arguelles 27. Junii 1637. Septima autem conjectura, & seqq. & in alia 31. Januarii 1648. coram eodem in qua lucu-lenter removentur omnes exceptiones à Fanellis adductæ, & in decisione coram me sub §. *attamen DD. & seqq.*

Et gratis dicitur quod non agatur de dote, sed de illius * augmento, quod esse magis suspectum quàm do- 6
tem tradit Barbosa *in l. pact. 6. n. 39. ff. solut. matr.* Quia hîc, ut visum est, non agitur de augmento dotis facto constante Matrimonio, sed * de majori dote constitutâ in 7
limine secundi matrimonii, quam secundo viro viduam non fraudem præsumptæ donationis, sed ad compensandam viduitatem dedisse censetur, * cùm vidua indigeat 8
majori dote, quàm virgo Dec. *in l. si qua mulier.* 1. *n.* 5. *in fin. C. de secund. nupt.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 6. *n.* 30. Hodiern. *in leg. hac edictali quæst.* 26. *n.* 36. *& seq. Cod. de secund. nupt.*

Et proinde cùm non agatur de augmento dotis facto à viro vocari, * sed de majori dote quam uxor vidua 9
dedit secundo viro; pro restitutione competunt privilegia *auth. res quæ Cod. commun. de leg.* nam augmentum factum ab uxore in limine * secundi matrimonii, 10
est verè & propriè dos idemque de eo judicatur, ac de ipsa dote per *l. etiam* 8. *Cod. de jur. dot. & l. inter socerum* 26. *§. cujus inter patrem, ff. de pact. dotal. auth. sed jam necesse, C. donat. ante nupt. & §. aliud quoque*

auth. de æqualit. dot. Surd. *conſ.* 196. *num.* 20. Gratian. *diſcept.* 254. *n.* 66. Thomat. *dec. March.* 67. *n.* 28. &
11 pro illius ſolutione & reſtitutione alienari * poſſunt bona fideicommiſſaria, ſicuti pro ipſa dote in ſubſidium. Cephal. *conſ.* 177. *n.* 29. *lib.* 2. *& conſ.* 598. *n.* 50. *lib.* 4. Fontan. *de pact. nupt. clauſ.* 7. *gloſſ.* 3. *part.* 14. *n.* 10. Rota coram Seraph. *dec.* 666. *n.* 4. & ipſiſſimis terminis hujuſmet dotis Franciſcæ cum Fanellis in Anconitana dotis 6. Dec. 1648. §. *omiſſis & ſeqq.* coram R. P. Dom. meo Cerro.

Et ita fuit reſolutum utraque, &c.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 28. *Januarii* 1650.

ARGUMENTUM.

Contractus filii familias initus ſine conſenſu patris, tanquam nullus, ſi transfundatur in alium contractum validum, puta mutui, non valet nec primus, nec ſecundus contractus, per quem primus ratificatus non dicitur. Ratificatio contractûs nulli, ex nullo actu inducitur non probata in ratificante ſcientia omnium nullitatum Facti, & Juris, ad quem effectum ſcientia præſumpta non ſufficit. Ignorantia proprii facti licèt allegati non poſſit, tamen circa qualitates ejuſdem facti poteſt allegari.

SUMMARIUM.

1 *Obligatio filii familias, ſine conſenſu patris non tenet.*
2 *Contractûs primi nullitate ſtante non poteſt ille in alium contractum validum converti.*
3 *Obligationis primæ ſubſtantia, dum deficit, deficere quoque debent aliæ obligationes ab ea originatæ.*
4 *Contractus nullus non ratificatur, ſi poſtea convertatur in alium contractum validum.*
5 *Ratio non inducitur, niſi adſit in ratificante plena Scientia omnium nullitatum tam facti, quàm juris, &* & n. 9. & 14.
6 *Statuti præſentia præſumitur.*
7 *Scientia præſumpta pro ratificatione actus nulli non ſufficit.*
8 *Abſolutus per ſententiam etiam dubitare poteſt de viribus abſolutionis, quando ſententia fuit per appellationem ſuſpenſa, & lis adhuc non eſt terminata.*
10 *Ignorantia facti proprii allegari non poteſt.*
Procedit circa illum factum, & ſpeciem illius contractus, non tamen alias qualitates.
12 *Contractus filii familias initus cum conſenſu patris valet.*
13 *Allegatio erroris proprii, quod opinatus fuerit contraxiſſe conſentiente, aut ratificante patre, allegari poteſt per filium familias ad excludendum relevantiam agnitionis debiti, defuncto patre facti.*
14 *Pro ratificationis excluſione ſatis eſt, dubitari poſſe de ignorantia facti.*
15 *Mutuum ſimulatum nullo modo ſuſtineri poteſt.*
16 *Mandatum relaxatum per A. C. vigore contractus ſimulat, eſt infirmandum cum omnibus inde ſecutis.*
17 *Apocha ſimulata nullum meretur executionem.*

DECISIO CLXXVI.

DOmini abſque ulla difficultate confirmarunt deciſionem, coram me in hâc cauſâ emanatam ſub die 28. Maii proximè præteriti, ex eo potiſſimùm fundamento, quia ante contractum ſimulatum mutui de quo agitur, initum inter Benedictum Coſtam & Hieronymum Vivaldum, præcedebat alius contractus à præfatis contrahentibus nulliter geſtus, eo quòd Benedictus filius familias contraxerat * ſine patris conſenſu 1
contra diſpoſitionem Statuti Urbis *lib.* 1. *cap.* 152. prout Rota ſemel, atque iterum reſolvit pro nullitate ſimilis obligationis Benedicti in Romana Societatis officii 19. Januarii 1643. & 27. Jan. 1644. R. P. D. meo Peutingero.

Ideoque ſtante nullitate clara Cambii primo loco initi, * non poterat talis nullus, & invalidus con- 2
tractus in mutuum converti, ac ſimulati; nam deficiente præſuppoſito validitatis Cambii, & primæ obligationis ſubſtantia, † deficit etiam mutuum ab eâ originatum ad *l. mancipia, C. ſi ſervi fug.* Decius *conſ.* 90. *n.* 2. *& conſ.* 251. *n.* 5. & in his terminis Bald. *in l. ſi ex pretio* 6. *n.* 2. *v. quædam eſt ſimulatio. ſi C. cert. petat.* Surd. *conſ.* 150. *n.* 78. Farinac. *de ſimul. quæſt.* 162. *n.* 43. 3

Nec iterum viſum fuit obſtare, quòd Benedictus ſui 4
juris effectus * Cambium ratificaverit, mediante mutuo poſtea celebrato, ut illud extingueretur; Quia ratificatio contractus nulli non inducitur * niſi priùs in 5
approbante, & ratificanti adſit ſcientia plena nullitatis non ſolùm facti, ut probat, *l. fin. ibi (per ignorantiam facti) ff. ad S. C. Maced. gloſſ. in l.* Zenodorus 2. *verb. novatione, C. eod.* Alex. *in l. filius*, 14. *in fin. ff. ſi cert. petat.* Donell. *comment. jur. lib.* 12. *cap.* 28. *vers. niſi in facto erravit.* Sed etiam juris Rota, *dec.* 260. *n.* 15. & ibi Add. *n.* 22. coram S. M. Greg. & coram Buratto *d.* 410. *n.* 11. *in recent. dec.* 535. *n.* 12. *p.* 1 & in Anconitana Cenſus 19. Junii 1648. & in §. *optimè enim* coram R. P. D. Peutingero.

Deeſt autem ſcientia juris, quia * licèt præſumatur 6
ſcientia ſtatuti, tamen ad ratificandum actum, * ſcien- 7
tia præſumpta non ſufficit. Rota *decis.* 410. *n.* 11. & ibi Add. *num.* 15. coram Buratto, & licèt Benedictus ſententiam favorabiliter reportaſſet, declarantem nullitatem obligationis ab ipſo factæ, dum in patris poteſtate reperiebatur abſque ipſius conſenſu; attamen 8
dum ſententia abſolutoria ad ipſius favorem emanata ſuſpenſa fuit per appellationem quâ pendente devenit ad contractum mutui, de quo agitur, dubitare poterat de viribus ſuæ obligationis, dum lis adhuc terminata non erat, idque eventus docuit, nam prima ſententia fuit revocata, licèt poſteà per Rotam fuerit ultimo loco confirmata coram R. P. D. meo Peutingero, unde in Benedicto ratificante de tempore contractus * mutui non aderat ſcientia expreſſa, certa, & plena juris, nec ideò valida ex eo contractu 9
deduci poteſt ratificatio. Oſaſch. *deciſ.* 179. *num.* 13. *& ſeqq.* Ayman. *conſ.* 197. *num.* 14. Pariſ *conſ.* 47. *nu.* 97. *lib.* 1.

Quo vero ad ignorantiam facti proprii licèt hoc 10
allegari * non poſſit: ut in his terminis tradit Caſtr. *in leg. fin. numer.* 2. *ad S. C. Maced.* 11
Tamen hoc procedit circa ſpeciem contractus, * adeò ut Benedictus allegare non poſſet ſe credidiſſe ex alio contractu quàm mutui eſſe obligatum: non tamen procedit circa alias qualitates, ex quibus 12
contractus potuiſſet ſuſtineri, puta ſi in contractu filii * conſenſus patris interveniſſet, quo caſu obligatio ſuſtineretur *l. ſi permittente patre* 4. *& leg. fin. in princ. C. ad S. C. Maced. l. ſi tamen* 14. *& l. filium habeo* 16. *ff. eod* In hoc enim poteſt filius familias major factus errare, opinando patris conſenſum, aut ratificationem acceſſiſſe, * & talis allegatio erroris promit- 13
ſa eſt ad excludendam relevantiam agnitionis debiti defuncto

defuncto patre facti, ut benè declarat idem Castr. *in alleg l. fin. sub n. 2. vers. bene ergo*, & ibidem Fulgos. *vers. vel dic.* Conan. *comment. jur. lib. 7. cap. 2. n. 9.*

Prætensam itaque ratificationem excludit etiam ignorantia facti, * de qua sufficit posse dubitari, cum requiratur scientia certa, & specifica, & ut visum est, & cùm apocha mutui * sit simulata, & sustineri nullo modo possit, ex prædictis aliisque ponderatis in alia decisione hujus causæ, * & ideò mandatum A. C. ejus vigore relaxatum, iterum Domini censuerunt esse infirmandum, cum omnibus inde secutis. Apocha enim prædicta, uti simulata * nullam merebatur executionem Farin. *de simul. quæst.* 162. *num.* 64. Rota *in recent. dec.* 61. *n* 9. *part.* 5. *& dec.* 259. *n.* 8. *part.* 6. & in Romana Cambii 30. Januarii 1643. *in §. inspecto pariter credita.* coram R. D. meo Decano.

Et ita fuit resolutum utraque parte informante, &c.

Romana Depositi.

Veneris 18. *Martii* 1650.

ARGUMENTUM.

Notarii secundùm *reformationem Sanctæ mem. Pauli V. tit. de Notar. Tribunal. Urb. n.* 37. §. *ad rogandum.* Tenentur ad damna & interesse parti læsæ si sequantur ex eorum culpa, vel facto, quod tamen est intelligendum, quando damnum fuit secutum ex facto, & commisso ipsius Notarii, secùs si ex aliâ causâ. Item dicta reformatio est intelligenda, quatenus ex tali facto, vel culpa damnum secutum probetur. Creditor, qui causam non dedit evictioni; ad aliud non tenetur, quàm ad restitutionem recepti: Debitor verò, cujus erat res vendita, tenetur emptori pro fructibus, & damnis per eum passis.

SUMMARIUM.

1 *Contra Notarios attestantes, quæ vera non sunt, relaxatur mandatum pro damnis, quæ tertius patitur propter eorum non veras attestationes.*

2 *Notarii debent attenti & diligentes esse in faciendis attestationibus.*

3 *Notarii tenentur ad damna & interesse, si aliquod damnum ex eorum incuriâ, culpâ, vel facto sequatur.*

4 *Damnum extrinsecum ex commisso alterius, ut debeatur, probandum est actoris interesse.*

5 *Limitu, nisi commissum, aut malè factum intercessisset.*

6 & 7 *Damnum, & interesse, si non fuerit secutum ex male facto Notarii, sed ex aliâ causâ non potest ab eo prætendi.*

8 *Creditor cui pecuniæ fuerunt solutæ, etiamsi jura simpliciter cessissет, conveniri ad aliud non potest, quàm ad restitutionem recepti.*

9 *Creditor, qui causam non dedit, evicta re ad aliud non tenetur, quàm ad restitutionem pecuniarum.*

10 *Et emptor evictæ pro fructibus, & damnis passis tenetur se vertere contra venditorem, seu debitorem, cujus erat res vendita.*

11 *Reformatio Pauli V.* tit. de Notariis Tribunal. n. 37. §. ad rogandum. *disponit quod Notarii teneantur ad damna, & interesse, si quid malè ab eo gestum fuerit.*

12 *Hoc tamen intelligitur prout de jure.*

13 *Damna, & interesse de jure ut ab aliquo debeantur, probandum est, quod illa provenerint ex facta, vel culpâ illius.*

DECISIO CLXXVII.

HÆredes Alexandri Paladii Notarii fuerunt condemnati ad restitutionem scutor. 159. solut. à Iac. Monte Pietatis Paulo de Sanctis, ac etiam scut. 258. Dominico Savio creditoribus Jannoti, eo quia Palladius minus rectè * attestationem fecerat, fuisse 1
adimpletas conditiones omnes in quodam instrumento contentas: quod tamen verum non fuit, ut videre est in decisione coram me in hâc causâ emanatâ sub die 24. Aprilis 1646. cujus vigore fuit relaxatum, & executum mandatum, & Lercarii fuerunt satisfacti; Notarii * enim debent esse attenti, & diligentes in 2
faciendis hujusmodi attestationibus, nam si aliquod damnum ex eorum * incuriâ, culpâ, vel facto sequa- 3
tur, tenentur ad omnia damna, & interesse, ut cavetur *in reformatione Sanct. mem. Pauli V. sub rubr. de Notar. Tribun. Urb. n.* 37. §. *ad rogandum.*

Satisfactis, inquam, Lercariis de summis ante dictis, eisdem in mentem venit prætendere, damna & interesse, & informantibus solummodò Lercariis DD. contra informantes responderunt. Ratio est quia ad hoc ut ex commisso damnum extrinsecum debeantur probare, concludenter oportet, quòd interesse, quod petit, 4
re vera habuisset, nisi commissum, * aut male fac- 5
tum intercessisset, *l. quemadmodum* 29. *sub §. si protectum meum. ff. ad l. aquillam.* Rimin. jun. *cons.* 218. *n.* 103. Bursatt. *cons.* 453. *n.* 34. Honded. *cons.* 50. *n.* 30. *lib.* 1. Ciriac. *controv.* 540. *n.* 33. 34. Rota in Romana census, seu Depositi 27. Junii 1644. *in §. secundo ultra culpam* coram R. P. D. meo Bichio.

Verùm certum est quod si creditores jura simpliciter cessissent ad formam, in instrumento præscriptam, adhuc Lercarii evictionem, & fructuum officii amissionem * passi fuissent, quia evictio evenit non ex causa 6
hujus cessionis factæ à creditoribus Jannotti, sed ex dominio, quod sibi reservaverat Flavius Paradisus, ut firmavit Rota coram me in hac causa *sub §. nec etiam relevare visum fuit*, ideoque non possunt * Ler- 7
carii damnum exinde secutum repetere à Palladio, sive ejus hæredibus. Rota in dicta Romana census, seu depositi 27. Junii 1644. coram R. P. D. meo Bichio.

Imò Paulus de Sanctis, & Dominicus Savius creditores * quibus pecuniæ fuerunt solutæ, etiamsi jura 8
simpliciter cessissent, conveniri ad aliud non poterant, quàm ad restitutionem recepti, nam cum ipsi non dederint causam damno * tenerentur re evictâ ad resti- 9
tutionem pecuniarum receptarum duntaxat, & emptor * pro fructibus, & damnis ob evictionem passis tene- 10
tur actionem dirigere contra venditorem, seu debitorem cujus erat res vendita, *ut in l. si ob causam* 13. *C. de evict.* & ibi Bald. *in princ. vers. repetitur.* Rota penes Seraph.

Non obstat quòd ex * *de reformatione Pauli V. §. ad* 11
rogandum. Notarius, cujus culpâ, vel facto aliquid minus rectè gestum fuerit obligetur ad reficienda damna & interesse parti, damnum passæ: Quia hoc intelli- 12
gitur, prout de jure, quatenus videlicet ex tali facto, vel culpâ damnum * sequutum probetur, ut in 13
fortioribus terminis tradit Gratian. *discept. forens.* 772. *n* 18. *& seqq.* Rot. *dec.* 647. *n.* 2. *p.* 1. *divers.* & in Romana, seu Sutrina Pecuniaria 19. Junii 1648. coram R. P. D. meo Bichio.

Et ita fuit resolutum contra Lercarios informantes.

Romana Alimentorum.

Lunæ 2. *Maii* 1650.

ARGUMENTUM.

Maritus tenetur alere uxorem etiam si uxor habeat patrem, vel fratres divites, qui aliquando brevi manu alimenta præstiterint, & licèt vir eam duxerit indotatam, vel cum modicâ dote, quam nec minus exegerit. Paupertas non probatur attestationibus, aut testibus negativam non coarctantibus; Imò excluditur probatis prioribus divitiis, quia semel dives semper præsumitur dives. Pauper ad effectum denegandi alimenta uxori non dicitur, qui habet dotem maternam, & musicus, & vir industrius, ac diu alimenta uxori, & familiæ præstitit.

SUMMARIUM.

1 *Mulier nupta debet à Marito alimentari.*
2 *Filia dum habet aliunde alimenta, non potest molestare tertium possessorem bonorum patris.*
3 *Maritus tenetur alere uxorem, etiam indotatam.*
4 *Etiamsi habeat patrem, vel fratrem divitem.*
5 *Uxorem alendi onus primariò, & principaliter spectat ad maritum.*
6 *Dotis parvitas non liberat maritum ab onere alimentorum.*
7 *Maritus sibi imputare debet quare duxit uxorem cum parvâ dote, vel sine eâ.*
8 *Maritus dum dotem, aut illius fructus non exegit, non debet denegare alimenta uxori, sed agere poterit pro dotis, & fructuum consecutione.*
9 *Paupertas non probatur ex attestationibus, quia fides simplices non faciunt fidem.*
10 *Testes ut probent paupertatem, debent coarctare negativam, quòd quis aliquid habere non possit, quin ipsi scirent.*
11 *Pauper ad effectum non alendi uxorem dici non potest, qui habet dotem maternam, licet extra locum, & est musicus, & industriâ præditus, ac uxorem, totamque familiam laudabiliter diu aluit.*
12 *Hominum status est variabilis.*
13 *Paupertas excluditur, dum probatur antecedens alendi facultas, & nullam causam superveniisse docetur.*
14 *Semel dives præsumitur semper dives.*
15 *Pater præstans brevi manu alimenta filiæ, non censetur hoc fecisse animo obligandi se ad præstationem alimentorum.*
16 *Præsertim in præjudicium fratris, qui bona patris præstantis alimenta non possidet.*

DECISIO CLXXVIII.

A Gaspare Regerio prætendebat Anna alimenta tanquam filia Angeli Rogerii fratris ejusdem Gasparis: & licèt Annæ filiato ad effectum alimentorum, DD. videretur sufficienter probata ex deductis ab informantibus, attamen respondérunt alimenta non
1 deberi. Nam cùm Anna nupta reperiatur, * à viro debet alimentari, ideòque cum alimenta sibi necessaria
2 aliunde consequi valeat, illa prætendere * non potest à Gaspare tertio possessore bonorum fideicommisso
3 Pompeii Patris subjectorum: maritus * enim tenetur alere uxorem etiam indotatam, *l. si cum dotem* 23. §. *si autem in sæviss. ff. solut. matrim.* Socin. Sen. *cons.* 64. *n.* 1. *& seqq.* Ubi quod hoc procedit etiam si uxor habeat patrem, vel * fratrem divites, qui eam commodè 4
alere possint, cum onus uxorem alendi primariò & principaliter * spectet ad ejus virum. Ferret. *cons.* 34. 5
ante n. 7. Rota *divers. dec.* 760. *n.* 6. *part.* 1. *recent. dec.* 673. *sub n.* 6. *part.* 3. & coram Card. Cavaler. *dec.* 554. *n.* 4.

Neque obstat, quòd Anna habuerit parvam dotem, nempe scuta 100. ab Angelo Rogerio ejus asserto genitore, quodque maritus illam integrè adhuc non exegerit. Quia * parvitas dotis maritum non liberat 6
ab onere præstationis alimentorum; nam sibi imputare debet si contraxit matrimonium sine dote, * vel cum 7
parvâ dote, ut in his terminis respondet Ferret. *d. cons.* 34. *ante n.* 7. *vers. licèt uxor.* Surdus *de alim. tit.* 7. *quæ.* 9. *n.* 18. *cum seqq.* Si verò dotem, aut illius fructus vir non exegit, agere * poterit pro illorum 8
consecutione, & obtinere prout jus erit. Boër. *dec.* 22. *n.* 5. Rota coram Card. Caval. *d. decis.* 554. *n.* 5.

Et supervacaneum est allegare viri paupertatem; nam ea non probatur ex datis in Summario Annæ *n.* 10. Quia * simplices fides, quæ dantur fidem facere 9
non possunt; Testes verò super d. paupertate examinati non * concludunt, quòd ipse vir nihil habeat, 10
coarctando negativam, quòd habere non posset, quin ipsi scirent prout ad hunc effectum requiritur. Rot. coram Bur. *dec.* 41. *num.* 2. coram S. M. Greg. *dec.* 42. *num.* 5. *in rec. dec.* 532. *num.* 2. *& decis.* 192. *n.* 2. *part.* 7. in Romana de Catalanis 1. Julii 1648. coram me & in Toletana Matrimonii 1. Febr. 1659. coram R. P. D. meo Cerrado.

Quin imò ex testibus ab Annâ inductis constat, quòd Joan. Baptista ejus vir habet dotem maternam in Civitate Perusiæ, & præterea ipse * est musicus vir 11
gnavus, & industriâ præditus, & uxorem totamque familiam laudabiliter aluit ab anno 1626. usque ad annum 1646. ut deponit primus testis juxta 6. interrogatorium Summ. Gasparis *n.* 16. Ideò excluditur allegata paupertatis causa, ejusque probatio ex prædictis elisa videtur, ad *l. si quis à liberis* 5. §. *sed etsi filius ff. de liber. agnosc. gloss. in l. si maritus* 44. *in verb. neque mandare ff. solut. matrim.* Angel. Aretin. *cons.* 95. *num.* 16. Dec. *cons.* 576. *num.* 3. Rota *decis.* 170. *num.* 3. *p.* 4. *recent.* & in dicta Toletana Matrimonii 1. Februarii.

Idque Dominis comprobare visum fuit ex eo, quòd Joann. Baptista duxit Annam in uxorem cum dicta dote scut. 100. & per 20. annos & ultra quibus Angelus supervixit prætensa alimenta non periit: ideò * licèt status hominum sit variabilis, inverisimilis ta- 12
men, ac conficta omnino visa fuit hodiè allegata paupertas, * dum nulla causa superveniisse probatur, cùm 13
semel dives semper * dives præsumatur, Alberic. *in l.* 14
si vero 5. §. *qui pro rei qualitate, num.* 5. *ff. qui satisdare cogant.* Alcian. *de præsumpt. reg.* 2. *præs.* 27. *n.* 1. Menoch. *eod. tract. lib.* 6. *præsumpt.* 25. *num.* 2. & *seqq.* Ciriac. *contr.* 91. *n.* 16.

Nec subsistit in facto, quòd Angelus, dum vixit, brevi manu alimenta subministraverit. Quia contrarium probatur à dicto primo teste per hæc verba deponente *e doppo maritata, l'ha sempre mantenuta il marito*, dicto Summ. *num.* 16. & quamvis Angelus illis aliquod auxilium * præstitisset, hoc tamen non cen- 15
setur fecisse animo se obligandi ad præstationem alimentorum præsertim in præjudicium Gasparis * fratris, 16
qui nulla bona Angeli possidet, sed paterna tantùm, & fideicommisso supposita.

Et ita fuit resolutum utraque, &c.

Anconitana

Anconitana Cenſus.

Lunæ 9. Maii 1640.

ARGUMENTUM,

Contractus à muliere celebratus abſque ſolemnitatibus ſtatutariis eſt nullus, neque ex eo immiſſio concedi poteſt. Conquaſſantur privilegia in contractu mulieris cum minore, niſi ſtatutum, perſonas minorum, aut mulierum ſimpliciter reddat inhabiles, nullâ habitâ ratione contrahentium cum eis. Minoris privilegium eſt fortius privilegio mulieris de jure, ſecus ex conſtitutione Ægidiana. In æqualitate privilegiorum potior eſt cauſa illius, qui agit de damno vitando, & eſt reus conventus. Probatio, aliquem non poſſidere certo loco, non excludit quominus alibi poſſidere bona poſſit, Condemnatio ad reſtitutionem fructuum intelligitur de fructibus de jure debitis, de quibus in liquidatione maturiùs cognoſci poteſt.

SUMMARIUM.

1 *Mulier ſine ſolemnitatibus à ſtatuto requiſitis contrahens non obligatur.*
2 Statutum Anconæ rubr. 42. & 43. *requirit in contractibus mulierum interventum proximiorum, & decretum Judicis, ultra cæteras ſolemnitates, aliàs decernit contractus nullos, & inefficaces.*
3 *Immiſſio vigore contractûs nulli, concedi non poteſt.*
4 *Conquaſſantur privilegia, quando mulier contrahit cum pupillis.*
5 *Fallit quando ſtatutum inhabilitat perſonas minorum vel mulierum, nullâ habita ratione contrahentium cum illis: Quia tunc non attenditur æqualitas privilegiorum, & proinde non intrat conquaſſatio, & ſemper contractus geſti cum quibuſvis perſonis ſunt nulli, & invalidi.*
6 *Conſtitutio Ægidiana prohibens mulieres obligari ſine certa ſolemnitate loquitur etiam de contractibus initis cum perſonis privilegiatis.*
7 *Sicque locum habet, etiamſi mulier contraheret cum minore.*
8 *Minoris privilegium eſt fortius privilegio mulieris: ſed hoc procedit in terminis juris communis.*
9 *Non autem in terminis conſtitutionis Ægidianæ, vel alterius ſtatutariæ diſpoſitionis perſonas ſimpliciter inhabilitantis.*
10 *In privilegiorum æqualitate quando verſamur, tunc potior eſt, qui agit de damno vitando.*
11 *Mulier & minor ſi ambo agant de damno vitando, vel lucro captando, tunc potior eſt cauſa rei conventi.*
12 *Minor qui pecuniam dedit mulieri, dicitur tractare de damno vitando, & mulier de lucro captando.*
13 *Quod procedit, ſi probetur pecuniam fuiſſe verſam in utilitatem mulieris, aliàs ſecus.*
14 L. ſi apud minorem 13. ff. de minor. *habet limitationem in ventre, quando ſcilicet minor aliunde non poteſt conſequi ſuum creditum.*
15 *Officialis alicujus loci, ſi atteſtetur aliquem non poſſidere, reſtringitur ad eundem locum & non tolli, eundem alibi non poſſidere.*
16 *Fides ſimplex nullum gradum probationis facit.*
17 *Ex cenſu nullo percipiens fructus videtur excuſandus à reſtitutione pro eo tempore, quo cenſus pro valido fuit habitus, & reputatus.*
18 *Judex ſi condemnet reum ad reſtituendum fructus perceptos abſque liquidatione intelligitur condemnaſſe prout de jure.*
19 *Neque condemnatio dici poteſt injuſta, vel exceſſiva.*
20 *Dum ſententia ſimpliciter condemnat ad reſtitutionem fructuum, in liquidatione maturius cognoſcendum eſt, quinam fructus ſint reſtituendi.*

DECISIO CLXXIX.

EManarunt in hac causâ duæ ſententiæ Rotales: Altera R. P. D. mei Peutingerii, prævîis tribus deciſionibus 7. Maii 1647. 27. Martii 1647. & 19. Junii 1648. Altera R. P. D. mei Cerri, prævîâ itidem deciſione 1. Junii 1649. Cauſa verò per appellationem mihi commiſſa, dubitavi an ſententia Rotalis eſſet confirmanda, DD. utrâque parte informante affirmativè reſponderunt. Nam cùm cenſus de quo agitur fuerit impoſitus à Clarice tam * proprio, quàm ejus filiorum pupillorum nomine, ſine interventu proximiorum, decreto Judicis, & aliis ſolemnitatibus requiſitis tam ex ſtatuto * Anconæ, *ſub rubric.* 42. & 43. quàm ex Conſtitutione Ægidiana *lib.* 5. *cap.* 25. declarantibus contractus taliter factos eſſe nullos, ex illo oriri non poterat ulla obligatio, vel actio, neque concedi * immiſſio, prout obtinuerat Cæſaranus ab A. C. Covar. *in cap. quamvis pactum* 2. *part.* §. 4. *num.* 6. *de pact. in* 6. Rom. *conſ.* 12. *n.* 4. Rota *dec.* 282. *n.* 1. & *per tot. part.* 4. *diverſ.* & poſt Cenc. *de cenſ. dec.* 31. *n.* 3. coram R. Urgellen. *deciſ.* 18. *num.* 13. & *ſeq.* & in Romana, ſeu Peruſina Cenſus 12. Dec. 1644. coram R. P. D. meo Bichio.

Non obſtat quòd mulier contraxerit cum pupillis, quo caſu * privilegia conquaſſantur; ſubſiſtere enim viſa fuit reſponſio in deciſionibus allata, nempè quòd præfatæ conſtitutiones inhabilitant perſonas * minorum & mulierum, nullâ habitâ ratione contrahentium cum illis, ideò non attenditur æqualitas privilegiorum: ſed mulieres, & minores etiam ſi contrahant ad favorem alterius mulieris, & minoris, non ſervatâ formâ ipſis præſcriptâ nulliter agunt, & nullatenus obligantur, præſertim attentâ conſtitutione * Ægidiana, quæ loquitur de contractibus initis cum perſonis privilegiatis, & ſic comprehendit, * etiam minores; ut ponderatis illius verbis dictum fuit in Romana, ſeu Peruſina Cenſus 23. Junii 1645. coram R. P. D. meo Bichio, & in Anconitana nullitatis concordiæ 16. Aprilis 1646. coram bon. mem. Arguelles, & proſequitur luculenter deciſio R. P. D. mei Cerri *ſub* §. *placuit enim reſponſio.*

Itaque non relevat repetitum objectum, quòd privilegium * minoris ſit fortius privilegio mulieris. Quia hoc procedit in terminis juris communis ad limitationem Beneficii proventientis ex Sen. conſ. Vell. non autem in terminis conſtitutionis Ægidianæ, * aut alterius ſtatutariæ omnes caſus comprehendentis, & inhabilitantis perſonas ipſas mulierum, etiam cum minoribus contrahentium. Et tollitur præterea omnis difficultas, qui cenſus de quo agitur, fuit à Clarice impoſitus non ſolùm nomine proprio, ſed etiam, ut dictum eſt tutorio ejus filiorum, & proinde * verſamur in æqualitate privilegiorum, quo caſu potior eſt cauſa rei conventi, qui agit de damno vitando, Rot. *inter diverſ. dec.* 557. *n.* 1. & *dec.* 558. *n.* 1. *part.* 1. *in recent. deciſ.* 218. *n.* 6. *part.* 2. & coram S. M. Greg. *dec.* 164. *n.* 6. & ibi Adden. *n.* 12. & *dec.* 473. *n.* 13. Imò ſi uterque tractaret de damno, vel de lucro, potior ſemper eſſet cauſa ejus qui convenitur. Peregr. *conſ.* 77. *ſub num.* 39. *lib.* 1. Amat. *deciſion. March.* 77. *n.* 9. Rota *d. deciſ.* 473. *n.* 14. & coram S. M. Gregor. & *in dec.* 190. *n.* 30. *part.* 6. *recent.*

recent. & in dicta Romana seu Perusina Census 23. Junii 1646. *in fine.* coram R. P. D. meo Bichio.

Nec dici potest, quod minor, qui pecuniam dedit,
12 agat * de damno vitando, mulier verò ac filii de lucro
dum illa receperunt, nam dum non constat easdem
13 pecunias fuisse versas in * utilitatem mulieris recipientis, vel ejus filiorum, hi semper dicuntur agere de damno vitando ut probat *l. verum* 12. §. *item quæritur ff. de minor. l. si minor.* 35. *ff. eod.* Peregr. *dicto conf.* 77. *n.* 39. *lib.* 1. Amat. *decis. March.* 77. *sub nu.* 9. Rota in Romana Salviani 27. Jan. 1640. *in* §. *fin.* coram R. D. meo Decano, & in d. Romana, seu Perusina Census 23. Junii 1645. coram R. P. D. meo Bichio.

14 Neque dispositio *l. si apud minorem* 13. *ff. de minor.* suffragari potest Cæsarano quia hæc * lex habet limitationem in ventre, quando scilicet minor potest aliunde consequi creditum suum, pro ut posse consequi à Tutore in præsenti casu ponderatum fuit in decisione R. P. D. Peutingeri 27. Martii 1647. §. *sed nec minor.* & usque adhuc nullo modo fuit probatum,
15 quòd Tutor non sit solvendo; Nam * fides officialis Anconæ, quòd Tutor nihil possideat, non tollit, quo minus possidere alia bona possit in alio loco, &
16 uti simplex † fides nullum gradum probationis fecit *l. Instrumenta* 5. *C. de probat.* Rota *dec.* 360. *n.* 6. *part.* 1. *recent.* & coram S. M. Greg. *dec.* 214. *num.* 2. & 269. *num.* 5.

Cessare etiam visum fuit aliud objectum noviter deductum, quòd scilicet R. P. D. meus Peutingerus in ejus sententia condemnaverit Cæsaranum ad restituen. fruc-
17 tus ab ipso perceptos, à quorum restitutione * videbatur excusandus, cùm hujusmodi census à die ejus impositionis usque ad annum 1640. pro valido semper fuerit habitus, & observatus. Quia cùm D. Peutin-
18 gerus providè * condemnaverit Cæsaranum ad restituen. fructùs perceptos absque ulla liquidatione, con-
19 demnatio intelligitur, prout de jure, ideoque * sententia ex hoc non potest dici injusta, aut excessiva,
20 sed poterit, & potest in liquidatione * meliùs & maturiùs cognosci quinam fructus veniunt restituendi, ut fuit in similibus terminis responsum, in Firmana Codicillorum 25. Martii 1648 *in* §. *& in omnem casum* coram me.

Et ita fuit resolutum utraque, &c.

Pisauren. Pecuniaria.

Lunæ 15. *Januarii* 1652.

ARGUMENTUM.

Fidejussor debet relevari indemnis à princi-
8 pali, maximè si fuerit indemnitas promissa cum obligatione Camerali. Requiritur tamen notificatio personalis, ut quis teneatur ad damna, & interesse. Quando autem citatus habuit notitiam citationis, sufficit citatio domi executa. Notitia verò arguitur ex pluralitate citationum, comparitione, & præsentia procuratoris citati, ex decretis emanatis, ac in judicatum transactis. Statutum loquens *de Cive habitatore*, utramque qualitatem desiderat, si non adsit disjunctiva. *Vel*, & mandans citari domi cives absentes, servandum est: & quando illius *Rubrica* continet orationem causarum, etiamsi *Nigrum* strictius loquatur.

SUMMARIUM.

1 *Fidejussor relevari debet indemnis, quando adest promissio indemnitatis à principali cum obligatione Camerali.*

2 *De Fidejussionis natura est, ut fidejussor conservetur indemnis à principali licèt id non promissum.*

3 *Dispendium quis pati non debet, unde præmium meruisse videtur.*

4 *Ad damna, & interesse, ut quis teneatur regulariter est necessaria justificatio interesse quod debitor patitur.*

5 *Intimatio personalis requiritur in re magni præjudicii.*

6 *Intimationi personali æquipollet ea, quæ fuit executa domi, quando constat, eam ad notitiam citati devenisse.*

7 *Et tunc suffragatur perinde, ac si personaliter esset executa.*

8 *Citationis finis est deducere ad notitiam citati contenta in citatione.*

9 *Citati domi notitia apparet, quando citationes, vel intimationes sunt plures, & diversis temporibus executæ.*

Quando semper fuit præsens procurator citati.

Et si aliquando procurator, vel minister ejusdem personaliter citatus fuit.

10 *Item quando in termino dictarum citationum emanaverint plura diversa decreta.*

Maximè si fecerint transitum in judicatum.

Et si fuerit pro illis postmodum relaxata executio.

11 *Scientiæ probatio resultat ex pluribus conjecturis simul junctis.*

12 *Et sic justificata admittitur etiam in re magni præjudicii, quando conjecturæ sunt vehementes.*

13 *Statuto Pisauri cavetur citari debere domi dimissa copia cives, vel habitatores, qui à Civitate recedunt.*

14 *Citatio ad formam statuti suffragatur.*

15 *Statutum loquens* de Cive habitatore, *utramque qualitatem requirit.*

16 *Limita quando loquatur* de Cive, vel habitatore, *quia dictio* vel *est disjunctiva.*

17 *Rubrica statuti continens orationem perfectam sola sufficit, & allegari potest ad decisionem causarum, etiamsi Nigrum strictius loquatur.*

DECISIO CLXXX.

Auctores Comitum de Thienis in duobus instrumentis censuum promiserunt relevare indemnes Comites Santinellos, qui pro ipsis fidejusserunt, sed cum principales debitores differrent solutionem fructuum eorundem censuum, coacti fuerunt fidejussores pro illis exolvendis accipere pecunias sub usuris, quas in summâ notabili solverunt: Ideo moto judicio super repetitione dictorum interusuriorum, & hodie propositò particulari dubio, Domini censuerunt interusuria deberi.

Clara enim est obligatio auctorum Comitum de Thienis pro indemnitate fidejussorum, ac proinde cùm ex publicis instrumentis constet de damnis passis à fidejussoribus, illa refici eisdem debent, non solùm
1 ex * naturâ promissionis indemnitatis, ac vigore obligationis Cameralis, illi adjecta quæ includit se etiam obligationem ad damna, & interesse. Rota post Zacch. *de oblig. Camer. dec.* 275. *n.* 3. & in Romana fructuum dotis 10. Junii 1648. coram R. P. D. meo Peutingero.
2 Sed etiam ex natura fidejussionis; quæ * est ut fidejussor conservetur indemnis à debitore, etiamsi id expressè promissum non fuerit, cùm dispendium * pati
3 non debeat, unde præmium meruisse videtur, ut sunt

ve ba

verba text. *in cap.* 2. *de fidejuss.* Grat. *discept.* 459. *nu.* 20. Rota *dec.* 222. *n.* 6. *& seq. part.* 6. *recent.*

4 Neque Comites de Thienis tueri se possunt ex eo, quòd ipsis notificatum non fuerit debitum * sub usuris prout regulariter requiritur, ut certò sciat debitor interesse, quod patitur, & ubi velit, possit se ab eo eximere, & liberare; Quia plures dantur intimationes in Summario Comitis Santinelli *n.* 3. *& seqq.* & licèt 5 nulla ex eis appareat facta personaliter, * prout requiritur in re magni præjudicii; tamen intimationi 6 personali æquipollet ea * quæ fuit executa domi, quando prout hic ex pluribus conjecturis constat eam de- 7 venisse ad notitiam citati: * cum enim finis citationis sit, ibi contenta deducere ad notitiam, satis est, si id 8 aliunde factum appareat, & hoc * casu citatio domi exequuta suffragatur, perinde ac si personaliter executa fuisset Clement. *causam* 3. *in fine de elect.* Felin. *in cap. cum sit Romana* 5. *n.* 15. *de appell.* Alter. *de cens. disp.* 3. *l.* 3. *cap.* 2. *vers. excipiuntur tamen* Bonac. *de censur. in commun. disp* 1. *quæst.* 1. *punct.* 9. *n.* 9. Rota *decis.* 11. *in fine de dol. & contumac. in nov.* in Leodien. Abbetissatus 20. Junii 1644. §. 1. coram Reverendiss. Tartacinen. & in Cæsaraugustana distributionum, seu arrentatorum 23. Maii 1646. coram R. P. D. meo Cerro. In quibus aliæ cumulantur.

In præsentia verò satis constare visum fuit de certa 9 notitia citatorum, * ponderando simul quòd intimationes sunt plures, & diversis temporibus exequutæ semper fuit præsens procurator Comitum de Thienis, & aliquando ipse procurator, & alter ipsorum minister personaliter citatus fuit, ut in Sum. Comitis Santi- 10 nelli *n.* 6. *& duobus seqq.* * Ulterius in vim harum citationum emanarunt diversis temporibus plura Judicum decreta super retentione damnorum quæ etiam transitum fecerunt in judicatum, & pro ipsis postmo- 11 dum fuit relaxata executio, ut *in d. Summ. n.* 8. *in fine.* Ex quibus conjecturis simul junctis negari non potest quin resultet certa probatio scientiæ, cùm * hæc etiam in re gravis præjudicii justificetur ex conjecturis, & præsumptionibus, quando sunt vehementes. Rota *decis.* 612. *n.* 4. *part.* 4. *divers.* coram Seraph. *decis.* 1459. *n.* 12. *in recent. decis.* 336. *num.* 4. *& seq. part.* 2. & in Romana divisionis 15. Junii 1640. coram R. P. D. meo Bichio.

13 Quæ omnia eò magis suffragari debent Comiti Santinello attentâ dispositione statuti Pisauri, * mandantis quòd citationes fiant domi dimissa contra cives vel habitatores, quia à Civitate recedunt, ut clarè legitur *in rubric. ejusdem statuti lib.* 2. *tit. de pœn. contum. & de* 14 *modo & forma citationis*: nam cùm Comites de Thienis fuerint habitatores Pisauri, & à Civitate recesserint, intrat clara dispositio statuti, & sufficit contra eos citatio domi executa; ut respondit Rota coram Card. 15 Seraph. *dec.* 564. *nu.* 1. *& in recent. decis.* 509. *num.* 2. *part.* 1.

16 Nec subsistit quòd statutum loquatur de Cive * habitatione, quodque utraque qualitas non concurrat in Comitibus de Thienis; quia Rubrica Statuti * loquitur de Cive, vel habitatore disjunctivè per dictionem *vel*, 17 interpositam, & * cùm contineat orationem perfectam, ipsa sola sufficit & allegari potest ad decisionem causæ, quamvis Nigrum strictiùs loqueretur. Jason. *in leg.* 1. *n.* 10. *ff. si cert. pet.* Alderan. Mascard. *de stat. conclus.* 2. *n.* 196. Rota coram San. mem. Gregor. *dec.* 5. *n.* 2. & in Fanen. nullitatis apochæ 13. Maii 1648. coram R. P. D. meo Royas.

Fuit itaque resolutum interusuria deberi, utraque, &c.

Romana septem Ballarum.

Veneris 9. *Maii* 1636.

ARGUMENTUM.

Auditor Cameræ habet facultatem procedendi hic in Curiâ inter Mercatores manu Regiâ. litteræ Mercatorum inter eos probant. Requisita ad hoc ut frater pro fratre possit conveniri.

SUMMARIUM.

1 *Auditor Cameræ potest inter Mercatores summariè, simpliciter, & manu Regia, sola facti veritate inspecta procedere.*
2 *Litteræ Mercatorum inter eos plenam faciunt probationem, & habent vim rei judicatæ.*
3 *Consuetudo facit authenticam scripturam privatam.*
4 *Partita extracta Parte citata per Notarium ex libro Mercatorum, facit plenam probationem.*
5 *Frater pro fratre, ad hoc ut possit conveniri, tria debent concurrere, habitatio communis, communicatio lucrorum, & non reddita ratio expensarum.*
6 *Sequestra valent, docto de bono jure sequestrantis.*

DECISIO CLXXXI.

TRansmissis Horatio Benetto Mercatori in urbe ab Hieronymo Martinello Mercatore Veneto septem Ballis Telæ Sangallæ; D. Horatius illas, vel illarum pretium solvere recusavit sub prætextu, quod fuerunt sequestratæ ab Antonio Benetto fratre suo, uti creditore Jacobi Martinelli d. Hieronymi fratris.

Et causâ introductâ, servandis cor. R. P. D. Meltio A. C. Locum tenente mandatum executivum contra D. Horatium relaxavit.

Et hodie causa proposita super confirmatione d. mandati, Domini affirmativè responderunt, & d. Horatium dictas septem Ballas vel illarum pretium D. Hieronymo restituere teneri.

De Justitiâ non est dubitandum, quia executivè procedi potuit contra D. Horatium, cùm causa in Curiâ cognoscenda esset, ac si inter Mercatores ageretur, quorum Judex est A. C. qui summariè, & simpliciter, 1
solâ facti veritate inspecta, & manu Regiâ absque terminorum observantiâ procedere etiam potuit Rota expresè coram D. meo Coccino *decis.* 446. *n.* 1. *p.* 2. *rec.* 2
plenè.

Nec etiam de identitate Ballarum, cùm ex pluribus litteris constet D. Horatium fuisse confessum d. septem Ballas à D. Hieronymo esse transmissas, & ad suas ma- 2
nus perveniss; quæ litteræ inter Mercatores plenam faciunt probationem, & vim rei judicatæ habent; præsertim ubi & mercium, & negotiorum viget consuetudo: *leg. Public.* §. *fin.* & *ibi* Bart. Bald. & Ang. *ff. depositi.* Boër. *dec.* 333. *num.* 8. & consuetudo scriptu- 3
ram privatam, facit authenticam *cap. cum dilectus, de fid. instrum.* Card. Zabarella *cons.* 153. Januen. *decis.* 26. *n.* 8.

Corroboratur rursus facti veritas ex partita per Notarium extractâ parte citatâ ex libro ejusdem Horatii, in 4
qua fatetur se recepisse d. septem Ballas, quæ est plenissima probatio contra eum, *d. l. Publia*, §. *fin. ff. depositi*, *l. Desiderius*, *C. depositi*: *l. quædam* §. *nummularias*, cum gloss. *ff. d.* 37. *n.* 14. *& seq.* Bart. *in l. admonendi*, *ff. de jurejur.*

Nec ad rem facit prætensum creditum d. Antonii Benetti, uti creditoris Jacobi Martinelli fratris, d. Hieronymi, sic ut tale creditum si ex pretio dictarum Balla-

Ballarum satisfaciendum, quia ad hoc ut frater pro fratre possit conveniri, & teneatur, tria concurrere
5 debent, scilicet communis habitatio, communicatio lucrorum, & non reddita ratio expensarum circa res, & personas: Bart. *in l. testium, §. altero. n. 5. ff. de adminis. & peric. tutor.* Angel. *consil. 31. in fin.* Anchar. *conf. 50. lib. 2.* Alex. *consil. 24. num. 5. & consil. 48.*
6 *num. 5.* quæ requisita in nostro casu nullatenus demonstrantur, & sequestra valent docto de bono jure sequestratis. Rot. *dec. 295. n. 1. p. 1. recent.*

Et ita unâ tantum parte, &c.

Albanen. Vineæ.

Lunæ 30. Martii 1637.

ARGUMENTUM.

Administrator, seu Tutor tenetur reddere rationem rei administratæ, quamvis à testatore sit remissio redditionis rationum, quæ obligatio est transitoria etiam ad hæredes.

SUMMARIUM.

1 *Tutor & quilibet administrator reddere tenetur rationem officii sui.*
2 *Pupilli negotia regens tenetur reddere rationem.*
3 *Et procedit sive fiat cum mandato, sive non.*
4 *Testator remittens redditionem rationis, eam tamen reddere tenetur, cum censeatur remissa scrupulosa inquisitio, quoad culpam, non quoad dolum.*
5 *Obligatio reddendi rationem transit ad hæredes.*

DECISIO CLXXXII.

1 CErta, & verissima est in jure conclusio, quod cuilibet tutor, seu administrator reddere tenetur rationem officii sui: *l. 1. officio, ff. de tutel. & ration. distrah. & ibi* Bartol. *n. 2.* quem textum in tutore loquentem ad Administratores extendit Aret. *ibid. leg. tutor. C. arbitrium tutelæ, l. si quis rationes, ff. de liberatione legata*: Jason. *conf. 100. n. 6. lib. 4.* Roman. *conf. 414. & seq. in princ.* Dec. *conf. 510. n. 7.* Aymon. *conf. 218. n. 2.* Ruin. *conf. 29. n. 11. lib. 5.* Menoch. *de arbitrariis, casu 269. num. 1.* Rot. coram Caval. *dec. 412. n. 3.* coram Greg. *dec. 30. n. 4.* coram Dec. *242. n. 11. & dec. 522. n. 1. p. 1. recent.*

2 Et hoc quocumque titulo, vel causa pupilli negotia gerat Gabriel. *conf. 148. in princ. lib. 1.* Gutierrez *de tutelis par. 3. cap. 1. n. 9. & cap. 45. n. 4.* & sive cum
3 mandato, vel sine illo, Escobar. *de ratiociniis cap. 3. n. 31.* & quod fortius est, etiamsi à testatore remissa sit
4 rationis redditio, eam adhuc reddere tenetur, quia solum videtur remissa scrupulosa inquisitio quoad culpam, non quoad dolum, vel reliquorum restitutionem: *l. quidam 6. de leg.* Salicet. *in leg. nulli n. 14. Cod. de Episc. et Cler.* Matienzo *in lib. 5. recopilat. tit. 4. lib. 14. gloss. 2. n. 67.*

Tum etiam verum est, istam obligationem reddendi rationem ad hæredes transire: *l. 3. §. hæc autem actio, ff. de negot. gest.* Roman. *conf. 413. n. 2.* Alciat. *respons. 31. nu. 7. lib. 5.* Escobar. *d. nu. 31.* Aymon. *d. conf. 218. n. 18.*

5 Hoc firmato, & constito per testes, ab utraque parte productos, ac administrationi quorumdam bonorum Dom. Angelæ Capellæ Pyrrhum Nutum teneri Domini dixerunt Joannem Mariam Nutum teneri Domin. Angelæ reddere rationem administrationis uti hæredem D. Pyrrhi Nuti.

Informante tantùm D. Angela, &c.

Perusina Pecuniaria.

Lunæ 4. Maii 1637.

ARGUMENTUM.

Emptor quando teneatur ad fructus recompensativos, juxta æquitatem *l. curab. C. de act. empt.* Conventio secuta inter partes de fructibus recompensativis est servanda; nec est necessaria mora ad hoc, ut fructus rei debitæ venditori debeantur.

SUMMARIUM.

1 *Emptor re, & pretio frui debet.*
2 *Mora non est necessaria, ut fructus rei debitæ usque ad quantitatem pretii non soluti ab emptore venditori debeantur.*
3 *Conventio secuta inter partes de fructibus recompensativis, est servanda.*
4 *Probatio, fructus non fuisse perceptos ad summam conventam, cui incumbit.*
5 *Venditor non debet prius tradere emptori rem, quàm pretium ei solvatur.*
6 *Usuræ lucrativæ non dicuntur, sed fructus recompensativi, qui debentur, quando pretium rei venditæ non solvitur.*

DECISIO CLXXXIII.

IN hâc causa fuit resolutum 22. Maii 1626. *coram Reverend. D. Urgellen.* D. Angelæ, & ejus sororibus deberi fructus ad rationem 4. pro 100. ex summâ pretii scutorum 5000. non soluta, quam Annibal vel ejus successores d. Angelæ, & sororibus ex quodam contractu emptionis solvere debebant, ne emptor & re, & pretio fruatur cum venditoris jacturâ: Covar. *var. l. 3. c. 4. n. 2.* & ut pleno calamo *in dicta dec. 22.* Maii fuit dictum.

Hodie proposito dubio, an esset relaxandum mandatum pro fructibus à d. anno 1626. DD. affirmativè respondérunt ex eisdem rationibus, & fundamentis *eorum D. Urgell.* allatis, & ponderatis cum à d. tempore hæredes Annibalis Vegliæ sint in morâ, quamvis hæc 1 2
non sit necessaria, ususfructus rei venditæ usque ad quantitatem pretii non soluti ab emptore venditori debeantur: *l. curabit*, & *ibi* Bald. *d. n. 19.* Salic. *in fin. C. de act. empt.*

Tum etiam quia fuit conventum inter partes, quòd 3
circa fructus recompensativos deberentur quatuor pro centenario, quæ conventio servanda est, Covarr. *lib. 1. var. c. 15. n. 6.* Gom. 2. *t. var. c. 2. n. 11. leg. quò fundus* 4c. *§. fundi l. qui fundum 75. ff. de contrah. empt. leg. Julianus 13. §. si fructibus 10. ff. de act. empt.* bonus text. *in l. ult. ff. de periculo & commodo rei vend.* donec ex adverso non probetur fructus non fuisse perceptos ad 4
dictam summam: ut concludit Neguss. *de pign. in 2. memb. p. 3. n. 19. vers. sed in hoc posset dubitari.* Neque enim æquitas patitur, ut priùs venditor rem emptori 5
fructificet, quàm emptor pretium venditori solvat, ut is illo utatur, possitque ei fructus parere, ut ipsius subest industriæ: Lud. Molin. *de contr. tract. 2. disp. 368. n. 8. per totum.*

Neque hæc dici possunt usuræ lucratoriæ, sed compensatoriæ fructuum, quæ ratio non patitur, ut sint 6
emptoris, interim, dies in mora est solvendi pretium. Consequens itaque est, ut non sint de earum usurarum numero, quas naturale, & canonicum jus damnant.

Et ita una tantùm parte informante, &c.

Beneve-

Beneventana Molendini.

Veneris 19. *Martii* 1637.

ARGUMENTUM.

Contractus nullus non censetur ratificatus per acquiescentiam, nec per taciturnitatem, quando resultat nullitas non solùm ex defectu decreti Judicis, verùm etiam Statuti solemnitatis omissæ. Appellatio interposita post 10. dies dicitur deserta. Læsio est necessaria pro obtinenda in integrum restitutione.

SUMMARIUM.

1 *Contractus nullus per acquiescentiam non censetur ratificatus, nec per lapsum temporis*, et n. 6.
2 *Appellatio interposita post terminum decem dierum, dicitur deserta, et inducitur res judicata.*
3 *Læsio est necessaria pro obtinendâ in integrum restitutione.*
4 *Læsio est fundamentum restitutionis in integrum.*
5 *Læsio excluditur, quando sententia est valida et justa.*
7 *Ratificatio inducitur ex taciturnitate plurium annorum.*
8 *Acquiescentia potest solùm tollere defectum decreti Judicis, non autem omissarum solemnitatum Statuti.*

DECISIO CLXXXIV.

1 VEndito Molendino de quo agitur de anno 1596. à Billota tunc constituto in ætate 18. annorum, idem Billota sub prætextu, quòd venditio esset nulla ex defectu solemnitatum in contractibus à Statuto Beneven. requisitarum, Judicium redintegrationis contra Marium Latinum emptorem in partibus intentavit, eoque ad Rotam deinde devoluta fuit *coram R. P. D. Merlino* disputatum super nullitate dicti contractus, qui pro parte Latini emptoris vel prætendebatur validus, vel saltem per acquiescentiam Billotæ majoris facti ratificatus. Et plenè discussis articulis *coram eod. D. meo Merlino sub die* 28. *Junii* 1634. DD. responderunt pro nullitate contractus, et quòd per acquiescentiam Billotæ ex lapsu temporis resultan. non censeretus ratificatus, ut *in dec. ejusdem D. mei Merlini*, qui pro redintegratione pronunciavit.

Ab hàc sententiâ pro parte Latini fuit post 10. dies appellatum, et causa mihi commissa fuit pro parte Billotæ reformata hujusmodi commissio; et obtentum mihi rescribi, ut constito de re judicata procederem ad illius executionem, cujus vigore dato dubio an constaret de re judicata, vel causis restitutionis in integrum? DD. pro Billota tantùm informante responderunt.

Constat enim de re judicatâ, ex qua Rotalis sententia
2 fuit lata *sub die* 27. *Junii*, et appellatio à Latino interposita *sub die* 20. *Julii subsequentis*, et sic extra tempus decem dierum, quo causam dici desertam, et inductam rem judicatam, firmat *l. fin. C. de transact. l.* 1. §. *biduum, ff. quando appell. sit, Auth. hodie, C. de appell.* cum aliis per Scac. *de appell. q.* 7. *limit.* 1. *n.* 69.

Non constare autem de causis restitutionis in inte-
3 grum, DD. deducebant, ex eo, quia non constabat de lesione, quæ est necessaria ad effectum obtinendi restitutionem *cap.* 1. *et ibi* Abb. *n.* 2. *de restit. in integr.*
4 Sotic. *in l.* 1. *n.* 8. *C. si advers. rem jud.* Innoc. *in cap. cum ex literis n.* 7. et cæteri DD. præsertim Abb. *n.* 16. *de restit. in integr.* Rota *dec.* 154. *n.* 1. *p.* 5. *divers.* ubi quòd læsio est fundamentum restitutionis in integrum, et *dec.* 49. *n.* 3. *et* 69. *n.* 1. *in eodem.*

Quin imò læsio visa fuit penitus excludi, tam respec- 5
tu nullitatis, qua apparent intervenisse omnia pro validitate necessaria, de quibus per Caputaq. *dec.* 260. *p.* 2. quàm etiam respectu injustitiæ, et latè deductis *in decisione D. mei Merlini*, ubi quòd firmatâ nullitate 6
contractûs à principio, non potuit idem contractus ex diuturnitate temporis videri ratificatus per acquiescentiam Billotæ, postquàm fuit factus major: Quia licèt ex eâ taciturnitate videatur ab eo contractus ratificatus, ut habetur *in leg. ult. C. si major fact.* et voluit 7
Rota coram Gregor. *decis.* 473. *n.* 17. nihilominùs ea 8
acquiescentia poterat solùm tollere defectum decreti Judicis, non autem aliarum solemnitatum requisitarum à Statuto Benevent. quæ probantur omissæ in hoc contractu; ut firmat Lancell. Galliaul. *in consil.* 105. *n.* 28. Bardell. *cons.* 58. *n.* 92. et Rot. coram Gregor. *decis.* 260. *n.* 13. *et* 21. et in Romana dotis 10. Junii 1626. coram Illustriss. D. meo Decano, cum aliis latè deductis *in d. decis. D. mei Merlini*, quæ DD. placuerunt.

Et ita Billota tantùm informante D. D. responderunt, etc.

Romana Domus.

Martii 9. *Junii* 1638.

ARGUMENTUM.

Tertius veniens ad causam pro suo interesse, de eo sufficit apparenter docere. Venditor defendere tenetur emptorem, intimatis molestiis, quamvis expressè obligatus non sit.

SUMMARIUM.

1 *Venditor intimatis ei molestiis, tenetur emptorem defendere, quamvis in instrumento expressè obligatus non sit*, et n. 6.
2 *De interesse, ut constet, sufficit quod apparenter doceatur.*
3 *De interesse dicitur constare propter venditionem factam cum reservatione dominii usque ad satisfactionem, et de eâ non docetur.*
4 *Interesse majus dici non potest, quàm prætensio dominii.*
5 *Venditori incumbit defensio ratione evictionis promissæ.*
7 *Interesse non potest extingui sine facto proprio.*
8 *Exceptio* nostra interest, *quid importet.*

DECISIO CLXXXV.

MOto in Rota judicio usque de anno 1627. per Angelum Cruciarium contra Joan. Paulum et Atrilum de Vadis, et Ascanium ab eis causam habentem super immissione in possessionem nonnullorum bonorum, et signanter cujusdam sitûs, et aliarum domorum in urbe existentium vigore asserti fideicommissi, quæ bona dict. de Vadis usque de anno 1611. emerunt ab Elizabetha Magdalenâ, et sorore Maria Columba in sæculo *Agnete* nuncupata, sororibus germanis de Turrinetis, et earum nomine à Cæcilia de Quadris earundem Turrice, cum consensu Juliæ Marochiæ pro annuo legato scut. 50. ex fructibus pretii dd. domorum sibi persolvendo, cum promissione ad favorem emptorum de evictione in forma, et obligatione rem liberam tradere, et quemlibet consentire facere cum reservatione dominii usque ad integram pretii solutionem, aliisque favorabilibus clausulis, de quibus in instrumento, quod datur *summ. n.* 1.

Unde intimatis molestiis per illos de Vadis sororibus Turrinetis fuerunt hæ mulieres coràm dictos emptores defendere, et liberare prout tenebantur, quamvis 5
in instrumento expressè obligati non essent: *l. si pu.*, §. *nota*

§. *mota quæst. ff. de evict.* Rimin. jun. *cons.* 328. *n.* 1. *l.* 3. Natt. *cons.* 231. *n.* 1. et Rota in Ariminen. Domus 10. Dec. 1636. coram bon. mem. Motman. Ideò Magdalena, et Maria Columba sorores de Turrinetis, et Julia Marochia legataria petunt ad causam admitti prævià commissione Sanctissimi mihi directâ, cum clausulâ *Constito de interesse:* et cùm Cruciarius hanc admissionem impugnet, fuit dubitatum an constaret de interesse.

Et Domini absque ullâ hæsitatione affirmativè respon- 2
derunt, plenè illud deducendo ex duobus et tamen ex vulgatis Rotæ regulis apparenter sufficeret de eodem docere, ut *in decis.* 47. *n.* 19. coram R. D. meo Decano, *et* 53. *n.* 7. coram bonæ mem. Buratto sequendo Cardinalem Zabarellam *in c. veniens* 2. *n.* 3. et Abb. ibid. *n.* 9.

3 Et primò probatur hoc interesse ex eo, quod sorores præfatæ vendiderunt supradicta bona illis de Vadis cum dominii reservatione usque ad integralem pretii satisfactionem, et Julia Marochia pro annuo legato scut. 50. super iisdem rebus idem jus reservavit: quod pretium, et legatum respectivè, cum adhuc non fuerint completè persoluta, dominium dictarum domorum procul dubio remansit penes ipsas venditrices consentientes respectivè Abb. *cons.* 66. *n.* 2. *part.* 1. Surd. *decis.* 305. *num.* 39. *et* 40. Rota *decis.* 704. 4 *n.* 3. *part.* 1. *et decis.* 507. *part.* 3. *rec.* Majusque interesse non potest in alio considerari quàm prætensio dominii rei controversæ.

Secundò deducebatur etiam hoc interesse ex obligatione juratâ de evictione, de tradendo rem liberam 5
et de faciendo omnem personam consentire ad favorem dd. de Vadis emptorum, propter quam Turrinetæ tenentur dictos emptores defendere: Mangil. *de evict. quæst.* 184. *n.* 18. Giurba *dec.* 8. *n.* 3. Rimin. 6
jun. *cons.* 326. *n.* 4. *l.* 3. quod procedit ut *supra* dixi, etiam si specialiter, et expressè non essent obligatæ per *l. si plus* §. *mota quæst.*

Non obstat unicum fundamentum per Cruciarium oppositum, scilicet causam in Rota introductam inter ipsum Cruciarium, et illos de Vadis, esse jam per concordiam terminatam, per quam iidem de Vadis remanserunt per Turrinetas liberati, et hodie solum modo in Curiâ Capitolinâ agatur pro observatione Concordiæ inter ipsasmet Turrinetas.

Quia ultra quòd hæc concordia in hâc petitione per Cruciarium non fuit exhibita, prout tenebatur; et interesse, de quo agitur, non solùm pertineat ad Joannem et Elisabetham, quæ Concordiæ interfuerunt; sed etiam ad Magdalenam, et Mariam Columbam, ex *suprà* deductis, et ad Juliam Marochiam, jure legati; 7
quæ duæ sorores, et Marochia, cùm in dicta Concordiâ non intervenerint, nec nominatæ fuerint, certum est quòd eorum interesse sine facto proprio non potuit extingui; cùm ipsis sororibus sufficiat dicere, *Concordia de nobis non loquitur;* et propterea obstat excep- 8
tio *nostra interest.* Greg. *dec.* 396. cum aliis allegatis.

Et ita utrâque, etc.

Romana Computorum.

Lunæ 17. *Martii* 1642.

ARGUMENTUM.

Scriptura probatur per recognitionem de manu notâ, comparitione litterarum.

SUMMARIUM.

1 *Quando aliæ deficiunt probationes, probatur scriptura per comparitionem litterarum.*
2 *Præsertim si præcessit juramentum calumniæ, et non adest alius modus justificandi scripturam.*
3 *Et præsertim apochâ confecta per magnatem.*
4 *Et in scriptura antiqua.*
5 *Et in urbe Roma ex æquissimo stylo admittitur ista probatio.*

DECISIO CLXXXIV.

REsolutum fuit in hâc causâ coram bon. mem. Pirovano sub die 14. Junii 1643. excellent. D. Ducem Sermonetæ hæredem bon. mem. Cardinalis Henrici Camerarii fuisse satisfactum de credito scut. 2778. quoad scuta 1400. tantùm ex solutionibus per Ambrunum factis ad commodum Cardinalis, quo verò ad residuum sub die 20. Nov. 1637. dictum fuit constare de satisfactione ex apochâ manu ejusdem Cardinalis Henrici tunc Camerarii subscripta, et cùm contigerit disputari super recognitione faciendâ subscriptionis apochæ, fuit datum dubium coram bon. mem. Pirovano an recognitioni per comparitionem locus esset: quod hodie per me propositum in ejus locum suffecto fuit affirmativè resolutum.

Et enim semper est locus recognitioni per compari- 1
tionem, dum aliæ probationes deficiunt, ne veritas occultetur §. *si vero moriatur auth. de instrum. cautel. et fid.* Gloss. *in l. comparitiones in verbo ab his vers. curant autem, C. de fid. instr.* ubi Angel. et 2
Salic. præsertim, dum prout in præsenti præcessit calumniæ juramentum, et eos non habere aliùm modum justificandi apocham, Menoch. *de arbit. l.* 2. *c.* 114. 3
n. 34. Farin. qui alios congerit *in fragm. part.* 1. *in verb. comparitio n.* 491. Rot. *p.* 5. *recent. dec.* 199. *n.* 18. Accurt. ad Barat. *dec.* 611. *ad fin. vers. notandum autem:* cùm vero constet in apochâ confecta per magnatem, in qua esset indecentia adducere testes in 4
subscriptione, ut per Rot. *part.* 4. *rec. d.* 41. *ad fin. vers. præterea*, juncto etiam, quia agitur de scriptura subscripta usque de anno 1589. et sic antiqua, quo casu leviora sufficiunt, Caval. *dec.* 457. *n.* 3. *vers. talis autem latereulus, et n.* 4. Thes. jun. *lib.* 1. *q.* 24. *n.* 19.

Prædictis accedit, quòd sumus in Urbe, ubi ex 5
æquissimo stylo admittitur hæc probatio per testes habentes notam manum absque eo quòd viderint scribere, Rota *divers. dec.* 124. *n.* 2. *part.* 2. Seraph. *decis.* 150. *n.* 1. *et in recent. decis.* 303. *n.* 1. *et* 582. *n.* 8. *part.* 1. *et decis.* 192. *n.* 3. *p.* 3. *et dec.* 76. *n.* 32. *p.* 6. *et dec.* 39. *n.* 5. 7.

Sed quia quam plura fuerunt per D. Ducem apposita contra d. Apocham, ideò Domini admiserunt hanc recognitionem, salvis tamen exceptionibus suo tempore discutiendis. Utraque parte informante, etc.

Hortana Spolii.

Lunæ 25. *Junii* 1640.

ARGUMENTUM.

Melioramenta ut impediant restitutionem Spoliati debent probari plenè, et fuisse necessaria, seu utilia, eisque non potest, illorum cautione præstitutio concedenda est.

SUMMARIUM.

1 *Proponenti melioramenta ad impediendam redintegrationem possessionum præfigendus terminus ad ea probanda.*
2 *Contra spoliationem competit redintegratio.*
3 *Quæ requirantur ad transactionem.*
4 *Ex statuto aliquo duæ sententiæ conformes habent vim trium, et transeunt in judicatum, et propterea exequendæ sunt.*
5 *Melioramenta reficienda non sunt, nisi necessaria, et utilia sint.*

6 Melio-

6 *Meliorамenta debent probari plenè, ut illis impediatur immissio in possessionem.*

7 *Impensi, & meliorati collatio facienda est, & illud, quod minus est venit reficiendum.*

8 *Plantationes arborum non connumerantur inter meliorамenta utilia necessariò reficienda, ex opinione Rotæ.*

9 *Quando sunt aliqua meliorамenta, de quibus, ut debet, non constat, illis non obstantibus immissio in possessionem alteri conceditur præstita cautione de reficiendis meliorамentis, quando de eis constiterit.*

DECISIO CLXXXVII.

BIs fuit coram me resolutum constare de duabus conformibus, ad favorem Diamantis de Rubeis, & litis consortium super redintegratione ad possessionem Terreni arborati, positi in agro Hortano sub vocabulo *il Renaro* contra Capitulum Hortanum ac litis consortes, & esse locum statuto Urbis *cap.* 178. *lib.* 1. Nempe sub die 14. Junii 1638. & 16. Jan. 1640. *ut latiùs in dd. decision.*

1 Sed cùm præfatum capitulum exciperet de meliorамentis ibi factis, propterea non competere Diamanti redintegrationem, nisi illis refectis pro eis probandis fuerit præfixus, & assignatus certus terminus dicto Capitulo, *juxta dec.* Put. 461. *l.* 2. *in correct.* eique concessa remissoria, cujus vigore fuerunt examinati nonnulli testes, & proposito hodiè dubio, an constaret de meliorамentis, quæ venirent reficienda, Domini dixerunt Diamanti, ac litis consortibus dandam esse immissionem data cautione de reficiendis meliorамentis.

2 Ratio resolutionis fuit quia illi immissio non potest denegari, cùm ex tot decisionibus tam coram R. P. D. meo Ghisserio, quàm coram me constet subhastationem & deliberationem secutam de hoc prædio nullam extitisse, ac spoliativam, propterea benè competere Diamanti redintegrationem ex Greg. *d.* 335. *n.* 2. Nullitas deducta fuit ratione excessus, cùm Diamantes se obligaverit ad fructus societatis officii pro Michaële Marito, ad quos non tenebatur Michaël, cùm societas officii esset contracta per Planos pro solvendis debitis Michaëlis, pro quo Plani fidejusserant non præcedente intimatione in personam dicti Michaëlis, prout latiùs in dd. decisionibus, cujus obligationis vigore fuit deventum ad subhastationem hujus prædii.

3 Similiter nec obstare transactionem factam inter Diamentem, & Planos, qui bene respondent decisiones transactioni non potuisse locum esse, cùm illa careret tribus illis requisitis necessariis pro eâ sustinenda, nempè quòd fuerit facta super re dubiâ aliquo dato, vel retento, & tandem quod intervenerit bona fides, quæ omnia requisita in d. transactione deficiunt, ideò censuit
4 Angel. *cons.* 94. *n.* 6. Duran. *dec.* 120. *n.* 25. Ulterius locum esse statuto de duabus conformibus *ca.* 178. *lib.* 1. cùm sententiæ sunt in omnibus conformes, ut in ultimâ decisione coram me 15. Januarii præteriti, quibus stantibus venit Diamanti concedenda immissio, ex quo dictæ sententiæ propter statutum urbis habent vim trium, ac rei judicatæ, & post rem judicatam, nihil aliud remanet, quàm ut & executioni demandetur, ut dixit Rota in Romana vineæ de Fabiis 24. Maii 1612. coram Litta apud Marches. *de commiss. tom.* 2. *fol.* 239. Mant. *decis.* 187. *n.* 4. & fuit coram me resolutum hâc eâdem die 25. Jun. 1640. in Romana Tutelæ.

5 Nec obstant præfata meliorамenta opposita per capitulum, quæ reducuntur ad duo genera. Primò ad constructionem unius domunculæ, quia à quo fuerit ædificata non probatur, nec quid fuerit impensum, nec valor præsentis temporis, imò testes deponunt prædium præfatum domo non egere, cùm reperiatur positum propè civitatem: Certum tamen est, quòd meliorамenta non veniunt reficienda, nisi necessaria, & utilia, & quæ fructus rei augent *l.* 1. & 2. & *l. impensæ &*

l. voluntariæ, & ubi Gloss. *in verb. exornat. ff. de impens. in reb. dot. fact.* Rot. *dec.* 650. *n.* 4. *p.* 2. *rec. dec.* 834. *n.* 12. coram bon. mem. Buratto.

Quo verò ad plantationes arborum, hodiè pariter 6 resolutum de istis meliorамentis non constare, ita ut impediant immissionem, cùm unicus tantùm testis deponat, prædium, seu vineam fuisse prius tantummodò in medietate arboratam, in præsenti verò totam, alii verò testes non benè deponunt quid fuerit melioratum, ut per Seraph. *dec.* 952. *n.* 9. & *dec.* 1453. *n.* 5. & coram Burat. *dec.* 834. *n.* 11. & 13. non apparet quid fuerit impensum prout requiritur ex quibus factâ collatione 7 impensi, & meliorati illud, quod minus est veniat reficiendum ex Alber. *in l. in fundo n.* 5. ubi etiam Bart. *ff. de rei vendic.* Menoch. *de recuper. rem.* 1^a. *n.* 15. Rot. *dec.* 399. *n.* 47. *p.* 5. & *dec.* 116. *n.* 2. *p.* 6. & fuit dictum in Spoletana Abbatiæ 19. Dec. 1625. cor. R. D. meo Decano, & in Imolen. meliorамentorum 18. Apr. 1636. coram R. Patriarcha Machianello.

Ultra quòd Rota tenet opinionem, quòd plantatio- 8 nes arborum non reputentur inter meliorамenta utilia necessariò reficienda, ut apud Cæs. de Grass. *dec.* 5. *reb. Eccl. non alien. aliàs* 136. & *dec.* 316. *n.* 6. *p. divers.* & *dec.* 650. *n.* 5. *p.* 2. *rec. in puncto.* Duran. *dec.* 338. *n.* 7. *v. Rota verò.*

In omnem casum quamvis dicta meliorамenta essent 9 reficienda, quia ex testibus datis de illis præfatis non constat ut debet immissio Diamanti, ac litis consortibus nequit denegari datâ cautione de illis reficiendis, quando fuerint liquidati, ut Rota solet passim practicare, Put. *decis.* 461. *lib.* 2. *in corr.* Rot. *decis.* 37. *n.* 7. *part.* 2. *rec.* Caval. *decis.* 54. *in fin.* & in Perusina meliorамentorum 18. Januarii 1616. coram Illustriss. D. meo Decano.

Et ita resolutum, &c.

Romana, seu Januen. Locorum Montium.

Veneris 1. *Martii* 1641.

ARGUMENTUM.

Ad impediendam restitutionem alicujus rei debitæ, credita debent perliquida esse, & clara.

SUMMARIUM.

1 *Qui post lapsum tempus aliquid promisit, ea lapso tenetur.*

2 *Credita ad impediendam restitutionem adducta, ut illam impediant clara esse debent.*

3 *Ita ut si altiorem requirant indaginem, retentio non comperat.*

4 *Partita Gabellæ cambiorum solùm probat denuntiationem respectu interesse gabellarum, non autem numerationem pecuniarum.*

5 *Non est perfectè liquidum, quod per Judicii sententiam non est liquiditatum.*

6 *Ex mandato solvendi cambium factum non est liquidum: præsertim si ab eo appellatum sit.*

DECISIO CLXXXVIII.

SCutâ venditione Palatii ad favorem D. Aloysii Centurioni D. Simon ab Aria fidejussit & de evictione promisit pro DD. Angelo, & Joanne Vincentio fratribus de Lumellinis, venditoribus pro limitato tempore 15. annorum, & pro indemnitate D. Simonis D Maria Lomellina Mater supra dictorum venditorum resignavit hîc in urbe quamplura loca Montium, cum hâc conditione, *Quod elapso tempore* 15. *annorum teneretur d. D. Simon resignare dd. loca Montium eidem D. Mariæ, vel ejus hæredibus, & interim solvere fructus exigendos.*

Elapso tempore præfixo 15. annorum D. Angelus uti hæres testamentarius supra dictæ D. Mariæ Matris instituit, pro actuali consignatione medietatis dd. locorum Montium, & introducta causa coram bon. mem. Buccabella emanavit decisio super bono jure d. D. Angeli sub de 31. Maii 1638. & D. Buccabella vita functo fuit in ejus locum subrogatus R. D. meus Pirovanus, coram quo emanavit secunda decisio sub die 25. Junii 1640. in quibus bene discussis, ac diligenter examinatis omnibus prætensis creditis D. Simonis, quorum vigore prætendebat retentionem dd. locorum montium, fuit lata sententia ad favorem d. D. Angeli, & in gradu appellationis mihi causâ commissâ dubitavi hodiè an præfata sententia Rotalis effet confirmanda, affirmativè resolutum fuit, cùm visa fuerit Dominis valida & justa.

De validitate non potest dubitari, cùm neque à parte fuerit appositum.

1 Justitia verò desumpta fuit ex eo quia debitum D. Simonis est clarum, cùm lapso termino 14. annorum teneri voluerit ad restitutionem præfatorum locorum Montium ei, ut suprà, consignatorum quod tempus cùm jam effluxerit, & insuper D. Angelus expressam liberationem D. Simonis à præfecto Centurione reportaverit, ut in præfatis decisionibus deducitur, non est dubium, quin teneatur ejus obligationem adimplere, juxta *l. fidejussor*, §. *ult.* ubi Gloss. *ff. mandati* Dec. *cons.* 72. *n.* 13. Seraph. *dec.* 55. *n.* 1. Rota *dec.* 567. *n.* 1. *& seqq. part.* 1. *divers.* cum aliis latè deductis *in prædictis decisionibus*, in hac causâ.

Non obstat quòd pro parte D. Simonis adducantur
2 alia credita pro retentione dd. locorum Montium, quia cùm de istis creditis deberet concludentissimè constare,
3 vel per confessionem, vel per rem judicatam, vel per instrumenta publica, quæ nullam admittant controversiam & tamen de hoc non doceatur, ideò illa non fuerunt habita in consideratione præsertim, cùm ea satis fuerint discussa in decisionibus, tam bon. mem. Buccabellæ, quàm R. D. mei Decani, & præter in eis deductos dixerunt Menoch. *cons.* 858. *n.* 8. Maresc. *var. lib.* 2. *cap.* 121. *n.* 8. Rota *dec.* 533. *n.* 3. *part.* 2. *recent.* Duran. *dec.* 197. *n.* 1. adeò ut si altiorem requirant indaginem retentio non competat. Rota post Zacch. *de oblig. Camer. dec.* 130. *n.* 8. *& in rec. dec.* 433. *n.* 2. *part.* 2. Grez. XV. *decis.* 254. *n.* 3. ubi adden. *n.* 8. *& post tract. de manut. decis.* 323. *n.* 24.

Credita autem quæ pro parte D. Simonis adducebantur pro retentione dd. locorum Montium non visa fue-
4 runt DD. adeò clara & justificata, ac demùm talia, ut pro illis retentio competere possit Simoni, cùm adducta in præsenti disputatione ad duas partitas reducantur, quarum prima est scut. 1700. continens in se aliud creditum scu. 1725. Ut literis *in sum.* datis, ex quibus clarè videtur inferri unicum tantùm esse creditum, secunda verò scutorum 1213. multas ipsa quoque patitur exceptiones, nec concludenter apparet justificata ex partità gabellæ Cambiorum, quia non probat, nisi denunciationem respectu interesse Gabellarii, non autem numerationem pecuniarum, & Scac. *de camb.* §. 7. *gloss.* 3. *n.* 8. pro parte Simonis adductus, cùm loquatur de Chartular. S. Georgii, quod est longè diversum à manuali Gabellæ, non applicatur, & super dictis partitis
5 nulla adest Judicis sententia illas liquidans, quod necessarium videtur pro retentione ex doctrinâ Baldi *in litem quia, in secundâ lecturâ in princ. ff. de pact.* dicentis, non esse perfectè liquidum, quod per Judicem non fuit liquidatum, & idem firmavit Rota *in decis.* 60. *num.* 10. post Statil. *de Salvian. Afflict. decis.* 103. *num.* 1. & quamvis super dictâ primâ partitâ 6. detur mandatum Genuæ relaxatum, illud tamen non apparet justificatum, ut requiritur, & fuit suspensum per appellationem ab eo interpositam, Lap. *alleg.* 2. *num.* 5. Paris. *cons.* 28. *num.* 22. *li.* 4. Osasch. *decis. Pedem.* 5. *num.* 1. Gratian. *decis. March.* 9. *num.* 11.

Ex qua partitarum dubietate, ac illiquido D. Simonis credito visum fuit DD. ei non competere retentionem, sed potiùs hoc spectare ad illud judicium reconventionis, in quo supra dictæ partitæ sigillatim discuti poterunt.

Et ita resolutum, &c.

Romana Pecuniaria.

Mercurii 29. *Maii.* 1641.

ARGUMENTUM.

Quando probetur debitum literarum cambii inter Mercatores, & quomodo illo probato procedi possit.

SUMMARIUM.

1 *Partitæ computi libri alicujus contra scribentem probant, præsertim si fuerint ab eo producti.*
2 *Mercator qui acceptavit litteras cambii, & non docuit remissam, condemnandus est.*
3 *A. C. potest procedere contra mercatores executivè, & de plano, solâ facti veritate inspectâ.*
4 *Causulæ, solâ veritate inspectâ, de plano & sine figura judicii, & manu regiâ proced. operantur, ut Judex possit procedere uti Princeps.*
5 *Inter mercatores proceditur ex bono, & æquo.*
6 *Transmissio litterarum cambii pro extinguendo debito quomodo fiat, & quid importet.*
7 *Quid importent verba* del stare, del credere.
8 *In materiâ cambiorum plurimum creditur mercatoribus.*
9 *Verba sine præjudicio servant prejudicium in rebus non expressis.*

DECISIO CLXXXIX.

Dixerunt hodie Domini mandatum ab A. C. relaxatum pro scutis auri Mercatorum 612. contra Antonium de Federighis debitorem Jacobi Brignoni esse exequendum, uti validum, & justum, de validitate constat ex revolutione actorum, in quibus leguntur omnes citationes necessariæ in hoc judicio. Veral. *decis.* 260. *part.* 2. Durand. *decis.* 310. *n.* 1.

Justitia verò desumpta fuit ex eo quia Federighius 1
præfatus scripsit D. Brignono 1. Decembr. præteriti se remisisse d. pecuniarum summam Procuratori Christophori Brignoni ad proximas nundinas Apparitionis Placentiæ hucque pro aliis scut. 910. de quibus per *conto saldo* dederat creditum d. Jacobo, nec non ex adnotatione facta in propriis libris ejusdem Antonii de Federighis, ex quibus omnibus benè remanet probatum creditum Brignoni, præsertim cum fuerint ab eodem Antonio producti, quæ ideò contra eum plenè probant Rota *in recent. decis.* 120. *num.* 4. *p.* 1. *& p.* 2. *dec.* 2. *n.* 1. *&* 142. *num.* 3. Gregor. XV. *dec.* 138. *num.* 4. ubi Addent. *num* 15. Durand. *decis.* 185. *num.* 17. quapropter cùm D. Antonius 2
fuerit conventus coram A. C. ad docendum de remissa, & de eâ non fuerit doctum, utique fuit benè deventum ad relaxationem mandati, ut in similibus terminis firmat Scac. *de camb.* §. 7. *gloss.* 4. *n.* 1.

Non obstat quòd fuerit actum sine obligatione Ca- 3
merali, & absque litteris Cambii, pro quibus tantummodò executivè procedi solet, fuit enim responsum A. C. benè potuisse executivè in hoc casu procedere per ampliissimas facultates, quas habet in negotiis spectantibus ad Mercatores, ut in ejus facultatibus impressis post Salust. Tiber. *in prax. n.* 19. ubi expressè dicitur A. C. posse procedere inter & contra Mercatores Curiæ usque ad quamcumque summam summariè simpliciter,

4 citer, de plano et sine strepitu, et figura judicii solà facti veritate inspectà, et manu Regiâ, quæ clausulæ remittunt solemnitates juris Dec. *in cap. Pastoralibus n. 17. de appellat.* Oldrad. *cons.* 115. Honded. *consil.* 49. *n.* 32. *lib.* 1. Cravet. ad Vestr. *lib.* 5. *cap.* 1. *n.* 7. Mart. *de claus. part. claus.* 180. Scacc. *de appel. quæst.* 161. *limit.* 1. *n.* 76. Rota *decis.* 446. *n.* 1. *part.* 2. *recent. et part.* 5. *decis.* 120. *n.* 1. et operantur ut Judex possit procedere uti Princeps, Mandos. *consil.* 65. *n.* 10. *et consil.* 96. *vol.* 1. Gratian. *decis. March.* 68. *n.* Jas. *in.* §. *bonæ fidei instit. de action. n.* 45. Butr. *de cess. bon. quæst.* 36. *in* 4. *quæst. princ. n.* 6.

5 cum aliis per Gratian. *d. decis.* 68. *n.* 2. cum inter Mercatores procedatur de bono et æquo, Menoch. *de arbitr. quæst.* 51. *n.* 396. Thes. *decis.* 166. *n.* 7. Franc. *decis.* 303. *n.* 3. Rota Januen. *decis.* 641. *in fin. et part.* 5. *decis.* 395. *n.* 12.

6 Minùs obstat quod d. Antonius de Federighis sit debitor præfatæ summæ, occasione mercium transmissarum ad effectum vendendi, quæ successivè fuerunt venditæ diversis personis habitâ fide de pretio, consequenter illum non esse conveniendum non discussis priùs emptoribus.

Fuit enim dupliciter responsum. Primò debitum præfatum sent. 612. auri marcarum benè provenire ex litteris cambii, cum dictus Antonius debitum, de quo pro tali recognoverit, dum dixit, quòd pro eo extinguendo transmiserat ad Nundinas Placentiæ litteras continentes proprii debiti solutionem; transmittere autem litteras, hoc modo, nihil aliud importat, quàm transmissionem litterarum cambii pro solutione facienda, ita Navarr. *cons.* 31. *lib.* 6. *usur.* Alex. Rauden. *in opus. super banco S. Ambrosii n.* 36. Rota Januen. *dec.* 2. *per tot.* præsertim *n.* 10. *et* 11.

7 Secundò responsum fuit, quod dum Antonius, et Brignonus convenerunt *del stare del credere* suspiciendo d. Antonium duplicatam provisionem, hoc casu non esse deveniendum ad excussionem eorum, qui merces emerunt, sed eundem Antonium esse reputandum personalem debitorem, et in se suscepisse nomina debitorum Scacc. *de camb.* §. 3. *n.* 6. et de hoc verbo *del stare del credere* est *decis.* 120. *part.* 5. *recent.*

Ulteriùs data fuit fides mercatorum attestantium hæc verba importare, quòd Mercatores teneantur post acceptam duplicatam provisionem ac conventionem *del stare del credere*, maturatis paghis Mercium venditarum transmittere pecunias retractas, quamvis non exactas et de proprio absque ulla debitoris excus-

8 sione, quibus plurimum in hâc materiâ esse deferendum dixit Bald. *consil.* 40. *n.* 10. *lib.* 5. Socin. Jun. *consil.* 27. *lib.* 22. *l.* 1. Greg. XV. *dec.* 126. *n.* 3. *et* 7. Durand. *dec.* 368. *num.* 12.

Ultimò non obstat quòd in Epistolà dicti Antonii adsint illa verba *senza pregiudicio.* Quia dicta verba benè præservant præjudicium in aliis, non autem expressis, ita Oldrad. *consil.* 330. *num.* 9. *in fin.* Gratian. *discept.* 867. *n.* 10. Marta *de claus. part.* 1. *claus.* 242. *n.* 2.

Et ita utraque, etc.

Comen. Bonorum.

Veneris 29. *Januarii* 1644.

ARGUMENTUM.

Quando ex aliquâ causâ rescinditur permutatio, unaquæque pars ad suam rem redire debet, æqualitasque servanda est.

SUMMARIUM.

1 *Rescissâ permutatione, unusquisque ex permutantibus redit ad sua bona.*

2 *Ecclesia, quæ est justitiæ cultrix, tenetur restituere omnia, quæ occasione contractûs rescissi acceperit.*

3 *Quando restituuntur bona permutata rescissa permutatione, valor fructuum ad æqualitatem ex æquitate restituenda est, et compensandus.*

4 *Si tamen liquida sit inæqualitas.*

5 *Requiriturque ita clara, et liquida probatio, ut nullo modo offuscari possit.*

6 *Relatio peritorum sine die, mense, et anno, nec in actis producta non est in consideratione.*

DECISIO CXC.

CEnsuere hodie Domini Ludovico Vaccano, et Barbaræ conjugibus dandam esse redintegratio- 1
nem ad bona permutata cum aliis bonis spectantibus ad Canonicatum Ecclesiæ Comen. possess. per Canonicum Peregrinum, quia cùm per sententiam A. C. fuerit rescissa permutatio ad instantiam Ecclesiæ, cujus vigore recuperavit bona, quæ ex causâ permutationis præfatæ tradiderant Authoribus dictorum Ludovici, et Barbaræ, inde quisque debet redire ad sua primæva jura, sic debet dicta Ecclesia relaxare bona, quæ ob eandem causam recuperat juxta terminos *l. si diversa pars. C. de transact. et l.* 1. *C. de rescind. venditione* Surd. *cons.* 179. *n.* 37. Pedrach. *cons. unic. n.* 556. Caldas *de empt. et vendit. n.* 31. *n.* 42. Rebuff. *in Prax. tit. de permut. n.* 25. *et in concordan. de collat.* §. *volumus, verb. permutationis.* Seraph. *decis.* 547. *n.* 4. *et* 5. Gregor. XV. *decis.* 418. *n.* 9. *et part.* 5. *recent. decis.* 315. *n.* 15. cùm non sit æquum 2
quòd Ecclesia quæ est cultrix justitiæ et pietatis, locupletetur cum alienâ jactura, unde tenetur omnia occasione hujus contractus accepta restituere gloss. *in Auth. hoc jus in fine, C. de sacros. Eccles.* Abbas *in cap. si quis in fine. de reb. Eccles. non alienandis.* Decian. *cons.* 36. *sub n.* 8. Rota post Cenc. *de cens. decis.* 463. et in Perusina oblationum 4. Julii 1640. coram bon. mem. Merlino, et 10. Febr. 1642. et 4. Maii 1643. coram R. P. D. meo Cerro.

Nec obstat exceptio retentionis opposita per d. Ca- 3
nonicum Peregrinum pro fructibus recompensativis promissi, pro ratâ declarata per Peritos electos juxta tenorem prætensæ transactionis initæ de solvendo scuta quinque pro 100. pro eo, quod plus valeant bona Ecclesiæ permutata cum Authoribus præfatorum conjugum juxta æquitatem *l. curabit, C. de act. empt.* Greg. XV. *dec.* 254. *n.* 6. ubi Adden. *n.* 7.

Quia fuit per Dominos responsum objectum cessare in præsenti, ex quo negari non potest, quin dictum 4
prætensum Ecclesiæ creditum sit saltem illiquidum, et turbidum, tam in quantitate, quàm in substantiâ, unde retentio venit neganda adversùs petitam redintegrationem *leg. fin. C. de compens.* Alex. *consil.* 93. *n.* 1. *lib.* 4. Paris. *consil.* 121. *column.* 3. *lib.* 1. Menoch. *de arbitrar. casu* 24. *n.* 1. Gratian. *discept.* 734. *n.* 3. *et seq.* Surd. *decis.* 184. *n.* 6. Seraph. *decis.* 1455. *n.* 4. *et part.* 1. *recent. decis.* 679. *in fine, et part.* 3. *et decis.* 743. *n.* 8. Burat. *decis.* 49. *n.* 3. cùm ad hunc effectum requiratur probatio tam clara, 5
et liquida, ut nulla exceptione, seu velamine offuscari et adumbrari queat; ut fuit resolutum in Romana, seu Januen. locorum Montium 31. Maii 1638. coram bon. mem. Buccabella, et in ead. coram Me. 1. Maii 1641. postea confirmata coram R. P. D. meo Merlino sub 26. Januarii 1643. et in Romana Retentionis Domorum 23. Maii 1643. coram R. P. D. meo Ghislerio, et in Neapolitana pensionis 2. Maii 1643. coram Me.

Nec pro liquidatione fructuum facit adducta æsti- 6
matio, seu relatio Peritorum; quia cùm illa careat die, mense, et anno, et non in actis producta, nec minùs recognita, non fuit habita in consideratione, et perinde se habet ac si esset extra mundum. Rota *dec.* 404. *n.* 1. *part.* 1. *recent.* Add. ad Gregor. XV. *decis.* 224. *n.* 6.

Et [illegible], etc.

Perusina Salviani.

Veneris 22. *Maii* 1643.

ARGUMENTUM.

Ex Decis.

SUMMARIUM.

1 *Fructus crediti sociales debent esse communes inter socios.*
2 *Non potest agi adversus socium, nisi prius calculatis omnibus partitis.*
3 *Partita non probata non est in consideratione.*
4 *Instrumentum non productum in actis non est in consideratione.*
5 *Omnes socii præsumuntur possidere suam ratam.*
6 *Sententia præservativa jurium nihil tribuit, sed tantum conservat, quod aliundè competi probatum fuerit.*
7 *Principales conductores respectu locatoris sunt et dicuntur correi, inter se tamen proportionibus sociorum dicuntur ad invicem fidejussores.*
8 *Solvens præsumitur ut propriam tantummodò obligationem extinguat.*

DECISIO CXCI.

PErstiterunt hodie DD. in decis. coram me emanatâ sub die 12. Dec. 1639. in quâ fuit confirmata sententia Vicarii Perusini in Salviano lata ad favorem eorum de contemptis, ac litis consortium, dum concurrunt omnia requisita necessaria in hoc judicio ex rationibus, et fundamentis in eâ deductis.

1 Nec obstat noviter excitata per DD. de Oddis pro recessu à decisis ad effectum inducendi extinctionem crediti ex duplici partitâ prima ex solutione facta ex juribus coloniæ, et melioramentis ab hæredibus Eusebii Ceccantis in florenis 1050. quæ jura, et melioramenta, eorumque fructus debuerunt esse communes etiam Julio Cæsari Danzettæ alteri ex sociis, à quo DD. de Oddis causam habent, prout erat commune creditum sociale ad dd. hæredes Ceccantes, ut declaravit etiam sententia Vicelegati Perusiæ, juxta *l. cum duobus §. quidam sagariam, vers. proinde, ff. pro soc.* Burat. *decis.* 79. *n.* 7.

Inde prædictâ ratâ spectante ad Julium Cæsarem Danzettam erat diminuendum creditum sociorum.

Secunda ex aliâ rata scutorum 2400. exacta à sociis de anno 1602. pro pretio frumenti communis, nec propterea potuisse agi ad aliquid decretum adversùs
2 DD. de Oddis, nisi præfatis omnibus priùs calculatis ac demptis, *leg. de illo, ff. pro soc.* Franc. Ant. Const. *cons.* 56. *n.* 1. *lib.* 1. Alciat. *cons.* 162. *per tot.* Burd. *dec.* 184. *n.* 2.

3 Quia fuit responsum exactionem frumenti nullibi remanere probatam, in quâ consistit major summa, indè nec de eâ dari fumum, unde dicta secunda partita non fuit habita in consideratione.

4 Quo verò ad assignationem factam ab hæredibus Eusebii Ceccantis, quæ constat ex publico instrumento, quamvis in actis non producto, inde solemus dicere non esse habendam in consideratione, ac si esset extra mundum Rot. *decis.* 285. *n.* 5. *part.* 5. *recent.* nihilominùs animadvertebant Domini traditionem, seu cessionem jurium ad coloniæ, ac melioramentorum emanare ad favorem omnium locorum, aliunde non constare, nec quòd alter ex sociis aliunde possederit prout esset probandum ad hoc ut posset inferri ad creditum d. Julii Cæsaris pro suâ virili adversus possessorem, cùm alioquin omnes præsumantur possedisse suam ratam, dum cùm assignationem stipulati fuerunt, et ad omnium favorem reperitur opposita clausula Constituti Cumian. *cons.* 183. *in fin. vers. in dub.* Mantic. *de tacit. l.* 15. *tit.* 3. *n.* 12.

Nec adversatur præfata sententia Vicelegati, quæ 5
sola declarat dd. bona, ac fructus debere esse communes, etiam Julio Cæsari, sed non condemnat consocios ad aliquid restituendum, signum evidens, quod pro d. rata Julii Cæsaris nihil fuerit præceptum, et quamvis d. sententia in fine præservet Julio Cæsari Jura contra consocios pro redditione rationis computorum administrationis afflictu, quia tamen ibi nullum verbum fit de bonis assignatis, sed de afflictu habito à Marchione à Cornea, inde remanet verum dicere, quòd non constet portionem bonorum assignatorum spectantem ad Julium Cæsarem fuisse ab aliis possessam, vel illi fuisse aliquid debitum ex causâ afflictâs, ad hoc ut hodie sit locus compensationi, et d. Julium Cæsarem in tantum posse agere pro redditione rationis afflictâs, in quantum doceret fuisse à solis consociis administratum, aliter quàm ex d. sententiâ relegati, cùm ea tantùm contineat præservativam jurium quæ tribuit, sed tantummodò est apta conservare quod aliundè competebat, si competere probaretur. Cravet. *cons.* 29. *n.* 8. *et* 127. *n.* 7. *et* 144. *n.* 15. Rot. *decis.* 242. *n.* 2. *et part.* 2. *rec.* et in Romana census 1800. 23. Junii 1623. coram bon. mem. Coccino.

Ultra quòd si probaretur exactum, quod ad Julium 6
Cæsarem præfatum spectaret, adhuc portio debita eisdem ascenderet ad scut. 791. prout cantat d. sententia Vicarii Perusini per Rotam confirmata, etenim creditor cessit jura Alexiis ex his actoribus, non solùm pro rata in quinque partes, quælibet ascendit ad scuta 971. verùm etiam pro scutis 7300. quæ juxta eandem repartitionem, spectant ad singulos pro rata scutor. 1300. circiter, unde cessant ea, quæ dicuntur de excessivitate d. sententiæ Vicarii.

Nihil obstat, quòd ex scutis 7300 fuissent ante se- 7
cutam cessionem soluta scuta 3926. quia cùm versemur in principalibus conductoribus, qui licèt respectu locatoris, dicantur correi debendi, et principales debitores, inter se tantum proportionibus spectantibus ad consocios, dicuntur fidejussores ad invicem, juxta distinctionem gloss. *vir uxori §. mulier. verb. intercessione factus vers. tu distingue, ff. ad Vell.* et *ibidem* Castrens. *n.* 5. Fulgos. *n.* 7. Bart. *in l. reos n.* 1. *vers. aut non merâ liberalitate, ff. de duobus reis*, Bald. *in l.* 1. *n.* 1. *et* 3. *C. eod.* et in nostris terminis plurium conductorum, qui in solidum se obligarunt Surd. *cons.* 150. *sub. n.* 9. *infra med. vers. in præsenti*, inde potuit etiam ex intervallo pro summâ anteà solutâ reportari cessio, cùm solvens solvisse præsumatur, ut propriam tantùm obligationem extingueret, 8
non autem aliorum, *l. Papinianus ff. mand.* Casanat. *cons.* 14. *n.* 6. *vers. sed etiam* Herman. Pistorien. *observ.* 44. *n.* 14. Rota *decis.* 41. *n.* 5. 16. *et per tot. part.* 6. *recent.*

Et ita fuit resolutum etc.

Romana Societatis officii.

Veneris 11. *Martii* 1650.

ARGUMENTUM.

Fructus Societatis non potest quis habere, si Societatis non habet effectum.

SUMMARIUM.

1 *Fructus nulli debentur stante cassatione societatis.*
2 *Actus factus contemplatione alterius dicitur correspectivus.*
3 *Ex natura correspectivorum, sublato uno corruit et alter.*

DECISIO CXCII.

CEnsuerunt DD. nullum esse relaxandum mandatum ad favorem Pauli Rossi contra Fuardos pro fructibus

fructibus Societatis Officii scut. 900. ex eo, quia licet d. Societas fuerit inita ad favorem Alphonsi Lucii, à quo causam habet prætatus Paulus, ut apparet ex instrumento publico rogatorio sub die 28. Oct. 1638. tamen die 10. Januar. subsequentis declaratum fuit d. Societatem officii nullum habuisse effectum, propterea D. Alphonsus medio juramento consensit cassationi præfatæ Societatis, et instrumento, unde stante d. cassatione quæ virtualiter importat reductionem ad pris-
1 tinum statum, ut benè per Ang. *in l. absent. n.* 6. *v. et sic. ff. de pact.* Rot. *decis.* 374. *n* 17. *part.* 5. *rec.* nulli debentur fructus: nam Societate officii non extante, illi non debentur. Gabr. *cons.* 78. *in fin l.* 1. *et cons.* 63. *n.* 16. *lib.* 2. Pacif. *de Salv. interd. inspect.* 4. *cap.* 1. *sub n.* 51. Mant. *de tacit. lib.* 6. *tit.* 24. *n.* 36. Matesc. *var. resol. lib.* 1. *c.* 67. *per tot.* cum aliis per Zacch. *de societ. offic. n.* 507. et dixit Rota *decis.* 24. *n.* 6. post eundem Zacch. ac in Romana fructuum et interesse, 10. Dec. 1614. cor. Sanctissimo Dom. nostro.

2 Nec relevat quòd hujusmodi cassatio facta fuit, ex quo dd. de Fuardis eàdem die se accollàrunt, aliam societatem scut. 450. per d. Paulum debitum, ita ut dd. actus dici debeant correspectivi ad invicem, et unus factus contemplatione alterius, ut firmatum fuit coram me sub die 14. Maii præteriti. Quapropter dum Fuardi impugnant d. accollationem reviviscere debeat d. instrumentum primæ societ. scut. 900. ex natura correspectivorum, quod uno sublato corruit et alterum, *leg. fi* 2. *ff. de accept.* Buratt. *decis.* 525. *n.* 9. *decis.* 62. *n.* 68. *part.* 5. *rec. cum vulg.*

3 Quoniam suppositum impugnationis societatis accollatæ tollitur ex facto, dum non docetur verè Fuardos accollationem impugnasse; imò ipsi illam fatentur præstando, quòd nullam aliam habent causam cum Rossio, nisi super prætensâ accollatione societatis scut. 450. ideoque non intrat regula correspectivorum, cùm hoc casu requireretur certa, et indubitata impugnatio, cum expressâ declaratione, quod ipsi nollent accollationem acceptare, nec debitum accollatum persolvere ad hoc dici possit sublatum alterum ex correspectivis juxta notata per Socin. *cons.* 63. *n.* 14. *lib.* 3. Menoch. *cons.* 233. *n.* 6. ac post Rot. *decis.* 166. *n.* 7. *part.* 7. *recent.* Propterea Paulus agere debet ad observationem instrumenti accollationis, non autem ad solutionem fructuum primæ Societatis jam cessæ, ex qua nullibi debentur fructus, ex *supra* deductis.

Et ita contra Paulum solum informantem, etc.

Veneris 4. *Aprilis* 1650.

ARGUMENTUM.

Manutentio datur immisso vigore Salviani auctore prætore, in præjudicium possessorum anteriorum.

SUMMARIUM.

1 *Possessor authore prætore justè possidere censetur, nisi doceatur de nullitate et injustitiâ sententiæ clarè.*
2 *Validitas sententiæ resultat ex actorum revolutione juxta Caputaq. dec.* 260. *p.* 2.
3 *Judex rite procedens potest privare reum sua possessione absque alia expulsione.*
4 *Possibilitas deducendi non attenditur in judiciis executivis, sed quid fuerit deductum.*
5 *Creditum illiquidum nequit impedire manutentionem.*

DECISIO CXCIII.

Decisiones coram me factas sub diebus 18. Februarii 164[illegible]. et 15. Januarii 1648. concedentes Fran-

ciscæ Perusiæ manutentionem in possessionem domûs controversæ DD. in novâ causæ propositione confirmârunt, nam dubitari nequit de ejus possessione capta vigore sententiæ ad ejus favorem in Salviano latæ A. C. ritè, et rectè procedente, quod hunc effectum suffragari debet, ad *l. justè possidet, et l. qui universalis §. item cum prætor, ff. de acquir. poss.* Angel. *in l. eam possidere §. qui ad nundinas n.* 2. *in fin* ubi Jas. *n.* 20. *eod. tit.* et dixit Rota coram Caval. *dec.* 42. *n.* 1. *ac decis.* 321. *n.* 6. *part.* 6. *recent.* adeo ut possessor
1 authore prætore justè possidere censeatur, nisi de nullitate, et injustitia sententiæ ita clarè doceatur, ut nulla tergiversatione defendi possit Abb. *in cap. cum causam n.* 4. *versic. secus si de offic. delegat.* Cravet. *cons.* 5. *n.* 8. *et cons.* 300. *num.* 2. *in princ.* Seraph.
2 *decis.* 616. *n.* 8 *et* 9. cum aliis latè congestis in terminis per Rotam *decis.* 199. *n.* 12. *decis.* 306. *n.* 1. *part.* 7. *recent.* nec revocari potest in dubium validitas, et justitia d. sententiæ, quia illa resultat ex actorum revolutione juxta vulg. Caputaq. *decis.* 260. *part.* 2. hæc vero optimè probatur ex eo, quia omnia requisita in hujusmodi judicio Salviani necessaria justificata apparent, ut in utraque decis. firmatum fuit.

Non obstat anterior possessio antonii Rubici, et 3
uxoris, quia A. C. ritè procedens potuit ipsos citatos suâ anteriori possessione privare absque alia expulsione Angel. *in d. l. qui universas §. item cum prætor. in fin. ff. de acquir. posses.* Greg. *decis.* 9. *n.* 8. *et dec.* 69. *n.* 9. *et seq.* illamque in Perusiam tranferre, ad *d. leg. justè possidet, ff. de acquir. possess.* etiam ad dictum effectum manutentionis, Greg. *decis.* 9. *n.* 4. *et decis.* 582. *n.* 2. *ac decis.* 305. *n.* 1. *et* 2. *part.* 6. *recent.* ac in Romana vineæ 25. Octobris, et 14. Nov. 1633. coram Mormanno.

Nec pariter obstat, quod dd. Antonius, et uxor uti creditores anteriores Perusiæ vigore dotis Dorotheæ eorum auctricis debitæ non potuerunt eorum possessione privari absque notoriâ injustitiâ, ut probant. *leg.* 1. *ff. quibus modis pignus et hypoth. solv. et leg. qui æquitate, ff. de dol. mal. et met. except.* et tradit Negus. *de pignor. part.* 5. *memb.* 2. *n.* 1. *et seqq.* Mantic. *dec.* 69. *n.* 1. *et decis.* 318. *n.* 25. *part.* 6. *rec.* tum quia de hac hypothecâ anteriore Dorotheæ oppositum non fuit, antequam dict. Perusia per sententiam in Salviano bonorum immissionem reportavit, ideo hæc exceptio noviter adducta non est apta impedire manutentionem Perusiæ debitam, cùm sufficiat quòd sen- 4
tentia ex eisdem actis dicatur justa ad hoc, ut possessionem manutenibilem tranferat eâ ratione, quâ in judiciis exequutivis non attenditur possibilitas deducendi, sed quid fuerit deductum Put. *decis.* 391. *lib.* 1. Seraph. *decis.* 965, *n.* 10. Burat. *decis.* 630. *n.* 2. *et decis.* 850. *n.* 4. *ac decis.* 80. *n.* 10. *cum seqq. part.* 5
4. *tom.* 2. *recent.* ac in terminis dictum fuit *decis.* 306. *n.* 34. *cum seqq. part.* 7. *recent.* et in Romana adirionis hæreditatis 23. Febr. 1613. coram Coccino quæ est *decis.* 69. post Magon. *de subhast.* ac coram me in Avenion. hæreditatis 10 Junii 1648. *sub §. aliarvò credita*, tum etiam quia eadem Dorothea habuit in vim sententiæ præsidis Zeccarum omnia bona Cosini viri considerabilis valoris, ac dicta domus, quæ locabatur pro annuis scutis 140. unde ex his, vel remansit suâ dote integrâ satisfacta, vel saltem ejus creditum redditur adeo incertum, et illiquidum, ut ex illo nequeat impedire manutentionem Perusiæ authore prætore possidenti, ut in his terminis resolvit Rota *d. decis.* 306. *n.* 44. *et* 45.

Et ita utraque, etc.

Romana Donationis.

Veneris 16. *Aprilis* 1649.

ARGUMENTUM.

Immissio in possessionem bonorum datur ex Salviano extremis requisitis probatis ex ipso.

S U M M A R I U M.

1 *Factum.*
2 *Instrumentum publicum facit probationem probatam, et rem manifestam.*
3 *Immissio nunquam denegatur, si concurrat anterior Donantis, et posterior rei conventi.*
4 *Credita hæredis adeuntis sine inventario præsumuntur consumpta ex alienationibus factis ab ipsa.*
5 *Beneficio Legis, et inventarii, caret conficiens illud non legitimum.*
6 *Sententia justa et valida est confirmanda.*

DECISIO CXCIV.

DEcreta fuit per sententiam R. P. D. mei Verospii
1 ex remedio Salviani interdicti Hieronymo Bonefino in possessionem bonorum q. Petri Baletti in eâ descriptorum, ex eo quia probata fuerunt omnia extrema in hujusmodi judicio requisita. Creditum enim cum hypotheca prædicti Hieronymi optimè resultabat ex instrumento donationis, ubi legitur dictum Petrum omnia sua bona tempore sui obitus existentia inter vivos donasse Vincentio ejus fratri authori dicti Hieronymi, reservata duntaxat ubi facultate testandi scut. 100. ac illorum usufructu, vitâ ejus durante, unde benè probatur dictum creditum cum hypothecâ, cùm hujusmodi instrumentum faciat probationem probatam, ac rem manifestam Bart. *in l.* 1. *n.* 8. ubi Jas. *n. ff. de novi oper. nunciat.* Decian. *cons.* 36. *n.* 6. Surd. *cons.* 173. *n.*
2 41. et dixit Rota *decis.* 277. *n* 2. *et decis.* 58. *n.* 2. *ad fin.* ac coram me in Cremen. seu Januen. Pecuniaria 1. Julii 1648. §. *hæc sunt.* Possessio verò tam anterior Petri donantis, quàm posterior rei conventi controvertebatur, his itaq; concurrentibus nunquam immis-
3 sio denegatur ad text. *in l.* ubi gloss. *in verb. competit in fin. C. de precar. et Sal. interd.* Barth. *in l. n.* 3. *ff. eod.* Aretin. *in* §. *Item Serviana n.* 9. *instit. de action.* Iarè Gabr. *cons.* 141. *in l.* 1. *n.* 7. Rota *decis.* 44. *n.* 4. *lib.* 1. Divers. *decis.* 294. *n.* 3. *decis.* 307. *n.* 4. *part.* 1. *ac decis.* 457. *n.* 1. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* ac Burat. *dec.* 728. *n.* 4.

Nec hujusmodi immissionem retardare poterant re-
4 tentio super dd. bonis competens Victoriæ Auctricis possessoris pro suis creditis dotalibus, quia cum ipsa uti hæres scripta prædicti Petri debitoris illius hæreditatem adiverit nullo conventario, ac nonnulla illius bona alienaverit, præsumuntur dd. credita ex præfatis alienationibus fuisse consumpta, et prorsus extincta, ut de credito legitimæ tenuit Rota *dec.* 226. *n.* 16. *et decis.* 399. *n.* 28. *part.* 5. *recent.* ac coram me in Bononien. fideicommissi de Clavarinis 10. Dec. 1636. in Romana fideicommissi de Marianis 4. Julii 1648. §. *nec pariter obstat* confirmata 20. Dec. ejusdem anni, et 3. Junii 1647. *sub. n.* 2. *part.* 2. *recent. decis.* 254. *n.* 3. coram Gregor. XV. *decis.* 150. *n.* 8. post Zoech. *de obligat. Camer. secundum antiquam impress.* et in Ariminen. Salviani 18. Junii 1643. §. *non obstat rerento* et 30. Maii 1646. §. *fin.* coram R. P. D. meo Bichio.

Nec ad excludenda supradicta inventarium exhibi-
tum suffragari poterat, ex quo illud non fuit legitimè confectum. Tum quia in eo descripta fuerunt solùm bo-
5 na mobilia testatoris, non autem stabilia contra dispositionem *l. fin.* §. *sin autem dubius, C. de jur. deliber.* Ideo Victoria carere debet beneficio d. legis, et inventarii, ut tenent Dec. *cons.* 633. *n.* 10. *et* 11. Hond. *cons.* 34. *n.* 12. *lib.* 1. Surd. *decis.* 212. *n.* 1. Roland. *de inventar. par.* 3. *omittendum n.* 4. Tum etiam, quia citatus non fuerat in confectione illius Vincentius prædictus certus creditor hæreditatis. Ideoque ipsi nocere non potest, *l. fin.* §. *cum igitur n.* 3. *C. de jur. deliber.* Bald. *in auth. sed cum testator. n.* 8. *C. ad leg. Falcid.* Greg. *decis.* 496. *n.* 1. cum aliis adductis per Burat. *decis.* 715. *n.* 5. ubi Add. *n.* 7. et pro veritate fuit in hâc causâ coram R. P. D. meo Verospio sub die 21. Junii 1648.

Cùm itaque tam ex prædictis, quàm ex aliis adductis in decis. 31. Jan. et 5. Junii 1648. coram R. P. D. meo Verospio clarè apparebat de justitia d. sententiæ Rotalis ac de validitate non dubitetur illam esse confirmandam resolutum fuit, Bonetino solùm informante, etc.

Romana Societatis Officii.

Veneris 14. *Maii* 1649.

ARGUMENTUM.

Societas aliquando præsumitur facta contemplatione alterius Societatis.

S U M M A R I U M.

1 *Factum.*
2 *Societatem esse factam contemplatione alterius desumitur ex correspectivitate actuum.*
3 *Actus dicuntur correspectivi, et unus factus contemplatione alterius, si ad invicem compatiantur, et ad eundem finem tendant.*
4 *Commodum et incommodum Societatis spectat ad socios.*
5 *Effectus removetur, remotâ causâ.*

DECISIO CXCV.

CEnsuerunt DD. Societatem officii scut. 900. per Rev. Episcopum Mantecanam Marchionem Cin-
1 thium, et Corn. Franciscum de Suardis ejus nepotes factam ad favorem Alphonsi Lucii cessant esse contemplatione alterius societatis scutor. 450. per dd. de Suardis accollatæ, quia hoc benè suadet correspectivitas
2 actuum desumpta non solùm ex eo quia eodem die gesti fuerunt ita ut censeatur unum factum fuisse propter alium, ut notat Crav. *cons.* 356. *in princ.* Menoch. *de præsumpt. l.* 6. *præs.* 12. *n.* 5. Gratian. *discept.* 897. *n.* 13. *vers. et satis est* Rota *dec.* 12. *n.* 4. *part.* 5. *decis.* 323. *n.* 26. *part.* 6. *recent.* Sed etiam quia tam contractus cassationis, quàm accollationis societatis in eodem loco, et coram eod. Notario celebratus fuit, ad *l. si ventri* §. *ult.* ubi gloss. *de privil. credit.* Alex. *cons.* 90. *n.* 8. *vers. nec habent obstare lib.* 3. Cravet. *cons.* 298. *sub n.* 313. Gabr. *de præs. concl.* 13. *n.* 28. et alii adducti Mantic. *de tacit. lib.* 3. *tit.* 15. *n.* 50. Eòque magis, quia cùm dd. actus se ad invicem compatiuntur, 3
et ad eundem finem tendant, dicuntur correspectivi, ideò præsumitur unus factus contemplatione alterius, juxta gloss. *in l. ut jurisjurandi in verb. libertatis in princ. ff. de libert.* Bald. *in l. præsens n.* 49. *C. de pact.* Cor. *cons.* 10. *n.* 13. *et consil.* 117. *n.* 14. *lib.* 4. ac aliàs alios cumulat Menoch. *de præsumpt. n.* 4. *et* 5. Rot. *decis.* 89. *n.* 2. *part.* 2. *rec.*

Hocque fortiùs dicendum est in præsenti casu, dum ex depositionibus trium testium examinatorum optimè concluditur, dictam cassationem societatis Officii scutor. 900. factam fuisse occasione accollationis alterius societatis scut. 450. undè dubitari non potest de correspectivitate actuum, cum illa satis remanet probata ex dd. tribus testibus, quorum alter est instrumentarius alter notarius rogatus dd. Text. *in cap. omni negotio, et cap. licet de testib.* cum aliis per Burat. *decis.* 46. *n.* 1. *et decis.* 886. *n.* 2.

Nec dici potest prædicta non procedere attenta causarum, et personarum in utroque actu intervenientium, nam accollatio facta fuit ad favorem pauli Rossi debitoris societatis scut. 450. ex causa cessionis pensionis ab Episcopo eidem Paulo debitæ, cessatio verò ad favorem illorum de Suardis facta legitimè per Alphonsum Lucium Creditorem, ex eo quia Societas prædicta effectum non habuit.

Quia ad personas nulla adest diversitas, licèt enim dicta Societas scut. 900. inita fuerit ad favorem Alphonsi,

phonsi, ipse tamen in eâ habebat nudum nomen, ut
4 constat ex ejusdemmet declaratione, ac ex testium depositionibus, commodum verò, et incommodum prædictæ societatis spectabat ad ipsum Paulum, cui exinde planum jus super illâ acquisitum fuit. Bald. post gloss. *in leg. proprietati*, *C. de probat.* Rot. *dec.* 26. *n.* 1. *p.* 1. *et decis.* 771. *n.* 5. *in fin. part.* 2. *recentior.* Caval. *decis.* 211. *n.* 3. et in Romana Pecuniaria 10. Martii 1620. coram Remboldo, ac in Anconitana Prædii 18. Junii 1642. coram R. P. D. meo Bichio. Unde virtualiter eadem concurrit persona tam in instrumento accollationis, quam in instrumento cassationis.

Quidquid dicitur respectu diversitatis causarum non subsistit, quia quamvis in instrumento Cassationis
5 legatur illam factam fuisse, ex quo dicta societas non habuit effectum, hoc tamen non inducit diversitatem causæ animadvertendi, quod illa contracta fuit ad effectum solvendi pensiones, quarum satisfactio, dum proveniebat ex instrumento accollationis, non poterat prædicta societas suum sortiri effectum, undè clarè apparet utrumque actum tam cassationis, quàm accollationis esse correspectivos, dum tendunt ad eundem finem satisfaciendi pensiones, quæ sola fuit causa, cur prædicta societas contraheretur, qua remota per accollationem alterius societatis, remotus pariter fuit ejus effectus, itaque dubitari nequit, quin cassatio facta fuerit contemplatione accollationis, ex juribus suprà adductis.

Et ita Paulo solùm informante resolutum etc.

Faventina Dotis.

Lunæ 16. *Februarii* 1651.

ARGUMENTUM.

Dos restitui debet eisdem modis, quibus recepta fuit et non aliàs, quando instrumento dotali hoc pactum fuit.

SUMMARIUM.

1 *Factum.*
2 *Pactum omnino servandum venit.*
3 *Lucratione dimidiæ partis dotis stante ex statuto adhuc datur idem tempus ad restituendum, ac si illam partem non lucraretur, et n.* 5.
4 *Dos restitui debet de jure communi statim, si consistat in stabilibus, sive mobilibus; si verò in pecuniâ, infra annum.*
Conditio contrahentium, ut æqualis sit in dubio faciendæ est interpretatio.
7 *Pactum appositum in restitutione dotis non censetur appositum respectu quantitatis dotis, sed respectu temporis.*
8 *Dispositio contrahentium restringitur, et modificatur ex forma Statuti.*

DECISIO CXCVI.

CUm dos promissa per Laderchium Gratiolo soluta fuerit in octo paghis certam ratam quolibet anno, in eisdem octo paghis illam restituendam esse DD. existimarunt attento pacto expresso in instrumento dotali,
1 ubi conventum fuit, quòd dos restitueretur eisdem modis, et solutionibus, quibus recepta fuit, et non aliàs; ideo dum Laderchius hujusmodi dotem solvit termino octo annorum, eodem temporis spatio restitutio fieri debet ad formam pacti prafati, quod venit
2 omnino servandum, ad *l.* 1. *ff. de pact. et l. hoc edictum in fin. ff. de rei. jur. cap.* 1. *cod.* Cravet. *consil.* 31. *sub n.* 30. Barz. *decis. Bonon.* 90. *n.* 1. *et seqq. et decis.* 139. *n.* 1. et Rot. *dec.* 172. *n.* 75. *rec. et dec.* 691. *n.* 1. *part.* 8.

Nec officit, quòd in præsenti casu restituenda venit 3
solummodò medietas prædictæ dotis; cùm altera medietas superlucrata fuerit juxta dispositionem statuti Faventini, quapropter solvendo easdem summas, ut in pacto exprimitur potiùs restituio facienda sit 4. quàm 8. annorum, aliàs dici non posset, quòd eisdem modis, 4
et solutionibus restituatur, hocque esse magis conforme dispositioni juris communis juxta quod statim dos restitui debet, si consistit in stabilibus, seu mobilibus; si verò in pecuniâ, infra annum, ad *leg. un.* §. *cùm autem in exactione*, *C. de rei uxor. act.*

Quoniam prædicta optimè procederent, quando pac- 5
tum non adesset, in quo pariter contrahentes considerarunt prædictum lucrum, dum convenerunt, quòd restitutio dotis fieri debet eisdem modis, et solutionibus, quibus soluta fuit salvo jure lucrandi dimidiam ad formam statuti, itaque stante etiam prædicto lucro contrahentes voluerunt, quòd eisdem solutionibus, et eodem temporis spatio, quod considerari in hoc casu duntaxat debet, cùm in eo consistat utilitas solventis, restitutio facienda esset. Nam æquum est, quod si Laderchius ad satisfactionem hanc dotem gavisus fuit dilatione octo annorum, eodem temporis spatio concedi debet Gratiolo pro illius restitutione, non solùm attento prædicto pacto ad tradita per Menoch. *consil.* 768. *n.* 7. *cum seq.* sed etiam in dubio hæc faciendi est interpretatio, ut contrahentium æqualis sit conditio, ad sustinendam enim æqualitatem verba includuntur, dispositione, in quæ aliàs non inclu- 6
derentur, et ad hunc effectum etiam receditur à proprietate verborum, ita ut semper inhærendum sit interpretationi, et opinioni quæ favet inæqualitati, præsertim in contractibus, qui mutuam pariunt obligationem; ut latè firmat Rot. *decis.* 567. *n.* 7. *part.* 4. *et decis.* 232. *n.* 21. *et seqq. part.* 6. *recent.* ac coram Buratto *decis.* 295. *n.* 12.

Nec dicatur, quòd hoc modo restitutio non fieret 7
eisdem solutionibus, sed illis dimidiatis. Quia DD. considerarunt pactum non fuisse appositum respectu quantitatis summæ tam solvendæ per Laderchium, quàm restituendæ per Gratiolum, sed respectu dilationis temporis sub qua cadit beneficium pacti, sicque si Laderchius in solvendo dilationem reportavit, ita pariter Gratiolus in restituendo eâdem dilatione gaudere debet, dum hanc contrahentes considerarunt, ut apparet ex lectura instrumenti dotalis; ultra quòd eædem possunt dici solutiones, dum adveniente quolibet termino illarum debet Gratiolus maritus retinere medietatem pro ejus lucro, solvendo alteram medietatem hæredi uxoris, attento prædicto, ubi solutiones 8
restrictæ, et modificatæ fuerunt ex illis verbis, salvo jure lucrandi dimidiam ad formam statuti, ex hâc enim clausulâ restringitur, et modificatur præcedens dispositio. Angel. *cons.* 790. *vol.* 2. *vers. et hoc importa.* Dec. *cons.* 556 *n.* 6. Benint. *decis.* 164. *n.* 7. *et* 8. Buratt. *decis.* 165. *n.* 1.

Et ita utrâque, etc.

Romana Lucri Dotis.

Lunæ 15. *Maii* 1651.

ARGUMENTUM.

Lucrum dotale debetur marito post obitum uxoris, et in quo consistit, ostenditur.

SUMMARIUM.

1 *Factum.*
2 *Quarta dotale debetur ad favorem conjugis superstitis ratione statuti.*
3 *Dotatio facta à muliere constante matrimonio sine solemnitatibus est nulla*

4 *Dos in jure specialiter est privilegiata.*
5 *Relationibus peritorum standum est in æstimationibus.*
6 *Ratio habetur de dote habita, non autem promissa ad effectum detrahendi lucrum dotale.*
7 *Sententia sine actis nullam præbet probationem etiam excipiendo.*

DECISIO CXCVII.

1 Dissoluto matrimonio per obitum Margaritæ Manluetæ, constructo cum Joan. Baptista Barzellino constituta dote in quâdam domo, et Vinea, ac duobus censibus, et jocalibus dubitari contingit, an præfato Jo. Baptistæ deberetur lucrum dotale, et ad quam summam ascenderet: et quoad primam partem dubii DD. transierunt sine difficultate, attentâ expressâ dispositione statuti Urbis *lib. 1. cap. 131.* Cujus vigore semper defertur quartum dotale ad favorem Conjugis superstitis, nisi expressè de voluntate contrahentium fuerit remissum, aut aliàs conventum.

2 Nec obstat si dicatur hujusmodi dotationem fuisse nullam, utpote factum constante matrimonio à muliere sine
3 solemnitatibus, ut disponitur in eodem statuto Urbis *l. 1. cap. 151.* et tradit Gabr. *cons. 10. n. 4. et seqq. lib. 1.* Gratian. *discept. 498. n. 14. et seq.* Coccin. *decis. 433. n. 3. et dec. 479. n. 5.* Nam objectum cessat, ex eo quia præfata dotatio facta fuit præcedente promissione dotandi, ac à muliere majori, quo casu non requiruntur hujusmodi solemnitates statutariæ, cùm dos in jure sit specialiter privilegiata; ita ut hæsitandum non sit, an præfata dotatio fuerit voluntaria, seu necessaria; semper enim sine solemnitatibus præfatis sustinetur, ut tradit in terminis hujus statuti, Rota *decis. 13. n. 6.* post Pic. *ad d. statut. et decis. 113. n. 4. 5. et 6. ac decis. 289. n. 27. cum seq.* post Pacif. *de Salv. in ead.* Coccin. *d. dec. 433. n. 1.* cum aliis latè congestis *in decis. 168. n. et decis. 241. n. 8. et seq. part. 6. recent.* Authoritates vero supra adductæ loquuntur in muliere minori, et in augmento dotis, quod præsumitur factum in fraudem statuti, ut *in decis. 289. n. 29.* post Pacif. et ponderat Coccin. *d. decis. 433. n. 3. vers. et propterea.*

5 Quo vero ad secundam partem dubii respectu summæ, ad quam lucrum ascenderet, DD. considerando bona stabilia in dotem tradita, illorumque æstimationem factam à tertio perito; cujus relationi standum est etiamsi discordet ab illis juxta gloss. *in l. item si unus §. principaliter in verb. authoritate in fin.* ibique Bald. *ff. de arb.* Specul. *eod. §. sequitur n. 19. vers. sed numquid stabitur*, cum aliis relatis per Rotam. *decis. 194. num. 12. part. 1. recent.* Existimarunt lucrum dotale ascendere ad scut. 488. sc. 73. 1. 2. nam licèt juxta præfatam relationem domus in dotem tradita, unà cum mansionibus terrenis, æstimata fuerit in scut. 1195. scut. 33. ex hâc tamen summâ demenda sunt scut. 173. s. 93. pro dd. mansionibus, ac scut. 340. s. 46. pro tertiâ parte ejusdem domûs, quæ non erat ipsius Margaritæ, ut appareret ex instrumento ipsius possessionis, quæ captata fuit solùm pro duabus ex tribus partibus, mansiones vero spectabant ad Clitiam ejus sororem, ut constat ex possessione de illis adeptâ de anno 1636. ante matrimonium contractum; sicque valor præfatæ domûs remanet duntaxat in scut. 680. s. 54. cùm ad hunc effectum
6 habenda sit ratio de dote habitâ, non autem promissâ; ex quo non apparet fuisse ejus quantitatis quam Margarita in promissione affirmaverat, illiusque æstimatio facienda est de tempore obitus, non autem de tempore promissionis, ut firmavit Rota coram Seraph. *decis. 130. n. 2.* et 3. *et* notat Fenzon. *ad statut. urbis in summ. d. cap. 131. n. 29.*

Itaque attento valore domus in præfatis scut. 680. s. ex quibus in scut. 92. c. juxta præfatam relationem, nec non census in scut. 150. in sorte computati, rejectalium, quæ fuerunt tradita æstimata in scut. 200. ut ex instrumento dotali, tota dos ascendit ad summam scutor. 1954. 94. 12. quorum quartum dotale consistit in scut. 488. 73. sed ad istius computum calculari debent scut. 200. pro jocalibus æstimatis per virum retentis.

Nec relevat, si dicatur vineam in dotem datam in- 7
tegram non spectare ad præfatam Margaritam, cùm ejus quarta pars prætendatur pertinere ad hæredes Victoriæ ipsius sororis. Quia hoc non justificatur ex solâ sententiâ adjudicatoriâ, quæ sine actis nullam præbet probationem etiam excipiendo, ut latè firmavit Rota coram Mohed. *decis. 3. n. 1. de testib. ac decis. 665. n. 2. part. 2. decis. 639.* pariter *n. part. 2. recent.*

Et ita utraque, etc.

Urbevetana Bonorum.

Veneris 13. Maii 1644.

ARGUMENTUM.

Ex Decisione.

SUMMARIUM.

1 *Quando bona vendita aliis sunt obligata, qui in venditione expressi non fuerint, potest illorum pretium à venditore retineri.*
2 *Et sic locum habet dispositio* l. si post perfectam, C. de evict.
3 *Si emptor non certioraverit emptorem de omni futuro damno, potest pretium retineri.*
4 *Quando venditio non ascendit ad summam crediti anterioris, non est locus excomputationi.*
5 *Decretum executorium Aud. Cam. justificandum ex eisdem, non ex novis.*
6 *Valor monetæ dotis inspiciendus est juxta valorem loci contractûs.*
7 *Si in dotem datum fuerit prædium, illius probatio requiritur.*
8 *Statutum extra territorium non extenditur.*

DECISIO CXCVIII.

Fundamenta decisionis in hâc causâ emanatæ coram me sub die 4. Febr. 1643. Domini hodie approbârunt ex eisdem motivis, et rationibus de quibus in ea. 1
Interim dum Venturini mediante juramento asseruerunt bona Dominico Fabritio vendita non reperiri aliis hypothecata, præter creditoribus descriptis in folio, et tamen apparet de contrario, ut ex censuum impositionibus certè est locus retentioni pretii ac rescissioni contractus, Surd. *Decis. 53. n. 7. 13. ac 17.* Gratian. *discept. 175. num. 23.* Rot. *decis. 318. num. 2. part. 1. rec.* in Romana Officii 5. Maii 1627. coram bon. mem. Pirovano.

Nec dicatur dicta bona distracta non reperiri hypothecata præterquam creditoribus d. Fabritio benè notis, quia dum actum fuit de creditoribus describendis in folio, eisque solvendis et folium cantabat, rectè hæc æqualitas conciliari cum distinctione, quod aliqui ex creditoribus fuerint noti emptori præfato; non autem alii creditores in folio non descripti, et de quibus actum non fuit cùm evictio Fabritio imminens cantet ad instantiam aliorum creditorum anteriorum, qui in lista non sunt descripti, prout sunt DD. de Lante, et Stephanuccii, ideireo rectè locum sibi vindicat dispositio; *l. si post perfectam C. de evict.* Dec. *consil. 483. n. 18.* Obasch. *decis. 94. n. 4.* Seraph. *decis. 311. n. 8.* 2

Non obstat quod evictio proveniat ex culpâ præfati Dominici emptoris, ob non factam solutionem juxta 3
legem conventionis, quia locus non remansit justificatum, dum ipse ignorabat quinam essent anteriores creditoredito-

ditores, unde non valebat solvere sub periculo, cùm spectaret ad Venturinos dare listam anteriorum, et ita certificare emptorem de omni imminenti futuro damno, aliàs rectè idem Dominicus valebat retardare solutionem sub prætextu molestiarum per DD. de Lante, et Palagiis illatarum, licèt sat esset, quòd de facili possent inferri, Surd. *decis.* 295. *n.* 7. *in fine vers. imò si lis.*

4 In omnem eventum adhuc factâ solutione creditoribus anterioribus non venit dicendum d. emptorem potuisse excomputare proprium creditum scut. 840. in hàc venditione, sine quâ emptio bonorum ascendentium ad scut. 3434. ut cantat relatio Periti per Rotam electi, secuta non fuisset, ut desumitur ex instrumento; prima enim partita crediti anterioris est creditum Palagii scut. mille pro censu summæ. Debentur etiam scut. 500. pro fructibus ejusdem. Secunda scut. 500. debita Stephanuccis cessionariis Marabottini. Tertia verò scut. mille, DD. de Lante habentibus jura Octaviæ de Miraculis, creditricis eorum de Venturinis anterioris ex causâ dotis, et pariter alia scuta 474. Sbarræ, et Antoniatæ. Quibus omnibus simul coacervatis constituunt summam scut. 3474. Unde dum venditio non ascendit ad hanc summam, non erat locus excomputationi.

Nihil obstat quod creditum Palagii quoad fructus
5 hodie doceatur solutum quia cum agatur de executione decreti Auditoris Cameræ certè erat illud justifi-
6 candum eisdem, non ex noviter deductis, Put. *decis.* 391. *lib.* 1. *in correct.* Seraph. *decis.* 290. *n.* 2. Buratt. *dec.* 584. *n.* 6. Ultra quod non constat solutionem factam fuisse legitimo Procuratori, prout de jure requiritur ex congestis in fine decisionis hodie confirmatæ.

7 Minùs obstat, quod D. Octaviæ non esset scut. 1000. monetæ Romanæ, sed monetæ Viterbiensis, cùm fuerit ibi constituta, ut per Barbat. *cons.* 15. *vol.* 2. Surd. *decis.* 227. *n.* 2. Quæ ad rationem monetæ Romanæ non excedit scuta 666. quia dum fuit datum in dotem totum certum prædium, non autem certa quantitas pecuniarum, certè requirebatur probatio valoris dicti Prædii in omnem attentum Venturini debebant hanc declaratoriam specialiter reportare.

8 Ultimò non obstat statutum Pisauri prohibens mulieribus proprias dotes hypothecare, sine consensu Principis, quia dum contractus fuit celebratus in terra Ficuli sub Comitatu urbis veteris, et sic extra territorium statutum illud non extenditur, nec porrigitur ultra suos fines, juxta theoricam Bart. *in l. cunctos populos n.* 32. *C. de summ. Trin.* Ruin. *cons.* 160. *n.* 1. *et* 3. *lib.* 4. Aret. *cons.* 54. *col.* 2. *in fin.* Burat. *dec.* 27. *n.* 7. Cætera verò deducta tanquam nullius momenti non fuerunt habita in consideratione.

Et ita resolutum, etc.

Urbevetana bonorum.

Lunæ 19. *Junii* 1645.

ARGUMENTUM.

Ex Decisione ipsa.

SUMMARIUM.

1 *Quando bona vendita sunt obligata creditoribus non expressis in contractu venditionis locus est retentioni pretii, et rescissioni contractus.*

2 *Licet venditor caveat emptori si bona vendita sint specialiter obligata alteri, non potest emptorem compellere ad solvendum pretium.*

3 *Lite motâ super re vendita emptor non tenetur ad pretium, nisi cautio præstetur non solum pro lite motâ, sed etiam movenda.*

4 *Statutum refertur annullans obligationem.*

5 *Mulier habens relevationem in bonis viri non remanet indotata.*

DECISIO CXCIX.

PLacuerunt Dominis fundamenta decisionum in 1
hâc causâ sub diebus 4. Febr. 1643. et 13. Maii 1644. coram me pro confirmatione sententiæ Rotalis emanatarum, cùm verum sit dicere Venturinos venditores medio juramento asseruisse bona vendita Fabritio esse libera, nec aliis reperiri hypothecata, quàm creditoribus in folio specificatis, et cùm constet de contrario ob motas postea molestias super dd. bonis emptis ab aliis creditoribus eorundem venditorum: non solùm fuit locus retentioni pretii, juxta *l. si post perfectum* 26. *C. de evict.* verùm etiam rescissioni contractus, cùm bona non dicantur data libera, juxta *l. si in emptione* 2. §. *vacua cum l. seqq. ff. de act. empt. ex his prædiis* 5. *C. de evict.* Ubi optimè Bald. Tiraquell. *in tractat. consang.* §. 1. *gloss.* 9. *n.* 56. Ciriac. *controv.* 278. *n.* 24. Grat. *discept.* 175. *n.* 23. Surd. *decis.* 253. *n.* 7. 17. *et* 18. Rot. *decis.* 244. *n.* 12. *et d.* 322. *n.* 9. *p.* 5. *recent.*

Nec suffragari dictum fuit, quòd Venturinis hodiè 2
offerat se promptum ad fidejubendum, ita ut Fabritius emptor remaneat tutus, quia cùm doctum fuerit sub istis bonis venditis factam fuisse executionem de 1629. ad instantiam Excellentissimi Principis Burghesii, nec non Stephanucii, fuisse pariter concessam associationem DD. de Lante habentibus jura anteriora Octaviæ de Miraculis Matris Venturini, idcirco dum Fabritius emptor non habuerit, nec habeat possessionem vacuam bonorum emptorum, non potest cogi ad solvendum pretium, licèt Venturinus præfatus obtulerit modo cautionem pro liberatione à molestiis, cùm ea cautio non reddat possessionem vacuam, nec locum sibi vendicet, quando est clarum bona esse alteri specialiter obligata, ut declarando doctrinam Bart. tradit ex sententia Cumani. Alex. *in l. Julianus* 31. §. *qui fundum n.* 20. *in fine vers. tamen uno modo, ff. de verb. oblig.* Ubi quòd tunc venditor tenetur liberare, non autem cavere. Rot. *decis.* 586. *n.* 8. *in fin. part.* 1. *div.* et in Romana Palatii, post Mangil. *de subhast. dec.* 15. *n.* 20.

Minùs obstat, quòd si Fabritius emptor solvisset 3
pretium dd. bonorum, evictio non fuisset sequuta, quia cùm lis per creditores fuisset mota, et jus eorum clarum extitisset, non tenebatur dictus emptor solvere pretium, nisi fidejussio fuisset præstita, non solùm pro motâ, sed etiam pro movenda, juxt. *decis.* Surd. 295. *n.* 8. et 9. cùm dicatur evictionem imminere in limine contractûs, quæ cautio tunc non fuit præstita, nec oblata, hodiè verò res non est amplius in eodem statu, cùm fuerint decursi quam plures fructus debitorum; idcircò excomputatio crediti scut. 850. præfati Fabritii redditur impossibilis.

Ulterius adfuisse plures creditores Venturini non 4
descriptos in folio, seu notulà habentes hypothecam specialem, quod si fuisset notum d. Fabritio bona non emisset, prout, nec emptio sequuta fuisset, si scivisset dictum suum creditum scut. 850. non valuisse excomputare, ut ex combinatione partitarum æris alieni, de quibus in decisionibns, *et præsertim ultima*, §. *in omnem eventum.*

Nec obstat prætensa nullitas obligationis dictæ Oc- 5
taviæ de Miraculis matris Venturini ex statuto urbis veteris Put. *decis.* 388. *lib.* 1. *in corr.* et fuit dictum in Urbevetana restitutionis dotis 6. Febr. 1640. §. *nec obstat.* coram bon. mem. Merlino, quia cùm illud emanaverit favore filiorum favor iste cessat in præsenti, dum ipse filius unà cum progenitoribus contraxit ad favorem DD. de Lante, nec eandem Octaviam remansisse penitùs indotatam probatur, cùm haberet relevationem in bonis viri, quod sufficit, Castr. *in l. Mœvia* 50. §. 1. *n.* 4. *ff. solut. matrim.* Gutier. *de juram. confir. part.* 1. *cap.* 1. *n.* 20. *et seqq.* Barbos. *in* 5. *part. l.* 1. *n.* 68. *ff. solut. matrim.* Duran. *decis.* 141. *n.* 6. *et* 7. In omnem eventum istas exceptiones esse discutiendas cum ipsismet DD. de Lante, et aliis habentibus

habentibus pro se decretum associationis, cujus vigore d. Fabritius emptor non habet liberum usum Prædiorum.

Et ita resolutum, etc.

Lucana Canonicatus.

Veneris 1. Februarii 1647.

ARGUMENTUM.

Judex mixtus litterarum Apostolicarum à suâ sententia debet admittere appellationem ad utrumque effectum.

SUMMARIUM.

1 *Sententia appellabilis non potest exequi interposita appellatione.*
2 *In judicio executivo litterarum Apostolicarum datur appellatio suspensiva, quando judex est mixtus.*
3 *Judex an sit mixtus desumitur ex clausulis positis in litteris.*
4 *Quæ clausulæ indicent mixturam.*
5 *Attentatorum privilegio non renunciat, qui commisit causam super eis.*
6 *Attentata si non ad instantiam partis, saltem officio Judicis sunt revocanda.*
7 *Clausula* sine præjudicio litterarum Apostolicarum *apposita in commissione, præservat jurisdictionem Judicis à quo.*
8 *Sed non arctat Judicem ad quem, quin valeat executionem nullam revocare.*
9 *Sequestrum apponitur in possessione attentatâ.*

DECISIO &c.

1 FUit hodiè resolutum possessionem Dominichini esse attentatam, indéque sequestrandam. Attentata desumpta fuêre ex eo, quod Dominichinus vigore sententiæ latæ super executione litterarum Apostolicarum ab executore in eisdem litteris deputato possessionem Canonicatûs controversi fuit assecutus post appellationem interpositam à Lemmetto, quæ appellatio licèt fuerit à Judice rejecta, nihilominus, quia d. sententia erat appellabilis, appellatio veniebat admittenda, aliter omnia posteà gesta attentatorum vitio subjiciuntur, *c. non solum de appell. in 6.* Gonz. *super reg. 8. in annot. cont. nullit. n. 34. et n. 203.* Rot. *dec. 32. n. 2. p. 1. rec. et decis. 488. n. 5. part. 3. et 613. p. 4.* et in Burgen. dimidii beneficii 5. Dec. 1639. coram Me.

2 Nec dicatur quòd in judicio executivo litterarum Apostolicarum non soleat concedi appellatio suspensiva, quia Domini dicebant etiam in tali judicio dari appellationem, quando executor est mixtus, *cap. exhibita*, ubi Abb. *n. 6.* Felin. *n. 4. de judic.* Gonzal. *ad reg. 8. gloss. 4. in annotat. contr. nullit.* 235. Buratt. *decis. 185. n. 3. et* 524. *n. 5.* Coccin. *decis. 146. n. 1.*

3 *et p. 5. recent.* 538. *n. 16.* et in Gerunden. Parochialis 26. Nov. 1646. coram R. P. D. meo Bichio. Qualis autem sit executor rectè dignoscitur in clausulis positis in litteris Apostolicis, ut censuit Rot. coram Greg. XV. *decis. 403. n. 2. et per tot.* Ubi latè addit, et in casu nostro concurrunt plures clausulæ facientes executorem mixtum, nempe clausula, *verificato jure patronatus ex fundatione*, ut fuit resolutum in Spo-

4 letana Capellaniæ 17. Maii 1619. coram Martino Andrea, relata per Adden. ad Greg. XV. *decis. 413. n. 4.* circa finem, nec non clausula *dummodò non sit alteri jus quæsitum*: Caputaq. *decis. 417. n. 4.* Barbos. *clausul. 44. n. 12.* Rot. *decis. 21. n. 2. p. 2. recent.* et in Lucana beneficii 12. Januarii 1626. coram Remboldo, ubi quod hoc procedit, etiamsi in litteris Apostolicis adsit clausula *appellatione postposita*, quia intelligitur, quando ritè et rectè processit, nec refertur ad contradicentes de jure, sed tantùm ad contradicentes de facto Gonz. *in annot. com. nullit. n. 252.* Achill. de Grass. *decis. 11. de sent. excomm.* Rota in Calagurritana beneficii, 18. Aprilis 1603. coram Lancellot. post Marches. *de commiss. part. 1. fol. 311.* Quibus clausulis concludentibus certè judicium non erat executivum, sed ordinarium, et veniebat ad- 5
mittenda appellatio suspensiva Zabar. *cons. 63. n. 1. et 2.* Rot. *decis. 30. de rescript. in nov. et decis. 32. eod. tit. in antiq.* Gonz. *in annot. cont. nullit. n. 226.* Gregor. XV. *d. decis. 91. n. 3.*

Nihil obstat, quòd Judex secundæ instantiæ non pronunciaverit super attentatis, sed tantum super negotio personali, undè veniat consendum tacitè fuisse renunciatum privilegio attentatorum, quia hoc videtur procedere in eo, qui patitur sententiam transire in judicatum; secùs verò, si ut in casu præsenti reperitur commissa causa super attentatis, ut per Cæsar. de Grass. *decis. 2. de appell.* Greg. XV. *decis. 91. n. 7. et 8.* In omnem casum adhuc semper esset 6
revocanda executio attentata, si non ad instantiam partis, saltem officio judicis. Cæsar. de Grass. *de decis. 2. n. 1. de appell.* Gonz. *sup. reg. 8. quæst 7. proœm. n. 6.* cum aliis congestis per Gregor. XV. *d. decis. 91. n. 8.* et ubi Adden. *n. 12.* Rot. *decis. 235. n. 7. part. 1. recent.*

Demum non obstat quòd d. Judici secundæ instan- 7
tiæ signaturæ commiserit causam appellationis cum clausulâ *sine præjudicio litterarum Apostolicarum*; quia cùm præservet jurisdictionem Judicis à quo, efficit, ut idem procedendum ad executionem non dicatur attentatum committere, Coccin. *decis. 144. n. 7.* Rota in Urbinaten. beneficii 22. Junii 1626. coram bon. mem. Merlino.

Nam Domini dicebant præfatam conclusionem non 8
esse absolutè intelligendam, ut procedat omni casu, sed potiùs dictam clausulam non suspendere nec impedire quin Judex ad quem valeat executionem revocare, si nulla sit, et attentata, Gonz. *de benefic. part. 1. cap. 5. n. 573. cum seqq.* et fuit resolutum in Hispalen. et Caurien. permutationis 11. Martii 1596. coram Gipsio, apud eundem Garz. *post d. nu. 573.* et penès Marchesan. *de commiss. part. 1. fol. 366.* et in Senogallien. bonorum 14. Aprilis 1623. coram Remboldo. Greg. XV. *d. decis. 91. n. 12.* Ubi Add. *n. 13.* Burat. *decis. 185. nu. 7.* Sed cessat omnis scrupulus in præsenti, quo casu reperitur commissa cum facultate revocandi attentata, ut declaravit Rota coram Burat. *decis. 185. n. 7. vers. ut in simili*, ubi quod idem admittitur in Bergomen. beneficii, seu jurispatronatûs, 24. Nov. 1614. coram Ubaldo Seniore *in fin.* et tradit Add. ad Gregor. XV. *decis. 91. num. 13. in fin.*

Quibus stantibus cùm possessio sit attentata ex 9
prædictis meritò dictum fuit esse apponendum sequestrum juxta notarium stylum hujus sacri tribunalis, de quo per Cæsar. de Grass. *decis. 2. n. 1. de appellat.* Cassad. *decis. 3. n. 6. de restit. Spoliat.* Caputaq. *decis. 157. part. 3.* Garz. *de benefic. p. [illegible] n. 22. 23. et 24.* ubi quamplures [illegible] curiantur. Rota *decis. 586. n. 1. part. [illegible]* Coccin. *decis. 225. n. 1. et [illegible] n. 4.* et [illegible] dimidii beneficii 5. [illegible]

Et ita resolutum, altera [illegible]

SERIES DECISIONUM,

earumque Argumenta.

I. BONONIEN. Pecuniaria. *Administratio bonorum ex quibus probetur : Statutum Bononiæ de probation. non comprehendit rationem administrationis.* Otthobono. pag. 1.

II. Avenionen. pecuniaria. *Danda est remissoria in prophanis, data aliquali articulorum relevantia. Unus articulus continens materiam objectivam, non valet impedire remissoriam quoad alios.* Royas 1649.

III. Romana dotis. *Confessio dotis de recepto, à viro post decoctionem emissa, ubi clara est obligatio de restituendo, probat quoque ad præjudicium tertii, concurrentibus conjecturis, & quæ conjecturæ suffragentur : remissio hypothecæ non inducitur per actum factum ab eo, qui duplicem repræsentat personam, quando potest actus ex uno capite absque ea possideri.* Bichio. ibid.

IV. Romana pecuniaria. *Cambia debentur uti damna & interesse, ex capite non adimplementi, ab eo qui mandatum ad cambiandum suscepit, quando non docuit se feciſſe debitas diligentias, & rationem Nundinarum currentium de eo tempore, quo peti possunt; de quibus statur atteſtationi mercatorum. Quomodo probetur dominium : Et quando mutetur causa possessionis.* Meltio. 6

V. Romana pecuniaria. *Mandato de consignando quando sit locus. Quomodo ex partita pecuniarum descripta in libro per Bancerium, transferatur dominium. Solutio in quam causam cedat. Et quando in Apocha habeat locum præsumptio* leg. Scripturas, Cod. qui potior in pign. Dunozet. Decano. 8

VI. Bononien. pecuniaria, seu dotis. *Fructus debentur à die motæ litis : & illorum perceptio, ac liquidatio, ex quibus deducatur.* Dunozet. Decano. 10

VII. Romana pecuniaria. *Cambia injustè percepta, extenuant sortem, debentur ab eo per quem stetit non cambiari, quando suscepit mandatum ad cambiandum, loco damnorum, & interesse, & ad quam rationem debeantur. Facultas in obligatione ad commodum creditoris, non potuit conditionem in ipsa obligatione admittere, & suffragatur creditori, licèt non declaraverit se uti velle.* Dunozet. Decano. 11

VIII. Romana pecuniaria. *Apocha mutui simulata, nullam meretur executionem, licèt sit obligatione Camerarii munita. Ad convincendam simulationem sufficit causa simulandi, & concursus saltem duarum conjecturarum. Quid accipiatur pro tali causa. Et quæ habeantur tales conjecturæ. Simulatio est licita de persona ad personam, vel de contractu ad contractum, data validitate primi contractus.* Otthobono. 13

IX. Roma pecuniaria. *Fidejussor Administratoris, pro reliquatu fidejussisse censetur, & maximè ubi verba continent expressam obligationem reddendi rationem.* Otthobono. 14

X. Romana pecuniaria. *Cambia quæ non dolentur uti cambia, quando de eorum realitate non constat ex litteris expeditionis. Et reditus nundinarum justa stylum Mercatorum, debentur saltem uti damna & interesse, quando illa, qui mandatum ad cambiandum suscepérat non docuit se feciſſe debitas diligentias de inveniendâ personna, quæ ad Cambium pecunias acciperent. Et quomodo sit faciendâ talis liquidatio.* Meltio. 15

XI. Brundusina Bonorum. *Possessio probatur tum ex cessione qualificata partis, tum ex percepto de exhibendo & dimittendo. Et plura de possessione, & sequestro.* Meltio. 16

XII. Romana de Luraghis. *Assignatio, & receptio in solutum pro credito impositorum declarando, nullum habet respectum ad hoc vel illud creditum.* Cerro. 18

XIII. Bononien. litterarum Cambii. *Brevi numeratione recensentur requisita habilia ad cessionem crediti, ut solutionem in emptionem importet.* Verospio. 20

XIV. Romana lucri dotis. *Quartum dotale, juxta statuta detrahendum, quando detrahi debeat ? & an detrahi possit, præmortua justè, nondum soluta dote.* Terracinen. ibid.

XV. Romana affictus Ferreriæ. *Retentio rei locatæ ex parte conductoris, & exactio pensionum ex parte locatoris, important tacitum utriusque partis consensum ad continuandam, seu renovandam locationem, & alia circa materiam tacitæ continuationis, seu renovationis locationis, præcipuè ad relevandum partium consensum, & maximè in pupillo, & hæreditate jacenti, ubi etiam agitur de importantia solemnitatum.* Meltio. 22

XVI. Romana Census. *Alienatio, seu distractio bonorum fideicommissi subjectorum, quando sit faciendâ in defectum librorum ad dotandam mulierem subsidiariè, vigore* Authent. Res quæ, C. communia de legatis. *Agitur de vigore clausulæ constituti, & de aliis contractibus apponi solitis.* Bichio. 24

XVII. Bituntina census. *Intendens gaudere beneficio Scripturæ amissæ, debet ante omnia probare, illam in rerum natura extitisse, eaque forma, ac tenore concèptam, ut si realiter exhiberi posset, illi omnino profutura esset, deinde casu amissam fuisse. Et plura circa materiam, & probationem amissionis Scripturæ.* Corrado. 27

XVIII. Romana lucri dotis. *Quartum dotale statutarium, debetur etiam ex portione dotis non soluta : actioni subsidiariæ quando sit locus. Quando possit auferri pecunia soluta, posteriori creditori, ab anteriùs creditum habente. Et multa de excussione debitoris.* Albergato. 30

XIX. Romana Salyiani. *Hypotheca extinguitur quando res hypothecata jam pervenit ad manus creditoris jure dominii, etiamsi postea eadem res denuò redeat ad debitorem, sive ejus hæredem vigore redemptionis. Et multa de resolutione hypothecæ.* Corrado. 32

XX. Romana legati. *Legatum satis probatur ad effectum executionis ex testamento hæredis legantis, & eo maxi-*

Argumenta Deciſionum.

maximè ubi verſamur in cauſa per plura de confeſſione facta in teſtamento, & parte non acceptante, & de favore piæ cauſæ. Corrado. 34

XXI. Romana, ſeu Spoletana redditionis rationis. *Relatio Periti non debet excedere fines ſui officii: Suſpectus de fuga non dicitur qui habet fidejuſſorem, ac proinde uti talis, non poteſt carcerari. Obligatio facta ab exiſtente in carceribus non valet.* Otthobono. 36

XXII. Romana dotis. *Confeſſio viri de dote recepta, aliàs non juſtificata, non probat dotis numerationem: ac proinde nulla datur actio mulieri de dote repetenda, ſed in tutum collocanda. Donatio inter virum, & uxorem, & de jure prohibita, & etiam ex diſpoſitione ſtatuti urbis: quod ulterius, implicito, ac aliquo apparenti prætextu factas, irritat. Voluntas donandi juſtificatur ex legitimis conjecturis, ex facti circumſtantiis, Judicis arbitrio penſandis. Plures conjecturæ ſimulationis enumerantur.* Corrado. 37

XXIII. Romana dotis. *Plura de ſimulatione reſultante ex confeſſione dotis de recepto facta, à viro; abſque quod aliunde appareat ejus ſolutio, & de cauſis ipſius ſimulationis. Et de juramento contractu ſimulato appoſito.* Corrado. 41

XXIV. Romana Reſciſſionis Tranſactionis. *Tranſactio inita à filio cum matre, ratione adminiſtrationis bonorum, ex cauſa læſionis enormiſſimæ reſcinditur. Læſio enormiſſima, quæ de jure communi, eſt ultra dimidiam, ex diſpoſitione ſtatuti urbis deſignatur ultra tertiam partem. Multa capita læſionis enumerantur. Et luculenter agitur de competentia, ac congruitate dotis filiæ conſtituendæ.* 44

XXV. Romana Reſciſſionis Concordiæ. *Concordiæ verbis generalibus, & amplis, quamlibet litis etiam futuræ, & incognitæ renunciationem præ ſe ferentibus tollens, non poteſt reſcendi, ſeu poſtponi ſub prætextu inſtrumenti, ſeu juris non memorati. Plura de Perſonarum legitimatione circa natalium reſtitutionem, ac de firmitate, & obſervantia tranſactionis.* Corrado. 49

XXVI. Romana Reſciſſionis Concordiæ. *Articuli irrevelantes, vel ſuſpecti, non admittuntur contra inſ. trumentum; & nonnullorum irrelevantia in hac hypotheſi trutinatur. Concordia ſatis roboratur verbis generalibus, & amplis, ad hoc ut comprehendatur etiam non expreſſa. Teſtatoris voluntas magis elicitur ex verbis teſtamenti, quàm ex aliis probationibus extrinſecis. Communis uſus loquendi an habeat locum in Inſtrumento: & quomodo probetur. Et an legitimati veniant ſub nomine legitimorum, ſeu baſtardorum attento communi uſu loquendi.* Corrado. 54

XXVII. Romana Reſciſſionis Tranſactionis. *Tutor tenetur reddere rationem adminiſtrationis, & partitas diſtincta in calculo deſcribere. Tranſactio reſcindi debet ex capite enormiſſimæ læſionis.* Corrado. 59

XXVIII. Callien. Bonorum. *Stante Bulla fel. rec. Urban. VIII. de qua in Bullario novo, in ordine 51. §. 2. vetante alienationem bonorum juriſdictionalium abſque beneplacito Apoſtolico; ſi Eccleſia, defunctis omnibus illis, quibus facta erat inveſtitura, promittat fœminæ deſcendenti ex inveſtitis facere inveſtituram, quatenus beneplacitum Apoſtolicum obtineatur, poſſit, eo obtento alterum inveſtire, & fœminæ detur reſtitutio in integrum adverſus inveſtientes.* Meltio. 66

XXIX. Calien. Bonorum. *Habetur in deciſione præced. in hac cauſa 8. Aprilis 1647.* Meltio.

XXX. Rom. Societatis de Rotignis. *Socius tenetur ad debita Societatis, etiam inita poſt diſſolutionem Societatis, quando contrahentibus cum ſociis non eſt notificata diſſolutio.* Ghiſlerio. 70

XXXI. Rom. Succeſſionis. *Statutum urbis l. c. 131. quo cavetur uxori ſuperſtiti deberi lucrum dotale præ defuncto viro quomodo intelligatur extantibus liberis ejuſdem matrimonii. Impenſa funeris uxoris, quando facienda. Contractus filii familias validus redditur, interveniente Patris conſenſu. Exceptio requirens altiorem indaginem, non impedit reſtitutionem dotis.* Corrado. 73

XXXII. Eadem ac LXXV. Quapropter hîc omittitur, ejus ſolo ſervato *numero*, ne ſequentium turbetur ordo.

XXXIII. Beneventana Domus. *Immiſſio ex remedio utilis Salviani interdicti conceditur concurrentibus extremis. Quæ enumerantur, multa de præſcriptione, & ſcientia, quæ ibi requiritur. Minor poteſt agere contra Tutorem, ex cujus ſcientis negligentia paſſus eſt præſcriptionem.* Otthobono. 75

XXXIV. Rom. Dotis. *Teſtator non poteſt derogare Teſtamento facto jam perfecto per Epiſtolam, vel aliquem ſimplicem actum, abſque ſolemnitatibus ad Teſtamentum requiſitis. Per Epiſtolam duobus teſtibus munitam poteſt à Teſtatore declarari diſpoſitio Teſtamenti dubia. Legatarius in re legata præfertur creditoribus non habentibus hypothecam, quando hæreditas eſt ſolvenda.* Cerro. 77

XXXV. Rom. Domus. *Agitur latiſſimè de alienatione Emphyteuſis ex pacto, & providentia.* Peutingero. 78

XXXVI. Rom. vineæ. *Hæc deciſio latè tractat de Emphyteuſi Eccleſiaſtica; ejus clauſularum natura, caducitate, identatis rei probatione, aſſociatione domini directi: illius judicio, & cauſis: ſpolio, ac redintegratione inde occurrente, ac aliis fusè ad materiam facientibus, & obiter incidentibus; adeò ut plenior horum tractatus vix deſiderari queat, prout magis diſtinctè per ſummarium.* Corrado. 81

XXXVII. Verulana bonorum. *Attentatorum materia, ſecundùm præcipuas inſpectiones ad terminos judicii enucleatur.* Dunozet. Decano. 85

XXXVIII. Ceſenat. Emphyt. *Emphyteuſis ex pacto & providentia, per ſuos articulos latè expenditur, ad inferendum præcipuè circa renovationem, quid juris ſit de comprehenſis in inveſtitura, & quid de proximioribus. Plura de alienatione, ac ipſius tranſlatione; graduum prorogatione; linearum ratione, & conſimilibus.* Meltio. 86

XXXIX. Milevitana hæreditatis. *Agitur de materia donationis inter vivos, quæve potiſſimum ad illam concurrant. Item aliqua ex quibus arguatur cauſa mortis. Item & de materia ſpolii reſpectu bonorum Eccleſiaſticorum. Item & de conſtituto donationi appoſito.* Royas. 88

XL. Bononien. de Teſtinis. *Tranſactio habet in ventre exceptionem litis finitæ. Emanata ex falſa cauſa, eſt ipſo jure nulla; debet tamen per tres ſententias conformes declarari. Suſtinetur ex quavis probabili dubitandi ratione. Fideicommiſſarius, quando poſſit impedire immiſſionem hærede ſcripto.* Cerro. 90

XLI. Peruſina bonorum. *Fatalia appellationis ſpatio triginta annorum intereunt; quod limitatur in ſacr. Tribunali Rotæ, ſtante injuſtitia ſententiæ: & plura de materia rei judicatæ. Exceptio illiquida requirens, altiorem indaginem, non valet impedire immiſſionem judicati. Plura de præſcriptione, ac temporis lapſu: & de ſtylo Rotæ circa executionem.* Corrado. 92

XLII. Foroſempronien. bonorum. *Matri debetur legitima ex bonis filii prædefuncti: limitatur in binuba quoad bona à patre provenientia. Excutiuntur textus in leg. fœminæ §. illud, C. de ſecund. nupt. in §. cum igitur. Auth. de non eligen. ſecund. nup. & in §. hinc nos, Auth. de nupt. & in propoſito agitur de pœna matris ſecundò nubentis. Item & non petentis à judice tutorem filio impuberi. Et quomodo intelligatur, & de aliis ad ſpeciem facientibus.* Bichio. 95

XLIII. Rom. Cenſus. *Virtus clauſulæ conſtituti latè incipitur: ubi facultas capiendi poſſeſſionem propria auctori-*

Argumenta Decisionum.

auctoritate, inde resultans, non modicum expenditur: & quid singularis in censu operetur. Hinc sumpta occasione, associationis materia dilucidatur, & termini possessionis civilis ac naturalis in propositum suaptè veniunt. Ghisleno. p. 99

XLIV. Rom. Redintegrationis. *Immissio in Salviano cessat ex satisfactione crediti: & illius continuatio provocat ad actionem spolii. Calculus probat contra scribentem. Variæ illius inspectiones circa legitimum creditum in hac specie perpenduntur; ubi magis de lucro, & interusuriis dotalibus aperitur.* Otthobono. 100

XLV. Rom. Supplementi legitimæ. *Supplementum legitimæ debetur filio, & pro ejus hæredibus in bonis patris. Status hæreditatis concordatus à partibus coram judice attenditur, donec de errore concludenter probetur. Ipsius deterioratio quomodo probetur. Legitima debetur juxta valorem status de tempore obitus patris. An imminuatur diminutione bonorum, quæ contingit ex post diminutio, pendente mora solvendi supplementum, sequitur hæredem possessorem.* Meltio. 101

XLVI. Rom. successionis. *Dispositio leg. hac Edictali Cod. de secund. nupt. ubi occurritur præjudicio filiorum primi matrimonii sedulò perpenditur, & conjecturæ contemplationis habitæ secundi viri à muliere binuba testante, luculenti raciocinio recensentur, & latè de materia.* Corrado. 102

XLVII. Avenionen. hæreditatis. *Ægidiana constitutio quando habeat locum, ad effectum rejiciendi appellationem saltem suspensivam interpositam à sententia in judicio possessorio latam. Agitur de mixtura judicis: & quando ex juribus post sententiam deductis, exequutio illius sit retardanda. Et quando competat retentio creditori.* Royas. 106

XLVIII. Milevitana territorii. *Fideicommissarius quando debeat possessionem bonorum fideicommisso subjectorum obtinere. Agitur de possessione defuncti continuata in hæredem. Termini donationis nonnulli inspiciuntur. Exceptio requirens altiorem indaginem, redintegrationem adversus spolium retardare non potest.* Otthobono. 107

XLIX. Rom. seu Albanen. divisionis. *Divisionis stabilium, facultas de super petitorum in imponenda servitute, & illius verba in scriptura: qualitas duorum instrumentorum coram eodem Notario, Testibus, & in continenti celebratorum, attenta correspectivitate seu dependentia, vel non, contractuum: ipsorum successivitas, & continuatio, seu diversio, & alia his cognata suaptè ponderantur.* Cerro. 108

L. Interamnen. Ususfructus. *Agitur de statuto, fœminarum propter masculos, à successione exclusivo. De cautione ab usufructuario præstanda. De effectu aditionis hæreditatis cum beneficio legis, & inventarii. De jure accrescendi circa legata. Et de melioramentis quando habeantur in consideratione.* Cerro. 110

LI. Rom. Vineæ. *Agitur de devolutione rei emphyteuticæ ad directum, ob alienationem factam ab Emphyteuta, ipso requisito, & quando habeat locum, & ob defectum solutionis Canonum per biennium, & quando habeat locum: & ubi Dominus teneatur probare suum dominium: & de pactis in investitura appositis: de alienatione conditionati, & aliis consimilibus.* Corrado. 113

LII. Rom. separationis bonorum. *Dominium locorum montium, quando ostendatur. Confessio emanata in judicio, est quibusdam aliis efficacior. Plura de confessione, negativa, errore, aditione hæreditatis; ac de statuto Veronen. circa exterorum successiones in stabilibus.* Verospio. 117

LIII. Mediolanen. bonorum. *Fructus restituendi sunt à die motæ litis, & ulteriùs. Causa appellationis est eadem cum prima, licet instantia sit diversa. Plura de materia, & de mala fide respectu possessoris. De locatione circa probationem, ac de melioramentis tam circa liquidationem, quam circa restitutionem.* Arguelles. 118

LIV. Perusina Bonorum. *Res judicata in terminis luculenter demonstratur. Hæredi fideicommissario adversus immissionem ex adverso petitam competit retentio pro valore bonorum fideicommisso subjectorum ab hærede gravato alienatorum. Plures recensentur fideicommissi in proposito legitimæ detractionis. Statutum Perusinum, fœminarum propter masculos exclusivum, perpenditur, & quando exceptio fideicommissi valeat impedire executionem rei judicatæ.* Corrado. 121

LV. Medionanen. bonorum. *Salvianum interdictum. Clausulæ apprehensionis bonorum, & pacta executiva instrumentorum: evictionis remedium, ac judicium. Prohibitio alienationis. Substitutio. Fideicommissum. Detractiones. Incapacitas successionis: & consimilia facti speciem suaptè contingentia, summo studii calculo per suas inspectiones digeruntur.* Corrado. 125

LVI. Bononien. prædii. *Remedium evictionis, ad quæ extendatur, quando illi sit locus: & quæ in ejus judicio deducantur. Valor bonorum quis attendatur, & quomodo hæc procedant in perturbatione, ubi statutum Bononiæ sub rub. Pactum constituti, & libelli in permutatione, consideratur.* Corrado. 129

LVII. Rom. quatuor domorum. *Extrema in Salviano requisita, quæ sint. Obligatus investire pecunias, in casu non implementi, ad quæ teneatur. Præscriptio quando detur.* Peutingero. 131

LVIII. Rom. Retentionis domorum. *Ægidiana non habet locum, stante injustitia sententiæ. Bona fideicommissi debent contribuere ad solutionem legatorum, extinctio crediti, quomodo inducatur inter socios. Probationes post sententiam, cujus sint valoris. Legata de quo solvantur, an de substantia, an de fructibus hæreditatis: attento fideicommisso, & modo legandi testatori.* Verospio. 132

LIX. Avenionen. Salviani. *Possessio ex decreto judicis capta est manutenibilis in præjudicium anterioris adversarii. Salvianum cujus sit naturæ. Possessio quæ provenit ex aditione hæreditatis, est merè civilis. Exceptiones illiquidæ non impediunt immissionem in Salviano: & plura de manutentione.* Corrado. 133

LX. Anconitana Cambiorum. *Quando debeantur cambia illi, qui habuit facultatem recipiendi pecunias ad cambia: & quomodo intelligatur illa facultas: & cambia, quando debeantur uti damna, & interesse.* Peutingero. 136

LXI. Rom. fructuum census. *Accollatio facta ab emptore, non extenditur ultra expressa in venditione. Dispositio l. curabit, Cod. de actio. empt. exornatur, & declaratur. Evictionis periculum, si excusat emptorem retinentem pretium, non excusat à fructibus compensationis.* Verospio. 137

LXII. Rom. Cambii. *Obligatio conditionalis mandatur executioni, impleta conditione concipitur etiam per adverbium futuri temporis. Demonstratio est quid diversum à conditione. Sententia lata cum legitimo contradictore, afficit etiam non citatum, in consequentiam. Pupillus sicut obligari, neque si tutore conditionem implere potest. Non creditur procuratori nisi mediante exhibitione mandati. Mandatum aliquando probatur conjecturis, & præsumptionibus, & quocumque legitimo modo probatum validum reddit judicium.*

Argumenta Deciſionum.

dicium. Plura hujus generis habentur in Summario. 138
Arguelles.

LXIII. Rom. fructuum cenſus. *Cenſus impoſitus minore abſque ſolemnitatibus eſt nullus, nec juramentum convalidatur: præſumitur enim ſtatuto urbis dolo, & metu extortum; ratificatur tamen ab ipſo facto majore, & ſolvente fructus, nullitatem non ignorante. Privilegium minoris, & ratificationis materia tangitur: obligatio naturalis ligat ſolam conſcientiam. Promiſſio facta de ſolvendo debita intelligitur de debitis. Procurator, excedendo fines mandati, principalem non obligat: judex in judicando debet attendere factum cum circumſtantiis.* Meltio. 141

LXIV. Rom. ſubhaſtationis. *Nullitas mandati extenditur ad inde ſequentia: & inſurgit ex relaxatione contra minorem abſque curatore. Citatio ipſiuſmet abſque curatore, quomodo ſit conſideranda. Actio pro certa ſumma non competit, non liquidata ſumma retentio pro ſumma debita in ſpolio non admittitur, ne judicium reddatur eluſorium.* Veroſpio. 145

LXV. Rom. redditionis rationis. *Emergentia circa rationum redditionem in adminiſtratione neceſſariam hic breviſſimo contextu valde perſpicua cadunt, & notatu digna, prout in ſummario.* Peutingero. 146

LXVI. Januen. præſentæ ſeparationis tori. *Nullitas exceſſus valdè inficit adjudicationem, & executionem. Executio quomodo fiat in annuis præſtationibus. Læſio ultra dimidiam datur in ſubhaſtatione; & proinde remedium* l. fin. Cod. de reſcind. vend. *contra eam habet locum. Fructus dotales veniunt in judicio dotis. Præſentia partis ſupplet defectum intimationis pignoris natura, & neceſſitas in executione examinatur. Stylus fori eſt attendendus: & quomodo probetur. Læſio quomodo probetur. Res civili vinculo alligata, pretio minuitur. Manutentio non datur ſine ſpoliato.* Meltio. 147

LXVII. Romana domus. *Agitur de devolutione rei emphyteuticæ ob finitam lineam, & canones non ſolutos; ubi plura ſecundum propoſitam facti ſpeciem, congeruntur ad materiam; & in ſpecie de facultate domino directo competenti, capiendi poſſeſſionem rei propria authoritate: de probatione deponentis de facto proprio, & de emphyteutæ excuſatione ob non ſolutos canones.* Celſo. 151

LXVIII. Rom. prætenſæ reſtitutionis dotis. *Actio ſpolii non competit adverſus ſententiam ſimpliciter injuſtam, quando injuſtitia non eſt valdè notoria. Competit ſpoliato ex mandato ex falſa cauſa relaxato pro omnibus etiam inde ſequutis. Læſio enormis datur etiam in ſubhaſtatione rei facta viliſſimo pretio circa omnem proportionem. Executio judicis à quo, injuſta, poteſt revocari à judice ad quem per viam attentatorum.* Peutingero. 152

LXIX. Rom. ſupplementi legitimæ. *Sententia probatur valida ex revolutione Actorum, & Rotalis juſta ex deciſionibus. Exceſſiva, eſt injuſta. Dos filiæ imputatur in legitimam. Legitima filiis debita, eſt tertia pars hæreditatis. Exceptio partitæ non juſtificatæ, non valet retardare executionem ſententiæ legitima non minuitur ex legatis hæreditatis etiam debentis. Diſtractiones, ac deductiones quales admittantur, & quomodo juſtificentur ad præjudicium legitimæ.* Veroſpio. 153

LXX. Rom. hæreditatis de Gratianis. *Via executiva non habet locum contra tertium. Limitatur in ſuccedente in re litigioſa. Interdictum* quorum bonorum, *eſt actio perſonalis. Res litigioſa ex cauſa dotis legati, tranſactionis, & diviſionis, ſine vitioſo alienari poteſt. Colluſio, etſi regulariter non præſumatur, cùm tamen ſecretè ſoleat committi, etiam ex conjecturis, & ſuſpicionibus probatur: plures enumerantur in caſu conjecturæ. Quinquennium non tollit colluſionem, niſi ingenuitatis. In alienatione facta in fraudem, ubi exiſtant alia bona penes alienationem, non poteſt agi recta via contra tertium poſſeſſorem, ſed prius agendum eſt revocatoria ad reſciſſionem contractus.* Meltio. 155

LXXI. Romana hæreditatis de Gratianis. *Vitium litigioſi, quando afficiat poſſeſſionem. Et quomodo in actione perſonali contrahatur. Alienatio dotis nomine, poteſt fieri. Non obſtante vitio litigioſi. Nonnulla afferuntur de privilegio dotis. Contractus ſimulatus redditur nullus. Actus judiciales non nocent non citato. Via executiva competit contra tertium, attento vitio litigioſi, & fraude.* Bichio. 158

LXXII Rom, domorum in Burgo. *Fructus etiam in judicio ſpolii debentur à die motæ litis, quando ſpolium non eſt attentatum, vel violentum; non debentur tamen qui percipi potuerunt, ſpolium judiciale quando dicatur attentatum, aut violentum. Fructus civiles non præſumuntur in ſimplici poſſeſſione rei penes aliquem. Fructus domus veniunt ex habitatione, & ex locatione, ex ultima locatione infertur ad alias reſpectus penſionum domus. In ſpolio canones ſoluti à ſpoliatore, debent refici per ſpoliatum.* Otthobono. 160

LXXIII. Biturtina cenſus. *Inſtrumenta habent viam executivam, pacta fiunt ad libitum partium, modo licita, & honeſta clauſula guarentigia, ſive obligatio cameralis, non eſt neceſſaria ubi adeſt publicum inſtrumentum obligationis. A ſtatuto ad pactum valet argumentum, & è contra, ſaltem affirmativè. Hæres, & defunctus, una & eadem perſona cenſentur. In via executiva licita eſt variatio. Statuta laicorum comprehendunt Clericos. Limitatur, in Clerico hærede ratio rei hæreditariæ, convenitur tamen in ſuo foro, & coram ſuo judice.* Arguelles. 161

LXXIV. Civitatis Caſtelli cenſus. *Extinctio cenſus poteſt fieri etiam conſignatione ſpeciei; in locum pecuniæ concurrente conſenſu. Traditio rei quomodo poſſit fieri. Epiſtola probat contra ſcribentem. Quietantia Procur. habentis facultatem, à principali impugnari non poteſt. Fides defuncti majorem vim habet Publica vox & fama probatur mediante atteſtatione Guber. loci: Actus in tempus collatus poteſt de conſenſu partium ulterius prorogari.* Veroſpio. 163

LXXV. Eugubina prædii. *Statutum Eugubinum vult haberi duas ſententias conformes pro re judicata. Sententia in ſecunda inſtantia lata in Curia, utique comprehenditur ſub dicto ſtatuto, ſicut ſub omni alio loco primæ inſtantiæ. Appellationis ſimplex delatio non facit appellabilem cauſam, aliàs inappellabilem. Venditor promittens rem liberam, poteſt cogi in caſum oneris detecti deponere pretium ad defenſionem rei donec liberetur; imo emptor poteſt contra eum agere pro reſciſſione contractus. Relatio periti de conſenſu partium facit probationem probatam.* Cerro. 164

LXXVI. Rom. Vineæ. *Remedium* l. fin. Cod. de edict. Div. Adr. toll. *competit hæredi ſcripto. Quæ ſint iſtius extrema. Poſſeſſor cum titulo eſt legitimus contradictor. Agitur de validitate tituli, & de poſſeſſione vitioſa. Hæres beneficiatus poteſt immitti jure proprio, & non hæreditario.* Otthobono. 167

LXXVII. Rom. domorum. *Exceſſus ad hoc ut vitiet deliberationem, debet concludenter probari. Excluditur ex non impugnatione partitarum in actis productarum citata parte. Solutio quando dicatur facta metu mandati. Ordo ſolutionis demandatæ, quam vim habeat*

Argumenta Decisionum.

habet in termino satisfactionis. Sententia secunda lata, non potest validitas primæ controverti. Otthobono. 168

LXXVIII. Cajenata bonorum. *Nonnulla recensentur circa ordinaria judicii, ad firmandam validitatem sententiæ. Quamplura de Emphyteusi Ecclesiastica, ubi cadunt multa observatione digna circa clausulas in ea apponi solitas, & circa prohibitionem alienationis. Confraternitas instituta ad pium opus, habens Ecclesiam, & alia Ecclesiastica signa, non potest dici merè laicalis, manus mortua ad effectum incapacitatis emphytheusis, quæ dicatur.* Cerro. 169

LXXIX. Cajetana bonorum. *Clausularum emphyteusis importantia pertractatur. Nonnulla de beneplacito Apostolico, & de linea finita ad effectum devolutionis, ac de prohibitione alienationis in emphyteusi, recensentur : sententia recipit declarationem à libello.* Cerro. 172

LXXX. Pisauren. Jocalium. *Jocalia pretiosa, & vestes festivæ transmissæ per sponsum sponsæ, an soluto matrimonio, veniant restituendæ, & quomodo.* Arguelles. 174

LXXXI. Pisauren. administrationis montis. *Possessio, quæ sufficiat ad effectum manutentionis, & quomodo probetur, & quando sit vocans ; observantia circa solum in ordinatoriis judiciis, quomodo consideretur, & an inducatur per actum merè voluntarium.* Cerro. ibid.

LXXXII. Rom. Redintegrationis. *In Salviano secunda creditoris satisfactione si denegetur redintegratio, datur actio spolii. Calculus probat contra producentem. Interusuria dotalia debentur viduæ. Facta interpellatione pro credito illiquido, & incerto non competit retentio.* Otthobono. 175

LXXXIII. Rom. hæreditatis de Gratianis. *Filiatio respectu patris, cum sit difficilis probationis, probatur per conjecturas, quarum nonnullæ recensentur, & per testes etiam aliàs inhabiles, & quomodo per confessionem illius de cujus negotio agitur : legitimatus per subjequens matrimonium, efficitur vere, & propriè legitimus.* Cerro. 176

LXXXIV. Asculana hæreditatis. *Immissus justè à judice in possessionem, debet manuteneri. Quis ordo in successione fratrum servetur. An fœminæ dotatæ, à successione per statutum exclusæ, sint etiam exclusæ à bonis provenientibus ex linea materna. Renunciatio facta per fœminas successionis resolvitur in pactum de non succedendo, & quando requirat insinuationem.* Royas. 178

LXXXV. Milevitana hæreditatis. *Salvianum quando intret, & quibus concurrentibus, quam dispositionem habeat in fructibus beneficii. Immissio ex remedio* leg. fin. Cod. de edict. D. Adr. toll. *quando habeat locum.* Celso. 180

LXXXVI. Rom. locorum Montium. *Causa, quando efficiatur deserta, etiam interposita appellatione citationis. Reproductio, an sit necessaria, & qua de causa. Loca montium subrogata aliis extractis, mediante pecuniarum conversione, efficiuntur fideicommissaria, non minus quam alia, quibus subrogata fuere. Primogenituræ vinculum, quando habeat locum : quæ requirantur ad hoc ut donatarius universalis teneatur servare factum defuncti.* Meltio. 181

LXXXVII. Pisauren. donationis. *Donatio facta alicui contemplatione matrimonii, ubi intervenit stipulatio pro hæredibus, & successoribus quando ob generalitatem verborum extendatur etiam ad filios ex secundo matrimonio natos. Quæ habeatur hujusmodi donationis causa finalis, & quæ impulsiva. In concursu capitularium, & instrumenti cuinam sit standum.* Otthobono. 182

LXXXVIII. Pisauren. donationis. *Hic cadit thema præcedentis decisionis.* Otthobono. 185

LXXXIX. Rom. Cambii. *Quando habens interesse admittatur ad causam, & quale debeat interesse haberi. Transactio super sententia, non nisi per tres sententias conformes rescindi potest.* Royas. 186

XC. Cervien. Bonorum. *An de melioramentis debeatur laudemium, & de quo tempore attendatur valor bonorum in renovatione facien. & an plura sint solven. laudemia si plures erant facien. renovationes.* Otthobono. 187

XCI. Anconitana dotis. *Quæ exceptiones non retardent executionem mandati relaxati pro restitutione dotis maximè exceptio fideicommissi.* Verospio. 189

XCII. Rom. domorum. *Ex quibus probetur devolutio emphyteusis, & dominium directum Ecclesiæ, & quando non teneatur investire proximiorem ultimi emphyteutæ.* Bichio. 190

XCIII. Firmana codicillorum. *Ex quibus appareat legatum ususfructus relictum uxori non esse relictum ad sola alimenta, sed integrè deberi etiam existenti filio, & ipsa uxor dicatur impleſſe conditiones appositas.* Cerro. 191

XCIV. Rom. fideicommissi, seu Salviani. *Fideicommissarii non possunt impugnare extinctionem census legitima alienatione factam. Et ex quibus dicatur verè extinctus non in alium translatus.* du Nozet. 194

XCV. Ravenaten. seu Ferrarien. decimarum. *Jus decimandi non potest concedit laicis, secus commoditas percipien. fructus decimales. Et ex quibus constet concess. hujusmodi non posse restringi ad solos fructus decimales sed in totum corruere.* Meltio. 195

XCVI. Romana Salviani. *Quando validitati census non obstet constitutio Pauli V.* 108. *licèt confirmata per constitutionem Urbani VIII.* 65. Peutingero. 199

XCVII. Portuen. Stagni. *Manutentio non datur sine possessione, & quando possessio ad hunc effectum non justificetur.* Verospio. ibid.

XCVIII. Bononien. pecuniaria. *Quando simplex subscriptio curatoris in litteris cambii non inducat ejus obligationem vel fidejussionem.* Verospio. 200

XCIX. Rom. de Mazzatostis. *Quando in bonis futuris obligatis sub conditione, ea eveniente convalescat pignus, vel hypotheca ad favorem primi creditoris, licèt medio tempore fuerint ante impletam conditionem in alterum alienata. Et plura distinguuntur, & declarantur circa conditionem casualem vel mixtam, & conditionem potestativam.* Coccino Decano. 201

C. Rom. Renunciationis. *Quando & ex quibus dicatur captatoria voluntas? Et renunciatio matris facta filio, ut de suis bonis disponat ad favorem familiæ non dicatur captatoria dispositio, neque à jure improbata.* Cerro. 205

CI. Rom. seu Januen. pecuniaria. *Agitur de justificatione cambiorum ; de liquidatione interesse, & damnorum, & aliis ad negotiationem facientibus.* Bichio. 209

CII. Faventina Societatis. *Contractus socialis producit obligationem, actionem, & excussionem consociorum ; Quomodo talis esse deprehendatur, & alia de Societate.* Celso. 211

Argumenta Deciſionum.

CIII. Rom. pecuniaria. *De probando debito, ex ſolidatione, ſubſcriptione Apochæ, & debiti ipſius agnitione per ſolutionem partis ipſius.* Celſo. 212

CIV. Rom. ſeu Januen. Cambii. *Tractatur Magiſtraliter de ſpeciebus Cambii, & litterarum ejus; executio an ſit parata pro ipſis. Et debitis nundinalibus.* Celſo. 213

CV. Rom. ſeu Januen. Cambii. *De eadem re, & combrobatione. Litterarum cambii, ac ſolutionis factæ. Et de mandato ad ſolvendum.* Bichio. 215

CVI. Rom. ſeu Januen. Cambii. *Pergitur in materia cambiorum. Differitur de earum ſpeciebus, litteris in ipſis uſitatis, & eorum probatione.* Bichio. 216

CVII. Beneventana dotis. *Agitur de credito dotali ceſſo; ejus probatione, jure, exactione, præſcriptione, &c.* 217

CVIII. Beneventana dotis. *Ceſſio acquiritur ei, cujus intereſt. De Præſcriptione Statutaria 30. annorum adverſus creditum dotis. Et de renunciatione ipſius per uxorem facta.* Bichio. 219

CIX. Rom. pecuniaria. *Agitur de Obligatione camerali. Confeſſio de recepto extrajudicialis voluntariè facta à Tutore, non præjudicat Pupillo, & de conjecturis: & præſumptionibus pro comprobatione ſolutionis.* Celſo. 221

CX. Rom. Cenſus, ſeu Salviani. *De Hypothecæ viribus, quoad hæredes debitoris. De hypotheca dotali præcipuè quoad adeuntes fines beneficio Inventarii. Creditum dotale anterius præfertur poſteriori creditori, etiam expreſſa hypothecâ. De adjudicatione bonorum debitoris juridicè facta creditori. Et hypotheca ob redintegrationem fideicommiſſi.* Celſo. 222

CXI. Rom. pecuniaria. *Locator tenetur de levi ſolum culpa, non leviſſima. Correi fidejubendi qui dicantur. De diligenti officii adminiſtratione, &c.* Bichio. 233

CXII. Rom. pecuniaria. *De Apocha non habente requiſita* l. ſcripturas, C. qui pot. *Novatur debitum per creationem novæ partitæ. In illud fit executio, quod fuit in obligatione deductum.* Celſo. 225

CXIII. Rom. mercium. *Poteſt creditor agere contra debitorem ſui debitoris; & ſi adſit obligatio Cameralis, etiam non præmiſſa primi debitoris excuſſione. De actione in venditorem ad rem, vel pretium, aut intereſſe, &c.* Celſo. 226

CXIV. Anconitana mannæ. *Inſtrumenta vinculata obligatione Camerali habent paratam executionem. De probationibus, & variis conjecturis ſatisfactionis; De quietantiis, receptionibus, & aliis ad rem.* Celſo. 227

CXV. Rom. pecuniaria. *Agitur de ceſſionis virtute, & qualitate. Et de compenſationis effectibus.* Bevilaqua. 228

CXVI. Amerina ſucceſſionis. *Jus Retentionis non intrat pro credito, niſi, cum eſt liquidum, & bona retinenda proveniunt ex eadem crediti cauſa.* Bevilaqua. 229

CXVII. Viterbien. Tranſactionis. *Non debentur fructus pro ſimplici debito pecuniario, etiam inter Mercatores, niſi intervenientibus legalibus requiſitis.* Celſo. 230

CXVIII. Bononien. pecuniaria. *Quietantia pro Reſiduo, & Taciturnitas creditoris diuturna arguunt pro ſolutione. De teſtibus ſuper recognitione ſcripturarum.* Meltio. 231

CXIX. Romana Salviani. *De Salviani requiſitis. Illud non retardatur ex credito liquido, etiam dotali; De meliorâmentorum retentione, & probatione.* Albergato. 232

CXX. Romana locationis. *Quando, & ex quibus mora dicatur incurſa. De probatione per epiſtolam; Novatione, ſolutione in certam cauſam, &c.* Veroſpio. 234

CXXI. Civitate Caſtelli Salviani. *Præſcriptio ſolutionum fructuum ut intret, neceſſarius eſt curſus decem annorum, cum tunc poſſit conſiderari negligentia, aut mora creditoris in exigendo, cùm tunc in pœnam tam magnæ negligentiæ intret præſcriptio.* Royas. 235

CXXII. Leodien. modiorum ſpeltæ. *Contractus quod ſit Emphyteuticus ex quibus tutò arguatur. Dominus directus, ſicuti invitus cogi non poteſt ad vendendum emphyteutæ Jus directum, ita cogi nequit emphyteuta vendere Domino dominium utile. Cenſus in dubio judicatur irredimibilis.* Cerro. 237

CXXIII. Rom. pecuniaria. *Debitor cambii ſi fuerit citatus ad docendum de remiſſa, dum de ea non fuerit doctus, rectè contra eundem relaxatur mandatum. Auditor Cameræ inter & contra mercatores procedit uti princeps.* Royas. ibid.

CXXIV. Bononien. pecuniaria. *Nomen debitoris ceſſit cum promiſſione exigibilitatis, ut inexigibile probetur, ſufficiunt diligentiæ executorum, una cum citatione facta contra cedentem ad judicandum bona debitoris, inſtrumentum illud attenditur, quod magis præcisè loquitur & clarius, ubi alterum per extenſum, alterum verò ſolum per Abbatum ſummam in eo contentam ſpecificat.* Carillo. 238

CXXV. Rom. domorum. *Dominium directum ad effectum caducitatis ad probandum, inſtrumenta locationum, ſolutionum, aliæque confeſſiones, & adminicula nullius ſunt roboris, & momenti. Emptor rei Emphyteuticæ, qui ſe obligavit aſſenſum Domini impetrare, quem poſtea neglexit, ſi exinde caducitatem incurrit, non poteſt evictionem prætendere.* Royas. 239

CXXVI. Maceraten. cenſus. *Apocha penes aliquem exiſtens cum aliqua adnotatione à tergo illius qui per antea dicit ea adnotatione caruiſſe, probare debet Simulatio ſcripturæ matrimonialis factæ in majori ſumma, & quantitate pro matrimonii honorificentia ex quibus deducatur.* Royas. 240

CXXVII. Rom. fideicommiſſi de incoronatis. *Diſputatur an donatio præcedens etiam cum hypotheca præjudicare poſſit creditori habenti cauſam oneroſam, & negativè concluditur, quoties, vel ille reperitur in poſſeſſione, vel donatio fraudulenta, & ſimulata convincitur.* Ghiſlerio. 242

CXXVIII. Rom. ſeu Florentina reſtitutionis in integrum. *Majoribus 25 annis quantumvis ex capite juſtæ ignorantiæ non ſoleat concedi reſtitutio in integrum adverſus aditionem hæreditatis ſine Inventario factam, tamen ſemotò in tali hærede omni dolo, datur talis reſtitutio in integrum, quando magnum æs alienum patens, contra communem omnium expectationem, in hæreditate emerſit.* Panzirolo. 243

CXXIX. Urbevetana reſtitutionis dotis. *L. hac edictali. C. de ſecund. nupt. diſponens quod mulier quæ tranſivit ad ſecundas nuptias non poſſit plus relinquere ſecundo viro, quàm quod reliquit filio primi matrimonii, ea lex intelligenda venit, quod ſive mulier filium primi matrimonii inſtituerit hæredem, ſive non ſemper prius eſt detrahenda legitima filii primi matrimonii,* Royas. 245

CXXX. Anconitana bonorum. *Donatio quando conditionaliter eſt facta, & in caſu contraventionis oppoſita aperiatur clauſula, quod in caſu non adimplementi donatio alias, nec aliter nec alio modo valeat, tunc eis conditionibus non adimpletis, neceſſe eſt ut donatio penitus corruat.* Ghiſlerio. 247

CXXXI.

Argumenta Decisionum.

CXXXI. Rom. domus. *Creditum cum hypotheca fuit probatum & possessio debitoris de tempore hypothecæ, & possessio ejus, contra quem agitur de tempore litis, tunc non potest denegrari immissio vigore Salviani, sententia difformis libello, licet invalida sit, tamen id non procedit, quando sumus in judicio summario, & quare Instrumento impugnato, quo usque quis uti valeat.* Cerro. 249

CXXXII. Rom. Census. *Census licet eo ipso extinguatur, quod fundus super quo impositus fuit per anteriores creditores evictus appareat tamen interim dum reperitur in statu validitatis, debentur fructus. Census dum fuit impositus super diversis fundis, si aliqui ex eis fuerint evicti cum illi qui remanent sunt ejus valoris, ut illum substinere valeant, tunc census non dicitur extinctus.* Cerro. 250

CXXXIII. Reatina census. *Clausula constituti licet non transferat dominium & possessionem in emptorem census, tamen non potest denegari ei associatio pro fructibus census. Census si remaneat sine fundo, fructus ex eo non debentur.* Cornelio. 252

CXXXIV. Rom. seu Neputina Tutelæ. *Tutor si promiserit reddere bonum & fidele computum alias voluit teneri ad damna id includit obligationem, restitutionem reliquarum. Tutor, quod remanserit debitor in redditionem, reliquatum. Tutor, quod remanserit debitor in redditione rationum, ex quibus satis dicatur constare.* Cerro. 253

CXXXV. Rom. successionis. *Compulsoria specialis ut concedatur, quidnam veniat probandum. Epistolæ ut aliquid probent quid requiratur Remissoriam Rota solita est concedere etiam super eisdem articulis, sed quid ad hoc sit necessarium. Remissori appetitio rejicitur, quando didicita sunt justificata, & quando dicantur dicita.* Carillo. 255

CXXXVI. Romana fitus. *Vendens aliquid in quo ipse nullum habet jus asserens esse suum, dum postea non reperitur esse tale, tenetur emptori ad interesse, cum sumus in contractibus onerosis, capitulis contrahentium, quando magis standum est, quàm instrumento & è contra.* Royas. 256

CXXXVII. Rom. successionis. *Scripturarum recognitio licet de Jure rigorosè fieri debeat per testes, qui fuerunt præsentes quando illæ fuerunt scriptæ: attamen talis cessat rigor, quando scribuntur epistolæ missivæ, vel similes, quæ scribi solent sine alicujus præsentia, & qualiter tunc fiat cognitio.* Carillo. 207

CXXXVIII. Anconitana cambiorum. *Pecunias accipiendi ad cambium, ubi alicui conceditur facultas in certis casibus, ut cambia debeantur, probari debet & conditionis eventus, & quod ille fuerit debitori intimatus.* Carillo. 258

CXXXIX. Rom. depositi. *Pecunias quas recepit creditor vigore ordinis sui debitoris alicui banco directi, nullatenus ille restituere tenetur, quamvis appareat, pecunias solutas debitori minimè fuisse, idque nec in subsidium locum habere potest, quoties solventi contra dirigentem ordinem remaneat actio.* Royas. 259

CXL. Æsina census. *Tertius redimens censum pro alio cujus Intentionis esse dicatur, & an actione in eum transeant translativè, vel extinctivè; verba cessit, concessit, & transtulit, licet importent veram translationem, tamen secundum subjectam materiam sunt intelligenda.* Cerro. 260

CXLI. Rom. pecuniaria seu locorum montium. *Administrator tenetur reddere rationem suæ administrationis, & restituere reliqua, aliàs potest condemnari ad restitutionem rei cum fructibus, quamvis ipse eos non perceperit. Epistola plenè probat contra confitentem, quando est recognita manus.* Cecchino. 261

CLXII. Marsinen. Jurisdictionis. *Subtrahens aliquam scripturam, oritur mala præsumptio contra occultantem, qualiter tamen veniat facienda talis probatio, ut deputatus ad custodiam talis scripturæ, si ea fuerit amissa, ut liberetur, sufficit probare fuisse amissam non culpa sua.* Bichio. 263

CXLIII. Rheginen. Manutentionis. *Alienatio facta lite pendente licèt tanquam laborans vitio rei litigiosæ, subsistentiam non habeat, attamen quando reperitur facta ex causa necessariâ antecedenti valet, & tenet Judex quando non privet aliquem sua possessione. Deliberatio bonorum facta sine citatione partis, & termino ad relevandum, tanquam nulliter facta non sustinetur.* Verospio. 264

CXLIV. Perusina Spolii. *Subhastatio quando nulliter fuit facta nunc tenetur ad restitutionem rei, una cum fructibus quoad procedit, etiamsi talis subhastatio fuerit facta instante fisco, cum fiscus, quidquid nonnulli perperam senserint, non reperitur in hoc privilegiatus, ut in subhastatione faciat fructus suos.* Royas. 265

CXLV. Bononien. fide commissi de Pancaldis. *Filius quidquid habet à patre, tunc multo magis provenisse præsumitur, quando bona sunt in eo loco, quo à patre possidebantur, quia nisi doceatur de nova acquisitione, præsumuntur paterna, aliqua habeo circa probationem identitatis, & maximè si sumus in antiquis.* Cerro. 267

CXLVI. Rom. Salviani. *Salvianum interdictum quibus concurrentibus intret, bona quantumvis sint prohibita strictè alienari, & hypothecari, &c. nihilominus immissio potest concedi super commoditate percipiendi fructus donec & quousque, &c.* Cerro. 268

CXLVII. Civitatis vetulæ dotis. *Dos constituta primo viro licet etiam censeatur constituta quoque secundo viro, ita ut si vir secundus administraverit bona extradotalia præsumatur de sua dote sibi satisfeciisse, tamen id non procedit, quando dictus secundus vir ignoravit quantitatem dotis datam primo viro, quæ tamen ignorantia non præsumitur, in viro sagaci, & industrioso, & præsertim cum in hoc soleant esse soliciti mariti ad sciendam quantitatem dotis, hæres quando dicatur particularis.* Cerro. 269

CXLVIII. Rom. redintegrationis. *In Salviano tunc datur retentio, quando sumus in claris, quod procedit quamvis immissus ex alia causa fuerit ingressus possessionem, intellige tamen nisi ab initio prohibeatur, quod ingressus fuerit vitiosus; Locator præsumitur exegisse pensiones. Locationes tacitè renovantur. Mandatum habens ad creandum censum, an possit illam accollare.* Cornelio. 271

CXLIX. Rom. pecuniaria. *Controversa licèt valde sit in jure quæstio, an compensatio de quantitate ad quantitatem ipso jure admittatur absque alia oppositione, vel potius admittatur ex partis exceptione, attamen prima opinio palmam reportat, eamque amplectitur Rota, & maximè quando sumus in causis mercatorum, cùm & hoc sit de stylo inter eosdem, aliqua etiam habes juxta litteras cambii.* Verospio. 272

CL. Rom. locorum montium. *Evictio quando generaliter & verbis amplis fuit promissa, tunc quamvis quando promissio evictionis fuit facta non veniat, quando ea secuta fuit ex natura rei, tamen id non intrat, quando, ut dictum est, amplè fuit promissa evictio. Ecclesia an teneatur conficere Inventarium bonorum hæreditariorum, & quare tale inventarium fiat.* Meltio. 274

CLI. Rheginen. seu Salernitana bonorum. *Obligatio carcerati ad favorem sui creditoris facta, si pro illo carceratus detinebatur, nullius est roboris, vel momenti, quod procedit ubi carceratio detegitur injusta, vel invalida, secus si valida & justa. Sententia quando possit ferri extra diem cadentis citationis. Absolutio à juramento, an sit necessaria in obligatione facta in carcere, & an plures requirantur absolutiones ubi plura intervenerunt juramenta.* Carillo. 276

Argumenta Deciſionum.

CLII. Rom. Palatii. *In ſpolio ut quis obtineat ad effectum obtinendi redintegrationem, primum extremum exactiſſimis, & concludentiſſimis probationibus venit juſtificandum, & quando illius nullatenus dicatur juſtificatum mandatum de liberando, quando dicatur nulliter relaxatum pro validitate ſententiæ ſtat præſumptio.* Ghiſſerio. 267

CLIII. Rom. Pecuniaria. *Creditum quando eſt plenè & concludenter probatum, quæritur tunc incaſsè impediri, ſeu retardari ejus exeeutio propter compenſationem crediti illiquidi & turbidi. Sententia lata pendente termino probatorio, quando dicatur nulla, & quando valida.* Corrado. 279

CLIV. Bononien. pecuniaria. *Confeſſio mariti in publico inſtrumento emanata circa adminiſtrationem bonorum extradotalium com conſenſu ipſius uxoris, & pacto reddendi rationem eorum fructuum, ſanè probat contra confitentem, eamque approbare tenetur, & quando ex dictis fructibus præſumatur, maritum ſolviſſe debita propria.* Bichio. 281

CLV. Rom. alimentorum. *Socer & maritus, licèt pro virili teneantur præſtare alimenta nurui, tamen tunc poteſt condemnari ad totam ſuſtentationem quando conſtat de inexigibilitate filii, nam & quando plures tenetur aliquem alimentare eo caſu ſi aliquis eis ſit difficilis exactionis cæteris ad id licitum eſt condemnare reliquos.* Bichio. 283

CLVI. Eugubina erroris calculi. *De veritate quando conſtet & clarè appareat, de ea, nunc non obſtantibus quibuſcunque attendenda venit, & quando dicatur de errore conſtare. Ratio ſemel reddita, licet amplius reddi non debeat, tamen quando id non procedat.* Carillo. ibid.

Obſervantia omittendi citationem utpotè omninò contraria diſpoſitioni juris, nedum Civilis, & Canonici, ſed etiam Divini, quamvis interpretativa debet eſſe legitimè præſcripta per ſpatium quadraginta annorum.

Citatio generalis ſufficit ad tollend. nullitatem ex defectu citationis. d. 95. n. 2. *Meltio.*

Et non comparente citato poteſt ad ulteriora procedi abſque alia citatione, ibid. n. 3. Nec attenditur nullitas ex defectu citationis quando citati non potuiſſent impedire, vel mutare ſententiam, ibid. n. 5.

Citati domi notitia apparet, quando citationes, vel intimationes ſunt plures, & diverſis temporibus executæ. d. 180. n. 9. *Royas.*

Quando ſemper fuit præſens procurator citati, ibid.

Idem quando in termino dictarum citationum emanaverint pluta diverſa decreta. d. 180. n. 10. *Royas.*

Maximè ſi fecerint tranſitum in judicatum. ibid.

Et ſi fuerit pro illis poſtmodum relaxata executio. ibid. n. 16.

Citationis finis eſt deducere ad notitiam citati contenta in citatione. d. 180. n. 7. *Royas.*

Citatio neceſſariò requiritur, ut quis ritè ſuâ poſſeſſione privetur. d. 170. n. 8. *Royas.*

Clauſula.

Clauſulæ univerſales in fine contractus poſitæ reſtringuntur ad cauſam ſuperius expreſſam, ita ut nihil amplius comprehendant, & maximè quando ſunt in executivis Inſtr. dec. 3. n. 31. *Bichio.*

Clauſulæ ſolutæ apponi de ſtylo Notariorum contractum non extendunt, ibid. n. 32.

Clauſula *ſine præjudicio*, eſt præſervativa jurium priùs competentium, d. 15. n. 13. *Meltio.*

Clauſula conſtituti ad favorem cenſuarii, ſuffragatur ad obtinendam aſſociationem. d. 16. n. 1. *Bichio.*

Clauſula conſtituti appoſita in Inſtrumento cenſus, videtur inepta, &c. n. 2.

Clauſula conſtituti ad favorem cenſuarii præbet ipſi facultatem capiendi propria authoritate fructus rei cenſuatæ ad effectum ſibi ſatisfaciendi de fructibus cenſus, ibid. n. 3.

Clauſulæ cæteratæ in Inſtrumento appoſitæ recipiunt extenſionem juxta formulam Inſtrumentorum, ſive clauſularum loci ubi Inſtrumenta ſtipulantur, ibid. n. 5.

Clauſula *dans, & concedens, &c.* appoſita in Inſtrumento cenſus in Urbe, ſeu ejus diſtrictu ſtipulato, continet in ventre explicitam capiendi poſſeſſionem fundi cenſualis propria authoritate, ibid. n. 6.

Clauſula conſtituti amittit virtutem, ubi hæres conſtituentis occupat poſſeſſionem fundi, ſuper quo cadit conſtitutum non reclamante conſtitutario, ib. n. 8. ampliatur. n. 9. limitatur. n. 10.

Clauſula, *ita quod non retorqueatur, &c.* & aliæ ſimiles appoſitæ in ceſſione non comprehendunt caſum, quo ab ipſo cedente inferuntur moleſtiæ ſuper eadem re, cujus pretium illi ſolutum fuit. d. 19. n. 16. *Corrado.*

Clauſula, *omni meliori modo*, in contractu appoſita talis efficaciæ expenditur, ut æquipolleat alii clauſulæ magis præciſæ, quæ ibi de natura contractus deſideratur, modo aliunde declaretur animus contrahentium conformis dec. 36. n. 12. *Corrado.*

Clauſula *alias, &c.* præ ſe fert conditonem adverſativam antecedenti proteſtationi, atque diſſenſum proteſtationis in caſu contrario ſupra expreſſo perinde, ac ſi dictum fuiſſet, & aliter habeatur pro non facto, ibid. n. 13.

Clauſula conſtituti, clauſula ad habendum, inſinuatio, ac promiſſio rati conveniunt naturæ donationis inter vivos. d. 39. n. 7. 8. & 9. *Royas.*

Clauſula conſtituti continet facultatem capiendi poſſeſſionem propria authoritate. d. 43. n. 1. *Ghiſlerio.*

Clauſula, *dans, & concedens*, in cenſu appoſita ſecundùm formularium Inſtrumentorum urbis, habet in ventre explicitam facultatem capiendi poſſeſſionem propria authoritate, ibid. n. 3. limitatur. n. 7.

Clauſula, *Actum*, in Inſtrumento appoſita regulariter indicat conſummationem actus, & contractus perfectionem. Concluſio hujuſmodi procedit, quando appoſita fuit in fine ipſius contractus, & Inſtrumenti, &c. d. 9. n. 5. 6. *Cerro.*

Verba importantia reſervationem conſenſus directi Dominii cum clauſula, *& non alias, &c.* appoſitæ in contractu venditionis fundi Emphyteutici reddunt hujuſmodi contractum conditionalem ejuſque conferunt perfectionem in tempus præſtiti per Dominum directum conſenſus, ita quod antea pro non facto, & proptera nulla ex eo inducitur caducitas, quia ceſſat ejuſdem Dominii contemptus ex quo provenit hujuſmodi pœna. d. 51. n. 20. ampliatur. n. 2. declaratur. n. 21. *Corrado.*

Clauſula *donec*, appoſita in locatione eſt repetitiva, ita ut finita locatio repetita cenſeatur. dec. 53. n. 24. & 25.

Clauſula *conſtituti*, operari non poteſt tranſlationem poſſeſſionis eorum bonorum, quæ non apparent penes ipſum conſtituentem realiter extitiſſe. d. 54. n. 23. *Corrado.*

Clauſulæ, promiſſiones defenſionis, ac pacta executiva, ſeu ſimilia, apprehenſionem bonorum importantes appoſitæ in Inſtrumento contractus, & diſtinctæ, & multò magis conjectæ præ ſe ferunt hypothecam bonorum, partium pro plena obſervantia illius contractus & conventorum in eo. d. 55. n. 5. *Corrado.*

Clauſulæ generales, quæ in fine Inſtrumenti apponuntur ad omnia in eo conventa congruè referuntur, ibid. n. 11.

Clauſula, *ad habendum*, in contractu appoſita in ſtipulatum tranſfert Dominium, dum pro ipſius tranſlatione habilis cauſa eam præceſſit. d. 58. n. 7.

Clauſula guarentigia non eſt neceſſaria, ubi adeſt publicum Inſtrumentum obligationis. d. 73. num. 6. *Arguelles.*

Clauſula, *per viam ritus*, appoſita, in Regno Neapolitano ſemper intelligitur, ibid. n. 12.

Clauſula *ad habendum*, poſita in Emphyteuſi in parte diſpoſitiva intelligitur juxta naturam contractus Emphyteutici. d. 78. n. 9. *Cerro.*

Clauſula *ad habendum*, ubi nihil aliud reſiſtit tribuit facultatem alienandi, ibid. n. 16.

Clauſulæ generales inveſtituræ alias, quæ comprehendere extraneos ſtante prohibitione alienationis per præceptum negativum reſtringitur ad hæredes ſanguinis, ibid. n. 19.

Clauſula *in perpetuum*, appoſita in conceſſione de ſui natura non tranſitoria ad extraneos perpetuat conceſſionem inter perſonas comprehenſas, illam tamen non extendit ad extraneos non vocatos, ibid. n. 20.

Clauſula *in perpetuum*, tritum eſt regulari, & intelligi juxta ſubjectam materiam, in qua apponitur, ibid. n. 21.

Clauſula in perpetuum appoſita in conceſſione ex pacto non facit illam hæreditariam, ibid. n. 22.

Clauſula, *Si quid exequendum*, ſi conſtat de bono jure præſervat viam executivam pro nova mandati relaxatione. d. 107. n. 25.

Clauſula, *Si quid exequendum*, non vulnerat obligationem, ſed ſuſpendit tantùm executionem mandati, donec de illius juſtitia cognoſcatur, ibid. n. 2.

Clauſu-

Index Rerum

Clauſula, *Ad omne mandatum Domini*, operatur, ut pecuniæ dicantur extare, perinde ac ſi nunquam conſignatæ fuiſſent. d. 112. n. 3. *Celſo* 263.

Clauſula, *Si quid exequendum*, ſtante validitate & juſtitia mandati, non vulnerat Obligationem Cameralem, ſed proceditur ad ulteriorem executionem, ibid. n. 4.

Clauſulæ, *manu regia & ſola facti veritate inſpecta*, quid importent. d. 123. n. 5. 6. *Royas.*

Clauſula, *ſine præjudicio*, præſervat præjudicium in non expreſſis. ibid. n. 13. *Royas.*

Clauſulæ, *conſtituti & ſimilium* effectus ceſſant per actualem traditionem poſtea ſubſecutam. d. 127. n. 6. *Ghiſlerio.*

Clauſulæ quæ veniunt acceſſoriè ad contractum, ſi contractus eſt ſimulatus, & ipſæ ſimulatæ judicantur, ibid. n. 7.

Clauſula, *non aliàs, aliter, nec alio modo*, quid operetur in donatione conditionali, d. 130. n. 3. *Ghiſlerio.*

Clauſula, *nec alias*, &c. eſt tantæ efficaciæ, ut faciat deficere conſenſum partium, ibid. n. 4.

Et ſi non occurrunt omnes qualitates deſideratæ annullat diſpoſitionem, in qua apponitur, ibid. n. 5. 6. & 7.

Clauſula, *ponens in ſuum locum*, quid importet. d. 140. n. 6. *Cerro.*

Clauſulæ non ſunt judicandæ inutiles. n. 6.

Clauſula conſtituti, probat poſſeſſionem conſtituentis contra conſtitutarium. d. 174. n. 4. *Royas.*

Clauſula *conſtituti* transfert poſſeſſionem in conſtitutarium etiam ad effectum manutentionis. d. 151. nu. 2. *Carillo.*

Clauſula *ſciens*, &c. extenditur ſciens non teneri, ſed teneri volens. d. 166. n. 4. *Royas.*

Clauſula, ſola veritate inſpecta de plano & ſine figura judicii, & manu regiâ procedi operantur, ut Judex poſſit procedere uti Princeps. d. 189. n. 4. *Royas.*

Clericus.

Clericus quando ſuccedit laico executivè obligato ſubjicitur depoſitione Statuti laici in eo, in quo ſucceſſit. d. 73. n. 26. *Arguelles.*

Forus tamen mutatur, nam Clericus hæres convenietur coram ſuo Judice, ibid. n. 29.

Clericus ſive Eccleſiaſticus quidquid impendit in victu, & veſtitu præſumitur impendere de rebus Eccleſiæ. d. 39. n. 16. *Royas.*

Clericus de quæſitis aliundè, quàm ex redditibus Eccleſiæ poteſt teſtari, ibid. n. 17.

Clerico permiſſa eſt appellatio de Jure canonico in poſſeſſorio. d. 143. n. 8. *Bichio.*

Clericus non poteſt conveniri ex ſententia Judicis laici, ibid. n. 12.

Clericus non arctatur ex inſtantia cœpta contra laicum ſuum principalem, ibid. n. 13.

Cognomen.

Vide *Onus.*

Cohabitatio.

Cohabitatio inducit præſumptionem ſcientiæ actuum ſucceſſivorum, qui fiunt domi, & patent ex oculari inſpectione, ſecus eſt in actibus momentaneis, & his, qui continentur in inſtrumentis, & contractibus, d. 33. n. 15. *Otthobono.*

Colluſio.

Ut Colluſio cognoſcatur, commodum, cujus reſpiciat dotis promiſſio, licet ſit facta diverſæ perſonæ, potiſſimum attendi debere. d. 23. n. 15. *Corrado.*

De Colluſione, lapſo quinquennio amplius opponi non poteſt. d. 70. n. 34. *Meltio*, declaratur. n. 35.

Commercium.

Sub Commercio laicorum non cadit jus decimandi ſpirituale. d. 95. n. 28. *Meltio.*

Commercia impedirentur, ſi vigore hypothecæ generalis merces venditæ avocarentur ab emptoribus, d. 164. n. 19. *Royas.*

Commiſſio.

In Commiſſionibus appoſitæ Clauſulæ, ſummariæ, &c. important facultatem procedendi executivè. d. 15. n. 2. *Meltio.*

Commoditas.

Linea ad effectum devolutionis emphyteuſis non poteſt dici finita per exiſtentiam in Religione ultimi ex ipſa, dum ſaltem ejus vita durante Commoditas bonorum remaneat penes Monaſterium. d. 75. n. 7. Declaratur. n. ſeq. *Cerro.*

Conceſſo jure decimandi conceſſa dicitur nedum Commoditas percipiendi decimas, quod eſt temporale ſed ipſa ſpiritualitas, quæ nequit ſegregari à jure decimandi. d. 95. n. 7. *Meltio.*

In uſufructu alienabili reſpectu folius Commoditatis, ſi fiat tranſlatio expreſsè de uſufructu, vel ejus jure non ſuſtinetur, neque reſpectu commoditatis, ibid. n. 12.

Commoditas percipiendi fructus, venit in generali obligatione & ſemper remanet hypothecabilis, quamvis omnis hypotheca prohibita fuerit. d. 146. n. 10. *Cerro.*

Quod procedit etiam in materia feudali, ibid. n. 11.

Commodum.

Inducta in alicujus commodum, non debent in ipſius odium retorqueri. d. 3. n. 14. *Bichio.*

Commodum, quod ex amplitudine verborum inſtitutionis, ac tota teſtamenti ſerie, intenditur Teſtatricem voluiſſe conferre marito, qualecunque ſit, ſufficit ad hunc effectum. d. 46. n. 16. *Corrado.*

Commodum retentionis nullo modo præcedere poteſt creditum illiquidum. d. 76. n. 12. *Otthobono.*

Commodum, & incommodum Societatis ſpectat ad ſocios, d. 195. n. 4. *Royas.*

Communio.

Communio univerſalis inter fratres: nequaquam dicitur probata, niſi probentur requiſita ad hoc neceſſaria. d. 166. n. 2. *Royas.*

Communio univerſalis bonorum excluditur inter fratres, quando alter ex eis promittit, uti principalis, alter verò uti fidejuſſor, ibid. n. 5.

Compenſatio.

Compenſationis exceptio non poteſt admitti in præjudicium illorum, quorum non probatur aliquid creditum. d. 10. n. 7. *Meltio.*

Compenſatio periculi ſuſcepti facienda eſt cum lucro in omnibus contractibus, ut ſervetur æqualitas. d. 101. n. 29. *Bichio.*

Compenſatio per neceſſarium antecedens præſupponit præexiſtentiam, veritatem, & liquidationem crediti. d. 115. n. 5. *Bevilaqua.*

Compenſatio extinguit primævam obligationem non ſecus, ac datio in ſolutum, ibid. n. 10.

Compenſatio de fructibus mala fide perceptis admittitur ad melioramenta in re facta. dec. 119. num. 15. *Albergato.*

Compenſatio de quantitate ad quantitatem, an ipſo jure judicetur, vel potius ex partis oppoſitione in jure controverſum eſt, d. 149. n. 1. *Veroſpio.*

Compenſatio de quantitate ad quantitatem quod ex Juris miniſterio admittatur, multi DD. id tenent, ibid. n. 2.

Compenſatio de quantitate ad quantitatem non admittitur, niſi à parte fuerit oppoſita ſecunda aliquo. DD. ibid. n. 3.

Compenſatio ſecundum ſtilum mercatorum & conſuetudinem inter eoſdem admittitur ipſo jure, licet creditum & debitum procedat ex cauſa diverſa, ibid. n. 4.

Compenſatio admittitur ipſo jure inter mercatores licet credita

Notabilium.

credita & debita ſint diverſa & diverſis libris deſcripta. d. 149. n. 5.

Compenſatio inter credita, & debita, ſi inter mercatores non admitteretur partis oppoſitio, ibid. n. 9.

Compenſatio ipſo jure intrat ad impediendum curſum uſurarum. d. 132. n. 12.

Compenſatio omnis quando excluditur, compenſatio tunc ſolum intrat, quando creditor poteſt ſortem exigere, ibid. n. 21.

Compenſatio quando evitari non poteſt tunc potius admittitur, quoad extinctionem fructuum, quàm ſortis, ibid. n. 22.

Compenſatio regulariter non admittitur inter debita diverſarum perſonarum, ibid n. 23.

Compenſatio non admittitur de credito particulari ad debitum ſociale, ibid. n. 24.

Compenſatio ubi fuit oppoſita ante ſententiam, non aſſignantur novæ dilationes, ſed ſi quod ſuperſit ad agendum, id remittitur arbitrio Judicis circa dilationes. d. 153. n. 9. *Corrado.*

Conpenſatio opponi poteſt etiam in ſecunda inſtantia, imò etiam poſt rem judicatam. dec. 159. n. 20. *Royas.*

Compenſatio habet vim ſolutionis. dec. 164. num. 13. *Royas.*

Compromiſſum.

Compromiſſum non poteſt extendi ad alia, quàm in eo expreſſa. d. 54. n. 16. *Carroda.*

Computum. Computa. Computiſta.

Computa, & Epiſtolæ benè probant contra eas conficientes. d. 156. n. 4. *Carillo.*

Computa ſæpius revideri poſſunt, & denuo tractari conſtito de cauſa erroris, ibid. n. 8.

Computiſtæ officium eſt ſolum ſubducere rationes, & calculare, d. 111. n. 13.

Computatio legalis fructuum in ſortem, ipſo jure extenuat ſortem. d. 159. n. 10. *Royas.*

Compulſoria.

Compulſoria ſpecialis, tunc datur quando conſtat de exiſtentia, & relevantia ſcripturæ compulſandæ. d. 135. n. 1. *Carillo.*

Compulſoria ſpecialis dum petitur, oritur vehementis ſuſpicio calumniæ, ibid. n. 6.

Compulſoria ſpecialis petitio ob ſuſpicionem calumniæ ſæpè denegatur, ibid. n. 7.

Conceſſio.

Conceſſionis gradus prorogatio in Emphyteuſi, perſona non approbata ſine conſenſu non eſt admittenda. d. 38. n. 8. *Meltio.*

Conceſſio de decimis, & jure decimandi nequit reſtringi ad fructus decimales. dec. 95. n. 10. *Meltio.* Declaratur. n. 11.

Concordia.

Concordia litibus, controverſiis, ac prætenſionibus finem imponit. d. 15. n. 1. *Corrado.*

Concordia præ ſe fert virtutem rei Judicatæ, ibidem num. 2.

Concubina.

Filius Concubinæ certus, præſumitur etiam filius illius, qui eam in Concubinam retinebat. d. 83. n. 6. *Cerro.*

Concurſus.

ex Concurſu omnium ſolemnitatum omnia præſumuntur vera, ita ut dubitari non poſſit de ſufficientia, & veritate cauſæ expreſſæ, d. 100. n. 29. *Cerro.*

Condemnatio.

Condemnatio non debet reſtringi ad diem motæ litis in Rota, ſed ejus initio in partibus. deciſ. 53. n. 2. *Arguelles.*

Neque condemnatio dici poteſt injuſta, vel exceſſiva. d. 173. n. 19. *Royas.*

Conditio.

Conditionem repetiti appoſitam in alio caſu, immediatè præcedentem, Dictio, *pariter*, eamque parificat, atque connectit cum ſequenti. d. 60. num. 2.

Eoque magis cum eadem Conditio utrique caſui bene conveniat, & æqualiter adaptetur. ibid. num. 4. *Peutingero.*

Conditio contrahentium, ut æqualis ſit, in dubio facienda eſt interpretatio. d. 196. n. 6. *Roxas.*

Condictio.

Condictio indebiti ſemper habet locum in repetitione uſurarum, d. 159. n. 5. *Royas.*

Quæ concluſio procedit, ſive ſolutio ſit facta ſcienter, ſive ignoranter, ibid.

Conductor.

Retentio rei locatæ ex parte Conductoris, & exactio penſionum ex parte locatoris important tacitum utriuſque partis conſenſum ad continuandam, ſeu renovandum locationem. d. 15. n. 4. *Meltio.*

Principales conductores reſpectu locatoris ſunt & dicuntur correi, inter ſe tamen proportionibus ſociorum dicuntur ad invicem fidejuſſores, d. 191. n. 7. *Royas.*

Conductor primus quando poſt ſolutionem pecuniarum in cauſa penſionis factam à ſecundo conductore continuat retinere rem locatam poteſt condemnari ad ſolutionem penſionum poſtea decurſarum, ibid. n. 14.

Confeſſio.

Confeſſio dotis de recepto à viro poſt ipſius decoctionem emiſſa in præjudicium Creditorum fidem non facit, quamvis promiſſio præceſſerit. d. 3. n. 1. *Bichio.*

Confeſſio dotis de recepto à viro etiam poſt decoctionem emiſſa ubi habetur obligatio de reſtituendo, probat quoque ad præjudicium creditorum concurrentibus conjecturis, ibid. n. 5.

Quæ maximè reſultant ex præcedenti promiſſione, diuturna alimentorum præſtatione, & Juramento Confeſſionibus adjecto, ibid. n. 6.

Ubi apparet de Confeſſione, & recognitione facta per Adverſarium, Dominum non poteſt in dubium revocari. d. 4. n. 14. *Meltio.*

Confeſſio adeo plenè probat contra confitentem ut illa impugnanda non veniat, ibid. n. 15.

Confeſſio ac declaratio partis, quæ ex obſervantia ſubſequuta deprehenditur in materia probationis teſtis depoſitioni prævalet. d. 7. n. 12. *Decano.*

Confeſſio qualificata partis præcipitur in poſſeſſorio Judicio favore poſſidentis abſque ulla qualitate vitii. d. 11. n. 2. *Meltio.*

Confeſſio alicujus non poteſt impugnari à ſuis ſucceſſoribus, & cauſam ad eo habentibus. d. 20. n. 3. *Corrado.*

Confeſſio extrajudicialis ad favorem abſentis pro quo nemo fuit ſtipulatus non plenam facit probationem, & Rota ſemper ſequuta fuit hanc opinionem, ibid. n. 41.

Confeſſio in Teſtamento facta regulariter non ſufficit ad probationem debiti, quando non concurrit etiam confitentis diſpoſitio, ibid. n. 8.

Pia diſpoſitio finaliter ordinatur in Deum, ac illius acceptationem præ ſe fert, & veriſimilitudo operatur in illis etiam caſibus in quibus alias non probaret, ibid. n. 13. & 14.

Æquitate Canonica attenta, Confeſſio, &c extrajudicialis ad favorem abſentis pro quo nemo eſt ſtipulatus plenam facit probationem, ibid. n. 7.

Confeſſio de recepto non coarctata ad certum tempus refertur ad ſolutionem factam de præterito tempore. d. 16. n. 27. *Bichio.*

Confeſſionem fictam Rota non attendit. dec. 51. n. 7. Eoque minus quando non fuit ſervata forma, ibid. n. 8. *Corrado.*

Index Rerum

Confeſſio emanata in Judicio præferri debet alteri extrajudicialiter emiſſæ in Teſtamento. deciſ. 52. n. 4. *Veroſpio.*

Confeſſio erronea defuncti facta in Teſtamento poteſt habere, & revocare non ſecus ac ab ipſomet confitente impugnari, ibid. n. 4.

Confeſſio relativa ad aliquid ex quo ipſis error dignoſcatur tanquam erronea poteſt ab ipſomet confitente impugnari, ibid. n. 5.

Confeſſio ſimplex facta à Viro aliundè non juſtificata non probat dotis numerationem. deciſ. 22. num. 1. *Corrado.*

Confeſſio dotis facta à viro præſumitur ſimulata, quando non juſtificatur aliunde, ibid. n. 6.

Confeſſio ſimulata dotis ſolet eſſe, vel ad cohoneſtandam ſpecioſæ dotis prætextu inæqualem ſponſæ conditionem, ut matrimonium cum illa honorificentius appareat. d. 23. n. 1. *Corrado.*

Confeſſio dotis ſimulata non habet executionem, ibid. num. 3.

Confeſſio dotis etiamſi facta ante contractum Matrimonium non probat veram numerationem niſi ex præcedenti promiſſione, vel aliis probabilibus conjecturis juſtificetur, ibid. n. 4.

Confeſſio ſequens à præcedenti promiſſione dotis ſolet comprobari. d. 22. n. 16. *Corrado.*

Confeſſio partium repetita, qualificata, & juramento firmata in Inſtrumento publico contenta facit ipſum præferri diſpoſitioni unius teſtis, d. 22. n. 45. *Corrado.*

Confeſſio debiti inter creditorem, & debitorem non probat in præjudicium alterius creditoris etiam poſterioris, ne ſit in poteſtate debitoris creditores circumvenire. d. 101. n. 1. *Bichio.*

Confeſſio ſuſpecta non eſt in conſideratione habenda. d. 102. n. 10.

Confeſſio, quæ in actis non reperitur, non probat, ibid. n. 12.

Confeſſio debiti non poteſt retrotrahi in præjudicium creditorum, qui medio tempore contraxerunt, ibid. n. 11.

Confeſſio talis non probat, maximè quando debitor eſt de proximo decocturus, ibid. n. 2.

Confeſſionis tempore eſſe decoctum, vel eſſe de proximo decocturum, quoad tertii præjudicium paria ſunt. d. 101. n. 3. *Bichio.*

Confeſſioni, ſeu ſolidationi inter partes non ſtatur in materia cambiorum, ne ſub prætextu hujus confeſſionis aperiatur via fraudibus, & illicitis uſuris, ibid. n. 4.

Confeſſio, probatio litterarum *d' Aviſo*, ac earum effectuatio producit ipſarum executionem, ac ſi eſſent litteræ Cambii. d. 104. n. 17. *Bichio.*

Confeſſione partis probatur ſolutio. deciſ. 5. num. 7. *Bichio.*

Confeſſionibus maximè geminatis, & judicialibus ſtatur, in materia etiam de uſuris ſuſpecta concurrentibus adminiculis. d. 106. n. 23. *Bichio.*

Confeſſio de recepto extrajudicialis voluntaria, facta à tutore non præjudicat pupillo, dum de vera ſolutione non conſtat. d. 109. n. 3. *Celſo.*

Quod procedit, & in quolibet adminiſtratore, ibid. num. 4.

Confeſſio de recepto operatur crediti contracti remiſſionem quæ ſapit naturam donationis, ibid. num. 6.

Confeſſio facta per Tutricem, regulariter non importat liberationem in præjudicium pupillorum, niſi pro ſumma, quæ verè realiter recepta fuit. dec. 118. n. 3. *Meltio.*

Limitatur tamen cum pro corroboratione prædictæ confeſſionis concurrunt plures conjecturæ, ibid. num. 4.

Confeſſio pro majori parte debiti, arguit veritatem etiam reſpectu reſidui, ibid n. 5.

Confeſſio ſimpliciter loquens, recipit declarationem ex verbis præcedentibus, & ſubſequentibus. dec. 126. n. . . *Royas.*

Confeſſio facta in capitulis in inſtrumento jurato contentis, & ipſa jurata dicitur, ibid. n. 9.

Confeſſionis error, ut probetur ad hoc requiruntur probationes omnino concludentes, ac neceſſariæ. d. 154. n. 11. *Bichio.*

Confeſſio, quando eſt multis adminiculis ſuffulta, tunc pleniores probationes requiruntur ad probandum ejus errorem, ibid. n. 12.

Confeſſio ſi impugnatur tanquam erronea, error debet probari concludentiſſimis probationibus, dec. 171. n. 1. 12. *Royas.*

Confraternitas.

Confraternitates, & aliæ congregationes Laicorum non fori exemptione, ac privilegio Eccleſiæ fruuntur niſi Epiſcopi, vel alterius facultatem habentis auctoritate inſtitutæ fuerint, Et alia ad hunc effectum neceſſaria concurrant. d. 55. n. 14. *Corrado.*

Confraternitas inſtituta ad pium opus habens Eccleſiam, aliaque Eccleſiaſtica ſigna non poteſt dici merè laicalis. d. 58. n. 27. *Cerro.*

Conjectura.

Conjectura concurrente præterita arguunt continuationem in futurum, d. 1. n. 6. *Otthobono.*

Conjectura ſimulationis eliditur ex contrariorum probatione. d. 3. n. 10. *Bichio.*

Conjectura ſimulationis oritur ex actuum proximitate; ex veriſimilitudine; & ex pactis inſolitis appoſitis in Inſtrumento. d. 7. n. 5. 6. 7. *Otthobono.*

Ex aliis Conjecturis ſumma diverſitas non excludit verſionem probatam. d. 16. n. 29. *Bichio.*

Conjectura vehemens donationis cauſa mortis eſt reſervatio facultatis revocandi donationem tam in vita, quàm in morte, niſi urgeant potentiores conjecturæ in contrarium. d. 39. n. 10. *Royas.*

Conjectura una tollit aliam, & fortior debiliorem excludit. d. 109. n. 14. *Celſo.*

Conjecturæ plures concurrentes cum tutoris confeſſione de recepto, convalidant ipſam confeſſionem, reſpectu liberationis debitoris, & præjudicii ipſius pupilli. d. 118. n. 4. *Meltio.*

Conjunctio.

Ex Conjunctione ſanguinis oritur cauſa amoris & affectionis, & ex impulſu naturæ. deciſ. 87. num. 12. *Otthobono.*

Conjunctio, cauſa amoris, ac vinculum naturale reſpiciens, comprehenditur in donatione facta contemplatione Matrimonii ſuo effectu, omnes filios tam ex primis, quàm in ſecundis Nuptiis genitos, ibid. n. 13.

Ex Conjunctione ſanguinis proveniens benevolentia, & Amor erga donatarium in donatione ante nuptiali, vel eſt cauſa præcipua & finalis totius diſpoſitionis, vel eſt finalis cum aliis expreſſis.

Conſanguinitas.

In fratris ſucceſſione, ſorores utrique conjunctæ præferuntur fratri Conſanguineo. d. 84. n. 3. *Royas.*

Conſanguineus frater ſuccedit fratri in bonis quæſitis à linea Paterna, uterinus verò à linea Materna, ibid. n. 4.

Conſanguineus, aliaque perſona conjuncta admittitur in judicio civili, etiam ſine mandato. dec 151. n. 5. *Carrillo.*

Conſenſus.

Conſenſus præſtitus venditionis fundi hypothecati non præjudicat reſpectu actionis ſuper pretio competentis. d. 3. n. 2.

Conſenſus alienationi bonorum communis debitoris præſtitus ad favorem aliorum creditorum non operatur niſi remiſſione juris tunc temporis competentis, & exercibilis, ibid. 24.

con-

Notabilium.

Conſenſus continuatur in locatione etiam defuncto perſonalem exiſtentiam hæredis habitualiter. d. 15. n. 7. *Meltio.*

Conſenſus, & voluntas defuncti, antequam hæreditas adeatur, conſervantur in hæreditate jacente, quæ perſonam defuncti repræſentat, ibid. num. 8.

Conſenſus dicitur deficere mutato rerum ſtatu. d. 130. n. 11. *Ghiſterio.*

Conſervatio.

Conſervatione conſiderata agnationis omnes filii in pari gradu exiſtentes conſiderantur tanquam capita familiæ. d. 100. n. *Cerro.*

Conſervationi agnationis proſpicere non videtur, qui unicum tantum vocat, & unicum facit ſubſtitutionis gradum, ibid. n. 8.

Pro majori Conſervatione agnationis inſtitutæ dicuntur primogenituræ, ibid. n. 18.

Pro conſervatione agnationis cauſa eſt pia & laudabilis, & removet omnem læſionis ſuſpicionem, ibid. n. 30.

Conſtitutio.

Ex Conſtitutione Urbana, loca montium non cadunt ſub hypotheca. d. 18. n. 3. *Albergato.*

Conſtitutionis Ægidianæ effectum impedit injuſtitia ſententiæ, ac in ea ſpecialiter excepta legitur. d. 19. n. 1. *Corrado.*

Conſtitutio Ægidiana rejiciens appellationem ſuſpenſivam locum ſibi vindicat quotieſcumque ſententia lata in Judicio poſſeſſorio, eſt valida. d. 47. n. 2. *Royas.*

Conſtitutio, ſeu Statutum de capienda poſſeſſione non intrat in bonis fideicommiſſo ſubjectis, quæ non ſunt tranſitoria ad hæredes. d. 48. n. 4. intelligitur, &c. n. 5. *Otthobono.*

Conſtitutio Ægidiana excluſiva appellationis in Judiciis omnino ſummariis, non habet locum, attenta injuſtitia ſententiæ. d. 58. n. *Veroſpio.*

Conſtitutio Ægidiana prohibens mulieres obligari ſine certa ſolemnitate, loquitur etiam de contractibus initis cum perſonis privilegiatis. dec. 179. num. 6. *Royas.*

Sicque locum habet, etiamſi mulier contraheret cum minore. ibid. n. 7.

Conſtitutio Synodalis, non ſufficit adverſus Eccleſiaſticam immunitatem, deciſ. 151. num. 17. *Carillo.*

Conſtitut. ſanct. mem. Innoc. VIII. 13. in Bull. tom. 1. *quando conveniat.* d. 153. n. 26. *Corrado.*

Conſtitutum.

Conſtitutum non excludit, quin ſuper eodem fundo oriatur hypotheca ad favorem emptoris cenſus; cui ideo competit etiam Salvianum interdictum. dec. 16. n. 15. *Bichio.*

Conſtituto non obſtante in Inſtrumento cenſus oppoſito, immiſſio hæc conceditur etiam ſuper fundo cenſuali, ibid. n. 17.

Conſuetudo.

Conſuetudo, & uſus loquendi communis niſi ex pluribus concurrentibus non probatur. deciſ. 26. n. 16. *Corrado.*

Conſuetudo loquendi de illegitimis ad legitimatos in forma ampla, & ad omnia legitimationis jura reſtitutos referri non poteſt, ibid. n. 18.

Conſuetudo loci attenditur in dote congrua filiabus conſtituenda. d. 27. n. 38. *Corrado.*

Conſuetudo contrahentium in inveſtituris dandis, & accipiendis magis attenditur quam conſuetudo regionis. d. 28. n. 2. *Meltio.*

Conſuetudo admittit fœminam ſuperiorem inveſtito proximiorem ad renovationem inveſtituræ. d. 29. n. 18. & 19. *Meltio.*

Conſuetudo ex 3 ribus actibus, juncto decennii lapſu inducta demonſtrat quæ ſint partes officii, d. 111. n. 24. *Bichio.*

Quod conſuetum eſt non faciens officialis, dicitur eſſe in culpa, ibid. n. 25.

Etiamque ratione conſuetudinis ſunt annexa officio, etſi non expreſſa, veniunt in obligatione fidejuſſoris ſuper adminiſtrando officium diligenter per officialem, ibid. dict. d. 111. n. 25.

Conſuetudo facit authenticam ſcripturam privatam, d. 181. n. 2. *Royas.*

Contemplatio.

Contemplatio ſecundi viri præſumitur habita fuiſſe à muliere binuba in odium filiorum primi matrimonii, quando in caſu contradictionis ipſorum ſuæ odioſæ diſpoſitioni impoſuit caducitatem alicui portioni, & illi reliquit executorem primus ſecundum virum, deinde ſuos filios hæredes inſtitutos, cum pleniſſima liberatione à redditione rationum. d. 55. n. 25. *Corrado.*

Conteſtatio.

Per Conteſtationem litis remanet ſublata bona fides. d. 144. n. 3. *Royas.*

Conteſtatio litis ſine dubio, & indiſtinctè inducit nullam fidem, ib. n. 14.

Contractus.

Contractus initus à Pupillo, licèt cum ſolemnitatibus ſtatuti, quando nihil ex eo lucratur, ſed potius Jus ſuum remittit, reſolvitur in meram donationem, & eſt prorſus nullus. dec. 3. n. 28. *Bichio.*

In fine Contractus, Clauſulæ Univerſales poſitæ reſtringuntur ad cauſam ſuperius expreſſam, ita ut nihil ampliùs comprehendant, & maximè quando ſunt in executivis Inſtrument. ibid.

Contractus ſimulatio convincitur ex cauſa ſimulandi, concurſu ſaltem quarum conjecturarum. dec. 8. n. 2. *Otthobono.*

Quando Contractus nullus, & efficax præceſſit mutui Apocham, ſatis ſimulandi cauſa deducitur, ibidem. num. 3.

Contractus in quo pacta ſolita apponuntur, & conventiones ſolitæ omittuntur, magnam præ ſe fert inveriſimilitudinem, quæ plurimum obtinet, ut contractus ipſe claudicet. d. 22. n. 9. *Corrado.*

Contractus ſimulatus non poteſt confirmari juramento pro obſervantia appoſita. d. 23. n. 16. *Corrado.*

Contractus ubi ſunt plures ſuper eadem re debent ſinguli cum eorum affectibus & conventionibus diſtinctè conſiderari. d. 24. n. 33. *Corrado.*

Contractus factus poſt aliquem contractum debet diverſo jure cenſeri, & idem contractus cum primo non debet reputari. d. 27. n. 47. *Corrado.*

Contractus præſumitur approbatus, & cum conſenſit ex præſentia interventu, & fidejuſſione illius de quo agitur. d. 26. n. 13. *Corrado.*

Contractus filii fam. per conſenſum Patris validitatem acquirit. d. 31. n. 7. *Corrado.*

In Contractu verba coram Me Notario, &c. manualiter, &c. habuit & recepit ad N. præſenti danti, &c. in tot Juliis, & Teſtonibus, & Duplis aureis, &c. appoſita, ſive ſimilia verba in Inſtrumento appoſita numerationem probant. d. 43. n. 35. *Ghiſterio.*

Contractus in eodem inſtrumento contenti ſunt ad invicem independentes, & non correſpectivi, quando unus non venit ad terminationem alterius; ſecus autem è converſo. d. 49. n. 17. *Cerro.*

Contractus plures in eodem inſtrumento tunc dicuntur ad determinationem unius alterius quando alias ad alterum illorum contrahentes non deveniſſent, ibid. n. 18.

Contractus venditionis bonorum emphyteuticorum cum expreſſa reſervatione ejus dominii, ac poſſeſſionis uſque ad integram pretii ſolutionem, & interim locatio ſub annua penſione, non requirit domini directi conſenſum, aliàs in alienatione neceſſarium. d. 51. n. 19. *Corrado.*

Index Rerum

Ex ipſa Contractus locationis natura, ex quo perſeveratum eſt in conductione præſumitur eodem pretio, & conditionibus renovata, & præſumitur perſeveraſſe niſi contrarium probetur & ſufficit ad effectum de quo agitur, quod bona prædicta tanti fuerint ſolita locari. d. 53. n. 26. 27. & 28. *Arguelles.*

Contractus eſt uſurarius ille, per quem alteri qui ſubit omne periculum capitalis, conceditur pars lucri, quatenus certam ſummam excedat, non autem ſi non excedat. d. 101. n. 30. *Bichio.*

Quod contraxerit ſocius jus nomine proprio, eſt conjectura, quæ poteſt levioribus probationibus tolli. d. 102. n. 6. *Celſo.*

in Contractibus, qui ad invicem compatiuntur, nec ſecundus alteri obverſatur, novatio non cenſetur inducta. d. 120. n. 13. *Veroſpio.*

Contractus eſſentia regulariter declaratur ex verbis. d. 122. n. 1. *Cerro.*

Modicitas annuæ præſtationis arguit Contractum eſſe emphyteuticum, ibid. n. 2.

Contractum eſſe emphyteuticum, ex quo pacto argui poſſit, ibid. n. 3.

in Contractibus non attenditur, quod unus ſenſit, ſed quod ambo ſimiliter crediderunt, d. 133. n. 9. *Cornelio.*

Contractus cambiorum & depoſiti ſunt inter ſe diverſi. d. 149. n. 16. *Veroſpio.*

Contractus litterarum cambii dicitur nominatus, cum reputetur emptionis, & venditionis, ibid. num. 18.

In contractu litterarum cambii acceptatio litterarum fit pro pecunia ſolvenda, non autem ſoluta, ibid. n. 20.

Contractus cambii non poteſt dici impletus, ob non ſolutionem pecuniarum, ibid. n. 24.

A contractu quamvis nominato, quis poteſt recedere, dum adimplementum ab altera parte faciendum eſt impoſſibile, ibid. n. 25.

Contractus à conventione partium legem accipiunt, d. 156. n. 9. *Carillo.*

In contractibus nominatis non licet recedere ob non implementum alterius partis, ſed agi debet ad implementum, & ad intereſſe. dec. 173. n. 5. & 6. *Royas.*

Contractus primi nullitate ſtante non poteſt ille in alium contractum validum converti. deciſ. 176. n. 2. *Royas.*

Contractus filii familias initus cum conſenſu Patris valet, ibid. n. 12.

Contractus nullus per acquieſcentiam non cenſetur ratificatus, nec per lapſum temporis. deciſ. 184. n. 1. 6. *Royas.*

Contractus nullus non ratificatur, ſi poſtea convertatur in alium contractum validum, ibid. n. 4.

Contradictor.

Contradictor legitimus cum titulo eſt poſſeſſor ad impediendum judicium executivum immiſſionis. d. 76. n. 3. *Otthobono.*

Contradictor legitimus in immiſſionis Judicio non poteſt dici ille, qui vitioſè poſſidet, ac titulum habet invalidum, ibid. n. 4.

Contradictor legitimus quis dici non poteſt, non docto in continenti de jure ſuo. d. 40. n. 11. *Cerro.*

Contradictor legitimus ille dicitur, ad quem cauſa ipſa, ejuſque defenſio particulariter ſpectat, d. 54. n. 7. *Corrado.*

Contrapoſitio.

Ex contrapoſitione debiti, & crediti in libris Mercatorum inducitur compenſatio, & debiti extinctio. d. 164. n. 2. *Royas.*

Contrarietas.

Contrarietas, ut evitetur, facienda eſt interpretatio. d. 154. n. 8. *Bichio.*

Contumacia.

Contumacia poſſeſſoris, ſive detentoris bonorum ſatis excuſatur ob quamlibet cauſam, etiam probabilem & coloratam, quam haberet contradicendi. d. 36. n. 15. *Corrado.*

In contumaciam partis Judex poteſt decernere ſcripturas haberi pro recognitis. d. 105. n. 2. *Bichio.*

Conventio.

Conventione partium acquiritur auctoritate Judicis jus exequendi. d. 73. n. 7. *Arguelles.*

Conventionis actus, qui juxta legem, non expeditur intra certum tempus dum tantum de utriuſque partis conſenſu, poſt dictum tempus expleatur remiſſum quodcumque intereſſe inde reſultans cenſetur, ſi intra tempus conventum fuiſſet expeditus. d. 74. n. 13. *Veroſpio.*

Conventio facta pro majori cautela non debet converti in præjudicium. d. 94. n. 7. *Noze.*

Ad Conventionis hypothecæ initium, eveniente caſuali conditione retrotrahitur obligatio. d. 99. n. 6. *Decano.*

Conventio partium non poteſt facere licitas uſuras de jure prohibitas. d. 117. n. 5. *Celſo.*

Conventio ſecuta inter partes de fructibus recompenſativis, eſt ſervanda. d. 103. n. 3. *Royas.*

Conventio fructuum recompenſativorum ad rationem ſeptem pro centenario, quando poſſit eſſe licita. d. 159. n. 8. *Royas.*

De conventionis exceſſu quoties conſtat, toties ea redditur illicita. d. 161. n. 9. 10.

Correſpectivus.

Ex natura correſpectivorum, ſublato uno corruit & alter. d. 192. n. 3. *Royas.*

Corruptela.

Corruptela. dicitur conſuetudo, quæ eſt contra immunitatem Eccleſiaſticam. d. 151. n. 17. *Carillo.*

Creditor. Creditum.

Remiſſio debitori hypothecæ facta ab anteriori creditorum in concurſu præjudicat remittenti, quoad prioritatem, ita ut anterioritas ſibi remaneat inofficioſa contra creditores hypothecarios. dec. 5. n. 4. *Bichio.*

Creditori jus competens agendi ante diem, ſi debitor conditionem deterioraverit, exercibile non eſt ad effectum exigendi, ibid. n. 27.

Vide in verbo *Obligatio* d. 4. n. 8. & d. 7. n. 3. 10.

Creditor in ſtatu exigendi pecunias à ſuo debitore, qui ſit Mercator publicus in Nundinis, cambia exercere ſolitus, quando non exigit, illas penes eundem debitorem concurrente aliqua conſenſus conjectura, in Nundinis cambiorum exercendas, dimittere cenſetur. d. 7. n. 14. eo maximè ſi debitor in Nundinis ære vel credito eam ſummam reperire, ac paratam poteſt, ibid. n. 15. *Decano.*

Creditor non impeditur, quotieſcumque debitor condemnatus facit novas probationes, quin novis juribus, & probationibus uti valeat, ad elidendam probationem jam factam. d. 10. n. 9. *Meltio.*

Creditor ex cauſa oneroſa in judicio ſubſidiario deficientibus aliis bonis, poteſt avocare bona à creditoribus poſterioribus cum cauſa lucrativa, ut ſibi ſatisfiat. dec. 14. n. 13. *Terracinen.*

Creditor ex cauſa oneroſa, poteſt avocare à poſteriore ex cauſa lucrativa, etiam pecunias bona fide conſumptas, ibid. n. 15.

Creditor anterior, ſolam perſonalem habens, regulariter non poteſt avocare Pecunias poſteriori ſolutas. d. 18. n. 4. *Albergato.*

Creditor anterior, etiam cum ſola perſonali poteſt avocare pecunias poſteriori ſolutas, ex cauſa dotis, & lucri, n. 6.

Creditori poſteriori pecuniæ ſolutæ ex cauſa oneroſa poſſunt retrahi per anteriorem, ut de communi opinione

Notabilium.

opinione teſtatur à pluribus. ibid. n. 7.

In creditorem ceſſat hypotheca per ſubſtractionem Dominii rei hypothecatæ. dec. 19. n. 4. *Corrado.* ampliatur. n. 5.

Creditor, recepto rei hypothecatæ pretio ejuſdem rei commodum ſubſtantialiter conſequutus eſt, perinde ac ſi illam penes ſe haberet, ita quod finalem adjudicationis effectum obtinuit, ibid. n. 8.

Creditor inops, & pecuniis etiam in exiguis ſummis indigens, ſi in longum tempus crediti differat exactionem eſt in cauſa quod oriatur inveriſimilitudo debiti. d. 21. n. 9. *Otthobono.*

Creditor adminiſtrans opulentum Patrimonium debitoris præſumitur ſibi ſatisteciſſe de credito in bonis adminiſtrationis, donec redditio rationum, &c. aliter conſtet. d. 23. n. 4. *Corrado.*

Creditores, tempore finito cur debeant inveſtigare, cum quo negotiantur. d. 30. n. 7. *Ghiſlerio.*

Creditoris pacta vigore quorum inita eſt ſocietas, & tempus durationis ejuſdem debent ſciſcitari, ibid. n. 8. Vide in verbo *emptor.* d. 32. n. 18. &c.

Creditoribus competi retentio adverſus legatarium. d. 34. n. 8. *Cerro.*

Creditoribus incumbit onus probandi hæreditatis inopiam adverſus legatarium, ibid. n. 10.

Creditores teſtatoris non tenentur diſcutere res admodum intricatas, & litibus involutas, ſed poſſunt ſe dirigere in rem legatam etiam ad præjudicium legatarii, ibid. n. 11.

Creditor ſub obligatione Camerali poteſt eligere unum ex pignoribus debitoris ſibi benè viſum pro ſatisfactione ſui crediti, ibid. n. 14. Et teſtator non poteſt hoc jus creditoribus impedire, ibid. n. 15.

Ut creditor propria auctoritate cogere valeat, & in carcerem debitorem detrudere non ſolventem; quid per pactum fieri poſſit diſputatur remiſſivè. d. 73. n. 5. *Arguelles.*

Creditor non ſatisfactus plenè, executione in una re facta, ad aliam tranſitus fieri poteſt, ibid. n. 21.

Creditor uſque quo probetur plene ſatisfactum etiam poſt executionem, ſeu miſſionem, aut aſſecurationem ſuper una re factam, poteſt variari, & Judex, & Judicium, & remedium, & captura perſonæ, ibid. n. 23.

Cum creditoribus defuncti, hæredes adeundo ſe obligant, & quaſi contrahunt, ibid. n. 28.

Traditio rei exiſtentis penes creditorem naſcitur ex conſenſu debitoris, ei in ſolutionem ipſam rem dantis, ac deliberantis juncta ipſius recipientis creditoris acceptatione, d. 74. n. 4.

Creditoribus præjudicium nullum poteſt inferre, neque illorum gradum, & participationem ullo pacto turbare, modus ſolutionis inter emptores, & venditores variatus. d. 75. n. 16. *Cerro.*

Vide in verbo *calculus.* d. 77. n. 2. &c.

Jus vendendi creditoribus pluribus totum hypothecatum tundum, competit cuilibet ex illis, etiam aliis ſatisfactis; Pariterque ſi plures creditores fundum hypothecatum poſſideant, alterove illis ſatisfacto, poteſt aliter peragere bonorum venditionem. d. 76. n. 14. & 15. *Otthobono.*

Alienatio debitoris non poteſt facere conditionem creditoris deteriorem. d. 99. n. 4. *Decano.*

Creditum aliquod non probatum à quibus compenſationis exceptio non poteſt admitti in illorum præjudicium. d. 10. n. 7. *Meltio.*

Ut crediti ſolutio habeat vim ſolutionis in emptione, & inducere poſſit novationem, quid requiratur ad hoc. d. 13. n. 1. *Veroſpio.*

In creditis dos non debet conſtitui ex officii ſocietatibus, & ſimilibus, cum ut plurimum ſint difficilis exactionis, & ideò in his terminis habentur, ac ſi non exiſterent. d. 16. n. 23. *Bichio.*

Extrema Salviani ſunt Creditum cum hypotheca; Poſſeſſio debitoris de tempore obligationis, & peſſeſſio præſens detentoris, contra quem dirigitur actio; quibus concurrentibus omiſſio eſt concedenda.

Vide verbo *creditor.* d. 34. n. 14. &c.

Pro credito illiquido non competit retentio. d. 47. n. 7. *Royas.*

Creditum inter ſocios ſuper aliquo negotio ex aſſignatione totius negotii cum clauſulis pleniſſimis translationem dominii importantibus, ac omnibus juribus activis & paſſivis, facta ab altero ex ipſis, vel remanet imputari. d. 58. n. 3. *Veroſpio.*

An de credito Actoris liquido conſtet cognoſcere prætenſa poſt litem cum adverſario conteſtatam cambia, quando non debentur uti cambia; an debeantur ſaltem ratione damnorum, & intereſſe, cadit ſub illa inſpectione, d. 90. n. 9. *Peutingero.*

Creditum illiquidum nullo modo præbere poteſt retentionis commodum. d. 76. n. 12. *Otthobono.*

Ex crediti ſatisfactione, ceſſante immiſſione etiam in Salviano, illi qui poſſidebant, ſunt procul dubio redintegrandi ad eorum priſtinam poſſeſſionem, & contra denegantem reſtitutionem datur actio ſpolii d. 82. n. 1.

Pro credito illiquido, & incerto non competit retentio. d. 47. n. 7.

Creditores, qui ſunt actores, habent onus probandi cambia. d. 101. n. 1. *Bichio.*

Creditore ſolum interveniente, confeſſio facta per debitorem non præjudicat juribus aliorum creditorum etiam poſteriorum, ibid. n. 1.

Creditum concludenter probatur ex ſolidatione, & quidem in ſumma ibi firmata, d. 103. n. 1. *Celſo.*

Maximè ſi cauſa debiti fuit expreſſa in ea. ibid. n. 2.

Creditori, cui facienda eſt ſolutio, ſufficit negare ſibi factam fuiſſe ſolutionem. ibid. n. 6. *Celſo.*

Creditum probatur per publicum inſtrumentum, d. 117. n. 5. *Bichio.*

Crediti contracti remiſſio, quæ ſapit donationem, inducitur per confeſſionem de recepto. dec. 109. n. 6. *Celſo.*

Creditoribus non competit hypotheca ſuper bonis ad hæredem debitoris ſpectantibus. deciſ. 110. n. 1. *Cerro.*

Cum creditoribus hæreditatis contrahit hæres, adeundo hæreditatem, ibid. n. 2.

Contra creditorem poſſidentem, & anteriora jura habentem non datur immiſſio l. ibid. n. 6.

Creditoribus anterioribus, præfertur hypotheca tacita dotis, ſi habens expreſſam hypothecam in bonis quæſitis à debitore poſt ipſius dotis hypothecam. d. 110. n. 7.

Creditor facit propria ea bona debitoris, ſibi per Judicem adjudicata. d. 110. n. 8. *Cerro.*

Crediti anterioritas juſtificatur ex inſtrumento, ibid. num. 11.

Creditor quis apparet ex inſtrumentis in actis productis. d. 112. n. 1. *Celſo.*

Creditor bene poteſt agere contra debitores ſui debitoris, etiam non facta excuſſione, attenta Obligatione camerali d. 113. n. 3. *Celſo.*

Creditum probatur ex publico inſtrumento. ibid. n. 4. & d. 114. n. 1.

Vel ex Apocha trino teſte munita. ibid. n. 5.

Vel ex confeſſione partis in d. inſtrumento, ib. n. 2.

Creditor accipiens à ſuo debitore rem æquivalentem ſatisfactioni ſui crediti, præſumitur ſatisfactus, donec contrarium plenè, & concludenter probetur. d. 114. n. 5. *Celſo.*

Creditor ſi vendat rem à ſuo debitore acceptam, & concludenter non probat quid ex tota re retractum fuerit, tunc intrat præſumptio ut ipſa res ſufficiens fuerit pro ſatisfactione debiti, ibid. n. 6.

Index Rerum

De creditoris ordine ſolvens alicui debitor liberatur, d. 114. n. 15. *Celſo.*

Creditor, qui in ſatisfactionem ſui crediti fuit contentus accipere nomen debitoris ceſſi, non poteſt deinde ad primævas actiones, & jura redire; quia debitum unius, & creditum eſt extinctum. d. 15. n. 1. *Bevilaqua.*

Creditum probatur ex exhibitione inſtrumenti. ibid. num. 2.

Crediti reſoluti ceſſio, uti nulla non extinguit debitum, ſed remanet illæſa prima obligatio creditoris erga debitorem. ibid. n. 4.

Creditor ſi accipiat jura ceſſa, tunc extinguuntur omnes actiones ad favorem ipſius contemplatione cedentis. ibid. n. 8.

Crediti exiſtentia verè, & liquidè ſupponenda eſt, ut compenſatio locum habere poſſit. ibid. n. 5.

Creditum debet eſſe liquidum in ſubſtantia, & quantitate. d. 116. n. 1. *Bevilaqua.*

Creditum quando dicatur incertum, vel illiquidum ad effectum retentionis. ibid. n. 2.

Creditor ſi immiſſus fuerit in poſſeſſionem annorum debitoris, intrat exceptio, quod credita aut fuerunt extincta per compenſationem cum fructibus faciendam. ibid n. 3.

Aut adeo diminuta, & effecta illiquida, ut niſi iterum liquidentur non valeat affirmari de illis conſtare. ibid. n. 4.

Creditori datur retentio, quando ad eum bona perveniunt ex eadem cauſa illius crediti, pro quo vult retinere; ſecus ſi ex diverſa. deciſ. num. 5. *Bevilaqua.*

Cum creditis compenſare fructus non tenetur fideicommiſſarius, nec illos reſtituere, cum ipſos ſuos faciat. ibid. n. 6.

Creditores non poſſunt fructus pecuniæ debitæ prætendere; non quando non ad debitorem ſed ad illos ſpectat onus inveſtiendi. d. 117. n. 13. *Celſo.*

Creditum cum hypotheca prodatur ex publico inſtrumento d. 119. n. 2. *Albergato.*

Creditum dotis illiquidum non retardat immiſſionem in Salviano. ibid. n. 10.

In crediti computum imputatur exactio indebitè facta. ibid. n. 9.

Creditum jam extinctum non poteſt amplius reviviſcere. ibid. n. 15.

Creditor creditorum ſuccedit in eorum locum ac jus habent, ac exercere poſſunt omnes actiones utiles, quas fui debitores exercere valent. deciſ. 139. n. 13. *Cerro.*

Creditor & debitor ejuſdem cenſus quis eſſe non poteſt. d. 140. n. 9.

Creditor qui vigore ordinis ſui debitoris ab aliquo pecunias recipit ſimpliciter, & abſque conditione condemnari non poteſt reſtitutioni. deciſ. 139. n. 1. *Royas.*

Creditori cui fuerunt per debitorem data bona in ſolutum, licèt manutentio non competat ob invaliditatem dationis in ſolutum, competit tamen retentio. d. 151. n. 22. *Carillo.*

Intellige. concluſionem procedere, ubi creditum eſt omnino liquidum, aliàs ſecus. n. 23.

Creditor ſpeciei poteſt ſpeciem ipſam vindicare, vel ſuper ea executionem facere, quatenus extet. dec. 16. n. 12. *Royas.*

Creditore volente quælibet ſatisfactio eſt vera ſolutio. ibid. n. 12.

Creditor ante diem ſolutionis non poteſt agere contra debitorem vigore obligationis ad ejus favorem factæ. ibid. n. 16.

Creditor hypothecarius in re ipſa hypothecata, eſt præferendus aliis creditoribus. deciſ. 164. num. 7. *Royas.*

Creditor cui pecuniæ fuerunt ſolutæ, etiamſi jura ſimpliciter ceſſiſſet, conveniri ad aliud non poteſt, quam ad reſtitutionem recepti, deciſ. 177. num. 8. *Royas.*

Creditor, qui cauſam non dedit, evicta re ad aliud non tenetur, quàm ad reſtitutionem pecuniarum. d. 26. n. 9.

Creditum cum hypotheca, probandum venit in judicio Salviani. d. 146. n. 1. *Cerro.*

Crediti probatio quando dicatur requirere ampliorem indaginem. d. 153. n. 13. *Corrado.*

Creditum illiquidum non debet admitti ad impediendam ſententiæ prolationem ſuper debito liquido & claro. d. 153. n. 15. *Corrado.*

Creditum quando dicatur illiquidum. deciſ. 153. n. 5. *Corrado.*

Creditum liquidum non poteſt compenſari cum illiquido, & turbido. d. ibid. n. 6.

Ad creditum liquidandum eſt aſſignandum congruum tempus. d. ibid. n. 7.

Crediti oppoſitio quando fuit dilata, poſtquam ſunt lapſi termini ſubſtantiales, tunc Judex longiorem dilationem diſcernere non tenetur. d. ibid. n. 8.

Creditum, ſi dicatur quod non eſt liquidum, non ex hoc dicitur reprobatum. d. ibid. n. 27.

Creditum, quando erit liquidatum, tunc de eo habenda erit ratio. d. ibid. n. 28.

Credita ad impediendam reſtitutionem adducta, ut illam impediant clara eſſe debent. deciſ. 188. n. 2. *Royas.*

Ita ut ſi altiorem requirant indaginem retentio non competat. d. 188. n. 3. *Royas.*

Creditum illiquidum nequit impedire manutentionem. d. 193. n. 5. *Royas.*

Crediti probatio facta per confeſſionem partis adverſæ ſuperat omnem probationem. dec. 153. n. 2. *Corrado.*

Crediti anterioris exceptio fruſtra allegatur contra creditum poſterius, ſi illud appareat ſatisfactum d. 160. n. 5. *Royas.*

Credita hæredis adeuntis ſine inventario præſumuntur conſumpta ex alienationibus factis ab ipſo. d. 44. n. 4. *Royas.*

Culpa.

Culpa propria nemo juvari debet. d. 3. n. 15. *Bichio.*

Culpa, vel negligentia viri, vel non inveſtiendo, vel etiam in non exigendo dotem mulieri præjudicare non poteſt, maximè quando fuit ab alio, quàm ab ea promiſſa. Et vir quomodocumque ſemper dotem reſtituere tenetur, ibid. n. 16.

Ex culpa, vel tarditate unius partis probationes poſtea ſuo tempore omiſſæ factæ in alio judicio ad juſtificandam ſententiam, ſeu decretum, non debent parti officere. Et quæ fit ratio. deciſ. 36. num. 16. *Corrado.*

Culpam leviſſimam non præſtat locator operarum, d. [illegible] n. 4. *Bichio.*

Sed vide de contraria. ibid. n. 5.

Culpa locatoris abeſt, ſi omnia facta fuerint, quæ diligentiſſimus quiſque obſervaturus fuiſſet, ibid. num. 5.

Si de culpa levi tenetur locator in lege, multo magis tenebitur ex promiſſione de diligenter adminiſtrando, ibid. n. 8.

Natura locationis obligantis ad levem ſolum culpam interpretatur verba inſtrumenti, *diligenter adminiſtrando.* ibid. n. 9.

Culpa leviſſima eſt præſtanda à locatore, ſi id promiſit. ibid. n. 18.

Si videlicet poſuit in locatione, *diligenter, & qua decet diligentia, &c.*

Vel ſi promiſit præſtare *omnem culpam*, ibid. n. 19.

De culpa leviſſima poteſt conductor cum locatore paciſci.

ciſci. d. 16. ibid. n. 21.

In culpa lata eſt, qui eſt negligens in actione, & in officio ſuo. ibid. n. 22.

In culpa eſt officialis, quando non facit id, quod fieri eſt conſuetum. ibid.

Curator.

Evicta re, potest emptor petere à venditore pretium non ut pretium sed ut interesse. d. 113. n. 6.

Evictio ut alicui præjudicet, debent illius intimari molestiæ. d. 125. n. 7. *Royas.*

Evictionem prætendere non potest qui fuit causa evictionis, ibid. n. 12.

Emptor qui assensum Domini directi impetrare tenebatur si illum non impetravit, ac proinde res ipsi fuerit evicta, non potest agere de evictione, ibid. num. 9.

Evictio quando debeatur, quamvis proveniat ex natura rei. d. 150. n. 8. *Meltio.*

Evictio dicitur promissio, quando quis se obligavit, in se suscipere omnem litem, ibid. n. 10.

Evictionis secuta in parte, quoque illa debetur nisi constet, quod emptor, nisi totum fuisset empturus, ibid. n. 26.

Exactio.

Vide in verbo creditor. d. 74. *n.* 11. *Verospio.*

Exactio indebitè facta venit imputanda in computum crediti. d. 119. n. 19. *Albergato.*

Exigi non possunt fructus dotales post mortem uxoris, quia cessant matrimonii onera, quorum ratione percipiuntur, ibid. n. 8.

Exactio fructuum cessat, cessante mora. d. 120. num. 16.

Examen.

In testibus cessat subornationis timor ubi examen aliorum testium in eadem causa examinatorum non est publicatum, & eo maximè quando petitur examinari testes super diversis articulis. d. 2. n. 29. *Royas.*

Exceptio.

Exceptio compensationis non potest admitti in præjudicium illorum, quorum non probatur aliquod creditum. d. 10. n. 7. *Meltio.*

Exceptio ad effectum, ut pro relevanti sit admittenda, opponenda est specificè, non autem in genere, ib. n. 18.

Vide in verbo fideicommissum. d. 16. 19. & 31. *Bichio.*

Exceptio tertii apposita non relevat nisi concludenter probetur. d. 32. n. 16. *Cerro.*

Exceptio apponi non potest a tertio nisi concludenter per eum probetur. d. 25. n. 15. *Cerro.*

Vide in verbo testis. d. 8. n. 7. *Cerro.*

Exceptio de jure tertii non admittitur in judicio possessorio. d. 85. n. 9. *Celso.*

Exceptio de jure tertii rejicitur. d. 4. n. 9. *Meltio.*

Exceptio requirens altiorem indaginem non retardat executionem mandati A. C. d. 104. n. 9. *Bichio.*

Exceptio turbida non retardat executionem Cameralis Obligationis. d. 11. n. 16. *Celso.*

Exceptio donationis legitimæ, quæ fideicommissario competebat, competit etiam emptori bonorum illius. d. 127. n. 11. *Ghisterio.*

Amplia conclusionem procedere, quamvis ipse fideicommissarius per præcedentem donationem omnia bona fideicommisso subjecisset. ibid.

Exceptio quando requirat altiorem, vel breviorem indaginem, id remittitur arbitrio Judicis. d. 153. n. 12. *Corrado.*

Exceptio illiquida non potest impedire executionem obligationis cameralis. d. 159. n. 11. *Royas.*

Exceptio *Nostra interest*, quid importet. d. 85. n. 8.

Excessus.

Excessus in dote, est probandus ab eo, qui illum prætendit, quia dos semper congrua præsumitur. dec. 16. n. 24. *Bichio.*

Excessus prætensus in deliberatione, debet concludenter probari. d. 77. n. 3. *Otthobono.*

Eo modo, quo excessus evitatur, intelligenda sunt mandati verba, ibid. n. 6. Excessus excluditur ex non impugnatione partitarum in actis, parte citata productarum. ibid. n. 8.

Excessus mandati nullum reddit ipsum mandatum, adeò ut exequi nullo modo possit. dec. 164. n. 15. *Royas.*

Excessivitas.

Excessivum mandatum, & executioni non demandatum sustinetur de stylo A. C. in summa debita. dec. 107. n. 25.

Excussio.

In Excussione facienda contra pecunias depositas in banco notoriæ decoctionis, non est necessaria ulterior executio. d. 18. n. 12. *Albergato.*

In Excussione bonorum hæreditariorum, necessaria est citatio hæredis, & deputatio duorum executorum cum judicis decreto, excussionem esse legitimè factam declarantis, ibid. n. 14.

In Tribunal. A. C. forma judicii non attenditur in rigore. Ideo in excussione, si unus tantum ibi deputatur executor, non tam prævertitur excussionis forma, ibid. n. 18.

In Excussione sufficiunt etiam diligentiæ per unum executorem factæ, ibid. n. 16.

Excussione non facta debitoris, potest creditor ex obligatione Camerali agere contra debitoris ipsius debitores. d. 113. n. 3. *Celso.*

Inexigibilitas debitoris probatur ex cessione bonorum per eum facta, ibid. n. 3.

Excussio non requiritur, ubi notoriè apparet de inexigibilitate creditoris, ibid.

Executio.

Executioni apposita conditio, quando censeatur, non obligationi. d. 26. n. 3. *Terracinen.*

Executio non est necessaria ulterior in facienda excussione contra pecunias in banco depositas decoctionis notoriæ. d. 18. n. 13.

Testatoris declaratio de solutione legati facienda ex certis redditibus non respicit substantiam legati prius facti, sed illius executionem per viam demonstrationis, non autem conditionis, vel taxationis, dec. 20. n. 16. *Corrado.*

Executio paratur, sed per pactum executivum, ut quis pro debito in carcerem detineatur, potest pacisci. d. 73. n. 9. *Arguelles.*

Executionem paratam habere census instrumentum, sæpissimè tenuit Rota, ibid n. 13.

Executione facta in una re, potest ad aliam fieri transitus, ubi non est creditor plenè satisfactus, in via executiva potest variari, usque quo creditorem probetur plenè satisfactum etiam post executionem, seu immissionem, aut assecurationem super una re factam, potest variari, & judicium, & remedium,

Index Rerum.

& captura perſonæ. deciſ. 73. n. 21. 22. 23. *Arguelles.*

Executio conceſſa à ſtatutis publicis inſtrumentis, nullo modo comprehendit clericos. ibid. n. 24.

Citationis reproductio non alia ratione requiritur, quàm ad effectum reddendi certum judicem de vera, & actuali monitorii executione. d. 86. n. 5. *Meltio.*

Executio ſic cœpta, impedit curſum præſcriptionis ſecundum opinionem, quam ſequitur Rota d. 44. n. 24. *Corrado.*

In executivis etiam judiciis, liquidatio intereſſe Societatis debitè facienda eſt. dec. 101. n. 5. *Bichio.*

Executivè proceditur pro debito in nundinis contracto. d. 104. n. 16. *Bichio.*

Executiva via, quæ competit, ubi exhibetur publicum inſtrumentum teſtamenti, locum habet in inſtrumento minus ſolemni à parte confeſſato, & effectuato. ibid. n. 18.

Executio mandati A. C. non retardatur per exceptionem requirentem altiorem indaginem, ibid. num. 19.

Executiva via præſervatur ad novam mandati relaxationem, per clauſulam, *Si quid exequendum, &c.* ſi conſtat de bono jure. d. 107. n. 2. *Bichio.*

Executionem paratam habet Obligatio Cameralis, & in vim illius poteſt executivè procedi. d. 109. n. 1. & deciſ. 111. n. 1. *Bichio.*

Executio mandati ſolum ſuſpenditur per clauſulam, *Si quid exequendum*, donec de ejus juſtitia cognoſcatur, illæſa remanente obligatione, ibid. n. 1.

Executio Obligationis Cameralis non retardatur per clauſulam, *Si quid exequendum*, ſtante ejus juſtitia, & validitate. d. 112. n. 4. *Celſo.*

Executor.

Vide in verbo excuſſio. dec. 18. n. 12. 16. 17. 18. *Albergato.*

Exæquatio.

Exæquationes juris attenta fideicommiſſarii & legatarii atteſtatione, cenſentur æquè delicti. dec. 58. n. 8. *Veroſpio.*

Exhibitio.

Exhibitio, & oblatio, niſi ad actum perducatur, nihil ponit in eſſe. d. 34. n. 4. *Cerro.*

Ad Exhibitionem teſtamenti non variati, nec cancellati, in quo exhibens inſtitutus ſit hæres, conceditur immiſſio, *ex remed. l. fin. C. de. ed. div. Adr. toll.* d. 87. n. 8. *Celſo.*

Exiſtentia.

Per Exiſtentiam religionis ultimæ ex ipſa ad effectum devolutionis emphyteuſis linea non poteſt dici finita, dum ſaltem ejus vita durante bonorum commoditas remaneat penes monaſterium declaratur. d. 79. n. 7. *Cerro.*

Exitus.

Exitus acta probat. d. 153. n. 14. *Corrado.*

Exoneratio.

Exoneratio gravaminum in hæreditate non ſolius proprietarii ſed uſufructuarii etiam commodum, & contemplationem præ ſe fert. d. 46. n. 27. *Corrado.*

Expreſſio.

Expreſſio in diſpoſitione, quod per deficientiam unius, alter in ejus locum ſubrogetur ex propria ejus natura vocationem per mortem videtur ſignificare. d. 81. n. 6. *Cerro.*

Expreſſa hypotheca, obtenta ad anteriore creditore in bonis quæſitis à debitore poſt dotis hypothecam, non habet prælationem cum ipſa tacita dotis. dec. 110. n. 7. *Cerro.*

Extinctio.

Extinctum creditum præſumitur per compenſationem cum fructibus, ex immiſſione creditoris in poſſeſſionem bonorum debitoris. d. 116. n. 3. *Bevilaqua.*

Extinctio ejus debiti in dubio præſumitur, quod durius eſt, ut ſi gravatum ſit uſuris. d. 120. n. 8. *Veroſpio.*

Extinctum illud debitum in dubio præſumitur, quod eſt magis proportionatum quantitati pecuniæ ſolutæ, nec in aliam cauſam ea ſolutio facta creditur, ibid. n. 10.

Extinctum creditum amplius non reviviſcit, ibid. num. 15.

Extraneus.

Clauſula *perpetuum* in conceſſione appoſita de ſui natura tranſitoria ad extraneos, perpetuam conceſſionem inter perſonas comprehenſas, illa tamen non extenditur ad extraneos vocatos. d. 78. n. 20. *Cerro.*

In Extraneos ex curſu temporis non præſumuntur, beneplacitum Apoſtolicum, aliæque ſolemnitates in alienatione emphyteuſis Eccleſiæ requiſitæ, niſi ſimul ad obſervantiam concurrat. d. 79. n. 4. *Cerro.*

Pro Extraneis etiam proceditur in Emphyteuſi privatorum, vel Emphyteuſi Eccleſiaſtica conceſſa & cum ſolemnitatibus requiſitis. d. 79. n. 9. *Cerro.*

Si verò in Emphyteuſi Eccleſiaſtica non tranſitoria ad extraneos, in qua deficiunt ſolemnitates requiſitæ, & beneplacitum Apoſtolicum, ibid. num. eod.

Extremum.

Extrema requiſita in Salviano ſunt poſſeſſio bonorum, de quibus agitur in obligatio de tempore obligationis: moderna poſſeſſio illius cum quo judicium intentetur. d. 47. n. 1. *Royas.*

F.

Factum.

NOn eſt ſtandum proteſtationi contrariæ facto. d. 95. n. 30. *Meltio.*

Factum. d. 194. n. 1. *Royas.*

Factum. d. 195. n. 1. *Royas.*

Factum. d. 196. n. 1. *Royas.*

Facto alterius nemo debet prægravari. 158. n. 16. *Veroſpio.*

Procedit circa illud factum, & ſpeciem illius contractus, non tamen alias qualitates. d. 176. n. 11. *Royas.*

Facultas.

Clauſula conſtituti ad favorem cenſuarii, præbet ipſi Facultatem capiendi propria auctoritate fructus rei cenſuatæ, ad effectum ſibi ſatisfaciendi de fructibus cenſus. dec. 16. n. 3. *Bichio.*

Et hæc ſola Facultas in omni contractu ſufficit pro obtinenda aſſociatione. 16. n. 7. *Bichio.*

Facultas conceſſa parti legandi filiæ ſpuriæ dotem, ceſſat ſi ſpuria cum alia dote jam nupſit. d. 71. n. 15. *Bichio.*

Fama.

Fama & communis reputatio non ſufficit ad probandam Societatem, vel alium contractum. d. 108. n. 14. *Royas.*

Fama & communis reputatio ſufficit ad probandam hominis qualitatem, ibid. n. 15.

Familia.

Omnes deſcendentes teſtatoris tam ex linea effectiva, quàm contentiva, etiam in remotiſſimo tempore ultra decimum gradum progeniti uſque ad actualem linearum extinctionem dicuntur de ipſius familia, & agnatione. d. 100. n. 23. *Cerro.*

Agnationis conſervationi non proſpexiſſe videtur, dum unicum tantum vocavit, & unicum gradum ſubſtitutionis fecit, ibid. n. 7.

Melius conſervantur decor, dignitaſque ex inita bonorum conſervatione in perſonis primogenitorum quàm per illorum diſtributionem inter plures. d. 100. n. 19. *Cerro.*

In jure familiæ reliquiſſe dicitur, qui uni de familia etiam remotiori reliquit. ibid. n. 20.

Fata-

Notabilium.

Fatalia.

Cum interpellatio interpoſita fuerit, & nihil actum in cauſa fuerit, nec prorogata Fatalia, ipſa remanſit deſerta, & ſententia in rem judicatam tranſivit, perinde ac ſi nunquam ab ea fuiſſet appellatum. d. 32. n. 1. *Cerro.*

Fatalibus non prorogatis, ſententia eſt deſerta, & tranſit in rem judicatam d. 113. n. 1. *Celſo.*

Fatalia in Tribunali A. C. currunt Apoſtolica Sede vacante, & etiam tempore novendialium exequiarum. d. 168. n. 3. *Royas.*

Favor.

Legis æquitas ſemper admitti ſolet favore Domini rei venditæ ac ipſius hæredum quoties conventum pretium cum gravi ejuſdem jactura penes emptores, vel in totum, vel in aliqua ſui parte remanſerit. d. 91. n. 2. *Veroſpio.*

Etiamſi fuiſſet data conditio, de qua in juribus illis, caſualis, vel mixta ad effectum acquiſitionis dominii gratia prima ad favorem ſecundi faciendo illi collationem puram potuit revocari, ita ut dominium acquiratur ſecundo. d. 99. n. 13. *Coccino.*

Frater inſtituendo ſibi hæredes filios alterius fratris etiam futuros, & incognitos cenſetur illos inſtituiſſe favore agnationis conſervandæ. d. 100. n. 26. *Cerro.*

Regulariter quamvis minor non teneatur ex contractu nulliter facto, volens tamen poteſt compellere contrahentem ad illius obſervantiam, ex quo ſolemnitas ſtatutaria fuit illius favore inducta. d. 15. n. 11. *Meltio.*

Clauſulæ conſtitutio ad favorem cenſuarii, quæ ſuffragatur ad obtinendam aſſociationem non quia in cenſuarium tranſtulerit dominium fundi cenſualis, cum hoc reſpectu, non reſpiciat rem cenſitam, ſed cenſum. dec. 16. n. 1. *Bichio.*

Inſtrumentum conſtitutum non excludit quin ſuper eodem fundo oriatur hypotheca ad favorem emptoris cenſus, ibid. n. 15.

Objectio in confeſſione facta ob exonerationem conſcientiæ quæ attenta eadem æquitate canonicâ benè probat. Ideoque revocari non poteſt niſi erronea probetur perinde ac ſi fuiſſet jurata, vel ex tunc, vel ab ipſis quorum intereſt accepta; ſic namque magis conſulitur ſaluti animæ, in cujus favorem facta cenſetur, & ſuſtineri debet omni meliori modo, d. 20. n. 11. *Corrado.*

Fœmina.

Quando ſtatutum excludit fœminas, ſi fuerint dotatæ, expreſſa, & formalis requiritur donatio, quæ cenſetur cauſa finalis ſtatuentium. d. 50. n. 5. *Cerro.*

Excluſio fœminarum cum his verbis (nec actionem contra patruum, fratreſque habeant, nec petere poſſint) non eſt perpetua excluſio, ſed temporalis quouſque ſcilicet adſint Maſculi de Agnatione, ipſis verò defunctis fœminæ ad ſucceſſionem redintegrentur. d. 50. n. 14. *Cerro.*

Fideicommiſſum.

Æſtimatio bonorum minuitur onere fideicommiſſi adjecto. d. 24. n. 9. *Corrado.*

Valor bonorum ratione fideicommiſſi injuncti minuitur pro quantitate, Judicis arbitrio declaranda, quando non eſt ſpeciali conſtitutione determinata, ibid. n. 10.

Proprietas ſubjecta fideicommiſſo cum expreſſa prohibitione alienationis non poteſt aſſignari, neque ipſi Uſufructuario, ibid. n. 16.

Fideicommiſſum in congruitate dotis potiſſimum debet conſiderari, ibid. n. 28.

Fideicommiſſum conſtitutum in tranſactione validum eſt illis pactis, quibus initum eſt inter partes. dec. 25. n. 10. *Corrado.*

Immiſſio creditoris in bonis, quæ prætenduntur ſubjecta fideicommiſſo, ſemper datur. Ubi exceptio fideicommiſſi non eſt. d. 31. *Bichio.*

Loca montium empta ſubrogata aliis fideicommiſſariis extractis, cum eiſdem prærogativis, perinde habentur fideicommiſſaria ac ſi onus, & vinculum dicti fideicommiſſi illis à principio adjectum fuiſſet, dec. 86. n. 10. *Meltio.*

Fideicommiſſum ubi hæres gravatus ſub conditione deficientiæ filiorum illius, ipſis de tempore ejus mortis ſuperextantibus evaneſcit. d. 59. n. 14. *Corrado.*

Bulla Baronum removet impedimentum fideicommiſſi. d. 99. n. 5. *Peutingero.*

Exceptio fideicommiſſi admitti non debet ad retardandam executionem Judicii poſſeſſorii, d. 43. n. 31. *Ghiſlerio.*

Quando jam fuit deventum ad dotationem ex bonis fideicommiſſi, ſive eorum alienationem, tunc non agitur de dote conſtituta; & fideicommiſſarius, qui vult donationem, ſeu alienationem refringere allegando potuiſſe dotem conſtitui, aut ſolvi in bonis liberis; illorum exiſtentiam, in qua ſe fundat, probare debet. d. 16. n. 19. *Bichio.*

Non deficit requiſitum ſubſtantiale per abſtinen. immiſſionem vigore legis finalis, ſcilicet probationem identitatis; quandoquidem omnia Jura, & prærogativæ tranſierunt in loca ſubrogata, & habetur perinde ac ſi onus, & vinculum fideicommiſſi adjectum fuiſſet à principio locis ſecundæ, ac tertiæ erectionis. d. 88. n. 10. *Meltio.*

Nullo pacto permitti poteſt in tanto exceſſu ad præjudicium minoris ac everſionem fideicommiſſi, dum Mulier alteri nubere valet æqualis ſibi conditionis viro licet minus qualificato. dec. 24. n. 30. *Corrado.*

Onus fideicommiſſi impoſito minuit æſtimationem, quantum prudens Judex arbitratur. d. 27. n. 30. *Corrado.*

Differentia in ſpecialiter gravatos non poteſt qui reſiſtentia voluntatis in Teſtatore, quia æqualiter fideicommiſſarios prædilexiſſe cenſetur, ac legatarios ex Juris diſpoſitione in omnibus exæquatos.

Alienatio bonorum fideicommiſſo ſubjectorum ſuſtinetur ſaltem ratione legitimæ, aliarum detractionum venditoribus in bonis debitorum. d. 55. n. 16. *Corrado.*

Pro fideicommiſſi redintegratione habet fideicommiſſarius in gravati bonis hypothecam, ſi dolosè alienavit. d. 110. n. 12. *Cerro.*

Fideicommiſſarius facit fructus ſuos, nec illos reſtituere tenetur, nec cum creditis compenſare. d. 116. n. 6.

Fideicommiſſarius ſuccedens ex propriâ perſonâ, non tenetur ad debita hæredis gravati anteceſſoris. dec. 166. n. 6. *Royas.*

Fideicommiſſario non retardatur immiſſio propter detractiones oppoſitas, ſi illæ poſſent compenſari cum fructibus perceptis ex bonis à die purificatæ fideicommiſſi reſtituendis. d. 166. n. 7. *Royas.*

Fidejuſſor.

Inſtrumentum obligatione Camerali vallatum habet executionem paratam, etiam contra fidejuſſorem in ſolidum obligatum. d. 9. n. 1. *Otthobono.*

Fidejuſſores non dicuntur invicem ejuſdem ſummæ, plures qui ſunt obligati, niſi pro eadem perſonâ, & eadem ſumma apud eundem, eodem tempore, vel ſaltem contemplatione mutui periculi fidejuſſerint. d. 111. n. 2. *Bichio.*

Fidejuſſor non dicitur acceſſiſſe contemplatione mutui periculi, niſi ab initio fuiſſet conventum, quod alius detur fidejuſſor, ibid. n. 3.

Fidejuſſorum obligatio reſtringitur ad ea, quæ ratione officii, perſona ad illud aſſumpta facere tenebatur, ibid. n. 10.

Index Rerum

Fidejuſſoria obligatio non extenditur ad pertinentia partim ad unum officium, partim ad aliud, vel per accidens cum eodem officio conjuncta. d. 110. n. 11. *Bichio.*

Fidejuſſor officialis non tenetur, ſi pfficium pro quo fuit præſtita fidejuſſio aliquam præſtiterit errandi occaſionem. n. 111. d. 12. *Celſo.*

Fidejuſſor, qui acceſſit obligationi de adminiſtrando officium diligenter, & cum omni diligentia, tenetur etiam de iis, quæ ſaltem ratione conſuetudinis annexa ſunt officio, licet expreſſa non ſint. d. 111. n. 26. *Bichio.*

Fidejuſſor eſt ſervandus indemnis à principali, vel ejus hærede, etiamſi talis indemnitas non fuiſſet promiſſa. d. 165. n. 2. *Royas.*

Fidejuſſor relevari debet indemnis, quando adeſt promiſſio indemnitatis à principali cum obligatione Camerali. d. 180. n. 1. *Royas.*

Fidejuſſionis natura eſt, ut fidejuſſor conſervetur indemnis à principali licet id non ſit promiſſum. d. 180. n. 2. *Royas.*

Fides.

Quantitatis conſignatio rei convincitur ex fide mediatoris juncta atteſtatione alterius. dec. 74. num. 7. *Veroſpio.*

Fides defuncto teſte vires ſumit junctis aliis adminiculis. d. 74. n. 8. *Veroſpio.*

Fides facta ab aliquo veriſimilis, ac de facto proprio concludens ex pluribus conjecturis fulcita, ejuſque obitu adminiculata plene probat. d. 74. n. 12. *Veroſpio.*

Teſtis affectatus non eſt integræ fidei. d. 17. num. 7. *Corrado.*

Teſtes deponentes inſtrumentum fuiſſe factum exprimere debent ſic fuiſſe ſcriptum, & ſic fuiſſe lectum, aliàs non facerent fidem. d. 17. n. 5. *Corrado.*

Fides mala bene cauſatur ex venditione longè ultra dimidium juſti pretii facta. d. 144. n. 15. *Royas.*

Fides ſimplex nullum gradum probationis facit. dec. 179. n. 16. *Royas.*

Nominatio.

Filiatio probatur, Nominatione, tractatu, præſtatione alimentorum, educatione, ac communi reputatione, & fama apud omnes, & ſignanter apud vicinos.

Et quid non ſolum contra parentes ita tractantes, & denominantes, ſed etiam contra tertium præſertim aliis concurrentibus, d. 83. n. 4. *Cerro.*

Filiatio.

Confeſſio filiationis facta à Patruo conſtituit nepotem in quaſi poſſeſſione filiationis contra ipſum confitentem, & illum pro tali denominantem. d. 85. n. 8. *Cerro.*

Partita libri Baptiſmalis magnum præbet pro deſcripto argumentum filiationis in ordine ad probationem. d. 83. n. 2. *Cerro.*

Filius.

Donatio facta inter vivos, quatenus tamen donans moriatur ſine filiis non dicitur donatio cauſa mortis. d. 99. n. 22. *Coccino.*

Mater præſumitur habens æqualem affectionem erga ſuos filios. d. 100. n. 6. *Cerro.*

Inſtituens filios fratris cenſetur inſtituiſſe illos conſervandæ agnationis. d. 100. n. 26. *Cerro.*

Dote promiſſa poſt mortem Matris ſi filiæ præcedat, an extinguatur promiſſio. d. 14. n. 2. *Terracinen.*

Filii ex quocumque Matrimonio ſuſcepti ad ſucceſſionem parentum æqualiter ſunt admittendi. d. 87. n. 1. *Otthobono.*

In donatione facta Patri abſque mentione filiorum tam primi, quàm ſecundi Matrimonii poſſunt conſequi contingentem ſibi portionem rei donatæ. d. 87. n. 4. *Otthobono.*

Donatio contemplatione Matrimonii quando facta fuit viro, ac Mulieri pro ſe, ac eorum filiis ſtipulantibus de filiis, ex eodem Matrimonio eſt intelligenda ſtipulatio. d. 87. n. 6. *Otthobono.*

Filius Moriens non prohibetur teſtamento relinquens pleno jure bona ſua vice paterna adventitia patri ſuperſtiti, ſicut ea relinquere & poteſt ad extraneos. d. 42. n. 30. *Bichio.*

Pœnæ ſecundo nubentis favore filiorum inductæ, non militant in bonis aliunde, quàm ex patre-quæſitis. d. 42. n. 14. *Bichio.*

Uſusfructus hæreditatis relictæ filiis ex legis diſpoſitione acquiritur patri, ſive ſint abſolutè inſtituti, ſive in proprietate non alio addito; nullum autem jus proprietatis ipſi regulariter acquiritur. d. 46. n. 9. *Corrado.*

Legitima debetur filio naturali in bonis Aviæ; Patre prædefuncto, quæ aſſeruit fuiſſe illum firmiter ipſa inſtante legitimatum, & pro tali habere depoſuit. d. 54. n. 24. *Corrado.*

Legitima debetur filio ex dote Matris defuncta, etiam cum Teſtamento, vel illo prædefuncto ejus filiis. d. 25. n. 5. *Corrado.*

Filius cenſetur habere certiorem notitiam intentionis, ac voluntatis patris, quàm alii. dec. 26. n. 14. *Corrado.*

De ordine naturæ filius præſumitur ſupravivere matri. d. 27. n. 22. *Corrado.*

Fideicommiſſum ubi hæres gravatus ſub conditione deficientiæ illius filiorum ipſis de tempore ejus mortis ſuperextantibus evaneſcit. d. 59. n. 14. *Corrado.*

Filius continuans habitare in domo paterna & bona defuncti patris poſſidere, dicitur ſimpliciter adire hæreditatem paternam. dec. 128. n. 1. 18. *Panzirolo.*

Filiis legitima debetur, velint nolint parentes. d. 129. n. 3. *Royas.*

Filius non tenetur miſcere cum legitima quod capit ex diverſis principiis, ibid. n. 5.

Filius quod capit ex ſubſtantia matris tenetur imputare in legitimam, ibid. n. 6.

Filius tunc debet imputare in legitimam, quidquid habet ex ſubſtantia parentum. d. 129. n. 8.

Quando filius id habuit extra judicium parentum, aliàs ſecus, ibid. n. 9. 10.

Bona debita filio ex ſubſtantia matris per diſpoſitionem ſtatuti prohibentis mulieri aliis, quàm filiis relinquere bona ſua, ibid. n. 11.

Id habet filius ex præcepto ſtatuti, quamvis mater ea bona filio reliquerit in Teſtamento. d. 129. n. 12.

Statutum ſi prohibeat matri, ne aliis, quàm filiis relinquat bona ſua, ibid. n. 131.

Tunc filii tanquam ſucceſſores univerſales per conditionem ex ſtatuto, poſſunt prætendere hæreditatem recuſando diſpoſitionem Matris.

Filius quicquid habet, à patre proveniſſe præſumitur d. 145. n. *Cerro.*

Filia dum habet aliunde alimenta, non poteſt moleſtare tertium poſſeſſorem bonorum patris. d. 178. n. 2. *Royas.*

Filiis non eſt præſumendum, quod parentes voluerint præjudicare. d. 157. n. 13. *Panzirolo.*

Filiam propriam dotare, eſt debitum patris, & non patrui. d. 166. n. 1. *Royas.*

Forma.

Formæ ſimilitudo corroborat filiationis probationem. d. 83. n. 5. *Cerro.*

Forum.

Stilus fori in ordinariis probatur ex atteſtationibus Notariorum loci licet extrajudicialibus. d. 78. n. 4. *Cerro.*

Appellatio dicitur de appendiciis illius inſtantiæ cujus eſt ſententia à qua interponitur, illiuſque cauſa cenſetur eaque in ſecunda inſtantia prout etiam in prima,

prima, ità ut proinde ſemper ſubjaceat ſtatutis illius fori in quo prima ſententia prolata fuit. d. 82. n. 9. *Cerro.*

Frater.

In Fratris ſucceſſione ſorores utrinque conjunctæ præferuntur conſanguineo. d. 84. n. 3. *Royas.*

Frater conſanguineus fratri ſuccedit in bonis quæſitis à linea paterna; uterinus verò à linea materna. d. 84. n. 4. *Royas.*

Inſtituens nepotes ex Fratre dicitur agnationem conſervare. d. 100. n. 22. *Cerro.*

Fratres plures æqualiter ſuccedunt in hæreditate maternâ. d. 169. n. 6. *Royas.*

Frater pro fratre, ad hoc ut poſſit conveniri, tria debent concurrere, habitatio communis, communicatio lucrorum, & non reddita ratio expenſarum. d. 171. n. 5. *Royas.*

Fraus.

Fraus, & colluſio conjecturis probantur. d. 71. n. 12. *Bichio.*

Quoad Fraudem requiritur ipſe fraudis eventus videlicet quod bona debitoris non fuerint quando facta fuerit alienatio. d. 71. n. 25. *Bichio.*

Fraudis eventus dicitur adeſſe in alienatione rei factæ pendente lite. d. 71. n. 26. *Bichio.*

Actio ex empto contra venditorem datur emptori ad tollendum fraudem, d. 86. n. 13. *Meltio.*

Scientia non exigit exactam probationem, ſed ſatis eſt, quod illa colligatur ex indiciis, & maximè dum agitur de probanda ſcientia, quæ dol m, & alienandi fraudem infert, d. 70. n. 24. *Meltio.*

Fraus non ita de facili præſumitur, ut ſimulatio. 127. n. 3. *Ghiſterio.*

Fraus non præſumitur in Eccleſia, & ideo non tenetur conficere inventarium bonorum hæreditariorum. d. 150. n. 20. 21. *Meltio.*

Fructus.

Fructus ſunt liquidandi pro tempore, quo lis inſtituta à principali pro aſſecuratione, & ſucceſſivè reſtitutione ſuæ dotis contra creditores ejus viri duravit. d. 6. n. 1. *Dunozet.*

Fructus præſumuntur à detentoribus bonorum percepti, in illa quantitate, ad quam aſcendit annua penſio locationis per aliquod temporis ſpatium continuatæ, ibid. 6. n. 4.

Fructuum liquidatio fit habita ratione annuæ penſionis, ſeu affictuum in locatione ſemel facta, quæ tam ex diſpoſitione Juris communis, quàm Statuti Bononienſis præſumitur renovata, ibid. num. 3.

Per locationem & litis ſuſtentationem ſicuti probatur poſſeſſio, ita etiam juſtificatur perceptio fructuum. d. 6. n. 5. *Dunozet.*

Solutio fructuum, poſt deliberationem decurſorum in ſubjecta materia inducit approbationem calculi ſuper quo fundatur, & ipſius deliberationis. d. 77. n. 9. *Otthobono.*

Evictionis periculum ſolum excuſat emptorem retinentem pretium à mora non autem à fructibus compenſativis. d. 61. n. 4. *Veroſpio.*

Sorte extincta ceſſant fructus debiti. d. 12. n. 11. *Cerro.*

Clauſula conſtituto, ad favorem cenſuarii præbet ipſi facultatem capiendi propria auctoritate fructus rei cenſuatæ ad effectum ſibi ſatisfaciendi de fructibus Cenſus. d. 16. n. 3. *Bichio.*

Et illius vigore facultatis, cenſuario competit aſſociatio contra tertium poſſeſſorem fundi cenſualis, ibid.

Fructus in omni judicio liquidari ſolent a die motæ litis. d. 72. n. 1 *Otthobono.*

In judicio ſpolii etiam veniunt fructus à die motæ litis quando ſpolium non eſt attentatum; & violentum. d. 72. n. 3. ibid.

In ſpolio non violento non debentur à die motæ litis fructus qui percipi potuerunt, ſed duntaxat illi, qui fuerunt à reo convento percepti, ibid. n. 5.

Fructuum perceptionis præſumptio non intrat ex poſſeſſione ſubſequuta rei quotieſcumque ſumus in fructibus civilibus, ſicuti domorum, ibid. num. 7.

Fructus non debentur cenſu extincto. dec. 74. n. 1. *Veroſpio.*

Fructus dotis liquidantur, à Statuto urbis ad rationem ſeptem cum dimidio. d. 48. n. 29. *Ghiſterio.*

Fructus rei litigioſæ reſtituendi ab initio litis ſunt computandi. d. 53. n. 1. *Arguelles.*

Fructus reſtituuntur ratione malæ fidei, quæ per controverſiam motam inducitur, ibid. n. 11.

Imo, & poſt litis conteſtationem fructus debentur, ibid. n. 12.

Mala fides, & fructuum reſtitutio inducitur per ſolam denunciationem factam emptori, quod venditor Dominus non erat, ibid. n. 14.

Ad fructuum reſtitutionem non ſolum à die motæ litis, ſed ab ipſa occupatione ſufficit declarari titulum fuiſſe injuſtum per quod titulus reducitur ad non titulum, ibid. n. 15.

Fructus ex aliqua re vigore tituli invalidi percipiens regulare eſt quod omnes reſtituere tenetur perceptos etiam ante litem, ibid. n. 16.

Titulus quando reſolubilis eſt, facta reſolutione fructus omnes percepti interim reſtituuntur, ibid. num. 17.

Sententia, cujus cauſa, quis poſſidebat revocata, res cum fructibus eſt reſtituenda, ibid. n. 18.

Juris præſumptione probatur perceptio fructuum uſque ad diem reſtitutionis, ibid. n. 23.

Rota non onerat poſſeſſorem malæ fidei in fructibus qui percipi potuerunt quando violenti non ſunt, ibid. n. 32.

Vel aliquo titulo colorato ſe defendunt, ibid. num. 33.

Fructus hæreditatis ad favorem creditorum ſunt computandi. d. 58. n. 13. *Veroſpio.*

Pro fructibus, de quorum perceptione præciſæ quantitatis non conſtat, retentio non competit. d. 110. n. 16. *Bichio.*

Fructus poſt mortem hæredis gravati alienantis, maturati, non decurſi, ad quem ſpectent, ibid. numer. 17.

Fructus ſuos facit fideicommiſſarius, nec illos reſtituere tenetur, nec eum creditis compenſare, d. 116. n. 6. *Bevilaqua.*

Fructus taxati, & promiſſi pro ſimplici debito pecuniario, non intervenientibus requiſitis Caſtrenſ. *in leg.* 3. §. *de eo quod cert. loc.* nullo modo prætendi poſſunt. d. 147. n. 1. *Celſo.*

Fructus indebiti, & uſurarii debent in ſortem computari, ibid. n. 2.

Amplia, etiamſi illi ſcienter, & ſponte ſoluti fuerint, ibid. n. 3.

Fructus indebiti, & uſurarii non debentur, non obſtante quacumque contraria conventione, quia non debet eſſe in poteſtate partium facere licitas uſuras, de jure prohibitas, ibid. n. 5.

Fructus debentur ex pecunia, quando illa ex pacto debet inveſtiri, ibid. n. 12.

Fructus pecuniæ debitæ non poſſunt à creditoribus prætendi, quando ad debitorem, ſed ad illos ſpectat onus inveſtiendi, ibid. n. 13.

Fructus dotales poſt mortem uxoris exigi non poſſunt; quia ceſſant matrimonii onera, quorum ratione percipiuntur. d. 119. n. 8. *Albergato.*

Fructus veniunt reſtituendi à die motæ litis, ibid. num. 14.

De fructibus mala fide perceptis, ad melioramenta in re facta, admittitur compenſatio, ibid. n. 15.

Fructuum exactio fieri non poteſt ceſſante mora. dec. 120. n. 16. *Veroſpio.*

Index Rerum.

Fructus percipiendi, qui habet facultatem & commoditatem alienari non dicitur obligando illos, d. 146. num. 12. *Cerro.*

Fructus percipiendi faculras, quando non ſit perpetua, nec ad hæderes extraneos tranſitoria, ibid. num. 177.

Fructus bonorum extradotalium, quando ſpectant ad maritum, tunc ceſſat præſumptio, quod maritus ſibi ſatisfecerit de ſua dote. d. 147. n. 8. *Cerro.*

Fructus bonorum dotalium, quando de voluntate uxoris percipiuntur à marito, & fuerunt conſumpti in ejus utilitatem vel communem uſum, & tunc ceſſat præſumptio ſatisfactionis dotis, ibid. num. 9.

Secus vero ſi adhuc extent, & maritus factus fuit locupletior, ibid. n. 10.

Fructus bonorum extradotalium maritus non lucratur, ſed omnino reſtituendi ſunt uxori, vel ejus hæredibus, ibid. n. 11.

Fructus locorum montium quales ſint. dec. 141. n. 18. *Coccino.*

Fructus quando taxentur abſque alio liquidatione. *Royas.*

Fructus habiti lite pendente ſine dubio veniunt reſtituendi. d. 144. n. 2. *Royas.*

Fructus rei ſubhaſtatæ debent reſtitui, quando ſubhaſtatio fuit nulla, etiam ab eo qui emit inſtante fiſco, & n. 12. d. ibid. n. 7.

Ad fructuum acquiſitionis effectum requiritur vel dominum vel bona fides poſſeſſoris, ib. n. 10.

Fructus ſolvere ſi quis nunquam promiſerit, nec ad illos ſolvendos fuit interpellatus, non tenetur illos ſolvere, ibid. n. 28.

Ex fructuum ſolutione bene arguitur ratificatio contractus. d. 148. n. 18. *Cornelio.*

Fructus nulli debentur ſtante ceſſatione ſocietatis. d. 192. n. 1. *Royas.*

De fructuum perceptione in genere, quando conſtat, tunc quantitas eorum conjecturis probatur. d. 154. n. 20. *Bichio.*

Fructus dotis conſtitutæ ad majorem pompam, non debentur quoad exceſſum. dec. 157. n. 6. *Panzirolo.*

Fructus bonorum ſtabilium non præſumuntur excedere pro centenario. dec. 159. n. 15. *Royas.*

Fructus crediti ſociales debent eſſe communes inter ſocios. d. 191. n. 1. *Royas.*

Fructus nulli debentur ſtante ceſſatione ſocietatis. dec. 132. n. 2. *Royas.*

Frumentum.

Frumenti nomine veniunt etiam ſegetes. d. 65. n. 5. *Peutingero.*

Fundus.

Si plures creditores Fundum hypothecatum poſſideant, alterove illis ſatisfacto, poteſt alter peragere bonorum venditionem. d. 57. n. 15. *Otthobono.*

Fundus hypothecatus poteſt dari in dotem à fœmina ſub nomine filiæ, & hæredis inveſtitura comprehenſa ſine alio domini directi conſenſu. d. 36. n. 8. *Corrado.*

Immiſſio ex utili Salviano interdicto, conceditur etiam ſuper fundo cenſuali non obſtante conſtituto inſtrumento cenſus appoſito. d. 16. n. 14. *Bichio.*

Conſtitutum non excludit, quin ſuper eodem fundo oriatur hypotheca ad favorem emptoris cenſus, cui ideo competit etiam Salvianum interdictum, ib. n. 15.

Cenſus ubi imponitur ſuper fundo ſubjecto fideicommiſſo vel eſt nullus, qui ab initio non naſcitur hypotheca, vel per mortem impoſitoris expirat cum ipſa hypotheca, ibid. n. 17.

Limitatur quando cenſus imponitur pro ſolutione dotis ſubſidiariæ alicui fœminæ fideicommittenti deſcendenti, ibid. n. 18.

Fundus dotalis.

Fundus dotalis eſt inalienabilis, & per conſequens impræſcriptibilis conſtante matrimonio, d. 107. num. 10.

Fundi cenſuati dominium & poſſeſſio non tranſit in emptorem cenſus. d. 133. n. 3. *Cornelio.*

Verum tamen eſt quod illi competit aſſociatum in illo pro fructibus ejuſdem cenſus. ibid. n. 2.

Fundus non liberatur à ſpeciali hypotheca quando liberatio non fuit realis, ſed tantum perſonalis. ibid. n. 3.

G.

Generatio.

EMphyteuſis Eccleſiaſtica finita Generatione, non tranſit ad extraneos, ſed revertitur ad Eccleſiam. d. 78. n. 7. *Cerro.*

Gradus.

Conſiderata conſervatione agnationis omnes filii in pari gradu exiſtentes conſiderantur tanquam capita familiæ. d. 100. n. 5. *Cerro.*

Non videtur agnationis conſervationi proſpicere, qui unum tantùm vocat, & unicum facit ſubſtitutionis gradum, ibid. n. 8.

Omnes teſtatoris aſcendentes, tam ex linea affectiva, quàm contentiva dicuntur, etiam ultra decimum gradum, de ipſius familia ex agnatione, ibid. in 23. Jus repræſentationis facit ſuccedere in ſtirpes in concurſu, cum aliis ejuſdem gradus repræſentatis. dec. 83. n. 17. *Cerro*

H.

Habilitas.

ALienatio habet ſuam cauſam annexam, videlicet hypothecam anteriorem, & ſic habilitatem extremi. d. 99. n. 8. *Coccino.*

Habitatio.

Fructuum receptio in domo reſultat ex habitatione, non ſecus ac locatione ad effectum reſtitutionis ratione ſpolii. d. 72. n. 9. *Otthobono.*

Paria ſunt ad hunc effectum, quod quis inhabitaverit, vel quod locaverit, ibid. n. 10.

Hæreditas.

Hæreditatis aditio inducitur per deliberatam voluntatis expreſſionem, & verbalem declarationem. d. 107. n. 19. *Bichio.*

Hæres per ſententiam Judicis declaratus, licet bonorum poſſeſſionem acceperit, non exinde ſequitur, quin alius prædictam hæreditatem adire poſſit, ib. num. 20.

Contra hæredem, qui hæreditatem non adivit, non poteſt inchoari præſcriptio. d. 108. n. 24. *Bichio.*

Super bonis ad hæredem debitoris ſpectantibus non competit creditori hypotheca. d. 110. n. 1. *Bichio.*

Ex aditione hæreditatis, per quam hæres quaſi contrahit cum creditoribus hæreditariis, oritur contra ipſum ſola actio perſonalis, ibid. n. 2.

Super hæredis bonis competit hypotheca, vel quando adivit ſine beneficio legis, & inventarii, vel quando defunctus expreſsè ejus bona alienavit, ib. num. 3.

De hæredis bonis poteſt teſtator diſponere, ibid. n. 4.

Hæres ſimpliciter adeundo factum defuncti totaliter approbat, ibid. n. 5.

Hæres gravatus tenetur redintegrare fideicommiſſum, & pro hujuſmodi redintegratione ſuper ejus bonis competit fideicommiſſariis hypotheca, ſi ille alienaverit dolosè, ibid. n. 12.

Hæres gravatus dicitur dolosè alienaſſe, quando ſcientiam fideicommiſſi habuit, ibid. n. 45.

Et quando alienando potuit cogitare ſe non futurum ſolvendo, ibid. n. 15.

In hæreditate fraterna proveniente ex bonis maternis æqua-

Notabilium.

æqualiter ſuccedit frater ex latere matris, cum aliis utrinque conjunctis juxta conſuetudinem Nobilium Neapolis. d. 169. n. 7. 8. *Royas.*

Aditio Hæreditatis non transfert in adeuntem naturalem bonorum poſſeſſionem, antequam fuerit naturaliter apprehenſa. d. 59. n. 9 *Corrado.*

Advocatio bonorum, nulla excuſſione hæreditatis facta favore dotis valet. d. 14. n. 14. *Terracinen.*

Conſenſus, & voluntas defuncti antequam hæreditas adeatur, conſervetur in hæreditate jacente, quæ perſonam defuncti repræſentat. deciſ. 15. num. 8. *Meltio.*

Aditio hæreditatis, ex quolibet actu Judicis declarativo, & ex actu per ipſum hæredem ſimpliciter geſto, qui citra jus, & nomen hæredis fieri non poſſit probatur tum reipſa, tum expreſſis verbis. d. 17. n. 19. *Corrado.*

Hæres.

Conſenſus continuatur in locatore etiam defuncto per ſolam exiſtentiam habitualiter. deciſ. 15. num. 7. *Meltio.*

Hæres abſque beneficio inventarii, tenetur ſatisfacere etiam de proprio creditoribus hæreditariis. d. 17. n. 1. *Corrado.*

Inventarium non confectum congruo tempore, & cùm omnibus ſolemnitatibus à quavis lege præſcriptis, non prodeſt hæredi ac ſi nunquam factum fuiſſet, ibid. n. 3.

Diſpoſitio Juris Canonici, quod hæres etiam ceſſante beneficio Inventarii non teneatur de proprio, non habet locum in foro judiciali, ubi contrarium eſt verius, atque receptius. ibid. n. 20.

In executione bonorum hæreditariorum neceſſaria eſt citatio hæredis, deputatio duorum executorum, cum Judicis decreto validam eſſe declarantis. d. 18. n. 2. *Albergato.*

Immiſſio juſta conceſſa defuncto venit exequenda ad inſtantiam hæredis. d. 86. n. 7. *Meltio.*

Donatio facta pro ſe, ac ejus hæredibus extenditur etiam uſque ad filios etiam ex ſecundo matrimonio naſcituros. d. 87. n. 3. *Otthobono.*

Hæredum, & ſucceſſorum appellatione in materia Emphyteuſis veniunt ſoli hæredes ſanguinis, & ſic deſcendentes ab inveſtitis. d. 78. n. 8. *Cerro.*

In Hæredem dari eaſdem actiones Civiles, quæ competebant contra defunctum vulgatiſſimum eſt. d. 73. n. 17. *Arguelles.*

Hæres detrudi poteſt in carcerem, ſi ſtatutum diſponat, ibid. n. 18.

Obligationis conditio non ex perſona hæredum immutatur, ibid. n. 19.

Obligatio defuncti, ex perſona hæredis immutari non poteſt, ibid. n. 27.

Hæredes adeundo ſe obligant, & quaſi contrahunt cum creditoribus defuncti, ibid. n. 28.

Forus tamen mutatur, nam Clericus hæres convenitur coram ſuo Judice, ibid. n. 29.

Hæres beneficiatus non confundit ejus propria jura cum juribus defuncti. d. 76. n. 8. *Otthobono*

Hæredum omiſſa mentio in contractu, ubi agitur de re ſui natura ad hæredes tranſitoria, non excludit quin in dubio cenſeantur comprehenſi, cum omnia pacta tam activa, quàm paſſiva tranſeant in hæredes. d. 33. n. 2. *Otthobono.*

Maximè dum agitur vigore obligationis cameralis, quæ ipſos indubitanter comprehendit, ibid. n. 3.

Pacti de retrovendendo natura eſt, quod tranſeat ad hæredes, ibid. n. 4.

Bona hæreditaria ſtatim poſt hæreditatis acceptationem cadunt ſub hypotheca ad favorem creditorum hæredis. dec. 34. n. 6. *Cerro.*

Debita teſtatoris de jure ſunt ſolvenda ab hærede abſque teſtatoris mandato, ibid. n. 17.

Hæredibus ultimi inveſtiti etiam non comprehenſis in inveſtitura immiſſio danda eſt, donec de eorum jure cognoſcatur. d. 35. n. 31. *Peutingero.*

Immiſſio *ex re in l. fin. C. d. edit. D. Adr. toll.* conceditur ad exhibitionem teſtamenti non variati, nec cancellati, in quo exhibens inſtitutus ſit hæres. d. 58. n. 8. *Celſo.*

Legatarii tenentur capere de manu hæredis. ibid. n. 10.

Poſſeſſio continuat in hæredem defuncti vigore conſtitutionis Regis Ferdinandi. d. 49. n. 2. *Otthobono.*

Confeſſio erronea facta in teſtamento poteſt ab hærede revocari, non ſecus, ac ab ipſomet defuncto ſi adhuc degeret in humanis. d. 52. n. 4. *Veroſpio.*

Hæredi fideicommiſſario adverſus immiſſionem ex adverſo petitam non competit retentio pro valore bonorum fideicommiſſo ſubjectorum ab hærede gravato alienatorum. d. 54. n. 9. *Corrado.*

Hæres gravatus poteſt commoditatem fructuum fideicommiſſi bonorum validè cedere, & alienare pro tempore vitæ ſuæ. d. 54. n. 25. ibid.

In Hærede præſumitur regulariter ignorantia & maximè in rebus occultis. d. 128. n. 11. 12. 13. *Panziroio.*

Statutum Florentinum jubet, quod inventario non obſtante, hæres creditoribus hæreditariis ſatisfaciat, ibid. n. 25.

Hæredes dum non poſſunt juvari beneficio inventarii, æquum non eſt, ut etiam reſtitutio in integrum denegetur, ibid. n. 26.

Quod ſanè durum admodum videretur, quod ſimul & ſemel denegaretur inventarium, & reſtitutio in integrum, dum ſunt ſine dolo enormiter læſi, ibid. n. 27.

Hæres univerſalis, quando quis non poſſet dici, ſed potius particularis & legatarius. dec. 147. n. 13.

Hæres univerſalis, quando eſt inſtitutus, procul dubio inſtitutus in re certa remanet particularis, & legatarius, ibid. 17.

Hæreditas quando fuit adita cum beneficio legis, & inventarii, tunc hæres in nihilo poteſt gravari. dec. 150. n. 2. *Meltio.*

Hæres dum eſt citatus ad exhibendum inventarium, ac bona inventariata, dum id non adimplevit, præſumendum eſt ipſum in propriam utilitatem bona conſumpſiſſe, inde tenetur de ſuo. d. 150. n. 21. *Meltio.*

Hæres quatenus ſuppetunt vires hæreditariæ, tenetur ſolvere debita defuncti. d. 154. n. 1. *Bichio.*

Hæres bonis hæreditariis utens cenſetur adire hæreditatem. d. 151. n. 1.

Hæres tenetur ſtare facto defuncti. dec. 154. num. 25. *Bichio.*

Hæredi competit immiſſio, quæ competebat ejus authori. d. 160. n. 4. *Royas.*

Hæredem ſe probare tenetur, qui uti talis agere intendit. d. 169. n. 4. *Royas.*

Hæres non poteſt impugnare confeſſionem defuncti. 171. n. 5. *Royas.*

Hæres hæredis non poteſt aliquid opponere contra confeſſionem defuncti. d. 171. n. 6.

In hæredibus præſumitur ignorantia. d. 174. n. 11. *Royas.*

Hypotheca.

Extremum primum cum judicio Salviani eſt creditum cum hypotheca, d. 53. n. 3. *Corrado.*

In Salviani interdicto neceſſaria ſunt creditum actoris cum hypotheca omnium bonorum debitoris præſentium, & futurorum. deciſ. 59. n. 5. *Corrado.*

Ad effectum hypothecæ generalis ſufficit, quod res fuerit in dominio contrahentis, ſive de tempore contractus, ſive poſt, d. 99. n. 3. *Coccino.*

Eveniente conditione caſuali obligatio retrotrahitur ad initium conventionis hypothecæ, ibid. n. 6.

Aliena-

Index Rerum

Alienatio habet ſuam cauſam annexam videlicet hypothecam anteriorem, & ſic habilitate extremi, ibid. n. 8.

Hypotheca anterior licet generalis præfertur ſpecialiter poſteriori, ibid. n. 5.

Conſenſus fundi hypothecati præſtitus venditioni non præjudicat reſpectu actionis ſuper pretio competenti. d. 3. n. 2. *Bichio.*

Hypothecæ remiſſio facta debitori ab anteriori in concurſu creditorum præjudicat remittenti, quoad potioritatem, ita ut anterioritas ſibi remaneat inofficioſa contra concreditores hypothecarios, ibid. n. 4.

Conſtitutum non excluditur quin ſuper fundo oriatur hypotheca ad favorem prioris cenſus, cui ideò competit etiam Salvianum interdictum. d. 16. n. 15. *Bichio.*

Cenſus ubi imponitur ſuper fundo ſubjecto fideicommiſſo, vel eſt nullus, quia ab initio non naſcitur hypotheca, vel per mortem impoſitoris expirat cum ipſa hypotheca, ibid. n. 17.

Limitatur quando cenſus imponitur ſolutione dotis ſubſidiariæ alicui fœminæ fideicommittentis deſcendenti vigore. *Auth. reſque, Cod. communia de leg.* ibid. 18.

Salvianum interdictum non datur abſque hypotheca. d. 19. n. 3. *Corrado.*

Hypotheca reſoluto contractu tunc ſolum redintegratur, quando eadem ratio ob quam contractus reſolvitur æquè viget pro conſervatione hypothecæ, ſecus ſi non viget. dec. 19. n. 11. *Corrado.*

Hypotheca ſemel extincta non poſſunt cauſam habentes à debitore in re jam hypothecata ex lucri cauſis amplius moleſtari, ibid. n. 12.

Hypotheca ceſſat per tranſlationem dominii rei hypothecatæ in creditorem, ibid. n. 4.

Hypotheca regulariter ſuper feudalibus non cadit. dec. 86. n. 11. *Meltio.*

Obligatio Cameralis continet hypothecam abſque ulla dubitatione. d. 33. n. 5. *Otthobono.*

Bona Hæreditaria ſtatim poſt hæreditatis acceptationem cadunt ſub hypotheca ad favorem creditorum hæredis. d. 34. n. 6. *Cerro.*

Legatarius præfertur in bonis legatis creditori Chirographario non habenti hypothecam. d. 34. n. 12. *Cerro.*

Legatarius non valet exercere ſibi tacitam hypothecam ſibi pro legato competentem, niſi in eo quod remanet ſatisfactis creditoribus, ibid. n. 16.

Solutio debiti liberat fundum ab hypotheca. dec. 57. n. 11. *Corrado.*

Hypotheca non competit creditoribus, ſuper bonis ad hæredem debitoris ſpectantibus. d. 11. n. 2. *Cerro.*

Hypotheca competit ſuper bonis hæredis, vel quando adivit ſine beneficio legis, & inventarii, vel quando defunctus expreſsè ejus bona obligavit, ibid. n. 2.

Hypotheca tacita dotis præfertur anterioribus creditoribus, qui habent expreſſam in bonis quæſitis à debitore poſt ipſius dotis hypothecam, ibid. n. 7.

Hypotheca competit fideicommiſſariis contra hæredem, pro redintegratione fideicommiſſi dolosè diminuti, ibid. n. 12.

Hypotheca talis competit non à die alienationis, ſed qua cœpit adminiſtrare, ibid. n. 13.

Hypotheca à lege inducta pro muliere citius operatur quàm ea inducta ab homine, ibid. n. 9.

Hypotheca in credito probatur ex inſtrumento publico. d. 119. n. 2. *Albergato.*

Hypothecæ ceſſatio, quando legitimè fieri poſſit per mulierem. d. 158. n. 10. *Veroſpio.*

Hypotheca tacita legalis regulariter pro dotis reſtitutione contrahi ſolet in bonis mariti. d. 161. n. 12.

Hypotheca non admittitur niſi in caſibus à jure expreſſis, amplia. d. 161. n. 19. 20.

Hypotheca generalis non impedit mercium venalium alienationem. d. 164. n. 8. *Royas.*

Hæredibus datur reſtitutio in integrum ex capite ignorantiæ adversùs præſcriptionem. dec. 174. n. 12. *Royas.*

I.

Jactura.

CUm aliena jactura locupletari, eſt contra naturam. d. 53. n. 46. *Arguelles.*

Nec fortè intereſſet, ſi detentor ſic immunis, ſponte ſolviſſet. ibid. n. 46.

Æquitas *leg. curabit*, ſemper admitti ſolet favore Domini rei venditæ, ac ipſius hæredum, quoties conventum pretium cum gravi ejuſdem jactura penes emptores, vel in totum, vel in aliqua ſui parte remanſerit. d. 61. n. 2. *Veroſpio.*

Identitas.

Identitas bonorum probatio, eſt requiſitum ſubſtantiale ab obtinendam immiſſionem vigore *leg. fin. C. de Edict. Div. Adrian. tollen.* d. 86. n. 9. *Meltio.*

Ignorantia.

Ignorantiæ prætextus non ſuffragatur, ubi varia pro notitia, ac ſcientia concurrunt argumenta. d. 26. n. 8. *Corrado.*

Et ut elidatur ignorantia, ſufficit generalis notitia & cogitatio, quæ reſultat etiam ex renunciatione jurata cujuſcumque Juris contingentis, incogitati, ac ſupervenientis, ac Inſtrumenti de novo reperti, ibid.

Ex capite probabilis ignorantiæ competit reſtitutio in integrum adverſus præſcriptionem. d. 36. num. 7. *Otthobono.*

Immiſſio.

Ad Immiſſionem in judicio Salviani obtinendam quæ requirantur, & quæ ſufficiant. d. 59. n. 5. *Corrado.*

Immiſſionem non valent impedire exceptiones illiquidæ, ac diſcuſſionem requirentes, cum ejus judicii ſummarii natura admittat ſolum, quæ certa ſint, & liquida, nullamque probabilem recipiunt controverſiam, ibid. n. 12. & 13.

Contra Immiſſum judicis authoritate, ac ejus ſententiam, manutentionis remedium, quibus caſibus concedi ſoleat, & quomodo procedatur. ibid. n. 10.

Immiſſio ex utili Salviano interdicto, obtinetur? probatis extremis neceſſariis in poſſeſſione in reo convento; nec non credito cum hypotheca. d. 16. n. 13. *Bichio.*

Immiſſio hæc conceditur etiam ſuper fundo cenſuali, non obſtante conſtituto in inſtrumento cenſus appoſito, ibid. n. 14.

Immiſſio creditoris in bonis, quæ prætenduntur fideicommiſſo ſubjecta, ſemper datur ubi exceptio fideicommiſſi non eſt omnino clara, ibid. n. 21.

Immiſſio juſta conceſſa defuncto, venit exequenda ad inſtantiam hæredis. dec. 86. n. 7. *Meltio.*

Immiſſio in Salviano eſt concedenda, concurrentibus Interdicti extremis, quæ enumerantur. d. 33. n. 1. *Otthobono.*

Immiſſio danda eſt hæredibus ultimi inveſtiti, etiam non comprehenſis in inveſtitura, donec de eorum jure cognoſcatur. d. 31. n. 31. *Peutingero.*

Immiſſio competit donatario uni verſali omnium bonorum poſt mortem donantis contra tertium tam ex remedio *leg. fin. C. de Edict. Div. Adrian. tollen.* quàm ex Salviano. d. 39. n. 1. *Royas.*

Immiſſionem non impedit exceptio turbida, & requirens altiorem indaginem, ibid. n. 19.

Immiſſionem fideicommiſſarius non poteſt impedire hæredi ſcripto, niſi tribus copulativè concurrentibus. d. 40. n. 10. *Cerro.* & quæ. ibid.

Imi-

Notabilium.

Immiſſio in bonis hæreditariis, debetur hæredi ſcripto juxta dipoſitionem, *l. fin. C. de Edict. div. Adrian. toll.* d. 47. n. 1. *Royas.*

Adverſus Immiſſionem ex adverſo petitam, hæredi fideicommiſſario non competit retentio pro valore bonorum fideicommiſſo ſubjectorum, ab hærede gravato alienatorum. d. 54. n. 9. *Corrado.*

Ad Immiſſionis executivum judicium impediendum, poſſeſſor cum titulo, eſt legitimus contradictor. d. 76. n. 3. *Otthobono.*

In judicio Immiſſionis, legitimus contradictor, non poteſt dici ille, qui vitioſè poſſidet, ac titulum habet invalidum, ibid. n. 4.

Immiſſionis in Salviano, ceſſante cauſa ex ſatisfactione crediti, illi qui poſſidebant ſunt procul dubio redintegrandi ad eorum priſtinam poſſeſſionem, & contra denegantem reſtitutionem datur actio ſpolii. dec. 82. n. 1. *Otthobono.*

Immiſſio *ex remedio leg. fin. C. de Edict. D. Adr. toll.* conceditur ad exhibitionem teſtamenti, non variati, nec cancellati, in quo exhibens inſtitutus ſit hæres. d. 85. n. 8. *Celſo.*

Immiſſionem in Salviano interdicto, non valent impedire exceptiones illiquidæ ac diſcuſſionem requirentes cùm ejus judicii ſummarii natura admittat ſolum, quæ certa ſunt, & liquida, nullamque probabilem recipiat controverſiam. d. 59. n. 12. & 13. *Corrado.*

Impedimentum.

Impedimentum medium, impedit retrotractionem. d. 39. n. 26. *Royas.*

Impedire immiſſionem in Salviano interdicto, non valent exceptiones illiquidæ, ac diſcuſſionem requirentes. d. 59. n. 12. & 13. *Corrado.*

Poſſeſſio de tempore obligationis probanda venit ut obtineatur in judicio Salviani. d. 146. n. 3. *Cerro.*

Poſſeſſio item adverſarii de tempore motæ litis quæ probatur ex ipſa litis ſuſtentatione, ibid. n. 4.

Poſſeſſio alicujus bene probatur, ex quo contra ipſum fuit obtenta aſſociatio. d. 148. n. 9. *Cornelio.*

Poſſeſſione bonorum locatorum data, penſiones præſumuntur à locatore exactæ, ibid. n. 7.

Ita ut ſufficiat ſemel locata fuiſſe domus, niſi ex adverſo probetur, deinde domum remanſiſſe vacuam ibid. n. 8.

Poſſeſſor auctoritate Judicis ritè & rectè procedentis privari poteſt ſua poſſeſſione, d. 150. numer. 4. *Meltio.*

Poſſeſſio anterior alicujus probatur ex mandato, ſubhaſtatione, & deliberatione contra eum facta, d. 172. n. 1.

Poſſeſſio probatur ex inſtramento adeptæ poſſeſſionis, d. 172. n. 1.

Poſſeſſio modernæ partis probatur ex ſuſtentatione litis, quæ junctis adminiculis ſufficit in Judicio redintegrationis, ibid. n. 3.

Poſſeſſione quis privatur mediante deliberatione rei poſſeſſæ facta à Judice, ibid. n. 4.

Poſſeſſor authore prætore juſtè poſſidere cenſetur, niſi de nullitate, & injuſtitia ſcientiæ clarè doceatur, d. 193. n. 1. *Royas.*

Poſſeſſio ex actu nullo non poteſt validè acquiri, d. 152. n. 6. *Ghiſterio.*

Poſſeſſio legitima in judicio attendenda venit, ibid. n. 6.

Poſſeſſio capta vigore mandati de adjudicando, non eſt valida, ſi non fuerit ſervatis ſervandis obtenta, ib. n. 12.

Poſſeſſio quando non dicatur conſiderabilis, ad effectum obtinendi in ſpolio, ibid. n. 14.

Poſſeſſio ſi ſit in certa ratione loci & quotæ, non poteſt dici valida; ibid. n. 15.

Et maximè ad effectum obtinendi aliquam redintegrationem, ibid. n. 16.

Poſſeſſor mediantibus ſententiis contra eum prolatis, ſpoliatur omni poſſeſſione; ibid. n. 17.

Poſſeſſionem quam quis acquiſivit authore Prætore, non dicitur ſpoliaſſe, ib. n. 18.

Et probari debet poſſeſſio rei controverſæ quod debitorem, de tempore contractæ obligationis, dec. 160. n. 3. *Royas.*

Poſſeſſio rei conventi in judicio Salviani probari poteſt ex litis ſuſtentatione, junctis adminiculis, ib. n. 3.

Poſſeſſionem domus accipiens titulo ſub conditionis non poteſt intervertere poſſeſſionem locatoris, cùm pro eo cenſeatur poſſidere, d. 165. n. 5. *Royas.*

Poſſeſſio probatur ex ſequeſtro petito contra poſſidentem, d. 170. n. 3. *Royas.*

Poſſeſſio probatur ex confeſſione adverſarii, ibid. n. 4.

Poſſeſſor anterior, qui non habuit ſe pro ſpoliato, venit manutenendus, d. 170. n. 10. *Royas.*

Poſſeſſio poſterior rei conventi in judicio Salviani probatur clauſula, *conſtituti*, in ejus favorem in inſtrumento appoſito d. 174. n. 5. *Royas.*

Poſſibilitas.

Poſſibilitas deducendi non attenditur in judiciis executivis, ſed quid fuerit deductum, d. 142. n. 4. *Royas.*

Poſſeſſorium.

Confeſſio qualificata partis recipitur in poſſeſſorio judicio favore poſſidentis abſque ulla qualitate vitii, d. 11. n. 2. *Meltio.*

Probationes leviores ſufficiunt in poſſeſſorio judicio ad conſequens mandatum manutentionis, ibid. n. 54. *Meltio.*

Sequeſtrum præmittitur contra ſuccumbentem in cauſa; non tamen in judicio poſſeſſorio, ib. n. 10. 11. *Meltio.*

Interpretatio voluntatis teſtatoris ex conjecturis adducta ubi ſubdubia admittenda non eſt in poſſeſſorio ſummarioque Salviani judicio, dec. 59. num. 16. *Corrado.*

Poteſtas.

Voluntas quandoque meritur à poteſtate, d. 12. n. 72. *Cerro.*

Præjudicium.

Sententia non poteſt tranſire in judicatum contra non citatos, & ſuper articulo judicato intereſſe non habentes, nec illis ullum poteſt inferre præjudicium, d. 54. n. 7. *Corrado.*

Cedens jura non poteſt eis amplius uti ſuper re ceſſa in præjudicium ceſſionarii, & cauſam habentium ab eo, d. 19. n. 15. *Corrado.*

Nati longè poſt obitum Avi non illis ſuccedunt in præjudicium alterius etiam remotioris tunc temporis ſu perexiſtentis, d. 100. n. 25. *Cerro.*

Præjudicium non fit tertio ex confeſſione facta inter debitorem, & creditorem; ne ſit in eorum poteſtate creditores circumvenire, d. 101. n. 1.

Præcipuè cum eſt decocturus, ib. n. 2.

Præſentia.

Præſentia vel ſcientia contrahentium generaliter, in implemento conditionis non eſt neceſſaria, dec. 62. n. 26. *Arguelles.*

Præſentia partis ſupplet defectum citationis, d. 66. n. 15. *Meltio.*

Præſentia in actu ſtipulationis inſtrumenti agitur ex verbis illius. 526. n. 20. *Royas.*

Prælatio.

Præfertur hypotheca tacita dotis anterioribus creditoribus, qui habent expreſſam in bonis quæſitis à debitore poſt ipſius dotis hypothecam, d. 10. n. 7. *Cerro.*

Cum de prioritate alterius, & potioritate apparet, exequi poteſt obligatio de reſtituendo in eum caſum facta, maximè ſi in inſtrumento viget Cameralis Obligatio, d. 112. n. 2. *Celſo.*

Præſcriptio.

Præſcriptio contra hæredem non inchoatur niſi ab aditione hæreditatis, d. 41. n. 8. *Corrado.*

Præſcriptionem opponens tenetur principium ac finem temporis neceſſarii pro ejus complemento probare, d. 41. n. 19. ibid.

Index Rerum

Præſcriptio interrumpitur ex actis, & inſtantiis judicialiter factis etiam ſimilibus præſcriptioni detrahendum eſt tempus pupillaris actionis illius contra quem prætenditur, d. 41. 21. 22. ib.

Præſcriptio non datur contra actionem non natam, neque intrat in vitam illius qui eſt in mala fide, d. 57. n. 45. *Peutingero.*

Præſcriptio Statutaria non habet locum in [illegible]ione reali, d. 33. *Otthobono.*

Reſtitutio in integrum adverſus præſcriptionem competit probabili ignorantiæ, ibid. n. 7.

Scientia tutoris in illa re cujus implementi durat tempus poſt finitam tutelam non debet in illi negligentiam imputari, ſi finita tutela inde ſequatur minori aliquod præjudicium maximè in terminis præſcriptionis, d. 33. c. 11. & ſeqq. *Otthobono.*

Scientia in fœminis non præſumitur ex retentione ſcripturarum & maximè in terminis reſtitutionis adverſus præſcriptionem, d. 43. n. 17.

Præſcriptio ſtatutaria Urbis, vel tricennaria ſuffragatur debitori dotis, d. 107. n. 7. *Bichio.*

Præſcriptione poteſt debitor dotis liberari, ſed vir tenebitur uxori de dote, ibid. n. 7. *Bichio.*

Præſcriptio non habet locum in fundo dotali, ib. n. 10. *Bichio.*

Præſcriptio nedum ordinaria, ſed nec longiſſimi temporis currit muliere impedita, conſtante matrimonio, ibid. n. 12. *Bichio.*

Præſcriptio ſtatutaria Urbis, excipit in ventre creditum dotis, ibid. n. 13.

Præſcriptionem etiam tricennariam excludit mala fides debitoris, & reſiſtit etiam ejus hæredi ne præſcribere poſſit, ibid. n. 14.

Præſcriptio non currit agere non valenti, dec. 108. n. 8. *Bichio.*

Præſcriptione triginta annorum tollitur debitum dotis, ibid. n. 11.

Præſcriptibile eſt, quod alienabile, & poſt remiſſibile, ibid. n. 12.

Qui præſcribi patitur, dicitur alienare, ibid. n. 13.

Præſcribens ſimilis eſt ſolventi, dec. 108. n. 14.

Præſcriptione triginta annorum omnes actiones tolluntur, ibid. n. 15.

Præſcribi non poteſt fundus dotalis ex viri negligentia, ibid. n. 16.

Præſcriptio non currit, ſtante mala fide præſcribentis, ibid. n. 18.

Nec hæredis debitor poteſt præſcribere ob malam fidem, n. 19.

Ad præſcribendum dotis debitum, exiguntur triginta anni completi, ib. n. 20.

Præſcriptio ſtatutaria ſolutionis per lapſum triginta annorum ceſſat, quoties in contrarium urget alia præponderans præſumptio. ibid.

Præſcriptio locum non habet contra debitorem ex propria confeſſione conventum, ib. num. 23. *Bichio.*

Præſcriptio inchoari non poteſt contra hæredem, qui hæreditatem non adivit, ib. n. 24. *Bichio.*

Præſcriptio eſt fruſtratoria, ſi ex morositate in petendo creditum, præſumeretur ſolutum, d. 109. n. 18. *Celſo.*

Ad ſolutionem fructuum præſcriptionem requiritur ſpatium decem annorum, d. 111. n. 1. *Royas.*

Solutionum fructuum præſcriptio fundatur in negligentia aut mora creditoris, ibid. n. 2.

In cujus pœnam talis præſcriptio eſt fundata, ibid.

Præſcriptio non currit contra non valentem agere. d. 121. n. 4. *Royas.*

Præſcriptio remanet interrupta per ſolutionem partis fructuum, ibid. n. 5.

Præſcriptio fundatur in negligentia, ibid. n. 7.

In præſcriptione quacumque jurium requiritur ſcientia, & illa eſt probanda, ibid. n. 9.

Præſcriptionis materia eſt odioſa, ibid. n. 10.

Præſcriptio ſemper & quando poteſt, eſt evitanda, ib. n. 11.

Præſtatio.

Ad Præſtationem ſuam annuam redimendam cogi non poteſt emphyteuta, d. 122. n. 4. *Cerro.*

Dominus directus aliud eſt quod titulo venditoris directum dominium, vel annuam præſtationem cedat, d. 122. n. 10. *Cerro.*

Et aliud eſt, quod debitor canonis det facultatem redimendi, ſeque in poſterum liberandi ab annua Præſtatione ibid. n. 11.

Illatio non fit ad diverſa, ibid. n. 12.

Præſtationem annuam exiſtens in quaſi, & poſſeſſione exigendi, agere poteſt ad ſolutionem, non obſtante pendentia litis, d. 131. n. 7. *Cerro.*

Præſumptio.

Præſumptio leg. ſcripturas C. qui pot. in pign. habeantur ex pluribus colligitur ad infirmandam Apocham, d. 5. n. 9. *Dunozet.*

Præſumptio valida plurimum operatur ad movendum animum Judicis, d. 21. n. 21. *Otthobono.*

Paupertas ſatis dicitur probari, cum juri communis præſumptioni conveniat, & veriſimilis admodum ſit, ac proinde ad perſuadendum Judicis animum ſufficienter juſtificatur, d. 22. n. 7. *Corrado.*

Simulationis præſumptio validè reſultans in actu non eliditur per interventum perſonæ diverſæ, illi tamen cum quo ſimulatur conjunctiſſimè, d. 23. n. 14. *Corrado.*

Inſtrumentum ſecundum diverſum à primo ſuper eadem re auget præcedentem ſimulationis præſumptionem, d. 22. n. 12. *Corrado.*

Probatio oriens ex inſtrumento, adminiculis, & juris præſumptione pro actu veritate munito, prævalet teſti, ipſum eſſe ſimulatum deponenti, d. 24. n. 35. *Corrado.*

Probatio filiationis reſpectu primo genitoris, cum ſit, vel impoſſibilis, vel difficillima, ſolæ præſumptiones & conjecturæ admittuntur, cum iſtæ ſimul coacervatæ, in hac materia, faciant plenam, & concludentem probationem contra quoſcumque, d. 83. n. 1. *Cerro.*

Actus diſpoſitivus ad alium ab aliquo intentatus, quando ille poſtea abſtinuit devenere ad actum ſecundum, non inducit aliquam præſumptionem contra ipſam quæ illi præjudicare poſſit, quoad alia inde obvenientia, d. 15. n. 15. *Meltio.*

Præſumptio pro ſolemnitate actus non juvat, quando controvertitur adhuc illius ſubſtantia, d. 17. num. 9. *Corrado.*

Fideicommiſſarius, qui vult donationem, ſeu alienationem ex cauſa dotis infringere, quando pro negativa occurrit aliqua præſumptio, ut quando Pater puellæ erat pauper allegando potuiſſe dotem conſtitui aut ſolvi in bonis liberis, illorum exiſtentiam, in qua ſe fundat probare debet, d. 16. num. 21. *Bichio.*

Præſumptio, quod diſpoſitio teſtamentaria ſit facta contemplatione alterius, non tollitur ex eo quod commodum ipſius referatur in alterum concurrentibus aliis, quibus ea rectè percipientur demonſtrationibus, d. 46. n. 3. & ſeq. *Corrado.*

Præſumitur initus à ſocio contractus nomine ſocietatis, cum illud pertinet ad ſocietatem, d. 102.

Præſumitur ſolutio facta vigore præcedentis negotii, cum poſt breve tempus ab illo ſolvitur, d. 105. n. 5. *Bichio.*

Præcipuè ſi non conſtat aliud negotium eſſe initum, ibid. n. 10.

Præſumitur tutorem, pupilli creditorem, ſibi ſatiſfeciſſe de debito, ex quo omnia ejus bona adminiſtravit, ſi tamen probetur tranſire ad ejus manus præcisè, d. 107. 16. *Bichio.*

Præſu-

Notabilium.

Præſumitur ceſſio acquiſita, & ſtipulata nomine proprio, quando ipſe acquirens etiam nomine proprio aliquid cedenti tradidit, d. 108. n. 2. *Bichio.*

Præſumitur renunciatio uxoris à viro promiſſa tunc eſſe facta; cum adſunt ſolutiones à socero factæ, & ſilentium longiſſimi temporis, ibid. n. 5. *Bichio.*

Et etiam ſubſcriptio capitulis matrimonialibus ab uxore facta, in quibus ſit renuntiatio, ibid. n. 26.

Præſumitur ex quietantia in modica ſumma, non debituram fuiſſe etiam in majori ſumma, ſi ea ſoluta fuiſſet, d. 109. n. 8. *Celſo.*

Præſumptio non cadit quem ſolvere voluiſſe magnam pecuniæ ſummam ſine quietantia, ibid. n. 9.

Nec quod quis voluerit ſolvere id, ad quod non tenebatur, ibid. n. 10.

Præſumptio una tollit aliam, & fortior tollit debiliorem, ibid. n. 15.

Præſumptio, quæ deducitur ex tarditate petendi, eſt levis, ibid. n. 17.

Cum præſumitur ſolutum debitum ex moroſitate petendi, ſuperflua eſt præſcriptio, ibid. n. 18.

Præſumitur creditor ſatisfactus ex re ad id accepta à debitore, niſi contrarium plenè, & concludenter probetur, d. 114. *n.* 1. *Cerro.*

Præſumitur etiam rem fuiſſe ſufficientem, quæ à debitore accepta, fuit per creditorem vendita, ut ſibi ſatisfaceret, niſi ipſe creditor probet quid ex tota re fuerit retractum, ibid. n. 6. *Celſo.*

Præſumitur ſemper fuiſſe reportatam quietantiam à ſolvente, ibid. n. 9.

Nec ſine ea præſumitur quem ſolviſſe maximè quando ſumma ſoluta eſt notabilis, ibid. n. 10.

Præſumitur ſolutio eſſe facta in cauſam debitam, dum nil aliud fuit expreſſum, ibid. n. 12.

Præſumitur diverſitas rei ex diverſitate temporis, & ordine, ibid. n. 13.

Præſumitur ex immiſſione creditoris in bona debitoris, quod creditum fuerit extinctum per compenſationem cum fructibus, d. 116. n. 3. *Bevilaqua.*

Vel quod ea ſint effecta diminuta, & illiquida, ut niſi iterum liquidentur non valeat affirmari de illis conſtare, ibid. n. 4.

Præſumit lex in ſolvente uſuram, ipſius coactam voluntatem, ne ſcilicet moleſtetur in ſorte, d. 17. n. 4. *Celſo.*

Præſumitur ſolutio omnium partitarum etiam antecedentium, cum adeſt in quietantia verbum, *Pro reſiduo*, d. 118. n. 12. *Meltio.*

Præſumitur ex tali quietantia debitor totaliter liberari, ibid. n. 2.

Præſumitur ex confeſſione pro majori debiti parte, etiam veritas reſidui, ibid. n. 5.

Præſumptio ſolutionis reſultat ex diligentia creditoris in exigendo ſua credita, ibid. n. 6.

Et ex taciturnitate per multos annos, ibid. n. 7.

Præcipuè in mercatore, ibid. n. 8.

Non præſumitur Mercator negligens in actione ſui crediti, ibid. n. 16.

Præſumitur omnimoda remiſſio moræ etiam incurſæ, ex receptione pecuniæ abſque ulla proteſtatione, d. 120. n. 5. *Veroſpio.*

Præſumitur ſolutio facta in cauſam duriorem, ſi aliter non ſit expreſſum per ſolventem, ibid. n. 8.

Et ad normam obligationis, ibid. n. 9.

Præſumitur accipiens litteras miſſivas abſque contradictione, conſentire & approbare contenta in illis, n. 2.

Præſumitur ſolutio eſſe facta in eam cauſam, quæ magis proportionata eſt in quantitate ſummæ pecuniæ ſolutæ, ibid. n. 10.

Non præſumitur novatio inducta in contractibus, qui compatiuntur ad invicem, ibid. n. 13.

Præcipuè ſi voluntas contrahentium ſit contraria novationi, ibid. n. 14.

Præſumptio *l. quintus ff. de donat. inter vir. & uxor.* cujus favore intret, d. 158. n. 5. *Veroſpio.*

Præſumptio *l. quintus. ff. de donat. inter vir.* an intret in judicio poſſeſſorio, ibid. n. 7.

Pretium.

Æquiras *leg. curabit*, declaratur obtinere locum in caſu, quo pretium penes emptorem pro ſecuritate evictionis remanſiſſet, d. 16. n. 3. & 4. *Veroſpio.*

Bona ſubhaſtata minori pretio illorum veri valoris, vendi ſolent, d. 66. n. 31. *Meltio.*

Litterarum pretium in *Statut. urb. lib.* 1. *c.* 147. taxatur ad bajocos quindecim pro qualibet, d. 77. n. 5. *Otthobono.*

Creditor recepto pretio rei hypothecatæ ejuſdem rei commodum ſubſtantialiter conſecutorum perinde, ac ſi illum penes ſe haberet, ita quod finalem adjudicationis effectum obtinuit, deciſ. 59. num. 9. *Corrado.*

Conſenſus præſtitus venditioni fundi hypothecati, non præjudicat reſpectu actionis ſuper pretio competentis, niſi jam conſenſum fuerit etiam diſtractioni pretii exinde redigendi, d. 3. n. 2. & ſeq. *Bichio.*

Pro pretii reſtitutione agere poteſt emptor contra venditorem, aut pro rei conſignatione, deciſ. 113. n. 5. *Celſo.*

Pretium, non ut pretium, ſed ut intereſſe, poteſt ab ipſo venditore per emptorem repeti, re non tradita, vel evicta, ibid. n. 6.

Pretii ex quantitate, arguitur quantitas rei, d. 136. n. 16. *Royas.*

Pretii augmentum poteſt devenire ex cauſa melioramentorum, & n. 18. ibid. n. 17.

Pretii varietatem recepit valor bonorum immobilium ex varietate temporum, ibid. n. 18.

Pretia rerum quotidie variantur, non ſolùm ex tempore, ſed etiam ex loco, aut ex aliis accidentibus, d. 163. n. 6. *Royas.*

Prætor.

Pignore conventionali ceſſante, procedere debet executio ex qua formatur pignus prætorium, d. 66. n. 19. *Meltio.*

Primogenitura.

Ex quibus dicatur quis conſtituiſſe perpetuam primogenituram inter omnes in teſtamento expreſſos, & ordine ſucceſſivo vocatos, d. 100. n. 16. *Cerro.*

Primogenituræ dicuntur inſtitutæ pro majori agnationis conſervatione, ibid. n. 18. & 19. *Cerro.*

Primogenituræ vinculum diuturna obſervantia declaratur, d. 86. n. 12. *Meltio.*

Privilegium.

Privilegium mulieri competens viro vergente ad inopiam, agendi ut dos ponatur in tuto pro alimoniis ſuis, & familiæ, perſonaliſſimum eſt, & nec ad filios tranſit, d. 3. n. 26. *Bichio.*

Attentata petuntur revocari via privilegiata. Venientes autem ex alia via neglecta hac via attentator non gaudet illius privilegio, d. 37. n. 5. *Dunozet.*

Privilegium fiſci non operatur ut qui nulliter emit ſub haſta dominium acquiritur, d. 114. n. 11. *Royas.*

Conquaſſantur privilegia, quando mulier contrahit cum pupillis, d. 179. n. 4. *Royas.*

In privilegiorum æqualitate quando verſamur, tunc potior eſt, qui agit de damno vitando, d. 179. n. 10. *Royas.*

Probatum. Probatio.

Quando probatio deſumitur ex ſola aſſertione emiſſa conſtante matrimonio, privilegia dotis non militant. d. 71. n. 18. *Bichio.*

Confeſſio adverſarii quibuſcumque probationibus præferenda, d. 74. n. 3. *Veroſpio.*

Quietantia à Procuratore ſub ampliſſimis clauſulis ad exigendum, & quietandum conſtituto peracta eandem vim probationis obtinet, ac ſi ab eodem principali

Index Rerum

cipali fuiſſet conſcripta, ita ut tanquam minùs legitima ab eodem impugnari nequeat. d. 47. n. 6.

Relatio periti, & calculatores de conſenſu partium electi facit probationem probatam, & omnino debet attendi donec de errore plenè, & concludenter doceatur, d. 75. n. 14. *Cerro.*

Exceptio apponi non poteſt à tertio niſi concludenter per eum fiat probatio, ib. n. 15.

Probatio mandati facta per Teſtes nihil operatur, niſi ad excuſandum procuratorem à pœna falſi & expenſis, d. 62. n. 41. *Arguelles.*

Probatio mandati facta per Teſtes reum juvare non poteſt ſi quando is cœperit Poſtea à domino conveniri. ibid. n. 42. & 46.

Probatio quæ reſpectu temporis dubia redditur attendenda, n. 5. d. 66. n. 13. *Meltio.*

Statutum Bononiæ de probationibus, verſic. *poſſit etiam probari per Teſtes*, declaratur non habere locum in ratione adminiſtrationis, dec. 1. num. 4. *Otthobono.*

Conjectura ex probatione contrarium eliditur, d. 3. n. 10. *Royas.*

Probatio oriens ex inſtrumento adminiculis, & juris præſumptione pro actus veritate munito prævalet Teſti ipſum etiam ſimulatum deponenti, d. 23. n. 15. *Corrado.*

Probationes in arduis cenſentur ſufficientes, quæ haberi poſſunt ac Judicis animum inducere ad credendum talem eſſe veritatem, procedit concluſio etiamſi agatur de probatione negativa, ibid. n. 36.

Non admittitur probatio unius Teſtis nec Teſtium de auditu contra declarationem ſolemniter factam in inſtrumento, de 31. n. 10. *Corrado.*

Probationes non admittuntur in illa inſtantia, ubi cauſa commiſſa fuit cum clauſula *ſi quid exequendum*, d. 10. n. 8. limitatur, n. 10. *Meltio.*

Debitor condemnatur quotieſcunque novas probationes facit non impeditur creditor quin novis juribus, & probationibus uti valeat ad elidendam probationem jam factam, ibid. n. 9.

Inſtrumentum facit probationem probatam, d. 15. n. 3. *Meltio.*

Probatio verſionis pecuniarum in cauſam inſtrumenti cenſus expreſſam reſultat ex vicinitate contractus cenſualis, & actus de quo fuit cauſa expreſſa, d. 16. n. 28. *Bichio.*

Probationem non inducit legitima confeſſio extrajudicialis ad favorem abſentis pro quo nemo fuit ſtipulatus, d. 20. n. 4. *Corrado.*

Æquitate canonica attenta confeſſio etiam extrajudicialis ad favorem abſentis pro quo nemo eſt ſtipulatus plenam facit probationem, & Rota ſemper ſecuta fuit hanc opinionem, ibid. n. 7. 8. 9. 10. & 14.

Probatio alienationis non deducitur ex inſtrumento non effectuato cum nullius ſit ad hunc effectum conſiderationis, perinde ac ſi celebratum non fuiſſet, d. 41. n. 6. *Corrado.*

Probationes in materia difficilis probationis fiunt conjecturis, ac præſumptionibus Judicis arbitrio penſandis, d. 46. n. 2. *Corrado.*

In novis probationibus ſententia poteſt juſtificari quando agitur de illius confirmatione, non autem ſi agatur de manutentione ejus; qui de tempore inſtituti Judicii poſſidebat, d. 36. n. 18. *Corrado.*

In judicio poſſeſſorio leviores probationes ſufficiunt pro juſtificatione Dominii cum de illo tunc non agatur principaliter ſed incidenter, d. 61. num. 9. *Corrado.*

In Probatione exactiſſime non requiruntur materiæ liquidationes, ſed leviores ſufficiunt, d. 53. n. 31. *Arguelles.*

Liquidatio fructuum in materia evictionis ſtante ipſius temporis certitudine leviores probationes requirit arbitrio Judicis, d. 56. num. 12. 13. & 14. *Corrado.*

Probatio identitatis bonorum eſt requiſitum ſubſtantiale ad obtinendam immiſſionem vigore *l. fin. C de. Ed. D. Adr. toll.* 86. n. 9. *Meltio.*

Probatum, & admiſſum in præcedentibus deciſionibus, ſupervacaneum eſt rurſus oſtendere, d. 175. n. *Royas.*

Probatio ſufficiens in cambiis non elicitur confeſſione, ſeu ſolidatione facta inter partes, ne ſub prætextu tali aperiatur via fraudibus, & uſuris, d. 101. n. 3. *Bichio.*

Probanda ſunt cambia à creditoribus, qui ſunt actores, ibid. n. 5. *Bichio.*

Dans pecunias ad cambium non tenetur probare illas fuiſſe ad cambium negotiatas, ibid. n. 8.

Probanda eſt, per procuratorem executio mandati ſibi commiſſi; alias condemnandus, ibid. n. 9.

Probatur tranſmiſſio pecuniæ ad nundinas ob cambia, ex litteris reditus, d. 1. n. 11.

Ad effectum ut mandatarius condemnetur in certa quantitate, loco damnorum, & intereſſe, debet mandans probare quantum fuerit ex cambiis perceptum ab aliis poſt illud mandatum ſuſceptum, d. 16. n. 14.

Probatur ex ſolidatione creditum in ſummam quæ fuit firmata in ſolidatione, d. 103. n. 1. *Celſo.*

Præſertim cum cauſa crediti fuit in ſolidatione expreſſa, ibid. n. 2.

Probatur debitum ex ſolidatione, quoad ſummam in ea firmatam, ibid. n. 1.

Probatur debitum, ſeu creditum ex verbo, *Reſto debitare*, ibid. n. 3.

Probat ſcartafaccium cum nundinæ ſunt completæ, non tamen ante, d. 104 n. 1. *Bichio.*

Probatur mandatum procuræ per Epiſtolas: dum & per eas dari poteſt, ibid. n. 71.

Probans mandatum adimpletum à ſe, poteſt agere contraria actione mandati, d. 4. n. 26.

Probatio ſolutionis cambiorum facienda eſt ab affirmante non à negante, ibid. n. 28.

Probatur ſolutio ex confeſſione partis, d. 105. n. 7. Et ex quietantia, ibid.

Probatur tranſmiſſio litterarum cambii ex litteris reditus, d. 106. n. 5. *Bichio.*

Probare pro tertio contra tertium non poſſunt litteræ mercatorum ſcriptæ ad extraneum, ibid. n. 9.

Probant tamen cum ſint ſcriptæ ad ipſos contra quos agitur, & ab ipſis producantur, ibid. n. 10.

Probantur litteræ redditus ex eo quod Campſerius in nundinis recepit, acceptavit, & adimplevit litteras *d'andata*, d. 106. n. 24. *Bichio.*

Probatio talis, non eſt coarctata ad unum, vel alterum probationis genus, ibid. n. 15.

Probatio talium litterarum poteſt deſumi ex copiis litterarum in libris Mercatorum regiſtratis, quæ probant, ibid. n. 16.

Maximè concurrentibus adminiculis, quæ efficiunt ut etiam in caſibus habentibus à lege, vel ſtatuto præſcriptum certum genus, probationis, aliud genus admittatur, ibid. n. 17.

Probatio ſupra dictarum litterarum poteſt etiam elici è libro nuncupato *Scartafaccio*, qui completis nundinis fidem facit, ibid. n. 18.

Probantur, etiam ex multiplicitate partitarum, etiam ſi non verſemur in antiquis, ibid. n. 19.

Præſertim attenta punctuali earum diſtinctione in ſingulas ferias, cum annotatione temporum, & ſubordinata continuatione, ib. n. 20.

Probatio plena, vel ſaltem vehemens præſumptio deducitur ex litteris *d'andata*, etiam abſque recognitione, concurrentibus adminiculis, ibid. n. 21.

Probatur creditum per inſtrumentum publicum d. 107. n. 5. *Bichio.*

Pro-

Notabilium.

Probandum eſt tantum perveniſſe ad manus tutoris creditoris pupilli, quod potuerit ſibi ſatisfacere, ad effectum ut excludatur à petitione contra ipſum pupillum. d. 7. n. 18. *Bichio.*

Non probatur eum ſolum adiviſſe hæreditatem, ex quo fuit per ſententiam Judicis declaratus hæres, & bonorum poſſeſſionem accepit, ib. n. 20.

Probationem non facit Apocha abſque requiſitis *leg. ſcriptores, C. qui potior. in pignor. habean. d.* 112. n. 5. *Celſo.*

Probationem crediti indubitatam, & manifeſtam facit inſtrumentum publicum, d. 114. n. 2. *Celſo.*

Et confeſſio partis in ipſo inſtrumento, ibid. n. 10.

Niſi probetur contrarium concludenter, præſumitur, creditorem fuiſſe plenè ſatisfactum ex re debitoris per ipſum vendita ob ſatisfactionem. d. 10. n. 5.

Non probat teſtis deponens de ſuo intereſſe, & de ſe exornando, d. 16. n. 11.. *Celſo.*

Probat benè inſtrumentum diviſionis contra dividentes, & cauſam habentes ab eis, d. 117. n. 20. *Celſo.*

Probatio rigoroſa non exigitur in ſcripturis privatis, quæ regulariter ſolent fieri abſente patre, d. 118. n. 10. *Meltio.*

Probatio ſimplex reſultans ex ſcripturarum comparatione admittitur in coadjuvanda finali quietantia per tutricem facta, ibid. n. 11.

Non probat teſtis de credulitate. Probat tamen in iis, quæ pendent à judicio teſtatoris, ibid. n. 12.

Probandus eſt ſtatus rei antiquæ, ut retentio melioramentorum detur, d. 119. n. 11. *Albergato.*

Ad probationem melioramentorum requiritur juſtificatio impenſi, & meliorati, ibid. n. 12.

Probationis gradum facit ſcriptura, & epiſtola contra ſcribentem, d. 120. n. 6. *Veroſpio.*

Probabilitas valdè urget ad præſumptionem inducendam, d. 126. n. 5. *Royas.*

Probatio incerta, & non concludens, non relevat, d. 132. n. 12. *Bichio.*

Probationes ſuperfluæ non ſunt attendendæ, ibid. n. 13.

Probationes aliæ quando deficiunt, probatur ſcriptura per comparationem litterarum, d. 185. n. 1. *Royas.*

Probationes leviores ſufficiunt in ſummariiſſimo judicio manutentionis, d. 65. n. 4. *Royas.*

Probatio fructus non fuiſſe perceptos ad ſummam conventam, cui incumbit, d. 83. n. 4. *Royas.*

Requiritque ita clara, & liquida probatio, ut nullo modo offuſcari poſſit, d. 190. n. 4. *Royas.*

Proceſſus.

Proceſſus factus cum Procuratore pupilli à Tutoribus conſtituto ante litem conteſtatam ſine Judicis decreto non valet, d. 28. n. 7. *Meltio.*

Ex ipſo proceſſu veritas ſententiæ probatur in quo conſtat de juriſdictione mandatis, & citationibus ac obſervantia terminorum ſubſtantialium *juxta d. Verall.* 262. *p.*2. *d.* 54. *num.* 1. *Corrad.* d. 55. n. 1. & d. 86. n. 2. *Meltio.*

Proceſſus per contradictas de ſtylo Curiæ fit potius ex urbanitate, quàm ex neceſſitate, & ſubſtantia cauſæ, d. 95. n. 4. *Meltio.*

Procurator.

Solutio pecuniarum facta agenti ſeu Procuratori non eſt ex cauſa habili ad transferendum in eam pecuniarum ſolutarum dominium, d. 5. n. 1. *Dunozet. Decano.*

Procurator in Judicio non creditur quiſquam niſi mandatum proferatur ita ut legi poſſit, d. 72. n. 35. & 41. 47. & 49. *Arguelles.*

Procuratoris declarati in judicio ſe nolle eſſe procuratorem non inficit actum poſtquam eſt jam dominus litis effectus, invito actore qui propterea validè contra ipſum perſecutus fuit judicium. d. 77. n. 13. *Otthobono.*

Procurator non dicitur qui onus ſibi demandato non acceptato, d. 33. n 1. *Cerro.*

Procurator debet reſtituere domino etiam indebitè percepta, d. 101. n. 18.

Procurator, ut poſſit agere contra mandantem contraria actione mandati, ſufficit ſi doceat mandatum adimpleviſſe, d. 104. n. 26. *Bichio.*

Procurator poteſt melius & pinguius meliorem faciendo conditionem principalis, adimplere mandatum, d. 148. d. 14. *Cornelio.*

Procurator habens mandatum imponendi cenſum ſuper bonis ipſius principalis, multò magis poteſt agnoſcere bonam fidem cenſus jam impoſiti ſuper rebus alienis, ibid. n. 15.

Et ſi aliquando procurator, vel miniſter ejuſdem perſonaliter citatus fuit.

Productio.

Productio calculi cum nihil ex adverſo fuerit oppoſitum poſt lapſum terminum ad dicendum contra jura producta, tribuit jus quæſitum parti producenti, d. 77. n. 7. *Otthobono.*

Producens ſpecialiter in judicio litteras cenſetur approbare omnia in illis contenta, d. 20. n. 2. *Veroſpio.*

Producens inſtrumentum, ſeu ſcripturam illam approbare cenſetur. d. 170. n. 1. *Royas.*

Et tenetur illi ſtare, cum amplius illi impugnare non poſſit, ibid. n. 2.

Prohibitio.

Prohibitio reſtricta ad certam perſonam non porrigitur ad alias, ubi etiam concurrit eadem ratio, d. 23. n. 9. *Corrado.*

Prohibitio facta à Teſtatore de alienandis bonis, quæ fideicommiſſo ſuppoſuit non extenditur ad præjudicium legatariorum in eodem Teſtamento, ſed videtur potius adjecta ex erronea pinguioris fortunæ credulitate, quam Teſtator in ſuo patrimonio ſperaverat, d. 58. n. 9. *Veroſpio.*

Prohibitio expreſſa alienationis in emphyteuſi exercet vim præcedentis clauſulæ *ad habendum*, d. 178. n. 13. 14. 15. & 17. *Corrado.*

Prohibitio alienationis rei emphyteuticæ in conceſſione appoſita enervat vires præcedentium clauſularum, d. 79. n. 5. 11. 12. & 13. *Cerro.*

Promiſſio. Promiſſor.

Quamvis Promiſſio præceſſerit confeſſionem dotis dum receptio à viro poſt ejus decoctionem emiſſa in præjudicium Creditorum fidem non facit. d. 2. n. 1. *Bichio.*

Ubi verba continent expreſſam obligationem reddendi rationem clarè convincunt promiſſionem quod adminiſtrator reliquatum reſtituat, dec. 9. num. 2. *Otthobono.*

An extinguatur promiſſio dote promiſſa per mortem matris ſi filia prædecedat, d. 14. n. 2. *Terracinen.*

Dos promiſſa, & non ſoluta ad effectum lucri habetur perinde ac ſi ſoluta fuiſſet. dec. 18. num. 2. *Albergato.*

Paupertas mulieris præ ſe fert magnum inveriſimile quod notabilem ſummam, ſuum ſtatum excedentem in dotem ſolverit, unde arguitur ſimulatio promiſſionis, d. 22. n. 8. *Corrado.*

Promiſſio præcedens dotis ſequentis veritatis confeſſionem comprobare ſolet, ibid. n. 16.

Commodum cujus reſpiciat promiſſio dotis licet ſit facta diverſæ perſonæ ad hoc ut cognoſcatur colluſio, potiſſimum attendi debet, dec. 23. n. 15. *Corrado.*

Promiſſio de inveſtiendo inducit contractum, & idem operatur ſi inveſtitura facta fuiſſet, & importat ſtipulationem, d. 29. n. 12. & 13. *Meltio.*

Promittens pecunias negotiari ſuper cambiis, tenetur ad negotiandum, alias ad intereſſe; nec curatur an negotiatus fuerit, nec ne. d. 101. n. 7. *Bichio.*

Promittens reſtituere capitale intelligitur non de toto, ſed de eo quod ſupereſt, ibid. n. 21.

Promiſſores obligantur in ſolidum, ex verbo, *Cujuſlibet*,

Index Rerum

juſtibet, poſito in contractu, d. 107. n. 6. *Bichio.*

Promiſſio mariti de renunciatione uxoris ad favorem dotantium, omnibus hæreditatibus paternis, fraternis, & aliis ſibi deferendis dicitur adimpleta per matrimonium, juxta formam dictæ promiſſionis contractum, & conſummatum, ibid. n. 15. *Bichio.*

Et ex quo non contradixit, nec aliquid ex dictis hæreditatibus periit per ſpatium longiſſimi temporis, ib. n. 16.

Promittens uti principalis, principaliter, & in ſolidum, et ſub Obligatione Camerali, conſtituitur principalis debitor, d. 108. n. 6. *Bichio.*

Promiſſorem dotis non poteſt mulier conſtante matrimonio convenire, nec reſpectu actionis perſonalis ſed ſolum vir, ibid. n. 7.

Promiſſio de evictione quando fuit ampliſſima, tunc quælibet evictio promiſſa cenſetur, d. 150. n. 9. *Meltio.*

Promittens aliquid non facere, fortiùs id tenetur ſervare, quàm ille, qui non promiſit, d. 158. n. 23. *Veroſpio.*

Proprietas.

à Proprietate verborum, quando ſit recedendum dec. 149. n. 19. *Cerro.*

Prorogatio.

In Emphyteuſi, Prorogatio gradus conceſſionis in perſonas non approbatas? ſine conſenſu non eſt admittenda, d. 38. n. 8. *Meltio.*

Proteſtatio.

Proteſtatio non emiſſa in actu receptionis pecuniæ, facit præſumere remiſſam fuiſſe quamcumque licet incurſam moram, d. 120. n. 5. *Veroſpio.*

Proviſio.

Hominis ſpecialis proviſio facit ceſſare proviſionem legis, d. 157. n. 9. *Panzirolo.*

Publicatio.

A publicationis ſolùm tempore incipiunt ligare ſtatuta, non quidem ante, d. 111. n. 14. *Bichio.*

Pupillus.

Pupillo non præjudicat confeſſio de recepto, voluntaria, & extrajudicialiter à tutore facta, dec. 109. n. 3. *Celſo.*

Pupillorum res donare eſt tutoribus, & curatoribus prohibitum, ibid. n. 7.

Pupillo nocere non poteſt ſimplex tutoris confeſſio, ib.

Ex pupilli facultatibus præſumitur tutor creditor ſibi ſatisfeciſſe ſi probetur tantum ad ejus manus ex ipſius facultatibus perveniſſe, d. 107. n. 16. & 17. *Bichio.*

Quod amplia ad quemlibet adminiſtratorem in bonis domini, ibid. n. 4.

Pupillo non infert præjudicium confeſſio de recepto facta à tutore, dum debitor non liberatur, d. 118. n. 4. *Meltio.*

Limita id non procedere, quando pro corroboratione prædictæ confeſſionis concurrunt plures conjecturæ, ibid. n. 5.

Negotia regens tenetur reddere rationem, d. 182. n. 2. *Royas.*

Q.

Qualitas.

QUalitas vitii rejicitur à confeſſione qualificata patris in poſſeſſorio Judicio, favore poſſidentis, d. 77. n. 2. *Meltio.*

Quantitas.

Pro concurrenti quantitate ſolùm æris alieni ex fideicommiſſo detrahendi, tenet alienatio bonorum fideicommiſſi, d. 16. n. 30. *Bichio.*

In quantitatis proprietario ex legato cum onere ubi valor legati relicti, injunctum onus excedit cauſa oneroſa non concurrit ad effectum repetendi ſolutum poſteriori creditori, d. 18. n. 10. *Albergato.*

Quietantia.

Quietantia à Procuratore, ſub ampliſſimis clauſulis ad exigendum, & quietandum conſtituto, peracta: eandem vim probationis obtinet, ac ſi ab eodemmet principali fuiſſet conſcripta: ita ut tanquam minùs legitima, ab eodem impugnari nequeat, d. 74. n. 6. *Veroſpio.*

Quietantia probat ſolutionem, d. 105. n. 8. *Bichio.*

Quietantia ſi reperitur pro ſumma modica, etiam adeſſe in majori ſumma ſi ea ſoluta fuiſſet, d. 109. n. 8. *Celſo.*

Sine quietantia non eſt veriſimile quem ſolviſſe magnam pecuniarum ſummam, ibid. n. 9.

Quietantia ſemper præſumitur reportata à ſolvente, d. 114. n. 2. *Celſo.*

Et ſine quietantia non eſt veriſimilis ſolutio, præcipuè quando ſumma ſoluta eſt notabilis, ibid. n. 10.

Quietantia facta à matre tutrice, & curatrice filiorum, cum debitis ſolemnitatibus, & cum verbis *pro reſiduo, &c.* præſupponit omnimodam ſolutionem aliarum præcedentium partitarum, d. 118. n. 1. *Meltio.*

Et mediante tali quietantia cenſetur inducta omnimoda liberatio ad favorem ſolventium, ibid. n. 2.

Quietantiæ duæ, quando reperiuntur circa redditionem rationis, tunc eo minùs quis poteſt cogi ad eam denuò reddendam, d. 161. n. 2. *Royas.*

Quietantiæ redditionum rationum habent ſtatum validitatis, donec non datur de earum invaliditate, d. 161. n. 7.

R

Ratificatio.

PEr ratificationem ſubſequentem contrahentis non convalidatur contractus nullus, niſi probetur prius in ipſo plena ſcientia nullitatis, nedum facti, ſed etiam Juris, d. 8. n. *Otthobono.*

Ratificatio actus, ſemper continet in ſe conditionem, ſi aliàs firmus ſit, & validus, ibid. n. 11.

Et ea ratione, quia ratificans potuit credere, obligationem fuiſſe validam, ibid. n. 12.

Ratificationem patris indicant moleſtiæ judiciales ab una parte ceſſantes, & quòd ampliùs acta impugnari nequeant, d. 22. n. 9. *Cerro.*

Ratificatio idem operatur, ac mandatum, licet ſpecialis in actis requiratur, ibid. n. 10.

De Ratificatione mandati procuræ, quando dicatur conſtare, 152. n. 2. *Ghiſterio.*

Ratificatio inducitur ex taciturnitate plurium annorum, d. 184. n. 7. *Royas.*

Pro ratificationis excluſione ſatis eſt, dubitari poſſe de ignorantia facti, d. 176. n. 14. *Royas.*

Ratio.

Ratio prima in periodo teſtantis, licèt addita ſit, & ſecunda ad ejus corroborationem, præ ſe fert contemplationem teſtatoris, ac diſpoſitionis finalem, & præcipuam cauſam, d 46. n. 32. *Corrado.*

Licèt ad hunc effectum ſufficeret quod eſſet æquè principalis, & conjunctim adjecta, n. 33.

Imò & ſecundaria, n. 34.

Eoque maximè ubi ſunt commemorata merita filiorum, ob ætatis tenuitatem, nondum meritorum computum, niſi patris contemplatio ſuppleviſſet. ib. n. 35.

Rationes expreſſæ, & cumulatæ in teſtamento facto à muliere, cenſentur deductæ ad obtingendam, & colorandam mariti contemplationem, quando aliæ fortiores pro ea vigent conjecturæ ac verba, quæ non ſolum ſuadent, ſed demonſtrant, principium, medium & finem, ac totius diſpoſitionis ſubſtantiam fuiſſe in præſcripta contemplatione conſtitutam, ibid. n. 39.

Et propterea licèt aliàs veræ forent, cum tamen ſic adjectæ cenſeantur in fraudem, ac circumſcriptionem

Notabilium.

nem legis, attendi non debent, ſed ſunt rejiciendæ. ibid. n. 40.

Ratione connexitatis, & individuitatis conceſſio nulla in parte ſubſtantiali in totum corruit, d. 95. n. 42. *Meltio.*

Ratio ſemel redditâ non debet amplius reddi, dec. 156. n. *Carillo.*

Ad rationes iterum reddendas, ut quis cogi poſſit, debet conſtare de dolo certo, & evidenti, d. 161. n. 9. *Royas.*

Ad rationes reddendas tunc iterum quis cogi non poterit, dum non tantùm conſtat de dolo certo & evidenti, ibid. n. 10.

In Rationum redditione, quando cenſeatur ſublatus omnis error, & quæcumque ſuſpicio falſitatis, ib. n. 11.

Ratio ſemel reddita amplius reddi non poteſt, d. 161. n. 1. *Royas.*

Ratio non inducitur, niſi adſit in ratificatione plena ſcienta omnium nullitatum tam facti, quàm Juris, n. 9. &. 14. d. 179. n. 5. *Royas.*

Ratiocinium.

In ſimplex ratiocinium reſolvitur epiſtola à teſtatore ſuper ſua diſpoſitione ſcripta: ita ut haberi debeat perinde, ac ſi ſcripta non fuiſſet, unde ſi novam diſpoſitionem non fecit, in eadem permanſiſſe cenſetur, d. 34. n. 5. *Cerro.*

Reale.

Reale cambium dicitur quando conſtat de tranſmiſſione litterarum ad ſingulas nundinas, d. 106. n. 4. *Bichio.*

Recambium.

Recambium dicitur novum cambium, dec. 106. nu. 1. *Bichio.*

Recognitio.

Recognoſci poſſunt ſcripturæ ſine teſtibus factæ, ſi teſtes habeant notam manum ſcribentis, d. 105. n. 1. *Bichio.*

Pro recognitis haberi ſcripturas, poteſt Judex decernere in partis contumaciam, ibid. n. 2.

Super recognitione ſcripturarum privatarum, teſtes quomodo deponere debeant, d. 118. n. 8. *Meltio.*

Ceſſat quando ſumus in epiſtolis miſſivis, & ſchedulis mercatorum, quæ ſcribi ſolent ſine ullius interventu, ibid. num. 4.

Recognitio ſcripturarum rigoroſa fieri debet in ſcripturis, in quarum confectione ſolent adhiberi teſtes, ibid. n. 6.

Secus dum teſtes non requiruntur non ſolent adhiberi dum ſcribitur, ibid. n. 6.

Recognitionis materia manus ſcribentis, ab arbitrio Judicis pendent, ibid. n. 8.

Recognitio manus ſcribentis, quando fit per teſtes habentes notam manum ſcribentis, quando etiam conjunctim ſit facienda per comparationem, ib. num. 9.

Recognitio ſcripturarum per comparationem quando fit prius debet conſtare de certitudinali alicujus ſcripturæ ad quam eſt facienda comparatio, ib. num. 10.

Fraudibus ut occurratur in materia recognitionis ſcripturarum, eſt adhibenda omnis diligentia, ib. n. 11.

Recognoſcitur bene ſcriptura per teſtes habentes notam manum ſcribentis ſecundum obſervantiam Rotæ, & maximè concurrentibus adminiculis, d. 141. n. 7. *Coccino.*

Receptio.

Receptio ſolutionis ab alio, quàm à debitore, regulariter non inducit liberationem ipſius debitoris, deficientiibus requiſitis neceſſariis ad delegationem inducendam, d. 15. n. 12. *Meltio.*

Quod procedit etiam in receptione novæ obligationis, deficientibus requiſitis neceſſariis ad novationem inducendam, ex quo tunc cenſetur potius facta cumulativè, ibid.

Receptionis confeſſio per tutorem non præjudicat pupillo, niſi pro ea parte qua fuit realiter ſoluta per debitorem, d. 118. n. 3. *Meltio.*

Recipiens litteras miſſivas ſimpliciter, & ſine contradictione videtur conſentire, & approbare contenta in illa, d. 120. n. 2.

Ex receptione pecuniæ abſque ulla proteſtatione ſubſequuta, mora quæcumque licet incurſa, remiſſa cenſetur, ibid. n. 5.

Reconductio.

Reconductio rei locatæ intelligitur facta cum eadem penſione, & ſub eiſdem pactis, & obligationibus poſitis in primo contractu, d. 15. n. 6. *Meltio.*

Reformatio.

Reformatio Pauli V. tit. de notariis Tribunal. n. 37. §. ad rogandum, *Diſponit quod Notarii teneantur ad damna, & intereſſe, ſi quid male ab eis geſtum fuerit*, d. 16. n. 1.

Redintegratio.

Poſſeſſio ad effectum redintegrationis expoliati, ſatis probatur ex ipſo judicio contra eam per expoliantes inſtituto, mandatoque petito ac relaxato, dec. 39. n. 23. *Corrado.*

Redintegratio injuſtè ſpoliati, non impeditur niſi jus præſenti ſpoliantis evidentur conſtet per confeſſionem partis, vel rem judicatam, aut aliam æque indubitatam probationem, alias enim dici non poteſt conſtare de jure, vel non jure alterius partis, quamdiu contrarium probari valet, d. 36. n. 29.

Redintegratio, quæ competebat auctori, competit etiam ejus hæredi, n. 15. d. 172. n. 14.

Ad Redintegrationem agens probare tenetur duo extrema, nempe poſſeſſionem anteriorem ſuam, & juniorem adverſarii, ibid. n. 13.

Redintegratio competit, quando Judex nullus procedit, 193. n. 9. *Royas.*

Redintegratio competit contra ſpoliationem, d. 187. n. 2. *Royas.*

Relatio.

Relatio ſecunda periti, etſi poſt ſententiam, conformis primæ ante ſententiam in proceſſu exiſtenti, non uti nova probatio, ſed convalidatio, ejuſque primæ dilucidatio reputatur, d. 58. n. 6. *Verolpio.*

Adeoque pro adiudicanda probatione juſtitiæ ſententiæ admitti debet, ac ſi tunc temporis fuiſſet in actis productis.

Relatio ſupponit relatum in referente, ita ut pacta in antecedenti inveſtitura ad quam præſens relationem habet, cenſeantur in hac repetita: perinde ac ſi etiam in iſta eadem fuiſſent appoſita, d. 78 n. 23. *Cerro.*

Legalis prohibitio per relationem ad antiquas inveſtituras, juncta prohibitioni contrahentium explicitæ, ne bona emphyteutica Eccleſiaſtica relinquantur, & deveniant ad aliam Eccleſiam, interdicit omnem, & quamcunque potentiam alienandi dicta bona uſque ab initio, ita ut nullo unquam tempore, & ad nullum effectum illa à monaſterio poſſint acquiri, & apud ipſum retineri, d. 70. n. 11. *Cerro.*

Relatio periti, & calculatoris de conſenſu partium electi, facit probationem probatam, & omnino debet attendi donec de errore plenè, & concludenter doceatur, d. 22. n. 15. & 17. *Cerro.*

Relatio reſtringitur ad immediate expreſſa, d. 108. n. 1. *Bichio.*

Referri debent ſingula ſingulis, ibid. n. 3.

Referri debet ſolutio ad cauſam expreſſam, d. 112. n. 7. *Celſo.*

Relatio periti extrajudicialis non valet, d. 114. n. 17. *Celſo.*

Item cum eſt erronea. ibid. n. 18.

Relatio operatur ut omnes conditiones, & qualitates cenſeantur ſpecialiter expreſſæ, & inſertæ in datione in ſolutum, d. 115. n. 7. *Bevilaqua.*

Re-

Index Rerum

Relatio peritorum ſine die, menſe & anno, nec in actis producta non eſt in conſideratione, d. 190. num. 6. *Royas.*

Remedium.

Remedium ſubſidiarium reſtitutionis in integrum, eatenus competit minori quatenus habere non poteſt recurſum contra tutorem, ſcientem & negligentem, occaſione paſſæ præſcriptionis, d. 33. n. 13. *Otthobono.*

Remedii *l. fin. C. de edict. Div. Adr. toll.* interd. adipiſcendæ, quod hæredi ſcripto competit, extrema ſunt: exhibitio teſtamenti non aboliti, aut cancellati: docere de obitu teſtatoris, & de identitate rei, d. 66. n. 1. *Otthobono.*

Remedium utilis Salviani, competit contra poſſeſſores vigore hypothecæ, d. 95. n. 1. *Peutingero.*

Remedium ſubſidiarium non datur, quoties competit ordinarium, & n. 11. d. 139. n. 10. *Royas.*

Remedium poſſeſſorium non datur contra factum judicis, niſi injuſtitia, & nullitas ſit ita patens ut nulla ratione poſſit velari, d. 150. n. 6. *Meltio.*

Remedium redintegratorium non competit contra poſſidentem authore Prætore, ibid. n. 10. *Ghiſterio.*

Remiſſoria.

Remiſſoria denegatur, tum ob vehementem ſuſpicionem calumniæ, tum ob timorem ſubordinationis teſtium, d. 135. n. 9.

In Remiſſoria petenda calumniæ vehementis ſuſpicio arguitur, ex quo plures teſtes jam fuerunt examinati, & nihil fuit probatum, ibid. n. 9.

Remiſſoriam ſuper eiſdem articulis Rotæ, quando ſoleat concedere, ibid. n. 10.

Remiſſoriam ut concedat Rota ſuper eiſdem articulis, requirit ut major explicitus non ſit in cortice verborum, ibid. n. 10.

Remiſſoria quando datur ſuper eiſdem articulis, articuli novi quid comprehendere debeant, ibid. n. 12.

Remiſſoria non conceditur poſtquam teſtificata ſunt didicita, d. 135. n. 13. 14.

Quod procedit etiam ſi ſint didicita teſtificata alterius partis ſolum, ibid n. 15.

Remiſſoria ſine dubio conceditur, quando materia articulata eſt relevans, d. 159. n. 1. *Royas.*

Remiſſoria ſuper omnibus articulis conceditur ſtante relevantia unius articuli, ibid. n. 12.

Remiſſoria datur in materia prophana in qualibet inſtantia, etiam ſine fumo, ibid. n. 13.

Remiſſoria conceditur quando materia articulata tendit ad probandum delictum, & quando id non ſit verum, ibid. n. 14.

Remiſſoria conceditur ſine retardatione executionis, ibid. n. 17.

Religio.

Per Religionis ingreſſum ultimi ex linea inveſtiti, ipſa linea, ad effectum devolutionis emphyteuſis, non poteſt dici finita: dum ſaltem ejus vita durante, commoditas bonorum remaneat penes monaſterium, d. 79. n. 7. *Cerro.* n. 2. declaratur, n. ſeq.

Remiſſio.

Remiſſio crediti retracti ſapit naturam donationis, & ejus effectum operatur confeſſio de recepto, d. 199. n. 6. *Celſo.*

Renovatio.

Renovata, & continuata præſumitur locatio ſemel facta eadem penſione, ſeu affictu: ex diſpoſitione tam juris communis, quàm ſtatuti Bononien. d. 6. n. 3. *Decano.*

Renunciationi emphyteuſis ut ſit locus res debet ad nominum directum eſſe reverſa, d. 58. n. 19. *Meltio.*

Renovandi, nec alienandi in extraneos facultas non tribuitur in emphyteuſi Eccleſiaſtica, vigore clauſularum. *Ad habendum, & in perpetuum* in inveſtitura appoſitarum, quæ debent intelligi juxta naturam contractus, cui adjiciuntur, dec. 79. n. 2. *Cerro.*

Renunciatio.

Renunciatio facta per fœminas dotatas, de omnibus bonis paternis, maternis, & fraternis quæ quomodocumque, & qualitercumque tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, ac alia quavis cauſa prætendere poſſint, &c. clauſulis ampliſſimis, & generalibus concepta: Reſolvitur in pactum de non ſuccedendo eiſdem, in quorum hæreditate nullum jus, ob dotem receptam, nec competebat, nec competere poterat, d. 84. n. 8. *Royas.*

In renunciatione, non requiritur inſinuatio, quæ ſit de hæreditate incerta, & nondum quæſita; ſuper qua nullum jus, nec in re, nec in ſpe, renuncianti competebat, ibid. n. 10.

Renunciatio materna, non valet præjudicare filiis venientibus ex perſona propria, ob præcedentiam matris, ibid. 13. declaratur, n. 14.

Eoque magis, dum renuncians promiſit pro ſe & hæredibus, n. 15.

Renunciatio ab uxore facienda ſecundum viri promiſſionem in capitulis matrimonialibus adſcripta cenſetur facta, vel remiſſa ſtante longiſſimi temporis ſilentio & junctis ſolutionibus à ſocero factis, nunquam petita dicta renunciatione, dec. 108. n. 25. *Bichio.*

Et ex eo quod ipſa mulier dicta capitula ſubſcripſit, ibid. n. 26.

Renunciare juri quæſito, & nolle acquirere paria non ſunt, d. 257. n. 7. *Panzirolo.*

Renunciatio reviſionis computorum redditur nulla, ſi renuncians ſit minor 25. annorum, d. 161. n. 4. *Royas.*

Renunciatio aliqua quod fuerit tantùm verbalis, ex quo ſatis convincatur, d. 171. n. 8. *Royas.*

Repetitio.

Repetitio ceſſat, ea cauſa ſecuta, ob quam cauſam quid datum eſt, d. 114. n. 7. *Celſo.*

Repetitio non datur contra eum, qui ſuam recepit quamtumvis ab alio, quam à ſuo debitore pecunias recipiat. 189. n. 3. *Royas.*

Repetitioni locus eſſe debet, ſi ſolutio ex falſa cauſa emanavit, ibid. n. 4.

Repræſentatio.

Repræſentatio non admittitur in emphyteuſi Eccleſiaſtica ſub hac forma, *pro ſe Filiis, & Nepotibus*, d. 38. n. 3. *Meltio.*

Una & eadem perſona non poteſt duarum vicem repræſentare, d. 104. n. 5. *Bichio.*

Repræſentatur defuncti perſona per hæredem etiam ſine bonis, d. 107. n. 21. *Bichio.*

Reproductio.

Reproductio monitorii non requiritur de eſſentia, ubi pars citata comparet, d. 86. n. 4. *Meltio.*

Reproductio citationis, non alia ratione requiritur, quàm ad effectum reddendi certum Judicem de vera, & actuali executione monitorii, ibid. num. 5.

Reproductio realis citationis deducitur ex productione facta à curſore, ſub illis verbis: *facto realiter, ac tenoris*, &c. productionem realem denotantibus, ibid. n. 6.

Repudiatio.

Repudiatio ſeu renunciatio commodi Hæreditatis uxoris, facta à vitrico, non poteſt tollere jus filiis primi matrimonii: *ex l. hac edictali* proveniens: quibus non expectata alia ipſius acceptatione, ſtatim illud defertur, d. 46. num. 21. *Corrado.*

Repudiatio hujuſmodi præſumitur facta in fraudem filiorum primi matrimonii ad privandum illos lucro à lege delato, ibid. n. 22.

Repugnantia.

Repugnantia, ut evitetur, capienda eſt omnis interpretatio, d. 154. n. 4. n. 9. *Bichio.*

Requiſi-

Notabilium.

Requisita.

Requisita *vulg. dec. Caputaq.* 260. per sententiam validam, reddunt, d. 78. n. 3. *Cerro.*

Res.

Legatarius in re legata præfertur cæteris creditoribus testatoris, quando hæreditas est solvendo: secus autem, ea reperta non solvendo, d. 34. n. 9. *Cerro.*

Declaratur quod præferatur in re legata creditori chirographario, non habenti hypothecam, n. 12.

Res admodum intricatas, & litibus involutas, non tenentur discutere creditores testatoris, sed possunt se dirigere in rem legatam, etiam ad præjudicium legatarii, ibid. n. 11.

De re emphyteutica melioramenta non debentur, donec plenissimè probatum fuerit, quid impensum, aut melioratum fuerit, d. 35. n. 32. *Peutingero.*

Res sponsæ à consanguineis sponsi transmissæ, quia ad usum tantùm, soluto matrimonio, veniunt ejus hæredibus restituendæ, d. 80 n. 4. *Arguelles.*

Licèt sint res ad usum solius mulieris aptatæ, & convenientes, ibid. n. 9. ampliatur, n. 6.

Ad rem difficilis probationis probandum admittuntur testes etiam inhabiles, ubi non ita de facili possunt reperiri omni exceptione majores, & veritas aliter haberi non potest, d. 83. n. 3. *Cerro.*

Ubi nec in re, nec in spe ullum jus renuncianti competebat super hæreditate incerta & nondum quæsita, insinuatio in renunciatione non requiritur, d. 84. n. 10. *Royas.*

Res inter alios acta, vel judicata, alteri nocere non debet, d. 41. n. 8. *Corrado.*

Rem controversam, qui detinet, is possidere dicitur ad effectum manutentionis, d. 11. n. 1. *Meltio.* & qui rem exhibere, vel dimittere mandatur, n. 3.

A re promissa, promissio formaliter distinguitur, d. 14. n. 8. *Terracinen.*

Rei locatæ retentio ex parte conductoris, & exactio pensionum ex parte locatoris, important tacitum utriusque partis consensum, ad continuandam, seu renovandam locationem, d. 15. n. 5. *Meltio.*

Rem locatam quando continuat retinere primus conductor, post solutionem pecuniarum in causa pensionis, facta à secundo conductore potest condemnari ad solutionem pensionum postea decursarum, ibid. n. 14.

Quia rem censuariam non venditor census, nec minùs eam possidet, tam post venditum censum quàm antea: & censum, quem vendidit, nullo modo possidet ipse, sed emptor clausula constituti apposita in instrumento census, videtur inepta, d. 16. num. 1. *Bichio.*

Rei censuatæ fructus capiendi propria auctoritate clausula constituti ad favorem censuarii, præbet ipsi facultatem ad effectum sibi satisfaciendi de fructibus census, ibid n. 3.

Et illius facultatis vigore censuario competit associatio contra tertium possessorem fundi censualis, ibid. num. 4.

Rem ipsam dumtaxat, prout gesta fuit, testes distinctè exponere debent; aliàs enim quando depositionibus interserunt talia quorum cognitio, ac definitio ad Judicem spectat, & sic videntur potius aliquod judicium ferre; confusa ejusmodi depositio nihil concludit, d. 17. n. 8. *Corrado.*

Tum re ipsa, tum expressis verbis plenè probatur aditio hæreditatis ex quolibet actu Judicis declarativo, & ex actu per ipsum hæredem simpliciter gesto qui citra jus, & nomen hæredis fieri possit, ibidem num. 19.

Salvianum, licèt sit interdictum adipiscendæ possessionis, est tamen de pignoribus, id est, de possessione rerum obligatarum, d. 19. n. 3. *Corrado.*

Rei hypothecatæ recepto pretio, creditor, ejusdem Rei commodum substantialiter consequutus est perinde ac si illam penes se haberet, ita quod finalem adjudicationis effectum obtinuit, ib. n. 9.

Super re cessa cedens jura, non potest eis amplius ut in præjudicium cessionarii, causam habentium ab eo, ib. n. 15.

Æquitas *l. curabit*, semper admitti solet favore domini rei venditæ, ac ipsius hæredum, quoties conventum pretium cum gravi ejusdem jactura, penes emptores, vel in totum, vel in aliqua sui parte permanserit, d. 61. n. 2. *Verospio.*

Quando agitur respectu certæ rei, & ad rem aliquam perendam, atque ad illius traditionem, limitatur conclusio, quòd duo concurrere debeant ad præsumendam fraudem, &c. d. 70. n. 30. *Meltio.* quod recipit declarationem à n. præcedenti.

Pactum, quod res emphyteutica non possit devenire ad manus mortuas operatur, quod ne minus in illa possit transferri pro assequenda æstimatione, d. 78. n. 26. *Cerro.*

Rei emphyteuticæ alienationis prohibitio in concessione apposita, enervat vires præcedentium clausularum, d. 79. n. 5. *Cerro.*

Res acquiritur illis, ad quos negotium spectat, d. 108. n. 4. *Bichio.*

Rei loco pecuniæ debetur cum res præstari non potest, d. 110. n. 10. *Celso.*

Ad rei venditæ consignationem potest emptos agere, vel ad pretii restitutionem, d. 113. n. 5. *Celso.*

Re vendita non tradita, vel evicta, emptor potest repetere pretium, non ut pretium, sed ut interesse, ib. n. 6.

Rei alicujus intuitu, solutione permissa, ordo servari debet ut primo res tradatur, & postea solutio fiat, ibid. n. 7.

Res debitoris accepta à creditore, ut sibi satisfiat præsumitur sufficiens, nisi aliud fuerit ex adverso plenè probatum, d. 114. n. 5. *Celso.*

Res dubia.

Sententia contra unum ex creditoribus lata, & in judicatum lapsa, vel os claudit aliis, vel saltem magnum præbet in re dubia veritatis adminiculum, d. 3. n. 9. *Bichio.*

Res judicata.

In rem judicatam sententia mansit, causa appellationis per biennium non prosequuta, quo casu & efficitur deserta, nisi prorogata sint fatalia: perinde ac si nunquam ab ea fuisset appellatum, d. 32. n. 1. *Meltio.*

Res judicata inducitur per secundam sententiam primæ conformem vigore statuti, de duabus conformibus: ac proinde secunda executioni demandatur, ib. n. 4.

Pro Rei judicatæ Appellatione deserta sufficit, causam ad partes remitti, & impedimenta removeri, d. 68. n. 2. *Cerro.*

Rem judicatam non impedit Appellatio, licèt infrà legitima tempora interposita, cum non fuerit infra biennium prosequuta, d. 84. n. 1. *Royas.*

Reservatio.

Reservatio Juris tacita, in contractu non inducitur, ubi alterius juris in eodem contractu facta est renunciatio expressa: quia id pariter, si voluissent, partes expressissent, d. 38. n. 14. *Meltio.*

Reservatio in cessione jurium est incompatibilis, & pro non apposita habetur, & respectu jurium expressorum nihil operatur, d. 119. n. 7. *Albergato.*

Restitutio.

Restituere tenetur vir fructus perceptos bonorum extradotalium, uxore dissentiente, d. 1. n. 17. *Otthobono.*

Restitutio in integrum adversus præscriptionem, competit ex capite probabilis ignorantiæ, d. 33. num. 7. *Otthobono.*

Remedium subsidiarium Restitutionis in integrum, eatenus

Index Rerum

eatenus competit minori, quatenus habere non poteſt recurſum contra tutorem, ſcientem, & negligentem, occaſione paſſæ præſcriptionis, ibid. n. 13.

In terminis reſtitutionis adverſus præſcriptionem, ſcientia in fœminis non præſumitur ex retentione ſcripturarum, ibid. n. 17.

Utilitas, quæ provenit ex tranſactione parti aliter læſæ, non impedit reſciſſionem ipſius tranſactionis ex capite læſionis, quando eadem poterat ei alio, etiam meliori titulo competere. Nec ideo inde recepta tenetur reſtituere, donec altera pars juſtificet, legitimo jure ad ſe rem aſſignatam ſpectare, ex qua utilitas fuit alteri percepta, deciſ. 2[illegible]. numer. 21. *Corrado.*

Reſtitutionem in bonis maternis faciendam, non poteſt impedire exceptio requirens altiorem indaginem, d. 3[illegible]. n. 12. *Corrado.*

Quæ reſtitutio comprehenditur, quando maritus ſtipulatus eſt in Inſtrumento dotis eam reſtituere illis, quorum intereſt, ibid. n. 13.

Quo caſu, nullo modo retardanda, n. 14.

Reſtitutio fructuum debetur, & mala fides inducitur per ſolam denunciationem factam emptori quod venditor Dominus non erat, d. 53. n. 14. *Arguelles.*

Ad Reſtitutionem fructuum, non ſolùm à die motæ, aut denunciatæ litis, ſed ab ipſa occupatione, ſufficit declarari, titulum fuiſſe injuſtum, per quod titulus reducitur ad non titulum, ib. n. 15.

Pro Reſtitutione pretii ſolutionis, competens evictionis remedium extenditur etiam ad damna, & intereſſe, d. 55. n. 12. *Corrado.*

Ad Reſtitutionem pretii Rei venditæ, emptor juſtam habet cauſam compellendi venditores, cæteroſque obligatos, experiendo actionem pro reſciſſione contractus, ob hypothecam in re vendita detectam, quam liberam, immunem, & expeditam ſub clauſulis executivis promiſit manutenere Venditor; quamvis evictio actualiter ſequuta non fuerit, d. 75. n. 13. *Cerro.*

Ob commiſſam moram in reſtitutione dotis, ſeu reſidui, ad hoc ut debeantur interuſuria dotalia mulieri relicta, ex diſpoſitione *Statuti Urbis lib. 1. cap.* 137. requiritur quod ſit facta interpellatio Judicialis, d. 82. n. 4. *Otthobono.*

Pro Reſtitutione dotis, quoties bona libera non ſuperſunt, bona fideicommiſſo Aſcendentis ſuppoſita tenentur vigore *Auth. res quæ, Cod. communia de legat.* d. 91. n. 9. *Veroſpio.*

Beneficium conceſſum ſub conditione aliquid adimplendi infrà certum tempus, eo elapſo, mora eſt impurgabilis, nec competit reſtitutio, d. 95. n. 35. *Meltio.*

Reſtituere debet Procurator domino lucra etiam indebitè percepta, d. 101. n. 18. *Bichio.*

Reſtitutio facienda prioribus, & potioribus, ex propria promiſſione, poteſt illico cum de ea apparet in executionem deduci per judiciale mandatum maximè ſtante Obligatione Camerali in inſtrumento, d. 102. n. 2. *Celſo.*

Reſtituenda eſt pecunia cum ea eſt in obligatione; non autem quantitas, ibid. n. 8.

Reſtituere non tenetur fideicommiſſarius fructus, aut compenſari cum creditis, ipſos enim facit ſuos, d. 118. n. 6. *Bevilaqua.*

Reſtitutio in integrum conceditur ſtante injuſtitia ſententiæ qualiſcumque illa ſit, etiam non notoria, d. 125. n. 1. *Royas.*

Reſtitutionis in integrum remedium regulariter conceditur minoribus & non majoribus, dec. 128. num. 3. *Panzirolo.*

Reſtituitur etiam in integrum major concurrente juſto & errore vel ex ignorantia facti vel ex nova & magna cauſa, ibid. n. 4.

Majori ſuccurritur per reſtitutionem in integrum, ſi adſit rationabilis cauſa, ibid. n. 5.

Major juſto onere ductus, vel ignorantia facti lapſus adeundo hæreditatem, primo aſpectu lucroſam, ſi eam deindè reperiat debitis onuſtam, tunc auditur, petendo reſtitutionem in integrum, d. 128. n. 6.

Vel malit talem hæreditatem creditoribus relaxare, ib. n. 7.

Reſtitutio in integrum, ex qua cauſa concedatur majoribus, qui hæreditatem adiverunt ſine inventario, ibid. n. 8.

Major non reſtituitur adverſus additionem hæreditatis ſine inventario, niſi magna adſit cauſa, ibid. num. 9.

Majori competit reſtitutio in integrum ex clauſula, ſi qua mihi juſta cauſa ex dicto minorum adverſus hæreditatem inconſultò aditam, ibid. n. 10.

Reſtitutio in integrum ex juſta cauſa ignorantiæ conceditur Majori ad lucrum quærendum per additionem hæreditatis quam prius repudiaverat, ib. n. 15.

Multo fortius concedenda venit majori, ſi agat tantum de damno vitando, ibid. n. 17.

Major adverſus additionem hæreditatis ſine inventario aditam, reſtituitur ex juſta cauſa, etiamſi poſt additionem fecerit aliquem contractum, dummodo nihil perceperit, vel paratus ſit reddere, d. 128. n. 19.

Majoribus 25. annis, etiam in contractibus, enormiter læſis, beneficium reſtitutionis in integrum ex juſtis cauſis conceditur, ibid. n. 19.

Minor an reſtituatur in integrum, ſi paternæ hæreditati immiſcuit, & major factus pecunias hæreditarias exegit, ib. n. 22.

Majores adverſus additionem hæreditatis ex capite juſtæ ignorantiæ non ſunt reſtituendi, d. 128. n. 23.

Contraria tamen opinio eſt verior, ſuadente tamen aliqua inſigni cauſa, ib. n. 24.

Hæredes cum non poſſunt juvari beneficio inventarii, æquum non eſt, ut etiam reſtitutio in integrum denegetur, ibid. n. 26.

Quod ſane durum admodum videretur quod ſimul & ſemel denegaretur inventarium, & reſtitutio in integrum, dum ſunt ſine dolo enormiter læſi, ibid. nu. 27.

a Reſtitutione pretii ſuccedentis loco intereſſe, quando venditor excuſari non poſſit, d. 236. n. 15. *Royas.*

Retentio.

Ex Retentione ſcripturarum ſcientia in fœminis non præſumitur: & maximè in terminis reſtitutionis adverſus præſcriptionem, d. 33. n. 17. *Otthobono.*

Retentio non competit pro credito illiquido, d. 47. n. 7. *Royas.*

Excipitur in dote, in qua, uti privilegiata, nulla conſiderari poteſt præſumptio ſatisfactionis ex fructibus perceptis, niſi conſtet, ad manus creditoris tot fructus perveniſſe, ex quibus probabiliter ſatisfieri potuerit, ibid. n. 9. Ampliatur n. 10.

Retentio rei locatæ ex parte conductoris, & exactio penſionum ex parte locatoris important tacitum utriuſque partis conſenſum ad continuandam, ſeu renovandam locationem, d. 15. n. 5. *Meltio.*

Prohibitio contrahentium explicita, ne bona emphyteutica Eccleſiaſtica relinquantur, & deveniant ad aliam Eccleſiam: juncta legali prohibitione per relationem ad antiquas Inveſtituras; interdicit omnem, & quacumque potentiam alienandi dicta bona uſque ab initio, ita ut nullo unquam tempore, & ad nullum effectum illa à Monaſterio poſſint acquiri, & apud ipſum retineri, d. 79. n. 1. *Cerro.*

Et ubi emphyteuſis Eccleſiaſtica non eſt tranſitoria ad extraneos, & in qua deficiunt ſolemnitates requiſitæ, & Beneplacitum Apoſtolicum; Monaſterium, etiamſi eſſet capax Bonorum in communi, nihilominus bona in eo comprehenſa, ab ipſo, nec prætendi, nec minus retineri poſſunt pro ſola fructuum commoditate durante vita Monachi, ib. n. 10.

Notabilium.

Retentio non competit pro fructibus, de quorum perceptione præciſæ quantitatis non conſtat, d. 110. n. 16. *Cerro.*

Retentio pro credito non datur, niſi redditum ſit liquidum in ſubſtantia, & in quantitate, dec. 116. n. 1. *Bevilaqua.*

Retentio datur creditori, quando ad eum bona perveniunt ex eadem cauſa illius crediti pro quo vult retinere, ſecus, ſi ex cauſa diverſa, ibid. n. 5.

Retentio melioramentorum ut detur, probandus eſt plenè, & concludenter ſtatus antiquus rei melioratæ, d. 119. n. 11. *Albergato.*

Retentio pro melioramentis non datur, quando illa mala fide facta fuerunt, & poſt monitorium ſuper immiſſione melioranti executum, ibid. n. 13.

Retentio pro melioramentis non datur niſi fuerit probatus ſtatus anterior rei, & an melioramenta ſint neceſſaria vel utilia, d. 131. n. 11. *Cerro.*

Retentio nulla poteſt competere pro credito litigioſo, ac illiquido adverſus creditum liquidum & certum, ibid. n. 15.

Retentio ratione hypothecæ in ſpolio datur ſolum pro vero credito, quando poſſeſſio fuit amiſſa ob culpam rei conventi, aliàs ſecus, d. 163. n. 8. 9. *Royas.*

Retractatio.

Retractare, ac impugnare poteſt Hæres beneficiatus alienationem nullam factam à defuncto, etiam circumſcripto Inventarii beneficio, dec. 76. n. 10. *Otthobono.*

Retrotractio.

Retrotrahi non debet confeſſio ſuſpecta in præjudicium creditorum medio tempore contrahentium, d. 102. n. 11. *Celſo.*

Reviſio.

Reviſioni computorum judicialiter petitæ renunciari poteſt cum juramento, d. 161. n. 3. *Royas.*

Ricorſa.

Cambium nuncupatum, *con la Recorſa*, ceſſante facultate cambiandi, & recambiandi, ac aliis requiſitis eſt illicitum, d. 104. n. 11.

Cambium, *con la Recorſa*, quando contrahatur, ibid. num. 22.

Et quale verè dicatur cambium, *con la Recorſa*, ibid. n. 23. & 24.

Litterarum cambii, *con la Recorſa*, formula remiſſivè, ibid. n. 25.

Ritus.

Ritus magnæ curiæ Vicariæ Regni Neapolis non habet locum contra clericos, d. 151. n. 14. 15. *Carillo.*

Rota.

Deciſiones plures Sacr. Rotæ circa materiam ſpolii, declarantur, d. 36. n. 17. *Corrado.*

Rota obſervat, relaxari litteras executoriales pro executione ſententiæ, loco mandati executivi, poſt ſententiam, d. 51. n. 23. *Corrado.* Et executio ſic cœpta, impedit curſum præſcriptionis, ſecundum opinionem, quam ſequitur Rota, ibid. n. 24.

Rota confeſſionem fictam non attendit, dec. 51. n. 7. *Corrado.*

Eoque minus quando non fuit ſervata forma, ibid. num. 8.

Rota non onerat malæ fidei poſſeſſores in fructibus qui percipi potuerunt, quando violenti non ſunt, d 53. n. 32. *Arguelles.*

Vel aliquo titulo colorato ſe defendunt, n. 33.

Melioramenta ſunt probanda ſecundùm formam traditam, à Rota *in Romana Hæreditatis* 14. *Decemb.* 1646. *à §. nec magis uſque ad §. nec minus ſuffragatur, coram Arguelles*, ibid. n. 37.

Deciſ. ad Salgado Labyrinth. Tom. II.

In melioramentorum æſtimatione ineunda, multùm Judicis arbitrium verſatur; & ideò Rota mediam viam eligit, ibid. n. 40.

Deciſiones Rotæ referuntur, in quibus traduntur requiſita, quæ concurrunt ad hoc ut cambia, ſi non debentur uti cambia, debeantur ſaltem ratione damnorum & intereſſe, deciſ. 60. n. 10. *Peutingero.*

Deciſio Veralt. 260. *p.* 2. ſententiæ validitatem concernens, ſemper in Sac. Trib. Rotæ fuit recepta, d. 69. n. 2. *Veroſpio.*

Rotalis ſententiæ juſtitia, deducitur à Rota ex deciſionibus in ea cauſa factis, d. 69. n. 3. *Veroſpio.*

Rota poteſt declarare mandata A. C. quando ei à dictis mandatis commiſſa fuit cauſa appellationis cum clauſula, *Si quid exequendum, &c.* deciſ. 107. n. 24. *Bichio.*

Etſi de directorum mandatorum juſtitia conſtat ex integro mandatum relaxari poteſt, ibid. n. 25.

Rota in reſpicientibus ſtylum, vel peritiam mercaturæ, judicium mercatorum ſequi ſolet; ſecus in dependentibus à diſpoſitione juris, d. 111. n. 28. *Bichio.*

Rotæ ſtylo attento, deciſiones ſupponendæ ſunt, ibid. num. 16.

Rota etiam præcedens cum facultatibus A. C. ei in commiſſione communicatis, dat paratam executionem inſtrumento, Camerali obligatione vallato, d. 113. n. 4. *Celſo.*

De ſtylo Tribunalis Rotæ deciſio in una diſputatione eſt ſupponenda; & non poteſt in dubium revocari niſi partibus denuo ſuper ibi deciſis, auditis, revideatur, d. 116. n. 7. *Bevilaqua.*

Rota ut concedat remiſſoriam ſuper eiſdem articulis, requirit, ut major explicitus non ſit in cortice verborum, d. 135. n. 11. *Carillo.*

Rota benignius agendo, ac ſequendo ſuum ſtylum facilè in curia admittit novos articulos, ib. n. 19. 20.

Reus.

In Reo oppoſita exceptio in Salviano, ſe non poſſidere: ubi mediantibus inſtrumentis locationum, cum receptione penſionum, vel aliis ſimilibus probetur, non eſt attendenda, niſi juſtificetur, d. 59. n. 7. *Corrado.*

Reus conventus, an juſtam habuerit cauſam contradicendi, debet cognoſci, cum aliis requiſitis, quando agitur de Cambiis, quæ non debeantur uti cambia, an debeantur ſaltem ratione damnorum; & intereſſe, poſt litem cum Adverſario conteſtatam, d. 60. n. 10. *Peutingero.*

Rei conventi poſſeſſio in Salviano, probatur per inſtrumentum locationis, juncta ſuſtentatione litis, d. 119. n. 5. *Albergato.*

Reus attenta comparitione perſonæ conjunctæ non dicitur contumax, ubi agitur in judicio civili, d. 151. n. 10. *Carillo.*

Rubrica.

Rubrica ſtatui continens orationem perfectam ſola ſufficit, & allegari poteſt ad deciſionem cauſarum, etiamſi Nigrum ſtrictius loquatur, dec. 180. n. 17. *Royas.*

S.

Sacrificium.

LEgatum, & ſi oretenus diſpoſitum, ſatis probatur abſque ſcriptura & teſtium depoſitione, ſi per teſtamentum ab Hærede confirmetur ad effectum, ut à ſucceſſoribus debeatur, & executioni demandetur. Eoque magis cum hujuſmodi diſpoſitio ad piam cauſam ſit ordinata, & præ ſe ferat non ſolùm ſuffragium Animæ legantis, qui legavit ea lege, ut Sacrificia Divina celebrentur, verùm etiam exonerationem

Index Rerum

conſcientiæ ipſius Hæredis, qui diutiùs defecit atque diſtulit adimplere, d. 20. n. 1. & 2. *Corrado.*

Salarium.

Salarii creditum, ex quo reddatur turbidum, d. 153. n. 4. *Corrado.*

Salvianum.

In Salviano retentionis exceptio admittitur quando res eſt clara, n. 148. n. 3. *Cornelio.*

Ex Salviano utili Interdicto. Immiſſio obtinetur, probatis extremis neceſſariis, poſſeſſione ſ. in Reo convento, & credito cum hypotheca in Actore. d. 16. n. 13. *Bichio.*

Immiſſio hæc conceditur etiam ſuper fundo cenſuali, non obſtante conſtituto in inſtrumento cenſus apoſito, n. 14.

Conſtitutum non excludit; quin ſuper eodem fundo oriatur hypotheca ad favorem emptoris cenſus, cui ideò competit etiam Salvianum Interdictum, num. 15.

Salvianum Interdictum hodie poteſt intentari etiam ſuper locis Montium, in locum fundi ſubrogatis; quia perinde eſt, ac ſi ſuper ipſis, locis montium fuiſſet ab initio impoſitus cenſus, ibid. n. 16.

Salvianum Interdictum non datur abſque hypotheca, d. 19. n. 2. *Corrado.*

Salvianum, licèt ſit Interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis; eſt tamen de pignoribus, id eſt de poſſeſſione rerum obligatarum, ibid. n. 3.

In Salviano, ceſſante immiſſionis cauſa ex ſatisfactione crediti, illi qui poſſidebant ſunt procul dubio redintegrandi ad eorum priſtinam poſſeſſionem: & contra denegantem reſtitutionem, datur actio Spolii, d. 82. n. 1. *Otthobono.*

Salvianum intrat, ubi eſt clauſula conſtituti, cum hypotheca & obligatione bonorum, concurrentibus extremis, d. 85. n. 1. *Celſo.*

Salvianum datur etiam contra tertium titulo poſſidentem, ibid. n. 2.

Et etiam pro conſequendis bonis donatis, n. 3.

Utilis Salviani remedium competit contra poſſeſſores vigore hypothecæ, d. 96. n. 1. *Peutingero.*

Salvianum ut competat, quæ requirantur, d. 119. n. 1. *Albergato.*

Salvianum Interdictum non retardatur ex illiquido credito, ib. n. 10.

Salviani vigore agitur contra tertios poſſeſſores, dec. 121. n. 3. *Royas.*

Salvianum etiam intrat, ratione commoditatis percipiendi fructus cadentes, ſeu obligatione Generali, d. 146. n. 13. *Cerro.*

In Salviani judicio creditum cum hypotheca juſtificari debet, d. 160. n. 1. *Royas.*

Sanguis.

Sanguinis ſoli Hæredes veniunt Hæredum, & ſucceſſorum appellatione, in materia emphyteuſis: & ſic deſcendentes ab ipſis inveſtitis, d. 78. n. 8. *Cerro.*

Satisfactio.

Pro Satisfactione ſui Crediti, poteſt creditor ſub obligatione Camerali, eligere unum ex pignoribus debitoris, ſibi berè viſum, d. 34. n. 14. *Cerro.*

Satisfactus ubi non remanet plenè Creditor, executione facta in una re, poteſt ad aliam fieri tranſitus, d. 73. n. 21. *Arguelles.*

Satisfactum uſquequo plenè probetur creditorem, etiam poſt executionem, ſeu immiſſionem, ſeu aſſecurationem ſuper una re factam poteſt variari, & Judex, & Judicium, & remedium, & captura perſonæ, ib. n. 23.

Satisfactio præſumitur debiti, cum creditor accepit rem pro ſuo credito, niſi contrarium plenè, & concludenter probetur, d. 114. n. 5. *Celſo.*

Satisfactioni debiti ſufficiens fuiſſe creditur res debitoris accepta per creditorem, ut ſibi ſatisfaciat, niſi concludenter probet quid ex tota re retractum fuerit, ibid. n. 6.

Satisfacit per ceſſionem nominis, debitor, ſi illud eſt verum, & de jure ipſi obligatum tempore ceſſionis, ib. n. 22.

Satisfactio præſumitur ex diuturna taciturnitate, & negligentia in ſolvendo, præcipuè ſi ſit in Mercatore, d. 128. n. 8. *Meltio.*

Scartafacium.

Scartafacium durantibus nundinis non probat, dum poſſunt partite variari, & contra ſcribi, d. 104. n. 1. *Bichio.*

Scartafacium non probat litteras reditus, ante nundinas, d. 105. n. 18.

Sed benè illis expletis, ib. n. 9.

Scientia.

Scientia tutoris ſufficit ad præſcribendum contra pupillum, d. 33. n. 8. *Otthobono.*

Scientia tutoris in illa re, cujus implementi durat tempus poſt finitam tutelam, non debet illi in negligentiam imputari, ſi finita tutela, inde ſequatur minori aliquod præjudicium & maximè in terminis præſcriptionis, ib. n. 11. cum ſeq.

Scientia tutoris poſt finitam tutelam, uti perſonæ privatæ, non nocet minori, ib. n. 14.

Præſumptio ſcientiæ actuum ſucceſſivorum, qui fiunt domi & patent ex oculari inſpectione, inducitur ex cohabitatione; ſecus eſt in actibus momentaneis, & in his, qui continentur inſtrumentis, & contractibus, ib. n. 15.

Scientia in fœminis non præſumitur ex retentione ſcripturarum, & maximè in terminis reſtitutionis adversùs præſcriptionem, ib. 17.

Scientia mandantis præſumpta, ſufficiens non eſt, ſed certa, & indubitata requiritur, ut ad intereſſe cambiorum teneatur in caſu, &c. d. 60. n. 7. *Peutingero.*

Scientia requiritur in præſcriptione quacumque jurium, & illa eſt probanda, d. 121. n. 9. *Royas.*

Scientia certa, & indubitata requiritur, dum agitur de magno præjudicio, nec ſufficit præſumpta, d. 174. n. 15. *Royas.*

Scientia præſumpta pro ratificatione actus nulli non ſufficit, d 176.

Scientiæ probatio reſultat ex pluribus conjecturis ſimul junctis, d. 180. n. 11. *Royas.*

Scriptura.

Scriptura id continere videtur, quod continet illa ad quam refertur, d. 12. n. 1. *Cerro.*

Scripturæ amiſſæ beneficio, ad hoc ut quis gaudere poſſit, debet ante omnia probare illam in rerum natura extitiſſe, eaque forma, ac tenore conceptam, ut, ſi realiter exhibere poſſet, illi omninò profutura eſſent deinde vero caſu amiſſam fuiſſe, d. 17. n. 14. *Corrado.*

Ad ſcripturam requiſitæ ſolemnitates extrinſecæ, non præſumuntur: niſi lapſu temporis triginta annorum, ibid. n. 10.

Scripturæ amiſſio non præſumitur in eo, apud quem nullæ apparent factæ diligentiæ, nulluſque contigiſſe probatur caſus, quo perierint ejus ſcripturæ, & ideo ſic allegata non poteſt dici juſtificata, ib. n. 14.

Abſque ſcriptura, & teſtium depoſitione ſatis probatur legatum oretenus factum, ſi per teſtamentum ab hærede confirmetur ad effectum, ut à ſucceſſoribus debeatur, & executioni mandetur, d. 20. n. 1. *Cornelio.* fortius procedit in diſpoſitione ad piam cauſam, num. ſeq.

In ſcriptura, clauſula ſalutaris operatur, quod habeatur pro non appoſito, quod deſcribendum non foret. d. 52. n. 6. *Veroſpio.*

Scripturam producens, implicitè confitetur contenta in illa, d. 92. n. 6. *Bichio.*

Scriptura privata, ſi vera apparet, habet vim publici inſtrumenti, d. 104. n. 10.

Notabilium.

Scriptura privata adminiculis fulcita, idem operatur, ac publicum instrumentum, ibid.

Scripturæ factæ sine testibus possunt recognosci per testes habentes notam manum scribentis, dec. 205. num. 10.

Scripturam habere pro recognita potest Judex decernere in contumaciam partis, ibid. n. 9.

Scripturæ pars dispositiva attendi debet, d. 107. n. 1. *Bichio.*

Pro scripturæ privatæ recognitione, quomodo testis deponere debeat, differitur, d. 118. n. 9. *Meltio.*

In scripturis privatis, quæ regulariter fieri solent absente parte, non requiritur rigorosa probatio, ibid. num. 10.

Ex scripturarum comparatione deducta probatio admittitur ad coadjuvandam finalem quietantiam per tutricem factam, ibid. n. 11.

Scriptura facit probationis gradum contra scribentem; & etiam Epistola missiva, d. 120. n. 6. *Verospio.*

Si scribentis factum proprium refert Epistola, seu scriptura, ea attendi debent, ibid. n. 7.

Scriptura penes aliquem existens cum aliqua adnotatione, penes illum extitisse præsumitur, dum de statu præcedenti contrario non constat, d. 126. n. 4. *Royas.*

Scripturæ vera existentia ex quo non probetur, d. 135. n 2. *Carillo.*

Scripturarum existentia penes hæredes præsumitur, si constet fuisse penes defunctum, ibid. n. 5.

Copiæ & Exempla quando præbeant sufficientem fundum ad præsumendam existentiam alicujus scripturæ, ibid. n. 4.

Scriptura aliqua an sit originalis, nec ne quando sit superfluum quærere, d. 142. n. 8. *Bichio.*

Scripturæ amissio ex quo datur justificata, ibid. n. 9.

Ex scripturæ retentione in hærede, licèt arguitur scientia dictæ scripturæ non tamen concluditur scientia alicujus pacti in ea contenti d. 174. n. 13. *Royas.*

Securitas.

Pro securitate evictionis casu, quo pretium penes emptorem remansisset, dispositio *l. curabit*, declaratur habere locum, d. 61. n. 3. *Verospio.*

Sententia.

Sententiæ, & decreta, quoad telam judiciariam, & ordinem processus, justificantur ex legitimatione personarum, & ex citationibus ad omnes actus substantiales concurrente Judicis jurisdictione, d. 15. n. 7. *Meltio.*

Sententiæ injustitia, impedit constitutionis Ægidianæ effectum, ac in specialiter excepta legitur, d. 19. n. *Corrado.*

Citatio non coactiva, nec ullius roboris, contra tertium facta, non inficit processum, ac sententias, contra alios pro eorum particulari, ac distincto interesse, legitimè latas, d. 55. n. 29. *Corrado.*

Sententia Judicis præsumitur justa, d. 59. n. 3. *Corrado.*

Et probatur valida ex processu, in quo fuerunt rectè servati termini & cætera omnia judicii ordinem concernentia, juxta *dec. Verall.* 262. ibid. n. 4.

Sententiæ jam antea prolatæ, ad effectum impediendi executionem, protestatio asserens aliquid, nullius est momenti cum careat asserti justificatione, ibid. n. 8.

Contra sententiam Judicis, ac ejus auctoritate immissum manutentionis remedium, quibus casibus concedi soleat: & quomodo procedatur, ibid. n. 1.

Sententiæ injustitia attenta, Ægidiana constitutio exclusiva appellationis, in judiciis omninò sommariis, non habet locum, d. 58. n. 1. *Verospio.*

Sententiam legis offendens, nihil validè gerit, d. 23. n. 11. *Corrado.*

Sententia lata contra pupillum indefensum est ipso jure nulla, d. 39. n. 17. *Meltio.*

Sententiæ duæ, quando una confirmat alteram, utique secunda, tàm in substantia, quàm in qualitate, concordare videtur cum primam; & dicuntur conformes, d. 32. n. 3. *Cerro* & subsequenter intrat dispositio statui de duabus conformibus ad effectum rei judicatæ, ut secunda executioni demandetur, n. 4.

Sententia secunda confirmatoria primæ, etiamsi sit lata in Curia; tamen comprehenditur sub dispositione statuti fori primæ: quod proinde statutum servari debet etiam in Curia, ibid. n. 6. *Cerro.*

Sententiæ nullitas probatur quando lata est contra minorem, nulla prævia citatione, neque curatoris deputatione, d. 28. n. 2. *Meltio.*

Et minor restituitur, &c. ibid. n. 3.

Sententia non afficit non citatam, ad vulg. reg. *Res inter alios acta*, &c. d. 62. n. 18. *Arguelles.*

Sententia lata cum legitimo contradictore, ad quem causæ defensio primo loco pertinet, nocet etiam non citatis (licèt non ut exequi possit contra eos) saltem in consequentiam, ibid. n. 19.

Sententiæ validitas, resultat ex actorum revolutione, d. 69. n. 1. *Verospio.* decisio *Verall.* 260. hujusmodi decernens, semper in Sac. Rota fuit recepta, ibid. n. 2.

Sententia excessiva, est injusta, ibid. n. 4.

Sententia in rem judicatam transit appellatione per biennium deserta, ubi non prorogata fuerint fatalia: ac si nunquam ab ea fuisset appellatum. d. 75. n. 1. *Cerro.*

A secunda sententia, quæ concordet cum prima. Statutum Eugubinum appellationem prohibet, ibid. num. 2.

Sententiæ, quando una confirmat alteram, utique secunda, tam in substantia, quàm in qualitate, concordare videtur cum prima, & dicuntur conformes, ibid. n. 3.

Sententiæ duæ, ut habeant vim trium, & constituerint rem judicatam executioni demandandam, operatur *Statutum Eugubinum*, quod prohibet ulteriorem, quàm unicam appellationem, ibid. num. 4. Idque etiam posterior prolata fuerit in curia per A. C. n. 5.

Cujus instantiæ est sententia, à qua appellatur, appellatio dicitur, de illius appendiciis, ibid. n. 7. sui effectus, n. seqq.

Sententia lata in judicio, ubi causa pendebat in alio Tribunali, dicitur attentata, & eodem vitio laborat possessio ejus vigore capta, quæ perinde dicitur vitiosa, d. 76. n. 5. *Otthobono.*

Productio calculi, cùm nihil ex adverso fuerit oppositum post lapsum terminum ad dicendum contra jura producta: tribuit jus quæsitum parti producenti, præsertim post latam sententiam, d. 77. n. 7. *Otthobono.*

Sententia secunda lata, non potest validitas primæ controverti, cum oppositio illius debuisset fieri ante secundam sententiam, ibid. n. 16.

Sententia est valida, quæ habet requisita *vulg. decis. Caputaquen.* 260. d. 78. n. 3. *Cerro.*

Ad sententiam citatio, non restricta ad primam diem sed concepta cum clausula, *& deinde in antea cum continuatione*, protrahitur ad duas, & tres alias sequentes dies juridicas, ibid. n. 5.

Sententia intelligitur, & declaratur secundum libellum, & petitionem agentis, d. 79. n. 16. *Cerro.*

Ut sententiam Judex plenius libello conformaret, quando ipse libellus, & petitio continet duo capita ad fundandam intentionem actoris, & ludere in corpore sententiæ libello favorabilis, unum duntaxat expresserit, etiam de secundo intellexisse censetur, ibid. n. 17. Antecedente præsertim clausula, *omni meliori modo*, ibid. apposita.

In sententia, clausula, *omni meliori modo*, apposita com-

Index Rerum

comprehendit omnem modum meliorem, quo ſententia ſuſtineri poteſt, etiam non expreſſum, ibid. num. 18.

Sententiæ juſtitia, & validitate attenta, appellatio, licèt infra legitima tempora interpoſita, cum non fuerit infra biennium proſequuta, non impedit rem judicatam, d. 84. n. 1. *Royas.*

Appellans ſi cauſam non proſequatur, videtur ab appellatione recedere, & facto proprio ſententiam confirmare. Ac proinde illa exequi debet etiam inſtantibus hæredibus illius ad cujus favorem ea lata fuit. Eoque facilius attenta validitate, & juſtitia ſententiæ, d. 86 n. 2. *Meltio.*

Sententiæ validitas probatur ex proceſſu, in quo conſtat de juriſdictione mandantis, & citationibus ac obſervatione terminorum ſubſtantialium, ib. n. 5.

Poſt ſententiam à qua non appellavit, audiendus non eſt aliquis iterum ſuper eo, quod in alio judicio principaliter excipiendo, ad eumdem finem deduxit, d. 86. n... *Royas.*

Sententiæ inſtantia & validitas, agnoſcitur per tranſactionem ſuper ea factam, ibid. n. 6.

Unde donec tam ſententia, quàm tranſactio, per tres conformes reſcindatur, ab ea recedi non poteſt, ibid. n. 7.

Pro ſententiæ validitate ſuſtinenda omnis interpretatio ſumi debet, ut inutilis evitetur circuitus, d. 91. n. 13. *Veroſpio.*

Sententiæ verba intelliguntur prout de jure, & ab eo interpretatur, d. 93. n. 11. *Cerro.*

Satis eſt, quod per ſententiam uſufructuarius teneatur præſtare cautionem de utendo, & fruendo arbitrio boni viri: cum ſtante lite, non teneatur ante rem judicatam, & actualem uſufructus conſequutionem, ipſam offerre, d. 93. n. 12. 13. & 14. *Cerro.*

Sententiæ injuſtæ prætextu non poteſt Officialis Montis poſt illas emanatas, & executionem conſummatam evitare revelationem Monti debitam, ſed ſibi imputet ſi tunc vocatus paſſus fuit Montem condemnari, d. 111. n. 17. *Bichio.*

Sententia ob non prorogationem fatalium remanet deſerta, & tranſit in judicatum, d. 113. n. 1. *Celſo.*

Sententiæ validitas colligitur ex revolutione actorum, d. 123. n. 1. *Royas.*

Sententia difformis libello, & exceſſus eſt valida, d. 130. n. 2. *Cerro.*

Sententia etiam non conformis libello in judicio ſummario, quale eſt Salvianum, ibid. n. 4.

Sententia non poteſt dici difformis libello & exceſſiva, ſi aliquid veniat acceſſione, & ineſt virtualiter in petitione, ibid. n. 5.

Sententia tranſit in judicatum ſi appellatio infrà biennium fuerit proſecuta abſque prorogatione fatalium, d. 148. n. 1. *Cornelio.*

Sententias aliorum Tribunalium non exequitur Rota, niſi guſtata earum juſtitia & validitate, ibid. n. 2.

Sententia lata ſub die, in qua non cadebat citatio perinde eſt, ac ſi ſine citatione lata fuiſſet, d. 151.

Sententia poteſt ferri etiam poſt aliquot dies cadentis citationis, abſque eo quòd illa reiteretur, ubi in die, quâ cadit citatio accuſatur Rei conventi contumacia, ibid. n. 7.

Et in hoc attendatur ſtylus loci circa tempus, quo illa promulgari poteſt. ibid. n. 8.

Sententia lata pendente termino conceſſo ad probandum eſt nulla, d. 151. n. 16. *Corrado.*

Sententiæ nulliter, & injuſtè prolatæ non proſunt, d. 152. n. 20. *Ghiſlerio.*

Pro ſententiæ juſtitiâ, & validitate ſtat præſumptio, d. 152. n. 21. *Ghiſlerio.*

Sententia ex proceſſu debet juſtificari, ibid. n. 21.

Sententiæ nullitas, & injuſtitia, à quo ſit juſtificanda, ibid. n. 23.

Sententiæ validitas benè colligitur ex revolutione actorum, d. 153. n... *Corrado.*

Sententia in cauſa principali, quando non poſſit retardari ob novas oppoſitiones partis, d. 153. n. 10. *Corrado.*

Sententia quando non poſſit dici nulla, ſi fuerit lata pendente termino conceſſo ad probandum, d. 153. n. 21. *Corrado.*

De Sententiæ Juſtitia quando conſtat, ea venit confirmanda, etiam ſi ſit nulla, quod procedit etiamſi pars contradicta, ibid. n. 23.

Quod tamen procedit ſi objecta nullitas non implicet totalem juriſdictionis defectum, vel non ſubſiſtens, vel ſaltem dubio probetur, ibid. n. 24.

Sententia quæ juſta dignoſcitur, confirmari debet, ibid. n. 25.

Sententia lata contra tertium poſſeſſorem, eo non citato illi non officit, d. 158. n. 4. *Vereſpio.*

Solutionem factam ob cauſam indebitam, lex interpretatur in cauſam debitam, d. 159. n. 4.

Sententia redintegratoria facit redintegratores veros poſſeſſores, & ſic ſunt manutenendi, d. 163. n. 16. *Royas.*

Sententia corruit, quando cauſa propter quam fuit lata, devenit ad non cauſam, ibid. n. 17.

Sententia ſi fundetur ſuper ſuppoſitis evidenter nullis, ipſa etiam ſententia erit injuſta, ibid. n. 18.

Sententia notoriè injuſta nunquam tranſit in rem judicatam, ibid. n. 19.

Sententiæ validitas apparet ex revolutione proceſſus d. 169. n. 13. *Royas.*

Sententiarum juſtitia bene remanet comprobata ex deciſionibus Rotalibus in cauſa factis, d. 175. n. 2. *Royas.*

Dum ſententia ſimpliciter condemnat ad reſtitutionem fructuum, in liquidatione maturius cognoſcendum eſt, quinam fructus ſint reſtituendi, d. 178. n. 20. *Royas.*

Sententia præſervativa jurium nihil tribuit, ſed tantùm conſervat, quod aliundè competit probatum fuerit, d. 191. n. 6. *Royas.*

Sententia licèt ferri poſſit etiam poſt diem quâ cadit citatio, hoc tamen procedit, ubi tantùm die immediatè ſequenti illa promulgetur, ibid. n. 11.

Validitas ſententiæ reſultat ex actorum revolutione juxta Caputaq. d. 260. p. 2. 192. n. 2. *Royas.*

Sententia juſta & valida eſt confirmanda, d. 194. n. 6. *Royas.*

Sequeſtra.

Mandatum de conſignando denegari non poteſt, quotieſcunque conſtat, pecunias ſequeſtratas ſpectare ad debitorem, d. 5. n. 2. *Decano.*

Sequeſtrum Judicis, ritè, & rectè procedentis, turbat poſſeſſionem naturalem, & civilem, d. 11. n. 7. *Meltio.*

Citationis omiſſio, vitiat ſequeſtrum, ibid. n. 8.

Sequeſtrum, ut odioſum regulariter eſt prohibitum, nec conceditur, niſi jure expreſſo permittente, ibid. n. 9.

Sequeſtrum permittitur contra ſuccumbentem in cauſa; non tamen in judicio poſſeſſorio, ibid. num. 101.

Sequeſtrum judiciale non privat poſſidentem ſua poſſeſſione, niſi alia probetur ipſius Judicis voluntas. d. 170. n. 5. *Royas.*

Sequeſtrum eſt nullum, quando fuit conceſſum abſque partis citatione, ibid. n. 6.

Sequeſtrum, ut validè dicatur conceſſum, debet decerni cauſa cogniti, ibid. n. 7.

Sequeſtra valent docto de bono jure ſequeſtrantis, d. 180. n. 6. *Royas.*

Servitus.

Servitutem imponere non poſſunt periti in diviſione, poſt adjudicatas unicuique ſuas portiones, d. 49. n. 10. *Cerro.*

Procedit

Notabilium.

Procedit quando ſervitus imponitur ex intervallo, ibid. n. 11.

Secus autem ubi appoſita fuit in continenti: tunc enim ſervitus imponi poteſt, ibid. n. 12.

Signatura.

Signatura gratiæ ſemper attendi, ac ſervari debet, d. 28. n. 26. *Meltio.*

Signatura regentis, in reſcriptis Papæ merè gratioſis, nunquam attenditur. ibid. n. 17.

Signatura Papæ potius attendenda quàm extenſio Regentis Cancellariæ, ſive agatur de materiis merè gratioſis ſive Juſtitiæ, cum ſufficiat, ipſum Pontificem reſcripſiſſe, & ſignaſſe, d. 29. n. 24. *Meltio.*

Signum.

Demonſtratio, nihil aliud eſt, quàm ſignum adjectum pro majori declaratione, deciſ. 62. num. 9. *Arguelles.*

Confraternitas inſtituta ad pium opus, habens Eccleſiam aliaque Eccleſiaſtica ſigna, non poteſt dici merè laicalis, d. 78. n. 27. *Cerro.*

Similitudo.

Similitudo formæ, corroborat filiationis probationem, d. 83. n. 5. *Cerro.*

Simulatio.

Apocha mutui ſimulata, nullam meretur executionem, licèt ſit obligatione camerali munita, d. 8. n. 1. *Otthobono.*

Simulatio contractus convincitur ex cauſa ſimulandi, & concurſus ſaltem duarum conjecturarum, ibid. num. 2.

Simulandi cauſa ſatis deducitur, quando apocham mutui præceſſit contractus nullus, & inefficax, ibid. n. 2.

Ad ſimulationis cauſam arguendam ſufficit ipſam ſimulandi cauſam fuiſſe à partibus opinatam, & veriſimilem, ibid. n. 4.

Simulationis conjectura oritur ex actuum proximitate, ibid. n. 5. Et ex inveriſimilitudine, 6. & ex pactis inſolitis appoſitis in inſtrumento, n. 7.

Ad ſimulationis probationem inducendam, depoſitio teſtis, licèt nulliter examinati, cum ſit pluribus adminiculis fulcita, & ſit veriſimilis, plurimum inſervit, ibid. n. 8.

Simulatio, quòd licita ſit, & permiſſa de perſona ad perſonam, vel de contractu ad contractum declaratur procedere, data validitate primi contractus, ſecus autem quando contractus eſt nullus, quia tunc deficit prima obligationis ſubſtantia, quæ omninò ad hunc effectum requiritur, ibid. n. 9.

Simulatio præſumitur ſub colore quæſito, ac apparentis ſolutionis dotis prætextu: vel ob quandam honorificentiam, ad coæquandam cunjugum diſparitatem, non rarò jactari ſolitam, nullam habens veritatis ſubſtantiam, d. 22. n. 2. *Corrado.*

Simulata præſumitur confeſſio dotis facta à viro quando non juſtificatur aliundè: concurrenti maximè pro conjectura, inveriſimilitudine ſummæ, reſpectu inopiæ, & exigui ſtatus mulieris, ibid. n. 6.

Simulatio promiſſionis arguitur ex paupertate mulieris, quæ præ ſe fert magnum inveriſimile, quo notabilem ſummam ſuum ſtatum excedentem, in dotem ſolverit, ibid. n. 8.

Ad ſimulationem conjecturandam pacta inſolita appoſita, cautionum ſolitarum omiſſio in contractu valdè urgent ubi partes ſine ipſarum altera, fuerit aliter ſtudioſa, ac ſollicita in ſe præcavendo, ibid. n. 10.

Simulatio dotis oriens ex confeſſione dotis de recepto facta à viro, non eliditur per juſtificationem exiguæ illius partis ſolutionis: & maximè ubi fiat à diverſa perſona, quam ab ea, ad cujus favorem facta eſt promiſſio, aliter ſuſpecta, ibid. n. 111.

Simulata dotis receptatione donandi animo facta, aug-

Deciſ. ad Salgado Labyrinth. Tom. II.

mentum dotis jure permiſſum non eſt, conſtante matrimonio, ibid. n. 25.

Simulatum inſtrumentum, licèt ſuperficialiter appareat inſtrumentum, tamen ſubſtantialiter, & intellectualiter non eſt tale, ibid. n. 31.

Simulatum inſtrumentum non poteſt curſu temporis convalidari; ibid. n. 32.

Simulata confeſſio dotis ſolet eſſe, vel ad cohoneſtandam, ſpecioſæ dotis prætextu, inæqualem ſponſæ conditionem, ut matrimonium cum illa honorificentius appareat, vel ad celandam, ſub eo titulo donationem, etiam inter ſponſos prohibitam, ex diſpoſitione *Statuti urbis lib. primo. cap.* 1. d. 23. n. 1. & 2. *Cerro.*

Simulata confeſſio dotis, non habet executionem, ibid. n. 3.

Simulationis conjecturæ, cum ex variis cauſarum figuris & occultis partium machinationibus multipliciter reſultent, non poſſunt certa omnino lege determinari, ſed prudentis arbitrio in ſingulis ſpeciebus æſtimari debent ponderatis circumſtantiis facti, qualitate perſonarum, & totius rei geſtæ ſerie, ac præcipuè veriſimilitudine, ibid. n. 5.

Paupertas, ad effectum arguendæ colluſionis in inſtrumentis dotalibus, ſatis dicitur probata ex levioribus probationibus, etiam multis adminiculis conſtantibus, quæ juris communis præſumptioni conveniant, & maximè veriſimiles ſunt, ibid. n. 6.

Paupertas mulieris, & non viri, facit ſuper inveriſimili præſumere confeſſionem dotis ſimulatum, ibid. num. 8.

Probatio oriens ex inſtrumento, adminiculis, & juris præſumptione pro actus veritate munito, prævalet teſti, ipſum eſſe ſimulatum deponenti, d. 24. n. 35. *Corrado.*

Simulatio, ac colluſio, naſcitur ex inſolitis, & inveriſimilitudine, d. 70. n. 22. *Meltio.*

Simulatus contractus eſt nullius momenti, & ipſo jure nullus, d. 71. n. 20. *Bichio.*

Simulatio probatur ex confeſſione partis & contrahentium. d. 127. n. 8. *Ghiſlerio.*

Simulationis cauſa quando adeſt, tunc facilius præſumitur ſimulatio, d. 157. n. 15. *Panzirolo.*

Simulata ea omnia præſumuntur quæ fiunt in executionem actus ſimulati, d. 156. n. 16. 17. *Panzirolo.*

Situatio.

Situatio ad formam ſtatuti ſuffragatur, dec. 180. n. 14. *Royas.*

Situs.

Situs quando fuit venditus cum domo, ſi reperiatur quod d. ſitus eſt publicus, venditor tenetur ac intereſſet emptori, amplia, n. 2. d. 136. n. 1. *Royas.*

Socer.

Socer videtur in ſubſidium obligatus tradere alimenta nurui, d. 155. n. 1. *Bichio.*

Super matrimonii validitate litem agens ſocer tenetur præſtare alimenta nurui, non ſecus ac filio, ib. n. 2.

Quod procedit etiamſi filius duxiſſet uxorem ſine conſenſu patris, ibid. n. 3.

Socer tenetur in ſolidum præſtare alimenta nurui, ſi filius jam diu verſatur in longinquis partibus, ibid. num. 4.

Socer quando dicatur præſtitiſſe alimenta filio, & nurui, d. 157. n. 2. *Panzirolo.*

Societas, Socius.

Societatem obligare poteſt ſocius complimentarius, & omnes ſocii, ex ejus facta in ſolidum tenentur, d. 30. n. 1.

Societate etiam diſſoluta, quando mercatoribus, cum quibus negociatio non eſt denunciata ſolutio ſocietatis, ibid. n. 2. *Ghiſlerio.*

Cur ſolum denunciatio requiratur, quando diſſolutio evenit durante ſocietate, ſecus ea finita, vel per mortem, vel per lapſum temporis, ibid. n. 6.

Index Rerum

Prout etiam pacta, vigore quorum inita eſt ſocietas, & pro quanto tempore duret, aliàs ſibi imputandum, ibid. n. 8.

Societate contracta inter duos mercatores ſimpliciter, etiam ſi poſtea diſſolvantur, alter tamen tenetur ex contractibus ab altero celebratis, niſi faciat proclamare, & omnibus notificari, diſſolutionem ſocietatis, ibid. n. 12.

Societatis diſſolutio non præſumitur, ſed continuare creditur, quando contrarium non demonſtratur, ſtantibus litteris oblatoriis indefinitè prolatis, ibid. n. 14. & 17.

Societas contracta cum hæredibus verificatur in uno tantum ſuperſtite, & per unius mortem non finitur, ibid. n. 15.

An Societatem probent actus ſociales, quæ nunquam apparet contracta, remiſſivè. ibid. n. 16. 17. 18. & 19.

Socius complimentarius poteſt obligare ſocietatem, & omnes ſocii ex ejus facto in ſolidum tenentur, d. 30. n. 1. & 2.

Etiamſi tacita renovatio contingat per mortem alterius ex ſociis quando complimentarius palam negotiatur, ibid. n. 3. *Ghiſlerio.*

Inter ſocios creditum ſuper aliquo negotio ex aſſignatione totius negotii cum clauſulis pleniſſimis tranſlationem dominii importantibus, ac omnibus juribus activis & paſſivis facta ab altero ex ipſis vel remanet extinctum, d. 58. n. 3. *Veroſpio.*

Societas contractus exigit compenſationem periculi ſuſcepti dimittendo ſaltem aſſecuranti partem lucri ex pecuniis percipiendam, d. 101. n. 29. *Bichio.*

Socius poteſt obligare conſocium in ſolidum, d. 102. n. 1.

Socius cenſetur habere mandatum, & conſenſum tacitum ad obligandum conſocium in iis, quæ ſpectant ad Societatem, ib. n. 2.

Socius ut obligetur, ſufficit, ut contractus ſit factus intuitu, & contemplatione Societatis, ib. n. 3.

Socius obligatur ex contractu inito per conſocium nomine proprio, & non expreſſo ſocii nomine, ib. n. 4.

Sociali nomine eſt celebratus contractus, cum exprimitur cauſa ipſius, d. 102. n. 5. *Celſo.*

Conjectura quod ſocius contraxerit nomine proprio, non eſt adeo urgens, quin tolli poſſit levioribus probationibus, ib. n. 6. *Celſo.*

Sociali nomine acquiſitionem eſſe factam, probatur ex conſuetudine, & obſervantia reſultante ex actibus ſocialibus, ib. n. 7.

Sociali nomine dicitur facta acquiſitio, ſi merces acquiſitæ pertinent ad artem, & exercitium Societatis, ib. n. 8.

Societas non dicitur finita per diſdictam, ſi non conſtet eam fuiſſe executam, & reproductam, ibid. n. 9.

Societas, non præſumitur, niſi probetur, d. 117. n. 11. *Celſo.*

Societas non probatur ex apocha imperfecta, & non obſervat, d. 158. n. 4. *Royas.*

Societas tacita non probatur per actus æquivocos, & ſi aptiſſimè poſſunt referri ad alios titulos, ib. n. 5. 8. 9.

Societas tacita nunquam inducitur, niſi actus ſint omnino certi, & concludentes, & qui citra jus, & nomen ſocietatis fieri non poſſunt. ib n. 6.

Socius conveniri non poteſt ex contractu celebrato ab altero ſocio, ſuo proprio nomine, & ſub obligatione ſui, & ſuorum hæredum, d. 168. n. 16. *Royas.*

Amp. quando contrahens nullam habuit notitiam Societatis, nec intentionem obligandi conſocios, ibid. num. 17.

Socius quamvis in contractu non nominatus, tenetur ſaltem utili actione pro contractu alterius Socii, ſi pecuniæ verſæ fuerunt in ejus utilitatem, ib. n. 18.

Verſio eſt plenè & concludenter probanda cum qualitate tituli lucrativi, & locupletationis, d. 168. n. 19. *Royas.*

Socius neque actione ſubſidiaria tenetur ad debita ſocialia, ſi ſit creditor Socii in majori ſumma, quam importet rata ſocialis, ib. n. 20.

Omnes ſocii præſumuntur poſſidere ſuam ratam, d. 191. n. 5. *Royas.*

Non poteſt agi adverſus ſocium, niſi prius calculatis omnibus partitis, d. 191. n. 2. *Royas.*

Societatem eſſe factam contemplatione alterius deſumitur ex correſpectivitate actuum, d. 195. n. 2. *Royas.*

Solemnitas.

Nullis indiget ſolemnitatibus oriens ex contractu obligatio pupilli, quando non eſt nova, ſed provenit ex cauſa præcedentis obligationis, d. 15. n. 9. *Meltio.*

Solemnitatum defectus non habetur in conſideratione in actu pupillo utili, & quando ipſe non dat de nullitate: imò agit pro obſervantia contractus, ibid. num. 30.

Pro Solemnitate actus non juvat præſumptio, quando controvertitur adhuc illius ſubſtantia, d. 1. n. 9. *Corrado.*

Solemnitates extrinſecæ ad ſcripturam requiſitæ non præſumuntur niſi lapſu temporis triginta annorum, ibid. n. 10.

Teſtator non poteſt derogare diſpoſitioni in teſtamento factæ non adhibitis ſolitis ſolemnitatibus, &c. d. 34. n. *Cerro.*

Ubi ſtylus, & conſuetudo vigent, tacitam derogationem inducunt ſolemnitatibus à jure in ſubhaſtationis judicio requiſitis, d. 66. n. 22. *Meltio.*

Solemnitatibus non adhibitis in emphyteuſi, clauſula *ad habendum*, non poteſt extendere conceſſionem, c. 78. n 2. *Cerro.*

Solemnitatibus concurrentibus à ſtatuto requiſitis præſumitur omnimoda validitas inſtrumenti, d. 100. n. 11. *Cerro.*

Ex omnium ſolemnitatum concurſu omnia præſumuntur vera, ita ut dubitari non poſſit de ſufficientia, & veritate cauſæ expreſſæ, ib. n. 29.

Solemne inſtrumentum, imò & inſolemne à parte conſeſſatum, & effectuatum, via executiva eſt judicandum, d. 104. n. 18.

Solidatio.

Solidatio, & redditio rationis inter partes habentes principale intereſſe in aliena re abſque interventu creditorum fieri poteſt, d. 65. n. 2. *Petingero.*

Solidatio probat concludenter creditum in ſumma, quæ fuit in ſolidatione firmata, d. 103. n. 1. *Celſo.*

Probatur num cauſa eſt expreſſa in ſolidatione, ib. n. 2.

Solutio.

Mandatum generale ſufficit ad electionem, in quam cauſam cedat ſolutio, quando creditum eſt determinandum, d. 12. n. 8. *Cerro.*

Ut Solutio crediti habeat vim ſolutionis in emptione, quid ad hoc requiratur, ut inducere poſſit novationem, d. 13. n. 1.

Solutio dotis ad tempus dilata non operatur quod purè non ſit promiſſa, d. 14. n. 17. *Terracinen.*

Solutionis receptio ab alio, quàm à debitore, regulariter non inducit liberationem ipſius debitoris, deficientibus requiſitis neceſſariis ad novationem inducendam: ex quo tunc cenſetur potius facta cumulativè, d. 15. n. 12. *Meltio.*

Confeſſio de recepto, non coarctata ad certum tempus refertur etiam ad ſolutionem, factam de præterito tempore, d. 16. n. 27. *Bichio.*

Solutionis modus inter emptorem & venditorem variatus, nullum poteſt creditoribus præjudicium inferre, neque illorum gradum, & participationem ullo pacto turbare, d. 32. n. 18. *Cerro.*

